# ROBERTI STEPHANI
LEXICOGRAPHORUM PRINCIPIS

# THESAURUS LINGUÆ LATINÆ
## IN IV. TOMOS DIVISUS,

CUI

POST NOVISSIMAM LONDINENSEM EDITIONEM,
COMPLURIUM ERUDITORUM VIRORUM COLLECTIS CURIS
INSIGNITER AUCTAM,

*Acceſſerunt nunc primùm*

HENRICI STEPHANI ROB. F.
ANNOTATIONES AUTOGRAPHÆ
EX CODICE BIBLIOTH. P. CIVIT. GENEV.

Nova cura recenſuit, digeſſit, ab Auctorum citationibus atque
Interpretationibus falſis, Interpolationibus ſupervacuis, Mendisque
quamplurimis repurgavit,

Suasque paſſim ANIMADVERSIONES adjecit
ANTONIUS BIRRIUS PHILIATER BASIL.

---

## TOMUS II.

---

BASILEÆ

Typis & Impenſis E. & J. R. THURNISIORUM Fratr.
M DCC XL.

# D

D LITERA, in ordine alphabeti quarta: Gr. Δ. Nemini dubium esse potest Latinos e Græcia eam traduxisse, qui vel ipsam faciem contempletur, altero angulo ad basin in semicirculum facili ductu convoluto. Verum aliud quid est & majus quod asserit Scaliger, Ionas veteres hanc ipsam usurpasse hujusce elementi figuram, antequam illa triquetra in usu esset, quanquam & illa satis sit vetusta; quod ex antiquis legibus quæ inde Δέλτοι vocantur patet, ut taceam eam partem Ægypti, quæ hinc Delta appellatur & sidus Deltoton Ciceroni in Arateis celebratum.

D & B invicem mutantur. Ut quod olim Duellum, nos jam bellum dicimus: & Duellona, Bellona. Cic. in Orat. 153. Complura in Latina Lingua suavitatis & aurium causa mutata fuisse a veteribus tradit. Quid vero, ait, licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut duellum, bellum, & duis bis; sic Duellium eum qui Pœnos classe devicit, Bellium nominarunt, cum superiores semper appellati essent Duellii. Vid. & Quint. 1. 4. itemque Scal. Poet. 3. 89.

D & L. Ut a sedeo, olim Selda dicebatur, quæ nunc Sella. Quæ nunc Lingua, olim Dingua, quæ Lautia, antiquis Dautia, quæ nobis Lacryma illis Dacryma. Contra, quas modo Medicas aves vocamus, veteres Melicas nuncuparunt, quod nos Dedicare, id illi Delicare, si Festum audimus.

D & N. Sic quod nobis dispendere est & tendere, id veteribus erat dispennere & tennere, si vera loquitur Donatus.

D & P. Dion. Halicarn. Antiq. Rom. 1. 68. In eo positæ sunt Trojanorum Deorum Imagines cum inscriptione Denates, quæ Penates significat. Videntur enim mihi illi Prisci, ante inventum P, usurpasse pro eo D. Nardin Rom. vet. v. 4.

D & R. Arvenæ olim appellati, qui nunc Advenæ; & pro ad fere ubique ar positum, quod etiamnum manet in Arcesso, & in Arbiter, quæ vox conflatur ex ar. i. e. ad, & bito i. e. eo. sic Meridies pro Medidies, ut Cic. scribit in Orat. Non. 1. 299.

D & S. Nam Fraus fraudem, Laus laudem parit & qui Clausus apud Sabinos audierat, postquam Romam commigrasset, Claudus dein Claudius audiebat; & contra, quæ primum Audes, mox Auses, postremo Aures dicebantur.

D & T. Quintil. 1. 4. Quid D cum T quædam cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis operibus urbis nostræ, & celebribus templis legantur Alexanter & Cassantra. Sic legimus aliquando quodannis pro quotannis. In Cenotaphio Lucii Cæsaris, LIGNORUMQUE. ACERVOS. EJUS. REI. GRATIA. QUODANNIS. IBI. CONSTITUUNTUR. In Inscriptione posita Tiberio imperante, legitur etiam QUODANNIS. Ita quoque, ADQUE pro ATQUE in Inscriptione Ursi Togati reperta Romæ. FOLIO MULTO ADQUE UNGUENTO MARCIDO ONERATE AMANTES. Thes. Ant. Rom. Græv. Tom. XII. p. 402. A. Politian. Ep. IV. 9. Noris. Cenot. Pisan. §. 2. Ab ostendo fit ostentum: vice versa ex mentior fit mendax, a quatuor, quadra. Indifferenter scribunt haud, vel haut; sed vel set. D & T. sæpissime permutari a librariis observant, quos laudat Drakenb. ad Sil. 1. 11. D & CL sæpe misceri in scriptura Longobardica idem ostendit ad 2. 52.

Denique D & Z. Sic Oridia pro Oryza in excerptis Viridarii ex Apicio. AMULA BIS DE ORIDIA PROPTER SPISSITUDINEM SUPERFUNDES. Et trapedia pro trapezia apud Var. auctor. de lim. p. 248. Salmas. in Capitol. Anton. Pium c. 9. Pignor. de serv. p. 492. Gyrald. Deor. Synt. VIII. p. 277. E.

Admittit D ante se in diversis Syllabis, ex mutis B & G; ex liquidis L N R; ut abdomen, smaragdus, calda, candeo, ardeo; in eadem syllaba nullam. Post se solum R complectitur ut Draco.

D Inserit se epenthetice inter duas vocales explendi hiatus gratia, ut redigo, prodigo, redeo, redintegro, &c.

D voci in vocalem desinenti, (alia vocali sequente) ut hiatus vitaretur, veteres addebant. Quint. 1. 7. ut Latinis veteribus D plurimis in verbis ultimam adjectam; quod manifestum etiam est ex columna rostrata, quæ est C. Duilio in Foro posita. In ejus Basi PRÆDAD. ALTOD. MARID. reperias. Catull. 8. 19. At tu Catulled obstinatus obdura. Hor. Carm. 3. 14. 11. Maled ominatis Parcite verbis. Apud Plautum med & ted frequentissime pro me & te. Muret. V. L. 15. 19. Schott. obs. 11. 7. & 16. Palmer. Spic. 1. p. 619. Ciaccon. Column. Rostr. Græv. Thesaur. Ant. Rom. Tom. 4. p. 1815. B.

AD præp. ante quasvis propemodum consonas pro scribentis arbitrio vel retinet suam D vel mutat in similem, ut adfero, affero; adcurro, accurro, &c. exceptis B. V. & J. ubi manet D.

D. Nota prænominis, pro Decimus. Diomed. de A. G. l. 2. Beda l. de Orthogr.

D. E. R. I. C. notæ, quibus in Senatusconsultis scribendis utebantur, pro De ea re ita censuerunt, curatum, vel consultum est. Ut apud Gell. lib. 4. cap. 6. In formula vet. S. C. Quod C. Julius L. F. Pontifex nuntiavit in sacrario, in regia, hastas Martias movisse, DE EA RE ITA CENSUERUNT, ut M. Antonius Consul hostiis majoribus Jovi & Marti procuraret, &c.

D. datum significat, ut in extrema præfatione Institutionum, D. CP. id est, Datum Constantinopoli: & alibi frequenter.

D. Cur pro quingentis usurpetur, Puerili errore accidisse ob affinitatem hujus notæ IↃ & D. existimat Baudius, atque hinc inter literas numerorum indices, hanc minime refert. Cent. 1. ep. 97. V. Huetiana. & Priscian. de Fig. Num. p. 1345, &c.

D. Divus vel Diva, Devotus, Diutius, Drusus, Domus, Dicavit, Dedit. D. D. Deo dicavit, Dotis dictio, vel datio, Diis dantibus, Dono dedit, vel donavit, Deo domestico, Decreto Decurionum. DD. Dedicavit, vel Dedicaverunt. D. D. D. Dono dedit, dicavit; Datus decreto Decurionum, seu dono Decurionum, vel dono Decurio dedit. D. D. D. D. Dignum Deo donum donavit. D. A. vel. AUG. Divo Augusto D. C. vel CÆS. Divus Cæsar. D. C. A. Divus Cæsar Augustus. D. C. S. De consulum sententia. DD. L. M. Dono dedit libero munere. DD. NN. Dominis nostris. DD. S. Diis Deabus sacrum. D. F. Dotem fecit, vel dolum, vel donum, vel Decimi filius, vel defunctus. D. G. Dedit gratis. D. H. Donavit, vel dedit hæredibus. D. I. M. Diis inferis manibus. D. I. S. Diis immortalibus sacrum. DL. Delego. D. L. Donavit locum, vel Decii libertus, vel Dat laudes. D. L. A. P. Donum libens animo posuit. D. L. D. P. Diis locum dedit publice. D. L. S. Diis Laribus sacrum. D. M. Domus mortui, Diis manibus, Dolum malum, Dubium malum. D. M. AE. Deo magno æterno. D. M. F. V. C. Doli mali fraudisve causa. DN. Dominus. D. N. Dominus noster. DNN. Dominis. D. O. Diis omnibus, vel Deo optimo. D. O. M. Deo optimo maximo. D. P. Divus Pius, Diis Penatibus, Diis paternis, Dotem petiit. D. PP. Deo perpetuo. D. P. R. De pecuniis repetundis. D. P. S. Deposuit sibi. D. Q. Diis Quirinalibus, vel Divus Quæstor. D. Q. R. De qua re. D. Q. S. De qua supra. DR. Drusus. D. S. P. De sua pecunia. D. S. P. L. D. De sua pecunia Laribus dant, vel dedit, vel dederunt. DT. D. D. P. F. Duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam. D. T. S. P. Diem tertium, sive perendinum. D. V. Devotus vir, vel vester, vel Vestæ, vel Diis volentibus, vel Dies quintus.

DAÆ, arum. vel DAHÆ. [Δάαι] Populi Scythici, ut ait Servius. ad Virg. Æn. 8. 728.

> Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Et Pomponius inter Scythicas Gentes Dahas numerat l. 3. C. 5. Ubi tamen dubium est, annon vel Sachæ, vel Sacæ vel Sagæ legendum. V. Vadiani in Melam comment. Drakenb. ad Sil. 13. 764. Lucan. 7. 429. Plin. l. 6. C. 17. Strabo l. 11. Steph.

DABANEGONS, Regio Arabiæ, de qua Plin. lib. 6. cap. 28.

DABLA, Palmæ genus apud Scenitas Arabas, quod Juba omnibus saporibus præfert, ut author est Plin. lib. 13. cap. 4.

DACA, Poma sunt vilissima, inquit Plin. quanquam prima adventu, decerpique properantia. Hæc ille lib. 15. cap. 14.

DACAR, genus Casiæ. Diosc. 1. 12.

DACIA, [Δακία] Regio in Scythia, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Alii provinciam citra & ultra Istrum esse autumant. Hæc (ut scribit Ptolemæus) a Septentrione, parte Sarmatiæ, a Meridie Danubio terminatur: quam nonnulli Valachiam magnam esse voluerunt. Comprehendit jam Val. Moldav. & Transilv. Medio ævo fuit Cisdanubiana inter utramque Mœsiam ab Aureliano instituta, quæ in Mediterraneam Macedoniæ vicinam, & Ripensem Danubio propinquam divisa fuit. V. Vopisc. Aurelian.

c. 39. Sex. Ruf. c. 8. & Sirmond. ad Paneg. Sidonii Anthem. dict. v. 272.

DACĬCUS, [Δακικὸς] Gentile, ut & Cognomen triumphale, a Dacia devicta: sicut a Germania, Germanicus. Juv. sat. 6. 204.

---- Cum lance beata
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Dacicus, est dictus Imperator Trajanus victo Decebalo, Dacorum Rege. Dio. 88. p. 774. B. Cui primo etiam id cognomen in nummis tribuitur.

DACISIANI, milites Claudio Imperatori dicebantur, quos Nero Augustianos vocabat, utpote qui ex legionariis, alariis, & manipularibus electi, proprium aliquod, & ab aliis diversum, pro Imperatoris libito, nomen sortiebantur. Hinc Probus, Decimanos, Alexander Severus, Optensionales, Tiberius, Vigesimanos habebat, & sic de reliquis. V. Alex. ab Alex. Genial. 6. cap. 22.

DACNĀDES vel DAGNĀDES, avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ vellicando morsicandoque & canturiendo assidue non paterentur dormire potantes. Festus.

DACRȲMAS, authore Festo, Livius Andronicus sæpe posuit, pro Lacrymas, nimirum quod Græci δάκρυα appellant. Unde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma, melius sine aspiratione scribi quemadmodum vox Græca scribitur, a qua originem trahunt.

DACTȲLI Idæi, [Δάκτυλοι Ἰδαῖοι] Magnæ matris ministri & assessores dicti fuere: ea ratione nuncupati, quod sub Ida habitarent, qui mons Matri deorum dicatus credebatur, ut ait Strabo. Porro Idæos dactylos Sophocles decem existimavit, quinque mares primum natos, qui ferri fabricam excogitavere, aliaque permulta: quinque horum fuere sorores: ab hoc numero dactyli, id est digiti nuncupati. Horum vero nomina sunt, Hercules, Pæon, Epimedes, Jasius, Idas. Julius Pollux de manu loquens lib. 2. Corybantes, inquit, dactylos etiam nuncupari tradunt plerique, propter numerum, quod scilicet quinque sint: alii autem quod Rheæ administrarent omnia. Hactenus ille. Sunt qui Idæos quatuor tantum numerent, Salaminum, Damnaneum, Herculem & Acmonem. Pherecydes vero duos & quinquaginta fuisse existimat. Strabo centum Idæos dactylos in Creta habitasse scribit. Horum etiam meminit Diodorus Siculus, quem vide, & Marsh. Can. Chron. p. 256.

DACTȲLUS, i. [δάκτυλος] Græcis dicitur digitus.

Dactylus, pes metri, constans prima longa, & duabus brevibus: ut scrībĭtĕ. Herous pes a Cicerone vocatur, lib. 3. de Orat. C. 47. quod eo potissimum cantantur facta heroum & principum.

Dactylus, piscis genus e concharum genere. Plin. l. 9. c. 61. Concharum e genere sunt dactyli, ab humanorum unguium similitudine appellati. His natura, in tenebris, remoto lumine, alio fulgore clarere; & quanto magis humorem habeant.

Dactylus, Gemma. Plin. l. 37. c. 10. Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.

Dactylus, Herba. Plin. l. 24. c. 19. Sunt qui & aculeatum gramen vocant trium generum. Quum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon vocant. Hos convolutos naribus inferunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero quod est Aizoo simile, ad paronychia, & pterygia unguium, & quum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis aut tegulis.

Dactyli pro fructibus palmæ arboris, quos Græci φοίνικας, Latini alias Palmulas vocant Plin. 24. 19. V. Spanh. de usu & præst. numm. diss. 6. p. 348. Apicius. Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque, his denique dactylis nunc mollitis est. Hinc medicamentum, quod vulgo dicitur De dactylis, vel Græcis diaphœnicon.

DACTYLĬCUS, Adj. [δακτυλικὸς] Cic. in Orat. 191. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

DACTYLIŌTES, [δακτυλιώτης] Digitus est qui Latinis sonat annularis. Pollux lichanon appellat. Romani vero annularem seu medicum. Illo enim, quum veniam poscebant a diis, locum Nemeseos (quæ dea ultrix malorum fuit, fautrix autem bonorum) post aurem dextram obsignabant. Alex. ab Alex. l. 5. c. ult.

DACTYLIOTHĒCA, æ. [δακτυλιοθήκη] Annulorum capsula; δακτύλιος enim annulus est, θήκη capsula, sive arcula ubi quid reconditur. Ulpian. in l. librorum. §. fin. de legat. 3. Dactyliothecam meam, & si quos præterea annulos habeo, &c. Paul. l. argento. de leg. 3. D. Annulis legatis dactyliothecæ non cedunt. Ita Martial. 11. 60.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos,
Nec, quum lavatur. Causa quæ sit quæritis?
Dactyliothecam non habet.

Romani Dactyliothecas integras Templis quandoque sacrarunt; ut patet ex Plin. 37. 1. extr.

DACTYLIUS, i. m. Annulus [δακτύλιος.]

DACTYLIDION, [δακτυλίδιον] Annulus sine gemma, aut sigillo, Gualtherus apud Polluc. lib. 5. cap. 16. vertit Condulum.

DACTȲLIS, idis. Sculptoris insignis nomen, cujus laudata opera in hortis Servilianis haberi refert Plin. lib. 36. cap. 5.

DACTȲLIS, ĭdis. f. ut Dactylides vites, dictæ a gracilitate digitali: vel fortassis quod grana habeant dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. lib. 14. cap. 3. Has etiam Dactylos vocat Columl. lib. 3. cap. 2.

DACTYLŌTUM, i. n. [δακτυλωτὸν] Genus quoddam vasis vinarii, sic dictum ex projecturis digitorum, quo Dionysius aliquando libasse fertur. Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 10.

DACUS, i. [Δᾶκος] sive Daca, æ. Nomen Scythicæ gentis, de qua V. in DACIA. Conf. Plin. l. 4. c. 12. Olim, teste Strab. lib. 7. Davi sive Δάοι appellati sunt. Ex quo apud Athenienses Davorum nomina servilia plurimum abundabant. Hinc factum est, ut in Comœdiis inter servilia nomina Davus sæpe compareat, a patria videlicet petitum, ut Geta, Syrus, Mysis & alia ejusmodi.

Asper Dacus. Horat. 1. Carm. 35. 9. cum Daci dicuntur, prior Syllaba vocis producitur, corripitur cum Dacæ: ut observavit L. Hortensius ad Lucan. p. 102. conf. Virg. Georg. 2. 497. Stat. 1. Silv. 1. 7. Sen. Thyest. v. 47. & 602. verum intercedit Drakenb. ad Sil. 13. 764. ac in talibus Dahas, vel Daas legendum contendit.

DACUS, a, um. pro Dacicus, quod est a Dacia. Spartianus, ad bellum Dacum Trajanum familiarius prosequutus est.
Prælia Daca. Stat. 4. Sylv. 2. 67.

DACIUS, etiam adj. [δάκιος] ut Arma Dacia. Claud. 4. Paneg. 335. al. Dacicus. q. V. col. sup.

DADĬCÆ, populi Scytharum ex parte Asiæ, ut scribit Herodot. lib. 4.

DADŪCHUS, [Δαδοῦχος] Maximus erat sacerdos apud Athenienses Herculis Stephanophori. V. Alex. ab Alex. Genial. 2. cap. 8.

DÆDĂLA, n. Urbs Lyciæ, a monte Lyciæ, seu a Dædalo ibi sepulto. Cariæ attribuit Plin. l. 5. c. 27. extr.

DÆDALA, Festum esse Platæensibus observatum est. Hujus ortum ex fabula quadam cœpisse memorant, quam vide apud Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. ult. V. Pausan. in Bœot.

DÆDĂLUS, [Δαίδαλος] Atheniensis, Euphemi, vel ut alii tradunt, Palamaonis vel Eupalami F. arte fabrili clarus, cujus historiam vide apud Diodor. lib. 5. Ovid. Met. 8. 152. &c. Virg. Æn. 6. 14. Hygin. F. 39. seq. & 274. Pausan. in Achaïc. & Bœot. Plin. Apollod. Ex hujus artificis excellentia natum proverbium, ut clara opera, Dædala appellentur. V. MINOTAURUS. [Dædalum potius ἀπὸ τῶν δαιδάλων nomen invenisse probabiliter statuit Pausan. l. c.

Fuit & Dædalus alter, de quo Plin. lib. 34. cap. 8. Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit.

Volucer Dædalus. Valer. 1. Argon. 704.

DÆDĂLUS, a, um. [δαίδαλος] Adj. per Syncop. pro δαιδάλεος.

Dædala, a varietate rerum, artificiorumque dicta est apud Lucretium lib. 1. 228. Terra, apud Ennium Minerva, apud Virgilium Circe, ut author est Festus, a verbo Græco δαιδάλλειν, quod significat variare. V. ibi Dacer.

Claustra Dædala. Sen. Hippol. 12. significat Labyrinthum.
Natura. Lucret. lib. 5. 235.
Signa, id est Artificiosa. Lucret. lib. 5. 1450.
Tecta, id est Ingeniosa. Virg. 4. Georg. 179.

DÆDALEUS, adj. idem.
Iter Dædaleum. Propert. 2. lib. Eleg. 14. 8.
Ope Dædalea Hor. Carm. 4. 2. 2.

DÆDALEON, Insulæ duæ contra Chimæram. V. Plin. lib. 5. cap. 31. [i. e. Dædalensium a Dædalis Cariæ, de quo oppido V. supra.

DÆMOGORGON, [Δαιμογοργὼν] Latine dicitur Deus terræ: quo nomine veteres intelligebant Naturam, rerum omnium matrem & altricem.

DÆMON, ŏnis. [Δαίμων] dicitur quasi δαήμων, i. e. sciens, Latine Genius. Plato in Cratylo p. 398. Lactant. 2. 14. Chalcid. in Timæum Platonis, & Lud. Viv. in August. de Civ. D. 9. 20. Dæmones dicuntur a Christianis spiritus in cœlo a Deo creati, qui de cœlo dejecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aere damnati sunt. De varia significatione hujus vocis V. Dausquejum in Basil. Seleuciens. p. 62. &c. Generaliter Dæmon vocatur quivis Deus vel Dea: sed interdum Diis contradistinguitur; de quorum distinctione Plotinus Ennead. 8. 3. De Dæmonibus plurima apud Voet. part. 1. disp. Theol. 906. &c. Suicer. in Thes. De consuetudine colendorum Dæmonum Barth. ad Briton. Aremor. p. 661.

DÆMONIĂCUS, qui a dæmone possidetur. Firmicus lib. 3. cap. 6. Insanos, Lunaticos, dæmoniacos facient. Lactant. 4. 15.

DÆMONICŎLA, August. de Civ. D. 18. 4. Licet hanc vocem benignius olim interpretati fuerint, a multis tamen jam seculis nonnisi in malam partem audiri consuevit.

DÆMONĬCUS, Adj. [δαιμονικὸς] ut, Dæmonicæ fraudes apud Lactantium. V. Tertull. de Anima c. 36. 46. & 50.

DÆMONION, divinum quiddam esse existimabat Socrates, cui parebat, teste Cic. in 1. lib. de Divin. 122. (conf. Apul. Apol. pag. 189. Tertull. Apol. c. 21.) Idem in lib. de Univers. 34. inquit, Reliquorum autem quos Græci δαίμονας appellant, nostri (opinor) Lares, si modo hoc recte conversum videri potest.

DAER, [δαὴρ] Græcis est mariti frater: Latinis Lævir, quod & Alciatus probat. At mariti soror Glos a nobis, ut Rhodiginus ait, dici potest. Idem Alciatus, quin & alii observarunt, haud recte ab Accursio Lævirum uxoris fratrem, quasi Lævum virum acceptum, quum Lævir solum sit mariti frater.

DÆTA, [Δαίτη] Soror fuit Thyestis, cum qua rem habens Enorchum genuisse memoratur, a quo Dionysius Enorches apud Lycophronem dictus est. V. Cæl. lib. Antiq. lect. 7. cap. 13.

DAGNĀDES, V. DACNADES supra.

DAGON, [Δάγων] Deus fuit a Phœnicibus cultus, Cæli filius ab eis existimatus, & Saturni frater. De hoc in primo Regum cap. 5. multa leguntur, quum in ejus templo captam arcam Domini Philistæi reposuerunt, magno sui periculo, & majore miraculo. Meminit & Suidas. Hunc Phœnices frumenti & aratri inventorem putabant. Philo Bibl. Plura Selden. de Diis S.

DAHÆ, V. supra DAÆ.

DAHIPPUS, Statuarius nobilis, cujus opera enumerat Plin. lib. 34. cap. 8.

DAI, [Δάοι] Persarum populi, omnes pastores. Herodot. lib. 2.

DALE, [Δάλη] Oppidum in Teuthrania regione, quam Mysi antiquitus tenuere. Plin. lib. 5. cap. 30.

DALION, [Δαλίων] Fluvius prope Pylon, de quo Strab. lib. 8. Duo quoque prope fluunt amnes, Dalion & Acheron, Alpheum intrantes.

DALION, Herbarius, cujus meminit Plin. lib. 20. cap. 17.

DALĪVUM, supinum ait esse Aurelius, Ælius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Græci δείλαιον, id est, propter cujus fatuitatem quis misereri debeat. Ex Festo.

DALMATIA, [Δαλματία] regio Illyrica ad mare Adriaticum spectans, contermina Liburniæ versus Occasum, quam Delmatiam potius dicendam

cendam esse Velius Longus affirmat de Orthograph. pag. 102. quod veteres etiam inscriptiones & nummi confirmant. Nummus Hadriani, MET. DELM. i. e. Metallum Delmaticum. A qua Dalmatæ populi, qui (ut scribit Florus) plerumque in sylvis degunt, inde ad latrocinia promptissimi. Ii ab Augusto Cæsare domiti fuere, ut scribit Appianus. Dalmatia plurimum auri profert, ut scribit Plin. lib. 33. cap. 4. De rebus suis in Dalmatia gestis Vatin. ap. Cic. 5. Fam. 10.
Frondens Dalmatia. Claud. 2. in Ruff. 5. 38.
Montana Dalmatia. Ovid. 2. de Ponto. 2. 78.

DALMATA, æ. Qui ex Dalmatia est. Cic. 5. Fam. 11. Dalmatis dii malefaciant, qui tibi molesti sunt.
Dalmatæ montes. Stat. 4. Sylv. 7. 14. V. DALMATIA.

DALMATENSIS, e. Adj. Vopisc. Claud. cap. 17. Singiliones Dalmatenses.

DALMATICUS, a, um. Adj. ut
Bellum. Sueton. Aug. c. 20.
Fluctus. Lucan. 2. 402.
Frigus. Cic. ad Fam. lib. 5. 10.
Metallum, pro Auro. Stat. 1. Sylv. 2. 153.
Vestis, quæ in Dalmatia primum confecta, & illinc Romam allata est. Isidor. 19. 22.

DALMATICATUS, Dalmatarum vestibus indutus. Lamprid. in Commodo, cap. 8. Dalmaticatus in publicum processit. V. ibi Casaub. & conf. Lamp. de Heliog. 26.

DALMATICUS, Viri nomen proprium. Cic. Post redit. ad Quirit. 6. Dalmaticus pro Q. Metelli reditu deprecatus. Al. leg. Diadematus. V. Ursin. Grut. & Græv. ad loc.

DALMINIUM, [Δαλμίνιον] Ptol. Delminium, Dalmatarum ampla civitas, a qua & cognomen gens illa vendicat. Eam Nasica exilem reddidit, agrumque desolatum pecori pascendum reliquit, ut auctor est Strabo, lib. 7.

DAMA, Mulieris proprium nomen, quam Pythagoræ fuisse filiam memorant, cujus ingenium & doctrinam in exponendis paternis sententiarum involucris, nemo non mirabatur. Cæl. Rhod. Antiq. lect. lib. 14. cap. 1.

DAMA, apud Syros servorum peculiare nomen, sicut Lacedæmoniis dicebantur Helotæ, apud Phryges Manes, & apud alios aliter. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20. Turnebus Adversf. 6. 4. in illud Horatii, 2. Sat. 5. 18. Visne tegam Spurco Damæ latus? &c. Dama, inquit, nomen servile est, diminutionis forma a Demetrio deductum, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perveniebant, etsi pro vilissimis & fordidissimis semper habebantur, quod ex his Senecæ verbis probat; Idem res dicebat omnium sordidissimas acetum, & puleium, & Damam, Phileroten, laternas & spongias. Hæc ille.

DAMA, æ. [δορκὰς] Genus capræ sylvestris, tam m. quam f. Virg. 8. Ecl. 28.
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Hor. 1. Carm. 2. 12.
Et superjecto pavidæ natarunt Æquore damæ.
Veloces damæ. Sen. Hippol. 1.
Agitare damas. Ovid. 10. Met. 539.
Figere damas. Virg. 1. Georg. 308.

DAMÆTHUS, [Δάμαιθος] Cariæ rex fuit, qui filiam suam nomine Syrnam, Podalirio, quod tecto delapsam eam, misso ex utroque brachio sanguine, persanasset, in uxorem dedit, tradita in dotem Chersoneso. Hæc Cælius, apud quem plura, lib. 13. cap. 13.

DAMÆUS, [Δαμαῖος] Neptunus cognominatus, quod primus artem domandi equos docuerit, unde & Hippium appellari etiam legimus, quasi dicas Equestrem. Ex Cæl. Lect. Antiq. lib. 14. cap. 18.

DAMALIO, [δαμάλιον] Lamprid. in Alexand. cap. 22. Jussit ne quis fuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis damalionem. Ad quem locum Salmasius; Damalio vox Græca quam Latini suam suo more fecerunt.

DAMALIS, Fœmina bibax. Hor. 1. Od. 36. 13.

DAMASCENE, Syriæ pars, quæ & Cœle & Mesopotamia dicitur, circa Libanum: sic dicta a Damasco clarissima civitatum. Auctor Pompon. Mel. lib. 1. 11. 3. Nunc.vocatur, *Terra di Damasco*. Testis Olivarius in Melam. Plin. 5. 12.

DAMASCENUS, Adj. [Δαμασκηνὸς] Plin. lib. 15. cap. 13. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syriæ Damasco cognominata. De Prunis loquitur.
Damascenus Joannes, a Patria ita dictus, floruit circa A. C. 731. Pater Ecclesiæ, ac Historicus, de quo Vossius de Hist. Græc. 2. 24. & Jo. Arnd. Lex. Antiq. Eccl. p. 1051.
Damascenus Damascius, Stoicus Philosophus sub Juliano, Sec. 6. de quo Suidas, Photius 130. & 180. & Vossius loc. dict. c. 22.
Damascenus Nic. Historicus & Philosophus ipsi Aug. Cæsari familiaris, de quo Vossius loc. dict. c. 4. p. 142.

DAMASCUS, [Δαμασκὸς] Syriæ urbs. V. Plin. 5. 18. a qua Damascene regio dicta. De Damasco sic Strabo, lib. 16. Damascus urbs est insignis, omnium fere nobilissima quæ in ea sint regione, Persiæ vicina. A Damasco servo Abrahæ est condita, & olim *Ara* dicta, ut testatur Hieron in Ef. c. 17.
Ventosa Damascus. Lucan. lib. 3. 215.

DAMASIA, [Δαμασία] Oppidum Vindelicorum, & veluti arx quædam Lycattiorum, qui ad Vindelicos pertinent. Strab. lib. 4.

DAMASICHTHON, onis. m. Niobes filius, cum sex fratribus ab Apolline cæsus. V. Ovid. 6. Met. 254. & in Ibin, 581.

DAMASIPPUS, L. Junius Dam. familia plebeja, Mariano tumultu præturam nactus, C. Marii adolescentis jussu, omnem nobilitatem, quæ in Urbe erat, dum ad Sacriportum pugnatur, crudelissime occidit. Sed paulo post, cnm in potestatem Syllæ victoris pervenisset, ab eodem jugulatus pœnas facinorum dedit. Liv. Epit. l. 86. Sall. Catil. c. 51. Valer. 9. 2. Vellej. 2. 26. Oros. l. 5. c. 20.
Damasippus, Licinius, Senator Jubam regem victorem Uticam ingredientem comitatus. V. Cæs. 2. Bell. Civ. 44. de ejus morte Hirt. Bell. Afr. cap. 96.
Damasippus, Histrio, cujus meminit Juvenal. 8. Sat. 185.
Damasippus, lignorum & vasorum antiquorum Mercator, apud Hor. 2. Sat. 3. 16, & 64. ubi Lambinus eundem esse suspicatur de quo agit Cic. 7. Fam. 23.



DAMASITHYNUS, Unus fuit e ducibus Xerxis Persarum regis, teste Herodoto, lib. 7.

DAMASSONIUM, [δαμασώνιον] Herba est, plantaginis folia habens, angustiora tamen, & in terram reflexa. A Dioscoride Alisma appellatur. Nonnulli putant eam esse, quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat: alii illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur. V. Plin. lib. 25. cap. 10. & Galen. lib. 6. Simpl.

DAMASTES, Sigeensis, Hellanici discipulus, qui tempore Herodoti scripsit genealogiam eorum qui Trojam obsederunt, &c. V. Suid. Strab. lib. 14. Val. Max. 8. 13. 6. extr. Voss. de Hist. Græc. 1. 2. & 4. 5.

DAMASUS, [Δάμασος] Democriti frater, teste Plin. l. 18. c. 35. Stat. 8. Theb. 495.
Damasus Scombrus, Trallibus oriundus, clarus & gravis orator fuit, ut refert Strabo, lib, 14. quem vide.
Damasus, [Δάμασος] Romanæ urbis episcopus quidam fuit, Hieronymi tempore, ut ipse testatur. Meminit & Cælius Antiq. lect. lib. 14. cap. 8. V. Voss. de Hist. Lat. cap. 8. pag. 200.

DAMEA, Civitas inter Ciliciam & Cappadociam Apamea postea dicta, quam sic vocatam initio ferunt, quod ferocissimas gentes domuisset. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

DAMEAS, vel Damias Nobilis statuarius, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

DAMIA, Dea fuit, quam peculiari religione cum Auxesia Epidaurii coluere, de quibus V. in 5. lib. Herodoti, & supra in AUXESIA.

DAMIA, cognomen Bonæ Deæ. V. mox DAMIUM.

DAMIATRIX. V. ibid.

DAMIANUS Ephesius, Sophista nobilis: circa M. Antonini principis tempora divitiis ac potentia inter suos præditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiæ quoque genus secundum naturam imitatus. Auctor Philostratus in Sophistis l. 2.

DAMIS, [Δάμις] Philosophus fuit, Apollonii Tyanei comes, de quo plura apud Philostratum de vita Apollonii. Meminit hujus & Cæl. lib. 6. cap. 12.

DAMIUM, Sacrificium, quod fiebat in operto, in honorem Bonæ Deæ, dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, id est publicum, Dea quoque ipsa δαμία & sacerdos ejus δαμιὰς appellabatur. Hæc Paullus, apud Festum; Sed vera nominis ratio est, quia fiebat pro δῆμῳ sive populo. Unde de hoc sacrificio Juven. 9. Sat. 117.
Pro populo faciens, quantum Laufella bibebat. V. Voss. Etym. p. 174. Eundem de Idolol. 11. 16. Scalig. & Dacer. ad Fest.

DAMIURGI, [δημιουργοὶ] apud Dorienses vocantur, Qui publica negotia resque civitatis administrant, qui similes sunt iis, qui ab Atheniensibus Demarchi vocantur, id est tribuni. Demiurgos vocat Hesychius. Livius, 38. 30. Et sub adventum, inquit, consulis Damiurgis civitatum, qui summus est magistratus, &c. De Peloponnesiis loquitur, quo factum est ut Damiurgos Dorice dixerit. ἐπιδημιουργὺς appellat Thucydides, lib. 1. Turnebus Adversf. 14. 11. V. infra DEMIURGUS.

DAMMANITANI, Hispaniæ citerioris populi, in conventu Cæsaraugustano, inter stipendiarios a Plinio numerati, l. 3. c. item 3. Harduin. legit simplici M. Al. cod habent Daminitani.

DAMNANEUS, Unus ex Idæis Dactylis. V. in dictione DACTYLI Idæi.

DAMNIA, Regio in Arabia, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

DAMNUM, i. n. [ζημία, βλάβη] Detrimentum, Jactura. Jurisconf. in l. 3. D. de damn. infect. Damnum & damnatio a demptione & quasi diminutione patrimonii dicta sunt.
Damnum est, nisi eo ad mercatum venio. Ter. Adelph. 2. 2. 23.
Damnum ex tempestate. Cato, de R. R. cap. 3. Si cito sustuleris, & vasa parata erunt, nihil damni erit ex tempestate.
Damna & detrimenta. Cic. 1. de Legib. 61.
Jactura atque damnum. Cic. 1. de Lege Agr. 21.
Damni injuria. Cic. pro Rosc. Com. 32.
Acerba damna. Claud. Gigantomach. 20.
Fatalia damna. Ovid. 1. Trist. eleg. 7. 47.
Fatalia damna Jurisconsulti vocant, Quæ accidunt etiam quantumvis cautis & prudentibus, quæque nullo modo præcaveri possunt. Itaque ad ea præstanda nemo obligatur. L. duobus. §. Damna. D. pro socio.
Flebile. Claud. 2. in Ruff. 5. 46.
Gemina. Claud. in Conf. Stilich. 384.
Gravius. Ovid. 7. Met. 552.
Leve. Ovid. 14. Met. 197.
Reparabile. Ovid. 1. Amor. 14. 55.
Speciosum damnum id vocamus quod speciem quandam exhibeat nobis non contemnendæ utilitatis, quum tamen re ipsa noxium sit maxime. Hoc epitheto apposite usus est Ovid. lib. 11. Met. v. 133. ubi Midæ fabulam enarrat.
Tenue. Claud. de Bell. Get. 5.
Turpia. Claud. de Bell. Gild. 189.
Accedere damnis. Ovid. de Nuce 47.
Augeri damno. Ter. Heaut. 3. 4. 15.
Capere damnum. In CAPIO.
Certare damnis. In CERTO.
Coercere damno aliquem. Cic. 3. Off. 23.
Cogere damno aliquem. Cic. 1. Philipp. 12.
Contrahere damnum in re aliqua. Cic. 5. de Finib. 91. Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.
Dare damnum aut malum. Ter. Andr. 1. 1. 116.
Decidere damnum, pro Solvere, præstare, sarcire damnum. l. Si servus communis. §. quod vero. D. de furt.
Dissoluta & compensata damna. In COMPENSO.
Facere damnum. Cic. de Clar. Orat. 135. Damnum enim, illius immaturo interitu, res Romanæ Latinæque literæ fecerunt.
Factum damnum in aliquo. Cic. ad Fam. lib. 10. 28. Magnum damnum factum est in Servio.
Facis nihil damni quod. Cic. ad Fam. lib. 7. 33. Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis.

Ferre damnum cum pudore. Ovid. 3. Amor. 6. 34.
Gubernare damna belli. Sil. lib. 10. 271.
Levare damna. Ovid. 1. Fast. 367.
Pensare. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 126.
Plangere. Stat. 11. Theb. 114.
Præbere materiam damno. Ovid. 2. Met. 213.
Rependere damna. Ovid. Epist. 15. 32.
Resarcire. Cic. ad Fam. lib. 1. 9. In meis damnis ex auctoritate Senatus resarciendis.
Damno esse. Plin. in proœmio lib. 14.
Credulitas puellis damno esse solet. Ovid. Epist. 17. 39.
Damnum infectum. est Damnum nondum factum, quod futurum veremur. Caius l. 2. De dam. infect. V. INFECTUS.
Damni infecti promittere. Cic. in Topic. cap. 22. Siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, &c. Ubi Boethius, Damni infecti promissio est, quoties quis promittit, si quod damnum ejus opera contigerit, sua restitutione esse pensandum.
Damni refecti cavere alicui. Paulus in l. Prætoris. D. de dam. inf.
Damni, sive ejus quod interest tres sunt species. Prima ejus, quod neque a lege, neque ex partium conventione definitum est, ideoque probandum, & quantumcunque erit, adjudicandum, ex regula tamen l. unic. C. sentent. quæ pro eo quod interest, & appellatur Id quod interest. Altera autem species ejus est, de cujus summa integra, & quantumcunque futura est inter partes convenit, quæ in jure appellatur pœna. l. ultim. D. de præt. stipul. l. 8. §. 2. D. rem. rat. haber. Tertia species ejus est, de cujus summa non integra, nec quantacunque ad extremum esse potest, sed quanta sit per singulos menses, ipso jure definitum est, sic ut quamvis pluris vel minoris intersit, sola tamen ea summa præstetur, ut patet ex l. ult. D. de peric. & comm. rei vendit. Et hæc quoniam ab usus diuturnitate pendet, Usura, sive interusurium appellatur.

**DAMNŌSUS**, Adject. [ζημιώδης, ἐπιζήμιος, βλαβερός] Quod infert damnum. Plaut. Bacch. 1. 2. 9.
Alea damnosa. Martial. lib. 14. 18.
Artes. Ovid. 2. Met. 215.
Curæ. Ovid. de Rem. Amor. 69.
Dies. Hor. 3. Carm. 6. 45.
Dolus. Nerat. in l. Si procurator. D. de dol. mal. except.
Ganeo damnosus. Ter. Heaut. 5. 4. 11. [Sed in emendatis codd. comma interponitur. V. infra.
Gaudia. Claud. 3. Paneg. 334.
Hæreditas. Julianus in l. Si hæreditatem. D. Mandat.
Libido. Hor. 2. Epist. 1. 107.
Mora. Ovid. 11. Met. 376.
Mulier famæ reique damnosa. Liv. 9. Bell. Maced.
Senectus. Ovid. 3. Trist. 7. 35.
Superbia. Ovid. 3. de Arte Am. 509.
Venus. Hor. 1. Epist. 18. 21.
Virtus. Ovid. 10. Met. 707. i. e. Fortitudo.
Voluptas Veneris. Ovid. 1. de Ponto, 9. 33.
Compar. Ovid. 3. Amor. 6. 99.
Damnosus pecori curris, damnosior agris.
Nihil est damnosius deserto agro. Plin. lib. 8. cap. 5.
Damnosus, Profusus & nequam. Suet. in Neron. cap. 13. Non in alia re damnosior, quam in ædificando.

**DAMNŌSE**, Adv. [βλαβερῶς] ut, Damnose bibere. Hor. 2. Serm. 8. 34.

**DAMNIFĬCUS**, [ζημιῶν] Qui facit damnum. Plaut. Cist. 4. 2. 62. Imitatur nequam bestiam & damnificam.

**DAMNIGERŬLUS**, [βλαβηφόρος] Idem. Plaut. Truc. 2. 7. 1. Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones.

**DAMNO**, [καταγινώσκω, καταδικάζω, ἀποδοκιμάζω, κατακρίνω] āre. Quintil. lib. 3. cap. 6. Et M. Tullius non dubitavit aliquos suos libros jam editos aliis postea scriptis jure damnare.
Aciem damnare. V. ACIES.
Damnare reos & Absolvere, opponuntur. Ovid. 15. Met. 41.
In uno facto damnandus. Ovid. 7. Met. 402.
Moras damnare. Ovid. 13. Met. 577.
Damnatur in totum hæc herba. Plin. lib. 12. cap. 12.
Damnare, genitivo aliquando jungitur, aliquando ablativo. Quando autem genitivo, subintelligitur fere ablativus Crimine, scelere, aut simile, quod addit Ovid. 5. Fast. 624. Sceleris crimine damnat avos. De Constructione h. v. V. Vall. l. 3. C. 32. Voss. de Constr. C. 26.
Ambitus damnari. Cic. de Clar. Orat. 180.
Furti & pro socio damnatum esse. Cic. pro Flacc. 43.
Infelicitatis tempora damnare. Quintil. lib. 10. cap. 2.
Injuriarum. Cic. 5. Verr. 107.
Majestatis. Cic. 1. Philip. 23.
Peculatus damnatum esse. Cic. 2. Verr. 39.
Prævaricationis aliquem damnare. Plin. Epist. 9. 3.
Rei capitalis damnari. Cic. de Senect. 42.
Sceleris. Ovid. Rem. Amor. 3.
Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido.
Absolvere hominem mentis crimine commotæ, & sceleris eundem damnare. Cic. ad Att. lib. 7. 12.
Sordium. Plin. lib. 1. Epist. 36.
Stultitiæ damnare aliquem. Cic. in Partit. 134.
Tarditatis damnari. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Veneficii damnatus. Tacit. Ann. lib. 12. 66.
Jungitur etiam genitivo significanti Pœnam: ut Damnari octupli. Cic. 5. Verr. 28. Expecto vim edicti, severitatem Prætoris: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium.
Damnare de vi. Cic. ad Brut. 12. Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, &c.
Damnare de suspicionibus, i. e. Ex suspicionibus, per suspiciones. Ulpian. in l. absentem. D. de pœnis.
De pecuniis repetundis damnari. Cic. pro Cluent. 116.
De majestate damnatum esse. Cic. 2. Verr. 23.
Damnari ad aliquem. Plaut. Rud. 5. 1. 2. Quem modo damnavit ad recuperatores Pleusidippus?
Partem damnatur in unam. Ovid. 11. Met. 118.
Cætera sunt hominis: partem damnatur in unam,
Induiturque aures lente gradientis aselli. De Mida.
Capite aliquem damnare. Cic. 1. Tusc. 50. & 4. ad Heren. 33.
Crimine. Cic. 4. Verr. 100. Daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine.
Nomine sceleris conjurationisque damnari. Cic. 5. Verr. 11.
Judicio damnari. Cic. 1. Philipp. 21.
Turpi judicio damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 7.
Senatus decreto mea facta non damnasti. Ovid. 2. Trist. 131.
Ipsa hominum opinione tacita damnatum esse. Cic. pro Cluent. 7.
Primis sententiis damnatum esse. Cic. 1. de Orat. 231.
Per arbitrium damnari. Cic. pro Sex. Rosc. 114.
Damnare fastidio aliquid. Plin. lib. 11. cap. 2. Quapropter quæso, ne hæc legentes, quoniam ex his spernunt multa, etiam relata fastidio damnent, quum in, &c.
Damnare odio. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 6.
Additur interdum dativus significans Personam, quæ in causa vincit. Sen. de Benef. lib. 6. Sic debitori creditor sæpe damnatur, ubi ex alia causa plus abstulit, quam ex credito petit.
Damnari indicta causa dicuntur, Qui causam non dixerunt, neque defenderunt, & inauditi sunt. Curt. lib. 8. de Calisthene. Cic. 1. de Legib. 42. Ut Dictator qui esset, quem vellet civium indicta causa, impune posset occidere, i. e. Non prius auditum, ut nunc loquimur.
Damnari inauditum. In INAUDIO.
Damnari votorum, vel votis. Virg. 5. Ecl. 80.
Ut Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis. Ubi Servius, Quum tu deus præstare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota solvenda: quæ antequam solvantur, obligatos, & quasi damnatos homines retinent. V. & Ind. Erythræi v. DAMNABIS. Periz.
Damnare caput, pro Morti dare. Virg. 4. Æn. 699.
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat: Stygioque caput damnaverat Orco.
Damnare, pro Reum peragere, sive condemnari facere. Tacit. 3. Ann. 36. Abolitas leges, & funditus versas, ubi in foro, in lumine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub judice damnavisset, probra sibi, & minæ intendantur.
ad Sanctii Min. 4. 4. 14.
Damnare, Liberare. Virg. 12. Æn. 727.
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum. Servius.
Tributis damnantur. Tacit. in lib. de Germ. 29. (vulgo hic legitur Contemnuntur. V. Gronov. in loc.) ubi, Rhenano auctore, Damnare, pro Multare accipitur: in qua quidem significatione Livius etiam usurpare consuevit; ut lib. 5. Decad. 4. Multos pecuarios damnarunt.
Damnare, pro Obligare. l. si filius. D. de divort. Damnandum, inquit, eum, quanti mulier litem juraverit. Item de leg. 1. l. cum filio. Hæredem, inquit, mihi dare damnaverit. Hinc Damnatus, pro Obligatus legitur.

**DAMNĀTUS**, Partic. [κατεγνωσμένος] ut, Damnatus morti. Lucret. lib. 6. 1230.
Caput damnatum. Lucan. lib. 2. 307.
Crimine falso, mortis damnatus. Virg. 6. Æn. 430. [Nisi Morti legendum.
Causa prope convicta & damnata. Cic. pro Cluent. 7.
Damnatum vivere paci. Sil. lib. 3. 33.
Damnatus calumniæ publici judicii. l. 1. §. si quis tamen. D. de postul.
Damnatus longi laboris. Hor. 2. Carm. 14. 19. Scil. pœna.
Damnatus crimine. in l. 1. §. 1. D. de postul.
Ablativo etiam pœnæ. Cic. 1. Tusc. 50. Sed plurimi contra nituntur, animosque quasi capite damnatos, morte mulctant.
Compar. Cic. in Pison. 97. Quis te miserior, quis te damnatior, qui neque scribere ad Senatum, a te bene Remp. esse gestam, neque præsens dicere ausus es? i. e. Quem justius quis judex posset condemnare, quam te?

**DAMNATŪRUS**, [καταδικασθησόμενος] Partic. Ovid. 7. Met. 834.
Damnatura sui non est delicta mariti.

**DAMNATIO**, ōnis. f. [καταγνωσις, κατάκρισις] Plin. lib. 28. cap. 6. Metuens damnationem.
Reorum acerbissimæ damnationes, cui opponitur, Libidinosissimæ liberationes. Cic. in Pison. cap. 87.
Ducere damnationem. Cic. 4. Verr. 100. Quum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos: docuissemque hanc damnationem duci non oportere, &c.
Esse in damnatione. Plin. lib. 20. cap. 11.
Eximere reum damnatione. Paul. in l. exceptio. D. de exceptio.

**DAMNAS**, [κατεγνωσμένος] pro Damnatus, apud Jurisconsultos. Marcellus in l. damnas. D. de usu & usufruct. per leg. dat. Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto. Ulpian. l. 4. §. ult. V. etiam Quintil. 7. 9.

**DAMNATORIUS**, Adject. [καταγνωστικός] Cic. 5. Verr. 55. Verres in Xenonem judicium dabat illud suum damnatorium de jugerum professione.
Damnatoria tabella, apud Suetonium in Augusto, cap. 33. V. TABELLA.

**DAMNĀTUS**, ûs. Idem quod Damnatio. Plin. lib. 7. cap. 44. Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis a damnatu suo.

**DAMNATĪVUS**, Gloss. Gr. Lat. & Tertull. de Præscript. cap. 34.

**DAMNABĬLIS**, Treb. Poll. 30. Tyrann. cap. 17. Sidon. 6. Epist. 1. Salvian. lib. 6. Gub. Dei, p. 215. & 4. p. 133. & Fulgent. Epist. ad Theod. de Conversf.

**DAMNABILITER**, Augustin. Epist. 23. & Fulgent. ad Donat.

**DAMŎCLES**, V. DEMOCLES.

**DAMOCRĂTES**, V. DEMOCRATES.

**Damocrita**, [Δαμοκρίτα] Matrona fuit Spartana, Alcippi civis clarissimi uxor, De cujus amore ac fide erga conjugem & Fortitudine V. in Alcippus.

**Damoetas**, [Δαμοίτας] Nomen pastoris, de quo Virg. in Bucol. Dic. mihi Damoeta, &c. Ec. 3. v. 1.

**Damon** & Pythias, al. Pynthias, Pythagorei [Δάμων καὶ Πυθίας] hoc animo inter se fuerunt, ut quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset; & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies, commendandorum suorum causa postulavisset: vas factus est alter ejus sistendi: ut, si ille non rediret, moriendum esset ipsi. Qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. Hæc Cic. 3. Offic. 45. Meminit & Valerius de Amicitia. 4. 7. Ext. 1. Lat. Pacat. Paneg. Theod. cap. 17. & Lactantius, 5. 18.

**Damon**, ōnis. [Δάμων] Atheniensis musicus fuit Clarissimus, qui (ut plerique consentiunt) remissam reperit harmoniam, quæ mixolydio contraria est, jados autem persimilis. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 3. & Nepos. 15. 2. 1.

**Damon** Cyrenæus, de Philosophia scripsit, cujus meminit Plin. 7. 2. Voss. de Hist. Græc. c. 3. p. 270.

**Damophila**, Græca poëtria uxor Pamphili, socia Sapphus poëtriæ, poemata multa conscripsit, partim amatoria, partim in Dianæ laudes, ut est Author Philostratus in vita Apollonii.

**Damophilus**, Sophista, quem nutrivit Julianus Consul sub M. Antonino principe: scripsit ad Lollium Maximum de vita Priscorum, & quædam alia, Suidas.

Damophilus, Plastes & pictor. Plin. lib. 35. cap. 12. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus, iidemque pictores: qui Cereris ædem Romæ ad circum maximum utroque genere artis suæ excoluerunt, versibus inscriptis Græce, quibus significarent a dextra operα Damophili esse, a parte læva Gorgali.

**Damostratus**, Philosophus, scripsit de piscibus libros XX. Suidas. Al. Demostratus.

**Damoxenus**, Atheniensis comicus, cujus fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

**Damyndas**, Vir fuit Macedo, teste Plutarcho.

**Dan**, [Δάν] Vicus est quarto a Paneade milliario, euntibus Tyrum, qui usque hodie sic vocatur, terminus Judææ provinciæ ad Septentrionem, de quo Jordanis flumen erumpens a loco sortitus est nomen. Jor quippe fluvium sive rivum Hebræi vocant. Hier. de L. H.

**Danace**, es. [δανάκης] Numisma barbaricum, obolo majus, quod ori mortuorum inserebant, ut esset unde portorium Charonti solverent Acheruntem trajecturi. Meminit in Psyches fabella Apuleius, atque item Plutarchus in collectaneis. V. Suid. Rhodig. Antiq. Lect. 10. 2.

**Danae**, Herba Victorialа Apul. de Herb. c. 58.

**Dănăe**, es. [Δανάη] trium item syllab. Acrisii regis Argivorum filia, quam dicunt ab Jove in auri guttas converso compressam. Ovid. 4. Met. 610.

> — neque enim Jovis esse putabat
> Persea, quem pluvio Danae conceperat auro.

Hanc, postquam a Jove est vitiata, pater in arcam inclusam præcipitavit in mare, quæ delata ad Italiam, inventa est a piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi, qui eam sibi fecit uxorem: cum qua etiam Ardeam condidit: a quibus Turnum vult Virgilius originem ducere. Hactenus Servius in illud, 7. Æn. 371.

> Et Turno, si prima domus repetatur origo,
> Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.

De Danae, V. Horat. 3. Carm. 16. 1.

**Danaeius**, Adj. [δαναήϊος] ut, Danaëius Heros. id est, Perseus Jovis & Danaes filius. Ovid. 5. Met. 1.

**Danala**, [Δανάλα] Unum est ex tribus castellis Troginorum, qui sunt Galatæ, ubi Lucullus & Pompeius convenere, quum alter ad belli successionem, alter, illi potestate permissa, ad triumphum pergeret. Ex Strab. lib. 12.

**Danaus**, [Δαναός] Beli filius, in Ægypto regnavit: is quinquaginta filias habuit, quæ maritos suos interfecerunt, de quibus diximus in dictione Belus. V. Servium in 10. Æn. Is Danaus puteos dicitur invenisse, ut est apud Plin. lib. 7. cap. 56. Hygin. Fab. 168.

**Dănăi**, ab eodem Danao Græci dicuntur apud Poetas. Virg. Æn. 2. 49.
Timeo Danaos & dona ferentes.

**Dănăidæ**, arum. & **Danaides**, um. 50. filiæ Danai, Sen. Troad. v. 605. Idem Herc. v. 756. De fabula Danaidum V. Lambin. ad Horat. 3. Carm. 11. 23. quem non videtur legisse, certe non attendisse Broeckh. ad Tib. 1. 3. 79. V. eund. ad Prop. 3. 7. 67.

**Dandagula**, Oppidum, ab ostio Gangis fluvii DCCXXV. pass. distans, de quo Plin. lib. 6. cap. 20.

**Dandari**, [Δανδάριοι] Sarmatarum populi, Tanaim amnem incolentes, ut vult Plin. lib. 6. cap. 7.

**Dandarica**, pro terra Dandaridarum. Tacit. lib. 12. 15. & 16. Ventumque Soza oppidum Dandaricæ. Subintelligitur terræ. Sic enim reposuimus (inquit Rhenanus in castigationibus in Tacitum) pro Dandariæ.

**Dandon**, ōnis. [Δάνδων] Proprium viri nomen, quem, ex Alexandro Cornelio, refert Plin. quingentis annis vixisse, lib. 7. cap. 48. quo de spatiis agit vitæ longissimis.

**Daneon**, Portus inter Nelos & Marchadas, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit LXII. M. pass. intervallo (quod inter flumen & Rubrum mare interest) primus omnium Sesostris Ægypti, rex cogitavit: mox Darius Persarum: deinde Ptolemæus sequens, &c. V. Plin. lib. 6. cap. 29.

**Dangulae**, Oppidum ad Caucasum, in regione Capissenæ, ex adverso Bactrianorum. Plin. lib. 6. cap. 23.

**Dani**, Populi Germaniæ Septentrionales. Procop. Goth. 2. 15.

**Dania**, [Κιμβρικὴ Χερσόνησος] Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens, quam olim Cimbri habitarunt, quos Marius delevit in Italiam irrumpere conantes.

**Danicus**, Adj. ut Regnum Danicum, &c.

**Dănĭel**, ēlis. & Danielus, i. Propheta V. T. v. Isidor. 6. 1. & 2. & 7. 8. Tertul. Carm. adv. Marc. 3. 6. Cum magnus Daniel. Prudent. Cathem. 4. 70.
His sumptis Danielus excitavit.

**Danista**, æ. m. [δανειστής] Fœnerator, a Græco δανείζειν, quod est mutuum fœnori dare. Plaut. Epid. 1. 1. 51.

> Adeo argentum ab danista apud Thebas sumpsisti fœnore;
> In dies, minasque argenti singulas nummis. E. papæ.
> T. Et is danista advenit una cum eo, qui argentum petit.

**Danisticus**, fœneratorius. Plaut. Most. 3. 1. 128.
Genus hominum danisticum.

**Dano**, ĕre. antiq. dare, distribuere. Plautus hoc verbo sæpe utitur e. g. Most. 1. 2. 48. Adminiculum eis danunt. Conf. Fest. & Non. 2. 210.

**Danosus**, a, um. pro liberali legit Pareus in Plauti Epid. 2. 3. 14. & Truc. 1. 1. 44. & 64. Sed Taubmannus ridet & Damnosus utrobique retinet.

**Dantes Aligerius**, poeta Florentinus seculi sui præstantissimus, regum & principum amicitiis clarus, cujus vitam scribit Volaterranus, lib. 21. Gyrald. Dial. 5. extr. Jov. Elog. p. 10.

**Dantiscum**, Poloniæ oppidum, ad Vistulam fluvium, advectis mercibus clarum & opulentum, ut notat Vadianus. Vulgo *Dantzich*, etiam Gedanum appellatur.

**Danthelytæ**, [Δανθηλῆται] Thraciæ populi, magna ex parte Æmum incolentes, & latrociniis dediti. Strab. lib. Geograph. 7.

**Danubius**, [Δανούβιος] Qui & Ister. Hic, inquit Plin. lib. 4. cap. 12. ortus in jugis Abnobæ montis Germaniæ, ex adverso Raurici Galliæ oppidi multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, Danubii nomine, immenso aquarum auctu, & unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Hactenus Plinius. Ammianus quoque lib. 22. Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rhæticis per latiorem orbem protensus, ac sexaginta navigabiles pene recipiens fluvios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc secundum post Nilum facit Ausonius in 4. epigrammate,

> Illyricis regnator aquis, tibi Nile secundus,
> Danubius lætum profero fonte caput. Et Ovid. 4. de Ponto Ep. 10. 58. Cedere Danubius se tibi, Nile, negat.

Ferox Danubius. Claud. 2. in Ruff. 27.
Profundus. Horat. 4. Carm. 15. 21.
Rapax. Ovid. ad Liviam. 387.
Rapidus. Claud. 8. Paneg. 235.
Rigens. Claud. 1. Paneg. 126.

**Daorizi**, Dalmatiæ populi, in conventu Naronæ coloniæ, ut Plin. author est, lib. 3. cap. 22.

**Dapalis**, & Dapatice, V. Daps.

**Daphytas**, [Δαφύτας] Grammaticus quidam fuit, qui in monte, qui Thorax appellatur, crucifixus fuisse dicitur, propterea quod reges versibus incesseret, ut

> Purpurei stimuli, fæx ultima divitiarum
> Lysimachi, Lydos subditis atque Phrygas.

Hinc ortum est proverbium, Cave a Thorace: in illos torqueri solitum, qui paulo plus garruli & conviciatores sunt. Ex Strab. lib. 14.

**Daphnatum**, genus Cinaræ dicitur ubi lauri fructum perforaris, & cinaræ immissum semen ita severis. V. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 8.

**Daphne**, [Δάφνη] Penei fluminis filia, Phœbo adamata, ac in laurum conversa. De qua Ovid. 1. Met. 490. & Aphthonius sophista. Græce nimir. δάφνη Laurus est. conf. Diosc. 1. 91. Et sic Daphne Alexandrina, ibid. 4. 142. Apul. de Herb. cap. 58.
Peneia Daphne. Ovid. 1. Met. 452.
Daphne, inquit Parthenius Eroticorum, cap. 15. Amiclæ filia erat, quæ omnino ad urbem non progrediebatur, neque etiam reliquis virginibus convivebat: verum apparatu magno frequenter venabatur, aliquando etiam usque ad Laconicam regionem pervagata, progressaque ulterius per reliquos Peloponnesi montes, adeo ut hanc ob causam valde grata esset Dianæ, quæ eam certe penitus spicula faciebat jaculari. In ejus, cum æqualibus per sylvas oberrantis, amorem Leucippus incidit OEnomai filius: qui quum aliam viam, qua eam aggrederetur, desperasset, muliebribus vestibus indutus, ac puellæ assimilatus cum ea venabatur. Erat autem omnino jucunda ipsi Daphne illius conversatio, adeo ut nunquam eum dimitteret, talisque colluderet, ac quasi ex eo penderet omni hora. Apollo autem, qui & ipse puellæ desiderio ardebat, iraque & invidia ob Leucippi præsentiam tenebatur, puellæ in animum injicit, ut cum reliquis virginibus ad fontem accedat, ac lavet. Quo sane quum pervenissent, omnes exuebantur, & quum Leucippum invitum ad hoc viderent, vestes ei detraxerunt. Cognita autem fraude & insidiis sibi paratis, omnes eum spiculis transfixerunt: atque ita ille diis volentibus disperiit. Daphne vero quum Apollinem se petentem perspexisset, strenuum valde fugit. Illo autem pariter insequente, a Jove petiit ex hominibus immutari. Ajunt itaque ipsam factam arborem, quæ adhuc ab illius nomine Daphne appelletur. Hæc Parthenius ex versione Cornarii. Vide plura in Fatidica laurus, & Venturi præscia laurus, in dictione Laurus. Pausanias in Arcadicis rem sic narrat: OEnomaus, qui principatum Pisæ obtinuit, filium habuit Leucippum. Hic amore Daphnes correptus, statim eam uxorem petiit. Sed ut cognovit fugere eam virorum genus universum, talem quandam fraudem excogitavit. Comam Leucippus Alpheo alebat. Hanc virginum more postquam composuit, veste indutus muliebri, ad Daphnem abiit. Quo facto & OEnomai se filiam esse simulavit, & una cum Daphnide venaturum dixit. Quum itaque & pro virgine haberetur, & reliquas generis digni-

dignitate, venandique scientia superaret, & ad hæc frequenti obsequio plus satis esset officiosus, in firmam amicitiam Daphnen attraxit. Qui vero amorem Apollinis in Daphnen descripserunt, invidisse eum Leucippo amoris felicitatem aiunt. Confestim itaque natare in Ladone voluit cum reliquis virginibus Daphne, invitumque Leucippum vestibus exuerunt. Quum itaque non virginem esse cernerent, jaculis eum ac pugionibus ictum interfecerunt.

Daphne altera, filia Tiresiæ vatis, quæ Thebis captis missa est Delphos, ut vaticinium disceret. Itaque edidit varii generis responsa, cujus ex verbis Homerum ferunt mutuatum fuisse. Hæc Diodorus lib. 5.

DAPHNE, Castellum in Mœsia secunda, Constantiniana Dafne in Nummo Constantini conditoris appellata. de qua lege Vales. ad Amm. 27. f. 485. & Gisb. Cuper. de Apotheosi Homeri, pag. 256. Unde sunt Dafnenses Ballistarii & Constantini Dafnenses inter militares ordines in Notitia Imperii. V. Spanh. de usu & præst. numm. diss. 13. p. 613.

Daphne etiam Suburbium Constantinopoleos ut Cuperus, c. l. ex Steph. Byzant. atque Suida ostendit. [Sed longe notius hoc nomine amœnum inprimis & famosum voluptatum illecebris, Suburbium Antiochiæ Syriæ: de quo idem Steph. & geographi ac historici passim. Hinc

DAPHNENSES, ium. pl. Incolæ, Eutrop. 6. 11. Aliquantum agrorum Daphnensibus dedit. Ubi V. Cellar.

DAPHNICUS, a, um. Adj. Vulcat. Gallic. in Avid. c. 5. Diffluentes luxuria & Daphnicis moribus agentes. h. e. dissolutis & ad omnem voluptatem compositis.

DAPHNÆA, vel Daphnia, Diana nuncupata, cujus sacellum Pausanias scribit fuisse in finibus Spartiatarum. Strabo lib. 8. quum de Alpheonia Diana egisset: Ab Olympia, inquit, stadiis LXXX distans: huic deæ in Olympia annuus conventus celebratur, sicuti & Elaphiæ & Daphniæ. Tota enim hæc regio templorum Dianæ, Veneri & Nymphis dicatorum refertissima est.

DAPHNÆUS, Apollo, cognominatus, quasi tu Laureus latine dicas: vel ut alicubi apud nostros legas, Lauriger. Daphnæi Apollinis templum Antiochus Epiphanes dictus struxit, ut Marcellinus lib. histor. 22. 13. tradit. Arsit vero Juliani Cæsaris temporibus. Fuit & DAPHNITES Apollo, a Syracusanis sic appellatus, ut scribit Hesychius.

DAPHNEPHAGI, [δαφνηφάγοι] Dicuntur vaticinantes: ad quod allusit Juvenalis, 7. 19. Laurumque momordit. Quando laureis corollis vates responsa dei edebant, stipis gratia, persuadentes vulgo comesta lauro haurire se numen. Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 7.

DAPHNIA, Gemma comitiali morbo utilis existimata. Plin. lib. 17. cap. 10.

DAPHNIDIS, insula apud Troglodytas commemoratur a Plinio lib. 6. cap. 29.

DAPHNIS, is. & idis. a poetis puer formosissimus, & Mercurii filius describitur. Pastor autem fuit qui carmen Bucolicum invenit, in Sicilia boum armenta multa possedit: postremo captus luminibus, quod ebrius cum aliena fœmina congressus esset, ut prædictum ei fuerat a nympha, quam amaverat. Author Suidas. & Ælian. in Var. H. 10. 18. V. & Serv. ad Virg. Ecl. 2. 25. & 5. 20.

DAPHNITIS, Alexandrina laurus vocatur, quæ ramos spargit a radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore & candidiore, majore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec nisi montosis in locis. Hæc Plin. lib. 15. cap. ult. Apul. de Herb. c. 27. & 58.

DAPHNOIDES, Herba Plin. lib. 24. cap. 15. est & alia clematis Ægyptia cognomine, quæ ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa, tenuisque: adversus serpentes, ac privatim aspides ex aceto pota efficax. Ægyptus hanc maxime gignit. Ruellius lib. 3. cap. 137. dicit hanc appellari nostris herbariis *Laureolam*.

DAPHNOIDES, Casiæ species est, Isocinnamos cognominata, cujus pretium faciunt mangones X. CCC. Adulteratur styrace, ut inquit Plinius, & propter similitudinem corticum lauri tenuissimis surculis. V. eum lib. 12. cap. 20. Apul. de Herb. cap. 58. & Diosc. 4. 14.

DAPHNON, ōnis. [δαφνών] Lauretum. Mart. lib. 10. Epigr. 79.
Dispósuit daphnona suo Torquatus in agro.
Castaneas centum sevit Otacilius. Idem lib. 12. Epig. 50.

DAPHNŪCHUS, [δαφνοῦχος] Vocabatur, qui in convivio primus caneret, quod olim ad mensam carmina Homeri per vices decantabantur.

DAPHNUS, i. Grammaticæ artis servus, DCC sestertiis emptus est. Gnatio Pisaurensi vendente, & M. Scauro principe civitatis licente, quod pretium hominis in servitio geniti maximum fuisse ad suam ætatem refert Plin. lib. 7. cap. 39. Al. Daphnis, idis.

DAPHNUS, untis. [Δαφνοῦς] Oppidum Locrorum in litore Phocidis, de quo Plin. lib. 4. cap. 7.
Est & DAPHNUS Cariæ fluvius, Harpasus postea, ab impetu præpapido nuncupatus. V. Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 21.

DAPS, pis. [δαίς, δαίτη] apud antiquos dicebatur res divina quæ fiebat aut hyberna semente, aut verna. quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Hæc Festus. Liv. 1. 7. Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis. sic & Cato R. R. cap. 50. & 131, 132. Virg. in Bucol. 6. 79.
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.
Hor. 4. Carm. 4. 12. Egit amor dapis atque pugnæ. Loquitur de aquila.
Dapes, non tantum sunt deorum, vel hostiæ in sacrificiis deorum, ut volunt Valla libro 4. & Servius: sed largiores & opipari apparatus. Virg. 3. Æn. 227.
Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant.
Dapes inquit Nonius non tantum opiparos apparatus aut religiosos, sicut plerunque, significare, sed & vitabiles, & infandos cibos, authore Virgilio, possumus dicere. Æn. 3. 630.
Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus.
Accisæ dapes, Id est undique consumptæ. Virg. 7. Æn. 125.
Amor dapis. Horat. 4. Carm. 4. 12.
Benignæ dapes, Id est multæ & liberaliter ministratæ. Hor. Epod. 18. 14.
Egens benignæ Tantalus semper dapis.
Expletus dapibus. Virg. 3. Æn. 630.
Extructæ dapibus mensæ. Ovid. 11. Met. 120.
Feræ dapes. Seneca Thyeste, 2.
Festæ dapes. Id est lautiores. Horat. Epod. 9. 1.
Impositæ auro dapes. Virg. 3. Æn. 355.
Inemptæ. Horat. Epod. 2. 48.
Lethales. Valer. 2. Argon. 155.
Libidinosæ. In LIBET.
Opimæ. Virg. 3. Æn. 224. V. Servium.
Saliares. V. Saliaris, in SALII.
Siculæ, pro lautis & sumptuosis dixit Horat. 3. Carm. 1. 18. V. SICILIA.
Superbæ. Martial. 13. 45.
Celebrare dapes. Ovid. 5. Met. 113.
Convellere dapes avido dente. Ovid. 11. Met. 123.
Egerere dapes, Ovid. 6. Met. 664.
Epulari dapibus. Virg. 3. Æn. 224.
Inire dapes socias cum aliquo, Est convivari cum aliquo. Stat. 1. Sylv. 6. ad Cæsarem.
Instaurare dapes. Claud. 3. de raptu Proserp. 216.
Instituere. Virg. 7. Æn. 109.
Juvare aliquem opima dape. Stat. 4. Sylv. 9. 251.
Onerare mensas dapibus. Virg. 4. Georg. 133.
Orare veniam dapibus. Ovid. 8. Met. 683.
Pascere humana dape aliquem. Ovid. Epist. 9. 68.
Properare dapes. Stat. 1. Achil. 120. Significat celeriter apparare.
Dapem quomodo facere conveniat, docet Cato. V. DAPALIS.

DAPALIS, [πίων] cœna, Amplis dapibus plena. Nonius 2. 200. Titinnius Varro, Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cœna. Auson. Epig. 9. 13. V. in ADJICIO, Adjicialis cœna.
Dapalis Jupiter, a Latinis vocatus & cultus est. Dictus autem videtur, quod ei sacra dapali epulo fierent. Sicuti enim dicimus cœnam dapalem, Marcello teste, quæ amplis dapibus instructa est: ita & Jovem dapalem appellatum existimamus. M. Cato in lib. de R. R. cap. 132. Dapem, inquit, hoc modo fieri oportet: Jovi Dapali culignam vini quantumvis polluceto: eo die feriæ bubus & bubulcis, & qui dapem facient. Quum pollucere oportebit, sic facies: Jupiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familiaque mea culignam vini dapi ejus rei ergo, &c. Conf. Is. Voss. ad Catull. p. 203.

DAPATĬCUS, a, um. [μεγαλοπρεπής] Id est amplus, & magnificus: ut, Dapaticum negotium. Festus. al. Dapticum, melius.

DAPATICE, [λιπαρῶς] se acceptos antiqui dicebant significantes magnifice. Festus. al. Daptice.

DAPIFER, onomast. vet. Servus, qui cibos jam coctos infert & mensæ apponit.

DAPĪNO, [δαιτάω] are. Dapes extruere & parare. Plaut. Capt. 4. 2. 117.
Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas. Sed quidam Codd. MSS. exhibent, dabo.

DAPSĬLIS, e. [δαψιλής] Abundans & largus: ut, Dapsilis sumptus. Plaut. Mostel. 4. 2. 66.
Triginta minæ, præquam alios dapsiles sumptus facit.
Δαψίλεια, enim Græce id valet, quod Latine largitas, affluentia, copia, abundantia, vis larga, liberalitas. Dapsilis igitur non a dape deducitur.
Carolla Dapsilis. Plaut. Pseud. 5. 1. 21.
Dotes dapsiles. Plaut. Aulul. 2. 1. 45.
Lectus dapsilis, excellens & sumptuosus. Plaut. Trucul. 1. 1. 34.
Proventus dapsilis. Colum. lib. 4. cap. 27.
Spionia dapsilis musto. Colum. lib. 3. cap. 2. At spionia dapsilis musto, & amplitudine magis uvarum, quam numero fertilis. Id est abundans.

DAPSILE, Adv. [δαψιλῶς] Abundanter. Sueton. in Vesp. cap. 19. Sed & convivabatur assidue, ac sæpius recta, ac dapsile. [Gronov. Dapsili, probe.

DAPSĬLĬTER, Adv. Nævius in Coroll. Ultro meretur quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit. Hæc Charisius lib. 2. V. Nonium. 4. 232. Dapsiliter, id est opipare, large, magnifice, splendide, abunde, liberaliter, affatim, laute. Lucilius comparativo usus est: Scito bene longinquum morbum in vino esse, ubi quis invitavit dapsilius se.

DARABA, [Δαράβα] Civitas est Indiæ, non procul a Sabæis, de qua Strab. lib. 16.

DARADUS, [Δάραδος] Ptolemæo, Fluvius est Africæ, quem Plinius DARAT vocat. lib. 5. cap. 1.

DARAS, Fluvius in Caicandro insula, non procul ab Armozeis populis, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 25.

DARAT, Mauritaniæ fluvius, in quo crocodilos gigni ait Plin. lib. 5. cap. 1. V. supra DARADUS.

DARDÆ, Indiæ populi, auri fertilissimi, sicut Setæ argenti, de quibus mentio fit a Plin. lib. 6. cap. 19.

DARDĂNUS, [Δάρδανος] Electræ Jovisque filius, fratrem habuit Jasium: quo interfecto, e Corythi sede, Hetruria, qua nunc Cortona est, in Samothraciam venit, iram fugiens populorum. De quo Virg. 7. Æn. 206.
— his ortus in agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes, &c. Quem locum exponens Servius, sic ait: Jupiter cum Electra Atlantis filia, Corythi regis Italiæ uxore concubuit. Sed ex Jovis semine natus est Dardanus: ex Corythi, Jasius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Jasius vero Thraciam tenuit, ubi est Samos, quam hic Samothraciam nominavit. Nam Junonis alia est Samos. Virg. 8. Æn. 34.
Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author. Tradit idem Servius in 3. 167. Æn. Jasium a Dardano fuisse occisum.

Author Trojæ Dardanus. Virg. 6. Æn. 650.
Crudelis Dardanus. Virg. 4. Æn. 661. Id eſt Æneas.

DARDANI, populi feri, Daſſaretis finitimi, quibus Triballi lævo prætenduntur latere, & Mœſicæ gentes, a fronte junguntur Medi ac Denſelatæ. Author Plin. lib. 4. cap. 1. de his item Eutrop. 6. 2.

DARDANIA, [Δαρδανία] a Dardano, ut ſcribit Strabo, lib. 13. Ovid. 1. Triſt. 9. 25. & Virg. 2. Æn. 324.
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ. Id eſt Trojæ: aut a Dardano Jovis & Electræ filio: aut ſecundum Salluſtium, a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. Servius. quem rurſum V. in Virg. 3. Æn. 167.

DARDANIA, Inſula eadem cum Samothrace poſtea dicta, ut ex Callimacho refert Plin. lib. 4. c. 12. V. DARDANUS.

DARDANĬDES, ĭdæ. m. [Δαρδανίδης] patron. Virg. 10. Æn. 545.
Dardanides contra furit.
Dardanidæ duri. Virg. 3. Æn. 94.
Dardanidæ magni genus alto a ſanguine divum. Virg. 5. Æn. 45.

DARDANIS, ĭdis. [Δαρδανὶς] patron. f. ut Mares Dardanidæ. Ovid. 13. Met. 413.

DARDANIUS, adj. [Δαρδάνιος] Plin. lib. 33. cap. 3. Cujus ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis jam pridem & viri quod e Dardanis venit: itaque & Dardanium vocabatur.
Aceſtes Dardanius. V. ACESTES.

DARDANĀRIUS, [Δαρδανάριος] ab Ulpiano vocatur qui annonam ſupprimit, uti demum carius vendat. in l. annonam. D. 6. de extraord. criminibus. Dicti autem Dardanarii a Dardano quodam contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago. A quo etiam Dardaniæ artes, quæ a Colum. 10. 351. in Horto vocantur magicæ, At ſi (inquit) nulla valet medicina repellere peſtem, Dardaniæ veniant artes. Hujus Dardani meminit Plin. lib. 30. cap. 1.

DARDANIUM, [Δαρδάνιον] Oppidum parvum in Rhœteo litore, LXX. ſtad. a Rhœteo oppido quoque dicto diſtans, quæ duo in Troade viſuntur, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

DAREMÆ, Troglodytarum populi. Plin. lib. 6. cap. 29.

DARES, ētis. Phrygius hiſtoricus, ſcripſit bellum Trojanum Græce, in quo ipſe militavit, ut ait Iſidorus, primus fere hiſtoricorum: qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remanſit, ut ſcribit Corn. Nepos, qui opus ejus e Græco in Latinum ſermonem convertit, dicavitque Salluſtio. Sed Suppoſititia ſunt, quæ ſub hujus nomine circumferuntur. V. Voſſ. de Hiſt. Græc. 4. 1. Eſt & Dares apud Virg. Æn. 5. 375. cum Entello congreſſus.

DARI, [Δάροι] Populi Indum fluvium accolentes, infra ſolitudines, de quibus V. Plin. lib. 6. cap. 20.

DARIÆUM, Locus inclytæ fertilitatis in Zapavortene regione cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 16.

DARICI ſtateres, Perſis numiſma erant. Quin & Athenienſibus ſic vocabantur nummi quidam, qui ex auro cudebantur, in quibus mulæ cum curru videbantur effictæ. V. Alex. Genial. dier. lib. 4. cap. 15. Numiſma priſcum, Darii imagine percuſſum, non Xerxis patris, ſed antiquioris alterius. Daricos autem ſcribunt Authores adæquaſſe pretium ejus, qui ab Athenienſibus dicebatur Chryſûs, id eſt aureus. Alii drachmas argenti habere viginti prodidere, ut darici quinque minam facerent argenti. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 10. cap. 2.

DARIDÆUS, rex Perſarum, tempore Apollonii Tyanæi, id eſt tempore Tiberii, Caii, & Claudii imperatorum, ut ſcribit Philoſtratus in ejus vita.

DARIORIGUM, [Δαριόριγον] Galliæ urbs Ptolemæo, Venetorum caput, vulgo *Vannes*.

DARITIS, Regio, Arianæ pars a quibusdam exiſtimata, L. M. paſſ. latitudine dimidio minore, quam Indiæ. V. Plin. lib. 6. cap. 23.

DĀRĪUS, [Δαρεῖος] Rex Perſarum, cui Xerxes ſucceſſit. Ovid. in Ibin, v. 315.
Utque necatorum Darii fraude ſecundi.
Darius, nomen trium Regum D. Hyſtaſpis. D. Nothus. D. Codomannus. In plerisque MSS. Curtianis legitur Dareus: quam lectionem eruditorum plerique probant; nec tamen altera ideo in vitio eſt, niſi breviter pronuncietur media; cum diphthongo enim ſcribitur. V. Freinshem. ad Curt. 3. 1. 7.

DARON, Oppidum in Arabico latere Ægyptiorum, qui Pſammetichum fugerunt. Authore Plin. lib. 6. cap. 30.

DARSIS, [Δάρσις] Medicis Latine loquentibus Excoriatio eſt, nempe quum membrana a partibus ſibi ſubjectis manu, vel ſcalpelli manubrio reſolvitur. Deductum vero nomen eſt a verbo δέρω, quod excoriare ſignificat. Gal. lib. 8. de adminiſt. anatomicis.

DARTUS, i. m. [Δάρτος] tunica teſticulos veſtiens. Celſ. 7. 18.

DARUENTIUS, [Δαρουέντιος] Fluvius. Strabo de Meduallis populis, & illorum montibus loquens; Supra vero, inquit, nonnullis in locis admodum cavis lacus eſt ingens, & fontes duo, non multum inter ſe diſtantes, e quorum altero amnis effunditur Daruentius nomine, per confragoſa ſeſe in Rhodanum loca præcipitans. Hæc ille lib. 4.

DARUERNUM, [Δαρούερνον] Ptolemæo, Britanniæ inſulæ portus unde in Galliam trajicitur. Vulgo *Dover*.

DARUS, [Δάρος] Pannoniæ inferioris, Id eſt Ungariæ fluvius, Ptolemæo: Draus aliis dicitur. Vulgo *Mora*.

DASCŪSA, [Δάσκουσα] Armeniæ inſula, quæ abeſt a Simyra LXXV. M. paſſ. V. Plin. lib. 5. cap. 24.

DASCYLOS, [Δασκύλειον] Bithyniæ oppidum Plinio & Pomponio lib. 1. Ptolemæus & Strabo Daſcylium nominant, & juxta lacum Daſcyliticum. Hodie *Diaſquilo*, ſeu *Diaſquilos*.

DASELIS, Oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29. in deſcriptione ſinus maris Rubri Troglodytici, &c.

DASIBARI, Flumen Cyrenaicæ regionis, de quo Plin. l. 5. c. 5.

DASSARETÆ, Thraciæ populi, quos a tergo Epiro junctos, Plin. ſcribit. De his Mela lib. 2. in deſcriptione Thraciæ.

DASTACUM, [Δάστακον] Caſtellum. Strabo lib. 11, Cataonum campi, & Melitina, civitatem nullam habent, at caſtella in montibus munita, Azamora & Daſtacum, quod Carmala flumen circumfluit.

DASTIR, [Δάστειρ] Civitas in Ponto, de qua Strab. lib. 12.

DASTYLUS, Fuit Gygis regis pater, teſte Herodot. lib. 1. c. 8. al. Daſcylus.

DASUMAJANUM Al. Daſumianum Senatusconſultum eſt, quo ſubvenitur his, qui juſta ex cauſa abſunt, ut nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careant. l. neque infantes. Et l. non tantum. D. de fidei commiſſ. lib.

DASYPUS, ŏdis. [δασύπους] Plin. lib. 10. cap. 63. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores. A partu ſtatim implentur, concipiunt quamvis ubera ſiccante fœtu. Pariunt non cæcos. Idem lib. 8. cap. 55. Lepus omnium prædæ naſcens ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. In quibus duobus locis (inquit Budæus) Plinius hallucinatus eſſe creditur, qui daſypodem & leporem diverſa animalia eſſe putaverit, quum idem ſit. Theodorus certe daſypodem ubique leporem ex Ariſtotele vertit. Hactenus Budæus. Plura qui cupiat, videat priores hujus in Pandectas annotationes. V. Harduin. p. 245.

DATARIUS, DATATIM, DATIO, DATIVUS, DATO, DATOR, DATUS. V. DO, das.

DATIHIATUM, Thuris genus, quod rufum exit, Alexandriæque naſcitur, authore Plin. lib. 12. cap. 14.

DATHUS, i. f. Colonia Thraciæ juxta Strymonem opulenta, florens, & auri venas habens. Hinc proverbium Δάθος ἀγαθῶν Dathus bonorum de conferta rerum opulentia Suid. & Eraſm.

DATIS, [Δάτις] Dux quidam fuit Darii, cujus copias Miltiades in Marathone funditus delevit, quum Lecedæmoniorum auxilia non expectaſſet, tardius ob Lunam rotundam profecta. Ex Strab. lib. Geogr. 9. Meminit Herodot. lib. 6. Nepos 1. 4. 1. Val. Flacc. 6. 65.

DATISMUS, [δατισμὸς] quum oratio profertur iisdem numeris, & eodem modo cadit, a Date quodam Perſarum Satrapa, qui quum vellet Græculus videri, exclamavit, ἥδομαι, καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι, quum dicendum erat χαίρω. Cæl. Antiq. lib. 16. c. 13. Et Eraſm. proverb. Datidis cantilena.

DAUCUS, [Δαῦκος] Herba, de qua Plin. lib. 19. 5. & lib. 25. 9. Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodorus, quæ perſequi nihil attinet, quum ſint differentiæ duæ. Daucus a quibusdam vocatur paſtinaca ſylveſtris, V. Matthiol. Celſ. 5. 23. Dioſc. 3. 76. Iſid. 17. 9.

DAUCION, & Daucites idem.

DAUELLI, [Δαυελλοὶ] Aſiæ populi, Megabaris finitimi, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 29.

DĀVID, ĭdis, & īdis. Rex & Propheta apud Hebræos in Sacris monumentis notiſſimus. Nomen Dilectum ſignificat vel deſiderabile V. Iſidor. 7. 6. Inde

DAVIDĪCUS, adj. Sedulius in Mat. 21. idem exord. operis 17. Prudentius Hymno Epiph. v. 49.

DAULIA, vel Daulis. Oppidum Phocidis, ſub ditione Terei regis Thracum. unde Philomela dicitur Daulias avis Ovid. Ep. 15. 154. Deflet Threicium Daulias ales Ityn. Plin. 4. 3. V. Harduin.

DAULIS, ĭdis. Feſtum erat apud Argos, in quo fuit imitatio pugnæ Prœti in Acriſium, ut ſcribit Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 17.

DAULIS, Nymphæ nomen, Cephiſi filiæ, quæ oppido nomen dedit; quod vel Terei & Philomelæ ac Prognes fabula notiſſimum eſt. V. Pauſaniam in Phocicis.

DAULOTES, Fontis nomen in Arabia, ut apud Plin. lib. 6. cap. 28.

DAUNI, [Δαῦνοι] Italiæ populi, a Dauno duce Diomedis ſocero dicti. Horum oppidum eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, ut ſcribit Plin. cap. 11. lib. 3. Dauni nunc Siponto, Manfredonia, mons Garganus. Teſtis Olivarius in Melam.
Apulus Daunus. Horat. 4. Carm. 14. 26.

DAUNIA, [Δαυνία] Apulia, a Dauno Illyricæ gentis, claro viro, qui eam, propter domeſticam ſeditionem excedens patria, occupavit. Feſtus.

DAUNIUS, Adj. [Δαύνιος] ut Regna Daunia apud Sil. lib. 8. & Dauniæ Camœnæ apud Horat. lib. 4. Carm. 6. 27.

DAUNIACUS, Idem Sil. 12. 429.

DAUNUS, Filius fuit Pilumni & Danaes, & avus Turni, qui in Apulia regnavit, a quo etiam regio illa Daunia dicta eſt. Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore Amatæ Turnum ſuſcepit. Virg. lib. 12. 934. — Dauni miſerere ſenectæ. Eſt quoque fluvii nomen in Apulia. Unde Horat. lib. 3. Carm. 3. 11.
Qua pauper aquæ Daunus agreſtium,
Regnator populorum, &c. Quia inopia aquæ ſiticuloſa eſt Apulia. Acron.

DAURISES, Herodoto circa finem lib. 6. Unus ex Darii ducibus fortiſſimus, ejusdemque gener, qui in inſidiis a Cariis cæſus eſt.

DAUTIA, quæ & Lautia dicimus, munuſcula quæ dantur legatis hoſpitii gratia. Feſtus. V. ſupra in D. & infra LAUTIA.

DAVUS. Servile nomen Comicum. V. DACUS.

## D E

DE, [ἀπὸ] Præpoſitio, ablativo caſui ſerviens: quæ ſuo caſui ſemper præponitur. Aliquando interponitur inter ſubſtantivum & adjectivum elegantiæ cauſa. Cic. ad Att. lib. 7. Nam id niſi gravi de cauſa non feciſſet.
Obſerva hanc Præpoſitionem in quibusdam compoſitis augendi vim, in quibusdam minuendi obtinere. Augendi, ut deamo, dehiſco, deprecor, decerto, &c. Minuendi ut in depleo, defundo, depilo, &c. aliquando & finem notat ut in detumere, deludere, detonare, defluere, &c.

De ac Di in compositis solere confundi observant Drak. ad Sil. 17. 164. Broeckh. ad Tib. 1. 5. 40.

De nocte abire: Id est in nocte, vel per noctem: quod est nocturno tempore. Ter. Adel. 5. 3. 55. Ubi donatus dicit abundare DE.

De nocte multa exsurrexi. Plaut. Rud. 4. 2. 10. & 4. 1. 7.

De media nocte missus equitatus, novissimum agmen consequitur. Caes. 7. Bel. Gal. 88.

De nocte vigilare. Cic. pro Murena, 22. Vigilas tu de nocte, ut tuis Consultoribus respondeas. 2. Qu. Fr. 14.

De die. Plaut. Asin. 3. 1. 13.
Ergo una orationis pars de die dabitur mihi? i. e. semel toto die licebit mihi quoque loqui.

De die potare. Plaut. Asin. 4. 2. 16. Unam ad amicam de die
Potare, illam expilare jam.

De medio potare die. Horat. 1. Serm. 8. 3.

De die, cum dicunt Latini illud tempus intelligunt, quod post matutinum ad meridiem, & inde ad supremum incedit, ut Salmas. Exercit. Plin. p. 456. observat. Suet. Dom. c. 21. Lavabat de die prandebatque ad satietatem. i. e. statim a matutino. nam ante meridiem distentum coena solitaria Domitianum Plinius perstringit Paneg. Traj. c. 49. Is. Voss. ad Catulli Epigr. 48. p. 109. Vos convivia laute, sumptuose De die facitis. exponit statim, repente, secutus, ut ait, Donat. ad Terent. infra citat. laudatque Porphyr. cui ad 13. epod. Hor. De die fit primo mane, quod tamen in Catulli loco locum habere negat. V. Valesf. ad superiorem Plauti locum, & quem ibi adducit, Lips. ad Tac. Ann. 14. 4.

De die vivere cum perditis. Cic. 2. Philip. 87. Jamjam minime miror te otium perturbare, non modo urbem odisse, sed etiam lucem, cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere.

De die, pro repente, ut Donat. exp. Ter. Adel. 5. 9. 8. — cum fide
Scortum adducere, apparare de die convivium,
Non mediocris hominis haec sunt officia.

De quarta vigilia Caes. B. G. 1. 40. & 41. De media nocte. Id. 7. 45. a princ.

De meo his praeceptis nihil novum apposui. Plaut. Milit. 3. 3. 31.

De tuo istuc addis. Plaut. Menaech. 1. 2. 40.

De meo, de tuo, Aliter. Ter. Adel. 1. 2. 37.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo. Plaut. Bacchid. 1. 1.65.
Et ad eam operam facere sumptum de tuo.

De suo fungi aliquo munere. Liv. 4. Decerneret Senatus ut stipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.

De meo consilio. Cic. ad Att. lib. 6. 3. Q. Cicero puer legit, ut opinor, certe epistolam inscriptam patri suo: solet enim aperire, idque de meo consilio. Id est meo suasu.

De mea voluntate, Cic. ad Att. lib. 4. 2. Abjecta toga, se ad generi pedes abjecit: ille noctem sibi postulavit, non concedebant. Remiscebantur enim Cal. Januar. vix tamen de mea voluntate concessum est.

De sua sententia in Albano monte triumphavit. Plin. Jun. de viris illustribus.

De sua sententia aliquid comminisci. Plaut. Cap.

De sententia populi lectus Imperator. Liv. 2. 39. Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Attius Tullus & C. Marcius.

De communi sententia aliquid constituere. Cic. 3. Off. 80. Ne noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum quum Praetor esset, collegiumque Praetorum Trib. pleb. adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur.

De alicujus Sententia peccare. Plaut. Bacchid. 4. 9. 115.
Neque ego haud committam, ut siquid peccatum siet,
Fecisse dicas de mea sententia.

De sententia alicujus dare, quod sit satis ad aliquid agendum. Cic. 2. de Fin. 33.

De, pro a. Cic. pro Sylla, Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere expectationi hominum.

De, pro ab, teste Nonio. Lucil. lib. 25.
Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam.

De sinistra parte eruti dentes. Plin. lib. 28. cap. 8.

De, pro ad: ut Aedificare de exemplo alterius, Plaut. Mostel. 3. 2. 86. abundat DE.

De eodem genere, pro ejusdem generis. Cic. 4. Tuscul. 19. Afflictio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem.

De, pro quantum pertinet ad. Ter. Hec. 3. 3. 31.
Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror.

De interdum pro, vel propter, vel ob significat. Ter. Eunuch. 3. 2. 4.
— ecquid nos amas
De fidicina istac? Cic. 3. Verr. 76. Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius.

De pace mittere legatos. Caes. 2. Bel. Gall. Et lib. 4. Idem lib. 5. De deditione. Cic. in Bruto, 16. De Rhodiorum praemiis.

De, pro post, vel a. Plaut. Mostel. 3. 2. 8.
Non bonus est somnus homini de prandio. i. e. Venienti de prandio.

De manu in manum. Cic. lib. 7. epist. 5. Totum denique hominem tibi ita trado, de manu (ut aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide praestantem.

De mense Decembri navigare: DE abundat. Cic. ad Qu. fr. lib. 2. 1. extr.

De summo loco adolescens. Plaut. Aulul. prol. 29.

De summo loco, summoque genere filius. Plaut. Cap. 2. 2. 29.

De summo loco Dives. Plaut. Poen. 3. 1. 13.

De scripto dicere, Id est legendo. Cic. de Clar. Orat. 46. Idem 10. Philipp. 5. Ita enim dixisti, & quidem de scripto (nam te inopia verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem) literas Bruti recte & ordine scriptas videri.

De caetero. Plin. lib. 11. cap. 26. De caetero, in ventre nihil est. De caetero, pro in posterum. Sen. de Ira 3. De caetero vide non tantum an verum sit quod dicis: sed an ille cui dicitur, ferre possit.

De caetero, pro posthac. Paul. in l. nequis. D. de custodia & exhibit. reor. Nam quum scierint sibi quoque molestiae futurum magistratum, si facile solverent vinctos: non indifferenter de caetero facient.

De compacto rem aliquam agere. Plaut. Capt. 3. 1. 14. V. COMPINGO.

De improviso. Plaut. Asin. 2. 2. 44. Tantum adest boni de improviso.

De improviso in aliquem incidere. Cic. pro Rosc. Amer. 151. In quos si qui ex acie fugerunt, de improviso incidant. Item 4. Tusc. 67.

De improviso intervenire. Ter. Adel. 2. 2. 23.

De industria. Plaut. Asin. 1. 3. 60.
— quod nolebam ac vetueram, de industria
Fugiebatis. Cic. 2. de Fin. 33. Si aut de industria facias, ut, &c. id. de Off. 1. 7.

De integro. Ter. Heaut. 4. 2. 7.
Ratio de integro ineunda est mihi. Idem Phorm. 1. 3. 22.

De integro incidere in morbum. Cic. ad Fam. lib. 12. 29.

Oriuntur de integro. Cic. 1. de Divinat. 30. Indidemque eadem quae oriuntur, de integro atque eodem occidunt.

De integro creare Censores. Cic. 4. Ver.

De integro scribere. Cic. ad Att. lib. 13. 27. & 49.

De more. Plin. in Paneg. Tibi ascendenti de more Capitolium. Virg. Aen. lib. 7. 357. solito matrum de more locuta est.

De nihilo irasci. Plaut. Trucul. 4. 2. 56. Liv. 4. bel. Macedon. Mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripi. Sic Plaut. Curc. 4. 1. 17. Dicere injuriam de nihilo.

Non hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conventam esse expetit. Ter. Hec. 5. 1. 1.

De plano, id est ex aequo loco, veluti unde magistratus in tribunal, quod editiore in loco positum erat, conscendebant. Itaque de plano, & pro tribunali, opponuntur. Ulp. l. 3. §. 6. D. de bonor. possess. Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi quam pro tribunali dari potest. Item in l. 2. §. 1. D. Quis ord. in bon. Huc alludens Seneca lib. de Clemen. 1. Haec tamen, inquit, magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliusque in tribunali, quam in plano cognoscitur. Hotoman.

De procul aspicere. Plaut. Pers. 4. 2. 6.

De proximo. Plaut. Aulul. Prol. 34.
Eam ego, hodie faciam ut hic senex de proximo sibi uxorem poscat.

De reliquo. Cic. ad Att. lib. 7. 14. De reliquo neque hercule quid agam, nec quid acturus sim, scio: ita, &c.

De repente. Ter. Hec. 4. 1. 39. Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam. Cic. pro Ligario 14. Tu de repente irrupisses, & clamare coepisses, C. Caesar cave credas, cave ignoscas.

De subito. Plaut. Capt. Prol. 62. Conari de subito nos agere tragoediam.

De super. Plin. in Paneg. Nihil tamen gratius, nihil seculo dignius, quam quod contigit de super intueri delatorum supina ora.

Istum de superioribus pene solum legi. Cic. de Claris Orat.

De tempore, Tempestive. Hirtius de bello Hispan. Ipse de tempore coenavit.

De transverso. Cic. ad Att. lib. 15. 4. Ecce autem de transverso Lucius Caesar, ut veniam ad se rogat. Idem 4. Academ. 58.

DEA, ae. [θεὰ, θεὸς] a Deus: Dat. & abl. pl. Deabus. Virg. Aen. 1.328.
— nec vox hominem sonat, O dea certe.
Aequorea dea. Ovid. Epist. 19. 126.
Auxiliaris. Ovid. 9. Met. 698.
Celeres deae. Ovid. 2. Met. 119. i. e. Horae.
Clara dea, Iris. Stat. 10. Theb.
Flava dea, Ceres. Ovid. 3. Amor. Eleg. 10. 43.
Frugifera dea, Ceres. Claud. 2. de Raptu Proserp. 138.
Idalia dea, Venus. Ovid. 3. de Arte Am. 106.
Pallens dea, Aurora. Stat. 6. Theb. 393.
Pharetrata dea, Diana. Ovid. Epist. 20. 204.
Princeps dearum, Juno. Ovid. 6. Fast. 37.
Rosea dea, Aurora. Ovid. 3. de Arte Am. 84.
Saeva dea. Ovid. Epist. 21. 6. & 61. Diana irata.
Spicifera dea, Ceres. Sen. Herc. OEt.
Triformis dea, id est Hecate, quae & Luna & Diana, & Proserpina creditur esse. Ovid. 7. Met. 94. & 177.
Ultrices deae Erebi. Sen. Oct. 965. i. e. Furiae.
Saepe hae voce Dii Deaeque omnes conjuncte leguntur. V. Propert. Eleg. 3. 12. Virg. Georg. 1. 21. Ter. Phorm. 4. 4. 6. Conf. Brisson. 1. de form. p. 54.
Deabus dixit Cic. pro Rabirio, ubi distinctione sexus opus erat. alias pro eodem usurpatur terminatio masculini. V. Voss. de Analog. 2. 4.

DEACINĀTUS, Adj. [ἀποῤῥαγισμένος] ut Deacinata dolia, a quibus abstersi sunt acini. Cato cap. 26, Ubi erit lectum, post dies triginta, si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

DEACTIO, Peractio. Festus.

DEALBO, [λευκαίνω] are. Album facere: vel potius tectorium inducere. Curius ad Cic. lib. 7. 29. Virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

DEALBATUS, Partic. Cic. Verr. 1. Omnes illae columnae, quas dealbatas videtis. Sueton. Galb. c. 9. Dealbata crux. Pallad. 1. 24. Dealbati parietes.

Compar. August. Conf. 7. 6. Dealbatiores vias seculi cursitabant.

DEALBATOR, ōris. Vet. Gloss. λευκαντὴς Dealbator: Lege 1. Cod. de excus. artis. Sculptores, Dealbatores, Cusores, &c.

DEAMBŬLO, [περιπατέω] are. Spatiari. Cic. 1. de Leg. 14. Quin pergimus igitur ad illa spatia nostra, sedesque, ubi quum satis erit deambulatum, requiescemus? Legitur & Ambulatum in emendatioribus codd. Cato R. R. cap. 127. Et faliat decies, & deambulet. Adde Suet. Aug. c. 83. & 96. & Domit. c. 21. Cels. 1. 3. Ulp. l. 12. §. 1. ff. de usu

de usu & habit. Deambulare, cum accusativo Seneca, de Remedio fortuitorum. Multa quum deambulaveris, domum redeundum est. Subauditur spatia.
Ire deambulatum. Cic. 2. de Orat. 256. Idem quum cuidam dixisset. Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de? Imo vero, inquit, Quid opus fuit te?

DEAMBULATIO, Verbale. [περίπατος] Ter. Heaut. 4. 6. 2. Vel me hæc deambulatio, quam non laboriosa ad languorem dedit. De loco, Ulp. l. 7. ff. t. 1. l. 13. §. 4. Deambulationes arboribus opacæ atque amœnæ.

DEAMBULĀCRUM, Mamertin. Paneg. Juliani c. 9. Fora, deambulacra, gymnasia.

DEAMBULATORIUM, [περίπατος] Locus in quo deambulamus. Capitolin. in Gord. c. 32.

DEĀMO, [ὑπερφιλέω] are. valde amare. Ter. Heaut. 4. 6. 21.
Næ ego sum fortunatus: deamo te, Syre. Et Plaut. Pœn. 4. 2. 72. & 5. 4. 3.

DEAMATUS, Plaut. Truc. 4. 1. 5. Mea dona deamata acceptaque habita apud Phronesium.

DEARGENTASSERE, Verbum obsoletum. Lucil. lib. 26. Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere, decalanticare eburneo speculo. Non. 2. 218.

DEARGENTATUS, Oros. 3. 22. pr. deargentatis armis &c. seq. Argyraspides ob arma deargentata sic dicti. Conf. Augustin. Ep. 23. ad Bonifac. & vulg. Ps. 67. 14.

DEARMO, āre. Idem quod exarmare. Apul. Met. 5. p. 172. Sagittas dearmare.

DEARMATUS, [ἀφωπλισμένος] Particip. Liv. 4. 10. extr. consul triumphans in Urbem redit, Civilio Volscorum duce antecurrum ducto, prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat. Id est, cui ablata fuerant arma.

DEARTUARE, [ἐξαρθρόω] Quasi per artus concidere, inquit Nonius Plaut. Capt. 3. 4. 109. Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser. Scelesti hominis technis.
Deartuare opes, per translationem dixit Plaut. in Capt. 3. 5. 14.

DEASCIO, āre. Dedolare. Plaut. Milit. 3. 3. 11. Miles quemadmodum potis esset deasciari.

DEASCIĀTUS, Partic. Prudent. Rom. 381.
Deasciato supplicare stipiti.

DEAURO, āre. Inaurare. Gloss. Gr. Lat. χρυσόω. Auro. Inauro. Deauro. Cod. Theod. leg. 1. de fabricens. Bucculas tegerent argento & deaurarent. Tertull. de Idolo. c. 8. Soccus & baxa quotidie deaurantur.

DEAURĀTUS, Partic. Sen. Ep. 76. Cui deauratus est baltheus. Sic Ps. 45. 10. In vestitu deaurato. Interpr. Vulg.

DEAURĀTOR, ōris. Leg. 1. Cod. de excus. artif. Deauratores memorantur. Gloss. vet. χρυσωτής Deauratores.

## D E B

DEBACCHOR, aris, [παροινῶ] ari. proprie Præ ebrietate valde furere vel Bacchari. Ter. Adel. 2. 1. 30. Si satis jam debacchatus es leno, audi si vis nunc jam. s. Egone debacchatus sum in te, an tu in me? Quædam exemplaria legunt Bacchatus.
Ad inanima traxit Hor. Od. 3. 3. 55. Qua parte debacchantur ignes.

DEBACCHATIO, ōnis. f. immanis bacchatio Salvian. l. 7. de gubern. Dei, Fervidæ libidinis debacchatione grassantes.

DEBÆ, populi sunt Arabiæ felicis, proximi Sabæis, ex genere Nomadum. Horum regionem flumen interlabitur, quod teste Strab. lib. 16. auri stricturas defert. Meminit hujus Propert. sed hic Debatas non Debas vocat, lib. 4. eleg. 5. 21.
Si te Eoa juvat, Debatarumque aurea ripa, &c. Brouckh. cum Turnebo legit; Si te Eoa, Doroxanium, juvat aurea ripa.

DEBASIĀTOR, ōris. Idem quod Basiator. Apul.

DEBASIATUS, ap. eundem.

DEBATUO, ere. Pugnare vel potius pugnando subigere. Petron. cap. 69. Solebam ipsum Ammæum debatuere. V. BATUO.

DEBELLO, [καταπολεμῶ, καταγωνίζομαι] Expugnare, Devincere. Plin. lib. 6. cap. 13. Darium Alexander debellavit. Virg. 6. Æn. 852.
Parcere subjectis, & debellare superbos.

DEBELLATUS, Partic. ut Debellatus vi hostis. Liv. 8. 10. Id est Victus. Tyrannus debellatus. Claud. 7. Paneg.
Debellatum est cum Græcis, Id est finitum est bellum. Liv. 8. ab Urbe. Sic 8. belli Macedon. Quod cum Antiocho uno prælio debellatum esset.

DEBELLATO, [καταγωνισμένον] vice adverbii Liv. 30. 8. Velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret. Idem 26. 21. Quod nisi manente in provincia bello non decerneretur, eum quasi debellato triumphare, cum exercitus testis, &c. Sed est participium absolute positum subintellecto nomine vel pronomine; de quo Voss. de Constr. c. 49.

DEBELLANDUS, Partic. [καταπολεμηθησόμενος.] Virg. 5. Æn. 730.
— gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est.

DEBELLĀTOR, Verbale [καταγωνιστής.] ut Cruenti gurgitis debellator, apud Stat. lib. 9. Theb. 545. Virg. Æn. 7. 651. & Tertull. Apol. c. 5.

DEBELLATRIX, īcis. f. Tertull. adv. Marc. 3. 13. Roma sanctorum Dei debellatrix. Lactant. 1. 9. Libido pudoris ac famæ debellatrix. Tertull. Apol. c. 25. Græcia Phrygiæ debellatrix. ubi Rigaltius debellator vett. librorum auctoritate & exemplis tuetur.

DEBĔO, ŭi, ĭtum, [ὀφείλω, ὀφλισκάνω, χρεωστέω] ēre. notæ significationis. Ter. Andr. 4. 1. 51. Ego Pamphile hoc tibi pro servitio debeo. Cic. Fam. lib. 10. 12. Perfice ut ne minus Resp. tibi, quam tu Reip. debeas.
Calendis Januarii debuit, adhuc non solvit. Cic. Att. lib. 14. 21.
Quantum debet? Cic. Att. lib 5. 10. Quid vos? Qantum inquam debetis? Respondent, CVI. Subaudi talenta.
Privatim debere. Cic. pro Quint. 15. Neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem sibi quidpiam debere, aut privatim Quintium debuisse.

Amorem, studium, & similia. Cic. Fam. 1. 9. Quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem, reip. eum certe me animum, merito ipsius debere arbitrabar, quem &c. Idem pro Flacco. Semper ita sentiet talem se animum & generis dignitati, & pietati suæ, & patriæ debuisse.
Animam. V. ANIMA.
Beneficium summum alicui debere. Cic. 1. de Orat.
Fatum suum debere alicui, Id est acceptum referre alicui quod vel vivat, vel jam moriatur, vel bene, vel male agat. Stat. 5. Theb. 21.
Fidem. ut, Debeo tibi hanc fidem. Plin. Epist. 2. 8.
Fides communis omnibus debetur. Cic. Q. fratri. lib. 1. 1.
Gratiam debere alicui. Cic. 2. de Fin.
Honores divini pro divinis meritis alicui debentur. Cic. 4. Philipp.
Laudem alicui debere. Cic. Att. 1. 9.
Malum alicui pro sceleribus debetur. Cic. 3. Verr.
Misericordia tibi nulla debetur. Cic. 1. in Catil. 16.
Nummos alicui debere. Cic. Att. 11.
Oculos debere alicui. Catul. Epigr. 77.
Pecuniam debere alicui. Cic. pro Quintio.
Pecuniam grandem alicui debere. Cic. Fam. 13. 62. Ejus filio mire studioso & erudito & modesto pecuniam Nicæenses grandem debent ad HS. octogies.
Pecunia debetur alicui ex. Cic. Fam. 3. 5. Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur. Idem pro Cæcina 16. Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur.
Pecuniam debere pro. Cic. 2. Philipp. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas.
Pecunia cœpta est deberi. Cic. Fam. 1. de Orat. 168. Ante petitam esse pecuniam, quam esset cœpta deberi.
Pœna tanto facinori debetur. Cic. in Pison. 91.
Satisdato debere. Cic. Att. 16. 6. extr. ubi V. Gronov.
Supplicia debentur hostibus victis. Cic. 5. Verr. 76.
Vitam tibi debere fatetur. Ovid. de Ponto, 4. 5. 31.
Vitam armis debere. Claud. Stilich 77.
Debeo tibi, sine accusativo. Cic. Fam. lib. 1. Epist. 1. Nos in causa eo authoritatem minorem habemus, quod tibi debemus. Id est sumus tibi obligati, aut debitores tui sumus.
Debeam, credo, isti quicquam furcifero, si id fecerim? Ter. Eunuch. 5. 2. 23. i. e. Satisfaciendum ipsi mihi erit de injuria?
Maxime debere & plurimum posse juvare. Cic. Fam. 1. 7. Qui te & maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt.
Cupere debere omnia alicujus causa V. CUPIO.
Magnopere debere alicui. Cic. pro Planc. Ei me dedam cui nihil magnopere debeam.
Id nostræ necessitudini debere me judico. Cic. Fam. lib. 10. 12.
Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Brutus Cic. lib. 11. 1.
Debetis velle quæ velimus. Plaut. Amphit. Prol. 39.
Nihil debere cælestibus, pro mortuum esse. Qui enim vivunt, obnoxii sunt superis diis: mortui extra eorum ditionem sunt, & in aliorum jus conditionemque concedunt: qui autem alicui obnoxius est, qui alicujus imperio paret, is ei aliquid debet. Virg. Æn. 11. 52.
Nos juvenem exanimum, & nil jam cælestibus ullis
Debentem, vano mœsti comitamur honore. Turneb.
Debuit nosse, pro decebat. Cic. pro Cluent. Plin. Nescio an minoris hominem, quanquam nosse debes. Id est, verisimile est te hunc nosse, quum sit tot notis nobilis. Budæus. Cic. de Inv. 2. 3. Qui verissimum pulchritudinis habere judicium debuisset. Idem Att. 6. 1. Ausus debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevisse. Add. Græv. ad Cic. Att. 10. 4. p. 131. seq. Burm. & Sciopp. ad illud Petron. c. 33. extr. Hic nescio quid boni debet esse. Conf. c. 49. p. 246. Similia de Oportet habet Pareus lex. Crit.
Quantum esset quod deberet accedere, Id est quod addi oporteret. Cic. de Univers.
Debere, est jure aliquo teneri ad aliquid vel dandum, vel faciendum. Cic. in Paradox. Tu posse te dicito, quandoquidem potes, debere ne dixeris, quoniam nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere.
Debetur inventio rei alicujus alic. Plin. 18. 7. Id est, attribui debet: hoc est invenit.
Debebitur. Cato de R.R. cap. 144. Pro eo nemo solvet, neque debebitur.
Sua cuique virtutis laus propria debetur. Cic. 2. de Orat. 342.
Corpora debentur fato. Virg. 6. Æn. 714.
Vita necessitati debetur. Cic. pro Sextio. 47.
Debeo, pro possum. Cic. Att. 8. 16. Neque enim suspicari debui. Quod epistola superiore dixerat: Suspicione assequi non potui.
Eleganter debere nos ea dicimur quibus obnoxii sumus, quæ metuenda nobis impendent. Hor. Od. 1. 14. 15. Tu nisi ventis debes ludibrium, cave. Lambin. ad loc. exemplis docet eam loquendi rationem a Græcis sumptam esse. Hor. ad Pison. 63. Debemur morti nos nostraque. Similiter pœnas debere. Juv. dixit 10. 312. de quo Lips. Epist. Quæst. 4. 24. Ita fatis debetur quod certo futurum est. Virg. Æn. 3. 184. add. Burm. ad Quintil. Declam. 9. 5. p 194. Item. debere vel deberi non posse, quod cito præstandum erat, eleganter quoque dicitur. Ovid. Heroid. 16. 103.
Nec potui debere mihi spem longius istam,
Cærulea peterem quin mea vota via.
Cic. Att. 4. 2. Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest. i. e. cogimur illam juventuti describendam concedere ut inde proficiat. Plura dabit Victor. ad loc.

DEBENS, [ὀφείλων] Partic. ut,
Dies lenta videtur opus debentibus, id est Mercenariis, ut Schol. exp. Hor. 1. Epist. 1. 21. Idem de Art. 43.
Ut jam nunc dicat jam nunc debentia dici.

DEBITUS, Partic. [ὀφειλόμενος] Cic. Fam. lib. 5. 17. De tuo autem filio vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum ejus virtuti videar testimonium non cepisse.
Gratiam meritam debitamque alicui referre. Cic. 3. de Orat. 14.
Mors naturæ debita. Cic. 14. Philipp. 31.

Honores debitos decernere. Cic. 7. Philipp. 10.
Officio debito fungi. Cic. pro Cæl. 21. Tandiu debitum necessitudini officium reddere. Cic. Fam. 5. 18.
Pecuniam tandiu debitam alicui solvere. Cic. pro Flac. 54.
Pietate debita fratres colam. Sen. Hippol.
Pœnas ferre debitas. Sen. OEdip. 12.
Pœnas justas & debitas solvere. Cic. pro Milone 86.
Præmia Reddere debita. Virg. 2. Æn. 537.
Progenies Cœlo debita. Claud. in Gigantomach. 53.
Suppliciis. ut, Vita alicujus multis suppliciis justis debitisque erepta. Cic. 1. Catil. 20.
Idem interdum ac destinatus. Sulp. Sever. Hist. Sacr. 1. 54. postremis denique malis debitus, Regis animum offendit.

**Debĭtum**, Subst. [ὀφείλημα, χρέος, δάνειον] Id quod debetur. Cic. ad Q. frat. lib. 1, 2. prius quam Fundanio debitum solutum esset.
Consectari debita. Cic. Att. 13. 23. Ne existimes, eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros.
Exigere debitum. Sen. Phœniss. 171.
Fraudari debito. Cic. in Orat. 178.
Liberari debito vitæ. V. VITA.
Retribuere debitum. Cic. Antequam iret in exil. 2. Fidei conducit, in loco debitum retribuere.
Residere in debitis dicitur quod nondum solutum est. Lege ult. Cod. de præd. Senat. Docuit tua sublimitas exactionem Tribunorum Senatus non posse concurrere, adeo ut in nonnullis provinciis Senatori canonis medietas in debitis resederit. Id quod uno nomine Reliquum dicitur.
Reddere debitum Naturæ. i. e. Mori. Nep. de Reg. 1. 5. Curt. 10. 5. 3. Velut omni vitæ debito liberatus.
Solvere alicui debitum. Cic. Q. Frat. lib. 1. 2.

**Debitor**, [ὀφειλέτης, χρεώστης, ὑπόχρεως] Verbale. proprie (ut Modestinus ait) is dicitur a quo invito exigi pecunia potest. Plin. Jun. in Paneg. Nam liberalitatem jucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.
Debitor numerosus. Mart. 3. 31.
Et servit dominæ numerosus debitor arcæ. Id est multi debitores.
Æris debitor. Hor. 1. Sat. 2. 86.
Levior plaga ab amico, quam a debitore. Cic. Fam. lib. 9. 16.
Creditorem debitoribus addicere. Cic. in Pison. 86. Ultro Fufidium Equitem Romanum hominem ornatissimum creditorem debitoribus suis addixisti. V. ADDICO.
Debitoribus creditas pecunias condonare. Cic. 2. Off. 78.
Dimittere debitorem, pro Remittere debitum, & acceptilatione debitorem liberare. Ulp. l. 4. D. de decret. ab ordin. faciend. Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserint, sive largiti sint.
Interpellare debitorem. V. INTERPELLO.
Perpetuus animæ debitor. Ovid. 1. Trist. 5. 10.
Vitæ debitor. Ovid. 4. de Ponto, eleg. 1. 2.

**Debĭtrix**, [ὀφειλέτις] Verbale, f. Ulp. in l. Quanvis pignoris datio D. ad Senatusc. Velleian. Quasi debitrix delegetur. Paul. eod. tit. l. debitrix mulier. Tertull. de anima, Si omnium facinorum debitrix anima est.

**Debitio**, Verbale, f. [ὀφειλή] Idem quod debitum. Cic. ad Att. lib. 14. 13. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore; satis enim torquetur debitione dotis. Facto enim divortio cum Pomponia, Attici sorore, dotem reddere Q. Cicero cogebatur. Sic apud eundem pro Planc. 68. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. V. Gell. lib. 1. cap. 4.

**Debĭbo**, a Bibo comp. Solinus cap. 12, Quorum alterum si ovillum pecus debibat, &c. i. e. De flumine eo bibat.

**Debĭlis**, e. [ἀσθενής, ἀνάπηρος, ἀμβλυνος] Ter. Adelph. 4. 5. 3. Membra metu debilia sunt. Infirmus ac debilis. Cic. 3. in Catil. 3. Infirmos sine illo ac debiles fore putabam.
Imbecillis ac debilis senex. Cic. pro Sextio. 24.
Humero, lumbis, coxa debilis. Juv. Sat. 10. 227.
Mancus & membris omnibus captus ac debilis. Cic. pro Rabirio 21.
Mancus & debilis magistratus. Cic. pro Mil. Occurrebat, mancam ac debilem Præfecturam suam futuram Consule Milone. De Clodio.
Debile & Firmum, contraria. Cic. pro Murena. 51.
Debilis aliqua parte animi. Cic. de Claris Orat. 219.
Senex & debilis. Cic. 8. Philipp.
Senex debilior. Claud. in lib. Epigr. 42.
Vires equitum debiles. Cic. pro Mil. 95.

**Debilĭto**, [ἀσθενόω, ἐξασθενίζω, ἀμβλύνω] are. Cic. de Amicit. Nec debilitari animos, aut cadere patitur.
Me dolor debilitat, includitque vocem. Cic. pro Rabir. Posth. 48.
Onus debilitat me. Ovid. 2. Trist. 333.
At si me jubeas domitos Jovis igne Gigantes
Dicere: conantem debilitabit onus.
Membra debilitant lapidibus, fustibus, ferro. Cic. pro Flac. 73.
Actio causæ debilitatur. Cic. pro Deiot. 7. Quæ quoniam angustiora faciunt, actioque causæ maxime debilitatur loco, tuum, &c.
Affligunt animos, & debilitant metu. Cic. 4. Tuscul.
Audaciam alicujus debilitare & comprimere. Cic. pro Murena.
Debilitantur cogitationes inimicorum & proditorum. Cic. Fam. lib. 1. 6.
Consensus populi debilitatur. Cic. 8. Philipp. 4. Consensus Pop. Rom. qui jam descendit in causam, si nos languescimus, debilitetur necesse est.
Debilitare & reprimere furores aliquorum. Cic. in Vatin. 17. Quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt & represserunt.
Dolor patientiam debilitat. Cic. 5. Tuscul. 76.
Debilitat spem meam tua profectio. Cic. ad Att. lib. 5. 4.
Studia amicorum debilitare. Cic. pro Murena 43. Id est minuere.
Debilitari ac frangi viribus. Cic. pro Marcel. 8. Nulla est enim tanta vis, tanta copia quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit.
Virtutem alicujus debilitare. Cic. 5. Philipp. 4. Utrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem?
Vocem fletu debilitare. Cic. pro Cælio, 60. Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio & vocem meam fletu debilitavit, & mentem dolore impedivit.
Debilitari, passive ut Debilitari morbo. Cels. lib. 1. cap. 8. Cic. 2. de Fin. Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere.
Frangi & debilitari molestia non oportet. Cic. Q. frat. lib. 1. 1.
Debilitor lacrymis. Cic. Fam. lib. 14. 3.
Infringitur ac debilitatur magistratus. Cic. 1. de Orat. 24. Drusique Tribunatus pro Senatus authoritate susceptus, infringi jam ac debilitari videretur.

**Debilitātus**, Partic. [ἀσθενῶν, ἠσθενημένος] ut Debilitatus stupris. Cic. 2. in Catil. 10.
Afflictus, debilitatus, mœrens. Cic. 2. de Orat. 195.
Debilitatus atque abjectus. Cic. 3. Catil. 10. Recitatis literis, debilitatus atque abjectus conscientia, repente conticuit.
Animo debilitatus. Cic. Bruto, 9. 3. Minime decet, propter quem fortiores cæteris sumus, eum ipsum animo debilitatum videri.
Desperatione debilitatus. Cic. in Orat. 3. Vereor ne, &c. tandem studia multorum qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant.
Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abjecit exanimatus. Cic. pro Sextio 79.
Fractus ac debilitatus metu. Cic. 1. de Orat. 122.
Inermem & debilitatum aliquem opprimere. Cic. pro Murena.
Victus & debilitatus objecta specie voluptatis. Cic. 1. de Fin. 47.
Consiliis circumclusus & debilitatus. Cic. 2. in Catil. 14. Nunc si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, &c.
Civitas fracta malis, muta, debilitata, abjecta metu. Cic. pro Domo sua. 25.
Præcipitans & debilitatus magistratus aliquis. Cic. pro Domo sua, 40. In tuo præcipitante jam & debilitato Tribunatu, auspiciorum patronus subito extitisti.
Illa naufragorum ejecta ac debilitata manus. Cic. 2. in Catil. 24.
Nomen Græciæ jam fractum prope ac debilitatum. Cic. pro Flac. 62.
Veritas debilitata multis incommodis. Cic. pro Quint. 4. Ut multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur.
Virtus debilitata, animus fractus. Cic. post redit. ad Quirites 19.
Urbs soluta ac debilitata. Cic. 2. de Leg. Agr. 90. Quod nervis urbis omnibus exsectis, urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.
A jure cognoscendo debilitatus. Cic. 2. de Orat. 142. Debilitati a jure cognoscendo, voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abjiceremus. Id est, deterriti a jure cognoscendo, metus enim debilitat.

**Debilitāte**, Ita Nonius 2. 227. explicat Debiliter.

**Debilĭtas**, atis. [ἀσθένεια] Plin. lib. 17. cap. 24. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem affert.
Animi debilitas. Cic. 1. de Fin. 49. Ob eamque debilitatem animi multi parentes reliquerunt, &c.
Tarditas ingenii, stupor debilitasque linguæ. Cic. in Pison. 1.
Bonum integritas corporis, misera debilitas. Cic. 5. de Fin. 84.

**Debilitatio**, [ἀσθένημα.] Cic. in Pison. 88. Quid debilitatio atque abjectio animi tui? **Debilatamentum**. Idem. ap. Augustin. **Debilitator**, ōris. ap. eund. **Debilitātrix**, īcis. ap. Hieron.

**Debiliter**, Adv. antiquum, Debilitate, inquit Non. Pacuv. Miseret me, lacrymis lingua debiliter stupet.

**Debĭlo**, ōnis. pro debili dixerunt veteres. Enn. Debilo homo. Sipontin.

**Debitio**, **Debitor**, **Debitrix**, **Debitum**, **Debitus**. V. DEBEO.

**Deblatĕro**, [καταφλυαρέω] are. est stulte loqui, inquit Fest. nam βλᾶκας, stultos vocant Græci. Non. vero deblaterare, Obloqui & confingere interpretatur. Plaut. Aulul. 2. 3. 1. Ubi tu es quæ deblaterasti jam vicinis omnibus; meæ me filiæ daturum dotem? Lucil. lib. 30. Deblaterat plenus, bonus rusticus concinit una. Gell. lib. 9. cap. 15. Deblateratis versuum multis millibus. V. BLATERO.

**Deblateratio**, ōnis. ap. Apul.

**Debreviatus**, id. quod Abbreviatus in Cod.

**Debreviatio**, ōnis. Idem quod Abbreviatio in Cod.

**Debris**, Garamantum oppidum, affuso fonte, a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus, totidemque horis ad medium diem rigentibus. Verba sunt Plin. lib. 5. cap. 5.

**Debucellatus**, ut Penicilli debucellati. Plin. Valer. 1. 6. [In cod. Basiliensi expressum Pinicelli & Punicelli. Loquitur autem de massa ad Mandalia i. e. magdaleones faciendos. Legendum forte Panicellos de buccellato. V. locum.

**Debuccĭno**, as, are. pro Buccinare usus est Tertull. de velandis virginibus. cap. 13. Nihil debuccinemus. i. e. promulgemus.

**Debuccinātus**, ap. Mart. Capell.

**Debuccinator**, ōris. ap. Augustin.

**Debullio**, īre. Hinc

**Debullitio**, ōnis. f. ap. Augustin.

## D E C

**Dec.** Decius, Decurio. **de.** Defunctus. **dec. dec.** Decem Decani, Decreto Decurionum. **de.** vel **dedic.** Dedicata. **des.** Designatus, Designavit. **dest.** Destinato.

**Decachinnare**, [καταχαχάζειν] Est deridere, ut est apud Tertull. ad Nation. 1. 19. Quo resolutius decachinnatis. Id. Apol. c. 47. Gehennam si comminemur, decachinnamur.

**Decachordum**, [δεκάχορδον] instrumentum musicum, decem chordas habens. Occurrit in vers. Psalm. & ap. Hieron. Epist. ad Paulin. c. 7.

**Decacumĭno**, [βλαστολογέω] are. Cacumen præcidere, & cacumine privare. Columel. 4. 7. & 5. 6. Potest etiam ulmus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat.

Decacu-

Decacuminatio, [βλαστολογία] Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, piceæ, cedri.

Decacuminator, ōris. ap. Tertull.

Decadīvus, Vetus poeta in Pervig. Veneris 17. ex conject. Lernutii: Al. de Cadivo.

Et micant lachrymæ trementes decadivo pondere.

Decadorus, [δεκάδωρος] Longus decem palmis.

Decaduchus, [δεκαδοῦχος] Decemvir. Erant magistratus Athenis, post exactos Tyrannos, qui Remp. administrabant, eorum unusquisque Decaduchus vocabatur. V. Alexand. Genial. dier. lib. 3. cap. 16. Harpocrat. in v.

Decæneus, [Δικαίνεος] Byrebistæ regis Getarum consiliarius, quo tempore Cæsar adversus illum expeditionem parabat, more patrio Dei nomine honoratus. V. Strab. lib. 7.

Decalanticare, obsoletum verbum apud Lucil. lib. 26. Decalanticare eburno speculo. Meminit Non. V. deargentassere supra. Turneb. Adversf. 29. 22. exponit calanticam detrahere.

Decalco, are. Calce lino. Vet. Gloss. κονιῶ. Decalco, albo.

Decalicatus, Partic. Idem quod Calicatus. q. V. Festus. Decalicatum, calce litum.

Decalitron, [δεκάλιτρον] Stater erat Corinthius, obolorum decem. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 2.

Decalōgus, [δεκάλογος] Tabula Decem præcepta continens divina.

Decalvo, are. Veget. de Re vet. 2. 48. Psilothro decalvare. Usus & vulg. Interpr. 1. Cor. 11. 5. Vet. Gloss. decalvo φαλακρόομαι.

Decamnichus, [Δεκάμνιχος] Archelai aulicus quidam fuit, qui quum oris graveolentiam Euripidi objecisset, excanduit poeta maledicto gravius, querelasque apud regem deposuit. Is vero, ut qui Euripidem amplius amaret, illique afficeretur plurimum, Dechamnicum in ejus arbitrio posuit, in quem prout vellet, plagis desæviret. Qua tam insigni injuria accepta, bilem non substrinxit Decamnichus, sed in Archelaum grassantibus ducem se præbuit, ac necis illius causa extitit gravissima. Ex Cæl. Rhodig. lib. 24. cap. 10.

Decani, [δεκάρχοι] Dicti sunt in exercitu, qui decem militibus præerant. Erant Decani denis militibus præpositi, qui nunc Caput contubernii vocantur. Veget. 2. 8. V. Stewech. ad loc. & conf. Vulg. Interpr. Deut. 1. 15. Hodie Corporales. Stewec. ad Veg.

Decani erant collegiati, seu artifices quidam, ad quos cura libitinæ pertinebat, id est exequias, sepulturamque procurandi, feretra item atque lecticas ferendi. Eligebantur autem ex urbis fæce, & in collegia seu decanias distinguebantur, variis donati privilegiis. Novel. de offic. §. Eapropter. Const. 43. Et Novel. de exequ. 5. Inde adeo. Constit. 59. l. 4. & l. sub prætextu. C. de sacrof. eccles.

Apud Ecclesiasticos dignitatis nomen Decanatus. V. Alciat. in l. non plures. C. de sacrosanctis ecclesiis. Ex Militia in Cœnobia translata vox est; nam novem semper hominibus decimus præerat qui Decanus inde appellatus, de quo Hieron. & Augustin. de moribus Cathol. Eccl. c. 31. Inde in Collegia Eccl. Cathedr. item in Academias ubi Decanus appellatur qui Collegio caput. V. Buchn. de Philos. Ecloga. Glossaria Speelm. Macri, du Fresne.

Decanātus, Officium sive dignitas Decani.

Decanto, as, are. [ἀναχορεύω, κηρύττω] Idem quod Cantare & celebrare. Cic. 3. Tuscul. 53. Hæc omnia vidi: sed & jam decantaverant fortasse. Idem 2. de Orat. 75. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet. ubi ad contemtum dixit.

Miserabileis decantare elegos. Hor. 1. Carm. 33. 2.

Decantare pro loquitari & blaterare, posuit Quintil. lib. 12. 8. Quum multa quæ neque ad Judicem, neque ad Litigatorem pertineant, decantaverunt, bene comitati per forum reducuntur. Budæus.

Iisdem de rebus semper quasi dictata decantare. Cic. 4. de Fin. 10.

Decantatus, a, um. [κηρυττόμενος] Adj. ex Partic. Cic. 2. de Orat. 140. Omnes causas diligentes, memores, & sobrii oratores percursas animo & prope decantatas habere debent. At ego nullo decantatus carmine Apul. Milesf. 3. p. 138. conf. Id. 5. p. 165.

Decanummus, pro Denario nummo ap. Var. Auct. de Limit. Goes. p. 265. Cui jungitur ibid. Pentanummus. i. e. Quinarius. V. de utroque s. l.

Decaphōron, [δεκάφορον] Lectica, quæ fertur a decem hominibus, sicut Hexaphoron, quæ a sex. Sipont.

Decapŏlis, Judææ regio est decem urbium trans Jordanem. V. Plin. lib. 5. cap. 18.

Decaprōti, [δεκάπρωτοι] Qui funguntur munere decaprotiæ: quos Cicero Decemprimos appellat pro Sex. Rosc. 25. V. infra decemprimi. Ulp. in l. Et qui D. de Muneribus & Honor. Decaprotos minores etiam annis xxv. fieri jampridem placuit. Arcad. eod. tit. l. ult. Mista munera sunt decaprotiæ, icosaprotiæ: ut Heren. Modestin. & notando & disputando bene & optima ratione decrevit. Nam decaproti & icosaproti tributa exigentes & corporale ministerium gerunt, & pro muneribus defunctorum fiscalia detrimenta resarciunt.

Decaprotia, Decemprimatus. Ulp. l. 18. §. 26. V. decaproti.

Decapŭlo, are. Evacuare, deplere. De oleo dicitur. Plin. lib. 15. cap. 6. Quare sæpius die decapulandum. Ubi nonnulli legunt tantum Capulandum. V. capulo.

Decastȳlus, Decem Columnas habens. Vitruv. 3. 1. V. Bald. p. 35.

Decarchia, [δεκαρχία] Decemvirorum imperium apud Lacedæmonios, qui singulis civitatibus decem præficiebant viros.

Decatones, Decateutæ, & Decatelogi dicuntur, qui decimas exigunt & colligunt. Unde apud Abydenos Decateuterium legitur, quod nauli habebatur genus. Author Cæl. Antiq. lect. lib. 22. cap. 14.

Decarchos, [δέκαρχος] is dicitur, qui decem præest militibus, inquit Valla lib. 6.

Decarno, are. Carnem detrahere. Apic. 7. 9. Adde Veget. de Re Vet. 2. 27. & 42.

Decas, ădis. [δεκάς] significat aliquid denarium numerum continens. Hinc T. Liv. libros suos Decades nuncupavit: quod decem volumina singulæ continerent. Sipont. Decas item domus vocatur carceris in qua condemnatos suffocare solebant, ut author est Plutarch. & Alexand. ab Alexandr. lib. 3. cap. 5.



Decatorthōma, ătis. Medicina ex decem rebus parata ap. Seren. Samon. V. Keuchenii not. p. 181.

Decaulesco, ĕre. [ἐπικαυλέω] Emittere caulem. Plin. lib. 19. cap. 7. Raphanus utique jucundior detractis foliis ante quam decaulescat.

Deciates, Populi Liguriæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Ligurum celeberrimi ultra alpes Salluvii; Deciates, Oxybii. Erravit Florus, qui Liguriæ Cisalpinæ adscripsit l. 2. c. 3. ut Græv. ad l. docet.

Decēdo, ssi, ssum. [ἀποχωρέω, ὑπεξίσταμαι] est discedere, De Loco, vel de Re cedere. Cic. in Pison. Altera ratio, quod ii quos in provincia liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. Est igitur Decedere, ei qui successor missus est cedere. V. De Provincia infra.

Decedamus hinc. Plaut. Bacch 1. 174.

Hic nescio quid turbæ est: quin hinc decedimus?

Decedere ex agris, ex decreto alicujus. Cic. pro Font. Dicunt contra, quibus invitissimis imperatum est: dicunt qui ex agris ex Cn. Pompei decreto decedere sunt coacti.

Decedere alicui. Plaut. Amphit. 3. 4. 3. Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier Populo, ni decedat mihi, quam servolo in comœdiis?

Decedere alicui, pro Aversari aliquem. Cæs. Bell. Gall. lib. 6. 12. ubi de condemnatis a Druidibus, Quibus ita interdictum est, iis omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt. Id est, via decedunt. Budæus. Alii legunt, ab iis omnes discedunt.

De suis bonis decedere. Cic. Verr. 2. 43. Utrum Prætor imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere, an &c.

De curriculo vitæ decedere. V. curriculum.

A superioribus decretis decedere. Cic. pro Flacc. 17. Cognosce quid me Consule Senatus decreverit, quum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit.

Fide. Liv. 4. Bel. Maced. Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum cæteris voluissent.

Furori aliquorum decedere. Cic. Antequam iret in exil. 13. Id est cedere.

Instituto suo. Id est aliter agere (inquit Budæus) quam quis solitus sit. Liv. 7. Bell. Maced. Esset deliberatio anceps ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro.

Itinere, per metaphoram. Plin. Jun. Epist. 2. lib. 1.

De suo jure, est non summo jure agere, aliquid sui condonare comiter. Cic. 2. Off. 64. Est enim non modo liberale, paululum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Idem pro Rosc. Amer. 73. Esto, causam proferre non potes, tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo jure decedam: & tibi quod in alia causa non concederem in hac concedam, fretus hujus innocentia. Et omissa præp. Jure suo. Liv. lib. 3. Decessitque jure suo, ut demptum de vi magistratus, populi libertati adjiceret. Vulgo dicunt, *Præterire jus.* Hæc Budæus.

Limite decedit. Stat. 2. Theb. 61.

Loco decedere. Tacit. Annal. 3. 31.

De suo more, pro Mores mutare. Cic. 2. Verr. Nonne hoc indicant, tantas esse injurias, ut multo maluerint de suo more decedere, quam de tuis moribus non dicere?

Nec feræ meminit decedere nocti. Virg. Ecl. 8. 88.

Officio, vel de officio, Est contra quam decet atque officiosum est, aliquid agere. Cic. in Verr. Quid faceres pro homine innocente & propinquo, quum propter hominem perditissimum atque alienissimum, de officio decesseris? Liv. 27. 10. Eas quoque colonias quæ officio decessissent. Hæc Budæus. V. Gronov. ad Liv. loc.

Ab officio decedere. Liv. lib. 6. Decad.

Possessione decedere, vel de possessione. Ulp. in l. si finita 15. §. siquis D. de damno infecto: Siquis in possessionem missus, nondum possidere jussus sit, an dominus decedere de possessione debeat, videamus, &c.

De possessione decedere. Cic. 2. de Leg. Agr. 67.

Provincia decedere. Et in hac formula propriissime ponitur de Magistratibus, qui anno peracto provinciam Successori tradebant, vel certe relinquebant. Nec de Proconss. solum ac Propraett. verum etiam de Quæstore & Legatis: Ac sæpius absolute, omissa provinciæ mentione, Valla auctore 5. 95. V. Nep. 25. 4. 1. Cic. pro Ligar. pr. decedens Considius provincia. Suet. Jul. 8. Decedens ergo ante tempus.

Decedere & Succedere, contraria sunt. Ulp. l. Quive. D. ad legem Juliam majest. Quive, ait, de provincia, cum ei successum esset, non decessit.

Ex provincia. i. e. Migrare. Cic. Fam. lib. 2. 10. Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. Jocus est de Pantheris.

Regnis decedere, pro privari regno vel imperio. Sil. lib. 17.

Sententia decedere. Tacit. lib. 14. 49. Non ideo aut Consules mutavere relationem, aut Thrasea decessit sententia.

De sententia decedere. Cic. pro Corn. Balb. 11. Qui de civitate decedere, quam de sententia maluit.

Spatio decedere. Lucret. lib. 2.

Via. Plaut. Amphit. 3. 4. 7.

Quamobrem mihi magis par est via decedere, & concedere.

Et Quintil. lib. 4. Decedere via dicendi.

Decessit via errabundus. Sueton. in Cæs. 31. Et cum luminibus extinctis decessisset via, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit. i. e. aberrasset.

De via. Plaut. Amphit. 3. 4. 1.

Concedite, atque abscedite omnes, de via decedite. Cic. pro Cluent. Si invitaverit, id quod solet, sic hominem accipiemus, ut moleste ferat, se de via decessisse. Decedere alicui de via. Plaut. Trinum. 2. 4. 80. Non tibi dicam dolo:

Decedam ego illi de via, de semita,
De honore populi.

De vita decedere. Cic. pro C. Rabir. extr. Quare si eos, qui jam de vita decesserunt &c.

Decedere etiam dicuntur qui injussu & sine commeatu abeunt. Pollio ad Cic. Fam. 10. 32. extr. Si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci.

Decedet hæc ira. Ter. Hec. 3. 5. 55. i. e. definet.
Decedet jam ira hæc, etsi merito iratus est.
Decessit cura ea patribus. Liv. 9. 29. Profligato fere Samnitium bello, prius quam ea cura decederet patribus Romanis, Hetrusci belli fama exorta est.
Nihil decedet de summa. Ter. Adel. 5. 3. 30.
Decedit febris. Cels. lib. 3. cap. 3. i. e. desinit, intermittit.
Decedit hoc opibus. Liv. 3. ab Urbe.
Decedit periculum de causa ejus. Cic. pro Cluent. 167. Quod jam intelligetis, an ut de causa ejus, periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet?
Decedunt vires. Liv. 4. Bell. Macedon. Quantumcunque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat.
Decedere & Accedere in his exemplis invicem opponuntur. Labeo in l. Si cui ædes. D. de legat 3. Nanque eo modo alteris ædibus id accedet, alteris decedet.
Decedi, passive. Cic. de Senect. 62. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, deduci, assurgi, reduci, consuli. De via scil.
Decedere, sine appositione, pro Mori, quasi a custodia & gubernatione corporis proficisci, inquit Valla. Cic. ad Att. lib. 1. 4. Pater nobis decessit ad VIII. Cal. Decemb. Id. 1. 12. Nep. 20. 1. 6.

DECEDENS, Partic. [ἀποχωρῶν] Cic. pro Muren. Multi obviam prodierunt de provincia decedenti. Nep. Cat. C. 1. extr. Quæstor ex Africa decedens.
Dies decedens, id est occasus. Virg. 4. Georg. 466.
Decedentia certis Tempora momentis. Hor. 1. Epist. 16. 3.

DECESSIO, [ἀποχώρησις] Verbale. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam.
Decessio de provincia. Cic. ad Att. lib. 6.
Mansio & Decessio, contraria. Cic. Fam. lib. 4. 4. Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat.
Dies decessionis. Cic. Att. lib. 6. 5.
Decessio, pro diminutione. cujus contrarium est Accessio. Cic. 3. Off. Sed quum sit is qui solum bonum judicet, quod honestum sit, quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, neque decessione pejorem.
Decessio de summa. Cic. pro Rab. Posth. 30. Non intelligo hoc quale sit, utrum accessionem decumæ, ut nostri facere coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit.
Decessio Febris. Cels. 3. 3.

DECESSOR, [ἀποχωρητής] est cui e provincia abeunti, successor mittebatur. Ulp. in l. Observare. D. de Off. Proconf. Recte autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significetque quo die fines sit ingressurus. Sic in aliis muneribus. Nam Julii Agricolæ Tacitus Decessorem vocat, qui legionem illi tradebat. Agric. 7. 4. Vulgo Antecessorem vocant.

DECESSUS, us. [ἀποχώρησις] Idem quod Decessio. Plin. lib. 18. cap. 18. Vulgo credebatur ab ejus (scil. Nili) decessu serere solitos. Cæs. 3. Bell. Gall.
Decessus febris. Cels. lib. 3. cap. 12. Sub decessu febris cibum sumat. i. e. post Paroxysmum.
Decessus pro Morte. Cic. de Amicit. cap. 3. extr. Amicorum decessu plerique angi solent.

DECELĪA, vel DECELĒA, [Δεκέλεια] Vicus est Hippothoontidos tribus, ut tradit Stephanus, Atticæ, ejusque frequens mentio est apud Thucydidem. Hanc Alcybiadis consilio munierunt Lacedæmonii. Nep. in v. c. 4.

DECEM, [δέκα] numerale, indec. Ter. Heaut. 5. 1. 36.
Decem dierum vix mihi est familia.
Decem septem numero. Cæs. 1. Bell. Civil. 56. Naves longas expediunt numero decem septem. Sic apud eundem lib. 1. Bell. Gall. Decem novem. [Ita in cod. Aldi & Junt. in Rob. Stephani vero ac deinceps editis numerus notis expressus.

DECEMJŪGIS, [δεκάζυγος] Adject. Sueton. in Nerone c. 24. Aurigavit quoque plurifariam: Olympiis vero etiam decemjugem. Subint. currum.

DECEMMODIUS, vel DECIMODIUS, Colum. 12. 50. Corbulæ decemmodiæ.

DECEMPRĪMI, [δεκάπρωτοι] Cic. pro Rosc. Amer. 25. Itaque Decurionum decretum statim fit, ut Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceantque eum qui vir Sext. Roscius fuerit. V. Græv. ad Cic. Att. 10. 13. & ad loc.
Decemprimi, ii decuriones sunt qui decem erant primi in albo Decurionum. Nam quorum erat maxima in municipio dignitas, quique magistratus gesserant, primi, ut Ulp. scribit, scribebantur. Eodem modo in Verrem Quinqueprimi sunt quinque viri, qui principem in Senatu locum habebant. Quinqueprimi autem & Decemprimi muneribus quibusdam & functionibus erant obnoxii, ut Jurisconsulti tradunt. Turneb. [XV. primos Massiliensium habes ap. Cæs. de B. C. l. 35. pr. V. supra DECAPROTI.

DECEMPRIMATUS, us. [δεκαπρωτεία] Decemprimorum munus & dignitas. Hermog. in l. 1. D. de muner. & honor. Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis Decemprimatus.

DECENNIS, [δεκαετής] decem annorum. Decennis fœmina. Plin. lib. 8. cap. 5. Et cap. 44. Quintil. 8. 4. Flor. 1. 12. 8.

DECENNIUM, Apul. de Deo Socr. p. 52. Calchas decennium (belli Trojani) prædixit. conf. Pallad. Mart. 11.

DECIES, Adv. [δεκάκις] Plaut. Stich. 3. 1. 45.
Quin & ipsa decies in die mutat locum.
Decies die uno. Plaut. Aulul. 1. 1. 31.
Decies dixi. Plaut. Amphit. 2. 1. 27. i. e. sæpe.
Haud semel, sed decies jurasti mihi. Plaut. Pœnul. 1. 2. 148.
Decies anno pariunt columbæ. Plin. lib. 10. cap. 53.
Decies centena. Plin. lib. 3. cap. 5.
Decies centena millia. Cic. 3. Verr.
Decies bis. Mart. lib. 1. Epig. 12.
Decies millia centum. Mart. lib. 1. Epig. 104.
Decies centena, pro prægrandi & immani summa, idque jam inde ab ultima prope antiquitate urbis est usurpatum Latinis. Credo quod tum ea pecunia videbatur ingens, quum minor erat nummi copia. Proinde Juv. dixisse reor. 10. 335.
— ritu decies centena dabuntur.
Antiquo. Pro immensa dote. Certe postquam crevit pecunia & abundavit Romæ, nihilominus permansit illa antiqua loquendi ratio. Hor. Sat. 1. 3. 15.
— decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis, &c. Turneb.
Usque ad decies æris. Liv. 4. Bell. Pun. Qui supra trecenta millia, usque ad decies æris, quinque nautas: qui supra decies, septem.
Decem millia æris, Dicendi figura summis authoribus frequens, citra assium adjectionem, uti apud Liv. primo ab U. C. & in legibus Duodecim tabularum, Si injuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ sunto. Quod apud Gell. exponens Phavorin. Quis erit, inquit, tam inops, quem ab injuria facienda viginti quinque asses deterreant. V. Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 6. [V. potius Gronov. de Pec. Vet. & luculenta brevitate eadem explicantem J. G. Eisenschmid. de Pond. & Mens. S. 3. C. 4.
Decies, præcisa loquutione, pro decies centena millia. Papin. l. 77. §. 2. D. de condit. & demonst. Quum uxori mandatum esset, ut moriens filiæ communi decies restitueret, &c.

DECEMBER, bris. [ποσειδεών] nomen mensis, qui decimum locum tenuit antequam additi fuissent Januarius & Februarius.
Gelidus mensis December. Ovid. 1. Trist. 10. 3.
Canus december. V. CANUS.

DECEMBRIS, Adj. Age libertate decembri utere. Hor. Sat. 2. 7. 4. h. e. libertate quæ servis solet concedi tempore Saturnaliorum. Consules Idibus decembribus magistratum occœpere. Liv. 4. 37.

DECEMPES, ĕdis. In proverb. Decempes Umbra est, [δεκάπους σκιάει] occurrit, quo hora cœnarum ex umbris solarii numerata significatur. V. Lucian. Cronos. Aristoph. Eccl. 648. Fab. & Kuster. ad loc. Eubul. Com. ap. Athen. l. 1. Menand. ap. eund. l. 6. Casaub. 6. 10. Schol. ad Lucian. l. c. Suid. & Hesych. Erasm. Chiliad. Beroald. in Columell. & Salmas. in Solin.

DECEMPĔDA, æ. [δεκάπουν μέτρον] Pertica qua mensuratur terra: a numero pedum dicta. Cic. 14. Philipp. 10. Idem pro Milon. 75. Qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortosque peragrabat. Idem 4. Acad. 126. de Sole loquens. Hor. 2. Carm. 15, 14. Decempedæ privatæ. Adde Sueton. August. c. 24. & Scriptores Geometricos.

DECEMPEDĀTOR, Qui decempeda metitur. Cic. 13. Philipp. 37. Cavebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri privati & publici decempedator.

DECEMPLEX, ĭcis. Adj. Nepos. Miltiad. 1. 5. 5. Tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent.

DECEMPLICĀTUS, Adj. Varr. 5. p. 55. Steph. de lingua Latina, His decemplicatis, conjuncto præverbio, ex uno quinque millia numero efficerent, &c.

DECEMRĒMIS, f. Plin. 7. 56. Decemremem Mnesigethon invenisse dicitur. V. Polyd. Virg. de Navig. 3. 16. & infra DECERIS.

DECEMSCALMUS, [δεκάσκαλμον] Actuariolum decem scalmorum, quod proinde decem remis agebatur. Scalmus autem, lignum illud erat, in quo remus aptabatur ad facilius navigandum. Cic. ad Att. lib. 16. 3. Hæc ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis.

DECEMVĪRI, [οἱ δέκα, δεκάδαρχοι] qui fuerint docet his verbis Livius 3. Anno trecentesimo altero quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis ab Consulibus ad Decemviros, quemadmodum ab Regibus ante ad Consules venerat, translato imperio. Minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. læta enim principia magistratus ejus, nimis luxuriavere, eo citius lapsa res est; repetitumque duobus uti mandaretur Consulum nomen imperiumque. Idem paulo ante, Jam redierant legati cum Atticis legibus, eo intentius instabant Tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret. placet creari decemviros sine provocatione, & ne quis eo anno alius magistratus esset.
Perscripserunt duodecim tabulas decemviri. Cic. 1. de Orat. 58. Dicant vel Græci si volunt, &c. vel nostros Decemviros qui duodecim tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes, &c. Idem de leg. Agr. 16.
Decemviri litibus, vel ἀρχαϊκῶς stlitib. judicandis, Pompon. l. 2. §. 16. D. de orig. jur. Deinde quum esset necessarius magistratus, qui hastæ præesset, Decemviri stlitibus judicandis sunt constituti. Sueton. in August. c. 36. Author fuit ut centumviralem hastam, quam quæstura functi consueverant cogere, Decemviri cogerent. & Torr. ad loc. Cic. in Orat. 156. Duumvirorum judicium. aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus judicandis, dico nunquam, &c.
Decemviri sacris faciundis, qui primum Duumviri, demum Quindecim viri, ubi vide.

DECEMVIRĀLIS, e. [τῶν δέκα, δεκαδαρχικός.] Cic. de Leg. Agr. 14. Jam illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis quam acerba, quam formidolosa, quam quæstuosa concursatio decemviralis futura sit, non videtis?
Collegium decemvirale, Cic. 4. Verr. 108. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes Populi Romani quum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum & magnificentissimum templum; tamen usque ad Ennam profecti sunt
Invidia Decemviralis. Cic. Brut.
Leges Decemvirales XII. tabularum: quibus perferendis Decemviri Consulari potestate creati sunt. Liv. lib. 3. 57. Prius quam urbem egrederentur, Leges decemvirales, quibus tabulis Duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt.
Odium Decemvirale. Liv. 3. 42.
Potestas decemviralis. Tacit. lib. 1. princ.

DECEMVIRALITER, Adv. more Decemvirorum Sidon. 8. 6. Ut decemviraliter loquar.

DECEMVIRĀTUS, us. [ἀρχὴ τῶν δέκα, δεκαδαρχία] Dignitas & officium decemvirorum. Liv. 3. 36. Opinio etiam sine authore exierat, non in præ-

in præfentis modo temporis eos injuriam confpiraffe, fed fœdus clandeftinum inter ipfos jurejurando ictum, ne comitia haberent: perpetuoque decemviratu poffeffum femel obtinerent imperium. Hæc Budæus. Cic. de Leg. Agr. 59. Ut ii decemviratum habeant, quos plebs defignaverit. Plural. Liv. 4. 15. Confulatibus, Decemviratibus.

DECENNALIS, e, [δεκαετὴς] Quod eft decem annorum, ut Bellum decennale. Ammian. 15. 12.

DECENNALIA VOTA, quæ primum fub aufpiciis Imperii pro incolumitate principis folenni nuncupatione fufcipiebantur, deinde decimo quoque imperii anno renovabantur. Hinc factum, ut dies ipfe nuncupationis, facrificiis, epulis, ludis, cæterisque voluptatibus celebratus DECENNALIA abfolute diceretur. Poll. Trebell. in Gallien. c. 7. Interfectis fane militibus apud Byzantium Gallienus, quafi magnum aliquid geffiffet, Romam curfu rapido convolavit, convocatisque patribus Decennalia celebravit, novo ludorum genere, nova pomparum fpecie, exquifito genere voluptatum. al. DECENNIA. Plura Cæl. Rhod. lib. 22. cap. 14. Vaillant. ad Numifm. Impp. De Ludis & Votis Decennalibus, Quinquennalibus, Vicennalibus. V. & Oifel. Comm. ad Num. Sel. Tab. 94. & 95.

DECENNIS, DECENNIUM. V. DECEM.

DECENS, DECENTIA, DECENTER. V. DECET.

DECERIS. [δεκήρης] Latine Decemremis. Sueton. in Calig. C. 37. Fabricavit & deceris liburnicas. DE CEDRIS alii legunt, fed mendofe. Naves enim intelligit ingentis magnitudinis, quæ thermarum & tricliniorum capaces effent, quales a regibus Ægypti & Macedoniæ fabricatas refert Athenæus. Laxitas autem & capacitas decemremis triclinia, & conclavia & thermas complecti poteft. Emendatores quum Deceris legiffent, nec animadvertiffent vocabulum effe Græcum, d literam interferuere, pretium materiæ fequuti, quum amplitudinem fignificaret. Hæc ex Turnebi Adv. 22. 31. V. DECEMREMIS.

DECERNO, crēvi, crētum, [κρίνω, ψηφίζομαι, δογματίζομαι, προαιρέω] ĕre. Judicare. Ter. Adel. 4. 2. 5.

Quid hoc, malum, infelicitatis? Nequeo fatis decernere.

Decernere de. Plin. lib. 17. cap. 22. Sed de his, Catonis præcepta decernent.

Decernere & judicare. Author ad Heren. 2. 19.

Decernere, Statuere, & Defigere, authore Donat. Ter. Hec. 1. 2. 73. Sed quam decrerim me non poffe diutius Habere, eam, &c. Mart. lib. 2. Epig. 64.

Dum modo caufidicum, dum te modo rhetora fingis,
Et non decernis, Taure, quid effe velis.

Intus animus quid decrevit. Sen. Medea.

Decretum eft mihi. Plaut. Aulul. 3. 6. 36.

Mihi bibere decretum aquam eft.
Sumat, confumat, perdat, decretum eft pati. Ter. Heaut. 3. 1. 56.

Decernere, cum infin. Cic. 2. de Orat. 156. Sic decrevi philofophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis. At Liv. 1. 18. ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt.

Decernere, eft etiam, ut ait Donatus, de magnis certam proferre fententiam. Ter. Andr. 1. 5. 3.

Uxorem decrerat dare fefe mihi hodie

Decernit Senatus, populus jubet. Cic. 2. Verr. 161. Centuripinorum Senatus decrevit, populusque juffit.

Statuere, decernere. Cic. 16. Att. 16. Quæ res earum rerum quas Cæfar ftatuiffet, decreviffet, egiffet, Confulibus cognitionem dedit.

Decernere alicui ut. Cic. Fam. 1. 1. Ex illo Senatus confulto quod te referente factum eft, tibi decernit ut regem reducas.

Decernere aliquid contra rem alicujus. Cic. 3. Verr. Si qua in re, contra rem meam decreviffet aliquid injuria.

Contra edictum fuum fine ulla religione decernere. Cic. 1. Verr. 119.

Decernere de re alicujus. Cic. Fam. lib. 1. 3. Imprimisque ut quæ Appius de ejus re decrevit, ea comprobes.

De fententia confilii decernere aliquid. Cic. ad Att. lib. 16. Ep. 16. in priore & noviff. ad Capiton.

Ampliffime decernere de falute & dignitate alicujus. Cic. pro Domo fua 74.

Secundum aliquem decernere. Cic. Att. lib. 16. 16. Confules de confilii fententia decreverunt fecundum Buthrotios.

Extra ordinem decerni uni negat oportuiffe quicquam. Cic. pro Domo fua.

Bellum decernere. Cic. 2. Verr.

Dona decreta, & grates deis decernuntur. Tacit. Ann. 15. 74.

Gaudia decernere parvis fpatiis. Claud. 4. de fext. Conf. Hon. 364.

Grates decernere fuperis. Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 9. 49.

Nunc pro Cæfaribus fuperis decernere grates.

Gratulationem confervatæ Reip. alicui decernere. Cic. 4. in Catil. 20.

Hofpitium alicui gratuitum. Plin. lib. 35. cap. 9.

Honores alicui. Cic. ad Brut. 15. Ibidem, 9. Quis honos ei non fuit decernendus?

Imperium decernere alicui. Cic. 11. Philipp. Clariffimo viro atque innocentiffimo decrevit imperium, privato tamen.

Injuriam. Cic. pro Quint. Bruti, inquit, erat familiaris: itaque is intercedebat: tu contra Burrieni qui injuriam decernebat.

Laudationem alicui. Cic. 4. Verr. Ut ei illam laudationem, quam fe vi ac metu coactos paucis illis diebus decreviffe dicebant, tollerent.

Legationem contra aliquem. Cic. 2. Verr. Sic Decernere legatos. Cic. ad Lentul. lib. 1. 1.

Legiones in Syriam. Cic. Fam. 2. 16.

Novi aliquid decernere. Cic. Fam. lib. 2. 6. Itemque petivi per literas, &c. non ut decernatur aliquid novi, quod folet effe difficilius, fed ut ne quid novi decernatur.

Noxiam. Plin. lib. 18. cap. 3. Impubem Prætoris arbitratu verberari, noxiamve, duplionemve decerni.

Pecuniam ad. Cic. ad Q. frat. 1. 1. Quod edixeris ne ad ludos pecuniæ decernerentur.

Quæftionem decernere. Cæf. 7. Bell. Gall. 43. Quæftionem de bonis direptis decernunt. Cic. 2. de Fin. 54. Quo plebifcito decreta a Senatu eft Confuli quæftio Cn. Scipioni.

Novam quæftionem, pro eo quod nunc dicimus Ordinare ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Cic. pro Milon. 18. Caruit foro poftea Pompejus, caruit Senatu, caruit publico, &c. Num quæ rogatio lata? Nam quæ nova quæftio decreta eft? Bud.

Decernere ut veteribus legibus quæratur. Cic. pro Milon. Decernebat enim ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur.

Statuam alicui. Plin. lib. 34. cap. 6. Invenitur ftatua decreta & Taraciæ Cajæ five Suffetiæ virgini Veftali.

Stipendium. Cic. Fam. lib. 1. 7.

Sumptus legatis decernere. Cic. Fam. lib. 3. 10.

Supplicationem. Cic. Fam. lib. 13. Itaque affui, fupplicationesque libenter tibi decrevi.

Triumphum decernere alicui. Cic. 4. de Fin. 22.

Decernere, pro Dicere. Plaut. Amphit. fragm. Qui nequeas, noftrorum uter fit Amphitryo decernere. Non. [Imo pro difcernere, dijudicare. V. fupra.

Decernere cornibus, i. e. decertare. Virg. 3. Georg. 218. De tauris.

Cornibus inter fe fubigit decernere amantes.

Suo folum capite decernere. Cic. Att. lib. 10. 9. Dices, ubi ille ergo tuus animus, quem proximis literis? Adeft, & idem eft. Sed utinam meo folum capite decernerem: lacrymæ meorum me interdum molliunt, &c.

Pro fama & fortunis alicujus decernere. Cic. 2. de Orat. 201. Me pro meo fodali, quia mihi in liberorum loco more majorum effe deberet, & pro mea omni fama prope fortunisque decernere.

Uno judicio de omnibus fortunis decernere. Cic. pro Quint. 6.

Acie decernere, In ACIES.

Armis decernere. Cic. Att. lib. 7. 3. Hic omnia facere omnis, ne armis decernatur: quorum exitus femper incerti, &c.

Criminibus. Liv. lib. 10. Decad. 4. Decernite criminibus, mox ferro decreturi.

Ferro vel armis. Virg. 11. Æn. 218.

Ipfum armis, ipfumque jubet decernere ferro.

Cic. 2. de Orat. 317. Sed fi in ipfo illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen, &c.

Pugna forti decernere. Valer. 4. Argon. 193.

Pugnam decernere. Liv. 8. Bell. Pun. Primo miffilibus territavere: deinde omiffis levibus telis, quæ irritare magis quam decernere pugnam poterant.

Ratio decernendi magis expetenda eft, quam decertandi fortitudo. Cic. 1. Off.

Æquabilitate decernendi vitat offenfionem Prætor fapiens. Cic. pro Muren.

DECRĒTUS, [ἐψηφισμένος, ἐγνωσμένος] Partic. Cato ap. Cic. Fam. lib. 15. 5. Supplicationem decretam, Si tu, qua in re nihil fortuito, fed fumma tua ratione & continentia Reip. provifum eft, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi, referre acceptum mavis, gaudeo.

Lex decreta per Senatum. Cic. pro Domo fua. 24.

Aliquem decretum habere. Cic. pro Cæl. 38. Nihil jam in iftam mulierem dico: fed fi effet aliqua diffimilis iftius, quæ fe omnibus pervulgaret, quæ haberet palam decretum femper aliquem, cujus in hortos, domum, Bajas, jure fuo libidines omnium commearent, &c.

Omnibus decreta mors eft. Sen. Theb. 1.

Decreta virtutis præmia. Cic. 2. de Orat. 347.

Defponfa & decreta provincia, diverfa. Cic. de Provinc. Conful. 37. Qui Conful Cal. Jan. habere provinciam debet, is ut eam defponfam, non decretam habere videatur.

Sumptus annuus decretus. Cic. Att. lib. 7. 1.

DECRETUM, i. n. [ἐγνωσμένον, ψήφισμα, δόγμα, ῥήτρα, χρεών] eft id quod Placitum alias Latine dicitur. Græce dogma, & pfephifma, & areston dicitur, authore Budæo. Plin. in Epift. Quod affirmare tibi poffum, ut decreta, quibus damnati erant, proferebantur: ita nulla monumenta quibus liberti probarentur.

Philofophorum decretum. Cic. 4. Acad. 27. Sapientiæ vero quid futurum eft, quæ neque de feipfa dubitare debet, neque de fuis decretis (quæ philofophi vocant dogmata) quorum nullum fine fcelere prodi poterit?

Edictum & decretum. Cic. 2. Verr. 119. Qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit?

Novitas, iniquitasque decretorum. Cic. 3. Verr.

Decreta patrum; juffa populi. Liv. 8. Bell. Maced. Sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere, nutus ejus pro decretis patrum, pro populi juffis effe.

Sapientis nullum decretum effe poteft nifi comprehenfum, perceptum, cognitum. Cic. 4. Acad. 109.

Tabula decreti. Cic. 1. Philipp. 3. Affentiri etiam nos Ser. Sulpitio clariffimo viro voluit, ne qua tabula poft Idus Martias ullius decreti Cæfaris, aut beneficii figeretur.

Decretorum Numæ R. Libros VII. memorat Plin. H. N. 13. 13. ex Tuditano. i. e. De præceptis Philofophiæ.

Decreta Principum dicuntur, quæ princeps, caufa cum confilio cognita, & utraque parte audita, pronuntiavit, ut in l. 3. D. de his, quæ in Teft. delent.

Decreta privata Cæfaris dicuntur, quæ non publico decreto, fed privati juris caufa ftatuta effe videntur. V. Alex. ab Alex. l. 6. c. 23.

Dura decreta. Valer. 8. Argon. 466.

Triftia decreta. Valer. 8. Argon. 407.

Sine decretis vitam agere. Cic. 4. Acad.

Auferre decretum. Cic. Att. 16. 16. Liberaliffimum decretum abftulimus, quod eft obfignatum ab ampliffimis viris.

Concitare in fe, & infeftare aliquos fuis & decretis & edictis. Cic. 1. Verr. 93.

Defendere decreta. Cic. 2. de Fin. Eft enim tanti philofophi tamque nobilis, audacter fua decreta defendere.

Facere decretum. Cic. pro Domo fua 74. Omnes omnium publicanorum focietates de meo Confulatu ac de meis rebus geftis ampliffima atque ornatiffima decreta fecerunt.

Cum decreto & palam aliquid facere. Cic. 2. de Leg. Agr. 44. Cur non item, ut cum decreto & palam regionem illam petierunt? Ubi alii tamen Directo legunt.

Aliud decretum habere. Cic. 4. Acad. Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat, &c.
Neque ex edicto, neque ex Decreto. i. e. Vi edicti aut decreti cujusq. Cic. Fam. lib. 13. 56.
Honestari magnificentissimis decretis ab aliquo. Cic. Post red. in Senat. 2.
Interponere decretum. Author ad Heren. 19.
Laudare sententia & decreto aliquid. Cato Cic. Ep. lib. 15. 5. Itaque quod pro meo judicio facere potui, ut innocentia consilioque tuo defensam provinciam, &c. sententia mea & decreto laudarem, feci.
Mutare decretum, In MUTO.
Ornari decretis, In ORNO.
Patrare decreta, Exequi quod erat decretum. Paterc. lib. 2. 110. Nulla unquam natio tam mature consilium belli bello junxit, ac decreta patravit.
Perfringere decreta, In PERFRINGO.
Proferre. Cic. 3. Verr.
Rumpere ferrea decreta. Ovid. 15. Met. 781.
Statuere jus Reip. decretis. Cic. 10. Philipp. 12.

DECRETŪRUS, Partic. [ψηφιούμενος] Cic. in Vatin. Utrum decreturus fueris id quod Augures omnes usque a Romulo decreverunt.

DECRETORIUS, [κρίσιμος] Adj. ut Decretoria pugna, qua decernitur de summa causæ. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quo in loco sunt qui legant decertatoria. V. Gronov. ad Liv. 28. 14.
Decretorium sidus, & tempus decretorium dicitur per translationem, Quod decernit de uvis & aliis arboribus aut herbis. Plin. lib. 18. cap. 28. In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur decretorio uvis sidere illo quod Caniculam appellavimus. Unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ. Idem lib. 18. cap. 29. Aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis. Elegantissime 17. 2. Circa Vergilias quidem pluere inimicissimum viti & oleæ, quoniam tum coitus est rerum. Hoc est, illud quatriduum oleis decretorium: hic Articulus austrinus nubili spurci quod diximus. DECRETORIUM QUATRIDUUM dicit quod eo de proventu oleæ cernitur & quasi disceptatur: ut vel proventus uber exspectandus sit vel tenuis aut nullus. Sicut decreto judicis vel absolvitur quis vel condemnatur. Firmicus quoque Climactericos numeros decretorios dixit quod velut decernunt de vita hominis & in utramque partem statuunt, vel ut servetur vel ut perimatur. p. 731. c.
Decretorii dies medicis dicuntur, quos Græci κριτικὰς & κρισίμους vocant. De quibus extant Galeni libri III. Vocant & Judicatorios. Cæl. Ant. lect. 14. 11.
Arma decretoria, Quibus serio certandum est. Sen. Epist. 118. Idem alibi decretorium diem appellat, diem mortis. Ep. 102. Decretoria ista arma non ideo sic appellata quod hæc decreto prætoris veluti dabantur ut Lipſ. putabat Saturn. 2. 19. Sed eam ob causam, quam diximus: quod iis de victoria aut vita decernetur, ut ipse postea interpretatus est ad Epist. Sen. 117. sub fin. add. Burni. ad Quint. 10. 5. p. 945. seqq.
Stylus decretorius, pro severo, quasi semel de re definiens. Sen. 1. 14. de Clementia, Nisi plus est quod timet, quam quod damnat, non accedet ad decretorium stylum.

DECRETIO, onis. f. idem ac Decretum. Mart. cap. l. 1. p. 12. in carm. Futura cujus illigat decretio.

DECRETĀLIS, pendens a decreto. Sid. Epist. 7. 9. Decretalis pagina Ulp. l. 1. §. 7. ff. de success. edict. Decretalis bonorum successio add. p. 731. b. DECRETALES etiam vocantur Pontificum Epistolæ, quæ bonam partem Corporis Juris Canonici constituunt.

DECERPO, psi, ptum, [δρέπω, ἀποδρέπω, ἀποτίλλω] ere. Aliquid ex aliqua re detrahere: ut decerpere uvam. Plin. lib. 9. Epist. 20. Ipse cum maxime, vindemias graciles quidem, uberiores tamen quam expectaveram colligo: si colligere est nonnunquam decerpere uvam, torculum invisere, gustare de lacu mustum, obrepere urbanis, qui nunc rusticis præsunt. Sic decerpere fœtus arborum. Plin. lib. 4. cap. 12.
Folia decerpere. Colum. lib. 5. cap. 10.
Flores novos decerpere. Lucret. lib. 1. 927.
Fructus decerpere ex re aliqua. Hor. 1. Serm. 2. 79.
Olivam immaturam. l. si servus. §. olivam. D. ad Leg. Aquil.
Pomum adducto ramo decerpere. Ovid. 3. de Ponto, 5. 19.
Decus pugnæ affectat decerpere. Sil. lib. 4.
Murmura vocis decerpere. Stat. 6. Theb. 164.

> Illa tuos questus, lacrymosoſque impia risus
> Audiit, & vocis decerpsit murmura primæ.

Verba sunt ad puerulum de nutrice.
Decerpere ex laude alterius. Cic. pro Marcell. 7. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Idem 2. de Orat. 229. Nequid jocus de gravitate decerperet.
Ex causa in usum decerpere, quæ maxime favorabilia videntur. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Spes magnas decerpit invidia. Quintil. in Procem. lib. 6.

DECERPTUS, Partic. [ἀποδρεφθεὶς] Cic. 5. Tusc. 38. Humanus autem animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.
Herbæ decerptæ. Ovid. 1. Met. 845.

> Decerptas senior porrexerat Inachus herbas.

Ferre manu poma decerpta. Ovid. 10. Met. 648.

DECERPTIO, onis. f. habet Non. 2. 906. ubi Virgindemiam explicat per Virgarum decerptionem ob verbera.

DECERMEN, inis. n. Festo Decermina sunt quæ decerpuntur purgandi causa. Tralat. Apul. Met. 1. p. 104. Decermina fortunæ pro iis qui solent stipes in triviis erogare.

DECERTO, as, [ἁμιλλάομαι, ἀγωνίζομαι, διαπληκτίζομαι] are. Ejusdem significationis cum certo. Cic. pro Planc. 87. Sed erat non jure, non legibus, non disceptando decertandum.
Decertare armis. Cæſ. 3. Bel. Civil. 19. Ne cives cum civibus armis decertarent.
Agmina bello decertant. Stat. 4. Theb. 822.
Contentione magna decertare. Cic. Fam. 5. 8. Nam cum Consulibus & cum multis Consularibus tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea ulla in causa.
Decertare cum aliquo de re aliqua. Cic. de Amicit. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Hannibale.
Conditione Misera decertare cum aliquo. Cæſ. 8. Bel. Gal. 7. Ne miseriore ac duriore postea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur.
Ferro decertare. Ovid. 14. Met. 803.

> Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro
> Decertare placet, Tatiumque accedere regno.

Decertare inter se. Cic. 5. de Fin. 5. An eum locum libenter invisit, ubi Demosthenes & Æschines inter se decertare soliti sunt?
Decertare manu. Cic. 1. Off. Sed quum tempus, necessitasque postulat, decertandum manu est.
Prælio felicissime cum aliquibus decertare. Cic. de Provinc. Consul. 33. Itaque cum acerrimis nationibus & maximis, Germanorum & Helvetiorum præliis felicissime decertavit.
Vi & armis contra vim decertare. Cic. pro Domo sua 63.
Genera decertandi duo, unum per disceptationem, alterum per vim. Cic. 1. Off. 34.
Fortitudo decertandi. Cic. 1. Off. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo.

DECERTATUR, Imperf. Cic. 1. Off. Quum vero de imperio decertatur, belloque gloria quæritur.
Obstinatus ad decertandum. Liv. lib. 6. Decad. 1. Tum etiam quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerunt.

DECERTĀTUS, [ἠγωνισμένος] Partic. ut Regna decertata odiis. Stat. lib. 1. Theb. 1.

> Fraternas acies, alternaque regna profanis
> Decertata odiis, fontesque evolvere Thebas.

Gloss. MSS. ap. Barth. Debellata.
Labores decertati, Id est, certando peracti. Claudian. Laud. Stil. 1. 21.

DECERTANDUS, Gell. 10. 18. Ad laudes decertandas venire.

DECERTATIO, [ἀγωνισμὸς] Verbale. Cic. 11. Philip. 21. Quumque harum rerum omnium decertatio Consulibus optimis & fortissimis commissa & commendata sit.

DECERTATORIUS, Adj. [ἀγωνιστικὸς] ut Pugna decertatoria. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quo in loco optimi Libri legunt decretoria.

DECERVĪCO, are. idem ac Decollare. Hinc

DECERVICATUS, Ut Decervicata cadavera, Sidon. 3. Epist. 3.

DECESSIO, DECESSOR, DECESSUS. V. DECEDO.

DECET, [πρέπει, προσήκει, καθήκει] Verbum est frequenter impersonale. V. Vall. 3. 60. Ovid. Met. 1. 457.

> — ista decent humeros gestamina nostros.

Ibo intro, ornatum capiam, qui potius decet. Plaut. Amph. 3. 4. 24.
Decere, quasi aptum esse, censentaneumque tempori & personæ. Cic. in Orat.
Aptum est & decet. Cic. 3. de Orat. 208. Idem 1. Off. 125. Ita fere officia reperientur quum quæretur quid deceat, & quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus.
Quod decet honestum est, & quod honestum est decet. Cic. 1. Off. 93.
Decet & Dedecet, contraria. Cic. 4. Tusc. 34. Oratorem vero irasci minime decet, simulare non dedecet.
Deos decet opulentia. Plaut. Trinum. 2. 4. 89.
Lacrymæ decuere pudicam. Ovid. 2. Fast. 757.
Pudor decet ora. Ovid. 1. Amor. 8. 35.

> Erubuit, decet alba quidem pudor ora, sed iste,
> Si simules, prodest: verus obesse solet.

Aliena non decent eum. Cic. 1. Off. 113. Quæ contemplantes, expendere oportebit, quid quisque habeat sui, eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant.
Forma viros neglecta decet. Ovid. 1. de Arte Am. 509.
Decet me hæc vestis. Plaut. Mostel. 1. 3. 16.
Fieri sic decet. Cic. 2. de Leg. 7. Optime vero frater, & fieri sic decet.
Neque abesse quicquam decet in definitionibus, neque redundare. Cic. 2. de Orat. 83.
Minus severe quam decuit, res confecta est: non tamen omnino dissolute. Cic. 6. Philipp. 1.
Nil decet invita, ut ajunt, Minerva facere. Cic. 1. Off. 110.
Decet me his verbis fabulari. Plaut. Amphit. 1. 5. 46.
Exemplis grandioribus decuit uti. Cic. 1. de Divin. 39.
Decet abs te id impetrari. Plaut. Rud. 3. 3. 40. Antiqui (inquit Donatus) si addebant statim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere: si non addebant; Nobis decet, dicebant.
Decet, dativo junctum. Ter. Adel. 3. 4. 45. Imo hercle ita nobis decet. Cic. de Orat. Quandoque id deceat prudentiæ tuæ. Hos imitatus Alcimus Avitus Consol. ad Sor. v. 130. Nunc decet attentis vitare pericula nobis. Plura vide de hac Syntaxi Sanct. Minerv. 2. 4. Eleganter ponitur absolute Virg. Æn. 12. 153. Perge, decet, forsan miseros meliora sequentur. Idem Æn. 4. 597. Tum decuit, cum sceptra dabas.

DECENS, [πρέπων] Partic. Pulchrum, conveniens & aptum.
Color decens. Hor. Od. 4. 13. 7.

> Quo fugit Venus heu? Quoque color decens?

Facies. Ovid. 3. Trist. eleg. 7. 33.

> Ista decens facies longis vitiabitur annis?

Pœna decentior. Sen. Thyest. v. 150.
Prata. Sen. Hippol. 6.
Reverentia decens. Ovid. 5. Fast. 23.
Solito decentior. Claud. Conf. Hon. 537.
Decens incede. Ovid. 3. de Arte Am. 757.

> Sera veni, positaque decens incede lucerna.

DECENTIA, [εὐπρέπεια, εὐπρέπεια] Convenientia quædam & pulchritudo. Cic. 2. de Nat. Deor. 145. In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius, colorum etiam & figurarum tum venustatem atque ordinem, & (ut ita dicam) decentiam oculi judicant, atque etiam alia majora.

DECENTER, [πρεπόντως] Pulchre, apte, convenienter. Cic. pro Cæcina

cina 74. Si quæ decentiſſime deſcripta majoribus jura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumque ſunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutarique poſſunt?
Lacrymare decenter. Ovid. 3. de Arte Am. 219.
Decentius. Hor. 2. Epiſt. 2. 215.
Tempus abire tibi eſt, ne potum largius æquo
Rideat & pulſet laſciva decentius ætas.

**Deciani**, Calabrorum populi in tertia regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

**Decīdo**, īdi, ſum, [ἀποκόπτω, ἀποκόπομαι] īdere. A cædo, cædis compoſitum, idem quod amputare. Plaut. Merc. 2. 2. 37. Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar.
Decidere, per metaphoram capitur pro Conſtituere, dijudicare. Cic. 4. Verr. Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur.
Quæſtionem decidere. Papin. in l. fiſcus. D. de jure fiſci, Priusquam illa quæſtio decideretur.
Decidere, eſt litem conſenſu mutuo dirimere, quod tranſigere plerunque Jureconſulti vocant. Translatio eſt ab iis qui rem controverſam ſcindunt, ut quisque partem æquam auferat, & a controverſia diſcedatur. Ulp. de furtis, l. inter omnes, Usque adeo autem diverſæ ſunt actiones, quæ eis competunt, ut ſiquis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum, cæteris vero ſupereſſe. Nam & ſi proponas ſervum communem eſſe ſurreptum, & alium ex dominis pro fure damnum deciſiſſe, is qui non decidit, habet furti actionem. Deciſiſſe dixit cum accuſativo, more Græcorum. Juv. Sat. 12. 33.
-- decidere jactu.
Cœpit cum ventis, imitatus caſtora. Ubi Schol. De periculo & de vita cœpit paciſci cum ventis: & jacturam mercium facere. Adde Quintil. Decl. XII. C. 23. p. 264. Burm. Cic. pro Roſc. Com. 32. At enim tu tuum negotium geſſiſti bene: gere & tu tuum bene: magno tuam dimidiam partem deciſiſti: magno & tu tuam partem decide. HS. CCCIƆƆƆ abſtuliſti: ſi fit hoc vero, HS. CCCIƆƆƆ tu quoque aufer. Sed hanc deciſionem Roſcii oratione & opinione augere licet, re & veritate mediocrem & tenuem eſſe invenietis. Decidit (inquit) partem ſuam, id eſt, pro parte ſua maluit CCCIƆƆƆ ſeſtertia accipere, ne ultra lite implicaretur. Budæus.
Tranſigere & decidere cum aliquo. Cic. 2. Verr. 79. Qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. Idem pro Roſcio Am. 114.
Decidere & ſtatuere. Cic. pro Quint. 17. Decidis ſtatuisque tu propter neceſſitudinem quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolveretur.
Decidere cum aliquo. Cic. 1. Verr. 125. Niſi cum muliere decideretur, in poſſeſſionem ſe ire juſſurum. Idem 3. Verr. Conflictari malebant quam quicquam cum iſto ſua voluntate decidere.
De aliquo negotio decidere. Cic. Att. 1. 5. Idem pro Quintio 19. Niſi prius de rebus rationibusque ſocietatis omnibus deciſiſſet.
Decidere aliquid re alia. Cic. 3. Verr. 114. Atque hoc in beneficii loco petitum eſt ab Apronio, ut jugera ſingula ternis medimnis decidere liceret.
Decidere pretio cum aliquo. Cic. 5. Verr. Mancipes pretio cum civitatibus deciſiſſe.
Per aliquem decidere. Cic. pro Quint. 17. Quum Pecuniam C. Quint. P. Scapulæ debuiſſet, per te C. Aquili decidit P. Quint. quod liberis ejus diſſolveret. Id eſt transactione & pacto promiſit ſe ſoluturum. Budæus.
Decidere pro libertate, hoc eſt transactione ſervare libertatem ac redimere. Sen. Epiſt. 96.
Pro ſe decidere. Cic. pro Roſc. Com. Satisne iſta ſtipulatio dicere tibi videtur, aperte Roſcium pro ſe deciſiſſe?
Decidere, cum creditore eſt ſuper debito tranſigere. Scævol. de adminiſt. & peric. tut. l. cum hereditas, Cum plerisque, inquit, creditoribus ita decidit. Et infra, Cum plerisque creditoribus ita deciderunt.
Decidere, pro Exprimere, metaphora ſumpta a ſculptoribus. Quintil. lib. 8. cap. ult. Hoc enim loco præter nomen, cætera propriis deciſa ſunt verbis.

**Decīsus**, [ἀποκεκομμένος, διαλελυμένος] Partic. Cic. 5. Verr. 119. Quibus rebus omnibus actis atque deciſis, producuntur e carcere, & deligantur ad palum, id eſt, transactis. Budæus. Et Quintil. l. proxime allato.
Deciſa negotia, Peracta. Hor. 1. Epiſt. 7. 59.
Aures deciſæ. Tacit. Ann. 12. 14. Atque ille non propinquum, neque Arſacis de gente, ſed alienigenam, & Romanum increpans, auribus deciſis vivere jubet.
Pennæ deciſæ. Hor. 2. Epiſt. 2. 49.
Unde ſimul primum me dimiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax
Ut verſus facerem.

**Decisio**, Verbale, [διάλυσις] Proprie Diminutio. Incrementis globi ſui deciſioneque luminis menſtrua tempora luna ſignificat. Apul. de Mund. p. 71.
Determinatio, vel diremptio litium mutuo conſenſu. Cic. pro Cæcin. 104. Quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de jure admoneant, ut judicetis. Idem pro Flacco, 88. Deciſionis arbiter C. Cæcilius fuit.
Augere deciſionem alicujus oratione & opinione. Cic. pro Roſcio Com. Facere deciſionem. Cic. pro Roſc. Com. 48. Dicat deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt.
Deciſionem videtur poſuiſſe. Cic. de Provinc. Conſul. pro eo genere pactionis, ubi uterque ad ſe partem aliquam trahit, quod dicitur *Butiner*. Imperatore illo nihil aliud actum eſt, niſi pactiones pecuniarum, cum tyrannis deciſiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam ſingulis verbis illic aſcendit.

**Decĭdo**, ĭdi, [καταπίπτω, καταπίπτομαι] ere. Ex alto cadere. Cic. 2. Off. 43. Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.
Matura poma decidunt. Cic. de Senect. 71. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.
Turres graviore caſu decidunt. Hor. Carm. 2. 10. 10.
Exanimis decidit. Virg. 5. Æn. 517.
Decidere a, vel de ſpe. Liv. 7. Bel. Maced. Ter. Heaut. 2. 3. 9.
Væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi.
Decidere de lecto, de tegulis. Ter. Phorm. 4. 4. 26.
Decidere equo vel ex equo. Cæſ. 1. Bell. Gall. 48. Plin. lib. 28. cap. 8. Et apud Cic. ad Att. 2. 36. Deciderat ex aſtris.
E flore decidere guttas. Ovid. 9. Met. 345.
Decidunt arboribus folia. Plin. lib. 12. cap. 11. Et lib. 11. cap. 21. Quidam putant omnibus decidere aculeos ad hyemem.
Decidit ovibus illis fructus omnis, quæ nec lactem, nec lanam habent. Plaut. Bacchid. 5. 2. 17.
Si decidit imber. Hor. Epiſt. 1. 14. 29.
Addit opus pigro rivus, ſi decidit imber,
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Decidit in caſſes præda. Ovid. de Arte Am. lib. 2. 27.
In laqueos auceps decidit. Ovid. de Remed. Amor. 502.
Lacrymæ decidunt in ora. Ovid. ad Liv. 276.
Decidit in præceps. Ovid. 12. Met. 338.
Vires, poteſtasque urbis decidit. Claud. de bello Gildon. 44.
Decidere ab archetypo, Aberrare. Plin. 5. Ep. 10.
Decidere ſpe, ſine præpoſitione. Ter. Heaut. 4. 8. 11. Quanta ſpe decidi. ſed & ibi legitur de.
In unius imperium ne res decidat admonemur. Cic. de Aruſp. reſ. 54.
Decidere pro mori. Plaut. Trinum. 2. 4. 143. Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt.
Decidere pro procidere, humi ſe dejicere: Stat. de leone Theb. 8. 125.
— Si decidat hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo. Claud. Præf. in Rufin. 1. 1.
Phœbeo domitus Python cum decidit arcu.

**Decĭduus**, Adj. [καταπιπτός] Quod cadit. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus autem cava, & in mucronem demum concreta ſunt, cervis tantum ſolida, & omnibus annis decidua. De cornibus animalium loquitur. Idem lib. 8. cap. 37.
Decidui ad terras. Plin. lib. 2. cap. 20. Idem lib. 11. cap. 49. Teſtes pecori armentoque ad crura decidui, ſuibus adnexi.

**Decīduum** item, dicitur quod deciditur, ſecunda longa. Ovid. 8. Met. 758.
Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.
Ita legitur in multis, Heinſio placet Deoïa, aliis aliud, Sed Rectius Decidua a Decido, de quo ſupra. Dicitur enim ſilva Cædua quæ originem ſuam aperte indicat.

**Decĭdium**, [καταπτωμα] pro occaſu. Sen. Epiſt. 30. Baſſus noſter videbatur mihi proſequi ſe, & componere, & vivere tanquam ſuperſtes ſibi, & fortiter ferre decidium ſui. Ubi alii legunt Deſiderium, ſed parum apte.

**Decĭmæ**, arum. ſive Decŭmæ, [δεκάται. δεκατμοὶ] Decima pars quarumcunque rerum, quæ quoquo modo ſolvitur. Cic. 5. Verr. L. Octav. & C. Cotta Coſſ. Senatus permiſit, ut vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te lege Quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipſis videretur, edicerent.
Decimas, Plautus alias decimam partem vocat. In Stich. 1. 3. 80. Hæc veniſſe jam opus eſt quantum poteſt, ut decimam partem Herculi polluceam. [V. Suet. Galb. C. 15. Collat. cum Tacit. H. 1. 20. Ita Quartæ ap. eund. Ner. C. 10.
Accipere decimas, V. ACCIPIO.
Addicere decumas alicui. Cic. Verr. 88.
Decimæ, pro miſſilibus & teſſeris, quas Imperatores ſpargebant ludis ſcenicis, atque ita velut quandam decimam Pop. Romano dabant, ut qui decimam bonorum ſuorum Herculi pollucebant & profanabant. Tranquillus, Calig. 26. Scenicis ludis, inter plebem & equitem cauſam diſcordiarum ferens, decimas maturius dabat, ut equeſtria ab infimo quoque occuparentur. Hæc Turneb. 18. 5. [Sed locus valde obſcurus V. Torr. & Caſaub.
Singularis eſt apud Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 88. Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet.
Decimarum tres ſunt ſpecies. Quædam enim ſunt perſonales, quæ debentur ex opere perſonali, ut ex artificio, ſcientia, militia, negotiatione, &c. Quædam prædiales, quæ proveniunt ex prædiis, ut vinum, triticum, & fructus arborum. Quædam ſunt mixtæ, ſcilicet de quibus dubitatur utrum ſint prædiales vel perſonales, ut de agnis, & fœtibus aliorum animalium, quæ ſunt in paſcuis, & gregatim paſcuntur. Ex Hoſtienſ. quem vide.
De Decima Dea Tertull. de Anima. c. 37. Superſtitio Romana Deam finxit & Nonam & Decimam a ſollicitoribus menſibus.

**Decimanus**, ſeu potius Decumanus. V. ſ. l. infra.

**Decĭmo**, [δεκατόω] āre. Decimam partem accipere.
Decimare legiones, Decimum quemque ex legione ſupplicio afficere. Liv. 2. ab Urbe, Cætera multitudo ſorte decimus quisque ad ſupplicium lecti. Mos enim erat antiquus, quo in decimum quemque militem ſortito animadvertebatur capitaliter. Ex Budæo. Sueton. Aug. 24. Galb. 12. Calig. 48. Paſſim hujus ſupplicii meminere Hiſtorici. Quomodo inſtitui ſoleret docebit Plutarch. Anton. p. 934. B. Appian. in Parth. Add. Savil. ad Tacit. p. 144. 150. Forſtner. ad eund. p. 250. ubi de juſtitia hujus pœnæ. Ap. Romanos primum eo uſus videtur Appius Claudius de quo Liv. 2. 49. extr. Statuebatur & in deditos decimatio. Exempl. habes ap. Tacit. Hiſt. 1. 37.

**Decĭmātus** vel **Decumātus**. decimus quisque lectus, ut Cohortes decimatæ. Eſt & electus, ut, Viri decimatæ honeſtatis. Symmach. Ep. 3. 49. & 51.

**Decimatio**, vel **Decumatio**, ōnis. f. Supplicium illud militare quod jam deſcripſimus Capitol. in Macrin. c. 12. Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque viceſimatione.

**Decimiana** pyra, a Decimio authore ſic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15. Sed confeſſis urbis vocabulis authores ſuos nobilitavere Decimiana, & ex eo tractum quod Pſeudodecimianum vocant. De pyris loquitur.

Quod

Quod ad Decimium authorem attinet, V. Sigon. lib. de Nom. Rom. Meminit C. Decimii Cic. Att. 4. 16.

DECIMODIÆ, five DECEMMODIÆ, [δεκαμόδιαι] Decem modios capientes. Columel. lib. 12. cap. 18. de vindemiæ apparatu, Perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ. Ibidem cap. 50. de olivitate.

DECĬMUS, [δέκατος] Adj. five DECŬMUS. Ut apud antiquos scribebatur. Plaut. Amphit. 1. 2. 19. Alter decumo post menfe nafcetur puer.
Hora diei decima. Cic. 2. Philipp. 77. Quum hora diei decima fere ad faxa Rubra veniffet, delituit in quadam cauponula.
Pars decuma. Cic. 5. Verr. Omnes denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigales fuiffe.

DECIMUM, Adv. [δέκατον.] Liv. 6. 40. reficietis decimum Tribunos. Quod barbare dicunt, *pro decima vice.*

DECIPIO, epi, eptum, [ἀπατάω, ἐξαπατάω, παράγω, φενακίζω, παραχράω] ere. Ex capio compofitum, Deludere, defraudare. Plaut. Rud. 2. 3. 70. At ego etiam qui fperaverint, fpem decepiffe multos. Ter. Andr. 4. 1. 45. Deceptus fum, at non defatigatus.
Decipere & fallere. Cic. 2. de Divin. 116. Nam illa Amphibolia quæ Crœfum decepit, vel Chryfippum potuiffet fallere.
Arte decipere. Ovid. Epift. 12. 50.
Ultimus eft aliqua decipere arte labor.
Dolo decipi. Cic. 1. Off. Jam illis promiffis ftandum non effe quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiferit?
Error decipit judicium. Ovid. de Ponto, 3. eleg. 9. 11.
Judicium tamen hoc noftrum non decipit error.
Error decipit oculos. Ovid. 3. Met. 431.
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Formæ fiducia te decipit. Ovid. 8. Met. 435.
Diem abfumere, & decipere. Ovid. 4. Trift. eleg. 10. 114.
Expectationem alicujus decipere. Cic. 2. de Orat. 289.
Labor fallitur & decipitur. Ovid. 4. Trift. eleg. 1. 14.
Decipi dulci fono laborum, pro Oblivifci moleftias. Hor. 2. Carm. 13. 38. Eft autem Græca locutio, ἐπιλανθάνεται πόνων, Id eft decipitur, vel fallitur, vel oblivifcitur laborum. Sic Lambin. Turneb. paulo aliter: non enim credit accipiendum effe ut vulgo auditur, fed, Dulci laborum Alcæi fono decipitur: ac decipitur erit κλέπτεται, non fentit ærumnas, non fentit pœnas. [V. Vechner. Hellenol. 1. 24. 6.
Imagine fomni decipior. Ovid. 1. de Ponto, eleg. 2. 49.
Aut ubi decipior melioris imagine fomni.
Specie recti decipimur. Hor. Art. 24.
Maxima pars vatum pater, & juvenes patre digni
Decipimur fpecie recti.
Per te decipior. Ovid. 2. Amor. eleg. 10. 3.
Deceptus fum in eo. Plaut. Afin. 2. 4. 94.
Aftu decipiendus. Ovid. 13. Met. 194.

DECEPTUS, Partic. [ἀπατηθείς.] ut,
Errore locorum deceptus. Virg. 3. Æn. 181.
Seque novo veterum deceptum errore locorum.
Fides decepta. Stat. 8. Theb. 623.
Fraude deceptus. Ovid. Epift. 20, 21.
Deceptam dicas noftra te fraude licebit.
Deceptus verbis aliorum. Ovid. Epift. 2. 65.

DECEPTUS, m. fubft. Tertull. adv. Marc. 3. 6. Conditio deceptui obnoxia. Et de Anima c. 18. Deceptui facilis.

DECEPTIO, ōnis. f. Actus decipiendi Vitruv. 2. 8. Quoniam impendentis loci deceptio cogit. Quod oftendit antiquum vocabulum effe, quamvis non crebro ufurpatum. Auguftin. Conf. 8. 2. Idem de Civit. Dei, 22. 22.

DECEPTOR, ōris. Verbale. [ἀπατεών] Sen. Thyeft. 2. 138.
- proditus, occidit
Deceptor dominæ Myrtilus, &c. Add. Tertull. adv. Prax. c. 11. Aug. Serm. 67.

DECEPTRIX, īcis. f. Lactant. Epit. c. 6. extr. Perniciofa eft ac deceptrix adulatio. Alc. Avit. 3. 111. Nec contenta tuo deceptrix fœmina cafu. Mant. de pugna Virtut. & Fort.

DECEPTIOSUS, Ennod. 1. 7.

DECEPTO, are. Gloff. Græc. Lat. Deceptat, ἀπατᾷ. Conf. Sarisb. 7. 12. Aut fabulandum aut deceptandum eft tibi.

DECEPTORIUS, Aug Ep. 255. ad Macrob. Deceptoria laude falli.

DECĬPŬLA, æ. Quoddam laquei genus ad decipiendas, capiendasque feras. Sipontin. Sidon. Ep. 8. 10. Decipula male blandientis eloquii. Tralate Mart. Capell. 4. p. 135. Fies profecto decipula, fi adftruxeris.

DECĬPŬLUM, i. [ἀπατήλιον] Idem. Apul. Met. lib. 8. p. 202. Opportunum decipulum nactus. Idem 10. 250. Idem Flor. p. 360.

DECIRCĬNO, [κυκλόω] are. Idem quod fimplex Circino, quod fignificat aliquid rotundum facio. Manil. 3. 332.
Quam tereti Natura foli decircinat orbem
In tumidum, & mediam mundo fufpendit ab omni. De Terra loquitur.

DECIRĒMĬS, f. [δεκήρης] Navigii genus, decem habens remorum ordines. Plin. lib. 7. cap. 56. Quinque remem inftituit Nefichthon Salaminius: fex ordinum Zenazoras Syracufius: ab ea ad deciremem Nefigethon. V. DECERIS.

DECIUS, Nom. Gent. Rom. P. Decius Mus, P. Valerio C. Marcio Coss. Vvir Menfarius, Bello Latino Cos. T. Manlium Torquatum Collegam habuit, in quo bello cum fefe pro legionibus devotum hoftibus objiceret, cecidit. Hujus filius P. Decius de Samnitibus triumphavit. Poftremo multis honoribus præclare functus, IV. Conful, cum Q. Fabium Collegam haberet, in bello adverfus confpirantes Gallos, Samnites, Umbros, Tufcos, patris exemplum imitatus, occubuit, author Livius.
Decius imbellis. Sil. lib. 11. 238. [Sed is eft Decius Magius Campanus, cujus hiftoria ap. T. Livium. l. 23.
Pulchri Decii. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 147.
Vecors Decius. Sil. lib. 11. 213. V. Paulo fupra.
Decii tres fuerunt: pater, filius, & nepos. Cic. 1. Tufcul. 89. Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetrufcis filius, etiam cum Pyrrho nepos, fe hoftium telis objeciffent. Virg. 6. Æn. 825. Conf. Juv. 8. 254. 258. Item 14. 239. Valer. Max. 5, 6. ex. 5. & 6. De patre Liv. 8. 9. & 10. De filio 10. 28. & 29. Laudat illos, & Virg. Æn. 6. 824.
Decius Rom. Imp. atrociffimus Chriftianorum perfecutor fuit, A. C. 253. de quo Aur. Vict. Cæf. 29. & Epit. c. 44. [Vocatur in nummis Cn. Meffius Q. Trajanus Decius. A Philippo contra Marinum miffus, ab exercitu Illyriciano Imp. falutatus, & mox, Philippo a militibus Veronæ occifo, a Senatu Auguftus renuntiatus, ob Virtutem militarem Trajani cognomen meruit. Sed vix biennio exacto in prœlio adverfus Gothos, Thraciam ac Mœfiam vaftantes, una cum Etrufco F. Cæfare facto, fortiffime pugnans occubuit.

DECIANUS Cogn. a Gentili formatum ap. Cic. pro Flacco 70. 72. & alibi.

DECLĀMO, [τοὺς λόγους μελετάω] are. Eft proprie Clamore contendere, frequentius ficto themate fe exercere. Ovid. 2. de Arte Am. 507.
Sed neque declament medio fermone diferti,
Nec fua vefanus fcripta poeta legat.
Contra aliquem vehementiffime declamare. Cic. in Verr. l. 4. 149. Ille autem infanus, qui pro ifto contra me vehementiffime declamaffet, &c. Idem pro Rofc. Amer. 82. Quæ mihi ifte vifus eft ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur: Ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum, qui caufam dicit, pertinebant.
Suaforias declamare. Quintil. lib. 3. cap. 8.
In aliquem declamare impune. Cic. Fam. 3. 11. Verumtamen eft Majeftas, ut Sulla voluit, ne in quemvis impune declamare liceret. Quo in loco declamare non fignificat, intra domefticos parietes aut in fchola ficte accufare: fed vel accufare ap. Judices vel generaliter male dicere aut loqui. Ita enim læditur majeftas, quando vel in Remp. vel in principes ejus dicuntur aut fiunt ea, quæ lædunt imperii dignitatem, quæ Majeftas proprie dicitur.
Magifter declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Opus declamandi. Quintil. lib. 2. cap. 10.
De Rhetorum Declamationibus V. Suet. de Cl. Rhet. Lud. Crefoll. Theatr. Vett. Rhett. Quintil. & Senecæ Declamationes.

DECLAMĬTO, āre. Freq. Cic. Fam. 16. 21. Præterea declamitare Græce apud Caffium inftitui: Latine autem apud Brutum exerceri volo.
Annos complures fedentes declamitant Græci. Cic. 1. de Orat. 251.
Vini exhalandi, non acuendi ingenii caufa declamitas. Cic. 2. Philipp. 42.
Caufas declamitare. Cic. 1. Tufcul. 7.
De aliquo declamitare. Cic. 5. Philipp. 19. Ipfe interea decem & feptem dies, ut digeftio potius quam declamatio videretur, de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, fitim quærens.

DECLAMITANS, Partic. Cic. de Clar. Orat. 310. Commentabar declamitans (fic enim nunc loquuntur) fæpe cum M. Pifone, & cum Qu. Pompejo, &c.

DECLAMĀTUS, ut Orationes declamatæ. Lamprid. in Alex. c. 3.

DECLĀMĀTOR, [μελετητής] Qui aut in fcholis, aut fecum fictam caufam agit, ut poffit veram rectius agere. Cic. pro Planc. 83. Non vobis videor cum aliquo declamatore, non caufa laboris & fori difputare?
Declamator de ludo, aut rabula de foro. Cic. in Orat. 47. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, fed doctiffimum & perfectiffimum quærimus.

DECLĀMĀTIO, Verbale. [μελέτη] Cic. 1. Tufc. 7. Ut enim antea declamitabam caufas, quod nemo me diutius fecit, fic hæc mihi nunc fenilis eft declamatio.
Fortuna declamationis. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Vulgari & pervulgata declamatione contendere. Cic. pro Planc. 47.

DECLAMATIUNCULA, Parva declamatio. Gell. 6. 8. Declamatiunculam fuper Alexandro celebrare. Sidon. 1. 4. Adolefcentum declamatiunculæ.

DECLAMATORIUS, Adj. [μελετητικός] Cic. ad Q. fratr. lib. 3. 3. Et ipfe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. Legitur & Clamatorio.
Confuetudo declamatoria. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Genus declamatorium dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10.

DECLAMATORIE, [μελετητικῶς] Adv. More declamantium. Hieronym. More eorum, qui declamatorie folent loqui ad populum.

DECLĀRO, as, [δηλόω, ἐμφανίζω, σαφηνίζω, ἀποφαίνω] are. Aperire, manifeftare. Cic. 1. Off. 26. Declaravit id modo temeritas C. Cæfaris, qui omnia jura divina atque humana pervertit. Idem Fam. lib. 6. Epift. 13. Poftea vero quam magnam fpem habere cœpi, fore ut te brevi tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi & fententiam & voluntatem declararem meam.
Declarare plus eft quam Significare. Cic. Fam. lib. 5. 13. Itaque hoc fæpius dicendum, tibique non fignificandum folum, fed etiam declarandum arbitror, nihil mihi effe potuiffe tuis literis gratius.
Vultu & verbis fignificare, & re declarare. Cic. pro Milon. Si denique unquam locus ampliffimorum ordinum delectis viris datus eft, ubi fua ftudia erga fortes & bonos cives, quæ vultu & verbis fæpe fignificaffent, re & fententiis declaraffent, &c.
Significatione, non demonftratione univerfam rem & fententiam declarat geftus fcenicus. Cic. 3. de Orat. 218.
Luculentam plagam accepit, ut declarat cicatrix. Cic. 7. Philipp. 17.
Benevolentiam in aliquem declarare. Cic. pro Domo fua. 98.
Copiam declarat fatietas rerum & abundantia. Cic. in Paradox. 6. 2.
Confuetudinem vitamque majorum actionum genera quædam declarant. Cic. 1. de Orat. 193.
Declarant gaudia vultu. Catul. de Nuptiis Pel. & Thet. v. 34.
Præfentiæ deorum declarant, ab his civitatibus & fingulis hominibus confuli. Cic. 2. de Nat. Deor. 166.
Acumen interpretis declarant quædam. Cic. 1. de Divin. 39.
Perfectionem declarat officii, verbum oportere. Cic. in Orat. 74.
Gemitu & mœftitia declaravit, quantum haberet odium fervitutis M. Lepidus. Cic. 5. Philipp. 38.
Literis declarari aliquid. Cic. 2. de Orat. 280.
Præfentiam fuam fæpe divi declarant. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.
Propriam cujusque rei vim definitione declarare. Cic. 1. de Orat. 190.

Declarare re potius quam verbis. Cic. Fam. lib. 6. 13. Quando quid sentirem exposui, quid vellem tua causa, re potius declarabo quam oratione.
Volatibus avium, cantibusque certissimis signis res futuras declarari. Cic. 1. de Divin. 2.
Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis. Cic. 2. de Nat. Deor. 163.
Non solum homines, sed etiam verba & vocabula declarare dicuntur. Cic. 2. de Fin. 13. Nullum inveniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Græce, quam declarat voluptas. Idem paulo post, Erit enim notius quale sit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus.
Declarare Consulem, Renuntiare. Cic. pro Muren. 2. Ut ejusdem hominis voce & declaratus Consul & defensus. Idem ibid. 3. Is potissimum Consul qui Consulem declaravit. conf. Gruter. ad Cic. Fragm. p. 156.
Victorem declarare. i. e. renuntiare. Virg. 5. Æn. 245.
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat.

DECLARANS, Partic. [δηλῶν] Cic. 1. de Divin. 127. Relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus, futura præsentiat.

DECLARĀTUS, Nepos 23. 11. 2. Tabellarius, ducis nave declarata suis. Id est, Demonstrata hoc signo.

DECLARATIO, Verbale. [δήλωσις] Cic. Epist. lib. 10. 5. Rursus declaratio animi tui quem haberes de Rep. quemque habiturus esses, mihi erat jucundissima.
Amoris declaratio. Cic. Epist. lib. 15. 21. Liber iste quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui?

DECLARATĪVUS, Gloss. Gr. Lat. δηλωτικός, Declarativus. conf. Apul. de Syllog. Cat. p. 30. & 33. Martian. Capel. 4. p. 97.

DECLARATĪVE, Adv. Martian. Capel. 4. 120. Quicquid declarative accedit.

DECLARĀTOR, ōris. Plin. Paneg. 92. 6. Ut honoribus nostris suffragator in curia in campo declarator existeres.

DECLAVO, as, are. Clavas amputare, id est, ramos arboris, solumque relinquere truncum & stirpem. Nam clavas & clavulas in hac significatione posuerunt veteres. Pallad. Clava seri commodius est, quæ sit manubrii crassitudine, longitudine cubitali. Varr. Ut sit de tenero ramo ex utraque parte præcisum æqualiter, quas alii clavolas, alii taleas appellant. Verbum hoc reperitur in Pandectis, in titul. Arbor. furt. cæs. ubi tamen hactenus lectum est Deglubere, vel Delibrare, vel Deglabrare; sed quum verisimilius sit Prætori venisse in mentem ramalium & clavarum potius, quam libri & corticis. Declavare substituit Turnebus Adv. 23. 20. sub veterum librorum authoritate, quod & rectius existimo.

DECLĪNO, as, [κλίνω, ἀποκλίνω, ἐκκλίνω, κατακλίνω] are. Deflectere. Cic. pro Planc. 97. Brundusium iveni, vel potius ad mœnia accessi: urbem unam mihi amicissimam declinavi.
Loco movere se & declinare. Cic. de Fato 46. Neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri & declinari dicit.
Atomus ab atomo pulsa non declinat. Cic. de Fato.
Minimo intervallo declinare. Cic. de Fato 22.
Magna rerum permutatione impendente, declinasse paululum, & spe reliquæ tranquillitatis, præsentes fluxus, tempestatemque fugisse. Cic. pro Sext. 73.
Declinare a loco aliquo. Cic. Att. lib. 14. 19.
Declinare se extra viam. Plaut. Aulul. 4. 8. extr.
Nam ego modo declinavi paululum me extra viam.
Declinare de via ad dextram. Cic. 5. de Fin. 5. Modo etiam paulum ad dextram de via declinavi.
Cursus declinare. Ovid. 10. Met. 667.
Paulatim declinat amor. Ovid. 9. Met. 460.
Declinat in vesperum dies. Columel. lib. 8. cap. 4.
Inflammatio declinat. Cels. lib. 5. cap. 27. extr.
Somnus declinat ocellos. Propert. lib. 2. Eleg. 1. 11.
Appetere & Declinare, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 33. Appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria.
Persequi & Declinare, contraria. Cic. in Partit. Actionis autem duo sunt genera. Unum, ad persequendum aliquid, aut declinandum.
Declinare a proposito deflectereque sententiam. Cic. in Orat. 138.
Declinare contentiones. Cic. Att. lib. 2. Epist. 20.
Impetum alicujus tecte declinare. Cic. in Orat. 228.
Declinare laqueos judicii. Cic. pro Milon. 41.
A malis natura declinamus. Cic. 4. Tusc. 13.
Subire & Declinare minas alicujus, contraria. Cic. Att. lib. 2. Epist. 120. Minæ Clodii contentionesque quæ mihi proponuntur, modice me tangunt: etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse.
Declinare ab religione officii, hoc est, Non observare officii jura & sanctitatem. Cic. 5. Verr. Qui sibi hoc sumpsit ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, siqua in re ipse ab religione officii declinarit?
Declinare de statu. Cic. de Provin. Consul. Subire vim atque injuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare.
Declinare de via, per transl. pro Aberrare. Cic. de Amicit. 61. Idem de Fato, Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus, & de via declinantibus petere præsidium.
Declinare vitia. Cic. 1. Off. 19.
A delictis quæ parva videntur, est diligentius declinandum. Cic. 1. Off. 145.
Eo revocemur, unde huc declinavit oratio. Cic. 2. de Orat. 157.
Huc declinabam nec invitus. Cic. 1. de Leg. 57.
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias. Ter. Hec. 2. 1. 3. Id est, ejusdem sunt ingenii omnes mulieres.
Declinat color gemmæ a topazio in aurum. Plin. lib. 37. cap. 8. Præfertur his chrysoprasius, porri succum & ipsa referente, sed hæc paulum declinans a topazio in aurum.
Declinare agmen aliquo, pro De loco uno ducere ad alium. Liv. 1. ab Urbe. 28. Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum est. ducem sequuti sunt, ut & vos siquo ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis.
Declinare, Vitare. Cic. 1. Off. 111. Declinetque ea quæ nocitura videantur.
Declinare certamen, & detrectare, pro eodem ponit Livius, teste Budæo.
Declinare ictum. Liv. 6. Bell. Maced. Non jaculis solum ut solet, exceptos declinabant ictus, sed armati frequentes, &c.
Grammatica etiam notio hujus vocis est perantiqua. Nomina declinare & verba in primis pueri sciant. Quintil. 1. 4. conf. Varr. de L. L. 7. post. pr. Idem 1. 3. Gell. 4. 1.

DECLĪNANS, [ἀποκλίνων] Partic. ut Declinans morbus. Plin. lib. 23. cap. 1. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est, non dandum in febre, nisi veteribus ægris, vinum, nec nisi declinante morbo. Ita quoque & Declinans ætas dicitur, quam quidam Inclinantem vocant, Hippocrates & Galenus consistentem, nempe eam quæ media est inter vigentem & decrepitam ætatem.

DECLINĀTUS, Partic. [ἀποκλιτός] ut Declinatus ictus.
Declinata ætas, apud Quintil. lib. 12. cap. ult. Id est, Provecta, & vergens.
Declinatus, pro Declinans, inquit Budæus. Quintil. lib. 12. cap. 1. Neque spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus, id est, Reipublicæ, jungeret. De Cicerone loquitur. Item Derivatus, Inflexus, Declinata verba. Varr. L. L. 7. 2. conf. Id. 9. 4. extr. Gell. 10. 21.

DECLINĀTUS, Subst. Novis, inquit Varro de L.L. 7. 2. nominibus allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit populus. Opponitur etiam Appetitui, ut Declinatio. Censent primum declinatum dolorem. Cic. Fin. 5. 17.

DECLINATIO, Verbale. [κλίσις, ἔκκλισις] Deflexio: ut
Declinatio corporis, pro Deflexione. Curt. lib. 9. cap. 7. 21. Igitur Macedo lanceam emisit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, &c.
Declinatio brevis a proposito. Cic. 3. de Orat. 205.
Declinatio ad libidinem. Cic. 1. de Fin.
Appetitio & Declinatio, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 33. Præterea nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit & declinatio naturalis.
Declinatio periculi. Cic. Att. lib. 2. Epist. 20.
Laboris & periculi declinatio. Cic. pro Cluent. 148.
Parva declinatione effugere aliquid. Cic. 1. in Catil. 15.
Facere declinationem a malo cum ratione, sapientis est. Cic. 4. Tusc.
Declinatio (inquit Varro lib. 3. de Analog.) est quum ex verbo in verbum, aut ex verbi discrimine, ut transeat mens, vocis commutatio fit, aliqua similitudo declinationis; quum item ex aliqua figura in figuram transit.
Græcis nominibus Græcas declinationes dare. Quintil. lib. 1. cap. 5. & 6.
Declinatio mundi vel cœli dicitur a Latinis, Quod Græci dicunt κλίμα, plagam nimirum duobus interjectam parallelis ab æquatore declinantem. Columel. lib. 1. cap. 6. Calore naturali est opus, qui contingit positione cœli & declinatione. Usus est præterea idem Columel. lib. 3. cap. 1. Gell. lib. 14. cap. 1. Devergentiam vocat. Et Vitruvius lib. 1. cap. 1. Inclinationem: Propter inclinationes cœli, inquit, quas Græci κλίματα vocant.

DECLĪVIS, [πρηνής, κατάντης] Inclinatus atque incurvus. Cæs. 2. Bell. Gall. 18. Collis a summo æqualiter declivis.
Declivis & præceps locus. Cæs. 4. Bell. Gall. 33.
Antrum declive. Ovid. Epist. 7. 93.
Area. Columel. lib. 1. cap. 5.
Arvum. Hor. 3. Ode 29. 7.
Cursum declivem ad littora habent amnes. Lucan. lib. 4. 427.
Dexteriora montis declivia. Lucan. lib. 2. 421.
Fastigium. Cæs. 1. Bell. Civil. 45. Ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. Locus hodie sic legitur: Ab oppido tamen declivis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter CD. Alibi tamen, de Bell. Gall. 8. 14. ad rem nostram, Planities declivi fastigio duobus ab lateribus muniebatur.
Flumina. Ovid. 1. Met. 39.
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis.
Iter. Ovid. 15. Met. 227.
Labitur occiduæ per iter declive senectæ.
Juga. Stat. 5. Theb.
Stella. Ovid. 3. Fast. 793. Proclivis habet Heinsius.
Trames. Ovid. 3. Fast. 13.
Via. Ovid. 7. Met. 410.
Declivis ætate. Plin. Epist. 18. 18. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate declivis, diu vidua, mater olim, &c.

DECLĪVUS, Idem. Compar. Vulg. Int. Judic. 19. 9. Dies ad occasum declivior.

DECLĪVĪTAS, ātis. [τὸ πρανές] Ipsa inclinatio, & incurvitas. Cæs. 7. Bell. Gall. 85. Exiguum loci ad declivitatem fastigium, magnum habet momentum.

DECOCTUS, DECOCTURA, DECOCTOR. V. DECOQUO.

DECOLLO, [ἐκτραχηλίζω, ἀποτραχηλίζω] are. De collo deponere. Cæcilius, Notonicasione, Habes, vide, tibi tradidi: in tuo collo est, decolles cave. Nonius.
Decollare, Caput alicui auferre, Collum truncare. Diomedes lib. 1. de hoc verbo loquens. Quæ, inquit, significatio apud Fenestellam aliter invenitur in lib. Epitomatum secundo, quemadmodum Cæsar a piratis captus sit, utque eos postea ceperit, & decollaverit. Veteres autem securi cæsos dicebant. Sueton. in Calig. cap. 32. Miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat.
Eadem forma DENASO. H. St.
Decollare [καταλήγειν] pro Destituere & frustrari, sive decipere, ut vult Diomedes Plaut. Capt. 3. 1. 36.
Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi una spes cœnatica:
Si ea decollabit, redibo huc ad cœnam asperam.
Lucil. lib. 12. Quibus fructibus me decollavi. Quod Varro decollare dixit,

dixit, Columella eandem rem tractans, Deesse scripsit. Varronis verba hæc sunt, lib. 1. de R. R. cap. 2. de vitibus loquentis; Duo in primis spectasse videntur Italici homines in colendo, possentne fructus pro impensa ac labore redire: & utrum saluber locus esset, an non. Quorum si alterutrum decollat, & nihilominus quis vult colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Columella autem hæc. lib. 1. cap. 3. Porcius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendoque agro, præcipue duo esse consideranda, salubritatem cœli & ubertatem, quorum si alterum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

DECOLLATIO, onis. f. Vet. Gloss. τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή.

DECŌLOR, ōris. Adject. [κακόχροος] Quod est colore vitiatum, vel quod colorem amisit. Plin. lib. 16. cap. 12. Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor.

Ætas decolor. Virg. 8. Æn. 326. Decolor ætas, Vitiosa. In omni enim vitioso corpore inest pessimus color. Et alludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorem: nec immerito. Supra enim dixerat Aurea secula: ideo nunc dixit ætas Decolor. Hæc Servius.

Fluvius sanguine decolor. Stat. 12. Theb. 410.

Imber decolor. Claud. in Eutrop. 2. 41.

India. Sen. Hippol. 3.

Indus. Ovid. 5. Trist. Eleg. 3. 24.

Et quascunque bibit decolor Indus aquas.

Sanguis. Cic. 2. Tusc. 20. Jam decolorem sanguinem omnem exorbuit.

Decolor species æris, argentive. Plin. lib. 31. cap. 6.

Decolor, pro Fœdo. Ovid. Epist. 9. 3.

Fama Pelasgiadas subito pervenit ad urbes
Decolor, & factis inficianda tuis.

DECŎLŌRUS, Idem. Prudent. Hymn. Calagurrit. v. 113.

Algidus cum decoloros horror artus concutit.

DECOLŌRO, [κακοχρωματίζω] āre. Colorem auferre, vel vitiare. Columel. lib. 12. cap. 16. Deinde uvas pro magnitudine binas vel ternas inter se colligatas, in ahenum fervens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Sen. 2. Nat. Quæst. cap. 41. Decoloratur id cujus color vitiatur, non mutatur.

Cædes decoloravere mare Dauniæ. Hor. 2. Ode 1. 35.

Ex albo decolorari. Columel. lib. 12. cap. 47. Oliva pausea vel orchita quum primum ex albo decoloratur, fitque luteola, fereno cœlo manu distringitur.

Decolorari, per translationem, pro Infamia notari, in l. Eum qui probabilem. C. de episcop. & cleric.

DECOLORATUS, Partic. [κακοχροῶν] Author ad Heren. lib. 2. 8. Si tumore aut livore decoloratum est corpus mortui.

DECOLORATIO, Verbale. [κακοχροια] Cic. 2. de Divin. 58. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse.

DECŎQUO, xi, ctum, [ἀφέψω] ĕre. Paulatim diminuere significat, & coquendo absumere. Plin. lib. 31. cap. 3. Neronis principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Unde decoquere mustum vel aliud ad tertias & quartas, Columel. lib. 13. & Plin. sæpe. Bud. Plin. lib. 20. cap. 19. Hor. 2. Sat. 1. 73.

— donec
Decoqueretur olus.

Humorem decoquit. Virg. 1. Georg. 295.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

Iram decoquere. Claud. 2. in Eutrop. 349.

Decoquunt anni materiam abundantiorem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Id est, Diminuunt, limant, atterunt, & quasi expurgant.

Decoquit domino res. Columel. in princip. lib. 11. cap. 1. Nam quanvis interdum emendatum sit perperam factum vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipsa jam domino decoxit. Decoxit, id est, frugum fœturam quasi fœnus debitum non reddidit. Hæc Budæus. Plin. lib. 21. cap. 6. Areis decoquentibus. Id est, depositum non reddentibus.

Decoquitur argenti IVta pars. Liv. 32. 2. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt; id quia probum non esse Quæstores renuntiaverunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleverunt.

Decoquere creditoribus, Est vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem suam per inopiam non liberare. Plin. lib. 33. cap. 10. Postea divites cognominati, dummodo notum sit eum qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis. De Crasso loquens, qui Dives cognomento dictus est: cujus meminit Valerius, lib. 6. cap. 2. Budæus.

Decoquere bonæ spei, pro Bonam spem fallere. Sen. Epist. 36.

Decoquere publicam salutem. Plin. lib. 31. cap. 3.

Decoctum argentum. Cic. in Pison. 61. Pro pecunia in luxum & ganeam absumpta, posuit his verbis scommatice & mordaciter in Pisonem dictis, Ita enim sunt rationes perscriptæ scite & literate, ut scriba ad ærarium, qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argentum decoctum, οἴχεται. Id est, reliqua non comparent, non extant. Verba autem sunt Plauti ex Trinummo a Cicerone in orationem suam translata; quæ tamen in omnibus Ciceronis exemplaribus depravatissime leguntur. His enim verbis describitur habitus hominis profusi de reliquis rationum suarum anxii. Budæus. Alia Ciceronis exemplaria quæ putantur castigatissima, non habent hanc vocem Decoctum. Aliter paulo apud Spartian. Hadrian. cap. 7. Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant, patrimonium explevit. Ibi enim Decoquere est per infortunium aut alium casum non suam culpam de rebus suis devolvi. Cic. Philipp. 2. 44. Qui fortunæ vitio non suo decoxisset. Cæterum dilapidatores ejusmodi rerum suarum & decoquere dicuntur & decoqui. Perf. 5. 57.

Hunc alea decoquit, ille In Venerem putret.

DECOCTUS, Partic. [ἀφεψηθείς] Cic. 3. de Orat. 103. Ita sit nobis igitur ornatus & suavis orator, nec tamen potest aliter esse, ut suavitatem habeat austeram & solidam, non dulcem atque decoctam.

Decocta, Absolute, sic tamen ut subaudiatur aqua. Juv. Sat. 5. 50.

Si stomachus domini fervet vinoque, ciboque,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Compar. apud Perf. 1. 125. — si forte aliquid decoctius audis. Id est, Limatius, castigatius.

DECOCTOR, ōris. [ἄσωτος, χρεωκόπος] Luxu & ganeæ studio perditus, Latine Nequam verbo significantissimo. Cic. 2. in Catilin. 5. Exercitum illum magnopere contemno collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis & decoctoribus, ex his qui vadimonia deserere, quam illum exercitum maluerunt. Catul. 42. 4. & 44. 5.

Decoctor pecuniæ publicæ, id est, Absumptor & dilapidator. l. 40. C. de decurionibus. lib. 10. Quilibet principalium vel decurionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus, &c.

DECOCTUM, i. Subst. [ἀφέψημα, ἀπόζεμα] Quod decoctum est. Plin. lib. 24. cap. 9. Decoctum eorum in vino potum, vel impositum cum rosaceo & cera sedat. Idem lib. 24. cap. 10. Vulgus Pharmacopolarum Decoctionem vocat.

DECOCTUS, ûs. [ἕψησις] Plin. lib. 37. cap. 12. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc est, cum melle decoctæ.

DECOCTIO, onis. f. Idem. Radicum decoctio potui data. Apul. de Herb. cap. 77. conf. Apic. 4. 3. Macer. 1. 1. 8. Elixi decoctio. Cæl. Aurel. Chron. 2. 13. 268. Decoctio lentisci conficitur.

DECOCTŪRA, æ. [ἕψησις] Plin. lib. 23. cap. 1. Decoctura eorum veteres dysentericos & cœliacos juvat.

DECOQUENS, Partic. Ambitione, avaritiaque in villas, ac suburbana decoquentibus publicam salutem. Plin. lib. 31. cap. 25. sed Cl. Hard. ex MSS. Reg. & Chiflet. legit Detorquentibus.

DĔCOR, ōris. [εὐπρέπεια, ὡραιότης] est (inquit Valla lib. 4.) quasi pulchritudo quædam ex decentia rerum personarumque in locis, temporibus, sive in agendo, sive in loquendo. Virg. lib. 5. 647.

Est Dorycli conjux, divini signa decoris.

Ævi decor integer. Stat. 5. Sylv. 2. 63.

Honestatis decor. Cic. 1. de Fin. 36. Decor pro Decoro ponitur. Bud.

Decor recti. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 3. 13.

Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non movet, & gratis pœnitet esse probum.

Clara decore proles. Ovid. 12. Met. 189.

Pulvis decorem detrahet. Tibul. lib. 1. Eleg. 10. 13.

Eversor decoris. Sen. Hippol. 8.

Positus decor. Ovid. de Arte Am. 2. 379.

In ferrum, flammasque ruit, positoque decore
Fertur, ut Aonii cornibus icta dei.

Incomptus decor. Sen. Hippol. 5. Id est, Nativus, nulloque fuco ascitus.

Tener nitidi corporis cecidit decor. Sen. Hippol. 4.

Decor virgineus. Sen. Medea 2.

Inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Natura indulget decori. Ovid. de Arte Am. 3. 159.

Officere decori alicujus. In OFFICIO.

Spoliare virtutem decore. Cic. 1. Acad. 33. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere. De Theophrasto.

DECORUM, i. [τὸ πρέπον, εὐσχημία] Cic. 1. Off. 96. Quæ autem subjecta pars generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse velint quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Ibid. 93. Hoc loco continetur id quod dici Latine decorum potest. Græce enim πρέπον dicitur.

Honestum & decorum. Cic. 2. Off. 32. Etenim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura & specie sua commovet, &c.

Quod consentaneum sit hominis excellentiæ, decorum est. Cic. 1. Off. 96.

Dignum viro decorum videtur, quod viriliter animoque magno fit. Cic. 1. Off. 94.

Confusum cum virtute decorum est, sed mente & cogitatione distinguitur. Cic. 1. Off. 95.

DECŌRUS, [εὐπρεπής, εὐπρεπής] Adj. Plin. lib. 12. cap. 5. Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti.

Decorum & elegans. Cic. 1. de Divin. 62. Sentit autem nihil unquam elegans, nihil decorum.

Decorum & insigne est, statuam in foro populi Romani habere. Plin. lib. 1. Epist. 17.

Neque decorum est, nec diis dignum. Cic. 1. de Divin. 118.

Justa omnia decora sunt, injusta contra ut turpia, sic indecora. Cic. 1. Off. 94.

Decorus ab aspectu. Columel. lib. 6. cap. 1. de Bobus.

Decorus ad ornatum. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras.

Summa pelle decorus. Perf. Sat. 4. 14.

Nigro crine decorus. Hor. 1. Ode 32. 11.

Ductores ostro decori. Virg. 5. Æn. 133.

Plebs decora cultu. Stat. 1. Sylv. 6. 29.

Ædes decora. Hor. 1. Ode 30. 3.

Æs decorum. Virg. 12. Æn. 210.

Cæsaries. Virg. 1. Æn. 588.

— nanque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, &c.

Caput. Hor. Epod. 2. 17.

Vel quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit.

Color albus præcipue decorus deo est. Cic. 2. de Leg.

Crinis. Claud. 1. conf. Stilic. 156.

Disputatio non ita decora alicui. Cic. 4. Acad.

Facies. Hor. 1. Sat. 2. 87.
Forma. Cic. de Univers. 15.
Frons. Lucan. lib. 8.
Insigne decorum. Virg. 2. Æn. 391.

— sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Hoc est, ornamentum decorum. Non enim sunt duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. Servius.
Lacrymæ decoræ dicuntur, quando fletus ipse habet aliquid venustatis, ortus a gaudio, ap. Virg. 5. Æn. 343.
Membra decora juventæ. Virg. 4. Æn. 559.
Os decorum Lunæ. Hor. 1. Sat. 8.
Pectus. Virg. 4. Æn. 589.

Terque, quaterque manu pectus percussa decorum.

Reddes ridere decorum. Hor. 1. Epist. 7. 27.
Decorus est sermo senis, quietus & remissus. Cic. de Senect. 28.
Silentium parum dec. Hor. 4. Ode 1. 35.

Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?

Studia. Cic. 1. de Divin.
Verba. Hor. 2. Sat. 7. 41.
Vix satis decorum. Cic. Att. lib. 4. 15. Vix satis decorum videretur eum plures dies esse in Crassi Tusculano.
Valde decorum est, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Cic. 2. Off.
Vultus. Claud. 2. Paneg.

**Decōre**, [εὐπρεπῶς, εὐκόσμως] Adv. Cic. 1. Off. 114. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decore, at quam minime indecore facere possimus.
Sancta formata decore Jovis species. Cic. 1. de Divin. 20. Ex antiquo quodam poeta.
Ad rerum dignitatem apte, & quasi decore loqui. Cic. 1. de Orat. 144.

**Decoriter**, Idem. Apul. l. 5. Met. Crinium globi decoriter impediti. Idem l. 6. Frontem crispatam decoriter discriminare.

**Decus**, ŏris. n. [κόσμος, εὐκοσμία, τιμή] Ornamentum, honor: cujus contrarium est Dedecus, q. V.
Decoris honestatisque causa adeunda sunt quævis pericula. Cic. 2. de Fin. 56.
Ætheris decus. Sen. Octav. 7.

Lateque fulgens ætheris magni decus.

Hoc ævi decus. Virg. 4. Eclog. 11.

Teque adeo decus hoc ævi, te consule inibit Pollio.

Astrorum decus. Virg. 9. Æn. 405.

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Hoc est, Luna.

Decus belli. Ovid. 5. Fast. 585.

Signa, decus belli, Parthus Romana tenebat.

Lucidum cœli decus. Hor. in Carm. Secul. 2. Solem & Lunam intelligit.
Decus & laus civitatis. Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Magni existimans interesse ad decus & ad laudem civitatis, res tam graves, tamque præclaras Latinis etiam literis contineri.
Equitum decus Mæcenas. Hor. 3. Ode 16. 20.
Decora & ornamenta fanorum. Cic. 4. Verr. 97. Hostium spolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amissis, in instrumento & supellectili. C. Verris numerabuntur. Donaria intelligit, quæ Græcis ἀναθήματα. V. s. l.
Hominis decus, ingenium: sic ipsius lumen est eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 59.
Decus & lumen imperii Romani Cn. Pompejus. Cic. 2. Philipp. 54.
Judiciorum decus atque ornamentum. Cic. pro Cæcin. 28.
Perit confusum decus juris humani. Sen. OEdip. 14.
Laborum. Sil. lib. 1.

— da musa decus memorare laborum
Antiquæ Hesperiæ.

Orbis. Sen. Herc. OEth. 7.
Pompæ. Ovid. 2. Met. 725.

Ibat eratque decus pompæ, comitumque suarum.

Populi. Plaut. Asin. 3. 3. 65.

Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum.

Ad decus & ornamentum senectutis, mihi hoc subsidium ab adolescentia comparavi. Cic. 1. de Orat. 199.
Triumphi decus & ornamentum. Cic. de Provinc. Consul. 28.
Æternum decus. Hor. 3. Ode 25. 5.
Æthereum. Claud. de Sex. Conf. Hon. 168.
Alta. Virg. 2. Æn. 248.

Auratasque trabes, veterum decora alta parentum
Devolvunt.

Ampla, ut Terrarum decora ampla viri. Stat. 6. Theb. 391.
Avitum. Tacit. lib. 3.
Conspicuum. Ovid. ad Liviam 335.

Accipient juvenem Germanica signa ferentem
Consulis imperio, conspicuumque decus.

Eburnum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 272.
Egregium. Sil. lib. 13.
Eximium formæ decus. Stat. 1. Achil. 290.
Grande decus mearum rerum. Hor. 2. Ode 17. 4.
Immortale. Claud. 2. in Eutrop. 282.
Inane. Hor. Epod. Ode 5. 7.

Per hoc inane purpuræ decus precor.

Insigne. Valer. 3. Argon.
Siderum magnum decus. Sen. Octav. 7.
Mansurum. Sil. lib. 17.
Maximum decus gentis Pelasgæ. Sen. Troad. 10.
Non minimum. Hor. in Arte Poet. 285.

Nil intentatum nostri liquere poetæ,
Nec minimum meruere decus.

Nativum. Ovid. de Nuc. 52.



Opimum. In opimus.
Præcipuum. Ovid. 14. Met. 832.

O & de Latio, ô & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus.

Probatum. Sil. lib. 13.
Regale. Ovid. 9. Met. 689.
Diadema, Regium decus. Sen. Agam. 1.

Hinc auspicari Regium capiti decus.

Venerabile. Lucan. lib. 8.

Permansisse decus sacræ venerabile formæ.

Verum decus in virtute positum est. Cic. Fam. lib. 10. 12.
Vile. Claud. de Bell. Get. 294.
Morti decus addere. Stat. 3. Theb. 217.

— feræque velit decus addere morti.

Honestatem & decus conservare. Cic. 1. Off. 17.
Emptum decus ingenti clade. Claud. de piis fratrib. Epigr. extr.
Enitet ore decus. Virg. 4. Æn. 149.

— haud illo segnior ibat
Æneas, tantum egregio decus enitet ore.

Expers decoris. Ovid. 2. Met. 382.
Gerere nomen & decus. Virg. 2. Æn. 89.

— Et nos aliquod nomenque, decusque Gessimus.

Immemores decoris. Ovid. 8. Met. 535.

Immemores decoris, liventia pectora tundunt.

Omne decus virtutis cum summa eloquentiæ laude jungere. Cic. de Clar. Orat. 331.

Oblitus decorisque sui, sociumque salutis. Virg. 5. Æn. 174.

Partum eloquio decus. Sil. lib. 3.
Pellere omne decus ex animo, id est, omnem virtutem. Sen. Hip. pol. 4.
Decoris securus. Tacit. Hist. 3. 41. Apud avidos periculorum, & decoris securos. Sunt autem decoris securi (Rhenan. Castigat. in Tacit.) qui nullam honesti curam habent.
Dignitatem & decus sustinere. Cic. 1. Off. 124. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere.
Tenere decus. Cic. 1. Off. 141.
Decus, pro Decoro. Cic. in Off. sæpe usurpat, Restat, inquit, quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Budæus.

**Decŏro**, [κοσμεῖν, τιμᾶν] are. Honestare, Ornare seu Decore afficere. Hor. 1. Epist. 6. 38.

Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusque.

Donis militaribus triumphum decorare. Cic. pro Muræn.
Decorare lacrymis. Cic. 1. Tusc. 34. ex Ennii epitaphio.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito vivu' per ora virûm.

Sertis decorare comas. Tibul. lib. 2. Eleg. 2. 6.
Decorare corpus. Quintil. lib. 5.
Hæc omnia vitæ decorabat gravitas & integritas. Cic. de Clar. Orat. 263.
Decorare aliquem honoribus. Cic. pro Corn. Balb. 16. Quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset.
Amplissimis honoribus & præmiis. Cic. 1. de Orat. 194.
Æterna triumphi laude imperatores. Cic. Antequam iret in exil. 3.
Omni laude, prædicatione, literis, monimentisque decoranda virtus aliqua. Cic. pro Ligar. 6.
Me sceptro decoras. Ovid. 3. Amor. 1. 63.
Decorare labores. Sil. lib. 10.
Scipiones patriam spoliis triumphisque decorarunt. Cic. in Octav. 14.
Aliquem titulis decorare. Sil. lib. 15.
Oppida publico sumptu. Hor. 2. Ode 15. 18.
Oppidum maximis locis communibus, monimentisque. Cic. 2. Verr. 112.
Decorare atque augere Rempub. Cic. in Pison.

**Decorāri**, pass. [κοσμεῖσθαι] Cic. 2. Acad. 4. Sed quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt & Græcis literis celebrata & Latinis.
Honoribus, præmiis atque splendore decorari. Cic. 1. de Orat. Quum verus, justus atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur. 194.

**Decorātus**, Partic. [κεκοσμημένος] Cic. 5. Tusc. 119. Quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum esse dicunt, &c.
Auro decoratus. Sil. lib. 17.

**Decoratio**, onis. apud Augustin.

**Decoramenta** canteriorum. Arnob. lib. 5. adversus Gentes. Tertull. de Cult. Fœm. c. 12.

**Decorāmen**, ĭnis. n. Sil. lib. 16. 268.

Vittaque majorum decoramen fronte, sine ullo
Delapsa attactu nudavit tempora regis. Id est, ornamentum suorum majorum.

**Decorosus**, Habet Ambros. de Helia & Jejun. cap. 18. & de Tobia cap. 7. V. Lex. Cyrill. p. 479.

**Decortĭco**, [ἀπολεπίζω] are. Corticem detrahere. Plin. lib. 16. cap. 39. Cædi intempestivum quæ decorticentur. Scribonius Largus excastrare vocat. V. tamen Rhodii Lexicon h. v.

**Decorticatio**, [ἀπολέπισις] Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24. Quod si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supra dictis.

**Decortĭcātus**. Partic. Plin. lib. 16. cap. 41. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna, aquis non corrumpi.

**Decorum**, **Decorus**. V. decor.

**Decotes** togæ, Detritæ, inquit Festus.

**Decrepĭtus**, [ἐσχατογήρως, παρήλιξ] Adject. Decrepiti (inquit Donatus) dicti sunt quorum crepitu & plangore familiæ, fuerant jam conclamata funera. Idem, Decrepita anus, aut stomacho anili & iracundo: aut decrepita, obtusi animi, & læsæ senectutis: aut decrepitam, cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. i. e. Clamaverit. ad Adel. 5. 8. conf. ad 3. 2. extr. Festus, Decrepitus, desperatus,

crepera jam vita, ut crepufculum, extremum diei tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter fenectutem nec movere fe, nec ullum facere poteft crepitum. Nonius, Decrepiti fenes, in dubio vitæ conftituti. Taubm. ad Plaut. Epidic. 5. 2. 1. a lucerna vel candela, quæ ultimum exfpirans crepitum edere folet dici exiftimat, idque proprie decrepare effe. V. Scalig. & Dacer. ad Feft. adde Gatak. in Cinno 2. 14. qui Taubm. vel Scaligeri potius fententiam pluribus illuftrat. Eugraphio videtur ita dici fenex, quod vix loqui poffit amplius & tantummodo fictis vocibus loquatur, ut qu. quoddam crepitaculum. V. Kirchm. de Fun. Rom. 112. Ter. Eun. 2. 1. 25. Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idem Adel. 5. 8. 16.

— atque anum decrepitam ducam.

Decrepita ætas. Cic. 1. Tufc. 94. Apud Hypanim fl. Ariftoteles ait beftiolas quasdam nafci, quæ unum diem vivant. Ex his igitur, hora octava quæ mortua eft, provecta ætate mortua eft: quæ vero occidente fole, decrepita.

Triftis ac decrepitus fenex. Cic. pro Cæl. 38. Huic trifti ac decrepito feni refponderet Cælius. plerique MSS. Directo. Id quod omnibus Criticis fere placere video. V. Græv. ad loc.

DECRESCO, ēvi, ētum, [μειόομαι] ere. Diminui. Martial. 7. 53. 6. Decrevere greges, quum cadit agna frequens.

Decrefcere & Accrefcere, contraria. Plaut. Curcul. 2. 1. 4. Valetudo decrefcit, accrefcit labor.

Crefcere & Decrefcere, contraria. Cic. 2. de Divin. 33. Oftreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crefcant, pariterque decrefcant.

Cornua decrefcunt. Ovid. 1. Met. 740.

Febris decrefcit. Celf. lib. 3. cap. 6.

Morbus decrefcit. Idem lib. 3. cap. 20.

Metus decrefcit. Sil. lib. 7. 82.

Effoffo marmore decrefcunt montes. Ovid. 3. de Arte Am. 125.

Veftes decrefcunt pueris, Id eft, illis crefcentibus videntur breviores fieri. Stat. lib. 2. Syl. 1. 127.

Decrefcente die. Plin. lib. 2. cap. 59.

Flumina decrefcentia. Hor. 4. Ode 7. 3.

— & decrefcentia ripas
Flumina prætereunt.

Undæ decrefcentes. Ovid. 1. Met. 345.

DECRETUS, Nocte dieque decretum & auctum: quod ex Livio vel potius Lævio notat Voff. de Analog. 4. C. 13. p. 200. & addit quod nec idem refugiffet, luna decreta vel oftreis decretis.

DECREMENTUM, i. n. Gell. 3. 10. Quafi jam mundo fenefcente rerum atque hominum decrementa funt. adde Apul. Met. l. 11. & Tertull. de Anim. cap. 25.

DECRESCENTIA, Idem. ut Decrefcentia lunæ. Vitruv. 9. 4.

DECRETUM, V. poft DECERNO.

DECRETORII, V. ibid.

DECŬBO, ui, ĭtum, [κατάκειμαι] are. Jacere. Apul. Met. Decubantem excitavi feram.

DECUBIÆ, arum. f. de Janua in Cathol. Mulier jacet in Decubiis, i. e. in partu.

DECULCO, [καταπατέω] are. Idem quod Calco, unde eft compofitum. Plin. lib. 17. cap. 10. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant. Stat. Theb. 1. 623. Avien. Arat. in Herc. v. 193.

DECULA, Tulliæ gentis cognomen. V. Spanh. de Ufu & Præft. Num. Diff. 10. p. 17. 19.

DECULANI, Populi in fecunda regione Italiæ numerantur a Plin. lib. 3. cap. 11.

DECULPATUS, Gell. 19. 10. Dehoneftum tibi deculpatumque hoc verbum videtur. Critici enim recenfentes libros quod parum recte pofitum notis infigniebant, quas Culpas vocabant. Scalig. Not. ad Varr. de R. R. Wower. de Polymath. cap. 17. 10.

DECULPATIO, ōnis, f. Auguftin.

DECULTARUNT, Valde Occultarunt. Feftus.

DECUMA, Hifpaniæ oppidum, in conventu Cordubenfi, tefte Plin. lib. 3. cap. 1.

DECUMĀNUS, [δεκαταῖος] authore Fefto, appellatur Limes, qui fit ab ortu folis ad occafum. Alter ex transverfo currens, appellatur Cardo. Plin. lib. 18. cap. 34. Linea hæc erit ab ortu æquinoctiali ad occafum æquinoctialem: & limes qui ita fecabit agrum, Decumanus vocabitur. Hic limitem, non pro termino, fed pro forma agri intelligere oportet. Idem lib. 17. cap. 22.

Decumana ova dicuntur, & decumani fluctus, qui funt magni; nam & ovum decimum majus nafcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. Feftus. Ovid. Met. 11. 530. Trift. 1. 2. 49. Sil. Ital. 14. 124. V. Polit. Mifcell. cap. 86. Lucan. in 5. Pharf. 672.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Invalida cum puppe levat. Sic Decumana pyra apud Columel. lib. 12. cap. 10. [a Magnitudine, nifi Decimiana legendum, de quibus V. f. l.

Decumana porta in caftris, præcipua, & patentior aliis atque frequentior, quæ in poftica parte caftrorum erat, ut ex Cæf. lib. 3. 25. Bell. Gall. intelligimus: & ex Liv. lib. 10. V. Lipf. l. 5. D. 5. de Mil. Ro.

Decumanus acipenfer apud Cic. in 2. de Fin. 24. Ex Lucil. Carm.

Decumanus ager, Ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 3. Verr. Hujusmodi agros Decumates videtur appellare. Tac. Germ. 29.

Decumanus porro a Cicerone dicitur qui exigit agrorum decimas vel redimit, publicanus fc. De quo & Afconius. Ejus uxor mulier decumana. Cic. Verr. l. 3. adde Att. 5. 13. Idem. 3. Verr. 21. Eaque quæ jam diu ad falutem fociorum, utilitatemque reip. compofita, comparataque effent, ad fuos improbiffimos quæftus converteret, qui primum certos inftitueret, nomine Decumanos, revera miniftros ac fatellites cupiditatum fuarum.

DECUMANI feu DECIMANI vocabantur quoque milites Decimæ legionis, ut Secundæ Secundani, Sextæ Sextani &c. Suet. Jul. C. 70. Plin. H. N. 3. 4. Narbo Martius Decumanorum Colonia. Ubi V. Hard. De numero Legionum V. Fulv. Urfin. in Gente Antonia. Freinsh. Indic. in Tacit. infra V. LEGIO.

DECUMBO, ui, ĭtum, [κατακλίνομαι ἀναπίπτω] Demittere vel componere fe ad cubandum. Columel. lib. 7. cap. 9. Siquem mater decumbens oppreflerit, cubanti fubtrahat. Ubi differentia τοῦ Cubo & Decumbo apparet.

Tertia jam falce decubuit Ceres. Sen. in Phœniff. verf. 371. i. e. Meffis.

Decumbere more veterum, cibi fumendi gratia. Plaut. Merc. 1. 1. 97. Ter. Phorm. 2. 2. 28. Prior bibas, prior decumbas. Sic. Cic. 5. Verr. V. ACCUMBO.

Decumbere, Verbum proprium gladiatorum, quum vulneribus confecti cadunt. Cic. 2. Tufc. 41. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velint: fi fatisfactum iis fit, fe velle decumbere. Idem 3. Philipp. 35. Quod gladiatores nobiles faciunt, ut honefte decumbant, faciamus nos, &c. ut cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia ferviamus.

DECUNI, [Δεκοῦνοι] Liburniæ populi, qui in Salenam coloniam jura petunt. Plin. lib. 3. cap. 22.

DECUNX, Decem unciæ. Fannius de Pond. v. 46. Qui & Dextans.
At fi fextantem retrahas, erit ille decuncis. V. DEUNX.

DECUPA, æ. Quid fit, a viris doctis ignoratur. Legitur tamen apud Cic. in Pifon. 67. Piftor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola atque decupa. Quo loco legendum putat Budæus de cupa, ut fit fenfus, Pifonem non vivere frugaliter & ut folent quibus eft cura domeftica, fed vinum a propolis emere. atque id e cupa, hoc eft, non diffufum aut affervatum, fed quemadmodum e cupa adfertur, hoc eft, pene mufteum: non enim futuris annis providebat. [Sed melius Scalig. probante Grævio, de Copa vel caupa, i. e. ex taberna vinaria. V. Suet. Claud. C. 40.

DECŬPLUS, Adj. [δεκαπλάσιος] Id eft, Decies tantum. Liv. 9. Bell. Maced. Uti ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti effent, æftimarentur. In emendatioribus codicibus legitur, Decem tanto, &c.

DECUPLĀTUS, a, um. Idem. Auguft. Serm. 2. in Fer. 11. Pentecoft. cap. 1. Decuplato numero Apoftolorum. Juvenc. in Matth. 18.
Sic decuplata fuper donentur vulnera fratri.

DECURES, Decuriones. Feftus.

DECURIO, ōnis. [δεκάδαρχος] Valla lib. 6. In municipiis (ut mihi quidem videtur) idem eft Decurio, qui Romæ Senator. Cic. pro Sextio 10. Recita quæfo P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones. Plin. lib. 1. Ep. 19. Effe autem tibi centum millium cenfum, fatis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione folum, verumetiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummûm. Pomponius Jurisconfultus, Decuriones quidam dictos aiunt eo, quod in initio, quum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, confilii publici gratia confcribi folita fit. Sed Velferus fic dictos arbitratur potius quod in decurias diftributi videantur. Rer. Auguft. Vindel. lib. 5. p. 74. 199. Nam primi fingularum decuriarum decuriones dicti fec. Varr. de L. L. 4. 16. Ifidor. 4. 9. Decuriones dicti quod fint de ordine Curiæ. Officium enim Curiæ adminiftrant. Unde non eft Decurio qui fummam non intulit vel Curiam participavit. Curiales autem iidem & Decuriones. Et dicti Curiales quia civilia munera procurant & exfequuntur. Vet. Gloff. βουλευτής, Decurio, Curialis. Hinc. Vet. Interpr. Marc. 15. 43. & Luc. 23. 50. quem Evangelifta βουλευτὴν vocat Decurionem recte & Latine reddidit. Et vero Buleutarum vox pro Decurionibus & apud Plin. legitur. Epift. 10. 49.

Decurio. Veget. lib. 2. cap. 14. Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites triginta duos. Huic qui præeft, Decurio nominatur. Centum autem pedites ab uno centurione, fub uno vexillo gubernantur: fimiliter triginta duo equites ab uno Decurione, fub uno vexillo reguntur. Idem tradit Modeftus in lib. de Vocabulis rei militaris. Ælian. tamen in lib. 1. 2. 4. de inftruendis Aciebus, eundem vocat & Decurionem & Decanum: eum videlicet qui præeft uni militum decuriæ. V. DECANUS.

Decuriones etiam extra militiam curiamque dicebantur qui aliis præeffent. Ita Sueton. Domit. cap. 17. Saturius Decurio Cubiculariorum dicitur. Ubi tamen non is intelligendus qui toti cubilariorum corpori fed parti præeft. Nam in uno corpore plures Decuriones numerantur ut Torrent. obfervat, qui & DECURIONEM LECTICARIORUM in vet. infcriptione nominatim notat.

DECURIA, æ. [δεκανία] Romæ Judicum decuriæ initio fuerunt tres: quartam Auguftus addidit ut Suet. l. 2. cap. 32. teftatur, ubi V. Cafaub. Quintam adjecit Caligula, eod. auctore Cal. cap. 16. Petita a Galba & fexta eft fed negata, tefte eodem Galb. cap. 14. Nomen vero non a numero petitum, fiquidem in fingulis decuriis mille & amplius equites erant. V. omnino Plin. lib. 33. cap. 1. & cap. 2. Afconius l. 1. in Verr. extr. Decuriam interpretatur ordinem: fcribitque inter centurias & decurias hoc intereffe, quod honeftiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicerentur, ut non immerito fufpicari quis poffit Decurias ex eo dictas, quod decies decem continerent, ut five Centurias five Decurias dicamus nihil interfit. Cic. pro Cluent. 103. Uno judicio multa eft ab eo petita, ficut ab Junio, quod non fuæ Decuriæ munere, neque ex lege fediffet.

Decuria eft numerus hominum, qui a duce uno pofitione fimplici fubinde deductus ferie, ceffet vel in octavum, vel in duodecimum, vel in decimumfextum. Numerus enim decuriæ, varie ad hunc modum a diverfis authoribus datur. Hactenus Ælian. in lib. de inftruendis Aciebus.

Decuria fenatoria. Cic. 2. Verr. 79. Hunc hominem in judicum numero habebimus? Hic alteram Decuriam fenatoriam judex obtinebit?

Decuriæ etiam erant municipalium & rufticorum hominum. Quintil. lib. 4.

Decuriam emere. Cic. l. 3. in Verr. 184. Noli hos (Scribas) colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de fcenicorum corollariis, quum decuriam emerunt, ex primo ordine explooforum in fecundum ordinem civitatis fe veniffe dicunt. V. ibi Græv.

Decuria, Decem hominum numerus. Columel. lib. 1. cap. 9. Claffes etiam non majores quam denum hominum faciendæ, quas decurias antiqui appellaverunt & maxime probaverunt, quod is numeri modus in opere commodiffime cuftodiretur, nec prætereuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Deinde rudus inducatur, & vectibus ligneis, decuriis inductis, crebriter pinfa-

pinsatione solidetur. i. e. Inducta hominum decuria, sive multitudine, qui ligneis vectibus pinsant &c. uti Phil. exponit.

Decuria, pro Cœtu & conventu coëpulonum. Plaut. Persa, 1. 3. 63. — exigam ego hercle te ex hac decuria. Fuerunt & in Militia Decuriæ φρατρίαι, ut in Vet. Gloss. exponuntur, pedestri juxta atque equestri, de quibus Herm. Hugo de Equestri Milit. 5. 4.

DECURIO, [καταλοχίζω] are. In decurias distinguere & describere. Cic. pro Domo sua. 13. Quum desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Idem ad Q. fratr. lib. 2. 7. Eodem die s. c. factum est, ut sodalitates, decuriatique discederent.

Homines vicatim conscribere & decuriare. Cic. pro Sextio 34.

Prædæ causa improbos decuriare. Cic. 7. Philipp. 18. Hunc prædæ causa quid facturum putatis? non rursus improbos decuriabit?

DECURIALIS, Ad decuriam pertinens, ut Decurialis numerus. Tertul. de Anim. cap. 37.

DECURIALIS, vel præfectus Decuriæ vel consors. Vet. Inscrip. ap. Grut. p. 36. n. 6. LARATIUS PHOEBUS DECURIALIS DECUR JULIÆ. Sic & Inscrip. apud Fabrett. p. 86. Q. MARCIUS ITALICUS DECURIALIS NEGOTIATOR.

DECURIATUS, ûs. idem ac Decuriatio. Liv. 22. 38. Et ubi ad decuriatum & centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant.

DECURIATIO, Verbale. [καταλοχισμὸς] Descriptio in Decurias, ut Decuriatio Tribulium. Cic. pro Planc. 45.

DECURIONATUS, nom. ordinis municipalis. Vet. Gloss. Decurionatus βουλεία, δεκαδαρχία. Macrob. Saturn. 2. 3. Cicero ab hospite rogatus ut decurionatum privigno ejus expediret. Ulp. lib. 2. ad municip. pr. Consensisse pater decurionatui filii videtur. V. DECURIO.

DECURIONALIS, e, Senatorius. V. Inscrip. apud Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 169. EXORNATO ORNAMENTIS DECURIONALIBUS. Et Gloss. Gr. Lat. βουλευτικὸς, decurionalis.

DECURRO, decurri, & decucurri, sum, [καταθέω, καταςρέχω] ĕre. Deorsum currere. Virg. 2. Æn. 41.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat. Liv. 1. ab Urbe. Sueton. in Neron. cap. 11. Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decucurrit.

Aperto pelago decurrere, id est, per apertum mare. Virg. 5. Æn. 212.

Decurrere cita puppi. Catul. Epig. 64. 6.

Celeri cymba decurrere. Ovid. 5. Fast. 77.

Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba.

Decurrere cum aliquo. Cic. Fam. lib. 16. 4. Ego puto te bellissime, si recte erit, cum Quæstore Mescinio decursurum. De cursu maritimo. conf. Ep. 9. extr.

Cito decurrit tramite virgo. Virg. 5. Æn. 610.

Decurrit super æquora. Ovid. 14. Met. 50.

Summaque decurrit pedibus super æquora siccis.

Decurrere sursum deorsum. Plin. lib. 24. cap. 18. de Eriphia herba. Scarabeum hæc in avena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hœdi. [Nisi Discurrentem legendum.

Decurrunt in plana arbores. Plin. lib. 12. cap. 14. Attolluntur colles alti, decurruntque & in plana arbores sponte natæ.

Decurrere, Accelerare. Liv. 2. ab Urbe, Qui positus forte in statione pontis, quum captum repentino impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset, &c.

Decurrere ad aliquid. Liv. 4. ab Urbe, Ipse ad interpellantis pœnam vecors de tribunali decurrit.

Effuso passu decurrere. Lucan. lib. 4.

Decurrere dicuntur milites. V. DECURSIO. Liv. 40. 8. Solemnem morem Macedonum esse docet: Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere, & divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ. Itaque pars religionis militaris erat; quam ob causam honoris ergo in heroum funeribus idem solebat fieri: de quo Lips. ad Ann. Tac. 2. 7. extr. p. 83. Torrent. ad Sueton. Claud. cap. 1. Itemque Stewech. ad Veget. 2. 22.

Decurrere in armis. Liv. 6. Bell. Pun. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt.

Decurrere, ad aliqd. pro Confugere. Cic. pro Quint. Ad hæc extrema & inimicissima jura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum, &c.

Ad aliquam hortationem decurrere. Cic. pro Cæcin. Nam cæteri tum ad istam hortationem decurrunt, quum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant.

Ad remedium aliquod decurrere. Plin. Jun. lib. 3. Epist. 19.

Incœptum laborem decurrere. Virg. 2. Georg. 39.

Vitam decurrere, id est, Vivere. Propert. lib. 2. Eleg. 12. 41.

Versu decurrere pugnas. Stat. lib. 5. Sylv. 3. 149.

Breviter decurrere. Ovid. ad Pison.

Nec si cuncta velim, breviter decurrere possim.

DECURRITUR, impersonaliter, pro Confugitur. Cæs. 1. Bell. Civil. 5. Decurritur ad illud extremum atque ultimum s. c. quo, &c.

Decursum est ad calcem. Cic. 1. Tusc. 15. Nunc video calcem: ad quem quum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum.

Decurrendum per capita. Quintil. lib. 6. cap. 1.

DECURRENS, Partic. [καταθέων] ut Decurrens ad oceanum Gallicum fluvius. Plin. lib. 3. cap. 1.

DECURSUS, Partic. [παρεληλυθὼς] ut Decursum spatium ætatis. Plaut. Stich. 1. 2. 4. Cic. de Senect. 83. Nec vero velim quasi decurso spatio a calce ad carceres revocari.

Lumen vitæ decursum. Lucret. lib. 3. 1055.

Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ,

Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? Cic. pro Quinct. 88.

Decursa ætate vitia. Cæl. ad Cic. lib. 8. cap. 13. Cætera porro quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, & ætate jam decursa: & consuetudine atque authoritate tua, pudore Tulliæ, siqua restabunt, confido celeriter sublatum iri.

Prope acta jam ætate decursaque. Cic. pro Quinct. 99.

Decursa abs te hæc sunt breviter. Cic. 1. de Orat. 148. Attamen ista quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus. Id est, breviter a te tractata.

DECURSUS, ûs. [καταδρομὴ] Liv. 1. ab Urbe, Itaque ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt.

Magnus decursus aquarum. Lucret. lib. 5. 264.

Rapidus decursus. Virg. 12. Æn. 523.

Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum, &c.

Decursus pronus. Catul. Epig. 5. 65. 23.

Decursus mei temporis. Cic. Fam. 3. 2. Vides ex s. c. provinciam esse habendam, si eam (quoad ejus facere potueris) quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.

Decursus, pro Simulacro præliorum. Gell. lib. 7. cap. 3. Liv. l. 40. C. 9. In lustratione, & decursu & simulacro ludicro pugnæ. V. p. p. DECURSIO.

Decursus honorum. Cic. 1. de Orat. 1. Egregia est & insignis translatio a curriculo circove ducta. Nam circi & stadii spatium decurritur, quum ad metam ventum est, pars ea flexus dicitur, Græce καμπτὴρ. Turneb.

Decursus, pro Fine cursus. Sueton. in Neron. cap. 24. Sed excussus curru, ac rursus repositus, quum perdurare non posset, destitit ante decursum.

DECURSIO, Verbale. [καταδρόμησις] Cic. 5. de Fin. 70. Quem Tiberina decursio, festo illo die, tanto gaudio affecit, quanto, &c. [Sed alii codd. Dissensio, vel Discensio. Locus male habitus. V. ibi Doctis notata.

Decursiones equitum. Brutus ad Cic. Fam. 11. 10. Aut Apennino, Alpibusque se teneat, & decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca in quæ incurrerit.

Decursio militum. Sueton. in Neron. cap. 7. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit: indictaque decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit. Ad decursionem campi milites exeunt. Veget. 2. 22. Hæc exercitii tantum causa instituebatur, cum eductus miles in campum aliquot millia passuum armatus instructusque telis pedes militari gradu ire ac redire in castra, eques etiam perinde armatus procurrere jubebatur: de quo exercitio militari Liv. 26. 51. Veget. 1. 27. qui & 3. 4. Campicursionem vocat. Hoc exercitationis genus ter quot mensibus ex institutione Augusti usurpari solitum, ad Taciti Ann. 2. 55. 6. Lipsius notat. Conf. DECURSUS. DECURRO.

DECURSITO, Apul. de Deo Socrat. p. 116. Ejusdem artis disciplinam simul & ignorantiam decursitant.

DECURSORIUS, a, um. Termini decursorii. Innocent. de Cas. p.223.

DECURSORIUM, ii, Locus in quo decurritur, Torneamentum nostrates dicunt: Græci καθδιομον, Galli *Licias* vocant.

DECURTO, [κολοβόω] are. Curtum facere. Plin. lib. 25. cap. 5. Leguntur autem tenuissimæ radices, brevesque, ac velut decurtatæ etiam hæ. Cic. in Orat. 178. Mutila sentit quædam & quasi decurtata.

DECUS, V. DECOR.

DECUSSIS, is. m. [δέκας] Decem asses.

Decussem Vitruvius pro Denario numero accipit. lib. 3. cap. 1. Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quod ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis: quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superaverint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim pervenerint. conf. Varr. de L. L. 4. 36.

Decussem [χιασμὸν] pro Decussatione accipit lib. 10. cap. 11. Decusses & decussationes Vitruvius vocat rectas & exactas divisiones complanatorum capitum tigni & exasciatorum; quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni sese intersecantibus, ita ut lineæ areolas octo faciant trigonas, quas vulgo facies appellamus, ob id octantes ab eodem authore dicuntur. Hoc autem facile est intelligere, siquis per ambitum teretis materiæ, & in duobus summis capitibus lævigatæ complanatæque, iisdem spatiis octo puncta adnotet: & a puncto ad puncum obversarium perpetuam lineam ducat; sic enim fit ut omnes lineæ per centrum planitiei transeant, & similitudinem stellæ reddant. Plin. lib. 18. cap. 34. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decusses obliquæ, ita ut a Septentrionis dextera lævaque ad Austri dexteram lævamque descendant: omnes per eundem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium paria intervalla.

DECUSSO, [χιάζω] are. In formam X literæ diducere & dividere. Columel. lib. 4. cap. 17. de vinea jugata loquens, Nihil enim refert jugum in stellam decussari atque diduci, nisi & palmites adjungantur. Alii legunt Adjugentur.

Decussare, proprie Per medium secare, significat: id quod ostendit Cic. in lib. de Univers. 21. quum inquit, Hanc igitur omnem conjunctionem, duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam, quasi decussavit. Plena enim decussatio fit, quum litera X in seipsam transversa incidit, ut ex eo loco Platonis intelligendum datur, quem Cic. Latinum fecit. Columel. lib. 3. cap. 13. Nam duas regulas ejus latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ X decussavimus. Utitur & Martian. Capel. lib. 8. cap. de Coluris. Hæc omnia ex Budæo in lib. de Asse.

DECUSSATIO, [χιασμὸς] dicitur, quam recentiores Annularem Rationem appellavere, & Ptolemæus aptissime Κρίκωτον nuncupat: cujus rei commeminit Hermolaus quoque in Plin. V. Cæl. lib. 8. cap. 13. Vitruv. 1. 6. & 10. 11.

DECUSSATUS, a, um. Decussati jugi partes. Columel. 4. 24. Parallela decussata. Martian. Capel. l. 1. p. 14.

DECUSSATIM, Adv. [κατὰ χιασμὸν] Columel. lib. 12. cap. 54. Deinde sicut consueverunt falgamarii, decussatim ferramento lunato incidito. Vitruv. 1. 6. Circino decussatim describatur. Augustin. de Doctr. Christ. 2. 24. Una figura literæ quæ decussatim notatur aliud apud Græcos aliud apud Latinos valet, non natura sed placito & consensione significandi. Intellige literam X.

DECUTIO, ssi, ssum, [κατασείω] ĕre. Ex De & Quatio compositum, significat Dejicere, deorsum quatere. Plaut. Epid. 2. 3. 3.

Quin ex occluso atque obsignato armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.

Ovid. 2. Fast. 707.

Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit.
Columel. lib. 11. cap. 2. Dum prorepentes oculi digito decuti possint. Liv. 5. Bell. Pun.
Decutere vi. Plin. lib. 34. cap. 11.
Frondes decutiuntur aqua. Ovid. 5. Fast. 324.
Decutit ense caput. Ovid. 5. Met. 104.
Bucula decutiat rorem. Virg. 4. Georg. 11.
Sylvis honorem decutit December, eo quod Spoliantur arbores suis foliis mense Decembri. Hor. Epod. 9. 9.
Decussisse dicitur baculo summa capita papaverum. Liv. 1. 54.

DECUSSUS, ûs. [κατάσεισμα] Plin. lib. 11. cap. 37. Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursusque recrescere facilem decussu. Nisi malis supinum esse posterius.

DECUSSIO, Idem. Tertull. de Cult. Fœm. cap. 9. pr. Decussio redundantioris nitoris.

## D E D

DEDĔCET, [ἀπρεπές ἐστι] aliquando Personale, aliquando Impersonale, contrarium suo simplici. Ovid. 6. Met.
Admovique preces quarum me dedecet usus.
Cic. 1. Off. 94. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare & mente captum esse.
Comæ non dedecuere dominam. Ovid. 1. Amor. Eleg. 7. 12.
Decere atque Dedecere, contraria. Cic. in Orat. 74. Decere, quasi aptum esse consentaneumque tempori & personæ: quod cum in factis sæpissime, tum in dictis valet, in vultu denique & gestu & incessu, contraque item Dedecere. Idem de Off. l. c.
Oratorem irasci minime decet, simulare non dedecet. Cic. 4. Tusc. 54.
Modice & scienter uti rebus suis, & ut ne dedeceat. Cic. 1. de Orat. 132.
Dedecet quid in alio. Cic. 1. Off. 146. Quo in genere non est incommodum quale quodque eorum sit, ex aliis judicare: ut siquid dedeceat in aliis, vitemus & ipsi. Quidam corrupte, In illos.
Si non dedecui tua jussa. Stat. 10. Theb. 334. Hoc est, si monitus tuos non indecenter effeci: si non dehonestavi. Lactant.

DEDĔCUS, ŏris. [αἰσχύνη, αἰσχρότης] Turpitudo cum Ignominia conjuncta, Flagitium. Contr. Decus V. in DECOR. Cic. 2. Tusc. 14. A. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne majus quam dedecus?
Dedecus vitæ ac turpitudo. Cic. pro Cluent. 12.
Flagitium & dedecus. Cic. Att. lib. 16. Ep. 7. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitii scilicet plenum & dedecoris.
Probrum & dedecus. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Sumptus effusi cum probro atque dedecore.
Dedecus & infamia. Author ad Heren. lib. 3. 9.
Est & extremum hominis perditi convicium. V. Barth. ad Claud. p. 80. Edit. in 8vo.
Adulatorium dedecus. Tacit. Ann. 6. 32.
Grande. Hor. 2. Sat. 2. 96.
Grande ferunt una cum damno dedecus.
Magnum. Hor. 1. Sat. 4. 51.
Ebrius, & (magnum quod dedecus) ambulat ante
Noctem cum facibus.
Parentum dedecus abolere. Sil. lib. 1.
Abstinere dedecore nullo. Cic. 3. de Fin. Quid autem dici poterat, si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuerimus, quominus homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi &c.
Admittere dedecus. Cic. 3. Verr.
Concipere. In CONCIPIO.
Conjungere dedecus cum probro. In CONJUNGO.
Depellere dedecus patriæ. Sil. lib. 1.
Domum dedecori domino fieri. Cic. 1. Off. 139. Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo.
Hæreditati patris dedecori esse. Cic. 1. Off. 121. Optima autem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumque gestarum: cui dedecori esse, nefas & vitium judicandum est. [Al. & impium. An, Cui decori deesse, nefas esse impium judicandum est?
Hæret infamiæ dedecus. Cic. 1. in Catilin. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?
Imprimere dedecus Reip. In IMPRIMO.
Incurrere in dedecora. Cic. 1. de Fin. 47. Tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt.
Inferre dedecus alicui. Ovid. 6. Met. 608.
Natus in dedecore. In NASCOR.
Judicia, vera atque insigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. Cic. pro Cluent. 61.
Perire cum ignominia & dedecore. Cic. 2. de Divin. 22.
Propulsare dedecus solet virtus. Cic. 4. Philipp.
Suis esse maculæ & dedecori. Author ad Heren. lib. 4. 45.
Studiis ac literis dedecori esse. Cic. Att. lib. 8. 11.
Susceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitium ac dedecus. Cic. pro Muræn. 12.
Testatum dedecus. Ovid. 2. Met. 473.
Tollere dedecus ævi. Ovid. 5. Fast. 589.
Ille notas veteres & longi dedecus ævi Sustulit.
Volutari in dedecore. Cic. ad Heren. 4. 34.
Maculosus omni dedecore. Tacit. Hist. 3. 3. 8.

DEDĔCOR, ŏris. Adj. Auson. Epist. 9. 5.
Quæ viridis muscus quæ dedecor alga recondit. Item Sallust. Fragm. cap. 17. ex Priscian. p. 699. & Stat. Theb. 11. 760. Dedecorem amplexi vitam.

DEDECŌRUS, Adj. [ἄτιμος, αἰσχρός] Tacit. Ann. lib. 3. 32. 2. Sex Pompejus M. Lepidum, ut socordem, inopem, & majoribus dedecorum, eoque etiam Asiæ sorte depellendum incusavit.

DEDECŌRO, [ἀτιμάζω] are. Ter. Hec. 2. 1. 13. Quæ me, & te, & familiam dedecoras. Faciem dedecorare. Propert. lib. 3. Eleg. 2. 36.
Aut faciem turpi dedecorare bove.

DEDECŌRANS, Partic. [ἀτιμάζων] Cic. 3. Off. 6. Dedecorantem & urbis authoritatem & magistri.

DEDECORĀTUS, [ἠτιμασμένος] Partic. Tranquillus in Neron. cap. 36. Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus.

DEDECORŌSUS, Adj. Julius Firmicus lib. 3. cap. 8. Dedecorosis hominem valetudinibus implicabit.

DEDECORŌSE, Adv. Idem ac Turpiter. Dedecorose vixi, turpius peream. Nero apud Victor. Vulgat.

DEDECORATIO, ōnis. f. Tertull. adverf. Marc. 5. 5. extr. Carnis jam erubescentis dedecoratio. Et de Anima Idem cap. 34.

DEDECORAMENTUM. Isidor. 2. 21. Adolescentia senectutis dedecoramentum fuit.

DEDECORĀTOR, ōris. Tertull. Apol. cap. 14. Dedecorator deorum.

DEDĬCO, [καθιερόω, ἐκδικάζω, ἀφιερόω, ἀνατίθημι] āre. Idem quod Dicare. Consecrare. Liv. 1. ab Urbe 21. Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. Cic. 1. de Leg. 3. Post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit se deum esse, & Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco jusserit.
Dedicare, inquit Festus, proprie est dicendo deferre.
Dedicare bibliothecam. Plin. Jun. lib. 1. Epist. 8.
Theatrum dedicare. Asconius enarrans orationem contra Pisonem, Ante paucos dies, inquit, quam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit.
Opus publicum dedicare. Plin. Epist. 10. 117. Et hujusmodi fere locutiones idem pene valent, ac usum alicujus rei cum festivitate aliqua auspicari.
Ædem alicui dedicare. Cic. 3. de Nat. Deor. 13.
Ædeis alicujus dedicare, id est, Religione devincire, Sacrare. Cic. pro Domo sua.
Smyrnæi delubrum Homero dedicaverunt. Cic. pro Archia 19.
Dedicavi tibi hos libellos. Plin. in præf. Nat. Hist.
Signum in aliquo loco dedicare. Cic. pro Domo sua. 51. Te meam domum consecrasse, te monimentum fecisse, in meis ædibus, te signum dedicasse.
Simulacrum aut aram dedicare. Cic. pro Domo sua. 121.
Marcellus si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum voverat. Cic. Verr. 4. 123. Formula dedicantium aliquid numinibus exponitur a Barthio ad 2. Theb. Stat. p. 648. Dare ac Dedicare quid differant. V. Periz. Animadv. cap. 7. p. 307. 19.
Dedicare, pro Dicere. Accius Alphesibœa. Advereor, quum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicant. Cæcil. Ann. lib. 1. Legati quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata. Nonius.
Non raro ad alia eleganter transfertur. S. Hieron. Epist. 9. ad Salvin. de Viduitate. Qui primus ab Apostolis baptisatus salutem gentium dedicavit. Sic Martyrium dedicasse Stephanum scribit Pet. Chrysolog. Serm. 153. Tertullian. de Pœnit. cap. 2. Cum rursus suam misericordiam maturavisset (Deus) jam inde in semet ipso pœnitentiam dedicavit. Dedicare togam in funus, id est, togam in id dare, ut ea mortuus involvatur dixit Paul. IC. l. 19. ff. de in rem verso.
Delicare Veteres pro Dedicare dixisse & Delicatus pro Dedicatus auctor est Festus. H. St. V. D. lit. in L. mut. & DELICATUS f. l.

DEDICĀTUS, Partic. [ἀφιερωθείς] Martial. lib. 4. 30.
Et pisces venerare dedicatos.
Ingenium in homine dedicatum. Cic. de Leg. 1. 59. Nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet divinum, ingenium in se suum, sicut simulacrum aliquod, dedicatum putabit.
Mentis, Pietatis, Fidei templa publice dedicata. Cic. de Leg. 2. 28. Idem de Nat. Deor. 3. 13.
Dedicati etiam dicuntur dii, quorum simulacra sunt ad religionem consecrata. Hor. lib. 1. Carm. Ode 31. 1.

DEDICATIO, Verbale. [ἀνάθεσις, καθιέρωσις] Cic. pro Domo sua. 103. Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. Dedicatio religiosa. Idem ibid. 121. 122. Vulgo, non inscite, Dedicationes librorum vocamus, quas Græci προσφωνήσεις. V. DEDICO. Aristides Sophist. Τοὺς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς προσοικεῖ καθιερῶν, τοὺς δὲ ἀνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμῶν.

DEDICĀTOR, ōris. Tertull. Apol. cap. 5. Tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur.

DEDICATĪVUS, Idem quod vulgo affirmativus. Dedicativa propositio. Apul. 3. Dogm. Plat. V. ABDICATIVUS.

DEDICATĪVE, Adv. Martian. Capel. 4. p. 128. Dedicative concludere, id est, Affirmative.

DEDIGNOR, [ἀπαξιόω] ari. Indignum habere, contemnere. Virg. 4. Æn. 536.
Quos ego sum toties jam dedignata maritos.
Columel. lib. 9. cap. 5. Æque enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter. De sedibus apum deligendis loquitur.
Amicum dedignatus. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 7. 33.
Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est.

DEDIGNATIO, Verbale. [ἀπαξίωσις] Plin. Jun. in Paneg. 18. Quam speciosum est enim quod disciplinam castrorum lapsam, extinctamque resovisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia, & dedignatione parendi.
Tacita dedignatio. Quintil. lib. 1. 2.

DEDISCO, ĭci, [ἀπομανθάνω] ĕre. Quod didici oblivifcor, inquit Valla lib. 5. Cic. 3. de Orat. 91. Ob eamque causam juventus nostra dediisceret pene discendo. Propert.
Turpe est virtutem dedidicisse datam. [Ita Steph. Vereor ut vere.
Dedidicit pacem subito feritate reversa. Martial. lib. 2. 75.
Dediscere & oblivisci. Cic. Fam. lib. 9. 24.
Hæc verba mutari, dediscique possunt. Cic. de Clar. Orat. 171.
Dediscere loqui. Ovid. 3. Trist. Eleg. 14. 46.
Dediscere, pro Relinquere consuetudinem. Cic. Fam. lib. 9. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.
Usu dediscitur amor. Ovid. de Rem. Amor. 503.

DEDITIO, DEDITITIUS, DEDITUS. V. DEDO.

DEDO, ĭdi, ĭtum, [ἐκδίδωμι] ĕre. Est Addicere, permittere, dare, Plaut. Curcul. 5. 228.
Ego illum tibi dedam, tace. & proprie est victi ad victorem.
Ac deprehensi quidem caput clypeo subjiciebant, si dedere se vellent. Hoc signum erat deditionis ut Appian. l. 2. de B. Civ. nos docet. Victi & expugnati qua forma se dederent Plaut. ostendit Amph. 1. 1. 7. & 102. Liv. 1. 38: 7. 31. V. DEDITIO & Pet. Fabr. Semestr. 1. 7. V. in Thes. Ἐκδίδοναι H. St.
Dedere se hostibus. Plaut. Amph. 1. 1. 71. Cæs. 2. Bell. Gall. 32. Si prius quam aries murum attigisset, se dedidissent.
Constrictum aliquem dedere hostibus. Cicero Post reditum ad Quirites. 13.
Dedo me tibi. Ter. And. 5. 3. 26. Tibi pater me dedo: quidvis oneris impone, impera.
Dedere se totum alicui. Cic. 2. de Leg. 5. Sed necesse est charitate eam præstare, qua Reip. nomen universæ civitatis est: pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus.
Dedere se aliis. Ter. And. 1. 1. 30. V. Donat. ad loc.
Dedere se angoribus aut voluptatibus. Cic. 2. Off. 2. Sic Dedere se libidinibus. Cic. 1. Tusc. 72. Et Dedere se languori & desidiæ. Idem. 1. Off. 123. Lamentis muliebriter, lacrymisque. Idem 2. Tusc. 48.
Se delectationi toto animo. Cic. 5. Tusc. 115. Huic discendi, quærendique divinæ delectationi toto se animo dedidissent.
Dedo tibi hunc diem. Plaut. Stich. 4. 1. 41.
Aures suas poetis. Cic. pro Archia poeta. 26.
Dedere in ditionem alterius aures suas. Plaut. Milit. 4. 1. 8. Id est, diligenter eum auscultare.
Vide quibus hominibus aures sint deditæ meæ. Cic. Att. lib. 2.
Famam per provincias dedere. Tacit. lib. 11. Clarum ex eo in urbe dedita per provincias fama, &c. Nisi forte legendum sit Didita, id est Dispersa. V. Rumor.
Manus. Id est, se victum fateri. Lucret. lib. 2. 1042.
Morti aliquem dedere. Sen. Med. 12.
Morti me dede. Plaut. Asin. 3. 3. 18.
Neci dedere seipsum. Virg. 4. Georg. 90.
Dedere negotium alic. Ter. And. 5. 4. 50.
Davo ego istuc dedam jam negoti. Pro Dabo. Sed rarum atque insolens.
Nupta marito dedatur. Catul. Epigr. 64. 370.
Dedere noxæ. Columel. in præf. lib. 1. Rem rusticam pessimo cuique servorum, velut carnifici, noxæ dedimus. Per translationem. V. NOXA.
Noxæ alicui aliquem dedere. Id est, in noxam. Sen. Epist. 106.
In pistrinum, usque ad necem dedere. Ter. And. 1. 2. 27.
Pœnas temeritatis suæ dedere. Cic. Att. lib. 9. 12. Itaque dies & noctes tanquam avis illa mare prospecto, evolare cupio: dedo pœnas temeritatis meæ. Emendatiores codices habent, Do pœnas temeritatis meæ.
Rumor deditur. Virg. 7. Æn. 144.
Deditur hic subito Trojana per agmina rumor
Advenisse diem, quo debita mœnia condant. Ubi tamen legendum contenderim Diditur, utique per tertiam vocalem, pro Dividitur, seu dispergitur: ut apud Lucret. lib. 2. 1124.
Dum facile in venas cibus omnis diditur: & dum, &c. Rursum lib. 4. 952. V. Pier. & La Cerd. ad l. Virg.
Ad scribendum se dedere. Cic. 1. de Orat. 95. Quum se ad audiendum, legendum, scribendumque majori opera dediderit: exstat talis Orator, qualem quærimus.
Ad supplicium. Liv. 1. ab Urbe. Cæs. 7. Bell. Gall. Ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent.
Vita inimicorum crudelitati deditur. Cic. pro Quinct. 59. Ne cum bonis fortunisque omnibus, Sex. Nævii cupiditati crudelitatique dedatur. Idem pro Rosc. Amer. Non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur.
DEDĬTUS, Partic. [ἐκδεδομένος] ut Deditus amori animus. Ter. Hec. 3. 1. Item, amatoriis levitatibus. Cic. 1. de Fin. 61.
Deditus literis a pueritia. Cic. Fam. lib. 1. 7.
Deditæ eo mentes cum oculis erant. Liv. 1. ab Urbe. Hoc est, Et animi & oculi erant ad spectandum intenti.
Deditus voluptatibus, Deditus Epicuro. Cic. 2. de Fin.
Addictus, deditus, obstrictus alicui. Cic. pro Cæl. 80. Quem si vobis, si suis, si Reip. conservatis; addictum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis.
Castra dedita. Sil. lib. 10.
Corpora paupertate & morbo dedita morti. Alii legunt Tradita. Lucret. lib. 6. 1253.
Homo gravitati deditus. Cic. pro Cæl. 63.
Musæ deditus. Hor. 2. Serm. 3. 105.
Opera dedita. Idem quod data opera, de industria. Ter. Eun. 5. 2. 2.
Apud Antiphonem uterque pater & mater, Quasi dedita opera, domi erant. Cic. pro Rosc. Amer. Quæ facitis, ejusmodi sunt, ut ea dedita opera a vobis contra vosmetipsos facere videamini.
Rebus deditus. Lucret. lib. 4. 813.
Sanguine toto tibi deditus. Stat. 1. Sylv. 2. 171.
Studiis aliquibus mirifice deditus. Cic. 1. de Orat. 57. Ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus.
Studio musarum deditus. Claud. in Epithal. Palladii. 46.
Vita vitiis flagitiisque omnibus dedita. Cic. pro Rosc. Amer. 38.
Voluntati bonorum & authoritati Senatus deditus. Cic. pro Milon. 92.
Superl. Cic. Fam. 9. 9. Ab optimo certe animo ac deditissimo tibi.
DEDĪTĪTIUS, [ἔκδοτος] Qui se permisit alienæ voluntati & imperio. Cic. ad Brut. 3. Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere. Livius, Quicquid deinde patiemur dedititii vestri passuri. Cæs. Gall. 1. 27.
DEDITIO, Verbale. [ἔκδοσις] Cic. pro Leg. Manil. 35. Spem deditionis non demit, obsidesque imperavit.
Locum alicui reliquum non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem facere. Cic. 13. Philipp. 48.
Deditione corporis, quod deliquit, evitare litis æstimationem. Cajus in l. 1. D. de Noxal. actio.
Facere deditionem ad hostem. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 277. Burm. Auct. de Bello Hisp. cap. 20. Cum deditionem oppidi factam esse scisset.
Paratur deditio. Claud. 4. Paneg.
Ad deditionem perpellere. In PERPELLO.
Properare deditionem. Tacit. Ann. lib. 2. 22.
Redigere in deditionem imperii. Cic 4. Philipp. 13.
Deditionis formula apud Livium describitur in Collatiæ deditione, lib. 1. 38. his verbis, Rex interrogavit, Estisne vos legati, oratoresque missi a populo Collatino, ut vos, populumque Collatinum dederitis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Dedisne vos populumque Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.
Accipere in deditionem. Cæs. lib. 1. Bell. Gall. 28.
Concedere in deditionem. Liv. de Bell. Punic.
Deserere, vel omittere deditionem. Sallust. in Jugur. p. 120.
Significare deditionem. Cæs. 7. Bell. Gall. 40.
Subigere ad deditionem. Liv. lib. 6.
Subire necessariam deditionem. Cæs. 1. de Bell. Civil. 81.
Venire in deditionem. Cæs. 6. de Bell. Gall. 3. & 9. & 8. 31.
DEDĪTOR, ōris. Tertull. de Orat. cap. 11. Deditoris exemplum.
DEDŎCEO, ui, ctum, [μεταδιδάσκω] ēre. Cui contrarium est Doceo. Itaque qui dedocetur dediscit, ut discit qui docetur. Quintil. 2. 3. Et quidem dedocendi onus gravius ac prius, quam docendi est. Cic. 1. de Fin. 20. Si a Polyæno familiari suo geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere.
DEDOLEO, ui, [ἀπαλγέω] ēre. Dolori finem imponere, Dolore semel defungi. Ovid. 3. Fast. 479.
Quid me in desertis morituram Liber arenis
Servabas? potui dedoluisse semel. Hoc est, Morte dolorem deponere & finire. Ariadne Bacchum alloquitur. Idem 1. de Rem. Amor. 295.
Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel.
DEDŎLO, [ἀποξέω] āre. Est veluti dolabra vel alio instrumento ferreo perfecte dolare & excindere. Columel. 4. 26. Hæc eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ. Martial. lib. 11. 85.
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Dedolare senem, per metaphoram dixit Plaut. Men. 5. 2. 106.
DEDŎLĀTUS, ut Dedolatæ ridicæ. Columel. 11. 2.
DEDOLĀTIO, Vitruv.
DEDOLĀTOR, Apul.
DEDUCO, xi, ctum, [κατάγω, μετάγω, ἐξάγω, παράγω, ἀποβιβάζω] ĕre. Ex alto deorsum ducere. Virg. 8. Ecl. 69.
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.
Deorsum deducere. Lucret. lib. 2. 205.
Deducere de rostris conantem concionari. Cæs. 3. Bell. Civil. 21.
De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. Cato cap. 157. de Brassicæ viribus.
Deduci proprie dicuntur coloniæ vel coloni. Plin. lib. 3. cap. 6. Et Cic. de Leg. Agr. 1. 20: 2. 73, 74. Cæs. Civ. 1. 40. Delectumque colonorum, qui lege Julia Capuam deducti erant, habere instituunt. V. Vellej. l. 1. C. 14.
Agmina deducere. Lucan. lib. 3.
Fert ac deducit res eo. Cic. 1. de Orat. 135. Studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo quo intendas ferat, deducatque cognoris.
Deducere alterum is dicitur, qui alicui officii gratia præstat comitatum: cujus contrarium est, Reducere. Cic. 1. de Invent. Quum deducaris ab eo, quicum libentissime vixeris. Liv. 23. 23. Frequentesque eum domum deduxerunt. adde Broekhus. ad Tibull. 1. 4. 80.
Deducere candidatum. V. Obducere aliquem In OBDUCO.
Deduci & Reduci, contraria. Cic. de Senect. Assurgi, deduci, reduci, consuli.
Domo aliquem. Cic. Fam. lib. 10. 12. Quumque magna multitudo optimorum virorum & civium me domo deduceret, feci continuo omnes participes meæ voluptatis.
Deducere ad aliquem. Ter. Eun. 2. 3. 60. Huc deducta est ad Thaïdem meretricem.
Deducere, Idem quod Perducere, vel quod vulgus dicit, Conducere. Cic. de Senect. Si aliquo eum deducit, ubi futurus sit æternus.
Deducere adolescentem ad senem. Cic. pro Cæl. Idem de Amicit. 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, &c. i. e. Scævolæ commendatus.
Sponsam marito vel ad maritum, vel amicam ad amantem. Cic. in Verr. l. 3. 78. Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine. Ovid. 4. Fast. 53.
Quum primum cupido Venus est deducta marito. De hac notione. V. Sueton. in Cæs. cap. 50. & Torrent. ad loc. Ovid. Met. 10. 462.
Uxorem deducit maritus domum. Ter. Hec. 1. 2. 60. V. DOMUS.
Deducere ex hortulis in Academiam. Cic. 1. de Leg.
Ex aliquo loco milites. Cic. 5. Verr.
Ex præsidiis cohortes. Cæs. de B. G. 7. 87. 5. & passim.
De locis præsidia. Sallust. Cic. Att. lib. 7. Ut ille de his oppidis quæ extra suam provinciam occupavisset, præsidia deduceret.
Legiones in aciem. Tacit. lib. 18.
Aliquem in carcerem. Cic. 2. de Invent. Sic Deducere in sedem aliquem hospitalem. Cic. pro Leg. Agr.
Non deduci pœna, quominus, &c. Cic. Fam. lib. 14. 4. Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii & amicitiæ jus, officiumque præstaret.
Non eo deducam, aut progredi patiar, ut opera mea manus inter vos conseratis. Id est, Non committam, aut per me non fiet ut. Cic. Antequam iret in exilium. 20.

Actio-

Actionem deducere in judicium. Tryphon. in l. Si alienus. D. De noxal. acti.
Ad agnatos. In AGNATUS.
Aquam ad utilitatem agri. Cic. 2. de Divin. 69.
In astra. Hor. 4. Ode 2. 23.
— moresque
Aureos deducit in astra. Al. Educit.
Ovid. 15. Met. 656. Cæsariem longæ dextra deducere barbæ.
Carbasa deducere. Lucan. lib. 2.
Carmen. Ovid. 1. Met. 4.
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Carmina versu. Propert. lib. 1. Eleg. 16. 41.
Ad casum extremum deductus. Hirt. 4. Bell. Alex. 7. Tantus incessit timor, ut ad extremum casum omnes deducti viderentur.
In casum deduci. Cæs. 2. Bell. Gall. 31. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a Pop. Rom. pati, quam ab iis per cruciatum interfici.
Causam in judicium deducere. Cic. de Optimo Gen. Orat. 19.
In causam aliq. Liv. 6. Bell. Maced. Petebant enim ne se temere in causam deduceret.
Cibum. Ter. Eun. 2. 2. 23. i. e. Subducere, subtrahere.
Siqua habitior paulo, pugilem esse ajunt: deducunt cibum.
Ad cibum. Cels. lib. 3. cap. 18. Ad cibum quoque quosdam non desiderantes deduxerunt hi, qui inter epulantes eos collocaverunt. [Ita quidem cod. Ruellii, ceteri melius Reduxerunt.
Spe deduci ad aliquam cogitationem. Cic. Att. lib. 9. De gratia & ope quid significares, mecum ipse quærebam. Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer.
In controversiam. Cæs. 7. Bell. Gall. 63. Re impetrata, contendunt ut ipsis summa imperii tradatur: & re in controversiam deducta, totius Galliæ concilium Bibracte indicitur.
Crimen ad oculos. Ovid. 3. Amor. Eleg. 14. 35.
Tantum non oculos crimen deducis ad ipsos.
Pingui crinem deducere amomo. Stat. 1. Sylv. 2. 3.
Dies deducere. Cic. 1. Acad. extr. id est, Prolongare. [Videtur absolute dictum, pro Disputare, En locum: Huic rationi quod erat consentaneum faciebat, ut contra omnium sententias, dies jam plerosque, deduceret, ut &c.
Ad disciplinam deduci. Cic. 4. Acad. Quæ tandem ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxeris?
A dolore deduci, id est, dolore cogi aliter sentire de re aliqua, & dolore a sententia abduci. Cic. 2. Tusc. 60. E quibus homo sane levis Heracleotes Dionysius, quum a Zenone fortissimus esse didicisset, a dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipse in ejulatu clamitabat, falsa esse illa quæ antea de dolore sensisset ipse.
In discrimen deducere. Cic. Fam. 10. 24.
Fastidium deducere dicitur herba aliqua. Id est, Auferre. Plin. lib. 25. cap. 8.
Febres corpore. Hor. 1. Epist. 2.
Ægroto domini deduxit corpore febres. Id est, Abstulit.
De fide deduci. Cic. 1. Verr. 25. Cujus divitiæ me de fide deducere non potuissent. Hoc est, Avertere.
Ad fletum misericordiamque deduci. Cic. 2. de Orat. 189.
Fila deducere. Ovid. 1. Amor. Eleg. 14. 7.
Vel pede quod gracili deducit aranea filum.
Filum deducens levi pollice. Ovid. 4. Met. 36.
Furem deducere ad præfectum. Julian. in l. Interdum fur. D. De furtis.
In fraudem deduci. Cic. Fam. lib. 10. 23. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus, quas justius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est.
De fundo deducere. Cic. pro Cæcin. 20. Placuit Cæcinæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur, & de fundo Cæcina moribus deduceretur.
Funus deducere. Plin. lib. 10. cap. 43. In ea urbe, in qua multorum principum nemo deduxerat funus.
Tiaram. Sueton. in Neron. c. 13. Dein precanti, tiara deducta, diadema imposuit.
Genus deducere ab aliquo. Sen. Med. 4.
Ab humanitate, integritate & religione aliquem. Cic. 14. Verr. 12. Id est, Avocare.
Ad judicium aliquod deduci. Cic. pro Flacc. 9. Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc judicium deducti non sunt.
In jus deduci. Cic. 5. Verr.
In obligationem deducere, Obligare. Paulus in l. Ex sextante. D. De except. rei jud.
In stipulationem. Ulp. in l. Si a colono. D. De verbor. obligat.
Lineamenta deducere, pro Trahere. Sen. Epist. 96.
Litem deducere, id est, Dirimere. Columel. lib. 3. cap. 13. V. ORGANUM.
Majestatem deducere. Cic. 4. Acad. 120. Negatis hoc tam polite, tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua solertia, cujus quidem vos majestatem deducitis usque ad apum formicarumque perfectionem.
A mente & consilio deduci. Cic. 3. & 7. Verr.
Ad morem patris. Cic. 1. Off. Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, moremque deducimur.
Naves Deduci proprie dicuntur, quando ex arido in mare reducuntur ad navigationem, quod olim vere fieri solebat. Horat. 1. Carm. 4. Virg. 3. Æn. v. 69. seq. & I. Georg. 255.
Conveniat quando armatas deducere classes.
Nam hieme in aridum subducebant. V. SUBDUCO.
Oculos deducere in rem aliquam. Ovid. 4. Trist. 2. 61.
Opus deduxi in tua tempora. Ovid. 2. Trist. 560.
Pauca quibus prima surgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora Cæsar opus.
Ad otium. Cæs. 1. Bell. Civil. 5. Siqua hominum æquitate res ad otium deduci potuisset.

Pedes de lecto deducere. Plaut. Curcul. 2. 3. 82.
Rem in judicium. Ulp. in l. Si mater. D. De exceptione rei judic. Hoc jure utimur, ut ex parte actoris in exceptione rei judicatæ hæ personæ contineantur, quæ rem in judicium deducunt.
In periculum rem aliquam. Cæs. 5. Bell. Gall.
De pravitate animi aliquem. Cic. de Petit. Consul. 31.
De provincia deduci, id est, Revocari. Cic. de Provin. Consul. 13.
Rationem deducere, pro Habere. Sueton. in August. C. 42. extr. Ut non minorem aratorum & negotiantium, quam populi rationem deduceret. Id est, Ut non minorem numerum supputaret arantium & negotiantium quam populi. V. Casaub.
Ex regno aliquem deducere, pro Privare, & auferre ei regnum. Hirt. de Bell. Alex. lib. 4.
A re aliqua deduci. Cic. Fam. lib. 11. Quod instituit referre de religione, & sæpe jam retulit, ab eo deduci non potest.
Ad aliquam rem non casu, sed duce deo deduci. Cic. 2. de Divin. 39.
Rem huc deduxi ut, id est, Opera mea factum est ut. Cic. 2. in Catil. 4.
Res eo deducta est. Cic. Att. lib. 7. Sed quoniam res eo deducta est, non quæram ut scribis. &c. Eidem, lib. 2. Universa res eo est deducta, spes ut nulla sit, &c.
Res in eum locum deducta est, ut nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Cic. Fam. lib. 16. 11.
Rivos deducere. Virg. 1. Georg. 269.
— rivos deducere nulla
Religio vetuit.
Sensum membris. Lucret. lib. 3. 534.
De sententia aliquem. Cic. de Clar. Orat. 87.
In sententiam aliquem. Plin. lib. 1. Epist. 8.
De statu vitæ. Cic. 4. Verr. Fecerunt etiam ut me, cujus fidem continentiamque cognoverant, prope de vitæ meæ statu, dolore ac lacrymis suis deducerent, ut ego istum accusarem.
A timore. Cic. 2. de Nat. Deor. 148.
A tristitia & acerbitate commode ac hilare dicto deduci. Cic. 2. de Orat. 340.
Vela deducere. Ovid. 3. Met. 662.
Illi admirantes remorum in verbere perstant,
Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant.
Versum. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 5. 13.
Vestes a pectore. Ovid. 6. Met. 405.
Mater in invidia est, hanc tunc quoque dicitur unus
Flesse Pelops, humeroque suas a pectore postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
In viam. Cic. 1. de Leg. Noster quidem hic natura vir justus ac bonus etiam colloquetur, juvabit, in viam deducet.
Vocem, Tenuem & exilem facere. Afranius in Virgine, Verbis pauculis respondit, tristis, voce deducta. Pompon. in Atell. quæ Calendæ Martiæ inscribitur, Vocem deducas oportet: ut mulieris videantur verba. Hæc ex Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 4.
Voluntates dicendo impellere quo velis, unde autem velis deducere. Cic. 1. de Orat. 30.
Deducere, pro Apud hospitem collocare, *Loger, comme font les fourriers & mareschaux des logis.* Cic. 3. Verr. Deducitur iste ad Janitorem quendam hospitem: comitesque ejusdem apud cæteros hospites collocantur.
Deducere, pro De summa aliquid demere. Cic. 2. de Leg. 53. Partitionis caput scriptum caute, ut centum nummi deducerentur.
Deducetur. Cato de R. R. cap. 144. Siquid redemptoris opera domino damni datum erit, resolvito: id boni viri arbitratu deducetur.
Deducere de aliqua re. Cic. 1. de Divin. ex versibus Ennii, De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cætera.
Addere & Deducere, contraria. Id est, Addere ad summam, & de ea aliquid demere. Cic. 1. Off.
DEDUCTUS, Partic. Homo deductus ex ultimis gentibus. Cic. 13. Philipp. 27.
Deductum carmen, pro Tenui & subtili eleganter positum est a Virgilio 6. Ecl. 5. teste Macrob. lib. 6. cap. 4.
— deductum dicere carmen. Hoc est, Tenue. Translatio a lana, quæ deducitur in tenuitatem. Servius.
— tenui deducta poëmata filo. Hor. Epist. 2. 1. 225.
Frons deducta. Ovid. 20. Epist. 165.
Mos deductus. Hor. 4. Ode 19.
Nomen. Ovid. 6. Fast. 803.
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco.
Oratio deducta, atque circumlata. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Deducti viri ab Eriphilo. Cels. lib. 5. cap. 1. i. e. Sectatores ejus.
DEDUCTIOR, ōris. Compar. Sueton. in August. cap. 79. Nasum habuit & a summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. Hoc est, Demissiorem. V. Casaub. ad loc.
DEDUCTIO, Verbale. [ἀπαγωγή, παραγωγή, καταγώγιον, ὁδηγία] Cic. pro Lege Agr. de Colonis Deducendis, Nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuæ & Leocranti ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, &c.
Deductionem facere moribus. Cic. pro Cæcin. 27. Ibi tum Cæcinam postulasse, ut moribus deductio fieret.
Deductio aquæ. Cic. 1. de Divin. 100. Ex quo illa mirabilis a majoribus Albanæ aquæ deductio est.
Rivorum a fonte deductio. Cic. in Topic. 33. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio.
Rationis deductio in causæ constitutione. Cic. 1. de Invent. 19.
Deductio, pro Collocatione apud hospitem. Cic. 2. Philipp. 62. Italiæ rursus percursatio eadem comite mima: in oppida, militum crudelis & misera deductio. Id est, *Logement par fourrier, ou par le mareschal des logis.*
Deductio, pro Diminutione. Sen. lib. 2. de Benef. 4. V. Lips. ad loc. Eadem formula usus est Epist. 58. Hæc itaque curæ habebis, si grate æstimari quæ præstabis voles, ut beneficia tua ad eos quibus permissa sunt, integra & illibata perveniant, sine ulla (ut ajunt) deductione.

DEDUCTUS, m. Idem. Apul. 1. de Asin. p. 109. (Pric. p. 12.) Ut ponderis deductu restis ad ingluviem adstricta spiritus officia discluderet.

DEDUCTOR, ōris, Verbale. [προσαγωγεύς] Q. Cic. ad M. Cic. de Petit. Consul. Hujus autem rei tres sunt partes: una salutatorum, quum domum veniunt, altera deductorum, tertia assectatorum, conf. Tertull. Apol. cap. 21. de Coron. Mil. cap. 4. & adversf. Prax. cap. 2. & 30.

DEDUCTŌRIUS. Cæl. Aurel. Acut. 2. 19. Etiam in sorbilibus dantur deductoria. i. e. ut ibidem appellat, purgativa Gr. καθαρτικά. conf. Veget. de Re Vet. 1. 56.

DEDUCTORIUM, n. subst. Pallad. R. R. 12. 7. 4. de Castanea. Locus deductoria ad aquam deducendam liquoris accipiat, ne humor insidens limo germen extinguat. i. e. fossas.

DEDUCTO, are. Lucil. ap. Nonium 4. 144.

Deductat hunc voce leo, cur tu ipsa venire
Non vis huc? Diminuere, supprimere, exponit.

## D E F

DEERRO, āre. [ἀποπλανάομαι] A via & instituto itinere sæpe digredi & abscedere.

Itinere deerrare. Quintil. lib. 10. cap. 3.

Angiporto toto deerrare. Author ad Heren. lib. 4.

Vir gregis ipse caper huc deerraverat. Virg. Ecl. 7. 7.

Deerrare dicuntur jaculantium ictus. Plin. lib. 28. cap. 8. Tantumque est vanitatis, ut si ad brachium adalligetur superioris rostri dextræ partis dens, jaculantium ictus deerraturos negent.

Deerravit a patre puer. Plaut. Menæch. 5. 9. 54. In itinere Scil.

Deerrare, idem quod Errare. Columel. lib. 1. cap. 4. Multos enim deerrasse, memoria prodidit, ut L. Lucullum, &c.

Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Author ad Heren. 1. 14.

Deerrabat fors ad parum idoneos. Tacit. Ann. 13. 29. 2.

Deerrare sententia & visu. Columel. lib. 2. cap. 2.

Deerrans. Sen. Epist. 97. Artium peccata offendunt deerrantem.

DEERRĀTUM, i. n. tribuitur Apuleio.

DEERRATIO, ōnis. f. Augustin.

DEERRABUNDUS, Idem.

DEESIS, [Δέησις] Indigentia. Antiph. ap. Harpocr. Item Deprecatio, qua rogamus liberari malis urgentibus, aut etiam imminentibus. Dicitur etiam Precarium, id est, Quod usum nullum certum habet, sed quandiu libuerit concedenti. Deesis, apud Julium Rufinianum inter figuras sententiarum, est Obsecratio vel Obtestatio, qua deos oramus vel homines. V. OBSECRATIO.

DEFÆCO, [διυλίζω] are. A fæcibus purgare. Plin. lib. 18. cap. 26. Per brumam vitem ne colito: vina tamen defæcari, etiam diffundi Hyginus suadet.

DEFÆCĀTUM, Defæcata omnia Pura, inturbata, & sine sordibus possumus dicere, inquit Nonius 6. 37. ut Vinum defæcatum. Quod est sine fæcibus. Columel. lib. ult. Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito. Hinc Defæcatus animus, per translationem dicitur, Purus & omni anxietatum & dolorum sorde vacuus. Plaut. Aulul. 1. 2. 1. Nunc defæcato demum animo egredior domo. Idem Mostel. 1. 3. 2.

Literas defæcandas, limandasque. Sidon. Ep. 1. 1. Ubi V. Savar. Defæcata mente. Macrob. 2. Somn. Scip. 12.

DEFÆCATE, Adv. Cels. [Hoc & seq. ex Thes. Lips. est. Sed ap. Cels. me legere non memini.

DEFÆCATIO, Purgatio. Tertull. de Anima cap. 27. Ex carnis defæcatione. conf. Cels.

DEFÆCABILIS, ut Cisterna defæcabilis. Sidon. Ep. 1. 5.

DEFÆCIS, Sine fæce. Virg. de Ætn. 424.

Quam lævis excocto defæcis robore pumex. V. Scalig. in Catalect. p. 133.

DEFALCARE [ἀποκόπτειν] significat Tollere, & amputare, quasi falce abscindere. Perottus.

DEFALCĀTUS, Columel.

DEFALCATIO, Idem.

DEFĀMO, as. Bona fama privo, sicut Diffamo, Infamo. Hinc partic. DEFAMATUS, a, um. Gell. 9. 2. Ut vocabula eorum quoque defamata, atque deformia cum rebus ipsis viderentur. Idem 14. 2. Spurcissima vita ac defamatissima. Et 18. 3. Turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus. V. DIFFAMO.

Hinc Bero. ausus est Defamatissimam Domitiani vitam appellare. in Præf. Comm. in Titum. Et nos *Diffame* hinc sumpsimus, quod ad alia transtulimus, quippe qui de Veste dicimus turpata, item de Facie vulneribus fœdata. H. St. [V. *Richelet.*

DEFAMĀTIO, ōnis. f. apud Firmic.

DEFĀNO, āre. Idem ac Profanare, sed perrari usus. Arnob. l. 4. Spatiola defanata.

DEFĀRINĀTUS, Tertull. ad Val. cap. 31. Ad molas delatus & defarinatus.

DEFĀTĪGO, [καταπονέω] are. Delassare, Labore conficere. Ter. And. 4. 1. 45. Deceptus sum, at non defatigatus. Idem Adel. 4. 1. 3. Ita se defatigarit velim, ut, &c.

Non conquiescere, neque defatigari. Cic. 3. de Orat. 143. Profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque & pro omnibus & contra omnia disputandi percepero.

Defatigari cursu & spatio pugnæ. Cæs. 1. Bell. Gall.

Defatigare aliquem assiduo labore. Cæs. 7. Gall. 41.

Animi defatigati ab adversariis multitudine verborum. Author ad Heren. lib. 3. 17.

Nec animi nec corporis laboribus defatigari. Cic. 14. Fam. 1.

Defatigari satietate alicujus rei. Cic. 2. de Orat. 117.

Defatigari & diffidere in malis. Brutus Cic. Epist. 16. Ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis.

Noli in conservandis bonis viris defatigari. Gr. Ἐκκακεῖν. Cic. pro Marcel. 20.

Judices defatigare. Cic. 3. de Legib. 29.

Defatigor, cum infinitivo. Cic. 12. Fam. 14. Nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis.

Defatigatus in Repub. conservanda. Cic. 10. Fam. 19.



DEFATIGATIO, Verbale. [καταπόνησις, ἀπαύδησις] Cic. de Senect. extr. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt: animi autem se exercendo levantur.

Defatigatio equorum. Hirt. Bell. Gall. 8. 27.

Defatigatio & satietas. Cic. 5. Philipp. 20. Nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas attulisset.

Defatigatione desistere aliquid facere. Cic. pro Sextio.

Morbum metuere ex defatigatione membrorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.

DEFATISCOR. Plin. lib. 17. cap. 2. De Arboribus: Si blandiantur Austri defatiscentes. Sed V. DEFETISCOR.

DEFECTIO, DEFECTIVUS, DEFECTUS. V. DEFICIO.

DEFENDO, di, sum, [προίσταμαι, ἀμύνω, ὑπερασπίζω, ἀπολογέομαι, σκέπω] ere. Tueri, & quasi vim depellere. Plaut. Asin. 2. 4. 25. Te obsecro defende.

Clypeo defendere aliquem. Claud. de Bell. Get.

Præsidio & periculo suo defendere aliquid. Cic. pro Sextio.

Pro virili parte aliquid defendere. Cic. pro Sextio. Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt cujuscunque sint ordinis.

Defendere aliquem contra iniquos. Cic. 11. Fam. 27. Equidem siquando audio, tam defendo, quam me scio a te contra inimicos meos solere defendi.

Defendit æstatem capellis Faunus, id est, Capellas ab æstu defendit. Hor. 1. Ode 17. 2.

Defendere aliquem de ambitu. Cic. pro Sylla 6. Præsertim qui illum solus de ambitu defendisset.

Studio defendis amicum. Ovid. 3. Trist. 4. 41.

A calamitate aliquem. Cic. pro Lege Manil. 14.

Defendere caput & famam. Cic. 4. Acad. 120.

Defendere bellum. Cæs. Bell. Gall. 1. 44. Quod bellum non intulerit, sed defenderit.

Ignem. Ovid. de Rem. Amor. 228.

Proximus a tectis ignis defenditur ægre.

Caput domini. Cic. pro Milon. Non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse qui domini caput defendissent. Ovid. 1. de Ponto, 4. 40.

Defendere meum numina nulla caput.

Ab omni casu aliquem. Valer. 7. Argon.

Causas. Cic. de Senect. Causarumque illustrium, quascunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes.

Tueri ac defendere causas. Cic. 1. de Orat. 172. Videtur etiam si hac scientia juris nudata sit, posse facile cæteris armis prudentiæ causas tueri atque defendere.

Causas rerum copiose defendere. In COPIA.

Lege, & præsidio legis causam. Cic. pro Cluent.

Crimen. Ovid. 13. Met. 303.

Audacter sua decreta. Cic. 2. de Fin.

Delictum. Hor. in Arte Poet. 442.

Dignitatem alicujus ab inimicis. Cæs. 1. Bell. Civil. 7.

Domum ac deos penates aliquo oppugnante. Cic. pro Milon.

Excusatione adolescentiæ se defendere. Cic. pro Cœlio.

Fortiter. Ovid. 2. Amor. 5. 9.

Amici fortunas. Cic. pro Muræn.

Toga frigus. Hor. 1. Sat. 3. 14.

A frigore. Virg. Ecl. 7. 6.

Hic ego dum teneras defendo a frigore myrtos.

Hunc defende furorem. Virg. 10. Æn. 905.

Honorem suum. Cic. 6. Verr. Sic defendere sententiam suam. Cic. 2. de Fin.

Hostes, pro Repellere. Ennius. Serva cives, defende hostes quum potes defendere. Gell. Q. Claud. hostes defendebat a pinnis facillime.

Injuriam alicui. Plaut. Mostel. 4. 2. 20. Virg. Ecl. 7. 47.

Solstitium pecori defendite: jam venit æstas Torrida.

Injuriam alicujus. Cæs. 1. Bell. Civil. 7.

Defendere & obsistere injuriæ. Cic. 1. Off. 23. Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio quam qui, &c.

Defendere ac propulsare injuriam. Cic. 3. Off. 74.

Locum suum honestissime defendere. Cic. pro Quinct. 43.

Mores defendere. Ovid. 2. Amor. 4. 1.

Non ego mendosos ausim defendere mores.

Muros longo bello. Virg. 9. Æn. 511.

Noctes. Propert. lib. 1. 16. 9.

Nec possum infames dominæ defendere noctes.

Noxiam. Ter. Phorm. 1. 4. 48.

Armis ac virtute patriam. Lucret. lib. 2. 641.

Pacem. Cic. 8. Philipp. 11.

Defendere perfracte. In PERFRINGO.

Pericula civium. Cic. pro Muræn. 5.

Civem a periculo. Cic. pro Fontejo. A quo periculo defendite, Judices, civem fortem atque innocentem.

Pudor defendit aliquem. Cic. 5. Fam. 1.

Publice privatimque aliquem. Cic. 4. Verr.

Rationem. Cic. 2. de Fin.

Recte ac jure defendere aliquid. Cic. pro Milon.

Defendere rectum, pro Tueri opinionem de virtute, aut ipsam virtutem. Hor. 2. Sat. 7. 26.

Aut quia non firmus rectum defendis.

Turpe lingua empta reos. Ovid. 1. Amor. 10. 39.

Communem salutem Reipub. Cic. pro Muræn.

Defendere ac tegere scelus. Cic. pro Sylla 86.

Se acri animo. Cic. pro Milon.

Se manu. Cæs. 5. Bell. Gall. 7.

Se telo. Cic. pro Milon.

Æquitate & fide socios. Cic. 2. Off.

Defendit solis ardores. Cic. de Senect. 53.

Solem. Plin. lib. 19. cap. 1.

Defendere & protegere spoliatum. Cic. pro Sylla 50. Ego jacentem & spoliatum defendo & protego.

Tecta sua defendere, & ab aris, focis, ferrum flammamque depellere. Cic. pro Sextio. E Valetu-

Valetudinem bonam. Celf. lib. 4. cap. 8. Nam redit huic imbecillitas fua, nifi iisdem defenditur bona valetudo, quibus reddita eft.
Veftes a tineis defendit hæc herba. Plin. lib. 20. cap. 17.
Vim. Plaut. Rud. 3. 4. 69. Hoc eft, Arcere & propellere.
Vi vim defendere. Cic. pro Milon. 9.
Vitam ab inimicorum audacia. Cic. pro Milon. 6.
Vitam fuam noctis & fugæ præfidio, non juris judiciorumque. Cic. pro Sextio.
Vocem. Ovid. 13. Met. 218.
Ille poteft authore fuam defendere vocem.
Urbem bello. Claud. de Bell. Gild.
Urbem a vaftatione. Planc. ad Cic. lib. 10. 15. extr.

DEFENDOR, ěris. Cic. de Amicit. Itaque re magis, quam authoritate caufa illa defenfa eft.
Ab armis defendar. Ovid. 2. Trift. 421.
Neve peregrinis tantum defendar ab armis.
Ab hoftibus defendi paludibus & itinerum anguftiis, & altitudine montium. Cic. 2. de Lege Agr.
Arte defendi. Valer. 8. Argon.
Libere defendi. V. LIBERE.
Defendi per advocatum. Plin. in Præfat.
Defendere, Ratione affirmare & aftruere. Cic. in Vatin. 3. Defendebatur teftibus collegis fuis, non recitandi caufa legiffe, fed recognofcendi. Budæus.
Defendere & Prævaricari, diverfa. Cic. pro Cluent. Hoc quanquam fedulo faciebat, tamen interdum non defendere, fed prævaricari accufatori videbatur.
Judicis eft, femper in caufis verum fequi, patroni nonnunquam verifimile, etiam fi minus fit verum, defendere. Cic. 2. Off. 51.

DEFENDENS, Nepos 2. 4. 1. Nullis defendentibus. — Cædes Defendentum armis aditus. Virg. 11. Æn. 886.

DEFENSUS, Partic. Cic. 5. de Fin. Sex igitur hæ funt fimplices de fumma bonorum malorumque fententiæ: duæ funt fine patrono, quatuor defenfæ.
Caufa pluribus argumentis defenfa viriliter. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Provincia ab hoftium populatione defenfa. Cic. pro Fontejo.
Defenfum dare, pro Defendere. Virg. 12. Æn. 437.
— nunc te mea dextera bello
Defenfum dabit. Id eft, Defendet.

DEFENSUIRI, vetufte pro Defenfum iri. Ulp. l. 1. §. 3. D. de dot. præleg. Et mulierem agentem ex teftamento cavere debere defenfuiri hæredem adverfus maritum: ergo maritus idem debebit cavere, adverfus mulierem defenfuiri, fi prior agat. Et §. fequenti, Non alias eum legatum confequuturum, quam fi caverit hæredes adverfus mulierem defenfuiri. Hotoman.

DEFENSURUS, [ὑπερασπισθησόμενος] Partic. ut,
Defenfura reos facundia. Ovid. ad Pifonem.
Manus defenfura. Stat. 12. Theb. 64.

DEFENSO, are. Idem ac Defendere. Plaut. Rud. 3. 3. 30. Mœnia hinc ego defenfabo.
Defenfare ab hoftibus. Salluft. Jugurth. cap. 60. Arma capientes ab hoftibus defenfabant.
Defenfat patrem. Stat. 4. Syl. 8. 44.
Defenfare fe injuria. Plaut. Bacchid. 3. 3. 39.

DEFENSA, æ. f. Ultio, defenfio. Tertullian. adverf. Marc. 2. 18. A Deo expectare defenfam. [Dicitur eadem forma ac Offenfa.

DEFENSĬTO, āre. frequentativ. ejusd. verbi. Cic. 4. Acad. 69. Idem hæc non acrius accufavit in fenectute, quam antea defenfitaverat.
Defenfitare caufas. Idem de Clar. Orat. 100.

DEFENSOR, Verbale. [ὑπερασπιστής, ἀπολογούμενος] Qui defendit. Cic. 3. Verr. Sed ego defenforem in mea perfona, non accufatorem maxime laudari volo.
Defenfor necis, Quafi propulfator, qui mortem arcet & prohibet. Cic. pro Milon. Nam Defendere, Arcere eft. Budæus.
Paterni juris defenfor, & quafi patrimonii propugnator fui. Cic. 1. de Orat. 244.
Cuftos, defenforque juris & libertatis. Cic. pro Rabir. 12. Defenforem fui juris, ultorem injuriarum, actorem totius caufæ adoptare. Cic. 1. Verr. 54.
Salutis alicujus defenfor. Cic. pro Milon.
Ultor, propugnator, defenfor, patronus. Cic. pro Milon. 40. P. Lentulus ultor fceleris, propugnator Senatus, defenfor veftræ voluntatis, patronus illius publici confenfus, reftitutor falutis meæ.
Acerrimus defenfor. In ACER.
Affiduus defenfor & propugnator fortunarum alicujus. Cic. poft redit. in Senat. 37.
Bonus defenfor. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Acerrimum defenforem alicujus in re aliqua fe oftendere. Cic. 1. Fam. 1.
— non defenforibus iftis
Tempus eget. Virg. 2. Æn. 521.
Idoneus fuæ rei defenfor. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Mulier defenfor. Ulp. in l. Et primo. D. ad Senatusc. Velleja. Sed & fi mulier defenfor alicujus exftiterit, &c.
Defenfor, apud Jurisconfultos, tametfi a procuratore non usquequaque diftet, dicitur, qui absque mandato cum fola fatisdatione alterum in judicio defendit, atque tuetur, ut eft in l. minor. cum duab. feq. D. de procurat.
Defenfores civitatum five locorum, Magiftratus quidam erant fimiles Tribunis plebis, atque ideo defenfores plebis appellantur in l. 1. C. de off. jurid. Alex.
Defenfores, Milites quidam vocabantur, qui ex acie nunquam exibant, nec excurrebant, fed ordines femper fervabant. Ufus eft Mauricius quidam, qui de militia Romana Græce quidem fcripfit, multis tamen & Latinis & barbaris vocabulis afperfis. Annot. Turneb.

DEFENSIO, Verbale. [ὑπεράσπισις, ἀπολογία] Cic. 4. Acad. Ut ea pars defenfionis relinquatur.
Defenfio, apud Jurisconfultos, pro Excufatione, l. fi Reipublicæ. D. de ufur. Item pro exceptione ufurpatur, l. 1. C. de jur. & fact. igno. l. fiquidem. D. de except.
Defenfio plena accipietur, ut ait Ulp. in fine l. Item ait prætor. D. ex quib. cauf. major. fi & judicium non detrectetur, & judicatum folvi fatisdetur.
Propugnatio & defenfio dignitatis. Cic. 1. Fam. 7. Nam noftra propugnatio, ac defenfio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficii tui, fortaffe plerisque officii majorem authoritatem habere videatur, quam fententiæ.
Criminis defenfio. Cic. pro Milon.
Innocentiæ defenfio fæpe multorum improbitate interclufa refpirat. Cic. pro Cluent.
Juris defenfionem fufcipi poffe, etiam in confeffione facti. Cic. pro Milon. 15.
Brevis defenfio. Cic. pro Cœlio 9.
Facilis & prompta defenfio. Cic. 1. de Orat. 237.
Fortis & invicta defenfio falutis meæ. In INVICTUS.
Iniquior defenfio. In INIQUUS.
Mala & improba defenfio. In IMPROBUS.
Magnifica & præclara defenfio. In MAGNUS.
Præclara defenfio facinoris. Cic. in Vatin.
Timida defenfio. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Accipere vultu truci defenfionem. Tacit. lib. 4. 34.
Afferre in defenfionem. In AFFERO.
Comparabit defenfionem ex conftitutionibus ab actore inductis defenfor. Cic. 2. de Invent.
Conterere defenfionem oblivione. In CONTERO.
Dare defenfionem. Cic. pro Milon. Nam qui non pœnam confeffioni, fed defenfionem dedit, is caufam interitus quærendam, non interitum putavit.
Habere defenfionem in judicio. Cic. Bruto 12.
Patefacere defenfionem. In PATEFACIO.
Polliceri defenfioni alicujus auxilium & filentium. Cic. pro Milon. Neque auxilium modo defenfioni meæ, verum etiam filentium pollicentur.
Probare defenfionem fuam aliquibus. Cic. pro Milon.
Sufcipere defenfionem dignitatis alicujus, & in ea permanere. Cic. 5. Fam. 8.
Rationem defenfionis tentare. Cic. 4. Verr. Neque nunc tam mihi ifti Verrem defendere videntur, quam in Verre defenfionis tentare rationem.
Uti defenfione aliqua. Cic. 4. Verr.

DEFENSATRIX, icis. f. Cic. in Timæo f. de Univerf. tefte Prifciano, p. 245.

DEFENSACŬLUM, i. n. Aldhelm. de Virg. cap. 41. Fidei defenfaculo fretus.

DEFENSŌRIUS, Tertull. adverf. Marc. 2. 14.

DEFENSITATIO, apud Auguftin.

DEFERBEO, V. DEFERVEO.

DEFERO, fers, tŭli, lātum, [ἀποφέρειν, κατακομίζειν, ὑπισχνεῖσθαι] ferre. Ex loco ferre. Plaut. Amph. 2. 2. 69. Quid fi e portu navis huc nos dormientes detulit?
Deferri navi ad ulterioris Rheni littus. Plin. lib. 8. cap. 19. Id eft, Abduci.
Deferre literas alicui. Plaut. Trinum. 4. 2. 107. Et ad aliquem, Cæf. 5. Bell. Gall. 45.
Aliquid ad aliquem. Plaut. Afin. 5. 2. 35. Et deferre in aliquem locum. Cic. Att. lib. 12.
In portum. Plin. lib. 12. cap. 19.
In abruptum barathrum. Catul. 66. 108.
In terram. Quintil. lib. 1. cap. 12. Videlicet ut corpora infantium nec cafus, quo in terram toties deferuntur, tam graviter affligit.
Deferar in vicum. Hor. 2. Epift. 1. 269.
Deferri in undas. Virg. 8. Ecl. 59.
Per præcipitia deferri. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Deferri in errorem. Cic. 2. de Invent. Ne forte varietate, & diffimilitudine rerum deductus alicujus animus in quendam errorem deferatur.
In præceps. Liv. 5. ab Urbe, Ruinaque tota prolapfa acies in præceps deferri.
Defertur Moganus in Rhenum. Plin. lib. 4. Epift. 3. [Moganus pro Mœnus corrupte. Sed locum h. Plinii fruftra quæras.
Ad quancunque difciplinam quafi tempeftate deferri. Cic. 4. Acad.
Deferre ftudium fuum & laborem ad aliquem, eft Ultro ad amicitiam provocare, & amicitiam offerre. Cic. Cæcin. lib. 6. 6. Idem Fam. lib. 6. 10. Univerfum ftudium meum & benevolentiam ad te defero. Budæus.
Authoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui. Cic. pro Flacc. 14.
Aliquid in beneficii loco. Cic. 4. Verr. 29. Etenim revera multo magis eft petendum ab hominibus, fi falvi effe volumus, ut eant nobiscum in provinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum.
Caufam ad patronum deferre dicitur litigator, quum eum confulit, & ei controverfiæ ordinem argumentumque exponit. Cic. 7. Verr. Reliqua eft caufa Judices, non jam recepta, fed innata: non delata ad me, fed in animo fenfuque meo affixa atque infita. Budæus.
Querelas ad aliquem, pro Queri. Liv. 9. Bell. Pun.
Querelas ad aliquem per alium. Cic. pro Flacc. cap. 22. Quæ fi civitas per bonos viros gravesque homines querelas ad vos detuliffet, &c.
Deferre [ἐπαγγέλλειν] ad aliquem quæ audivimus, Denuntiare. Cæf. 5. Bell. Gall. 28. C. Arpinius & Junius quæ audierant, ad legatos deferunt. Cic. 3. Verr. Virg. 4. Æn. 299.
— eadem impia fama furenti
Detulit, armari claffem, curfumque parari.
Animo amiciffimo infidias alicui paratas ei deferre. Cic. pro Planc.
Confilia ad adverfarios. Cic. pro Cluent.
Mandata vel poftulata alicujus ad alterum. Cæf. 1. Bell. Civil. 9. Petit ab utroque, quando Pompeji mandata ad fe detulerint, ne graventur fua quoque ad eum poftulata deferre, fi parvo labore magnas

magnas controverſias tollere, atque omnem Italiam metu liberare poſſent.
Mandata ab aliquo. Cic. pro Sylla.
Nuntium alicui. Cic. pro Corn. Balb.
Ad conjectorem. Cic. 2. de Divin. 134.
Deferre, pro Profiteri. Ulp. in l. Forma. D. de Cenſibus, Forma cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur: nomen fundi cujusque & in qua civitate, & in quo pago ſit &c. Omniaque ipſe qui defert, æſtimet. V. Cenſus in CENSEO.
Polliceri & deferre quicquid poſſumus, id eſt, Offerre. Cic. pro Lege Manil. 69. Quicquid authoritate, fide, conſtantia poſſum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi & Pop. Romano polliceor & defero.
Denegare & Deferre, contraria. Cic. 2. de Orat. Idem pro Cœlio, Ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt. Et 1. Fam. 5.
Ad unum omnia delata ſunt. Cic. Fam. lib. 4. 9.
Ultro deferre aliquid alicui. Cic. Fam. lib. 4. 13.
In beneficiis ad ærarium aliquem deferre. Cic. pro Archia, Teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hæreditates civium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium eſt delatus a L. Lucullo Prætore & Conſule. Signa ſunt & argumenta, quibus vult probare civem eſſe Archiam, licet non fuerit cenſus. V. Gronov. de Pec. Vet. 3. 17.
Honorem alicui deferre. Cic. in Piſon. Homini ille honorem, non generi: moribus, non majoribus meis: virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat.
Honorem & imperium rogatione ſua ad aliquem deferre. Cic. pro Domo ſua, cap. 9. Quem crudelitatis authorem fuiſſe dixeras, ad hunc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detuliſti, &c.
Clamore imperitæ multitudinis, nullo publico conſilio aliquod publicum munus ad aliquem deferre. Cic. pro Ligar.
Beneficia dormientibus. Cic. 7. Verr. Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia Pop. Rom. beneficia dormientibus deferuntur.
Facultates alicui. Cic. Att. lib. 11. Siquas habuimus facultates, eas tum Pompejo, quum id videbamur ſapienter facere, detulimus.
Optionem eligendi. Cic. Att. lib. 4. 18. Hybernam legionem eligendi optio delata.
Pacem. Liv. 3. Bell. Pun. Ego, ſiquis de pace conſulet, ſeu deferenda hoſtibus, ſeu accipienda, habeo quid ſententiæ dicam. Legitur & disjunctim in aliquibus codicibus, De ferenda.
Palmam alicujus rei alicui. Cic. 2. de Orat. 227. Et illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuiſſe tantum, & non hujus rei quoque palmam, ut cæterarum, Craſſo detuliſſe.
Poteſtatem alicui. Cic. pro Corn. Balb. Poteſt eſſe ulla denique majeſtas, ſi impedimur, quominus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum poteſtatem imperatoribus noſtris deferamus?
Præconium alicui. Cic. Att. lib. 13. Ligarianam præclare vendidiſti: poſthac quicquid ſcripſero, tibi præconium deferam. [ Præcones nempe vendendis rebus adhibiti. Sed hic de Oratione Cic. Pro Q. Ligario agitur, ab Attico valde commendata.
Præmium dignitatis alicui. Cic. pro Flacc. 1.
Primas alicui. Cic. Att. lib. 1. Idem in Orat. cap. 9. Cui primæ ſine controverſia deferebantur.
Triumphum. Cic. Att. lib. 8. 3. Deferet triumphum: non acciperene periculoſum ſit, an accipere invidioſum ad bonos?
Aliquid ad alterum. Cic. de Amicit. Quod ſi etiam poſſis quidvis deferre ad alterum, videndum eſt tamen quid ille poſſit ſuſtinere.
Judicia jam facta, domo ad cauſas. Cic. pro Cluent. Etenim non modo authoritatem, ſed etiam nomen judicum amittemus, niſi hic ex ipſis cauſis judicabimus, ac ſic ad cauſas judicia jam facta domo deferemus.
Indicium ad Prætores. Liv. 4. Bell. Pun. Id eſt, Indicare.
Rationes deferre. Cic. Fam. lib. 5. 20.
Regnum. Liv. 1. ab Urbe, Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Id eſt, Offerendum atque tradendum.
Studium & benevolentiam ad aliquem deferre. Cic. Fam. lib. 6. 10.
Voluntatem ſuam ad aliquem. Cic. Domit. lib. 6. 22.
Deferre aliquem, pro Accuſare. Tacit. Ann. 14. 48. Majeſtatis delatus eſt.
Impietatis deferri. Tacit. Ann. 6. 47. Dein multorum amoribus famoſa Albucilla defertur impietatis in principem.
Deferre & demonſtrare. Cic. l. 4. in Verr. c. 39. Sopater iterum flens ad Senatum defert iſtius cupiditatem, minasque demonſtrat. [ Sed commate poſt v. Defert diſtinguendum. Quin plane Refert legit Græv. Quanquam, Deferre ad ſenatum, quin recte dicatur, dubitare non licet. V. ad Att. I. Ep. 16. Sic de Off. 3. 31. extr. Rem ad populum detulit. Quanquam ibi quoque Guil. Retulit. Adeo crebro hæc permutantur. V. REFERO.
Deferre nomen alicujus, apud judicem vel magiſtratum, aliquem de aliquo crimine poſtulare. Cic. 3. Verr. Longo intervallo veterem conſuetudinem retuli, & rogatu ſociorum atque amicorum Pop. Rom. meorum autem neceſſariorum, nomen hominis audaciſſimi detuli.
Nomen amici mei de ambitu detulit. Cic. pro Cœlio 56.
Deferre nomen alicujus de repetundis. Cic. 4. Verr.
Deferre nomen, & Accuſare, differunt. Nam Deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud Prætorem, ut ſi interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur: nam Deferre nomen idem eſt quod Reum facere. Accuſare vero, eſt Agere cauſſam, & ſuum reum in judicium adducere. Terent. l. 10. D. de jur. patron. Qui nomen detulit accuſaſſe intelligendus eſt. De patrono loquitur, qui ſi liberti nomen detulerit, non minus a bonorum poſſeſſione removetur, quam ſi accuſarit. Hotoman.
Deferre crimina de aliquo ad Senatum. Liv. 9. Bell. Maced.
Sermones de aliquo ad alterum. Cic. App. lib. 3. 8. Tu cum iſtiusmodi ſermones ad te de me delati ſint, non debuiſti credere.
Maleficium alicujus ad judicium. Cic. pro Cœlio 76.
De aliquo apud alios. Cic. 3. de Lege Agr. Commodius feciſſent Tribuni pleb. Quirites, ſi quæ apud vos de me deferunt, ea coram potius me præſente dixiſſent.



Deferre, pro Indicaturam facere. Sen. in Epiſt. Videamus hoc quod concupiſcimus, quanti deferatur.
DELĀTUS, [ἐγκληθείς] Partic. Cic. 2. de Invent. Ut in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen eſſet delatum, &c.
Divinitus ad nos delatus vir. Cic. 1. de Orat.
Delatus honor. Sil. lib. 16.
DELATIO, [ἔγκλημα] Verbale. Nominis delatio. Cic. 7. Verr. 25. Nuper quum in P. Gabinium vir fortiſſimus & innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet, &c. Cœl. Ciceroni, lib. 8. 6. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem & nominis delationem, uxor a Dolabella diſceſſit. V. Deferre nomen.
Crebræ delationes. Tacit. Hiſt. 4. 41. Crebris apud Neronem delationibus famoſos.
Dare delationem. Cic. Divinat. in Q. Cæc. 49. Cuicunque vos delationem dediſſetis.
Dare aliquam delationem alicui. Cic. 1. Verr. Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille atque illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur?
Factitare delationes. Tacit. Hiſt. 2. 10. Hoc eſt, quod in Bruto Accuſationes factitare Cicero dixit. 130.
Subire delationem. Tacit. Ann. 11. 29.
DELĀTOR, m. [ἐνδείκτης, συκοφάντης, μηνυτής] Verbale. Occultus accuſator dicitur, & calumniator. Plin. Jun. in Paneg. 35. 1. Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis. Martial.
Et delator habet, quod dabat, exilium. Sueton. Dom. 9.
Princeps, qui Delatores non caſtigat, irritat.
Delator dicitur, qui auctor & cauſa eſt prodendi alicujus negotii, vel rei, quæ ante incognita, ab eo poſtea detegitur, ac indicatur. Harmenop. tit. de Delator.
DEFERVEO, bui & vi, [ἀναζέω] ēre. Proprie eſt Summe fervere, itaque quod deferbuit, refrigeratur. Columel. lib. 9. cap. 15. Dum muſteus fructus defervescat. Cato cap. 96. Ubi lupinus deferbuerit.
Defervere, ad hominem transfertur, pro Miteſcere & placidum fieri. Cic. in Orat. 107. Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus, de ſupplicio parricidarum? quæ nequaquam ſatis deferbuiſſe, poſt aliquanto ſentire cœpimus. Translatum eſt a vino in lacu, vel dolio potius fervere deſinente, quod jam auſteritatem accipit: quæ auſteritas ad judicium jam maturum transfertur.
Defervere & mitigare. Cic. pro Cœlio 43. Jam iſta deferbuerint: jam ætas omnia, jam iſta dies mitigarit.
Deferbuit adoleſcentia. Ter. Adel. 1. 2. 72. Sperabam jam deferbuiſſe adoleſcentiam.
Cupiditates adoleſcentiæ deferbuerunt. Cic. pro Cœlio cap. 18. Summi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum quum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes, firmata jam ætate, extiterunt.
DEFERVESCO, ĕre. Idem. Varro de R. R. 2. 2. Æſtus deferveſcunt.
Deferveſcit ira. Cic. 4. Tuſc. 78. Aut rogandi, orandique ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi vim, differant in tempus aliud, dum deferveſcat ira.
Deferbuiſſe 270. pro Cluent. Deferviſſent pro M. Cœl. 500. ed. Lamb. H. St. [ Cæterum omnia ſupra allata, ad Inchoativum v. pertinere arbitror, ac vereor, ut Deferveo usquam occurrat. Nam ap. Plin. 14. 9. extr. videtur 3. conj. Defervĕre.
DEFERVEFĀCIO, ĕre. [ζεσποιέω] Idem quod Fervefacere. Cato R. R. cap. 157. de Braſſicæ Medicamentis. Tormina quibus moleſta erunt, ſic facito: Braſſicam macerato bene, poſtea in aulam conjicito, defervefacito bene. Ubi cocta erit bene, aquam defundito. Eo addito oleum bene, & ſalis paululum, & cuminum & pollinem polentæ. Poſtea ferve bene facito, &c. Plin. lib. 23. cap. 7. Radix caprifici defervefacta in vino, dentium dolores. ſubaud. Sedat. Rurſum lib. 20. cap. 7. de Caulibus Lactucæ, Defervefacti hi caules, & ſtomacho utiliſſimi traduntur. In his exemplis Defervefacere nihil aliud ſignificat quam Fervefacere, vel potius Vehementer fervefacere, ut DE augeat: vel certe Coquere, ut palam eſt propius intuenti. adde Vitruv. 8. 5.
DEFETISCOR, Scribitur & DEFATISCOR. V. ſupra. ĕris, defeſſus ſum, ut ait Priſcianus, [καταπονοῦμαι, κοπιῶμαι] defetiſci. Labore deficere. Ter. Phorm. 4. 1. 23.
Neque defetiſcar unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.
Languens & defeſſus. Cic. Fam. lib. 10. 28. Senatumque jam languescentem & defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinemque revocavi.
Omnibus medullis defeſſus. Catul. Epigr. 53. 30.
Satietate defeſſus. Cic. Curioni lib. 2. 3. Neque quisquam eſt, quin ſatietate jam defeſſus ſit.
Defeſſus ſum quærere. Plaut. Epid. 5. 2. 55.
Defeſſus ſum quæritando. Plaut. Amph. 4. 1. 6. Ter. Adel. 4. 6. 1. Ego vapulando, ille verberando usque, ambo defeſſi ſumus. Ibid. 2. 2. 5.
Defeſſus ſum ab gerunda aqua. Plaut. Pœnul. 1. 2. 14.
Defeſſus ſum ridendo de te. Ter. Eun. 5. 7. 7.
Jubendo defeſſus. Ovid. 9. Met. 198.
Cedo defeſſus malis. Sen. Medea 7.
Defeſſus recreatur. Plin. lib. 27. cap. 12.
Defeſſus acie. Stat. 12. Theb. 497. Vulgo Defenſos. V. ACIES.
Defeſſus cultu agrorum. Cic. pro Lege Agr. 12. Sic Defeſſus labore diſputationis. Cic. 2. de Orat. 234.
Defeſſa ac refrigerata accuſatio. Cic. 2. Verr. 31.
Animi forenſibus negotiis atque urbano opere defeſſi, geſtiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. Cic. 2. de Orat. 33.
Artus defeſſi. Ovid. 3. Triſt. 12. 22.
Aures convicio defeſſæ conquieſcant. Cic. pro Archia 12.
Membra labore. Catul. Epigr. 48. 14.
Tormenta. Cic. pro Cluent. 177. Quum jam tortor atque eſſent tormenta ipſa defeſſa.
DEFĬCIO, ēci, ectum, [ἀπαγορεύω, ἐκλείπω, ἀπολείπομαι, ὑπολείπω, ἀφίσταμαι] ĕre. quando pro Relinquere & deſerere accipitur, habet paſſivum: quando vero pro Defetiſcor, neutrum eſt. Et autem a De & Facio compoſitum.
Deficere, pro Deeſſe. Cic. 3. Verr. 31. Vererer ne mihi crimina non

na non fuppeterent, ne oratio deeffet, ne vox viresque deficerent. fubaud. Mihi.

Æquor deficit puppibus. Stat. 1. Achil. 446.

Anima deficit per æftum. Celf. lib. 1. cap. 17. Atque hic quoque habenda virium ratio eft, neque committendum ut per æftum anima deficiat.

Animantes, quum calor defecerit, non interire. Cic. 3. de Nat. Deor. 35.

In caufa aliquem deficiunt omnia. Cic. pro Fontejo 24.

Deficiunt artes, deficiuntque doli. Tibul. lib. 1. Eleg. 4. 82.

Dolor me non deficit. Cic. 7. Verr. 157.

Linguæ defecerat humor. Ovid. 9. Met. 56.

Noctis lentus non deficit humor. Virg. 1. Georg. 290. Hoc eft, Non deferit. Unde & qui deferunt exercitum ad hoftes transeuntes, Defectores vocantur. Servius.

Improbitas aliquem defecit. Cic. 3. in Catilin. Ita eum non modo ingenium illud, & difcendi exercitatio, qua femper valuit, fed etiam propter vim fceleris manifefti atque deprehenfi, impudentia qua fuperabat omnes, improbitasque defecit.

Ingenium deficit. Ovid. 2. Faft. 123.

Luna deficit nocturno tempore. Plin. lib. 2. cap. 10. Cic. 1. de Divin. 121. Si Luna paulo ante Solis ortum defeciffet, &c.

Interpofitu, interjectuque terræ repente Luna deficit. Cic. 2. de Nat. Deor. 103.

Membra deficiunt. Lucret. lib. 5. 885.

Manus ad cœpta deficiunt. Ovid. 8. Met. 492.

Memoria deficit. Cic. 2. de Fin. 44.

Omnis motus animi deficit. Cic. de Clar. Orat. 93. Dein quum otiofus ftylum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccefcebat oratio. De Galba Oratore.

Nervi deficiunt. Hor. in Arte Poet. 27. Ovid. 12. Met. 567.

Prudentia deficit illum. Cic. de Clar. Orat. cap. 24.

Latera & vox me deficiunt. Cic. 3. Verr. 31.

Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit. Cic. 2. in Catilin.

Res frumentaria ipfos deficere cœpit. Cæf. Bell. Gall. 2. 10.

Res ipfa quam fcribam deficit. Cic. Q. fratr. lib. 2. 15. Omnia colligo, ut novi fcribam aliquid ad te: fed ut vides, res me ipfa deficit.

Rebus dubiis deficere. Virg. 6. Æn. 196. Hoc eft, Deferere in rebus incertis. Servius. V. infra.

Sanguis & vires illum deficiunt. Cæfar. 7. 50. ult.

Senfus deficit. Lucret. lib. 3. 546.

Deficit & extinguitur Sol. Cic. in Somn. Scip. 17. Nanque ut olim deficere Sol hominibus, extinguique vifus eft, &c.

Solatia me deficiunt, i. e. defunt mihi. Cic. Sulpic. lib. 4. 5. Sed opprimor interdum, & vix refifto dolori: quod ea me folatia deficiunt, quæ cæteris quorum mihi exempla propono, fimili in fortuna non defuerunt.

Spes deficit, non voluntas. Cic. Att. lib. 7. 20.

Studia cuncta ætate exacta deficiunt. Cic. pro Deiot. 28.

Sylvæ glandes deficiunt. Virg. 1. Georg. 149.

Tempus deficit ad bellum gerendum. Cic. pro Rofc. Amer. cap. 32. pr.

Tempus hercle te citius, quam oratio deficeret. Cic. pro Rofc. Amer. 89. Sic deficiet me jam dies, nox, &c. pro Cœlio 29.

Tela mihi deficiunt. Cæf. 3. Bell. Gall. 5. Non folum vires, fed etiam tela noftris deficerent.

Vires deficiunt aliquem. Cic. 1. de Orat. 199.

Vita difcentes deficit. Cic. 3. de Orat. 23.

Vires & vita deficit, &c. Cic. 7. Verr. 71. Si me in ea querimonia quam fum habiturus de iftius crudelitate, & de civium Romanorum indigniffima morte, non modo vires, verumetiam vita deficiat, id mihi præclarum & jucundum putem?

Vox eum defecit in illo loco. Cic. Fam. lib. 7. 1.

Deficit in mucronem figura. Plin. lib. 2. cap. 10. Id eft, Definit, hoc eft, Habet mucronem.

Deficere, [ἀφίστασθαι] Defiftere, & a ductu alterius recedere & quafi rebellare. Salluft. in Jugurth. Quod oppidum primum omnium poft malam pugnam ab rege defecerat. Cæf. 5. Bell. Gall. 25. Ille veritus, ne civitas eorum impulfu deficeret. V. TRANSEO.

Plane ab aliquo. Cic. Fam. lib. 7. 12.

A principe aliquo ad alium. Liv. 2. ab Urbe, Eodem anno duæ coloniæ Latinæ, Pometia & Cora, ad Aruncos deficiunt. Id eft, a Romanis deficiunt, & ad Aruncos fe conferunt. Cæf. 2. Bell. Gall. 14. Ab Heduis defeciffe.

Deficit utilitas ab amicitia. Cic. 2. de Fin. 79. Sed quid ages tandem, fi utilitas ab amicitia (ut fæpe fit) defecerit? Id eft, Si nulla utilitas percipitur ex amicitia.

A dignitate fua. Cic. pro Sylla 35.

A virtute. Cic. de Amicit. cap. 11. Difficile eft amicitiam manere, fi a virtute defeceris.

A feipfo, eft Mores mutare. Cic. Cœlio lib. 2. 16. Illud miror, adduci potuiffe te, qui me penitus noffe deberes, ut exiftimares aut me tam improvidum, &c. aut tam inconftantem, ut collectam gratiam florentiffimi hominis effunderem, a meque ipfe deficerem, &c.

A vita. Cic. 3. de Fin. Sæpe officium eft fapientis, deficere a vita. Legitur in emendatioribus codicibus Defcifcere.

Deficere, pro Defetifci, neutrum. Martial. lib. 2. 6. Laffus tam cito deficis viator. Cic. 4. Acad. 7. Tamen nec illi defecerunt, neque nos ftudium exquirendi defatigati relinquemus.

Deficere, proprie res dicitur, Quæ propemodum confumpta eft.

Concidere & deficere. Cic. Att. lib. 1. 11. Ne una plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent.

Confenefcere & deficere. Cic. de Senect. Nec ulli bonarum artium magiftri non beati putandi, quanvis confenuerint vires atque defecerint.

Deficere animo, animis, viribus. Cic. Martius Rufus Quæftor in caftris relictus a Curione, cohortatus fuos ne animo deficiant. Liv. 6. Bell. Pun. Cæf. 7. Bell. Gall. 30.

Deficere animum, pro animo. Varr. de R. R. cap. 16. Ne deficiant animum. De Apibus.

Alimento. Columel. lib. 3. de Vite, Quumque tranftuleris de humido in aridum locum, vide ne priftino alimento deficiat. Idem, Commode fluunt, nec deficiunt macro folo.

Cœptis. Valer. 2. Argon. 597. Ne defice cœptis.

Difcurfibus. Valer. 5. Argon. 427.

Mente. Ovid. 9. Met. 635.

Vifu. Sueton. de Clar. Gram. 3. 5. Quum jam non greffu modo deficeret, fed & vifu. Emend. codd. Deficeretur.

DEFICIOR, paff. Columel. lib. 3. Jugatum quadam parte deficitur, quadam fuperat. Cic. pro Cluent. En hoc illud eft quod ante dixi, mulier abundat audacia, confilio & ratione deficitur.

Deficitur aqua falienti hæc amœnitas. Plin. Jun. lib. 2. Epift. 17.

DEFICIENS, Partic. [ἐκλείπων.] Cic. 1. Tufc. 30. Qui quum acriter oculis deficientem folem intuerentur, ut afpectum omnino amitterent, &c.

Ales deficiens cadit. Sen. Herc. OEth. 8.

Cibus deficiens. Ovid. in Ibin. 524.

Deficiens animo mœfto. Lucret. lib. 6. 1231.

Sermoni deficiente die. Ovid. 5. Trift. 13. 28.

> Utque folebamus confumere longa loquendo
> Tempora, fermoni deficiente die.

DEFICIENTIA, Paulinus Nolanus 23. n. 8. Ad Deficientiam indeficientem.

DEFECTUS, Partic. [ἐκλελοιπώς] a Deficio vel Deficior, habet interdum fignificationem activam in voce paffiva, ut ait Valla. 2. 30. Martial. lib. 13. 77.

> Dulcia defecta modulatur carmina lingua
> Cantator cygnus funeris ipfe fui.

Defectæ fenectutis homo. Ulp. in l. arboribus. §. de illo. D. de ufufruct.

Defecta fenio arbor. Columel. lib. 5. cap. 6.

Dentibus defecti, id eft, Edentuli. Plin. lib. 8. cap. 16.

Animo. Plin. lib. 20. cap. 14. Magna focietas cum hac ad recreandos defectos animo, pulegio.

Ætate. Ulp. in l. 3. §. Ignofcatur. D. De S. C. Syl. V. Fabro, Scheff. Gud. Burm. not. ad Phædri l. 1. F. 21. 3.

Libri defecti. Cic. Att. lib. 13. 23. Libri ad Varronem non morabantur. Sunt enim defecti, ut vidifti, tantum librariorum menda tolluntur. Baptifta Pius legit Defecti, hoc eft, Æquati, lævigati, umbilicis decorati. Alii aliter. Locus valde vexatus.

Defectus, paffive [ἐκλελειμμένος] pro Deftitutus. Ovid. in Ibin. 119.

> Sitque (quod eft rarum) folito defecta favore
> Fortunæ facies invidiofa tuæ.

Aqua, ciboque defecti. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Solo mœret defecta cubili. Valer. 7. Argon. 116.

Genibus defectus. Stat. 6. Theb.

Sol lumine. Tibul. lib. 2. Eleg. 5. 76.

Viribus. Sen. Hippol. 4.

Defecta a menftruis mulier. Celf. lib. 1. cap. 8. Quæ neque peperit, neque gravida eft, fi lac habet, a menftruis defecta eft.

Defectus, Nomen ex Partic. [ἀπολειπτικός] Columel. in præfat. lib. 1. Sed five fundum locuples mercatus eft, e turba pediffequorum lecticariorumque, defectiffimum quemque annis & viribus in agrum relegat.

DEFECTUS, ûs. [ἔκλειψις, ἀπόλειψις.] Liv. 4. ab Urbe, Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque, ftragem fiti pecorum morientium dedit.

Defectu cordis. Plin. lib. 11. cap. 37. Ideo non vivere hominem ultra centefimum annum defectu cordis.

Defectus animi. Plin. lib. 20. cap. 2. ad finem, Ipfe cucumis odore defectum animi. fubaud. Sanat.

Defectus folis & lunæ. Gell. lib. 2. 5. Cic. 2. de Nat. Deor. Neque folum ejus fpecies ac forma mutatur, tum crefcendo, tum defectibus in initia recurrendo: fed etiam, &c. de Luna.

Defectus varii folis. Virg. 2. Georg. 478.

Defectus velox. Plin. lib. 34. cap. 2. de Æris generibus eodem fignificatu dixit, Non longi ævi, & velocis defectus.

Defectus ftomachi præcipue excitat inula. Plin. lib. 19. cap. 5.

Defectu medicorum multi perierunt, id eft, Quia medici defuerunt, præfto non fuerunt. Ex Valla. l. 4. C. 6.

Laborat luna defectu. Claud. in Epigr. de Magnete 4.

DEFECTUM, ti. Subft. n. Cic. pro Sextio, Ille ad eos a quibus audiebatur quotidie, aliquid defecti afferebat. [Ita Nizol. fed locum non reperi.

DEFECTIO, ōnis. [ἀπόστασις] proprie eft Receffio (inquit Valla) aut militum, aut civitatis a domino, vel a fuperiore. Liv. 1. ab Urbe. Cic. Q. fratr. lib. 1. 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam, fubita defectio Pompeji, alienatio Confulum, &c.

Abftinere a defectione. Liv. de Bell. Pun.

Attentare defectionem. Liv. de Bell. Pun.

Circunfpectare defectionis tempus. Liv. de Bell. Pun.

Effe in defectione. Liv. de Bell. Pun.

Facere defectionem. Liv. de Bell. Pun.

Inire. Liv. de Bell. Pun.

Moliri. Liv. Circeiosque & Velitras colonias jamdiu molientes defectionem, &c.

Oriri defectionis initium. Cæf. 5. Bell. Gall. 26. pr.

Spectare ad defectionem. Liv. de Bell. Pun.

Defectio a recta ratione. Cic. 4. Tufc. 22. Omnium autem perturbationum fontem effe dicunt intemperantiam, quæ eft a tota mente ac recta ratione defectio.

Defectio mulierum a conceptu. [ἔκλειψις, λειποψυχία] Plin. in Procem. lib. 23. Pampini fanguinem excreantibus, & mulierum a conceptu defectioni diluti potu profunt. Eam potius intelligit affectionem prægnantium, quæ & Malacia, & Pica vocatur. Κίσσα Diofc.

Animi defectio. Cic. Att. lib. 3. 18.

Animæ defectio. Celf. lib. 7. cap. ult.

Virium defectio. Cic. de Senect. cap. 9. Etfi ipfa defectio virium, adolefcentiæ vitiis efficitur fæpius quam fenectutis.

Solis & Lunæ. Cic. de Senect. 49. Quam delectabatur quum defectiones folis & lunæ multo ante nobis prædiceret? Idem de Divin. 1. 49. & de Nat. Deor. 2. 19.

Defectio, pro Debilitate. Sueton. in Calig. cap. 50. In adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix posset. Tacit. lib. 5. Vocarique qui recreandæ defectioni cibum adferrent.

DEFECTOR, ōris. Verbale. [ἀποστάτης] Sueton. in Neron. cap. 43. Revocatisque ad pœnitentiam defectoribus, &c. Tacit. Ann. 12. 50. 3. Hist. 3. 12. 3.

DEFECTIVUS, [ἐλλειπτικός] Calepinus probat ex Cic. lib. 1. Off. quo loco vox hæc videtur adjecta ab interprete aliquo, cui Mancum significare videbatur Defectivum. Cæl. Aur. Acut. 2. 10.

DEFECTRIX, Tertull. adverf. Val. extr.

DEFECTUŌSUS, Justin. cap. 7. §. 4. C. de summa Trin.

DEFĪGO, xi, xum, [καταπήγνυμι] ĕre. Proprie est Immittere, & veluti implantare. Columel. lib. 2. Tum in terram bene pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Cic. 5. Verr. Aciem defixere in his vestigiis, &c.

Arbos terræ defigitur. Virg. 2. Georg. 290.

Animos defigere. Liv. 1. Tacita mœstitia ita defixit omnium animos, ut, &c. Defigere animos & intendere. Cic. 4. Acad. Parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, ut, &c.

Audaciam in mentibus atque oculis omnium. Cic. 8. de Provinc. Consul. Nihil de hac ejus urbana, quam ille præsens in vestris oculis mentibusque defixit, audacia loquor.

Colaphis aliquem in terram. Plaut. Perf. 2. 4. 22.

Columellas in trabibus. Cæf. 2. Bell. Civil. 10.

Cultrum in corde. Liv. 1. 58.

Crucem defigere. Cic. 4. Verr.

Gladium jugulo. Liv. 1. 25.

Curas in Reipub. salute. Cic. 14. Philipp. 13.

Ensem. Sil. lib. 10.

Furta alicujus in oculis populi. Cic. Act. 1. in Verr. 7. Hoc est, Ita recitare ut non modo audiri, sed etiam fieri videantur.

Mentem in aliqua re. Cic. 3. de Orat. 8. Omissis cæteris argumentis in eo mentem, orationemque defigit.

Ocellos in aliquem. Ovid. 2. Amor. 8. 15.

Oculos spe & mente in rem aliquam. Cic. 11. Philipp. 10. Cujus sanguinem non bibere censetis? in cujus possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere?

Oculorum aciem in terram. Plin. lib. 8. cap. 16.

Pavor defixerat cum admiratione Gallos. Liv. 7. Et lib. 5. Ipsi pavore defixi primum steterunt. Et lib. 3. 47. extr. Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit.

Plantam in hortis. Ovid. 193. de Rem. Amor.

Sententiam judicum in animis. Cic. pro Domo sua, 9. Ad quam sententiam dixi? primum eam, quam populi sermo in animis vestris jam ante defixerat.

Sicam in corpore. Cic. 1. in Catilin. 6. extr.

Crabrones spicula defigunt. Ovid. 3. Fast. 753.

Defigere, est & Veneficiorum & Devotionum verbum, ut Virgil. Ciri 377.

Regis Iolchiacis animum defigere votis.

Vota Iolchiaca sunt Devotiones magicæ, sive veneficæ, qualibus Thessali, gens iis rebus infamis, uti solebant. Auctor libri de Herbis, qui vulgo Apulejo ascribitur, cap. 7. Si quis Devotus, Defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolvas. Sen. Herc. OEth. v. 123.

Hoc inquit magæ Dixere amorem posse defigi malo. Plura V. apud Ryckium in Tacit. Ann. 2. 30. 4. p. 37.

Deprecationibus diris defigi. Plin. lib. 28. cap. 2. Ubi V. Hard.

DEFIXUS, Partic. [καταπεπηγμένος] Cic. 4. Philipp. 6. Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.

Acies, ut, Stat cuneo defixa acies. Stat. 9. Theb. 677.

Animus defixus malis, id est, Vi malorum atque calamitatum attonitus & mentis inops atque consilii. Claud. 4. Paneg. 486.

Animus defixus in aliqua contemplatione. Plin. lib. 2. Epist. 1.

Aratra defixa. Virg. 3. Georg. 519.

Atque opere in medio defixa relinquit aratra.

Mens defixa humi. Cic. in Somn. Scip. 9. Quousque humi defixa tua mens erit?

Oculis defixis videre. Hor. 1. Epist. 6. 14.

Obtutu hæret defixus in uno. Virg. 1. Æn. 499.

Ora. ut, Defixi ora tenebant. Virg. 8. Æn. 520.

Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Æneas Anchisiades, &c.
— defixa Latinus
Obtutu tenet ora. Virg. 7. Æn. 250.

Spes omnium posita & defixa in te. Cic. pro Flacc. 3. Ut omnia Reipubl. subsidia, totum statum civitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno judicio positam & defixam putetis.

Defixum, sic dicitur ut Inustum, hoc est, Indelebile. Cic. pro Domo sua, 103. Hanc vero in palatio, atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, &c. doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam.

DEFIXIO, ōnis. Gloss. Lat. Græc.

DEFINGO, inxi, ictum, ĕre. Idem ac simpl. Fingere. Cato de R. R. C. 74. Ubi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testa. De Pane depsticio. Tertull. adv. Marcion. 2. extr. conf. DIFFINGO.

DEFINĪO, īvi, ītum; [ἀποφαίνω, ὁρίζω, περιγράφω, καθορίζω] īre. Terminare, & quasi finem dare. Cic. de Amicit. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus.

Definiunt fundi extremam partem oleæ. Cic. pro Cæcin. Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.

Bene dicere, non habet definitam aliquam regionem, cujus terminis septa teneatur. Cic. 2. de Orat. 5.

Unamquamque rem certo naturæ termino definire. Auth. ad Heren. lib. 3.

Circumscribere & definire. Cic. pro Sextio 1. 16.

Definire & complecti. Cic. 1. de Orat. 64. Quamobrem si quis universam & propriam Oratoris vim definire complectique velit, is Orator erit, &c.

Concludere ac definire orationem. Cic. 4. Verr. Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam ac definiam.

Aliquid breviter illustrare, verbisque definire. Cic. 2. de Orat. 39.

Ædes sibi optimas definire. Cic. Philipp. 8. 9.

Definire alicui quid faciat. Cic. pro Quinct. 84.

Artem definire ex rebus perspectis planeque cognitis. Cic. de Orat. 1. 108.

Definire diem. Cæf. Bell. Civil. 1. 11. Vulgus Determinare dicit.

Discordias. Cic. de Arusp. Resp. 53. Quas ego alias optimatum discordias a diis immortalibus definiri putem?

Horizon nostrum aspectum definit. Cic. 2. de Divin. 92.

Imperium, orbis terrarum terminis. Cic. pro Sextio cap. 31. Qui imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset. De Pompejo.

Definire in quinquennium. Cic. de Lege Agr. 32. Dat præterea potestatem verbo Prætoriam, revera regiam: definit in quinquennium, facit sempiternam.

Definire legem alicui. Cic. Verr. 3. 111. Cur huic præcipua lex injuriæ definitur?

Certus ac definitus locus. Cic. in Somn. Scip. cap. 3. Sic habeto omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, &c.

Locum definire. Hirt. lib. 6. 30.

Lucide ac breviter definire. Cic. Orat. 2. 162.

Mala dolore, bona voluptate definiunt. Cic. in Pison. 42.

Tempore & die memoriam beneficii definire. Cic. Post red. ad Quirites.

Definita animi moderatio. Author ad Heren. lib. 1. 1.

Modum vitæ suæ animi æquitate definire. Cic. pro Marcel. 25. Hic tu modum tuæ vitæ, non salute Reipub. sed æquitate animi definies.

Numerum & magnitudinem alicujus rei. Cic. Verr. 3. Non solum numerum signorum, sed etiam uniuscujusque magnitudinem, figuram, statum literis definiri vides.

Definita quæstio apud Oratores. Cic. in Partit. Quid quæstio? quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem appello: & definitam, quam controversiam nomino.

Res quas Romani gesserunt, orbis terræ regionibus definiuntur. Cic. pro Archia 23.

Constituta & definita res. Cic. de Orat. 42.

Quam vitam ingrediar, definias. Cic. 4. Acad. 114.

Definire dialecticis est, quid res sit, Explicare; quod perfecte fit ex caussis rei naturam comprehendentibus: circumscripte ex reliquis argumentis.

Definitum est. Plaut. Cistel. 2. 1. 43. Perge loqui: non remittam, definitum est.

Definitum ac certum. Cic. Fam. lib. 3. 8. Nihil enim habent quod definitum sit aut certum.

Definitum & constitutum. Cic. de Fato 9. Non sequitur tamen ut etiam sedere eos, & ambulare, & rem agere aliquam principalibus causis definitum & constitutum sit.

DEFINITIO, [ὅρος, ὁρισμός] Est oratio explicans quid res sit. Quintil. lib. 7. cap. 4. Finitionem vocat. Cic. 1. Off. 7. Omnis enim quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci: ut intelligatur quid sit id de quo disputatur. V. in Topic. Item 1. de Orat. 189. & 2. de Fin. 5.

Definitio genere declaratur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Cic. in Partit. 41.

In definitionibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Cic. de Orat. 83.

Hominis definitio una in omnes valet. Cic. 1. de Legib. 29.

Propriam cujusque vim definitione declarare. Cic. de Orat. 190.

Vera definitio. Cic. de Invent. 2. 53.

Hominum & temporum definitione sublata. Cic. de Divin. 2. 110. Hoc est, Non explicando seu exprimendo nominatim homines & tempora. Definitione, id est (ut barbari loquuntur) Specificatione.

Definitio, Regula, locus communis: quam Maximam vulgus vocat. Javol. l. 202. Omnis definitio in jure civili periculosa est.

DEFINITĪVUS, Adj. [ὁρικός] Cic. de Invent. 2. 7. pr. Quum facti controversia est, quando conjecturis causa firmatur: constitutio conjecturalis appellatur. Quum autem nominis, quia vis vocabuli definienda est, constitutio definitiva nominatur.

DEFINĪTE, [ὡρισμένως] Adv. Cic. pro Corn. Balb. cap. 14. Lex id Gellia & Cornelia, quæ definite potestatem Pompejo civitatem donandi dederat, sustulisset.

Definite dicere. Cic. in Orat. 118. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, præsertim, &c.

DEFINITIVE, Adv. Tertull. de Carn. Christ. cap. 18. Cæl. Aurel. Acut. præf. 1. 14.

DEFINITOR, Tertull. adverf. Marc. 5. 10.

DEFIT, [λείπεται] Imperf. pro Deest: non nisi in aliquot tertiis personis, & in infinito reperitur. Ter. Hec. 5. 2. pr. Nihil apud me tibi defieri patiar. Idem Eun. 2. 2. 12. Nihil quum est, nihil defit tamen.

Defit animus mihi. Plaut. Milit. 4. 6. 46.

Quia stare nequeo, ita animus per oculos meos defit.

Defit dies. Plaut. Rud.

Defit mihi fortuna. Cic. 3. Tusc. C. 19. Pol mi fortuna magis defit quam genus. Ex Veteri poeta.

Non defit lac. Virg. Ecl. 2. 22.

Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.

Vitæ copia defit. Lucret. lib. 6. 814.

DEFIOCŪLUS, [λειπόφθαλμος] dicitur a Martiali pro Lusco, lib. 12. 59. de importunis Basiatoribus, Hinc defioculus, & inde lippus. [Sed doctis merito suspecta est hæc Lectio. Quid si legeris Destillioculus? Nomen fictum de eo, qui habet Acre malum semper stillantis ocelli, ut Juvenalis S. 6. v. 109. expressit. Græci αἰγίλωπα & ῥυάδα vocant affinia inter se vitia. Juniores Fistulam lacrymalem, communi nomine appellant.

**Defixus**, V. defigo.

**Deflaccare**, Vetus & prorsus obsoletum verbum est, quo antiquissimi usi sunt pro Atterere. Author est Nonius 1. 22. Nisi forte Defloccare rectius legatur, de quo infra suo loco.

**Deflagro**, [καταφλέγομαι, ἐμπίπραμαι] are. Vehementer comburi. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse.

Deflagrare ardore, flamma. Cic. 4. Acad. 37. Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.

Communi incendio deflagrare. Cic. pro Sextio 99. Aut qui propter insitum quendam animi furorem, discordiis civium ac seditione pascantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quam suo deflagrare.

Phaëthon ictu fulminis deflagravit. Cic. 3. Off. 25.

Deflagrare, Defervescere, languescere. Lucan. lib. 4. 280.
— sic deflagrare minaces.
Incassum, & vetito passus languescere bello.

Iræ deflagrant. Liv. 40. 8. Sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Seditione paulatim deflagrante. Tacit. Hist. 2. 29. 3.

**Deflagratio**, Verbale. [ἐμπρησμὸς, κατάφλεξις] Cic. 3. de Fin. 19. Quoniamque illa vox inhumana & scelerata ducitur eorum qui negant se recusare quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur: quod vulgari quodam versu Græco pronuntiari solet.

**Deflagratus**, Partic. [καταφλεχθεὶς] Cic. 3. Tusc. 19. Fana, flamma deflagrata.

**Deflecto**, is, xi, xum, [καταστρέφω, ἀποκλίνω] ere. Torquere & curvare. Columel lib. 6. cap. 11. Post triennium quum jam satis amplum incrementum ceperit, ramum olivæ qui videtur nitidissimus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.

Deflectere, pro Divertere. Sueton. in August. cap. 93. At contra non modo in peragranda Ægypto paulum deflectere ad visendum Apin supersedit, sed & Cajum, &c.

Carinam deflectere aliquo. Lucan. lib. 5.

Deflexit consuetudo majorum de spatio & curriculo. Cic. de Amicit. cap. 12. Etenim eo loco Fanni & Scævola locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus Reip. deflexit enim jam aliquantulum de spatio, curriculoque, consuetudo majorum.

Deflexit de via consuetudo. Cic. 2. Off. 3. Hoc autem de quo nunc agimus, idipsum est quod utile appellavit: in quo verbo lapsa consuetudo, deflexit de via.

Deflectere te de curriculo petitionis, & animum ad accusandum transferre. Cic. pro Muræn. 46. Tu quum te curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses, existimasti te utrique negotio satisfacere potuisse?

Deflectere de cursu suarum actionum. Cœl. ad Cic. lib. 8. 11.

Interpretationem nominum deflectere. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 3. Horum nominum interpretationem, & prout cuique visum est convenire, deflexit.

Deflectere in aliquem locum. Plin. Jun. lib. 4. Epist. 1. Deflectemus in Thuscos, non ut agros, remque familiarem oculis subjiciamus: id enim postponi potest: sed ut fungamur necessario officio.

Ab ira in se deflectere. Stat. 2. Sylv. 1. 59.

Deflectere ex itinere. Plin. Jun. in Epist. Spero, imo confido facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te.

Iter deflectere. Lucan. lib. 3. 337. Quid rapidum deflectis iter?

Lumina deflectere. Ovid. 7. Met. 789.
Lumina deflexi, revocataque rursus eodem
Rettuleram: & medio (mirum) duo marmora campo
Aspexi.

Oculos deflectere a cura. Valer. 8. Argon. 76.

Unde oratio deflexit. Cic. 5. Tusc. Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc, unde deflexit.

In pejus deflectere. Ovid. 1. de Rem. Amor. 325.

Deflectere de recto. Cic. l. 5. in Verr. 176. Siquis tantulum de recta regione deflexerit, &c. Id est, a recto.

Deflectere rem ad verba. Cic. pro Cæcin. 51. Si ad verba rem deflectere velimus.

Declinare a proposito, & deflectere sententiam. Cic. in Orat. 137.

Belli deflectere tumultus. Stat. 1. Theb. 280.

A veritate. Cic. pro Q. Rosc. cap. 16.

A virtute patris. Cic. de Arusp. Resp. cap. 19.

**Deflexus**, Partic. [καταστραφεὶς] Plin. lib. 17. cap. 23. Altera deflexa vite vel palmite juxta suam arborem.

Amnes in alium cursum contorti & deflexi. Cic. 1. de Divin. 19.

Deflexa ætas a laboribus ad otium. Cic. Att lib. 9. 10. Ætas a diuturnis laboribus deflexa (quidam legunt Devexa) ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliit.
Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus. Ovid. 2. Trist. 409.

**Deflexus**, ûs. [κάμψις] Columel. lib. 4. cap. 26. de Vite. Ne deflexu frangatur.

**Deflexio**, ōnis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. extr. In lævam dextramve deflexio. Juvenc. 4. 155. in Luc. 21. Deflexio lucis.

**Deflexura**, Idem apud Augustin.

**Defleo**, es, ēvi, ētum, [καταχλαίω] ēre. Idem quod Flere significat: nisi quod compositio aliquid addit energiæ. Asin. Poll. Cic. lib. 10. 31. It que illud initium Civilis belli deflevi. Sic Casus deflere. Cic. de Clar. Orat 96.

Deflere cœnas. Plaut. Stich. 1. 3. 60.

Insatiabiliter deflere. Lucret. lib. 3. 920.

Deflere in sinu amici. Plin. Jun. in Epist.

Vanos labores. Claud. 2. in Eutrop.

Immaturam mortem alicujus in sinu amici. Plin. Jun. Epist. 1. lib. 2.

Gravibus cogor deflere querelis. Propert. lib. 1. Eleg. 16. 13.

Voce deflere quempiam. Tacit. lib. 3. 5. 17. Vitellii, & Veranii voce defletum Cæsarem, &c.

Suprema deflere, Hoc est, Mortem. Tacit. lib. 3. 49. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat.

Genitrix deflenda. Sen. Octav. 1. v. 10.

**Deflens**, Ovid. 7. Met. 388.

**Defletus**, [κεκλαυμένος] Partic. a Defleor. Cic. 1. Tusc. 35. Non liberi defleti, non fortunæ omnes a victoribus possiderentur. Idem 13. Philipp. Sed hæc satis diu multumque defleta sunt.

Domus defleta. Claud. in præf. lib. 2. in Eutrop. 19. 24.

Mors a multis sæpe defleta. Cic. 3. de Orat. 3. conf. Virg. 6. Æn. 220.

Nomen defletum. Sil. lib. 3.

**Deflexus**, V. deflecto.

**Deflo**, āre. [καταπνέω] Idem quod Flare. Plin. lib. 28. cap. 2. Cibus etiam e manu prolapsus reddebatur, utique per mensas, vetabantque munditiarum causa deflare.

Pro Contemnere utitur Sueton. Calig. cap. 38. Julii & Augusti diplomata ut vetera & obsoleta deflabat. Fastidientes enim & contemnentes aliquid non raro ore emittere flatum & quasi explodere solent. V. Casaub. Sic Flare pro Contemnere usus est Prudentius Ag. Eul. Hymn. 9.

**Defloccare**, Atterere, tractum a vestibus sine flocco. Plaut. Casin. Perii, deflocco: habebit jam illic homo lumbos meos. Ex Nonio.

**Defloccati**, [ἀνανθεῖς ὄντες] senes apud Plaut. in Epid. 5. 1. 10.
— nam per urbem adeo defloccati senes
Quæritent me. Defloccatos senes dixit, qui florem virium deposuere.

**Deflōro**, [ἀπανθίζω] āre. Verbum formatum a Flos Floris: Id est, quasi Florem demere, & rei decus diminuere. Liv. 7. Bell. Maced. Erant qui fama id majus bellum, quam difficultate rei fuisse interpretarentur: uno memorabili prælio debellatum, gloriamque ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse. Ita Aldus, Schefferus, Frobenius, & Gruterus ediderunt Gronovius mavult Præflorata, quem vide.

Futurum gaudii fructum spes jam defloravit. Gell. lib. 14. cap. 1. extr. Tum plane duo erunt incommoda, & expectatio te spe suspensum fatigabit, & futurum gaudii fructum spes tibi jam defloraverit. At Oiselius, Gronovius & Proustius, Præfloraverit

Gloria victoriæ deflorata. Liv. lib. 8. Decad. 4. 37. 58.

**Defloratus**, [ἀπανθισθεὶς] Quintil. lib. 7. 6. Certos atque defloratos fructus ostenderat.

**Defloratio**, ōnis. Tertull. adverſ. Val. cap. 12. Ambrof. Ep. 64. ad Syagr. Defloratio Virginitatis.

**Deflorator**, ōris. Hieron.

**Defloresco**, is, ui, [ἀπανθέω] ēre. Dicitur id quod florem facere desinit, vel florem amittit. Plin. lib. 14. cap. 16. Ii postquam defloruere, singulare remedium habent.

Flos tenui carptus defloruit ungui. Catul. in Carm. Nupt. 60. 43.

Gratia oris defloruit. Claud. 1. in Eutrop. 75.

Deflorescit formæ dignitas, per translationem. Author ad Heren. lib. 4. 27. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.

Cum corporibus vigent & deflorescunt animi. Liv. 6. ab Urbe.

Deflorescunt amores. Cic. pro Cœlio cap. 19. Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse (mature enim & celeriter deflorescunt) nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt.

Deflorescere, Flores producere, ac deinde omissis floribus fructum. Columel. lib. 2. cap. 12. Omne autem frumentum & hordeum, quicquid denique non duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit, & quum totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit.

**Deflorescens**, Partic. [ἀπανθῶν] Cic. de Clar. Orat. 317. Alter ornatus, acer, & non talis qualem tu eum Brute jam deflorescentem cognovisti, &c.

**Defluo**, xi, xum, [καταῤῥέω, ἀποῤῥέω] ere. Deorsum fluere. Plin. lib. 12. cap. 8. Ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. De Arboribus.

Segnis aqua secundo defluit amni. Virg. 8. Æn. 549.

Exigua mora defluit unda. Ovid. ad Liviam. Hor. 1. Epist. 2. 42.

Defluere ad terram, vel in terram. Liv. 2. ab Urbe, Nec quicquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus, labentibus super corpus armis, ad terram defluxit. Cic. de Amicit. 58. Nequid excidat, aut nequid in terram defluat.

Ad terram tacito defluxit fistula lapsu. Claud. in Epithal. Pallad. 40.

Defluit in Lagoum amnem Opharus. Plin. lib. 6. cap. 7.

Coronæ defluunt. Cic. 5. Tusc. 62. Jam ipsæ defluebant coronæ.
In latus a dextro paulatim defluit armo. Ovid. 6. Met. 229.
Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes. Lucan. lib. 7. 839.

Defluunt hæc a superis in terram. Cic. 2. de Nat. Deor.

Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum. Cic. in Orat. 96.

Pedes vestis defluxit ad imos. Virg. 1. Æn. 404.

Ignavus defluxit pectore somnus. Tibul. lib. 3. 4. 81.

Toga defluit. V. toga.

Defluere, pro Declinare. Quintil. lib. 10. cap. 1. p. 921. Tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat.

Defluere ex aliquo numero. Cic. pro Sextio 69. Nam ex novem Tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit.

Defluere ad aliquem dicitur res aliqua. Cic. 5. Verr. Necesse est quod redundaret de vestro frumentario quæstu, ad illum potissimum per quem agebatis, defluxisse.

Oratio ab aliqua re defluxit ad aliam. Cic. de Amicit. Sed nescio quo pacto ab amicitia perfectorum hominum, &c. ad leves amicitias defluxit oratio.

Defluere etiam dicitur, quod ætate aut vetustate morbove solvitur. unde Defluere capillus dicitur. Plin. lib. 10. cap. 67. & 22. 21. de Adianto.

Defluxit ætas, tempus, ingenium, &c. Sallust. in Jugurth. 10. 67. & 22. 21. Ubi per socordiam, vires, tempus, ætas, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accusatur, suam quique culpam authores ad negotia transferunt.

Color defluit. Tibull. lib. 3. 1. 18.

Fructus defluit. Plin. lib. 17. cap. 24.

Defluere luxu & inertia. Columel. lib. 12. in Procem. extr. Nunc vero cum pleræque sic luxu & inertia defluant. [Nisi Diffluant legendum.

Defluxisse

Defluxisse id dicitur quod transactum est. Cic. 9. Fam. 20. Ubi salutatio defluxit, literis me involvo, aut scribo, aut lego.
A necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Cic. 1. Tusc. 62.
Defluere dicuntur beneficia, quorum memoria intercidit. Sen. 1. de Benef.
Ex animo defluere illud dicimus, cujus oblivifcimur. Propert. lib. 1. 20. 2.
　　Id tibi ne vacuo defluat ex animo.
**Defluens**, Partic. [καταῤῥέων] Plin. lib. 25. cap. 11. Defluentem capillum confirmat & densat. Idem lib. 27. cap. 13.
**Defluxus**, Partic. [ἀποῤῥυμένος] ut —Æther defluxus in Austrum. Lucan. lib. 3. 250. Sed hic alii legunt Deflexus. Id est, Vergens in meridiem.
**Defluus**, Adj. [καταῤῥυτος] Quod decidit, aut decidere solet. Plin. lib. 20. cap. 4. Hippocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis jubet. Emendatiora exemplaria legunt, Capitis mulierum defluvia fricari, &c.
**Defluvium**, ii. [καταῤῥόησις, ἀπόῤῥοια] Plin. lib. 11. cap. 39. Inventæ tamen quædam defluvio capitis invalidæ. De Fœminis.
Defluvia capitis, femine illito cohonestari. Plin. 22. cap. 13. 28. 11.
**Defluxus**, ûs. m. Apul. de Deo Socrat. p. 105. Omnis Defluxus nubium in terras est.
**Defluxio**, ōnis. f. Firmic. 3. 7. 8. Cæl. Aurel. Acut. 2. 18. 105. & 108.
**Defŏdio**, ōdi, ssum, [κατορύττω] ere. Idem quod Fodere, vel Fodiendo implantare & inserere. Columel. lib. 7. cap. 5. Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & vivam pecudem quæ fuerit pustulosa, resupinam obruamus. Idem lib. 11. cap. 2.
Defodere vineam. Cato cap. 50. Hoc facito antequam vineam defodere incipias.
Defodere, Obruere, & sepelire. Plaut. Aulul. 4. 8. 9. V. Taubm. ad loc. p. 224. Clam omnes in medio foco defodit. Liv. 3. ab Urbe, Defossum cadaver domi apud Publium.
Humo defodi. Ovid. 6. Fast. 458.
　　Hoc duce, nec viva defodietur humo.
Defodere in terram. Liv. 8. ab Urbe, 10. Tum signum septem pedes altum aut majus in terram defodi.
Defodere thesaurum. Cic. 2. de Divin. 65. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit, invenit, &c.
Aurum multifariam defossum. Cic. 2. de Orat. 174. Si aurum cui quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.
Specus defossi. Virg. 3. Georg. 376.
Talpæ cæcitatis perpetuæ tenebris etiamnum altis defossæ. Plin. lib. 30. cap. 3.
Defossi verbere terga. Claud. 2. in Eutrop. 351.
**Defossus**, ûs. [κατόρυξις] Plin. lib. 19. cap. 8. Area in defossu cavata.
**Defoetus**, si Latinum sit, idem erit quod Effœtus, hoc est, Fœtui per ætatem inidoneus. Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex Ibide Ovid. 119. adduci solet,
　　Sit quoque, quod rarum est, solito defœta favore
　　　Fortunæ facies invidiosa tuæ. In castigatioribus exemplaribus Defecta legitur, non Defœta. Similiter apud Columel. in præfat. lib. 1. Defectissimum legi debet, non Defœtissimum.
**Defomitatum** lignum dixerunt antiqui, quod a Fomitibus, quibus confoveri solet, erat succisum. Festus.
**Defōre**, [ἐκλείψειν] Optat. utinam deforem, res, ret, & pl. deforent. Fut. infinit. defore. Cæteris caret. Significat Defuturum esse. Cic. contra Rull. Verum arbitrabantur non defore qui illa restituerent. Cæs. Bell. Gall. 5. 56.
　　Promittique viris, nulli se defore testem. Sil. 9. 248.
**Deformo**, as, [δυσμορφόω] are. Destruere, & quasi formam auferre, deturpare. Author ad Heren. lib. 4. Qui sunt qui Italiam deformaverunt? Carthaginienses.
　　Nec male deformet rigidos tonsura capillos. Ovid. 1. de Arte Am. 517.
Canitiem immundo deformat pulvere. Virg. 10. Æn. 844.
Comas deformat arena. Valer. 3. Argon. 716.
Amictu se deformare. Claud. 1. in Eutrop. 18. 307.
Cicatricibus servum. Ulp. in l. locum. D. de usufr.
Castrorum pars incendio deformata. Liv. 9. ab Urbe.
Ludi deformati, Inquinati, perversi, conturbati. Cic. de Arusp. Resp. cap. 24.
Horrida vultum deformat macies. Virg. 4. Georg. 254.
Deformare, pro Fœdare. Sueton. in Calig. cap. 27. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut bestias condemnavit.
Deformatum pugnat cum eo quod dicitur Pictum & politum. Cic. 11. Att. 20. Hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi.
Deformata ignominia imago. Cic. pro Muræn.
Deformatus & decoloratus. Author ad Heren. lib. 2. 8.
Deformare aliquem, & detrahere spoliareque ejus dignitatem. Cic. pro Cœlio.
Ornare aliquem & Deformare, contraria. Cic. de Arusp. Resp. cap. 24. Legant hanc ejus concionem de qua loquor, in qua Pompejum ornat, an potius deformat?
Deformatus, atque ornamentis omnibus spoliatus. Cic. pro Quinct. 92. Sic Def. parietes. Idem. in Verr. l. 4. 122. Parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat, tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliquit. Add. Tusc. 3. cap. 19.
Deformata civitas. Cic. 3. de Orat. 8.
Vitiis deformatus. Cic. 3. de Arusp. Resp. 57.
Deformatus corpore, fractus animo. Cic. Att. lib. 2. 19.
Deformare genus & fortunam honestam. Liv. 2. Bell. Pun. Ibid. lib. 10. Cave deformes multa bona uno vitio.
Deformare, [διαμορφοῦν] Figurare, & nova forma insignire. Vitruv. lib. 5. cap. 8. Tragicæ scenæ deformantur columnis, & fastigiis & signis, reliquisque regalibus rebus. Quintil. L. 5. C. 11. p. 445. Burm. Ut marmora deformata prima manu. i. e. sculpta & formata. Nec enim hic de auget, non magis quam in Deambulare ac Deosculari.
Deformare areas. Cato cap. 161.
Deformare, Delineare, ut solent pictores. Vitruv. lib. 1. cap. 1. Deinde graphidos scientiam habeat, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis speciem, deformare valeat. Varro 3. de R. R. C. 5. Inter quas locus qui est Ornithonis, patet in latitudinem P. XLVIII. Deformatus ad tabulæ literariæ speciem cum capitulo, forma quæ est quadrata.
Deformatum aliquid habere. Plaut. Pseud. 2. 3. 10. Jam instituta, ornata, cuncta ordine in animo ut volveram, Certa deformata habebam. Sic Quintil. in præfat. lib. 6. Deformatos fructus vocat, sua jam constantes forma. Al. Defloratos, q. V.
A fortuna deformatæ virtutes. Cic. pro Sylla. 73. Quid reliquam constantiam vitæ commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in privatis rebus, splendorem in publicis? quæ ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata compareant.
Deformare aliquem, pro Describere. Cic. pro Cæcin. cap. 5. Ille quem supra deformavi, voluntarius amicus mulieris.
**Deformatio**, Verbale. [δυσμόρφωσις] Liv. 9. ab Urbe 5. de Caudina pace loquens, Ut suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut a nefando spectaculo averteret oculos.
Deformatio, Aliter. Firmic. lib. 1. cap. 3. non procul a fine, Ecce ille, nondum corporis deformatione completa, in maternis visceribus, præmatura festinatione præmoritur: illum completa deformatione corporis, etiam maternorum viscerum angustiis liberatum, vitalis spiritus aura non vegetat.
**Deformis**, & e. [δύσμορφος, ἄμορφος] Turpis, quasi sine forma. Cic. pro Cœlio 6. Id nunquam tam acerbe feret M. Cœlius ut eum pœniteat non deformem esse natum. Voluit (inquit Servius) Pulcherrimum dicere.
Achelous deformis. V. ACHELOUS.
Ægrimonia. Hor. Epod. 13. 18.
Deformis & horridus ager. Cic. 5. Verr.
Animal deforme. Ovid. 14. Met.
Arundo. Virg. 4. Georg. 478.
Aspectus. Cic. 1. Off. 126. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit atque abdidit.
Cadaver. Claud. 1. in Eutrop. 18. 38.
Campi. Ovid. 3. de Ponto 8. 15.
Corpus. Id est, Sine hominis forma. Sen. Troad. 12.
Facies sæva ac deformis tota urbe. Tacit. Hist. 3. 83.
Genus. Sil. lib. 3.
Laurea deformis luctu. Liv. 2. ab Urbe.
Littora. Ovid. 5. Trist. 2. 63.
Malum. Ovid. 3. de Arte Am. 373.
Motus statusve. Cic. 5. de Fin. 35.
Pallore deformis. Lucan. lib. 8. 56.
Pretium deforme moræ. Stat. 11. Theb. 80.
Res turpiculæ & quasi deformes. Cic. 2. de Orat. 248. Gravitas honestis in rebus severe, jocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur.
Senium. Sen. Hippol. 6.
Spectaculum. Liv. 1. ab Urbe, Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent.
Tecta. Ovid. 5. Fast. 505.
　　Tecta senis subeunt nigro deformia fumo.
Vita, id est, Turpis & sordida. Stat. 10. Theb. 5. 326.
Dandus deformibus color. Quintil. lib. 3. cap. 8. V. Burman. ad Quintil. Declam. 253. p. 460.
Non est deforme, pro Pulchrum vel Pulcherrimum est. Cæs. 7. Bell. Gall. 23. Hoc in speciem varietatemque, opus deforme non est.
**Deformior**, Compar. [δυσμορφότερος] Cic. Fam. lib. 4. 9. Nec eam diligere minus debes quod deformior est, sed misereri potius.
　　Deformius, Afer,
　　Omnino nihil est ardelione sene. Martial. 4. 34.
**Deformitas**, ātis. [δυσμορφία] Cic. 5. de Fin. Integritatem unguiculorum omnium, deformitatem, morbum, debilitatem, &c.
Deformitas hominis, pro Suppliciis & afflictionibus. Liv. 9. Bell. Pun. Unde ille habitus? unde deformitas? Liv. 2. ab Urbe.
Deformitas & corporis vitium. Cic. 2. de Orat. 239. Est autem deformitatis & corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum.
Turpitudinem in deformitate corporis habere aliquid offensionis. Cic. 3. Off. 105. An est ullum majus malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?
Deformitas & pravitas. Cic. 1. de Orat. 156. Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem, pravitatemque veniamus.
Agendi deformitas. Cic. in Orat. Diserti, deformitate agendi, multi infantes putati sunt.
Deformitas animi, & corporis pravitas. Cic. 1. de Legib. 51.
Exitus deformitas misericordiam abstulerat. Tacit. lib. 19. 4.
Insignis ad deformitatem. In INSIGNIS.
Deformitas, pro Dedecore, ut apud Fabium lib. 6. cap. 1. Si judicibus aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio.
Dignitas & Deformitas, pugnantia. Cic. Planc. lib. 10. 6. Non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.
Deformitas fugæ, negligentiæque alicujus. Cic. Att. lib. 9.
**Deformiter**, Adv. [αἰσχρῶς] Quintil. lib. 8. cap. 3. Junctura deformiter sonat.
**Defossus**, V. DEFODIO.
**Defraudo**, [νοσφίζω, παρακρούω] āre. Fructum minuere, vel per fraudem aliquid decerpere. Ter. Adel. 2. 2. 38. Etiam insuper defraudet? Cic. Fam. 7. 10. Quem antea ne Andabatem quidem defraudare poteramus.
Defraudare aliquem drachma. Plaut. Pseud. 1. 1. 91.
Aures. Cic. in Orat. 221. Ne brevitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse.

Genium,

Genium, Naturæ negare quod appetit. Ter. Phorm. 1. 1. 10. V. DEFRUDO.
Se fructu victoriæ. Liv. 6. Bell. Maced.

DEFRAUDĀTOR, ōris. [νοσφιστής] Sen. de Benef. lib. 4. 26. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, non magis dabit beneficium quam captatori. [In cod. Commelin. & aliis emendatis legitur Fraudator.

DEFRAUDATRIX. Tertull. de Jejun. C. 16. Domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix.

DEFRĒNATUS, [ἀχάλινος] pro Effrenato. Ovid. 1. Met. 282.
Et defrenato volvuntur in æquora cursu.

DEFRĬCO, ui, ctum, vel avi, atum, [ἐπιτρίβω] āre. Idem quod Fricare. Columel. lib. 6. cap. 2. Totum eorum palatum sale defricato. Cato cap. 88. Amphoram defricato, colluitoque. Author ad Heren. lib. 4. 9. Nam ut forte hic in balneas venit, cœpit postquam perfusus est defricari.
Gingivam defricare. Catul. 37. 20.
Defricari jejuna saliva. Cels. lib. 5. cap. ult.
Defricari pumice. Plin. lib. 26. cap. 5.
Defricare, pro Taxare. Hor. 1. Sat. 10. 4.
— at idem, quod sale multo
Urbem defricuit, charta laudatur eadem.
Hoc est, Propterea laudo Lucilium poetam, quod multa urbanitate & miris facetiis cives Romanos reprehendit & taxavit.

DEFRICATUS, & DEFRICTUS, [ἐπιτριφθείς] Partic.
Defricatis prius maculis. Plin. lib. 28. cap. 10.
Defricta pumice testa. Columel. lib. 7. cap. 5. Et lib. 6. cap. 13. Defrictum allium.

DEFRICATE, Adv. Nævius apud Charisium p. 178. Facete & defricate.

DEFRIGESCERE, [καταψύχεσθαι] Idem quod Frigescere. Columel. lib. 12. cap. 20. Jubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo usque dum defrigescit. Idem 12. 21.

DEFRINGO, ēgi, actum, [κατεαγνύω] ere. Decerpere, decidere. Virg. 2. Georg. 300. — Neve flagella
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas.
Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. Cic. pro Cæcin.
Ferrum defringere ab hasta. Virg. 11. Æn. 748.
Pedem Subsellii. Author ad Heren. lib. 4. 68.
Remos. Liv. 6. Bell. Maced. Primum ab utroque latere remos defringunt. In emendatioribus codicibus legitur Detergunt. V. DETERGO.
Defringere surculum, est Surculum de agro, vel arbore potius frangere. Cic. 3. de Orat. 110. Etiam hac instituendo divisione utuntur: sed ita non ut jure aut judicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex jure civili, surculo defringendo usurpare possessionem, &c. Hic Jurisconsultorum attigit consuetudinem, qua in locis consitis quadam solennitate surculum defringebant vindiciarum loco, qui suam rem esse contendebant.

DEFRACTUS, a, um. Plin. lib. 17. 17.

DEFRŪDO, āre. Veteres pro Defraudare dixerunt. Cato de R. R. cap. 5. & 25. Segetem ne defrudet, Defrudat autem genium suum homo, & se, qui sibi non indulget, & misere vivit, & tanquam demenso suo detrahit: quod idem facit, qui segeti & agro culturam & opera justa non tribuit, sed vel de aratione, vel lætamine, vel semente deducit. Turneb. V. in seq.

DEFRŪGO, [ἐκκαρπίζω, καρπίζω] āre. Defrugare segetem videtur qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiam, aut negligentiam perdit. Omnino quum vel præpropera sementis est, vel serotina, aut præpostera, defrugari segetem contingit. Hæc Hermol. Glossem. in Plin. Respicit autem loc. Plin. lib. 18. cap. 24. Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. [At idem in Annotatiunculis ad calcem adject. Defrugare segetem, inquit, quid esse crederemus exposui. At quid si Defrudare in eundem fere sensum legamus? Cato, Segetem, inquit, ne defrudet villicus: nam id infelix est. Sequitur enim, Opus, inquit, omne rusticum facere ut sciat. Hæc ille. Eadem fere videas post Herm. & ab Hard. ad l. Plin. & a Cl. Gesnero ad l. Caton. atque inde in Lipsiensi Thesauro proponi, ita quidem, ut in dubio relinquant, utrum ex Catone Plinius, an ex Plinio Cato emendandus sit. Mihi pro Catone standum sane videtur.

DEFRUGATIO. Verbale. Columel. Constat Segetem nimia defrugatione exinaniri. [Ita Steph. & ex eo Lexicographi deinceps. Sed locum hunc suspectum habet Cl. Gesnerus, qui solus alioqui controversiam, quam diximus, tolleret.

DEFRŬTUM, i. n. [ἕψημα] Est vinum coctum usque ad consumptionem mediæ partis, a Defervendo dictum. V. Plin. lib. 14. cap. 9. Columel. lib. 12. cap. 21. Mustum quam dulcissimum decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur. Nostri Sapam a sapiditate vocant, inquit Sipontin. [Immo differunt Sapa & Defrutum coctura, ut ex Plinii verbis liquet. Sed V. omnino Lud. Nonnium de Re Cib. Vet. l. 4. C. 13.
Defruta lutosa dulci cœno. Stat. 4. Sylv. 9. 39.
Pinguia defruta. Virg. 4. Georg. 269.

DEFRŬTO, [ἑψάω] āre. Est mustum decoquere, ut defrutum fiat. Columel. lib. 2. cap. 22. Defrutum quoque facere, & defrutare vinum licet.

DEFRUTARIUS, Adj. [ἑψητικός] ut Vasa defrutaria a Columel. lib. 12. cap. 19. appellantur, defruto conficiendo accommoda. Sic apud eundem lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia &c.

DEFRUI dicebant antiqui, ut Deamare, deperire, significantes omnem fructum percipere. Author Festus.

DEFUAT, pro Deficiat [ἐκλείπη] apud Plaut. Bacch. 1. 1. 3. Pol ego magis metuo in monendo ne mihi defuat oratio, (al. Defuerit) id est, Desit.

DEFŬGIO, ūgi, ĭtum, [φεύγω, ἀναδύομαι] ĕre. Idem quod Vehementer fugere. Cæs. 6. Bell. Gall. 12. Aditum eorum sermonemque defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant.
Defugere administrationem Reip. Cæs. 1. Bell. Civil. 32.
Defugere authoritatem. V. AUTHORITAS.
Inimicitias. Cic. pro Planc. Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro Repub. nec pro me defugiendas putavit.
Injurias fortunæ. Cic. 5. Tusc. 118. Injurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.
Munus. Cic. in Somn. Scip. 7. Ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini.
Defugio, pro Deficio, seu Descisco. Liv. 4. Bell. Pun. 24. 36. Ea pugna defugientes ab Romanis quum cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit. Vetus exemplar habet Deficientes.

DEFUGO, āre. Octav. Horat. 1. 4.

DEFUGA, æ. id est, Transfuga. Prudent. Hymn. 1. de Calagur. 42.

DEFUNDO, ūdi, ūsum, [καταχέω] ĕre. Idem quod Infundere. Columel. lib. 12. cap. 16. & 26. Postea quum refrixerit, in vasa defundas & operias. Sic apud Catonem cap. 156.
Defusa in plumbeum vas aqua. Columel. lib. 2. cap. 11. & 9. 16. Hor. 4. Ode 5. 33. Sil. 5. 454. & Val. Max. infra.
Defundere, Effundere, extra fundere. Columel. lib. 12. cap. 47. Postea quadragesimo die omne jus defundunt, & sapæ vel defruti tres partes cum aceti una permiscent, & amphoram replent. Ibid. Omne jus defundatur, &c.
Defundere, Deorsum fundere, quo verbo proprie utebantur antiqui in libamentis, quæ quod diis inferis funderent, & tanquam inferias deorsum libarent, ideo Delibamenta vocabant, & quum ea funderent, se Defundere dicebant. Id ex Val. Max. 2. 6. 8. observavi, cujus hæc verba sunt. Tunc defusis Mercurio delibamentis, & invocato numine ejus, ut se placido itinere in meliorem sedis infernæ deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit potionem. Ex Turneb. Hor. 2. Sat. 2. 58. Vitruv. 7. 8. Cels. 6. 6. Pallad. 1. 18. adde Parei Lex. Crit. p. 325.

DEFUNGOR, ĕris, defunctus sum, [ἀπαλλάττομαι, ἐκπλέω, παύομαι] defungi. Virg. 6. Æn. 83.
O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Id est, qui finisti & absolvisti pericula. Defuncte, id est, Liberate. Hinc Defunctos Mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia. Servius. Cic. pro Sextio. Ut omni populari concitatione defungerer. Idem 8. Fam. 1. Et hoc mendacio, siqua pericula tibi impenderent, ut defungeremur optavi, Id est, Liberaremur.
Defunctus jam sum. Ter. in Prol. Eun. v. 25. Ubi Donatus, Defunctus jam sum, id est, Jam egi fabulas meas: aut jam destiti periclitari in edendis comœdiis: aut certe jam edidi, quam tu reprehendis fabulam.
Defunctum utinam hoc sit modo. Ter. Adel. 3. 4. 62. Ubi Donatus, Defunctum, Finitum: id est, Ne ulterius peccet Æschinus.
Authoritatem defungi. Plaut. Pœnul. 1. 1. 19. Si authoritatem postea defungeris. Hoc loco quædam exemplaria legunt Defugeris: & fortasse rectius.
Amore levi defungi. Sen. Hippol. 2.
Animus defunctus pietate. Cic. Antequam iret in exil. 14. Si igitur aliquo tempore his hominibus consuluistis, quorum animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui. &c.
Cæde defunctus. Liv. 3. ab Urbe.
Certamine. Liv. 10. ab Urbe.
Cura. Liv. 5. ab Urbe.
Decumis tribus pro una defungi, Tres decumas pro una solvere. Cic. 5. Verr. 42. Quis non maximo se affectum beneficio putavit, quum tribus decumis pro una defungeretur, præter paucos, qui propter societatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt?
Fato defunctus. Liv. 9. Bell. Maced. Defunctosque fato vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Defunctos fato dixit, id est, Solutos & exemptos, nec ultra illi fato obnoxios. In emendatioribus codicibus non legitur Fato. Liv. lib. 10. ab Urbe. At ex parte altera Pontifex cui lictores Decius tradiderat, jusseratque Proprætorem esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos Consulis fato. Id est, Consulis sese devoventis spontanea morte ab imminentibus periculis liberatos & exemptos. Budæus.
Defungi in hac re cupio. Ter. Phorm. 5. 37.
Quamobrem te oro, ut alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras: N. Quid ego æquo? cupio misera in hac re jam defungier. Ubi Donatus, Defungier, Desinere.
Laboribus defunctus. Hor. 3. Ode 24. 15.
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius. Hoc est, Liberatum. Acron.
Malis. Sueton. in Neron. cap. 40. Britannia, Armeniaque amissa, ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Budæus.
Morbo. Liv. 4. ab Urbe 52. Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, pestilentem annum inopia frugum, &c.
Munere orationis defungi. Cic. Fam. lib. 10. 24. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis.
Periculis defunctum esse. Hoc est, Liberatum. Cic. pro Rosc. Amer. 8. Quum etiam qui antea metuerent, redirent, ac jam defunctos sese periculis arbitrarentur.
Pœna defungi. Liv. Decad. 3. lib. 9. Ante omnia placuit libera corpora sine omni mora Locrensibus restitui: non levi defuncturum pœna qui non restituisset.
Pœna unius defungi. Liv. 2. ab Urbe, Sed adeo coorta erat infensa plebs, ut unius pœna defungendum esset patribus. Id est, ut Marci Coriolani damnatione, ab illa populari consternatione liberandus esset Senatus. Budæus.
Prælio defungi festinat. Liv. 1. ab Urbe.
Scelere defungi. Sen. Theb. 2.
Somnio defungi. Justin. lib. 1. de Astyage: Quoniam defunctus sibi somnio videretur. Id est, Liberatus eo malo quod sibi viderat portendi per somnium.
Temporibus suis defuncta. Hor. 2. Epist. 1. 22. Id est, Vetera ac demortua: quæ sua tempora compleverint ac finierint. Porphyr.
Præmensæ defunctus tempora lucis. Tibul. lib. 3. Eleg. 3. 9.
Defungi etiam dicimus, pro Satisfacere vel Exequi. Liv. 1. ab Urbe, de Ro-

de Romulo & Remo, Ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est, (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

**Defunctus**, [ἀπηλλαγμένος] Partic. Corpora defuncta vita. Virg. 6. Æn. 306.
Defunctus absolute dicitur Qui mortem obierit, quasi ærumnis seculi liberatum & exemptum significemus. Budæus. Plin. lib. 13. cap. 1. Honosque is ad defunctos pertinere cœpit.
Excitare defunctos. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit cedrus. Plin. lib. 24. cap. 5.
Defunctum etiam more Græcorum, pro Cadavere intelligimus substantive. Unde scitum illud Plinii lib. 2. cap. 68. de terra habitabili loquentis, Et ut publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cæspitem nostro solo affodimus, ut qui latissime rura metatus fuerit, ultraque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel quum ad mensuram avaritiæ suæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat? Græci νεκρὸν hoc modo accipiunt. Hæc Budæus. V. ὁ νέκυς. H. St. T. 2. Thes. c. 1014.

**Defunctio**, ōnis. f. Salvian. de Gubern. Dei. p. 18. Quantum ad defunctionem cordis pertinet. Vulg. Interpr. Sirac. 1. 11. Dies defunctionis. i. e. mortis.

**Defunctus**, us. m. subst. Tertull. advers. Val. c. 26. Defunctui subjacere.

**Defunctorius**, a, um. Peractus, ut Apodixis defunctoria. Petron. cap. 32. Wowerio Interprete, Libellus quo quis ostendit perfunctum esse Apocha, &c. Sed potius Apodixim defunctoriam reddere, est Leve specimen edere, ut vexatissimum hunc locum exposuit I. F. Gronov. lib. 4. Observat. cap. 13. qui omnino videndus est. Satyricus idem cap. 136. Nec satiatus defunctorio ictu.

**Defunctorie**, Adv. Defunctorie facere dicimur, quod Non ex animo, sed quia vel Cogimur, vel Debemus, facimus, hoc unum spectantes ut officio nostro defuncti esse videamur: denique Id significat quod vulgo dicimus, *par maniere d'acquit.* Ulp. in l. secunda §. 32. ad s. c. Tertull. Non solum autem quæ non petiit, coercetur, sed etiam quæ defunctorie petiit, ut rescripto declaratur: vel privilegio munitum, vel oneratum tribus puta tutelis. Hoc autem & Perfunctorie dicitur. Papinian. in l. Propter. §. Præsidis, De Senatusc. Syll. Hæredib. qui non defunctorie debitum officium impleverant. Sen. Controv. 31. extr. Defunctorie causam meam egissem. V. dicis causa.

## D E G

**Degener**, in abl. degenere vel degeneri. com. gen. [ἀγεννής] Qui patris vel majorum suorum moribus non respondet, inquit Serv. Virg. 2. Æn. 549.
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Si me degeneri stravissent fata sub hoste. Lucan. lib. 4.
— juvenis patrii non degener oris. Id est, Æque disertus ac pater. Ovid. 3. de Ponto, 5. 7.
Degener altæ virtutis patrum. Sil. lib. 10. 68.
Degener ad rem aliquam. Tacit. lib. 1. Quum se divo Augusto ortum, neque degenerem ad pericula testaretur.
Proles non degener. Sen. Agam. v. 386.
Insidiæ degeneres. Tacit. lib. 11. 19. Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere adversus transfugam, & violatorem fidei.
Prece haud degenere permotus Eunones, allevat supplicem. Tacit. lib. 12. 19.
Sanguis degener primam stirpem refert. Sen. Hippol. 8.
Degener, Ignobilis & vilis. Virg. 4. Æn. 13.
Degeneres animos timor arguit.
Canum degeneres sub alvum reflectunt caudam. Plin. lib. 11. cap. 50.
Metus degener. Lucan. lib. 3. 149.

**Degenero**, [νοθεύομαι, μεταπίπτω, ἐκπίπτω] are. A generis nobilitate desciscere. Propert. 4. 1. 81.
Dii mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Propinquos edidit Brœckh. q. V.
Consuetudo tamen eum & disciplina degenerare non sineret. Cic. 5. Verr. 159. V. Abducere a paternis injuriis, In abduco.
Degenerare tam a bono, quam a malo dicimus. Liv. lib. 9. Ne degeneraveris a familia imperiosissima & superbissima.
Naturale quoddam stirpis bonum degenerat vitio depravatæ voluntatis. Cic. de Clar. Orat. 34.
Non degenerare a gravitate paterna. Cic. de Provin. Cons. 8. Patrem dico: cujus utinam filii non degenerassent a gravitate paterna.
Degenerare a perenni contestataque virtute majorum. Cic. pro Flacc. 11.
Degenerare a secta, aut doctore aliquo. Cic. 1. de Divin. 6. Sed a Stoicis vel principibus ejus disciplinæ, Posidonii doctor, discipulus Antipatri degeneravit Panætius.
Patri degenerare. Claud. 7. Paneg. de 4. Consf. Honor. v. 366.
Degenerare in feritatem. Plin. lib. 17. cap. 15. de Vite.
Dextera in armis degenerat. Sil. lib. 15.
Degenerant poma. Virg. 2. Georg. 59.
Pomaque degenerant succos oblita priores.
Ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse videantur. Cic. 5. de Fin. 13.
Degeneratus pater Valerio, a quo filius degeneravit, ut annotavit Budæus.
Degenerare, active. Columel. lib. 7. cap. 12. de Canibus, Huic quadrupedi neque fœminæ, neque mari, nisi post annum permittenda venus est, quæ si teneris conceditur, carpit & corpus & vires, animosque degenerat. Ovid. 3. de Pont. 1. 45.
Hunc cave degeneres. Ita Cl. Heinsius e MSS. emendat, confirmatque aliis Exemplis, cujusmodi est illud Statii. 3. Silv. 1. 160.
— non degenerabit honorem.

**Degeneratio**, & **Degenerator**, apud Augustin.

**Degero**, ssi, stum, [ἀποκαταλείπω] ere. Idem quod Gerere. Plaut. Men. 5. 2. 53. Me despoliat, mea ornamenta apud meretrices degerit. Ubi interpres, Degerit, apud meretrices Absumit, interpretatus est. Idem Men. 5. 1. 41. Atque illud tuæ degeris amicæ.

**Deglabro**, are. Glabrum facere, Corticem demere. Paulus in l. Cædere. D. Arborum furt. cæsar. Cædere est non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. Cingere est Deglabrare.

**Deglabratus**, a, um. Lactant. 1. 21.

**Deglubo**, [ἀπολεπίζω] ere. Corticem eximere, Siliquam aut folliculum excutere, & Granum sua nudare tunica. Varro 1. de R. R. cap. 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. V. glubo.
Deglubere, per translationem, est Pellem detrahere. unde Adagium, Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Id adagii Tiberius Cæsar, authore Sueton. cap. 32. aut reperit, aut certe usurpavit. Nam is admonitus ab amicis, ut provincialibus augeret vectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Ex Chiliad. Erasmi. V. Dion. Cass. lib. 57.

**Deglupta**, Verbum est turpissimum, ut ψωλὸς Græce, cujus scilicet renudata est pudendorum glans. Plaut. Pœnul. 5. 5. 33.
Deglupta mæna, sarrapis sementium, &c. Sed Turnebus, ut id obiter, dissocianda esse putat elementa, quæ male adjuncta sunt non suis verbis, legendumque:
Deglupta mænas, arra pisa ementum. Mollem enim virum sic contumeliose appellabit Baccham, & obscœnum intelliget, & qui pro arra dari possit vilis mercimonii. Marcell. Emp. cap. 16. Mus degluptus.

**Deglutino**, [ἀποκολλάω] are. Disjungere quod glutinatum erat. Plin. lib. 25. cap. 13. Purgat enim ulcera oculorum, expletque, & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

**Dego**, [διάγω] ere. Idem quod Agere, vel Usque ad finem ducere. Ter. Adel. 4. 1. 6.
Degere ætatem, Vivere. Ter. Phorm. 2. 3. 70. Ut cum eo uno ætatem degeret. Cic. pro Rosc. Amer. 150. Inter feras satius est ætatem degere, quam in hac tanta immanitate versari. Idem 1. de Nat. Deor.
Degere omnem ætatem in tranquillitate. Cic. 2. de Fin. 118.
Ætas degitur sub nutu alterius. Lucret. lib. 4. 1116.
Genus aliquod ætatis degendæ sibi constituere. Cic. 1. Off. 117. Id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime adamavit.
Ævum pulchre degere. Lucret. lib. 5. 173.
Bellum cum ventis. Lucret. lib. 4. 965. Id est, Vivere vitam bellicam, & semper ventis hostilibus obnitentem. Gif. & Par. legunt Degerere.
Corium de tergo alicujus. Id est, Detrahere, authore Nonio. Plaut. Epid. 1. 1. 63. quasi Deorsum agere. V. ibi Taubm.
Laborem alicui. Id est, Diminuere. Plaut. Aulul. 2. 1. 43. antiquum est & inusitatum. ibi vulgo Demam. adi Nonium 4. 117.
Otia in thalamo. Catul. ad Mall. 68. 104.
Quod reliquum est vitæ, in otio degere. Cic. 11. Fam. 28. 20.
Senectam turpem. Hor. 1. Od. 31. 20.
Tempus ætatis sine molestia. Cic. de Senect. 2.
Vitam. Cic. pro P. Sylla. Idem 1. Off. 11. Facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias.
Placidam ac pacatam vitam. Lucret. lib. 5. 1121.
Vitam cum virtute. Cic. 4. de Fin. 30.
Vitam in egestate. Cic. pro Rosc. Amer. 49. & 52.
Vitam in exilio. Cic. Antequam iret in exil. 29.
Vitam sine metu. Cic. 3. de Fin.
Ex æquo cum aliquibus. Plin. lib. 6. cap. 25. Id est, Vivere.
Degi, infinitiv. Plin. lib. 12. cap. 1. Mille præterea sunt usus earum sine queis vita degi non possit. de Arboribus. Symmachus Præter. format Degui 1. Epist. 32. In comitatu deguimus ambo ævo dispari.
Degere, antiqui posuerunt pro Expectare. Festus.

**Degrandinat**, [ἐπιχαλάζει] pro Vehementer grandinat, Impers. Ovid. 4. Fast. 755.
Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obsit. Nisi malis interpretari, Donec grandinare desinat, donec cesset grando. [Sed tum Degrandinet legendum, ut notatum Cl. Burmanno. q. V. Sic Desævire utroque modo dicitur H. St.

**Degrassor**, aris, atus sum, [ἐγκαθορμάω] ari. Stat. 1. Achil. 406.
— ubi tanta injuria primos Degrassata duces? Id est, contra Duces.

**Degravo**, [καταβαρέω] are. Gravem & ponderosum reddere, premere, molestare. Liv. 4. ab Urbe 33. Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi, lassitudo & vulnera, & pavor degravant.
Degravari minus est quam Mergi. Plin. lib. 9. cap. 5. Ascendere eum navigia nocturnis temporibus, statimque degravari, quas insideret partes: & si diutius permaneat, etiam mergi.
Labore operis degravari. Columel. lib. 6. cap. 2.
Genua quoque degravat. Plin. lib. 22. cap. 25.
Paulatim degravatum pondere suo præceps attrahetur. Columel. lib. 1. cap. 5.
Vitis degravat ulmum. Ovid. 5. Trist. 3. 35.

**Degravatus**, a, um. ut Phædr. 4. 21. 15. Onere degravati. Manus pondere degravatæ. Apul. Met. 7.

**Degravate**, Adv. apud Augustin.

**Degredior**, eris, ssus sum, [καταβαίνω] edi. Descendere. ut Degredi ad pedes. Liv. 3. ab Urbe 62. Verecundiæ erat, equitem suo alienoque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.
In specum degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua, &c. Tacit. lib. 2. 54.
Pullo amictu palatio degreditur. Tacit. Hist. 3. 67. V. Gronov. Perperam aliqui legunt Digreditur. Nam quoties ex alto descensus innuitur, apte locum habet hoc verbum Degredior, inquit Rhenanus in Castigat. Tacit. Liv. lib. 9. Dec. 1. Cum quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum jugis Masinissam persequutus. Tacit. Hist. 2. 66. 6.

DEGRESSOR, ari. Idem ac Degredi. Apul. de Deo. Socrat. p. 105. Ad fletum edendum deorsum degressantur. al. Degrassantur.

DEGRUMMOR, āri. Ad grummam mensuram dirigere. Lucil. lib. 3. Viamque degrummari vis, ut castris mensor facit olim. Nonius 1. 316. al. Degrumor. V. GRUMA.

DEGŬLO, [κατᾰλιχνεύω] āre. Antiquum pro Consumere & abligurire, quasi Gulæ tradere. Plaut. Postquam degulato patrimonio pauper est factus. Ex Perotto. V. Nonium 2. 223. & Charisium cap. 1. p. 80.

DEGUNERE, pro Degustare: Obsoletum. Festus. Quidam legunt Degumare. V. Voss. Etym. p. 242. Scalig. & Dacer. ad Fest.

DEGUSTO, [ἀπογεύομαι] āre. Idem quod Gustare. Plin. lib. 18. cap. 2. Ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina. Cato cap. 148. Vinum boni viri arbitratu degustato.
Odorari & degustare aliquem. Cic. Att. lib. 4. 8. extr. Tu velim & Fabium, siquem habes aditum, odorere: & istum convivam tuum degustes. Hoc est, Leviter in sermone tentes, ut scias qui sit animus ejus erga me. Metaphora a cibis, quorum saporem degustando percipimus.
Degustare artus. Lucan. lib. 7. 844.
Ignes degustant tigna celeri flamma. Lucret. lib. 2. 192. conf. Virg. Æn. 12. 376. adde Drakenb. ad Silium. 9. 523.
Degustare, pro Leviter & in transcursu attingere. Quintil. lib. 4. cap. 1. Degustanda tamen hæc proœmio, non consummanda.
Degustare genus aliquod exercitationum. Cic. in Parad. 1.
Imperium & tu Galba quandoque degustabis. Tacit. Ann. 6. 20. [Quod ap. Suet. Galb. C. 4. Καὶ σὺ παρατρώξῃ τῆς ἀρχῆς Græce effertur.
Degustare mentes, sensusque eorum apud quos acturi sumus. Cic. 1. de Orat.
Degustare pauca de fabulis. Cic. Att. lib. 13. 38.
Pauca ex orationibus. Idem lib. 1. 16.
Celeri degustat singula sensu. Claud. 1. in Eutrop.
Aliquid speculæ ex sermone alicujus degustare. Id est, Aliquantum spei concipere. Cic. pro Cluent. 72.
Degustare vitam aliquam. Id est, Experiri vitæ rationem. Cic. 5. Tusc. 61. Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam?
Corpus Vulnere. Virg. Æn. 12.
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus. H. St.

## D E H

DEHAURIO, si, stum, [ἐξαντλέω] īre. Idem quod Haurire, vel Exhaurire. Cato cap. 66. Quum oleum sustuleris de cortina, amurcam dehaurito.

DEHAUSTUS, a, um. Partic. Tertull. de Resur. Carn. cap. 11.

DEHINC, Adv. temporis. [ἀπὸ τούτου, μετὰ ταῦτα] Id est, Posthac, postea. Ter. Eun. 5. 2. 33.
At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam Fore Thais.
Dehinc omnes deleo ex animo mulieres. Ter. Eun. 2. 3. 5.
Dehinc jam. Plaut. Merc. 5. 4. 40.
Missas jam ego istas artes feci, & quidem ego dehinc jam.
Dehinc cæterum. Plaut. Pœn. 1. 2. 5. Dehinc cæterum valete, adeste.
Nunc jam dehinc. Plaut. Pœn. 5. 2. 69. Siquidem ante mentitus sit, nunc jam dehinc erit tibi verax.
Dehinc, [τοὐντεῦθεν] pro Deinde, Adv. ordinis. Cic. 2. Tusc. Primum igitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis philosophorum loquar: quorum princeps & authoritate & antiquitate Socraticus Aristippus, non dubitavit dolorem, summum malum dicere. Dehinc ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Virg. 3. Æn. 464.
Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto
Imperat ad naves ferri.
Dehinc aliquando in unam syllabam contrahitur a poetis. Virg. 1. Æn. 260.
Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur.

DEHISCO, ere. [χαίνω] Est se veluti Hiatu quodam aperire. Unde terram dehiscere dicimus, quum se aperit deorsum ad sorbendum aliquid. Virg. 4. Æn. 25.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. Add. 12, 883.
Æquor dehiscit. Virg. 5. Æn. 143.
Dehiscit arbor. Cato cap. 12. Quibus arbores comprimat si dehiscent.
Cœlum a media regione dehiscit. Ovid. 3. Fast. 371.
Cymba rimis dehiscit. Ovid. 5. Trist. 12. 27.
Dehiscit rosa. Plin. lib. 21. cap. 4. Quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit.
Ubi dehiscit, seque populis aperit Taurus mons. Plin. lib. 5. cap. 27.
Rictus animalis dehiscens ad aures. Plin. lib. 8. cap. 21.
Dehiscunt quidam pisces præ pinguedine, hoc est, Dissiliunt, Findun-tur, Crepant. Plin. lib. 9. cap. 15. De Thynnis.
Terræ dehiscunt ardore. Virg. 5. Georg. 479.
Unda dehiscens, terram inter fluctus aperit. Virg. 1. Æn. 106.
Acies dehiscens. In ACIES.
Dehiscente utero parit acus piscis. Plin. lib. 9. 51.

DEHONESTUS, Adj. [ἄτιμος] Non honestus. Gell. lib. 19. cap. 10. Dehonestum tibi, deculpatumque hoc verbum videtur.

DEHONESTAMENTUM, [ἀτιμία, ἀσχημία] dicitur Id quod gratiam & honestatem alicui rei adimit. Unde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans, ut oculi effossio. Justin. 28. 2. 9. Qui uxores cum propter originis dehonestamenta nec invenirent, vi publica rapuerint. Gell. lib. 2. cap. 27. Quo ille dehonestamento corporis maxime lætabatur.
Oris dehonestamentum. Tacit. Hist. 2. 87. 4.
Dehonestamentum, pro Contumelia Tacit. Hist. 4. 13. 3. Auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

DEHONESTO, are. Sueton. Claud. cap. 30. Eum multa dehonestabant. conf. Lamprid. Alex. Sev. cap. 2.

DEHONESTANS, antis. Treb. Pollio in Gallien. cap. 16. XXX. prope tyrannos passus est Ro. dehonestantes Imperium. [Sed ex membranis Casaub. Orbem terrarum XXX. prope tyrannis vastari fecit. Atque ita deinceps editum fuit.

DEHONESTATIO, ōnis. Tertull. de Pudicit. cap. 18.

DEHORTOR, [ἀποτρέπω, ἀποτρέπω] āri. Dissuadere. Ter. Phorm. 5. 7. 17.
At hic dehortatus est me, ne illam illi darem.
Dehortari ab aliqua re. Author ad Heren. lib. 3. 3.
Invitare & Dehortari, contraria. Cic. in Pison. 94. Res ipsa, & Reipub. tempus, aut meipsum, quod nolim, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur.

DEHORTATIO, ōnis. Tertull. adverf. Marc. 4. 15.

DEHORTATORIUS, a, um. Tertull. Apol. cap. 22.

DEHORTATIVUS, Idem. Priscian. p. 1020.

## D E I

DEIANĪRA, [Δηιάνειρα] Filia OEnei Ætoliæ regis, cujus regia Calydon fuit. Hæc vero ob formæ pulchritudinem multos procos habuit: tandem autem Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. Quumque nuptiarum gratia ortum esset inter eos certamen: Acheloo devicto, tandem Herculi cessit. Ovid. 9. Met. 136.
Nomine siqua suo tandem pervenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo.
V. Diodor. lib. 5. cap. 2.

DEICOON, [Δηικόων] Herculis ex Megara Creontis Thebani Reg. filia filius. Apollod. l. 2.

DEIDĀMĪA, [Δηιδάμεια] sive ut alii volunt, DEIAMIA, Filia fuit Lycomedis Scyri insulæ regis, cum qua Achilles consuetudinem habuit, & inde natus est Pyrrhus. Stat. 1. Achil. 560.
Æaciden furto jam noverat una latentem
Deidamia virum.

DEJĔRO, [ἐπόμνυμι] are. Per deos jurare, vel Valde jurare, inquit Donatus. Ter. Eun. 2. 3. 39. Illum liquet mihi dejerare, his mensibus &c. Idem Hec. 5. 2. 5. Phidippe, Bacchis dejerat persancte, &c.

DEJERATIO, f. Sancta juratio. Salvian. 4. de Gubern. Dei p. 146. Et Tertull. de Pœnit. cap. 4. idem de Idolol. cap. 20.

DEJURO, apud Plautum legitur, in Cafin. 3. 5. 36. Per deos omnes & deas dejuravit, hac &c. Idem Rud. 5. 2. 49.

DEJURIUM, ii. [ὁρκωμόσιον] Gell. lib. 7. cap. 18. Tum octo ex iis postliminium justum non esse sibi responderunt, quoniam dejurio vincti essent.

DEJĬCIO, ēci, ectum, [καταβάλλω, πιλνάω] ere. Deorsum mittere. Plaut. Asin. 2. 4. 19. Jussin' columnis dejici operas aranearum?
Mœnia alicujus dejicere. Ovid. 12. Met.
Avem dejecit ab alto cœlo. Virg. 5. Æn. 542.
Dejicere de foribus araneas. Plaut. Stich. 2. 2. 31.
De ponte. Cic. pro Rosc. Amer. 99.
De saxo. Liv. 5. Bell. Pun.
Equo. Liv. 4. ab Urbe. Sic dejicere templo magistratus. Cic. pro Sextio.
Dejicere præsidium equitum, dejicere propugnaculum. Cæs. 3. Bell. Civil. Cic. 5. Verr. 40.
Aliquem ædilitate, vel honore. Cic. 2. Verr. 23. Liv. 3. ab Urbe. Subauditur præpositio DE vel EX. Cic. pro Muren. 76. His hœdinis pelliculis Prætura dejectus est.
Dejicere alvum. Cato cap. 156. Alvum si voles dejicere, superiorem sumito cymam brassicæ.
Dejicere cruciatum a corpore. Cic. 7. Verr. 169. Hac se commemoratione civitatis, omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur.
Dejici de gradu. Id est, Dignitate. Cic. Att. lib. 16. 15. Leptæ literarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur στρατόπεδ ille dejectus de gradu. Budæus.
Aliquem de gradu, per metaph. pro eo quod est De constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. Cic. 1. Off. 23. &c.
Hostem dejicere. Claud. de Bell. Get.
Jugum servile a cervicibus. Cic. 1. Philipp. 2. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant.
Metum. Cic. 7. Verr. 129. Hunc ego si metu Siciliæ damnatione istius per vestram fidem & severitatem dejecero Judices, satis officio meo, satis illorum voluntati, qui a me hoc petiverunt, factum esse arbitrabor.
Oculos de aliquo. Cic. 6. Verr. Pueri autem Sisennæ, credo qui audivissent quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere.
Oculos a Repub. Cic. 1. Philipp. princip. Nec vero usquam discedebam, nec a Repub. oculos dejiciebam.
Pudor gremio dejecit ocellos. Ovid. 11. Epist. 35.
Si tantum oculos dejecerimus, Celeritatem significat. Cic. 7. Verr.
Dejicere aliquem de omni statu, & similibus. V. Cic. pro Cæcina, circa finem, in qua abunde tractat de hoc verbo Dejicio.
Dejicere & dimovere ex possessione. Cic. de Lege Agr. Rullus extitit qui ex ea possessione Rempub. dimoveret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syllæ dominatio dejecisset.
Dejicere de possessione, & Restituere, contraria. Cic. pro Cæcin. Tantum ut unde dejecisset, restitueret.
Dejici de urbis præsidio, & de custodia civitatis deturbari. Cic. pro Muren. 79.
Senatum a gubernaculis dejicere. Cic. pro Domo sua. 24.
De sententia. Cic. 2. Tusc. 5. Me pudet tam cito de sententia esse dejectum.
Aliquem de sermone aliquo inani. Cic. Att. lib. 15. Noster Brutus cito dejectus est de illo inani sermone.
Adversarios de omni statu. Cic. in Orat. 129. Magno semper usi impetu, sæpe adversarios de statu omni dejecimus.
De statu vitæ. Cic. 1. de Nat. Deor. Prius te quis de omni statu vitæ, quam de ista authoritate dejecerit.
Dejici spe. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 8. Helvetii ea spe dejecti.
Dejicere de terrore doloris. Cic. 2. Tusc. 40. Videsne igitur quantum breviter admonitus de doloris terrore dejeceris?
Vultum. Virg. 3. Æn. 320.

Pudor

Pudor dejicit vultus. Valer. 7. Argon. 514.
Dejicere, Jaciendo defigere. Liv. lib. 1. 40. Dum intentus in eum se rex totus averteret, alter elatam securim in caput dejecit. De Tarquinii Prisci morte.
Juvencum dejicere. Valer. 1. Argon. 190. Mactare significat & prosternere. Sic idem lib. 2.

Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Dejicit. Ita Sil. 15. 466. V. Drakenb. ad loc.

DEJECTIO, Verbale. [καταβολή, κάθαρσις] Cic. pro Cæcin. cap. 20. Qui illam vim, dejectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.
Dejectio apud Celsum pro alvi ductione ponitur. lib. 1. cap. 3. Dejectio quoque medicamento petenda est, ubi venter suppressus parum reddit. V. eundem omnino l. 2. C. 12.
Moliri dejectionem. Cels. ibid. & 4. 14. princ.
Dejectio, inter pœnas militares. L. 3. §. 1. Dig. de re milit. refertur Gradus dejectio, id est, Mutatio militiæ in deteriorem, quod ibidem §. 5. dicitur, gradu militiæ dejicitur.

DEJECTIUNCULA, Scribon. Larg. cap. 9. compos. 52. extr. i. e. alvi fluor.

DEJECTE, Adv. Tertull. adversf. Marc. 2. 27.

DEJECTO, āre. frequent. Idem de Pallio cap. 4. & Gell. 20. 9. Coquenti vasa cuncta dejectat.

DEJECTUS, Partic. [καταβληθείς] Plin. lib. 2. cap. 9. de Lunæ natura, Alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros dejecta.
Spe dejectus. Sil. lib. 10.
Dejectus vultum. Stat. 3. Theb.
Vi dejectus. Cic. pro Cæcin.
Caput ense dejectum. Sil. lib. 13.
In terram oculi dejecti. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Conjuge dejecta mulier. Id est, Privata marito. Virg. 3. Æn. 317.
Heu quis te casus dejectam conjuge tanto Excipit?
Lacrymis dejectis turpia lumina. Propert. lib. 1. Eleg. 18. 16.
Vultus pudore dejectus. Sen. OEdip. 12.
Ire dejectum aliquid. Hor. 1. Od. 2. 15.

DEJECTUS, ūs. [καταβολή] Liv. 9. ab Urbe, 2. Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas dejectu arborum, saxorum ingentium objacentem molem invenere.
Gravis dejectus. Ovid. 1. Met. 572.
Dejectus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 6. Neque in recessu gemmæ, aut in dejectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitente.
Dejectus habere dicitur collis. Cæs. 2. Bell. Gall. 8. Quod is collis, ubi castra posita erant, paulum ex planitie editus, tantum adversus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat: atque ex utraque parte lateris dejectus habebat, & in fronte leviter fastigiatus, paulatim ad planitiem redibat. Tò Habebat tollit D. Voss. Sed V. ad loc. Davies.

DEI-FACIES, [τὸ θεῖ πρόσωπον] Civitas Tripoli vicina. Strab. lib. 16. Tripoli continua est ea, quæ Dei-facies appellatur, in qua Libanus mons desinit.

DEIN, & DEINDE, Adv. ordinis. [ἔπειτα] hoc est, Postea. Ter. Andr. 1. 1. 52. Accepit conditionem, dein quæstum occipit. Cic. in Orat. 93. Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim.
Dein, pro Præterea. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. Dein quæ sequuntur.
Deinde [τοὐντεῦθεν] Compositum est ex præpositione, & loci significatione: ut Exinde, proinde, perinde, subinde, quæ item Tempus significant. Festus. Ter. in prol. Heaut. v. 19.

— factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: & deinde facturum autumat.

Primum cur? Et paucis interjectis, Deinde, Nihilque præterea diximus? Cic. 4. Acad.
Deinde penitur aliquando ubi non præcessit primum, aut aliud ordinis adverbium. Cic. pro Cluent. 71. Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam judicibus levissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat.
Deinde, quater repetitum apud Cic. reperitur, 1. de Invent.
Deinde, cui mox succedit Exinde. Cic. 2. de Nat. Deor. 1. 3. Deinde Delphinus,

Exinde Orion obliquo corpore nitens. Ex Arat.

Deinde repetitum in singulis attributis ejusdem rei aut personæ. Cic. Appio, lib. 3. 7. An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more majorum? deinde (quod caput est) amico?
Deinde etiam adhibetur ubi Ad absurdum deducere volumus adversarium, vel Absurde ipsum rationes putare aut facere adeo demonstramus. V. Schult. ad Quintil. Decl. 1. p. 15. seq. Deinde, cui manum porriget securior? &c. similem τῆς ἐπὶ usum ostendit Devarius.

DEINCEPS, ĭpis. m. [ἐφεξῆς λαβών] (inquit Festus) Qui deinde cepit, ut Princeps qui primus cepit. Deincipem antiqui dicebat (ait idem alio loco) proxime quemque captum, ut Principem primum captum, id est electum. Hæc enim nomina non a Caput veniunt, sed a Capio, quod interdum Eligere significat. composita autem ex Caput faciunt genitivum in pitis: ut Biceps, bicipitis.

DEINCEPS, Adv. [ἐφεξῆς] Postea, vel deinde sive postremo. Cic. 1. de Divin. Quo affert Rhodium quendam morientem, sex æquales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. Cæs. 7. Bell. Gall. 3. Nam ubi major atque illustrior incidit res, clamore per agros, regionesque significant. hunc alii deinceps excipiunt, & proximis tradunt. Cic. 1. Acad. Opinionibus & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Idem 1. Off. 160. Et 3. de Fin. 20. Primum est officium (id enim appello καθῆκον) ut se conservet in naturæ statu: deinceps ut ea teneat quæ secundum naturam sint, pellatque contraria.
Deinceps, pro Iterum. Author ad Heren. lib. 1. 14. Cavendum est etiam ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus.
Deinceps pro eo quod vulgo dicitur, Successive & consequenter. Cic. 13. Fam. 53. Idem de Clar. Orat. 3. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.
Deinceps inde. Cic. de Clar. Orat. 12. Itaque prima Causa publica, &c. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas esse, quam elucubratas afferebamus. Alterum significat ordinem, alterum tempus.

DEINDE, V. DEIN.

DEINSUPER, Sallust. lib. 1. Hist. Ad medium quasi deinsuper astantium manibus in murum attollitur. [Ita quidem Nonius C. 12. 48. Nec aliter Cl. Cortius p. 956. Sed videtur distinguendum: Per calonum corpora ad medium quasi, dein super adstantium manibus &c.

DEINTEGRO, āre. Inquit Nonius, 2. 225. Diminuere. Cæcilius, Nomen virginis, nisi mirum est, deintegravit.

DE-INTEGRO, V. DE præpositionem.

DEIOCES, Phraortis filius fuit, ob judicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Author Herod. lib. 1. 16.

DEIONE, es. [Δηιόνη] Mater fuit Mileti ex Appollinis concubitu: unde Miletum Deionidem vocat Ovid. lib. 9. Met. 442.

Tunc erat invalidus, Deionidenque juventæ
Robore Miletum, Phœboque parente superbum
Pertimuit.

DEIOPEIA, [Δηιόπεια] Nymphæ nomen est apud Virg. lib. 1. Æn. 72.

DEIŎTĂRUS, [Δηιόταρος] Galatiæ tetrarcha Rex a Senatu Ro. juvante Pompejo appellatus, in bello Civili ejus postea partes sequutus, post pugnam Pharsalicam domum se recepit. Deinde ad Cæsaris clementiam confugiens, bella gerenti subsidia ministravit. Quare ab ipso rex dimissus, verum parte regni tantum mulctatus fuit. Tandem accusatus a Castore nepote suo, & Phidippo quoque medico, quem purgandi sui causa cum aliis legatis Romam miserat, quod Cæsari apud se divertenti insidias struxisset, a Cicerone defenditur, luculenta illa pro Deiotaro rege oratione. Author Pædianus. Lucan. lib. 5. 55. &c.

— fidumque per arma
Deiotarum, & gelidæ dominum Rascipolin oræ.

De Filio Deiotaro. Cic. Att. 5. 17. Fuit & Deiotarus alius Adramyttenus, ludi literarii magister, apud Gargara Troadis; ut scribit Stephanus.

DEĪPHŎBUS, [Δηίφοβος] Priami & Hecubæ filius. Virg. 6. Æn. 500.

Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri.

Hic Paride mortuo, Helenam duxit uxorem. V. Virg. in loco ante citato.
Acer Deiphobus. Hor. 4. Od. 9. 22.
Priamides Deiphobus. Virg. 6. Æn. 494.
Domus ampla Deiphobi. Virg. 2. Æn. 311.

DĒĪPHŎBE, es. [Δηιφόβη] Nomen proprium Sibillæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Æneam ad Inferos duxit. Virg. 6. Æn. 36.

— Phœbi, Triviæque Sacerdos,
Deiphobe Glauci.

DEĪPHȲLE, [Δηιφύλη] Adrasti filia, Tydei uxor, ex quo Diomedem suscepit. V. Hygin. fabula 69. & Diodor. lib. 5. cap. 6. & infra DIOMEDES.

DEIPHYLUS, [Δηίφυλος] Fuit Stheneli filius, Capanei in bello Trojano amicus fidissimus, teste Homero 5. Iliad. 325.

DEIPYRUS, [Δηίπυρος] Unus ex principibus juventutis Græcorum, teste Homero Iliad. 8. 84.

DEITAMA, Hispaniæ citerioris regio, referente Plin. lib. 3. cap. 3.

DEITAS, V. in DEUS.

DEJŪGO, [ἀποζυγόω] āre. Disjungere. Pacuvius Chryse, Perque nostram egregiam unanimitatem, quem memoria dejugat. V. Nonium. 2. 256.

DEJUNGO, unxi, unctum, [ἀποζεύγνυμι] ĕre. Disjungere. Plaut. Asin. 3. 3. 75. Ne nos dejunge amantes. Cic. de Univers. 12. Ita necessitas cogit, ut eadem sint ea quæ dejuncta fuerunt.

DEJURO, DEJURIUM. V. DEJERO.

DEJŪVO, [ἀποβοηθέω] āre. Non juvare. Plaut. Trinum. 2. 2. 63. Deserere illum, & dejuvare in rebus adversis pudet. Antiquum.

## D E L

DELĀBOR, delapsus sum, [καταλισθαίνω, καταπίπτω] ābi. Deorsum labi. Plaut. Casin. Delabor, pectus tundit. Virg. 6. Ecl. 16.

Serta procul capiti tantum delapsa jacebant.

Ascendere & Delabi, pugnantia. Cic. in Partit. 12. Aut a minoribus ad majora ascendimus, aut a majoribus ad minora descendimus. al. delabimur.
Delapsus ab alto tecto. Ovid. 3. Trist. Eleg. 4. 19.
Signum cœlo delapsum. Cic. 11. Philipp. 24.
Cœlo repente delapsus. Liv. 1. ab Urbe.
Delabi de cœlo & e cœlo. Cic. 1. de Fin.
Ex annalium memoria, aut de cœlo delapsum esse. Cic. Q. fratr. lib. 1. 1. Nam Græci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria aut etiam de cœlo demissum hominem esse in provinciam delapsum putent.
Delapsa de manibus audacissimorum hominum arma ceciderunt. Id est furor civium compressus. Cic. 1. Off. 77.
In flumen delapsus. Cic. 1. de Divin. 28.
Pondere delabi in terram. Lucret. lib. 6. 837.
Delabi, res familiaris dicitur, Consumi, & ad nihilum redigi. Cic. 2. Off. 64. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam delabi sinere flagitiosum est. Emendatius Dilabi legitur.
Delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. Cic. de Fato. cap. 17.
Delabi in fraudem. Cic. 3. de Orat.
In insidias. Victor de Viris illustribus. C. 14. de Fabiis ad Cremeram.
In idem genus morbi. Cic. Att. lib. 7.
In turpitudinem. Cic. 1. Off.
In vitium. Cic. 2. de Orat. 60.
Delabi aliquo, pro Convertere sermonem. Cic. pro Muræn. Post, quum id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi, ut ajunt in Græcis artificibus, eos &c.
Delabitur interdum, ut dicat, &c. Cic. 4. Acad. 59. Carneadem autem

autem etiam heri audiebamus ſolitum eſſe delabi interdum ut dice-ret opinaturum, id eſt, peccaturum eſſe ſapientem.

Delabitur oratio ad aliquid. Cic. de Amicit. 76. Jam enim a ſapien-tum familiaritatibus ad vulgares amicitias noſtra delabitur oratio. Ad Q. fratr. lib. 1. Ep. 1. §. 6. Sed neſcio quo pacto ad præcipien-di rationem delapſa eſt oratio mea, quum id mihi propoſitum initio non fuiſſet.

Delabi in aliquem ſermonem. Cic. 1. de Orat. 96. Inſperanti mihi, inquit, & Cottæ, ſed valde optanti utrique noſtrum cecidit, ut in iſtum ſermonem delaberemini.

Eodem delabi. Ovid. 4. de Ponto, 15. 33.

Scribere ſæpe aliud cupiens, delabor eodem.

Ad aliquem. Cic. Att. lib. 12. De Muſtela, ut ſcribis, etſi magnum opus eſt, eo magis delabor ad Clodiam.

Ad æquitatem. Cic. 6. Fam. 10. Nam & ipſe qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur.

Delapſa fluxerunt. Cic. pro Marcell. 24. Omnia quæ delapſa jam flu-xerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt.

**Delacĕro**, [καταμύσσω] are. pro Dilacerare, & abſumere. Plaut. Capt. 3. 5. 14. Delaceraviſti, deartuaviſtique opes. Antiquum. V. LACERO & DILACERO.

**Delacrȳmo**, [καταδακρύω] are. Eſt humorem guttatim velut lachry-mas demittere. Columel. lib. 4. cap. 9. de vite loquens; Sed nec ad eam partem, qua eſt gemma, verum ad poſteriorem declinatur, ut in terram potius devexa, quam in germen delacrymet.

**Delacrymatio**, Verbale. [καταδάκρυσις] Plin. lib. 34. cap. 11. Vis ejus collyriis oculorum aptiſſima, & delacrymationibus mordendo pro-ficiens. Idem lib. 25. cap. 13. Claritatem facit inunctis oculis, dela-crymationemque ceu fumus. Idem lib. 20. cap. 5.

**Delacrymatorius**, a, um. Ut Delacrymatorium Collyrium. Marcell. Emp. cap. 8.

**Delævo**, [καταλειῶ] āre. Compoſitum a Lævo lævas, ſignificat Læ-vigare. Columel. lib. de Arboribus, cap. 6. Plagam acutiſſimo ferro delævato.

**Delambo**, [καταλείχω] ĕre. Idem quod Lambere. Stat. 2. Theb. 681.

Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

**Delamentor**, [ἐπιθρηνέω] ari. Ovid. 11. Met. 331.

— & natam delamentatur ademptam.

**Delanĭco**, Adducitur falſo, tanquam ex Feſto. Nam ap. hunc DI-LANIO. q. V.

**Delapido**, V. DILAPIDO.

**Delapidata**, Lapide ſtrata, Feſtus.

**Delapsus**, V. DELABOR.

**Delasso**, [κοπιάζω] are. Valde laſſare. Plaut. Aſin. Ibi labore de-laſſatum, totam noctem ſtertere. Martial. lib. 10. 5.

Delaſſet omnes fabulas poetarum. Hor. 1. Satyr. 1. 14.

— Loquacem Delaſſare valent Fabium.

**Delator**, **Delatio**. V. DEFERO.

**Delăvo**, āvi, ōtum, [καταπίπτω] are. Plaut. Rud. 2. 7. 21.

— eho an te pœnitet,

In mari quod delavi, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum.

Alii cum Turnebo in Adverſ. 21. 12. legunt Elavi. Sed adde Octav. Hor. 1. 1. & 4.

**Deldon**, [Δέλδων] Myſorum ac Baſternarum rex fuit, quos quum M. Craſſus præliis frequentibus edomuiſſet, illorum tandem regem Deldona ſua manu interemiſſe fertur; ut ſcribit Dion in hiſtoria, & ex eo Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

**Delebilis**, V. DELEO.

**Delecto**, [ἐπάγομαι] āre. a Delicio: eſt proprie Attrahere & illi-cere. Ennius Thyeſte, Et me Apollo ipſe delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius Annalium lib. 4. Fabius de nocte cœpit hoſtibus caſtra ſimul oppugnare, eum hoſtem delectare, dum Collega id caperet quod captabat. Nonius.

Delectare, [τέρπειν, ψυχαγωγεῖν] Voluptate afficere. Cic. de Senect. Nonne ita deficiunt, ut quenvis cum admiratione delectent?

Herba ſpe delectat agreſtes. Ovid. 15. Met. 203.

Incredibiliter me delectarunt. Cic. Q. fratr. lib. 2. 16.

Plus nimio delectare. Hor. 1. Epiſt. 10. 30.

Quem res plus nimio delectavere ſecundæ,

Mutatæ quatient.

Delectare oves in agro. Plin. lib. 17. cap. 9.

Pulchritudo movet oculos & delectat. Cic. 1. Off. 8.

Non ſolum delectat, ſed etiam ſine ſatietate delectat. Cic. 3. de Orat. 95.

Delectare ſe. Cic. Fam. lib. 9. 18. Tu iſtic te Atheriano jure dele-ctato, ego me hic Hirtiano.

Cum muſis ſe delectare. Cic. 2. Att. 2. 4. Interea cum Muſis quidem nos delectabimus animo æquo.

Valde delectare. Cic. Att. lib. 1. 1.

Delectat, more Imperſonalium. Cic. Q. fratr. lib. 2. 15. Me magis de Dionyſio delectat: ipſe enim eſt veterator magnus.

Prudens dici delector. Hor. 1. Epiſt. 16. 32.

Delectari in re aliqua. Cic. 1. de Fin. Idem 2. de Legib. 7. In hoc admodum delector, quod &c.

Delectari ab aliquo. Cic. in Orat. 195.

Duci ac delectari declamatorio genere. Cic. Q. fratr. lib. 3. 19. Ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

Nec criminibus inferendis amicus delectetur. Cic. de Amicit. 66.

Cogitatione quadam ſpeque delectari. Cic. pro Archia, 30.

Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur. Cic. pro Muren.

Opinione æquitatis delectari. Cic. Att. lib. 1. 20. Multi partim male-volentia, partim opinione æquitatis delectantur.

**Delectamentum**, i. n. [διαγωγὴ, ψυχαγωγία] Verbale. Recreatio. Cic. de Senect. 52. Poſſum perſequi permulta delectamenta rerum ru-ſticarum, ſed ea ipſa, quæ dixi, ſentio eſſe longiora. In emenda-tioribus codicibus legitur Oblectamenta. Idem in Piſon. cap. 25. 60. Inania ſunt iſta (mihi crede) delectamenta pene puerorum.

**Delectatio**, Verbale. [τέρψις, τερπωλὴ, ψυχαγωγία] Cic. 4. Tuſc. 20. Delectatio, voluptas ſuavitate auditus animum deliniens.

Delectationi eſſe. Cic. Att. lib. 13. 66.

Gaudium & delectatio. Cic. Poſt redit. in Senat. 13. In omni parte corporis ſemper oportere aliquod gaudium delectationemque verſari.

Delectatio & jucunditas. Cic. 3. de Orat. 153. Poſt autem delectatio jucunditaſque celebravit.

Suavitas & delectatio. Cic. 1. de Orat. 193. Mira quædam in cogno-ſcendo ſuavitas & delectatio.

Voluptas & delectatio. Cic. Fam. lib. 10. 20. Magna enim te delecta-tione & voluptate privaſti.

Ars plena delectationis. Cic. 1. de Orat.

Conviviorum delectatio. Cic. de Senect. 45. Neque enim ipſorum con-viviorum delectationem corporis voluptatibus magis quam cœtu ami-corum & ſermonibus metiebar.

Sermonis delectatio. Cic. de Senect. Ego vero propter ſermonis de-lectationem tempeſtivis quoque conviviis delector.

Fabulæ delectationis habent quantum voles, id eſt, multum. Cic. 2. de Divin. 113.

Studii, delectationiſque cauſa ſcribere aliquid. Cic. 2. de Legib. 14.

Popularis delectatio. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Afferre delectationem alicui. Cic. Fam. lib. 7. 1. Quæ popularem ad-mirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.

Delectationis cauſa aliquid agere. Cic. 1. de Orat. 249. Res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inviſere.

Allicere delectatione. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Duci delectatione audiendi. Cic. 1. Off. 105. Hominis autem mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aut aliquid anquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur.

Habere magnam delectationem. Author ad Herenn. lib. 4. 25.

Ab delectatione negotiis impediri, & Habere in occupatione delecta-tiones, contraria. Cic. pro Muren. 39.

Magna delectatione & voluptate aliquem privare. Cic. Fam. lib. 9. 24.

Amœnitas ad delectationem revocat. Cic. pro Lege Manil. 40. Non avaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquem revocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem.

**Delectatiuncula**, Diminutiv. Vives de Fœm. Chriſt. An & Ob-lectatiuncula eadem ratione dicitur? H. St.

**Delectus**, V. DELIGO, deligis.

**Delēgo**, [ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι] āre. ex DE & Lego q. V. Demandare, committere, onus imponere. Delegare dicimur, quum id quod no-ſtrum eſt, ad alium transferimus. Cic. 16. pro Domo ſua; Delegavi amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud im-ponerem.

Cauſam peccati facillime mortuis delegari. Hirt. lib. 8. 22. Bell. Gall. i. e. Imputari, in mortuos rejici.

Curam alicui. Quintil. in proœm. lib. 4.

Decus ad aliquem, pro Aſſignare. Liv. lib. 1. Bell. Pun.

Laborem alteri. Cic. Fam. lib. 8. 1. Tamen in hoc deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, quod hunc laborem al-teri delegavi.

Delegare exſcribendas pingendaſque imagines. Plin. lib. 4. Epiſt. 28. Ut apud Sueton. in Cæſ. 56. Delegare ordinandas bibliothecas.

Aliquem alicui negotio. Columel. lib. 3. cap. 10.

Delegabo te ad Epicurum. Sen. Epiſt. 18.

Delegare provinciam alicui, vel curam rei alicujus. Cic. Poſt delega-tam mihi hanc provinciam. Columel. lib. 11. cap. 2.

Officium alicui. Plin. Jun. in Epiſt. lib. 3.

Rem aliquam ad alterum. Cic. 2. de Orat. 125. Hæc ipſa quæ nunc ad me delegari vis, ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerunt.

Delegare ſpes ſuas fortunæ loci. Liv. lib. 6. 28. Has inanium re-rum inanes ipſas volventes cogitationes, fortunæ loci delegave-rant ſpes ſuas. Id eſt, Nomine loci Romanis religioſi & infauſti fidentes.

Delegare, apud Juriſconſultos, eſt Vice ſua alium dare reum credi-tori vel cui creditor juſſerit. Fit autem Delegatio vel per ſtipula-tionem, vel per litis conteſtationem. V. Gronov. ad Cic. Att. 12. 12. princ. Et L. Neſennius 41. D. de re judicata.

Delegare deos debitores, Sen. lib. 4. de Benef. Debitores nobis deos delegat, precaturque, ut illi pro ſe gratiam referant. Sic reſtituit optime Turnebus, Adv. 12. 9. quum in excuſis Derogat legatur. Delegat enim debitorem, qui alium pro ſe qui ſolvat, ſubſtituit. Volenti creditori. Imo nuſquam in excuſo Derogat. H. St. [V. not. ad l. Grut.

Delegare, Veteres pro Diſpeſcere poſuerunt, vel Diſpertire. Plaut. Amph. prol. 67. Si cui fautores delegatos viderint. Ex Nonio.

Delegare, Mittere. Cato cap. 30. Ubi ſementem facturus eris, ibi oves delegato.

Delegare, In legationem mittere. Liv. Decernunt ut duodecim dele-garentur.

Delegatum exilium, pro Relegatione. Sen. 1. de Clementia, Quod exilio contentus, & exilio delegato, Maſſiliæ parricidam continuit.

Delegatam pecuniam Paulus dixit, pro Decreta, conſtituta, ac aſſi-gnata, in l. 2. ad l. Jul. peculat.

Delegatus dicitur, Cui cauſſa committitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræſentans, & in juriſdictione nihil proprium ha-bens. l. 1. D. de offic. ejus cui mand. & juriſd.

**Delegatio**, Verbale. [ἐπιτροπὴ, ἐντολὴ] Ipſe delegandi actus.

Delegatio, pro Aſſignatione debiti, ut loquimur. Cic. Att. lib. 12. 3. Nomen illud, quod a Cæſare, tres habet conditiones: aut emptio-nem ab haſta, aut delegationem a mancipe, annua die, aut Vecteni conditionem, &c. Lib. 8. Cod. de Novat. & deleg. Delegatio de-biti, niſi conſentiente & ſtipulanti promittente debitore, jure per-fici non poteſt.

**Delegatorius**, a, um. Ut Delegatoriæ ſcil. Epiſtolæ quibus a Prin-cipe alicui quid faciendum delegatur vel præcipitur. Cod. Theod. l. 16. de Exact. Gloſſ. Gr. Lat.

**Delegatum**, i. n. Idem quod Legatum, ut, Ex delegato pupilli pecuniam ſolvere. l. 4. §. 26. ff. de dol. except.

**Delēnio**, īvi, ītum, [καταπραΰνω] ire. Quod & Delinire dicitur, idemque significat. Plaut. Asin. 2. 4. 28. Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse. Et Cic. pro Cœlio 35.

**Delenifĭcus**, Adject. [πραϋντικός.] Plaut. Milit. 2. 2. 37. Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias. Antiquum. Symmach. 3. Epist. 6.

**Deleo**, ēvi, ētum, [ἐξαλείφω, ἐξαφανίζω, λειαίνω, καταλειαίνω] ēre. a Leo antiquo verbo, vel Lino levi, significat Destruere: & ad Lineam & notam refertur. Cic. pro Cluent. Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit: &c.
Delere epistolam lacrymis. Cic. Fam. lib. 14. 3. Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis prope delevi. Hyperbole, Ad exprimendum ingentem mœrorem.
Delere tectorium & Inducere, contraria. Cic. 3. Verr. 145. Dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & novum inductum.
Delere, per translationem, ut Delere urbem. Cæs. 2. Bell. Civil. 12. Quin spe prædæ in urbem irrumperent, urbemque delerent. Sic Delere patriam. Cic. 4. Acad.
Delere & Servare, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 7. Sic delentur statim, illæ servantur sancte.
Extinguere & funditus delere. Cic. de Arusp. Responf. 6. Sic Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur.
Perimere ac delere omnino. Cic. Tusc. 117. Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius, &c.
Ætas non delevit quod olim lusit Anacreon. Hor. 4. Od. 9.
Ædificia deleta. Cic. 2. de Lege Agr. 87.
Tempus delevit amorem. Ovid. 3. Trist. 7.
Bella futura delere. Cic. de Amicit. 11.
Civem deleri. Sil. lib. 7. 550.
Copias delere. Cic. pro Lege Manil. 20.
Exercitum & imperatorem. Cæs. 6. Bell. Gall.
Homines deleti. Cic. pro Muræn. 74. Quorum alteri uno adventu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperii, &c.
Homines hominum impetu deleti, id est, bellis aut seditionibus. Cic. 2. Off.
Morte deleti homines. Cic. 1. de Nat. Deor. 90.
Vetustas delet famam operis. Ovid. 1. Met. 445.
Improbitatem extinguere atque delere. Cic. 1. Verr. 26. Omnino improbitas (id quod Pop. Rom. jandiu expostulat) extinguenda atque delenda sit.
Infamiam judicii ex animis hominum delere. Liv. lib. 4. ab Urbe.
Nummulis acceptis jus ac fas omne delere. Cic. Att. lib. 1. 13.
Extincto Senatu, deletisque judiciis. Cic. 3. Off. 3.
Leges delere. Cic. pro Sextio 56.
Maculam bello aliquo susceptam. Cic. pro Lege Manil. 7. Et quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta.
Memoriam immortalem beneficii alicujus. Cic. in Parad.
Memoriam discordiarum, oblivione sempiterna. Cic. 1. Philipp. 1.
Memoria nominis deleta. Cic. pro Flacc. 60. Nominis prope Romani memoriam cum vestigio imperii non modo ex ædibus Græcorum, verumetiam ex literis esse deletam.
Molestiam delere. Cic. Q. fratr. lib. 3. 24. Delevit enim mihi omnem molestiam recentior epistola.
Nomen Pop. Rom. Cic. Att. lib. 10. 6.
Oblivio delet. Cic. pro Deiot. 13. Quæ unquam vetustas obruet; aut quæ tanta delebit oblivio?
Oblivione delere. V. oblivio.
Opprobria delenda. Sil. lib. 16.
Religionem hominum delere. Cic. 1. de Divin. 8.
Rempub. Cic. Post redit. in Senat. 3.
Senatum. Cic. 13. Philipp.
Orbita iterata priores sulcos delet. Stat. 6. Theb. 415.
Veritatem. Cic. de Amicit.
Vestigia pedum. Stat. 1. Achil. 60.
Urbem. Lucan. lib. 3.
Urbem cruore & flamma. Cic. ad August.
Delere, pro Mitigare. Cic. Att. 1. Tamen habet quiddam profecto quod magis in animo ejus insederit, quod neque epistolæ tuæ, neque nostra legatio tam potest facile delere, quam tu præsens, non modo oratione, sed tuo vultu illo familiari tolles.

**Deletio**, Verbale. [ἐξάλειψις] Lucil. lib. 26. Deletionem nostri ad unum exercitus.

**Delebĭlis**, Adj. [ἐξαλειπτός] Quod deleri potest. Martial. lib. 7. Epigr. 83.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet.

**Delētor**, oris. [ἐξαλείπτης] & **Delētrix**, īcis. Qui vel Quæ delet & destruit. Cic. de Arusp. Resp. 23. Tum est illa in templo Castoris scelerata & pene deletrix hujus imperii sica deprehensa.

**Deletĭlis**, Adj. [ἐξαλειπτικός] Dicitur non quod deletur, sed Quod delet. Varro Modio, Si displicebit tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem.

**Deletitius**, Adj. ut Charta deletitia. Ulp. in l. Chartæ. D. de Bonorum poss. secun. tabul. Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam.

**Deletus**, ûs. Tertull. Adversf. Marc. 2. 24.

**Delephat**, [δελεφατ] Veneris stella matutina, sic a Chaldæis dicta, quam alii Phosphorum vocant. De hac Cic. 2. de Nat. Deor. Apul. Martian. & cæteri.

**Deleteria** Medicamenta, [δηλητήρια φάρμακα] A medicis appellantur Noxia, & mortifera, quæ scilicet, quum a calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celerius, alia tardius mortem inferunt. V. Galen. lib. 3. de Temperam.

**Delius**, **Deliacus**. V. delos.

**Deliades**, Sculptoris nomen apud Plin. lib. 34. cap. 8.

**Deliastæ**, [δηλιασταί] Athenis homines dicebantur quidam, qui Delphos ad consultanda oracula mittebantur, ut scribit Philochorus apud Sophoclis interpretem in OEdip. Colon. V. Hesych. Harpocr. Suid.

**Delibĕro**, [βουλεύομαι, γινώσκω, μεριμεράζω, φροντίζομαι] āre. a Libella, qua quid perpenditur, dictum est, authore Festo, Ter. Adel. 2. 1. 42.
Delibera hoc, dum ego redeo leno.
Deliberare utrum. Cic. Fam. lib. 12. Deliberant utrum trajiciant legiones ex Africa, necne.
Statuere & deliberare. Cic. 3. Verr. 1. Iste certe statuerat ac deliberaverat non adesse.
Deliberandum & concoquendum. Cic. pro Rosc. Com. 45. Tibi vero Piso diu deliberandum & concoquendum est, utrum potius, &c.
Amplius deliberandum censeo. Ter. Phorm. 2. 3. 17.
Noctem sibi ad deliberandum postulavit. Cic. Post redit. ad Quirit. 12.
Spatium deliberandi habere. Cic. 1. Off. 33.
Delibero, Consulo aliquem. Cic. 2. de Fin. 34. extr. Qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium, sed cum cupiditate, id est cum animi levissima parte deliberat. Budæus.
Deliberare cum amicis. Cic. 2. de Fin.
Deliberare de absolvendo Apronio. Cic. 5. Verr. 28. &c.

**Deliberatur**, Imperf. Cæs. 7. Bell. Gall. 15. Deliberatur de Avarico in communi consilio, incendi placeret, an defendi.
Utri consulendum sit, deliberetur. Cic. 2. de Invent.
Deliberatum est, id est, Fixum, & decretum est. Cic. 7. Verr.
Certum est, deliberatumque. Cic. pro Rosc. Amer. 31.
Deliberatum est mihi. Cic. Att. lib. 15. Mihi vero deliberatum est. ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe, in qua &c.
Statutum cum animo, ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 95.
Deliberatum & constitutum est mihi. Cic. 1. de Lege Agr. 25. Præsertim quum mihi deliberatum & constitutum sit, ita gerere Consulatum, quo uno modo geri graviter & libere potest.

**Deliberatus**, Partic. [βεβουλευμένος] ut Mors deliberata. Hor. 1. Od. 37. 29.

**Deliberatus**, [βουλευτός] Nomen ex Partic. Cic. Fam. lib. 5. 2. Neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me, &c.

**Deliberatum**, i. n. [βεβουλευμένον.] Cæs. 1. Bell. Civil. Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.

**Deliberātor**, [βουλευτής] Verbale. Cic. pro Sextio 34. extr. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte duplicata est.

**Deliberatio**, Verbale. [συμβουλία, βούλευσις.] Cic. 1. Off. 9. Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio.
Deliberatio & consultatio. Cic. 3. Off. 50. Sapientem & bonum virum fingimus, de ejus deliberatione & consultatione quærimus.
Deliberatio & demonstratio, genera sunt causarum. Cic. 1. de Invent. 12. V. deliberativus.
Difficilis deliberatio. Cic. pro Lege Manil. 27.
Ad deliberationes aliquos adhibere. Cic. 1. Philipp.
In deliberationem illud cadit. Cic. 1. Off. 9.
Ex deliberatione constans causa, ut belli. Cic. 2. de Orat. 1.
Consumere deliberationem in aliquid agendo. Cic. Post redit. ad Quirit. Quæ deliberatio non in reddenda, &c. sed in augenda mercede consumpta est.
In deliberationibus omnem orationem consumere. Cic. de Fato 2.
Habere domi deliberationem de aliqua re. Cic. 1. Philipp. 2.
Habet res deliberationem. Cic. Att. lib. 7. 3. Habet enim res deliberationem, etsi ex parte magna tibi assentio.
Inciditur deliberatio. Cic. 2. de Orat. 336. Inciditur enim omnis jam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si &c.
Introducere deliberationem aliquam. Cic. 3. Off. 17.
Suscipere deliberationem alicujus. Cic. Att. lib. 14. 13. Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor: ita multa veniunt in mentem in utranque partem.

**Deliberatīvus**, Adj. [συμβουλευτικός.] ut Deliberativum genus orationis. Cic. 1. de Invent. 55. & Quintil. lib. 3. Ergo pars deliberativa, quæ eadem suasoria dicitur.
Causa deliberativa. Cic. 1. de Invent. 155.
Materiæ deliberativæ, judicialesque. Quintil. lib. 2. cap. 1.

**Deliberabundus**, Adject. [βουλευόμενος] Deliberans. Liv. 2. ab U. C. 45. Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

**Deliberium**, i. n. Gloss. Lat. Gr. idem quod Consilium.

**Delībo**, [λείβω, ἀπογεύομαι] are. Degustare, & primis labris attingere.
Contentus delibasse cibos. Claud. de Bell. Get. 26. 351.
Artes delibare. Ovid. 1. Fast. 169.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Totus ab auspicio ne foret annus iners. Id est leviter attingit & exercet primo anni die.
Novum honorem. Liv. 5. ab Urbe. Hoc est, velut Degustare magistratum recens institutum, vel eum gerere.
Causam narratione. Quintil. lib. 4.
Delibare, pro Decerpere. Cic. de Senect. 78. Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus.
Flosculos orationis alterius delibare & carpere. Cic. pro Sextio 119.
Delibare de gloria alterius. Cic. de Invent. 2. 39. Id est, Auferre.
De honestate. Cic. 2. de Invent. 174. Quod sit in præsentia de honestate delibatum, virtute aliquando & industria recuperetur.
De laude jejuni hominis quicquam. Cic. Fam. lib. 10. 21.
Benefaciendi materiam. Plin. in Paneg.
Delibare, Violare, destruere, vitiare. Columel. lib. 2. cap. 2. extr. Neve aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo jugo truncum delibet, ramumque deplantet. Varro 2. de R. R. cap. 2. Ne toto die cursantes inter se teneri delibent aliquid membrorum.
Delibare honestatem. Gell. lib. 1. cap. 3. Rependitur quippe & compensatur leve damnum delibatæ honestatis.

Flos delibatus populi dictus est ab Ennio Cethegus, aut potius a Pop. Rom. Id est Eloquentia excellenti. Cic. de Clar. Orat. C. 15. Delibutus, alii legunt, alii Illibatus.

DELIBATIO, onis. f. Florent. in l. Legatum est. D. de Leg. 1. Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod universum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

DELIBĬTO, āre. Idem quod Delibo. Cic. Fam. 9. 16. Solebam enim antea delibitari oleis & lucanicis tuis, &c. Sic enim legit Turnebus, non delectari, hoc sensu, Tu me tua promulside antea delibabas, ac meam famem diminuebas illis primis ferculis, quam tibi integram & illibatam ad omnia cœnæ fercula afferam, neque primis illis missibus eam perdam & consumam, ac delibabo: sed ut integer & recens ad reliqua fercula veniam, principio cœnæ abstinebo. Ut autem ab Appello appellito, a Cœno cœnito deducitur, pari ratione a Delibo delibito derivatur. Hæc Turnebus. Adversf. 6. 1. V. etiam Parei Lex. Crit. p. 674. & ad l. Viris Doctis notata. Est enim hic quoque locus valde vexatus.

DELĪBRO, [λεπιφλοιόω] are. Librum, id est, Corticem arbori detrahere. Columel. lib. 4. cap. 24. Cortex quoque aridus, fissusque per summa trunci dependens, corpore tenus delibrandus est.

DELĪBRO, as. a Libra compositum, [σταθμάομαι] Ponderare. Gell. lib. 15. cap. 8. Quid relinquitur, nisi ut delibrari sibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur?

Delibrare, Aquam sulco derivare. Festus. In MSS. Delirare. q. V. f. l. & infra LIRA.

DELIBRATUM, authore Nonio, Decorticatum: ut Deartuatum, Per artus discissum. Virg. 2. Georg. 77.

— udoque docent inolescere libro. Hæc Nonius.

DELIBUO, ĕre. Madefacere, inungere. Cyrilli Gloss. Solin. 18. Unguentis etiam delibuit.

DELIBŪTUS, Adj. ex Particip. [ἀληλειμμένος] Unctus, quasi Oleo, aut alio liquore imbutus. Columel. lib. 7. cap. 4. Ubi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Martial. lib. 11. 99.

Delibutus medicamentis. Cic. de Clar. Orat. 60. Qui devinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.

Delibutus capillus. Cic. pro Rosc. Amer. 46. Ipse vero quemadmodum composito, & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videtis Judices.

Cruore Nessi delibutus Hercules. Hor. Epod. 17. 31.

Rubrica delibuta imago. Author ad Herenn. lib. 3.

Sanie delibutum aliquid. Cic. 1. Tusc. 106. Ex antiquo quodam poeta.

Dona delibuta veneno. Hor. Epod. 3. 13.

Hoc delibutis ulta donis pellicem
Serpente fugit alite.

Delibutus gaudio. Ter. Phorm. 5. 6. 17. Transtulit ad animum quod est corporis, inquit Donatus.

Delibutus perjuriis. Sallust. in Cic. 1. Uxor sacrilega, ac perjuriis delibuta. Plaut. Pœnul. 1. 2. 56. & Trucul. 4. 4. 1.

DELICATUS, Adj. [τρυφερός, ἁβρός] Mollis & deditus deliciis. Delicata dicebant Diis consecrata, quæ nunc Dedicata. Unde adhuc manet Delicatus, quasi Luxui (al. Lusui) dicatus. Festus. V. DEDICATUS. Cic. 6. Verr. Nostrum enim unusquisque, qui tam beati, quam iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Et lib. 2. de Orat. 196. Filius delicatior.

Adolescens delicatus. Cic. de Clar. Orat. 53. princ.

Delicatissimus amnis, id est, Leniter fluens, cui opponitur Rapidus & violentus. Plin. Jun. in Epist. Sic Delicatum littus, Cic. 7. Verr. pro Amœno.

Muliebris & delicatus ancillarum, puerorumque comitatus. Cic. pro Milon. 28.

Delicatum convivium. Cic. Att. lib. 2. 14.

Voluptaria & delicata disciplina. Cic. 1. de Fin. 37. Ut tollatur omnis error imperitorum, intelligaturque ea quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina, quam gravis, quam continens, quam severa sit.

Domus. Sen. Hippol. 2.

Delicatissimum fastidium. Cic. 1. de Fin. 2. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.

Libidinosa & delicata juventus. Cic. Att. lib. 1. 16.

Puella tenellulo delicatior hœdo. Catul. ad Coloniam 17.

Puer lepidus & delicatus. Cic. 2. in Catilin. 23. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt.

Delicatior & mollior ratio. Cic. 5. de Fin.

Delicatior sententia. Plin. lib. 15. cap. 2.

Sermo delicatus & convivio dignus. Cic. 1. Off. Turpe enim valdeque vitiosum, in re severa convivio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem.

Delicatissimis versibus exprimere omnia conviviorum genera, cœnarumque, & adulteria. Cic. in Pison. 70.

Delicata vita. Cic. 2. Tusc. 11.

Delicatæ & obscœnæ voluptates. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.

Molles & delicatæ voluptates. Cic. 1. de Nat. Deor. 40.

Delicatus debitor, est quasi Luxui consecratus: quod enim nunc Dedicatum, prius Delicatum dixere. Ulp. de pig. act. in Fin. l. si servos. Igitur hæc, inquit, a judice erunt dispicienda, ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.

Delicatus & Delicata dicitur etiam substantive pro puero vel puella, cujusmodi Dominis in delitiis erant. V. Turneb. Adv. 22. 15. Torrent. ad Suet. Vesp. C. 3. Casaub. ad Spartiani Adr. c. 41. Burm. ad Petr. C. 63.

DELICĀTE, Adv. [τρυφερῶς] ut Delicate cœnitare. Varr. 3. de R. R. cap. 4.

Recubare molliter & delicate. Cic. 3. de Orat. 60.

Delicate & molliter vivere. Cic. 1. Off. 30.

Delicate vestiri. Columel. lib. 11. cap. 1. Cultam, vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate.

DELICIUM, ii. in plur. DELICIÆ, arum. [παίγνια] Oblectamentum quod nobis voluptati esse solet. Martial. lib. 13. 98.

Delicium parvo donabis dorcada nato.

Delicium domus. Martial. lib. 7. 49.

Gloria conspicuæ deliciumque domus. De Fonte.

Delicium digamma, Formianum suum agrum intelligit Cicero, quod ab F digammate Ælio incipiat. Att. lib. 9. 9. In emendatioribus ex scripto antiquissimo codice exemplaribus legitur, Deli tuum digamma videram. V. Græv. ad l.

Delicia, æ. Plaut. Trucul. 5. 1. 29. conf. Rud. 2. 4. 13. & Pœnul. 1. 2. 152. At ego ad te ibam. s. ad me delicia? Sed antiquum est & inusitatum.

Amor & deliciæ. Cic. 6. Verr. 2. Unde igitur potius incipiam, quam ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in deliciis fuit.

Mel & deliciæ. Cic. Fam. lib. 8. 8. Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse.

Multarum deliciarum & magnæ pecuniæ locus. Cic. de Lege Agr.

Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cic. pro Muren. 13.

Cogitatio supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates. Cic. in Paradox. 1.

Votorum deliciæ. Juven. 10. Sat. 291.

Alexandrinæ deliciæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Deliciæ meæ Dicæarchus, per appositionem. Cic. 1. Tusc. 77. Sic Catullus, Passer deliciæ meæ puellæ. 2. 1: 3. 4.

Deliciæ pueri. Plaut. Perf. 2. 2. 22. Pægnium, deliciæ pueri, salve. Sic dictum est ut Delicias hominum a Juvenale, Sat. 6. 46. pro Delicato homine. Budæus. [Hominis rectius legitur, nec sensum affecutus est Bud. V. l.

Deliciæ nostræ. Virg. 9. Ecl. 22. Per delicias nostras, intelligit Communem amicam. Servius. Idem 2. Ecl. 2. Delicias domini. Hoc est, Qui domino in deliciis erat.

Faciles deliciæ. Ovid. 13. Met. 831.

Illepidæ atque inelegantes deliciæ. Catul. 6. 1.

Loquaces deliciæ. Stat. 5. Sylv. 5. 67.

Pueriles. Cic. 3. de Orat. 78.

Regificæ. Claud. 8. Paneg. 336.

Luxu carentes. Stat. 1. Sylv. 3. 93.

Alicujus delicias se dicere. Cic. pro Domo sua. 62.

Dicere delicias. V. DICO.

Excutere delicias. Claud. 2. in Eutrop. significat Amovere. 20. 147.

Facere delicias & libidines. Catul. 42. 23. Ovid. 2. Trist. 349.

Delicias facere, pro Dissimulationibus jocularibus uti. Plaut. Men. 2. 3. 30. — eja delicias facis, mi Menæchme: quin amabo is intro? hic tibi erit rectius. Id est quod vulgari sermone dicimus, Nimium est hoc frustrari & illudere, quod te tandiu rogari vis. Budæus.

Fugare delicias animi. Catul. 68. 26.

Habere in deliciis aliquem. Cic. Att. lib. 6.

Implere aliquem deliciis. Ovid. 3. Amor. 13. 18.

Inficere animum deliciis. V. INFICIO.

Novis luxuriare deliciis. Ovid. 16. Epist. 192.

Infantiam statim deliciis solvimus. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Esse in deliciis alicui. Cic. in Vatinium testem, 20. Illi autem quibus erat in deliciis, vix risum tenebant.

Deliciæ, in malum, pro Morositate. Cic. Att. lib. 1. 12. Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. V. Quintil. 1. 11. p. 116. & 12. 8. princ.

Deliciæ & ineptiæ. Cic. in Orat. 39. Quo magis sunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles: quorum ætas quum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis, vel potius ineptiis abfuerunt.

Deliciarum causa, ut Animi causa. Cic. 13. Verr. 26. Quos Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat a suis publice.

DELICIA est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur. Unde tectum Deliciatum, & tegulæ Deliciares. Hæc Festus. Sic dictæ, quod inde aqua Deliciatur. V. COLLICIÆ & DELIQUIÆ.

DELICIOLÆ, dimin. Cic. 1. Att. 7. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me ut sponsorem appellat.

DELICIOLUM, Sen. Epist. 12.

DELĬCO, [ἐκδηλόω] are. pro Dedicare ponebant veteres, inquit Festus.

Delicare; Explanare, indicare. Accius Achilli, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica. Cæcilius Obolo state, Imo vero hæc sol ante solitus sum, res delicat. Titinn. lib. 5. Quid istuc est, aut istic sibi vult sermo? mater delica. Nonius. 2. 225. Antiquum.

DELĪCO, ĕre. Illicere, antiquis. Titinn. lib. 5.

Quod ea parasitus habeat, qui illum sciat
Delicere, & noctem facere posset de die. Nonius. 4. 12.

DELĬCIES, ei. f. Apul. Apol. 1. Critias mea delicies. Idem de Deo Socrat. Edit. Colvii p. 285. Ales viduata delicie.

DELĬCIOR, ari. Ruricius 2. Epist. 42. Volatilia deliciari, id est, Comedere cum delectatione.

DELICIĀTUS, a, um. V. DELICIA.

DELICIŌSUS, a, um. Plenus deliciis. Sedul. Orat. Dom. de Tent. Ambros. Serm. 67. extr. Sen. Epist. 12. Mart. Capell. lib. 7. p. 236. Rutil. Itiner. v. 378.

DELICTUM, V. DELINQUO.

DELICUS Porcus qui dicatur, exponit Varr. 2. de R. R. cap. 4. his verbis, Quum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque jam lactantes dicuntur.

DELĬGO, [ἀποδέω] āre. Idem ac Alligare, Varr. de R. R. lib. 1. cap. 47. Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis, herbæque elidendæ.

Deligare ad palum. Cic. 7. Verr.

Naves ad anchoras. Cæs. 4. Bell. Gall. 29.

Apud mensam. Plaut. Men. 1. 1. 13.

Deligata in linteolo grana. Plin. lib. 22. cap. 25.

Vulnus deligavit aliquis antequam hæc ars esset. Quintil. lib. 2. cap. 17.

DELĪGO, ēgi, ectum, [ἐπιλέγομαι, ἐκλέγω] ĕre. ex De & Lego compositum: Deligere est, quod magis idoneum ad rem agendam est, de multis

de multis cernere & assumere. Liv. 1. ab Urbe, Deligere generum. Cæs. 3. Bell. Gall. Duces vero hi deliguntur, &c. Cic. pro Lege Manil. 22. Tum de imperatore deligendo esse dicendum.

Bona deligere & Rejicere, contraria. Cic. de Legib. 60.

Deligere aliquem ad extrema Reipub. discrimina. Cic. pro Domo sua 24. Nos quod nominatim rei maximæ pene jam desperatæ, summum virum sæpe ad extrema Reipub. discrimina delectum præfecimus, a te reprehendemur?

Aliquem ad imitandum. Cic. 2. Off. 46. Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.

Comites delegi. Virg. 5. Æn. 191.

Famulum sibi. Claud. 7. Paneg.

Castris locum idoneum. Cæs. 1. Bell. Gall. 40.

Lumina ipsa ex florentissimis ordinibus. Cic. pro Milon. 21.

Magistratus deligit Populus Romanus, quasi Reip. villicos. Cic. pro Planc. 62.

Multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit & possit imitari. Cic. Q. fratr. lib. 1. 1. §. 3.

Deligere ex omni numero. Cic. 4. Verr. 44.

Sibi oppida maritima domicilio. Liv. 9. Bell. Maced.

Deligere optimum virum ad sacra Idæa accipienda. Cic. 5. de Fin. 3.

Ex Senatu aliquos in consilium deligere. Cic. pro Rosc. Amer. 3. Qui ex civitate in Senatum, propter dignitatem, ex Senatu in hoc consilium delecti estis, propter severitatem.

Unum ex cunctis deligere. Cic. de Lege Agr. 2. 23.

In deligendo genere vitæ ratio habenda est. Cic. 1. Off.

Potestas deligendi ex populo data. Cic. 2. de Lege Agr.

Deligere, pro Colligere. ut, Ovid. 4. Epist. 30.

Et tenui primam deligere ungue rosam.

**Delectus**, Partic. [ἐπιλεγμένος] ut, Delecti ad omne facinus coloni. Cic. de Lege Agr. 17.

Ad rem aliquam delectus. Cic. pro Rosc. Amer. Ad eamne rem vos reservati estis, ad eamne rem delecti, ut eos condemnaretis, &c.

Juventus delecta. Virg. 9. Æn. 162.

Nativum & delectum malum. Cic. pro Domo sua; Nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illud nativum, & hoc delectum malum sanare posset?

Ab omni ordine delecti Oratores. Virg. 7. Æn. 152.

Delecti viri, Fortes & præcipui, vel Egregii. Cic. 1. Tusc.

**Delectus**, ûs. Verbale. [ἐπιλογή.]

Delectus, & discrimen. Cic. 4. Verr. 50. Omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulisset.

Delectus & judicium. Cic. pro Cluent. 128. Quod idem facere censores in delectu dignitatis, & in judicio civium & in animadversione vitiorum, qui convenit?

Delectus & notatio judicum etiam in nostris civibus haberi solet. Cic. 5. Philipp. 31.

Dignitatis delectus in beneficentia fit. Cic. 1. Off. 45.

Verborum delectus. Cic. de Clar. Orat. 72. Primoque in libro dixerit, Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

Virtutis delectus. Cic. pro Corn. Balb. 49.

Sine ullo delectu, sine pop. notione, sine judicio Senatus addicere alicui aliquid. Cic. de Lege Agr. 56.

Adhibere delectum. Cic. 5. de Fin. 90. Mihi quidem etiam lautius videtur quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur.

Delectu aliquo aut sapientia non ducitur ad judicandum populus, sed &c. Cic. pro Planc. 9.

Judicio suo delectum habere aliquem. Cic. Q. fratr. lib. 1. 1.

Habere delectum civis & peregrini. Cic. 1. Off. 149.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi. Cic. 1. Off. 49.

Nullum rerum delectum relinquere. Cic. 1. Off. Qui tamen haberent jus suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset.

Tenere delectum rerum. Cic. 1. de Fin. 33.

Delectus militum proprie dicitur, cum de actu ipso milites conscribendi, tum de conscriptis recens militibus. Gr. τῶν στρατιωτῶν καταγραφή. de quo V. Lips. de Mil. Ro. l. 1. Dial. 2. seq. Sunt qui Dilectus perpetuo scribendum contendunt. Cæs. 8. Bell. Gall. Nam Cn. Pompejus legionem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu provinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dedit.

Superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus exercitus. Cic. de Provinc. Consul. Hæc & seqq. de Milit. delectu.

Agere vel habere delectum. V. AGERE & HABERE. Liv. 2. ab Urbe.

Conficere delectum. Cæs. 6. de Bell. Gall.

Decernere. Liv. lib. 3.

Edicere. Liv. lib. 2.

Facere delectum. V. FACIO.

Facere certum studiorum delectum nemo dissuaserit. Quintil. lib. 2. cap. 8. quam formulam tamen impugnat Valla, quem V. 5. 61.

Instituere delectum. V. INSTITUO.

Intermittere. Cæs. 1. Bell. Civil.

Mandare. Liv. lib. 5. Bell. Pun.

**Delectio**, onis. f. Agrætius Vet. Gramm. ait Alicujus rei examinatæ delectionem appellamus. Nam Diligi affectionis, Deligi judicii est. V. Vopisc. Aurel. cap. 40.

**Delector**, ōris. Frontin. Strateg. 4. 1. 3. Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: tu grandes elige, ego eos fortes reddam.

**Delīmo**, [ἀπορρινίζω] āre. De re aliqua limare. Plin. lib. 34. cap. 11. Alii delimatam æris scobem aceto spargunt.

**Delimatio**, ōnis. f. apud Apul.

**Delimator**, ōris. Gloss. Cyrill.

**Delimum**, i. n. vel **Delima**, æ. f. Idem videtur esse, quod Lima apud Arnobium 6. p. 200. ubi simulacra vocat descobinata delimis. at Heraldus divisim legit, de limis.

**Delingo**, inxi, [ἐκλείχω] ĕre. Idem quod Lingere. Plaut. Curcul. 4. 4. 6. Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Idem Pers. 3. 3. 24. Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem. V. Erasm. Chil. 3. 7. 33. & 4. 4. 27.

Delingere plenum cochleare. Cels. lib. 3. cap. 22. Ita ut illius cyathus sorbeatur, hujus cochleare plenum paulatim delingatur.

**Delīnio**, pro Delenio, īvi, ītum, [κηλέω, θέλγω] īre. Idem quod Lenire.

Delinire, per translationem, pro verbis Demulcere & Irretire. Plaut. Stich. 3. 2. 4. Ut eum advenientem meis dictis deliniam.

Delinire animum suavitate. Cic. 4. Tusc.

Delinire animos præda, pretio, sermone. Liv. 1. ab Urbe. Cic. 5. Verr. 157. & 2. Off. 48.

Delinire atque corrumpere blanditiis. Cic. 1. de Fin. 33. Qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, &c.

Fovere hominum sensus, delinire animos, & adhibere voluptates. Cic. pro Muren. 74.

Plebem largitione. Cic. pro Milon. C. 35. Ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. i. e. Muneribus placaret, ut sequitur, plebem.

Pellicere, capere & delinire. Cic. pro Cluent. 13. Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.

**Delinītus**, Partic. [κηληθείς] Titinn. Verum enim dotibus deliniti, ultro etiam uxoribus ancillantur. Nonius. 2. 26. Cic. 1. de Orat. C. 9. Genus hominum in montibus ac sylvis dissipatum, non prudentium consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delinitum, se oppidis, mœnibusque sepsisse.

Illecebris voluptatis delinitus. Cic. Fam. 15. 16.

Non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinita mulier. Cic. pro Cluent. 28.

Delinitus, Mente alienatus, ut ait Nonius. 4. 115. Plaut. Amph. 2. 2. 214. Delinitus sum profecto, ita ut me qui sim, nesciam. Lucil. lib. 28. Concedat homini id quod vult, deliniat, corrumpat prorsus, ac nervos omnes. V. DELINIMENTUM.

**Delinītor**, Verbale. [θελκτήρ] Cic. de Clar. Orat. 70. Ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile esset) cum judicio ipso, cujus delinitor esse debet Orator, jurgio sæpe contenderet.

**Delinitio**, Verbale. [θέλγμα] Cic. 2. Off. 16. Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breve tempus exiguumque duratura sit.

**Delinimen**, ĭnis. Symmach. 3. Ep. 11. Delinimina aurium.

**Delinimentum**, [θελκτήριον, θέλγητρον] Idem quod Delinitio. Liv. 4. ab Urbe, Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis, Volani agri divisionem objici. Idem 10. Bell. Pun. Vitæ delinimenta monstraveram tibi. Tacit. lib. 15. Agric. 21. 3.

Delinimenta, pro Venenis, veneficiis, & poculis amatoriis. Afranius Vopisco, apud Nonium. 1. 1.

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

Liv. l. 39. C. 11. Hispalæ concubitu carere eum x. noctes non posse; illius excetræ delinimentis & venenis imbutum, nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habere. Ita explicat utrumque locum Brœk. ad Tib. 1. 6. 7. V. DELINITUS.

**Delinio**, [διαγράφω] are. Liniamenta formæ ducere. Plin. lib. 35. cap. 10. Arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete deliniavit. DELINEO & Delineavit scribendum est.

**Delĭno**, ĭni, īvi & ēvi, ītum, [ἀπαλείφω] ĕre. Fœdare, corrumpere. Cic. ad Calvum, Tuli moleste, quod literæ delitæ mihi ante redditæ sunt. Ex Priscian. lib. 9. sub fin.

**Delinquo**, īqui, ictum, [πλημμελέω] ere. Proprie est Prætermittere quod non oportet præterire, inquit Festus. Cic. 3. de Nat. Deor. 90. Ferretne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset? Plaut. Men. 2. 1. 46. Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi.

Aliquid delinquere. Cic. 2. de Lege Agr. 99. Sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me a vobis deprecentur.

Delinquere erga aliquem. Plaut. Epid. 3. 3. 9.

In ancilla siquis delinquere possit. Ovid. 2. Amor. 8. 9.

In aliqua re delinquere. Cic. 2. de Invent. 33. Idem pro Cluent. Quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis & supplicii metus est a majoribus constitutus. De milite.

Delinquere in vita. Cic. 2. Tusc. 12. Artemque vitæ professus, delinquit in vita.

Delinquere minus est quam Peccare, unde obligationes ex delictis privatis nasci dicuntur: accusationes ex criminibus. Cic. 2. de Invent. 34. Nam necesse est eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere.

**Delinquor**, pass. Papinian. in l. Si adulterium. §. Fratres denique. D. ad Legem Juliam De adulteriis, Adulterii crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur.

Siquid delinquitur, fit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismetipsis. Cic. 1. Off. 41.

Parum delictum est. Cic. pro Cæcin. In jure parum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, dejici neminem posse.

**Deliquium**, ii. [ἔκλειψις, λειποθυμία] Defectus. Plaut. Capt. 3. 4. 93.

Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio sit.

Id est, Diminutioni. quidam nominativum esse volunt.

Deliquium solis, inquit Festus, a Delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo. Plin. lib. 2. cap. 12. Hinc quoque medici recentiores & Latini vocant animi deliquium pro affectu illo, quem quidam syncopen vocant. Falluntur itaque qui a Liquendo deducunt. V. Varr. de L. L. 6. 5. & Voss. Etym. p. 291.

**Deliquum**, i. [ἧττον] Id est, Minus. Plaut. Cas. 2. 2. 33.

Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi
Deliquom'st. Id est, Nihil tibi deest propterea. conf. Fest. & Douz. ad loc. Plautin. Explan. L. 2. C. 2. & Viris Doctis not. ad Fest.

DELICTUM,

DELICTUM, i. [πλημμέλεια] Minus est quam Peccatum. Plaut. Bacchid. 5. 2. 52.
Sine hoc exorare me obsecro abs te, ut istud delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum.
Atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Plin. lib. 14. cap. 1.
Manifestus delicti. Tacit. lib. 2. 85.
Author, & reprehensor delicti. Ovid. 17. Epist. 219.
Liber a delictis. V. LIBER.
Terrarum delicta. Stat. 1. Theb. 214. i. e. humani generis.
Majus delictum. Cic. pro Cæcin. 7. Quo delictum majus est, eo pœna tardior.
Parvum. Cic. 1. Off. 13. Quæ autem parva videntur esse delicta, neque a multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum.
Coercere delicta suppliciis. Hor. 1. Sat. 3. 79.
Commoveri delicto suo. Cic. Fam. 5. 17. Et illud adjunges, homines sapientes turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum injuria commoveri.
Defendere delictum. Hor. in Arte Poet. 442.
Domare delicta. Claud. 8. Paneg. 310.
Ob delictum expetunt pœnas ab aliquo dii. Cic. pro Marcel. 18.
Fateri delicta. Ovid. 2. Amor. 4. 3.
Luendum morte delictum. Sen. Hippol. 8.
Inque vicem illorum patiar delicta libenter. Hor. 1. Sat. 3. 141.
Piare delicta. Silius lib. 17.
Stringuntur pectora delicto. Ovid. 5. Trist. 6. 21.

DELINQUENTIA, æ. Tertull. de Resur. Carn. cap. 46.

DELICTOR, ōris. Cyprian. Epist. 59. cap. 1.

DELIQUEO, cui, [τήκομαι] ēre. neutrum. vel DELIQUESCO, delicui, ĕre. In totum resolvi & dissolvi. Ovid. 4. Met. 252.
Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit.
Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum musto. Columel. lib. 12. cap. 41.
Deliquescere, per translationem. Cic. 4. Tusc. 37. Nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili deliquescat. Hoc est, Mollescat, inquit Budæus.
Deliquescat fors. Plaut. Casin. 2. 4. 28. vulgo Decolassit, vel Decoll. q. V.

DELIQUIÆ ut Colliquiæ, quæ stillicidia excipiunt in cavædio. Vitruv. lib. 6. cap. 3. Cavædia autem displuviata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes stillicidia rejiciunt. Aliqua exemplaria habent Arcam sustinentes. V. DELICIA.

DELIQUIUM, V. DELINQUO.

DELĬQUO, [ἐκχέω] āre. a Liquore formatum, significat Effundere. Columel. lib. 12. cap. 39. Deinde post viginti vel triginta dies quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare. V. Varr. de L. L. 6. 5.

DELIQUO, are. Vetustum verbum est, quod valet Aperire, declarare, ut docet Nonius. Titinn. lib. 5. Quid istuc est, aut quid sibi vult sermo? mater deliqua. Lucret. lib. 1. 423.
At contra gravius plus in se corporis esse Deliquat, &c.

DELĪRO, [παραληρέω, παραπαίω] are. De recto recedere. Verbum ductum ab Arantium lira. V. Nonius 1. 62. Hoc alii non a Liris Rusticorum, sed a Græcorum λήροις deducunt; quos Plautus Latio donavit. Pœn. 1. 1. 9. Gerræ germanæ atque ædipol liræ, id est, Nugæ meræ. Liræ, ut Adelphœ, id est, Adelphi apud Terent. ex Ἀδελφοί. A liris ergo Lirare (quemadmodum apud Græcos a λήροις ληρεῖν) id est, Ineptire, & Delirare. Tò, De enim auget, cui originationi favent & Veteres Glossæ, in quibus sunt, Delerus, ληρῶν, παράληρος, Delerat, παρανοήσει, ληρεῖ. E enim pro I antiquorum more positum, alteræ Græco-latinæ clarius. λῆρος, Delirus. Frustra igitur est qui inter Delerus & Delirus distinguit. De λήροις etiam quædam ex Hesychio & Græcis Epigram. Scal. in Varronem notat.
Delirare, per translationem, A recto & æquo, & a communi sensu recedere. Hor. 1. Epist. 2. 14.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Cic. 2. de Orat. 75.
Desipere, delirare, dementem esse. Cic. 1. de Nat. Deor. 95. Summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas.
Delirare, & mente captum esse. Cic. 1. Off. 94. Omnique in re quid sit verum videre & tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare & mente captum esse.
In aliqua re delirare. Cic. 1. de Divin. 35. Utar igitur, nec abducar ut rear aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari.
Acumen delirat. Hor. 1. Epist. 12. 20.
Delirat linguaque, mensque. Lucret. lib. 3. 454.

DELĪRANS, Partic. [παραληρῶν] ut Delirans senex. Ter. Adel. 4. 7. 43.
Delirans in libris suis, quos scripsit. Cic. 1. de Nat. Deor. 95.
Delirantia dicta. Plaut. Amph. 2. 1. 38.
Somnia delirantium. Cic. de Nat. Deor. 1. 16. 42. Exposui fere non philosophorum judicia, sed delirantium somnia.

DELĪRUS, Adject. [παράφρων] Qui delirat. Plaut. Amph. Adeo me istic hodie delirum fecit. Sic apud Cic. 2. de Orat. 18. Deliri senes.
Anus delira. Cic. 2. de Divin. 68. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet?
Scriptor delirus, & iners. Hor. 2. Epist. 2. 126.

DELIRATIO, Verbale. Plin. lib. 18. cap. 20. Hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa quod vocant lirare, operientes semina: unde primum appellata deliratio est.

DELIRATIO, [παραφροσύνη] Vitium peculiare senibus. Cic. de Senect. 11. Ista similis Stultitia (quæ Deliratio appellari solet) senum levium est, non omnium. Idem 2. de Divin. 43. O delirationem incredibilem.

DELIRAMENTUM, i. n. [λήρημα] Ipsa deliratio. Plaut. Amph. 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem Men. 5. 5. 21.

DELIRIUM, ii. n. Idem quod Deliramentum. Cels. lib. 5. cap. 27. Illa perniciosa est, quæ vel levi vulneri supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet.

DELIRITAS, pro Deliratione. Laberius, Quænam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit, &c. Nonius 8. 56.

DELIRIŌSUS, a, um. Vet. Interp. Irenæi. 1. 9. Deliriosa loqui.

DELĬTEO, ui. a quo DELITESCO, ui, [διαλανθάνω, κατακρύπτομαι, λοχάομαι, ἐμφωλεύω] ēre. Ejusdem cum suo simplici Lateo significationis. Plaut. Rud. 2. 5. 9. Amat hercle me, ut ego opinor: delituit mala. Plin. lib. 36. cap. 5.
Delitescere in ulva per noctem. Virg. 2. Æn. 135. Varr. 3. de R. R. cap. 12. Ubi interdiu lepores delitescunt, in virgultis atque herbis. Cæs. 4. Bell. Gall. 32. Noctu in sylvis delituerant.
Delitescere, & Se aperire, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 53. In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis se rursum aperiendo, nihil immutat sempiternis seculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. De Saturni stella.
Delitescere & Prosilire, contraria. Cic. pro Cœlio 62. Constitui locum jussit balneas Xenias, ut eo mitterent amicos qui delitescerent: deinde repente, quum venisset Licinius, venenum traderet, prosilirent, hominemque comprehenderent.
In aqua delitere. Ovid. 2. de Arte Am. 472.
In parva casa. Idem ibidem 240.
In cubilibus delitescunt bestiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. extr.
Delituit cœlum. Stat. 3. Sylv. 1. 71.
Delituit cœlum, & subitis lux candida cessit
Nubibus.
Privato loco delituisse. Ovid. 3. Trist. 1. 80.
Occultata delituit virtus. Stat. 10. Theb. 477.
Exilio aliquem delituisse. Ovid. in Ibin. 12.
Delitere, vel Delitescere, per translationem. Cic. pro Cæcin. 61. Juris judicium quum erit, & æquitatis, cave in ista tam frigida, tam jejuna calumnia delitescas.
Delitescere in authoritate alicujus. Cic. 4. Acad. 15. Qui constitutam philosophiam everteret, & in eorum authoritate delitesceret, qui negavissent quicquam sciri, aut percipi posse.
Delitescere sub tribunitia umbra. Liv. 4. ab Urbe. Ubi illi partritii spiritus, ubi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat: sub tribunitia umbra Consularem virum delituisse.

DELĬTENS, Partic. [διαλανθάνων] Plin. lib. 35. cap. 1. Non placent jam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia. Delitescentia emendat. H. St.

DELITĬGO, āvi, ātum, āre. Hor. de Arte Poet. 94.
Iratusque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est, Vehementer litigat.

DELIUS, [Δήλιος] Adj. a Delo. V. DELOS.

DELIUM, [Δήλιον] Oppidi parvi nomen, in Tanagra regione; ut author est Stephanus.

DELLI, Lacus erant breviores, bullientibus aquis insignes, non longe a Catana, miræ profunditatis: quos incolæ Crateras vocant. Hos Poetæ fingunt fuisse fratres Palicos, Jovis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Jove gravidam, metuens iram Junonis, optavit ut sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, reclusa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocaverunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quod prius in terram demersi, denuo reversi sint. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quod per eos credantur in lucem esse reversi, & lacus ipsos Dellos vocant. Qui tanta olim veneratione habiti sunt, ut circa eos juramentum exigi soleret, Siquis in furti suspicionem venisset, prius tamen accepto fidejussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet.

DELMINIUM, vulgo DEMNA, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptolmæum. lib. 2. cap. ult.

DELOS, [Δῆλος] Insula in Ægeo mari, omnium Cycladum clarissima, Apollinis templo & mercatu nobilis. Dicta Delos (ut docet Aristoteles) quod quum mersa esset, subito apparuit. Nam δηλοῦν, Ostendo significat. Hæc primo Pyrpile dicta ab igne ibi primum reperto. A quibusdam Cinthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynethum. Sed in primis Ortygia: quoniam in ea primum coturnices inventæ sunt, quas Græci Ortygias vocant. Hæc ex Plin. lib. 4. cap. 12. V. 3. Verr. 48. & Hygin. in Fabula 53.
Dele, vocativo, apud Statium legitur, lib. 3. Theb. 438.
— ipsa tua Mycone, Gyaroque revelli,
Dele, times.
Natalis Apollinis Delos. Hor. 1. Od. 21. 10.
Candida Delos. Ovid. 21. Epist. 82.
Erratica. Ovid. 6. Met. 333.
Hospita gentibus. Stat. 1. Achil. 206.
Latonia. Virg. 3. Georg. 6. Hoc est, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam: quam insulam ante vagam Apollo stabilem fecit, ut in tertio legimus, v. 76. Mycone celsa, Gyaroque revinxit. Servius.

DELIĂCUS, [Δηλιακός] Qui ex Delo est. Unde æs Deliacum, & Deliaca dicta sunt vasa ex ære pretioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. V. Plin. lib. 34. cap. 2.
Mercatus Deliacus. Idem lib. etiam 34. cap. 2.
Vasa Deliaca. Cic. pro Rosc. Amer. C. 46. Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis.
Deliaca supellex. In qua erant Triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis. V. Baysium.
De nave Deliaca Plutarch. lib. An seni gerenda Resp. p. 786. Gr. ἡ Δηλιάς. V. Reines. Var. Lect. l. 3. C. 5. p. 424. Meurs. in Theseo C. 16.
Deliaci, fuere mercatores, qui Delum frequentabant, ubi nobilissimus erat mercatus. Cic. pro Cornel. Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum, & L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari.
Deliacos valde solerter curasse Gallinarum ὀρνιθοτροφίαν & exinde magnos

magnos fructus percepisse docet Varro de R. R. 3. 9. ad quem locum V. Jos. Scalig. ubi & qui apud Petron. cap. 23. Recisi Deliaci manu sint interpretatur. Deliacorum etiam gallinariorum Columella meminit, l. 8.C. 2. & Cic. 4. Acad. 18. 85. V. Turneb. Adv. 19. 7. adde Erh. & Burm. ad loc. Petr. C. 23. p. 78.

**Delius**, [Δήλιος] aliud Adj. Quod Apollini & Dianæ frequentius tribuitur.
Antra Delia. Stat. 5. Sylv. 3. 4.
Apollo Delius. Virg. 3. Æn. 162. Cic. 1. Verr. 47. de N. D. 88.
Ornatus foliis Deliis Dux. Hor. 4. Od. 3. 7. Id est, Laurea corona, Porphyr.
Dea Delia, Diana. Hor. 4. Od. 6. 33.
Nemoralis Delia, absol. Stat. 9. Theb. 627.
Vates Delius. Virg. 6. Æn. 12. Id est, Apollo fatidicus. & sic ait Delius, ut Lyciæ sortes, id est, Apollineæ. Servius.

**Delphacia**, [Δελφάκεια] Insula in Propontide, de qua Plin. lib. 6. cap. ult.

**Delphax**, acis. [δέλφαξ] Porculus est lactens, ut ostendit Epicharmus, ducto vocabulo a Delphys, quæ vox apud Pollucem Vulva est: unde & Adelphi, inquit, dicuntur fratres, qui ex vulva prodierint eadem. Sed proprie ex hoc delphax femellam signat, veluti quæ delphyn habeat, id est, vulvam. Delphacium vero, sunt qui vulgo temporalem dictum Suem intelligant. Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 7.

**Delphi**, [Δελφοί] tam pro Oppido, quam pro Oppidanis, plurali tantum numero, sicut Gabii. Est autem civitas in Bœotia juxta Parnassum, dicta a Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto. Ibi Apollo clarissimum templum habuit, & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur. Ibi primo Tellus, dein Themis, tandem Phœbus responsa dedere, teste Pausania in Phocicis. Phœbum seu Apollinem Constantinus M. ex adyto suo extraxit, tripode Constantinopolin lato. Socrat. 1. 16. Hist. Eccles. ubi eum ævo suo fuisse scribit Priscianus lib. 1. Deletum funditus est Templum Delphicum terræ motu & fulminibus, nec postea unquam restitutum. V. de Oraculo Pythio Delphis erudita multa in l. de Divinat gen. Peuceri. Et apud Van Dalium de Oraculis. Responsa ejus intricata & ænigmatica fuerunt, qua de re V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 210.
Delphi umbilicus orbis. Liv. 8. Bell. Maced. 38. 48. Etiam Delphos, quondam, commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt.
Sortilegi Delphi. Hor. in Arte Poet. 219.
Insignes Apolline Delphi. Hor. 1. Od. 7. 3.
Taciti Delphi. Claud. 8. Paneg. 144.

**Delphicus**, Adject. [δελφικός] ut Delphica laurus, quod victores Delphis ea coronarentur. Est & Viridior laurus. Plin. lib. 15. cap. 30. vel Delphica laurus, quod Apollini sacra esset. Claud. in Gigant.
Delphicus Apollo. Ovid. 2. Met. 543. & 677.
Pytho Delphica. Tibul. lib. 2. 3. 27. Pro ipsis Delphis. V. Broœckh.
Delphicus gladius, de re dicebatur ad diversos usus accommodabili; quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conviviis, & clypeorum vice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit hujus gladii, cum Euripides in Tragœdiis, tum Aristoteles Politicorum lib. 1. cap. 1. & de Partibus Animalium l. 4. cap. 6. Quadrabit in pauperes, qui ob penuriam eandem vestem aut aliam rem quampiam ad varios usus accommodant. Hæc & plura Erasm. in Chiliad. Alciatus tamen lib. 7. Parerg. cap. 6. Illud, inquit, non omiserim, gladium Delphicum simpliciter accipi, quia ad aram Apollinis Delphici Pyrrhus sit occisus: & nihil pertinere ad Delphicam machæram, cujus Aristoteles lib. 1. Politic. mentionem facit: quanvis aliter Parœmiographo visum sit. Erat illa machæra in supellectile, & prima tantum parte ferrea, ut pro ense esset: cætera lignea, ut aliis quoque usibus accommodaretur, quod Grammatici veteres tradiderunt. Delphicus vero gladius ad eos referri potest, qui eodem fato, eodemque vindice pereunt.
Delphica mensa. Cælius lib. 8. cap. 6. Delphinida poculorum mensam vocat in Lexiphane Lucianus, his verbis: ποτήρια δὲ ἔκειτο παντοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος τραπέζης. Id est, Pocula vero omnimoda jacebant in mensa Delphinide. Hanc Porphyrio Latine Delphicam vocavit, quum ait Hor. 1. Sat. 6. 116.

Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet.

Lapis albus, id est, Mensa marmorea, quam vocant Delphicam. Juvenal. item significavit 3. Sat. 205.

— & recubans sub eodem marmore Chiron.

De his meminit & Plin. lib. 34. cap. 4. Ex ære, inquit, factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Sed & Paulus in l. 3. in princ. D. de supellect. legat. Supellectile legata hæc continentur: mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, &c. V. Cic. 4. Verr. 59. & Wow. ad Petron. cap. 22. p. 75. Burman.
Sic & Commentator a Cruquio editus p. 375. LAPIS ALBUS, Mensa marmorea, quam Delphicam vocant, scilicet quæ pretii non est magni: τριπεδὴς τράπεζα. In Glossario: Abaci Delphica μονόπεδον, ὡς ὁ ἰουδαϊκός. H. St.
Delphicum [Δελφικόν] vero, uti scribit Procopius, l. 3. erat locus in Palatinis ædibus, in quo versari ac cibum capere consuessent principes: quod ex Græcæ linguæ usu factum arbitratur. Nam & ibi, inquit, stabat tripus, super quo ab regiis pincernis statuuntur pocula, & Latini mensam ejusmodi, Delphicam item nuncupant. Hæc Cælius. Ant. Lect. 8. 6.
Delphica vasa sunt, quorum nulla mutata forma, varius & multiplex usus est. Nanque ita erant facta, ut duplici facie diversis usibus inservirent, nunc poculorum vicem præstantia, nunc clypeorum usum: tam elaboratæ artis Delphi vasa habebant. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 1. cap. 10.
Delphica Sibylla quædam fuit, quæ ante Trojana bella vaticinata est, & pleraque Homerum operi suo carmina ex illius vaticiniis accommodasse ferunt. Alii Cumanam, quæ Amalthæa dicta est, dicunt fuisse Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 16.



Delphici thesauri, ab authoribus ubique celebrati sunt, in quibus & lateres aurei a Crœso dicati visebantur, & pretiosa segmenta ab Helena & Eriphyle eidem affixa templo cernere licebat. Quæ quia sacrilegas admoventibus manus, aut omnino ausis gestare pessimum peperere exitium, proverbii sibi locum vendicant, non secus ac Tolosanum aurum, itemque Sejanus equus, apud Gellium. Historia vero sic habet, Bello sacro Delphica pecunia, & quicquid ibi pretiosius erat, cessit in prædam. Inter reliqua vero ipsa hæc, de quibus diximus, segmenta: quæ duorum ex Phocensibus ducum, qui id bellum gerebant, uxores, ut est muliebre ingenium, avide oblata arripuere, protinusque collo circumdedere, ut ipsis tum est visum, ornamenta præsignia: ut mox docuit eventus, interitum exitialem. Ea siquidem, cui Helenes monile obvenit, turpiter prostituto corpore, pudicitiæ jactura & famæ dispendio, quæ bene sentientibus vita quoque comparatur, pœnas facinoris perpetrati luisse fertur. Alteram vero crudelior excepit pernicies: nam furentis filii vecordia tectis injecto igni, viva exusta est. Meminit Plutarch. lib. de Iis qui serius a numine castigantur, & ex eo Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 13.

**Delphiticus**, a, um. apud Martial. lib. 11. 22.

**Delphis**, idis. f. Pro sacerdote Delphica usus est Martial. 9. Epigr. 43.

Nec Delphis tua mentiatur ulli.

Delphis autem m. idem qui Delphin, quia Dicatalectum Græcis. V. Avien. Phænom. v. 700.

**Delphicŏla**, æ. m. Apollo Delphis habitans. Auson. Technopægn. C. de Historiis. v. 73.

**Delphin**, inis. vel **Delphinus**, ini. m. [δελφίς] Genus piscis marini. Plin. lib. 9. cap. 8. Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum est delphinus, ocyor volucre, ocyor telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret, medio pene in ventre, nullus piscium celeritatem ejus evaderet. Ab hoc autem pisce, ut ex Plutarcho accepimus, hujusmodi fertur adagium, Delphini in terra vis. Id in eos promptum videtur, qui quod nesciunt, judicant, & in quod minus valeant, toto conatu petunt, nec se intra pelliculam continent, supra crepidam aliquid ambitiosius affectantes. Cœl. l. 8. C. 6.
Curvi delphines. Ovid. 2. Met. 265.

— nec se super æquora curvi
Tollere consuetas audent delphines in auras.

Pandi delphines. Ovid. 3. Trist. 10. 43.

Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere, conantes dura coercet hyems.

Delphini se in portum conjicientes significant tempestatem. Cic. 2. de Divin. 145. Gubernatores quum exultanteis loligines viderint, aut delphinos se in portum conjicientes, tempestatem significari putant.
Delphina pelvis non capit, [λεκάνη δελφῖνα οὐ χωρεῖ] Proverbium elegans, quo utimur innuentes re pretiosa quem videri indignum. Sicuti apud Seleuciam superbe pronuntiavit rhetor Amphicrates, quum amplius rogaretur, ut artis suæ documenta inibi promeret. Meminit Rhodig. Antiq. Lect. 21. cap. 9.
Delphinum cauda ligas, Delphinum natare doces proverbialia sunt de operibus frustratis. T. Vespas. Imper. admodum amans utilissimi præcepti σπεῦδε βραδέως, Festina lente, adumbrari illud in publicis curavit numismatis figura Delphini ancoram complectentis, ut Delphinus festinationem, ancora, quia navem sistit, tarditatem repræsentaret. Probat & Gell. 7. 8. Delphinos φιλανθρώπους, id est, Hominum amantes; id quod multis ac variis probat exemplis Plutarchus in lib. de Industr. Animal. Quo pertinet & illa historia de Delphino, quam Plin. 9. Epist. 33. elegantissime exponit. adde Athen. lib. 13. p. 606. Ob hanc φιλανθρωπίαν hujus animalis, pro sacrilegio habitum videtur illius carne vesci Casaub. ad Athen. 7. 7.
De Delphino in nummis Spanh. Diss. 4. p. 224. seq.
Delphinus, Genus vasis argentei cælati. Plin. lib. 33. cap. 11. Delphinos quinis millibus sestertiis in libras emptos C. Gracchus habuit. L. vero Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis c.
Delphinus, Stella apud Varr. lib. 2. de R. R. cap. 5. Maxime idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu usque ad dies xl. & paulo plus. V. Hygin. in fabula 194. & rursum lib. 2. & 3. conf. Plin. 18. 26. & 31.
Delphini ærei sunt pondera in organo Hydraulico, sive Horologiis appensa, a forma sic dicta Vitruv. 10. 13.

**Delphiniscus**, [δελφινίσκος] diminutiv. Parvus Delphin, Aristoteli; eadem forma, qua Cic. Divin. 1. 23. Paniscum, parvum Pana & Satyriscum, parvum Satyrum, appellat. Cæl. Antiq. Lect. lib. 8. cap. 6.

**Delphini** portus apud Ingaunos Ligures, non longe a fluvio, quem Feritorem vocant, collocatur a Plin. lib. 3. cap. 5.

**Delphinia** Diana. V. DELPHINIUM & DELPHINIUS.

**Delphis**, sive **Delphin**, ut inquit Aristophanis interpres, Instrumentum est nauticum, tum plumbeum, tum ferreum, quod in bello navali pendens ex antenna, ubi se ostendisset occasio, in hostiles naves demittebatur, deprimendi causa. Erat autem animalis figura compactum, unde & nomen. Thucyd. lib. 7. navem delphinophoron vocat, ex qua propenderet delphin ejusmodi: meminit & Pherecrates. Julius Pollux delphina pro parte navis accipere videtur, quum ait: Carinæ affixum dicitur phalcis, sive lesbium, aut clitopodium, cujus postrema pars ad proram vergens, parembolis, sub qua embolum, quo nomine quidam rostrum intelligunt. Medium vero inter proembolida & embolum, stira, id est carina. Super embolum stat, inquit, delphis, quando navis fuerit delphinophoros; nisi quis Pollucem quoque de instrumento sensisse videri malit. Nostris tamen temporibus celocium altius surrectum rostrum recurvum, vulgus nauticum delphina appellat. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 8. cap. 6. Adde Scheff. de Mil. Nav. 2. 5. p. 136.

**Delphinum**, Galli vocant aut natu maximum Regis filium, aut si filius non sit, designatum Regem, hoc est, Eum qui Regi successurus

rus est ob generis propinquitatem: ad hunc proprie pertinet ea Regio quæ Delphinatus dicitur. V. Conring. de Fin. Imp. Rom. Germ. cap. 24. & Berneg. ad Sueton. Cæs. cap. 79.

DELPHINIS, idis. Mensa V. DELPHICA mensa.

DELPHINIUM, [δελφίνιον] Herba est florem habens purpureum, violæ non dissimilem, sesquipedales ex una radice surculos emittens, folia autem divisa & prælonga, quæ Delphinorum effigiem repræsentant, unde tractum est nomen. Alterum præterea est Delphinii genus, quod Romani Buccinum vocant, superiori non dissimile, sed ramis longe gracilioribus. Utriusque meminit Dioscor. lib. 3. cap. 77.

DELPHINIUM, [Δελφίνιον] Arx in Chio, & Templum Apollinis in Attica. Pollux. 8. 10. dicit forum esse judiciale Athenis ab Ægeo constructum, Apollini Delphinio & Delphiniæ Dianæ dedicatum, ubi judicabatur de his, qui factum non negabant, sed jure factum ajebant. Judicium in eo primum Thesei factum est, dum interfectos quidem a se latrones fateretur, sed jure diceret interfectos. Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 6.

DELPHINIUS, [Δελφίνιος] Portus, Sacer dictus, contra quem antiqua jacet Eretria in Euboea, navigationem LX. stad. habens. Hæc Strab. lib. 9.
Delphinius Apollo cognominatus, non quia is in delphina deformatus classi ducem se præstitisset, sed quod delphinem emiserit, quem consequuti Cretenses Cirrham sint delati. Ex Plutarch. in Comment. Terrestria prudentiæ amplius sibi vendicent, an aquatica. Colebatur item Delphinia Diana, ut apud Jul. Polluc. lib. 8. observavimus.
Fuit & apud Æginetas Delphinius mensis, Apollini Delphinio sacer, quo etiam mense ei sacrificium & rem divinam faciebant. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 6.

DELPHUSA, [Δελφοῦσα] Fons est insignis apud Delphos, Sed

DELPHUSIA, Urbs Arcadiæ est. Utriusque meminit Steph.

DELTA, [Δέλτα] Ægypti insula in Nilo, non longe ab Alexand. ita dicta, quod literæ Græcæ Δ imaginem referat. Hirt. Bell. Alex. cap. 27. Steph.
Est Delta item nomen urbis, non procul a Syria, teste Steph.
Delta, Regio quædam est apud Argivos hoc nomine, in qua Dianæ cognomento πειθοῦς sacellum visitur, quod Hypermnestra condidit, quum in judicio patrem rejecisset, a quo illi facessebatur negotium, quod Lynceo pepercisset, contra quam proposuisset is. V. Rhodig. lib. 11. cap. 26.

DELTOIDES, [δελτοειδής] Medicis dicitur musculus in brachio, ea in parte quam brachii caput ambit, qua jam etiam totius manus initium est. Nominatur autem sic quod Δ literæ Græcorum figuram quodammodo repræsentet. Galen. lib. 3. de Anatom. Administ.

DELTŌTON, [Δελτωτόν] Cic. in Arato,

> Andromedæ signum, Deltoton dicere Graii
> Quod soliti, simili quia forma littera claret.

Aliis minorum siderum aliquod, quod Triangulum vocamus, inter Andromedam & Arietem, Deltoton est. V. Hier. Vital. Lex. Math. Manil. 1. 352. In Cicerone autem l. c. conjunctio Et, post signum, subaudienda. V. Hygin. lib. 2. & 3. Commentarios quoque in Aratum.

DELŪBRUM, i. [τέμενος] Templum, præcipue Paganum. V. Barth. ad Claud. p. 867. Ita dictum quod ibi Dii ponantur: sicut Candelabrum dicitur ubi Candela ponitur. V. Plin. 36. 15. princ. Alii ea tantum Templa appellari Delubra volunt, in quibus Labra sunt ad abluenda corpora. Alias derivationes V. infra. Locus item est, in quo dei simulacrum dedicatum est. Plin. lib. 13. cap. 16. Præcipuam autem esse eam arborem circa Ammonis delubrum. Cic. 1. de Nat. Deor. Virg. 2. Æn. 225.
Delubrum, inquit Festus, dicebant Fustem delibratum, hoc est, decorticatum, quem venerabantur pro deo. V. ibi Dacer.
Delubrum, Locus ante aras, dictus a Deluendo. Religio enim sacrificii apud antiquos exigebat, ut ante sacrum, sacrificulus manus ablueret. V. Ascon. in Div. Cic. Verr. & Christoph. Coleri Parerg. cap. 2.
Delubrum dictum, inquit Servius, quod uno tecto plura complectitur numina: ut est Capitolium, in quo est Minerva, Jupiter, Juno.
Aræ & delubra dei alicujus. Cic. 3. de Nat. Deor. An hæc quoque dea est? Vidimus enim ejus aras delubraque in Græcia.
Pro deorum templis atque delubris certamen. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris.
Alta deorum delubra. Virg. 4. Georg. 541.
Alta superûm delubra vaporant. Stat. 5. Theb. 174.
Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 1. Act. in Verr. 14. Neque hoc solum in statuis publicis, ornamentisque fecit, sed etiam delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est.
Decora deûm delubra. Lucret. lib. 2. 352.

> Nam sæpe ante deûm vitulus delubra decora
> Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Ditia delubra donis. Ovid. 2. Met. 77.
Religiosissima delubra. Cic. Divin. in Verr. 3. Quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.
Sancta deûm delubra. Lucret. lib. 6. 416.
Summa. Virg. 2. Æn. 225.

> At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt.

Musarum delubra colere. Cic. pro Archia 11.

DELUCTOR, [παλαίω] āri. Idem quod Luctari significat. Plaut. Pers. 1. 1. 4. Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim.

DELUCTO, as. activ. Plaut. Trinum. 4. 1. 20. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro?

DELŪDO, ūsi, ūsum, [ἐμπαίζω] ere. Deridere, & decipere. Ter. And. 1. 2. 32. Ubivis facilius passus sim, quam in hac re me deludier. Cic. de Lege Agr. Deludi vosmetipsos diutius a Trib. plebis patiemini?
Deludere dolis. Ter. And. 3. 4. 4.
Terra deludet arantes. Propert. lib. 2. 15. 31.
Guttur delusum inani cibo. Ovid. 8. Met. 826.
Delusisse etiam dicuntur gladiatores, quum, ut in digladiando fit, aliquod membrum laxarunt aut læserunt, ut jam ludere non possint: aut quum causarii facti sunt, ut interquiescere cogantur, nec spectaculum sui dare possint. Plinius, l. 36. C. 27. Luxatis potus medetur, ut licet videre gladiatores, quum deluserunt, hac juvari potione. Turnebus. l. 22. Adv. C. 5.

DELUDIFĬCOR, [διαπαίζω] āri. Idem quod Deludere, Ludificari. Plaut. Mostel. 4. 3. 41. Deludificatus est me hodie in perpetuum modum. Item

DELUDIFICO, Plaut. Rud. 1. 2. 53.

DELUSIO, ōnis. f. Arnob. 4. p. 127.

DELUSOR, ōris. apud Firmic.

DELUENTINUS, Deus peculiaris Crustumenis fuit, quem ut patrium deum coluisse feruntur, ne quando hostili vastarentur incursu. V. Alex. Genial. Dier. lib. 6. cap. 4. & Cæl. Rhod. lib. 22. cap. 3.

DELUIT, Solvit, inquit Festus, a Græco διαλύειν. Gloss. Deluo ἀπολούομαι.

DELUMBO, [ἀποσφύω] āre. Lumbos extrahere, debilitare. Plin. lib. 28. cap. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur.
Delumbatæ radices. Plin. lib. 19. cap. 6. Nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatæ alant, neque distrahant.
Delumbare sententias, per translationem. Cic. in Orat. 69. Nec minutos numeros sequens concidat, delumbetque sententias. Id est, Enervet, decurtetque.

DELUMBIS, e. Quod lumbis caret; & ideo Debile: in lumbis enim, corporis virtus sita est. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdix prægravem aut delumbem sese simulans.
Delumbe carmen, pro Molli & effœminato. Pers. 1. Sat. 104.

> — summa delumbe saliva
> H[illegible] in labris.

DELUO, ui, ūtum, [ἀπολούω] ĕre. Depurgare & diligenter lavare. Cato cap. 116. Laserpitium aceto deluito. Alii legunt Diluito. [Recte. Deluere, Madefaciendo aliquid delere. Varr. Obortæque inter legendum lacrymæ literas deluebant. Fortasse legendum Delebant.

DELUS, Mons in Bœotia, apud quem erat Apollinis templum, & post illud duo mirabili suavitate fontes, copia aquarum ac frigiditate insignes: alterum φοίνικα, id est, Palmam vocant: reliquum Oleam, sicuti commeminit in libro, Cur oracula defecerint, Plutarchus: ubi & natum Apollinem narrant. V. & Plutarch. in Pelopida.

DELUTAMENTUM, i. n. a verbo Deluto. Cato, cap. 128. Terram quammaxime cretosam amurca infundito, paleas indito. Sinito quatriduum, fracescat: ubi bene fracuerit, rutro concidito: ubi concideris, delutato. Ita neque aspergo nocebit, neque mures caveas facient, neque herba nascetur, neque delutamenta scindent se.

DELUTATIO, Idem quod Lutatio apud Augustin.

DELŪTO, āre. Luto aspergere, vel tegere. Cato, cap. 99. Granarium totum oblinito crasso luto: postea conspergito amurca omne quod delutaveris. Ubi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito: curculio non nocebit. Sed hic alia exemplaria habent Lutaveris. Idem cap. 128. Habitationem delutare quum voles, terram quammaxime cretosam vel rubricosam sumito.

## D E M

DEMĀDEO, ui, [νοτίω] ēre. Idem quod Madere. Ovid. 5. Trist. 4. 40.

> Et te flente suos demaduisse sinus. Sed V. Burman.

DEMADESCO, ĕre. Scribonius Largus, Compos. 73. V. Barth. Advers. 40. 4.

DEMĀDES, [Δημάδης] ex Remige (ut docet Quintil. 2. 16. p. 192. Burm.) Orator Atheniensis, plurimum potentia & opibus valuit: quod nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam in Remp. quæreret, ingentes divitias per luxum ac libidinem perdidit. Quumque esset ætate confectus, & luxu simul & avaritia perditus, in eum solebat Antipater cavillari, nihil ei, sicuti & cæsis victimis, præter linguam superesse. Cic. hunc nihil scripsisse author est in Bruto. Plura apud Plutarchum in Vita Demosthenis.

DEMÆNĔTUS, Viri proprium nomen apud Plaut. in Asin.
Demænetus Parrhasius quum in sacrificio, quod Arcades Jovi Lyceo humana etiamtum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasset, & in lupum esset conversus, idem decimo post anno restitutus, athletice certavit in pugilatu, victorque Olympia reversus est. Refert Plin. ex Agriopa authore lib. 8. cap. 22.

DEMAGIS, pro Minus, antiqui dicebant. Festus. [Sed Nonius Valde magis exponit, & Gloss. σφοδρῶς. Unde probabili conjectura Dacerius Nimis restituit.
Demagis, pro Valde magis. Lucil. lib. 16. Rex Cotus ille duos hos ventos Austrum atque Aquilonem novisse ajebat, solos demagis istos ex nimbo austellos, nec nosse, nec esse putare.

DEMANDO, [ἐπιτρέπω, ἐπισκώπτω] āre. In totum committere.
Demandare alicui curam alicujus rei. Liv. 8. 36. Curam eorum nominatim Legatis Tribunisque & Præfectis demandabat. Idem 1. 33. pr. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus, &c.
Aliquid demandare curæ alicujus. Liv. 5. 27.
Vicem suam demandare alicui. Sueton. in Calig. cap. 41. Et cuidam proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos Equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique jussisset, exultans rediit, gloriansque nunquam se prosperiore alea usum. *Apres qu'il eut baillé son jeu à jouer, &c.*

DEMANDATIO, ōnis. f. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 48.

DEMĀNO, [ἀπορρέω] āre. Idem quod Manare. Catul. 52. 9.

> Lingua sed torpet, tenueis sub artus
> Flamma demanat, sonitu suopte
> Tinniunt aures, gemina teguntur
> Lumina nocte. Item Gell. 17. 11.

DEMARĀTUS, i. m. [Δημάρατος] Lacedæmoniorum dux, quum exularet apud Athenienses, bellique contra patriam cerneret apparatum, plus se debere patriæ, quam Atheniensibus existimans, clam Lacedæmonios certiores fecit. Justin. 2. 10. 13.
Fuit & Demaratus, Tarquinii Superbi pater, qui Corintho in Hetruriam se recepit, quod Cypselum tyrannum ferre non posset, ut scribit Cic. 5. Tusc. 109. V. Liv. 1. 34.

Alium

Alium Demaratum Rhodium vixisse temporibus Philippi Macedonis, auctor est Plutarch. in Vita Alexandri. [Phocionis fol. 256. ed. Gr. Bas. & Ælian. V. H. 1. 25.
Ex Demarato historico adduxit nonnulla Jo. Stobæus. V. Voss. de Hist. Græc. 3. p. 271.

DEMARCHUS, i. m. Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartianus in Vita Adrian. cap. 19. Fuit Demarchus in patria sua, Athenis Archon. Aristophan. interp. Demarchi, inquit, scribebant in diariis eorum nomina, qui Reipublicæ aliquid debebant: libellos item lexiarchicos penes se servabant, populumque ad leges accipiendas convocabant. Plaut. Curcul. 2. 3. 7.

DEMARETIUM Numisma, [Δημαρέτιον νόμισμα] Numisma est a Gelone Acragantinorum tyranno, ex Demaretæ uxoris mundo muliebri cusum apud Siculos, uti a Pindaricis interpretibus relatum est.

DEMEA, æ. Persona est apud Ter. in Adel. dura ac rustica. Unde, Demeæ, Homines rustici, duri & asperi dicti sunt. [Oratorem hoc nomine impudentem & vanum in Timone Lucianus inducit.

DEMEACULUM, V. DEMEO, āre.

DEMEMINI, isse. apud Martialem legitur pro Obliviscor, lib. 2. 59.
Ipse jubet mortis dememinisse Deus. Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt qui hoc in loco malint legere, Te meminisse. [Nec aliter in emendatis codd. expressum. V. Rader.

DEMENS, entis. Adj. [παράφρων, παράνους] Sine mente, insanus. Ter. And. 3. 1. 10. Quid hoc? Adeone est demens ex peregrina?
Compar. Cic. in Pison. 47. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus, &c.
Superl. Inconsideratissima ac dementissima temeritas. Cic. de Arusp. Resp. 56.
Scelere demens. Cic. 3. in Catil. 11. Tum ille subito scelere demens, quanta conscientiæ vis esset, ostendit.
Demens, Improvidus, qui non considerat. Virg. 6. Æn. 171.
Sed tum forte cava dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina divos.
Actus furiis Orestes demens. Hor. 2. Serm. 3. 135.
Animus demens. Sen. Hippol. 2.
Cura. Valer. 6. Argon. 474.
Discordia. Virg. 6. Æn. 280.
Furor. Propert. lib. 1. 13. 20.
Tantus erat demens inter utrosque furor.
Impetus. Sen. Herc. fur. 11. — Compesce dementem impetum.
Otium. Plin. lib. 2. cap. 23. Nec ut mensura (id enim velle, pene dementis otii est) sed ut tantum, &c.
Somnia dementia timidum terrent. Propert. 3. 8. 15.
Strepitus. Hor. 3. Carm. 13. 29. — audiat invidus
Dementem strepitum Lycus.

DEMENTIA, æ. f. [παράνοια, παραφροσύνη] Idem ac Amentia. Cic. 3. Tusc. 5. Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, eandemque dementiam.
Aspera dementia. Propert. 2. 6. 17. De certamine Centaur. & Lapith.
Popularis turbulentaque dementia civium perditorum. Cic. in Brut.
Robusta vetusque dementia. Claud. de Bell. Gild. 14. Dementiam vocat hoc loco Furorem & insaniam bellorum.
Quæ te dementia cepit? Virg. 2. Ecl. 69.
Depravatus dementia. Cic. 4. in Catil. 22. Qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, &c.
Solvere aliquem dementia. Hor. Epod. 17. 45.
Operæ dementia. Plin. 17. 5. fin. Terram enim terra emendari (ut aliqui præcipiunt) super tenuem pingui injecta, aut gracili bibulaque super humidam ac præpinguem, dementia operæ est.

DEMENTIO, [παραφρονῶ] īre. Insanire, delirare, de mente exire. Lucret. lib. 3. 464.
Sæpe animus dementit enim, deliraque fatur. Alii legunt, Dementia enim. Usus & Tertull. Apol. ubi Pamelium vide & mox DEMENTIOR.

DEMENTO, [παραφρονέομαι] āre. Idem. Apulejus de Magia, Confessa est, sese mea Magia in amorem inductam dementare. Lactant. de Mort. Persec. cap. 7. extr. Ita semper dementabat. Id est, Jo. Columbo interprete, Insaniebat, furiosus erat. Vetus Onomasticon, Demento, as. ἐξιστῶ.

DEMENTER, Adv. [ἀνοήτως] Insane. Cic. 3. in Catil. 22. Tanta res tam dementer credita.
Uti dementer amoribus. Ovid. 4. Met. 259.

DEMENSUM, V. DEMETIOR.

DEMENTIOR, īri. Valde mentiri. Apul. Apol. Ex eo sacro cœpisse dementiri. [Sed Elmenh. edidit Dementire p. 303. extr. Rectius puto, i. e. Delirare V. supra.

DEMEO, [κάτειμι] āre. Deorsum penetrare, descendere. Apulejus 6. Met. p. 180. Quæ suis pedibus ad Tartarum demeare cogeretur.

DEMEACULUM, i. n. Descensio ad loca subterranea. Apulejus lib. 6. Met. sub init. Et illuminatum Proserpinæ nuptiarum demeacula. subintel. Ivit. Vetus Onomasticon, Demeaculum, καταπορεία, id est, Descensus.

DEMEREO, ui, itum, [κερδαίνω, ἀπολαύω] ēre. Lucrari. Gell. lib. 1. cap. 8. Lais Corinthia, ob elegantiam, venustatemque formæ, grandem pecuniam demerebat. Plaut. Pseud. 4. 7. 90. Quid mercedis petasus hodie domino demeret?

DEMEREOR, itus sum, [φιλιόω] ēri. depon. & DEMEREO, ēre. Act. significat Merito aliquo sibi alios constringere, inquit Valla in Raudensem: & accusativo jungitur. ut Ovid. 2. Epist. 138.
Crimine te potui demeruisse meo. Plaut. Mostel. 3. 2. 2.
Nec qui esca una sibi me demeruerit magis.
Aliquem demereri. Quintil. lib. 9. cap. 1.
Amantissimos sui pleniori obsequio demereri. Quintil. in procem. lib. 1.
Civitatem demereri beneficio. Liv. 3. 18.
Deos cultu demereri. Ovid. ad Liviam v. 131.
Uxorem demereri amœnitate aliqua. Columel. lib. 1. cap. 4. Jucundius utique viro, si etiam matrona comitabitur, cujus ut sexus, ita animus est delicatior: quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.



DEMERITUS, a, um. ut, Demeritas dare lætitias. Plaut. Pseud. 2. 4. 14.

DEMERITUM, i. n. Scholasticis in malo sensu, idem ac Peccatum, culpa; ut Meritum in bono sensu.

DEMERGO, si, sum, [καταδύω, καταποντίζω] ēre. Idem quod Mergere, vel Immergere, & aqua obruere. ut, Demergere navigia dicuntur loligines pisces. Plin. lib. 32. cap. 2.
Obscœnam Ponto demergite puppim. Ovid. 5. Epist. 119.
Caput demergit cornix per littora. Cic. 1. de Divin. 14.
Semen demergere. Columel. lib. 3. cap. 18.
In aqua demersi. Cic. 3. de Fin. 48.
In palude demersus. Idem 2. de Finib. 105.
In profundo demersa veritas est. Cic. 1. Acad. 12.

DEMERSUS, a, um. ut, In undis demersus. Ovid. 14. Met. 615.
Ære alieno demersus. Liv. 2. 29. Totam plebem ære alieno demersam esse: nec sisti posse, ni omnibus consulatur; quin si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari.
Animus ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram. Cic. de Senect. 77.
Domus demersa exitio. Hor. 3. Carm. 16. 13. h. e. Dejecta hiatu telluris. Acron.
Leges demersæ opibus alic. Cic. 2. Off. 24. Quanvis enim demersæ sint leges alicujus opibus, quanvis timefacta libertas, &c.
Patriam demersam extuli. Cic. pro Syll. 87.

DEMERSUS, ûs. m. Apul. Apol. p. 287. Levia sustentatui, gravia demersui.

DEMERSIO, ōnis. f. Idem. Macrob. Somn. Scip. 1. 12. & Solin. cap. 43. Urbium demersio.

DEMERSO, āre. frequent. Martian. Capella lib. 8.

DEMETER, [Δημήτηρ] dicta est Ceres, quasi Gemeter, id est, Terræ mater. Hinc apud Galen. lib. 2. de Aliment. legimus, Demetria signa. id est, Cerealia, & frumentaria.

DEMETIOR, mensus sum, [διαμετρέω] īri. Diligenter & quadam ratione metiri. V. DIMETIOR.

DEMETITUS, a, um. active & passive accipitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. Atque ita demetita signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat. Ibid. 155. Eorum enim cursus demetiti, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognovimus. Accuratiores libri habent Dimetati. V. Parei Lex. Crit. p. 362. & Ol. Borrich. pro Voss. advers. Sciopp. p. 273.

DEMENSUS, a, um. Partic. [διαμετρητός] Mensuratus & æqualis. Plaut. Men. prol. v. 14. Nunc argentum vobis demensum dabo. Cic. in Orat. 38. Qui non insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa & paria respondeant. conf. Virg. 12. Æn. 116.

DEMENSUM, i. n. subst. [σιτομέτριον] Ter. Phorm. 1. 1. 10. Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defrudans genium, comparsit miser, &c. Ubi Donatus, Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem: & id demensum dicebatur. Et utrum a Mense, an a Metiendo, incertum est. Apud Spart. Adrian. cap. 7. est Demensum in diem vitæ. [Imo Dimensum, patrimonium scilicet. V. loc.

DEMENSIO, & DIMENSIO, ōnis. f. Cic. 1. Tusc. 57. Auson. Epist. 5. 11.

DEMETO, messui, messum, [ἀποθερίζω] ĕre. Idem quod Metere. Columel. lib. 7. Illud deinceps præcipiendum habeto, ut demessis segetibus jam in area futuro semini consulamus.
Sole sub ardenti flaventia demetit arva. Catul. 64. 350.
Flores demetere. Columel. lib. 10. 305.
Et vos agrestes duro qui pollice molles Demetitis flores.
Fructus demetere ac percipere. Cic. 2. de Nat. Deor. 156. Idem de Senect. 70. Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata sunt.
Ense demetere aliquem. Valer. 3. Argon. 175.
Ferro demetere aliquid. Hor. 1. Serm. 2. 46.
Seneca in Agam. in fine: Ægisthe, cessas impium ferro caput Demetere? H. St. v. est 986.

DEMESSUS, a, um. ut, Flos demessus pollice virgineo. Virg. 11. Æn. 68.
Favi demessi. Columel. lib. 9. cap. 15.
Segetes demessæ. Tacit. 14. Ann. 24.

DEMETRIA, pl. [Δημήτρια] Ludi Athenis in gratiam Demetrii Poliorcetæ, ut ἀλαζόνος instituti, qui quoties actitabantur in proscenio Demetrii nomen inscribi solebat.

DEMETRIAS, [Δημητριάς] vulgo *Demetriada*, Thessaliæ oppidum est, quod prius Pagasa dicebatur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 8. Stephanus a Demetrio rege dictam putat, qui ea in ora regnavit, & civitates, quotquot sub Pelio erant, evertit. Idem alteram ejusdem nominis urbem in Macedonia collocat, & tertiam in Perside juxta Arbelum.

DEMETRIAS, ădis. [Δημητριάς] Tricesimus mensis apud Athenienses, dictus aliquando fuit a Demetrio Macedone, ut scribit Polemon.
Demetrias Item Herba verbenaca. Apul. de Herb. cap. 3.

DEMETRIUM, [Δημήτριον] Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum, & Amphrysum fluvium.
Est præterea ejusdem nominis Civitas in Æolide, teste Stephano.

DEMETRIUS, i. m. Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorcetes ob urbium capiendarum artem. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupavit. Athenas Cassandri, Ptolemæique imperio liberavit: Cyprum, victo Ptolemæo, bello navali recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremo quum bellum adversus Antiochum suscepisset, infeliciter pugnans, in ejus potestatem venit: Chersonesique ab eo custodiæ traditus est, permisso tamen ei regio sumptu mollique victu, venationibus, omnibusque voluptatibus: quibus ille usus, minimum de salute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit, ex quo periit. Cum M. Antonio comparatur a Plutarcho in Parallelis.
Demetrius Phalereus, Theophrasti auditor, de quo abunde Cic. in Brut. 37. Hic primus inflexit orationem, eamque mollem teneramque reddidit: & suavis, sicuti fuit, videri maluit, quam gravis, &c. V. Quintil. 10. 1. p. 902. Hic a Cassandro Macedoniæ rege Præfectus datus est Athenis, cum iis potitus est. de quo Strabo lib. 9. & Diog. Laert. qui & CCC statuas ei positas tradit: quarum & me-

& meminit Nepos 1. 6. 4. Regem Ptolemæum hortabatur ut libros de regno ſcriptos emeret ac legeret; congeſſit Apophthegmata ſeptem ſapientum, quæ Stobæus expoſuit. Extat ejus liber de Elocutione. Demetrium tamen Rhetorem alium fuiſſe a Phalereo comprobat Voſſ. 6. Inſtit. Orat. p. 433. ſeq. aliique. Vide Fabric. Biblioth. Græc. & Galeum Editorem, necnon Hodium de LXX verſione.

Demetrius alius, præter dictos, Syrus, Ciceronis præceptor, ut ſcripſit ipſe in Brut. 315. Eodem tempore (inquit) Athenis apud Demetrium Syrum veterem, & non ignobilem dicendi magiſtrum, exerceri ſolebam.

Fuit præterea Demetrius, Pompeji libertus, qui ex ſanguine Quiritium, & proſcriptionum licentia, cum pluribus aliis ſuæ conditionis hominibus, ditatus eſt, ut refert Plin. lib. 36. cap. 18.

Alius etiam Demetrius Cynicæ Sectæ Philoſophus fuit Veſpaſiano Imp. Sueton. Veſpaſ. cap. 13. & Tacit. 16. Ann. 34. 2. ubi Lipſium vide & Voſſ. de Sect. Phil. lib. 2. p. 535.

DEMĬGRO, [μετοικίζω] āre. eſt (inquit Valla lib. 5.) Domicilium mutare, & alio ſe ad habitandum conferre. Cic. 1. Tuſc. 74. Vetat enim dominans ille in nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare. Demigrare ex campeſtribus vicis agriſque. Liv. 38. 18.

Loco. Plaut. Amph. 1. 1. 85. Animam amittunt prius quam loco demigrent.

Ex agris in urbem. Liv. 1.

Ex oppido, & aras ac focos relinquere. Cic. in Piſon. 91.

De oppidis. Cæſ. 4. Bell. Gall. 19.

In loca quædam propter bonitatem. Cic. 2. de Lege Agr. 42.

Demigrare, per translationem: ut, Demigrare ex vita, pro Mori. Cic. pro Rabir. 30. Fortiſſimorum civium mentes quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe, teſtor, me, &c.

Demigrare de ſtatu ſuo. Cic. 4. Att. 16.

Ab improbis. Cic. Paradox. 2. Mortemne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus: an exilium, ut ab improbis demigrandum ſit?

DEMIGRATIO, ōnis. f. [μετοίκησις] Nepos in Miltiade 1. 2. Quum magnus numerus eſſet, & multi ejus demigrationis peterent ſocietatem.

DEMINUO, ui, ūtum, [ἀπομειόω] ĕre. Idem quod Diminuere, Imminuere. Plaut. Truc. 2. 7. 10. Jam de hoc obſonio de mina deminui modo quinque nummos. Sed antiquum eſt. V. DIMINUO.

Deminutus capite appellatur, Qui civitate mutatus eſt: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus eſt: & qui in hoſtium poteſtatem venit: & cui aqua, ignique interdictum eſt. Feſtus. V. DIMINUO, cum Derivatis ab eodem. [Fere enim confunduntur hæc, ac promiſcue utroque modo ſcribuntur. Videtur tamen hæc differentia intercedere, ut Deminuere ſit parte aliqua minuere, Diminuere vero in minutas partes redigere.

DEMĪROR, [ὑπερθαυμάζω] āri. Valde mirari. Ter. Heaut. 2. 3. 121. At hoc demiror, qui tam facile potueris perſuadere illi. Plin. 31. 6. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror.

Demirari, pro Neſcire: nam admirationem, inquit Donatus, ignorantia facit. Ter. Phorm. 1. 5. 5. Quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient? demiror. Conf. Simpl. MIROR.

DEMIRANDUS, a, um. Gell. 16. 18.

DEMIRĀTUS, a, um. Gell. 1. 17. & 20. 10.

DEMIRATIO, ōnis. f. apud Martian. Capellam.

DEMISSE, DEMISSIO, DEMISSUS. V. DEMITTO.

DEMITĬGO, [καταπραΰνω] āre. Idem quod Mitigare. Cic. 1. Att. 13. Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

DEMITTO, miſi, miſſum, [καθίημι, καθιμάω] ĕre. Deorſum mittere. Salluſt. lib. 3. Hiſt. Cum machinis (al. machinato) ſtrepitu demiſſum victoriæ ſimulacrum coronam capiti imponebat. Virg. 4. Ecl. 7.

Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

Demittere in. Columel. lib. 12. cap. 6. Ubi dulcem caſeum demiſeris in eam.

Demittere equum in flumen. Cic. 1. de Divin. 73.

Demittere, Defodere. Virg. 2. Georg. 231. — alteque jubebis

In ſolido puteum demitti, &c. Sic Deprimere q. V.

Imbecilla vina demiſſis in terram doliis ſervanda, valida expoſitis. Plin. lib. 14. cap. 21.

Robora demittere ferro, eſt Cædere arbores. Valer. 1. Argon. 94.

In adulationem demitti. Tacit. 15. Ann. 73. At in Senatu cunctis ut cuique plurimum mœroris in adulationem demiſſis, &c.

In alvum demittere. Ovid. 8. Met. 387.

Pluſque cupit, quo plura ſuam demittit in alvum.

Per aurem demiſſa, i. e. Audita. Hor. in Arte Poet. v. 180.

In carcerem demittere. Liv. 34. 44. In inferiorem demiſſus carcerem eſt, necatuſque. [Depreſſus enim carcer fuit. Ita Sall. Cat. 55. 5. In eum locum poſtquam demiſſus Lentulus, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere.

In caſum aliquem. Cic. 10. Fam. 8. Quum in eum caſum me fortuna demiſiſſet.

In cauſam ſe. Cic. 10. Att. 8. V. Græv. ad loc.

Cenſum in viſcera. Ovid. 8. Met. 846. De conſumpto per gulam patrimonio.

—— tandem demiſſo in viſcera cenſu,

Filia reſtabat, &c.

Corpora morti. Ovid. 3. Met. 695.

Corpus a cervicibus. Author ad Heren. lib. 3. 16.

Enſem in armos. Ovid. 12. Met. 491.

Equites in campum inferiorem. Liv. 27. 19. In hunc inferiorem campum poſteriore die Aſdrubal, &c. equites Numidas, leviumque armorum Baleares & Afros demiſit.

Ferrum in artus. Ovid. 4. de Ponto 16. 51.

Fiſtulam in iter urinæ demittere, eſt quod vulgo Chirurgi dicunt, *Syringam vel argaliam immittere.* Celſ. lib. 7. cap. 26. Medicus autem a dextro latere ſiniſtra quidem manu colem maſculi continere, dextra vero fiſtulam demittere in iter urinæ debet.

Gladium in ima ilia. Ovid. 12. Met. 441.

Imbrem cælo. Virg. 1. Georg. 23.

Inſontem neci. Virg. 2. Æn. 85.

Lacrymas demiſit. Virg. 6. Æn. 455.

Letho aliquem. Valer. 7. Argon. 314.

Nomen demiſſum a magno Iulo. Virg. 1. Æn. 288.

Oculos. Ovid. 15. Met. 612.

Orco demiſſus. Hor. 1. Carm. 28. 11. — habentque

Tartara Panthoiden iterum Orco Demiſſum.

In pectus aliquid. Salluſt. in Jugurth. C. 102. 11. Poſtremo hoc in pectus tuum demitte, nunquam Pop. Rom. beneficiis victum eſſe: nam bello quid valeat, tute ſcis.

In pectora & animos vocem. Liv. 34. 50. Ut eas voces, velut oracula miſſas, in pectora, animoſque demitterent.

Vultum metu. Ovid. 7. Met. 133.

Ad minora me demittere non recuſabo. Quintil. in procem. lib. 1.

Metaph. ut, Animum demittere. Cic. 1. de Invent. 106. Qua oratione habita graviter & ſententioſe, maxime demittitur animus hominum, & ad miſericordiam comparatur.

Animum contrahere, & demittere. Cic. 1. Q. frat. 1. 3. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum.

Animo demitti & contrahi. Cic. 4. Tuſc. 14. Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti, contrahique animo, rectum eſſe videatur.

Animos demittere & debilitari. Cic. 5. de Fin. 42. Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi debilitantur, animoſque demittunt.

Mentes demittere. Virg. 12. Æn. 609.

Demittunt mentes: ita ſciſſa veſte Latinus. Id eſt, Deſperant; ſicut e contra, Sperantes aliquid, Erigunt mentes. Servius.

Demiſſus ſomno. Propert. 2. 22. 29.

Talis viſa mihi, ſomno demiſſa recenti. i. e. a Somno.

Vim dicendi tantis comparatam laboribus ad unum auditorem demittere, eſt quædam tacita dedignatio. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Demittere librum dicitur ulmus a Columel. lib. 5. cap. 6.

DEMISSUS, a, um. Partic. [καθειμένος] Plin. lib. 11. cap. 37. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad, &c.

Aures demiſſæ. Virg. 3. Georg. 500.

— demiſſæ aures incertus ibidem Sudor.

Capilli. Ovid. 10. Epiſt. 137.

Caput. Catul. 83. 8.

Capite demiſſo. Cic. pro Cluent. 58. At C. Fabritius a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat.

Genus demiſſum ab Ænea. Hor. 2. Serm. 5. 63. id eſt, Deductum.

Humeris demiſſis virgo. Ter. Eun. 2. 2. 22. Ubi Donatus, Antiqui Græci etiam virginibus ſuis præbebant palæſtram ad componenda corpora. vel, Demiſſis humeris, Liquide & molliter deductis, neque extantibus alæ in modum.

Labiis demiſſis homo. Ter. Eun. 2. 2. 44.

Læna demiſſa ex humeris. Virg. 4. Æn. 263.

Loca demiſſa & paluſtria. Cæſ. 3. Bell. Civil. 49.

Manibus demiſſis fugere domum. Plaut. Epid. 3. 4. 16.

Pallia demiſſa. Ovid. 3. Amor. 2. 25.

Purpura demiſſa uſque ad talos. Cic. pro Cluent. 111. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Ripæ dimiſſiores. Plin. Epiſt. lib. 7.

Veſtis. Hor. 1. Serm. 2. 95.

Voce demiſſa loqui. Virg. 3. Æn. 320. id eſt, Humili. Servius.

Demiſſus, Abjectus. Cic. pro Font. 23. Verſari animo demiſſo, atque humili, ut ſolent ii, qui affecti injuriis, ad opem judicum ſupplices, inferioreſque confugiunt?

Animus demiſſior. Liv. 4. 44.

Animo fracto ac demiſſo eſſe. Cic. 1. Fam. 9.

Animum demiſſum & oppreſſum erigere. Cic. pro Cluent. 58.

Humilis & demiſſus, cui repugnat Alacer & lætus. Cic. 2. Verr. 17. Quum iſte repente ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus, ut non modo Populo Rom. ſed etiam ſibi ipſe condemnatus videretur.

Mœrens, demiſſus & afflictus. Cic. pro Syll. 74.

Triſtis & demiſſus. Cic. pro Muræn. 45. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? jacet, diffidit, abjecit haſtas.

Homo demiſſus. Hor. 1. Serm. 3. 57. id eſt, Vilis & ignavus.

Probus, demiſſus, non acer, non pertinax, non litigioſus. Cic. 2. de Orat. 182.

DEMISSIO, ōnis. f. [καθίμησις] Cic. 3. Tuſc. 14. Veriſimile eſt igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quandam animi, & demiſſionem.

DEMISSE, Adv. [καθειμένως] ut, Volare demiſſius. Ovid. 3. Triſt. 4. 23. Demiſſiſſime atque ſubjectiſſime aliquid exponere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 85. Hæc quam poteſt demiſſiſſime atque ſubjectiſſime exponit.

Suppliciter demiſſeque reſpondere. Cic. pro Flacc. 21. & pro Domo ſua 93.

Suppliciter ac demiſſe gratias agere. Cic. ad Brut. 16.

Humiliter, demiſſeque ſentire. Cic. 5. Tuſc. 24. Non eſt auſus elate & ample loqui: quum humiliter demiſſeque ſentiret.

DEMISSITIUS, a, um. ut, Demiſſitiæ tunicæ. Plaut. Pœnul. 5. 5. 24.

DEMIUM, i. m. Gemma, Inſcite, & ex corrupto Plinii loco proponitur. V. DIONUM.

DEMIURGUS, [Δημιουργὸς] Magiſtratus nomen apud Græcos. Liv. 38. 30. Bell. Maced. Tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius, quam inter multitudinem eſſe. Ibid. lib. 8. Demiurgis civitatem qui ſummus eſt magiſtratus, Ægium evocantibus, &c. In nonnullis codicibus legitur DAMIURGUS. q. V.

Demiurgus item Græcis Opificem, ſeu artificem ſonat.

Item hoc nomine dicebatur mulier in nuptiis dulciariorum bellariorumque apparatrix, quæque ſponſam lavabat, & in nuptiis ſacra parabat. V. Polluc. l. 3. S. 41.

DEMO, pſi, ptum, [ἀφαιρέω, ἐξαίρω] ĕre. Detrahere. Ter. Eun. 4. 1. 13. Inde aurum mulier ſibi clam demit. Cic. 3. de Nat. Deor. 63. Idemque Æſculapii Epidauri barbam auream demi juſſit.

Addere & Demere, contraria. Cic. 4. Acad. 49. Quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.

Demere

Demere de re aliqua. Plaut. Trinum. 2. 2. 68. Liv. 7. ab Urbe, Æque impotens postulatum fuit, ut de stipendio equitum æra demerentur.
De capite demere. Cic. 5. Verr. 80. Demit de capite medimna sexcenta.
Ex osse demere. Cels. lib. 8. cap. 4. His ita succurrendum est, ut tamen quam minimum ex osse dematur.
Capita aliquorum demere. Cic. de Petit. Consul. 7. Nam illis quos meminimus Gallis, qui tantum Titiniorum, ac Nanniorum, ac Tanusiorum capita demebant, Sylla unum Catilinam præfecerat.
Demere soleas. Plaut. Trucul. 2. 4. 16.
Jam rediit animus: deme soleas, cedo vinum.
Ungues. Plaut. Aulul. 2. 3. 3.
Demere & Tribuere, contraria. Lucret. lib. 1. 800.
Posse eadem demptis paucis, paucisque tributis.
Amores. Ovid. 2. de Rem. Amor. 557.
Authoritatem pecuniæ. Sallust. in Orat. ad Cæs. de Republica ordinanda, Ergo in primis authoritatem pecuniæ demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus judicaverit.
Cibo aliquid. contr. Adjicere. Cels. lib. 1. cap. 3. At vere paululum cibo demendum, adjiciendumque potioni. Id est, Vere non tantum cibi capiendum, sed paulo liberalius bibendum est. Idem lib. 6. cap. 5. Demere aliquid ex cibo.
Commoda. Ovid. 1. Amor. 2. 38.
Curam & solicitudinem. Liv. 1. Bell. Maced.
Dolorem. Lucret. lib. 2. 21.
Fenestras & ostia. Julian. in l. habitator. D. de rei vendicat. Habitator in aliena ædificia fenestras & ostia imposuit. Eadem post annum dominus ædificiorum dempsit.
Fidem demere alicui rei. Ovid. 1. de Rem. Amor. 290.
Deme veneficiis, carminibusque fidem.
Demere fidem fabulis. Sueton. de Clar. Orat. Sæpe fabulis fidem firmare, aut demere.
Vero quoque & honesto fidem dempsit. Tacit. 4. Ann. 9.
Honorem alicui demere. Ovid. 13. Met. 16.
Demere ignominiam. Liv. 2. ab Urbe. Hæc moverunt Veientes, ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas, belloque amissa repetenda minaciter ferunt.
Juga equis. Ovid. 4. Fast. 86.
Aliquid laudi. Ovid. 1. de Ponto 7. 20.
Metum. Tacit. lib. 18. Sibi quisque consuluere, donec missæ a Fabio Valente epistolæ demerent metum.
Mœrorem e pectore. Lucret. lib. 3. 921.
Molestias. Ter. Adel. 5. 3. 33.
Lacrymis demenda mora est. Ovid. 3. de Ponto 149.
Odorem vini deteriorem. Cato cap. 110.
Otia. Stat. 1. Sylv. 2. 182.
Solicitudinem. Tacit. 2. Hist. 68.
Nubem supercilio demere. Hor. 1. Epist. 18. 94. Hoc est, Non tristem, & nimis severum se præbere. Porphyr.
Vitio aliquid. Cels. lib. 5. cap. ult. de vitiliginis speciebus.

Demptus, Partic. [ἐξῃρημένος.] Plin. lib. 15. cap. 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis.
Pomum arbore demptum. Ovid. 11. Met. 113.
Carere aliqua re fine dempto. Ovid. 1. Epist. 50.
Virque mihi, dempto fine carendus, abes.
Aliquid agere dempto metu. Ovid. 2. Met. 866.
Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu.
Referre novam faciem, dempta pelle. Tibul. lib. 1. 9. 46.
Dempta æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus. Cic. 1. de Fin.

Democēdes, Crotoniata medicus illustris, qui quum inter Darii captivos esset, & Darius ipse ob inversum pedem graviter ægrotaret, ita ut jam septem noctes insomnis exegisset: nec a medicis suis vel parum juvaretur: ductus in medium Democedes, vinctus compedibus, Darium penitus liberavit: & deinde maximo in honore apud regem & Persas omnes habitus est. Author Herodot. lib. 3. 124. 129. &c. V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 13. p. 136.

Demochăres, Orator Atheniensis, Demosthenis ex sorore nepos, missus cum aliis ad Philippum regem legatus, expositis mandatis, petenti regi quid gratum Atheniensibus facere posset, respondit, Suspende te. Indignantibus ob eam rem cæteris, rex demisit incolumem: Vos (inquiens) cæteri renuntiate Atheniensibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Seneca lib. 3. de Ira. 23. Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quam oratorio genere conscripsit. Author Cicero in Bruto, & lib. 2. de Orat.
Demochares alius S. Pompeji præfectus, de quo Suet. Aug. 16.

Demŏcles, Adulator quidam dixit Dionysio tyranno, quod vitam beatissimam viveret. Tyrannus autem, ut beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mensam copiose paratam ei apposuit, sed super caput ejus appendit tenui filo gladium districtum. Tunc Democles tyrannicam vitam miseram esse intellexit. Valerius hanc historiam & elegantissime & copiosissime describit. Cic. 5. Tusc. 21. ubi Damoclem vocat utique per primam vocalem.

Democoon, Nothus fuit Priami, qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat: hunc Ulysses in bello interemit, ut est apud Homer. 4. Iliad. 499.
Democoon Megaræ filius, ab Hercule furore percito, una cum matre Megara, tribusque aliis fratribus, quorum hæc sunt nomina, Onites, Theremachus, Democoon, Creontiades, interemptus. Quanquam octo perfossos canit Pindarus: aliis adjicientibus duos etiamnum Iphicli fratris. Vide Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 7.

Democopi, [δημοκόποι] Idem quod Demagogi, nisi quod hi concionibus, illi vero legibus agrariis, ac muneribus gladiatoriis, & spectaculis multitudini lenocinari, & obrepere solent, aut epulum sæpe præbendo. Hinc

Democopia, Popularitas. Budæus.

Democrates, [δημοκράτης] Tarentinorum summus magistratus appellabatur, qui parem regiæ dignitati potestatem habebat, vitæ necisque imperium tenens. Ejusmodi fuit Dictator Romæ. Ex Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 23.

Democrătes, Architectus. V. Dinochares.
Fuit & Democrates Athleta, qui facto in stadio circulo consistens, a nullo dimoveri poterat. Author Ælian. de Var. Hist. 4. 15. extr.
Democrates item fuit, Medicus, qui testis citatur a Plin. 25. 8. & 24. 7.

Democratīa, [δημοκρατία] Principatus populi.

Democratici, [δημοκρατικοί] Qui fovent principatum populi, qui scilicet populari instituto vivent es, dignitatem in libertate constituunt: a Latinis vocantur Populares. Oligarchici vero, qui dignitatem partim in censu & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Aristocratici autem, qui virtute dignitatem metientes, optimorum fovent statum. Author Budæus in Annot. in Pand. & hi dicuntur a Latinis Optimates. [V. potius Aristot. l. 3. Polit. C. 7. & seq.

Democrītus, [Δημόκριτος] Abderites, ut Author est Diogenes, Pythagoræ imitator, non tamen auditor: quum duos haberet fratres majores natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: quam in pecuniam redactam, brevi tempore peregrinando absumpsit. Nam primum ad Ægypti sacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde Rubro mari emenso, ad Chaldæos, & (ut quidam volunt) ad Gymnosophistas, in Indiam penetravit. Postremo Athenas rediit ad Socratem, ubi se gloriatur ignotum omnibus fuisse. Veni, inquit, Athenas, neque me ibi quisquam agnovit. Quod dictum refert Cicero lib. 5. Tusc. 104. ut sapientis viri & gloriam spernentis. Plura de Democrito V. ap. Fabric. Bibl. Gr. Vol. I. p. 802. Voss. de Philos. Sect. & Baylium in Lexic. Hist. Extat & Jo. Chrys. Magneni Democritus redivivus. ed. Lugd. Bat. 1648.
Idem iste Democritus luminibus oculorum se sponte privasse traditur, ne vivendi illecebris a contemplandi studio revocaretur. Quod tamen Laberius Poeta ideo factum ait, malis bene esse ne videret civibus, ut ipse loquitur. V. Gell. 10. 17. Sed dubitat de eo Cic. de Fin. 5. 19. Plutarchus vero plane falsitatis arguit lib. de Curiosit. Hoc quoque commemoratur de Democ. scil. irrisisse humanas res, quas Heraclitus contra deflevit perpetuo. In quo Democritum rectius fecisse statuit Sen. de Tranquill. cap. 15. & de Ira. 2. 10. Fortuito omnia ex atomis facta asserere conatus est. V. Lactant. 1. 2. Et notum est huic Epicurum sua prope debere omnia. Odore panis calidi morti propinquus vitam per triduum extraxit, cum Cereris sacris interesse soror cogeretur. Mortuus tamen placide est 109. ætatis anno, ut Hipparchus ait. V. Diog. Laert.
Democritus, Physicus ornate loquutus est. Cic. 1. de Orat. 42.
Studiosus nobilitatis Democritus. Cic. 4. Acad. 125.
A Democrito propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. Quæ qui non vident, nihil unquam magna cognitione dignum amaverunt. Cic. 5. de Fin. 87.
Democritus vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. Cic. 1. de Nat. Deor. 121.
Democritus perpetuo ridens. Juvenal. 10. Sat. 34.
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus.
Democritus alius fuit Sicyonius, quem non solum hospitem, sed etiam valde sibi familiarem Cic. scribit. 13. Fam. 78.

Democriteus, Adject. [δημοκρίτειος] Cic. 2. de Divin. 32. Verum sint sane ista Democritea vera, quando ea nos extis exquirimus, &c.

Democriticus, Cic. 1. de Orat. 10.

Demodŏcus, Citharœdus fuit, quem Homerus lib. 8. Odyss. inducit in convivio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem & simul canentem, ut est apud Virg. 1. Æn. 40. in convivio Didonis,
— cithara crinitus Iopas
Personat aurata.
Vossius sub hujus persona Homerum seipsum depingere putat, qui ait bonum cum malo datum divinitus; nam orbatum fuisse visu, & insignem arte musica. 1. Inst. Orat. p. 76. V. Bergl. Præf. ad Odyss.
Demodoci mentio fit apud Virg. 10. Æn. 413. & Ovid. in Ibin v. 272.

Demœ, [δῆμοι] apud Atticos sunt, ut apud nos Pagi. Festus. De quibus peculiari libro Jo. Meurs.

Demogorgus, Magus tam excellens, ut præesse larvis dictus sit, & illas pro nutu coegisse.

Demolochus, vel Demologus, utroque enim modo corrupte scribitur. V. Dinolochus.

Demŏlĕus, & Demoleon, Græcus ad Ilium pugnans. Virg. 5. Æn. 260. 265. Ovid. 12. Met. 356. 368.

Demŏlior, īris, ītus sum, [καταβάλλω, ἀποσκυάζομαι] īri. A mole deductum, significat Diruere, dejicere. Cic. 3. Off. 66. Demoliti ea quorum altitudo officeret auspiciis.
Partem muri demoliri. Cic. 12. Fam. 13.
Columnas. Cic. Q. fratr. lib. 3. 17.
Domum. Cic. 1. Off. 138.
Parietem. Cic. in Topic. 22.
Robora demolitur. Ovid. 15. Met. 218.
Statuas. Cic. 4. Verr. 144.
Destruere ac demoliri jus. Liv. 4. Bell. Maced. Siquod cuipiam privatim officiet jus, id destruet, ac demolietur.
Demoliri culpam de se, pro Amoliri. Plaut. Bacch. 3. 1. 16. Id est, Se non esse in culpa ostendere.

Demŏlio, īvi, ītum, īre. Alphenus in l. Qui insulam in princ. D. Locat. Dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam.

Demolītus, Partic. pass. Ulp. in l. Quid tamen. D. Quibus modis ususfruct. amit. Verumetiam si demolitis ædibus testator alias novas restituerit.

**Demolitio**, onis. f. Verbale. [καθαίρεσις, κατ̓αβολή] ut Demolitio ſtatuarum. Cic. 2. Verr. 67.
Tollere demolitione aditus templorum. Cic. Poſt redit. in Senat. 31.

**Demonactes**, is. m. Præfectus Armeniæ ſub Claudio. Tacit. 11. Ann. 9. 1. [Ita quidem & in Indice Freinsh. Sed Demonacte ut ibi legitur, Sextus caſus eſt a recto Demonax. Sequenti igitur hic alter addendus.

**Demonax**, fuit Adriani temporibus philoſophus, qui non, ut plerique, ſolitudinem ſectabatur, ſed nihil potius habuit, aut putavit inter homines amicitia: omnemque hominem ſibi familiarem exiſtimabat: nullum ſibi unquam viaticum præparavit, ſed quum eſuriret, quam proximam domum apertam videbat, in eam ingrediebatur, & victum ibi quæritabat. Centenarius deceſſit, elatus publico ſumptu. Apud Lucian.
Fuit & alter Demonax, de quo Plin. lib. 6. cap. 16. Tranſcendit eum amnem (de Iaxarte loquitur) Demonax, Seleuci & Antiochi regum dux, quem maxime ſequimur in iis, &c. [Sed Demodamas ſcribendum planiſſime demonſtravit Hard.

**Demonesus**, [Δημόνησος] Inſula eſt circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chryſocolla, & aurum invenitur, ſi Steph. credimus.

**Demonica**, Mulier quæ auri aviditate urbem Epheſum Brenno duci prodidit, ut eſt author Plutarch. in Parallel.

**Demonstro**, [δεικνύω, ἀποδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, ἀποφαίνω, ἐμφανίζω] are. Aperte & palam monſtrare. Ter. Heaut. 4. 4. 5. Audiſtn' homo iſte modo quam villam demonſtravit? Idem Phorm. 2. 1. Aut ubi habitet demonſtrarier.
Docere & demonſtrare. Cic. 4. Verr. 154. Legatos mittunt qui eum leges doceant, conſuetudinemque omnium annorum demonſtrent.
Demonſtrare & exponere. Cic. 9. Fam. 24. Spurina quidem, quum ei rem demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem, magnum periculum ſummæ Reipub. demonſtrabat.
Demonſtrare & oſtendere. Cic. 1. Att. 1. Demonſtravi hæc Cœlio, & illud oſtendi, ſi ipſe unus cum illo contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe.
Demonſtrat præceptor aliquid diſcipulo. Ulp. in l. Sed etſi quencunque. D. ad leg. Aquil. Sutor puero diſcenti, parum bene facienti quod demonſtratum erat, forma calcei cervicem ita percuſſit, ut oculus puero perfunderetur.
Demonſtrare, pro Narrare. Cic. 1. de Orat. 143. Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum eſſe animos qui audirent, deinde rem demonſtrandam, poſtea controverſiam conſtituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum, &c.
Breviter demonſtrare. Quintil. in procem. lib. 1.
Se demonſtrat incolumem eſſe non poſſe. Cic. 3. Verr.
Digito demonſtrare. Cic. in Somn. Scip. cap. 8.
Demonſtrare iter. Cic. in Catil. Plin. lib. 8. cap. 4.

**Demonstrabitur**, [ἀποδειχθήσεται] Imperſ. Cic. 4. Verr. Tamen vobis alio loco, ut ſe tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonſtrabitur.

**Demonstrātus**, Partic. [ἀποδεδειγμένος] ut Demonſtratus locus. Cic. 1. de Divin.

**Demonstratio**, onis. Verbale. [ἀπόδειξις] Quando neceſſariis & ſuis cauſſis res explicatur: quales imprimis ſunt demonſtrationes geometricæ. Ariſtoteles cenſuit demonſtrationem eſſe proprietatis de ſubjecto per cauſſam propriam, ut eſſet riſus de homine, ſi cauſſa eſſet ulla. At nullum talis demonſtrationis exemplum Ariſtoteles ipſe proferre potuit.
Demonſtratio Rhetoribus eſt, Genus cauſſæ ad laudandum aut vituperandum. Cic. 1. de Invent. 12. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſſarum, non poſſunt recte partes alicujus generis cauſſæ putari. V. Demonstrativus.
Demonſtratio & ſignificatio. Cic. 3. de Orat. 218. Univerſam rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans.
Converſam demonſtrationem habere. Cic. 6. Verr. 132. Hi qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, converſam jam habent demonſtrationem ſuam.
Demonſtratio apud Juriſconſ. plerunque rem factam, Conditio futuram oſtendit, l. 1. D. de donat.

**Demonstrantia**, æ. Idem atque Demonſtratio. Ut Demonſtrantia raræ degeneriſque herbæ. Plin. 17. 4. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 81.

**Demonstrator**, ōris. m. Verbale. [ἀποδείκτης] Columel. lib. 3. cap. 10. Itaque hujus rationis demonſtratorem magis eſſe me, quam inventorem libenter profiteor. Cic. 2. de Orat. 153.

**Demonstratīvus**, [ἐπιδεικτικός] Adj. ut Demonſtrativum genus. Cic. 1. de Invent. 7. Ariſtoteles tribus in generibus rerum verſari Rhetoris officium putavit, Demonſtrativo, Deliberativo, Judiciali. Demonſtrativum eſt, quod tribuitur in alicujus certæ perſonæ laudem, aut vituperationem. Ita quidem in juvenili opere Tullius, ſed Græci vocabuli vis & ſignificatio Latino iſti non reſpondet. Quam melius poſtea in Oratore C. 11. extr. periphraſi expreſſit: Quod Græce ἐπιδεικτικὸν, inquit, nominatur, quod quaſi ad inſpiciendum, delectationis cauſa comparatum eſt. Non potuit melius vis Græci vocabuli declarari. Quam nec Quintilianus æque aſſecutus videtur. q. V. l. 3. C. 4. p. 228. Burm. Ἐπίδειξις enim Speciminis exhibitionem potius, quam Oſtentationem, ut illi placuit, ſignificat.
Demonſtrativus digitus, quem Græci λιχανὸν ſive δεικτικὸν appellant. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1.

**Demonstrative**, Adv. Macrob. in Somn. Scip. 1. 16. Hunc locum demonſtrative terram dicens.

**Demonstrābĭlis**, e. Apul. Modos demonſtrabiles dixit.

**Demophon**, vel **Demophoon**, filius Theſei & Phædræ, ad Trojam profectus, qui inde rediens, tempeſtate delatus eſt in Thraciam: & a Phyllide, loci regina, hoſpitio exceptus. Hæc Perottus. V. Phyllidis ad Demophoontem, Ovid. 2. Epiſt. 2. conf. Virg. 11. Æn. 675.

**Demopŏlis**, & Neocles, Themiſtoclis filii, quum apud Athenienſes mentionem feciſſent legum quæ adverſus exules latæ erant, a paternis inimicis lapidibus obruti ſunt. Cæl. cap. 12. lib. 8.

**Demordeo**, di, ſum, [ἀποδάκνω] ēre. Morſu decerpere. Plaut. Merc. 4. 5. 2. Aut angue demorſa ceſſavit turgida. Plin. lib. 28. cap. 4. Et e ligno fulgure icto, rejectis poſt terga manibus demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat admoveri, remedio eſſe produnt.

**Demorsĭco**, āre. frequentativ. Idem. Apul. 2. Met. Demorſicare os alicujus.

**Demorsicatus**, Idem. Apul. 3. de Aur. Aſin. p. 140. Roſis tantum demorſicatis exibis aſinum.

**Demorsus**, Partic, Perſ. 1. Sat. 106.
Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.

**Demorior**, īris, vel ēris, [ἀποθνήσκω] ōri. Ejuſdem cum ſimplici ſignificationis. Columel. lib. 5. Sive enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim vimina.
Demoritur ea te, id eſt, Te deperit, & ardet amore tui. Plaut. Milit. 4. 1. 23.

**Demortuus**, Partic. [ἀποτεθνηκώς] Cic. 4. Verr. 124. Nam quum eſſet ex veterum numero quidam Senator demortuus, & cum, &c.
In demortuorum locum ſubſortitionem fieri. Suet. in Cæſ. cap. 41. 7.
Demortuæ potationes & cœnæ, per translationem. Plaut. Stich. 1. 3. 48.

**Demŏror**, āris, ātus ſum, [διατρίβω, ἀναβάλλομαι] āri. Morari & detinere. Plaut. Epid. 3. 2. 40. Diu me eſtis demorati. Columel. lib. 3. cap. 2. Prudentis magiſtri eſt, ejuſdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari.
Demorari, Expectare. Virg. 10. Æn. 30.
Et tua progenies mortalia demoror arma. Id eſt, Expecto, ſuſtineo. Servius.
Detinere & demorari aliquem. Cic. 12. Fam. 15. Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos, & demoratos eſſe, dum claſſis Dolabellæ certior fieret de adventu noſtro.
Ne diutius vos demorer. Cic. 2. de Orat. 235.
Sermone longe petito demorari aliquem. Claud. de Bell. Get. 26. 385.
Demorari, pro Morari, ſeu Manere, vel Commorari. Ulp. in l. 2. §. omnes. D. de judic. Exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, non compelluntur ſe Romæ defendere, quandiu legationis cauſa ibi demorantur. Hinc Gallice dicimus *Demourer*.
Demorari, neutr. pro Tardare. Plaut. Rud. 2. 4. 27. Quid ſacerdoti meæ dicam, hic demoratam tandiu?

**Demoratus**, paſſ. Gell. lib. 19. cap. 8. Hiſque ipſis quæ jam dixi, demoratos vos video, alicui, opinor, negotio deſtinatos.

**Demoratio**, ōnis. f. apud Hieronym.

**Demorator**, ōris. m. apud Martian. Capell. cap. 1.

**Demosthĕnes** [Δημοσθένης] Athenienſis, Græcorum Oratorum longe princeps: natus fuit patre Demoſthene, quem cultellos vendidiſſe ait Val. Max. 3. 4. ext. 2. certe μαχαιροποιὸς vocatur ab Æſchine Orat. περὶ παραπρεσβείας. Cum Platonis ſtudioſiſſimus eſſet, dicendi artem didicit ab Iſocrate, qui duas minas ei, cum plures ſolvere per tenuitatem non poſſet Demoſthenes, pretium conſtituit. Naturæ & ingenii beneficiis, cum minus valeret, impedimenta multa diligentia atque induſtria ſuperavit. Nam & ſecreto in loco ſubterraneo ſe exercens, corporis geſtum & vocem ſibi formavit, & hæſitantiam linguæ qua ne primam quidem literam ejus artis, cui ſtuderet, proferre recte poſſet, conjectis in os lapillis emendavit, ac vocem ſibi currendo, ſcandendo, pronunciandoque adeo confirmavit, ut planius ipſo loqueretur nemo. Bis in exilium pulſus, quod habuit in inſula Calauria juxta Trœzenen, cum inde ad Antipatrum trahendus eſſet, venenum, quod in calamum quo ſcribebat, clam abdiderat, fuxit, & paulo poſt exanimem ſe perſecutoribus ſuis tradidit. Athenienſes ſtatuam ei æream poſuerunt cum hac Inſcriptione. Si pares ingenio tibi vires fuiſſent, Demoſthenes, Græciæ nunquam apud Macedonas imperium fuiſſet. Elogia ejus prope infinita ſunt, inter quæ lectu dignum Quintil. 10. 1. p. 901. Burman. Plutarchus & Lucianus ex inſtituto vitam ejus ſcripſere. De aliis ſuo more, id eſt, Exquiſita diligentia, Fabr. Bibl. Græc.
Eſt & Demoſthenes, dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco apud Thucydidem.
Fuit & Demoſthenes alius, genere Thrax, Grammaticus, qui Iliada Homeri, & Heſiodi Theogoniam in proſam orationem convertit.
De Demoſthene Athenienſi Oratore. Cic. 1. de Orat. 260.
Eloquium ac fama Demoſthenis. Juvenal. 10. Sat. 130.
Demoſthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. Cic. in Orat. 110.
Demoſthenes Platonis audiendi ſtudioſus. Cic. 1. de Orat.
Et ipſum Platonem ſtudioſe lectitaviſſe & audiviſſe dicitur. Cic. de Clar. Orat. 121.

**Demostratus**, Scriptoris nomen apud Plin. lib. 37. cap. 6.

**Demŏveo**, ōvi, ōtum, ēre. De loco movere. Ter. Adel. 2. 1. 16.
Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos.
Demovere & Conſtituere, contraria. Cic. pro Sylla 62. Ita charus utriſque eſt, atque jucundus, ut non alteros demoviſſe, ſed utroſque conſtituiſſe videatur.
Nomen, & effigies privatis ac publicis locis demovendas cenſebat. Tacit. Ann. 11. 38.
Demotus manu, & actus præceps. Cic. pro Cæcin. 49.
Alveo demoveri. Tacit. lib. 1. 79. Ne Clanis ſolito alveo demotus in amnem Arnum transferretur.
In inſulas interdicto igni & aqua, demoti ſunt. Tacit. lib. 5.
Demovere aliquem de ſententia. Plaut. Perſ. 3. 1. 46.
Dicat quod quisque vult, ego de hac ſententia
Non demovebor.
Nec terrore, aut minis demoventur. Tacit. Hiſt. 4. Promiſſis. Idem Hiſt. 4. 58.
Cura rerum Pallantem demovet. Tacit. Hiſt. lib. 1.
Demoveri ex recto. Cic. 4. de Fin. Quibus in locis multo melius fortaſſis legeretur Dimoveri.
Demovere gradu. Liv. 6. ab Urbe. Quantumque Romana ſe invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Sed

Sed Tiberius demoverat Syria Creticum Syllanum. Tacit. lib. 2. 43.
Severos tribunos demovere. Tacit. lib. 2.
Si priorem ætate, etiam labefactum demovisset. Tacit. lib. 4.

DEMPTUS. V. DEMO.

DEMŪGIO, īvi, [μυχάομαι] īre. Mugitu implere. Ovid. 11. Met. 370.
— sed omne
Vulnerat armentum, sternitque hostiliter omnes. Et 375.
— sanguine littus
Undaque prima rubet, demugitæque paludes.

DEMULCEO, si, sum, [καταμαλάσσω, περιψύζω] ēre. Valde vel Leniter mulcere: ut solet fieri catellis quum manibus attrectantur. Ideo & pro Delinire ponitur. Ter. Heaut. 4. 4. 14.
— non possum pati, quin tibi caput demulceam. V. ibi Eugraphium. Liv. 9. ab Urbe, Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne utique dorsum demulceatis quum ex equis descendetis.
Demulcere aures. Lactant. de Ira Dei cap. 7. Et tamen videmus in aliis animantibus quædam signa lætitiæ, quum ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciviam resolvunt. V. Turneb. Adversf. 21. 22.

DEMUM, [τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον] Adv. Id est, Tandem, Ad postremum, vel (ut ait Festus) Post. Ter. Adel. 5. 8. 15.
Ego novus maritus, anno demum quinto & sexagesimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam? Idem Hec. 1. 2. 53.
Ibi demum ita ægre tulit, ut, &c.
Nunc demum, Modone demum, Signa tarditatis, inquit Donatus. Ter. Heaut. 2. 3. 12. Vah, nunc demum intelligo. Idem And. 5. 3. 11.
Me miserum. s. modone id demum sensti Pamphile?
Nunc demum literis tuis rescribo quas ad me misisti. Cic. 16. Att. 3.
Post demum. Plaut. Asin. 5. 2. 65.
At interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant:
Post eum demum huc cras adducam ad lenam,ut viginti minas Ei det.
Quantum demum. Cic. 5. Tusc. Jam vero exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt, &c.
Tum demum quando vel ubi. Plaut. Milit. 4. 8. 55.
Ego enim dicam tibi tum demum, quando usus poscet.
Demum, Solum, tantummodo. Auctor de Viris Illustr. C. 46. Et quum moveri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demum fœminæ manu moveri posse.
Demum, pro Solum, duntaxat, sive pro Omnino: præcipue junctum cum Is, & cum Ita. Plaut. Capt. 5. 4. 3. Cic. in Sallust. Ea demum magna voluptas est, Crispe Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere. Quintil. lib. 1. cap. 4. Possunt autem id demum quod in proximo est. Plin. lib. 7. cap. 7. Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, &c. Quintil. lib. 4. Quod tamen rarum esse debet & ex necessitate demum.
Ita demum. Quintil. Declam. 10. Ita mihi demum satisfacies, si apud patrem fuisti. Hæc Valla lib. 6.
Demum quod,significat Post: apud Livium Demus legitur. Alii Demum, pro Duntaxat posuerunt. Festus. [ Sic locus distinguendus est.

DEMUS, pro Demum veteres posuerunt. Pacuv. Quid demus magis commodum est, quam ne tuum perduas injuriam pati? Perott.

DEMUSSO, are. unde

DEMUSSATA, [μεμυζημένη] Contumelia apud Apulejum lib. 3. legitur, pro Dissimulata, & cum silentio indignationeque transmissa.
Injuriis omnibus, quas pertulerat demussatis. Ammian. l. 30. p. 493. v. 19. In Indice dicitur Demussare esse Tacite ferre. H. St.

DEMUTĬLO, [καζαπτερόω] āre. Idem quod Mutilare. Columel. de Arbor. 11. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

DEMŪTO, [μεταβάλλω, διαλλάττω] āre. Idem quod Mutare. Plaut. Milit. 4. 3. 37. Nunquid videtur demutare?
Demutant ingenium mores. Plaut. Trinum. 1. 2. 36.
— aut si demutant mores
Ingenium tuum, neque eos antiquos servas.
Demutare animum de firma fide. Plaut. Trinum. 4. 4. 19.
Imperium alicujus. Plaut. Men. 5. 2. 218.
Aliquo orationem. Plaut. Milit. 4. 7. 8.
Sed eccum Palæstrionem, stat cum milite:
Oratio illo mihi demutanda est mea.
Non demutabo. Plaut. Pseud. 1. 5. 142. Hoc est, Non revocabo quod pollicitus sum.
Placitum, instituto Flaminum nihil demutari. Tacit. 4. Ann. 16. 6.

DEMUTATIO, Verbale. [μεταβολή] Plin. lib. 28. cap. 8. de Chamæleonte, Nullum animal pavidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse demutationis. Alii legunt Mutationis.

DEMUTATOR, ōris. m. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 32. Argutissimi demutatores ossium, &c.

DEMUTABĬLIS, &c. Prudent. Apotheos. v. 276.
Non convertibilis, nec demutabilis unquam
Est Deus.
Omnium natorum & factorum convertibilis & demutabilis est natura. Tertull. de Anima cap. 21.

## D E N

DENARIUS, Adj. [δεκαδικός] Quod decem continet. ut Denariæ fistulæ. Plin. lib. 31. cap. 6. de Ratione aquæ ducend. Fistulas denum pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cujus laminæ latitudo, antequam curvetur, digitorum decem est: dimidioque ejus quinaria.
Denariæ, Ceremoniæ dicebantur, & tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Festus.

DENARIUS, ii. m. [δεκάχαλκον] Decem librarum nummus erat, cujus quarta pars sestertius: eo tempore scilicet quo denarius decussi valebat. Erat autem Denarius argenteus nummus quatuor & viginti siliquas pendens. Apud Priscian. ita legitur, Siliquæ tres obolum faciunt. duo autem oboli scrupulum. tria scrupula drachmam. ita duodeviginti siliquæ in drachma. sic quatuor drachmæ in tribus denariis, hoc est, duæ & septuaginta siliquæ. Budæus. Sextivum autem denarium dici lectum est, quia in sex uncias, hoc est, sex obolos, ut ait Celsus, dividitur drachma, quæ Latine dicitur Denarius. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 2.
Denarius Romanus quaternos sestertios nummos valebat, hoc est, quaternos caroleos nostros & binos denarioles turonicos. Ex eo Denarius dictus, quod pro Decem assibus æreis locaretur, & cederet in solutum. Cic. 5. Verr. quum ita dixisset, Nam quum ex Sicilia & ex legibus frumentum & in cellam sumere liceret: idque frumentum Senatus ita æstimasset quaternis sestertiis tritici modium, binis hordei: iste numero ad summam tritici adjecto, tritici modios singulos cum aratoribus denariis ternis æstimavit. Hæc verba velut exponens, paulo post, ita subdit, Verum enimvero quum esset sestertius binis aut etiam ternis quibusvis in locis provinciæ: duodenos sestertios exegisti. Budæus.
Denarium nunc appellare possumus caroleum nummum argenteum, qui antiquorum sestertium valet. Budæus. [ Cum Denarius dicitur, subintelligitur semper Nummus, quod nomen solitarium sæpius quoque adjectum legitur: ut ap. Liv. 8. 11. extr. Similiter in v. Quinarius, qui & Victoriatus. Quando primum signari cœperint denarii,docet Plin. H. N. l. 33. C. 3. Argentum signatum est anno Urbis CDLXXXV. Q. Ogulnio C. Fabio coss. v. annis ante primum bellum Punicum. Et placuit Denarium pro decem libris æris, Quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac semisse. Hæc ille. De Denarii valore plenius Scriptores de Re monet. Vet. Bud. G. Agricola, Hotom. Hostus, Jos. Scalig. Er. Putean. Choquier. Salmas. & qui argumentum istud exhausisse videtur J. F. Gronov. tr. de Sestert. tum qui luculenta brevitate omnia complexus est, Jo. Casp. Eisenschmidius l. de Pond. & Mens. Vet. &c.
Spes denarii. Cic. 2. Att. 6. Vide quid narrent, & quæ spes sit denarii.
Quingenos denarios singulis militibus dare. Cic. 10. Fam. 32.
Emere denario quod sit mille denarium. Cic. Off. 3. 92.
Ad denarios pervenire. Cic. 5. Verr. 196.
Ad denarium solvere alicui aliquid. Cic. pro Quintio 17.
Exigere quaternos denarios ab aliquo in singulas amphoras vini. Cic. pro Fontejo 9.
Denaria Philippea, in neutro, subaud. Numismata, dixit Plaut. Rud. 5. 2. 27.

DENARISMUS, i. m. Pensio denarii, tributi genus de agris sive prædiis cujus mentio fit Leg. 107. & 123. Cod. Theodos. de Decurionibus. adde Gloss. Car. du Fresne.

DENARRO, [ἐξηγέομαι] āre. Ordine narrare. Ter. Phorm. 5. 7. 51. Hæc adeo ego illi jam denarrabo. Gell. lib. 2. Hæc nobis Favorinus summa cum elegantia verborum, totiusque sermonis comitate atque gratia denarravit. Hor. 2. Sat. 3. 315.

DENASCOR, ēris. [ἀποθνήσκω] asci. pro Mori. Cassius Hemina Annalium lib. 2. Quæ nata sunt, ea omnia denasci ajunt.

DENATIUM, ii. n. Medicina pro ægris denascentibus. Tertul. Apolog. cap. 23. Æsculapius demorituris scordii & denatii & Asclepiadoti subministrator.

DENĀSO, [ἐκρινόω] āre. Nasum auferre. Plaut. Capt. 3. 4. 72. Nanque ædepol si adbites propius, os denasabit tibi.

DENĀTO, [καζανήχομαι] āre. Idem quod Natare, vel Enatare. Hor. 3. Od. 7. 28. Nec quisquam citus æque
Thusco denatat alveo.

DENDA, Municipium civium Romanorum, in ora Macedoniæ collocatum a Plin. lib. 3. cap. 23.

DENDRACHĀTES, Gemma est velut Arbuscula insignis. Plin. 37. cap. 10.

DENDRĪTIS, ĭdis. f. Gemma, quæ sub arbore defossa, non permittit securim hebetari. Plin. lib. 37. cap. 11.

DENDROCISSOS, Hedera quæ sine adminiculo stat. Perott.

DENDROGALĒNUM, [Δενδρογάληνον] Vini species est apud Græcos, quod fit ex vite pulcherrima Bithyniæ, quæ Mersites dicitur, ut refert Cæl. lib. Antiq. Lect. 28. cap. ult.

DENDROĪDES, [δενδροειδής] Septima tithymali species, teste Plin. lib. 26. cap. 8. in petris nascens. Ampliter opacat, in cacumine frondosam spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus, foliis myrti tenuioribus, fructu characiæ. Ex Diosc. lib. 4. cap. 159. Theophrastus tamen tria tantum tithymalorum genera prodit lib. 9. cap. 12. de Hist. Plant. ubi V.

DENDRŎPHŎRI, orum. m. plur. [δενδροφόροι] Collegium & corpus fuit, ut patet ex Inscript. Gruteri p. 194. n. 2. & p. 444. n. 2. & Sponii p. 55. 56. Quibusdam sunt lignorum venditores: at Salmas. in Spartiani Caracall. cap. 9. de sacro seu superstitioso quodam ordine, ex l. 20. Cod. Theod. de Paganis, sacr. & templ. interpretatur eo, Qui Dei cujusdam honori, Bacchi videlicet aut Silvani, aut similis, arbores evulsas gestabant. adde Jac. Gothofredi in illam legem, qua inter nomina & professiones gentilitias etiam Dendrophori censentur, not. V. accurate de his agentem Reines. ad Inscript. 1. 40. p. 75.

DENDROS, [Δένδρος] Insula Spiræo promontorio objacens. Plin. lib. 4. cap. 12.

DENĔGO, [ἀπαρνέομαι, ἀπαγορεύω] āre. est Valde ac constanter negare. Plaut. Trinum. 5. 2. 47. Si tibi denegem, quod me oras, i. e. plane daturum me negem, vel dare recusem.
Dare denegabis. Ter. Heaut. 3. 1. 78.
Deferre, & Denegare, contraria. Cic. pro Flacc. 1. Quod enim esset præmium dignitatis, quod Populus Rom. quum hujus majoribus semper detulisset, huic denegaret? Idem 2. de Orat. 126.
Denegarat, se commissurum mihi gnatam suam. Ter. And. 1. 5. 6.
In denegando. Ter. And. 4. 1. 78. Cic. 2. Q. fratr. 9. Divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.
Denegare alicui auxilium adversus alterum. Cæs. 8. Bell. Gall. 45.
Gaudia alicui. Ovid. 4. Met. 368.
— speratаque gaudia nymphæ Denegat.
Honorem. Cic. 11. Philipp. 19. Suffragio meo, tanquam comitiis, homini honorem amicissimo denegavero.
Naturæ & necessitati omnia jucunda. Cic. 7. Verr. 35. Ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.

Denegare,

Denegare, Sedulo negare se aliquid fecisse, aut sibi quid creditum esse. Plaut. Amph. 2. 2. 220.
— atque his si denegat Facta, quæ tu facta dicis.
Crimen denegare. Cic. pro Fontejo 8. Si hoc crimen optimis hominibus denegare possumus.
Occupatio onus impositum denegat. Cic. 5. Fam. 12.
Amnis tibi deneget undas. Ovid. in Ibin 107.

DENEGATUS, a, um. Columel. præf. lib. 1. A natura sexum viris denegatum mentiri.

DENEGATIO, onis. f. Petron. P. 1. p. 44. Denegatione ardentior factus, me quoque sequebatur.

DENICALES Feriæ colebantur, quum hominis mortui causa familia purgabatur. Græci enim νεκυν mortuum dicunt. Hæc Festus lib. 4. Columel. lib. 2. cap. ult. Nos apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos jungere non licere, cæteris licere. Denicales forte nomen habent a Denis diebus: id quod suspicari lubet ex his Justiniani verbis in novella Constitutione 115. sub fin. Sancimus, inquit, ut nemini prorsus defuncti hæredes, vel parentes, vel liberos, vel uxorem, vel agnatos, vel alios cognatos, vel alioqui affines ejus, vel fidejussores, ante novem dierum spatium, in quibus lugere videntur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negotium facessere, &c. [Immo a Nece appellatas esse docet Cic. l. 2. de Legib. C. 22. 55. q. V.

DENĬGRO, [μελαίνω] āre. Offuscare, nigrum facere. Plin. lib. 23. cap. 5. Capillum denigrat suffitu. Varr. 1. de R. R. cap. 55. Non solum denigrat terram, &c.
Honorem famamque alicujus denigrare. Firmic. lib. 5. cap. 10. sub fin.

DENIGRATIO, ōnis. f. ut, Denigratio capillorum, Th. Priscian. 1. 2.

DENIGRATŪRA, æ. f. Idem. apud Augustin.

DENIGRATOR, ōris. m. apud Tertul.

DENĬQUE, [τέλος, ἐπὶ τέλει] Adv. ordinis, inquit Donatus, & fere in fine sensus & in ultima sententia ponitur a Terentio, eodem authore, pro Præterea & tandem. Ter. Phorm. 1. 2. 71. Quid fit denique? Ibid. 2. 1. 11. Vereor ne isthæc fortitudo in nervum erumpat denique. Cic. 5. Verr. Si ternos denarios qui cogit, erit absolutus: quaternos denos denique aut vicenos coget alius, quæ erit reprehensio?
Denique tum subjungimus, quum sunt multa enumerata, significantes hoc ultimum esse omnium, inquit Valla lib. 6. Ter. Phorm. 4. 3. 43.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
Hæc denique ejus fuit postrema oratio,
Ego, &c. Cic. pro Lege Manil. 40. Non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.
Denique, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur pro Postremo.
Nunc denique. In NUNC.
Tum denique. Plaut. Capt. 1. 2. 39.
Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Quum excessisset e vita, tum denique viveret. Cic.
Denique ad extremum. Cic. Post. redit. ad Quirit. Primum vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verumetiam obsecravit.
Denique, pro Tum demum. Cic. pro Milon. 36. Itaque Milonis consulatus qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Id est, Confestim, vel potius Tandem & demum, inquit Budæus. Pro Tandem usus Lucret. lib. 3. 764.
Quare dissolvi quoque debent posse per artus,
Denique ut intereant una cum corpore cunctæ.
Denique quæ pausa erit, & quando desinet, &c. Nepos in Fragm. de Corn. Gracch. matre.

DENNA, Oppidum, de quo Plin. in descript. sinus maris Rubri, Troglodytici, & Æthiopici, lib. 6. cap. 29.

DENNUS, [δέννος] apud Persas Injuria est & probrum. Unde si cui ingeratur videri eum fœmina socordiorem, δέννος ἐστὶ μέγιστος, inquiunt. Id est, Dennus est insignis, ut prodit Herodotus.

DENOMINO, [παρονομάζω] āre. Idem quod Nominare, sive Nomen imponere. Grammaticis Denominare idem est quod Nomen aliud ex alio deducere. Quintil. lib. 1. cap. 10. Propria sunt verba, quum id significant in quod primum denominata sunt. Idem lib. 8. cap. 2. Multa sunt & Græce & Latine non denominata. Hor. 3. Od. 17. 1.

DENOMINĀTIO, ōnis. f. Quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata. Auth. ad Heren. 4. 43. [Hic pro Metonymia Rhetorum ponitur. V. l.

DENOMINATĪVUM, [παρώνυμον] apud Grammaticos dicitur, quod a Nomine deducitur: ut a lapis, lapillus.

DENOMINATIVE, Adv. Idem. Martian. Capella 4. p. 114. Situs omnis denominative dicitur; ut sedere a sessione, &c.

DENOMINATOR, oris. m. &

DENOMINATRIX, īcis. f. apud Boethium.

DENORMO, [παραγωνιόω] āre. Hor. 2. Sat. 6. 9.
— ô si angulus iste
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Id est, Deturpat, & inæqualem facit, ut interpretatur Acron. *Qui est enclavé dedans mon champ.*

DENORMATUS, a, um. Ad normam formatus; ut Denormata linea; Aut. de Limit. Edit. Gœs. p. 252.

DENORMATIO, ōnis. f. apud Augustin.

DENŌTO, [σημειόω] āre. Idem quod Notare. Cic. pro Lege Manil. 7. Quod is qui uno die tota Asia, tot in civitatibus, uno nuntio atque una literarum significatione cives Romanos necandos, trucidandosque denotavit.
Denotare creta pedes venalium mancipiorum, aut vinctorum. Plin. lib. 35. cap. 17.
Denotare lineam aliquo conspicuo colore. Columel. lib. 3. cap. 15.
Denotatas habere res aliquas. Cic. 4. Acad. 18.
Denotare, pro Infamare, ignominia notare. Pomponius in l. Turpia. D. de leg. 1. Turpia, inquit, legata, quæ denotandi magis legatarii gratia scribuntur odio scribentis, pro non scriptis habentur.

DENOTĀTUS, ûs. pro Denotatione. Tertul. in lib. de Pallio.

DENOTATIO, ōnis. f. Idem. Tertul. de Fœm. cap. 13. Bonum ipsa denotatione sui exultat.

DENOTATOR, oris. m. apud Hieronym.

DENS, dentis. m. [ὀδούς] Notum quid significet. Plaut. Curcul. 2. 3. 39. Os amarum habeo, dentes plenos.
Dentium acies. V. in DISTRICTUS. Dentum Varro dici ait, fine 1. H. St.
Cava dentium. Plin. lib. 30. cap. 3. Cavis dentium inditus mire prodest.
Cavernis dentium in dolore inditum cera includi. Plin. lib. 22. cap. 23.
Crepitus dentium. Cic. 4. Tusc. 19. i. e. Stridor. in N. T. βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
Dolores dentium cavere. Plin. lib. 28. cap. 4. Frigida aqua matutinis, impari numero, ad cavendum dentium dolores. Idem lib. 24. cap. 7. Teda, decocta in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt. Idem lib. 20. cap. 7. Doloren dentium prohibet.
Dolori dentium prosunt laricis folia. Plin. lib. 24. cap. 6.
Dolores dentium sedat succus illitus. Plin. lib. 20. cap. 8.
Dolores dentium sedantur, ossibus draconis marini scarificatis gingivis. Plin. lib. 32. cap. 7.
Dolorem dentium tollunt carnes cucurbitæ. Plin. lib. 26. cap. 3.
Evulsio dentis. Cic. 3. de Nat Deor. 57. de Æsculapio, Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem (ut ferunt) invenit.
Foramen dentium. V. Dentem eximere.
Infirmitas dentium. Plin. lib. 23. cap. 4. Os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem.
Labefactio dentium. Plin. lib. 23. cap. 1.
Mobilitates dentium. Plin. lib. 20. cap. 21.
Motus dentium stabilire. Plin. lib. 20. cap. 3. de Cucurbita. Decoctæ autem universæ succus, dentium motus stabilit, & dolores inhibet.
Stabilitati dentium efficacissime subvenit amurca. Plin. lib. 23. cap. 3.
Stridor dentium. Cels. lib. 2. cap. 7.
Acuti dentes. Plin. lib. 11. cap 37.
Adversi. Cic. 2. de Nat. Deor. 134 Hos Plin. vocat Primores, lib. 7. c. 16. & 11. cap. 37. Anteriores vulgo nuncupant, & Incisorios. V. infra Celsi locum.
Albi dentes lupi. Virg. 11. Æn. 681.
Atri. Hor. Epod. 6. & 1. Epist. 18. 7.
Avido dente convellere dapes. Ovid. 11. Met. 123.
Boni. In BONUS.
Calceati. In CALCEO.
Candidi. Catul. Epigr. 37. Plin. lib. 11. cap. 37.
Candiduli. Cic. 5. Tusc. 46.
Canini. V. CANIS.
Cariosi & fœtidi dentes. Plin. lib. 32. cap. 7.
Cavus dens inuritur putamine nucis juglandis. Plin. lib. 23. cap. 8.
Concavus. In CONCAVUS.
Continui dentes. In CONTINUO.
Crinales dentes, periphrasis pectinis apud Claud. de Bell. Gild. V. Eburnus, Infecti.
Curvus. V. Duriores osse dentes sunt.
Defricatus urina. Catul. Epigr. 37. 20.
Degener livoris. Sen. Hippol. 4.
Domito dente frena premunt leones. Ovid. 10. Met. 704.
Duriores osse dentes sunt: quorum pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex his quaterni primi, quia secant, τομεῖς a Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos utrinque fere maxillares quaterni sunt, præterquam in his in quibus ultimi, qui sero gigni solent, non increverunt. Ex his priores singulis radicibus, maxillares utique binis, quidam etiam ternis quaternisve nituntur. fereque longior radix breviorem dentem edit: rectique dentis recta etiam radix curvi flexa est: exque eadem radice in pueris novus dens subit, qui multo sæpius priorem expellit: interdum tamen supra infrave eum se ostendit. Hæc Cels. lib. 8. cap. 1.
Duplices. Plin. lib. 11. cap. 37.
De dentibus eboreis extat epigramma apud Martial. lib. 14.
Eburnus, pro Pectine eburno. Claud. 2. Paneg.
Exerti. Plin. lib. 11. cap. 37.
Exigui. Sueton. in August. cap. 69.
Expolitus. Catul. Epigr. 37.
Feri. Lucret. lib. 5. de Apris.
Fœtidi & cariosi. Plin. lib. 32. cap. 7.
Firmus. Sil. lib. 10.
Genuini. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Plin. lib. 11. cap. 37.
Jejunis dentibus acer. Hor. 2. Epist. 2. 29. de Milite, quem lupo comparat.
Immanes. Claud. 3. Paneg. 346. de Elephantis.
Indi. Id est, Elephantini, ebur. Ovid. 8. Met. 288. & 11. 167.
Indomiti sunt flammis dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.
Infecti dentes pectine. V. PECTEN. H. St. V. Supra Crinales.
Intimi, qui & Genuini vocantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 134.
Invicti sunt ignibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.
Lasso dente piger. Sen. in Thyest. 8. de Leone.
Lati. Plin. lib. 11. cap. 37.
Lividus. Hor. Epod. 5. 47.
Luridi. Hor. 4. Od. 13. 10.
Magnis insignia dentibus ora. Ovid. 8. Met. 429.
Maledico dente carpere aliquem. Cic. pro Corn. Balb. 57.
Maxillaris dens. V. MAXILLA.
Mobiles stabilit myrrha commanducata. Plin. lib. 20. cap. 20.
Mobiles dentes sistit succus colocynthidis cum aceto calefactus. Plin. lib. 20. cap. 3.
Niger. V. Dens scaber.

Nigro

Nigro dente turpior. Hor. 2. Od. 8. 3.
Nigreſcentes dentes dentifricio ad colorem reducere. Plin. lib. 31. cap. 10.
Niveus. Ovid. 18. Epiſt. 18.
Numeroſus. Id eſt, Pecten. Claud. 10. 102. de Nupt. Honorii.
— hæc morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat. V. Inſecti.
Obliquo dente timendus aper. Ovid. 4. Epiſt. 104.
Plani. Plin. lib. 11. cap. 37.
Primores dentes ſeptimo menſe gignuntur. Plin. lib. 7. cap. 16.
Puerilium dentium lapſus. Sen. lib. 4. de Benef. cap. 6.
Pullinos dentes jacere. Plin. lib. 8. cap. 44. de aſina.
Putridi. Cic. in Piſon. 1.
Rari. Sueton. in Auguſt. cap. 79.
Rectus. opponitur Curvo. V. Duriores oſſe dentes ſunt.
Ruricolæ dentes dicuntur vomeres aratri. Lucan. lib. 7.
Scaber dens, qua parte niger eſt, radendus eſt, illinendusque roſæ flore contrito. Celſ. lib. 7. cap. 12.
Scabri rubigine dentes. Ovid. 8. Met. 802. hodie legitur Scabræ r. fauces.
Serrati, & pectinatim coeuntes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Seſquipedales. Catul. 95. Epigr. 5.
Sicci. Stat. 10. Theb. de lupis eſurientibus.
Solidi, quibus opponuntur Concavi. Plin. lib. 11. cap. 7.
Superiores. V. Dens movet dolores.
Theoninus. In THEON.
Timendi. V. Acuere dentes, In ACUO.
Triti dentes in querno ſtipite. Ovid. 8. Met. 369.
Vacui dentes dicuntur illius, qui non habet, quod edat. Valer. 3. Argon.
Viperei. Ovid. 3. Met. 103.
Uncis dentibus horrendus draco. Ovid. 7. Met. 151.
Vulnificos acuit dentes aper. Sen. in Hippol. 346.
Acuere dentes timendos. Hor. 3. Od. 20. 10. de puella, quam leænæ comparat. Intelligit autem dentes acuere, pro Minari malum, aut exitium.
Adurgendus dens digito. Celſ. l. 7. C. 12.
Afferre dentes in damnum. In AFFERO.
Amittuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Atteruntur dentes uſu. Plin. lib. 7. cap. 16.
Auxiliatur dentibus ſuccus radicis lapathi. Plin. lib. 20. cap. 21.
Cadunt dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. Vermium terrenorum cinis exeſis dentibus conjectus, ex facili cadere eos cogit. In CADO.
Circumpurgare dentem. Celſ. lib. 7. C. 12. unde & ſequentia excerpta ſunt.
Circunradere dentem.
Comprehendit dentem forceps.
Concutere dentem.
Confringitur dens ſub forcipe.
Carpere dente injuſto. Ovid. 3. de Ponto 4. 74.
Cavantur dentes tabe pituitæ. Plin. lib. 7. cap. 16.
Circunrodi Theonino dente. Hor. 1. Epiſt. 19. V. THEON.
Circunſcalpti dentes, dolore liberantur. Plin. lib. 20. cap. 5.
Circunſcarificare dentem. Plin. lib. 30. cap. 3.
Citare. V. Dentem eximere.
Collucere. Plin. lib. 21. cap. 31.
Conficiunt dentes cibum. Cic. 2. de Nat. Deor. 134.
Confirmat dentes inula a jejunis commanducata. Plin. lib. 20. cap. 5.
Confirmantur dentes labantes oſſibus combuſtis. Plin. lib. 28. cap. 11.
Dens corruptus, aut fractus. Celſ. lib. 6. cap. 13.
Dentes crepuere retecti. Perſ. 3. Sat. 101. Hoc eſt, Labris diductis aperti, cum ſtridore ſonuerunt.
Decidunt dentes anno ſeptimo, aliique ſufficiuntur. Plin. lib. 7. cap. 16. & lib. 11. cap. 37.
Denigrare dentes. Plin. lib. 32. cap. 7.
Deficiunt multo primum in aliquibus dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.
Defluunt dentes. Plin. lib. 7. cap. 16.
Dentes digerunt cibum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Direxit ad inguina dentes. Ovid. 8. Met. 400. de apro Calydonio, & Ancæo, qui cum ipſo congrediebatur.
Dentes dividunt eſcas morſu. Cic. 2. de Nat. Deor. 134.
Dolet dens. Celſ. lib 6. cap. 9.
Edit breviorem dentem longior radix. V. Duriores oſſe, &c. ſupra.
Eroduntur dentes. Plin. lib. 31. cap. 9.
Eroſi dentes. Idem lib. 24. cap. 10.
Eruere dentes. Idem lib. 28. cap. 8.
Evellitur dens. V. Dens movet dolores, & Dens naſcitur.
Evellere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. Hanc autem vel inveteratam cum cera celerrime dentes evellere tradunt.
Exacuit dentes ſus. Virg. 3. Georg. 255.
Excidit dens. V. Dentem eximere, & Dens naſcitur.
Excipere dentem forcipe. Celſ. l. 7. C. 12.
Excipere dentem manu. Celſ. lib. 7. cap. 12.
Excuſſi dentes. Juven. 16. Sat. 10.
Exeſus. Celſ. lib. 6. cap. 9. Si vero exeſus eſt dens, feſtinare ad eximendum eum, niſi res cogit, non eſt neceſſe.
Eximere dentem. Celſ. lib. 6. cap. 9.
Extrahit dentes ſine vexatione radius paſtinacæ. Plin. lib. 32. cap. 7.
Extrahit dentes caſuros amurca. Plin. lib. 23. cap. 3. ad fin.
Facit origanum dentibus candorem. Plin. lib. 20. cap. 17.
Fatigare dentem in dente, eſt Comprimendo dentes atterere. Ovid. 8. Met. 825.
Figere dentes in aliquid. Ovid. 3. Met. 84.
Vulnera dat ferro, frangitque in acumine dentes.
Findere dentem. Celſ. l. 6. C. 9.
Firmat dentes commanducata lapathi radix. Plin. lib. 20. cap. 21. ad fin.
Fovere dentem. Celſ. lib. 6. cap. 9.
Frangit dentes & extrahit cedria. Plin. lib. 24. cap. 5.
Fricare dentes melle. Plin. lib. 30. cap. 4.



Fuſcat inertia dentes. Ovid. 3. de Arte Am. 197.
Quid ſi præcipiam ne fuſcet inertia dentes?
Gignuntur dentes. Plin. lib. 37. cap. 39.
Hebetare dentem. Sil. lib. 8.
Dens hærens. Celſ. l. 7. C. 12.
Illidere dentes labellis. Lucret. lib. 4. 1073.
Incidere ferro dentes. Ovid. 8. Met. 245.
— ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, & ferræ reperit uſum. De Perdice puero, quem dicit fuiſſe inventorem ferræ; quod tamen Dædalo adſcribit Plin. lib. 7. cap. 56.
Increſcunt dentes. V. Duriores oſſe dentes ſunt.
Infricare dentes cinere cornus cervini. Plin. lib. 28. cap. 11.
Irritare dentes. Celſ. lib. 6. cap. 9. de doloris dentium curatione, Cibo quoque primo abſtinendum, deinde eo modico molliique utendum, ne mandentis dentes irritet.
Juvat dentes integros illitus cinis vermium terrenorum. Plin. lib. 30. cap. 3.
Labant dentes. Celſ. lib. 7. cap. 12.
Laceſſitus cruento dente. Id eſt, Conviciis, & ignominioſis verbis laceſſitus. Hor. 2. Epiſt. 1. 150.
Laniare dentibus aliquid. Virg. 3. Georg. 514.
Lavare dentes. Catul. 39. 14.
Limare. Celſ. lib. 7. cap. 12. Limandus dens eſt, ſi ſit acutior.
Livent rubigine dentes. Ovid. 2. Met. 776.
Mandere aliquid ſævo dente. Ovid. 15. Met. 72.
Mederi dentibus. Plin. lib. 23. cap. 6. Sic lib. 30. cap. 3.
Morderi invido dente. Hor. 4. Od. 3. 16.
Moventur dentes. Celſ. lib. 7. cap. 12. & 6. 15.
Movet dolores dens. Celſ. lib. 7. cap. 12.
Mutat homo dentes. Plin. lib. 11. cap. 37. Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater ejus non mutavit primores, ideoque prætrivit. V. Præterere.
Mutantur dentes homini, leoni, jumento &c. Plin. lib. 11. cap. 37.
Naſcitur dens. Celſ. lib. 7. cap. 12. Plin. lib. 11. cap. 37.
Nituntur dentes radicibus. V. Duriores oſſe dentes ſunt.
Nocet dentibus & gingivis braſſica. Plin. lib. 20. cap. 9.
Oriuntur dentes. Corn. Celſ. lib. 2. cap. 1. Maximeque caninis dentibus orientibus male habent.
Perfricare dentes. Ovid. 3. de Arte Am. 216.
Petere dente. Hoc eſt, Invadere, vel Ferire. Hor. 2. Sat. 1. 52.
Petere aliquem atro dente. Hor. Epod. 6. 15. Hoc eſt, Maledico & obtrectatorio ſermone.
Præterere dentes. V. Mutat homo dentes. [Sed locus merito ſuſpectus eſt.
Prodeſt dentibus. Plin. lib. 20. cap. 9.
Putreſcunt dentes. Plin. lib. 31. cap. 9.
Recreſcunt dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Remedium dentium eſt, corticis platani in aceto decoctum. Plin. lib. 24. cap. 8.
Remedio dentibus ſunt, panacum radix, &c. Plin. lib. 25. cap. 13.
Reficere dentes. Celſ. lib. 6. cap. 15. [Refigi eos oportet. Lind.
Renaſcuntur dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Rubeſcunt ſenecta dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Rumpere dentes. Plin. lib. 25. cap. 13. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes.
Salierunt cuſpide dentes. Stat. 9. Theb. 132.
Sanat dentes radix anemonæ commanducata. Plin. lib. 21. cap. 23.
Scalpere dentes penna vulturis. Plin. lib. 30. cap. 4.
Scarificare dentes. Plin. lib. 28. cap. 11.
Servare dentem, &c.
Solvere dentem. V. Dentem eximere.
Stridere dentibus. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Triplici ſtant ordine dentes. Ovid. 3. Met. 34. de ſerpente Cadmæo.
Subit dens. V. Duriores oſſe dentes ſunt.
Superbo dente tangere cibum, eſt Faſtidire cibum. Hor. 2. Sat. 6. 87.
— cupiens varia faſtidia cœna
Vincere tangentis male ſingula dente ſuperbo.
Candorem trahunt dentes quodam medicamine. Plin. lib. 7. cap. 16.
Vinciendi ſunt dentes auro. V. Dentes labant.
Dens pro Clavi, quod in clavibus fere ſemper inſint velut dentes. Tibullus.
Seu referat fixo dente puella fores.
Germanicus in Arateo carmine,
Qualis ferrato ſubigens clavicula dente
Succutit, & foribus reddicit vincula clauſtri. Turnebus.
Dens, Omne id quo aliquid teneri vel extrahi poteſt, ſolet appellari. Virg. 6. Æn. 3.
— tum dente tenaci
Anchora fundabat naves.
Dens aratri. Columel. lib. 2. cap. 4. Nam vel reſpuitur duritia ſoli dens aratri.
Curvus dens. Ovid. 3. Amor. 10. 4.
Et veterem curvo dente revellit humum.
Durus dens vomeris. Virg. 1. Georg. 262. Dens, id eſt, Acumen. Servius.
Uncus dens, Ligo incurvus. Virg. 2. Georg. 423.
Dentem Saturni pro Falce poſuit. Virg. 2. Georg. 406.
— & curvo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens, fingitque putando.
Dentes, pro Pectine V. ſupra Inſecti, & Burm. ad Petron. p. 62.

DENTICŬLUS, i. m. dimin. Apul. Apol. p. 278. Quæ, malum, ratio eſt, linquam mundam & lotam, vocem contra ſpurcam & tetram poſſidere? viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inſpirare?

DENTIO, [ὀδοντοφυῶ, ὀδοντιάζω] īre. Verbum neutr. Emittere dentes. Plin. lib. 30. cap. 3. Cinis eorum pueros tarde dentientes adjuvat cum melle. Et lib. 21. cap. 20.

Dentire dentes dicuntur a Plauto, quum invicem atteruntur & concutiuntur fame. Ut enim pueri dicuntur dentire, cum eis primum oriuntur: sic quibus cessant a terendo cibo, quia non deteruntur, grandescere videntur, atque dentire populari joco dicuntur. In Milit. 1. 1. 34. [Ita quidem Turnebus. Sed rectius Scaliger de crepitu seu stridore dentium exponit. q. V.

DENTITIO, ōnis. [ὀδοντοφυΐα] Dentium emissio. Plin. lib. 28. cap. 19. Infantibus nihil butyro utilius per se & cum melle, privatim & in dentitione, & ad gingivas, & ad oris ulcera. Idem lib. 30. cap. 15. Ad dentitionem cerebrum pecoris utilissimum est.

DENTATUS, [ὀδοντωμένος] Adj. Qui habet dentes. Martial. lib. 1.
Sic dentata sibi videtur Ægle,
Emptis ossibus Indicoque cornu.
Cornua bisulcis dentata forcipibus. Plin. lib. 11. cap. 28. de grandiorum scarabæorum cornibus.
Dentatus, Dente politus, lævigatus. Sic Cic. Q. fratr. 2. 15. dentatam chartam dixit, ut recte interpretatus est Manutius. Male enim de acerba & mordaci scriptura Erasmus interpretatur.
Sic tamen & H. St. visum est, qui hic Pontanum perstringit, quod Mordax ac dentatus, dixerit, Sed præcedere debuit, inquit, Dentatus: Quomodo enim mordeat, nisi prius sit dentatus?
Dentata manus. Petron. cap. 18. Capillos ab aure descendentes dentata manu duxit. Id est, Manus digitis pectinatim explicatis.
Male dentata puella. Ovid. 1. de Rem. Amor. 340.
Dentatus, Qui magnos habet dentes. Plaut. Pseud. 4. 4. 3. Non ego te ad illum duco dentatum virum. Hinc Edentatus, Cui dentes sunt evulsi. Macrob. 7. Saturn. 13. Edentatæ belluæ morsus. Similiter Edentulus, Qui dentibus caret. q. V.

DENTATUS, Cognomen fuit M. Curii, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 16. quod cum dentibus natus fuerit. Hic consul fuit cum P. Cornelio, anno CDLXIII, ut author est Cassiodorus & Eutropius lib. 12. Bellum Samniticum gessit, & de Samnitibus, Sabinis & Lucanis triumphavit, ut author est Florus, lib. 1. cap. 15. Hic contra Pyrrhum missus cum eo pugnavit, & exercitum ejus cecidit, ipsum Tarento fugavit, & de eo triumphavit. Florus lib. 1. cap. 18.

DENTICULĀTUS, Adj. [ὀδοντωτὸς] In formam dentium factus. Plin. lib. 9. cap. 31. *Prӕterea* bina brachia denticulatis forcipibus.
Denticulatæ asperitatis venter terrestribus quibusdam animalibus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Denticulatæ falces. Columel. lib. 2. cap. 21.
Denticulatum olus. Plin. lib. 26. cap. 15. Item ophrys herba, denticulato oleri similis.

DENTŌSUS, a, um. Idem. Ovid. 6. Fast. 5. 229.
—— dentosa crinem depectere buxo.

DENTALE, lis. n. [γύης] Lignum ad quod vomer includitur, inquit Servius: quod & dens a Varrone dicitur. Virg. 1. Georg. 172.
Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.
Vomer & dentale. Columel. lib. 2. cap. 2. Censet exiguis vomeribus & dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit.

DENTARIUS, a, um. Gloss. Gr. Lat. ὀδοντάγρα, forfex dentaria. Dicendum fuit Forceps. Matthiol. Herba dentaria. conf. Apul. de Herb. cap. 4. & 8.

DENTARPAGAS, Quas Græci ὀδοντάγρας vocant, Latine voluit appellari Varro Quinquatribus. Hic bipensiles forcipes dentarpagæ. Nonius, 2. 237.

DENTIDŪCUM, i. n. Cæl. Aurel. Tard. 2. 4. Gr. ὀδονταγωγόν.

DENTIFRICIUM, ii. n. [ὀδοντότριμμα] Medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. Plin. lib. 28. cap. 11. de talo bubulo, Ejusdem cinis cum myrrha dentifricium est. De dentifricio V. Martial. lib. 14. 56. & plura Plin. l. c.

DENTISCALPIUM, i. n. [ὀδοντοξέστης, ὀδοντογλυφεῖον] Quo dentes scalpuntur & mundantur. Martial. lib. 14. 22. Idem lib. 7. 52.
Bissenos triplices, & dentiscalpia septem.

DENTIFRANGIBŪLUM, i. n. [ὀδοντόκλαστρα] Quo dentes franguntur. Plaut. Bacchid. 4. 2. 14. Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.

DENTIFRANGIBULUS, i. m. Plaut. Bacchid. 4. 2. 23. Vale dentifrangibule. PI. & tu integumentum vale.

DENTILŎQUUS, i. [ὀδοντολόγος] Plaut. Capt. 4. 2. 18. Dentiloquos omnes mortales faciam, quemque offendero. Id est, Dentes loquentes faciam, hoc est, ex ore emittentes, verborum loco: quia illis adeo dentes concutiam, ut suis sedibus ejectos expuant. Aliqui codices habent Dentilegos, Id est, Dentes legentes; ut Sacrilegos, Sacra legentes. Sic Lamb. q. V.

DENSELETÆ, Thraciæ populi, qui dextero latere amnem Strymonem accolunt, Mædis finitimi. Author Plin. lib. 4. cap. 11. Macedoniæ populi. Cic. in Pison. 84. An iidem ac DANTHELETÆ? V. s. l.

DENSUS, Adject. [ἀθρόος, δασὺς, πυκνὸς, συχνὸς] Spissus, a Dente quidam deducunt, quasi dentibus coactus: sed hoc paucis probatur. Plin. lib. 10. cap. 69. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento.
Densum & Rarum, contraria. Virg. 2. Georg. 227.
Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo. subintel. Terra.
Aer densus. Hor. 2. Od. 7. 14.
Agmen densum agere. Virg. 5. Æn. 834.
Amores, id est, Crebri. Virg. 4. Georg. 347. Servius.
Amplexus. Valer. 4. Argon. 325.
Aquilo densus dicitur, quod nubes condenset. Virg. 3. Georg. 196.
Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris Incubuit.
[Videtur potius τὸ Densus exponendum ἀθρόος, confertus, simul omnis, vel totis viribus. V. mox Austris.
Armis densis circumfundi. Virg. 2. Æn. 383.
Armis densis incurrere. Virg. 2. Æn. 409.
Asperitas densa frigoris. Ovid. 4. Fast. 87.
Austris densis nigerrimus imber. Virg. 5. Æn. 696.
Buxus densa foliis. Ovid. 3. de Arte Am. 691.
Nec densæ foliis buxi, fragilesque myricæ,
Nec tenues cytisi, cultaque pinus abest.
Caligo densa. Virg. 12. Æn. 466.
Caput cæsarie. Ovid. 3. Amor. 1. 32.
Chaos. Sen. Herc. 10.
Cohortes. Claud. 1. Paneg. 86.
Corpora densissima duris setis. Ovid. 13. Met. 846. de Polyphemo.
Ficus densissima pomis. Ovid. 2. Fast. 253.
Folia. Plin. lib. 12. cap. 7. Foliis parvis, densisque cyperi modo.
Fremitu denso circumstare aliquem. Virg. 4. Georg. 216.
Frondes. Virg. 9. Ecl. 61.
Frutices. Ovid. 1. Met. 122.
Funale densum lampadibus. Ovid. 12. Met. 247.
Hostis. Ovid. 3. de Ponto 9. 4.
In hostes densos fertur. Virg. 2. Æn. 511.
Ictibus densis pulsare aliquem. Virg. 5. Æn. 459.
Imber. Virg. 1. Georg. 334.
Juba densa. Virg. 3. Georg. 86.
Labor densus, id est, Perpetuus, continuus. Valer. 5. Argon. 168.
Lacus densus nube. Claud. de Aponi balneis 49. 31.
Loca densa nemoris. Sen. Hippol. 4.
Loca sylvestribus sepibus densa. Cic. 1. de Nat. Deor.
Lucus juncis. Ovid. 6. Fast. 411.
Luna imbribus. Valer. 2. Argon. 367.
Malorum densorum turba. Ovid. 5. Trist. 6. 41.
Milites densi acie. Virg. 10. Æn. 178.
Mille rapit densos acie. Rapit, id est, Raptim ducit mille densos acie, hoc est, in acie constrictos & conjunctos. Servius.
Nebula. Liv. 6. Bell. Pun. Ovid. 11. Met.
Nemus trabibus. Ovid. 14. Met. 360.
Nimbi. Ovid. 1. Met. 269.
Nox. Ovid. 15. Met. 31.
Nubes. Ovid. 11. Met. 572. — densis texit sub nubibus ora.
Nubila. Virg. 6. Æn. 592.
Pecudes. Stat. 5. Theb. 175.
Pericula. Ovid. 4. de Ponto 7. 15.
Pingue. Virg. 3. Georg. 124. Pingue substantivum est.
Plagis densis extricata cerva. Hor. 3. Od. 5. 31.
Sentes. Virg. 9. Æn. 382.
Series densior gestorum. Claud. 1. Paneg. 138.
Soboles densior. Virg. 3. Georg. 308.
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.
Binos enim, inquit Servius, capellæ plerunque pariunt.
Sues densæ, Quæ densas setas habent. Columel. lib. 1. in præfat. 1. Nec eundem glabræ sues, densæque cœli statum, nec eandem educationem, cultumve quærunt. Sic lib. 7. cap. 9.
Sylva densa & aspera. Cic. 12. Att. 16. Sic densissimæ sepes. Cæs. 2. & 3. Bell. Gall.
Tela densissima. Virg. 9. Æn. 555.
Tellus densior aere. Ovid. 1. Met. 29.
Tenebræ densæ. Sil. lib. 12. V. Umbra.
Densa & glutinosa terra in Asia & Mysia. Columel. lib. 1. in præfat.
Densis terroribus aulam Fama quatit. Claud. in Eutrop. 2. 462.
Trabibus densis umbrosa templa. Ovid. 11. Met. 360.
Turba. Sen. Herc. 9.
Umbra. Virg. 1. Georg. 342. — densæque in montibus umbræ. Quia, inquit Servius, arbores tunc incipiunt frondescere. Ovid. 1. de Ponto 9. Sic Tenebræ.
Vortices. Ovid. 6. Fast. 502.
Convictor, densoque domesticus usu. Ovid. 4. de Ponto 3. 15. i. e. frequenti s. multo usu.
Vulgus densum humeris, id est, Arcte constrictum, & coactum ob magnam frequentiam. Hor. 2. Od. 13.

DENSO, [πυκνόω, πυκνάζω] are. Spissum facere. Virg. 1. Georg. 419.
— & Juppiter humidus austris
Densat, erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat.
Aer densatus & laxatus. Quintil. lib. 5. cap. 9. ex eodem Virg. loco.
Densatus agger. Liv. 10. ab Urbe.
Catervas densare. Virg. 12. Æn. 264.
Densatum lutum. Cato cap. 40.
Capillum defluentem confirmare & densare. Plin. lib. 25. cap. 11. Frutice quoque major est: defluentem capillum confirmat & densat.
Densati ordines. Liv. 10. Bell. Pun. Non tamen ita perculsos iratosque in aciem accipere, sed densatis ordinibus, in cornua, vacuumque circa campum extra prælium ejicere.
Densatis excipere scutis. Liv. 8. Bell. Pun. Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste. inde ad emittenda ipsi consurgunt. quæ quum conferti, ut solent, densatis excepissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est.
Tenebræ densantur nocte. Virg. 1. Georg. 248.
Densatior, Comp. Macrob. lib. 7. Saturn. Faciliora enim ad coeundum videntur, quæ lævigatiora, densatioraque sunt.

DENSEO, [πυκνόομαι] ēre. Virg. 7. Æn. 794. — totis
Agmina densentur campis. Ubi Servius, Denseo, denses dicimus, aliter non. V. tamen Pier. Cerd. Taubm. conf. ADDENSEO. Plin. lib. 20. cap. 14. Ipsa acescere, aut coire, denserique lac non patitur. De menta loquitur.

DENSATIO, onis. f. [πύκνωσις] Plin. lib. 31. cap. 7. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

DENSATOR, ōris. m. apud Statium.

DENSABILIS, e. Densans, astringens. Cæl. Aurel. Acut. 2. 8. 36. Absinthium densabile. & 3. 3. 22. Vaporatio densabilis. & Apul. de Herb. Herba virtutis densabilis.

DENSATIVUS, a, um. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Densativæ virtutis esse.

DENSĬTAS, ātis. f. [πυκνότης] Plin. lib. 11. cap. 3. Quanvis arcente spiritum densitate & altitudine humoris.
Coire in densitatem. In COEO.

DENSE, Adv. [πυκνῶς] Plin. lib. 16. cap. 37. de salice loquens, Cæsæque densius, innumero hærede prosint. Ovid. 1. de Ponto 9. 11.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis. Hoc est, Frequentius.

DENTALE, DENTATUS, DENTICULATUS. V. DENS.

DENTEX, icis. A quibusdam appellatur piscis, qui a Græcis συνόδους dicitur, in cujus cerebro invenitur gemma, quæ synodontides vocatur, teste Plin. lib. 37. cap. 10. Naturam ejus vide apud Ælian. lib.

lib. 11. cap. 40. Scribitur & Dentrix. Dentrix, pro multitudine & granditate dentium dictus. Isid. 12. 6. 2. ubi de piscium nominibus.

**Denūbo**, psi, ptum, [γαμέω, συνοικέω] ĕre. Conjungi matrimonio, de fœminis propr. V. Nubo. Apulejus in Apolog. p. 319. At tu dum eam putas etiam nunc Claro fratri denupturam falsa spe inductus, filio quoque ejus Pontiano author assentiendi fuisti. Columel. lib. 10.

Semina depositis cupient denubere plantis. Alii codices habent Se nubere.

Denubere in familiam alicujus filia dicitur. Tacit. Ann. 6. 27. 1. Sueton. in Neron. cap. 29. Cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.

**Denūdo**, [ἀπογυμνόω] āre. Idem quod Nudare. Plin. 11. cap. 22. Ut denudet fœminas vestis bombycina. Varro 1. de R. R. cap. 41. Et eum sic exacuendum, ut non denudes medullam.

Artus denudare, est Carnem ab artubus auferre. Sen. Thyest. 8. Denudat artus durus, atque ossa amputat.

Denudari a pectore. Cic. 7. Verr. 32. Ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Rom. aspiciat.

Denudatis crudelissime civibus. Cic. 12. Fam. 15. Vastata provincia, correptis vectigalibus, præcipue civibus Rom. omnibus crudelissime denudatis ac divenditis.

Spoliare atque denudare scientiam juris civilis ornatu. Cic. 1. de Orat. 235.

**Denumero**, as. V. Dinumero.

**Denuntio**, [παραγγέλλω] āre. Futurum aliquid nuntiare. Cic. de Senect. 18. Aut Senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quomodo Carthagini male diu cogitanti bellum inferatur multo ante denuntio.

Denuntiare ante. Cic. 1. Verr. Huic ego homini jam ante denuntio, si a me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam.

Denuntio, ante prædico. Cic. 6. Philipp. 5. Testificor, denuntio, ante prædico, nihil M. Antonium eorum quæ sunt legatis mandata, facturum.

Denuntiare palam & prædicare. Cic. pro Milon. 53. Mortem ab illo denuntiatam palam Miloni & prædicatam.

Denuntiare periculum, aut pestem. Cic pro Milon. 3. Plin. lib. 13. cap. 22.

Terrores. Cic. 14. Philipp. 8. Omnibus, quanquam ruit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat.

Sol cæruleus pluviam denuntiat. Virg. 1. Georg. 453.

Horam nigram denuntiat Persephone. Id est, Tempus adest mortis. Tibull. lib. 3. Eleg. 5. 5.

Iras tristes denuntiare. Virg. 3. Æn. 366.

Necessitatem ultimam. Tacit. Ann. 15.

Armorum denuntiationem eleganter dixit. Liv. 5. Decad. lib. 5. pro Belli denuntiatione.

Monente te & denuntiante. Cic. 4. Fam. 3. Multo enim ante tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram: neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente & denuntiante te.

Denuntiare alicui, quod vulgus corrupte, Facere scire, dicit. Latine alias significare dicitur. Cic. 1. Tusc. 118. Nos vero siquid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur ut exeamus e vita, læti, & gratias agentes pareamus.

Domum denuntiare. Cic. pro Quintio 54. An quum Romæ domus ejus, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem?

Denuntiavit ut adesset. Cic. 7. Verr.

De re aliqua denuntiare. Cic. pro Cæcin. 95. Postea cur Æbuti de isto potius fundo quam de alio (siquem habes) Cæcinæ denuntiabas, Si Cæcina non possidebat?

In judicium denuntiare. Cic. pro Rosc. Com. 26. Quod temere commisisti, in judicium ut denuntiaret, rogasti ut ignosceret.

Cædem alicui. Propert. lib. 4. Eleg. 3.

Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.

Alicui dimicationem. Cic. pro Domo sua 13. Ut equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur, me terrerent, mihi cædem & dimicationem denuntiarent.

Judicium alicui. Cic. pro Sextio 40. Nec mihi judicium populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec disceptationem, aut causæ dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat.

Testimonium alicui. Cic. 3. Verr. Non putasti me tuis familiarissimis testimonia denuntiaturum, qui tuæ domi sæpe fuissent, ex quibus quærerem, signane scirent fuisse quæ non essent? Testimonium denuntiare Ciceroni non est Testificari, ut vulgo existimatur: sed est homini diem dicere dicendo testimonio. Fam. lib. 5. cap. 7. Duo sunt (inquit) genera testium: aut voluntariorum, aut eorum quibus judex in publicis judiciis lege denuntiare solet. quorum altero utraque pars utitur: alterum accusatoribus tantum concessum est. Ex hoc intelligo in publicis tantummodo judiciis licuisse denuntiari testimonium: hoc est, invitum evocari ad remotum longinquumque tribunal. Hæc Budæus.

Denuntiare, absolute, pro Minari. Cic. 2. Att. 21. de Clodio loquens, Volitat, furit, nihil habet certi, multis denuntiat.

Denuntiare eleganter etiam est Arcessere, jubere, rogare, præsto esse, uti Græcis παραγγέλλειν, monente Gisanio, accipitur. Sic Cic. 11. Fam. 2. Denuntiare veteranis, est Eos accire in urbem. adde 5. 11: 13. 77: & Att. 2. 22.

**Denuntians**, antis. Partic. [παραγγέλλων] Cic. 4. Fam. 3. Neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente & denuntiante te.

**Denuntiatus**, Partic. [παραγγελμένος] Cic. 1. Off. 36. Nullum bellum esse justum, nisi quod denuntiatum ante sit, & indictum.

**Denuntiatio**, onis. f. [παραγγελία] Prædictio.

Significatio, & quasi denuntiatio calamitatum. Cic. 2. de Divin. 54. Quæ est enim ista a diis profecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum?

Denuntiatio, Minæ. Cic. 4. Att. Denuntiationem illam Memmii valde Cæsari displicere. Liv. 8. Bell. Maced. Hac denuntiatione conterritus, &c.

Denuntiatio & minæ. Plin. ad Priscum, lib. 6. Quanquam quid denuntiationibus & quasi minis ago?

Belli denuntiatio. Cic. 6. Philipp. 4.

Denuntiatio testimonii a judicibus, vel ab accusatore fiebat: ut planum fit ex sequentibus Plinii verbis lib. 6. Epist. Licinius (inquit) petendum censuit a consulibus, ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adjici, ut sicut accusatoribus inquirendi, testibusque denuntiandi potestas ex ea lege esset, ita reus quoque fieret. Cic. pro Flacc. 14. Adjunxit ille, ut eos qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali viatico commoveret. Budæus.

Denuntiatio, Civilis interpellatio, sive admonitio, olim observabatur quæ debitoribus in personam solenniter fiebat, antequam convenirentur apud judicem. Siquidem agens adversario hujuscemodi denuntiabat, Tali die adsis mecum disceptaturus. A qua denuntiatione licet hodie recessum sit, condictionis tamen nomen, pro personali retentum est actione, ut monuit Theoph. in §. appellamus. Instit. de Action.

**Denuntiātīvus**, a, um. Cæl. Aurel. Tard. 2. 4. Denuntiativo motu.

**Denuntiator**, ōris. m. Vet. Gloss. Denuntiator παραγγελεύς, & Vetus Inscript. apud Grut. p. 254. num. 4. DENVNCIATORES PVTEOLANI.

**Denuo**, Adv. [ἐξ ὑπαρχῆς] id est, Rursus, de integro, inquit Valla. Liv. 10. ab Urbe, Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit.

Denuo seu De novo, *De nouveau.* Ex καινῆς V. Thes. H.St. Nempe t. 2. c. 9.

Etiam denuo? Plaut. Amph. 1. 1. 238.

Denuo ædificare ædes. Plaut. Mostel. 1. 2. 36. Donicum

Parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

**Deni**, denæ, dena. [δέκα] Numerus distributivus, pro Decem. Plin. lib. 10. cap. 63. Vivunt Laconici annis denis. Cic. 4. Verr. Pueri annorum senûm, septenumque denûm.

Bis dena, Viginti. Plin. lib. 2. cap. 7.

Ter denæ naves. Virg. 10. Æn. 213. Id est, Triginta, pro ter decem.

Deni, duodenique homines. Cæs. 5. Bell. Gall. 14. Uxores habent deni, duodenique inter se communes. De Britannis loquitur.

Deni creabantur. Cic. 3. de Legib.

**Dēo**, [Δηὼ] Ceres inter alia cognomina a Græcis appellatur.

**Deōis**, Proserpina cognominata est a Δηὼ, id est, Cerere, forma patronymica. Ovid. 6. Met. 114.

Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens.

Virgineas inter choreas Deoida raptam. Auson. Epist. 4. 45.

Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 20. legit Theoida.

**Deocco**, [βωλοκοπέω] are. Idem quod Occare. Plin. lib. 18. cap. 15. Vicia non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur.

**Deoccatio**, ōnis. f. Idem quod Occatio. apud Columel.

**Deŏnĕro**, [ἀποφορτίζω] are. Contrarium suo simplici, est Onus deponere. Cic. 1. Verr. 46. Quid quum commiserat, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœpetit? per translationem.

**Deoneratus**, a, um. Ammian. 24. 6. Validiores naves deoneratas implevit armatis. conf. Ambros. Epist. 6. 36.

**Deoneratio**, onis. f. apud Firmicum.

**Deŏperio**, īre. pro Aperire Ambrosius dixit cap. 1. de Isaac & Anima (Tom. 4. f. 213.) sic & Celsus 8. 4. Os deoperire.

**Deorare**, pro Perorare nonnulli usurparunt. Et

**Deoratum**, pro Peroratum, ut testatur Festus.

**Deorsum**, Adv. [κάτω] Ejus contrarium est Sursum. Plaut. Amph. 5. 1. 56. Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo.

Directo deorsum ferri. Cic. 1. de Nat. Deor. 69. Ait atomum quum pondere & gravitate directo deorsum feratur, declinare paululum.

Deorsum cuncta feruntur pondera. Lucret. lib. 2. 190.

Deorsum. Ter. Adel. 4. 2. 34.

Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum?

Deorsum ducere se de arbore, pro Descendere de arbore. V. Duco.

Sursum deorsum cursitare. Ter. Eun. 2. 2. 47. Nescio (inquit Valla lib. 2.) an de Athenis hoc dictum sit, quibus portus in imo, urbs vero editiori loco sita est. Forte sic loqui deceat, per sursum deorsumque, si de fortunæ mutabilitate dicatur, quæ nunc tollit, nunc deprimit. Hic vero modus loquendi a Græcis sumptus videtur: plerunque enim apud Demosthenem reperitur forma proverbiali dictum ἄνω καὶ κάτω, hoc est, sursum & deorsum. [Multam concursationem simpliciter denotat. Sic in Hec. 3. 1. 35. Cursari rursum prorsum, eadem forma poëta dixit. Gall. *Courir çà & là.*

Sursum deorsum, ultro citroque commeare. Cic. 2. de Nat. Deor. 84. Naturis his ex quibus omnia constant, sursum deorsum, ultro citroque commeantibus, mundi partium conjunctio continetur.

Deorsum versum, vel deorsum versus, Versus inferiorem locum. Ter. Adel. 4. 2. 36. Clivus deorsum versus est, hac te præcipitato. Cato cap. 156. Postea ubi deorsum versus ibit.

Deorsum trisyllabum interdum ponunt poetæ, ut Lucret. lib. 2. 202.

Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.

Interdum dissyllabum contractis e & o, ut Idem eodem lib. 217.

Corpora quum deorsum rectum per inane feruntur.

**Deorsus**, Apulejus dixit 8. Met. p. 207.

**Deoscŭlor**, [καταφιλέω] ari. Idem quod Osculari, vel Vehementer & arcte osculari. Martial. lib. 8. 81.

Hos amplectitur, hos deosculatur. Alii Perosculatur legunt.

**Deosculatus**, a, um. Partic. Gell. 1. 23. Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus, consultum facit. Apul. 3. Met. p. 390. Quam ego amplexus & deosculatus prius, &c. Idem 2. p. 127. Hujus diu manus deosculatus.

Deosculatus, pass. Idem Apul. 2. p. 119. Illa rursum me deosculato. & p. 121. Ac me pressim deosculato.

DEOSCULATIO, onis. f. apud Auguſtin. & Hieron.

DEPACISCOR, actus ſum, [συντίθεμαι] aciſci. Idem quod Paciſci. quidam Depeciſcor ſcribunt.
Depaciſci cum hoſte. Cic. 2. de Invent. 72. Quidam Imperator, quum ab hoſtibus circumſideretur, neque effugere ullo modo poſſet, depactus eſt cum eo, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret.
Depaciſci partem ſuam cum aliquo. Cic. pro Roſc. Amer. 115. Non paulum neſcio quid in rem ſuam convertit, ſed hunc funditus evertit bonis: ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, voluntatem Decurionum ac Municipum omnium tantidem, quanti fidem ſuam fecit.
Depaciſci morte. Ter. Phorm. 1. 3. 14. Ubi Donatus, Depaciſci, pactione tranſigere.
Depaciſci honeſtiſſimo periculo. Cic. 9. Att. 7. Video tibi illud placere, me πολίτευμα de pace ſuſcipere: in quo non extimeſco periculum. quum enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimo depaciſci velim? [Forte, Honeſtiſſime.
Depaciſci ad conditiones alterius. Cic. 5. Verr. 60. Equitem Romanum ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronii retentum atque ſervatum: neque ante dimiſſum, quam ad conditiones ejus depactus eſt.

DEPACTUS, Partic. a Depaciſcor, Scribitur & Depectus. V. ſupra: & a Depango. V. DEPANGO.

DEPECTUS, [συντεθειμένος] Partic. a Depeciſcor. Ulp. in l. Et generaliter. §. 1. D. de Calumniatoribus, Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus eſt. Depectus autem dicitur Turpiter pactus. (Quod in univerſum verum haud eſt: nam & depeciſci honeſte licet. V. Cic. Att. l. c.) Quædam exemplaria legunt Depactus. Annotavit H. St. Hanc expoſitionem, Ulpiani nempe, quam Lugdun. Lexicographus ſequitur, reprehendere Perottum fol. 425. q. V.

DEPĀLO, are. Idem quod Palare, aut Deorſum palis affigere. Tertul. adverſ. Hermog. cap. 19. princ. Incultis primo elementis depalans quodammodo mundum. Idem Apol. cap. 10. Civitas, quam depalaverat. Barbaram notionem, a Palam ductam, pro Manifeſtare, refutat Voſſius de Vitiis Serm. lib. 4. 5. conf. Junii Not. ad Tertul. p. 162. In Inſcript. apud Fabrettum p. 211. Depalare idem ſignificat, quod Frontino Delimitare: ITA VT DEPALATVM EST.

DEPĀLĀTIO, onis. f. Vitruv. 9. 8. princ. Horologiorum depalationes. Diverſas interpretum ſententias vide in Voſſii Etym. p. 365. & adde Inſcript. Fabrett. p. 245. HI TERMINI POSITI SVNT AB SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI EX DEPALATIONE T. FLAVII VESPASIANI ARBITRI.

DEPĀLĀTOR, ōris. m. Sic Tertulliano adverſ. Marc. 5. 6. Paulus appellatur Architectus prudens & depalator diſciplinæ divinæ, qui quaſi palis poſitis ſacris definivit & circumſcripſit in publico.

DEPALMO, [ῥαπίζω] are. Palma manûs percutere. Gell. lib. 20. cap. 1. Quencunque depalmaverat, numerari ſtatim ſecundum XII. tabul. viginti & quinque aſſes jubebat.

DEPANGO, anxi & ēgi, [καταπήγνυμι] ēre. Plantare, defigere, in terram ponere. Plin. lib. 16. cap. 26. Sed in hoc quoque providens natura facile naſcenti & depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit. Columel. lib. 3. cap. 16. Quumque ſat erit medio ſpatio quod vacat inter vites per imam lineam depangere.
Depacta in terram non extrahuntur. Plin. lib. 2. cap. 96.

DEPACTUS, a Depango; Idem quod Defixus. ut Depactus vitæ terminus. Lucret. lib. 2. 1085. Id eſt, Fixa vitæ meta.

DEPARCUS, Adj. [φειδωλός] pro Immodice parco. Sueton. in Neron. cap. 30. Sordidos putabat eſſe ac deparcos, quibus impenſarum ratio conſtaret.
Ut Præparcus & Triparcus. Puto dici & verbum Deparco. H. St. Aberat enim ab ed. Lugd.

DEPARCO, ēre. Solin. cap. 10. (Salmaſ. 4.) Hoc collectaneum deparcitur, ut ſufficiant uſui, ubi defecerint ſcaturigines. ita emendat Salmaſ. in Solin. p. 72.

DEPASCO, āvi, aſtum, [νέμω] ēre. Paſcendo abſumere. Columel. lib. 7. cap. 5. Si hœdi roſcidas herbas depaverint. Plin. lib. 8. cap. 25. Agros depaſci a pecore. Cic. 2. de Orat. 284. Quum ageretur de agris publicis, & de lege Thoria, & premeretur Lucullus ab iis qui a pecore ejus depaſci agros publicos dicerent.
Depaſcere, aliter. Columel. lib. 2. cap. 11. Et ſi depaſcere ſæpius voles, usque in menſem Maium ſufficit. Poteſt ſic interpretari, Si vis boves depaſcere, vel ſi vis ut boves depaſcant pabula.
Depaſcere poſſeſſionem alienam, per tranſlationem. Cic. 1. de Legib. 55. Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus.
Stylo depaſcere luxuriem orationis. Cic. 2. de Orat. 96. Quod ſi hic noſter Sulpitius faceret, multo ejus oratio eſſet preſſior: in qua nunc interdum, ut in herbis ruſtici ſolent dicere, in ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt.

DEPASCOR, depaſtus ſum. dep. [βόσκω, νέμομαι] ut Belluæ depaſcuntur ſata. Plin. lib. 9. cap. 3. Et lib. 11. cap. 19. Nam & papilio ceras depaſcitur.
Febris depaſcitur artus. Virg. 3. Georg. 458.
Sylvas depaſcitur quadrupes. Tibul. lib. 4. 1. 128.
Libare & depaſci. Lucret. lib. 3. 12.
Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

DEPASTUS, Partic. [νενεμημένος] ut Depaſta arbor. Plin. lib. 17. cap. 24. Depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Quo in loco paſſive accipitur.
Frondes depaſtus amaras ſonipes. Claud. 4. Paneg. 239. Ubi active ſumitur.
Sepes depaſta florem. Virg. 1. Ecl. 55. Hypallage eſt, inquit Servius, pro Florem depaſtam habens. Depaſta igitur hoc loco paſſivum eſt: unde crediderim verbum commune eſſe, non deponens. Sic Idem 5. Æn. 92.
Libavitque dapes, rurſusque innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.

DEPASTIO, ōnis. f. [βόσκη] Plin. lib. 17. cap. 24. Similem rationem & depaſtio animalium habet.

DEPĀVIO, īre. Idem quod ſimplex Pavio: unde

DEPAVĪTUS, a, um. uſus eſt Solinus cap. 2. Parcius depavita levibus veſtigiis inviare.

DEPAUPĔRO, [πτωχοποιέω] are. Pauperem facere, conſumere. Varro, Prius quam domum depauperaſſet ſumptu ſuo.

DEPECISCOR, DEPECTUS. V. DEPACISCOR.

DEPECTO, xui, xum, [κτενίζω] ĕre. Idem quod Pectere. Columel. lib. 10. Punicea depexa coma, ſed lactea crure eſt.
Crines depectere. Ovid. 6. Faſt. 229.
Depectere frondium canitiem. Plin. lib. 6. cap. 17. & lib. 12. cap. 14. Quod in arbore hæſit, ferro depectitur.

DEPEXUS, [κτενισθείς] Partic. ut Jubæ depexæ. Ovid. 1. de Arte Am. 630. de equis.
Depexi crinibus Indi. Ovid. 3. Faſt. 465.
Depexum aliquem reddere, per tranſlationem, pro Involare in capillum, & percutere. Ter. Heaut. 5. 1. 77.
Adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, ut dum vivat, meminerit ſemper mei.
Nonius, 1. 23. Depexum, Laceratum interpretatur. Perottus hoc loco Depeſſum legit, a Pando vel a Patior, id eſt, Laceratum: Quod ſi depexum legamus, inquit: ſignificabit cultum, & pexas veſtes indutum: dictumque erit a contrario ſenſu. Eugraphius Compoſitum, pœnis & tormentis, interpretatur. V. COMPOSITUS. Cl. Bentlejus Adeo pexum edidit. q. V.

DEPECULASSO, ĕre. pro Depeculari: Obſoletum verbum. Lucil. apud Nonium 2. 218. Depeculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere, decalauticare, eburno ſpeculo depeculaſſere. At in Edit. Merceri legitur Depoculaſſere.

DEPECŬLOR, atus ſum, ari. [κλέπτω τὰ δημόσια, λαφυρεύω] A peculio deductum verbum, ſignificat proprie Ea quæ ad Rempublicam, ſive principem, ſive ſacra pertinent furari. Cic. 3. de Fin. 32. Nam ut peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. Idem 6. Verr. 37. Apollonium Niconis filium Drepanitanum qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto ſpoliaſti ac depeculatus es. Hic de furto privatæ rei dixit.
Depeculari laudem alicujus. Cic. 6. Verr 79. Cur pro iſto, qui laudem honoremque familiæ veſtræ depeculatus eſt, pugnas?
Paſſive, Cælius apud Priſcian. p. 793. Ubi Senatus intellexit populum depeculari, id eſt, ἀποσυλᾶσθαι. Hinc

DEPECULATUS, a, um. paſſive. Plaut. Epid. 3. 4. 82. Perdam potius, quam ſinam me impune irriſum eſſe habitum, depeculatum eis.

DEPECULĀTOR, oris. m. [κλέπτης] hujusmodi Fur. Cic. 2. Verr. 2. Depeculator ærarii. Cic. in Piſon. 96.
Depeculator Veientanæ prædæ. Val. Max. lib. 5. cap. 3. de Camillo.

DEPECULATUS, us, m. ſubſt. a Pecore dicitur: qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur. Feſtus. A peculatu legunt Scalig. & Dacer.

DEPELLO, ŭli, ulſum, [ἀπελαύνω, εἴργω] ĕre. Abigere, prohibere. Dimoveri, depelli, & deduci de loco. Cic. pro Cæcin. 49.
Depellere & dejicere. Cic. 3. in Catil. 19. Simulacra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ.
Aliquem manu. Cic. 3. Off. 42. Qui ſtadium, inquit, currit, eniti & contendere debet quam maxime poſſit, ut vincat: ſupplantare eum quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet.
A ſe. Cic. 3. de Legib. Quid jam de Saturnini ſupplicio reliquisque dicam? quos ne depellere quidem a ſe ſine ferro potuit Reſpub.
Aliud ab alio depelli. Cic. de Fato 20.
Aliquem vi, ferro, periculis, urbe, omnibusque patriæ præſidiis depellere. Cic. de Aruſp. Reſp. 58.
Depellere & Reſtituere, contraria. Cic. pro Cæcin. 22. Hoc opinor optaret, ut a quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret.
Aliquem ad calamitatem. Cic. Antequam iret in exil. 14. Me quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.
Falſas auditiones. Tacit. 4. Ann. 11. Mihi tradendi, arguendique rumoris cauſa fuit, ut claro ſub exemplo falſas auditiones depellerem.
Cibum de pectore, Idem eſt fere quod Digerere. Cic. 2. de Divin. 57. Depulſo enim de pectore & in omne corpus diviſo & mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. De gallis gallinaceis loquitur.
Copias depellere ac diſſipare. Cic. pro Domo ſua 15. Sed jam depulſis ac diſſipatis tuis copiis, a Pop. Rom. univerſo, &c.
Curas vino. Tibul. lib. 1. Eleg. 6. 1.
Curſu recto aliquem. Hor. 2. Sat. 5. 78.
Dedecus patriæ. Sil. lib. 1.
Dolorem. Cic. 1. de Fin. 33. Omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus.
Exercitus. Tacit. 2. Ann. 1. Nam Phrahates quanquam depuliſſet exercitus, civesque Romanos cuncta, &c.
Famem cibo & potione. Cic. 1. de Fin. 37.
Frigus famemque. Hor. 1. Sat. 2. 6.
Ferrum flammamque focis depellere. Cic. pro Sextio 90.
Jaculum quærit ad depellendos hoſtes. Claud. de Bell. Gigant. 102.
Ictum alicui depellere, eſt Avertere ictum ab aliquo illatum alicui. Valer. 6. Argon. 652.
Lethi cauſam. Ovid. 21. Epiſt. 175.
Molem mali a cervicibus aliquorum. Cic. 3. in Catil. 17.
Moleſtias omnes ratio depellit. Cic. 2. Fam. 15.
Morbum. Cic. 7. Fam. 27. extr.
Morbos depulſurus (hodie legitur Defenſurus) Epidaurius. Claud. 3. Paneg. 171.
Mortem opinione mortis. Cic. pro Sextio 79.
Nubila cœlo. Tibul. lib. 1. Eleg. 2. 49.
Periculum a ſe. Cic. pro Cluent. 17. Quum ad amici pericula depellenda adhiberer.
Peſtem. Virg. 9. Æn. 328.
Ex poteſtate. Cic. de Lege Agr. Ut ex omni cuſtodia veſtræ libertatis,

ex omni potestate, curatione, patrocinio vestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur?
Sententia. Cic. 2. Tusc. 6. Oppositoque dedecore sententia depellere.
De sententia vetere diuturnaque, malevolentissimis obtrectationibus aliquorum depelli. Cic. 1. Fam 7
Quem de suscepta causa propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Cic. pro Ligar. 26.
Spe, & de spe. Liv. 31. 25. Cic. in Catil. 2. 14.
Suspicionem a se. Cic. 12. Philipp. Quid egit, nisi uti falsam a se suspicionem depelleret?
Tela. Cic. pro Quintio 8. Qui tela depellere & vulneribus mederi debeam
Terrores a capite alicujus. Cic. pro Fonteio, Sic ab hujus nunc capite Gallorum impetus, terroresque depellit
Tribunatu depelli. Cic. 3. de Orat. 11. Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus ejectus est e civitate.
Turpitudinem nefariam voluntaria morte. Cic. de Provinc. Conf. 6.
Verbera depellere, & dejicere cruciatum a civitate. Cic. 7. Verr. 161.
Via recta depelli. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Vim, scelus, furorem malorum, suo corpore opposito, a bonorum omnium cervicibus depellere. Cic. pro Domo sua 63.
Aquam de agro per hyemem. Cato cap. 155.
Agnum a matre, pro Ablactare. Varro 2. de R. R. cap. 2. Quum depulsi sunt a matribus agni, adhibenda diligentia ne desiderio senescant.
Depellere lacte, vel a lacte. Idem. Suet. Tiber. C. 44. Infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos. Virg. 7. Ecl. 15.

— nec Phyllida habebam,
Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos.

Ab ubere matris depulsus equus. Virg. 3. Georg. 187.
Depellere fœtus teneros simpliciter, pro A lacte removere. Virg. 1. Ecl.22. Idem 3. Ecl.82. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.

**Depulso**, [ἀπωθέομαι] āre. Plaut. Stich. 2. 2. 13. Cubitis depulsa de via.

**Depultus**, [ἀπωσμένος] Partic. Antiquum pro Depulsus, quomodo pultare dicit Plautus & Terent. pro pulsare. Author ad Heren.4.15. Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.
Depulsus & detrursus cibus in stomachum. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit. De stomacho loquitur.

**Depulsor**, oris. [ἀπωθῶν] Qui depellit. Cic. 2. Philipp. 27. Depulsor dominatus, quam particeps esse maluit.

**Depulsio**, ōnis. [ἀπώθησις] Cic. 4. Acad. 51. Omnium deinde inanium visorum una depulsio est.
Doloris depulsio. Cic. 5. de Fin. 17.
Intentionis depulsio. Cic. 1. de Invent. 13.
Luminum depulsio. Cic. de Univers. 42. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum, quæ convertens inferiora reddit quæ sunt superiora. De speculo.
Depulsio mali. Cic. 2. de Fin. 13. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus.
Servitutis depulsio. Cic. 8. Philipp. 12. Quæ causa justior est belli gerendi, quam servitutis depulsio.
Depulsio, pro Responsione rei. *La response du defendeur.*

**Depulsum**, i. n. Ipse depellendi actus. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. 1. Portentorum depulsa, Hetrusca disciplina explicari voluerunt.

**Dependeo**, di, sum, [κατακρέμαμαι] ēre. Deorsum pendēre. Columel. lib. 3. cap. 6. Sed si per unumquenque pampinum major numerus uvarum dependet.
Dependent lychni laquearibus aureis. Virg. 1. Æn. 726.
Dependent illi collo binæ verruculæ. Columel. lib. 7. cap. 6.
Dependent naribus ejus. Martial. lib. 7.
Fides dependet adveniente die. Hoc est, Pendet de adveniente die. Id est, Habendane sit fides verbis, an non, declarabit crastina dies. Ovid. 3. Fast. 356.

Discedunt dubii, promissaque tarda videntur:
Dependetque fides adveniente die.

De Numa Pompilio qui in concione Romanis promittebat, Jovem sequenti die pignus imperii futuri daturum illis. A veniente Burm. melius.

**Dependo**, di, sum, [ἐκτίω, καταπίνω, καταβάλλω] ĕre. Solvere. Plin. lib. 33. cap. 3. Libralis, unde etiam libella dicitur, & dupondius, appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expensæ in rationibus dicuntur. Item impendia & dependere.
Dependere mercedem. Columel. lib. 5. cap. 1. Pro quibus nulla merces dependitur. Apul. lib. 8. Dependo pretio, id est, Soluto.
Pecuniam dependere. Papinian. in lib. 2. D. de distract. pignor.
Solvere, & dependere. Cic. ad Brutum 18. Est rei familiaris jactura tolerabilis Reipub. quod spoponderis quemadmodum solvas, nisi is dependi facile patitur, pro quo spoponderis?
Pro capite pecuniam dependere. Sen. de Benef. lib. 2.
Caput felicibus armis. Lucan. lib. 8. — mallem felicibus armis Dependisse caput, &c.
Operam. Columel. lib. 4. cap. 22. Nanque aliter incassum dependitur opera, &c.
Pœnas alio. Cic. pro Sextio 140. Omnes fere Reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt.
Depensæ pœnæ. Ulp. in l. Pœnæ. D. de condict. indebit. Pœnæ non solent repeti, quum depensæ sunt.
Dependere tempus amori. Id est, Consumere tempus in amoribus. Lucan. lib. 10. 80. Tempora Niliaco turpis dependet amori.
Dependere pro Examinare. V. Scalig. Auson. Lect. 1. 17.

**Depensio**, onis. f. JCt. in Dig.

**Deperdo**, didi, dĭtum, [ἀπόλλυμι] ĕre. Cajus scribit deperditum dici, quod in natura rerum esse desiit. Cic. 5. Tusc. 40. Qui timebit nequid ex his deperdat, beatus esse non poterit.
Deperdere sanguinem. Cic. de Clar. Orat. 283.
Deperdere folia dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap. 22.
Sensum vitalem membratim deperdere. Lucret. lib. 3. 526.
Linguæ usum deperdere. Ovid. 5. Met. 562.
Deperdere aliquid de jure, vel de libertate civitatis. Cic. pro Cæcin. 102. Quum de jure civitatis nihil potuerit deperdere.
Deperdere de existimatione. Cic. pro Fonteio 19. Verebatur enim videlicet, nequid apud vos populumque Romanum de existimatione sua deperderet.
Deperdere honestatem. Cic. de Provinc. Conf. 11. Non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt.

**Deperdĭtus**, [ἀπολωλεκμένος] Partic. ut, Letho gnatæ deperdita mater, id est, Propter filiæ mortem pessime affecta, ut & ipsam periisse putes. Catul. in Argon. 119.
Amore alicujus deperdita mulier. Sueton. in Domitian. cap. 3.
Deperditum intelligitur, Quod in rerum natura esse desiit. l. 21. D. de hæred. petit.

**Depĕreo**, ĭvi, vel ii, ĭtum, [ἀπόλλυμαι, παραπόλλυμαι] īre. Valde perire, inquit Festus V. Pereo.
Deperierunt naves, Idem quod Perierunt. Cæs. 5. Bell. Gall. 23.
Scheda nequa depereat. Cic. Att. lib. 1. 15.
Decor lacrymis deperit. Ovid. Epist. Sabin. 1. 52.
Deperire hæredi. Afric. in l. Si Servus. §. Qui quinque. D. de legat. 1. Quod si mortis tempore plena summa fuerit, & postea aliquid ex ea deperierit, sine dubio soli hæredi deperit.
Deperire, pro Mori. Cic. in Topic. 15. Si is, cujus ususfructus legatus est, deperisset. De servo loquitur.
Deperire aliquam vel aliquem, [ὑπερφιλεῖν] pro Vehementer amare. Plaut. Curcul. 1. 1. 46. Ea me deperit, ego autem cum illa nolo facere mutuum.
Deperire aliquem amore. Plaut. Cistel. 1. 2. 12.
Deperire amore sponsæ, vel mulierculæ. Liv. 6. Bell. Pun. Et lib. 7. Et Bell. Maced. lib. 9.
Amore impotente deperire aliquem. Catul. ad libellum, 35. 12.
Deperit eum consilium. Plaut. Milit. 4. 2. 35.
Redeo nunc ad te, consilium quasi hunc depereat.
Deperit sapor. Plin. lib. 14. cap. 20.

**Deperitus**, [ἀπολωλεσμένος] Partic. Ovid. 2. Amor. 14. 10.
Gens hominum vitio deperitura fuit.

**Depesta**, V. Lepista. Sic enim scribendum est.

**Depeto**, ĕre. Tertull. adversf. Marc. 4. 20. Nam depetunt ab alio, quod meminissent petendum sibi a Creatore.

**Depetitus**, a, um. Gellius 17. 9. tit. de Litteris ex vetere Historia depetitis. al. Petitis.

**Depĕtīgo**, ĭnis. f. Gloss. Cyrilli: λέπρα, lepra, depetigo. Locum Lucilii V. infra in Petigo. Impetigo Hinc

**Depetigiosus**, a, um. Qui eo morbo laborat. eædem Glossæ: λεπρός, leprosus, depetigiosus, & depetigosus. [Analogia postulat Depetiginosus.

**Depĭlis**, e. [ἄτριχος] Qui est sine pilis. Varro lib. 1. de Vita Pop. Rom. Quod ludis Præsulis pueri essent glabri, ac depiles propter ætatem.

**Depĭlo**, āre. Lucil. apud Nonium 1. 163. Depilati omnes sumus. Vet. Gloss. Depilat, μαδίζει. Depilatus est, ἐμαδίσθη. Apic. 6. 3. Depilabis perdicem. Lipsius Epist. Qu. 1. 15 mavult apud Spartian. Adrian. cap. 4. Eum Delicatos sæpe pilasse vel depilasse, quam sepelisse. [Casaub. sæpe iisse. ex conjectura, quo modo deinceps editum fuit.

**Depilātus**, a, um, [ἐκτετιλμένος] Adj. Qui nullos aut raros habet pilos, vel cui pili sunt detracti, apud Martial. lib. 9. 28. Quum depilatos Chreste coleos portes. Scazon est. Nonius l.c. Depilati, rarefacti. Lucil. Nato quid actum est? depilati omnes sumus. V. Sen. lib. 2. de Tranquillitate Vitæ.
Depilatæ amygdalæ Apic. 2. 1. Nuces. 6. 5.

**Depilatio**, onis. f. Celso tribuitur. [Falso, opinor.

**Depĭlātor**, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. δρωπακιστής Dropacista, colipilarius, depilator.

**Depilatrix**, īcis. f.

**Depingo**, xi, ctum, [καταγράφω] ĕre. est perfecte Pingere, aut etiam Describere, Cic. 3. de Orat. 78. Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias aliquas depingere.
Manus, obscœnas depinxit tabellas. Propert. lib. 2. Eleg. 6. 27.
Depingere verbis rem aliquam. Plaut. Pœnul. 5. 2. 154. Cic. 2. de Fin. 69. Pudebat te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes sane commode verbis depingere solebat.
Facta alicujus. Ter. Phorm. 1. 5. 38. Cic. pro Rosc. Amer. 74. Vitam alicujus depingere.
Depingere cogitatione. Cic. 4. Acad. 48. Ut & ea declarant, quæ cogitatione depingimus. Idem 1. de Nat. Deor. 39. Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus, quum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere.

**Depictus**, a, um. [καταγεγραμμένος] Quintil. lib. 6. 2. Tabella depicta.

**Deplango**, xi, ctum, [κατακόπτω] ĕre. Idem quod Plangere, vel potius Multum & vehementer plangere. Ovid. 4. Met. 545.

— Cadmeida palmis
Deplanxere domum, scissis cum veste capillis. Ibid. 14. 580.
— & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

**Deplāno**, as. [ἐξομαλίζω] Complano, planum facio. Lactant. lib. 4. 12. Ego ante ibo, & montes deplanabo.
Deplanare, idem est ac Explanare. Nonius 5. 63. quid intersit, Nigidius deplanavit.

**Deplanum**, i. n. ut, Runcinarum levigata deplanis, Arnob. lib. 6. p. 200.

**Deplanto**, [ἀποφυτεύω] āre. Plin. lib. 17. cap. 16. Quæ cortice nituntur tantum, vel levi aura, ocyssime deplantantur. Columel. lib. 2. cap. 2. Ne aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut

aut extremo jugo truncum delibet, ramumque deplantet. i.e. defringat. Varr. de R. R. 1. 43. Aut etiam de Cytifo duriore virgulæ deplantantur, & ita pangitur inferendo.

**Deplantatus**, a, um. Varr. de R. R. 1. 40. Videndum eft, ut eo tempore fit deplantatum quo oportet. conf. Plin. lib. 17. 20.

**Deplantatio**, onis. f. JCt. in Cod.

**Deplantator**, oris. m. apud Auguftin.

**Depleo**, ēvi, ētum, [ἐξαντλάω] ēre. Notæ fignificationis. Columel. lib. 12. cap. 50. Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Stat. 1. Achil. princ.

> Tu modo fi veteres digno deplevimus hauftu,
> Da fontes mihi Phœbe novos.

**Depletio**, onis. f. apud Hieronym.

**Deplexus**, Partic. a verbo Deplecto. Lucret. lib. 5. 1330. de Leænis.

> Deplexæque dabant in terram volnere vinctos
> Morfibus adfixæ validis, &c.

Deplexæ, hoc eft, Deligatæ & folutæ. Lambin. [Sed melius Turneb. Adv. 30. 22. extr. Deplexæ funt de eis pendentes, eisque implicatæ. q. V.

**Deplōro**, [ἀποκλαίω, ἀποδύρομαι] are. Deflere.

Deplorare, pro Conqueri. Cic. de Senect. 7. Noftri fere æquales deplorare folebant, tum quod voluptatibus, &c. Idem 1. Tufc. Sed quid neceffe eft, quum id agam ne poft mortem miferos nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miferiorem?

Conqueri & deplorare. Cic. 7. Verr. 170. Si in aliqua defertiffima folitudine ad faxa & ad fcopulos hæc conqueri & deplorare vellem.

Deplorare & lamentari. Cic. 4. in Catil. 4. Id eft initum confilium, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem Pop. Rom. nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur.

Eloquentia, vel tacita pietate deplorare aliquid. Cic. pro Cluent. 65. Te appello Oppianice, te T. Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.

De aliquo, five De re aliqua. Cic. 5. Verr. 45. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de iftius pravitate & injuriis deplorare & conqueri mallent.

De fuis incommodis apud patronos. Cic. 4. Verr. 65.

Copiofe dicere ac deplorare apud aliquem de miferiis aratorum. Cic. 5. Verr. 45.

Calamitates. Cic. 11. Philipp. 6.

Dolentius. Cic. pro Sextio 4. Neceffario mihi de iisdem rebus effe arbitror, fi non fubtilius difputandum, at certe dolentius deplorandum.

Deplorantur, paff. Cic. 2. de Orat. 211. Quæ de altero deplorantur, ad fuas res revocare.

**Deplorans**, [κατακλαίων] Partic. Cic. v. Tufc. 115. Itaque augurem Tirefiam, quem fapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem fuam.

**Deploratus**, [κατακεκλαυμένος] Partic.

Deploratus, Cui ultimus luctus perfolutus eft. Liv. 5. 40. Ante omnia deplorati erant equites, non privato magis, quam publico luctu.

Deploratum dicitur, de quo conclamatum eft, neque ei aliquo remedio fuccurri poteft, ut Deplorata Refp. Sic Plin. lib. 25. cap. 8. Prodeft, ut demonftrabimus fuo loco, deploratis in phthifi.

Domus deplorata. Ovid. 3. Trift. 5. 8.

> Aufus es igne Jovis percuffum tangere corpus,
> Et deploratæ limen adire domus.

Res eft deplorata, hoc eft, Defperata. Vulgus dicit, Nullum eft remedium.

Deploratus a medicis, vomicæ morbo. Plin. lib. 7. cap. 50.

Vir deploratus. Ovid. 1. Trift. 3. 46.

Vota. Ovid. 1. Met. 272.

Vulnus. Claud. de Bell. Get. 562.

**Deplorandus**, [ἀποκλαυτέος] Qui debet deplorari. ut Deploranda calamitas. Cic. 1. Verr.

**Deplorabundus**, pro Deplorans. Plaut. Aulul. 2. 4. 38. Homo ad prætorem venit deplorabundus. Nonius 10. 37.

**Deploratio**, onis. f. Tertull. Apol. cap. 1. Quid hoc mali eft, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiverfationem, pœnitentiam, deplorationem? Sen. ad Marc. cap. 9. Unde tanta nobis pertinacia in deploratione noftri? Idem Epift. 74. Ex hac deploratione nafcitur, ut ingrati divinorum interpretes fimus.

**Deplūmis**, e. [ἄπτερος] Quod nullas aut raras habet plumas. Plin. lib. 10. cap. 24. Inventæ funt ibi nudæ atque deplumes. De hirundinibus.

**Deplūmo**, are. Plumas detrahere. Legunt aliqui Deplumabis, pro Depilabis perdicem apud Apicium 6. 3.

**Deplumatio**, onis. f. JCt. in Cod.

**Deplumator**, oris. m. apud Auguftin.

**Depluo**, ui, ūtum, ĕre. Columel. lib. 10. cap. 21.

> Inque finus matris violento depluit imbre. Tibul. lib. 2. 5. 72.
> Multus ut in terras deplueretque lapis.

**Depŏlio**, īvi, ītum, [καταξέω] īre. Perficere. Feftus, Depolitum, perfectum: quia omnes perfectiones, antiqui Politiones appellabant. Depolire, Idem quod Polire. Plin. lib. 36. cap. 25. Si vero cote depolitum eft, nigri pavimenti ufum obtinet.

**Depolitio**, ōnis. Varro, Quid mirum fi ex agri depolitionibus ejiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur? Antiquum. Nonius 1. 339.

**Depolitor**, oris. m. apud Auguftin.

**Depōno**, [κατατίθημι, ἀποτίθημι, παρακατατίθεμαι] fui, fĭtum, ĕre. Deorfum ponere. Plaut. Moftel. 2. 1. 35. Ecce autem hic depofuit caput, & dormit.

Deponere malleolum in terram, Plantare. Columel. lib. 3. cap. 10. Comperimus cum malleolum qui quatuor uvas tulerit, deputatum, & in terram depofitum, a fœcunditate materna fic degenerare ut, &c.

Deponere in gremio alicujus. Plin. lib. 15. cap. 30. Ex his in gremio Jovis optimi maximi deponitur.

Deponere femina fulco, Plantare. Columel. lib. 5. cap. 4. Omnium autem fatorum fere eadem eft conditio. nam vel fcrobe, vel fulco femina deponuntur. De vineis.

Deponere in fylvas liberos, uxores, & fua omnia. Cæf. 4. Bell. Gall. 19. i. e. Abdere.

Ædificationem deponere, pro Ceffare ab ædificando. Cic. 13. Fam. 1. Nunc vero fi audierit te ædificationem depofuiffe, &c.

Amicitias deponere, & fufcipere inimicitias. Cic. de Amicit. 79. Cavendum erit ne non folum amicitiæ depofitæ, fed inimicitiæ etiam fufceptæ videantur.

Amorem. Cic. de Amicit. Quod fummi puerorum amores fæpe una cum prætexta toga deponerentur.

Animam. Propert. lib. 1. Eleg. 13. 17.

Arma. Plin. lib. 15. cap. 29. Cæf. 3. Bell. Civil. 10.

Bellum. Cic. de Legib. 2. Sequitur enim de jure belli, in quo & fufcipiendo, & gerendo, & deponendo, jus ut plurimum valet.

Caput deponere & recondere ftratis. Ovid. 11. Met. 649.

Civitatem deponere & relinquere. Cic. pro Cæcin. 100.

Cogitationem reparandæ claffis. Hirt. lib. 4. Bell. Alex.

Comam. Stat. 9. Theb. 596.

Contumaciam. Columel. lib. 6. cap. 2.

Corpora fub ramis deponunt arboris altæ. Virg. 7. Æn. 108. Id eft, Difcumbunt fub arbore.

Crines. Martial. lib. 5.

Curam. Ovid. 4. Trift. 7. 20.

Curas animo. Virg. 4. Georg. 531.

Curas doloresque in alicujus fermone & fuavitate deponere. Cic. 4. Fam. 6.

Nunquam deponere de manibus. Cic. 1. Acad. 3. Non te ea intermittere, fed accuratius tractare, nec te de manibus unquam deponere.

Defideria rei alicujus. Cic. 7. Fam. 6. Tu modo ineptias iftas & defideria Urbis & urbanitatis depone.

Dictaturam. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Dolorem fufceptum. Cic. 3. Tufc.

Errorem fuum. Cic. 8. Philipp. 23. Cæteris autem fi errorem fuum depofuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.

Exercitum. Cic. 8. Philipp. 25. Utranque provinciam remitto, exercitum depono, privatus effe non recufo.

Famem. Ovid. 6. Faft. 530.

> Hofpita Carmentis fidos intraffe penates
> Diceris, & longam depofuiffe famem.

Faftigia fupplex depofui. Claud. de Nupt. Honor. 32.

In fidem publicam pecuniam pupillarem. Liv. 24. 18. Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri, nusquam eas tutius fanctiusque deponere credentibus qui deferebant, quam in publicam fidem.

Formidinem. Virg. 3. Æn. 612.

> Ille hæc depofita tandem formidine fatur.

Furtim deponere. Hor. 1. Sat. 1. 42.

> Quid juvat immenfum te argenti pondus, & auri,
> Furtim defoffa timidum deponere terra?

Falfa licet cupidus deponat gaudia livor. Propert. lib. 1. Eleg. 8. 29.

Gloriam abjicere & deponere. Cic. 2. de Orat. 201.

Imperium accipere & Deponere, contraria. Cic. 1. Off. 68. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam.

Ineptias. Cic. 7. Fam. 6.

Ingenia fylveftria, pro Mitefcere. Columel. lib. 8. cap. 15. Sic enim excluſi, educatique pulli, deponunt ingenia fylveftria.

Inimicitias fufceptas Reip. nomine. Cic. 14. Att. 13.

Invidiam. Cic. de Lege Agr. 68.

Jus populi in fide judicum. Cic. pro Cæcin. 103. Derelinquo jam communem caufam: populique Romani jus in veftra fide ac religione depono.

De levitate. Cic. 2. Att. 16. Ut ille effet melior, & aliquid de populi levitate deponeret. Id eft, Ceffaret a levitate.

Magiftratum. V. mox Officium.

Memoriam. Cæf. 1. Bell. Gall. 18. Quod fi veteris contumeliæ oblivifci vellet, num etiam recentium injuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim tentaffent, quod Heduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexaffent, memoriam deponere poffet?

Memoriam doloris. Cic. pro Cœlio 50.

Ex memoria. Cic. pro Sylla 18. Quibus ego rebus Judices ita flectebar animo, atque frangebar, ut etiam ex memoria quas mihi ipfi fecerat infidias deponerem.

Apud memoriam quodammodo deponere cogitatio dicitur. Quintil. lib. 11. cap. 2.

Mentem, mentumque in gremio mimarum deponere. Cic. 13. Philipp. 24.

Metum. Ovid. 5. Met. 363.

Mœrorem atque luctum, gaudereque potius. Cic. 14. Philipp. 34.

Moleftias. Cic. 2. Off. Exiftimavi honeftiffime moleftias poffe deponi, fi me ad philofophiam retuliffem.

Morbi partem. Hor. 1. Epift. 1. 35.

Negotium. Cic. Att. lib. 7. Nec prius quidem quam noftrum negotium aut confecerimus, aut depofuerimus.

Oculos in aliquem. Hor. 1. Od. 36. 18. Id eft, Figere.

Offenfionem. Cic. 1. Att. 12. Quam mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenfionem, nihil attinet ad te qui ea nofti, fcribere.

Officium. Plin. in Paneg. cap. 87. Magiftratum. Cæf. 7. Bell. Gall. 33. Imperium. Liv. 2. ab Urbe. Provinciam. Cic. 2. Att. 16. Quum provinciam depofui in concione.

Onus. Cæf. 1. Bell. Civil. 80. Neque jumentis onera deponunt.

Onus, per translationem. Cic. 7. Verr. Potero hoc onus tantum in hoc judicio deponere, aut diutius tacitus fuftinere?

Opinionem de aliquo deponere atque abjicere. Cic. 3. de Lege Agr.

Pavorem. Ovid. 10. Met. 117.

Pecuniam, pro Collocare apud fequeftrum aut diviforem. Plin. lib. 6. Epift.

Perfonam accufatoris deponere. Cic. pro Quintio 45.
Pudorem. Ovid. 17. Epift. 259.
Rabiem depofuere feræ. Claud. 8. Paneg. 121.
Rationes Quæftoris deponere. Cic. 2. Fam. 16. Rationes mei Quæftoris, nec verum fuit me tibi mittere, nec tamen erant confectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus.
Religiones deponere, & Sufcipere religiones, contraria. Cic. 2. de Divin. 112. Valeantque potius ad deponendas, quam ad fufcipiendas religiones.
Rem fufceptam. Cic. de Amicit. Neque enim eft confentaneum, ullam honeftam rem, actionemve, ne folicitus fis, aut non fufcipere, aut fufceptam deponere.
Inhumanæ Senium depone camœnæ. Hor. 1. Epift. 18. 47. Id eft, Severitatem.
Severitatem. Martial. lib. 4. Paulum depofita feveritate.
Simultatem. Cic. 3. Att. 3.
Sitim deponere. Ovid. 4. Met. 98.
Soleas. Martial. lib. 3. 50.
Spem deponas. Hor. 2. Sat. 5. 26.
Aut fpem deponas, aut artem illufus omittas.
Studium priftinum. Cic. 1. Tufc. 7. Nobis placet nec priftinum dicendi ftudium deponere, & in hac majore & uberiore arte verfari.
Timorem. Cic. pro Milon. 40. Quamobrem adefte animis Judices: & timorem, fi quem habetis, deponite.
Vim fuam deponunt venti. Ovid. 2. Trift. 152.
Voluntatem. Cic. in Catil.
Deponere aliquid apud aliquem [παρακατατίθεσθαι] Servandum dare, & fidei ejus committere. Plaut. Bacchid. 2. 3. 72.
Nos ibi apud Theotimum omne aurum depofuimus.
Apud amicos multa depofita. Cic. 6. Verr. 29. Idem 3. Off. 95. Si gladium quis fana mente apud te depofuerit, repetat infaniens, &c.
Quicquid habes, age depone tutis auribus. Id eft, Dic tacituro. Hor. 1. Od. 27. 18.
Deponere aliquid dicuntur certantes pignore. Virg. 3. Ecl. 31.
De grege non aufim quicquam deponere tecum.
Deponere, pro Deprimere ædificium. in l. 17. D. de fervit. urb. præd. l. 6. D. Si fervit. vend.
Deponere, pro Transferre, l. fi fponfus fponfæ. §. fi maritus. D. de donat. inter vir. & uxor.
Deponere, etiam Demoliri, & ad aream redigere, & folo æquare fignificat. l. 23. in fin. D. de ufucap. l. 8. D. Si fervit. vendic. l. 83. §. facram. in fine. D. de verb. obligat. Ita depofitionem ædificii accipe in l. 9. §. Item Pomponius. D. Quod met. cauf.
Depofivi pro Depofui præteritum legitur apud Catullum in Carmine Seculari, 35. 8.
Quam mater prope Deliam
Depofivit olivam. Id eft, Enixa eft. Ἀπέθηκεν. H. St. V. Burm. ad Phædri 1. 18. 5.
Deponi etiam dicebantur, aut plane defperati ægri, aut recens mortui. Nam de fublimiore lectulo humi collocabantur: de quo Torrent. ad Hor. 1. Sat. 9. & Gonfal. ad Petron. cap. 134. p. 235. Vide & Plautinos interpretes, & infra Depositus. Similiter, Vino aliquem deponere. Plaut. Aulul. 3. 6. 28. Apud Cæfarem deponi ægri dicuntur & faucii, qui ab exercitu feparati, in locis certis collocantur, ubi curari poffint. Verba ejus 3. Bell. Civil. 65. hæc funt: Præfidioque Apolloniæ cohortibus IV. Lyffi I. III. Orici relictis, quique erant ex vulneribus ægri, depofitis.

**Depōnens**, Partic. [ἀποτιθείς] Qui deponit.
Deponens Verbum dicitur, quod in or finitum, vel activi fignificationem obtinet, ut Tueor, contemplor, loquor: vel neutri, ut Philofophor, labor.

**Depositus**, Partic. [ἀποτεθειμένος] ut
Depofitam pecuniam recuperare. Cic. de Lege Agr. 2. 41.
Faftus depofitus. Claud. 4. Paneg. 62.
Vifere depofito dignatus limina faftu.
Poplite depofito. Id eft, Flexo. Lucan. lib. 1. 613.
Depofitus, pro Defperato, five Defperatæ falutis. Cic. 3. Verr. 5. Itaque mihi videor magnam & maxime ægram, & prope depofitam Reip. partem fufcepiffe. Virg. 12. Æn. 395.
Ille ut depofiti proferret fata parentis. Ubi Servius, Depofiti, Defperati: nam confuetudo erat, ut defperati ante januas fuas collocarentur: vel ut extremum fpiritum redderent terræ: vel ut poffent a tranfeuntibus forte curari, qui aliquando fimili laboraverant morbo. Ovid. 2. de Ponto 2.
Pandere urbem depofitam. Stat. 1. Sylv. 4. 91.
Depofitus, Deploratus, Comploratus, Conclamatus. Bud. H. St.

**Depositum**, i. n. [παρακαταθήκη, παρακαταθολή] Quod alicui commiffum eft, & datum ut fervet. Ulp. in l. 1. D. Depofiti, vel contra, Depofitum eft quod cuftodiendum alicui datum eft. dictum ex eo quod ponitur. præpofitio enim de, auget pofitum: ut oftendat totum fidei ejus effe commiffum, quod ad cuftodiam rei pertinet.
Depofitum fofpes erit. Juven. 13. Sat. 178.
Clam depofitum. Cic. 3. Tufc. 17. Qui propter avaritiam clam depofitum non reddidit, quod eft injuftitiæ.
Depofitum abnegare. V. Abnego.
Accipere depofitum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Celare depofitum alicujus. Id eft, Confervare & abfcondere. Claud. 3. de Rapt. Proferp.
Reddere depofitum. Ovid. 1. de Arte Am. 641.
Reddere depofitum legentibus. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Depofitum in fequeftre proprie dicitur, Quod a pluribus in folidum certa conditione cuftodiendum, reddendumque traditur. l. 6. D. depofit.
Depofitum eft Contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, ut is dolum tantum in ea reddenda, non culpam præftare debeat. l. 1. D. de oblig. & action.
Depofitum judiciale eft, Quum res ea, de qua Controverfia fit, apud officium, vel ubi judex ftatuerit, deponitur. l. 16. in fine. D. de off. præf. l. 7. §. ult. D. Qui fatisd. cog. l. 7. D. depofit.

**Depositio**, onis. f. Actus ipfe deponendi. Florent. in l. licet deponere. D. depofit.

**Depositor**, oris. m. Qui deponit, aut depofuit. Ulp. in l. 1. §. Apud Julianum. D. depofit.

**Depositarius**, ii. m. [συνθηκοφύλαξ] Cuftos depofiti, vel Sufceptor depofitarum rerum. Ulp. l. 1. §. Si pecunia. D. depofiti, Satisdatione autem non interveniente rem in ædem deponi, & omni actione depofitarium liberari.

**Depontani**, orum. m. Romæ antiquitus dicebantur fexagenarii fenes. Nam qui Ætatis id effent, quod crederentur inutiles gerendis rebus, de ponte dejiciebantur in campo. V. in Pons. Feftus, Depontani senes appellabantur, qui fexagenarii de ponte dejiciebantur; id eft, Suffragio privabantur, quod per Pontem ferebant; uti proverbialem locutionem inde factam exponit Varro de Vita Pop. Rom. apud Nonium 12. 12. & ex eo Sigonius de Antiq. Jure Civ. Rom. 1. 17. Varro apud Nonium in Cafnares: Vix hæc fatus erat, cum more Majorum ultro Cafnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. Casnar Ofca vox, Senem fignificat, ut ex Varrone de L. L. 6. 3. Fefto item & Nonio difcimus. Hinc Ovid. 5. Faft. 623.
Corpora poft decies fenos qui credidit annos
Miffa neci, fceleris crimine damnat avos, &c.
Adde de hoc ritu Petr. Victor. Varr. Lect. 18. 7. & Feft. in Sexagenariis cum not. Dacerii. Alludit huc Cic. pro Rofc. Amer. 99. Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum, minorem annis LX. de ponte in Tiberim dejecerit.

**Depopŭlor**, [λαφυραγωγέω, δηιόω, ἐκπορθέω] ari. Prædari, five deprædari, paffimque & quafi populatim diripere. Cic. 5. Verr. 84. Qui quum agros maximos ac feraciffimos per feipfum, hoc eft, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur.
Aves depopulantur dona Cerealia. Ovid. 1. Faft. 683.
Humum depopulari. Ovid. 3. Trift. 10 56.

**Depopulare**, active apud Auct. lib. de Bell. Hifpan. cap. 42. extr. Agros, veftramque provinciam veftro impulfu depopulavit. Valer. Fl. Argon. 532. Cæcilius Afoto, Jamdudum depopulat macellum. Ennius Ambracia, Agros audaces depopulant fervi dominorum dominis. Nonius.

**Depopulatio**, onis. f. [πόρθησις] ut Depopulatio prædiorum. Cic. pro Domo fua 146.
Agrorum depopulatio. Cic. in Pifon. 40.
Ædium facrarum, publicorumque operum depopulatio. Cic. 2. Verr. 12. Cujus prætura urbana, ædium facrarum fuit, publicorumque operum depopulatio.
Depopulationes & vaftationes. Cic. 5. Philipp. 25.
Inferre depopulationem agris. Cic. de Arufp. Refp. 3. Excifionem, inflammationem, everfionem, depopulationem, vaftitatem eam, fua cum præda meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

**Depopulātor**, ōris. m. [δηιωτής] ut Depopulator fori. Cic. pro Domo fua 13.

**Deporto**, [κατακομίζω, ἀνακομίζω] are. De loco portare. Dicimus autem Deportare ad locum, & Deportare de loco.
Deportare jumentis. Cic. 12. Att. 8. Quæ arma fuperabant, ea fi Brundufium jumentis deportaveritis, vehementer Reipub. profueritis.
Navibus. Cæf. 3. Bell. Gall. 12. Magno numero navium appulfo fua omnia deportabant: feque in proxima oppida recipiebant.
Deportare fe, pro Se conferre. Cic. 16. Fam. 1. Mihi placebat, fi firmior effes, ut te Leucadem deportares, ut ibi te plane confirmares.
Ex aliquo loco. Cic. 6. Fam. 15. Mihi crede, nihil ex ifta provincia potes quod jucundius fit, deportare. Plin. lib. 7. cap. 30. Philofophum deportavit ex Cypria legatione.
Ad locum. Cic. 5. Verr. 36. Omnes decumas ad aquam deportatas haberent.
In aliquem locum. Cic. 1. Att. 2. illa omnia in Tufculanum deportabo.
In folas terras, pro In exilium mittere. Ter. Phorm. 5. 7. 85.
Captivos Romam. Liv. de Bell. Pun. Videtur fubaudiri ablativus Navi.
Exercitum, eft Exercitum in patriam reducere, ut ait Budæus. Liv. 3. Bell. Pun. Annibal victor in Africam hinc decedat, exercitumque deportet. Cic. pro Lege Manil. 61. Bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. [Semper de tranfmarinis provinciis, & proinde τὸ Navibus fubauditur.
Minore exercitu infigneis captivos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat. Tacit. 4. Ann. 26.
Flagitium ac dedecus ex aliqua regione deportatum. Ubi quis non continenter vixerit. Cic. pro Muræn. 12.
Deportavit humanitatem Athenis. Cic. de Senect. 1. Novi enim moderationem animi tui, & æquitatem: teque non cognomen folum Athenis deportaffe, fed humanitatem & prudentiam intelligo.
Literas deportare ex Sicilia in Verrem. Cic. Divin. in Verr. 28. ubi Afcon. Afportare aliquid, ut intereat, Deportare, ut mutet locum.
Deportare triumphum. Cic. 1. Off. 78. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompejus multis audientibus hoc tribuit, ut diceret fruftra fe tertium triumphum deportaturum fuiffe, nifi meo in Remp. beneficio, ubi triumpharet, effet habiturus.

**Deportātus**, Partic. [κατακεκομισμένος] ut Deportatus Romam.
Inter deportatos & relegatos. Ulp. l. relegatorum. D. de interdict. & releg. Hæc eft differentia inter deportatos & relegatos: quod in infulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis poteft. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps infulas adnotavit, vel de quibus deportandis fcripfit. V. & l. 1. §. 2. D. de legat. & fideicom. lib. 32.

**Deportatio**, ōnis. f. [ἐξορισμός, καταπόμπησις] Cato cap. 144. De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in fingulas deportationes HS. N. II. deducentur, neque id debebitur.
Deportatio, eft Perpetua in exilium, five infulam condemnatio, civium Romanorum pœna, quæ fucceffit in locum Aquæ & ignis interdictionis, quafi Circumfinitio, quum ei, qui damnatus eft, certo fpatio circumfcribitur pœnæ perpetuo pendendæ locus. l. inter pœnas. D. de interd. & releg. Unde Præfes aliquem civem deportare non poterat.
Item Deportatio interdum Ultimum fupplicium, & mors cenfetur §. publi-

publicorum. Instit. de publ. judic. §. quum autem. Instit. quib. mod. jus pat. potest. solvit.

Deportationis nomen, quod multo relegatione gravius erat, natum ex eo est, quod Senatus censuit eos, qui ex Cannensi acie fugerant, ex Italia in Siciliam deportandos esse, nec ante inde reportandos in Italiam, quam Pœnus Italia depulsus esset. Eorum militum more in insulas pœnæ nomine rei amandabantur. Turneb.

Deportatio insulæ, In insulam relegatio. Ulp. l. inter pœnas. D. de interd. & releg.

DEPORTATOR, oris. m. unde

DEPORTATORIUS, a, um. l. 1. Cod. de Veteranis: Deportatorio onere affici.

DEPOSCO, depoposci, deposcitum, [ἐξαιτέω] ĕre. Vehementer poscere. Cic. 6. Verr. Ut illa flamma divinitus extitisse videatur, non quæ deleret Jovis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius magnificentiusque deposceret.

Deposcere omnibus pollicitationibus ac præmiis. Cæs. 7. Bell. Gall. 1. Omnibus pollicitationibus ac præmiis deposcunt, qui belli initium faciant, & sui capitis periculo Galliam in libertatem vendicent.

Non modo non recusare aliquid, sed etiam deposcere. Cic. pro Flacc. 97. Idem 3. Philipp. 33. Id modo non recusem, sed appetam etiam atque deposcam.

Dextras. Silius lib. 7. 234. — quum optabile tempus
Deposcet dextras.

Hostem. Valer. 5. Argon. 634.
Et Persen simul & Minyas deposcimus hostes.

Mandata alicujus. V. MANDATUM.

Aliquem ad supplicium. Cæs. 8. Bell. Gall. 38. Cic. pro Cœlio 70. Hac lege Cœlii adolescentia non ad Reip. pœnas, sed ad mulieris libidines & delicias deposcitur.

Deposcere in pœnam. Liv. 1. Bell. Pun. Ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Morti deposcere, pro, ad mortem. Refertur autem Deposcendi verbum frequenter ad Supplicium. Tacit. 1. Ann. 23. Dum Centurionem cognomento Scirpicum illa morti deposcit.

Prælia deposces. Sil. lib. 17.

Tene istas partes depoposcisse, ut, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 95.

Votis deposcere pugnam. Lucan. lib. 2. 533.

Supplicia sæva. Stat. 12. Theb. 460.

Deposcere atque expetere imperatorem ad bellum. Cic. pro Lege Manil. 44.

DEPOSCENS, entis. Partic. [ἐξαιτῶν] Cic. 5. Att. 2. Hortensio deposcenti mandata mea, cætera universa mandavi.

DEPOSITUS, DEPOSITUM, DEPOSITARIUS. V. DEPONO.

DEPOSTŬLO, [ἐξαιτέω] āre. Vehementer postulare. Auct. l. de Bell. Hispan. cap. 1. extr. Civitates contrariæ Pompejo auxilia sibi depostulabant.

DEPOSTULATOR, ōris. Tertul. Apol. cap. 35. Depostulatores Christianorum, scil. ad Supplicium, seu accusatores.

DEPRÆDOR, [συλάω] ari. Idem quod Depopulari.

DEPRÆDANS, antis. Vulg. Interpr. Job. 24. 9. Vim fecerunt deprædantes pupillos.

DEPRÆDATUS, a, um. passive, ut Depopulatus. Dict. Cret. Bell. Troj. 2. 16. Qua pergebat, agri referti jugi pace deprædati. Anna Deprædari legendum conjicit.

DEPRÆDATIO, ōnis. f. Lactant. Epit. cap. 8. More latrocinii deprædatio & vastatio fiet. & l. Cod. de lucris advocat. Compulsor arguitur in deprædatione convictus. & Augustin. Civ. Dei 22. 22. Deprædatio & Captivitas.

DEPRÆDĀTOR, ōris. m. Prædo. Marcellinus Augnst. Epist. 4. (inter Augustinianas) Quis Romanæ Provinciæ deprædatori non mala velit belli jure reponere? Ipse August. Epist. 199. Deprædatores putans.

DEPRÆLIOR, atus sum, [καταγωνίζομαι] ari. Idem quod simplex Præliari, hoc est, Dimicare. Hor. 1. Od. 9. 11.
Permitte divis cætera, qui simul
Stravere ventos æquore fervido
Deprælianțes, &c. Id est, Valde præliantes.

DEPRÆLIATIO, ōnis. f. apud Livium.

DEPRÆSENTO, are. Suet. Calig. cap. 58. Redire ac depræsentare spectaculum voluit. Ita legit Barthius. [Sed Repræsentare in editis rectius.

DEPRÆSENTIARUM, eadem forma, quæ Impræsentiarum, legitur in fragmento Petronii Traguriano. cap. 74. Ut depræsentiarum intelligas. & cap. 58. Alioquin jam tibi depræsentiarum reddidissem. adde Tilebomeni notam. p. 86.

DEPRĀVO, [διαστρέφω, στρεβλόω, λωβάω] are. Pravum facere, corrumpere, vitiare. Ter. Phorm. 4. 4. 16. Nihil est Antipho, quin male narrando possit depravarier. Cic. 3. de Fin. Eas non modo nihil adjuvare arbitror, neque affirmare quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam.

Corrigere & Depravare, contraria. Cic. 1. de Fin. 6. Sed ita ut ea quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur.

Nimiæ rerum omnium copiæ depravant aliquem. Cic. 2. de Lege Agr. 96.

Nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici depravare nonnunquam. Cic. 1. Philipp. 32.

Multi ad depravandum parati. Cic. Bruto 18.

Depravare hominem, pro Fractis vel debilitatis membris vitiare. Sen. Epist. 102. Depraves licet, dum monstruoso & distorto temporis aliquid superfit.

DEPRAVĀTUS, Partic. [λελωβημένος] ut, Depravati mores. Cic. 2. de Legib. 28. & Depravatæ opiniones. Idem 3. Tusc.

Natura alicujus depravata mala disciplina. Cic. 2. de Fin. 33.

DEPRAVATIO, ōnis. f. [διαστροφή] ut, Depravatio oris. Cic. 2. de Orat. 252.

Distortio & depravatio. Cic. 5. de Fin. 35. In quibus si peccetur distortione & depravatione quadam, aut motu, statuque deformi.

Consuetudinum depravatio. Cic. 1. de Legib. 29.

Depravatio & fœditas turpificati animi. Cic. 3. Off. 105.

Depravatio verbi. Cic. in Partit. 127. Defensor autem & ea quam proposui, æquitate nitatur: & ea quum secum faciat, non re, sed depravatione verbi se urgeri queratur.

DEPRAVATE, Adv. ut, Depravate & corrupte judicate, id est, Non recte. Cic. 1. de Fin. 71.

DEPRAVATOR, oris. m. apud Livium.

DEPRECIĀTUS, V. DEPRETIO, as.

DEPRĔCOR, atus sum, [ἐκλιπαρέω, παραιτέομαι, κατεύχομαι] ari. Vehementer precari. Catul. Epigr. 87.
Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
Assidue, verum dispeream nisi amo.

Te lacrymæ fratris deprecantur. Cic. 4. Fam. 7.

Authoritas, atque virtus alicujus deprecatur. Cic. Post redit. ad Quirit. 7. At me C. Pisonis generi mei divina quædam & inaudita authoritas atque virtus, fratrisque mei miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordesque lugubres a vobis deprecatæ sunt. Id est, Reditum mihi ac restitutionem impetraverunt.

Deprecari ab aliquo. Cic. 7. Verr. Tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo jure contendet.

Deprecari aliquid ab altero. Cic. 5. Verr. Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante erimus a vobis Judices deprecati.

Deprecatum venit ad me, ut sibi ignoscerem. Cic. de Amicit. 11.

Deprecor adjiciendum. Varro 1. de R. R. cap. 19. In hoc genere semivocalium adjiciendum deprecor. Emendati codices habent, De pecore.

Deprecari aliquem ab altero. Cic. 2. de Lege Agr. 92. Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis authores generis mei commendarunt: sic siquid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me a vobis deprecentur.

Deprecari alicui ne vapulet. Plaut. Asin. Prolog. 5.
Nunc si vultis deprecari huic seni ne vapulet,
Remur impetrari posse.

In hoc te deprecor ne, &c. Cic. 8. Fam. 1.

Deprecari pro reditu alicujus. Cic. Post redit. ad Quirit. 6. Non enim pro meo reditu, ut pro P. Popilii nobilissimi hominis adolescentes filii, & multi præterea cognati atque affines, deprecati sunt.

Iratos aliquorum animos atque horribiles impetus. Cic. pro Fontejo 26.

Pacem, cui opponitur Denuntiare bellum. Cic. 12. Fam. 24. Nondum legati redierant, quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat.

Sibi exilium & fugam. Cic. 3. de Orat. 9. Quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum ut vita seipsum privaret.

Vitam alicujus. Cic. pro Sylla 72. Quam multorum hic vitam a L. Sylla deprecatus?

Precari & Deprecari, contraria. Ovid. 1. de Ponto 2. 59.
Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Detestari ac deprecari querimoniam alterius a se. Cic. 1. in Catil. 27. Nunc ut a me P. C. quandam prope justam patriæ querimoniam detester ac deprecer, percipite quæso diligenter quæ dicam.

Anteacta. Tacit. 11. Ann. Circumsistunt Cæsarem, anteacta deprecantes.

Calamitatem ab sese. Cic. 3. Verr. 157. Id est, Amoliri, & precibus propulsare. Budæus.

Avaritiæ crimina laudibus frugalitatis. Id est, Depellere, & ita orare ut nequis avarus existimetur, sed magis frugalis. Cic. 4. Verr. 192.

Munus aliquod. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Odium summæ improbitatis excusatione summæ stultitiæ. Cic. pro Cæcin. 30. Idem pro Balbo 18. Quiddam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ malevolentiæ causa breviter commemorandum videtur. Idem lib. 6. de Rep. Etiam Claudii invidiam, Gracchi charitas deprecabatur. Id est, Propulsabat & defendebat.

Deprecari periculum, Aversari, Precari ne eveniat. Cic. 7. Verr.

Mortem. Cæs. 7. Bell. Gall. 40.

Periculum decreto deprecari. Cic. pro Sextio.

Refugere periculum aut deprecari. Cic. 10. Fam. 31. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer.

Deprecari pœnam. Liv. 10. Bell. Maced. Ego siquid impie in te pater, siquid scelerate in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam. Si innocens sum, ne invidia conflagrem, quum crimine non possum, deprecor. Verba sunt Demetrii ad Philippum patrem.

Deprecari sanguinem & mortem innocentissimi civis. Cic. 7. Verr. 124.

Deprecari supplicium & recusare. Cic. 2. Tusc. 52. Nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusavit.

Deprecari etiam idem est ac Veniam delictorum rogare. Cic. 11. Att. 6. Q. Fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur. Id est, Ut veniam a Cæsare peteret, quod cum Pompejo fuisset. Idem 5. Philipp. 3. Pacem vult M. Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem æquiorem me reperiet. Val. Max. 4. 7. 1. Pro se deprecatum venire. V. Borrich. Vindic. p. 53. seq. ubi locupletissima hujus significationis assertio.

DEPRECANS, antis. Vulg. Interp. Gen. 16. 2. Cum ille acquiesceret deprecanti: & Sirac. 28. 2. Deprecanti peccata solventur. Liv. 37. 6. Deprecantes pro Ætolis.

DEPRECATUS, a, um. Qui vehementer expetiit. Cic. 2. de Orat. 201. Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro seipso deprecatus. Apul. 9. Met. p. 127. Diras devotiones in eum deprecata uxor. passive Apul. 11. Met. p. 270. Deprecato summo numine.

DEPRECATOR, ōris. m. [δεητής, παραιτητής] Qui pro reo deprecatur veniam. Cic. pro Corn. Balbo 42. Potuit magis de re judicare, quam quum ad vestrum judicium cives amplissimos legavit, testes hujus juris, vitæ laudatores, periculi deprecatores?

Miseriarum deprecator. Cic. pro Flacco 1. Sperabam Judices honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem.

Legatos & deprecatores mittere. Cic. pro Lege Manil. 35. Quum ad eum usque in Pamphiliam legatos deprecatoresque misisset.

Deprecator mei, tui, sui. Cic. 11. Att. 8. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei.

Depre-

Deprecator fortunarum alicujus. Cic. pro Planc. 102. Nec me folum deprecatorem fortunarum tuarum, fed comitem fociumque profitebor.

DEPRECATRIX, icis. f. Afconius ad l. 1. in Verr. de Præt. Urb. C. 5. extr. Sabinis deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum eft. Et Tertul. adverf. Marc. 4. 12. Humanam opponit necefsitatem, quafi deprecatricem.

DEPRECĀTŌRIUS, a, um. Vet. Interp. 1. Macab. cap. 10. 24. Scribam & ego illis verba deprecatoria.

DEPRECATIO, ōnis. f. [δέησις, παραίτησις] Deprecandi actio. Cic. 10. Att. Non me hercule deprecationi locus.
Uti deprecatione. Cic. pro Cluent. 8. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione Judices qua mihi fæpius utendum effe intelligo, fic ut me audiatis, &c.
Non ille deprecatione rediit. Cic. Poft redit. ad Quirit. de Mario 7. Id eft, Supplicatione amicorum.
Diræ deprecationes, pro Imprecationibus, in malum. Plin. lib. 28. cap. 29. Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. V. DEFIGO.
Deprecatio eft etiam Recufatio & amolitio. Quintil. in Proœm. lib. 1. Sed qua ex caufa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. Plin. lib. 28. cap. 2. Etiam parietes incendiorum deprecationibus confcribuntur. Hoc eft, Certis verbis quæ vim habeant avertendi incendia ab ædibus.
Deprecatio, Recufatio, & repulfio accufationis & petitionis. Cic. 2. de Invent. 104. Deprecatio eft in qua non defenfio facti, fed ignofcendi poftulatio continetur.

DEPRECATIUNCŬLA, æ f. dimin. Salvian. lib. 3. contra Avar. poft init. Deprecatiunculæ fpecies.

DEPRECABUNDUS, a, um. [ἱκετεύων] pro Precante & petente. Tacit. 15. Ann. 53. Ut Lateranus quafi fubfidium rei familiaris oraret deprecabundus, & genubus principis accidens.

DEPRECABĬLIS, e. Vulg. Interp. Pf. 89. 13. Deprecabilis efto fuper fervos tuos.

DEPRECĀNEUS, a, um. Idem. Sen. Nat. Quæft. 2. 49. De nominibus fulgurum, quæ a Cæcina ponuntur. Fulmina deprecanea, quæ fpeciem periculi fine periculo afferunt. [Sic editio Romana, Sed contra omnes libros, in quibus DENTANEA. Unde Fortunatus Demptanea, alii aliter. Forte *Tentanea*. Id enim nomen cum periphrafi adjecta convenit, & mutatione leviffima a veteri lectione deflectitur. *Oftentatorium* idem fulminis genus Servius appellaffe videtur ad 8. Æn. v. 429.

DEPRECĀTĪVUS, a, um. Idem Mart. Capell. 5. p. 147. Deprecativa qualitas veniali fpecie continetur.

DEPREHENDO, vel DEPRENDO, di, fum, [φωράω, καταλαμβάνω] ĕre. & in carmine, Deprendo, is, ĕre. eft Quod barbari dicunt, Capere in ipfo facto; ita ut nec fugere, nec inficiari poffit. ut Deprehendi in furto. Plaut. Afin. 3. 2. 17. Cic. 7. Verr. 110. Quafi effet in aliquo manifefto fcelere deprehenfus.
Deprehendi pro mœcho. Ter. Eun. 5. 5. 18. Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam?
Deprehendi cum aliqua muliere. Cic. 8. Fam. 7.
Apud aliquem aliquid deprehenfum. Cic. 3. in Catil. 10. Qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac ficis, quæ apud ipfum erant deprehenfæ, refpondiffet.
Manifefte deprehendi. Cic. 3. in Catil. 4.
In adulterio deprehendi. Cic. 2. de Orat. 275.
Deprehendere, eft Per difputationem, feu inquifitionem & inveftigationem invenire. Hor. 2. Sat. 7. 43. Plin. lib. 2. cap. 8. Quam naturam ejus Pythagoras Samius primus deprehendit. Idem lib. 12. cap. 9. Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, guftu.
Aliquid deprendere mente. Lucret. lib. 3. 871.
Nec memori tamen id quimus deprendere mente.
Manifefto deprehendere. Cic. in Orat. 219. Nec deprehendetur manifefto quid a nobis de induftria fiat.
Animi tormenta in ægro. Juven. 9. Sat. 18.
Arcanum alicujus. Claud. de Bell. Get. 103.
Facinora oculis. Cic. pro Cœlio 14. Cujus ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante, quam fufpicione deprehendi.
Furta. Ovid. 3. Met. 6.
— quis enim deprendere poffit Furta Jovis?
Verum. Stat. 8. Theb.
Deprehendere, pro Comprehendere. ut, Curfu feram deprehendere. Sen. Herc. 4.
Deprehendere tabellarios, & literas intercipere. Cic. 12. Fam. 12.
Turbine rapido deprendi. Ovid. 7. Epift. 66.
Finge age, te rapido (nullum fit in omine pondus)
Turbine deprendi, quid tibi mentis erit?

DEPREHENSUS, vel DEPRENSUS, Part. [φωραθείς] Juven. 9. Sat. 3.
Quid tibi cum vultu, qualem deprenfus habebat
Ravola, &c.
Deprehenfus, Qui in fumma difficultate ftupet animo, & inopia confilii oppreffus eft. Deprehenfi enim dicuntur, Qui effugere nequeunt vel vitare, quum maxime cupiant, aut e re incommode nata fe explicare & fubducere. Quintil. lib. 12. cap. 2. Itaque reperias quosdam in difputando mire callidos: quum vero ab illa cavillatione fecefferint, non magis fufficere in aliquo graviore actu, quam parva quædam animalia, quæ in anguftiis mobilia, in campo deprehenduntur. Hoc eft, Nullum in fe aut in alio reperiunt præfidium: omni confilio, omnique ope defecta.
Deprehenfus. Id eft, ut vulgo dicitur, Captus in ipfo facto. Cic. 2. de Fin. Occultum facinus effe potuerit, gaudebit: deprehenfus omnem pœnam contemnet.
Deprehenfus cum vefte muliebri. Cic. 1. Fam. 7. P. Clodium Appii filium te credo audiffe cum vefte muliebri deprehenfum domi C. Cæfaris, quum facrificium pro populo fieret.
Deprehenfus, Cognitus. Plin. lib. 12. cap. 5. Ibi & fpina fimilis, fed deprehenfa vel lucernis, igni protinus tranfiliente.
Ars deprenfa. Ovid. 2. de Arte Am. 513.
Si latet ars, prodeft: affert deprenfa pudorem.
Scelus manifeftum atque deprehenfum. Cic. 3. in Catil. 11.
Teftis deprehenfus, qui Varians vulgo, titubansque dicitur. Quintil. lib. 5. cap. 7. p. 379. Burm.

Deprehenfa, dicitur Genus militaris animadverfionis, caftigatione major, ignominia minor. Feftus.

DEPREHENSIO, ōnis. f. [κατάληψις] Cic. pro Cluent. 50. Denique omnis accufatio varie graviterque tractata, ad extremum manifefta veneni deprehenfione conclufa.

DEPRESSUS, V. DEPRIMO.

DEPRETIO, āre. Ad minus pretium redigere. Paul. in l. proinde. D. ad legem. Aquil. Et ejus ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata funt.

DEPRETIATUS, a, um. Vilior factus. Paulinus Nolan. Carm. 22. five Epithal. Juliani v. 56.
Vilefcit pretio, depretiatus homo.
Depretiata fuas turpant figmenta figuras. Sidon. Carm. 22. 203.

DEPRETIATOR, ōris. m. Tertul. adverf. Marc. 4. 29. Depretiator operum & indulgentiarum.

DEPRĬMO, effi, effum, [καταπιέζω, ταπεινόω, καταπονίζω] ĕre. Dejicere. Plin. lib. 2. cap. 38. Terrena in cœlum tendentia deprimit fiderum vis.
Fluctus deprimit carinam. Ovid. 14. Met. 185.
Lanx in libra ponderibus impofitis deprimitur. Cic. 4. Acad. 38.
Deprimere plantam, vel vitem in terram. Columel. lib. 11. cap. 3. Et lib. de Arboribus, cap. 7. Item Cato de R. R. cap. 52.
Deprimere naves. Vulgo dicunt, Mittere in fundum. Cæf. 2. Bell. Civil. 6. Cic. 2. de Divin. Si enim fatum fuit claffes populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram a Pœnis depreffam interire.
Extollere & Deprimere, contraria. Cic. Antequam iret in exil. 1. Nam quem virtutis gloria cum fumma laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum invidia indigniffime oppreffum deprimit ad fupplicium.
Ædificium deprimere, cui opponitur Tollere. Ulp. in l. si arborem D. de fervit urban. præd. Interdum dici poteft eum quoque qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere.
Deprimere & Adaugere, contraria. Author ad Heren. lib. 3. In quibus extranea caufa conficiet deliberationem, in his ea ipfa erit caufa adaugenda, aut deprimenda.
Locum deprimere, pro Depreffiorem facere. Ulp. Ut locus deprimatur, pecoris appellandi gratia.
Deprimunt me quæ porto. Plaut. Merc. 4. 1. 9.
Simul hæc, etiam quæ mecum porto, deprimunt.
Deprimere, Præponderare. Cic. 5. de Fin. 91. Terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimet. Budæus. Idem 5. Tufc. 51.

DEPRESSUS, Partic. [πιεσμένος] ut, Depreffum ad mentum fupercilium. Cic. in Pifon. 14.
Depreffus & demerfus. In DEMERGO.
Superata ac depreffa claffis. Cic. pro Lege Manil. 21.
In altitudinem depreffum faxum. Cic. 7. Verr. 67. Opus eft ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum eft ex faxo in mirandam altitudinem depreffo, & multorum operis penitus excifo.
Depreffus & oneratus auro. Author ad Heren. lib. 4.
Aratrum depreffum. Ovid. 15. Met. 618.
Convalles. Virg. 3. Georg. 376.
Corpus. Ovid. 3. Met. 672.
Onere fuo navis. Cic. 7. Verr.
Victæ, comminutæ, depreffæque opes civitatis. Cic. 7. Verr.
Depreffa veritas. Cic. pro Cluent. 183. Hoc uno modo Judices fæpe multorum improbitate depreffa veritas emergit.
Depreffa & extincta virtus. Cic. 5. Verr.
Depreffior locus. [ταπεινός] Columel. lib. 1. cap. 5. Quum ex depreffiore loco fuerint orfa fundamenta. Idem lib. 2. cap. 4.
Aqua depreffior & Altior, contraria. Ulp. in l. 1. §. quod autem ait. D. ne quid in flumine publico, inve ripa ejus fiat. dum vel depreffior, vel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior fit cum incommodo accolentium.
Vox depreffa & inclinatus fonus. Author ad Heren. lib. 3. 25. In conqueftione utemur voce depreffa, inclinato fono, crebris intervallis, longis fpatiis, magnis commutationibus.
Sedata & depreffa vox. Author ad Heren. lib. 3. 21.

DEPRESSE, Adv. Idem. Compar. Depreffius paftinare. Columel. 4. 1. & 11. 3. Depreffius fpecus fodere. Sen. ad Helv. 9.

DEPRESSIO, ōnis. f. Vitruv. 1. 3. Fundamenti ad folidum depreffio. Macrob. 1. Saturn. 20. Sol femper velut a quadam imæ depreffionis Senecta in altitudinem fuam ut in robur revertitur Juventutis.

DEPRESSĬTAS, ātis. f. Devexitas: ut, Depreffitas terræ. Apul. in Afclepio. Sed Elmenh. ex MSS. p. 79. Denfitas.

DEPRŌMO, pfi, ptum, [προχειρίζομαι, προάγω, ἐκφέρω] ĕre. Idem quod Promere. Plaut. Trucul. 3. 1. 2.
— ut bubus glandem prandio depromerem.
Benignius depromere merum. Hor. 1. Od. 9. 7.
Vinum depromere cellis. Hor. 1. Od. 37. 5.
Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur. Cic. 2. Off.
Sagittam depromere. Virg. 11. Æn. 858.
Dixit, & aurata volucrem Threiffa fagittam
Deprompfit pharetra, cornuque infenfa tetendit.
Scientiam juris a peritis, vel de libris. Cic. 1. de Orat. 252. Juris utilitas ad quamque caufam quanvis repente vel a peritis, vel de libris depromi poteft.
De jure civili aliquid. Cic. 1. de Orat.
Argumenta e locis quafi thefauris. Cic. 4. de Fin. 10.
Ex fenfu fuo. Cic. in Parad.
Ex intima alicujus arte mirificum genus commendationis. Cic. 13. Fam. 6.
Verba domo patroni. Cic. 1. Verr. 555. Jam hoc cæde, concide: non verba domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiæ accommodata?
Ex intimo artificio verba gratiffima. Cic. pro Cluent. 58.

DEPROMPTUS, Partic. [προκεχειρισμένος] Cic. 2. de Orat. 219. Ita & momenti aliquid afferent, quum erunt pene ex intima defenfione depromptæ, & apparebit eas, &c.
Maledicta deprompta ex recordatione impudicitiæ & ftuprorum alicujus, conjicere in eum. Cic. 3. Philipp. 15.
Deprompta ex ærario pecunia. Cic. pro Lege Manil. 37.

DEPROPĔRO, [κατασπεύδω] are. Valde properare. Plaut. Pœn. 1. 2. 108.

1. 2. 108. Deproperant fedulo facrificare. Hor. 2. Od. 7. 24.
— quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve myrto? Id eft, Feftinanter afferre. Acron.

**Depso**, ui, ĭtum, [δεψέω] ĕre. Subigendo manibus aliquid molle & tenerum reddere. A Græco verbo δεψέω venit, tefte Nonio. 2. 234. quod eft fubigo vel emollio, Cato cap. 90. Id ubi excoxeris depfito bene, oleo manum unguito, primum pufillum, poftea magis depfes, oleo tangito, depfitoque dum poteris facere turundas. Varro Myfteriis, Sed tibi fortaffe alius molit & depfit. ex Non. l. c. Obfoletum. In obfcæno ufu impudentius etiam dici Depfit. Vid. apud Cic. Fam. 9. 22.

**Depstus**, a, um. Cato de R. R. cap. 40. Luto depfto oblinere. Idem cap. 135. Coria depfta.

**Depsiticus**, Adj. [δεψητικὸς] Cato de R. R. cap. 74. Panem depfiticum fic facito, manus, mortariumque bene lavato, farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, fubigitoque pulchre. ubi bene fubegeris, defingito, coquitoque fub teftu. Caftigatiora exemplaria habent Panem depfititium, [vel potius Depfticium.

**Depūber**, vel **Depūbis**, [ἄνηβος] dicitur Is qui ad pubertatis annos non potuit pervenire. Hinc depubem porcum (inquit Feftus) lactantem, qui prohibitus fit pubes fieri.

**Depŭdet**, uit, ĕre. [ἀναιδεύεται] Pudorem abjicere. Ovid. 4. Epift. 155.
Depuduit, profugusque pudor fua figna reliquit. Hoc eft, omnem abjeci pudorem. Sen. de Tranquil. Vitæ. Si duritia oris ille hoc potuit, qui affiduis conviciis depudere didicerat.
Depudet interdum fimpliciter eft quod Pudet. Vellei. 2. 73. 3. Cum eum non depuderet.

**Depudesco**, is. Quo ufus eft Hieronym. ad Euftach. Non depudefco infelicitatis meæ. Item Apul. 10. Met. p. 253.

**Depudīco**, [ἀναγνεύω] are, pro Stuprare, ufus eft Laberius in Mimis, tefte Gellio, lib. 16. cap. 7. princ. Obfoletum.

**Depugno**, [καταμάχομαι] are. Idem quod Pugnare.
Depugnavit Græcia apud Salamina. Plin. lib. 2. cap. 25. Cic. pro Cæcin. Non erit cur depugnare quisquam pofthac poffeffionis caufa velit.
Peregre depugnare. V. PEREGRE.
Depugna potius quam fervias. Cic. 7. Att. 7.
Collatis fignis depugnare. Plaut. Cafin. 2. 5. extr.
Verfis gladiis depugnare. Plaut. Cafin. 2. 5. 36. Item, Depugnare claffe. Plin. lib. 7. cap. 56.
Depugnavit cum Gallo apud Anienem provocatus, voluptatis caufa. Cic. 3. de Fin. 73.
Depugnare ferro. Cic. 2. Tufc. 17.
Depugnant inter fe ferro. Hirt. 5. Bell. Afric.
Depugnare cum animo fuo. Plaut. Trinum. 2. 2. 24.
Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat fuo.
Depugnat voluptas cum honeftate. Cic. 4. Acad. 140. Plin. lib. 21. cap. 8. Paria nunc componuntur, & natura atque luxuria depugnant.
Depugnare feram quæ regioni nocet, apud Ulp. l. 1. §. fed fiquis operas. D. de poftulando.
Modeftinus l. 11. D. ad l. Cor. de Sic. Dominis poteftas ablata eft ad beftias depugnandas fuo arbitrio fervos tradere. H. St.

**Depugnatur**, Imperf. [καταμάχεται] Plin. lib. 12. cap. 1. Depugnatur, menfarum fecundarum caufa, cum feris. Cic. 16. Att. 11. Calend. Jan. erit fortaffe præfidio: aut quidem ante depugnabitur. Depugnatum haudquaquam certamine ambiguo. Liv. lib. 7.

**Depugnatus**, Partic. [καταμεμαχημένος] a Depugnor. Plaut. Men. 5. 6. 31. Sed metuo ne fero veniam, depugnato prælio.

**Depugnatio**, onis. Jul. Firmic. in præf. lib. 4. In otio conftitutus, & forenfium certaminum depugnationibus liberatus.

**Depugnator**, oris. m. Idem ac Pugil. JCt. Cod.

**Depugnatrix**, icis. f. V. Perott. p. 395.

**Depulsio**, **Depulso**, **Depulsor**, **Depulsus**. V. **Depello**.

**Depulvĕro**, are. Hinc

**Depulverans**, antis. Plaut. Suppl. Aulul. ult. v. 25.
O fpes! O cor luctum depulverans meum!

**Depurgo**, [καθαίρω] are. Mundare, & nitidum facere. Cato cap. 112. Et fiqua acina corrupta erunt, depurgato. Columel. lib. 12. cap. 9. Caules lactucæ ab imo depurgatos eatenus, &c.
Depurgare locum aliquem ab herba. Cato cap. 151. Terram cum ftercore bene commifceto, depurgato ab herba, graminibusque.
Depurgare pifces. Plaut. Stich. 2. 3. 34.
Alii pifces depurgate, quos pifcator attulit.
Crimina. Liv. 39. 35. Filium mittere Romam fimul ad depurganda crimina, fimul ad deprecandam iram Senatus ftatuit. Correcti codices habent Purganda.

**Depurgatus**, a, um. ut, Caules lactucæ ab imo depurgati. Columel. 12. 9. adde Caton. R. R. cap. 112.

**Depurgatīvus**, a, um. [καθαρτικὸς] Cæl. Aurel. Acut. 3. 16. Depurgativæ virtutis clyfteres.

**Depūro**, are. Verbum compofitum a Puro, & fignificat quafi Purum extrahere. Inde Depuratum dicimus, Defæcatum atque mundatum. Perott.

**Depŭto**, [ἀποκλαδεύω] are. Verbum rufticum & agricolis proprium, velut Amputare & refecare. Cato cap. 50. Ubi vineam deputaveris, acervum lignorum, virgarumque facito.
Falx deputat umbras. Ovid. de Nuce 63. Id eft, Ramos umbram facientes.
Deputare, [καταλογίζειν] Per translationem eft Cenfere, exiftimare, judicare. Plaut. Pfeud. Prol. 19. Satis id dictum vobis puto jam atque deputo. Cic. 1. de Divin. 45.
Proin vide ne quem tu effe hebetem deputes æque ac pecus,
Is fapientia munitum pectus egregium gerat,
Teque regno expellat.
Deputat fe indignum. Ter. Hec. 3. 5. 27.
Deputare fe dignum quovis malo. Ter. Heaut. 1. 1. 83. Cic. 3. Tufc. Malo fe dignum deputat, nifi mifer fit.
Deputare alicujus operam parvi pretii. Ter. Hec. 5. 3. princ. Ubi Donatus, Deputat parvi pretii, quia fic fcilicet abutitur. Deputat parvi eam, qui deputat eam in re nullius pretii confumendam.
Deputare in lucro. Ter. Phorm. 2. 1. 16.
Quicquid præter fpem eveniat, omne id deputare effe in lucro.
Hunc verfum citat Cic. 3. Tufc.
Deputare fecum rationes. Ter. Adel. 2. 1. extr. Sed nemo dabit, fruftra egomet mecum has rationes deputo. Sed eft in optimis libris, Puto.
Deputare poftremæ ætatis fcriptoribus eft denique Deftinare, delegare, e. g. apud Sulp. Sever. 2. 7. Deputari leonibus, eft Damnari ad beftias. Et 2. Macc. cap. 4. In alios fumptus deputari.

**Deputatus**, a, um. Macrob. Saturn. 7. 14. Ad deputatam fibi a natura fedem proprii fenfus recurrunt. Sulp. Sever. 1. 53. Turba exercendis colendisque agris deputata. Sic vulgo Deputatos vocant, qui Delegati dicendi funt. Vid. Vorft. de Lat. Mer. Sufp. p. 150.

**Depuvio**, ire. Cædere. a Pavio primit. Lucil. —palmisque mifellam
Depuvit me. Id eft, Verberavit me: quod ipfum ex Græco eft παίειν. Feftus. V. Salmaf. in Solin. p. 41. Edit. iteratæ.

**Depўgis**, e. Parvis vel nullis natibus. Hor. 1. Sat. 2. 93.
Depygis, nafuta, brevi latere, ac pede longo eft.

**Dequĕror**, eftus fum, [καταμέμφομαι] eri. Idem quod Queror. Valer. 5. Argon. 448.
— ante omnes fecum dequefta labores.
Stat. 1. Theb. 404. — eadem fub nocte fopora
Luftra terit, fimilesque Notos dequeftus, & imbres, &c.

## D E R

**Derādo**, fi, fum, [ἀποξέω] ere. Plin. 34. cap. 11. Nanque & e lapide ex quo coquitur æs, deraditur. Cato cap. 121. De virga lauri deradito. Celfus lib. 5. C. 26. §. 35. Sed ne illa quidem negligenda, ubi integra cute interior pars collifa eft, aut ubi derafum quid, attritumve eft. [Al. Detritumve, ut paulo infra, Derafo vero, detritoque imponendum &c.

**Deradiotes**, vel potius **Diradiotes**, [Δειραδιώτης] Apollo cognominatus fuit. Valer. Harpocrat. Dirades populum effe Leontidis, a quo popularis Δειραδιώτης formetur. Alii Diras Argivam regionem effe prodidere. Paufanias vero in Corinth. Diradiotem ait Apollinem a loco, cui nomen Δειράς, dici, cujus vaticinium etiam fua tempeftate durafle afferit: eoque ritu fieri, ut a viro mulier Vatidica fecubaret, & fingulis menfibus noctu ut agna rem divinam faceret, cujus fanguine epoto, numinis Apollinei inftinctu refponfa daret.

**Deræa**, [δέραια] Ornamenta colli, ex Polluce, Hefychio, & Suida. Nam & δέρη & δειρὴ collum eft. V. **Perideræon**.

**Deræambus**, [δεραιαμβος] Latum eft corium apud Græcos, quo venaticorum canum armari collum adverfus ferarum impetus folet. Author Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 26.

**Derangæ**, Populi ad Indum fluvium accolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 20.

**Derasidæ**, Infulæ juxta Magnefiam, Mæandri cognomine infignem, de quibus Plin. lib. 5. cap. 29.

**Derbe**, es. [Δέρβη] Caftellum eft, & portus Ifauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli difcipulus fuit. Hinc

**Derbites**, [Δερβήτης] Gentile. Meminit Strabo lib. 12.

**Derbia**, æ. f. Impetigo apud Medicos.

**Derbiōsus**, a, um. Octav. Hor. 1. 10. Derbiofi oculi, quos Impetiginofos dicimus.

**Derbices**, Populi funt juxta Caucafum montem. Hi fupra Stoicam feveritatem minimum quodque delictum pœna capitis puniunt: terram venerantur: fœmininum animal neque edunt, neque facrificant: qui LXX. annos exceflerunt jugulant, cognatorum carnes vorant, anus ftrangulant, deinde fepeliunt: citra feptuagefimum annum obeuntes non edunt, fed humant, ut lib. 11. Strabo fcribit.

**Derce**, [Δέρκη] Veneris filia nonnullis dicitur, quæ in mare prolapfa, a pifcibus in cœlum mox tralatis fervata fuit: quo nomine, Syri in menfam pifces non admittunt: fed ab his abftinent. Alii eandem cum Derceto faciunt, de qua poftea. V. Cæl. Rhodig. lib. 23. cap. 5.

**Derce**, Fons eft frigidiffimus æftate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa fere Salonis amnis.

**Dercea**, æ. f. Herba Apollinaris. Apul. de Herb. cap. 22.

**Dercĕto**, ûs. ut Sappho Sapphus, Nomen cujusdam deæ, de qua Diodor. lib. 3. Juxta Afcalonem lacus eft, ubi templum infignis deæ, quam Syri vocant Δερκετώ, muliebri fpecie: reliquum vero corpus figura pifcis, cujus filia Semiramis, a columbis educata fit. De hac Plin. lib. 5. cap. 13. & 23. ubi dicit eam alio nomine Atargaten dici. Idem dicit Strabo lib. 15. ad fin. Ovid. Met. 4: a v. 45. Scribitur & Dercetis & corrupte Dircetis, a nonnullis etiam Dirce perperam. V. **Atergatis**.

**Dercyllidas**, [Δερκυλλίδης] Lacedæmonius quidam fuit, qui quod vafer effet ac ferinus, Scythos eft cognominatus. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 27.

**Derdæ**, [Δέρδαι] Populi Indiæ, Strab. lib. 15. Megafthenes de formicis ait, apud Derdas, quæ maxima natio eft Indorum montanorum, ad orientem expofitorum, collem quendam effe trium millium ftadiorum ambitu, & fub eo aurifodinas, quas formicæ effodiunt, vulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, victum ex venatione comparantes. Plura vide apud eundem.

**Derelinquo**, īqui, ictum, [καταλιμπάνω, καταλείπω, ἀπολείπω] ere. Cic. pro Cæcin. 103. Derelinquo jam communem caufam, populi Romani jus in veftra fide ac religione depono.
Deferere & derelinquere. Cic. 3. Verr. 120. Permulti locupletes homines, magni & navi aratores agros latos (hodie legitur Lætos) & fertiles deferuerent, totasque arationes derelinquerent.
Animum in gravi derelinquere cœno. Catul. Epigr. 17. 25.

**Derelictus**, Partic. [καταλειφθεὶς] Plin. lib. 10. cap. 60. Irrita fiunt ova, derelicta incubatione.
Pro derelicto habere rem. Cic. 8. Att. 1. Hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Jabolenus l. quod fervus D. de ftipulat. fervor. Quod fervus ftipulatus eft, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eft momenti: quia qui pro derelicto rem habet, omni modo a fe rejecit.
Derelictus ab omni fpe. Cic. 1. in Catil. 25. Nactus eft ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam fpe derelictis conflatam improborum manum.
Incultum & derelictum folum. Cic. de Clar. Orat. 16.
Derelicta & Celebris regio, contraria. Author ad Heren. lib. 3. 31. Item commodius eft in derelicta, quam in celebri regione locos comparare.

**Derelictus**, ûs. [ἀπόλειψις] Gell. lib. 4. cap. 12. Sive quis arborem fuam vineamque habuerat derelictui, non id fine pœna fuit.

**Derelictio**, onis. f. [καταλειψις] Cic. 3. Off. 6. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est: est enim injusta.

**Deremistæ**, Liburniæ populi in conventu Naronæ coloniæ, sicut scribit Plin. lib. 3. cap. 22.

**Derepente**, [ἐξαίφνης] Raptim, Una est dictio, (ut ait Donatus) adverbiis enim præpositiones separatim non adduntur. Ter. Hec. 4. 1. 3. Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam. Cic. pro Ligar. 13. Tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses. Cic. 1. de Divin. 66.

Sed quid oculis rapere visa est derepente ardentibus? Lambin. Rabere, q. V.

**Derepentino**, Etiam quasi adverb. Apul. Florid. 3. p. 353. Quid derepentino ab hoc splendidissimo conspectu vestro distulerim, &c. conf. ibid. p. 365. Sed rectius dividimus, De Repentino.

**Derepo**, Compositum ex De & Repo. Plin. lib. 8. cap. 36. Ingrediuntur & bipedes, arborem aversi derepunt. De ursis.

**Deretini**, [Δηρητῖνοι] Liburniæ populi in Naronam coloniam jura petentes, ut vult Plin. lib. 3. cap. 22.

**Derideo**, si, sum, ere. [καταγελῶ, καταμειδιάω, ἐκμυκτηρίζω, ἐπειρωνεύω] Donatus, Ridet qui simpliciter ridet: Deridet qui cum alterius irrisione & contemptu ridet. Cic. 7. Verr. 103. Derisum credo esse hominem amentem a suis consiliariis. Ovid. 5. Trist. 11.

Derident stolidi verba Latina Getæ. Burm. Et rident, ex MSS.

Deridere atque contemnere. Cic. 3. de Orat. 51. Quare omnes istos me authore deridete atque contemnite.

Deridere & ludere. Cic. pro Flacco 76. Pergameni te deriserunt, quid tu? ludi te non intelligebas?

Derideri & Arrideri, contraria. Cic. de Opt. Gen. Orat. 11. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum.

Deridere sententiam, pro Improbare seu opinionem confutare. Ulp. in l. sed an ultro. D. de Negot. gest.

**Derisus**, Partic. [καταγελασθεὶς] ut, Derisum atque contemptum beneficium. Cic. 5. Verr. 215.

**Derisus**, ûs. [καταμειδίασμα] Quintil. lib. 6. cap. 4. A derisu non procul abest risus.

Lenis derisus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

**Derisio**, onis. f. Arnob. 7. p. 239. princ. Derisionis materia. Et Lactant. 4. 18. Si non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem ejus, eritis derisio in gentibus. Scioppius Animadv. p. 11. superstitiosum putat Vossium, qui recte dici Derisionem neget, cum Irrisionem Cicero dixerit.

**Derisor**, oris. m. [καταγελαστής] Plin. 11. 52. Supercilia quibus juxta tempora inflexa, derisores significant. Pro Parasitis & scurris, qui dicacitate & derisionibus aliorum dominos oblectabant, sibi quærentes victum, Plautus Derisores posuit. Capt. 1. 1. 3. & Hor. 1. Epist. 18. 11.

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi Derisor lecti.

Id est, Parasitus, qui in ima parte lecti ad pedes adstans domini scurratur. Nam accubantibus dominis servi stabant ad pedes. Atque hi ipsi scurræ & adulatores cum alios, tum dominos ipsos plerumque deridebant habebantque ludibrio. conf. Hor. 2. Sat. 6. 54. & in Arte Poet. v. 433. Sen. Epist. 27. Suasit illi Satellius Quadratus stultorum divitum arrosor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adjunctum est, Derisor. Caligula Derisores vocabat, qui cum hæredem se scripsissent, perseverarent tamen vivere, quasi pro ludibrio haberetur, qui non statim adire posset hæreditates, ut Suetonius in ejus Vita refert cap. 38. Et quia mimorum proprium deridere & subsannare, idcirco & hi Derisores appellati. Martial. lib. 1. Epigr. 5.

Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra lege.

Latinum autem istum scenicum sive mimum fuisse, ex ejusdem poetæ lib. 2. Epigr. 72. & lib. 9. Epigr. 29. clare constat.

**Derisorius**, Adj. ut Derisoriæ conditiones. Martian. in l. conditiones. D. de condit. institut.

**Deridiculum**, i. n. [καταμειδίασις] Irrisio. Plaut. Pseud. 4. 5. 7. Quam mihi illum verba per deridiculum dare. Lucret. lib. 3. 778.

Corporis deridiculum. Tacit. 12. Ann. 49. Ignavia animi, & deridiculo corporis juxta despiciendus.

Deridiculo esse. Tacit. 3. Ann. 57. 3. Deridiculo fuit senex fœdissimæ adulationis.

Per deridiculum audiri. Tacit. 6. Ann. 2. Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur.

Deridiculum est. Liv. 9. Bell. Maced. Varro 1. de R. R. Sequetur ut duos villicos & duas villicas habere debeat: quod est deridiculum.

**Deridiculus**, a, um. Adj. [καταγέλαστος] ut, Deridicula vanitas, apud Gell. lib. 10. cap. 12.

**Deripio**, ui, eptum, [καθαρπάζω] ere. Idem quod Diripere. Immo non idem H. St. [Nimirum sæpe hæc duo verba confunduntur, licet differentia ex compositione utriusque manifesta sit. V. Brœckh. ad Tibull. 1. 5. 40. & quos ibid. laudat. Plaut. Men. 5. 2. 117. Sed quis hic est qui capillo me huc de curru deripit?

Deripere velamina. Ovid. 6. Met. 566.

Deripere, in bonum quandoque accipitur. Virg. 2. Georg. 242.

— tu spisso vimine qualos,
Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

Puto apud Tibullum aut Ovidium legi:

Ah lapis est, ferrumque, suam quicunque puellam
Verberat, e cœlo deripit ille Deos. H. St. Est ap. Tib. 1. 11. 59.

**Dereptus**, a, um. Partic. ut, Dereptus cortex. Ovid. 1. Amor. 14. 13. & Derepta acus, ibid. v. 18. Derepta leoni pellis, Idem 3. Met. 52. quo loco plura Heinsius. Male in nonnullis libris legitur Direpta.

**Deris**, [Hesych. Δέρρις] Græci appellant Pelles nauticas, quas nos vocamus Segestria. Festus. V. Dacer.

**Derivo**, [παροχετεύω, παροχετεύω] are. Alio de rivo deducere.

Ab aliquo aquam derivare. Plaut. Trucul. 2. 7. 12. Columel. lib. 2. cap. 8. Et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Derivare aquam, Sulco deducere. Festus.

Ex fontibus derivata. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Hoc fonte derivata clades. Hor. 3. Od. 6. 19. de adulteriis.

Derivare, per translationem, ut Derivare iram alicujus in se. Ter. Phorm. 2. 1. 9. Atque in me omnem iram derivem senis?



Derivare crimen. Cic. pro Milon. 29. Fecerunt id servi Milonis (dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suosquisque servos in tali re facere voluisset. Derivatio, (inquit Donatus) dicitur Inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet.

Derivare suam culpam in aliquem. Cic. 4. Att. 3. Habebat ille quidem difficilem manifestamque causam, sed tamen causam: id poterat inficiari, poterat in alios derivare, poterat etiam aliquid jure factum defendere. Idem 4. Verr. 49. Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse?

Derivata expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum. Cic. 2. Att. 31. Omnis expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena jugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere.

Derivare responsionem alio. Cic. 3. Verr. 149. Hoc est, Ad rem non respondere recta.

Partem curæ & cogitationis in rem aliquam. Cic. 11. Philipp. 22. Tamen rerum natura cogit te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum, & partem aliquam in Asiam & Syriam derivare curæ & cogitationis tuæ.

Derivo, pro Averto, interverto. Cic. 5. Tusc. 72. Transeat idem iste sapiens ad Rempub. tuendam, quid eo possit esse præstantius, quum contineri prudentia utilitatem civium cernat, justitia nihil in suam domum inde derivet? reliquis utatur tot, tamque variis virtutibus? Budæus.

**Derivatio**, onis. f. [παραγωγή] Cic. 2. Off. 4. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Liv. 5. 15. Et Quintil. lib. 3. 7. Utendum proxima derivatione verborum.

**Derivativus**, a, um. apud Grammaticos & Vet. Gloss. Derivativum, παραγωγόν.

**Derivator**, oris. apud Boethium.

**Dermaticum**, [δερματικόν] Vocabatur antiquitus Pecunia, quæ ex divenditis pellibus irrationalium supererat, teste Lycurgo Rhetore.

**Dermoptera**, n. plur. [δερμόπτερα] dicuntur Aristoteli Volucria, quibus cutis pro pennis est: cutipennia voces licebit.

**Derodo**, si, sum, [καταβιβρώσκω] ere. Idem pro Rodere. Plin. lib. 11. cap. 37. Et cochleæ dentes habent: indicio est a minimis earum derosa vitis.

Deroso flore ederæ. Plin. lib. 12. cap. 17. Et Cic. 1. de Divin. 44. Lanuvii clypeos a muribus esse derosos.

**Derogo**, [ἀπομειόω, καταλύω, παρακαταλύω, ὑποτιμάζω] are. quum Quid ex lege veteri, quo minus fiat, sancitur lege nova, inquit Festus. V. abrogo. Cic. 3. Att. 23. Ex Rogationis tribunitiæ formula: Siquid in hac rogatione scriptum est, quod per leges plebisve scita, hoc est, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat, non licuerit, &c.

De lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliquid ex parte commutari indignius esse, quum populo cognoscendi, & probandi, aut improbandi potestas nulla fiat. Cic. 2. de Invent. 134.

Ex æquitate aliquid derogare. Cic. 2. de Invent. 136. Nam summa impudentia est, eum qui contra quod scriptum sit, aliquid probare velit, non æquitatis præsidio id facere conari. Siquid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget, omnibus partibus justius & probabilius accusare videatur. [V. not. VV.DD. ad loc. Suspicor Cuipiam legendum.

De magnificentia alicujus. Id est, Detrahere, authore Festo. Cic. 2. de Invent. 175. Quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur.

Aliquid ex lege fatorum. Sen. in Præf. lib. 1. Nat. Quæst.

Sibi. Cic. pro Rosc. Amer. 89. contr. Arrogare. Non enim mihi tantum derogo, (tametsi nihil arrogo) ut te copiosius, quam me putem posse dicere.

De fide testium adversarii. Cic. pro Cæcin. 3.

Fidem alicui. Cic. pro Flacc. 9. Non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem.

Gratiam alicui. Plin. lib. 7. cap. 28. M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quenquam hominum jure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini derogarit.

In commune nihil derogent. Tacit. 13. Ann. 27.

Derogatur legi, quum pars detrahitur, ait Modestinus: Abrogatur legi, quum prorsus tollitur, l. 102. D. de verb. signif. [Latinitas postulat, ut vel Abrogatur lex h. l. legatur, vel v. Legi deleatur, nisi peculiare quid obtinet ejus ætatis Latinitas JCtorum. V. abrogo.

**Derogatio**, onis. f. Auctor ad Heren. 2. 16. Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua obrogatio aut derogatio sit.

**Derogator**, oris. m. Detractor. Sidon. 3. Epist. 13. Importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti. & 3. Epist. 14. De ceteris studii nostri derogatoribus, &c.

**Derogativus**, a, um. ut Præpositio derogativa, apud Diomed. Grammat. p. 325.

**Derogatorius**, a, um. Idem, ut, Derogatorium edictum, apud JCtos.

**Derogito**, are. frequent. Plaut. Asin. 2. 2. 60.

Placide ergo unumquodque derogita, ut acquiescam. Hoc est, Vehementer multumque roga & precare.

**Derosus**, V. derodo.

**Derrha**, [Δέῤῥα] Macedoniæ oppidum, in sinu Thermaico, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

**Derrhiatis**, Diana cognominata, ut Pausanias scribit, a Derrhio, non procul a Taygeto, cujus simulacrum sub dio constitutum ait. Hujus deæ templum etiam Stephanus commemorat: Ait enim Derrham, non Derrhium, locum esse Laconiæ, unde sit Gentile Derrhæus, vel Derrheates, unde Derrheatidis Dianæ templum.

**Dersæi**, sive (ut alii legunt) Derses, [Δερσαῖοι] Populi sunt Græcorum in litoribus Thraciæ, quorum meminit Herodot. lib. 7.

**Dertona**, [Δερτῶνα] Taurinorum urbs Ptolemæo: hodie Tortona.

**Dertusani**, Hispaniæ citerioris populi. Plin. lib. 3. cap. 3. Tarracone disceptant populi XLIIII. quorum celeberrimi civium Romanorum Dertusani, Bisgargitani, &c.

DERUMPO, upi, uptum, [καταῤῥήγνυμι] ere. Idem quod Abrumpere, Dirumpere: a quo

DERUPTUS, [κατεῤῥωγὼς] Partic.

Collis arduus & deruptus. Tacit. 2. Ann. 80. 5. hoc est Abruptus, sive Præruptus.

Rupes deruptæ. Tacit. 9. Ann. Et pars maxima inermes per invia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt. Ubique tamen legitur Diruptas. [V. DIRUPTUS, ubi tanquam ex Livio affertur idem locus.

Tumulus altior, deruptiorque. Liv. 38. 2. In altiorem deruptioremque undique tumulum concessere. Alias legitur Diruptiorem, sed prior lectio est castior.

Deruptum, pro Præcipitio. ut, Multi pavore in derupta præcipitati. Liv. 38. 2. extr.

Dimisso equo per derupta, & avia, sequenteis frustratus est. Tacit. lib. 4. 45. 2. & 6. Ann. 21.

DERUNCINO, [ἐκζωπυρίζω] are. Runcina dissecare & dissipare. V. Cæl. Ant. Lect. 8. 4. Tractum a Runcinis, quæ majores serræ dicuntur, quibus fabri lignarii majora ligna secant. Plaut. Milit. 4. 4. 6. Ut lepide deruncinavit militem.

DERUNCINATUS, a, um. Runcina dissectus. Plaut. Capt. 3. 4. 108. Ego deruncinatus, deartuatus sum miser hujus scelesti technis. Non inscita est translatio. V. Turneb. Adverf. 14. 7.

DERUNCINATIO, onis. f. apud Columel.

DERUNCINATOR, oris. m. apud Augustin.

DERUO, ui, utum, [καταπίπτω] ere. Deorsum ruere. Apul. Delapsus deruissem. 7. Met. p. 196.

Deruere de laudibus, [καθαιρεῖν] pro Detrahere. Cic. 16. Att. 12. Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

DERUPTUS, V. DERUMPO.

DERUSIÆ, Oratores fuerunt Persici, teste Herodoto lib. 6.

DERXENE, Regio, per quam fluit Euphrates fluvius, authore Plin. lib. 5. cap. 34.

## D E S

DES, olim pro BES, dicebatur As, dempto triente. Est vero Bes octo unciarum pondus. q. V.

DESACRO, [καθιερόω] are. Idem quod Sacrare vel Consecrare. Stat. 9. Theb. 586.

Quercus erat, Triviæ quam desacraverat ipsa. V. DESECRO.

DESACRATUS, V. DESECRATUS.

DESÆVIO, ivi, & ii, itum, [ἀγριαίνομαι, κατασκήπτω] ire. Desinere sævire. Lucan. lib. 5. 303.

— nec dum desæviat ira, Expectat.

Dum pelago desævit hyems. Virg. 4. Æn. 52.

Desævire, Valde sævire. Columel. lib. 6. cap. 2. de bubus domandis, Patere unum diem noctemque desæviant. Id est, Petulanter agant. Sueton. in Neron. cap. 29.

In omnes desævit. Claud. 1. in Eutrop. 182.

Sanguine plebejo desævire, Sævire in plebem. Stat. 12. Theb. 738.

DESALTO, [ὀρχέομαι] are. Saltationem peragere. Sueton. in Calig. cap. 54. Deinde repente, magno tibiarum & scabellorum crepitu, cum palla, tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.

DESCENDO, di, sum, [καταβαίνω, κατέρχομαι] ere. Proprie significat E loco superiore in inferiorem ire.

De castello. Cic. pro Cæcin.

Descendissetque de rostris. Varr. 1. de R. R. cap. 54.

Descendimus ad nostras naviculas. Cic. 4. Acad. 148. V. NAVIS.

Ad forum. Cic. 1. Att. 13. Nam plerique procerum habitabant in collibus, & Fora erant humiliora. Sueton. Jul. cap. 13. Cum mane ad Comitia descenderet. In Campum scil. V. CAMPUS, & Descendere in æquum. Cic. 2. Philipp. 15. Hodie non descendit Antonius. V. omnino Græviun ad loc.

Equo, & ex equo. Liv. 2. 20. Tum ad equites Dictator advolat, obtestans ut fesso jam pedite descendant ex equis. Cic. de Senect. 34. Quum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere: quum equo, ex equo non descendere. De Masinissa.

In locum aliquem. Cic. 2. Tusc. Post meridiem in Academiam descendimus.

In rostra. Cic. 3. Off. 80. V. & ad h. l. Græv.

Descendere radice dicuntur arbores. Plin. lib. 16. cap. 31. Æsculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit.

In altum, & alte, dicuntur radices. Columel. lib. 11. cap. 3. Subjacens soli duritia, non patitur in altum descendere. Plin. lib. 15. cap. 31. Quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat.

In mare descendit Tybris. Lucan. lib. 6. 77. Ita etiam qui secundo flumine navigat dicitur descendere. Sueton. Tib. cap. 10. extr. Relictis Romæ uxore & filio, confestim Ostiam descendit.

Descendere prædatum in agros. Liv. 3.

Descendunt in plana corylus, cornus, &c. Id est, Crescunt & in planis locis. Plin. lib. 16. cap. 18.

Descendit e vicino. Plin. lib. 37. cap. 9. Multum ab ea distat hyacinthos, tamen e vicino descendens. De coloris similitudine in Gemmis. Ita paulo Supra quoque. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur, & ab illis descendentibus. i. e. ὑποπορφυρίζουσι. V. infra Descendit ad Hyac.

Gradibus descenditur. Cic. 3. de Orat. 225. Est item contra quiddam in remissione gravissimum, quoque tanquam sonorum gradibus descenditur.

Descendit & hiat rimis ingentibus theatrum. Plin. Epist. Ingentibus enim rimis descendit & hiat: sive in causa solum humidum & molle, sive lapis ipse gracilis & putris.

Concedere alteri, & ad conditionem alterius descendere. Cic. 2. de Invent. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, & in præsentia quiescere, atque aliud tempus expectare oportebit.

Descendere paratus ad omnia. Cæs. 1. Bell. Civil. 9. Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati Reipub. causa.

Descendo, absolute. Cic. 2. Verr. 177. Placet mihi ista defensio, descendo. Id est, Acquiesco.

Descendit, id est, Effluit, excidit. Cic. Somn. Scip. init. Cujus ego nomine ipso recreor, ita nunquam ex animo meo descendit optimi viri memoria.

Descendere ad accusandum. Cic. pro Cluent. Ex quo intelligi possit debuisse Cluentium magnopere causæ confidere, quod certissimis criminibus & testibus fretus ad accusandum descenderit.

Ad accusationem. Cic. pro Cœlio.

In aciem. V. ACIES.

Descendere in æquum, in planitiem, in aciem, in certamen, Idem significant. Valla 5. 36. Descendo in prælium, descendo in forum, descendo in campum dicimus: non quia de loco superiore in inferiorem descendimus, sed quia de loco tuto in locum discriminis: opinor quod qui in loco celsiore se tenet, pugnam detrectare existimatur: quem quum relinquit, & in locum æquum venit, atque descendit, mentem se pugnandi habere declarat. Ideoque non fere dicitur in forum descendere, nisi qui pugnandi & defendendæ litis causa venit in forum, non rerum venalium coemptor ac negotiator. Et in campum descendere non nisi qui litis, dignitatisve causa (sicut in campo Martio fiebat) certaturus vadit. Nec in prælium pugnamve descendere, quod in loca inferiora descendat. Non enim locus est pugna, & prælium, quum nihil intersit qualis locus sit, planus, an montuosus, in quem se confert qui in pugnam descendere dicitur. ut apud Virg. 11. Æn. 450. (satis autem erit in re perspicua unum exemplum protulisse)

Instructos acie Tyberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis descendere campis. Hactenus Valla. Liv. 7. Primo credere duces Gallorum descensuros in æquum Romanos. Cic. 2. Tusc. 62. Nullum ab iis qui in id certamen descendant, devitari dolorem? V. Ad forum supra, infra campum.

Alvus descendit. Cels. lib. 3. cap. 7. Ubi pluribus diebus non descendit alvus, docet aut subitam dejectionem, aut febriculam instare.

In amicitiam descendere. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 31. In amicitiam autem quæ similes jungit, non descendam.

In aures. Hor. in Arte Poet. 387. — si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat judicis aures.

Ad extremum auxilium. Cæs. 3. Bell. Civil. 9. Quum essent infirmi ad resistendum, propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt.

Ad novissima auxilia. Brutus Cic. Si pessimus casus fuerit ad novissima auxilia descendemus. Ex Budæo.

In campum. Hor. 3. Od. 1. 11. — hic generosior
Descendat in campum petitor.

Descendere in campum ut Descendere in arenam, etiam illa Descendere in causam, Descendere in partes. H. St.

In causam. Cic. 8. Att. 1. Quo minus mirere si invitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio quæsita unquam est. Per translationem de partibus Pompejanis loquens. Liv. 6. Bell. Maced. Si semel in causam descenderit, nihil integrum futurum est.

Olera, quæ celeriter descendunt. Cels. lib. 1. cap. 6.

Ad conditionem alicujus. Cic. 7. Fam. 8. Alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, ut aut, &c.

Ad extremum consilium. Cæs. 5. Bell. Gall. 29. Postremo quis hoc sibi persuaderet sine certa re Ambiorigem ad extremum consilium descendisse?

Ad extrema. Cic. 10. Fam. 32. Si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema: & non modo nationes, sed etiam servitia concitaturum.

Ad curas alterius. Plin. Epist. Salva magnitudine tua, descendas oportet ad meas curas, quum jus mihi dederis referendi ad te de quibus judico.

In dimicationem vitæ pro patria. Author ad Heren. lib. 4.

Fabula descendit in gentes. Propert. lib. 3. 3. 67.

An ficta in miseras descendit fabula gentes,
Et timor haud ultra, quam rogus esse potest? Escendit, alii V. Brœkhus.

Ferrum descendit in ilia. Ovid. 3. Met. 67.

Ad inimicitias descendere. Cic. pro Muren. 56.

In jugulum ense. Claud. de Bell. Get. 601.

Altius haud unquam toto descendimus ense
In jugulum Scythiæ.

Ad juris civilis perdiscendi occupationem. Cic. 1. de Orat. 252.

In omnia familiaritatis officia. Plin. in Paneg. cap. 85. Descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex imperatore submitteris.

In partes. Tacit. 15. Ann. 32. Igitur ubi conjuratis præfectum quoque Prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides, promptius, &c.

Toto descendit corpore pestis, id est, incendium. Servius. Virg. 5. Æn. 683.

Ad preces descendere dicitur, Qui quum poscere aliquid possit & pro suo jure imperare, tamen ita se demittit, ut malit illud exorare, & inferiori supplex esse. Sen. Hippol. v. 669.

Ad pugnas. Valer. 3. Argon. 518.

Descendere in sese. Id est, Considerare seipsum. Pers. 4. Sat. 23.

Ut nemo in sese tentat descendere. Quod, alia dicendi formula, Secum habitare dicitur.

Vulnus descendit magno hiatu. Stat. 12. Theb. 340.

Lapsu molli descendunt Zephyri. Valer. 1. Argon. 686.

Descendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin. lib. 37. cap. 9. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Et paulo post, Quintum ad viciniam crystalli descendit. V. supra, Descendit e vicino.

Ad minora descendere. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Descendere, pro Ortum aut natum esse ab aliquo, apud Ulpianum, & cæteros. Hinc a nobis nati descendentium nomine veniunt, qui cum ascendentibus rectam lineam constituunt, de qua vulgatum illud, Nullos ascendentes inter se posse connubium contrahere.

DESCENDENS, Partic. [κατερχόμενος] Cic. pro Planc. 33. P. Nasica domum descendens, &c.

DESCENSUS, a, um. Adj. Prudent. Apoth. v. 1007.

Descensos nascendo gradus retexit.

DESCENSUS, us. Subst. [κάθοδος] Virg. 6. Æn. 126.

— facilis descensus Averni. Id est, Ad Avernum. Plin. lib. 16. cap. 26. Ipso descensu Jovis speluncæ.

DESCENSIO, onis. f. Idem. [κατάβασις] Plin. lib. 20. cap. 17. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balneorum. i. e. Insessione vel Semicupio medicato, ut medici vocant.
Descensiones facere. Liv. 22. 31. Prius quam in continentem descensiones facerent. Id est, Descenderent. Gronov. Exscensiones.

DESCISCO, ivi, itum, [ἀφίσταμαι] ĕre. ex De & Scisco compositum; est Ab imperio se, ductuque alterius subtrahere. ut Milites a duce, populi a domino, discipuli ab opinione magistri, quem prius sequebantur, præsertim ad alterius vel imperium vel sententiam se transferentes. Hæc Valla lib. 5. Liv. 2. 19. Præneste a Latinis ad Romanos descivit.
Ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem desciscere. Cic. 2. Fam. 16.
Desciscere a consuetudine parentum. Plin. 3. Epist. 20. Sic desciscere ab antiqua institutione. Cic. 4. de Fin. 19.
A natura. Cic. 3. Tusc. 3.
Ab opinione alterius. Gellius 3. 16. Eam rem Cæcilium non inconsiderate dixisse, neque temere a Menandro, atque a multorum opinionibus descivisse.
A Rep. Cic. pro Rabir. 23.
A se. Cic. 2. Att. 19. Neque unquam mihi veniet in mentem, Crasso invidere: neque pœnitere quod a me ipse non desciverim.
Ab societate. Vell. 2. 100. 2.
A veritate. Cic. 4. Acad. 46.
A vita, Excedere e vita. Cic. 3. de Fin. 61.
A Populo Romano ad Illergetes. Liv. 28. 29.
Desciscere aperte. Liv. 1.
Desciscere in pratum. Plin. lib. 18. cap. 16. Si sit humidum solum, herbosumve, vincitur, & desciscit in pratum.
Apes descivere favis. Claud. de Sex. Conf. Hon. 261.

DESCITUM, [ἀφίσταται] Imperf. pass. Liv. 6. Bell. Pun. Quorum de sententia maxime descitum a Romanis constabat.

DESCŎBINATUS, [καταξυσμένος] Saucius, abrasus, desectus. Varro Meleagr. apud Nonium 2. 236. Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo expectare, quam his descobinatis in sylva currere? V. Arnob. 6. p. 200.

DESCRĪBO, psi, ptum, [ἀπογράφω, διαγράφω, καταγράφω] ĕre. Proprie est, quod barbare vulgo Copiare dicitur Exemplare, vel Transumere, aut Transcribere. Cic. 2. Att. Edicta ejus & conciones describunt, & legunt.
Describere librum ab aliquo, id est, ad exemplar quod aliquis habet. Cic. 13. Att. 21. Scripsit enim Balbus ad me, se a te quintum de Fin. librum descripsisse. Ibidem, Mirifice Cerelia studio videlicet philosophiæ flagrans, describit a tuis.
Describere comœdias Græcas, pro Verbis Latinis eas exprimere, & ad exemplum earum similes, ejusdemque argumenti componere. Ter. in Prol. Eun. 7.

Qui bene vertendo, & eas describendo male,
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.　　V. MALUS adj.

Quanquam τὸ Describere ibi pro Disponere dici potuit, ut Fr. Fabricius putat. [ Eugraph. & Faërn. ac Bentl. ex MSS. Et eadem scribendo male, ediderunt. q. V.
Hominum sermones moresque describere. Id est, Effingere imitando. Cic. in Orat. 138.
Describere rationes. Cic. 4. Acad. Hæc quum vera esse concessero, si adjiciam jusjurandum, sapientemne prius quam Archimedes eo inspectante rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem majorem esse quam terram, juraturum putas?
Describere, [διανέμεσθαι] Videtur aliquando significare Definire, & partiri, sive Dividere & distribuere. Cic. 3. Verr. 215. Quod nisi omnis frumenti ratio, ex temporibus esset, & annona, non ex numero, neque ex summa consideranda, nunquam tam grati hi sesquimodii Q. Hortensi fuissent: quos tu quum ad mensuræ tam exiguam rationem Populo Romano in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Et 2. de Lege Agr. 84. Adjungit Stellatem campum in agro Campano, & in eo duodena describit in singulos homines jugera. Idem pro Rabir. Quæque multi homines necessarii secundis Posthumii rebus descripta sustinuerunt, nunc ejus afflictis fortunis universa sustinet. Id est, Inter se partita & divisa. Sic. Justin. lib. 16. 3. Quum Athenienses victis Persis, Græciæ tributum in tutelam classis descripsissent. Ex Budæo.
Describere officia. Cic. 4. Acad. 114.
Jura. Cic. 5. Verr. 27. Sic describere jussa populis, Apud eundem 2. de Legib.
Civitatibus pro numero militum, pecuniarum summas. Cic. 5. Verr. 61.
Urbis partes ad incendia. Cic. 1. in Catil. 9.
In genera. Cic. 2. de Orat. 288. Sed hæc ipsa minus mihi videor multa in genera descripsisse. Plin. lib. 2. cap. 7.
Descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus. Cic. 3. de Legib. 44. Id est, Partitus & digestus.
Describere [καταγράφειν] est aliquando Exprimere, & proprietatibus quibusdam quasi quadam pictura, ante oculos ponere. Plaut. Asin. 2. 3. 21.

Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
M. Non potuit pictor rectius describere ejus formam.　　Idem Milit. 3. 1. 165.
Bonus hercle ut malos descripsit mores.

Mulierem aut alium quempiam describere. Cic. pro Cœlio 50.
Ingenii sui finibus aliquid. Cic. 1. de Orat. 214. Crassus vero mihi noster visus est Oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis pene describere.
Definire & describere verbum aliquod. Cic. in Partit. Uter enim definiendo describendoque verbo, magis ad sensum judicis opinionemque penetrarit, &c.
Definire rem verbis & breviter describere. Cic. 1. de Invent. 11.
Naturam alicujus certis signis. Author ad Heren. lib. 4.
Describere aliquando est Notare & occulte indicare. Cic. pro Milon. 48. Videlicet me latronem ac sicarium abjecti homines & perditi describebant.
Describere in deos. Plin. lib. 18. cap. 28. Neque est ei minor veneratio, quam descriptis in deos stellis.
Describere pecuniam, vel sumptum, aut vectigal. Id est, Hanc huic, hanc illi summam pecuniæ, quam solvere debeat, definire: id quod in exigendis tributis fieri solet. Cic. pro Flacc. 32. In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda? in numero navium, & in descriptione æquabili sumptus? dimidium ejus quo Pompejus erat usus, imperavit, non potuit parcius. Descripsit autem pecuniam ad Pompeji rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni: qui quum omnes Asiæ civitates proportione in provincias descripsisset, illam rationem in imperando sumptu & Pompejus & Flaccus sequutus est. Ad Pompeji rationem, id est, Secundum Pompeji descriptionem. Idem ad Q. fratr. 1. 1. Nomen autem publicani aspernari non possunt qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerint, quod iis æqualiter Sylla descripserat.
Orbem radio describere. Virg. 3. Ecl. 41. Hoc est, Metiri. Proprium Mathematicorum verbum. Idem 6. Æn. 849.

— Cœlique meatus　Describent radio.　　Cic. de Senect. 49.

Mori videbamus in studio dimetiendi cœli atque terræ C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum cœpisset mane?
Describi, pro Transferri. Sen. Epist. 109. Non credis animas in alia corpora atque alia describi, & migrationem esse, quam nos dicimus mortem?

DESCRIPTUS, Partic. [καταγεγραμμένος] ut, Descriptæ leges.
Ætatis partes descriptæ. Cic. de Senect. 5.
Dimensa atque descripta. Cic. de Senect. 59. Mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa & descripta. Id est, Concinne digesta. Mox subjicit, Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.
Descriptum distributumque est. Cic. 3. in Catil. 8. Ut quum urbem ex omnibus partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incendissent, &c.
Jus civium generatim in ordines, ætatesque descriptum. Cic. 1. de Orat. 58.
Materiam orationis omnibus locis descriptam, instructam, ornatamque comprehendere. Cic. 2. de Orat. 145.
Ratio belli descripta. Cic. 2. in Catil. 13. Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui.
Votiva pateat veluti descripta tabella.　Vita senis. Hor. 2. Sat. 1. 33.
Compar. Naturâ nihil est aptius, nihil descriptius. Cic. 3. de Fin. 74.

DESCRIPTUM, i. n. Tacit. 6. Ann. 24. Recitare factorum dictorumque descripta per dies.

DESCRIPTE, Adv. Cic. 1. de Invent. 49. In præsentia confuse & permixte, post descripte & electe. Sed alii habent Discrete.

DESCRIPTIO, onis. f. [καταγραφή, διαγραφή, ὑπογραφή] ut, Descriptio & imago tabularum. Cic. 4. Verr.
Descriptio, Partitio, & digestio in ordines, aut familias, aut civitates, aut tribus, aut centurias.
Descriptio populi. Cic. pro Planc. 45. Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devincta severitatem Senatus excitaverunt.
Civitatis. Cic. pro Sextio 137. Idem est: Partitio in ordines aut familias.
Urbis. Salubritatem, descriptionem, pulchritudinem urbis. Idem de Lege Agr. 2. 95.
Siderum. Idem de Nat. Deor. 2. 115.
Partium. Solers subtilisque descriptio partium. Idem ibid. 121.
Legionis. Sueton. Tiber. cap. 30. conf. Sallust. de Rep. Ordin. 2. 10.
Descriptio equitum peditumque. Cic. 4. Tusc.
Servorum vicatim tota urbe celebrare descriptionem. Cic. pro Domo sua 129.
Descriptiones temporum. Cic. 1. Acad. 9.
Descriptio pro Definitione. Author ad Heren. lib. 4. 52. Descriptio nominatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum gravitate expositionem. Cic. 1. de Orat. Philosophi denique ipsius, qui unus omnia pene profitetur, est tamen quædam descriptio, ut is qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse, & omnem bene vivendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Idem in Topic. 83. Descriptio, qualis sit avarus, qualis assentator, cæteraque ejusdem generis, in quibus natura & vita describitur. Et paulo ante additur etiam descriptio, quam Græci καταγραφὴν vocant. Sed V. Camerar. ad l.
Descriptionibus explicare. Cic. 1. Tusc. 38.
Descriptio, Subnotatio, Cognitio, Dispunctio rationum, instrumentorumve differunt. Describimus, ea quorum exemplum accipimus. Subnotamus quum quasi inventarium conficimus, l. fin. C. de bon. auth. judic. possid. adscribimusque quot corpora instrumentorum sint, & qua de re. Cognoscimus quum ea legimus, atque relegimus. Qui enim rationes recognoscit, verum est eum ipsas cognoscere, sicut qui reddit, dat, qui repetit, petit. Bartol. in Rub. D. solut. matrim. Dispungit rationes, qui data & accepta confert, excutitque & examinat. Unde & Dispunctio pro Diligenti percunctatione, examinationeque accipitur. l. si statuliber pœnæ. in fin. D. de statuliber. Ex Alciato.

DESCRIPTIUNCŬLA, æ. f. dimin. Sen. Suasor. 2. Celebres descriptiunculas subtexere.

DESCRIPTOR, ōris. m. Lactant. 5. 9. Seneca morum vitiorumque publicorum & descriptor verissimus & accusator acerrimus fuit.

DESĔCO, ui, ctum, [διατέμνω] āre. Idem quod Secare sive incidere. Cæs. 7. Bell. Gall. 4. Auribus desectis, & singulis effossis oculis domum remittit. Varro 1. de R. R. cap. 50. Hæc quum comprehendit, spicarum fascem desecat.
Desecare prata. Columel. lib. 11. cap. 1.
Agglutinare & Desecare, opposita. Cic. 16. Att. 6. extr. Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis. Hoc est, In desecti loco glutinabis.
Desecare arborem ferra. Columel. lib. 5. cap. 6. Sed si fieri poterit, uno ictu arborem præcidi: sin minus, ferra desecari, & plagam falce allevari oportebit.

Desecare vitem. Varro 1. de R. R. cap. 41.
Collum alicui. Virg. 8. Æn. 438.
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Crinem. Ovid. 2. Trist. 394.
Ni patrium crinem desecuisset amor.
Segetem, pro Demetere, apud Jurisconsult. in l. si servus servum. §. Si olivam. D. ad l. Aquiliam.

**Desecans**, [ἀποτέμνων] Partic. Cic. de Univers. 20. Partes rursus ex toto desecans.

**Desectus**, Partic. [περιτετμημένος] ut, Desecta cum stramento seges. Liv. 2. 5.
Cervix desecta. Propert. lib. 4. Eleg. 10. 37.
Gramen. Ovid. 14. Met. 648.
Desectis stramentis. Columel. lib. 2. cap. 10.
Grajis penitus desecta metallis Saxa. Stat. 2. Sylv. 2. 85.

**Desectio**, onis. f. [ἀπότεμσις] Columel. lib. 6. cap. 3. Horum desectio cum pecori, tum agro est utilis. De stramentis loquitur.

**Desecro**, as, [βεβηλόω] are. Proprie est Ex sacro profanum facere, & quod vulgo dicitur Degradare. Perott. [Immo idem, ac Consecro. V. desacro.

**Desecratus**, Plin. lib. 28. cap. 8. Jungemus illis simillima & peregrina æque animalia, priusque chamæleontem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum, non sine magna voluptate, cognitis, proditisque mendaciis Græcæ vanitatis.

**Desero**, are. Aperire. Apul. 1. Met. p. 108. Januæ sua sponte deseratæ nocte fuerunt. Ita Elmenh. Pric. & alii Reseratæ.

**Desero**, evi, itum, [καταφυτεύω, καταστείρω] ere. a Sero compositum. Varro 1. de R. R. cap. 23. Nam & in recentibus pomariis desitis seminibus, in ordinemque arbusculis positis, primis annis, ante quam radices longius procedere possint, alii conserunt hortos.

**Desero**, ui, ertum, [καταλιμπάνω, καταλείπω, προδίδωμι] ere. Derelinquere. Ter. Heaut. 2. 3. 64. Mulier telam deserit continuo.
Patronus proprie dicitur deserere, teste Donato.
Deserere aliquem. Ter. And. 1. 5. 36. Tum autem hoc timet, ne deseras se. Idem Eun. 2. 2. 7. Omnes noti me atque amici deserunt.
Deserere & derelinquere. Cic. pro Planc. 13. Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti.
Deserere amorem alicujus. Valer. 3. Argon. 181.
Deserere in malis. Ter. Heaut. 2. 3. 17. Et me in his deseruisti malis.
In ærumnis. Plaut. Capt. 2. 3. 45.
— in tantis ærumnis tamen
Neque me deseruisse te, neque factis, neque fide.
Deseri a magna parte militum. Cæs. 1. Bell. Civil. 15.
Aura deserit moribundos. Lucret. lib. 3. 233.
Causam suam, vel litem. Papin. in l. liberto. §. litem. D. de negot. gest. Litem in judicium deductam, & a reo desertam frustratoris amicus ultro egit.
Amici causam. Ovid. 1. Trist. 9. 65.
Causam suam. Cic. de Fato 12. Vigila Chrysippe, ne tuam causam in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est, deseras.
A consiliis malitiæ deseri. Cic. pro Cluent. 183. Aut illi, quorum eminet audacia, atque projecta est, a consiliis malitiæ deseruntur.
Consuetudinem revertendi. Cajus in l. naturalem. §. cervos. D. de acquir. rer. domin.
Exercitum. Cic. 5. Verr. 110.
Fama deserit aliquem. Cic. 1. Tusc. 110. Multo autem tardius fama deseret Curium, Fabritium, &c.
Fidem in aliquem. Catul. 67. 7.
Dic agedum nobis, quare mutata feraris
In dominum veterem deseruisse fidem.
Deseruit me res, fides, fama &c. Plaut. Mostel. 1. 2. 65. Nunc simul res, fides, fama, decusque & virtus deseruerunt me.
Fugam alicujus. Ovid. 1. de Ponto 5.
At nostram cuncti deseruere fugam. Hoc est, me exulantem.
Deserunt hunc genua. Plaut. Merc. 1. 1. 13. Genua hunc cursorem deserunt.
Iter medium. Claud. de Sex. Conf. Hon. 411.
Suum jus. Cic. pro Cæcin. 103. Item Deserere jus amicitiæ.
Litem. Papin. in l. liberto. D. de negot. gest.
Laborem imperfectum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 269.
A mente deseri. Cic. 3. Att. 15. Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, ut non modo a mente non deserar, sed id ipsum doleam, me tam firma mente ubi utar, & quibuscum, non habere.
Ab oblectationibus & voluptatibus deseri. Cic. 4. Att. 9.
Susceptum officium. Cic. 1. de Fin. V. officium.
Officium promissum deserere. Cajus in l. si quis alicui. §. qui suscepit. D. mandat.
Opus. Ovid. 1. Fast. 288.
Neve suum præsta deserat author opus.
Pignus. Plaut. Capt. 2. 3. 76.
Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras.
Preces alicujus. Cic. 3. Att. 19. Non deseram, neque optimi atque unici fratris miseras ac luctuosas preces, nec Sesti cæterorumque promissa, &c. Ovid. 16. Epist. 260.
Orantis medias deseruere preces.
Sedem. Virg. 3. Æn. 190.
Deserere optime meritos socios. Cæs. 1. Bell. Gall. 45.
Spem nostram, terras deseruitque simul. Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 6. 16.
Spes deserit. Cic. 2. de Invent. Si tum quum spes deseruisset, opitulatus sit.
Turpiter deserere. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Vadimonium. Cic. 2. in Catil. 5. Idem pro Quintio 48. Vadimonium sibi ait esse desertum. Olim & turpe erat & damnosum, vadimonium deserere: nec excusabatur vadimonii promissor, nisi ob causas graves.
Vires, vitaque corpu' meum nunc deserit omne. Cic. 1. de Divin. 40. Ex Ennio.
Virtutis viam. Hor. 3. Od. 24. 44.
Vitam suam. Cic. pro Sextio 50. Nonne si meam vitam deseruissem, Rempub. prodidissem?
Deserere, proprie Militum est, Qui relinquunt locum in acie, aut sine comitatu discedunt ex castris. Hinc Desertor & Desertio, de quibus sæpe in lib. D. Nebrissensis.

**Desertus**, Partic. [ἀπολειφθείς, ἐρημωθείς, οἰωθείς] ut, Deserta signa. Liv. 2.
Littus desertum. Virg. 2. Æn. 24.
Nox. Ovid. 3. de Arte Am. 70.
Suis desertus, pro, a suis. Tacit. 3. Ann. 20. Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet.
Tesqua. Hor. 1. Epist. 14. 19. V. tesqua.
Vela vento. Sen. Agam.
Virgo neci deserta. Valer. 2. Argon. 455.
Deserta promissio, Contempta, non observata. Ulp. l. 4. §. 2. D. siquis caut. Quæsitum est an possit conveniri, ne ulla exceptio in promissione deserta, judicio sistendi causa facta objiciatur: & ait Aticinus conventionem istam non valere. Alciatus in Parergis Diserta emendat, sed quam recte, aliorum esto judicium.
Desertæ solitudines. Cic. 2. de Divin.
Desertus ager. Plin. 18. 5. Nihil damnosius deserto agro.
Domus. Ovid. 3. Trist. 8. 9.
Homo desertus, deserta mulier. Ter. Adel. 5. 4. 19. Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum. Idem Phorm. 5. 1. 24. Ego autem quæ essem anus deserta, egens, ignota.
Locus desertior. Cic. 13. Att. 22.
Loci celebres & Deserti, contraria. Cic. in Partit.
Lustra ferarum. Virg. 3. Æn. 646.
Regio siti. Id est, Inhabitabilis ob siccitates & aquarum penuriam. Virg. 4. Æn. 42.
Lebedos desertior Gabiis vicus. Hor. 1. Epist. 11. 7.
Reditus. Cic. in Pison. 55. Sic iste tanto exercitu, tanta provincia triennio post Macedonicus imperator in urbem se intulit: ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unquam fuerit desertior.
Desertius nihil. Cic. 3. Q. fratr. 14. C. Memmius Trib. plebis cum L. Capitone ad urbem accessit ad xii. Calend. Octobris: nihil turpius ac desertius. [Significat ab amicorum officio desertum fuisse horum adventum, qui alias frequentes obviam prodibant. conf. in Pison. 97.
— stipes desertus in agris. Defixus apud Tibul. 1. 1. 117. probante Broekhusio.
Via deserta & inculta, atque interclusa jam frondibus & virgultis relinquatur. Cic. pro Cœlio 42.

**Desertum**, i. [ἔρημος] Locum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum, quem Græci ἔρημον & ἐρῆμον dicunt. In hoc numero frequens tritumque scriptoribus ecclesiasticis, ut exempl. Tertull. Hieron. Prudentii ostendit Cellarius Cur. Poster. p. 399. Sed optimi quique Veterum non nisi plurali numero substantive utuntur, ut idem ibid. docet, ut Virg. 1. Æn. 384.
Ipse ignotus, egens, Lybiæ deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.
Colere deserta, Versari in locis desertis. Claud. 3. de Rapt. Proserp.
Intervenientibus desertis. V. intervenio.
Desertum, pro Neglecto. l. quisquis. de censit. lib. 11.

**Desertor**, oris. m. Qui deserit: ut, Desertor amicorum, cui Conservator opponitur. Cic. 8. Att. 9. Sed obsecro te, quid hoc miserius, quam alterum plausus in fœdissima causa quærere, alterum autem offensiones in optima? alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum?
Desertores salutis meæ. Cic. Post. redit. in Senat. 13.
Desertor communis salutis, Qui communem salutem non curat. Cic. 3. de Fin.
Desertor miles. [λειποστράτης] Cæs. 6. Bell. Gall. 23. Qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. Liv. 3. Pro desertore futurum cujus causam non probassent. Modestinus l. desertorem. D. de re militar. Emansor est, qui diu vagatus, ad castra revertitur: Desertor est, qui per prolixum tempus evagatus reducitur.
Desertor Asiæ, Exul. Virg. 12. Æn. 14.
Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam
Desertorem Asiæ. Servius. [Immo Proditor, ut recte Donatus exponit.

**Desertrix**, icis. f. Tertull. de Habit. Mulier. cap. 1. Divinæ legis prima desertrix.

**Deserto**, are. frequent. Accius, Quum me solum uterque parens desertassent.

**Desertio**, onis. f. [ἐρήμωσις] Liv. lib. 1. Decad. 5. Cur execrabilis ista nobis solis veluti desertio generis humani est?

**Deservio**, [ὑπουργέω, θεραπεύω] ire. Idem quod Servire, nisi quod aliquid auget præpositio de: ut
Deservire amicis. Cic. pro Sylla 26.
Deservire cuivis. Cic. 1. Off. 109. Itemque alii qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant dum quod velint consequantur.
Alicui deservire per multos annos. Ovid. 1. Amor. 3. 5.
Bonis. Stat. 2. Sylv. 2. 129. — nos vilis turba, caducis Deservire bonis.
Corpori. V. deserviens.
Rebus divinis. Cic. in Partit.
Honoribus. Plin. Epist. Quis adeo expetitis honoribus, aut deservit, aut sufficit?
Studiis. Plin. 7. Epist. 7. Te negotiis distineri ob hoc moleste fero, quod deservire studiis non potes.

**Deserviens**, ut Corpori deservientes. Cic. de Legib. 1. 39. Sibi autem indulgentes & corpori deservientes, atque omnia, quæ sequantur in vita, quæque fugiant, voluptatibus & doloribus ponderantes. Vulg. Interpr. Sap. 19. 6. Creatura deserviens tuis præceptis.

**Deservitio**, onis. f. Vet. Interpr. Irenæi 4. 28. Legis statuere deservitionem.

Desicco,

DESICCO, [ἐξηραίνω] are. Idem quod Siccare. Plin. lib. 20. cap. 19. Veget. de R. V. 1. 28. Plaut. Trucul. 2. 7. 30. conf. Turneb. Adverf. 24. 17.

DESICCATUS, Apul. de Herb. c. 49. n. 3. Herba deficcata & in pulverem redacta.

DESICCATIVUS, a, um. Virtutis effe deficcativæ. Pfeudo Macer. 2. 10.

DESIDÆMONES, [δεισιδαίμονες] Græcis dicuntur Superftitiofi, ab inconfulta & abfurda divinæ potentiæ formidine. Hujusmodi meticulos, fcrupulos nunc appellant, non inepto verbo, & inde fuperftitiofos, fcrupulofos. Ineft enim femper aliquid, quod eos male habeat, & tanquam lapillus, id eft, Scrupulus in calceo, identidem punctitet. Budæus in Annotat. H. St. omnino induxit hæc, opinor, quod non fuo loco pofita effe putaret, nec fane τὸ Defidæmon, præterquam ap. Bud. Latine usquam fic pofitum invenies.

DESĪDEO, edi, [ῥᾳθυμέω, νωθρεύω] ere. Otiofum federe. Plaut. Pfeud. 4. 4. 7. Quid tu intus quæfo defedifti? Idem Bacchid. 2. 3. 4. Nam meus formidat animus noftrum tandiu ibi defidere, neque redire filium. Ter. Hec. 5. 3. 2. Fruftra ubi totum defedi diem. Sueton. in Cæf. cap. 2. A quo ad accerfendam claffem in Bithyniam miffus, defedit apud Nicomedem. Defidere Honefte pro Ventrem exonerare. Celf. 4. 18. Quotiesque defedit, fubluere aqua calida. Idem 2. 7. Quibus, cum voluntas defidendi eft, venter nihil reddidit. [Nifi potius ad verbum DESIDO hæc pertinent q. V. Motum enim res poftulat, & Defurgere fimiliter dicebant, quod item V.

DESES, idis. Adj. [νωθρός] Qui nihil agit, & otiofus fedet. Liv. 1. ab Urbe, Defidem Romanum regem, inter facella & aras acturum effe regnum rati. Idem lib. 3. 68. Sedemus defides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.

Annus defes vocatur, in quo nihil agimus. Stat. 3. Sylv. 41.

Intermiffa tibi renovat Tyrinthie facra
Pollius, & caufas defignat defidis anni.

Cura defes. Id eft, Remiffa & negligens. Stat. lib. 6. Theb. 147.

Paffu defide ire. Stat. 5. Sylv. 2. 61.

Somnus. Stat. 10. Theb. 87.

Vita. Stat. 3. Sylv. 5. 85.

Defidem ab opere fuo aliquem facere. Columel. lib. 7. cap. 12. Tertium genus canum venandi gratia comparatur: idque non folum nihil agricolam juvat, fed & avocat, defidemque ab opere fuo facit.

DESIDIA, [νωθρεία, νωθρότης] Otiofitas & inertia, ignavia. Cic. 5. Tufc. 78. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, defidia animum infecimus, &c.

Socordia atque defidia. Author ad Heren. lib. 2.

Molles defidiæ. Claud. de Tert. Conf. Hon. 40.

Horridus defidia. Id eft, Incultus propter defidiam. Virg. 4. Georg. 94.

Languori defidiæque fe dedere. Cic. 1. Off. 123. Nihil autem magis cavendum eft fenectuti, quam ne languori fe defidiæque dedat.

Indormire defidiæ. In INDORMIO.

Animum inficere defidia. In INFICIO.

Marcefcere defidia. In MARCEO.

Homo defidiæ ac luxuriæ plenus. Cic. in Salluft. 8.

Defidiam puer ille fequi folet: odit agentes. Ovid. de Rem. Amor. 149.

Vitanda eft improba Siren Defidia. Hor. 2. Sat. 3. 14.

DESIDIES, ei. Idem quod Defidia. Lucret. lib. 5. 48.

Quidve fuperbia, fpurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades? quid luxus defidiesque?

DESIDIABULUM, Locus defidiæ aptus. Plaut. Bacch. 3. 1. 8. ut celem patrem tua defidiabula. Nonius 2. 54. legit Defpoliabula. V. DISPOLIABULUM.

DESIDIŌSUS, [ῥᾴθυμος] Qui nihil agit. Ovid. de Rem. Amor. 161.

Quæritur Ægifthus quare fit factus adulter:
In promptu caufa eft, defidiofus erat.

Defidiofa delectatio. Cic. 3. de Orat. 86. Sed fi tota vita nihil velis aliud agere, ipfa tractatio & quæftio quotidie ex fe gignit aliquid, quod cum defidiofa delectatione veftiges.

Defidiofior. Varro in Procem. lib. 2. de R. R. Sic qui in oppido federent, quam qui rura colerent, defidiofiores putabant.

Inertiffimum & defidiofiffimum otium. Cic. 2. de Lege Agr. 90.

DESIDIŌSE, [ῥᾳθύμως] Adv. ut Agere ætatem defidiofe. Lucret. lib. 4. 1129.

DESIDĔRO, [ἐπιθυμέω, ποθέω, ἐπιποθέω, ἱμείρω] are. Defiderare (inquit Feftus) a fideribus dici certum eft, & eft quafi fiderum defiderio teneri. Item Poftulare, rogare. Cic. de Senect. 47. Non caret is, qui non defiderat. Plaut. Trinum. 4. 2. 68.

— Fieri iftuc folet,
Quod in manu teneas, atque oculis videas, id defideres.

Defiderare & requirere. Cic. pro Quintio 55. Qui in vita rationem fummi officii defideremus, & inftituta bonorum virorum requiramus.

Hæc longam defiderant orationem. Cic. 5. Att. 16. Dum hæc quæ longiorem defiderant orationem, fummatim tibi perfcriberem.

Nihil, pro Non defidero. Plaut. Stich. 4. 1. 10.

Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil defidero. V. NIHIL.

Non defiderare imperium alicujus. Cæf. 3. Bell. Civil. 74. Exercitui quidem omni tantus inceffit ex incommodo dolor, tantumque ftudium infamiæ farciendæ, ut nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium defideraret. Id eft, Cuperet. [Vel potius, ut opus eo nemo haberet, quum per fe munia obirent finguli injuffi.

Non magnopere defiderare aliquid. Cic. de Senect. 44. Quod ea voluptates nullas magnopere defiderat.

Defiderare aliquid, pro Cupere. Cic. de Nat. Deor. Hæc enim fcire defidero. Id eft, Cupio.

Aliquem. Ter. in Eun. 1. 2. 113. Dies noctesque me ames, me defideres.

Non defiderare folum, fed etiam pofcere & flagitare. Cic. 5. Verr. 70.

Defiderare Ciceronis eloquentiam, eft Dolere fe non habere Ciceronis eloquentiam. Ea enim tantum quæ abfunt, defideramus.

Defideramus alicujus vires, quando ille non auxiliatur nobis. Cic. Sen. 32. Non curia vires meas defiderat, non roftra, non amici, non clientes. Quafi dicat, Curia non fentit me fenio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac fi integra ætate effem.

Nunquam iftam fententiam defideravi. Cic. Id eft, Ea nunquam mihi defuit, ut ait Budæus.

Animum alicujus defiderare ex ipfius libris. Cic. 7. Fam. 28. Intellexi enim ex tuo fermone quodam, quum meam mœftitiam & defperationem accufares domi tuæ, dicere, te ex meis libris animum meum defiderare.

Aliquid ab alio. Cic. de Amicit. Plerique perverfe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipfi effe non poffunt: quæque ipfi non tribuunt amicis, hæc ab his defiderant.

Defideratur a philofopho gravitas. Cic. 5. de Fin. Sed ea, quæ defideratur a magno philofopho gravitas, in eo non fuit.

Defiderabo abs te aliquid. Cic. ad Q. fratr. Id eft, Non videris mihi facere quod debes, ait Budæus.

Amorem defiderare ab aliquo. Cic. Att. Tu me confolari define: objurgare vero noli: quod quum facis, ut ego tuum dolorem amoremque defidero. Id eft, Videris mihi non dolere vicem meam, & me amare, inquit Budæus.

Sextilem totum mendax defideror. Hoc eft, Abfum, contra quam pollicitus eram. Hor. 1. Epift. 7. 2.

Defiderari, per translationem, De his quæ cafu quocunque amiffa funt, quod ea quæ deficiunt, quæque non habentur, defideremus, five in nobis, five in aliis. Cæf. 5. Bell. Gall. 23. Ac fic accidit, ut ex tanto navium numero, tot navigationibus, neque hoc, neque fuperiore anno, ulla omnino navis quæ milites portaret, defideraretur. Id eft, Nulla navis periret. V. Bell. Civil. 1. 51. & 3. 53. & Curt. 3. 11. 27. Ita Cic. 4. Verr. 96. Nec quicquam ex eo fano, præter unum fignum ex ære, defideratum eft.

Defiderare, pro Petere, & poftulare in judicio. Ulp. in l. Si quis. §. pen. D. De agnofcendis vel alendis liberis, Siquis a liberti liberto ali fe defideret: non debet audiri. Idem in l. 1. §. 1. D. De infpiciendo ventre, Poft editum plane partum a muliere, jam poteft maritus jure fuo filium per interdictum defiderare exhiberi fibi. Idem in l. 2. in finc. D. Ubi pupillus educari debeat, Tunc enim imputabitur ei, cur non, adito Prætore, defiderarit alimenta minui.

DESIDERANS, Partic. [ἐπιποθῶν] ut Defiderans quod fatis eft, Id eft, Nihil ultra ea, quæ vitæ neceffitas exigit. Hor. 3. Od. 1. 25. Superl. Paulin. Epift. 4. extr. ad Auguftin. Frater defiderantiffime. [Nifi Defideratiffime legendum.

DESIDERATUS, Partic. [ἐπιποθούμενος] Cic. Poft redit. ad Quirit. 4. Sed omnia defiderata magis, quam affidue perfpecta delectant. Superl. Defideratiffima promiffa. Plin. 30. 1. conf. Capitol. in Alb. cap. 7. In Vet. Gloff. Defiderata, λειτουργία πλείστη, eft facra fynaxis, quod Catechumeni eam multis votis ac defideriis profequerentur.

DESIDĔRIUM, ii. [ἐπιθυμία, πόθος, ἵμερος] eft (inquit Cic. 4. Tufc. 21. Libido, ejus qui nondum adfit, videndi. Tacit. 15. Ann. 63. Defiderium mariti honeftis folatiis toleraret. Id eft, Abfentiam, defectum, vel mortem, ut interpretatur Budæus.

Satietas noftri, & Defiderium, contraria. Cic. 2. Att. 20. Cupio equidem & jampridem cupio Alexandriam reliquamque Ægyptum vifere, & fimul ab hac hominum fatietate noftri difcedere, & cum aliquo defiderio reverti.

Igniculus defiderii. Cic. 15. Fam. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum defiderii tui, crebris nos literis appellato.

Vis defiderii in voluntate alicujus. Cic. 15. Fam. 4. Huic meæ voluntati in qua ineft aliqua vis defiderii, ad fanandum vulnus injuriæ, ut faveas adjutorque fis, &c. vehementer te rogo.

Poculum defiderii. Hor. Epod. 17. 79.

Poffim crematos excitare mortuos,
Defiderique temperare poculum.

Defiderii poculum, Amoris potionem interpretatur Porphyrio.

Incutere defiderium. In INCUTIO.

Oris defideria. Plin. lib. 22. cap. 24. Faucibus, tonfillis, anginæ, omnibusque oris defideriis utiliffimum. De melle. Sic

Defideria thoracis & præcordiorum. Plin. lib. 27. cap. 13. Exprimitur & fuccus radici, utilis fœminis, & thoracis præcordiorumque defideriis: calfacit enim & concoquit, & purgat. De fmyrnio.

Pro defiderio corporum, prout Corpora defiderant, five opus habent. Plin. lib. 11. cap. 50. Caudæ præter hominem ac fimias omnibus fere animalibus, & ova gignentibus, pro defiderio corporum: nudæ hirtis, ut apris: parvæ villofis, ut urfis: prælongis fetofæ, ut equis.

Ad defiderium. V. AD Præpofit.

Naturalia defideria. In NASCOR.

Scabendi defideria tollunt minutæ & latæ. Plin. lib. 30. cap. 14. De cochleis loquitur.

Annus tertius acceffit defiderio noftro. Cic. 1. Q. fratr. 1.

Afficere defiderio. In AFFICIO.

Agi defiderio. In AGO.

Angi defiderio. In ANGO.

Capere defiderium. In CAPIO.

Effluere defideriis noftris dicitur, Quem paulatim minus atque minus amamus. Ovid. de Rem. Amor. 646.

Explere expectationem defiderii alicujus. Cic. 1. de Orat. 205. Ea fi paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni defiderii noftri.

Facere aliquid alterius defiderio. Ter. Heaut. 2. 3. 66.

Ut facile fcires defiderio id fieri tuo.

Ferre defiderium non poffe. Cic. 9. Att. 12.

Flagrare urbis defiderio. Cic. 5. Att. 11. Non dici poteft quam flagrem defiderio urbis.

Icta fidelibus defideriis. Quærit patria Cæfarem. Hor. 4. Od. 5. 15.

Incendi defiderio. In INCENDO.

Indulgere defiderio alicujus. In INDULGEO.

Infidet nobis defiderium rei alicujus. Lucret. lib. 3. 931.

Laborare defiderio partus. In LABOR.

Lenire defiderium. In LENIS.

Mederi defiderio. Ulp. in l. ult. D. de mort. inferendo.

Minuere. Cic. 5. Fam.

Mori defiderio. Cic. 1. Att.

Moveri alicujus defiderio. Cic. de Amicit. Ego fi Scipionis defiderio me moveri negem, quam recte id faciam, viderint fapientes, fed certe mentiar.

Oblanguere defiderio. Cic. 16. Fam. 10.

Premi defiderio.

Relin-

Relinquere desiderium sui apud aliquem. Cic. pro C. Rabir. 14. Et par desiderium sui reliquit apud Populum Romanum.
Relinquere desiderium triste. Cic. in Bruto princ. de Hortensii morte loquens, Vir egregius alienissimo Reip. tempore extinctus, & authoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat.
Renovare desiderium. Cic. Post redit. ad Quirit. 8.
Esse desiderio magno, pro Magnopere desiderari. Ter. Heaut. 4. 4. 5. Ita magno desiderio fuit ei filius.
Sum in aliquo desiderio. Cic. de Amicit. Diutius in hoc desiderio esse non possum.
Sum in desiderio alicujus. Cic. 10. Philipp. 14. Erat enim in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. De Bruto.
Tabescere desiderio. Cic. 1. in Catil. 6.
Teneri desiderio alic. rei. Cic. de Senect. 33. Moderatio modo virium adsit, & tantum quantum quisque potest, nitatur: næ ille non magno desiderio tenebitur virium.
Tenet me tui desiderium & memoria. Cic. Post redit. ad Quirit. Ut aliquando vos, Patresque Conscriptos, Italiamque universam memoria mei, misericordia, desideriumque teneret.
Meum desiderium, Blandientis vox. Cic. 14. Fam. 20. Valete, mea desideria, Valete. Paulo ante, Hem mea lux, meum desiderium.
Desiderium, pro Petitione sive petito proprie. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de postulando, Postulare, est desiderium suum, vel amici sui, in jure apud eum qui jurisdictioni præest, exponere: vel alterius desiderio contradicere. Idem in l. Si quis ?. 1. D. De agnoscendis vel alendis liberis, Singulorum desideria perpendere judicem oportet. Quemadmodum Desideria militum Sueton. dixit Aug. cap. 17. ubi videre licebit Casaub. Pro Supplici libello ibid. posuit cap. 53. & 94. Plin. Paneg. cap. 79. Videmus ut provinciarum desideriis & singularum etiam civitatum precibus occurrat.
Proferre sua desideria. Id est, Porrigere libellum, in l. Nequicquam. D. de Offic.Proconsul. Mediocres desideria sua non proferant. Budæus.

**Desideratio**, onis. f. [ἐπιπόθησις] Cic. de Senect. 47. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, credo: sed ne desideratio quidem. nihil autem est molestum, quod non desideres.

**Desiderator**, oris. m. JCt. in Dig.

**Desiderātīvus**, ut Verba Desiderativa, quæ terminantur in urio, ut Moriturio, id est, Mori desidero. V. Augustin. de Grammat. p. 2002. a Prisciano vocantur Meditativa.

**Desiderabĭlis**, e. [ἱμερτός, ποθεινός, ἐπιθυμητός] Cic. 1. de Fin. Nihil enim desiderabile concupiscunt. Liv. 24. 5. Tacit. 2. Hist. 76. compar. Sueton. Tib. 33. cap. 21.

**Desiderabilĭter**, Adv. Augustin. Epist. 143. Desiderabiliter concupiscendum.

**Desīdo**, ēdi, (nam præteritum a Sedeo mutuatur, teste Valla lib. 5.) [καθιζάνω] ĕre. Idem quod Sedere, sed cum motu. Cic. 1. de Divin. 78. Ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint. Sic paulo post, Desederint, id est, Pessum ierint, & velut descenderint, subsederint. [Occurrit & Considere, sensu eodem. V. Hadr. Cardin. Lactant. Inst. 7. 3. Possum enumerare, quoties repentinis quassatæ motibus vel hiaverint terræ, vel desederint in abruptum. Ubi perperam Descenderint olim editum fuit.
Hiatu aliquo desidere. Valer. 8. Argon. 329.
— vasto rursus desedit hiatu
Abrupta revolutus aqua.
Desidunt nares. Cels. lib. 8. cap. 5. In naribus vero, & os, & cartilago frangi solet, & quidem modo adversa, modo a latere, si adversa fracta sunt, alterumve ex his, nares desidunt, difficulter spiritus trahitur.
Terra desidit. Liv. Decad. 4. lib. 2. Terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat.
Desidit tumor, quando imminuitur. Cels. lib. 7. cap. 18. Interdum ex toto desidit, interdum sic minuitur, ut in Scroto exiguæ relliquiæ maneant. de Enterocele.
Vada desidunt. Stat. 3. Sylv. 2. 109.
Desido, honeste pro Caco V. in desideo. Cels. 4. 18. Frequens desidendi cupiditas. Sed Dejiciendi dedit Lind.

**Desidens**, Partic. [ἀφιστὰς] ut, Desidentes mores, pro Desciscentibus. Liv. in Præfat. Labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde ut magis, magisque lapsi sint: tum ire cœperint præcipites. Quæ putantur castigatiora exemplaria, habent Dissidentes. Prior tamen lectio magis arridet. Pulchre enim hæc congruunt, Desidere, labi magis magisque, ire præcipites.

**Desiduo**, pro Diuturne, Adv. antiquum & obsoletum. Varr. Corollar. Dividiæ mihi fuerunt, tam desiduo abfuisse te. Nonius.

**Designo**, [ὑποτυπόω, ἀποδείκνυμι, βραβεύω, χειροτονέω] are. Describere, quasi per signa demonstrare. Cic. in Catil. 1. init. Notat & designat oculis ad cædem unumquenque nostrum.
Digitis vulgi designari. Ovid. 3. Amor. 6. 77.
Verbis aliquid. Cic. 1. de Orat. 109. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata.
Certum quiddam. Cic. 1. de Invent. 31. Ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum.
Templo Jovis fines. Liv. 1.
Consules & Prætores & Tribuni plebis creari solebant in annum proximum, tumque designati dicebantur, ante quam scilicet magistratum inissent: quod fieri solebat Cal. Jan. Sallustius Cat. C. 26. Catilina nihilominus in proximum annum Consulatum petebat: sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum. Cic. 3. Tusc. Designatus Prætor. Et ad Brutum. 1. Designatus Tribunus plebis.
Ὕπατοι ἀποδειχθέντες apud Dionem l. 36. p. 10. Designati coss. Xyl. Sed quod fuissent postea accusati, alii αἱρεθέντες. H. St. V. Pitisci Lex. v. designari.
Agrum seminario designare. Columel. lib. 3. Ipsum autem agrum quem seminario designaveris, planum & succosum.
Designatus Reipub. civis. Cic. pro Cluent. 32. Memoria teneo Milesiam quandam, &c. quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum Reipub. civem sustulisset.
Res constituta & designata, quam Prædestinatam vocamus. Cic. 1. de Divin. 82. Neque non diligunt nos dii, neque ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.
Respublica ratione & disciplina designata. Cic. 3. de Nat. Deor. 85. Ut enim nec domus, nec Respub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis præmia extent ulla, nec supplicia peccatis.
Notare & designare. Cic. 2. de Orat. 236. Hæc enim ridentur vel sola, vel maxime, quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter.
Designare, inquit Donatus, est Rem novam facere in utramque partem, bonam & malam. Et designata, recte & prave facta dicebantur. Ter. Adel. 1. 2. 7. — nam illa quæ antehac facta sunt omitto: modo quid designavit! Apul. lib. 10. Post dies plusculos ibidem designatum scelestum & nefarium facinus memini. Budæus. Hor. 1. Epist. 5. 16.
Quid non ebrietas designat?
Designare & conficere. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem & modum, mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit.
Designare nota ignominiæ, pro Ignominiam inurere. Liv. 4. Bell. Pun. Hanc multam ita æquo animo feretis, si reputabitis nulla ignominiæ nota leviore designari vos potuisse.

**Designate**, Adv. Quam lepide designateque dixerit. Gell. 4. 5.

**Designator**, oris. m. [βραβευτής] Sunt qui Designatores esse putent (& recte nostra quidem sententia) Eos qui constituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præsunt, unicuique incedendi locum, ordinemque præscribentes: simili fere munere eorum qui Romæ magistri ceremoniarum vocabantur. Plaut. Pœn. Prol. 19. Non designator præteriens obambulet, &c. Budæus. Cic. 4. Att. 3. Desertus a suis vix jam Decimum designatorem, vix Gellium retinet. Hor. 1. Epist. 7. 6. Ulp. in l. Athletas. D. de his qui notantur infamia, Designatores autem, inquit, quos Græci βραβευτὰς apellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent. V. Lips. Antiq. Lect. 2. 9. item de Amphitheatro cap. 15. Pet. Fab. Agonist. 1. 23. Popm. ad Cic. 4. Att. 3. Torrent. & Marcil. ad Hor. 1. Epist. 7. 6. DESIGNATOR SCENARUM apud Gruter Inscript. p. CCLXX. est Architectus qui scenas struit & ordinat. Sic in alia inscript. apud Fabret. DESIGNATOR OPERUM PUBLICORUM. Conf. dissignator. quomodo & ap. Grut. ac Fabrett. legitur.

**Designatio**, onis. f. [ὑποτύπωσις] Cic. 4. Att. 4. Si ad nos veneris, offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam. Designationem, id est, Ordinem, quo bibliotheca mea digeratur a Tyrannione.
Designatio atque apparatus. Cic. 1. de Nat. Deor. 20. Omnem totius operis designationem atque apparatum.
Sine designatione personarum & temporum oratio. Cic. 1. de Orat. 138. Deinde esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum & temporum, aut de re certis in personis ac temporibus locata.

**Desĭlio**, ivi & ui, ultum, [καταπηδάω, καθάλλομαι, ἀποθρώσκω] īre. Descendere. Plin. de Viris Illustr. Dum a templo Dianæ desiliit, talum intorsit.
Desilire ad pedes. Cæs. 4. Bell. Gall. 2.
Æthere desiluit Juno. Valer. 4. Argon. 355.
Lecto desilire. Hor. 1. Sat. 2. 130.
Ab equo. Virg. 11. Æn. 499.
— portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit.
De navibus, de rheda. Cæs. 4. Bell. Gall. 5.
Ex essedis. Cic. pro Milon. 29.
Ex equo. Liv. 9. Cæs. 4. Bell. Gall. 2.
In arctum. Id est, Angustiis se committere. Horatius metaphorice dixit in Arte Poet. 134. pro Intra arctos limites stylum cohibere, nec divagari.
De navi in scapham. Plaut. Rud. 75. Et apud Plin. lib. 8. cap. 8. Inde totius agminis novissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. subaud. Elephantorum. De Troglodytis.
Perniciter desilire. In pernix.
Aqua desiliens ex alto. Ovid. 4. Fast. 427.

**Desultor**, ōris. m. [κελητιστής, ἀμφίππος] Qui desilit.
Desultores dicebantur, Qui duos equos absque ephippiis agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. Hos Ælianus de aciebus instruendis ἀμφίππους appellat, de antistomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) instruendæ aciei genus potissimum contra barbaros qui loca Histro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominant a mutatione equorum: ex aliis enim in alios transsultare consueverunt. Hæc Budæus. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Peritus belli alios quos eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor. V. Cæl. lib. 21. cap. 29. & 30. & Torrent. ad Sueton. Cæs. cap. 39. Iidem & Vertumni dicebantur: de quo suo loco. V. & Dempst. in Rosin. p. 490. Buleng. de Circo C. 50. & 57. Translate. Ovid. 1. Amor. 3. 15.
— non sum desultor amoris.

**Desultrix**, īcis. f. Desultrix Virtus. Tertull. ad Valentin. extr. libro.

**Desultorius**, [κελητιστικός] Adj. per translationem, hoc est, identidem Ab alio in aliud commeans, & instabilis. Translatum a Desultoribus equitibus, quos Græci Amphippos appellant. De quibus Liv. lib. 3. Bell. Pun. Cic. pro Muræn. 57. Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apulejus in primo de Asino, Jam hæc quidem ipsa vocis immutatio, desultoriæ scientiæ stylo, quem accessimus, respondet. Ex Budæo.
Desultorii equi. Sueton. Cæs. 39. Quadrigas, bigasque & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.
Desultoria natura proverbialiter dicitur. Joannes Picus, Homo (inquit) variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi Versipellem, & subinde sese in aliam aliamque formam mutantem, ut Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui levitatem desultoriam dixit lib. 1. Budæus. V. Cæl. l. c.

DESULTURA, [κελητισμὸς] Nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror. Plaut. Mil. 2. 3. 9.

DESULTO, are. Tertull. de Anima cap. 32. Desultare mari. Desalto alia forma V. in suo loco.

DESĬNO, īvi & ii, ĭtum, [λήγω, καταλήγω, παύομαι, λωφάω] ĕre. Cessare. Ter. Phorm. 2. 3. 72. — imo haud desinam, donec perfecero hoc. Desino, cum genitivo, Græcorum est: ut si dicam, Desine sermonis, παύεσθαι τῶ λόγων. Hos imitatus est Hor. 2. Od. 9. 17.
— desine mollium
Tandem querelarum.
Tarde desinere. Ovid. de Rem. Amor. 685.
Desino, Sileo, finem loquendi facio. Ter. Adel. 5. 3. 67. Ah pergisne? D. jam desino. Idem Eun. 5. 2. 45.
Desine, jam conclamatum est. Ter. Eun. 2. 3. 54. & Heaut. 5. 6. 1.
Jam desine deos, uxor, gratulando obtundere.
Desine plura puer. Virg. 5. Ecl. 19. & 9. Ecl. 66. ubi dicere, utrobique subauditur, auctore Servio. Annotat H. St. Hanc etiam Ellipsin dici. V. Rhetores.
Admirans illud, mirari jam desino. Cic. 2. de Orat. 59.
Desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit venalia. Cic. 3. Verr. 144.
Fieri desinit. Cic. 1. Att. 14. Itaque conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt.
Desine ei succensere. Cic. 7. Verr.
Re aliqua desinere, pro Cessare de re aliqua. Cic. 4. Acad.
Timores desierant. Ovid. 5. Met 285.
Desinunt tremores, quum ventus emersit. Plin. lib. 2. cap. 82.
Desinere & Incipere, contraria. Plin. Paneg. cap. 57. Cic. 1. Off. 135. Et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.
Desinere gradatim. Plin. 2. Epist. 14. Sumus tamen solito rariores: quod initium est gradatim desinendi.
Desinere in orbem dicuntur Elenchi. Plin. lib. 9. cap. 35. Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.
Desinit in cacuminis fine effigies. Plin. lib. 2. cap. 3.
Desinere in violam dicitur fulgor gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 9. i. e. in violaceum colorem.
Desinunt caduca. Plin. 2. Epist. 10. Nam cætera fragilia & caduca, non minus, quam ipsi homines, occidunt, desinuntque.
Similiter desinere, & similiter cadere. Cic. 3. de Orat. 204. Nam geminatio verborum habet interdum vim, & leporem alias, & paulum immutatum verbum atque deflexum, &c. & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Hoc est, Quæ finiuntur & terminantur iisdem syllabis, aut eodem sono & rhythmo.
Desinere pertinere usumfructum accipiemus, etiamsi nec cœperit pertinere, quamvis legatus sit: & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec cœpit. Ulp. in l. 3. §. 1. D. Usufruct. quemad. caveat.
Desinere artem, pro Relinquere, & arti renuntiare. Sueton. in Tiber. cap. 36. Expulit & mathematicos: sed deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. Cic. 7. Fam. 1. Quod si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit, libenter mehercule artem desinerem, tecumque & cum similibus nostri viverem. Gell. lib. 15. cap. 16. Quum jam natu grandis, artem athleticam desiisset.
Desinere bellum. Sil. lib. 12.
Desinitur, [παύεται] imperf. Ovid. 1. de Arte Am. 411.
Tunc bene desinitur.
Desitum est contra eos disputari. Cic. 2. de Fin. 43. Idem 2. de Divin. Si enim esset factitatum, non esset desitum.
In quo desitum sit, deinceps incipere. Cic. 1. de Invent. 28.

DESĬTUS, [πεπαυμένος] Partic. Cic. de Clar. Orat. 123. Nocuimus fortasse, quod veteres orationes post nostras, non a me quidem (meis enim illas antepono) sed a plerisque legi sunt desitæ.
Desita ars, pro Derelicta. Gell. lib. 15. cap. 17. Cic. 9. Fam. 21. Post hunc tredecim fuerunt sella Curuli ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus.

DESINENDUS, Partic. Gell. lib. 2. cap. 12. Tum qui penitus atque alte usum ac sententiam legis introspexerat, non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicebat. Desinendam, id est, Finiendam, terminandam, sedandam.

DESĬTŪDO, ĭnis. f. Sulpit. Sever. præf. de Vitâ Martini. Et siquid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desitudine tanti temporis perdidissem. [Ex emendatione Giselini, Sed quam merito in dubium vocat Vorstius, cum lectio pristina Desuetudine etiam MSS. auctoritate firmetur. V. DISSITUDO.

DESĬNO, are. Pro Desivare, apud Festum Scaliger legit. i.e. Desinere. Hinc

DESĬNATIO, onis. f. Sen. Epist. 117. Hac desinatione misericordiam captans. Alii Detestatione vel Destinatione. [Sed V. Scalig. & Dacer. ad Fest. l. c. Muret. & Grut. ad Senec. locus uterque enim valde vexatus. V. & infra DESIVO.

DESĬPIO, ui vel īvi, [παραφρονέω, ἀφραίνω] ĕre. Cujus contrarium est simplex Sapere. Cic. 5. Verr. 122. Utrum ego desipio, & plus quam satis est, doleo, in tanta calamitate miseriaque sociorum? Et 2. Fam. 8. Senectute desipere. Cic. 1. Fam. 9. Quum offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute, quumque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset; quum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur.
Desipere, delirare, & dementem esse. Cic. 1. de Nat. Deor. 95.
Desipere intra verba. Cels. lib. 3. cap. 18. Ejus autem plura genera sunt, siquidem ex phreneticis alii hilares, alii tristes sunt, alii facilius continentur, & intra verba desipiunt, alii consurgunt, &c. Desipere intra verba, est nullo alio gestu, quam Absurdis sermonibus desipientiam prodere.
Dulce est desipere in loco. Hor. 4. Od. 12. 28.
Desipere mentis. Plaut. Epid. 1. 2. 35.
Desipiebam mentis, quum illas scriptas mittebam tibi.
Active est Saporem mutare. Tertull. de Pudic. cap. 13. & 18. Modicum fermentum totam desipit conspersionem.

DESIPIENS, Partic. [ἔκφρων, παράφρων] Idem ac Insipiens. Cic. 2. de Divin. 51. Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse deum dicam, an hominem?



Arrogantia desipiens. Cic. 2. de Nat. Deor. 16. Esse autem hominem qui nihil in omni mundo melius esse quam se putet, desipientis arrogantiæ est.

DESIPIENTIA, æ. Lucret. lib. 3. 498.
Desipientia fit, quum vis animi atque animāi
Conturbatur.

DESISTO, stĭti, stĭtum, [ἀφίστημι] ĕre. Stare in loco. Plaut. Mostel. Quid illic destitisti obsecro tandiu?
Desistere, Cessare, desinere. Cic. 5. Verr. 101. Rogat ut id facere desistant. Idem pro Quintio, Auctionem velle facere desistit.
Incipere & Desistere, contraria. Cic. 1. Tusc. 117. Homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant.
Desistere ex toto. Cels. lib. 3. cap. 3. Neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est.
Desistere ab aliquo, Secedere. Plaut. Men. 5. 2. 27.
Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus
Desistit? Id est, Recedit.
Desistere bello. Liv. 7.
Causa. Cic. 3. Off. 112. Rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa desistere necesse esset.
Conatu. Cæs. 1. Bell. Gall. 8. extr. Idem 3. Bell. Civil. 26.
Consilio. Cæs. 3. Bell. Civil. 21.
A defensione. Cæs. 2. Bell. Civil. 12.
Fuga. Cæs. 4. Bell. Gall. 12.
Incœpto. Liv. 25. 2. Virg. 1. Æn. 41.
Itinere. Cæs. 5. Bell. Gall. 11. Cæsar legiones, equitatumque revocari, atque itinere desistere jubet.
Litibus. Ter. Phorm. 4. 3. 29.
Desistere lite is videtur, non qui distulit, sed qui liti renuntiavit in totum. Desistere enim, est De negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat, l. 10. D. de judic.
De aliqua mente. Cic. 5. Fam. 2. Misi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret.
Negotio, & De negotiis. Cæs. 1. Bell. Gall. 45. Hirt. Bell. Afric. 45. Et te magnopere, ut de negotio desistas, adhortor.
Pugna. Varr. 3. de R. R. cap. 16.
Re aliqua. Plaut. Milit. 3. 1. 142.
Sententia, & A sententia, & De sententia. Cic. 4. Acad. Cœpit hortari, ut sententia desisterem. Idem 3. Off. 15. Itaque quum sint docti a peritis, facile desistunt a sententia. Idem 2. Tusc. 28. Rogatus a me, etiamne majus quam dedecus? verbo de sententia destitisti.
Cura labori desistit. Id est, Laborem destituit. Stat. 5. Theb. 273.
Desistere, cum infinitivo. Cic. 2. Verr. 118. Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis, judicatisque, & de judiciis datis dicere desistamus.
Non destitit urbes Inflammare odiis. Stat. 3. Theb. 338.

DESISTENS, Partic. [ἀφιστὰς] Qui desistit.
Desistente autumno. Varro 2. de R.R. cap. 3. Quod ad fœturam attinet, desistente autumno, exigunt a grege e campis hircos in caprilla.

DESITIATES, [Δεσιτιᾶται] Liburniæ populi in conventu Naronensi, quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 22.

DESIVO. V. DESINO, are. [Gothofredus quoque Desinare emendat. Sed fortassis apud Fest. nihil mutandum, ut enim a Juvo præt. contr. Juvi, sic a Sivo Sivi formatur, quod in Desino retentum est.

DESŌLO, [ἐρημόω, οἰόω] are. a Solus adj. derivatum: significat Solum relinquere, & auctore Nonio Destituere. 4. 120. ut Desolare agros. Columel. lib. 1. cap. 3. Nec magis quia superbum videbatur tantum loci detinere, quam quia flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, novo more civem Romanum supra vires patrimonii possidendo deserere. Virg. 11. Æn. 870.
Disjectique duces, desolatique manipli. Hoc est, Deserti signiferi. Servius.
Urbes desolavimus. Stat. 6. Theb. 914.
Penates desolati. Stat. 2. Sylv. 1. 67.
Loca. Stat. 10. Theb. 174.
Deserta & desolata absolute. Plin. lib. 10. cap. 12. Deserta incolit: nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa. De bubone.
Agmen desolatum magistro. Stat. 9. Theb. 672.
Filius, Solus e liberis relictus. Plin. Epist. Domumque pluribus adminiculis ante fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Budæus. V. mox in DESOLATIO notata.

DESOLATUS, [ἐρημωθεὶς] Partic. ut apud Silium lib. 8. Gentes desolatæ virorum.

DESOLĀTIO, onis. f. Qui hoc vocabulo usi fere omnes Christiani sunt, nec certo constat an antiquioribus etiam receptum tritumque fuerit. Unde factum ut Vossius proscripserit de Vit. Serm. 3. 8. & 4. 5. Adde Cellar. Cur. post. p. 300. & 375. Antibarb. recogn. p. 29. & 163. [Sane videtur ubique nomen verbale, juxta ac verbum, significationem sequi originis suæ, ut Solitudinem perpetuo, Vastationem per se nusquam denotet, tametsi hæc sæpius, quasi Synonyma, jungantur, ut Vastitas & Solitudo, quia plerumque hæc illam consequitur. Ecclesiastici vero scriptores videntur a propria significatione ad alteram illam deflexisse exemplo Vulgati SSæ. interpretis, qui Græcum ἐρημοῦσθαι & ἐρήμωσις his vocibus reddidit. V. Matth. 12. 25. & 24. 15. Luc. 11, 17. 21, 20. & passim in N. juxta ac V. T. ubi Desolare pro Vastare, destruere, & Desolatio pro Excidio liquido ponitur.
Desolatio ἐκπτωσις. Vet. Gloss. Zeno Veron. de Resur. cap. 40. Uxor viri amissione desolationem ferre non posse testatur. Salvian. de Gubern. Dei 6. p. 132. ex Jer. cap. 44. Facta est terra vestra in Desolationem.

DESOLATŌRIUS, Legitur in Onom. Vet. ubi ἐρημικὸς vertitur & apud Vulg. Interp. Psalm. 120. 4.

DESPECTIO, DESPECTO, DESPECTUS. V. DESPICIO.

DESPERNO, ēvi, ētum, [καταφρονέω] ĕre. Idem quod Spernere. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube despretus. Columel. 10. 298.
— ne Corydonis opes despernat Alexis.

DESPRETUS, valde Spretus. Festus. Hinc Gall. *Desprises* H. St. [Sed videtur potius a Latino Sequioris ævi Depretiare.

DESPĒRO, [ἀπελπίζω, ἀπογινώσκω, ἀπαγορεύω] are. Extra omnem spem esse. Varie construitur.
Desperare & Confidere, contraria. Cic. 1. Off. 73. Considerandum est, ne aut temere desperet, propter ignaviam, aut nimis confidat, propter cupiditatem.

Desperare & diffidere rebus suis. Cic. in Pison. 88. Quid quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti?

Ab aliquo desperare. Cic. in Pison. 12. Spem habere a Tribuno pleb. si tua consilia cum illo conjunxeris: sed a Senatu quidem desperasse.

Bene desperare salutem. Ovid. 3. de Ponto 7. 23. i. e. Nullam sperare.

Desperare de aliqua re. Cic. 3. Verr. Necesse est quum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem judiciorum requirat.

De regno. Cæs. 1. Bell. Gall. 18. Imperio Pop. Rom. non modo de regno, sed de ea, quam habeat, gratia desperare.

De Republica. Cic. 2. Fam. 4. Et 8. Att. 11.

De se. Cic. 10. Fam. 21.

Sibi. Cæs. 7. Bell. Gall. 50. A multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis jam vulneribus acceptis, &c. Cic. pro Muren. 45. Alium faciam: quoniam sibi hic ipse desperat.

Suis fortunis. Cæs. 3. Bell. Gall. 12. Et Cic. Post redit. in Senat. 3.

Honores. Cic. 2. in Catil. 19. Honores, quos quieta Repub. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur.

Nil. V. DESPERANDUS.

Quod est optimum, non est desperandum. Cic. in Orat. 6.

Desperare rei alic. Cic. in Pison. 84. Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcem coegerunt.

Pacem. Cic. 7. Att. 20. Breviloquentem jam me tempus ipsum facit: pacem enim desperavi.

Reditum in aliquem locum. Cic. in Somn. Scip.

Saluti. Cic. pro Cluent. 68. Promissis eum suis excitavit abjectum, & simul saluti desperare vetuit.

Salutem alicujus. Cic. de Amicit. & Att. Sed hæc jam nostra salus cum hac lege desperata erit.

Vitam alicujus. Cic. pro Milon. 57. In quo incensos ira, vitamque domini desperantes, quum incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt.

Temere desperare. Cic. 1. Off. 73.

Desperare, cum infinitivo. Cic. 2. de Divin. 48. Non equidem plane despero ista esse vera: sed nescio, & discedere a te volo.

Desperari, pass. Cic. 1. Q. fratr. 3. Sive restituimur, sive desperamur, nihil amplius opus est.

Desperabantur promissi prælia Martis. Martial. lib. de Spect. 22.

Turpiter desperatur quicquid fieri potest. Quintil. lib. 1. cap. 10.

DESPĒRANS, Partic. [ἀπελπίζων] Cic. 1. de Fin. 61. Omnia semper desperantes.

Desperantia ulcera. Plin. lib. 22. cap. 24. Dolores nervorum mulcet, ulceraque jam desperantia cicatrice includit. [Sed MSS. Reg. & Colb. ulceraque, jam desperantia cicatricem, cludit. Quam lectionem merito præfert Harduinus.

DESPERANTER, Adv. [ἀνελπίστως] Cic. 14. Att. 18. Servius proficiscens, quod desperanter tecum loquutus est, minime miror: neque ei quicquam in desperatione concedo.

DESPERĀTUS, Partic. [ἀπεγνωσμένος] De quo nulla est spes. Cic. in Catil. 2. 10. Desperatorum hominum flagitiosi greges.

A seipso desperatus & relictus. Cic. in Pison. 99.

Desperatus ab omnibus. Cic. pro Rosc. Amer. 27.

Sed mehercule rursus tam abjectam compositionis spem non desperatissimam esse puto. Cic. 9. Att. 8.

Causa publica desperata. Cic. 7. Att. 23.

Collegium desperatum. Cic. 3. de Legib. 24. Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit?

Fuga alicujus. Cic. 5. Philipp. 36.

Lustrum. Cic. 4. Att. 15.

Magnus & diuturnus, & jam desperatus Reip. morbus. Cic. pro Sylla 76.

Pecuniæ. Cic. pro Muren. 42. Ipse autem in Gallia, ut nostri homines desperatas jam pecunias exigerent, æquitate diligentiaque perfecit.

Desperatissimum perfugium. Cic. 2. Verr. 101. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se imprudentem fecisse.

Res pene desperata. Cic. pro Domo sua 24.

Desperata & ægrota Respub. Cic. Divin. in Verr. 76.

Respublica desperata sanari potest. Brutus Attico in Epist. ad Brutum 17.

Desperatissima spes. Cic. 9. Att. 9.

Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Cic. 16. Att. 15.

In perditis & desperatis habere. V. HABEO.

DESPERATE, Adv. ut Desperate sollicitus. Augustin. Epist. 237. ad Celerem.

DESPERANDUS, Partic. [ἀπογνωσθησόμενος] Cic. 2. in Catil. 10. Quod si in vino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Hor. 1. Od. 7. 27.

Nil desperandum, Teucro duce & auspice.

DESPERATIO, [ἀπόγνοια, ἀπόγνωσις] Cic. 4. Tusc. 19. Desperatio, ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum.

Amissio rerum, & desperatio recuperandi. Cic. 4. Fam. 3. Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.

Imbecillitas & desperatio. Brutus Cic. 16. Ista vero imbecillitas & desperatio, cujus culpa non magis in te residet, quam in omnibus aliis, & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, &c.

Rerum alicujus desperatio animos omnium occupat. Cic. 11. Att. 6.

Desperatio sapientiæ. Cic. 4. de Fin. Huic mori optimum esse propter desperationem sapientiæ.

Victoriæ desperatio. Cic. 12. Philipp. 10. His igitur omnibus victoriam sperantibus, pacis nomen afferemus, id est, desperationem victoriæ?

Vitæ desperatio propter conscientiam scelerum. Cic. 2. Philipp. 88.

Quum magna desperatione affectus essem, ecce tibi, &c. Cic. 14. Att.

Cum omnium rerum desperatione confligit bona spes. Cic 2. in Catil. 25.

A desperatione ad spem revocare. Cic. Post redit. in Senat. 22. Qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit.

Quærere desperatione fugam, & maritimam opportunitatem. Cic. 8. Att. 8.

DESPERĀTOR, oris. m. Gloss. Lat. Gr. ἀπηλπισμένος.

DESPERABILIS, Vulg. Interp. Jer. 15. 18.

DESPĬCIO, exi, ectum, [ὑπερορῶμαι, παρορᾶν, καταφρονεῖν] ere. Deorsum aspicere. Plaut. Cistel. 4. 2. 25. Hoc inquam age, ad terram aspice, & despice, oculis investiga. Adde Non. 4. 141.

Despicere & aspicere. Cic. de Arusp. Resp. 33. Tollam altius tectum: non ut ego te despiciam, sed tu ne aspicias urbem eam, quam deleri voluisti.

Despicere ad aliquem. Plaut. Milit. 2. 3. 16.

Fronte superba despicere aliquem. Claud. in Sec. Cons. Stilich. 218.

De vertice montis in valles. Ovid. 11. Met. 504.

In terram. Columel. lib. 4. cap. 26.

In vias. Hor. 3. Od. 7. 29.

Prima nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ.

Irrisum vultu despicit. Ovid. 1. Fast. 420.

Despicere, pro Aspicere. Cic. 4. de Fin. 64. Quoniam catuli qui jam despecturi sunt, cæci æque ut hi qui modo nati. Idem pro Rosc. Amer. 22.

Despicere, pro Animadvertere. Cic. pro Sylla 40. Nec vero possum meo tantum ingenio dare, ut tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reipub. mea sponte despexerim.

Despicere, per translationem, pro Contemnere, & quasi Infra se, & ad pedes suos projectum aspicere: quemadmodum & Suspicere Venerari significat, quasi supra nos aspiciamus aliquem esse collocatum. Hæc Valla lib. 5. Cic. pro Fontejo 26. Quod si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit. Tibul. 1. 1. 92.

Despiciam dites, despiciamque famem.

Despicere, ac pro nihilo putare. Cic. 3. de Fin. 29.

Contemnere ac despicere. Cic. 4. de Fin. Sed neque magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum & despiciendum, nec magnopere expetendum.

A suis despici. Cic. de Senect. 7.

Munera alicujus despicere. Propert. 1. 14. 24.

Omnes despicere, & hominem præ se neminem putare. Cic. pro Rosc. Amer. 135.

Et regum magnæ despiciantur opes. Tibul. 1. 9. 34.

Vulgi & imperitorum inscitiam. Cic. 3. Off.

Solitudinem, communemque alterius calamitatem nemo despexerit. Cic. 1. Q. fratr. 4.

Vitam, mortem, divitias, paupertates excelso animo, magnoque despicere. Cic. 2. Off.

DESPICIENS, Partic. [καταφρονῶν] Cic. 2. de Orat. 364. Nemo unquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret, aut melius, aut eodem modo se posse dicere.

Despiciens mare velivolum, terrasque jacentes. Virg. 1. Æn. 227. de Jove. Hoc est, Deorsum aspiciens. Servius.

DESPICIENDUS, Partic. [καταφρονητέος] Ovid. 5. Fast. 642.

Tunc etiam pecori despiciendus eram. Et Gallus Eleg. 2. 20.

DESPICIENTIA, æ. [παρόρασις, ὑπεροψία] Cic. in Partit. Despicientia in contemnendis honoribus.

Despicientia rerum humanarum. Cic. 1. Tusc. 95.

Animi despicientia. Cic. 2. Off. 38. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.

Rerum externarum despicientia. Cic. 1. Off. 66.

DESPECTUS, Partic. [καταπεφρονημένος, καταφρονητός] Cic. in Pison. extr. Sed abjectum, contemptum, despectum a cæteris, &c. videre te volui.

Despectus tibi sum, nec quis sim quæris, Alexi. Virg. 2. Ecl. 19.

Consilia despecta. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 266.

Honos despectus pacis. Sil. lib. 3.

DESPECTUS, ûs. [καταφρόνησις] Aspectus deorsum vergens. Cæs. 7. Bell. Gall. 79. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Ibid. lib. 3. 14. Colles & loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare.

Despectus, Contemptus. ut, Ludibrio & despectui aliquibus opponi. Author ad Heren. lib. 4.

DESPECTIO, onis. f. [παρόρασις] Cic. apud Nonium 4. 141. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionem alta quædam despectio.

DESPECTOR, oris. m. Qui despicit. Tertull. adversus Marc. 2. 23. Eligitur Saul, sed nondum despector prophetæ Samuelis.

DESPECTRIX, īcis. Tertull. Apol. cap. 26. Judæa despectrix divinitatum. Idem de Anima cap. 23. Virtus despectrix mundi.

DESPECTO, [καθορᾶω] are. Virg. 1. Æn. 396.

— nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam despectare videntur. Liv. 6. Bell.

Maced. Tum regionem maxime eo despectat oppido, qua breve intervallum videtur.

Ex æthere despectat terras. Ovid. 4. Met. 622. de Perseo volante.

DESPECTANS, Prudent. Psychom. v. 182.

— tumido despectans agmina fastu.

DESPECTATIO, onis. f. Vitruv. 2. 8. Despectationes cœnaculorum. [In Cod. Junt. legitur Despectiones.

DESPECTATOR, oris. m. Despectatores divinarum sententiarum. Tertull. ad Uxor. 2. 8. princ.

DESPICA, & Prospica; Intenta & Contempla. Nævius Assitogiola, Ac sibi prospica ac despica. Hæc Nonius. 2. 667. Despicus a Despiciendo, Intentus, vigil: cujus exempla apud Apul. frequentissima sunt. [Sed cum Nonius addat. Potest ergo Prospicus ac Despicus dici, de nomine agi adjectivo apparet: pro Contempla proinde Contemplans legendum.

DESPICOR, [ὑπερορῶ] ari. Idem quod Despicere. Aur. Victor de Viris Illustr. in Camillo cap. 23. Primum, ut deos venerati, deinde ut homines despicati, interfecere. Hinc

DESPICATUS, a, um. Adject. ex Partic. Sensu pass. Ter. Eun. 2. 3. 92. Quæ nos, nostramque adolescentiam habent despicatam. ubi Donat. Contemptam atque Despectam, & est ἐπίληψις & μεταπλασμὸς, vel certe alterius verbi declinatio ab eo, quod est Despicor, ut Conspicor. Superl. ap. Cic. pro Sext. 36 Cessi tribuni pleb. despicatissimi hominis furori. Gell. 15. 4. Ignobilissimos prius homines & despicatissimos.

DESPICĀTUS, ûs. [ὑπερόρασις] Contemptus.

Despicatui duci, est Contemni. Cic. pro Flacc. 65. Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam siquis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Plaut. Men. 4. 3. 19. Despicatui habere.

DESPICATIO, onis. f. [ὑπερόρασις] Cic. 1. de Fin. 67. Ut odia, invidiæ, despicationes, adversantur voluptatibus.

DESPICĀBILIS, Paulin. Nolanus Epist. 22. n. 2. Honorabiliter despicabiles vocat qui munditiem cultus & vestitus negligunt, intrinsecus autem pii & honesti ac propterea honorabiles quanquam vulgo despicati sint.

fint. Salvian. Epist. 1. Domo non despicabilis. Et lib. 2. cap. Avar. p. 68. Despicabilis vilitate. adde Ammian. 26. 8. Sidon. Epist. 4. 7. & 3. 9. Mart. Capell. 6. p. 192. compar. Sidon. 2. Epist. 10. Stipula despicabiliorem pronuntiare.

DESPŒNA, [Δέσποινα] Latine Domina, hera. Accipitur pro Proserpina. Cæl. lib. 10. cap. 17.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Virg. 6. Æn. 396.

DESPOLIABULUM. V. DESIDIABULUM & DISPOLIABULUM.

DESPŎLIO, [ἀποδύω, ἀφαιρέω] are. Exuere. Plaut. Casin. 4. 4. 4. Vir te vestiat, tu virum despolies. Cic. 7. Att. 9. Quum ferret literas ad bustum Basili, vulneratus & despoliatus est. V. DISPOLIO.

Despoliare digitos, pro Annulos ex digitis detrahere. Plaut. Milit. 4. 2. 57. Ab illa quæ despoliat suos, & tuos digitos decorat.

Virgis dorsum alicujus. Plaut. Epid. 1. 1. 85. Depolire, in editis, Sed V. Boxhorn.

Templum. Cic. 3. Verr. 54. Qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit.

Misera & despoliata. Cic. 14. Fam. 2. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in ejus partem te miseram & despoliatam venire. [v. ts negant esse in MSS.] Petron. cap. 30. p. 114. & cap. 49. p. 246. de iis adhibet qui virgis cædendi exuuntur.

Despoliantur pro Despoliant notat Priscian. 8. p. 796.

DESPOLIATIO, onis. f. Tertull. de Resur. Carn. cap. 7. Despoliatio carnis.

DESPOLIATOR, oris. m. Plaut. Trinum. 2. 1. 14. Avarus, elegans, despoliator.

DESPONDEO, di, sum, [μνηστεύω, ἐγγυάω, καθομολογοῦμαι] ēre. Est Promittere a Spondeo q. V. frequentius de Nuptiarum promissione adhibetur, Qui Spoponderat filiam, Despondisse dicebatur; quod de Sponte ejus i. e. voluntate exierat, inquit Varro de L. L. 5. p. 62. ed. Steph. Plaut. Cistel. 2. 3. 56.

Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam
Suam despondit in divitias maximas. Cic. pro Cluent. 179. Idem 1. Att. 3. Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus. In his exemplis Despondet pater puellæ. Ter. And. 1. 1. 72.

— hac fama impulsus Chremes,
Ultro ad me venit: unicam gnatam suam,
Cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit, despondi, hic nuptiis dictus est dies. Hoc loco Despondet etiam pater adolescentis. Errant igitur, qui putant, Spondere puellæ patrem, Despondere adolescentis tantum.

Filiam alicujus sibi despondere. Cic. 8. Fam. 7. Cornificius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit.

Bibliothecam suam alicui despondere. Cic. 1. Att. 10. Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris: nam ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem. Hoc est, Venditurum te promittas.

Dotem virgo desponderat hosti. Propert. lib. 3. Eleg. 17. 23. Hoc est, Promiserat.

Spes Reipub. despondetur tibi Consuli. Cic. 12. Fam. 9. Exigua enim spes est Reipub. nam nullam non libet dicere, sed quæcunque est, ea despondetur anno Consulatus tui.

Despondebitur. Ter. And. 5. 6. extr.
Ne expectetis dum exeant huc, intus despondebitur.

Despondere sibi domum alicujus, i. e. Spe invadere. Cic. 11. Att. 6. L. vero Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat. Hoc est, Sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur sibi.

Despondere animum ille dicitur, qui Suæ spontis statuit finem, auct. Varrone de L. L. l. 5. p. 63. ed. Steph. usurpatur frequentius de eo qui quasi ex Desperatione mori decrevit, [ἀθυμεῖν, ἀπαγορεύειν] Plaut. Milit. 4. 2. 62.

Nam nisi tu fers illi suppetias, jam illa animum despondebit.

Liv. 6. Bell. Pun. Ne desponderent animos.

Despondere, subaudito nomine Animum. Columel. de Turdis loquens, lib. 8. cap. 10. Difficulter in aliam regionem transferuntur: quia caveis clausi plurimi despondent, &c.

Despondere sapientiam. Columel. lib. 11. cap. 1. Quam probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas Orator esse perfectus: aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? Id est, Desperaris te posse assequi sapientiam.

DESPONSUS, Partic. [ἐγγυητὸς, μεμνηστευμένος] ut Desponsa puella. Thalamo alicujus desponsa virgo. Stat. 10. Theb. 61.

Desponsa & destinata laus alicui. Cic. de Arusp. Resp. 6. Cui me præripere desponsam jam & destinatam laudem, quum ipse ejus opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Connubia. Catul. 63. 26.

Provincia. Cic. de Provinc. Consf. 37. Habere provinciam debet is, ut eam desponsam, non decretam habere videatur. Idem 1. Att. 16. Desponsam homini jam Syriam ademi.

DESPONSIO, onis. f. Cæl. Aurel. Acut. 3. 18. pro Desponsione animi.

DESPONSO, are. frequent. Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. cap. 13. Filia jam ante desponsata Turno fuerat. Et Messala Corvin. p. 9. Filiam Turno Rutulorum regi desponsarat.

DESPONSATUS, [μεμνηστευμένος] Partic. Cic. 2. Q. fratr. 11. Dederam ad te literas antea, quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatam. Alia exemplaria habent Desponsam. Desponsata, pro Desponsa. Sueton. in Cæs. cap. 1. Dimissa Cossutia, quæ familia equestri, sed admodum dives prætextato desponsata fuerat, &c.

DESPONSĀTIO, onis. f. Promissio futurarum nuptiarum. Ita accip. l. 4. Decretal. tit. de clandest. desponsat. & l. 6. tit. de desponsatione impuberum. Tertull. de Virgin. Veland. cap. 11. Ad desponsationem velari.

DESPONSATOR, Promissor nuptiarum. JCt. in Cod.

DESPOSIONAUTÆ, Lacedæmoniis dicebantur Servi quidam libertate donati, qui classes conscenderent. V. Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 20.

DESPRETUS, [καταφρονητός] Valde spretus. V. DESPERNO.

DESPŪMO, [ἐπαφρίζω] are. Spumas extrahere. Plin. lib. 36. cap. 25. Fastigium vero servari in pedes denos sescuncem, ac diligenter cote despumare, quernisque axibus contabulare. i. e. abstergere, æquare, polire. V. Hard. ad l.

Virg. 1. Georg. 296.

Et foliis undam tepidi despumat aheni.



Despumare pro Decoquere, vel Concoquere, per translationem. Pers. 3. Sat. 3.

Stertimus indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.

Despumare, pro Spumando ejicere. Sen. Epist. 100. Quum aliquid lacrymarum affectus effuderit, & ut ita dicam, despumaverit.

Despumare, neut. Sen. 2. de Ira, Labor illos citra lassitudinem exerceat, ut minuatur non consumatur calor, nimiusque ille fervor despumet. Id est, quasi Ejecta spuma resideat. Conf. DISPUMO.

DESPUMANS, Vulg. Jud. Epist. 13.

DESPUMATUS, Despumatum mel. Plin. l. 22. c. 24. Cels. 3. 6. Faba. Apic. 5. 3. Libramentum cote Vitruv. 7. 4. eo sensu, quem supra ex Plin. in ipso verbo posui.

DESPUMATIO, Tertull. de Carne Christi cap. 19.

DESPUO, ui, ūtum, [καταπτύω] ĕre. Idem quod Spuere.
Despuit in molles & sibi quisque sinus. Tibull. 1. 5. extr.
V. eund. 1. 2. 54. Schol. Juven. 7. Sat. 112. & per translationem, Ridere, abominari. Plin. lib. 28. cap. 4. Eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est.

Mores alicujus despuere. Id est, Contemnere. Claud. de Cons. Hon. 4. 403.

Despuere in mores, Abominari. Pers. 4. Sat. 34.
Est prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores.

Despuere comitiales morbos. Plin. lib. 28. cap. 4. Despuimus comitiales morbos, hoc est, Contagia regerimus. Ubi Hard. V.

Preces alicujus despuere. Catul. 50. 19.

Despui, pass. [καταπτύεσθαι] Plin. lib. 10. cap. 23. Simulque comitialem propter morbum despui suetum.

Despuitur, [καταπτύεται] imperf. Liv. 5. 40. Ubi nunc despui religio est.

DESPUTUM, i. n. Cæl. Aurel. Acut. 3. 20. 195. Feruntur cum his humoribus plerumque subalbida desputa. V. Barth. Adv. 39. 1.

DESPUTAMENTUM, i. n. Fulgent. Myth. 3. Scintillantis olei desputamento aliquem accendere.

DESQUĀMO, vel, ut minus correcte scribitur, DISQUAMO. [ἀπολεπίζω] āre. Squamas avellere & auferre. Plaut. Aulul. 2. 9. princ. Dromo desquama pisces, &c.

Desquamare, etiam de arboribus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 24. Etiam subarator imprudens luxavit radices, corpusve desquamavit. Idem lib. 23. cap. 7. Summo cortice desquamato.

Desquamare vestes. Plin. lib. 35. cap. 17. Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia, quæ est coloris veri.

DESQUAMATUS, a, um. nomen ex partic. Plin. l. 29. C. 2. Succidam imponunt & desquamatis, percussis, lividis &c. Sic. 24. 11. & 28. 4. & 22. ult. Quibus omnibus locis neutr. pl. substantive ponitur, ut Ambusta, Percussa &c. Idem l. 25. C. 8. Ita desquamato terreno servantur. i. e. Derasa & rejecta terræ gleba. Hic est partic.

DESTERCŌRO, ut Destercorare latrinas, id est, Stercoribus purgare. Ulp. in l. Sed & siquid inædificaverit. §. 1. D. de usufructu, Destercorandis latrinis præponat. Haloander habet, Extergendis. Pandectæ Florent. Stercorandis. Judicet lector.

DESTERTO, ui, ĕre. Quod vulgus Gallicum dicit *Dessonger*. Pers. 6. Sat. 10.
Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides, quintus pavone ex Pythagoræo. Cor Enni, id est, Sapientia Ennii, sive Sapiens Ennius. Destertuit, Stertere desiit a somno excitatus, non amplius stertuit sanæ mentis effectus, desiit somniare juxta Pythagoræ palingenesiam, animam Homeri in suum corpus transisse, & ita se factum esse poetam. Non desunt qui exponant Destertuit, Multum stertendo sibi visus est esse Mæonides, id est, Accepisse animam Mæonidæ Homeri. Quæ interpretatio si recipitur, ironia erit satyrica in dictione Cor, significatque Stultitiam.

DESTICO, are. Sorices dicuntur, ut ait author Philomelæ in fine operum Ovidii.

DESTICOS, [Δέστικος] Insula est exigua, Thraciæ adjacens, non procul a Chersoneso, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

DESTILLARE, [καταλείβειν] pro Distillare legitur apud authores, ut apud Columel. lib. 12. cap. 18. Cels. lib. 4. cap. 2. Destillat autem humor ex capite interdum in nares. [Imo prorsus ita scribendum est. V. DISTILIO.

DESTILLATIO, onis. f. [κατάῤῥους] Destillatio lachrymarum Marcell. Empir. cap. 8. Cels. 2. 1. Seniores gravedines & destillationes male habent. conf. eund. 1. 2. & 5. 4. 4. Sen. Epist. 120. Plin. 23. 8. Scrib. Larg. comp. 90. & 93. V. DISTILLATIO.

DESTĪNA, Vinculum quo ædificium continetur. Vitruv. 5. 12. Si destinæ arcas non potuerint continere. Idem & Destinare inde pro Colligare usurpavit. Alii per Columnas explicant, quæ ædificia sustinent: quæ alia voce Telamones, Græcis Atlantes dicuntur. Vitruvii Incumbæ ad hanc vim pertinent. V. Barth. ad Claud. p. 517. Elmenh. ad Arnob. p. 104. Arnob. 2. p. 92. Non post Theutim Ægyptium, aut post Atlantem, ut quidam ferunt, gestatorem, bajulum, tibicinem illum ac destinam cœli. Corippus de Laud. Justin. 1. 17.
Et Thomas Libycæ nutantis Destina Terræ.

DESTĪNO, are. Id est, Destinis qu. alligare, vel, ut Riccius habet, Certum terminum constituere, ultra quem progredi, aut intra quem confici negotium non potest. Vitruv. 5. 12. Arcæ stipitibus robustis & catenis inclusæ in aquam demittendæ, destinandæque firmiter. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Funes, qui antennas ad malos destinabant. V. Cerd. ad 2. Æneid. v. 129. Ap. Cæs. sunt, qui Distinebant legunt. Confer tamen 7. 22. & Civ. 1. 25. Inde Deliberare, assignare, deputare, addicere, quasi stare facere. Plin. 3. Epist. 3. Destino enim (si tamen officii ratio permiserit,) excurrere isto.

Destinare ædes. Plaut. Mostel. 4. 2. 58. — quid, eas quanti destinat? TR. Talentis magnis totidem quot ego & tu sumus. Hic enim & Pers. 4. 4. 115. Destinare est Emptione facta arrhabonem dare, cæterum pretium in diem differre. ut observat Gronov.

Destinare aliquid agere. Cæs. 1. Bell. Civil. 33. Infectis iis, quæ agere destinaverat.

Destinare animo, & animis, & in animo. Liv. 1. Bell. Pun. Si hoc bene fixum, omnibus, destinatumque in animo est, iterum dicam, vicistis. Idem 7. ab Urbe, Adeo morte sola vinci destinaverant animis.

Destinare animo authorem cædis, pro Suspectum habere. Liv. lib. 3. Decad. 4. Animis Leusippum omnes cædis authorem destinabant.

Destinare de aliqua re. Sueton. in Cæs. cap. 44. De ampliando imperio plura aut majora in dies destinabat. Id est, Parabat, constituebat, delibera-

liberabat. Cajus l. ult. in princ. D. de verborum obligat. Si ſervus aut filius famil. ita ſtipulatus ſit: Rem illam aut illam, utrum ego velim: non pater dominusve, ſed filius ſervusve deſtinare de alterutra debet.
Deſtinati Cenſores. Plin. 10. Epiſt. 83. Ego a deſtinatis Cenſoribus, quid ſentirem, interrogatus, eos, &c. i. e. Deſignatis.
Deſtinare aliquem aræ, id eſt, immolationi, ſive ut immoletur. Virg. 2. Æn. 129. — & me deſtinat aræ.
Deſtinari foro. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Deſtinare ægrum cibo. Celſ. lib. 3. cap. 4. Aſclepiades ubi ægrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo deſtinabat. [ Quartum diem edit. Lind.
Alicui diem necis. Cic. 3. Off. 45. Et Plin. Epiſt. Dummodo jam nunc deſtines diem, quo & de illis, & de his coram exigere poſſimus.
Collum in furcas. Varr. 1. de R. R. cap. 20. Novellos quum quis emerit juvencos, ſi eorum colla in furcas deſtinata incluſerit ac dederit cibum, &c. Caſtigatior lectio ex vetuſto exemplari, habet In furcas deſtitutas, &c.
Adduntur e ſervitiis gladiaturæ deſtinati. Tacit. 3. Ann. 43.
Ictum certum deſtinare. Claud. de Hyſtrice 32.
Aliquem imperio. Ovid. 15. Met. 3.
Arcus deſtinat. Lucan. ad Piſon. — non ſemper Cnoſſius arcus Deſtinat, exempto ſed laxat cornua nervo. Al. Arcu.
Deſponſam & deſtinatam laudem alicui præripere. Cic. de Aruſp.Reſp.6.
Deſtinari ad mortem. Liv. 2.
Deſtinata alicui pecunia, Promiſſa. Ulp. in l. A divo Pio.D.de re judicata.
Deſtinare alicui provinciam. Liv. 1. Bell. Pun. Aſdrubali fratri, viro impigro, eam provinciam deſtinat.
Puellam, pro Deſpondere. Plin. Epiſt. Jam deſtinata erat egregio juveni, jam electus nuptiarum dies.
Deſtinare ſibi puellam minis triginta. Plaut. Rud. Prol. 45.
Sermonibus aliquem hoſtem. Liv. 5. Bell. Maced. Romæ deſtinabant quidem ſermonibus hoſtem Antiochum, ſed nihildum ad id bellum præter animos parabant.
Spei alicui deſtinatus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Deſtinare ſpe aliquid futurum. Liv. 9. Bell. Pun. Qui enim convenire, quem modo civitas juvenem admodum unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit ducem, quem recepta ab hoſtibus Hiſpania ad imponendum Punico bello finem creaverit Conſulem, ſpe deſtinaverit Africam ſubacturum, Annibalem ex Italia retracturum, &c.
Servitiis deſtinare aliquem. Valer. 2. Argon. 484.
Tempus & locum ad certamen. Liv. 3. Bell. Maced.
Uſibus publicis deſtinatus locus. Ulp.in l.oſſa. D.de relig.& ſumpt.funer.
Deſtinatum eſt mihi, & Deſtinatum eſt mihi in animo. Liv. 6.
Deſtinare, pro Mittere. Sueton. in Galba cap. 16. Statimque legationem ad Prætorianos cum mandatis deſtinaverunt, diſplicere imperatorem in Hiſpania factum, &c.
Deſtinare in provinciam. Ulp. in l. 2. §. legatis. D. de judic.
Deſtinare, pro Notare. Curtius lib. 9. 23. Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut fur deſtinabatur, ferre non potuit.
Deſtinare, pro Scopum deſignare quem petas. Liv. 38. 29. Non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris. Hinc Deſtinatum apud Ambroſium Scopum ſignificat.
Deſtinare, Attingere id quod petis & prendere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 22. Nam laqueis falces avertebant, quas quum deſtinaverant, tormentis introrſus reducebant. Ex Turnebi Adv. 14. 11. V. ſupra a princ. notata.
Deſtinare, pro Definire. Marcell. l. 94. D. de verb. oblig. Alioquin ſi, quum deſtinare genus, & modum vellet, non fecit, nihil ſtipulatus videtur.
**Destinātus**, Partic. Alligatus. Apul. 4. Met. p. 143. Arreptum me loro quum valido ad anſulam quandam deſtinatum, rurſum cædendo confeciſſent. Idem 6. p. 184. Sidon. 1. Epiſt. 7.
Deſtinati ad certamen. Liv. 3. Bell. Maced.
Certis, deſtinatiſque ſententiis addicti. Cic. 2. Tuſc. 5.
Non eſt annus hic tibi deſtinatus. Cic. 10. Fam. 25. Id eſt, Non eſt tibi legitimus ad petendum.
Locus alicui deſtinatus. Cic. pro Sextio 66. Qui locus orbis terræ jam non erat alicui deſtinatus.
Deſtinatus, pro Certo & definito. Fab. lib. 3. cap. 8. Judicialem in qua fere eadem: ſed certis deſtinatiſque perſonis quærantur.
**Destinato**, Adv. Sueton. Cæſ. cap. 60. Prælia non tantum deſtinato ſed ex occaſione ſumebat. Idem Calig. C. 43. Ex deſtinato. V. DESTINATUM.
**Destinate**, Adv. Ammian. 18. 3. Florentio & Lupicino deſtinate certantibus.
Compar. Idem 20. 8. Eum ad ſe prodire deſtinatius adigentes.
**Destinatio**, onis. f. [πϱοαίϱεσις] ut Deſtinatio mortis. Plin. lib. 36. cap. 14. & lib. 8. cap. 25.
Deſtinatio, pro Deliberatione. Plin. lib. 7. cap. 45. Peſtilentia Urbis, fames, ſitiſque Italiæ, deſtinatio expirandi, & quatridui inedia, major pars mortis in corpus recepta.
Certus deſtinationis. Tacit. 12. Ann. 32. Ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxere ducem, deſtinationis certum, ne nova moliretur, niſi prioribus firmatis.
**Destinatum**, i. ſubſtantive. Ex deſtinato. V. modo DESTINATO Adv. Plur. Curt. 3. 8. 29. Deſtinata ſalubriter, omni ratione potentior, Fortuna diſcuſſit. Plura Freinſh. in Ind. q. V.
**Destituo**, ui, ūtum, [καταλείπω, μεθίημι, ἐξαπατάω] ĕre. ex De & Statuo; ſignificat proprie Defigere, deponere. Sic Furcas deſtituere Varro dixit pro Infigere. V. Nonium 4. 120. Plaut. Rud. 3. 5. 43.
Ita duo deſtituit ſigna his cum clavis ſenex. Liv. 7. 10. & alibi.
Plura Cujac. Obſerv. 10. 24. Deinde ſignificat Derelinquere: ut Deſtituere rem inchoatam. Liv. 4. Bell. Maced.
Deſtituere aliquem, pro Deſerere. Cic. 13. Att. 49. Ait illum me animi conſcientia, quod Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari.
Ab arte deſtitui. Ovid. 6. Epiſt. 155.
Deſtituor prudens artis, ab arte mea.
Pietas & fides deſtituunt. Lucan. lib. 5. 298. Hoc eſt, Abeunt.
Somnum deſtituit imago. Ovid. Rem. Amor. 576.
Spes deſtituit. Tibull. lib. 1. Eleg. 1. 7.
Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos Præbeat.

Deſtituere ſpem. Liv. 1. 51. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quod morando ſpem deſtituerit. Columel. lib. 4. cap. 24. Quæ nec ſpem vindemiæ deſtituant, nec emacient ſtirpem ſuam. De palmis vitium. Rurſus Liv. 1. 41. Deſtituit ſpes.
Spe deſtitui. Ovid. 3. Epiſt. 143.
Comitem deſtituere. Ovid. 8. Met. 176.
— comitemque ſuam, crudelis, in illo Littore deſtituit.
Sorti fortunas. Cic. 5. Philipp. 33. Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cujuſque nos ita addixit, ut ne ſibi quidem, &c.
Incœptum opus. Ovid. 3. Amor. 12. 18.
Poma deſtituunt famem. Sen.Herc. Hoc eſt, A famelico Tantalo fugiunt.
Preces deſtituere. Ovid. ad Liviam 198.
Propoſitum. Ovid. 3. Amor. 7. 14.
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror. Ovid. 15. Epiſt. 136.
Deſtituere ſtudia alicujus. Liv. 9. Bell. Maced. Gratias Pop. Rom. egit quod tanto ſtudio, quotieſcunque declarandæ voluntatis poteſtas facta eſſet, Prætorem ſe voluiſſet facere: ea ſibi ſtudia civium ſuorum deſtituere non in animo eſſe.
Deſtituere, pro Fallere fidem, & promiſſum non præſtare. Cic. pro Cluent. 83. Contrahit frontem, & queritur ſe ab Oppianico deſtitutum. Budæus.
Decipere ac deſtituere aliquem. Cic. pro Roſc. Amer. 117. Ejuſdem muneris, legationis, officii, mandatorumque ſocios induxit, decepit, deſtituit.
Deſtituere navem anchoris, apud Nævium, pro Statuere. Non. 4. 120.
**Destituens**, Auſon. Technop. de Deis ult. Et nunquam in dubiis hominum, bona deſtituens Spes.
**Destitūtus**, [καταλειφθεὶς, ἀπεῤῥιμμένος] Partic. Cic. 1. Off. Magiſque ille cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur.
Illuſus atque deſtitutus. Cic. pro Quintio 51.
Deſtitutus aliqua re. Id eſt, Carens ea. Quintil. lib. 12. 3.
Deſtitutus bonis. Cic. 1. Tuſc. Sic Deſtitutus conſiliis & promiſſis alicujus. Cic. 1. Q. frat. 3.
Deſtitutus, abſolute, pro Deſperans. Sueton. in Galba cap. 11. Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, qua maxime conſternatus, deſtitutoque ſimilis, non multum abfuit quin vitæ renuntiaret.
**Destitutio**, onis. [ἀπόλειψις] Cic. pro Cluent. 71. Hos qui leviores erant, deſtitutione iratos Oppianico redderet.
**Destĭtūtor**, Tertull. ad Nation. 2. 18. Tibull. in Carm. Priap. 83. v. 15.
**Destomachor**, aris, atus ſum, ari. Dep. ut Deſævire, Deferveſcere, ponere iram. Donatus utitur. H. St. Verba Don. ad Adelph. 4. 7. 10. hæc ſunt. Exanimato ob mœrorem non convenit inclementer ire obviam, quum poſſit in tempore objurgari, poſtquam deſtomachatus fuerit.
**Destringo**, inxi, ictum, [ἀποξέω, ἀποτέμνω] ĕre. Amputare, colligere, excidere. Columel. lib. 11. cap. 2. Tum & olea deſtringenda eſt, ex qua velis viride oleum efficere.
Avenas deſtringere. Cato cap. 37. extr. Frumenta face bis ſarrias runceſque, avenaſque deſtringas.
Deſtringere, pro Abradere. Plin. lib. 31. cap. 11. Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla, figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra ſcabritias genarum excreſcenteſque carnes, & quicquid opus ſit ibi deſtringere, ſpiſſare, explere.
Deſtringere & abradere aliquid bonis alicujus, per translationem. Plin. Paneg. 37.
Deſtringere, pro Strigilibus radere. Plin. 3. Epiſt. 5. Dum deſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid. Alii tamen Diſtringitur legunt. V. DISTRINGO.
**Destrictus**, a, um. Sen. Epiſt. 101. Patibulo pendere deſtrictum.
**Destricte**, Adv. Tertull. Adverſ. Marc. 1. 3. & l. 13. Dig. de Procurat. Deſtricte denegare.
**Destrictivus**, Cæl. Aur. Acut. 2. 29. Adjutorii genus deſtrictivum. i. e. Stricturæ ſolvendæ deſtinatum, ut loqui Afer iſte medicus Methodicus conſuevit. Solet eadem etiam Mitigativa vocare.
**Destrigmentum**, Idem quod Strigmentum, ſive Ramentum. Plin. lib. 20. cap. 34. de cucurbita ſylveſtri. Et ignes ſacros, deſtrigmentis, vel his impoſitis, vel ſeminibus. Alii legunt, vel Strigmentis his impoſitis.
**Destruo**, xi, ctum, [ἀποσκεδάζομαι, ἀνασκευάζω, λυμαίνομαι] ĕre. Quod ſtructum erat corrumpere. Cujus crebriora ſunt apud authores exempla, quam fuerit opus hic congerere.
Conſtruere & Deſtruere, contraria. Cic. de Senect. 74. Ut navem, ut ædificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit, &c.
Ævum deſtruit animos. Lucan. lib. 8. 28.
— ſic longius ævum
Deſtruit ingentes animos.
Deſtruit eum infamia. Plin. Paneg. cap. 83.
Vetuſtas deſtruit aram. Ovid. 5. Faſt. 152.
Ara erat illa quidem Curibus, ſed longa vetuſtas
Deſtruit, & ſaxo longa ſenecta nocet.
Fortunam ſuam deſtrui Cæſar, imparemque tanto imperio rebatur. Tacit. 4. Ann. 18.
Honores deſtruere. Ovid. ad Liviam 249.
Nec juvenis poſiti ſupremos deſtrue honores.
Mœnia deſtruat. Virg. 4. Æn. 326.
Deſtruere teſtes. Quintil. lib. 5. cap. 7. Id eſt, Oſtendere iis moribus eos eſſe, ut ad teſtimonium reddendum non ſint recipiendi. V. Burm. ad Quintil. 2. 17.
Opus deſtruendi, ac confirmandi, hoc eſt, Confutatio, & confirmatio. Quintil. lib. 2. cap. 4.
**Destruens**, Juſtin. 23. 3. 12. Fortuna deſtruens quæ cumulaverat. Petron. cap. 100. Repente quaſi deſtruente fortuna conſtantiam.
**Destructus**, Humana manu deſtructus. apud Ammian.
Deſtructa templa. Prudent. Apoth. 445.
**Destructio**, ōnis. f. Murorum deſtructio. Sueton. Galb. cap. 11. Deſtructio & confirmatio ſententiarum. Quintil. 10. 5. conf. Tertull. de Cor. Mil. cap. 2.
**Destructor**, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 46. Rerum ædificator & deſtructor. adde adverſ. Marc. 4. 7. Et in Inſcript. Grut. p. CCXX. NON SVMVS TVSCIÆ DESTRVCTORES.
**Destructĭle**, [φθαϱτόν] Quod deſtrui poteſt. Lactant. de Ira Dei, Deſtructilia ſunt omnia, quæ manu fiunt. Alii legunt Deſtructibilia. Prudent. in Roman. 348. Solvi incapacem poſſe, nec deſtructilem.
**Destructīvus**, Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Deſtructivum adjutorium. [Niſi Deſtrictivum legendum eſt. q. V.

DESUADEO. V. DISSUADEO. H. St.

DESUB, V. DE.

DESUBITO, Adv. [ἐξαίφνης, ἐξαπίνης] Idem quod Subito & Celeriter. Plaut. Bacchid. 1. 1. 46.
Quid si apud te veniat desubito prandium aut potatio. Idem Mostel. 2. 1. 63.
Desubito & repente. Titinn. Quis desubito tam repente ad me venisti? Nonius.

DESUBĪTO, are. Firmic. lib. 3. cap. 4. Sed nihilominus etiam si Jupiter eas artes fuerit largitus, easdem crebra eversione desubitat. Locus enim sextus habet propriam malitiæ prærogativam.

DESUBULARE, [διατετραίνειν] a Subula deductum, significat Perfodere. Varr. Alterum Carneadem desubulasse bona corporis. Nonius 2. 238.

DESŪDO, [καθιδρόω] a quo Desudasco, & impers. Desudascitur. Plaut. Bacchid. 1. 2. 32.
Quid ego metuam rogitas? homo adolescens
Penetrem hujusmodi in palæstram, ubi damnis desudascitur? Id est, Valde sudatur. Stat. 3. Theb. 277.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si jubeam, &c. Venus de Vulcano ad Martem.
Desudare atque elaborare in re aliqua. Cic. de Senect. 38. In his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero.

DESUDATUS, ut, Gracili balsama surculo desudata. Prudent. Cathem. 5. 118.
Desudata judicia. Claud. Paneg. Mallii Theod. 11. Post desudatas militiæ excubias. Sidon. 6. Epist. 1.

DESUDATIO, onis. Scribonius Largus. comp. 253. Jul. Firmic. Nimia desudatione dissolvi. Mart. Capell. 6. p. 189.

DESUDATORIUM, ii. n. apud Celsum. [Suspect.

DESUEO, ēvi, ētum. Verbum antiquum authore Nonio: ut Desuevi illum, pro Desuefeci, Consuetudinem ei abstuli. Titinnius Gemina: Parasitos amovi, lenonem ædibus absterrui, desuevi ne quo ad cœnam exiret extra consilium meum.

DESUESCO, [ἀηθίζω, ἀηθίζομαι] ēre. Neutr. Contrarium est verbo Consuescere sive Assuescere: & significat Morem suum intermittere. Liv. 8. Id aliquandiu æquavit pugnam, jampridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati.
Paulatim desuescit honori. Sil. lib. 3. 575.
Gens ferri patiens, ac læta domare labores,
Paulatim antiquo patrum desuescit honori.

DESUĒTUS, [ἀηθής, ἀσυνήθης] A consuetudine remotus, inquit Valla in Poggium. Virg. 6. Æn. 814.
— jam desueta triumphis Agmina.
Desueta res. Liv. 3. Postquam audita vox in foro est præconis, Patres in curiam ad Decemviros vocantis, velut nova res (quia intermiserant jamdiu morem consulendi Senatus) mirabundam plebem convertit, quidnam incidisset cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent.
Retractare verba desueta. Ovid. 5. Trist. 7. 63.

DESUESCENDUS, Adj. [ἀηθιστέος] Quintil. lib. 3. cap. 8. extr. Hæc adolescentes sibi scripta sciant, aliter quam dicturi sint, exerceri velint, & in desuescendis morentur.

DESUETŪDO, inis. [ἀήθεια] Liv. 1. 19. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus, Janum ad infimum, &c.
Resides, & desuetudine tardi. Ovid. 14. Met. 436.
Abire in desuetudinem. Ulp. in l. Si servus. §. Hujus. D. ad l. Aquil. Hujus legis secundum quidem caput in desuetudinem abiit.
Per desuetudinem tacito omnium consensu leges abrogantur. Julian. in l. De quibus causis. D. de legibus.

DESUEFĀCIO, ēci, actum, ēre. Consuetudinem prætermittere, vel relinquere. Cic. pro Cluent. 110. Multitudinemque jam desuefactam a concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

DESUEFIO, [ἀηθίζω] ēri. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Duobus mensibus primis a partu non disjunguntur a matre, sed minutatim desuefiunt.

DESŪGO, xi, ēre. Idem quod simplex Sugo. Pallad. lib. 1. cap. 9. Et siqua fundentur ex poculis, velociter rapta desugent. De Pavimentis loquitur ex carbonibus, sabulone & favilla formatis, quæ injectum humorem celeriter imbibunt. Conf. Vitruv. l. 7. C. 4. extr.

DESULTOR, V. DESILIO.

DESUM, defui, [ἐλλείπω] deesse. Deest pecunia quando nulla est, Deficit, quando est aliqua, sed tam pauca ut non sufficiat. Ter. Phorm. 2. 1. 69. Non ratio, verum agentum deerat. Virg. 8. Ecl. 67.
— nihil hic nisi carmina desunt.
Deesse alicui opera, &c. Id est, non juvare. Cic. 1. Fam. 9. Tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, consilio, labore desim. Sic Deesse causæ communi. Cic. 6. Verr.
Deesse & Abundare, contraria. Cic. 1. de Divin. 61. Sive deest naturæ quippiam, sive abundat, atque effluit.
Defuit ei animus ab initio. Cic. ad Brutum 10.
Bello propter timiditatem deesse. Cic. 2. Philipp. 71. Cur ei bello tum propter timiditatem tuam & libidines defuisti?
Desit mihi in hac parte fides. Ovid. 10. Met. 302.
Ingenium deesse alicui. Cic. 1. de Orat. 80. Quod si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiam si ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe & otium, & hercule etiam studium illud dicendi acerrimum defuit.
Lingua palato non deest. Ovid. 15. Epist. 111.
Deesse occasioni. Liv. 7. Bell. Pun. Plin. lib. 11. cap. 25. Nulloque momento meditari cessat, nequando desit occasioni.
Officio suo & muneri. Cic. 3. Tusc. 15.
Tristi officio. Ovid. 12. Met. 4.
Defuit officio Paridis præsentia tristi.
Orationem ad alicujus rei disceptationem deesse. Cic. de Lege Agr. 40.
Alicui prudentiam in consilio defuisse. Cic. 10. Fam. 17.
Non deerit sapienti quod agat. Cic. 4. Acad. Sermo mihi deest abs te. Cic. 4. Att. 10. Nec metuo tamen ne mihi sermo desit abs te, quo magnopere delector.
Deesse sibi. Cic. pro Rosc. Amer. 104. Mihi ausculta, vide ne tibi desis. Hor. 2. Sat. 1. 17. — haud mihi deero,
Quum res ipsa feret. Non sibi deest is, qui facit & quod sibi opus est, & quod oportet. Acron.
Non tibi defuit cura aut studium in tanto officio. Cic. 9. Philipp. 1.
Tibi nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Cic. pro Milon. 101.
Deesse voluntati amici. Cic. 3. Att. In Trib. pleb. Des. reliqua spes est: quam si expectaro, non erit quod putes me causæ meæ, voluntati meorum defuisse.
Non animus eis, sed vires defuerunt. Cic. pro Flacc. 61.
Deest paululum. V. PAULULUM.
Deesse, pro Abesse. Cic. 2. Q. fratr. 8. Huic convivio puer optimus Qu. tuus meusque, quod perleviter commotus fuerat, defuit.
Non desunt qui interpretentur, hoc est, Quidam interpretantur. Plin. lib. 2. cap. 109. Nec defuere geometræ, qui interpretarentur significare epistolam a medio terrarum orbe missam. Cic. contra Rull. 89. Verum arbitrabatur, non defore qui illa restituerent.
Non deesse, non Cunctari. Tacit. 4. Hist. 11. Nec deerat ipse, stipatus armis, apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti. Idem 14. Ann. 39. Nec defuit Polycletus, quo minus &c. Paulo aliter Capitolin. Gord. tert. cap. 31. Nec defuit, ut Senatus de his rebus, quas non noverat, falleretur. Id est, Accidit, ut falleretur.
Non deest, pro Licet. Sil. Ital. 6. 10. Nec cernere deerat.

DEFORE, V. suo loco.

DESŪMO, mpsi, mptum, [λαμβάνω, ἀναιρέομαι] ēre. Idem quod Sumere. Liv. 4. 55. Duo singuli singulos sibi Consules asservandos assidua opera desumunt. Hor. 2. Epist. 2. 81.
Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas.
Desumere sibi aliquem hostem. Liv. 6. 20. Idem 8. Bell. Maced. Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpseras?

DESŬPER, [ἄνω, ἄνωθεν] Adv. Idem quod Super, Ex loco superiori. Virg. 4. Æn. 121.
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt,
Desuper infundam. Cato cap. 18. Aut binas pro singulis desuper ponito.
Incurrere desuper. Tacit. lib. 2. 16. Soli Cherusci juga insederunt, ut præliantibus Romanis desuper incurrerent. Flor. 3. 3. 16. Liv. 24. 34.

DESUPERNE, Adv. Idem. Vitruv. 10. 22. Temperavit ahena aquæ ferventis & picis desuperne contra capita hostium.

DESURGO, rrexi, ēre. In secessum ire ad exonerandam alvum, ap. Scribon. Larg. Quoties desurrexerint torminosi. Idem, Tenesmus est irritatio ultimæ partis directi intestini: in quo sæpius libet desurgere sine causa. Proderit ad hoc quoties desurrexerit, vino austerissimo & aqua calida fovere. V. Turneb. 17. 17. Sic & Plin. 28. 14. Tenesmus, id est, Crebra voluntas desurgendi. Ita legit Hard. & Hor. 2. Sat. 2. 76. — Vides, ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia.

DESURRECTIO, onis. f. Marcell. Empir. cap. 27.

## D E T

DETEGO, xi, ctum, [ἀποστεγάζω, ἀποκαλύπτω] ēre. Denudare, & aperire. Plaut. Mostel. 1. 3. 7. Modestiam omnem detexit, tectus qua fui.
Ensem detegere vagina. Sil. lib. 13.
Detegere, per translationem. Liv. 10. Ite igitur: Dicite, inquit, detegant nequicquam conditas insidias.
Laceros artus, & grandia detegit ossa. Ovid. 9. Met. 169.
Facta detegere variis modis. Ovid. 2. Trist. 432.
Imbelles animos. Lucan. lib. 5. 322.
Furta. Ovid. 2. de Arte Am. 428.
Flecte iter, & monitu detege furta meo.
Orationis ossa. Quintil. in Proœm. lib. 1.
Magicas vanitates. Plin. lib. 26. cap. 8.
Vulnus. Ovid. 6. Epist. 40.
Detegit ingenio vulnera facta suo.

DETECTUS, Partic. [ἀποστεγασμένος] ut Detecta fraus. Liv. 22. 43.
Ædes detecta, Tecto spoliata. Nepos 25. 20. 3. Quum ædes Jovis Feretrii, vetustate atque incuria detecta, prolaberetur.
Patefacta & detecta. Cic. 4. Acad.
Detectus, pro Nudo. Ovid. 2. Fast. 301.
Nunc quoque detecti referunt monimenta vetusti
Moris, & antiquas testificantur opes.
Caput detectus. Id est, Sine galea. Servius. Virg. 10. Æn. 133.
Compar. Solin. Edit. Salmas. cap. 30. Hyacinthus, propensa perspicuitate detectior.

DETECTIO, onis. f. Ulp. Detectio mortis. Tertull. advers. Marc. 4. 36. Descendisse Jesum ad detectionem Creatoris.

DETECTOR, ōris. m. Tertull. advers. Marc. 4. 36. Detector Creatoris. Idem advers. Valent. cap. 3. extr. Detector totius conscientiæ.

DETENDO, [ἀποσκηνόω] ēre. Cæs. 3. Bell. Civil. 85. His constitutis rebus, signo jam profectionis dato, tabernaculisque detensis. Liv. 41. 3. Nautici tabernacula detendunt.

DETENTUS. DETENTIO, DETENTOR. V. DETINEO.

DETENTO, are. l. 16. Cod. Theod. de Tironibus. Servi quos militia armata detentat. Et Fortunatus lib. 11. Carm. 19.
Nec volo nunc absens una detenter ut hora.

DETENTATIO, ōnis. f. Ulp. l. 5. Dig. de impensis in res dotal. Manebit maritus in rerum detentationem, donec ei satisfiat.

DETENTATOR, oris. m. l. 2. Cod. de fundis limitroph. Si quis fuerit detentator inventus. Et l. 7. princ. Cod. de præscript. XXX. vel XL. ann. Extranei suppositæ rei detentatores.

DETER, Deterior, Deterrimus, V. DETERO.

DETERGEO, es, vel DETERGO, is, si, sum, [ἀποψάομαι, ἀπομόργνυμι] ēre, vel ĕre. Idem quod Tergere, Abstergere. Plaut. Men. 1. 1. 2. Mensam quando edo detergeo. Columel. lib. 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito.
Fletus detergunt stamine. Claud. 2. in Eutrop. 375. Et apud Ovid. lib. 13. Met. 746. Lacrymas detergere.
Detergere, per translationem: ut Detergere fastidia, pro Auferre. Columel. lib. 8. c. 10. Hor. 1. Od. 7. 15.
Albus & obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe Notus,

Somnum detergere pollice. Claud. in Epithal. Pallad. 27.
Spurcitias. Columel. lib. 1. cap. 5.
Nubila deterſa radiis. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 539.
Numerum aliquem. Cic. 14. Att. 10. Quid quæris? jamne ad centena Cluvianum? adventare videtur: ſed primo anno LXXX. deterſimus. Jamne ad centena Cluvianum? ſubaud. Perducatur: nam epiſtola quæ ſequitur proxima, ſic ait, De Cluviano, res ad centena perducitur. Senſus eſt: Quod ſcire vis num hic Cluviana bona ita conſtituerim, ut ex his poſthac centena ſeſtertia quotannis capere poſſim: brevi futurum ſpero ut ita ſit: & hoc ipſo anno, quo Cluvianam hæreditatem adivi, LXXX. HS. cepi. Centena: Centum HS. in ſingulos annos: ut in lib. Paradox. Capit ille ex ſuis prædiis ſexcenta HS, ego centena ex meis. Cluvianum: Cluviana res, quam ex Cluvii hæreditate acceperat. Adventare: Ad centena, fructum centenorum ſeſtertiorum. Deterſimus: Cepimus. ſed venuſtius Deterſimus quam Cepimus.
Remos detergere [Gr. παρασύρειν τὺς ταρσὺς, ἀνακόπτειν κώπας] pro Abſcindere, Roſtro auferre. Cæſ. 1. Bell. Civil. 58. V. Bayſium de Re Naval. & Parei Lex. Crit. p. 343. Freinsh. Ind. in Flor. Scheff. de Mil. Nav. 3. 6. p. 233. Conf. ABSTERGO. Sic pinnas Liv. 38. 5. 3. Aſſeribus falcatis detergebat pinnas.
Rubigo deterſa. Sil. lib. 4. 12. conf. Petron. cap. 22. & 135.
Detergere ſarmenta de arboribus putatis, & vineis. Cato cap. 37. extr. Sed ſunt qui Degere legunt, pro Deterge. Sic Detergere palmites, pro Decerpere. Columel. lib. 4. cap. 27. extr. Gemmas. lib. 4. cap. 26.
Detergere, pro Corrigere & emendare. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 190.
— tu prima hominem ſylveſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſecula victu. Hoc eſt, Facis velut nitidiora, fœdum victum detergens.

DETERIÆ Porcæ, id eſt, Macilentæ. Feſtus.

DETERIOR, V. DETERO.

DETERMĬNO, [ὁρίζω, καθορίζω] are. Terminos imponere vel terminis, & veluti Limitibus quibusdam deſignare. Liv. 1. 18. Inde ubi proſpectu in urbem agrumque capto, deos precatur, regiones ab oriente ad occaſum determinavit, &c. Plaut. Pœnul. Prol. 48.
Ejus nunc regiones, limites, confinia
Determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Plin. lib. 3. cap. 15.
Determinant ſpatia. Plin. lib. 10. cap. 38. De aquilis.
Determinare, pro Terminare. Sueton. in Galba cap. 15. Exiſtimabatur etiam Senatoria & Equeſtria officia biennii ſpatio determinaturus, nec daturus niſi invitis ac recuſantibus.
Determinare, per translationem. Cic. 3. de Orat. 73. Et id quod dicit ſpiritu, non arte determinat. Plin. lib. 18. cap. 23.
Determinare, pro Certo exprimere, Definire, ſeu Deſcribere. l. fin. D. de juſt. & jur. Quem locum, inquit Paulus, determinare hoc modo poſſumus.
Iter determinare, & Viam determinare. Jabolenus in l. Certo generi. D. de ſervitut. ruſticor. prædior.
Tempus. Ulp. in l. Si finita. §. Siquid in via. D. de damno infect. Prætor cauſa cognita tempus pro conditione operis determinabat.
Pœna pro tempore determinata. Papinianus in l. Imperator. D. de poſtulando.

DETERMINATUS, Partic. [καθωρισμένος] ut Determinatus curſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Nunc legitur, Curſus ordinatos definiunt.

DETERMINĀTIO, onis. f. [πέρας] Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Extrema ora & determinatio mundi.
Exitus & determinatio orationis Concluſio dicitur. Cic. 1. de Invent. 98.

DETERMINATOR, oris. m. Tertull. de Pudic. cap. 11. Spiritus Sanctus diſciplinæ determinator.

DETERMINABĬLIS, e. Tertull. adverſ. Hermog. cap. 41. Materia determinabilis.

DETĔRO, īvi, ītum, [κατατρίβω, ἀλοάω] ĕre. Valde terere. Columel. lib. 1. cap. 6. Area optima eſt ſilice conſtrata, quod & celeriter frumenta deterantur. Sic detritum milium. apud eundem lib. 6. cap. 12.
Deterere calces. Plaut. Merc. 5. 2. 111. Clementer quæſo, calces deteris.
Uſu aliquid deteri. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Deterere, Deſtruere, corrumpere. Plin. Nimia cura deterit magis, quam emendat.
Deterere laudes alicujus, Imminuere. Hor. 1. Od. 6. 10.
Laudes egregii Cæſaris & tuas
Culpa deterere ingeni.
Famæ alicujus, pro Detrahere. Sil. lib. 7.

DETRITUS, a, um. Partic. A catena collum detritum canis. Phædr. 3. 8. 16. transl. Gell. 15. 30. Ab alio vitæ genere jam detritus.

DETRIMENTUM, i. n. [βλάβη] a Detritu: quod ea quæ trita ſunt, minoris pretii ſint, ut ait Varro de L. L. 4. Ter. Hec. 2. 1. 37.
Satis ſcio peccando detrimenti nihil fieri poteſt.
Detrimentum & Emolumentum, repugnantia. Cic. 1. de Fin. 53.
Incommodum & detrimentum. Cic. de Clar. Orat. 4. Noſtro incommodo detrimentoque, ſi ita eſt neceſſe, doleamus.
Detrimentum accipere. Cæſ. 5. Bell. Gall. 50. Quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum.
Providere nequid Resp. detrimenti accipiat. Cic. 5. Philipp. 34. In Solenni formula SCti, quo ſumma & abſoluta in rep. poteſtas Coſſ. nonnunquam & aliis magiſtratibus, tribuebatur. V. Briſſon. in formulis. adde ex Vett. Salluſt. Cat. cap. 29. ibique Cort. & Liv. 3. 4. extr. Cæſ. 1. Civ. 5.
Dio reddit hanc formulam, Ne quid detrimenti resp. pateretur: ὥς τι μηδεμίαν ἀποτριβὴν τῷ δημοσίῳ συμβῆναι. p. 26. Pariſ. marg. ſupr. H. St.
Afferre detrimentum. In AFFERO.
Capere detrimentum. Cic. pro Milon. 71. Videret nequid Respub. detrimenti caperet.
Facere detrimentum. Cic. 4. Verr. 20. Idem ſignificat, quod Accipere detrimentum.
Importata publicis rebus detrimenta. Cic. 1. de Orat. 38. Huic opponit Adjumenta rebus publicis importata.
Inferre detrimentum. In INFERO.
Injungere detrimentum Reipub. In INJUNGO.
Detrimenta atque damna cum maximis injuriis contumeliisque perferre. Cic. 5. Verr.
Reſarcire detrimentum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 67. Cupiens ejus diei detrimentum reſarcire.
Sarcire detrimentum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 45.
Non ſine magno Reip. detrimento. Cic. 6. Verr.

DETRIMENTŌSUS, a, um. Adj. [βλαβώδης] Quod adfert detrimentum. Cæſ. 7. Bell. Gall. 33.

DETER, Deterior, Deterrimus, [καταδεὴς] Cui aliquid deeſt, quaſi Detritum, ne bonum ſit. Ter. Heaut. 3. 1. 74.
Deteriores omnes ſumus licentia. Hor. 3. Od. 5. 30.
Nec vera virtus, quum ſemel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Deterius & Pejus, inquit Nonius, his ſenſibus diſcernuntur: quod ſit Pejus a malo quod in uſu eſt, & creberrime frequentatur: Deterius vero a bono, ut minoris ſit meriti, quam id quod placet. Virg. 4. Georg. 89.
Deterior qui viſus, eum ne prodigus obſit, Dede neci.
Deteriores & repulſi. Cic. de Aruſp. Reſp. 53. Habent Hetruſci libri certa nomina, quæ in id genus civium cadere poſſunt: deteriores, repulſos (quod jam audietis) hos appellant, quorum & mentes & res ſunt perditæ, longeque a communi ſalute disjunctæ.
Author haud deterior. Cic. 2. de Legib. 15. At Theophraſtus, author haud deterior, mea quidem ſententia.
Ætas deterior, Senectus. Ovid. 1. de Ponto 4. 1.
Cauſa deterior. Cic. pro Cæcin. 46. Sic in judiciis deterior cauſa ſit eorum qui fugerint, quam qui, &c.
Deteriore conditione eſſe. Liv. 5. Bell. Pun. Nunc deteriore conditione ſumus, quam apud patres noſtros fuerunt captivi.
Concoctio. Celſ. lib. 3. cap. 2. Atque in longis quoque morbis, etiam tales notas non habentibus, ſcire licet increſcere, ſi ſomnus incertus eſt, ſi deterior concoctio.
Facies. Ovid. 12. Met. 400.
Deteriore jure eſſe. Cic. pro Cæcin. 18. Jam principio auſus eſt dicere, non poſſe hæredem eſſe Ceſenniæ Cæcinam, quod is deteriore jure eſſet, quam cæteri cives, &c.
Deteriorem odorem vino adimere. Cato cap. 110.
Partes deteriores. Lucret. lib. 2. 507.
Deterior res, & Fructuoſior, contraria. Cic. 14. Att. 11. Ruina rem non fecit deteriorem, haud ſcio an jam fructuoſiorem.
Deteriore tempore, abſens auctionatur. Cic. pro Quintio 20. i. e. contrario.
Pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Vitioſius & deterius. Cic. 3. de Orat. 26. Quicquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitioſius & deterius futurum.
Deterius facere. Cic. 3. Verr. 133. Niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta, quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum.
Corrigere & Deterius facere, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 87.
In deterius referre. Tacit. Ann. lib. 13. Nec defuere, qui in deterius referrent. Neroni ſcil. verba matris in deterius mutata referrent.
Mutatus in deterius principatus. Tacit. 4. Ann. 6.
Veraque, aut in deterius credita, ab uno judice facilius diſcernuntur. Tacit. 3. Ann. 10.
In deterius cuncta Romæ audita Martianum angebant. Tacit. 4. Hiſt. 68.
Deterrimus homo. Cic. 2. Verr. 40. Sic Deterrimæ mulierculæ. Cic. 3. Verr.
Mortalium deterrimus. Cic. de Aruſp. Reſp.
Deterrimus color. Virg. 3. Georg. 82.
Quod optimo diſſimillimum ſit, id eſſe deterrimum. Cic. de Opt. Gen. Orat. 4.
Deterrima via. Cic. 9. Att. 11.

DETERIUS, Adv. At tu deterius palles. Perſ. 3. Sat. 96.
Deterius ſcripta. Cic. 1. de Fin. 8. De malis Græcis Latine ſcripta deterius. Sic DETERRIME Apul. 2. Met. p. 272. Stew.

DETERIŌRO, are. Poſterioris latinitatis verbum, Deterius facere. Claud. Mamert. de Anima 1. 3. Quicquid deteriorari poteſt, & corrumpi profecto poteſt. Idem 14. Ambroſ. Epiſt. 3. ad Simplician. adde Frontin. de Colon. Edit. Goeſii p. 133.

DETERIORĀTUS, Partic. ut Deterioratæ rei æſtimatio. Symmach. 4. Epiſt. 68.

DETERREO, ui, ĭtum, [καταπλήττω, ἀποτρέπω] ēre. Idem quod Terrere, vel Terrore a ſententia vel propoſito (addit H. St. Avocata) avertere. Cic. 3. de Fin. 38. Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Ter. Heaut. 1. 1. 27. Rectum ut faciam, non ut deterream.
Deterrere atque avocare a religione. Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Qui his delecter, aut utar omnino literis, quæ animos noſtros deterrent atque avocant a religione. Terrendo avocant H. St.
Deterrere & Cohortari, contraria. Cic. 1. de Orat. 258. Vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum.
Pudore deterreor, commemorare nefarias ejus libidines. Cic. Act. in Verr.
Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere. Cic. Bruto 15.
Liberalitatem deterrere. Cic. 2. Off. 62. Omnes enim immemorem beneficii oderunt, eamque injuriam in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri: eumque qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant.
Enſe pavidum deterrere. Ovid. 14. Met. 296.
Ab amore deterrere. Hor. 1. Sat. 4. 111.
— a turpi meretricis amore Quum deterreret.
A bello faciendo. Cic. pro Fontejo.
A ſtudiis. Cic. 1. de Fin.
Ab induſtria. Cic. 1. de Fin.
Nulla re deterreri a propoſito. Cic. Bruto 11.
A ſcribendo. Cic. de Opt. Gen. Orat. 5. Nec vero Ariſtotelem in philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo Platonis.
De ſententia. Cic. 2. de Divin. 81. Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententia deterrentur?
De ſtatu ſuo aliquem contumeliis. Cic. 11. Fam. 11.
Deterrere ne. Ter. in Prol. Phorm. 3.
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat.
Deterrere quin. Plaut. Amphit. 2. 1. 9.
Tamen quin loquar hæc uti facta ſunt,
Nunquam ullo modo me potes deterrere.

DETERRĬTUS, [ἀποτετραμμένος] Partic. ut Deterritus pudore. Cic. 10. Att. 13.

Ab officio deterritus. Cic. 8. Fam. 6. Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. His conjunge Ovid. 10. Met. 600. Tibull. 1. 3. 13.

DETESTOR, [κατεύχομαι] ari. Vehementer testari. Plaut. Men. 5. 2. 60. — summum Jovem
Deosque detestor, me neque isti malefecisse mulieri, &c.
Detestari, [μυσάττεσθαι, ἀφοσιοῦσθαι, ἀπαθεματίζειν, κατεύχεσθαι] pro Deprecari vel Abominari, Exsecrari: ut,
Caput alicujus detestari hostili prece. Ovid. 15. Met. 505.
Tanquam auspicium malum detestari aliquem. Cic. in Vatin. 39. Si vitant, fugiunt, audire de te nolunt, quum viderunt, tanquam auspicium malum detestantur, &c.
Exitum belli detestari. Cic. 8. Philipp. 7. De proximo bello Civili non non libet dicere. ignoro causam: detestor exitum.
Iram Deorum in caput infelicis pueri detestatur. Plin. 2. Epist. ult. De Regulo per salutem filii pejerante.
A Rep. nomen alicujus. Cic. in Pison. 96.
Detestari pro Vitare, & a se propulsare, sive amoliri. Cic. 1. in Catil. 27. Nunc, ut a me P. C. quandam prope justam patriæ querimoniam detester ac deprecer, percipite quæso quæ dicam.
Invidiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 123. Id est, Amovere.
Avertere & detestari. Cic. 4. Philipp. 9. O dii immortales, avertite & detestamini, quæso, hoc omen.
Detestari, est Absenti denuntiare, inquit Paulus in l. 39. §. 2. D. de verb. signif. Passive utitur Apul. Apol. p. 307. Neque gravius est in cubiculo despui, quam in splendidissimo cœtu detestari.
Detestari Sacra ap. Gell. 6. 12. V. DETESTATIO.

DETESTANS, antis. Nep. 20. 1. 5. Eum impium, detestans, compellabat.

DETESTATUS, passive. Hor. 1. Od. 1. 24. Bella matribus detestata. Gaj. JCt. D. 50. t. 16. l. 238. §. 1. Detestatum est detestatione denuntiatum. Active Cæs. 6. Bell. Gall. 31. Omnibus precibus detestatus Ambiorigem.

DETESTANDUS, ut Tellus detestanda. Sil. 17. 438.
Fraus. Tacit. 4. Ann. 69.
Carmina. Idem ibid. 16. 28.

DETESTABILIS, [βδελυρὸς, βδελυκτὸς] Idem quod Abominabilis. Cic. 2. Philipp. 65. Non te execrandum Populo Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias. Idem 3. Tusc. 25.
Quo detestabilior istorum immanitas qui lacerarunt omni scelere patriam. Cic. 1. Off. 57.
Invidiosum, & detestabile. Cic. 1. Philipp. 33. Metui vero & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.
Detestabile & pestiferum. Cic. de Senect. 41.
Omni parte vitæ detestabilis homo. Suet. in Neron. cap. 5. Ex Antonia majore patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ detestabilem.
Omen detestabile avertat Deus. Cic. 11. Philipp. 11.
Pestis detestabilis. Cic. 2. Off. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.
Scelus. Cic. de Amicit. 27.
Umbra. Sen. in Thyest. 1. 24. conf. Liv. 29. 17.

DETESTABILITER, Idem. Lactant. 5. 10. Quod nefarie, quod detestabiliter fecit.

DETESTATIO, onis. f. [βδελυγμία] Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu & quadam detestatione; interaneorum etiam vitia & nervorum ligno torquente.
Pro detestatione scelerum aram consecrare. Cic. pro Domo sua 140.
Detestatio apud Jurisconsultos, est (ut Ulp. l. 40. pr. D. De verb. signif. affirmat) Denuntiatio facta cum testatione.
Detestatio, authore Festo lib. 13. erat, quum Deus testis in deteriorem partem vocabatur. V. OBTESTATIO. Invenitur & apud Gell. Detestatio sacrorum, lib. 15. cap. 27. Conf. 6. 12. de Sacris Detestandis. Ritus parum notus, de quo in Lips. Thesauro laudatur C. G. Schwarzii Dissertatio.
Detestatio, Testium abscissio. Utitur Apulejus lib. 7. Miles. p. 198. Vid. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 7.

DETESTATOR, oris. m. Cassiod. 1. Epist. reg. 4. Detestator criminis: amator æquitatis. Et Tertull. adverf. Marc. 4. 27. Detestator legis.

DETEXO, ui, tum, [κατυφαίνω, περαίνω] ĕre. Texendo absolvere.
Detexere telam, pro Texendo ad finem perducere. Plaut. Pseud. 1. 4. 7.
Detexere aliquid viminibus. Virg. 2. Ecl. 71.
Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget usus,
Viminibus, mollique paras detexere junco? Id est, Multum texere, finire, perficere. nam DE modo non minuentis est, sed augentis. Servius.
Exordiri, detexere, retexere. Cic. 2. de Orat. 158. Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modo ea, quæ jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa, vel potius detexta prope retexantur.
Ab exordio aliquid detexere. Author ad Heren. lib. 2. 42. ex vet. Poet.
Linum detextum. Ulp. in l. Sicut lana. 68. D. De legat. 3. Festus locum allegat Plauti. Ego hominem detexam pallio. Id est, Exuam, spoliabo. [Ita quidem & in Lipsiensi Thesauro, sed locum Festi frustra quæras. Sunt vero Servii verba ad X. Æn. 424. *Dum texit*, dum spoliat, inquit, Nam tempus præsens est, non præteritum ab eo, quod est Tego. Sic Plautus, *Ego hunc hominem hodie texam pallio.* Verum aut hæc ille ex deperdita Plauti fabula adduxit, aut memoria lapsus est. Extat vero jocus comici istius ejusmodi Amph. 1. 1. 138. Illic homo hoc denuo vult pallium detexere. Ubi V. Dous. Plaut. Expl. l. 2. Qui tamen male, quasi ex Servio, Detexam, pro Texam, obtrudit.

DETEXENS, entis. Cic. in Arat. v. 250.
Hic non perpetuum detexens conficit orbem.

DETĬNEO, ui, entum, [κατέχω, κατείργω, ἴσχω] ēre. Remorari, occupare. Ter. Eun. 2. 2. 49. Detineo te fortasse. Idem Phorm. 4. 1. 8. Pol me detinuit morbus.
Detinere aliquem & demorari. Cic. 12. Fam. 15.
Detinere aliquem lepore. Cic. 4. Att. Item, Detinere inani spe. Columel. lib. 8. cap. 5.
Aliquem de suo negotio. Plaut. Pœnul. 1. 2. 190.
Detineri in alienis negotiis. Cic. 2. de Invent. 132.
Animum studiis detineo. Ovid. 5. Trist. 7. 39.
Compede detinere. Hor. 1. Od. 33. 14.
Curas detinui, Cohibui. Ovid. 4. de Ponto 10. 67
Detinui, dicam, curas, tempusque fefelli. V. Heins. ad loc. & Burman.
Diem detinere sermone. Ovid. 1. Met. 682.
Feras cithara. Martial. lib. 14. 166.
De Pompejano sæpe est electa theatro
Quæ duxit sylvas, detinuitque feras.
Fugam incœptam. Ovid. 3. Amor. 13. 20.
Dicitur incœptam detinuisse fugam. Alii Destituisse.
Jus. Liv. 1. ab Urbe. Ut non plus darent juris, quam detinerent. Id est, Sibi retinerent.
Detinuere moræ. Ovid. Sabin. 2. 70.
Aliquem lenta mora. Martial. lib. 7. 92. 4.
Detinet me hoc negotium. Plaut. Pers. 4. 3. 45.
Itaque hic est, quod me detinet negotium.
Majore aliquo negotio detineri. Author ad Heren. lib. 4.
Detinent terras nives. Plin. lib. 18. cap. 7. Id est, Occupant, neque liquescunt.
Carmina oculos detinent. Ovid. 2. Trist. 519.
Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:
Sæpe oculos etiam detinuere tuos.
Detines me suspensum. Id est, Me diutius in dubio tenes. Cic. 10. Att. 1. Virgilius per verbum Teneo, idem dixit: ut in 6. Æn. 722.
Dicam equidem: nec te suspensum nate tenebo.
Vela detinere. Ovid. Sabin. 1. 18.
Detineri ventis. Plin. Epist.

DETĬNENS, Hirt. Bell. Hispan. cap. 23. Nec detinentibus nostris, multis telis injectis, complures vulneribus affecere. [Desinentibus Glandorp. probabili conjectura. An Desistentibus?

DETENTUS, Thessalonicæ detentus. al. Retentus. Cic. 3. Att. 19. Et Tacit. 2. Ann. 69. Adversa Germanici valetudine detentus.

DETENTUS, ûs. Tertull. adverf. Valentin. cap. 32. Detentui obnoxius.

DETENTIO, onis. f. Ulp. l. unica extr. Dig. de Remissionibus, Non esse iniquum detentionem servitutis dari.

DETENTŌR, oris. m. l. 10. Cod. Unde vi. Possessionis alienæ detentores.

DETONDEO, di, sum, [ἀποκείρω, ἀποξυρέω] ēre. Prorsus tondere. Columel. lib. 7. cap. 4. Et est modus optimus considerare tempestates, quibus ovis neque frigus, si lanam detraxeris: neque æstum, si nondum detonderis, sentiat. Verum quum quæque detonsa erit, ungi debet tali medicamine.
Detondere capillos. Martial. lib. 8. 52.
Detondere virgulta vineæ. Columel. lib. 4. cap. 23. extr. Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura talis, ut quanto maturius detonsa sint, plus materiæ: quanto serius, plus fructus afferant.

DETONSUS, a, um. — detonsis avecta est Cynthia mannis. Propert. 4. 8. 15.
Detonsi crines. Ovid. 6. Fast. 229.
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes. Ovid. 3. Fast. 237.
Sicambria detonsa. Claud. 1. in Eutrop. 383.

DETONSO, are. frequent. Fab. Pictor apud Gell. 10. 15.

DETŎNO, ui, [καταβροντάω] are. Tonare desinere. Quintil. lib. 12. cap. 9. Nam quum illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virtutis fortior fama.
Ira detonare. Valer. 4. Argon. 293.
Illum insperata turbatum fraude furentem
OEbalides, prima refugit dum detonat ira.

DETORNO, [τορνεύω] āre, Idem quod Tornare. Plin. lib. 13. cap. 9. Ex quo velares detornant annulos.

DETORNATUS, a, um. Metaph. Gell. 9. 8. Detornata sententia & verbis inclusa.

DETORQUEO, si, tum, & raro [Imo nunquam] sum, [κατακάμπτω, παραφέρω] ēre. Deflectere, sive idem quod Torquere. Columel. lib. 5. cap. 6. Sed hæc ulmus autumni tempore melius, quam vere disponitur, paulatimque ramuli ejus manu detorquentur.
Detorsit a latere in dextram partem. Cic. de Univers. 22.
Detorquere in lævam, pro Declinare ad lævam. Plin. lib. 28. cap. 8. Quum fugiant venantem, declinare ad dextram. Et paulo post, At si lævam detorserit, deficientis argumentum esse.
Cervicem ad oscula. Hor. 2. Od. 12. 25.
Cornua antennarum torquere, & Detorquere, contraria. Virg. 5. Æn. 831. — una ardua torquent
Cornua, detorquentque, ferunt sua flamina classem.
Imminutæ & detortæ corporis partes, quibus repugnant Aptæ & integræ. Cic. 3. de Fin. 17. Aptas malit & integras omnes partes corporis, quam eodem usu imminutas & detortas habere.
Cursus detorquere ad aliquem. Virg. 4. Æn. 196.
Labra dicentis ne detorqueantur. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Ab aliquo lumen detorquere. Ovid. 6. Met. 515.
Oculos detorquere ad undas. Valer. 1. Argon. 120.
Se alio detorquere. Hor. 2. Sat. 2. 56.
Viam detorquere ad amnem. Valer. 5. Argon. 397.
Detorquere vulnus. Virg. 9. Æn. 346.
Detorquere, per translationem. Cic. 2. Off. 37. Nam & voluptates blandissimæ dominæ, sæpe majores partes animi a virtute detorquent.
Detorquere recte facta. Plin. 1. Epist. 8. Atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obscuritate & silentio ponuntur.
Prave detorta opinio. Columel. lib. 3. cap. 10. Atque hæc & forsitan pluribus dicta sunt, quam exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quam postulabat prave detorta & inveterata opinio rusticorum.
Flectere & detorquere voluntatem alicujus. Cic. pro Cœlio 22.

DETORTUS, Partic. V. supra. Cic. 3. de Fin. 17. Columel. 3. 10. adde Apul. 5. Met. p. 163. Detorti digiti. & Hor. Arte Poet. 53. Verba parce detorta. conf. Tacit. Orat. 28. 9.

DETORSUS, Sueton. in Galba cap. 10. Ut detorsa navis appulit. [Sic ex corruptis codd. profertur & in Lips. Thesauro. Sed emendati codices exhibent, Dertosam appulit, eamque lectionem pridem Viri Docti, ut verissimam, amplexi sunt.

DETRAHO, xi, ctum, [καθαιρέω, ἀφαιρέω] ere. Auferre, tollere. Ter. Eun. 4. 4. 40. Chærean' tuam vestem detraxit tibi?
Detrahere amiculum. Cic. 3. de Nat. Deor. 83.
Addere, & Detrahere, contraria. Cic. pro Cluent. 179.
Detrahere aliquid alteri. Cic. 3. Off. 23. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, &c. Idem 2. de Divin. 79. Eidemque detraxisset Armeniam a Senatu datam.
Detrahere de digito. Ter. Heaut. 4. 1. 37.
Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho.
Aliquid de aliquo, quod sibi assumat. Cic. 3. de Fin.
Aliquem pedibus e tribunali. Sueton. de Clar. Rhetor.
Torquem hosti. Cic. 1. de Fin. 23. Et Detrahere cruenta spolia. Cic. pro Rosc. Amer.
Detrahere [διασύρειν, κατηγορεῖν] alicui. Id est, Famam ejus maledictis & oblocutionibus minuere. Ovid. 5. Trist. 14. 3.
Detrahat authori multum fortuna licebit, &c.
Sibi detrahere. Cic. 4. Verr. 53. Et si quæritis, ut egomet mihi detraham, illos ego accusatores puto fuisse, &c.
De absentibus. Cic. 1. Off. 134. Et pro Cæcin. De teste. Et pro Rabir. 20. De senatu.
De authoritate Senatus: cui opponitur, Ornare Senatum multis laudibus. Cic. pro Cluent.
De fama alicujus. Cic. 3. Fam. 8.
Ad accusationem aliquem. Cic. pro Cluent. 179. Ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret. Hoc est, Pertraheret.
Detracto alumno suo sterilescit illico mamma, ac resilit. Plin. lib. 11. cap. 40.
De amore aliquid. Cic. 3. Fam. 12. Ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Id est, Ablatum aut imminutum.
Auxilia sive legiones alic. Cæs. 6. Bell. Gall. 5. Hæc prius illi detrahenda auxilia existimavit, quam ipsum bello lacessendum.
Aliquem de cœlo, est De summa gloria eum dejicere. Cic. 2. Philipp.
Calamitatem alicui. Cic. post. redit. ad Quirit. 6. Tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini.
De causa aliquid. Cic. 6. Philipp. 15. Celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam.
De commodis suis. Cic. de Amicit. 57. Multæque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, ut his amici potius, quam ipsi fruantur.
Crimen alicui. Lucan. lib. 8. 125.
Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ.
Detrahere & spoliare dignitatem alicujus. Cic. pro Cœlio 3. Ut ad ea, quæ accusatores deformandi hujus causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeam.
Animis errorem detrahe nostris. Ovid. 2. Met. 39.
Detrahere fastidium dicuntur lupini. Plin. lib. 22. cap. 25. Iidem aviditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt.
Fidem verbis alicujus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Nido fœtus implumes. Virg. 4. Georg. 512.
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans, nido implumes detraxit.
Honorem debitum alicui. Cic. 4. Verr. 25. Senatorem Pop. Rom. si non invitaverunt, honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini, &c.
Laudem. Cic. pro Lege Manil.
Ab injuria aliquem. Cic. 5. Fam. 2. Quem quum comperissem omnem sui Tribunatus conatum in meam perniciem parare atque meditari, egi cum Claudia uxore tua, & cum vestra sorore Mucia, ut eum ab illa injuria detraherent.
In judicium aliquem. Cic. pro Milon. 39. Ne P. Clodius quum in judicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret.
De suo jure. Cic. 1. Verr. 25. Hoc si non utor, non tibi injuriam facio, sed de meo jure aliquid & commodo detraho.
Invidiam noxæ. Ovid. 7. Epist. 106.
De pecunia aliquid. Cic. 3. Verr. 181. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur.
De pondere, & paulo minoris æstimare. Cic. 4. de Fin. Saltem aliquid de pondere detraxisset, & paulo minoris æstimavisset ea, quam Peripatetici.
Aliquem ex possessione. Liv. 10. Bell. Pun. Hæc accusans, quærensque ex diutina possessione Italiæ est detractus.
Detrahitur pretio, pro Minuitur pretium. Columel. lib. 8. cap. 17. Macies indicat, eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum: propter quod plurimum pretio detrahitur. Sic Plin. 36. 26. Metallis pretia detraherentur.
Aliquem ex provincia suis sententiis. Cic. de Provinc. Consf. 19. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant.
Ex reditu. Columel. lib. 4. cap. 3. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: nec sic ex pristino reditu detraxisse.
Sacerdotem ab aris. Cic. de Arusp. Resp. 28.
Sanguinem. Columel. lib. 6. cap. 14. Et ex diversa auricula sanguinem detrahemus. Cels. l. 2. C. 10. & 11. V.
Detractis de homine sensibus. Cic. 1. de Fin. 30.
Detrahit solicitudines philosophia. Cic. 2. Tusc. Efficit hoc philosophia, medetur animis, inanes solicitudines detrahit.
Detrahe menti spem fructus avidæ. Ovid. 2. de Ponto 3. 15.
Ex summa. Cic. 10. Att. 5.
De vivo. Cic. pro Flacc. Dat de lucro, nihil detrahit de vivo, minus igitur lucri facit.
Detracta opinione probitatis. Cic. 2. Off. 34. Quo enim quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior, detracta opinione probitatis.

DETRAHENS, entis. Cic. 3. Tusc. 41. Detrahens eas voluptates quæ sapore percipiuntur, detrahens eas quæ auditu & cantibus. Idem Acad. 4. 15. Socrates de se ipse detrahens.
DETRACTUS, a, um. Pondere detracto. Nep. 11. 1. 4. Signo Epistolæ. Idem 4. 4. 1. Sanguis venis. Lucret. lib. 3. 443. Lumen solis. Idem lib. 5. 979.
DETRACTUS, ûs. m. Sen. Suasor. 7. Detractu aut adjectione syllabæ.
DETRACTIO, ōnis. f. Idem. [ἀφαίρεσις, ὑφαίρεσις] ut, Detractio alieni, hoc est, Ablatio & furtum rei alienæ. Cic. 3. Off. 30. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid ejusmodi, quam detractio, aut appetitio alieni.
Detractio confecti cibi. Cic. de Univers. 16. Nec vero desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi. Id est, Exonerationem alvi.
Detractiones apud Plinium pro Vacuationibus & inanitionibus pravorum humorum, lib. 16. cap. 44.
Sustinere detractionem sanguinis. Cels. lib. 2. cap. 10. Facilius itaque illi detractionem sustinent: celeriusque ea, si nimium est pinguis, affligitur.
Detractio sanguinis. Plin. lib. 17. cap. 26. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Detractio molestiæ. Cic. 1. de Fin. 37.
DETRACTOR, Qui famæ alicujus derogare nititur. Tacit. 11. Ann. 11. Ipse haudquaquam sui detractor. V. infra DETRACTATOR.
DETRECTO, vel DETRACTO. quam scriptionem præfert Pier. ad 3. Georg. 57. [ἀναίνομαι, ὑποφεύγω, ἐξίσταμαι] are. Vitare, fugitare, aversari, recusare. ut, Detrectare certamen, apud Tacit. lib. 20. Virg. 3. Georg. 57.
Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,
Aut juga detrectans, interdumque aspera cornu.
Laudes. Ovid. 5. Met. 246.
Militiam detrectare. Ovid. 13. Met. 36. & Cæs. 7. Bell. Gall. 14.
Officium suum. Quintil. lib. 2. cap. 1. Et Rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia sua non detrectet.
Onus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 155.
Principem, pro Recusare & nolle ferre. Sueton. in Tiber. cap. 25.
Taurus detrectat aratrum. Ovid. 3. de Ponto 7. 15.
Detrectat administrare tutelam. Paulus in l. Ingratus. D. de jure patron.
Detrectare, pro Detrahere. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 53. Milites alius alium læti appellant, acta edocent atque audiunt: sua quisque fortia facta ad cœlum ferre. Quippe res humanæ ita sese habent, in victoria, vel ignavis gloriari licet: adversæ res etiam bonos detrectant. Id est, Etiam boni in adversis ut male audiant, efficiunt.
Benefacta maligne detrectare. Ovid. 13. Met. 270. Liv. 38. 49. Cæca invidia est, nec quicquam aliud scit, quam detractare virtutes, corrumpere honores, ac præmia earum.
Ingenium magni livor detrectat Homeri. Ovid. de Rem. Amor. 365.
Detrectare, inquit Festus, est Male tractare.
Detrectare, Diminuere. Macrob. 5. Saturn. cap. 11. In arboribus etiam & frugibus ad indolem vel detrectandam vel augendam, major plerunque vis & potestas est aquarum & terrarum, quæ alunt, quam ipsius quod jacitur seminis. Porro pro Detrectare habet Detractare Lactant. de Mort. Persecut. 9. 8. & 10. 4. Tertull. de Virg. Veland. cap. 8. & Manil. 2. 346. V. Cort. ad l. c. Sall.
DETRECTANS, antis. Liv. 3. 49. Detrectantem arripere. Virg. V. supra, in ipso v.
DETRACTATUS, a, um. Tertull. ad Uxor. cap. 2. Detractata & exserta sententia.
DETRACTATUS, ûs. m. Tertull. de Spectac. cap. 3. Convertamur magis ad nostrorum detractatus.
DETRECTATIO, & DETRACTATIO, [ἀνάδυσις] Liv. 6. 28. Juniores Romani ad edictum sine detrectatione convenere.
Detrectatio militiæ. Liv. 3. 69.
DETRECTATOR, & DETRACTATOR, m. [ἀναδύτης] Qui renuit. Liv. 34. 15. Cato ipse haud sane detrectator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit. Sed Jac. Gronovius testatur in MSS. esse Detractor. Auson. tamen Idyll. 2. 51.
Ipse nec affectans nec detrectator honorum,
Præfectus magni nuncupor Illyrici.
Sic Detractator ministerii, id est, Recusans onus. Petron. cap. 17.
DETRIMENTUM, V. DETERO.
DETRIUMPHO, are. Tertull. Apol. cap. 27. extr. Illos nunquam magis detriumphamus, quam cum pro fidei obstinatione damnamur. Gloss. Gr. Lat. ἐκθριαμβεύω Detriumpho.
DETRIUMPHATUS, Minuc. Fel. p. 231. Ouzel. 28. Deos post cladem detriumphatos colere cœperunt. Id est, Devictarum gentium deos. [in Cod. Cellar. 25. 7. Triumphatos legitur.
DETRŪDO, si, sum, [κατωθέω] ere. Trudendo dejicere. Cic. pro Cæcin. 49. Potestne detrudi quisquam, qui non attingitur? Liv. lib. 2. Jam impetu conabantur detrudere virum.
Dejicere & detrudere. Cic. pro Cæcin. Decessi, unius hominis telo perterritus, dejectus, detrususque sum.
Ad id quod facere possit, aliquem detrudere. Cic. 1. de Orat. 130.
Detrudi de saltu, agroque communi. Cic. pro Quintio 28. barbare De possedari.
Colonos rure detrudere. Claud. de Bell. Gild. 198.
Ex aliquo loco detruserunt aliquem nives, frigora, imbres. Cic. 5. Fam. 10.
In partem dextram aut lævam detrudere. Cic. de Univers. 42. Id fit quum speculorum lævitas, hinc illincque altitudinem assumpsit, & ita dextra detrusit in lævam partem oculorum, lævaque in dextram.
Corpus detrusum sub inania tartara. Ovid. 12. Met. 523.
Detrudunt naves scopulo. Virg. 1. Æn. 145.
Detrudere aliquem ad aliquem. Plaut. Aulul. 2. 5. 9.
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?
Detrudi in luctum. Cic. 1. Q. fratr. 4. Quoniam in tantum luctum & laborem detrusus est, quantum nemo unquam.
Aliquem ad mendicitatem. Plaut. Men. 1. 3. 21.
Detrudi morti. Plin. de Viris Illust.

Detrusit ad ea necessitas. Cic. 1. Off. 114. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt.

Detrudi ac compingi in pistrinum. Cic. 1. de Orat. 46. A quibus omnibus una pene repelli voce Oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina, rerumque majorum scientia, ac tantum in judicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi ac compingi videbam.

Detrudere in pœnam. Cic. pro Flacc. 94. Non putant satis conversam esse Rempub. nisi in eandem impiorum pœnam optime meritos cives detruserint.

De sententia. Cic. 14. Fam. 16. Quæ me ita conficiunt, ut ii voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt.

Aliquem regno. Virg. 6. Æn. 594.

— superisque Jovem detrudere regnis.

Detrudere comitia in adventum alicujus, pro Differre. Cic. 2. Q. fratr. 15. Idem lib. 4. Att. 16. Quibus si non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum Cæsaris detrudat.

DETRUSUS, a, um. Partic. [κατωσθεὶς] Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Atque is agitatione & motibus linguæ, quum depulsum, & quasi detrusum cibum accipit, depellit. De stomacho loquitur.

Ex prædio vi detrusus. Cic. pro Quintio 89.

Corpus sub Tartara detrusum. Ovid. 12. Met. 522.

DETRUSIO, onis. Tertul.

DETRULLO, [μεταγγίζω] āre. De trulla in trullam deplere, quo usus est Apicius, quod ipsum & Diffundere vocatur Plinio, sicut in oleo Decapulare. Hermolaus, Gloss. in Plin.

DETRUNCO, [ἀποκόπτω, ἀκρωτηριάζω, κολοβόω] āre. Decidere, secare: ut Detruncare arborem. Liv. 21. 37. Quum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis, detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt.

Detruncare alam regi apum. Plin. lib. 11. cap. 17.

Caput detruncat. Ovid. 8. Met. 769.

Detruncare corpora. Liv. 31. 34. Posteaquam gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota cervice desecta &c.

Manu prensum aliquem. Valer. 3. Argon. 145.

Vitem, pro Resecare. Columel. lib. 4. cap. 22. Tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes ejusmodi resectionem.

Ulmus detruncata. Plin. 17. 23. Pompejus detruncatus, id est, Decollatus. Lactant. 6. 6. 17.

DETRUNCATIO, [ἔκκοψις, ἀποκοπή] ut Detruncatio ramorum. Plin. lib. 24. cap. 9. & lib. 17. cap. 24. Nam detruncatio, ut diximus, quibus prodesset.

DETŬLIT, præter. a DEFERO. q. V.

DETŪMEO, ui, ēre. [ἐξοιδέω] est Tumorem amittere. Stat. 5. Theb. 468.

Detumuere animi maris, & clementior Auster

Vela vocat. Intelligit Mare non amplius irasci, hoc est, Tranquillum esse cœpisse. [Nisi potius adverbum sequens pertinet. V. Voss. de Analog. 3. 43.

DETUMESCO, ĕre. cum Tumor decrescit. Petron. cap. 109. Odia detumescunt. Prudent. in Rom. v. 145. de dignitatum insignibus,

Quibus tumetis, moxque detumescitis.

DETUMESCENTIA, æ. f. ut Detumescentia sanguinis apud Medicos.

DETURBO, āre. [ἀποσείω, παρωθέω] Est (ut ait Valla lib. 5.) Deorsum cum violentia dejicere. Virg. 5. Æn. 175.

— puppi deturbat ab alta. Plaut. Rud. 1. 1. 5.

Ita omnes de tecto deturbavit tegulas. Ventus scil. Sic Deturbare ædificium. Cic. 3. Q. fratr. 24.

Deturbare aliquem, equo transfixo. Liv. 5. Bell. Maced.

Aliquem ædibus, pro Ejicere. Plaut. Amphit. 4. 2. suppos. 55.

Tecto exclusum foribus, me deturbavit ædibus.

Deturbare, affligere, comminuere, dissipare statuam. Cic. in Pison. 93. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant.

Agmina deturbat gladio. Sil. lib. 7.

De fortunis omnibus aliquem. Cic. pro Quintio 47. i. e. Detrudere, vi expellere.

Deturbare milites ex præsidiis & stationibus. Liv. 31. 39. Partim brevi circuitu, quum in jugum collis evasissent, trepidos ex præsidiis stationibusque Macedonas deturbant.

In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virg. 5. Æn. 175.

De tribunali. Cæs. 3. Bell. Civil. 21.

Possessione, vel de possessione. Cic. pro Quintio, Debueris, aut potueris P. Quintium de possessione deturbare. Idem 12. Fam. 25.

De mente. Cic. in Pison. 46. Sua quenque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat.

Deturbari spe. Cic. 13. Fam. 25.

Ex spe. Cic. 5. Fam. 7. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos vehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbatos jacere.

Deturbavit illi verecundiam. Plaut. Mostel. 1. 2. 60.

Hæc verecundiam mihi, & virtutis modum deturbavit.

DETURBATUS, a, um. Partic. Deturbatis, quæ interiora montium obsidebant, præsidiis. Curt. 3. 7. 7. Idem 6. 5. 12.

DETURGEO, si, ēre. Contrarium est suo simplici. Plin. lib. 9. cap. 58. Quippe, deturgente Nilo, musculi reperiuntur, inchoato opere genitalis aquæ, terræque. Harduin. ex MSS. Detegente. alii Decedente. V. ejus. Emendat. n. 140. [Alioqui Latini sermonis proprietas Deturgescente potius postulare videtur.

DETURPO, āre. a Turpis nomine compositum. Sueton. in Calig. cap. 35. Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Plin. lib. 15. cap. 16. Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis.

## D E V

DEVA, [Δηΰα] Fluvius Britanniæ Ptolemæo. Vulgo *Dee.*

DEVADÆ, Insula prope Apitamos populos in Arabia, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

DEUANA, [Δηοῦανα Ptolemæo] Urbs Britanniæ insulæ: alio nomine Duana castra, vulgo *Doncaster.*

DEVASTO, āre. [διαπορθέω, καταπρονομεύω] Deprædari, spoliare, vexare, hostili clade profligare. Liv. lib. 22. 9. Ubi satis quietis datum, præda ac populationibus magis, quam otio aut requie gaudentibus; profectus, Prætutianum Adrianumque agrum, Marsos inde, Marrucinosque & Pelignos devastat. Idem 23. 42. Ita sumus aliquoties hac æstate devastati, ut, &c.

Agmina ferro devastata. Ovid. 13. Met. 255.

DEVASATATIO, onis. f. Augustin.

DEVASTATOR, ōris. m. apud Eund.

DEVASTUS, Adj. Compar. Apul. 9. Met. p. 236. Devastior nodulus.

DEUCĂLION, ōnis. [Δευκαλίων] Promethei filius, rex Thessaliæ, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio junctus. Ille diluvio quondam Thessaliæ Parnassi juga petiit, atque ibi ratibus ad se confugientes benigne fovit: inde reparator humani generis a Poetis fingitur. Fuit id Diluvium annis aliquot ante exitum Israelis ex Ægypto. Primus templum condidisse dicitur. Apollon. Argon. 3. 1087. V. & ibidem de pluribus Deucalionibus: & conf. Ovid. 1. Met. & THESSALIA. Marsh. Can. Chron. ad Sec. 9. a pr.

DEUCALIONĒUS, Adj. ut Undæ Deucalioneæ apud Ovid. 7. Met. 357. Lucan. lib. 1. 653.

Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.

DEVĔHO, xi, ctum, [κατάγω] ĕre. Idem quod Vehere, vel Deorsum vehere, vel De uno loco in alium vehere. Plin. 5. Epist. 6. Medios ille agros secat, navium patiens, omnesque fruges devehit in urbem, hyeme duntaxat & vere.

Devehi flumine. Tacit. 2. Hist. 59. & 3. Ann. 9: 4. 73.

Ad astra devehor. Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Devexit Tiberis commeatum. Liv. 4. 52.

Devehuntur Liparas. Liv. 5.

Merces devehere trans æquora. Claud. 2. in Eutrop. 509.

Devehi quam mollissime. Columel. lib. 1. cap. 2. Sic Devehere in ultimas terras. Liv. 1. Bell. Pun.

Devectæ materiæ vitium. Columel. lib. 5. cap. 5. At qui bonitati vini student, in summas arbores vitem promovent, ut quæque materiæ se devectæ in celsissimum quenque ramum extendunt, sic, &c. [Si modo sanus locus est. An Evectæ?

DEVECTUS, Partic. [καταχθεὶς] Cic. 1. Philipp. 9. Atque ego celeriter Veliam devectus, Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico.

DEVECTIO, Gloss. Vet. βαςαγή.

DEVECTO, āre. frequent. Sedulius, — anne beati

Corporis ablator velocius esse putavit

Solvere contectum, quam devectare ligatum?

DEVELLO, velli vel vulsi, vulsum, [ἐκτίλλω] ĕre. Idem quod Evellere. Pennas devellisse. Plaut. Pœnul. 4. 2. 50. Plin. lib. 21. cap. 11. E cæteris hyacinthus maxime durat, & viola alba, & œnanthe: sed hæc ita, si devulsa crebro prohibeantur in semen abire.

Laceros devellere crines. Claud. de Gigant. 39.

DEVĒLO, [ἀποκαλύπτω] āre. Velum auferre significat, & detegere: idemque fere quod Revelare. Ovid. 6. Met. 607.

Oraque develat miseræ pudibunda sororis.

DEVELTUM, Plinio, [Δεβέλτος Ptolemæo] Oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens ejusdem nominis. Utriusque meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Vulgo *Develto.*

DEVENĔROR, [σεβάζω] āri. Idem quod Venerari. Ovid. 2. Epist. 18.

Sæpe deos supplex, ut tu scelerate valeres,

Sum prece thuricremis devenerata focis. Tibull. 1. 5. 13.

Ipse procuravi, ne possent sæva nocere

Somnia, ter sancta deveneranda mola.

DEVĒNIO, vēni, ventum, [κατέρχομαι] īre. Proprie est Ex editiore loco in humiliorem venire. ut Deveni in planum, Deveni in vallem. Virg. 4. Æn. 166.

Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem

Deveniunt.

Devenire ad mare. Plaut Pœnul. 3. 3. 14. Cæs. 2. Bell. Gall. 21. Ad legionem decimam devenit.

In castra alicujus. Hirt. Bell. Afric. Interim nobiles homines ex suis oppidis profugere, in castra Cæsaris devenire. Ovid. 7. Met. 797.

Devenit in Scythiam.

In victoris manus. Cic. 7. Fam. 3. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deveniendum iu victoris manus.

Devenit inter. Ovid. de Rem. Amor. 611.

Recidit, ut cupidos inter devenit amantes.

Sine præpositione. Virg. 1. Æn. 365. Devenere locos, &c.

Devenire in aliquem, vel incidere. Cic. in Pison. 70. Devenit aut potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atque advena.

In aliquam fortunam. Cic. 4. Fam. 5. Denique quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit: noli committere ut quisquam te putet, &c.

In insidias. Plaut. Men. 1. 2. 27.

Ad juris studium. Cic. pro Muren. 29. Sic nonnullos videmus, qui Oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. Id est, Delabi ad studium, &c. V. Verba præced.

Devenit malum ad illum. Ter. Heaut 4. 5. 2.

Miseret me tantum devenisse ad eum mali.

Devenire ad maturitatem. Columel. lib. 2. cap. 12. Octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit.

In medium certamen atque discrimen. Cic. 1. de Orat. princ.

Ad Senatum, idem significare videtur, quod vulgo barbare dicitur, Habere recursum. Cic. 5. Verr. 126. Quo confugient socii? quem implorabunt? qua spe denique, ut vivere velint, tenebuntur, si vos eos deseritis? Ad Senatum devenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, &c.

Devenit sermo in alienas manus. Cic. 1. Att. 6. Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire. i. e. Epistolas incidere in alienas manus.

Devenire, idem quod Venire, vel Ire: ut Devenire domum. Plaut. Epid. 3. 2. 28.

Deveniam ad lenonem domum egomet solus.

DEVENUSTARE, [καταισχύνειν] Idem quod Deturpare. Gell. lib. 12. cap. 1.

cap. 1. Tanquam pulchritudinis sibi insignia devenustet. adde Symmach. 1. Epist. 79. Mamertin. Paneg. Julian. cap. 5. Auson. præf. Monosyll. Sidon. 2. Epist. 2. & 1. Epist. 7. fin.

Devenustari verecundiam cœpti operis temeritate. Sidon. Ep. 2. l. 9. H. St.

DEVERBĔRO, [τύπτω, ἀποδέρω] āre. Valde verberare. Ter. Phorm. 2. 2. 13.

Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem
Hospites, tum etiam cives?

DEVERGO, ĕre. vel DIVERGO. Apul. de Deo Socr. p. 46. Terrena devergunt pondere.

DEVERGENTIA, æ. f. Inclinatio. Gell. lib. 14. cap. 1. Nam quanta, inquit, partium, circulorumque cœli ex devergentia & convexionibus mundi varietas sit, quis non videt? V. Declinatio mundi, In DECLINO.

DEVERRO, rri, rsum, [κατασαίρω] ĕre. Probe verrere. Columel. lib. 7. cap. 4. Stabula vero frequenter everrenda, & purganda, humorque omnis urinæ deverrendus. Lucil. apud Nonium 4. 491. V. in v. seq.

DEVERRA, Dea ab antiquis putata est, de qua sic Augustinus ex Varrone: Mulieri, inquit, fœtæ post partum tres deos custodes Varro commemorat adhiberi, ne Sylvanus deus per noctem ingrediatur, & vexet: Eorumque custodum significandorum causa tres homines nocte circumire limina domus: & primo limen ferire securi, postea pilo, tertio deverrere scopis, ut his datis culturæ signis, deus Sylvanus prohibeatur intrare: quia neque arbores cæduntur ac putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos: Intercidonem, a securis intercisione: Pilumnum, a pilo: Deverram, a scopis, quibus deis custodibus, contra vim dei Sylvani fœta conservantur. Hæc Augustin. de Civit. Dei 6. 9.

DEVERSUS, Veteres dicebant, quasi Deorsum versus. Festus.

DEVERTO, pro Diverto frequentissime apud Plautum legitur more veterum. V. DIVERTO. Quintil. lib. 2. 3. extr. Recto itinere lapsi plerunque devertunt.

In odium T. Junii deverterant. Tacit. 1. Hist. 12. alias Diverterant.

Active Aur. Vict. de Cæs. cap. 48. Arduum fatalia devertere. id est, Impedire. (Quanquam & pro Divertere Idem cap. 42. de Hannib. In Campaniam devertit) Sic Lucan. 6. 591.

— ventura suo devertere cursu.

DEVERTOR, Idem quod Divertor. Cic. pro Fontejo. 9. Si qui Cobiamacho deverterentur. Ovid. 9. Met. 62.

Inferior virtute meas devertor ad artes. Stat. 3. Theb. 45.
— haud aliter saltu devertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage virorum. Conf. Ovid. 2. de Arte Am. 425. & 4. de Ponto 14. 21. Cato apud Fest. in Prorsus.

DEVERSŌRIUS, Antiq. Plaut. Trucul. 3. 2. 29. In tabernam ducor deversoriam. Convenit cum Diversorius.

DEVERSŌRIUM, ii. n. Cic. 2. de Orat. 290. Hoc deversorio sermonis tui libenter acquieturum te esse dixisti. Idem 2. Philipp. 104. Studiorum non libidinum deversorium. Alii quidem Codd. Diversorium.

DEVERSOR, āri. Cic. 1. Verr. 64. Rubrium parum laute deversari dicit. Idem 2. Philipp. 68. Hac te in domo tam diu deversari non pudet? adde Tertull. de Pœnit. cap. 11. Apul. 8. Mer. p. 205.

DEVERSĬTO, Idem quod Devertere. Gell. 17. 20. Ad verborum venustates deversitandum.

DEVESTIO, īvi, ītum, [ἐκδύω] īre. Veste exuere. Apulejus Met. lib. 3. p. 138. Jam primum omnibus laciniis se devestit. Feudalium autem placitorum conditoribus Adimere significat, in princip. tit. 7. lib. 1. de Natura Feudi. Contrarium τῷ Investire. Conf. Hierolex. Macr.

DEVĔTO, [κωλύω] āre. pro Vetare. Quintil. 1. Declam. p. 31. Omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis devetaret. Alia exemplaria habent Vetaret.

DEVEXO, [καταπονέω] āre. Valde vexo. Lactant. lib. 4. Et quum corpora hominum occupant, animosque devexant, adjurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur.

DEVEXĀTUS, Cic. 10. Fam. 3. Per tot annos Repub. devexata.

DEVEXUS, Adj. [καταφερής, κατάντης] Declivis & deflexus. Columel. lib. 1. cap. 2. Parte campestri, parte alia collibus vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter devexis. Plin. 5. Epist. 6.

Devexus & planus. Plin. lib. 6. cap. 10.

Ætas devexa, non tamen præceps. Sen. Epist. 12. conf. Cic. 9. Att. 10.

Alpes devexæ. Lucan. lib. 2. 429.

Amnis devexus usque ab Indis. Virg. 4. Georg. de Nilo 293.

Arva. Ovid. 7. Met. 330.

Caput in dextrum humerum. Plin. lib. 28. cap. 6.

Dies devexior. Claud. 8. Paneg. 57.

Devexus in viam lucus. Cic. 1. de Divin. 101.

Lacus acclivis devexo margine. Ovid. 9. Met. 334.

Montes. Valer. 3. Argon. 687.

Mundus — premitur Libyæ devexus in Austros. Virg. 1. Georg. 241.

Ad terramque fluit devexo pondere cervix. Virg. 3. Georg. 524.

Rupes. Claud. de Aponi balneis. 53.

Absolute. Inter devexa. Tacit. 5. Hist. 11. Per devexa collium. Frontin de Colon. Gœs. p. 121. Devexa montium. ibid. p. 146.

DEVEXĬTAS, ātis. [τὸ κάταντες] Declivitas. Plin. 8. Epist. 8. Inde non loci devexitate, sed ipsa sui copia & quasi pondere impellitur. Plin. lib. 17. cap. 22. Pulvinatis a devexitate labris.

DEVĬGESCO, ĕre. Marcescere. Tertul. de Anima cap. 27.

DEVINCIO, xi, ctum, [ἐξαρτάω, καταδέω] īre. Vehementer ligare & constringere.

Devinctus & constrictus omnibus vinculis. Cic. de Lege Agr. 16. Quam præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinculis devinctam & constrictam teneretis.

Devincire ad. Plaut. Pseud. 1. 2. 65.

Cras te, quasi Dircen olim (ut memorant) duo gnati Jovis
Ad taurum devinxere, ita hodie te stringam ad carnarium.

Ad duas res devinciri. Cic. pro Cæcin. 92. Ad duas dissimiles res duo devincta interdicta sunt.

Urbem præsidiis. Cic. de Lege Agr. Attellam, Cumas, Neapolim, Pompejos, Nuceriam suis præsidiis devincient.

Una complexione multa. Cic. in Orat. 85. Non faciet Rempub. loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet.

Verba comprehensione. Cic. de Clar. Orat. 140.

Impediri, & regum dominatione devinciri. Cic. de Clar. Orat. 45. Nec enim in constituentibus Rempub. nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione devinctis, nasci cupiditas dicendi solet.

Fœderibus devincitur fides cum hoste. Cic. 3. Off. 111. Id indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides.

Devincire se cupiditate. Ter. Heaut. 1. 2. 33.

Verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia.

Hominum inter homines societatem. Cic. 1. Off. Tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines societatem.

Se scelere. Cic. de Arusp. Resp. 5. Qui si sensit quo se scelere devinxerit, non dubito quin sit miserrimus.

Devincire sibi aliquem, per translationem. Cic. pro Milon. 89. Cn. Pompejum novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur.

Alligare & devincire. Cic. pro Cluent. 179. Ut cum nuptiis alligatum simul, & testamenti spe devinctum posset habere in potestate.

Lenire imperitam multitudinem & præmiis devincire. Cic. 2. Philipp. 116. Muneribus, monimentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat.

Affinitate sese alicui. Cic. de Clar. Orat. 98. Nam & cum summo illo Oratore Servio Galba, cujus C. filio filiam suam collocaverat, affinitate sese devinxerat, &c.

Beneficiis aliquem sibi. Plaut. Asin. 2. 2. 19. Cic. 16. Att. 17. Quod si feceris, me, quem voluntate & paterna necessitudine conjunctum semper habuisti, maximo beneficio devinctum habebis.

Beneficio hoc utrique ab utrisque devincimini. Ter. Heaut. 2. 4. 14.

Cautione, fœdere, execratione aliquem. Cic. pro Sextio 15. Hunc vir clarissimus, mihique, multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompejus, omni cautione, fœdere, execratione devinxerat, nihil in tribunatu contra me esse facturum.

Charitate homines devincit sanguinis conjunctio & benevolentia. Cic. 1. Off. 54.

Copiis aliquem. Cic. pro Cœlio 36. Illum filiumfamil. patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes.

Donis beneficiisque plurimis aliquem. Cic. 5. Verr.

Liberalitate aliquem. Cic. 1. Fam. 9.

Officio summo & summa observantia sibi in perpetuum aliquem. Cic. 13. Fam.

Mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt, qui introducunt causarum seriem sempiternam. Cic. de Fato 20.

Pignore devincire animos Centurionum, dixit Cæs. 1. de Bell. Civil. 39.

Societate. Cic. 2. de Nat. Deor. 148. Hæc nos juris, legum, urbium, societate devinxit. De eloquentia. Et 1. Off. Devinciri firma societate.

Sermone & familiaritate devincire. Cic. 1. Q. fratr. 2. Primum Dionysipolitas, qui erant inimicissimi mei, lenivi: quorum principem Hermippum non solum sermone meo, sed etiam familiaritate devinxi.

Studiis devinciri. Cic. 3. Fam. 13. Præsertim in his studiis, quibus uterque nostrum devinctus est.

Templum religione. Cic. pro Domo sua 131. Præscribere enim se arbitrabatur, ut sine studiis dissensionis sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii, religione Concordiæ devinxisset.

DEVINCTUS, Partic. [καταδεδεμένος] Cic. pro Planc. 45. Ita putavit Senatus, quum reo tribus ederentur hæ, quas is largitione devinctas haberet, eosdem fore testes & judices.

Devinctus colla catenis. Sil. lib. 11.

Devinctus fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Cic. in Bruto 217. Quod Cicero Devinctus, Quintil. lib. 11. cap. 3. Deligatus dixit, de eodem verba faciens.

Tempora devinctus lauro. Tibul. lib. 2. Eleg. 5. 5.

Amore devinctus alicui. Stat. 9. Theb. 808.

Devinctus metri necessitate. Plin. Epist.

Devinctam consuetudine domum tenere. Cic. pro Archia 5.

Legibus, jure certo, firma pace devinctæ nationes. Cic. de Provinc. Consul. 19. Domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum firma pace devinctæ.

Compar. Hor. 1. Sat. 5. 39. — nanque

Plocius, & Varius Sinuessæ, Virgiliusque
Occurrunt: animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque quis me sit devinctior alter.

Superl. Salvian. advers. Avarit. lib. 3. p. 286. Huic charissimo ac devinctissimo tuo nihil de tuo tribuis.

DEVINCTIO, onis. f. Tertull. de Spectac. cap. 2. Homicidium magicis devinctionibus perficere.

DEVINCO, īci, ictum, [νικάω] ĕre. Idem quod Vincere, superare. Cic. de Senect. 44. Qui Pœnos primus classe devicerat. Cæs. 3. Bell. Civil. 87. Qui Galliam Germaniamque devicerit.

Devincere & capere urbem aliquam. Cic. 2. de Lege Agr. 89. Quibus Consulibus Capua devicta, atque capta est.

Devincere bello, prælio, vi. Cic. ad Brutum 15. & 2. de Nat. Deor. 6. adde Nep. 12. 2. 2. Idem 1. 2. 2.

DEVICTUS, Partic. [νενικημένος] Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Qui risus classe devicta multas ipsi lacrymas, magnam Populo Rom. cladem attulit.

Devictus animus. Ter. Hec. 1. 2. 93.

Devictus consuetudine & conjugio liberali. Ter. And. 3. 3. 30. Devinctus Lindenbrog. ex MSS. Sic & Faern. & Bentl. q. V.

Devictus lumina somno. Catul. Nupt. Pel. & Thet. 122. al. Devinctus.

Vulnere amoris devictus. Lucret. lib. 1. 35.

Devicto serpente. Ovid. 6. Epist. 37.

Athenienses devicti. Nep. 9. 2. 2.

DEVICTIO,

**Devictio**, f. onis. Tertull. adverf. Marc. 1. 5.

**Devictor**, ōris. m. Infcriptio M. Antonino dicata. DEVICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARARVM. Gruter. CCLVIII. 6.

**Devio**, are. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 15. In nonnullis paululum a gravitate Homerica deviavit. Idem in Somn. Scip. lib. 1. cap. 22. Ad Septentrionalem verticem deviare. Vox eft pofterioris latinitatis. Plura vide in Curis Pofter. Cellarii. p. 207.

**Devirgīno**, are. Paulus in l. præfes. D. de Offic. præf. Præfes, quum cognofcit de fervo corrupto, vel ancilla devirginata. V. Bynkersh. obf. Jur. Rom. 1. 25. p. 101. ufus eft voce Petron. cap. 25. Hygin. Fab. 23. V. Rhod. Lexic. Scribon.
Devirginari dicebantur etiam pueri, qui ex ephebis excefferant, ut probat Nonius 6. 57. in Virgines, ex Varrone.

**Devirginatio**, onis. Scribon. Largus Compofit. 18. Pueros vel virgines liberari poft complexum & devirginationem. De Morbo Comitiali.

**Devirginator**, Gloff. Vet. Διαπαρθενευτής.

**Devīto**, [εὐλαβέομαι, φυλάττομαι, ἐξίσταμαι, παραιτέομαι] are. Declinare, evitare. Ter. Phorm. 1. 4. 3. Quæ neque uti devitem fcio, neque quomodo me inde extraham. Idem And. 3. 5. 5. Pofthac incolumem fat fcio fore me, nunc fi hoc devito malum. Sic Devitare mortem. Cic. 2. Tufc.
Subterfugere & devitare. Cic. Act. in Verr. 8. Ut quoniam criminum vim fubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret.
Dolorem devitare. Cic. 2. Tufc. 62.
Incommodum. Cic. 2. de Invent.
Exiguum cenfum, turpemque repulfam devitare animi, capitisque labore. Hor. 1. Epift. 1. 44.
Aliquem. Cic. 9. Att. 7. Si nec hic, nec illic eum videro, devitatum fe a me putet.
Devitare, Valde vitare. Feftus.

**Devitatio**, onis. f. [εὐλάβεια] Cic. 16. Att. 2. Facilior enim & exploratior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur.

**Devius**, [ἔξω τῆς ὁδοῦ] Adj. Qui longe a via habitat, inquit Budæus. Cic. 2. Philipp. 106. Qui quum effent devii, obviam ei defcenderunt, ut iftum tanquam fi effet Conful, falutarent.
Devia & fylveftris gens. Liv. 4. Bell. Maced. Lacetanos, deviam & fylveftrem gentem, quum infita feritas continebat in armis, tum confcientia, &c.
Devium iter. Cic. 1. Tufc. & 4. Att. 3. Nep. 18. 3. 5.
Luftra. Ovid. 3. Met. 146. & 370.
Montani. Liv. 4. Bell. Maced.
Oppidum. Cic. in Pifon. 89.
Rura. Ovid. 1. Met. 676. & 2. Faft. 369.
Saltus. Liv. 10. 4.
Devium fcortum dixit Hor. 2. Od. 11. 21. pro Vulgari & nimis proftituto. [ Mira exegefis. Rectius in ed. Steph. Parif. 1536. Quod eft a via remotum. Sic & Schol. Cruquian. Addit, Scortum devium, quod non proftat publice. Nec aliter Acro & Porphyr. ac Lambinus. Locus tamen mendofus videtur, ac fcribendum:
　　Quis devia fcortum eliciet domo
　　Lyden?
Avis devia. Id eft, Bubo. Ovid. 2. Epift. 118.
Devium tibi non erit. Cic. 2. Att. 4. Tu, fi in Formiano non erimus (fi nos amas) im Pompejanum venito: id & nobis erit perjucundum, & tibi non fane devium. i. e. non te multum a via abducet.
Flexibile & devium. Cic. de Amicit. 94. Quid poteft effe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo fenfum ac voluntatem, fed etiam vultum atque nutum convertitur?
Confiliis præceps & devius. Cic. 5. Philipp. 37. Dubitaret credo homo amentiffimus, atque omnibus confiliis præceps & devius, non folum cum exercitu fuo, fed etiam cum omni immanitate barbariæ bellum inferre nobis, &c.
Æqui devius. Sil. lib. 1. 57.
Pectora devia recti. Sil. lib. 8. 317.

**Deunx**, uncis. com. gen. [ἐπιπενταμοιρος] Ponderis, five menfuræ fpecies, undecim uncias continens, quafi dempta Uncia ab Affe. Frequentius occurrit de Hæreditate, quam fimiliter, ac Libram in XII. uncias dividebant. Juven. 1. Sat. 40.　Unciolam Proculejus habet, fed Gillo deuncem.
Ex deunce & femuncia aliquem hæredem facere. Cic. pro Cæcin. 17. Ut in pauca conferam, teftamento facto mulier moritur. facit hæredem ex deunce & femuncia Cæcinam, ex duabus fextulis M. Fulcinium, libertum fuperioris viri: Æbutio Sextulam adfpergit. [ Eft autem Sextula Sexta pars Unciæ, ita ut tres femunciam reliquam efficiant, ad Affem, feu totam hæreditatem.
Deunx, Menfura undecim cyathos capiens, vel cyathi undecim. Sextarius enim Romanus in duodecim cyathos, velut As vel libra in duodecim uncias, dividebatur. Martial. lib. 12. 28.
　　Poto ego fextantes, tu potas Cinna deunces,
　　　Et quereris, quod non Cinna bibamus idem.　Deunces (ait Budæus lib. 5. de Affe) undenos cyathos intelligit, ut fextantes binos. V. Sextarius Romanus, In Sex.
Deunx, Undecim unciæ jugeri. Hoc eft, Jugerum integrum, una uncia, five una duodecima parte dempta. Jugerum enim dividebatur, ut As, in uncias duodecim, hoc eft in duodecim partes æquales, quæ vocabantur unciæ. Columel. lib. 5. cap. 1. Partes duæ tertiæ & una quarta, pedes viginti fex millia & quadringentos, hoc eft deunx, in quo funt fcrupula 264.
Avidi deunces. Perf. 5. Sat. 150.　— Pergant avidos fudare deunces. i.e. interprete J.F.Gronovio de Pec. Vet. l.3. C.13. extr. Pergant nummi deunces centefimarum fortis partium, ufurarum nomine, elaborare. Quippe, ad ufuras quoque menftruas eadem Affis in XII. uncias partitio fuit accommodata, ut idem ibid. poft Salmafium, aliosque plenius docuit.
Quid differant Deunx & Decunx docet. Rhemn. Fann. Carm. de Pond. v. 45.　Uncia nam libræ fi deeft, dixere Deuncem;
　　At fi fextantem retrahas, erit ille Deuncis.

**Devŏco**, [κατακαλέω] are. Deorfum vocare. ut Devocare cœlo Jovem. Plin. lib. 28. cap. 2.
Devocare de provincia ad gloriam. Cic. de Provinc. Conful. 29. Quare fiqui hominem non diligunt, nihil eft quod eum de provincia devocent: ad gloriam devocant, ad triumphum. &c.
Ad auxilium. Liv. 1. 20.
In dubium fuas fortunas. Cæf. 6. Bell. Gall. 6.
In fufpicionem maleficii. Author ad Heren. lib. 2. 4.
E cœlo philofophiam, per translationem. Cic. 5. Tufc. 10. Socrates autem primus philofophiam devocavit e cœlo, & in urbibus collocavit.
Refixa cœlo devocare fidera. Hor. Epod. 17. 5.
Devocare a tumulo. Liv. 1. Decad. lib. 4. Quum ab fauciis hoftibus fcifcitando comperiffet caftra Volfcorum deferta effe, lætus a tumulo fuos devocat.

**Devŏlo**, [καταπέτομαι] are. Deorfum volare. Liv. 27. 11. Et Priverni fatis conftat bovem locutum, vulturemq; frequenti foro in tabernam devolaffe.
Devolare deorfum. Plaut. Amph. 5. 1. 56.
De cœlo. Liv. 7.
In aliquem locum. Plin. lib. 10. cap. 2. Cornelius Valerianus Phœnicem devolaviffe in Ægyptum tradit. Lucret. lib. 6. 204.
　　Devolat in terram liquidi color aureus ignis.
Qui fortunis alicujus inducti amicitiam ejus fecuti funt, hi fimulac fortuna dilapfa eft, devolant omnes. Author ad Heren. lib. 4. 25. Id eft, Avolant, cito abeunt.
Devolare, pro Feftinare: ut Devolare de tribunali. Liv. 2. ab Urbe. Devolant de tribunali, ut lictori auxilio effent.
Transfugere ab amicitia, & devolare ad aliam. Cic. pro Quintio 93. Fatetur fe non belle dicere, non ad voluntatem loqui poffe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare.
In forum. Liv. 3. 15. In portum. Plin. lib. 35. cap. 10. At Protogenes victum fe confeffus, in portum devolavit, hofpitem quærens.

**Devolvo**, vi, ūtum, [κατακυλίω] ĕre. Deorfum volvere: ut Devolvere rogos, devolvere trabes, devolvere faxa, Deorfum præcipitare. Hæc Valla lib. 5. Columel. lib. 1. cap. 5. Huic proxima fluens aqua e montibus oriunda, quæ per faxa præceps devolvitur.
Corpora devolvunt in humum. Ovid. 7. Met. 574. de peftilentia.
Penfa devolvere fufis. Virg. 4. Georg. 349.
Verba. Hor. 4. Od. 2. 9. de Pindaro,
　　Seu per audaces nova dithyrambos
　　Verba devolvit.
Devolvit ex fublimi. Plin. lib. 27. cap. 12. Datur & decoctum ejus bibendum duplici menfura ad rupta, convulfa, contufis, ex fublimi devolutis. i. e. his, qui ex loco fuperiori deciderunt.
Jumenta cum oneribus, ruinæ modo, devolvere. Liv. 21. 33.
Devolutus monte præcipiti torrens. Liv. 28. 6.
Devolvi retro, per translationem. Liv. 1. 47. Faceffe hinc Tarquinios, aut Corinthum: devolvere retro ad ftirpem, fratri fimilior, quam patri. Imperativi modi eft.
Devolvi ad otium & inertiam. Columel. in Proœm. lib. 1.
Devolvi ad fpem inanem. Cic. 7. Philipp. 13. Cui quum pridie frequentes effetis affenfi, poftridie ad fpem eftis inanem pacis devoluti.
Devoluta eo res eft ut. Liv. 5. 11. Et eo devolvi rem, ut aut Patricii, aut Patriciorum affeclæ habendi Tribuni plebis fint.
Et quoniam exfecta procidunt & devolvuntur, inde Devolvere Catull. pro Exfecare. Carm. 64. 4.
　　Stimulatus ubi fuerente rabie vagus animi,
　　Devolvit illa acuta fibi pondera filice.

**Devolūtus**, a, um. Partic. Phædr. 5. 8. 23. Devoluta tonitrua. Catull. 60. 4. Sen. Controv. 9.

**Devŏro**, [καταφάγω, κατεσθίω, καταπίνω, λαφύσσω] are. Notæ fignificationis: pro Cibum non guftatum deglutire. Cato de R. R. cap. 78. Bos fi ægrotare cœperit, dato continuo ei unum ovum gallinaceum, crudum, integrum facito devoret.
Devorare, ad alia transfertur: ut Devorare pecuniam, pro Confumere. Cic. l. 3. in Verr. 177. Devorare omnem pecuniam non dubitavit.
Comedere & devorare. Cic. 11. Fam. 21. Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) fed hanc ipfam recentem, novam devoravit.
Exhaurire & devorare. Cic. 13. Philipp. 3. Qui fuis rebus exhauftis, beneficiis Cæfaris devoratis, fortunas noftras concupierunt.
Patrimonia devorare. Catull. Carm. 29. 23.
Patrimonium comefum & devoratum. Cic. in Salluft. 20.
Spe & avaritia, bona & fortunas aliquorum devorare. Cic. pro Domo fua 60. Non enim arbitror, quum poft meum difceffum omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus, & Tetrarcharum ac regum bona, fpe & avaritia devoraffes, argenti & fupellectilis meæ cupiditate cæcatum.
Spe hæreditatem. Cic. 1. Att. 13.
Spe lucrum. Hoc eft, Tam ardenter affectare, ut jam confequutus effe videaris. Cic. pro Flacc. 57. Avulfum eft enim præter fpem, quod erat fpe devoratum lucrum.
Prædam fpe & opinione. Cic. 1. Verr. 135.
Hominum ineptias & ftultitias. Cic. de Clar. Orat. 236. Id eft, Patienter ferre & diffimulanter.
Moleftiam paucorum dierum, Patienter ferre & pati, quæ paucis diebus duratura eft, moleftiam. Cic. 6. Philipp. 17. Quapropter Quirites exfpectate legatorum reditum, & paucorum dierum moleftiam devorate.
Tædium. Quintil. lib. 11. cap. 2.
Lacrymas introrfus obortas　Devorat. Ovid. 4. Faft. 846.
Libros, Multa & ardentiffimo animo legere. Cic. 7. Att. 3. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devoralti?
Devorare, pro Abfumere, eripere. Accius Æneadis, Patrio exemplo, & me dicabo atque animam devorabo hoftibus. Nonius, Devotabo melius legeretur.
Nomen alicujus. Id eft, Oblivifci nominis. Plaut. Trinum. 4. 2. 63. Tractum ab iis, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes devorant.
Devorare dicta alicujus. Plaut. Afin. 3. 3. 59.
　　Aufcultate, atque operam date, & mea dicta devorate.　Hoc eft, tanta cum attentione advertite, ut dicta mea devorare videamini.
Orationem alicujus, Libenti animo & cum magna voluptate audire, ut videatur is eam quafi devorare. Plaut. Pœnul. 5. 2. 9. Sic Devorare verbum aliquod apud Cic. pro Sextio 23. Verbum ipfum omnibus modis animi & corporis devorabat.
Orationem alicujus, pro Non fatis animadvertere: & ut vulgus dicit, Non fatis guftare, ut ait Budæus. Cic. in Bruto 282. Itaque ejus oratio nimia religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illuftris:

a multitudine autem & a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur. Id est, Non intellecta transmittebatur. Quæ significatio ducta est ab iis qui cibum non gustatum deglutiunt, quasi stupente palato.
Verbum. V. paulo ante, Devorare orationem.
Dolor vocem lacrymasque devorat. Ovid. 13. Met. 540.
Devoratur vox. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestris, scobe aut arena superjecta devoratur vox. i. e. intercipitur.
DEVORATUS, [καταπιπωμένος] Partic. Cic. in Pison. 90. In quo tu accepta tamen & devorata pecunia Utinachorum, centum talenta evomere non poteras. Pudore. Apul. Met. 2. p. 238. V. Plin. 30. 7.
DEVŌRĀTIO, onis. f. Tertull. de Resur. Carn. cap. 54.
DEVŌRĀTOR, ōris. m. Idem ibid. cap. 32. Vet. Gloss. καταπότης.
DEVORATŌRIUS, Tertull. de Idolol. cap. 1. Ambros. Epist. 5. p. 78.
DEVOTO &c. V. DEVOVEO.
DEVŎVEO, ōvi, ōtum, [κατεύχομαι, καταρῶμαι, ἀναθηματίζω] ēre. Destinare, consecrare, vovere. Cic. 3. Off. 95. Quid? Agemnon quum devovisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam.
Devovere & constituere alicui hostiam. Cic. de Arusp. Resp. 6. Accedit etiam, quod expectatione omnium, fortissimo & clarissimo viro T. Annio devota & constituta hostia esse videtur.
Se amicitiæ alicujus. Id est, Dedere. Cæs. 3. Bell. Gall. 22. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret.
Se pro populo. Id est, Morti sese addicere, ut morte sua populus sive Resp. servetur. Cic. de Senect. Idem 2. de Fin. Liv. lib. 9. 4. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor, & me vel devovere pro Populo Romano legionibusque, vel in medios me immittere hostes paratus sum. Plin. lib. 22. cap. 5. Hic Decius postea se Consul, Imperioso collega, pro victoria devovit.
Devovendi seipsum, aciemque hostium morem, ac ritus & verba, V. apud Liv. 8. 9. & 10. item 10. 28. 29. & de Urbium item Devotione & Evocatione Deorum Macrob. 3. Saturn. cap. 9.
Se, fortunasque suas pro aliquorum incolumitate, otio, concordiaque devovere. Cic. post redit. in Senat. 1.
Se & caput suum aliqua conditione. Cic. pro Domo sua 145.
Se pro ære alieno. Cic. 11. Philipp. 13. Vidi etiam P. Decii auctionem, clarissimi viri: qui majorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære devovit.
Se aris superorum. Virg. 12. Æn. 234.
Devovere se pro Principibus Hispanorum, Gallorum & Germanorum mos fuit, (V. SOLDURII) qui sub Aug. Romam translatus, pro cujus salute se in senatu Sext. Pacuvius, Dione teste, devovit primus, & aliis idem faciendi exemplum dedit. Hinc nata formula illa qua, veneraturi, fere per adulationem, principes, usi, dicere solebant DEVOTUS NUMINI MAJESTATIQUE TUÆ. V. DEVOTUS. De quo nonnihil Lips. Antiq. Lect. 5. 8. Casaub. ad Sueton. Calig. C. 14. Marcil. ad Hor. 2. Od. 17. De gladiorum devotione Cuper. ad Petron. cap. 82. p. 405.
Devovere aliquem, pro Diris imprecationibus malum alicui optare. Ovid. in Ibin 93.
Illum ego devoveo, quem mens intelligit Ibin. Ibidem,
— devoveo teque tuosque modo.
Caput alicujus devovere. Ovid. 13. Met. 330. De hoc devovendi genere Plutarch. in Crasso & Appian. in Parth. V. DIRÆ. Devotionibus hujusmodi Athenienses solebant publice uti contra eos, quibus aqua & igni interdictum esset: solebantque hæ exsecrationes pilis lapideis inscribi. Nep. 7. 4. 5. Postquam autem se capitis damnatum bonis publicatis, audivit, & id quod usu venerat, Eumolpidas sacerdotes a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum, esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit.
Devovere, pro Excantare. Ovid. 6. Epist. 91.
Devovet absentes, simulacraque cerea figit. V. Tibull. 1. 9. 18.
Conf. DEVOTIO.
Speciatim in re Venerea usurpatur de frigore arte magica ei parti, qua Viri sumus, inducto Tibull. 1. 6. 5.
Tum me descendens devotum fœmina dixit. &c.
DEVŌTUS, [καταρατος, ἐναγὴς] Partic. ut Devota fica. Cic. 1. in Catil. 16. Quæ quidem (sica) quibus abs te initiata sacris, ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.
Caput devotum. Stat. 10. Theb. 788.
Perjuria. Catull. in Nupt. Pel. & Thet. 135.
Præcipue infelix pesti devota futuræ. Virg. 1. Æn. 712.
Varro, Tum devoto tibi animo utere.
Victima. Hor. 3. Od. 23. 10.
Pectora morti. Hor. 4. Od. 14. 18.
Sanguis. Hor. Epod. 16. 19.
Devoti, Qui in alterius amicitiam sese dediderunt. Cæs. 3. Bell. Gall. 22. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat cum sexcentis devotis, quos illi soldurios appellant. Quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt, &c. V. SOLDURII.
Devotus, Deditus. Sueton. in Tiber. 67. Siquando, inquit, de moribus meis, devotoque vobis animo dubitaveritis, &c. Idem Calig. cap. 30.
Devotus alicui cliens. Juven. 9. Sat. 72.
Devotus & donatus studiis. Cic. 3. Tusc.
Devotus, Dirus & execrandus. Ovid. 6. Epist. 164.
Vivite devoto, fœmina, virque toro. Hor. 3. Od. 4. 26.
Non me Philippis versa acies retro,
Devota non extinxit arbor.
Domus. Ovid. 9. Epist. 153.
Devoti, qui Professi vulgo vocantur. Religiosus & devotus olim in malam partem solum, at hodie solum in bonam. Alciat. in rubric. de verb. signif. V. Borrich. Cogit. p. 84.
Compar. Treb. Pollio in Div. Claud. C. 16. Claud. de Bell. Gild. v. 290. Salv. de Avar. p. 61.
Superl. Sen. de Benef. Sueton. Cæs. cap. 67. Quibus rebus & devotissimos sibi & fortissimos reddidit. Inscript. vet. DEVOTISSIMVS NVMINI EJVS. V. Gruter. CCLIX. 1. CCLXIV. 2. & supra in ipso verbo.
DEVOTE, Adv. Compar. Ambros. Serm. 84. p. 383. Superl. Lactant. 2. 6. extr. Augustin. Epist. 86. fin.
DEVOTO, are. frequent. Cic. in Parad. 1. C. 3. Quæ vis Coclitem contra omnes hostium copias, tenuit in ponte solum? quæ patrem Decium, quæ filium devotavit, ac immisit in armatas hostium copias? In antiquis codicibus sic legitur. Minuc. Fel. cap. 28. V. Meurs. ad loc.
DEVOTATUS, Apul. de Herb. cap. 7. p. 276. Si quis devotatus, defixusque fuerit in suis nuptiis.
DEVOTURUS, [καθοσιωθησόμενος] Quintil. lib. 4. Modus litis, propter quam devoturus seipse non fuerit.
DEVOTIO, onis. f. [κατευχὴ] Cic. 3. de Nat. Deor. 15. Tu autem etiam Deciorum devotionibus placandos deos esse censes. Idem pro Domo sua Vitæ devotio. Cic. pro Rabir. Post. In devotione vitæ & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius.
Devotio, Execratio [κατάρα] Sueton. in Calig. cap. 3. Lenis adeo & innoxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, non prius succensere in animum induxerit, quam veneficiis quoque & devotionibus impugnari se comperisset. conjunge Tacit. 12. Ann. 65. Apul. 1. Met. 83.
Idem ac Votum & Gratulatio. Apul. 11. Met. p. 713.
Christianis scriptoribus est Ardens atque intenta pietas, cui dediti Devoti etiam dicuntur. Hieron. in v. Hilarionis sub fin. & Lactant. 2. 12. Deo patri summa devotione servire.
DEVOTORIUS, Adject. ut Carmina devotoria apud Liv. & Macrob. quibus homines urbesque devovebantur. [Hoc ipsum v. tamen cave putes apud alterutrum legi.
DEVOTAMENTUM, Tertull. adverf. Gnostic. cap. 2. Ut devotamenta fierent universa ejus.
DEŪRO, ussi, ustum, [κατακαίω] ēre. Idem quod Urere. Liv. 39. 2. M. Æmylius alter Consul agros Ligurum, vicosque, qui in campis aut vallibus erant, ipsis montes duos, Ballistam, Suismontiumque tenentibus, deussit, depopulatusque est. De frigore Liv. 40. 45. Hiems eo anno nive sæva & omni tempestatum genere fuit: arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, deussit cunctas.
Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, quum inflammat. Sen. lib. 1. de Clementia.
Mons Cælius deustus. Tacit. 4. Ann. 64.
Pars Circi. Tacit. 6. Ann. 45. adde Cæs. Bell. Gall. 7. 25.
DEUS, i. [θεὸς, δαίμων, σιὸς] Constat ex Græco θεὸς esse dictum, aspiratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat. Festus.
Dii pl. qui vel Majorum gentium, Selecti dicti, vel Minorum, Advenæ & Adscriptitii appellati. Cic. 1. Tusc. 29. Ipsi illi majorum gentium dii qui habentur, hinc a nobis profecti in cœlum reperientur. Quæ verba & iis connexa repetit, urget & illustrat Lactant. 1. 15. qui videatur. addi potest Coquejus ad Augustin. de C. D. 1. 4. p. 18.
Observandum Lat. Poetas ad imitationem Græcorum Dei vocabulum, tam fœminis, quam viris attribuisse. Ita Virg. 2. Æn. 632. & 7. 497. Venerem Deum, Junonem Deum. conf. Plaut. Pœn. 2. 2. 10. & 5. 3. 13.
Deus interdum idem est ac Genius. V. Turneb. Adverf. 19. 14.
Deus etiam pro Benefico & Servatore Ter. Phorm. 2. 2. 31. Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem Deum?
Deum suæ vitæ Lentulum vocat. Cic. Post redit. ad Quirit. 11. Hoc est, Servatorem, conservatorem. P. Lentulus, inquit, Consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, &c.
Deum & parentem fortunæ & nominis sui aliquem statuere. Cic. pro Sextio, Video P. Lentulum, cujus ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei, fratris, rerumque nostrarum in hoc misero squalore & sordibus.
Porro Deus quoniam omnes in se perfectiones habet, quoties volumus ostendere virum aliquem esse singularem & eximium, Deum illum esse dicimus. ut Cic. 2. de Orat. 179. Quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles. Id est, Singularis ac summus artifex. Ter. in Adel. 4. 1. 19.
Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:
Virtutes narro. Deum te facio, id est, Summis te laudibus effero. Socrates apud Platonem in Menone, ait hanc Laconum esse consuetudinem, ut quoties aliquem virum admirantur, dicant, θεῖος ἀνὴρ οὗτος, id est, Divinus vir hic est. Quintil. lib. 1. C. 10. Virum omni laude cumulatum, numerisque omnibus consummatum, vulgo mortalem deum dici solitum indicat. Nam & sapientem, inquit, formantes eum, qui sit futurus consummatus undique, & (uti dicunt) mortalis quidam deus, non modo cognitione cœlestium vel mortalium putant instituendum, &c. Qui vero sese ingeniose rebus egregiis accommodant, eos lib. 1. de Orat. 115. Cicero quasi a Deo fictos vocat. Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti videantur.
Deus sum. Sermo illius, qui sibi videtur summe fortunatus. Plaut. Curc. 1. 3. 11. Ter. Heaut. 4. 2. 15. Deorum vitam adepti sumus.
Sic Cœnæ deûm. Hor. 2. Sat. 6. 65. O noctes, cœnæque Deum!
Dei nomen Impp. tributum in nummis V. Spanh. Diss. 12. p. 489. item Regg. Seleucidis &c. idem Diss. 7. p. 419. 19.
Introite: nam & hic Dii sunt Heracliti Ephesii dictum apud Gell. 20. cap. ult. De quo loco V. Salmas. Proleg. Exerc. Plin. p. 24. & Lambec. Prodrom. Lucubrat. Gellian. p. 109. 199.
Nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. Cic. 1. de Legib. 24.
Quis est tam vecors, qui aut, quum suspexit in cœlum, deos esse non sentiat? Cic. de Arusp. Resp. 19.
Contemptor deûm. Virg. 8. Æn. 7.
Genitrix deûm, Cybele. Ovid. 14. Met. 536.
Interpres deûm. Sen. Troad.
Mater deûm, Cybele. Lucret. lib. 2. 658.
Radiantis ora dei, id est, Vultus Apollinis. Valer. 5. Argon. 408.
Rector deûm, Jupiter. Ovid. 13. Met. 599.
Regina deûm, Juno. Virg. 1. Æn. 9.
Regnator deûm, Jupiter. Virg. 4. Æn. 269.
Rex deorum Jupiter. Hor. 4. Od. 4. 2.
Sator deorum atque hominum, Jupiter. Virg. 1. Æn. 254.

Simulacra deorum. Cic. 1. Act. in Verr. 3.
Dis charus ipsis. Hor. 1. Od. 31. 13.
Adversis diis & fato sinistro genitus. Juven. 10. Sat. 129.
Adumbrati dii. In ADUMBRO.
Æquorei dii. Ovid. 2. ex Ponto 10. 40.
Æterni. Ovid. de Rem. Amor. 688. 3. Fast. 804. &c.
Alienigenæ. In ALIENIGENA.
Aliger. Stat. 10. Theb. 296. Sic vocat Somnum.
Alipes, id est, Mercurius. Ovid. 5. Fast. 100.
Arcitenens, Apollo vel Cupido. Ovid. 1. Met. 441.
Armiger, id est, Mars. Sil. lib. 17.
Asper alicui. Valer. 3. Argon. 271.
Asperi. Sen. Hippol.
Aversi. In AVERTO.
Averruncus. In AVERRUNCO.
Avidus, id est, Pluto, quod omnes ad se recipiat. Ovid. ad Liviam 440.
Auspices. Virg. 4. Æn. 45.

Diis equidem auspicibus reor, & Junone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. Ubi Servius, Hoc dicit, Dii qui auspices sunt matrimonii, Æneam huc venire fecerant. Nuptiæ enim captatis fiebant auguriis.

Bellicus, Mars. Sen. Agam.
Benevolentes. In BENEVOLENS.
Boni dii, boni quid porto, Exultantis vox. Ter. And. 2. 2. 1. Cic. pro Milon. Di boni, quid potest agi severius?
Cœlestes. In CŒLUM.
Cærulei, id est, Dei æquoris. Ovid. 2. Met. 8. 4. ex Ponto 16. 22.
Faciles. Ovid. 9. Met. 755.
Fatidicus, Apollo. Ovid. 2. Fast. 262. & 5. 626.
Ferales, id est, Infernales. Sen. Thyest.
Immortalis. Hor. in Arte Poet. 464. Dii immortales! homini homo quid præstat? Admirantis exclamatio est. Ter. Eun. 2. 2. 1. Cic. 2. de Fin. 93. Quos, dii immortales! ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat?
Indigena. Ovid. 6. Met. 330.
Inferni. In INFERI.
Inverecundus, Bacchus apud Hor. Epod. 11. 13.
Iratissimis dis meis. Plaut. Pœnul. 2. 4. 1. Deus meus quum dicebant veteres, Genium suum intelligebant. Ter. Phorm. 1. 2. 24. Memini relinqui me, deo irato meo.
Latonigenæ, Apollo & Diana. Sen. Agam.
Magni. Hor. Epod. 15. & Ovid. frequenter. Dii magni, Admirantis est apud Catullum ad Calvum. 14. 12.
Dii Manes. Cic. in Vatin. 14. Idem 5. Verr. 112. Jam illa præclara, non testium modo catervas, quum tua res ageretur, sed tum a diis manibus innocentium pœnas, sceleratorumque furias in tuum judicium esse venturas.
Maris dii. Ovid. 1. Trist. 2. 1.
Meliora dii, Modus optandi, imperfecto sermone: cui subauditur verbum Adferant, vel Dent. Cic. 8. Philipp. init. Ergo habet Antonius quod suis polliceatur. quid nos? nunquid tale habemus? dii meliora. Virg. 3. Georg. 513.

Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.

Minuti. In MINUO.
Nativi. In NASCOR.
Nemorum dii. Ovid. Hi sunt, Fauni, Satyri, Panes, &c.
Noctivagus, id est, Somnus. Stat. 10. Theb. 152.
O dii. Cic. 9. Att. 21.
Ogygius, id est, Apollo. Stat. 5. Theb. 513. Ovid. 10. Epist. 48.
Opifer, Æsculapius, apud Ovid. 15. Met. 655.
Opifex trisulci fulminis deus, id est, Vulcanus. Sen. Hippol. v. 189.
Parvi. Hor. 3. Od. 23. 15.
Patrii. Cic. 1. Verr. 7.
Penates. Hor. 1. Epist. 7. 94.
Penetrales. id est, Dii penates. Sen. Theb.
Præpes, Cupido. Ovid. 8. Epist. 38.
Princeps. Cic. Somn. Scip. 4. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, &c. Princeps ille Deus, parens rerum, fabricatorque mundi. Quintil. lib. 1. cap. 16.
Propitii. Sen. Agam.
Rectos deos habere, id est, Æquos & propitios. Hor. 4. Od. 4. 48.
Sancti. Ovid. 3. Amor. 9. 43.
Secundis diis agere aliquid. Virg. 8. Æn. 682.
Summi. Ovid. 6. Met. 89.
Superi. Hor. 2. Epist. 1. 138.
Sylvestres. Claud. in Epithal. Pallad. 19. Intelligit Faunos & Satyros, & hoc genus deos alios.
Per deos. Cic. 2. Off. 5. Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? Idem 3. Philipp. 34. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortales, Patres conscripti, &c.
Adhibere deos. In ADHIBEO.
Appellare deum. In APPELLO.
Averruncent dii. Cic. 9. Att. 2. Proponis, quam sit turpe me adesse, quum quid de illo detrahatur, nefas esse approbare. certe. contra igitur? dii, inquis, averruncent.
Avertant omen dii. Cic. 3. Philipp. 35. Quod si jam (quod dii omen avertant) fatum extremum Reipublicæ venit, &c.
Colere aliquem ut deum. Cic. de Senect. 81.
Confugere ad deum. Cic. 1. de Nat. Deor. 53.
Nihil est quod deus efficere non possit. Cic. 3. de Nat. Deor.
Placatos deos pietas efficit & sanctitas. Cic. 2. Off. 11.
Evehi ad deos aliquem dicimus, καθ' ὑπερβολὴν, quem Felicissimum esse, & quasi supra humanam conditionem positum significare volumus. Hor. 1. Od. 1. 6. Conf. eadem Ode extr.
Dii faciant: Optantis est, significatque id quod, Utinam, quod & sæpe jungitur. Cic. in Verr. Apud Comicos Faxint frequentius, ut Ter. Heaut. 1. 1. 109. utinam ita Di faxint.

Siquis deus id faciat, i. e. Si forte, si quo casu id fiat. Hor. 1. 1. Sat. 15.

Si qui Deus, en ego, dicat, Jam faciam quod voltis.

Dii vestram fidem, Admirantis adv. cum exclamatione, inquit Donatus. Ter. And. 4. 3. 1.
Genuit omnia deus. Cic. de Univers. 23.
Gubernabit hæc deus aliquis. Cic. 6. Att. 3.
Informare deos conjectura. In INFORMIS.
Infringere deos precatu, id est, Flectere precibus. Stat. 1. Achil. 144.
Inserere deos minimis rebus. In INSERO.
Instigante deo, numine. In INSTIGO.
Invitis diis hominibusque absolutus. In INVITUS.
Invocare omnes deos in auxilium. Quintil. in Prooem. lib. 4.
Juvantibus diis. Cic. 3. Philipp. His authoribus & ducibus, diis juvantibus, nobis vigilantibus, &c.
Moderantes cuncta dii. Ovid. 1. Met. 83.
Obsecrare per deos & obtestari aliquem. Hor. 1. Epist. 7. 94.
Orare per omnes deos aliquem. Hor. 1. Od. 8. 2.
Parent dei numini omnia. Cic. 1. de Divin. 120.
Placare deos bove, vel quacunque re alia. Hor. 1. Epist. 16. 58.
Si diis placet, Ironia. Cic. 2. de Fin. Ter. Phorm. 3. 3. 19. Eun. 2. 3. 98. V. Brisson. de Form. p. 66. & 68.
Plaudentibus diis & hominibus. Cic. 2. Q. fratr. 4.
Regi deorum immortalium numine omnia, gubernarique perspeximus. Cic. de Arusp. Resp. 19.
Dii illum in eam mentem impulerunt. V. MENS. H. St.
Di mihi sint testes. Ovid. 2. de Ponto 4. 5.
Teste deo credere. Ovid. 6. Epist. 30.

Vix mihi, teste deo, credita vita tua est.

Testari deos. Virg. 4. Æn. 519. Cic. Antequam iret in exil. 28.
Vereri deos. Cic. de Senect.
Dii bene vertant. Ter. Adel. 4. 7. 10. In omnibus, quæ cupite venerint, dici solet, ait Donatus.

DEITAS, quæ & DIVINITAS dicitur [θειότης] Augustin. 7. de Civit. Dei 1. Hanc divinitatem, vel, ut sic dicam, deitatem: nam & hoc verbo uti jam nostros non piget, ut expressius e Græco transferant, quod illi θειότητα appellant, &c.

DEUTERAGONISTA, æ. [δευτεραγωνιστής] Qui secundas partes agit, vel alteri subservit, scenicus, qui secundas partes fabulæ agit. Budæus.

DEUTERIA, æ. [δευτερίας] Genus vini, quod fit ex maceratis aqua vinaceis, post mustum acinis expressum. Latini Loram vocant, & Secundarium vinum. De hoc Plin. lib. 14. cap. 10.

DEUTERIAMBUS, i. Pes inter illos pedes quibus Clausulæ decenter aptantur. Mart. Capell. lib. 5. p. 169. Alii Dithyrambum habent.

DEUTEROLOGI, [δευτερολόγοι] Causidici dicuntur qui adjuvare accusatorem poterant, quos oportebat summissius agere, quam eum quem sequebantur. Pædianus Divinat. in Q. Cæc. C. 15. Subscriptores a Cicerone appellari ait. Hujusmodi sunt hodie, qui in causis illustribus perorandis solent adesse ei qui causam ipsam agit, & eum circumstare, gestuque & tacita admonitione se ab eo stare profiteri. Budæus.

DEUTERONOMIUM, [δευτερονόμιον] Legis iteratio vel repetitio, Quintus liber Pentateuchi sive libror. Mosis. V. Tertull. advers. Marc. 4. 15. Lactant. 4. 17. Sidon. 9. 9.

DEUTEROPOTMUS, [δευτερόποτμος] Ita dicebatur, Cui jam quasi mortuo justa celebrabantur, & qui deinde præter omnium opinionem salvus rediret, ut ex bello, vel peregrinatione.

DEUTERURGES, [δευτερουργής] Lænæ quoddam genus, quam posteriores etiam Epigraphon dixere, sicut ejus artifices Deuterurgos vocarunt. Significavit vestem hanc in Bacchis Lysippus. Cujus vero gentis fuerit hæc, parum compertum est. Ex Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10. Alex. Genial. Dier. 5. 18. V. Polluc. l. 7. C. 17. extr. ubi ἐπίγραφοι pro ἐπὶ χαφ. rectius legitur ex Emendato codice.

DEUTORIX, [Δευτόριξ] Bætoritis filius magni apud Cheruscos nominis ductus inter cæteros captivos Germanico Juniori clarissimum præbuit triumphum. Author Strab. lib. Geogr. 7.

## D E X

DEXAMENÆ, pl. [Δεξαμεναὶ] Ambraciæ regiuncula est, ita dicta a Dexameno Mesoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Author Stephanus.

DEXAMENE, [Δεξαμένη] Una ex nymphis marinis, a Recipiendo dicta.

DEXICREON, ontis. [Δεξικρέων] Nauclerus quidam negotiandi causa enavigarat in Cyprum, cui jamjam onus in naves imposituro Venerem jussisse ferunt, aquam tantum in navim imponeret, statimque solveret. Ille vero dicto audiens comportata in navim aqua, profectus summa tranquillitate, sitientibus reliquis & mercatoribus & nautis, aqua singulis venundata multum inde argenti collegit, exque eo statuam deæ posuit, quam ex suo nomine appellavit. Hæc Cælius Rhod. lib. 29. cap. 18. V. Plutarch. in Quæst. Græc.

DEXIMONTANI, Carmaniæ populi, dexteram ripam Granii amnis accolentes. Author Plin. lib. 6. cap. 23.

DEXIPPUS, [Δέξιππος] Orator Atheniensis fuit, sub Valeriano, & Aureliano principibus.
Fuit & alter hoc nomine Medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Author Suidas. Dicitur & Dioxippus q. V.

DEXTANS, antis. m. [δεκάμοιρος] dicitur quia Assi deest sextans, Quemadmodum Duodeviginti & Deunx. Hæc Festus. Columel. lib. 5. cap. 1. Pars dimidia & tertia vigintiquatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula 240. Quo in loco dextantem a deunce separat: subdit enim postea deuncem valere scrupula 264. Est autem Dextans, idem quod Decem unciæ. Dividebatur enim jugerum, ut As, in Duodecim uncias, hoc est, Duodecim partes æquales, ut ibidem planissime docet Columella.

Dextans, Decem cyathorum menfura. V. Sextarius Romanus, In SEX. Gloff. Vet. Dextans δεκάγχιον.

**DEXTER**, tra, trum; vel tera, terum. [Δεξιὸς] Plerumque fine fubftantivo ponitur, fubaudito Manus, Pars, Latus aut aliquid fimile. Virg. 2. Æn. 291.

— fi Pergama dextra
Defendi poffent, etiam hac defenfa fuiffent. fubaud. Manu.

Dextera procerior. Plin. lib. 11. cap. 43.
Crudelis. Ovid. 10. Epift. 115.
Dextera crudelis, quæ me, fratremque necavit.
Fabrilis. Ovid. 4. Met. 175. De Vulcano.
Ferox. Claud. 34. — dextra ferox in vulnere fævit.
Fidiffima. Valer. 5. Argon. 63.
Funerea. Valer. 7. Argon.
Hoftilis. Virg. 10. Æn. 847.
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Ut pro me hoftili paterer fuccedere dextræ
Quem genui?
Impia. Ovid. 7. Epift. 130.
Non bene cœleftes impia dextra colit.
Inermis. Claud. 5. Paneg.
Invicta bello. Virg. 6. Æn. 879.
Laffa. Stat. 10. Theb. 833.
Letifera. Ovid. 12. Met. 606.
Certaque letifera direxit fpicula dextra.
Strenua. Ovid. de Medicamine Faciei 64.
Studiofa. Ovid. 15. Epift. 1.
Supplex. Stat. 1. Achil. 361.
— ultro etiam veneratur fupplice dextra.
Temeraria. Lucan. lib. 8. 795.
Terribilis. Ovid. 2. Met. 61.
Tremula. Ovid. 5. Faft. 511.
— tremula dant vina rubentia dextra,
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Venalis. Sil. lib. 5.
Vivax. Lucan. ad Pifon.
Nunc quoque vivaci fcrutaris pectora dextra, &c.
Ultrix. Sen. Herc. 11.
Abluere fanguine dextram obfoletam. Sen. Agam. 13.
Affectare dextram. Virg. 3. Æn. 670.
Verum ubi nulla datur dextram affectare poteftas. Hoc eft, Intendere, fcilicet fic ut poffet navem tenere. Servius.
Afferre dextram ad omne facinus. Sen. Med. 12.
Amplecti dextram. Sen. Herc. 4. — unde illum mihi
Quo te tuamque dexteram amplectar.
Appetere dextram. V. APPETO.
Affurgens dextra. Virg. 10. Æn. 797.
Jamque affurgentis dextræ, plagamque ferentis
Æneæ fubiit mucronem, ipfumque morando
Suftinuit.
Audendum dextra. Virg. 9. Æn. 320.
— prior Hyrtacides fic ore locutus,
Euryale, audendum dextra, nunc ipfa vocat res.
Cedo dextram. V. CEDO.
Committere dextram dextræ. Ovid. 2. Epift. 31. Sic multis in locis Jungere dextras, pro Pacifci & ferire fœdus. q. V.
Compefcere impiam dextram. Sen. Herc. 6.
Computare annos dextra. V. COMPUTO.
Conjungere dextras. Virg. 1. Æn. 514.
— avidi conjungere dextras Ardebant.
Victricemque petunt dextræ conjungere dextram. Ovid. 8. Met. 421. V. mox Jungere.
Conferere. Stat. 1. Sylv. 6. 60.
Edunt vulnera, conferuntque dextras.
Contingere. Ovid. 3. Amor. 8. 17.
Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram?
Copulari. V. COPULO.
Dare alicui. Virg. 3. Æn. 610.
Ipfe pater dextram Anchifes, haud multa moratus
Dat juveni: atque animum præfenti pignore firmat. Dextra enim confecrata eft Fidei. Servius.
Dare dextram dicimus, non modo manum præbere, fed etiam auxilium præftare. Virg. 6. Æn. 370. Da Dextram mifero. V. Tendere.
Deducere aliquem miti dextra. Sil. lib. 12.
Fatigare ofculis dextram. Tacit. 15. Ann. 71.
Imbuere rudem dextram cruore. Sen. Troad. 4.
Inhibere. Sen. OEth. v. 1560.
Parcite ô dites, inhibete dextras.
Intendere ad ftatuam. V. INTENDO.
Interjungere dextras. V. INTERJUNGO.
Jungere dextræ dextram: majorum enim hæc fuerat falutatio: cujus rei caufam Varro, Callimachum fecutus, expofuit: afferens omnem eorum honorem, dexterarum conftitiffe virtute: ob quam rem hac fe venerabantur corporis parte. Hæc Servius. Virg. 1. Æn. 408.
— cur dextræ jungere dextram Non datur?
Jungere dextram ad fœdera. Valer. 6. Argon. 339.
Jungere hofpitio dextras. Virg. 3. Æn. 83.
Movere prælia collata dextra. Ovid. 1. Faft. 569.
Obarmare dextras. Hor. 4. Od. 4. 20. 21.
Oppofui dextram paffuræ vulnera fronti. Ovid. 12. Met. 386.
Dextram porrigere alic. ex Cic. pro Dejotaro, in PORRIGO. H. St.
Precans dextra. Virg. 12. Æn. 930.
Ille humilis, fupplexque oculos dextramque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.
Prehendere dextram. Cic. 1. de Divin. 59. Quumque te tua patria vi pulfum effe dixiffes, prehendiffe eum dextram tuam, & bono animo te juffiffe effe, &c.
Refellere dextra dicta alicujus. Virg. 12. Æn. 644.
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam? Id eft, Virtute. Nam pro rei officio ipfam rem pofuit, Dextram fcilicet pro Virtute. Servius.
Renovari dextras cupere. Tacit. 2. Ann. 58. Idem author (referente Alciato) oftendit lib. 18. dextras concordiæ figna ultro citroque deftinari ab exercitibus folitas.
Reprimere dextram, pro Continere. Virg. 12. Æn. 939.
Æneas volvens oculos, dextramque repreffit.
Tangere dextram. Virg. 7. Æn. 266.
Pars mihi pacis erit, dextram tetigiffe tyranni.
Tendere. Cic. 10. Philipp. 9. Quæ quidem nunc M. Bruti imperio, authoritate, copiis non inftructa folum, fed etiam ornata tendit dextram Italiæ, fuumque ei præfidium pollicetur. De Græcia. V. Dare.
Viduare dexteram enfe. Sen. Hippol. 6.
Dexteras antiqui venerabantur, per dexteram jurabant, tanquam fidei fedem, & virtutis miniftram.
Teftes fidei, dextræ. Cic. 11. Philipp. 5. Dextræ, quæ fidei teftes effe folebant, perfidia funt & fcelere violatæ.
Firmior non tam in bellis & in præliis, quam in promiffis & fide dextera. Cic. pro Deiot.
Fidem & dexteram porrigere. Cic. Poft redit. in Senat. 22. Qui mihi primus afflicto & jacenti, Confularem fidem, dexteramque porrexit.
Per hanc te dexteram oro. Ter. And. 1. 5. 55. Ubi Donatus, Fœderis & fidei membrum erat dextera. Cic. pro Deiot. 8. Per dexteram iftam te oro, quam regi Deiotaro, hofpes hofpiti, porrexifti, &c.
A dextra canere. Cic. 1. de Divin. 12. Jupiterne cornicem a læva, corvum a dextra canere juffiffet.
A dextera maris. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio, a dextera maris, fcopulis inacceffa.
Dextera, ablativus, pro In parte dextera. Plaut. Amph. 1. 1. 177.
Hinc enim dextera vox aures ut videtur verberat. Salluft. in Jugurth. C. 11. Dextra Adherbalem adfedit.
Dextra, læva. Liv. 4. Dextra montibus, læva Tiberi amne feptus.
Dextra, lævaque large amplectens montem. Plin. lib. 2. cap. 11.
Dextra, finiftra. Cic. 3. Acad. 125. Supra, infra, dextra, finiftra, ante, poft, &c.
Ad dextram. V. AD præpofitionem.
Ad dextram & Ad lævam contraria. Cic. de Univerf. 42. Nam & ante & pone, ad lævam & ad dextram, & furfum & deorfum, &c. Idem 12. Philipp.
Dextrabus, pro Dexteris. Antiquum. Liv. Odyff. Deque manibus dextrabus. Nonius 8. 82.
Dextrum cornu & finiftrum in acie tenere. Liv. 3. 70.
Fores dextræ. Ovid. 2. Met. 18.
Signaque fex foribus dextris, totidemque finiftris, &c.
Manu dextera tenere pateram. Cic. 1. de Divin. 46.
Dextra aufpicia, Profpera. Feftus.
Dextrarum tibiarum genus eft, quæ dextra tenentur. Feft. V. TIBIA.
Dexterior, Comp. pro Pofitivo. Ovid. 12. Met. 303. — faucius armo Dexteriore Medon.
Dexterior pars. Varro 2. de R. R. cap. 5. De taurorum compreffu.
Et fellam cubito dexteriore premit. Martial. lib. 5. 62.
Dexter, Profper, propitius. Virg. 8. Æn. 302.
Et nos, & tua dexter adi pede facra fecundo.
Adfit Domitianus dexter, ac volens. Quintil. in Procem. lib. 4.
Dexter ades ducibus. alloquitur Janum. Ovid. 1. Faft. 67.
Dexter, Aptus, conveniens, agilis, ab aptitudine dexteræ manus. Stat. 4. Sylv. 7. 48.
Signa frenatæ moderatus alæ
Caftore dextro. [Imo hoc quoque loco Dexter propitius interpretandus. Sequens locus vereor, ut fic extet ap. Livium.
Dexter, pro Dextere. Adv. Liv. 9. Rem per fe popularem ita dexter egit, ut rodendis corporibus, animi multo plus militum imperatori reconciliarentur. [Apud Virg. quoque 4. Æn. 294. Qui rebus dexter modus, de temporis opportunitate atque εὐκαιρίᾳ intelligi debet, ut jam Serv. docuit, q. V. Et apud Ovid. 2. Art. Am. v. 145. Dextera indulgentia, eft Indulg. opportuna. Nusquam vero Dexter pro agili, folerti, habili ponitur, uti vulgo utuntur.

**DEXTELLA**, dimin. [δεξιάδιον] Cic. 14. Att. 20. Q. F. ut fcribis, Antonii eft dextella. per eum igitur, quod volemus, facile auferemus. Id eft, Eo quafi dextera utitur Antonius, eundemque cariffimum habet.

**DEXTERE**, Adv. Feliciter. [δεξιῶς] Liv. 1. 34. Notitiaque eum brevi apud regem, liberaliter, dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura. Hor. 1. Sat. 9. 45.
Nemo dexterius fortuna eft ufus.

**DEXTERĬTAS**, ātis. [δεξιότης] Aptitudo, convenientia. Liv. l. 37. C. 7. extr. Multa in eo & dexteritas & humanitas vifa. Idem 28. 18. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum, infuetumque moribus Romanis, fed hoftem etiam infeftiffimum, facunde alloquendo fibi conciliarit. Gellius 13. 16. Græcum v. φιλανθρωπία fignificare dexteritatem quandam, dicit, benivolentiamque erga omnes homines promifcuam. [Pofteriori loco felix quædam propenfio conciliandi fibi animos hominum denotari videtur.

**DEXTIMUM**, [δεξίτατον] & Sinifitimum, Antiqui pro Dextro & Sinifitro dicebant, tefte Fefto. Varro περὶ λέξεων, apud Nonium 2. 168. Primo compito dextimam viam munit Epicurus. Salluft. in Jugurth. C. 100. a pr. Sylla cum equitatu apud dextimos, in finiftra parte Aulus Manlius, cum funditoribus & fagittariis, præterea cohortes Ligurum curabat.

**DEXTRALE**, is. n. [περιδέξιον] Ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. Ufus eft Cyprian. lib. De Habit. Virgin. citans Efaiam. Sarisb. 8. 20. Affumere Dextralia. Vid. Salmaf. ad Hift. Aug. p. 248. Hujus Diminutivum DEXTRARIOLUM, i. n. Vulg. Interpr. Judith. 10. 3. In Gr. eft ψέλιον.
Dextrariolum V. in DEXTROCHERIUM. Fortaffe Dextraliolum. Sic Brachiaria & Brachialia. V. BRACHIALE. H. St.

**DEXTRARII**, [ζύγιοι] Equi, maxime bigarii dicuntur.

**DEXTRATUS**, a, um. ut Ager dextratus, Pars dextrata. Auct. de Limit. Edit. Goefii p. 298.

**DEXTRATIO**, onis. f. Motus qui fit a finiftra ad dextram. Solin. cap. 57. Quadriga Tarpejum Jovem trina dextratione luftravit. V. Lex. Pitifc. Circumactio vel circuitio explicari poterit, quod equi fcilicet templum Capitolini Jovis dextrorfum ter circumierant.

Dextrare igitur est dextrorsum ire: sed vox est parum Latina.

Dextrocherium, [δεξιόχειρον] Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in annuli lati formam gemmis pretiosissimis integebatur. Julius Capitolinus scribit Maximinum Thracem pollice fuisse ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. V. Casaub. ad l. cap. 6. Meminit Cælius lib. 8. cap. 13. ubi docet Dextrariolum in lib. Judith, non aliud esse, quam Dextrocherium. V. Lex. Pitisc.

Dextrorsus & Dextrorsum, Adv. [ἐπὶ τὰ δεξιὰ] Id est, A dextra parte, aut Versus dextram partem. Cic. 1. de Divin. 22. ex Accio. Dextrorsum orbem flammeum Radiatum solis linquier cursu novo. Plin. lib. 24. cap. 16. Efficacissimum remedium esse ajunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. Liv. 6. Bell. Pun. 31. Hor. 2. Sat. 3. 50.

Dextroversum, Adv. Idem Plaut. Curc. 1. 1. 70. Si deos salutas, dextroversum censeo. V. ibi Taubm.

## D I

Di & Dis, Præpositiones ejusdem significationis sunt, quia ambæ separativæ, & in compositione solum reperiuntur. Modo negationem notant, ut Diffido, id est, Non fido: Modo Diversitatem, ut Dissentio, id est, Diversum sentio: modo Divisionem, ut Dissocio, disjungo: modo augent sign. ut Discupio, i. e. Valde cupio, Discrurior, i. e. Valde crucior; modo idem sunt quod Male., ut Dispereo, id est, Male pereo. Di ac De in compositis sæpissime confunduntur a Librariis. Componitur autem Di, cum dictionibus incipientibus a D, ut Diduco: G, ut Digero: L, ut Diluo: M, ut Dimitto: N, ut Dinumero: J, ut Dijudico: R, ut Diruo: V, ut Diverto. f in Dif ante sp, st, tollitur, ut Dispicio, Disto. ante f mutatur in similem, ut Differo: ante voc. Di assumit r, ut ab Emo Dirimo. De his singulis V. s. l. Adnotarat h. l. quædam H. St. quæ cultro ablata fuerunt, quantum ex reliquis conjicere licet, videtur ex Græcorum penu quædam cum hac præp. composita verba arcessere, ut Διασκέπτομαι Discepto, Διαγινώσκω Dignosco &c.

## D I A

Dia, [Δῖα] Deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliasios colebatur, eademque fuisse creditur cum Hebe Juventutis dea. V. Strab. lib. 8.

Dia, [Δῖα] Insula est maris Ægæi, una Cycladum, distans a Delo XVII. M. pass. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias a vini fertilitate. Author Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liber pater Ariadnen, a Theseo destitutam, uxorem duxit: Qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. Ovid. 1. de Arte Am. 528.

Qua brevis æquoreis Dia feritur aquis.

Est item Dia Thessaliæ urbs, ab Æaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athon montem. Tertia, Eubœæ. Quarta, insula juxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens ejusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ, ad Oceanum. Sexta, Italiæ, juxta Alpes. Septima, Scythiæ, juxta Phasim. Octava, Cariæ. Nona, Bithyniæ, juxta Pontum. Author Stephan.

Diabateria, pl. [Διαβατήρια] Sacrificia, quæ pro transitu vel trajectu fiunt. Horum meminit Plutarch. in Lucull. Gyrald. de Diis Synt. 17. Jul. Pollux. 2. 200.

Diabathra, æ, [Διάβαθρα] Genus solearum Græcanicarum, ait Festus. Turnebus Muliebria calceamenta fuisse scribit Adverf. 23. 17. Varro de L. L. 6. 3. ex Nævio. Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco. De homine dictum cultum muliebrem & molliorem gerente. V. Ferrar. de Re Vest. 3. 21.

Diabathra capiuntur etiam pro Gradibus pensilibus, seu Scalis. Βαίνω enim Ascendo significat. Unde & Anabathra. Juven. 7. Sat. 46. Hinc

Diabathrarii sunt, qui Latinis Coriarii. Plaut. in Aul. 3. 5. 39. Sedentarii, sutores, diabathrarii.

Diabetes, ētis. m. [Διαβήτης] Transitus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Unde & pro Siphone usurpatur. Columel. lib. 3. cap. 10. a pr. de vite, Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quædam anima, per medullam trunci, veluti per siphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in summum.

Diabetes, Renum vel Vesicæ affectio quædam est, quam nonnulli Matellæ intercutem vocant: Urinæ profluvium alii: quidam Dipsacon. Sitim enim parit extra modum, unde dicitur Dipsacos, uti author est Paul. Ægineta lib. Medicinæ tertio. Definitur autem ab eo, ταχεῖα τῶν πινομένων διέξοδος, id est, Perceler eorum quæ ebibita sunt transitus: unde & διαβήτης, Diabetes, nuncupatur, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. Meminit & Galen. lib. 1. de Crisib. de L. Aff. 6. 3.

Diabetæ, [Διαβῆται Stephano] Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

Diablindi, [Διαβλίνδοι] Galliæ Lugdunensis populi, quos commemorat Plin. lib. 4. cap. 18.

Diabole, [Διαβολή] Latinis Obtrectatio, Criminatio, cui aras Athenienses consecrasse, testis est Theophrastus apud Diogenianum.

Diabolus, [Διάβολος] Erasmo Delatorem, aut Calumniatorem significare videtur: a verbo διαβάλλεσθαι, quod est Deferre, Traducere, sive Infamem reddere: Budæo autem Adversarium. V. Suic. Thes.

Diabrōsis, is. f. [Διάβρωσις] i. e. Corrosio, qua exesa parte aliqua sanguis exit. Celf. 4. 7. 5.

Diacatharotia, [Διακαθαρωτικά] Id Muneris est, quum Imperator privatis fundis concedit, ut purgentur διακαθαρίζω enim, idem est quod Purgo. Alciat. in l. Quicunque. C. de omni agr. desert. lib. 11. V. v. seq.

Diacatoche, [Διακατοχή] Bonorum possessio dicitur: &

Diacatochus, Bonorum possessor. Reperitur hæc dictio in lege 7. l. Quicunque. Codice, De omni agro desert. sed corrupte. Diacatochiæ enim ibi legitur pro Diacatoches vel pro Diacatochi. Monuit Budæus in annotationibus.

Diacheton, Spina alba est, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cujus radix unguentis expetitur, alias Dipsacos dicitur. Plin. lib. 24. cap. 13.

Diachyton, [Διάχυτον] Dulcis vini genus, quod fit, ut Plinius author est, uvis in sole siccatis loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis. Hæc ille lib. 14. cap. 9.

Diacōdion, [Διὰ κωδειῶν] Medicamentum quod ex capitibus papaveris fit. Plin. lib. 20. cap. 19. Sane κώδεια caput papaveris significat.

Diacōlea, æ. f. Chamæmelum. Apul. de Herb. cap. 23.

Diacōnus, i. m. [Διάκονος] Ministrum significat, a verbo διακονέω, Ministro. Quanquam & mulieribus olim ad ministeria utebantur, quæ Diaconissæ appellabantur. V. Act. 6. 1. earum mentio quoque in C. l. 9. de Episc. & Cler. item Amm. Marcel. ut & Ignat. Epist. 9. Talem Phœben indicat Apostolus Rom. 16. 1. V. Casp. Ziegl. de Diaconis & Diaconissis. adde Car. du Fresne ad Alex. Comn. lib. 15. f. 416. seq. & in Glossar. Med. Græc. p. 294. seq. ubi varii Diaconorum Ordines exhibentur. De Cardinalibus Diaconis adi Reinef. de Palatinis Laterenf. p. 57. & 71. V. & Suic. Thes.

Diăco, ōnis. Alia flexione in Epist. 33. Ambros. ad Marcell. post pr.

Diaconissa, æ. f. V. supra.

Diaconium, ii. n. Diaconatum aliqui vocant. Sulp. Sever. de Mart. C. 5. item Sacrarium ubi sacra continentur vasa. V. Rhodig. 25. 23.

Diacope, es. [Διακοπή] Intercisio, separatio. Diacope sive Diastole, apud Julium Rufinianum, Figura est, quum inter duo eadem verba diversum ponitur aliquod medium, ut, Duc, age, duc ad nos.

Diacopēne, es. [Διακοπηνή] Cappadociæ regio, ad Halym fluvium. Strabo lib. 12.

Diacopi, [Διάκοποι] Vocabantur in aggeribus Meatus intercisi, sive Incilia hiantia, per quæ Nilum transmittebant in arva remotiora, segetibus destinata. Ulp. l. penult. D. de extraord. crimin. Commata etiam & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

Diacosmum, [Διάκοσμον] Strabo accipit pro Instructione, aut etiam Catalogo, ut quum Homerum prodit meminisse in Paphlagonico diacosmo. V. Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 6.

Diacrommyon, n. Apul. a κρόμμυον, cepa. Medicamentum ex cepis.

Diactor, [Διάκτωρ] quasi Internuntius, quod Nomen datum est Mercurio, quem deorum Internuntium Poetæ finxerunt.

Diadaphnĭdon, i. n. Emplastrum lauri baccas habens. Celf. 5. 19.

Diadēma, ătis. n. [Διάδημα, μίτρα] Ornamentum capitis regum insigne. Tacit. lib. 6. C. 43. Surena patrio more Tiridatem insigni regio evinxit. Paulo post subdit, Si qui alii delectum capiendo diademati diem haud concelebraverant. V. Lips. ad C. 37. Reginæ quoque eo insigni ornabantur, ut docet Plutarch. in Lucullo p. 503. de Monima Milesia, altera Xerxis uxore, cujus magna fama & honor apud Græcos. Hæc Bayfius. Cic. 2. Philipp. 34. Diadema ostendis: gemitus toto foro. unde diadema? Martial. lib. 8. 55. De leone.

Cui diadema daret marmore picta Nomas. V. Nomas.

Generis diadema. Claud. de Nupt. Honor. 259.

Regum diademata. Stat. 3. Sylv. 3. 51.

Imponere diadema. Cic. 2. Philipp. 85. Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu rejiciebat. Idem 3. Philipp. 12. Ut Collegæ diadema imponeret.

Diadema (inquit Cælius lib. 24. cap. 6.) erat Fascia candida, quæ regum capitibus obligabatur. Alexandrum Magnum legimus, quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando quod in fronte acceperat Lysimachus. (Discimus ex Appiano in Syriaca p. 89. Paris. in m. Τὸν δὲ Ἀλέξανδρον λέγεται πλαζομένου, τῷ διαδήματι αὐτοῦ τὸ τραῦμα ἀναδῆσαι. H. St.) Quam rem protendisse illi regnum ferunt, quod & mox fit consequutus. Tradit Ammianus Marcellinus, invidiæ Pompejo datum ab obtrectatoribus, quod fascia obligatum crus circumferret ulceris causa, veluti novarum rerum affectationis præsagium id foret, unde illud est Ciceronis de Pompejo ad Att. lib. 2. 3. Mihi caligæ ejus & fasciæ cretatæ non placebant. In gente Turcarum reliquias etiamnum antiqui moris servari palam est. Sueton. in Julio cap. 79. Quum sacrificio Latinarum, revertente eo, inter immodicas ac novas populi acclamationes, quidam e turba statuæ ejus coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, & Tribuni plebis Epidius Marullus, Cæsetiusque Flavus, coronæ fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent: dolens, seu parum prospere motam regni mentionem, sive (ut ferebat) ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos graviter increpitos potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit, quanquam & plebi regem se salutanti, Cæsarem se esse, non Regem responderit: & Lupercalibus, pro Rostris a consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Optimo Maximo miserit. Hactenus Sueton. Ideo Tribuni fasciam coronæ laureæ, quam quidam imposuerat statuæ Cæsaris, detrahi jusserunt, quia videbatur significare regiam potestatem: quod nomen apud Romanos erat invidiosissimum. Fascia enim candida nihil aliud est, quam Diadema: quod regum insigne primus invenit Liber pater, ut testatur Plin. lib. 7. cap. 56.

Non uno modo se habuerunt veterum Regum diademata. V. Brisson. de Regno Pers. lib. 1. p. 32. & Lindebrog. ad Ammian. nec non Lambin. ad Nepot. 15. n. 126. Camerar. Cent. 1. Hor. Subc. cap. 61. Bart. ad Stat. 2. Theb. p. 515. De Diadematis Augustorum Spanhem. de Usu & Præst. Num. Diss. 12. p. 385. De Imperator. Byzantin. diadematibus, sive σκιαδίοις, V. Goar. Observ. ad Codin. de Off. Aulæ Const. cap. 3. f. 47.

Erat etiam Diadema Poetarum & Sacerdotum ut præclare docet Cuperus in Consecr. Homer. p. 107. 138. Muliebri genere ἀρχαϊκῶς extulit Pomponius in Satyra Diademam: veluti Laberius in Cancro, qui Dogmam, Plaut. Milit. 2. 1. 70. Glaucomam eodem genere usurpat Apul. 10. Met. Caput stringebat diadema candida. V. Voss. 5. Instit. Orat. p. 258. & Lex. Pitisc.

Diadēmālis, e. Adj. Dracont. 2. 31. in Nebuc.

Tum diademalem turparunt cornua frontem. at Theodulfus, cap. 3. v. 15.

Et diademali fat dignam pondere frontem.

Diademātus, [Διαδηματωτός] Diademate ornatus: ut Diadematus Apollo. Plin. lib. 34. cap. 8. Item Apollinem diadematum.

Diadematus, Cognomen fuit L. Cæcilii Metelli, eam ob causam ita appellati, quod frontem ex ulcere diu ligaverit fascia, quæ diadema Græce dicitur. Author est in Coriolano Plutarchus. Hic fuit Metelli

Metelli Macedonici, qui quatuor reliquit liberos, filius: & postea a devictis Dalmatis est appellatus Dalmaticus. Epito. Liv. 62. & Eutropius lib. 4. Sigon. de Nom. Rom.

DIADEMATICUS, a, um. ut Diadematicum forum, scil. Pisæum, in quo victoribus diademata & coronæ tribuebantur. Liv. apud Nonium 3. 104. conf. Turneb. Adverf. 15. 5.

DIADES ATHENÆ, [Ἀθῆναι, αἱ Διάδες] Civitas ab Atheniensibus ædificata, quæ freto incumbit ad Caunum. Sic Strabo lib. 10.

DIADICASIA, [Διαδικασία] Latine Altercatio, quæ a continua oratione differt. Hujus præcepta Quintil. lib. 6. cap. 5. posuit: Bonus, inquit, altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerunque deformia convicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnunquam judices incitat. Budæus.

DIADOCHOS, [Διάδοχος] Gemma beryllo similis. Plin. lib. 37. cap. 10. Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur οἱ πεντακόσιοι, hoc est, Quingenti viri, quorum decreto de rebus publicis privatisque statuebatur. Ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus.

DIADUELLA, [Διαδουέλλα] Mons est Ætuatiis proximus, in quo Rheni fluminis origo esse dicitur, Strab. lib. 4. [Alias Adulam montem vocat, ut & alii Geographi. Itaque locus sine dubio corruptus. V. Xyl. & Caf. not.

DIADUMENUS, [Διαδούμενος] quasi Vittatus, diadematusque. Plin. lib. 34. cap. 8. Polycletus Sicyonius Ageladæ discipulus Diadumenum fecit, molliter juvenem, centum talentis nobilitatum.

DIADUMENUS, i. m. Filius Macrini Augusti, a patre statim, posteaquam imperium suscepit, Cæsar factus & Antoninus appellatus, adolescens fuit formosissimus, cum nasceretur quasi diademate insignitus, ut Lampridius c. 4. tradit, unde & nomen habuit. Dicitur etiam Diadumenianus, Διαδουμενιανὸς apud Herodian. 5. 4. extr. & sic in nummis expressum cognomen, quasi qui ante Diadumenus erat, Diadumenianus adoptione in Antoninorum familiam fieret, sicut ex Æmilio Æmilianus, ex Octavio Octavianus post adoptionem. V. Casaub. in Lamprid. cap. 4. Vix XIV. mensibus Imperii exactis, cum patre occisus fuit. V. Capitolin. Lamprid. Herodian. Xiphil. Victor, Eutrop.

DIADYSIS, [Διάδυσις] Frustratoria fugitatio, certamen rectum, legitimumque detrectantis. Budæus Comm.

DIÆRESIS, is. f. [διαίρεσις] Latine Divisio. Cic. 6. Att. 1. Breve autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putavi, &c.

Diæresis, Figura est Grammaticis, quum una syllaba dividitur in duas: ut, Olli respondit rex Albaï longaï, pro Albæ longæ: & Aulaï in medio libabant pocula Bacchi, pro Aulæ: &, Dives pictaï vestis & auri, pro Pictæ. Donatus.

— auraï simplicis ignem. Virg. 6. Æn. 747.

DIÆTA, æ. f. [δίαιτα, ὑπερῷον] Cœnaculum, quod & Cœnatio sive Cœnatiuncula dicitur: a Conversatione & victu nomen habet. Apud Græcos enim διαιτάομαι significat Vivere & Conversari. Plin. Epist. Ex triclinio in diætam, sive cœnatiunculam, transitus. (Hunc locum, qui affertur ex Plinio Juniore, Beroaldus in Suet. 186. b. ex Sidonio affert. H. St.) Sueton. Claud. cap. 10. In diætam, cui nomen est Hermæum, recesserat. Scævola de Legat. 3. Liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diæta in qua habitavi. Varro, quod in ea per diem edatur, dici existimat. Diæta in hortis Habitationem significat amœnitatis & voluptatis causa extructam, l. 43. §. 1. D. de legat. 1. l. 13. §. ult. D. de usufruct. Meminit & Lamprid. in Heliogabalo, qui Zætas appellat more Græcorum, qui δι in ζ sæpe commutant, ut ζάβολος pro διάβολος apud Ecclesiasticos scriptores, & maxime Paulinum. (V. ZETA. Sic apud Phœbadium, puto, qui excusus est cum Athanasio verso a Beza. H. St.) V. & Laur. Pignor. de Servis p. 572. & Ant. Velser. Epist. de Zeta. nec non Casaub. ad Suet. p. 172. Dalechamp. ad Plin. 19. 4. p. 898. Apud Petron. cap. 115. Magistri navis cubile Diæta dicitur, ubi vide Interpretes, præsertim Gonsal. p. 187.

Diætæ hypocaustæ. Ulp. in l. Ligni §. ligni autem legatis. D. de legatis 3.

Diæta, Vivendi modus ac lex, Seu victus ratio [ἀγωγή, δίαιτα.] Cic. 4. Att. 3. Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Sed hoc loci per metaphoram Cic. loquitur. De Clodio enim qui in se & suos impetum fecerat, sed fuerat repulsus, sic ait: Ipse occidi potuit. sed ego diæta, &c. Ipse inquam Clodius. Sensus est: Institui me tueri contra meos inimicos moderatione quadam: qua utens, spero fore, ut huic malo dies quotidie magis medeatur, sicuti solet diæta non recte se habentibus. Ferro ut res agatur, minime volo. Ab ægrotantibus sumpta tralatio.

Diæta, Judicium, sed arbitrorum. Aristoteles enim ponit eandem differentiam inter Diætam & Dicasterion, quam Cicero ponit inter Arbitrium & Judicium. V. ARBITER.

DIÆTULA, æ. dimin. Plin. 5. Epist. 6.

DIÆTARII, [διαιτητικοὶ] Ministri vocabantur diætæ servientes, quorum meminit Ulp. de fundo instructo l. 12. §. 42. Quæsitum est. Dicti & Zetarii, de quibus V. Pignor. l. c. & p. 487. & Lex. Pitisc.

Diætarii Fures a Jureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos Ulp. scribit plus quam fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. Tit. de extraord. crimin. l. Saccularii. Haloander legit Directarii. Cui lectioni favet verbum Dirigunt. Atque ita & Gothofr. q. V.

DIÆTETA, æ. m. [διαιτητὴς] Arbiter datus, vel Cognitor. Sic vocabantur Judices, qui per singulas tribus lecti numero erant quatuor & quadraginta. V. Polluc. lib. 8. 91, 100, 126. & Bud. in Annot. Poster. & Comment.

DIÆTETERION, [διαιτητήριον] Locus in quo judicant arbitri.

DIÆTETICA, [διαιτητικὴ] Medicinæ pars dicitur quæ victu morbis medetur, teste Celso lib. 1. in proœmio, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus Regimen vocat. Et Medici qui hanc partem solam profitebantur DIÆTETICI vocabantur.

DIÆTULA. V. DIÆTA.

DIAGLAUCION, Genus collyrii, ex Glaucio herba temperatum. Plin. lib. 27. cap. 10.

DIAGLYPHICE, es. [Διαγλυφικὴ] Ars est statuaria ad impressuram spectans: Anaglyphice vero, quum ita exculpsimus, ut promineant imagines. Ex Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 24.

DIAGOGE, es. [διαγωγὴ] Statio. Herodot. lib. 4.

Est etiam Institutum vitæ, & Oblectamentum quo tædium vitatur, ut sunt Ludicræ actiones. Arist. Ethic. 10. & Strabo lib. ult.

DIAGOGICA Tributa, [διαγωγικὰ τέλη] Vectigalia, quæ in trajiciendo penduntur, cujusmodi sunt ad Rhenum hodie compluria. Strabo lib. 4.

DIAGONDAS, Nomen proprium viri. Cic. 2. de Legib. 37. Atque omnia nocturna, (Sacra viz.) ne nos duriores forte videamur, in media Græcia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. Meurs. Pagondas legit.

DIAGONIOS, [διαγώνιος] Linea recta ab angulo parallelogrammi ad oppositum angulum, quæ dicebatur etiam Diagonalis, ut dicit Vitruv. lib. 9. cap. 1. Ergo, quoniam id non explicatur numero in eo quadrato, longo & lato pedes decem, quæ fuerit linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur, uti dividatur in duo trigona æqua magnitudine, singula areæ pedum quinquagenum, ad ejus lineæ diagonalis longitudinem locus quadratus paribus lateribus describatur &c. Martianus Angularem vocat, quia ab angulo ad angulum pertinet. Budæus. Diagonios Structura. Idem 6. 11.

DIAGONICUS, a, um. Idem ibidem.

DIAGORAS, [Διαγόρας] Melius philosophus, & poeta Melicus, post Pindarum & Bacchilidem, quem Democritus ob physiognomiam, quum servus esset, emit mille drachmis, ut disciplinis erudiret. Vocatus est ἄθεος, quod nullos deos esse putaret. Sic præterea mysteria contempsit, ut etiam ea sectantes averteret. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Cic. 1. de Nat. Deor. 23. & 3. 37. & Val. Max. 1. 1. ext. 7.

Diagoras item Rhodius Olympionices gaudio exanimatus, de quo scriptum est apud Gell. cap. 15. lib. 3. & Cic. 1. Tusc. 46.

DIAGRAMMA, ătis. n. [διάγραμμα] Geometrica figura, vel alius generis linearis designatio. Vitruv. lib. 6. cap. 1. Uti in diagrammate musico, medianæ vocis habent sonitum. Adde eund. 5. 5. Sic Diagrammata appellantur Figuræ, quales ab Aristotele identidem describuntur in Organo.

Est etiam Diagramma Perscriptio & breviarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur, ut Author est Suidas. Cic. in Verr. Scripturam vocat, h. e. Rationem mancipum, i. e. eorum, qui aut pascua publica, aut decumas quæstus sui causa redimebant. Cælius lib. 10. cap. 20. V. SCRIPTURA.

Ab uno diagrammate. Locutio proverbialis. V. A & AB præpositiones.

DIAGRAMMISMUS, [διαγραμμισμὸς] Species fuit ludi tesserarii veteribus, in quo, ut inquit Eusthatius, adhibebantur calculi sexaginta, tum albi, tum nigri. Meminit Philemon, ut testis est Cælius Rhod. lib. 11. cap. 27. Hunc ludum Grammas quoque dixerunt, i. e. Lineas.

DIAGRAPHE, [διαγραφὴ] Descriptio: Antiquatio & peremptio rei cœptæ, vel jam peractæ. Bud. V. Henr. Steph. Thes. Gr.

DIAGRAPHICE, es. Plin. lib. 35. cap. 10. Et hujus authoritate effectum est Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperet urque ars ea in primum gradum liberalium.

DIAGRAPHARIUS, Qui publica repetit, teste Rhodig. lib. 18. cap. 20. &

DIAGRAPHEUS, [διαγραφεὺς] Qui censu conscribendo præfectus est. Rhodig. lib. 10. cap. 10.

DIALECTICA, æ. sive DIALECTICE, es. [διαλεκτικὴ] Ars bene differendi, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod est Differo & Disputo. Cic. in Topic. Judicandi enim vias diligenter persecuti sunt, ea scientia, quam Dialecticen appellant. Cic. 2. de Orat. 157.

Dialectica, veri & falsi quasi disceptatrix & judex. Cic. 4. Acad. 28. 91.

Dialectica, quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu, Brute, judicasti te illam justam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse. Cic. de Clar. Orat. 309. Hoc discrimen ab Aristotele & Zenone jactatum deridetur a Cic. 2. de Fin.

Dialectica infantiæ garrula disciplina. Author ad Heren. 2. C. 11. q. V.

Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. Cic. 2. de Orat. 32.

Similis pugno dialectica. Cic. 2. de Fin. 17. 18. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius. Idem in Orat. 32.

Dialectica habet rationem, ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur. Et paulo post de eadem, Nam sine hac arte quemvis arbitramur a vero abduci, fallique posse. Cic. 3. de Fin. 72.

Dialectica primo progressu festive tradit elementa loquendi, & ambiguorum intelligentiam, concludendique rationem: tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum sane & periculosum locum. Cic. 4. Acad. 92.

DIALECTICA, orum. pl. n. [τὰ διαλεκτικὰ] Cic. 14. Att. 12. Accubans apud Vestorium hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

In dialecticis omnem curam consumere. Cic. de Clar. Orat. 119.

DIALECTICE, Adv. [διαλεκτικῶς] ut Dialectice dicere. Cic. 1. Acad. 8.

Dialectice disputare. Idem 2. de Fin. 6.

Probare dialectice. Quintil. lib. 1. cap. 10.

DIALECTICUS, i. m. [διαλεκτικὸς] Qui dialecticam tenet. Cic. in Orat. 32. Disputandi ratio & loquendi Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & ornandi.

Acumen dialecticorum. Cic. 1. de Orat. 127.
Mina merces dialecticorum. Cic. 4. Acad. 98.
Quid sit verum aut falsum, dialecticus judicabit. Cic. 4. Acad.
Ad dialecticum deferendæ sunt sortes ambiguæ. Cic. 2. de Divin. 115. Stoicis hoc attributum ita nomen, ut, cum Dialecticus diceretur, Stoicus intelligendus esset, uti notat Turnebus adverſ. 20. 20. & 15. 11. q. V.
Dialecticus, est, ut interpretatur in Cratylo Plato, Qui interrogare, & ad interrogata apte respondere novit. Budæus.

**Dialecticus**, Adj. [διαλεκτικὸς] Quod ad dialecticam pertinet. ut Captiones dialecticæ. Cic. 2. de Fin. 17.
Disputationes dialecticæ. Quintil. lib. 5. cap. 14.

**Dialectus**, i. f. Idioma sermonis apud diversos diversum quia unaquæque Lingua aliquid peculiare habet. Lingua, si velimus accurate distinguere, est Modus loquendi diversarum gentium. Dialectus vero Modus loquendi in diversis provinciis unius gentis una Lingua utentis. Sic apud Græcos alia Dialectus est Attica, alia Ionica, alia Dorica, alia Æolica, alia communis. Sic ap. Suet. in Tiber. C. 56. Zenonem quendam exquisitius sermocinantem, quum interrogasset, quænam illa tam molesta dialectos esset, & ille respondisset, Doridem &c.

**Dialeucon**, [διάλευκον] Croci sativi genus, in medio candidum, unde & nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6. Est, inquit, & per se genus sativi blandissimum: vulgo, quum sit medio candidum, dialeucon vocant.

**Dialis**, quasi Jovialis, Adject. ἀπὸ τοῦ Διὸς, quod Jovem significat. ut Dialis flamen, Liv. 5. Et lib. 6. Apex dialis. 41. V. Gell. 10. 15. Et Alex. ab Alex. G. D. 6. 12.
Flaminica Dialis. Tacit. lib. 4. 16. Sed lata lex, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo fœminarum jure ageret.
Dialia Sacra, quæ Jovi faciebant flamines Diales. Tacit. 3. Ann. 58. 3. V. Lex. Pitisc.
Neptuni Dialem præ se ferre videtur Inscriptio vetus apud Reinef. 1. 97. qui tamen, p. 137. conjunctim legi vult NEPTVNIDIALIS, vel Neptunialis.

**Dialia**, V. diasia.

**Dialis**, e. V. dies.

**Dialithon**, [διάλιθον] Inter ornamenta muliebria positum, Polluci lib. 7. cap. 22. ubi Gualterus vertit Gemmatum.

**Diallăge**, [διαλλαγὴ] Consummatio a Latinis transfertur. Figura est quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Author Quintil. lib. 9. cap. 2. non procul a fine. Ibidem quoque cap. 3. Cum multa idem & diversum significantia accumulantur, eodem nomine vocari eam figuram docet.

**Dialŏgus**, i. m. [διάλογος] Latine Disputatio: a διαλέγομαι, quod est Disputo. Oratio est in qua disputantes introducuntur, quotquot authori libuerit: ut Dialogus Ciceronis de Amicitia. Exemplum habes apud Cic. 13. Att. 15. cujus hæc postrema verba, Feliciter velim, inquam, teque laudo. Sed quando? Nihil ad me inquit, de tempore: quoniam rem probo. At ego, inquam, censeo prius, quam proficisceris, ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, ut censes. Hic dialogus sic conclusus est. Hæc Cicero.
Sermonem Platonis alibi solet vocare pro Dialogo. H. St.
Includere in dialogos aliquem. Cic. 13. Att. 40.
Dialogus, ut inquit Diog. Laërt. in Plat. Sermo est ex interrogatione, & responsione compositus, de ea re, quæ vel Philosophiam, vel Reipub. partes attingeret, disceptans, cum apposita verborum, personarumque expressione.
Proprium Philosophorum Dialogum fuisse Lucianus auctor est. Sic Apul. cap. 2. Florid. V. & Scalig. Poet. 1. 3. De artificio eorum Himmerius apud Photium & Sturmius Part. Dialect. 4. 18. agunt. Est præclarus liber de Dialogo a Car. Sigonio erudite & eleganter scriptus editusque Venet. 1562. ex quo Dialogorum ratio hauriri egregie potest. Diog. Laert. in vita Platonis S. 48. auctor est Zenonem Eleatem primum scripsisse Dialogos, perfecisse Platonem. V. ad loc. Menag. & Athen. 11. 15.

**Dialogus**, Gregorii II. cognomen; qui vixit A. C. 726. quod ille, ut ait Cedrenus, ob suas lucubrationes est adeptus.

**Dialogismus**, [διαλογισμὸς] A Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet Quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud Ter. Eun. 1. 1. 2. Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem, quum accersor ultro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, revocat: redeam? non, si me obsecret. V. Libellos de Schematibus.

**Dialogista**, [διαλογιστὴς] Qui artem disserendi, usumque optime callet. Sic enim in Avidieno Cassio cap. 3. Vulcatius scribit: Non deerant qui illum Catilinam vocarent, quum ita se appellari gauderet: addebat, Se futurum Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum philosophum significans. Ex Cæl. lib. Antiq. 7. cap. 30.

**Dialutensis**, e, ut Dialutense genus purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 37. Est longe optimum purpuris dialutense, i. e. vario soli genere pastum. [Sed merito vocabulum id suspectum est. V. Hard. ad l.

**Dialȳma**, ătis. n. [διάλυμα] Figura sententiæ, Divisio scil. quæ rem semovens ab re, utramque absolvit ratione subjecta. non ego nunc tibi quicquam objiciam? Si probus es, non meruisti; sin improbus non commoveris. Cognata est Argumentatio, quæ Dilemma dicitur. [Imo ita scribendum videtur, Prior vox nihili.

**Dialȳsis**, f. [διάλυσις] Latine Dissolutio dicitur. Est etiam Figura, de qua In dialyton.

**Dialȳton**, [διάλυτον] Dici potest Dissolutum. Figura est contraria Polysyndeto, carens conjunctionibus: ut
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Donatus.
Dicitur & Asyndeton.

**Diamastigosis**, [διαμαστίγωσις] Solennitas fuit maxima apud Lacedæmonios, cujus cum alii meminere, tum Tertullianus in Agologetico, & in lib. ad Martyres: Nam, inquit, hodie apud Lacedæmonios solennitas maxima est Diamastigosis, i. e. flagellatio; in quo sacro ante aram nobiles quoque adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus & propinquis, & uti perseverent adhortantibus. De hac etiam Philostratus in vita Tyan. Apoll. & Nazianz. Greg. & Lucia. in Anacharsi.

**Diamĕter**, i. m. vel **Diamĕtrus**, i. f. [διάμετρος] est Recta linea per centrum inscripta, figuramque ex æquo secans. Latini Dimetientem vocant, Nam Græcis διάμετρος, παρὰ τὸ διαμετρεῖν, i. e. a Dimetiendo dicitur. Columel. lib. 5. cap. 10. Esto area rotunda, cujus diametros habeat pedes septuaginta. conf. Macrob. Somn. Scip. 1. 20. Vitruv. 10. 14. a pr. ubique fœminine effertur. Hinc & illæ locutiones sunt Græcis & Latinis receptæ, Ex diametro distare, ἐκ διαμέτρου & κατὰ διάμετρον, Juxta diametrum, de rebus a sese mutuo alienis & inter se maxime pugnantibus. conf. Delechamp. ad Plin. 2. 23. Ubi de nobili Quæstione, quoties Diametrum continet Circumferentia.

**Diameter**, a, um. Adj. Firmic. lib. 4. cap. 1. Si istum Lunæ cursum, Mars vel Saturnus quadrata, seu diametra radiatione respexerit. Sic alibi frequenter.

**Diamoron**, [διαμόρων] Medicamentum στομαχικὸν, id est, ori gratum, quod mororum succum recipit. Author Galen. lib. 1. de Alimen. Facult.

**Diāna**, [Ἄρτεμις] a Διὸς, quasi Joviana, Jovis filia ex Latona, quæ & Luna; aliis sic dictam placet, quod quasi Diem noctu efficiat: vel quod Noctu sola luceat, quasi Lucens una. Quapropter & Noctiluca in Palatio invocabatur, quod ibi noctu templum ejus luceret. Vel quasi Deviana, quia venantes per sylvas deviare solent. Ab ea Dianius dicebatur locus ei consecratus. Eandem esse Lucinam dicunt & Junonem. Junonem, a Juvando: Lucinam, quod Partum in lucem producat, quam in pariendo invocant. Virg. 4. Ecl. 10.
Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.
Sive (ut Plinius sentit) quod Oculis præsit & luci. Sive a Luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Dicta est & Proserpina. Et Dictynna, de quo suo loco. Vel ex Diva & Jana, ut observat Scalig. lib. 2. De Emend. Temp. conf. Voss. 4. Instit. Orat. p. 11. & Isidor. 8. 18. Varia vide nomina ejus in Apul. 11. Milef. post princ. V. etiam Callimachi Hymn. in eam, & Mytholog. & Lex. Pitisc. Præterea Hecate dicta fuit, vel quod Centum victimis placaretur, vel quod Centum annos errare faceret insepultos. Plures Dianas fuisse Cic. 2. de Nat. Deor. 68. & 3. 58. scribit, Sed illa nominatissima est, quæ eodem partu cum Apolline ex Jove & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse, & ut a se libidinis pruritum amoveret, venando sylvas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, alte succincta semper & cothurnata incedens; quam ob causam sylvarum & nemorum dea putabatur. Dicta & Fascelis, a Fasce lignorum, ubi ejus simulacrum abditum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant, quæ eadem Diana Omnivaga dicitur, non a Venando, sed quod In septem numeratur tanquam vagantibus. Diana dicta, quia Noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut ut plerunque novem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. De eadem Idem in Arato.
Ut quondam Orion manibus violasse Dianam
Dicitur, &c.
Alphernia Diana. V. alphernia.
Amarusia. V. amarusia.
Armata. Stat. 9. Theb. 604.
Clara. Valer. 3. Argon. 645.
Jaculatrix. Ovid. 2. Fast. 155.
Incincta. Ovid. 4. Epist. 87.
Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ?
Inferna, i. e. Hecate. Valer. 5. Argon. 238.
Integra, h. e. Incorrupta, casta. Hor. 3. Od. 4. 70.
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum, notus & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta.
Limenetis Diana. Tacit. 4. Ann. 43. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes de jure templi Dianæ Limenetidis.
Lucifera, i. e. Luna. Valer. 7. Argon. 179. vulg. Lætifera.
Nocturna. Ovid. 15. Met. 196.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest unquam.
Omnivaga. V. omnivagus.
Tria virginis ora Dianæ. Virg. 4. Æn. 511. Alludit ad tria nomina Dianæ.
Sylvarum potens. Hor. in Carm. secul. 1.
Scythica. Ovid. 14. Met. 331.
Quæque colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ.
Succincta. Ovid. 3. Amor. 2. 31.
Torva. Ovid. 6. Met.
Verecunda. Ovid. in Ibin. 481.

**Dianĭus**, Adj. Quod est Dianæ. Ovid. 5. Fast. 141.
Exagitant & Lar, & turba Diania fures,
Pervigilantque Lares, pervigilantque canes. Turbam Dianiam appellat canes Dianæ dicatos, utpote quibus utitur Diana venatrix.

**Dianaria**, Herba quæ Græce est Artemisia, ut est apud Vegetium in mulomedicina, 2. 2. 6.

**Dianenses**, Hispaniæ citerioris populi, in conventu Carthaginiensi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 3.

**Dianœa**, [διάνοια] Ratiocinatio, Mens, sive Intellectus, vel Sensus, vel Sententia. V. Quintil. 9. 1.

**Dianium**, [Διάνιον] vulgo *Denia*. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Balearici. Ptolem. inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6.
Est & hoc nomine Insula, quam Artemisiam vocant, contra Cosanum litus, in Corsica. Plin. lib. 3. cap. 6.

DIANIUS, Locus Dianæ sacratus. Festus. al. DIANIUM, Liv. 1. 48. V. & Guther de Vet. Jur. Pont. 3. 4. V. ÆSCULAPIUM supra.

DIANOME, es. f. [διανομή] i. e. divisio, Portio cuique distributa. Hanc vocem Casaubonus restituit in Plin. 10. Epist. 117. & 118. olim leg. Diamone.

DIAPARTHENIA, [διαπαρθένια τά] Munera, quæ sponsæ pro delibata virginitate dantur. Cæl. lib. 11. cap. 60. [V. Juvenal. Sat. 6. 204.

DIAPASMA, ătis. n. [διάπασμα] Inspergimen, quo ad sudores coercendos utimur: cujusmodi sunt quæ siccis odoribus constant. a verbo διαπάσσω, quod est inspergo. Plin. lib. 21. cap. 19. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos. De rosis aridis & expressis loquitur. Martial. lib. 1. 88.

Quid, quod olet gravius mistum diapasmate virus? Plin. lib. 13. cap. 2. Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur. V. Lex. Pitisc. & Gorræi Defin. h. v.

DIAPĂSON, [διὰ πασῶν] Musicæ artis symphonia constans ex Quinque tonis & duobus semitonis, i. e. ex Diapente & Diatessaron. Plin. lib. 2. cap. 22. Ab eo ad Jovem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium, & inde sesquiplum ad Signiferum: ita septem tonos effici, quam Diapason harmoniam vocant, hoc est universitatem concentus. V. Vitruv. l. 5. C. 5. Erasm. Chil. 1. 2. 63. ubi de Adagio δὶς διὰ πασῶν, Macrob. in Somn. Scip. 2. 1. Vulgo Octavam vocant.

DIAPENIDION Magnum, Madicamentum est asthmaticis, arthriticis, phthisicis, peripneumonicis & pleuriticis salutare, cujus compositionem vide apud Galen. lib. 2. de Dynamidiis.

Est & alterum Diapenidion minus, quod facit ad vulnera, quæ intrinsecus sunt, maturanda, de quo idem Galen. ubi supra.

DIAPENSIA, nonnullis Sanicula appellata, Quarta pentaphylli, seu quinquefolii species est, apud Mathiol. in Diosc. lib. 4.

DIAPENTE, [διὰ πέντε] Symphonia, seu concentus Musicus, tribus constans tonis & semitonio minore. Vulgo Quinta, consonantiarum omnium suavissima. Macrob. Somn. Scip. 2. 1.

DIAPHANES, [Διαφανής] Fluvius est Ciliciæ, ea in parte, qua Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. V. Plin. lib. 5. cap. 27.

Sic etiam Lapis quidam vocatur, quod transluceat, de quo Lucian. in Pseud.

DIAPHANUM, [διάφανον] Latine dicitur Transparens. Julian. ex Phœnicum & Jamblichi doctrina ait lumen esse purum actum: diaphanum vero actus ejusmodi vehiculum, & id quidem incorporeum, neque permixtum corporeis qualitatibus, quanvis per ea diffusum omnia. V. Cæl. lib. 15. cap. 1.

DIAPHŎRA, Latine Differentia, [διαφορά] Schema est Oratoribus, quum verbum iteratum Aliam sententiam significat ac significavit Primo dictum. i. e. Hujusmodi, In universum mulierem quid potius dicam, aut verius quam mulierem? Rutilius Lupus. At hæc ambiguitas figuram nullam facit.

DIAPHŎRĒSIS, [διαφόρησις] Digestio dicitur Galen. & Distractio Evaporatio sive Evacuatio quæ fit per poros. V. Th. Prisc. de Diæt. cap. 14. Est etiam Defectio & Dissolutio virium. Cæl. Aurel. Acut. 1. 15. 143. Alii Migrationem interpretantur apud Cic. 16. 18. Fam. Non desunt tamen, qui ibidem διαφώνησιν, hoc est declamationem malint legere. [Perperam. Apud Cælium Aur. fere ponitur pro sudore nimio, quem professores nostri Colliquativum appellant. Conf. Cœl. Rhod. l. 6. C. 4. ubi inscite Diphoreticus & Gr. διφορητικὸς expressum.

DIAPHŎRĒTĬCA Medicamenta, [διαφορητικὰ φάρμακα] A Latinis vocantur Discussoria, quum scilicet in ulceribus collectiones non ad pus & saniem perducantur (quod Græcis πεπαίνειν, i. e. maturare dicitur) sed disjiciuntur, ut sine suppuratione aliqua solvantur, & evanescant. Id enim Græci διαφορεῖν dicunt. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 27. cap. 28.

Remedia diaphoretica, i. e. Sudorem moventia Th. Prisc. 10. & 15.

Diaphoretica solutio Cæl. Aurel. 1. 17. 166. Idem 2. 10. 74. Macer. 4. 19. 14.

DIAPHORON, i. n. Differentia.

DIAPHRAGMA, ătis. n. [διάφραγμα] Omne medium: a verbo διαφράττω, quod est distinguo & separo. Unde a Galeno sumitur, pro parte illa corporis, partim membranosa, partim musculosa, quæ superiora viscera, nempe cor & pulmones, ab inferioribus distinguit ac separat: quæ a Celso Septum transversum appellata est. Cels. lib. 4. cap. 1. & in Procem. l. 1.

DIAPHRATTONTES, [διαφράττοντες] Græcis Membranæ dicuntur in corpore humano, quæ rectæ ad jugulum usque perferuntur. Intercipientes Latine dixeris. Galen. lib. 5. de Anatomic. Administ.

DIAPNOE, [διαπνοή] Medicis est Aeris attractio, citra nostrum Propositum, a naturali calore per superficiem. V. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 20.

DIAPONI, [διάπονοι] Cretici canes sunt, quorum in venando gloria plurima. Noctes enim addunt labori, sæpeque feris assidentes dormiunt, mox orta luce depugnant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 28.

DIAPONTIUS, a, um. [διαπόντιος] Qui per pontum sive mare transit. Plaut. Mostel. 2. 2. 66. Ego transmarinus hospes sum diapontius. [Scribitur majuscula Diapontius, ut sit nomen proprium.

DIAPORĒSIS, [διαπόρησις] Latine Addubitatio dicitur. Figura est qua utimur quum propter res aliquas volumus videri dubitare, quo potissimum genere orationis utamur. Quale est Cic. pro Cluent. Procem. Equidem quo me vertam Judices nescio. negem fuisse illam rem, &c. vocant etiam ἀπορίαν V. Mart. Capell. 5. p. 171.

DIAPSALMA, ătis. [διάψαλμα] Commutatio rhythmi, aut Vicissitudo canendi, ut quidam volunt. Alii Pausationem spiritus interpretantur: alii Alterius sensus exordium: alii Rhythmi distinctionem: alii vero cujusdam musicæ varietatis silentium. Author Hieronym. in Epist. ad Marcell. cujus initium, Quæ acceperis, &c. 138. Meminit Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 20. item Isidor. 6. 19.

DIAREUSA, Insula Chio finitima, cujus meminit Plin. in descriptione insularum ante Asiam, &c. lib. 5. cap. 31.

DIARIUM, ii. n. [ἐφημερίς] Victus quotidianus, vel Præmium laboris diurni. Martial. lib. 11. Epigr. ult.

Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt.

Urbana diaria. Hor. 1. Epist. 14. V. Torrent. ad Loc. & Pignor. de Servis. p. 160. Conf. Diurna in DIURNUS.

Diarium, dicitur Græce Ephemeris: vulgo Registrum vocatur, nimirum Liber quo res quotidianæ continentur. V. COMMENTARIUS & Lex. Pitisc.

Sic etiam febrim, quæ a Galeno Ephemera dicitur, Latini Diariam febrem vocant, nempe quæ quolibet die semel aut bis apprehendit.

DIARRHŒA, [διάῤῥοια] Alvi fluxus. Cic. 7. Fam. 26. In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primum videatur cœpisse consistere.

DIARRHOICUS, apud Th. Prisc.

DIARRYTON, [διάῤῥυτον] Græcis significat Aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem, Aphricæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilutum vocaverunt. Author Plin. lib. 5. cap. 4. V. Hermol. Barb. ad loc. V. potius Hard. qui ex Antonini Itin. Zarytum profert. MSS. Dirutum.

DIARTHRŌSIS, [διάρθρωσις] Dearticulatio, ossium structura dicitur, quorum motus evidens est. Hujus tres species facit Galen. lib. de Ossib. quem vide.

DIAS, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur a Philostrato.

DIAS, adis. [Δίας] Lyciæ oppidum, a Diade quodam conditum, a quo & nomen accepit. Author Stephan.

DIAS, adis. [δίας, a δὶς, bis] Numerus binarius. ut Monas est Unitas, ita Dias Dualitas apud Mart. Capell. lib. 6. p. 228. & 7. p. 238.

DIASATYRIU, [διασατυρίου] Compositio quædam medicorum ad excitandam venerem: ita dicta, quod satyrion herbam recipiat, excitando veneris appetitui imprimis efficacem.

DIASCŌNES, [Διάσκωνες] Pannoniorum populi sunt, quorum imperium Bato tenuisse fertur, authore Strab. lib. 7.

DIASIA, [διάσια] Milichii Jovis sacra fuerunt, Athenis celebrata, ut Suid. & Lucian. in Charidemo ac Tim. docent. Meminit & Aristoph. dicta ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄτας. Scribit Hesych. Diasia celebritatem fuisse Athenis, quæ cum quadam tristitia ageretur. Alex. ab Alex. Dialia vocat, aitque his in festis Athenienses extra urbem non veras victimas, sed commode effictas offerre solitos. V. Genial. lib. 3. cap. 12. Vocantur & πάνδια Gr. & Διιπόλια. V. & Pitisc. Lex. V. DIALIA.

DIASPHENDŎNE, [διασφενδόνη] Supplicii genus, quod antiquis in usu fuit, quum videlicet arborum duarum incurvatis cacuminibus, obligatum hominis corpus emittitur. Hujus meminit Plutarch. & Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. Alii Diasphendomena vocant. V. infra.

DIASTĒMA, ătis. [διάστημα] A Græcis dicitur pro Spatio, intercapedine, seu intervallo. Utitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quod Carm. 15. 64. penult. syllabam corripuit, quæ apud Græcos per η longam vocalem scribitur;

Sic placidam Paphien servare diastema quintum. Add. Censorin. de D. N. C. 10. & 13. ubi V. Lindenbr.

DIASTEMĂTĬCUS, a, um. Divisus. ut Vox Diastematica. [διαστηματικὴ φωνή] Intervallata vox est, h. e. quam canendo suspendimus. In qua non tam sermonibus, quam modulis inservimus: estque Vox ipsa tardior, & per modulandas varietates quoddam faciens intervallum, non taciturnitatis, sed suspensæ ac tardæ potius cantilenæ. Huic opponitur συνεχὴ, quæ continua est. Ex Cæl. Antiq. lib. 9. cap. 5. V. Sidon. 8. 11. & Mart. Capell. cap. 9. p. 321.

DIASTŎLE, [διαστολή] Distinctio. Figura quum una dictio vel sententia ab alia distinguitur: vel quum brevis syllaba producitur.

Diastolen cordis & arteriarum vocat Galenus quum dilatantur cor & arteriæ in longum, latum & profundum: quemadmodum etiam systolen vocat, quum contrahuntur: quæ duo simul pulsum efficiunt.

DIASTYLUS, [διάστυλος] Quum trium columnarum crassitudinem intercolumnio interponere possumus. Vitruv. 3. 2. V. Bald. p. 38.

DIASYRMOS, [διασυρμὸς] Elevatio vel Irrisio dicitur, ut apud Cic. Div. in Verr. Est adhuc (id quod vos omnes admirari video) non Verres, sed Quintus Mutius. V. Mart. Capell. 5. p. 172.

DIASYRTICUS, a, um. a διασύρω, Distraho, convicior. Spartian. Carac. cap. 10. Diasyrticum quiddam in eum dictum.

DIATESBES, [Διατήσβεις] Montanorum populi in Sardinia, quam etiam frequenter populantur, qui antea Iolenses nominabantur. Memoriæ enim proditum est, Iolaum plerosque adducentem Herculis filios, huc appulcuisse, & cum insulæ accolis Barbaris cohabitasse, qui natione Thusci erant. V. Strab. lib. Geogr. 5.

DIATESSARON, [διὰ τεσσάρων] De quatuor: quia quatuor voces habet. Est autem Diatessaron authore Macrob. Somn. Scip. 1. 6. & 1. 2. Musicæ mensura, constans duobus tonis, & semitonio minore. Vitruv. 5. 4. & Baldi Lex. p. 38.

DIATETTIGON, [διὰ τεττίγων] Medicamentum est ad renum vitia valde utile, de quo Paul. Ægin. ut refert Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 19. ex Cicadis.

DIATHĒCA, æ. [διαθήκη] & DIATHECA, orum. pro Testamento ponitur, & pro Hæreditate quæ testamento obvenit. Budæus Comm. Quum autem Testamentum significat, pluraliter plerunque effertur. Martial. lib. 12. 70.

O quantum diatheca valent, & quinque comati!

Vulgo Diatreta. sed alii Diatecta V. Turneb. Adverf. 27. 31. & DIATRETA infra.

DIATHĒSIS, is. f. [διάθεσις] Dispositio. Talis in architectura, rerum apta collocatio, ut definit Vitruv. 1. 2.

DIATHYRON, [διάθυρον] Obicem significat transversarium ductilem, aut versatilem, i. e. Repagulum e materia compactum, quod & vehicula & equos a vestibulo ædium arcet, qualia multa Lutetiæ videntur. Usus est hoc verbo Vitruv. 6. 10. V. Bud. in Annotat. & Bald. Lex. p. 38.

DIATONI Lapides. V. in FRONTANI. & Vitruv. 2. 4.

DIATONUM, [διάτονον] Unum est ex melodiæ generibus, quæ tria recensentur a Macrobio, Enarmonicum, Diatonum, & Chromaticum. Primum quidem, inquit, propter nimiam sui difficultatem ab usu recessit; Tertium vero est infame mollitie; Unde Medium, i. e. Diatonum, mundanæ musicæ, doctrina Platonis ascribitur. Hæc

ille, Somn. Scip. 2. 4. & ex eo Cæl. lib. 9. cap. 3. V. Etiam Vitruv. 5. 4.

DIATONICUS, Idem. Mart. Capell. 9. p. 321.

DIATŎRUS, a, um. [διάτορος] Penetrans. Vitruv. 2. 8. Lateres utraque parte frontati, quos Diatoros appellant. Sunt Codices qui legunt Diatonos. V. Bald. in Lex. Vitr. p. 39.

DIATRĒTUM, [διάτρητον] Foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum significat: a verbo διατρέω. Sunt igitur calices diatreti cælati, & tornatiles, quæ Toreumata verbo Græco dicuntur Salluſt. Cic. Tranquil. Martil. lib. 12. 70.

O quantum diatreta valent, & quinque comati:
Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper. Aliter tamen legitur ab interpretibus. Ulpian. ad Leg. Aquil. l. si servus, Si calicem diatretum faciendum dedisti, siquidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur.

DIATRETARIUS, [Διατρητητικός] Cælator, qui tornata opera perficit. Ejus mentio fit in l. 1. de excusf. artif. lib. 10. Cod. V. & Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 7. & 22. 26. & Pitisc. Lex.

DIATRĪBA, æ. vel DIATRIBE, es. f. [διατριβή] Converſatio. Item Exercitium, exercitatio, studium. Usurpatur & pro Loco disputationis & exercitii, sive Auditorio, a Gell. lib. 1. cap. 16. & lib. 10. cap. 5: 17. 20: 18. 13. V. Panciroll. de Magistr. Munic. cap. 22. & Cæl. Rhod. Antiq. Lect. 20. 30.

DIATRION PIPEREON, [διὰ τριῶν πιπέρεων] Medicamentum est, quod ex tribus Piperis generibus conficitur, additis aniso, thymo & zingibere, ut ostendit Galen. lib. 4. de sanit. tuend.

DIATRITARII, [διατριταριοι] Medici quidam nuncupati sunt deridiculi causa, quoniam cibi abstinentiam initio morbi in diem tertium prorogabant. Proinde subsannans Galenus identidem θεσσάλειον διάτριτον appellat Therapeutices octavo. V. Cæl. Rhodig. lib. 22. cap. 9. [Hi sunt Methodici, e quibus Cælius Aurelianus fuit, apud quem ista Diatrito & Diatritæo tempore nil frequentius.

DIATRYGIUM, [διατρύγιον] Fructiferum nonnullis intelligitur apud Homerum. Alii, Loca inter vites, quæ seruntur, vel Partem, ubi maturuerint uvæ, hoc nomine significari putant. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 26.

DIÆTUREI, vel potius Diæturei [διαιτουροί] Custodes navis sunt, qui non pretio conducti, sed solo victu navem custodiebant. Vox est composita ἀπὸ τῆς διαίτης, i. e. victus, καὶ οὖρος, quod custodem notat Alciat. in l. 1. D. naut. caup. stab.

DIATYPŌSIS, [διατύπωσις] Formatio, descriptio, statutum.
Est item Rhetoribus Schema, ubi rebus delectis, personarum & formas ipsas, & habitus describimus & exprimimus. Author Roman. Aquil. de figuris. Mart. Capell. 5. p. 172.
Est etiam Physicis Prima delineatio fœtus in utero post conceptionem.

DIAULIUM, [διαύλιον] dicebatur, Quum in scena tacentibus omnibus, solus intus caneret tibicen. Cæl. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 7. Barthol. de Tib. cap. 10.

DIAULODRŎMI, [διαυλοδρόμοι] sunt Qui cursum Circensem peragunt, i. e. δίαυλον, qui quum ad metam pervenerant, flectentes eo rursus recurrebant unde cursum inierant. Bud. in Annot. V. & Lex. Pitisc.

DIAULONIUM, [διαυλώνιον] n. & plur. Diaulonia, Locorum sunt angustiæ, & fauces, in quibus cothurnices, aliæque aves illaqueantur. Bud. in Annot. & Comm.

DIAULUS, [δίαυλος] Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinem sexcentos habet, diaulus mille ducentos, milliarium stadia octo, dolichus stadia duodecim. Vitruv. lib. 5. 2. In palæstris, inquit, peristylia quadrata, sive oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitum, quod Græci vocant δίαυλον.
Item Diaulus, Viri nomen, qui ex medico factus est cadaverum funerator, de quo Martial. 1. 31.
Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus. V. Lex. Pitisc.

DIAULAN vocat Apul. de Herb. cap. 93. Nepetam montanam.

DIAXYLA, [διάξυλα] Dicuntur Græcis Quæ intus probiore sunt materia, solidioreque, velut in medio lignea prorsum. Cæl. Rhodig. lib. 25. cap. 18.

DIAXYLON, i. n. Aspalathus in Diosc. Suppos.

DIAZEUGMĔNON, i. n. Disjunctum, cum diversis redditionibus verborum cola disjungimus: vel ubi singulis membris, singula diversa redduntur. Utriusque Exempla V. apud Mart. Capell. cap. 5. p. 176.

DIAZŌMA, ătis. n. Præcinctio, balteus, cinctus intermedius. De præcinctionibus in Extructione Theatrica Vitruv. 5. 7. Gradus, diazomata, pluteos. V. Lex. Vitruv. p. 92.

## D I B

DIBĂLO, āre. Verb. Antiq. Varro lib. 6. de L. L. 5. Multa ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Ennii, Animus cum pectore latrat. Cæcilii, Tantam rem dibalare, ut pro nihilo habuerit. conf. Scalig. Conjec. p. 165. Ed. Henr. Steph. pr. & poster. 155.

DIBĂPHUS, a, um. [δίβαφος] Adj. Bis tinctus. Dibapha Tyria, Purpura bis tincta. Plin. lib. 9. cap. 39. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Et paulo post, Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpuræ tinguntur. V. ibi Hard.
Dibapho strumam vestire, proverbialiter dicitur de iis, Qui scelera, turpitudinem, sordesque suas, honorum fastigio occultant, aut honestare nituntur. Struma enim, tumor fœdus in cervice & pectore. V. f. l. Cic. 2. Att. 10. Deinde Vatinii strumam sacerdotii dibapho vestiant, &c. i. e. Veste purpurea, & bis tincta. Dibapha enim, vel Dibaphus Græcis est Purpura bis tincta, a δὶς & βάπτω. Utebantur autem purpura sacerdotes & magistratus. Unde lepidissime Cic. 2. Fam. 16. Curtius, inquit, noster δίβαφον cogitat: sed eum infector moratur. V. Salmas. in not. ad Tertul. de Pallio cap. 3. & Oct. Ferrar. de re Vestiar. lib. 2. cap. 7. Virgil. 3. Æn. 405.



Dibapham purpuram fuisse vulgariter dictam, apparet ex Enarratoribus Horatii in locum illum Od. 16. l. 2.
— Te bis Afro murice tinctæ Vestiunt lanæ. Nam & Commentator anonymus exp. Purpura dibapha. H. St.

DIBITACH, [Διβιτάχ] Oppidum Parapotamiæ regionis, quæ Tigri proxima est. Author Plin. lib. 6. cap. 27.

DIBOLIA, [διβόλια] Tela sunt cuspidis duplicis, cujus erant modi Cimbrorum jacula. Probat Cæl. Rhodig. ex Plutarch. lib. Antiq. Lect. 11. cap. 16.

DIBUCINO, are. Verbum quod in exemplum affert Papirianus Grammaticus apud Cassiodorum de Orthogr. p. 25. inter ea, quæ sunt composita ex Præpos. DIS. H. St. [An Dibuccino legendum? V. BUCCINA. locus est C. 4. p. 970. Ed. Aurel.

DIBUTADES Sicyonius, fuit figulus Corinthi, qui primus ex creta docuit fingere, primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit. V. Plin. lib. 35. 12.

## D I C

DICA, [Δίκη] Dea judiciorum præses dicitur: quæ dictio etiam Jus significat, & ob id Græce dicta, quia lites & contentiones dirimat: ejusque deæ diaconi & ministri, δικασταὶ, i. e. judices dicuntur, quasi litium diremptores. Budæus.

DĬCA, æ. [δίκη] ut, Acte Acta, Calliope Calliopa, ut ait Donatus, & Latine significat Causam & judicium. Budæus.
Dicas, vel dicam sortiri. Cic. 2. Verr. 37. Advenit dies, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat. i. e. Sortitione causas cogniturum. Budæus.
Dicam grandem impingere alicui. Ter. Phorm. 2. 3. 92. i. e. Gravi actione agere. Est enim Dica, Actio qua contra aliquem in judicio experimur.
Dicam scribere, idem. nimirum, Formulam intendere, & certa lege agere apud judicem. Plaut. Aulul. 4. 10. 30. Idem Pœn. 3. 6. 5. Cras subscribam homini dicam. Ter. Phorm. 1. 2. 77. Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Cic. 2. Verr. 37. Scribitur Heraclio dica.
Dicam scribere, a Jurisconsultis Dictare actionem dicitur, seu intendere. Item Judicium dictare, teste Budæo. V. Lex. Pitisc.

DICACITAS, DICACULUS. V. DICO, is.

DICÆA, [Δίκαια] Urbs Macedoniæ, in Thermaico sinu, a Dicæo Neptuni filio. Author Plin. lib. 4. cap. 10.

DICÆARCHIA, [Δικαιάρχεια] Urbs quæ nunc Puteoli dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 5. & aliis: Sic dicta quod ea civitas quondam justissime regebatur, ut Festus author est. Quidam Dicæarcheam scribunt, quidam Dicæarchæam propter Græcam ει. Poetæ 2dam & 3am syll. contrahunt, aut si mavis, elidunt 2dam, & Dicarchiam, vel Dicarcheam efferunt.
Profundum Dicarcheum, pro Mari Dicarcheo. Stat. 2. Sylv. 1.
Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi.
Urbs Dicarchea. Sil. lib. 13. 385.
Sinus Dicarchei. Stat. 2. Sylv. 2. 110. V. Drakenb. ad Sil. 8. 534.
Portus Dicarchei. Stat. 3. Sylv. 5.

DICÆARCHUS, Siculus e Messana, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra; scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum est, juvenesque auditum convenire. Hujus Dicæarchi multis locis meminit Cic, e. g. 2. Att. 12. extr.
Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus Aristarchi auditor. Suidas.

DICÆODOTES, [δικαιοδότης] Juris dator, justitiam exhibens. Qui recturus provinciam mittitur, is vicem principis obtinet: sub eo est is qui δικαιοδότης dicitur, i. e. jura reddens, & jurisdictionem habens. Hæc Bud. in Annotat.

DICÆUS, [Δίκαιος] i. e. justus. Hoc nomine Apollo cultus & appellatus est, quod quum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, in sinu ejus celatum esset. Author Plin. lib. 34. cap. 8. Idem cognomen tulit Aristides, teste Plutarch. & Nep. 3. 1. 2.

DICÆOGĔNES, Poeta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

DICÆOLOGĬA, [δικαιολογία] Justificatio dicitur. Rutilius, Dicæologia, schema est, quod fieri solet, quum æquitatem causæ quam maxime brevi sententia complectimur. Hic elocutionis schema nullum est.

DICASSIS, DICASSIT. V. DICO.

DICASTĒRIUM, ii. n. [δικαστήριον] Locus judicii.

DICASTICUM, [δικαστικὸν] dicebatur Merces, quæ judicibus dabatur pro opera judicandis controversiis impensa, h. e. Sportulæ judiciales, sportularia pecunia. Bud. in Annot. Poster.

DICAX, V. DICO, is.

DICEÆ, [Δικαία] Thraciæ oppidum, in Bistonum gente, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

DICELICTÆ, [δεικηλίκται] Dicebantur apud Laconas, Qui Comicos lusus obibant. Fuit enim, inquit Cælius, quod scitu dignum est, apud Spartanos Comici lusus species, verum studii non magni, frugalitatem in eo quoque affectante civitate. Dicendi prætenuis erat formula, argumentum non aliud fere, quam pomorum furta, & id genus pleraque. Qui ejusmodi ludos obirent, ab Laconibus Dicelictæ nuncupabantur, velut Scenopæos dicas, & Mimetas, i. e. Imitatores. Hæc ille lib. 6. cap. 17. ex Athen. lib. 13.

DICELLA, [δίκελλα] Instrumenti rustici genus utrinque scindens. Nam, ut prodit Theon, Macella est, quæ uno tantum cædit mucrone. At Dicella, quæ duobus. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 16. Latine Bidens q. V.

DICHALCUM, [δίχαλκον] Quadrans oboli dicebatur apud Græcos, ut author est Alex. Genial. lib. 11. cap. 24. Meminit & Cæl. Antiq. Lect. lib. 10. cap. 2. & Vitruv. 3. 1. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 39.

DICHASTĒRES, [διχαστῆρες] dicuntur Quatuor dentes anteriores, qui in meditullio constituti habentur, a divisione nomen sortiti. Insequuntur hos duo κυνόδοντες appellati, sive canini, quoniam in acutum producti caninos præferant dentes. Adjacent qui dicuntur

Gomphii, seu Molares: quibus adnumerantur quos Mylos nuncupant: post quos postremi Sophronisteres, sic enim Cleanthes vocabat: Avicenna dentes Sensus, vel Intellectus. Vide de his plura apud Cæl. Antiq. Lect. lib. 4. cap. 1.

DICHOMENION, i. n. Nom. herbæ, quæ alias Pæonia, Apul. de Herb. 64.

DICHONEUTUS, a, um. [διχώνευτος] Bis conflatus. ut Æs dichoneutum. Theod. Cod. 11. 2.

DICHORĒUS, [διχόρειος] Genus pedis, de quo sic Cic. in Orat. 212. Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui Dichoreus vocatur, quum duo extremi chorei sunt, i. e. e singulis longis & brevibus. alias Ditrochæus, i. e. duo trochæi ut -ᴗ-ᴗ v. g. Cōmprŏbāvĭt. V. Ruffin. de Metris Comicis p. 2722. seq.

DICHŎTŎMIA, æ. f. Divisio bimembris, duobus membris constans, ut cum homo dividitur in Corpus & Animam.

DICHOTOMUS, [διχότομος] Apud nos idem est quod Dimidiatus, sive Per medium sectus, qualis septimo quoque die post plenum orbem Luna videtur. Cyrill. & Ammon. & Macrob. Somn. Scip. 1. 6.

DICHUS, [δίχους] Mensura est Attica capiens heminas sedecim, ut vult Aristoph. interpres. Alii Choa duodenas cotulas capere tradunt, ut jam Dichus vigintiquatuor cotularum esse debeat, idemque cum Bicongio, quod & Plin. voluit. Athen. lib. 10. de temulentia loquens, hujus mensuræ meminit, quum ait Alexandrum illa provocasse Proteam, & cætera quæ ibi videre poteris.

DICES, [δίκες] Vermes appellantur, qui sunt in virentibus lignis, ac humectis, sicut qui in aridis thrypes, qui in vitibus ices: cornuum ipes: leguminum troges: vestium σῆτες: & in chartis qui adnascuntur, vocantur tilphæ. Author Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 1.

DICABULUM, i. vel DICIBULUM, & DICIBILIS &c. V. post DICO, ere.

DICIS Causa, Dicis gratia, Loquendi formulæ, vetustæ & elegantes. Cic. l. 4. in Verr. 53. Attamen ut possit se dicere emisse, Archagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret. Cajus in l. sæpe D. commodati. Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant. Ulp. D. de senatusc. Silania. l. 1. sub finem, Excusantur autem servi, qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit. quibus locis Haloander & alii multi scribunt Ditis. Alciat. lib. 4. Dispunct. cap. 15. suspicatur legendum Dantis. Læl. Taurellius, Ant. Augustinus, Pet. Victorius, & alii scribendum omnino censent Dicis. sic enim habent Pandectæ Florentinæ. neque aliud existimant Dicis causa significare, quam quod Jureconsulti Perfunctorie, aut Defunctorie, aut Translatitie appellant. h. e. Ut defungi suo munere viderentur, *par maniere d'acquit.* Apud Cic. illa verba, Ut possit se dicere emisse, præclare elegans hoc dicendi genus declarant. Varro lib. 5. de L. L. 7. recensens ducta a verbo Dico, Hinc, ait, antiqua illa, dicitur in imo, & dicis causa, & addictus. Idem lib. eodem pene in extremo, de vetere vocabulo Inlicium disputans, Hoc nunc aliter fit atque olim, quod Augur Consuli adest, tum quum exercitus imperatur, ac præit quid eum dicere oporteat: Consul Auguri imperare solet ut inlicium vocet, non Accenso aut Præconi. Id inceptum credo quum non adesset Accensus: & nihil intererat, cui imperaret: & dicis causa fiebant quædam, neque item facta, neque item dicta. Sic enim ex vetustissimo exemplari hunc locum reposuit Victorius. Charis. lib. 1. videtur indicare Dicis genitivum casum esse. quum enim doceret quædam nomina unius tantum casus esse, exempla protulit Inficias, suppetias, pedum, sponte, dicis, ergo, nequam, nihili, frugi. Hujus loquendi formulæ originem ignorare se ingenue fatetur Ant. Augustinus. at Connanus rem totam mihi videtur his verbis feliciter explicasse. Δίκη, inquit, id est justitia, aut judicium, vel judicialis actio. & δίκαιον, jus, vel justum: quod nomen Latinis pro eo quandoque ponitur, quod perfectum est, & omnibus suis numeris absolutum: velut quum Ulpian. scribit, Testamentum esse justam defuncti sententiam, id est legum regulis congruentem, sic ut nullum solenne juris omissum sit aut neglectum. Eodem modo apud Cajum dicis causa datur pecunia, ut contractus sit justus, & ex legis præscripto. Cujus exemplum sumi potest in omnibus imaginariis, quos appellamus, contractibus, ut olim in emancipationibus. Naturalis enim pater a fiduciario patre unum aut duos nummos accipiebat pretii loco, ad simulationem emptionis, quasi adeo re vera, & nummo illo filium suum vendidisset, alienasset que a se. Idque ipsum observabatur in testamentis, quæ per æs & libram fiebant, atque adeo in omnibus abalienationibus, quæ mancipatione fiebant & nexu. Nullum enim illi veteres contractum, præter emptionem, putabant idoneum esse, qui dominium transferre posset. quare in cæteris omnibus alienationibus, seu testamento fierent, seu contractu, pretium adhibebant, quod specie emptionis induceret, non ut vere pretium esset, fieretque accipientis, hoc est ejus qui venditoris gereret personam, sed dicis causa, quod vulgo dicitur ad justificandum actum, & pro forma. Ideo siquis hujusmodi ficto emptori, aut fiduciario patri nummos aliquot dederit, quos daret patri naturali ad solennia & justa emancipationis peragenda, non mutuasse ei, sed commodasse videbitur. nec enim ut ejus fierent, & in usus suos consumeret dedit, sed ut uteretur tantum ad emancipationem ex legum formulis perficiendam, & essent numerationis loco. quare nec hic in patrem fiduciarium, nec fiduciarius pater in patrem naturalem dominium trastulit nummorum: quia fiduciario patri dedit ad cæremonias emancipationis. quod vero cum patre naturali actum est de numeratione, totum illud ficte actum est & simulate, sic ut veri solidique juris nihil habere possit. Hoc loquendi genere usus est Cic. l. 4. in Verr. 53. V. supra. Ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret. hoc est, ut juste fecisse videretur: nec dono vel vi accepisse, quod utrunque lex prohibebat, sed emisse putaretur. Ulpianus, l. 46. locati: Siquis conduxerit nummo uno, conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit. Et Sueton. in Jul. cap. 50. Bello civili super alias donationes amplissima prædia ei nummo addixit. In hisce contractibus nummus dicis causa datus dicetur, nempe ut contractus jure initus esse videatur, nec contra legem factus, quæ donationes prohibet. Quod translatitium est hodie apud nos, dum quidam fraudibus suis prætextum quærunt, & obtentu emptionis vim legum vitant. Hoc modo & Ulp. ad senatusconf. Silan. Qui auxilium dicis causa tulit, hoc est leviter & perfunctorie, tantum ut officio suo functus esse videatur, & senatusconsulti pœnam effugiat. Utrunque enim in hoc exemplo dici potest, & perfunctorie, & dicis causa: quia senatusconsulto illo fraudem capitalem committit servus, si non pro virili dominum defenderit. At si amicus in amici periculo idem peccasset, non diceremus eum dicis causa defendisse, quum nulla eum lex teneat, quam elusisse dici possit, sed perfunctorie, hoc est in speciem, & (ut Galli loquuntur) *par acquitum.* quod verbum omnibus iis convenit, qui simulatam præstant operam, & fictum officium. quod etiam in solo officii nomine nonnunquam surpatur, ut apud Ovid.

Officium præstet nulla puella mihi. Hoc est, quod mea causa facit, non faciat gravate aut ficte, & tanquam necessitate officii adducta, sed libenter & ultro. Hoc pacto est accipiendum quod ait Ulp. l. aut qui, quod vi aut clam. Neque quidem perfunctorie aut obscure dicere, aut denuntiare debet. Et Pap. ad illud s. c. Silan. l. propter, ad finem, Hæredibus qui non defunctorie debitum officium impleverant. At dicis causa dicitur factum, quod vitandi judicii, & tegendi criminis gratia factum est. Itaque iidem Græci aliud loquendi genus repererunt, quod etiam ea comprehenderet, quæ non criminis, sed vituperationis, & malæ hominum existimationis vitandæ gratia fiunt, ἀφοσιώσεως καὶ ὁσίας ἕνεκα ποιεῖν τι, hoc est, ad verbum, pietatis & sanctitatis causa facere aliquid. Latini perfunctorie, aut defunctorie, & levi brachio dicunt, non vere, neque ex animo. At ne quis miretur dicis nomen in usu fuisse Latinis, iidem ab eodem verbo Dicam finxerunt: unde illa, Dicam alicui impingere, aut scribere. illo Terentius utitur, hoc Tullius non semel in orationibus contra Verrem, & item Dicas sortiri. Hæc ex Connano. Hoc l. adjecit H. St. Sed videtur dicendum fuisse, Dices causa, δίκης χάριν, ut νόμου χάριν, in Epigr. Gr. Epigr. primo, ἐς ῥητῆρας:

Πλὴν κ'αμὲ μηνῆσαι νόμου χάριν. Consuetudinis gratia. Hactenus H. St. V. etiam Pet. Pithœum Adversf. 2. 13. & And. Schott. Observ. Hum. 5. 23. Est etiam peculiaris C. S. Schurzfleischii de hac formula Diss. 1703. habita. Usus est Nepos 25. 8. 5. Ubi Lamb. V. & Indicem Vorstii & Elmenhorst. ad Apul. p. 38. & Lex. Pitisc.

DĬCO, [ἱερόω, ἀνατίθημι] āre. Tradere. Cic. ad Cæsarem. Balbum quanti faciam, quanquam me ei totum dicaverim, ex ipso scies. Ex Nonio 4. 139.

Conjugio dicare aliquem alicui. Valer. 3. Argon. 535.

Quem tibi conjugio tot dedignata dicavi
Nympha procos, &c.

Donum alicui dicatum atque promissum. Cic. 5. Verr. 183.

Operam dicare aliquam alteri. Ter. Phorm. 1. 2. 12. Ergo ausculta. D. hanc operam tibi dico. Ubi Donatus, Plus est dico quam do: Dicatur perpetuo, Datur ad tempus.

Se dicare alicui. Cic. 3. de Orat. 11. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribiles miserosque casus.

Se alicui in clientelam. Cæs. 6. Bell. Gall. 11. Se Rhemis in clientelam dicabant.

Se alicui in servitutem. Cæs. 6. Bell. Gall. 12. Plerique quum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus.

Se in aliquam civitatem. Cic. pro Balb. 28. 30. Peritus vero nostri juris ac moris nemo unquam qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit. Dicimus & Dicare se civitati, V. in DICATIO.

Studium suum laudi alicujus. Cic. 2. Fam. 6. Hoc a te peto, ut subvenias huic meæ solicitudini: ut huic meæ laudi, vel (ut verius dicam) prope saluti tuum studium dices.

Totum hunc tibi dicamus diem. Cic. 2. de Legib. 7. i. e. Totum hunc diem occupabimus in te audiendo.

Aliquid Deo, pro Consecrare, & dedicare. Plin. lib. 12. cap. 1. Cic. 1. Tusc. 73. Dicati Apollini cygni. Plin. Paneg.

Annos suos vitæ cælibi. Sen. Hippol. 2.

Dona. Stat. 4. Sylv. 6. 81.

Proprium aliquid, h. e. Ad obsequium dare. Virg. 1. Æn. 73. V. Conjugio dicare & PROPRIUS.

Templa dicata deis. Ovid. 1. Fast. 706.

Vota dicare. Sil. lib. 7. 77.

Junoni Pallam, conceptaque vota dicabant.

Opus vel Volumen alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 68. Idem lib. 12. cap. 22. Sane enim dicamus & de junco, quamvis alio herbis dicato volumine.

Dicare bibliothecam, Publicare. Plin. lib. 35. cap. 2. & 3. Suorum clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit. V. & DEDICO.

DICATIO, ōnis. f. [ἀνάθεσις] Ipse dicandi actus. Cic. pro Balb. 28. Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest. Non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest. Neque solum dicatione (quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, &c. vidimus accidisse) sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

DICATURA, æ. Idem quod Dicatio. Plin. Præf. p. 4. Nec fiducia operis hæc est, sed in dicatura. Ubi habent quidem editi, etiam utraque Harduini Indicatura. Sed certe multo concinnior sententia si divisim legas. [Tuum judicium est, Lector. V. interim ad locum Hard. Quod si vocabulum hoc maxime, ut Cl. Facciolato, visum esse Lipsiensis Thesauri concinnator indicat, non contemnendum, neque antiquis libris incognitum est, non video tamen, qui hoc loco conveniat, nisi inducta præpositione legeris, *Sed dicatura.*

DICATUS, a, um. Virg. 5. Æn. 60. Templa dicata. Vet. Inscript. Grut. p. 258. n. 6. & 273. n. 5. &c. NVMINI MAIESTATIQVE EIVS SEMPER DICATISSIMVS. Devotionis erat verbum, quo antiqui Imperatores prosequebantur, quomodo persæpe habent monumenta, iisdem posita & dicata. Ursat. de Not. Rom. Thes. Antiq. Rom. Græv. Tom. 11. p. 673. C.

DICO, xi, ctum, [λέγω, φημί, ἀγορεύω, εἶπω, ἐρέω, φράζω] ĕre. Notæ significationis. Ter. Eun. 5. 5. 20. Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filium.

Dixti

Dixti pro Dixisti, frequens apud authores. Cic. 4. Att. 5. Si quibus sententiis dixti, quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen, me contra Pompeji voluntatem dixisse. Frequentius tamen apud Comicos, quam vel Poetas vel Oratores reperitur. Atque hic locus Ciceronis mea sententia intelligendus est per Jocum: quo dicendi more frequenter cum Attico ludit. [Dixi Verburg. Atque ita plane legendum est. Loquitur enim de invidis suis Cicero, qui licet eundem cum ipso sensum in rep. haberent, lætabantur tamen, ipsum sententiis dicendis principes offendere. Conf. 1. Fam. 9. p. 41. Verburg.
Dicit te accurare, pro Dicit ut accures. Plaut. Men. 1. 3. 25. At te accurare dicit. M. accurabitur.
Dic, dic, quæso, clarius. per emphasim & vehementiam quandam a Cic. dicitur. 1. Verr. 143.
Dico factum. Ter. And. 3. 2. 22. Quasi tu dicas factum id consilio meo.
Dixi venturam. Ter. Heaut. 4. 4. 4. Aut quum venturam dixero, & constituero: quum is certe renuntiarit. Plaut. Amph. 3. 2. 27. Qui tragœdiam dixi futuram hanc?
Dicitur is venturus nunc peregre. Plaut. Trucul. 1. 1. 66.
Dico tibi, an non? Ter. And. 4. 5. 23. quasi dicat, Non putas me tibi loqui, & ad te pertinere quod dico?
Dicisne, an non? Interrogantis est & urgentis. Plaut. Trucul. 1. 2. 27. Ter. Eun. 1. 2. 20.
Dic mihi hoc primum, potin' est hic tacere?
Dic mihi, aufugistine? Ter. Eun. 5. 2. 12. Bone vir Dore salve, dic mihi aufugistine? Interrogantis cum joco particula.
Dicere, proprie est Oratorum, & eleganter, facundeque loquentium. Quintil. lib. 10. cap. 7. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copioseque dicit. Cic. 1. Off. Ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad judicandum. i. e. In Oratoria arte, & in Philosophia. Hæc Valla lib. 5.
Non idem loqui esse quod dicere. V. LOQUOR.
Dicere apud judices. Cic. 2. Off. Multique in nostra Repub. adolescentes & apud judices, & apud Senatum dicendo laudem assequuti sunt.
Pro aliquo. Cic. de Clar. Orat, 81. h. e. Ad aliquem defendendum orationem habere.
Accurate dicere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ab aliquo. V. AB, In A præpositione.
Ad aliquid. Cic. 2. de Divin. Dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt a te dicta.
Adversus aliquem. Plaut. Amph. 2. 2. 118.
Ad judicem. Cic. de Clar. Orat. 80.
Ad ætatem alicujus. Cic. 5. de Fin. 27. Ita prorsus, inquam, etsi ea quidem, quæ adhuc dixisti, quamvis ad ætatem recte isto modo dicerentur. [i. e. ad cujusvis ætatis homines. Inepte hæc phrasis concepta est, ut aliæ quam plurimæ, quas reliquimus, adjecta correctione. τὸ Quamvis conjunctionem esse putavit.
Æqui bonique partem aliquam. Ter. Phorm. 4. 3. 32. Nam sat scio, si tu aliquam partem æqui bonique dixeris.
Dic age, Hortantis adverbium est. Virg. 6. Æn. 343.
Aliorsum dicere. Plaut. Aulul. 2. 4. 8.
Atqui ego isthuc, Anthrax, aliorsum dixeram,
Non isthuc, quod tu insimulas dicere. i. e. Alio animo dixeram, atque tu interpretaris.
Alternis dicere. Virg. 5. Ecl. 59.
Amice dicis. Plaut. Pseud. 1. 5. 106. Bene atque amice dicis.
Amores dicere dicitur fistula. Virg. 10. Ecl. 6.
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Amplius paulo dicam. Cic. 2. Verr. 176.
Animo præsenti, i. e. Audacter, & sine ullo timore ac prompto animo. Ter. Eun. 4. 6. 32.
Ex animo. Ter. Eun. 1. 2. 4.
Utinam isthuc verbum ex animo, ac vere diceres.
Anguste & exiliter. Cic. in Bruto 23.
Antique nimis & dure. Hor. 2. Epist. 1. 66.
Apposite ad persuadendum. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Apte. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Argumenta alicui rei. Plaut. Mostel. 1. 2. 2.
Arma, i. e. Bella describere. Hor. 1. Epist. 19. 7.
— nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.
Attenuate presseque dicere, cui opponitur Sublate ampleque dicere. Cic. in Bruto. Oratorum bonorum duo genera sunt: unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium.
Audacter, & aperte. Cic. pro Rosc. Com. 16.
Astrictius aut effusius. Plin. Epist. 20. lib. 1. Optimus tamen modus est, quis negat? sed non minus non servat modum qui infra rem, quam qui supra: qui astrictius, quam qui effusius dicit.
Bene Latine dicere. Cic. 2. de Fin. 10. Sed tu isthuc dixti bene Latine, parum plane.
Carmina dicere. Virg. 6. Æn. 74.
Carmen deductum. Virg. 6. Ecl. 5.
Carmine aliquem. Virg. 2. Georg. 45.
Causam dicere, dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Plaut. Men. 4. 2. 23. Apud ædiles prædiis factis plurimisque, pessimisque dixit causam. Cic. pro Rosc. Amer. 12. Ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Cæs. 1. Bell. Gall. 4. Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt. Et subdit, Die constituta causæ dictionis. Liv. de Bell. Maced. 38. 50. Scipio jussus dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est. V. CAUSA.
Causam apud aliquem. Cic. 1. de Fin.
Causam contra aliquem apud judices. Cic. 2. de Orat. Quod ego maxime potui judicare in ea causa, quam ille contra me apud Centumviros pro fratribus Cossis dixit.
Causam iniqua conditione. Cic. pro Cluent. In Fausto tamen illi judices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, quum adversario ejus ad jus accusationis summa vis potestatis accederet. V. CONDITIO.
Causam pro aliquo, Defendere. Plaut. Bacchid. 3. 3. 16.
Sed tu, qui pro tam corrupto dicis causam filio,
Eademne erat hæc disciplina olim, quum tu adolescens eras?
Causam dicere de incesto. Liv. Virgo Vestalis de incesto causam dixit. De Ambitu. Cic. pro Sext. 83.
Causam veneficii dicat adultera. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Causam non dico quin, i. e. Non renuo. Ter. Phorm. 1. 5. 42. Non causam dico, quin quod meritus est ferat.
Causam dicere nescio quam. Ter. Hec. 1. 2. 109.
Ubi illic est dies complures, accersi jubet:
Dixere causam tunc nescio quam; iterum jubet. Hic Causa pro colore, vel prætexto ponitur.
Circuncise dicere. V. CIRCUNCIDO.
Clanculum, i. e. Sine arbitro, inscîis aliis. Plaut. Pœn. 4. 2. 91.
Vale, & hæc cura clanculum ut sint dicta.
Clare, i. e. Aperte rem eloqui. Plaut. Casin. prol. 6. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Clementer & moderate. In CLEMENS.
Cœnam. Plaut. Stich. 5. 2. 14. Nanque ædepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi.
Coloris loco aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Commode dicere. In COMMODUS.
Commode dictum & breviter. Cic. de Amicit. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breviter & commode dicta, memoriæ mandabam.
In commune. Plin. lib. 23. cap. 1.
Composite. In COMPONO.
Conatu magno nugas. Ter. Heaut. 4. 1. 8.
Næ ista hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit.
Concinne. In CONCINNUS.
Conditiones pacis. Liv. 9. Bell. Pun.
Congruenter. In CONGRUO.
Consules dicere. V. CONSUL post CONSILIUM. Sic infra Dictatorem.
Contorte. In CONTORQUEO.
Contra aliquem dicitur advocatus dicere. Cic. pro Quintio 8. Qui hoc judicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus.
Contra aliquem ad populum. Cic. de Clar. Orat. Quum quidem eo ipso anno contra Servium Galbam ad populum summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit.
Contumeliam. Ter. Phorm. 2. 3. 29.
Absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessavit dicere hodie. Liv. 5. Bell. Pun. Ea pronuntiata Campanis, atque ita spreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturque.
Contumeliose aliquid dicere. In CONTUMELIA.
Contumeliose & aspere dicere in adversarios permissum est. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Credibiliter dicere de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 11.
De. V. infra.
Decies dixi. In DECEM.
Delicias. Catul. 68. 26.
Gellius audierat patruum objurgare solere,
Siquis delicias diceret, aut faceret.
Dicta. Cic. 2. Philipp. Sed materia facilis, in te & in tuos dicta dicere.
Dictatorem, pro Creare. Liv. Nam neque id vitium nosti facile fuisse, quum Consul oriente noctis silentio, diceret Dictatorem. Idem, Quod plebejus Dictator sit dictus, id vitium Auguribus visum. Hæc Budæus. V. Consules dic.
Diem alicui, est Certam diem reo constituere ut accusetur. Cic. pro Milon. Diem mihi (credo) dixerat, mulctam irrogarat. Liv. 3. Accusatorem primum Virginium, & Appium ream deligunt. Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus patritiis juvenibus, in forum descendit. Idem Bell. Maced. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt. Cic. 1. Q. frat. 2.
Diem capitis, vel rei capitalis, est Vadimonio capitali obstringere. Liv. 3. Virginius ex collegio unus Cæsoni capitis diem dicit. Ibid. Rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Sueton. in Cæs. cap. 12. Subornavit etiam qui Cajo Rabirio perduellionis diem diceret. Budæus.
Diem creditæ pecuniæ dicere. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 10. Dies præterea reddendo beneficio non dicitur, sicut pecuniæ creditæ.
Diem juris. Plaut. Men. 4. 2. 16. Juris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur.
Diem nuptiis, vel operi, quod & Præstituere dicitur, est Certam diem nuptiis constituere & assignare. Ter. And. 1. 1. 75. Hic nuptiis dictus est dies.
Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conveniant. Cæs. 1. Bell. Gall. 6. extr.
Dolo non dicam. Plaut. Men. 2. 1. 3.
Dotem & doti, filio vel filiæ omnia sua bona, i. e. Promittere in dotem, inquit Budæus. Ter. Heaut. 5. 1. 64. Cic. pro Flacco, Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Ibid. Nisi ostenderis illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcunque sine hoc authore est dicta dos, nulla est. Hæc Budæus. V. Salmas. de Modo Usurarum cap. 16.
De scripto. Cic. pro Planc. Reciteturque oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de scripto est. V. in DE, De scripto dicere.
De seipso pauciora dicit, & parcius. Quintil. lib. 4. cap. 1.
De se, & de suo ingenio. Cic. de Amicit. Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Idem 1. Verr. 30. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere: neque si esset, dicerem.
De loco superiore, vel E loco superiore. Cic. 4. Verr. 42. Primum ipse in Sicilia sæpe & palam de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis. Deloco superiore dixit, pro eo quod est, de Sella Prætoria, & pro Tribunali sedens. Supra enim dixerat, Palam de sella tribunali.
E superiore loco, significat Pro Rostris & ad populum loqui. ut ex inferiore loco est ad judices loqui, qui ex locis editioribus sedebant. V. Lex. Pitisc.
Effusius dicere, V. paulo ante Astrictius dicere.

Egregie dicere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Exiliter. Cic. in Bruto 106.
Ex industria. Quintil. lib. 1. 5. Mastrugam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit.
Ex tempore dicere. Cic. de Clar. Orat. 219.
Facile. Sen. Thyest. 8.
Nec facile dicam corpora, an flammæ gemant.
Facta alicujus, i. e. Historiam conscribere. Virg. 4. Ecl.
Falsum, i. e. Mentiri. Plaut. Amph. 1. 1. 279. Per Jovem juro me esse, neque me falsum dicere.
Fide bona dicere, h. e. Revera, & certo. Plaut. Poen. 1. 3. 30.
Ita me dii amabunt, vin' bona dicam fide,
Quod hic inter nos liceat?
Fortius dicere videantur indocti. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Graviter & lente. Plin. 2. Epist. 14.
In aurem nescio quid puero, &c. Hor. 1. Sat. 9. 10.
Gravius in aliquem. Ter. Adel. 1. 1. 41.
Ipse sentiet posterius: nolo in illum gravius dicere.
Identidem. V. IDEM.
Impetu dicere se, & viribus uti gloriantur. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Inclementer vel acerbe in aliquem, Verbis duris corripere aliquem: injuriis afficere. Plaut. Amph. 2. 2. 110. Cic. 11. Att. Etsi multa, præsens in præsentem acerbe dixerat & fecerat.
Inclementer dicere literis, Vituperare. Plaut. Pseud. 1. 1. 25.
Cur inclementer dicis, lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
Inculte dicere, V. Inculte, In INCOLO.
Inducias. Plaut. Capt. 2. 2. 92. Inducias occœpi dicere.
Industrie apud populum. Cic. pro Domo sua 27. Quis apud Populum Rom. de illius dignitate industrius, quis Senatui sæpius dixit?
Inepte. Cic. in Bruto.
Injuste alteri. Plaut. Pseud. 2. 2. 18.
Non soles respicere te quum dicas injuste alteri.
Inter. Plin. lib. 12. cap. 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.
Inter nos dictum fuit. V. INTER.
Invenuste dicere. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Joco, vel per jocum. Plaut. Amph. 3. 2. 25.
Et quidem joco illa dixeram dudum tibi. Et paulo post, 35.
— siquid dictum est per jocum,
Non æquum est id te serio prævortier.
Jus dicere, i. e. Æquum. Sed proprie est Magistratuum. Unde jocus ex ambiguo Plauti Epid. 1. 1. 23. — te volo
Percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. jus dicis. &c. Cic. 2. Verr. Audistis ob jus dicundum, Q. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummûm dedisse. Idem de Provinc. Consf. Emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret.
Jus dicere alicui. Cic. de Provinc. Consf. Perseveravit jus publicano non dicere.
Jus de pecunia credita. Liv. ab. U. C.
Jus anno ante Romæ dixerat. Cic. pro Flacco.
Jura dicere. Ovid. 4. de Ponto 5. 17.
Laudes. Virg. 6. Ecl. 6.
Legem, est Præscribere quid opus sit facto. Hor. 2. Epist. 2. 18.
Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. Aliquando additur dativus rei. Liv. lib. 3. Decad. 5. Legem censui censendo dicturos esse.
Legem fullonibus, & similibus. Plin. lib. 35. cap. 17. Quum lex Metella extet fullonibus dicta.
Legem fletibus dicere. Stat. 5. Sylv. 3. 217.
Legem sibi dicere. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 18. Animum in potestate habent, & legem sibi, quam volunt dicunt, & quam dixerunt servant. Ovid. 13. Met. 72.
Lente dicere. Plin. 2. Epist. 14. ad Maxim.
Levissime dicere. In LEVIS.
Libere dicere. In LIBER.
Liberius aut jocosius aliquid dicere. Hor. 1. Sat. 4. 103.
Liquido dicere. In LIQUOR.
Longum est dicere. Cic. 1. Verr. 156. Jam vero, in bonis Q. Opimii vendendis, quas iste prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere.
Luculente dicere. In LUCULENTUS.
Magis dicas, vel diceres. In MAGIS.
Magnifice dicere. In MAGNUS.
Magnifice, miserabiliter, invidiose, graviter, dulciter, urbane dicere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Magnopere in aliquem. In MAGNUS.
Mala plurima dicit. Catul. 68. 140. i. e. Conviciatur.
Male dicere. In MALUS.
Melius dicere. In MELIUS.
Membratim, cæsimque dicere. In MEMBRUM.
Mendacium, Mentiri. quanvis proprie differant Mentiri, & Mendacium dicere: ut declarant Nonius & Gellius. Plaut. Amph. 1. 1. 43. Si dixero mendacium, solens meo more fecero. Idem Bacch. 3. 4. 30.
Modice dicere. In MODUS.
Multam Antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitio multa disceptanda irrogabatur: quod ipsi Certare multam dicebant. Liv. lib. 5. secundi Bell. Pun. Excitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carvilii quum rem invisam, infamemque cernerent, ducentum millium æris multam M. Posthumio dixerunt. Cujus certandæ quum dies advenisset, conciliumque tam frequens plebis adesset, ut multitudinem area Capitolii vix caperet: perorata causa, spes una videbatur esse, si C. Servilius Casca Tribunusplebis, qui propinquus erat, cognatusque Posthumio, prius quam ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Idem paulo post, Hæc quum ob optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, vimque eam contra Rempub. pernicioso exemplo, factam Senatus decerneret, confestim Carvilii Tribuniplebis, omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac ni vades daret, prehendi a viatore, atque in carcerem duci jusserunt. His verbis apparet moris fuisse, ut Tribuni plebis multam dicerent: quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur: non enim Tribuni damnare multæ poterant, sed tantum rogare populum: apud quem quum reus non jure multatum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Sic fit hodie, quum judicum edicta gestantes viatores, jubent, vetantque quid fieri, multam dicentes, ni edicto pareatur. Cui si non paruerint ii, ad quos ea res pertinet, diem tum ad judices dicunt, a quibus edicta manarunt, quo die commissam esse multam pronuntiatione judicum amplius audituri sunt: Id est, se incurrisse pœnas, ut nunc dicimus. Cic. 11. Philipp. 18. Crassus Consul Pontifex maximus, Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si a sacris discessisset. quam multam Pop. Romanus remisit, Pontifici tamen Flaminem parere jussit. Plin. 4. Epist. penult. Licinius nepos Prætor, acer & fortis, multam etiam dixit Senatori: egit ille in Senatu causam suam sic ut deprecaretur, remissa est multa. Budæus.
Multationem, sive multam pecoris. Plin. lib. 18. cap. 3. Multatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur. Varro apud Gell. lib. 11. cap. 1. Sed quum ejusmodi multa pecoris armentique a magistratibus dicta erat, adigebantur oves, bovesque.
Musam alicujus. Virg. 8. Ecl. 5.
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Nervose dicere. In NERVUS.
Nihil dixit tum. In NIHIL.
Non dico. In NON.
Non satis uno dicere verbo, sed facere. Catul. 62.
Nomen alicui, pro Imponere. Liv. 1. Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen.
Nomine crudelem dicere. Virg. 4. Georg. 356.
Nugas. Plaut. Casin. 3. 6. 22. Nugas istuc dicere licet: vapulo hercle ego invitus tamen.
Nummos vel pecuniam dicere, i. e. Promittere. Pompon. in Pictoribus, Nummos certos dicas. Dico quinquaginta millia. Sallust. lib. 1. Hist. Quibus potuit pecunias dictas coegit. Ex Nonio.
Obnoxie dicere. In OBNOXIUS.
Obscœne. In OBSCŒNUS.
Obtuse. In OBTUSUS.
Odiose. Cic. in Bruto.
Officiose. In OFFICIOSUS.
Orationes dicere. Cic. in Bruto, Scribebat tamen orationes, quas alii dicerent.
Oratorie & pulchre. V. Oratorie, In ORO.
Ordine. Virg. 4. Georg. 376.
Ab Origine. Virg. 1. Æn. 286. — a prima dic hospes origine nobis.
Ore duro. Ovid. 3. de Arte Am. 587.
Palam. Plaut. Aulul. 2. 4. 4.
Me quidem hercle, dicam palam, non divides.
Partem in utranque. Cic. 4. Acad. 7. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi ut in utranque partem dicendo & audiendo eliciant, &c. Quintil. lib. 3. cap. 11. In utranque partem, vel plures de re aliqua dici credibiliter potest.
De peccatis alicujus. Ter. prol. Heaut. 33.
De illius peccatis plura dicet, quum dabit
Alias novas, nisi finem maledictis facit. Item Eun. prol. 12.
Pereleganter. In PERELEGANS.
Persuasibiliter. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Plane dicit quod intelligam. Cic. 1. de Fin. 15.
Plenius ac melius. Hor. 1. Epist. 2. 179.
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo, & Crantore dicit. De Homero.
Prælia. Hor. 2. Od. 12. 9.
— tuque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris
Mæcenas melius.
Presse, subtiliter, aspere dicere. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Pretium muneri. Hor. 4. Od. 8. 12.
Priore loco causam. Cic. pro Quintio 31.
Probra alicui. In PROBRUM.
Prologum. Ter. in prol. Phorm. 14.
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum invenire prologum potuisset novus,
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.
Pro sententia. Liv. 2. Bell. Maced. Et quando nemo vestrum qui in hoc concilium advocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum hesterno die pro sententiis dictas percenseamus. Dicere pro sententia, & Dicere sententiam, idem: ut Dicere testimonium, & Pro testimonio.
Proprie. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 27. Hic quater millies sestertium suum vidit: proprie dixi, nihil enim amplius quam vidit.
Publice, h. e. Nomine publico civitatis ab legatis. Cic. 5. Verr. 55. Hoc navarchi reliqui dicunt, hoc Netinorum fœderata civitas publice dicit.
Pure ac solute dicebat Cotta. Cic. in Bruto 110.
Putide. Cic. in Bruto 238.
Quid, quoque flexu, quid lentius, concitatius, celerius, lenius dicendum, demonstrari, nisi in ipso opere, non potest. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Quod videtur dico. Ter. Heaut. 3. 3. 21. Plaut. Amph. 1. 1. 98. Dicito quidvis, non nocebo. Ter. Heaut. 5. 2. 33. Ego dicam quod mihi in mentem: tu dijudica.
Repudium dicere. Tacit. 3. Ann. 22. Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quanvis infami, ac nocenti miserationem addiderat.
Res ipsa dicet tibi. Plaut. Epid. 5. 2. 48.
Rem ipsam dicere, i. e. Ut res ipsa se habet. Ter. And. 5. 3. 2.
Rem potius ipsam dic, at mitte male loqui.
Sacramento dicere, dicebantur milites, quum Ad jusjurandum adigebantur Rempublicam se non deserturos. Liv. lib. 5. Bell. Pun.

Siqui

Siqui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari ætate essent, milites fierent: Tribuniplebis, si eis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut majores, milites facti essent. Liv. lib. 4. Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixère. Budæus.
Sacramentum. Hor. 2. Od. 17. 9.
— non ego perfidum
Dixi sacramentum. Tacit. 4. Hist. 31. Dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans. Liv. 4. Bell. Pun.
Salse. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Salvere eis dicebat. Sueton. in Galba, cap. 4.
Salutem dicere alicui. Cic. 5. Att. Cicero meus modestissimus & suavissimus puer tibi salutem dicit.
Sedulo. Ter. Phorm. 2. 2. 81. Ego sedulo hunc dixisse credo.
Semel. Plin. lib. 12. cap. 9. Quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit.
Sensim & cursim. Cic. 2. Philipp. 42. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena.
Sententiam: quum quis (ut inepte dicunt) Vocem suam dat, vel opinionem suam dicit, & proprie quidem de his, quæ ad senatum, vel collegium aliquod referuntur: Votare etiam barbare dicunt. Cic. 4. Verr. 143. Mos est Syracusis, ut siqua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Idem, Ut quisque ætate & honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine.
Sententiam libere dicere. Cic. 4. Philipp.
Singulares sententias. Cic. 4. Philipp.
Sententiam dicere existimatur arbiter, qui ea mente quid pronuntiat, ut secundum eam discedere eos a tota controversia velit l. 18. §. 1. D. de recep. arbit.
Sententiam dicere, etiam de judice dicitur. Ulpian. in l. si filiusfamilias. D. de judiciis, Judex tunc litem suam facere intelligitur, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Idem Ulpian. in l. judex. D. de re judicata, Judex posteaquam semel dixit sententiam, judex esse desinit. Paulo post, Quidam consulebant, an valeret sententia a minore vigintiquinque annis judice data: sed æquissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit.
Significanter, ornateque. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Solute & suaviter. Cic. in Bruto, 110. Neque enim refert videre, quid dicendum sit, nisi id queas solute & suaviter dicere.
Sono concordi dixere. Ovid. 5. Met. 664.
Sublate dicere. Vide paulo ante Attenuate presseque dicere.
Testes dicuntur dicere. Cic. 1. Verr. 86. Alii amentiam mirari, stultitiam alii, &c. cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum veniret in mentem?
Testimonium & testimonia, Testificari & probare. Dicimus autem, Dicere testimonium in aliquem, Contra vel adversus aliquem, de ambitu, de conjuratione. Cic. de Orat. Num igitur placet, quum de eloquentia præcipias, aliud etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? Idem 3. Q. frat. 20. Quum testimonium secundum fidem & religionem gravissime dixissem. Idem pro Sylla, 38. Qui testimonium de conjuratione dixi in alios. In Verr. Qui priore actione ita testimonia graviter, vehementerque dixerunt, &c. In Eund. Idem absens & de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat. Idem pro Planc. 55. Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. Idem 3. de Nat. Deor. 83. Contra deos testimonium dicere. Liv. ab V. C. Quod falsum adversus se testimonium dixisset.
Pro testimonio dicere, quod nunc dicimus Deponere, inquit Budæus. Cic. 5. Verr. Dicet is pro testimonio, de missione nautarum, de fame, &c. & l. 1. in Verr. 14. Eques Ro. L. Flavius pro testimonio dixit, securi esse percussum.
Turpiter, aut impotenter aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Tute dicere possis. Lucret. lib. 3. i. e. Tu ipse.
Vale sub noctem dixere. Ovid. 4. Met. 79.
Valere sibi dici jubebat. Sueton. in Galba, cap. 4. V. Vale, In VALEO.
Vera dicis. Plaut. Pseud. 1. 5. 106.
Verba amantia dixit. Ovid. 6. Fast. 113.
Verba consolantia dixerunt. Ovid. 15. Met. 491.
Verba digna rubore dicere. Ovid. 5. Fast. 69.
Verba excusantia dicit. Ovid. 9. Met. 215.
Verba lugubria. Ovid. in Ibin. 99.
Verba novissima. Virg. 4. Æn. 650.
Verba precantia dixit. Ovid. 7. Met. 590.
Vere dicere. Cic. 2. de Legib.
Verecundius de re aliqua dicere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Versus dicere. Virg. 5. Ecl. 2.
Vitiose. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Voce. Ovid. 3. Amor. 5.
Ad Voluntatem alicujus. Cic. de Amicit. 98. Semper auget assentatio, id quod is cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.
Urbane. Quintil. lib. 6. cap. 1. Cicero pro Vareno multa dixit urbane.
Dicam ut. Ter. And. 3. 4. 15. Domum modo ibo: ut apparentur dicam, atque huc renuntio.
Nihil dixit ut. Ter. Eun. 4. 5. 9. Nihil dixit tum, ut sequerere sese?
Ut res est dico. Plaut. Merc. 2. 3. 17. h. e. Rem ipsam, ut est & ut se habet exprimo. [Alias, Quod res est.
Ut dicitur. Cic. 3. de Orat. 160. Quanvis sphæram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.
Dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. 54. Quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. De Solibus.
Dicis, si facies modo. Plaut. Trin. 2. 4. 65.
Dic, sodes. Horat. Epist. 1. 1. 62. V. SODES.
Nunquam audivi dici. Ter. Eun. 4. 3. 22.
— norasne eum prius?
DO. Non, nec quis esset, unquam audieram dicier.
Diceret: pro Dicere posset. Ter. And. 1. 1. 112.
Nec satis ad objurgandum causæ: diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
Dicere volui, Correctionis genus est, quum quis in loquendo falsus est, & verbum unum pro altero protulit. Plaut. Mil. 3. 2. 7.
— sorbet dormiens.
PA. Quid sorbet? LU. illud, stertit volui dicere:
Sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas.
Idem simplicius Truc. 2. 2. 9. Iram dixi. i. e. Iram dicere volui.
At nesciebam id dicere illam: i. e. Intelligere quod hæc ea vellet. Ter. Eun. 4. 5. 10.
De prandio tu dicis: debetur, dabo. Plaut. Pœn. 5. 6. 13. Sic De fallacia dicis? Ter. Heaut. 3. 3. 35.
Quod inter nos liceat dicere. Cic. 2. Att.
Dixi. Asconius in Procem. Act. Verr. sub. fin. Moris fuit, quum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere, ut dicerent ad ultimum Dixi: quod etiam ab utraque parte oratione consumpta, ut in consilium dimitterentur, Præco soleret pronuntiare Dixerunt. Hæc ille. Quintil. lib. 11. Judex, inquit, in privatis, Præco in publicis Dicere de causa jubet. Nam ut initio pronuntiabat Dicite, sic in extremo Dixerunt.
Dixi Phormio: veluti comminantis & terrorem incutientis: quasi quod dixit, subito fieri velit. Ter. Phorm. 2. 2. 90.
— nisi tu properes mulierem.
Abducere, ego illam ejiciam. dixi Phormio.
P. Si tu illam attigeris, secus quam dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem. dixi Demipho. Ubi Donatus, Dixi, solent dicere perorata causa, & mire comminationem & ferocitatem Demiphonis imitatus est Phormio simili verbo.
Dixine ego, in hoc esse vobis Atticam eloquentiam? Ter. Eun. 5. 9. 33.
Dices, Quid postea, si Romæ assiduo fui? Cic. pro Rosc. Amer.
Dicet aliquis. Cic. 3. Tusc. 46. Dicet aliquis, Quid ergo tu Epicurum existimabas voluisse?
Ne dixis istuc, Genus est negandi, quod quis dixerit, quasi quis dicat, Non ita est ut dicis. Plaut. Asin. 1. 1. 48. Syncope est pro Dixeris.
Dicere, Nominare. Virg. 1. Æn. 530.
Est locus, Hesperiam Graji cognomine dicunt.
Nimius fortasse, avidusque doloris dicor. Stat. 5. Sylv. 5. 56.
Diceris. Martial. de Spect. 3. 11.
Quum verus patriæ diceris esse pater. i. e. Existimaris.
Dicor tibi frater ex Iberis. Martial. lib. 10. 65. 3.
Dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere. Cic. pro Quintio.
De Ellipsi verbi Dicere. V. Burm. Quintil. Decl. 305. p. 590. Dicere ac Ducere confundunt Librarii. V. Drakenb. ad Sil. 12. 221. De Syncope vel Contractione Dixti & similium. V. quos laudat Burm. ad Quintil. 9. 3. p. 806.
Dicassis, pro Dicas, apud Comicos frequens. Plaut. Curc. Haud in male meditantem male dicassis.
Legendum putatur, Dicax sis. H. St.
Dicebo, futurum antiquum, pro Dicam. Nævius Pathicis, Primum quod dicebo, recte, secundum quod dicebo, eo melius. Nonius.
Dice, pro Dic, etiam apud Comicos. Plaut. Rud. 4. 4. 112. Tu siquid opus est, dice. Varro 1. de R. R. cap. 9. Tertium illud de modis dice.
Deformia dictu vapulantibus sæpe dolore, vel metu accidunt. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Dictu nihil facilius, De re difficili: per ironiam. Ter. Phorm. 1. 5. 70.
Verum argentum deerat. D. sumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius. h. e. Facillime id quidem dicitur, sed difficilius multo fieret.
Facilia dictu. Plin. lib. 3. cap. 1.
Horrendum dictu. Virg. 8. Æn. 565.
Mirabile dictu. Virg. 2. Georg. 30.
Parva dictu. Plin. lib. 2. cap. 7.
Prodigium dictu nefas. Virg. 3. Æn. 366.
Pudendum dictu. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Calles dicenda, tacendaque. Pers. 4. Sat. 5.
Cum pondere aliquo hæc dicenda sunt. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Temporibus Augusti dicendis non defuere decora ingenia. Tacit. lib. 1.
Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. Cic. 2. de Orat.
Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 74.
Facultas dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Forense, atque declamatorium dicendi genus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Gloria dicendi. Cic. in Bruto.
Pressum, limatumque genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Incunabula dicendi. Quintil. lib. 1. in Procem. Non inutiles fore libri videbantur: quos ab ipsis dicendi velut incunabulis per omnes artes ad summam ejus operis perducere destinabamus.
Magister dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Officina dicendi. In OFFICINA.
Opus elaboratum dicendi. Cic. in Bruto. i. e. Facultas dicendi, ars dicendi, eloquentia.
Ornamenta dicendi. Cic. in Bruto, Cæsar ad hanc elegantiam verborum Latinorum, adjungit illa oratoria ornamenta dicendi.
Primordia dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Ratio dicendi. i. e. Modus. Quintil. lib. 1. in Procem.
Rudimenta dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Rudis dicendi. Tacit. lib. 1. 29.
Veniam dicendi ante alios exposcit. Tacit. lib. 12. 5.
Virtutes dicendi, & Processus dicendi. Cic. in Bruto, Nec vero tam de virtutibus dicendi tuis, quæ cum omnibus, tum certe mihi notissimæ sunt, quam quod gradus tuos, & quasi processus dicendi studeo cognoscere. V. VIRTUS, GRADUS, &c. i. e. Tua initia, tuos progressus, tuæ eloquentiæ velut quandam educationem, ut Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus quasi interpretatur.
Vis dicendi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Vis stricte, robusteque dicendi. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Dicundi, do, dum. pro Dicendi, &c. apud antiquos. Plaut. Rud. Imo etiam amplius: nam si non dat, dominum dicundum censeo.
DICENS, Partic. Hor. 3. Od. 13. 14. Cæs. 2. de B. C. 33.
DICENTARIUS, ii. m. Orator, in Gloss. Gr. Lat. λέκτης. Al. Gloss. ῥήτωρ, δικανικός. [Sed Analogiæ ratio & consuetudo sequioris ævi postulat, ut DICENDARIUS scribatur, per Mediam literam: a Gerundio enim deflectitur. Sic etiam Referendarius dicebant. V. Glossariorum Collectores.
DICIBILIS, e. Adj. In iisd. Gloss. Dicibile. λεκτόν, ῥητόν.
DICIBULUM vel DICABULUM, i. n. Nenia, vel fabella puerilis. Tertull.

Tertull.adv.Val. C.20. Meminerat puerilium dicibulorum, in mari poma nasci & in arbore pisces. Aliter tamen Mart. Capella 8. p. 273. Dicabulis cavillantibus, saleque contenta. [Forte apud Tert. Decipulorum legendum.

DICTUS, Partic. [ῥητὸς, λελεγμένος, πεπηγμένος] Constitutus, ordinatus, assignatus. Ter. And. 1. 1. 103. Hic nuptiis dictus est dies. Dictum istud? pro, Est ne verum quod dicis? Plaut. Bacchid. 4. 4. 101.

Imo ut eum credis, misera amans desiderat.
c. Dictum isthuc? P. imo Chrysale, hem, non, &c.

Convenire in dictum locum. Ovid. 3. Fast. 205.
Conveniunt nuptæ dictam Junonis in ædem.

Dicto citius, i. e. Citius quam dici potest. Virg. 1. Æn. 142.
Sic ait: & dicto citius tumida æquora placat. Hor. 2. Sat. 2. 81.
Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit vegetus, præscripta ad munia surgit.

Dicto prope citius equum in viam Claudius egit. Liv. 3. Bell. Pun.

Dicta est soror tua, i. e. Dictum est vulgo, tuam esse sororem. Ter. Eun. 1. 2. 66. Idem And. 4. 4. 14. Semper enim ejus dicta est hæc atque habita est soror. Idem Heaut. 2. 3. 29. Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

Honore dicto. Plin. lib. 28. cap. 8. Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex his non nisi honore dicto. Quod barbari dicunt, Cum reverentia.

Dictus, Dicatus, consecratus. Virg. 8. Æn. 344.
— & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi. Dictum (inquit Servius) Dicatum, consecratum. i. e. Ostendit Lupercal Panos Lycæi dicatum de more Arcadico. Hæc ille.

Dictum est, pro Rumor erat. Ter. And. 4. 6. 1.
In hac habitasse platea dictum esse Chrysidem.

Dictum est, minantis particula, quemadmodum hæc quæ prius annotata est, Dixi Parmeno: quasi velit Innuere facturum se statim quod dicit. Ter. Eun. 5. 9. 36. Eja haud sic decet. PH. Dictum est.

Dictum ac factum, Proverbium celeritatis, i. e. Cito, inquit Donatus. Ter. And. 2. 3. 7.
— dictum ac factum, invenerit
Aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido.

Dictum ac factum reddidit: hac figura significamus Nihil esse prætermissum in negotio procurando. Ter. Heaut. 4. 5. 22. Erasm. in Chiliad.

Dictum factum, i. e. Cito. Ter. Heaut. 5. 1. 31.
Quid postquam hoc est factum? M. dictum factum, huc abiit, Clitipho.

Acute, venuste, stulte, iracunde, timide dicta. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Cum gratia & venere dictum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Crudeliter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Frigidius dicta. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Inconstantissime dicta. In INCONSTANS.
Insolenter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Minaciter dictum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Obscure dicta interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Sancte & moderate dictum. In MODERO.
Superbe dictum. Lucret. lib. 5. 1213.
Dictum sapienti sat est. Plaut. Pers. 4. 7. 19. Ter. Phorm. 3. 3. 8.
Pater adest hic. G. scio: sed quid tum? A. ah, dictum sapienti sat est.

Dicta puella. Nonius: Inter Speratam, inquit, Dictam, Pactam & Sponsam hoc interest, quod virgo postquam petitur, sperata dicitur: dehinc promissa, dicta vel pacta. Virg. 2. Æn. 678.
— & conjunx quondam tua dicta relinquor. Reliqua exempla sunt apud Nonium.

DICTUM, i. pro Omni sermone intelligitur, [ῥηθέν, λεγόμενον] sed specialem quoque significationem habet pro Dicaci sermone, ut infra dicetur. Ter. in prol. Eun. 41.
Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

Absona dicta fortunis. Hor. in Arte Poet. 112.
Dicta blanda & benedica. Plaut. Cistel. 2. 1. 34.
Pergo illo, subagito blandis prius & benedicis dictis.
Dicta bona, pro Salsis. Cic. 2. de Orat. 222. Dicere enim ajunt Ennium, Flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. Hæc, scilicet bona dicta, quæ salsa sint. nam ea Dicta appellantur jam proprio nomine.
Docta. Plaut. Asin. 3. 1. 22.
Facunda. Ovid. 13. Met. 127.
— neque abest facundis gratia dictis.
Horrisona. Claud. 1. in Ruff. 3.
Irrita dicta factaque. Catul. ad Alph. 28.
Meliora. In MELIOR.
Mulsa. In MULSUM.
Procacia. Claud. 4. Paneg. 28.
Ridiculum, Quod excitandi risus causa profertur. Plaut. Capt. 3. 1. 22.
Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,
Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.
Nemo videt. ——
Ridiculum dictum plerumque falsum est. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Terriloqua. Lucret. lib. 1. 104.
Tumida. Valer. 3. Argon. 714.
Veridica. Lucret. lib. 6. 23.
Vernile. Tacit. 3. Hist. 32. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit. h. e. Scurrile & procax. Rhenan. in Castigat. in eund. Tacit. lib. V. etiam Gronov. in loc.
Abolere tristia dicta. Sil. lib. 7.
Accedere dictis. Stat. 1. Achil. 363.
Addere convicia obscœnis dictis. Ovid. 14. Met. 522.
Addere altera verba dictis suis. Ovid. 5. Fast. 296.
Affatur amorem dictis. Virg. 1. Æn. 663.
Aggredi aliquem dictis. Virg. 4. Æn. 92.
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
Arrigere animum dictis. Virg. 1. Æn. 583.

Audiens dicto. Quintil. lib. 3. cap. 6. V. AUDIO.
Avertere dictis curas. Virg. 4. Æn. 394.
Castigare aliquem dictis. Virg. 5. Æn. 387.
Circumvestire dictis. In CIRCUNVESTIO.
Cohærent dicta inter se. In COHÆREO.
Componere dicta cum factis. In COMPONO.
Consequi omnia dictis. Ovid. 15. Met. 419.
Conradere fidem dictis. Lucret. lib. 1. 402.
Deferre dicta per auras. Virg. 4. Æn. 226.
Demere curas dictis. Virg. 3. Æn. 153.
Depasci aurea dicta. Lucret. lib. 3. 12.
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.
Detrahere fidem dictis. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Dicere dicta. In DICO.
Dimittere dicta in aures. Virg. 4. Æn. 176.
Dedit dicta. Virg. 6. Æn. 541. Et 8. 628.
Dabat talia dicta. Virg. 5. Æn. 852.
Da lepôrem dictis. Lucret. lib. 1. 29.
Docere dictis. Lucret. lib. 5. 51.
Eliminare foras dicta. Hor. 1. Epist. 5. 26.
— ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Eludenda adversariorum dicta. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Expedire dictis. Virg. 3. Æn. 379.
Fictis dat cultum & pondera dictis. Valer. 1. Argon. 39.
Figere dicta animis. Virg. 10. Æn. 103.
Haurire dicta auribus. Ovid. 13. Met. 788.
Jactare dicta jocosa in adversarios. In JACIO.
Incendere aliquem dictis amaris. Ovid. 3. Trist. 11. 31.
Ingerere dicta in aliquem. In INGERO.
Ingerere dicta in dolium pertusum. Ibid.
Lædere aliquem vel tenui dicto. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 284.
Migrant dicta. In MIGRO.
Miscere fortia placidis dictis. Ovid. 4. Met. 652.
Moveri dictis. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Mulcet pectora mœrentia dictis. Virg. 1. Æn. 97.
Mutare dicta. In MUTO.
Notare dicta memori pectore. Ovid. 3. Fast. 178.
Notari dicto. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Nuntiare alicui non bona dicta. Catull. ad Furium & Aurel.
Obediens dicto. Qui dictis obsequitur & paret. Plaut. Pers. 2. 2. 41.
Obtegere cum dicto. In CUM.
Onerare dictis aliquem. Plaut. Merc. 5. 4. 17.
Optime hercle perge, ego assistam hinc altrinsecus,
Quibus est dictis dignus usque oneremus ambo. i. e. Corripiamus eum ut dignus est.
Perlustrare dicta alicujus. Stat. 4. Sylv. 3. 143.
Petere dictis bonis. Plaut. Amph. 3. 246.
Verum profecto hoc petere me precario
A vobis jussit, leniter, dictis bonis.
Prætentanda sententia dictis ambiguis. Ovid. 9. Met. 587
Reddere dicta. Ovid. 8. Met. 717.
Refellere. Virg. 4. Æn. 380.
Referre mutua dicta, est Respondere. Ovid. 1. Met. 656.
Regere dictis animos. Virg. 1. Æn. 153.
Reportare dicta alicujus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 20. 189.
Reportat tristia dicta. Virg. 2. Æn. 115.
Repugnare dictis alicujus. Ovid. 2. Met. 103.
Resolvere dicta. Quintil. lib. 5. cap. 13. Interim si resolvere ex parte diversa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum adversariorum argumentis conferemus.
Dicta & Facta opposita, Facta arguebantur, dicta erant impune. Tacit. 1. Ann. 72.
Dicta parentis non sunt: i. e. Hæc indigna sunt quæ a parente dicantur. Ter. Heaut. 5. 4. 12.
Dictum, idem quod Proverbium, sive Adagium: quod facetis hominibus adscribitur, ut, ait Donatus. Ter. Eun. 3. 1. 38.
Tuum, obsecro, ne hoc dictum erat? vetus credidi.
Aliquando Convicium, sive Maledictum significat. Ter. prol. Eun. v. 4. Qui dictum in se inclementius Existimavit esse, sic existimet, Responsum, non dictum esse. Non dictum esse, i. e. Non convicium esse. V. ibi Donat. Non raro pro Lepidiore facetoque sermone, seu Joco usurpatur Dictum; unde & Dicaces appellati, ut ibid. Donat. [Qui tamen sibimetipsi, si modo ab eodem auctore notata profecta sunt, liquido contradicit, dum modo superius Dictum participium esse, inferius Nomen, modo contra asserit. V. loc. Revera autem utrobique participium est; Nec proinde huc pertinet.] Cicero duo facetiarum genera facit, quorum alterum æquabiliter in omni sermone funditur, quam Cavillationem nominat; alterum quod in Celeritate & Dicto consistit, quod peracutum & breve est: de Orat. 2. 54. Ubi diserte etiam tradit, Dicta proprio jam nomine appellari Sales. Ita non semel ista voce usus est Fabius 6. 4. quo de risu agit. V. Voss. Instit. Orat. 3. p. 384. Sic ἀποσκώμματα, quas milites in duces suos jaciebant, Dicta vocari veteribus Casaub. observat ad Suet. Cæs. cap. 49.
Dictum a Promisso sic discernitur. Dictum accipimus, quod verbotenus pronuntiatum est, nudoque sermone finitur: Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem, sive pollicitationem, vel ad sponsum, l. 19. §. 1. D. de ædil. edict.

DICTERIA, ōrum. [σκώμματα] Breviter, acute, salseque dicta. Varro, ὄνος λύρας, Quam mobile neque ortopsalticium attulit psalterium, Quibus sonant in Græcia dicteria. Ita Vulgati Nonii Codd. 2. 249. quin & Mercer. Sed aliter legit, ac restituit Varronis verba Scalig. p. 90. Conjectan. ed. Steph. prior. & 84. posterior.
Et orthopallica attulit psalteria, Quibus &c. Martial. lib.6. 44.
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Dicteria, quasi Dicta non seria. Nonius 2. 249. Sed res ipsa e Græcia petita est, Nam δεικηλα propric dicebantur Dicta quæ fundebant nummarii scurræ in initio fabularum ad colligenda studia spectatorum; quæ cum essent pleraque ridicularia, hoc vocabulum in maledicæ procacitatis

bitatis infamiam abiit. V. Scalig. ad Manil. l. 5. p. 360. ed. Argent. a Dico tamen derivat Cicero apud Macrob. 2. Saturn. 1. V. Voss. Etym. Lex.

**Dicto**, are. frequent. a Dico. Cic. 3. Off. C. 14. Dictabat se hortulos aliquos emere velle. Alii codices habent Dictitabat.

Dictare, [ὑφηγεῖσθαι] Dicere, ut si alter scribens excipiat, & manu styloque notet, inquit Valla. Cic. 2. Att. 23. Testatur se epistolam sua manu non scripsisse, sed recreandæ voculæ causa ambulantem dictasse. Idem 2. Q. frat. 6. Parvula lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam: & non, ut soleo, ad te ipse scriberem.

Graviter ornateque dictare. V. ORNATE, In ORNO.

Actionem dictare, a Jurisconsultis dicitur, quod a Terentio, Dicam impingere vel dicere. Budæus. V. DICA. Paulus in l. non distinguemus. §. illud. D. de recept. arbit. Sed hoc tale erit, quale si actionem velit dictare. h. e. Actionem instituere, formulam intendere, cum aliquo experiri apud judicem.

Judicium dictare. Paulus in l. si servus. D. de noxal. act.

Orationem alicui. Cic. 4. de Fin. 62. Tu idem qui illis, orationem dictavisses.

Rationem dictare, quod barbari, Facere computum, dicunt. Plaut. Amph. 2. 2. 38. Lambin. Ductare.

Sententiam. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Testamentum alicui, pro Suo arbitrio disponere. Plin. 1. Epist. ult. in fin.

Vota dictat sacerdos. Valer. 1. Argon. 685.

Dicitur etiam, Ratio dictat, quale est illud Plinianum in epistola quadam, O sylva, ô littus quam multa componitis, quam multa dictatis. Et illud Boëthii, Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Verum hic manifesta ratio subest. nam Camœnæ, littus, ac solitudo tacite nobis suggerunt quod scribamus: ita & ratio loquitur quod nos scribendum putemus: & ratio dictat quod in alterum effundamus. Hæc Valla in Raudens. Plin. lib.26. cap.4. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adjiciemusque quas ratio dictaverit.

Ratio ita videtur dictare. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Fugam lucis, & tædium pudor dictat. Quintil. lib. 1. cap. 3. extr.

Rebus ipsis dictantibus. Pompon. in l. 2. D. de origine juris, Novissime sicut ad pauciores juris constituendi via transisse, ipsis rebus dictantibus, videbatur: per partes evenit, ut esset necesse Reipublicæ per unum consuli. Hactenus ille. Certe sicut dictari censentur ea, quæ non nostro affectu, sed alio præeunte verba scribimus: ita & quæ vicissitudo rerum, volente Deo, suggerit, ea excipimus, & volentes nolentes sequimur, quia natura dictat. non prorsus absimile est illud Columellæ lib. 4. cap. 24. Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit humi, atque ipsius stirpis lætitia.

Dictare, pro Scribere. Zeno l. dictantibus. C. de testam. Dictantibus testamenta, vel aliam quamlibet ultimam voluntatem, legatum testatorem posse relinquere, minime dubitandum est.

Dictare, pro Edicere seu Polliceri. Quintil. lib. 11. cap. ult. Aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur.

**Dictata**, orum. n. Quæ præceptor pueris describenda dictavit. Cic. 3. Q. frat. 17. Meam in illum orationem pueri omnes, tanquam dictata perdiscant.

Dictata reddere. Cic. 1. de Nat. Deor. 72. Ista enim a vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. Pers. 1. Sat. 29.

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Hor. 1. Epist. 19. 13.
Ut puerum sævo credas dictata magistro Reddere.

Nec in literis tantum, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur, velut Regulæ & Præcepta. Juven. 5. Sat. 122.

— donec peragat dictata magistri Omnia. i.e. Omnes gestus obsoniorum cum decoro incidendorum, quos a magistro didicerit. Sueton. in Cæs. cap. 26. Ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. De gladiatorum disciplina ac præceptis agit.

**Dictatum**, pro Epistola poni Barth. observat. ad Claudian. p. 1216. V. Lex. Pitisc.

**Dictamen**, inis. n. Gloss. Φωνή.

**Dictito**, as. alterum frequentat. Leviter dicto. Cic. 1. Fam. 9. Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Plin. lib. 29. cap. 1. Ter. prol. Heaut. 22. — tum quod malevolus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum.

Dictitare in sermonibus. Cic. 1. Fam. 9. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palam.

Dictitare causas. Cic. 2. de Orat. 56. Atqui ne hunc quidem ex numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt.

**Dictitatio**, onis. f. apud Mart. Capell.

**Dictitator**, oris. m. apud Eundem.

**Dictio**, onis. f. [ῥῆσις, φάσις, λέξις] Enuntiatio. Ter. Phorm. 2. 1. Servum hominem causam orare leges non sinunt, neque testimonii dictio est. i. e. Non licet ei testimonium dicere.

Causæ dictio. Val. Max. lib. 7. cap. 2. Cæs. B. G. 1. 4.

Sententiæ dictio. Cic. 2. de Invent.

Dictio, pro Vocabulo sive Verbo accipitur. Valla lib. 5. cap. 10. Et Quintil. lib. 1. cap. 10. & lib. 9. cap. 1.

Dictio, Oratoria & facunda oratio. ut Dictioni operam dare. Cic. 2. Tusc.

Dictio, pro Oratione. Cic. de Clar. Orat. 257. Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. Idem 1. de Orat. 157. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque aciem forensem. Budæus.

Dictio popularis. V. POPULARIS, In POPULUS.

Extemporales dictiones. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Dictionem, pro Actione causæ videtur posuisse. Tacit. de Orat. 34. Juvenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, deducebatur ad eum Oratorem, qui principem locum in civitate haberet, hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, utque sic dixerim, pugnare in prælio discere. Vides ut Dictiones vocet Prælia, distinguens a fictis declamationibus. [ Nisi Actionibus scripsit.

Dictio, pro Oraculo. Liv. 1. Decad. lib. 8. 24. Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam: Alexandrumque Epeiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Jovis eventu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari. V. Pacuv. apud Turn. 31. 1.

**Dictionarium**, ii. n. [λεξικόν] Improbat Voss. de Vit. Serm. 1. 17.

**Dictiosus**. V. post. DICAX.

**Dicax**, ācis. Adj. [σκώπτης, φιλοσκώμμων, εὐτράπελος] Qui sermone aliquem cum sale incessit & ridet. Cic. 2. de Orat. 221. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum.

Homo est venustus, & dicax, & urbanus. Catull. ad Varum. 2.

Facetus & dicax. Cic. pro Cœlio 67. Et in Orat. de Demosthene, Quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus.

Urbanus & dicax. Quintil. lib. 6. cap. 4. Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant.

Dicax in aliquem. Cic. 2. Philipp. 76. Populum in te dicacem etiam reddidisti.

In conviviis & sermonibus multi dicaces. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Dicaces sunt, Qui acuti sunt in dicendo, & acriter adversarios figunt: Faceti vero, Qui cum suavitate quadam orationis risum movent. Dicacitas acrius ingenium postulat, quod celeriter & ex tempore possit adversarium mordere: Facetiæ autem, majus & uberius ingenium & artem requirunt.

**Dicacŭlus**, a, um. [σκωπτικός] dimin. Plaut. Asin. 3. 1. 8. Satis dicacula es amatrix.

**Dicācŭle**, Adv. Apul. l. 8. & l. 1. Miles. p. 106.

**Dicacĭtas**, [εὐτραπελία, σκῶμμα] proprie significat Sermonem cum risu aliquos incessentem, inquit Quintil. lib. 6. cap. 4. Cic. 2. de Orat. 218. duo genera facetiarum nominat, Cavillationem & Dicacitatem.

Facetiæ & dicacitas. Cic. in Orat. 87. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent, quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis.

Scurrilis, & scenica dicacitas. [βωμολοχία] Quintil. lib. 6. cap. 3.

Scurrilis Oratori dicacitas magnopere fugienda est. Cic. 2. de Orat. 244.

**Dicentārius**. V. post DICERE.

**Dictiosus**, pro Dicace antique dictum probat Varro lib. 5. L. L. 7. quem vide.

**Dicto audiens**, & **Dicto-audientia**. Vet. Interpr. Irenæi 4. 79. V. DICTUM & AUDIENS.

**Dictātor**, ōris. m. [ὑφηγητής] Is est qui dictat.

Dictator, [δικτάτωρ] Romæ, dicebatur Magistratus extraordinarius cum summo imperio ad tempus creatus: dictus quod a Consule diceretur, sive crearetur noctis silentio: vel quod aliis omnibus possit dictare, i. e. Imperare ac præcipere. Dictator, inquit Varro lib. 4. de L. L. dictus, quod a Consule diceretur, cujus dicto audientes omnes essent. Liv. 1. Decad. lib. 9. Noctis silentio (ut mos est) Fabius L. Papirium Dictatorem dixit. Sex tamen mensibus lege finiebatur is magistratus. Et quia summa potestas erat Dictatoris in populum, is quoque Magister populi appellatus est, ut scribit Varro. Cic. 3. de Fin. 22. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quam Sylla. Ejus summa erat potestas habebatque jus animadvertendi in cujuscunque civis Romani caput, nec ab eo provocandi jus erat. Nec alio pacto creari solebat, quam quum vis aliqua major repente oborta, ingens reip. periculum minitari videretur. Dictatori adjunctus fuit Magister equitum, quo de s. l. Juvenal. 8. Sat. 8. De Imaginib. loq.

Fumosos equitum cum Dictatore Magistros.

Dictator, cujus in urbe Roma summum jus, ac plane regia potestas fuit, lege lata, ut opinor, T. Lartio Flavo 11. Q. Clœlio coss. sine provocatione creatus, & de consularibus lectus. Porro, quum de consularibus eum legi lex juberet, sequebatur, ut de patriciis crearetur: consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec prius de patriciis legi dictator desiit, quam creari duo consules patricii desierunt; non enim consul patricius dictatorem quenquam de plebe dixisset; itaque qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is a M. Popilio Lænate consule Plebejo dictus est. Ita communicata plebi dictatura, anno ab urbe condita CCCIC. idque contra veterem consuetudinem, non tamen contra legem factum est. non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus jusserat; at C. Marcius consularis: satisfecit igitur legi Popilius, quum consularem hominem dictatorem dixit, patriciis non satisfecit, quia consularem de plebe dixit, quum omnes antea de patriciis dici consuevissent. Eadem fortasse lege sancitum est, (legem certe, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo posset uti, idque vel ob eam caussam, quod, quum plus inesse roboris in pedestribus copiis putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator; vel quod, quum ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc uno voluerunt eum populo inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoso contra veterem legem concessit, ut equo vehi posset; datumque id hominis virtuti, ac tempori, quum cæsis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Dictaturæ spatium semestre fuisse, nec longius esse per leges potuisse, satis constat. Duo tamen, cupiditatem potentiæ legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæsar, uterque patricius, perpetuam dictaturam armis invasere. Verum Sylla modestior: dictaturam enim sponte deposuit, solusque, aut cum paucis comitibus in publico versari solitus est; Cæsar vero jactasse fertur: Syllam nescivisse literas, qui dictaturam deposuerit. quum ejus inscitiam imprudentiamque in eo facto notare vellet. Hæc fere Manut. de Legib. Roman. Propter invidiam Cæsaris, perpetui Dictatoris, ea potestas lege M. Antonii Consulis in perpetuum fuit sublata. De hac dignitate & Officio V. Lætum & Fenestellam. Extat de eadem accuratissimus & plenissimus locus apud Vellej. 2. 28. 2. in quem vide copiose Bœcler. p. 141. seq. & Zevecot. ad Flor. p. 207. 208. conf. l. 2. §. 18. ff. de O. I. & ad eam Rupert. Muret. ad Tacit. p. 19. & Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 10. p. 171. seq.

Etiam Latinæ quædam Urbes & Municipia Dictatores vocarunt Magistratus suos, ut Dictator Lanuvinus Cic. pro Milon. 10. Sic Spartian. Hadr. cap. 19. Per Latina oppida & Dictator & Ædilis, & Duumvir fuit. De officio Dictatoris V. etiam Lex. Pitisc. Scribitur per Compendium DIC. T. In monumentis antt.

Vitiosus dictator. i. e. Vitio creatus. Liv. 3. Decad. lib. 2.
Arrogare dictatorem. V. ARROGO.

DICTĀTRIX, īcis. [ὑφηγήτις] Quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. Perf. 5. 1. 18. Tu hic eris dictatrix nobis.

DICTATORIUS, Adj. [δικτατώρειος] Quod ad Dictatorem pertinet, seu Quod est Dictatoris. Liv. 6. 39. Postremo Dictatorium fulmen in se intentatum. Cic. pro Cluent. 44. Dictatorius gladius. Dictatorius juvenis, pro Dictatore patre natus. Liv. 1. Decad. lib. 7.

DICTATIO, ōnis. Actus ipse dictandi. Paulus in l. Lucius. D. de militari testam. Lucius Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, & ante quam literis perscriberetur, vita defunctus est: quæro, an hæc dictatio valere possit? Symmach. 6. 4. conf. Sidon. 9. Epist. 9.

DICTATŪRA, æ. Dictatoris dignitas seu potestas. Cic. 2. Off. Alter enim qui in illa Dictatura scriba fuerat, in hac fuit Quæstor urbanus.
Dictatura, Ipsa dictandi actio. Suet. in Jul. Cæs. Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit. Alludit tamen ad Dictatoris dignitatem.
Imperiosa Dictatura. V. IMPERO.
Dictaturam solo æquare. V. ÆQUO.
Dictaturam gerere. Cic. 2. Off. 112. Quod is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.
Deponere Dictaturam. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Sumebantur Dictaturæ ad tempus. Tacit. lib. 1. 9.

DICTŌR, ōris. m. Augustin. de Doctr. Christ. 4. 19. Doctor ipse debet rerum dictor esse magnarum.

DICTŪRIO, īre. Dicere molior. Macrob. 7. Saturn. cap. 2. Sed perge Aviene, ne ultra te dicturientem retardem.

DICONDYLI, [δικόνδυλοι] dicuntur Digiti qui duplicem commissuram habent, cujusmodi sunt omnes, dempto pollice, qui monocondylus est. V. Alex. Genial. lib. 4. cap. ult. & Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3.

DICOPIA, æ. [δικωπία] Remigium, scapha. Lucian. V. Bayf. de R. Naval.

DICRŎTUM, [δίκροτον] Biremis dicitur. De dicroto Julius Pollux lib. 1. 9. Dicrota sunt naves, quæ duobus gubernaculis pariter a prora reguntur & puppi. Cic. 5. Att. 11. ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud ἐπίκωπον. Idem lib. 16. Nam & ipse Domitius bona plane habet dicrota.

DICTĀMUS, om. gen. vel DICTĀMUM, i. n. [δίκταμνον] Herba qua lacertæ se refovent, quotiescunque cum serpentibus pugnam habuerint. Virg. 12. Æn. 411.
Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida. Quo ex loco legendum putant Hermolaus & docti omnes DICTAMNUM, interposita n litera: alioqui versus non staret. Cui orthographiæ adstipulari etiam videtur Theophrasti locus & Galeni, in quibus semper Dictamnum legas. V. Plin. lib. 8. cap. 27. Et lib. 20. cap. 14. Cic. 2. de Nat. Deor. 4. Capras auditum est in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore. Idem dicit Plin. lib. 26. cap. 14. Dicta est hæc herba etiam Artemidium, a Diana quam Græci Artemida vocant, quoniam vulneratæ capræ & cervæ, ejus herbæ pastu sanarentur. V. Ruell. lib. 3. cap. 27.
Dictamus florens. Stat. 1. Sylv. 4. 102.
— Idæa profert quam Creta sub umbra
Dictami florentis opem.
Dictamum, seu potius Dictamnum a Dicte Cretensi Monte appellatum videtur, quod ibi Cervi vulnerati primum offenderint. de Dictamno in Nummis. V. Spanh. diss. 6. p. 361.

DICTAMNĪTES, æ. m. Vinum ex pulegio confectum. Diosc. 5. 58.

DICTATOR, DICTATURA. V. DICO, is.

DICTE, es. [Δίκτη] Mons est insulæ Cretæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 17. & Straboni lib. 10. Sic dictus a Dicte nympha quæ illic colebatur, ut ait Servius. Hinc

DICTÆUS, Adj. [Δικταῖος] Unde Jupiter Dictæus dictus est, quod in eo fuerit nutritus, ut tradit Servius. Virg. 2. Georg. 536.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, &c.
Antrum Dictæum. Virg. 4. Georg. 152.
Dictæo cœli regem pavere sub antro. De apibus loquitur.
Arva Dictæa. Virg. 3. Æn. 171.
Astra coronæ Dictææ. i. e. Ariadnes. Claud. in Sec. Consul. Stil. 208.
Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ.

DICTERIUM, DICTIO, DICTITO, DICTO, DICTUM. V. DICO.

DICTYNNA, [Δίκτυννα] Dianæ (ut quidam putant) cognomen est, propterea quod retia invenerit, quæ Græce dicuntur δίκτυα. Scribit Diodor. lib. 6. Dictynnam ex Jove genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissime esse usam: quæ res causam præbuit ut quidam Dictynnam, Dianam esse existimarent. Hoc item cognomine βριτόμαρτιν deam appellant Cretenses, quod quum Minos ob amorem hanc insequeretur, illa fugiens in retia, capiendis demissa piscibus, se præcipitem dederit. V. Etiam Diod. Sic. 5. 78. Antonin. Liber. F. 40.
Dictynna Diana, quam esse Lunam putabant, dicta quod fulgore suo noctu omnia ostendat. Festus. [a v. Gr. δεικνύναι, non a Lat. Dico, ut putabat Dacerius.
Mitis Dictynna, i. e. Diana. Stat. 9. Theb. 632.

DICTYNNA, [Δίκτυννα] Cretæ insulæ urbs: a quo mons Dictynnæus dictus est Straboni. Et Plin. 4. 12. V. Harduin.

DICTYNNEUM, [Δικτύννειον] Dictynnæ Dianæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cujus meminit Strabo lib. 10.
Dictynneum & Phœbeum, Loca sunt prope Spartam, de templis puto eorum deorum dicta. Author Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 6.

DICTYŌTA, [δικτυωτά] Opera, quæ Latini Reticulata vocant: ita dicta, quod in hoc ædificii genere tessellæ, macularum, quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. Plin. lib. 36. cap. 22. extr. Dictyoton vocant reticulatam structuram, quam frequentissime Romæ struunt, rimis opportunam. Ubi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton. [Vocem vero hanc exulare jussit Harduinus, qui Plinii textum ex MSS. longe aliter restituit. q. V.

DICTYS Cretensis, peritus Phœnicum literarum, Socius Merionis & Idomenei, filiorum Deucalionis, scripsit Bellum Trojanum: in quo ipse militavit, Phœnicum literis. Reversus in patriam, moriens mandavit ut liber arca plumbea sepulcro ejus inferretur occlusus. Anno deinde tertio decimo Neronis principatus ob terræ motum revulso sepulcro arca apparuit: delataque ad Rutilium Rufum illius insulæ præsidem, & ab illo ad Neronem transmissa est. Librum Nero in Græcam linguam converti jussit, bibliothecæque dicavit, qui ad nostrum ævum pervenit conversus in Latinum sermonem a quodam Q. Septimio Romano. ut ejus indicat epistola. Hujus autem quæ hodie extat Descriptio, quemadmodum & Daretis Phrygii, suspecta est, vel potius supposititia. V. Voss. de Hist. Gr. 4. 1. p. 342. & de Hist. Lat. 4. 2. & Cl. Perizonii Dissertationem edit. Amst. 1702. præfixam, de Dictye Cretensi.
Dictys, Unus ex Centauris fuit, Pyrithoi manu interfectus, ut videre est apud Ovid. lib. 12. Met. 334. &c.
Dictys, Piscator quidam qui Perseum educavit. de quo Stat. 2. Sylv. 95.
Fluctivagus volucrem comebat Persea Dictys.

DICYRTOS, [δίκυρτος] Camelus est gibbi duplicis, densiore pilo, viribus prævalidis, adeo ut duplicato onere incedat onusta. Hanc vero dici Bactrianam, quod in Bactris nata primum sit, ex Didymo refert Cælius lib. 7. cap. 18.

## D I D

DIDACTRON, [δίδακτρον] Docentis præmium nuncupatur, sicut quod militi tribuitur Epinicion, hiceterion: quod medico, Soterion, iatreon, & sic de cæteris. V. Rhodig. lib. 13. cap. 30. [Add. Theod. Marcil. ad Suet. Vesp. C. 8. Et plenius talia persequentem J. A. Fabric. Bibl. Antiq. C. 16. §. 5. ubi de Largitionib. & Salariis.

DIDASCĂLUS, [διδάσκαλος] Latine dicitur Præceptor, magister, a διδάσκω doceo. Cic. 9. Fam. 7.

DIDASCALĬA, æ. Doctrina. Cic. 8. Fam. 3. Genere tamen, quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat. Petit opus aliquod literarium sibi a Cicerone dedicari, celebre quidem illud, & quod propter doctrinam crebro ab hominibus tractetur.

DIDASCALĬCUS, a, um. Auson. Epist. 17. Didascalicum aliquod opusculum mittere.

DIDIA Lex, a Didio latore, post Fanniam legem duodeviginti annos secuta est: cujus ferendæ duplex ratio fuit: Prima, ut non solum urbs Romana, sed universa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modo qui convivia majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur. Macrob. 3. Saturn. cap. 17. V. P. Manut. de Legib. Roman. p. 215.

DIDIUS, Nom. gent. Ro. Cic. in Pison. 7. 25. T. Didius ex Macedonia triumphavit. Gentis Didiæ Denarios & historiam V. apud Fulv. Ursin. p. 98. (Scribitur & Deidius per dipht.)

DIDO, ōnis. [Διδώ] vel per declinationem Græcam Dido Didus, in accusativo Didoa, & per contractionem Dido. Elisa proprio nomine vocabatur, sed cognomento Dido dicta est, i. e. Virago, quia virile aliquid fecit, se in ignem præcipitando, inquit Servius. Beli fuit filia, & soror Pygmalionis, cujus scelus, quod maritum suum Sichæum vi oppressisset, aversata, Tyro relicta in Africam profugit, & Carthaginem condidit. Hiarbæ regis Mauritanorum, ad postremum nuptias fugiens, gladio vitam finivit. Nam quæ Virgilius de ea prodidit conficta omnia sunt. Neque enim se invicem Dido & Æneas per temporis rationem potuerunt videre, cum ab Ilii excidio ad natalem Carthaginis anni sint. 299. V. Voss. 1. Instit. Orat. p. m. 122.
Infelix Dido. Virg. 4. Æn. 68.
Regina Dido. Virg. 1. Æn. 496.
Phœnissa Dido. Virg. 1. Æn. 670.
Pulcherrima Dido. Virg. 4. Æn. 496.
Sidonia Dido. Virg. 1. Æn. 446.

DĪDO, didĭdi, ĭtum, [διανέμω] ĕre. Distribuere significat & digerere. Dictumque videtur Dido quasi Divido, ablata media syllaba. Hor. 2. Sat. 2. 67.
Albuti senis exemplo dum munia didit. Didit, i. e. Dividit. Porphyrius.
Cibus in venas diditur. Lucret. lib. 2. 1134.
Solatia didita per gentes. Lucret. lib. 5. 20. & lib. 4. 241.
Nunc ea quæ dico rerum simulacra, feruntur
Undique: & in cunctas jaciuntur didita partes.
Dididĕrunt, pro Diviserunt posuit. Lucret. lib. 6. 2.
Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ.

DIDŌRON, [δίδωρον] Duorum palmorum. Plin. lib. 35. cap. 14. Genera eorum tria, Didoron, quo utimur, longum sesquipedale, latum pede, alterum Tetradoron. Vitruv. 2. 3. [Imo vero Spuriam hanc vocem esse, & apud utrumque auctorem Lydion restituendum docuit ad Plin. Harduinus q. V.

DIDRACHMUM, i. n. [δίδραχμον] Nummus est duas drachmas continens, & valet tantum quantum septem solidi nostri turonici, teste Budæo. Tertull. de Præscript. cap. 11. [Apud Evangelist. Matth. c. 17. Pl. τὰ δίδραχμα, ubi æquiparatur dimidio Stateri, vel Semisiclo Hebræorum. Quanquam aliquam differentiam intercedere, ratione ponderis docet Cl. Eisenschmidius. de Pond. S. 1. C. 4. Est & nomen Ponderis, uti Drachma.

DIDUCO, xi, ctum, [διαλαμβάνω, διαιρέω] ĕre. In diversas partes & diversa loca ducere, sive Dirimere, dividere, & distinguere. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 33. Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. Columel. lib. 6. cap. 2. Posthæc diductis malis, educito linguam. De bobus domandis.
Diducere & Contrahere, contraria. Cic. 4. Acad. Itaque & lumen mutari sæpe volumus, & situs earum rerum quas intuemur, & intervalla aut contrahimus, aut diducimus &c.
Comprimere & Diducere digitos; similiter contraria. Cic. in Orat. 113. Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam ajebat ejusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.
Aciem diducere in cornua. Liv. 5.
Aquam diducere in vias. Cato cap. 155. Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, & incilia aperire, aquam diducere in vias.

Aciem

Assem in centum partes diducere. Hor. in Arte Poet. 326.
Argumenta diducere in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 1. Argumenta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum captabit leporem.
Complexus diducere. Propert. 1. 13. 19. i. e. Divellere.
Non ego complexus potui diducere nostros.
Curas. Virg. 5. Æn. 720.
Tum vero in curas animum diducitur omnes. Græca figura: ut, Mentem læsus. Servius.
Fauces immani diducit hiatu. Sil. lib. 3. de serpente quodam.
Flumina in rivos diducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Humum continuam diduxit. Ovid. 8. Met. 587.
Matrimonium diductum. Suet. in Othone, cap. 3. i. e. Diremptum.
Nubem diducere auris subitis. Cic. in Arat. 201.
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cœperit, & subitis auris diduxerit Ara.
In partes contrarias diducere aliqua. Cic. 2. de Invent. 51. Atque hi quidem, & siqui ejusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias partes diducentur.
Rictum diducere. Juven. 10. Sat. 230.
Risu diducere rictum auditoris. Hor. 1. Sat. 10. 7.
In species rursus hæc omnia diducuntur. Quintil. lib. 2. cap. 14.
In studia Senatum diduxerat. Tacit. 4. Hist. 16.
Summa vestem diduxit ab ora. Ovid. 3. Met. 480.
Diducere ac Deducere confunduntur sæpe in MSS. V. Drakenb. ad Sil. 15. 187. adde Ovid. 11. Met. 477. ubi leg. Carbasa diducit, i. e. Expandit.
DIDUCTIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quæst. 2. 8. & 3. 13.
DIDUCTUS, Partic. [διηγημένος] Cic. 3. de Orat. Rivis est diducta oratio, non fontibus.
Arva diducta a propinquis jugis. Sil. lib. 1.
Britannia diducta mundo. Claud. 8. Paneg. 17. 51.
Civitatem diductam incusabat. Tacit. 4. Ann. 17. i. e. Scissam in partes.
Colores diducti. Cels. lib. 1. cap. 8. Quantoque magis mistos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius. i. e. Separatos inter se.
Cornua diducta. Liv. 8. Decad. 3. Cornua exercitus intelligit.
Divisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Militem diductum lascivire prætendebat. Tacit. 4. Ann. 2.
Ordines diducti. Tacit. in vita Agricolæ.
Studium audientium diductum in partes. Plin. Epist. 43.
Terræ diductæ, h. e. Divisæ, apertæque. Tacit. 2. Ann. 47.
Tunica diducta. Quintil. lib. 2. cap. 15.
DIDURI, [Δίδουροι] Populi in confinio Albaniæ, prope Labienos, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 10.
DIDYMA, Diana a Pindaro cognominata in Pythiis, illo carmine, παρθένος χρυσέα δίδυμα; quod & comment. observant. Didyma vero, ut reor, quia cum Apolline ex Latona genita, δίδυμοι enim, ut infra dicetur, gemini appellantur.
DIDYMÆ, ārum. Africæ insulæ, quæ Ægypto adjacent, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 5.
DIDYMAON, ŏnis. Armorum artifex eximius. Virg. 5. Æn. 359.
Et clypeum afferri jussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
DIDYME, es. [διδύμη] Herba alio nomine Cynosorchis, sive testiculus canis dicta, a gemina radice nomen adepta, apud Hippocrat. V. Galeni Gloss. Hesychio diminutiva forma διδύμιον.
DIDYME, es. Insula in mari Siculo una ex Æoliis. Pompon. lib. 2.
DIDYMEUS, [Διδυμαῖος] & DIDYMÆUS. Apollo dictus est, quod geminam speciem sui numinis præferat, illuminando formandoque Lunam. Ex uno enim fonte lucis, gemino sidere spatia diei & noctis illustrat: unde & Romani (ut inquit Macrobius 1. Saturn. cap. 17.) Solem Didymei Apollinis appellatione venerantur. Hinc dictum est
DIDYMEUM [Διδυμαῖον] templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Branchidarum (ut author est Plinius 5. 29.) appellatum est. De hoc templo sic scribit Strab. lib. 14. p. 436. Post Posidium Milesium est oraculum Apollini Didymeo sacrum apud Branchidas ad decem & octo stadia ascendenti. Id a Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissime honoratum. Meminit Suet. in Calig. C. 21.
Appian. in Syr. χρησμὸν ἐν Διδυμαίῳ γενέσθαι, non Διδυμίῳ, ubi & versum affert. H. St.
DIDYMON XYLON, [δίδυμον ξύλον] a Græcis exponitur, pro eo quod Romani Furcam vocant, veluti ex duobus modo lignis constaret: nam Didymon, Geminum dicunt. V. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 8.
DIDYMUS [δίδυμος] Lat. Geminus. Nom. propr. Græcis.
Didymus, Tibicen quidam fuit, quem, ut Laertius Diogenes refert, in adulterio deprehensum, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρέμασθαι, i. e. Ex nomine suspendi suo, quod significat ex testiculis, dignum esse dicebat Cynicus. δίδυμοι enim Græcis etiam Testes vocantur. V. Alex. Genial. lib. 4. cap. 1. & Cæl. Antiq. lib. 4. cap. 7. Vel potius Diog. Laërt. 6. 51.
Didymus, Grammaticus, genere Alexandrinus, Cicerone & Antonio Consulibus natus, tempore Augusti Romæ profitebatur, cognomine Chalcenterus, ob studium infatigabile: sicuti a Demetrio Trœzenio, ut scribit Athenæus, dicebatur Bibliolatha, i. e. librorum oblivio, ex voluminum numerositate. Dicitur enim scripsisse libros ter mille quingentos. V. Sen. Epist. 87. & Quintil. 1. 13. Macrobius 5. Saturn. cap. 22. vocat hunc grammaticorum omnium quique sint, quique fuerint, instructissimum. Chalcenterus autem dictus est ab intestinis æreis, veluti prædurus. χαλκὸς æs, seu ferrum, & ἔντερα viscera, inde χαλκέντερος. Ex Hieronymo, Erasmo, Volaterrano, Cælio, Athenæo.
Didymus Alexandrinus, Præsul Cæsariensis, captus oculis a puero, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut Dialecticam quoque & Geometriam, quæ vel maxime visu indiget, perfecte didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, quorum nomina recenset Hieronymus, cujus tempore floruit. Excessit annum ætatis octogesimumtertium. V. Hieronym. in Catalogo Scriptor. Eccles. & lib. 11. Hist. Eccles. cap. 7. & Hist. Tripartit. lib. 8. cap. 8.
DIECHE, [διηχὴ] Aristotelis interpretibus est, Qua strepitus ad auditum provehitur, quasi Personiam dixeris, quod veterina sit ac vehicularis soni. Author Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 4.
DIECULA, V. DIES.
DIEGERTICA, [διεγερτικὰ] Epithalamia veteribus dicta sunt, quæ matutino tempore canebantur, sicut quæ vespere in noctem mediam recitabant, κατακοιμητικὰ vocabantur. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 15.
DIELCYSTINDA, æ. [διελκυστίνδα] Ludus puerorum quum duæ inter se divisæ partes, altera alteram manibus junctis ad se retrahere contendit.
DIENSES, Populi Macedoniæ. Horum meminit Paul. de censib. In Macedonia, inquit, juris Italici sunt Dienses, &c. V. Plin. lib. 4. cap. 10. & supra in DIA.
DIERECTUS, Adj. [σταυρωθεὶς] dicitur, inquit Nonius, Crucifixus, quasi ad diem erectus. Varro Eudæmonibus, Apage in dierectum a domo nostra istam ad sanitatem. Plaut. Cas. 1. 15. Abi dierectus tuam in provinciam. Idem Capt. 3. 4. 104. Quin tu quiescis dierectum, cor meum, ac suspende te. Idem Bacch. 4. 1. 7. Festus, Dierectum dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem. Antiquum est. Sed Salmas. ad Capt. 3. 4. 103. Abi dierectus, idem vult esse ac ἄπαγε διαρραγείς, i. e. διαρραγείς, &c. Cui subscribit Dacer. ad Fest. q. V.
DIES, ēi. m. & f. in sing. [ἡμέρα, ἦμαρ] in pl. vero tantum m. V. Varr. apud Charis. l. Gramm. c. de Nomine. Asconius in 2. Verr. c. 2. Dies fœminino genere tempus dicitur: & ideo diecula, breve tempus & mora. Dies horarum XII. m. gen. est: unde Hodie adverbium, quasi hoc die.
Dies nomen habet ab Jove, quem Græci Δία vocant. tradit enim Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 15. Jovem esse lucis authorem, unde & Lucetium Salii in carmine canunt, & Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant. ipsi quoque Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem. Idem quoque cap. 23. plurimis testimoniis confirmat eundem esse Jovem ac Solem, quo loco rem fusissime exequitur. V. etiam Festum in DIES, & Lex. Pitisc.
Dies, m. Martial. lib. 1. 3. 20.
Quartus dies est, in schola poetarum
Dum fabulamur. Plin. lib. 9. cap. 59. Eademque hora per aliquot dies continuos piscator enavigat.
Dies, f. pro longiori tempore. Virg. 11. Æn. 425.
Multa dies, variusque labor mutabilis ævi
Retulit in melius. Et. 2. Æn. 132. Juven. de Priamo loquens, 10. Sat. 205.
Longa dies igitur quid contulit? i. e. Quid ei longævitas profuit? Hæc Budæus, Jurisconsulti Annua, bima, trima, quadrima, die, pro Anni tempore, biennii, triennii, quadriennii usurpant. Cic. 1. Fam. 6. Et ipsa die, quæ debilitat cogitationes & inimicorum & proditorum. Confunditur tamen hæc differentia.
Dies, f. pro die horarum XII. Cic. 3. Q. frat. 17. In qua primum erat, quod antiquior dies intus fuisset adscripta literis, quam in Cæsaris.
Dies in patrio casu hodie declinat Diei; Virg. 9. Æn. 156.
— melior pars acta diei est.
Plaut. Pseud. 4. 7. 59. Diei jam multum est.
Veteres habuerunt in genitivo Dies, Die, Dii. Ut
Dies in XVI. Ennii apud Gell. 9. 14.
Postremæ longinqua dies confecerit ætas.
Testatur & Gellius se ita scriptum invenisse in Cic. pro Sext. Equites vero daturos illius dies pœnas. Addit insuper Gell. ut facile iis credat, qui scripserunt idiographum Librum Virgilii sese inspexisse, in quo ita scriptum est. 1. Georg. 208.
Libra dies somnique pares ubi fecerit horas. i. e. Libra diei sed in hodiernis exemplaribus ibi legitur Die; nulla tamen Apocope, (ut quidam volunt) Sed genitivo regulari antiquo, ut ait Serv. q. V. ut & Pierium. Sic Hor. 3. Od. 7. 4. Constantis juvenem fide. V. Bentlei Not. Et Ovid. 6. Met. 506.
Utque fide pignus dextras utriusque poposcit.
Neque ab hoc scribendi genere Auctores prosaici abhorruerunt. Sallust. Jugurth. Vix decima parte die. Sunt Codices, in quibus legas diei per ει diphthongum veluti alii habent Dii per Syncopen pro Diei, vel Dii pro Die, quia e & i indifferenter in fine uli sunt antiqui.
Dii. Sic Virg. 1. Æn. 636. Munera lætitiamque dii. In quo loco (ait Gellius 9. 14.) nihil dubium est, quin Dii scripserit pro Diei. Etsi Servius, & quidam alii Dei (scil. Bacchi) scribunt. Sed Dies Dii a veteribus declinatum est; ut Fames, fami; Acies, acii. V. plura apud Gell. in l. c.
Abl. Die, vel Diu. Sallust. Diu noctuque labora.
Dies, alius naturalis, alius civilis.
Dies naturalis, est Tempus ex oriente sole ad solis occasum. Hunc aliqui Artificialem dicunt, alii Hemisphærialem. Cujus contrarium tempus est Nox, i. e. umbra terræ: videlicet ab occasu solis usque ad ortum.
Dies civilis vocatur Tempus quod fit uno cœli circumactu, i. e. inter unum solis ortum & alium: quo & verus dies, i. e. lux & nox continetur: ut quum dicimus Aliquem dies triginta tantum vixisse: noctes etiam comprehendimus. Nox enim teste Servio, pars est diei: sed diem dicimus a parte, quam constat esse meliorem. Unde usus obtinuit ut sine noctis commemoratione, dierum numerus exprimatur. Hæc ex probis authoribus. Plinius tamen his verbis rem explicat lib. 2. cap. 77. Ipsum diem inquit, alii aliter observavere. Babylonii inter duos solis exortus: Athenienses inter duos occasus: Umbri a meridie in meridiem: vulgus omne a luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, & qui diem definiere civilem, item Ægyptii, & Hipparchus, a media nocte in mediam. V. Macrob. 1. Saturn. cap. 3. & Gell. lib. 3. cap. 2. Plut. Quæst. Ro. 83.
Diem incipiunt Hebræi a vespere, quod tenebræ ante creatam lucem fuerunt, ut est Genes. 1. cap. quod idem olim fecisse Gallos tradit Cæsar

Cæsar l. 6. de B. G. c. 18. & Germanos Cornel. Tacit. de Germ. 11. Ubi Kirchmajer. V. & Bernegger. Quæst. in Tac. 53. ut alios, qui ibid. laudantur, omittam.
Post reperta Horologia Romani Diem in 24. horas partiti sunt; sed apud antiquissimos horarum nomen incognitum erat; nec in 12. Tabulis inveniuntur unquam horæ nominatæ.
Diei, i. e. Lucis, partes ex Varrone: Mane, Ortus, Meridies, Occasus. De Divisione Dierum. V. Censorin. & ejus interpr. Lindenbrog. C. 23. tum Macrob. l. c.
Dies alius judicat de alio. Plin. lib. 7. cap. 40. Ista nimirum bona, si cui inter illa, hora in gaudio fuit. Ita est profecto: alius de alio judicat dies: & tamen supremus de omnibus, ideoque nullis credendum est.
Dies, pl. Quoties, inquit Nonius, per accusativum casum annos vel dies loquimur, juges annos, vel dies significamus: quoties per ablativum, per intervallum, interjectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Plaut. Trinum. Quia ruri dum sum ego unos sex dies, Me absente, &c. V. plura apud Nonium 12. 30.
Die crastini. pro Die crastino. Plaut. Most. 4. 1. 25. Hanc rem die crastini quum herus resciverit. Idem Men. 5. 9. 94. Mane sane, die septimi venibunt servi. Ita loquutos veteres docet Macrobius 1. Saturn. cap. 4. Sed nec diecrastini, inquit, a doctissimo viro, sine veterum authoritate prolatum est, quibus mos erat modo diequinti, modo diequinte pro adverbio copulate dicere. Cujus indicium est, quod syllaba secunda corripitur, quæ natura producitur, quum solum dicitur die. Quod autem diximus extremam istius vocis syllabam tum per e, tum per i scribi, consuetum id veteribus fuit, ut his literis plerunque in fine indifferenter uterentur, sicut Pristine & pristini, Proclive & proclivi. Et rursus: Diepristine eodem modo dicebatur, quod significabat die pristino, i. e. priore, quod nunc pridie dicitur, converso compositionis ordine, quasi Pristino die. Nec inficias eo, lectum apud veteres Die quarto. Sed invenitur hoc de transacto, non de futuro positum: Nam Cn. Matius in Mimiambis pro eo dicit, quod Nudiusquartus nos dicimus. Hoc igitur intererit, ut die quarto quidem de præterito dicamus, Die autem quarte de futuro. Hæc & plura in eandem sententiam Macrobius. Gemina leges apud A. Gellium l. 10. C. 24. Adde Non. Marc. 2. 650. v. Proximi.
Accessus & defectus dierum ac noctium. V. ACCEDO.
Die decies. Plaut. Mil. 3. 2. 40.
Medio diei. Tacit. 1. Hist. 62. Medio diei temulentus.
Per medium diei nudus repertus est exercitando corpori. Tacit. 14. Ann. 59.
Pars melior diei acta. Virg. 9. Æn. 156.
Ad diem. V. AD præpositionem.
Ad diem pecuniam solvere. Cic. 16. Att. 24.
Ad hanc diem. V. AD præpositionem.
Ad multum diem. V. MULTUS.
Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas. h. e. Ad paucos dies habiturus eram. Cic. 5. Att. 17.
Ad serum usque diem Vitelliani saxis, pilisque subeuntes arcebant. Tacit. 3. Hist. 82.
Ante diem cadere vel mori. Virg. 4. Æn. 620.
De die, pro Interdiu. Sueton. Domit. cap. 21. Lavabat de die. Curt. lib. 5. De die inibat convivia, quibus fœminæ intererant. Idem lib. 8. 5. 12. V. DE.
In diem abiit malum. Ter. Phorm. 5. 2. 16. V. in ABEO, Abire in diem.
In hanc diem. V. IN.
In diem determinare. V. IN.
In dies. V. IN.
In dies vitium crescit. Cic. Topic. 62.
In paucos dies. V. IN.
In eum diem. V. IN.
In dies singulos. V. IN.
In qua die. V. IN.
In his diebus. V. IN. Ζητητέον quomodo exp. soleat. Deinde Aliquem dici Mori, non Illo die sed plural. Illis diebus, videtur ineptum. Iisdem diebus Ennecus Gevara Comes Ariancensis, vir multis artibus, & inprimis fide clarus, morbo correptus diem obit. Pontanus de bello Neapol. l. 4. 561. H. St.
In diebus pauculis. V. IN.
In diem pœnas præsentis fraudis dii reservant. Cic. pro Cœlio 59.
Incidere in diem. V. INCIDO.
In diem vivere. V. IN.
Inter paucos dies. V. INTER.
Intra viginti dies. V. INTRA.
Dies sine fæce. Martial. lib. 8. 14.

> Hibernis objecta Notis specularia puros
> Admittunt soles, & sine fæce diem.

Dies noctesque, vel Dies & noctes. Plaut. Rud. 2. 3. 49. Ter. Eun. 1. 2. Dies noctesque me ames, me desideres. Cic. pro Rosc. Amer. Dies noctesque parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetant.
Noctes atque dies, i. e. Semper. Lucret. lib. 2. 12. Et Virg. 6. Æn. 127.
Diem noctemque, vel Diem ac noctem. Cic. pro Lege Agr. Qui paulo ante diem noctemque Tribunitium nomen horrebant. Idem 2. de Divin. 59. Quasi vero quicquam intersit, mures diem ac noctem rodentes, scuta an cribra corroserint.
Diei multum jam est, i. e. Multum diei jam præteriit. Plaut. Pseud. 4. 7. 59. Vides jam diei multum esse? V. Multo die, infra.
Tela lucida diei. Lucret. lib. 1. 148.

> Non radii solis, neque lucida tela diei.

Dies curiæ. Cic. 1. de Orat. 27. Eaque esset in homine jucunditas, & tantus in jocando lepos, ut dies inter eos curiæ fuisse videretur convivium Tusculani. Etsi scio a doctissimis hominibus diem curiæ, diem senatus exponi propter gravitatem superioris orationis, quo profecto sermone non perinde usi videntur esse homines illius seculi, tamen diem curiæ, diem quo curiales rem divinam in curia sua faciebant, hilariterque epulabantur, accipio: mœstus enim & tristis sermo inde exulabat, & inauspicatus infaustusque habebatur, & a re divina alienus. De sacris autem curialium & epulis vide apud Dionysium lib. 2. Hæc ex Turnebo; apud quem plura. In eandem sententiam concedit Lambinus.
Quinquennii die, pro Quinto anno. Proculus in l. Atilicinus. D. de Pactis dotalibus, Quum inter virum & uxorem pactum conventum ante nuptias factum esset, ut quibus diebus dos data esset, iisdem divortio facto redderetur: post quinquennium quam nuptiæ factæ sunt, uxor viro dotem dedit. divortio, quæro utrum quinquennii die vir uxori dotem reddet, an statuto legibus tempore?
Annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno promittere aliquid reddere. Alfenus in l. Aliud. D. de Pactis dotalibus, Aliud est si pater pro filia dotem promisit, ut annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno a se redderetur, &c. Conf. Vallam 4. 80.
Almus dies. Virg. 8. Ecl. 17. V. ALMUS.
Angusta dies. Stat. 1. Theb. 56.
Annua dies. V. ANNUUS.
Antiqua dies. V. ANTIQUUS.
Anteacta dies. Lucret. lib. 1. 234.
Aprica dies. Valer. 1. Argon. 844. V. APRICUS.
Atra dies, i. e. Infausta. Virg. 6. Æn. 429. V. ATER.
Austrinus dies. V. AUSTER.
Benignus dies. Stat. 5. Sylv. 1. 22.
Bonus, Felix. Hor. 3. Od. 21. 6.
Brevior. Virg. 1. Georg. 312.
Cæco die emere aliquid. V. CÆCUS.
Calidus. Claud. 2. in Pr. Conf. Stil. 257.
Candida. Lucan. ad Pison.
Celeberrimus. V. CELEBRIS.
Centesimus. V. CENTESIMUS.
Certa. V. CERTUS.
Clara. Virg. 5. Æn. 43.
Comperendini dies, quibus Vadimonium liceret dicere. Macrob. 1. Saturn. 16.
Compitalitius. V. COMPITUM.
Continuus. Claud. in Sec. Conf. Stil. 190.
Crastinus. V. CRAS.
Criticus. V. CRITICUS.
Cupitus dies, Optatus. Sen. Hippol. 7.
Damnosa dies. Horat. 3. Od. 6. 45.
Dura dies. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 1.
Exemptiles dies. Cic. 3. Verr.
Extremo jam die sua quisque in tentoria dilaberetur. Tacit. Hist. 3.
Feriatus dies. V. Feriatus, In FERIÆ.
Festæ licentiæ dies. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Festus dies, vel Festa dies. Hor. 3. Od. 8. 1. Ovid. 1. Fast. Tacit. 13. Ann. 41.
Formosi dies. Ovid. 15. Epist. 124.
Geniales. Juven. 4. Sat. 67.
Hilares. Juven. 15. Sat. 41.
Hodiernus dies. Cic. 3. de Orat. 78. Et 3. in Catil. 20. In qua locutione pleonasmus est.
Hostilis, Inimica, noxia. Stat. 2. Sylv. 1. 55.
Immotus & serenus dies, i. e. Quietus a vento. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.
Impetrabiles. V. IMPETRO.
Incertus dies. Columel. lib. 11. cap. 2. Idibus Novembris dies incertus, sæpius tamen placidus.
Infestæ. Lucret. lib. 3. 912.
Innubis. Sen. OEth. 4.
Inquietus ventis dies. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.
Instauratitiæ dies. V. INSTAURO.
Jucunda. Valer. 7. Argon. 336.
Justi dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum. Festus. [ De hoc ritu plura Lips. de Milit. Ro. l. 1. Dial. 3. Adde Fragm. Actorum Diurnor. populi, a Grævio ad Suet. Jul. C. 20. allat.
Labens. Virg. 4. Æn. 77.
Lætus. Virg. 1. Æn. 732.
Laxa. V. LAXUS.
Legitimi dies. V. LEX.
Lepidus dies. V. LEPIDUS.
Longa dies. pro Æstiva. Virg. 2. Georg. 201. Aliter Hor. 1. Epist. 1. 20.

> Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque
> Longa videtur opus debentibus.

Lucidus dies. Sen. Hippol. 10. & 4.
Luculentus dies. V. LUCULENTUS.
Lustricus dies. Suet. in Neron. cap. 6. Ejusdem futuræ infelicitatis, signum evidens die lustrico extitit. i. e. Quo lustrum fiebat. [ Im. V. LUSTRICUS.
Medius dies, Meridies. Ovid. 15. Met. 309.
Medium diem pro Plaga meridionali dixit Virg. 3. Georg. 303.

> Et stabula a ventis hyberno opponere soli,
> Ad medium conversa diem.

Mœstus dies. Sen. Troad. 4.
Multo denique die. V. MULTUS.
Multo adhuc die, vallum ingressus. Tacit. 2. Hist. 44.
Natalis dies. Ovid. 1. de Arte Am. 405.
Nefastus dies. Hor. 2. Od. 13. 1.
Negotiosi dies. Tacit. 13. Ann. 41. C. Cassius, si pro benignitate fortunæ diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruit, eoque oportere dividi sacros, & negotiosos dies, quis divina colerentur, & humana non impedirent.
Nitidus. Sen. Hippol. 11.
Nivalis. Hor. 2. Sat. 6. 25. V. NIX.
Nuptialis. Sen. Medea 12.
Operarius. V. OPERARIUS.
Otiosus. V. OTIOSUS.
Pandicularis. V. PANDICULOR.

Parentalis. Ovid. 2. Fast. 548.
Pecuniarum dies. Columel. lib. 1. cap. 7. Sed nec dominus in unquaque re cui colonum obligaverit, tenax esse juris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, ut lignis & cæteris parvis accessionibus exigendis.
Perendinus. V. PERENDINUS.
Perexiguus. V. PEREXIGUUS.
Placidus. Ovid. 11. Met. 745.
Postero Iduum die redeuntem a cœna Othonem, &c. Tacit. 1. Hist.
Præceps dies. Senat. Agam. 6.
Præcipiti jam die, Livius elegantissime dixit lib. 4. Decad. 1. quo modo Curtius vocat Præcipitem senectutem. V. PRÆCEPS & PRÆCIPITO.
Præliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. Festus.
Primus quæstionis dies contemptus. Tacit. 15. Ann. 57.
Profesti dies. Hor. 2. Od. 3. 144.
Proximis superioribus diebus. Cic. 2. de Nat. Deor.
Pudibunda dies. Stat. 5. Theb. 296. i. e. Rubicunda, quod qui pudore suffunduntur, erubescant.
Pulchra dies. Hor. 1. Od. 36. 10. Et, Pulcher dies in ea significatione, apud eund. 4. Od. 4. 40.
Purpureus dies. Sen. OEth. 14.
Ratio dierum. Cic. 8. Att.
Sacer dies. Hor. 2. Od. 12. 19. Tacit. 13. Ann. 41.
Sacrifici dies. Ovid. 13. Met. 590.
Sæva dies animi. Stat. 1. Theb. 10. Lux conscientiæ atque furiarum. Sua enim facinora, conscientia arguente, semper cernebat. Lactantius.
Salvus & compositus dies. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.
Senecta dies. Plin. lib. 2. cap. ult.
Sicci dies, Æstivi. Hor. 3. Od. 29. 20.
— jam Procyon furit,
Et stella vesani leonis,
Sole dies referente siccos.
Solidus dies, Integer & perfectus. Stat. 4. Sylv. 3. 38.
At nunc quæ solidum diem terebat,
Horarum via facta vix duarum.
Partem solido demere de die. Hor. 1. Od. 1. 20.
Stati dies. Tacit. 4. Hist. 81. Status porro dies vocatur, qui judicii causa est constitutus cum peregrino. Plaut. Curcul. 1. 1. 5. Si status, condictus cum hoste intercedit dies. Festus.
Summa dies. Virg. 2. Æn. 324.
Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troes, &c.
Suprema dies. Hor. 1. Od. 13. 20.
Tarda dies. Ovid. 15. Met. 868.
Tepidi & insolati dies. V. INSOLO, as.
Volucris dies. Hor. 3. Od. 28. 6.
Abit dies. Cic. 11. Fam.
Abscondit nubes diem pulvere. Sen. 2. Theb.
Absumere diem. V. ABSUMO.
Absumere & decipere diem. Ovid. 4. Trist. 10. 114.
Absumpta dies querelis. Sil. lib. 13.
Adimere diem. V. ADIMO.
Adest dies. V. ADSUM.
Admittere diem. V. ADMITTO.
Affert dies, & hora potius, nisi provisum est, magnas sæpe clades. Cic. in Tusc.
Adscribere diem. Cic. 3. Fam. 23.
Agere, vel Agitare diem. V. AGO.
Agitare dies festos. Virg. 2. Georg. 527.
Amittere diem. Stat. 8. Theb. 422.
Aperire diem. V. APERIO.
Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit. Tacit. in Vita Agric. 38.
Appetebat judicii dies. V. APPETO.
Auferre diem. Cic. Siquem tibi item unum alterumve diem abstulerit.
Cedunt dies. V. CEDO.
Celebrare dies. V. CELEBRO.
Commutare diem. Cic. ad Q. frat.
Componere diem. V. COMPONO.
Condere diem in collibus. Hor. 4. Od. 5. 29. Finire, explere. Acron.
Conficere diem. V. CONFICIO.
Conferere diem nocti. Ovid. 3. Amor. 6. 10.
Contactus religione dies. V. CONTINGO.
Conterere diem verbis. Sen. Troad. 8. V. CONTERO.
Constituere in diem, & diem alicui rei. V. CONSTITUO.
Consumere diem. Sulpic. Cic. 4. Fam. 12. Quum ab Epidauro Piræeum navi advectus essem, ibi Marcellum collegam nostrum conveni, eumque diem ibi consumpsi, ut cum eo essem.
Consumere totum diem in vino. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Consumpta dies epulis. Stat. 2. Achil. 251.
Crescit dies. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum. Horti proximam partem umbra sua temperat: quæ ut dies crevit decrevitque, modo brevior, modo longior cadit.
Decedens dies. Virg. 4. Georg. 466.
Decrescente die. V. DECRESCO.
Dedo tibi hunc diem. V. DEDO.
Deducere dies. V. DEDUCO.
Degere diem. Ter. Adel. 4. 1. 6.
Destinare diem. Cic. 3. Off. 45.
Detinere diem sermone. Ovid. 1. Met. 682.
Dicere diem alicui propter injurias. Cic. Div. in Verr. C. 21. Nuper Cn. Domitium scimus Decimo Silano diem dixisse propter unius hominis Egritomari paterni amici, atque hospitis Injurias. V. DICO, is.
Dicere diem operi. Cic. 1. Verr. 149. Opus in acceptum retulit quadriennio post, quam diem operi dixerat.
Differre diem. Cic. 2. Verr.
Diffindere diem. Liv. 9. Ulp. l. 2. D. Si quis cautionibus.
Discernere diem noctemque. Virg. 3. Æn. 201.
Dispersit diem in undas Phœbus. Valer. 2. Argon. 76. i. e. Lucem reduxit.
Dare diem alicui. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Sed quoniam advesperascit, dabis nobis diem aliquem ut contra ista dicamus.
Dare liberum diem alicui. Sen. Thyest. 1.
Donare diem imbellem Lyæo. Sil. lib. 11.
Ducit diem Lucifer. Virg. 2. Æn. 802.
Ducere diem somno. Sen. Thyest. 5. h. e. Totum diem dormire.
Effluunt optimi dies vitæ. Sen. Hippol. 450.
Eripiunt nubes diem ex oculis. Virg. 1. Æn. 92.
Eximere diem. Cic. 2. Q. frat. 10. Cato concionatus est comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. V. EXIMO.
Exoritur dies. Lucan. lib. 1. 233.
Expectare diem ex die. Cic. 7. Att. ult. Tibi autem crebro ad me scribenti de ejus officio, nihil rescripsi, quod diem ex die expectabam ut statuerem quid esset faciendum.
Expectata dies aderat. Virg. 5. Æn.
Explevit supremum diem. Tacit. 1. Ann. 6.
Extrahere diem. Cæs. 1. de B. C. 32. Catone pristina consuetudine, dicendi mora, diem extrahente.
Facere nobilem diem. Sen. OEth. 11.
Festinata dies fatis, i. e. Mors præmatura. Lucan. lib. 5. 660.
Finire extremum diem. Sen. OEth. 9.
Flexo in vesperam die, apud Tacit. 1. Ann. 16. Huc pertinet solennis illa Livii locutio, pro Cœpta nocte, Primis tenebris.
Fœdare diem nube. Claud. 1. de Rapt. Proserp.
Fuscare diem nube. Valer. 1. Argon. 396.
Honoratus dies. Claud. 5. Paneg. 24. 79.
Illuxit dies. Sen. OEth. 1.
Illuxit lætissimus dies civitati. Cic. ad Brut. 15.
Impendere diem in re aliqua. Sen. Herc. 1.
In cujus ortu mundus impendit diem.
Impertire diem festum. V. IMPERTIO.
Implere diem longis sermonibus. Ovid. 7. Met. 662.
Incestare diem. Stat. 11. Theb. 120.
Inclinat dies. V. INCLINO.
Incurrere diem. V. INCURRO.
Induere diem. Tacit. 5. Ann. Qualem diem Tiberius induisset.
Indicere diem pugnæ. V. INDICO.
Infanda dies. Virg. 2. Æn. 132.
Infecere diem volumina nigri fumi. Ovid. 13. Met. 602.
Insequens dies. V. INSEQUOR.
Insolati dies. V. INSOLO.
Instare diem. Cic. 2. de Invent.
Instaurare diem donis, vel ludis, vel voluptatibus. Virg. 4. Æn. 63.
Intercessit dies, vel nox. V. INTERCEDO.
Intercisa dies. Claud. 5. Paneg. V. INTERCIDO.
Interjectis paucis diebus. V. INTERJICIO.
Intermittere diem. V. INTERMITTO.
Intercalares dies interponere mensibus. V. INTERPONO.
Interpositis aliquot diebus. V. INTERPONO.
Involvēre nimbi diem. Virg. 3. Æn. 198.
Lacerare diem. V. LACERO.
Lapsis paucis diebus. V. LABOR.
Memoranda dies. Stat. 1. Sylv. 3. 13.
Miseranda dies. Sen. Octav. 3.
Morari diem. Virg. 5. Æn. 766.
Obducere diem. V. OBDUCO.
Obire diem aliquem. V. OBEO.
Obrepit dies. V. OBREPO.
Obtigit dies. V. OBTINGIT.
Onerare diem commoditatibus. V. ONERO.
Optata dies. Ovid. 2. Epist. 43.
Orta dies. Virg. 7. Æn. 149.
Pallet dies. Lucan. lib. 7.
Pandere diem discussa nube, dicitur sol. Sen. OEth. 13.
Pati sævum diem. Valer. 8. Argon.
Permittere diem precibus alicujus. Stat. 4. Sylv. 1. 30.
Ponere diem in aliqua re facienda. Cic. de Clar. Orat. 87.
Postulare diem in Siciliam inquirendi. Cic. Act. in Verr. 6. Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem.
Præcipitante in occasum die. Tacit. 3. Hist. 86. Legitur & Præcipiti.
Præfinire diem. Cic. Fam. 37.
Premitur dies vicina nocte, i. e. Vesperascit. Sen. OEdip. 12.
Processit dies. Virg. 3. Æn. 356.
Jamque dies, alterque dies processit, & auræ Vela vocant &c.
Producere diem in 4. Idus Feb. Cic. 2. Q. frat. 7. Dixit Marcellus a me rogatus: honeste discessimus: producta dies est in quartum Idus Februarii.
Proferre diem. Cic. 13. Att. 14.
Projicere diem, est Mori, apud Stat. 2. Theb. 658.
Prolatare diem. Sallust. in Catil. C. 43. Illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.
Promissa dies aderat. Virg. 9. Æn. 107.
Promit sol diem curru & celat. Hor. in Carm. Secul. 9.
Prorogare diem. Cic. 1. Verr. 98.
Raptus a sole dies, i. e. Obscurus & tenebricosus. Stat. 5. Theb. 364.
Reducit aurora diem. Virg. 1. Georg. 249.
Refert sol diem, conditque relatum. Virg. 1. Georg. 458.
Reluxit dies cæco. Tacit. 4. Hist. 81.
Renatus dies. Sen. OEth. 7.
Reserata dies, id est, Aperta. Nox enim diem claudit. Stat. 5. Theb. 479.
Statuere laxam diem. Cic. 6. Att. 1. Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum: si non solverint, ex pactione.
Dies eorum est. Cic. 8. Att. Respondit, &c. alios non solvere, aliorum diem nondum esse. In his exemplis est Dies solutionis.
Sumere diem. Cic. 7. Fam. 24.
Surgens dies. Virg. 3. Georg. 400.

Surgens in medium, Meridies. Lucan. lib. 4. 115.

— donec decresceret umbra
In medium surgente die. h. e. Sole attollente se in medium cœli. Usque ad meridiem, quo tempore breviores sunt umbræ.

Surripere diem. V. SURRIPIO.

Sustinere extremum diem fati. Ovid. 1. Epist. 114.

Terere diem questu. Sen. Herc. 633.

Tollere diem. Diem tollere, putat Budæus idem esse quod Diem eximere, seu extrahere. V. Diem dicendo eximere, In EXIMO. Cic. 3. de Legib. C. 18. Senatori jussa tria sunt. ut adsit: nam gravitatem res habet, quum frequens ordo est. ut loco dicat: id est rogatus. ut modo: ne sit infinitus. Nam brevitas non modo Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. Nec est unquam longa oratione utendum, nisi aut spectante (al. peccante) Senatu (quod fit ambitione sæpissime) nullo magistratu adjuvante, tolli diem utile est: aut quum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum.

Truditur dies die. Hor. 2. Od. 18. 5.

Vendere die. Cato de R. R. Die lanam & agnos vendat. Die, i. e. Quo tempore bene ista vendi possunt. Non enim veretur Cato ne noctu id fiat, sed præcipit ut tempore vendat: ut certo idoneoque tempore commode potius vendantur quam incommode & alieno tempore: ita plus quæstus erit, quam si vendat in vilitate. Hæc Turnebus.

Venire in diem, pro Nasci, sive In lucem prodire dixit Solinus cap. 4. Quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum Cæsar dictus est.

Venit dies. Catul. in Epithal. Juliæ 59. 88.

— nequa fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.

Vergens dies in noctem. Sen. Thyest. 9.

Vesperascente die, sitim haustu gelidæ aquæ sedavit. Tacit. 2. Hist. 34.

Videre diem. Cic. 14. Fam.

Violare diem flatu. Claud. 1. in Ruff. 63.

Umbrare diem telis. Claud. 2. in Ruff. 122.

Dies atri dicebantur, Quibus legiones educere, aut acies cum hostibus committere, vel quicquam Reip. agere, religio non siniebat. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 5.

De superstitiosa observatione dierum apud Rom. vett. aliasque gentes V. Plutarch. Camill. p. 138. item in Quæst. Rom. 25. & Dionys. Halicarnass. Præcept. Rhet. p. 83. E junioribus Casaub. ad Suet. Aug. cap. 92. item in Append. in Othon. cap. 6. & summatim Lex. Pitisc.

Dies legitimi, ut Budæus author est, vocantur, quos nunc Dilationes ordinarias appellant. Dies autem legitimi, secundum Asconium, dabantur viginti ad accusandum, totidemque defensori ad respondendum.

Dierum judicialium, i. e. Certorum, meminit quoque Capitol. in M. Anton. Philos. [Imo Judiciariorum. Videtur enim locus hic esse C. 10. Fastis dies judiciarios addidit; ita ut CCXXX. dies annuos rebus agendis, litibusque disceptandis constitueret.

Diem actionis cedere dicitur, cum Id quod in pactum deductum est, cœpit deberi: etiamsi nondum agi possit, ut quod debetur, præstetur. Diem vero venire, est, quando res incipit perfecte deberi, obligatione, actioneque efficaciter, & vere orta. V. Alciat. ad l. 213. de V. S. Duaren. ad l. 3. de Legat. & Fid. Com. p. m. 482.

Dies actionis exiit, pro Finitum est tempus actioni præscriptum. Paul. in l. Sciendum. D. ex quib. caus. major.

Dies aut festi sunt, aut profesti, aut intercisi. Festi diis dicati sunt, Profesti hominibus, ob administrandam rem privatam, publicamque concessi. Intercisi deorum hominumque communes sunt. Festis insunt sacrificia, ludi, epulæ, feriæ. Profestis, fasti, comitiales, comperendini, stati, præliares. Intercisi, in se, non in alia dividuntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est jus dicere. Fasti dies sunt, quibus licet fari Prætori tria verba, Do, dico, addico. His contrarii sunt Nefasti. Comitiales sunt, quibus cum populo agi licet. Et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest: comitialibus utrunque potest. Comperendini, quibus vadimonium licet dicere. Stati, qui judicii causa cum peregrino instituuntur. Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 16. V. Lex. Pitisc.

DIESCIT, Dies fit: sicut Noctescit, nox fit; quibus solum utimur in tertiis personis absolute, & impersonaliter. Veteres malunt Lucescit, Dilucescit, &c. V. Barth. ad Gu. Briton. p. 495. Rejicit Voss. de vit. Serm. 4. 6. p. 704.

DIETIM, Adv. pro Quotidie vel In singulos dies. Barbarum censetur Vossio ibid. 1. 21. p. 108.

DIECULA, dimin. [ἡμερίδιον] Breve tempus & mora, inquit Asconius. Plaut. Pseud. 1. 5. 88. Ter. And. 4. 2. 27.

Eho tu impudens, non satis habes quod tibi dieculam addo? Ubi Donatus, Dieculam, horam. & est ὑποκόρισμα, dieculam, i. e. tempusculum. & sumitur ab eo quod est Hæc dies.

Diecula, Mora, & quasi Parva dies. Cic. 5. Att. 21. sub fin. Commemorat quid olim mali C. Julius fecerit, quum dieculam duxerit, nunquam Resp. plus. V. Græv. ad h. l.

DIESPITER, [ἡμεροπατὴρ] dicitur Jupiter, i. e. Diei pater, ut ait Varro lib. 4. de L. L. 10. & 8. 46. Serv. ad Æn. 9. 570.

Diespiter igni corusco nubila dividens. Hor. 1. Od. 34. 5. Hoc cognomen Plutoni tribuit Isidorus 8. 11. & Lactant. 1. 14. V. JUPPITER.

DIĀLIS, e, Unius diei. Unde jocus ap. Macrob. 7. Saturn. 3. Tullii in Consulem qui uno tantum die Consulatum peregit: Solent, inquit, esse Flamines diales, modo Consules diales habemus. Conf. supra DIALIS.

DIURNUS, Adj. [ἡμερινὸς] Quod in die fit. Cic. de Senect. 82. An censes (ut de meipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c.

Aqua diurna & nocturna. Paulus in princ. leg. Si prius. D. de aqua pluvia arcend.

Quies diurna & nocturna. Cic. 2. de Lege Agr. 9. Versantur enim Quirites in animo meo multæ & graves cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ neque nocturnæ quietis impartiunt.

Diurna stella. Plaut. Men. 1. 2. 62. Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Spatium diurnum & nocturnum. Cic. 1. de Invent. 39.

Acta urbis diurna. Tacit. 13. Ann. 31.

Scriptura actorum diurna. Tacit. 3. Ann. 3. Non apud authores rerum, non diurna actorum scriptura reperio.

Diurni commentarii, pro Libro, in quo singulorum dierum rationes describuntur. Suet. in Aug. cap. 64.

Diurnum, i. subst. Idem in Claud. cap. 41. extr. Extat talis scriptura, in plerisque libris, ac diurnis, titulisque operum. Juven. 6. Sat. 483. Longi relegit transversa diurni.

Diurna Populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur, ut noscatur quid Thrasea non fecerit. Tacit. 16. Ann. 22. Hic ponitur per ellipsin, pro Actis diurnis Urbis. V. ACTA post AGO.

Diurnum dicitur etiam Quod servis in diem dabatur demensum. Sen. Epist. 80. Diurnum accipit, in centunculo dormit. V. DIARIUM.

DIURNĀLIS, e. Gloss. Lat. Gr. ἡμερήσιος.

DIURNARIUS, ii. m. Theod. Cod. 8. 4. Subscribendarii, Tabularii, Diurnarii, &c.

DIESIS, [δίεσις] Perfusio, percolatio.

Est etiam verbum musicum: significat enim Quum sonus primum sensu percipi potest principiumque est musicis & elementum, ut punctum Geometris & monas Arithmeticis. Arist. 6. Metaph. Bud. Vitruv. 5. 3. & 4. Mart. Capell. 9. p. 315. 316.

DIETĒRIS, [διετία] Tempus duorum annorum, sicut Trieteris, trium annorum, vel certe (ut eleganter docet Censorinus cap. 18.) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinque & viginti mensibus, h. e. ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menses, alter tredecim. Sic etiam Penteteris dicitur tempus hoc duplicatum, h. e. quadriennii spatium: ita dictum, quod quinto quoque anno recurrat.

DIETHUSA, [Διέθουσα] Insula est Thraciæ adjacens, non procul a Cherroneso, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

DIEUCHES, Medici nomen, Plin. lib. 20. cap. 5.

DIU, & DIUTINUS, & DIUTURNUS. V. suo ordine in DIU.

DIUS, pro Dies antique. Plaut. Merc. 5. 2. 21. Non concedam, neque quiescam usquam noctu, neque inter dius. Citat & Nonius 2. 230. Diu pro Die ex Titinnio & Plaut. Negat vero a recto casu Dius esse Scalig. ad Fest. v. Dium. V. INTERDIU.

## D I F

DIFFĀMO, [διαφημίζω] āre. Tacit. 15. Ann. 49. A Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.

Adulterium diffamatum. Ovid. 4. Met. 236.

In bonam partem. August. usus est de Moribus Eccles. Cathol. cap. 14. de Deo loquens: Quanto melius atque diffusius diffamatur, tanto diligitur & amatur ardentius. V. DEFAMO.

DIFFAMATIO, onis. f. Violatio famæ. Augustin. Quæst. vet. Test.

DIFFAMATOR, oris. m. in Cod.

DIFFAMIA, æ. f. Damnum famæ. August. l. c.

DIFFARREATIO, Sacrificii genus, quod apud antiquos inter virum & uxorem fiebat, quasi Dissolutio: dicta Diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito. Hujus contrarium est Confarreatio. Festus. conf. Lex. Pitisc.

DIFFERCIO, si, tum, [πληρόω] īre. a simplici Farcire; Implere significat. Hor. 1. Epist. 6. 158.

Differtum transire forum. Idem 1. Sat. 5. 4.
Odoribus differtum corpus conditur. Tacit. 16. Ann. 6. 3. De Poppæa.

DIFFĔRO, distŭli, dilātum, [διαφέρω] differre. In diversas partes ferre. Plaut. Rud. 2. 3. 39. Nos cum scapha tempestas dextroversum differt.

Differre, pro Diducere. Hor. Epod. 10. 6.

Niger rudentes Eurus, inverso mari,
Fractosque remos differat. h. e. Cessare faciat. Acron. Non male tamen exposueris, huc illuc disjiciat, dissipet, in diversas partes ferat.

Aquilo differt nubila. Virg. 3. Georg. 197. Id est, Dissipat. Servius.

Differre, pro Distrahere, huc illuc ferre. Hor. Epod. 5. 99.

Post insepulta membra different lupi,
Et Esquilinæ alites.

Castra in plano sita, vi fluminis differebantur, h. e. jactabantur. Tacit. 5. Hist. 23. extr.

Differre, [μεταφυτεύω] pro Auferre, extrahere, & alio transferre. Varro 1. de R. R. cap. 4. Cythisum seritur in terra bene subacta, tanquam semen brassicæ: inde differtur, & in sesquipedem ponitur. Columel. lib. 11. cap. ult. Rutam Autumno semine satam, mense Martio differre oportet in apricum, & cinerem aggerare, runcarique donec convalescat. Differre, i. e. Transplantare. Paulo post, Beta, florente Punico malo, semine obruitur, & simul atque quinque foliorum est, ut brassica, differtur; æstate, si riguus est hortus, at si siccaneus, autumno, cum jam pluviæ incesserint, disponi debebit.

Differre ulmos in versum, pro In ordinem mittere vel ponere. Virg. 4. Georg. 144.

Ille etiam seras in versum distulit ulmos. hoc est, Transtulit. Servius.

Differre aliquem, Disturbare, & in diversum ferre, inquit Donatus. Ter. And. 2. 4. 5. Orationem sperat invenisse se, qua differat te. Plaut. Pseud. 1. 3. 125. Jam ego te differam dictis meis.

Variis rumoribus aliquid differre. Tacit. 1. Ann. 4. 2. Pars multo maxima imminenteis dominos variis rumoribus differebant.

Differre rumorem, [διαφημίζειν] pro Divulgare, inquit Donatus. Ter. in prol. Heaut. 15. Nam quod rumores distulerunt malevoli, &c. Remittit h. l. ad marginem Thesauri Paris. H. St.

Differre famam aliquam alicui. Plaut. Trin. 3. 2. 63.

— nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leves: sed ut inops
Infamisve sim, ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis, quam in matrimonium.

Differre, Distare [διαφέρειν]: cui contrarium est Idem esse. Varie autem construitur.

Differunt inter se, & Copulata sunt, contraria. Cic. 4. Tusc. 4. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt.

Differre,

Differre, & Idem esse, contraria. Cic. 1. de Invent. 40. Quare quum genere idem sit, fit aliud quod parte quadam & specie, ut diximus, differat.
Differre, & Similes esse, contraria. Cic. 2. de Orat. 94. Itaque & illi Theopompi, Ephori, Phylisti, Naucratæ, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt inter sese.
Distare & differre. Cic. Topic. 34. Quanquam enim vocabula prope idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt.
Interesse & differre. Cic. 3. de Orat. 195. Mirabile est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum & rudem, quam non multum differat in judicando.
Differre a. Plaut. Trucul. 3. 2. 18. Cic. pro Cæcin. 39. Qui hoc ab illo differt? Sic Differre plurimum a bestiis, Cic. 2. de Fin.
A cæteris differt robore. Plin. in quadam Epist. Sic Differre vestitu ab aliquo. Cic. 8. Philipp. 32. Et sine Præpositione, ut Conchæ conchis differunt. Plin. 9. 35.
In candore differunt. Plin. lib. 9. cap. 35.
Inter se differunt. Cic. 3. Verr. Ea res, quam ego dico, & ea quam tu fecisti, inter se genere injuriæ, non magnitudine pecuniæ differat. Idem 3. de Fin. 33. Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt.
Inter locum & locum multa plurimum differunt. Cic. de Fato 7. Inter locorum naturas quantum intersit videmus, alios esse salubres, alios esse pestilentes, in aliis pituitosos, & quasi redundantes, in aliis excitatos atque aridos, multaque sunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.
Nihil, aut non fere multum differunt ætates vestræ. Cic. de Clar. Orat. 150.
Nominibus differre. Cic. 1. Acad.
Paulum differre. V. PAULUM.
Paulum pedibus simiæ differunt. Plin. lib. 11. cap. 44.
Res cum re differt. Cic. 2. de Invent. 51. Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur, ut non idem videatur de utraque existimari oportere.
Titulo differre. Ovid. 1. de Ponto 1. 17.
Rebus idem, titulo differt.
Differre, [ἀναβάλλειν, ὑπερτίθεσθαι] Prorogare, & spatium temporis extendere vel potius in aliud tempus remittere. Martial. lib. 10. 44.
Gaudia tu differs, at non & stamina differt Atropos.
Differre & procrastinare. Cic. pro Rosc. Amer. 26. Primo rem differre quotidie ac procrastinare isti cœperunt.
Differre & reservare. Cic. 2. Q. frat. 9. Sed cætera (ut scribis) præsenti sermoni reserventur: hoc tamen non queo differre.
Ad aliquod tempus aliquid differre. Cic. in Vatin. 28. Tua fraus, tuum maleficium, tuum scelus illud est, te id quod promulgasses misericordiæ nomine, ad crudelitatis tempus distulisse.
In annum differre aliquid. Hor. 1. Epist. 2. 39.
— differs curandi tempus in annum.
Differre in posterum diem, in aliud tempus, in mensem. Cæs. 7. Bell. Gall. 11. Martial. lib. 7. 94. Cic. 10. Fam. 12. & lib. 5. 12. Differre aliquem. Martial. lib. 13. 55. De Petasone.
Musteus est: propera, charos nec differ amicos. q. d. Dum recens est petaso, amicos vocare propera.
Aliquem in aliud tempus differre. Cic. 5. Fam. 12. Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar.
Differre in alium sermonem. Cic. de Univers.
In posterum sermonem differre. Cic. 8. Att. 205.
Distulit in seram commissa piacula mortem. Virg. 11. Æn. 569.
In ultimum differre aliquid. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Animum differre, i. e. Iram & impetum. Stat. 5. Theb.
— differte animos, festinaque tela
Ponite.
Bellum differre. Lucan. lib. 3. 52.
Certamina differre. Ovid. 6. Met. 53.
Diem de die. Liv. 5. Bell. Pun. Quum is diem de die differret.
Diem edicti differre. Cic. 3. Philipp. 20. Diem edicti obire neglexit, & ante diem quartum Calendarum Decembris distulit.
Disputationem differre in adventum alicujus. Cic. 2. Fam. 2. Quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo.
Dolorem differre. Lucan. lib. 2. 39.
Nunc laniate comas, neve hunc differte dolorem.
Gaudia sua differre. Ovid. 6. Met. 514.
Honorem. Plin. in Paneg. Magnum est differre honorem, gloriam majus.
Iter differre. Claud. de Sext. Conf. Hon. 459.
Mandata differre. Propert. 3. 16.
At si distulero nostro mandata timore, &c.
Mortem differre per multa secula, i. e. Vivere multa secula. Juvenal. 10. Sat.
Opus differre. Ovid. 1. Fast. 74.
Paulisper differre. V. PAULISPER.
Pœnam differre. Claud. de Bell. Get. 394.
Se differre in horas venturas. Ovid. 1. de Rem. Amor. 93.
Sitim differre. Plin. 1. Epist. 22. Mirareris si interesses, qua patientia hanc ipsam valetudinem toleret, ut dolori resistat, ut sitim differat, ut incredibilem febrium ardorem immotus opertusque transmittat.
Sitim distulit ira. Ovid. 6. Met. 366.
Tempus in aliqua causa differre. Cic. 4. de Divin. In hac mea causa tempus dilaturum putas?
Tempora differre. Ovid. 9. Met. 724.
Vadimonia differre. Jus dicentium magistratuum erat, nec nisi magnis ex causis fiebat, ut in luctu publico & ubi justitium indicebatur, & hujusmodi causis. Juven. 3. Sat.
Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Prætor. Hæc Budæus.
Erat etiam litigatorum. Cic. pro Quintio 23. Deinde Romæ dies xxx. fere Quintius commoratur: cum cæteris quæ habebat vadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficisci posset. Idem. 2. Att. 7. In hominem ire cupiebam, non mehercule. ut differrem cum eo vadimonium; nam mira sum alacritate ad litigandum.
Distulerunt vadimonia chartæ, per translationem. Martial. lib. 8. 67.
Cum modo distulerint raucæ vadimonia chartæ. Alii legunt Ceræ, i. e. libelli forenses. Distulerint vadimonia, i. e. Peregerint judicia. Domitius. [Vadimonia dilata dixit, poetica licentia, cum vix transactum esse jurisdictioni ac litibus audiendis destinatum tempus intelligi vellet.
DIFFERŎR, dilatus sum, differri. pass.
Differri, & Differri doloribus, idem. Plaut. Cistel. 2. 1. 5. Miser exanimor, feror, differor, distrahor, diripior &c. Ter. Adel. 3. 4. 40. Miseram me, differor doloribus, i. e. Divellor, discrucior, dilaceror. Donatus.
Differri amore vel cupiditate, aut lætitia. Plaut. Mil. 4. 4. 27. Item in Trucul. 4. 1. 3. Dii magni ut ego lætus sum, & lætitia differor.
Invidia differri æterna. i. e. Traduci. Propert. 1. 16. 48.
DIFFĔRENS, [διαφέρων] Partic. Cic. de Fato 8. Quoniam igitur, inquit, tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas?
Differens, & Congruens, contraria. Cic. 1. de Legib. 38. Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes re, genere docendi paulum differentes, secuti sunt.
Differens & Par, contraria. Cic. 1. de Legib. 30. Etenim ratio, qua una præstamus belluis, &c. certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par.
Differens subst. Quatenus Proprio opponitur. Quintil. l. 6. C. 3. p. 549. & l. 7. C. 3. p. 620. Burm.
DIFFERENTER, Adv. Solinus cap. 1. Inseruimus etiam pleraque differenter congruentia.
DIFFERENTIA, æ. f. [διαφορά] Cic. 4. Acad. Quod videretur esse quædam in visis differentia.
Differentia & dissimilitudo in rebus. Cic. 5. de Fin. 19. Ita fit ut quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo.
Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5. Ita odor colorque duplex, & alius calycis, alius staminis, differentia angusta.
Differentia, pro Dilatione. Citatur ex Quintil. lib. 7. Sed vereor ut recte.
DIFFERITAS, ātis. f. Idem. Lucret. lib. 4. 640.
Tantaque in his rebus distantia, differitasque est. Arnob. lib. 2. p. 54.
DILĀTUS, [ἀναβεβλημένος] Partic. Cic. 2. Verr. 75. Quasi metueret ne Petilius privato illo judicio transacto, aut dilato, cum cæteris in consilium reverteretur.
Merces dilata officiis, Officia non statim compensata. Claud. de Mall. Theod. Conf. 256.
Pœna dilata in tempus mortis. Ovid. 3. Trist. 3. 33.
Vindicta dilata. Ovid. 12. Met. 8.
Pars laborum dilata. Ovid. 3. Met. 174.
DILATIO, ōnis. f. [ἀναβολή] Prorogatio. Plin. lib. 18. cap. 2. Nec ulla segetum minus dilationem patitur.
Comitiorum. Cic. 2. Att. 30. & pro Lege Manil.
Temporis dilatio. Cic. 3. Philipp. 2. Quæ est igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis?
Dilationem non patitur. Liv. 21. 52.
Petere dilationem. Plin. Epist. 18. Scribis te perterritum somnio: vereri, nequid adversi in actione patiaris. Hinc rogas ut dilationem petam, & pauculos dies.
Per dilationes bellum gerere, i. e. Pedetentim & per intervalla. Liv. lib. 5.
DILATOR, ōris. m. [ἀναβλητής] Hor. in Arte Poet. 172. de senibus,
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri.
DILATORIUS, a, um. Adj. ut Exceptiones dilatoriæ. Ulpian. in l. 2. D. de exceptione. & Cajus in l. 3. eod. tit.
DIFFIBŬLO, [ἀποπορπόω] āre. est Fibulis dissolvere. Stat. 6. Theb. 570.
Tandem expectatus volucri super agmina saltu
Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro. De Parthenopæo Atalantes filio, qui abjecta chlamyde ad cursus certamen se parabat.
DIFFICĬLIS, e. [χαλεπός, ἀργαλέος, δυσχερής, δύσκολος, ἀμήχανος] Ter. Heaut. 4. 2. 8.
Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit. Idem. And. 1. 3. Cui verba dare difficile est.
Nec grave, nec difficile. Cic. 2. de Invent. 130. Nec fuisse ei grave, nec difficile, eam causam excipere, quam adversarii proferant.
Aditus difficiles. Ovid. de Rem. Amor. 120.
Amor difficillimus & carissimus ab meretrice avara. Ter. Eun. 5. 4. 4.
Fervens difficili bile tumet jecur. Hor. 1. Od. 13. 4.
Homo difficilis, Morosus, vel Qui non facile obsequitur roganti. Ter. Heaut. 3. 2. 24.
Atque hunc difficilem invitum servaret senem. Cic. de Senect. 7. Moderati enim, nec difficiles senes.
Difficilis & morosus. Cic. in Orat. 104. Ut usque eo difficiles ac morosi simus.
Janua difficilis filo est inventa relecto. Ovid. 8. Met. 173.
Labor difficilis. Ovid. 2. de Arte Am. 538.
Locus scopulosus, difficilisque. Cic. Div. in Verr. 36.
Nugæ difficiles. Martial. lib. 2. 86.
Obitus difficiles, i. e. Mors ægre quæsita. Virg. 4. Æn. 694.
Parens difficilis in liberos. Cic. 3. de Nat. Deor. 72.
Parentem habere avarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. Ex quodam poeta.
Res arduæ & difficiles. Cic. 2. de Invent. 16.
Res contortæ & difficiles. Cic. 1. de Orat. 250.
Res difficilis & multum sæpe quæsita. Cic. 3. de Legib. 33.
Res difficiles & obscuræ. Cic. 1. Off. 19.
Res obscura, & difficiles explicatus habens. Cic. 3. de Nat. Deor. 94. Hæc fere dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset obscura, & quam difficiles explicatus haberet.

Scopuli

Scopuli difficiles. Virg. 5. Æn. 865.
Jamque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat,
Difficiles quondam.
Tempus Reip. difficillimum. Cic. 5. Philipp. 36. & Difficillimum ſolutionis tempus, Cic. pro Cæcin. 11.
Terræ difficiles primum, collesque maligni, Virg. 2. Georg. h. e. Contumaces & duræ.
Tranſitus difficilis. Cæſ. 6. Bell. Gall. 6. Erat inter Labienum atque hoſtem difficili tranſitu flumen, ripisque præruptis. Sic difficilis locus, Salluſt. in Jugurth. Cæſ. 8. Bell. Gall. 40. pro Impedito.
Via difficilis. Ovid. 3. Amor. 12. 227.
Alicujus precibus eſſe difficilem. Ovid. 2. de Ponto. 2. 20.
Aditu difficilis provincia. Tacit. lib. 11.
Collectu difficilis. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipſe frutex gignitur in planis, ſed denſiſſimis in vepribus rubisque, difficilis collectu.
Dictu difficile. Cic. 1. Fam. 7. Quod ſcire vis qua quisque in te fide ſit, & voluntate, difficile dictu eſt.
Dicere eſt difficile. Cic. 4. Acad. Ut difficile ſit de temeritate eorum, perinde ut cauſa poſtulat, dicere.
Eſt difficile ad fidem tam in antiqua re, quot pugnaverint, ceciderintve, exacto affirmare numero. Liv. 3.
Res difficilis ad credendum. Lucret. lib. 2. 1026.
Difficile ad eloquendum. Cic. 1. Off. 126. Difficilius eſt ad eloquendum, ſed ſatis erit intelligi.
Difficul antiqui dicebant pro Difficile. unde Difficultas videtur ducta. Author eſt Nonius. 2. 331. qui adducit teſtimonium Varronis Bimargo. Quod utrum ſit, magnum, an parvum, facul an difficul. V. Facul in FACILIS.

DIFFICULTAS, ātis. [χαλεπότης, δυσεργία, δυσκολία, δυσχέρεια] Plaut. Epid. 2. 2. 105. Nequa ob eam ſuſpicionem difficultas eveniat.
Difficultas & dolor. Cic. 8. Att. 3. In utraque enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor.
Difficultas & labor. Cic. pro Cluent. 2. Proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura.
Difficultas & magnitudo rei. Cic. 1. de Orat. 16. Quid enim aliud in maxima diſcentium multitudine, &c. eſſe cauſæ putet, niſi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem?
Dicitur res aliqua eſſe Magnæ diffic. vel Ingentis. Quod ipſum ingentis difficultatis erat. Livius l. 44. de Perſeo loq. p. 559. edit. Feyrab. H. St. Eſt C. 6. ſub fin.
Pericula & difficultates. Cic. Antequam iret in exil. 11. Si Quirites eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus, &c.
Domeſtica difficultas & turpitudo. Cic. 1. in Catil. 14. Ad illa venio, quæ non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem, ſed ad ſummam Reipub. atque omnium noſtrûm vitam, ſalutemque pertinent.
Maxima difficultas quod. Plin. Epiſt. 157. Una, ſed maxima difficultas, quod hæc æquare dicendo arduum.
Nulla difficultas a me erit vobis, &c. Ter. Hec. 4. 4. 45.
Nummaria difficultas, & rei nummariæ, i. e. Paupertas, ut ait Aſconius: & inopia. Cic. 4. Verr. 11. Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit. Idem 2. Verr. 69. Et ſimul oſtendit, ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria. V. NUMMUS.
Summa difficultas ob rem aliquam. Cæſ. 4. Bell. Gall. 24. Erat ob has cauſas ſumma difficultas, quod naves propter magnitudinem, niſi in alto conſtitui non poterant, &c.
Annonæ difficultas, ſummaque inopia rei frumentariæ. Cic. pro Domo ſua 12.
Corporis difficultas. Celſus lib. 2. cap. 2. ad fin. Nunquid ſæpius horum aliquid eveniat, ac neque ideo corporis ulla difficultas ſubſequatur.
Locorum difficultates eluctatus. V. ELUCTOR. H. St.
Spirandi difficultas. Celſus lib. 2. cap. 1. ad finem, Obeſi plerunque acutis morbis & difficultate ſpirandi ſtrangulantur, ſubitoque ſæpe moriuntur. Quod in corpore tenuiore vix evenit. Sic Plin. lib. 20. cap. 17.
Spiritus difficultas. Celſ. lib. 5. cap. 25. 3. Sive autem capitis dolores, ſive ulcera, ſive lippitudo, ſive dentes, ſive ſpiritus difficultas, ſive inteſtinorum tormenta, &c.
Urinæ difficultas. Plin. lib. 20. cap. 11. Difficultatibus urinæ ſemen ejus decoctum ex mulſo potum medetur.
Nullis difficultatibus Pop. Rom. & Navium difficultas. Cic. 5. Verr. 50. Quod tum recentibus ſuis officiis, integra re, nullis Pop. Rom. difficultatibus a majoribus noſtris fœdere aſſequi potuerunt, id nunc nullo officio ſuo tot annis poſt, jure imperii noſtri quotannis uſurpatum ac ſemper retentum, ſumma in difficultate navium, a C. Verre pretio aſſecuti ſunt.
Abſunt a nobis hæ difficultates. V. ABSUM.
Affectata difficultas. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Afferre difficultatem magnam voluntati ac diligentiæ alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1. V. AFFERO.
Affert ſummam rei difficultatem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Afficere difficultate. V. AFFICIO.
Affici atque affligi difficultatibus. Cic. pro Quint. 10. Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, &c.
Circunventus difficultatibus. V. CIRCUNVENIO.
Conflictatus multis per eos dies difficultatibus. Liv. lib. 10. Decad. 4.
Delabi in difficultates aliquas. Cic. de Fato 59. Dum autem verbis utitur ſuis, delabitur in eas difficultates.
Exorbere difficultatem. Cic. pro Muren. 19. Præſto fuit multis, multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit.
Habere difficultatem. Cic. 13. Att. 33. De nomine tu videbis cum Cuſpio: ſed ſi Plancus deſtinat, tum haberes difficultatem.
Incurrere in magnam aliquam difficultatem. Cic. 4. Fam. 2. Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. V. INCURRO.
Infringere difficultatem alicujus rei. V. INFRINGO.
Perrumpere difficultatem. V. PERRUMPO.
Pertimeſcere difficultatem alicujus rei. Cic. 1. de Orat. 120. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis hominumque pertimeſcit.

DIFFICILE, Adv. [χαλεπῶς, δυσκόλως, δυσχερῶς] Plin. lib. 27. cap. 12. Cic. 2. de Invent. 169. Difficile autem fieri, quod quanquam laboris, ſumptus, moleſtiæ, longinquitatis indiget, &c. Vell. 2. 63. 3. ſibi difficile conſentiens.

DIFFICULTER, difficilius, difficillĭme. Adv. uſitatius. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & avide hauſta, & in æſtate, quam hyeme difficilius.
Difficulter atque ægre fiebat. Cæſ. 1. Bell. Civil. 62. Huc jam rem deduxerat, ut Equites, etſi difficulter atque ægre fiebat, poſſent tamen atque auderent flumen tranſire.
Difficulter ambulare. Plin. lib. 10. cap. 19.
Haud difficulter perſuadere Latinis. Liv. 1.
Difficillime. Plin. lib. 16. cap. 33. Cupreſſus advena, & difficillime naſcentium fuit.

DIFFICILĬTER, Non dici, docet Valla in Poggium: legitur tamen apud Columellam (ni mendoſus ſit locus) lib. 5. cap. 3. His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficiliter menſuras inibimus agrorum.
Difficiliter internoſcere aliquid. Cic. 4. Acad. 49. Cur non etiam ut valde veriſimile? cur deinde non ut difficiliter a vero internoſcatur? Et ſtatim, Quomodo autem ſumis, ut ſiquid, cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur ut etiam difficiliter internoſci poſſit?

DIFFICULTO, are. Gloſſ. Gr. Lat. δυσκολαίνω.

DIFFĪDO, īſus ſum vel fui, īſum, [ἀπιστέω] ĕre. Credulitatem deponere, ſive Deſperare.
Diffidere ſibi. Plaut. Rud. prol. 82.
Valete, ut hoſtes veſtri diffidant ſibi.
Diffidere alicui. Cic. 4. Fam. 5. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere.
Defatigari, & diffidere in prohibendis malis. Cic. 16. Fam. 17. Te Cicero rogo atque hortor, ne defatigêre, neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis.
Dubitare, & ſibi ipſi diffidere. Cic. 2. de Divin. 8. Quæram omnia dubitans plerunque, & mihi ipſe diffidens.
Jacêre, & diffidere, Deſtitutum ſpe eſſe. Cic. pro Muren. 45. Videsne tu illum triſtem, demiſſum? jacet, diffidit, abjecit haſtas.
Dictis alicujus diffidere. Lucret. lib. 1. 268.
Ingeniis diffidere. Cic. pro Roſc. Amer.
Memoriæ diffidere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Perpetuitati bonorum ſuorum diffidere. Cic. 2. de Fin. 86. Qui autem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer.
Rebus ſuis diffidere. Liv. 1. 2.
Sententiæ alicui diffidere. Cic. 5. Tuſc. 3.
Sibi, ac ſuis diffidere fortunis. Cic. Antequam iret in exil. 12.
De aliquo diffidere. Cic. 12. Att. 42. De Othone diffido fortaſſe, quia cupio.
Diffido poſſe. Cic. in Orat. 97. Sed hanc eloquentiam, quæ curſu magno, ſonituque ferretur, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Idem 1. Q. frat. 1. Ut rem poſſe confici non diffiderem. Idem 4. Acad. Invenire ſe poſſe quod cuperent diffiſi ſint.
Diffidere cauſæ alic. Quintil. Decl. 287. Omnes dixiſſent, cauſæ patris diffidiſſet vir fortis. [Sed locus vix ſanus eſt. V. not. Videtur legendum ac diſtinguendum hoc modo: Omnes dixiſſent, cauſæ patris diffidiſſe. Vir fortis nihil aliud egiſſem quidem &c. vel Et vir fortis.
Diffidere, cum participio. Cæſ. 6. Bell. Gall. 36. Diffidens Cæſarem de numero dierum fidem ſervaturum. Id eſt, ut Cæſar ſervaret quod promiſerat de ſuo reditu.

DIFFĪSUS, Partic. [ἀπιστήσας] ut, Diffiſus fidei alicujus. Cic. Act. in Verr.
Ingenio ſuo diffiſus. Cic. pro Muren. 63. Fatebor enim Cato me quoque in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quæſiſſe adjumenta doctrinæ.
Diffiſus viribus. Lucan. lib. 4. 145.

DIFFIDENS, entis. Partic. [ἀπιστῶν] Qui deſperat. Plaut. Merc. 5. 2. 15. Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. Idem Epid. 1. 2. 9.
Diffidens & deſperans rebus ſuis. Cic. in Piſon. 88.

DIFFIDENTER, Adv. [ἀπίστως] Cic. pro Cluent. 4. Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide & diffidenter attingere. Liv. 2. Bell. Maced. Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus, modo egerit.

DIFFIDENTIA, æ. [ἀπιστία] Cui oppoſitum eſt Fidentia & Confidentia. Cic. 4. Tuſc. 80. Et ſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio gravis non temere aſſentiens, metus quoque eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Invent. 165.

DIFFINDO, ĭdi, iſſum, [διασχίζω] ĕre. In diverſas partes findere. Virg. 9. Æn. 589.
Et media adverſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
— diffidit urbium Portas vir Macedo. Hor. 3. Od. 16. 16.
Diffindere in longitudinem. Cic. de Univerſ. 21. Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem, in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam, quaſi decuſſavit.
Diem diffindere. Gell. lib. 13. cap. 1. Liv. 9. 38. C. Papirius Junium Bubulcum magiſtrum Equitum dixit, atque ei legem Curiatam de imperio ferenti, triſte omen, diem diffidit. Quibus ex locis conjicere facile poſſumus diffindere diem id eſſe aut olim fuiſſe, quod nos rem in craſtinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, id eſt res in poſterum diem rejiciebatur: aut comperendinabatur, id eſt in tertium diem differebatur: aut judex non liquere pronuntiabat. Ulpian. l. 2. Siquis cautionibus, Et ideo etiam Lex XII. TAB. ſi judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum. Budæus. [Immo V. Schol. Horat. ad Serm. 2. 1. 79. Polit. Miſc. C. 41. Bud. in Pand. p. 128. ed. Epiſcop. qui potius Diffundere perperam legendum contendit.
Medium diffindere. Cato cap. 41. Vitem ſic inſerito, præcidito quam inſeres, eamque mediam diffindito per medullam.
Minute diffindit humum. Columel. lib. 2. cap. 4. Quædam exemplaria legunt diffundit.

Ramus diffissus. Varro 1. de R. R. cap. 40.
Saxum diffissum. Cic. 1. de Divin. 23.

DIFFISIO, ōnis. Prorogatio, dilatio. Gell. 14. 2. In rerum Diffisionibus & comperendinationibus. Ubi V. Gronov.

DIFFINGO, inxi, ictum, [μεταπλάττω, διαμορφόω] ĕre. Corrumpere & destruere quod fictum & formatum est. Hor. 1. Od. 35. 39.
— o utinam nova
Incude diffingas retusum in
Massagetas, Arabasque ferrum. Quidam hic interpretantur, In novam formam fingere. Sic enim ait Acron, Diffingas, confusum reformes. Nam sicut fingere, formare dicitur: sic & diffingere, est Quassatum reformare. Non retusum in Massagetas (ait Porphyrio) accipiendum, sed in Massagetas diffingas. Sensus enim est, ut ferrum quod retudimus in corporibus nostrorum bello civili, diffingas, id est refabrices adversus barbaros. Retusum, civilibus bellis hebetatum. [Defingas legit Cuning. cum quibusd. codd.] Idem Hor. 2. Sat. 1. 79.
— equidem nihil hinc diffingere possum. i. e. Non possum negare, rem sic se habere.
Diffingere, infectumque reddere. Hor. 3. Od. 29. 47. — neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. i. e. Confundet, immutabit, sive convellet. Acron.

DIFFITEOR, [ἀπαρνοῦμαι] ēri. Infitiari, Negare. Cic. 10. Fam. 7. Itaque nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore. Ovid. 3. Amor. 13. 28.
Et pudor obscœnum diffiteatur opus. Et Quintil. lib. 6. Quid diffitendum?

DIFFLETUS, a, um. Apul. lib. 1. Milef. p. 104. Diffletis pene ad extremam cæcitatem oculis.

DIFFLO, [διαπνέω] āre. Flatu prosternere, sive disturbare. Plaut. Mil. 1. 1. 17. Cujus tu legiones difflasti spiritu, quasi ventus folia.

DIFFLOR, ari. pass. Solinus cap. 13. Ara est in cacumine Jovi dicata, cujus altaribus siqua de extis inferuntur, nec difflantur ventosis spiritibus, nec pluviis diluuntur.
Odor difflatur, i. e. Dissipatur, diffunditur. Virg. in Rosis, seu (ut alii malunt) Ausonius,
Forsan & unus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur, spirat proximus iste magis.

DIFFLUO, xi, xum, [διαῤῥέω] ĕre. In diversas partes fluere. Humor diffluit. Lucret. lib. 3. 436.
— quoniam quassatis undique vasis
Diffluere humorem & laticem discedere cernis. &c.
Sudore diffluere, quod Celso Sudore digeri. Plin. lib. 21. cap. 13. Qui edere, abjiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. De melle venenato.
Diffluere otio, sive luxuria, sive lascivia: veluti Laxis habenis quadam luxuria lascivire, luxuriari, prodigum esse. Cic. 1. Off. 106. Idem 3. de Orat. 129. Illi nati in literis, ardentesque his studiis, otio diffluentes, non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem & traditum & suum conservaverint.
Animus diffluit luxuria & lascivia. Ter. Heaut. 5. 1. 71.
— ut ejus animum, qui nunc luxuria & lascivia
Diffluit, retundam, redigam, ut quo se vortat, nesciat.

DIFFLUENS, Partic. [διαῤῥέων] Diffluens ac solutum. Cic. in Orat. 133. Aut si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque ordine verborum paulum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum.

DIFFLUUS, a, um. Idem apud Attilium Fortunat.

DIFFLUENTIA, æ. apud August.

DIFFRINGO, ēgi, actum, [καταγνύω] ĕre. In varias partes frangere. Plaut. Asin. 2. 4. 68. Crura hercle diffringentur.

DIFFŬGIO, ūgi, itum, (διαφεύγω) ĕre. Huc & illuc fugere. Cic. 3. Off. 114. Qui periculo mortis diffugissent. Cæs. 8. Bell. Gall. 35. Ii repentino malo perterriti diffugiunt ad sua præsidia.
Nives diffugēre. Hor. 4. Od. 7. 1.
Stellæ diffugiunt. Ovid. 2. Met. 114.
Terrores animi diffugiunt. Lucret. lib. 3. 16.
Diffugere ex castris. Hirt. Bell. Afr. Idem significat quod Fugere.
Diffugere domum. Liv. 8. Bell. Pun. In proximas delapsi sylvas, inde domos diffugerunt.
Diffugere, pro Vitare. Cic. 3. Verr. Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam. [Nisi legend. Defugerunt.
Diffugere, idem quod Refugere, & renuere. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Nec tamen diffugio, quin dicam quæ scio de suillo pecore. Correctiora exemplaria habent Defugio.

DIFFUGIUM, ii. [διαφυγή] Tacit. 1. Hist. 39. 4. Turbavere consilium trepidi nuntii ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres &c.

DIFFULMĬNO, āre. Sil. lib. 5. 277.
— furit, & diffulminat omnem
Obstantum turbam. h. e. Dissipat instar fulminis. [Vel potius instar apri, qui ut ait Ovid.
Fulmineo celeres dissipat ore canes.

DIFFUNDO, ūdi, ūsum, [διαπετάννυμι, διαχέω] ĕre. Spargere. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.
Undantique animam diffundit in arma cruore. Virg. 10. Æn. 908. h. e. Effundit animam & vitam una cum cruore.
Anima diffunditur. Lucret. lib. 3. 438.
Animum alicujus diffundere, est Exhilarare aliquem. Ovid. 1. de Arte Am. 218.
Diffundetque animos omnibus ista dies.
Comam diffundere ventis dare. Virg. 1. Æn. 319.
Crimen paucorum diffundere in omnes. Ovid. 3. de Arte Am. 9.
Dolorem diffundere. Ovid. 9. Met. 142.
Iram flendo. Ovid. 8. Epist. 61. i. e. Egerere. V. Burm. ad l.
Jubar aquis. Valer. 3. Argon. 560. i. e. Splendorem late spargere.
In latitudinem se diffundit lactuca. Columel. lib. 11. cap. 3.

In maria interiora diffunditur Atlanticus Oceanus. Plin. lib. 3. in Proœm.
In ora virum passim diffundere aliquid. Virg. 4. Æn. 195.
Morbus diffunditur a capite. Plin. Epist. 87. Utque in corporibus, sic in imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur.
Oratio diffunditur in immensum. Plin. in Paneg. Quo fit ut prope in immensum diffundatur oratio mea, & necdum de biennio loquor.
Vinum diffundere, E dolio in diversos cados fundere. Ovid. 5. Fast. 517.
Quæque puer quondam primis diffuderat annis,
Promptit fumoso condita vina cado. Plin. lib. 14. cap. 14. V. Vinum in dolio placens, In VINUM. & infra Diffusum vinum, & Hard. ad loc.
Semen terra diffundit. Cic. de Senect. 51. Deinde tepefactum vapore & complexu suo, diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. Diffindit legit Guilielm. probante Grut.
Virtus diffunditur & contrahitur. Cic. de Amicit. 48. Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandam volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. h. e. Gaudio afficiatur, & tristitia.
Vim suam diffundere longe lateque. Cic. 1. de Divin. 79.
Vitem Diffundere in orbem. Columel. lib. 5. cap. 5. Atque ita totam vitem omni parte in orbem diffundi.
Vultum diffundere, est Lætum & hilarem exhibere se. Ovid. 4. de Ponto 4. 9. Idem 14. Met. 272.
Vastis ramis diffunditur ficus in India. Plin. lib. 12. cap. 5. Et Cic. 1. de Orat. 28. Diffusa ramis patulis platanus.

DIFFŪSUS, Partic. [διακεχυθείς] In omnes partes fusus, ut Cic. 3. de Orat. 199. Non fuco illitus, sed sanguine diffusus color.
Campi diffusi. Martial. lib. 3. 31.
Comæ diffusæ. Ovid. 5. Epist. 114.
Error diffusus longe lateque. Cic. 2. de Fin. 115.
Jus civile diffusum & dissipatum. Cic. 2. de Orat. 142. Est enim heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se jus civile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum.
Laus alicujus longe lateque diffusa. V. LAUS.
Large diffuso lumine ridet Æther. Lucret. lib. 3. 22.
Prædia vel Patrimonia late diffusa diversis disjunctisque in locis sita. Paul. l. Decreto. 24. D. de Adm. Tut. Imper. l. Testam. 11. 6. de Exc. Tutor. & Ulpian. in l. 1. §. Si quis in Villa. D. de S. C.
Sinus diffusa Sidereos. Valer. 2. Argon. 104. de Venere.
Sus diffusa. Plin. lib. 16. cap. 6. sub fin. i. e. Pinguis.
Vinum diffusum, h. e. Transvasatum quod dicitur. Veteribus enim mos erat primum in cuppis vinum per aliquod tempus relinquere, donec deferbuisset. deinde vero in cados & dolia diffundere. unde Diffusum vinum appellatur. Cic. 2. de Fin. 23. V. supra in ipso verbo.
Vox diffusa per auras. Lucret. lib. 4. 573.
Vultus diffusus. Stat. 4. Sylv. 2.
Compar. Diffusiora consepta non solum pluris ædificamus, sed etiam impensis majoribus tuemur. Columel. lib. 1. cap. 4.
Diffusius meritum. Plin. in Paneg. Adjice quod imperatoris nostri non aliud amplius ac diffusius meritum est, quam quod insectari malos principes tutum est.

DIFFŪSE, Adv. [διακεχυμένως] Cic. 1. de Invent. 98. Enumeratio est, per quam res disperse & diffuse dictæ, unum in locum coguntur.

DIFFUSIO, ōnis. f. [διάχυσις] ut, Diffusio animi, pro Dilatatione. Sen. de Vita Beata cap. 5. opp. Animo contracto. V. in ipso verbo.

DIFFUSOR, ōris. m. ut, Diffusor olearius, i. e. Venditor olei. Inscr. Gruteri. p. 466. n. 7. REGVLIANO E. R. DIFFVS. OLEARIO EX BAETICA. Reinesius DIFFVSORI legebat.

DIFFUSILIS, e. Lucret. 5. 468. Levis ac diffusilis Æther.

DIFFUNDITO, are. freq. a Diffundo, Plaut. Merc. 1. 1. 56. Rationem pessumam esse, ea amoris vi diffunditari. V. ibi Taubm. Ammian. 16. 23. Ubique sese diffunditans.

DIGAMMA, Nom. indecl. Duplex Gamma. Ita enim Dionys. Halic. Antiq. Rom. 1. 20. Τοῦτο δ' ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις ὡς Fελένη, καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος, &c. Notam hanc olim excogitarunt Æoles ante vocales inferendam, & Vau nomen dederunt ab ipsius Voce profectum teste Varrone & Didymo apud Prisc. 1. 4. deinde autem comprobavit usus ut Digamma a Forma sc. vulgo audiret. Varia autem opera fungebatur apud Æolas: potissimum vero (1) Consonæ simplicis, unde apud Homer. frequentissime brevis syllaba producitur ante vocem a vocali incipientem, ἰσον ὀργῆς ὡς. vel Fως. Οἰδίμος Fελένην. (2) Consonæ duplicis. φιλὶ ἐκυρὲ δεινός τε. quasi φιλὲ FFεκυρὲ & alibi Νέστορι δὲ Fὰ παιδός. (3) usurpabatur quotidie loco aspirationis, a qua Æoles semper abhorrebant. (4) denique minori cum necessitate, sed ut hiulcæ voci mederi possint. Ita enim scriptum repperit Priscian. in vetustis quibusdam monumentis C. Poleos. ΔημοφάFων. ΛαϙοFόων. Hunc igitur usum ab Æolibus a quibus plurima acceperunt Romani & V consonam veteribus incognitam in Alphabetum recepere. V enim, ut inq. Priscian. l. c. loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Æolas Digamma F. Et (1) Quæcunque voces cum V consona proferuntur ad morem Æolum dici putandum est. Sic ab ἕλος Græcorum sec. Dionys. l. c. defluxit Velia Romanorum quasi Οὐελία cum υ loco consonæ (2) in præteritis temporibus 3tiæ & 4tæ conjugat. interferitur V pro consona duplici vel priorem syllabam producente. Cupii. Cupivi; Audieram, Audiveram. &c. (3) Quod ad Spirituum asperitatem longius processerunt Romani & non solum Vesta, Vesper, sed etiam tenui præposuerunt & Vicus, Vinum &c. dixere. (4) Hiatum etiam simili modo declinaverunt & Davus, Pavo, Ovis, Bovis, &c. efferre sunt soliti. Latini porro non usum modo, sed & figuram quoque introduxerunt quæ in verbis Fama, Fanum, Factum, &c. visitur, ei sc. Sono & usui consulentes qui per Φ Græcorum præstatur, sive p cum aspiratione; Adeo ut Romanorum digamma ex æquo respondeat potestate quidem τῷ Vau Æolico, figura vero τῷ communium Græcorum.
Hujus figuram recte olim contendebat Cæsar apud Prisc. hoc modo ⅃ exprimi, quod quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua

tiqua superavit, ut ait Idem. Hodie visuntur marmora tali conformatione CAMERINVS. A. ꟻITELLIVS. Gruter. CXIX. 2. Ita, AMPLIAꟻIT, TERMINAꟻITQ. Id. CXCVI. 4. & alibi frequenter occurrunt similia.

Digamma Attici vocat Cic. 9. Att. 9. ejus Formianum, quia ab F litera incipit nomen, ut quidem putant nonnulli Commentatores.

Cæterum plura quære apud Quintil. 1. 4. & 7. Burman. ad loc. Gell. 14. 5. Terentian. Maur. &c.

Romano Alphabeto primus adjunxit Claudius Cæs. ut patet ex Quintil. 1. 7. Priscian. & Sueton. in vita ejus C. 41.

DIGĀMUS, [δίγαμος] Qui duas duxit uxores. Hieronym. contra Jovian. 1. 8. Non damno digamos. Sic Digama mulier eidem Ep. 2. extr. dicitur, Quæ duos habuit maritos. Add. Tertul. Exh. ad Castitat. cap. 7.

DIGAMIA, æ. Hieron. contra Jovian. 1. 8. Tertul. de Monog. cap. 6. & 8.

DIGBA, [Δίγζα] Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 26. Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris, circa confluentes, quod vocant Digbam.

DIGENTIA, æ. Rivi nomen Horatianæ villæ proximi. de quo ipse in 1. Epist. 18. 104.

Me quoties reficit gelidus Digentia rivus.

DIGĔRO, ssi, stum, [διαφέρω, διαφορέω] ĕre. Confusa in suum locum gerere & distribuere. Plin. Epist. 137. Hæc ab omni latere perspicitur, eadem aqua pariter suspensa & mersa. interdum junctæ copulatæque, & continentis similes eunt: interdum discordantibus ventis diguntur: nonnunquam destitutæ tranquillitate fluitant. Martial. lib. 12. 34.

Et si calculus omnis huc & illuc,
Diversus, bicolorque digeratur.

Digeri & Coire, contraria. Cels. lib. 5. cap. 18. 11. Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt sub authore Medo, &c. [In recentioribus codicibus perperam legitur Dirigenda.

Artus digerere. Lucan. lib. 8. 88.

Corpora tum solvit tabes, & digerit artus. Sulpitius exponit, Dissipat: Beroaldus, Consumit: Alii, Dissolvit. V. infra Corpus, Hominem digerere.

Digerere, [διατάττειν] Ordinare, disponere, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 446.

Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum. Sic Digerere in pastillos, Plin. lib. 12. cap. 27. & lib. 2. cap. 7. Digerere in partes.

Argumenta digerere in digitos. Quintil. lib. 11. cap. 3. Manus sinistra nunquam sola recte gestum facit: dextræ se frequenter accommodat, sive in digitos argumenta digerimus, sive aversis in sinistrum palmis abominamur, &c.

Acta sive Tempora digerere. Liv. 2. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui Consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam authorum digerere possis.

Cibum digerere. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Cibus & potio in omnes membrorum partes digeruntur. Cels. in Procem.

Cibum digerunt dentes lati & acuti. Plin. lib. 11. cap. 37. Digerunt, h. e. (ut ego quidem interpretor) Dividunt. Sic enim ait Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. Adversos dentes appellat Cicero, quos Plinius Primores.

Corpus digerere. Cels. in Procem. Cognito igitur eo quod ex istis est, si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluvio laborat, continendum: si mistum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo.

Crines digerere. Columel. lib. 10.

— tu cinge comam, tu digere crines.

In genus quodque ex copia digerere. Cic. 1. de Invent. 49. Numeros & modos & partes argumentandi confuse & permiste dispersimus: post discrete & electe, in genus quodque causæ, quid cuique conveniat, ex hac copia digeremus.

Exortus & occasus siderum digerendi in suos dies. Plin. lib. 18. cap. 24.

Hominem digerere. Cels. lib. 2. cap. 15. de Gestationis generibus, Ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint. i. e. debilitent motu. V. Sudore dig.

Humorem digerere. Cels. lib. 2. cap. 17. de sudore. Utiliaque hæc genera sunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus est. Hoc est resolvendus.

Jus civile digerere in genera. Cic. 1. de Orat.

Materiam digerere. Cels. lib. 2. cap. 14. de frictione sub fin. Et opus est quamplurimum materiæ digeri, sive id ipsum membrum, sive per id aliud levamus.

Pœnam digerere in omnes. Ovid. 14. Met. 469.

Quam metuit pœnam solus, digessit in omnes.

Rempub. digerere. Cic. pro Rabir. Posth. 23. Demetrium & ex Repub. Athenis, quam optime digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, &c. [Sed Gesserat in emendatis codd. alii Diu gesserat.

Sudorem digerere. Cels. lib. 2. cap. 9. ad finem, Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit. [In libris emendatis legitur Sudore. Idque & Latinitas postulat, & Celsi consuetudo. Sic enim & aliis locis, ut in Procem. Aliud sudore digeri, aliud tabe consumi.

Tabulas digerere. Cic. 1. Verr. 60. Habeo & istius & patris ejus accepti tabulas omnes, quas diligentissime legi, atque digessi.

Tempora digerere. Ovid. 1. Fast. 1.

Digerere, Interpretari. Virg. 2. Æn. 182.

— ita digerit omina Calchas. Servius.

Digerere, [διαφορεῖν] pro Resolvere, dissipare: quod coierat disgregare. Cels. lib. 2. cap. 17. ad finem, His omnibus commune est digerere id quod vel præcordia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet. Sic

Digerere abscedentia. Cels. lib. 5. cap. 18. Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus & bene contritus, aceto subinde adjecto. V. paulo supra, Humorem & Materiam digerere.

DIGESTUS, Partic. [διατεταγμένος] ut, Res artificiose digestæ. Cic. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt qui illa artificiose digesta generatim componerent.

Capilli digesti. Ovid. 1. Amor. 7. 11.

Ergo ego digestos potui laniare capillos.

Nomina in codicem accepti & expensi digesta habere. Cic. pro Rosc. Com. 9.

DIGESTUM, i. vel DIGESTA, orum. apud JCtos, pars juris civilis, quæ & alio nomine Pandectæ dicitur, ex Gr. πανδέκται. q. V.

DIGESTIM, Adv. ut, Digestim aliquid scribere. Prud. Peristeph. 2. 129.

DIGESTIBILIS, e, [εὔπεπτος] Cæl. Aurel. 1. Chron. 5. Cibus digestibilis. Apicius 1. 34. Oxygarum digestibile.

DIGESTIVUS, a, um. Macer. 1. 18. Vis digestiva.

DIGESTORIUS, a, um. ut, Digestorium Medicamentum. Plin. Valer. 2. 8. Digestorium embamma. Marc. Emp. cap. 20.

DIGESTUS, ûs. Stat. 3. Syl. 3. 86.

— jam creditur uni
Sanctarum digestus opum. i. e. Committitur dispositio & distributio, [vel Dispensatio potius.

DIGESTIO, ōnis. f. [διάταξις] Ordinatio. Plin. lib. 3. cap. 5. Itaque interiori in parte digestionem in literas ejusdem nos secuturos. h. e. ordinem alphabeti. Cic. 3. de Orat. 205. Similitudo & exemplum, digestio, interpellatio &c.

Digestione circulorum dignoscere terras. Plin. lib. 18. cap. 25.

Digestio potius quam declamatio. Cic. 5. Philipp. 19. Ipse interea decem & septem dies, ut digestio potius, quam declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitavit, sitim quærens. Hæc enim causa esse solet declamandi.

Concoctio & digestio, [πέψις καὶ διαφόρησις] Cels. in Procem. Sive hac de causa concoctio incidat, sive de illa: & sive concoctio sit illa, sive tantum digestio.

DIGERIES, [διάταξις] Digestio, dispositio. Macrob. 1. Saturn. 16. Nec mirum si digeries morsum reprehensionis evasit. conf. Sen. Epist. 85.

DIGĒRI, [Διγηροὶ] Thraciæ populi, Strymonem lævo latere accolentes, ut inquit Plin. lib. 4. cap. 11.

DIGĬTUS, i. [δάκτυλος] a Digerendo deducitur, ut nonnulli putant, quod natura miro ac decentissimo ordine digitos digesserit, hoc est disposuerit.

Argutiæ digitorum. V. ARGUTIÆ In ARGUO.

Auroræ digitos, pro elegantissimis ponit Claud. de Nupt. Honor.

Auroræ vincis digitos, humerosque Dianæ. [Nempe, quia Græcis ῥοδοδάκτυλος Ἠώς.

Gestus digitorum. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Parietum & digitorum pigmenta. Plin. lib. 33. in Procem. i. e. Gemmas, ornamenta digitorum.

Vincula digitorum. Ovid. 9. Met. 77.

Dixerat, & summo digitorum vincula collo
Injicit: angebar ceu guttura forcipe pressus.

Vincula digitorum frangere, i. e. Connexas manus dirimere. Stat. 6. Theb.

Digni digiti Baccho. Ovid. 3. Met. 421.

Durati digiti. Ovid. 4. Met. 558.

Exiles digiti. Ovid. 6. Met. 143.

Infamis digitus. Pers. 2. Sat. 33.

Longi digiti. Catul. in amicam Formiani. 3.

Medio digito porrecto, supremum contemptum significant veteres. Martial. lib. 2.

— & digitum porrigito medium. Nam hunc digitum Martialis impudicum vocat, lib. 6. 70. ad Martianum,

Ostendit digitum, sed impudicum. Juv. 10. Sat. 52.

— cum Fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. ubi vet. Schol. Cum Fortunam contemneret, nihil dicens se habere, ab ea quod expectaret: quinimo infami digito ei turpiter insultaret. Persius infamem. 2. Sat. 33. ubi vide Casaub.

Infami digito, & lustralibus ante salivis. Erasm. in Chiliad.

Minimus digitus. V. MINOR.

Minusculus digitus. V. MINOR.

Molles digiti. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 217.

Nudum digitum vocat Juvenalis, qui Non est indutus annulis, 11. Sat. 43.

Pingues digiti. Ovid. 3. de Arte Am. 256.

Cui digiti pingues, & scaber unguis erit.

Remissi digiti. Ovid. 18. Epist. 197.

Rubentes digiti. Ovid. 2. Met. 375.

— digitosque ligat junctura rubentes.

Teneri digiti. Catul. de Berecinth. 2. 10.

Quatiensque terga tauri teneris cava digitis.

Teretes digiti. Ovid. 1. de Arte Am. 622.

Transversum digitum non excedere. Plaut. Aulul. 1. 1. 18.

Isthic adesto: si hercle tu ex isthoc loco
Digitum transvorsum, aut unguem latum excesseris, &c. i. e. Minimo spatio. V. paulo post Digitum ab aliq. re non discedere.

Admittere digitos. V. ADMITTO.

Attingere digito cœlum. V. CŒLUM, & ATTINGO.

Attingere digito aliquem. h. e. minuta levique injuria aliquem afficere. Cic. 5. Tusc. 55. Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset. at Cinna collegæ sui Consulis Cn. Octavii præcidi caput jussit.

Attingere uno digito. Ter. Eun. 4. 6. 2. Atque si illam digito attigerit uno. Ubi Donatus. Moris comminantium est ad exiguum revocare commissa, quæ se ulturos prædicant.

Attingere digitis extremis aliquod genus vitæ. i. e. Breviter sive Leviter attingere: quod alias A limine salutare dicitur. Cic. pro M. Cœlio.

Coëunt digiti. Ovid. 2. Met. 670.

Tum digiti coëunt, & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu levis ungula. i. e. concrescunt.

Computare digitis. V. COMPUTO.

Concrepare digitis. V. CONCREPO.

Condere digitos in oculos alicujus. Ovid. 13. Met. 561.

Contrahere aut remittere digitum. Plin. lib. 11. cap. 26.

Demonstrare digito. Quintil. lib. 6. cap. 3. Digito demonstravit imaginem Galli in scuto Mariano Cimbrico pictam.

Digerere

Digerere argumenta in digitos. V. DIGERO.
Dimetiri digitis. V. DIMETIOR.
Digitum ab aliqua re non discedere, Proverbialiter usurpatum. Cic. 4. Verr. 33. Oculos de ipso nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere.
Digitum nusquam a sententia. Cic. 7. Att. 3. Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. V. DISCEDO. & paulo supra Transversum digit.
Incidere digitos. Ovid. 4. de Ponto 14. 19.
Ergo, ne scribam, digitos incidere cunctor?
Inquinare digitum. Catull. ad Furium 23.
Insistere digitis. V. INSISTO.
Intendere digitum ad fontes. V. INTENDO.
Manus intentis digitis, i. e. Extentis vel potius rigidis. Claud. de Bell. Get. 257.
Livescunt digiti in pedibus. Lucret. lib. 3. 527.
Loquuntur digiti cum voce. Tibul. lib. 3. 4. 41. Quando & voce & cithara canit citharoedus.
Loqui digitis & nutu. Ovid. 2. Trist. 453.
Micare digitis. V. MICO.
Mittere in digitos, pro Accurate supputare. V. Cælium lib. 23. cap. 13.
Monstrari digito, h. e. Insignem esse. Hor. 4. Od. 3. 22.
Mori in digito, Proverbiali figura dici potest de iis, quibus nullo fere negotio mors infertur, tracto ab animalibus adagio, quorum genitalia, vel corporis partes aliæ opportunæ, digitis veneno litis contactæ, mortem inferunt. Cic. pro Scauro, Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblivit. Plinius, Sed antiquorum curam & diligentiam quis possit satis venerari? quum constet, omnium venenorum ocyssimum esse aconitum, & tactis quoque genitalibus fœminini sexus animalium, eodem die inferre mortem. Hoc fuit venenum, quo interemptas dormientes uxores a Calphurnio Bestia, M. Cæcilius accusator objecit: hinc illa atrox peroratio ejus, In digito eas mortuas. V Cæl. Antiq. Lect. lib. 23. cap. 13. [Sed viderit Cœlius an recte divinarit. In Cic. Fragm. Oblisit legitur rectius. ap. Plin. l. 27. C. 2. In digitum, edidit ex MSS. sublata dist. Hard. q. V.
Notata charta digitis meis. Ovid. 1. Epist. 62. i. e. manu mea.
Hoc quid intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. Cic. 5. Att. Epist. ult. h. e. Si novi, quam sis peritus supputator.
Objiciendi digiti intus. Cels. lib. 7. cap. 26.
Ostendere aliquem digitis. Ovid. 2. de Arte Am. 629.
Porrigere vel Proferre digitum, de actione minima dicitur. Cic. 3. de Fin. 38. Chrysippus ne digitum quidem ejus causa porrigendum dicebat. Idem pro Cæcin. 52. Qua digitum proferat, non habet.
Scalpere caput uno digito. Molliculi & impudici hominis indicium. Juven. Sat. 9. 133. V. ibi Interp. & Voss. 4. Instit. Orat. p. 159.
Tollere digitum. Cic. l. 1. in Verr. 141. Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Junius patruus. isti color immutatus est, vultus, oratio, mens denique excidit. Digitum tollit, i. e. Significat sese redempturum. Hoc ipse alibi Digito liceri vocat. In emptione enim antiquitus post licitationem digitus levabatur, significans quenquam emptioni allubescere. Martial.
Jam mea res digitum sustulit hospitibus. Unde manceps est appellatus, qui quidpiam conducens manum tollebat, se significans emptorem. Hoc erat apud Veteres micare, per digitorum levationem distrahere. Budæus. V. Scal. ad Manil. p. 118. v. 27. & Hotom. ad l. Cic.
Tollere digitum, est etiam Favere, suffragari. Hor. 1. Epist. 18. 66.
Fautor utroque tuum laudabat pollice ludum.
Venire ad digitos. V. AD.
Vocare aliquem ad digiti sonum. Tibul. lib. 1. 2. 34. ubi Brœkh. V.
Digitus, [δάκτυλος μικρός.] Mensura, tam latus est, quam sunt lata quatuor hordei grana. Est autem Digitus Decima sexta pars pedis. Pes enim dividitur in duodecim uncias, i. e. pollices duodecim, qui XVI. digitos faciunt. V. Frontin. de Aquæd. 1. 2. & de Qual. agr. p. 35. & Rigalt. p. 329.
Digitus, Modulus aquarius: cujus diametros digitalis est. Frontin. de Aquæ duct. l. c. Digitus rotundus habet diametri digitum unum. Omnis autem modulus aquarius, colligitur aut diametro, aut perimetro.
Digitus, Numerus. Numerorum enim alius dicitur Digitus, alius Articulus, alius Compositus. Digitum appellant numerum omnem denario contentum. Articulus est numerus omnis, quem possis in denas partiri partes æquales, nullo redundante, ut Decem, viginti, triginta. Compositus numerus ex digito & articulo constat, ut Quatuordecim, quindecim. Hæc Cæl. Antiq. Lect. lib. 22. cap. 15. De Computo Vett. per digitos V. Taubm. ad Plaut. Epid. 1. 1. 50. & cap. 7. Woweriani tractat. de Polymathia. Quibus adde Bedæ Lib. de Ratione computandi per digitos. Lilius Gyrald. Dial. 2. Voss. Instit. Orat. 2. Mart. Capell. lib. 7. Scip. Gentil. in Apol. Apul. p. 429. Bernegg. ad Sueton. Cæs. cap. 33. Petrus Possinus Spicilegio Evangelico suo subjecit ex MS. Nic. Smyrnæi περὶ δακτυλικοῦ μέτρου Libellum. Herodot. in Thalia vocat ἐπὶ δακτύλων συμβάλλεσθαι, unde moris antiquitas colligitur. Add. Fabric. Bibl. Lat. l. 4. C. 6. S. 12. & quos ibi commemorat auctores.
DIGITŬLUS, i. m. [δακτυλίσκος] dimin. Plaut. Rud. 3. 4. 25. Ter. Eun. 2. 2. 53. — fine biduum hoc prætereat,
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.
Duobus digitulis concrepare. Hieron. in Epist. ad Rustic. Monach. Testudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu, & per intervalla quædam, vix pauca verba carpebat: ut eum putares singultire, non proloqui. Et tamen quum mensa posita, librorum exposuisset struem, adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos provocans. Tum meras nugas fundere, & adversus singulos declamare. Erasm. Adag. Ad digiti crepitum, Qui arrogantius fastuosiusque jubent quippiam, inquit, digituli crepitu significare dicuntur. Martial. lib. 3. 82. in Zoilum.
Digiti crepantis signa novit eunuchus. V. plura apud eundem.
DIGITELLUS, sive DIGITELLUM, [ἀείζωον] Herba est, quæ alio nomine Sedum, sive Sempervivum majus appellatur. V. Plin. lib. 18. cap. 17. & lib. 25. cap. 13.

DIGITĀLIS, e. [δακτυλιαῖος] Quod est Digitorum, aut unius digiti. ut Digitalis crassitudo, Plin. lib. 12. cap. 20.
Digitalis gracilitas. Plin. lib. 14. cap. 3.
DIGITALIA, orum. n. pl. [δακτυλήθρα] Tegmenta digitorum dicuntur. Varr. 1. de R. R. cap. 55. Olea manu stricta, melior ea quæ digitis nudis legitur, quam illa quæ cum digitalibus.
DIGITĀTUS, Adj. [δακτυλωτός] Qui digitos habet. Plin. lib. 11. cap. 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.
DIGLADIOR, [διαξιφίζομαι] āri. Dictum est Dissentire & Dissidere, ductum a Gladiis. Non. 1. 331. q. V. Cic. 4. Tusc. 46. Digladientur illi per me licet, cui nihil est necesse, &c.
Digladiantur inter se. Cic. 3. de Legib. 20. C. vero Gracchus ruinis & iis sicis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne, &c.
DIGLADIABILIS, e. Prudent. 3. 14. Digladiabile discidium.
DIGLITO, appellatur Tigris fluvius, ubi tardior fluit, hoc est usque ad Medorum fines. Author Plin. lib. 6. cap. 27.
DIGMA, ătis. n. [δεῖγμα] i. e. Specimen JCt. in Cod. unde Paradigma Item pars Pyræei, cujus meminerunt Xenophon ἑλλ. lib. 5. & Polyænus 6. 2. 2. V. Meurs. in Piræo.
DIGNATIO, DIGNE, DIGNITAS, DIGNOR. V. DIGNUS.
DIGNOSCO, ōvi, ōtum, [διαγινώσκω]. ĕre. Idem quod Agnoscere vel Cognoscere, aut Discernere. Columel. lib. 2. cap. 2. Dignoscere terram sapore. Sic Plin. lib. 28. cap. 30.
Dignosci vix potest a mastiche vera. Plin. lib. 12. cap. 17.
Non qui civem dignosceret hoste. Hor. 1. Epist. 15. 29.
Curvo rectum dignoscere. Hor. 2. Epist. 2. 44.
Scribitur & DINOSCO, minus recte, quia derivatur ab exol. GNOSCO.
DIGNUS, Adj. [ἄξιος, δίκαιος, ἀντάξιος] Qui meretur: ut Dignus præmio. Ter. Heaut. 1. 1. 55.
Et me ignoras Clinia, ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est, facias.
Dignus, genitivo junctum. Plaut. Trin. 5. 2. 29. Non ego sum dignus salutis. Nonius. adde Drakenb. ad Sil. 11. 318. Phædr. 4. 20. 3. V. Vechner. Hellenol. l. 1. C. 18. sub fin.
Suscipere curam & cogitationem dignam suæ virtutis. Balbus ad Cic. 8. Att. 15. Obsecro te, Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, ut Cæsarem & Pompejum perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. sed frequentius ablativo conjungitur.
Dignus domino servus. Plaut. Amph. 2. 2. 227.
Abin' hinc a me, dignus domino servus?
— Non te dignum, Cherea,
Fecisti. nam si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Ter. Eun. 5. 2. 27.
Amicitia dignus. Hor. in Arte Poet. 436.
Amore dignus. Valer. 8. Argon. 29.
Apolline munus dignum. Hor. 2. Epist. 1. 216.
Argento dignus. Ovid. 3. de Ponto 8. 3.
Auro dignior. Idem ibid.
Authoritate dignissimum. Cic. 5. Verr.
Auribus res digna. Catul. ad Catonem. 2.
Cognitione & hospitio dignus. Cic. pro Archia 5. Omnes qui aliquid de ingeniis poterant judicare, cognitione atque hospitio dignum existimaverunt.
Diis vita digna. Lucret. lib. 3. 323.
Expectatione aliorum dignum aliquid efficere. Cic. 10. Fam. 7. Dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra expectatione efficerem.
Favore digna. Ovid. 2. Epist. 64.
Homine nobili digna. Cic. 4. Acad. 75.
Imperii gloria dignus. Cic. de Arusp. Respon. 51. Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc ejus concionem, de qua loquor, in qua Pompejum ornat, an potius deformat? certe laudat, & unum esse in hac civitate dignum hujus imperii gloria dicit, & significat se illi amicissimum esse.
Joco digna verba. Ovid. 4. Fast. 868.
Laude omni digna. Cic. pro Domo sua. Hor. 4. Od. 8. 28.
Dignum laude virum Musa vetat mori.
Luce dignum aliquem non putare. Cic. in Pison. 3. Quum hoc non recusares, quin hi, a quibus dicebare Consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior quam Gabinius extitisses.
Miraculo digna res. Plin. lib. 12. cap. 1. Ac ne quid desit speluncæ imagini, saxeæ intus crepidinis corona muscosos complexa pumices: tam digna miraculo, ut Licinius Mucianus prodendum etiam posteris putarit.
Majoribus suis præbere se dignum. Cic. 2. Fam. 17. Qui si dignum se majoribus suis præbuerit (ut spero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit, &c. Idem 2. de Fin. 61. Et 2. de Orat. Item 3. Philipp. 25.
Morte dignum facinus. Sen. Hippol. 12.
Odio dignissimus. Cic. 1. de Fin. 15.
Opprobriis dignus. Hor. 2. Sat. 1. 85.
Patre digni juvenes. Hor. in Arte Poet. 24. Cic. 1. Fam. 7. Quem nos & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus, charumque habemus.
Promissis dignum. Hor. 2. Sat. 3. 6.
Repub. dignus. Cic. 1. Philipp. Ne unus modo Consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus Repub. inveniretur.
Vita. Ovid. 4. Met. 108.
E quibus illa fuit longa dignissima vita.
Plautus etiam cum accusativo junxit Capt. 5. 2. 16. Non me censes scire, quid dignus siem? Potest tamen & Ellipsis esse, & subaudiendum Ferre, vel Pati. Dignus, i. e. Commeritus.
Dignus ad. Plaut. Mil. 4. 1. 21. Ad tuam formam illa una digna est.
Dignus præ aliis ut, &c. Plaut. Mil. 4. 4. 4.
Quid enim non sim dignus præ te, ut figam palum in parietem?
Dignus qui imperet. Cic. 3. de Legib. 5. Qui modeste paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse.
Dignus cui aliquid committatur. Ter. And. 1. 4. 3.
Sane pol temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem.
Dignus qui faceres. ut ex Ter. paulo supra, Indignus.

Serius quam dignum est, i. e. quam Par est. Cic. 6. Philipp. 19. Venit tempus Quirites serius omnino, quam dignum Pop. Rom. fuit.
Dignius nihil est, quod ametur. Ter. Eun. 5. 9. 21.
Satis credo, nihil est Thaide tua dignius, quod ametur.
Digna forma. Plaut. Rud. 5. 2. 19.
— ædepol una litera plus sum quam medicus. G. tum tu
Mendicus es? L. tetigisti acu. G. videtur digna forma.
Construitur aliquando cum infinitivo more Græcorum. ut
Dignus amari. Virg. 5. Ecl. 85.
Rependere digna. Stat. 11. Sylv.
Dignum est credere. Virg. 3. Georg. 391. Sic & oratores. Plin. Paneg. cap. 7. Dignus alter eligi, alter eligere.
Dignum memoratu. Plin. lib. 21. cap. 12. Sic Digna dictu, Plin. lib. 11. cap. 51.
Dignus, absolute interdum pro Eo qui malo aut contumelia dignus est. Sallust. in Orat. Cæs. Catil. C. 51. Sed ubi imperium ad ignaros cives, aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & minus idoneos transfertur. Hic dignos supplicio & malo historicus intellexit. Eodem etiam modo usurpatur in Antonii edicto, quod Cicero reprehendit & irridet. Hæc Turneb. Sed V. de loci Tulliani sententia omnino J. F. Gronov. Obs. 3. 8.
Dignum, Substantive pro Dignitate. Tacit. 15. Ann. 14. Adjecisse deos, dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent. Neque enim arbitror (inquit Rhenanus) Græcam constructionem voluisse Tacitum referre: digne Arsacidis, hoc est, pro merito Arsacidarum.

DIGNE, Adv. [ἀξίως] i. e. Honeste, uti Honestum decet. Plaut. Mil. 3. 2. 58. Quam digne ornata incedit, haud meretricie.
Aliquem digne deflere. Sen. Herc. 13.
Digne laudare aliquid. Cic. de Senect. 2. Nunquam igitur satis laudari digne poterit Philosophia.
Digne loqui de aliquo. Cic. post red. in Senat. 10. Quis de tali cive satis digne unquam loqueretur?
Peccare cruce dignius. Hor. 2. Sat. 7. 47.
Peccat uter nostrum cruce dignius?

DIGNĬTAS, ātis. [ἀξιότης, ἀξίωμα, ἀξίωσις, ἀξία, πρόσχημα] est Existimatio, quæ satis claret rebus gestis, magnificaque opinio. Cic. 2. Att. 19. Dices fortasse dignitatis ἅλις tanquam δρυός. saluti, si me amas, consule. Quibus verbis allusit ad adagium Græcum, h. e. Satis gloriæ, magnificæque existimationis tibi comparasti: nunc habeto potius salutis rationem, quam quid te deceat, tantopere videas. Idem 1. de Fin. Genus hoc scribendi etsi sit elegans, personæ tamen & dignitatis esse negant.
Dignitas est alicujus honesta & cultu, & honore, & verecundia digna authoritas. Cic. 2. de Invent. 166.
Amplificator dignitatis. Cic. 10. Fam. 12.
Fautor dignitatis. Cic. 10. Fam. 12.
Imago dignitatis. Cicero, Quicquid imago veteris meæ dignitatis, &c.
Reliquiæ dignitatis. Cic. 4. Fam. 14.
Dignitas & amplitudo. Cic. 3. Fam. 9.
Dignitas & Deformitas, contraria. Cic. 10. Fam. 6.
Dignitas, Magistratuum administratio & honor. Cic. 13. Fam. 54. Ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitasque patietur.
Dignitatem tueri. Cic. 1. Fam. 2.
Domus dignitas, pro Magnificentia. Cic. pro Domo sua. Budæus. 1. de Off. C. 39.
Dignitas oris & vultus. Oris probitas, morumque præstantia in facie eminens: virilis pulchritudo. Dignitatem enim & Venustatem inquit Nonius, discerni voluit Cicero, ut Dignitas viris: Venustas fœminis sit attribuenda. Off. 1. 130. Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. In Oratore autem Perfecto utrunque conjunxit: Vultus vero, (inquit) qui fecundum vocem plurimum potest, quantam affert, tum dignitatem, tum venustatem? Plin. in Paneg. Trajan. 8. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, nonne longe lateque principem ostentant? i. e. Indoles morum in ore conspicua. Budæus. Agretius grammaticus, Pulchritudo formæ, in viris Dignitas; unde Cic. pro Cœlio 8. Quis non possit huic ætati atque huic dignitati petulanter, etsi sine suspicione, at non sine argumento maledicere? Nomen dignitatis ex omnibus expulsum libris nusquam comparet, credo quod non satis huic loco convenire videretur, quum dignitas, hominibus deterioris seculi in hac notione ignoraretur. Monuit Turnebus. V. ibi Abram.
Dignitas sermonis, est Oratio cum aliqua gravitate & vocis remissione. Author ad Heren. lib. 3. 23.
Sexus dignitas. Ulpian. de Senator. Major dignitas est in sexu virili.
Commendat dignitas periclitantem. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Accedere quid ad dignitatem. Cic. 6. Att. 3. Quibus nihil, aut non multum ad dignitatem posset accedere.
Acquirere dignitatem. V. ACQUIRO.
Adimere dignitatem. V. ADIMO.
Adjungere dignitatem. V. ADJUNGO.
Amplissimos gradus dignitatis adeptum esse. Cic. 10. Fam. 6. Crede igitur mihi Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia.
Afferre dignitatem. Cic. 1. Off. 69. Ut tranquilitas animi & securitas adsit, quæ adfert tum constantiam, tum etiam dignitatem.
Afferre dignitatem ad aliquid adipiscendum. Cic. pro Muren. 22. Qui potest dubitari, quin ad Consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris, quam juris civilis gloria?
Affert dignitatem fortuna. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Agere cum dignitate & venustate. Cic. 1. de Orat. 141.
Amittere dignitatem. V. AMITTO.
Amplificare dignitatem. V. AMPLIFICO.
Ascendere in sedem dignitatis atque honoris. Cic. pro Sylla, 5. Quorum ego opera illum in locum, atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris, multis meis ac magnis laboribus & periculis, ascendissem.
Attingere dignitatem alicujus contumelia. Cicero, Sperare videor, tantum absfuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuæ, te ut potius objurgem, quod iniquum in discrimen adducis dignitatem tuam, quam ut ego eam ulla contumelia coner attingere.
Augere dignitatem. V. AUGEO.
Colligere dignitatem. Cic. ad Q. frat. 15.
Conciliare dignitatem. Hirt. de Bell. Afr. 22.
Consulere dignitati, vel servire. Cic. 9. Fam.
Contineri dignitate. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Decerpere ex dignitate. V. DECERPO.
Deesse dignitati. Cic. 10. Fam. 12.
Defendere dignitatem ab inimicis. V. DEFENDO.
Deformare dignitatem. Cic. pro Sylla 7.
Detrahere dignitatem. Cic. pro Cœlio 3. Ut ad ea, quæ accusatores deformandi hujus causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, &c.
Deponere dignitatem. Cic. 1. Philipp.
Dimovere de dignitatis gradu. Cic. 2. Tusc. 19.
Diminuere dignitatem. Cic. de Orat. 1. Interitu talis auguris dignitatem nostri collegii diminutam dolebam.
Discedere a dignitate sapientis. Cic. 1. Off. 67. Et ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita fortunaque versantur, ita ferre, ut nihil a statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ.
Esse dignitatem alicujus amplissimam. Cic. 10. Fam. 12.
Esse dignitati & honori parentibus. Cic. de Amicit. 72. Ut si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint & dignitati. Hoc est, quod vulgus dicit, Faciunt parentibus honorem propter dignitatem.
Favere dignitati. Cic. 10. Fam. 12.
Frangere dignitatem. Cic. 9. Fam. 16.
Habere admirabilem dignitatem. Cic. pro Muren. 23. Omnes enim artes, quæ nobis Populi Rom. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt.
Infringere dignitatem alicujus. V. INFRINGO.
Labefactare dignitatem. Cic. pro Rabir. Posth. 44.
Læsa dignitas. V. LÆDO.
Locatum esse in altissimo amplissimoque gradu dignitatis. Cic. 1. Philipp. 14.
Metiri omnia dignitate. V. METIOR.
Obtinere dignitatem. V. OBTINEO.
Oppugnare, vel Impugnare dignitatem alicujus. Cic. Frag. Epist.
Orbare dignitate. V. ORBO.
Pervenire ad dignitatem. Cic. 1. Att. 17.
Præditi dignitate. Cic. 2. de Invent. 111.
Reperire dignitatem. Cic. 1. de Orat. 198. Multique præterea, qui, cum ingenio sibi authore dignitatem reperissent, &c. MSS. Peperissent.
Reddere dignitatem. Cic. Post. red. in Senat. 1.
Restituere dignitatem. Cic. Equestri ordini restituit non solum dignitatem, &c.
Recipere dignitatem. Cic. 6. Fam. 9.
Retinere facti alicujus pulcherrimi splendorem verbis, dignitatemque. Cic. pro Domo sua, 94.
Servare suam dignitatem. Cic. 2. de Orat. 221. Parcebat enim adversarii dignitati, in quo ipso servabat suam.
Spoliare dignitate. Cic. 3. de Orat. 11. Quibuscum conjunctissime vixerat, hos in tribunatu instituit spoliare omni dignitate.
Suffragari dignitati. Cic. 10. Fam. 7.
Sustinere Reip. dignitatem. Cic. pro Domo sua, 5.
Tenere summum in aliquo magistratu gradum & dignitatis & gratiæ. Cic. pro Planc. 32.
Tribuere alicui dignitatem. Cic. 5. Tusc. 45. Ergo etiam dignitas ei tribuenda est. quod si ita est, laudabile sit necesse est. Bonum igitur omne laudabile.
Tueri dignitatem consularem. Cic. in Bruto, Pono satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo & magistratus personam, & consularem dignitatem tueretur, i. e. Sustineret, conservaret.
Violare dignitatem. Cic. 1. Fam. 7.
Dignitatum genera quatuor postremorum Imperatorum ætas fecit. Alii namque Perfectissimi, Clarissimi alii, superiores Spectabiles, supremi Illustres appellabantur. Perfectissimatus dignitas prima erat, ad quam cuivis, nisi qui sordida conditione esset, aditus patebat, ut ex lib. C. 11. tit. 33. intelligitur. Clarissimatus autem dignitatem inferiorem Spectabilitate fuisse Theod. l. 5. de prox. sacr. lib. 10. C. demonstrat. Itaque Clarissimi a Spectabilibus distinguuntur, l. unic. C. de annon. & cap. item & ab Illustribus, l. 1. C. ubi Senat. vel clar. Quicunque non Illustri, inquit Constantinus, sed Clarissima tantum dignitate præditus, &c. Spectabiles porro Magistratus erant, ut Proconsules, Augustales, Comites Orientis. ut constat ex l. 32. C. de appell. Illustribus autem eos inferiores fuisse Imperatores dicta l. 32. demonstrant, ubi appellari a Spectabilium sententiis ad Illustres personas jubent. Hac illustri nota major nulla est: nam etsi Consules & Patricii superiores essent, nulla tamen iis nota dignitatis attribui solebat. Itaque Justinianus eos hoc modo significat, Qui supra Illustres sunt, ut videre est ex l. 26. C. de usur. Illustres autem erant, qui sententiæ in Senatu dicendæ jus habebant, l. ult. D. de Senat. Auctores, qui de Dignitatibus utriusque Imperii pleniori tractatione egerunt recenset Fabric. in Biblioth. Antiquaria C. 14. S. 15.

DIGNITOSUS, Adject. ἀξιωματικὸς in Gloss. Philox. Petron. cap. 57. Homo dignitosus, cujus pluris erat unguis, quam tu totus es. V. de hujus notæ vocabulis Gell. 4. 9. & Cangii Gloss. in h. v.

DIGNO, [ἀξιόω] are. Dignum putare. Pacuvius apud Nonium 2. 227. Quis deos infernos, quibus cœlesteis dignet decorare hostes? V. eund. 7. 17. Auson. 16. Epist. 59. de Libro. Cuique vigiles luminum Vacare dignabunt χόρας; ubi Vinetum inspicias.

DIGNOR, [ἀξιόομαι] Etiam in significatione activa; h. e. Dignum puto sive judico. Virg. 1. Æn. 335.
Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore.
Dignari aliquem venia. Ovid. 3. Trist. 14. ad finem,
Qualemcunque legas, venia dignare libellum.

Dignor,

Dignor, cum infinitivo. Hor. 1. Epist. 19. 40.
Non ego, nobilium scriptorum auditor & ultor,
Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

DIGNARI, pass. [ἀξιοῦσθαι] Dignum haberi, sive judicari. Virg. 3. Æn. 475.
Conjugio Anchisa Veneris dignitate superbo. Cic. OEcon. 1.
Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.
Idem 3. de Orat. 25. Quæ tamen consimili laude dignentur.
Cultu & honore dignari. Cic. 2. de Invent. 161. Observantia, est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.
Honore dignatus. Sil. lib. 11.
Ipse deûm cultu, & sacro dignatus honore.
Memoria dignari. Gell. 19. 11. Celebrantur versiculi multorumque doctorum memoria dignantur, i. e. Digni æstimantur.

DIGNANS, antis. Hinc Superl. Salvian. de Gub. Dei munus dignantissimæ visionis.

DIGNANTER, Adv. posterioris ævi. Vopiscus in Tacit. cap. 8. Loquentem dignanter audite. Symmach. 5. 65. Dignanter impertias. Sidon. 4. 7. Intuitu nostri dignanter admissus.

DIGNANDUS, [ἀξιωτέος] Cic. 1. Acad. 36. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat: contraque contraria.

DIGNATIO, ōnis. f. est Quod Græci ἀξίωμα dicunt, i. e. Dignitas & amplitudo propter honores gestos aut magistratum, vel propter oris morumve majestatem. Unde τὸ ἀξιωματικὸν Græci vocant, venerandam oris majestatem, qualis in Pompejo fuit, quam Cicero dignitatem vocare solet. Plin. lib. 21. cap. 20. Polio Musæus & Hesiodus perungi jubent dignationis, gloriæque avidos. Cic. 10. Att. 9. Cœlii quidem epistolam scriptam miserabiliter, non sine magno fletu legerunt pueri nostri, etsi meus quidem est fortior, eoque ipso vehementius commovet, nec quicquam nisi de dignatione laborat. i. e. Nullius rei tantam rationem habendam nobis censet, idque agit, ut existimationem antea collectam tueamur. & ne quid agamus quod indignum sit rebus a nobis gestis. Hæc Budæus.
Dignatio, pro Dignitate. Sueton. in Domit. cap. 2. Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque necessariam & dissuadentibus paternis amicis inchoavit, tantum ut fratri se, & operibus & dignatione adæquaret. Idem in August. cap. 46.
In dignationem pervenire. Liv. 2. Appius inter patres lectus haud ita multo post in principum dignationem pervenit. Et Sueton. de Clar. Gram. cap. 5. Sævius Nicanor primus ad famam dignationemque docendo pervenit.
Dignatio, pro Reverentia. Sueton. in Calig. cap. 24. Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas sæpe exoletis suis prostraverit.
Propria viri dignatio auxit invidiam, &c. Tacit. 3. Hist. 80.
Modicus dignationis. Tacit. 4. Ann. 52.
Affignant etiam principis dignationem adolescentulis. Tacit. de German. 6. 13.
Gliscit dignatio sacerdotum. Tacit. 4. Ann. 16.
Imponere alicui dignationem Imperatoris. Tacit. 1. Hist. 52. Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris, imponere jampridem Imperatoris dignationem.
Agros secundum dignationem inter se partiuntur. Tacit. de Germ. 26.
Retenta dignatio Burro ope Senecæ. Tacit. 13. Ann. 20.
Veterem, ac olim partam dignationem subitæ felicitati submittere. Tacit. 13. Ann. 42.

DIGREDIOR, essus sum, [ἀπαλλάττομαι, παρεκβαίνω] digrĕdi. Discedere. Liv. 1. 26. Priusquam inde digrederentur, roganti Mettio ex fœdere icto, &c.
Congredi cum aliquo, & Digredi, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 103. Luna autem, &c. iisdem spatiis vagatur quibus sol: sed tum congrediens cum sole, tum digrediens, &c.
Primo carmine digredi. Catull. Argon. 116.
Digredi ab aliquo. Cic. 12. Fam. 18. Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi.
Digredi ad pedes. Liv. 9. Bell. Pun. De Hispanis equitibus loquitur qui ex equis descenderant ad pugnam pedestrem. Sed hic legendum est, Equitibus ad pedes degressis, non digressis. Degredi enim idem valet, quod Descendere.
A causa parumper digredi. Cic. 1. de Clar. Orat. 322.
De causa digredi. Cic. 1. de Invent. 97. Nobis autem non placet hanc partem in numero reponi, quod de causa digredi, nisi per locum communem displicet.
Paululum digredi de cursu in reliqua oratione. Cic. in Partit. 14.
Digredi in latus. Plin. lib. 3. cap. 5.
Paulum digredi. Ovid. 9. Met. 42.
Digredimur paulum, rursusque ad bella coimus.
Digreditur oratio, per metaphoram. Cic. 4. Verr. Verum uti Lilybæum unde digressa est oratio, revertatur. Idem 3. Verr. 163.
Iracundia longius digredi, quam sapientis ratio postulat. Cic. de Arusp. Resp. 3. Hesterno die dolore me elatum & iracundia longius prope digressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset.
Digredi, cum accusativo sine præpositione. Hirt. de Bell. Afr. 37. Inde parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones ducit. [Forte Parvulum proclivitate degressus: vel Parvulam per clivitatem deg. Ut Clivitatem pro Clivo dixerit.

DIGREDIENS, Partic. [ἀπαλλαττόμενος] Virg. 3. Æn. 492.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.

DIGRESSUS, Partic. [ἀπηλλαγμένος]
Digressa dicitur Quæ divortium cum marito fecit. Sueton. in Cæs. cap. 43. Diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspicione. V. DIVORTIUM.

DIGRESSUS, ûs. [ἀπάλλαξις] Discessus. Utrunque conjunxit. Cic. de Senect. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quod æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore.
Accessus & Digressus contraria. Cic. 2. Tusc. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem longissimum.
Congressus & Digressus, contraria. Cic. 1. Q. frat. 3. Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum vero non tulissem.
Digressus a proposito, apud Quintil.
Fundere dicta digressu supremo. Virg. 8. Æn. 482.
A digressu alicujus venire aliquo. Cic. 1. Att. 3. Ut primum a tuo digressu Romam veni.

DIGRESSIO, ōnis. f. [ἀπάλλαξις] Cui contrarium est Congressio. Cic. 1. Q. frat. 3. Minus acerbum, minus miserum fuit, quam fuisset tum congressio, tum vero digressio nostra.
Digressio a proposito, [παρέκβασις] Cic. 3. de Orat. 203.
A proposita oratione digressio. Cic. de Clar. Orat. 291.

DIIAMBUS, [διίαμβος] Pes est ex duobus iambis constans: ut Amœnitas.

DII MANES. V. in MANES.

DIJOVIS, Jupiter appellatus est. V. DIESPITER.

DIIPOLIA, [διϊπόλια] Celebritas fuit, quæ Athenis agebatur ab Jove Polieo dicta, cui Athenienses rem sacram faciebant bove. Author Hesychius. Eadem ac Buphonia, de q. V. s. l.

DIIRONOXENI, [Διειρωνοξένοι] Nuncupantur a Comicis Lacedæmonii, i. e. Per simulationes & ironiam fallentes hospitem: quanquam scribit Herodotus a Laconibus ξείνους peculiarius barbaros intelligi. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 5.

DIIS, Diutinis ac jugibus, inquit Nonius. Varro, ὄνος λύρας: Quam mobilem Divum liram Sol harmoge quadam gubernans, motibus diis veget. Antiquum. V. DIUS.

DIJUDICO, [διακρίνω, διαδικάζω] are. Judicare, Discernere, vel Diligenter judicare. Ter. Heaut. 2. 2. 8.
Pergin' istuc prius dijudicare, quam scis quid veri siet?
Dijudicare inter. Cic. 1. Tusc. 23. Utrum igitur inter has sententias dijudicare malumus, an ad propositum redire?
Summum bonum & malum, utra voluptate dijudicabit, stante, an movente? Cic. 2. de Fin. 31.
Dijudicare vera & falsa. Cic. 4. Acad. 107.
Vera a falsis, verisimilia ab incredibilibus dijudicare & distinguere. Cic. in Partit. 139.
Dijudicare, uter utri virtute anteferendus sit. Cæs. 5. Bell. Gall. 43.
Dijudicare controversiam videtur id significare, quod Appunctare barbare dicimus. Cic. 3. de Fin. 6. Attendes igitur, ut soles, eamque controversiam dijudicabis. Idem 14. Att. Nostras contentiones Resp. dijudicavit.
Dijudicare acri intentione. Plin. Epist. 203. Omnis enim advertit quod eminet & extat: sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande, altum an enorme.
Sorte dijudicari. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Dijudicare, pro Decernere. Cic. 3. in Catil. 25. Atque illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium Reip. quæsivit, ejusmodi fuerunt ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ sint. Budæus.

DIJUDICATUS, Partic. [διαδικασθείς] ut, Dijudicata res. Cic. in Partit. 99. Hisne verbis sit actio quæritur: quæ etiam si ante quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt, tamen in ipsis judiciis permagnum sæpe habent pondus.
Relinquere negotia, dijudicata lite. Hor. 3. Od. 5. 54.

DIJUDICATIO, ōnis. f. [διαδικασία] Cic. 1. de Legib. 56. Nam ista quidem magna dijudicatio est.

DIJUDICĀTRIX, īcis. f. Apul. de Dogm. Plat. p. 15. Virtus spectatrix & dijudicatrix omnium rerum, prudentia.

DIJUGO, vel DISJUGO, are. Sejungere. Arnob. 5. Quem pietas dijugare ab infando non valuit appetitu.

DIJUGATUS, vel DISJUGATUS, a, um. Partic. Arnob. l. 7. prope init. Qui sunt ab his longe natura & beatitudine disjugati.

DIJUGATIO, ōnis. Separatio. Arnobius lib. 2. adversus gentes, Animarum a corporibus dijugatio.

DIJUNGO, V. DISJUNGO. [διαζεύγνυω] Cic. 7. Att. 1. Redeamus domum, dijungere me ab illo volo.
Jumenta dijungere. Cic. 2. de Divin. 77.

DIJUNCTUS. Idem quod Disjunctus. Tacit. 4. Ann. 67. Insula freto ab extremis promontorii dijuncta. Cic. 13. Att. 11. Postea quam sum a te dijunctior. adde Quintil. 2. 15. pr. Edit. Burm.

DIJUNCTIO. Idem quod Disjunctio. Cic. 4. Acad. 91. Judicare quæ conjunctio, quæ dijunctio vera sit. Utrumque ex Gruteri scriptura. adde Arnob. l. 3. & Gell. 2. 7. extr. ibique Gronov.

## D I L

DILĀBOR, apsus sum, [διολισθαίνω] ābi. est in diversas vel in omnes partes labi; item Diffugere, discedere, sive elabi. ut, Dilabi in agros vel oppida. Liv. 3. 4.
Dilabitur oratio. Cic. in Lælio, Jam enim a sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias nostra dilabitur oratio. i. e. Descendit sive Decurrit. Legitur Delabitur in codd. emendatis. Sic 1. Tusc. 10.
Male dilabi. Cic. 2. Philipp. 66. Male parta, male dilabuntur.
Dilabi memoria. Cic. 13. Philipp. 11. Sunt alii plures fortasse, sed mea memoria dilabuntur. i. e. Excidunt.
Fortuna dilabitur. Author ad Heren. lib. 4. 25. Qui fortunis alicujus inducti amicitiam ejus secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, devolant omnes.
Dilabuntur vectigalia negligentia. Liv. 3. Bell. Maced.
Dilabitur vestis condita situ, & corrumpitur. Columel. lib. 12. cap. 3.
Dilabitur vetustate navis putris. Liv. 5. Bell. Maced.
Dilabi & Crescere opposita. Sallust. in Jug. C. 10. 6. Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

DILABENS, Partic. [διολισθαίνων] Hor. 3. Od. 29. 34.
— nunc medio alveo
Cum pace dilabentis Hetruscum In mare. [In emendatis libris Delabentis, & quis dubitet quin rectius?

DILAPSUS, Partic. [διολισθηκώς] ut, Dilapsus rapide fluvius. Cic. 2. de Legib. 6.
Amor cum forma dilapsus. Claud. 1. in Eutrop. 75.
Curæ dilapsæ. Ovid. 4. de Ponto 4. 21.
At mihi dilapsis inter nova gaudia curis.
Glacies liquefacta & dilapsa. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

Dilapsa multitudo. Liv. 3. & 9. Bell. Maced.
Dilapsus ornatus mundi occidit. Cic. 4. Acad. 119.
Dilapsa res. Cic. 7. Fam. 28.

DILAPSIO, ōnis. f. Aug. de C. D. 22. 12. De dilapsionibus corporum mortuorum.

DILABIDUS, [διαλυτικός] Adj. Quod facile diffluit. Vestes, propter brevitatem pili dilabidæ. quæ facile dilabuntur. Plin. lib. 8. cap. 55.

DILACĔRO, [διασπαράττω] āre. Idem quod Lacerare. Per translationem significat Consumere, dilapidare & disperdere. Cic. pro Milon. Et annum integrum ad dilacerandam Remp. quæreret.
Artus dilacerare. Sen. OEth. 7.
Dilacerantur opes. Ovid. 1. Epist. 90.

DILACERANDUS, [διασπαρακτός] Catull. in Argon. 152.
Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque Præda.

DILAMĬNO, āre. In duas laminas dividere. Ovid. de Nuce 73.
Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut rectus certo dilaminat ictu,
Aut pronus digito bisve semelve petit. Sic enim legit Erasmus. Cujus conjecturam firmant MSS. Dilaminare autem dixit, pro In duas laminas diducere. Id fit, quoties solutis commissuris finditur nux in duas partes. Unde paulo post laminam vocat putamen fissile. v. 95.
Lamina mollis adhuc tenero dum lacte quod intra est. Est quiddam in nuce, quod discriminat partes nuclei.

DILANCĬNO, are. Lacerare a Lancea. Prudent. Hymn. Vinc. v. 156. Membra dilancinata interficis.

DILANIO, [διασπάω] āre. Idem quod simplex, vel In diversas partes laniare. Cic. pro Milon. 34. Nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

DILANIATUS, Partic. Ovid. 3. Amor. 9. 52.
— inornatas dilaniata comas.

DILAPĬDO, [λιθολογέω] are. Proprie est Lapidibus purgare vel Lapides dissipare. Cato cap. 46. Locum bipalio vortito, dilapidatoque. h. e. Lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent Delapidato.
Dilapidare, [δαπανάω] per translationem, pro Disperdere, ut ait Donatus. Dictum autem est a Lapide, in quo Præcones, qui auctione vendebant stabant: unde proverbium apud Cic. in Pison. 35. De Lapide emptus. Ter. Phorm. 5. 7. 4.
— conveniendus Phormio est,
Prius quam dilapidet nostras triginta minas. Cic. ad Octav. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Hotomannus hanc verbi notionem a Lapide deducit, in quo adstabat Præco, rem venalem & distrahendam proponens. Sed aliis probabilius videtur dictum ab eo, quod Lapides sine cura sæpius temere solemus jacere & ita disperdere.

DILAPIDANS, Partic. Colum. l. 10. v. 329.
Sæpe ferus duros jaculatur Jupiter imbres,
Grandine dilapidans hominumque, boumque labores.
Hoc est disperdens, vel potius, valde seu vehementer lapidans, & grandine velut lapidibus feriens & atterens. [contundere & verberare grandine id vocant V. GRANDO.

DILAPIDATUS, Partic. apud Firmicum.

DILAPIDATIO, ōnis. apud Livium. Dilapidatio bonorum. Cod. Theod. l. 4. tit. 20.

DILARGIOR, ītus sum, [διαδωρέομαι] īri. Diversis largiri, dare. Sueton. in Cæs. cap. 2. Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo. Cic. pro Lege Agr. 80. Nec L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est.

DILARGITIO, ōnis. JCt. in Cod.

DILARGĪTOR, ōris. JCt. in Dig.

DILATIO, V. DIFFERO.

DILĀTO, [πλατύνω, διευρύνω] āre. Latum facere, latius extendere. Plin. lib. 33. cap. 3. Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius dividitur.
Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 102.
Dilatare aciem. Liv. 1. Bell. Maced. Et Plin. lib. 10. cap. 23. A tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen. V. ACIES.
Gloriam dilatare. Cic. in Somn. Scip. 16. Cernis profecto quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit.
Literas dilatare. Cic. de Clar. Orat. 259.
Manum dilatare. Cic. in Orat. 113.
Minima dilatare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7. Omnes sua extollunt, omnes etiam minima, quæ in alios contulere, dilatant.
Orationem dilatare. Cic. pro Flacco 12. Sed non dilatabo orationem meam: etenim potest esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis explicare vanitatem.
Ex verbo dilatare orationem, & In verbum contrahere, contraria. Cic. in Partit. 23. Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum: quæ simplicibus in verbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio.
Rictus dilatare. Ovid. 6. Met. 378.
Fundi quodammodo, & quasi dilatari. Cic. 3. de Fin. 49. Sed quanquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere, & tamen utrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant.

DILATATUS, Partic. Dilatata lex in cunctum ordinem, coangustari potest. Cic. 3. de Legib. 32.

DILATATIO, ōnis. Tertull. de Præscr. 47. Occludere superiora dilatatione. conf. eund. de Anima cap. 37.

DILATATOR, ōris. apud Boethium.

DILATOR, DILATUS. V. DIFFERO.

DILAUDO, [ἐπαινέω] are. Varie vel potius multum laudare. Cic. 6. Att. 2. Et ego audebo legere unquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

DILEMMA, ătis. [δίλημμα] Syllogismus utrinque feriens, sive constringens adversarium; unde veteres Cornutum dixere. [Vulgo quidem id fertur, Sed aliud esse ratiocinationis Sophisticæ genus, quod κερατίνην vel κερατίδα vocarunt, ex Menagii Comment. ad Laert. 2. 108. cognoscas licet.

DILIGENS, DILIGENTIA, DILIGENTER. V. DILIGO.

DILĬGO, exi, ectum, [ἀγαπάω] ĕre. Minus est quam Amare atque idem ac Benevolum esse, judice Valla lib. 5. Cic. ad Brut. Frag. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Idem 9. Fam. 14. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.
Diligere & charum habere. Cic. pro Balb. 59. Speroque, Judices, ut eos qui principes fuerunt conservandæ salutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: sic quæ, &c.
Colere & diligere aliquem. Cic. 3. de Legib. 5. Nec vero solum ut obtemperent, obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant, diligantque præscribimus.
Ante omnes aliquem diligere. Ovid. 10. Met. 167.
Admodum diligere. Cic. 4. Fam. 13.
Utrunque affectu pari diligere. Sen. Theb. 2.
Arcte familiariterque aliquem diligere. Plin. lib. 2. Epist. 13.
Benevolentiam alicujus mirifice diligere. Cic. 12. Att. 33. Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis ineundis, mihique dandis in ipsis literis quas mittis, benevolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo.
Fraterno amore sodales diligere. Ovid. 1. Trist. 3. 65.
Ex æquo omnes diligere. Lucan. ad Pison.
Furtim diligere. Ovid. 6. Fast. 555. Al. Furto. i, e. amore furtivo.
Fidem alicujus complecti, officia observantiamque diligere. Cic. pro Balb. 63.
Mirifice ab aliquo diligi. Cic. 1. de Nat. Deor. 58.
Se diligere, i. e. Plus satis admirari, vel Sibi adblandiri. Cic. pro Rosc. Com. 5. Usque eone te diligis, & magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed adversariis petas?
Stulte aliquem diligere. Hor. 2. Epist. 1. 260.
Valde diligere. Cic. 3. Fam. 1.
Unice diligere. Cic. 5. Fam. 8.
Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est. Ovid. 1. de Ponto 3. 23.
Diligere, Dividere. Plaut. Curcul. 3. 54. — quidni noverim?
Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Titinnius, Pernam totam diligit. Nonius. [Difficit editum ap. Plaut. ubi Salmas. Dirigit legendum contendit. q. V.

DILECTUS, Partic. [ἠγαπημένος, ἀγαπητὸς] Magno amore alicui dilectus. Virg. 1. Æn. 344.
Suis officiis dilectus. Ovid. 9. Met. 308.
Mihi dilectus per multos annos. Virg. 9. Æn. 85.
Sodales dilecti. Ovid. 4. Trist. 5. 1.
Premere dilectos visus, h. e. Oculos. Stat. 2. Sylv. 1.
Dilectissimus. Stat. 8. Theb. 99.
Augur Apollineis modo dilectissimus aris.
Testor inane Chaos, &c.

DILECTUS, ûs. m. Idem quod Delectus. Ita constanter veteres scribunt. Dilectus militum & is, qui significatur amatus, a Legendo dicti sunt. Festus. Ita Sen. de Benef. 2. 18. conf. Parei Lex. Crit. & quos laudat Drakenb. ad Sil. 7. 43. V. DELECTUS.

DILECTIO, ōnis. f. Gloss. Vet. ἀγάπη. Tertull. adv. Marc. 4. 27. Olufcula decimantes (Pharisæi) & dilectionem Dei prætereuntes.

DILECTOR, ōris. m. Apul. 2. Flor. Atque ego me dilectorem tuum profiteor. Tertull. contra Marc. 4. 23. Puerorum dilector. Ambros. Ep. 84. Dilectores hujus mundi. Aug. Ep. 32. Fratrem & dilectorem meum.

DILIGENS, entis. Partic. [ἀγαπῶν] Qui diligit.

DILĬGENS, Adj. [ἐπιμελὴς, σπουδαῖος, ἀκριβὴς, ἐμμελὴς, κηδεμών] Studiosus: quod eorum quæ amamus, sumus studiosi. Cic. de Amicit. Idem 4. Verr. Diodorus homo frugi ac diligens qui sua servare vellet. Vulgo dicitur Bonus œconomus.
Diligens & attentus in re hæreditaria. Cic. 1. Verr. 126. Qui in re adventitia atque hæreditaria tam diligens, tam attentus esset.
Studiosus ac diligens. Cic. 4. Acad. 98. Homo & acutus, ut Pœnus, & valde studiosus ac diligens.
In omni genere diligens. Cic. 12. Att. 32. Et medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari vetat.
Diligens temperamenti. Plin. in Paneg. Tam diligens temperamenti, ut nec Consulis officium Princeps, nec Principis Consul appeteret. [i. e. Observans, sive, ut Baudius expo. Exactus observator temperamenti, ut mox officii diligens. Potest tamen etiam accipi, pro partic. a verbo Diligo, Amans, studiosus temp. ut apud Nepotem quoque 15. 3. 1. Veritatis diligens, φιλαλήθης.
Manus diligens. Sen. in Medea 7.
Negligentia diligens. Cic. in Orat. 78.
Diligentissimus rei familiaris. Sueton. de Clar. Gram. 23. Cic. 4. de Fin. 32. Omnis enim est natura diligens sui. Et apud Plin. lib. 34. cap. 8. Diligentissimus artis.
Officii diligentissimus. Cic. pro Cluent. 71. Q. Pompejo Proconsuli contubernalis, castissimo viro atque omnis officii diligentissimo.
Naturæ diligentissimus. Plin. lib. 13. cap. 4.
Diligens, in malam partem, pro Nimis curioso. V. Conferre ad aliquem sinistram diligentiam, In CONFERO.
Diligens ad. Cic. 1. in Catil. 19. Quem tu videlicet, & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti.
Diligens & Negligens de suo, de alieno, &c. contraria. Plin. lib. 4. Epist. 13. ad Corn. Tacit. Nam qui fortasse de alieno negligentes, de suo certe diligentes erunt.
Diligens in tuendo. Plin. in Paneg. Idem tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo.

DILIGENTIA, [ἐπιμέλεια, σπουδὴ, ἀκρίβεια, ἐξεργασία] Studium, cura. Plaut. Rud. 3. 5. 40. Curate hæc sultis magna diligentia. Cic. 2. de Orat. 148.
Diligentia quandoque opponitur Avaritiæ, & Profusioni, ut ad Heren. lib. 4. 36. Non est ista diligentia, sed avaritia; ideo quod diligentia est accurata conservatio suorum, avaritia, injuriosa appetitio alienorum.
Assiduitas & diligentia. Cic. 2. Att. 15. Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia, in controversia Mulvina.
Diligentia & industria. Cic. 1. de Orat. 260. In quo tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturæ diligentia industriaque superaret. De Demosthene.

Perver-

Perverſitas diligentiæ. Quintil. lib. 1. cap. 6. Inhærent tamen quidam moleſtiſſima diligentiæ perverſitate, ut audaciter potius dicant, quam audacter.
Accuratiſſima diligentia. V. ACCURO.
Acris diligentia. V. ACER.
Inanis diligentia. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Siniſtra diligentia. V. Conferre ad aliquem ſiniſtram diligentiam, in CONFERO.
Solicita nimium diligentia. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Diligentia in Rempub. Cic. pro Muren. 86. Vos pro mea ſumma & vobis cognita in Rempub. diligentia, moneo.
Adhibere diligentiam. V. ADHIBEO.
Adimere diligentiam. V. ADIMO.
Adjungere diligentiam. V. ADJUNGO.
Affectare diligentiam. V. AFFECTO.
Aſſervare diligentia. V. ASSERVO.
Comparare diligentiam. V. COMPARO.
Conferre diligentiam ad aliquid. Cic. 10. Fam. 2. Tamen tuæ dignitati ita favemus, ut omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. V. CONFERO.
Conſequi diligentia aliquid. V. CONSEQUOR.
Conſumere diligentiam in re aliqua. V. CONSUMO.
Excitanda animadverſio & diligentia, &c. Cic. 1. Off. 103.
Habenda ratio & diligentia omni in re. Cic. de Amicit. 91.
Labi diligentia. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Remittere de diligentia. Cic. 11. Fam.
Rident diligentiam noſtram. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Scribere magna cum cura atque diligentia. Cic. 1. de Invent. 70.
Diligentia apud Juriſconſultos, eſt quæ Culpæ e regione reſpondet. l. ſi cum. D. de contrah. empt. Ea autem triplex eſt, infima, mediocris, & ſumma. Infimæ reſpondet e regione culpa lata; mediocri, culpa levis; ſummæ, culpa leviſſima. V. l. contractus. D. de reg. jur. & l. 5. D. commod. cum ſimilibus.

DILIGENTER, Adv. [ἐπιμελῶς] Studioſe, cum cura & ſolicitudine. Ter. Eun. 2. 1. 1. Fac ita ut juſſi; deducantur iſti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet.
Aſſervare aliquid diligentia. Catul. 17. 16.
Aſſervanda nigerrimis diligentius uvis.
Curare ſtudioſe diligenterque. Cic. 16. Fam. 16. Ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, ſtudioſe diligenterque curabo.
Accurate & Diligenter. V. ACCURATE. H. St.
Exponere aliquid diligenter. Cic. 2. Verr. 179. Et 1. Acad. 4. Diligentiſſime Græcis literis explicata.
Eram hic diligenter, i. e. Summo ſtudio & cura conſiderabam, & animadvertebam quæ agebas. Plaut. Mil. 1. 1. 28.
Venire diligentius paratiusque. Cic. pro Roſc. Amer. 72. Si hunc apud bonorum emptores ipſos accuſares, eique judicio Chryſogonus præeſſet, tamen diligentius paratiusque veniſſes.

DILOCHOS, i. f. [Δίλοχος] Dianæ vel Lunæ epitheton, vel quod venatrix cum ſit, duplicem haſtam ferat; vel a duplici nomine, ſuo, & Solis.

DILOGIA, æ. f. [διλογία] Figura eſt, quum ambiguum dictum duas res ſignificat. Aſconius in 2. Verr. Figura tamen eloquutionis hic nulla eſt.

DILORES, um. f. pl. Veſtes dicuntur, quæ duobus nectuntur loris: ſic & Pentelores, & Monolores, quod ad inficiendi rationem referunt alii, dictionibus ex Græco & Latino conflatis. V. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10.

DILORĪCO, [διαῤῥηγνύω] āre. Diſcindere, inquit Nonius. Cic. 2. de Orat. 124. Qui in cauſa peroranda non dubitavit excitare reum Conſularem, & ejus diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adverſas ſenis imperatoris oſtendere? Alibi idem exemplum memorans, dixit, Tunicam a pectore diſcidit. Ut intelligamus idem eſſe Diloricare & Diſcindere: ſed hoc magis proprie, illud autem metaphorice dictum putaverim. Apul. 6. Met. Involat in eam, veſtemque diloricat. V. Indic. Elmenh.

DILORICĀTUS, a, um. Partic. Apul. 7. Met. Diloricatis ſtatim pannulis.

DILŌSOS, i. m. Ales oſcinum mitior. Mart. Capell. 2. p. 42.

DILUCEO, xi, [διαλάμπω] ēre. Diſtincte, ſive Perfecte lucere. Hor. 1. Epiſt. 4. 12.
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. [Videtur a v. Diluceſco eſſe q. V.
Dilucere res dicitur, per tranſlationem, cum Clara & aperta eſt. Liv. 3. 16. pr. Dilucere res magis patribus atque COSS. conf. Idem 25. 29.

DILUCĬDUS, a, um. [καταφανής, καταφανός] Adj. Plin. lib. 9. cap. 39. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoque dilucidior, quanto magis vellera eſuriunt. conf. Cic. in Orat. 20.
Dilucida oratio. Cic. 3. de Finib. 3. Nec enim in Torquati ſermone quicquam implicatum, aut tortuoſum fuit: noſtraque, ut mihi videtur, dilucida oratio.

DILUCĬDE, Adv. [καταφανῶς, σαφῶς] i. e. Clare & perſpicue. Ter. Phorm. 2. 3. 52. Dilucide expedivi, quibus me oportuit, judicibus. Plin. lib. 18. cap. 28. Dilucide atque perſpicue.
Dicere dilucide planeque. Cic. in Orat. 79.
Diluere dilucide. h. e. Aperte & manifeſte. Cic. 3. de Finib. 19. Et 2. Verr. 191. Dilucide diluere crimina.
Docere dilucide. Liv. 39. 47. Cic. 4. Acad. 56.
Explicare dilucide. Cic. 1. de Divin. 117.
Compar. Tractata quæſtio dilucidius. Ulp. in l. hinc quæritur. D. de peculio.

DILUCĬDO, [διαφωτίζω, σαφηνίζω] āre. Declarare. Auctor ad Heren. lib. 3. 8. Nam quod in docendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellavimus, id in dicendo honeſtius conſilium appellabimus.

DILUCESCO, [διαλάμπω] ēre. Diem fieri incipere. Pro quo antiqui Diluculaſcere ſcripſerunt. Cic. 3. Catil. 6. Ipſi comprehenſi ad me, quum jam diluceſceret, deducuntur.
Diſcuſſa eſt illa caligo, diluxit, patet, videmus omnia. Cic. 12. Philipp. 5.
Jam diluceſcebat, cum ſignum Conſul dedit. Liv. 36. 24.

DILŬCŬLUM, i. n. [ὄρθρος, πρώϊορθρον] a Die: quod tum dies luceſcere incipiat. Plaut. Amph. 2. 2. 105. Primulo diluculo abiiſti ad legiones.
Cum diluculo abire. V. CUM.
Primo diluculo venire. Cic. pro Roſc. Amer. 19. Et quum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. Idem 16. Att. 13.

DILUCŬLO, Adv. [κατ' ὄρθρον] i. e. Summo mane, Ante lucem. Cic. 16. Att. 13. Quum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, veniſſemque diluculo ad pontem Tiretium.

DILUCŬLO, [ὄρθρον ποιεῖσθαι] āre. eſt Diluculum fieri. Gell. lib. 2. cap. 29. Die craſtino ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant. Antiquum eſt & obſoletum. conf. Gell. 7. 1.

DILUCULASCIT, V. DILUCESCO.

DILUDIA, orum. n. pl. Hor. 1. Epiſt. 19. extr.
Diſplicet iſte locus, clamo, & diludia poſco. Ubi Acron, Diludia, tempora ſunt quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinque dies pugnent. Porphyr. Diludia, intermiſſio ludorum vel dilatio.

DILUO, ui, ūtum, [κεράννυμι, κλύζω] ĕre. Lavare, purgare, temperare, Solvere, diſſolvere. Cæſ. 2. Bell. Civil. 10. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet.
Aceto diluere. Celſus lib. 5. cap. 20. Hunc oportet diluere aceto, ſic ubi vulnus glutinandum eſt, illinere.
Color diluitur. Ovid. 4. de Ponto 10. 62.
Quinetiam ſtagno ſimilis, pigræque paludi,
Cæruleus vix eſt, diluiturque color. V. DILUTUS.
Labores boum diluere ingenti pluvia. Virg. 1. Georg. 325.
Pectora ſudor diluerat. Valer. 3. Argon. 557.
Diluere, eſt Aquam vel alium liquorem miſcere. Virg. 1. Georg. 344.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret:
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho. i. e. Cui tu liba de lacte, melle, & vino. Servius. Et Perſ. 5. Sat. 100. Diluis helleborum, dixit, pro eo quod eſt, Medicamentis temperas. Plin. lib. 34. cap. 12.
Unguenta lacrymis diluere. Ovid. 1. de Ponto 10. 53.
Diluit & lacrymis mœrens unguenta profuſis.
Diluere aliquid in paſtillos. Plin. lib. 25. cap. 12. ad finem.
Diluere, per tranſlationem, pro Expedire, declarare, explicare. Cic. pro Cluent. 6. Quum ego unaquaque de re dicam, & diluam.
Cura diluitur mero. Ovid. 1. de Arte Am. 238.
Cura fugit, multo diluiturque mero. i. e. Aufertur & velut abſtergitur.
Diluere, & falſa eſſe docere. Cic. pro Cælio 35. Quæ tu, quoniam mente neſcio qua effrenata atque præcipiti in forum deferri judiciumque voluiſti, aut diluas oportet, & falſa eſſe doceas &c.
Infirmare & diluere. Cic. pro Roſc. Amer. 42. Ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non poſſum.
Auctoritatem diluere, pro Minuere. Sen. Epiſt. 29. Hoc non exiſtimo magno viro faciendum, diluitur ejus auctoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet minus obſolefacta corrigere.
Crimen diluere, pro Purgare & refellere. Cic. 5. Verr. 76. Quo facilius crimen inimicorum diluere poſſim. Idem 2. de Nat. Deor. 20. Nam ut profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facile corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur.
Crimina inferre & Diluere, contraria. Auctor ad Heren. 4. 48. Accuſatoris officium eſt, inferre crimina: defenſoris, diluere & propulſare.
Tantum facinus quæ diluet ætas? Claud. 2. in Eutrop. 23.
Hora ſera diluitur mero. Ovid. 18. Epiſt. 14.
Moleſtias extenuare & diluere. Cic. 3. Tuſc. 34. Quæ cogitatio una omnes moleſtias extenuat & diluit.
Peccata diluere. Ovid. de Rem. Amor. 695.
Vitium ex animo diluere. Propert. lib. 3. 15. 6. ad Bacchum,
Tu vitium ex animo dilue Bacche meo.

DILUOR, paſſ. Auctor ad Heren. 2. 38. Ex ſimplici parte reprehendentur, ſi ex duplici concluſione alterutra pars diluitur.

DILŪTUS, a, um. Partic. [κεκραμένος] Quod eſt miſtum & temperatum. Unde Vinum aqua miſtum, dicitur Dilutum. Martial. lib. 1. 177.
— raram
Diluti bibis unciam Falerni.
Dilutus color dicitur, Debilis, quum veluti aqua adhibita minus eſt intenſus. Gell. lib. 2. cap. 26. Luteus contra rufus color eſt dilutior. Quidam legunt Dilucidior.
Abſynthia diluta. Lucret. lib. 4. 224.
Guttæ. Perſ. 3. Sat. 14.
Dilutas querimur geminet quod fiſtula guttas.
Labella diluta multis guttis. Catul. ad Juventium 7.
Mella Falerno diluta. Hor. 2. Serm. 2. 16.
Potio diluta. Celſ. lib. 1. cap. 3. Poſt hæc omnibus fatigatis aptum eſt cibum ſumere: eoque humido uti: aqua, vel certe diluta potione eſſe contentos.
Rubor dilutus. V. RUBEUS.
Urina diluta. V. URINA.
Compar. Cic. Fragm. apud Ammian. 15. 29. Gallos poſthæc dilutius eſſe poturos, quod illi venenum eſſe arbitrabantur.
Superl. Celſ. 1. 3. Potio quam dilutiſſima. i. e. multa aqua temperata.

DILŪTE, Adv. quidam laudant ex Macrob. 7. Saturn. 13. Sed al. Sordidatum pallium meum in mari diutule lavi.

DILŪTUM, i. n. [ἀπόβρεγμα] Id liquidum eſt in quo aliquid certo tempore infuſum fuit. ut ſi in vas vini appoſitum abſynthium fuerit, deinde poſt interjectum tempus abſtractum, id vinum, Abſynthii dilutum dicetur. Plin. lib. 27. cap. 7. Bibitur & madefacti abſynthii dilutum. Ita enim appellatur hoc genus.

DILUVIO, [κατακλύζω] āre. Diluvie & inundationibus commiſcere & conturbare, inundare. Lucret. lib. 5. 388.
Tantum ſuppeditant amnes, ultroque minantur,
Omnia diluviare ex alto gurgite ponti.

DILUVIUM, i. n. [κατακλυσμός] Quod varie diluit. Nam diluvium, diverſorum purgamentum fuit, omnia diluens, quando ſcilicet immodicis imbribus vel vexatur terra, vel obruitur: quæ & Inundatio dicitur. Plin. 8. Epiſt. 17. Hic aſſiduæ tempeſtates, crebra diluvia.
Tellurem diluvio miſcere. Virg. 12. Æn. 205. i. e. Aquæ ſuperfuſione univerſa perturbare. Servius.

Diluvium

Diluvium pro Vastitate, auctore Servio, apud Virg. 7. Æn. 228.
Diluvio ex illo tot vasta per æquora vecti, &c. De Trojæ excidio loquitur, quod tempestati comparavit, unde liquet allegoriam esse.

DILUVIES, ēi. f. [κατάκλυσις] Idem. Lucret. lib. 5. 256.
Pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
Imbribus. Hor. 4. Carm. 14. 28.
— horridamque cultis
Diluviem minitatur agris. i. e. Inundationem. Acron.
Fera diluvies quietos irritat amnes. Hor. 3. Carm. 29. 40.
Eructans diluviem. Plin. 9. 4.

DILUVIĀLIS, e. Adj. Solinus cap. 14. Quippe quas solas diluvialis irruptio, quum universa obduceret humido, situ inacessas reliquit.

## D I M

DIMACHÆ, arum. m. pl. [διμάχαι] Equites quidam sunt ab Alexandro instituti, quos a duplici genere pugnæ sic appellabat. Hi enim ex equo pugnabant peritissime: ubi vero exigeret necessitas, & foret regio equitatui inepta, mox desilientes ex equis congrediebantur, ut pedites, ne omnino forent pugnæ expertes, & Lydium paterentur incommodum. Ex Cæl. lib. 21. cap. 31. Meminit & Alex. Gen. Dier. lib. 6. cap. 22. Usus est Q. Curtius, 5. 13. 8. apud quem tamen olim Dimichæ mendose lectum est. V. Maussac. ad Harpocr. p. 27. & ad Curt. Rader. ac Freinsh.

DIMACHÆRUS, i. m. Gladiator, qui duobus gladiis pugnavit. Artemid. 11. 33. & ex eo Lips. Sat. 2. 13.

DIMĂDEO, ēre. Lucan. lib. 6. 479. Dimaduere nives. h. e. Resolutæ sunt, aut Dissolutæ. [Nisi a verbo Dimadesco est.

DIMĀNO, [ἀπορρέω] āre. Defluere. Per translationem, Cic. pro Cælio 6. Equidem (ut ad me revertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam; & meus hic forensis labor, vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum, paulo latius commendatione & judicio meorum. pro Pervenit.

DIMANATIO, ōnis. f. apud Augustin.

DIMASOS, [Δίμασσος] Insula circa Rhodum, inquit Plin. lib. 5. cap. 31.

DIMĔTER, tra, trum. ut, Versus dimeter, Duo metra, seu duas mensuras habens, h. e. Pedes quatuor. hinc

DIMETRIA, æ. f. Hujusce versus mensura. Auson. Epist. 16. 104. Volucri pes dimetria.

DIMETIOR, mensus sum, [διαμετρέω, ἐκμετρέω] īri. Idem quod Metiri. V. DEMETIOR. Cic. de Senect. 49. Mori videbamus in studio dimetiendi pene cæli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui, Scipio.
Dimetiri & describere. Cic. de Senect. 59. Mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa & descripta.
Dimensam & exædificatam animo habere domum alicujus. Cic. 1. Att. 4.
Dimetiri digitis peccata. Cic. in Parad. 3.
Dimetiri & dinumerare syllabas. Cic. in Orat. 147.
Passive, Vitruv. 3. 3. & 5. 9.

DIMETIENS, entis. Partic. [διαμετρῶν] ut, Dimetiens linea, i. e. Diameter. Plin. lib. 2. cap. 23.

DIMENSUS, a, um. Partic. [διαμεμετρημένος] Cic. de Senect. 59. Et ei Cyrum respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur active.
Campum ad certamen dimensi. Virg. 12. Æn. 116.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum. Virg. 2. Georg. 284.
Orbis certis partibus dimensus. Virg. 1. Georg. 231. i. e. auctore Servio, Annus divisus in quatuor tempora. Hic passive sumitur.
Ratio sensum dimensa. Cic. in Orat. 183. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit, quid acciderit.

DIMETĪTUS, a, um. pro Dimensus. V. DEMETIOR & DIMETOR.

DIMENSUM, i. n. Idem quod Demensum. Spart. in Adrian. cap. 7. Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo Senatoriæ professionis explevit, ita ut plerisque in diem vitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit. V. Demensum, post DEMETIOR.

DIMENSIO, ōnis. f. [διάστασις, διαμέτρησις] Cic. 1. Tusc. 57. Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

DIMENSOR, ōris. m. apud Livium.

DIMĒTOR, [διαμετρέω] āri. Cic. 2. de Nat. Deor. 155. de sideribus, Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognovimus. Alii legunt, Dimetiti.

DIMĬCO, ui & āvi, ātum, [ἀγωνίζομαι] āre. Pugnare, sed proprie est, Sorte ac micatione finem imponere controversiæ. Cæs. 7. Bell. Gall. 35. Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. Ovid. de Rem. Amor. 27.
Vitricus & gladiis & acuta dimicet hasta,
Et victor multa cæde cruentus eat.
Hac tibi sit pugna dimicuisse satis. Ovid. 2. Amor. 13. 28.
Acie dimicare, vel prælio. Liv. 2. 49. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Quum A. Posthumius Dictator cum Octavio Mamilio Tusculano prælio dimicaret.
Acie tota dimicare. V. ACIES.
Acies mille modis tua dimicat. Lucan. ad Pison. 198.
Cum causa dimicare. Cic. 2. de Finib. 56. Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, cum causa, si opus fuerit, dimicabit.
De omnibus fortunis Reipub. dimicare. Cic. 8. Att. 16.
De imperio dimicare cum aliquo. Cic. 1. Off. 8. Cum Latinis, Sabinis, &c. de imperio dimicabatur.
De potentia sua dimicant homines hoc tempore periculo civitatis. Cic. 7. Att. 12.
Inter se dimicant. Plin. lib. 8. cap. 7. Et lib. 7. in procem.
Pro altero dimicare. Cic. 2. Philipp. 34. An tu Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret?
Pro re aliqua dimicare. Plin. lib. 12. cap. 25. Contra defendere Romani, & dimicatum pro frutice est.
Pro legibus, pro libertate, pro patria dimicare convenit. Cic. 4. Tusc. 42.
Dimicandum omni ratione ut incolumes conserventur. Cic. 1. Verr. 72.
Dimicare in iisdem lineis, dixit Tertullianus, pro In eodem gradu: quia sic interdum collato pede pugnabatur, ut lineæ ductæ pedem semper insistere oporteret, nec inde referri, hocque genere exercitationis utebantur.

DIMĬCANS, antis. Partic. [ἀγωνιζόμενος] Cic. pro Sext. 1. De capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantes. Justin. 3. 66. Nepos 13. 4. 3.

DIMICATIO, ōnis. f. [ἀγωνισμὸς] Liv. 2. 13. Et subeunda dimicatio toties, quot superessent conjurati.
Discrimen & dimicatio fortunæ. Cic. pro Sylla 77. Si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit.
Capitis dimicatio, famæ, &c. h. e. Periculum, ut ait Budæus. Cic. pro Rabir. 5. Quod in tanta dimicatione, capitis, famæ, fortunarumque omnium fieri necesse est. Sic de Provinc. Cons. 23.
Fortunarum dimicatio. Cic. pro Planc. 31.
Prælii dimicatio. Cic. 1. Q. frat. 1. Nullas (ut opinor) insidias hostium, nullam prælii dimicationem, &c. pertimescimus.
Solers dimicatio. Plin. lib. 10. cap. 17.
Vitæ dimicatio. Cic. pro Planc. 77. Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro Republica, nec pro me desugiendas putavit.
Artifex dimicatio. V. ARTIFEX.
Periculosa dimicatio. V. PERICULOSUS.
Inter ipsam dimicationem. h. e. In ipsa dimicatione, Inter dimicandum, Tempore dimicationis. Ex Livio.
Quærere dimicationem. Liv. de Bell. Pun.
Subire. Liv. 2. 13.
Venire in aciem dimicationemque. Cic. in Orat. 42.
Dimicatio cum. Plin. lib. 9. cap. 46. At cum caniculis atrox dimicatio.

DIMICĀTOR, ōris. m. apud Lactant.

DIMIDIUS, a, um. Adj. sive DIMIDIUM, i. n. [ἥμισυς, ἥμισυ] a Dimensione dicitur, teste Donato. Alii a Medius deducunt, quasi Per medium divisus. Est autem Dimidium, Pars dimidiati altera. Gell. lib. 3. cap. 14. Dimidiatum, nisi ipsum quod divisum est, dici haud convenit; Dimidium vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Plaut. Bacch. 5. 2. 71. Dimidium auri datur, accipias. Idem Pseud. 1. 5. 37. Bonus animus in mala re, dimidium est mali. Plin. lib. 2. cap. 59. Certe nisi sole adverso non fiunt, nec unquam nisi dimidia circuli forma. De arcu cælesti loquitur.
Dimidia pars. Plaut. Rud. 4. 4. 79. Nunc demum istuc dicis, quoniam jus meum esse intelligis, dudum dimidiam petebas partem. Idem Curc. 3. 77.
Ex parte dimidia hæres. Cic. 13. Fam. 30.
Dimidius modius. Liv. 3. 12. pr. Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ jussit annulos aureos: qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse sint quidam auctores.
Decoquere ad dimidias. V. in præpositione AD.
Dimidias clepsydras dixit Plinius in Epist. pro Dimidiatis, teste Budæo.
Dimidiasque nates Gallica palla tegit. Puto, pro Tantum dimidias H. St. versus est Martial. l. 1. Ep. 60.
Dimidium facti, qui cœpit, habet. Hor. 1. Epist. 2. 40.
Constabit aliquid dimidio minoris. Cic. 13. Att. 28.
Curare pecuniæ dmidium alicui. Cic. 2. Q. frat. 8.
Donare dimidium. Martial. lib. 1. 76.
Dimidium donare Lino, quam credere totum,
Qui mavult, mavult perdere dimidium.
Solvere dimidium. Quintil. lib. 5. cap. 10. Lata lex est, ut argentarii dimidium ex eo, quod debebant solverent, creditum suum totum exigerent.
Dimidium quam. Liv. 35. pr. Ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit.
Dimidio, ablativus: ut, Dimidio carius, quam æstimatur aliquid emere. Cic. pro Domo sua, 115.
Dimidio minus, & Dimidio minoris. Plaut. Asin. 2. 4. 35. Cic. 13. Att. 29. V. MINOR.
Minus dimidium, pro Dimidio minus. Cic. 1. Verr. 123. Jurarent se curaturos, ut ex sua cujusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perveniret. Budæus.
Dimidio plus & pluris. Cic. 9. Att. 11. Idem 3. Verr. 144. Addicitur medimnis MM. dimidio fere pluris, quam superiore anno.
Dimidio stultior. Cic. pro Flacc. 46. Habebat enim Rhetor iste adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat. De hac voce V. Gell. 3. 14.

DIMIDIO, āre. Tertull. de Carne Christi, cap. 5. Quid dimidias mendacio Christum?

DIMIDIĀTUS, a, um. Partic. [ἡμίτομος] dicitur Id quod in duas partes divisum est: ut, Dimidiata hora, Dimidiatum pomum. Plaut. Men. 1. 2. 45. Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. Ennius, Sicuti siquis ferat vas vini dimidiatum. Dimidiatum mensem dixit Cic. 2. Tusc. 37. Et Plin. lib. 16. cap. 39. Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiam.
Partes dimidiatæ. Cic. 5. Tusc. 66. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. Conf. DIMIDIUS.

DIMIDIĀTIM, Adv. [ἡμιτόμως] Plaut. Milit. 3. 1. 64. Sed percellunt, sed perducunt dimidiatim dum appetunt. i. e. Sibi volunt dari dimidiam partem. V. Turneb. Advers. 7. 6.

DIMIDIATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 1. 24. Unde hæc dimidiatio salutis?

DIMINUO, ui, ūtum, [μειόω, ὀλιγόω, ἀμβλύνω, ὑποτανίζω] ĕre. Idem quod Minuere, vel diversas vel potius minutas in partes confringere & attenuare. Ter. Eun. 4. 7. 33. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Idem Adel. 4. 2. 32. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. Cæs. 3. Bell. Civil. 2. Longumque iter ex Hispania magnum numerum diminuerat. l. Deminuerat in emendatis. V. DEMINUO.
Detrahere & diminuere de re aliqua. Cic. 2. de Invent. 33. Quantum enim de honestate & auctoritate ejus qui arguitur, detractum est, tantum de facultate totius est defensionis diminutum. Hic quoque Deminutum legitur rectius.

Auxilio

Auxilio diminui. Cic. de Arusp. Resp. 40. Monent ne per optimatium discordiam, dissensionemque, patribus, principibusque cædes, pericula, laque creentur, auxilioque diminuti deficiantur. Hic quoque alii l. Deminuti.
Ira diminuitur. Ovid. 1. Trist. 4. 44.
Diminui si qua numinis ira potest. Hic quoque al. Deminui, notante Burm.
Diminutum negotio. Author ad Heren. lib. 1. 27. Veruntamen maturabimus, & quod nostro negotio diminutum fuerit, exæquabimus industria.
Diminuere de vel ex. Cæs. 1. Bell. Gall. 53. Liv. 2. Quam quod diminutum quicquam sit ex regia potestate. His quoque locis emendati libri præferunt Demin. Idem de sequentibus censeas.
De bonis alicujus diminuere. Cic. 1. Q. frat. 2.
De præsidiis diminuere. Cic. pro Sylla 2. Sed ut ille, judices, quantum de mea authoritate diripuisset, tantum se de hujus præsidiis diminuturum speravit.
Verbo unius de tempore sermonis alterius diminui. Cic. 3. de Orat. 187. Sed eo te ne laudandi quidem causa interpellavi, nequid de hoc tam exiguo sermonis tempore verbo uno meo diminueretur.
Interdum idem quod Alienare, uti docet Pareus Lex. Crit. p. 332.
DIMINUTUS, Partic. [μεμειωμένος] Cic. 3. de Orat. 132. Distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium diminutæ.
Dignitas collegii interitu alicujus diminuta. Cic. de Clar. Orat. 1.
Prædia diminuta. Cic. pro Sylla 56.
Diminuta ex parte & infirmata sententia. Cic. pro Cæcin. 38.
Diminutum de hæreditate intelligitur, siquid usucaptum est, & ob id de hæreditate exiit. l. 21. D. de hæred. petition.
Diminutus Capite. Cic. Top. 29. V. in DEMINUTUS, & paulo post DIMINUTIO.
DIMINUTIVUS, Adj. [ὑποκοριστικός] Charisius lib. 2. Sunt diminutiva, quæ ab absolutis nominibus, adjecta in novissima parte aut litera aut syllaba, capiunt diminutionem, ut Parvus, parvulus. Vox est Grammaticis frequens & familiaris.
DIMINUTIVUM, i. n. *à mieux dire* DEMIN. Sucula ut Bucula. V. post SUS. H. St. V. & DEMINUO.
DIMINUTIVE, Adv. [ὑποκοριστικῶς] Charisius lib. 1. Pistrinum neutro dicitur, sed Lucilius fœminine extulit. Media e pistrina. Nam & Terentius diminutive Pistrillam dixit.
DIMINUTIO, ōnis. f. [μείωσις, ὑποκόρισμα, ἥττημα] ut, Diminutio luminis. Cic. 1. Tusc. 68. & Diminutio familiæ. Plin. lib. 34. cap. 13.
Accretio & Diminutio, contraria. Cic. 1. Tusc. 68. Solem lunamque accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies.
Civium diminutio. Cic. 3. in Catil. 24. Quanta deminutione civium, & quanta calamitate reip. Sic ed. Verb.
Libertatis diminutio. Cic. 2. de Lege Agr. 6.
Vectigalium diminutio. Cic. 1. de Lege Agr. 21.
Diminutio capitis apud Jurisconsultos, est Prioris status mutatio, ut testatur Cajus Tit. De cap. minutis. l. 1. Cic. de Provinc. Consul. V. CAPUT. Antiqui tamen Oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant. Cic. 5. in Verr. 81. Unum hoc aliud Senatusc. reprehensum, secretumque est, ut quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ærarium referrent. Cæs. 2. Bell. Civil. 2. Relinquitur nova religio, ut eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud quod deditione ducis & capitis diminutione sublatum est.
Diminutio de. Cic. 2. Off. 73. Neque de bonis privatorum publice diminutio fiat.
Facta de imperio diminutio. Cic. 4. Fam. 5.
Multari diminutione provinciæ imperatorem, contumeliosum est. Cic. de Provinc. Consul. 8.
DIMITIGO, V. DEMITIGO.
DIMITTO, isi, issum, [ἀφίημι, ἀπολύω, μεθίημι, παρίημι] ĕre. Idem quod simplex Mittere, vel in diversas partes mittere, vel a se mittere. ut, Dimittere domum. Liv. 8. Bell. Maced. Virg. 1. Æn. 576.
— equidem per littora certos Dimittam.
Dimittere boves in pascua. Columel. lib. 6. cap. 26.
Dimittere literas in alias urbes. Liv. 8. Bell. Maced.
Dimittere pueros circum amicos. Cic. pro Quint. 25. Nævius ipse pueros circum amicos dimittit.
Dimittere folia dicitur arbor, quum decidunt. Plin. lib. 12. cap. 1.
Dimittere, pro In diversas partes mittere. Liv. lib. 5. Decad. 5. Per omnes civitates cohortes dimisit. Sueton. in Cæs. cap. 4. Nam comites servosque cæteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.
Dimittere, pro Deorsum mittere. Plin. lib. 11. cap. 37. Alterum sinum, in quem ex eo dimittunt concoctione maturata. Demittunt codd. Castigatiores, ut & in locis protinus ex Cæs. & Liv. subjectis.
Dimittere se in valles, vel agmen in æquum. Cæs. 1. Bell. Civil. 79. Liv. 7. Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit.
Dimittere, Permittere abire, Sinere. Ter. Eun. 4. 7. 44. Jam dimitto exercitum? THR. ubi vis. Sic apud Cæs. 7. Bell. Gall. 71. Dimittere equitatum. Cic. 1. Off. 36. Quum autem Pompilio videretur unam dimittere legionem. [ Dicitur proprie de Exercitu, vel Militibus, quibus Missio datur. V. MISSIO.
Dimittere & Retinere, contraria. Cic. 4. Verr. 6. Cum quæstu compendioque dimittit, partim retinet.
Æquos & placatos aliquos dimittere. Cic. in Orat. 34.
Aliquem a se dimittere. Cic. 1. de Orat. 126.
Aliquem cum bona gratia dimittere. Cic. de Fato 7.
Aliquem cum pace dimittere. V. PAX.
Dimittere, Permittere, in potestatem dare. M. Tullius de Repub. lib. 1. Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. Nonius. [ Sed aut vitioso usus est codice Nonius, aut ipsius verba corrupte leguntur. Nam fasces h. l. Submissi intelliguntur populo, & proinde Demissi legendum, ut jam monuerunt Sigon. & Patric. V. SUBMITTO.
Aculeum dimittere. V. ACULEUS.
Amicitias dimittere. Cic. de Amicit. 78. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria.
Animum dimittit in artes ignotas. Ovid. 8. Met. 188.
Dimittere se ad aurem alicujus. Cic. 4. Verr. 69. Erat hominum conventus maximus, summum silentium, summa expectatio, quonam esset ejus cupiditas eruptura. crebro dimittebat se accensus ad aurem Timarchides. tum iste aliquando. Age, dic, inquit, &c. Al. Demittebat. Sic mox ap. Virg. Demittere.
Bellum dimittere. Stat. 16. Theb.
Cœtum dimittere. Cic. 1. in Catil. 10.
Comitia dimittere Cic. 1. Att. 9.
Debitorem dimittere. V. Debitor, In DEBEO.
Dicta Virg. 4. Æn. 428
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures? emendati libri Demittere.
Discedentem non sine magno dolore dimittere. Cic. 12. Att. 19.
Dimittere se in comparationem alterius, Comparare se alteri. Suet. de Clar. Rhet. cap. 6. Suscepit eas partes actaque ita complevit, ut Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Ubi fortasse legendum Demittere. [ Quomodo edidit Gronov.
Concilium dimittere. Cic. 1. de Orat. 121. Adolescentulus vero sic in initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo concilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit. [ Lege Vidit, vel Viderat.
Concilia instituta dimittere, vel habita rescindere. Cic. 2 de Legib. 31.
Consilium dimittere & ablegare. Cic. 4. Verr. 73. Causam sese, dimisso atque ablegato consilio defensurum negavit.
Dimittere ex concilio. Cæs. 3. Bell. Gall. 18. Iis rebus adducti, non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio dimittunt, quam ab iis sit concessum arma uti capiant.
Contumeliose dimittere. V. CONTUMELIA.
Creditorem dimittere, i. e. Ei satisfacere, Se ab eo liberare. Paulus in l. quæris. D. de pactis dota.
Curam dimittere. Cic. 14. Att. 11. Ovid. 1. Met. 209.
Curam dimittere ex animo. Liv. 10. Bell. Pun. 3. Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiserat.
Custodiam capitis alicujus dimittere. Cic. pro Planc. 2.
Debitorem dimittere, i. e. Liberare acceptilatione. Ulp. in l. ambitiosa. D. de decretis ab ordine faciendis, Ambitiosa decreta Decurionum rescindi debent: sive aliquem debitorem dimiserint, sive largiti sint. Budæus.
Dimittere in discrimen. Liv. 3. Dimissa jam in discrimen dignitas ea ætate, hisque honoribus actis.
Dolor non dimittit aliq. Cels. lib. 4. cap. 19. Harum ingens dolor esse consuevit, isque hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit.
Facultatem rei gerendæ dimittere. Cæs. 1. Bell. Civil. 28. Cæsar scalas parari, militesque armari jubet: ne quam rei gerendæ facultatem dimittat.
Febris dimittit. Cels. lib. 1. cap. 7. Si febris non dimittit, eaque interdiu lenior est, noctu increscit, multus sudor oritur, &c.
Filium dimittere de potestate. Cajus in l. liberum D. de adop.
De gravitate aliquid, aut multum de cupiditate dimittere. Cic. 13. Philipp. 2.
E complexu. Cic. 1. Q. frat. 3.
Judicium dimittere. Cic. 4. Verr. 70.
Jus suum retinere & Dimittere, contraria. Cic. pro Balb. 31. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quenque juris & retinendi & dimittendi esse dominum.
Lacrymas in alicujus casus dimittere. Ovid. 1. Trist. 7. 19.
Libertatem non dimittere. Cic. pro Planc. 94.
Dimittere e manibus. Cæs. 3. Bell. Civil. 49. Prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus dimissuros.
E manibus non dimittere aliquem authorem. Cic. in Orat. 105. Quum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti: neque eum dimittis e manibus, & tamen nostra etiam lectitas.
Matrimonium dimittere, pro Solvere, vel Rescindere, apud Sueton. in Calig. cap. 25.
Dimissa e matrimonio, pro Repudiata. Sueton. in Tib. Cæs. cap. 49. Qui dimissam eam e matrimonio, post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat.
Sed alibi & sine hac adjectione, ut Cap. 10. ejusdem Tiberii: Quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset. Et potest illa adjectio, ( E matrimonio) esse suspecta, an sit glossema. H.St.
Milites dimittere. Cic. 3. Fam. 3.
Moras dimittere. Valer. 8. Argon. 105.
Murmura venti dimittunt. Sil. lib. 7.
Notitia nominis dimissa in populos, pro Dispersa. Sen. Epist. 31. Fama non faciet, nec ostentatio, nec in populos dimissa nominis tui notitia.
Occasionem dimittere. Cæs. 5. Bell. Gall. 37. Hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi, atque ulciscendi Romanos, pro his, quas acceperint injuriis, occasionem dimittant.
Osculo dimitti. Plin. in Paneg. Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fueras.
Patrimonium dimittere. Cic. pro Cæcin. 75. Patrimonium unius incommodo dimittitur. jus amitti non potest sine magno incommodo civitatis.
Potestate aliquem dimittere, pro Manumittere. Cajus in l. liberum D. de adoption. Liberum arbitrium est ei, qui filium & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate dimittere, &c.
Remiges dimittere. Cic. 7. Verr. 101.
Reum dimittere, est Crimine solvere & vinculis. Plinius ad Trajanum. Budæus.
Scholam dimittere, Cessare a docendis juvenibus. Sueton. de Clar. Gram. cap. 18. Dimissa repente schola, transiit ad Q. Septimii Philosophi sectam.
Senatum dimittere, &c. Cic. de Amicit. 12. Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est a Patribus Conscriptis. Et Cæs. 1. Bell. Gall. 33. Liv. 4. Bell. Pun. Gracchus, prælio in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit.
Dimittere a se. Cic. 8. Att. Morem gessi, dimisi a me. Idem 3. Q. frat. Dimitto autem a me, & ut a magistris ne abducam, & quod, &c. Cæs. 2. Bell. Gall. 5. His mandatis eum a se dimittit.
Dimitto, pro Relinquo, ad ultimas voluntates pertinet. Auth. de Eccles. tit. §. siquis uni sanctarum.
Sanguinem e capite dimittere. Varro 2. de R. R. cap. 1. Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur sanguis, maxime e capite.
De summa dimittere, quod & Remittere dicitur. Cic. 5. Verr. 82. Illum

Illum viris fortissimis judicarunt P. C. dimittere de summa non potuisse: te mulieri deterrimæ recte remisisse Senatores judicabunt.

Tempus dimittere, idem quod Dimittere occasionem, sive Omittere. Cic. 2. de Orat. 72. Vidi statim indolem: neque dimisi tempus: & eum sum cohortatus, ut forum sibi ludum putaret esse ad dicendum.

Usum aliquorum dimittere. Cic. 9. Fam. 1.

Uxorem dimittere, pro Repudiare. V. Dimissa e matrimonio, supra.

Eo rem dimittit Epicurus. Cic. 4. Acad. 79. Al. Demittit.

Commemoratio nominis nostri non dimittenda. Cic. pro Archia 26.

Dimitto & Demitto a Librariis confunduntur. Quare omnino utrumque v. conferendum.

Dimissus, Partic. [ἀφειμένος, ἀφετός, παρειμένος] Cic. 4. Acad. 11. Philonem audierat, homo sane in ista philosophia, quæ nunc prope dimissa revocatur, probatus & nobilis.

Arma dimissa. Lucan. lib. 3. 367.

Sed si solus eam dimissis degener armis, &c.

Lues cœlo dimissa. Stat. 11. Theb. An Demissa?

Dimissio, ōnis. f. [ἄφεσις, ἀφετή] Cic. 7. Verr. 85. Præclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum.

Dimissio pro Amandatione. Cic. in Parad. 6. Dimissiones libertorum ad defœnerandas, diripiendasque provincias.

Dimissor, ōris. Tertull. adversi Marc. 4. 10.

Dimissoriæ Literæ, [ἀφετικὰ γράμματα] inquit Modestinus de Verb. Signif. sunt quæ vulgo Apostoli dicuntur. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur. Sic Marcellus de Libellis dimissoriis.

Dimīrus vel potius Dimoerus numerus, Gr. δίμοιρος, idem, quem Bessem vocant duobus trientibus constans. Vitruv. 3. 1.

Dimoron. n. ita Pulegium vocatur apud Apul. de Herb. cap. 92.

Dimŏveo, ōvi, ōtum, [διακινέω, ἀποκινέω] ēre. Idem significat quod Removere, Amovere, Demovere q. V. vel Loco suo mutare.

Dimovere & depellere, pro Submovere. Cic. pro Cæcin. 49. Dimoveri enim & depelli de loco necesse est eum, qui dejiciatur. Budæus.

Aqua dimota. Ovid. 18. Epist. 80.

Nullaque vox unquam nostras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

Bonum & malum dimovere, i. e. Discernere. Sallust. de Repub. Ordi 1. 5. pr. Primum id quæso considera, qualis sit de quo consultas: ita bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges.

Causam dimovere in rem aliquam. Cic. 2. de Invent. 12. Sin autem non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimovebitur. h. e. Rejicietur. V. paulo post, Intentionem dimovere.

Corpus dimovere. Cels. lib. 3. cap. 22. Si navigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus dimovendum est.

De suo cursu dimovere. Cic. pro Sext. 101. Qualis nuper Q. Catullus fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu aut spe, aut metu dimovere. al. Demov.

Custodias dimovit, perfregitque pœna. Plin. in Paneg.

De dignitatis gradu vel loco dimovere. Cic. 2. Tusc. 19. Idem in Parad. 1. Item, Loco, & certo de statu dimovere, Cic. pro Cæcin. 42. E vel De possessionibus. Cic. 2. pro Lege Agr. 80.

Intentionem dimovere in. Cic. 2. de Invent. 86. Remotio criminis est, quum ejus intentio facti quod ab adversario infertur, in alium, aut in aliud dimovetur. V. Causam Dimov.

Labem a Republica dimovere. Cic. pro Domo sua 68. Hominis enim scelere & furore notato, similis a Repub. labes in posterum dimovebatur.

Molestiam dimovere ab aliquo. Cic. 1. Verr. 4.

Moras vocis dimovere. Sen. Hippol. 4.

Obstanteis propinquos dimovere. Hor. 3. Carm. 5. 51.

Suspicionem dimovere. Cic. Anteq. iret in exil. 21. Sed illud queror, quod non jam ad unius perniciem, sed ad universorum instruitur calamitatem: conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionem dimovere, tamen diluere non licere, ore oppresso cervices esse præbendas.

Aurora polo dimoverat umbram. Virg. 4. Æn. 589.

Terram dimovere aratro. Virg. 2. Georg. 513.

Agricola incurvo terram dimovit aratro.

Dimōtus, Partic. [ἀποκινηθείς] ut, Parietes dimoti. Tacit. 5. Ann. 24. & 2. Hist. 49. 1. Dimotis omnibus.

Dimotio, ōnis. Hieron.

Dimūri, [Δίμουροι] Plin. lib. 6. cap. 20. Hinc deinde accolunt Indum adversum evidenti demonstratione, Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, &c.

Dimyxos, [δίμυξος] Lucerna duo habens ellychnia. μύξαι enim Græcis nares dicuntur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solent. Unde & Polymixos lucernæ quoddam genus dicitur, ab ellychniorum multitudine.

## D I N

Dinæa, Socrus Opianici, ab eo interfecta. Cic. pro Cluent. 33.

Dinaretum, Promontorium, inter quod & Acamanta, quod est ad occasum, Cyprus insula jacet. V. Plin. lib. 5. cap. 31.

Dinarchus, Corinthius, jussu Polypercontis jugulatus est. Author Plutarchus.

Dindari [Δίνδαροι] Liburniæ populi, in Naronensi colonia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 22.

Dindўmus, in sing. m. in pl. n. Dindyma. [Δίνδυμος, Δίνδυμα] Mons Phrygiæ, ubi colebatur Cybele sive magna mater deûm, Virg. 9. Æn. 617.

Ululantia Dindyma. Valer. 3. Argon. 332. V. Steph. Hinc

Dindymēne, & Dindўme, [Δινδυμήνη] dicitur Cybele: quod in Dindymo monte ejus sacra fierent. Martial. lib. 8. Epig. penult.

Dindymenum, V. didymeus.

Dindymis, [Δινδυμίς] Oppidum Milesiorum, postea dictum Cyzicum, quum ab initio Arconnesos, & Dolionis, & Dindymis vocitaretur. Hæc Plin. lib. 6. cap. ult.

Dinia, Oppidum Ebroduntiorum, qui sunt provinciæ Narbonensis populi, teste Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie *Digne.*

Dino, vel Dinon, onis. Nobilis statuarius, Polycleti discipulus, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

Dinon, Celebris author historiæ Persicæ. V. Ælian. de Animal. 17. 10. Var. Hist. 7. 1. Plin. 10. 49.

Dinochăres, [Δεινοχάρης] Architectus pluribus modis memorabili ingenio, quique Alexandriam urbem est metatus, ut videre est apud Plin. lib. 5. cap. 10. Alio tamen loco, nimirum lib. 7. cap. 37. Dinocratem vocat. V. Hard. ad loc.

Dinocrătes, Messenius, Romæ in convivio temulentus, muliebri saltavit habitu. postera die quum ab Achæorum imperio Messanam ad defectionem solicitare vellet, peteretque propterea præsidium a Tito Flaminio, De his, respondit Flaminius, videbimus. Te vero miror vina tractare, saltare, & fœminam mentiri posse, quum res hujuscemodi moliri audeas. Plutarchus in Philopœmene.

Dinolochus, [Δεινόλοχος] Syracusanus Comicus, Epicharmi filius, docuit fabulas XIV. lingua Dorica. Suid.

Dinomăches, is. [δεινομάχης] Peritus pugnæ. Pers. 4. Sat. 20.

— I nunc
Dinomaches ego sum, suffla.

Dinomĕnes, is. [Δεινομένης] Statuarius insignis, cujus opera Protesilaum, & Pythodemum luctatorem commemorat Plin. lib. 34. cap. 8.

Dinos, [δῖνος] Poculi genus: quamquam eodem nomine Saltatio quædam etiam vocetur. V. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eod.

Dinos, [δῖνος] i. e. Vertigo. Affectio est, quum caput circumagi videtur: atque ob inordinatam spiritus flatuosi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus. Author Galen. in lib. Hipp. de vict. ration. comment. 4.

Dinosco. V. dignosco.

Dinōsis. f. [δείνωσις] i. e. Indignatio. Mart. Capel. 5.

Dintrio, īre. Author Philomelæ v. 61.

— velox mustelaque dintrit.

Dinumĕro, [διαριθμέω] āre. Idem significat quod Numerare, vel Pernumerare. ut, Dinumerare exercitum. Plin. lib. 4. cap. 11. Dinumerare centurias. Cic. 16. Att. 9. Dinumerare stellas. Cic. 1. Off. 154. Dinumerare horas. Plin. lib. 2. cap. 73. Alii scribunt Denumero per secundam vocalem: ut Paulus in l. Jurisconsultus. D. de gradibus. Noctes dinumerat. Ovid. 11. Met. 574.

Dinumerare & dimetiri syllabas. Cic. in Orat. 147. De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Tempora dinumerat. Virg. 6. Æn. 691.

Dinumerare pecuniam, pro Dissolvere, sæpissime accipitur. Cic. 7. Verr. 17. Ter. Adel. 5. 7. 119. Jube nunc jam Dinumeret Babylo illi viginti minas. Dinumeret, quasi Multum numeret, inquit Donatus.

Dinumeratio, ōnis. f. [διαρίθμησις] Cic. 3. de Orat. 205. Improvisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio & dissputatio, &c. Quintil. 9. 3.

Dinummium, ii. Species vectigalis in Cod. Theod. l. 14. tit. 20.

Dinus Mugellanus, Jurisconsultus, Bononiæ jus civile professus est, circiter annum 1300. Commentarios in eam disciplinam complures scripsit, in quibus doctrinæ puritatem cumprimis secutus traditur. Hotomanus.

## D I O

Dio, Gr. Δίων. Nom. Viri proprium. Cic. 4. Verr. 19. Dio Halesinus, Q. Metelli beneficio civis Romanus factus. V. dion.

Diobesi, [Διόβησοι] Thraciæ populi, quos Nestus amnis præterfluit, ut inquit Plin. lib. 4. cap. 11.

Diobolāris, Adj. [διωβολιαῖος] Diobolares meretrices, inquit Festus, quæ duobus obolis ducuntur. Plaut. Pœn. 1. 2. 58.

Servulorum sordidulorum scorta diobolaria?

Diobolaria scorta dixit, tanti prostantia, quanti solidus noster est & sextans. Budæus in Asse lib. 5. [V. Diog. Laert. 6. 4. & 86.

Diocæsarēa, [Διοκαισάρεια] Cappadociæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 3.

Diochăres, [Διοχάρης] Cæsaris libertus. Meminit Cic. 11. Att.

Dioclea, sive Doclea, Urbs Dalmatiæ. Plin. 3. 23. Item nomen matris Diocletiani Imperatoris. Aur. Vict. Epit. cap. 39.

Diŏcles, Atheniensis, Comicus poeta, antiquus, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus.

Item medicus Carystius, Darii Histaspis tempore, reliquit & ipse commentarios. Suidas. V. Cels. 7. 5. 3. & Plin. 26. 2.

Diocles item quidam fuit Centuripinus, qui ob Verris injurias se suspendit. Author Cic. 5. Verr. 93.

Fuit præterea Diocles cognomine Popilius a Q. Verre spoliatus. Idem 6. Verr. 35. De variis hujus nominis hominibus. V. Voss. Hist. Gr. 3. p. 274.

Diocletianus. C. Valerius Diocletianus, Salonis, vel ut aliis placet Diocleæ Dalmatiæ oppido, obscuris parentibus ortus, a pueritia incertum a matre, an a patria, Diocles appellatus, postea quam, Caro fulminis ictu, & Numeriano Apri Præfecti Prætorio insidiis sublatis, ducum consilio, Domesticos tum regens, Imperium suscepit, Grajum nomen in Romanum convertit. Carino mox devicto, variis motibus agitato imperio, cum animadvertisset vir prudens, consorte Imperii sibi opus esse, Maximianum Herculium Cæsarem primum, brevique post Imperatorem fecit, mox etiam Julium Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Cæsares creavit. Ita divisis in tuenda rep. partibus, in magna inter suos veneratione habitus, multis hostibus imperii Ro. præclare devictis, eodem die, quo cum collega Herculio, inclytum triumphum egit, una cum hoc, ægre in eandem sententiam transducto, imperio se abdicavit, & in vico Salonis privatus consenuit. Post mortem tamen inter divos relatus est. Ex Idat. Eutrop. Vict. & ejus Epit. Eufeb. Zos. Oros.

Diocleus, Orsilochi filius, teste Homero, habitabat in Phæra loco insigni.

Diodōrus, [Διόδωρος] cognomento Cronus, Dialecticus ex Jasso Cariæ civitate fuit, ut Strabo est author, Platonis tempore, Euclidemque audivit. Dictus Cronus ab Apollonio Crono ejus præceptore, cujus ut famam obscuravit, ita cognomen usurpavit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum olim inter epulas a Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos extemplo nequivisset solvere, ob id a rege per contumeliam Cronus [Κρόνος] appellatus, convivium deseruit, Scriptoque de ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Author Diogenes Laertius. 2. 111. [Probabiliter autem Menagius ad loc. conjecit, ubi de Scommate Ptolemæi R. pro κρόνος, ὄνος legendum, i. e. asinus.

Diodorus

Diodorus Stoicus, Ciceronis præceptor in dialecticis, ut in Bruto scribit ipse, 309. Eram (inquit) cum Stoico Diodoro: qui quum habitavisset apud me, mecumque vixisset, nuper est domi meæ mortuus: a quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est, &c. V. eundem 1. de Nat. Deor. 6. Alii scribunt Diodotus. [ut sane legendum est, & in codicibus quoque legitur emendatis.

Diodorus, Comicus poeta, cujus comœdias enumerat Athenæus.

Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philosophi, ejus qui composuit Dictionarium Atticum, floruit Adriani temporibus. Suidas.

Diodoros præterea duos e Lydia Tiberii tempore Strabo commemorat, ambos Oratores.

Diodorus Siculus scripsit historiam, quam Bibliothecam inscripsit. continet autem res Romanas & varias in libris XL. (ut Suidas testatur, qui dicit eum floruisse sub Augusto.) sed de his omnibus supersunt tantum quindecim. V. Voss. Hist. Gr. 2. 2. & Fabric. Biblioth. Græc. Vol. 2. p. 769. qui ibid. subjecto Catalogo, reliquos enumerat Diodoros.

Diodorus Tarsensis, Præsul, cujus meminit Hieronymus.

Diodorus Thebanus tibicen fuit, qui quum antea tibia quatuor habuisset foramina, pluribus perforavit, obliquos spiritui meatus aperiens. Author Pollux lib. 4. cap. 10.

DIŒCESIS, is. f. [διοίκησις] Gubernatio, administratio, sive jurisdictio, a διοικέω, guberno, tueor. Cic. 3. Fam. 8. Ut me omnium illarum diœcesium, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus, legationesque convenirent. Idem 5. Att. 21. Tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus & nostrarum diœcesium. Idem 13. Fam. 53. Deinde siquid habebit cum aliquo Hellespontio controversiæ, ut in illam διοίκησιν rejicias. [Meminit διοικήσεων sæpius Strabo. Plinius Jurisdictiones appellat: Quin etiam Conventus, & Juridicos Conventus, ut ex l. 5. S. 25. 29. 30. 33. apparet. V. CONVENTUS.

De Diœcesibus post Constantini M. tempora V. Henr. Vales. ad Euseb. Vit. Const. 4. 36.

De Diœcesibus Ecclesiasticis & Episcopis Diœcesanis V. Salmas. Ep. De Region. & Eccles. Suburbicar. & de Episc. Domin. & Car. Macri Hierolexicon, Du Fresne in Gloss. utroque, Suiz. Thesaur.

DIŒCETES, æ. [διοικητής] Qui procurationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Cic. pro Rabir. Posth. 22. At Diœcetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia, & vita ejus oblata pœnæ est. Ibid. 28. Id autem facere non poterat nisi Diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui a rege esset constitutus.

DIOGĔNES, is. [Διογένης] Cynicus Philosophus, qui patriam habuit Sinopen civitatem Ponti; vixit Alexandri M. ætate, quem dixisse ferunt, ut prodidit Diogenes Laert. Nisi Alexander esset velle sese esse Diogenem. Philosophiam didicit Athenis apud Antisthenem: habitavit in dolio, ac pro sectæ, cujus auctor fuit, instituto, risit ac reprehendit omnia. Unde & Canis dictus est; & Canem, tituli loco, sepulchrō insculptum habuit: de quo Ausonii Epigramma est, Epitaphiis Heroum n. 31. Mortuus est annos natus 90. Corinthi, ubi Xeniadæ cujusdam liberorum pædagogus fuit. Historiolam de dolio ejus, quod subinde versavit, etiam Lucianus narrat in Libro, Quomodo sit scribenda Historia. Effigiem viri atque dolii vides apud Sponium in Miscell. sect. 4. p. 125. Laudat nimis Diogenem Bartoli in Charact. hominis literati. p. 8. Irridet & exagitat Lucianus in Auctione vitarum.

Fuerunt alii quatuor Diogenes, unus Apolloniates Physicus Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ. Alter Sicyonius, qui Peloponnesiaca scripsit. Tertius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit. V. Quintil. 1. 1. Quartus Tarsensis quæstionum poeticarum scriptor. Quintus his accedit ipse Diogenes Laertius, cujus est de vita & moribus Philosophorum opus præclarum, unde hæc fere petita sunt. V. Voss. de Hist. Gr. 2. cap. 13. p. 182. & 3. p. 275. Fabric. in Bibl. Græc. Vol. 3. p. 600.

DIOGENIĀNUS, ex Heraclea Grammaticus sub Adriano principe, scripsit Dictionarium per ordinem literarum, multaque alia in arte grammatica. Suidas.

DIOGMA, atis. [διωγμὸς] Mysticum quoddam sacrum & arcanum, quod in Thesmophoriis solæ mulieres obibant. Dictum forte quod arcerent inde viros.

DIOGMITÆ. m. pl. Levis armaturæ milites. Ammian. 27. 20. Valesius cap. 9. Quidam scribunt Diocmitæ, sed cum g malunt Valesius, & Turnebus Adversf. 25. 18.

DIOGNĒTUS, & DIOGENETUS, i. Scriptor fuit itinerum Alexandri, quem Plin. lib. 6. 17. se sequi testatur. Alter fuit Diognetus, Clitomachi pater illius Pœni, qui successit Carneadi. Tertius pictor, M. Aurelii Imp. magister, cujus meminit Capitolinus. C. 4. Διόγνητος syncopa est pro Διογένητος. Interpretari licet autem a Jove genitus, generosus, Jovi cognitus.

DIOMĒDA, Homer. 9. Iliad. Phorbantis filia, quam Achilles e Lesbo abduxerat: & quacum post raptam Briseida dormire consueverat.

DIOMĒDES, [Διομήδης] Tydei filius, qui ad Trojam cum Ænea congressus Venerem adjuvantem Æneam percussit, & Martem, ut scribit Hom. Iliad. ε. Hinc Horat. 1. Carm. 6. 16.

Tydiden superis parem. Id quod ipse quoque Diomedes testatur. Virg. 11. Æn. 277.

— quum ferro cœlestia corpora demens
Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram.

Diomedes, alter rex Thraciæ, qui quum equos suos humana carne aleret, ab Hercule equis ipsius ad devorandum objectus est. Diod. 4. 15. Ovid. in Ibin,

Ut qui Threicii quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

Crudus Diomedes. Ovid. 9. Epist. 67.

Fortis Diomedes. Hor. 1. Serm. 5. 92.

Qui locus a forti Diomede est conditus olim.

Geticus Diomedes. Sat. 6. Theb.

Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. Festus.

Fuit & Diomedes Grammaticus, magni ingenii vir.

DIOMEDĒUS, a, um. Adj. ut Diomedea insula, in qua Diomedes sepultus est, excedens Italia, inquit Festus. Unius tantum meminit etiam Aristot. de Mirab. audit. & Pomp. Mela. Verum a Ptolemæo l. 3. quinque, a Strabone l. 6. & Plin. l. 1. C. 26. memorantur duæ in mari Adriatico, quæ e Gargani regione sunt: quarum altera habitatores habet, altera est deserta, in qua apparere desiisse Diomedem quidam affirmant, & in cœlum sublatum: & socios ejus ob dolorem in aves conversos: quæ & ipse ob id Diomedeæ vocitatæ sunt: has Juba Cataractas vocat, inquit Plin. lib. 10. cap. 44. V. Ovid. 14. Met. fab. 10. Virg. 11. Æn. & ibid. Serv. 243. Ælian. Hist. Anim.

Arces Diomedeæ. Stat. 3. Sylv. 3.

Equi Diomedei. Claud. 2. de Rapt. Proserp. in præf. 12. V. etiam Virgilium & Servium, 1. Æn. 752.

DIOMEDIA, [διομήδεια] Sententia Jovis.

DIOMĔDON, ontis. Cyzicenus, quo Artaxerxes Persarum rex ad corrumpendum Epaminondam volebat uti, nequicquam ejus abstinentia tentata. V. Corn. Nep. 15. 4.

DION, Lat. DIO, Syracusanus, Hipparini F. sororem habuit Aristomachen, Majori Dionysio nuptam, cujus & ipse filiam, ex eodem matrimonio natam, Areten duxerat. Itaque cum intimus esset Dionysio, facile ab ipso impetravit, ut Platonem, cujus audiendi studio flagrabat, Tarento Syracusas arcesseret. Præceptis hujus egregie imbutus, tametsi tyrannum, ut propinquum, coleret, multisque meritis obstrictum sibi redderet, tyrannidi tamen minus favebat. Itaque defuncto eo, quanquam & apud Minorem Dionysium filium ejus, plurimum gratia atque auctoritate polleret, tamen, quia & amplis facultatibus erat præditus, & naturali ingenii bonitate, moribusque multum a tyranni sævitia abhorrentibus, amorem populi sibi conciliaverat, veritus ille, ne sui opprimendi aliquando occasionem daret, in exilium mittere decrevit. Nave igitur triremi Corinthum devectus est. Hic Dion, quam primum potuit, manu comparata, Dionysio bellum intulit, & incredibili felicitate tyrannum perculit, victorque Syracusas ingressus, reddita libertate civibus, eundem Sicilia excedere coegit. Sed ea felicitas Dioni haud diuturna fuit, siquidem, vix degustata ea, Callipi Atheniensis scelere circumventus periit. Hæc ex Diod. Plut. Corn. Nep.

Dion Cassius, patria Nicæus Historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. præterea res gestas Trajani principis, vitam Arriani Philosophi. Suidas.

Dion Prusæus, Sophista & Philosophus, ob eloquentiam cognomento Chrysostomus dictus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Trajanum plerunque vixit, cujus fuit familiaris, eodemque curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IIII; De virtutibus Alexandri Magni decem, Præterea an mundus esset interiturus, De comæ laudibus, De laudibus Herculis. Hæc Suidas. Extant hodie ejus Orationes aliquot de Regno, de Tyrannide, de Virtutibus, &c.

Fuit & Dion quidam Tragicus, cujus meminit Pollux lib. 2. V. de Utroque Dione Coccejano Fabric. Biblioth. Gr. l. 4. c. 10. Vol. 3. p. 305. ubi & pleniorem elenchum aliorum Dionum ad calcem subjecit.

DIONCŌSIS, [διόγκωσις] Distentio, intumefactio. Methodici ita vocabant corporum distentionem, vel a coacervatis excrementis factam, vel diffusis humoribus, ac velut inundantibus, unde & πόρος cadere dicebatur, cui opponitur στέγνωσις, apud Galen.

DIŌNE, [Διώνη] Nympharum una Oceani & Tethyos filia, ex Jove Mater Veneris. Unde & ipsa Venus sæpe sic vocatur, ut ap. Stat. Sylv. 1. 1. 86. Auson. Epigr. 79.

Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione.

DIONÆUS, Adj. [Διωναῖος] Quod ad Venerem pertinet. ut Dionæi flores. Columel. lib. 10. 27.

Mater Dionæa. Virg. 3. Æn. 15.

Sacra Dionææ matri, divisque ferebam. i. e. Veneri. Servius.

Columbæ Dionææ. Stat. 3. Sylv. 5. 80.

Columbulus Dionæus. Catul. in Jul. Cæsarem, a Venere ortum. Virgil. 9. Ecl. 47.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Fraus Dionæa. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 5.

DIONYSA, Insula Ætoliæ adjacens. Plin. lib. 4. cap. 12.

Est & altera Lycii Maris insula, prius Caretha dicta. V. Plin. lib. 5. cap. 31.

DIONUM, ii. n. Genus gemmæ Sardæ. Plin. 37. 7. extr. al. corrupte Demium. V. Hard. ad loc.

DIONȲSUS, i. m. [Διόνυσος] Bacchi apud Poetas, præsertim Græcos cognomen. ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσης, a Jove patre & educationis antro, sive urbe Arabiæ, Nysa. Diod. Sicul. Authore 4. 2. Sed Macrobius 11. Saturn. 18. inquit, Dionysus dictus, quasi Διὸς νοῦς. Alias etymologias affert Suidas. q. V. Dionysos quinque commemorat Cic. de N. D. 3. 58. Sæpe etiam corrupte scribitur Dionysius.

DIONȲSIA, orum. pl. n. [Διονύσια] Festa Bacchi, quæ & BACCHANALIA ac LIBERALIA vocantur, quæ Græci triennio quoque celebrabant. Ter. Heaut. 1. 1. 110. Dionysia hic sunt, hodie apud me sis. Vocantur etiam Brumalia. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli (ubi antiquissimum erat Dionysi templum, quod in Limnis dicebatur) idque duodecimo die mensis, quem illi Anthesteriona vocabant: Altera recentiora, quæ & Astyca dicebantur, hoc est urbica, quæ in nova urbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit. [Plura V. de Dionysiis apud If. Casaub. Comment. ad Theophr. Char. C. 4. περὶ ἀδολεσχίας. Scalig. lib. 1. de Emendat. Temp. ubi de mensibus Atticis agit. Menag. *Discours Sur l'Heautont. de Ter.* S. 11. p. 71. Van Dale Diss. 8. de Gymnasiarch.

DIONȲSIA, æ. f. Nom. propr. Saltatriculæ ap. Cic. pro Q. Rosc. Com. 23. Gell. 1. 1. c. 5.

DIONYSIAS, Gemma est Plinio, mistis rubentibus maculis, lib. 37. cap. 10. V. & Isidor. 16. 4.

Est & insula, quam aliter Naxum vocant, a vinearum fertilitate sic dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. [Virgilio Donysa. V. infra s. l.

DIONYSIACI, Dæmones quidam sunt asperi & immites, quos alii nuncuparunt Covalos. V. Cæl. Antiq. lib. 2. cap. 7.

Dionysiaci artifices dicuntur, authore Aristot. & Gell. lib. 20. Homines scenici, in quibus sunt comœdi & tragœdi, id est fabularum actores, mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, ethopœi, & omnes uno nomine hypocritæ, id est alienæ personæ simulatores dicti. Budæus in Annotat.

DIONYSIARCHUS, [διονυσίαρχος] Cic. 6. Verr. 50. Dionysiarchum ad se Proagorum, hoc est summum magistratum vocari jubet, Alii *Pardiorum* corrupte. V. ad l. Hotom. & Fulv. Ursin.

Dionysiarchus Magistratus apud Carthaginienses (immo Catinenses) erat, in quo

in quo jus majestatis & totius imperii fuit, cujusve ductu & auspicio respublica gerebatur. Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 23.

DIONYSIDES, [Διονυσίδης] ut inquit Strabo, ex Tarso civitate optimus Poeta tragicus, ex his qui memorantur, fuit. V. Strab. lib. 14.

DIONYSIOPOLIS, vel potius DIONYSOPOLIS, Urbs est Thraciæ, authore Plin. lib. 11. cap. 4. & Pomp. Mela, lib. 2.

DIONYSOPOLITÆ, Populi Dionysopolim habitantes. Plin. 4. 29. Cic. 1. Q. frat. 2. Dionysopolitas, qui erant inimicissimi mei, lenivi, &c.

DIONYSISCI, [Διονυσίσκοι] Medicis Osseæ sunt eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur, dicuntur & κέρατα i. e. Cornua, detorto a cornigeris animalibus nomine. Galen. lib. Finit. Medic. Sic dicuntur a Baccho, quem poetæ cornutum fingunt, inquit Gorræus.

DIONYSIUS, [Διονύσιος] Siciliæ tyrannus, pater & filius, de quibus fusissime Justin. lib. 20. & 21. Solertissimum in rebus gerendis & cum judicio audacissimum hunc vocat P. Scipio apud Polybium lib. 15. extr. V. & Cic. 5. Tusc.

Dionysius Dialecticus e Bithynia commemoratur Strab. lib. 11.

Dionysius Corinthius, ut Suidas scribit: ut alii, Afer, ex Byzantio civitate temporibus Augusti, scripsit Geographiam versib. hexametris.

Dionysius Alexandrinus, Grammaticus, pervenit ad Trajani tempora, cui a bibliotheca & epistolis fuit: præceptorem habuit Chæremonem Philosophum. Cui in schola Alexandrina etiam successit. Author Suidas. Hic duos confundi a Suida Dionysios arbitratur Fabric.

Dionysius Milesius, Historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliaque a Suida commemorata. Philostratus hujus vitam pluribus verbis inter Sophistas describit: eum dicit Adriano principi, ob ingenium acceptum fuisse, a quo Satrapes factus, adscriptusque inter Equites.

Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, ut Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum Oratorum. Præterea de compositione Orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici, quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem convertit. [De hac Gazæ opusculorum Rhetoricorum Dionysii Halic. versione nihil Fabric. Sed meminit Gesn.

Dionysius, Heraclionis filius, tyrannus, apud Heracleam & Antiochiam regnavit, ut author est, Strab. lib. 16.

Dionysius Areopagita, Præsul Atheniensis, Pauli discipulus, ut scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante e Philosophis qui aderant, credidit. Hic quum esset in Ægypto, quo se disciplinæ causa contulerat, videretque eclipsim præter rationes astronomorum, quum CHRISTUS passus est accidisse, una cum Apollophane sophista præceptore suo, dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur. Scripsit ad Timotheum Præsulem Ephesi, de Divinis nominibus, lib. 12. de Hierarchia cœlesti, De cœlestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, ut author est Suidas. Sed V. Fabric.

Dionysius, Corinthiorum Episcopus & Martyr sub M. Antonino, doctrina, sanctitateque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, ut author est Hieronymus.

Dionysius, Præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cujus operum meminit Hieronymus.

De Dionysiis extat Jo. Meursii libellus T. 10. Antiq. Gr. Gronov. insert. conf. Voss. de Hist. Gr. 2. 3. Fabric. Bibl. Gr. l. 3. C. 32.

Fuit idem Servile nomen admodum usitatum, ut ex Horat. 1. Serm. 6. 38. apparet. Add. Cic. Fam. 5, 10. 13, 77.

DIONYSODORUS, [Διονυσόδωρος] Patria Melius, Geometrica scientia nobilis, cujus in sepulcro inventa fertur epistola ad superos scripta, de qua late Plin. lib. 2. cap. ult.

Fuit item Dionysodorus alter statuarius, Critiæ discipulus, cujus meminit etiam Plin. lib. 34. cap. 6.

Dionysodori quoque Colophonii, pictoris non ignobilis mentio fit ab eodem ipso Plin. lib. 35. cap. 11.

Dionysodorus præterea quidam Syracusanus, de quo Cic. 4. Verr. 50.

DIONYSONYMPHAS, adis. Herba magica, Cassignete aliter dicta: Est autem hoc nomen adepta, quod vino mire conveniat. Plin. lib. 24. cap. 17.

DIOPETES, V. DRYOPHITES. Ranarum species. Plin. 24. 17.

Diopetes, de homine dicitur opportuno, quasi Cœlitus delapsus: a signo Dianæ Ephesiæ cœlitus delapso, quod ita dictum est. [V. Actor. 19. 35. & ibid. Pric. Nec hoc solum simulacrum, sed alia quam plurima διοπετῆ, i. e. e cœlo vel a Jove delapsa veterum jactavit superstitio. de Palladio Rom. V. Herodian. 1. 11. ac de lapide Emeseno, cui Bassianus Sacra faciebat. 5. 3. Inde factum, ut Epicuri Canonem, sive περὶ κριτηρίου librum, discipuli ejus διοπετῆ pariter vocarent, auctor Plut. contra Colot. Ciceroni quoque l. 1. de N. D. c. 16. extr. Cœleste Epicuri de regula & judicio Volumen. Conf. de Fin. 1. C. 19.

DIOPHANES, [Διοφάνης] Nomen viri Bithynici, de quo Columel. Diophanes, inquit, Bithynus Uticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. Conf. Elench. Medicor. Vett. Fabricii in Biblioth. Gr. vol. 13.

Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Gracchorum præceptor. Cic. de Clar. Orat. 104. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris a puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos e Græcia Magistros: in eis jam adolescens Diophanem Mitylenæum, Græciæ, temporibus illis, disertissimum.

DIOPHANTUS, [Διόφαντος] Lacedæmonius, qui condidit Libros antiquitatis XIV. teste Fulgentio.

Diophantus Syracusanus, Philosophus quidam Pythagoreus.

Diophantus Alexandrinus, Algebræ Inventor, qui scripsit de Arithmetica Libros 13. V. Voss. de Hist. Gr. 3. Eund. de Scient. Mathem. cap. 13. §. 3. Plenius & accuratius Fabric. Biblioth. Gr. p. 12. seq. de hoc & aliis Diophantis.

DIOPI, [Δίοποι] Reges, sive Duces vocantur, quod commonstrat Æschylus, sicut Adiopi dicuntur, qui principe carent. Plutarchus autem in Romulo, Diopos regios, aut dispensatores accipit, aut villicos. Nam de Romulo & Remo, Præfectos, inquit, ac regios diopos contemnebant, & pecoris magistros: vel, ut ipse ait, κύλαρχας. Sed interpres diopos dici legatos putat, & perperam, ut Cælio videtur Antiq. Lect. lib. 8. cap. 1. quem vide.

DIOPOLIS, [Διόπολις] Civitas Emporiensibus vicina, quam murus, inquit Strab. dividit, quosdam ex Indicetis inquilinos prope se habens, qui etsi per se suam agerent remp. communia tamen habere mœnia cum Græcis, tutelæ gratia, voluerunt. Hæc ille. lib. 3.

DIOPTRA, æ. [Διόπτρα] Instrumentum Opticum, ab explorando perspiciendoque dictum. In qua significatione utitur (Pollux) & Plin. lib. 2. cap. 69. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesque haberi non posse deprehenderunt & dioptræ, quæ vel maxime id confirmant, cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus, occasusque cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Vitruvius autem lib. 8 cap. 6. accipit pro Regula ad librandas aquas apta, quum ait, Libratur aqua dioptris. [Hard. ad Plin. Horologium interpretatur ex Marciano Capella q. V. Non displicet tamen Jac. Milichii ad l. nota, qui de Regula astronomica exponit. conf. & Dalechamp. ad l. & Cæl. Rhod. l. 12. C. 9.

DIOPTRICE, es. f. Ista pars Optices, quæ mediorum, radios lucis refringentium, docet proprietates. Nonnulli R omittunt, & scribunt DIOPTICE.

DIORES, Proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virg. 12. Æn. 509. Idem lib. 5. 297.

Regius egregia Priami de stirpe Diores.

DIORTHOSIS, [Διόρθωσις] Correctio: Proprie quando quis lapsabundus quippiam apprehendit, quo se erigere potest, aut quum semetipsum erigit. Budæus Comm.

DIORTHOTÆ, [Διορθωταὶ] Athenis vocabantur, apud quos causa falsæ & ementitæ legationis dicebatur. Demosthenes.

DIORTHOTICUM Jus, dicitur quasi Emendativum, quod in commerciis versatur. Budæus in l. jus civile. D. de Just. & jur.

DIORYCTUS, [Διόρυκτος] Locus est Acarnaniæ, trium stadiorum longitudine, ubi Leucadia insula olim opera accolarum a continenti fuit abscissa, eidemque reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Author Plin. lib. 4. cap. 1. Ubi V. Hard.

DIORYX, ygis. m. [Διῶρυξ] Fossa est manu facta, teste Hermolao in 4. Plin. Pomp. Mela lib. 3. 8. in sinus Arabici descriptione, Ultra Arsinoen, & alia Beronice: tum sylva quæ hebenum odoresque generat: & manu factus amnis, ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge abductus extra sinum. De hujusmodi alveis e Nilo & in Nilum ductis, passim lib. ult. Strabo. Fiebant autem propter fertilis Nili aquas in agros derivandas, interdum etiam ut commodior esset navibus in pleraque loca transitus.

DIOS ENCEPHALUS, [Διὸς ἐγκέφαλος] Opiparum quoddam edulium, Jovis cerebrum vocabatur, ut testatur Pausan. apud Eust. 9. Iliad.

DIOS TECNOSIA, [Διὸς τεκνωσία] Fons miræ naturæ. Plin. lib. 2. cap. 103. In Andro insula templo Liberi patris fontem Nonis Januariis semper sapore vini fluere Mucianus ter COS. credit: Dios tecnosia vocatur. Διὸς Θεοδόσια Hard. ex MSS.

DIOSCOLION, [Διοσκώλιον] Locus ubi sistebatur mactandum pecus: vel in quo ii qui lustrabantur, pedem sinistrum collocabant.

DIOSCORIDES [Διοσκορίδης] Anazarbeus, Medicus, M. Antonii & Cleopatræ familiaris, scripsit libros XXIV. περὶ τῆς ἁπλῶν φαρμάκων, i. e. De simplicibus Medicamentis. Suidas. Fertur ejusdem duos Libros Græcos de Curatione morborum a Capite ad Pedes usque, in Bibliotheca Augustana latere.

Dioscorides alius de Rep. Lacedæmoniorum scripsit. V. Voss. de Hist. Gr. 3.

Alius scriptor, Augusti coætaneus. Plin. 37. 1.

Alius missus ad Achillam Legatus a Ptolemæo interficitur. Cæs. 3. Bell. Civil. 109. V. Fabric. Biblioth. Græc. Vol. 3. p. 88. de hoc & aliis ejusd. nominis.

DIOSCORIDU, Insula. Plin. lib. 6. cap. 28. Nec minus altera clara in Azanio mari Dioscoridu, distans a Syagro extimo promontorio CCLXXX. M. pass.

DIOSCORIUS, Myræus, Grammaticus, Præfectus Prætorio Leonis imperatoris, ac præceptor filiarum ejus. Author Suidas.

DIOSCURI, m. pl. [Διόσκουροι] apud Græcos (inquit Cicero lib. 3. de Nat. Deor. C. 21.) multis modis nominantur, Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Jove antiquissimo, & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Jove tertio nati, ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Alco (Alio, al.) & Melampus, Emolus, (al. Eumelus) Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Hæc Cic. Sunt etiam Ignes seu Fulgores marini, malis aut antennis, omine felici prosperæ navigationis, si simul appareant, insidentes. Plin. 2. 37. Stellas Castoris appellat. Græci hoc μεταξὺ, πολυδεύκεα vocant; recentiores ignem præcedentem & sequentem. V. Comment. in lib. 2. Plinii Jac. Milich. præcipue vero Voss. de Idol. 1. 13.

DIOSCORON, [Διοσκόρων] Insula est in finibus Italiæ, e regione Lacinii promontorii. Plin. lib. 3. cap. 10.

DIOSCURIAS, adis, vel DIOSCURIADA, æ. Urbs in Colica regione, nunc deserta, quondam adeo clara, ut nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes quæ dissimilibus linguis uterentur, descendisse, & postea a Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi gesta fuisse. Plin. lib. 6. cap. 5. Et Strab. lib. 11. Ibid. 15. 1.

DIOSCYAMOS. V. HYOSCYAMOS.

DIOSHIERITÆ, [Διοσιερῖται] Asiæ populi, Epheso finitimi, ubi & convenire dicuntur, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

DIOSHIERONITÆ, [Διοσιερωνῖται] Cappadociæ populi numerantur a Plin. lib. 5. cap. ult.

DIOSMOS, [Δίοσμος] Aristotelis interpretibus appellatur, quâ odores perferuntur ad odoratum, ac si Perolatiam vocaris, quod sit odoris velut vehiculum. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 4.

DIOSPAGE, [Διοσπάγη] Mesopotamiæ oppidum, in campestribus situm. V. Plin. lib. 6. cap. 26.

DIOSPHYRA, plur. n. [Διόσφυρα] Fructus quoddam genus apud Galen. lib. 2. de Alimen. quasi Jovis tali. A quibusdam dicuntur Diospyri.

DIOSPNEUMA, atis. n. Rosmarinus. Apul. de Herb. cap. 79.

DIOSPOLIS, [Διὸς πόλις] q. d. Jovis civitas, Urbs Ægypti, quæ & THEBÆ. q. V. & Plin. lib. 5. cap. 9.

DIOSPOLITES, [Διοσπολίτης] Una ex Ægypti Præfecturis, quas Nomos vocant, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

DIOSPOLITICON, [Διοσπολιτικὸν] Medicamentum est leviter dejiciendæ alvo utile, utique quum pari cum reliquis pondere nitrum immistum habet. V. Galen. lib. 6. de Sanit. tuend.

DIOSPYROS, [Διόσπυρος] Herba, Lithospermon Dioscoridi & Plinio dicta, ut putat Hermolaus. Jovis flammam interpretatur Theodorus, quum Jovis triticum debuisset, quando & plebecula Solis granum dicit. V. Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 26. Plin. 27. 11.

DIŌTA, [διώτη] Diotæ ſunt Vaſa ſeu Dolia fictilia, duas anſas habentia, ad ſervanda vina accommoda. Hor. 1. Carm. 9. 8.
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.

DIOTĪMA, æ. Nomen mulieris proprium, quæ, ut ex Luciano compertum eſt, illuſtravit philoſophiam. Meminit Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 1. Plato in Sympoſ. Lucian. in Eunucho. Max. Tyr. Diſſ. 8.

DIOTIMUS, Navarchus Athenienſium appulſus Neapolim, ex oraculo Parthenopæ rem divinam obiit, ac curſum peregit Lampadicum, quem mox quotannis celebrarunt Neapolitæ. Refert Cæl. ex Siculo Timæo. lib. Antiq. Lect. 11. cap. 27.

DIOTIMUS, [Διότιμος] Strombichi filius, hiſtoricus quidam fuit, qui legationes Athenienſium enarrans, e Cilicia per Cydnum in Choaſpen flumen adnavigaſſe, quod præter Suſa defluit, & quadrageſimo demum die, ad Suſa ſe perveniſſe ſcribit. Author Strab. lib. 1. Plures Diotimos enumerat Jonſ. Hiſt. Philoſ. 2. 15. extr. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 403.

DIOTRĔPHES, [Διοτρέφης] Sophiſta clarus fuit, ex Antiochia urbe oriundus, quem Hybreas maximus Strabonis tempore orator, audivit, ut idem ipſe teſtatur lib. 13.

DIOX, Genus piſcis, frequens in Ponto. Feſtus.

DIOXIPPUS, Athleta nobilis, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11. Alius ejusdem nominis, Poeta Comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. conf. Voſſ. de Hiſt. Gr. 3.
Alius, Miles Alexandri magni, mira fortitudine provocatus a Corrago milite item Macedone, clava eum cecidit. Author Ælianus. Hiſt. Var. 10. 22.
Alius, inter veteres Medicos nobilis. Gell. 17. 11. V. DEXIPPUS.

## D I P

DIPECHAICE, es. f. [διπηχαϊκή] Pars eſt bicubitali ſpatio. Id enim ſonat δίπηχυς. V. Vitruv. 1. 2. & Baldi Lex. p. 40.

DIAPHALANGIA, æ. [διφαλαγγία] Ordo quidam inſtruendæ aciei; Latinis eſt Ala.

DIPHILUS, [Δίφιλος] Architectus fuit in perducendis ad finem operibus tardiſſimus, adeo ut locum fecerit proverbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. 3. Q. frat. 1. cap. 1. Apud herum recte erat: in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit proverbio, quoties volumus ſignificare Aliquem natura tardum, magnum ſolitæ negligentiæ cumulum adjeciſſe. Plures ejusdem nominis recenſet Voſſius de Hiſt. Gr. 3. adde de Poet. Gr. cap. 8. & Juven. 3. Sat. 120.

DIPHORETICUS, V. DIAPHORESIS & DIAPHORETICUS.

DIPHOROS, [δίφορος] Bis anno fructus gerens. Sic Biferas ficus Latini dicunt. Diphoros ſyllogiſmos Dialectici vocant, in quibus eadem propoſitionibus eſt concluſio: ut, Si dies eſt, dies eſt: ſed dies eſt, igitur dies eſt.

DIPHRIS, Gemma eſt Plin. lib. 37. cap. 10. duplex, candida ac nigra, mas, ac fœmina, genitale utriusque ſexus diſtinguente linea. Harduinus leg. Diphyes.

DIPHRYX, vel potius DIPHRYGES, [διφρυγής] quid ſit, declarat Plin. lib. 34. cap. 13. ubi de ærariis officinis, & præparatis ex ære. Facile ab ea diſcernitur, quam in iisdem officinis diphrygem vocant Græci, ab eo quod bis torreatur, &c. conf. Celſ. 5. 7. & 22. Dioſcor. 5. 120. Scribon. Larg. 227. 247.

DIPHTHERA, æ. Pellis Amaltheæ capræ, in qua res humanas ſcribere dicitur Jupiter. Item Operculum libri. Eſt & Paſtoricium ex pellibus indumentum, quod quidam vocant Rhenonem: nonnulli etiam Betam appellant. Scribit. Herodot. Jonas βίβλους dicere διφθέρας, quod aliquando ob penuriam papyri pellibus uterentur, tum caprinis, tum ovillis. Hinc eſt illud proverbium, Diphtheram ſero Jupiter inſpexit. &, Antiquiora Diphthera. V. Eraſm. in Chiliad. Polluc. 7. 15. Ælian. Var. Hiſt. 9. 3.

DIPTHERIA, æ. f. pro Libro ſeu membrana Pergamena ex Dipthera ſeu pelle facta. Sic Cic. 15. Att. 24. Quatuor διφθέραι ſunt in tua poteſtate. Ita meliores Libri. Sed nonnulli διφθέραι hoc in loco legunt, quod explicat Manutius in Comment. ad loc. V. Bos. ibid.

DIPTHONGUS, i, f. [δίφθογγος] Conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba, vim ſuam retinentium, ut æ, œ, &c. Iſid. 1. 15.

DIPHYES, is. f. [διφυής] Biformis, herba. Apul. de Herb. cap. 47.

DIPLASIASMUS, [διπλασιασμός] Duplicatio. Sic & Grammatici vocant figuram, ubi conſonans in medio duplicatur, quod Iones factitant, & Poetæ. ut ἔννεπε pro ἔνεπε.

DIPLANGIUM, ii. n. Vas duplex. Priſcian. 1. 19. Amurca diplangio cocta. V. Reineſ. Var. Lect. p. 512. & infra DIPLOMA.

DIPLASION, Duplum. V. Vitruv. 3. 1. Mart. Capell. 2. p. 265. Diplaſio conficitur, i. e. Uno duobus collato.

DIPLE, es. f. Nota eſt quam ſcriptores veteres appoſuerunt in Libris ad diſtinguenda loca notabiliora ab aliis. V. Iſid. 1. 20. Cic. 8. Att. 2. Animadvertito locum, ubi erit Diple. In quibusdam codicibus Gr. ſcribitur διπλῆ. V. ibi Malaſpin.

DIPLETHRUM, [δίπλεθρον] Spatium eſt ita præfinitum, ut ex quoquo latere pedes ducentos & quadraginta efficiat. Sic etiam duo plethra continebit, unde & nomen habet. V. plura apud Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 20. Strab. lib. 7. Diplethrum, inquit, ſtadii eſt pars tertia, nimirum jugera duo. Hæc ille ex Polybio.

DIPLINTHIUS, Adj. Conſtans duorum Laterum ordine, ut paries Diplinthius. Vitruv. 2. 9. conf. Baldi Lex. p. 40.

DIPLŎIS, idis. [διπλοΐς] Veſtis duplicis genus, ut ex ipſo ſtatim etymo apparet, quidpiam duplicato compoſitum ſignificante. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10. conf. Iſid. 19. 24. & Apic. 4. 2.

DIPLOIDION, [διπλοΐδιον] Veſtis genus mulieribus proprium, cujus meminit Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 10. Pollux item lib. 7. cap. 13.

DIPLŌMA, ătis. [δίπλωμα] eſt quas, Patentes literas, appellamus: cujusmodi ſunt Edicta & Mandata principum regio ſigno ſancta, & quas, Bullas Pontificias, vocant. Cic. 6. Fam. 12. Diploma ſtatim non eſt datum. De literis Cæſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur. Verbum eſt Græcum, quidpiam duplicato compoſitum ſignificans, aut complicatum, ut Linteum, quod & πτύγμα dicitur. Macrob. 1. Saturn. 23. Conſulunt hunc deum & abſentes, miſſis diplomatibus conſignatis, reſcribitque ordine ad ea quæ conſultatione abdita continentur. Diplomata appellat Chartulas complicatas, & lino trajectas, obſignatasque: quo in loco, Codicillos etiam Latine vocat. Cic. in Piſon. 90. Mitto diplomata tota in provincia paſſim data: mitto numerum navium, ſummamque prædæ. i. e. Edicta quibus naves exigendas mandabas, quum provinciæ præeſſes. Inde fit ut Diplomata vocati ſint Codicilli qui dabantur curſoribus, ut liceret eis uti equis & vehiculis publicis. Cic. 10. Att. 19. De diplomate admiraris, quaſi neſcio cujus te flagitii inſimularem, &c. Ex Budæo.
Diplomata eſſe videntur quæ Evectiones vocantur, per totum titulum de Curſu publico, lib. 12. C. Latine, ut arbitror, Duplices tabellæ dicuntur. Venulejus in l. Continuus. §. Quum ita ſtipulatus ſim. D. de Verborum obligationibus, Ut qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neque diplomate diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur. Et paulo poſt, Quod ſi diplomate uſus, aut felici navigatione maturius quam quisque perveneril Epheſum. Modeſtinus in l. eos qui. D. ad legem Corneliam de falſis, Qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus eſt uſus, vel falſo diplomate vias commeavit: pro admiſſi qualitate graviſſime puniendus eſt. Simile erat apud Perſas ἀγγαρήϊον δρόμημα, i. e. ut Herodotus inquit lib. 8. curſus celerrimus equitum: quales in Gallia Poſtas vocant. Hi Latine Pegaſarii dici poſſunt. Antiqui Veredarios vocaverunt. Budæus.
Reviviſcunt diplomata. Tacit. 2. Hiſt. 54. V. Alciat. Annotat. in Tacitum.
Diploma etiam Græcis medicis vocatur Duplex vas, idem ac DIPLANGIUM, de quo ſupra, quo nihil hodieque myropoliis familiarius eſt: nimirum quum vas quod pharmaca habeat, in aliud vas ſive lebetem aqua plenum imponitur, quod ipſum ſit prunis impoſitum. Vox eſt Galeno frequens. Huic reſpondet in arte Deſtillatoria, quod Vulgo Balneum Mariæ vocant.

DIPNITIS, idis. [δειπνῖτις] Cœnatoria veſtis Latine verti poteſt, qua videlicet in cœnis utebantur veteres. Dion in Adrian. Cornelius, inquit, Fronto perveſperi quandoque ab cœna domum repetens, officium cuidam præſtiturus in veſte dipnitide judicium eſt ingreſſus, ac judices ita ſalutavit, ut non matutino uteretur verbo χαῖρε, id eſt ave: ſed veſpertino ὑγίαινε, quod ſalve interpretantur. In codicibus Latinis Senatoria veſtis pro Cœnatoria legitur nonnunquam, ſed mendoſe, ut liquet. Conf. TRECHEDIPNA.

DIPNOLOGIA, [δειπνολογία] Cœnandi ratio Græcis dicitur, aut de cœnis ſermo: ſic Gaſtronomia, Ventris lex, unde & Gaſtronomi. Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 25.

DIPNOSOPHISTA, æ. m. [δειπνοσοφιστής] Qui inter cœnandum philoſophatur. XV. Dipnoſophiſtarum Libri ab Athenæo conſcripti largum eruditionis apparatum continent.

DIPŒNUS, Marmorarius, qui Medis imperantibus, priusque quam Cyrus apud Perſas regnare inciperet, Olympiade circiter quinquageſima ſecunda, primus omnium marmore ſculpendo inclaruit. Plin. 36. 4.

DIPŎLIS, [Δίπολις] Lemnus ſic vocatur: habet enim in ſe Hephæſtiam & Myrinam. Etymol.

DIPODIUM, [διπόδιον] Genus calceamenti Critiæ memoratum apud Pollucem, lib. 7. cap. 22. qui ea dicit eſſe, quas ὑποδοχερπίδας vocant.

DIPONDIUM, & DIPONDIUS, vel DUPONDIUM & DUPONDIUS, ii. [δίλιτρον] a Duobus ponderibus dicitur. Nam ut Varro docet, l. 8. de L. L. p. 132. Steph. Duos aſſes pendebat. Aſſis duos ſextantes noſtros valuit, i. e. Denariolos quatuor. Dipondium igitur valebit octo denarios noſtros. Quare Cic. pro Quint. 52. Dipondium pro Pecuniola poſuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Nævi, ſi in parvula re captionis aliquid vererere, non ſtatim ad Cajum Aquilium, aut ad eorum aliquem qui conſuluntur, cucurriſſes? Ex Budæo. In Orat. pro Quint. legitur ex vetuſtiſſimo codice, Si de prædiis tuis ageretur Sexte Nævi. Plin. lib. 33. cap. 3. Librales, (unde etiam nunc Libella dicitur, & Dupondius) appendebantur aſſes. Sen. Epiſt. 18. Dupondio ſatur, i. e. vili cibo & parvo, duobus aſſibus ſc. parando. V. Vet. Schol. ad Perſ. 2. Sat. 59.
Dupondium, Duorum pedum menſura. Veteres enim pedem pro aſſe ſive Pondo habuerunt, quod in duodecim æquas partes dividebatur, nimirum in duodecim uncias, ſive pollices. Columel. lib. 6. cap. 19. Habet in longitudinem pedes novem, & in latitudinem pars prior dupondium ſemiſſem, pars poſterior quatuor pedes.

DIPONDIARIUS, Adj. [διλιτραῖος] Plin. lib. 34. cap. 2. Et aurichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis dupondiariisque, Cyprio ſuo aſſibus contentis. Dipondiarius orbiculus. Columel. lib. 4. cap. 30.

DIPSACON, Spina alba, quæ & Aſpalathus & Diacheton vocatur, ut ait Plin. lib. 24. cap. 13. Latini Cacabum vel labrum Veneris vocant: Profert autem carduum lanis purgandis idoneum. Ruell. lib. 1. cap. 20. Dipſacus nomen invenit quaſi ſiticuloſi, quod concavo alarum ſinu rorem vel imbrem concipiat, quo velut ad abigendas ſitis injurias abutatur. Labri Venerei nomenclationem e carinato foliorum habitu contraxit, quæ ſe anfractuoſa ſinuant ambage, pelvim vel lavacrum exprimentia, ſemperque rorulenti laticis aut pluvii fideliæ modo tenacia.
Dipſacos, Herba, quæ folia habet lactucæ, bullasque ſpinoſas in dorſi medio, caulem duûm cubitorum, iisdem ſpinis horridum, genicula ejus binis foliis amplectantibus, concavo alarum ſinu, in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Plin. lib. 27. cap. 9.

DIPSACUS, i. Renum quædam affectio. V. DIABETES.

DIPSAS, Nomen eſt lenæ, quam Ovidius inſectatur, quod puellam ſuam meretricia arte inſtrueret. Sic enim ſcribit 1. Amor. 8. 2.
Eſt quædam (quicunque volet cognoſcere lenam,
Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus. Forſan ducitur a

DIPSAS, ădis. f. [διψάς] Serpens, ſic dicta quod ii quos mordicus apprehenderit, ſiti inareſcunt vehementius, ad potumque efferveſcunt, ac inde inceſſanter haurientes diſſiliunt mox. Cæl. lib. 25. cap. ult. Et Dioſcor. lib. 8. cap. 119. ex Hermolai verſione, Dipſadis morſus comites ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis contenta vehementer, nunquam explebilis, nunquam interquieſcens. Ob id ipſa dipſas, ab aliquibus preſter, ab aliis cauſos vocata eſt. Lucan. lib. 9. 610.
— in mediis ſitiebant dipſades undis. Ibid. 738. hujus veneni vim multis verſibus elegantiſſime deſcribit,
Signiferum juvenem Tyrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit, &c. Meminit Plin. lib. 23. cap. 8. ¶ Cæterum Dipſas lena ſine dubio nomen ab vitio habuit familiari huic generi. Διψάς enim Græcis & Bibulam denotat.

DIPSETICA, [διψητικά] Dioſcorides nuncupat quæ ſitim augent, ſic ut Adipſa, quæ minuunt, & Acrapala, quæ ebrietatem prohibent. Refert Cæl. Antiq. Lect. lib. 27. cap. 28.

**Dipsontes**, [διψῶντες] i. e. Sitientes, authore Philostrato dicebantur, qui clepsydrii auscultationibus interesse poterant, quibus Adrianum Tyrium ascriptum refert ab Herode Attico, tanquam rei maxime arcanæ. Item Pausaniam Cappadoca unum ex iis fuisse scribit qui clepsydrii participes forent. Ex Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 39.

**Dipson**, ontis. Fluvius est Ciliciæ, ex Tauro profluens. Lucan. lib. 8. 255.

— Tauroque videt Dipsonta cadentem, &c.

**Dipterus**, Adj. Duas quasi alas habens; ut, Ædes dipteræ, duplicem columnarum ordinem habentes. Vitruv. 3. 1.

**Diptota**, [δίπτωτα] dicuntur Nomina duos tantum casus habentia. V. Gram. e. g. Ilid. 1. 6.

**Diptychus**, a, um. Adj. a Gr. δίπτυχος ex δὶς *bis*, & πτύσσειν *plicare*. V. Etymologic. Magn. q. d. duplex vel bis plicatilis. Tribuitur modo Vestibus, modo Tabellis epitheton, sed frequentius hisce. V. Polluc. l. 4. S. 18. qui ex Herodoti Polymn. extr. δελτίον δίπτυχον affert. Tabellas ligneas convertit Justinus l. 2. C. 10. V. & Suid. ac Hesych. h. v. Sequiori ævo frequentius n. pl. Substantive utuntur Diptycha, orum. ut ex Schol. Cruqv. Horat. ad Epod. 12. 2. & Schol. Juvenal. Sat. 9. v. 36. cognoscere licet. V. Ibid. & Schurzfl. Scribebant etiam Diptyca, omissa aspirata. Olim Latine potius Pugillares Duplices, vel Duplices tabellas vocabant, sicut Triplices τρίπτυχα, ut ex Martialis Apophoretis Ep. 3. & seq. videre licet. Ovid. de Rem. Am. 667.

Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ.

V. Heinf. Cur. Sec. ad Amor. 1. 12. 27. Suet. Aug. C. 27. Rutgers. V. L. 6. 18. Salmas. ad Hist. Aug. p. 16. & inprimis Du Fresne in Gloss. Lat. h. v. Conf. duplices infra.

Diptycha alius generis Consulum, aliorumve Magistratuum nominibus inscripta, & imaginibus exornata, ex ebore potissimum affabre facta, & fortassis pugillaribus condendis destinata, quæ sportulæ loco amicis mittere consueverant. De his quoque V. Cangium ibid. tum in Syntagm. de Nummis Impp. CPol. a princ. Eleganter describuntur a Claud. l. 3. de Laudib. Stilic. 345.

Tum virides pardos & cetera colligit Austri
Prodigia, immanesque simul Latonia dentes:
Qui secti ferro in tabulas, auroque micantes,
Inscripti rutilum cœlato consule nomen,
Per proceres & vulgus eant.

Diptycha alia rursus Ecclesiastica, quorum tria genera commemorat Cangius, Episcoporum, Vivorum, & Mortuorum. q. V. ut & Hierolex. Domin. & Car. Macri. De toto genere extat Dissert. C. A. Saligii. Halæ 1731. Translate eleganter usus est Ambrof. Hexaem. 5. 8. de Cancri marini astutia in ostreis capiundis: Explorat, si quod ostreum remotis in locis ab omni vento, ad solis radios diptychum illud suum aperiat, & referet claustra testarum, &c.

## D I R

**Dira**, [Δειρή] Strabo lib. 16. Angustiæ Æthiopiam versus a promontorio fiunt, quod Dira nominatur, & oppidum eodem nomine, quæ loca ab Ichthiophagis habitantur. Hæc ille.

**Diradio**, are. In radios componere. Columel. lib. 5. cap. 6. Validam ergo vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere atque diradiare.

**Diradiatio**, ōnis. apud Vitruvium.

**Diradiotes**, V. deradiotes.

**Diraro**, are. Rarum aut Tenuem facere. Cæl. Aurel. Acut. 1. 11. 48.

**Diræ**, arum. V. infra dirus.

**Dirca**, Oppidum a Syene & prius Arabiæ latere, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29. Al. Direa.

**Dirce**, [Δίρκη] Mulier Babylonia & formosa, quæ quoniam Palladi conviciata fuerat, quum se lavaret, versa est in piscem. V. derceto.

Alia fuit Dirce, uxor Lyci regis Thebarum, quam accepit repudiata Antiopa Zethi & Amphionis matre. Hi ad ulciscendam injuriam matri factam, tauro indomito Dircen alligaverunt, eamque sic extinxerunt, ut est apud Propert. lib. 3. 15. 37.

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen sub trucis ora bovis.

**Dircæus**. Adj. Thebanus.

Amphion Dircæus. Virg. 2. Ecl. 24.
Cohors Dircæa. Lucan. lib. 4. 550.
Campus Dircæus. Stat. 6. Theb. 904.
Cygnus Dircæus ab Horatio Pindarus nuncupatur, 4. Carm. 2. 25.

**Dircenna**, Fons est gellidissimus in Hispania Tarraconensi, non procul a Bilbili. Martial. lib. 1. 50. 17.

Avidam rigens Dircenna placabit sitim.

**Dircētis**. f. Lapithonia Nympha. Stat. Theb. 7. 298. V. derceto.

**Directarius**, **Directe**, **Directio**, **Directus**. V. dirigo.

**Diremptio**, **Diremptus**. V. dirimo.

**Direptio**, **Direptor**, **Direptus**. V. diripio.

**Dirĭbeo**, ēre. Distribuere. Sunt qui Diribo, ĕre proferunt, sed nullo exemplo. Passivum Diribeor restituit etiam Valerio 9. 12. 7. Steph. Pighius: Dum sententiæ diriberentur. ubi MSS. Dirivarentur, vel Diruirentur. Est enimvero in eorum numero hoc verbum, quæ propter inscitiam librariorum plerumque corrupta leguntur in MSS.

Diribere, & Dirimere, illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse: neutrum autem, satis fuisse manifestum. Diribere tabellas significat, distribuere. diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent. de quo sic Cic. in oratione in Pison. 36. Hoc certe video, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum. & in ea, Post reditum in Senat. 28. Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? loquitur autem Cicero de lege pro ipsius reditu comitiis centuriatis lata. Nec dubito, quin legendum sit, Diribeantur, non Diripiantur, in ea in Pisonem 96. in eo loco: An ego expectem, dum de te LXXV, tabellæ diripiantur? ita hoc verbum non in comitiis solum, verum etiam in judiciis usurpatum patebit. nam hoc proximum exemplum satis plane judicium, quod Pisoni Cicero minatur, significat. Plin. autem ad alias res transtulit hoc verbum. ait enim sic lib. 36. cap. 15. En hic est ille terrarum victor, & totius domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet, jura externis mittit. Quod autem in oratione pro Planc. 14. vir diligens & eruditus legendum putat, pro Direptio, Diribitio: rectius opinor sensisset, si Diremptio reponere maluisset. quum enim populus, aut judices tabellas, voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum ut intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat: id autem, Dirimere, eaque actio Diremptio vocabatur. id ita esse, plane demonstrat Varro de R. R. lib. 3. C. 2. Comitiis, inquit, ædilitiis, quum ego atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum dirimuntur, inquit, suffragia, vis potius Villæ publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella? sic enim scriptum est in veteribus libris, non, ut a quibusdam, hujus verbi vim ignorantibus, nimis temere est intrusum, Diribentur. In epistola quoque 4. lib. 3. ad Q. frat. Cato, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit. ubi, Diremptis legi malim: perspicue autem hujus verbi sententiam demonstrat Lucan. lib. 5. in illo versu.

Et non admissæ dirimit suffragia plebis. pro Dinumerat & discernit. Hæc ex observationibus P. Manut. V. Vossii Etymol. p. 183. Græv. ad loc. Cic. in Pison. 36. In primis vero Nic. Cruchium de Comitiis Ro. l. 1. C. 3. & seq. ut & Car. Sigonii binas reprehensiones & ad has ejusdem Responsiones.

**Diribĭtor**, ōris. m. [διανομεὺς] Minister, distributor. Apul. lib. 2. de Asin. Diribitores plusculi, splendide amicti, fercula copiosa scitule subministrata. Verum proprie sic vocantur, ut paulo ante dictum est, qui vel in judiciis, vel in comitiis populi Ro. tabellas diribebant, vel, ut Cælius ait l. 7. C. 6. Ant. L. qui suffragia candidatorum in digitos mittebant. Alias Cicero Distributores vocat. Fuisse autem honesti ordinis plerumque viros plenissime Gruchius docet q. V. Cic. Post redit. in Senat. 27. Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis? Cic. in Pison. 36. & 96. V. & Pitisci Lexicon Rom. Antiq. Hinc

**Diribitorium**, ii. Ædificium ad Diribitorum munus serviens, & quidem apud Septa, regione Circi Flaminii, ut Victor tradit, de quo Dio l. 55. ad Ann. 757. Sueton. Claud. C. 18. Plin. H. N. l. 16. C. 40. Imaginem ejus exprimere studuit Nobiliss. Architectus Car. Fontana in libello, cui tit. *Discorso sopra il Monte Citatorio &c.* fol. Rom. 1694. ed. Sed vereor ut sat bene, siquidem ædificium πολυόροφον exhibet, cum Dio p. 553. disertis verbis doceat, ingens illud ædificium unum fastigium habuisse.

**Diribitio**, ōnis. Cic. pro Planc. 14. Nihil jam est quod populo supplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod supplicatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum expectetur, &c. Sic vulgo profertur; sed Gruterus ait veteres editiones, & MSS. omnes habere Direptio. Defendit tamen Gruchii conjecturam Græv. ex Cod. Erfurt.

**Dirĭgeo**, ui, [πήγνυμαι] ēre. [Scribitur & Derigeo, eamque scriptionem non spernendam puto.] Præ frigore aut timore, aut alio casu viribus destitui. Virg. 8. Æn. 475.

Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. i. e. Dum me cernit, obstupuit, inquit Servius.

Hirsutæ diriguere comæ. Ovid. 3. Fast. 332. h. e. Riguerunt, sive Erectæ sunt. Virg. 3. Æn. 259.

At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit.

**Dirĭgo**, exi, ectum, [ἰθύνω, διαθύνω, ὀρθόω, συντείνω] ĕre. Obliquum emendare. Plin. in Paneg. Nam vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo.

Ad similitudinem alterius aliquid dirigere, i. e. Referre. Cic. 1. de Orat. 9. Idem in Orat. 9. Ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem, artem & manum dirigebat.

Ad aliquid se dirigere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Et ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat.

Acies dirigere, pro Ordinare. Virg. 7. Æn. 281. Hirt. 5. Bell. Afric. 13. Interim Cæsar aciem dirigit simplicem propter paucitatem, sagittarios ante aciem constituit.

Acies diriguntur pari utrinque spe. Tacit. 2. Ann. 45.

Aciem oculorum ad aliquem dirigere. V. acies.

Affatus dirigere alicui. Claud. Epist. ad Olybr. 1.

Quid rear, affatus quod non mihi dirigis ullos.

Arcu dirigere tela. Hor. 4. Carm. 9. 18.

Artes dirigere ad voluptatem. Cic. 2. de Fin. Sic dirigere solertiam ad cœli cujusque mores. Plin. lib. 17. cap. 2.

Cogitationes suas ad rem aliquam. Cic. 4. Acad. 65.

Cacumen ramuli dirigere ad cœlum. Varro 1. de R.R. cap. 40. extr. Ejus autem ramuli, quem inseret, cacumen ut directum sit ad cœlum, curat.

Conjectura ad veritatem sæpissime dirigit. Cic. 1. de Divin. 25.

Cursum suum dirigere aliquo. Cic. pro Sext. 98. Quid est igitur propositum his Reip. gubernatoribus, quod intueri, & quo cursum suum dirigere debeant?

Cursum huc dirigere. Virg. 5. Æn. 194.

Eam direxit a media linea ad lævam. Cic. de Univers. 42.

Frontem aciei dirigere. Quintil. lib. 2. cap. 13. Quid si enim præcipias Imperatori, quoties aciem instruet, dirigat frontem, cornua utrinque promoveat, equites pro cornibus locet?

Gressum dirigere. Virg. 1. Æn. 401.

Perge modo, & qua te ducit via, dirige gressum.

Hastam in aliquem dirigere. Ovid. 8. Met. 66.

Hastile certo ictu dirigere. Virg. 12. Æn. 490.

Jaculum dirigere totis viribus. Sen. Hippol. 6.

Iter dirigere. Cæs. Civ. 3. 30. Ipsi iter secundum eas terra direxerant.

Iter dirigere ad locum aliquem. Cic. 10. Fam. 11. Sic dirigere cursum ad littora. Cæs. 3. Bell. Civil. 25.

Iter navis dirigere. Ovid. 1. Fast. 4.

Judicium ad aliquid dirigere. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Judicium suum aliquo dirigere. Cic. in Orat. 237.

Judicium suum flectere & dirigere. Brut. ad Cic. Ep. 16. extr. Idem Cicero si deflexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, &c.

In manum dirigere. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 16.

Leges hominum ad naturam diriguntur. Cic. 2. de Legib. 13.

Literas ad aliquem dirigere. Modestinus.

Norma aliquorum quædam dirigere. Cic. 3. de Orat. 188.

Opus vatis dirigere. Ovid. 6. Fast.

Officium utilitate dirigere. Cic. 3. Off. 89. Sed tamen ad extremum utilitate, ut putat, officium dirigit, magis quam humanitate. i. e. Magis ad utilitatem quam ad humanitatem refert.

Oratio omnis dirigenda est, ad animi bona vel mala. Cic. Topic. 89.

Ordines arborum in quincuncem dirigere. Cic. de Senect. 59. Quum autem

autem admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, &c.
Puppim dirigit. Lucan. lib. 3. 592.
Regiones lituo direxit Romulus. Cic. 1. de Divin, 30.
Similitudo dirigitur ad. Plin. lib. 37. cap. 8. De Topazio praſoïde gemma. Ejus enim tota ſimilitudo ad ſuccum porri dirigitur.
Spicula dirigere dextra. Ovid. 12. Met. 606.
Vela in medio freto dirigere. Ovid. 1. Faſt. 469.
Viſus dirigere ad aliquem. Claud. 2. in Eutrop. 134.
Voluptate omnia dirigere. Cic. 2. de Fin. 71. Non igitur poteſtis voluptate omnia dirigentes, aut tueri aut retinere virtutem.
Vulnera dirigere. Virg. 10. Æn. 139.

Te quoque magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

Ubi Servius, Aut vulnus pro ſagitta poſuit: ut 2. Æn. — inſequitur infeſto vulnere Pyrrhus: aut acerrime expreſſit inevitabiles ſagittas, dicens eum vulnera, non tela dirigere. V. Drakenb. ad Sil. 2. 92.
Utilitas dirigenda eſt honeſtate. Cic. 3. Off. 83.
Dirigere apud Plautum invenitur, pro Diſcedere, inquit, Feſtus. Diſcindere Scaliger, Diſcidere emendat ex Vet. Cod. Dacer. Locum autem reſpici putant, qui eſt in Curc. 3. 5. 4.

Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit.

al. Diſſicit. adde Burm. ad Quintil. 2. 5. p. 154. V. DILIGO ad extr. & Salmaſ. ad Vopiſci Prob. C. 19.

DIRĬGENS, [διευθύνων] Partic. Cic. 2. de Fin. 71.

DIRECTUS, Partic. [διευθυνθεὶς] Cato cap. 18. Arbores ad ſtipitem primum directos pedes ſedecim. Cic. 2. de Nat. Deor. 144. de auditu loquens, Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret. Idem pro Cæcin. 28. Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.
Acies directa. Virg. 2. Georg. 281. V. ACIES.
Judicium directum, quod vulgo Principale vocamus: quo ſcilicet recta agitur, & principaliter. Ulp. in l. 3. §. ibidem. D. ad exhib.
Limes directus. Stat. 2. Sylv. 2. 84.

Quæ tibi Parthenopen directo limite ponti Ingerit.

Loci in vitia directi. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Membrana directa plumbo. Catul. ad Varum 8.
Oratio directa, Quæ ambagibus caret. Liv. 1. Bell. Pun. Hæc directa percontatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani viſa eſt.
Paſſu invicem directo contendere. Tibul. lib. 4. 1. 93.
Sermo directus & Averſus, contraria. Quintil. lib. 2. cap. 13. Ad judicem omni ſermone directo, an aliquando averſo per aliquam figuram dicendum ſit.
Viæ directæ. Lucret. lib. 4. 613.

At ſimulacra viis directis omnia tendunt.

Viæ ductæ & directæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Succus is quo alimur, permanat ad jecur per quaſdam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris (ſic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad jecur, eique adhærent.

DIRECTUM, i. n. [ὀρθότον] Cic. in Partit. 130. Æquitatis autem vis eſt duplex, cujus altera directi, & veri & juſti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

DIRECTE, ſive DIRECTO, Adv. [ἐπ' εὐθὺ, ἐπ' εὐθείας] Cic in Partit. 46. Alterum ad fidem directo ſpectat. Ibid. 24. Ut quum ſemel dictum ſit directe. Idem 4. Acad. 66. Eoque directius gubernant quod eam teneant?
Ferri directo deorſum. Cic. 1. de Nat. Deor. 69. Ait atomum, quum pondere & gravitate directo deorſum feratur, declinare paululum.
Directo aliquid optare, pro Simpliciter, opponitur Sub conditione. Sen. Epiſt. 67. Illa bona directo optamus nobis: hæc, ſi neceſſe erit.
Directo libertatem accipere. Ulp. in l. idem eſt D. de militar. teſtam. Sed perinde habendum eſſe, ac ſi eidem ſervo libertas ſimul & hæreditas directo data eſſet.

DIRECTIM, aliud Adv. Macrob. 7. Saturn. cap. 14. Id oculorum domeſticum profluvium, ſi repererit in circumfuſo nobis aëre lucem, per eam directim pergit, quandiu corpus offendat.

DIRECTIO, onis. f. [διεύθυνσις] ut directio ad veritatem. Quintil. lib. 3. cap. 7. in fine.
Rationis directio ad veritatem. Quintil. lib. 3. cap. 6. Virtruv. 7. 1.

DIRECTARII, qui appellantur, h.e. hi, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo: plus quam fures puniendi ſunt. Ulp. l. Saccularii. D. De extraord. crimin. V. Diætarii fures. conf. Parei Lex. crit. p. 363.

DIRĬMO, ēmi, emptum, [διαλαμβάνω, διείργω, ἀπαρτάω] ĕre. ex Di vel Dis, & Emo emis compoſitum; ſignificat Separare ſive Dividere, quum quis ſe medium opponit inter concertantes, ſive aliud quidpiam quomodocunque componit, aut ſeparat. Plaut. Amph. 1. 1. 99.

Sed prælium id tandem diremit nox interventu ſuo.

Prælium dirimere Cæſ. 1. Bell. Civil. Hirt. Bell. Alex. cap. 46.
Dirimere atque diſtrahere. Cic. 3. de Nat. Deor. 29. Corpus autem immortale nullum eſſe, ne individuum quidem, nec quod dirimi diſtrahive non poſſit.
Actionem dirimere. Plin. Jun. Actionem meam, ut prælia ſolet, nox diremit. i. e. Interrupit, & in alium diem rejecit ejus exitum. Budæus.
Affinitatem Claudius diremit. Tacit. 13. Ann. 23.
Arma dirimere Lucan. lib. 1. 104. — ſic ubi ſæva

Arma ducum dirimens miſerando funere Craſſus.

Auſpicia dirimi dicuntur, quum Rata eſſe nequeunt, h. e. Irrita fiunt, diſſolvuntur, diſcutiuntur, diſturbantur. Plin. lib. 8. cap. 82. Nam ſoricum occentu dirimi auſpicia annales refertos habemus. Budæus.
Bellum ſanguine dirimi. Virg. 12. Æn. 79.
Certamina dirimere. Ovid. 5. Met. 314.

Cedemus ſylvis, dirimant certamina Nymphæ.

Charitatem dirimere, & Dirimere veterem conjunctionem cum aliquo. Cic. de Amicit. 27. Idem 3. Fam. 10. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem conjunctionem diremiſſem, quam novam conciliaſſem.
Colloquium dirimere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 46.
Conjunctionem civium dirimere. Cic. 3. Off. 23. Hoc enim ſpectant leges, hoc volunt, incolumem eſſe civium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos, morte, exilio, vinculis, damno coercent.
Connubium dirimere. Liv. Decad. 1. lib. 4.
Conſilium dirimere. Salluſt. in Catil. C. 18. extr. Quia nondum frequentes armati convenerant, ea res conſilium diremit.



Controverſiam dirimere; eſt Dijudicare, ſeu Finem imponere controverſiæ. Ovid. 6. Faſt 98. Cic. 3. Off. 119. Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum judico, qui ſe dirempturos controverſiam putaverunt, ſi cum honeſtate voluptatem tanquam cum homine pecudem copulaviſſent i. e. Ad concordiam inter ſe contendentes philoſophos adducturos. Sic Dirimere litem, inquit Cicero. i. e. Diſſolvere & decidere. Budæus.
Controverſia dirimit omnia. Cic. 2. de Legib. 54.
Iras & Altercationes dirimere. Liv. 1. 3.
Litem dirimere. Ovid. 1. Met. 21.
Nox diremit. Cic. 2. Q. frat. 13. Actum eſt eo die nihil, nox diremit.
Pacem alicujus dirimere. Cic. pro Cœlio 34. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires?
Prælia voce diremit. Virg. 5. Æn. 467.
Res dirimenda alicujus arbitrio. Ovid. 6. Faſt. 98.
Rem ſuſceptam dirimere, pro Interpellare, obturbare, diſſolvere. Cic. 2. de Legib. 1. Quid enim majus eſt, ſi de jure quærimus, quam poſſe a ſummis imperiis, & ſummis poteſtatibus comitiatus, & concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid gravius quam rem ſuſceptam dirimi, ſi unus Augur ALIUM dixerit?
Rixam dirimere. Plaut. Amph. 1. 1. 99.
Sententias dirimere. Plin. Epiſt. 167. Quid lex? non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, quum ita diſceſſionem fieri jubet? Idem eſt ac DIVIDERE SENTENTIAS. V. in utraque v.
Simultates dirimere. Liv. 8.
Societatem humani generis dirimere. Cic. 3. Off. Hi dirimunt communem humani generis ſocietatem. h. e. Diſſolvunt, diſſociant. Budæus.
Societatem coire cum aliquo, & Dirimere, contraria. Cic. 2. Philipp. 24. Utinam, Cn. Pompeji, cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes.
Societatem officiorum dirimere. Cic. pro Sylla 6. Non enim jam ſe ullo officio cum illo conjunctum arbitrabatur, quum ille tanto ſcelere commiſſo, omnium officiorum ſocietatem diremiſſet.
Suffragia dirimere. Varro de R. R. lib. 3. cap. 2. in ipſo pene initio, Vis, inquit, dum dirimentur ſuffragia, potius villæ publicæ utamur umbra, quam privati candidati tabella? i. e. Dum ex ſummis ſuffragiorum collectis, conſtituetur quis plurima puncta tulerit. In vetuſtioribus tamen codicibus legitur Diribentur. Hæc Budæus in Forenſibus. V. DIRIBEO.
Tempus dirimere, & Proferre diem, cognata ſunt verba. Cic. 1. de Divin. 85. Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? i. e. In alium diem id quod agendum inſtabat, rejiciat. Budæus. V. DIFFINDO.
Dirimuntur oppida unius diei itinere: i. e. Diſtant inter ſe unius diei itinere, ſive abſunt inter ſe. Plin. Epiſt. 94. lib. 6.

DIREMPTUS, Partic. [διειλημμένος] Lucret. lib. 1. 115. Mors dirempta.
Dirempta mari gens. Plin. in Paneg. Qui diremptam mari gentem, ut partem aliquam populi plebiſque Romanæ aleret ac tueretur. i. e. Separatam, & disjunctam. Liv. 5. Bell. Pun. Una profecti ambo duces, exercituſque, Celtiberis prægredientibus, ad urbem Anitorgin in conſpectu hoſtium, dirimente amne, ponunt caſtra.

DIREMPTUS, ûs. [διάληψις] Separatio. Cic. 1. Tuſc. 71. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. Legitur & Direptus.

DIREMPTIO, ōnis f. [παράτασις] Productio temporis vel magiſtratus in aliud tempus. Cic. pro Planc. 14. Nihil jam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diremptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renuntiatio ſuffragiorum expectetur. V. DIRIBITIO.

DIRINI, Populi in ſecunda regione Italiæ a Plinio collocati. lib. 3. cap. 11.

DIRĬPIO, ui, eptum, [διαρπάζω, ἄγω καὶ φέρω, κεραΐζω] ĕre. Omnia in diverſas partes rapere, ut fit in urbium expugnatione. Gellius, Nam quum oppidum Tholoſanum in Italia Q. Cæpio Conſul diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet. Cic. 16. Fam. 12. Domos noſtras & patriam ipſam, vel diripiendam vel inflammandam reliquimus. Sic Diripere urbes, diripere bona, diripere prædam. Cæſ. 3. Bell. Civil. 31.
Divexare omnia, & diripere. Cic. 11. Philipp. 4. Alteri ſe Brutus objecit, impetumque furentis, atque omnia divexare, & diripere cupientis vitæ ſuæ periculo colligavit, a progreſſu arcuit, a reditu refrenavit.
Expilare & diripere ſocios & provincias. Cic. pro Lege Manil. 57. Quum cæteri ad expilandos ſocios, diripiendaſque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint.
Diripere & vaſtare. Cic. 5. Att. 20. Ibi dies quinque morati, direpto & vaſtato Amano, diſceſſimus.
Aras diripere, Dejicere, diſſipare. Virg. 12. Æn. 283. Servius.
Dapes diripere. Virg. 3. Æn. 227.
Domum diripere. Cic. Poſt red. in Senat. 17.
Enſem diripere. Ovid. 13. Met. 386. In emendatis codd. Adripit enſem.
Equis diripi. Ovid. 5. Faſt. 310.

Hippolyte infelix, velles coluiſſe Dionen,
Quum conſternatis diripereris equis.

Opes diripiuntur. Ovid. 3. Triſt. 10. 58.

Diffugiunt alii, nulliſque tuentibus agros
Incuſtoditæ diripiuntur opes.

Patrimonium dignitatis diripere. Cic. 3. de Orat. 3. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.
Tunicam diripui. Ovid. 1. Amor. 5. 13. [Deripui in emendatis V. DERIPIO. Sæpiſſime enim hæc confuſa, & ſequens ſane Valerii locus vereor, ut recte habeat.
Victoriam diripere, pro Eripere. Valer. lib. 3. cap. 2. de Fortitudine ext. 4.
Veſtem a pectore diripere. Ovid. 9. Met. 635.
Diripere aliquem e loco, pro Vi abſtrahere. Cic. de Provinc. Conſul. 13. Hos de provinciis ſi non aliquando deducendi eſſent, diripiendos non putaretis? [Et hic Deripiendos cum melioribus libris legendum, & ſequenti quoque loco Deripuiſſet. ubi Græv. V.
Diripere de authoritate alicujus, per translationem. Cic. pro Sylla 2. Sed ut ille, Judices, quantum de mea authoritate diripuiſſet, tantum ſe de hujus præſidiis diminuturum ſperavit.
Eſt & Diripere, Cupide emere. Vetus auctor vitæ Perſii, quem docti Suetonium putant: Editum librum continuo mirari homines & diripere cœperunt.

DIREPTUS, a, um. Partic. [διηρπασμένος] Cic. 1. de Fin. 43.

Domus

Domus direpta. Virg. 2. Æn. 563.
Membra direpta manibus nefandis. Ovid. 3. Met. 540.
Mœnia direpta. Lucan. lib. 6. 35.
Opes direptæ. Claud. 1. in Eutrop. 168.
Pellis direpta. Ovid. 3. Met. 52.

DIREPTUS, ûs. m. Cicero pro Destructione ac solutione conjunctorum posuit, 1. Tusc. 71. Est, inquit, interitus quasi discessus, & secretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum vinctione aliqua tenebantur. Spartian. Severi vitâ cap. 19. Res Romana prædonibus direptui fuit.

DIREPTIO, ōnis. f. [διαρπαγή] Cic. 2. Off. 79. Tanta sublatis legibus & judiciis expilatio, direptioque sociorum, ut imbecillitate, &c. Sic 1. in Catil. 18. Direptio & vexatio sociorum.
Bonorum direptiones & naufragia. Cic. 4. Fam. 13. Versorque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.
Direptioni & incendiis relicta urbs. Cic. 4. Fam. 1.

DIREPTOR, oris. m. [διαρπακτήρ] Cic. 3. Philipp. 27. O præclarum custodem ovium (ut aiunt) lupum, custosne urbis, an direptor & vexator esset Antonius?
Prædator & direptor. Cic. 2. in Catil. 20. Quos ego utrosque Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono.

DIRIS, V. DYRIS.

DIRUMPO, ūpi, uptum, [διαῤῥήγνυμι] ĕre. Frangere, scindere. Plaut. Curcul. 2. 1. 7. Geminos in ventre videor habere filios: Nihil metuo nisi ne medius dirumpar miser.
Dirumpere ludum, Impedire ne perficiatur. Plaut. Pœn. 1. 1. 7.
Plausu alicujus dirumpi. Cic. 12. Fam. 2. Itaque jam non studiosus ludorum, infinitoque fratris tui plausu dirumpitur. Invidia scilicet.
Se dirumpere. Cic. 7. Fam. 1. Dirupi me pene in judicio Galli Caninii familiaris tui. Clamore scil.
Societatem Dirumpere. al. Disrumpere. Cic. 3. Off. 21. Et apud Eund. in Amicit. 87. Dirumpere amicitias.
Tabellas dirumpere. Cic. 3. Q. frat. 4. Is diruptis tabellis de circulo se subduxit.
Dirumpi dolore, dixit Cic. 7. Att. 12. Ter. Adel. 3. 3. 14.
Collaudavit filium: mihi qui dedissem consilium, egit gratias.
D. Dirumpor. Cic. 4. Att. 86.

DIRUPTUS, a, um. Partic. [διαῤῥηγμένος] ut, Diruptus homo. Cic. 13. Philipp. 26. Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus, dirutusque Quintus Cœlius. i. e. Tum herniosus, tum dissipato patrimonio expeculatus, atque omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiam Dirupti, i. e. Herniosi, & diruti. Budæus. V. in ÆS, Ære dirutus.
Diruptæ rupes, pro Abruptis. Liv. 8. Bell. Pun. Pars maxima inermes per invia & rupes diruptas præcipitantes fugerunt. V. DERUPTUS, ubi idem locus affertur, quæ lectio sine dubio verior est.

DIRUPTIO, ōnis. f. ut, Corporum diruptio. Sen. 2. Nat. Quæst. 15.

DIRUNCINO, V. DERUNCINO.

DIRUNCIO, teste Festo, Idem quod Depurgo. Verbum agriculturæ antiquum, a Runca deductum, quod instrumentum est excidendis dumetis idoneum. [At nemo hujus instrumenti meminit, Verum Runconis & Runcinæ, de quibus f. l. V. ad Fest. Dacer.

DIRUO, ui, ŭtum, [καθαιρέω, καταβάλλω, ἐρείπω, κατασκάπτω] ĕre. Dejicere significat & Evertere atque Destruere. Ter. Adel. 5. 7. 10. Hanc in horto maceriam jube dirui. Liv. lib. 1. 29. Jam fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Plin. lib. 34. cap. 3. Diruit Corinthum Mummii victoria.
Diruere, Ædificare, contraria. Cic. pro Domo sua 137. Everso atque ejecto Senatu, dirueris, ædificaris, &c.
Arcem diruere. Sil. lib. 5. — Coriti nunc diruat arcem.
Fores diruere. Propert. lib. 4. 9. 14. Furis & implacidas diruit Ira fores.
Urbes diruit. Ovid. 12. Met. 551.
— & immeritas urbes, Elinque, Pylumque
Diruit.

DIRŬTUS, a, um. Partic. [καθῃρημένος] Dejectus.
Dirutæ & desertæ urbes. Cic. 1. Q. frat. 1. Multas abs te esse liberatas urbes, complures dirutas, ac pene desertas.
Regna diruta. Propert. lib. 2. 18. 54.
Ære diruti. Cic. 7. Verr. 35. V. ÆS.
Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiæ causa non erat datum: quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum. Festus.

DIRUS, a, um. Adj. [ἐπάρατος, παλαμναῖος] Dei ira natus, inquit Festus. Sunt qui a deo dirum deductum existimant, hoc est, crudele, infestum, & quasi deorum ira immissum. Virg. 3. Georg. 469.
— prius quam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Injusta, nefaria, vitiosa, dira. Cic. 2. de Legib. 21.
Aconita dira. V. ACONITUM.
Amores excutere diros. Ovid. 10. Met. 426.
Cædes dira. Ovid. 15. Met. 802.
Caput dirum. Sen. Octav. 5.
Cometæ diri, i. e. ominis pessimi. Virg. 1. Georg. 488.
Contagia dira. Virg. 3. Georg. 469.
Cruciatus diri. Ovid. 9. Met. 179.
— diris cruciatibus ægram,
Invisamque animam, natamque laboribus, aufer.
Cupido dira. Virg. 6. Æn. 373.
Deprecationes diræ. Plin. lib. 28. cap. 2.
Detestatio dira nulla expiatur victima. Hor. Epod. 5. 90.
Dextra dira. Stat. 5. Theb.
Execratio. Liv. 6. Bell. Pun. 8.
Facies dira viro. Ovid. 1. Fast. 553.
Facti diri manus conscia. Ovid. 8. Met. 530.
Fames dira. Virg. 3. Æn. 256.
Fata dira. Sen. Hippol. 12.
Forma dira. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 82.
Funus dirum. Virg. 11. Æn. 56. — nec sospite dirum
Optabis nato funus pater.
Funeribus diris iras deorum contrahere. Liv. lib. 10. de Decio.
Furor dirus. Sen. Hippol. 4.
Furiæ diræ sunt. Virg. 4. Æn. 374.
Gens dira. Virg. 3. Æn. 235.
— & dira bellum cum gente gerendum.
Grando dira. Hor. 1. Carm. 2. 1.
Hydrops dirus. Hor. 2. Carm 2. 13.
Crescit indulgens sibi dirus Hydrops.
Illuvies dira. Virg. 3. Æn. 593. i. e. Sordes tetra. Servius.
Judicis diri domus. i. e. Paridis. Sen. Troad. 1.
Libido dira. Lucret. lib. 4. 1040.
Irritata tument loca semine: fitque voluntas
Ejicere id, quo se contendit dira libido.
Lues dira. Ovid. 7. Met. 523.
Dira lues ira populis Junonis iniquæ
Incidit, exosæ dictas a pellice terras.
Mens dira. Virg. 2. Æn. 519.
— quæ mens tam dira, miserrime conjux,
Impulit his cingi telis?
Mœror dirus. Plin. lib. 36. cap. 4.
Mors ante oculos dira vagatur. Sen. Octav. 6.
Mugitus diri. Ovid. 7. Met. 597.
— mugitus victima diros Edidit.
Natura dira. Plin. lib. 12. cap. 19.
Naufragia dira. Sen. Octav. 4.
Necessitas dira. Hor. 3. Carm. 24. 6. [Dura alii, eaque lectio Rob. Bentlejo & Cuningamio potior visa est. Verum tamen cum Valer. Max. l. 7. C. 6. modo Abominandam, modo Teterrimam Necessitatem appellet; Quid ni ab Horatio simili opinione imbuto Dira vocetur, præsertim ubi mortis metu terret? Alioquin utrumque adjectum Dirus ac Durus, sæpe confundi notum est, ac prolixe docuit ad Sil. 14. 126. Drakenborch.
Nefas dirum. Virg. 4. Æn. 563.
Nubes dira. Plin. lib. 11. cap. 29.
Omen dirum mortalibus. Ovid. 5. Met. 550.
Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.
Oppidum dirum. Plin. lib. 4. cap. 11. Diomedis equorum stabulis dirum.
Ostentum dirum. Plin. lib. 10. cap. 12.
Pestis dira. Virg. 11. Æn. 793.
— hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius urbem.
Pugna dira. Virg. 10. Æn. 50.
Serpentis sanguine diræ. Ovid. 2. Met. 652.
Sitis sanguinis dira. Sen. Octav. 4.
Spes dira. Sen. Hippol. 2.
Extingue flammas, neve te diræ spei
Præbe obsequentem.
Spiritus dirus. Sen. Octav. 5.
En ipse diro spiritu sævi ducis
Polluitur æther.
Supplicia dira. Virg. 6. Æn. 499.
Tempus dirum. Cic. 1. de Divin. 18.
Quod ferme dirum in tempus cecinere Latini.
Tyrannus dirus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 34.
Venena dira. Hor. Epod. 5. 62.
Volucres diræ. Sil. lib. 13.
Vox dira. Virg. 3. Æn. 228.
— tum vox tetrum dira inter odorem.
In dira & in vitiosa incurrere. Cic. 1. de Divin. 28. Itaque sinistra dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incidimus.
Dirus, pro magno aliquando accipitur. Virg. 8. Æn. 349.
Jam tum relligio pavidos terrebat agrestes
Dira loci. i. e. Magnus metus. Servius.
Dirior, compar. Cic. 2. de Divin. 36. Quum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, &c.
Dirissĭmus, a, um. superl. Nonius: dirissimum, Severum. Varro Bimargo, Scena quem senem Latina vidit dirissimum?

DIRÆ, arum. [ἀραί] Execrationes & Imprecationes sunt, quæ in malevolos effundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellantes: quibus quicunque devotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cic. 1. de Fin.
Puto dici per ellipsin Diras, & subaudiri Pœnas. Tibull. (2. 7. 35.) Tunc tibi, lena, precor diras. Sic Plin. Jun. Imprecari diras pœnas, V. IMPRECOR. Potest & Preces subaudiri. alioquin & Dira precari, ut Tu me mihi dira precari Cogis.
puto apud Tibullum. H. St. Extat l. 2. El. 5. 15.
Sunt etiam Diræ inferorum Furiæ, quibus præcipue hi, qui sceleris alicujus sibi sunt conscii, credebantur exagitari. De quibus ita Virg. 12. Æn. 845.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas, & Tartaream nox intempesta Megæram
Uno, eodemque tulit partu.
Compositas Diras imprecabatur. Tacit. 6. Ann. 24.
Diras observabant aruspices, ut & signa, quæ ex igne existebant. Stat. 4. Theb. 468. & Plin. 28. 2.

DIRĬTAS, ātis. [ἀπήνεια] Crudelitas. Cic. in Vatin. 9. Quanquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus.
Diritas & Comitas, contraria. Cic. de Senect. Intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. Sic legit Nonius. Sic & MSS. In plerisque tamen codd. Duritas excusum. Est autem Diritas, Feritas quædam ingenii atque immanitas. Unde Hannibal ab Horatio 3. 6. 36. apposite Dirus appellatus est. V. Quintil. l. 8. C. 2. p. 672. & ibi Burm.
Morum diritas. Sueton. in Tiber. cap. 21. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet. Idem Ner. C. 8. Diei diritatem, pro Inauspicatissimo tempore posuit.

## D I S

DIS, Præpositio, [διά] quæ semper componitur, & modo diversitatem significat, ut Dissideo. Modo divisionem, ut dissocio, disjungo, dissemino, dispono, dispereo. Modo valde, ut Discrucio, discupio. Componiturque cum C, ut Discumbo. Cum F, ut diffundo, ubi s mutatur in f, euphoniæ causa. Cum P, ut Disputo. Cum Q, ut Disquiro. Cum R, ut Disrumpo. Ubi plerumque s omittitur. Cum S, ut Dissimulo. Cum T, ut Disturbo. Cum J, ut Disjungo. DIS,

DIS, Ditis. [Πλούτων] Inferorum deus, Græce Pluton dicitur: quia terrenam omnem vim atque naturam Diti patri dedicatam putabant, quod divitiæ omnes e terris oriantur, & in terras redeant. nam Gr. πλοῦτος, Latine divitiæ. V. PLUTO. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Terrena autem vis omnis, atque natura, Diti patri dedicata est, qui Dives (alii Dis) ut apud Græcos Πλούτων, quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris. Quintil. lib. 1. a contrario interpretatur, quia minime dives est. Non tamen id asserit.
Fere autem Diti addi solet Patris epitheton ab antiquis. Cæs. de Bell. Gall. 6. 18. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant.
Domina Ditis, i. e. Proserpina, apud Virg. 6. Æn. 397.
Atri janua Ditis. Virg. 6. Æn. 127.
Avari Ditis domus. Sen. Herc. 9.
Avidi ditis regna. Sen. Agam. 7.
Diri sacraria Ditis. Virg. 12. Æn. 199.
Durus Dis. Sil. lib. 13.
Duc prædicta sacris duro placamina Diti.
Horridus Dis. Sen. Hippol. 10. & 8.
Infernus Dis. Sen. Agam. 1.
Severus Dis. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 6.
Umbrosi ditis opaca regna. Sen. Medea. 10.

DIS, dite. Adj. [πλούσιος] pro Divite ponitur. Ter. Adel. 5. 8. 1. Dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses. Ubi Donatus, Ab eo quod est Dis ditis, dites facit: ab eo quod est Dives divitis, divites. V. DIVES.
Animi dites. Tibul. lib. 3. 6. 13. de Baccho,
Ille facit dites animos deus, ille ferocem
Contudit, &c.
Epulæ dites. Stat. 5. Theb.
Glebæ dites, i. e. Frugiferæ. Sil. lib. 3.
Pectus dite. Lucret. lib. 1. 414.
Promissis ditibus commoveri. Sil. lib. 3.
Regni ditis ferax Lydia. Sen. Hippol. 3.
Ditior, & Ditissimus. Cic. 2. Off. 56. Mamerco homini ditissimo Ædilitatis prætermissio, Consultatus repulsam attulit.
Ævi humani ditissimus. i. e. Qui diutissime vixit. Sil. lib. 3.
Agri ditissimus. Virg. 1. Æn. 344.
Ditior mihi & affluentior videtur esse vera amicitia. Cic. de Amicit. 58.
Animi ditior. Stat. 3. Theb.
Midæ gazis, & Lydo ditior auro. Stat. 2. Sylv. 2.
Terra ditissima. Virg. 2. Georg. 136.

DITO, [πλουτίζω] āre. Divitem facere. Liv. 1. 26. Castra militem ditavere.
Stipe largifica ditantes omnia. Lucret. lib. 2. 627.
Turba ditata spoliis. Ovid. 2. de Ponto 7. 62.
Urbs triumphis ditata. Author ad Heren. lib. 4. 67.
Plutarchus in apophthegmatis Imperatorum, Ptolemæum Lagi filium dicere consuevisse indicat; Ditare quam ditem esse, magis esse regium, τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν εἶναι βασιλικώτερον.

DITESCO, [πλουτίζομαι] ēre. Divitem fieri. Horat. 2. Serm. 5. 10. Lucret. lib. 5. 1248. Ditescere præda.
Horrea ditescunt. Claud. .2 de Laud. Stilic. 396.
Cunctis ditescant horrea ventis.

DITISSIME, Adv. ex Ditissimus. Apul. de Deo Socrat. Domos ditissime exornare.

DISCALCEO, [ἐξυποδημέω] āre. Calceum extrahere: unde

DISCALCEATUS, a, um. Sueton. in Neron. cap. 51. Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem summiserit, ac plerunque synthesin indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu & discalceatus. V. Pitisc. Lex. sed Vulg. Interp. Es. 20. 2. Nudus & discalciatus.

DISCALCEĀTIO, ōnis. f.

DISCAPEDĬNO, [διοίγω] āre. a Capedine fit, significatque Resero, aperio. Apulejus Floridorum lib. 1. Hyagnis primus in canendo manus discapedinavit. Obsoletum & inusitatum verbum.

DISCĂVEO, āvi, autum, [φυλάττομαι] ēre. Idem significat quod Cavere, vel Diligenter cavere. Plaut. Men. 2. 1. 24. Dictum facessas doctum, & discaveas malo. Minus est in usu.

DISCĒDO, ssi, ssum, [ἀποχωρέω, ἀπέρχομαι, ἀπαλλάττω, ἀπαίρω, ἀποβαίνω] ēre. Recedere. ut, Discedere Roma. Cic. 2. Verr. Plin. Facessite hinc, atque a nobis discedite. Donatus, Discedere dicitur, qui facile abit e medio.
Discedere cubitum. Cic. in Somn. Scip. 1. h. e. Ire dormitum.
A patria discedere. Ovid. 1. Trist. 3. 85.
Ab aliquo discedere. Cic. Att. Quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari videbam.
Discedere ad. Virg. 12. Æn. 184.
Convenit Evandri victos discedere ad urbem.
Longe discedit. Ovid. 15. Epist. 107. V. LONGUS.
Procul hinc discedere. Ovid. 9. Met. 508.
Procul discessit in agros. Valer. 7. Argon. 558.
Tarde discedere. Ovid. 4. Met. 223.
Ab aliquo non discedere. Cic. de Amicit. 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga, ut quoad possem, & liceret, a senis latere nunquam discederem. Idem 4. Acad. Nunquam a Philone discessit, nisi posteaquam ipse cœpit, qui se audirent habere.
Ab amicis discedere, pro dirumpere amicitiam. Cic. de Amicit. 42. Præcipiendum est igitur bonis, ut si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment se ita alligatos, ut ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus, non discedant.
Animus discedit. Cic. 1. Tusc. 8. Discessum animi a corpore intelligit.
Ab armis discedere. Cæs. 1. Bell. Civil. 9.
In auras discedere. Lucret. lib. 3. 401. Hic de vi animæ loquitur.
A consuetudine alicujus populi. Cic. 4. Verr. Propter cujus authoritatem & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet. Idem pro Font. 2. Videte quo descendam judices, quam longe videar a consuetudine mea & cautione ac diligentia discedere.
E conspectu discedere. Cic. 12. Att. 241. Et si ne discessissem quidem e conspectu tuo, nisi me plane nihil ulla res adjuvaret.
A contentione discedere. Cic. in Orat. 109.
A defendendis hominibus, & sublevandis. Cic. 1. Verr. 5.



Digitum non discedere a re aliqua. Cic. 6. Verr. 33. Pueri autem Sisennæ, credo qui audivissent, quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere. subaudi Latum. V. DIGITUS. conf. Pedem non discedere.
A fide justitiaque discedere. Cic. 3. Off. 79.
Ab aliquo discendi genere discedere. Cic. 2. Off. 6.
A gloria sperata discedere. Cic. de Clar. Orat. Quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria discedendum putavi.
A judiciis causisque discedere. Cic. 2. de Orat. 144.
A jure. Cic. 9. Fam. 16. Omnia sunt incerta quum a jure discessum est.
Languor discedat a corpore. Ovid. 20. Epist. 3.
A libro uno verbo discedere. Cic. 1. Verr. 47. Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris.
Memoria rei alicujus ex animo discedit. Cic. in Somn. Scip. Ita nunquam ex animo meo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria.
A mente atque a se discedere. Cic. 2. de Divin. 114. Ille autem Græcus, quid mirum si magnitudine timoris, ut plerunque fit, a constantia, atque a mente, atque a se discessit?
Mos discessit. Plin. lib. 11. cap. 23 In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.
A nobis discedamus. Cic. 4. Acad. Sed discedamus a nobismetipsis, de sapiente loquamur, &c. i. e. De nobis loqui supersedeamus.
Ab officio discedere, Barbari dicunt, Non facere suum debitum. Cic. 1. Off. 32. Si constitueris te cuipiam advocatum in rem præsentem esse venturum, atque interim ægrotare graviter filius cœperit, non sit contra officium non facere quod dixeris: magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Sic Cæs. 1. Bell. Gall. 40.
In alia omnia discedere, pro Dissentire. V. Ire in alia omnia, in EO, is. & Alia omnia in ALIUS.
Opinionem in aliquam discedere. Cic. 6. Fam. 14. In hanc opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset.
Discedere in alicujus sententiam. Ep. 21. ad Att. l. 12. H. St. Immo Discessionem facere. q. V. & mox Disceditur in sent.
In partes duas discedunt. Sallust. Jug. C. 13. ab init. In duas partes discedunt Numidæ, plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores.
Pedem non discedere ab aliq. Plaut. Asin. 3. 3. 13. Cic. pro Deiot. 42. Negat unquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse. Conf. supra Digitum non disc.
De provincia discedere. Cic. 2. Fam. 19. Quod etiam nunc vereor, ne antequam tu in provinciam venisses, ego de provincia discederem. [Decederem in emendatis libris recte legitur. V. DECEDO.
Quartana ab aliquo discedere dicitur. Cic. 7. Att. 2. Modo etiam audivi quartanam a te discessisse.
A re discedere. i. e. Digredi. Cic. in Orat. 65.
A vel de sententia. Cæs. 1. Bell. Civil. 2. Marcellus perterritus conviciis, a sua sententia discessit. Cic. 4. de Fin. 52. Quis enim potest istis quæ te, ut ais, delectant, brevibus & acutis auditis, de sententia discedere? Legitur in vetusto exemplari, Decedere, & sic excusum in meliorib. libris.
A sese discedere. Cic. de Clar. Orat. 272.
Signis discedere haud licitum. Sil. lib. 7. pro a Sign.
Superiorem discedere, pro Vincere. Cic. 2. Tusc. 54. Qui autem restiterunt discedunt sæpissime superiores. Sic, Discedere inferiorem, Cic. pro Quint. 59. At si in causa pari discedere inferior videretur. h. e. Superatus videretur.
A vita discedere. Cic. 1. Tusc. 84.
Ex vita discedere. Cic. de Senect. 84. Ita vixi, ut non frustra me natum existimem: & ex vita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo.
Ususfructus discedit a persona, i. e. Immutat personam. Modest. de Usufruct. l. Titio, Titio quum morietur, ususfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo a persona discedere incipit.
Uxor a marito discedit. Cic. 8. Fam. 6. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem & nominis delationem, uxor a Dolabella discessit. subaudi, Per divortium. V. DISCESSIO.
Quum discessi a te, nemo mihi illo charior: i. e. Te excepto, præter te unum, nemo mihi est charior illo. Cic. 1. Fam. 9. Idem 1. Att. Amoris vero erga te mei, quum a fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero. Idem 6. Fam. 12.
Discedere, Dividi, hiare, aperiri. Cic. 3. Off. 38. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. Sisenna Hist. lib. 4. Armati dextera ducti, magisque in latitudinem discedunt. Nonius.
Cœlum discedere dicitur, quum hiatum facit. Cic. 1. de Divin. 99. Exponitque initio belli Marsici & deorum simulacra sudavisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cœlum, & ex hoc occulto auditas esse voces. Budæus. Add. ibid. 97. conf. infra DISCESSIO.
Discedere, per metaphoram usurpatum. Cic. 2. Att. 16. Velim siqui Græci jam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas, & iis demonstres quid ego de ea re sentiam. Si possum discedere, ne causa optima in Senatu pereat, ego satisfaciam publicanis. quasi diceret, Si possum consequi, si hunc exitum res habere potest, ne Græci causa cadant. Idem verbum & Terentius usurpavit eodem sensu: apud quem ita loquitur Geta servulus in Phormione. 5. 2. 8. Modo ut hoc consilio possit discedi, ut istam ducat.
Discedatur, impers. Cic. 3. de Legib. 18. Sed jam si placet, de provinciis discedatur, in urbemque redeatur.
Disceditur in eam sententiam. Liv. 8. Bell. Pun. Si in meam sententiam discedatur. Idem 3. In hanc sententiam ut discederetur, juniores patrum evincebant. V. DISCESSIO.
Discessum est. Liv. 2. Eo anno Hernici devicti: cum Volscis æquo Marte discessum est.

DISCĒDENS, entis. Partic. [ἀποχωρῶν] ut, Hyems discedens. Ovid. 2. Fast. 152.

DISCESSIO, ōnis. f. [ἀποχώρησις] Divisio, separatio. Ter. And. 3. 3. 36.
Nempe incommoditas denique huc omnis redit;
Si eveniat, quod Di prohibeant, discessio. Ubi Eugraph. i. e. Si fiat divortium. V. in ipso v.
Discessio, [ἀπα αξις] erat in sententiis dicendis in Senatu, quum duabus dictis sententiis, is magistratus qui Senatum coegerat, Patres Conscriptos jubebat surgere, & in hanc aut in illam sententiam transire,

his verbis, Qui hæc fentitis, ite in hanc partem: qui alia omnia, in illam. Quæ verba legitima erant, & folennia, magiftratus difceffionem fieri jubentis: quod tum fcilicet accidebat, quum in fententiam pedibus ire, & Senatufconfultum per difceffionem fieri, non fingulos fententiam verbis dicere opportebat. Plin. 8. Epift. 14. Idem 2. Epift. 11. Erant in utraque fententia multi, fortaffe etiam plures in hac vel folutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur affenfi, hunc qui poft ipfos cenfuerat, fequebantur: fed quum fieret difceffio, qui fellis Confulum aftiterant, in Cornuti fententiam ire cœperunt: tum illi, qui fe collegæ adnumerari patiebantur, in diverfum tranfierunt. Sen. de Vita Beat. Nec eft quod mihi difceffionum more refpondeas. Hæc pars major eft, &c.

Facere difceffionem. Cic. 1. Fam. 2. Intendere cœpit ante fe oportere difceffionem facere quam Confules. De Lupo Tr. pl.

Difceffio facta in ejus fententiam. Cic. pro Milon. 14. Idem 6. Verr. 145. At vero quum jam non folum difceffio facta effet, fed etiam perfcriptum, atque in tabulas relatum, Prætor appellatur. Idem 12. Att. 21.

Discessus, ûs. [ἀποχώρησις] Abitus. Cic. 1. Fam. 9. Ut nuper tuum poft difceffum, &c.

Adventus & Difceffus, contraria. Plin. lib. 25. cap. 8. Cic. 12. Att. 49. Ut me levarat tuus adventus, fic difceffus afflixit.

Digreffus & difceffus. Cic. de Senect. 85. Sed me ipfe confolabar, exiftimans non longinquum inter nos digreffum & difceffum fore.

Animi difceffus a corpore. Cic. 1. Tufc. 18.

Cœli difceffus, i. e. Chafma, hiatus & fubita velut difruptio. Cic. 2. de Divin. 60. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli difceffus, nec lapideus aut fanguineus imber, nec trajectio ftellæ, nec faces vifæ terrebunt. Conf. DISCEDERE.

Solis acceffus & difceffus. Cic. 2. de Nat. Deor. 9.

Subitus difceffus & præceps profectio. Cic. 9. Att. 12. Ego vero in præfentia fubitum difceffum, & præcipitem profectionem, tum tibi, tum ipfi Cn. inutilem & periculofam puto.

Difceffus ab omnibus bonis. Cic. 1. Tufc. 83. Illud angit, vel potius excruciat, difceffus ab omnibus his, quæ funt bona in vita.

Difceffus latronis, vel potius defperata fuga. Cic. 5. Philipp. 30.

Difceffus e vita. Cic. 1. de Divin. 47. O præclarum difceffum (inquit) e vita.

Difceffu a fuis moveri. Cic. 5. de Fin. 32. Qui etiam quum decreverit effe moriendum, tamen difceffu a fuis, atque ipfa relinquenda luce moveatur.

Discessus, a, um. paffive. Cæl. apud Prifcian. 9. p. 869. Cuftodibus difceffis multi interficiuntur.

Discessurus, a, um. Partic. [ἀποχωρήσων] Plin. lib. 20. cap. 24. Sed difceffuri ab hortenfibus, &c. h. e. Priufquam difcedamus ab hortenfium herbarum tractatione.

Discepto, [διακρίνομαι, ἀμφισβητέω] âre. Difputare, contendere. Difceptare, frequentativum eft a Diffepio, ire. Siquidem actionum remediis unufquifque jus fuum retinet, velut fepe ab aliquo diftinctum. Inde feparari lites pulchra metaphora dicuntur, h. e. Dirimi, tolli e medio, tribuendo unicuique quod fuum eft. Oldend. [Quafi fcribere-tur Diffepto. Sed fine dubio rectius alii a Capio derivant.

Difceptare de. Cic. 1. Acad. 32. Has ad omnia de quibus difceptabatur, adhibebant.

De controverfiis difceptare armis. Cæf. 3. Bell. Civil. 107. Idem 8. Bell. Gall. 55. Quoad fibi fpes aliqua relinqueretur, jure potius difceptandi, quam belli gerendi. Cic. 4. Fam. 14. Videbamque, quanto periculo de jure publico difceptaretur armis.

De fœderum jure verbis difceptare. Liv. Hæc directa percunctatio ac denuntiatio belli, magis e dignitate pop. Rom. vifa eft, quam de fœderum jure verbis difceptare Sagunto excifa.

Rei funt omnes, quorum de re difceptatur. Cic. 2 de Orat. 183.

Difceptare inter aliquos. Liv. 4. Bell. Maced. Refponderi legatis utriufque partis placuit, miffuros fe in Africam qui inter populum Carthaginienfem & regem in re præfenti difceptarent.

Jufte fapienterque aliquid difceptare. Cic. pro Milon. 23.

Difceptando decertare. Cic. pro Planc. 87. Sed erat non jure, non legibus, non difceptando decertandum.

Conditionibus difceptare, aut armis. Cic. 8. Att. 14. Ego conditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis difceptari maluerunt.

Æqua conditione difceptare. Cic. pro Cluent. 94.

Æquo jure difceptare cum aliquo. Cic 4. Verr. 38. Heraclius cum advocatis adit, & poftulat ut fibi cum Palæftritis, hoc eft cum populo Syracufano æquo jure difceptare liceat.

In uno prælio omnis fortuna Reipubl. difceptat. Cic. 10. Fam. 10.

Difceptare, cum genitivo. Calliftratus in l. capitalium. §. incendiarii. D. de pœnis, Ut qui jactura adfectus eft, damni difceptet, vel modice vindicetur.

Difceptare caufam [διαιτᾶν] pro Arbitrari. Pomponius in l. fed fi compromiffum. D. de receptis arbitris, Sed fi compromiffum fine die confectum eft: neceffe eft arbitro omnimodo diem ftatuere, partibus confentientibus: & ita demum caufam difceptare. Budæus.

Difceptare controverfias aliquorum, Componere & dijudicare. Cic. 4. Tufc. 6. h. e. Difceptando de controverfiis differere, aut controverfias difceptationibus folvere.

Difceptare, pro Convenire, quod & Refortiri vocant. Plin. lib 2. cap. 3. Tarracone difceptant populi XLIIII. Idem lib. 5. cap. 29. Difceptant eodem foro Othronienfes, Halidienfes, &c. Ex Budæo i. e. Illuc jura petunt, ut alias loquitur Plin.

Disceptātor, ōris. m. [διαιτητής] Qui litem & controverfiam dirimit & componit: Judex vel arbiter. Cic. in Partit. 10. Nam aut aufcultator eft modo qui audit: aut difceptator, id eft rei fententiæque moderator. Idem 3. de Legib. 7. Juris difceptator. Idem pro Cæcin 6. Et perfæpe difceptatore domeftico dijudicatur.

Difceptator, pro Arbitro. Ulp. in l. 3. §. tametfi D. de arbitris, Quoniam non debeant decipi qui eum quafi virum bonum difceptatorem inter fe elegerunt. Budæus.

Difceptator & arbiter. Cic. 13. Fam. 27. Ut omnibus in rebus & quæ in aliquam controverfiam vocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri poffet, te difceptatore uterentur. [In populorum controverfiis is eft, quem Mediatorem vulgo vocant. V. Valer. Max. 2. 10. 4. Liv. 35. 45. ab init. Pro Judice ponitur in Epit. Victor. C. 12. Jurgiorum difceptator & fcientiffimus & frequens fuit. i. e. Jus dixit & fcientiffime & frequenter.

Disceptātrix, īcis. f. [διαιτητίς] Cic. 4. Acad. 91. Dialecticam inventam effe dicitis, veri & falfi quafi difceptatricem & judicem.

Disceptatio, ōnis. f. [διάκρισις] Caufa & lis. Cic. 2. de Divin. 150. Cum quibus omnis fere nobis difceptatio contentioque eft.

Judiciorum difceptationes. Cic. 1. Off. 32. Contentio difceptationibus tribuatur judiciorum, concionum, Senatus.

Juris difceptatio. Cic. pro Milon. 23.

Difceptatio & cognitio veritatis. Cic. pro Flac. 24.

Forenfes difceptationes judiciorum aut deliberationum. Cic. 1. de Orat. 22.

Duo genera decertandi, unum per difceptationem, alterum per vim. Cic. 1. Off. 34.

In difceptationem cadere. V. CADO.

Conftituere difceptationem. V. CONSTITUO.

Caufa in Difceptatione verfatur. Cic. pro Deiot. 5.

Vinci difceptatione. Cic. 1. Off. 64. Ex quo fit ut neque difceptatione vinci fe, nec ullo publico ac legitimo jure patiantur.

Vocari in difceptationem dicendi, & controverfiam. Cic. 2. de Orat. 291. Nulla enim fere res poteft in dicendi difceptationem aut controverfiam vocari.

Difceptatio, pro Arbitratu & cognitione. Ulp. in l. quum ii. §. fi cui D. de transactionibus, Hæc omnia habent difceptationem Prætoris: & pro utilitate alimentarii accipienda funt. Budæus.

Disceptatiuncula, æ. f. dimin. Gell. 20. cap. ult. quod aliis Præfationis loco, recte habetur. Tempus ad colligendas memoriarum difceptatiunculas conferre.

Discera, [Δίσκερα] Natio in Cyrene, quam Corn. Balbus cum plerifque aliis duxit in triumpho. Author Plin. lib. 5. cap. item 5.

Discerno, crēvi, crētum, [διακρίνω, διαγινώσκω] ĕre. Dividere, feparare. Plin. lib. 12. cap. 19. Eft & alia fama, cum Sole dividi, ternafque partes fieri, dein forte gemina difcerni, quodque foli cefferit relinqui, ac fponte conflagrare.

Litem difcernere. Virg. 12. Æn. 898.

> Saxum antiquum, ingens campo qui forte jacebat
> Limes agro pofitus, litem ut difcerneret arvis.

ut διακρίνειν. H. St.

Tumultum veterem difcrevit. Claud. 1. de Rapt. Proferp. 248.

Difcernere, Diftincte cognofcere, diftinguere. Ter. Adel. 4, 2. 5. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo fatis difcernere. Cic. 4. Acad. 85. Qua igitur notione difcerneres?

Alba & atra difcernere. Cic. 5. Tufc. 114. Democritus luminibus amiffis alba fcilicet & atra difcernere non poterat.

Difcernere alium ab alio. Cic. pro Font. 13. Quid eft igitur ubi elucere poffit prudentia? ubi difcerni ftultus auditor & credulus ab religiofo & fapienti judice?

Diem & noctem difcernere cœlo. Virg. 3. Æn. 201.

Fas atque nefas difcernere. Hor. 1. Carm. 18. 11.

Difcernere utra pars juftiorem habeat caufam. Cæf. 1. Bell. Civil. 35.

Difcernere vera a falfis. Plin. lib. 37. cap. 12.

Articulatim verba difcernere. Lucret. lib. 4. 559. i. e. Explanate.

Discernens, entis. V. mox DISCRETUS. Hinc

Discernenter, Adv. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Difcernenter ajunt hoc adjutorii genus adhibendum.

Discernibĭlis, e. Auguft. Enchir. cap. 90. Creatoris in effigie fua cujusque proprietas & difcernibilis fimilitudo fervatur: in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta redduntur.

Discernicŭlum, i. eft (ut ait Varro lib. 4. cap. 29. de L. L.) Quo difcernitur capillus. Nonius 1. 155. Difcerniculum, acus quæ capillos mulierum ante frontem dividit: dictum a difcernendo. Lucil. lib. 30.

> Euplocamo digitis, difcerniculumque capillo.

Difcerniculum, Differentia atque difcrimen. Gell. lib. 17. cap. 15. Tum comperi duas fpecies hellebori effe, difcerniculo coloris infignes, candidi & nigri.

Discretus, a, um. Separatus, divifus. Voffius de Vit. Serm. 1. 33. p. 145. Difcretus, fcribit, veteribus femper paffivum de iis,quæ fecernantur: ut, Difcreta femina. Lucret. lib.6. 790. & Columel. 3. 21. Nunquam vero activum pro eo, qui rerum momenta difcernit, quomodo dicunt, Virum difcretum. Quod fi Plautus (Quin & Phædrus) tamen active Notos pro iis dixit, qui noverunt, Sufpectum pro fufpicace Dionyfius Cato in Diftichis; non abfurde adeo Difcretus, pro eo qui difcernit, dici videatur? Tales tamen, h. e. qui eo habitu præditi funt, qui Difcretio appellatur, de quo mox etiam monebimus, Difcernentes dici Jovianus Pontanus malit: cum Difcretos adpellare vulgare & fordidum fit. Veteribus enim femper notat Separatus. Plin. 4. Epift. 19. Difcreta velo. Hæc ex Lipfienfi Thef. V. Cellar. Cur. Poft. p. 375. Antib. p. 165.

Ager difcretus faxo. Stat. 5. Theb. 559.

Mors difcreta. Ovid. 11. Met. 699. Nec mors difcreta fuiffet. Duorum fcil.

Ordo difcretus. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Sedes difcretæ piorum. Apud Inferos fcil. Hor. 2. Carm. 13. 23. Quidam codd. Defcriptæ.

Tellus divifa & difcreta. Lucret. lib. 5. 1440.

Discrēte, Adv. [διακεκριμένως] Diftincte, cujus contrarium eft Confufe & permixte. Cic. 1. de Invent. 49. In præfentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confufe & permixte difperfimus: poft difcrete & electe in genus quodque caufæ, quid cuique conveniat, ex hac copia digeremus.

Discretim, Adv. Idem fignificans. Varro 1. de R. R. cap. 3. Quoniam difcretim de his rebus dicendum eft. Legitur & Difcretum, quod bene congruit, fi Scaligeri difpunctionem adhibeamus. Apul. Florid. p. 347. Sigillatim ac difcretim. V. & 6. Met. p. 173. Ammian. 27. 1. & 29. 6.

Discretio, ōnis. f. Difcriminatio, divifio. Tryphon. l. 62. §. 1. ff. de ufufr. Difcretio difficilis. Auguft. de Genefi ad Lit. 2. 8. Difcretio terrarum atque aquarum. Prudent. Hamartig. v.26. Cumulum difcretio carpit. Et Avienus Arateis v. 31. Infociabilium difcretio jufta Deorum. adde ibid. v. 300. & inprimis Pallad. t. 4. Tertull. ad Uxor. 2. 9. & de Anima cap. 12. Lactant. 4. 29. Diomed. 2. p. 431. Difcretio eft Perplana expofitio, &c. Eft & Innominati habitus apud Veteres, recentius nomen, a quo Difcreti novo & ipfo nomine, qui eo præditi funt, appellantur. Quint. Decl. Trib. Mar. p. 77. Edit. Burm. Patiatur & tua divina virtus, & Romanæ militiæ pia difcretio. Verum Scioppius in Infamia Famiani p. 212. & feqq.

& feqq. obfervat, Ciceronem pro eo, quod Difcretionem nonnulli hodie vocant, Delectum & Difcrimen, Ulpianum vero Ingenium dixiffe. Verba JCti lege 9. §. 4. D. de Offic. Proconf. ifta funt: Circa advocatos patientem effe oportet, fed cum ingenio, ne contemptibilis videatur; cum ingenio, i. e. cum Difcretione, ut loquerentur hodie nonnulli.

DISCRETOR, ōris. m. Vulg. Interpr. Hebr. 4. 12. Difcretor cogitationum. V. & Saresb. 2. 28. Sed & Stat. 3. Theb. 79. [Si fides Fabriano Lexico.

DISCRETŌRIUS, a, um. Quod ad difcernendum vel feparandum pertinet. Cæl. Aurel. Tard. 2. 12. Difcretorium diaphragma. [Imo fubftantive utitur manifefte hac voce: Ex Diaphragmate, inquit, quod nos jam dudum Difcretorium diximus. Alias Difcrimen appellat, ut 2. Tard. 11. & 13. & 5. 10.

DISCRETIVUS, a, um. Idem; ut, Conjunctiones difcretivæ, Prifcian. 16. p. 1030.

DISCRĪMEN, [διάκρισις, διαφορά] Separatio, differentia. Cic. 2. de Fin. 44. Totumque difcrimen fummi boni, in ea rerum comparatione pofitum putat.
Nullo difcrimine. Virg. 1. Æn. 574.
　Tros, Tyriusque mihi nullo difcrimine agetur. Cic. 4. Acad. 133.
Vera a falfis nullo difcrimine feparantur. Hoc eft, facile. [An pro Exiguo?
Rerum difcrimen atque delectus. Cic. 3. Verr. 123. Ifte qui omnia jura pretio exæquaffet, omniumque rerum delectum atque difcrimen pecunia fuftuliffet.
Ingeniorum difcrimina. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Vocum difcrimina. Virg. 6. Æn. 646.
　Obloquitur numeris feptem difcrimina vocum.
Compofitum difcrimen. Ovid. 2. de Arte Am. 303.
Confufum difcrimen. Liv. 1. Quum in tanta multitudine hominum, difcrimine recte an perperam facti confufo, facinora clandeftina fierent.
Ingens difcrimen. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Obfcurum difcrimen. Hor. 2. Carm. 5. 23.
　— Gnidiusque Gyges;
　Quem fi puellarum infereres choro,
　Mire fagaces falleret hofpites
　　Difcrimen obfcurum, folutis
　　Crinibus, ambiguoque vultu.
Cuftodire difcrimina ordinum. V. CUSTODIO.
Committunt omne difcrimen. Quintil. Inft. Orat. 6. 4.
Dabat difcrimina fexus, i. e. Dignofcebatur fexu. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 29.
Removere delectum ac difcrimen. Cic. 4. de Fin. 69. Officia autem tollebantur delectu omni & difcrimine remoto.
In difcrimine eft res. Cic. 4. Acad. 132. Erit igitur res in difcrimine.
In difcrimine eft utrum. Liv. 9. Bell. Pun. In difcrimine eft nunc humanum omne genus, utrum vos, an Carthaginienfes principes orbis terrarum videat.
Tollere difcrimen. Cic. 3. de Nat. Deor. 82.
Difcrimen, Certamen. Virg. 5. Æn. 154.
　— poft hos æquo difcrimine Priftis
　Centaurusque locum tendunt fuperare priorem. Difcrimine, i. e. Interftitio. Servius.
Ambiguum difcrimen. Stat. 8. Theb.
Dubium difcrimen. Claud. 1. Paneg.
Surdum difcrimen. V. SURDUS.
Maturare difcrimen. Tacit. 5. Hift. 15. Hæc res utrunque ducem diverfis animi motibus ad maturandum fummæ rei difcrimen erexit.
Mittere in difcrimen, quafi in aleam, apud Tacitum, tefte Budæo.
Venire in contentionem aut difcrimen. Cic. pro Planc. 5. Etenim verebantur credo anguftias, quafi res in contentionem, aut in difcrimen aliquod poffet venire.
Difcrimen, Periculum. Virg. 1. Æn. 205.
　Per varios cafus, per tot difcrimina rerum
　Tendimus in Latium. Plin. Epift. 139. Cæf. 6. Bell. Gall. 37. Videt imminere hoftes, atque in fummo rem effe difcrimine.
Difcriminum & periculorum comes. Cic. 2. de Nat. Deor. 166.
Maximum periculum & extremum pene difcrimen. Cic. 7. Philipp. 1. Adducta eft enim P. C. res in maximum periculum & extremum pene difcrimen.
Lethale difcrimen. Claud. in 2. Conf. Stilich. 102.
Adire difcrimen. V. ADEO.
Adducere in difcrimen. Cic. 3. Philipp. 29. Quapropter quoniam res in id difcrimen adducta eft, utrum ille pœnas Reipub. luat, an nos ferviamus. V. ADDUCO.
Adducere in capitis difcrimen aliquem. Cic. pro Deiot. 2.
Adducere in propinquum difcrimen. Cic. 5. Fam. 21. Videtur enim mihi res in propinquum adducta difcrimen.
Adduci in fortunæ difcrimen. Cic. pro Muren. 55.
Adducere falutem in difcrimen. Cic. 6. Fam. 13.
Committere in difcrimen. V. COMMITTO.
Conferre in difcrimen. Cic. 2. Fam.
Delectus vir ad extrema Reipub. difcrimina. Cic. pro Domo fua, 24.
Defertum effe in extremo difcrimine, ac dimicatione fortunæ. Cic. pro Sylla 77.
Dare in difcrimen aliquid. Tacit. 2. Ann. 11. Cæfar nifi pontibus, præfidiisque impofitis dare in difcrimen legiones haud imperatorium ratus.
Habere difcrimen in alicujus capite. Cic. 6. Fam. 2. Et ille quum omnis Resp. in meo capite difcrimen effet habitura, magnum quiddam fpectavit.
Incidere in difcrimen. V. INCIDO.
Offerre fe in difcrimen pro re aliqua. Cic. pro Sext. 1. Qui auderent fe, & falutem fuam in difcrimen offerre, pro ftatu civitatis & pro communi libertate.
Pati difcrimina. Valer. 8. Argon. 388.
Tentare difcrimen fui. Claud. de 4. Conf. Honor. 434.
Venire in difcrimen dicitur res. Cic. 3. Verr. 140. Venerat res in judicium atque difcrimen.
Venire in difcrimen exiftimationis. Cic. 1. Verr. 71.
Veniunt fortunæ alicujus in difcrimen. Cic. 9. Fam. 13.
Verfari in difcrimine. Cic. Brut. 12.
Vocare in difcrimen. Cic. pro Rabir. 12.
Difcrimen, alio fignificatu, nimirum quum in medio fincipite in diverfum coma difcernitur. Ovid. 3. de Arte Am. 136.
　Longa probat facies capitis difcrimina puri. Purum autem caput dicitur pars capitis anterior ad difcrimen nulla re ornata, nulloque nodo conftricta, quum in aurum non funt ea parte nodati crines, nec in reticulum collecti.
Per translationem de terra in horto dixit Columel. l. 10. his verbis,
　Verum ubi jam puro difcrimine pectita tellus,
　Depofito fqualore nitens, fua femina pofcit.
Vide omnino Cel. Burm. ad Ovid. de Arte Am. 2. 303.

DISCRIMINALE, is. n. Acus eft quæ crines dividit ad concinnandum caput, Græce κάλαμις: ut apud Efaiam, Difcriminalia, & perifcelides, & murænulas, & olfactoriola. V. Hieron. adv. Ruffin. 3. cap. ult. Salmaf. Exerc. Plin. p. 535. Supra ACUS.

DISCRĪMĬNO, [διορίζω, διαιρέω] āre. Dividere. Cic. 12. Philipp. 23. Hetruriam difcriminat Caffia. De via Caffia loquitur.
Ordo difcriminat poteftates. Claud. du Bell. Get. 39.
Ratio difcriminat omnia. Lucret. lib. 2. 717.
　Sed ne forte putes animalia fola teneri
　Legibus his: quædam ratio difcriminat omneis. i. e. Diftinguit, feparat, dividit ab hoc catholico.

DISCRIMINĀTUS, [διηρημένος] Partic. Liv. 21. 4. Vigiliarum fomnique nec die nec nocte difcriminata tempora.

DISCRIMINĀTIM, Adv. [διαφόρως] Differenter. Varro lib. 1. de R.R. cap. 7. Eadem de caufa funt quæ non poffunt vivere nifi in loco aquofo, aut etiam aqua: & id difcriminatim: ut alia in lacubus, ut arundines in Reatino: alia in fluminibus, ut in Epiro arbores alni.

DISCRIMINATIO, ōnis. f. Diomed. Gramm. 1. p. 306. Propria difcriminatio.

DISCRIMINATOR, ōris. m. Qui difcernit. Tertull. ad Nation. 1. 10. Difcriminatores impendere, i. e. Judices, qui rem examinent. Apul. de Mundo Edit. Stew. p. 233. Divifor & difcriminator mundi. Elmenh. Difterminator. p. 57.

DISCRIMINATRIX, īcis. f. Nazar. Paneg. cap. 7. Majeftas fandi ac nefandi difcriminatrix.

DISCERPO, pfi, ptum, [διασπαράσσω, διασπάω] ĕre. Diftrahere, difcindere, dilaniare. Liv. 1. 16. Fuiffe tum quoque aliquos, qui difcerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabusque admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diverfum iter concitatis difcerpfere.
Difcerpere ac dilacerare. Cic. 1. de Nat. Deor. 27.
Difcerpi & diftrahi. Cic. 1. Tufc. 71. Quod quum ita fit, certe nec fecerni, nec dividi, nec difcerpi, nec diftrahi poteft, nec interire igitur.
In parvas parteis difcerpitur aurum. Lucret. lib. 2. 828.
Rem propofitam in membra difcerpere. Cic. Topic. 28. Atque etiam definitiones aliæ funt partitionum, aliæ divifionum. partitionum, quum res ea quæ propofita eft, quafi in membra difcerpitur.

DISCERPTUS, Partic. [διεσπαραγμένος] Cic. 3. de Orat. 24. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulfa & quafi difcerpta contrectant.
Membra difcerpta. Hor. 2. Serm. 8. 86.

DISCESSIO, DISCESSUS. V. DISCEDO.

DISCEUS, [δισκεὺς] Genus cometæ effe videtur Plinio, quum inquit lib. 2. cap. 25. Eafdem breviores & in mucronem faftigiatas, xiphias vocavere, quæ funt omnium pallidiffimæ, & quodam gladii nitore, ac fine ullis radiis: quos Difceus, fuo nomini fimilis, colore autem electro, raros e margine emittit.

DISCIDIUM, V. DISCINDO.

DISCINDO, īdi, iffum, [διασχίζω, διασπάω, καταῤῥήγνυμι] ĕre. Idem quod Scindere fignificat, aut Minutim fcindere. Ter. Adelph. 4. 2. 20. Hem! vide ut difcidit labrum. Idem Eun. 4. 3. 4. Veftem omnem miferæ difcidit.
Amictus difcindere. Virg. 12. Æn. 602.
Amicitias difcindere. Cic. de Amicit. 76. Tales igitur amicitiæ funt remiffione ufus eluendæ, & (ut Catonem dicere audivi) diffuendæ magis quam difcindendæ.
Cœlum difcindere. Virg. 9. Æn. 20.
　— unde hæc tam clara repente
　Tempeftas? video medium difcindere cœlum. Chafma dicit factum, i. e. Subitam aëris difruptionem. Servius. [Sed Difcedere in emendatis codd. idque confirmant Pier. & Taubm. V. DISCEDO.
Aliquid ferro difcindere in partes. Lucret. lib. 3. 659.
　Serpentis caudam, procero corpore utrinque,
　Sit libitum in multas partes difcindere ferro.
Idem ibid. v. 669. de Anima animantium,
　In multas quoniam partes difcinditur æque.
Cotem difcidiffe novacula, refert Liv. Accium Navium augurem, lib. 1. 36. Item Cic. 1. de Divin. 32. Quod prodigii loco habitum eft.

DISCISSUS, Partic. [διεσχισμένος] ut Artus difciffi. Virg. 3. Georg. 514. Muri difciffi. Stat. 1. Sylv. 1. 11.
　Hunc neque difciffis cœpiffent Pergama muris.
Vulnus difciffum. Celf. lib. 5. cap. 26. Aliquid in vulneris genere, figuraque eft. Nam pejus eft quod etiam collifum, quam quod tantum difciffum eft, adeo ut acuto quoque, quam retufo telo vulnerari commodius fit.

DISCISSIO, ōnis. f. Auguftinus de Fide & Symbolo cap. 10. Schifmatici difciffionibus iniquis a fraterna caritate diffiliunt. Et Epift. 261. Plebis difciffione.

DISCISSURA, æ. f. Idem. Ambrofius Serm. 13. Maria ita concepit Dominum, ut toto corpore hauriret, nec ejus difciffuram corporis pateretur.

DISCIDIUM, ii. n. Disjunctio, diffolutio: vox a Difcindo nata, qua fæpe utitur Lucretius, ut, 1. 220. Difcidium parere partibus: & 3. 348.
　Difcidium ut nequeat fieri fine pefte maloque. adde 1. 452: & 2. 119. & 6. 292. &c. Catull. Carm. 67. 22. Fratribus flebile difcidium. Plaut. Mil. 3. 1. 59. Per vinum exoritur difcidium. conf. Pfeud. 1. 1. 68. Sic, Juftin. 23. 3. 11. Regia fletibus tam crudelis difcidii impleta. V. Faerni not. ad Ter. And. 4. 2. 14. Addi præterea poteft Cic. 15. Att. 29. Sen. de Conftant. cap. 8. & 6. Qu. Nat. 20. & Epift. 30. Brœckh. ad Tibull. 1. 5. 1. & ad Propert. 2. 19. 16. & 4. 11. 35. Ubi docet fere Difcidium & Diffidium in libris Veterib. confundi.

DISCINGO, nxi, nctum. [λύζωννύω] ĕre. Contrarium eft fuo fimplici. Martial. lib. 9. 103.
　Peltatam Scythico difcinxit Amazona nodo.

Dolos ratione discingere. Sil. lib. 7. 153.
Discinxit ratione dolos, fraudesque resolvit. [Sed non immerito ea lectio Cel. Drakenb. suspecta est. q. V.
Discingi. Cic. 2. Q. frat. 13. Mihi crede in sinu est, neque ego discingor. i. e. In potestate mea est, vel in occulto est, neque est metus, ne mihi excidat, & indicio meo prodeat.
Aliquem armis discingi. Sil. lib. 8.
Discingere, quæ in disceptationem veniunt. Metaph. Sidon. 2. 7.
DISCINCTUS, a, um. Partic. [ἀπεζωσμένος] Iners & negligens, & Qui rem & famam parum tuetur. Perf. 3. Sat. 31.
Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ? Hinc,
Nepos discinctus, i. e. Omni luxuria diffluens. Hor. Epod. 1. 34.
Otia discincta. Ovid. 1. Amor. 9. 41.
Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus.
Discincti, etiam dicebantur Exauctorati, & missi, cum ignominia, militia. Talibus enim & arma & cingulum adimebatur. Vulcat. Gallican. Avid. cap. 6. Ad signa edici jussit & programma in parietibus fixit, ut, si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret. V. Cingulum in CINGO. Servius ad illud Virg. 8. Æn. 724. Discinctos Afros; Discinctos, inquit, inhabiles militiæ. nam omnes qui militant, cincti sunt.
DISCIPLINA, DISCIPULUS, DISCIPLINOSUS. V. DISCO.
DISCLŪDO, si, sum, [διοείζω, διείργω, διακλείω] ere. Disjungere, separare. Cæs. 7. Bell. Gall. 8. Mons Gebenna Arvernos ab Helvetiis discludit. Idem 4. Bell. Gall. 17. de ponte super Rhenum ab se constructo, Hæc utraque insuper, bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum junctura distabat, binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Quibus disclusis, atque in contrariam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo, &c. Fibulas vocat disclusas, quæ essent divaricatæ, quomodo discluduntur divaricanturque brachia circini, vel quibus disclusis, i. e. tignis, ut disclusio illa ad tigna referatur, non ad fibulas, ut multi putant. V. Lipf. Poliorc. l. 2. Dial. 5. extr. Lucretius de confusa illa informique mole elementorum omnium loquens, quod Chaos appellant, e cujus partibus segregatis, mundum in hunc quem videmus ordinem dispositum multi putarunt Philosophi (quemadmodum & Ovid. locupletissime scripsit 1. Met.) sic ait, lib. 5. 438.
Diffugere inde loci partes cœpere, paresque
Cum paribus jungi res: & discludere mundum,
Membraque dividere, & magnas disponere parteis
Omnigenis e principiis, &c. Virg. 6. Ecl. 53. de mundi origine.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit; & rerum paulatim sumere formas. In quem locum sic ait Macrob. 6. Saturn. 4. Ferit aures nostras hoc verbum discludere, ut novum.
Partes semotæ & disclusæ a mente. Cic. 1. Tusc. 80.
Spatiis disclusus iniquis. Inclusus, & coarctatus. Virg. 4. Georg. 147. i. e. Constrictus spatiis angustis, & brevitate carminis. Ex Servio.
Discludere, Semovere. Cic. 1. Tusc. 20. Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces. i. e. Separatim & seorsum ab aliis clausos.
DISCLUSIO, ōnis. f. Apul. de Deo Socratis, p. 96. Loci disclusio, i. e. Separatio, discretio.
DISCO, didici, [μανθάνω, καταμανθάνω, διδάσκομαι] ere. Proprie est Rem ignotam assequi, quod vel meditando fit, vel alio docente. Plaut. Truc. 4. 2. 33. Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.
Discere ab, vel ex, aut de. Ter. Adel. 1. 2. 45. Pater esse disce ab aliis, qui vere sciunt. Eun. 2. 2. 31. Ut sibi liceret discere id de me. Plin. Epist. 9. lib. 3. Indicavimus Senatui, nos ex Norbano didicisse publicam causam.
Animadverti & didici ex tuis literis, te, &c. Cic. 3. Fam. 5.
Per me discuntur amores. Ovid. 3. de Arte Am. 27.
Cito discere. Cic. 3. de Orat. 144. Quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, unquam omnino posse perdiscere.
Liquido discere. V. LIQUOR.
Serio discere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Discere auribus & oculis. Plin. Epist. 14. lib. 8.
Discere & meminisse. Hor. 2. Epist. 1. 262.
Discit enim citius, meminitque libentius illud.
Artes fideliter didicisse. Ovid. 2. de Ponto 9. 47.
Causam discere. Cic. 2. de Orat. 247. Virg. 6. Æn. 488.
— & veniendi discere causas. i. e. Cognoscere.
Cultus terrarum generatim discere. Virg. 2. Georg. 35.
Dolorem discere. Virg. 12. Æn. 146.
Disce tuum, ne me incuses, Juturna, dolorem.
Eventum formæ disce timere tuæ. Propert. lib. 3. 25. 18.
Facere didici. i. e. Solitus sum. Plaut. Curc. 4. 3. 2. ubi vide interpretes.
Fidibus discere. Cic. de Senect. 26.
Justitiam discite moniti. Virg. 6. Æn. 620.
Literas discere apud aliquem. Cic. 9. Fam. 10. Nec committam, ut si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat. Item Discere absolute, est, Literas discere, erudiri literis artibusque liberalibus. Cic. Brut. 249. de M. Marcello oratore. Vehementer placet: nec vero sine causa. Nam & didicit, &, omissis cæteris studiis, unum id egit.
Partes discere Actores fabularum dicebantur. Ter. Prol. Heaut. 10.
Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.
Pericula sua discere. Stat. 6. Theb.
Spes discere. Virg. 3. Æn. 103. i. e. cognoscere.
Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras.
Vultus venientum discere. Virg. 6. Æn. 755.
Disci, passive posuit Nepos de Epaminond. 3. 2. Studiosus audiendi. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Sen. Epist. 76. princ. In illo loco, quo vir bonus discitur, paucissimi sedent.
DISCENS, Partic. [μανθάνων] Quintil. lib. 2. cap. 3. Summittere se ad mensuram discentis. i. e. Accommodare se ad captum ejusdem.
Fractis discentem currere remis. Virg. 5. Æn. 222.
Fatigare discentem per ambages. Quintil. lib. 3. cap. 11.
DISCENTIA, æ. f. [μάθησις] Discendi actus. Discentias reminiscentias esse vel fieri. Tertull. de Anima 1. 23. & 24. Sic eadem voce pro μάθησει utitur Cæl. Rhod. 10. 6.
DISCIPLINA, æ. f. [μάθησις, παιδεία, μάθητεία, ἀγωγὴ] dicitur in discipulo, sicut Doctrina in magistro: est enim proprie Eruditio, quam a præceptore discipulus accipit. Plaut. Bacch. Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
Disciplinæ & artes Græcorum. Cic. 1. Acad. 4. Sin a Græcorum artibus & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt.
Disciplina & scientia Magorum. Cic. 1. de Divin. 91. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit.
Disciplina intelligendi, & dicendi. V. Vera & absoluta eloquentia, in ELOQUENTIA.
Disciplina, pro Instituto. Plaut. Asin. 1. 3. 49. Eadem nos disciplina utimur.
Disciplina & consuetudo. Cic. pro Rabir. 28. Adeone ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ?
Institutio atque disciplina. Cic. 1. Q. frat. 1. Hæc institutio, atque hæc disciplina, potest sustinere in rebus statuendis, discernendisque eam severitatem, qua, &c.
Mores & disciplina. Cic. pro Flacc. 11. Idem pro Deiot. 28. Imitari potius Castor avi tui mores disciplinamque debebas.
Disciplina, Bene vivendi, & bonorum morum observatio, ut Militaris disciplina, pro Observatione bonorum morum inter milites. V. Valer. Max. qui huic Caput 7. libri 2. destinavit, aliud vero, nempe 3. ejusd. l. Militaribus Institutis. Hæc sæpissime Disciplina simpliciter vocatur, ut ap. Suet. Aug. C. 23. Flor. 2. 18. Redacto in disciplinam milite. Alias & Majorum disciplina. Sall. Jug. 44. 3. Et Disciplina rei militaris. Liv. 4. 37. Sic Domestica disciplina apud Suet. in Cæs. 48. Cato de R. R. cap. 1. Caveto ne alienam disciplinam temere contemnas.
E pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam proficisci. Cic. pro Lege Manil. 28. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit; qui e ludo atque pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est?
Familiæ gravis & constans disciplina. Cic. 1. Q. frat. 1.
Disciplina temporum. Cic. de Senect. C. 16. Admirari satis nequeo, vel hominis continentiam; vel temporum disciplinam. i. e. Bonos mores, & eorum observationem.
Disciplina meretricia. Cic. 5. Verr. 6. Ter. Heaut. 2. 3. 59.
Nam disciplina est eisdem; munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.
Disciplinam, pro Secta Philosophorum ponit Cic. 5. Tusc. 90. Omnes fere Philosophi omnium disciplinarum. Idem 1. de Nat. Deor. 16. Tres enim trium disciplinarum principes convenistis. Idem 1. de Fin. 12. In quibus quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, sed etiam quid a singulis Philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus.
Doctus ex disciplina Stoicorum. Cic. de Clar. Orat. 94.
Consultus universæ disciplinæ. V. CONSULO.
Incorruptum genus disciplinæ. V. INCORRUPTUS.
Contra disciplinam. V. CONTRA.
Res quarum est disciplina, i. e. quæ regulis & præceptis comprehenduntur. Cic. 2. de Divin. 10. Eadem in literis ratio est, reliquisque rebus, quarum est disciplina.
Disciplina dicendi. Cic. de Clar. Orat. 163.
Multarum artium disciplina. Cic. Orat. 4.
Disciplina juris civilis homo omnium eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 180.
Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit. 12. Ann.
Ingenuæ disciplinæ. V. INGENUUS.
Jucundior disciplina. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Mollis disciplina. V. MOLLIS.
Morata bene disciplina. V. MOS.
Navalis disciplina. Cic. pro Lege Manil. 55. Non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis & gloria remansit.
Ordinata disciplina. V. ORDINATUS. H. St.
Severa disciplina. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Vetustissima disciplina. Tacit. 11. Ann. 15.
Abstrahere a disciplina. V. ABSTRAHO.
Accipere disciplinam. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium, &c. V. ACCIPIO.
Adhærescere ad aliquam disciplinam. Cic. 4. Acad. 8.
Adjicere disciplinæ aliquid. V. ADJICIO.
Capere disciplinam. V. CAPIO.
Colere disciplinam. Cic. 1. de Clar. Orat. 117.
Dare disciplinam. Cic. 3. de Nat. Deor. 91.
Deducere ad disciplinam. V. DEDUCO.
Depravari mala disciplina. Cic. 2. de Fin. 33. Ferarum natura non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua.
Eductus severa patris disciplina. Tacit. 1. Ann. 41.
Erudire aliquem ad civitatis disciplinam. Cic. 5. Verr. 161. Eos instituere atque erudire ad majorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.
Exercitatus disciplina bona. Cic. in Orat. 200.
Exolescit disciplina. Tacit. 11. Ann. 15. Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret.
Formare disciplinam. Quintil. in procem. lib. 4. Contenti fore domestico usu videbamur, ut tui meique filii disciplinam formare, satis putaremus.
Habere e disciplina. Cic. de Clar. Orat. 267. M. Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina. i. e. Didicit, non a Natura obtinuit.
Increbuit disciplina. V. INCREBRESCO.
Labante deinde paulatim disciplina. V. LABOR.
Perdiscere disciplinam ruris. V. PERDISCO.
Suescere disciplina & imperiis. Tacit. 2. Ann. 52. Divisusque exercitus, ut Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos castris attineret: disciplina & imperiis suesceret.
Tenere disciplinam. Cic. pro Flacc. 15. O morem præclarum, disciplinamque, quam a majoribus accepimus, siquidem teneremus.

Tradere

Tradere in disciplinam. V. IN.
Per manus tradita disciplina militaris. V. MANUS.
Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monimentis disciplinisque tradita. Cic. 1. Q. frat. 1.

DISCIPLINABĬLIS, e. Adj. [μαθητὸς] Author ad Heren. lib. 3. 4. Aut siqua in re cohortabimur aliquem, cujus rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, &c. Alii legunt Disciplinalem. Est autem Disciplinabile, ut Turneb. explicat, Quod præceptionibus & institutionibus, arteque & ratione aliqua doctrinaque continetur.

DISCIPLINALĬTER. Adverb. Sarisb. 6. 15. Disciplinaliter eruditus populus.

DISCIPLINOR, ari. Dep. apud Augustinum.

DISCIPLINATUS, & DISCIPLINATIOR. Vulg. Siracid. 10. 25. Vir prudens & disciplinatus. Gr. ἐπιστήμων. Sic Jac. 3. 13. Alcim. Avit. l. 4. 46. de terra inculta:
Disciplinatos dissuescit promere fructus. [Legendum Desuescit, tametsi iis temporibus sic vulgo pronuntiasse videntur.
Compar. ap. Tertull. in lib. de Fuga in persecutione. C. 1. Fides disciplinatior in jejuniis.

DISCIPLINATIO, ōnis. f. Augustin.

DISCIPLINOSUS, Idem ac Disciplina imbutus. Disciplinosus, inquit Nonius 6. 84. etiam pessima arte dici potest. Cato de Re militari: Quam gladiator disciplinosus. Conf. Gell. 4. 9.

DISCIPULĀTUS, ûs. m. Tertull. de Præscript. adversus Hæreticos cap. 22. Quis enim integræ mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, individuos habitos in comitatu, in discipulatu, in convictu?

DISCIPŬLUS, i. [μαθητὴς, φοιτητὴς] Qui discit. Cic. 2. Off. 3. Orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.
Dicendi discipulus. Cic. 9. Fam. 16. Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros.
Auditor & discipulus Platonis. Cic. 1. de Divin. 46.
Melius instituti discipuli. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Melior magistro discipulus. Juven. 14. Sat. 214.
Rudis discipulus & integer. V. INTEGER.
Instruere discipulos lectione orationum. V. INSTRUO.
Discipuli quoque dicuntur illi, qui in tabernis vel officinis mercatorum serviunt, & qui mercenariorum disciplinam addiscunt. Coquorum discipuli. Plaut. Pseud. 3. 2. 76.

DISCIPŬLA, æ. [μαθήτρια, μαθητρὶς] Quæ discit. Plin. lib. 10. cap. 20. Audit discipula intentione magna, & reddit. De Luscinia.
Discipulam cruci dedere. Plaut. Aulul. 1. 1. 20. Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
Discipularum cathedræ. Hor. 1. Sat. 10. extr. ubi alii Discipulorum legunt. Discipularum inter jubeo plorare cathedras.

DISCOBŎLUS, V. DISCUS.

DISCŎLOR, ōris. Adj. [ἀλλόχροος, ἑτερόχρους] Qui est diversi coloris. ut Discolor cutis. Plin. lib. 28. cap. 12. Ubi ex vetustissimo codice legitur Decolor. Ovid. 3. Amor. 2. 78.
Evolat admissis discolor agmen equis. Et Martial. lib. 14. 17.
Calculus hic gemino discolor hoste perit.
Dispar & discolor. Hor. 1. Epist. 19. 3.
Ut matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurræ distabit amicus. h. e. Quemadmodum Matrona differt a Meretrice, sic Amicus ab Infido scurra & adulatore.
Anhelitus discolor. Claud. de Rapt. Proserp. 192. de afflatu equorum Plutonis. Rutilos obscurat anhelitus axes Discolor.
Indus discolor. Propert. lib. 4. 3. 10. Decolor Brœkh. q. V.
Miles discolor, pro Calculo. Ovid. 2. Trist. 477. de Laterculo, ludi genere.
Sanguis discolor. Lucan. lib. 10. 128.
Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas.
Signum discolor. Cic. 2. Verr. 40. Hoc factum esse in hac civitate, quum Senatorius ordo judicaret, ut discoloribus signis, juratorum hominum sententiæ notarentur. i. e. Tabellæ & ceræ non ejusdem coloris. Supra autem dixerat, nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis adlini posse. Budæus.
Variis floret via discolor armis. Valer. 5. Argon. 564. Male Decolor in quibusd. libris.

DISCOLORIUS, & DISCOLORUS, a, um. Idem. Petron. cap. 57. Discoloria vestis. Mart. Capell. 1. p. 19. Florida discoloraque vestis. Prudent. Perist. 10. 302. Quos luna terret discolora in stipite.

DISCONVĔNIO, ēni, entum, [διαφέρω, διίσταμαι] īre. Dissidere, discordare. Hor. 1. Epist. 1. 99.
— & vitæ disconvenit ordine toto.
Disconvenit inter me & te. Hor. 1. Epist. 14. 18.
Non eadem miramur, eo disconvenit inter Meque & te.
Horatio puto Præliari. H. St. falso.

DISCONVENIENS, entis. Inconveniens. Lactant. de Ira Dei cap. 3. Est disconveniens, ut ejusmodi potestate sit præditus, qua noceat & obsit; prodesse vero & benefacere nequeat.

DISCONVENIENTIA, æ. f. Tertull. de Testim. Anim. cap. 6. Suspectam habe convenientiam prædicationis in tanta disconvenientia conversationis.

DISCŎQUO, xi, ctum, [διέψω] ĕre. Idem quod Coquere, vel Valde decoquere. Plin. lib. 22. cap. 25. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale discoquere. Ibid. Alvum sistit in cibo, magisque discocta cœlesti aqua.

DISCORS, ordis. Adj. [διάφωνος, ἑτερογνώμων, ἀσύμφωνος, ἀνάρμοστος] Qui corde, h. e. Animo dissidet, ut, Secum ipsa discors. Liv. 2. 23.
Non ambitione, non contentione discordes. Cic. 2. de Lege Agr. 90.
Arma discordia. Virg. 2. Georg. 459. i. e. ut interpretatur Servius, Plena jurgio & rapinis,
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum justissima tellus.
Concordia discors. Ovid. 1. Met. 433.
Quumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Concordia rerum discors. Hor. 1. Epist. 12. 19.
Quid velit, & possit rerum concordia discors.
Dextræ discordes. Stat. 6. Theb.
Gloria discors. Ovid. 2. Amor. 12. 11.
Modi discordes. Stat. 5. Sylv. 5. 25. modos musicos intelligit.
Motus discordes. Stat. 10. Theb. 575.
Mundus discors. Plin. lib. 30. cap. 1.
Pectora discordia. Lucan. lib. 10. 12. & Sil. 2. 380.
Inferri Romana suis discordia sensit Pectora.
Sententia discors. Sil. lib. 13.
Sententiæ discordes medicorum. Plin. lib. 23. cap. 1.
Symphonia discors. Hor. de Arte Poet. 374.
Venti discordes. Ovid. 2. Amor. 10. 9.
Errat, ut a ventis discordibus acta phaselus.
Vesania discors. Hor. 2. Serm. 3. 174.
Extimui, ne vos ageret vesania discors.
Viri discordes. Ovid. 3. Amor. 8. 48.
Quid tibi discordes addere in arma viros?
Discordis, antiquitus dicebatur. Pompon. in Sat. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis. Ex Priscian. lib. 6. p. 726.

DISCORDO, [διαφωνέω, διαφέρομαι, διχοστατέω] āre. Dissidere, dissentire. Plaut. Merc. 2. 1. 7. Neu discordarent si ambæ in uno essent loco.
Æternum discordare cum aliquo. Tacit. 12. Ann. 28. 2. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum queis æternum discordant, &c.
Parcus discordat avaro. Hor. 2. Epist. 2. 194.
Discordant inter se. Ter. And. 3. 3. 43. Cic. 1. de Fin. 44. Sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant.
Discordare adversus aliquem. Quintil. lib. 5. & lib. 8. Discordare ab aliquo.
Animus a se ipse dissidens, secumque discordans. Cic. 1. de Fin.
Discordantia corda. Sil. lib. 16.

DISCORDIA, æ. [διαφωνία, διχόνοια, διχοστασία] Ira acerbior intimo odio & corde concepta, inquit Cic. 4. Tusc. 21.
Dissensiones atque discordiæ. Cic. de Amicit. 82. Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest.
Mentis discordia. Ovid. 9. Met. 445.
Dixit, & incertæ tanta est discordia mentis.
Demens discordia. Virg. 6. Æn. 280.
Gliscens discordia. Tacit. 4. Ann. 17.
Nutrix belli discordia. Claud. 1. in Ruff. 30.
Præceps discordia. Stat. 1. Theb.
Haud secus indomitos præceps discordia fratres Asperat.
Tetra discordia. Hor. 1. Serm. 4. 60.
Seditionem ac discordiam concitare. Cic. pro Muren. 85. V. CONCITO.
Contrahere amicitiam, & dissipare discordiam. Cic. de Amicit. 24.
Exoritur trepidos inter discordia cives. Virg. 12. Æn. 583.
Impendet discordia. Cic. 8. Fam. 14. Si alter eorum in bellum Parthicum non eat, video magnas impendere discordias, &c.
Incessit discordia duobus regibus. Virg. 4. Georg. 68.
Inducere discordiam. Cic. 1. Off. 85.
Mitescunt discordiæ intestinæ. V. MITIS.
Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, bella nascuntur. Cic. 1. de Fin. 44.
Hinc ortæ discordiæ. Cic. 1. Off. 86. In quibusd. codd. deest partic.
Pasci discordia. V. PASCOR.
Sedare discordiam. Cic. 1. Philipp. 1.
Tollere discordiam. Cic. 3. Fam. 8.
Discordia, [Ἔρις] Dea existimata a gentibus, quam Aristides ita describit: Discordia & seditio, inquit, supino est capite, labris liventibus, oculis strabis putridis, tumefactis, lacrymis subinde fluentibus, manibus incontinentibus mobilibusque, gladium intus ad pectus ferens, tenuibus & obliquis innixa cruribus & pedibus, eam, ceu rete, caligo & tenebræ circumvolvunt, &c. Illud quidem de hac ipsa dea notissimum, ut scilicet in convivio pomum injecit in nuptiis Pelei & Thetidis, quum ad eas nuptias ipsa non vocata fuisset: in quo pomo erat inscriptum ἡ καλὴ λαβέτω, i. e. pulchra capiat. Unde natum est proverb. Pomum Discordiæ. V. Lucian. Sympos. p. 649. & in Dial. Mar. p. 246.

DISCORDABĬLIS, e. [διαφωνητικὸς] Quod discordat & disconvenit. Plaut. Capt. 2. 3. 42. Me hic valere, & tute audacter dicito, Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Antiquum.

DISCORDIĀLIS, e. [διχοστατικὸς] Qui lites generat & parit. Plin. lib. 37. cap. 10. Nam hyænæ pelli similem abominantur, discordialem domibus.

DISCORDIŌSUS, Adj. [διαφωνώδης] Iratus vel pronus ad discordias. Sallust. in Jugurth. cap. 66. Nam vulgus, uti plerunque solet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti & otio adversum.
Utitur Sidonius Apoll. H. St. V. Wass. & Cort. ad Sall.

DISCORDITAS, pro Discordia, antiquum. Pacuv. Hermion. Quantamque ex discorditate cladem importem familiæ. Nonius.

DISCORDATIO, ōnis. f. apud Boeth.

DISCRĔPO, ui & āvi, ītum, [ἀπᾴδω, διαφωνέω] āre. Diverso modo crepare, i. e. Sonare & crepitum ac sonum emittere. Cic. 1. Off. 45. Ut in fidibus aut tibiis, quanvis paululum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet.
Discrepare, per translationem, pro Dissidere, disconvenire. Cic. 4. Verr. 129. Ut nonnunquam siquid discrepet, eximant unum aliquem diem.
Discrepuit. Hor. de Arte Poet. 219.
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
A consiliis alicujus discrepare. Cic. 10. Fam. 4. Non est ignotus mihi sensus tuus, neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem.
A meis rationibus discrepant tuæ. Cic. 5. Fam. 20.
Discrepat ab eo, quod. Cic. 2. Acad. 1. Discrepabat etiam ab iisdem, quod nullo modo arbitrabatur quicquam, &c.
Ab humanitate discrepare. Cic. 1. Off. 145.
Opinionum dissensione ab aliquo discrepare. Cic. 2. Fam. 13. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare. i. e. Dissimilitudinem sententiarum habere, Discordem esse. Budæus.
Ab opinione populari discrepare. Cic. Parad. 1. In qua dicuntur ea, quæ non multum discrepent ab opinione populari.
Discrepant facta cum dictis. Cic. 2. de Fin.

Q 3 Medium

Medium primo, medio difcrepat ultimum. Hor. de Arte Poet. 152.
Vox & ratio mea longe difcrepat iftis. Hor. 1. Serm. 6. 92.
De re aliqua difcrepare. Cic. 4. Tufc. 61. Admovenda curatio, & talis quidem, quæ poffit effe omnium etiam de cæteris rebus difcrepantium Philofophorum.
Difcrepare in re aliqua. Cic. 3. de Orat. 117. Nihil fane ad rem pertinet, fiqua in re difcrepavit ab Antonii divifione noftra partitio. Idem 7. Verr. 122. Eadem dicit, nulla in re difcrepat.
Difcrepat inter authores. Liv. 2. Bell. Pun. Mirari magis adeo difcrepare inter authores, quam, &c. Ibid. lib. 6. Æque & alia inter authores difcrepant.
Inter fe difcrepare. Cic. 2. de Invent. 144. Ex contrariis autem legibus controverfia nafcitur, quum inter fe videntur duæ leges, aut plures difcrepare.
Difcrepant hæc judicia inter eos. Cic. pro Cluent. 122. Quare qui vobis in mentem venit hæc appellare judicia, quæ a Pop. Rom. refcindi, ab iratis judicibus repudiari, a magiftratibus negligi, ab iis qui eandem poteftatem adepti funt commutari, inter Collegas difcrepare videatis?
Sibi difcrepare. Cic. 3. de Orat. 194. Ut a multitudine & populo non modo catervæ atque conventus, fed etiam ipfi fibi finguli difcrepantes ejiciantur.

**Discrepans**, Partic. [διαφωνῶν] Contr. Congruens. Cic. 1. de Legib. 30. Interpresque eft mentis oratio, verbis difcrepans, fententiis congruens.

**Discrepantia**, æ. [διαφωνία] Cic. 1. Off. 111. In actiones, omnemque vitam, nullam difcrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Fin. 41.

**Discrepatio**, ōnis. f. Idem, apud Tertull. adv. Marc. 5. 10. ut Froben. & Pamel. legunt, id quod in annotationibus Fr. Junius contra Rhenani conjecturam, Difceptationem (ut, Rigaltius etiam exprelfit) non inerudite tuetur. fed & apud Liv. 10. 18. Cum ea ipfa inter confules P. R. difcrepatio fuerit.

**Discrepito**, [διαφωνοῦμαι] āre. frequent. Lucret. lib. 2. 1017.
— verum pofitura difcrepitant res.

**Discrepĭtans**, Partic. Lucret. lib. 3. 804.

**Discretio, Discretus, Discrimen, Discrimino.** V. discerno.

**Discrucio**, [ἀνιάω] āre. a quo paffivum,

**Discrucior**, [δυσθανατῶ] āri. Valde cruciari. Cic. 13. Philipp. 37. Ut ille Trebonium, &, fi poffet, etiam Brutum, difcruciatos necaret. Idem pro Rofc. Com. 31. Quod enim ipfe celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, difcruciatur.
Difcrucior animi, pro animo, more Græco. Plaut. Aulul. 1. 2. 27. Ter. Adel. 4. 4. 1. Difcrucior animi: hoccine deimprovifo mali mihi objici, &c.
Difcrucior animum etiam dicimus, & animo, tefte Diomede.

**Discruciatus**, ûs. m. Prudent. Hamartig. v. 834.
Vermibus & flammis & difcruciatibus ævum
Immortale dedit.

**Discubitorius**, V. discumbo.

**Discŭbo**, ui, ĭtum, [κατάκειμαι] āre. Idem quod Cubare. Cic. 2. de Invent. 14. Cœnati difcubuerunt ibidem. Plaut. Merc. Prol. 99. Difcubitum noctu ut imus, ecce, &c. [ Nifi hæc potius ad verbum Difcumbo pertinent. V. ad accubo notata.

**Discubitus**, ûs. m. Valer. Maxim. 2. 1. 9. Invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei convivio effent interfuturi, ne fenioris adventum difcubitu præcurrerent. Vulg. Interp. Marc. 12. 39. & Luc. 20. 46. Primos difcubitus in conviviis, reddit Græcum πρωτοκλισίας.

**Discumbo**, cubui, cubĭtum, [ἀνακλίνομαι, ἀναπίπτω] ĕre. Idem quod Accumbere. Cic. 5. Att. 1. Difcubuimus omnes præter illam.
Menfis difcumbere. Stat. 4. Sylv. 2.
Toris difcumbere. Ovid. 8. Met. 155.
Difcubuere toris Thefeus, comitesque.
Difcumbĭtur, imperf. [ἀνακλίνεται] Cic. 3. Verr. 66. Mature veniunt, difcumbitur. Virg. 1. Æn. 700.
Stratoque fuper difcumbitur oftro.
Apud cœnam Favorini Philofophi, quum difcubitum fuerat, cœptusque apponi cibus, fervus affiftens menfæ legere incœptabat. Gell. 3. 19.

**Discubitorius**, [ἀνακλιτικός] lectus, apud Plin. in quo vel fuper quo difcumbebant antiqui cœnaturi, ut differret a triclinari, & cubiculari lecto. [ Locum hunc non invenimus.

**Discuneo**, āre. Immiffo cuneo diffindere, apud Apul. Hinc

**Discuneātus**, a, um. Adj. [διεσφηνωμένος] quafi Immiffo cuneo apertus ac patens: ficut ligna diducta fiunt & hiantia adactis cuneis. Plin. lib. 9. cap. 30. Illæ fe contrahunt, fed fruftra, difcuneatæ. De Conchis loquitur marinis, quibus polypi, impofito lapillo, ne claudi poffint, infidiantur.

**Discupio**, īvi, ītum, [ἐπιθυμέω] ĕre. Valde cupere. Plaut. Trinum. 4. 2. 87. Lubet audire, nifi moleftum eft. s. quin difcupio dicere. Cic. 8. Fam. 15. Peream fi minima caufa eft properandi ifto mihi, quod te videre, & omnia intima conferre difcupio.

**Discurro**, curri, curfum, [διαθέω] ĕre. In diverfas partes currere. Plin. lib. 11. cap. 37. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga difcurrunt. Liv. 1. 9. Signo dato juventus Romana ad rapiendas virgines difcurrit. De raptu Sabinarum.
A media in utranque partem difcurrens. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Ad aliquem locum difcurrere. Virg. 12. Æn. 577.
In fluvium difcurrere. Virg. 4. Georg. 292. hic de Nilo loquitur.
In montibus difcurrere. Ovid. 2. Faft. 285.
Undique difcurrere. Tibul. lib. 3. 1. 3.
Et vaga nunc certa difcurrunt undique pompa.
Equo difcurrere. Valer. 6. Argon. 203.
Fama difcurrit. Curt. lib. 4. Fama, ut folet, ftrenue totas urbes difcurrit. Strenue, i. e. Celeriter.
Difcurrere, etiam femibarbaris eft Differere. invenitur tamen apud Amm. Marcell. 17. 6. Super quo nunc, quia tempeftivum eft, pauca difcurram. Marcellinus, natione Græcus, cum fciret Græcum διελθεῖν tali fignificatione ufurpari, Latinum quoque Difcurrere eadem fignificatione fumi poffe credidit. V. Vorft. de Latinit. Mer. Sufp. cap. 14. p. 103.
Actus ejus difcurrere per epilogos breves. Marcellinus l. 30. 499. in medio. H. St. [ Marcellinus eo modo pofuit, quo Cic. Percurrere, nec eft idem ac Differere apud hunc quoque auctorem.

**Discursio**, ōnis. f. [διαδρομή] Lactant. de Opif. Totos dies in hujusmodi difcurfione confumunt.

**Discursus**, ûs. m. [διαδρομή] Ipfe difcurrendi actus. Cæf. 8. Bell. Gall. 29. Magno clamore difcurfuque paffim fe fugæ mandant. Et apud Plin. lib. 2. cap. 36. Difcurfus ftellarum. Quintil. lib. 4. Difcurfus amicorum.
Totius diei difcurfus. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Lafcivi difcurfus. Claud. 2. in Eutrop. 100.
Latis vallem difcurfibus implent. Ovid. 2. Faft. 223.
Vani difcurfus. Valer. 3. Argon. 220.
Difcurfus, vulgo eft Sermo, differtatio; fed absque auctoritate veterum, nifi quod Lindebrog. in Comm. 13. ad Ammian. 17. 6. affert e lege 1. Cod. Theod. Rap. Virg. Redemptique difcurfus pœna immineat. conf. Cellarii Antib. p. 166. & Cur. poft. p. 325.

**Discurso**, [διατρέχω] Frequent. Quintil. lib. 6. Manlius multum in agendo difcurfans.

**Discursatio**, ōnis. Lactant. de Opific. Dei, cap. 3. Avium per aërem libera difcurfatio.

**Discursator**, ōris. m. proprie Qui difcurrit. Dein militum genus Difcurfatores, V. Amm. 16. 26. Iisdem fparfim mifcuere pedites difcurfatores & leves. & 29. 23. Hoftem caperet difcurfatorem & repentinum infidiisque potius clandeftinis, quam præliorum ftabilitate confifum.

**Discursitatio**, ōnis. Sen. de Brevit. Vitæ cap. 3. Officiofa per urbem difcurfitatio. Alii legunt Difcurfatio.

**Discursim**, Adv. Macrob. 7. Saturn. cap. 1. Primis menfis poft epulas jam remotis, & difcurfim variantibus poculis minutioribus, &c.

**Discus**, i. m. [δίσκος] Vas latum, (& rotundum H. St.) ut Julius Pollux inquit, ad portandas carnes aptum. Apul. Cœnarum reliquiis difcus ornatus.
Difcus, Rotunda moles faxea, vel plumbea, five ferrea, cujus jactu juvenes inter fe certabant, fortior judicandus, qui aut altius in fublime, aut longius in tractu ultra defignatum fpatium projeciffet. ita & miffilibus contendebant. Hor. 1. Carm. 8. 11.
— fæpe difco,
Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.
Verifimile eft Difcus dictum fuiffe primum de illa rotunda mole, ἀπὸ τοῦ δίκειν, i. e. a Jaciendo, deinde ad ejus fimilitudinem & vas illud. Suid. λιθοδικεῖ, ἐκ τοῦ δίκω, τὸ βάλλω. V. quæ adfcripfi margini Thefauri. H. St.
Difci jaculatione Ulyffes certat apud Phæaces, quos omnes fuperat, uti refert Homerus 8. Odyff. Exercuiffe etiam iftum ludum Spartanas Virgines refert, ex Plutarcho, ut apparet, Alex. ab Alex. 2. 25. Difcum quam Philofophum audire malle, eft, Delectationes leviffimas & ineptias utilitati graviffimæ anteferre, quod apud Cic. 2. de Orat. 21. de Philofophorum auditoribus Craffus queritur. V. Chiliad. Hinc

**Discobŏlus**, i. m. [δισκοβόλος] Qui difcum in fublime jaculabatur, i. e. Lapidem rotundum ac pertufum, ut inquit Ammonius. Quintil. lib. 2. cap. 14. Quid tam diftortum & elaboratum, quam eft ille difcobolos Myronis? Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & canem & difcobolon, & Perfea. De Artemone artifice ærario. V. omnino de Difco & Difcobolis Hieron. Mercurial. de Arte Gymn. l. 2. C. 12.

**Discŭtio**, ffi, ffum, [ἀνασείω, διασκεδάζω, διασπάω] ĕre. In diverfas partes quatere & dejicere, difturbare: ut Difcutere lateritium murum. Cæf. 2. Bell. Civil. 9. Liv. Tribus arietibus aliquantum muri difcuffit.
Caput difcutere. Sil. lib. 6.
— magnoque fragore
Difcuffit trabs acta caput, &c.
Tempora vituli difcuffit malleus. Ovid. 2. Met. 625.
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora difcuffit claro cava malleus ictu.
Difcutere, per translationem, pro Auferre, & Tollere: ut Difcutit ebrietates porrum. Plin. lib. 20. cap. 6. & lib. 23. cap. 1. Difcutere faftidium. & lib. 28. cap. 7. Difcutere metum. Item lib. 2. cap. 62. Difcutere triftitiam.
Advocationem aliquorum difcutere. Cic. pro Domo fua, 54. Quum eos qui conventu virorum bonorum verba de falute mea fecerant, adeffe juffifti, eorumque advocationem manibus, ferro, lapidibus difcuffifti.
Aëra difcutere. Lucret. lib. 6. 832.
Caligo difcuffa eft illa, quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Cic. 12. Philipp. 5.
Captiones difcutere. Cic. 4. Acad. 46. Oportet igitur & ea, quæ pro perfpicuitate refponderi poffunt, in promptu habere, de quibus jam diximus, & effe armatos, ut occurrere poffimus interrogationibus eorum, captionesque difcutere.
Cogitationes triftes difcutere. Celf. lib. 3. cap. 18. De Infaniæ curatione: Quorundam etiam intempeftivus rifus objurgatione & minis prohibendus eft: quorundam difcutiendæ triftes cogitationes: Ad quod fymphoniæ & cymbala, ftrepitusque proficiunt.
Cunctationem difcutere. Cic. 10. Fam. 33. Omnem enim cunctationem ejus difcuffiffem, præfertim adjutore Planco.
Ea difcutienda funt quæ obfcurant. Cic. 3. de Orat. 215.
Febrem difcutere. Celf. lib. 3. cap. 15. Idem in Procem. Protinus febrem fomno & fudore difcuffit.
Horrorem febris difcutere. Celf. lib. 3. cap. 15. Balineum neque ante febrem, neque poft eam tentandum erit: nifi interdum jam horrore difcuffo.
Languor & naufea fæpe etiam difcutitur, fi integrum gallinaceum crudum ovum jejunis faucibus inferas. Columel. lib. 6. cap. 4.
Malum difcutere. Celf. lib. 1. cap. 8. Quos tamen ita mors fequitur, fi id malum non eft febre difcuffum.
Morbum difcutere. Celf. lib. 3. cap. 2. Per hæc enim fæpe inftans gravis morbus difcutitur.
Nubila vultu difcutit Mercurius. Stat. 3. Theb.
Periculum difcutere & comprimere confilio. Cic. pro Muren. 84. Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, confilio difcutiam & comprimam.

Difcu-

Difcutiendæ tamen oratione hujusmodi fcenæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Somnum fibi difcutere lympha pura. Propert. lib. 3. 10. 13. ubi V. Broekh.
Difcutere interdum eft Digerere, Refolvere, Difflare, & quod Græci dicunt διαφορεῖν. Celf. lib. 5. cap. 11. Ad difcutienda vero ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maxime poffunt abrotonum, helenium, &c.
Difcuti matrimonium, apud Paul. in l. 2. D. de donat. inter vir. & uxor. pro Difturbari & diffolvi.

**Discussus**, a, um. [διαφορηθείς] ut, Difcuffa rerum caligo. Stat. 2. Sylv. 2. 138.
Fides difcuffa, i. e. Diffoluta. Lucan. lib. 1. 119.
Morte tua difcuffa fides, bellumque movere
Permiffum ducibus, &c.
Formidine difcuffa. Valer. 4. Argon. 700.
Nox difcuffa. Lucan. lib. 5. 175.
Nubibus difcuffis purgatus nitet æther. Sil. lib. 12.
Plebs difcuffa. Stat. 5. Sylv. 3.
— umbramque fenilem
Invitet ripis difcuffa plebe fupremis Vector.
Terrores difcuffi. Lucret. lib. 4. 994.
Donec difcuffis redeant terroribus ad fe.
Umbræ difcuffæ. Virg. 12. Æn. 669.
Ut primum difcuffæ umbræ, & lux reddita menti eft.

**Discusse**, Adv. Compar. Mart. Capell. 8. p. 302. Explorare difcuffius.

**Discussio**, ōnis. f. Examinatio; ut, Difcuffio pecuniæ, l. 14. Cod. Theod. de jure fifci. & l. un. Cod. de ratiocin. operum, Difcuffio vel Ratiocinium. Auguft. Epift. 44. Sub fin. Quære aliquid noftra difcuffione dignum. Juvenc. de edicto Augufti Cæfaris: Novi capitum difcuffio cenfus. adde Firmic. 3. 2. Sidon. 2. Epift. 2. Macrob. 1. Saturn. 16. Idem ac Quaffatio. Sen. Quæft. Nat. 6. 19. In dolio cantantis vox per totum cum quadam difcuffione percurrit ac refonat.

**Discussor**, ōris. m. Qui rationes tractatas ab aliis cognofcit atque difceptat. Ita hac voce ufi Imperatores in Codice 10. tit. 30. de Difcufforibus. Item Caffiod. 4. Epift. 38. & 9. Epift. 10; Symmach. 5. Epift. 76. & 10. Epift. 54. Vet. Gloff. λογιστής, Ratiocinator, Difcuffor, Difputator. Difcuffum enim dicitur, quod eft examinatum & judicatum. Ad alias quasvis examinationes transfertur. Macrob. Somn. Scip. 1. 21. Diligens rerum difcuffor inveniet, quod requirat. Ennod. 4. Epift. 13. Novit Deus, difcuffor fenfuum. Claud. Mamert. de Statu An. 1. 1. extr. Quis ferat cogitata fua, fi difcuffor abfit, adftruere, fi adfit, operire.

**Discussorius**, a, um. Adj. [διαφορητικός] Quod difcutit. Plin. 30. cap. 8. Et per fe cinis inanium cochlearum ceræ miftus, difcufforiam vim habet.
Difcufforia medicamenta dicuntur, quæ Græci Diaphoretica vocant. exempla apud authores obvia funt.

**Disertiones**, Divifiones patrimoniorum inter confortes. Feftus. Alii Diffortiones. V. ad locum F. Urfin. Scalig. Dacer. & infra dissortio.

**Disertus**, **Disertim**. V. dissero.

**Disgargalis**. V. dysgargalis.

**Disjicio**, ēci, ectum, [διασκεδάζω, κατασείω, διαῤῥίπτω] ĕre. In diverfas partes jacere. Virg. 1. Æn. Disjecitque rates.
Dede, ac disjice, per me licebit. Cic. pro Cœl. 37.
Agmina disjicere. Valer. 3. Argon. 161.
Capillos disjicere. Ovid. 11. Met. 385.
— & nondum totos ornata capillos,
Disjicit hos ipfos.
Nubes pondere disjicere. Ovid. 10. Met. 179.
Nubila disjecit Jupiter. Ovid. 1. Met. 328.
Rem aliquam disjicere. Liv. 2. Ac primo tentata res eft, fi difpofitis clientibus abfterrendo fingulos a concionibus conciliisque, disjicere rem poffent.

**Disjectus**, a, um. Partic. ut,
Agmina disjecta. Virg. 12. Æn. 689.
— & disjecta per agmina magna Voce vocat.
Agmina disjecta per agros. Valer. 3. Argon. 222.
Claffis disjecta. Virg. 1. Æn.
Disjectam Æneæ toto videt æquore claffem.
Comas disjecta. Ovid. 12. Epift. 63.
Disjectamque comas, averfaque in ora jacentem Invenit, &c.
Manus disjecta. Pompejus ad L. Domitium, 8. Att. 12. Nos disjecta manu pares adverfariis effe non poffumus.
Membra disjecta. Sen. Hippol. 12.
Nubes disjectæ. Plin. lib. 2. cap. 49.
Res fparfæ, & vage disjectæ. Author ad Heren. lib. 4. 3. Poftremo hoc ipfum eft fummum artificium, res varias & difpares in tot poematibus & orationibus fparfas, & vage disjectas, ita diligenter eligere, ut, &c.
Refpublica disjecta eo tempore, quo te cuftodem habebat. Salluft. in Cic.
Tecta disjecta. Hor. 2. Carm. 19. 14.
— tectaque Penthei
Disjecta non levi ruina.

**Disjectus**, ûs. m. Idem quod Disjectio, diffipatio. Lucret. lib. 3. 941.
Major enim turbæ disjectus materiaï
Confequitur leto, &c.

**Disjecto**, āvi, ātum, [καταῤῥιπτάζω] āre. frequent. Lucret. lib. 2. 553.
Sed quafi naufragiis magnis, ventifque coortis,
Disjectare folet magnum mare tranftra, carinas,
Antennas, proram, &c. Ufus etiam Ammianus eft, 16. 4.

**Disjugo**, **Disjugatus**, **Disjugatio**. V. dijugo.

**Disjungo**, vel **Dijungo**. q. V. nxi, nctum, [διαζεύγνυω, διΐστημι] ĕre. Separare. Ter. Hec. 1. 2. 86. Atqui ea res multo maxime disjunxit illum ab illa. Cic. 1. Fam. 9. Nam ab orationibus disjungo me fere: referoque ad manfuetiores Mufas. al. Dijungo. Idem 1. Tufc. Quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamusque nos a corporibus, i. e. confuefcamus mori.
Disjungere & Conjungere, contraria. Cic. 2. de Fin. 45. Quæ & caufas rerum & confecutiones videat, & fimilitudines transferat, & disjuncta conjungat.
Disjungere boves ab opere. Columel. lib. 2. cap. 3.
Ab amicitia alicujus disjungere alterum. Cic. 2. Philipp. Opera mea Pompejum a Cæfaris amicitia effe disjunctum.
A familiaritate alterius aliquem disjungere. Cic. 2. Philipp. 23. Ipfe enim Pompejum a mea familiaritate disjunxit.
Honefta a commodis, non nomine, fed genere toto disjungunt Stoici. Cic. 1. de Nat. Deor. 16.
Intervallo locorum & temporum disjungi. Cic. 1. Fam. 7. Quoniam intervallo locorum & temporum disjuncti fumus, per literas tecum quam fæpiffime colloquar.
Disjungere a mamma agnos. Varr. 2. de R. R. cap. 1. Fere ad quatuor menfes a mamma disjunguntur agni.
Natura & genere disjungi. Cic. 7. Verr. 181.
Italis longe disjungimur oris. Virg. 1. Æn. 252.
Quanquam longis disjungimur oris. Valer. 2. Argon. 562.

**Disjunctus**, a, um. Partic. [διεζευγμένος] ut, Disjunctus Populus a Senatu. Cic. de Amicit. 41.
Disjuncti in jure civili appellantur, qui re non etiam verbis conjuncti funt. Et disjunctim relictum, quod duobus feparatim & diverfis orationibus relictum eft, in hunc modum, Titio hominem Stichum do lego, Sejo hominem Stichum do lego. §. Si eadem res. Inftit. de legat.
Disjunctus es freto ab Italia. Cic. 3. Verr. 154.
Disjuncta & conjuncta contraria. Cic. pro Rofc. Am. 39. Quæ vita maxime disjuncta a cupiditate & cum officio conjuncta.
Bos disjunctus. Hor. 1. Epift. 14. 28. — bovemque
Disjunctum curas, & ftrictis frondibus exples.
Infula disjuncta mari periculofo ab Sicilia. Cic. 6. Verr. 118.
Longiffime disjuncta comprehendere. Cic. in Pifon. 3. V. longus.
Quod longiffime fit ab imperitorum intelligentia fenfuque disjunctum, in cæteris id maxime excellit. Cic. 1. de Orat. 12.
Loci disjunctiffimi. Cic. pro Lege Manil. 9.
Terræ disjunctiffimæ, pro Diremptæ, & Non vicinæ. Cic. pro Marcel. 5. Nec vero disjunctiffimas terras citius paffibus cujusquam potuiffe peragrari, quam tuis non dicam curfibus, fed victoriis luftratæ funt.
Disjunctiffimas terras luftrare. Plin. in Paneg.
Disjunctius nihil ab aliq. Cic. 4. Acad. 66. Nihil eft enim ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate fapientis, errore, levitate, temeritate disjunctius.
Mores longiffime a fcelere disjuncti. Cic. pro Cœl. 53. Poffum dicere mores M. Cœlii longiffime a tanti fceleris atrocitate effe disjunctos. V. dijunctus.

**Disjunctum**, i. n. Gell. 5. 11. Favorinus non ratum id neque juftum disjunctum effe ait, quoniam non neceffarium eft, alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum effe. Dialecticorum verbum. Vulgo Disjunctionem vel Enunciationem disjunctivam dicunt.

**Disjunctio**, ōnis. f. [διάζευξις] Separatio: cui contrarium eft Conjunctio. Cic. 4. Acad. Idem, Neque enim non poteft mihi non moleftiffima effe disjunctio noftra in tanta rerum omnium varietate.
Amicorum disjunctio. Cic. pro Lege Agr. 14.
Sententiæ disjunctio. Cic. de Provinc. Conf. 40. Ita diffenfi ab illo, ut in disjunctione fententiæ, conjuncti tamen amicitia maneremus.
Disjunctionem facere. Cic. de Amicit. 78. Nifi quædam admodum intolerabilis injuria exarferit, ut neque rectum, neque honeftum fit, neque fieri poffit ut non ftatim alienatio, disjunctioque facienda fit.
De disjunctione Rhetorica, vide apud Cic. in Topic. 56. V. dijunctio.

**Disjuncte**, Adv. apud Feftum, quod recentiores Disjunctive, Ulp. 30. tit. 1. l. 34. princ.

**Disjunctim**, aliud Adv. Paulus l. 5. D. de condit. inftitut. Si hæredi plures conditiones conjunctim datæ fint, omnibus parendum eft, quia unius loco habentur: fed fi disjunctim fint, cui libet.

**Disjunctīvus**, a, um. Adj. African. in l. Si ita quis ftipuletur. D. de verb. oblig. Quum ex duabus disjunctivis conditionibus altera defecerit. V. subdisjunctivus.

**Disomum**, Vas eft duorum corporum capax, quod pertinet ad jus Sepulchrorum. Infcript. apud Guther. de jur. vet. Pont. 1. 24.
P. AELIVS. VENERIANVS
HOC. VAS. DISOMVM. SIBI. ET
FELICITATI. SVAE POSVIT.

**Dispālor**, āri. Idem quod Palari, vagari. Sifenna apud Nonium 2. 250. Tanto plures paffim difpalantur. Ammianus 31. 2. Absque lare vel lege aut ritu ftabili difpalantur. Idem 15. 4. Incompofito agmine milites huc & illuc difpalantes.

**Dispalatus**, a, um. Gell. 1. 11. Sparfi difpalatique. Salluft. de Rep. Ord. 2. 13. Multitudo in artes vitasque varias difpalata. Nepos 6. 1. 2. Difpalati in agris. Apud eundem 23. 5. 2. Multitudinem jumentorum difpalatam immififfe Hannibal dicitur. Paffive Ammianus 16. 22. Difpalato terrore.

**Dispalesco**, [διασπείρομαι] ĕre. Diffeminari, divulgari, omnibus notum fieri. Plaut. Bacch. 4. 9. 123.
Si plus perdundum fit, periiffe fuavius eft,
Quam illud flagitium vulgo difpalefcere. Antiquum.

**Dispando**, andi, affum, vel anfum, [διαπετάννυμι] ĕre. Extendere. Plaut. Difpeffis, per e fecundam vocalem fcripfit: Plin. autem Difpanfam arborem dicit. Plaut. igitur in Milite fic habet, 2. 4. 7.
Credo ego iftoc exemplo tibi effe eundum actutum extra portam
Difpeffis manibus, patibulum quum habebis. V. Gell. 15. 15.
Plin. lib. 9. cap. 4. In Gaditano oceano arbor, in tantum vaftis difpanfa ramis, ut ex ea, &c.
Difpanfæ veftes. Lucret. lib. 1. 306.
Denique fluctifrago fufpenfæ in littore veftes
Uvefcunt, eædem difpanfæ in fole ferefcunt.

**Dispăr**, āris. Adj. [ἄνισος, ἀνόμοιος] Diffimile. Cic. pro Font. O fortunam longe difparem M. Fontei, fi, &c.
Par & Difpar, contraria. Cic. pro Muren. 43. Et quoniam oftendi, Judices, parem dignitatem ad Confulatus petitionem, difparem fortunam provincialium negotiorum, &c.

Difpar

Diſpar & Idem, contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 88. Quinque autem ſtellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius a terris, aliæ remotius, ab eiſdem principiis, diſparibus temporibus eadem ſpatia conficiunt.
Diſpar & Similis, contraria. Cic. 2. de Divin. 90. Etenim geminorum formas eſſe ſimiles, vitam atque fortunam plerunque diſparem.
Varium & diſpar. Cic. 7. Verr. 48. An hoc probabis, in æqua cauſa populorum ſine pretio varium jus & diſparem conditionem fuiſſe?
Longe diſpar. V. LONGUS.
Ætatibus diſparibus, non eadem officia tribuuntur. Cic. 1. Off. 122.
Avenæ diſpares. Ovid. 8. Met. 192.
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit avenis.
Calami diſpares. Ovid. 1. Met. 711.
Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe junctis nomen tenuiſſe puellæ.
Cauſa tua eſt diſpar. Ovid. 13. Epiſt. 77.
Certamen diſpar. Ovid. 2. Amor. 2. 61.
Cur diſpar certamen inis?
Cicutæ diſpares, Inæquales. Virg. 2. Ecl. 36.
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. h. e. Inæqualibus cannis compacta: nam & harmonia inæqualis eſt. Servius.
Color diſpar. Cic. 2. de Fin. 10.
Forma diſpar. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 45.
Fratres diſpares viribus. Liv. 1.
Ingenio diſpar. Ovid. in Ibin, 348.
Mores diſpares diſparia ſtudia ſequuntur. Cic. de Amicit. 76.
Motus inter ſe diſpares. Cic. 1. Tuſc.
Rebus, & ordine diſpar. Hor. 1. Epiſt. 2. 29.
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus, ſed rebus & ordine diſpar.
Par ſtudiis, ævique modis, ſed robore diſpar. Stat. 1. Achil. 176.
Sui diſpar atque diſſimile. Cic. de Senect. 79.
Diſpar animorum dicitur, cui cum aliis non convenit, aut qui non eſt animo æque forti. Sil. lib. 8. quum numeraſſet quoſdam qui Scipionem ad bellum ſequebantur, addit etiam iſtos, Brutius haud diſpar animorum. i. e. Animo non minus magno & præſenti quam quos jam recenſui.

DISPARĬLIS, e. [ἄνισος] Idem quod Diſpar. Cic. 1. de Divin. 79. Quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum. Varro 2. de R. R. cap. 11. Et pabulum diſparile non usquequaque idem fit.

DISPARĬLĬTAS, ātis. f. Varr. de L. L. 9. 2. Diſparilitas vocis. Gell. præf. ſive epilogo: Facta eſt in his commentariis rerum diſparilitas. i. e. Varietas, mixtura. Idem 7. 3. Diſparilitas collationis. Salvian. 2. de Gubern. Dei p. 50. Meritorum diſparilitas.

DISPARILITER, Adv. Varro de R. R. lib. 1. cap. 6. Hæc atque hujuſmodi tria faſtigia agri ad colendum diſpariliter habent momentum.

DISPĀRO, [διαζεύγνυω] āre. Separare ſignificat & ſejungere. Plaut. Rud. prol. 10. Is nos per gentes alium in alia diſparat. Gell. lib. 11. cap. 11. Tot ſententias in eandem rem, quaſi aliud atque aliud diceret, diſparavit.

DISPARĀTUS, a, um. ut, O pura, O ſancta, atque ab omni turpitudinis labe diſparata atque abjuncta divinitas. Arn. 3. p. 105. Diſparatum eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo ſapere & non ſapere. Cic. de Invent. 1. 42.
Dialectici ſpecies inter ſe prorſus adverſas & contrarias Diſparata vocant; ut Homo, Bos.

DISPARATIO, onis. f. Separatio. Vitruv. 2. 9. Ad diſparationem procreationis.

DISPARASCO, ĕre. Claud. Mamert. 1. 9. Quod a nobis diſparaſcere arbitraris.

DISPARTIO, īvi, [διαμοιράομαι] īre. quod & Diſpertio per e ſecundam vocalem dicitur. V. ſuo loco. Plaut. Aul. 2. 4. 3. Apud forum edixit mihi ut diſpartirem obſonium hic bifariam.
Diſpartiri & dividi a diis immortalibus ſomnia. Cic. 2. de Nat. Deor. 93. Iidem vultis a diis immortalibus hominibus diſpartiri ac dividi ſomnia.

DISPELLO, ŭli, ulſum, [διαβάλλω] ĕre. Huc atque illuc pellere, ſegregare, disjicere. Liv. 4. Et equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi. Cic. 7. Att. 7. Idem quod pecudes quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges. Virg. 1. Æn. 516.
Teucrorumque alios, acer quos æquore turbo
Diſpulerat, penitusque alias advexerat oras. i. e. Disjecerat, ſive Segregaverat.
Diſpellere & Compellere, contraria. Plaut. Aſin. 3. 3. 148. Qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit.
Ærata diſpellens æquora prora Pelias. Stat. 5. Theb. 335.
Caliginem diſpellere ab animo. Cic. 1. Tuſc. 64. Eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit.
Umbras diſpellere. Virg. 5. Æn. 839.

DISPENDO, di, ſum, [ἀναλίσκω] ĕre. Expendere, diſtribuere.
Diſpendere curam. Columel. lib. 8. cap. 2. Parandi autem modus eſt, ducentorum capitum, quæ paſtoris unius diſpendant curam. Hinc

DISPENDIUM, ii. [ἀνάλωμα] Quod incuria vel negligentia aut immoderate & inconſulte expendimus & inſumimus. Plaut. Men. 3. 2. 20. Minore nusquam bene fui diſpendio. i. e. Minoribus ſumptibus.
Idem ac Damnum. Ter. Hec. 5. 2. 29. Idem Eun. 5. 4. 7. Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio. Columel. lib. 4. cap. 24. Quicquid ex his omittitur, magnum affert domino diſpendium.
Plus diſpendi. Lucret. lib. 2. 1126.
Et plus diſpendi faciant, quam veſcitur ætas.
Famæ diſpendia. Claud. Sext. Conſ. Hon. 452.
Moræ diſpendia. Virg. 3. Æn. 453.
Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti.
Reparare diſpendia. Claud. Conſ. Mall. Theod. 126.
Diſpendium, pro Via obliqua, & quæ per ambages eo ducit quo ire tendimus: dictio contraria Compendio, quod viam breviorem ſignificat. Lucanus in initio libri octavi.
Jam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaque Tempe,
Æmoniæ deſerta petens diſpendia ſylvæ, &c.

DISPENDIŌSUS, a, um. Adj. [βλαβερός] Damnoſum, quod affert damnum. Columel. lib. 2. cap. 21. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. primum quod, &c.

DISPENSO, [διανέμω, διοικῶ] āre. Diſtribuere. Columel. lib. 3. cap. 13. Cœleſtes admittat imbres, eosque alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam novam prolem conſpiret. Sic diſpenſare ſuccum æqua portione, Idem lib. 4. cap. 24. Proportionare vulgus barbarorum vocat.
Diſpenſare atque diſponere inventa momento quodam atque judicio. Cic. 1. de Orat. 142. Deinde inventa non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque judicio diſpenſare atque diſponere.
Diſpenſare aliquid in varias partes. Sen. in Conſolat. ad Martiam, Et in metus, & in dolores humanum pectus diſpenſandum.
Fata diſpenſare. Ovid. 12. Epiſt. 3.
Tunc, quæ diſpenſant mortalia fata ſorores.
Oſcula diſpenſat. Ovid. 6. Met. 278. — & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis. Ovid. ad Liviam, 371.
Res domeſticas diſpenſare. Cic. 11. Att. 1. Ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor: quod qui eas diſpenſavit, neque adeſt iſtic, neque ubi terrarum ſit, ſcio.
Diſpenſare & Omnia ſimul profundere, contraria. Plin. in Paneg.
Pietas diſpenſata. Stat. 5. Sylv. 2. 75. — pietasque per omnes
Diſpenſata domos.
Diſpenſare, Dare poteſtatem obtinendi aut faciendi aliquid. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 10. Nunc in petulantiam & audaciam erumpet male diſpenſata libertas.

DISPENSOR, pro Diſpenſo, eſſe vetuſtiſſimis ait Priſcian. p. 796.

DISPENSATOR, ōris. m. Servi genus qui domini rationes atque pecunias curat & diſponit, ſive diſpenſat. Cic. apud Nonium 3. 18. Quid? tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta eſt, non probare? Paſſim Diſpenſatorum mentio, cum apud alios, tum apud Suetonium, itemque in Lapidibus vetuſtis. Vetus Scholiaſtes Perſii ad 2. Sat. 59. Fuit aſſis libralis & dipondius, quod hodie in uſu remanſit, & ſolebat penſari potius, quam numerari, unde & Diſpenſatores dicti Prorogatores. Nimirum qui tum Prorogatores appellabantur, hos ante Diſpenſatores dictos ſignificat. Neque vero Diſpenſatores pecunias tantum, ſed & alias res Dominorum tractabant. Nam & conſervis τὸ σιτομέτριον, ſive τὴν τροφὴν, hoc eſt, demenſum præſtare ſolebant. Unde Zeno Veronenſis Serm. 1. ad Neophytos: Joſeph promotus, ad menſuram prorogat cunctis annonam. Neque vero Diſpenſatores in privatis duntaxat familiarum, ſed & in Palatinis, h. e. Principum miniſteriis erant. Cujuſmodi munere apud Domitianum functus Hetruſtus, de quo Statius 3. Silv. 3. 86.
— Jam creditur uni
Sanctarum digeſtus opum, partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi, &c.
Cum itaque omne patrimonium principis curarent Diſpenſatores, facile licet conjicere, lucroſum admodum id muneris genus fuiſſe. Qua de cauſa neſcio quis ſervus Othoni, cujus opera apud Galbam id impetraverat, decies ſeſtertium, h. e. 25000. coronat. dedit, ut Suetonius refert Othonis vita cap. 5. Atque hi Diſpenſatores ordinarii vocantur Suet. Galb. cap. 13. V. Torrent. Othon. dicto loco, itemque Statianos interpretes Gevartium & Crucium, necnon Pignorium de Servis. De diſpenſatore rationum privati extat Inſcript. apud Gruter. p. 597. Provinciarum quoque erant Diſpenſatores, quemadmodum Claudii quendam ſervum Plinius 33. 11. Diſpenſatorem Hiſpaniæ citerioris vocat. Ubi V. Hard. & ad C. 3. S. 13. Idem 7. 39. Armeniaci belli diſpenſatorem, quem Nero HS. CXXX. manumiſit. De diſpenſatore capitolii, caſtrorum, ad cenſus Provinciæ Lugdunenſis, V. Fabret. p. 293. conf. Interpretes Petronii, imprimis Gonſal. cap. 30. Apud Feſtum Diſpenſatores dicti, Qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant. Neque tamen in ſola erogatione, ſed etiam in exactione Diſpenſatorum munus verſabatur, quod exigendæ pecuniæ facultatem haberent, uti patet ex l. Diſpenſatori 51. Dig. de ſolut. & liberat. [Sed Feſtus vocis tantum etymon indicare voluit. Legendum autem Quia pro Qui.

DISPENSATIO, ōnis. f. [διανομή, οἰκονομία] Munus Diſpenſatoris. Sueton. in Othon. cap. 5. Ante paucos dies ſervo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione, X ſeſtertium expreſſerat. Cic. 15. Att. 15.
Curatio & diſpenſatio regia. Cic. pro Rabir. Poſth. 28. Hæc una ratio a rege propoſita Poſthumo eſt ſervandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet.
Ærarii diſpenſatio. Cic. in Vatin. 36. Eripueras provinciæ decernendæ poteſtatem, imperatoris deligendi judicium, ærarii diſpenſationem.

DISPENNO, ĕre. inquit Nonius, eſt Expandere. tractum a Pennis & volatu avium. Plaut. Mil. 5. 1. 14. Ubi lubet, diſpennite hominem divorſum, & diſtendite. Quædam exemplaria pro Diſpennite, legunt Diſpendite. Antiquum & inuſitatum.

DISPERDO, ĭdi, ĭtum, [ἐξολοθρεύω, διόλλυμι] ĕre. Idem quod Perdere, ſive Conſumere ſignificat. Plaut. Trin. 2. 2. 53. Pater præterea aliquantum animi cauſa in delitiis diſperdidit. Idem. Caſ. 2. 3. 32. Imo age ut lubet, ede, bibe, diſperde rem.
Diſperdere ac diſſipare poſſeſſiones. Cic. 1. pro Lege Agr. 1. Videte nunc proximo capite, ut impurus helluo turbet Rempub. ut a majoribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet.
Cives diſperdere. Cic. 5. Fam. 10. Qui tot ingenuos, matresfamil. cives Romanos occidit, arripuit, diſperdidit, regiones vaſtavit?
Carmen diſperdere. Virg. 3. Ecl. 27.

— non

— non tu in triviis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
Color disperditur. Lucret. lib. 2. 830.

**Disperditus**, a, um. Partic. [ἐξολοθρευθεὶς] Plaut. Pœn. 4. 2. 96. Di immortales meum herum servatum volunt, & hunc lenonem disperditum.

**Disperditio**, ōnis. f. [ἐξολόθρευσις] Cic. 3. Philipp. 31. Cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem urbis venire conatus.

**Dispĕreo**, īvi & ii, ĭtum, [διαπόλλυμι] īre. Idem quod Perire, aut Disperdi, & Corrumpi. Varro 1. de R. R. cap. 11. Fructus solent disperire. Idem lib. 3. cap. 16. Providendum vehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant.
Fundum disperire patitur. Cic. 2. de Lege Agr. 79. Unumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonæ, disperire patimini?
Labores dispereunt. Catul. 14. 11.
Dispeream, Jurantis vox. Martial. lib. 2. 69.
Si non mentiris, Classice, dispeream.
Dispeream ni. Hor. 1. Serm. 9. 47.
Hunc hominem si velles tradere, dispeream ni
Summosses omneis.
Disperii, idem quod Perii, vel Interii, vel Occidi, vel Actum est de me, vel Nullus sum. Ter. Heaut. 2. 4. 24. Idem Adelph. 3. 3. 1. Disperii, Ctesiphonem audivi filium, &c. Formula desperantis.

**Dispergo**, si, sum, [διασκεδάζω, κατασκεδάζω, διασπείρω, διασκορπίζω] ĕre. In diversas partes spargere. Cic. 4. Acad. 120. Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit. Ter. Adel. 5. 2. 7. An tibi mavis cerebrum dispergam hic?
Interserere & dispergere in causa exornationes. Auth. ad Heren. 4. 33.
Varie dispergere. Auth. ad Heren.
Corpus passim per agros dispergere. Cic. 3. de Nat. Deor. 67.
Puerum interea obtruncat: membraque particulatim dividit,
Perque agros passim dispergit corpus, &c. Ex antiquo poeta, de Medea.
Ignis fervorem dispergit. Sil. lib. 7.
Membratim partes rei gestæ dispergere in causam. Cic. 1. de Invent. 30. Membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, & ad unamquanque confestim rationem accommodare.
Vitam dispergere in auras. Virg. 11. Æn. 617.

**Dispersus**, a, um. Partic. [διεσκεδασμένος, διεσπαρμένος] Cic. pro Sext. 91. Quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque civili jure descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur.
Multos ex fuga dispersos excipiunt. Cæs. 6. Bell. Gall. 34.
Dispersa & dissipata. Cic. 1. de Orat. 187. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, ut in musicis numeri & voces & modi.
Dispersum atque infinitum. Cic. de Petit. Conf. 1. Ut ea quæ in te dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub uno aspectu ponerentur.
Interjectus & dispersus. Auth. ad Heren. 2. 3. In causa conjecturali, narratio accusatoris, suspiciones interjectas & dispersas habere debet, &c.
Agmina dispersa per agros. Sil. lib. 16.
Bellum longe lateque dispersum. Cic. pro Lege Manil. 35. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum.
Clamor dispersus. Lucret. lib. 4. 183.
Clamor in ætheriis dispersus nubibus austri.
Collectio membrorum dispersa. Cic. pro Lege Manil. 22. Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga, fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorque patrius celeritatem retardaret.
Comas incultas dispersa. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 55.
Fama dispersa per auras. Tibullus.
Scilicet ista fuit populi dispersa per auras
Fama, quod admissus nuper amator erat.
Incendia dispersa. Virg. 10. Æn. 406.
Dispersa immittit sylvis incendia pastor.
Tecta madent dispersa cerebro. Sen. Herc. 11. i. e. Respersa.
Cogere dispersa. Cic. 1. de Orat. 187. Atque interea tamen dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, vel passim, licet carpentem & colligentem undique, &c.

**Dispersus**, ûs. m. [διασκεδασμὸς] Cic. 9. Att. 11. Quod Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo. dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar. Legitur & Discessu & Dispersione.

**Disperse**, sive **Dispersim**, Adv. [διεσκεδασμένως] Cic. 6. Verr. 116. Nunc jam illa omitto, quæ disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varro de R. R. lib. 1. cap. 1. Qui Græce scripserunt, dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta.
Separatim ac dispersim. Varro 3. de R. R. cap. 2. Et alii quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt.
Disperse & diffuse res dictæ. Cic. 1. de Invent. 98. Enumeratio est, per quam res disperse & diffuse dictæ, unum in locum coguntur.

**Dispersio**, ōnis. f. [διασπορὰ] Dissipatio. Augustin. Confess. 12. 16. Colligas totum, quod sum, a dispersione & deformitate hac. Tertull. adv. Judæos cap. 10. Dispersio vobis obvenit. Et cap. 13. In dispersiones gentium. conf. eund. de Resurr. cap. 30. Veget. R. Mil. 3. 8. Isidor. 18. 2.

**Dispertio**, īvi, ītum, [διαμερίζομαι, διανέμομαι, διαμερίζω] īre. quod & Dispertior deponentis forma dicitur: ex Dis & Partior compositum: V. **Dispartio**. In diversas partes dividere: ut Dispertire cerebrum alicui. Plaut. Cas. 3. 5. 19.
Dispertire exercitum per oppida. Liv. 9. Bell. Pun.
Dispertire fortunas parricidis. Cic. 8. Philipp. 12.
Dare & dispertire initia vitæ. Cic. 7. Verr. 186. A quibus initia vitæ atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & civitatibus data, ac dispertita esse dicuntur.
Dispertivisti injuria. Plaut. Aul. 2. 5. 5. i. e. Injuste, inæqualiter.
In genera dispertire. Cic. 3. de Orat. 114. Redeunt rursus ad conjecturam, eamque in quatuor genera dispertiunt.
In infinita dispertiri aliquid. Cic. 2. de Legib. Sæpe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertitur.
In minima res aliquas dispertire. Cic. 4. Acad. 17.
Membra eorum generum dispertire. Cic. 1. de Orat. 190. Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat, tum propriam cujusque vim definitione declaret.
Orationem dispertire in membra quædam. Cic. de Clar. Orat. 162. Et in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem lubentius.
Pecuniam dispertire. Cic. pro Cluent. 69. Illo absoluto, pecuniam illam aut judicibus dispertiendam, aut ipsi esse reddendam.
Prædam æquabiliter dispertire. Cic. 2. Off. 40. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur a sociis, aut relinquitur.
Tempora voluptatis laborisque dispertire. Cic. pro Muren. 74. Neque vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, melius quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt.
Tirones dispertire inter legiones. Hirt. Bell. Afr. 46.

**Dispertior**, īris. pass. Lucret. lib. 3. 702.
Dispertitur enim per caulas corporis omnes, &c. Et Nepos 18. 2. 1. Alexandro Babylone mortuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur. V. **Dispartior**.

**Dispertitus**, Partic. [διαμεμερισμένος] Cic. 9. Att. 12. Ego vero in præsentia subitum discessum, & præcipitem profectionem cum tibi, tum ipsi Cn. inutilem & periculosam puto, & satius existimo vos dispertitos & in speculis esse.
Genera herbarum dispertita. Lucret. lib. 1. 889.
Officium cum aliquo dispertitum. Cic. 5. Fam. 2. Quod quum dicerem, illud adjunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in Republicæ salute retinenda, &c.

**Dispertitio**, ōnis. f. Tertull. advers. Herm. cap. 31. Eadem ratione non potest pati dispertitionem & demutationem.

**Dispesco**, ui, ĭtum, [διείργω] ĕre. ex Dis & Pasco; Est proprie Pecus a pastione deducere, inquit, Festus, ut Compescere Una pascere, & in uno loco continere. [Sed melius Dacer. in v. Compescere, exp. Gregem segregare, ita ut pars seorsim pascat.
Dispescere, Separare & dirimere. Plin. lib. 5. cap. 9. Inde Africam ab Æthiopia dispescens. [Neutraliter apud Apul. positum est: Cum & habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant, pro Distent, si fides Prisciano l. 10. f. 126. Ald. Sed rectius in cod. Elmenh. p. 44. de Deo Socr. editum: Intercapedo f. dispescat.

**Disphendomena**, Supplicii genus est inhumanum, quo Derbices Persarum gens in delinquentes utebantur. Nam proceris curvatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repente laxatis, lacerum corpus in diversa distrahebant. Ex Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 5. Metuo autem ut ipsa vox, uti legitur apud Alexandrum, sit probata satis, ac non potius temere conficta ex Plutarcho in Alex. p. 690. B. Edit. Paris. de Bessi supplicio, Βῆσσον διασφενδονῆσαι ὀρθῶν δένδρων εἰς ταὐτὸ καμφθέντων, ἑκατέρῳ μέρος προσαρτήσας τοῦ σώματος, εἶτα μεθεὶς ἑκάτερον ὡς ὥρμητο ῥύμῃ φερόμενον τὸ προσῆκον αὐτοῦ μέρος ἀπάγεσθαι. [Nisi summæ inscitiæ damnare velis Genialium Dier. Scriptorem, Saltem Diasphendonema Gr. διασφενδόνημα apud ipsum legendum est, ut in typothetam transferatur sphalma, quod miror non vidisse Tiraquellum. διασφενδόνησιν alii vocant. V. Casaub. ad Vopisci Aurelian. C. 7. p. 311. Ed. Paris. 1603. Diasphendonen minus recte Cæl. Rhodig. quo de V. f. l.

**Dispĭcio**, exi, ectum, [διασκέπτομαι, περισκέπτομαι] ĕre. Diligenter in omnem partem videre significat. Cic. 2. de Fin. 97. Simul atque ipse gravi vulnere exanimari videret se, ut primum dispexit, quæsivit salvusne esset clypeus.
Dispicere, per translationem, est ut ait Valla lib. 5. Providere & circumspicere mente, tanquam in omnem partem lumina mentis intendere, omniaque discernere. Ter. And. 3. 5. 16. Sed paululum sine ad me ut redeam, jam aliquid dispiciam. Cic. 1. Q. frat. 3. Ego quid sperem, non dispicio. Et 1. Tusc. 45. Tamen acie mentis dispicere cupiebant.
De conditione institoris dispicere. Ulp. in l. 1. principio D. de exercit. action.
Dispicere & sentire quid simus. Cic. 5. de Fin. 41. Quum autem dispicere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tum ea sequi incipimus ad quæ nati sumus.
Verum dispicere imbecilli animi non possunt. Cic. 2. de Divin. 81.

**Dispex**, ĭcis. Gloss. Vet. ἐξυδερκής, Dispex. [Ut Prospex, Auspex. An potius Dispicax legendum?

**Dispectus**, ûs. m. [κατασκοπὴ] pro Discretione, vel Respectu, Delectu. Sen. 2. de Ira. Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium jocos spectent, quis irascatur, &c.
Dispectus, pro Consideratione vel Contemplatione. Sen. Epist. 110. Quibus dispectum utilitatis, timor in periculis excutit.

**Dispector**, ōris. m. Tertull. ad Uxor. 2. 8. princ. Dispectores divinarum sententiarum, ex Rigaltii quidem lectione. Froben. Despectatores. Sed & alibi vox Dispector Tertulliano placuit: ut de Anima cap. 15. Scrutator & dispector cordis Deus: & Apol. cap. 45. Incontemptibilis Dispector; itidem Deum intelligens.

**Dispectio**, ōnis. f. Idem quod Dispectus. Tertull. de Resurr. cap. 19. princ. Hæc dispectio tituli & præconii ipsius.

**Dispecto**, āre. Arnob. 1. p. 13. Non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus dispectare momenta.

**Dispicientia**, æ. [περίσκεψις, διάσκεψις] Circumspectio & providentia & consideratio diligens, atque discretio.

**Displĭceo**, ui, ĭtum, [ἀπαρέσκω] ēre. Contrarium est suo simplici. Ter. Heaut. 4. 2. 28. Prius quæso disce quid sit vivere: ubi scies, si displicebit vita, tu isthoc utitor. Cic. 2. Att. 18. Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. Cic. pro Domo sua, 53. Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis displiceret? Arridere aliquid & Displicere, contraria. Cic. 13. Att. 21. Irridere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet.
Displicens sui. Sen. de Brevitate Vitæ cap. 2.

**Displicentia**, æ. [ἀπαρέσκεια] Sen. de Tranquill. Vitæ cap. 2. Hinc illud tædium & displicentia sui, & nusquam residentis animi volutatio.

Displicina, æ. Quæ displicet. Plaut. Cist. 1. 1. 18. Confictum vocabulum more Plauti. Scal. Boxh. & Gronov. legunt Disciplina. Atque ita deinceps editum.

Displicitus, a, um. ut, Displicita insolentia & insuavitas. Gell. 1. 21.

Displĭco, ui & āvi, ĭtum & ātum, [διασκιδάζω] āre. Contrarium est suo simplici Plico.
Displicatas volucres, per translationem dixit Varro lib. 3. de R. R. cap. 16. pro Disgregatas & Dispersas, de apibus loquens, Siquando inquit, displicatæ sunt, cymbalis & plausibus numero reducunt in locum unum.

Displicatio, ōnis. f. Augustinus.

Displōdo, ōsi, ōsum, [διακροτέω] ĕre. Sonitus edere. Varro 2. de R. R. cap. 9. Pedibus magnis & altis qui ingredienti ei displodantur: digitis discretis.
Displosa sonat quantum vesica. alii Diplosa legunt. Hor. 1. Serm. 8. 46. h. e. Rupta percussione: vel Compressu manuum, quum sit plena venti, rupta. Ex Acrone & aliis interpretibus.
Displosis naribus. i. e. Dilatatis. Arnob. 3. p. 108.

Displosio, ōnis. f. apud Arnob.

Displuviātus, a, um. Utrimque pluviam dimittens; ut Tecta displuviata, Vitruvius 6. 3. dixit, quæ fiunt trabium junctis capitibus, & imis partibus divaricatis, ut in diversas partes aqua pluvia defluat.

Dispolio, [ἀποδύω, ἀφαρπάζω] Idem quod Spoliare. Ter. And. 4. 5. 21. Tum ipsam dispoliare non libet. V. despolio: utrunque enim legitur. Cic. 6. Verr. 42. Ut etiam cum cæteris Siculis dispoliaretur.
Dispoliari honore. Cic. Anteq. iret in exil. 13. Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore.
Ut deponens usurpavit Afran. apud Nonium, 7. 100. Quos impune depopulatur & dispoliatur dedecus.

Dispoliatus, a, um. Apul. Apol. p. 323. Pudore dispoliato. Et Sen. ad Marciam cap. 24. Dispoliatus oneribus alienis.

Dispoliatio, ōnis. f. Paulinus Nolanus Epist. 29. (al. 10.) cap. 1. De primorum patrum dispoliatione cognoscimus.

Dispoliabŭlum, i. n. [ἀφαρπαγμα] Dictum videtur ut Venabulum, ut mendicabulum, ut exorabulum; quæ tamen nec locum, nec instrumentum significant. Plaut. Bacch. 3. 1. 9.
Egone ut hæc clusa gestem clanculum, ut cælem patrem,
Pistoclere, tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula, &c. i. e. Scortationes & nequitias. In MSS. Desidiabula, eamque scripturam expressit Gronov. V. f. l.

Dispondæus, [διςπόνδαιος] vel Dispondēus, [διςπόνδειος] Pes qui constat ex quatuor syllabis longis, ut ōrātōres. Cic. in Orat. [Ibi quidem Cic. C. 64. de Spondeo loquitur, nusquam, quod quidem memini, de Dispondeo. Sed V. Diomed. l. 3. p. 476.

Dispōno, sui, sĭtum, [διατάττω, διατίθημι, διατυπόω, διορθόω, καταχωρίζω, οἰκονομέω] ĕre. Ordinare. Plin. lib. 9. Epist. 213. Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Evigilo, &c. i. e. Officia diei ordinem. Sic Disponere suo quidque ordine, Columel. lib. 12. cap. 2.
Describere & disponere cuique munus suum. Cic. de Petit. Conf. 17. Fac ut plane iis hominibus, quos devinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. Minus correcta exemplaria legunt Depositum.
Disponere atque dispensare. V. dispenso.
Paulo significantius aliquid disponere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Classem disponere. Cæs. 3. Bell. Civil. 3.
Comas disponere. Martial. lib. 12. 79.
Insidias. Hirt. 8. Bell. Gall. 12.
Libros confusos disponere. Cic. 3. de Orat. 135.
Locis omnibus dispositi. Cic. 10. Fam. 31.
In ordinem disponere aliquid. Sen. Hippol. 12.
Otium disponere. Plin. lib. 4. ad Pomponium Bassum, Epist. 88. Quum ex communibus amicis cognovi, te, ut sapientia tua dignum est, & disponere otium, & ferre, habitare amœnissime, &c.
Pocula disponere. Ovid. 3. Fast. 50.
Plenaque odorati disponit pocula Bacchi.
Præsidia disponere. Cæs. 1. Bell. Gall. 8.
Remedia nusquam non disposuit homini Natura. Plin. lib. 24. cap. 1.
Signa disponere ad, in &c. Cic. 3. Verr. 50. Quæ signa nunc Verres ubi sunt? illa quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in sylva denique disposita sub divo vidimus.
Studia sua disponere ad honorem. Cic. pro Muren. 30. Sed nunc de studiis ad honorem dispositis, non de insita cujusque virtute disputo. [Locus hic an sanus sit non facile dixerim.
Tempus disponere. Martial. lib. 5. 21.
Si disponere tempus otiosum,
Et veræ pariter vacare vitæ, &c.
Tormenta disponere in muris. Cæs. 1. Bell. Civil. 17.
Verba disponere, ut pictores varietatem colorum. Cic. in Orat. 65.
Vias disposuit. Tibull. lib. 2. 3.
Vigilias disponere per urbem. Liv. 9. Bell. Maced.
Vites disponere. Claud. 2. Eutrop. 197.
Hortense verbum est, ut Differre. Columel. 11. 3. Beta simulatque quinque foliorum est, ut brassica differtur æstate, si riguus est hortus; at si siccaneus, autumno disponi debebit. Ita passim hoc cap.
In Vet. Gloss. Disponit, διοικεῖ exponitur, quod est regere & gubernare; videturque hoc verbum junioribus Latinorum, sicut & Ordinare (quod idiotismo Italorum & Gallorum colligitur, ubi *ordre*, *ordonner*, & *ordonnance* de imperiis frequenter usurpatur) poni aliquando solitum. Hinc & Dispositio, de qua postea. De isto hujus v. usu apud Sequioris ævi scriptores H. St. observato V. in dispositio.

Disposĭtus, a, um. [διατεθειμένος] Ordine positus, ut Disposita myrto folia, concava buxo, inordinata pomis. Plin. lib. 16. cap. 24.
Aptum & ratione dispositum aliquid habere. Cic. pro Rosc. Amer. 133.
Dispositi in turmas. Stat. 5. Theb.
— magnasque in prælia mentes
Dispositi in turmas rursus.
Disposita in omnem fortunam consilia. Liv. 2. Bell. Maced. Consilia in omnem fortunam jam disposita habebat.
Opus dispositum. Claud. de Sext. Conf. Hon. 225.
Vir dispositus. Plin. 2. Epist. 11. ad Arrianum, Postero die dixit pro Mario Salvius Liberalis, vir subtilis, dispositus, acer, disertus. h. e. In orando singula suis locis aptans & distribuens.
Vita hominum disposita, pro Bene constituta, & quæ non fluctuatur. Plin. 3. Epist. 1.

Disposĭtus, ûs. m. [καταχώρισις] pro Dispositione. Tacit. 2. Hist. 5. 2. Dispositu, provisuque rerum civilium peritus.

Disposite, Adv. [διατεθειμένως] idem quod Commode. Cic. 6. Verr. 87. Non possum disposite istum accusare, si cupiam, &c.

Disposĭtio, ōnis. f. [διάθεσις] Columel. lib. 12. cap. 2. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? Plin. lib. 5. Epist. 6. Hanc dispositionem, amœnitatemque tectorum late longeque præcedit hippodromus.
Dispositio apud Rhetores, est Rerum inventarum in ordinem distributio. Cic. 1. de Invent. De hac multa Quintil.
Ordo & dispositio argumentorum. Cic. 2. de Orat. 179. Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles.
Dispositio, pro Cura, administratione, item Præcepto, edictove ponitur. Capitol. Gordiano tertio, in oratione ipsius Gordiani ad Senatum: cujus ductu & dispositione, & hæc transegimus, & cætera transigemus. Sidonius cum alibi, tum 3. Epist. 6. Vestrum est, expectationem nostram competentibus dispositionibus munerari. Sic in Notitia utriusque Imperii, itemque in Novellis: Sub dispositione viri illustris Præfect. Prætor. &c. non semel legas. Vetus Inscriptio Romæ: QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO CVSTODIENDA MANDATVR.
Dispositio recentioribus auctoribus etiam dicitur Provisio annonaria Capitol. in Gordiano Tertio: Cujus viri tanta in republ. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea, quæ non posset exercitum pop. Rom. ac principem ferre. V. Casaub.
Dispositio recentioribus, & pro Consilio, seu Ratione usurpatur. Veget. de Re militari 3. 26. extr. Magna dispositio est, hostem fame magis urgere quam ferro. Sic Imperatorias dispositiones Eumenius rhetor dixit pro Restaur. Schol. cap. 5.
Disponere & Dispositio apud recentiores Scriptores, ut Gall. dicitur *Disposer de quelque chose*. q. Statuere pro arbitrio. Capitol. in Vero Imperatore 162. Frob. (C. 8.) Multa sine fratre disposuit. Sic Lamprid. in Alex. Severo 228. Et quia de publicandis dispositionibus mentio. & Vopisc. in Aureliano (C. 47. in Aurel. Epist.) Nunc tuum est officium, Arabiane jucundissime, elaborare, ne meæ dispositiones in irritum veniant. H. St.

Dispositura, æ. f. Idem, ex veteri forma. Lucret. lib. 1. 1025.
— deveniunt in tales disposituras. conf. lib. 5. 193.

Disposĭtor, ōris. m. [διαθέτης] Sen. lib. 5. Nat. Quæst. Nimirum in hoc providentia, ac dispositor ille mundi Deus aëra ventis exercendum dedit, &c.

Disposĭtrix, ĭcis. f. Fortunatus 7. Carm. 6.
Floret & egregia dispositrice domus.

Dispŭdet, uit, ĭtum est, [αἰδοῦμαι] ēre. Bis pudere, vel Valde pudere. Plaut. Bacch. 3. 3. 77. Ter. Eun. 5. 1. 6. Dispudet mihi sic data esse verba. Ovid.
Quos Veneris furti dispuduisse ferunt.

Dispulvĕro, āre. Dissolvere, In pulverem redigere. Nævius Gymnastico, Saxa, sylvas, lapides, montes, disjicis, dispulveras. Nonius.

Dispulveratio, ōnis. f. Beda.

Dispŭmo, [διαφρίζω] āre. Spumas ejicere, spumis purgare. Pallad. Febr. 25. Aliqui aquam salsam dispumant. conf. Columel. 12. 38. & ex Virg. Gell. 2. 3. extr. [V. despumo. Quomodo perpetuo scribendum id verb. videtur.

Dispumatus, a, um. Columel. 12. 34. Ad tertias dispumatum. Pallad. Oct. t. 17. Mel non dispumatum.

Dispungo, nxi, nctum, [διαστίζω] ĕre. Expungere, Amovere. [Ita quidem Steph. Sed an usquam hoc sensu positum legerit, ipse viderit. Dispungere & recensere vitæ dies, quasi Puncto notare. Sen. de Brevit. Vitæ, Dispunge & recense Vitæ tuæ dies: paucos & ridiculos resedisse apud te videbis.
Dispungere rationes, est Computum (ut nostri dicunt) examinare. Papinianus in l. Cognoscere. D. de Verborum significatione, Dispungere est conferre accepta & data. Idem de Statuliberis. l. Si statulibera, Percontandas, atque examinandas rationes, & dispungendas atque excutiendas. Budæus.
Vellej. l. 1. C. 13. de Scipione: Neque enim quisquam hoc elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit.

Dispunctus, a, um. ut, Animæ prompta humatione dispunctæ. Tertull. de Cor. cap. 57. Et, Specialis medicinæ dispuncta prophetia. Idem adverf. Marc. 4. 10.

Dispunctio, ōnis. f. Ulp. 42. Dig. t. 5. l. 15. Utrum semel an etiam sæpius recognitio & dispunctio concedenda sit creditoribus, videamus,&c. Eleganter Tertull. adv. Marc. 5. 12. Dispunctionem boni & mali operis vocat, cum manifestati ante Christi tribunal, quisque recipiemus, quæ per corpus admisimus, sive bonum, sive malum. Idem de Test. Anim. adverf. Gent. cap. 4. Dispunctionem vitæ vocat mortem.

Dispunctor, ōris. m. Idem Tertull. contra Marc. 4. 17. Index & dispunctor meritorum. Gloss. Gr. Lat. ἐκλογιστής Dispunctor.

Dispŭto, [διαλέγομαι] āre. a Putando, quod valet purum facere, inquit Varro l. 5. de L. L. Est autem Disputare, per translationem, Disceptare & differere. Martial. lib. 9. 79.
Quod optimum sit disputat convivium
Facunda Prisci pagina. Cic. 7. Verr. 7. Dicere omnes, & palam disputare. Idem de Amicit. Catonem induxi senem disputantem, quia nulla aptior videbatur persona, quæ de illa ætate loqueretur.
Argumentari, differere, ac disputare. Cic. 1. de Fin. 31. Sed & argumentandum, & accurate differendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.
Accurate & exquisite disputare de aliquo crimine. Cic. in Brut. 276.

Acute

Acute disputare. Cic. 5. Tusc. 28. Acute autem disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit videre.
Leniter disputare. V. LENIS.
Lentius disputare. V. LENTUS.
Disputare aliquid alicui. Plaut. Men. prol. 50.
Ut hanc rem vobis examussim disputem.
Ad aliquid non inscite disputare. Cic. 3. Tusc. 18. Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homer. Achilles queritur, &c.
De aliqua re disputare. Cic. 13. Philipp. 12. Eas dum recito, dumque de singulis sententiis breviter disputo.
De omni re disputare in contrarias partes. Cic. 1. de Orat. 158.
De jure omni in commune disputandum semper. Quintil. lib. 7. cap. 2.
In eam sententiam disputo. Cic. 1. de Orat. 117. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, siquid naturale forte non habeant, omnino a dicendi studio deterream.
In ullam partem disputare. Cic. 7. Verr. 7. Durum hoc fortasse videatur, neque ego ullam in partem disputo.
Per alicujus personam disputare. Cic. 7. Fam. 3. Nisi cætera quæ sunt a me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, ἐντεχνα & arguta apparebunt, ut sacramento contendas mea non esse.
Ratione & via disputare. Cic. in Orat. Quicquid est igitur de quo ratione & via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum. Ratione & via, quod Græci dicunt Methodo.
Rationem disputare cum aliquo. Plaut. Aulul. 3. 5. 55.
Ubi disputata est ratio cum argentario,
Etiam plus ipsus ultro debet argentario. i. e. ad liquidum perducta, V. Scalig. ad loc.
Verbis disputare in utranque partem. Cæs. 1. Bell. Civil. 86.
Verbis multis aliquid disputare. Cic. 3. Fam. 8. Idque arbitror me Synnadis pro tribunali multis verbis disputavisse.
Verbis pluribus disputare de re aliqua. Cic. 3. Verr.
Disputatur, imperf. Cic. 2. de Fin. 19. Perpetua oratione contra disputatur.

DISPUTANS, antis. Partic. [διαλεγόμενος] Cic. 5. Tusc. 28. V. Acute disputare in ipso v.

DISPUTATUS, a, um. V. item supra in DISPUTO.

DISPUTATIO, önis. f. [διάλεξις, συζήτησις] ut Disputatio de re aliqua. Cic. 4. Acad. 30.
Disputatio & dialogus de Oratore. Cic. 1. Fam. 9. Scripsi igitur Aristoteleo more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione & dialogo de Oratore. V. DIALOGUS.
Copiosa disputatio. V. COPIA.
Infinitæ, concertationumque plenæ disputationes. Cic. 1. Orat. 194.
Liberior in utranque partem disputatio. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Litigiosa disputatio. V. LIS.
Non ita longa disputatio. V. NON.
Conferre disputationes. V. CONFERO.
Ducere disputationem a capite. V. CAPUT.
Ingredi disputationem. V. INGREDIOR.
Disputationis nomine etiam vocata Concio. Auguft. de Sanct. Tract. 8. 89. Quia hæc disputatio jam est claudenda. V. ejusd. Confess. 5. 13. & Hieron. Epist. 22. ad Eustach.

DISPUTATIUNCŬLA, æ. f. dimin. Sen. Epist. 117. Disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare.

DISPUTĀTOR, öris. m. [διαλεκτικός] ut Disputator subtilis. Cic. 1. Off. 3.

DISPUTĀTRIX. īcis. f. [διαλεκτική] a Quintil. lib. 2. cap. 20. Dialectice dicitur Virtus disputatrix.

DISPUTABĬLIS, e. [ἀμφισβητήσιμος] Sen. in Epist. ad. Lucil. Res disputabilis in utramque partem.

DĪSPUTATORIUS, a, um. unde

DISPUTATORIE, Adv. Idem. ut Disputatorie argumentosus. Sidon. 9. Epist. 9.

DISQUAMO. DISQUAMATUS. V. DESQUAMO.

DISQUIRO, sīvi, ītum, [ἐξετάζω] ĕre. Diligenter quærere & investigare. Hor. 2. Serm. 2. Verum hic impransi mecum disquirite.

DISQUISITIO, önis. f. [ἐξέτασις] Ipse disquirendi actus.
Disquisitio rursum est judicium per opiniones, ut nunc loquimur, quum opinionem vel sententiam omnes rogantur. Cic. de Arusp. Resp. 13. Idem pro Sylla 79. Sed in magnis disquisitionibus repentinisque periculis vitam uniuscujusque esse testem. Budæus.
Venire in disquisitionem. Liv. Decad. 3. lib. 6. Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint. i. e. Non rogantur sententiæ de me.
Ad disquisitionem populi vocare, Suet. Cæs. cap. 16. est Postulare, accusare ap. pop. V. ibi Casaub. [Sic, Ad disquisitionem senatus Ner. 2. Vitiosum est, pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est. Auth. ad Heren. lib. 2. 41.

DISRĀRO, [διαραιόω] āre. Verbum rusticum; significat Castrare, & diversis modis quod spissum est, Rarum facere. Columel. lib. 4. cap. 32. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi & disrarari: quod opus rustici castrationem vocant.

DISRUMPO, V. DIRUMPO.

DISSAVIOR, vel DISSUAVIOR, [διαφιλέω] āri. Est valde Suaviari. Cic. 16. Fam. 27. Ego vos ad III. Kal. videbo, tuosque oculos, etiamsi te veniens in medio foro videro, dissaviabor. [Forte pro Desaviari.

DISSĔCO, ui, ectum, [διατέμνω, διατέμω] āre. In varias partes secare. Plin. lib. 11. cap. 37. Tertio capto Lacedæmonii pectus dissecuere causa videndi. Sic lib. 25. cap. 5.

DISSECTUS, a, um. ut, Unio dissectus. Plin. lib. 9. cap. 35.

DISSECTIO & DISSECATIO, önis. f. apud Celsum.

DISSECATOR, öris. m. pro Anatomico apud Celsum. [Utrumque quidem ex Lipsiensi Thesauro huc descriptum, sed apud Celsum non extat, qui perpetuo Incidere corpora, Dissecare nusquam posuit. Et illud sane Græco ἀνατέμνειν melius respondet.

DISSEMĬNO, [διασπείρω, κατασπείρω] āre. Spargere, divulgare. Cic. 4. in Catil. 6. Latius opinione disseminatum est malum.
Disseminare, & spargere sive dispergere. Cic. pro Planc. 56. Idem pro Arch. 30. Ego vero omnia quæ gerebam, jam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.

DISSEMINATIO, önis. f. ut, Evangelii disseminatio. Tertull. de Fuga in Persecut. cap. 6. Extimescere malevolorum disseminationes. Apul. Met. 11. P. 272. extr.

DISSENTIO, si, sum, [διαφωνέω, διχοστατέω] īre. Discordare, diversum ab alio sentire. Cic. de Amicit. 31. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus.
Longe dissentire. V. LONGUS.
Manifestus dissentire. Tacit. 2. Ann. 57. Atrox, ac dissentire manifestus.
Liberius ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Non timide ab aliquo dissentire. Quintil. lib. 3. cap. 8.
In eo plures dissenserunt. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Dissentire in re aliqua ab altero. Cic. pro Lege Manil. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio. Idem 1. de Orat. 5. Solesque nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire.
A cæterorum more ac natura dissentire. Cic. pro Font. 20.
De veritate ab aliquo dissentire. Cic. 2. de Fin. 80. Qui maledictis insectantur eos, a quibus de veritate dissentiunt.
A seipso dissentire. Cic. 4. Tusc. 29. Vitiositas autem est habitus aut affectio in tota vita inconstans, & a seipsa dissentiens.
Cum aliquo dissentire. Cic. pro Sylla 60. Qui ita de ambitione & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt.
Voluntas dissentit scriptoris cum scripto. Auth. ad Heren. lib. 1. 19. Ex scripto & sententia nascitur controversia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire.
Inter se dissentiunt. Cic. 2. de Fin. 19.
Dissentire, cum dativo. Sen. Epist. 20. Ne orationi vita dissentiat.

DISSENTIOR, īri. (ut Assentior) pro Dissentio. Cælius apud Priscian. 8. p. 801. Qui intelligunt, quæ faciunt, dissentiuntur.

DISSENTIENS, entis. Partic. [διαφωνῶν] ut Gravissime dissentientes cives. Cic. 12. Philipp. 27.

DISSENSUS, a, um. Censorin. de Die Nat. C. 4. Pauculis exceptis ab Empedocle dissensis, &c.

DISSENSUS, ūs. m. [διχοστασία] Idem quod Dissensio.
Acerbus dissensus. Claud. de Bell. Gild. 300.
Civilis dissensus. Claud. 2. in pr. Cons. Stilich. 86.
Dissensu alitur rumor. Claud. 1. in Ruffin. 70.
Vario dissensu scindunt urbem. Stat. 10. Theb. 552.

DISSENSIO, önis. f. [διαφωνία, διχόνοια] Discordia. Cic. de Amicit. Ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest.
Discidium & Dissensio. Cic. pro Sylla 60. Ut hoc discidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.
Tumultus atque dissensiones. Cic. 2. de Lege Agr. 101.
Dissensio a superioribus. Cic. 1. Acad. 14.
Commovere novam dissensionem. Cic. 3. de Lege Agr. 4.
Extinguere dissensionem. Cic. 11. Fam. 27.
Facere dissensionem. Cic. de Lege Agr. 14. Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disjunctio dissensionem facit.
Mollire dissensiones. Paterc. lib. 2. 121. Quum accensas plebis Viennensium dissensiones, coërcitione magis quam pœna mollisset.
In magna sunt varietate & dissensione. Cic. 1. de Nat Deor. 2.
Summa dissensio est inter magnos homines. Cic. 4. Acad.

DISSENSOR, öris. m. Gloss. Gr. Lat. ἐπεγγώμων, Dissensor.

DISSENTO, are. frequent. Plaut. Men. 5. 2. 58. Dic mihi istuc, quod vos dissentatis. al. Dissertatis. q. V. ibidemque Taubm. p. 737. & Meurs. Crit. Exerc. part. 1. p. 148.

DISSENTANEUS, a, um. Adj. [ἀνομόλογος] Dissentiens, non conveniens. Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cic. in. Partit. 7. Aut consentanea, aut dissentanea.

DISSĔPIO, psi, ptum, [διαφράττω] īre. Quod septum erat dirimere & disjicere. Stat. 10. Theb. 874.
— absiliunt pontes, tectique trementis
Saxea frena labant, disseptoque aggere rursus
Utitur, & truncas rupes in templa, domosque
Præcipitat.
Aër dissepit colles, atque aëra montes. conf. Parei Lex. Crit. p. 371.

DISSEPTUM, i. n. [διάφραγμα] ut Dissepta saxea domorum. Lucret. lib. 6. 951. Apud Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. Intestinorum unum Disseptum vocatur, quod ventrem & cætera intestina secernit. Conf. DISSIPIUM.

DISSEPIMEN, ĭnis; & DISSEPIMENTUM, i. n. Membranula quæ est in medio nucis. Festus.

DISSERĒNO, [διαιθριάω] āre. Serenum esse vel fieri. Liv. 9. Bell. Maced. Quum undique disserenasset. Legitur & Conserenasset. Plin. lib. 18. cap. 35. Si cacumina pura fient, disserenabit.

DISSĔRO, ēvi, ĭtum, [διασπείρω, κατασπείρω] ĕre. Varie seminare & digerere. Columel. lib. 11. cap. 3. Panax utroque tempore lævi & subacta terra rarissime disseritur. Sic etiam capite præcedenti. Varro de L. L. Nam ut holitor disserit in areas sui cujusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus dicitur.

DISSĔRO, ui, ertum, [διαλογίζομαι, διαλέγομαι, φράζω] ĕre. Orationem contexere & disputare.
Aggredi de re aliqua disserere. Lucret. lib. 6. 940.
Qua de disserere aggredior, firmare necesse est.
Commode disserere. V. COMMODUS.
Varie disserebat de magnitudine imperii. Tacit. lib. 1. 11.
Disserere interdum ponitur absolute. Cic. 1. de Fin. 31. Sed & argumentandum & accurate disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.
Aliquid disserere. Cic. 3. de Nat. Deor. 96. Idem 2. Fam. 7. Quod autem & in Senatu pluribus verbis disserui, dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes.
De re aliqua disserere. Cic. pro Flacc. 42. Sed de hoc teste, totoque Mithridatico disseruit & subtiliter & copiose Q. Hortensius.
Cum aliquo disserere. Cic. 1. de Orat. 57. Hæc ego cum ipsis Philosophis tum Athenis disserebam.
Cum aliquo de re aliqua disserere. Cic. 2. de Orat. 11. Permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, & tanquam in schola prope ad Græcorum consuetudinem disputavisse.
In utranque partem, vel in contrarias partes disserere. Cic. 9. Att. 32. In his ego me consultationibus exercens, & disserens in utramque partem, tum Græce tum Latine, & abduco parumper animum a molestiis. Idem 1. Tusc. In utranque partem multa disseruntur.

Inter eos differitur, Cic. 2. de Fin. 3. Ibid. 1. 19. An partus ancillæ sitne in fructu habendus, differetur inter principes civitatis P. Scævolam, Marcumque Manilium.

Differuntur hæc inter eos. Cic. de Amicit. 33. Audite vero viri optimi ea quæ fæpiffime inter me & Scipionem de amicitia differebantur.

Quum Adriani differit vitam. Lamprid. in Alex. Severo. 214. Francf. An eft legendum Edifferit? H. St.

**Dissertio**, ōnis. f. Idem quod Differtatio. Gell. lib. 19. cap. 12. In ea differtione hujufcemodi fenfus eft.

**Dissertor**, ōris. m. Apud Nonium 4. 253. Interpres dicitur obfcuri differtor. Gloff. Lat. Gr. Differtor, σοφιστής.

**Disserto**, āre. Contendere. Plaut. Men. 5. 2. 58. Dic mihi iftuc, Menæchme, quod vos differtatis ut fciam. [Ubi tamen alii Diffentatis. q. V. locus varie tentatus, nec inepte Difcertatis legeres, quanquam id verbi alibi, quod recordor, non occurrit.] Gell. Quum de antiquitate quorundam verborum differtaremus. h. e. Differtationibus contenderemus.

**Dissertatio**, ōnis. f. Plin. lib. 10. cap. 68. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua fubtexat differtatio.

**Dissertabundus**, a, um. Qui differit. Gell. Eumque in corona aftantium differtabundum invenimus.

**Disertus**, a, um. Adj. [λόγιος, ἐυφραδής, αἱμύλος] Qui probe differit, eleganterque narrat, non qui differitur. Varro de L. L. 5. p. 61. Steph. Nam ut holitor differit in areas fui cujufque generis res, fic in oratione qui facit, difertus dicitur. Cic. 10. Att. 1. Celer tuus difertus eft magis, quam fapiens.

Differunt Difertus & Eloquens. Difertos me cognoffe nonnullos fcripfi, eloquentem adhuc neminem: quod eum ftatuebam difertum, qui poffet fatis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere: eloquentem vero, qui mirabilius & magnificentius augere poffet, atque ornare quæ vellet, omnefque omnium rerum quæ ad dicendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. Verba funt Antonii apud Cic. 1. de Orat. 94. Senfus eft: Difertum eum ftatuebat, qui ex communi fenfu ornate poffet & copiofe dicere: Eloquentem vero, qui non tantum ornate; fed etiam fapienter & docte de omnibus rebus verba facere poffet. Quas autem res eloquentem tenere oporteat: poftea Craffus exponit, nimirum dialecticen, ethicen, phyficen, hiftoriam, poeticam, jus civile, antiquitates, gentium mores, & alia id genus. Eloquens igitur harum artium fontes, capita, & principia, non codice, fed animo & memoria tenebit, ut quum opus fuerit, ex tempore & e veftigio depromat.

Difertum a Docto diftinguit Cic. in Orat. 13. Ita & doctis eloquentia popularis, & difertis elegans doctrina defuit. Doctos, Philofophos appellat, qui popularem eloquentiam negligunt: Difertos vero vocat Oratores, qui tantum forenfi eloquentia inftructi, Philofophiam non attigerunt.

Difertus etiam dicitur, Quicunque copiofe loquitur, etiamfi nullam habeat fcientiam. Hor. 1. Epift. 5. 19.

> Fœcundi calices quem non fecēre difertum?

Ariftot. lib. De naturis animantium octavo, Pfittacum loquaciorem fieri putat, fi vinum biberit. Cic. pro Cœl. 21. Ad vinum difertos appellat, qui ad ferias caufas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, ubi nihil opus. Ter. Eun. 5. 7. 10. At etiam primo callidum & difertum credidi hominem. Hic Daceria monet, Difertum non effe Eloquentem, fed Aftutum, qui non facile falli poteft.

Epilogus difertus. Cic. 4. Att. 14.

Literæ difertæ. Cic. 3. Fam. 11.

Negligentia diferta. Cic. 1. de Divin. 106. Difficultas laborque difcendi difertam negligentiam reddidit.

Difertus puer Leporum ac facetiarum. Catull. 12. 9. [Difertus legit verifimili conj. Pf. Voff.

Oratio diferta & oratoria. Cic. 1. de Orat. 231. Sic illam orationem difertam fibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Umbra diferta. Ovid. 2. de Ponto 2. 100. i. e. Anima patris tui, oratoris eloquentiffimi.

**Disertissimus**, [λογιώτατος] Catull. 47. 1.

> Difertiffime Romuli nepotum.

Epiftola difertiffima. Cic. 7. Att. 1.

**Diserte**, Adv. [ἐλλογίμως] Facunde & eloquenter. Cic. 1. de Orat. 44. Denique ut prudentibus diferte, ftultis etiam vere dicere videaris. Diferte, pro Clare, fpecialiter, expreffe. Liv. lib. 31. Quum in Luctatii fœdere diferte additum effet, id ita ratum fore, fi populus cenfuiffet. V. Alciatum παρέργων lib. 2. cap. 27.

**Disertim**, pro Diferte dixerunt antiqui, authore Fefto.

**Disertitūdo**, ĭnis. f. Eloquentia. Hieron. Epift. 61. ad Pammach. cap. 4. Nifi tibi difertitudinis tuæ fluvius inundaffet. Idem Epift. 51. ad. Domn. Det nobis occafionem refpondendi difertitudini fuæ.

**Dissĭdeo**, ēdi, effum, [διαφέρομαι, διΐσταμαι, ἀφηνιάζω] ēre. Diffentire fignificat & difcordare. Cic. de Amicit. 2. P. Sulpicio utebare multum, quum is Tribunus plebis capitali odio a Q. Pompejo, qui tum erat Conful, diffideret. Idem pro Cluent. 223. Eodem Q. Cæpionem referrem, nifi nimis Equeftri ordini deditus, a Senatu diffediffet.

Non confiliis folum & ftudiis, fed armis etiam & caftris diffidebamus. Cic. pro Marcell. 31.

Animo & voluntate diffidere ab aliquo. Cic. 7. Verr. 181.

Odio quodam atque diffidio diffidere ab aliquo. Cic. pro Balbo 50.

Diffidere, cum dativo. Hor. 2. Carm. 2. 18.

> Redditum Cyri folio Phraaten,
> Diffidens plebi, numero beatorum Eximit virtus.

A feipfo diffidere, fecumque difcordare. Cic. 1. de Fin. 58.

A veri fide diffidere. Ovid. 3. Faft. 662.

> Hæc quoque, quam referam, noftras pervēnit ad aures
> Fama, nec a veri diffidet illa fide.

Multis rebus cum illo diffidet. Cic. 4. Acad. 143.

Cum caufa diffidere. Cic. 11. Philipp. 15. Ex quo judicare debetis, me non cum homine folere, fed cum caufa diffidere.

De re aliqua diffidere. Cic. 4. Acad. 132. De qua qui diffident, de omni vitæ ratione diffident.

In re aliqua diffidere a. Cic. 7. Att. 6. Non rectum me in tantis rebus a Pompeio diffidere.

Inter fe diffident & difcordant. V. DISCORDO.

Leviter inter fe diffident. Cic. 1. Att. 10.

Diffidere, ad inanimata tranflatum. Plin lib. 37. cap. 4. Adamas diffidet cum magnete lapide in tantum, ut juxta pofitus ferrum non patiatur abftrahi. Idem lib. 24. cap. 1. Quercus & olea tam pertinaci odio diffident, ut altera in alterius fcrobe depactæ moriantur.

**Dissĭdens**, entis. [διϊστάμενος] Partic. ut

Opiniones diffidentes. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Quorum opiniones, quum tam variæ fint, tamque inter fe diffidentes, &c.

**Dissidium**, ii. n. [διάστασις, διχόνοια] Segregatio, difcordia, diffenfio. Ter. And. 4. 2. 14. Valeant qui inter nos diffidium volunt. i. e. Divortium, inquit Donatus ad Hec. 5. 2. 16. Unde liquet Difcidium ipfum legiffe. V. Faern & Bentl. ad Andr. Cic. 1. de Fin. 44. Ex cupiditatibus odia, diffidia, difcordiæ. Et 1. Att. 4. Non diffenfione ac diffidio veftro.

Divortia, atque affinitatum diffidia. Cic. pro Cluent. 190. Itaque apud cæteros novis inter propinquos fufceptis inimicitiis, fæpe fieri divortia atque affinitatum diffidia vidimus.

Amicorum diffidia. Cic. de Amicit. 80. Danda opera eft, ne qua amicorum diffidia fiant.

Corporis atque animaï diffidium. Lucret lib. 3. 851. i. e. Separatio. [Hic fine dubio Difcidium legendum cum emendatis codd. ut & in loco huic fubjecto. Quin & apud Plaut. & in plerifque Cic. &c. locis haud aliter optimi libri exhibent. Quare accuratius de fingulis locis difpiciendum eft.

Materiæ diffidium. Lucret. lib. 1. 250.

Voluptatum diffidium venit. Plaut. Pfeud. 1. 1. 68.

Defiderium diffidii. Cic. 2. Philipp. 45. Ipfe autem amore ardens, confirmabat, quod defiderium tui diffidii ferre non poffet.

Civile diffidium. Claud. de Bell. Gild. 242.

Crebra diffidia. Lucret. lib. 2. 119.

Crudeliffimum diffidium. Cic. pro Cœl. 31. Magnum rurfus odium video cum crudeliffimo diffidio extitiffe.

Flebile alicujus diffidium. Catul. 64. 22.

Jufta diffidia. V. JUSTUS.

Perniciale diffidium. Lucret. lib. 1. 453.

> Conjunctum eft id, quod nunquam fine perniciali
> Diffidio potis eft fejungi, feque gregari. i. e. Separatione.

Dare diffidium. Propert. lib. 1. 11. 28. Alii legunt Difcidium.

Nafcuntur diffidia. V. NASCOR.

Parere diffidium. Lucret. lib. 1. 221. Difcidium Lamb. q. V.

Differunt Diffidium & difcidium; quod Difcidium eft Diftractio corporum, vel quafi corporum cum vel fine diffenfione animorum: Diffidium autem Diffenfio animorum cum vel fine diftractione corporum. V. copiofe Gronov. ad Liv. 25. 18. adde Parei Lex. Crit. in Difcidium p. 367. & quæ fupra in V. DISCIDIUM.

**Dissidentia**, æ. f. [διαφορά] Difcordantia. Plin. lib. 29. cap. 7. Domante eadem illa rerum diffidentia.

**Dissigno**, āre. pro Defignare, aliquando fcribitur, etiam in derivativis. Arnob. 1. p. 39. Nec imputandum putavit, quid illorum diffignaffet audacia. conf. lib. 7. p. 215. & Symmach. 10. Epift. 2. Stat. 1. Theb. 310.

> Nec mora, fublimes raptim per inane volatus
> Carpit, & ingenti diffignat nubila gyro. i. e. Difpefcit, ut orbita in iis appareat. Ita autem emendat Barthius in Comment. p. 94.

**Dissignatio**, ōnis. f. apud Arnob. 7. p. 217.

**Dissignator**, ōris. m. Plaut. Pœn. prol. 19. Neu diffignator præter os obambulet. V. ibi Taubm. Pareo idem eft qui Locarius. Vet. Infcript. apud Gruter. p. 270. 6. DISSIGNATOR SCAENAR. In Tertulliano de Spectac. cap. 10. quod Frobenius Diffignator edidit, Rigaltius Defignator expreffit; & ita vetus Scholiaftes ad Hor. 1. Epift. 7. 6. q. V. ut & Torrent. ac Marcil. Plura quære V. in v. DESIGNATOR.

**Dissĭlio**, ui, & ĭvi, ultum, [διαπηδάω] īre. Loco moveri. Apul. Vertibulo offa diffilierant. i. e. articulo exciderant luxata.

Diffilire, proprie in diverfas partes falire. Virg. 3. Æn. 416.

> Hæc loca vi quondam, & vafta convulfa ruina
> Diffiluiffe ferunt. h. e. Disjuncta fuiffe, & feparata.

Ignis diffiluit. Sil. lib. 16.

Corpora diffiluere. Lucret. lib. 1. 386.

Diffilit omne folum. Ovid. 2. Met. 260. h. e. Finditur præ ficcitate & Dehifcit.

Diffilire, Crepare, frangi. Virg. 3. Georg. 363.

> Æraque diffiliunt vulgo, i. e. Paffim crepant. Nam tam nimio frigore quam calore æra rumpuntur.

Diffilire, cito defcendere. Virg. 11. Æn. 500.

> — portifque ab equo regina fub ipfis
> Diffiliit. Sed hic legitur Defiluit, & quidem rectius, ut apud Ovid. 15. Epift. 172. — nec faxo defiluiffe time.

**Dissulto**, āre. Plin. lib. 37. cap. 4. Incudibus hi deprehenduntur, ita refpuentes ictum, ut ferrum utrinque diffultet, incudefque etiam ipfæ diffiliant. Virg. 12. Æn. 923.

> — nec fulmine tanti
> Diffultant crepitus.

Splendor aquæ radiatus lampade Solis Diffultat per tecta. Sil. lib. 7.

Concurfare, coire, & diffultare viciffim. Lucret. lib. 3. 396.

**Dissimĭlis**, e. [ἀνόμοιος] Idem quod Abfimilis. Ter. prol. And. 11.

> Non ita diffimili funt argumento, fed tamen
> Diffimili oratione funt factæ ac ftylo. V. ORATIO.

Ætas diffimilis. Tacit. 2. An. 39.

Animantes extrinfecus diffimiles. Lucret. lib. 4. 650.

Effigiæ formarum diffimiles. Lucret lib. 4. 103. Al. Confimiles.

Figura diffimilis. Lucret. lib. 2. 101.

Forma diffimilis. Tacit. 2. Ann. 39. Nam ætate, & forma haud diffimili in dominum erat.

Mens diffimilis. Ovid. 20. Epift. 165.

Nos quoque diffimili certamina mente fubimus.

Modus diffimilis. Lucret. lib. 3. 432.

In diffimiles incidere naturas. Cic. 2. de Divin. 93. Eos qui nafcuntur eodem tempore, poffe in diffimiles incidere naturas propter cœli diffimilitudinem.

Quid

Quid est tam dissimile, quam Demosthenes & Lysias? Cic. de Clar. Orat. 284.
Nihil tam dissimile quam Cotta Sulpicio. Cic. de Clar. Orat. 204.
Dissimilis, genitivo jungitur aliquando. Cic. 4. Verr. 4. Veruntamen fuit tum sui dissimilis: nostis os hominis.
Sui dissimilis vultus in senectute. Juven. 10. Sat. 192.
Dissimilis, dativo. Cic. 4. Acad. 105. Dissimileque est proximo ei continenti.
Suo generi dissimilis. Sen. in Phœniss. 81.
Non dissimile atque. Cic. 2. Att. 8. Aut quiescendum, quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium.
Dissimilia inter se. Varro 1. de R. R. Cic. de Clar. Orat. 294. Quum sint ipsi dissimillimi inter sese.
In re aliqua multum dissimiles. Hor. 1. Epist. 10. 2.
Dissimilis in illum, pro Illius, vel Illi. V. Forma dissimilis.
Dissimilior, & dissimillimus, ut Dissimilior illarum. Cic. 4. Acad. Dissimillimi suorum, Cic. pro Cluent. 28.

**Dissimilĭter**, Adv. [ἀνομοίως] Cic. 4. Tusc. 22. Cæterique dissimiliter morbi, ægrotationesque morborum nascuntur.
Dissimiliter atque si sub custodia mea sit. Paulus in l. 3. §. Nerva. D. de acquirend. possess.
Haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis. Liv. 27. 48. Dein decrescente certamine & clamore, impotentes jam regi, inter duas acies versari, velut incerti quorum essent, haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis.

**Dissimilitūdo**, inis. f. [ἀνομοιότης, ἀνομοίωσις] denom. Cic. 4. Acad. 14. Tum similitudines, dissimilitudinesque. Sic Dissimilitudines studiorum. Cic. 5. Verr. 35.
Naturæ morumque dissimilitudines. Cic. 1. Off. 109. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ morumque, minime tamen vituperandorum.
Dissimilitudines & varietates. Cic. 1. Off. 107. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: alios enim videmus, &c. sic in animis existunt majores etiam varietates.
Rerum dissimilitudines. Cic. de Fato 8. At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent, &c.
Habere dissimilitudinem ab aliqua re. Cic. 1. de Orat. 252. Hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem.
Habere dissimilitudinem cum re aliqua. Cic. 2. Fam. 12. Genus institutorum & rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciæ.

**Dissimilares partes**, [σύνθετα μέρη, ἀνομοιομερῆ] A medicis appellantur Partes corporis compositæ, quæ scilicet ὁμοιομερεῖς, h. e. Similares non sunt, sed ex his constituuntur, & in eas possunt resolvi.

**Dissimŭlo**, [εἰρωνεύομαι, ὑποκρίνομαι] āre. est Fingere id non esse quod est. Plaut. Milit. 4. 2. 2. Dissimulabo hos quasi non videam. Idem Pœn. prol. 112. Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Sic Dissimulare ægritudinem animi. Liv. 1.
Dissimulare silentio acceptam injuriam. Quintil. lib. 5. 13. Cic. pro Sext. 35. Eaque non silentio Consulum dissimularentur, sed & voce & sententia comprobarentur.
Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. 1. Att. 13. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, quocum omnia quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.
Obscure ferre & dissimulare. Cic. pro Cluent. 74. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat.
Cum dolore dissimulare. Cic. 10. Fam. 8. Itaque nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore.
Capillos dissimulare. Ovid. 2. Met. 374.
Dedecus dissimulare. Ovid. 3. Amor 7. 84.
Facta dissimulanda. Ovid. 9. Epist. 84.
> Factaque narrabas dissimulanda tibi.

Gaudia dissimulare. Ovid 6. Met. 653.
> Dissimulare nequit crudelia gaudia Progne.

Odium adversum illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum. Tacit. 16. Ann. 5.
Dissimulare, pro Convenire, in l. divus. D. de offic. præsid. Aliter dixit Paulus, Dissimulare de sua conditione, in l. 4. Quib. ad libert. proclam. non lic.

**Dissimulātus**, a, um. Partic. [εἰρωνευθεὶς] ut, Amor dissimulatus & celatus. Ter. And. 1. 1. 105.
Pietas dissimulata ira. Ovid. 6. Fast. 90.
> Dixit, & in litem studio certaminis issent,
> Atque ira pietas dissimulata foret.

Virtus dissimulata. Ovid. 2. Fast. 843.
Sed quodammodo deponentialiter sonat Ovid. 1. de Arte Am. 690. de Achille, Veste virum longa dissimulatus erat.

**Dissimulate**, Adv. Cic. 1. de Invent. Dissimulate aliquid defendere.

**Dissimulātor**, ōris. m. [εἴρων, κρυψίνοος] Cic. 2. de Orat. Ut qui dissimulatores studiorum fuerint. Quintil. lib. 2. cap. 18. Quod non ideo ut pro vero accipiamus est positum: sed ut Antonii persona servetur, qui dissimulator artis fuit.
Amoris veri non dissimulator. Ovid. 5. Met. 61.

**Dissimulātio**, ōnis. f. [εἰρωνεία] Cic. 3. Off. 60. Ex omni vita simulatio, dissimulatioque tollenda est.
Integumenta dissimulationis. Cic. 2. de Orat. 350. Libenter enim te cognitum jam artificem, aliquando evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio.
Urbana dissimulatio. Cic. 2. de Orat. 269. Urbana etiam dissimulatio est, quum alia dicuntur ac sentias, &c.
Abrumpitur dissimulatio. V. abrumpo.
Veste servili in dissimulationem sui compositus. Tacit. 13. Ann. 25.
Eximere dissimulationem. Tacit. 13. Ann. 15. Quia dissimulationem nox, & lascivia exemerat.
Dissimulatio pro Ironia. Cic. 4. Acad. 15. Libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.

**Dissimulantia**, æ. f. Idem quod Dissimulatio. Cic. 2. de Orat. 270. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepôre & humanitate omnibus præstitisse.

**Dissimulāmentum**, i. n. Idem. Apul. lib. 1. Flor. p. 341. Musæ cum Minerva, dissimulamenti gratia, judices adstitere.

**Dissimulanter**, Adv. [εἰρωνικῶς] Cic. de Clar. Orat. 273. Non aperte, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque conclusis.
Facere aliquid dissimulanter. Cic. 2. de Orat. 149. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est.

**Dissimulātim**, [κατ' εἰρωνείαν] Adv. apud Quintil. lib. 10. cap. 1. Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator.

**Dissimulabĭlis**, e. [εἰρωνευτὸς] unde Indissimulabilis apud Gell. lib. 10. cap. 22. Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

**Dissipium**, Intestinum Macrob. 1. in Somn. Scip. 6. Intestina principalia tria: unum dissipium vocatur, quod ventrem & cætera intestina discernit: alterum medium, quod Græci μεσέντερον dicunt: tertium, quod veteres hiram vocarunt. Ex Cæl. lib. 4. cap. 14. dissiptum vel Disseptum in emendatis codd. q. V. f. l.

**Dissĭpo**, [ἀποσκεδάννυμι, σκεδάζω, διασκεδάζω, διασπείρω] āre. Dispergere, disjicere. Columel. lib. 2. cap. 10. Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile defectis stramentis, quatuor & viginti vehes stercoris in jugerum disponemus, dissipabimusque.
Eripere, auferre, dissipare. Cic. Post red. ad Quir. 19. Mihi quod potuit vis & injuria & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit.
Connectere dissipata. Cic. in Orat. 235. Facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata connectere.
Dispersum ac dissipatum. Cic. 1. de Orat. 187. Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, ut in musicis numeri & voces & modi.
Dissipare, Disrumpere, & lacerare. Cic. 15. Att. 11. Prorsus dissolutum offendi navigium, vel potius dissipatum.
Dissipari, extingui, dissolvi. Cic. 1. Tusc. 17.
Disturbare ac dissipare. Cic. 2. de Nat. Deor. 41. Idemque quocunque invasit, cuncta disturbat ac dissipat.
Discordia dissipat omnia. Cic. de Amicit 24. Quæ in rerum natura totoque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.
Amplexus dissipare. Stat. 3. Sylv. 2. 56.
> Sævus ubi e puppi longo clamore magister
> Dissipat amplexus, atque oscula fida revellit.

Classis dissipata. Cic. 12. Fam. 14. Quandoquidem classis dissipata est adventus nostri timore: milites, ducesque effugerunt.
Curas edaces dissipare. Hor. 2. Carm. 11. 17.
Famam alicujus rei dissipare. Cic. 14. Philipp. 15. i. e. Divulgare.
Fortunas dissipare. Cic. 4. Fam. 13.
Fructus suos effundere ac dissipare. Cic. 2. de Lege Agr. 88.
Hostes dissipare ac perterrere. Cæs. 6. Bell. Gall. 34. Et apud Liv. 7. Bell. Pun. Dissipati fuga per agros.
Humorem dissipare, est quod verbo alio dicitur, Digerere humorem. Cels. lib. 5. cap. 28.
Jus civile diffusum ac dissipatum. Cic. 2. de Orat. 142. Pollicitus se jus civile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum.
Maledictum late dissipatur. Cic. pro Planc. 57. Nihil est autem tam volucre quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.
Membra per agros dissipare. Ovid. 3. Trist. 9. 27.
> Atque ita divellit, divulsaque membra per agros
> Dissipat, in multis invenienda locis.

Nexus dissipare. Valer. 7. Argon. 626.
Patrimonium dissipare conviviis. Cic. pro Flacc. 90. Sic Dissipare pecuniam. Cic. 1. Q. frat. 3.
Possessiones disperdere ac dissipare. Cic. de Lege Agr.
Rem familiarem dissipare. Cic. 4. Fam. 7.
Rumores dissipare. Cic. 14. Philipp. i. e. Divulgare.
Statuam deturbare, affligere, comminuere, dissipare. Cic. in Pison. 93. Scribitur & dissupo. q. V.

**Dissipans**, antis. Vulg. Interpr. Ezech. 7. 11. Ventum percelle dissipantem. conf. Prov. 18. 9.

**Dissipātus**, a, um. [διασκεδασθεὶς] ut, Hostes dissipati, Cic. 2. Fam. 9. Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses hostes sempiternos: multi occisi, capti, reliqui dissipati.
Copiis hostium depulsis ac dissipatis. Cic. pro Domo sua, 15.
Exercitus dissipatus. Cic. 15. Att. 4.
Homo fractus ac prope dissipatus. Cic. Post red. in Senat. 23. Vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui Rempub. salvam vellent, ad me unum hominem fractum & prope dissipatum restituendum & defendendum venirent.
Homines dissipatos unum in locum congregare. Cic. pro Sext. 91.
Homo in cogitando tardus, in instruendo dissipatus. Cic. de Clar. Orat. 216.
Liberi dissipati. Cic. pro Sext. 145. Eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata conjunx, &c.
Oratio dissipata, & inculta, & diffluens. Cic. in Orat. 133. h. e. Dissoluta, nulloque ornamento culta, sed quæ quasi male præcincta mulier, diffluit. De oratione loquitur, quæ non est numerorum similis.

**Dissipatio**, ōnis f. [σκεδασμὸς, διασκεδασμὸς] ut, Dissipatio prædæ, Cic. 13. Philipp. 10.
Interitus & dissipatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 71. Idem facit in natura deorum, dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, &c.

**Dissipator**, ōris. m. Qui dissipat. Prudent. præfat. Psychom. v. 34. Abram triumphi dissipator hostici.

**Dissipabĭlis**, e. [σκεδαστὸς] Quod dispergi aut separari facile potest Cic. 3. de Nat. Deor. 34. Ignis vero & aer omni impulsu facillime pellitur, naturaque cedens est maxime & dissipabilis.

**Dissītus**, a, um. Adj. [ἀπαχθεὶς, ἀπέχων] Procul situs, remotus, distans. Apul. in Flor. a princ. Homines neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere. Add. Met. l. 9. p. 224. Elm.
Pars animæ per totum dissita corpus. Lucret. lib. 3. 144. i. e. Distributa, distenta.

DISSITUDO, ĭnis. f. Ita in Præf. Sulp. Sev. de Vit. Mart. emendat Barthius Adverſ. 12. 18. Sed V. DESITUDO.

DISSOCIO, [διαιρέω, διΐστημι] āre. Diſſolvere, & a ſocietate disjungere ac ſeparare. Cic. de Amicit. 76. Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.
Copias diſſociat. Tacit. 12. Ann. 55.
Legionem a legione diſſociant. Tacit. lib. 1.
Partes arctas diſſociare. Lucret. lib. 3. 810.
Tironem a veterano diſſociant. Tacit. 1. Ann. 28.

DISSOCIATUS, a, um. Disjunctus, ſeparatus. Ovid. 1. Met. 25.
Diſſociata locis concordi pace ligavit. Nepos 25. 2. 2. Diſſociatis animis civium.

DISSOCIATIO, ōnis. f. [διάστασις] Plin. lib. 22. cap. 21. Aquas reſpuit, perfuſum merſumve ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur. Idem lib. 7. cap. 13.

DISSOCIATOR, ōris. m. Arnob.

DISSOCIABĬLIS, e. [διάστατος] Quod ſociari, conjungique non poteſt, ſeu Inſociabile. Tacit. in Vita Agric. 3. 1. Et quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum, & libertatem.
Oceanus diſſociabilis. Hor. 1. Carm. 3. 22. at ibi Bentlejus legit Terras diſſociabiles, non, Oceano diſſociabili, ut vulg. Diſſociabile Cuning.

DISSOLVO, vi, lutum, [διαλύω, καταλύω, παραλύω] ĕre. Diſcingere, religare, liberare ac ſolvere quod conjunctum fuit. Plaut. Pœn. 1. 1. 20. Si authoritatem poſtea defugeris, ubi diſſolutus tu ſies, ego pendeam.
Coagmentare & Diſſolvere, contraria. Cic. de Senect. 72. Opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentavit, natura diſſolvit.
Conglutinare & Diſſolvere, contraria. Cic. de Senect. 72. Ut navem, ut ædificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit: ſic hominem eadem optime quæ conglutinavit, Natura diſſolvit.
Contextum diſſolvere. Lucret. lib. 1. 244.
Acta alicujus diſſolvere. Cic. 1. Philipp. 18. In maximis vero rebus, id eſt legibus acta Cæſaris diſſolvi, ferendum non puto.
Æs alienum diſſolvere. Cic. 2. Off. 35. Nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Et apud Ter. Phorm. 4. 3. 50. Qui diſſolverem quæ debeo?
Alicui diſſolvere. Cic. 5. Verr. 174. Sed frumento probato & accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neque quicquam ulli diſſolveris civitati.
Pecuniam ex Senatuſconſ. & ex lege diſſolvere. Cic. 7. Verr. 52.
Amicitias diſſolvere, idem quod Diſſociare. Cic. de Amicit. 32. Nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret.
Cauſam diſſolvere. Lucret. lib. 4. 503. i. e. reddere.
Conſilia diſſolvere. & perdere. Cic. 2. pro Lege Agr. 34.
Conſortionem humanam diſſolvere. Cic. 3. Off. 26. Ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque & univerſorum: quam ſi ad ſe quiſque rapiet, diſſolvetur omnis humana conſortio.
Frigus diſſolvere. Hor. 1. Carm. 9. 5. i. e. pellere.
Glaciem diſſolvere. Lucret. lib. 6. 963.
Interrogationem diſſolvere. Cic. 4. Acad. 46. Quum eas diſſolvere non poſſunt, deſciſcunt a veritate.
Leges diſſolvere. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 63.
Membra diſſolvuntur. Lucret. lib. 4. 917.
Nubila diſſolvit Phœbus. Claud. de Quart. Conſ. Hon. 174.
Pectora diſſolŭenda. V. Diſſolvere cum Genet. infra.
Per partes diſſolvi. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Perjurium diſſolvere. Cic. 3. Off. 113. Fraus enim aſtringit, non diſſolvit perjurium.
Pœnam diſſolvere. Cic. 1. Tuſc. 100. Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multaverit, quam ſine mutuatione, & ſine verſura poſſem diſſolvere.
Poſituræ principiorum diſſolvuntur. Lucret. lib. 2. 946.
Puppes in mediis aquis diſſolvi. Ovid. 4. Triſt. 8. 18.
Religiones diſſolvere, pro Infirmare vel Tollere. Liv. 40. 20. Lectis rerum ſummis, quum animadvertiſſet pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, &c.
Scopas diſſolvere. V. SCOPÆ.
Se diſſolvere, Explicare a negotiis. Ter. Heaut. 3. 1. 112. Diſſolvi me ocyus, operam ut tibi darem.
Severitatem diſſolvere. Cic. pro Muren. 65. Miſericordia commotus ne ſis in diſſolvenda ſeveritate.
Stamina non ulli diſſolŭenda Deo. Tibul. lib. 1. 8. 2. Sic & 40. Notat H. St. per Dialyſin dictum, ut & 1. 11. 62.
Sit ſatis ornatus diſſolŭiſſe comæ. Quæ in hoc verbo frequens. V. mox ad fin.
Vota novo munere diſſolvere. Catul. 64. 38.
Diſſolvere aliquem, idem quod Abſolvere, paucis verbis & ſtatim dicere quod volumus, non diu ſuſpenſum tenere. Plaut. Merc. 1. 54. Obſecro diſſolve jam me, nimis diu animi pendeo.
Diſſolvere, more Græcorum, conſtructum cum Genet. Tib. 1. 8. 40. Pectora triſtitiæ diſſolŭenda dedit. Ubi V. Brœkh. Voſſ. de Conſtr. C. 26. Vechner. Hellenolex. l. 1. C. 24. 5.

DISSOLUTUS, a, um. Partic. [διαλελυμένος, διάλυτος, ἀνειμένος] ut, Diſſolutis capillis. Plin. lib. 28. cap. 7. Cic. 2. de Fin. 100. Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu.
Diſſolutum & diſſipatum. V. DISSIPO.
Vinctum & Diſſolutum, contraria. Cic. in Orat. 195. Alterum nimis eſt vinctum, ut de induſtria factum appareat: alterum nimis diſſolutum, ut pervulgatum ac vulgare videatur.
Non ſolum arrogans, ſed etiam omnino diſſolutus. Cic. 1. Off. 99. Nam negligere quid de ſe quisque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. i. e. nihil omnino curantis.
Adoleſcens perditus ac diſſolutus. Cic. 4. Tuſc. 55.
Aliquid diſſolutum mala conſuetudine. Cic. pro Cæcin. 7. Quod eſt gravius, & cujus rei cauſa maxime judicia conſtituta ſunt, id jam mala conſuetudine diſſolutum eſt.
Comitas diſſoluta. Quintil. lib. 2.
Conſilia diſſoluta atque perdita. Cic. 2. de Lege Agr. 54.
Conſuetudo aliquorum diſſoluta, licentiaque impudens. Cic. pro Flacc. 20.
Criminibus diſſolutis. Cic. pro Sylla, Jam enim faciam, criminibus omnibus fere diſſolutis, contra atque, &c. h. e. Purgatis.
Inſtitutum aliquod negligentia diſſolutum. Cic. 2. de Legib. 29. Quod inſtitutum perite a Numa, poſteriorum Pontificum negligentia diſſolutum eſt.
Judicium diſſolutum, perditum, nummarium. Cic. 5. Verr. 131. Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex judicio te ulla Salus ſervare poſſet?
Navigium diſſolutum vel potius diſſipatum. i. e. Infirmum, & minus bene compactum. Cic. 15. Att. 11.
Negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus? Cic. Verr. 6ta, ubi de ſacris loquitur, quæ Græca dicebantur. H. St. Locus eſt C. 51. extr. Sane hæc duo frequentiſſime Cicero, ut Synonyma conjungit. V. pro P. Quint. S. 38. Verr. 5. 143. & 162. extr.
Negligentia diſſoluta. Ulp. in l. Si fidejuſſ. ff. Mandati.
Stomachi diſſoluti utiliſſime adjuvantur. Plin. lib. 20. cap. 7. Reſolutos Celſus vocat.
Diſſoluta, pro Diſcuſſa. Quintil. lib. 6. cap. 4. Eaque urbanitate tota eſt invidia criminis diſſoluta. De juvenibus Tarentinis, & Pyrrho rege loquitur.
Diſſolutos etiam dicimus, Qui moribus, legibusque a ſe ſoluti, luxum vitæ ſequuntur, quos Græci ἀσώτους dicunt. V. Suic. Theſ. v. σώζω. Cic. 5. Verr. 162. Quoniam pater tam negligens ac diſſolutus eſt. Idem 5. Verr. 129. Tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimusque ſemper fuiſti. Sic Diſſolutus in re familiari. Cic. pro Quint. 38.
Liberalitas diſſolutior. Cic. ad Brut. 3. Illudque conſideres, ne tua liberalitas diſſolutior videatur.

DISSOLUTE, Adv. [ἀνειμένως] Cic. pro Cæcin. 123.
Diſſolute remittere. Cic. ad Brut. 4. Neque crudeliter quicquam eripui, neque diſſolute remiſi.
Diſſolute vendere, cui Permagno vendere opponitur. Cic. 5. Verr. 90. Itane diſſolute decumas vendidiſti, ut quum, &c.
Rem aliquam diſſolute conficere. Cic. 6. Philipp. 7. Res enim ex Cal. Januar. agitata, paulo ante confecta eſt: minus quidem illa ſevere quam decuit, non tamen omnino diſſolute.
Clementer & Diſſolute factum, oppoſita. Cic. 7. Verr. 19. Non agam tam acerbe, non utar iſta accuſatoria conſuetudine, ſiquid eſt factum clementer, ut diſſolute factum criminer.

DISSOLUTIO, ōnis. f. [διάλυσις, κατάλυσις, παράλυσις] Cujus contrarium eſt Conjunctio. Cic. in Partit. 21. Conſtructioque verborum, tum conjunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur.
Animi remiſſio & diſſolutio. Cic. 5. Fam 2. Cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas appellenda eſt in acerbiſſima injuria, remiſſio animi ac diſſolutio.
Criminum diſſolutio. Cic. pro Cluent. 3.
Judiciorum diſſolutiones. Cic. 6. Verr. 133. Commercium iſtarum rerum cum Græcis hominibus non fuiſſe, his qui poſt judiciorum diſſolutiones Ædiles facti ſunt, fuiſſe.
Legum diſſolutio. Cic. 1. Philipp. 21. Hæc utrum tandem lex eſt, an legum omnium diſſolutio?
Naturæ diſſolutio, Mors. Cic. 1. de Legib. 31. & 2. de Fin. 101. Quæro autem quid ſit, quod cum diſſolutione, id eſt morte, ſenſus omnis extinguitur.
Stomachi diſſolutio. Plin. lib. 20. cap. 22. & lib. 9. cap. 4. Reſolutio Celſo.

DISSOLŪTOR, ōris. m. Theod. Cod. lib. 3. tit. 16. Diſſolutor ſepulchrorum. [Qui Græcis, opinor, τυμβωρύχος una voce.

DISSOLUTRIX, īcis. f. Tertul. de Anima cap. 42. Mors diſſolutrix corporis.

DISSOLUBĬLIS, e. [λυτός] Quod diſſolvi poteſt. Cic. 3. de Nat. Deor. 29. Mortale igitur omne animal & diſſolubile.
Compar. Auguſt. de Geneſi ad lit. cap. 8. Quoniam cœlum firmamentum vocavit, non abſurde intelligitur, quicquid infra æthereum cœlum eſt, mutabilius eſſe & diſſolubilius.

DISSŎNUS, a, um. Adj. [διάφωνος] Diſcordans: ut Diſſonus clamor. Liv. 21. 33. Dictator autem parte altera ſubſidia & ſecundam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus, hoſti undique objecerat victorem peditem equitemque. Idem 1. Bell. Pun.
Barbaries diſſona ritu. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 249.
Curſus cœli diſſonus. Plin. lib. 36. cap. 10. Item Diſſonus crepitus apud eundem. lib. 2. cap. 12.
Gentes ſermone & moribus diſſonæ. Liv. 1. 18.
Moles ſparſa ac diſſona. Stat. 1. Achil.
Murmura diſſona. Claud. de mulabus Gallicis, 1. 3.
Ora vulgi diſſona. Lucan. lib. 3. 289.
Turba diſſona linguis. Claud. in pr. Conſ. Stil. 152.

DISSŎNO, ui, ĭtum, [διαφωνέω, ἀπᾴδω] āre. Diſcordare. Columel. lib. 1. cap. 1. An univerſa quæ majores prodiderunt, hujus temporis culturæ reſpondeant, an aliqua diſſonent.

DISSONANS, Partic. Idem ac Diſſonus. Quintil. lib. 8. A quibus hæc quidem diſſonantia ſunt. Hinc

DISSONANTIA, æ. f. Diſcrepantia. Hieron. de Script. Eccleſ. in Petro; Propter ſtili diſſonantiam. & in Paulo; Epiſtola quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur propter ſtili ſermoniſque diſſonantiam. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1. 21. Diſſonantia contrariorum corporum.

DISSORS, ortis. ſine participatione. Ovid. 2. Amor. 12. 11.
— ab omni milite diſſors Gloria. h. e. Duci propria
Auguſt. de Grammaticis p. 93. Diſſors dicitur diſſimilis ſortis. Sic Ovid. 8. Met. 132. de Paſiphaë.
Diſſortemque utero fœtum tulit. Ubi Heinſ. V.

DISSORTIO, ōnis. f. Feſto Diſſortiones ſunt diviſiones patrimoniorum inter conſortes; ſubductis ſcil. examinatiſque cujuſque rationibus. V. Salm. in Solin. p. 891. Vulgo editur DISERTIONES. q. V. ſupra.

DISSUĀDEO, ſi, ſum, [ἀποτρέπω, παραιτέω] ēre. Contrarium eſt ſuo ſimplici. V. quæ infra H. St. ad v. Diſſuaſor notavit. Plaut. Ciſtel. 2. 1. 16. Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit id oſtentat. i. e. Dat ſpem potiundæ rei quam ante diſſuaſerat. Cic. 6. Verr. 53. extr.
Voluit Romæ repetere Archagathus: Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit.
Non modo non cenſere aliquid agendum, verum etiam diſſuadere. Cic. 3. Off. 101. Qui non modo non cenſuerit captivos redimendos, verumetiam diſſuaſerit. De M. Regulo.
De re aliqua diſſuadere. Cic. 3. Off. 110. Cur igitur ad Senatum proficiſcebatur, quum præſertim de captivis diſſuaſurus eſſet?
Bellum fruſtra diſſuaſerat Augur. Ovid. 12. Met. 307.
Legem diſſuadere. Cic. 2. de Lege Agr. 100.

**Dissuadens**, entis. Cæſ. 7. Bell. Gall. 15. Diſſuadente primo Vercingetorige, poſt concedente.

**Dissuasio**, ōnis. f. Cic. pro Cluent. 140. Legationis diſſuaſio. Sen. Epiſt. 94. Sic & conſolationes nega proficere diſſuaſionesque.

**Dissuasor**, ōris. m. [ἀποτρέπτης] Qui diſſuadet. Cic. de Clar. Orat. 261. Ipſe etiam Piſo & cauſas egit, & multarum legum aut author aut diſſuaſor fuit.
Gladius diſſuaſor juſti. Lucan. lib. 4. 248.
Boni pravique ſuaſor ac diſſuaſor admodum prudens. Marcell. in fine libri 30. Videtur autem non minus hic De ſcribendum, pro Dis, quam in Demoveo aliisque. H. St.

**Dissuavior**, V. dissavior.

**Dissulcus**, Porcus dicitur, quum in cervice ſetas dividit. Feſtus. conf. Voſſ. Etym. p. 502.

**Dissulco**, āre. Venant. Fortunat. l. 4. de v. Mart.
Molliter aërio diſſulcans nubila lapſu.

**Dissulto**, V. dissilio.

**Dissuo**, ui, ūtum, [διαλύω] ĕre. Diſſolvere.
Diſſuere amicitias, per translationem. Cic. de Amicit. 78. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus levandæ: & ut Catonem dicere audivi, diſſuendæ magis, quam diſcindendæ ſunt. Idem 1. Off. 120. Ut amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente præcidere.

**Dissūtus**, a, um. Ovid. 1. Faſt. 408.
Altera diſſuto pectus aperta ſinu. Vulg. Interpr. Levit. 13. 45. Habebit veſtimenta diſſuta.

**Dissūpo**, āre. Idem ac Diſſipo. q. V. Lucret. lib. 2. 210.
Sol etiam ſummo de vertice diſſupat omnes
Ardorem in partes, &c. Utitur & Cic. in Læl. 24. Ea contrahere amicitiam, diſſupare diſcordiam.

**Distabeo**, ēre. & **Distabesco**, ĕre. Colliqueſcere, diſſolvi. Cato de R. R. cap. 24. Sinito cum muſto diſtabeſcat. Auguſt. Confeſſ. 3. 3. In iniquitates diſtabui. Jecur cum diſtabuit in coquendo. Feſtus in Monſtrum.

**Distædet**, uit & æſum eſt. [ἐξαπεχθάνομαι] Multum aut Valde tædet. Plaut. Amph. 1. 3. 5.
— pol haud quod tui me, neque domi diſtædeat. Ter. Phorm. 5. 8. 42.
Demipho, te appello, nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui.

**Distisum** & Pertiſum antiqui dicebant, quod nunc Diſtæſum & Pertæſum, Feſtus.

**Distantia**, V. disto.

**Distectus**, a, um. pro Detectus. Alcimus Avitus lib. 4. 408. de Chamo, Noachi nuditatem prodente.
Diſtectum petiit miſero ſpectamine patrem.

**Distega** [δίστεγα] & Triſtega in ſanctis literis Bicamerata & Tricamerata interpretatur Hieronymus adverſus Jovinianum primo. Sunt qui a contignationum numero ita dici opinentur. Diſtegum domicilium appellat Dioſcorides quoque. Ex Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10. V. tristegum.

**Distegia**, æ. Ædificium duas contignationes habens.

**Distendo**, di, tum & ſum, [διατείνω, ὑπερξαίνομαι] ĕre. In diverſas partes tendere. Columel. lib. 7. cap. 5. Ovis toto ventre diſtenditur, contrahiturque. Plaut. Caſ. 4. 1. 19. Ut ipſæ ſolæ ventres diſtendant ſuos.
Brachia nexa diſtendere. Ovid. 4. Met. 491.
Copias Hoſtium diſtendere. Liv. 3. 23. Reliquo exercitu haud procul mœnibus Tuſculi conſidunt, ut diſtenderent hoſtium copias. i. e. Diſtinerent, quod & habent alia exemplaria.
Rictum diſtendere. Quintil. lib. 1. cap. 11. Obſervandum erit etiam, ut recta ſit facies dicentis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum diſtendat.
Diſtendere, Implere. Virg. 4. Georg. 164.
— & dulci diſtendunt nectare cellas. Servius.
Diſtendere translatum ad animum. ut, Curas hominum diſtendere. Liv. 27. 40. pr. Conſules diverſis itineribus profecti ab Urbe, velut in duo pariter bella diſtenderant curas hominum, &c.
Diſtendit ea res Samnitium animos. Liv. Dec. 1. lib. 9. i. e. In diverſas partes intendit. B. Ancipiti cura intendit. H. St.

**Distentus**, a, um. Partic. [διατεταμένος] Plenus. Plin. Paneg. 49. 6. Diſtentus ſolitaria cœna.
Pabulo diſtentus. Quintil. lib. 2. cap. 10. Impleat ſe declamator aliquando, dum ſciat, ut quadrupedes quum viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur, &c.
Capellæ diſtentæ lacte. Virg. 7. Ecl. 3.
Pecudes diſtentæ. Lucan. lib. 4. 314.
Uber diſtentum. Ovid. 13. Met. 826.
Uber diſtentius. Hor. 1. Serm. 1. 110.

**Distentus**, a Diſtineor, V. distineo.

**Distentus**, ûs. m. Subſt. Plin. lib. 8. cap. 38. Alia ſolertia in metu melibus: ſufflatæ cutis diſtentu ictus hominum & morſus canum arcent.

**Distentio**, ōnis. f. [σπασμὸς] Idem; ut, Diſtentio nervorum, Celſ. 2. 1, 7, 10. & 7. 29. & 3. 23. Vulgo Convulſio.

**Distensio**, ōnis. f. Idem, ab altero Supino. Auguſtin. Confeſſ. 11. 23. Video tempus quandam eſſe diſtenſionem; quæ repetit cap. 26: & ibid. cap. 29. Ecce diſtenſio eſt vita mea.

**Distento**, [διατείνω] āre. frequent. Virg. 9. Ecl. 31.
Sic cytiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ.
Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres. Tibul. 2. 5. 84.
Sed veteres libri habent Diſtendant. H. St. [V. Pier. ad Virg. & apud Tibull. ſane rectius Diſtendit excuſum. Nullum igitur v. Diſtento.

**Distermīno**, [διορίζω] āre. Dividere. Plin. lib. 12. cap. 21. Arabia Judæam ab Ægypto diſterminat. Cic. in Arat. 94.
Quas intervallum binas diſterminat unum. Lucan. lib. 1. 216.
— Et Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

**Disterminatus**, a, um. Plin. 4. 20. Diſterminatis ab Aſturia Vettonibus, a Luſitania Gallæcis. De Durio amne.

**Disterminatio**, ōnis. f. Liv.

**Disterminator**, ōris. m. Apul. de Mundo p. 57. Axis, diviſor & diſterminator mundi, orbem terræ in medietate conſtituens.

**Disterminus**, a, um. i. e Diſterminatus, ſeparatus. Sil. 5. 400.
Audit Tarteſſus, latis diſtermina terris. Barth. Adverſ. 10. 24. extr. Gloſſarium allegat, quo Diſterminus exponitur Longe abſcedens.

**Distĕro**, īvi, ītum, [κατατρίβω] ĕre. Crebro vel Multum terere. Cato de R. R. cap. 75. Libum hoc modo facito: Caſei pondo 11. bene diſterat in mortario: ubi bene diſtriverit, farinæ ſiligineæ libram &c.

**Distritus**, a, um. Sidon. Carm. 9. 336. Valet diſtritum bonus applicare theta; al. Diſtrictum.

**Distichia**, [διστιχία] Oculorum affectus quidam eſt, quum alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus fit præter naturam. V. Galen. lib. Finit. Medic. [Varie ſcribitur Diſtichia & Diſtichiaſis, & Diſtrichiaſis, & Ditrichiaſis. V. Gorr. Def. & Foëſii Oecon. v. Τριχίασις.

**Distīchon**, [δίστιχον] Geminus verſus. δὶς, bis: στίχος, verſum Græci dicunt. Martial. lib. 13. 3.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas.
Diſtichum hordeum. Columel. lib. 2. cap. 9. Alterum quoque genus hordei eſt, quod alii Diſtichum, Galaticum nonnulli vocant, ponderis & candoris eximii, adeo ut tritico miſtum, egregia cibaria familiæ præbeat. V. Ruellium.

**Distillo**, [ἀπολείβω ἀποστάζω, καταῤῥέω] āre. Paulatim fluere ſignificat. Virg. 3. Georg. 281. —lentum diſtillat ab inguine virus. Columel. lib. 12. cap. 41. Hoc autem erit, quod diſtillaverit ante quam nimium calcetur uva.
Diſtillant per pectus aquæ. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 222.
Lacrymam diſtillare. Plin. lib. 15. cap. 19. Seneſcunt in arbore, anuſque diſtillant gummi modo lacrymam.
Tempora diſtillent nardo. Tibull. lib. 2. 2. 7. [In hoc & aliis ſupra ad dictis locis meliores libri Deſtillandi verbum exhibent. V. ad Virgil. Pier. Atque ita ſane ſcribendum videtur, ut Græcorum quoque conſuetudini reſpondeat.

**Distillatio**, ōnis. f. [κατάῤῥους] Fluxus humoris a capite. Plin. lib. 20. cap. 6. Sanguinem vero excreantibus & phthiſicis, diſtillationibus longis, vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt. conf. Sen. Epiſt. 75. & Sueton. Aug. cap. 81. V. paulo ante in Distillo. not. & ſ. I. Destillatio.

**Distillator**, ōris. m. Apud Celſum. [Ubi, & quo ſenſu?

**Distillarius**, ii. Concinnator, ſive Venditor diſtillationum. i. e. exponente Cœlio Rhod. l. 30. C. 19. liquaminum, ſeu embammatum. Sen. Epiſt. 56. Jam libarii varias exclamationes, & botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores, mercem ſuam quadam inſignita modulatione vendentes. Libri meliores habent Cruſtularium.

**Distīneo**, ui, entum, [περισπάω] ĕre. Occupare eſt, & diſtringere, inquit Budæus. Cic. 11. Philipp. Nos alio bello diſtineri putat. Alii legunt Detineri. Liv. 1. Bell. Pun. Oppidani ad omnia tuenda, atque obeunda, multimoda arte diſtineri cœpti ſunt. Cic. 12. Fam. 30. Negotiis & occupationibus diſtineri. Et pro Planc. 79. Diſtineri occupationibus & dolore.
Diſtinere. Lucret. lib. 5. 204.
Et mare, quod late terrarum diſtinet oras. i. e. Occupat & tenet.
Pax diſtinetur. Cic. 12. Philipp. 28. Nonne metuendum eſt, ne imperita militum multitudo per me pacem diſtineri putet? i. e. Impediri, tardari.
Pacem diſtinere. Liv. 2. Alium hinc, ſeu bello opus eſt, ſeu quiete, exilio quærant locum, ne quid meam vobiſcum pacem diſtineat.
Occupari & diſtineri. Cic. 1. Att. 9. Vereor ne putidum ſit ad te ſcribere quam ſim occupatus: ſed tamen ita diſtinebar, ut vix huic tantulum epiſtolæ tempus habuerim.
Diſtinere, eſt etiam Diverſis partibus tenere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 25. Rates quaternis ancoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus moverentur.

**Distentus**, a, um. Occupatus, curis diſtractus. Cic. 15. Att. 18. Intelligo te diſtentiſſimum, qua de Buthrotiis, qua de Bruto. Sic, Mens diſtenta opponitur non occupatæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 39.

**Distinguo**, nxi, nctum, [διαστέλλω, διίστημι, διαστίζω] ĕre. Dividere, ſeparare. Columel. lib. 1. cap. 6. Sed & lacubus diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæque legumina ponantur. Sic Martial. lib. 2. 5.
Sed duo ſunt, quæ nos diſtinguunt, millia paſsum.
Diſtinguere atque dividere. Cic. in Piſon. 69.
Diſtinguere ac ſeparare. Cic. 6. Verr. 88. Sed ea, quo pacto diſtinguere ac ſeparare poſſim, neſcio.
Secernenda diſtinguere. Cic. in Topic. 31.
Apertius aliquid diſtinguere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Diſtinguere a, vel ab. Cic. 4. Acad. 22. Qui diſtingues artificem ab inſcio? Ibid. 24. Simili in errore verſantur, quum convicti, ac vi veritatis coacti, perſpicua a perceptis volunt diſtinguere.
Caput diſtinguere acu. i. e. Capillos. Claud. in Nupt. Hon. 284.
Falſum diſtinguere vero. Hor. 1. Epiſt. 10. 29.
Hiſtoriam diſtinguere varietate locorum. Cic. 2. de Orat. 54.
Numero aliquos diſtinguere. Cic. pro Cæcin. 58. Ut ſervos non numero diſtinguant, ſed appellent uno familiæ nomine.
Opera graviora diſtinguere luſibus jociſque. i. e. Variare, & quaſi Alternare, ut ait Budæus. Plin. Epiſt. 174.
Orationem diſtinguere & illuſtrare. V. illustro.
Pocula diſtinguere gemmis. Cic. 6. Verr. 62. Exponit ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ ut mos eſt regius, & maxime in Syria, gemmis erant diſtincta clariſſimis.
Turbam aliquam diſtinguere diſſimili ex genere. Cic. pro Muren. 49. Quam turbam diſſimillimo ex genere diſtinguebant homines percuſſi Syllani temporis calamitate.
Vera a falſis dijudicare atque diſtinguere. Cic. in Partit. 119. Vera a falſis, veriſimilia ab incredibilibus dijudicare & diſtinguere.
Vocem diſtinguere lingua, eſt Loqui, & Articulatim verba enuntiare. Sil. lib. 1.
Diſtinguere, Notulis quibuſdam notare. Plin. lib. 8. cap. 18. Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. [i. e. Variegantibus, ποικίλλειν Græci vocant.
Colore vario diſtinguere aliquid. Ovid. de Nuce, 31.

Distin-

DISTINGUOR, paff. [διαςέλλομαι] Cic. 4. Acad. 33. Quia nulla nota verum diftinguebatur a falfo.
Genera fimiarum diftinguuntur inter fe caudis. Plin. lib. 8. cap. 54. Simiarum quoque genera hominis figuræ proxima, caudis inter fe diftinguuntur.
Intervallis diftingui. Cic. 3. de Orat. Diftinctio æqualium & fæpe variorum intervallorum percuffio numerum conficit: quem in cadentibus guttis, quod intervallis diftinguuntur, notare poffumus.

DISTINCTUS, a, um. Partic. [διεςαλμένος] ut, Argumenta perfpicua & diftincta. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Continuatio verborum articulis membrifque diftincta. Cic. 3. de Orat. 184.
Herbæ diftinctæ floribus. Ovid. 5. Met. 266.
Intervalla diftincta & interpuncta. Cic. in Orat. 53. Diftincta alios & interpuncta intervalla, moræ, refpirationesque delectant.
Littora diftincta tectis & urbibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 99.
Omnia diftincta lepôre vario. Lucret. lib. 5. 1375.
Oratio compofita & ornata & artificio quodam & expolitione diftincta. Cic. 1. de Orat. 50.
Sermo dilucidus ac diftinctus. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Soni intervallis diftincti. Cic. in Somn. Scip. 12.
Via diftincta caftris & notata. Cic. de Provinc. Conful. 4. Ut via illa noftra, quæ per Macedoniam eft ufque ad Hellefpontum militaris, non folum excurfionibus Barbarorum fit infefta, fed etiam caftris Thraciis diftincta ac notata.

DISTINCTUS, ûs. m. [διαςολή] Tacit. 6. Ann. 28. Ore ac diftinctu pennarum a cæteris avibus diverfum. De Phœnice. Stat. 1. Sylv. 5. 41.

DISTINCTE, Adv. [διεςαλμένως] Separatim, divifim: ut, Diftincte fcribere. Cic. 2. Tufc. 7. Plin. Epift. 155. Ex ipfis etiam quos non una (ut dicitur) pertica, fed diftincte, gradatimque tractavi. Cic. 1. de Invent. 4. Diftinctius dicendum.
Diftincte, explicate, abundanter, illuminate & rebus & verbis dicere. Cic. 3. de Orat. 50.

DISTINCTIO, ônis. f. [διάςιξις, διαςολή] Divifio, feparatio. Cic. 4. Acad. 77. Quia nulla appareat in vifis diftinctio. Ibid. 43. Et earum tenuis & acuta diftinctio.
Diftinctio quæ vera, quæ falfa habet. Cic. 2. de Divin. 27. Quæ eft tandem ifta diftinctio, quæ vera, quæ falfa habet?
Caufarum diftinctio ac diffimilitudo. Cic. de Fato, 43.
Juftorum injuftorumque diftinctio lex eft. Cic. 2. de Legib. 13.
Siderum diftinctio. Cic. 2. de Nat. Deor. 15.
Veri diftinctio a falfo. Cic. 1. de Fin. 64.
Facilis & expedita diftinctio. Cic. 1. de Fin. 33.
Diftinctio Orationis, & omnium membrorum feu partium, quæ accuratiffime obfervanda eft, ut periodi, membra & commata five incifa recte fecernantur.

DISTINCTOR, ôris. m. Gloff. Cyrill. Diftinctor, διαςικτής. Ammian. 22. 3. Judices juftorum injuftorumque diftinctores. Adde eundem 18. 1. & 28. 4.

DISTO, [διΐςαμαι, ἀπέχω, διαλείπω] âre. Abeffe. Plin. Quod circiter quinque millia paffuum diftat ab Vrbe. Idem lib. 2. cap. 68. Ut CXV. M. paffuum Arabicus finus diftet ab Ægyptio mari.
Carinæ nimium diftant foro. Hor. 1. Epift. 7. 48.
Curfu longo diftare. Virg. 3. Æn. 116.
Laxe diftare. V. LAXUS.
Meta utraque diftare. Ovid. 3. Met. 145.
Et fol ex æquo meta diftabat utraque.
Nihil diftat. V. NIHIL.
Spatioque pari diftabat utrinque, i. e. In medio erat utriusque. Ovid. 10. Met. 175. de Sole meridiano.
Diftare, Differre. Cic. 4. Acad. 59. Quum a veris falfa non diftent. Idem 2. Off. 15. Quibus rebus exculta hominum vita tantum diftat a victu & cultu beftiarum.
Mores diftant a carmine noftri. Ovid. 2. Trift. 353.
Ab re ipfa atque veritate diftare. Cic. pro Rofc. Amer. 44. Vides, Eruci, quantum diftet argumentatio tua ab re ipfa atque a veritate.
Inter fe diftant. Cic. 5. Tufc. 69. Sideraque viderit innumerabilia cœlo inhærentia cum ejus ipfius motu congruere, certis infixa fedibus, feptem alia fuos quæque tenere curfus, multum inter fe altitudine aut humilitate diftantia.
Inter fe diftant & diverfi funt. Cic. 1. de Orat. 215. Multum inter fe diftant iftæ facultates, longeque funt diverfæ atque fejunctæ.
Nihilum diftare. Hor. 2. Serm. 3. 210.
Stultitiane erret, nihilum diftabit an ira.
Paulum diftare, cum dativo. Hor. 4. Carm. 9. 29.
Paulum fepultæ diftat inertiæ
Cælata virtus. V. Vechner. Hellenolex. 1. 25. 3.
Diftare, pro Diftingui. Plin. lib. 5. Epift. 3. Non hi quidem Senatores: fed fanctitas morum non diftat ordinibus. [i. e. Nihil differt a dignitate ordinum, vel Ordinis dignitatem compenfat.

DISTANS, Partic. [ἀπέχων] ut Loci diftantes. Cic. 2. Philipp. 67.
Inter fe diftantes ternis pedibus. V. INTER.
Longe diftantia. Lucret. lib. 2. 334.
Spatio æquali diftantia. Ovid. 8. Met. 248.
Studia diftantia. i. e. Diverfa. Ovid. 3. Trift. 12. 23.
Tempus diftans. Tacit. 3. Ann. 34. At enim haud multum diftanti tempore Calphurnii Pifonem, Æmilii Lepidum amiferunt.

DISTANTIA, æ. f. [ἀποχή, ἀπόςασις] Differentiam aliquando fignificat. Cic. de Amicit. 76. Nec ob aliam caufam ullam boni improbis, improbi bonis amici effe non poffunt, nifi quod tanta eft inter eos, quanta maxima poteft effe, morum ftudiorumque diftantia. Lucret. lib. 2. 373. Interdum etiam Longitudinem & Spatium illud fignificat quo aliquid ab alio diftat. V. Plin. 2. 15.

DISTITO, [διΐςαμαι] âre. frequent. Columel. lib. 7. Diftitent inter fe aliquanto fpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

DISTITIUM, ii. n. Jofeph. Ifcan. de Bell. Troj. Diftitiis acies vicina propinquis.

DISTORQUEO, fi, tum, [διαςρέφω, ςρεβλόω] ēre. Ejusdem fere cum fuo fimplici fignificationis. Ter. Eun. 4. 4. 3. Ah, illud vide, os ut fibi carnifex diftorfit.
Oculos diftorquens. Hor. 1. Serm. 9. 65.
Ora diftorquere. Ovid. 3. de Arte Am. 287.

DISTORTUS, a, um. [διάςροφος] Cic. pro Muren. 61. Solos fapientes, fi diftortiffimi fint, formofos: fi mendiciffimi, divites. V. PUMILIUS.
Crura diftorta. Hor. 1. Serm. 3. 47. Et diftortus vultus, geftusque. Quintil. 6. 3.

DISTORTIO, ônis. f. [διαςροφή] Cic. 4. Tufc. 29. & 5. de Fin. 35. In quibus fi peccetur diftortione, & depravatione, aut motu, ftatuve deformi, &c.

DISTRAHO, xi, ctum, [διέλκω, διασύρω, διασπάω, περισπάω] ēre. Dividere, dilaniare. Liv. 1. Ut igitur paulo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geffifti, ita jam corpus paffim diftrahendum dabis.
Divellere ac diftrahere. Cic. pro Planc. 102. Nemo erit, &c. qui a me mei fervatorem capitis divellat ac diftrahat. Et pro Sylla, 59. Ut ab his membra divelli ac diftrahi poffe diceres.
Lacerare atque diftrahere. Cic. pro Quint. 50. Si funus id habendum fit, quo non amici conveniunt ad exequias cohoneftandas fed bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas & diftrahendas.
Cohærentia diftrahere. Cic. 3. Off. 11. Itaque accepimus Socratem execrari folitum, eos qui primum hæc natura cohærentia, opinione diftraxiffent.
Exercitus diftrahere in diverfiffimas regiones. Liv. 6. Bell. Pun.
In partes minutas diftrahi. Lucret. lib. 2. 826.
Voces diftrahere. Cic. in Orat. 152. Sed Græci viderint: nobis, ne fi cupiamus quidem, diftrahere voces conceditur.
Diftrahere aliquem ab altero, Separare, & fegregare, & fere alienare. Ter. Phorm. 1. 4. 24. Quid fi eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut diftrahar. &c. Ubi Donatus, Vide verbum vim cohærentis oftendere. Idem Hec. 3. 5. 42. Quandoquidem illam a me diftrahit neceffitas. Sic Diftrahi ab amicitia, Cic. pro Domo fua, 98. Ter. Phorm. 3. 2. 33. Tum præterea horum amorem diftrahi poterin' pati?
Excludere, diftrahere, & fegregare aliquem a Repub. Cic. 5. Philipp. 16.
Animi diftrahuntur in contrarias fententias. Cic. 1. Off. 9.
Diftrahi a complexu fuorum. Cic. pro Domo fua, 98.
Filatim diftrahi. Lucret. lib. 2. 830. i. e. Per fila minuta difcerpi.
Induftriam diftrahere hominis in plura ftudia. Cic. 1. de Orat. 25.
Societatem diftrahere cum aliquo, eft Renuntiare focietati. Sen. Epift. 66. Quum vifum fuerit, diftraham cum illo focietatem: & nunc quum hæremus, non erimus æquis partibus focii?
Diftrahere, Vendere. Ulpian. de Tranfact. Si uni, pluribusve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum diftrahere, neceffe eft Prætorem de ejus diftractione & tranfactione arbitrari. Sueton. in Vefp. cap. 16. Coemendo quædam, tantum ut pluris poftea diftraheret.
Controverfias diftrahere. i. e. Componere, vel dirimere lites. Sueton. in Cæf. cap. 75. Cic. pro Cæcin. 6.
Rem aliquam diftrahere, Differre. Cæf. 1. Bell. Civil. 33. Subjicitur etiam L. Metellus Trib. pleb. ab inimicis Cæfaris, qui hanc rem diftrahat, reliquasque res quafcunque agere inftituerat, impediat. i. e. Interceffione difturbet.
Diftrahit mediam Afiam Taurus mons. h. e. Separat. Plin. lib. 5. cap. 27.
Diftrahor: tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. Cic. 4. Acad. 134.

DISTRACTUS, Partic. [διεσπασμένος, διάςροφος] Plin. de Viris Illuft. Anima diftracta in toto corpore. i. e. Diffufa per totum corpus. Lucret. lib. 3. 800.
Diftracta & extincta vis. Cic. pro Domo fua, 67. Ex quo judicare poteftis quanta vis illa fuerit oriens & congregata, quum hæc Cn. Pompejum terruerit, jam diftracta & extincta.
Aliqui perfidia hominum diftracti. Cic. 8. Att. 15. Obfecro te Cicero, fufcipe curam & cogitationem digniffimam virtutis, ut Cæfarem & Pompeium perfidia hominum diftractos, rursus in priftinam concordiam reducas.

DISTRACTIOR. Lucret. lib. 4. 958.
Et divifior inter fe ac diftractior intus.

DISTRACTISSIMUS, fuperl. Per omne belli tempus nemo e nobis imbecillus fuit, cujus falus ac valetudo non ita fuftentaretur Cæfaris cura, tanquam diftractiffimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus. Vellej. 2. 114.

DISTRACTIO, ônis. f. [διάςασις, διάσπασις] Separatio, alienatio. Plaut. Pfeud. 1. 1. 68. Harum mihi voluptatum omnium atque itidem tibi diftractio, diffidium, vaftities venit. Cic. 3. Off. 32. Nulla enim nobis cum tyrannis focietas, fed potius fumma diftractio eft. Diftractio apud JCtos. modo Venditio eft, modo Divortium.

DISTRACTOR, oris. m. [διαπράτης] Gloff. Gr. Lat. Nonius 1. 267. Servus qui venundatus ob aliquod vitium aut malefactum a diftractore recipiatur. Male ibi Diftrictore legitur. Juftin. Cod. 8. tit. 14.

DISTRACTUS, ûs. m. Apud JCtos. eft Refolutio contractus. Juftin. Inft. 3. t. 28.

DISTRIBUO, ui, ūtum, [ἀπονέμω, διανέμω, διαδίδωμι, νέμω] ēre. Separatim difponere, & fuum cuique tribuere. Ter. Adel. 3. 3. 17. Id diftributum fane eft ex fententia.
Beneficia diftribuere per gentes & populos, pro inter gentes. Sen. de Benef.
Concinne diftribuere. V. CONCINNUS.
Caufam diftribuere. h. e. Partiri. Cic. pro Rofc. Amer. 122. Meminiftis me ita diftribuiffe initio caufam in crimen, cujus, &c.
Exercitum latius, & in plures civitates. Cæf. 5. Bell. Gall. 24. Legionesque in plures civitates diftribuere.
In minifteria. Plin. Epift. Diftribuamus illos in ea minifteria, quæ non longe a pœna fint.
In fingulos. Cic. pro Cluent. 74. H-S. quadraginta millia nummûm in fingulos judices diftributa.
In numeros milites. Plin. Epift. 10. 38. Ipfe enim dubito ob hæc maxime, quod ut jam dixerant facramento militari, nondum diftributi in numeros erant.
Partibus diftribuere. Cic. 1. de Orat. 109.
Tempora peregrinationis commode diftribuere. Cic. 2. Att. 1.

DISTRIBUTUS, Partic. [διαδοθείς] ut, Caufarum divifio in duas partes diftributa. Author ad Heren. lib. 1. 19.
Orbem terrarum, imperiis diftributis, ardere bello. Cic. 4. Fam. 2.

Ortæ leges & distributæ ab Atheniensibus in omnes terras. Cic. pro Flacc. 6.

**Distribute**, Adv. [διακεκριμένως] Cic. 2. Tusc. 7. Sed quia profitentur ipsi illi qui eos scribunt, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere. Idem 2. de Invent. 177. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum & corpus, & extraneas res, licebit.

**Distributim**, Adv. Idem apud Orosium.

**Distributor**, ōris. m. [μεταδότης] Cic. in Pison. 36. Hoc certe video quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum. Sed Turnebus hic legit, Diribitores. V. DIRIBEO & DIRIBITOR.

**Distributio**, ōnis. f. [μετάδοσις, διάδοσις, διαίρεσις, διανομή] Cic. pro Cluent. 1. Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionem, invidiæ & criminum, &c. Idem 5. de Fin. Distributio sensuum.
Distributio apud Rhetores, dicitur Figura (quæ a Græcis μερισμὸς vocatur) cum genus per species, corpus per membra, totum per partes declaramus, magna cum gratia & utilitate. Cic. de Petit. Conf. 8. At ne videar aberrasse a distributione mea, qui hæc in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor.

**Distrigillo**, āre. Gloss. Lat. Gr. Distrigilla me, περίξυσόν με.

**Distringo**, inxi, ictum, [περισφίγγω, περισπάω, ἀποξύω] ĕre. Valde stringere, sive Diversis locis alligare atque sic extendere. Cic. 3. Off. 113. Fraus enim distringit, non dissolvit perjurium. Al. Astringit.
Distringit cura rusticos. V. CURA.
Distringi, Impediri, occupatum esse, & distineri negotiis. Plin. lib. 5. Epist. 5. Quamvis agendis causis distringeretur. Idem lib. 1. Epist. 10. Nam distringor officio, ut maximo, sic molestissimo.
Distringi judicio. Neratius in l. ex judicatum solvi. D. judic. solvi, Neque enim æquum est aut judicio distringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui sine judicio dare partem paratus est.
Distringere, pro Pungere, seu Leviter ferire. Ovid. 10. Met. 526.
Tuscius extanti distrinxit arundine pectus. [Destrinxit Burmanniana, itemque in subjectis locis. V. Scheff. ad Phædr. 1. 29. 2. Cuper. Observ. 4. 5. ubi differentiam utriusque v. expromit. Drakenborch. ad Sil. 17. 164.
Arundo distrinxit summum corpus. Ovid. 8. Met. 383.
Carmine mordaci distringere aliquem. Ovid. 2. Trist. 563.
Distringere, Defricare, seu Radendo sordes detergere. Martial. lib. 14. 51. de Strigilibus,
Pergamus has misit curvo distringere ferro. V. STRIGILIS.
Distringere & eradere. Columel. lib. 4. cap. 24. Jam vero muscus qui more compedis crura vitium devincta comprimit situque & veterno macerat, ferro distringendus & eradendus est.
Distringere crustam panis, Gallice dicitur *Chapeler du pain.* Ex Budæo.
Distringere, Decerpere. Columel. lib. ult. Sereno cœlo manibus distringi olivam oportet. Sic Plin. lib. 19. cap. 9. Semen ejus quum est maturum, ab æquinoctio Autumni distringitur. Fortasse legendum Destringitur per secundam vocalem in prima. V. DESTRINGO.
Ramos distringere. Lucan. lib. 4. 318.
Distringere, pro Confringere, comminuere. Columel. lib. 12. cap. 8. Deinde exiguum aridi thymi & cunilæ aridæ super lac distringito.
Distringere gladium, E vagina educere. Cic. 3. Off. 112. At ille ut ingressus est, confestim gladium distrinxit, juravitque se illum statim interfecturum. conf. Tacit. 12. Ann. 51. 4. & Flor. 2. 2. 17. ubi tamen malunt viri docti Destringere.
Distringitur severitas; Sen. lib. 2. de Ira, h. e. Exeritur: Ducta metaphora a gladio.
Distringere amaritudinem carminum. Plin. lib. 36. cap. 5. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse.

**Distringens**, Partic. [ἀπoξύων] Qui strigili, vel manibus sordes corporis & sudorem in balneo abstergit. Hic enim erat mos veterum. Plin. lib. 34. cap. 8. de Polycleto loquens, Fecit, inquit, & distringentem se, & nudum talo incessentem. h. e. Sudorem abstergentem, quem Græci, ut idem author explicare videtur, ἀποξυόμενον vocant. Idem eodem loco, de Dædalo, Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Quibus in locis antiquissimus codex legit Destringentes. V. Mercurial. de Arte Gymn. 1. 7.

**Districtus**, Partic. [περισφιγμένος] Cic. de Arusp. Resp. 60. Suffragia districta tenentur a paucis.
Ensis districtus. Hor. 3. Carm. 14. 17.
Districtos in Remp. gladios retudimus. Cic. 3. Catil. 2.
Districta dentium acie scindens. Ammian. lib. 14. 311. circa finem. H. St.
Districtus, In angustias coactus. Cic. 2. Fam. 15. Districtus enim mihi videris esse, quod & bonus civis, & bonus amicus es. quasi dicat, Nescis utrum faveas Reip. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant.
Ambitionis labore vita districta. Cic. 3. de Orat. 7. Nam quandiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta, tandiu privatis magis officiis & ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut Reip. dignitate.
Solicitudine districtus. Hor. 2. Serm. 8. 67.
Districtus & obligatus. Cic. 2. Verr. 24. Idem 2. Q. frat. 15. Sic enim habeto, nunquam me a causis & judiciis districtiorem fuisse.
Districtus, pro Non molli aut soluto. Tacit. 4. Ann. 36. 4. Ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leves, ignobiles, pœnis adficiebantur. Sic Districtam fœneratricem dixit Valer. lib. 8. 2. 2. pro Acerba & nihil remittente.

**Districtus**, ūs. m. a Distringendo, sicut Territorium a Terrendo nomen sumpsisse videri potest: quo nomine quidam significari putant quicquid ultra territorium suum ex alieno ditioni suæ cives addunt, vel virtute bellica partum, vel quaque alia ratione. Tametsi, Alciato teste, Districtus vocabulum apud antiquorum neminem reperiatur. Ceterum notat Spiegel. quatuor nomina apud juris interpretes ejusdem esse intellectus, Territorium, Comitatus, Districtus, Diœcesis. [Pro Districtu antiqui Tractum ponunt fere. V. Cellar. Antib. p. 31. & Speelm. ac Du Fresne in Glossar.

**Districte**, Adv. [ἀποτόμως] Cic. 2. Philipp. 32. Non enim fortasse satis quæ districtius dicuntur, intelligis. Ex vetusto exemplari legendum Distinctius.
Districte minari. Plin. lib. 9. Epist. 1. Jungam tamen tanto plenius & effusius, quanto ipsum acrius severiusque corripui, districte minatus, nunquam me postea rogaturum.



Districte denegare. Ulp. in l. sed hæc. D. de procur. Sed hæc neque passim admittenda sunt, neque districte deneganda, sed a Prætore causa cognita temperanda.

**Districtio**, ōnis. f. [ἀπορία] Difficultas, anxietas, impedita ratio Paulus l. 16. D. de recept. arb. Quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est.

**Distrunco**, [διακοτομέω] āre. Idem quod Truncare. Plaut. Trucul. 2. 7. 53. Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.

**Distruo**, xi, ctum, [διακατασκευάζω] ĕre. Seorsum vel Separatim struere. Vetus verbum. Sueton. in Calig. 41. Distructisque & instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. Alii legunt Destructis, vel Districtis, emendati vero libri exhibent Distinctis. Prudent. Apoth. v. 445.
— distructaque templa
Imperio cecidisse Ducum. V. Heins. ibi, qui & inscriptionem adfert de ponte Salario, A NEFANDISSIMO TYRANNO TOTILA DISTRVCTVM. [Ita Sequiori ævo scribebant, pro Destructum, quomodo & apud Prudent. legendum est.

**Disturbo**, [ἀνασπάω] āre. Dissipando, diruendoque disjicere, inquit Valla lib. 5. Cic. pro Domo sua 98. Et jam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas.
Disturbare & dejicere. Author ad Heren. lib. 1. 21. Cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas dejicit, &c.
Disturbare & diripere aliquid. Cic. pro Domo sua 114. Quibus spectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur.
Disturbare ac dissipare cuncta. Cic. 2. de Nat. Deor. 42.
Ædes suas disturbare. Lucret. lib. 2. 1101.
Domum alicujus disturbare. Cic. pro Domo sua 114.
Freta disturbat auster. Sen. Hippol. 10.
Judicia vi & armis disturbare. Cic. pro Sylla 71.
Legem aliquam concione disturbare ac pervertere. Cic. 2. de Lege Agr. 100.
Locum aliquem sententiis & manibus disturbare. Cic. pro Domo sua 103. Quam porticum pro amore quem habetis in Rempub. & semper habuistis, non modo sententiis, sed si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis.
Multo disturbat sanguine pacem. Lucan. lib. 4. 210.
Societatem vitæ disturbare. Cic. pro Rosc. Amer. 111. In his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium: & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem.
Disturbare, Impedire ne quid fiat. Cic. 11. Fam. 21. Disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi.

**Disturbans**, Partic. Lucret. lib. 1. 559. Tempus omne disturbans dissolvensque.

**Disturbatus**, Partic. [ἀνεσπασμένος] ut, Disturbata porticus, h. e. Effracta & diruta.

**Disturbatio**, ōnis. f. [ἀνάστασις] Cic. 3. Off. 46. Sed utilitatis specie in Repub. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.

**Disulcus**, V. DISSULCUS.

## D I T.

**Ditesco**, V. DIS, ditis.

**Dithyrambus**, [Διθύραμβος] Bacchi apud Græcos cognomen; unde Dithyrambus etiam dicebatur Hymni genus, quod Baccho cani solebat. Nam quod a quodam Thebano, qui item Dithyrambus dictus fuit, idque invenit, dictum volunt nonnulli, approbari non potest. Nam si ita se haberet res, Pindarus certe inter cæteras patriæ suæ laudes hoc inventum non tacuisset. Tantum vero abest, ut unquam meminerit, ut laudem & inventionem Dithyramborum Corinthiis diserte ascribat. Erat autem hoc carminis genus ita compositum, ut inventione, dictione, & numeris a castigata ratione abiret longius & miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, adeo ut non tam a sanis & sobriis, quam furore Bacchico concitatis videretur scriptum, naturamque Dei istius, cujus laudes celebraret, imitaretur. Unde Hor. 4. Carm. 2. 10.
Seu per audaces nova Dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis. Ubi vide Interpp. itemque Scal. Poet. 1. 44. necnon & Erasm. Schmidium in Diatribe de Dithyrambis, quam Pindari commentario subjunxit. Et ante hos Procli Chrestomath. p. 8. & ad eum loc. A. Schotto notata.

**Dithyrambicus**, Adj. [διθυραμβικὸς] ut, Poema dithyrambicum. Cic. de Opt. Gen. Orat. 1.
Dithyrambicus intellectus, Proverbium de re obscura dici solitum, nec cuivis pervia. Illorum enim peculiare fuit, verbis uti compositis, καὶ πολυπλόκοις, i. e. Nodosis, implicitisque, sed & tumentibus. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 15.

**Dithyrambios**, Herba Symphoniaca, vel Hyoscyamos. Apul. de Herb. cap. 4.

**Ditio**, ōnis. f. [ἐπικράτεια] a Ditior comparativo nominis Dis ditis; significat Imperium. Plaut. Mil. 4. 1. 8. Loquere: aureis meas profecto dedo in ditionem tuam.
Negant Servius ad 1. Æn. 740. Priscianus, & plerique Grammatici nominativum Ditio in usu esse, nisi in compositione.
Cadere sub imperium ditionemque alicujus. Cic. pro Font. 2. V. CADO.
Concedere in ditionem. V. CONCEDO.
Dedere in ditionem. V. DEDO.
Geruntur res ditione atque numine deorum. Cic. 2. de Legib.
Gubernari alicujus nutu ac ditione. Cic. Anteq. iret in exil. 24. Nunc ego te Jupiter optime maxime, cujus nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, &c.
Premere magna ditione terram aliquam. Virg. 10. Æn. 53.
— magna ditione jubeto
Carthago premat Ausoniam.
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent. Virg. 1. Æn. 236. id est, Omni potestate, pace, legibus, bello. Servius.
Ditioni, judicio, potestati aliquorum permittere & condonare gentes, nationes, provincias, regna. Cic. 2. de Lege Agr.
Redigere in ditionem. Plin. lib. 9. cap. 35. Cic. de Provinc. Consul. 32.

Bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. V. REDIGO.
Redire in ditionem domini. V. REDEO.
Redigere. Cic. 2. de Lege Agr. 7. Populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum pop. Rom. coerceas? opprimas? redigas in istam Decemviralem ditionem & potestatem?
Respirare contra nutum ditionemque alicujus. Cic. pro Quint. 94.
Subactus ditione Latia. Claud. 1. Ruff. 292.
Terminus Romanæ ditionis. Claud. Conf. Stil. 160.
Sub imperium ditionemque pop. Rom. urbes aliquas subjungere. Cic. 3. Verr. 55.
In ditione ac potestate alicujus esse. Cic. pro Quint. 6.
Tenere regionem aliquam ditione. Virg. 1. Æn. 236.
— genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat. Ubi Serv. a Dicendo vocem arcessere videtur. Potestate, inquit, omnis enim potestas dictis constat, i. e. imperio. V. Voss. de Anal. 1. 22. & 48.
Accusare aliquem, & ipsum in sua potestate & ditione tenere. Cic. 3. Verr. 97.
In ditionem venire. Pompon. in l. 2. §. Capta deinde Sardinia. D. de Origine juris, Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia: totidem Prætores, quot provinciæ in ditionem venerant, creati sunt.
DITIOR, DITISSIMUS, DITO. V. DIS, ditis.
DITIS CAUSA. V. DICIS causa.
DITROCHÆUS, [διτρόχαιος] Pes constans ex duobus trochæis, hoc est, ex longa & brevi, & iterum longa & brevi, ut Cantilēnā. Author Diomed. Gram. 2. p. 467.
DITTANI, [Διτᾶνοι] Populi Hispaniæ, ab Austro Celtiberis proximi, ut refert Strabo lib. 3.

## D I U

DIU, Adv. [δηθὰ, δηρὸν, ἐκ πάλαι, διὰ μακρῦ, πολὺν χρόνον] i. e. Per dies: notat Continuationem dierum. Ter. Eun. 2. 3. 4. Una hæc spes est, ubi ubi est, diu celari non potest.
Diu & Subito, contraria. Cic. 11. Fam. 13. extr. Copias, quas diu simulatione Reipub. comparabant, subito ad patriæ periculum converterunt.
Hoc ipsum diu. Cic. pro Marcel. 28. Quid enim est hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?
Diu collecta improborum vis & inveterata. Cic. pro Domo sua 63.
Diu aliq. demorari. Plaut. Epid. 3. 2. 40.
Sed nimis longum loquor, diu me estis demorati.
Diu aliquid perdiscere. Plin. in Paneg. Jam tunc præmonente Fortuna, ut diu penitus perdisceres, quæ mox præcipere deberes.
Diu vitam vivere. Plaut. Mil. 3. 1. 34.
Tamne tibi diu videor vitam vivere?
Diu vitam dari. Id. ibid. 129.
Huic homini dignum est divitias esse, & diu vitam dari.
Diu ferre. Tacit. 6. Ann. 49. Aliaque in eundem dolorem mœsta & miseranda diu ferret. i. e. Diceret.
Diu fit. Plaut. Curcul. 1. 2. 27. At jam bibes. LE. diu fit.
Diu est, quod miseram accersitum eum. Plaut. Merc. 19.
Haud diu est, quum dentes exciderunt. Plaut. Merc. 3. 1. 44. Nam illi quidem haud sane diu est quum dentes exciderunt.
Minus diu. V. post MINOR.
Diu, multum, sine copula. Cic. pro Sylla 73. Hæc diu, multum, & multo labore quæsita una eripuit hora.
Multum diuque, vel Diu multumque. Cic. de Senect. Quum multum diuque vixeris. Sic in Orat. 1. Diu multumque dubitare.
Nimis sive Nimium diu. V. NIMIS.
Sæpe & diu ad pedes jacuit stratus. Cic. pro Quint. 96.
Satis diu, & satis multos annos. Cic. pro Cluent. 202.
Neque enim diu huc commigrarunt. Ter. Adel. 4. 5. 15. Liv. 1. Nec diu pax Albana mansit.
Diu, pro Die: unde & Interdiu dicitur. Titinnius Fullonibus: Nec noctu, nec diu licet fullonibus quiescant. Plaut. Casin. 4. 4. 5. Noctuque & diu ut viro subdola sies. Nonius.
Diu pro Diuturne. Cic. de Senect. Ille vult diu vivere, hic diu vixit.
Diu, Ulpianus interpretatur non minus decennio, in l. 16. §. Aristo. D. de fideicomm. libert. Et ita in l. 3. §. si servus. D. de acquir. possess. Hinc Diuturnum tempus & Diuturnam possessionem ad decennium referri vulgo obtinuit. l. 1. §. ult. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.
DIURNO, āre. Diu vivo, teste Nonio. Est autem verbum a Die deductum, sicut Perennare ab Anno. Neque optimum inter nos sinunt diurnare. V. Gell. lib. 17. cap. 2. Vox inusitata.
DIUTIUS, compar. a Diu. [διὰ μακροτέρε] Ter. Phorm. 4. 1. 30. Postquam videt me ejus mater esse hic diutius. Cic. 4. Acad. Didicit apud Philonem tandiu, ut constaret diutius didicisse neminem. Idem 6. Verr. 109. Non obtundam diutius aures vestras.
Quanto diutius, tanto, &c. Ter. Heaut. 3. 1. 15. Quanto diutius abest, magis cupio tanto, & magis desidero.
Multo diutius. Cic. de Clar. Orat. 26. Tamen multo diutius Athenæ jam erant, quam est Roma ad hodiernum diem.
Tibine hæc diutius licere speras facere, me vivo patre? Ter. Heaut. 1. 1.
Diutius anno. Cic. 7. Att. Ne diutius anno in provincia essem.
Diutius enim jam in hoc desiderio esse non possum. Cic. de Amicit.
Nec diutius quin. Sallust. in Catil. 39. Neque illis qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quin defessis & exanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret.
DIUTISSIME, superl. [πλεῖςον χρόνον, διὰ μακροτάτε] Longissimo tempore. Cic. de Amicit. 4. Varro 2. de R. R. cap. 6. Utique ut quam diutissime fructum ferre posit. Cic. in Pison. 90. Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit.
DIUTŬLE, Adv. dimin. [ἐπ' ὀλίγον] Aliquandiu. Gell. lib. 5. cap. 10. Quum diutule tacitus cogitando fuissem. Apul. in Florid. At non itidem major meus Socrates, qui quum decorum adolescentem & diutule tacentem conspicatus foret, &c.
DIUTĬLE, Adv. Macrob. 7. Saturn. cap. 11. Quumque diutile tacentem crebris hortatibus excitaret, &c. Et cap. 13. Sordidatum pallium meum in mari diutile lavi. Sic alibi frequenter apud eundem: sed alii legunt Diutule, & sic Jo. Is. Pontan.
Puto ex errore Diutile, aut certe alterum Diutule falsum. H. St.
DIUTĪNUS, Adj. [δηρὸς] i. e. Continuus vel potius Longinquus, longi temporis. Cic. 11. Fam. 8. Tantus ardor occupavit animos hominum libertatis desiderio, tædioque diutinæ servitutis. Sic Cæs. 2. Bell. Civil. 13. Diutinus labor. Liv. 5. Bell. Pun. Diutinum bellum.
DIUTĬNE, Adv. [δηρὸν] Plaut. Rud. 4. 7. 15. Ille qui consulte, docte, atque astute cavet, Diutine uti bene licet partum bene.
DIUTURNUS, [χρόνιος, πολυχρόνιος, χρονιαῖος] Idem quod Diutinus. Cic. de Senect. 26. Quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.
Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Cic. 2. Off. 43.
Bellum diuturum. Cic. pro Lege Manil. 35.
Delectatio diuturna. Cic. 3. de Orat. 98. Quanvis claris sit coloribus picta vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturnam.
Error diuturnus. Cic. 1. Off. 113. Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno, quum & mulieribus, &c.
Mala diuturna. Ovid. 4. Trist. 6. 50.
Morbus diuturnus & desperatus. Cic. pro Sylla 76. Ex magnis & diuturnis, & jam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit.
Observatio diuturna. Cic. 2. de Divin. 28.
Pace diuturna se recreare. Cic. de Provinc. Conf. 5.
Perpessio diuturna ac voluntaria rerum arduarum ac difficilium, honestatis & utilitatis causa. Definitio est Patientiæ, Cic. 2. de Invent. 165.
Simulatio diuturna. Cic. 7. Att. 1. Quam non est facilis virtus, quam vero difficilis ejus diuturna simulatio!
DIUTURNIOR, compar. Ovid. 4. Met. 472.
Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset. Idem 6. Fast.
Diuturnius. Liv. 1. Quo diuturnius Servii regnum esset.
DIUTURNE, Adv. Cic. 6. Fam. 10. Tibi istam acerbitatem & injuriam non diuturne fore. Sic optimi Cod. MSS. vulgo Diuturnam legitur. comp. Sidon. Epist. 9. 9.
DIUTURNĬTAS, ātis. [χρονιότης] Cic. de Senect. Nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Sic Diuturnitas belli. Cæs. 1. Bell. Gall. 40. Cic. 2. de Fin. 87. Diuturnitas temporum.
Celeritas & Diuturnitas, contraria. Cic. 1. de Fin. 40. Quod mors sensu careat, dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse, ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consoletur.
Dominationis & victoriæ diuturnitas. Cic. 7. Att. 21.
Imperii diuturnitati modus statuendus. Cic. pro Lege Manil. 26.
Memoriæ diuturnitas. Cic. 1. de Orat. 129. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id in quo aliquid offenderis.
Pacis diuturnitas otium confirmavit. Cic. 1. de Orat. 14.
Temporis diuturnitate non confirmaretur opinio, nec una cum seculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.
Extabescere diuturnitate fictas atque novas opiniones videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.
Diuturnitate non vanescere animi labes, nec manibus ullis elui potest. Cic. 2. de Legib. 24.
Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. Cic. 5. Fam. 16.
Diuturnitates dixit Arnob. lib. 6.
DIVĀGOR, [πλανῶμαι] Oberro, huc illuc vagor. Lactant. lib. 5. Ubi animus in multa dispersus huc atque illuc divagatur. Quidam legunt Devagatur.
DIVAGATIO, ōnis. Tertull.
DIVAGABILIS, e. Augustin.
DIVALIA, orum. Feriæ Divæ Angeronæ, cui Pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciebant. Dicebantur etiam Angeronalia. Græv. Thes. Rom. Antiq. Tom. 8. p. 12. & Tom. 11. p. 675.
DIVARĬCO, [διίστημι] āre, est, authore Nonio, Distendere: dictum ab iis qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. Cic. 6. Verr. 86. In ea Sopatrum hominem tum domi nobilem, tum summo magistratu præditum, divaricari ac deligari jubet. Varro 2. de R. R. cap. 5. de bubus, Nec cujus ungulæ divaricent. Cato cap. 45. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easque divaricato.
DIVARICATUS, Partic. Prudent. Perist. 5. 252. Divaricatis cruribus.
DIVARICATIO, ōnis. f. August.
DIVELLO, velli & vulsi, vulsum, [διασπάω] ĕre. Idem quod Avellere. Sallust. Catil. 51. Rapi virgines, pueros, divelli liberos a complexu parentum.
Aliquid mordicus divellere. Hor. 1. Serm. 8. 27.
Amplexu dulci divelli. Virg. 8. Æn. 568.
Artus divellere morsu. Ovid. 8. Met. 877.
Commoda civium. Cic. 2. Off. 83. Eaque est summa ratio & sapientia boni civis, commoda civium defendere, non divellere, atque omnes æquitate eadem continere.
Corpus divellere. Virg. 4. Æn. 600.
Conglutinationes divellere. Cic. de Senect. 72. Sic dissolutam & divulsam rem conglutinare, apud eundem 1. de Orat. 188.
Consensus divulsus. Cic. de Arusp. Resp. 60. Consensus ordinum est divulsus.
Dolore divelli. Cic. pro Planc. 79.
Magnos manibus divellere montes. Lucret. lib. 1. 202.
Nodos divellere manibus. Virg. 2. Æn. 220.
A voluptate nec divelli nec distrahi potest. Cic. 1. de Fin. 50.
Non facile divelli a Polemonis & Peripateticorum finibus. Cic. 4. Acad. 132.
DIVULSUS, Partic. [διασπασθεὶς] ut, Membra divulsa. Ovid. 3. Trist. 9. 27. Unda divulsa remis. Ovid. 8. Met. 138. V. in ipso v.
DIVENDO, di, dītum, [διωνίομαι] ĕre. Huic & illi vendere. Liv. 1. 53. Quum divendita præda XL. talenta argenti aurique recepisset. Sic ibid. lib. 3. 13.
Bona divendere. Cic. 1. de Lege Agr. 7. Hic permittit sua lege Decemviris, ut in tenebris commodum sit tenebris, ut in qua velint solitudine, bona populi Romani possint divendere.
DIVERBERO, [διακόπτω] āre. Verbere dividere, Scindere. Virg. 5. Æn. 502.
Primaque

Primaque per cœlum nervo ſtridente ſagitta
Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras. Servius.
Ictu diverberare aliquid. Lucret. lib. 1. 223.
Ferro diverberat umbras. Virg. 6. Æn. 294.
Sol aërias diverberat undas. Lucret. lib. 2. 151.

DIVERBIUM, ii. n. [πρότασις] Eſt, inquit Servius, Primus actus Comœdiæ. nam quælibet Comœdia dividitur in Prologum, Protaſin, Epitaſin, & Cataſtrophen.
Diverbia, Partes comœdiarum, ubi plures perſonæ verſantur, a perſonarum varietate dicta. Liv. 7. 2. Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipſorum voci relicta. Sunt qui Diverbia, Notabiles ſententias vocari magis exiſtiment. Nam de hiſtrionibus loquitur, qui ad manum cætera cantabant: ea tantum pronuntiabant, quæ volebant obſervari a populo. Auſonius de ſtudio puerili. Edyll. 4. 60.
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.
Donatus in Prolegomenis Terentianis, quæ Hiſtriones pronunciabant, non cantabant. DIVERBIA, inquit, Hiſtriones pronunciabant; CANTICA vero temperabantur modis non a Poëta, ſed a perito artis muſicæ factis. V. & Diom. l. 3. p. 489.

DIVERGIUM, ii. n. Amnis in diverſum vergens. Frontin. de R. Agr. p. ed. Keuch. 278. Gœſ. 121. Sic. Flacc. de Cond. Agr. Territoria alia fluminibus finiuntur, alia ſummis montium jugis ac divergiis aquarum. Aggen. Comm. in Front. de lim. Agr. p. 45. Gœſ. Vel divergiis aquæ, quæ aut loci natura aut ſolers procuravit antiquitas. Conf. AQUIVERGIUM, DIVERTICULUM & DIVORTIUM.

DIVERSICŎLOR, ōris. m. Mart. Capell. 1. p. 6.

DIVERSE, Adv. Ter. And. 1. 5. 25. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſe trahunt.

DIVERSĬTO, [θαμινὰ καταλύω] āre. frequent. a Diverto pro Deflecto. Gell. lib. 17. cap. 20. Non ad vocularum ejus amœnitatem, nec ad verborum venuſtates diverſitandum. ſed in nonnullis exemplaribus invenitur, Deverſitandum.

DIVERSOR, [καταγομαι, καταλύω] āri. modo Diverto, modo Converſor ſignificat. Cic. 3. Verr. 69. Apud quem diverſatus es. Idem 5. Tuſc. 22. Quum Athenis apud eum diverſarer.
Diverſari laute. Cic. 3. Verr. 64. Rubrium, delicias ſuas in omnibus hujuſmodi rebus adjutorem ſuum & conſcium parum laute diverſari dicit, ad Philodamum deduci jubet.
In domo aliqua diverſari. Cic. 3. Verr. 69. Omnes ad eam domum in qua iſte diverſabatur, profecti ſunt.

DIVERSANS, antis. Partic. Gell. lib. 12. cap. 11. Diverſans in quodam tugurio extra urbem.

DIVERSOR, ōris. [καταγωγεύς] Qui in hoſpitium divertit, hoſpitandi gratia. Cic. 2. de Invent. 15. Caupo non multo poſt conclamavit hominem eſſe occiſum, & cum quibuſdam diverſoribus illum qui ante exierat conſequitur.

DIVERSORIUM, ii. n. [καταγωγὴ, καταγώγιον] Idem quod Diverticulum, q. V. vel potius locus ad divertendum. Cic. de Senect. 84. Commorandi enim natura diverſorium nobis, non habitandi dedit. Idem 2. de Orat. 234. Requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diverſorio.
Commoratio & diverſorium. Cic. 6. Fam. 19. Nam & villa & amœnitas illa, commorationis eſt, non diverſorii.
Per metaph. Diverſorium flagitiorum, & officina nequitiæ. Cic. pro Roſc. Amer. 134.
Sermonis diverſorium. Cic. 2. de Orat. 290. Sed jam tu Antoni qui hoc diverſorio ſermonis tui libenter acquieturum te eſſe dixiſti, &c.
Studiorum, non libidinum diverſorium. Cic. 2. Philipp. 104. Studiorum enim ſuorum Marcus Varro voluit eſſe illud, non libidinum diverſorium.
Diverſorium, Villa & quaſi hoſpitium, quo nos recipimus. Cic. 7. Fam. 23. Næ ego multo libentius emerim diverſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim.

DIVERSORIŎLUM, dimin. [καταγωγίδιον] Cic. 12. Fam. 20. Niſi quod Sinueſſanum diverſoriolum contempſiſti.

DIVERSORIUS, Adj. [καταγωγικός] ut Taberna diverſoria. Plaut. Men. 2. 3. 81. Suet. Neron. cap. 27. Diſpoſitæ per littora & ripas diverſoriæ tabernæ.

DIVERSORIARIUS, i. m. [πανδοχεύς] Gloſſ. Gr. Lat.

DIVERSUS, a, um. Adj. [ἀλλοῖος, πολυειδής] Qui deflexit de itinere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 24. Quum Numidas diverſos diſſipatosque in omnes partes fugere vidiſſent. Quo diverſus abis? Virg. 5. Æn. 166.
Diverſus, pro Contrario, vel Oppoſito, & Adverſo plerumque ponitur: pro etiam nonnunquam diſſimili & vario: ut ſequentia declarant. V. Drakenb. ad Sil. 1. 264.
Diverſa vitia videntur dici pro contrariis. V. in VITIUM. H. St.
Quæ commodis, utilitate, & prope natura diverſa ſunt, voluntate conjungere difficile eſt. Cic. 1. Q. frat. 1.
Diverſus a. Cic. 4. Acad. 101. Certa igitur cum illo qui a te totus diverſus eſt. Idem de Clar. Orat. 307. Hæc videntur eſſe a propoſita ratione diverſa.
Inter ſe diverſi. Cic. in Somn. Scip. 15. Cernis autem eandem terram, quaſi quibuſdam redimitam & circundatam cingulis: e quibus duos maxime inter ſe diverſos, & cœli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides.
Longe diverſus ab aliis. Cic. Topic. 53. Deinceps eſt locus Dialecticorum proprius ex conſequentibus & antecedentibus & repugnantibus, qui etiam ab adjunctis longe diverſus eſt. Idem 5. Philipp. 49. Longiſſime diverſa ratio.
Diverſus quam. Plin. lib. 19. cap. 8. Eruca diverſæ eſt, quam lactuca naturæ. ut Dicitur Alius quam &c. H. St.
Diverſus & diſſimilis. Cic. 1. de Invent. 33. Hoc igitur vitandum eſt, ne cujus genus poſueris, ejus ſecum aliquam, ſicuti diverſam & diſſimilem partem ponas in eadem partitione.
Acies diverſa. Tacit. 14. Ann. 30. Stabat pro littore diverſa acies. V. ACIES.
Animos diverſos ducere, i. e. Diverſa cogitare. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 119.
Cædes diverſæ. Virg. 12. Æn. 500.

Diverſa de cauſa. i. e. Prorſus alia & contraria. Varro, Itaque inſtitutum diverſa de cauſa, ut ad alius Dei aram ex caprino genere hoſtia adduceretur, ad alius non ſacrificaretur.
Curæ diverſæ vocant animum in contraria. Virg. 12. Æn. 487.
Diverſi, ſubaud. Homines. Cic. 2. Philipp. 93. Sunt ea quidem innumerabilia, quæ a diverſis emebantur non inſciente te.
Author in diverſum. Tacit. 12. Ann. 69. Mox nullo in diverſum authore, quæ offerebantur ſecuti ſunt.
Afficere aliquem in diverſum. Tacit. 11. Ann. 19. Cæterum is terror milites hoſteſque in diverſum affecit.
In diverſum concitati equi. Liv. 1. 28. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Metium, deinde in diverſum equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhæſerant vinculis membra portantes.
In diverſum curvari. V. CURVO.
In diverſum ſterni. V. IN.
Iter diverſum quiſque ſequimur. Ovid. 2. de Ponto 10. 18.
Loca diverſa. Cic. de Clar. Orat. 258. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diverſis locis.
Loca disjunctiſſima maximeque diverſa. Cic. pro Lege Manil. 9. Ut quum duobus in locis disjunctiſſimis, maximeque diverſis, uno conſilio, ab unis hoſtium copiis bellum terra, marique gereretur.
Diffugere paſſim per diverſa loca. Virg. 5. Æn. 676.
Loca diverſa petimus. Ovid. 1. Triſt. 9. 49.
Longinqua & diverſa loca. Cic. pro Lege Manil. 46. Quod ex locis tam longinquis, tam diverſis, tam brevi tempore omnes una huic ſe dediderunt.
Partes diverſæ dicuntur Quæ inter ſe decertant. Ovid. de Rem. Amor. 50. Suet. de Clar. Grammat. cap. 9. Interrogatus diu a Varrone diverſæ partis advocato, quidnam ageret, & quo artificio uteretur.
Provinciæ pars diverſa. Plin. Epiſt. 10. 42. Quum diverſam partem provinciæ circumirem, Nicomediæ vaſtiſſimum incendium, multas privatorum domus, &c.
Studia varia & diverſa. Cic. 1. de Orat. 262. Cætera quæ collegiſti ex variis & diverſis ſtudiis, & artibus, tametſi es omnia conſequutus, tamen ab Oratoris proprio officio atque munere ſejuncta eſſe arbitror.
Diverſus, pro E regione. Lucan. lib. 3. 327.
Telaque diverſi prohibentes ſpargere fratres. h. e. In altera acie. Budæus.
Ex diverſo cœli, i. e. Ex ſecreto montium, ut ait Servius. Virg. 3. Æn. 232.
Rurſum ex diverſo cœli, cæciſque latebris
Turba ſonans uncis prædam circumvolat alis.
Diverſi interrogabantur. i. e. Seorſim. Tacit. 15. Ann. 56. Budæus.
Animi diverſus, modo numen paveſcere, modo minis, &c. Tacit. 4. Hiſt. 84.
Agere diverſos aliquos, i. e. In diverſum agere & diſſipare. Virg. 1. Æn. 70.
Aut age diverſas, & disjice corpora ponto.
Convehere ex diverſo. V. CONVEHO.
Diverſum diſtrahi. Plaut. Merc. 2. 4. 2.

DIVERSIOR, compar. Plin. lib. 12. cap. 19. Pretia nulli diverſiora. Populus diverſior nunquam confluxit. Claud. lib. 1. in pr. Conſ. Stil. 153.
Diverſiſſimus Superl. Liv. 21. 4. Nunquam ingenium idem ad res diverſiſſimas, parendum atque imperandum, habilius fuit.

DIVERSĬTAS, ātis. [ἀλλοιότης] Contrarietas. Plin. Epiſt. 7. 30. Sed tamen imitarer & ſequerer quantum aut diverſitas ingeniorum, maximi & minimi, aut cauſæ ſimilitudo pateretur.
Diverſitas & differentia. Plin. lib. 11. cap. 37. Oculi in homine numeroſiſſimæ diverſitatis & differentiæ. Ex antiquo exemplari legitur Varietatis. Vulgare dictum eſt; Diverſitas morum odium parit, de cujus ſenſu V. Barth. ad Stat. 5. Theb. p. 240.

DIVERTICŬLUM, [καταλυμα, ἀτραπὸς, ἀτραπιτὸς] eſt ubi Iter de via flectitur. Et proprie diverticula dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere divertendum ſit. Ter. Eun. 4. 2. 7. Ubi ad ipſum veni diverticulum, conſtiti. Hæc Donatus. Sic & Eugraph. & Vet. Gloſſ. Καταγώγιον Diverſorium, Diverſiculum.
Diverticula (inquit Servius ad Æn. 9. 379.) ſunt Semitæ transverſæ quæ ſunt a latere viæ militaris. Plin. lib. 14. cap. 3. Decimi lapidis ab Urbe diverticulo.
Diverticulum fluminis. Martian. in l. ſi quiſquam. D. de diverſ. præſcrip. Si quiſquam in fluminis publici diverticulo pluribus annis piſcatus ſit, &c. V. DIVERGIUM.
Diverticulum, pro Diverſorio. Liv. 1. 51. Quum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur, &c. Diverſorium paulo ante dixerat.
Diverticulum, etiam dicimus unde nos a propoſito receſſimus. Juven. 15. Sat. 72.
A diverticulo repetatur fabula primo.
Fraudis & inſidiarum diverticulum. Cic. pro Roſc. Com. 51. Hoc quum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit.
Diverticulum quærere peccatis, aut dolis. Plaut. Capt. 3. 3. 8. Apud Quintil. lib. 9. C. 2. Hæc diverticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitatis. Cic. in Partit. 136. Ne diverticula peccatis darentur. Idem in Piſon. 53. Quos tu Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti?

DIVERTO, ti, ſum, [παρεκτρέπομαι, καταλύω] ĕre. vel DIVERTOR, ĕris, ti. dep. Deflectere. Apud comicos legitur & Devorto, ſive Devortor.
Diverterat ad Terentiam ſalutatum. Cic. 10. Att. 18. Idem 5. Verr. Locuſque ei publice, quo diverteretur, datus eſt.
Ad alia divertere. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Ad artes alias diverti. Ovid. 2. de Arte Am. 425.
Ad hoſpitem divertere. Cic. 1. de Divin. 57. Quum duo quidam Arcades familiares una iter facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponam divertiſſe, ad hoſpitem alterum, &c.
Diverti ad aliquem in hoſpitium. Plaut. Pœn. 3. 3. 60. Ut divortatur ad me in hoſpitium optimum.
Divertere apud aliq. i. e. Recipere ſe in hoſpitium alicujus. Liv. lib. 2. Decad. 5. Domus eorum hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos

mos esset. Plaut. Mil. 2. 1. 57. Advolat adolescens, atque in proximo divertitur apud hospitem paternum.
Divertere in tabernam. Cic. 2. de Invent. 14.
Divertere in funus alicujus. Ovid. 2. Amor. 6. 9.
Alitis in raræ miserum divertite funus. Invitat aves ad funus psittaci mortui.
Diverto huc ad Doripam. Plaut. Merc. 4. 7. 54.
Divertor huc in tabernam tertiam. Plaut. Pseud. 2. 2. 63.
Divertere in villam. Cic. 2. Off. 64. Et 2. de Orat. 90. Tanquam in Pontinum diverteris.
Divertor domum. Ter. Phorm. 2. 1. 81. Cic. pro Deiot. 17. Quum, inquit, in castellum Luceium venisses, & domum regis hospitis tui divertisses.
Massiliam divertere. Cic. 13. Philipp. 13. Nuntient se Pompeji conveniendi causa divertisse Massiliam, eumque cognovisse, &c.
Divertere via, i. e. Discedere de via. Plin. in Paneg. c. 52. extr. Ingentes hostiarum greges per Capitolinum iter, magna sui parte velut intercepti, divertere via cogebantur. Quintil. lib. 2. Et recto itinere lapsi plerumque divertunt.
Divertere, A proposito discedere. Plin. lib. 2. cap. 7. V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.
Redeamus illuc unde divertimus. Cic. 12. Fam. 25.
Divertere, activa significatione. Lucan. lib. 2. 469.
— victor cedentibus instat,
Divertitque acies. i. e. Avertit, abducit.
Divertunt mores virgini longe ac lupæ: i. e. Multum differunt inter se mores virginis & meretricis. Plaut. Epid. 3. 3. 22.
De usu verbi Divertere, quem sequitur nomen Divortium V. in DIVORTIUM. Puto Divortium hinc esse, quasi Divertium. H. St.
DIVERTENS. Partic. Columel. lib. 1. cap. 5. Hæc autem prætereuntium viatorum populationibus, & assiduis hospitiis divertentium infestat rem familiarem.
DIVORTIUM, [ἀπόλειψις] Separatio omnium rerum dicitur. Cic. 2. Fam. 9. Quum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, divisus aquarum divortiis: Cassius noster, &c. Sic 5. Att. 20. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. Aquarum divortio (ait in eum locum Paulus Manutius) dividi montes dicuntur, quum in eos imbres delapsi, quia consistere in summo jugo non possunt, bifariam dividuntur, & deorsum præcipitant. Idem etiam in superiorem illum Ciceronis locum ex Epist. Familiar. sic ait, Non dixit Cicero, divisus fluvio, aut divisus aquis, sed divisus aquarum divortiis. Divortium autem aquarum ita fit: Cadunt in montem aquæ pluviæ. is mons quum sit proclivis, utrinque defluant & decurrant necesse est. Ita fit, ut dividantur, & earum quasi divortium fiat. Itaque dixit 3. de Orat. 66. Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo, sunt doctrinarum facta divortia. i. e. (ut interpretatur Strebæus) Diductæ contrariæ sectæ. Liv. 4. Decad. lib. 8. de Cn. Manlio: Admovisse tamen exercitum, & prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse. i. e. (ait Paulus) Ad eum locum, unde aquæ duas in partes divisæ incipiunt defluere. A quo igitur loco ex Amano monte Ciliciam versus aquæ dilabebantur, ad eum usque locum Cilicia pertinebat. & ex altera montis parte, eadem Syriæ, quam Bibulus regebat, erat ratio. Terminum enim habebat eum locum, unde in eam ex Amano defluere aquæ incipiebant. Virg. 9. Æn. 379.
Objiciunt equites sese ad divortia nota. i. e. Ad viarum flexus. V. supra DIVERGIUM & DIVERTICULUM. Turneb. Adv. 14. 11. sub fin.
Divortia, atque affinitatum discidia. Cic. pro Cluent. 190. Itaque apud cæteros novis inter propinquos susceptis inimicitiis sæpe fieri divortia atque affinitatum dissidia vidimus.
Divortium, ut ait Cajus, De divortiis, l. Divortium, a diversitate mentium dictum est: vel quia in diversas partes eunt qui distrahunt matrimonium.
Beroald. in. Suet. Domit. c. 10. scribit, Divortium autem dictum est vel a diversitate mentis, vel potius quia in diversas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Sed non dubium est, quin divortium dicatur, quod mulier divertat a marito, id est Digrediatur. Ut loquitur Suet. in Julio Cap. 43. Digressam a marito, quasi alludens ad verbum Divertere, quod ipsum dictum fuit hac de re. H. St.
Divortium inter virum & uxorem fieri dicitur, Repudium vero sponsæ remitti videtur, quod & in uxoris personam non absurde cadit. Modest. l. 101. D. de Verb. Sign. §. 1. Claud 1. in Eutrop. 65.
Quæ gemuit! quanto planxit divortia luctu!
Divortium facere. Plaut. Aulul. 2. 2. 56.
Divortium facere cum uxore, vel amica. Suet. in Tito cap. 4. Cic. 2. Philipp. 69. Cujus ex omni vita nihil est honestius quam quod cum mima fecit divortium.
Facere divortium doctrinarum. Cic. 3. de Orat. 66. Hæc autem ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo sunt doctrinarum facta divortia.
Divortia itinerum. Tacit. in Vita Agric. 19. Lucan. lib. 2. 402. de Apennino.
Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini spargit divortia ponti.
Arctissimo inter Europam, Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Græci. Tacit. 12. Ann. 65.
DIVES, divĭtis. Adj. [πλούσιος, πολυκτήμων] quid significet, declarat Cicero his verbis in Parad. 6. Quem intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit. Varro 4. de L. L. 17. Dives, a Divo: qui, ut Deus nihil indigere videtur. Hinc Plaut. Trin. 2. 4. 89. Dei divites sunt, Deos decet opulentia.
Copiosus & dives, cui opponitur Inops & pauper. Cic in Parad. 6. Improbi autem & avari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui quod haberet esset satis: non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.
Ex pauperrimo dives factus. Cic. in Vatin. 30.
Dives, genitivo junctum. Plaut. Amph. 1. 1. 16. Dives operis, & laboris expers. Virg. 2. Georg. 468.
Dives opum variarum, & latis otia fundis. Idem 9. Æn. 26.
— dives pictaï vestis, & auri. Sil. lib. 3.
Pecoris dives. Virg. 2. Ecl. 20.
Rerum multarum dives. Hor. 2. Epist. 2. 31.
Dives ager frugum. Claud. de Bell. Gild. 509.
Dives, ablativo. Cic. 2. Off. 53. P. Crassus tum cognomine Dives, tum copiis, functus est Ædilitio maximo munere. Stat.
— ut satis ostro dives & auro.
Auri congesto pondere dives. Ovid. 17. Epist. 224.
Dives agris, ad antiquum morem dictum, teste Servio. Virg. 7. Æn. 537.
— Ausoniisque olim ditissimus arvis. Hor. Serm. 2. 3. 168.
Dives antiquo censu.
Dives agris, dives positis in fœnore nummis. Hor. de Arte Poet. 421.
Mantua dives avis, Majoribus præpotens. Virg. 10. Æn. 201.
Ecce venit magno dives Philomela paratu:
Divitior forma. Ovid. 6. Met. 452.
Pecore dives. Hor. Epod. 16. 19.
Tellure multa dives. Hor. Epod. 15. 19.
Dives triumphis terra. Virg. 4. Æn. 37.
— quos Africa terra triumphis
Dives alit. i. e. Bellicosa. Servius.
Dote dives filia. Ovid. 11. Epist. 100.
Marmore dives opus. Ovid. 1. de Arte Am. 70.
Animus hominis dives. Cic. in Parad.
Aurum dives. Tibull. lib. 1. 9. 31.
Cultus dives. Ovid. 16. Epist. 189.
Cultu divite luxurians Parthus. Claud. Epigr. 84. de Phœnice.
Epistolam divitem vocat Ovidius, quæ multa pollicetur & magna. 17. Epist. 65.
Munera tanta quidem promittit epistola dives.
Fortuna dives. Propert. 3. 1. 59.
Gemma dives. Idem 4. 4.
Ingenium dives, i. e. Fœcundum. Ovid. 2. Trist. 335.
Divitis ingenii est, ingentia Cæsaris acta Scribere.
Lingua dives. Hor. 2. Epist. 2. 121.
— Latiumque beabit divite lingua.
Mensæ divites. Hor. 2. Serm. 4. 87.
Munus dives. Ovid. 2. Fast. 535.
— pietas pro divite grata est Munere.
Dives & præpotens regnum. Valer. lib. 2. Dives & præpotens naturæ regnum scrutatus, injiciam stylum, &c.
Spes dives, i. e. Quæ magna nobis promittit. Hor. 1. Epist. 15. 19.
Dives, pro Homine divite, substantive cum apposito adjectivo ponitur ab Ovid. 3. Amor. 7. 50.
Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine usu?
Quid, nisi possedi dives avarus, opes? [Incertum vero, utrum vocabulum adjecti locum teneat, quin probabilius substantive poni τὸ Avarus.
DIVITIOR, compar. Plaut. Pseud. 5. 2. 24. Nam hinc nunquam eris nummo divitior. Cic. 3. de Orat. 183. Inde ille licentior & divitior fluxit Dithyrambus. Martial. lib. 1. 77.
Romanum propius, divitiusque forum.
Divitioris secta. Lucret. lib. 5. 1114.
Divitioris enim sectam plerumque sequuntur.
DIVITISSIMUS. superl. usus est Cic. de Divin. 1. Itemque C. Nepos 1. 19. Sed frequentioris usus est Ditissimus.
DIVITO, [πλουτίζω] āre. Divitem facere. Accius, cujus versus alicubi citat Cicero,
Nihil credo auguribus, qui aureis verbis divitant
Alienas, suas ut auro locupletent domos. Turpilius Thrasyl.
Dii me divitant. Nonius 2. 201. sed DITO frequentius & receptius est, quod vide.
DIVITIÆ, ārum. f. pl. [πλοῦτος, ἄφενος] Cic. 1. Off. 21. Expetuntur autem divitiæ tum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.
Sing. Divitia ex Accio est ap. Non. 7. 64. Æternabilem divitiam partissent.
Asiæ divitiæ. Propert. lib. 1. 6. 14.
Arabum divitiæ, pro Maximis dicuntur. Stat. 5. Sylv. 1.
Grandes divitiæ. Lucret. lib. 5. 1117.
Improbæ divitiæ. Hor. 3. Carm. 24. 63.
Luculentæ divitiæ. V. LUCULENTUS.
Miseræ divitiæ. Hor. 2. Serm. 8. 18.
Molles divitiæ. Juven. 6. Sat. 299.
Operosæ divitiæ, i. e. Quæ curam multam & laborem exigunt. Hor. 3. Carm. 1. 48.
Cur valle permutem Sabina Divitias operosiores?
Opportunæ divitiæ ut utare. Cic. de Amicit. 22.
Potentes divitiæ Arabum. Stat. 5. Sylv. 1.
Pulchræ divitiæ. Hor. 2. Serm. 3. 94.
Regales divitiæ. Hor. 1. Epist. 12. 5.
Sepositæ divitiæ. Stat. 2. Sylv. 2.
Non tibi sepositas infelix strangulat arca Divitias.
Abundare divitiis. Ter. Heaut. 3. 2. 17.
Adoptare in divitias. V. ADOPTO.
Affluere divitiis. Lucret. lib. 6. 13.
Angi divitiis. V. ANGO.
Augere divitiis aliquem Cic. 2. de Lege Agr. 67.
Auctus divitiis & honoribus. Ovid. 2. Trist. 45.
Cogere divitias, i. e. Accumulare. Juven. 14. Sat. 135.
Conduplicare divitias. Lucret. lib. 3. 71.
Congerere divitias auro. Tibull. lib. 1. 1. 1.
Crescunt divitiæ. Juven. 14. Sat. 139.
Extructæ in altum divitiæ. Hor. 2. Carm. 3. 20.
Divitias facere ex re aliqua. Plaut. Pers. 4. 4. 100.
Inclytum divitiis templum. V. INCLYTUS.
Incumbere repertis divitiis. Virg. 6. Æn. 610.
Ministrare divitias alicui. Ovid. 3. Amor. 6. 94.
Parare. Ter. And. 4. 6. 2.
Parere divitiis. Hor. 2. Serm. 3. 95.
Suggerere divitias alicui. Ovid. 15. Met. 81.
Superare Crassum divitiis. Proverbialiter usurpatum. Cic. 1. Att. 4.
Quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos & prata contemno.

In

In divitiis esse. V. IN.
DIVITIARIUM, ii. n. Thesaurus. Ambros. de Off. Sapienti & justo totus mundus divitiarium est. V. Barth. Adversf. 35. 22.
DIVITATIO, ōnis. f. Genus divitationis sibi non displicere confessus est. Petron. cap. 117. Al. Divinationis. V. loc.
DIVITIACUS Æduus, ex ordine Druidarum, hospes & laudator Ciceronis & Cottæ, naturæ rationem sibi notam esse profitebatur, & partim auguriis, partim conjectura quæ essent futura dicebat. Meminit Cic. 1. de Divin. 90. Fratrem habuit Dumnorigem. De utroque Cæsar passim in Comment.
DIVEXO, [διαταράσσω] āre. Vehementer vexare.
Divexare rem suam, Consumere. Plaut. Perf. 5. 2. 4.
Divexare & diripere omnia. Cic. 11. Philipp. 4. Alteri se Brutus objecit, impetumque furentis, atque omnia divexare & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligavit.
Divexare agros civium. Cic. 13. Philipp. 21.
DIVEXATIO, ōnis. f. August.
DIVIANA, æ. f. Diana appellata apud Varr. 4. de L. L. 10. quasi Divia quod in altitudinem & latitudinem simul feratur, Sed Nigidio ap. Macrob. quasi D'Iana, adjecta D. litera decoris causa. V. Turneb. & Scalig. ad Varr.
DIVIDIA, DIVIDICULA, V. DIVIDO.
DIVIDO, īsi, īsum, [διαιρέω, διαμερίζω, διατμήγω, μερίζω, μείρω, ἀναδαίομαι] ĕre. Separare. Scaliger de causis L. L. cap. 34. opinatur esse a δὶς bis, & ἰδεῖν videre; quia Quæ divisa sunt, sunt Bis visa. Vossius autem censet conflari ex Di vel Dis, & Hetrusco verbo, Iduo, i. e. Partior. unde IDUS quis mensem partiuntur, unde & Vidua, quæ est a Marito sejuncta: & sic antique Dividuo, pro Divido dictum. Cæs. 3. Bell. Civil. 97. Cæsar copias suas divisit, partemque legionum in castris Pompeji remanere jussit, &c.
Dividere in libros. Sueton. de Clar. grammat. cap. 2. Sic Cic. 2. de Legib. 6. Dividere æqualiter in duas partes. Et 1. Acad. 37. In naturam & mores dividebantur.
Secare ac dividere. Cic. 3. de Nat. Deor. 6. Omne animal secari ac dividi potest.
Partiri ac dividere. Cic. in Orat. 117. Idem 1. de Fin. 21. Tollit definitiones: nihil de dividendo ac partiendo docet.
Dividere aliquid in omnes provincias. Cic. pro Syll. 42. Describi ab omnibus statim librariis, dividi passim & pervulgari, atque edi Pop. Romano impetravi: divisi toti Italiæ, divisi in omnes provincias.
Dividere inter se. Plaut. Pœnul. 3. 5. 30. Ut eo me privent, & inter se dividant.
Agros viritim dividere. Cic. de Senect. 11. C. Flaminio Trib. pleb. quoad potuit, restitit, agrum Picenum & Gallicum viritim contra Senatus authoritatem dividenti.
Animum dividere nunc huc, nunc illuc. Virg. 4. Æn. 285.
Bona dividit tripertito. Cic. 5. Tusc. 40.
Caput divisum humeris. Sil. lib. 4.
Dextras dividere complexibus. Stat. 3. Theb. 166.
— non dextras miseris complexibus ausim
Dividere, & tanti consortia rumpere fati.
Factum dividere cum aliquo. Plaut. Stich. 5. 4. 15. Factum ego hoc tecum divido, vide utram tibi lubet etiam nunc capere, cape provinciam.
Horas dividere, pro Assignare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 16. Quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? nisi singulis divisit horas, &c.
Infortunium dividere. Plaut. Milit. 3. 2. 52.
Quæso tamen tu meam partem infortunii,
Si dividetur me absente, accipito tamen.
Medium aliquem dividere securi. Hor. 1. Serm. 1. 99.
Mentem & aures alio dividere. Catul. 60. 15.
Nos alio mentes, alio divisimus aures. Valet, & Animum aliis rebus intendimus & advertimus, & Aures aliis sermonibus præbuimus. Turneb.
Mons regionem a regione dividit. Cic. 5. Att. 20. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit, qui mons erat hostium plenus sempiternorum.
Muros dividere. Virg. 2. Æn. 234.
Nummos viris. Cic. 1. Att. 3. Sextus pater ejus nummos vobis dividere solebat.
Nummos in viros. Plaut. Aulul. 1. 2. 30. — Nostræ qui est magister curiæ
Dividere argenti dixit nummos in viros.
Oscula dividere sodalibus. Hor. 1. Carm. 36. 6.
Charis multa sodalibus,
Nulli plura tamen dividit oscula
Quam dulci Lamiæ.
Sententiam dividere. Asconius, in Or. pro Mil. C. 6. Quum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, eæ si non omnes probantur, postulatur ut dividat, id est de rebus singulis referatur: Non est ei, qui hoc postulat oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem utique est. Multi enim sedentes hoc unum Verbum pronuntiant, Divide. Quod cum auditum est, liberum ei, qui fecit, orationem dividere. Sic locum paulum intricatum lego ac distinguo. Verba autem Ciceronis hæc sunt: Divisa sententia est, postulante nescio quo (nihil enim necesse est me omnium flagitia proferre) sic reliqua authoritas Senatus empta intercessione sublata est. Ubi V. ibi Abram. & Fest. in, Numera Senatum. Plin. 8. Epist. 14. Conf. SENTENTIA.
Subtilius & copiosius dividere. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Dividere, obsceno sensu pro Pædicare. V. paulo post DIVISOR.
DIVISIBILIS, e. Improbat Vossius de Vit. L. L. 3. 9. pro quo elegantissimus quisque dixit DIVIDUUS, quod vide. sed inde est Indivisibilis. Quin & Tertull. de Anim. cap. 14. Anima non est divisibilis.
DIVĪSUS, a, um. Partic. [διῃρημένος] Virg. in Epig.
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.      Ter. And. 3. 1.
Non sat commode divisa sunt temporibus tibi Dave hæc.
Maligne divisus ager. V. MALUS.
Corpus divisum in membra. Sen. Thyest. 8. Intelligit omnia membra a corpore separata & decisa, ut corpus jam nullum restet.
Seorsum divisa omnia. Lucret. lib. 4. 491.
DIVISIOR, compar. Lucret. lib. 4. 958.
— atque foras ejectus largior ejus,
Et divisior inter se, ac distractior intus.
DIVĪSUS, ûs. [ἀναδασμός] Liv. 33. 46. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac divisui principum quibusdam & magistratibus erant.
DIVISIO, ōnis. f. [διαίρεσις] Separatio. Cic. 4. Acad. 148. Duo placet esse Carneadi genera visorum. in uno hanc divisionem: alia visa esse quæ percipi possint, alia quæ percipi non possint.
Quadripartita divisio. Cic. 3. de Nat. Deor. 6. Quadripartita, inquit, fuit divisio tua. Primum, ut velles docere deos esse, &c.
Scrupulose in partes secta divisio. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Divisio cur in obscœnis locetur V. in DIVISOR.
DIVISOR, ōris. m. [μεριστής] Qui partitur & dividit.
In furis ac divisoris disciplina educatus. Cic. 5. Verr. 16.
Divisor, Redemptor pecuniarum quæ tributim dividebantur a candidatis ad suffragia corrumpenda. Sæpe enim eveniebat ut tributim pecuniæ dividerentur a candidatis ad aucupanda suffragia egentium. Quam ob causam redemptores hujuscemodi operis perficiendi, quique pretio corrumpenda plebis suffragia suscipiebant, divisores vocabantur. Cic. 2. de Orat. 257. Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum convertas quamobrem ita quis vocetur: ut ego nuper Nummium divisorem ut Neoptolemum ad Trojam, sic illum in campo Martio nomen invenisse. Quibus verbis significat Nummium ob divisionum ministerium, quas in campo factitabat, Divisorem cognomento dictum. Et 1. Att. 11. Consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negotium dicitur, & divisores habere. Et Sueton. Aug. cap. 3. Ut equidem mirer hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores, operasque campestres proditum. Hos divisores, Plautus Aulul. 1. 2. 30. Curiæ magistros vocat: quia curiæ, etiam tribus appellabantur. Hæc Budæus in reliquis annot. in Pandectas, quo in loco plura de hac re videto. Cic. pro Planc. 48. Quam tibi commodum est unam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit. V. ad Suet. Torrent.
Divisor, obscœnum verbum. Cic. 9. Fam. 22. Quid enim, non honestum verbum est divisor? At inest obscœnum: cui respondet intercapedo. Hinc est illud Plauti in Aulul. 2. 4. 4. Me quidem hercle, dicam palam, non divides. V. P. Manut. ad loc. Cic. Grævius tamen ex MSS. Divisio edidit, & aliter explicat, secutus Quintilianum ipsum, Scaligerum, Vavassorem. q. V.
DIVISURA, æ. [τμῆμα] Idem quod Divisio. Plin. lib. 12. cap. 26. Idem lib. 14. cap. 3. Folio parvo & rotundo, sine divisuris. Quas incisuras multis aliis locis appellat.
DIVIDUS, a, um. Separatus. Accius Andromed. Nosque ut seorsum divídos leto offerres. Nonius 2. 105. Obsoletum.
DIVIDUUS, Adj. [διχότομος] Quod est separatum & divisum. Plin. lib. 2. cap. 18. Dividua est in quadrato solis. Ibid. cap. 67. Dividuus globus. Plaut. Rud. 5. 3. 52. Dividuum talentum faciam. Cic. de Univers. 19. Ex ea materia quæ individua est, & quæ semper unius modi, suique similis, & ex ea quæ corporibus dividua gignitur, &c. Ter. Adel. 2. 2. 33. Potius quam venias in periculum, Sannio, servesne an perdas totum, dividuum face.
Aqua dividua. Ovid. 1. Fast. 292.
Insula dividua quam premit amnis aqua.      i. e. Quam ambit fluvius ab utraque parte.
Coma dividua. i. e. Discreta in summo vertice & utrinque demissa. Ovid. 1. Amor. 5. 10.
Candida dividua colla tegente coma.
Crines dividui. Stat. 8. Theb. 489.
Munus dividuum. Hor. 1. Epist. 17. 49.
Et mihi dividuo findetur munere quadra.
Sulci dividui. Claud. 5. Paneg. 102.
Dividua ferarum viscera, pro Dissectis quibus carnarii in Africa vescuntur. Plin. lib. 5. cap. 1.
DIVIDIA, æ. [δυσχέρεια] Tædium & molestia, ut interpretatur Nonius. 2. 214. q. V. Discordia, ut Festus. Plaut. Bacchid. 4. 6. 1.
Nimio illæc res est magnæ dividiæ mihi.      Antiquum.
Fulgentius de Prisco sermone n. 34. per Tristitiam exponit ex Propertio.
Dividias mentis conficit omnis Amor.
DIVIDICULA, antiqui dicebant, quæ nunc sunt Castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit. Festus.
DIVIDUĬTAS, ătis. f. Cajus in l. Si is qui. D. Ad Leg. Falc. Hæc itaque legata quæ dividuitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. Aliqui legunt, Divīditatem.
DIVIDUE, Adv. Quod Gallico sermone dicitur *Par la moitie*. Plaut. in Cas. 2. 2. 10. Nam quod tibi ægre est, idem mihi est dividue. Alii legunt, Dividiæ. V. ibid. Grut. H. St. delenda hæc omnino censuit, adjecta nota.
DIVINITUS, DIVINO, DIVINUS. V. DIUS.
DIVISIO, DIVISOR. V. DIVIDO, supra.
DIVITIÆ, DIVITO, as. V. DIVES.
DIUM. V. DIUS.
DIUNT, pro Dant, apud Plaut. & Lucret. V. DO, das.
DIVORTIUM. V. DIVERTO.
DIURNO, as. V. DIU.
DĪURNUS. V. DIES.
DIURETICUS, a, um. [διουρητικός] Urinalis ab οὖρον, urina. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 117. Medicamina diuretica. Th. Prisc. de Diæta. cap. 9. Tripsaca herba calida & diuretica.
DIUS, Adj. [διογενής] Aliquis ab Jove genus ducens, inquit Festus. Generosus, divinus, ἀπὸ τοῦ διός, i. e. A Jove. Virg. 11. Æn. 657.
— quas ipsa decus sibi dia Camilla      Delegit.
Otia dia. Lucret. lib. 5. 1386.
Per loca pastorum deserta, atque otia dia.      i. e. Divina.
Pabula dia. Lucret. lib. 5. 942.
Multaque præterea novitas tum florida mundi
Pabula dia tulit, miseris mortalibus ampla.
Sēntentia dia. Hor. 1. Serm. 2. 32.
Dius, [δῖος] Homero Jovis amicus intelligitur, ut Eustathius author est.
Dius item est, Qui inter homines Jovis quadam imagine præcellit: nam & Clytemnestra, Dia quoque dicitur, pulchritudinis ratione: sicuti ob magnitudinem, Mare dium, & Dia Charybdis. [Immo Dira. V. S. l.
Dium mensem pro Novembri accipiunt Græci: sic enim in Collectaneis rei rusticæ apud Græcos legitur, Democritus & Apulejus talem expectari hyemem ajunt oportere, cujus fuerit modi festus dies quem brumam

brumam vocant Romani. Est autem quarta & vicesima Dii mensis, qui est November. Ex Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 24.

Dius fidius explicatur in antiquo lexico Διὸς υἱὸς, Ἡρακλῆς, per quem qui jurabant, sacramento sanctissimo se obligabant. Plaut. Asin. 1. 1. 8.
 Per dium fidium quæris, jurato mihi
 Video necesse esse eloqui quicquid roges. Turneb. V. FIDIUS.

DIUM, subst. [αἴθρ] Quod sub cœlo est extra tectum, ab Jove, inquit Festus. Inde Sub dio vitam agere, Hor. 3. Carm. 2. 10. Cic. 3. Verr. 50. Illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam intercolumniis, in sylva denique dispolita sub dio vidimus.

Sub dium rapere. Hor. 1. Carm. 18. 13. Hoc est proferre in publicum. Porphyr. Al. Divum.

Dium fulgur appellabant antiqui Diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani. Festus.

DIVUM, i. n. Idem. Lucret. lib. 4. 212. — sub divo splendor aquaï Ponitur. Hor. 2. Carm. 3. 23. — sub divo moreris Victima nil miserantis orci. Sic legit Cl. Bentlejus; sed nonnulla exemplaria exhibent Dio. Celf. 1. 2. Ambulatio melior sub divo, quam in porticu. Gr. ὑπαίθρ⊗.

DIUM, [Δῖον] Cretæ oppidum, in mediterraneo situm, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Est & Dium Eubœæ oppidum, teste eodem Plin. ibid.

DIVUS, Adj. [δῖ⊗] Deos inquit Serv. ad 12. Æn. 139. æternos dicimus: divos vero qui ex hominibus fiunt. Cujus appellationis honorem Cæsari primum contigisse observat Idem ad 5. Ecl. 56. sic Divus Cæsar, Divus Augustus. Frequentius tamen antiqui pro Diis ponunt, ut Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Itaque & in nostro populo, & in cæteris deorum cultus, religionumque sanctitates, existunt in dies majores atque meliores: idque evenit non temere, nec casu, sed quod præsentiam sæpe divi sui declarant.

Effigies sacræ divûm. Virg. 3. Æn. 148.
Interpres divûm, Mercurius. Virg. 4. Æn. 559.
Numina divûm. Virg. 2. Æn. 777.
Pater divûm. Virg. 1. Æn. 65.
Pax divûm. Virg. 3. Æn. 370.
Responsa divûm. Virg. 6. Æn. 799.
Sacra divûm. Hor. 1. Serm. 3. 117.
 Et qui nocturnus divûm sacra legerit.
Diva Virgo, i. e. Diana. Senec.
Æquorei divi. Valer. 1. Argon. 138.
Benigni divi. Hor. 4. Carm. 2. 51.
Imi divi, Infernales. Valer. 7. Argon. 498.
Immortales divi. Lucret. lib. 5. 54.
Manes divi. Lucret. lib. 3. 52.
 Et nigras mactans pecudes, quas Manibu' divis
 Inferias mittunt.
Penates divi. Hor. 2. Serm. 3. 176.
Auguriis agimur divûm. Virg. 3. Æn. 5.
Carentes gelida morte divi. Hor. 2. Carm. 8. 11.
Colunto divos, & eos qui cœlestes semper habiti. Cic. 2. de Legib. 19.
Das epulis accumbere divûm. Virg. 1. Æn. 79. h. e. Tu me deum facis.
Placavi sanguine divos. Hor. 2. Serm. 3. 206.
Superare divos is dicitur, quem ipsis etiam cœlitibus feliciorem esse intelligi volumus. Catul. ad Lesbiam, 49. 2.
Armipotens diva, Minerva. Virg. 2. Æn. 425.
Armisona diva, Pallas. Sil. lib. 13.
Casta diva, Pallas. Stat. 10. Theb. 58.
Creatrix diva, Venus. Virg. 6. Æn. 367.
Cythereis diva, Venus. Ovid. 4. Met. 288.
Potens Cypri diva, Venus. Hor. 1. Carm. 3. 1.
Triformis diva, Hecate vel Diana. Valer. 7. Argon. 395. Hor. 3. Carm. 22. 4.

Divi fratres, quorum in jure civili sæpissime fit mentio, fuerunt M. Aurelius Antoninus, & L. Ælius Verus Commodus. M. enim Antoninus eximiæ doctrinæ, ac probitatis princeps, hunc Commodum fratrem suum ex adoptione Pii Antonini Principis, imperii consortem fecit: & primi omnium imperatorum bini regnare cœperunt anno salutis 163. quos deinde multi sunt imitati, adeo ut terni nonnunquam imperarent. Sed Marcus, Commodo non multo post mortuo, cum filio Commodo imperavit, homine pessimi ingenii, & omnibus incommodo. Hæc ex Jul. Capitol.

Divipotes dei, quos, ut Varro de L. L. 4. scribit, Augurum libri scriptos habent, sunt pro his, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοὶ, vel ut Latini codices habent, Theœdynatœ: hæc duo cœlum & terra, quod anima & corpus, humidum & frigidum.

Divos, Jureconsulti appellant Imperatores qui post obitum a Senatu Rom. Consecrati vel in deorum numerum relati erant, ea ἀποθεώσεως solennitate, quam Herodian. lib. 3. describit: postquam & templa eis constitui, & sacerdotes ac sodales creari, & ludi fieri, omnesque divini honores decerni solebant, ut ex Dione item, Tacito, Tranquillo, Spartiano, Capitolino, & aliis authoribus discimus. V. CONSECRATIO & APOTHEOSIS.

DIVINUS, Adj. [θεῖ⊗, ἀνθεῖ⊗, θεσπέσι⊗, ἠγάθε⊗] Quod est dei, vel quod ad deum pertinet. Ter. Eun. 3. 3. 7.
 Ait rem divinam fecisse, & rem seriam
 Velle agere mecum.

Divinæ rei operam dare, & Divinam rem facere, est Sacrificare diis. Cato cap. 14. dixit Divina verba facere, pro Sacrificare, vel Deos precari, quum inquit, Si de cœlo villa tacta siet, de ea re verba divina uti fiant procuret. In aliis exemplaribus hæc duo vocabula desunt, divina procuret.

Res divinas apud deum facere. Cic. 6. Verr. 18. Res illum divinas apud deos in suo sacrario prope quotidie facere vidisti. Cato de R. R. cap. 83. Sueton. in August. cap. 1.

Homo divina & incredibili fide. Cic. pro Milon. 92.

Admurmuratio divina Senatus frequentis in æde Bellonæ. Cic. 7. Verr. 40.

Amor divinus. Virg. 8. Æn. 373.

Animi hominum divini. Cic. de Amicit. 13. Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus, qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos.

Aura divina. Hor. 2. Serm. 2. 79. Animum dicit, ut interpretatur Acron.

Authoritas atque virtus alicujus divina quædam & inaudita. Cic. post red. ad Quirites, 7.

Condimentum divinum, quo utuntur dii. Plaut. Pseud. 3. 2. 37.
 Quid tu divinis condimentis utere,
 Qui propagare vitam possis hominibus,
 Qui ea culpes condimenta?

Consilium divinum. Cic. pro Lege Manil. 10.
Decor divinus. Virg. 5. Æn. 647.
Domus divinas. i. e. Imperatorias, Alciatus interpretatur in l. Ad instructiones. C. de sacrof. eccles.
Fontes divini. Propert. lib. 1. 18. 27. Di, vivi, Brœkh. cum Scalig. q. V.
Homo divinus, ad laudem refertur. Virg. 5. Æn. 48.
 — divinique ossa parentis
 Condidimus terræ. Idem 3. Ecl. 37.
 — divini opus Alcimedontis. Sic, Homo divinus in dicendo. Cic. 1. de Orat. 40.
Lacus divini, i. e. Consecrati. Virg. 3. Æn. 442. Servius.
Legio cœlestis & divina. Cic. 5. Philipp. 28. Tum illas cœlestes divinasque legiones, Martiam & Quartam, &c.
Locus divinus, Diis consecratus. Plaut. Mostel. 5. 1, 55.
 Tum consilia firmiora sunt de divinis locis.
Manus divina. Plaut. Bacchid. 4. 9. 2.
 Quum Priami patriam Pergamum divina mœnitum manu.
Memoria divina. Cic. 4. Acad. 2.
Mens divinior. Hor. 1. Serm. 4. 43.
 Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
 Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.
Mens divina. Virg. 4. Georg. 220.
Motus divinus. Ovid. 6. Met. 158.
Numen divinum. Lucret. lib. 6. 56.
Odor divinus. Virg. 1. Æn. 403.
 Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.
Ope divina. Ovid. 3. Fast. 22.
 Et sua divina furta fefellit ope. De Marte.
Os divinum. Virg. 3. Æn. 373.
Poëta divinus. Virg. 10. Ecl. 45.
Potentia divina. Ovid. 4. de Pont. 3. 49.
 Ludit in humanis divina potentia rebus.
Rus divinum. Virg. 1. Georg. 168.
 Si te digna manet divini gloria ruris.
Sors divina. Cic. 3. Philipp. 26. Qui sunt igitur reliqui, quos fors divina delectet?
Voluptas divina. Lucret. lib. 3. 28.
Urna divina. Hor. 1. Serm. 9. 30.
 Confice. nanque instat fatum mihi triste, Sabella
 Quod puero cecinit, divina mota anus urna. Bentl. & Cruq.
Mota divina, ut adjectum ad Anum referatur.

Habere aliquid in animis præsagiens atque divinum. Cic. 1. de Divin. 81. Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens atque divinum.

Divinum esse in aliqua re agenda. Cic. 2. Q. frat. 9. Idibus Ma. Senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda.

Divinus etiam dicitur Ariolandi sive divinandi peritus. [μάντις] Hor. 3. Carm. 27. 10.
 Imbrium divina avis imminentium. Et 1. Serm. 9. 30. V. Urna divina. Item 1. Serm. 6. 114. Assisto divinis, i. e. Ariolis. Martial. 3. 71.
 Non sum divinus, sed scio quid facias. Ita & Manilius 1. 1. Astrologiam artem divinam dixit. V. Interpp. ad Petron. cap. 7. Divinam putabam.

Vide Divinus, in SORTILEGUS. H. St.

DIVĀLIS, e. Idem. Spartian.

DIVIGĔNA, æ. [θεογενής] Gloss. Gr. Lat.

DIVINATOR, ōris. m. apud Firm.

DIVINATRIX, īcis. f. Tertull.

DIVINILŎQUUS, Adj. Mantuan. Diviniloquæ Sibyllæ.

DIVINIPŌTENS, [θεοδύναμ⊗] Qui in divinis potestatem habet. Apul. Met. 1. Saga & divinipotens cœlum deponere.

DIVINO, [μαντεύομαι] āre. significat Augurari. Proprium enim Dei est futura prædicere. de hominibus etiam dicitur. Ter. Hec. 4. 4. Plane hic divinat: nam id est. Cic. 2. de Legib. 32. Disciplina vestra quasi divinare videatur prorsus posse.

Divinare de aliqua re. Cic. ad Brut. 18. Sed ego a principio quum divinare de belli diuturnitate possem, &c.

DIVINANS, Partic. Divinans & præsentiens. Cic. 1. de Divin. 47. Est profecto quiddam in barbaris gentibus præsentiens atque divinans.

Futura divinans animus. Ovid. 4. Trist. 8. 29.

Animo divinante timere aliquid. Ovid. 11. Met. 694.
 Hoc erat hoc animo quod divinante timebam.

Divinans, Nom. ex Partic. [μαντευόμεν⊗] Cic. 2. de Divin. 48. Nam quum mihi quædam casu viderentur sic evenire, ut prædicta essent a divinantibus, dixisti multa de casu, &c.

DIVINĀTUS, Partic. [μαντευθείς] Ovid. de Nuce, 80.
 Est etiam par sit numerus qui dicat, an impar
 Ut divinatas auferat Augur opes.

DIVINATIO, ōnis. f. [μαντεία, μαντική, μάντευμα, θεοπρόπιον] Cic. 1. de Divin. 1. Versari quandam inter homines divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant. i. e. Præsensionem & scientiam rerum futurarum.

Divinationem Chrysippus definit his verbis, Vim cognoscentem & videntem & explicantem signa, quæ a diis hominibus portendantur. Officium autem esse ejus, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. ex Cic. 2. de Divin. 130. Divinationis duo sunt Genera juxta Cic. Unum naturale, quod raptu animi & divino quodam instinctu constat: Alterum artificiosum, ex Conjectura & observatione diuturna. De utroque tractat Cic. 1. & 2. de Divin. & 6. Fam. 6.

Divinatio in Judiciis videtur esse, quæ judicii constitutionem præcedit. Cic. 3. Q. frat. 2. Postridie ejus diei apud Catonem erat divinatio in Gabinium futura inter, &c. Quintil. lib. 3. Sicut divinationes quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores uter præmium meruerit. Gell. lib. 2. cap. 4. Budæus. V. Quintil. 3. 10. & Gell. 2. 4. Ascon. Argum. Orat. Cic. in Q. Cæcilium.

Conjecturæ divinationum. Cic. 1. de Divin. 78.

Permotus nescio qua divinatione. V. PERMOTUS.

DIVINĬTAS, ātis. f. [θειότης] Plin. lib. 19. cap. 12. Opus ingens, occultumque divinitatis.

Ex divinitate animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. Cic. 2. de Divin.

Theophrastus a divinitate loquendi nomen invenit. Cic. in Orat. 62.

Aristoteles menti tribuit omnem divinitatem. Cic. 1. de Nat. Deor. 33.

DIVĪNE, Adv. [θείως] i. e. Divino quodam consilio & ingenio, sive a Deo profecto. Cic. 2. Att. 21. Et 1. de Divin. 124. Satis est non modo plura, sed etiam pauciora divine prehensa & prædicta reperiri. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quæ Tullius in Oratore divine, ut omnia, exequitur. i. e. Divina quadam præstantia.

DĪVINĬTUS, Adv. [θεόθεν] Cic. 2. de Orat. Multa memini divinitus a Platone disputata. Virg. 1. Georg. 415.

Haud equidem credo, quia sit divinitus illis
Ingenium. Cic. 5. Verr. Atque in eam fraudem mihi videtur divinitus incidisse.

Accidit divinitus. V. ACCIDO.

DIUTINUS, DIUTISSIME, DIUTIUS, DIUTURNUS. V. DIU.

DIVULGO, [ἐκφέρω, θρυλλέω, διαφημίζω, ὑποκηρύζω] āre. quasi Commune omnibus facere. Cic. 6. Fam. 11. Quare visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. Sic

Divulgare consilium alicujus. Cæs. 1. Bell. Civil. 20.

Divulgare librum. Cic. 12. Att. 39. Misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret, volo enim eum divulgari. Et 12. Att. 40. Hirtii librum, ut facis, divulga. Idem in Orat. 112. Hunc librum etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

Sermonibus aliquid divulgare. Cic. pro Font. 10. Vel maxime enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt.

Divulgata vetus ad cœlum gloria fertur. Lucret. lib. 6. 8.

Tempus ætatis ad omnes libidines divulgatum. Cic. Post redit. in Senat. 20. Cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum.

DIVULGATUS, Partic. [θρυλλούμενος] Unde Divulgatissimus & levissimus magistratus. Cic. 10. Fam. 26.

DIVULGATIO, ōnis. f. Tertull. de Anim. cap. 5.

DIVULSUS. V. DIVELLO.

DIVUS. V. DIUS.

DIXO. unde Dixis ap. Plaut. Cave dixis. H. St. Syncope est pro Dixeris.

## D O

DO, pro Domus, per Apocopen, dixit Ennius. Diomedes lib. 2. Apocope est ablatio de fine dictionis, Proparelepsi vel Paragoge contraria, quum aut litera detrahitur, vel syllaba. Litera, ut

Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. pro Magis.

Syllaba, ut in Do suam, pro Domum. Auson. Edyll. 12. 12.

Unde Rudinus ait, Divûm domus altitonum cœl.
Et cujus de more quod adstruit inde suam do.
Et quod nonnunquam præsumit, lætificum gau. Gau, i. e.

Gaudium; Cœl, Cœlum. V. DOMUS.

DO, dedi, datum, [δίδωμι, ὀπάζω, πορίω, δόσκω] dare. Plaut. Asin. 3. 1. 24. Qui dant, eos derides.

Inter Dare & Dedere hoc interest, quod Dare, est quod repetas: Dedere est ad perpetuum. Damus & amicis: Dedimus tantum hostibus. Donat. ad. And. 1. 2. extr.

Dare atque donare. Cic. 6. Verr. 29. Apud amicos multa deposita, multa aliis data atque donata.

Dare & impertire. Cic. pro Rosc. Amer. 131. Commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.

Tantum boni a diis immortalibus oblatum & datum. Cic. pro Lege Manil. 49.

Da te mihi. Ter. Heaut. 4. 3. 10. Idem Adel. 5. 3. 52. Tace non fiet, mitte jam isthæc, da te hodie mihi. Ubi Donatus, Da te mihi, Accommoda te ipsum voluntati meæ. nam in animum transtulit quod est corporis, ut in Eunucho, Mihi sese dare, sermonem quærere. Si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis esto. Cic. 1. Att. 9. Dabimus hoc Pompeio. i. e. Pompeii causa faciemus. Et. 16. Att. 9. Amabo te da mihi & hoc.

Tu Oppios Terentiæ dabis. Cic. 10. Att. 4. h. e. Tu Oppios Terentiæ conciliabis, ut illi præsto sint, siquid ei opus erit.

Da te homini. Cic. 1. Fam. 8.

Dabo te exornatum. Ter. Heaut. 5. 1. 78. Si vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut dum vivat, meminerit semper mei.

Dare aliquid ad. Cic. 2. de Orat. 220. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Dare aliquid alicui. Cic. 4. Acad. 50. Quis enim tibi dederit aut deum omnia posse, aut ita facturum esse si possit? Sic Varro 2. de R. R. cap. 1. i. e. Concedet.

Ab altero alicui dare. Cic. 14. Att. Puero quoque hoc a me dabis si tibi videbitur.

Dare & concedere. Cic. 5. Verr. 218. Sed do hoc vobis & concedo, esse multos, &c.

Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ, ut siqua in re opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Cic. 4. Fam. 5.

Dare se ad docendum. Cic. in Bruto, 306. Ego autem juris civilis studio multum operæ dabam, Q. Scævolæ P. F. qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat.

Dedi me protinam, i. e. Confestim discessi. Plaut. Curcul. 2. 3. 84.

Dare, Dicere. Ter. Prol. Heaut. 10. Nunc quam ob rem has partes didicerim: paucis dabo. Virg. 1. Ecl. 19.

Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis. Et 6. Æn. 66.
— Tuque o Sanctissima vates,
Præscia venturi, da, non indebita posco. Nonius.

Cic. 1. Acad. 10. Sed da mihi nunc, satisne probas, imo vero, &c.

Dare ferias, pro Observare, in l. si in aliquam. D. de Off. Proconf.

Dare, Facere. Ter. Adel. 3. 4. 4. — O Æschinæ pol haud paternum istud dedisti. i. e. Non didicisti a Patre talia facere. Donatus. Dedisti, deest Facinus: & dedisti pro fecisti. Sed sic dicitur in re magna, ut

— dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis.

Dare, simpliciter pronuntiatum apud Jurisconf. denotat Dominii translationem. Instit. de actio. §. Sic itaque discretis. l. Ubi autem. §. fin. D. de verb. oblig. [ut in Formula Do, lego.

Dabo statuam faciendam. Plaut. Curcul. 1. 2. 50. Sic apud Cic. 4. Tusc. 84. Dare se philosophiæ excolendum. Et 2. Att. 1. Dare librum perferendum ad aliquem.

Do ferre, pro Do ferendum. Quintil. lib. 9. cap. 3. Virg. 5. Æn. 248. — & argenti magnum dat ferre talentum. Græcum est, duo verba conjungere, ut paulo post, Donat habere viro. Servius.

Datur hæc sexaginta minis. Plaut. Perf. 4. 4. 13. Martial. lib. 12. 37.

Amphora vigessis, modius datur ære quaterno.

Ut res dant sese. i. e. Pro re, tempore, & loco, ut occurrunt res, ut sese offerunt. Ter. Hec. 3. 3. 20. Profecto hoc sic est, ut puto: Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Liv. 8. Bell. Pun. Pollicitus, prout res, ac tempus se daret, &c.

Ut se dederint initia. Cic. 3. Att. 23.

Do, pro Concedo, fateor. Cic. 4. Acad. 68. Primum Epicurus non dat. vos quibuscum res est, id quoque conceditis.

Quod datur accipio, Loquendi modus parœmiæ accommodatus. Cic. 2. de Orat. 137. Si se dant, & ut ante dixi, sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur: & ad id unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Idem 2. de Fin. 82. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio, quod dat: mihi enim satis est, ipsis non satis.

Do, Dico, Addico. Omnis Prætorum potestas quæ modo esset in judiciis, tribus his verbis notabatur. Primum dandi judicis significat potestatem, secundum juris dicendi, & ferendæ sententiæ, tertium judicati faciendi, & exequendi. Nam Addicere, inquit, Festus, est proprie Idem dicere, & approbare dicendo: alias Addicere, Damnare est. AD enim præpositio verbis adhibita additionis nota est, quod videre licet in his verbis Adhibere, addere, adjicere, adscribere, adstipulari, quorum duo postrema idem significant quod alteri assentire. Sic Judex quod dixerat, postea addicebat, id est idem quod dixerat in sententia, dicebat iterum, & approbabat, ut exequutioni mandaretur, hoc est adjudicabat. Inde Addicti vocabantur Debitores, qui, quod solvendo non essent, creditoribus suis dabantur in servitutem. Hæc Connanus lib. 7. cap. 9.

Dare actionem dicitur judex, quando actorem ad intendendam actionem admittit. Dicitur & Dare judicium, Ulp. in l. prima. D. de his qui dejec. vel effud. Prætor ait, qui dejecerunt vel effuderunt in eum locum quo vulgo iter fiet, &c. quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum qui ibi habitavit, in duplum judicium dabo. Cic. 4. Verr. Siquis eum pulsasset, edixit se judicium injuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum. Ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. V. Actionem dare in AGO.

Aciem dare. V. Acies.

Actum & factum dare. Quintil. lib. 2. cap. 13. Flexus ille, & ut sic dixerim, motus dat actum quendam & factum. De statuis & picturis.

Ad carnificem dare. Plaut. Bacch. 4. 4. 37.

Ad languorem dare. Plaut. Asin. 3. 2. 28. & Ter. Heaut. 4. 6. 3.

Ad literas dare, pro Rescribere. Cic. 5. Att. 2. Ad quas ego eo ipso die dederam.

Ad ludendum dant se. Cic. 5. de Fin. 42.

Ad mortem dare. Plaut. Amph. 2. 2. 177.

Ad partes populi dare. Cic. 2. de Lege Agr. 19.

Ad pistores dare. Plaut. Asin. 3. 3. 119.

Ad remum. Liv. 4. Bell. Maced.

Ad salutem communem aliquid dare. Cic. 6. Verr. 52.

Ad sepulturam datum corpus. Cic. 2. Philipp. 17.

Ad ditem in servitutem dari pauperem. Ter. Phorm. 4. 3. 48.

Ad supplicium dedit servum. Cic. pro Cluent. 181.

Ad terram dare, pro Prosternere. Suet. in August. cap. 96.

Aditum. Columel. lib. 5. cap. 9. Alia fossa circundederis, ne aditus pecori detur. V. Aditus in ADEO, adis.

Aditum oculis. Ovid. 15. Epist. 248.

Adjumentum. Plaut. Epid. 3. 1. 15. Nec mihi plus adjumenti das, quam ille qui nunquam etiam natus est.

Adjutricem & comitem alicui dare. Cic. de Amicit. 85. Virtutum amicitia adjutrix a natura data est, non vitiorum comes.

Adjutorem ad rem aliquam. Ter Phorm. 3. 3. 28. Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem dari.

Æs dare. Hor. de Arte Poet. 20.

— si fractis enatat exspes
Navibus, ære dato, qui pingitur?

Amplexus. Virg. 8. Æn. 405. — Optatos dedit amplexus.

Animam dare, de Apibus. Virg. 4. Georg. 204.

— ultroque animam sub fasce dedere. h. e. Mortuæ sunt.

Animos dare. Virg. 9. Æn. 143.

Fossarumque moræ, leti discrimina parva,
Dant animos. i. e. Animosiores faciunt.

Animum suum alicui, quod vulgus, Ponere suam affectionem, dicit. Plaut. Asin. 4.

Animum dare mœrori. Cic. 2. Att. 8. i. e. tradere.

Annos

Annos dare venatibus, i. e. Consumere venandi studio. Valer. 3. Argon. 242.
Ansam ad reprehendendum, pro Dare occasionem. Cic. de Amicit. 60. Quinetiam necesse erit cupere & optare ut quam sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.
Ansas dare sermonis. Cic. pro Sext. 22. Denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus.
Aquam dare in alvum, pro Injicere. Cels. lib. 4. cap. 15. ad finem.
Aquam dare manibus. Plaut. Trucul. 2. 5. 28.
Arbitros. Cæs. 5. Bell. Gall. 1. Cic. 1. de Legib. 53. Ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.
Argentum ad nuptias. Ter. Heaut. 4. 5. 29.

— Argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem qui, tenesne?

Argumentum aliud dat controversia. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Augurium dare. Virg. 3. Æn. 89.

Da Pater augurium, atque animis inlabere nostris.

Augurium, modo oraculum: sed usurpative. Servius.
Auribus alicujus. h. e. Assentari, blandiri. Cic. 16. Fam. 7. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.
Aures dare, est Audire & obsequi. Sen. Hippol. 4. Amare discat, mutuos ignes ferat, det facilis aures.
Aures suas alicui. Cic. 1. Att. 4. Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cujus sermonis genus, &c.
Auspicium pugnæ dare. Sil. lib. 17.
Authorem dare rem. Plaut. Trinum. 1. 2. 70. V. AUTHOR.
Auxilia. Liv. 8. Bell. Maced. Auxilia Nicomedi dant, &c.
Bellum ipsa dedi. Stat. 12. Theb. 336.
Beneficium, pro Facere rem gratam. Cic. 13. Fam. 13. Quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer non dedisse.
Bibere: quod aliqui improprie Propinare dicunt: quum propinare proprie præbibere sit, vel prægustare. Ter. And. 3. 2. 4. Post deinde quod jussi, ei date bibere. Ubi Donatus, Date bibere, consuetudine magis, quam ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucilius in sexto, Date bibere summo. Nam duo verba activa nullam habent significationem sine nomine aut pronomine. ut si dicas, Dic facere. Cato de R. R. cap. 89. Bis in die farciat, & meridie bibere dato. De gallinaceis & anseribus farciendis loquitur.
Boni multum alicui. Plaut. Men. 3. 2. 10.
Brachia dare ad. Ovid. 3. Met. 679.

Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit.

Brachia cervici. Horat. Carm 3. 9. 2. i. e. Cervicem amplecti.
Caliginem. Liv. 7. Bell. Maced. Nebula matutina crescente die, levata in nubes, caliginem dedit.
Campo se dare. Virg. 9. Æn. 56.

— Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo.

Cantus dare. Vir. 1. Æn. 398.

Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere.

Si mox Clangores.
Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua &c. Tacit. 11. Ann. 9.
Causam recusandi. Cic. 2. de Orat. 233. Non committam ut si defugerim, tibi causam aliquam irrevocabilem dem recusandi.
Causam dicendi justam & necessariam dare. Cic. de Arusp. Resp. 10.
Causam peccandi dare. Ovid. 2. Trist. 281.
Cibum ovibus. Varr. 3. de R. R. cap. 9.
Cibo, pro In cibum. Plin. lib. 14. cap. 16. Et si prius quam tota uva maturescat, incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi.
Civitatem alicui. Cic. 3. de Fin. 40. Itaque mihi videris Latine docere Philosophiam, & ei quasi civitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. h. e. Civem facere.
Clamorem ad astra dare. Sil. lib. 6.
Clangores dare dicuntur aves. Plin. lib. 18. cap. 35. Et quum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt. V. Cantus.
Claritatem alicui. Plin. lib. 13. cap. 22. Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii.
Cœnam alicui. Ter Heaut. 3. 1. 16. Nam ei unam cœnam atque ejus comitibus dedi. Plaut. Men. 1. 1. 25. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Cic. 9. Fam. 20. Sed vide audaciam, etiam Hirtio cœnam dedi sine pavone.
Ad cogitandum aliquid dare. Cic. 15. Att. 8.
Cognitionem consulibus dat lex. Cic. 16. Att. 18.
Cognomen. V. COGNOMEN.
Colla lacertis dare. Stat. 2. Achil.
Colla dare retro, pro Retro flectere. Ovid. 3. Met 89.

Læsaque colla dabat retro, plagamque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat.

Colloquium alicui. Liv. 2. Bell. Maced. Neque colloquium postea Philippo dedit.
Colorem dare alicui rei. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Colorem deformibus dare. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Comitem se alicui. Liv. 3. Jam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem Senatui det.
Commeatum militi. Liv. 3. V. COMMEATUS.
Commeatum remeatumve exuli nemo dare potest, nisi Imperator. Marcell. l. Relegati. D. de pœnis.
Commoda alicui dare. Hor. 2. Serm. 8. 75.

— tibi di, quæcunque preceris
Commoda dent.

Connubia gentibus dare. Ovid. 3. Fast. 195.

Externis dantur connubia gentibus.

Consilium, Consulere. Ter. Eun. 2. 3. 85. Dixti pulchre, nunquam vidi melius consilium dari. Cic. de Amicit. 44. Consilium verum dare gaudeamus libere. Idem 4. Acad. Quid consilii datis?
Consilia pulcherrima dare. Virg. 5. Æn. 728.
Consilium de aliqua re. Ter. Adel. 3. 4. 53. Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
Consilium ut aliquid fiat. Ter. Eun. 5. 9. 15. Illum qui mihi dedit consilium ut facerem, an me qui ausus sim incipere?
Copiam dare. Tacit. 11. Ann. 2. Neque data Senatus copia, intra cubiculum auditur.
Copiam dare, pro Sinere, permittere. Ter. prol. Heaut. 28. Virg. 9. Æn. 484.

Affari extremum miseræ data copia matri.

Et 1. Æn. 590.

Postquam introgressi, & coram data copia fandi.

Crepitum dare. Lucret. lib. 6. 108.

Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi,
Carbasus ut quondam magnis intenta theatris,
Dat crepitum, malos inter jactata, trabeisque, &c.

Crimini, i. e. Vertere vitio. Plin. de Viris Illust. Cic. de Clar. Orat. 276. Quinetiam memini, quum in accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum paravisse. Idem 7. Verr. 72. Calamitatem crimini dare.
Cruci contubernalem aliq. Plaut. Mil. 2. 2. 28.

Nisi quidem illa nos vult qui servi sumus,
Propter suum amorem omnes crucibus contubernales dari.

i. e. suspendi.
Curam. Cic. 3. de Legib. 47. Hæc detur cura Censoribus. h. e. Negotium hoc illis committatur.
Curatorem dare. Hor. 1. Epist. 1. 101.

Insanire putas solennia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati.

Cursum navibus. Liv. 9. Bell. Pun.
Cursum dare dicuntur venti. Virg. 3. Æn. 337.

Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?

Damnum, Afferre incommodum, nocere. Ter. And. 1. 1. 115.

Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi qui dederit damnum aut malum?

De tuis summis deliciis da mihi. Plaut. Trucul. 5. 48.
Decus. Plin. lib. 16. cap. 4. Liv. 7. Bell. Pun. Vos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus.
Defensionem, pro Permittere reo, ut se defendat. Suet. in Claud. cap. 29. Consocerum suum, incerto crimine, nec data defensione occidit.
Defraudandum. Plaut. Rud. 5. 3. 31. Jam te ratus nactum hominem quem defraudandum dares.
Dextras dare, Promittere. Plaut. Merc. 5. 4. 4. Virg. 4. Æn. 308.

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

De manu dare: cui opponitur Foris. Columel. lib. 7. cap. 9. de suibus, Nam quidem cultus ager opimas reddit sues, quum est graminosus, & pluribus generibus pomorum consitus, ut per anni diversa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat: nec tamen propter hæc parcetur horreis: nam sæpe de manu dandum est, quum foris deficit pabulum: propter quod plurima glans vel cisternis in aquam vel fumo tabulatis recondenda est. Seipsum exponit Columella, quid intelligat per De manu dare, quum dixit ante, Nec tamen propter hæc parcetur horreis.
Dextram dare misero, Auxiliari. Virg. 6. Æn. 370.

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas.

Dextras & fidem. Liv. 1. Sed date dextras, fidemque, haud impune adultero fore.
Dare debere, est Facto suo dominium retro transferre. V. Alciat. in l. mutuum. D. si cert. pet.
Dicta dare, pro Loqui. Liv. 2. Bell. Pun. Virg. 2. Æn. 790.

Hæc ubi dicta dedit.

Dicta dulcia. Plaut. Truc. 1. 2. 78. Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto: linguis dicta dulcia datis.
Diem. Cic. 1. Att. 6. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Idem lib. 4. Vestorio dandi sunt dies.
Diem luculentum. Plaut. Epid. 3. 2. 5. Pro dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum.
Documentum. Cic. pro Milon. 22. Liv. 5. Bell. Pun. Idem 5. Decad. lib. 5. Et documentum eloquentiæ dare voluit.
Dolorem alicui. Cic. 7. Att. 13. Qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.
Dolores ingentes dare. Hor. 2. Serm. 3. 288.

Juppiter ingenteis qui das, adimisque dolores.

Dolori se. Plin. lib. 3. Epist. 60. Deinde quum diu cohibitæ lacrymæ vincerent, prorumperentque, egrediebatur, tunc sese dolori dabat.
Dominatum, & principatum dare alicui. Cic. 11. Philipp. 36. Animadverti P. C. dici jam a quibusdam exornari etiam nimium a me Brutum, nimium Cassium ornari: Cassio vero sententia mea dominatum & principatum dari.
Dono dare. Virg. 2. Ecl. 37. Plaut. Amph. 1. 3. 40. Liv. 3. Bell. Pun. Lætoque juveni promissis, equum eximium dono dat. Sic 3. ab Urbe.
Dotem. Ter. Phorm. 5. 7. 36. Plaut. Trin. 2. 4. 107. Est ager sub urbe: hic vobis eum dabo dotem sorori.
Dubitationem alicui. Cæs. 1. Bell. Gall. 14. His Cæsar ita respondit, eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, &c.
Duras alicui. Ter Heaut. 2. 4. 22. Imo ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. subaudi Pœnas. [Inepte quasi pœnas pater filio daturus sit. An igitur Dabis legendum? An potius subaudiendum Partes? ut in Eun. 2. 3. 62. Duras fratris partes prædicas. Quod plane expressit Bentl.
Epulas oculis, Pascere oculos. Plaut. Pœn. 5. 4. 2. Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo visere venit.
Esui. Plin. lib. 29. cap. 17. Percussis esui dare decoctum.
Exceptionem alicui. Cic. 2. de Fin. 121. Et tamen quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui quum luxuriose viverent, a summo, &c.
Excidio ac ruinis opus aliquod. Liv. 1.

Excruciatum da me. Plaut. Mil. 2. 6. 84.
Exercitum ducendum. Liv. 7. Bell. Pun. Urbanum veterem exercitum Fulvius Consul C. Fulvio Flacco legato in Hetruriam dedit ducendum.
Exilium dare alicui. Tacit. 15. Ann. 71. Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis, quam convictis, data exilia.
Exitio dare. Tacit. 11. Ann. 34. Ne indefensa conjux exitio daretur.
Exitum belli. Liv. 10. Bell. Pun. Vos lacessisse & tuipse fateris, & dii testes sunt qui & illius belli exitum secundum jus fasque dederunt, & hujus dant & dabunt.
Expectationem, pro Movere expectationem. Cic. 2. Att.
Experimentum artis, apud Suet. in Neron. C. 22..
Exuvias ad hostes: Ab hostibus dispoliari. Plaut. Epid. 1. 1. 36. Id modo videndum, ut materies suppetat scutariis, Si in singulis stipendiis, is ad hostes exuvias dabit.
Fabulam. Cic. 1. Tusc. 3. Annis enim fere CCCCX. post Romam conditam Livius fabulam dedit. Donat. in prol. Hecyr. Ita dicitur, data est fabula, ut data est cœna, datum est prandium. Et, Dari dicitur fabula, quum agitur: Stare, quum placet.
Factum. Plaut. Casin. 2. 8. 3. Ita fieri oportet. OL. factum & curatum dabo.
Facere. Cic. 3. Off. 66. Arbitrum illum adegit, quid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Vet. formula.
Facultatem. Ter. And. 1. 4. 6. Di date facultatem obsecro huic pariundi.
Facultatem ad. Cic. 6. Att. 2. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas aut levandas dedi.
Facultas data est mihi, ut meo arbitratu facerem. Cic. 1. de Fin. 72.
Facultatem res dabit. Cic. 11. Att. 7. Sed siquid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit.
Famæ aliquid dare. Hor. 2. Serm. 2. 94. Das aliquid famæ? h. e. Putas hoc ad famam pertinere? Acron. [ Immo Famæ quoque rationem habendam esse putas, Bonæ famæ aliquid tribuis.
Famæ dare, pro Spargere in vulgus. Tacit. 1. Ann. 7. Dabat & famæ, ut vocatus, electusque potius a Repub. videretur, quam per uxorium ambitum, & senili adoptione inrepsisse. [ i. e. Tribuebat id etiam famæ, vel, ut in Paraphrasi est Freinsh. faciebat melioris famæ causa.
Famam celeritatis. Plin. lib. 35. cap. 11. Quamobrem arti daturus & celeritatis famam, absolvit uno die tabellam, &c.
Fato dari. Ovid. 3. Fast. 614.

> Anna, per hanc juro, quam quondam audire solebas
> Tellurem fato prosperiore dari.

Sat fatis, Venerique datum est. Virg. 9. Æn. 135.
Fidem, Jurare, confirmare, spondere, inquit Donatus. Plaut. Milit. 2. 5. 45. Ter. Eun. 5. 9. 30. Do fidem ita futurum. Idem Hec. 1. 2. 38. Si mihi fidem das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis: fidem do, loquere. Cic. de Senect. 75. Non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret.
Fidem & jusjurandum. Cæs. 1. Bell. Gall. 4. Hac oratione adducti, inter se fidem, & jusjurandum dant.
Fiduciam. Liv. 2. Bell. Maced. Achæi portus & dant fiduciam postulantibus, & demunt.
Flammas. Ovid. 2. Met. 810.

> — spinosis ignis supponitur herbis,
> Quæ neque dant flammas, &c.

Fluctibus dare se, pro Navigare. Valer. 7. Argon. 36.
Fœnore. Plaut. Curc. 4. 1. 19. Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.
Fœnori pecunias dare. Tacit. 11. Ann. 13. Et lege lata, sævitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum fœnori darent.
Foras se dare. Lucret. lib. 1. 1106. Hac se turba foras dabit.
Foras vestem. Plaut. Men. 4. 2. 96.

> Equidem eccastor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium
> Quoiquam utendum. Mulierem æquum est vestimentum muliebre
> Dare foras, virum virile.

Formam humanam Deo dare. Quintil. lib. 7. cap. 4. Sicut Epicurus qui humanam Deo formam, locumque inter mundos dedit.
Fortuna data de improviso. Ter. Phorm. 5. 6. 45. Tantam fortunam de improviso esse his datam?
Frenos. Liv. l. 34. 2. Date frenos impotenti naturæ & indomito animali. significat Laxare frenos. sequitur enim, Et sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. De mulieribus loquitur. Sic Habenas.
Fragorem dare. Ovid. 8. Met. 341.

> Sternitur incursu nemus, & propulsa fragorem
> Sylva dat.

Fructum meliorem. Columel. de Arborib. cap. 16. Fructumque meliorem dabunt.
Fugam, stragemque. Liv. 1. Bell. Pun. Qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repente ingentem fugam, stragemque dedissent.
Fugam dare navigantibus dicuntur venti. Virg. 7. Æn. 24.
Fugæ & in fugam. Cic. 7. Att. 22.
Gaudia pacta dare. Ovid. 3. de Arte Am. 462.

> Si bene promittunt, totidem promittite verbis:
> Si dederint, & vos gaudia pacta date.

Gemitum dare. Virg. 2. Æn. 53.

> Insonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.

Gemitum dare pectore ab imo. Virg. 1. Æn. 485.
Gemitui se. Cic. 2. Tusc. 57.
Gemmas digitis dare. Ovid. 10. Met. 264.

> Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Gratiæ alicujus dare aliquid. Liv. 8. Postremo ne id se gratiæ dare Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare paratos esse, non videri, &c.
Gustum, pro Specimen præbere. Sen. Epist. 11. Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit.
Gyros dare. Virg. 3. Georg. 115.
Habenas. Virg. 1. Æn. 63.

> — regemque dedit, qui fœdere certo
> Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas. V. Frenos.

Habere dare. Virg. 9. Æn. 362.

> — ille suo moriens dat habere nepoti.

Hilarem se alicui, Hilariter cum aliquo versari. Plaut. Asin. 5. 1. 21. Quin te ergo hilarem das mihi?
Historiæ se dare. Cic. 2. Att.
Honori alicujus aliquid dare. Sen. de Benef. lib. 6. Plato quum flumen nave transiret, nec ab illo quicquam portitor exegisset, hoc honori suo datum credens, dixit, &c.
Honores alicui dare. Hor. 1. Serm. 6. 16.

> — qui stultus honores,
> Sæpe dat indignis, & famæ servit ineptus.

Hospitium dare. Ovid. 2. Epist. 108.

> Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto
> Threicios portus, hospitiumque dedi.

Hostem dari. Tacit. in Vita Agric. cap. 33. Quando dabitur hostis? Quando acies?
Jacturam. Plaut. Stich. 5. 4. 6. [ Locus admodum obscurus, ad q. V. Gronov.
Immunitatem muneris alicujus. Cic. 4. Acad. 121. Negas sine Deo posse quicquam, ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem magni quidem muneris.
Imperium sorte datum. Virg. 1. Æn. 138.

> Non illi imperium pelagi, sævumque tridentem;
> Sed mihi sorte datum.

Impetum, pro Facere. Liv. 5. Subsidia in aversos, transversosque impetum darent.
Impetum dare in. Tacit. 2. Ann. 16. Primus Cæsar cum Prætoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in sylvas. Sic
Impressionem. Liv. 4. Hæc locutum, exequentemque dicta, redintegrato clamore secuti dant impressionem.
Improbe dare, & injuste adimere. V. IMPROBUS.
Impunitatem. Cic. 8. Philipp. 33. Cæteris autem, si errorem suum deposuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.
In adoptionem aliquem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicaverat.
In æquor se dare. Virg. 4. Georg. 528.

> Hæc Proteus, & se jactu dedit æquor in altum.

In alvum aquam dare, pro Injicere. Cels. lib. 4. cap. 15. ad fin.
In luctus animum dare. Ovid. 2. Met. 384.
In antecessum dare. Ut aliquid In solutum dari dicimus, ita eleganter dicimus Dari in antecessum, quod quidem est dari & solvi antequam deberi incipiat, aut peti possit, quod nos, Ante manum dari dicere consuevimus. Eo genere dicendi aliquoties Seneca utitur & Jurisconsulti. Nos uno libri 4. c. 32. de Benef. loco contenti erimus; Ego, inquit, quod cui debeam scio: aliis post longam diem repono, aliis in antecessum, aut prout occasio & rei facultas tulit. i. e. Aliis etiam antequam debeam, solvo. Turneb. Adv. 12. 9. Add. 30. 3. Conf. ANTECESSUS.
In aurem dare, pro Infundere, instillare. Cels. lib. 6. cap. 7. 8. De sonitu aurium. In aurem dandus radiculæ succus cum rosa, vel cum succo radicis ex cucumere agresti, vel castoreum ex aceto, & laureo oleo.
In bella se dare. Virg. 12. Æn. 632.

> O soror, & dudum agnovi, quum prima per artem
> Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti.

In casum se dare. Liv. lib. 3. Decad. 5. Secunda fortuna in conditione honestæ pacis uteretur potius, quam spe vana evectus in casum irrevocabilem se daret.
In casum dare rem, prælioque experiri statuit. Tacit. 12. Ann. 14.
In caveam dabo te. Plaut. Capt. 1. 2. 15.
In concubinatum sororem. Plaut. Trinum. 3. 2. 65.

> — ne mihi hanc famam differant, me
> Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
> Dedisse magis quam in matrimonium.

In conspectum: h. e. Ante oculos ponere. Ter. Phorm. 1. 5. 30. ipsum gestio dari mihi in conspectum. Ubi Donatus, Non dixit venire, ut filium: sed dari, ut reum. Liv. 3. Insequens dies hostem in conspectum dedit.
In conspectum alicujus se dare. Cic. 7. Verr. 85. Et 1. de Divin. 41. ex Ennio. Sic In custodiam, In delicias &c. H. St.
In consuetudinem vel familiaritatem alterius se dare. Cic. in Pison. 68. Dedit se in consuetudinem, sic ut prorsus una viveret. Et dare se in societatem, Liv. 6.
In creditum dare pecuniam alicui. Julianus in l. non omnis. & l. si tibi. D. si certum petatur.
In custodiam vel custodias. Liv. 1. 4. Sacerdos vincta in custodiam datur. Et apud Cic. 7. Verr. 68.
In custodiam se. Cic. 1. in Catil. 19.
In delicias se dare. Sen. Epist. 115. Si disciplina civitatis laboravit, & se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ orationis lascivia.
In discrimen legiones dare. Tacit. 2. Ann. 11. Cæsar nisi pontibus, præsidiisque impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit.
In divitias filiam. Plaut. Trin. 3. 1. 4. Sine dote, ille illam in tantas divitias dabit?
In domum dari. Ter. Eun. 2. 3. 73. O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.
In exilium dare. Julius Firmic. lib. 3. cap. 5. Sed & ego scio, multos in exilium datos, & bene & strenue Respublicas administrasse.
In fœnus. Varro 3. de R. R. cap. 5. Sexaginta millia quanvis statim in fœnus des licebit.
In fugam se, Fugere. & Dare aliquem in fugam, pro Fugare, sive convertere in fugam. Cæs. 5. Bell. Gall. 49. Celeriter hostes dat in fugam. Cic. 6. Verr. 95. Dant sese in fugam istius præclari Imperatoris nocturni milites.
In gradum militiæ extremum dari. Ter. Clemens in l. ult. D. de custod. reor.
In mandatis aliquid, est Aliquid faciendum vel dicendum committere: quod & Mandare dicitur. Plaut. Amph. prol. 81.
In vota alicujus victas manus dare. Ovid. 21. Epist. 240.

> Doque libens victas in tua vota manus.

In manu dari. Cic. 2. Off. 60. Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur, jucundius est, tamen, &c. Al. In manum.

In manum aliquid. Ter. Phorm. 4. 3. 29. Eho dic quid velis dari tibi in manum, ut herus desistat litibus? Ubi Donatus, Datur ei in manum, qui separatim accipit, sine arbitro aut interprete: ut prævaricator aut judex corruptus. Tacit. lib. 4. Datos in manum milites.
In manus hominum aliquid, est Aliquid edere, quod in manus hominum perveniat. Plin. Epist. 137.
In manum alicui virginem dare. Ter. And. 1. 5. 63. Ubi Donatus, Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum conventionem.
In matrimonium. Liv. 7. Bell. Maced. Cæs. 1. Bell. Gall. 2. Ei filiam suam in matrimonium dat.
In nervum ac supplicia corpus. Liv. 6. An placeret fœnore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditam solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?
In nuptias, idem quod dare in matrimonium. Ter. And. 5. 1. 9.
Ah rogitas? perpulisti me ut homini adolescentulo
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.
In potestatem. Liv. 8. Pactoque reditu promissum est regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturos.
In præceps, Præcipitare. Liv. 7. Bell. Pun. Se, collegamque & prope totam Remp. in præceps dederat.
In præmium. Liv. 4. Proditori præter libertatem, duarum familiarum bona in præmium data.
In publicum aliquid dare. Plin. Epist. 156. Ideo nunc contra istum librum faveo orationi, quam nuper in publicum dedi.
In quæstionem dare servos dicebatur dominus. Author ad Heren. Cic. pro Rosc. Amer. 120. Quod a nobis oppugnari video, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. h. e. Torqueantur & Afficiantur suppliciis. Immo V. QUÆSTIO.
In reliquos data venia. Tacit. 12. Ann. 32.
In ruborem dare. Plaut. Capt. 5. 2. 9. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.
In stipendium pecuniam. Cæs. 1. Bell. Civil. 23. Etsi eam pecuniam publicam esse constabat, datamque a Pompejo in stipendium.
In iram tempus dare. Ovid. 1. Amor. 8. 81.
Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram.
In verba dare recuperatores. Cic. 5. Verr. 69. Quærebant quæ in verba recuperatores daret: respondebat, si pateret adversus edictum fecisse, quæ in judicio dicturum esse dicebat.
In viam se, pro Itineri se accingere. Cic. 14. Fam. 12. In viam quod te des hoc tempore, nihil est.
Incommodum. Cic. 5. de Fin. 50. Non intelligunt idcirco ea esse propter se expetenda, quod nulla utilitate objecta delectentur animi, atque ipsa scientia, etiam si incommoda datura sit, gaudeant.
Indicia. Cic. 5. de Fin. 48. Videamus partes quarum est aspectus illustrior, quæ quo sunt excelsiores, eo dant clariora indicia naturæ.
Inducias. Liv. 1. Agri parte multatis, in centum annos induciæ datæ.
Indulgentiam suam alic. pro Indulgere illi. Plin. Epist. 243. Rogo ergo ut ipse apud te pro dignitate ejus precibus meis faveas: cui & siquid mihi credis, indulgentiam tuam dabis.
Initium orandi conditoribus Urbium, ac Legum latoribus dedit Cicero. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Initium dicendi dedit natura, initium artis observatio. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Insidias alicui, Insidiari, decipere. Plaut. Aul. 4. 5. 2. Idem Bacch. 2. 3. 52. Is nostræ navi lembus insidias dabat.
Inventum. Ter. And. 4. 1. 60. D. At jam hoc tibi inventum dabo.
Iter. Liv. 8. Bell. Pun. Sic apud Cæs. 1. Bell. Gall. 10. Negat se more & exemplo pop. Romani posse iter ulli per provinciam dare.
Jucunditati se dare. Cic. 2. Off. 122.
Judex datus in hanc causam, i. e. Constitutus. Plin. Epist. 167. Fingamus tres omnino judices in hanc causam datos esse, horum uni placuisse perire libertos, alteri relegari, &c.
Judicem dare rei judicandæ, vel æstimandæ. Ulp. in l. proinde. D. ad leg. Aquil.
Judicium ex edicto in libertum dedit. Cic. pro Flacc. 88.
Jugulum. Cic. 2. Tusc. 33. Sane si nudus es, da jugulum.
Jugulum alicui. Cic. pro Milon. 31. Certe optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primum petitum.
Jus alicui. Plin. Epist. 248. Quum jus mihi dederis referendi ad te de quibus dubito.
Jus aliquid faciendi de. Tacit. 12. Ann. 64. Jus statuendi etiam de procuratoribus dederat.
Jura, Leges. Virg. 1. Æn. 292.
Cana Fides & Vesta, Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.
Jura gentibus. Liv. 10. Bell. Pun. Roma an Carthago jura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros.
Jusjurandum, Juramento promittere. Plaut. Amph. 3. 2. 50. Ter. Adel. 2. 1. 11. Jusjurandum dabitur te esse indignum injuria hac, indignis quum ego sim acceptus modis. Victor. de Vir. Illust. 40. Dato jurejurando, ut si non impetrasset, ita demum rediret.
Jussa dare. Ovid. 3. Amor. 8. 34. i. e. Postquam jussa est dare, vel Dedit id quod jussa est dare.
Labem dare. Lucret. lib. 2. 1145.
Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt labem, putreisque ruinas Omnia.
Labori se. Cic. 7. Verr. 17. Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur: dabat se labori atque itineribus.
Lacrymas dare. Virg. 4. Æn. 370.
Num lacrymas victus dedit?
Lacrymas siccis agenti oculis dabit. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Largius dat nemo, Nemo liberalior est. Ter. Eun. 5. 9. 48. Principio & habet quod det, & dat nemo largius. Ubi Donatus, Dat largius ut liberalis.
Laudem alicui rei. Plin. lib. 36. cap. 16. Æthiopicis laus summa datur.
Laudi. Cic. 1. Off. 71.
Laxamentum legi. Cic. pro Cluent. 89. Ne legi quidem quicquam per Tribunum pleb. laxamenti datum est.
Leges. Virg. 8. Æn. 322. Composuit, legesque dedit. Sic Cic. 3. de Legib. 10. Dare legem & disciplinam vivendi populis. Virg. 4. Georg. 487.
Legem dare ne, &c. Ovid. 2. Met. 55.
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.
Leges loci dare. Virg. 4. Æn. 213.
Cuique loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit.
Do lego. Jabolenus De stat. liberis, l. Stichum, Titio do lego. Paul. ad l. Falcidiam, l. prima, Easque res quibusque dare legare volet. Non plus significat Do lego, quam si Do solum, vel Lego dixisset.
Leporem dictis dare. Lucret. lib. 1. 29.
Quo magis æternum da dictis, Diva, lepôrem.
Leto dare. Virg. 5. Æn. 806. i. e. Morti. Ovid. 3. Met. 120.
Libellos de re aliqua dare. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Libertatem dare, pro Manumittere. Claud. 1. in Eutrop. 310.
Licentiam pueris ludendi. Cic. 1. Off. 103.
Linamentum dare in plagam, est, ut vulgus chirurgorum dicit, Imponere carptum, quod Græci ἔμμοτον appellant. Cels. lib. 7. cap. 9.
Lintea ventis dare. Ovid. 7. Met. 40.
Ut per me sospes, sine me det lintea ventis. V. Vela.
Literas alicui per aliquem. Cic. 5. Att. 15. Tu autem sæpe dare libellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus, &c.
Literas alicui, pro Reddere. Cic. 5. Att. Ac binas quidem tuas Beneventi accepi, quarum alteras Funisulanus multo mane mihi dedit, alteras scriba Tullius.
Literas alicui ad aliquem. Cic. 12. Fam. 19. Idem 7. Att. Ut ab Urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.
Literis se. Cic. 1. Acad. 11. Quamobrem da quæso te huic etiam generi literarum.
Locum. Plaut. Rud. 1. 4. 35. Cic. 2. Att. Is quærit ex me num consuevissem Siculis locum gladiatoribus dare.
Locum dare, pro Cedere. Ter. Heaut. 3. 3. 26.
Locum dare & cedere. Cic. 2. de Nat. Deor. 83. Quacunque enim imus, quacunque movemur, videtur quasi locum dare & cedere.
Locum proximum alicui rei, pro Eam proxime describere. Plin. lib. 37. cap. 6.
Locum dubitationis. Cic. pro Balb. 16. Cujus igitur audita virtus dubitationibus locum non daret? Sic Dare locum respondendi, Cic. 3. de Nat. Deor. 19.
Locum dolis dare. Ovid. 2. Amor. 19. 44.
Locum tituli tibi dat. Ovid. 4. Trist. 3. 81.
Locum & tempus cunctationi. Liv. 25. 40. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi, consiliove dedit Mutines.
Lucem dari. Virg. 1. Æn. 310.
At pius Æneas per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data est, exire locosque
Explorare novos, &c.
Ludum desidiæ filio suo. Plaut. Bacch. 4. 10. 7.
— ego dare me ludum meo gnato
Institui, ut obsequium animo sumere possit: æquom puto.
Sed nimium nolo desidiæ ei dare ludum.
Ludum amori dare. Hor. 3. Carm. 12. 1.
Miserarum est, neque amori dare ludum, neque dulci
Mala vino lavere.
Lumen dare eloquentiæ, & præceptis. Quintil. lib. 3. cap. 1. Præcipuum vero lumen, sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque ejus dedit unicum apud nos specimen orandi, docendique oratorias artes M. Tullius.
Magistros rerum esse dedit. i. e. Magistros militum fecit. Virg. 9. Æn. 173.
Quos pater Æneas, siquando adversa vocarent,
Rectores juvenum, & rerum dedit esse magistros.
Malum alicui. Ter. And. 2. 5. 22. Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum. Idem Eun. 3. 3. 27. Cic. 4. Verr. 2. Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam si centum cohortes fugitivorum fuissent.
Mammam, Lactare. Ter. Adel. 5. 9. 18. Et quidem tuo nepoti hujus filio hodie primam mammam dedit hæc.
Mancipio, vel mancupio, est Rem ita dare, ut evictionem præstaturos nos spondeamus. Plaut. Pers. 4. 4. 40. Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit. Idem Mil. 1. 1. 23. Me sibi habeto, & ego me illi mancupi dabo.
Mancipio vitam dare. Lucret. lib. 3. 984.
Vitaque mancipio nulli datur: omnibus usu. V. MANCIPIUM.
Mandata, Mandare, Præcipere. Cic. 7. Att. 13. Quid tantis de rebus huic mandata dederit. Virg. 6. Æn. 116.
Idem orans mandata dabat.
Mandata alicui ad aliquem. Cic. 8. Att. 19.
Manum alicui, Consentiendi signum & veluti confirmationis eorum quæ a nobis vel petuntur vel proferuntur. Plaut. Aul. 2. 1. 16. Da mihi optima fœmina manum. E. ubi ea est? Idem Asin. 4. 1. 32. Virg. 11. Æn. 568.
— neque ipse manus feritate dedisset. Servius.
Manus alicui, Fateri se victum. Plaut. Pers. 5. 2. 72. Cic. 2. Att. 22. Ajebat illum primo sane diu multa contra, ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra ejus voluntatem esse facturum. Eidem, lib. 16. 3. Sapienter igitur quod manus dedisti, quodque etiam ultro gratias egisti. Idem de Amicit. 99. Atque ad extremum det manus, vincique se patiatur.
Manus fidei dare. Sen. Thyest. 8. Tantum ora servat: & datas fidei manus.
Manus intus dare. Cels. lib. 7. cap. 29. Qua ratione partus emortuus ex utero eximatur. ad cujus rei facultatem multum confert & magnitudo vulvæ, & vis nervorum ejus, & corporis totius habitus, & mentis etiam robur, quum præsertim intus nonnunquam etiam duæ manus dari debeant.

Manu

Manu plena dare. Sen. de Benef.
Manibus alterius, est Umbris mortuorum in solatium mortis. Alioqui simpliciter Dare manibus, est diis inferis: quemadmodum Dare leto. Liv. 1. Decad. lib. 1. Idem 4. ab Urbe, Jam ego hanc mactatam victimam (si modo sancti quicquam in terris esse dii volunt) legatorum manibus dabo.
Materiam invidiæ. Cic. 11. Philipp. 21.
Materiam dolis dare. Ovid. 2. Amor. 19. 44.
Mordeat ista tuas aliquando cura medullas,
Detque locum nostris, materiamque dolis.
Medicamentum super. Cels. lib. 7. cap. 7. Ubi tota exempta est, committendæ oræ, fibulaque his injicienda, & super medicamentum glutinans dandum, i. e. imponendum. Conf. Unguentum.
Memoriæ, pro Tradere. Gell. lib. 1. cap. 11. Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, præcinente ac præmoderante cithara gressibus.
Mentem dare. V. MENS.
Mercedem alicui. Plaut. Amph. 2. 2. 15.
Merita. Cic. de Amicit. 26. Ut in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.
Modum alicui dare. Hor. 2. Serm. 2. 36.
— quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Majorem natura modum dedit, his breve pondus. Quintil. lib. 2. cap. 4. Nos suum cuique professioni modum demus.
Morti aliquem dare. Ovid. in Ibin 663.
Quam quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt, &c.
Mores suos alteri. Plin. lib. 10. cap. 50.
Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg. 350. i. e. Saltationem aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. Servius.
Munus magnificum. Plin. de Viris Illust. Marcus Livius Drusus genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Ædilis, munus magnificentissimum dedit.
Muneri, apud Fabium lib. 1. cap. 17.
Murmura dare. Ovid. 2. Met. 788.
Mutuum, Mutuare. Ter. Heaut. 3. 3. 40. Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum. Cic. 10. Att. 13. Non reddit quæ dedi ejus filio mutua, & utitur excusatione temporis.
Mutuam pecuniam. Cic. 11. Att. 3. Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.
Natalia. Cic. 2. Philipp. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalia in hortis.
Neci dare. Virg. 3. Georg. 480. V. NEX.
Negotium. Ter. And. 3. 2. 40. Postremo id mihi da negotii. Cic. 4. Verr. 173. Dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat ejus societatis, ut diligenter caveret. Cic. 5. Fam. 20. Non habui, cui potius id negotii darem, quam tibi.
Negotium dare & imperare. Cic. 6. Verr. 50. Audistis sibi istum negotium dedisse atque imperavisse, ut Centuripinis, &c.
Nequam dare. Plaut. Pœn. 1. 1. 31. Vin' tu illi dare nequam nunc? AG. Cupio. MI. En, me dato. Nequam veteres usurpabant pro Nequitia & Malo, quum etiam pro homine malo & improbo poneretur: unde jocus Plautinus. Ludit enim hic ex ambiguo: quum dixisset, Vin' illi dare malum & incommodare, ut qui respondet intellexit: quasi tamen de se improbo servo loquutus, præter expectationem subjecit, En me, dato, qui nequam sum.
Nomen militiæ, & ad militiam, est Ad delectum sese exhibere. Liv. 5. Cic. 7. Att. 12. Re & veritate nobis milites sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. h. e. Seipsos scribendos offerunt, & curant nomina sua inscribenda. Budæus.
Nomen in, vel ad coloniam aliquam. Liv. 4. Bell. Maced. Ut Latini qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent. Plaut. Pseud. 4. 6. 38. Quid ego cesso Pseudolum facere, ut det nomen ad molariam coloniam?
Nomen & tempora longa dare suo authori dicitur libellus. Ovid. 3. Trist. 3. 79.
Quos ego confido, quanvis nocuere, daturos
Nomen & authori tempora longa suo. h. e. Famam diuturnam.
Nomen alicui rei. Plin. lib. 11. cap. 37. Postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Liv. 1. Celebre ad posteros nomen flumini dedit. Hor. 1. Epist. 17. 12.
Fons etiam rivo dare nomen idoneus, &c.
Nomina data. Ovid. 2. de Ponto, 2. 40.
Digna parente suo nominibusque datis.
Novitatem vetustis, novis authoritatem. Plin. in Præf. Res ardua vetustis novitatem dare, novis authoritatem.
Nummos pro corpore dare. Hor. 1. Serm. 9. 43.
— fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos.
Nuptum filiam, idem quod Dare in matrimonium. Plaut. Perf. 3. 1. 55. Ter. Adel. 3. 2. 47. Periit: pro virgine dari nuptum non potest. Idem And. 2. 1. 1. Quid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum? B. sic est. Liv. 10. Bell. Pun.
Nuptum ad virum. Plaut. Stich. 1. 2. 83.
Hostis est uxor pater, invita quæ ad virum nuptum datur.
Oblivioni. Liv. 4. Aut in perpetuum arma bellumque oblivioni danda, jugumque accipiendum.
Oblivioni & negligentiæ. Liv. 5. Quæ auspicato agimus omnia fere intra pomœrium, cui oblivioni, aut cui negligentiæ damus?
Obsides. Cæs. 1. Bell. Gall. 3.
Obsidio datus alicui. Tacit. 11. Ann. 10. Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis obsidio nobis datum.
Obviam dari. Ter. Adel. 3. 2. 13. Nihil est quod malim, quam illam totam familiam dari mihi obviam.
Occasionem. Plaut. Capt. 1. 2. 8. Cic. 7. Att. 17. Alterum Consulatum a Rep. ne data quidem occasione repulimus.

Omen dare. Ovid. 4. de Ponto, 9. 54.
Detque bonum voto lucidus omen apex.
Operam, Eniti & laborare. Ter. And. 2. 1. 29. Idem Eun. 2. 3. 69. Faciam sedulo, ac dabo operam, adjuvabo.
Operam alicui dare, Adjuvare, inservire, operam suam impendere, authoribus Donato & Valla. Ter. Heaut. 3. 1. 95. Ibo, ac dicam ut dixeram, operam daturum me, hodie non posse his dare. Plaut. Aul. 2. 1. 22. Da mihi operam amabo. Sic Dare operam amico unguenta ementi, pro Juvare in emendis unguentis. Plaut. Caf. 2. 3. 24. Cic. pro Cæcin. 18. Liceretur is quem Cæsenniæ dare operam nemo miraretur. Ter. Eun. 2. 2. 60. Tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac ut admittar ad illam.
Operam alicui rei. Plaut. Bacchid. 1. 2. 26.
Aurum hercle auferre voluere, ei rei operam dabant.
Operam ne. Plaut. Perf. 4. 5. Idem Milit. 4. 5. 9.
Ne te abduceret operam dedi.
Operam ad. Plaut. Casin. prol. 22.
Vos omnes opere magno oratos esse volo,
Benigne ut operam detis ad nostrum gregem.
Operam abortioni, Conari abortum facere. Plaut. Truc. 1. 2. 99. V. ABORTIO.
Operam amori & desidiæ. Plaut. Merc. prol. 62. Experiar, quæ capiti, quæ ventri operam det, quæque suæ rei. Ter. Heaut. 1. 1. 38. Ego isthuc ætatis non amori operam dabam, &c.
Operam aurium, idem quod Auscultare significat. Plaut. Bacch. 4. 9. 72. Ubi lubet recita, aurium operam tibi dabo.
Operam auscultando, Auscultare. Plaut. Amph. 3. 4. 23. Jam ille hic deludetur probe, siquidem vos vultis auscultando operam dare. Sic Dare operam Fabulæ, Plaut. Capt. prol. 54.
Operam auspicio, Capere auspicium. Liv. 8. Bell. Maced. Tertio die quum auspicio operam dedisset, dein immolasset, in quatuor divisas copias educit.
Operam Platoni, & cæteris, pro Discipulum ei esse, inquit Valla in Raudensem. Cic. 4. Acad. 17. Jam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit. Ibid. 12. Dedi Antiocho operam diligentius, ut causam ex eo totam cognoscerem.
Operam veteri domino, Servire. Plaut. Capt. 2. 3. 3.
Vult te novus herus operam dare
Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.
Operam assiduam foro. Plaut. Asin. 2. 4. 22.
Operam furtivis rebus, i. e. Furari. Plaut. Amph. 1. 3. 12. Ædepol ni illa furtivis rebus te sciat operam dare, ego, &c.
Operam id do. Ter. And. 1. 1. 130. Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias, &c. Ibid. 2. 1. 8. Ah quanto satius est te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoveas tuo, quam, &c.
Operam in. Cic. 1. Tusc. 7. In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut, &c.
Operam iræ, Irasci. Plaut. Pœn. 3. 6. 20. Domos abeamus nostras sultis nunc jam: quando id, quod iræ operam dedimus, impetravimus.
Operam laudabilem. Plaut. Perf. 4. 5. 1. Ædepol dedisti virgo operam laudabilem.
Operam liberis. Cic. 1. Off. 128. Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. h. e. Liberis procreandis.
Operam malam alicui. Plaut. Capt. 3. 5. 43. Sed mihi ægre est me huic dedisse operam malam, qui nunc propter me meaque verba victus est.
Operam mutuam. Gell. lib. 2. cap. 29. Roges veniant, operamque mutuam dent, & messem hanc nobis adjuvent.
Operam optimam. Plaut. Aulul. 2. 2. 22.
Operam promissam. Plaut. Asin. 2. 2. 99. Jussit vel nos atriensem, vel nos uxorem suam defraudare: dixit sese operam promissam dare.
Operam rei, Laborare in acquirendis bonis. Ter. Adel. 1. 2. 15. Denique si conferendum exemplum est, non fratrem videt rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Operam Senatui aut clientibus. Plaut. Asin. 5. 2. 21. Ego censeo eum etiam hominem Senatui dare operam, aut clientibus.
Operam sermoni. Cic. 2. de Legib. 1. Sermoni reliquo demus operam sedentes.
Operam sermoni alicujus, pro Auscultare quid dicat. Plaut. Epid. 2. 2. 54. Dissimulabam me harum sermoni operam dare.
Operam somno, Dormire. Plaut. Pseud. 1. 2. 42. Liv. 3. Bell. Pun. Corpora curare, somnoque operam dare, &c.
Operam juris civilis studio. V. Dare Se ad docendum.
Operam stylo, pro Scribere vel Componere. Sueton. in Domit. cap. 20. Nunquam tamen historiis carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stylo vel necessario dedit.
Operam tonsoribus, apud Sueton. in August. cap. 79. pro Tonderi.
Operam virtuti. Cic. de Amicit. Quod quum optimum maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est: sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus.
Operam ut. Plaut. Truc. 4. 2. 10. Sed obsecro da mihi operam, ut narrem quæ volo. Ter. Eun. 1. 1. 18. Quam si des operam ut cum ratione insanias. Cic. 4. Verr. 19. Dedit operam ut Halesinus ad se, &c.
Opera dabitur, Curabitur, fiet diligenter. Plaut. Rud. 1. 2. 33. Paucis percontarier volo ex te. D. dabitur opera, atque in negotio.
Operas in portu. Cic. 4. Verr. 176. His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canulejum, qui in portu operas daret.
Operas in scriptura pro magistro. Cic. 13. Fam. 65. Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas, consuetudoque est. V. SCRIPTURA.
Data opera. i. e. De industria, consilio. Ulp. in l. 1. 5. Quid si vulnera i. D. de Senatusconf. Silan. Nisi aut ipsi sibi vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur.

Opportunitate data. Cæſ. 3. Bell. Gall. 17. Niſi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non exiſtimabat.
Optionem. Liv. 6. Bell. Pun. Nam quum extra ſortem Collegæ optionem dare provinciæ iniquum fuerit, quanto, &c.
Orationem alicui. Plaut. Rud. 4. 4. 20. G. Alienon' prius quam tuo dabis orationem?
Orationem dare. Reſpondere. Plaut. Mil. 2. 5. 56.
Neque eques, neque pedes, profecto quisquam tanta audacia,
Qui æque faciat confidenter quicquam, quam quæ mulieres
Faciunt. ut utrobique orationem docte edidit.
Oratorem, Mittere legatum. Plaut. Amph. prol. 34. Juſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis volo, nam juſte ab juſtis ſum orator datus.
Oſculum, Oſculari. Ovid. 10. Met. 281.
Incumbensque toro dedit oſcula.
Oſcula ex animo dare. Ovid. 2. Amor. 5. 51.
Otium dare alicui rei. Tacit. 16. Ann. 25. Segnes & pavidos ſupremis ſuis ſecretum otium dare.
Otio ſe, Quieſcere, ceſſare a laboribus. Plaut. Trin. 4. 1. 19. Certum eſt otio me dare, ſatis partum habeo.
Pacem. Plaut. Amph. 1. 1. 54. Pacem atque otium date illis.
Pacem mortalibus dare. Sil. lib. 7.
Palmam dare. Ovid. 2. de Arte Am. 734.
Finis adeſt operi, palmam date grata juventus,
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.
Palma danda docto oratori. Cic. 3. de Orat. 141. Plin. lib. 28. cap. 9. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. i. e. Pluris feciſſe.
Palmam do huic conſilio. Ter. Heaut. 4. 3. 31. Huic equidem conſilio palmam do, hic me magnifice effero. i. e. Conſilium illud prævalet cæteris.
Partes alicui, vulgus, Dare officium, dicit. Liv. 4. Bell. Pun. Quia cuſtos corporis erat, partes datæ ſunt, ut quum appropinquaret januæ rex, per cauſam aliquam, &c.
Partem in aliquam ſe. Cic. 3. de Orat. 56. Eloquentia varietate, copia quam ſe cunque in partem dediſſet, omnium fuit facile princeps.
Patronum alicui. Cic. 2. de Orat. 280.
Pauſam conciliis dare. h. e. Quietem & ceſſationem congregationibus. Lucret. lib. 2. 118. — pugnasque
Edere turmatim certantia: nec dare pauſam
Conciliis, & diſſidiis exercita crebris.
Pectus dare enſibus. Sen. Hippol. 5.
Pectora ferro dare. Virg. 12. Æn. 540.
Pecunias in ſumptum. Ter. Adel. 3. 3. 17. V. Dare in.
Perniciem alicui dare. Cic. 3. de Nat. Deor. 66.
— atque illi perniciem dabo,
Mihi mœrores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi. Ex poeta.
Pignus. Cic. 8. Att. 9. Crebro enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum ſententiæ minus movebant, minus multa dederant illi Reipub. pignora. Ovid. 2. Met. 91. Sen. in Medea. 7.
Pignus cum aliquo. Plaut. Bacchid. 20. Næ ego cum illo pignus haud auſim dare, tantas turbellas facio.
Pignus da, ni nunc pejeres. Plaut. Epid. 5. 2. 34. Ain' tu lubuit? E. aio, vel da pignus ni ea ſit filia.
Pignori. Plaut. Moſtel. 4. 2. 62. Quid ais? emit ædeis vicini hic proximas? D. non aio. T. quadraginta etiam dedit hucusque pignori.
Plagas. Plaut. Aſin. 2. 2. 10. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. i. e. Lubens ſufferam plagas. Quemadmodum & Dare pœnas quis dicitur, pro Ferre ſupplicium.
Plangorem dare. Ovid. 8. Met. 447.
Quum videt extinctos fratres Althæa referri,
Quæ plangore dato, mœſtis clamoribus urbem Implet.
Plauſum, Applaudere, plauſu quodam vel manuum vel pedum favere. Plaut. Capt. Cic. de Senect. 6. Quibus quum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus. Hor. 1. Carm. 20. 4.
Plauſum pennis dare. Virg. 5. Æn. 215.
Poculum alicui. Cic. pro Cluent. 30. Qui uxori ſuæ Cluentiæ quum ipſe poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamavit, &c.
Pœnas, Puniri. Ter. Phorm. 4. 3. 22. Virg. 4. Æn. 405.
— dabis improbe pœnas. Cic. 5. Tuſc. Si digito quem attigiſſet, pœnas dediſſet. Plin. Epiſt. 16.
Pœnas inceſti, aut temeritatis. Liv. 2.
Pœnas Populo Romano. Cic. 12. Philipp. 24. Itaque ipſi (ne dicam mihi) Populo Romano pœnas dederunt: me ſalvum adhuc Reſp. conſervavit.
Pœnas ſanguine, pro Mori. Virg. 2. Æn. 366.
— nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri. h. e. Moriuntur indigne. hoc enim proprie ſignificat. Servius.
Portiones. Plin. lib. 12. cap. 14. Idem cap. 15. Non dant ex myrrha portiones deo.
Poteſtatem, eſt (inquit Valla lib. 4. cap. 18.) Rem alterius arbitrio committere. Plaut. Perſ. 4. 4. 52. Ter. Phorm. 5. 6. 40. Ait uterque ſibi poteſtatem ejus habendæ dare. Idem in prol. Heaut. 35.
Adeſte æquo animo: date poteſtatem mihi
Statariam agere ut liceat per ſilentium.
Poteſtatem, honorem, authoritatem, ornamentum. Cic. 7. Verr. 82.
Poteſtatem, ut. Plaut. Capt. 5. 1. 14. Dii poteſtatem dabunt, ut beneficium bene merenti noſtro merito numeres.
Potui dare. Celſ. lib. 1. cap. 13. Illud ſcire oportet, omne hujusmodi medicamentum, quod potui datur, non ſemper ægris prodeſſe, ſemper ſanis nocere.
Potui datur ad jecinerum vitia. Plin. lib. 21. cap. 20. Sic Columel. lib. 8. cap. 5.
Potum arenti ſolo. Plin. lib. 17. cap. 26.
Præcipitem. Ter. And. 3. 4. 27. Utinam mihi eſſet aliquid hic quo nunc me præcipitem darem. Ibid. 1. 3. 9. Præcipitem me in piſtrinum dabit. Hor. 1. Serm. 2. 51.
Hic ſe præcipitem tecto dedit.
Præceps datus trucidabatur. Tacit. 1. Ann. 44.
Præcepta dare. Virg. 4. Georg. 398.
Nam ſine vi non ulla dabit præcepta: neque illum
Orando flectes.
Præceptum, pro Præcipere. Liv. 10. Bell. Pun.
Præcepta ad rem aliquam. Cic. 2. de Fin. 84. Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur.
Prælia dare. Virg. 3. Georg. 265.
Præſens dare, tanquam in manu. Cic. 2. Off. 60. Quod præſens, tanquam in manu, datur, jucundius eſt.
Præſtare, dare. Scævola de Statu liberis, l. Sticho: Jubeo det præſtet filio & uxori meæ.
Prandium. Plaut. Amph. 2. 2. 33. Domi daturus nemo eſt prandium advenientibus.
Precibus alicujus dare, Facere quod quis a nobis petit. Plin. Epiſt. 22. Dandum enim precibus uxoris, dandum filiæ lacrymis, dandum etiam nobis amicis, &c.
Primas, ſecundas, tertias alicui rei. Cic. 3. de Orat. 211.
Principatum. Cic. 2. Off. 66. Huic quoque ergo a majoribus noſtris eſt in toga dignitatis principatus datus. V. PRINCEPS.
Principium. Ter. Eun. 3. 2. 4. Quam venuſte? quod dedit principium adveniens?
Principium alicui rei dare. Lucret. lib. 2. 262.
Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas
Principium dat.
Progeniem vitioſiorem daturi. Hor. 3. Carm. 6. 48.
Prolem dare. Virg. 1. Æn. 274.
— donec regina ſacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
Promiſſa, Spondere. Catul. Argon. 139.
At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti?
Voce mihi. Virg. 9. Æn. 45.
Non hæc Evandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam.
Provincias magiſtratibus, aut iis qui magiſtratu abierunt. Cic. 1. de Fin. 19. Nam ſi omnes atomi declinabunt, &c. primum erit hoc quaſi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique feruntur.
Provinciam alicui dare. Cic. 6. Verr. 51. Ferebat graviter illam ſibi ab iſto provinciam datam.
Pugnam. Plaut. Pſeud. 1. 5. 111. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. Ter. Eun. 5. 2. 60. Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo. Ubi Donatus, Dabit autem proprie pro Inducet: ut, Magnam dabit ille ruinam.
Quietem dare. Tacit. 4. Hiſt. 79. Nec in longum quies militi data.
Quietem membris dare. Virg. 10. Æn. 217.
— neque enim membris dat cura quietem.
Quieti ſe dare ex diurno labore. V. paulo poſt, Somno ſe dare.
Quieti corpora. Liv. 9. Curati cibo, corpora quieti dant.
Rationem, Docere rationem & modum quo quid fieri poſſit. Plaut. Milit. 1. 1. 47.
Receptum facilem aut celerem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 82. Si prælium committeretur, propinquitas caſtrorum, celerem ſuperatis ex fuga receptum dabat.
Receſſum. Cæſ. 5. Bell. Gall. 42. Receſſumque primis ultimi non dabant.
Recurſum dare. Ovid. 6. Epiſt. 59.
Abſtrahor Hypſipyle, ſi dent modo fata recurſum.
Reditum glorioſum alicui dare. Cic. in Parad. 4. Reditum mihi glorioſum injuria tua dedit, non exitum calamitoſum.
Regem dare. Virg. 1. Æn. 62.
— regemque dedit, qui fœdere certo, &c.
Remedium. Cæſ. 1. Bell. Civil. 81. Præſenti malo aliis malis remedia dabantur.
Requiem nullam dare. Plin. in Paneg.
Reſponſum. Cic. 1. Att. Virg. 1. Ecl. 45.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.
Riſus alicui dare. Hor. 1. Serm. 5. 98. h. e. Occaſionem ridendi dare.
Ruborem oculis dare. Ovid. 8. Met. 466.
Sæpe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem.
Ruinam dare. Virg. 2. Æn. 310.
— jam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano ſuperante domus.
Saltus. Ovid. 2. Met. 165.
Sic onere aſſueto vacuos dat in aëra ſaltus.
Salutem alicui. Cic. pro Deiot. 40. Sed maxime eorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti.
Salutem advenienti, Salutare advenientem. Plaut. Epid. 4. 2. 2.
Satietas datur. Cic. 3. de Nat. Deor. 90. Quænam unquam ob mortem Myrtilli pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicii?
Sceptra dare. Virg. 4. Æn. 596.
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt,
Tum decuit, quum ſceptra dabas.
Se alicui dare. Ter. Eun. 5. 9. 9.
Se ad legendos libros, & Philoſophiam pertractandum. Cic. 1. de Nat. Deor. 9.
Se facilem dare. Ovid. 16. Epiſt. 195.
Se in pedes, Fugere. Plaut. Capt. 1. 2. 12. Si non eſt quod dem, mene vis dem ipſe in pedes? Ter. Eun. 5. 2. 5.
Se quoque det populo mulier ſpecioſa videndam. Ovid. 3. de Arte Am. 421.
Se alicui ad docendum. Cic. de Clar. Orat. 306. Qui quanquam nemini ſe ad docendum dabat, tamen, &c. Sic, Dare ſe in diſciplinam alicujus Philoſophi. Gell. lib. 5. cap. 10.
Senatum legatis, eſt Legatos in Senatum admittere, & poſtulata audire.

audire. Liv. lib. 2. Decad. 3. Cic. 2. Q. frat. Eodem igitur die Tyriis est Senatus datus frequens.
Sententiam. Cic. 1. de Legib. 43. Quam igitur sententiam demus?
Sententiam pro Permittere jus sententiæ dicendæ, vel ferre judicem. Sen. Epist. 14. Initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt, de eventu fortuna judicat, cui de me sententiam non do.
Sequestrum aut arbitrum. Plaut. Rud. 4. 3. 65. Tu isthunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum, cujus hæc res arbitratu fiat.
Sermonem alicui, pro Dare causam obloquendi. Cic. 9. Fam. 3. Dabimus sermonem iis qui nesciunt, nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse.
Se sermonibus vulgi. Cic. in Somn. Scip. 18. Neque sermonibus vulgi dederis te, neque in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum.
Se in sermonem. Cic. 13. Att. 23. Quare da te in sermonem, & perseca & confice. Cic. pro Lege Agr. 12. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.
Servandum. Ter. Eun. 5. 2. 64.
Signum. Ter. Eun. 4. 7. 11. Tu hosce instrue, hic ero post principia: inde omnibus signum dabo.
Signa dare. Virg. 1. Georg. 438.
  Sol quoque & exoriens, & quum se condet in undas,
  Signa dabit.
Signum oculis. Plaut. Mil. 2. 1. 45.
Signum tuba. Cæs. 7. Bell. Gall. 81. Eodem tempore clamore exaudito dat tuba signum suis Vercingetorix, atque ex oppido educit.
Signum, vel Dare signum receptui. Liv. 4. Bell. Pun. Ibid. lib. 3. Gracchus prius quam se hostes ab repentino pavore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit.
Signum vexillo. Cæs. 3. Bell. Civil. 89. Totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, quum id facere vellet, vexillo signum daturum.
Signum, Indicare, palam facere, innuere. Cic. 3. Verr. 7. Quo tempore quidem signi satis dedit, siquid esset quod posset dicere, se tacere non posse.
Signum pudoris & ingenii dicitur puer. Cic. 3. de Fin. 9. Addo etiam illud, multa jam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenii.
Silentium, Silere. Ter. prol. Hec. 55.
  Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.
Solatia. Cic. 4. Att. 16. Unum omnia posse, disrumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt, multa mihi dant solatia.
Somno se. Cic. 1. Tusc. 113. Sic, Dari somno, apud Plin. lib. 8. cap. 25. de crocodilo. Sic, Dare se quieti, Cæs. 2. Bell. Civil. 13. Alius ex diuturno labore in ipsis operibus quieti se dedisset.
Sonitum, pro Facere. Virg. 12. Æn. 267.
  — sonitum dat stridula cornus.
Sonum dant arma. Virg. 3. Georg. 83.
  — tum, siqua sonum procul arma dedere. V. Verberationem.
Sopori aliquem, pro Occidere, apud Plaut. Amph. 1. 1. 150.
Sopori membra dare. Hor. 2. Serm. 2. 80.
  Alter, ubi dicto citius curata, sopori
  Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.
Sortem dare. Hor. 1. Serm. 1. 2.
  Qui fit Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem
  Seu ratio dederit, seu Fors objecerit, illa
  Contentus vivat?
Spatium & veniam dare. Ovid. 2. Epist. Sabin. 67.
  Da spatium, veniamque, peto.
Spatium conglobandi se, respirandi, aut docendi aliquem: & ad se colligendum, & deliberandum. Liv. 6. & 10. Item Cic. pro Cæcin. 6. Liv. 4. Bell. Maced. Columel. lib. 11. cap. 1.
Speciem hosti exercitus abeuntis dedit. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Speciem ludentis dabit. Hor. 2. Epist. 2. 124.
Specimen dare. Virg. 2. Georg. 241. i. e. Dignam probationem. Servius.
Specimen indolis clarum, h. e. Futuræ probitatis signum ostendere. Plin. Epist. 21.
Specimen sui, h. e. Optimam de se expectationem præbere. Liv. 7. ab Urbe. Et 9. Bell. Pun. Dare virtutis specimen. Cic. 1. Verr. 27.
Spectandum. Plaut. Perf. 3. 3. 35.
Spem. Ter. Heaut. 4. 1. 23. Verbis mortem simulare, re ipsa spem vitæ dare. Cic. pro Syll. 39. Qui negare noluit esse in eodem numero Syllam, quo plus spei Gallis daret.
Spem menti dare. Virg. 4. Æn. 54.
  His dictis incensum animum inflammavit amore,
  Spemque dedit dubiæ menti, solvitque pudorem.
Spiramentum. Plin. lib. 12. cap. 3. Tentavere gentes transferre ad sese propter remedii præstantiam, fictilibus in vasis dato per cavernas radicibus spiramento.
Stipendium duplex in pedites, & triplex in equites. Liv. 9. bell. Maced.
Stragem, pro Facere. Liv. 8. Per arma, per viros late stragem dedere. Virg. 3. Georg. 247.
Studium, pro Impendere. Quintil. lib. 12. cap. 3. Nonne ad id instrui ab aliis qui plus studii in hoc dederunt, oportet?
Studium arti alicui, & incrementum dat utilitas, summam ratio & exercitatio. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Studii plurimum in literis. Quintil. lib. 12. Et apud Columel. lib. 1. cap. 1. Studium agricolationi dare.
Studiis annos septem dedit. Hor. 2. Epist. 2. 82.
Suavium. Plaut. Asin. 5. 2. 41. Cic. 16. Att. 11. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suavium des.
Successus prosperos dare. Liv. in præf. ab Urbe. V. Orsus in ORDIOR.
Supplicium dare. Catull. 113. 8.
Supplicium alicui de se, Puniri. Plaut. Asin. 2. 4. 76. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro. LE. Væ te. tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur? Ter. Heaut. 1. 1. 86. Interea usque illi de me supplicium dabo. Idem Eun. 1. 1. 25. Et dabis ei ultro supplicium.
Supplicium necis paternæ. Martial. de Spectac. 7.
Suspicionem timoris. Cæs. 6. Bell. Gall. 6. Et quo facilius hostibus timoris det suspicionem, majore strepitu, &c. Sic apud Sueton. in Tiber. 72. Dare suspicionem infirmitatis.
Symbolum. Ter. And. 1. 1. 61.
Tacitum, pro Committere arcanum. Sen. Epist. 84.
Tecta dare. Ovid. 2. de Arte Am. 622.
Tempus, menses, diem alicui rei. Cic. 5. Att. 62. Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, æstivos menses reliquos rei familiari dare, hybernos jurisdictioni. Ovid. 2. de Arte Am. 367.
  Cogis adulterium, dando tempusque, locumque.
Tempus raro se dat. Plaut. Bacch. 4. 4. 25.
Tempus datur. Ter. And. 3. 3. 24. Hem, id te oro ut ante eamus, dum tempus datur.
Tempora parva quieti dare. Ovid. 3. Amor. 6. 9.
  Quid properasse juvat? quid parva dedisse quieti Tempora?
Tempora data studiis. Ovid. 2. de Ponto, 9. 50.
Temporis aliquid ad ludum dare. Cic. pro Cœl. 28. Postremo quum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque ad inanes hasce adolescentiæ cupiditates, revocet se aliquando, &c.
Terga. Liv. 4. Dataque mox terga hostibus forent, ni, &c. Virg. 4. Georg. 85. — dum gravis aut hos,
  Aut hos, versa fuga victor dare terga coegit. Sic Ovid. 13. Met. 224.
Terga dare metu. Valer. 3. Argon. 738. Metu, Ob metum.
Tesseram. Liv. 9. Quod postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari jubet.
Testamento aliquid. Liv. 9. Bell. Maced.
Testem alicui rei dare. Ovid. 1. Amor. 8. 21.
  Fors me sermoni testem dedit.
Testes in aliquem. Cic. 6. Verr. 100. Is accusatur, ficti testes in eum dantur.
Testem Jovem. Plaut. Capt. 2. 3. 66.
Testimonium. Cic. 2. Att. Sibi enim bene gestæ mihi conservatæ Reipub. dat testimonium.
Tinnitus dare. Sen. Hippol. 6.
Transitum. Liv. 1. Bell. Pun. Ne Pœno bellum Italiæ inferenti, per agros, urbesque suas transitum darent.
Tribunali reliquam partem diei. Plin. in Paneg. Reliqua pars diei tribunali dabatur: ibi vero quanta religio æquitatis, quanta legum reverentia?
Tumulo dant corpora. Ovid. 2. Met. 326.
Turbas. Plaut. Perf. 5. 2. 70.
Vadem. Cic. 2. de Fin. 79. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.
Ubera dare. Ovid. 4. Met. 324.
  Si qua tibi soror est, & quæ dedit ubera nutrix.
Vela dare. Ovid. 6. Epist. 57.
  Tertia messis erat, quum tu dare vela coactus
  Implesti lacrymis talia verba tuis.
Vela in altum. Liv. 4. Bell. Pun. Virg. 1. Æn. 35.
  — in altum Vela dabant læti.
Vela dare per undas. Virg. 5. Æn. 797.
  Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas
  Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim.
Vela, per translationem. Cic. in Orat. 75. Ingredientibus considerandum fuit quid ageremus: nunc quidem jam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt.
Vela ad. Cic. 2. de Orat. 187. Et ad id unde aliquis flatus ostenditur, vela do.
Vela indignationi. Plin. Epist. 119. Dedimus vela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori, & in amplissima causa, quasi magno mari, pluribus ventis sumus vecti. i. e. Usi sumus exaggeratione & totis viribus nixi, dum indignabamur novercas & privignos aliena invadere.
Venenum alicui. Cic. pro Cluent. 30.
Veniam, Condonare, indulgere, inquit Donatus. Ter. And. 5. 3. 30. Æquum postulat, da veniam. Cic. de Amicit. 62. Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit. Ter. Adel. 5. 8. 14. Age, quid siquid te majus oret? M. quasi hoc non sit maximum. D. age, da veniam. Ubi Donatus, Da veniam, præsta beneficium, concede quod petitur. Virg. 4. Æn. 435.
  Extremam hanc oro veniam (miserere sororis)
  Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam.
Veniam hanc da mihi. Cic. pro Arch. 3. Quæso a vobis ut in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, &c. i. e. Indulgeatis, concedatisque mihi hoc, si forte peccavero. ut interpretatur Valla lib. 4.
Veniam dare amori. Sen. Hippol. 2.
Veniam alicujus diei. Liv. 6. Bell. Pun. Quod ubi sensit Asdrubal, mittit ad Neronem qui in posterum diem colloquium differret, &c. Quum data esset venia ejus diei, extemplo Asdrubal cum equitatu, &c.
Veniam in anteactum dare. Ulpian. in l. j. §. j. D. de servis fugit.
Veniam scriptis dare. Ovid. 3. de Ponto, 9. 55.
Venia data in reliquos. Tacit. 12. Ann. 32.
Veniam dare, significat etiam Precibus cedere. Sueton. in Tiber. cap. 10. Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico deseri se etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit.
Venustatem. Plaut. Mil. 3. 1. 62.
Verbera ponto dare. Ovid. 18. Epist. 23.
  Aptior illa quidem placido dare verbera ponto.
Verberationem, pro Verberare: ut apud Lucret. lib. 6. 107. Dare sonitum, pro Sonare; Dare crepitum, pro Crepare. Cic. 16. Fam. 27.

Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti. Monuit Turnebus.
Verba dare alicui, pro Concedere alicui ut loquatur, apud Valer. 7. Argon. 435. — sed nec prima pudor dat verba timenti.
Verba novissima dare. Stat. 1. Achil.
Verba alicui, Decipere, circumvenire. Plaut. Aulul. 1. 1. 23. Ter. Eun. 4. 5. 1. Idem And. 1. 3. 6. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas, cui verba dare difficile est. Donatus, Dare verba, Decipere est, quia qui rem expectat, & nihil præter verba invenit, deceptus est. Cic. 15. Att. 16. Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. Hor. 1. Serm. 3. 22.
Verba dare & decipere. Cic. 13. Philipp. 13. Scilicet verba dedimus: decepimus: ignorabat legio Martia quarta, nesciebant veterani quid ageretur.
Verba dare sine verbis. Quadrigarius apud Gell. lib. 17. cap. 2. Cominius qua ascenderat, descendit, atque verba Gallis dedit. Cominium, inquit Gellius, verba dedisse Gallis dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat. Neque enim eum Galli, qui Capitolium obsidebant, ascendentem aut descendentem viderant. Sed Verba dedit, haud secus posuit, quam si tu dicas, Latuit atque obrepsit.
Viam. Plaut. Curc. 2. 3. 1. Virg. 10. Æn. 49.
Et quancunque viam dederit fortuna sequatur.
Viam dare, per translationem, idem quod Dare rationem & modum quo quid possit fieri. Plaut. Epid. 2. 2. 9. Cic. 2. de Divin. 123. Nullas dant vias nobis ad significationum scientiam.
Victum. Plaut. Amph. 1. 1. 146. Hor. 1. Epist. 17. 48.
Quid dicit, clamat, victum date.
Vindicias dare secundum servitutem: ab libertate in servitutem contra libertatem: Loquutiones veteribus, pro Decernere eum de quo agitur, tantisper servum esse. Liv. lib. 3. Judicem te ab libertate in servitutem vindicias non dedisse. Asconius in Cornelian. Quis fuerat ille ex Decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit? V. VINDICIÆ.
Vir perpetua lege datus uxori. Ovid. 6. Fast. 232.
Non tetigisse virum, quanvis Jovis ille sacerdos,
Quanvis perpetua sit mihi lege datus.
Vires dare. Virg. 5. Æn. 415. — his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Vitam alicui. Plaut. Mil. 3. 1. 129.
Vitam æternam dare. Virg. 12. Æn. 879.
— hæc pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit æternam? h. e. Immortalitatem.
Vitio, Vituperare, culpare, inquit Donat. Ter. prol. And. 8. Nunc quam rem vitio dent, quæso animum advortite. Cic. 2. Off. 58. Ne Marco quidem Sejo vitio datum est, quod in caritate asse modium populo dedit.
Unguentum dare in caput. Cels. lib. 3. cap. 18. Prodest crocinum unguentum cum irino in caput datum. V. Medicamentum supra.
Voces dare. Ovid. 9. Met. 563.
Linguaque vix tales icto dedit aëre voces.
Voluptatem alicui. Plaut. Amph. 2. 2. 7. Atque ipsa de me scio cui voluptas parumper data est.
Voluptatibus se dare. Cic. de Senect. 43. Quod ex eo audientes, M. Curium & T. Coruncanium, optare solitos, ut id Samnitibus, ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, quum se voluptatibus dedissent.
Usum nominis dare. Ovid. 2. Met. 26.
Phœbe pater, si das usum mihi nominis hujus, &c.
Usuram unius horæ ad vivendum. Cic. 1. in Catil. 29. Ego si hoc optimum factu judicarem, P. C. Catilinam morte multari, unius usuram horæ gladiatori isti ad vivendum non dedissem.
Usuram lucis dare. Cic. 7. Verr. 74. Ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedistis.
Utendum aliquid dare. Plaut. Asin. 2. 4. 38. Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, retulitne? Idem Trin. 5. 2. 7.
Utilitatem alicui dare. Lucret. lib. 5. 871.
Vulnera ferro dare. Ovid. 3. Met. 84.
— furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, frangitque in acumine dentes.
Uxorem alicui. Ter. And. 1. 1. 74. Cum dote summa filio uxorem ut daret. Idem Phorm. 1. 2. 52. Illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi? Ubi Donatus, Filius familiæ non tam ducit uxorem, quam a patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in hujusmodi conditionibus quam marito.
Datum est mihi, ut. Ter. Eun. 3. 1. 5. Et isthuc datum profecto, ut grata mihi sint quæ facio omnia. Ubi Donatus, Datum, fato, decretoque concessum: ut
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.
Datum III Idus Junii. Cic. 14. Fam. 7. Sic 16. Fam. 11. Datum pridie Idus Junii. Et 2. Q. frat. Accepi literas tuas datas Placentiæ.
Datum ire. Plaut. Pœnul. 3. 1. 9. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Datuiri, vetuste pro Datum iri. Ulpian. l. 38. §. 15. D. de verb. oblig. Si quis stipulatus a Mævio fuerit fundum Titio datuiri.
Datur cernere. Plin. Epist. 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent, &c.
Si dabitur, pro Si licebit. Quintil. Item Virg. 7. Æn. 313.
DANAM, danit, danunt, dane; pro Dabo, dat, dant, da: antique apud Plaut. Cas. 1. 6. 22. Perf. 2. 3. 4. Most. 1. 2. 48. & 3. 1. 30. Truc. 2. 2. 19. V. supra DANO.
DUIM, duis, duit, duint; pro Dem, des, det, dent: antique a Plauto & Terentio dictum est. At tibi Dii dignum factis exitium duint. Ter. And. 4. 1. 43. Exstat & apud Cic.
DATUS, Partic. ut Data pecunia.
Reddere data. Ovid. 1. de Arte Am. 433.
Corripere data fraudando. Catul. 107. 6.
Data opera, pro De industria, consulte. Ulpian. in l. sed & qui datai D. ex quib. causis major.
DATUM, i. n. [δοθὲν] Cic. de Amicit. 58. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.
DATUS, ûs. m. [δόσις] Plaut. Trin. 5. 2. 15. Is mille nummûm se aureûm meo datu tibi ferre & gnato Lesbonico ajebat meo.
DATO, [δόσκω] āre. frequent. Plaut. Most. 3. 1. 73. Tu solus credo fœnore argentum datas. Antiquum. Plin. lib. 25. cap. 5. Themison binas non amplius drachmas datavit, sequentes & quaternas dedere.
DATOR, ōris. m. [δοτὴρ, δότης] Virg. 1. Æn. 734.
Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.
DATIO, ōnis. f. [δόσις] Varro 3. de R. R. cap. 9. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione, proportione: sic ut, &c. Cic. pro Lege Agr. 50. Cujus judicium legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur.
Datio judicis. Paul. in l. 2. D. quæ sentent. sine appell. rescind.
Datio signi. Plin. lib. 7. cap. 56.
DATARIUS, Adj. Quod dandum est, aut quod datur. Plaut. Pseud. 4. 2. 13. Eho an non prius salutas? s. nulla est salus mihi dataria. Sumitur etiam nove: sed non ineleganter, pro Eo qui in postulationibus ac literis manu Pontificum subscriptis, diem ac locum notat, quibus datæ sunt literæ.
DATĀTIM, Adv. Datatim ludere, Invicem dando: quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur & remittitur. Plaut. Curcul. 2. 3. 17.
Datatim ludere, ut hoc addam, erat Pila ludere, propterea quod dabatur: unde quidam Datores dicebantur in lusu pilæ, qui pilam dabant: alii autem Factores, qui faciebant, id est qui feriebant & ludebant, quique in factiones erant divisi, id est, ut dicimus, in partes. Inde illa translatio Ennii de muliere quæ sui copiam faciebat, quum etiam alioqui mulieres impudicæ dare dicerentur, ut ex Martiale notum est. V. Turneb. Adverf. 7. 7.
DATĪVUS, Adj. ut, Dativus tutor. Dativi tutores dicebantur, authore Ulpian. in Instit. titul. 11. Qui testamento dati erant. Dativos tamen & Testamentarios tutores separat Modestinus in l. 7. D. rem pup. sal. for. Quemadmodum dativam tutelam a testamentaria & legitima Justinianus separat in l. 40. C. de episc. & clericis. Dativosque idem Imperator in l. ult. C. de leg. tut. accipit, qui a judice dantur.
DATIVUS, i. m. [δοτικὴ] Quintil. lib. 1. Nam quum dico hasta percussi, non utor ablativi natura, nec si idem Græce dicam, Dativi τῷ δορί. Non est proprie subst. sed subintelligitur Casus. Dicitur & Tertius & Dandi casus.

## D O B

DOBERIENSES, [Δοβηρεῖς] Macedoniæ populi apud Plin. lib. 4. cap. 10.

## D O C

DOCANA, pl. [δόκανα, τὰ] Sepulcra quædam in Lacedæmone sic appellata, in quibus Tyndaridarum Castoris & Pollucis cineres fuerant conditi. Etym.
DOCEO, ui, ctum, [διδάσκω, μαθητεύω] ēre. Cognitionem dare. Derivatur enim, authore Varrone lib. 5. de L. L. a Do, das: quod, nihil aliud sit Docere, quam Disciplinæ, aut alterius cujuscunque rei cognitionem dare. Cic. de Senect. 29. An ne eas quidem vires senectuti relinquimus, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Idem 2. de Orat. 233. Et docebo sus (ut ajunt) oratorem eum, quem quum Catulus, &c.
Erudire atque docere. Cic. 1. Off. 156. Neque solum vivi atque præsentes studiosos discendi erudiunt atque docent.
Docere & explanare. Cic. 2. de Orat. 82. Docilem autem non quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.
Docere & instituere. Cic. 3. de Orat. Quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non etiam scriptum reliquit?
Docere, delectare, & permovere animos audientium. Cic. de Opt. gen. Orat. 3. Optimus est enim Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permovet.
Docere & Dedocere, contraria. Cic. 2. de Orat. 72. Quum aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, &c.
Docere aliquem aliquid. Plaut. Pseud. 4. 7. 97. Præceptor tuus qui te hanc fallaciam docuit.
Docere aliquem literas. Plaut. Most. 1. 2. 45. Cic. in Pison. 73. Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.
Docere aliquem literas mercede. Cic. 2. Philipp. 8. Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam jam proferam, nihil sapere docuit. Juven. 7. Sat. 150. — tenta
Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Cic. 1. de Orat. 126. Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, &c.
Docere aliquem fidibus. Cic. 9. Fam. 22.
Frustra docere. Virg. 1. Æn. 392.
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Judices docere. Quintil. lib. 9. cap. 1. Docendi interim quoque judices quid rogantibus respondere debeant.
Docere aliquem Latine. Plin. Epist. 124. Cic. 2. de Fin. An sum etiam nunc vel Græce loqui, vel Latine docendus?
Literis docere aliquid. Cic. 16. Att. 8. Docui literis, id nec opus esse, nec fieri posse.
Exemplo multa docere. Ovid. de Rem. Amor. 52.
Docet te male. Ter. Heaut. 4. 1. 35. Male docet te mea facilitas multa. i. e. Multorum malorum causa est tibi. V. MALUS.

Docebo

Docebo hæc omnia esse vera. Cic. 5. Verr.
Paucis docere. Virg. 4. Æn. 116.
— nunc qua ratione, quod instat,
Confieri possit, paucis ( adverte ) docebo.
Sero docere. Cic. 7. Verr. 159. Producam etiam Cossanos municipes illius ac necessarios, qui te nunc sero doceant.
Docere, absolute. Virg. 5. Æn. 523. — docuit post exitus ingens.
Docere, Commonere, sive commonefacere aliquem. Cic. 3. Fam. 6. Ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut ubi te visurus essem.
Docere & commonefacere. Cic. 5. Fam. 3. Ut is vos doceret & commonefaceret.
Docere aliquem de. Cæs. 1. Bell. Civil. 3. Qui de his rebus eum doceant.
De injuriis alicujus docere aliquem. Cic. 6. Verr. 113. Uti de ejus injuriis judices docerent.
De magnis rebus docere. Lucret. lib. 1. 930.
Collegium Pontificum de religione docere. Cic. pro Domo sua, 33. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis, cæremoniis, sacris, Pontificum collegium docere conari?
Non ignarus docendi. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Artem docendi tradere. Cic. pro Flacc. 42.
DOCENS, entis. Partic. [διδάσκων] Ovid. 5. Fast. 668.
Quo didicit culte lingua docente loqui.
Sanctitas docentis. Quintil. lib. 2. cap. 2. Teneriores animos ab injuria sanctitas docentis custodiat.
DOCTUS, Partic. [δεδιδαγμένος] Cic. 3. Off. 15.
Ad legem doctus. Cic. pro Milon. 10. Est enim hæc judices non scripta, sed nata lex: &c. ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.
Doctus in aliquod. Plaut. Pers. 4. 3. 11.
Doctus iter melius. Hor. in Arte Poët. 68. loquens de Amne, qui cursum mutavit.
Ex disciplina Stoicorum doctus. Cic. de Clar. Orat. 94.
Cantare doctus. Hor. 1. Serm. 10. 19.
Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum.
Fallere mentes Doctus, & unanimes odiis turbare sodales. Claud. 1. in Ruffin. 105.
Doctus vincere, doctus ferire. Martial. lib. 5. 25.
Doctus ad malefaciendum, & ad malitiam. Plaut. Epid. 3. 2. 42. Nimis es doctus ad malefaciendum. Ter. Hec. 2. 1. 6. In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.
Disertus & doctus. Cic. in Orat. 13. Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit.
Eruditus & doctus. Cic. 1. de Orat. 102. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito quæstiunculam, de quo meo arbitratu loquar, ponitis?
Intelligens & doctus. Cic. de Clar. Orat. 185. In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio.
Prudens & doctus homo. Cic. in Orat. 1. Qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium. Hic distinguuntur Docti a Prudentibus: licet idem aliquando fit, & prudens & doctus. Docti enim dicuntur, qui scientiam aliquam vel multas præceptionibus & usu acquisiverunt: Prudentes vero proprie, qui naturali præstant intelligentia. Prudens, inquit Donatus in Eunucho, est, qui intelligentia sua aliquid sentit.
Perurbanus & doctus homo. Cic. 1. de Orat. 72. C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, &c.
Doctum & Peritum, quum simile videatur, a M. Tullio discretum est, ut sit peritum plus, quam quod doctum. 3. de Off. 15. Itaque quum sunt docti a peritis, desistunt facile sententia. Nonius. [ Nugatur Grammaticus. Quamvis enim Doctus & Peritus adjective posita alioquin inter se differant; ut ille doctrina, hic usu potissimum eruditus intelligatur: Peritos tamen Cicero h. l. artem, qua de disputat, doctos & præceptorum ejus gnaros intelligit, & Doctos cum dixit commonefactos intelligi voluit: Nam perinde est, ac si Admoniti a peritis, dixisset, estque Partic.
Rudis & doctus, contraria. Cic. 1. Off. 5. Magnum adjumentum attulimus hominibus nostris, ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad judicandum.
Mediocriter doctus. V. MEDIOCRIS.
Fandi doctissima Cymodocea. Virg. 10. Æn. 225.
Doctus Græce & Latine. Sueton. de Clar. Gram. 7. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græce quam Latine doctus.
Literis Græcis & Latinis doctus. Cic. de Clar. Orat. 169.
Artes doctæ. Ovid. 9. Met. 743.
Dicta docta. Lucret. lib. 2. 986.
Doli docti. Plaut. Milit. 2. 1. 69. Idem Bacchid. 5. 1. 9. Is me scelus auro usque attondit doctis indoctum dolis.
Dolus nimis doctus. V. NIMIS.
Facies docta tenere &c. Ovid. 2. Amor. 17. 12.
O facies oculos docta tenere meos. Nata, in melioribus libris.
Gens humana & docta, cui contrarium est Immanis & barbara. Cic. 1. de Divin. 2. Gentem quidem nullam video, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem, tamque barbaram, quæ non significari futura, &c.
Manus docta. Ovid. 1. de Arte Am. 518.
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Manus docta moderandis frenis. Sen. Hippol. 12.
Ora docta. Ovid. 2. Amor. 6. 62.
Ora fuere mihi plus ave docta loqui. de Psittaco.
Pectus doctum. Martial. lib. 9. 79.
Poeta suavis & doctus. Cic. 1. de Nat. Deor. 60. Simonidem arbitror (non enim poeta solum suavis, verumetiam cæteroqui doctus sapiensque traditur ) quia, &c.
Pollex doctus. Ovid. 9. Met. 170.
Prece docta blandus. Hor. 2. Epist. 1. 135.
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus.
Vox docta. Ovid. 2. de Ponto, 5. 52.

Doctus, cum genitivo. Gell. lib. 13. cap. 12. Juris civilis doctum.
Literarum Græcarum doctus. Cic. 1. Off. 5.
Docte sermonis utriusque linguæ. Hor. 3. Carm. 8. 5. Sermones melius in libris emendatis; Nam certe Accusativus est casus.
Doctissimus Grammaticæ artis. Plin. lib. 25. cap. 2.
Artis lanificæ doctissimus. Claud. 2. in Eutrop. 281.
Compar. Catul. Carm. 36. 12. Musa doctiorem dixit puellam.
DOCTE, Adv. [διδακτικῶς] i. e. Scite & eleganter. Plaut. Epid. 2. 2. 95. Ubi erit empta, ut aliquo ex urbe amoveas: nisi quid tua secus sententia est. P. imo docte.
Docte & diligenter. Plaut. Capt. 2. 1. 30.
Docte & delicate. Cic. 3. de Orat. Tum ad te ludibunda docte & delicate detulit.
Docte accurare rem aliquam. Plaut. Capt. 2. 1. 30.
Docte & perite facere. Cic. in Sallust. 9.
Docte atque astu filias quærit suas. Plaut. Pœnul. prol. 111.
Docte expedire fallaciam. Plaut. Capt. prol. 40.
DOCTIUSCULE, Adv. Gell. 6. 16. Verbum deprecor doctiuscule positum in Catulli Carmine.
DOCENDUS, Partic. [διδακτέος] Ovid. 4. Fast. 418.
Plura recognosces, pauca docendus eris.
DOCĬLIS, e. [εὐμαθὴς, πιθανὸς] Qui facile docetur. Proprium est, inquit Cicero, & præcipuum Oratoris institutum, attentos & dociles auditores reddere aut facere.
Docilis est is, qui attente vult audire. Author ad Heren. 7.
Docilis, cum genitivo. Hor. 4. Carm. 6. 43.
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.
Fallendi docilis. Sil. lib. 3.
Saltandi docilis. Claud. 2. in Eutrop. 341.
Docilis ad rem aliquam. Cic. 7. Fam. 20. O medicum suavem, meque docilem ad hanc disciplinam. Plaut. Bacch. 1. 2. 56. Nimio es tu ad istas res discipulus docilior.
Atque hic tam docilis ad cetera, natare nescit. Suet. in Calig. C. 54. in fine. H. St.
Ad rem accipiendam judex fiat conciliatior, docilior & intentior. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Dociles luscinias Græco & Latino sermone. Plin. lib. 10. cap. 42.
Animi dociles. Hor. in Arte Poët. 336.
Percipiant animi dociles teneantque fideles.
Ingenium docile. Quintil. lib. 1.
Os docile. Ovid. 3. de Arte Am. 344.
Se docilem præbere. Cic. 2. Tusc. 15. Dehinc ad hanc enervatam, muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit.
DOCILĬTAS, ātis. f. [εὐμάθεια] Aptitudo, qua quis facile docetur. Plin. lib. 8. cap. 1. de elephantis. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant. Ibid. cap. 42. Cic. 5. de Fin. 36. Et pro Sext. 9.
DOCILĬTER, Adv. apud Diomed. Grammat.
DOCTRĪNA, æ. f. [διδαχὴ, δόγμα, διδασκαλία] Modo pro Actu ipso docendi accipitur, modo pro Disciplina. Cic. pro Arch. 15. Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per seipsos & moderatos & graveis extitisse fateor. etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam.
Ars & doctrina liberalis. Cic. 4. Fam. 4. Nam etsi a prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime Philosophia delectavit, &c.
Disciplina & doctrina rerum & verborum. Cic. in Orat. 17. V. Vera & absoluta eloquentia, in ELOQUOR.
Rerum honestarum doctrina. Cic. 1. Off. 15.
Instructior doctrinis. V. INSTRUO.
Ex doctrina nobilis & clarus. V. NOBILIS.
Pretium doctrinæ. Ovid. 2. de Ponto, 10. 16.
Doctrinæ pretium triste magister habet.
Ingenii & doctrinæ princeps Plato. Cic. 1. Q. frat. 1.
Prudentiæ doctrinæque possessio. Cic. 3. de Orat. 120. Quædam exemplaria legunt, Professio.
Repertores doctrinarum, atque lepôrum. Lucret. lib. 3. 1049.
Studia doctrinæ nunquam intermittere. Cic. in Orat. 34. Idem pro Rosc. Amer. 46.
Studiosus doctrinarum omnium. Cic. 4. Fam. 3.
Elegans doctrina. Cic. in Orat. V. Rhetorica duplex, in RHETOR.
Liberalis doctrina. V. LIBER.
Liberalis & digna homine nobili doctrina. Cic. 4. Acad. 1.
Doctrina magistra recte faciendi & bene dicendi. Cic. 3. de Orat.
Doctrina non moderata nec mitis, & paulo asperior & durior, quam aut veritas aut natura patiatur. Cic. pro Muren. 60.
Serena doctrina. Lucret. lib. 2. 8.
Subtilior doctrina. Cic. 2. de Orat. 256.
Abundare doctrina & ingeniis. Cic. 3. de Orat. 56.
Abundans doctrina homo. V. ABUNDO.
Adhibere doctrinam. V. ADHIBEO.
Adjutus doctrina vel usu. Quintil. lib 6. cap. 2.
Constituit doctrina politos. Lucret. lib. 3. 308.
Erudiri Græcis doctrinis. Cic. de Clar. Orat. 236.
Evertere civitates malis studiis malisque doctrinis. Cic. 2. de Legib. 39. Vetus illa Græcia longe providens, quam sensim pernicies illapsa civium animos, malis studiis malisque doctrinis repente totas civitates everteret.
Excolere doctrina animum, & eadem relaxare. Cic. pro Arch. 12. An tu existimas aut suppetere nobis posse quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus?
Fovere propria naturæ bona, doctrina. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Institui liberaliter educatione doctrinaque puerili. Cic. 3. de Orat.
Instructus mediocriter aliquis a doctrina. Cic. de Clar. Orat. 233.
Summatim percipi sine doctrina potest jus civile. Cic. 1. de Orat. 252.
Ornatissimus omni doctrina & virtute homo. Cic. 5. Verr. 204.
Præcipit ratio atque doctrina. Cic. 2. de Orat. In quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut vis ejus rei quam definias, sic exprimatur, &c.
Quærere adjumenta doctrinæ. Cic. pro Muren. 6.

Redolere

Redolere doctrinam exercitationemque puerilem. Cic. 2. de Orat. 109.
Doctrina relinquit Naturæ cujusque animæ vestigia prima. Lucret. lib. 3. 308.
Tradere doctrinam aliquam. Cic. 1. de Orat. 208.
Usurpatio & renovatio doctrinæ. Cic. in Brut. 250. Maxime laudandus est, qui hoc tempore ipso, quum liceat, in hoc communi nostro, & quasi fatali malo consoletur se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione & renovatione doctrinæ. Sensus est: Discit nunc etiam, & sic doctrinam usurpat: & quæ olim didicerat, in memoriam revocat, & sic doctrinam renovat.

DOCUMENTUM, i. n. Experientiam significat [δίδαγμα, ὑποθήκη, ὑπόδειγμα] Plaut. Capt. 3. 5. 94. Ego illis captivis aliis documentum dabo. Salluft. Cat. 9. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo, quod sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant &c. Ubi Cort. docet expressisse Græcum παράδειγμα Thucyd. 1. 2. Sallustium. Plin. lib. 7. cap. 23. Patientia corporis, ut est crebra sors calamitatum, innumera documenta peperit.
Homo omnium scelerum flagitiorumque documentum. Cic. pro Domo sua, 126.
Documentum humanor. casuum. Sed non Perseus tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per urbem hostium ductus; sed etiam victor Paulus, auro purpuraque fulgens. Liv. l. 45. C. 40. H. St.
Virtutis, antiquitatis, & prudentiæ documentum. Cic. pro Rabir. Posth. 27.
Capere documentum ex aliqua re. Cic. 11. Philipp. 5. Ex quo nimirum documentum nos capere Fortuna voluit, quid esset victis extimiscendum.
Constituere documentum. V. CONSTITUO.
Dare documentum. Liv. 1. Cic. pro Milon. 22. Dederas enim quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima.
Habere aliquem documento. Cic. pro Lege Agr. 27. Habeat meipsum sibi documento, quem Equestri ortum loco Consulem videt.
Statuere documentum, pro Exemplo. Cic. ad Brut. 5. Et in posterum documentum statuerem, nequis talem amentiam vellet imitari.
Sum, ut, Esse documento reliquis. Cæs. 7. Bell. Gall. 4.

DOCTOR, öris. m. [διδάσκαλος, παιδευτής] Qui docet. Plin. in Paneg. Quem honorem docendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes.
Artifices dicendi & doctores Græci. Cic. 1. de Orat. 23.
Doctor & Discipulus opposita. Cic. 1. de Divin. 6. Sed a Stoicis vel principibus ejus disciplinæ Posidonii doctor, discipulus Antipatri degeneravit Panætius.
Doctores & præceptores. Cic. 3. de Orat. 54. Neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi.
Authoritas doctoris summa. Cic. 1. Off. 1.
Doctore nullo aliquid facere. Plin. lib. 10. cap. 2.
Artis doctores. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Cynicæ institutionis doctor. Tacit. 16. Ann. 34. Maxime intentus Demetrio Cynicæ institutionis doctori.
Sapientiæ doctores, pro Philosophis. Tacit. 14. Ann. 16. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat.
Doctores blandi. Hor. 1. Serm. 1. 26.
Doctor rhetoricus, Doctor meus. Cic. 1. de Orat. De qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent. Idem 4. Acad. Cum Cleanthe doctore suo.
Pexus, pinguisque doctor. Quintil. lib. 1. cap. 5.

DOCTORCULUS. Vincentius Obsopæus in Epigr. Græca, p. 256. Indoctissimis doctorculis, barbarissimis legulejis &c. Sic Amatorculus ex Plauto. H. St.

DOCHI, [Δόχοι] Africæ populi, ultra Critenses a Plinio collocati, lib. 6. cap. 30.

DOCHĬMUS, [δόχμιος] Genus pedis apud Oratores quinque syllabarum, brevis longæ, longæ brevis, longæ, ut, rĕīpūblĭcæ, de quo Cic. in Orat. 218.

DOCIMASIA, æ. [Δοκιμασία] Latine Experientia. Est etiam genus Accusationis, aut Postulationis, quum aliquem nec recte nec ordine probatum esse contendebant, sed vel gratia, vel fordibus, vel obreptione, qualis est accusatio Æschinis contra Timarchum. Budæus Comment.

DOCIMIA, [Δοκιμία] Vicus est Phrygiæ, ubi Synnadici lapidis lapicidina est: sic enim eum Romani appellant: indigenæ vero Docimiten & Docimeam. Vena in initio parvas glebas emittebat, sed nunc propter maximos Romanorum sumptus, columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Hæc Strab. lib. 12.

DOCIMUS, C. Verris familiaris, teste Cic. 5. Verr.

DOCLĒA, Liburniæ urbs [Δόκλεα] Ptolemæo, hodie, Antibaris.

DŎCUS, i. m. [δοκός] Latine tignum vel trabs. Plin. lib. 2. cap. 26. Emicant & trabes simili modo, quas docos vocant.

DOCUSINI, [Δοκουσηνοί] Populi ad radices montium Armeniorum habitantes, si Straboni credimus lib. 11.

## D O D

DODECADES. [δωδεκάδες] h. e. Duodenaria sacrificia, a Græcis nuncupata, quæ ex duodecim animalibus fiebant.
Fuit & festum apud Athenienses, quod & χόας, ut Hesychius notat, appellabant. Dicebatur & δωδεκαΐς, ut quidam putant, a duodecim mensibus.

DODECAEDRUM, [δωδεκάεδρον] figura est solida, quæ duodecim pentagonis æqualibus, æquilateris & æquiangulis continetur. Euclid. 11. element. unde in 13. element. probl. 5. sic ait, Dodecaedrum constituere, eademque sphæra qua & antedictas figuras complecti, atque probare dodecaedri latius irrationalem esse lineam, quæ vocatur Residuum. Et in 15. element. probl. 5. in dato icosaedro dodecaedrum inscribere.

DŌDĔCĂTĒMORIUM, ii. n. [δωδεκατημόριον] Pars signi duodecies computata. V. Manil. 2. 672. sqq. cum Com. Scalig. p. 163. & 168. ed. Arg.

DODECATHĔOS, [δωδεκάθεος] Herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 4. Ab ea maxima authoritas herbæ est, quam dodecatheon vocant, omnium deorum majestatem commendantis. Folia habet septem, lactucæ foliis simillima, a lutea radice exeuntia.
Dodecatheos Cœna, Duodecim deorum. Suet. in August. cap. 70. Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgo δωδεκάθεος vocabatur.

DŌDŌNA, [Δωδώνη] Urbs in Chaonia, Epiri regione, juxta quam insigne nemus, ubi Jovis Dodonæi templum fuisse narratur, in quo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt, vetustissimum. V. historiam hanc apud Herodot. lib. 2. 57. Steph. Byzant. fragm. de Dodone cum Exercit. Jac. Gronovii, & Jac. Triglandi Conjectaneis. Tom. 7. Thes. Antiq. Gr.
Dodonem duarum Urbium nomen affert Philoxenus: quarum alteram Thessaliæ tribuit, alteram Thesprotiis in Epiro. Sed utranque unam putat Stephanus, Oceani nymphæ, vel amni propinquo cognominem, sive (quod placet Eustathio) Jovis & Europæ filiæ Dodonæ. Nam Dodon & Dodone seu Dodona indifferenter enuntiatur: Homeri carminibus & Jovis oraculo clara, columbis (ut ferunt fabulæ) responsa reddentibus. Sed aliter historiæ fidem tradit Herodotus. V. Parrhasium in Claud. de Rapt. Proserp. 1. 31. Virg. 1. Georg. 149.
— & victum Dodona negaret. Lucan. lib. 6. 427.
Nec quæsisse libet primis quid frugibus altrix
Ore Jovis Dodona sonet.
Celsa Dodone. Claud. 3. Conf. Hon. 117. Ovid. 4. Trist. 8. 43.
Hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa
Esse videretur vanus uterque locus.

DŌDŌNÆUS, Adj. [Δωδωναῖος] Virg. 3. Æn. 466.
— dodonæosque lebetas.
Inde Proverbium, Ære Dodonæo loquacior. V. Erasm.
Agmina Dodonæa. Claud. de Bell. Get. 136.
Quercus Dodonæa. Cic. 2. Att. 4. Quid quæris? præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsum possidere videamur. V. Herodot. l. 2.

DŌDŌNIUS, Adj. [Δωδώνιος] Claud. 1. de Rapt. Proserp. 30.
Unde datæ fruges populis, & glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis. Ovid. 8. Met. 758.
— gemitumque dedit Dodonia quercus. Deoïa alii. V. DECIDUUS.

DODONIS, ĭdis. f. Adj. [Δωδωνίς] Valer. 1. Argon. 302.
— Dodonida quercum Ingredior. conf. Ovid 13. Met. 716.

DŌDŌNĬDES, [Δωδωνίδες] Nymphæ dicuntur, Liberi patris nutrices, a Dodona Epiri civitate. V. Hygin. lib. 2. & Comment. in Aratum.

DODONIGĔNA, æ. m. Incola Dodonæ. Sidon. 6. Epist. 12.

DODRANS, antis. m. [τρίμοιρον] Unciæ novem, quasi dempto quadrante, inquit Varro 3. de L. L. Martial. lib. 8.
Solvere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.
Dodrans, Novem cyathorum mensura, h. e. Terni sextarioli, sive Terni semisextarii pintæ Parisiensis. V. Sextarius Romanus, in SEX.
Dodrans, Jugeri partes tresquartæ, h. e. Novem unciæ. Dividebatur enim jugerum, ut As, in uncias duodecim. Columel. lib. 5. cap. 1. Partes tresquartæ, pedes unum & viginti millia & sexcentos, h. e. Dodrans.
Dodrans agri. Liv. 8. Bina in Latino jugera, ita ut Dodrantem ex Privernati complerent, data: terna in Falerno, quadrantibus etiam pro Longinquitate adjectis.
Dodrans ædificii. Cic. 1. Att. 11. Vereor ne putidum sit: Quintus frater, qui Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit H-S. DCCXXV, Tusculanum venditat: ut si possit, emat Pacilianam domum. Sane universa hæreditas nomine Assis significatur. Et quia dodrans novem unciarum est, factum ut novem hæreditatis partes dodrante significentur. Ergo Argiletani ædificii hæres erat Quintus ex quadrante, quæ quarta pars est ut in libra sive asse, sic in hæreditate: reliquum dodrantem, h. e. Reliquas novem partes emit a cohæredibus.
Ex dodrante hæres. Nep. 25. 5. 2. V. Gronov. de Pecun. Vet. 3. 10.
Dodrans horæ. Plin. lib. 2. cap. 14. Lunam haud dubium est lucere dodrantes semuncias horarum, ab secunda adjicientem usque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem. Cujus dicti sensus est, Lunam quum a coitu (quod interlunium dicitur) emergit, id quod fit secunda statim die, lucere primum tres partes unius horæ nocturnæ, & insuper quartam & vicesimam horæ partem, seu mavis, undeviginti vicesimas quartas horæ: a secunda deinceps ad plenilunium die quolibet tantundem incrementi lucendo adjicere: & rursus a plenilunio eadem ratione eodemque modo decrementi lucere minus minusque quotidie usque ad intermestrem lunam, quo tempore cum sole coit. Budæus.
Dodrante minor. Columel. lib. 3. cap. 19. V. Assem Budæi. Plin. lib. 9. cap. 5.
Dodrans operæ. Columel. lib. 2. cap. 4. Sed jugerum talis agri quatuor operis expeditur: nam commode proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante: in liram statim redigitur quadrante operæ: Dodrantem operæ pro tribus partibus diei artificialis dixit, ut quadrantem pro quarta: hoc est pro novem horis & pro tribus. Budæus.
Dodrantem etiam σπιθαμὴν appellari. Idem auctor est lib. 1. de Asse, h. e. Mensuram novem digitorum, intervallum sc. inter pollicem & digitum minimum diductos seu palmum majorem. Sueton. Aug. cap. 79. Statura ejus quinque pedum & dodrantis fuit.

DODRANTĀLIS, e. [τριμοιραῖος] ut, Dodrantalis altitudo. Columel. lib. 11. cap. 3. Et Dodrantalis stirps, Columel. lib. 5. cap. 6.
Sulcus dodrantalis. Plin. lib. 18. cap. 19.

DODRUS, a, um. Adj. Quod ex noveni rebus factum est. Ausonius Epigr. 85. cui titulus est, De Dodra potione,
Dodra ex dodrante est: sic collige jus, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.
Conf. 86, 87.

DŌGA,

**Dōga**, æ. [βῦτις] Vafis cujusdam nomen. Vopifcus in Aureliano, cap. 48. Facta erat ratio dogæ cupparum navium & operum. Hæc Turnebus ex antiquo lexico. V. Pitifc. Lex. & Salmaf. ad loc.

**Dogma**, ătis. n. [δόγμα] Lat. Placitum & decretum. In Philofophia Dogmata funt uniuscujusque fectæ decreta. Cic. 4. Tufc. 46. Quoniam id enim haberent Academici decretum (fentitis enim jam hoc me Dogma dicere) nihil poffe percipi, &c. Idem 4. Acad. 27. Sapientiæ vero quid futurum eft, quæ neque de feipfa dubitare debet, neque de fuis decretis, quæ Philofophi vocant Dogmata. Græce etiam Pfephifma & Arefton dicitur, tefte Budæo. [Quum pro Decreto ponitur populi videlicet, vel Senatus.

**Dogmătĭcus**, a, um. Aufon. Idyll. 17. 16.
Dogmaticas agitat placido certamine lites.

**Dogmătīzo**, [δογματίζειν] āre. Auguftin.

**Dogmătistes**, æ. m. [δογματιστής] Hieron.

# D O L

**Dolabella**, **Dolabra**. V. dolo.

**Dolabella**, [Δολαβέλλας] Cognomen gentis Corneliæ. Ex qua familia fuit P. Dolabella, gener Ciceronis, & amicus C. Cæfaris, cui in quinto Confulatu fuffectus, M. Antonium collegam habuit. Ex eo honore in Syriam cum exercitu miffus & a Senatu hoftis judicatus, poftremo Laodiceæ a C. Caffio obfeffus & ad extremam defperationem redactus, capta urbe Servuli implorato minifterio occubuit. Dio. Caff. lib. 45. & 47. Vellej. 2. 69.

**Dolabelliana** Pyra, longiffimi pediculi, ab infitore Dolabella fic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15. Columel. lib. 5. cap. 10.

**Dolates**, Populi Italiæ, in fexta regione, cognomine Salentini dicti, ut refert Plin. lib. 3. cap. 14.

**Dolentia**, **Doleo**. V. dolor.

**Dolica**, [Δολίχα] Infula antea Dulichium dicta, jacetque ad OEniadas, & ad Acheloi oftium, tefte Strab. lib. 10.

**Dolicæ**, [Δολιχαί] Infulæ in Arabia, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

**Doliche**, [Δολίχη] Vulgo *Nicaro*, Infula eft XVII M. paff. a Naxo diftans, tantundem ipfa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio Amifo, quæ prius Icaros dicebatur: unde nonnulli nomen mari inditum putant potius, quam ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris & Ichthyoëffa aliquando vocata eft. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Dolichiste**, Infula eft e regione Chimæræ Lycii montis, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

**Dolichodromi**, [δολιχοδρόμοι] Antiquis dicebantur, Qui fexies, ut quidam putant, ftadium curriculo obibant. Budæus in Annotat. V. Pitifc. Lex.

**Dolichus**, [δόλιχος] Menfura eft duodecim ftadiorum, vel, ut Suidas tradit, vigintiquatuor. Julius Pollux Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuiffe Curriculum omnium maximum, in quo qui decertabant, Dolichodromi dicebantur. V. Pitifc. l. c.
Eft præterea Dolichus, Leguminis genus, caule tenerrimo; fed fi perticam adjunctam habeat, in miram altitudinem afcendente, alioqui vitiofum, & infrugiferum. Alii Cicerculam interpretantur, alii Phafeolum. V. Galen. lib. 1. de Alim. Facult.

**Dolionia**, [Δολιονίς] Regio eft circa Cyzicum Meletopolim verfus, a qua Doliones populi dicti, de quibus paffim Strab. ut lib. 12. & 14.

**Dolionius**, a, um. Adj. ut, Dolionius rex. Val. Flacc. 5. 7.

**Dolionis**. V. dindymis.

**Dōlium**, ii. [πίθος, κέραμος] a Dolo, as; derivatur, quod antique habuit Dolitum in fupino. Significat autem Vas grande, quo vinum reconditur. Ter. Heaut. 3. 1. 51. Relevi dolia omnia, omnes ferias. Plaut. Cafin. 1. 34. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis adfervabant, quæ fi duas aures habuiffent, Diotæ dicebantur. Ita enim Jurisconfulti fcribunt, in l. penult. D. de tritic. vino vel oleo legato, Vino legato cum vafis dolia legata non funt: quia fcilicet ea mente vinum in dolia condimus, ut ex his poftea in amphoras vel cados diffundamus. Et hoc eft vinum quod diffufum nominatur. Juven. 5. Sat. 30.
Ille capillato diffufum Confule potat. Cic. de Clar. Orat. 287.
Num igitur qui hoc fentiat, fi is potare velit, de dolio fibi hauriendum putet? Sen. Epift. 36. Vinum enim fieri bonum quod recens, durum & afperum: non pati ætatem quod in dolio placuit.
Dolium, Vas cujusvis materiæ & menfuræ, rei præterea cujusvis capax. Julianus l. 26. D. de inftr. vel inftr. legat. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgefta eft, & in his viridaria pofita, ædium effe, Labeo & Trebatius putant. Et Proculus l. 15. D. de trit. & vin. dolia in vafis vinariis non effe, ex Trebatii fententia fatetur.
Cava dolia. Tibul. lib. 1. 3. 79.
Culeare dolium. V. culeus.
Curta dolia. Lucret. lib. 4. 1020. i. e. Decurtata, fracta parte.
Fufa dolia. Claud. 27. 12.
Atque tuam vincant dolia fufa fitim.
Inane dolium. Hor. 3. Carm. 11. 27.
Patentiffimi oris dolium. V. pateo.
Pertufum dolium. Plaut. Pfeud. 1. 3. 135.
Abluere dolia. Columel.
Alligare dolia. Cato.
Commundare dolia. Columel.
Contrudere in dolia. V. contrudo.
Deacinata dolia. V. deacinatus.
Eluere dolia. Columel.
Haurire de dolio fibi. Cic. de Clar. Orat. 287.
Promens vina dolio. Hor. Epod. 2. 47.
Vincire dolia. Cato.

**Dōliŏlum**, dimin. [πιθάκιον] Columel. lib. 12. cap. 43. Sacra Romanorum in eodem loco doliolis illic defoffa fuerunt a flamine Quirinali.
Doliola nova fine pice in fole ficcant. Liv. 5. 40.
Doliola, Locus in Urbe fic vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus Urbem, facra in eodem loco doliolis repofita fuerunt. Qua de caufa in eodem loco ne defpuere quidem alicui licebat. Ex Fefto. V. Varr. 4. de L. L. 32. & authores quos laudat Pitifcus in Lex.



**Dōliārius**, [πιθοποιός] Qui dolia facit & componit. Plin. lib. 3. cap. 6. Ænaria infula, a ftatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecufa, non a Simiarum multitudine (ut aliqui exiftimavere) fed a figlinis doliariorum.

**Doliarius**, vel **Dolearius** Servus. Marm. vet.
A. TERENTIVS M. L. CHRYSOGONVS
SER. DOLEAR.
H. S. E.
V. Pignor. de Serv. p. 550.

**Dōliarium**, ii. n. [ληνός] Cajus in l. Quod fæpe §. Sed & fi. D. de Contrahenda emptione & venditione, Sed & fi ex doliario pars vini venierit (veluti metretæ centum) veriffimum eft (quod & conftare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. i. e. Apotheca vel Hypogeo. Budæus.

**Doliāris**, e. [πιθώδης] Quod ad dolia pertinet.
Doliaris anus, Cujus venter tumet in modum dolii. Plaut. Pfeud. 2. 2. 64.
Vinum doliare, Quod adhuc in dolio eft, necdum diffufum. Ulp. l. 1. §. ult. D. de peric. & commod. Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo convenerit, &c. V. vinum.
Vita doliaris: qualis fuit Diogenis. V. Chil. Erafm.

**Dŏlo**, āvi, ātum (& ītum apud veteres) [πελεκᾶν, σκεπαρνίζειν] āre. Fabrorum verbum, quum materiæ complanatur afperitas. Percædere vel Abradere, vel Effodere Varro in Agathone, Numnam cælatus in manu dextera fcyphus, Cælo dolitus, artem oftentat Mentoris? Cic. 4. Acad. 100. Non enim eft e faxo fculptus, aut e robore dolatus. Hæc Nonius. 2. 235. Plin. lib. 16. cap. 39. Caveto ne per rorem trahas, aut doles. Columel. lib. 11. cap. 2. Materies fi roborea eft, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum XX. Et apud eundem lib. 8. cap. 3. Dolare perticam in quadrum.
Materiem dolare. Lucret. lib. 5. 1266.
Dolare opus aliquod. Cic. 2. de Orat. 54.
Cædere, dolare robur. Cic. 2. de Divin. 86. Quis robur illud cecidit, dolavit, infcripfit?
Dolare dolum. Plaut. Mil. 3. 3. 64. Si hodie hunc dolum dolamus.
Lumbos fufte dolare. Hor. 1. Serm. 5. 22.
Falce dolatus. Propert. lib. 4. 2. 59.
Puellas fenfu obfcœno. Martial. lib. 7. 66. 3. Alii Vorat pro Dolat legunt, idque rectum.
Uxorem. Pompon. apud Nonium.
Cafca lingua materiem dolēre pro dolare ufurpat Lucret. lib. 5. 1266. [Verfus hic eft, ex emend. Lambini:
Materiam lævare, dolare & radere tigna.
Sed Pareus legit: Materiamque dolere.

**Dolātus**, & **Dolitus**. Partic. V. dolo. Dolato confifus ligno. Juven. 12. Sat. 57.

**Dolātus**, ûs. m. Prud. Pfych. v. 837.
— multoque forata dolatu.

**Dolatio**, onis. f. Idem. Auguftin.

**Dolāmen**, ĭnis. n. Idem Apul. Flor. princ. Truncus dolamine effigiatur. Sed hic videtur idem effe ac Dolabra.

**Dolātor**, ōris. m. Gloff. Vet. πελεκητής.

**Dolatorium**, ii. n. Hieron. Epift. 135. ad Sun. & Fretell. eft Ferramentum quo lapides dolantur. Apud noviffimos, Officina dolatoris.

**Dolātĭlis**, e. Quod facile dolatur. Venant. Fortunat. & Aut. de Limit. Goefii. p. 270. Scutanei funt h. e. dolatiles. Alias Scutellati.

**Dolābra**, æ. f. [ἀξίνη, σμινύη] Inftrumentum quo dolantur ligna. Columel. lib. 3. Quæ falce amputari non poffunt, acuta dolabra abradito. Liv. 9. Juven. 8. Sat. 37. de Mario.
Si lentus pigra muniret caftra dolabra.
Dolabra, inter inftrumenta laniorum ponit Paulus in l. Cum de lanionis. D. De inftruct. vel inftrum. leg.
Eft etiam Inftrumentum militiæ ad muros fubruendos. Tacit. 3. Hift. 20. 5. Converfus ad fingulos num fecures dolabrasque & cætera expugnandis urbibus fecum attuliffent, rogitabat. Liv. 9. 37. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum. V. Autt. de Re Militari.
Inftrumentum etiam in facris quo hoftias deglubebant. Dolabræ pontificalis meminit Feft. V. Saubert. de Sacrif. cap. 17.

**Dolabratus**, a, um. Cæf. 7. Bell. Gall. 73. Truncis arborum, aut admodum firmis ramis abfciffis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus.

**Dolabella**, [ἀξινάριον] dimin. a Dolabra. Columel. lib. 4. cap. 24. Semper circa crus dolabella dimovenda eft terra.

**Dolomena**, [Δολομηνή] Affyriæ regio, cujus meminit Strabo lib. Geogr. 16.

**Dolon**, [Δόλων] Trojanus, Speculator miffus in caftra Græcorum, a Diomede & Ulyffe interfectus eft, qui & ipfi fpeculatum venerant. Author Servius. V. rhœsus.
Imbellis Dolon. Ovid. 13. Met. 98. Dolum Plautus vocat. Pfeud. 4. 8. 7. Superavit Dolum Trojanum atque Ulyffem Pfeudolus.

**Dōlon**, ōnis. m. [δόλων] Flagellum inquit Servius in 7. Æn. intra cujus virgam latet pugio, aut fecundum Varronem, ingens contus cum ferro breviffimo. Dolones autem a Dolo dicti funt, quod decipiant ferro, quum fpeciem ligni præferant. Sueton. in Claud. cap. 13. Reperti & Equeftris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro, præftolantes, alter ut egreffum theatro, alter ut facrificantem apud Martis ædem adoriretur. Virg. 7. Æn. 664.
Pila manu fævosque gerunt in bella dolones.
Alphenus in l. Si ex plagis §. Tabernarius. D. ad Legem Aquiliam, Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon inerat, verberare tabernarium cœperat, &c. Budæus. V. dolus.
Dolo terminatio Latina. Apud Amm. Marc. lib. 30. pag. 493. Francf. v. 38. Expedito dolo adfurgens. ubi lego Dolone. H. St.
Dolonem pro Aculeo mufcæ dixit Phæd. 3. 7. 3. Vide ne dolone collum compungam tibi.
Dolones accipi videntur pro Armamentis aut Velis navalibus apud Liv. 37. 30. Cæterum pofteaquam prætoriam navem Polyxenidæ relictis fociis vela dantem videre; fublatis raptim dolonibus (ut erat

erat secundus petentibus Ephesum ventus) capessunt fugam. Pollux, Hermolaus & Baysius dicunt esse Minimum velum navis. V. ACATIUM. & Author. apud Pitisc. Inprimis Scheffer. de Milit. Nav. 2. 5.

Dolones, inquit Donatus, Tela quædam bellica. V. DOLUS.

DOLONCI, [Δολόγκοι] Populi Thraciæ, ita dicti a Dolonco fratre Bithyni. Author Stephan.

DOLONIA, [Δολώνεια] a Grammaticis vocatur Decimus liber rhapsodiarum Homeri, in quo de Dolone exploratore ab Ulysse interempto agitur. Eust. Iliad. κ.

DOLOPES, [Δόλοπες] Populi Thessaliæ, authore Lucano lib. 6. Plinius vero scribit esse populos Ætoliæ, lib. 4. cap. 2.

Dolopes, Pyrrhi socii, ut Myrmidones Achillis apud Trojam. Author Servius enarrans illud Virg. 2. Æn. 7.

Myrmidonum Dolopumve, &c.

Superbæ Dolopum sedes. Virg. 2. Æn. 29.

DOLOPEIUS, Adj. Valer. 2. Argon. 10.

— vidisse putant Dolopeia busta. id quod a poeta dicitur propter Dolopis Neptuni filii in Magnesia extincti sepulcrum.

DOLOR, oris. m. [ἄλγος, ἄχος, ἀχθηδὼν, ὀδύνη, ἀλγηδὼν] Animi vel Corporis cruciatus. Dolor (inquit Donatus) ex miseria descendit. Ter. And. 5. 1. 12. Ejus labore atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo. Cic. 2. Tusc. 35. Dolor autem motus asper in corpore, a sensibus alienus. Ibid. lib. 4. 18. Dolor, ægritudo crucians.

Avidus doloris. Stat. 5. Sylv. 5. 56.

Comes sociusque doloris alicujus. Stat. 2. Sylv. 1. 28.

Ferox dolore. Ovid. 3. Met. 68.

Imitamenta doloris. Tacit. 13. Ann. 4. Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lachrymas, vel doloris imitamenta.

Impatiens doloris. Ovid. 14. Met. 716.

Impetus doloris. Cels. lib. 2. cap. 14.

Ingenium grande doloris. Ovid. 6. Met. 575.

— grande doloris

Ingenium, miserisque venit solertia rebus.

Medicamenta doloris. V. MEDICO.

Monumenta sævi doloris. Virg. 12. Æn. 945.

Morsus doloris acer. Cic. 2. Tusc. 53.

Sensus doloris. Cels. lib. 5. cap. 28. Finisque adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est.

Animi dolor. Ovid. 6. Fast. 356. Summa difficultas & summus animi dolor. Cic. 8. Att. 3. In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor.

Articulorum dolores. Cic. 1. Att.

Injuriæ dolor. Cic. 9. Att. 11. Tanto plus apud me valere beneficii gratiam, quam injuriæ dolorem volo.

Laterum dolor, i. e. Pleuritis. Hor. 1. Serm. 9. 32.

Dolor & luctus. Cic. pro Sext. 49. Cædem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli.

Acer dolor. V. ACER. Virg. 11. Æn. 709.

Acerbissimus animi sensus & dolor. Cic. pro Cluent. 10. Huic autem pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore.

Acutus lateris dolor. Cels. lib. 2. cap. 7.

Ægri dolores. Lucret. lib. 3. 918.

Cæci dolores. Sen. OEth. 11.

Certus dolor, i. e. Constans. Hor. Epod. 15. 16.

Consolabilis dolor. Cic. 4. Fam. 3. Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.

Cruentus. Sen. OEth. 4.

Durus. Virg. 5. Æn. 5.

Ferus. Ovid. 2. de Arte Am. 490.

Flagrans dolor. i. e. Vehemens. Juven. 13. Sat. 11.

Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo

Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.

Fœmineus. Ovid. 9. Met. 151. i. e. Zelotypia.

Frendens dolor. Sen. Herc. fur. 9.

Furtivus. Stat. 12. Theb. 392.

Ignavus. V. IGNAVUS.

Immensus. Sen. Theb. 2.

Immitis. Sen. Octav. 2.

Impatibilis. V. IMPATIBILIS.

Incautus dolor. Claud. Epist. 1. 6.

Incertus. Sen. Hippol. 4.

Indifferens. V. INDIFFERENS.

Inflexibilem dolorem (opisthotonon vocant) levat urina capræ auribus infusa. Plin. lib. 28. cap. 12.

Ingens. Virg. 5. Æn. 172.

Ingenuus dolor. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 5.

Inopinus. Stat. 1. Theb. 249.

Insanabilis. Quintil. in procem. lib. 6.

Intestinus dolor. Cic. 4. Fam. 5. Quid est, quod tantopere te commoveat tuus dolor intestinus? Dolebat autem Cicero de morte filiæ. Intestinus, i. e. Domesticus. Sic enim dictum est, quomodo Bellum intestinum, i. e. Quod domi & in civitate nostra fit.

Intollerabilis. Cels. lib. 2. cap. 10.

Inveteratus dolor. V. INVETERO.

Justus. Ovid. 12. Epist. 133.

Lateralis dolor. Plin. lib. 21. cap. 21.

Lentus. Cels. lib. 3. cap. 2.

Longus. Cels. lib. 2. cap. 8.

Mediocris. Cels. lib 7. cap. 20.

Mœstus. Ovid. 4. Trist. 3. 21.

Mortiferus. V. MORIOR.

Municipalis. V. MUNUS.

Odiosus. V. ODIUM.

Officiosus. V. OFFICIUM.

Pertinax. Sen. OEth. 14.

Querulus. Ovid. 3. Trist. 8. 32.

Rabidus. Stat. 6. Theb. 83.

Solicitus. Ovid. 3. de Arte Am. 374.

Subitus. Ovid. 3. de Arte Am. 702.

Tacitis doloribus uri. Ovid. 3. Fast. 489.

Tener dolor. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 323. i. e. Puellaris.

Totus in vultu dolor. Sen. Med. 7.

Vetustus dolor. Cels. lib. 4. cap. 2.

Virilis dolor. Cic. 11. Att. 23. Videremur aliquid doloris virilis habuisse.

Abjicere dolorem præceptis & monitis alicujus. Cic. 5. Fam. 13.

Abolere dolorem & iram. V. ABOLEO.

Abstergere dolorem. V. ABSTERGO.

Abstrusus animi dolor. V. ABSTRUDO.

Accedit dolor. Cic. 1. Att. 10. Quæris ex me, dolor accessit bonis viris.

Accendit dolor animum desidiosissimum. Sidon. Apollin. 4. Epist. 11.

Accidit alicui dolor. Cic. 6. Verr. 135.

Accipere dolorem. V. ACCIPIO. Accipere magnum & incredibilem dolorem. Cic. pro Domo sua, 97.

Adhibere dolorem. V. ADHIBEO.

Adimere dolores. V. ADIMO.

Adjungere ad dolorem. Cic. 4. Fam. 5. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit?

Afferre dolorem. V. AFFERO. Cels. lib. 5. cap. 28.

Affici dolore. Lucret. lib. 3. 918. Cic. 6. Fam. 19.

Agitari furiis doloris. Ovid. 6. Met. 595.

Amplificare dolorem. V. AMPLIFICO.

Angi quodam præcipuo dolore. Cic. 4. Fam. 3. V. ANGO.

Ardere dolore. Cic. 9. Att. 4. V. ARDEO.

Ardet duris dolor ossibus. Virg. 9. Æn. 66.

Ascitus dolor. V. ASCISCO.

Assumere dolorem. Quintil. lib. 6. cap. 2. Nec agamus, rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem.

Astricta dolore pectora. Ovid. 1. de Arte Am. 361.

Attingi dolore. V. ATTINGO.

Avertere dolorem. Virg. 4. Æn. 537.

Auferre periculum doloris. Cic. pro Cluent. 83. Illi in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum jam abstulerit, mors vero etiam doloris.

Augere alicui dolorem & facere. Cic. 11. Att. 8.

Capere dolorem. Lucan. lib. 5. 760. Cic. pro Cœl. 33. V. CAPIO. Capere dolorem ex aliquo. Ter. And. 4. 3. 4. Verum ex eo nunc misera, quem capit dolorem.

Carere dolore. V. CAREO. Sensu doloris carere. Cic. 9. Fam. 2.

Castigare dolores. Lucan. lib. 8. 71. V. CASTIGO.

Castigatus animi dolore. V. CASTIGO.

Cecidit expulsus dolor. Sen. OEth. 13.

Cedit fractus dolor. Sen. OEth. 7.

Clausit animam dolor. Lucan. lib. 8. 59.

Collapsa dolore. Ovid. 7. Met. 826.

Commovere dolorem. V. COMMOVEO. Magnum & acerbum dolorem commovere. Cic. 6. Verr. 47.

Compescere dolores vino. Tibul. lib. 1. 2. 1.

Concitus dolor a læso amore. Ovid. 2. Trist. 388.

Conflictari doloribus capitis. Cels. lib. 2. cap. 7.

Consolari dolorem. Cic. 4. Fam. 6. Nec eum dolorem, quem a Repub. capio, domus jam consolari potest.

Consuescere dolori. V. CONSUESCO.

Continere tantum dolorem. V. CONTINEO.

Contrahitur dolor mortiferus vel vino, vel cruditate, vel frigore, &c. Cels. lib. 4. cap. 2.

Corripi aliquo dolore. V. CORRIPIO.

Crescit dolor. Cels. lib. 4. cap. 3. Si vero etiam vehementius dolor crevit, admovendæ cervicibus cucurbitulæ sunt.

Cruciare dolore. Cels. lib. 7. cap. 7. Sicut evenit in iis, quæ & tarde increscunt, & dolore non cruciant.

Dare alicui dolorem. Cic. 6. Att.

Debilitat dolor. Cels. lib. 4. cap. 22. Coxarum ingens dolor esse consuevit: isque hominem sæpe debilitat & quosdam non dimittit.

Deduci a dolore. V. DEDUCO.

Demere dolorem. Lucret. lib. 2. 21.

Depellere dolorem. Cic. 12. Fam. 1.

Deponere curas & dolores in sermone, & suavitate alicujus. Cic. 4. Fam. 6.

Descendit dolor. Cels. lib. 5. cap. 26. §. 11. Renibus vero percussis, dolor ad inguina, testiculosque descendit.

Desinunt dolores. Cels. lib. 2. cap. 6. & 7.

Detrahere dolorem. Cic. 1. de Fin. 27.

Diffundere dolorem flendo. Ovid. 9. Met. 143.

Discutere dolorem. Cels. lib. 4. cap. 2. Sæpe enim dies unus aut alter totum dolorem hac ratione discutit. Paulo post, Si discussus ex toto dolor est.

Disrumpi dolore. Cic. 7. Att. 11.

Divelli cum summo dolore ab aliquibus. Cic. pro Domo sua, 145.

Dolere dolore alicujus. Virg. 1. Æn. 673.

— & nostro doluisti sæpe dolore.

Domare dolorem. Stat. 2. Sylv. 1. 14.

Duplicat sævus dolor vires. Sil. lib. 13. 233.

Efficiunt dolorem quasi morsu quodam recordationes. Cic. 12. Att. 19. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te monendo.

Emergere. Cic. 9. Att. 4.

Eripere dolorem alicui. Cic. 9. Att. 4. Quamobrem obsecro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem: aut minue saltem aut consolatione, aut consilio, aut quacunque re potes.

Evictus dolore. Virg. 4. Æn. 474.

Exarsit dolor ossibus. Virg. 5. Æn. 172.

Exsaturare dolorem damnis. Stat. 6. Theb. 83.

Exciderunt animo dolores. Virg. 1. Æn. 29.

Excitat iras dolor. Virg. 2. Æn. 594.

Excitare dolores. Cels. lib. 2. cap. 1. Aquilo tussim movet, horrores excitat, item dolores lateris, & pectoris.

Excussit

Excussit sensus mihi nimius ille impulsus dolor. Sen. OEth. 10.
Exercere dolorem ferro. Ovid. 12. Met. 534.
Nec prius abstitimus ferro exercere dolorem,
Quam data pars letho, partem fuga, noxque removit.
Exhaurire dolorem alicui. Cic. 5. Fam. 16. Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto.
Exoritur dolor. Cels. lib. 4. cap. 23. Quum in humeris, aliisve commissuris dolor aliquis exortus est.
Exulcerare dolorem. V. EXULCERO.
Exundat dolor. Sen. OEdip. 12.
Exuperat dolor. Lucret. lib. 2. 1275.
Exurgere supra dolores. Ovid. ad Liv. 353.
Alta mane, supraque tuos exurge dolores:
Infragilemque animum quo potes usque tene.
Exurgit gravior dolor. Sen. Med. 1.
Facere dolorem. Cic. Octav. 1. Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem quam quæ sunt salutaria.
Facere capitis dolorem. Quintil. lib. 5. cap. 10. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est.
Fatigant dolores. Cels. lib. 2. cap. 1. Præter hæc graciles, visceruin, & laterum dolores fatigant.
Ferre dolorem. Virg. 6. Æn. 464.
Finire dolores. Pers. 5. Sat. 161. Finire dolores lateris. Cels. lib. 5. cap. 25. Finire dolorem. Cels. lib. 2. cap. 7. Finiuntur dolores. Idem lib. 2. cap. 8. & 4. 8.
Fit item lævitas intestinorum, quæ lienteria vocatur, coxæ dolores, morbi comitiales. Cels. lib. 2. cap. 1.
Fovere dolorem. Cic. 12. Att. 19.
Frangere dolorem. Cic. 12. Philipp. 9.
Frenare undantes dolores. Sil. lib. 8.
Furere dolore. Ovid. 12. Met. 478.
Geminare dolores. Ovid. 2. Amor. 10. 11.
Gignere dolorem alicui. Lucret. lib. 4. 332.
Habere capitis dolorem. Quintil. lib. 2. cap. 17. An dolorem capitis habeat, qui hos se pati dicet. Dolorem habere continuum. Cels. lib. 2. cap. 4. Cic. 1. Att. 5.
Habere magnum dolorem. Cic. pro Muren. 89. At habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reverti.
Requiem habere doloris. Ovid. 2. de Arte Am. 490.
Imminuit se dolor. Ovid. 11. Epist. 51.
Immittere dolorem. V. IMMITTO.
Impediri dolore. Cic. 4. Fam. 6.
Imperare dolori. V. IMPERO.
Impertire dolorem suum alicui. V. IMPERTIO.
Incessit dolor. Cæs. 3. Bell. Civil. 74. Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, &c. i. e. Invasit exercitum.
Incensus dolore. Virg. 11. Æn. 709. & Nep. 6. 3. 1.
Inclusit lacrymas dolor. Stat. 12. Theb. 318.
Increvit dolor. Ovid. 9. Met. 703.
Incursabit in te dolor meus. V. INCURRO.
Incutere dolorem. Cic. 1. Att. 13.
Indipisci dolorem in cogitando. V. INDIPISCOR.
Indulgere dolori. Ovid. ad Liviam, 417. V. INDULGEO.
Inferre dolorem. V. INFERO.
Infixus animo hæret dolor. V. INFIGO.
Inhibet dolorem pectoris, ac ventris pulegium. Plin. lib. 20. cap. 14.
Insidet pedibus dolor. V. INSIDEO.
Intenditur dolor. Cels. lib. 4. cap. 8. Dolorque modo finitur, modo intenditur.
Intercludi dolore. V. INTERCLUDO.
Invasit dolor. V. INVADO.
Inveteravit dolor. Cels. lib. 4. cap. 23. Omnes autem ejusmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra ustionem finiuntur.
Inurere alicui dolorem. Cic. 11. Philipp. 38. Tertio vero generi non militum veteranorum, sed importunissimorum hostium cupio quam acerbissimum dolorem inurere. V. INURO.
Irritare dolores dicitur hyems. Cels. lib. 2. cap. 1.
Laborat e dolore puerpera. V. LABORO.
Lapsus dolor ad ima ossa. Virg. 3. Georg. 457.
Lassatus malis dolor. Sen. OEth. 10.
Lenire dolorem. Cels. lib. 4. cap. 12. Lenire dolores colloquiis. Claud. 2. in Ruff. 87. Lenire dolores requie. Ovid. 13. Met. 317.
Levare dolorem. Cels. lib. 2. cap. 7. Colemque extendendo dolorem levant. V. LEVIS. Levare dolorem somno. Cels. lib. 5. cap. 25.
Liberare dolore. Cic. 6. Fam. 4.
Manet dolor. Cels. lib. 2. cap. 7. & 8. V. Remanet.
Mersus in corde dolor. Stat. 5. Sylv. 1. 219.
Minuere & mollire dolorem. Cic. 4. Fam. 5. Nullus est dolor, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Minuit vindicta dolorem. Ovid. 1. Amor. 7. 63.
Mitigare dolores. Quintil. lib. 6. cap. 1. Veros dolores mitigat tempus. V. MITIGO. Mitigantur vetustate dolores. Cic. 3. Att. 15.
Mollire dolorem. Cic. 4. Fam. 5.
Movere dolores. Ovid. 2. Met. 778. Cels. l. 7. cap. 12. Si vero dens dolores movet, &c. Idem lib. 2. cap. 1. Auster aures hebetat, sensus tardat: capitis dolores movet.
Mulcere vivos dolores. Stat. 5. Sylv. 5. 39.
Mulcere dolores alloquio. Sil. lib. 13.
Obducere callum quoddam dolori. V. OBDUCO.
Obductus dolor. Virg. 10. Æn. 64.
Oblitus doloris. Stat. 12. Theb. 369.
Obmutuit dolore. Ovid. 13. Met. 538.
Obstat dolor artibus. Ovid. 12. Epist. 195.
Nunc vellem facunda forem, dolor artibus obstat,
Ingeniumque meis substitit omne malis.
Occurrit dolori per quietem ejusmodi catapotium. Cels. lib. 5. cap. 25.
Opprimi doloribus. V. OPPRIMO.
Oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, &c. Cels. lib. 2. cap. 1. Et iterum ibidem paulo post.
Ortus est subitus dolor capitis. Cels. lib. 2. cap. 8.

Parere dolori. Cic. de Provinc. Cons. 2.
Pascere dolorem. Sen. OEth. 4.
Patet medicinæ ut, Omnis dolor minus medicinæ patet, qui sursum procedit. Cels. lib. 2. cap. 8. [ Paret cum emendatis libris legendum est.
Pati dolorem corporis. Cic. 7. Verr. 111.
Pellit. ut, Interiores omnes dolores pellit pulegium. Plin. lib. 20. cap. 14.
Percipere dolorem, vel accipere. Cic. 14. Fam. 1.
Percitus dolore. Sen. Hippol. 12.
Percussit me dolor. Cic. in Brut. Sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit, Cotta quum est expulsus. Extremo dolore percussus. Valer. 7. Argon. 475.
Perferre dolorem. Virg. 9. Æn. 96. V. PERFERO. Æternum perferre dolorem. Lucret. lib. 3. 1003. Acerbitates, dolores, cruciatusque perferre. Cic. 4. in Catil. 1.
Perpeti dolorem. V. PERPETIOR.
Pervenit dolor a temporibus ad oculos. Cels. lib. 6. cap. 6. Idem lib. 7. cap. 18. Dolor ad inguina, atque ilia pervenit.
Plangere dolores. Sen. Herc. fur. 12.
Portare secum dolorem. Stat. 11. Theb. 508.
Premere dolorem. Stat. 11. Theb. 632. Premit altum corde dolorem. Virg. 1. Æn. 213.
Premi doloribus capitis vehementibus, & assiduis. Cels. lib. 2. cap. 8.
Privatus doloribus. Lucret. lib. 3. 918.
Processit in vultus dolor, i. e. Apparet in vultu. Sen. OEth. 4.
Prolusit dolor per ista noster, i. e. Hæc tantum sunt proludium, & specimen quoddam doloris, & furoris mei. Sen. Medea, 12.
Pungit leniter eos animi dolor. V. LENIS.
Pulsus corde dolor. Virg. 6. Æn. 382.
Quiescit dolor. Cels. lib. 4. cap. 13. Si dolor non quiescit. Et paulo post, Ubi dolor, & febricula quierunt.
Rapiunt dolores. Cels. lib. 2. cap. 1. At si a prima hyeme Austri ad ultimum ver continuarunt, laterum dolores, & insania febricitantium quam celerrime rapiunt. i. e. Tollunt, occidunt.
Recruduit soporatus dolor, i. e. Sopitus. Curt. lib. 7. non procul ab initio.
Refricare oratione dolorem. Cic. 2. de Orat. 199. Sic & eorum dolorem, qui lugebant suos, oratione refricabam.
Relevari dolore. Ovid. 9. Met. 674.
Remanet dolor. Cels. lib. 4. cap. 2. & 6. V. Manet.
Remittit se dolor. Cels. lib. 4. cap. ult. Potest quidem aliquis esse securior his temporibus, quibus dolor se remisit.
Remiserunt dolores pedum. Cic. de Clar. Orat. 130. Atque etiam ingenio, & sermone eleganti, valetudine incommoda C. Sextius Calvinus fuit, qui etsi quum remiserant dolores pedum, non deerat in caussis, tamen id non sæpe faciebat. i. e. Quum minores erant, & remissiores facti.
Renovare dolorem. Virg. 2. Æn. 3.
Resistere dolori. Cic. 4. Fam. 6. Sed opprimor interdum & vix resisto dolori.
Revertit dolor. Cels. lib. 7. cap. 20. Per ea vero quæ supra scripta sunt, levato malo, si quando alias dolor reverterit, eadem erunt facienda.
Revertitur dolor. Cels. lib. 2. cap. 8. Si sine causa longus dolor capitis est, & in cervices ac scapulas transit, rursusque in caput revertitur, aut a capite ad cervices, scapulasque pervenit, perniciosus est.
Saturata dolorem. Virg. 5. Æn. 608.
Scindere dolorem suum. Cic. 3. Att. 15. Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. i. e. Augeam. Tractum a vulneribus, quæ scissa recrudescunt.
Sentire dolorem. Cels. lib. 6. cap. 7. Ergo ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere & continere se debet.
Sepelire dolorem. Propert. lib. 1. 17. 19.
Servire dolori. Propert. lib. 1. 7. 7.
Solvuntur dolores. Cels. lib. 2. cap. 8. Humerorum dolores, qui ad scapulas, vel manus tendunt, vomitu atræ bilis solvuntur.
Soporatus dolor. V. Recruduit.
Stabilire, & inhibere dolores. V. INHIBEO.
Stimulans dolor. Sil. lib. 6. & 7.
Suadet dolor. Hor. 1. Epist. 2. 60.
Subest dolor. Cels. lib. 2. cap. 15. Si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor visceribus, aut capiti, aut præcordiis suberit.
Substat dolor. Cels. lib. 2. cap. 7. Vel nullo dolore substante, somnus ereptus, continuataque nocte & die vigilia.
Succumbere dolori. Cic. 1. de Fin. 38.
Sum. ut, Esse dolore. Cic. 4. Fam. 3. Quanto fuerim dolore meministi. Esse alicui dolori. Ovid. 3. Amor. 957. In cursu dolor est, i. e. In vigore. Ovid. 4. de Ponto, 11. 18. In dolore & mœrore esse. Cic. 11. Philipp. 1.
Succurrere dolori alicujus. Propert. lib. 2. 16. 13.
Succurrit in jecinoris dolore febris. Cels. lib. 2. cap. 8.
Summoventur dolores. Cels. lib. 2. cap. 8. At dolores capitis, quibus oculorum caligo, & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita summoventur.
Superat virtute dolores. Ovid. 8. Met. 517.
Suppressus dolor. Lucan. lib. 6. 228.
Suscipere dolorem. Cic. 1. de Fin. 24.
Sustinere dolorem. Cic. pro Domo sua, 145.
Tabescere dolore. Ter. Adel. 4. 3. 11. Nam & illi animum jam relevabis, qui dolore, ac miseria tabescit.
Tacent pectora dolore. Ovid. 15. Epist. 198.
Tangit dolor illum. Virg. 9. Æn. 96.
— non solos tangit Atridas Iste dolor.
Tegere dolorem alta mente. Lucan. lib. 6. 228.
Tenere dolorem, i. e. Comprimere. Cic. 12. Att. 37.
Tendit dolor deorsum. Cels. lib. 2. cap. 8.
Tentari dolore. Lucret. lib. 3. 148.
Tollitur dolor. Cels. lib. 8. cap. 11.
Trahit dolorem a renibus semen erethmi. Plin. lib. 26. cap. 8.
Transeunt dolores ad viscera. Cels. lib. 2. cap. 6.

Venit in morem meus dolor, i. e. Assuevi jam semper dolere. Ovid. 2. de Ponto, 7. 39.
Veniunt graviores dolores. Cels. lib. 3. cap. 2.
Vincere graves dolores. Sen. Octav. 4.
Vicit dolor invictum virum. Ovid. 13. Met. 386.
Ulcisci dolorem. Cæs. Bell. Afric. 87.
Urget dolor. Cels. lib. 4. cap. ult.
Urgeri gravi dolore. Cels. lib. 3. cap. 2.
Urit dolor amantes. Ovid. 4. Met. 278.
Vulgare dolorem obductum. Virg. 10. Æn. 64. i. e. Celatum & diuturna jam cicatrice coopertum. Servius. Obductus dolor est, quem tegit patientia dissimulantis. Donatus Vulgare, In publicum proferre.

DŎLŌRŌSUS, a, um. Veget. 4. 2. Dolorosi loci. Cæl. Aurel. Tard. 4. 5.

DŎLŌRĬFĬCUS, a, um. Onomast. vet. ἀλγεινὸς.

DŎLEO, ui, itum, [ἀλγέω, ἄχθω, ὀδυνοῦμαι, ὀδυνάομαι] ēre. a Dolore derivatur, h. e. Dolore cruciari vel affici.
Dissimulare, & non dolere. Cic. Octav. 5. Quis hujus urbis nomini, ac sedibus usque adeo est inimicus, ut ista dissimulare possit, aut non dolere?
Ingemere & dolere. Cic. in Vatin. 21. Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reip. casum?
Dolere & queri. Cic. pro Flacc. 57. Non enim omnia quæ dolemus, eadem jure queri possumus.
Doleo me, dixit Plaut. in Trucul. 2. 6. 45.
Dolet caput. Plaut. Amph. 5. 1. 7.
Dolet mihi cor. Plaut. Mostel. 1. 2. 71.
Dolet a sole caput. Plin. lib. 24. cap. 5.
Dolent ab ictu aures. Plin. 28. cap. 7.
Dolere, plus etiam est quam Ægre ferre. Plaut. Trin. 2. 2. 9. Ter. Phorm. 1. 3. 10. Aliis quia desit quod ament, ægre est: tibi quia superest, dolet. Ubi Donatus, Laboravit ut ostenderet (dolet) plus esse quam ægre est.
Dolet mihi. Ter. Adel. 2. 4. 8. Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, &c. Ubi Donatus, τῷ ἰδιωτισμῷ, Mihi dolet, pro Doleo.
Dolet mihi quod tu nunc stomacharis. Cic. ad Brut. 17.
Doleo ab animo, & ab oculis. Plaut. Cistel. 1. 1. 62.
De aliquo dolere, i. e. Dolere propter adversam alicujus fortunam. Ovid. 4. Trist. 10. 84.

Sum miser, & de me quod doluere nihil. Cic. 6. Att. 3. Dicimus etiam & Pro aliquo dolere. Sen. Consol. ad Helv. cap. ult. In mea tamen persona non tantum pro te dolet.

De febricula alicujus dolere. Cic. 12. Att. 1.
Dolere ex aliquo. Cic. 16. Fam. 21. Quod igitur tum ex me doluisti, nunc, &c.
Doleo ex animo. Plaut. Capt. 5. 1. 7. Satis jam dolui ex animo.
Dolet animus. Plaut. Merc. 2. 3. 54.
Casum luctumque alterius dolere. Cic. pro Sext. 145. Quia meum casum luctumque doluerunt.
Dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet. Cic. 16. Att. 2.
Dolet hoc cordi meo. Plaut. Amph. 3. 2. 41.
Dolere sua culpa. Quintil. in proœm. lib. 6.
Damnis dolere. Claud. 45. De piis fratribus.
Dolet dictum imprudenti adolescenti. i. e. Quod dixeris imprudenti. Ter. Eun. 3. 1. 40.
Injurias alterius & dolere & ulcisci. Cic. 8. Fam. 12. A te peto ut meas injurias proinde doleas, ut me existimas & dolere, & ulcisci tuas solere.
Dolet interitum illius. Cic. 12. Philipp. 25. Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis & civis & viri?
Laude aliena dolere. Cic. 5. Fam. 8. Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.
Levius dolere. Ovid. in Ibin, 257.
Dolent hac re oculi mihi. i. e. Non libenter hæc video. Ter. Phorm. 5. 8. 64.
Successu alicujus dolere. Ovid. 6. Met. 130.
Dolere vicem alterius. Cic. 12. Fam. 23. Idem 6. Att. 3. Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo.
Dolet vehementer. Ter. Adel. 4. 5. 48. Ut me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet.
Dolet illi illud quia. Plaut. Capt. 1. 2. 49. huic illud dolet, Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Dicere quod doleat. Plaut. Cistel. 2. 1. 10.
Facile fit illi quod doleat, i. e. Minima re commovetur, & ad iram provocatur. Ter. Eun. 3. 1. 58.
Dolendum est tibi. Hor. in Arte Poet. 102.
In tam gravi vulnere dolendum est. Cic. Brut. 9. — Qui dicere legem

Fletibus aut fines audet censere dolendi. Stat. 5. Sylv. 5. 61.

Dolitus est, pro Doluit. Vett. Inscript. apud Gruter. DE QVA NIHIL ALIVD DOLITVS EST NISI MORTEM. DCCLXXXXIII. 4. et DCCLXXXXIIII. 4.

DŎLENS, Partic. [ἀλγῶν] Cic. 2. de Fin. 37. Nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut ægrum, i. e. aut Malum. Sallust. in Jugurth. 84. Dictitare sese consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse: alia præterea magnifica pro se, & illis dolentia.
Damna dolens aliena. Stat. 5. Sylv. 5. 47.
Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Cic. in Parad. 5.
Auriculæ collecta sorde dolentes. Hor. 1. Epist. 2. 53.
Plus nimio dolens. Hor. 1. Carm. 33. 1.
Lenire dolentem solando. Virg. 4. Æn. 393. Cic. 5. Fam. 8. Quædam pestes hominum laude aliena dolentium.
Usurpatur & Doliens in ævo tamen sequiori. Ita in Vet. Christian. Inscript. apud Fabrett. p. 572. IVLIANICAE PATER ET MATER DOLIENS FECERE.

DŎLITŪRUS, [ἀλγήσων] Liv. 9. Bell. Maced. Ignominiane sua quenquam doliturum censeret?

DŎLENDUS, Adject. Cic. 12. Fam. 23. Quæ ulciscenda etiamsi non sunt dolenda. Ovid. 5. Epist. 8.

Quæ venit indignæ pœna dolenda venit.

DŎLENTER, Adv. [ὀδυνηρῶς] Cic. 10. Fam. 24. Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quam inimice facio. Sic pro Domo sua, 98.

DŎLENTIUS, compar. Ovid. 4. Met. 246.

Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaetonteos vidisse dolentius ignes. Et Cic. pro Sext. 4.

At certe dolentius deplorandam.

DŎLENTIA, æ. f. pro Dolore. Arnob. Nævium etiam dixisse memorat Gell. 19. 7. conf. Borrich. cogit. de L. L. p. 91.

DŎLESCO, ĕre. Idem quod Dolere. Gloss. Gr. Lat. ἄχθομαι, doleo, dolesco.

DŎLĬDUS, a, um. Cæl. Aurel. Acut. 3. 3. Omnis motus dolidus est humore oppressis. Idem 3. 6.

DŎLĬTO, āre. frequent. Cato de R. R. cap. 157. Uno verbo omnia sana faciet, intro quæ dolitabunt.

DŎLUS, i. [δόλος] a Lædendo (inquit Donatus in Ter. Eun. 3. 3. 9.) dictus, id est a Dolando, id est minuendo, nam & δόλος Græce, læsio dicitur: & Dolones, tela quædam bellica: & dolare, fabri lignum est ascia cædere. Hæc Donatus. Est autem Fraus sive Machinatio quæ fit ad fallendum aliquem. Plaut. Capt. 2. 1. 26. Doli non doli sunt nisi astu colas. Ter. And. 3. 3. 26. Prius quam harum scelera & lacrymæ confictæ dolis, &c. Ibid. 1. 1. 133. Simul sceleratus Davus, si quid consilii habet, ut consumat nunc, quum nihil obsint doli.
Malitiosus dolis. Author ad Heren. lib. 4. 67.
Veneni dolus. Catul. 21. 10. i. e. Venenum per dolum exhibitum, ut eo pereas.
Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 7. Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præstigiæque, num sine ratione esse potuerunt?
Calumnia, fraus, dolus. Cic. pro Domo sua, 36. Illud in primis nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.
Anceps dolus. Virg. 5. Æn. 590.

Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum.

Blandi doli. Propert. lib. 3. 23. 18.
Caut doli. Sen. OEth. 5.
Inanes doli. Virg. 4. Georg. 400.
Dolus malus. Cic. 3. Off. 61. Nondum enim Aquilius Collega & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas, in quibus ipsis quum ex eo quærerem quid esset dolus malus, respondebat, quum esset aliud simulatum, aliud actum. Idem 3. de Nat. Deor. 74.
Dolus malus & Bona fides, contraria. Cic. Topic. 40. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, &c.
Taciti doli, i. e. Secreti. Valer. 1. Argon. 64.
Doli vocabulo, inquit Festus, nunc tantum in malis utimur: antiqui autem etiam in bonis rebus utebantur. Unde adhuc dicimus, Sine dolo malo: nimirum quia solebat dici & Bonus. Hactenus Fest. Ter. Eun. 3. 3. 8. Jam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Ulpianus de dolo malo. l. 1. in princ. Dolum malum Servius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud agitur, & aliud simulatur. Et paulo post, Labeo sic definit, Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio vera est. MALUM dolum adjecit. Veteres enim Bonum dolum dicebant, & pro Solertia hoc nomen accipiebant, maxime si adversus hostem latronemve quis machinetur.
Inter dolum & fraudem. Dolus fit alterum circumveniendi causa. Fraus vero proprie dicitur, etiamsi decipiendi consilium non adfuerit, sed is qui deceptus est a seipso, vel ex eventu fraudatus est. Dolum item quidam in faciendo, Fraudem in verbis dicunt a φράζειν, quod est loqui. Alciat. de verb. signif. V. FRAUS.
Adhibere dolum. V. ADHIBEO.
Capere aliquem dolis. Virg. 1. Æn. 673.
Capi dolis. V. CAPIO.
Carent successu doli. Ovid. 1. Epist. 18.
Castigare dolos. Virg. 6. Æn. 567.
Certare dolis. Sil. lib. 5.
Circunducere aliquem per dolos. V. CIRCUNDUCO.
Commoliri dolum, aut machinam ad aliquem. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.

Neque quo pacto fallam, quid inde auferam,
Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar, &c. Ex Synephebis Cæcilii.

Comparare dolum. V. COMPARO.
Confingere dolum. V. CONFINGO.
Consuere dolos. V. CONSUO.
Convertere se ad dolos. V. CONVERTO.
Decipi dolo. V. DECIPIO.
Deficiunt artes, deficiuntque doli. Tibul. lib. 1. 4. 82.
Deludere dolis. Ter. And. 3. 4. 4.

Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem
Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes.

Detegere dolos. Sen. Thyest. 3.
Discingere dolos. Sil. lib. 7.

Discinxit ratione dolos, fraudesque resolvit.

Factum dolis. Ter. And. 3. 2. 29. Ne tu hoc posterius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.
Frangere dolos alicujus. Virg. 4. Georg. 400.
Incessere aliquem dolis. V. INCESSO.
Instructus dolis. Virg. 2. Æn. 152.
Latens dolus. Stat. 10. Theb. 237.
Ludere dolis aliquem. V. LUDUS.
Movere dolum arte. Stat. 12. Theb. 183.
Nectere dolos. Sen. 1. Theb. V. NECTO.
Operti doli. Valer. 5. Argon. 248.
Patent doli. Valer. 1. Argon. 64.
Struere dolum. Tacit. 4. Ann. 68. Strueret dolum, cæteri testes adessent.
Sublatis dolis aperire aliquid, i. e. Referre sine dolis. Virg. 12. Æn. 26.

Sufpecti doli. Valer. 1. Argon. 245.
Tendere dolos. Hor. Epod. 2. 34.
Verfare dolos in pectore. Virg. 4. Æn. 563.
Vitare dolum. Lucret. lib. 2. 558.

DŎLŌSUS, Adj. [δόλιος, δόλιος, δολομήτης] Fraudulentus. Plaut. Epid. 3. 2. 36. Ego aliquam parabo dolofam fidicinam, nummo conducta quæ fit.
Amici Ferre jugum pariter dolofi. Hor. 1. Carm. 35. 26.
Artes dolofæ. Ovid. 15. Met. 473.
Confilia dolofa. Cic. pro Rabir. Poft. 4. Pulfus interea regno Ptolemæus dolofis confiliis (ut dixit Sibylla, fenfit Pofthumus) Romam venit.
Gens dolofa. Ovid. 14. Met. 92.
Illecebræ dolofæ. Claud. 2. de Laud. Stilich. 136.
Mulier dolofa. Hor. 2. Serm. 5. 70.
Nummus dolofus. Plaut. Perf. prol. 12.

DŎLŌSE, Adv. [δολερῶς] Cic. 3. Off. 61. Quum dicitur inter bonos bene agier: quicquam agi dolofe aut malitiofe poteft?

DŎLOSĬTAS, ātis. f. V. Interp. Sirac. 37. 3.

## D O M

DOMIC. COS. XIII. LVD. SAE. F. C. Domicius Conful tertium decimum ludos fæculares faciendum curavit. [Immo DOMIT. Domitianus. V. Sert. Urf. Fragmentum Infcriptionis male defcriptum videtur, ac COS. XIIII. LVD. SAEC. F. vel SAEC. FEC. id eft, Ludos Sæculares fecit, ut in nummis Domitiani conftanter expreffum legitur, fcribendum. V. Mediobarb.

DŌMA, ătis. n. [δῶμα] Tectum. Hieron. V. Barth. Adv. 33. 8.

DOMABILIS, DOMATOR. V. DOMUS. DOMO.

DOMADA, Oppidum Hemuatarum Arabiæ populorum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

DOMANETICA, [Δομανῆτις] Ponticæ provinciæ regio fatis ferax, per quam Amnias flumen illabitur. V. Strab. lib. 12.

DOMAZANES, Arabiæ populi, de quibus Plin. in defcriptione finus maris Rubri Troglodytici, &c. lib. 6. cap. 29.

DOMESTICATIM, & DOMESTICUS. V. DOMUS.

DOMICILIUM, DOMICOENIUM, DOMIDUCUS, DOMINOR, DOMIPORTA, DOMINUS, DOMITIUS Deus V. poft DOMUS.

DOMITIA Gens inter nobiliffimas Romanas gentes, variis cognominibus in familias diftincta fuit. Celebrantur tamen fub libera republica præcipue Domitii Calvini & Ahenobarbi. De quibus poft Faftos & rer. Rom. Scriptores V. Suet. in Nerone C. 1. ad 6. & Fulv. Urfin. in Fam. Rom. De aliis Domitiis Afro, Balbo, Cæciliano, Celere, Corbulone, Pollione, Sabino &c. V. Tacit. De Domitio Marfo, Auguftæi ævi poëta plenius Brœkhuf. ad Tibull. 4. 15.

DOMITIANUS, T. Flavii Vefpafiani filius minor, poft mortem Titi fratris imperium adeptus, inter initia falubrem & clementem principem egit: Sed brevi poft, ad priftinam ingenii pravitatem reverfus, dum optimi cujusque cæde & rapinis graffatur, omnibus exofus a cubiculariis fuis, non fine confcia uxore Domitia, XV. imperii anno occifus eft. Sueton. Tacit. Xiphil. Aur. Victor.

DOMITIANUS, a, um. Adject. ut Domitiana quæftio. i. e. Stulta. Originem quære l. 27. ff. qui teft. fac. poff. f. l. 28. tit. 1.

DOMITOR, DOMITRIX, DOMITURA, DOMITUS. V. DOMUS.

DOMNOTONUS, i. f. Pagus Galliæ in Medulis. V. Scalig. Aufon. lect. 2. 12.

DOMO, as. V. DOMUS.

DOMUS, ûs & i. f. [οἶκος, οἰκία, δόμος, δώματα, δῶμα] Proprie eft Ædificium ad habitandum factum.
Domus, Templum. Virg. 6. Æn. 81.
Oftia jamque domus patuere ingentia centum
Sponte fua. V. Nonium 6. 73.
Domus, Familia: continens pro contento. Virg. 5. Æn. 121.
Sergeftusque, domus tenet a quo Sergia nomen. Ter. Adel. 4. 7. 42. Domus fumptuofa. Ubi Donatus, Domus, i. e. Homines. Unus ex noftra domo. Cic. 13. Fam. 46. Eum tibi igitur fic commendo, ut unum ex noftra domo. Idem ibid. 5. 8. Ut domus tua tota me tibi amiciffimum effe cognofceret. Idem ibid. 15. 11. Tacit. Vita Agric. 19. 2. Domum fuam coercere plerisque haud minus arduum eft quam provinciam regere. conf. Hor. 4. Carm. 12. 6. Virg. 2. Æn. 702. apud Reinef. p. 122. IN. H. D. D. i. e. In honorem divinæ domus.
Domus, Gens una tota. Virg. 1. Æn. 284.
Quum domus Affarici Phtiam, clarasque Mycenas
Servitio premet. ——
Volens intelligi Romanos, qui ab Affaraco per Trojanos originem ducunt.
Domus pro Patria unde aliquis oritur, non raro reperitur ufurpata in Infcript. & alibi. Sueton. Vitell. cap. 11. Cæterum P. Vitellius domo Nuceria. Virg. 10. Æn. 183.
Qui Cærete domo. Gruter. CDXXX. 4. C. TERENTIVS PHILETVS DOMO ROMA.
Domus avium, pro Nidis. Virg. 2. Georg. 209.
Antiquasque domos avium cum ftirpibus imis Eruit.
Pecorum domus. Stat. 1. Theb. 367.
Domus omnipotentis Olympi. Virg. 10. Æn. 1.
Domos fluviorum appellarunt Græci Urbes cognomines fluviis vel etiam iis vicinas. Quos fequitur, ut Heinfio placet, Hor. 1. Carm. 7. 12.
— domum Albuneæ refonantis. Nemus Albuneæ Nymphæ confecratum exponit Schol. Antiq. V. Lil. G. Gyrald. Hift. Deor. Syntagm. 1. p. 69.
Domus fedes, aræ, foci, dii penates. Cic. pro Domo fua, 41. Idem pro Deiot. 8.
Aeriæ domus. Hor. 1. Carm. 28. 5. i. e. Cœlum.
Æterna paffim. in Infcript. pro Sepulchro. V. Brœkh. ad Tib. 3. 2. 22.
Ætheria. Hor. 1. Carm. 3. 29.
Alta. Virg. 2. Georg. 461.
Ambigua. V. AMBIGUUS.
Ambitiofa. Ovid. 1. Trift. 8. 18.
Amœna. Claud. 1. Laud. Stilich. 189.
Ampla. Cic. 1. Off. 139.
Antiqua. Virg. 2. Georg. 209.
Ardua. Stat. 1. Sylv. 1. 7.
Attonitæ domus. V. ATTONITUS.
Beata. Catul. 59. 156.
Cafta. Hor. 4. Carm. 5. 21.
Confufa OEdipodæ. Stat. 1. Theb. 17.
Contermina domus noftræ domui. Ovid. 1. Met. 774.
Contiguæ domus. Ovid. 4. Met.
Delicata. Sen. Hippol. 2.
Devota. Ovid. 9. Epift. 153.
Egregia. Hor. 2. Serm. 3. 24.
Elyfia. Ovid. 14. Met. 111.
Exilis domus eft, ubi non & multa fuperfunt. Hor. 1. Epift. 6. 45.
Ferina. Ovid. 15. Met. 458.
Fatalis. Sen. Troad. 1.
Fertilis. Stat. 4. Sylv. 8. 23.
Flavam domum vocat Stat. 10. Theb. 572. Apiarium.
Frondifera. Lucret. lib. 1. 19.
Funefta. Sen. Hippol. 12.
Honefta. Hor. 2. Epift. 1. 149.
Horrenda. Stat. 9. Theb. 798.
Horrida, Impolita, & ruftica. Juven. 10. Sat. 299.
Humilis. Juven. 11. Sat. 169. Hor. 3. Carm. 1. 22.
Illuftris. Tacit. 3. Ann. 24.
Impia. Ovid. 8. Met. 485.
Incuftodita. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 146.
Infamis domus. Sen. Hippol. 2.
Inops. Ovid. 2. Met. 822.
Littorea. V. LITTUS.
Locuples. Hor. 2. Serm. 6. 102.
Magnifica. V. MAGNUS.
Maritæ. V. MARITUS.
Mifera. Ovid. 2. Epift. Sab. 58. Catul. 65. 24.
Mœfta. Valer. 1. Argon. 753.
Multiplex domus, i. e. Quæ conclavia multa habet, & habitationibus aut feceffibus accommodata loca. Sen. Hippol. 4. Ovid. 8. Met. 158.
Deftinat hunc Minos thalamis removere pudorem,
Multiplicique domo, cæcisque includere tectis. De Labyrintho.
Natalis. Valer. 3. Argon. 321.
Nativa. Sen. Hippol. 4.
Nigra. Stat. 5. Sylv. 1. 19.
Nivalis domus Boreæ. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 323.
Nobilis. Sen. Theb. 1.
Opaca. Virg. 3. Æn. 619.
Patria. Virg. 3. Æn. 85.
Da patriam Tymbræe domum, da mœnia feffis. h. e. Da nobis ut aliquando in patriam concedamus. Virgilianum hoc carmen 3. Æn. fic legit Servius. Da propriam Tymbræe domum, &c. Propriam (ait idem Servius) Perpetuam: ut Propriamque dicabo. Et bene poft experimentum male conditæ civitatis, perpetuas poftulat fedes. Domum, Familiam: ut, Domus tenet a quo Sergia nomen. Hactenus ille.
Patriciæ. Claud. de 6. Conf. Hon. 61.
Perhofpitalis. Cic. 6. Verr. 3.
Plebeja. Sen. Hippol. 11. Stat. 4. Sylv. 6. 86.
Plena. Hor. 4. Carm. 12. 24.
Plutonia. Hor. 1. Carm. 4. 17.
Polluta. Lucan. lib. 2. 252.
Potens. Catul. 59. 156. Hor. 1. Carm. 35. 24.
Præpotens. Sen. Octav. 2.
Pudica. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Purior. Hor. 1. Serm. 9. 49.
Regalis. Ovid. 1. Met. 171.
Regia. Sen. Agam. 10. & Hippol.
Regnatrix. Tacit. 1. Ann. 4.
Ruinofæ. Ovid. 1. Epift. 56.
Sacra. Ovid. 11. Met. 618.
Sancta. Juven. 14. Sat. 68.
Simplex. Stat. 3. Sylv. 1. 32.
Socratica. Hor. 1. Carm. 29. 14. V. SOCRATES.
Splendida. Virg. 1. Æn. 641.
Stellata, i. e. Cœlum. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 8.
Sterilis. Propert. lib. 4. 12. 62.
Superæ. Ovid. 1. Faft. 298.
Tranquilla. Claud. 3. de Rapt. Proferp. 202.
Vacua. Claud. 2. in Eutrop. 93.
Vagæ. Hor. 3. Carm. 24. 10.
Vidua. Ovid. 1. Faft. 36.
Per totidem menfes a funere conjugis uxor,
Suftinet in vidua triftia figna domo.
Undofa Eridani. Claud. 6. Conf. Hon. 146.
Abdita domus in imis vallibus antri. Ovid. 2. Met. 762.
Accipere in domo. V. ACCIPIO.
Admittere in domum. V. ADMITTO.
Æquata folo domus. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Affligere domum alicujus. Cic. pro Domo fua.
Carere domo. V. CAREO.
Celebrare domos. Ovid. 10. Met. 118.
Claudere nocte domum. Ovid. 2. Amor. 19. 38.
Claufa domus pudori. V. CLAUDO.
Complanare domum. V. COMPLANO.
Commigrare in domum. V. COMMIGRO.
Concidit domus. Sen. OEth. 3. Tibi cuncta domus concidit uni.
Conjungere duas & magnas & nobiles domos. Cic. pro Domo fua, 115.
Conjungere domum. V. CONJUNGO.
Confumere domum luxu & flagitiis. Claud. in Curetium.

Conveſtita domus lucis. V. CONVESTIO.
Convulſa domus. Tacit. 12. Ann. 1. V. CONVELLO.
Defleta domus. Claud. præf. 2. in Eutrop. 24.
Demerſa domus. Hor. 3. Carm. 16. 13.

— concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demerſa exitio.

Deplorata domus. Ovid. 3. Triſt. 5. 8.

Et deploratæ limen adire domus.

Deſerta domus. Valer. 2. Argon. 376.
Deſolata domus. Claud. Epiſt. ad Hadrian. 24.
Diſturbare ac diripere domum alicujus. Cic. pro Domo ſua, 114.
Everſa domus. Ovid. 3. Epiſt. 36.
Exſcindere domos. Virg. 12. Æn. 643.
Florens domus felici ſorte viget. Sen. Hippol. 4.
Frequentare domos. Ovid. 9. Met. 323.
Inclinata domus. Virg. 12. Æn. 59.
Inſtruere domum. V. INSTRUO.
Inſtructa opime & opipare domus. V. OPIMUS.
Labens domus. Virg. 4. Æn. 318.
Lapſa domus. Ovid. 1. de Ponto, 9. 13.

Quum domus ingenti ſubito mea lapſa ruina Concidit.

Madens cæde domus. Valer. 2. Argon. 274.
Migrare domo. V. MIGRO.
Multiplicata domus. V. MULTUS.
Nutantes domus. Lucan. lib. 1. 495.
Obire domos amicorum. V. OBEO.
Obtexere domos. V. OBTEXO.
Occidit una domus. Ovid. 1. Met. 240.
Orbare domos. Stat. 11. Theb. 185.
Patefacere domum. Sen. Hippol. 12.
Perfringere domus. Tacit. 4. Hiſt. 1. Initium id perfringendarum domuum.
Perturbare domum. Sen. Thyeſt. 1.
Plorata domus. Stat. 5. Sylv. 3. 164.
Proſtrata domus. Sen. Herc. fur. 13.
Quatere domos. Lucan. lib. 6.
Quaſſata domus. Sen. Hippol. 16.
Riget argento domus. Hor. 4. Carm. 11. 6.
Sepſerat acribus cuſtodiis domum & vias. Tacit. 1. Ann. 5.
Silens domus. Sen. Hippol. 2. Adiit ſilentem nocte perpetua domum.
Solare domos, i. e. Deſolatas reddere. Stat. 5. Theb. 149.
Struere domos. Hor. 2. Carm. 18. 19.
Subire domum. Ovid. 1. Met. 121.
Turbare domos. Stat. 5. Theb. 57. Dis viſum turbare domos.
Vertere ex imo domum. Sen. Medea, 12.
Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Cic. 1. Off. 139.
Domus, genitivus, eſt Ædificium quod ex tecto & parietibus conſtat. ut, Partem domus demolitus ſum. Valla.
Domi, genitivus. [οἴκοι] Locus eſt in quo quis manet. Ter. Adel. 4. 2. 17. Quid ais bone vir, eſt frater domi? Cic. 5. de Fin. 89. Sed tu etiam Chryſippe in foro, domi, in ſchola definis. Virg. 3. Ecl. 33.
Domuis etiam in genitivo habet Varro apud Nonium 8. 66. V. Gell. 4. 16.
Apparere domi. V. APPAREO.
Continere ſe domi. V. CONTINEO.
Res geſtæ domi. Ovid. 15. Met. 748.
Includere ſe domi. V. INCLUDO.
Domi & Foris, contraria. Ter. Hec. 2. 1. 21. Ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris. Cic. 1. Off. 76. Parvi ſunt arma foris, niſi eſt conſilium domi.
Domi & In domo, ejusdem plane ſignificationis ſunt. Quintil. lib. 5. cap. 10. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Quidam dicunt Domi adverbiaſcere, ut quum dicimus, Sum domi: & ſimiliter alios caſus: ut Domum propero, ſeu Domo venio: ſed nomen potius eſſe pronomina indicant, quæ cum hac voce junguntur, quæ ſunt Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, & aliena: ut Eram domi meæ, &c. Quod ſiquando hæc pronomina ſupprimantur, tamen ſubintelliguntur: ut Domi ero, i. e. meæ. Domi eritis, i. e. veſtræ, &c. Ter. Adel. 4. 7. 29. Meretrix & materfamilias una in domo.
Cujus domi fuit, pro In cujus domo. Cic. 7. Verr. 7. Hoſpes tuus cujus tu domi fueras, quem hoſpitem appellaras.
Domi iſtius. Cic. pro Quint. 54. Qui iſtius domi erat educatus.
Domi eſt animus. i. e. Cogito de domo, aut quid domi agatur. Plaut. Merc. 3. 4. 2.
Domi operiri aliquem. Ter. Eun. 5. 2. 56. Visne interea, dum is venit, domi operiamur, potius quam hic ante oſtium?
Domi ero ſi quid voles. Ter. Heaut. 4. 8. 32.
Domi nobilis. Salluſt. in Catil. 17. 5. Ad hoc multi ex coloniis & municipiis domi nobiles erant. Juſtin. 5. 9. 6. Liv. 8. 19. Curt. 3. 13. 15.
Domi & militiæ, genitivi adverbiales: i. e. abſolute poſiti, pro eo quod eſt, In pace & in bello: h. e. Pacis & belli tempore. In his obſervatum eſt, quod fere per conjunctionem QUE, vel ET, connectantur. Ter. Adel. 3. 4. 49. Una ſemper militiæ & domi fuimus. Cic. de Senect. 82. An cenſes (ut de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosque domi, militiæque ſuſcepturum fuiſſe, &c. Idem 5. Tuſc. 55. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.
Domi, bellique. Plaut. Capt. prol. 68. Domi, bellique duellatores optimi. Idem Aſin. 2. 3. 13. Cic. 2. Off. 50. Præterea quibuscunque rebus vel belli vel domi poterunt, Remp. augeant.
Domi focique. Ter. Eun. 4. 7. 45. Domique focique fac viciſſim ut memineris. [Hic genetivus a verbo regitur, Domi i. e. Rerum domeſticarum. Sed ambiguitas in verbis. V. Donat.
Domi apud. Ter. Eun. 4. 6. 9. Ubi ea eſt? T. domi apud me. Cic. 7. Verr. 72. Domi eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos.
Domi noſtræ. Cic. 5. Tuſc. 113. Diodorus Stoicus cæcus multos annos noſtræ domi vixit.
Suæ. Cic. 3. Verr. Jactatur domi ſuæ vir optimus & homo honeſtiſſimus.
Alienæ. Cic. pro Domo Sua, 105. Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo fanatice, ſacrificium quod alienæ domi fieret, inviſere?
Domi id dicimur habere, quod In nobis ſitum eſt, nec neceſſe eſt ab aliis mutuo ſumere. Translatum apparet ab conſuetudine foris rogandæ ſupellectilis, quam domi deſideres. Ter. Adel. 3. 3. 59. PHY. domi habet, unde diſcat. Unde, i. e. A quo. Cic. 9. Fam. 3. Sed quid ego nunc hæc ad te, cujus domi naſcuntur?
Domi id fieri dicitur, quod Non aliunde petitur. Alceſimarchus adoleſcens amore captus apud Plaut. in Ciſt. 2. 1. 2. Credo ego amorem primum apud homines carnuficinam commentum: Hanc de me conjecturam domi facio. h. e. Meopte experimento comperio. Sen. de Benef. lib. 8. Domi (quod ajunt) verſura fit, & velut luſorium nomen ſtatim tranſit.
Domui, dativus ſemper eſt 4tæ declinationis.
Domum, [οἴκονδε] Adv. authore Donato, apud Ter. Hec. 3. 2. 25 Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?
Abi domum. Ter. And. 5. 6. 14. Tu Dave abi domum.
Abducta domum ad me. Ter. Adel. 4. 4. 18. Idem Eun. 1. 2. 125. Et is hodie venturum ad me conſtituit domum. Sic, Ad ſe domum, Ibid. 3. 5. 28. Illa illico ubi me accepit, læta vero ad ſe abducit domum. Et, Ad nos domum, Ibid. 4. 3. 19.
Adducere domum. V. ADDUCO.
Capeſſere ſe domum. V. CAPESSO.
Compellere aliquem domum. Cic. in Piſon. 16. Me domo mea expuliſtis, Pompejum domum ſuam compuliſtis.
Concurrere domum. V. CONCURRO.
Convertere ſe domum. V. CONVERTO.
Deducere domum. Ter. Adel. 4. 5. 60. Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum? De nuptiis propie V. DEDUCO.
Deferri jubere aliquid ad ſe domum, i. e. Dumum ſuam. Cic. pro Cluent. 69. Seſtertia ſexcenta quadraginta millia deferri ad ſe domum juſſit.
Ire domum alicujus. Cic. 3. Off. 122. Cum prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur.
Ire domum ad aliquem. Cic. 2. Verr. 25. Domum ad illum ut venirent.
Recipere aliquem domum ſuam. Cic. pro Archia 5. Eum domum ſuam receperunt.
Reditio domum. Cæſ. 1. Bell. Gall. 5. Ut domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. V. modo DOMUITIO.
Vado domum. Ter. Eun. 2. 3. 71.
Viſam domum. Ter. Eun. 5. 9. 12.
Abire domo. Ter. Eun. 4. 3. 18. Aliquid domo abeuntem abstuliſſe.
Accerſita domo. [οἴκοθεν] Plaut. Stich. 5. 3. 3. Accerſita domo huc ſum. V. ACCERSO.
Cedere domo. V. CEDO.
Cœnare domo, pro Extra domum. Plaut. Stich. 1. 3. 38. h. e. A domo, vel alibi a domo.
Exire domo. Cic. pro Flacc. 14. Adjunxit illa, ut eos qui domo exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret.
Exulare domo. Ter. Eun. 3. 5. 62. Ubi mutem? perii: nam domo exulo.
Tenere ſe domi vel domo. Cic. Poſt red. in Senat. 16. Qui populum Rom. pro me tanquam pro fratre aut pro parente non ſolum hortatus ſit, verum etiam obſecrarit, quum ipſe propter metum dimicationis & ſanguinis domo ſe teneret. Pro in domo.
Domu, Domuum videtur Fabius velle dici pro Domo & Domorum, ubi agit de Analogia. V. quæ ſcribo in Append. ad Varr. Cap. 21. H. St.
Domu, ablativus. Plaut. Mil. 2. 1. 48. Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu. Trajan. lib. 10. ad Plin. Epiſt. 292. Et apud Grut. DLXVI. 9.
Domuum. genit. plural. Plin. 8. 57. Quo in genere multi & hos incolas domuum poſuere mures. V. paulo ante Domu.
Domus, accuſat. plur. Liv. lib. 5. Decad. 5. Ludis relictis, domus magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuntium portabant. Q. Claudius lib. 1. Annal. referente Gellio, lib. 17. cap. 2. Domus, inquit, ſuas quenque ire jubet, & ſua omnia fruiſci.
Do pro Domum, Ennius dixit per hanc figuram, (Apocopen) Namque ſuam do. Sic habet Probus. At Diomedes Endo ſuam. Sic Volup, pro Volupe, & Veſpernum pro Veſpertinum. Eſt Deſpauter. 609. Sic & Famul. H. St. V. DO & ENDO.

DOMESTICUS, Adj. [ἐνέστιος, ἐφέστιος, ἔνοικος, οἰκεῖος, συνέστιος, ὁμορόφιος] Quicquid ad domum pertinet. Plin. Mite animal, atque domeſticum.
Externum & Domeſticum, contraria. Cic. 2. Off. 26. Externa libentius in tali re quam domeſtica recordor.
Amor domeſticus. Cic. 1. Att. 14.
Conſilium. Cic. 16. Att. 12.
Crimen domeſticum & vernaculum. Cic. 5. Verr. 141. i. e. Romæ non in provincia patratum.
Crudelitas. Cic. pro Roſc. Amer. 154.
Cupiditates domeſticæ. Cic. 6. Fam. 6.
Difficultas. Cic. 1. Catil. 14.
Diſciplina. Cic. 1. Acad. 9.
Diſſenſio. Cic. 8. Fam. 14.
Epiſtolæ. Cic. ad Brut. i. e. Domo miſſæ & de rebus domeſticis ſcriptæ.
Exempla. Cic. 2. de Nat. Deor. 7.
Facta domeſtica. Hor. de Arte Poet. 287.
Inhumanitas. Cic. pro Deiot. 32.
Inſidiæ domeſticæ. Cic. 5. Fam. 2. Ut ego Urbem a domeſticis inſidiis & ab inteſtino ſcelere, tu Italiam & ab armatis hoſtibus & ab occulta conjuratione defenderes.
Lenocinium. Cic. Poſt red. in Senat. 10. Et 5. Verr. 6.

Luctus domeſticus. Ovid. 13. Met. 578. & Cic. in Vatin. 31.
Malum Occultum, inteſtinum, ac domeſticum. Cic. 3. Verr. 39.
Parietes. Cic. pro Deiot. 5.
Præconium. Cic. 2. de Orat. 86.
Senſus domeſticus nativusque. Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipſo hujus gentis ac terræ domeſtico nativoque ſenſu Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, &c. omnes gentes nationesque ſuperavimus.
Teſtimonium. Auth. ad Herenn. lib. 4. 2.
Tricæ. Cic. 10. Att. 7.
Uſus & conſuetudo. Cic. pro Roſc. Amer. 15.
Domeſtici, Qui ex eadem domo ſunt; & nobiscum habitant.
Domeſtici & Alienigenæ, contraria. Cic. pro Font. 22.
Convictor, denſoque domeſticus uſu. Ovid. 4. de Pont. 3. 15.
Domeſtica, quæ ad nos proprio & privato nomine pertinent. Cic. 5. Fam. 13. Ergo & domeſtica feremus, ut cenſes: & publica paulo etiam fortius quam tu ipſe qui præcipis.
Judicia domeſtica, Privata ſunt & revera præſumptiones.
Veſtis domeſtica apud Romanos erat vilior: contra quæ ſumptuoſior Forenſis. Cic. 2. de Fin. 77. Aut, ut veſtitum, ſic ſententiam habeam aliam domeſticam, aliam forenſem. Ammian. 31. 2. Nec eſt alia illis domeſtica veſtis alia forenſis. conf. Suet. Vitell. cap. 8. Sen. de Tranquil. cap. 1. V. FORENSIS.
Tabellarii domeſtioi. Cic. 2. Fam. 6. Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios. i. e. Privatim, & meo nomine. Hic enim refert ad publicos nuntios, qui erant (ut ita dicam) ordinarii.
Domeſtica furta vocantur, Quæ ſervi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii his apud quos degunt, ſubripiunt. l. reſpiciendum. D. de pœn.
Domeſtici oculi eleganter & nove apud Valer. Max. 1. 6. 1. Servio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotaverunt.
Domeſtici, Abſol. Græcis quoque δομέστικοι, in Cod. Theod. lib. 1. tit. 13. & paſſim in hiſtoria Auguſta, milites dicuntur, Qui circa principes ſunt eosque ſequuntur & a latere non temere recedunt. V. Jac. Gothofr. Diſq. Hiſt. ad l. Quisquis Cod. ad l. Jul. Majeſtatis c. 11. & Caſaub. ad Vopiſc. Numerian. c. 13. Ita θεράποντα antiquiores Græci vocabant οἰκῆα. V. Lyſ. Orat. c. Theomneſtum. Schott. & Anna ad Aurel. Vict. c. 39.
Domeſticorum ſchola, in l. 3. C. ubi Senator. & apud Nicephor. cap. 18. lib. 7. Domeſtici autem tam equites, quam pedites fuere, ut ex Caſiod. lib. 1. Variar. videre eſt. Suidas domeſticos interpretatur τοὺς ῥωμαίων ἵππεις, οἱ κατὰ ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Luitprand. lib. 3. de Reb. per Europam geſtis cap. 7. Focam vero Domeſticum Majorem, hoc eſt, terreſtris ducem exercitus fecit. Idem & Megadomeſticus, Magnus Seneſcallus & Major Domus. V. Gloſſarior. Scriptores Speelm. & Cang. & Hierolex. Macror. fratr.

DOMESTĬCE. Adv. Symmach. 10. 36. Libellus domeſtice confectus. Tertull. de Pall. cap. 4. Domeſtice & ſecrete.

DOMESTICĀTIM. Adv. [κατ' οἴκους] Per varias domos, ſive Per domeſticos. Suet. in Cæſ. cap. 26. Quorum ut quam maxima expectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat. In domibus, paulo poſt ibid.

DOMESTICĬTAS, ātis. f. Vet. Interp. Irenæi 3. 20.

DOMICOENIUM, ii. n. [οἰκόδειπνον] Cœna domeſtica, ſive quæ fit domi. Martial. lib. 5. 79.

Si triſti domicœnio laboras,
Torani, potes eſurire mecum. Idem lib. 12. 78.
— ſed ipſe divûm
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

DOMICILIUM, [οἰκητήριον, οἴκημα] Habitationem ſignificat longi temporis. Cic. 7. Verr. 30. Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit.
Ædes & Domicilium contraria. Cic. pro Domo ſua, 128. Conſecrantur ædes, non privatorum domicilia, Sed quæ Sacræ nominantur.
Domicilium plebis pro Carcere per euphemiſmum. V. Alex. ab Alex. 3. 5. [Immo potius per Sarcaſmum, & ludibrium, ut ex Virginii oratione apud Liv. 3. 57. apparet. Conf. Cic. l. 5. in Verr. 143.
Imperii & gloriæ domicilium. Cic. 1. de Orat. 105.
Domicilium illuſtre ac nobile. V. ILLUSTRIS.
Domicilium ſermonum, aures. Cic. in Piſon. 76. Quæ familiaritatis licentia ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus impulſu veſtro collocaverunt.
Superbiæ domicilium. Cic. 2. de Lege Agr. 69. Capuæ in domicilio ſuperbiæ atque in ſedibus luxuriæ collocati.
Gloriæ domicilium eleganter dixit. Cic. pro Corn. Balb. 13. Pompeji gloriæ domicilium communis imperii finibus terminatur.
Sedes ac domicilium collocare. Cic. 4. Verr. 6.
Comparare domicilium. V. COMPARO.
Animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram. Cic. de Senect. 77.
Habere domicilium. Cic. pro Arch. 7. & 9.

DOMICŬLA, æ. f. [οἰκίδιον] Parva domus apud Frontinum. V. infra DOMUNCULA.

DOMIDUCUS, Deus, ut ex Varrone ſcribit Auguſt. 6. de Civ. Dei. 9. quum domum ducenda erat quæ nubebat, colebatur: quamvis & Domiduca eadem cauſa Juno vocabatur. V. eund. Auguſtin. ibid. 12. 3. & Mart. Capell. 1. de Nupt. Philolog. & Mercur.

DOMIFĬCO, āre. ut Ædificare. Varro.

DOMINIUM. V. DOMINOR.

DOMIPORTA, æ. f. [φερέοικος] Cochleæ Epitheton. Cic. 2. de Divin. 133.

DOMISĒDA, æ. f. [οἰκουρὸς] Fabrett. Inſcript. p. 252. HIC SITA EST AMYMONE PVLCHERRIMA, LANIFICA, PIA, PVDICA, FRVGI, CASTA, DOMISEDA.

DOMUITIO, ōnis. f. [οἰκόδρομος] Dictio compoſita ex Domo & Itio; Reverſio ad domum. Apul. Mileſ. l. 3. p. 138. Elm. Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Cic. 1. de Divin. 68. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domuitionem dari. Sed ex MSS. Gruter. & Gronov. inſpectt. legendum disjunctim, Domum itionem, atque ita concordabit cum loco Cæſaris 1. Bell. Gall. 5. modo allato, Domum reditionis ſpe ſublata. At

DOMIREDITIO, onis. f. apud Hygin. Fab. 125. a principio. Sed ibi quoque Domum reditionis legit, adnotante & comprobante Scheffero, J. F. Gronov. Obſerv. ad Scriptt. Eccleſ. C. 14. p. 153. V. ibid. & Muncker. & And. Schotti Nod. Cic. 4. 10. Pleniſſime Voſſ. de Conſtr. C. 8. Conf. infra DOMUTIO.

DŎMO, ui, ĭtum, [δαμάζω, ἀποτρύχω, τείρω] āre. proprie eſt Vi atque armis imperio ſuo ſubjicere, A Græco δαμάζω, (δαμάω, δαμῶ. H. St.) ejusdem ſignificationis. Aliter Domo ſignificat Manſuefacio, & quaſi Domeſticum reddo. Per Metaphoram tamen accipimus pro Vincere & ſuperare. Plaut. Caſin. 2. 3. 34. Sed quid ais? jam domuiſti animum, potius ut quid vir velit fieri, &c. Plin. de Viris Illuſt. Prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatu Sardiniam.
Non debuit hic poni, ſed debuit ſequi DOMINUS. V. DOMINUS poſt DOMUS. H. St.
Conterere, compellere, domare nationes. Cic. de Provinc. Conſ. 33.
Animum rigentem domare. Sen. Hippol. 4.
Armis domare aliquem. Sil. lib. 17.
Carnem ferventibus undis. Ovid. 8. Met. 650.
Corda dura domare. Ovid. 4. Epiſt. 156.
Crimina domare. Claud. Epigr. Paſchal. 4.
Crines domare certo ordine. Stat. 1. Achill. 328.
Dolorem domare. Stat. 2. Sylv. 1. 15.
Equos domare. Cic. 1. Off. 14.
Fortunam domuit virtutibus. Claud. de laude Prob. & Olyb. 39.
Gentes domare armis. Claud. de laude Seren. 59. Cic. pro Marcell. 8.
Lumina domare ſomno. Stat. 2. Theb. 31.
Mentem domat reſpectus honeſti. Claud. 4. Conſ. Hon. 267.
Nationes domare, & frangere. Cic. de Provinc. Conſ. 32.
Cives, Hoſtes, Servitia &c. virtute victoriaque domare. Cic. pro Sext. 67. Non eſt paſſus ille vir, qui ſceleratiſſimos cives, qui acerrimos hoſtes, qui maximas nationes, qui reges, qui gentes feras atque inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam ſervitia virtute victoriaque domuiſſet, qui omnibus bellis terra marique compreſſis, &c.
Spemque metumque domare magno pectore. Stat. 2. Sylv. 2. 125.
Spiritum avidum domare. Hor. 2. Carm. 2. 9.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam ſi, &c.

Terram aratro, vel raſtris. Columel. lib. 6. cap. 22. Virg. 9. Æn. 608. i. e. Colere. V. Burm. ad Petron. cap. 99.
Terrore domandus. Claud. in Epithal. Pallad. 133.
Tigres domat obſequium. Ovid. 2. de Arte Am. 183.
Ante domandum, i. e. Antea quam domentur. Virg. 3. Georg. 206. de equis.
Interdum ad Conatum potius ſpectat quam Effectum. Liv. 3. 69. Domando aſperiorem facere multitudinem.
Domaverunt pro Domuerunt aliqui legunt. Flor. 3. 22. 6. Sed V. Brœckh. ad Tibull. 4. 1. 116.

DOMĀTUS, Partic. Petron. cap. 74. Curabo domata ſit Caſſandra. Uſitatius.

DOMĬTUS, [δεδμημένος] Partic.
Subacti & bello domiti. Cic. pro Font. 2.
Manu Herculea domitus. Hor. 2. Carm. 12. 6.
Amor domitus. Ovid. 3. Amor. 11. 5.
Belluæ domitæ & condocefactæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Boves domiti. Plaut. Perſ. 2. 3. 7. Nam herus meus ad me jam miſit domitos boves uti ſibi mercarer.
Dente premunt domito Cybeleia frena leones. Ovid. 10. Met. 704.
Gentes domitæ. Cic. de Provinc. Conſ. 5. Atque hanc Macedoniam domitis jam gentibus finitimis, Barbariaque compreſſa, pacatam ipſam per ſe & quietam.
Hoſtis domitus. Ovid. ad Liviam, 338.
Libidines habere domitas. Cic. 1. de Orat. 194. Sed authoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere cupiditates, &c.
Oculi, manus, & oratio. Plaut. Mil. 2. 6. 81. Hominem ſervom ſuos Domitos habere oportet oculos, & manus, Orationemque.
Orbis domitus. Virg. 2. Georg. 114.
Orion Sagitta domitus. Hor. 3. Carm. 4. 72.
Ora domita frenis ligare. Sen. Hippol. 10.
Orbis domitus cultoribus. Virg. 2. Georg. 114.

Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem. Ubi Servius,

Intuere etiam extremum orbem cum ſuis cultoribus domitum.
Parthi triumpho juſto domiti. Hor. 1. Carm. 12. 54.
Thebæ bello domitæ. Ovid. 2. Epiſt. 71.
Urbes domitæ. Virg 3. Georg. 30.

DOMĬTUS, ûs. m. [δμῆσις] Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

DOMĬTOR, ōris. m. [δμητὴρ] Qui domat.
Armorum domitor. Cic. pro Milon. 36.
Curarum domitor. Sen. Agamemn. 2.
Equorum domitor. Cic. 2. Off. 90. Virg. 7. Æn. 189. 651. 691.
Ferarum domitor. Sen. OEth. 17.
Freti domitor Tiphys. Sen. Medea, 1.
Gentium domitor. Sen. Octav. 8.
Malorum domitor. Sen. Herc. fur. 12.
Maris. Virg. 5. Æn. 79.
Mundi domitor. Lucan. lib. 7. 250.
Orbis domitor, Sen. Herc. fur. 9.
Poteſtatis infinitæ domitor. Plin. Paneg.
Rheni domitor. Martial. lib. 9. 7. 1.
Serpentium domitor. Plin. lib. 25. cap. 2.

DOMĬTRIX, īcis. f. [δμήτειρα] Plin. lib. 26. cap. 16. Sen. Troad. 819. Equorum domitrix Epidaurus. Virg. 3. Georg. 44.

DOMĀTOR, oris. [δαμαστής] Idem quod Domitor. Tibull. lib. 4. 1. 116.

Te duce, non alias converſus terga domator.

DOMATIO, [δάμασις] Actus ipſe domandi & DOMITIO. Hoc apud Aſcon. illud apud Plin. occurrere dicitur. [ubi?

DOMĀBĬLIS, e. [δαμαστὸς] Qui domari poteſt. Hor. 4. Carm. 14. 41.

Te Cantaber non ante domabilis
Miratur. Ovid. 9. Met. 253.

DOMITU-

DOMITURUS, Partic. [δαμασόμενον] Virg. 4. Georg. 102.
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem. Claud. in Gigant. 14.
O pubes domitura deos.

DOMĬTO, [δαμάζω] āre, frequent. ut, Boves domitare. Virg. 1. Georg. 285.
Domitant in pulvere currus. Virg. 7. Æn. 163.
Elephantos in Africa domitant. Curt. 8. 9. 17.
Furores domitare. Sil. lib. 7.
Populos domitare. Sil. lib. 3. 101.

DOMITATIO, onis. f. in Gloff.

DOMITŪRA, æ. [δμῆσις] Plin. lib. 8. cap. 45. Domitura boum in trimatu, poftea fera, ante præmatura. Columel. lib. 6. cap. 2. Curandum ne in domitura, bos calce, aut cornu quenquam contingat.

DOMEFIO, ĕri. pro Domari. Hinc,

DOMEFACTUS, a, um. Petron. cap. 99. Terra aratro domefacta nitet.

DOMĬNUS, i. [κύριος, δεσπότης, κοίρανος, αὐθέντης] Dicitur quafi Qui domi præeft, & domi imperat. Et dicitur is proprie qui domui præeft, & qui domus imperium habet, cuique omnis familia paret. Dominus dicitur cui fervitur. Nonius. Ter. Eun. 3. 2. 33. Apparet fervum hunc domini effe pauperis.
Dominus Jupiter. Ovid. — & domino folvere vota Jovi.
Dominus, Cui fervitur, & cui populi fubfunt. Martial. in Spectac. 2.
Deliciæ populi, quæ fuerant domini: A qua tamen appellatione boni principes fedulo abftinuerunt. V. Sueton. Aug. cap. 53. Tertull. Apolog. 54. Tacit. 2. Ann. 87. 3. Lampr. Sev. cap. 4. Primus ex Romanis Impp. Caligula ufurpavit hoc nominis, ut Aurel. Victor obfervat de Cæf. cap. 3. Eufebius Domitiano tribuit, V. Suet. in vit. C. 13. Barth. ad Claud. p. 472. Rhod. ad Scribon. Larg. p. 12. fq. & Spanheim. de Ufu Numifm. diff. 12. p. 482. fqq.
Dominus ac rex aratorum. Cic. 5. Verr. 71. Accipite nunc quid imperarit, & diffimulate vos, fi poteftis, vos intelligere ipfum Prætorem, quod tota Sicilia perfpexerit, redemptorem decumarum, atque adeo aratorum dominum ac regem fuiffe.
Aftrorum dominus Sol. Sen. Troad. 5.
Canum domini. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Canum vero tam fida cuftodia, tamque amans dominorum adulatio.
Comitiorum dominus. Cic. 2. Verr. Interea comitia noftra, quorum ifte fe, ut cæterorum hoc anno comitiorum, dominum effe arbitrabatur, haberi cœpta funt.
Senatus, dominus publici confilij. Cic. 3. de Legib. 28.
Dominus epuli. Cic. in Vatin. 31. Quum ipfe epuli dominus Q. Appius ablatus effet, &c.
Regni dominus. Sen. Hippol. 5.
Regni triftis dominus. i. e. Pluto. Sen. Medea, 1.
Rerum domini. Virg. 1. Æn. 282.
Stygis dominus, Pluto. Sen. OEth. 4.
Juftitia fummi rectoris ac domini numen. Cic. 4. de Fin. 11.
In difcordia dominorum, domus beata effe non poteft. Cic. 1. de Fin. 58.
Ancilla & dominus relativa. Cic. 2. de Orat. 276. Ut illud Nafica, qui quum ad Poetam Ennium veniffet, eique ab oftio quærenti Ennium, ancilla dixiffet, Domi non effe, Nafica fenfit illam domini juffu dixiffe, & illum intus effe.
Dominus & imperans. Cic. de Univerf. 19. Deus autem & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.
Dominus & moderator. Cic. 2. de Legib. 15. Sit igitur hoc jam a principio perfuafum civibus, dominos effe omnium rerum ac moderatores deos.
Victor & dominus. Cic. 6. Philipp. 12. Sed quis unquam tantis opibus, tantis rebus geftis fuit, qui fe Pop. Rom. victoris dominique omnium gentium tutorem dicere auderet?
Dominus in fuos. Cic. pro Rofc. Amer. 78. Ne tandiu quidem dominus erit in fuos, dum ex iis de patris morte queratur.
Dominus fimpliciter appellatur in Jure civili is, Qui quoquo tempore ufu cœpit. l. fi finita. §. Julian. D. de damn. infect.
Domini quoque appellatio ad eos extenditur, Qui rei alicujus proprietatem habent, etiamfi ufusfructus alienus fit. Abufive tamen & Filiusfamil. & cæteri liberi, qui in poteftate funt, & ufufructuarii domini dicuntur. Hæc ex Ulpiano. Cic. pro Rofc. Amer. Ampliffimæ pecuniæ dominus. Virg. 3. Ecl. 16.
Quid domini facient audent cum talia fures? Apul. 9. Met. p. 233. Ed. Elmenh. Quidam pauper, modicæ cafulæ dominus.
Sunt etiam amantium verba Dominus & Domina, blanditiis apta. Ovid. 8. Epift. 8.
Hæc tibi fub domino eft Pyrrhe puella fuo. Et iterum,
Nam furor in dominam temeraria brachia movit. Sunt & conjugatorum inter fe. Ovid. 3. Trift. 3. 23.
Nuntiet huc aliquis dominam veniffe refurgam. Tibull. 1. 2. 7. Janua difficilis domini. i. e. Mariti, ut Scaliger exponit. Ita Suidas in illa voce præconis mulierem Athenis in jus vocantis Afpafia & Dominus ejus citatur; Dominum, Maritum explicat. V. Petron. cap. 67. p. 336. Ovid. 3. Amor. 7. 11. Alia exempla notat Marcil. ad Hor. 2. Carm. 12. V. Barth. ad Calpurn. p. 344. & ad Stat. Silv. p. 47. Rittersh. ad Salvian. p. 266. feqq. Adde & Nonium 4. 25. Dominum Æneam in regna recepit. Virg. 4. Æn. 214.
Dominus, Qui in poteftate habet. Cic. 3. Tufc. 11. Qui ita fit affectus, eum dominum effe rerum fuarum vetant XII tabulæ. i. e. Rerum adminiftrationem habere.
Res Venereæ tanquam dominus agreftis & furiofus. Cic. de Senect. 47. Bene Sophocles quum ex eo quidam jam confecto ætate quæreret utereturne rebus Venereis, Dii meliora, inquit: libenter vero iftinc tanquam a domino agrefti & furiofo profugi.
Acres domini. Lucret. lib. 5. 88. V. ACER.
Bonus, affiduufque dominus. Cic. de Senect. 56. Semper enim boni affiduique domini referta cella vinaria.
Brevis dominus. i. e. Qui non diu rerum potitur. Hor. 2. Carm. 14. 24.
Immites domini. Sen. Herc. fur. 7.
Juftus dominus alicujus rei. V. JUSTUS.
Potens dominus. Virg. 6. Æn. 621.
Superbi domini. Virg. 12. Æn. 236.
Ignorare dominum noftrum. Cic. 4. Acad. 126. Ita cogimur diffenfione fapientum dominum noftrum ignorare.
Imponere dominum alicui. Cic. 13. Philipp. 17. Etiamne in noftros liberos dominum & tyrannum imponebat?
Sui quemque juris & retinendi & dimittendi effe dominum. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Velle effe dominum in alicujus bonis. Cic. pro Domo fua, 107. Una jufta illa rogatione fua vir bonus dominum fe in meis bonis effe voluiffet.
Dominus, Qui gladiatores feu munus gladiatorium emerendi favoris caufa dabat populo. Cic. 2. Att. 19. Populi fenfus maxime in theatro & fpectaculis perfpectus eft, nam gladiatoribus qua dominus, qua advocati fibilis confciffi.
Domini factionum, qui in factionibus aurigariis equorum vel, ut aliis placet, agitatorum greges fubminiftrabant. Sueton. Ner. cap. 22. V. Torrent. & Beroald. ad loc.
Deum κατ' ἐξοχὴν appellari dominum. S. Litt. propria ratio eft. Sed & Ethnicorum Dii appellantur Domini. Ovid. Hor. 4. 12.
— in dominos jus habet ille deos. conf. Apul. Met. p. 192. Gruter. DVI. 1. DOMINO AESCVLAPIO.

DOMINA, æ. [δέσποινα, κυρία] ut Cupiditas honoris, dura domina. Cic. in Parad. 5. Dominæ rerum omnium virtutes. Virg. 3. Æn. 113.
Et vincti currum dominæ fubiere leones. h. e. Cybeles.
Herilis domina. Claud. 5. Paneg.
Una quædam virtus omnium domina & regina virtutum. Cic. 2. Off. 28.
Inprimis Deæ dictæ funt Dominæ, ut Venus, Petron. cap. 85. Juno, Virg. 3. Æn. 438. Ifis, Gruter. LXXXIIII. 2. Deinde iifdem notionibus ac Dominus, gaudere folet. Nam uxores fuas etiam plebeii Dominas vocabant. V. paulo ante in DOMINUS, Heinf. ad Petron. cap. 66. p. 330. Spanheim. de Ufu & Præft. Num. diff. 12. p. 487. Inprimis Heræ, Matronæ, Filiæquefam. hoc nomine augebantur, & poft annum 14. ætatis Dominarum nomen puellis Romanis datum. Tiraq. notat ad Leg. 5. Connub. cap. 11. 12. Paul. Cyp. 2. de jure Connub. 2. 8. Epict. Enchir. cap. 55. Notetur Dominis pro Dominabus apud Curt. 3. 12. 8.

DOMINĬCUS, Adj. [κυριακός] Ad dominum pertinens. Sen. Epift. 47. Adjice obfonatores, quibus dominici palati fubtilior notitia eft. Petron. cap. 31. Vinum dominicum: & cap. 28. Quifquis fervus fine dominico juffu foras exierit.
Dominica fides. Paul. in l. cum de lanionis. §. dum de villico. D. de inftruct. vel inftrum. leg.
Dominicæ habitationes. Columel. lib. 9. cap. 1. Et Rationes Dominicas pecuarias conficere. Varro 2. de R. R. cap. 10.
Pecunia dominica. Ulpian. in l. fervus. D. de fidejufforibus, Si vero extra caufam peculii fidejufferit: quod ex pecunia dominica folverit, æque vindicabitur: quod ex peculio, condici poterit.
Dominicæ res appellantur Res Cæfarum, tit. Ne rei dominic. vel templ. C. Et fic Dominici coloni, in l. 7. C. ubi cauf. fifcal. Imperatores enim Domini appellabantur, l. 3. D. de his quæ in teftam. delent. V. DOMINUS.
Sacro ufu, quod ad Deum, Dominum emphatice dictum pertinet. Sic Dominicus dies, Dominica cœna. Hinc
Dominicum, fubft. pro Cœna dominica, feu Comunione euchariftiæ. Cyprianus in tractatu de Eleemofyna, Locuples & dives dominicum celebrare te credis, quæ corbanam omnino non refpicis, quæ in dominicum fine facrificio venis, quæ partem de facrificio, quod pauper obtulit, fumis. Ex Erafmo in Cyprian. Item Templa Chriftianorum. D. Hilar. ad Conftantin. extr. lib. Verentes igitur illi populi judicium e Dominico ad palatium tranfeunt. V. Gloff. Speelm. Du Frefne & Hirolex. Macri.

DOMINĬCALIS, Idem. ut, Dominicales Curiæ. JCt. in Dig.

DOMĬNŬLUS, dimin. apud Scævolam juxta Noricum textum, in l. uxorem. §. teftamento. 5. de leg. 3. D.

DOMĬNŬLA, æ. f. Salvian. l. 4. p. 309.

DOMĬNOR, [κυριεύω, δεσπόζω, αὐθεντέω, δυναστεύω, κρατέω, ἐπικρατέω] āri. Imperium gerere, & præeffe.
Florere & dominari. Cic. 1. de Orat. 30. Hæc una res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus præcipue femper floruit, femperque dominata eft.
Dominari & rerum potiri. Cic. 4. Acad. 126. Cleanthes qui quafi majorum eft gentium Stoicus, Zenonis auditor, folem dominari & rerum potiri putat.
Dominari alicui regioni. Cic. pro Rabir. Pofth. 126. Dominatus eft enim (inquit) Alexandriæ, imo vero in fuperbiffimo dominatu fuit.
Victis dominabitur Argis. Virg. 1. Æn. 288.
Dominari in aliquem. Ovid. 1. Met. 77.
Sanctius his animal, mentifque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poffet. Cic. de Senect. 37. Si ufque ad extremum fpiritum dominatur in fuos.
Dominari in re aliqua. Cic. 4. Fam. 12. Cafus & natura in nobis dominatur. Virg. 2. Æn. 32.
— incenfa Danai dominantur in urbe. Cic. pro Quint. 94. Non ufque eo tamen ut in capite fortunisque hominum honeftiffimorum dominentur hi, qui, &c.
In affectibus dominari. Quintil. lib. 2. cap. 5. Potentia dominatur in civitate. Cic. pro Cæcin. 71. Denique nimia ifta quæ dominatur in civitate potentia, in hoc folo genere quiefcit. Ufus dicendi in omni pacata & libera civitate dominatur. Cic. 2. de Orat.

Orat. 33. Consilium dominatur in corpore. Lucret. lib. 3. 193. Fortuna in Repub. dominatur. Cic. 1. Q. frat. 13. Neque enim ejusmodi partes Reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit & diligentia.
Dominari inter aliquos. Cæs. 2. Bell. Gall. 31. Ovid. 3. Amor. 6. 63.
Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas.
Deus dominatur tota mente. Sen. Hippol. 2. Deum dicit amorem.
Dominor, aliquando passive capitur. Cic. 1. Off. 139. O domus antiqua, heu quam dispari dominare domino. Et Nigid. apud Priscian. l. 8. p. 791. Ea natura est ut curari & dominari possit.

DOMĬNANS, Partic. [κυριεύων] Cic. 2. de Fin. 117. Maximas vero virtutes jacere omnes necesse est voluptate dominante.
Fame dominante. Cic. pro Cluent. 67. Ut etiam bestiæ fame dominante plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur.
Libidine dominante non est temperantiæ locus. Cic. de Senect. 40.
Nullo dominante ruunt equi, i. e. Nullo regente eos. Sen. Hippol. 10.
Dominans ille in nobis deus. Cic. 1. Tusc. 74. Vetat enim dominans ille in nobis deus injussu hinc nos suo demigrare.
Nomina dominantia. Hor. in Arte Poet. 234.

DOMINANTIOR, compar. [κυριεύων μᾶλλον] Lucret. lib. 3. 397.
Et magis est animus vitai claustra coercens,
Et dominantior ad vitam, quam vis animai.

DOMINĀTUS, a, um. Partic. Imperium habens. Virg. 2. Æn. 363.
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

DOMINĀTUS, ûs. [κυριεία] Principatus. Cic. 4. de Fin. 58. Idem 4. Tusc. Dominatu regio Repub. liberata.
Dominatus & principatus. Cic. 11. Philipp. 36. Cassio vero sententia mea dominatum & principatum dicari. Cæterum Dominatus & Principatus differunt. Illud est Imperium despoticum: hoc cum libertate conjunctum. Plin. Paneg. 45. Scis ut sicut diversæ naturæ dominatio & principatus ita non aliis esse Principem gratiorem quam qui maxime Dominum graventur. Huc pertinet dictum Tiberii; Dominum se Servorum, Imperatorem militum esse, cæterorum Principem. Ita, Dominatus & Servile imperium synonyma sunt Donato ad Ter. And. 1. 1. 9. [Nempe pro Dominatu Servitutem posuisse Terentium adnotat. Mallem diceret, Servitutem justam & clementem, pro Servitute sub justo & clementi domino.
Potestas & dominatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 29. Itaque necesse est illud in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum.
Cupiditatis dominatus. Cic. in Parad. 5. Quid cum cupiditatis dominatus excessit, & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum timor?
Copiæ, opes, majestas, dominatus. Cic. 5. Tusc.
Impotens dominatus. V. IMPOTENS.
Superbissimus dominatus. Cic. pro Rabir. Posth. 39.
Dominatu, in dativo dici Gellius ex Cæsare author est: Sic enim ait, C. etiam Cæsar, gravis author linguæ Latinæ in Anticatone: Unius, inquit, arrogantiæ, superbiæque, dominatuque. Hæc ille lib. 4. cap. 16.
Habere dominatum. Cic. in Parad. 5. Judex vero quantum habet dominatum!
Locari in dominatum. V. LOCUS.
Occupare dominatum. Cic. 5. Tusc. 57. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, quum v. & XX. natus annos dominatum occupavisset.
Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 152.
Novo dominatu pulsum esse. Cic. pro Domo sua, 68.
Crudeli dominatu ab aliquo teneri urbs dicitur. Cic. 1. de Divin. 53. Quæ erat urbs in Thessalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

DOMĬNĀTOR, oris. m. [κυριεύτης] ut, Dominator rerum deus. Cic. 2. de Nat. Deor. Plin. lib. 36. cap. 15.
Freti sævus dominator, Neptunus. Sen. Hippol. 1159.
Potens dominator. Sen. Herc. fur. 13.

DOMĬNĀTRIX, īcis. f. [κυριεύτρια] Cic. 1. de Invent. 2. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.
Dominatrix Creta freti. Sen. Hippol. 85.

DOMINATIO, ōnis. f. [κυριότης] Cic. 5. Verr. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit?
Contactus dominationis. Tacit. Vit. Agric. 30. Oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus.
Cupidines dominationis. Tacit. 16. Ann. 26. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c.
Diuturnitas victoriæ & dominationis. Cic. 8. Att. 21.
Flagitia dominationis. Tacit. 14. Ann. 11. Cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit.
Spes dominationis. Tacit. 4. Ann. 7. Et consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur.
Aliena dominatio. Tacit. Vit. Agric. 32.
Crudelis, superba, ignominiosa, flagitiosa dominatio. Cic. 3. Philipp. 34. Nemo est tam stultus, qui non intelligat, si dormierimus hoc tempore, non modo crudelem, superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam esse ferendam.
Firma & moderata dominatio. Cic. 2. de Invent. 163.
Impotentissima dominatio. Liv. lib. 4. Decad. 4. Si audire juvat vera dominationis impotentissimæ crimina.
Nefanda dominatio. Vellej. 2. 60. 4.
Nimia atque aspera dominatio. Pompon. in l. 2. §. & quum placuisset. D. de Orig. juris.
Adipisci dominationes. Tacit. 6. Ann. 45. Dum adipisceremur dominationes multa charitate.
Captare dominationem. Tacit. 4. Ann. 1. Quo facinore dominationem captaverit, expediam.
Comparare sibi novam dominationem. Cic. 1. de Lege Agr. 19.
Comprobare dominationem. Liv. lib. 4. Decad. 4. Et ipsum velut comprobata dominatione firmiorem futurum, &c.
Concupivit sibi dominationem. Tacit. 4. Hist. 73.
Fastiditus dominationibus. Tacit. 13. Ann. 1. Segnis & dominationibus aliis fastiditus.
Habere dominationem in aliquem. Author ad Heren. lib. 4. Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.
Quærere dominationem. Cic. 8. Att. 11.
Dominationem dici observavi, quum filiusfamiliâs jus patriæ potestatis exit, suique dominii & juris, paterquefamiliâs efficitur. Id quia rarum est, idoneum censui quod hic insererem. Festus, Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates: filiofamiliæ dominationem. Ex Turnebo.

DOMINIUM, [δεσποτεία] Imperium & principatus. Varro 2. de R. R. cap. 6. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus, dominium mutant. Suet. in Tiber. cap. 59. ubi tamen ex MSS. Impatientibus remediorum, pro, Romæ dominii in Codd. corr.
Dominium, Jurisconsultis jus est de re corporali perfecte (quod salva legum prohibitione fiat) disponendi. Alciatus in l. traditionibus. C. de pactis. Dividitur autem dominium in directum & utile, l. j. §. fin. si ager vectig. Item in proprietatem & usumfructum, l. qui usumfruct. D. de verb. oblig. Sed & alias in jure inveniri dominii species indicat Alciat. in Parerg. quem vide.
Dominium a Possessione differt. Dominium jus illud significat, quo rem facimus nostram, nobisque propriam: Possessio, in detentione & occupatione rei spectatur. Illud in jure, quod habemus de ipsa libere disponendi, positum est: hæc in usu rei, & detentione magis versatur: ipsa quidem dominio prior & antiquior, si rerum originem aspicias, sed juris ordine, authoritateque posterior. Ex Connano, lib. 3. cap. 3.
Dominia, Convivia hilariora sic dicta a Domino convivii exhibitore. V. Varr. & alios apud Gell. 2. 24. & Nonium 4. 125.

DOMNUS & DOMNA, per sync. in Commodiani Instruct. 59. 1.

DOMNŬLUS & DOMNULA, dimin. V. Sidon. Epist. 15. 38. & Salvian. Epist. 4.

DOMNÆDIUS, i. m. pro Dominædius, i. e. Dominus ædis. Gloss. Lat. Gr. Domnædius. Cœnacularius, ὑπερῷαρχος. Hanc vocem autori Rhetoricæ ad Heren. restituit Salmas. de jure Attico p. 73. Paulinus Nolanus Epist. 1. &c. S. Felicem sæpe vocat Domnædium.

DŎMUNCŬLA, æ. f. Parva domus. Symmach. 5. 66. Apul. 4. Milesf. p. 146. Vitruv. 8. 10. Ulp. Dig. l. 47. t. 12. l. 3. §. 11.

DOMUSCULA, Idem. Apul. 4. Milesf. p. 154. Mecum primis ab annis nutritus & adultus individuo contubernio domusculæ, imo vero cubiculi torique sanctæ caritatis affectione mutuo mihi pignoratus.

DOMUTIO, ōnis. f. Idem ac Domuitio, apud Nonium 2. 209. ex Pacuv. & Lucil.

## D O N

DONABILIS, e. Plaut. Rud. 3. 1. 40. Infortunio hominem prædicas donabilem. Ambros. Serm. 59. Tertull. de Pudic. cap. 22.

DONACESA, [Δονάκησα] Phtiotidis mons, cujus meminit Plinius l. 4. cap. 8.

DONARIA, DONATIVUM. V. DONUM.

DONATUS, Cognomen virile Romanum. Notus Ælius Donatus V. C. Grammaticus doctissimus, qui fuit divi Hieronymi præceptor, orator Romanus, cujus extant in Terent. Commentaria.
Alius ab hoc, & junior eo Ti. Claudius Donatus, cujus commentarii in Virgil. leguntur, & alia.
De Donato Episc. Carthag. & denominatis ab eo Donatistis V. Scriptores Hist. Eccles. & Patres.

DONAX, [δόναξ] Calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & non nisi in aquaticis natus, sagittariis aptissimus, longissima habet internodia; & dum calefactus est, facile flectitur. Ex Plinio lib. 16. cap. 36.
Est item Donax, Piscis genus, cujus meminit Plin. lib. 32. cap. ult.

DONĔC, Adv. [ἕως, ἔστε, ἄχρις, ἄχρι] i. e. Quoad, vel Quousque. Cic. 5. Fam. 12. Ad properationem meam quiddam interest non te expectare donec ad locum venias. Plaut. Amph. 2. 1. 50. Neque ita di me ament, credebam primo mihimet Sosiæ, donec Sosia ille egomet fecit sibi uti crederem.
Usque donec. Plaut. Mil. 2. 2. 114. Ter. Adel. 4. 6. 6. Certum obsidere est usque, donec redierit.
Usque adeo donec. Plaut. Cistel. 2. 3. 40. Ter. And. 4. 1. 37. Nunquam destitit orare usque adeo, donec perpulit.
Donec effecero, sive perfecero. Ter. Phorm. 4. 1. 24. Virg. 1. Æn. 274.
— donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem
Donec perventum est ad hæc tempora. Liv. Virg. 6. Ecl. 85.
Cogere donec oves stabulis, numerumque referre Jussit.
Donec, pro Quandiu. Ovid. Donec eram sospes. Idem 1. Trist. 8. 5.
Donec eris felix, multos numerabis amicos. Liv. 4. 60.
Nemo, donec quicquam virium superesset, corpori aut sanguini suo parceret.

DONICUM, [ἕως] Idem significat quod Donec, Quandiu, vel Quoad. Plaut. Capt. 2. 2. 89. Ego me amitti, donicum ille huc redierit. Idem Trucul. 2. 7. 57. Cato cap. 149. Donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori sunto. Corn. Nep. 22. 1. 4. Donicum aut certe vicissent, aut victi manum dedissent. V. Sosip. Charis. 2. p. 178. & Gifan. Ind. Lucret.

DONO, as. V. DONUM.

DONUM, i. [δῶρον, δωρεά] Plin. lib. 35. cap. 10. Græci enim (ait) antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora munera, quia manu darentur. Ter. Eun. 5. 9. 27. Quodvis donum & præmium a me optato, id optatum feres. Ubi Donatus, Donum, præmium est: & munus præmium: sed donum, præmium diis datur: munus, præmium hominibus. Nam separatim, donum deorum est, præmium virorum est fortium, munus hominum. & donum munusque tam ante factum quam post factum datur: præmium, non nisi post factum est. Donum, voluntarium: præmium debetur. Alii ergo ἀσυνδέτως pronuntiant: primo donum: & sic præmium, quasi unam partem orationis.
Donum est divinum rationis & consilii. Cic. 3. de Nat. Deor. 75.
Musarum dona. Hor. 2. Epist. 1. 243.
Donum atque munus. Cic. pro Arch. 18. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: quod quasi deorum aliquo dono atque munere

munere commendati nobis eſſe videantur. Idem pro Cluent. 66. Tantum donis datis muneribusque perfecerat, ut, &c.
Agreſte donum. Sil. lib. 13.
Ampliſſima imperatorum dona. V. AMPLUS.
Breve donum exigui temporis. Sen. Hippol. 6.
Cerealia dona, i. e. Panis. Sil. lib. 7. 183.
Ditia dona. Stat. 10. Theb. 338.
Dulcia dona. Claud. 82. 1.
Exitiale donum. Virg. 2. Æn. 31.
Feralia dona. Ovid. 9. Met. 213.
Grandia dona. Ovid. 3. Epiſt. 30.
Gravia dona auro. Virg. 3. Æn. 464.
Jugalia dona. Ovid. 3. Met. 309. — doniſque jugalibus arſit.
Lenæa dona, Vinum. Stat. 4. Sylv. 6.
Leviora dona. Ovid. 13. Met. 702.
Militaria. Suet. Aug. cap. 25. Tacit. 2. Ann. 9. 4. Cic. pro Muren.
Nuptialia dona. Cic. pro Cluent. 28. V. NUBO.
Prælarga dona. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 73.
Pretioſa dona. Sen. Med. 10.
Prodiga dona. Stat. 2. Sylv. 1. 157.
Regale donum interverſum. V. INTERVERTO.
Regia dona. Virg. 1. Æn. 696.
Ruſtica dona. Ovid. 2. de Arte Am. 264.
Suſpecta dona. Virg. 2. Æn. 36.
Triſtia dona. Virg. 3. Æn. 301.
Uberiora dona. Ovid. 17. Epiſt. 222.
Venerabile donum. Virg. 6. Æn. 409.
Vile donum. Claud. de Laud. Seren. 29. 3.
Votiva dona. Sen. Hippol. 2.
Abnuere dona. Sen. Thyeſt. 6.
Abſtinere dono & pactione. V. ABSTINEO.
Accedent tibi a me dona. V. ACCEDO.
Accumulare donis aliquem. Virg. 6. Æn. V. ACCUMULO.
Addere dono. V. ADDO.
Adolere altaria donis. Lucret. lib. 4. 1231.
Afferre Reip. donum. Cic. 1. Philipp. 32. Non intermittebas quaſi donum aliquod quotidie afferre Reip.
Celebrari honore & donis. Virg. 8. Æn. 268. Proprium eſt deorum.
Colere templa donis votivis. Sen. Hippol. 2.
Conferre dona. V. CONFERO.
Congeſta dona undique. Sil. lib. 13.
Corrumpentia ſenſus dona. Claud. de Tert. Conſ. Hon. 188.
Deamata dona. V. DEAMO.
Dare dona & munera. Cic. pro Cluent. 66. Tantum donis datis muneribusque perfecerat, ut, &c.
Dare dono & Dona. Ter. Eun. 4. 6. 10. Hanc tibi dono do. Ibid. 1. 2. 55. Nam ſolus dona dat?
Empta pax donis. Lucan. lib. 10.
Exigere dona. Stat. 10. Theb. 338.
Expectata dona laborum. Valer. 7. Argon. 417.
Infecta dona facere. V. INFECTUS.
Illitum veneno donum. V. ILLINO.
Ornari donis honeſtis. Hor. 2. Epiſt. 2. 32.
Peragere dona, Donare quod promiſeras. Virg. 5. Æn. 362.
Poſt ubi confecti curſus, & dona peregit. V. PERAGO.
Rependere dona alicui. Stat. 9. Theb. 659.
Sacrata dona templorum. Valer. 7. Argon. 48.
Superare aliquem ſupplicibus donis. Virg. 3. Æn. 439.
Junoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus ſupera donis.
Tribuere dona alicui. Ovid. 9. Met. 403.
Donum honorarium, i. e. Quod datur patrono: ab Honore dictum, quod hujusmodi muneribus clientes patronos ſuos ſoleant honorare. Neque enim ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia ſuſcipiebant, quod illo tempore ignominioſiſſimum putabatur. Grati tamen clientis erat, acceptum a patrono beneficium munuſculo aliquo remetiri, quod illi donum honorarium vocabant. Budæus. V. HONORARIUM.
Donum & Munus, ait Ulpianus, ſic differunt, ut genus & ſpecies. Nam genus eſſe donum Labeo, a donando dictum: munus ſpeciem. Nam munus eſſe donum cum cauſa, ut puta, natalitium, nuptialitium, l. 194. D. de verb. oblig.

**DONO**, [δωρέομαι, χαρίζομαι] āre. Munus dare. Plaut. Aulul.
Ab eo donatur auro, uxore, & filio.
Inſeri quidem & donari ab arte non poſſunt omnia; ſunt enim illa dona naturæ. Cic. 1. de Orat. 114.
Dono tibi hanc rem. Cæſ. 7. Bell. Gall. 11. Prædam militibus donat.
Dono te hac re, Dono te munere. Cic. pro Arch. 5. Itaque ſi civis Romanus Archias legibus non eſſet, ut ab aliquo Imperatore civitate donaretur, perficere non potuit? Suet. Aug. cap. 51. Et ne enumerem quot & quos diverſarum partium venia & incolumitate donatos. Corn. Nep. Attic. C. 2. extr. Auxit hoc beneficium alia quoque liberalitate: nam univerſos frumento donavit.
Donare alicui multa large & effuſe, h. e. Honorifice præmiari. Cic. pro Roſc. Amer. 23. Non pauca ſuis adjutoribus large effuſeque donabat.
Circumſpectius donare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 14. Hoc enim ipſum ſecuti ſunt qui nullam legem huic conſtituerunt, ut circumſpectius donaremus, circumſpectius eligeremus eos in quos merita conferuntur.
Donare aliquem æternitate. Plin. lib. 2. cap. 7.
Auro donari. Propert. lib. 3. 23. 21.
Corona donari. Cic. 5. Fam. 12: 3. Verr. 183. de Opt. Gen. Orat. 19.
Donare aliquem dono. Plaut. Stich. 5. 2. 8. Sic, Donare aliquem præmiis, apud Cic. pro Roſc. Amer. 23. Et Donare militem donis, apud Liv. 4. Bell. Pun.
Culpa gravis precibus donatur. Ovid. 2. de Ponto, 7. 51.
Fugam donare alicui. Sil lib. 15.
Funera alicui donare. Sil. lib. 15. — & quot funera Pœnis
Donarunt pravi ſuffragia triſtia campi!
Gaudiis donare aliquem. Plaut. Aul. 5. 1. 1.
Immortalitatem alicui donare. Cic. in Piſon. 7. Mihi pop. Rom. univerſus illa in concione non unius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatemque donavit.
Mentem utinam tibi iſtam dii immortales donarent. Cic. 1. in Catil. 22.
Munere aliquem donare. Virg. 5. Æn. 282.
Sergeſtum Æneas promiſſo munere donat. Ovid. 2. de Arte Am. 261.
Nec dominam jubeo pretioſo munere dones. Virg. 5. Æn. 361.
Hoc juvenem egregium præſtanti munere donat.
Munera donare alicui. Cic. 5. Tuſc. 90.
Nomine donare. Lucret. lib. 1. 95.
Quod patrio princeps donarat nomine regem.
Puellam juveni donare. Catul. 60. 23.
Salute donare aliquem. Tibul. lib. 3. 1. 21.
Sed primum nympham larga donate ſalute.
Vacatione donare. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.
Dono te ob iſtuc dictum ut expers ſis metu. Plaut. Aſin. 1. 1. 31.
Honoribus donandus infans. Stat. 5. Theb. 741.
Laurea donandus Apollinari. Hor. 4. Carm. 2. 9.
Donare dicimus pro Condonare. i. e. Ignoſcere. Sen. lib. 5. Controv. Multa donanda ingeniis puto: ſed donanda vitia non portenta ſunt. Inde Juſtin. 32. 2. 5. Donare filio patrem. i. e. Ignoſcere patri propter filium. Suet. Aug. cap. 5.
Donare eſt etiam remittere aliquid in gratiam alterius. Cic. 5. Fam. 4. Tuas inimicitias ut Reip. donares. V. Gron. Obſerv. 3. 23. Burm. ad Quintil. Decl. 1. 9. p. 22. & Drakenb. ad Sil. 15. 603.
Interdum ſignificat Remittere laborem, &c. Sil. 1. 487.
Pyrenen Alpesque tibi mea dextera donat. V. Drakenb. ad loc.

**DONĀTUS**, Partic. [δεδωρημένος, δωρητὸς] Cui aliquid dono datum eſt. Virg. 5. Æn. 305.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Æs alienum alicui ab aliquo donatum. Cic. Brut. 6. Neque Dyrrhachini inficiantur, ſed ſibi donatum æs alienum a Cæſare dicunt.
Homo quaſi divino munere donatus Reip. Cic. de Aruſp. Reſp. 6.
Donati incolæ Latio. Plin. lib. 3. cap. 20.
Toro aliquo donata virgo. Claud. Epithal. Pallad. & Celer. 51.
Promiſſo donata eſt munere pubes. Sil. lib. 16.
Divinitus æterna donata ſalute. Lucret. lib. 5. 1214.

**DONATIO**, onis. f. [δώρησις] Donationem proprie dici exiſtimat Ulpianus, quum quis ea mente dat, ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reverti; & propter nullam aliam cauſam facit, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat: quod ſi ſub conditione fiat, non eſt donatio. Cic. in Orat. 19. Ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro, populo convocato.
Bonorum donatio. Cic. 4. Philipp. 9. Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio, non illa infinita Pompeji haſta ſatiavit.
Donatio, pro Immodica & vitioſa largitione. Cic. pro Roſc. Amer. 24. Rapinæ, furta, donationes. Idem 3. Verr. 185. Quæ tua donatio ſingulari impudentia prædita.
Donatio mortis cauſa, eſt, quum Quis habere ſe mavult, quam eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quam hæredem ſuum, l. 1. D. de donat.
Donatio honoris cauſa, eſt, Quam uxor marito ad honorem ac dignitatem aliquam conſequendam facit. Cajus l. 42. D. de donat. inter vir. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus Honoris cauſa, ut ecce, ſi uxor viro Lati clavi petendi gratia, donet, vel ut equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia.
Donatio propter nuptias dicitur, Quæ tum ante, tum poſt contractas nuptias a viro in mulierem confertur: ait Imper. §. 3. de donat. & l. 20. C. de donat. ante nupt.

**DONATOR**, ōris. m. Hieron. ad Cteſiph. cap. 3. Semper largitor, ſemperque donator Deus eſt. adde Sen. Hippol. 1212. & Symmach. 10. Epiſt. 8.

**DONATRIX**, īcis. f. Prudent. Hippol. paſſione v. 171.

**DONARIUM**, ii. n. [δώρημα, ἀνάθημα] Donum eſt, non locus ubi reponitur donum, inquit Valla lib. 1. Contrarium tamen dicit Servius. Perottus, Donaria, ipſa dona, quæ diis offeruntur, & ſacras menſas atque aras ornant. Macrobius. Ornamenta vero ſunt clypei, coronæ & hujusmodi donaria. Juſtin. Imp. Inſtit. §. 8. de rer. diviſ. Donaria ſunt ea quæ ad miniſteria Dei dedicata ſunt. V. Thomaſini librum de hoc ipſo argumento.
Contingere manibus donaria. Ovid. 3. Faſt. 335.
Et ſua placandis nectunt donaria divis. Coripp. 4. n. 11.
Donaria, abuſive ipſa Templa in quibus donaria offeruntur. Virg. 3. Georg. 533. — ductos alta ad donaria currus. Gell. lib. 2. cap. 10. Ubi reponi ſolerent ſigna vetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religioſe donariis conſecrata. Apul. 2. Florid. Ibi donarium deæ perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis & hujusmodi utenſilibus. Difficile dictu eſt utram notionem ſecutus ſit Lucan. lib. 9. 517.
Non illic Libycæ poſuerunt ditia gentes
Templa nec Eois ſplendent donaria gemmis. Vet. Gloſſ. Donaria; χαριστήρια, ναοὶ, τεμένη, ἱερὰ ἀναθήματα.

**DONATARIUS**, Cui quid dono datur, præſenti vel abſenti. l. etiam. l. abſenti. D. de donat. l. nec ambigi. C. eod. tit.

**DONATIVUS**, Adj. Qui donare poteſt. Paulus, Si duobus debitoribus mortis cauſſa donativus creditor, uni acceptum tulit. & convaluerit: eligere poteſt utri condicet. §. pen. l. Senatus cenſuit. D. de mort. cauſ. donat. Haloander hanc vocem non agnoſcit, ſed pro ea Donaturus repoſuit.

**DONATIVUM**, i. n. [ἐπίδοσις] Munus quod a principe vel imperatore donatur militibus: ut ob victoriam, aut adoptionem Cæſaris, aut auſpicia imperii. Dabatur & per ambitionem, captandi gratia. Sueton. Domit. cap. 2. Patre defuncto, diu cunctatus, an duplum donativum militi offerret. Idem in Neron. cap. 7. Populo congiarium, militi donativum propoſuit. Obſerves Congiaria populo, Donativa militi: confundit quidem Curtius: diſtinctionem obſervant alii. Tacit. 12. Ann. 41. 3. Additum nomine ejus Donativum militi, congiarium plebi. Plin. Paneg. cap. 35. Datum congiarium populo & datum totum, cum donativi partem milites accepiſſent.

Pronun-

Pronuntiare donativum. Sueton. in Calig. cap. 46. Pronuntiatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: Abite (inquit) læti, abite locupletes.

DONATICUS, a, um. Adj. Donaticæ coronæ, [δωρητικοὶ στέφανοι] Quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt super modum aptatarum capitibus, quasi amplitudine fiunt quum lares ornantur. Festus. Ubi Scalig. V.

DONŌSUS, a, um. Liberalis. Plaut. Epid. 2. 3. 14. & Truc. 1. 1. 64. Alii Damnosus legunt. Quibusdam placere video Danosus quasi a Dano. V. Taubm. ad Truc. 1. 2. 44.

DONĬFER & DONĬFĔRUS, a, um. Idem apud Augustin.

DONĬFĬCO, are. Hygin. fab. 112. Ajax cum Hectore donificantes discesserc. V. Muncker.

DONUS, i. [δῶνος] Ponderis genus quoddam est, libram unam & duodecim uncias continens. Sic Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 6.

DONȲSA, [Δόνυσα] Insula Cycladarum una, cujus meminit Virg. 3. Æn. 125. — viridemque Donysam.

## D O R

DORA, [Δώρα] Fons inclytus Arabiæ, non procul a Daulote alio quoque fonte, de quo vide Plin. lib. 6. cap. 28.

DORACTE, [Δωράκτη] Insulæ nomen in sinu Persico, cui Mazena quidam præfuit, a quo Mithropastes Satrapa, Darium fugiens hospitio acceptus est, navigationis ducem postea sese illi præbens, quo in patriam, quod quærebat, remearet. Ex Strab. lib. 16.

DORCAS, ădis. f. [δορκάς] Latine Dama dicitur. Martial. lib. 13. 88.
Delicium parvo donabis dorcada nato. Plin. lib. 28. cap. 8. Dorcadis pelle collo suspensa.

DORCĂDES, um. f. Insulæ sunt maris Æthiopici quas Gorgones habitasse feruntur.

DORCADION, i. n. Herba eadem quæ Dracontea vel Dictamnus. Apul. de Herb. cap. 14. & 62.

DORCIDION, i. n. Pulegium. Apul. de Herb. cap. 92.

DORDRACUM, i. n. Urbs Hollandiæ. *Dordrecht.* V. Rutgers. V. L. 3. 12.

DORELLA, DRODA, sive DRODELLA, Semen est aurei coloris, quod plerique legitimum referre Myagrum falso existimant. Siquidem foliis rubiam non æmulatur, sed sylvestrem erucam, ut quæ laciniata spectentur: nec semen profert fœnogræco simile, sed papaveris modo exile. Author Matthiol. ad Dioscor. lib. 4.

DORICUS, V. DORIS.

DORIDES, [δορίδες] ut ex Ælio Dionysio refert Cælius, Mensæ quædam coquinariæ sunt: sic dictæ ἀπὸ τοῦ δέρειν, quod signat polire: unde etiam inflectitur δόρυ, quo nunc hasta significatur, nunc simpliciter omne lignum. V. Rhodig. lib. 8. cap. 15. extr.

DORII, & DORIENSES, sive DORES, [Δωριεῖς] V. infra DORIS. Sunt & ejusdem nominis Populi in Asia, Caribus vicini ad Carpathium mare, a superioribus oriundi, quorum frequens est mentio apud Herodot. lib. 1.

DORILÆI, vel potius DORYLÆI, [Δορυλαῖοι] Phrygiæ populi, in conventu qui a Synnada accipit nomen, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 29.

DORION, [Δώριον] Oppidum est Messeniæ, juxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen provocavit. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 5. Item Lucan. lib. 6. 353.
— Pteolosque & Dorion ira
Nobile Pieridum. Al. Flebile.
Est & ejusdem nominis Oppidum in Magnesia, apud eundem lib. 4. cap. 10.
Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem lib. 5. cap. 29.

DORIS, ĭdis. f. [Δωρίς] Regio est Græciæ juxta Maliacum sinum, cujus a tergo mons est OEta, a qua Dorii sive Dorienses, sive Dores appellati. Ab his etiam Dorica lingua. Cic. pro Flacc. 64. Ubi Græv. V. Doris item urbs ejus regionis. Dorios Plato l. 3. de LL. appellatos existimat a Dorieo quodam, a quo exules restituti sunt, quum prius Achivi nominarentur. Servius vero a Doro Neptuni filio nominatos affirmat. Sunt etiam qui a Doride Nympha Oceani & Tethyos filia nomen putent sumpsisse: quam Nereo fratri uxorem dedit, & ex qua magnus nympharum numerus procreatus est. Quæ quoniam maris dea est, aliquando pro mari a poetis usurpatur.
Amara Doris. Virg. 10. Ecl. 5.
Doris amara suam non intermisceat undam.
Cœrula Doris. Ovid. 13. Met. 742.
Formosa Doris. Propert. lib. 1. 17. 25.
Glauca Doris. Stat. 4. Sylv. 2. 28.
Spumosæ Doridos antra vitrea. Stat. 3. Sylv. 2. 16.
Doris Locrensis, uxor Dionysii Syracusani. Cic. 5. Tusc.

DORĬCUS, Adj. [Δωρικός] ut, Dorica castra. Virg. 2. Æn. 27.
Genus Doricum. Sen. Agamemn. 6.
Nox Dorica. Val. Flacc. 2. Argon. 573.

DORIS, Nympha. V. supra in DORIS, Regio.

DORIS, ĭdis. Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum: & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

DORISCUM, [Δωρίσκον] Promontorium in Attica, a Pyræo XLII. M. pass. distans, tradente Plin. lib. 4. cap. 7.

DORISCI, [Δωρίσκοι] Arianæ regionis populi, de quibus Plin. lib. 6. cap. 23.

DORISCUS, [Δωρίσκος] Thraciæ locus est. Plin. lib. 4. cap. 11. Doriscus CXX. millium hominum capax, ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiam adsimilis, quo conferto quantum militum esset dignosci potuit. Alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non suppetebat. Id quod pluribus. lib. 7. Herodot. persequitur.

DORIUS, [Δώριος] Fluvius Hispaniæ, qui Lusitaniam a Gallecia separat. Ptolem. Hunc Plin. appellat Turium. V. TURIUS.

DORIUS, Adj. [Δώριος] Idem quod Doricus, ut Carmen Dorium. Hor. Epod. 9. Ubi Schol. V. & Elmenh. in Indice in Apul.
Erat autem Dorium, Cantilena ad virtutem incitans. Unde proverbium, A Dorio ad Phrygium. V. Erasm. in Chiliad. Mart. Capel. l. 9. p. 317. & Apul. 1. Florid.

DORIXANIUM, i. n. Flumen Indiæ aurum vehens. Curt. 8. 9. 18. Propert. 4. 5. 21.
Si te Eoa, Dorixanium, juvat aurea ripa. Turneb. & Brœkh. placet Doroxanium.

DORMIO, īvi, ītum, [εὕδω, καθεύδω, κοιμάομαι, δαρθάνω, ὑπνόω] īre. Cic. 2. de Divin. 119. Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Plaut. Trin. 3. 2. 100. Dormibo placide in tabernaculo. Hic est futurum antiquum, quod & apud Catonem legitur, cap. 5. Et valebit rectius, & dormibit libentius.
Dormire sine omni cura. Plaut. Trin. 3. 1. 20.
Altum dormire. Juven. 1. Sat. 17.
Ex lassitudine arctius dormire. Cic. 2. de Invent. 14. Arcte & graviter. Idem 1. de Divin. 59.
Exiguum dormire. Plin. lib. 10. cap. ult.
Dormire in dexteram aurem, fiducia alterius, est Securum & incurium esse. Plin. Epist. penult. lib. 4.
Dormire otiose in utramvis aurem, est Animo otioso, securo, vacuoque esse. Ter. Heaut. 2. 3. 101. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias.
Viduo cubili dormire. Ovid. 2. Amor. 10. 17.
In medios dormire dies. Hor. 1. Epist. 2. 30.
Dormiit ad horam tertiam. Cic. 10. Att. 15. Puella ejus mane primum dormit ad horas tres.
Ad lucem dormire. V. AD præpositionem.
In lucem dormire. Hor. 1. Epist. 19. 34.
Dormire totum mane. V. MANE.
Tam multum dormiens. Cic. 2. de Divin. 140. Nec tam multum dormiens ullo somno sum admonitus tantis præsertim de rebus.
Noctes longas dormire. Hor. 1. Carm. 25. 7.
Nox est perpetua una dormienda. Catul. 5. 6. [Forte, Perpetuo.
In utrumvis dormire oculum. Plaut. Pseud. 1. 1. 121. Sensum habet eundem cum eo, Dormire in utramvis aurem.
Non dormire alicui, dicitur is qui non inservit ei, neque per omnia gerit morem. Cic. 7. Fam. 25. Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: Sic ego, Non omnibus, mi Galle, servio. Plutarchus in libro cui titulum fecit ἐρωτικῷ, fabulam super hac re non illepidam narrat. Quum Galba quispiam (aliis Cabbas, aliis Calbas vocatur) convivio Mæcenatem excepisset, sentiretque jam e nutibus hominem inflammatum in uxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At quum interea famulus quispiam ad mensam accedens, vinum clam tolleret, ibi jam vigil & oculatus: Infelix, inquit, an nesciebas me soli Mæcenati dormire? V. Erasm. in Proverb. Non omnibus dormio. Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 16. V. etiam PARARENCHO.
Dormit Sol. Plaut. Amph. 1. 1. 126.
Proficisci ad dormiendum. Cic. 2. de Divin. 122.
Ire dormitum. Hor. 1. Serm. 6. 119.
Item Otiosum, quietum esse. Martial. lib. 10. 62. Plaut. Asin. 2. 4. 24. Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus, hic vos dormitis interea domi. Ter. Heaut. 4. 4. 8. Dormiunt, pol ego istos commovebo.

DORMIENS, Partic. [εὕδων] Qui dormit. Significat etiam Cessantem sive Cessatorem. Ter. Adel. 4. 5. 59.
Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?
Dormientes, pro Cessatoribus, incuriis, & negligentius sua agentibus. Hinc vulgatum illud, Vigilanti & non dormienti jus civile scriptum est. l. pupillus. in fin. D. quæ in fraud. credit. Vigilantes autem accipimus, qui suarum rerum satagunt.

DORMITIO, ōnis. Varro Sexag. O stulta nostri pectoris dormitio vigilabilis. Et alio loco idem, Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur? Nonius 2. 39. Utuntur hac voce passim Patres, & sæpissime de Morte intelligunt. Usque ad diem dormitionis suæ. Hieron. Epitaph. Paul. cap. 7. V. Callimach. Epig. 14.

DORMĪTO, [ὑπνώττω] āre. Leviter dormio. Cic. 2. Att. 16. Cœnato mihi & jam dormitanti pridie Calend. Maias epistola illa est reddita. Hor. in Arte Poet.
— quandoque bonus dormitat Homerus. h. e. Negligenter scribit. Quandoque errat bonus poeta. Acron.
Dormitandum tibi non est: h. e. Non cessandum, non negligenter curandum & agendum. Plaut. Epid. 1. 2. 59.
Oscitans & dormitans sapientia. Cic. 2. de Orat. 144.
Dormitare videtur pro Dormire accipi. Cic. 1. de Divin. 59. Ad lucem denique arcte & graviter dormitare cœpisse.
[Nisi legendum Dormire. H. St.

DORMISCO, [νυστάζω] ĕre. Idem quod Dormire. Plaut. Curc. 2. 3. 81. Caput deponit: quum dormiscit, ei subduco annulum. Sed pro Quum dormiscit, Condormiscit alii, quod satius.

DORMĪTOR, ōris. m. Martial. lib. 10. 4.
Quid tibi dormitor proderit Endymion?

DORMITATIO, ōnis. f. Apul.

DORMITĀTOR, ōris. m. [ὑπνώττων] Qui solet dormire, & omnia negligentius agere. Plaut. Trin. 4. 2. 20.

DORMITORIUS, Adj. [κοιμητικός] ut Dormitorium cubiculum, ubi dormitur. Plin. 5. Epist. 6. Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente. Idem 2. Epist. 17.
Carruca dormitoria. V. Carruca, in CARRUS.

DORMITORIUM, ii. n. Subst. [κοιμητήριον] Locus in quo dormimus. Plin. lib. 30. cap. 6. Post hæc jubent eum in pariete dormitorii ejus tectorio includi, & obsignari anulo. [Ibid. p. p. Cubiculum dormitorium. i. e. In quo tum dormire consuevit, quia plura habebant cubicula & fere pro singulis anni temporibus aliis utebantur.

DORMITURIO. Apul.

DORON, [δῶρον] Palmum significat, & munus. Plin. lib. 35. cap. 14. Græci antiqui doron palmum vocabant; & ideo dora munera: quia manu darentur.

DORON, [Δωρὸν] Ciliciæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 27.
Est item Doron, Flumen Phœnices, authore eodem Plin. lib. 5. cap. 19.

DORONICUS, i. Ita vulgus officinarum nominat radicem, quam inprimis commendarunt Arabes, & præsertim Avicenna ad cordis affectus, contra venena & deleteria medicamenta. Plantam, cujus hæ sunt radices, hactenus non vidimus: quanquam asserit Ruellius foliis esse fere acuti rumicis. Alii vero ea leucoio similia esse volunt.
Doronicus Actuario Carnabadium dicitur. Affertur ex Alexandria Ægypti, & ex Gargano Apuliæ, sed viribus longe infirmior. V. Matthiol. in lib. 2. Dioscor.

DOROTHEUS, [Δωρόθεος] Pictor insignis fuit, Neronis principatu, qui Anadyomenen, quam tabulam Augustus dicaverat, carie consenescentem, renovavit, aut potius aliam pro ea sua manu substituit, ut refert Plin. lib. 35. cap. 10.
Alius fuit Dorotheus medicus, de quo idem Plin. lib. 22. cap. 22.
Dorothei cujusdam meminit. Cic. 2. Verr.

DORSENUS Fabius, Poeta comicus, cujus testimonio & versibus utitur. Plin. lib. 14. cap. 13.

DORSUM, i. n. & DORSUS, i. m. [νῶτον, μετάφρενον, ῥάχια] Dicitur tota posterior corporis pars, quod ea devexa sit deorsum, ut inquit Festus. Plaut. Mil. 2. 4. 44. Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit.
Curvum dorsum. Sen. OEdip.
Subire onus dorso. Hor. 1. Serm. 9. 21.
Educto surgit in aëra dorso. Lucan. lib. 2. 428.
Pandum dorsum. Sen. Agam.
Recurva dorsa campi. Claud. de Aponi balneis, 54.
Crepido longi dorsi. Stat. 1. Achil. 448.
Duplici dentalia dorso. Virg. 1. Georg. 172. De Aratro.
Dorsum in mari. Virg. 1. Æn. 114. Dorsum immane mari summo. Idem 10. Æn. 303.

Nanque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo.

Significat duriorem arenam, ut ait Servius, quæ remeantibus fluctibus & euntibus densatur, & in modum saxi indurescit: quod a nautis pulvinus dicitur. conf. Nonium 6. 61. Aliter dorsa gurgitis Paulin. Jamb. ad Cyther. 69. & Avien. Perieg. 117. Obliqua maris dorsa. Intelligunt enim superficiem maris sive summa fluctuum ut Prudent. vocat.
Dorsum, Promontorium. Plin. Epist. 184. Hæc lacu propius, illa latius utitur, hæc unum sinum molli curvamine amplectitur: illa editissimo dorso duos dirimit. Dorso, i. e. Promontorio in lacum prominente. Imo de omni editiori tractu intelligendum est. Dorsum nemoris, Hor. 2. Sat. 6. 91. Dorsum urbis. Liv. 1. 3.
Dossum antiqui dicebant, quod nunc Dorsum dicimus. Inde Dossuaria jumenta a Varrone dicta, 2. de R. R. cap. 10. quæ dosso vehunt, Ad quam rem (inquit) habent jumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Hinc Ital. *Dosso*, Gall. *Dos*. V. DORSUARIUS.

DORSUĀLIS, e. Apul. Met. l. 11. p. 266. Elm. Nota dorsualis. Solin. cap. 22. Delphini Spinæ dorsuales. Ammian. 22. 15. Ferarum dorsuales crustæ. Idem 19. 8. & absol. Dorsuale sc. jumentum.

DORSUALIA, Abs. [ἐπινώτια] Tegumenta, quibus equi & boves teguntur. Treb. Poll. in Gallien. cap. 8. Processerunt centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. V. Salmas. in Capitolin. Ver. cap. 9. Hug. de Milit. Equestr. 1. 4.
Dorsualia, Budæo dicuntur, quæ igni opponuntur quum accumbimus.

DORSUARIUS, vel DOSSUARIUS, Adj. [νωτοφόρος] ut, Dossuaria animalia, quæ dorso aliquid portant. Varr. 2. de R. R. cap. 6. in fine, Greges fiunt fere mercatorum, ut eorum qui e Brundisino aut Apulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum, aut vinum, itemque frumentum, aut quid aliud. Conf. DORSUM, ad fin.

DORSUŌSUS, Adj. Solin. cap. 40. Ita incertis motibus nunc in brevia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus inundatur inquietis. & Ammian. 22. 20. Pontus consurgit in brevia dorsuosa.

DORSĪFER, Occurrit de mula dictum apud Ferret. Mus. Lapid. p. 344.

DORSO, Cognomentum gentis Fabiæ, ut Labeo, Mento. V. Sigon. de Cogn. Rom. cap. 5. De C. Fabio Dorsone, qui capta a Gallis Urbe per medios hostes in collem Quirinalem, Gabino cinctu, sacra manibus gerens, ad statum sacrificium gentis suæ per medias hostium stationes penetravit incolumis, & inde in Capitolium reversus est. V. Liv. 5. 46. pr.

DORTICUM, Ptolem. cap. 9. lib. 3. Mysiæ superioris civitas, juxta Danubium amnem.

DORUS, Neptuni filius, qui regnavit in parte Græciæ, a quo Dori dicti, authore Servio apud Virg. 2. Æn. 27.
Meminit & Dori cujusdam Diod. lib. 6. a quo Dorienses dictos ait.
Dorus item gentile pro Doricus. Propert. 3. 7. 44.

Et cecinisse modis, Dore poeta, tuis. MSS. Dure. Scalig. Pure. Beroald. Coe substituit. Brœkh. tamen Scriverii autoritate motus Dore retinendum suadet.

DORYCLUS, [Δόρυκλος] Filius nothus Priami, quem Ajax in bello Trojano interfecit, ut scribit Homer. lib. 11. Iliad.
Doryclus alter, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virg. 5. Æn. 620.

Fit Beroe Ismarii conjux longæva Dorycli.

DORYCNIUM, [δορύκνιον] Strychni genus Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cavaque, folio erucæ majusculo, caule quadricubitali, capite gethyi majore, pilosioreque, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, ut sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus majorem insaniam creat, spectris vanis animo obversantibus. Triplicatum perpetuas gignit furias, cui ponderi siquid adjiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus a quibusdam Solanum manicum appellatur.
Dorycnium autem dictum putatur, quod lancearum cuspides in prælio eo tinguerentur. Meminit & Plin. lib. 22. cap. 31.

DORȲLAS, [Δορύλας] ponitur ab Ovid. 5. Met. 129. in his, qui in Persei cum Andromeda nuptiis ciciderant. ditissimus agrestis opulentiæ.
Alius Dorylas Centaurus apud Ovid. 1. Met. 380.

DORYLÆUM, Ptolem. cap. 2. lib. 5. magna Phrygiæ civitas. Plin. lib. 5. cap. 29. Dorylam vocat, juxta quam oritur Hermus amnis.

DORYLAUS, rei militaris peritissimus, magna familiaritate Mithridati Evergetæ devinctus, ut ait Strabo lib. 10.
Fuit & alter Dorylaus legatus Deiotari regis ad Cæsarem. Cic. pro Deiot.

DORYLENSES, Populi. Cic. pro Flacc. 48.

DORYPETRON, [δορύπετρον] Herba, quam alii Leontopodion vocant, cujus radix alvum sistit, purgatque bilem, in aquam mulsam addito pondere denariorum duûm. Nascitur in campestri & gracili solo. Plin. lib. 26. cap. 8.

DORYPHŎRUS, [δορυφόρος] Latine Armiger, Spiculator vel Satelles dicitur, portans lanceam. Plin. lib. 34. cap. 8. Ctesilaus doryphoron & Amazonem vulneratam. Cic. de Clar. Orat. 296. De horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, ut Polycleti Doryphorum sibi Lysippus ajebat; sic tu suasionem legis Serviliæ tibi magistram fuisse.
Tantæ autem erant Doryphori dignationis ut sæpe exercitibus præficerentur qui Impp. hanc operam navarant. Magistri etiam militiæ & duces exercituum sæpe habebant suos doryphoros. Procop. Vandal. 11. Moris erat Romanis omnibus ab antiquo neminem ducis alicujus doryphorum constitui quin prius sanctissimum sacramentum dedisset fidei suæ & benevolentiæ erga ducem, maxime erga Imperatorem.

DORYPHORIANUS, i. m. Marcellin. 28. 12. Nomen sive proprium sive officii.

## D O S

DOS, dōtis. f. [δὸς, προὶξ, φερνὴ, ἐπίδοσις] Proprie pecunia dicitur, quæ marito ab uxore datur, & translate quicquid homini datum est vel a natura vel ab hominibus. Ter. And. 5. 4. 47. Dos est Pamphile, decem talenta. P. accipio. Idem Adel. 4. 7. 41. Uxor sine dote veniet: intus psaltria est.
Filia dives dote. Ovid. 11. Epist. 100.
Formæ dos. Ovid. 9. Met. 716.
Ingenii dotes. Ovid. 2. de Arte Am. 112.
Naturæ & fortunæ dotes. Plin. Epist. 3. 3. Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo.
Opes dotis. Ovid. 12. Epist. 103.
Oris dos. Ovid. 5. Met. 562.
Verborum. Cic. 1. de Orat. 234.
Adventitia dos apud JCtos est ubi aliquis certam quantitatem patri donaverit ut hanc pro filio daret. Tituli ex corpore Ulpian. t. 5. Rhodig. 9. Antiq. Lect. 28. 24. Hæc autem dos semper apud maritum remanet mortua uxore, contra ac ea quæ Profectitia dicitur; præterquam si is qui dedit ut sibi redderetur stipulatus fuerit.
Dapsiles. V. DAPS.
Grandis dos. Hor. 1. Serm. 4. 50.
Inofficiosa: apud JCtos, cum in fraudem Legis Papiæ amplius dodrante marito secundo datur, extantibus liberis ex priore matrimonio, l. 2. de inoff. dot. Cod. Theod. Augustin. de Legg. in Papia Poppæa.
Magna dos. Hor. 3. Carm. 24. 21.
Profectitiam dotem intelligunt JCti, quæ a patre vel parente profecta est de bonis ejus. Rhodig. Antiq. Lect. 28. 24. Demst. Paral. ad Antiq. Rom. Rosin. 5. 37. V. Adventitia paulo ante.
Raræ dotes. Ovid. 3. Trist. 7. Secundam dotem appellat. Ter. Adel. 3. 2. 47. Castitatem virginis intemeratam.
Receptitia apud JCtos quam extraneus dans ut ea sibi redderetur stipulatus fuerit. Cajus. l. mortis causa 31. §. 2. Sed & Dos D. de mort. caus. donat. quam quis in mortem mulieris a marito stipulatur capitur sine mortis causa, cujus generis dotes Receptitiæ vocantur. V. Hotom. de Rit. Nupt. cap. 8. & Dempst. ad Rosin. 5. 37.
Summa dos. Ter. And. 1. 1. 74. Unicam gnatam suam cum dote summa filio uxorem ut daret.
Uxoria dos. Ovid. 2. de Arte Am. 155.
Accipere dotem. Cic. 11. Philipp. 12. His, quasi præter dotem quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius.
Accipere populos in dotem. Ovid. 7. Epist. 149.
Conficere dotem filiæ nubili. V. CONFICIO.
Deferre dotem viro. V. DEFERO.
Despondere dotem alicui. Propert. lib. 3. 19. 23.

Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti.

Dicere doti. Cic. pro Flacc. 86. Doti inquit Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Dicta dos. Cic. pro Flacc. 86. Quæcunque sine hoc authore est dicta dos, nulla est. V. DICO.
Meruit dote virum. V. MEREO.
Promittere doti, & Doti dicere, idem est. Venulejus in l. si rem aliquam. §. ultimo. D. de novationibus, Alioquin quid dicemus si unus delegaverit creditori communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum jusserit doti promittere viro, vel nuptura ipsi doti eum promisit? nam debitor ab utroque liberabitur. V. DICO.

DOTĀLIS, e. [προικῷος] ut, Dotalia bona, & Dotales fundi, hoc est ad dotem spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur, vel quas vir accepit pro dote mulieris. Plaut. Mil. 4. 4. 30. Nisi modo unum hoc, hasce ædeis dicas dotales tuas. Idem Asin. 1. 1. 72. Dotalem servum Sauriam uxor tua adduxit. Ubi de Dotalibus servis Dousam V. & Taubm. Videtur idem, quem Gell. 17. 6. Receptitium de Catonis sententia vocat, qui in mariti potestate non erat, sed matronæ peculiaris.
Dona dotalia. Liv. 6. Bell. Pun. Super dotem quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent.
Agri dotales. Ovid. 5. Fast. 209.
Matrimonium. Cic. ad Octav.
Prædia. Cic. 15. Att. 20.
Regnum. Ovid. 6. Fast. 593.
Tellus. Ovid. 4. Epist. 163.

Dotalitium, i. n. Idem quod Dos apud JCtos.
Dotatio, Dotator, Vocabula ex eadem disciplina profecta.
Doto, [ἐπιδίδωμι προῖκα] āre. Unde pass. Dotor, a quo Partic. Dotatus. Manil. lib. 5. 710.
Tertia Pleiades dotabit forma sorores. Sueton. Vesp. 14. Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit dotavitque etiam & instruxit.
Olea dotatur lacryma. Plin. lib. 12. cap. 17. In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur a Græcis enhæmon dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus.
Dotanda toto mari. Claud. de 4. Conf. Hon. 646.
Dotatus, Adj. [ἐπίπροικος] Cic. 14. Att. 12. Dotata Aquilia.
Dotata conjux. Hor. 3. Carm. 24. 19. i. e. ampla dote superbiens.
Crimine dotata. Ovid. 6. Epist. 138.
Triumphis dotata mulier. Claud. de Laude Seren. 43.
Dotata ulmus vite. Plin. lib. 18. cap. 28. Ulmum vite dotatam habes.
Dotatissima forma. Ovid. 11. Met. 302.
Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.
Dotata, cognominata est Megullia, Romana quædam fœmina. Nam quum priscis seculis apud Romanos decem millia æris dotes non excederent, postea corruptis moribus, ad quadraginta millia supergressæ sunt, in tantum, ut Megullia, quod quingenta æris millia dotem dederat, Dotatæ, ut diximus, nomen tulerit. Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 8. ex Valer. 4. 4. 10.
Dosci, [Δόσκοι] Populi sunt ex Mæotis, ut inquit Strabo lib. 11. quem vide.
Dosis, [Δόσις] Latine Datio, Largitio. Hac voce nostri hodie Medici utuntur pro Quantitate vel simplicium medicamentorum, quæ compositionem ingrediuntur, vel quæ ægro porriguntur.
Doson, [Δώσων] Cognominatus fuit Antiochus ex Macedonum regibus quidam, quod multa promitteret, pauca impleret, quasi daturus. V. Erasm. Chiliad. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11. conf. Antiochus.
Dossenus, Cognomentum gentis Rubriæ in Nummis æreis & argenteis, apud Fulv. Ursin. q. V.

## D R A

DR. vel DRU. Drusus.
Drabe, es. [δράβη] Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera utrinque vestiunt folia, quæ plane Lepidii viderentur, nisi teneriora essent, candidioraque. In cacumine sambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti, Orientale nasturtium; alii Babylonium vocaverunt. V. Ruell. lib. 2. cap. 89.
Drabus, Fluvius. V. draus.
Draca, æ. f. Dracæ articuli & ungues sunt canum amplissimi. Columel. 7. 12.
Dracæna, [δράκαινα] Draconis fœmina dicitur. V. Serv. ad Virg. 2. Ecl. 63.
Dracænis. V. dracunculus.
Dracanum, [Δράκανον] Promontorium, distans a promontorio Samiorum, quod Cantherium vocant, stadiis octoginta, in quo inest Dianæ templum, quod de nomine promontorii Dracanum etiam dicitur. Strab. lib. 14.
Draccus, Achæorum dux, a L. Mummio Romanorum duce victus, de quo Epit. Liv. lib. 52. Cum Achæis (inquit) qui in auxilio Bœotos & Chalcidenses habebant, Q. Cæc. Metellus ad Thermopylas bello conflixit, quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem conscivit. In cujus locum Draccus dux creatus, apud Isthmon a L. Mummio victus est, &c. Emendati Codices habent Diæus.
Drachma, æ. f. Ponderis nomen, Romanis Græcisque Medicis juxta usitatum, unciæ pars octava. Binæ drachmæ ponderis. Plin. lib. 11. cap. 37. deinde Pecuniæ Atticæ respondentis fere valore ac pondere Denario Romano. Denarius enim pendebat argenti siliquas 24, drachma duodeviginti. Itaque tres denarii pendebant drachmas quatuor. V. On. Panvin. Imp. Rom. lib. 22. Rob. Cenal. de Pond. & Mens. Rat. in Græv. Thes. T. XI. & qui de eodem argumento accuratius scripserunt Bud. de Asse, Gronov. de Pec. Vet. tum novissime Jo. Casp. Eisenschmid. l. de Pond. & Mens. ed. Arg. 1708. in 8vo. Cic. 1. de Divin. 132. Quibus divitias pollicentur ab his drachmam ipsi petunt. Idem pro Flacc. 34. Dixit publice datum Drachmarum CC. & sex millia. Ter. And. 2. 6. 20. Vix drachmis obsonatus est decem. Drachmæ Olympicæ. Plaut. Trin. 2. 4. 23. De Drachma Æginæa 10. obolor. & propterea παχεῖα crassa dicta Pollux l. 9. S. 76.
Drachmalis Usura, Græcis dicebatur, quam Latini Centesimam appellant. Est enim drachma centesima pars minæ. Sic fit ut centesima usura æquare sortem dicatur, quia centesimo mense drachma in minam evadit. Ut enim Romani ab assibus, sic Græci a drachmis usuras denominarunt. V. Bud. lib. de Asse.
Draco, ōnis. m. [Δράκων] Antiquissimus Atheniensium legislator ante Solonem, cujus leges Solon ipse, præter quam quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curavit, propter severitatem. Nam una omnibus pœna constituta erat, ut etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. V. Gell. lib. 11. cap. 18. Rhodig. 18. 19.
Draco, Mons Asiæ nobilissimus, Mastusiæ conterminus, & in Tmolum desinens. V. Plin. lib. 5. cap. 29.
Drăco, ōnis. m. [δράκων] Genus animalis venenosi. Solinus cap. 43. scribit veris draconibus ora parva esse, & ad morsus non dehiscentia, sed arctas fistulas, per quas trahunt spiritus, & linguas exerunt. Apud Indos & Æthiopes dracones sunt viginti cubitorum. V. Plin. lib. 8. cap. 11. 12. & 13. Cic. 13. Philipp. 12. An is non reddet qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco? &c. De Dracone vide Ælianum, Nicandrum, & Aristotelem, & Proverb. in Chiliad. Serpens ni edat serpentem draco non fiet.
Aligeri dracones. Valer. 7. Argon. 110. Virg. 2. Æn. 225.
Jubatus draco. Auth. ad Heren. lib. 4. 63.
Insomnis draco. Ovid. 9. Met. 190.
Insopitus draco. Ovid. 7. Met. 36.
Sævi dracones. Valer. 1. Argon. 68.
Squamosus draco. Virg. 4. Georg. 408.
Terribilis specie tortuque draco. Cic. 2. de Divin. 63.
Vidimus immani specie tortuque draconem
Terribilem. Ex poeta.
Vastus draco. Ovid. 4. Met.
Vigil draco. Valer. 2. Argon. 382.
Convoluti in semet dracones. V. convolvo.
Dracones, dicti ἀπὸ τοῦ δρακεῖν, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem: qua ex causa incubantes eos thesauris finxerunt antiqui. Ideoque Æsculapio attribuuntur, quod vigilantissimi generis putantur, quæ res medicinæ maxime necessaria est. Festus.
In deliciis habitos fuisse apud veteres docet Casaub. ad Sueton. p. 153. De Draconibus in nummis V. Spanh. diss. 4. p. 211. De pugna eorum cum Elephantis Philo docet de Incorrupt. mund. p. 744. & Plin. l. c.
Draco marinus, Piscis est litoralis quem & Araneum Plin. vocat, lib. 9. cap. 48. conf. Isid. 18. 3. Aristot. & Ælian. V. dracunculus.
Dracones etiam ex tortuositatum similitudine sunt Palmites in vitibus emeriti & per multos annos durati. Plin. lib. 17. cap. 23. Columel. lib. 5. cap. 5.
Draconis etiam in orbe sidereo caput & caudam vocant Astronomi, duo puncta, in quibus Orbita Lunæ Eccliptícam intersecat. V. Procl. de Sphær. Dalechamp. ad Plin. lib. 2. cap. 10. & Vitruv. 6. 6
Draco præterea, Vas fistulatum in myliario tubæ instar per declive myliario circundatum, cujus usum V. apud Baccium de Therm. cap. 9.
Dracones deinde inter signa militaria erant, de quibus consulas scriptores rei milit. & quos præterea laudat Pitisc. in Lex. Ammian. 16. 10. Alios purpureis subteminibus texti circumdedere Dracones hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflabiles & ideo velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum. Idem 6. 30. Claud. in Ruff. 11. 365.
Mansuescunt varii vento cessante dracones. Idem 4. Conf. Hon. 543.
Vix comites alæ vix te suspensa sequuntur
Agmina, ferventesque tument post terga dracones. Idem 3. Conf. Hon. 178.
Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla levant, multusque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante noto. Sidon. Carm. 5. 409.
— textilis anguis
Discurrit per utramque aciem cui guttur adactis
Turgescit Zephyris.
Unicuique cohorti suus erat draco. Dracones per singulas cohortes a draconariis feruntur ad prælium. Veget. 2. 13.
Dracuncŭlus, i. m. dimin. Lampr. in Alex. cap. 14. Mater ejus pridie quam pareret somniavit se purpureum dracunculum parere. Herbæ genus, quæ major, minor & hortensis est. Plin. lib. 24. cap. 16. & 25. 2. Ruell. 2. 96.
Piscis item, idem ac Draco marinus, ut visum Plin. l. 32. C. 11. ubi Herm. Barb. V. & Hard. Athenæus 7. 20. δρακαινίδα vocat.
Ulcus denique apud Medicos & vermiculus in cute latens
Draconarius, ii. m. Signifer qui draconem portat. Modest. de Vocab. Milit. Dracones per singulas cohortes a Draconariis feruntur. conf. Veget. lib. 2. cap. 7. & Pitisc. in Lex. Aliquando milites ipsi sic dicebantur, qui sub hisce signis merebant; si fides sit Alex. ab Alex. Genial. Dier. 4. 2.
Draconigĕna, [δρακοντογενής] a Poetis dicebatur Urbs Bœotiæ Thebæ: quia a Cadmo cum quinque viris, ex dracone, ipso interfecto, natis constructa fuit. Ovid. 3. Fast. 865.
Inque draconigenam nymphis comitantibus urbem
Desilit, & natos eripit inde suos.
Dracónites, [δρακονίτης] sive Dracontias, Gemma est, quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viventibus abscisso gemmescit, invidia animalis mori se sentientis. Quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore translucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Plin. lib. 37. cap. 10.
Draconon, Thraciæ insula, non longe a Cherroneso, de qua Plin. lib. 4. cap. 12.
Dracontarium, ii. n. Genus coronæ. Tertul. de coron. Mil. cap. 16. Quid caput strophiolo aut dracontario damnas?
Dracontea, æ. f. Herba colubrina. Apul. de Herb. cap. 14.
Dracontium, [δρακόντιον] Medicis Affectus quidam est, de quo sic Galen. lib. introduct. seu medic. Dracontia varicibus similia sunt, magnum vero dolorem dum paululum prominentes moventur, concitant. Oportet autem divisis, ut varicibus, summam cutem detrahere, sicque præcidere.
Dracontium, [δρακόντιον] Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis resperso purpureis, ita ut anguem plane referat. Officinæ Serpentariam & Colubrinam appellant. Plin. lib. 24. cap. 16. Est etiam hoc nomine Vitis genus apud Columel. lib. 3. cap. 2. quod vini generositate cum amineis conferri possit: Unam, inquit, vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine Dracontium vocari comperimus, quæ fœcunditate, jucunditateque, arcellatæ, basilicæque, & bituricæ comparari posset: generositate vini, amineæ.
Dragantum, i. n. Species gummi. Veget. 1. 32. & Theod. Med. de Diæt. cap. 9. Rectius Tragacantha. q. V.
Dragma, atis. [δράγμα] Apud Græcos dicitur, quod nos Rapinam, aut Manipulum dicimus, hoc est quantum una manu comprehendere possumus. a v. δράσσω Apprehendo.
Drahonus, i. m. Fluvius Dron qui Mosellæ infunditur. teste Auson. v. 365. Mos. V. Scal. Auson. Lect. 1. 2. pr.
Drāma, ātis. n. [δρᾶμα] Rei repræsentatio, Actus Comœdiarum vel Tragœ-

Tragœdiarum, Fabula. Unde Dramaticum opus vel poema in quo solæ personæ agunt, absque poetæ interlocutione. V. Hieron. super Cantic. & Voss. Instit. Poët. 2. 2.

Drama decertare ad corollas, Proverbium ductum ab histrionibus, quibus non nisi dramate absoluto datur corona. Hoc recte utemur, ubi quis in primo haudquaquam deficiens pulvere, nec veluti cantherius in fossa, patienter integrum rei cujuspiam laborem subit, nec definit prius, quam umbilico summam addiderit manum. Sic usurpat Plutarchus, ut refert Cæl. Rhod. lib. 6. cap. 19.

**Dramaticus** Stylus dicitur, qui Mistus non est, ubi poëta nusquam loquitur, ut sunt Comœdiæ & Tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus poëta; Mistus, ubi promiscue & poëta & persona. Dictus Dramaticus, quasi activus, a δράω, facio. V. Platon. 3. de Repub. Opus vel Poema dramaticum.

**Dramăsa**, Austrinum polum Indi vocant. Plin. 6. 19.

**Drances**, [Δράγκης] Orator fuit Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, ut est videre apud Virg. 11. Æn. 335.

Tum Drances idem infensus, &c.

**Drangæ**, [Δράγγαι] Arianæ regionis populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

**Drangiana**, Provincia in Asia majori: de qua vide Ptolem. lib. 6. cap. 19.

**Drapeta**, æ. m. [δραπέτης] Servus fugitivus. Plaut. Curc. 2. 3. 11. Conferunt sermonem inter se drapetæ.

**Dratiana**, [Δρατιανὴ] Regio est Ariæ contermina, usque in Charmaniam protendens, de qua Strab. lib. 11.

**Draucus**, i. m. Qui alterius libidini obsequens, præpostera venere mares init, a verbo Græco δράω, i. e. Ago. Qui vero ab his subagitari gaudent, Pathici appellantur, ἀπὸ τοῦ παθεῖν, hoc est a patiendo. Martial. lib. 1. 97. ad Scazontem suum de fellatore quodam,

Una lavamur, aspicit nihil sursum,
Sed spectat oculis devorantibus draucos,
Nec otiosis mentulas videt labris. i. e. Avidissime intuetur bene mentulatos, & optat. Qui etiam turpiter obsecundat pædiconi, Cinædus vocatur.

**Draus**, [Δράος] Pannoniæ fluvius violentior, e Noricis ortum habens & in Danubium semper navigabilis defluens. Author Plin. lib. 3. cap. 25. Scribitur & Dravus, Straboni Drabus Δράβος. l. 7. & Justin. l. 32. 3.

**Drausi**, Thraciæ sunt populi, qui, ut scribit Herodot. lib. 5. ubi editus puer est sedentes plorant, & quascunque necesse sit illi qui vitam ingressus est, perpeti calamitates recensent. Fato functos magna lætitia sepeliunt.

## D R E

**Drecanum**, [Δρέκανον] Promontorium Co insulæ ab occidente, cujus meminit Strab. lib. 14.

**Drenso**, āre. Vox cygnorum. Auctor Philomelæ, 23.
— cygni prope flumina drensant.

**Drepane**, Insula est eadem cum Corcyra, quam Homer. etiam Scheriam, & Phæaciam vocat. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Drepanis**, Avis, cujus meminit Plin. lib. 11. cap. 47.

**Drepănum**, [Δρέπανον] Civitas Siciliæ est non longe a monte Eryce trans Lilybæum. Virg. 3. Æn. 707. Hinc

**Drepanitānus**, Adj. Cic. l. 4. in Verr. 37. Apollonium Niconis filium Drepanitanum omni argento optime facto spoliasti.

## D R I

**Drilon**, [Δρίλων] Ptolemæo, lib. 2. cap. 17. Dalmatiæ fluvius, qui a Scardo monte profluit, juxta medium superioris Mysiæ, vulgo *Drino.* V. Strab. lib. 7.

**Drilŏpŏta**, vel **Drillop.** æ. m. [δριλλοπότης] Qui e vitreo Priapo bibit apud Schol. Juven. ad 2. Sat. 14. sicut δριλλοπότη poculum veretri figura. Gloss. Philox. V. Salmas. ad Hist. Aug. p. 552. Gonsal. ad Petron. p. 429. Rutgers. V. L. 6. p. 506. Barthius tamen quasi Veretrillopotas dici autumat, & vulgi cacoethe syllabam primam demptam. Hæc ad Juven. Schurzfl. Add. Rhod. de Acia p. 58.

**Drimati**, [Δριμάτι] Arabiæ populi, non longe a Mizis majoribus & minoribus distantes. Plin. lib. 6. cap. 28.

**Drimo**, [Δριμὼ] Una ex Alcyonei gigantis filiabus, quæ cum reliquis ex Pallenes promontorio in mare dans se præcipitem, ab Amphitrite in avitiam gentem est cooptata; ut Pausanias tradit, quem vide. ex Cæl. Rhodig. l. 14. C. 11.

**Drimyphagia**, [δριμυφαγία] Medicis dicitur, quum ciborum acrementa, sive, ut ait Palladius, acredines quæruntur, quibus obturbetur stomachus, atque ad vomitum fiat proclivior. Meminit Rhodig. lib. 21. cap. 9. V. Marcell. Virg. lib. 2. Comm. Dioscor. Cæl. Aurel. 3. Tard. cap. 1. Reines. Lect. Var. 3. p. 407.

**Drindio**, īre. Vox mustelæ, Auctor Philom. 61.
— mustelaque drindit.

**Drinius**, [Δρίνιος] Illyrici fluvius, cujus meminit Plinius lib. 4. cap. ult. Forte idem ac Drilon.

## D R O

**Dromas**, ădis. [δρομάς] i. e. Camelus. Liv. 30. 40. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant dromadas. Dromades cameli erant velocitatis eximiæ, iidem qui Dromedarii. q. V. Dromas, Nomen canis apud Ovid. 3. Met. 217.

**Dromas**, ădis. [δρόμας] Piscis apud Aristot. Gaza vertit Cursorem. Plin. lib. 32. cap. ult. Dromonem vocat, a pernicitate appellatum.

**Dromedarius**, ii. m. Camelus a velocitate cursus, idem qui Dromas. Hieron. in vita Malch. sub fin. Transacta die egredimur ad vesperam vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedarios vocant.

**Dromicus**, [δρομικὸς] Inter athletas dicitur, Qui ad cursus certamen præcipue aptus natus est. Latine Cursor verti potest. Author Cæl. Antiq. Lect. l. 13. cap. 30. ex Arist. de Categ. C. 8. & Rhet. l. 1. C. 5.

**Dromiscos**, [Δρομίσκος] Insula Mileto nunc juncta, authore Plinio lib. 2. cap. 89.

**Dromones**, [δρόμωνες] Navigia sunt celerrima, quasi Cursoria. Cassiodorus lib. 5. Ep. 16, 17, 18. eorum meminit, ut opportunorum ad rem frumentariam convehendam & ab his Dromonarios vocat, eorum navicularios. Meminit & Dromonum Procopius lib. 3. de Bell. Goth. qui & eis a Belisario propugnacula addita ad arcendos hostes ait, quum obsessis a Totila Romanis opem ferret. Justin. in l. 2. C. de Off. Præf. Præt. Afric. Milites, inquit, constituas, qui possint & ipsum trajectum servare, & omnia, quæ in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, sive Francorum aguntur, viro spectabili duci denuntiare. In quo trajecto etiam dromones quantos provideris, ordinari facias. Isid. 9. 1. Buleng. de Imp. Rom. 6. 7. Cang. Gloss. Pitisc. Lex. Zon. in Maur. T. 3. p. 64. Forner. ad Cassiod. Scheff. de Mil. Nav. 2. 2. p. 97.

**Dromonarii**, & corrupte Dromanarii, Remiges navium istarum cursoriarum. Cassiod. Varr. 2. 31. & 4. 15. Comperimus dromonarios viginti & unum de constituto numero mortis incommodo fuisse subtractos. ubi V. Forner. Buleng. ut ante. Guther de Offic. Dom. Aug. 3. 14.

**Dromos** Achilleos, Peninsula. Plin. lib. 4. cap. 12. Insula Achillis, tumulo ejus viri clara. Et ab ea centum triginta quinque millia passuum peninsula, ad formam gladii in transversum porrecta, exercitatione ejusdem cognominata Dromos Achilleos, cujus longitudinem octoginta millium passuum tradidit Agrippa.

**Drŏpax**, ăcis. m. [δρῶπαξ] Martial. lib. 10. 65.

Lævis dropace tu quotidiano:
Hirsutis ego cruribus, genisque. Idem lib. 3. 74.

Est autem δρῶπαξ, unguenti, vel potius emplastri genus, vim habens depilandi, quo nomine veteribus cuncta illa intelliguntur, quibus in balneo, aut alibi, ad depilanda corpora utebantur. quanquam simplicissime Dropax nihil aliud sit, quam Picatio appellata, constans ex pice sicca paucissimo oleo liquata, velut Aëtius 3. cap. 190. & Paulus lib. 7. cap. 19. tradunt. V. Jun. de Com. cap. 2. Keuchen. ad Q. Seren. p. 196. & qui plenius Zarott. de Medica Mart. tract. p. 198. seq.

**Dropacismus**, [δρωπακισμὸς] Medicis appellatur, Dropacis inspersio, quæ medendi usu rationem habet plerunque ad evocanda in corporum superficiem, quæ altius insinuata latitant, nocentque. V. Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 11.

**Drŏpăcista**, æ. m. Depilator.

**Drŏpăco**, āre. Depilare, dropace involvere. Oct. Horat. 4. Liniendus est, ita tamen, ut ante hydropicus toto corpore dropacetur.

## D R U

**Druentia**, Fluvius. Plin. lib. 3. cap. 4. Unde dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus fluvius, ex Alpibus se rapiens per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentes Isaram, & Druentiam. Vulgo *Durance.*

**Drugeri**, Thraciæ populi, Hebrum accolentes, ut vult Plin. lib. 4. cap. 11.

**Druĭdæ**, sive **Dryĭdæ**, [Δρυΐδαι] Gallorum magi, vel potius Sacerdotes. Lucan. lib. 1. 446.

Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum, Druidæ, positis repetistis ab armis. Cic. 1. de Divin. 90. Siquidem in Gallia Druidæ sunt, e quibus ipse Divitiacum Heduum cognovi, qui & naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellant notam esse sibi profitebatur: & partim auguriis partim conjectura, quæ essent futura, dicebat. Plin. lib. 30. cap. 1. Nam Tiberii principatus Druidas Gallorum sustulit.

**Druides**, um. [Δρυΐδες] Iidem qui & Druidæ. Cæs. 6. Bell. Gall. 13. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Paulo post, His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet authoritatem. Ibidem, Druides a bello abesse consueverunt. Nomen habere putantur a dictione δρῦς, quæ quercum significat, sed & omne genus arboris. Plin. lib. 16. cap. ult. ad fin. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) visco & arbore in qua gignatur (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt: ut inde appellari quoque interpretatione Græca possint Druidæ. V. ibidem plura. De his nonnulla Marc. Donat. ad Tacit. 14. Ann. 30. & Cluv. Antiq. Germ. 1. 27. Cæterum non virorum solum hoc nomen verum & fatidicarum fœminarum. Vopisc. Aurel. cap. 44. Dicebat quodam tempore, Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.

**Drungus**, i. Globus. Veget. lib. 3. 16. Scire dux debet contra quos drungos, hoc est globos hostium, quos equites oporteat ponere. Hactenus Drumos mendose lectum est. Hæc vox hodieque integra visitur apud Vopisc. in Prob. cap. 19. nisi quod ita excusa est, ut populi nomen esse videatur, quum tamen Globum significet: Ejus verba sunt, Triumphavit de Germanis & Blemiis, omnium gentium drungos usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Turnebus. V. ad Vopisc. Salmas. & Casaub. ad Veget. autem Stewechium.

**Drupæ**, seu **Druppæ** olivæ [δρυπετεῖς] sunt nondum edules & teneræ, neque olearum modo, sed alias quoque baccas ita vocamus. Hermol. in Castig. Plin. lib. 15. cap. 1. & 7. Item lib. 12. cap. 27. V. Nonn. de Re Cib. l. 1. c. 42. & C. Hofman. Var. Lect. 5. 1.

**Drusiani enses.** V. drusus.

**Drusilla**, Cognomentum fœm. Rom. Livia Drusilla, Livii Drusi Calidiani filia, Tiberio Claudio Neroni primum, deinde Augusto Cæsari, cedente Nerone, nupta, ex priori conjugio Tiberium Neronem, qui postea imperavit, & Drusum Germanicum filios habuit, quos ambo Augustus adoptavit. Cum quo tanta concordia vixit, ut unice probaverit, perseveranterque dilectam testamento quoque suo non tantum ex parte tertia hæredem instituerit, verum etiam in familiam nomenque suum adoptaverit; Unde Julia quoque in Nummis & a Scriptoribus vocatur. Tiberio filio non perinde chara, decessit LXXXVI. æt. anno. Renitente eodem, ne protinus divini ipsi a senatu honores decernerentur, a Claudio demum nepote consecrata fuit. Quem honorem ei Ovidius adulatione potius, quam divinatione quapiam vivæ prædixit. 1. Fast. 536. Sic Augusta novum Livia numen erit. Plura V. apud Dion. Vellej. Suet. Plin. Tacit.

Drusilla alia Germanici & Agrippinæ filia, Caligulæ soror, & ejus incesto amore quoque infamis, L. Cassio prius nupta, a quo vi abductam M. Lepido postea tradidit, defunctamque divinis honoribus prosecutus est. V. Suet. Tacit. Dion. Senec. Consol. ad Polyb.

Drusilla alia Herodis Agrippæ prioris filia, posterioris soror, Azizo Emezenorum Regi primùm, eoque turpiter relicto, Felici Claudii Cæs. liberto Judææ præposito nupsit, coram quo, præsente eadem, causam dixit Paulus apostolus. Act. 24. V. Suet. Tacit. Joseph.

**Drusillanus**, nomine Rotundus, servus Claudii Imperatoris, dispensatorque Hispaniæ citerioris, quingentariam lancem ex argento habuit; cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: & comites ejus, octoquinquaginta librarum. Verba sunt Plinii lib. 33. cap. 11. ubi de lancibus immodicis agit.

**Drusomagus**, [Δρυσόμαγος] Ptolemæo urbs Rhetiæ. hodie Campidona, vulgo *Kempten.*

**Drusus**, Cognomen fuit Liviorum. Hoc primum M. Livius duce hostium Drauso cominus trucidato sibi ascivit, & ad posteros propagavit, ut Suet. author est in Tiber. cap. 3. Traditur idem pro prætore ex Gallia provincia retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum, auctore eod.

Fuit hoc cognomine dictus ejus abnepos quoque M. Livius, qui ob eximiam adversus Gracchos operam patronus Senatus appellatus est; ut scribit eodem in loco Suet. & Cic. in Brut.

Fuit item Drusus illius filius, qui Nobilissimus, sanctissimus & eloquentissimus a Paterculo dicitur. Hic Senatui judicia, quæ lege Sempronia ad equites translata erant, restituere conatus est, quod beneficium quum sperni a Senatu videret, ad plebem se contulit, & varias seditiones excitavit, propter quas tandem in atrio domus suæ rediens e foro occisus est. Vell. lib. 2. Suet. in Tiber. Cic. in Bruto. App. lib. 1. Victor, de Vir. Ill. C. 66.

Nero Claudius Drusus Augusti privignus, Tiberii Cæs. frater, ab Aug. pariter cum ipso adoptatus, Germanici, Claudiique Imperatoris pater, qui primus a devictis nonnullis Germaniæ populis appellatus est Germanicus. Ab eo Drusiana fossa, de qua Tacit. 2. Ann. 8. & Geographi V.

Drusus denique Tiberii fil. ex Vipsania, qui mortuo Germanico cum patre tribunitiam potestatem accepit, ingenio immitis & asper, Sejani & Livillæ uxoris fraudibus veneno sublatus. Tacit. 3. Ann. 75. 1. & 1. 76. 4.

Ab hoc dicti sunt Drusiani enses, quod petulantia insignis adeo immiti & sanguinaria fuisset natura, ut scribit Dion, ut enses præacuti ab eo cœperint dici. Quibus cum angeretur Tiberius, Me, inquit, superstite, nihil efficies violentum, οὐδ' ὑβριστικόν; quod si ausus fueris, οὐδὲ πλείονι χρόνῳ. Meminit Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 13.

**Drusianus**, a, um. Adj. V. in Drusus.

## D R Y

**Dryădes**, [Δρυάδες] Nymphæ sunt (inquit Servius) quæ inter arbores habitant. Hamadryades autem, Nymphæ sunt quæ cum arboribus nascuntur, & pereunt.

Dryades puellæ. Virg. 1. Georg. 59.

Procaces Dryades. Claud. in Epithal. Palladii, 17.

Semideæ Dryades. Ovid. 4. Epist. 761. Calpurn. 2. Ecl. 14.

> Adfuerant sicco Dryades pede, Naiades udo.

**Dryantiades**, [Δρυαντιάδης] Dictus est Lycurgus Thraciæ rex, a patre Dryante. Ovid. in Ibin, 345.

> Utque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.

**Drymæ**, Achivorum colonia, teste Herodot.

**Dryŏpes**, [Δρύοπες] Populi sunt Epirotici, de quibus Plin. scribit in præf. lib. 4.

Sunt & Dryopes, authore Servio, Populi juxta Parnassum. Virg. 4. Æn. 146.

> Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

Dryope etiam est nomen mulieris apud Ovid. & Vall. Flacc. Nymphæ apud Virg. 10. Æn. 551.

**Dryinas**, aut, ut quidam vocant Dryinos, [δρυϊνὸς ἢ δρυϊνάς] Animal est in quercuum radicibus hærens, quod ad perniciem adeo potest, ut supergressu tantum excidat pedum cutis, intumescantque insigniter crura tota. Id vero mirabilius, si quis mederi velit, manus itidem exoriantur. Quod si interimere adoriatur quispiam, pessimo inficitur odore, itemque odoratur aliud nihil. Dryinas autem appellatur a loco, ubi victitat fere. Hæc ex Paul. Ægineta, lib. 3. ἰατρικῆς πραγματείας, refert Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 28. V. & Dioscorid. lib. 4.

**Dryites**, Gemma, e truncis arborum sic dicta, quæ & ligni modo ardet, ut Author est Plin. lib. 37. cap. 11.

**Drylon**. V. Drilum.

**Drymæa**, [Δρυμαία] Regio, postea Daulis appellata, teste Plin. lib. 4. cap. 3. ubi de Locris agit.

**Drymusa**, [Δρύμουσα] Asiæ insula, Samo & Lesbo finitima, ut refert Plin. lib. 5. cap. 31.

**Dryophŏnon**, Herba. Plin. lib. 27. cap. 9. V. Ruell. lib. 2. cap. 135.

**Dryophytes**, Genus ranarum apud Plin. lib. 32. cap. 7. & cap. 10. Jecur ranæ dryophytis, vel calamitæ in pellicula gruis alligatum. Incorruptiores codices legunt, Jecur ranæ diopetis. Certe videtur certis locis tantus ranunculorum numerus, ut cum imbre delapsi, vel certe ex imbre provenisse videri possint. Hos opinor hic Diopetes vocari, quod Græci διοπετὲς nominent, quicquid est ex aëre delapsum, quasi a Jove demissum.

**Dryoptĕris**, filici similis, in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. lib. 27. cap. 9. V. Ruell. lib. 3. cap. 155. Nonnulli eam esse putant quæ vulgo Osmunda regalis vocatur.

**Dryos hypheăr**, [δρυὸς ὕφεαρ] Genus visci est, copiosissime in quercu nascens, unde & nomen accepit. Est autem sui generis Planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, gravis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum fequens, nunquam in terra nascens. V. Plin. lib. 16. cap. ult.

**Drypetes**, [δρυπετεῖς] Olivæ sunt maturæ, & adultæ: ita dictæ, quasi jam ex arbore decidentes. Plin. lib. 15. cap. 1. Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 11. V. Drupæ supra.

**Dryusa**, [Δρύουσα] Insula, quam eandem esse cum Samo ex Aristotele tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

## D U A

**Dua** [δύο] pro Duo apud Veteres. Cic. in Orat. 156. Video sepulchra dua duorum corporum. Ex Accio. Quintil. lib. 1. cap. 5. de Virtutibus & vitiis orationis, Duapondo & Trepondo usque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & recte dici Messala confirmat.

**Duālis**, e. [δυϊκὸς] Servius in Virg. 2. Æn. 1. Conticuere omnes. Conticuere (inquit) pro Conticuerunt. Nec est ut quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus invenitur. V. Quintil. lib. 1. cap. 5. ubi de Solœcismo. p. 63. Burm.

**Dualiter**, Adv. apud Grammaticos.

## D U B

**Dubenus**, i. m. [δεσπότης] Dominus antiquis dicebatur, Pacuv. Tum dubenus servos legatos pessime verberat. Ex Festo. Sed locus fortasse vitiosus. V. Scalig.

**Dubiat**, pro Dubitat, Obsoletum. Festus.

**Dubis**, [Δοῦβις] Strab. & Ptolemæo, Galliæ fluvius. Vulgo *Le Doux*. Aliis dictus Alduasdusius, aliis Alduabis, aliis Adduasdubis. Hic Vesontionem Sequanorum oppidum pene totum cingit. V. Cæs. 1. Bell. Gall. 38.

**Dubius**, Adj. [ἄπορος, διστακτικός, ἀμφισβητήσιμος, ἀμφίβολος] Qui quum duas vias habeat, utram eligat nescit. Liv. 4. Quum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c.

Dubium & controversum. Cic. 2. de Divin. 106. Tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium controversumque sit.

Dubium & incertum. Cic. 1. de Orat. 92. Hæc autem omnia quæ tractarentur ab Oratoribus, dubia esse & incerta.

Dubiis opponuntur Certa & concessa. Cic. 2. de Divin. 106. Videsne igitur quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? Lucret. lib. 4. 479.

> Et dubium certo quæ res differre probarit.

Perspicuum & Dubium, contraria. Cic 4. de Fin. Utrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur?

Facere aliquid dubium. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Dubio procul. Lucret. lib. 1. 812.

In dubio ponere. V. in.

Num dubium est, quin si in re ipsa nihil, &c. Cic. 4. de Fin. 67.

Dubiumne id est? Ter. Eun. 1. 2. 49. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id est?

Haud, vel Non dubium est quin. Ter. And. 3. 2. 49. Idem Eun. 5. 6. 27. Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. Cic. 8. Att. 20. Dubium nemini est quin, &c. Idem 8. Att. 15. Et nunc credo esse dubium quin tu id commissurus non fueris.

Sine dubio. Ter. Eun. 5. 9. 14. Cic. 2. Q. frat. 2. Sine dubio res a Lentulo remota videtur esse.

De hac re mihi dubium non est. Cic. 11. Att. 6. De Pompeji exitu mihi dubium nunquam fuit.

Dubium est ut. Plin. in Paneg. An dubium est ut dare non posset imperator, qui reverentiam amiserat?

In dubio esse. Ter. And. 1. 5. 3. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Ovid. 3. Fast. 839.

> Nominis in dubio causa est, capitale vocamus
> Ingenium solers, ingeniosa dea est.

Non est in dubio. Plin. lib. 25. cap. 5.

Venire in dubium, quod & Venire in discrimen dicit Cic. pro Quint. 67. Ter. Adel. 3. 2. 41. Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. V. Venio.

In dubium venire de sorte, &c. Ter. Adel. 2. 2. 35. Hei mihi, etiam de sorte nunc venio in dubium miser.

Res vocatur in dubium. Cic. 2. de Orat. 145. In generum causis atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarentur.

Quæ constant & Quæ dubia sunt, contraria. Cic. 1. de Invent. 67. Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus: horum quæ dubia sunt, rationes afferemus.

Facere dubium aliqua re animum alicujus. Cic. pro Lege Manil. 27. Quæ res est quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit?

Feror dubius. Lucan. ad Pison. 2.

Affectus dubii. Ovid. 8. Met. 473.

Argentum dubium. h. e. Pecunia de cujus pondere vel bonitate dubitari potest. Plaut. Epid. 5. 1. 40.

Casus dubii variique. Cic. pro Cluent. 58. Respicite Judices hominum fortunas, respicite dubios variosque casus.

Cœlum dubium. Virg. 1. Georg. 252.

Cœna dubia. Ter. Phorm. 2. 1. 28.

> Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur.
> G. Quid istuc verbi est? P. Ubi tu dubites quid sumas potissimum.

Hor. 2. Serm. 2. 77. Surgere de cœna dubia. i. e. Lauta, luxuriosa, ut ait Vet. Schol. Dubiam cœnam, opiparam, variisque instructam ferculis appellat. Erasm.

Fama dubia. Ovid. 3. de Arte Am. 453.

Fortuna dubia. Ter. in prol. Hec. 16. Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam.

Lanugo dubia. Martial. lib. 2. 61.

> Quum tibi vernarent dubia lanugine malæ.

Lux dubia, i. e. Crepusculum. Sen. Hippol. 1.

Mars dubius. Virg. 2. Georg. 283.

Mens dubia. Virg. 4. Æn. 55.

> Spemque dedit dubiæ menti, solvitque pudorem.

Mons dubius ascensu. Propert. lib. 4. 4. 83.

> Mons erat ascensu dubius, festoque remissus.

Opinio dubia. Cic. pro Domo sua, 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos, proposito periculo.

Pavor dubius. Claud. Cons. Prob. Olyb. 11.

Pericula dubia. Lucret. lib. 3. 55.

Pes dubius. Ovid. 4. de Ponto, 3. 32.

Prælium dubium. Liv. lib. 5. Decad. 4. Aliquandiu dubium prælium fuit.

Rates dubiæ. Ovid. 2. de Arte Am. 414.

> Nec semper dubias adjuvat aura rates.

Res dubia. Plaut. Epid. 1. 2. 10. Is amicus est, qui in re dubia, re juvat, ubi re est opus. Cic. 10. Att. Quem dubiis rebus lædere noluisti.

Res apertas a dubiis secernere. Lucret. lib. 4. 460.

Res dubiæ. Virg. 6. Æn. 196.

> — tuque ô dubiis ne defice rebus.

Rumores

Rumores dubii. Plin. Epist. 190.
Salus dubia. Cic. 6. Fam. 14. Hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset.
Sententia dubia. Ovid. 3. de Ponto, 4. 87.
Sidera dubia, Juven. 5. Sat. 22. adventante crepusculo: Quibus opponuntur Certa. Hor. 2. Carm. 16. 4.

— neque certa fulgent
Sidera nautis. V. Drakenb. ad Sil. 2. 98.

Spes non dubia. V. NON.
Tempora dubia & secunda contr. Hor. 4. Carm. 9. 36.
Tempora Reip. dubia. Cic. pro Font. 34.
Timores dubii. Stat. 5. Theb. 319.
Via dubia. Ovid. 18. Epist. 154.
Vires dubiæ. Ovid. 7. Met. 508.
Voluntas dubia. Tacit. 4. Hist. 6.
Urbes dubiæ. Lucan. lib. 2. 447.
Dubium nisui. Sallust. in Jugurth. C. 94. Quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare. Nisu Cort. q. V.
Nec sum animi dubius. Virg. 3. Georg. 289.
Dubius præsidii. Sen. de Benef. Me tempestas occupavit, portus ac præsidii dubium.
Vitæ dubius. Ovid. 3. Trist. 3. 25.

DUBIE, Adv. [ἀμφιβόλως] Cic. 1. de Divin. 124. Potest accidere ut aliquod signum dubie datum, pro certo sit acceptum.
Nec dubie. Liv. 2. Nec dubie ludibrio esse miserias suas.
Gaudere dubie. Ovid. 10. Met. 659.
Non dubie. V. NON. Papin. in l. cum pater. §. 1. D. de leg. 2.

DUBIETAS, ātis. f. Dubitatio. apud Eutrop. Ammian. & sequioris ætatis scriptores.
Pontanus in Actio. V. Perplexio H. St.

DUBIŌSUS, Adj. [ἀμφισβητήσιμος] Gell. lib. 3. cap. 3. Idem lib. 5. cap. 10. Dubiosum hoc, inexplicabileque.

DUBĬTO, [ἀπορέω, διαπορέω, ἀμφιβάλλω, διστάζω, ἐνδοιάζω. ἀμφισβητέω] āre. a nomine Dubius. Juven. 8. Sat. 212.

— quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?

Dubitare & hæsitare. Cic. 4. Acad. 52. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum, &c.
Dubitare cum Inf. Quid istuc dubitas dicere? Plaut. Epid. 2. 2. 75. i. e. Times? Cic. de Amicit. 6. Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Idem de Senect. 16. Non dubitavit dicere illa quæ versibus persequutus est Ennius.
Nec dubito te quoque eadem agitatione teneri. Plin. Jun. Epist. 100. H. St.
Dubitare de fide alicujus. Cic. Tamen usque eo timui, ne quis de mea fide atque integritate dubitaret, &c.
Dubitat de, vel quid. Cic. 13. Fam. 46. Nam de tua erga me voluntate non dubitat. Idem 4. Acad. 32. Tum vero dubitabit quid sit extremum.
De authore dubitari non potest. Quintil. lib. 7. cap. 3.
De indicando dubitare. Cic. pro Sylla 52. Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium, filium.
Ne dubita. Virg. 3. Æn. 316.
Non dubito quin. Ter. And. 2. 4. 2. Cic. de Senect. Quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troja sit peritura. pro Quin, Corn. Nep. infinit. substituit; non dubito fore plerosque Attice. V. Lambin.
Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Ter. Adel. 4. 5. 57.
Dubitare an & utrum. Plaut. Capt. 2. 3. 95. Cic. 5. Verr. Infinite dubitare utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an, &c.
Aliquid dubitare. Cic. 3. Off. 77. Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? Quintil. 12. 1. p. 1055. At hoc nemo dubitabit. ubi Burman. plura loca Autorum congessit.
Dubitare, pro Cogitare. Virg. 9. Æn. 191. — percipe porro

Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. i. e. Cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Servius. Cic. pro Rosc. Amer. 18. Restat Judices, ut hoc dubitemus, uter potius Sext. Roscium occiderit. i. e. Cogitemus, consideremus.

Dubitatur, imperf. [ἐνδοιάζεται] Plin. lib. 11. cap. 17. De his video dubitari. Cic. 4. Verr. Præsertim aliorum authoritate confirmatum dubitabitur?

DUBĬTANS, Partic. [ἀμφιβάλλων] Cic. pro Domo sua, 140. Identidem se ipse revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

DUBITĀTUS, Partic. [ἀμφισβητηθείς] Ovid. 2. Met. 20.

Venit, & intravit dubitati tecta parentis. Idem ad Liv. 84.

Dubitatus amor.

DUBITATIO, [ἀπορία, ἐνδοιασμός, δισταγμός] ut, Dubitatio de re aliqua. Cic. 3. Off. 18.
Dubitatio & hæsitatio. Cic. 2. de Orat. 202. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio tractusque verborum?
Obscuritas atque dubitatio. Cic. pro Cluent. 73. In ea obscuritate atque dubitatione omnium, &c. placuit repente Judices pronuntiare.
Scrupulus & dubitatio. Cic. pro Cluent. 76. Hic tum injectus est hominibus scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum.
Sine dubitatione, lactucæ foliis similis. Plin. lib. 27. cap. 8.
Indigna homine dubitatio. V. INDIGNUS.
Accidit dubitatio. V. ACCIDO.
Addere dubitationem. V. ADDO.
Adducere in dubitationem. Cic. 3. Fam. 5. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere visurusne me sis in provincia: ea res sic habet.
Afferre dubitationem. Cic. 4. Fam. 7. Sic enim intellexi nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, &c. Dubitationem afferre quin. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Ni forte tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donaverit.
Dari dubitationem. Cæs. 1. Bell. Gall. 14. His Cæsar ita respondit, eo sibi minus dubitationis dari: quod eas res, &c. V. DO.
Esse dubitationem, ut, Dubitatio nulla in re erat. Cic. 5. de Fin. 26.
Eximere dubitationem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Habere dubitationem. Cic. 5. de Fin. 27. Quod quanquam dubitationem non habet (est enim, &c.) Hic locus nihil habet dubitationis, quin, &c. Cic. 2. Off. 17.
Injicere dubitationem. Cic. pro Cluent. 76.
Relinquere dubitationem. Cic. 15. Fam. 21. Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.
Tollere dubitationem. Quintil. lib. 5. cap. 9. V. TOLLO. Dubitationem omnem alicui tollere. Cic. 12. Att. 7.
Dubitatio, Color quidam Rhetoricus, Græce διαπόρησις.

DUBITANTER, Adv. [ἐνδοιαζόντως, ἐνδοιαστῶς] Cic. 2. de Invent. 10. Simul quærentes dubitanter unumquodque dicemus. Cic. 10. Fam. 31. Plane pericula non dubitanter adii. V. eund. de Clar. Orat. 87. & ad Octav.

DUBITATIM, Adv. Idem quod Dubitanter. Cæl. Annal. lib. 3. Imperator conclamat de medio, ut velites e sinistro cornu removeantur, & Gallis non dubitatim immittantur. Ex Nonio. q. V.

DUBITATOR, oris. m. Tertull. adv. Hæret.

DUBITABĬLIS, e. [ἐνδοιαστός] Ovid. 13. Met. 21.

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset. Idem 1. 223.
— nec erit dubitabile verum.

DUBITATIVUS, Adject. ut, Dubitativa conjunctio. Diomed. Gram. Sensus. Tertull. adv. Marc.

DUBITATIVE, Adv. Tertull. de Carne Christi.

## D U C

DUC. DUC. Ducum ductore, vel Ductorum ductor. DUL. Dulcissimus.

DUCATUS, &c. V. DUCO.

DUCENTI, [διακόσιοι] Plin. lib. 14. cap. 4. Durantque adhuc vina ducentis fere annis. Cic. 2. Q. frat. Sane frequentes fuimus, omnino ad ducentos.

DUCENTIES, Adv. [διακοσιάκις] Liv. 8. Bell. Maced. Potius quadragies quam ducenties quadragies litem æstimatam. Cic. 2. Philipp. 40. Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Martial. lib. 5.

DUCENTESĬMUS, a, um. Unde

DUCENTESĬMA, æ. f. ut Centesima, Vectigal. Affertur ex Suet. Calig. cap. 16. Ducentesimam auctionum Italiæ remisit. Sed Turneb. & Casaub. ex Dione & MSS. Centesimam legunt. Dicitur autem eadem forma, ac Decuma, Quadragesima &c. & subauditur Pars. Tacit. 2 Ann. 42. 7. Cæsar ducentesimam in posterum statuit. V. plura apud Pitisc.

DUCĒNUS, Adj. distrib. sed sæpius Bis centum: ut Duceni pedes. Plin. lib. 6. cap. 26. Columel. lib. 5. cap. 2. Sic multiplicabis, centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia. Sic Duceni armati, Liv. 2. Bell. Pun. Et, Ducena quinquagena millia capitum, 9. ab Urbe.

DUCENA, æ. f. Gradus vel Dignitas erat. L. 3. Cod. Theod. de cohortal. princip. corniculi. Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus vel Ducenæ vel Centenæ vel Egregiatus dari dignitas potest.

DUCENARIUS, Adj. [διακοσιαῖος] ut, Ducenaria pondera. Plin. lib. 7. cap. 20. h. e. Ducentarum librarum.
Ducenarius, dicebatur etiam Qui duas centurias, i. e. ducentos milites ducebat in acie secunda, qui primus hastatus appellabatur. Veget. lib. 2. cap. 8.
Ducenariorum judicum decuria. Suet. in August. cap. 32. Ad tres judicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus summis. Quam appellationem, non a causarum æstimatione, sed a censu potius ortam esse, opinantur nonnulli: ut fuerint ducenarii judices, qui dimidium census equestris possidebant. Budæus.
Ducenarii etiam dicebantur, Qui ducentesimam exigebant, quæ vectigal erat. L. 1. C. de exact. tribut. Ducenarii & Centenarii sive Sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire. V. Ursat. de Not. Rom. v. DUC. Turneb. Adversf. 29. 16. [Potius ex Stipendii modulo appellationem sortitos docuit Casaub. ad Suet. Claud. C. 24. ubi & Torr. V. & Scalig. ad Manil. p. 150. extr. ed. Arg.

DUCENARIA, æ. f. Ducenariorum dignitas. Apul. Met. 7. p. 190. Elm. Turneb. l. c.

DŪCO, xi, ctum, [ἄγω, ἕλκω, ἡγέομαι, ἡγεμονεύω, πορεύω] ere. Ducimus eum qui sponte sequitur. Ter. And. 4. 6. 23. Duc me ad eam, quando huc veni ut videam. Cic. 1. Tusc. Qui maximas copias duxit ad Trojam.
Ducuntur omnia dei nutu. i. e. Reguntur. Plaut. Merc.
Ducere se ad aliquem: pro Ire & proficisci. Plaut. Amph. 4. 3. 8. Nam jam ad regem recta me ducam, remque ut facta est, eloquar.
Ducere se ab ædibus: Exire domum, vel egredi. Plaut. Bacch. 4. 2. 11.
Ducere se deorsum de arbore, Descendere de arbore. Plaut. Aul. 4. 8. 8.
Ducere ad credendum. Cic. 2. Tusc. 42. Ita me ad credendum tua ducit oratio.
Duci ad cognitionis cupiditatem. Cic. 1. Off. 18. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.
Facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Ad id responsum, quod eliciendum erit, per gradus ducet. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Ad pejora juvenes laude ducuntur. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Per parva aliquem ducere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Per omnia aliquem ducere. Virg. 6. Æn. 565.

Ipsa deûm pœnas docuit, perque omnia duxit.

Per singula duci. Stat. 2. Sylv. 2. 43.
Æstas septima ducitur. Virg. 4. Georg. 207.
Ætatem ducere. Hor. 2. Epist. 2. 202.

Non tamen adversis ætatem ducimus Austris.

Ætatem

Ætatem in literis. Cic. 5. de Fin. 43. Quo studio Aristophanem putamus ætatem in literis duxisse.
Ævum. ut, Deus duxit ævum per suos gradus. Sen. Hippol. 2. 452.
Agmen ducere, Ducem esse. Plin. lib. 10. cap. 44. Cic. 2. Tusc. Quum æstu magno agmen ducebat, laborabat.
Alvum ducere. V. ALVUS.
Amores nostros in longum ducis. Virg. 9. Ecl. 56.
Anhelitum ex cursura. Plaut. Asin. 2. 2. 61.
Animam, pro Vivere. Liv. 6. In tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam?
Animam ducere de cœlo, h. e. Anhelitum seu spiritum trahere ex aëre. Cic. in Orat. 107. Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant. De parricidarum supplicio loquitur, qui insuti culeo abjiciebantur in aquam.
Anima ducitur spiritu. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Excipiatque animam, eam quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret & reddat.
Animos in rem præsentem ducere. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. ANIMUS.
Annum ducere. Virg. 1. Georg. 6.

— vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. i. e. Quorum cursu tempora computantur. Nam per Lunam, mensis: per Solem annus ostenditur. Servius.

Aquam. Cic. 3. Q. frat. Aquamque quam ii ducebant non longe a villa, belle sane fluentem vidi. Per fundum alterius. Idem ibid. 3. 1. V. AQUÆDUCTUS.
Argentum. Virg. 7. Æn. 634.

Aut læveis ocreas lento ducunt argento. i. e. Flexili argento extendunt. Servius.

Argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Bellum cum aliquo. Virg. 8. Æn. 55.

Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. Quod tamen frequentius ponitur pro Producere, Protrahere. V. infra.

Benevolentiam a personis ducimus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Cœlum. ut, Ipse qui cœlum, nebulasque ducit. i. e. Jupiter. apud Sen. Hippol. 3. Ducit, regit.
In carcerem. Cic. 7. Verr. 76. Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent. Sic Ducere in vincula. Cic. 4. in Catil. 7.
Carmen. Ovid. 5. Trist. 12. 63. ut dicitur Lanam ducere, unde petitur hæc formula;

Ad meâ perpetuo deducite tempora FILO. V. Brœk. ad Tibul. 2. 1. 51. Conf. Versus, infra.

Cicatricem. Columel. lib. 3. cap. 18. Liv. 9. Bell. Pun. Ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa est jactationem. Ovid. 1. de Ponto, 3. 15.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.

Colorem, pro Attrahere. Virg. 9. Ecl. 49.

Astrum quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem. Juven. 2. Sat. 81.
Uvaque conspecta livorem ducit ab uva. h. e. Bibere, haurire.
V. plura infra, & Casaub. ad Perf. p. 274.

Colore aureo pelles. Plin. lib. 28. cap. 9.
Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cic. pro Deiot. 2.
Conjecturam modo huc, modo illuc ducere. Cic. 2. de Divin. 145. An ea quæ dixi, & innumerabilia quæ collecta habent Stoici, quicquam significant, nisi acumen hominum ex similitudine aliqua conjecturam modo huc, modo illuc ducentium? Conjectura ducitur ex hac re. Cic. 2. de Divin. 147. Ex quibus conjectura quædam ducitur, si quemadmodum, &c.
Consilia in pejus ducuntur. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Ad credendum. Cic. 2. Tusc. 42. Ita me ad credendum tua ducit oratio.
In crimen ducere. Tacit. 6. Ann. 5. Neu convivalium fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulavit.
Crinem ducere. Virg. 5. Æn. 528.

— crinemque volantia sidera ducunt. At 2. 694. Facem dixit: Stella facem ducens.

Curam ex animo, pro Abjicere. Plaut. Casin. 2. 6. 25.
Declinatio ducitur per casus. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Diem ducit Lucifer, i. e. Adducit. Virg. 2. Æn. 802.
Diem somno ducere. Sen. Thyest. 5. i. e. Transigere.
Effigiem ducere. Virg. 8. Ecl. 75.
Ensis vagina. Sil. lib. 8. h. e. Educitur.
In errorem ducere. Ovid. 8. Met. 161.

Ducit in errorem variarum ambage viarum, &c.

Exequias. Plin. Epist. 60. V. paulo post, Funus alicui.
Exercitum in Sabinos. Cæs. 1. Bell. Gall. 12. Cic. pro Muren. 20.
Exercitum in quæ vult, ducit. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Exordium. Cic. 1. de Legib. A lege ducendum est juris exordium. Idem 5. de Fin. 18. A qua totius vitæ ducat exordium.
Facem. V. Crinem.
Fidem ducere. Lucret. lib. 2. 477.

— pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducit.

Figuram ducere veri, i. e. Apparere tanquam res vera. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 43. Loquitur de tela Proserpinæ.
Fossam. Liv. 3. Clamore sublato ante se quemque ducere fossam & jacere vallum.
Fræna manu ducere. Ovid. 15. Met. 519. h. e. Reducere.
Frigus ab umbra ducere. Ovid. 10. Met. 192.

— & arborea frigus ducebat ab umbra.

Funem ducere. Hor. 1. Epist. 10. 48.
Funus alicui. Plin. lib. 2. cap. 109. Idem lib. 8. cap. 42. Rex defuncto ei duxit exequias. Virg. 4. Georg. 256. Cic. pro Quint. 50. Juven. 1. Sat. 146. etiam absolute Perf. 2. Sat. 14.

— Nerio jam tertia ducitur uxor. [Inepte, quasi Ducere h. l. sit Sepelire, cum potius Nerio invideat, qui, duabus jam elatis, tertiam ducat uxorem domum.

Gemitus de pectore. Virg. 2. Æn. 288.
Genus ab aliquo ducere. Ovid. 6. Met. 427.

Et genus a magno ducentem forte Gradivo.

Hora blandis ducitur dolis. Propert. lib. 3. 23. 18.
Horas nos flendo ducimus. Virg. 6. Æn. 539.
Horas extremas. Martial. lib. 4. 73.

Quum gravis extremas Vestinus duceret horas. h. e. Propinquus esset morti.

Ilia ducere. Hor. 1. Epist. 1. 9. Gallice dicimus, *Halleter, & batre les flans comme un cheval poussif, ou qui est hors d'haleine.*
Initium. Cic. 9. Att. 11. Nec vero dubito quin exitiosum bellum impendeat, cujus initium ducetur a fame.
Initium ducere ex aliquo. Cic. 2. de Nat. Deor. 50. Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur.
Initium rerum suarum alicunde ducere. Cic. 2. de Lege Agr. 17. Hic quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit.
In jus. Ter. Eun. 4. 6. 30. Si vim faciet, in jus ducito hominem.
Laminam ducere. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Lanam. Nere. V. Burm. ad Petron. cap. 133. p. 635. Ovid. 4. Met. 33.
Lateres ducere, pro Formare: ut Opus ductile apud Vitruv. lib. 2. cap. 3.
Lineam. Plin. lib. 35. cap. 10. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit.
Lina duo ducit acus. Cels. lib. 7. cap. 7.
Litera ducitur. Ovid. 4. de Ponto, 2. 34.

Ducitur & digitis litera rara meis.

Lucem. Stat. 4. Sylv. 1. 26.

— lucemque a Consule ducit Omnis honos.

Ludos, & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit. Tacit. in Vita Agric. 6.
In ludum (literarium) ducere, & reducere. Ter. Phorm. 1. 2. 35.

Restabat aliud nil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere & reducere.

Mancipium. Solennis Romanorum formula. Cic. 2. de Orat. 255. Quanti addictus? mille nummûm: nihil addo, ducas licet. Sponsionis sc. forma, ad quam videtur adludere Sen. de morte Claud. Ad summum tria verba Silo dicat & servum me ducat. V. Schott. Nod. Cic. 2. 14.
In matrimonium. Cic. pro Cluent. 125. & 126. Sassiam in matrimonium ducere, Habiti matrem illam, &c.
Mendacium ducere & conflare. Cic. pro Rosc. Com. Unde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.
Mucronem: pro Educere. Virg. 12. Æn. 378.

Ille tamen clypeo objecto, conversus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.

Mulierem aliquam in concubinæ locum ducere. Cic. 1. de Orat. 183.
Muros, i. e. Struere & erigere. Virg. 1. Æn. 423.
Noctem ducere ludo. Claud. in Epithal. Pallad. 97.
Noctem ducere querelis. Sen. Hippol. 43.
Noctem jucundis sermonibus. Plin. Epist. 117.
Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Ovid. 3. Fast. 733.
Nomen ex re aliqua. Cic. 1. Acad. 40. Ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Notam ducere. Hor. 4. Carm. 2. 59.
Nubilum. Quintil. lib. 11. cap. 3. Sed in ipso vultu plurimum valent oculi per quos maxime animus emanat, ut citra motum quoque & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant. i. e. Obducant & obtendant.
Oblivia ducere pœnæ. Valer. 4. Argon. 657. Sic Hor. 2. Serm. 6. 62.

O rus quando ego te aspiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno & inertibus horis
Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ? i. e. Oblivisci vitam solicitam & curas.

Opes ducere ab aliquo. Hor. 4. Carm. 4. 54.
Opinione duci. Cic. pro Muren. 62. Non re ductus es, sed opinione.
Oracula ducere æquatis sortibus. Cic. 1. de Divin. 34. Cujus generis oracula etiam habenda sunt non ea quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa quæ instinctu divino afflatuque funduntur.
Orationem ducere ab eodem verbo. Cic. in Orat. 135. Aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio.
Ordines & ordinem ducere. V. ORDO. Cic. 2. Philipp. 20. Prioris partis duxit ordinem. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ordine ducere. Virg. 7. Æn. 276.

Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci. i. e. adduci, viz. equos.

Rerum ordine ducar. Ovid. 13. Met. 161.
Originem authore ab illo ducis. Hor. 3. Carm. 17. 5.
Ortus ab Elide ducimus. Ovid. 5. Met. 494.
Os exquisitis modis. Quintil. lib. 4. cap. 3. V. OS, oris.
Otia ducere. Ovid. 1. de Ponto, 5. 43.
Parietem per vestibulum alicujus ducere. Cic. pro Milon. 76. Qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu & lumine.
In partes ducere, i. e. In factiones. Tacit. 15. Ann. 51. Accingeretur modo, navaret operam, & militum acerrimos duceret in partes.
Pectus alicujus in contraria ducere. Ovid. 3. Amor. 11. 33.
Pedes ducunt eum rus. Plaut. Merc. 3. 4. 8. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.
Pensa manu ducere. Juven. 12. Sat. 65.
Piscem hamo ducere. Ovid. 18. Epist. 587.
Pocula ducere. Propert. lib. 2. 9. 21.

Quinetiam multo duxisti pocula luxu. V. plura infra.

Pompam ducere. Ovid. 12. Epist. 699.
Præmia, Ovid. 10. Met. 680. Duxit sua præmia victor. i. e. Accepit.
Principium a re aliqua. Cic. 3. de Fin. 16. Ex quo intelligi debet principium ductum esse a se diligendi sui.
In probationem aliquid ducere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Progeniem Trojano a sanguine duci Audierat. Virg. 1. Æn. 23.
Provincias ducere. Tacit. lib. 3. Ann. 58. Porro si hi duxissent provincias, cur Dialibus id vetitum? i. e. Provinciis præfuissent.

Pugnum ducere, Cædere pugno. Paul. l. 4. D. de injuriis, Si quum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem invitus percusserim injuriarum non teneor.
Quæstiones omnes ex persona petitoris ipsius duximus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Rationem ducere. Cic. 8. Att. 5. Inde suscepto bello, quum pacis conditiones ad te afferri, a teque ad ea honorifice & large responderi viderem, duxi rationem meam, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Idem 3. Verr. 126. Cic. 8. Fam. 5. Hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia desiderantur ab eo tanquam nihil denegatum sit. Non ullius rationem sui commodi ducit. Cic. pro Rosc. Amer. 128. Officii rationem ducere. Cic. pro Sext. 23. Dignitati esse serviendum, Reipub. consulendum, officii rationem in omni vita non commodi esse ducendam. Rationem salutis. Cic. 7. Fam. 3. Pudori tamen malui, famæque cedere, quam salutis meæ rationem ducere. i. e. Habere.
Ducere rationem curandi, pro Deducere. Cels. in procem. lib. 1. Ex his enim similibusque sæpe nova curandi ratio ducenda est.
Remos ducere. Ovid. 1. de Ponto, 6. 40.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
Et ducit remos, qua modo navit aqua.
Retia ducere. Ovid. 13. Met. 922.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces.
Ruinam ducere. Sen. OEth. 13. De quercu quadam cæsa ab Hercule.
Sacra ducere. Virg. 8. Æn. 665.
— castæ ducebant sacra per urbem,
Pilentis matres in mollibus. Ducere autem sacra, & ferre sacra dicuntur, qui res sacras, & quæ ad sacrum utilia sunt, remque divinam ferunt. Turneb.
Senectam ducere. Virg. 10. Æn. 182.
Sententiam ducere in id quod velit, est orationis judicialis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Sentinam ducere dicuntur in navi foramina, quæ aquam recipiunt, unde sentina conficitur. Sen. de Ira, lib. 2.
Sermonem a re quapiam. Cic. 2. Tusc. 10. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & a tali quodam ductus exordio.
Sessum. Plaut. Pœn.
Similitudinem e re aliqua. Cic. in Orat. 9.
Situm ducere. Quintil. lib. 1. cap. 2. Excitanda mens, & attollenda semper est, quæ in hujusmodi secretis aut languescit & quendam velut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione.
Somnos, Dormire. Virg. 4. Æn. 560.
Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos?
Somnium ducit imago. Hor. 3. Carm. 27. 42.
Soporem ducere. Tibul. lib. 1. 1. 65.
Sortem ducere, pro Statuere, apud Virg. 9. Æn. 268. Servius.
Sortem, Sortiri. Virg. 6. Æn. 22.
— stat ductis sortibus urna. Cic. 1. de Divin. 34. At enim idipsum habet aliquid divini, quæ cuique hostia obtingat, tanquam in sortibus quæ cui ducatur.
Spiritum per siccas fauces, Respirare. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 8. Author ad Heren. lib. 4. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus, ducebatur.
Spiritum, Attrahere: & per translationem, Vivere. Author ad Heren. 4. 45. Nam hoc quidem, si spiritum ducit, vivit, &c. Cic. 10. Fam. 1. Ducere spiritum naribus. Varro 2. de R. R. cap. 3. Liv. lib. 4. Decad. 5. Pulmones & cor extrinsecus spiritum ducunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 18.
Stamina ducere. Ovid. 3. Met. 221.
Sub signum. Plaut. Casin. 3. 6. 1.
Sulcos. Plin. lib. 17. cap. 22. Ultro citroque sulcos perpetuos ducito.
Suspiria. Martial. lib. 11. 40.
Corripis, observas, quereris, suspiria ducis. Ovid. 1. Met. 656.
— alto tantum suspiria ducis Pectore.
Suspicionem. Cic. 2. de Invent. 29. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si, &c. i. e. Concipere.
Tempus. i. e. Moras nectere. Cic. 3. Verr. 30. Deinde ita tempus duceretur, ut a M. Glabrione Prætore, & a magna parte horum Judicum, ad Prætorem alium Judicesque alios veniremus. V. infra, Ducere, Protrahere.
Thura naribus ducere. Hor. 4. Carm. 1. 21.
Triumphum. Plin. lib. 34. cap. 3. Primum invexisse triumpho suo quem duxit Urbis anno 567.
In triumpho. Plin. lib. 12. cap. 125. Clarumque dictu a Pompejo magno in triumpho arbores quoque duximus.
Ducere in triumpho, vel per triumphum V. TRIUMPHUS. Quod Græci πιμπειν. V. πιμπω in Thes. H. St.
Turmas ducere. Virg. 5. Æn. 550.
Vallum & fossam ducere. Liv. 5. Vallum, fossamque, ingentis utramque rem operis, per tantum spatii duxerunt.
Vasa ducere e luto. Quintil. lib. 2. cap. 17. i. e. Fingere.
Verbum aliquod in longius. Cic. de Clar. Orat. 92. Nec vero ullum aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius ductum, ac non propria verba rerum, sed pleraque translata, &c. Verba in longam ducere moram. Propert. lib. 1. 10. 6.
Versus ducere. Ovid. 5. Trist. 12. 63.
Viam, pro Sequi. Quintil. lib. 3. cap. 9. Sed non una per hoc opus via ducitur. Virg. 1. Æn. 401.
— & qua te ducit via dirige gressum.
Vitam & spiritum, Vivere. Cic. pro Lege Manil. 33. Quum vestros portus, atque eos portus quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum potestate fuisse sciatis. Virg. 2. Æn. 641.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam.
Vitam dulcem ducere. Lucret. lib. 2. 66.
Ad umbilicum ducere. Hor. Epod. 14. 8. Legitur Adducere in omnibus codd.
Umbram ducere. Lucret. lib. 4. 140. De nubibus loquitur.
Voces ducere. Hor. in Art. Poët. 318. In fletum. Virg. 4. Æn. 464.
Utilitatem ex re aliqua. Cic. 5. de Fin. Quid quum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus?

Vultum, pro Contrahere rugas. Martial. lib. 1. 41.
Qui ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus invideas, livide, nemo tibi. Aliter Virg. 6. Æn. 849.
— vivos ducent de marmore vultus. h. e. Exprimere vivos vultus in marmorea effigie.
Uxorem, pro Accipere. Cic. pro Sext. 6. In uxore ducenda, in liberis procreandis. Ter. Eun. 5. 2. 49. Emoriar si non hanc uxorem duxero. Plaut. Aulul. 2. 6. 4. Vult hanc Megadorus indotatam ducere. Ter. Adel. 4. 7. 11.
Uxor tibi ducitur. Virg. 8. Ecl. 29.
Ducere uxorem, pro Ducere uxorem domum. Veteribus enim mos fuit nuptam e patris domo noctu tædis ardentibus prælatis velatam in mariti domum deduci. Pompon. L. Mulierem. D. de ritu nupt. Mulierem quæ abesset, duci a marito non posse. Deductione enim opus esse in Mariti, non in uxoris domum, quasi in domicilium matrimonii. Ducere uxorem proprie dicitur paterfamilias: at filiusfam. non tam ducit uxorem, quam a patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in hujusmodi conditionibus, quam marito. Hæc Donatus in Phorm. Ter.
Ducere, verbum, pertinet ad usurarum rationem. Cic. 6. Att. 3. Magnam pecuniam confeceram ut solverent centesimis sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum. Eid. ibid. Sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis numerabantur nummi. Ductis, i. e. Supputatis & imputatis. Et paulo post, Nisi forte id volumus armis efficere, ut fœnus quaternis centesimis ducant. i. e. Dependant. Budæus.
Duci authoritate, pro Excitari. Cic. 4. Acad. Ut qui audient, ratione potius quam authoritate ducantur.
Cogitatione duci alio. Cic. 3. de Orat. Vel quod is qui audit, alio ducitur cogitatione.
Conjectura. Cic. de Clar. Orat. 56. Nihil sane mihi legisse videor, tantummodo conjectura ducor ad suspicandum.
Despicatui. Cic. pro Flacc. 65. Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?
Dictis phaleratis, Blando verborum lenocinio irretiri. Ter. Phorm. 3. 2. 14.
Adeone te esse incogitantem atque impudentem Phædria,
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?
In diversa duci. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Dolis doctis. Plaut. Pers. Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis.
Errore duci. Cic. 1. Off. 148. Nec quenquam hoc errore duci oportet, ut siquid Socrates, &c.
Gaudio falso. Ter. And. 1. 2. 9. Ubi Donatus, Ducere, est Expectatione longi temporis malum prolatare: vel Induci, ut Feræ in retia.
Gloria. Cic. l. 2. in Verr. 143. Quod si quem statuæ magnopere delectant, & si quis earum honore ac gloria ducitur. i. e. Si quis nobilibus & famam adeptis statuis delectatur.
Ineptiis ac Fabulis. Cic. pro Cluent.
Cura. Claud. in Sec. Cons. Stil. 4.
Laude. Cic. in Orat. 115. Ergo eum censeo, qui eloquentiæ laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem.
Libo fumante, i. e. Delector. Hor. 2. Serm. 7. 182.
In loco & numero hostium duci. Cic. 7. Verr. 124. At nunc per me spoliati, nave a prædonibus abducta, ipsi in hostium numero locoque ducemini.
Mercede duci. Cic. 2. Off.
Natura. Quintil. lib. 9. cap. 4. V. ORGANUM.
Odio duci. Cic. 1. Att. 11.
Præmio. Cic. 2. Off.
Quæstu & lucro duci. Cic. 5. Tusc. 6. Alii emendi aut vendendi quæstu & lucro ducerentur.
Ratione aliqua duci. Lucret. lib. 4. 597.
Spe posteritatis fructuque duci. Cic. pro Rabir. 29. Neque quisquam nostrûm in Reipub. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuque ducatur.
Ventre, pro Delectari cibis pretiosis, ventris & gulæ causa: i. e. Ventri & gulæ deditum esse. Hor. 2. Serm. 7. 38.
Voluptate ad fidem ducitur. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Utilitate duci. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Ducere, Protrahere. Cic. 1. Fam. 6. Ne res duceret fecimus, ut Hercules Antiarius in alium locum transferretur. Idem Brut. 18. Omnino jam tempora (bellum enim ducetur) integram sibi causam reservant. V. Supra Ducere bellum, Tempus.
Ducere bellum. Cic. 7. Fam. 3 Dein quum ab ea sententia Pompejus valde abhorreret, suadere institui ut bellum duceret.
Ducere rem per altercationem. Liv. 4. Itaque quum res diu ducta per altercationem esset, coss. deos hominesque testantibus, &c.
Ducere diem ex die. Cæs. 1. Bell. Gall. 17. Diem ex die ducere Hedui, conferri, comportari, &c.
Ducere aliquem, pro Eludere, moras nectendo. Cæs. 1. Bell. Gall. 17. Ubi se diutius duci intellexit Cæsar.
Ducere, Haurire, bibere. Hor. 1. Carm. 17. 21.
Pocula Lesbii duces sub umbra. V. Lucan. 10. 124. Juven. 6. Sat. 426. — de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum. h. e. De quo, œnophoro, bibuntur duo sextarii jejuno stomacho.
Duco, pro Dux sum, absolute Exercitui præsum. Cic. 7. Att. 22. Cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu junctas esse Virg. 2. Æn. 632. Ducente deo.
Duci etiam dicebantur Addicti. Creditores enim debitores, qui solvendo non erant, domum ducebant. Legg. 12. Tabb. Schott. Nod. Cic. 2. 14. Salm. de Modo Usur. cap. 18.
Ducere, Existimare, judicare, putare. Et tunc ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ, teste Festo. Cic. de Amicit. 7. Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores esse putes. Idem 1. Fam. 6.
Animo, Cogitare apud se. Virg. 6. Æn. 690.
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.

Ducere

Ducere infra se omnia humana. Cic. 3. de Fin. 29. Atque ille vir altus & excellens, magno animo vere fortis, infra se omnia humana ducens.
Ducere inter. Plin. lib. 2. cap. 63. Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quod naturam ejus ignoramus.
Inter prospera aliquid ducere. Tacit. 4. Ann. 1. Nam Germanici mortem inter prospera ducebat.
Nihil ducere in bonis præter virtutem. Cic. 3. de Fin.
Ducere damno. Plaut. Bacch. 5. 1. 17.
Gloriæ ducere alicui quidpiam. Cic. in Sallust. Neque te tui piget homo levissime quum ea culpas, quæ in historiis gloriæ mihi ducis?
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum.
Ducere honori. Sallust. in Jugurth. C. 11. Dextra Adherbalem adsedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Jugurtha foret.
Ducere laudi. Ter. in prol. Adel. 5. — Vos eritis judices,
Laudine an vitio duci factum id oporteat.
Magnum ducere. Hor. 1. Serm. 6. 62.
— magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi.
Ducere minoris, Minoris existimare vel æstimare. Sallust. in Jugurth. C. 32. extr. Privatim præterea fidem suam interponit: quam ille non minoris, quam publicam ducebat.
Ducere officii. Suet. in Tiber. cap. 11.
Ducere parvi. Cic. 2. de Fin. 24. Sed quia parvi id duceret.
Ducere post honorem alterius sua necessaria. Sallust. in Jugurth. i. e. Magis curare alterius honorem, quam sua necessaria.
Ducere præ se neminem. Auth. ad Heren. lib. 4. 29.
Ducere pro falsis. Sallust. in Cat. C. 3. Ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit, supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.
Ducere aliquid pro nihilo. Cic. 5. Tusc. Divitias, honores, opes contemnere, eaque quæ his sunt contraria pro nihilo ducere.
Ducere aliquid alicui probro: h. e. Exprobrare, Dare vitio alic. Plaut. Amph. 1. 2. 31. Nemo id probro profecto ducet Alcumenæ.
Ducere aliquem ex ære: h. e. Vultum alicujus ære repræsentare. Plin. lib. 7. cap. 37. Idem hic imperator edixit, nequis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret.
Ducere se, Vetus locutio fuit, pro Latenter abire ac discedere. Ter. Hec. 4. 1. 7. Uxor, inquit, ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras. Plaut. Aul. 4. 8. 8. Ego me deorsum duco de arbore. Et Cic. 10. Fam. 32. Balbus quæstor magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se a Gadibus.
Duce pro Duc. Plaut. Mostel. 1. 4. 11. Epid. 3. 3. 18. Trin. 1. 2. 42.
Ducens, Partic. ut, Pecunia ducens ad se cuncta. Hor. 4. Carm. 9.
Gemitus imo de pectore ducens. Virg. 2. Æn. 288.
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. Virg. 2. Æn. 694.
Tempora ducens. Lucan. lib. 5. 733.
Ductus, Partic. [ἀχθείς]
Sorte ductus, Qui sorte obtigit. Tacit. in Vit. Agric. 28. Eo ad extremum inopiæ venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos, vescerentur.
Benevolentia ductus. Cic. de Clar. Orat. 190. Mihi benevolentia, credo, ductus tribuebat omnia. i. e. Adductus.
Compendio ductus. Quintil. lib. 2. cap. 13. Itaque & stratum militari labore iter sæpe deserimus, compendio ducti.
Ductus misericordia pro Excitatus Ulp. l. Et eleganter §. Idem Labeo. D. de Dolo.
Ducta laus ab humili venit ad summum. Cic. 2. Tusc. 5.
In hanc persuasionem quidam ratione ducti, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Verbum a verbo ductum, i. e. Deductum. Cic. 3. Tusc. 14. Qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens, mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo: quod laudis est.
Ductæ & directæ viæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Permanat ad jecur per quasdam a medio intestino, usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad jecur, eique adhærent.
Ductus, apud Cic. Derivatus, procedens, descendens. 1. Tusc. 71. Contumacia a magnitudine animi ducta non a superbia. 5. Tusc. A quibus ducti deinde omnes. pro Rosc. Com. 48. Unde hoc totum ductum & conflatum judicium est. de Clar. Orat. 21. Hinc tum, Pomponi, ductus est sermo, quod &c. Ibid. 218. Omnisque ille sermo ductus e percontatione filii quid in Senatu esset actum.
Ductus, ûs. [ἀγωγή] Ipsa ductio vel deductio rei alicujus. Unde Aquæ ductus dicuntur Deductiones aquarum. Cic. 2. Off. 14. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem 2. de Legib. 2. V. Aquæductus.
Literarum. Plin. lib. 8. cap. 3. Quintil. lib. 1. cap. 3. Quum jam vero ductus sequi poterit. i. e. Formas & tractus literarum. Idem lib. 10. cap. 2. Literarum ductus ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur.
Oris. Cic. 5. de Fin. 47. Quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus, &c.
Macularum. Plin. lib. 37. cap. 12.
Rei credibilis ductus. Quintil. lib. 4. cap. 2. Est autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comœdiis etiam, & in mimis.
Æqualis ductus. Lucret. lib. 4.
Applicare se ad ductum alterius. V. Applico.
Per ductus velut sulcos ducatur stilus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Ductu alterius aliquid facere: h. e. Alio suadente & ducente. Liv. 4. Cic. de Arusp. Resp. 3. Quique suo ductu & imperio cruento illo atque funesto supplicia, &c.
Ductus de officio Imperatoris & imperio bellico optime & frequenter dicitur. Cic. pro Lege Manil. 61. Pompejus rem optime ductu suo gessit. Nep. 4. 1. 3. Suo ductu barbaros esse deletos. conf. Vellej. 2. 79. 4. Cæterum notetur aliud esse rem gerere Ductu, aliud Auspicio. Nam ut ductu dicatur necesse est interfit prælio Imp. majus est quiddam quod dicitur auspiciis. V. Pitisc. Lex. supra in Auspicium. Reperiuntur aliquando conjuncta.
Ductio, ōnis. f. Ulp. in l. Deinde. D. de liber. exhibend. item ducend. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem: ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis.
Ductio alvi. Cels. lib. 4. cap. ult. Alvi ductione uti.
Aquæ ductio. Pomp. l. 3. D. De aqua quotidian. Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen recesserit, non potes subsequi flumen: quia ei loco servitus imposita non sit, quamvis is locus meus sit. Sed si alluvione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes: quia locus totus fluminis serviat ductioni.
Aquarum ductiones. Vitruv. 1. 1.
Rudentum ductio, Reductio. Idem 10. 19.
Ducto, [ἡγεμονεύω] āre. Quintil. lib. 8. cap. 3. ait, Ductare exercitum, mala consuetudine obscœnum intellectum habere. V. Burman. ad loc.
Ductare aliquem frustra, pro Dare illi verba, aut Verbis perducere ad fallaciam. Plaut. Men. 4. 3. 20. Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.
Ductare aliquem dolis. Plaut. Capt. 3. 4. 109.
Ductare amicam & mulierem, pro Scorto potiri. Plaut. Asin. 1. 3. 13. Ter. Phorm. 3. 2. 15. Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. Asin. 1. 3. 37. Nunc quia nihil habes, maledictis eam ductare postulas.
Cornua ductare nervo. Valer. 6. Argon. 376. Significat arcum tendere.
Ductare pro nihilo. Plaut. Perf. 4. 4. 85. Omen ego pro nihilo esse ducto quod fuit, quando fuit.
Ductare restim. Ter. Adel. 4. 7. 34. Tu inter eas, restim ductans, saltabis. i. e. manu consertos choros duces. V. Donat.
Duco, āre. Gubernare. Varro, Ab eo quod sit ducare, qui est dux aut ductor, qui ita inducit ut doceat. Hæc Calepinus corrupte. Ex Varr. de L. L. lib. 4. legendum, Ab eo quod scit ducere, qui est dux, &c.
Ducātus, ûs. [ἡγεμονία] Onus & administratio imperii. Suet. in Neron. cap. 35. Privignum Ruffinum Crispinum, Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit. Idem in Tiber. cap. 19. Confidens (ut ajebat) ostento sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. i. e. Quoties pro imperio aliquid gerendum esset, vel Quoties bellum suis auspiciis gererent. Exstat apud Spartian. in Pescen. Nig. Capitol. in Pertinac. Epitom. Livian. Justin. Curt. & Manil. 5. 360. Vet. Gloss. Ducatus. ἡγεμονία. V. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 150. Stewech. in Veget. 1. 13. Ducatum præbere sceleri, Ducem esse sceleris. Florus lib. 3. cap. 21.
Ducatio, ōnis. f. ut Ducatio necessitatis. Tertull. de Coron. Mil. cap. 11.
Ducātor, ōris. m. pro Ductor. l. 29. D. ad Leg. Aquil. §. 4. Tertul. adv. Jud. cap. 13.
Ducātrix, īcis. f. Apul. de Doctr. Plat. l. 2. post princip. Vitiorum ducatrices iracundia & libido.
Ducālis, e. Gloss. ἀγωγός. (Imo Ducale, Ἀγωγὸς ὁ τῶν κτηνῶν.
Ducaliter, Adv. Sidon. 5. Epist. 13. Ducaliter antecessurus. i. e. In modum ducis. Et compar. 8. Epist. 6. pr. Nullum rem militarem præstabilius, nec ducalius administrasse.
Dux, dŭcis. [ἐξηγητής, ἀγωγός, ἡγεμών, ὁδηγός, ἀγός, ἀγωγεύς] Qui vel quæ ducit. Virg. 1. Æn. 364. — dux fœmina facti. Cic. pro Corn. 9. An ingenium? quum etiam ipse casus eventusque rerum non duces, sed comites ejus consiliorum fuerint. Ibid. 64. Videte ne utilius vobis & honestius sit illis ducibus errare, quam hoc magistro erudiri.
Dux & præfectus classis. Cic. 7. Verr. 88. Sed tunc inopes relicti a duce præfectoque classis, eundem necessario cursum tenere cœperunt.
Armenti dux. Ovid. 8. Met.
Astrorum dux. i. e. Sol. Sen. Thyest. 9.
Gregis dux, pro Tauro, apud Ovid. 1. de Arte Am. 326.
Impietatis. Cic. de Amicit. 42.
Ingenii dux. Ovid. 2. de Ponto, 3. 78.
Malorum dux & scelerum artifex. Sen. Hippol. 4.
Scelerum duces. Lucan. lib. 2. 249.
Sectarum diversarum duces. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Superûm dux. i. e. Juppiter. Stat. 4. Sylv. 2. 55.
Vitæ dux dia voluptas. Lucret. lib. 2. 172. Sic Venerem vocat.
Vivendi recte dux natura. Cic. de Amicit. 19.
Mors in claris viris & fœminis dux in cœlum solet esse. Cic. 1. Tusc. 27. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse.
Dux ac princeps in illa multitudine sicariorum. Cic. pro Rosc. Amer. & de Arusp. Resp. 57.
Achilles dux Thessalis. V. Achilles.
Tanta authoritate dux. Cic. 7. Att. 7.
Dux & author. Tacit. 3. Hist. 71. Nova cupientibus auferatur dux & author. Cic. 10. Fam. 6. & 2. 6.
Author, dux & princeps. Cic. 3. de Orat. 60. Quem authorem publici consilii, & regendæ civitatis ducem, & sententiæ atque eloquentiæ principem in Senatu, in populo, in causis publicis esse volumus.
Dux & comes. Cic. pro Marcell. 11. Idem de Amicit. 37. Nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit.
Dux & magister. Cic. 5. Verr. 54. Idem 1. de Fin. 71. Magistra & duce natura.
Prætor, dux, [στρατηγός] & imperator. Cic. pro Flacc. 27. An vestri Prætores, vestri duces, vestri imperatores?
Duces & signiferi. Cic. pro Planc. 74. Statuissemque eos solum nominare, qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuissent. Idem pro Muren. Dux & signifer calamitosorum.
Clarus dux. Hor. 3. Carm. 14. 7.
Improvidi & negligentes duces. Cic. 7. Att.
Invictus dux. Sil. lib. 7.
Magnanimi duces. Virg. 4. Georg. 4.

Magni duces. Hor. 2. Carm. 1. 21.
Creare ducem. V. CREO.
Habere rationem ducem, non superstitionem. Cic. 2. de Divin. 83. Quando enim ista observans quieto & libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem?
Præbere se ducem bonis. Cic. 10. Fam. 6. Deinde & Senatui bonisque omnibus authorem, principem, ducem præbeas.
Præficere duces populo. Cic. pro Domo sua, 89. Cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios præfeceras.
Sequere naturam vitæ ducem. Sen. Hippol. 4.

DUCTOR, ōris. [ἡγεμὼν, στρατηγὸς] Dux. Virg. 2. Æn. 13.
— fracti bello fatisque repulsi
Ductores Danaûm. Cic. 1. Tusc. 89. Quoties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt?
Aquarum ductor Tybris. Stat. 3. Sylv. 5. 111.
Classis ductor. Virg. 6. Æn. 334.
Deorum ductor. Sen. Herc. fur. 4.
Ducum ductor, i. e. Imperator exercitus. Sen. Agam. Sic vocat Agamemnonem.
Fluviorum ductor. Stat. 4. Theb. 118.
Gregis indomiti ductor, pro Tauro, apud Sen. Hippol. 2.
Armipotens ductor. Sil. lib. 13.
Delecti ductores. Lucret. lib. 1. 87.
Fulmineus ductor, pro Hannibale. Sil. lib. 17.

DUCTRIX, īcis. f. l. 1. §. 12. D. de exerc. Action.

DUCTARIUS, Adj. [ἀγωγὸς] Qui ducit. Unde, Ductarius funis, quo in trochleis utimur & qui per orbiculos trochleæ trajicitur. Apud Catonem, & Vitruvium lib. 10. cap. 2. & 3. & 5.

DUCTARIE, Adv. Plaut. Fragm. Frivol.

DUCTABĬLIS, e. Hinc

DUCTABĬLĬTAS, ātis. f. Acc. apud Non. 2. 626.

DUCTĬLIS, e. [ἀγώγιμος, ἐλατὸς] Quod facile ducitur, attenuaturque in laminas. Unde Æs ductile appellatur, quod malleis obsequitur, tenuaturque in laminas. Plin. lib. 34. cap. 8.
Ductile flumen. Martial. lib. 12. 31.
— hoc riguæ ductile flumen aquæ.

DUCTIM, Adv. Cum mora. Plaut. Curc. 1. 2. 13. Immergere in me liquores tuos sino ductim.
Ductim opus facere in vinea. Columel. lib. 4. cap. 25. Major autem pars operis in vineam ductim potius quam cæsim facienda est. i. e. Ductu falcis potius quam ictu.

DUCTITIUS, a, um. [ἐλατὸς] Quintil. lib. 6. Ferrum ductitium.

DUCTĬTO, are. ex frequent. frequentativum. Plaut. Rud. 2. 6. 26. Venales illic ductitavit.

DUCŌNA, [Δούκωνα] Ptolemæo, Cadurcorum in Gallia urbs. vulgo *Cahors.*

## D U D

DUDINI, Liburnorum olim populi, nunc Illyrico juncti, authore Plin. lib. 3. cap. 21.

DUDUM, [πάλαι] Adv. de Parvo tempore dicitur, unius horæ, aut duarum triumve horarum, aut certe brevissimi temporis, authore Valla lib. 2. C. 34. Incerti temporis. Donat. ad Ter. And. 3. 4. 3. Cic. 4. Att. 5. Dudum enim circumrodo quod devorandum est.
Dixi dudum materiam aliam esse joci, aliam severitatis. Cic. 2. de Orat. 263.
Quæ dudum ad me, & quæ etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti. Cic. 11. Att. 22.
Dudum & Nunc, opponuntur. Cic. de Clar. 138. Ut dudum ad Demosthenem & Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus.
Dudum huc accersita sum. Plaut. Stich. 5. 3. 3.
Non dudum ante lucem. Plaut. Pœn. 1. 2. 105. Quia jam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus.
Quando? Dudum. Plaut. Perf. 4. 3. 29.
Quam dudum? h. e. Quam longo tempore, quanto temporis intervallo: & plerunque interrogantis est. Ter. And. 5. 2. 9. Modo introii. s. quasi ego quam dudum rogem. Plaut. Amph. 2. 2. 60. Quam dudum istuc factum est? AL. tentas? jampridem modo.
Rus mane dudum hinc ire me jussit pater, ut bubus, &c. Plaut. Truc. 3. 1. 2.
Quasi dudum. Plaut. Amph. 2. 2. 51. Sic salutas, atque appellas, quasi dudum non videris?
Dudum, pro Antea. Ter. Phorm. 2. 3. 19. Incertior multo quam dudum. Idem Eun. 4. 5. 4. Quis est? ehem Pythias, vah quanto nunc formosior videre mihi quam dudum.
Dudum, etiam de Longinquo tempore dicitur. Ter. And. 5. 1. 5. Quam maxime abs te postulo, atque oro Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Ter. And. 3. 4. 3. Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem quod vulgus servorum solet. Idem Eun. 4. 4. 16. Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. Cic. de Clar. Orat. 252. Ut dudum de Læliorum & Mutiorum familiis audiebamus.
De futuro adhibet. Virg. 2. Æn. 103. Jam dudum sumite pœnas. ubi V. Taubm.

## D U E

DUELLA, Tertia pars unciæ, dicta a duabus sextulis una junctis. Rhemn. Fann. de Pond. v. 23.
Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam. V. Luc. Pæt. de Rom. & Græc. Pond. p. 48. & apud Græv. in Thes.

DUELLONAM, ['Ενυώ] Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de L. L. 10. conf. 6. 3. V. BELLONA.

DUELLUM, i. [πόλεμος] inquit Festus, Bellum est, in quo a duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & Perduellis, Qui pertinaciter retinet bellum. Plaut. Amph. 1. 1. 34. Cic. in Orat. 153. Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum, & duis bis, sic Duellium eum qui Pœnos classe devicit, Bellium nominaverunt, quum superiores semper appellati essent Duellii. Liv. 6. Bell. Maced. Quod populus Romanus ex tempore duellum jussisset cum rege Antiocho esse. Idem 2. Bell. Pun. Hisce duellis datum donum duit pop. Rom. Quiritium, quod duellum pop. Romano cum Carthaginiensi est. Cic. 2. de Legib. 45. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta non favi. Idem ibid. 21. Quique agent rem duelli quique populare auspicium, præmonento.
Thuscum duellum. Ovid. 6. Fast. 201.
Lentum duellum. Hor. 1. Epist. 2. 7. Usurpant etiam Idem 2. Epist. 1. 253. Plaut. Amph. 1. 1. 33. V. Quintil. 1. 4. Scalig. Poet. 3. 89. & Barth. ad Briton. Arem. p. 674.
Quod vulgus Duellum hodie vocat, dicitur Singularis pugna. Eutrop. 2. 2. & Sulp. Sever. 1. 34. Singulare certamen Vopisc. in Prob. cap. 9.

DUELLUS, ut ex Duello Bellum factum est, ita quoque Bellus Duellus ab antiquis dicebatur. Quintil. lib. 1. cap. 4. Liv. apud Non. Lenti calido, duella rapula, rumice. Nam Duella rapula quid aliud est, quam rapula bella?

DUELLĀTOR, ōris. [πολεμιστὴς] pro Bellatore. Plaut. Capt. prol. 68. Valete judices justissimi: domi, bellique duellatores optimi.

DUELLĬCUS, Adj. [πολεμικὸς] ut, Ars duellica. Plaut. Epid. 3. 4. 14. Proles duellica. Lucret. lib. 2. 660.

DUELLIS, e. i. e. Hostis. Arnob. lib. 1.

DUELLIUS, [Δυίλλιος] vel potius DUILLIUS nom. gent. Rom. Ex quâ inprimis celebratur C. Duillius Cos. qui primus Romæ navali certamine triumphavit, A. U. C. 494. Biliam virginem duxit uxorem, tantæ pudicitiæ, ut illo quoque seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. Is jam senex & trementi corpore, in quodam jurgio audivit exprobari sibi os fœtidum: & tristis se domum contulit. Quumque uxori questus esset, quare nunquam se monuisset, ut huic vitio mederetur: Fecissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris sic os olere. Laudanda in utroque pudica & nobilis fœmina, & si ignoravit vitium viri, & si patienter tulit: & quod maritus infelicitatem corporis sui, non uxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Hactenus Hieronymus lib. 1. adverf. Jovinianum. Plutarchus tamen hanc historiam refert ad Hieronem. Columna ejus victoriæ navalis causa a pop. Rom. ipsi posita fuit captarum navium rostris ornata, in foro, cujus basin vetustis literis inscriptam, in Capitolinis urbis ruinis repertam suppleverunt & commentariis explicaverunt plurimi, eruditissime Pet. Ciaconius. V. Cic. Orat. 153. Liv. Flor. Valer. Max. Aurel. Victor. &c. V. BILIUS.

## D U I

DUICENSUS, dicebatur, Cum altero, id est cum filio, censfus. Festus.

DUIDENS, Hostia ab antiquis appellata est, quam nos Bidentem dicimus. Festus.

DUIGÆ, ārum. f. Bigæ. Varr. 7. de L. L. 30.

DUINĪ, Bini. Idem ibid.

DUĬTAS, ātis. f. est quam vulgo Dualitatem, Græci δυάδα vocant. Jabolenus in l. 242. D. de verb. signif. Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse dictam sine duitate. Hic videtur Jabolenus Duitatem appellare Matrimonium, in quo sunt duo, vir & mulier.

DUĬTÆ, ārum. m. Hæretici qui duos deos fingebant. V. Prudent. Hamart. præf. v. 37.

## D U L

DULCACIDUS, a, um. [ὀξύγλυκυς] Vox est Q. Sereno familiaris, pro eo quod Mistum quendam saporem ex acido & dulci, cujusmodi sunt quædam ex malorum Punicorum genere, significat. V. Keuchen. Not. p. 126. extr. & p. 243. pr.

DULCĀMĀRUS, Adj. [γλυκύπικρος] Melissus Dulcamaram aquam vocat Lachrymas. Dulcamara Herba est Matthiolo. At Plaut. Cist. 1. 1. 71. Pseud. 1. 1. 61. & 2. 4. r. Truc. 2. 3. 25. Dulce amarum, ut Dulce atque amarum Disjuncte.

DULCIS, e. [γλυκὺς, γλυκερὸς, ἡδύμος] Plaut. Truc. l. c. Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. Proprie usurpatur de Sapore: tralate pro Jucundo, amabili.
Dulcia & Amara, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 32. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida & dulcia, & amara.
Dulcissime frater. Cic. 3. de Legib. 25. Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater, incidit in Tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum Tribunatu.
Languide dulcis. Plin. lib. 13. cap. 4. Et in Arabia languide dulces traduntur esse palmæ.
Agellus dulcis. Lucret. lib. 5. 1366.
Alloquia dulcia. Hor. Epod. 13. 27.
Alumni dulces. Hor. 3. Carm. 23. 8.
Amicus dulcis. Hor. 1. Serm. 3. 69.
Amores dulces. Martial. Spectac. 25.
Amplexus dulcis. Virg. 8. Æn. 568.
Animas dulces reddere. Virg. 3. Georg. 495.
Aqua dulcis. Varr. 3. de R. R. cap. 3. Virg. 1. Æn. 4?.
Arva dulcia. Virg. 1. Ecl. 3.
Aura dulcis. Virg. 4. Georg. 417.
Aures dulces. Plaut. Pœn. 5. 2. 9. Quam orationem hanc aures dulces devorant. Dulcem codd. correctiores.
Camœnæ dulces. Hor. 1. Epist. 20. 5.
Conditio dulcis. Hor. 1. Epist. 1. 51.
Conjux dulcis. Virg. 4. Georg. 465.
Cultura dulcis. Hor. 1. Epist. 19. 86.
Cupidines dulces. Hor. 4. Carm. 1. 4.
Curæ dulces. Stat. 2. Sylv. 1. 71. vernula Domino.
Dolium dulce. Hor. Epod. 2. 47.

Epistola

Epiſtola dulciſſima. Cic. 15. Att. 13. Longiori epiſtolæ ſuperiorique reſpondi: nunc breviori, propiorique quid reſpondeam, niſi eam fuiſſe dulciſſimam?
Epulæ dulces. Hor. 3. Carm. 8. 6.
Eſca dulcis. Virg. 4. Georg. 17.
Flumen dulce. Hor. 2. Carm. 6. 11.
Fluvii dulces. Virg. 3. Georg. 445.
Fœtus dulces. Lucret. lib. 2. 1159.
Fortuna dulcis. Hor. 1. Carm. 37. 11.
Furta dulcia. Virg. 4. Georg. 346.
Gaudia dulcia. Ovid. 3. de Arte Am. 798.
Gemitus dulces. Ovid. 1. de Arte Am. 724.
Hæres dulcis. Juven. 6. Sat. 38.
Ignis. Propert. lib. 3. 8. 29. de Amore.
Illecebræ dulces. Virg. 3. Georg. 217.
Ingenium dulce. Martial. de Spectac. 20.
Juventa dulcis. Hor. 1. Carm. 16. 23.
Labor dulcis. Ovid. 6. Faſt. 661.
Latebræ dulces. Hor. 1. Epiſt. 17. 16.
Lucellum dulce. Hor. 1. Epiſt. 19. 102.
Lyæus dulcis. Hor. Epod. 9. 38.
Malum dulce, Amor. Sen. Hippol. 2. Ovid. 2. Amor. 9. 141.
Mella dulcia. Claud. 2. in Ruff. 462.
Merum dulce. Hor. 3. Carm. 13. 2.
Munus dulce. Sen. Hippol. 5.
Muſæ dulces. Virg. 2. Georg. 475.
Muſtum dulce. Virg. 1. Georg. 295.
Nati dulces. Virg. 2. Georg. 138.
Nefas dulce. Stat. 5. Theb. 162.
Nomen dulce patris. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 36.
Novitas dulcis. Ovid. 4. Met. 284.
Orator dulcis. Cic. 1. Off. 3.
Oſcula dulcia. Virg. 1. Æn. 687.
Periculum dulce. Hor. 3. Carm. 25. 18.
Poma dulcia. Hor. 2. Serm. 5. 12.
Reditus dulces. Hor. Epod. 16. 35.
Salus dulcis. Ovid. 5. Triſt. 8. 3.
Sapor dulcis. Hor. 3. Carm. 1. 56.
Soles dulces. Valer. 4. Argon. 632.
— dulceſque iterum mihi ſurgere ſoles Nunc reor.
Solatia dulcia. Lucret. lib. 5. 21.
Somnus dulcis. Virg. 4. Æn. 342.
Sonus dulcis. Hor. 2. Carm. 13. 38.
— ſive per flores novos
Fugiente dulcis murmurat rivo ſonus.
Sopor dulcis. Hor. Epod. 5. 56.
Strepitus dulcis. Hor. 4. Carm. 3. 18.
Vinum dulce. Hor. 3. Carm. 12. 2.
Umbra dulcis. Virg. 1. Æn. 694.
Undæ dulces. Virg. 2. Georg. 243.
Ambroſia dulci dulcius. Catul. 96. 2.
Aura nectare dulcior. Claud. Idyll. Hyſtr. 99.
Melle dulcior. Ovid. 5. Triſt. 5. 29. — ô dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.
Dulcior thymo Hyblæ. Virg. 7. Ecl. 37.
Magis dulcius. V. MAGIS.

**DULCIA**, pl. Placentæ dulces. Lamprid. Heliog. cap. 27. Sic, Apic. 1. 14. Dulcia de melle. Idem 7. 11. Dulcia piperata. V. Iſid. 20. 2. Pitiſc. in Lex. & mox DULCIARIA.

**DULCICULUS**, [γλυκύδιος] dimin. Plaut. Pœn. 1. 2. 177. Hujus coloſtra & dulciculus caſeus, maſtigia. Cic. 3. Tuſc. 45. Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi.

**DULCĒDO**, ĭnis f. [γλυκύτης, γλυκασμὸς] Ovid. 1. de Ponto 54. 35.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine captos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Cic. 2. de Fin. 114.
Alma dulcedo. Lucret. lib. 2. 970.
Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ.
Dulcedine corruptelaque mores depravati. Cic. 2. de Legib. 38.
Interpellata dulcedo alicujus rei. V. INTERPELLO.
Movet maxima dulcedine ſenſum voluptas. Cic. 2. de Fin. 39.
Amicitiæ dulcedo. Sen. Epiſt. 9.
Avium. Auct. ad Heren. lib. 4. 30.
Cantus. Apul. Met. lib. 5.
Carminum. Vellej. lib. 1.
Gloriæ. Cic. pro Arch. 24.
Iracundiæ. Cic. 1. Q. frat. 2.
Linguæ. Ovid. 3. de Ponto.
Orationis. Cic. 3. de Orat. 159.
Pecuniæ & Honoris. Cic. 11. Fam. 28.
Somni. Stat. 10. Theb. 79.
Vivendi. Cic. in Bruto, 16.
Voluptatis. Cic. 1. de Legib. 47.

**DULCITAS**, ātis. [γλυκύτης] Idem. Accius Tereô, Suavem linguæ ſonitum, ô dulcitas conſpirium animæ. Nonius 2. 215. Antiquum. Apul. de Mund.

**DULCITŪDO**, ĭnis. [γλυκύτης] Idem. Cæcilius, Tanta huic invaſit in corda dulcitudo. Hæc Nonius. Cic. 3. de Orat. 97. Quinetiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcitudine præter cæteros ſenſus commovetur. Inſcript. apud Gruter. DCCLII. 3. CVM QVA VIXIT ANNIS XIII CVM MAGNA DVLCITVDINE.

**DULCIARIA**, ōrum. n. [πέμματα, μελιτώματα] V. Hoſpin. de Orig. Feſt. f. 55. Apic. 7. 11. Dulcia domeſtica quæ dulciaria vocant. [Dicitur & Piſtorium opus, de cujus confectione V. Corn. Celſ. l. 2. c. 18. Cato de R.R. C. 74. ſeq. Ælian. V. H. 3. 20. Torrent. ad Suet. Tib. C. 34. Conf. ſupra DULCIA.

**DULCIARIUS**, [πεμματοποιὸς] ut, Dulciarius piſtor, Qui panes & mellita concinnat edulia. Lampr. Heliog. c. 27. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunque coqui de diverſis edulibus exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarii, illi modo de dulciariis, modo de lactariis exhiberent. Jul. Firmic. lib. 8. cap. 11. tradit Dulciarios, conditores, & his ſimiles viros naſci ſub ſidere Spicæ, quæ in Virginis parte decima exoritur. V. Martial. lib. 14. 222. Apul. 10. Met. p. 244. Pitiſc. Lex.

**DULCESCO**, [γλυκαίνομαι] ĕre. Dulce fieri. Cic. de Senect. 53. Primo uva eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Plin. lib. 3. cap. 18. Dulceſcente mari. Idem 14. 1. & 31. 6.

**DULCIO**, īre. pro Dulceſcere. Lucret. lib. 2. 473.

**DULCE**, Adv. [γλυκέως] Plaut. Mil. 2. 2. 58. Hercle aſtitit & dulce & comœdice. Cic. de Clar. Orat. 77. Tum hiſtoria quædam Græca ſcripta dulciſſime.
Loqui dulce. Hor. 1. Epiſt. 7. 24.
Magis dulce. V. MAGIS.
Profari dulce. Stat. 1. Sylv. 2. 63.
Ridens dulce. Catul. 49. 5.
Qui ſedens adverſus identidem te
Spectat, & audit dulce ridentem. Hor. 1. 22. 23.

**DULCĬTER**, Adv. [γλυκερῶς] Cic. 2. de Fin. 18. Aut enim eam voluptatem tueretur, quam Ariſtippus, id eſt qua ſenſus dulciter ac jucunde movetur. Quintil. 12. 10. Apul. 2. Met. Compar. Cic. Orat. 158. Superl. de Clar. Orat. 77.

**DULCĬFER**, Plaut. Pſeud. 5. 1. 18. Cantharum dulciferum.

**DULCIFLUUS**, a, um. [γλυκύῤῥοος] Quod dulciter & ſuaviter fluit. Dracont. Hexaem. 49.

**DULCILOQUUS**, [μελίγηρυς] Dulciter loquens. Apul. Apol. 1. p. 129. Sidon. 8. Epiſt. 11.

**DULCILOQUIUM**, ii. n. Sariſb. Epiſt.

**DULCĬMŎDUS**, a, um. Prudent. Pſychom. 667.

**DULCINERVIS**, Idem. Mart. Capel. 9. p. 30.

**DULCIORILOQUUS**, a Nævio uſurpatum, ut nimis poeticum, & ab uſu remotius, explodendum cenſet Gellius lib. 19. cap. 7. quem vide.

**DULCIŎLUS**, dimin. Apul. 4. Met. 516. Mellitis dulciolis ventrem ſaginare. [Videtur neutrum ſubſtantive poſitum, Mellita dulciola, ut aſſolet, diminutive, pro Dulcia, ſeu Dulciaria, q. V.

**DULCISONUS**, [γλυκύφωνος] Suaviter ſonans. Sidon. Carm. 6. 5. Apul. Aſclep. p. 407. Mart. Capel. lib. 9.

**DULCO**, āre. [γλυκαίνω] Dulce efficio. unde Particip. DULCATUS, Sidon. 2. Carm. 105. Idem Sidon. ad Agric. Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ ſolicitius ingenuitatem. Hinc Edulco, as, q. V.

**DULCOR**, ōris. m. Tertul. Adv. Marc. 3. 5. & Theod. Priſc. de Diæt. cap. 12.

**DULCŌRO**, āre. Idem quod Dulcare. Sariſb. 816. conf. Vulg. Prov. 27. 9. Apud Eccleſiaſticos reperiri notarat H. St.

**DULCORĀTUS**, a, um. Ambroſ. de Inſtit. Virgin.

**DULCORATIO**, ōnis. f. apud Afranium.

**DULCORARIUS**, ii. m. Sariſb. 8. 13.

**DULCIS PORTUS**, [γλυκὺς λιμὴν] quem intrat amnis Acheron, ex Acheruſia palude profluens, compluraque ſuſcipiens flumina, quibus ſinus ipſe dulcis efficitur. Verba ſunt Strab. lib. 7.

**DULCIS Radix**, [γλυκύῤῥιζα] Fruticoſa eſt, ramis binûm cubitorum altitudine aſſurgentibus, foliis lentiſci, denſis, pinguibus, tactuque gummoſis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, aſperiore, qui ſiliquas lentium modo habet rufas, & parvas. Officinæ Græcum nomen corrumpentes, vel potius barbaros ſequutæ, *Liquiritiam* vocant. V. Dioſcor. lib. 3. cap. 5. Meminit & Plin. lib. 22. cap. 9. ubi inter aculeatas numerat, ſed falſo, ut uſus quotidie comprobat.

**DULICE**, Adv. [δουλικῶς] Serviliter. Plaut. Mil. 2. 2. 58. Adſtare dulice.

**DULICHIUM**, [Δουλίχιον] (inquit Servius) Inſula eſt, ubi mons eſt Ithacus, in quo fertur habitaſſe Ulyſſes, eoque & ipſe Dulichius, & Dulichias habuiſſe rates dicitur. Hæc Servius. Dulichium, inquit Vadianus Melæ interpres, Ulyſſi paruit, a quo ipſe Dulichius cognominatus: Ithacenſis a patria. Hor. 1. Epiſt. 6. 63.
— remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſi. Virg. 3. Æn. 271.
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua ſaxis.

**DULICHIUS**, Adj. Virg. 6. Ecl. 76. Dulichias vexaſſe rates. h. e. Ithacenſes. Servius. Ulyſſes, Dux Dulichius vel Princeps. H. St.

**DULOCRATIA**, [δουλοκρατία] Latine Servorum dominatus & imperium, quam ſanxiſſe videtur C. Imperator, permiſſa paſſim ſervis licentia dominos accuſandi, ſiquid vellent, unde ingens illata orbi terrarum calamitas. Meminit Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. ult.

**DULOPOLIS**, [Δουλόπολις] Oppidum circa Indum fluvium, alio nomine Acanthus dictum, de quo Plin. lib. 5. cap. 27.
Fuit item Oppidum in Libya, quod id juris habuit, ut qui ſervus eò aufugiſſet, omni nexu ſolveretur. Alex. Genial. lib. 3. cap. 20.

## D U M

**DUM**, [ἐν ὅσῳ, ὄφρα] Adv. temporis, varia ſignificat.
Virg. 1. Æn. 5.
Multa quoque & bello paſſus, dum conderet urbem.
Reſpondet ſignificatione τῷ Quoad vel Donec: & jungitur his fere verbis, Moror, Operior, Expecto. Liv. Paucos morati dies, dum ſocii venirent. Ter. Heaut. 3. 2. 32. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo abeat. Cic. 7. Att. 1. Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam. Eidem, Ego in Arcano operior dum iſta cognoſco. Eidem, Quod ſi totum tibi perſuadere non poſſum, ſaltem dum quid de Hiſpanis agamus ſcitur, expecta.
Dum, pro Modo, ſive Dummodo. Ter. Eun. 4. 6. 3. Usque adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, verba dum ſint. Idem Heaut. 3. 1. 56. Decretum eſt pati dum illum modo habeam mecum. Salluſt. Cat. 5. Neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, penſi quicquam habebat. Ter. Hec. 4. 4. 12. Dum ne reducam, turbent porro quam velint. Cic. 5. de Fin. Dum res maneant, verba fingant arbitratu ſuo.
Dum, Quandiu. Ter. Heaut. 2. 2. 10. Noſti mores mulierum, dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Idem And. 2. 6. 12. Dum licitum eſt ei, dumque ætas tulit, amavit. Cic. 5. de Fin. 9. Sed tamen jam infici debet his artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit,

berit, ad majora veniet paratior. Dum quæro, Dum studeo, Dum sum fidelis. Ter. Heaut. 3. 1. 83. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, dum id quæro, tibi qui filium restituerem. Idem And. 5. 1. 7. Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ. Idem Phorm. 1. 2. 26. Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi. Dum exeo. Ter. And. 5. 6. 13. Ne expectetis dum exeat. Sic Virg. 9. Ecl. 96.

Tityre dum redeo (brevis est via) pasce capellas. Ter. And. 1. 1. Dum tempus ad eam rem tulit. Cic. pro Rosc. Amer. Dum hominum genus erit qui accuset eos non deerit. Dum civitas erit judicia fient.

Dum, Postquam. Martial. lib. 1. 4.

Audieris dum grande sophos, dum basia captas. i. e. Postquam audieris. Sed in plerisque libris priori loco *Cum* excusum, recte.

Dum, pro Quoad. Columel. lib. 2. cap. 11. Paulum aqua maceratur, dum inlentescat. Idem lib. 3. cap. 3.

Dum, pro Usque eo. Catul. Epithal. 45.

Sic virgo dum intacta manet, dum chara suis est. Quo in loco nonnulli legunt, Tum chara, &c. sed ii redarguuntur authoritate Quintiliani hunc locum, etiam ipso versu citato, sic exponentis lib. 9. cap. 3. Prius DUM, significat Quoad: sequens, Usque eo.

Eleganter præponitur alia particula.

Tantisper. Ter. Heaut. 1. 1. 54. Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est facis. Plaut. Mostel. 3. 1. 157. Ego hic tantisper dum exis, te opperiar.

Ne. ut, Nedum. Ter. Heaut. 3. 1. 44. — Satrapa si fiet

Amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat Nedum tu possis. Val. Max. 3. 2. 26. Ornamenta etiam legioni nedum militi satis multa. V. NEDUM.

Neque dum, pro Et nondum. Celsus, pertinet autem ad rem quam calidissimum esse imum ventrem, neque dum inflammationem cœpisse. Liv. 21. 6. & alibi sæpius.

Nihil dum. i. e. Nihil adhuc. Cic. 12. Fam. 12. Interim ad me venit Munatius noster, ut consueverat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebat. Idem 12. Fam. 7.

Vix dum, h. e. Vix adhuc. Cic. 12. Fam. 4. Vix dum triginta dies in Syria fuisses. V. VIX.

Dum, aliquando παρέλκον est, est enim productio & adjectio syllabæ: ut Ehodum ad me, Adesdum. Hæc Donat. Ter. Hec. 5. 4. 14. Manedum sodes. Ubi Donatus, DUM abundat, inquit. Sic Primumdum. Plaut. Bacch. 2. 3. 25. item Agedum, Usquedum; de quibus suis in locis.

Dummodo. Liv. 1. Juven. 8. Sat. 260.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis

Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas. Cic. 3. Off. 82. Quid? qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, &c. Dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat ejus gloriæ. Cic. 10. Fam. 25. 7. Att. 7: 12. 44. & 3. de Orat. 183.

Dum ne. Cic. 8. Att. 11. Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar non laboro. Cic. 11. Fam. 10. Interpellent me, quominus honoratus sim, dum ne interpellent quominus Respublica a me commode administrari possit.

Dum tamen. Columel. præf. de R. R. cujus præcepta si vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum possessoribus antiquo more administrarentur, minus jacturæ paterentur res rusticæ. conf. Cels. 3. 4.

DUMANA, Asiæ oppidum a Syene, & prius Arabiæ latere, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

DUMNA, Insula in Britannia, Scandiæ proxima, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 16.

DUMNŎTŎNUS, Locus Aquitaniæ. Auson. 4. Epist. 52. & alibi. V. Scal. lect. 2. 12.

DUMNŎTŎNUS, Adj. ut Dumnotona domus. Auson. 7. Epist. 55.

DUMUS, i. m. [ἄκανθα] dicitur Omnis spina. Cic. 5. Tusc. 65. Animadverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri.

Amantes ardua dumi. Virg. 3. Georg. 315.

Aspera rura dumis. Virg. 4. Æn. 526.

Excelsi dumi. Virg. in Culice, 153.

Horrida dumis sylva. Virg. 9. Æn. 348.

Rubentes dumi. Claud. de locusta, 3.

Silentes dumi. Virg. 9. Æn. 393.

— dumisque silentibus errat.

Solidus dumus. Ovid. 12. Met. 356.

— solidoque revellere dumo, &c. Locus suspectus est.

Spissi dumi. Sil. lib. 10.

Sylvestres dumi. Virg. 8. Æn. 348.

Hinc ad Tarpejam sedem, & Capitolia ducit

Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

Creare dumos dicitur terra. Quintil. lib. 5. cap. 11. Terra neglecta sentes, atque dumos, exculta fructus creat.

DUMŌSUS, Adj. [ἀκανθώδης] Spinosus, vepribus plenus: vel, ut ait Festus, Frondosus. Admonet idem legi Dusmosum locum apud Livium, pro Dumoso, antiqui enim interserebant S literam; & dicebant Cosmittere pro Committere; & Casmœnæ, pro Camœnæ. Columel. lib. 4. cap. 33. Nisi si dumosi, glareosique montes. Virg. 1. Ecl. 77.

Non ego vos posthac viridi projectus in antro

Dumosa pendere procul de rupe videbo. Ubi Servius, Dumosa, i. e. Rigida, spinosa.

Arva dumosa. Virg. 2. Georg. 180.

Avia dumosa. Sil. lib. 7.

Invia dumosa. Sil. lib. 4.

DUMĀLIS, e. Idem. Mart. Capel. lib. 3.

DUMECTA, Antiqui (inquit Festus) quasi Dumiceta appellabant, quæ nos Dumeta.

DUMĒTUM, i. [ἀκανθών] Locus dumis & spinis consitus. Cic. 5. Tusc. 64. Septum undique & vestitum vepribus & dumetis.

Confragra dumeta. Lucan. lib. 6. 127.

Densa dumeta. Sil. lib. 3. 295.

Ceu pernix quum densa vagis latratibus implet

Venator dumeta Lacon.

Horrida dumeta. Sen. OEth. 2.

Parvis dumetis vulsa fraga. Sen. Hippol. 4.

Pinguia dumeta. Virg. 1. Georg. 15.

Dumeta Stoicorum, per translationem. Cic. 4. Acad. 112. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias & Stoicorum dumeta compellimus?

DUMĬCŎLA, æ. m. Habitans inter dumos. Avien. Perieg. 895.

DUMIA, Tribus. V. in TRIBUS.

## D U N

DUNIUM, [Δούνιον] Ptolemæo authore, Urbs insulæ Britanniæ: Vulgo *Dorchester*.

DUNTAXAT, Adv. [μόνον, γοῦν] Idem quod Solum. Etymon quære apud Priscian. Cic. pro Deiot. 1. Quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. Plin. lib. 10. cap. 29. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Cic. ad Brut. 3. Consules duos bonos amisimus, sed duntaxat bonos. Idem 2. de Orat. 119. Hæc artem quidem & præcepta duntaxat requirunt. Idem de Amicit. 53. Coluntur autem simulationes amicitiæ duntaxat ad tempus. Idem 4. Att. 3. Nos animo duntaxat vigemus. Et 2. de Fin. 21. Eo nomine duntaxat cætera caverent.

Non duntaxat, pro Non solum. Liv. lib. 46. Nec animum nobis duntaxat fidelem ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis quæ gessistis. Paulus C. lib. 3. de testam. tutel. Quum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus præponatur.

Duntaxat, pro Non magis. Papin. l. 95. §. 3. D. de solut. & lib. Nam si reus duntaxat fuit obligatus, fidejussor liberabitur. i. e. Non plenius quam fidejussor, duntaxat ut fidejussor. [ Videtur post v. fidejussor, distinguendum.

Duntaxat, idem quod Scilicet, δηλαδή. Sueton. Aug. cap. 66. Non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia quoque & delicta duntaxat modica perpessus. Vel Saltem, minimum, ut Græv. ad Cic. 5. Att. 10. p. 496. Valde me Athenæ delectarunt: urbs duntaxat & urbis ornamentum &c. [ Nisi fortassis negatio ibi desideratur: Non urbs duntaxat & urbis ornamenta. Sequitur enim Disjunctiva: Sed multum & Philosophia. In loco Suet. τὸ Duntaxat ponitur in usitatiori significatione pro Tantummodo.

## D U O

DUO, duæ, duo. pl. [δύο, vel δύω Attice] Aliquando accusativus masculinorum similis est nominativo: proferturque in o more Græco. Hor. 1. Serm. 7. 15. — duo si discordia vexat inertes. Cic. 3. Fam. 4. Duo enim duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompejum filiæ tuæ socerum, & M. Brutum generum tuum. Idem 2. Verr. 25. Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. Et 9. Att. 11. Vos duo delegi. Virg. 11. Æn. 285.

Si duo præterea tales Idæa tulisset

Terra viros. V. omnino Pier. ad loc. atque hanc terminationem defendunt Gronov. ad Liv. 35. 21. Græv. ad Sueton. Claud. cap. 14. & Stewech. ad Arnob. lib. 3. p. 93. Quanquam liquido constat veteres promiscue dixisse Duo & Duos, sicut & Ambo & Ambos.

Dua antique in neutro. Quintil. lib. 1. cap. 10. Accius apud Cic. in Orat. 156.

DUODĔCIM, [δώδεκα] Cic. 2. de Legib. 59. Discebamus enim pueri duodecim, & carmen necessarium. Compendium est loquendi, quo significabantur Leges duodecim tabularum. Idem 1. de Legib. pr. plenius Duodecim tabulæ.

DUODECIES, Adv. [δωδεκάκις] Cic. in Sallust. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare pacisceitur. Liv. 38. 8. Duodecies H. S. Cic. 4. Verr. 185.

DUODECIMUS, a, um. [δωδέκατος] numer. ordin. ut, Duodecima Legio. Cæs. 2. Bell. Gall. 23. Tacit. 15. Ann. 6. 23. Vet. Auct. Argum. in Æn. Virg. quadrisyll. prima producta, facit.

Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

Duodecima hora ædificare; Adagium in eos torqueri solitum, qui quum jam ad vitæ pervenerint umbilicum, de futuro tamen, quod fallacissimum est, multa sibi pergunt polliceri, adeo ut & struendis ædificiis invigilent. Porro quod ad horas attinet, ut tollatur, si quis inest apud indoctiores nodus, Duodecima intelligitur diei ultima. Cæterum huic proverbio locum dedit M. Crassus, qui Parthicis inhians opibus, quum exercitum per Galatiam duceret, Dejotarum regem extrema jam senectute confectum, novam ædificare urbem comperit. Quod quum mirari satis nequiret, scommate in illum ita lusit, Quid hoc, inquit, rei est, duodecima jam tibi tantum non instat hora, & novam nihilominus urbem ædificare pergis? Plura Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 9.

DUODECENNIS, e. Sulp. Sever. Dial. 3. 2. Paterfam. duodecennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre. Idem Dial. 1. 10. contracte Duodennis; atque ita in MSto reperiri Vorstius adnotavit.

DUODĒNI, Adj. numer. Distributiv. Idem quod Duodecim. Cic. pro Lege Agr. 84. Duodena jugera. Apud Liv. 1. Duodeni pedes. Plin. lib. 2. cap. 8.

Astra duodena. Virg. 1. Georg. 232.

Signa duodena. Ovid. 13. Met. 618.

DUODENARIUS, a, um. Varr. 4. de L. L. 4. Multa Antiqui duodenarii numero finiebant.

DUODEVIGINTI, [ὀκτὼ καὶ δέκα] pro Octodecim. Hanc dicendi consuetudinem (inquit Festus) a Græcis traxisse videmur, qui sic enuntiant δυοῖν δέοντα. Cic. 4. Acad. Amplius duodeviginti partibus confirmant majorem. Liv. 30. 18. Plaut. Pœn. 4. 2. 75.

DUODEVIGESIMANI, Milites, Romæ quondam sic dicti, a legione Duodevigesima. V. Alex. Genial. lib. 6. cap. 22. & LEGIO.

DUODEVICĒNI, ōrum. ut Duodeviceni denarii. Liv. 21. 41. i. e. Octodecim.

DUODEVICESĬMUS, Plin. lib. 35. cap. 8. Duo enim de vicesima olympia interiit Candaules. Idem lib. 2. cap. 73. Bis anno absumi umbras, sole duodevicesimam Tauri partem obtinente. Tacit. 1. Hist. 55. 3. Gell. 1. 7.

**Duodevigintesimus**, a, um. Idem. exstat adverbialiter in Monum. Ancyrano. V. Gronov. comment.

**Duodetricies**, Cic. 5. Verr. 163. Ita in frumentum imperatum H. S. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur.

**Duodetriginta**, Varr. 1. de R. R. cap. 1. Quod res disperfas comprehendit libris duodetriginta. Liv. 28. 18. Sueton. Aug. cap. 46.

**Duodetrigesimus**, a, um. Varr. apud Gell. 3. 20.

**Duodequadrageni** Pedes. Plin. lib. 36. cap. 2.

**Duodequadraginta** Annis. Cic. 5. Tusc.

**Duodequadragesimus** Annus. Liv. 1. 40. pr.

**Duodequinquagesimus** Annus. Cic. de Clar. Orat. 162. Et apud Plin. lib. 4. cap. 22. Duodequinquaginta. & Columel. 9. 14.

**Duodequinquaginta**. Columel. lib. 12. cap. 5. & 9. 14.

**Duodesexaginta**. Plin. lib. 11. cap. 9. Duodesexaginta annis nihil aliud agere.

**Duodesexagesimus**, a, um. Vellej. 2. 53. 3. Duodesexagesimum annum agens.

**Duodeoctoginta**, Plin. lib. 3. cap. 5.

**Duodenonaginta**, Plin. lib. 3. cap. 16.

**Duoetvicesimus**, a, um. Gell. 5. 4. Duoetvicesimo anno postquam Galli Romam ceperunt. Cæterum de hac compositione V. Perizon. Animadv. Hist. cap. 10. p. 450.

**Duoetvicesimanus**, a, um. Miles Legion. XXIIdæ Tacit. 5. Hist. 1. 3.

**Duonum**, Veteres pro Bono dixerunt, ficut Duellum pro Bello. Festus. Simul duona eorum portat ad naves. Plaut. Pseud. 1. 3. 94. V. Marm. apud Gassend. in Vit. Peiresc. Gloss. Duonus ἀγαθός.

## D U P

**Duplaris**, e. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 6. Timæus Platonis, fabricatorem mundanæ animæ Deum, partes ejus ex pari & impari, id est duplari & triplari numero, intertexuisse memoravit: ita ut a duplari usque ad octo, a triplari usque ad vigintiseptem staret alternatio numeri. Idem l. 2. C. 1. Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor bis in majori numeratur, ut sunt quatuor ad duo.

Duplariæ, five Duplares actiones dicuntur a Jurisconsultis quæ in duplum dabantur: ficut Quadrupláriæ, quæ in quadruplum.

Duplares milites in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant, quemadmodum Simplarii, qui simplam, præter eam quæ in fingula militum capita distribuebatur, ita dicti, quod duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. Hinc

Duplaris armatura, Inscriptio vetus Romæ, T. AELIVS. T. F. POP. HEDISCVS. MIL. DVPLAR. ARMATVR. VIXIT...... Veget. 2. 7. Armaturæ, inquit, duplares, quæ binas consequuntur annonas, Simplares quæ singulas. & p. p. Torquati simplares, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, præter laudem interdum duplas consequebatur annonas: Duplares duas, simplares unam. Erant & fecundum annonam Candidati duplares, Candidati simplares. Hæc ille, ubi Stewec. V. & Lex. Pitisc. & infra DUPLICARIUS.

**Duplatio**, apud JCtos. Dupla pœna.

**Dŭplex**, ĭcis. Adj. [διπλοῦς, διπλόος] Cui duæ sunt partes. Virg. 1. Æn. 659. — & duplicem gemmis auroque coronam. Idem 3. Georg. 87.

At duplex agitur per lumbos spina. Ubi Servius, Aut re vera duplex, aut lata: ut 1. Georg. 172.

— duplici aptantur dentalia dorso.

Duplex, pro Duobus aliquando accipitur. Virg. 1. Æn. 93.

— & duplices tendens ad sidera palmas.

Amictus duplex. Virg. 5. Æn. 421.

Amiculum. Nep. 14. 3. 2.

Argentum. Plaut. Men. 3. 3. 22. Ego pol tibi reddam duplex.

Causa duplex iræ. Ovid. 6. Fast. 43.

Comœdia. Ter. prol. Heaut. 5. — integram comœdiam

Hodie sum acturus, Heautontimorumenon:

Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

Cursus. Cic. 1. Tusc. 72. Itaque differuit duas esse vias, duplicesque cursus animorum e corpore excedentium.

Damnum. Plaut. Casin. 3. 6. 3.

Modus in fingulis pedibus orationis aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Cic. in Orat. 193.

Ordo. Plin. 11. cap. 40.

Panno duplici velatus. Hor. 1. Epist. 18. 25.

Pes. ut, duplex pes primus fœminæ cancrorum, simplex mari. Plin. lib. 9. cap. 31.

Stipendium. Liv. 4. Bell. Maced.

Spes. Ter. Phorm. 4. 2. 13. Commodius esse arbitror duplici spe utier.

Spolia. Plaut. Bacch. 4. 4. 2.

Duplex quam. Columel. lib. 1. cap. 8. Duplicia quam numerus servorum exigit. Plin. lib. 19. cap. 13. Duplex pretium quam cæteris.

Duplicia judicia olim dicebantur, quum Duo consilia ad unam cogebantur hastam, unumque tribunal, ficut Quadruplicia, quæ ex quatuor judicum consiliis & decuriis, quæ in Julia basilica sedebant, coacta erant. Quintil. lib. 11. C. 1. Succurret etiam, inquit, fi apud alios judices agatur, ut in secunda assertione, aut in centurialibus judiciis duplicibus parte victa. ubi V. Turneb. De quadruplicibus meminit lib. 12.

Duplicia judicia sunt Jurisconsultis, Familiæ ercifcundæ, Communi dividundo, Finium regundorum: quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed unusquisque tam rei, quam actoris partes sustinet. Instit. de judic. §. tertia divisio. in fin.

**Duplices**, [δίπτυχα] Subst. m. plur. Pugillarium, five Tabellarum genus est, in quibus literæ scribi solebant, quæ & Diplomata Græca voce dicuntur. Nam διπλοῦν Græci duplum dicunt. Sueton. In diplomatibus, libellisque & epistolis signandis, initio Sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri, novissime sua. Hujusmodi tabellæ aliquando triplices erant, in quibus res amatoriæ scribi solebant. Martial. lib. 14. 6.

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,

Quum se venturam scribet amica tibi.

Aliquando quincuplices. Idem lib. 14. 4.

Cæde juvencorum domini calet area felix,

Quincuplici cera quum datur altus honor. V. plura in V. DIPTYCHA.

**Duplicĭtas**, ātis. f. Lactant. de Opific. Dei, cap. 8. Deus aures duas esse voluit: quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præ se ferat. Ibid. cap. 10. de Nasi foramine, Id velut pariete per medium ducto interfepsit, atque divisit, fecitque ipsa duplicitate pulcherrimum.

**Duplicĭter**, Adv. [διττῶς, διχῆ, διπλῶς] Duobus modis. Plaut. Mil. 2. 3. 24. Cic. 9. Fam. 20. Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quod, &c.

Dupliciter & bipertito, cui contrarium est Simpliciter & fingulari modo. Author. ad Heren. lib. 1. Ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter & fingulari modo docere, illos distribuisse dupliciter & bipertito.

Carere culpa dupliciter. Cic. 9. Fam. 16. Nihil esse sapientis præstare, nisi culpam: qua mihi videor dupliciter carere, & quod ea senserim quæ rectissima fuerunt: & quia quum viderem, &c. Idem 4. Acad. 104. Brut. 17. & 8. Fam. 10.

**Duplio**, ōnis. Verbum duodecim tabularum, quo duplex vel pecuniæ vel capitis multa injungitur alicui: quemadmodum Talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio, cujus aliquis alium affecerat. Plin. lib. 18. cap. 3. Noxamve duplionemve Prætoris arbitratu decerni. Duplionem antiqui dicebant, quod nos Duplum. Venit autem a Græco διπλοῦν. Festus.

**Duplus**, Adj. [διπλάσιος] Bis tantum: ut, Dupla pars. Cic. de Univers. 20. Deinde quartam quæ secundæ dupla esset. Plaut. Pœn. 5. 6. 14. AG. Duplum pro furto mihi opus est. Sic Plin. lib. 2. cap. 21.

Dupla agnina. Plaut. Capt. 4. 2. 38. Qui concinnant liberis orbas oves, qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt. i. e. Qui sub nomine agninæ carnis, ovillam quoque vendunt: & ita duplam, hoc est duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes totam agninam esse.

Duplo & triplo intervallo dispares septem orbes moventur. Cic. de Univers. 20.

**Dupla**, æ. f. Subst. ubi subauditur Summa. Hinc

Duplam stipulari, h. e. Ut pretium emptori in duplo reddatur, fi res fuerit evicta. Quæ stipulatio olim fuit frequentissima, ad reprimendam venditorum temeritatem. l. 4. §. fi is qui. D. de verb. oblig. Sic & Ulpianus dicit, Duplari pœnam, in l. qui tabulas. in princip. D. de furt.

Duplæ appellatione interdum quadruplum continetur. l. inter eos. §. quod diximus. D. de furt.

**Duplum**, i. n. [διπλάσιον] ut, Condemnari dupli, ea forma dictum qua Condemnari capitis. Cato de R. R. in præfat. Majores enim nostri fic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. i. e. Ut bis tantum reddat quantum furatus est. Sic Pœna dupli, apud Cic. 3. Off. 65.

Duplo major. Plin. lib. 11. cap. 16.

Ire in duplum. Cic. pro Flacc. 49. Frater meus pro sua æquitate prudentiaque decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret. i. e. Dupli condemnaretur.

Reddere duplum. Plin. lib. 33. cap. 1.

Dupli fur. Plaut. Pœn. 1. 1. 56.

**Duplĭco**, [διπλασιάζω] āre. ut, Duplicare numerum. Cic. 1. de Nat. Deor. 42.

Duplicare, Augere. Virg. 1. Ecl. 67.

Et sol crescentes decedens duplicat umbras. Ubi Servius, Variavit: nam dixerat 1. Ecl. v. ult.

Majoresque cadunt altis de montibus umbræ. Duplicat autem, Auget. Hactenus Servius. Sic, duplicare opinionem de se. Cic. 16. Fam. Et Duplicare imperium. Plin. lib. 11. cap. 37.

Geminare & duplicare. Cic. in Partit. 11. Et geminata atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur.

Acies duplicare. Sil. lib. 15.

Aliquem duplicare dolore. Virg. 11. Æn. 645.

— duplicatque virum transfixa dolore. Magnus enim dolor nos duplicat & curvat. Turnebus. Ita apud Val. Max. 5. 1. ext. 1. Duplicatum frigore corpus, est Flexum, incurvatum. V. Gronov. Obs. 4. 19. & mox Duplicato poplite.

Bellum duplicare. Tacit. 4. Hist. 54. Audita interim per Gallias, Germaniasque mors Vitelli, duplicaverat bellum.

Exercitum duplicare. Cic. 5. Att. 18. Expedito ad mutandum locum parvo exercitu, &c. quem nos Deiotari adventu cum suis omnibus copiis duplicaturi eramus.

Materiam duplicare. Quintil. lib. 2. cap. 4. Comparatio, quanquam verfatur in ratione fimili, tamen & duplicat materiam, &c.

Solicitudines duplicare. Cic. 5. Fam. 14. Non intelliges duplicari solicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat?

Verba. Liv. 27. 11. pr. Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone appellat. i. e. Componenda. Duplicare & iterare verba. Cic. in Orat. 135.

Vires. Liv. 8.

Vota duplicare. Virg. 8. Æn. 556.

**Duplicātus**, Partic. [διπλασιασθείς] Cic. pro Domo sua, 95. Ad id nec propositum ullum fuit: & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

Imago duplicata noctis. Ovid. 11. Met. 550.

Iterata & duplicata verba. Cic. in Partit. 20.

Poplite duplicato. Virg. 12. Æn. 927. i. e. Flexo, incurvato. V. in ipso v.

**Duplicato**, Adv. [διπλασιασμένως] Plin. lib. 2. cap. 17. Rursus Saturni & Jovis duplicato digrediuntur.

Dupli-

DUPLICATOR, ōris. m. Qui duplicat. Sidon. 3. Epist. 13. Sinistrarum opinionum duplicatores.

DUPLICATIO, [διπλασιασμὸς] Sen. Nat. Quæst. Horum duplicatio proxima a terris calefacit. Paul. in l. quod ait. D. de noxa. acti. Certe non tantum duplicationis, sed & condictionis rationem habendam Julianus putat.

DUPLICARIUS, ii. Qui duplici in militia meret stipendio. Liv. 2. 59. extr. V. Rosin. p. 972. Varr. 4. de L. L. 16. Legitur tamen in quibusdam Livii exemplaribus Dupliciariosque. V. Supra DUPLARIS.

DUPLO, āre. Paul. in l. ut tantum. D. de servo corrupt. In hac actione extra rem, duplum est. Id enim quod damni datum est, duplatur.

DUPONDII, ōrum. Justin. in Epist. ad Antecessores, Cujus auditores non volumus vetere tam frivolo, quam ridiculo nomine dupondios appellari, sed Justinianos novos nuncupari. Hæc ille, deducta scilicet appellatione a Dupondio, quasi duobus assibus æstimarentur. V. Pitisc. Lex.

DUPONDIUS. V. DIPONDIUS.

## D U R

DURA, æ. [Δοῦρα Stephano] Oppidum Mesopotamiæ, cujus incolæ dicuntur Dureni.

DURABILIS, DURAMEN, DURAMENTUM, DURACINI, DURATRIX, & DURATUS. V. DURUS.

DŪRĀNUS, i. m. Mons & fluvius Cebennicus. V. Auson. Idyll. 3. 463. & Sidon. Carm. 22. 103.

DŪRĀTEUS & DŪRIUS, [δουράτεος, δούρειος] Ligneus. Lucret. de Equo Trojano, lib. 1. 476.

Nec clam durateus Trojanis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Grajugenarum. V. Paræi Lex. Lucret.

Nox duria, i. e. Nox illa qua durius seu durateus equus a Trojanis exceptus fuit, & in urbem admissus. Valer. 2. Argon. 573. Sic exponit Ægidius Maserius. V. Taubm. ad Virg. 6. Æn. 513. Auctor. de Orig. Urb. Romæ, pr.

DURETA, Hispanica vox est, qua illi significare solent Vas illud amplum in balneis, in quo sedentes lavamur: Latini Solium vocant. Sueton. in August. c. 82. At quoties nervorum causa marinis, albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis jactaret.

DURICORDIUM. V. DURUS.

DURICORIUM, & DURICORIA. V. DURUS.

DURINE, [Δουρίνη] Oppidum in sinu Persico, quod Alexandri Magni tempore interiit, & ex quo idem Alexander colonos deduxit in Characem urbem a se primum ædificatam. V. Plin. lib. 6. cap. 27.

DURIS Samius, Historici nomen, qui cum plura alia, tum de pyramidibus Ægyptiis scripsit, citaturque sæpissime a Plinio, ut videre est lib. 36. cap. 12. lib. 8. cap. 46. & aliis pluribus in locis.

DURIUS L. Valla, Medicus, qui repentina morte, dum mulsi potionem hauriret, extinctus est, authore Plin. lib. 7. cap. 53. L. Tuccius Valla edidit Hard. q. V.

DURIUS, [Δούριος Ptolemæo] Hispaniæ fluvius circa Numantiam per Vacceos fluens, qui Galleciam separat a Lusitania. Hermolaus Turium legi oportere contendit apud Plin. lib. 3. cap. 3. Ex Sallust. Phoca Grammatico, & cæteris. Durius dicitur, & Silio lib. 1. v. 234.

Hic certant Pactole tibi, Duriusque, Tagusque. Olivarius in Melam dicit nunc vocari *Guada Laviar*, & *Duero*.

DURMIA, Gens Rom. qua de V. Ursin. & Patin.

DURO, as. V. DURUS.

DUROCORTORUM, [Δουροκόρτορον] Galliæ urbs in Belgica, authore Ptolemæo. Vulgo *Reims*. Strab. lib. 4. Duricortoram vocat. Durocortorum Cæs. l. 6. 44.

DURUS, a, um. [σκληρὸς, σκιῤῥώδης, λιθόκοπος, ἄπηκτος, ἀπότομος] Quod est solidum ac firmum. Virg. 4. Æn. 366.

— sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Durus, ferreus, & inhumanus. Cic. 7. Verr. 120. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter unum te, &c.

Durum etiam Quicquid affligit & premit, ut Casus, Mors, Pœna, &c. de quibus infra.

Durus ad studia. Cic. pro Arch. 19. Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit.

Durus usurpatur & de Avaro, ad rem nimis attento. Hor. 1. Epist. 7. 91. V. Matth. 25. 24. Vulg. Interp.

Durus, pro Impudens. Cæs. 3. Bell. Civil. 20. V. infra, Os durum.

Durus & oratione & moribus. Cic. 4. de Fin. 78.

Ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Cic. de Clar. Orat. 117.

Durum etiam non ineleganter dicitur pro Parum concinno, pro eo quod Rude & sine arte est; ut contra Molle pro Culto & Exquisito. V. infra, Poëta durus, Pictor, &c.

Acetum durum. Seren. cap. 4. i. e. Acre. Sic infra Muria.

Acheron durus. V. ACHERON.

Agrestes duri. Virg. 1. Georg. 160.

Alvus. Plin. lib. 28. cap. 9. Hor. 2. Serm. 4. 27.

Amica dura. Ovid. 1. Amor. 9. 19.

Amor durus. Virg. 3. Georg. 259.

Animus. ut, Duro animo es, i. e. Non potes vinci. Ter. Heaut. 4. 1. 51.

— Ut præter spem evenit! quam timui male,
Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollendo, Chreme! conf. Ingenium.

Annona dura. Cic. pro Domo sua, 15. Jam pene belli depulso metu commutatam annonam esse dicebant, quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, &c.

Arator durus. Virg. 4. Georg. 512.

Arva dura. Virg. 2. Georg. 341.

Casus durus. Virg. 2. Æn.

Catena dura. Ovid. 10. Epist. 89.

Cautes duræ. Ovid. 4. Met. 671.

Claustra durissima. Claud. in Conf. Prob. & Olybr. 106.

Conditio durior. Cic. pro Rabir. Posth. 15. Providete, ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinique vestro, quam ferre possit. Duriores legum conditiones. Cic. pro Cluent.

Corda dura. Ovid. 4. Epist. 156.

Cotes duræ. Virg. 4. Georg. 43.

Crinis durus sanguine, i. e. Concretus. Stat. 11. Theb.

Cubile durum. Virg. 9. Æn. 715.

Curæ duræ. Virg. 4. Æn. 488.

Cutis dura. Ovid. 8. Met. 803.

Dolores duri. Virg. 5. Æn. 5.

Domina dura cupiditas. Cic. in Parad. 5.

Fames dura. Hor. 1. Serm. 2. 6.

Fata dura. Sen. Troad. 12.

Fortuna duriore conflictari. Cic. 10. Att. 4.

Frigus durum. Plaut. Men. 5. 6. 10. Lucret. lib. 5. 816.

Gens dura. Virg. 6. Æn. 730.

Glebæ duræ. Virg. 7. Æn. 747.

Homo durus, Rudis, & immitis, ac moribus difficilibus. Durus item homo, Qui pudore non movetur, nec flectitur precibus ullis. translato ab corpore ad animum nomine. Ter. Adel. 1. 1. 39. Cic. 2. Off. 50. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis.

Homo vehemens atque durus. Cic. pro Cœl. 37.

Hyems dura. Virg. 4. Georg. 239.

Ilia messorum. Hor. Epod. 3. 4.

Imperium durum. Tacit. 12. Ann. 47. Moxque vulgus duro imperio habitum probra, ac verbera intentabat. Dura imperia exercere. Virg. 2. Georg. 369.

Ingenium durum atque inexorabile. Ter. Phorm. 3. 2. 12.

Adeone ingenio te esse duro atque inexorabili,
Ut neque misericordia, neque precibus molliri queas? V. Animus.

Iter durum. Virg. 6. Æn. 688.

Jussa dura. Ovid. 7. Met. 14.

Labor durus. Virg. 4. Georg. 412.

Lacerti duri. Claud. de Nupt. Hon. 139.

Lapides. Plin. lib. 36. cap. 24.

Lex dura, Iniqua, Quæ non facile fertur. Plaut. Merc. 4. 6. 1. Ecastor lege dura vivunt mulieres, Multoque iniquiore miseræ quam viri.

Mala dura. Hor. 3. Carm. 13.

Messor durus. Ovid. 14. Met. 643.

Ministeria dura. Ovid. 11. Met. 625.

Mors dura. Virg. 3. Georg. 68.

Muria dura. i. e. Sale ad maturitatem imbuta. Columel. lib. 12. cap. 6. V. omnino Lud. Nonn. de Re Cib. l. 3. c. 45. supra Acetum.

Natura rerum dura. Hor. 1. Serm. 10. 57.

Nomen durum & Molle, contraria. Cic. 1. Off. 57. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Quanquam id nomen durius jam efficit vetustas.

Oculi duri. Plaut. Men. 5. 5. 24. Dic mihi hoc etiam, solent tibi unquam oculi duri fieri?

Opus durum. Lucret. lib. 5. 1359.

Os durum. Plin. lib. 11. cap. 37. Labra a quibus brocci, labeones dicti, & os probum duriusve, animal generantibus.

Os durum, i. e. Impudens. Ovid. 5. Met. 451. ab Os oris. Duri oris vir. Liv. 2. Bell. Pun. Ter. Eun. 4. 7. 36. Sic, Frons dura passim, ut Ferreum os. Sueton. Neron. cap. 2.

Partes duræ. Ter. Eun. 2. 3. 62. Duras fratris partes prædicas.

Pater durus. Ovid. 14. Met. 587.

Pauperies dura. Hor. 4. Carm. 9. 49.

Pericla dura. Hor. 1. Serm. 2. 40.

Pictor durus in coloribus. Plin. lib. 35. cap. 11.

Pœnæ duræ. Ter. Heaut. 2. 4. 22. Imo ut patrem vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. subaud. Pœnas. V. in DO Dare duras.

Poëta durissimus. Cic. 14. Att. 22.

Præcordia dura. Ovid. 7. Met. 559.

Prælia dura. Hor. 3. Carm. 20. 3.

Provincia dura. Ter. Phorm. 1. 2. 22. O Geta, provinciam cepisti duram.

Quies dura. Virg. 10. Æn. 745. de morte,

Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus.

Sapor Bacchi durus. Virg. 4. Georg. 112.

Senex durus ac pene agrestis. Cic. pro Cœl. 37. Idem in Orat. 148. Quis tamen se tam durum agrestemque præberet, qui hanc mihi non daret veniam?

Sententia judicis. Liv. 6. Bell. Pun.

Servitus dura. Plaut. Amph. 1. 1. 12. Cic. in Parad. 5.

Servitium durius. Tacit. 11. Ann. 12. Atque interim Gotarzes pœnitentia concessi regni, & revocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias.

Sorores duræ. i. e. Parcæ. Sil. lib. 13.

Sortes duræ. Ovid. 13. Met. 184.

Strata dura. Ovid. 1. Amor. 2. 1.

Studia dura. Claud. de 14. Conf. Hon. 319.

Tempora dura. Cic. pro Corn. Balb. 5. Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, &c. Durissima Reipub. tempora. Cic. pro Domo sua, 93.

Valetudo dura. Hor. 2. Serm. 2. 88.

Verbum durum, cui Molle opponitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 96. At ista sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit (utrunque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt) verum, &c.

Vinum durum, est Asperum, & adhuc insuave, neque potui tempestivum maturumque. Ei opponitur Vinum molle, quod maturum est potui, mitemque adeptum est saporem. Virg. 1. Georg. 341.

Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina. Sic Græci, ut Theophrastus & Athenæus, σκληρὸν & μαλακὸν οἶνον dicunt.

Vis dura. Virg. 4. Georg. 399.

Vita dura, Ingrata, & molestiis atque ærumnis oppleta. Ter. Adel. 5. 4. 6. Nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc prope jam excurso spatio, mitto.

Ulysses. Ovid. 5. Trist. 5. 51.

Si nihil infesti durus vidisset Ulysses. i. e. Patiens, obfirmatus. Unde & Laboriosum appellat Hor. Epod. 17. 16. aliter apud Virg. 2. Æn. pr.

Æn. pr. — duri miles Ulyſſis. Non Laborioſi, ſed Crudelis, ut placet Servio.
Ungue duro faucius. Claud. in Epithal. Pallad. 122.
Vultus durus. Ovid. 16. Epiſt. 11.
Dura viarum, i. e. Viæ duræ. Claud. de 4. Conſ. Hon. 434.
Tolerare dura. Sen. Hippol. 4.
Præbere ſe durum miſeræ & afflictæ fortunæ alicujus. Cic. 14. Att. 13. Huic opponit Facilem ſe præbere.
Aſperior & durior: cui contrarium eſt Moderatus & mitis. Cic. pro Muren. 60. Doctrina non moderata nec mitis, ſed ut mihi videtur paulo aſperior & durior, quam aut veritas aut natura patiatur.
Durior conditio, Pro Difficilior, ut ſi quis deteriorem habeat patronum l. generaliter. §. fin. D. de fideicom. libert. Sic durior adverſarius in l. 1. C. de alienat. jud. mut. cauſ. fact.
Ferro durior. Propert. lib. 1. 16. 30.
**Durum**, Adv. Martial. lib. 3. 89. Durum cacans.
**Duriuscŭlus**, dimin. Plin. in præfat. Ille enim, ut ſcis, permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit. i. e. Paulo duriorem. & Plin. 1. Epiſt. 6. Duriuſculos verſus.
**Dure**, ſive **Duriter**, [σκληρῶς] Adv. Ter. And. 1. 1. 47. Primum hæc pudice vitam, parce ac duriter agebat. Ubi Donatus, Duriter contra rationem regulæ: debuit enim dicere dure, ab eo quod eſt durus. Et tamen eſt differentia. Eſt enim Duriter, ſine ſenſu laboris; Dure autem, crudeliter: illud ad laborem, hoc ad ſævitiam relatum eſt. Sed Dure in alterum, Duriter in nos aliquid facimus. Adel. 1. 1. 20.
Uxorem nunquam habui: ille contra, hæc omnia,
Ruri agere vitam, ſemper parce ac duriter ſe habere.
Accipere aliquid durius. Cic. 1. Att. 1. Durius accipere hoc mihi viſus eſt quam vellem. i. e. in partem deteriorem.
Advertere durius. Tacit. 1. Ann. 4. Fecerant curam, ne princeps antiquæ parſimoniæ durius adverteret.
Dicere dure. Hor. 2. Epiſt. 1. 66.
Differere durius. Cic. ad Brut. 3. Equidem nihil differui durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem.
Dure feciſti. Plin. 1. Epiſt. 15. Interpres exponit Inurbane: promiſerat enim ad cœnam, nec venerat.
Incedere durius. Ovid. de Rem. Amor. 337.
Duriter factum. Ter. Adel. 4. 5. 30.
— factum a vobis duriter
Immiſericorditerque: atque etiam ſi eſt, pater,
Dicendum magis aperte, illiberaliter. Ubi Donatus, Non dure & crudeliter: ſed quaſi Dura mente, i. e. Inflexibili, & quod Græci dicunt ἀπηνῶς.
Durius quam a te facta ſunt nonnulla proferuntur. Cic. 11. Fam. 27.
Verba duriter tranſlata. Author ad Heren. lib. 4. Superl. Tertull. de Pudic. cap. 1. extr. Duriſſime infamantes. adde Columel. lib.2. cap.8. & Pallad. Jun. t. 3.
**Durĭtas**, ātis. [ἀπηνεία] Idem quod Duritia. Cic. in Orat. 53. Alii duritatem & ſeveritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur. de Senect. 65. Quanta in altero duritas, in altero comitas?
**Duritia**, æ. [σκληρότης] Firmitas & ſoliditas. Plin. lib. 9. cap. 36. Tanta duritia aculeo eſt. Idem lib. 13. cap. 9. Lignum intus grandis firmæque duritiæ. Plaut. Moſtel. 1. 2. 74. Victitabam volupe parſimonia & duritia.
Æmilius Probus (vel potius Nepos Cornelius) de Alcibiade p. 90. (C. 11.) Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, (al. Duritiei ſe dediſſe) ut parſimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. H. St.
Duritia, Aſperitas & crudelitas. Ter. Heaut. 3. 1. 26. Cic. in Partit. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis.
Duritia oris. Inverecundia. Sen. de Conſtant. cap. 18.
Duritia alvi. Sueton. in Neron. cap. 34. V. Dura alvus, in **durus**.
Animi duritia ſicut corporis, quod cum uritur non ſentit, ſtupor potius eſt quam virtus. Cic. pro Domo ſua, 87.
Imperii duritia. Tacit. 1. Hiſt. 23.
Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap. 11. Chalazias grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ.
Arenacea duritia. V. **arena**.
Lapidea duritia. V. **lapis**.
Virilis. Cic. 5. Tuſc. 74.
Superare ferrum duritia. Ovid. 2. Epiſt. 137. plur. Duritias emollit. Plin. 24. 6. & Tertull. ad Nation. 1. 6.
Patientia & duritia. Cic. 3. de Orat. 59.
**Durities**, ēi. [σκληρωμα] Idem ſignificat quod Duritia. Plin. lib. 13. cap. 15. Duritie & maturitate incorrupta ſpiſſari.
Animi durities. Cic. pro Domo ſua, 101. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam poſſim, ut, &c.
Saxi durities. Lucret. lib. 4. 286.
Creare duritiem. Celſ. lib. 2. cap. 14. Et mollitur, eo detracto quod duritiem creabat.
Deponere duritiem. Ovid. 4. Epiſt. 85.
Induere duritiem contra ſenſum. V. **induo**.
In duritiem lapideſcere. V. **lapis**.
Ponere duritiem. i. e. Molleſcere. Ovid. 1. Met. 401.
**Duritudo**, pro Duritia, Antiquum. Cato in Vetur. Qui illius, inquit, impudentiam norat, & duritudinem. Ex Nonio. 2. 244. V. & Gell. lib. 17. cap. 2.
**Durābĭlis**, e. [διαρκής] Quod diu durat. Ovid. 4. Epiſt. 89.
Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Plin. 16. 43.
Durabilia ac ſectilia quæ modice humida. Compar. Apul. Apol. p. 314.
**Durabĭlĭtas**, ātis. f. Pallad. 1. 36. & 12. 7.
**Duramentum**, pro Confirmatione & firmitate. Sen. de Tranquill. cap. 1. Dices tenera eſſe virtutum principia, tempore ipſis duramentum & robur accedere. Valer. lib. 2. 7. 10.
Duramentum etiam Brachium vitis dicitur. Columel. lib. 4. cap. 22. Supervagatam partem duramenti recidere. & lib. 4. cap. 21. Plin. etiam lib. 17. cap. 23.
**Durāmen**, ĭnis. n. de Vitis brachio dixit Columel. lib. 4. cap. 22. Duramen aquarum. Lucret. lib. 6. 529. de glacie.

**Durăcĭnus**, a, um. Adj. Plin. lib. 14. cap. 1. Uva non alibi gratior callo, ut inde poſſit veniſſe nomen duracini. Durus acinus. Ni mavis legere Duracinæ, ut ad uvam referatur. (Duracina Hard. probe.) Sueton. Auguſt. cap. 76. Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi. V. Torrent. Sic autem Duracina uva, ut Ficus duricoria dicitur.
Duracina Perſica dicuntur, quorum corpus ligno adhæret, avellique nequit. Plin. lib. 15. cap. 12. [Sic Ceraſa duracina C. 25. extr. An errant igitur, qui ab Acino derivant?
**Duricordium**, ii. uſurpat Tertull. lib. 5. ad Marc. 4. pro Duritie cordis.
**Duricors**, ordis. Sariſb. Epiſt. 182. Habitare apud duricordes.
**Duricoria**, dicuntur, Quæ ſunt duri corii: unde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem, quarum meminit Plin. lib. 15. cap. 18.
**Dūro**, [σκληρύνω] āre. Durum facere & firmum. Columel. lib. 6. cap. 37. ad fin. Annicula mula recte a matre repellitur, & amota montibus aut feris locis paſcitur, ut ungulas duret, ſitque poſtea longis itineribus habilis. Cæſ. 6. Bell. Gall. 27. Hoc ſe labore durant adoleſcentes.
Durare & Mollire, contraria. Celſ. lib. 2. cap. 14. Qui dixit frictione ſi vehemens ſit, durari corpus: ſi lenis, molliri.
Durare ad. Plaut. Trin. 2. 2. 13. Ego ad hoc genus hominum duravi.
Vide apud Virgil. Natos gelu duramus, ſi bene memini. H. St. Eſt Æn. 9. 603.
Durum a ſtirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis.
Ad plagas durari. Quintil. lib. 1. cap. 3. Is etiam ad plagas, ut peſſima quæque mancipia durabitur.
Durari in grana. Plin. lib. 12. cap. 19. Radicem cinnamomi vidimus in palatii templo, ex qua guttæ editæ omnibus annis in grana durabantur.
Animum durare. i. e. Obfirmare. Ovid. ad Liviam, 198.
Mentem durare. Tacit. 3. Ann. 15. Quod reus poſtquam ſibi exitiabile intelligit, an adhuc explicetur dubitans, hortantibus filiis durat mentem.
Vitia durantur. Quintil. lib. 1. cap. 1. Multa linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis inemendabili in poſterum pravitate durantur.
Durare, Tolerare, patienter ferre. Virg. 1. Æn. 211.
Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis. h. e. Duri eſtote ad ſuſtinendos labores. Servius.
Durare, cum accuſativo, apud Poëtas. Hor. 1. Carm. 14. 8.
Vix durare carinæ Poſſint imperioſius Æquor. i. e. Suſtinere vim æquoris.
Laborem durare. Virg. 8. Æn. 577.
— patiar quemvis durare laborem. h.e. Suſtinere. Servius.
Durare cor, pro Patienter ferre, accipi videtur. Plaut. Pſeud. 1. 3. 6. Crucior. P. cor dura. C. non poſſum.
Durare, pro Confirmare. Quintil. lib. 1. Multa, inquit, linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum pravitate durantur. i. e. Confirmantur.
Durare, [ἐπιμένειν] Perſiſtere, perſeverare. Hoc verbum (inquit Donatus) perferendis malis convenit. Ter. Adel. 4. 2. 15. Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.
Durare non queo. Plaut. Curc. 1. 3. 19. Sed enim nequeo durare, quin ego herum accuſem meum.
Durare, pro Vivere. Plin. lib. 11. cap. 54. Duraſſe & ultra undecimum pleroſque certum eſt. Et Quintil. lib. 3. Et ultra Socratem uſque duravit.
Pertinaciſſime durare. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Æternum durabit. Stat. 12. Theb. 347.
In æternum durare. Quintil. lib. 5. cap. 11. Neque enim duraſſent hæc in æternum, niſi vera omnibus viderentur.
In longum durare. h. e. Diu. Paterc. lib. 2. Prima occupat fugam Cleopatra. Antonius fugientis reginæ quam pugnantis militis ſui comes eſſe maluit: & imperator, qui in deſertores ſævire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt. Illis etiam detracto capite, in longum fortiſſime pugnandi duravit conſtantia: & deſperata victoria, in mortem dimicabatur.
In longum ævum durare. Ovid. 4. de Ponto, 8. 7.
Durare alicui diu. Plaut. Aſin. 1. 3. 24.
Amicitiæ uſque ad ſenectutem firmiſſimæ durant. Quintil. 1. 2.
Duravit hic illi animus uſque ad extremum. Plin. Epiſt. 111. lib. 5.
Durare per annos. Virg. 2. Georg. 100.
— cui non certaverit ulla
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
In extremum durare. Ovid. 7. Epiſt. 111.
Horam durare. Hor. 1. Epiſt. 1. 82.
Sub Jove durare. Ovid. 2. Faſt. 299.
Ira manet, duratque dolor. Valer. 3. Argon. 384.
In longum durare. Stat. 4. Sylv. 7. 41.
In longas moras durare. Ovid. 2. de Ponto, 6. 36.
In occaſum durat. Plin. lib. 2. cap. 31. Semel in meridie conſpecti, in Boſphoro produntur, qui a matutino tempore duraverunt in occaſum. Sic apud eund. lib. 18. cap. 34.
Senecta turpi durare. Valer. 6. Argon. 809.
In feras durant ſermonibus umbras. i. e. Colloquuntur uſque ad multam noctem. Valer. 2. Argon. 350.
Durante ibi antiquorum memoria. Sueton. de Clar. Grammat. cap. 24. Legerat in provincia quoſdam veteres libellos apud Grammatiſtam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita.
**Durātus**, Partic. [σκληρυνθείς] Plin. in Paneg. cap.22. Quum Danubius ripas gelu jungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat, &c. Bellis durati. Liv. lib. 2. Decad. 5. Ipſi a pueris eruditi artibus militiæ, tot ſubacti atque durati bellis.
Duratus malis, laboribus, uſu armorum. Liv. 7. ab Urbe. Et 8. Bell. Maced. Et Columel. in proœm. lib. 1.
Coria durata calore. Lucret. lib. 6. 969.
Cutis durata. Ovid. 3. Met. 675.
Mens durata malis. Lucan. lib. 5. 798.
Frigore duratus Pontus. Ovid. 4. de Ponto, 9. 85.
**Duratio**, ōnis. f. Liv.
**Durator**, ōris. m. Pacat. Paneg. Theod. cap. 33. Ingentium corporum durator Iſter.

DURĀTRIX, īcis. f. Plin. lib. 14. cap. 1. Additque acinis eandem quam in doliis amphorisve duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.

DURESCO, durui, [σκληρύνομαι] ere. Durum fieri. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Itaque & aquilonibus, reliquisque frigoribus adjectis durescit humor. Ovid. 2. Met. 830.
Oraque duruerant, signumque exangue sedebat.
Coire & durescere. Plin. lib. 11. cap. 38. Sanguis taurorum celerrime coit atque durescit, ideo pestifer potu maxime.
In lectione alicujus durescere. Quintil. lib. 2. cap. 5. Nequis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catonisque, & aliorum similium lectione durescere velit.
Situ durescit campus. Virg. 1. Georg. 72.
Limus durescit igni. Virg. 8. Ecl. 80.

DUSARĪTIS, Myrrhæ species, de qua Plin. lib. 12. cap. 16.

DUSII, Gallis Dæmones quidam dicuntur, Augustino teste, de Civ. Dei, 15. 23. qui improbi sæpe extiterint mulieribus, earumque appetiverint, ac peregerint concubitus, Sylvanorum, Faunorumque illorum more, quos incubos vocant. V. Cæl. Rhodig. lib. 2. cap. 6.

DUSMOSUS. V. DUMUS.

DUUMVĪRI, ōrum. m. pl. Magistratus erant Romæ ordinarii qui quæstionibus, rebus capitalibus ac carceribus præerant. Liv. 1.26. Fenest. Læt. de Magistr. Rom. cap.6. Alex. Genial. Dier. l.3. c.16. Hotoman. & Sigon. Duravit hæc autoritas stante Rep. Nam C. Rabirius a C. & L. Cæss. Duumviris perduellionis damnatus est. V. Sueton. Jul. 12. 1. Duumvirorum judicium. Cic. Orat. 156. Planeque Duorumvirorum judicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus judicandis dixi nunquam. Al. Duumvirorum.
Sunt & Collegia ad tempus certæ rei agendæ constituta, sc. Ædis locandæ, faciundæ vel dedicandæ. Liv. 35. 41. Quam L. Furius Purpureo prætor Gallico bello voverat, dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. Idem 7. 28. pr. Senatus Duumviros ad ædem ædificandam creari jubet. Hinc temporibus subinde postulantibus legimus de Duumviris navalibus. Liv. 41. 1. Adversus Illyriorum classem creati Duumviri navales erant qui tuendam viginti navibus mari superiore Anconam veluti cardinem haberent. Idem 9. 30. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum utraque pertinentia ad rem militarem: alterum ut Duumviros navales classis ornandæ reficiendæque causa idem populus juberet. Lator hujus plebisciti fuit M. Decius Trib. plebis.
Duumviri in municipiis dicebantur qui summo loco civitati præerant & publicas res administrabant. Cæs. 1. Bell. Civil. 30. In Hispaniam proficisci constituit, Duumviris municipiorum omnium imperat ut naves conquirant Brundisiumque deducendas curent. Cic. 2. de Lege Agr. 92. de Campanis, Cum venissem Capuam coloniam, deductam L. Considio & Sext. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) Prætoribus. & p. p. Nam primum, id quod dixi, cum cæteris in coloniis Duumviri appellentur, hi se, Prætores appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse Consulum nomen appetituros?
Duumviri Sibyllini curabant sacra librorum Sibyllinorum. Institutos fuisse accepimus a Tarq. Superb. Dionys. Halic. 4. 62. quanquam alii aliter. Manserunt ad annum U. C. 388. cum ex patribus quinque, totidem ex plebe creari cœperunt. Inde A. 675. facti sunt Quindecimviri. V. Gell. 1. 9. & voc. QUINDECIMVIRI.

DUUMVIRĀLIS, e. ut Consularis, &c. l. 1. ff. de alb. scrib.

DUUMVIRĀLĪTAS, ātis. Leg. 1. C. de Nat. liberis. &

DUUMVIRĀTUS, ûs. m. Munus Duumviri. Plin. 4. Epist. 22. pr. Paul. in l. Honores ff. de Decurionibus.

DUUMVIRĀTES, ium. m. vel DUOVIRATES, (nam utroque modo scribi verisimile est indifferenter omnes voces de quibus modo egimus ut ex Inscript. liquet) videntur fuisse a Consiliis Duumviris, vel jam exauctorati. Ita Marm. Neapol. apud Gruter. CCVII. HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVO VIR ET DVOVIRATVM QVI IN CONSILIO ESSE SOLENT. In eadem tabula, DVVMVIRVM ARBITRATV & DVO. VIR. ARBITRATV promiscue ut modo submonuimus.

DUX. V. DUCO.

## D Y A

DYAS, ădis. f. [δυὰς] Numerus binarius. conf. Salmas. ad Solin. p.699.

DYASAR, sive DYASARES, [Δυάσαρ] Deus est, quem Arabes summum habent, & ut maximum venerantur. Alex. Genial. lib. 6. cap. 4.

DYMA, vel DYMÆ, [Δύμη] Civitas una est ex decem Achaici conventus, quæ sunt Patræ, Dymæ, Phara, Tritæa, Lenotia, Ægira, Pellena, Ceraunia, & Carinia. Quorum suffragiis quæstor unus, & dux unus eligebatur. Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 28. [At hic IX. tantum Civitates. XII. commemorat Strabo. l. 8. totidemque Polyb. l. 2. c. 41. V. Mart. Schoockii Remp. Achæor. c. 1. Plin. lib. 4. cap. 5. Ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dymæ, loca Buprasium, &c.

DŸMAS, antis. m. Pater Hecubæ. Ovid. 11. Met. 761. Virg. 2. Æn. 394. Hinc

DYMANTIS, idos. f. Hecuba. Ovid. 13. Met. 620.

DYME. V. DYMA.

DYMON, [Δύμων] Unus ex diis Laribus, quos simul atque in lucem editus fuisset homo, illius pervigilem curam agere opinantur Ægyptii, quatuorque fuisse putant, quorum nomina sunt Dymon, Tychis, Eros, & Anachis. Alex. Genial. lib. 6. cap. 4.

DŸNĂMIS, f. [δύναμις] Potentia, vis. Plaut. Pseud. 1. 2. 77. Olivi Dynamin domi habent maximam. conf. Arnob. 2. p. 60.

DYNASTES, æ. m. [δυνάστης] Quicunque magistratus, qui potestate fungitur in civitate, veluti hi qui sunt in imperio, optimas, primas, præfectus. Cic. 11. Philipp. 31. Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent, &c. Idem 2. Att. 9. Si erit iste nebulo cum his dynastis in gratia. Et apud Cæs. 3. Civ. 3. Erat & Dynastes summus Paphlagonum magistratus, qualis Romæ Dictator fuit. V. Alex. Genial. Dier. lib. 4. cap. 23. Athen. l. 4. p.144. F. [Fere Regibus & Tetrarchis Dynastæ junguntur, & apud Nepotem in Datame Thyus idem Rex & Dynastes appellatur, c. 2, 3. Itaque pro Regulis haberi convenit Dynastas.

DYŌTA, æ. f. [διώτη] Vinarium vas est, ut exponunt Horatii interpretes, habens duas ansas, tanquam duas aures, unde nomen accepit. Hor. 1. Carm. 9. 8. — atque benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum dyota.

DYRIODORIS, Fluvius ad portas Caucasi.s fluens, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 11.

DYRIS, [Δύρις] Mons Mauritaniæ. Strab. lib. 17. Extra columnarum fretum procedenti ad sinistram, mons est in Lybia, quem Græci Atlantem vocant, Barbari vero *Dyrim*. Conf. Plin. l. 5. c. 1.

DYRRHACHIUM, [Δυῤῥάχιον] Macedoniæ nobilis civitas & portus, olim Epidamnus, authore Pomponio Mela, unde proximus in Italiam trajectus. Dyrrhachium sibi delegit exilio Cic. ut scribit 14. Fam. 1. extr. Dyrrhachium, vulgo *Durazo* Italis, vel *Duraz*. V. Dion. Cass. 1. 4. Appian. 2. de Bello Civil.

DYRRHACHĪNUS, [Δυῤῥαχηνὸς] Incola Dyrrhachii. Cic. 3. Att. 22. Et quod mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi.

DYSCŌLUS, [δύσκολος] Pravus, asper, difficilis. Vulg. 1. Pet. 2. 18.

DYSENTERĪA, [δυσεντερία] dici potest Intestinorum exulceratio, vel difficultas. Celso Tormina q. V. l. 4. c. 18. Cic. 7. Fam. 27. Sane δυσεντερίαν pertimueram.
Ad dysenteriam bibitur cum absynthio. Plin. lib. 22. cap. 25.
Datur in vino austero ad dysenteriam. Plin. lib. 27. cap. 10.
In dysenteria lens efficacior in tribus aquis cocta. Plin. 22. 25.
Dysenterias emendat pota & infusa. Plin. lib. 26. cap. 8.
Dysenteriæ & vomicis estur portulaca ex aceto, vel bibitur cum cumino. Plin. lib. 20. cap. 20.
Infestari dysenteria. Plin. lib. 22. cap. 21.
Dysenteriæ infunditur aloë. Plin. lib. 27. cap. 4. Sic lib. 28. cap. 9.
Elatine cum lini semine cocta, sorbitionis usu dysenteria liberat. Plin. lib. 27. cap. 9.
Dysenteriæ medetur stœbe infusa. Plin. lib. 22. cap. 11.
Aizoi succus alvum sistit & dysenterias. Plin. lib. 26. cap. 8.
Sanant epinyctidas & dysenteriam cum suis nucleis. Plin. 23. 1.
Si urat dysenteria. Plin. lib. 28. cap. 9.

DYSENTERĬCUS, [δυσεντερικὸς] Qui torminibus vexatur. Plin. lib. 20. cap. 4.
Vituli quoque jus vulgariter datum, inter auxilia dysentericorum tradunt. Plin. lib. 28. 14.
Auxiliatur dysentericis semen cucumeris. Plin. lib. 20. cap. 2.
Dysentericos curant poto vino. Plin. lib. 20. cap. 21.
Datur & dysentericis denarii pondere in vino. Plin. lib. 23. cap. 9.
Senectus anguium dysentericis & tenesmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo. Plin. lib. 30. cap. 7.
Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos Quinquefolium. Plin. lib. 26. cap. 8.
Dysentericos emendat in vino austero bis die potus. Plin. 24. 10.
Dysenterici exulcerati. Plin. lib. 22. cap. 22.
Fit & dysentericis remedium singulare, ovo effuso in fictili novo, &c. Plin. lib. 29. cap. 3.
Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Plin. lib. 24. cap. 3.
Dysentericis imponitur lini semen ex aceto. Plin. lib. 20. cap. 22.
Decoctum eorum veteres dysentericos juvat, & potione & potu. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dysentericos liberat semen hippolapathi in vino potum. Plin. 20. 21.
Medetur dysentericis beta injecta. Plin. lib. 20. cap. 8.
Corticis melle decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Plin. lib. 12. cap. 8.
Prodest dysentericis beta sylvestris. Plin. lib. 20. cap. 8.
Dysentericos recreant femina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Plin. lib. 30. cap. 7.
Revocantur dysenterici a morte. Plin. lib. 23. cap. 6.
Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Plin. lib. 26. cap. 8.
Eadem sorbetur a dysentericis in vino austero. Plin. lib. 24. cap. 15.
Quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis. Plin. lib. 29. cap. 3.
Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis subvenit. Plin. lib. 28. cap. 14.
Valet ad dysentericos fimum, &c. Plin. lib. 28. cap. 8.
Dysentericis veteribus dari ex aqua mulsa radicem staphylini jubet Cleophantus. Plin. lib. 20. cap. 5.
Dysentericis utile est semen bunii. Plin. lib. 20. cap. 4.

DYSĔRUS, [δύσερως] Infelix in amore. Auson. Epig. 90. v. 7.

DYSGARGALIS Equus apud Xenophontem, qui est difficilis, ne tactus quidem, seu titillationis patiens, quam γαργαλισμὸν Græci dicunt. Cæl. Rhod. l. 21. c. 24. V. Henr. Steph. Thes. Gr.

DYSOSMUS, [δύσοσμος] Ita vocatur Scordium male olens. Apul. de Herb. 70.

DYSPEPSIA, [δυσπεψία] est Ægra difficilisque ventriculi concoctio, quam Plin. Cruditatem appellat, ἀπὸ τοῦ πέπτω, i. e. Coquo. V. Cat. de R. R. 127.

DYSPHEMIA, [δυσφημία] Infamia, maledicentia. Suet. in Aug. 92. Nihil in hoc quidem devitans, quam dysphemiam nominis. [i. e. malum omen.

DYSPHĪLUS, [δύσφιλος] Amicus parum sincerus. Juven. 3. Sat. 119.
Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, vel dysphilus. Exempl. castig. Diphilus.

DYSPHORĬCUS. [δυσφορικὸς] Firmic. 8. 12. Dysphorici, ac miseri, infeliciter moriuntur. Cæl. lib. 10. cap. ult. Firmico, Dysphorici Infelices intelliguntur: & Dysphora dicuntur Difficilia.

DYSPNOEA, [δύσπνοια] Spirandi difficultas. Plin. 23. 1. Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit. Cels. 4. 4. Est etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit. Sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, δύσπνοια appellatur, Cum, &c. Dyspnœas lenit oleum balsaminum. Plin. lib. 23. cap. 4.
Dyspnœæ medetur centaurium majus. Plin. lib. 26. cap. 7.

DYSPNOĬCUS, [δυσπνοικὸς] Qui dyspnœa laborat. Plin. 24. 6.

DYSTRAPELI, [δυστράπελοι] Qui in ira vel affectione aliqua immobiles perseverant, nec ulla vi ab instituto queunt revelli: Rhodig. 12. 19.

DYSŪRĬA, æ. f. [δυσουρία] Difficultas urinæ. Cic. 10. Att. 10.

DYSŪRĬCUS, [δυσουρικὸς] Adj. Cic. 7. Fam. 26.

DYSURIĂCUS, Adj. Qui tali morbo laborabat. Firmic. 4. 8.

# E

LITERA vocalis. Gr. Ε, ε, & Η, η. cujus opera utuntur consonæ universæ ad prolationem, postpositæ quidem in Mutis, Be, Ce, &c. in Liquidis vero præfixæ, ut El, Em, En. Hebræi pariter ut Græci E dupliciter pro ratione quantitatis efferunt, per punctum sc. quod vocatur Tzere, & Sægol, breve hoc, illud vero longum. Imo breviusculum adjecerunt, quod Scheva vocant, quod pro Consonarum copula solummodo jure haberi potest: & hujusmodi aliquid hodie in linguis Gallica & Anglicana deprehenditur, quibus E fœmininum vel quiescens accrescit. Romani utramque quantitatem una figura exprimunt, nisi quod Aletri in Latio in tab. lapidea & admodum vetusta E longum per duplex EE efferatur in voce SEEDES, Gruter. CLXXI. 8.

Permutantur A & E. ut, a Reor, Ratus; Sero, Satum. Ita scriptitabant Veteres, Escendere, Espicere: pro Ascendere, Aspicere. Palm. Spicileg. 6. p. 711. Sic Damno, Sacro: Condemno, Consecro. Sic CESSIANE, pro Cassiana. Inscript. vet. apud Gruter. DCXCIX. 1. adde quæ a Græcis fœmininis deduxere Latini; ut Φήμη Fama.

Æ & E. ut apud Gruter. passim. sed hoc apud sequiorem ætatem, quæ pro diphthongo Æ simplex E non modo scribebat, verum corripiebat, ut Sphĕra, Hĕresis, Ĕnigma. apud Prudent. &c. Porro immanem scriptionem in quibusdam monumentis videre licet, sc. FIICIT, pro Fecit. Item BIINII MIIRIINTI, pro Bene merenti.

In Diphthongis consociandis præmittitur E duabus, I & U, ut hei, heu. & totidem subjungitur, A & O, Ædes, OEstrum.

In Inscriptionibus. E. Ennius, Edilis, Est, Ergo, Exactor, Exacto, Ejus, Ætas, Erexit, Expressum. E. B. Ejus bona. E. Ç. Ejus causa, Erigi curavit. E. C. F. Ejus causa fecit. E. CVR. Erigi curavit. E. D. Ejus domus. E. F. Egregia fœmina, Ejus filius. E. H. Ejus hæres. E. L. Edita lex. E. M. V. Egregiæ memoriæ viro. E. N. Etiam nunc. E. P. E Pretio. E. S. E suo. E. R. E. V. E Repub. esse videbitur. E. T. Ex testamento. E. T. F. I. S. Ex testamento fieri jussit sibi.

I & E. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quid? non E loco I fuit? ut Menerva, Leber, & Magester, & Dijove & Vejove, pro Dijovi & Vejovi? V. eund. lib. 9. cap. 4. Morhof. de Patavinit. Liv. p. 38. Turneb. Advers. 3. 5. Ita Genetrix, Ponteficum, Condedit & infinita pene hujuscemodi exempla apud Gruter. in marmoribus: quod & monuit Pier. ad Virg. Georg. 563. cum Vergilius aliquando pro Virgilius legitur. V. Gronov. ad Vit. Virg. per Donat. Etiam hodie sunt promiscua; ut dicimus Heri vel Here, Vesperi vel Vespere. In compos. & deriv. Antistes; Cribrum; Undecim; Emo, Redimo; Lego, Eligo; & rursus ab Eligendo, Elegans. V. Gell. lib. 11. cap. 2.

O & E. ut Dermio, Pellictor antique; & vicissim, Advorsus, Vortex, Vortat. Ita a Tego fit Toga, & rursus a Vos fit Vester.

U & E. Pello, pepuli; Media tellus, Meditullium: & mutuo Dejero, Pejero, a Juro.

E & Ex, Præpositiones sunt, quæ & separantur & componuntur. Separatæ modo temporales sunt, ut, Ex illo celebratus honos: h. e. Post illud tempus: modo locales, ut, E cœlo. Composita quandoque privationem indicant, ut Elinguis, Exanguis; quandoque vehementiam vel perfectionem, ut, Eludo, Exoro: quandoque extra, ut Educo, Excludo. Componitur autem E cum B. ut Ebibo, D. ut Educo, G. ut Egredior, J. ut Ejicio, L. ut Eludo, M. ut Emitto, N. ut Enitor, R. ut Erigo, V. ut Evcho: Ex vero componitur cum A. ut Exaudio, C. ut Excurro, E. ut Exeo, F. ut Efficio, O. ut Exoleo, P. ut Expello, Q. ut Exquiro, S. ut Exsequor, T. ut Extendo, U. ut Exuro. Verum quando post Ex sequitur F. mutatur X. in F. ut Effero, Efficio, Effundo: in aliis integra manet. V. tamen infra ECFERO, ECFODIO.

E præpositio [ἐκ vel ἐξ] ablativo casui servit. ut E servo libertus. Ter. And. 1. 1. 10.

Abiit e. Ter. Phorm. 5. 8. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit, V. Hec. 4. 3. 14.

Aspicere, e. Plin. Epist. 102. Placuit egredi in littus, & e proximo aspicere, ecquid jam mare admitteret.

Audivi e prædonibus. Ter. Eun. 1. 2. 34.

Candicans e ruso. Plin. lib. 12. cap. 13.

Sic e nigro rutilum. Sueton. initio Neronis. H. St. [Apud Plin. l. c. legitur potius, E rufo candicans, nec eodem modo dicitur ac ap. Sueton. E nigro in rutilum. ubi coloris mutatio indicatur, ut illic Mixtus e rufo & candido color.

Dedit e. Plaut. Trin. 4. 2. 57. E manibus dedit mihi ipse in manus.

Fabrefactum e ferro. Plaut. Rud. 5. 2. 113. Nam hoc quidem pol e rubigine, non e ferro fabrefactum est. Ita sculptus e saxo. Cic. 4. Acad. 110.

Fugere e conspectu. Ter. Hec. 1. 2. 107.

Gravida e Pamphilo est. Ter. And. 1. 3. 11.

Haurire e. ut, E fontibus abditis & conditis hauriri artium studia. Cic. 1. de Orat. 267.

Languere e via. Cic. 1. Philipp. Qui quum mihi mos notus esset, quumque e via languerem, & mihimet displicerem, &c.

Laborare e dolore. Ter. And. 1. 5. 33. Quid agit? M. rogas? laborat e dolore.

Laborat e renibus. Cic. 2. Tusc. 60.

Peperit e Pamphilo. Ter. And. 3. 2. 17.

Petere e. Ter. Eun. 3. 2. 38. E flamma te petere cibum posse arbitror.

Scire e. Plaut. Mostel. 3. 2. 58. E me, ne quidem metuas, nihil sciet.

Tollere e. ut, Solem e mundo tollere videntur qui amicitiam e vita tollunt. Cic. de Amicit. 47.

E contraria parte. Cic. 4. Acad. 124. V. E regione.

E contrario. Plin. lib. 10. cap. 38. Multæ aves e contrario semper in volatu silent. Cic. Anteq. iret in exil. 26.

E diverso. Plin. lib. 12. cap. 21. E diverso Arabica glans viridis ac tenuior.

E diverso, pro E contrario. Plin. lib. 4. cap. 4. E diverso irrumpentia.

E facili, pro Facile. Plin. lib. 30. cap. 3. E facili cadere eos cogit. Alia exemplaria habent Ex facili.

E libello. ut, Sermones non nisi in scriptis & e libello habebat. Suet. in Aug. cap. 24.

E longinquo. Plin. lib. 12. cap. 22. V. in LONGUS.

E Marsis. Cic. in Brut. 169. Atque etiam apud socios & Latinos oratores habiti sunt Q. Vectius Vectianus e Marsis, quem ipse cognovi, &c. Sic videtur posse dici, Petrus e Campania. Sic, Eunuchi e Syria Ægyptoque. Cic. in Orat. 232.

Vicinus e proximo. Plaut. Aul. 2. 4. 11.

E natura, Secundum naturam. Cic. de Fin. Hunc statum corporis maxime expetit qui est e natura maxime.

E re nata. Ter. Adel. 3. 1. 8. Et re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera. sed Cl. Bentl. ibi legit E re natæ. q. V. [Verum cum Vir Celeberr. E re natæ exponat Ex commodo filiæ tuæ, ipse viderit, an istuc Latine dictum sit, Melius ex commodo, pro Magis. Certe dum tautologiam, uti perhibet, vitare studet, in manifestam plane delapsus est. Illud enim Melius fieri, utique tantundem est, ac Commodius fieri, petitum ex trita & Comicis familiari formula Factum bene, qua repentina atque insperata felicitas exprimi consuevit. Quare cum perspicuum sit, nutriculam indicare velle, Cum magno incommodo, quando quidem Pamphilæ vitium oblatum sit, magnum tamen conjunctum esse commodum, magnamque esse, ut in misero casu, felicitatem, quod id factum ab Æschino sit potius, quam ab alio adolescente nequiore, prorsus causæ nihil video, cur a Donati ac Faërni sententia discedendum sit. E re nata idem est, ac Pro re nata. Quo de V. in RES. Vulgo dicunt, Pro præsenti rerum conditione, ac circumstantiis, in quibus nunc sumus. ἄγε πρὸς τὸ παρὸν, μηδὲν ἂν χρηματίζειν γένοιτο, Græce dixeris. Pro meo casu Cic. 3. Att. 23. & Sall. Catil. 35. in re simili usurparunt.

E regione, Ex adverso. Cic. 4. Acad. 123. Nonne etiam dicitis, esse e regione nobis e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia? Idem de Fin. 19. Si omnia deorsum e regione ferrentur, & ut dixi ad lineam, nunquam fore ut atomus altera alteram posset attingere. Budæus. adde Cic. Topic. 47: 3. Q. frat. 1: de Fato, 18: de Univers. 21.

E regione, cum genitivo. Cic. 2. de Divin. 17. Vident e constantissimo motu lunæ, quando illa e regione solis facta incurrat in umbram terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit. Budæus. adde 2. de Nat. Deor. 103.

E Repub. i. e. Pro Reipub. utilitate, vel In commodum Reipub. Plin. Epist. 109. Prolata lege de Senatu habendo, jurare coegit e Repub. esse quod censuisset. Liv. Faceret quod e Repub. fideque sua duceret. Cic. 3. Philipp. 30. Duobus aut tribus Senatusconsultis e Repub. bene factis reliquas res ad lucrum prædamque revocarit. Idem 10. Philipp. 25. Brutum Proconsulem bene & e Repub. & ex sua majorumque suorum dignitate consuetudineque Reipub. bene gerendæ fecisse. conf. Nep. 25. 6. 2. Cic. in Orat. 158. & 13. Fam. 8.

E vestigio, pro Confestim, properanter. Plin. Epist. 90. lib. 6. Aut profectum e vestigio subsequi. Cæs. 4. Bell. Gall. 5. Cic. 4. Fam. 12.

Repente e vestigio. Cic. 1. Verr. 57. Sed repente e vestigio ex homine, &c.
Puto esse, quod Græci παρ' πόδας. V. VESTIGIUM H. St.
Dicitur etiam E somno. i. e. Post somnum. Tacit. de Germ. lib. 22. cap. 1. E meo animo. i. e. Secundum meam sententiam. Plaut. Aul. 3. 6. 3. E more. i. e. Pro more. Suet. Cæs. cap. 6.

EA, vel EADEM, Ea re. V. IS.

EALE, Fera est in Æthiopia nascens, magnitudine equi fluviatilis, cauda elephanti, colore nigra & fulva, maxillas habens apri, & majora cubitalibus cornua, mobilia, quæ alterna in pugna sistit, variatque infesta aut obliqua, utcunque ratio monstravit. Plin. lib. 8. cap. 21. Solin. cap. 55.

EĀNUS, A veteribus dictus est, qui postea Janus, qui ineunti anno credebatur præsidere. Macrob. 1. Saturn. 9. Sæpe enim antiqui secundam vocalem pro tertia usurpaverunt, ut dictum est supra.

EAPSE, Ea ipsa. Festus. Eampse Plaut. in Pœnulo Act. 1. Sc. 2. H. St.

EĀRĪNUS, Adj. Vernus. ex Græco ἐαρινός. Tertull. de Habit. Mulier. cap. 8. Earinæ oves. i. e. Vernæ. Item nomen pueri delicatuli. apud Martial. lib. 9. 12. Nomen (ut ait ille) cum violis rosisque natum, Nomen nobile, molle, delicatum, &c.

EARITES, [ἡαρίτης] Lapis est, alio nomine Hæmatites dictus. Eariten autem appellari scribit Rhodiginus, quod ἔαρ, apud Nicandrum, sanguinem significet, quoniam vere plurimum exundet. Hæc ille lib. 3. cap. 12.

EASO, onis. Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vasconium. Utriusque author Ptolem. lib. 2. cap. 6.

EATĔNUS, Adv. [ἐπὶ τοσοῦτον] Hactenus, Tandiu vel Usque ad id. Plaut. Mostel. 1. 2. 48. Ad legionem quum itur, adminiculum eis danunt tum jam aliquem cognatûm suûm: eatenus abeunt a fabris.
Eatenus quoad, [τοσοῦτον ὅσον] Cic. 1. Q. frat. 1. Quorum si quis forte est sordidior, ferres eatenus quoad per se negligeret eas leges quibus est astrictus. Idem 1. de Legib. 14.
Eatenus qua. Columel. lib. 12. cap. 9. Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus qua tenera folia videbuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Eatenus quatenus. Cajus de Institoria actione, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ea re locupletior factus est. Idem in l. 1. D. quod cum eo. Eatenus introduxit actionem, quatenus in rem ejus versum fuerit. Cels. lib. 2. cap. 10. Eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur.
Eatenus ut, [τοσοῦτον ἵνα] Cic. de Opt. Gen. Orat. 23. Verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. Columel. lib. 5. cap. 1. Si eatenus progreditur, ut dicat qua quidque ratione faciendum.

## E B A

EBACCHOR, ari. Lamprid. Heliog. cap. 7. Adeo ebacchatus est ut typum eriperet. Sed in emendatis codicibus Tauroboliatus est, legitur. q. V.

## E B E

EBENUS. V. HEBENUS.

## E B I

EBĬBO, [ἐκπίνω] ĕre. Exhaurire. Plin. lib. 5. cap. 15. Asphaltiten lacum dirum natura petit, a quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. De Jordane amne. Ter. Heaut. 2. 3. 14. Quid comedent? quid ebibent?
Ebibere cum vino imperium heri sui. Plaut. Amph. 2. 1. 84. i. e. In vino oblivisci.
Sanguinem alicui, h. e. Exugere. Plaut. Curcul. 1. 2. 64.
Subsilite obsecro, & mittite isthanc foras,
Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.
Ubera ebibere. Ovid. 6. Met. 342.
Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
Exbibere etiam habet Plaut. Milit. 3. 2. 19.

EBISCUS. V. HIBISCUS.

EBĬTO, ĕre. Exire. Plaut. Stich. 4. 2. 28.
Non it, non it: quia tanto opere suades ne ebitat.

## E B L

EBLANDIOR, [ἐξαιρέομαι, ἐκλιπαρέω] īri. Blanditiis elicere, & impetrare. Cic. 16. Att. 18. Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Plin. lib. 9. cap. 8. de Arione, Eblanditus ut prius caneret cithara.
Eblandiri suffragia, Precibus, & blanditiis emere & aucupari. Cic. pro Planc. 10. In quo primum illud debes putare, comitiis præsertim ædilitiis, studium esse populi, non judicium, eblandita illa, non enucleata esse suffragia. Sic apud Plin. lib. 16. cap. 27. Cœlo fœcunditatem omnem eblandito.
Eblandiri solitudines ruris, dicuntur in passiva significatione. Columel. lib. 8. cap. 11. Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ captantis undique voluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur.
Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata testimonia. Plin. in Paneg. cap. 70. Volo ego qui provinciam rexerit, non tantum codicillos amicorum, nec urbana conjuratione eblanditas preces: sed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget.
Eblandita alicui aspectu rosa. Plin. lib. 25. cap. 2. Nuper cujusdam militantis in Prætorio mater vidit in quiete, ut radicem sylvestris rosæ, quam cynorrhodon vocant, eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam. Sed hic omnino legendum est Blanditam: ut habent codices emendati.

EBLITEI, Montes in Arabia, in gente Omanorum, non procul ab Ichthyophagis, de quibus Plin. lib. 6. cap. 28. in Descript. Arabiæ.

## E B O

EBODE, Oppidum Helmodenorum in Arabia, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 8.

EBORA, Oppidum Lusitaniæ, juris veteris Latii, quod item Liberalitas Julia dicebatur, authore Plin. lib. 4. cap. 22. Nunc *Evora* V. Ursat. apud Græv. Tom. 11. p. 782. C. & Olivar. ad Melam 3. 1. Ptol. scribitur Ἔβορα.

EBORACUM, [Ἐβόρακον] Britanniæ civitas Ptolemæo. Vulgo *York.* V. Ursat. l. c. p. 629. C.

EBORARIUS. V. EBUR.

## E B R

EBRIUS, [μέθυσος, οἰνοβαρής, οἰνόφλυξ, μεθύων] Qui nimio potu alienatus est mente; ex Bria, quod est vas vinarium. V. Voss. Etym. Brœkh. ad Tib. 1. 7. 28. Cic. 9. Fam. 17. Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses.
Insanis & ebriis multa falsa videntur. Cic. 2. de Divin. 120.
Tralate pro Mentis inops; ut contra Sobrius pro Sanus. Plaut. Cist. 4. 1. 15. Alia mulier isto pacto dicat, dicam esse ebriam. Elegantissime Hor. de Cleopatra quam nimia fortuna de sana mente exturbaverat, Fortunaque dulci ebria. 1. Carm. 37. 10. Eodem sensu dixit Lucret. lib. 3. 106. Curis ebrius.
Plenus, Infectus. Martial. lib. 4. 54.
Ebria Sidoniæ cum sint de sanguine conchæ.
Jam tonsiles tapetes ebrii fuco. Cn. Mattius in Mimiamb. ap. Gell. 20. 9.
Amnis ebrius. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 250.
Mella ferant sylvæ, jam profluat ebrius amnis,
Mutatis in vina vadis.
Anus ebria. Ovid. 2. Fast. 582.
Cœna, pro Opipara, & quæ nimiis deliciis veluti ad ebrietatem convivas invitet. Plaut. Casin. 3. 6. 18. Facite cœnam mihi, ut ebria sit lepide, nitideque volo. nihil moror barbarico ritu.
Conviva ebrius. Ovid. 5. Fast. 337.
Gradus ebrius. Sen. Med. 2.
Ocelli ebrii. Catul. 43. 11. Amore scil.
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suaviata, &c.
Turba ebria. Propert. lib. 4. 4. 78.
Verba ebria. Tibul. lib. 3. 7. 4.
Vestigia ebria trahere. Propert. lib. 1. 3. 9.

EBRIŎLUS, dimin. Plaut. Curcul. 1. 3. 36. Quid ais propudium? Tun' etiam cum nocturnis oculis odium me vocas? Ebriola, persolæ nugæ. Ibid. 2. 3. 15. Tristes atque ebrioli incedunt.

EBRIŌSUS, Adj. [μεθυστικός] Qui sæpe fit ebrius. Plin. lib. 30. cap. 15. Ebriosis ova noctuæ per triduum data in vino, tædium ejus adducunt. Cic. de Fato, 10. Stilponem ferunt & ebriosum & mulierosum fuisse. Inter Ebrium & Ebriosum hoc interest, quod Ebrius actum præsentem designet: Ebriosus habitum & proclivitatem. Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamen & consuetudine ab hoc vitio maxime abhorreat: & contra ebriosus quis esse potest etiam tunc, quum vini nihil gustaverit. V. Sen. Epist. 83.
Ebriosior. Catull. 25. 4.
Ut lex Postumiæ jubet magistræ
Ebriosa acina ebriosioris. V. Is. Voss. ad loc.

EBRIOSĬTAS, [οἰνοφλυγία] Cic. 4. Tusc. 27. Ut inter ebrietatem & ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem. V. supra in EBRIOSUS. & Non. 5. 90.

EBRIĔTAS, ātis. [μέθυσμα, μέθη] Plin. lib. 30. cap. 15. Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus.
Ebrietas turpissima, quæ labefacere & minuere hominum mentes solet. Gell. lib. 15. cap. 2.
Arcanum demens detegit ebrietas. Virg. de Venere & Baccho, v. 6.
Solvitur ebrietas. Cels. lib. 2. cap. 6.
Ebrietas geminata libidine regnat. Ovid. 12. Met. 221.

EBRIŬLO, [μεθύσκω] Ebrium facio. Laberius, Ebriulati mentem hilarem accipiunt. Nonius 2. 306. Item Ebriŏlo. Unde Plaut. fragm. Homo ebriolatus somno.

EBRIĀCUS, Idem quod Ebrius. Plaut. Aul. Fragm. Homo ebriacus somno sanari solet. Ex Nonio. V. Taubm. ad Fragm. Plaut. p. 1489. Gloss. Gr. Lat. Ebriacus μέθυσος. [Sed forte Ebriatus legendum, ut apud Non. Passeratius legit, probante Mercero.

EBRIO, āre. Macrob. 7. Saturn. 6. Mulieres raro ebriantur.

EBRIĀMEN, [μέθυσμα] Tertull. de Jejun. cap. 9. Vinum & ebriamen non bibet.

EBRODUNTII, Alpini populi, a Galba Imperatore Narbonensi provinciæ adjecti, teste Plin. lib. 3. cap. 4. Sed Bodiontici legitur in codd. emendatis.

## E B U

EBŬCUS, Sic male apud Fest. quidam scribunt, pro ELUCUS q. V.

EBUDES, Insulæ sunt quinque numero in Oceano Britannico, angusto freto divisæ, quarum incolæ (ut scribit Solinus) lacte solum & piscibus vitam agunt. A Plinio Hæbudes dicuntur. A Stephano Αἰβοῦδαι, diphthongo non aspirata.

EBULLIO, [ἀναζέω, ἀναβράσσομαι, ἀναφλύω] īre. Effervescere, dictum a Bullis, ut ait Nonius, quas emittit aqua dum fervet. Cato cap. 105. Ubi ebullibit vinum, ignem subducito.
Ebullire, per translationem. Cic. 5. de Fin. 180. Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam. i. e. Vi veritatis incitatus dicere. Idem 3. Tusc. 42. Qui si virtutes ebullire volent & sapientias. i. e. Cum ostentatione & pompa efflare, & quasi Pleno ore detonare, vel crepare. Animam ebullire pro Mori dixit Petron. cap. 42. & 62.

EBULLĪTIO, ōnis. f. [ἀνάζεσις] Fervor.

EBULLO, [παφλάζω] āre. Erumpere, crepare: a Bulla, quæ æstivo tempore in aqua pluvia subinde elevatur in formam rotundam, ac statim evanescit. Pers. 2. Sat. 10. — ô si
Ebullet patrui præclarum funus. i. e. Ad bullæ similitudinem exeat, & erumpat. Alii legunt Ebullit. V. Casaub.

EBŬLUM, sive EBŬLUS, [χαμαιάκτη] Herba est producens baccas rubras & veluti sanguineas ad similitudinem sambuci. Unde Virg 10. Ecl. 27. Sanguineis ebuli baccis. Columel. lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 25. cap. 10. Ebuli quoque (quem nemo ignorat) fumo fugantur serpentes.

EBUR, sive EBOR, ŏris. n. [ἐλέφας] Elephanti dens: quasi e Barro, i. e.

i. e. Elephanto productus, teste Servio. Cic. 4. Acad. 100. Non enim est e saxo sculptus, aut ebore dolatus. Plin. lib. 8. cap. 3. de Elephantinis dentibus, Hoc solum, inquit, ebur est.

Ebur, pro Vasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Hor. 2. Carm. 18. 1.

Non ebur, neque aureum

Mea renidet in domo lacunar. Cic. 4. Verr. 35. Omne ebur ex ædibus sacris, &c. auferret.

Ebur, pro Elephanto. Juven. 12. Sat. 112.

— mora nulla per Histrum

Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras. Contra Virg. 6. Æn. 896. Elephantum dixit pro Ebore. V. Elephantus, in ELEPHAS.

Una opera ebur atramento candefacere postules. Est Genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud nativum obscuretur magis quam illustretur. Plaut. Mostell. 1. 3. 102.

Pulcherrimum ex ebore signum Minervæ. Cic. de Clar. Orat. 257.

Asperum signis ebur. Sen. Hippol. 8.

Assyrium ebur. Ovid. 2. Amor. 5. 40.

Candens ebur. Ovid. 3. de Ponto, 3. 98.

Conspicuum ebur. Ovid. 4. de Ponto, 5. 18.

Curule ebur. Hor. 1. Epist. 6. 53. h. e. Sella curulis eburnea, non nisi summis magistratibus concessa. V. CURULIS.

Indicum ebur. Hor. 1. Carm. 31. 6.

Nitidum ebur. Ovid. 2. Met. 3.

Niveum ebur. Ovid. 10. Met. 247.

Phidiacum ebur. Juven. 8. Sat. 103.

Phidiacum vivebat ebur. i. e. Statuæ eburneæ sculptæ a Phidia tanto artificio, ut vivere viderentur.

Regale ebur. Sen. Hippol. 9.

Sectile deliciis India mittit ebur. Ovid. de Medic. Fac. 10.

Splendidum ebur. Sen. Thyest. 5.

EBURNEUS, [ἐλεφάντινος, ἐλεφάντειος] Adj. Quod ex ebore est.

Costa eburnea. Plin. lib. 28. cap. 4.

Jovem fecit eburneum. Idem lib. 36. cap. 5.

Pectines eburnei. Apul. 11. Met.

Quadrigæ. Suet. in Neron. cap. 22.

Sellæ. Liv. 5. 4.

Signum. Cic. 4. Verr. 1.

Item instar eboris album, ut Cervix eburnea, Eburnea colla apud Ovid. 3. Met. 422.

EBURNEŎLUS, dimin. Cic. 3. de Orat. 225. Quem servum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum cum concionaretur. Gell. tamen lib. 1. cap. 3. hic legit Eburnea.

EBURNUS, Adj. idem, quod Eburneus ap. Poëtas.

Decus eburnum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 272.

Ensis. Virg. 11. Æn. 11.

— atque ensem collo suspendit eburnum.

Digiti eburni. Propert. lib. 2. 1. 9. i. e. Candidi.

Gradus eburni. Lucan. lib. 2. 356.

— gradibusque acclivis eburnis.

Morsus eburnus numerosi dentis. Claud. in Nupt. Honor. 102.

— largos hæc nectaris imbres

Irrigat, hæc morsu numerosi dentis eburno

Multifidum discrimen arat. Pectinem eburneum intelligit.

Plectro modulatus eburno. Tibull. 3. 4. 39.

Porta. Virg. 6. Æn. 898.

Sceptrum eburnum. Ovid. 1. Met. 178.

Templum eburnum. Propert. lib. 4. 2. 5.

EBŎREUS, Adj. Idem. Quintil. lib. 6. cap. 4. Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata. Plin. lib. 7. cap. 53.

Codices eborei. Ulp. in l. librorum. §. 1. D. de leg. 3.

EBURĀTUS vel EBORATUS, [ἐλεφαντόδετος] Adj. Quod ebore tectum est. Plaut. Stich. 2. 2. 53. Lectos eburatos, auratos.

Sella eborata. Lamprid. Heliog. cap. 4. V. Borrich. Cogit. p. 94.

EBORARIUS, Eboris artifex. Eborarii autem inter artifices numerantur, qui a Principibus vacationem munerum obtinent. l. 1. C. de excus. artif. lib. 10. Inscript. apud Gruter. p. LXV. L. PLOTIO. SABINO. EBORARIO. Dicitur & Eburarius. Inscript. Florent. apud Spon. Misc. Erud. Ant. Q. CONSIDIVS. EVMOLPVS. FABER. EBVRAR.

EBURA. V. EBORA.

EBURA alia Cerealis in Bætica prov. de qua Plin. l. 3. c. 1. ubi Hard. V.

EBURINI, Lucanorum populi in Italia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

EBURŌNES, [Ἐβουρῶνες] Populi inter Belgas, gente, nomine, & numero Germani appellati, Condrusis, Menapiis, Aduaticis, Treveris (quorum clientes erant) & sylvæ Arduennæ finitimi: iidem & Tungri nunc Leodienses dicti apud Gallos. Plin. lib. 4. cap. 18. populos Galliæ Lugdunensis ait quondam Aulercos appellatos, nunc vero Eburones. V. Cæs. & Scal. Lect. Auson. 2. 14. p. 126.

EBUROVICES, Populi sunt inter Celtas, Aulercis, Lexoviis, & Unellis, reliquisque maritimis civitatibus vicini. Marlianus in Cæsarem. V. Plin. lib. 4. cap. 18. [Eburovices pars altera Aulercorum civitatis, quæ in duos populos divisa fuit Aulercos Eburovices & Cenomanos; quibus quidam tertium addunt Diablinthes. Illorum oppidum Eburovicæ, hodie *Evreux*. Præter Geographos V. Andr. Morell. Specim. univ. rei Numm. Tab. 26. 2.

EBURUM, [Ἔβουρον] Ptolemæo urbs Germaniæ, vulgo *Olmutz* Moraviæ regia.

EBŬSUS, [Ἔβυσος] Vulgo *Bizza*. Insula est in mari Balearico, altera Pityusarum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum ejusdem nominis, a Phœnicibus (ut putant) conditum, aut certe a Pœnis, qui a Phœnicibus originem duxerunt. Sil. lib. 3. 363.

Jamque Ebusus Phœnissa movet, jamque Artabrus arma.

Nunc *Ayvissa* vulgo vocatur, ut scribit Olivar. in Melam. V. Gevart. ad Stat. 1. Silv. 6. 15.

EBUSITANUS, Adj. Plin. lib. 3. cap. 5. V. etiam Melam lib. 2. cap. ult. ad fin.

EBUTIUS. V. ÆBUTIA Gens.

EC, Particula ab Ecce interrogativis adhærens. ut Ecquis, Eccur, Ecquando, Ecquo, Ecquonam, Ecquisquam, Ecsiquid, &c.

ECANTO. Gloss. Gr. Lat. ἐξαυλῶ.

ECASTOR, & MECASTOR. Adv. jurandi. h. e. Ita me deus Castor servet. Per Castorem & Pollucem, inquit Donatus, ornativa sunt jurandi, apta fœminis. ad Andr. 3. 2. 6. Ubi fateor me quid istuc Ornativa sibi velit ignorare. Plaut. Amph. 2. 3. 10. Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. Ter. And. 3. 2. 6. Per, Ecastor, scitus puer natus est Pamphilo. Hoc nomine non jurabant viri. Gell. lib. 11. cap. 6. V. Jo. Bapt. Hansen. & cæteros scriptores de Jurandi formulis Vett.

Ecastor, Edepol, &c. non Æcastor, Ædepol, &c. V. Voss. Etym. Meurs. par. 1. Exerc. crit. ad Capt. cap. 4. p. 80.

ECATONPHONEUMA, [ἑκατονφόνευμα] Sacrum appellabatur, apud Athenas Marti sacrificari solitum. Si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnum, quod sacrificatum est a duobus Cretensibus, & uno Locro, sicut Solicrates scribit. Sed postea hoc Atheniensibus displicuit, cœperuntque porcum offerre castratum, quem nefrendem vocabant, quasi sine renibus. Hæc Fulgentius ad Chalcidium.

## E C B

ECBĂSIS, eos. [ἔκβασις] Digressio a proposito.

ECBĂTĂNA, n. pl. [Ἐκβάτανα] Metropolis est Mediæ: vel ut quidam existimant, Regionis magnæ nomen. Strab. lib. 11. Media in duas partes divisa, quarum alteram, majorem vocant: cujus metropolis fuit Ecbatana civitas, & Medici imperii caput: nunc etiam Parthi regia utuntur. Cic. pro Lege Manil. 9. Legatos Ecbatanis misit. Ubi V. Græv.

ECBŎLAS, ădis. [ἐκβολάς] Uvæ genus in Ægypto proveniens, ejiciendo fœtui idoneum, παρὰ τὸ ἐκβάλλειν, quod expellere & ejicere significat. Plin. lib. 14. cap. 18. Ægyptus & ecbolada habet, abortus facientem.

ECBŎLE, es. f. [ἐκβολή] Jaculum. ut Ecbolas quassant. Pacuv. apud Varr. 6. de L. L. 6.

ECBOLIA, orum: sive ECBOLINÆ, arum: aut, ECBOLAS, dis. [ἐκβόλια] Medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & phthoria dicuntur. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. Latine Ejectoria & Ejectrices medicinæ dici possunt.

## E C C

ECCE, Adv. demonstrandi; [ἰδὲ, ἦν, ἠνίδε] Repentinum aliquid, Insperatumve significans. Cic. 2. de Fin. 96. Ecce miserum hominem. Ter. Adel. 4. 7. 3. Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis. M. ecce autem. Ubi Donatus, Ecce dicitur quum repente triste aliquid rebus intervenit lætis, aut certe quum aliud agitur, aliud emergit novum. ut Virg. 2. Æn. 403.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo

Crinibus. Ter. Phorm. 1. 5. 34. Ecce autem similia omnia, omnes congruunt. Ubi Donatus, Ecce autem, vox est apta his quæ nova & improvisa animo accidunt.

Ecce autem nova turba atque rixa, &c. Cic. 6. Verr. 148.

Ecce autem repente ebrio Cleomene, esurientibus cæteris, nuntiatur piratarum naves esse in portu Edissæ. Cic. 7. Verr. 87.

Ecce, dicitur & de re non repentina neque nova. Plin. lib. 36. cap. 27. Adeo in rebus damnatis quoque ac jam nullis, sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce & cinere. i. e. Ut vides in carbone.

Ecce, interdum risus & contemptionis gratia ponitur. Cic. in Orat. 30. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur, novum quoddam imperitorum & inauditum genus.

Ecce, nunc nominativo, nunc dativo jungitur: alias etiam accusativo, quanquam refragetur Valla lib. 2. cap. 15.

Ecce Antonius. Cic. 14. Att. Veruntamen ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, &c. Eidem lib. 7. 23. Ecce postridie ad Cassium literæ Capua a Lucretio familiari ejus.

Ecce tibi, frequentissimum apud Cic. pro Cluent. 75. Ecce tibi ejusmodi sortitio, ut in primis Bulbo, &c. Idem 2. Att. 14. Quum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus.

Ecce alterum, ecce me. Ter. Eun. 2. 3. 6. Ecce autem alterum. Sed Valla contendit legendum hic esse Alter, non Alterum. Ter. Adel. 5. 9. 38. Ecce me, qui id faciam vobis. Sic apud Plaut. Men. 2. 3. 50. Prandi in navi: inde huc sum egressus: te conveni, ER. ecce rem. Sed V. ECCERE infra.

ECCŪBI, [ἦ που] per duplex c. componitur ex Ecce & Ubi, idemque significat quod Nuncubi. Calepinus.

ECCUM, eccam, eccos, eccas. Eccum, i. e. Ecce hic eum, subintellige virum de quo agebamus. Eccam, Ecce hic eam, subintellige fœminam de qua mentio erat. Valla lib. 2. cap. 15.

Eccum ipsum. Plaut. Amph. 3. 4. 22. Et eccum ipsum video, &c. Ter. Eun. 5. 3. 9. Virum bonum eccum Parmenonem incedere video.

Eccum Juppiter. Plaut. Amph. prol. 120.

Eccum adest. Ter. Eun. 4. 7. 6. Ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? P. eccum adest.

Atque eccum. Plaut. Stich. 4. 1. 71. Atque eccum tibi lupum in sermone. Ter. And. 5. 5. 1.

Sed eccum. Ter. Eun. 2. 3. 12. Sed eccum Parmenonem, salve. Ibid. 4. 5. 12. Sed eccam ipsam.

Eccam, locum signat ubi ea excidit. Plaut. Cistel. 4. 1. 3.

Eccos. Plaut. Men. 1. 4. 1. Ter. Heaut. 2. 3. 15.

Sed video, eccos quos volebam. Pro Ecce hic eos quos volebam.

Eccum etiam absentibus accommodari observavit Taubm. ad Plaut. p. 614. 841.

ECCILLUM, Antiquum verbum contractum, pro Ecce illum. Plaut. Perf. 2. 2. 65. Eccillum domi, & hanc, &c. & Aul. 4. 10. 57.

ECCISTAM, Plaut. Curcul. 5. 2. 17. Certe eccistam video. Pro Ecce istam. Antique.

ECCENTROS, [ἔκκεντρος] Quod est extra centrum. Mart. Capell. 8. p. 287. Terra solaris circuli non est centrum, sed eccentros habetur.

ECCENTRĬCUS, Idem. apud Astron.

ECCERE, Adv. jurantis. [νὴ τὴν Δήμητραν] ac si dicatur Per Cererem.

Plaut. Amph. 2. 1. 4. Eccere, jam tuatim Facis, ut tuis nulla apud te sit fides. Aliis placet duas esse dictiones, quasi dicas Ecce rem, id est Re vera. Ter. Phorm. 2. 2. 5. V. Fest. & Interpp. in Plaut. Lindenbr. ad Ter. l. c.

Eccheuma, ătis. n. [ἔκχευμα] Effusiŏ. Plaut. Poen. 3. 3. 88. Te replebo usque unguentorum eccheumatis.

Ecclesia, Latine dicitur Cœtus & Congregatio. ἐκκλησία.

Ecclesiastes, æ. Concionator, ἐκκλησιαστής.

Ecclesiastĭcus, Adj. Ad ecclesiam pertinens. ap. Christianos Scriptt. Item Ecclesiasticus, subst. dicitur Filius Siraci & ejus liber.

Eccŏpe, [ἐκκοπή] Divisio est calvæ, qua os offensum refractum est, teste Galen. lib. Finit. Medic.

Eccrĭtus, Adj. Selectus. In Petron. cap. 63. pro Cacritus habet Reines. in Schol. ad Fragm. p. 92.

Eccum. V. ecce.

## E C D

Ecdĭci, [ἔκδικοι] Sunt quos Jurisconsulti Defensores civitatum appellant, qui in municipiis Tribunorum plebis instar erant, & plebem ab injuria optimatium tuebantur. Unde tractatus est apud Justinianum lib. 1. C. de Defensoribus civitatum, & in novellis constitutionibus x v. Cic. 13. Fam. 56. Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum ut Ecdici Mylasii Romam mitterentur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto a te, ut & eos & Alabandenses jubeas Ecdicos Romam mittere. V. Græv. ad loc. Plin. 10. Epist. 3. Ecdicorum autem munus erat judicio experiri contra eos qui pecuniam Reip. deberent. Ecdicus verti potest, Defensor, ultor, vindex. Dicitur & Syndicus, In Gloss. Cognitor, de quo V. Gronov. de Pec. Vet. 4. 3.

Ecdippa, Oppidum in Phœnice, juxta Ptolemaidem Claudii Cæsaris coloniam, quæ quondam Ace vocata est. Author Plin. lib. 5. cap. 19.

## E C E

Ecestenses, Siciliæ populi, inter Stipendiarios a Plinio commemorati, lib. 3. cap. 8.

## E C F

Ecfero, pro Effero. V. Plautin. Lex. Parei, qui ita legit in aliquibus locis Plauti; & Cic. 9. Fam. 2. & 8. Att. 3.

Ecfodio, pro Effodio. Tacit. 11. Ann. 20. 3.

## E C H

Echēa, ōrum. n. pl. [ἠχεῖα] Vitruv. lib. 1. cap. 1. & lib. 5. cap. 5. exponit Sonituum discrimina.

Echeæ, [Ἐχεαί] Civitas in Græcia, cujus meminit Strab. lib. 8. illamque Teleclum inhabitasse scribit.

Echemythia, [ἐχεμυθία] Latine Taciturnitas dicitur, & Auscultatio. Unde Echemythos a Græcis dictos putat Budæus Auscultatores & censendi immunitatem habentes in Senatu. Idem alio loco interpretatur Echemythos Cunctatores, & sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, unicam linguam in causis etiam publicis meminerint. V. Gell. lib. 1. cap. 9.

Echenēis, idis. [ἐχενηΐς] Latine Remora dicitur. Plin. lib. 9. cap. 25. & lib. 32. cap. 1. Est parvus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus. hoc carinis adhærente, naves tardius ire creduntur: inde nomine imposito: quam ob causam amatoriis veneficiis infamis est, & judiciorum ac litium mora, &c. Lucan. lib. 6. 674.

> Non puppim retinens Euro tendente rudentes
> In mediis echeneis aquis.

Echetle, es. [ἐχέτλη] Rectum illud lignum est, quod inter arandum manu continet arator, totumque aratrum permovet: ubi vero infigitur, dicitur Alya. Ex Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 5.

Echetlion, In navigio Locus est, in quo pisces colligunt piscatores: dici & Vivarium potest, quod ζωγρεῖον nuncupatur Græcis. Author Cæl. Antiq. Lect. lib. 26. cap. 5.

Echidna, [ἔχιδνα] Latine Hydra, ea potissimum quæ ab Hercule interfecta est. Ovid. 5. Fast. 405.

> Sanguine Centauri Lerneæ sanguis echidnæ
> Mistus ad auxilium tempora nulla dabat.

Virus echidnæ. Ovid. 9. Met. 158.
Tumidæ echidnæ. Ovid. 10. Met. 313. [Ἔχιδνα proprie Viperam fœminam denotat. V. Snic. Thes. & Scriptores Hist. Animal.

Echidna, Nympha, dimidia sui parte puella speciosa, in quascunque partes oculos reflectens: reliqua vero dimidia, qua serpens immanis erat, in caverna diversans, & cruda mandens. Hæc cum Typhone mixta peperit Orthum canem, Cerberum, & Hydram. Author Hesiod. in Theogon.

Echidnion, i. n. Herba viperina. Apul. de Herb. cap. 5.

Echĭnădes, [Ἐχινάδες] Insulæ sunt in Epiro, contra Ambracium sinum, natæ Acheloi impetu, arenaque limo convectis, sicut pars Ægypti Nili cœno. Lege Plin. lib. 2. quibus locis maria cesserint. & Thucydid. lib. 2. ubi de Acheloo. Ovid. 8. Met. involucro fabulæ verum occuluit, & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terræ fluvio aggestæ fuerunt. v. 587. Partesque resolvit

> In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

Echīnæ, Eædem insulæ. Sen. Troad. 838.

Echīneis, Insula in Ægæo. Cic. in Arat. 426. Sed variant scripturæ.

Echīnometræ, [ἐχινομῆτραι] Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi, nec omnibus iidem, rufus & vitreus color. Plin. lib. 9. cap. 31.

Echinon, Thraciæ urbs est ad Pegaseum sinum. Pomp. Mela, lib. 2. in descriptione Thraciæ.

Echīnophora, Genus conchæ. Plin. lib. 32. cap. 11.

Echīnŏpus, ŏdis. Herba quædam aculeata Dioscoridi, quod sciam, non memorata. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice & echinopode. Echinopodis mentio est in veteri distícho, apud Athen.

> Ὡς ἂν ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
> Φυσᾶται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Echīnus, i. [ἐχῖνος] Tegmen spinosum quo servantur castaneæ. ἐχῖνος enim hirtum significat. Unde Castaneæ echinatæ. Plin. lib. 15. cap. 23. Nuces vocamus & Castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi: armatum his echinato calyce vallum est. conf. Calph. Eclog. 2. 83. Bald. Lex. Vitruv. p. 42.
Ab hujus tegminis similitudine, Echinus dictus est Piscis quidam ex cancrorum genere. Plin. lib. 9. cap. 31. Ex eodem genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his in orbem volvi. itaque detritis sæpe aculeis inveniuntur. Martial. lib. 13. 86.

> Iste licet digitos testudine pungat acuta,
> Cortice deposito mollis echinus erit.

Marinus echinus. Hor. Epod. 5. 28.
Echinus, apud Græcos Terrestre animal, cui apud nos *Hericio* nomen, ab hærendo deductum: & æque hirsutus est atque marinus echinus.
Echinus, Ornamentum circa manus carpum. Bartholin. de Armillis Vett. §. 1.
Echinus, Genus vasis ænei est in quo calices lavantur: alii Ampullam dicunt esse vitream. Turnebus Adv. 9. 19. extr. putat Vas esse aquarium rotundum, lagenæ simile, aut ampullæ, ut guttum vinarium, ut Varro, inquit, de L. L. 4. docet. Nomen autem habere videtur a rotunditate echini se in pilam colligentis. Hor. 1. Serm. 6. 117.

> — Lapis albus
> Pocula cum cyatho duo sustinet, astat echinus
> Vilis cum patera guttus, Campana supellex.

Athenis etiam Echini nomine intelligebatur Scrinium forense, in quod dicta testium & totius litis acta conjiciebantur: unde in Echinum conjicere dicebant, pro eo quod est, Acta in judicio proferre.
Echinus quoque inter placentas recensetur apud Athenæum, ut refert Cæl. lib. 9. cap. 16.
Echinus etiam, Pars ventris boum, & aliarum pecudum ruminantium. conf. Cæl. Rhodig. 4. 5.
Echinus, Herba etiam exsiccatoriæ facultatis. Galen. lib. 6. Simplic.
Echinus Oppidum ad Maliacum sinum in ora Phthiotidis. Ptolem. 3. 13. Est etiam Stephano Oppidum Acarnaniæ non procul ab ostio Acheloi quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. Meminit Plin. lib. 4. cap. 1.

Echinatus, Adj. [ἐχινώδης] ut, Echinata castanea. Plin. lib. 27. cap. 9. In cacumine capitula sunt echinata spinis.
Folia echinata. Plin. lib. 22. cap. 9.

Echinussa, Insula Eubœæ vicina, quæ postea Cimolus dicta est, referente Plin. lib. 4. cap. 12.

Echion, [Ἐχίων] Unus fuit e sociis Cadmi, primi regis Thebarum, & pater Penthei regis: qui ab eo dicitur Echionides & Echionius, i. e. Thebanus, ut notat Servius in Virg. 12. Æn. 515.

> Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.

Arces Echioniæ. Ovid. 5. Trist. 5. 53.
Plebs Echionia. Stat. 1. Theb. 169.
Thebæ Echioniæ. Hor. 4. Carm. 4. 64.

Echion, [Ἐχίων] Pictor insignis. Plin. lib. 35. cap. 7. Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris sinopide Pontica, ex nigris Atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clarissimi pictores, cum tabulæ eorum singulæ oppidorum venirent opibus.
Fuit & alter Echion, Statuarius, qui centesima septima Olympiade floruit, teste eodem Plin. lib. 34. cap. 8.

Echion, [ἔχιον] Alii Doriada, nonnulli Alcibiadion vocant: Spinosa herba est, quæ non modo a serpente commorsis cum vino pota auxiliatur: sed præsumentes quoque ex ictu nihil molestum pati sinit. Hæc Paulus lib. 7. V. & Dioscorid. lib. 4. cap. 25.

Echion, sive Echium, Medicamentum quoddam oculorum. Plin. lib. 29. cap. 6. Viperam vivam in fictili novo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum unum, & thuris manna una, atque ita suffusiones oculorum & caligines inungere, utilissimum est. Medicamentum id, Echion vocatur.

Echionius. V. echion.

Echis, is. m. Idem quod Echion. Plin. lib. 22. cap. 20.

Echīte, es. [ἐχίτη] Herba est similis scammonio, de cujus natura consule Plin. lib. 24. cap. 15.

Echītes, [ἐχίτης] Gemma est colore viridi, subobscuro, quandam viperæ similitudinem referens. Plin. lib. 37. cap. 11.

Echo, ûs. f. [Ἠχώ] est Vocis vel Soni repercussio. Plin. lib. 36. cap. 15. Eadem in urbe, juxta portam quæ Thracia vocatur, turres VII. acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant, nomenque huic miraculo, Echo est a Græcis datum. In porticu item Olympiæ septies redditam vocem tradit Plutarch. lib. de Garrul. pr. Plin. lib. 2. cap. 44. Montium vero flexus, crebriqne vertices, & confiexa cubito, aut confracta in humeros juga, concavi vallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantem aëra, quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Ovid. 3. Met. 507.

> Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo. h. e. Ad voces plangentium resonat. Ausonius in pictorem deæ Echus,
> Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
> Ignotamque oculis sollicitare deam?
> Aëris & linguæ sum filia: mater inanis,
> Indicii vocem quæ sine mente gero.
> Extremos pereunte modos a fine reducens,
> Ludificata sequor verba aliena meis.
> Auribus in vestris habito penetrabilis Echo,
> Et si vis similem pingere, pinge sonum. Martial. lib. 2. 86.
> Quod nec carmine glorior supino,
> Nec retro lego Sotaden cinædum,
> Nusquam Græcula quod recantat Echo, &c. Innuit epigrammatarius poëta versiculos ita factos, ut in extremis responsationes ponantur ex Echus persona, sententiam explentes, illius morem tuentes ultima regerendi. Tales sunt Gauradæ Græci poëtæ antiqui in hanc sententiam,
> Echo amica mea, audi aliquid. Quid?
> Amo puellam. etiamne me ipsa amat? Amat.

At

At facultas potiundi non datur. Datur.
Ipsa igitur ei dicas quod amo. Amo.
Et ei mercedem promitte. Mitte.
Quid reliquum, nisi ut voti fiam compos? Compos. Tale est illud Jambicum Alciati, cui interroganti respondet Echo.
Echo, unde fit liber iste, nescio. Scio.
Dic igitur, anne vatis est Stoæ? Stoæ.
Erras. id Erato fecit, haud Stoa. Stoa.
Echo, in poëtas ista non cadunt. Cadunt.
Prorso atque vorso hic ore num valet? Valet.
Ergo poëtis præstat omnibus. Omnibus.
An Varro nostro tempore ædepol est? Pol est.
Codex hic igitur omnia in se habet. Habet.

Resonabilis Echo. Ovid. 3. Met. 358.
Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo.
Reparabilis Echo. Pers. 1. Sat. 102. i. e. Quæ repercussu seu reverberatione reparatur & resarcitur. vel, Quæ repetit voces.
Turbida Echo. Ausonius Section. 3. in Invitatione ad Paulum.

ECHOÏCUS, Elegi Echoici, quorum principium & finis idem est. Ita emendavit Sirmond. & Elmenhorst. ad Sid. Epist. 8. 11.

## E C L

ECLECTA, ōrum. n. [ἐκλεκτά] authore Budæo lib. 3. de Asse, sunt Adnotata, & ἐκλογαὶ adnotationes, & ἐκλεγόμενα ea quæ legendo adnotamus Plin. 3. Epist. 5. de Plinio avunculo, Perire omne tempus arbitrabatur quod studiis non impartiretur. Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque commentarios cx. mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissime scriptos. Quo in loco non Electorum, quæ Latina dictio est, sed Eclectorum legendum esse contendit Budæus.

ECLECTICI, [Ἐκλεκτικοί] Philosophorum genus, qui ex omni disciplina optima quæque excerpebant: conditore Potamone, ut est apud Laërt. lib. 1. pr. V. Clem. Alex. lib. 1. Strom. p. 211.

ECLIGMA, ātis, sive ECLEGMA, [ἔκλειγμα] vulgus medicorum Electuarium vocat. Plin. lib. 20. cap. 22. At phthisin utilissime femine fiunt ecligmata. Idem lib. 21. de Thymo. Ab eo nomen habet, quod linctu, non voratu absumatur. παρὰ τὸ ἐκλείχειν, hoc est, a delingendo.

ECLIPSIS, [ἔκλειψις] Latine Defectio. est enim defectus quidam necessariæ dictionis, quam desiderat præcisa sententia: ut, Hæc secum. deest Loquebatur. Ter. Adel. 2. 1. 4. Ego istam omnibus invitis. Idem And. 1. 5. 66. Verbum unum cave de nuptiis. deest Dicas. Alias Ellipsis, ἔλλειψις, frequentius dicitur, ab ἐκλείπω.
Eclipsis lunæ. h. e. Defectus lunæ, nempe dum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, ut luna ipsa lumine suo proprio carere videatur. Plin. lib. 2. cap. 12.
Eclipses in plurali. Author ad Heren. lib. 3. cap. 36. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt: & solis eclipses magis mirantur quam lunæ, propterea quod hæ crebriores sunt.

ECLIPTĬCUS, Adj. [ἐκλειπτικός] Plin. lib. 2. cap. 16. Convenit stellas in occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortusque matutinos in initio cujusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

ECLOGA, [ἐκλογή] Latine dicitur Electio, delectus, explanatio, annotatio. Dicitur & Sermocinatio seu colloquium. Unde Eclogæ Virgilii. Hinc

ECLOGARIUS, ii. Cic. 16. Att. 12. De gloria misi tibi: custodies igitur, ut soles: sed notentur eclogarii, quos &c. Eclogarios Cicero homines eruditos appellat, authore Turnebo, qui olim quicquid fere legebant librorum, ex iis excerpebant breviarium quoddam. Sic Eclogæ repeiuntur e Diodoro, e Polybio, e Ctesia, e Theophrasto, e Strabone. Unde & Poëmatia imitata Eclogæ vocantur, ut Bucolica Maronis e Theocrito: ac proinde etiam sine imitatione poematia, quod imitatorum brevitatem & similitudinem habeant. Sed & loci insignes ἐκλογαὶ vocantur, quod excerpi notarique potissimum soleant. Alii Eclogarios interpretantur Colloquutores, sermocinatores.

ECLOGARIUM, ii. n. Breviarium. Ita Ausonius vocat partem quandam sui operis.

## E C N

ECNEPHIAS, [ἐκνεφίας] Procellæ genus est, teste Plin. lib. 2, cap. 48. quæ ex scissæ nubis discissione erumpit, hoc est sine pluviis. Nam quæ cum imbribus nubes frangunt, exhydriæ vocantur. Sen. Quæst. Nat. 5. 12. & Apul. lib. de Mundo.

## E C O

ECONIA, Civitas in Græcia, ad sinum Maliacum: de qua sic Plin. lib. 4. cap. 7. Postea Maliacus sinus ab incolis dictus, in quo oppida Halcyone, Econia, Phalarum. Hæc ille in descriptione Græciæ & Atticæ.

ECONTRA. De Econtra dixi in CONTRA H. St.

ECONTRARIO, [ἐξ ἐναντίας] V. E præpositionem.

## E C P

ECPĔTĂLA, orum. Pocula latiora fec. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 6.

ECPHANTUS, [Ἔκφαντος] Syracusius Philosophiam professus, qui Deum mentem & animum esse existimavit, ut Origenes scribit.

ECPHŌRA, æ. f. Projectura. Vitruv. lib. 6. cap. 2. Columnarum projecturæ mutulorum ecphoræ. conf. eund. lib. 3. cap. 3.

ECPHRASIS, [ἔκφρασις] est Mera puraque enarratio, ἀπὸ τοῦ ἐκφράζειν, quod est exprimere, clare & evidenter explicare. Hesychius λόγον ἐναργῆ, h. e. Sermonem evidentem interpretatur.
Ecphrasis autem, ut Cælio placet, a Narratione differt: quod hæc nudam habeat rerum expositionem, illa tantum non etiam oculis audientium subjiciat. Præterea Narratio universim inquirit: sicuti, in Athenienses a Lacedæmoniis esse bellatum. Ecphrasis autem, per partes, uti quo genere belli, quibusque machinarum tormentis. Hæc ille Antiq. Lect. lib. 13. cap. 19.

ECPHYADES, [ἐκφυάδες] dicuntur Intestinorum appendices. V. supra in APOPHYADES.

ECPIESMA, ătis. [ἐκπίεσμα] Medicis est Calvariæ in multas partes diffractio, simul ubi intrusæ ossis partes in imum decubuerint, ac membranam innixu suo premant. Galen. lib. Finit. Medic.

ECPLEXIS, [ἔκπληξις] Latine Consternatio, est Emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinsecus advenit. V. Galen. lib. Finit. Medic.

## E C Q

ECQUÆNAM. V. ECQUIS.

ECQUANDO, [ἤ ποτε] Quando. Cic. pro Lege Agr. 2. 17. Quæro a populari Tribunoplebis ecquando nisi per XXXV. tribus creati sint. Idem 7. Verr. 44. Vell. 2. 14. Liv. 3. 67. Volunt nonnulli ex Et & Quando formatum. In Terent. & Virg. Membranis vetustissimis reperitur Etquis, Etquid, si quid potest exinde colligi. Agrœt. Vet. Gram. pr. lib. de Orthogr. Ecquando, increpando vel inquirendo adverbium est: Etquando, simpliciter loquentis.

ECQUIS, a, od & id. [ἤ τις] Num aliquis. Ter. Eun. 5. 8. 1. O populares, ecquis vivit me hodie fortunatior? Cic. 4. Verr. Ecquam existimatis unquam ulla in provincia, &c. Cic. 9. Fam. 15. Ecquem autem, &c. Ecquo de homine. Cic. 4. Verr. 67.
Ecqua. Cic. 4. Verr. 152. Ut videant & investigent ecqua virgo sit, an mulier, &c. Idem 7. Att. 8. Quod quæris ecqua spes pacificationis sit, &c. Idem pro Lege Manil. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse quæ locuples sit?
Ecquod. Cic. 5. Verr. 131. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, &c. Sic Liv. 1. A plerisque rogitantibus dimissi, ecquod feminis quoque asylum aperuissent.
Ecquid. Ter. Heaut. 3. 3. 35. Quid tu, ecquid de illo quod dudum tecum egi?
Ecquid te pudet? Ter. And. 5. 2. 30. Cic. 2. Att. 2. Voco, quæro, ecquid literarum? negant. Idem 1. in Catil. 20. Quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium? patiuntur: tacent.
Ecquid, pro Aliquantumne. Ter. Eun. 3. 2. 3. Ecquid nos amas, de fidicina istac? h. e. Quantum nos amas, &c.
Ecquid fit, pro eo quod dicunt, Quicquid fit. Plaut. Casin. 2. 6. 52. Obelo notavit H. St. in emendatis libris extat, Ecquid fit?
Ecquid eleganter pro An, num. Cic. 7. Fam. 16. Quid agatis & ecquid in Italiam venturi sitis, fac plene sciam. Plaut. Curcul. 2. 3. 62. Interrogat ecquem Lyconem noverim. pro Num norim. Cic. 2. Att. 2. Sed tu ecquid vides Calendas venire?

ECQUISNAM, ænam, odnam & idnam. [μῶν τις] Cic. in Topic. 66. Ecquidnam honestum sit, Ecquid æquum re vera, an hæc tantum opinione sint. Idem in Vatin. Ecquisnam tibi dixerit? Idem 10. Philipp. 19. Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ? Idem 4. de Fin. 67. Ecquænam fieri possit accessio? Catul. 26. 7.
Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum? Cic. Partit. 48. Quid illa? ecquonam modo, ecquonam loco artis indigent?

ECQUO, Adv. Cic. 13. Philipp. 24. Ecquo te, tua virtus provexisset? quo genus?

ECQUOMODO, i. e. Quomodo? Ecquo modo.

## E C R

ECRECTICE, [Ἐκρεκτική] Regio est non procul a Suanibus populis in Themiscyrena regione, ut refert Plin. lib. 6. cap. 4.

ECRYSIS, [ἔκρυσις] Effluxio, quo nomine Aristoteles lib. 7. de Nat. Animalium, eas conceptus corruptiones vocari scribit, quæ intra septimum diem fiunt: abortiones usque ad quadragesimum vocitari. Ex Bud. in Annot. in Pand.

## E C S

ECSTĂSIS, is. [ἔκστασις] est Affectus eorum qui mente sunt emota, ut inquit Lactant. lib. 1. cap. 4. quos Plinius Mente commotos appellat, lib. 23. cap. 1. i. e. Fanaticos. Est igitur Ecstasis, Perculsio, stupor, mentis emotio, mentis raptus.

ECSTATĬCUS, Qui mente facile commovetur, attonitus, fanaticus, numine afflatus.

## E C T

ECTĂSIS, is. f. [ἔκτασις] Productio, qua syllaba naturaliter correpta producitur. ut, Italiam fato profugus: quum Italiam prima correpta dicere debeamus.

ECTHLIPSIS, f. [ἔκθλιψις] Elisio, figura scansionis: item Angustia.

ECTHYMATA, Papulæ per cutem erumpentes. Vox medica.

ECTINI, Populi inter Alpinas gentes a Plin. commemorati lib. 3. cap. 20.

ECTOMON, Ita Harduin. ad Plin. 25. 5. Vulg. Entomon. Hellebori genus.

ECTRAPĔLOS, [ἐκτράπελος] quasi Horrens & aversans communem & usitatum naturæ modum. Plin. lib. 7. cap. 16.

ECTRŌMA, Abortus. apud Tertull.

ECTROMĂTIUS, Adj. Plin. lib. 14. cap. 16. Vinum ectromatium vocant quoniam abortus facit.

ECTROPA, æ. f. Diverticulum. Varr. apud Nonium 4. 422. conf. Turneb. 29. 2. Rhodig. 28. 25.

ECTROPIUM, sive ECTROPIA, æ. [ἐκτρόπιον ἢ ἐκτροπία] dicitur Divisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur. Lagophthalmos vero quum superior palpebra non descendit. Cæl. lib. 16. cap. 1. V. Cels. 7. 7. 10. Galen. Def. & Æginet. 3. 22.

ECTȲPUS, a, um. Adj. [ἔκτυπος] Quod ex typo formatum est exp. Steph. Sen. de Benef. 3. 26. imaginem Tiberii Cæsaris habens ectypam eminente gemma. Vulgo *Cameo*. Ectypas scalpturas dixit Plin. lib. 37. cap. 10. conf. 35. 12. & Salmas. Plin. Exercitat. p. 736. Sed V. ad utrumque Plinii loc. Harduin.

ECULEUS,

ECULEUS, Stipes erat cui velut equo imponebantur rei, ac varie torquebantur, cruciabantur, & distendebantur. Id e Prudentio apparet: quum enim in D. Romani martyrio scripsisset, 109.

— jusserat
Eviscerandum corpus eculeo eminus
Pendere, & uncis, vinculisque crescere: Subjicit,
Jubet amoveri noxialemque stipitem. Alii tormenti genus esse putant in equi formam, in quem conjiciebantur rei. Cic. 5. Tusc. 12. Hæc etiam in eculeum conjiciuntur, quo vita non aspirat beata. Idem 11. Philipp. 17. pro Milon. 58. & 3. de Fin. 42. V. Juret. ad Paulin. de vita B. Martini 5. 47. Turneb. Adverf. 15. 16. Barth. ad Stat. Sylv. p. 175. Eculeo longior factus. Sen. Epist. 8. quoniam rei fidiculis extendebantur ita ut ossium compago resolveretur. Scribitur & Equuleus. Add. Sigon. l. 3. de Judic. P. R. Ant. Gallon. de Martyr. cruciatib. C. 3. Et inprimis Hier. Magii de Equuleo lib. postum. cum not. Goth. Jungermanni ed. Amst. 1664.

## E D

ED. Edictum. ED. C. Ædilis Curulis. Edicto cavetur. ED. PL. Ædilis Plebis. EDV. P. D. Edulium populo dedit. [Imo EPV. Epulum.

## E D A

EDACITAS, EDAX. V. EDO, es.

## E D D

EDDANA, [Ἔδδανα] Urbs est ad Euphratem, a Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Stephan.

## E D E

EDEATRÆ, Qui præsunt regiis epulis: dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. Festus. Scribendum EDEATROE, ut monuit Dacer. q. V. & Hesych. iidem sunt qui Prægustatores.
EDECUMO, & EXDECIMO. Excerpo. Symmach. Equos edecument. Exdecimare Festo Decimum quemque eligere. Hinc
EDECUMATUS, vel EXDECIMATUS. Partic. Idem. Symmach. 3. Epist. 51. Edecumatæ honestatis. Macrob. 1. Saturn. 5. Edecumatos sodales. EDECIMATA, Electa. Festus.
EDENATES, Alpini populi, quos cum pluribus aliis a Romanis devictos scribit Plin. lib. 3. cap. 20.
EDENTARE, i. e. Dentes excutere, & rumpere. [ἐκοδοντῶν] Plaut. Rud. 3. 2. 48. Nimis velim homini improbissimo malas edentaverint.
EDENTATUS, Partic. Macrob. 7. Saturn. cap. 13. Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatæ belluæ morsus.
Ut dicuntur Exarmatæ quædam feræ. H. St.
EDENTATIO, apud Cels. [Ex Lipsiensi Thes. descriptum. Sed vellem Celsi locum proferrent.
EDENTARIUS, Qui dentes eximit.
EDENTULUS, [νωδὸς, ἀνόδους] Qui sine dentibus est. Plaut. Casin. 3. 2. 20. Propter operam illius improbi edentuli.
Vinum edentulum, h. e. Vetus, & cui omnis mordacitas asperitasque præ vetustate abierit, saporeque sit amœnissimo. Plaut. Pœn. 3. 3. 86. Ubi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo, vetustate vino edentulo ætatem irriges. V. Paræi Lex.
EDEPOL. V. ÆDEPOL.
EDERA. V. HEDERA.
EDEPSUS, [Ἔδηψος] Civitas Straboni, in qua terræ motu illo universæ Græciæ, aquæ calidæ triduo retentæ rursus effluxerunt. V. eum lib. Geograph. 1.
EDESSA, Arabiæ civitas, antea Antiochia dicta, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 24.
EDESSA, [Ἔδεσσα] Civitas est Mesopotamiæ, sive, ut Plin. mavult, Syriæ Cœles, olim Rhages dicta, teste Hieronymo de traditionibus Hebraicis. In hac Agbarus Toparchus regnavit, de q. f. l. dictum. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt. Item civitas Macedoniæ. De utraque Spanh. de Usu Numism.
EDESSÆI, [Ἐδεσσαῖοι] Dicti sunt Edessæ cives.
EDETANIA, Hispaniæ citerioris regio. Plin. lib. 3. cap. 3. Regio Edetania amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens.

## E D I

EDICO, xi, ctum, [διαγγέλλω, παραγγέλλω] ere. Jubere, decernere, edicto vetare: & proprie est magistratuum. Cic. 11. Fam. 6. Quum Tribuniplebis edixissent, Senatus adesset ad XIII. Calend. Januar. haberentque, &c. Liv. 2. Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit nequis civem Rom. vinctum aut clausum teneret.
Edicere, pro Denuntiare. Ter. Hec. 4. 1. 50. Ibo intro, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant. Idem Eun. 5. 5. 20. Dico, edico vobis nostrum esse illum herilem filium.
Comitia edicere. Cic. 2. Q. frat. 6.
Concilium. Gell. 15. 27.
Conventum. Liv. 6. Bell. Pun. & 3. ab Urbe.
Diem. Liv. 1. Bell. Maced. Cic. 2. Verr. 141.
Justitium. Cic. 6. Philipp. 2. Justitium edici, saga sumi, dixi placere. Item de Arusp. Resp. Justitium edici oportere, Jurisdictionem intermitti.
Legem. Cic. 2. de Legib. 24.
Multam damnato. Liv. 2. 52. extr.
Prædam militibus. Liv. 8. 36. extr.
Senatum. apud Sueton. Cæs. C. 80. extr.
Edicere, pro Prædicere, & præmonere. Creati Prætores priusquam jus dicerent, ut cuique notum esset quemadmodum anno suo jus dicturi essent, solebant in albo edicta constituere, atque proponere, quæ ab edicendo, id est ante denuntiando ac prædicendo dicta sunt: quasi tanto ante populo denuntiarent, quæ essent in jure dicendo observaturi. Id autem inito magistratu, habita concione, & jurati in leges, faciebant. Cic. 2. de Fin. 74. Quid enim mereri velis jam quum magistratum inieris, & in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum, quæ sis observaturus in jure dicendo: & fortasse etiam si tibi erit visum, aliquid de majoribus tuis, & de teipso dices more majorum) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse?
EDICTUS, Partic. [διαγγελθείς] ut, Edicto mercatu vendere. Plin. lib. 12. cap. 19.
EDICTO, [δηλόω] are. Plaut. Epid. 1. 2. 2. Idem Amph. 2. 2. 184. Tute edictas facta tua. i. e. Dicis, narras, recenses.
EDICTUM, i. [διάταγμα, πρόσταγμα] Jussum principis, vel magistratus. Cic. pro Quint. 60.
Edicta & decreta. Cic. 3. Verr. 93. Non hi qui decretis, edictisque tuis, in te concitati, infestique sunt.
Edictum aliud est perpetuum, aliud temporale. Perpetuum est, quod jurisdictionis perpetuæ causa proponi dicitur, in l. 7. D. de jurisdict. omnium jud. nimirum edictum illud, quod Prætores magistratu inito proponebant, quo civibus denuntiabant, quemadmodum anno suo jus dicturi essent. Temporale vero est, quod certi negotii oborti causa proponitur, ut illud Verris, ut Calend. Decemb. adsit Sthenius Syracusis. item, nequis frumentum ex area tolleret, &c. ut illud quod citatorium ac peremptorium Jureconsulti appellant in l. 68. & aliquot insequentibus. D. de jud. De superiore sic loquitur Asconius in Cornelianæ argumento, Aliam, inquit, legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, ut Prætores ex edictis suis perpetuis jus dicerent: quæ res tum gratiam ambitiosis Prætoribus, qui varie jus dicere assueverant, sustulit. Hujus etiam meminit Cic. 1. Verr. Verum edictum perpetuum etiam alia significatione dicitur, quod unum ac simplex in omnes annos, atque in perpetuum compositum est. Nam Prætores olim arbitratu suo edicta, quæ leges erant annuæ, scribebant. id eorum honori tribuebatur, ut in annum suum jus constituerent. Itaque quo edicto superioris anni Prætor usus fuerat, insequens fere non utebatur: alioqui ejus edictum Translatitium dicebatur. Sed postea diminuta cum illa populi Romani magistratuum quoque potestate, constitutum est ut edictum unum componeretur, ex quo edicto omnes in posterum tempus Prætores perpetuo jus dicerent, quod idcirco perpetuum est appellatum. Hujus rei auctorem fuisse D. Adrianum Justinian. in l. 2. C. de veter. jur. enucl. testatur. Edicti vero scriptorem C. Salvium Julianum. Eutrop. lib. 8. cap. 9. Post eum Didius Julianus Rempublicam invasit, vir nobilis & jure peritissimus, nepos Salvii Juliani, qui sub D. Adriano perpetuum composuit edictum.
Edicta Principum dicuntur, quibus non ad certam aliquam controversiam, de qua consultus sit, respondet, sed generaliter de re quapiam. quasi novam aliquam legem constituit, ut l. Hac edictali. C. de incest. nupt.
Erat Edictum Prætoris olim maximum. Cic. pro Quint. 60. Ex edicto Prætoris bona alicujus possidere. Ibid. Quod Prætor ex edicto suo fieri jubet. Idem ibid. 28 Edicto Prætoris de saltu agroque communi & servis communibus detruditur. Idem 1. Verr. 109. Qui plurimum tribuunt edicto Prætoris. pro Flacc. 67. Flaccus sanxit edicto ne frumentum ex Asia exportari liceret.
De Edictis plura disputat Pitisc. in Lexico quem videas, ubi occurrit Edictum Prætoris, Edictum Ædilium Curulium; Edictum Carbonianum, Peremptorium, Repentinum, Translatitium, &c. [Sed perfunctorie satis, cum plurcula Edicta prætermiserit, ut Edictum Præfectorum Ærarii, de quo Suet. in Claud. c. 9. extr. Censorium, de quo Idem de Cl. Rhet. c. 1. Nep. in Cat. c. 2. Gell. l. 15. c. 11. Consulare quoque, de quo Suet. in Jul. c. 20. & 49. Calig. c. 26. Cic. passim. Gell. l. 13. c. 15, & 3. 18.
Immite & minax edictum. Ovid. 2. Trist. 135.
Inimicum edictum. Cic. pro Lege Manil. 58. Neque me impediet cujusquam, Quirites, inimicum edictum, quominus fretus vobis, vestrum jus, beneficiumque defendam.
Peculiare edictum. V. PECULIARIS.
Provinciale. Cic. 3. Verr. 118.
Translatitium edictum. V. Translatitium, in TRANSFERO.
Edictum circumducere, Decretum irritum facere & abolere. Quo verbo Ulpian. usus est in l. Et post edictum. de Judiciis.
Edicto audiens. V. AUDIO.
Componere edictum. Cic. 2. Off. 80.
Conscribere edictum. Cic. 3. Off.
Dare edicta terris. Claud. Cons. Mall. Theod. 34.
Habere edictum. Cic. 6. Philipp. 17.
Jacere edicta in populum. Tacit. 3. Hist. 73. Quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium jecerat.
Vetare edicto. Hor. 2. Epist. 1. 239.
Edictum, etiam privati hominis dicitur. Ter. Heaut. 4. 1. 10. Primum hoc te oro, nequid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum.
EDICTALES, Hoc nomine decorabantur qui annum unum in legum studio versati, alterum etiam adjungebant: ducta scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo tum operam navabant. Imper. in epist. ad Antecessor. §. 3. In secundo autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea positum, & a nobis probatur, &c.
Edictalis bonorum possessio, quæ edicto defertur, l. 30. §. 1. D. de acquir. hæred. l. 1. §. 1. D. Si tabul. testam. Edictalis Lex: Edictale programma apud JCtos.
EDICTIO, onis. f. [διάταξις] Plaut. Capt. 4. 2. 31. Basilicas edictiones atque imperiosas habet.
EDIM, V. Commedim, in COMMEDO. & EDO.
EDISCO, edidici, [ἐκμανθάνω] ere. Memoria complecti. Cic. 2. Tusc. 27. Ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur.
Non hæc artes contenta paternas Edidicisse fuit. Ovid. 2. Met. 638.
Lauri ediscunt. Virg. 6. Ecl. 83.
Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros. i. e. resonare docuit, ut in Ecl. 1. 5.
Linguas ediscere. Ovid. 2. de Arte Am. 121.
Cura sit & linguas edidicisse duas.
Usum ediscere. Ovid. 7. Met. 99.

Vultus

Vultus alicujus ediscere. Valer. 1. Argon. 368.
Nec potuit similes, voluitve ediscere vultus. i. e. Non potuit dignoscere filiorum formas.
Inter lusum locos ex poëtis maxime ediscere licet. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ediscendus ad verbum libellus. Cic. 4. Acad. 135.

ĒDISSA. Cic. 7. Verr. 86. Edissa portus in Sicilia.

ĒDISSĔRO, ui, ertum, [διεξίημι, ἐκδιηγέομαι, ἐπεξίημι] ĕre. Ordine exprimere, explanare, declarare. Cic. de Clar. Orat. 316. Quis in docendo; edisserendoque subtilior? Liv. 4. Bell. Maced. Plaut. Capt. 5. 2. 14. Jam animadvorte: hæc mihi quæ dicam, edissere. Pacuvius. Edissere fabulam hanc. Cic. 2. de Legib. 55.
Vera edissere. Virg. 2. Æn. 149.
— mihique hæc edissere vera roganti.

ĒDISSERTO, āre. frequent. [ἐξαυδάω] Plaut. Amph. 2. 1. 51. Ordine omne ut quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertavit. adde Liv. 22. 54.

ĒDISSERTATUS, Partic. Arnob. Mortalibus edissertata sermonibus. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 33. Parabolam edissertatam. Rhenan. tamen legit Edissertam.

ĒDISSERTATIO, ōnis. f. Plin. lib. 10. cap. 68. uti plures MSS. Codd. habent, notante Harduino loco τῦ Dissertatio.

ĒDISSERTĀTOR. Auson. Lud. Sap. prol. alii leg. Edisserator. V. Barth. Adverſ. 8. 18.

ĒDISSERTUS, Partic. Explanatus. V. in EDISSERTATUS.

EDITIO, EDITITIUS, EDITUS. V. EDO.

Ē DIVERSO, [ἐξ ἐναντίας] V. E præpositionem. Plin. lib. 6. cap. 4. & lib. 23. cap. 4.

## E D O

ĔDO, es, est, vel edis, edit, edi, esum vel estum, [ἔδω, κατεσθίω, κατεμπίνομαι] edere, vel esse. Vesci, Comedere. Virg. 4. Æn. 66.
— Est mollis flamma medullas. Cic. 13. Att. 50. Itaque & edit & bibit ἀδεῶς & jucunde, opipare sane & apparate.
Edi, præt. Cic. 5. Tusc. 97. Nec esuriens Ptolemæus ederat.
Edere de patella. Cic. 2. de Fin. 22. Reperiemus asotos primum ita non religiosos ut edant de patella: deinde, &c.
Avide edere. Ovid. 3. de Arte Am. 659.
Agellos edit pecus. Hor. 1. Epist. 12. 12.
Edim, Futurum antiquum pro Edam. Pompon. Prostibulo, Ego quæro quod edim, has quærere qui parcant, certum est. Nonius.
Oblivia non edunt laudem. Sil. 13. h. e. Laus non datur oblivioni.
Edere pugnos, per translationem, pro Percuti pugnis. Plaut. Amph. 1. 1. 153. Eadem translatione, Sermonem, Plaut. Aul. 3. 6. 1. &c. V. Burman. ad Quintil. Decl. 268. p. 508.
Esse, pro Comedere. Val. Max. lib. 4. cap. 3. Diogenes Syracusis, quum olera ei lavanti Aristippus dixisset, Si Dionysio adulari velles, ista non esses: Imo, inquit, si tu ista esse velles, Dionysio non adulareris. Auct. ad Heren. 4. 39. Esse oportet, ut vivas, non vivere ut edas. Cic. 2. de Nat. Deor. 8. Mergi pullos in aqua jussit ut biberent, quoniam esse nollent. Plaut. Capt. 4. 2. 70. bene esse.
Apud Terent. in Andr. Act. 1. Sc. 1. 53. — Filium
Perduxere illuc, secum ut una esset, meum. H. St. Sed errat Stephanus, siquidem isthæc formula ad cœnam invitandi est a verbo Substantivo. Juvenal. Sat. 5. v. 17.
Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto,
Una simus ait. a Græcis petita. V. Casaub. ad Diog. Laërt. Aristipp. S. 76.
Essetur, pro Comederetur, antiquum. Varro, Libum, quod ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. Ait libi partem primum solitos veteres libare, reliquum deinde comesse, atque ex eo a libatione nomen adeptum esse. Turnebus.
Ubi esuri sumus? pro Ubi pransuri vel cœnaturi? Plaut. Men. 1. 2. 38. & Pœn. 3. 1. 32. Edere de alieno.
Furit ardor edendi. Ovid. 8. Met. 828.
Rabies edendi. Virg. 9. Æn. 63.
Edor, ederis, estur, esus. [ἔδομαι] Plin. lib. 20. cap. 9. Et in Ægypto, propter amaritudinem non estur. De brassica loquitur. Columel. lib. 2. cap. 10. Ovid. 1. de Ponto 1. 69.
Estur, ut occulta vitiata teredine navis.
Plin. l. 20. cap. 9. & passim, ut & Celsus.
Estur, imperſ. [ἔδεται] Plaut. Mostel. 1. 3. 78.
— Diesque, noctesque estur,
Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet. Sen. de Ira. 3. 15.

ĔDENDUS, Partic. [ἐδεστέος] Cic. de Amicit. 67. Multos modios salis simul edendos esse ut amicitiæ munus expletum sit.

ĔSITO, [συχνῶς ἔδω] āre. frequent. Cato cap. 157. Lotium conservato ejus qui brassicam esitaverit. Gell. lib. 4. cap. 11. Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus.

ĔSITĀTUS, apud Columel. Gell. l. 4. c. 11. Videtur autem de cyamo non esitato causa erroris fuisse.

ĔSITATIO, ōnis. f. apud Celſ. [ubi?

ĔSITĀTOR, ōris. m. apud Firmic.

ĔSITIUM, ĔSITIATUS. V. ISITIUM.

ĔDAX, ācis. Adj. [ἀδηφάγος, πολυφάγος, βορός] Vorax & consumptor. ut, Edax hospes. Cic. pro Flacc. 41. Ter. Phorm. 2. 2. 21. Alere nolunt hominem edacem. Idem in prol. Eun. 38. Edax parasitus.
Boves multi cibi edaces. Columel. lib. 6. cap. 2.
Curæ edaces. Hor. 2. Carm. 11. 18.
Ignis edax. Ovid. 4. Fast. 785.
Imber edax. Hor. 3. Carm. 30. 3.
Livor edax. Ovid. 1. Amor. 15. 1. Martial. lib. 11. 34.
Luctus edax, maciesque malis comes addita morbis. Sil. lib. 13.
Parasiti edaces. Hor. 2. Epist. 1. 173.
Tempus edax rerum. Ovid. 15. Met. 234.
Turdi edaces. Hor. Epod. 1. 34.
Vetustas edax. Ovid. 15. Met. 872.
Virus edax. Ovid. 5. Fast. 403.
Vultur edax. Ovid. 1. Trist. 6. 11.
Superl. Edacissimus. Sen. Epist. 60.



ĔSTRIX, īcis. f. [ἐδήτρια] Ea est quæ devorat cibos. Plaut. Caſ. 4. 1. 20. Ego novi ambas illas estrices, corbitant ubi comesse possunt.

ĔDACĬTAS, ātis. f. [ἀδηφαγία] Voracitas, consumptio. Cic. 3. Q. frat. 9. Edacitatem pueri pertimesco. Idem 7. Fam. 26. Morbum edacitatis putant.

ĔDĀCŬLUS, i. m. Idem quod Edax. Cathol.

ĔDIBĬLIS, Esculentus. Gloss. Lat. Gr. βρώσιμος.

ĔSURIO, īvi, [πεινάω] īre. Cupio edere. Plaut. Curcul. 3. 11. Qui homo mature quæsivit pecuniam, nisi eam mature parsit, mature esurit. Martial. lib. 7. 26. Vilius esurio.
Esuribo, pro Esuriam. Pomponius Augure, Imo mane non esuribis diutius, quare roga. Nævius Mortis & vitæ judicio, Ita vobis otiosus sum: mihi algebo, & mihi esuribo. apud Nonium 7. 90.
Facile esurire. Cic. 8. Fam. 17. Vestras copias non novi: nostri valde depugnare, & facile algere & esurire consuerunt.

ĔSURIOR, paſſ. Ovid. 1. de Ponto, 10. 10.
Nil ibi quod nobis esuriatur, erit.

ĔSURIENS, Partic. [πεινῶν] Ovid. de Rem. Amor. 631.
Non facile esuriens posita retinebere mensa.
Esuriens dominus, de Avaro. Hor. 2. Serm. 3. 113.
— neque illinc
Audeat esuriens dominus contingere granum. adde eund. 1. 2. 115. & 1. 3. 93. Ebrio Cleomene, esurientibus cæteris. Cic. 5. Verr. 87. Nunquam sitiens biberat, nec esuriens ederat. Idem 5. Tusc. 97. Si esurientibus pullis res geri poterit. Idem 1. de Divin. 77.

ĔSURITURUS, [πεινάσων] Ter. Heaut. 5. 2. 28. Modo liceat vivere, est spes. CL. quæ? s. nos esurituros satis.

ĔSURIENTER, Adv. Apul. lib. 10. p. 246. Esurienter escas appetere.

ĔSURIALES Feriæ, [πεινητικὴ ἑορτὴ] Quibus ab edendo feriatur. Plaut. Capt. 3. 1. 8.

ĔSURIO, ōnis. [πεινητὴς] Qui esurit. Plaut. Perſ. 1. 3. 23.
O Saturio, opportune advenisti mihi.
s. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet:
Nam esurio venio, non advenio Saturio. Antiqua verba. Immo potius puto ab illo ficta. H. St.

ĔSURĪTOR, ōris. m. [πεινητὴς] Qui sæpe esurit. Martial. lib. 3. 14.
Romam petebat esuritor Tutius.

ĔSURIES, ēi. f. [πεῖνα] pro Fame. Cic. 8. Fam. 1. Misererer ejus esuriei.

ĔSURITIO, ōnis. f. [πεῖνα] Idem. Martial. lib. 1. 100. Quam solet esuritionem.
Corpus aridum sole, frigore, esuritione. Catul. 21. 14.
Pater esuritionum, Valde famelicus. Catul. 19. 1.
Aureli, pater esuritionum,
Non harum modo, sed quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut aliis erunt in annis.
Esuritionem depellere. Gell. lib. 16. cap. 3.

ĔSURĪGO, īnis. f. Idem. Varro, Ubi lubet, ire licet accubitum, accedo strenuosus, stimulans quod esurigo findebat costas. Nonius 2. 291.

ĔSUS, ûs. [ἔδεσις] Plin. lib. 20. cap. 7. Stomachos dissolutos utilissime adjuvant, uti ne eo esu alluantur. h. e. Comestione. Quædam exemplaria legunt, Stomachi dissoluti utilissime adjuvantur, in eo usu, &c. Gell. 4. 1. Quæ esui & potui forent.

ĔDĬLIS, [ἐδώδιμος] pluraliter edilia: vel EDULIS, per quintam vocalem, dicuntur Omnia quæ ad esum pertinent. Gell. 17. 11. Quod ex salutis usu foret, ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretque in stomachum & pulmonem.
Capreæ edules. Hor. 2. Serm. 4. 43.
Vinea summittit capreas non semper eduleis.

ĔDULIUM, [ἔδεσμα] (inquit Valla in Raudensem) est Quicquid edimus, aut quicquid ad prandium cœnamque edendi gratia nobis apponitur & sumimus. Nonius, Edulium ab edendo, dicitur prægustativa comestio. V. Suet. Calig. cap. 40. Gell. 17. 9. & Ammian. 30. 4.
Edulia, um. n. pl. Lamprid. Heliog. cap. 27. Quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent.
Edulium caritas. Apul. sub fin. lib. 1. de Asino. Ulpian. in fin. l. solet. D. de offic. Proconſ.

ĔDULĬTAS, ātis. f. Largitio rerum edulium. Lamprid. in Alex. Sever. cap. 22. ed. Sylb. Sed emendati codd. Vilitatem proposuit.

ĔDULĬCA, æ. f. Dea quæ escam præbet. Aug. de Civ. Dei, 4. 11. Edulia. Pitisc. quem vide in voce.

ĔDŪSA, æ. f. Eadem Dea. Varr. apud Nonium 2. 310.

ĔDO, ōnis. [φάγος] Nonius, Edones & Phagones, ab edacitate: unum Latinum, & alterum Græcum. Varro περὶ Μενίππου: Edones Romani, & turba incendant annonam; sed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum nisi volantem non video.

ĒDO, ìdi, [ἐκδίδωμι] ĕre. est Emittere, & quasi Extra dare. Plin. lib. 10. cap. 52. Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntur ova.
Edidit CCCLXV. vasa hæc vitis. Suet. de Clar. Gram. cap. 23.
Edere & exponere. Cic. 3. de Legib. 47. Apud eosdem qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint.
Pervulgare atque edere tabulas, &c. Cic. pro Sylla 42. Non occultavi, non continui domi: sed describi ab omnibus statim librariis, dividi passim & pervulgari atque edi pop. Romano imperavi. subaudi, Tabulas.
Audacter & licenter edere. Catul. 53. 15.
Edere, apud Jurisconsultos, quod nunc, Per scriptum dare, vel Per declarationem, dicunt. Budæus.
Edit quisque quod potest: i. e. Profert & agit, Præstat. Plaut. Amph. 1. 1. 77.
Natus & in lucem editus. Cic. 1. de Legib. 16. Quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique causa nati, & in lucem editi sumus.
Edere actionem, est Copiam describendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare: item Adversarium nostrum ad album producere, & demonstrare quid dictaturi sumus, vel id dicendo quo uti velimus. l. 1. D. de edend.
Animam, pro Mori. Cic. pro Sext. 87. At si tum P. Sextius, Judices, in templo Castoris animam quam vix retinuit, edidisset: non dubito quin, &c.

Annales. Cic. 2. Att. 16. Ut annales suos emendam & edam.
Annos. Ovid. 3. de Arte Am. 5. 61.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos.
Authorem alicujus doctrinæ. h. e. Proferre, & in medium afferre. Liv. 1. 18. Authorem doctrinæ ejus quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt.
Cædem. Liv. 5. Insequuti victores ingentem ediderunt cædem.
Cantus edere. Cic. 2. de Divin. 27.
Certamen. Liv. 1. Bell. Pun. Sæpe & contemptus hostis cruentum certamen edidit.
Clamorem. Cic. 2. de Divin. 50. & Liv. 6. Bell. Pun.
Corpus edere super equum. Tibul. lib. 4. 1. 114. i. e. Attollere.
Ipse tamen velox celerem super edere corpus Audet equum.
Diem, Jureconsultis, est vel Dictare, vel Tradere libellum, vel Codicem proferre, l. 6. §. 6. D. de edend.
Dignum aliquid hominum auribus efficere, atque edere. Cic. 1. de Orat. 120.
Exemplum. Cic. 1. Q. frat. 2. Quoniam Smyrnæ duos Mysos insuisses in culeum, simile in superiore parte provinciæ edere exemplum severitatis tuæ, & idcirco Teuxim elicere omni ratione voluisse. Exempla fœda in socios per fœdam avaritiam. Liv. 9. Bell. Pun. & Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Exempla avaritiæ. Liv. 5. Bell. Pun. Quum multa iræ, multa invidiæ, avaritiæque fœda exempla ederentur.
Facinora. Liv. 3. Bell. Pun. Idem 10. ab Urbe.
Fœtus. Cic. 2. de Orat. 131. Subacto mihi ingenio est opus, ut agro non semel arato, sed novato & iterato, quo meliores fœtus possit & grandiores edere. Liv. 8. Bell. Pun. Et insuetos fœtus animalia edere. Virg. 4. Georg. 199.
Frondem. Columel. lib. 5. cap. 6.
Fructum. Columel. de Arbor. cap. 21. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Funera. Liv. 9. Sic fortuna exercuit opes, ut insignes utrinque clades, & clara ipsorum ducum ederet funera.
Gemitus doloribus edere. Lucret. lib. 4. 1009.
Gladiatores edere. Tacit. 13. Ann. 5. Ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset. V. Ludos. [Sic Leones. Capitol. in Ant. Pio. c. 10. extr.
Herbas. Columel. lib. 2. cap. 4.
Hinnitus edere. Ovid. 2. Met. 669.
Ignem. Liv. de Bell. Maced. Editus ab Hannibale ex composito ignis est.
Indicium. Cic. pro Sylla 44. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, quum indicatus tuus inimicus esset, & esset ejus rei frequens Senatus, & recens memoria testis, tibi meo familiari & contubernali prius etiam edituri fuerint indicium scribæ mei si voluisses, quam in codicem retulissent?
Judicium, est Profiteri & enuntiare qua actione usuri simus. Julian. l. 22. §. 4. D. rem rat. haber. Si procurator judicium de hæreditate ediderit, deinde dominus fundum petierit, &c.
Justitiam. Justin. 2. 2. 9. Hæc continentia illis morum quoque justitiam edidit. i. e. Peperit.
Leges. Cic. 2. de Legib. 18. Leges autem a me edentur non perfectæ: nam esset infinitum.
Librum. Cic. 4. Acad. 12. Nec se tenuit quin contra suum doctorem librum etiam ederet. In aliquem libros edere. Quintil. lib. 3. cap. 7. Et editi in competitores, in L. Pisonem, & Clodium, & Curionem libri, vituperationem continent.
Luci. Cic. 2. de Divin. 64. ex antiquo poeta,
Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem Abdidit, &c.
Ludibrium. Liv. 10. Bell. Pun. Hoc quoque ludibrium fortuna an casus ediderit, ut cum patre tuo Consule ceperim arma, &c.
Ludos. Suet. in Jul. Cæs. cap. 39. Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota. Proprio sumptu ludos edere. Tacit. 1. Ann. 15. Sic Gladiatores, Munus, Spectacula &c.
Mandata alicui, Exponere suam commissionem, ut vocant. Liv. 5. Bell. Maced. Idem 5. ab Urbe, Quibus postquam mandata ediderunt, in concilio Gallorum datur responsum.
Motus edere. Lucret. lib. 3. 559.
Munus gladiatorium. Liv. 8. Bell. Pun. Scipio Carthaginem ad vota solvenda diis munusque gladiatorium, quod mortis causa patris patruique paraverat, edendum rediit. Supra in Ludos.
Murmur. Ovid. 14. Met. 280.
Nefas. Stat. 8. Theb. 68.
Nomen, pro Imponere. Liv. 1. 34. Domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere nomen. Est etiam Edere nomen, Curare nomen inscribendum & veluti ejus nomen profiteri in actis, quem manu missuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem Consulis. Edere nomina, hodie dicere possumus eos Provocatores, qui apud acta curiæ præsentari dicuntur. Hæc Budæus. Cic. 4. Verr. Quibus ego testimonium denuntiavi, quorum nomina edidi Metello. Nomen alterius alicui edere & injicere. Cic. pro Domo sua, 14. Meum nomen operariis ediderat, imperitis injecerat.
Operam annuam. Liv. 5. An si ad calculos eum Resp. vocet, non merito dicat, Annua æra habes, annuam operam ede?
Opera virorum fortium. Liv. 3. Castigati, fortium statim virorum opera edebant: tantumque hos pudor, quantum aliorum laudes excitabant.
Operas edere, dicitur libertus, pro Dare, præstare, præbere operas. Ulp. l. 9. D. de oper. libert. Proprietas earum & in edentis persona, & in ejus cui eduntur, consistit. Javolen. l. 21. D. eod. tit. Operæ loco edi debent, ubi patronus moratur, sumptu & vectura patroni.
Oracula sapientiæ edere. Cic. 2. de Fin. 20. In alio vero libro in quo breviter comprehensis gravissimis sententiis, quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur.
Ordinem. Liv. 7. Bell. Pun. Q. Cælius triplicem rei gestæ ordinem edit.
Ovum. Plin. lib. 10. cap. 41. Gallinæ inhorrescunt edito ovo.
Partum. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Quum in terra partum ediderint, obruere ova.
Partu edere. Tacit. 2. Ann. 54. Ubi Agrippina novissimo partu Juliam ediderit.

Planctus edere. Juven. 10. Sat. 261.
Ploratum virginalem ore, Muliebriter lugere. Cic. 2. Tusc. 21. Hoc est ita effingere, vel talem vocem emittere, ut virginalis ploratus videatur, non viri.
Postulata. Cic. 4. Verr. Hoc commoti dolore, postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt. Per translationem.
Prælium, sive Pugnam. Liv. 1. Bell. Maced. Cic. 1. Att. 13. Dii immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi. Prælia & pugnas edere. Lucret. lib. 2. 118.
Pugnæ aliquid edere. Plaut. Capt. 3. 4. 54.
Puerperium edere. Plin. lib. 7. cap. 11.
Questus edere. Ovid. 4. Met. 587.
Rationes, quod vulgus dicit, Facere computum cum aliquo. Cic. 7. Att. 3. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam quas tibi edidit. Edere & Reddi rationes, multum differunt, ait Pompon. Nec is qui edere jussus sit, reliquum reddere deberet: nam & argentarius edere rationem videtur, etiam si quod reliquum sit apud eum non solvat, l. 89. D. de verb. Signif.
Rationem alicujus rei alicui edere. Cic. 5. Att. 13. Ego præterea rationem Philogeni permutationis ejus, quam tecum feci, edidi.
Responsum oraculo. Liv. 9. Bell. Pun.
Risus. Cic. 2. Q. frat. 9. Memini enim miros risus nos edere, &c.
Ruinas. Cic. 1. de Legib. 39. Nam si invaserit in hæc quæ satis scite nobis instructa & composita videntur, miras ruinas edet.
Scelus, h. e. Committere & patrare. Cic. 13. Philipp. 21. Postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit? Idem pro Sext. Tamen illi sceleri quod in me illorum immanitas edidit, haud scio an hoc recte proximum esse dicam.
Scriptum. Cic. 6. Verr. Ede mihi scriptum, quid argenti in provincia Sicilia pararis. Et subdit, Nec scriptum habeo, nec possum edere. Quod vulgus dicit, Producere scripturas.
Signum. Liv. Edito e speculis signo.
Socium. Cic. pro Quint. 76. & 88. i. e. Declarare, Indicare.
Sonos. Ovid. in Ibin, 224.
Funereoque graves edidit ore sonos. Plin. lib. 17. cap. 24.
Spicas edere dicitur culmus. Columel. lib. 2. cap. 16.
Spiritum extremum, pro Mori. Cic. 12. Philipp. 21. Cujus in complexu libenter vitæ extremum spiritum ediderim.
Strages. Liv. 7. Bell. Pun. & Cic. 3. de Legib. 12. Idem 11. Att. 13.
Strepitum. Columel. lib. 12. cap. 21. Sic Edere stridorem dicuntur locustæ. Plin. lib. 11. cap. 29.
Tabellas. Cic. pro Cluent. Nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ, vobisque editæ sunt.
Tactus edere. Lucret. lib. 2. 164.
Sed variis formis varianteis edere tactus.
Testes, h. e. Proferre, &, ut dicit Cicero, Producere. Liv. 3. Jamque editis testibus, quum tribus vocari, & populum inire suffragium oporteret.
Trepidationem. Liv. 1. Bell. Pun. Ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationem aliquantum edebant.
Verba edere. Tibul. lib. 3. 4. 9.
Edidit hæc tristi dulcia verba modo.
Verba. Cic. pro Quint. 63. Judicium quin acciperet in ea ipsa verba quæ Nævius edebat, non recusasse.
Victoriam edere. Tacit. Vita Agric. 34. Et extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram, & spectabilem victoriam ederetis.
Vitam. Cic. 5. de Fin. 4. Nec ad hospitem ante divertisse, quam Pythagoræ ipsum illum locum ubi vitam ediderat, sedemque viderim.
Voces. Cic. 2. Tusc. 20. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit?
Urinam, pro Mejere. Plin. lib. 28. cap. 4.
Vulnera edere. Stat. 1. Sylv. 6. 12.
Edi tribus ab accusatore. Cic. pro Planc. 37. Non intelligo quamobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas.
Editum est. Cic. 1. de Orat. 186. Pervulgari artem suam noluerunt deinde postea quam est editum, &c.
Annotavit & ad h. v. quædam H. St. Sed iis cultro resectis, hæc tantum leguntur in cod. Genev. Tituli de errore quorundam p. 224. Male igitur vulgo Ædere. Sic autem passim, cum ab aliis; tum a Gesnero scribitur, ut in Ambr. Calep. prima editio, quam mihi videre contigit. Videtur tantum vitiosam per diphthongum scriptionem reprehendisse.
EDITUS, Partic. ut, Editus Jovis satu. Cic. 1. Off. 118.
Edita in vulgus. Liv. 6. Cæs. 3. Bell. Civil. 29. Quæ opinio erat edita in vulgus, ante quam Cæsar ad insequendum facultatem haberet.
Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil potest esse verius. Cic. Bruto, 2.
In lucem editus, i. e. natus. Cic. 2. Tusc. 115. Ibid. lib. 3. 2. Nunc autem simul atque editi in lucem & suscepti sumus, &c.
Facinora edita. Liv. lib. 9. Decad. 4. Nec omnia, in quæ conjuraverunt, edita facinora habent.
Indicium expositum atque editum. Cic. 3. in Catil. 11. Post autem aliquanto toto jam indicio exposito atque edito surrexit.
Judices editi. Cic. pro Planc. 42. Hunc judicibus editis, qui testes iidem esse possent, absolutum putarem.
Editus, pro Altus.
Editi atque asperi colles. Cæs. 3. Bell. Civil. 43.
Editum in altitudinem cacumen. Liv. 8. Bell. Pun.
Arx edita. Sen. Octav. 7.
Locus præcelsus atque editus. Cic. 6. Verr. 107.
Immensum editus. Tacit. 5. Hist. 11. Nam duos colles immensum editos claudebant muri per artem obliqui.
Edita, plur. opponuntur Planis. Tacit. 15. Ann. 27. 5. Plana, edita, validos invalidosque pari metu complet.
Edita montium. Idem 4. Ann. 46. 1.
Compar. Tumulus paulo editior. Cæs. 1. Bell. Civil. 43. Ibid. 7. Hor. 1. Serm. 3. 110.
— editior viribus homo,

Supersl.

Superl. Locus editiſſimus. Hirt. Bell. Alex. cap. 31. Editiſſima villa. Tacit. 14. Ann. 9. 2. Tumulo editiſſimo. Liv. 8. Bell. Pun.
Editum, etiam Edictum. Ovid. 11. Met. 647.
Qui peragat Thaumantidos edita.

EDĬTUS, ûs. ut Editus boum, pro Excremento & ſtercore. Ulp. in l. ligni. §. in quibusdam. D. de legat. 3.

EDITITIUS, Adj. [ἐκλεκτός] Judex edititius, quem una pars eligit. Author Servius in Virg. 3. Ecl. 50. Cic. pro Planc. 56. Neque enim quicquam aliud in hac lege, niſi edititios judices eſt ſecutus. Idem pro Muren. 47.

EDITIO, [ἔκδοσις] pro Emiſſione. ut, Editio librorum.
Precipitare editionem libri. Quintil. Tryphoni, Uſus deinde Horatii conſilio, qui in arte poëtica ſuadet, ne præcipitetur editio.
Honor editionis. Quintil. in proœm. lib. 1.
Editio Conſulum & magiſtratuum. Liv. 4. Cic. pro Planc. 39. Quid enim poteſt dicere, cur iſta editio non ſummam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo ſecuti ſumus?
Editiones etiam dicuntur ludorum & ſpectaculorum. Tacit. 3. Ann. 37. Druſus diem editionibus noctem conviviis trahebat. Inſcript. Neapol. HIC OBLITERATO MVNERIS SPECTACVLO IMPETRATA EDITIONE AB INDVLG. MAX. PRINCIPIS DIEM GLADIATORVM ET OMNEM APPARATVM PECVNIA SVA EDIDIT.
Editio, pro Nativitate, ortu. Ulp. l. 2. §. 1. D. de Decur. Si conceptus ſit a plebejo, mox ante editionem pater ejus Decurionatum adeptus, ante editionem amiſerit, &c.
Editio eſt etiam verbum forenſe, ſcil. Formula actionis unde Reo innoteſcat quali actione petitor uti vellet. l. non videtur. 33. D. de Judic. Editio fit ut ſciat Reus utrum cedere an contendere debeat.

EDĬTOR, ōris. Lucan. lib. 2. 423. — delabitur inde
Vulturnusque celer, nocturnæque editor auræ Sarnus.
Inſcript. vet. Gruter. CCCXLIII. EDITOR MVNERIS. Abſolute pro eod. Capitolin. in Marco Antonino. c. 23. Abſens populi Romani voluptates per ditiſſimos editores curari vehementer præcepit.

EDŎCEO, ui, [ἐκδιδάσκω] ēre. Idem quod Docere, aut Diligenter docere. Plaut. Trin. 2. 2. 91. Pol ego iſtam volo me rationem edoceas.
Plene docere, Exacte docere. H. St.
Edocere ut res ſe habet. Plaut. Trin. 3. 3. 20.
Quem Minerva omnis artes edocuit. Salluſt. in Cic. 7.
Cœleſtia edocere aliquem. Stat. 3. Theb. 105.
— non te cœleſtia fruſtra
Edocuit, lauroque ſua dignatus Apollo eſt.
Imperitos edocere. Cic. Poſt redit. in Senat. 28. Qui cauſam eam imprudentibus commendarit, imperitos ordine edocuerit.
Edocere omnia ordine. Liv. 24. 4.
Ratio edocet. Cic. 4. Tuſc. 80. Edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur, &c.
Senatum edocet de itinere hoſtium. Salluſt. in Catil. c. 48. 4.
Edoctus omnia per legatos. Idem, ibid. c. 45. 1.
Edoctæ militiam legiones. Liv. 6.
Edoctus belli artes ſub magiſtro. Liv. 5. Bell. Pun.

EDOCENTER, Adv. Gell. 16. 8. Edocenter & explanate ſcriptum.

EDŎLO, [πλεκίζω] āre. Idem ſignificat quod Dolare. Nonius, Edolare, fabrorum eſt verum verbum, quum materiarum complanatur aſperitas. Uſi ſunt eo verbo laudandi ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo, Quum tot comœdias ſine ulla fecerimus, ego unum librum non edolem, ut ait Ennius? Hactenus Nonius. Cic. 13. Att. 45. Quod in manibus habebam abjeci, quod juſſeras edolavi. h. e. Rude opus quaſi dolabra polivi.

EDOLATUS, Partic. Columel. lib. 8. cap. 2. Partes ſummæ lingulas edolatas habent.

EDOLATIO, apud Auguſtin.

EDOLATOR, apud Plin.

EDOM, Eſau dictus eſt, ob coctionem rufæ lentis, cujus edulio primogenita perdidit. Hebræi namque, ut Joſeph. lib. 2. ſcribit, Edom, rubeum dicunt. Unde & regio in qua regnabat Eſau, Edom dicta eſt, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, Ἰδουμαίαν denominaverunt. Hæc nunc regio, inquit Hieronymus, Gebalena dicitur, quæ eſt in finibus Eleuthoropoleos, ubi habitabant ante Chorrhæi, qui interpretantur liberi: unde & ipſa urbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Nunc viculus Palæſtinæ eſt a conditore ſic impoſito nomine.

EDŎMO, ui, [ἐκδαμάζω] āre. Idem quod Domare ſignificat: niſi quod præpoſitio aliquid fortaſſe addit. Cic. pro Sylla, Improbi ac perditi cives, edomiti atque victi. Idem de Fato, 10. Scribunt vitioſam naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina, ut, &c. Plin. lib. 17. cap. 19. Omni interim tempore edomari meditatione curvandi.
Nefas edomare. Hor. 4. Carm. 5. 21.
Mos, & lex maculoſum edomuit nefas.
Alpes edomitæ. Claud. 2. in Ruff. 1.
Equi edomiti. Claud. 6. Conſ. Hon. 379.
Orbis edomitus. Ovid. 3. de Arte Am. 114.
Paſtinaca edomita, i. e. Sativa. Columel. lib. 9. cap. 4. Tum agreſtis paſtinaca, & ejuſdem generis edomita, quam Græci Staphylinon vocant.

EDOMATOR, Idem quod Domitor. Tertull. de Pall. cap. 6. Primus informator literarum, & primus edomator vocis.

EDOMUS, Mons eſt prope Pangæum in finibus Theſſaliæ.

EDON, ōnis. m. [Ἠδών] Mons eſt Thraciæ, teſte Servio in 12. Æn. 365. Hic Edonus quoque dicitur Plin. lib. 4. cap. 11.

EDONI, ſive EDONII, Thraciæ populi, vel certe Macedoniæ quæ proxima eſt Thraciæ. Solin. cap. 14. Qui Edonii olim populi, quæque Mygdonia erat terra, aut Pierium ſolum, vel Emathium, nunc omne uniformi vocabulo Macedonica res eſt: & partitiones quæ ſpecialiter ante ſe jungebantur, Macedonum nomini contributæ, factæ ſunt corpus unum. Hermolaus in Plin. lib. 4. cap. 11. de montibus Thraciæ loquens, Edonus, a quo Edoni quoque populi, & Edonis ibi regio. Plin. lib. 4. cap. 11. Edonos facit Thraciæ populos. Edones vero inter Scythas connumerat.

EDONES. V. EDONI.

EDŌNIS, ĭdis. f. Æolidis urbs. Plin. lib. 5. cap. 30. Rurſus in litore Antandros, Edonis prius vocata. In quem locum ſic ait Hermolaus: Teſtis eſt Ariſtoteles Antandron prius dictam a Thracibus colonis Edonida.
Edonis, Thraciæ regio. V. EDONI.

EDŌNIS, ĭdis. [Ἠδωνίς, vel Ἠδονίς] patronim. fœm. quo interdum utimur pro poſſeſſivo. Hinc Edonides dicuntur Mænades, ſeu Bacchi ſacerdotes, quæ furore divino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant, paſſis capillis more furentium huc illuc curſitantes. Propert. lib. 1. 3. 5.
Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis. Ovid. 11. Met. 69.
Protinus in ſylvis matres Edonidas omneis,
Quæ videre nefas, torta radice ligavit. h. e. In arbores convertit ob necem Orphei. Lucan. tamen corripuit lib. 1. 674.
— nam qualis vertice Pindi
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem. Sed hic putat Servius ſyſtolen eſſe. V. Cellarius ad Sil. 4. 778.

EDONIUS, Adj. cujus ſecundam ſyllabam corripi plerique putant, citantes illud Ovid. ex lib. Rem. Amor. 593.
Ibat, ut Edonio referens trieterica Baccho
Ire ſolet fuſis barbara turba comis. Sed hic multi codices habent Æmonio, non Edonio. Adde quod Servius contenderet legendum Edono, ut apud Virg. Edoni Boreæ: & Statium, Edonas hyemes. V. mox EDONUS.

EDŌNUS, [Ἠδωνός] Mons Thraciæ. V. EDON.

EDŌNUS, Adj. [Ἠδωνός] Virg. 12. Æn. 365.
Ac velut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto
Inſonat Ægæo, &c. Servius, Edoni, i. e. Thracii. Nam Edon mons eſt Thraciæ. Sane ſciendum hoc loco erraſſe Donatum, qui dicit Edonii eſſe legendum, ut DO brevis ſit, ſecundum Lucanum, qui dicit
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Namque certum eſt ſyſtolen feciſſe Lucanum. unde Edoni legendum eſt, ut ſit, hic Edonus, hujus Edoni. Statius & Virgilium & artem ſequutus ait,
Triſtius Edonas hyemes, Ebrumque nivalem: non Edonias. Hactenus ille.
Hyemes Edonæ. Claud. 1. Conſ. Stil. 123.

EDOR, ab antiquis appellatum fuit Far, quod poſtea Ador vocaverunt, teſte Feſto. Dictum ab edendo, eo quod populus Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere, ſolo farre uſus fuerit, ut ex Verrii ſententia refert Plin. lib. 18. cap. 7.

EDORMIO, īvi, [ἐκκοιμάομαι] īre. Dormiendo abſolvere, vel potius Dormire ad ſatietatem. Cic. 4. Acad. 52. Quumque edormiverunt, illa viſa quam levia fuerunt, intelligunt. De dormientium ſomniis.
Edormire vinum ſive crapulam, eſt Dormiendo perficere, & excoquere. Cic. 2. Philipp. 30. Edormi crapulam inquam & exhala. Gell. 6. 10.
Dicitur & tempus edormiri. Sen. Epiſt. 100.

EDORMISCO, [ἐκκοιμάομαι] ĕre. Idem quod Edormire.
Edormiſcere ſomnum. Plaut. Amph. 2. 2. 65. SO. Pauliſper mane dum edormiſcat unum ſomnum. AM. quæ næ vigilans ſomniat.
Edormiſcere crapulam: i. e. Somno & dormitione crapulam concoquere. optima enim concoctio, inquiunt medici, per ſomnum fieri ſolet: veluti in id unum opus conſpirantibus & conſentientibus omnibus facultatibus. Plaut. Rud. 2. 7. 28.
Edormiſcere villum, Idem. Ter. Adel. 5. 2. 3. Quid ego nunc agam? niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi?

EDOSA, Oppidum in ſinu maris Troglodytici, ex Africæ latere, dicente Plin. in deſcriptione ſinus Rubri maris Troglodytici, & Æthiopici, Ex Africæ latere tradita ſunt eodem nomine Tacompſos altera, ſive pars prioris: Magora, Sea, Edoſa, Pelenatia, &c. Hæc ille lib. 6. cap. 29.

## E D R

EDRI, Ptolem. lib. 2. cap. 2. Inſula eſt juxta Orientalem plagam Hyberniæ, Andros Plin. lib. 3. cap. 16. dicta.

EDRON, [Ἔδρων] Portus ad Padum fluvium. Plin. lib. 3. cap. 16. de Atheſi & Togiſono fluminibus loquens, Pars eorum, inquit, & proximum portum fecit Brundulum, ſicut Edronem. Medoaci duo, ac foſſa Clodia.

## E D U

EDŪCO, [τρέφω, τιθηνέω] āre. Nutrire, vel potius Nutriendo augere & provehere: ut mox patebit in Educere. Martial. lib. 13. 20.
Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Liv. 2. Pauperes ſatis ſtipendii pendere ſi liberos educent. Cic. 3. de Fin. Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenue, non, &c. Ter. Adel. 3. 4. 49. Una a pueris parvoli ſumus educati. Varro de Liberis educandis; Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus. Ovid. 6. Faſt. 437.
Alere & educare. Plaut. Men. 1. 1. 22. Hic homo convivas non alit, ſed educat. V. Nonium 5. 5. Alere, inquit ille, eſt Victu temporali vitam ſuſtentare: Educare autem Ad ſatietatem perpetuam educere.
Aër educat. Ovid. 8. Met. 830.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Poſcit, & appoſitis queritur jejunia menſis.
Educare mammis fœtum. Plin. lib. 9. cap. 13.
Oratorem educare. Quintil. in proœm. lib. 1. Nec aliter quam ſi mihi tradatur educandus orator, ſtudia ejus formare ab infantia incipiam.

Terra malos homines nunc educat. Juven. 15. Sat. 70.
Uvas educare. Ovid. 1. de Ponto, 3. 51.
In sermone alicujus educatus. Cic. de Clar. Orat. 211. Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris.
Educatus ad turpitudinem. Cic. 5. Verr. 60. Atque ab Apronio Judices homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato.
Susceptus & educatus. Cic. 7. Verr. 122. Qui a parentibus spe nostri imperii nostræque æquitatis, suscepti educatique sunt.
Ut in gignendo, in educando. Cic. 2. de Fin. 109.
Ingenue educatus. V. INGENUUS.
Liberaliter educatus. V. LIBERALITER.
Libere educatus. V. LIBER.
Eloquentia nutrimentis epidictici generis educata. Cic. in Orat. 42.
Educari inter aliquos. Quintil. lib. 1. De pueris.

EDUCATOR, ōris. m. [τροφεύς, τιθηνός] Cic. pro Planc. 81. Quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, &c. Idem 2. de Nat. Deor. 86. Omnium rerum sator, educator & altor. Tacit. 14. Ann. 3. 4. Educator pueritiæ Neronis. Fuit Ministerium domesticum. V. Pignor. de Serv. p. 381.

EDUCATRIX, f. [θρέπτειρα, τιθήνη] Columel. lib. 8. cap. 12. Et Cic. 1. de Legib. 62. Parens educatrixque sapientia.

EDUCATIO, ōnis. [ἀγωγή, τιθήνησις, τροφή] Nutritio. Cic. 3. de Fin. 62. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Idem pro Rosc. Amer. 63. Partus & educatio ferarum.
Corporum fortissimorum educatio. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. Cic. 3. de Orat. 123.
Educatio & disciplina. Cic. 3. de Legib. 29. Repetam a te istum de educatione & de disciplina locum.
Educatio & perfectio rerum quas terra gignit. Cic. 5. de Fin. de stirpibus loquens, Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est.

EDUCATUS, ûs. Idem quod Educatio. Tertull. de Resur. Carn. fin. Decessuro concubitu, & fœtu, & educatu. adde Fulgent. 3. Myth.

EDŪCO, [ἐξάγω] ĕre. Extrahere, quasi Extra ducere, emittere.
Educere e custodia. Cic. 1. Tusc. 71.
Annos educere. i. e. Vivere. Propert. lib. 2. 9. 47.
Aram educere cœlo. i. e. Erigere. Virg. 6. Æn. 178.
Colores educere. Catul. 62. 90.
Copias educere in aciem, vel in expeditionem exercitum. Liv. 5. Bell. Pun. Cic. 1. de Divin. 73.
Dictiones in aciem forensem. Cic. 1. de Orat. 157.
Dorsum eductum. Lucan. lib. 2. 428.
    Longior educto qua surgit in aëra dorso.
Gladium e vagina. Cic. 2. de Invent. 14.
Hirneam meri eduxi. Plaut. Amph. 1. 1. 273.
In jus educere aliquem. Cic. 5. Verr. 3. Quum in jus ipsum eduxi, expressi ut conficere tabulas se negaret.
Lacus emissus & eductus. Cic. 1. de Divin. 102.
Legiones educere. Plaut. Amph. 1. 1. 63. Cæs. 1. Bell. Civil. 12. Cic. 10. Fam. 30.
Leto educere aliquem, i. e. Liberare morte. Valer. 7. Argon. 453.
Molem cœlo. Virg. 2. Æn. 185.
Naves ex portu. Cæs. 2. Bell. Civil. 22.
Noctem educere ludo. Valer. 1. Argon. 251. h. e. Traducere.
Oculos educere. Sen. Theb. 1.
Oratorem educere ex angustiis. Cic. 3. de Orat. 24. Quantam copiam Crasse complexus es, quantisque ex angustiis Oratorem educere ausus es, & in majorum suorum regno collocare.
Rus educere aliquem. Cic. 3. Q. frat. 3.
Somnos educere. Sil. lib. 11. 406.
    Ille sub hyberno somnos educere cœlo
    Jactator, tectis malit consumere noctes.
Telum educere corpore. Virg. 10. Æn. 744.
Tribus sortiri, & educere quas velis. Cic. 2. de Lege Agr. 21.
Turrim. Virg. 12. Æn. 674.
Educere, Verbum est forense apud Cic. 5. Verr. 152. Aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir primarius. C. Gallius Senator a L. Metello, ut ex edicto suo judicium daret in Apronium quod per vim ac metum abstulisset. Budæus.
Educere, [τρέφειν, τιθηνεῖν] Nutrire, educare. Ter. Eun. 1. 2. 76. Eduxit mater pro sua. Ibid. 4. 6. 10.
Educta ita uti teque illaque dignum est. Idem Heaut. 2. 1. 14. And. 5. 4. 8. & Adel. 1. 1. 23.
Educere & Educare, inquit Nonius, hanc habent distantiam. Educere est. Extra trahere: Educare, Enutrire vel Provehere. Varro de Liber. Educand. Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus, docet magister. Hæc ille.
Procreare & educere. Cic. 2. de Orat. 124. Neque enim boni est neque liberalis parentis quem procrearit & eduxerit, eum non & vestire & ornare.
Fœtum educere, pro Educare. Claud. in præf. 3. Conf. Hon. 1. Virg. 4. Georg. 163.
Educere fœtum, pro Ducere. Plin. lib. 10. cap. 54. Æstate undevicesimo die educunt fœtum. Exclusum viz. de Pullitie.

EDUCTUS, Partic. [ἐπηγμένος] proprie Emissus, extractus. Cic. 1. Att. 22. Per manus servulæ servatus & eductus. conf. 1. de Divin. 102. deinde Educatus; ut, Libere educti adolescentuli. Ter. And. 5. 4. 8.
In contubernio eductus. Tacit. 1. Ann. 41. Jam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus.
Disciplina eductus. Tacit. 6. Ann. 15. Cassius plebei Romæ generis, verum antiqui, honoratique, & severa patris disciplina eductus, facilitate sæpius commendabatur.

EDUCTIO, ōnis. f. Catul. apud Fest. Tertia e Castris eductio.

EDUI. V. HEDUI.

EDULCO, [μειλίσσω] āre. Dulce reddere. Cn. Mattius, in Mimiambis.
    Quapropter edulcare convenit vitam,
    Curasque acerbas sensibus gubernare. Ex Gellio 15. 25.
Usi sunt Theologi, ut vides apud Dadræum in Simil. pag. 1. b. ex Interprete Basilii: Condit atque edulcat. H. St.

EDULIS, EDULIUM. V. Edilis, in EDO.

EDŪRO, [σκληρόω] āre. Valde durum facere, & quasi Ad laborem assuefacere. Columel. lib. 11. cap. 1. Quare docendus, & a pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Hoc loco nunc legitur Educandus.
Edurare, Neutr. [ἐπιμένειν] pro Perdurare. Sen. de Brevit. Vitæ, Ajunt animalibus tantum indulsisse naturam, ut quina aut dena secula edurent. Educerent quidam MSS. V. Lips. Gell. 14. 1. Ut tanto ævo potuerint edurare. adde Tacit. de Germ. 45.

EDURATIO, ōnis. f. apud Cels.

EDURUS, a, um. Non durum, quasi Extra durum. Virg. 2. Georg. 65.
    Plantis eduræ coryli nascuntur. Quædam vetera exemplaria legunt, Plantis & duræ. Utramque lectionem Servius agnoscit. Plin. lib. 11. cap. 3. In pergulis vero feruntur escariæ appellatæ, eduræ acinis: albæ, nigræque.
Edurus, Valde durus. Virg. 4. Georg. 144.
    Eduramque pyrum, & spinos jam pruna ferentes. h. e. Nimium duram, validam. Servius. [Hanc significationem videtur perpetuo obtinere.

EDURE, Adv. [ἀπηνῶς] Ovid. 3. de Arte Am. 476.
    Nec tamen edure, quod petit ille, nega. Sed Heins. ex MSS. Eduro, quod petit, ore nega. q. V.

EDURESCO, ĕre. apud Cæl. Aurel. Acut. 2. 34.

## E E

EE, & EE. Esse.

EETĬON, ōnis. [Ἠετίων] Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris. Hom. 12. Iliad. Hinc deducitur,

EETIONEUS, Adj. Ovid. 12. Met. 110.
    Eetioneas implevi sanguine Thebas.

EETIŌNEA, Adject. [Ἠετιώνεια] Alterum ex Pyræi promontoriis. Stephanus, Suid.

## E F F

EFFAFILATUM, Exertum, quod scilicet omnes exerto brachio sint Exfilati, id est, extra vestimentum filo contextum. Fest. Ubi Scalig. & Dacer. V. & Voss. Etym.

EFFARCIO, si, tum, [ἐκπληρόω] īre. Farciendo maxime implere. Cæs. 7. Bell. Gall. 23. Ea autem quæ diximus intervalla, grandibus in fronte saxis effarciuntur. Item Effercio. Plaut. Most. 1. 1. 62.

EFFARTUS, vel EFFERTUS, Partic. ut, Effertus fame. Plaut. Capt. 3. 1. 6. Superl. Idem 4. 1. 8. & Asin. 2. 2. 16.

EFFARI, [ἀποφάσκω, ἐκφαίνω] proprie est Eloqui. Liv. 1. Fœdus, multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Virg. 8. Æn. 443. Nec plura effatus. Cic. pro Domo sua, 141. Neque verbum ullum solenne potuit effari. Idem 3. de Orat. 151. Effari dicitur Latine.
Effari aliquid. Virg. 4. Æn. 456. — non ipsi effata sorori.
Aperte effari aliquid. Sen. Hippol. 7. & 8.
Ordinem gestæ rei alicujus effari. Sen. Hippol. 10.
Ore effata. Virg. 2. Æn. 524. — sic ore effata recepit
    Ad sese, & sacra longævum in sede locavit.
Secum multa effatus. Sen. Hippol. 10.
Honeste aliquid effari. Cic. in Sallust. 22. Ut ea dicam, siqua honeste effari possum.
Effari templum. Cic. 13. Att. 40. Ecce tibi orat Lepidus, ut veniam (opinor Augures nihil habere) ad templum effandum Saturni κατὰ τὸ δεῖν. Varro 5. de L. L. Effata dicuntur, quod Augures finem auspiciorum cœlestium extra Urbem agris sunt effati. Hinc Effari templa dicuntur, quum ab Auguribus effantur qui in his fines sunt. Et Fana nominata, quod Pontifices in sacrando fati sint finem. Et Liv. Decad. 1. lib. 10. in pugna ad Luceriam facta Jovis Statoris ædem scribit votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est locus templo effatus jam sacratus fuerat. V. Brisson. de Formulis, 1. p. 122.
Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans: cui chorus respondet Amen.
Effari & Effata, a Fando, quod ipsum ex Græco φάσθαι, inquit Festus.

EFFĀTUS, Adj. Effata, n. pl. [ἐκφωνήματα] sunt Ultimæ præcationes augurum, quas post fines auspiciorum extra urbem sunt effati: ut Varro & Servius autumant.
Ager effatus. Servius in illud 6. Æn. 197.
    — sic effatus vestigia pressit. Proprie (inquit) effata sunt augurum preces. Unde Ager post pomœria, ubi captabantur auguria, dicebatur Effatus. V. etiam Gell. lib. 13. cap. 14.
Effati fines urbis. Gell. lib. 13. cap. 14. pr.
Templa effata. Cic. 2. de Legib. 21. Urbemque & agros, & templa liberata & effata habento.
Effata, Elocuta. Festus.

EFFĀTUM, Enuntiatio dialectica. Cic. 4. Acad. 95. Nempe fundamentum dialecticæ est quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum.

EFFABĬLIS, Adj. [ἐκφαντός] ut, Dictu effabilis. Virg. 3. Æn. 621.
    Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli. Al. Affabilis. V. Pier. & Taubm. Conf. Apul. Apol. Nemini effabilis.

EFFĀMEN, ĭnis. n. Idem. Mart. Capel. pr. lib. 4.

EFFÆCO, Defæco. Hinc

EFFÆCĀTUS, Partic. Apul. 2. Dogm. Plat. p. 22. Effæcata voluptas animi.

EFFASCĬNO, [καταγοητεύω] āre. Idem quod Fascinare. Solinus, Quædam

Quædam in terra Africa hominum familiæ sunt, voce atque lingua effascinantes: quæ si impensius forte laudaverint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repente. Plin. lib. 7. cap. 2. Esse ejusdem generis in Triballis & Illyriis adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes. Et paulo ante, In eadem Africa familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Idem, Fœminas quidem omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos author est. conf. Gell. 9. 4.

Effascinatio, ōnis. f. [κατάγλησις] Plin. lib. 37. cap. 10. & 19. 4.

Effata. V. Effari.

Effaxillo, āre. ab Axilla fit, & significat Exero: quod exerto brachio axilla ostendatur. Festus. [Immo Effafilo. V. locum integrum supra v. Effafilatum. ab Axilla analogia Exaxillo postularet.

Effectio, Effector, Effectrix, Effectus. V. Efficio.

Efferatus. V. Effero, as, in Efferus.

Effĕro, extuli, elatum, [ἐκφέρω, ἐκφορέω, ἐξαίρω, ἐξενέγκω] efferre. Varias obtinet significationes, sc. Extra ferre, Extollere, Sepelire, Commoveri, Palam facere, Fructus producere, &c. de quibus in ordine. Extra ferre. Ter. Adel. 2. 4. 1. Nunquidnam effert? occidi.

Efferre immunditias ex piscina. Cato cap. 2. Et Plaut. Amph. Sed vide efferantur ex navi.

Efferre ex acie saucios. Cic. 2. Tusc. 38.

Efferre pedem domo, vel porta. Cic. 6. Att. 8. Sic Plaut. Bacch. 3. 3. 19.

Efferre pedem aliquo, Ire. Plaut. Capt. 2. 3. 97.

Efferri pedibus. Plin. lib. 7. cap. 8. h. e. Ad sepulturam ferri. V. Harduin. ad loc. mox Efferre cadaver.

Efferre de custodia. Columel. lib. 8. cap. 17. Macies indicat eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum.

Gressum efferre arvis. Sen. Medea, 11. h. e. Exire.

Verecundiam secum efferre. Cic. 7. Fam. 18. Jam ista tua culpa est, qui verecundiam tuam extuleris, & non hic nobiscum reliqueris.

Efferre, Provehere, extollere. Liv. 7. Bell. Pun. Virg. 8. Æn. 2.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit. Nonius Ostendit interpretatur.

Sublime pennis elatus. Liv. 1. Bell. Pun. Eos ipsos quos cernant, legatos, non pennis sublime elatos, Alpes transgressos.

Caput efferre altius. Virg. 3. Georg. 553.

Efferre caput undis. Columel. lib. 10.

Efferre clamorem. Plaut. Amph. 1. 1. 73. Clamorem utrinque efferunt.

Effert se alveo Nilus. Plin. in Paneg. Hæc inopina siccitate usque in injuriam sterilitatis exaruit: quia piger Nilus cunctanter alveo sese ac languide extulerat.

Ora efferre. Virg. 5. Æn. 368.

Nec mora, continuo vastis quum viribus effert
Ora Dares, magnoque virûm se murmure tollit.

Patriam demersam efferre. Cic. pro Sylla, 87. Reipub. præcipitanti subveni, patriam demersam extuli.

Efferre aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus. Cic. 1. in Catil. 28.

Quæ res extulit eum? una commendatio hujus. Cic. pro Rosc. Com. 31.

Fortuna efferre aliquem dicitur. Cic. pro Corn. Balb. 18. Quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustravit labor & industria.

Ad gloriam aliquem efferre. Cic. de Arusp. Resp. 17. Si me tantis laboribus pro communi salute perfunctum, efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor, quis non ignosceret?

Efferre laudibus, vel summis laudibus in cœlum. Cic. 4. Acad. 61. Quum tantis laudibus philosophiam extuleris. Idem 9. Fam. 14. Plin. lib. 20. cap. 3. Diocles magnis laudibus extulit.

Virtus aliquem efferre ad laudem dicitur. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Nam me quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, &c.

Verbis aliquem efferre. Cic. 3. de Orat. 49. Nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, &c.

Efferre sese, quod vulgus Se elevare dicit, h. e. Sese vel verbis, vel factis extollere. Cic. 1. Off. 124. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque summissum & abjectum, neque se efferentem. Sic Efferre se insolentius. Cic. 4. Tusc. 39. Ter. Heaut. 4. 3. 31. Hic me magnifice effero.

Animos insolentia dominatus efferre. Cic. pro Domo sua, 141.

Gloriando se & prædicatione efferre. Cic. in Parad. 1. An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando se & prædicatione effert?

Efferre sese sermonibus & verbis. Cic. 3. de Fin.

Efferre cadaver. Effero, plerunque Extra fero significat. Hinc tractum quidam existimant ut efferri cadaver dicatur, dum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extra domum ferri, sed falsum est. Efferri enim dicitur, quasi Provehi & extolli: quoniam cum pompa ferri solebat, humeris clarorum virorum feretro suppositis, quod nunc quoque fieri videmus. Perottus. Quem falli contendo. Eo enim consilio dicitur Efferri, quoniam obtinuit apud Romanos, ut nemo fere, nisi maximi honoris causa, in Urbe sepeliretur, quod rarissime accidit, sed extra portam exportaretur unusquisque mortuus. V. Kirchm. de Fun. Rom. 2. 1. p. 115. Plaut. Asin. 3. 3. 25. Ter. And. 1. 1. 90. Effertur. imus. Liv. 2. Nihil aliud ad eum nuntium a proposito aversus, quam ut cadaver efferri juberet. Cic. pro Flacc. 41. Quum efferretur magna frequentia. (Funeraretur. βκδ. H. St.) Idem 15. Att. 1. Cn. Lucullus familiaris noster matrem efferebat. Idem 2. de Legib. 65. Ante lucem enim jussit efferri. i. e. Ad sepulturam.

Efferri funere, & cum funere, h. e. Cum pompa exequiarum. Cic. 14. Att. 10. Idem 2. de Orat. 125. Quum casu in eadem causa cum funere efferretur anus Junia.

Efferre se, Commoveri, irasci. Cic. 5. Fam. 20. Te certe in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit. Sensus est: In pecunia a te exacta non æquum fuit, ex eo quod ego meas rationes retulerim, ut ita te efferres: i. ita mecum insolenter & iracunde ageres.

Efferri iracundia, odio, dolore. h. e. Valde commoveri, & velut extra se ferri. Cic. 5. de Fin. Item de Arusp. Resp. 3.

Læsi dolent, irati efferuntur. Cic. pro Cœlio, 21.

Cupiditatibus infinitis efferri. Cic. in Sallust. 13.

Gaudio incredibili sum elatus. Cic. 10. Fam. 12.

Lætitia. Cic. 5. de Fin. 42. Idem pro Deiot. 26. Ait hac lætitia Deiotarum elatum. Hæc me lætitia extulerunt. Cic. 2. Fam. 10.

Studio videndi aliquem efferri. Cic. de Senect. 83.

Voluptate cantandi saltandique efferri. Sueton. Calig. cap. 54.

Efferre, pro Portare. Liv. 5. Bell. Pun. Ne scuta quidem secum extulerant.

Efferre in humeros. Cic. 1. de Orat. 228. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse pene in humeros suos extulisset.

Efferre in terram de nave. Liv. 9. Bell. Pun.

Efferre, Divulgare, palam facere. Ter. Adel. 4. 4. 16. Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minime est opus usquam efferri.

Ineptias alicujus efferre. Cic. 1. de Orat. 111. Dicam equidem quoniam institui, petamque a vobis (inquit) ne has meas ineptias efferatis. i. e. Proferatis.

Efferre foras peccatum alicujus. Ter. Phorm. 5. 7. 65. Vides tuum peccatum esse elatum foras: neque jam id celare posse te uxorem tuam.

Efferre malum aliquod, pro Superare & vincere. Cic. 4. Tusc. 47. ex Poeta.

Efferre dicitur ager. i. e. Producere. Cic. 5. Verr. 113. & 198.

Ager qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. Cic. de Clar. Orat. 16.

Efferre, pro Proferre, loqui, & pronunciare; ut, Non indecenter aliquid efferre. Quintil. lib. 1. cap. 5. In cæteris, quæ poterunt utroque modo non indecenter efferri, qui Græcam figuram sequi malit, non Latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur.

Efferri in amorem. Plin. lib. 37. cap. 1. His initiis cœpit authoritas, in tantum amorem elata, ut, &c.

Effĕrens, Partic. [ἐξαίρων] Plin. lib. 26. cap. 14. Per se onothera efferentia sese ulcera sanat. h. e. Ulcera quæ vocant Græci phlegmonode, nempe ob inflammationem & humorum copiam turgentia. Efferantia, Hard. quem videas.

Elātus, Partic. [ἐξηρμένος] 

Elatus e conspectu. Liv. 7. Corvus e conspectu elatus, orientem petit.

Elatis verbis intensa oratio. Cic. in Orat. 124.

Elatus & inflatus. Cic. 2. de Lege Agr. 96. Quibus illi rebus elati & inflati fortasse non continuo, &c.

Elatus arrogantia, superbia, insolentia. Cæs. 3. Bell. Civil. 59. Liv. 5.

Levitate elatus. Cic. 5. Tusc. 16. Quid elatus ille levitate, inanique lætitia exultans & temere gestiens, nonne, &c.

Dicitur & frequenter de loco, idque maxime in Compar. grad. Columel. 12. 4. Modo in elatiora, modo in depressiora clivi. Superl. apud Tertul. Apol. cap. 35. Elatissimæ lucernæ.

Item Sepultus, Divulgatus, &c. ut Verbum.

Elate, Adv. [ἐπηρμένως] ut, Elate dicere, h. e. Graviter, & quod Virgilius vocat Alto cothurno. Cic. in Orat. 10. Ita fit ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit. Compar. Elatius se gerere. Nep. 4. 2. 1. Fama elatius inflatiusque multo quam res erat gesta, percrebuerat. Cæs. 3. Bell. Civil. 79.

Elatio, ōnis. [ἔπαρσις, ἔξαρσις] ut, Elatio animi, pro Nimia lætitia. Cic. 4. Tusc. 13. Quum autem inaniter & effuse animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt, sine ratione animi elationem.

Elatio atque altitudo orationis alicujus. Cic. de Clar. Orat. 66. h. e. Grave & grande genus dicendi.

Elationes onerum. Vitruv. lib. 10. cap. 8.

Elatio & magnitudo animi. Cic. 1. Off. 64.

Elatio & Submissio, contraria. Cic. in Topic. 71.

Gestientis animi elatio voluptuaria. Cic. 3. de Fin. 35.

Elatorie, apud Ascon. in Divin. pro Jactabunde.

Elatīvus, Gloss. Gr. Lat. Elativa ἐκφορικά.

Effĕro, as. V. Efferus.

Efferveo, sive Effervo, vi, & bui, [βράσσω, ἐκζέω] ēre, & ĕre. Vehementer fervere. Virg. 1. Georg. 471.

— quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam? Ibid. lib. 4. 556.

Effervens, Gell. 2. 27. Cum gaudio efferventiore.

Effervesco, [ἐκβράσσω] ĕre. Columel. lib. 13. Ne in condiendo, cum medicamento effervescat & defluat. i. e. Ne ebulliendo circumfundatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. In his aquis quæ effervescunt subditis ignibus.

Effervescere, per translationem, pro Ebullire & impetu quodam atque æstu maximo fervere. Cic. pro Planc. 15. Si campus atque illæ undæ comitiorum ut mare profundum & immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu.

Effervescere atque erumpere aliquo. Cic. de Provinc. Conf 6. Totumque Pontum armatum effervescentem in Asiam atque erumpentem, ægre repulsum & cervicibus interclusum suis sustinerent.

Effervescere in dicendo, stomacho & iracundia. Cic. de Clar. Orat. 249. Celeriter sane verba volveret, nec hebes in causis, vel dicam plus etiam quam non hebes, sed effervescens in dicendo, stomacho sæpe iracundiaque vehementius. adde eund. pro Cœlio, 77.

Gratulatio effervescit. Cic. 9. Fam. 2. Latendum tantisper ibidem, dum

dum effervescat hæc gratulatio. i. e. Refrigescat. Budæus. ut Exsævire pro Sæviendi finem facere. Alii Defervescat. V. Græv. ad loc.
Iracundaque mens facile effervescit in ira. Lucret. lib. 3. 296.

Effervescens, Partic. [ἐκζέσαν] Sil. lib. 3. 312.
Quique atro rapidas effervescente veneno
Dipsadas immensis horrent Garamantes arenis.
Effervescentia verba. Cic. 2. de Orat. 88.

Effervescentia, æ. f. apud Cels.

Efferus, Adj. [θηριώδης, ἄγριος] Valde ferus & crudelis: ut
Corda effera. Valer. 1. Argon. 798.
Facinus efferum. Sen. Theb. 264.
Ira effera. Valer. 5. Argon. 516.
Juventus effera sævit. Virg. 8. Æn. 6.
Laniatu effero dispersa membra. Sen. Hippol. 12.
Motu effero recursare huc & huc. Sen. Medea, 6.
Pecus efferum. Sen. Hippol. 2.
Virtus effera. Valer. 2. Argon. 648.
Vis animi effera. Virg. 10. Æn. 898.

Effero, [ἀγριόω] are. Crudelem instar feræ facere. Plin. lib. 10. cap. 63. Fœminæ sues in tantum efferantur, ut hominem lacerent. Liv. 2. 23. Adhoc promissa barba & capilli efferaverant speciem oris. Sen. Theb. 1.
Efferare animos assuetudine mali. Liv. 25. 26.
Immanitate efferatus. Cic. 1. de Nat. Deor. 62. Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit.
Efferatis militia animis. Liv. 1.
Efferatus odio, iraque. Liv. 5. 27.
Efferata & immania. Cic. 4. Tusc. 32.
Efferari dicitur terra belluis. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Quid jam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari?
Voces efferatæ. Sen. Herc. fur. 397.

Efferatus, [ἀγριωθείς] Partic. V. efferro.
Compar. Liv. 34. 24. Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum, moribus, ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, imo quam rapacissimæ belluæ utuntur.
Superl. Sen. Epist. 121. Affectus efferatissimos inhibere.

Efferate, Adv. Lactant. 5. 20.

Efferatio, ōnis. f. Tertull. de Pœnit. cap. 12.

Efferesco, ĕre. Ammian. 18. 17. Efferescere immanius.

Efferitas, ātis. f. Lactant. 9. 2. Efferitas a Romano sanguine aliena.

Efficax. V. efficio.

Efficio, ēci, ectum, [ἀπεργάζομαι, διαπράττω] ĕre. Perfectionem denotat. & opponitur τῷ Instituì. Cic. 16. Att. 13. V. infra. Ter. And. 5. 1. 6. Dum efficias id quod cupis. Sic in Eun. 5. 9. 28. Si hoc efficio, postulo, &c. Cic. 1. de Nat. Deor. 53. Ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit.
Efficere, vulgo Perducere ad effectum. Cic. 2. de Orat. 121. Qui hoc primus in nostros mores induxit, qui maxime auxit, qui solus effecit. Idem 13. Att. 1. De pecunia vero video a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitam: quod si efficis a te hortos habebo.
Ut enim non efficias quod vis: tamen mors ut malum non sit, efficis. Cic. in Tusc. V. infra Efficitur.
Conflari & effici. Cic. 1. Off. 14. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum.
Quantum efficere & consequi possumus. Cic. 1. Q. frat. 1. Caveamus quantum efficere & consequi possumus, ut nequod in nobis insigne vitium fuisse dicatur.
Dignum aliquid hominum auribus efficere atque edere. V. edo.
Effingere atque efficere. Cic. 1. de Nat. Deor. 65. Hinc quodcunque in solum venit (ut dicitur) effingis atque efficis.
Elaborari & effici. Cic. 9. Fam. 16. Quicquid elaborari & effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam & colligendam, summo studio me consecuturum esse.
Omnino efficies quod cupis. Catul. 95. 6.
Instituere & efficere aliquid. i. e. Incipere & perficere. Cic. 16. Att. 13. Quæ quidem nec instituì nec effici potest sine tua ope.
Majus opus institutum quam effici potuerit. Cic. in Orat. 228.
Efficere admirationes in aliquibus. V. admiror.
Aurum alicui. Plaut. Bacch. 2. 2. 55.
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
Unde ego hodie aurum efficiam amanti herili filio.
Clades. Lucret. lib. 5. 49.
Quidve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades?
Clamores. Cic. 3. Q. frat. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum.
Columnam novam ab integro. Cic. 3. Verr.
Epistolam efficere ad aliquem. Cic. 13. Att. 27. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem.
Facinora magna. Plaut. Pseud. 2. 1. 16. Facinora illa mirabilia effecit. Cic. 2. Philipp. 109.
Familiaritatem. Cic. 5. de Fin. Usus progrediens familiaritatem efficit.
Jussa alicujus efficere. Ovid. 14. Epist. 54.
Legiones decem efficere. Liv. 2.
Mandata alicujus. Cic. 1. Att. 11. Tu mandata effice quæ recepisti.
Morbos varios dicitur aqua efficere. Hirt. Bell. Alex. 5.
Munus colere & efficere. Cic. 1. de Legib. 16. Cujus muneris colendi efficiendique causa, nati & in lucem editi sumus.
Nuptias alicui efficere. Ter. And. 3. 4. 16.
Officium suum. Plaut. Truc. 4. 2. 1.
Opus. Cæs. 4. Bell. Gall. 18. Omni opere effecto. Opus suum efficere. Cic. in Topic. 62.
Paupertatem ferendo efficere levem. Ovid. 8. Met. 633.
Pollicita. Ter. Phorm. 4. 1. 24. Neque defetiscar unquam ego experirier, donec tibi id quod pollicitus sum, effecero.
Processus. Cic. de Clar. Orat. 271.
Propositum. Cic. in Parad. 1. Neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis & quasi punctis quod proposuit efficit.
Rationem. Cic. 1. de Fin. 22. Non quomodo efficiatur concludaturque ratio tradit.
Sapientes efficere. Cic. in Topic. (ubi testimonia sunt plurima hujus verbi) sapientia efficit sapientes sola per se: Beatos efficiat necne sola per se quæstio est.
Satis efficere in usuram menstruam. Cic. 6. Att. 1. Idem ibid. Ea vix in fœnus Pompeji quod satis sit efficiunt.
Senatum frequentem efficere. Cic. 8. Fam. 5. Neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit.
Similitudinem panis. Cæs. 3. Bell. Civil. 48. Id ad similitudinem panis efficiebant: ejus erat magna copia. h. e. Efficiebant instar panis: eo utebantur vice panis.
Sonum venti effecerunt in arundine. Ovid. 1. Met. 708.
Summam, numerum, longitudinem, & similia. Plin. lib. 4. cap. 12. Quæ summa efficit XIII. XXXVI. M. Idem lib. 13. cap. 4. Quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Cic. 11. Fam. 10.
Successionem. Cic. 1. de Fin. 37. Doloris amotio successionem efficit voluptatis.
Viam ac ordinem efficere. Quintil. lib. 2. cap. 17. Ars est potestas viam, ac ordinem efficiens.
Vicem, pro Æque prodesse & loco alicujus esse. Plin. lib. 23. cap. 4. Nuclei palmarum cremati in fictili novo, cinere loto, spodii vicem efficiunt.
Votum efficere alicui. i. e. Facere quod optarat. Lucan. lib. 7. 99.
Efficere ut. Cic. 2. de Fin. Quum efficere non possit, ut cuiquam, &c. Plaut. Pseud. 1. 1. 110.
Eniti & efficere, ut. Cic. de Amicit. 59. Non est igitur amici talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius eniti & efficere, ut amici jacentem animum excitet, &c.
Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice ut, &c. Cic. 16. Att. 18.
Aliquando pro ut, &c. infinitiv. Vitruv. 2. 6. Vehementer efficit ea coire. V. Borrich. Vind. p. 73.
Efficitur, imperf. Cic. 4. Acad. Rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem majorem esse quam terram, &c. i. e. Argumentis probatur. Est enim quasi argumento concludentium verbum. Idem 1. Tusc. 23. Efficiet ratio, ut quæcunque vera sit earum sententiarum quas exposuit, mors, &c.
Effectum est ut. Cic. 1. Off. 25. Quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset.
Effexis, pro effeceris: Antiquum. Plaut. Casin. 3. 5. 63. Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulum in digito aureum. & Pœn. 1. 3. 19.

Efficiens, Partic. Cic. in Topic. 59. Causa autem efficiens sic, ut, &c.
Causa & ratio efficiens magnos viros. Cic. 1. Off. 69.
Res efficientes voluptatum. Cic. 2. de Fin. 21. Si ea quæ sunt in luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu, docerentque qui essent fines cupiditatum, nihil haereremus.
Res efficientes, i. e. Causæ. Cic. in Topic. 58. Proximus est locus rerum efficientium, quæ causæ appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. Idem 1. Acad. 24. Philosophi naturam dividebant in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens, eaque efficeretur aliquid.
Virtus efficiens est voluptatis. Cic. 3. Off. 116.
Virtus efficiens utilitatis. Cic. 3. Off. 12.

Efficientia, æ. [ἐνέργεια] ut, Efficientia solis. Cic. 2. de Nat. Deor. 95. Aspexissentque solem, ejusque cum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret toto cœlo luce diffusa.
Naturalis efficientia. Cic. de Fato, 19. Sed interest inter causas fortuito antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.

Efficienter, Adv. [ἐνεργητικῶς] Cic. de Fato, 34. Non sic causa intelligi debet, ut quod cuique antecedat, idem causa sit: sed quod cuique efficienter antecedat.

Effectus, Partic. [ἀπειργασμένος] ut
Iter effectum jam est. Ovid. 6. Met. 519.
Res maxima effecta. Virg. 11. Æn. 14.
Effectos syllogismos vocat Plin. lib. 2. Epist. 3. Bene formatos, Syllogismi circumscripti & effecti: quod stylo quoque assequi magnum est. V. syllogismus.
Urbs effecta ex latere & cæmento. Cic. 2. de Divin. 98.
Dare effecta. Claud. 4. Conf. Hon. 353.
Hæc effecta dabo. i. e. Efficiam. Ter. Eun. 2. 1. 7. Effectum aliquid reddere. Ter. And. 4. 2. 20. tradere. Plaut. Curc. 3. 15.
Effectum etiam dicitur, Quod exquisitissimo artificio elaboratum est. Apul. Florid. 2. p. 350. Inde ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno dicata qua nihil videor effectius cognovisse.

Effecte, Adv. Perfecte. Ammian. Marcell. 16. 6. Cum hæc effecte pleneque colligeret.

Effectus, ūs. [ἐνέργεια] Plin. in Paneg. Perge modo Cæsar: & vim effectumque censuræ tuum propositum, tui actus obtinebunt. Ita Cic. 2. de Divin. 47. Radicum quarum causam ignoramus vim & effectum videmus.
Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Cic. 2. Tusc. 3.
Non caret effectu quod voluere duo. Ovid. 2. Amor. 3. 16.
Adducere aliquid ad effectum. V. adduco.
Ad effectum vires dare alicui, i. e. Juvare ut perficiat quod animo conceperat. Propert. lib. 3. 9. 27. Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes violare quæ sunt in effectu: sic timere sic in libidine esse, peccatum est etiam sine effectu.

Effectu,

Effectu, ablat. in libris JCtorum significat Facto ipso, Re ipsa, Vi ipsa, l. Is qui. D. de leg. præst. Quia effectu, inquit, fratris aufert partem dimidiam. & in l. 5. §. 1. D. Quod cum esse. Effectu enim quodammodo hæres est.

EFFECTUM, i. n. Absol. Quintil. lib. 7. cap. 4. De finitione, Ex antecedentibus, consequentibus, adjunctis, repugnantibus, caussis, effectis, similibus. Ibid. Cicero initia, caussas, effecta, &c.

EFFECTIVUS, ut, Causa effectiva apud Plin.

EFFECTIVE, Adv. Quintil. 2. 18.

EFFECTOR, ōris. m. [ποιητής] Cic. 2. de Divin. 55. Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.

Conditor & effector alicujus rei. Cic. 1. Tusc. 70. adde de Univers. 14. & 35.

Effector, ac magister dicendi præstantissimus stilus. Cic. 1. de Orat. 150.

EFFECTRIX, īcis. f. [ποιήτρια] Cic. 1. de Fin. 67. Amicitiæ non modo fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quam sibi.

EFFECTIO, ōnis. f. Cic. 3. de Fin. 24. Effectio artis. Idem 2. de Fin. 45. Sic recta effectio, κατόρθωσιν enim ita appello.

EFFĬCAX, ācis. Adj. [ἀνυτικός, δραστήριος, ἐνεργής] dicitur Quod ad aliquid agendum vim habet, & maxime conducit. Plin. lib. 24. cap. 15. Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, quam sedulum ruris larem.

Efficax ad. Plin. in Paneg. cap. 84. Utrum sit efficacius ad recte vivendum bene institui, aut feliciter nasci.

Efficaces ad muliebre ingenium preces. Liv. 1. 9. extr. Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atque amore: quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

Efficax adversus serpentes. Plin. lib. 24. cap. 15. Adversus serpentes, ac privatim aspides, ex aceto pota efficax.

Efficax contra. Plin. lib. 13. cap. 21. Contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt.

Cum infin. Amara curarum eluere efficax. Hor. 4. Carm. 12. 20.

Efficacissima auxilia. Plin. lib. 20. cap. 10. Radix quoque miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Liv. 1. 19. Res ad imperitam multitudinem efficacissima. Plin. Paneg. cap. 70. Efficacissimum genus est rogandi gratias agere.

Parum efficax homo. Cic. 8. Fam. 10. Nosti Marcellum quam tardus & parum efficax sit: itemque Servius quam cunctator.

Efficax vir, pro Robusto & valido. Hor. Epod. 3. 17.

Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius. Efficacem vocat Herculem quia facile efficere & implere potuit quicquid voluit.

EFFICACIA, æ. [ἐνέργεια] Plin. lib. 11. cap. 5. Quos efficaciæ, industriæque tantæ paremus nervos? Vet. Inscript. Gruter. CDLXV. 5. DECVRIONES ET PLEBS COLONIAE ASCVLANORVM PROPTER HVMANITATEM, ABSTINENTIAM, EFFICACIAM.

EFFICACĬTAS, [ἐνέργεια] Idem. Cic. 4. Tusc. 31. Itemque viribus corporis & nervis, & efficacitati similes, similibusque verbis animi vires nominantur.

Ars & efficacitas. Cic. de Petit. Conf. 8. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, ut, &c.

EFFICACĬTER, Adv. [ἐνεργῶς] Plin. lib. 28. cap. 11. Capitis ulcera manantia, urina tauri efficaciter sanat. Idem lib. 20. cap. 20. Sic lib. 18. cap. 6. Id efficacissime contingit. adde 26. 12.

EFFIGIES, ēi. f. [ἀπεικόνισμα, ἐμφέρεια, ἀποσφράγισμα] Figura ad vivam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem efficta, tam in picturis, quam in scalpturis: inquit Valla lib. 5. 43. Plin. lib. 10. cap. 44. Unde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Effigies & simulacrum alicujus. Cic. 4. Verr. 159.

Antiquitatis effigies in XII. tabulis. Cic. 1. de Orat. 193.

Eloquentiæ. Cic. in Orat. Perfectæ eloquentiæ speciem animo videmus, effigiem auribus quærimus.

Hominis effigies & imago. Cic. 1. de Nat. Deor. 104.

Humanitatis. ut, Effigies humanitatis & probitatis patris filius. Cic. 2. de Fin. 58.

Ingenii. Liv. 1. Tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui.

Lupi. Plin. lib. 8. cap. 19.

Numinum. Tacit. 1. Ann. 10. Quum se templis & effigie numinum per Flamines, & sacerdotes coli vellet.

Cerea effigies. Hor. 1. Serm. 8. 30.

Dissimiles effigies formarum. Lucret. lib. 4. 104.

Honora effigie cælatus clypeus. Sil. lib. 8.

Indiscretæ effigies. V. INDISCRETUS.

Mirabiles fama effigies. V. MIROR.

Muta effigies. Quintil. lib. 6. cap. 1. Quæ enim est actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis, quam orationem pro se putet locuturam?

Sacræ effigies divûm. Virg. 3. Æn. 148.

Torva effigies. Stat. 4. Sylv. 6. 50.

Vasta effigies. Valer. 5. Argon. 232.

Veneranda effigies. Valer. 5. Argon. 208.

Cælare effigies. Sil. lib. 17. 402.

Complecti effigiem alicujus in auro. Ovid. 1. Trist. 6. 7.

Conformata caminis Effigies. Stat. 1. Sylv. 1. 4.

Eminens effigies virtutis. Cic. 3. Tusc. 3. Consectaturque nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ.

Habere effigiem thuris. Plin. lib. 25. cap. 7. Humor lactis videtur effluere: siccatus quum coit, thuris effigiem habet.

Ostendere effigiem diei in se. Plin. lib. 2. cap. 25.

Relinquere consiliorum ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam & politam? Cic. pro Arch. 30.

Ad effigiem dicimus, pro Instar. Auson. Parental. 6.

Ad effigiem Macedonicæ chlamydis. Plin. lib. 5. cap. 10.

Ad effigiem justi imperii. Cic. 1. Q. frat. 1. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperii.

In effigiem pelagi exundabat lacus. i. e. In modum pelagi. Sil. lib. 5. pr.

Effigie columnæ. Plin. lib. 2. cap. 11. Namque quum sint tres umbrarum figuræ, constetque si par lumini sit materia, quæ jactat umbram, columnæ effigie jaci, nec, &c.

Effigies etiam pro Umbra, manes. V. Drakenb. ad Sil. lib. 13. 779.

EFFIGIA, æ. [ἀπεικόνισμα] Idem. Plaut. Rud. 2. 4. 3. Pro dii immortales, Veneris effigia hæc quidem est. Afranius Vopisc. Cujus te suscitat imago? cujus effigia cognatus patre? & apud Lucret. aliquoties.

EFFIGIO, āre. usurpant Sidonius & Prudentius.

Effigiare apud Pontanum in Ægidio Dialogo p. 310. & alibi. H. St.

EFFIGIATUS, Apul. Apol. Imagines variis artibus effigiatæ. Idem pr. Florid. & Ammian. 26. 7. Nummi effigiati in vultum principis.

EFFIGIATIO, ōnis. f. Adumbratio. Apul. &

EFFIGIĀTUS, ûs. m. Ejusdem est. Florid. 2. Magna vis æris vario effigiatu.

EFFIGIATOR, ōris. m. Augustin.

EFFINGO, inxi, ictum, [ἀπεικάζω, διατυπόω, σχηματίζω] ĕre. Ad alterius formam fingere, & quodam modo fingendo repræsentare, ut ait Valla lib. 5. Cic. 1. Tusc. 61. Quæ porro tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere?

Effingere & efficere. Cic. 1. de Nat. Deor. 65. Hinc quodcunque in solum venit (ut dicitur) effingis atque efficis.

Effingere ex. Plin. lib. 4. Epist. 93. Cic. 4. Acad. 18. Visum igitur impressum effictumque ex eo unde esset. An Expressum? V. mox Formam. H. St.

Animo effingere aliquid. Cic. 2. de Orat. 354. Itaque iis qui hanc partem ingenii exercent, locos esse capiendos, & ea quæ memoria tenere vellent, effingenda animo, atque his locis collocanda.

Casus aliquos effingere in auro. Virg. 6. Æn. 32.

Dissimilia. ut, Sui dissimilia effingere natura non potest. Cic. 3. de Nat. Deor. 22.

Figuras varias effingere. Lucan. lib. 5. 713.

Formam corporis exprimere & effingere verbis. Auth. ad Heren. lib. 4. 64.

Lineamenta. Cic. 1. de Divin. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt.

Mores. Cic. 1. de Legib. 26. Tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Mores oratoris effingit oratio. Cic. 2. de Orat. 184. Formas & mores ab aliquibus effingere. Cic. 2. de Divin. Quis enim non videt & formas & mores, & plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos?

Senem effingit signum illud. Plin. Epist. 50. Hoc tamen signum (ego quoque intelligo, est enim nudum: nec aut vitia siqua sunt, celat: aut laudes parum ostentat) effingit senem stantem: ossa, &c.

Verba effingere imitando conabitur. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Vim alicujus effingere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nam mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis.

EFFICTUS, Partic. [ἀπεικασθείς] Cic. pro Rosc. Amer. 47. Etenim hæc conficta arbitror a poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. adde 4. Acad. 18.

EFFICTIO, [διατύπωσις] Auth. ad Heren. lib. 4. 64. Effictio est, quum exprimitur & effingitur verbis, corporis cujuspiam forma, quoad satis sit ad intelligendum.

EFFILATUM, vel EXFILATUM, dicimus Quod extra vestimentum filo contextum est, quod Erectum quoque a quibusdam dicitur.

EFFĪO, ĕri. [γίνομαι] Plaut. Perf. 5. 1. 9. Ut fiant quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt, quæ volui effieri.

EFFLAGĬTO, [ἐξαιτῶ] āre. est Vehementer, & plus quam postulare, inquit Valla lib. 5. Virg. 12. Æn. 758.

Ille simul fugiens, Rutilos simul increpat omnes,
Nomine quemque vocans: notumque efflagitat ensem.

Ab aliquo aliquid efflagitare. Cic. 3. Verr. 63. Accidit quum iste a Cn. Dolabella efflagitasset ut se ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret.

Auxilium ab alienis efflagitare. Cic. Anteq. iret in exil. 10. Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum cives vestros deseratis?

Efflagitare convicio. Cic. 2. Q. frat. 10. Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.

Non requirere & contra Efflagitare misericordiam alicujus. Cic. pro Milon. 93. Eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

EFFLAGITATUS, Partic. [ἐξαιτηθείς] Cic. 1. Verr. 8. Judiciorum desiderio Tribunitia potestas efflagitata est.

EFFLAGITĀTUS, ûs. [ἐξαίτημα] pro Vehementi postulatione. Cic. 7. Verr. 74. In judicio, coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

EFFLAGITATIO, ōnis. f. [ἐξαίτησις] Cic. ad Brut. 16. Quia neminem magis decet Remp. amare, libertatisque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium. Efflagitatio ad cocundam societatem. Cic. 5. Fam. 19.

Infulsa efflagitatio. Cic. 10. Fam. 24.

EFFLEO, [ἐκκλαίω] ēre. ut Efflere oculos, pro Flendo consumere. Quintil. Decl. 6. Audita mea calamitate rari uxor exempli, & prorsus talis filii mater, efflevit oculos. Nam cæca fuerat facta præ nimio fletu.

EFFLĪGO, [ταλαιπωρέω] ĕre. Idem significat quod Affligere. Plaut. Asin. 4. 2. 9. Quam tu propediem (nisi quidem illa ante occupassit

cupaffit te) effiges fcio. Idem Ciftel. 2. 1. 50. V. Græv. ad Cic. 9. Att. 19.

Efflictus, Percuffus, ut reftituit Salmaf. ad Capitolin. in Vero cap. 4.

Efflicte, Adv. Symmachus. Efflicte diligere. Apul. Met. 5. Efflicte cupere. At Pricæus ad loc. mavult

Efflictim, [παλαιπώρως] Adv. pro Valde & Vehementer, inquit Nonius. Plaut.. Amph. 1. 3. 19. Sic efflictim amare perinde ut hic te efflictim deperit. Idem Cafin. prol. 49. adde Nonium 2. 280.

Efflicto, āre. Idem atque Afflicto. Plaut. Stich. 4. 2. 26. Non tu fcis quam efflictentur homines noctu heic in via.

Efflo, [ἐκφυσάω] āre. Extra fpirare, emittere. Plin. lib. 34. cap. 13. Leviffime hæc efflatur, & ocyus, evolatque e fornacibus. Varro 1. de R. R. Præterea quod ab fole toto die illuftratur, falubrior eft, quod & beftiolæ fiquæ prope nafcuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt.

Animam efflare, Mori. Cic. pro Milon. 49. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquiffet. & Nep. 4. 5. 4. & huic fenfui accommode per jocum, Plaut. Truc. 4. 4. 23. Efflavit fpes animam. conf. Cic. 1. Tufc. 19. & dicitur Efflare aliquando abfolute. V. Efflans, modo.

Colorem, i. e. Deperdere colorem. Lucret. lib. 2. 831.

Halitum extremum. Cic. 2. Tufc. 22. ex Poeta,

Frendens efflavit graviter extremum halitum.

Nimbos in fublime. Plin. lib. 9. cap. 6. fin. Ora balenæ habent in frontibus: ideoque fumma aqua natantes, in fublime nimbos efflant.

Vitam efflavit anhelo pectore. Sil. lib. 17.

Efflans, Partic. [ἐκφυσῶν] Cic. 1. de Divin. 106.

Abjicit efflantem & laceratum affligit in unda. Ex quodam poeta.

Efflatus, a, um. Partic. Suet. Aug. cap. 100. Ante efflatam animam.

Efflatus, ûs. m. Sen. Nat. Quæft. 9. 5. 14. Subterraneæ nubes apertum ad hos efflatus iter occupant. Alii Afflatus.

Effloresco, [ἐξανθέω] ĕre. & Effloreo, ēre. Flores producere: & per tranflationem pro Crefcere videtur accipi, & Abundare, aut Produci. Cic. de Amicit. 101. de utilitate. Quæ tamen ipfa efflorefcit ex amicitia, etiamfi tu eam minus fequutus fis. Idem 5. Tufc. Hinc illa cognitio virtutis exiftit, efflorefcunt genera partesque virtutum. Idem pro Cœl. 76. Efflorefcere ingenii laudibus.

Efflorefcere & redundare. Cic. 1. de Orat. 120. Etenim ex rerum cognitione efflorefcat & redundet oportet oratio. ut & in Partitionum peroratione, Expofitæ funt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem e media illa noftra Academia effloruerunt: i. e. Exierunt & emanarunt.

Poft Anapæftus procerior quidam numerus effloruit. Cic. 3. de Orat. 185.

Plerumque miraculi & hoc, pariter utrasque artes effloruiffe medicinam dico magicenque. Plin. lib. 30. cap. 1.

Cum autem ufus progrediens, familiaritatem effecerit, tum amorem efflorefcere tantum ut etiamfi nulla fit utilitas ex amicitia tamen ipfi amici propter feipfos amentur. Cic. 1. de Fin. 69. Nec noftris efflorent talia campis. Tertull. de Judic. Dom. cap. 8. ni fit Cyprianus.

Effluo, [ἐκῥέω] ĕre. Extra fluere, effundi. Cato cap. 111. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. De vafis hederaceis loquitur.

Effluxit de. Varro 1. de R. R. cap. 61. Ejus conditio, cum expreffa olea, quod ftatim effluxerit de ea, decoquuntur duæ partes. quod & fic legitur: Ejus conditio, quum expreffa effluxit, quod ftatim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in vafa.

Ex animo effluere. Cic. 2. de Orat. 300. Ut intelligere poffemus, nihil ex illius animo, quod femel effet infufum, unquam effluere potuiffe.

Ex difciplina aliquorum dicuntur effluere multa, & ad aures aliorum permanare. Cic. pro Domo fua, 121.

Abundare & effluere: quibus opponitur Deeffe. Cic. 1. de Divin. 60. Quorum utrumque perftringere aciem mentis folet, five deeft naturæ quippiam, five abundat atque effluit.

Defiderio alicujus effluere. Ovid. de Rem. Amor. 646.

Parce queri: melius fic te ulcifcere tacendo,
Dum defideriis effluat illa tuis.

Ætas effluit. Cic. de Senect. 5. Præterita enim ætas quamvis longa quum effluxiffet, nulla confolatione permulcere poffet ftultam fenectutem.

Æftas. Cic. 12. Att.

Dicta animo. Catul. ad Ortal. 60. 4.

Genitura valetudinis morbo, i. e. Extra fluit, five fua fponte & nobis nolentibus fluit. Plin. lib. 20. cap. 8.

Humor lactis. Plin. lib. 25. cap. 7.

Imber lactis. Cic. 1. de Divin. 98.

Mens effluit. Cic. de Clar. Orat. 219. Huic minime mirum eft ex tempore dicenti folitam effluere mentem.

Vires laffitudine. Liv. 7. 33.

Vita cum fanguine. Cic. 2. Tufc. 49. Num tu ingemuiffe Epaminondam putas, quum una cum fanguine vitam effluere fentiret?

Voluptates præteritæ. Cic. 1. de Fin. 41.

Effluet, per tranflationem, pro Vulgabitur, & palam omnibus fiet: de eo qui nihil tacere poffet. Ter. Eun. 1. 2. 41.

Utrumque hoc falfum eft, effluet. Dixerat enim paulo ante:
Sin falfum audierim ac fictum, continuo palamft:
Plenus rimarum fum, hac atque illac perfluo.

Præteriit, & effluxit. Cic. de Senect. 69. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo eft aliquid extremum. quum enim id advenit, tum illud quod præteriit, effluxit. Effectus Urfin. probe.

Effluere aliquid alicui dicitur, quod ipfe oblitus eft & memoria excidit. Cic. 6. Verr. 57. Nullo modo poffum omnia illius facta aut memoria confequi, aut oratione complecti. Genera ipfa cupio breviter attingere: ut hoc modo me commonuit Pifonis annulus, quod totum effluxerat.

Effluens, entis. [ἐκῥέων] Partic. Cic. de Univerf. 41. Itemque in eo influente atque effluente animo divino, ambitus illigabant.

Effluenter, Adv. Apul. Met. 2. p. 313. pro quo Affluenter alii.

Effluentia, æ. [ἐκῤοή] Plin. lib. 26. cap. 10. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non folum Venerem, fed effluentiam genituræ. Alii Affluentiam.

Effluus, a, um. dixit Avienus, non femel.

— fi flammis emicet ignis Effluus. & alibi,
— in pontum cadit effluus amnis.

Effluvium, ii. [ἔκρυσις] Plin. lib. 7. cap. 51. Profundi humoris e corpore effluvium.

Effluvium lacus, quo exundat, & fe exonerat. Tacit. 12. Ann. 57. Quum & convivium effluvio lacus appofitum magna formidine cunctos affecit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, &c.

Effluxio, ōnis. f. JCt. D. 43. t. 10. pr. Effluxiones non noceant domibus.

Effōco, [ἀποπνίγω] āre. Idem quod Suffocare. Sen. de Brevit. Vitæ, cap. 2. Afpice illos ad quorum felicitatem concurritur, bonis fuis effocantur.

Effŏdio, ōdi, offum, [ἐξορύττω, κατασκάπτω] ĕre. Extra fodere, five Foffam facere, vel Aliquid terra exerere. Martial. lib. 13. 60.

Gaudet in effoffis habitare cuniculus antris. Plin. lib. 9. cap. 51. Mus marinus in terra fcrobe effoffa, parit ova, & rurfus obruit terra.

Effodere e terra, pro Extrahere. Cic. 2. Off. 13. Argentum effoderetur penitus abditum. Ovid. 1. Met. 140.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Effodere ex terra. Plaut. Pfeud.

Effodere alicui oculos, pro Confodere, & excavare. Plaut. Trin. 2. 4. 62. Ter. Eun. 4. 6. 2. Oculi ilico effodientur. Cæf. 7. Bell. Gall. 4. & Cic. 3. de Nat. Deor. 91.

Thefaurum effodere. Pompon. in l. Thefaurus. D. ad exhibend.

Effodit illius memoria pectus meum. Cic. pro Marcell. 10. i. e. Graviffimum dolorem mihi infligit, quafi pectore penetrato, aperto, & vulnerato.

Effodiri, quartæ conjugationis legitur apud Plaut. Mil. 2. 3. 44.

Exfodio, pro Effodio. Plaut. Aul. 4. 8. 9. V. Taubm.

Effossus, Partic. [ἐξορυχθείς] ut, Oculi effoffi. Sen. OEdip. 12. Catul. in Siconium, 103. & Aurum effoffum, Sil. lib. 1.

Effoffis latebris. Virg. 4. Georg. 42. Alterum imperii lumen, Vell. 2. 52. 2. V. in ipfo v.

Effossio, ōnis. f. ut, Laboriofæ effoffiones. Cod. 11. t. 6. l. 3.

Effossor, in Digeftis.

Effodare, pro Effodere placet nonnullis in Plaut. Capt. 3. 5. 66. uti Feftus, Fodare pro Fodere.

Effŏdĭco, are. apud Hieron.

Effodicatio, ōnis. f. apud Auguftin.

Effœcundo, are. Idem quod Fœcundare. Vopifc. in Prob. cap. 21. Cum Sirmium veniffet ac folum patrium effœcundari cuperet & dilatari.

Effœmĭno, [ἐκθηλύνω] āre. In mollitiem muliebrem atque lafciviam convertere: cujus paffivum eft Effœminor. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Effœminarunt autem eum, Junonique tribuerunt, quod nihil eo mollius. h. e. Aërem fecerunt velut fœminam, Junonem appellantes. Idem 1. Tufc. 95. Cogitationibus moleftiffimis effœminamur. Cæf. 4. Bell. Gall. 2. Remollefcere homines atque effœminari ea re arbitrantur.

Fortitudinis quædam præcepta funt, ac pene leges, quæ effœminari virum vetant in dolore. Cic. 2. de Fin. 94.

Effœminatus, Partic. [ἐκτεθηλυμένος] ut, Homo effœminatus. Cic. pro Milon. 90.

Impurus, impudicus, effœminatus. Cic. 3. Philipp. 12. Cum autem omnis fervitus mifera, tum vero intollerabile eft fervire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem fobrio.

Effœminatum & molle. Cic. 1. Off. 129. Quibus in rebus maxime funt fugienda, nequid effœminatum aut molle, & nequid durum aut rufticum fit. Idem 4. Tufc. 64. Nam videndum eft in utrisque nequid humile, fummiffum, molle, effœminatum, fractum, abjectumque faciamus.

Effœminatæ artes. Plin. in Paneg. Idem ergo populus ille fcenici aliquando imperatoris fpectator & applaufor, nunc in pantomimis quoque adverfatur, & damnat effœminatas artes.

Effœminata opinio ac levis. Cic. 2. Tufc.

Effœminatæ voces. Plin. in Paneg. Et quis jam locus miferæ adulationis manebat, quum laudes imperatorum ludis etiam & comeffationibus celebrarentur, faltarenturque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, geftibus frangerentur? fed, &c.

Vox effœminata nefariis ftupris. Cic. pro Planc. 86. Furialis illa vox nefariis ftupris, religiofis altaribus effœminata, fecum & illos Confules facere acerbiffime perfonabat.

Compar. Val. Max. 9. 1. 7. Effœminatior fuit multitudo Cypriorum.

Superl. Cic. 16. Fam. 27. Effœminatiffimus animus. & Sen. Epift. 70. Effœminatiffima vox.

Effœminate, Adv. [θηλυδρίως] Cic. 1. Off. 14. Cavetque nequid indecore, effœminateve faciat.

Molliter & effœminate. Sen. ad Polyb. cap. 36.

Effœminatio, ōnis. f. Firmic. lib. 7. cap. 16. Omnium libidinum impuritates, cum extrema corporis effœminatione decernunt. Tertull. de Spect. cap. 25. & Apol. cap. 15.

Effœtus, a, um. [ἀποκυήσας, ἐξάντλητος] Quod fœtum emifit. Columel. lib. 7. cap. 12. Primus effœtæ partus amovendus eft, quoniam tiruncula nec recte nutrit.

Effœtus, i. e. Emiffus. Columel. lib. 8. cap. 5. de gallinis, Poftero die quum grex fuerit effœtus hoc modo deponitur. i. e. Quum totus pullorum grex fuerit exclufus. Effectus Urfin. probe.

Effœta gallina, Quæ amplius non parit, quafi Frequenti partu delaffata. Plin. lib. 10. cap. 53. Columel. lib. 7. cap. 3. Effœtus fenectute grex. Sic lib. 6. cap. 24.

Ætas

Ætas effœta. Lucret. lib. 2. 1150. [Immo Fracta.
Ager & effœtum solum. Virg. 1. Georg 81.
Effœtos cinerem immundum jactare per agros. Ubi Servius. Effœtos, Continua fertilitate lassatos: sicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Columel. in præfat. Quod existiment ubertate nimia prioris ævi defatigatum & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta.
Corpus. Cic. de Senect. 29. Libidinosa etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. h. e. Laxum & debile, ac libidinibus confectum. Ovid. 7. Met. 314.
Effœta veri senectus. Virg 7. Æn. 440. & 452. i. e. Delira.
Tellus effœta. Lucret. lib. 2. 1150. Tellus calore effœta. Lucret. lib. 6. 843.
Vinitor effœtus. Virg. 2. Georg. 417.
Vires effœtæ. Virg. 5. Æn. 396.
---- sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires. Effœtæ, i. e. Exhaustæ: & est translatio a mulieribus quas frequens partus debiles reddit. Servius. item Liv. 5. Vires corporis effœtæ, vel ut habet Cod. antiq. Affectæ.
Compar. Effœtior. apud. Apul. Florid.
Effœte, Adv. [ἐξαιτλήτως] Martial. lib. 2. 27.
Effœte, graviter, cito, nequiter, euge, beate. Al. Effecte.
Effor, V. Effari.
Effŏro, [ἐκτετραίνω] āre. Idem quod Perforare. Columel. lib. 9. cap. 1. Erit fissilis stipes, compluribus locis per latus efforatus.
Effractarius, Effractor, Effractura, Effractus. V. Effringo.
Effrenātus, [ἀχάλινος, προπετής] dicitur Qui cohiberi, & pro arbitrio nostro agi non potest, quasi Freno carens, vel freno reluctans, aut frenum non metuens. [Puto esse Particip. a verbo *Effreno* vel *Efreno*, Frenum detraho, abjicio, ut Elaqueo.
Effrenatus & furiosus. Cic. 1. in Catil. 25. Quo te jampridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat.
Languens & Effrenatus, contraria. Cic. 2. de Orat. 35. Ejusdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio.
Animus effrenatus. Cic. 7. Verr.
Audacia, vel cupido. Cic. 1. in Catil. 25.
Cupiditas. Cic. 3. Verr. 62. Projecta & effrenata cupiditas. Cic. pro Domo sua, 15. At videte hominis intollerabilem audaciam, cum projecta quadam & effrenata cupiditate.
Cupiditates. Cic. 3. de Fin. Quis unquam fuit aut avaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, &c.
Furor alicujus effrenatus & præceps. Cic. de Arusp. Resp. 2. Pisonis, cujus ego de effrenato & præcipiti furore quid dicam?
Libido. Cic. pro Cluent. 15. O libidinem effrenatam & indomitam!
Rabies Scytharum effrenata. Firmic. lib. 1. cap. ult.
Violentia hominis effrenata. Cic. 12. Philipp. 26.
Effrenatus fertur, aut libidine, aut iracundia. Cic. 3. Tusc. 10.
Homines secundis rebus effrenatos, & sibi præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. Cic. 1. Off. 92.
Compar. Cic. de Orat. 203. Vox quædam libera atque etiam effrenatior. Liv. 3. 50. Quo impunitior libido, eo effrenatior est.
Superl. Sen. Epist. 85. Quantulum sapienti damus si imbecillimis, fortior est, & mœstissimis lætior, & effrenatissimis moderatior? Et rursus Epist. 88.
Effrenāte, [προπετῶς] Adv. Cic. 14. Philipp. 26. Idem 4. Tusc. An propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaserit. h. e. Petulantius.
Temere & effrenate incitari ad potiundum. Cic. de Senect. 39. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur.
Effrenatio, [ἀκράτεια] Cic. 5. Philipp. 22. Quæ effrenatio impotentis animi?
Effrenus, Adj. [ἀκράτητος, δυσήνιος] Cui frenum detractum est. Liv. 4. 33. Effreno equo in medios ignes infertur.
Amor effrenus. Ovid. 6. Met. 465.
Gens effrena. Virg. 3. Georg. 382. i. e. Sæva, rectorem recusans. Servius.
Impetus effrenus. Sen. Agam. 12.
Juventa effrena. Stat. 1. Achil. 277.
Licentia effrena. Claud. de Bell. Get. 369.
Mors effrena. i. e. Violenta. Sen. Hippol. 2.
Effrĭco, [ἀποτρίβω] āre. pro Fricando excutere. Sen. Epist. 95. At illis, aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est.
Fricando eximo, extergo. Bud. ex hac Epist. Senecæ. H. St.
Scribitur & Exfricare. Apul. Met. 1. princip.
Effringo, ēgi, actum, [διαῤῥήγνυμι] ĕre. Idem quod Frangere, vel Vi quadam & maximo impetu concutere & disrumpere. Ter. Adel. 1. 2. 7. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Cic. 6. Verr. 52. & pro Cœl. 38.
Animam effringere. Sen. OEth. 11. Utinam liceret stipite ingesto impiam effringere animam.
Corpus effringere. Sen. Theb. 1.
Thesaurum. Plin. lib. 34. cap. 7.
Effringere dicuntur agricolæ, quum excitatæ grandiores glebæ franguntur. Author Varro. Imo vero Offringere, utique per quartam vocalem. V. Varron. lib. 1. cap. 29.
Notabile illud Silii lib. 1. 647.
Spumeus hic medio qui surgit ab æquore fluctus
— vestras effringet in urbes. V. Drakenb. ad loc.
Effractus, Partic. [διαῤῥηγμένος] Cic. pro Muren. 33. Eamque urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavisset, qua effracta & revulsa, tota pateret provincia.
Effractus fame, per translationem dictum, pro Consumptus. Plaut. Capt. Neque jejuniosiorem, neque magis effractum fame vidi.
Cerebrum effractum. Virg. 5. Æn. 480.
Cista effracta. Hor. 1. Epist. 17. 54.
Valvæ. Cic. 4. Verr. 94. Convulsis repagulis, effractisque valvis.
Urbs effracta. Stat. 9. Theb. 556.
Effractor, ōris. m. [κατεῤῥήκτης] Paulus in l. 3. D. de Officio præfecti vigilum, Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, &c. Idem in l. Finali D. de effractoribus. In effractores varie animadvertitur. Ulp. eodem tit. l. 1. Sed enim divus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere jussit provincia Africa unde erat, & urbe, & Italia.
Effractarius, [διαῤῥήκτης] Idem. Sen. Epist. 68. Vile videtur quicquid patet: aperta effractarius præterit.
Effractūra, æ. Ipse effringendi actus. Paulus in l. 3. D. de Offic. præf. vig. Effracturæ fiunt plerunque in insulis horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt.
Effrondesco, ĕre. Vopisc. Prob. cap. 19. Circus gratia novi viroris effronduit.
Effrons, quasi Sine fronte. Vopisc. in Numeriano cap. 13. Consilii semper alti, nunquam tamen effrontis, sed pudentis.
Effrons. *Effronté.* Gabriel Prateolus, qui scripsit Comment. in Despaut. ubi de Generibus nominum. Paris. 1567. H. St. Desiderabatur hæc vox in edit. Lugdun.
Effrutĭco, āre. Tertull. ad Nation. 1. 5. Necesse est in corpore & quantum velis integro aut puro, ut nævus aliquis effruticet, aut verrucula exsurgat aut lentigo sordescat.
Effŭgio, [ἐκφεύγω, ἐξαλύσσω, ἐκκλίνω, ἀλέομαι] ĕre. ejusdem cum suo simplici significationis.
Longe effugere. Lucret. lib. 3.
Nunquam hodie effugies. Virg. 3. Ecl. 49.
Nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet, si modo rerum usum percallueris. Cic. 2. de Orat. 147.
Effugere ex urbe. Plaut. Trin. 2. 4. 196. Et apud Cæs. 8. Bell. Gall. 24. Effugere ex agris.
Effugit rex e manibus. Cic. pro Lege Manil. 22.
Effugere de prælio. Cic. 2. Philipp.
Per manus infestas effugere. Ovid. 6. Fast. 344.
Effugere mari. Cic. 7. Verr. Neque mari effugere ullo modo.
Effugit sors ex sitella, quum nomen alicujus in sitella, vel cistella potius, conjectum, perit & evanescit. Plaut. Casin. 2. 6. 44.
Effugere patria. Plaut. Merc. 3. 4. 75. Clam patrem patria hac effugiam, ut aliquid capiam consilii.
Effugit memoria. Plaut. Bacch. 1. 1. 2. Ubi me effugerit memoria, ibi tu facito ut subvenias soror.
Voluptas effugit. Stat. 1. Sylv. 6. 52.
Effugere, pro Vitare ponitur, vel (ut ait Donatus) In totum fugere.
Aciem oculorum effugere. V. Acies.
Amorem alicujus effugere. Ovid. 13. Met. 745.
Calumniam. Cic. pro Cluent. 163.
Catenas, aut vincula. Hor. 2. Serm. 3. 71.
Crimen aliquod effugere. Ovid. 7. Met. 71.
Crimen inconstantiæ. Cic. 5. de Fin. Et Crimen ineptiarum. Cic. 3. de Orat.
Cruciatus. Quintil. in procem. lib. 6.
Diem aliquem. Cic. 4. Verr. 115. Sperabat Heraclius, si illum effugisset, ante alteram, &c.
Dolores intolerabiles effugere. Cic. 1. Q. frat.
Incursum alius effugere. Lucret. lib. 3. 750.
Infamiam crudelitatis. Cic. pro Lege Agr. 90.
Maculam aliquam. Ter. Adel. 5. 8. 31.
Maledictum omne effugere. Cic. pro Flacc. 7.
Manus. Cic. in Somn. Scip. 3.
Mortem non effugiunt. Virg. 11. Æn. 881.
Nuptias. Ter. And. 2. 1. 32.
Offensionem. Cic. 3. Verr. 102. In quibus non dubito quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere non possim. & 4. Fam. 4.
Peccata effugere. Ovid. 2. de Arte Am. 173.
Pericula effugere. Lucan. lib. 1. 116. Periculum. Cæs. 4. Bell. Gall. 35.
Plagam. Cic. 7. Att.
Pœnas. Cic. 3. de Nat. Deor.
Scelus aliquod effugere. Ovid. 10. Met. 342.
Speciem alicujus effugere. Cic. de Clar. Orat. 172.
Vincula effugere. Hor. 2. Serm. 3. 71.
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Visus alicujus effugere. Ovid. 3. Fast. 406.
Vituperationem. Cic. 16. Att. 7.
Effugiens, Partic. [ἐκφεύγων] ut, Anima effugiens. Lucan. lib. 3.
Effugiendus, [ἐκφευκτέος] Ovid. 2. de Arte Am. 52.
Hac nobis Minos effugiendus ope. Cic. 1. de Fin. 36. Dolorum effugiendorum gratia. Idem 1. Q. frat. 4. Quo ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimum.
Effugium, [ἐκφυγή, ἀποφυγή] Locus vel Via fugæ, ut, Mali unicum effugium. Sen. Hippol. 253.
Assequi effugium. Cic. 7. Verr. 165. Eum civem Romanum esse diceret: apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque usurpatione civitatis assequi potuerit?
Habere effugium. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.
Insidere effugia. Tacit. 3. Ann. 42. Qui effugia insederant. i. e. Loca per quæ effugere poterant.
Patet effugium. Liv. 26. 24. Ut, si effugium patuisset in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint.
Præcludere effugium alicui. Lucret. lib. 1. 973. i. e. Iter quo effugere possunt.
Pro Fuga usurpavit Virg. 2. Æn. 140. secund. Servium.
Effugia, æ. f. Hostia quæ effugit. V. Serv. l. c.
Effŭgo, In fugam ejicere apud Augustin. &c.
Effulcio, [ὑποστηρίζω] īre. Idem quod Fulcire: nisi quid addat præpositio. Virg. 7. Æn. 93. de Latino,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes;
Atque harum effultus tergo, stratisque jacebat Velleribus
Atria effulta montibus. i. e. Marmore exciso e montibus. Stat. 1. Theb. 145.
Fulmi-

Fulmina effulta metallis. Stat. 3. Sylv. 1. 5.
Effulgeo, si, tum, [ἀστράπτω] ēre. Idem quod vehementer fulgere. Occurrit apud Poëtas & in tertia forma, Effulgo, ĕre. Liv. 28. Nisi ex vehementi sole, qualis inter graves imbre nubes effulget, &c. Virg. 9. Æn. 110. Effulsit oculis lux. Et lib. 8. 677.
— instructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Ex hoc effulsit illud. Plin. lib. 4. cap. 1. Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit.
Ostro effulgens Lælius. Sil. lib. 16.
Effundo, [ἐκχύω, ἐκχέω, προχέω] ĕre. Fundendo in terram spargere. Plaut. Asin. 1. 3. 65. Effundit cibum: aves assuescunt.
Redundare & effundi dicitur mare. Cic. 2. de Nat. Deor. 116. Eademque ratione mare quum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æquabiliter, neque redundat unquam, neque effunditur.
Effunditur amnis in Atlanticum oceanum. Plin. lib. 3. cap. 1.
Effundi usurpatur ab Arnobio de Partu, pro Excludi.
Effundi dicitur de feminibus. Quintil. lib. 1. 3. pr. Quæ summo solo sparsa sunt femina celeriter se effundunt.
Effundere se dicitur civitas. Cic. ad Brut. Timore quodam perculsa civitas tota ad te se cum conjugibus & liberis effundebat. Liv. 34. Aliquanto major frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit. Effuderant se ex omni provincia legationes ad famam adventus ejus. Liv. 25. ita plane. Virg. 1. Georg. fin.
Ut, cum carceribus sese effudere quadrigæ.
Effundere ærarium. Cic. 3. Tusc. 48. Idem pro Lege Agr. 15. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium.
Animam effundere. Virg. 1. Æn. 97.
— mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaque animam hanc effundere dextra?
Copiam. Cic. de Clar. Orat. 36. Hæc enim ætas effudit hanc copiam oratorum. i. e. Produxit, emisit.
Crines effundere vertice. Lucan. lib. 1. 188.
Fortunas per luxuriam. i. e. Consumere. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Fletus. Virg. 2. Æn. 271.
Fruges. Hor. 4. Carm. 7. 11.
Furorem vinolentum in aliquem effundere. Cic. 12. Fam. 25. Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet.
Gratiam collectam. i. e. Perdere. Cic. 2. Fam. 16.
Herbas effundunt inimicissimas frugibus segetes fœcundæ & uberes. Cic. in Orat. 48.
Honores in mortuum. Cic. ad Brut. 15.
Impetum. Liv. 38. Si primum impetum, quem fervido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueritis, &c.
Iram. Liv. 39. Infensus omnibus in Maronitas iram effundit.
Ira effundi. Valer. 7. Argon. 34.
Lachrymas. Cic. pro Planc. 101.
Minas effundere. Lucan. lib. 5. 263.
Odium. Cic. 1. Fam. 9. Sed quum inclusum illud odium multarum in me injuriarum, quod ego effudisse me arbitrabar, residuum tamen, &c. i. e. Deponere.
Patrimonium, Prodigere, consumere. Ter. Adel. 5. 9. 34. Cic. 2. Off. 54. Multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Idem 3. Philipp. 3.
Pavorem. Liv. 10. Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem effundit. [Nisi legendum Offundit.
Querelas effundere. Lucan. lib. 2. 44.
Questus effundere pectore. Virg. 5. Æn. 780.
Rabiem. Sil. lib. 11.
Remedia Reipub. Cic. 2. Att. Qui omnia remedia Reipub. effuderunt.
Sanguinem effundere pro Rep. Cic. pro Milon. 101.
Spiritum extremum. Cic. 14. Philipp. Qui extremum spiritum in victoria effudistis.
Sumptus. Cic. pro Rosc. Amer. 68.
Verba effundere. Ovid. 1. Trist. 3. 45. Dolor effudit verba. Sen. Med. 7.
Verecundiam. Sen. Epist. 7. i. e. Amittere.
Vim telorum ingentem in inimicos. Liv. 27.
Vires in ventum. Virg. 5. Æn. 446.
Entellus vires in ventum effudit.
Vitam effundere. Ovid. 7. Epist. 181.
Vocem in turbam. Cic. pro Flacc. 68. A judicibus oratio avertitur, vox in coronam, turbamque effunditur.
Effundere quæ tacueramus. Cic. 16. Att. 7. Dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reversione mea lætatus, effudit illa omnia quæ tacuerat. Pro eo quod dicimus Effutire, largiter copioseque dicere. Ita, Cic. 1. de Orat. 159. Effudi vobis omnia quæ habebam. Idem pro Flacc. 41. Testis effudit quæ voluit omnia.
Effunditur stomachus in vomitiones. Plin. lib. 23. cap. 1. De iis quibus stomachi facultas, quam retentricem vocamus, est corrupta aut imbecilla, vel iis qui facile nauseant.
Effundere ac profligare peditatum. Sallust. Effuso ac profligato peditatu paulatim retrocedere cœperunt.
Effundi ad luxuriam dixit eleganter Liv. lib. 34. 6. Sine qua lege cum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Ita pæne Cic. Parad. 3. An temperantem eum dices qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? In luxum & epulas, &c. Tacit. 4. Hist. 36.
Effundi in questus, lacrymas, vota, &c. Tacit. lib. 1. 11. ita Liv. 45. Ad preces lacrymasque effundi.
Effusus, Partic. [ἐκκεχυμένος] Plin. lib. 9. cap. 29. Effuso atramento quod pro sanguine his est infuscata aqua absconduntur.
Effusus etiam eleganter dicitur pro Animi affectione & ingenii dispositione. Cic. 4. Att. 9. Pompeius in nos suavissime est effusus. Tacit. 1. Ann. 54. Dum Mæcenati obtemperat, effuso in amorem Bathylli. Liv. 29. Effusi in Venerem Numidæ.
Effusus equo pro eo quod est Delapsus. Liv. 10. 11. pr.
Effusa nuper corpora pro Infantibus recens natis apud Prudent. Cathem. quo sensu usurpatur etiam Effundo ab Ecclesiasticis: quod vide in suo loco.
Effusi in fugam. Liv. 2. Bell. Maced. Pars in fugam effusi sunt pars, &c.
Nos contra effusi lachrymis. Virg. 2. Æn. 651.
Amnis effusus super ripas. Liv. 1. 4.
Aquæ effusæ. Ovid. 2. Amor. 16. 27.
Civitas effusa obviam. Vell. 2. 45. 5.
Currus effusi carcere. Virg. 3. Georg. 104.
Cursus effusus. Liv. 28. 7. Attalus inermis atque incompositus, cursu effuso mare ac naves petit.
Fuga. Liv. 7. & 1.
Fructibus effusis ac dissipatis. Cic. 2. de Lege Agr. 88.
Grandine effusa præcipitant nimbi. Virg. 10. Æn. 803.
Honores effusi. Nep. 1. 6. 2.
Imber effusus nubibus. Virg. 4. Georg. 312.
Italia effusa. Cic. pro Deiot. 11.
Jubæ effusæ per colla. Sil. lib. 16.
Juventus agris. Virg. 7. Æn. 222.
Largitiones effusæ. Nep. 25. 6. 2.
Lætitia. Liv. 35. 43. Exceptus ingenti favore multitudinis, cum plausibus, clamoribusque, & quibus aliis lætitia effusa vulgi significatur.
Licentia effusa. Liv. lib. 4. Decad. 5.
Multitudo effusa velut ad spectaculum. Liv. 30. Plin. lib. 8. cap. 40.
Opes. Plin. lib. 7. cap. 25.
Risus effusus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 210.
Protinus effuso lætam se fingere risu.
Sinus. Liv. 21. 18. Et quum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt.
Compar. Cic. pro Cœl. 23. Quis in largitione effusior? i. e. Magis prodigus. Effusior fuga. Liv. 3. 5.
Superl. Effusissimis habenis invadere hostem. Liv. 37. 20. Effusissimo studio. Suet. Neron. cap. 40.
Effūse, Adv. [ἐκκεχυμένως] Abundanter, aut Prodigaliter. Cic. pro Cœl. 38. Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret.
Effuse invehentem sese hostem absterruit. Liv. 10. Bell. Pun.
Effuse aliquem diligere. Plin. Epist. 150.
Large effuseque donare. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat.
Effuse exultat animus. Cic. 4. Tusc. 13.
Effuse fugere. Liv. 3.
Effuse petulans. Cic. in Pison. 10.
Effuse vastare agrum nobilissimæ fertilitatis. Liv. 7. Bell. Pun.
Compar. Effusius dicere. Plin. 1. Epist. 20. Prædari. Liv. 34. 16. Flere. Curt. 9. 3. 3.
Superl. Effusissime diligere. Plin. Paneg. cap. 84.
Effusio, ōnis. f. [ἔκχυσις] ut, Effusio aquæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Effusiones hominum ex oppidis. Cic. in Pison. 51.
Effusio animi, cui Contractio opponitur. Cic. 4. Tusc. 66. Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.
Effusio, Prodigalitas. Cic. pro Rosc. Amer. 77. In hac vita, Judices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis?
Effusio pecuniarum. Cic. 2. Att.
Effusio in aliquem. Cic. 7. Att. 3. Illud probe judicas, neque satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione, illum in me liberalem fuisse. i. e. Liberalitate.
Inducta effusio. Liv. lib. 4. Decad. 5. Nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi.
Liberalitatem effusio imitatur. Cic in Partit. 81.
Effusorie, Adv. Ammian. 31. 16.
Effusorium, Gloss. ἐκχυτήριον.
Effūtio, [κολάω] īre. Imprudenter & impræmeditate loqui, nulla habita temporis, verborum, aut personarum ratione. Ter. Phorm. 5. 1. 20. Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis. Ubi Donatus, Effutiretis, Eloqueremini, evacuaretis, exinaniretis: ab eo quod est Effundere. Translatio est a vase, Futili nomine: quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet. Unde Futilis dicitur ejusmodi, ut nihil intra se contineat, & semper inanis sit. Hor. in Arte Poët. 231.
Effutire leves indigna tragœdia versus.
Effutire aliquid ex tempore. Cic. 5. Tusc. 88.
Temere de re aliqua effutire. Cic. 2. de Nat. Deor. 94. Certe ita temere de mundo effutiunt, &c.
Effutire (inquit Nonius) est Cum mendacio dicere. Cic. 5. Tusc. 88. Nec hæc sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. Lucret. lib. 5. 908.
Multa licet simili ratione effutiat ore. Nonius.
Effutiens, Partic. [κολάων] Cic. 1. de Nat. Deor. 85. Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere.
Effutitium. Vide in Evax. H. St.
Effutitus, Partic. [κεκολασμένος] Cic. 2. de Divin. 113. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti probata sunt.
Effutuo, Particip. vel Exfutuo, Scortando dilapidare. V. Suet. in Cæs. cap. 51. Hinc
Exfututus. Partic. Quod V. s. l.

## E G E

EG. Eger, Egit, Egregius, Ergo, Erga. EGM. Ejusmodi. EG. S. B. M. F. Erga se bene merito fecit. V. Grut. DCCLXXVII. 9.
Egelasta, æ. [Ἐγέλαστα] Oppidum est citerioris Hispaniæ, nativi salis fodinis nobilitatum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Hispania quoque

citeriore Egelastæ cæditur sal glebis pæne translucentibus. cui jampridem palma inter omnia salis genera a plerisque medicis perhibetur.

EGELESTANI, Hispaniæ citerioris populi, in conventu Carthaginiensi, inter stipendiariorum celeberrimos a Plin. numerati, lib. 3. cap. 3. ubi V. Harduin. Nomen utroque modo scribitur per a. & per e.

EGELO, āre. Cæl. Aurel. Tard. 3. 5. Cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egelari. i. e. Intepescere.

EGELATUS, apud eund. 4. 3.

EGELĬDOR, [χλιαίνομαι] āri. Gelu dissolvi. Sidon. 4. Epist. 1. Fibræ glaciales procul dubio emollirentur, egelidarentur. [i. e. Intepescerent.

EGELĬDUS, Adj. [χλιαρός] Quod non est calidum neque frigidum, Tepidum. Servius pro Valde frigido exposuit. Virg. 8. Æn. 610.

Ut procul egelido secretum flumine vidit.

Aqua egelida. Suet. Aug. cap. 82. Unguebatur sæpius, sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua vel sole multo tepefacta: adde Cels. 1. 8: 4. 2. & 11.

Notus egelidus. Ovid. 2. Amor. 11. 10.

Et gelidum Borean, egelidumque Notum.

Tepores egelidi. Catull. 44. 1.

Ver egelidum. Columel. lib. 10. 282.

Nunc ver egelidum, nunc est mollissimus annus.

Vinum egelidum. Cels. lib. 3. cap. 22. Tum vinum, si tussis non est, potui frigidum dandum: si vero est, egelidum.

EGEO, ui, [ἀπορέω, ὑστερέομαι] ēre. Aliqua re opus habere. Et tam genitivo quam ablativo jungitur. Cic. 2. de Fin. Qui consumptis patrimoniis egeant. Antiqui cum accusa. usurparunt. Plaut. Men. 1. 2. 12. Nec quicquam eges. Cato apud Gell. 13. 23. &c.

Æris egere. Hor. 1. Epist. 6. 39.

Authoritate egere. Cic. de Clar. Orat. 238. C. Macer authoritate semper eguit.

Auxilii. Cæs. 6. Bell. Gall. 10. Auxilio alicujus egere. Cic. 2. Fam. 17. Quidvis se perpeti malle quam videri eguisse auxilio meo.

Bibliothecis Græcis. Cic. 2. Tusc. 6.

Consilii & consilio. Cic. 7. Att. 21. Egeo consilii: quod optimum factu videbitur, facies. V. CONSILIUM.

Consolatione. Cic. 5. Fam. 16.

Copiis. Eorum qui copiis egent, infinita est multitudo. Cic. 1. Off. 52.

Humanitate. Plin. lib. 5. Epist. 114. Cui tanto major humanitas exhibenda est, quanto illa magis eget homo probus, officiosus, literatus.

Interpretatione non eget. Plin. lib. 6. Epist. 115. Ita hoc sæpe referebat, præcipere solitum suscipiendas esse causas, aut amicorum, aut destitutas, & ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? non eget interpretatione.

Literis de philosophia, non egere. Cic. 2. de Divin. 5. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Græcis de philosophia literis non egeant.

Medicinæ. Cic. 2. Fam. 3.

Mentis egere. Ovid. 2. Trist. 395.

Moderamine egere. Ovid. 2. Met. 67.

Monitoris egere. Hor. 1. Epist. 18. 67.

Oculis ad cernendum egere. Cic. 2. de Nat. Deor. 143. Quum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui tanquam involuti quiescerent.

Officio. Ovid. 5. Fast. 232.

Ope egere. Ovid. 1. Trist. 2. 66.

Pudoris. Plaut. Amph. 2. 2. 187. Saltem tute si pudoris egeas, sumas mutuum.

Rationis. Martial. lib. 6. 25.

Bella velint Martemque ferum, rationis egentes. Aliter Ratione egere res dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 115. Quæ non modo ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint sine summa ratione non possunt.

Rebus omnibus egere. Cic. 11. Att. Etsi egeo rebus omnibus.

Senatu, &c. Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, urbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus. Cic. 2. in Catil. 25.

Tempore egere. Cic. 3. Q. frat. 5. Incredibile est, mi frater quam egeam tempore.

Voce egere. Ovid. 6. Fast. 356.

Absolute etiam. Egere, Egenum & inopem esse. Cic. ad Brut. 15. Siquidem etiam Themistocli liberi eguerunt. i. e. Ad extremam paupertatem redacti fuerunt. Budæus. Plaut. Merc. 5. 4. 60. Et per nos quidem hercle egebit qui suum prodegerit. Cic. pro Rosc. Com. 22. Egebat? imo locuples erat.

Eget foris. Plaut. Mil. 3. 1. 43. Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris. Scil. Exemplo, i. e. Non est quod quæras foris.

Indigne egere. Cic. Anteq. iret in exil. 16. Quondam amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab invidis, partim ab inimicis circunventus eget indigne.

Egetur, Imperf. Plaut. Pseud. 1. 3. 39. Quid agitur Callidore? c. amatur, atque egetur acriter.

EGENS, [ἐνδεής, ἄπορος] Dicitur, inquit Festus, velut Exgens, cui ne gens quidem sit reliqua. Inscite. cum sit Partic. ab Egeo. Est vero proprie Egens, Cui desunt necessaria ad vivendum. Ter. Phorm. 2. 2. 10. Egens relicta est misera: ignoratur parens. Cic. de Amicit. 23. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent.

Servi & egentes. Cic. 14. Att. 10. Servique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi.

Egens æque est is qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Auth. ad Heren. lib. 4. 25.

Egentes, inanesque discederent. Cic. 4. Verr. 25.

Compar. & Superl. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Cic. 6. Att. 1. Ad eund. lib. 9. 7. Egestates tot egentissimorum hominum. Idem pro Sext. 111. Plura quam dicendum fuit in egentissimum ganeonem.

Egentissimus in sua re est, insolens in aliena. Cic. pro Rosc. Amer. 23.

Construitur ut Verbum.

Animo egens. Catull. Epigr. 61. 31.

Artis egens. Stat. 6. Theb. 673.

Coloris egens tellus. Ovid. 5. Fast. 222.

Prima per immensas sparsi nova semina terras,

Hujus egens tellus ante coloris erat. Hanc vero lectionem hodierna Exemplaria haud agnoscunt, sed prorsus diversam, scil.

Unius tellus ante coloris erat.

Consilii. Plaut. Bacch. 4. 4. 8. Nequius nihil est, quam egens consilii servus, nisi habet pectus multipotens.

Deliciarum. Hor. 4. Carm. 8. 10.

Fortuna egens homo. Cic. pro Flacc. 35. Quid ergo unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, &c. [i. e. Quoad fortunam, ratione fortunæ. Non igitur hic casus a participio regitur, sed Egens absol. pro Egeno.

Fructu amoris egens. Propert. lib. 3. 20. 30.

Frugis egens. Ovid. 11. Met. 120.

Lucis egens aër. Ovid. 1. Met. 17.

Opum. Plaut. Rud. 1. 5. 16. Nunc tibi amplectimur genua egentes opum.

Rebus omnibus egens. Cic. 6. Fam. 22. Necquid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, &c. reperiebam.

EGĔNUS, Adj. Pauper. Liv. 9. Omnium egena corpora humi prostraverunt.

Lucis egenus. Lucret. lib. 3. 1024.

Rerum cunctarum egenus. Sil. lib. 8. 12.

Decoris & frontis egenum corpus. Sil. lib. 6.

Nulla viro species decorisque, & frontis egenum Corpus.

Egenæ res. Plaut. Pœn. 1. 1. 2.

Sæpe ego res multas tibi mandavi, Milphio,

Dubias, egenas, inopiosas consilii. Idem Capt. 2. 3. 45. Neque me unquam deseruisse te factis, neque fide, rebus in dubiis, egenis. Virg. 8. Æn. 365.

— & te quoque dignum

Finge deo, rebusque veni non asper egenis.

In rebus egenis supplex. Virg. 6. Æn. 91.

EGĔNŬLUS, Adj. Paul. Nolan. 29. Epist. 12.

EGERII, Pauperes apud Romanos. Ita vocabatur Demarati filius ad quem nulla hæreditas erat ventura. V. Liv. 1. 34. & Dion. Halic. lib. 3. V. Scriptores de Nominibus, Familiis & Gentibus Romanorum apud Græv. &c.

EGESTAS, ātis. f. [ἀπορία, ἀχρημοσύνη] Indigentia. Virg. 1. Georg. 146.

— labor omnia vincit

Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Cæs. 6. Bell. Gall. 23. Cic. 4. de Fin.

Inopia atque egestas. Cic. 2. in Catil. 25.

Egestas ac mendicitas. Cic. in Parad. 6. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem & mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti.

Animi egestas. Cic. in Pison. 24. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam.

Copiarum egestas. Tacit. 4. Hist. 35. Nihil æque exercitus nostros, quam egestas copiarum fatigabat.

Linguæ egestas. Lucret. lib. 1. 140.

Sermonis patrii egestas. Plin. 4. Epist. 17. In deterius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenii mei: deinde inopia, ac potius egestate patrii sermonis.

Acris egestas. Lucret. lib. 3. 65. V. ACER.

Crudelis egestas. Valer. 4. Argon. 459.

Dira egestas. Juven. 15. Sat. 96.

Feralis egestas. Claud. 1. Epist. 23.

Gravis egestas. Lucan.

Non sibi, sed gravis est domino quæ servit egestas.

Infelix egestas. Claud. 1. in Ruff. 36.

Ingeniosa egestas rerum. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 31.

Mortalis egestas. Virg. 3. Georg. 319.

Proclivis sceleri egestas. Sil. lib. 13.

Sordida egestas. Virg. in Ætna, v. 370.

Non est divinis tam sordida rebus egestas.

Tristis egestas. Sen. Thyest. 3.

Turpis egestas. Virg. 6. Æn. 276.

Afferre egestatem. V. AFFERO.

Amittere egestatem. V. AMITTO.

Degere vitam in egestate. Cic. pro Rosc. Amer. 44.

Esse in egestate. Cic. 1. de Invent. 88. Si propter inopiam in egestate estis pecuniam non habetis, &c.

Sustentare egestatem. Cic. Post redit. in Senat. 10. Egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentavit.

Tentat enim dubiam mentem rationis egestas. Lucret. lib. 5. 1210.

Urgens egestas. Virg. 1. Georg. 146.

EGESTUŌSUS, & EGESTŌSUS, Adj. Aur. Vict. Epit. cap. 24. Ambros. Serm. 81. p. 380. Augustin. Epist. 254.

EGERIÆ Nymphæ, inquit Festus, sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere. V. ÆGERIA.

EGERMĬNO, [ἐκβλαστάνω] āre. Idem quod Germinare. Columel. lib. 5. cap. 5. Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminaverit, ad unam materiam revocato. Idem lib. 4. cap. 17. Quæ infra trunci caput egerminaverint.

EGERMINATUS, apud Augustin.

EGERMINATIO, apud Hieron.

EGĔRO, ssi, stum, [ἐκφορίζω, ἐκκρίνω] ĕre. Extra gerere, sive portare. Columel. lib. 2. Avium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Cato cap. 37. Et Plin. lib. 2. cap. 106.

Aquam egerit fons. Plin. lib. 5. Epist. 101. Idem 8. Epist. 20. Idem lacus in flumen egeritur.

Censum in exequias. Quintil. 5. Declam. 17. De profusis sumptibus. V. Burm.

Dapes egerere. Ovid. 6. Met. 664.

Et modo si posset, reserato pectore diras
Egerere inde dapes, emersaque viscera gestit.
Dies egeritur querelis & questu. Valer. 8. Argon. 454. h. e. Transigitur, exigitur.
Dolor egeritur. Ovid. 4. Trist. 3. 38.
Gaza egeritur. Lucan. lib. 3. 166.
Tunc Orientis opes, captorumque ultima regum
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
Egeritur.
Iras egerere. Stat. 4. Sylv. 4. 79.
— fractas ubi Vesbius egerit iras
Æmula Trinacriis volvens incendia flammis.
Prædam egerere ex hostium tectis. Liv. 6. 3.
Puerperia egesta. Plin. lib. 7. cap. 11.
Sermones, pro Disponere. Sen. Epist. 67. Multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, & ad te permittam.

EGESTUS, Partic. [ἐκκομισθείς] Columel. lib. 2. cap. 2. Sed & si velis scrobibus egestam humum recondere, &c.
Tellus egesta scrobibus. Ovid. 7. Met. 243.

EGESTUS, ûs. m. [ἔκκρισις] Sen. 3. Nat. Quæst. 30. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, &c.

EGESTIO, ōnis. f. [ἐκκόμισις] Plin. 8. Epist. 6. Hoc tunc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egestione contingeret.

EGERIES, ēi. f. Solinus cap. 53. Quum in fugam vertitur, proluvie citi ventris fimum egerit per longitudinem trium jugerum: cujus ardor quicquid attigerit, adurit: ita egerie noxia summovet insequentes.

EGERSIMON, Excitatorium. Mart. Capell. 9. p. 308.

EGESINUS, [Ἡγησῖνος] Philosophus, Evandri auditor, cujus meminit Cic. Acad. lib. 2. & 4. 16.

EGESTA, [Σίγεστα] civitas in Sicilia quam Æneas condidit, & ab Acestis matre Egesta sic nominavit. Plin. lib. 31. cap. 6. Hæc nunc Segesta dicitur, præposita ei litera s, ne obscœno appellaretur nomine. Ita Fest. meminit oppidi. Cic. 6. Verr. 72. Oppidum, inquit ille, pervetus in Sicilia.

EGESTA, [Ἔγεστα] Filia Hippotæ Trojani, quam, ne marinæ belluæ ob perjuria Laomedontis secundum Apollinis responsa traderetur, pater impositam naviculæ misit quo fors tulisset: quæ tandem ad Siciliam delata, a Crinifo fluvio in canem converso compressa, Acesten edidit. V. Serv. in 5. Æn.

EGESTAS. V. EGEO.

EGGYNA, Civitas in Sicilia. Cic. 5. Verr. 103. rectius Engyina. V. ENGUINA.

EGIGNO, Effero, produco. Lucret. lib. 2. 702. Egigni ramos vivo corpore.

EGILIUS, Viri proprium, de quo Cic. 2. de Orat. 277. Egilius homo festivus.

EGINIUM, [Αἰγίνιον] Tymphæorum oppidum, Ethiciæ confine atque Triccæ. Author Strab. lib. Geogr. 7.

EGLECOPALA, æ. f. Verbum Celticum. Plin. lib. 17. cap. 8. Columbinam terram Galliæ suo nomine Eglecopalam appellant.

EGNATIA, [Ἐγνατία] Ptolemæo, Apulorum urbs Ionio pelago, hodie *Juvenatium*, teste Olivario in Melam.

EGNATIA, Nympha in Apulia celebrabatur, a qua & loci nomen, ubi deam cultam fuisse proditum est, in cujus ara lignis superpositis extructisque, ignis sua sponte excitari accendique ab antiquis existimabatur. Plin. lib. 2. miraculi meminit, non autem nymphæ. V. Hesiod. in Theogon. & Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

EGNATIUS, Cic. pro Cluent. 135. Cn. Egnatius a Censoribus Senatu motus. De Gente Egnatia V. Fulv. Ursin. Fam. Rom.

EGNATIUS Mecennius, Romanus quidam fuit, qui uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfecit, quumque cædis postularetur, a Romulo est absolutus. Author Plin. lib. 14. cap. 19.

EGNATULEIUS, Nom. gent. Rom. Cic. 3. Philipp. 6. L. Egnatuleius Quæstor, cum quarta legione ab Antonio ad Octavium defecit. V. Fulv. Ursin. in hac gente.

EGO, mei, mihi, me, a me. [ἐγώ, ἐμοῦ] Pron. tractum a Græcis.
Ego, in principio narrationis. Ter. And. 1. 1. 8. Ego postquam te emi a parvulo, &c. Cic. 1. Fam. 1. Ego omni officio, ac potius, &c. Semper gravis est incœptio orationis (inquit Donatus) quæ exordium sumit a prænomine Ego.
Emphatice apud Poëtas. Vidi ego cum geminas. Sil. lib. 2. 340. V. Drakenb. ad loc. & Broekh. ad Tib. 1. 4. 29.
Ego sum Æschinus, aperite. Ter. Adel. 4. 4. 24.
Dico ego mihi insidias fieri. Ter. Eun. 3. 3. 26.
Sed quid ego? cur me excrucio? Ter. Eun. 5. 3. 15.
Nunc ego & illam sceleſtam esse, &c. Ter. Eun. 1. 1. 25.
Volo ego adesse hic advocatos nobis, &c. Ter. Eun. 4. 6. 27.
Et quidem ego. Ter. And. 5. 6. 3.
Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? Ter. And. 3. 2. 38.
Imo ego te obsecro. Ter. Eun. 3. 5. 14.
Ego vero. Cic. 11. Att. 7. Quod te excusas: ego vero & tuas causas nosco: & mea interesse puto, te istic esse. Ibid. Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis quæ me mordeant: ego vero in optimam.
Ego vero maneo. Ter. Eun. 5. 2. 55.
Ego vero istuc ago. Per ironiam dictum. Ter. And. 1. 2. 15.
Ego, tu: Discretive. Ter. And. 5. 6. 4. More hominum evenit, ut quod sim nactus mali, prius rescisceres tu, quam ego quod tibi evenit boni.
Ego faxim, & ego faciam: Ratio est loquendi seculi prisci, pro Fiet, eveniet. Plaut. Capt. prol. 65. Si erit, ego faciam, ut pugnam inspectet non bonam. Et in Aul. 3. 5. 21. Ego faxim muli pretio qui superant equos, fient viliores Gallicis canteriis. Turnebus.
Ego, pro Quod ad me attinet. Sallust. in procem. Catil. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti, incultique, vitam sicuti peregrinantes transegere. Quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque juxta æstimo. Quasi dicat, Hæc est mea sententia.
Ego ille. V. ILLE.
Ego sum ille Consul, cui, &c. Cic. 4. in Catil. 2.
Ego idem dixi. Cic. 1. in Catil. 7. Dixi ego idem in Senatu, cædem te optimatum contulisse in ante v. diem Calend. Novemb.
Idem ego. Cic. pro Sylla 20. Atque idem ego neque P. Syllam supplicem ferre, &c. potui.
Egomet. Plaut. Merc. 5. 2. 11. Egomet mihi comes, clavator, &c. Idem Mostell. 2. 1. 20. Egomet inquam vidi. Ter. Adel. 4. 3. 13. Egomet narrabo quæ mihi dixti. Cic. 7. Verr. 44. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ.
Vidi egomet. Virg. 3. Æn. 623.
Egomet jam hic ero. Plaut. Stich. 1. 2. 10.
Egomet mecum cogitare, &c. Plaut. Aul. 2. 8. 9.
Egomet, memet verberavi. Plaut. Amph. 2. 1. 60.
Egomet sum hic: animus domi est. Plaut. Aul. 2. 2. 4.
Egomet, pro Solus. Plaut. Amph. 3. 2. 49. Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.
Egomet. Plaut. Pœn. 1. 3. 33. Si nequeo facere ut abeas, egomet abire volo.
Egomet mihi. Cic. 7. Verr. Statui egomet mihi tum modum orationi meæ.
Egomet quoque ejus causa in funus prodeo. Ter. And. 1. 1. 88.
Egone? Ter. Eun. 5. 8. 1. Quid cœptas Thraso? T. egone, ut Thaidi me dedam, &c.
Egone debacchatus sum in te, an tu in me? Ter. Adel. 2. 1. 31.
Egone quid velim? Ter. Eun. 1. 2. 111. Nunquid vis aliud? PH. egone quid velim?
Egone illam? quæ me? quæ illum? Ter. Eun. 1. 1. 20.
Egone istuc dixi unquam? N. ita. Plaut. Bacch. 4. 7. 8.
Egone feram? Plaut. Curc. 1. 1. 10.
Egone, egone? Conduplicatum aliquid habet venustatis in interrogando. Plaut. Pœn. 1. 3. 19. Meum est istuc magis officium, quam tuum. A. egone, egone? si istuc lepide faxis, &c.
Mihi pulchra satis est. Plaut. Stich. 4. 1. 4.
Mihi sum. Plaut. Mostel. 4. 2. 4. Mihi molestus ne sis. TR. vide ut fastidit simia. D. mihi sum, sic sum.
Mihi tu dederis pallam? Admirative, & negative simul. Plaut. Men. 4. 3. 9. Mihi tu dederis pallam & spinter? nunquam factum reperies.
Mihi esurio, non tibi. Plaut. Capt. Esurire mihi videre. E. mihi quidem esurio, non tibi.
Mihine? Ter. And. 5. 2. 8. Quid istuc tibi negotii est? C. mihine? S. ita. C. mihine? S. tibi ergo. Ibid. 3. 1. 19. Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore. S. mihine quisquam?
Mihimet. Plaut. Amph. 2. 1. 50. Neque, ita me dii ament, credebam primo mihimet Sosiæ.
Me vivo. Plaut. Stich. 1. 2. 75. Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me vivo viris?
Me vide. Plaut. Trin. 3. 3. 79. Nihil de signo quod vereare, me vide.
Me miseram, Blandimentum mulierum, cum exclamatione quadam. Ter. And. 4. 5. 49. & Adel. 3. 2. 7. Me miseram, quidnam est quod sic video timidum & properantem Getam?
Mene quærit? S. verum. Ter. Adel. 4. 2. 4.
MI, MIHI, NOS. V. suis locis.

EGOVARRI, [Ἐγουάρριοι] Hispaniæ populi, in conventu Lucensi, dicente Plin. lib. 5. cap. 20. Et deinde conventus Lucensis a flumine Navilubione, Cibarci, Egovarri, cognomine Namarini, Jadoni, &c.

EGRA, [Ἔγρα Stephano] Oppidum Arabiæ, ad sinum Elaniticum.

EGREDIOR, [ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι] ēdi. ab Ex & Gradior compositum: & significat Exire. Ter. And. 5. 2. 2. Unde egreditur? Egreditur ab ea, i. e. De domo ejus. Ter. And. 1. 3. 21.
Egredi ex castris. Cæs. 1. Bell. Civil. 81.
E portu egredi. Cic. 6. Att. 8.
Ex provincia egredi. Cic. 15. Fam. 2. Erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam provinciam conarentur, &c.
Extra fines & terminos egredi. Cic. pro Quint. 35. Ibid. 36. Extra cancellos egredi.
Extra præscriptum egredi. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Egreditur subito. Ter. Eun. 4. 2. 14.
Egredi pedem e villa. Cic. 13. Att. 16. Quo facilius sustentari nos possemus, pedem e villa adhuc egressi non sumus.
Egredi obviam alicui. Liv. 1. ab Urbe. Et 3. Bell. Pun.
Domo egressus ad bellum. Cic. pro Ligar. 4. Domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli.
Porta egressus. Cic. 1. Tusc. 13.
Tectis egredi. Ovid. 11. Met. 182.
Urbe egredi. Cic. 2. in Catil. 2. Ipsum egredientem urbe prosequuti sumus.
Egredi suo officio. Ter. Phorm. 4. 5. 8. Dicat eam dare nos Phormioni nuptum. Et paulo post, Nos nostro officio nihil egressos esse.
A proposito egredi. Cic. de Clar. Orat. 82. Ut egrederetur a proposito ornandi causa, ut delectaret animos, ut permoveret, ut augeret rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur. Egrederetur, i. e. Digrederetur: quo verbo Cicero frequenter utitur.
Cum accusativo. ut, Terminos egredi. Tacit. 4. Hist. 51. Tanquam terminos ætatis, & concessa filio egrederetur. atque ita Plin. 7. Epist. ult.
Absolute etiam sæpe invenitur sensu nautico. Cæs. 4. Bell. Gall. 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, &c. Plene Cic. in Vatin. 12. Egredi e navi. Egressi navibus Justin. 2. 8. 3.

EGREDIENS, entis. [ἐκβαίνων] Partic. Cic. de Arusp. Resp. 2. Quum egredientem insequi cœpissem. Et 2. Catil. Ipsum egredientem urbe prosecuti sumus. Ter. Heaut. 1. 2. 8.

EGRESSUS, Partic. [ἐκβεβηκώς] ut, Rates egressæ. Ovid. 1. Trist. 10. 6. Propert. lib. 1. 20. 18.

Sexum

Sexum egressa. Tacit. 16. Ann. 10. Et Quintil. lib. 5. Juvenes nondum scholam egressi.
Virtus egressa modum. Stat. 10. Theb. 828.
Tecta altitudinem mœnium egressa. Tacit. 3. Hist. 30. 4.
Cum Senatum egressum vidi ad complectendum conservatorem suum. Cic. in Pison. 52.
An tu egressus porta Capena. Cic. 1. Tusc. 13.

EGRESSUS, ûs. m. [ἔκβασις] Cic. in Pison. 31. Itaque credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando.
Dare egressus. Ovid. 2. de Arte Am.
Tentare egressus. Sen. Agam. 10.
Rarus egressu Cæsar, domo, aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat. Tacit. 15. Ann. 53. 1.
Egressus, pro Egressione, seu Digressione, aut Parecbasi. Tacit. 4. Ann. Annales nostros cum scriptura eorum contenderit (i. e. contulerit) qui veteres populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes urbium, fusos captosque reges, aut discordias Consulum adversus Tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis & optimatium certamina libero egressu memorabant. Nobis in arcto & inglorius labor. Quintil. lib. 4. cap. 3. Parecbasin Græci vocant, Latini egressum, vel egressionem.

EGRESSIO, Idem quod Egressus. maxime apud Vulg. Interpr. S. S.

EGREGIUS, Adj. [ἔξοχος, ἐκλογιμος, ὑπέροχος] Excellens: quasi Ex toto grege electus, inquit Festus cum Donato in Hec. 1. 1. 9. ut, Egregius juvenis, Plin. Epist. 246.
In bellica laude egregius. Cic. de Clar. Orat. 84.
In procuratione civitatis egregius. Cic. 1. de Orat. 215.
Linguæ egregius. Sil. lib. 5. de Corvino.
Animæ egregiæ. Virg. 11. Æn. 24.
Author egregius. Virg. 10. Æn. 778.
Color egregius, integra valetudo. Cic. 2. de Fin. 64.
Corpus egregium. Hor. 1. Serm. 6. 67.
Decus egregium. Sil. lib. 4.
Domus egregiæ. Hor. 2. Serm. 3. 24.
Exercitatio egregia. Cic. 3. de Fin.
Facies egregiæ. Lucret. lib. 5. 1169.
Facinus egregium audere. Liv. 8. 24.
Forma egregia. Ter. And. 1. 1. 45. i. e. eminenti, præstantique, inquit Donat.
Gens egregia. Virg. 1. Æn. 445.
Indoles egregia & præclara ad dicendum. Cic. 1. de Orat. 131. In vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum esse cognovi.
Labor egregius. Sen. Troad. 1. 2.
Laudem egregiam referre. Virg. 4. Æn. 93.
Memoria egregia. Tacit. 4. Ann. 12.
Operam egregiam dare alicui. Cic. 4. Att. 3.
Opus magnum & egregium. Cic. 1. de Nat. Deor. 101.
Os egregium. Virg. 4. Æn. 150.
Pax egregia. Claud. in Nupt. Hon. 333.
Progenies egregia. Virg. 7. Æn. 258.
Saporis egregii oleum. Columel. lib. 5. cap. 8.
Virtutes egregiæ. Catul. in Argon. 62. 348.
Compar. Lucret. lib. 4. 468.

Nam nihil egregius quam res secernere apertas
A dubiis. Sed antiquum est, ab Egrex. q. V.

Superl. Cat. apud Prisc. lib. 3. & Gell. 14. 5.
Egregium publicum, peculiari usu, est Decus vel Bonum publicum. Tacit. 3. Ann. 70. Capito insignitior fama fuit, quod humani divinique juris sciens, egregium publicum & bonas domi artes dehonestavisset. V. Colerum ad loc. Pet. Fab. Semestr. 20. 12. & Sulp. Sever. Hist. Sacr. lib. 2. fin.
Egregia, substantive, pro Virtutibus. Tacit. 14. Ann. 60. Postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt.

EGREGIE, Adv. [ἐξόχως] Excellenter. Plin. in Paneg. 61. Egregie Cæsar, quod lachrymas parentum vectigales esse non pateris. Quasi dicat, Pauci sic facerent.
Egregie præter. Ter. And. 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat. Ubi Donatus, Hic Egregie, Valde, nimis, significat. Non est ergo ad laudem positum, hæc inquit, ut cætera similiter studebat.
Egregie chara. Ter. And. 1. 5. 38. Cic. 15. Fam. 14. Sed tamen quod ab eo egregie diligi sensi multo amicior ei sum factus.
Cordatus homo. Cic. 1. de Orat. 198.
Fidelis. Cic. 1. Q. frat. 14.
Fortis & bonus Imperator. Cic. 2. de Orat. 268.
Gratus. Cic. 2. Att. 22. Quod egregie non modo iis qui utuntur opera, sed etiam in vulgus gratum sentimus.
Factum. Hor. 2. Serm. 5. 106. Egregie facta ferramenta. Cic. 6. Verr. Gestæ res. Pers. 6. Sat. 49.
Instructa & armata classis. Liv. 6. Bell. Pun.
Loqui Græce. Cic. 2. de Fin. Quum uterque Græce egregie loquatur.
Munitum oppidum. Cæs. 2. Bell. Gall. 29.
Natus ad miseriam. Ter. Heaut. 3. 1. 11.
Pingere egregie. Cic. de Clar. Orat. 257. Præsertim quum pauci pingere egregie possint, aut fingere.
Placere valde & Egregie alicui. Cic. 14. Att. 22. Dolabellam valde placere tibi video, mihi quidem egregie.
Subtilis scriptor atque elegans. Cic. de Clar. Orat. 35.

EGREGIĀTUS, ûs. m. Dignitas Sequioris ævi. V. l. 3. Cod. Theodos. de Cohortal. princ. cornicular. Du Fresne Gloss. Guther. de Offic. Dom. Aug. 1. 4.

ĒGREX, ēgis. Egregius, Eximius. Isidor. Gloss.

EGRESSUS. V. EGREDIOR.

EGRETUS, & Adgretus, ait Festus, ex Græco sunt ducta, a surgendo & proficiscendo: Unde & Nyctegresia, quasi Noctisurgium. Ubi Dacer. V.

EGUITURI, Alpinorum populi enumerantur a Plin. lib. 3. cap. 20.

EGULA, æ. Genus sulphuris, lanis suffitu mollitiem candoremque inducens. Plin. lib. 35. cap. 15. Tertio quoque generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula vocatur hoc genus.

EGURGĪTO, [ἀπαρύομαι] āre. significat Exhaurio. Plaut. Epid. 4. 2. 12. Atque argentum egurgitem domo prorsum. adde Nonium 2. 265.
Perdam & stulte consumam ingentes summas. β. H. St.

EGURGITATIO, apud Augustin.

EGURGITATOR, apud Hieron.

## E H E

EHEM, [ἆ] Interjectio est ejus qui commotus sit nova re aliqua. Ter. Adel. 3. 3. 19. Ehem, Demea, haud aspexeram te: quid agitur? Idem Eun. 1. 2. 6. Quis hic loquitur? ehem, tune eras hic mi Phædria?

EHEU, [ἰού] Lamentantis, & lachrymantis interjectio. Ter. Heaut. 1. 1. 31. Quæso quid de te tantum meruisti? M. eheu. C. ne lachruma: atque istuc quicquid est, fac me ut sciam.
Eheu conditionem hujus temporis. Cic. Anteq. iret in exil. 30.
Eheu quid volui misero mihi. Virg. 2. Ecl. 58.

EHO, Interjectio vocantis & quærentis responsum, perinde ac si diceremus, O dic, vel ô dic mihi, Græce ὦ εἰπὲ vel ὦ εἰπέ μοι. subauditur enim verbum Dic, vel Veni, vel aliud simile. Ter. Hec. 2. 2. 25. Quæ res te facere id prohibet? eho, nunquidnam accusat virum?
Eho, Conturbatæ mentis interjectio. Ter. And. 4. 5. 41. D. coactus legibus eam uxorem ducet. M. eho obsecro, an non civis est? Ter. Heaut. 3. 3. 22. Nonne accedam ad illos? C. eho quæso una accedundi via est.
Animadversionem in se poscentis, aut repente cernentis. Ter. And. 4. 5. 9. Eho Mysis, puer hic unde est? quisve huc attulit?
Admirantis. Ter. And. 3. 2. 20. Eho an tute intellexti hoc assimulari? Ibid. 5. 4. 49. Propero ad filiam. eho mecum Crito. Hic admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus.
Interrogantis. Ter. Heaut. 3. 2. 26. Eho quæso, laudas qui heros fallunt?
Intentionem audientis exposcens. Ter. And. 4. 1. 42.

Eho, dic mihi, si omnes conjectum hunc in nuptias
Inimici vellent, quod nisi hoc consilium, darent?

Vocantis. Plaut. Mostell. 3. 2. 155. Eho, istum puer circunduce hasce ædeis, & conclavia.
Eho tu impudens. Ter. And. 4. 2. 27. Et Eun. 4. 4. 24. Eho tu num ego te?
Eho, tu Glycerium hinc civem esse ais? Ter. And. 5. 4. 5.
Convocantis, cum quadam celeritate. Plaut. Merc. 1. 77.

EHODUM, similiter Interjectio vocantis & simul quærentis ut respondeatur vel aliquid aliud fiat, Græce ὦ εἰπέ μοι, vel ἴθι δεῦρό μοι. Ter. And. 1. 2. 3. Dave? D. hem, quid est? S. ehodum ad me. i. e. O veni ad me.
Ehodum, bone vir, quid agis? Ter. And. 3. 5. 10. V. Donat.
Vocantis est cum indignatione amara. β. H. St.
Ehodum dic mihi. Ter. And. 2. 1. 24. Hic, Dic mihi, exprimitur, quod intelligitur superioribus exemplis.

## E J

EID. APR. Idus Aprilis. EID. MAR. Idus Mart. EIM. & EIMO. Ejusmodi.

EĪ, dativus ab Is, ea, id; aliquando habet qualitatis vim. Ter. And. 1. 5. 29. Eine ego ut adverser? h. e. Tali, tam bono. In metro plerunque monosyllaba dictio est, sicut Cui & huic: licet quandoque etiam duarum syllabarum reperiatur, ubi E modo corripitur, modo producitur. Juven. 14. Sat. 122.

— juvenes hortantur ut illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ. Lucret. lib. 6. 674.
Scilicet & fluvius, qui visus maximus ei. V. IS. f. l.

EJA, [εἶα] Adverbium est Correctionem aliquando significans. Ter. Eun. 5. 9. 35. Peristi. G. eja, haud sic decet. Idem. Hec. 2. 2. 8. Nunc video in illarum potestate esse te. P. eja vero.
Eja, ne. Ter. Phorm. 3. 2. 23. Eja, ne parum leno sies, nunquid hic confecit?
Eja, ut. Ter. Heaut. 5. 5. 19. Non possum pater. CH. eja ut elegans est.
Eja, Reprehendentis. Plaut. Merc. 5. 4. 38. Pergin' tu autem eja superbe invehere?
Eja, Hortantis. Plaut. Epid. 2. 2. 77. Eja vero age dic.
Eja autem? Repetentis. Plaut. Amph. 3. 2. 19. Inimicos ausa sum semper obtuerier. L. eja autem inimicos?
Eja, eja. Plaut. Pers. At pol multi esse ita sciunt. P. eja. S. eja.
Eja, In principio epistolæ positum. Plin. Epist. 94. Eja tu, quum proxime res agentur, &c.
Eja age rumpe moras, quo te spectabimus usque? Virg. 4. Æn. 569.

EJACŪLOR, [ἐξακοντίζω] āri. dep. vel, EJACULO, activ. Idem quod Longe vel Eminus jaculari. Plin. lib. 37. cap. 9. Species & colores arcus cœlestis in proximos parietes ejaculatur. Gell. lib. 16. cap. 19. Se in salum ejaculaverat.
In altum ejaculatus. Ovid. 6. Met. 259.
Repentinas ejaculatus aquas. Ovid. 1. Fast. 270.
Fistula aquas ejaculatur. Ovid. 4. Met. 124.

EJACULATIO, ōnis. f. Veget.

EJACULATOR, ōris. m. Idem.

EJECTAMENTUM, EJECTIO, EJECTITIUS, EJECTO. V. EJICIO.

EJĔRO & Deriv. V. EIURO.

EJĪCIO, [ἐκβάλλω, ἐξελαύνω] ĕre. Proprie est Excludere, & quasi Extra jacere.
Ejicere & excludere. Cic. 14. Fam. 3. Ejicere nos magnum fuit, excludere facile est.
Expellere, exterminare, ejicere. Cic. pro Milon. 102. Hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, ejicietur?
Admittere & ejicere contr.

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes. Ovid. 3. Trist. 7.

Retinere & Ejicere, contraria. Cic. pro Milon. Memoriam Milonis retinebitis? ipsum ejicietis, & erit dignior locus, &c.

Ejicere foras. Ter. Adel. 1. 2. 29. Lucret. lib. 4. 915.
Ejicere foras ædibus. Plaut. Asin. 1. 2. 1.
Ejectus hinc. Ter. Eun. 2. 2. 45. — Hoc nunc dices,
Ejectos hinc nos; omnium rerum heus vicissitudo est.
Ejicere e vel ex Senatu. Cic. de Senect. 42. Invitus quidem feci, ut fortissimi viri T. Flaminii fratrem C. Flaminium e Senatu ejicerem. Idem pro Cluent. Ejectus ex Senatu a Censoribus.
Ejicere aliquem a suis diis penatibus. Cic. pro Quint. 62.
Ejicere in exilium. Cic. in Parad.
Arenæ in littus ejectæ. Ovid. 11. Met. 615.
Extrudere & ejicere in viam. Cic. 2. de Orat. 234. Atqui, inquit Julius, non nimium liberale hospitium meum dices: nam te in viam, simul ac perpaululum gustaris, extrudam & ejiciam.
Ejicere navem in terram. Cæs. 3. Bell. Civil. 28.
Ratis ejecta. Ovid. 7. Epist. 172.
Ejicere se in agros. Liv. 6. Cic. 7. Verr. Jam sese in terram e navi ejecerat.
Ejicere sese ex oppido vel silvis. Liv. 8. Bell. Pun. Frequentes ex oppido sese ejecerant.
Se ejicere, suosque secum educere. Cic. 1. in Catil. 30.
Ejectus e mari. Plaut. Rud. 2. 7. 4.
Ejectus apud Andrum navi fracta. i. e. Naufragium passus est. Ter. And. 5. 4. 21.
Ejicere animum patris de aliquo Ter. Heaut. 5. 2. 2.
Ejicere ex animo amorem insitum. Cic. pro Rosc. Amer. 53.
Ejicere animi mollitiem. Ter. Eun. 2. 1. 16. Ejiciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo.
Ejicere ex animis memoriam alicujus. Liv. 8. Bell. Pun.
Ejiciam ex eis crepitum polentarium. Plaut. Curc. 1. 3. 16.
Ejicere dicitur mulier, subaudi Partum. Ulpian. in l. Si servus servum. §. Si mulier pugno. D. Ad legem Aquiliam, Si mulier pugno, vel equa ictu a te percussa ejecerit: Brutus ait Aquilia teneri quasi rupto. ἐκτρώματα, unde Vulva ejectitia.
Ejectum, Extensum Nonio. Virg. 10. Æn. 894.
— ejectoque incumbit cernuus armo.
Ejectus, Projectus, nullo funere elatus. Cic. in Pison. 19. Ab hoc ejecto cadavere quicquam mihi opis expectabam. Idem pro Rosc. Amer. 6. Damnatus & ejectus. Dixit idem in Pison. 82. Abjectum hoc cadaver.
Eicit, pro Ejicit: Eicit autem dissyllabum est, ut Reice apud Virg. 3. Ecl. 96.
Tityre pascentes a flumine reice capellas. Lucret. lib. 3. 890.
Nec radicitus e vita se tollit, & eicit. Idem lib. 4. 1267.
Eicit enim sulci recta regione, viaque Vomere, &c.

Ejecto, [ἐκβάλλω] āre. frequent. Plaut. Merc. 1. 111. Ne hic te opprimeret imprudentem, atque ejectaret.
Arenas ejectare. Ovid. 5. Met. 352.
Cruorem manantem ex ore ejectare. Sil. lib. 10. 277.
Favilla ejectata. Ovid. 2. Met. 231.

Ejectio, ōnis. f. [ἐκβολή] Cic. 2. Att. 18. Sed mortem & ejectionem, quasi majora timemus, quæ multo sunt minora.

Ejectiuncula; æ. f. Marcell. Empir. cap. 10.

Ejectatio, ōnis. f. apud Sidon.

Ejectitius, Adj. [ἐκβόλιμος] ut, Vulva ejectitia. Plin. lib. 11. cap. 27. Vulva ejecto partu melior quam edito: ejectitia vocatur illa, hæc porcaria.

Ejectamentum, [ἔκβλημα] pro Excremento, vel Re ejecta. Tacit. de Germ. 45. Diu quinetiam inter cetera ejectamenta maris jacebat. De succino loquitur. Etiam Apul. Apol. p. 297.

Ejectus, ûs. m. Lucret. lib. 4. 957.
Altior, atque foras ejectus largior ejus,
Et divisior inter se, ac distractior intus.

Ejectus, a, um. Partic. V. in ipso v. Ejecta, Absolute apud Jurisconsultos dicuntur, Quæ vel levandæ navis gratia mari committuntur, donec fors ea salvata restituat: vel quæ incendii caussa sub dium emittuntur priori domino, qui ea abjecit restituenda, ut qui animo ea possidere interim non destitit, ut vulgatis legibus sub titulo ad leg. Rhod. de jact. & de acquir. rer. domin. constat.

Eicosaedrum, [εἰκοσάεδρον] Figura est solida, quæ triangulis viginti æqualibus & æquilateris continetur Euclid. 2. Element. & 13. Probl. 4. Vicenorum sessuum exponit Bud. V. Henr. Steph. Thes. Gr. Scribitur & Icosaedrum.

Eion, onis. [Ἠιών] Locus est in Taurica Cherroneso, cujus meminit. Plin. lib. 6. cap. 6.
Stephano item Eion, Oppidum est Macedoniæ juxta Pieriam, quæ alio nomine Amphipolis dicitur.

Eiones, [Ἠιόνες] Vicus quidam erat, quam ejectis incolis Mycenæi navium receptaculum instituere: quo deinde vastato, ne statio quidem ipsa manet. Hæc Strabo lib. 8.

Eioneus, [Ἠιονεύς] Unus e Græcorum princip. qui ad Trojam profecti sunt ab Hectore interfectus, teste Homero.
Alter fuit ejusdem nominis Thrax, & pater Rhœsi regis, qui noctu a Diomede & Ulysse interfectus est, eod. Hom. teste, lib. 10. Iliad.

Ejŭlo, [ἀνοδύρομαι, κλαυθμυρίζομαι] āre. est Voce sublata flere: quod magis mulierum est proprium. Plaut. Aulul. 2. 4. 39. Quinam homo hic ante ædes nostras, ejulans conqueritur mœrens? Cic. 2. Tusc. 19. Ipsum enim Herculem viderat in OEta magnitudine dolorum ejulantem.

Ejulatio, ōnis. f. [κλαυθμύρισις] Ploratus rationis expers. Plaut. Capt. 2. 1. 7. Ejulatione haud opus est, oculis multa misera cuditis.
Lugubris ejulatio. Cic. 2. de Legib. 59. V. Lugeo.
Virilis ejulatio. Hor. Epod. 10. 17.

Ejulātus, ûs. m. [κλαυθμυρισμός] Idem. Cic. de Arusp. Resp. 39. Non sunt illi ejulatus & gemitus Philoctetæ, &c. Idem 2. Tusc. 55. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem.
Hunc ejulatum quem gemis, cuncti gemunt. Sen. OEth. 74.

Ejulabĭlis, Apul.

Ejulĭto, āre. frequent. Lucil.

Ejuncĭdus, Adj. Debilis, gracilis, languidus, & valde junceus. Varro 1. de R. R. cap. 31. Ejuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile.
Mulier ejuncida. Varro 2. de R. R. cap. 10. Audii te dicere, quum in Liburniam venisses, te vidisse matresfamiliâs eorum, afferre ligna, & simul pueros quos alerent, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fœtas nostras quæ in conopeis jacent dies aliquot, esse ejuncidas ac contemnendas. Sic enim legunt docti. ubi codd. Leuuncidas, Lenuncidas, vel Luridas mucidas, vel Lenimucidas.
Vitis ejuncida. Plin. lib. 17. cap. 22. Aliâs festinatione pariendi gracilis & ejuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fœtum abeat tota. Ubi vulgo legitur Emucida. Est autem Vitis ejuncida, Gracilis, languida, debilis, macra.

Ejuncesco, ĕre. Plin. lib. 17. cap. 22. Vitis ejuncescit. Ita Harduin. olim Evanescit. V. ipsum ad loc.

Ejūro, & Eiĕro, [ἐξόμνυμι, ἀπαξιόομαι] āre. Est quod vulgo dicitur Renuntiare. Plin. lib. 1. Epist. penult. Et quasi ejurato magistratu privatum me facerem.
Ejurare judicem, pro eo quod, Recusare judicem, barbare dicitur, vel tanquam Jurejurando testari se recusare. Cic. 5. Verr. 138. Negotiatores putant esse turpe id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotientur: Prætor provinciam suam totam sibi iniquam ejurat. Cic. 2. de Orat. 185. Placet etiam mihi illud Scipionis illius qui T. Gracchum perculit, quum & M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset, Ejero, inquit, iniquus esse. quum esset admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. Quo loco non desunt qui legant Dejero.
Imperium ejurare. Tacit. 3. Hist. 68. 7. Prævenerat rumor, ejurari ab eo imperium.
Liberos. Sen. Consol. ad Marc. cap. 19.
Magistratum ejurare. Tacit. 12. Ann. 4. i. e. Deponere.
Militiam. Plaut. apud Festum in Ejuratio.
Pompam diaboli, ap. Ecclesiasticos. Tu si diaboli pompam ejerasti. Tertull. de Idol. c. 18.
Ejurare bonam copiam, est Jurare sibi copiam non esse æris alieni dissolvendi. Cic. 9. Fam. 16. Tu autem quod mihi bonam copiam ejures, nihil est. Tum enim quum rem habebas, quæsticulis te faciebam attentiorem. Unde apud Varr. 6. de L. L. extr. Restituendum verbum putaverim, quod unius literæ ademptione omnem sensus gratiam perdidit. Sic enim ait, Liber qui operas suas in servitute pro pecunia quam debeat dat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære Obæratus. Hoc C. Popilio rogante, Sylla Dictatore sublatum, ne fieret, & omnes qui bonam copiam jurarent, ne essent nexus dissoluti. Quod multo planius erit, si ejurarent, legas, ut sit sensus. Si jurejurando negarent sibi facultatem dari eo se ære liberandi, atque mecum sentit Manutius ad loc. Cic. laud. Victorius contra Ciceronem ex Varrone corrigi malit.

Ejūrator vel Ejerator, JCt. in Dig.

Ejusmŏdi, [τοιοῦτος] Nomen indeclinabile, compositum ex Ejus & Modi. Ter. And. 1. 1. 66. Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi, &c. Cic. 1. Acad. Nihil enim ejusmodi celare possumus.
Genus belli est ejusmodi quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debet. Cic. pro Lege Manil. 6.
Ejusdem modi: cui opponitur Dissimilis. Cic. 4. Acad. 77. Alios dissimiles, alios ejusdem modi mundos esse.

## E L A

EL. Elata, Elatus. EL. EST. Elata est.

Elābor, [ἐξολισθαίνω, ἀποφεύγω, διεκπίπτω, ἐκπροδιδράσκω] ābi. Effugere. Virg. 2. Æn. 526.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites. Cic. 10. Fam. 23.
Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis.
Elabi & abire. Cic. 1. de Divin. 46. Nam quum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, quum se convolvens sol elaberetur & abiret.
Excidere casu aliquo & elabi. Cic. 1. in Catil. 16. Idem pro Domo sua, 104. Ex isto ore, religionis verbum excidere aut elabi potest, &c.
Cum vinclis elapsus. Stat. 6. Theb. 884.
Pugnam, aut vincula elapsi. Tacit. 1. Ann. 61.
Custodias Vitellii elapsum. Tacit. 3. Hist. 59.
Elabi, de, vel e, sive ex manibus. Cic. 1. Att. 13. Elapsus e soceri manibus ac ferro. Idem pro Muren. 85.
Elapsus ex prælio. Cæs. 5. Bell. Gall. 36.
Elabi inter tela & gladios alicujus. Liv. 1. 53. Et lib. 8. Bell. Pun.
Elabi inter tumultum.
Sinuoso flexu elabi. Virg. 1. Georg. 244.
E memoria elabi. Author ad Heren. lib. 3.
Elabi ex criminibus. Cic. 4. Verr. 142. Idem 3. Verr. Idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare?
Elabi suspicione. Cic. 3. Verr. 102. Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres?
Ex confessione inscitiæ suæ non potuit urbanius elabi. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Elabitur mos & disciplina de manibus. Cic. pro Flacc. 15. O morem præclarum, disciplinamque quam a majoribus accepimus, siquidem teneremus: sed nescio quo pacto de manibus elabitur.
Elabitur assensio. Cic. 1. Tusc. 25. Sed nescio quo modo dum lego, assentior: quum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio illa omnis elabitur.

Elapsus, [ἐξολισθηκώς] Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Quod quum ex utero elapsum excidit.
Anguis elapsa ex oculis hominum. Liv. 6. Bell. Pun.
Animi elapsi corporibus. Cic. in Somn. Scip. 22. Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, &c. corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur.

Liber

Liber elapsus dicitur Quintiliano, qui præ festinatione excidit. V. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Spes elapsa. Plaut. Capt. 3. 5. 101.
Verba elapsa reprehendere. Ovid. 11. Epist. 53.
Vita. Lucret. lib. 3. 971.
Imperfecta tibi elapsa est, ingrataque vita.

ELAPSIO, JCt. in Dig.

ELABILIS, apud Sidon.

ELABŌRO, [φιλοπονῶ, ἐκπονῶ, ἐπεξεργάζομαι, προσεξεργάζομαι] āre. Summo labore & diligentia eniti, conari. Cic. Nihil mihi ita elaborandum est, quam ut consilia nemo intelligat.
Elaborare & elucubrare. Cic. de Clar. Orat. 212. Deinceps inde multæ quas non minus diligenter elaboratas etiam quam elucubratas afferebamus.
Elaborare & efficere. Cic. 9. Fam. 16. Sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad illorum benevolentiam conciliandum & colligendum, summo studio me consequutum esse, &c.
Eniti & elaborare, ut. Cic. 16. Att. 18. Apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut Plancus quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua.
Elaborare ut prosis alicui. Cic. 2. de Orat. 295. Non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut nequid obsim.
Elaborare ad judicium alterius. Cic. 1. de Fin. Sed neque tam docti tunc erant, ad quorum judicium elaboraret.
Ex tempore elaborare. Cic. de Petit. Conf. 20. Tamen ex tempore elaborare ejus causa cui debent & volunt, facile possunt.
De industria, non ex insidiis, sed aperte ac palam elaborare. Cic. in Orat. 38.
Elaborare in re. Cic. 1. Off. Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus.
Elaborare in disciplinis, & illis studere. Cic. 1. Verr. 30. Si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses, & in his elaborasses; si, &c.
Elaborare in aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 8. p. 158. Burm.
In literis elaborare. Cic. de Senect. 26.
Desudare & elaborare in re aliqua. Cic. de Senect. 38. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis, in his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero.
Contentione & dimicatione in aliqua re elaborare. Cic. 2. Fam. 5.
In re aliqua separatim elaborare. Cic. 1. de Orat. 9.
Elaborare aliquid, pro Artificio excolere. Plin. lib. 34. cap. 3. Sic Elaborata ars apud eundem lib. 25. cap. 12.
Elaborare saporem dicuntur epulæ. Hor. 3. Carm. 19.
Instituere & elaborare orationem. Cic. pro Cœl. 45. Oratio & bonis artibus instituta, & cura & vigiliis elaborata.
Elaborari dicitur locus, qui ædificiis ornatur. Plin. Epist. 17.

ELABORĀTUS, [ἐπεξειργασμένος] Partic. Cic. de Clar. Orat. 26. Hæc est a Græcis elaborata dicendi vis atque copia. Cic. pro Lege Manil. Statueremque nihil huc nisi perfectum ingenio elaboratum industria afferri oportere.
Ars elaborata. Plin. lib. 25. cap. 12.
Concinnitas elaborata. Cic. in Orat. 84. Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat.
Curriculum industriæ alicujus elaboratum. Cic. 7. Philipp. 7. Omne enim curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est.
Imperio elaborato a parentibus. Justin. lib. 1. de Nino juniore. i. e. Magnis laboribus quæsito & parto.
Munus. Cic. 13. Att.
Pes non elaboratus. Hor. Epod. 14. 12.
Qui persæpe cava testudine flevit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Ornati & elaborati versus. Cic. in Orat. 36. Omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus.

ELABORATIO, ōnis. f. [ἐκπόνησις] Author ad Heren. Aliquid sine elaboratione & operæ consumptione invenire.

ELABORĀTUS, ûs. m. Idem. apud Apul.

ELAEOTAS, [Ἠλαιώτας] Straboni fluvius est, per Antiochiæ campum, qui Pagris subjacet, fluens. V. lib. 16.

ELĂCĀTA, æ. vel ut apud Festum legitur, ELACATENA, Genus salsamenti, quod appellatur vulgo *Malandrea*. Columel. lib. 8. cap. 17. Tum scombri charcharique, & elacatæ ventriculo: & ne per singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta, &c.

ELACATÆUM, [Ἐλακάταιον] Mons Thessaliæ, Jovis Elacatæi templum habens. Stephan.

ELACTESCO, [ἐκλευκαίνομαι] ĕre. h. e. In albedinem lactis converti, & lacteum colorem præ se ferre. Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita addensari sub dio, atque elactescere. Ex vetusto codice legitur Lactescere.

ELÆA, [Ἐλαία] Urbs est Asiæ in Æolia, Pergameorum navale, quæ Cidænis nominata fuit, posita a Menestheo.
Est & alia urbs Elea Italiæ, quæ E simplici scribitur, unde dicuntur Eleatæ vel Elitæ: illi vero, Elaitæ. V. f. l.
Est & Elæa Phœnicum urbs inter Tyrum & Sidonem, tanquam amicorum.
Præterea Elæa navale Bithyniæ juxta Mysiam.
Postremo & lacus quidam Æthiopiæ, & hoc nomine tres insulæ. Stephan. de Urbibus.

ELÆEMPORIA, [ἐλαιεμπορία] Olei coemendi cura. l. ult. §. 19. ff. de mun. & hon.

ELÆŌDES, [ἐλαιώδης] Oleaginum, unguinosum. Celf. 5. 24. 2. & 5. 26. 20.

ELÆOGĂRUM, [ἐλαιόγαρον] Apic. 7. 3.

ELÆOMŎLŎCHE, [ἐλαιομολόχη] Herba Ibiscus sive Bismalva. Apul. de Herb. cap. 38.

ELÆOMELI, [ἐλαιόμελι] Olei species, e quodam arboris caudice manans in Syriæ Palmyris, melle crassior, sapore dulci. Ejus naturam & vires vide apud Dioscor. lib. 1. cap. 37. Plin. l. 15. c. 7. extr. Idem lib. 23. cap. 4. Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo, non sine nausea, alvum emollit.

ELÆŎN, [ἔλαιον] Latini Oleum vocant.

ELÆŌN, [ἐλαιών] Olivetum, item Cella olearia. Tertull. adv. Marc. 4. 39. Ad noctem in Elæonem secedebat.

ELÆONES, [ἐλαιῶνες] Curator oleo coemendo. Arcad. l. ult. D. de munerib. & honor. Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum specierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris est.

ELÆOPHYLLUM, [ἐλαιόφυλλον] Diosc. 3. p. 140.

ELÆOTHESIUM, [ἐλαιοθέσιον] Latine Unctorium, & sumitur pro Loco ubi unctores corpora ungere solebant post lavationem. Vitruv. lib. 5. cap. 11.

ELAGABALUS. V. HELIOGABALUS.

ELAIS, Una ex tribus filiabus Anii, Apollinis & Rhoëo filii, quæ quicquid tangebant, in triticum, vinum ac oleum statim vertebatur. Author Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 15.

ELAINOS, [Ἔλαινος] Montis nomen, prope Phigaliam Arcadiæ urbem, stadiis plus minus triginta, in quo Cereri sacrum antrum quam Μέλαιναν cognominant, i. e. Nigram, pullatamve. Hæc Cæl. Rhodig. lib. 15. cap. 31.

ELAITICA Præfectura, [Ἐλαΐτης νομὸς] Una est ex Ægypti præfecturis, ad dextram Canopicæ fossæ, a fratre primi Ptolemæi appellata: non ab heroe, ut quidam volunt, e quibus est Artemidorus. Verba sunt Strab. lib. 17.

ELAITICUS Sinus, [Ἐλαϊτικὸς κόλπος] Cui ex adverso Lesbiorum insula consurgit. Strab. lib. 13. Post Cumam, inquit, sunt Adæ, deinde post stadia XL promontorium nomine Hydra, quod ad adversum promontorium Hermatuntem, Elaiticum sinum efficit. V. & lib. 12, ubi de eo fit mentio.

ELAMĪTÆ, [Ἐλαμῖται] Dicti sunt Persarum principes, ab *Elam* filio *Sem*, ut ait Josephus. 1. 14. conf. Reinec. Hist. Jul. Vol. 2. f. 14. seqq. Strictius autem sumpti Elamitæ Parthis opponuntur. Esr. 4. 9. Act. 2. 9.

ELANA, [Ἔλανα] Urbs est in altero recessu Arabici sinus, qui apud Gazam est, nomine Elaniticus. V. Strab. lib. 16. Al. Læana & Elana. unde Elanitæ q. V.

ELANGUEO, [ἐκλυθερμαίνω, ἀσθενῶ] ēre. Languore confici & quodammodo contabescere. Plin. de Viris Illust. Quumque urbem capere posset, in Campaniam divertit, cujus deliciis elanguit. Valer. 4. Argon. 527.
Hæsit uterque polo, dubiisque elanguit alis.
Elanguit cura hominum. Liv. 3. Bell. Pun. h. e. Segnis & vana fuit.
Differendo deinde elanguit res. Liv. 5. ab urbe. [Videntur hæc omnia ad v. seq. referenda.

ELANGUESCO, [ἐκμαραίνομαι] ĕre. Valde infirmum fieri. Liv. 1. Ut elanguescendum aliena ignavia esset. Gell. lib. 2. In quibus eorum omnis vigor animi, corporisque elanguescit, & quod Salustius ait, effœminatur.
Dictis elanguescere. Stat. 11. Theb. 382.
Cornus elanguescens, & jam casura. Sil. lib. 4.

ELANGUĬDUS, Fortun. 1. Mart.
Paullatimque focis elanguida ligna resorbet.

ELANITICUS, Sinus in Arabia, cui ELANITÆ vel Leanitæ populi, qui ipsum incolunt, nomen dedere. Quidam Ælaniticum al. Læaniticum scribunt. V. plura apud Plin. lib. 6. cap. 28. conf. ELANA, & ÆLANA.

ELAPE, Genus serpentis. Plin. lib. 32. cap. 5. Salsamentorum cibus prodest a serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita ut sub vesperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter a Chalcide, Ceraste, aut quos Cepas vocant, aut Elape, Dipsadeve percussis.

ELAPHĒBOLIA, [Ἐλαφηβόλια] Festa quæ celebrabantur mense Februario ab Atheniensibus, in quibus cervi Dianæ Elapheboliæ sacrificabantur, unde & mensis ipse Elaphebolion dictus.

ELAPHEBOLIŌN, [Ἐλαφηβολιών] Mensis nomen est apud Græcos, qui nostro Decembri fere respondet: ita dictus, a cervorum venatione, qui ex consuetudine Dianæ eo mense offerebantur. Gaza tamen Februarium vertit.

ELAPHIÆA, æ. f. Diana. V. Pausan. lib. 6.

ELAPHITES, Insulæ sunt numero tres, XII. M. pass. a Melita (a qua Melitei canes Callimacho dicuntur) distantes, Chioque ac Samo finitimæ. Author Plin. lib. 3. cap. ult. & lib. 5. cap. 31.

ELAPHOBOSCON, [ἐλαφόβοσκον] Herba de qua Plin. lib. 22. cap. 22. Hanc herbam monstravere cervæ, ut ait idem lib. 25. cap. 8. Officinæ & herbarii Gratiam Dei vocant.

ELAPHONNESUS, [Ἐλαφόννησος] Insula Asiæ. Plin. lib. 5. cap. ult. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris & Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, &c.

ELAPHOSCŎRŎDON, i. n. [ἐλαφοσκόροδον & ἐλαφοσκόρδον] Genus allii de quo Diosc. lib. 2. cap. 182.

ELAPHUS, [ἔλαφος] Cervus, item Placentæ genus est, in elapheboliis confici solitum ex sesamo & farinæ flore. V. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 10.

ELAPHUSA, [Ἐλαφοῦσα] Insula est ante Corcyram, non procul ab his duabus quæ Paxae vocantur, ad Leucadiam sita. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

ELAPIDO, [τὰ λίθων καθαίρω] āre. Lapidibus purgare terram, vel Lapides amovere. Plin. lib. 17. cap. 47. At in Syracusano agro advena cultor elapidato luto sole perdidit fruges. Budæus legit, Elapidato solo lutoso.

ELAQUEO, Laqueo, vel Nexibus expedire. Prudent. & Sidon.

ELAQUEATUS, Partic. Marcellin.

ELARGIOR, [χαρίζομαι] īri. Idem quod Largiri: nisi quod compositio aliquid addit vehementiæ. Liv. 3. 1. Possessores & magna pars patrum Tribunitiis se jactare actionibus, principem civitatis, elargiendo de alieno, popularem fieri quærentes al. Et largiendo.
Elargiri patriæ, clarisque propinquis. Pers. 3. Sat. 70.

ELARGITIO, in Cod.

ELARGĪTOR, in Dig.

ELASSESCO, [κατατρύομαι] ĕre. Lassum fieri, vel Lassitudine deficere. Plin. lib. 16. cap. 25. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.

ELATE.

ELATE. V. EFFERO, effers.
ELATE, es. f. [ἐλάτη] Genus palmæ. Plin. lib. 23. cap. 5. Palma, sive elate, sive spathe, medicinæ confert germina, folia, corticem. Involucrum novi fructus palmæ arboris sec. Dioscor. & Theophrast.
ELATE, Civitas in Locris, non procul ab Opunte, ut scribit. Plin. lib. 4. cap. 7.
ELATERIUM, [ἐλατήριον] Plin. lib. 20. cap. 1. Cucumim sylvestrem esse diximus multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum quod vocatur elaterium, succo expresso e semine. Succus est expressus ex eo agresti cucumere, qui vulgo cutumer asininus dicitur. V. Diosc. lib. 4. cap. 149.
ELĀTĪNE, es. f. Herba, quæ folia helxinæ habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisve: a radice statim foliosis: nascitur in segetibus: acerba gustu. Plin. 27. cap. 9. Diosc. 4. 38.
ELATIO, ōnis. V. EFFERO.
ELATĪTES, Lapis. Plin. lib. 36. cap. 20.
ELATIUM, Civitas. Plin. in descriptione Hierapolis lib. 5. cap. 26. Ultra Palmyram quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Hemesa, item Elatium, dimidio propior Petræ quam Damascus.
ELATRIA, [Ἐλάτρια] Civitas non longe a Cichyro. Strab. lib. 7.
ELATRO, [ἐξυλακτέω] āre. Compositum a Latrare. Hor. 1. Epist. 19.
— Scilicet, ut non
Sit mihi prima fides; & vere quod placet, ut non
Acriter elatrem. i. e. Omni rabie vociferem ac defendam. Porphyr. adde Tertull. de Pallio, cap. 5.
ELATRATIO, apud Firmic.
ELATRATOR, in Dig.
ELATUM, Flumen in Arcadia, quod mulieribus conceptus repræsentare creditur, ut author est Plin. lib. 31. cap. 2.
ELATUS, Mons nobilis in Zacyntho insula inter Achaiam & Cephaleniam, quem montem circa Arginusam cervos non excedere, auribus etiam in monte fissis, scribit Plin. lib. 9. cap. penult. V. & lib. 4. cap. 12.
Elatus item Cænei pater. Unde
ELATEĪUS, Cæneus apud Ovid. 12. Met. 497.
ELAUDO, āre. Plus quam Nominare. Festus.
ELAUDATIO, apud Sidon.
ELĀVO, āvi, ōtum, [ἐκπλύνω] āre sive ĕre. Idem quod Lavare, vel Perfecte lavare significat. Columel. lib. 12. cap. 50. Sed quum fuerit oliva elota, reliqua, sicut supra præcepimus, fieri debebunt.
Elavare se bonis, est Se denudare, spoliare, exhaurire: ita ut sese quispiam lavisse videatur. Plaut. Asin. 1. 2. 9. Translatio ducta est a balneis, in quibus luxu lavandi nonnulli nequiores rem profligabant & edebant. Comesum, expotum, exutum, elutum in balneis. Inde heluo, inquit Verrius, qui intemperanter bona sua consumit, ab eluendo, quæ vox aspiratur, ut aviditas magna exprobretur. V. ELUO.
ELAUTUS, Antiq. Pure lautus. Plaut. Rud. 3. 3. 37. Mulieres elautæ opera Neptuni. conf. Pœn. 1. 2. 22. V. ELUTUS.

## E L B

ELBIA, M. Annei Senecæ Cordubensis uxor fuit, cui liberos peperit in Hispania, L. Anneum Senecam, Junium Anneum Gallionem, & Anneum Melam.
ELCĒBUS, [Ἔλκηβος] Ptol. Galliæ urbs. Vulgo hodie *Sletstad.*
ELDAMARII, Mesopotamiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 26.
ELDANA, [Ἔλδανα] Ptolemæo Hispaniæ urbs, Donia alio nomine. Vulgo *Duennes.*

## E L E

ELEA, [Ἐλέα] Strab. lib. 6. Civitas est Lucaniæ, a Phocensibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria, quæ & Helia, & postremo Velia dicta est. V. VELIA.
ELĒA, [Ἡλεία] Diana cognominata fuit, cujus templum situm est circa Helos, sive paludem, juxta Halorium, Arcadiæ subjectum. Nam Arcades ejus sacerdotium gerebant. Author Strab. lib. 8.
ELĒA, [Ἡλεία] Peloponnesi regio, eidem l. c. V. ELIS.
ELEATÆ, Populi Lucaniæ, Eleam urbem incolentes.
ELEATICI, Philosophi. Cic. 4. Acad. 129. Eleatici philosophi a Parmenide & Zenone nominati, qui iidem & Megarici.
ELECEBRÆ Argentariæ, dictæ sunt ab antiquis meretrices, teste Festo, ab Eliciendo argento. Locus est apud Plaut. Men. 2. 3. 26. adde Truc. 1. 2. 81. Bacch. 4. 9. 20.
ELECTARIUM, seu Electuarium, Medicamentum est Syrupo & Eclegmate crassius ad mellis consistentiam accedens, Medicis Junioribus. V. Borrich. Ling. Pharmacop.
ELECTE, ELECTIO, ELECTOR. V. ELIGO.
ELECTO, as. V. ELICIO.
ELECTRA, [Ἠλέκτρα] Hesiodo nympha est, Oceani & Tethyos filia, uxorque Atlantis: cujus filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Jovi Dardanum peperit. Virg. 8. Æn. 135.
Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author, &c.
Electra, fuit etiam Orestis soror, filia Agamemnonis, quæ cælibem ad multum ætatis vitam egit: unde etiam ab Helena apud Euripidem, πολυχρόνιον παρθένον h. e. Annosa virgo, per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam volunt, quasi ἄλεκτρον, h. e. Sine thalamo: quanquam aliis magis placet a flavo colore, electrumque referente ita fuisse appellatam. V. Ovid. 2. Trist. 395. Hor. 2. Serm. 3. 139. & Sophoclis Tragœdiam nomine ejusdem inscriptam.
ELECTRYON, [Ἠλεκτρύων] Amphitryonis frater, & filius Alcæi, ut testis est Hesiod. in Aspide.
ELECTRIUS, Adj. [Ἠλέκτριος] ut, Tellus Electria, i. e. Samos: sortita nomen ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Valer. 2 Argon.
ELECTRIDES, [Ἠλεκτρίδες Steph.] Maris Adriatici insulæ, sic a Græcis appellatæ, quod electrum in illis provenire putarunt, vanitatis Græcæ certissimo documento, ut scribit. Plin. lib. 37. cap. 2. Inde
ELECTRUM, i. [ἤλεκτρον] Gemma nigri coloris, quæ vulgo *ambra* dicitur, quanquam & croceum & album inveniatur. Dictum electrum, quod apud veteres Græcos sol Elector dicebatur. Perottus ex Plinio fere, lib. 37. cap. 2.
Electrum lacrymosum. Virg. in Ciri, non ita procul a fine,
Dives coralio fragili, & lacrymoso electro.
Electra pinguia. Virg. 8. Ecl. 54. Pinguia, quia sunt resinacea.
Stillata electra. Ovid. 2. Met. 364.
Electrum, Metalli genus mistum, nempe quoties in auro quinta argenti portio commista est, hoc autem, modo naturale est, modo cura fit: quod si quintam portionem excedat, incudibus non resistit. Plin. lib. 33. cap. 4. & 9. 41. adi Virg. 8. Æn. 402. Cerd. & Taubm. ad loc. item 8. Æn. 624. & Ovid. 15. Met. 317.
ELECTRĒUS, Adj. ex Electro factus. Lamprid. Alex. Sev. cap. 25. adde Herald. ad Tertull. Apol. p. 174.
ELECTRĪNUS, Idem. Trebell. Poll. in vita Quieti. Et l. 32. §. 5. D. de Aur. Arg. &c.
ELECTRĬFER, Adj. Claudian. Fescen. 55.
Et Padus electriferis admoduletur alnis.
ELECTUS. V. ELIGO.
ELEĒMŎSȲNA, æ. f. [ἐλεημοσύνη] Misericordia, ab ἔλεος, quod miserationem significat, item Munus quod inopi datur. Verbum Ecclesiasticis notissimum.
ELEGANS. V. ELIGO.
ELEGĀTUS, i. m. Piscis genus capi solitum ex Garumna flumine. Auson. Epist. 4. 59. Scalig. ad loc.
ELEGIA, Armeniæ civitas, quam præterfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec resistente, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 24.
ELEGIA, Arundo vocatur obliqua, non in excelsitatem nascens, sed juxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Verba sunt Plin. lib. 16. cap. 36.
ELEGĪA, æ. [ἐλεγεία] quum ut Græca dictio ponitur, ultimam longam habet: quum vero ut Latina, corripit eandem: cujus rei rationem grammatici docent. Dicitur autem Elegia, quasi Miserabilis vel misera. Romani autem id genus carminum quod cum lamentatione adcanitur mortuis, Næniam nuncupaverunt. Unde tractum, ut epitaphia quoque defunctorum, elegis versibus conscribantur. Scribitur & per διφθόγγον Elegeïa. Ovid. 3. Amor. 9.
Flebilis indignos Elegeia solve capillos: &c. Idem,
Blanda pharetratos Elegeia cantat amores. Stat. 1. Sylv. 2. 7.
Quas inter multum petulans Elegia propinquat.
ELEGIACUS, Adj. ut, Elegiacum carmen.
ELEGIOGRAPHUS, Elegiarum scriptor, qui scilicet poemata conscribit alternis versibus, hexametris & pentametris, quo in genere poëmatis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus: apud Latinos, Ovidius. V. Mart. Capel. lib. 5. p. 168. Ovid. Am. 1. 1. 3, 4. item 27. seqq.
ELEGĪON, i. n. [ἐλεγεῖον] Auson. Epigr. 94. V. Henr. Steph. Thes. Gr.
ELEGĪA, orum. pl. [ἐλεγεῖα] pro Carminibus elegis. Plaut. Merc. 2. 3. 74. Occentent noctu ad ostium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores. Alii Elogiorum. V. ELOGIUM.
ELEGĪDION, i. n. [ἐλεγείδιον] dimin. Pers. 1. Sat. 51.
— non siqua eligidia crudi
Dictarunt proceres.
ELEGIDARION, [ἐλεγειδάριον] alterum Dim. Petron. cap. 109. Cœpit capillorum elegidarion dicere.
ELĒGUS, [ἔλεγος] Hor. 1. Carm. 33. 3.
Albi ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ, neu miserabiles
Decantes elegos.
Velis eunt elegi. Ovid. 2. Fast. 3.
Nunc primum velis elegi majoribus itis.
Exigui elegi. Hor. in Arte Poet. 77.
Imbelles elegi, genialis Musa, valete. Ovid. 3. Amor. 14. 19.
Leves elegi. Ovid. 2. Amor. 1. 21.
Componere elegos. Ovid. 3. Amor. 15. 3.
Emittere elegos. Hor. in Arte Poet. 77.
Quis tamen exiguos elegos emiserit author,
Grammatici certant, &c.
Resumere elegos. Ovid. 2. Amor. 1. 21.
ELĒI. V. ELIS.
ELELĒIS, idis. [Ἐλελεΐς] Mulier bacchans, quæ Thyas & Mænas dicitur. V. Dict. seq. Ovid. 4. Epist. 47.
Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæque sub Idæo tympana colle movent. alii Eleides.
ELĔLEUS, trium syllabarum, [Ἐλελεύς] Unum e Bacchi nominibus, ab ἐλελεῦ adhortantis interjectione seu acclamatione, qua in Orgiis atque in bellis uti solebant. Sane ἐλελίζω clamo, in bello dicitur. Ovid. 4. Met. 15. in Catalogo nominum Bacchi,
Nycteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Evan. Macrob. 1. Saturn. cap. 17. hoc nomen tribuit etiam Apollini.
ELELISPHACOS, [ἐλελίσφακος] Herba est notissima, Latini Salviam vocant. V. in SALVIA.
ELELISPHACĪTES, æ. [ἐλελισφακίτης οἶνος] Vinum ex salvia. Diosc. 5. 71.
ELEMENTUM, i. [στοιχεῖον] Principium omnium rerum. Ab elementis res omnes sumunt incrementum, & in ea resolvuntur. Cic. 1. Acad. 26. de aqua, igni, aëre, & terra loquens, Ergo illa initia, & ut e Græco vertam, elementa dicuntur.
Elementa sunt quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Plin. lib. 15. cap. 27. Et dicuntur elementa, ut quibusdam placet, ab alendo. Alii, quasi Elevamenta dici volunt, eo quod ex ipsis cetera originem sumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. Alii, Elementa

menta per i literam, quasi fabricamenta, ex eo quod est Elimo, elimas, quod ex eis fabricata sint omnia.

Elementa, Literarum notæ, eo quod sint principia orationis, nam ex literis syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiuntur. Inde Elementa puerorum. Cic. 1. de Orat. 163.

Molestiæ elementorum. Quintil. lib. 2. cap. 3. Mediocritas præceptoris ad suscipiendas elementorum molestias minus superba.

Primæ indolis elementa. Stat. 2. Achil. 373.

Acuta elementa. V. ACUO.

Grandia elementa. Ovid. 1. Met. 29.

Prima elementa. Hor. 1. Serm. 1. 26.

Prima literarum elementa. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Tractare prima elementa. Quintil. in procem. lib. 1.

Larum elementa mearum. Sil. lib. 3.

Elementa loquendi. Cic. 4. Acad. 92.

Rationis elementa inire. Lucret. lib. 1. 82.

Vitiorum elementa. Juven. 14. Sat. 12.

ELEMENTARIUS, [στοιχειακός] Quod ad elementum pertinet.

Elementariæ literæ: pro Literis alphabeti. Julius Capitolinus, Puer literis elementariis & calculo imbutus. pr. vit. Pert.

Elementarius senex, Qui adhuc in primis elementis instituitur. Sen. Epist. 36. Turpis & ridicula res est elementarius senex.

ELEMENTITIUS, Adj. Tertull. de Anima, cap. 32.

ELENCHUS, i. m. [ἔλεγχος] Unionis genus. Plin. lib. 9. cap. 35. Et procerioribus sua gratia est, elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est. Juven. 6. Sat. 457.

— turpe putat nil
Quum virides gemmas collo circumdedit, & quum
Auribus extensis magnos commisit elenchos. V. Rigalt. ad Artemidor. p. 64. & Phædri Fab. 3. 12. Martial. p. 624. Salmas. de Modo usurar. p. 670. Et l. 32. §. 8. ff. de Aur. Arg. leg. Lex. Pitisci.

Elenchus Græce idem fere quod σύλλαβος, i. e. ut in Epist. ad Att. scribit Cicero, quasi Comprehensio; sed Latine Index, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod significat arguere ac patefacere: id quod solent Indices, ab indicando nominati. Hæc vox reperitur in principio primi libri Plinii, ubi sic legitur ex vetustis exemplaribus, statim post Præfationem, C. Plinii Secundi historiarum mundi elenchos librorum omnium. Hæc Hermolaus. Errat igitur Henr. Steph. qui c. 8. Admonit. de Abusu Ling. Græc. negat recte Elenchum Indicem Latine dici.

Elenchus apud Logicos est Contradictio seu Reprehensio mera. Cujus ratio optime fortasse patebit ex hoc loco Luciani in Demonacte. Epicteto monenti ut uxorem duceret ἐλεγκτικώτατα ἀπεκρίνατο, δὸς μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων.

ELENCTICUS, Adj. [ἐλεγκτικός] Unde Elenctici libri. Quintil. lib. 2. cap. 6. Sed alii sunt ejus sermones ad coarguendos qui contra disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς vocant, alii ad præcipiendum, qui ὑφηγητικοὶ appellantur.

ELENIUM. V. HELENIUM.

ELEO, ēvi, ētum, [ῥυπόω] ēre. Maculare. Si hic vestimenta elevit luto, ab eo risum magnum ac cachinum imprudens subjicit. Nonius, 2. 273. Alii Emaculare exponere satagunt.

ELEON, [Ἐλεών] Bœotiæ oppidum in ora infra Thebas, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Est & aliud oppidum hoc nomine in Macedonia, haud longe distans a sinu Thermaico, de quo idem Plin. lib. 4. cap. 10.

ELEOSELINUM, [ἐλεοσέλινον] in humentibus & palustribus locis nascitur, caule & foliis sativo apio majoribus, rarioribusque: a nonnullis Paludapium nominatum. Ex Mathiol. ad Dioscor.

ELEPHA, Poculi species apud Damaxenum, referente Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. eod.

ELEPHANTIA, æ. sive ELEPHANTIASIS, is. f. [ἐλεφαντίασις] est ceu Lepræ quoddam genus, elephantorum cuti simile. Plin. lib. 20. cap. 10. Eadem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem lib. 26. cap. 1. Diximus elephantiasin ante Pomp. Magni ætatem non accidisse in Italia, & ipsam a facie sæpius incipientem: in nare prima veluti lenticula, mox invalescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus, & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura ceu scabie aspera, ad postremum vero nigrescente, & ad ossa carnes apprimente intumescentibus digitis in pedibus manibusque. Ægypti peculiare hoc malum. V. Cels. lib. 3. cap. 25.

Elephantia alba. Plin. lib. 25. cap. 5. Medetur ita comitialibus morbis, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ, lepris, &c. conf. ELEPHAS.

ELEPHANTIĂCUS, Adj. Firmic. lib 8. cap. 19. Vicesima tertia pars Arietis si in horoscopo fuerit inventa, strumaticum faciet, exulcerata macularum labe possessum, vel certe elephantiaca contagione maculatum.

ELEPHANTĬCUS, Qui elephantia laborat. Firmic. lib. 8. cap. 28. Sexta pars Capricorni si in horoscopo fuerit inventa, homines faciet qui tandem miserabiliter elephantici moriantur. [Nisi Elephantiaci legendum.

ELEPHANTINUS. V. ELEPHAS.

ELEPHANTIŌSUS, Adj. Idem. Augustin. de Genes. conf. Veget. Veter. 1. 19. Theod. Priscian. 1. 3.

ELEPHANTIS, Nili insula est. Plin. lib. 5. cap. 9. Elephantis insula infra novissimum catarracten, navigationis Ægyptiæ finis. Ibi Æthiopicæ conveniunt naves, namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est. Strab. ELEPHANTINA. q. V.

Est & Elephantis, poetriæ nomen, cujus meminit Martial. lib. 12. ad Sabellum,

Nec molles Elephantidos libelli. V. Suet. Tiber. cap. 43.

ELEPHANTISTES, ELEPHANTOPHAGUS. V. ELEPHAS.

ELEPHAS, Arabiæ mons in mare expositus prope Daphnum portum, & fluvialem regionem, quæ Apollinis dicitur. V. Strab. lib. 16.

ELĔPHAS, antis; & ELEPHANTUS, i. m. [ἐλέφας] Maximum animalium terrestrium, inquit Plin. lib. 8. cap. 1. Cic. 5. Philipp. 45. Elephanto belluarum nulla prudentior. Cic. 1. de Nat. Deor. 98. Elephantorum acutissimi sensus. Cic. 2. de Nat. Deor.

Anguimani elephanti. Lucret. lib. 2. 537. Sic dicti, quod manum sive proboscidem flectunt ac contorquent ut angues propria corpora. Manus enim vocatur proboscis, seu rostrum oblongum, quo utitur vice manus. V. MANUS.

Getulus elephas. Lucan. lib. 6.

Indicus elephas. Mart. Capel. lib. 9. Elephantes Indicos organica permulsos detineri voce compertum.

Libycus elephas. Lucan. lib. 6. 205.

Nigrantes elephanti. Sidonius in Burgo Pontii Leontii.

Elephanti corio circumtegi, proverbiali figura pro Nihil sentire. Nam cum elephanti corium durissimum sit & crassissimum, proinde fit ut elephanti minus sentiant. Plautus, Mil. 2. 2. 80. Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo. i. e. Herus meus nihil sentit. Turneb. Al. Circumjectus vel Circumtentus.

Elephantus, quandoque per Synecdoch. pro Ebore, sive Elephanti dente ponitur, more Græcor. Virg. 3. Georg. 27.

In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto. Idem 3. Æn. 464. V. EBUR.

Elephantus candens. i. e. Ebur candidum. Virg. 6. Æn. 896.

Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto.

Elephas etiam pro Morbo elephantiasi. Lucret. lib. 6. 112. Q. Seren. & Apul.

ELEPHANTĪNUS, a, um. possess. [ἐλεφάντινος] ut, Pellis elephantina. Penultimam corripuerunt Græci. V. Borrich. in Parnass. & Cogit. de L. L. p. 314.

Elephantinum emplastrum describit Cels. lib. 5. cap. 19. Sic autem dicitur, eodem teste, quod sit percandidum.

Elephantini Libri, triginta quinque numero erant, in quibus tribuum & tribulium continebantur nomina. Scribit tamen in Tacito Flavius Vopiscus cap. 8. in libris hoc genus solita perscribi senatusconsulta quæ ad principem pertinerent. In Ulpiana vero bibliotheca servabantur. Ex amplitudinis autem ratione ab Elephante hoc nomen sortitos putat Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 22. Ex inteltinis elephanti factos vult Scal. ad Guilland. p. 16. seq. At verius Salmas. ad Vopisc. l. c. docet ex Ebore sectili factos fuisse, atque ideo Codices eboreos ab Ulpiano vocari.

ELEPHANTINUM, i. n. Genus coloris factitii. Plin. 35. 6. Apelles commentus est ex ebore combusto facere quod elephantinum vocant.

ELEPHANTINA, Insula Nili supra Syenen, oppidum habens ejusdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodem saxo, in quo Nili incrementa solent incidi. V. Strab. lib. 17.

ELEPHANTISTES, [ἐλεφαντιστής] Aristoteli Elephantorum moderator, quem Plutarchus Elephantarchen vocat, teste Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 18.

ELEPHANTOPHAGI, [ἐλεφαντοφάγοι] Asiæ Populi, elephantorum venationem exercentes, de qua & quo pacto fiat, vide Strab. lib. 16.

ELETI, [Ἐλῖται] Thraciæ populi, Plin. lib. 4. cap. 11.

ELĔVO, [ἐπαίρω, αἰωρέω] āre. In altum tollere pro quo sensu adducitur Plautus. Capedum lapidem hunc, atque eleva. [Sed locum non invenimus.

Elevare, [ἐκφαυλίζειν, εὐτελίζειν] Minuere, extenuare, & res gestas verbis deprimere. Vilem item, levemque aliquem verbis demonstrare. Liv. lib. 3. Major, si vana nostra P. C. authoritas ad plebem est, vos elevatis eam. Idem lib. 28. Q. Fabius res gestas in Hispania elevavit. Cic. de Amicit. 90. Est enim varius & multiplex usus amicitiæ, multæque causæ suspicionum offensionumque damnantur: quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. Valer. lib. 8. tit. 15. Quoniam ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt, ut quod professione elevant, usurpatione memoriæ consequantur. Elevant, i. e. Aspernandum dicunt. Hæc Budæus.

Lepōre elevare id quod est ab alio objectum. Cic. 2. de Orat. 230. Erat autem tanta gravitas in Domitio, tanta authoritas, ut quod esset ab eo objectum, lepōre magis elevandum, quam contentione frangendum videretur.

Adversarium elevare. Cic. 2. de Orat. 236. Quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat, &c.

Ægritudinem. Cic. 3. Tusc. 34. Nihil est enim quod tam obtundat, elevetque ægritudinem, quam, &c.

Authoritatem elevare. Liv. lib. 7. Decad. 4. Cujus authoritatem perpetuo tenore vitæ partam, toga candida elevabat.

Famam elevare. Tacit. lib. 4. Simul elevat famam adversæ pugnæ. Elevare verbis famam urbis captæ. Liv. 20. 1. extr.

Ignominiam. Liv. 4. Itaque triumphus negatus: ceterum ob Sempronianæ cladis elevatam ignominiam, ut ovans urbem intraret, concessum est.

Index, indiciumque elevabatur. Liv. lib. 6. Decad.

Invidiam elevare. Quintil. lib. 5. cap. 13. Nonnunquam elevandæ invidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur.

Multitudinis noxam elevabat. Tacit. 5. Ann. 11.

Sævitiam elevare, pro Minuere. Tacit. 14. Ann. 63. Et præsentem sævitiam melioris olim fortunæ recordatione elevabant.

Solicitudines elevare. Cic. 5. Fam. 14. Non intelliges duplicari solicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat?

Testimonia elevare. Quintil. lib. 5. cap. 7.

ELEVATIO, ōnis. f. [εὐτελισμός] Quintil. lib. 9. Et illæ elevationes, videlicet, O dii boni.

ELEVAMENTUM, i. n. apud Augustin.

ELEVATOR, ōris. m. Ibid.

ELEUS, Adj. [Ἠλεῖος] ab Elide. V. ELIS.

ELEUS, untis; sive potius Eleūs, [Ἐλαιοῦς Stephano] Oppidum est in Thracia Cherroneso, non procul a Mastusia promontorio. Author Plin. lib. 4. cap. 11. Eleuntii, hujus incolæ dicuntur, sive Elæusii, Ἐλαιούσιοι.

ELEUSA, sive potius ELÆUSA, [Ἐλαιοῦσα] Insula est Ciliciæ adjacens, non procul a Cypro, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

**Eleusin**, inis. Vicus in Ægypto sic vocatus, ubi Grammaticam docuit Callimachus. Suidas in ejus vita, πρὶν δὲ συςαθῆναι τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας.

**Eleusis**, & **Eleusin**, [Ἐλευσίς] Demus, seu populus Atticæ, Hippothoontidos tribus, & Oppidum, non longe ab Athenis, in quo regnavit Eleusis, quem Ceres docuit omnem agriculturam: in eo mysteria Cereris & Proserpinæ celebrabantur. Ex Strab. lib. 9.
Attica Eleusis. Sen. OEth. 5.
Cerealis Eleusis. Ovid. 4. Epist. 67.

**Eleusinia**, [Ἐλευσίνια] Sacra apud Athenienses in honorem Cereris nobilissima fuere, de quibus, Augustino teste l. 7. De Civ. Dei, Varro nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres invenit, & ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit. Vide plura apud eundem Augustin. lib. eod. Pausan. in Attic. Eleusina sacra sunt Justin. 2. 7. 1. De his extat Jo. Meursii libellus. ed. Lugd. Batt. 1619.

**Eleusīnus**, Adj. [Ἐλευσίνιος] ut, Mater Eleusina Ceres. Virg. 1. Georg. 163.
Sinus Eleusinus. Strab. lib. 8. Al. Eleusinius & Eleusiniacus.

**Eleutheræ**, [Ἐλευθεραί] Oppidum Bœotiæ, inter Megaram & Thebas, ex quo Myron ille bucula tantopere nobilitatus, ortum traxisse fertur. Author Plin. lib. 4. cap. 7. & lib. 34. cap. 8.

**Eleutheria** [ἐλευθερία] libertas. Idem Eleutheria, orum. [τὰ ἐλευθέρια] Libertatis solennia. Plaut. Pers. 1. 1. 29. Basilice agito eleutheria.

**Eleutherius**, [ἐλευθέριος] Latine dicitur Liberalis, ingenuus, servator, liberatorque.
Eleutherius Jupiter, [Ἐλευθέριος Ζεύς] quem apud Latinos tum Liberatorem, tum Liberalem, & Libertatis authorem interpretatum legimus, ideo vocatus est, quod Athenienses a Medis liberavit. Hic tamen & Syracusis cultus fuit, & a Tarentinis, & a Platæensibus, & in Caria. Hyperides orator aliunde dictum existimat. Sic enim inquit, O viri Judices, hæc quidem Jovis appellatio facta est, ut Eleutherius vocetur, propterea quod ἐξελεύθεροι, id est liberti, porticum construxere propinquam. Et certe Plato in Theag. Athenis Eleutherii Jovis porticum fuisse ostendit, quum ibi Socratem & Demodocum colloquentes inducit. Templi vero, imo etiam porticus mentio est in OEconomico Xenophontis.
Eleutherius Liber, i. e. Bacchus, apud Arnob.

**Eleuthernæ**, Cretæ insulæ oppidum, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

**Eleutherocilices**, [Ἐλευθεροκίλικες] Asiæ populi. Cic. 5. Att. 20. Eleutherocilices populi in Amano monte, qui ne regibus quidem unquam paruerant. Idem 15. Fam. 4. V. Diodor. lib. 3. p. 188. ubi Originem nominis indicat.

**Eleutheros**, [Ἐλεύθερος] Flumen est juxta Orthosiam urbem, quæ est in radice Libani montis. Plin. lib. 9. cap. 10. Testudines in Phœnicio mari ultro veniunt, statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

**Eleutho**, [Ἐλευθώ] Dea est parturientibus assistere solita, ut Pindaro placet in Olymp. ubi eam & Parcas Apollo jubet adesse Evadne parturienti. De eadem Eleutho meminit & Phurnutus, & Hesychius his verbis, Eleutho una est Ilithyiarum, & Cereris cognomen apud Tarentinos & Syracusanos.

## E L I

**Elibo**, apud Tacit. Effundere.

**Elibatio**, adducitur ex Plinio. Verum de neutro satis constat.

**Elibro**, āre. ex Dig.

**Elice**, Oppidum in sinu Corinthio, quod a mari una cum Bura altero quoque oppido, haustum refert Plin. lib. 2. cap. 92.

**Elice**. V. **Helice**.

**Elichrȳsum**. V. **Heliochrysos**.

**Elicio**, ui, ĭtum. [ἐξάγω] ĕre. Educere, extrahere. Plaut. Bacch. 3. 1. 17. Ut eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras.
Domo aliquem elicere. Hor. 2. Carm. 11. 21.
Quis devium scortum eliciet domo Lyden? V. **Devius**.
Alvum elicere. Plin. lib. 19. cap. 5. Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas alvos.
Animas inferorum elicere. Cic. in Vatin. 14. V. Manes.
Arcana. Liv. lib. 40. 23.
Aquas pluvias elicere. Ovid. in Ibin, 400. h. e. A Deo impetrare.
Caussam immutatæ voluntatis. Cic. 1. Att. 7. Ita 1. de Divin. 13. Caussas præsensionum elicere.
Chelyn elicere. Stat. 1. Achil. 186.
Favorem elicere. Tacit. 15. Ann. 53. Comitante Antonia Claudii Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi favorem.
Ferrum elicere ex terræ cavernis. Cic. 2. de Nat. Deor. 151.
Fontem. Plin. lib. 4. Epist. 95. Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem: quum repletur, moratur, & strangulat.
Ignem conflictu & ictu lapidum. Cic. 2. de Nat. Deor. 25.
Iras elicere. Sil. lib. 7.
Nequicquam nostras demens, ait, elicis iras.
Lacrymas. Plaut. Trin. 2. 2. 12. Ovid. ad Liv. 466.
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et merui, lachrymas elicuique deo.
Literas ab aliquo elicere. Cic. 9. Att. 2. & 7. 12. Tuas volo elicere literas, maximeque consilium.
Manes sepulchris elicit. Tibul. lib. 1. 2. 48. V. Animas.
Opportunitatem. Cic. 1. de Invent. 40.
Prodigia ex mentibus divinis. Liv. lib. 1.
Sanguinem elicere. Cic. 1. Tusc. 116. Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo.
Sententiam alicujus. Cic. 7. Att. 1.
Sonos nervorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 250. Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos, &c.
Sudorem. Plin. lib. 25. cap. 11.
Suspicionem. Cic. 2. de Invent. 42.
Verbum ex aliquo. Cic. 1. de Orat. 97.
Verum. Plaut. Pers. 3. 1. 30.
Ululatum. Cic. 2. Tusc.
Vocem. Idem ibid. & pro Cœl. 60.
Conquirere, & elicere blanditiis. Cic. 1. Q. frat. 2. Conquiri vero & elici blanditiis (ut tu scribis) ad judicium necesse non fuit.
Elicere multa ab aliquo & cognoscere, &c. Cic. 2. Att. 22. Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, &c.
Elicere & tanquam exprimere aliquid. Cic. 4. Acad. 7. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi in utramque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime accedat.
In quaque re quod probabile videri possit, eliciendum. Cic. 1. de Orat. 158.
Elicere & invitare, ut. Plin. Epist. 195. Qui elicis & invitas, ut quam plurima communicare tecum velim.
Propositis præmiis elicere optimum quemque. Cic. pro Corn. Balb. 22. Idem 5. Tusc. 20. Nos vellem præmio elicere possemus, qui vobis aliquid attulisset, &c.
Elicere ad colloquium. Liv. 5. 15. Ad colloquium vatem elicuit.
Ad certamen. Idem 23. 27.
Aliquem ad disputandum elicere. Cic. 2. de Orat. 13. Quem ego toties omni ratione tentans, ad disputandum elicere non potuissem.
Elicere præmio, sive præmiis. Cic. pro Corn. Balb. 57. Potestne igitur nostra majestas a Gaditanis benigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus?
Elicere ad pugnam. Liv. 34. 19. i. e. Pertrahere, sive Adducere. Cæs. 3. Bell. Civil. 38.
Elicere in. Cæs. 5. Bell. Gall. 48. Idem lib. 8. 12. Eodemque equites postero die mittunt, qui primum nostros elicerent in insidias, deinde circumventos aggrederentur. Suet. Galb. 19. 4. Elicerent eum in publicum.
Elicitæ gaudio lacrymæ. Paterc. lib. 2.
Voce mea voces eliciente Dei. Ovid. 1. Fast. 256.
Acribus est stimulis eliciendus amor. Ovid. 2. de Arte Am. 444.
Elicienda est responsio. Cic. 1. de Invent. 54.

**Electo**, [ἀφελκύω] āre. Idem quod Elicere, ut ait Fest. Plaut. Asin. 2. 2. 2. Quæ illæc præda est? ibo advorsum, atque electabo quicquid est. Magis in usu est Illecto. adde Merc. 1. 2. 111.

**Elix**, ĭcis. m. [ὀχετός] Sulcus aquarius qui in segetibus fit. Columel. lib. 2. cap. 8. Sed quamvis tempestive sementis confecta erit, cavebitur tamen ut patentes liras, crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, &c. Festus, Elices sulci sunt aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris. conf. Salmas. Plin. Exercit. p. 512. & Serv. ad Virg. 1. Georg. 109.

**Elicius**, Adj. [ἐξαγωγός] ut, Jupiter Elicius ab eliciendis prodigiis. Ovid. 3. Fast. 327.
Eliciunt cœlo te Juppiter: unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant. adde Liv. 1. 20. & 31.

**Elico**, Helvetius quidam fuit, de quo Plin. lib. 12. cap. 1. Produnt Alpibus coercitas, & tum inexsuperabili munimento Gallias, hanc primum habuisse caussam superfundendi se Italiæ, quod Elico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & uvam, oleique ac vini præmissa remeans secum tulisset.

**Elīdo**, si, sum, [ἐκθλίβω] ĕre. ex E & Lædo compositum; Effringere, dissipare. Plaut. Pœn. 2. 46. Hercle tuum jam elidam caput. Liv. 1. Bell. Pun. Caput pecudis saxo elisit.
Animam elidere. Lucil. & Apul. Milef. 9.
Angues. Virg. 8. Æn. 288.
— ut prima novercæ
Monstra manus geminosque premens eliserit angues. Præfocaverit, Serv. ad loc.
Fauces elidere. Ovid. 12. Met. 142.
— quæ presso subdita mento
Elidunt fauces: & respiramen, iterque
Eripiunt animæ.
Fœtus elidere. Columel. lib. 7. cap. 9. Quum sint pariter inclusæ super alias aliæ cubant & fœtus elidunt. De suibus.
Herbas elidere. i. e. Comminuere & tundere. Varr. 1. de R. R. cap. 47.
Ignem e silice. Plin. lib. 11. cap. 37. Ceteris ossibus leonis est tanta duritia, ut ignis elidatur, velut e silice.
Leonem clava elidere. Suet. in Neron. cap. 53. Præparatumque leonem ajunt, quem vel clava, vel brachiorum nexibus in amphitheatri arena spectante populo nudus elideret.
Morbum nervis. Hor. 1. Epist. 15. 6.
Naves. Cæs. 3. Bell. Civil. 27.
Nervos virtutis. Cic. 2. Tusc. 27.
Nubes. Stat. 5. Theb. 394.
Ut vero elisit nubes Jove tortus ab alto
Ignis, & ingentes patuere in lumine nautæ, &c. V. **Elisus** modo.
Oculos alicui elidere. Plaut. Rud. 3. 2. 45. i. e. Extrahere.
Pactum elidere. Paul. in l. si unus §. pactus. D. de pactis.
Pontum elidere. Lucan. lib. 6. 56.
Sibilum elidere. Cels. lib. 4. cap. 4. His communia sunt, quod propter angustias per quas spiritus evadit, sibilum elidit.
Sonum. Plin. lib. 11. cap. 51. Elephas circa nares, ore ipso sternutamento similem elidit sonum.
Spiritum elidere. Cels. lib. 4. cap. 4. Opus est deinde fomentis humidis: nam sicca spiritum elidunt.
Spumam. Virg. 3. Æn. 567.
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra. Servius interpretatur Exclusam.

Stirpes

Stipite aliq. elidere. Curt. lib. 9. 7. Stipitem intentans, elisurusque eò victum, nisi prohibitus esset a rege. de Dioxippo pugile.
Stirpes ægritudinis elidere. Cic. 3. Tusc. 84. Atqui stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ, quæ ipso trunco everso, omnes elidendæ sunt.
Vivacemque animam missis elidite sylvis. Ovid. 12. Met. 508.
Elidi & exanimari. Sueton. in Cæs. cap. 39.
Suffocari & elidi. Flor. 3. 3. 17.
Elidi ægritudinibus. Cic. 5. Tusc. 16.
Elidere, Dejicere. Cic. 2. de Repub. ut scribit Nonius; Ut auriga indoctus e curru trahitur, operitur, laniatur, eliditur.

**Elīsus**, Partic. [ἐκπεθλιμμένος] ut,
Aër elisus. Ovid. 1. Met. 466. — eliso percussis aëre pennis.
Artus elisi. Ovid. 14. Met. 196.
Guttura elisa. Lucan. lib. 2. 154.
Hic laqueo fauces elisaque guttura fregit.
Ignes elisi. Ovid. 6. Met. 696.
Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.
Nubes elisa. Sen. Agam. 6. Et nube dirum fulmen elisa micat.
Venter elisus. Lucan. lib. 3. 657.

**Elisio**, ōnis. f. Exclusio. apud Sen. Epist. 99.

**Elĭgo**, ēgi, ectum, [ἐκλέγω, αἱρέομαι, ἐπιλέγω, αἱρετίζω, προκρίνω] ere. est E multis, quorum fiat optio, aliquid assumere. Cic. 4. Acad. Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eliget?
Optionem alicui facere ut eligat utrum velit. Cic. 1. Verr. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas utrum velis.
A multis eligere commodissimum quodque. Cic. 2. de Invent. 5. Quod si in ceteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent, &c.
De. Varro de R. R. De asinis quemque amplissimum & formosissimum quem possunt eligunt. De tribus eligere quem velis. Cic. 10. Philipp. 5.
Ex. ut, Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus. Cic. in Orat. 198.
Ad. Eligere ad munus aliquod. Cic. 4. Tusc. Nunquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi.
In. Eligere in. Cic. Populus elegit sibi in principem Octavium.
In usus locum eligere. Virg. 4. Georg. 296.
Exiguus primum, atque ipsos contractus in usus Eligitur locus.
[Al. Ad, & refertur ad τὸ Contractus, non ad v. Eligitur.
Stulte eligere. Ovid. 16. Epist. 167.
Nec piget, aut unquam stulte elegisse videbor.
Opus eligere. Ovid. 3. de Pont. 9. 54. Idem 13. Met. 365.
— pugnandi tempora mecum Eligit Atrides.
Levius malum eligendum. Cic. Octav. E duobus autem malis quum majus fugiendum sit, levius est eligendum.

**Electus**, Partic. [προεκκεκριμένος] Plin. lib. 15. cap. 29.
Coloni conquisiti & electi. Cic. 2. contra Rull. V. CONQUIRO.
Feræ electæ. Ovid. 12. Met.
Loci electi ex orationibus. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Princeps electus. Sueton. Galb. cap. 14.
Verba. Cic. 1. de Fin. Electis verbis dictatæ res.
Compar. August. de Civ. Dei, 20. 29. Potest sensus alius idemque electior inveniri.
Superl. Præceptor electissimus. Cic. de Orat.
Scripta. Catull. Carm. 3. 6.
Verba. Cic. 3. de Fin. 19.
Viri. Electissimi viri civitatis. Cic. pro Quint. 55. pr. conf. Veget. de Re Militari 2. 6.

**Electa**, orum. n. Liber rerum excerptarum. Plin. 3. Epist. 5. Electorum commentarios mihi reliquit.

**Electus**, ûs. m. [προαίρεμα] Ovid. 2. Epist. 144.
In necis electu parva futura mora est.

**Elector**, ōris. m. [αἱρετής] Qui eligit. Author ad Herenn. lib. 4. 7. Postremo in eo vim artificii consumant, ut ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.

**Electio**, ōnis. f. [ἐκλογή, αἵρεσις] Cic. in Orat. 68. Id autem est judicium electioque verborum. Idem 4. de Fin. 46.
Optionem dare potius [dicendum,] quam Electionem. H. St. [Immo differunt. Nam dicitur Optio eligendi. V. OPTIO, supraque in ipso verbo.

**Electrix**, īcis. f. ut, Electrix adolescentula. Plaut. Mil. 3. 1. 194.

**Electe**, [ἐξαιρέτως] Adv. Cic. de Invent. 49. Electe digerere.
Compar. Gell. 18. 7. Veteres qui electius locuti sunt.

**Electĭlis**, e. Plaut. Most. 3. 2. 41. Vino & victu & piscatu probo & electili vitam colitis.

**Electibĭlis**, e. Idem. Apul. 10. Met.

**Electuarĭum**, i. n. Dicitur ab Electione rerum quibus conficitur. [Immo a Gr. ἐκλεικτόν, Eclectuarium. V. ELECTARIUM & Isidor. 4. 9.

**Ēlĕgans**, antis. [φιλόκαλος, ἐπιτρεπτικός, εὐκελής] Quidam Participium ab Eligo esse volunt. Ita Cic. 2. de Nat. Deor. 72. Dictos esse elegantes ex eligendo. Ita Donat. V. modo, Regem elegantem. utcunque tamen sit, Elegans significat Cultum, ornatum, politum. ut, Elegans oratio. Cic. 1. de Fin. 19. Elegans homo (inquit Gell. lib. 11. cap. 2.) non dicebatur cum laude, sed id fere verbum ad ætatem M. Catonis, vitii, non laudis fuit. est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmen de moribus, ex quo libro verba hæc sunt, Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus verbis apparet, elegantem dictum antiquis, non ab ingenii elegantia, sed qui nimis lecto, amœnoque cultu, victuque esset. Postea elegans reprehendi quidem desiit, sed laude nulla dignabatur, nisi cujus elegantia erat moderatissima. Sic M. Tull. de Clar. 148. L. Crasso & Q. Scævolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistam laudi dedit. Crassus (inquit) erat parcissimus elegantium, Scævola parcorum elegantissimus. Hactenus Gell. Inter convicia etiam profertur a Plauto. Trin. 2. 1. 13. Harpago, Mendax, Cuppes, Avarus, Elegans, Despoliator. V. Casaub. ad Theophrast. Charact. p. 16. & 162. Columel. lib. 7. cap. 2. Tum etiam casei, lactisque abundantia non solum agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas jucundis & numerosis dapibus exornat. Cic. 6. Verr. Vide ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos qui se elegantes dici volunt, vicerit.
Mundus & elegans. Cic. 2. de Fin. 23.
Elegans non magnificus. Nep. 25. 13. 5.
Elegans & Parcus, contraria. V. Parcus, in PARCO.
Facetum, elegans, oratorium. Cic. 2. de Orat. 241.
Artes elegantes & ingenuæ. Cic. 3. de Fin. 49.
Eloquentia elegantior. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Jocandi genus elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Cic. 1. Off. 104.
Ingenium jucundum & elegans. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ironia Cic. de Clar. Orat. 291.
Lingua elegans. Catul. 41. 4.
Oratio polita urbana & elegans. Cic. de Clar. Orat. 248.
Regem elegantem narras. Ter. Eun. 3. 1. 18. Hui regem elegantem narras. Ubi Donatus, Elegantem, qui ipse sciat eligere aut ipse sit eligendus.
Scriptor egregie subtilis atque elegans. Cic. de Clar. Orat. 63. Acuti sunt, elegantes, faceti, breves.
Spectator formarum. Ter. Eun. 3. 5. 18. Quum ipsum me noris quam elegans formarum spectator siem? Ubi Donatus, Elegans spectator est, qui sit cunctantis & fastidiosi judicii, cui non quid placet facile. cui interpretationi favet. Eun. 5. 5. 19. &c. Eja, ut elegans est. Angl. *Nice*.
Elegans in cibo. Cic. in Orat. 83.
In dicendo elegans. Cic. de Clar. Orat. 239.
Elegans in omni judicio. Cic. 7. Fam. 23. Plane enim intelligo te non modo studio, sed etiam amore usum, quæ te delectarint, hominem (ut ego semper judicavi) in omni judicio elegantissimum: quæ me digna putaris coemisse.
Compar. Catul. 13. 10. Seu quid suavius, elegantiusve est.
Elegantior vocis sonus. Gell. 13. 20.
Superl. Nep. 25. 12. 4. Elegantissimus poëta. & Cic. pro Rosc. Amer. 120. Elegantissima familia. Pueri ex elegantissimis familiis lecti.

**Elegantia**, [εὐκοσμία, φιλοκαλία] Cultus & ornatus, dicta quod sit selecta & separata a vulgari opinione. Plin. lib. 26. cap. 14. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.
Materies crispioris elegantiæ. Plin. lib. 13. cap. 9. De Ligno Cuci.
Elegantia & munditia. Cic. in Orat. 76. Fucati vero medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur, elegantia modo & munditia remanebit.
Differendi elegantia. Cic. 2. de Fin. 27.
Hominis elegantia. Cic. 1. Att. 5. Quæ tibi ejus loci, & nostri studii & tuæ elegantiæ esse videbuntur.
Morum elegantia. Tacit. 3. Hist. 39.
Linguæ subtilitas & elegantia. Cic. 2. de Orat. 28.
Loquendi elegantia. Cic. de Clar. Orat. 157.
Sermonis. Cic. 7. Att. 3.
Vitæ. Corn. Nep. 25. 19. 2. Ita Tacit. 14. Ann. 19. 2. Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris, & elegantia vitæ, quam clariorem effecit ut par ingenio ita morum diversus. forte Vitii non laudis nomen ut Gell. supra in ELEGANS, conf. Tacit. 16. Ann. 18. 3. Erudito luxu & assumptus Neroni elegantiæ arbiter.
Elegantia tinctus. V. Tinctus, in TINGO.
Accurata & diligens elegantia. Cic. in Brut. 157. Latine loquendi accurata, & sine molestia diligens elegantia. Sine molestia dicit: nam molesti esse solent nimis diligentes, ut qui manum de tabula (quod aiunt) tollere nesciant.
Exculta elegantia. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Politior elegantia. Cic. 3. de Fin. 4. Agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia.
Cum summa elegantia atque integritate vivere. Cic. pro Sylla, 79.
Elegantia apud Rhetores, est Quæ facit ut unumquodve pure & aperte dici videatur. Hæc distribuitur in Latinitatem & explanationem. Author ad Heren. lib. 4. 18.

**Eleganter**, Adv. [εὐκελῶς, φιλοκάλως] h. e. Polite & proprie: ut Eleganter disputare. Cic. 2. de Fin. 100. Hoc ipsum elegantius poni, meliusque potuit. Et ad Brut. 15. Tibi is exponet qui & optime omnia novit, & elegantissime expedire, & deferre ad te potest.
Eleganter acta vita. Liv. 35. Zeno ex principibus unus, magnæ cum ob eleganter actam vitam authoritatis, tum quod, &c.
Eleganter acceptus, h. e. Laute & opipare. Cic. 13. Att. 50. Libertis lautis, servisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti.
Eleganter copioseque colligere. Cic. 5. Fam. 13. Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter, copioseque collegisti.
Accurate eleganterque dicere. Cic. de Clar. Orat. 86.
Latine loqui elegantissime omnium. Cic. de Clar. Orat. 252. Audio illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantissime.
Neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere. Cic. 2. Tusc. 1.
Saltare elegantius quam necesse est probæ. Sallust. Catil. cap. 24.

**Elii**, [Ἔλειοι] Populi sunt circa Astaboram & Astapam fluvios incolentes, qui etiam Rhizophagi dicuntur, propterea quod ex adjacente palude evulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis vescuntur. Author. Strab. lib. 16.

**Elimĭno**, [ἐξορίζω] āre. Ejicere, & veluti Extra limen trudere, efferre. Ennius Medea, Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quod sic extra ædes eliminatur. Accius Phœnicis, Egredere, exi, effer te, elimina urbe. Varro Serano, Occipitium Arino deo ostendo, ex oraculo elimino me. Nonius.
Dicta foras eliminare. Hor. 1. Epist. 5. 25.
— ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Eliminare gradus, de qua locutione Fabius, lib. 8. cap. 3.

Eliminatus, Partic. Gloss. Gr. Lat. ἐξοφακισθείς. Sidon. 4. Epist. 10.
Eliminatio, ōnis. f. JCt. in Cod.
Elīmo, [λιπξύω] āre. De aliqua re limare. Plin. lib. 34. cap. 18. Alii elimatam scobem in fictili crudo coqunt in caminis, donec percoquatur figulinum. Hard. Limatam. Ovid. 4. Met. 178.
Elimare per translationem. Cic. 16. Att. 7. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te id facere. Idem 4. Acad. 66. Rationes latiore specie non ad tenue elimatæ. Gell. 17. 10.
Commodius aliquid elimare. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Utuntur quoque hac voce Patres quasi profecta ex Limus, ut quibusdam placet. Sic Tertull. de Pœnit. c. 11. Pulverem dentibus elimandis. Siquidem limus vocatur illa scabrities seu sordes quæ dentibus adhæret. [ Imo Elimare significat Expolire, Purgare etiam h. l.
Elimātus, Partic. Expolitus. V. in elimo.
Compar. Augustin. Epist. 37. Elimatiores.
Elimāte, Adv. apud Gell.
Elimatio, ōnis. f. Elimatio ligni. Marcel. Empir. 4. 10.
Elimator, ōris. m. Tertull. Christus elimator humanatum macularum.
Elimiotæ, [Ἐλιμιῶται] Populi Macedonibus vicini, & ab illorum parte stantes, ut refert Strab. lib. 9.
Elimos, Tibiæ genus ex buxo fieri solitæ, quam inventam a Phrygibus author est Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 7.
Elinguis, e. [ἄγλωττος] Qui sine lingua est.
Elinguis, Qui mutus est, & loqui non potest, etiam si linguam habeat. Cic. pro Flacc. 22. Convicit, & elinguem, reddidit. Idem de Clar. Orat. 100. Præsertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis.
Elinguis curia. Plin. Epist. 167. Iidem prospeximus curiam, sed curiam trepidam & elinguem.
Elinguare, [ἐκγλωττίζειν] Linguam amputare. Plaut. Aul. 2. 2. 72. Si hercle ego te non elinguendam dedero usque a radicibus, &c.
Elinguatio, γλωσσοτομία. Gloss. Gr. Lat.
Elĭquo, [ἐκτήκω] āre. Liquidum facere: quod idem Colliquare dicitur, ut quum aurum, aut argentum dissolvitur.
Eliquare, pro Ad liquidum purgare. Sen. 3. Nat. Quæst. 26. Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post aliquantum intervallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est. Columel. lib. 12. cap. 12. Deinde quum sæpius eam in alia vasa transfuderint, & eliquaverint.
Vinum a fæcibus eliquatum diffundere. Columel. lib. 12. cap. 27.
Eliquatores, vel Elicatores, ὑδροχόοι, Gloss. Gr. Lat.
Eliquesco, [τήκομαι] ēre. Liquidum fieri, sive Liquefieri. Varr. 1. de R. R. cap. 55. Alia ad cibum eligitur: alia ut eliquescat, ac non solum corpus intus ungat, sed etiam extrinsecus. De olea loquitur.
Eliquāmen, [τῆγμα] Quod eliquatum est ex re aliqua, ut carne aut piscibus: id autem vulgus vocat Salmuriam vel Muriam. Columel. 9. cap. 14. Abstineatque fere ab omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina, &c.
Eliquium, ut, Eliquia irrumpentis oceani. Solin. V. Salmas. p. 151.
Elis, [Ἦλις] Urbs & Regio eidem adjecta in Peloponneso. Cic. 1. de Divin. 91. Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Janundarum unam, alteram Clutidarum, aruspicinæ nobilitate præstantes. Celebris certamine quod ibi exercebatur in honorem Jovis Olympici. De Elide scribit Plin. in descript. Achaiæ, lib. 4. cap. 5. Strabo l. 1.
Notarunt Grammatici aliter flecti nomen Urbis, quod secundum casum primo similem habet, aliter Regionis urbem circumjacentis quod secundum casum auget. h. p. Elis, ĭdis. V. Victor. ad Cic. 13. Fam. 26.
Resupina Elis. Stat. 4. Theb. 237.
Elim, Messeniaque arva colebas. Ovid. 2. Met. 679.
Elidis fluvius, Alpheus. Virg. 4. Æn. 694.
— Alpheum forma est huc Elidis amnem,
Occultas egisse vias subter mare.
Scribitur & Regionis nomen elēa, Ἠλεία.
Elēus, Adj. [Ἠλεῖος] Virg. 3. Georg. 202.
Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.
Carcer Eleus. Tibul. 1. 4. 27.
Quam jacet infirmæ venere ubi fata senectæ,
Qui prior Eleo est carcere missus equus. Ovid. 18. Epist. 166.
Ut celer Eleo carcere missus equus.
Labores Elei. Stat. 4. Sylv. 4. 31.
Eleus sonipes. Lucan. 294.
Eliades equæ, [Ἠλιάδες ἵπποι] Virg. 1. Georg. 59.
— Eliadum palmas Epiros equarum. Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Jovis Olympici curuli certamine. Servius.
Elīsa, [Ἐλίσσα] Nomen fuit Didonis. Nam Dido lingua Phœnicum Virago interpretatur. Quum enim Iarbas Libyæ rex eam vellet uxorem ducere, illa vero negaret, Carthagini bellum intulit. cujus timore quum cogeretur a civibus, petiit ut ante placaret manes mariti: & exædificata pyra se in ignem præcipitavit: ob quam rem Dido, i. e. Virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Hactenus Servius in illud 4. Æn. 36.
Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas. Idem 4. Æn. 335. — nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor, &c.
Elisēus, Adj. Sil. lib. 6. 346.
At nova Elisei jurato fœdera patres
Consultant mandare duci. i. e. Carthaginienses, ab Elisa Didone.
Elisso, sive Elissa, [Ἐλίσσων ἢ Ἐλίσσα] Fluvius est in Peloponneso, in Elidis & Pissæ terminis labens, de quo Strabo lib. 8.
Elix. V. elicio.
Elixa, a Liquore dicta. Festus.
Elixo, [ἑψάω] āre. Aqua coquo. Laur. Valla, Quod in prandio carnes quasdam parum elixasset.
Avem elixare. Apic. 6. 6. conf. eund. 5. 5: 3. 6. &c.
Elixatus, Partic. ut Elixata radix. Macer. 1. 10. 7. Coliculos elixatos mediabis. Apic. 3. 9.
Elixātim, Adv. Apic. 5. 8. Elixatim sumpto semine. Alii rectius Elixati. Sic & 4. 3. Elixatum, pro Elixatim.
Elixus, a, um. Adj. [ἑφθός] dicitur Quod aqua coctum est. Plaut. Mostel. 5. 1. 66. Nam elixus esse quam assus soleo suavior. Idem Pœn. 1. 2. 67. Assum apud te eccum. ag. at ego elixum volo. Non. Marcell. 1. 309. Elixum, quicquid aqua mollitur vel decoquitur. nam Lixam aquam veteres esse dixerunt. Unde & Lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Varro, In pavimento non audes facere lacunam: at in humu calceos facis elixos. i. e. Madefacis calceos.
Balneator elixus. Martial. lib. 3. 7.
Herba elixa. Ovid. 4. Fast. 371.
Candidus elixæ misceatur caseus herbæ.
Sorbum. Columel. lib. 8. cap. 17.
Vervex elixus. Juven. 3. Sat. 294.
Miscere elixa assis. Hor. 2. Serm. 2. 73. — at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis.
Elixura, vel Elixatura, æ. f. ut Coctura. Apic. 9. 1. & Macer. 1. 22.

## E L L

Ellēborine, Elleborites, Elleborum. V. helleborum.
Ellum, Adv. demonstrantis apud Comicos inquit Donatus, pro Ecce illum. Plaut. Curc. 2. 2. 28. Parasitum tuum video currentem: ellum usque in platea ultima. Ter. And. 5. 2. 14. Nescio quis senex modo venit: ellum, confidens, catus. V. Vallam 2. 15.
Ellychnium, i. [ἐλλύχνιον] Dicitur Funiculus ille papyraceus sive sparteus canabinusve, aut stupeus, qui stans in oleo peruritur. Plin. lib. 23. cap. 4. Ellychnia ex uva (cicis) fiunt claritatis præcipuæ. Idem lib. 35. cap. 15. de sulphure loquens, Quarto autem ad ellychnia maxime conficienda. Stat. 4. Sylv. 9. 29.
Non ellychnia sicca, non replictæ
Bulborum tunicæ. conf. Vitruv. 8. 1.

## E L M

Elminthes, [ἕλμινθες] Vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati, ut docet Galen. lib. ult. Meth. cap. ult. Nominativus singularis est Elmis. Scribitur & Helmis.
Elmon, Thessaliæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia autem Orchomenus antea dictus, Minyeus, & oppidum Almon, ab aliis Elmon, &c. Sed Hard. ex MSS. Salmon. q. V. Sic igitur & in V. almon restituendum.

## E L O

Elŏco, āre. Loco movere, sive Sedibus pellere. Cic. pro Flacc. 69. de Judæorum gente loquens, Quam chara diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata.
Plerumque idem ac Simpl. Locare, vel Foras locare. Elocare sese curandum. Plin. lib. 26. cap. 1. Siquidem certum est Manilium Cornutum ex Prætoriis legatum Aquitaniæ provinciæ, h-s. cc. elocasse in eo morbo curandum sese.
Boves elocare. h. e. Alteri locare, ut inde lucrum accipiamus, quemadmodum de equis fieri solet. Columel. lib. 1. cap. 7. Et maxime vexant servi, qui boves elocant, eosdemque & cetera pecora male pascunt.
Fundum elocare: h. e. Fundum alteri committere & locare. Cic. 5. Verr. 55. Ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat.
Funus elocare. Plin. lib. 21. cap. 3. Asses ergo contulit populus, & funus elocavit. h. e. Funus faciendum alicui dedit, nempe pompam funebrem.
Elocutio, Elocutrix. V. eloquor.
Elogium, i. Testificatio de aliquo, honoris vel vituperationis causa. V. Scalig. ad illud Culicis, Tum fronte locatur elogium. Pignor. in Miscell. Torrent. & Casaub. ad Suet. Calig. cap. 24. extr. Salmas. Exerc. Plin. p. 858.
Vituperationis: ut Quintil. lib. 7. cap. 5. Si exhæredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amaret. Modestinus in l. desertorem. D. de re militari, Desertorem auditum, ad suum ducem cum elogio Præses mittet. i. e. Cum vituperatione. [ Immo Cum declaratione criminis. V. infra.
Honoris causa. Cic. 2. de Fin. 116. Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam, Uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum? Et iterum 1. Tusc. 31. Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Idem in Pison. 72. Valla lib. 4.
Elogium, Simplex suæ sententiæ testificatio. Cic. de Senect. 73. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare. Idem Valla lib. 4. [ Lego ἐλεγεῖον Græce, i. e. Distichon. Quod ipsum extat in collect. Poett. Gnom.
Elogia, pro Testamentis morientium, l. 20. C. de jure delib. l. 33. & l. 35. C. de inoff. testam.
Elogio etiam pro Notoriis, & indiciis criminum, quæ vulgo Onera & Informationes dicimus, l. 6. & l. 11. D. de cust. reor. Tranquill. in Calig. cap. 27. Custodiarum seriem recognoscens nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam a calvo ad Calvum duci imperavit. Elogium quoque edicto subjectam clausulam appellat Ulp. in l. 38. §. jumentorum. D. de ædilit. edic.
Elogium, pro Causæ adjectione. Afric. l. 14. §. 8. D. de lib. & posth. Non enim videri quasi filium exhæredatum esse, quum elogium pater, quum filium exhæredaret, proposuisset. i. e. Exhæredationis causam. pro Famoso carmine usurpat Plaut. Merc. 2. 3. 74. Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus. conf. Parei Lex. Crit. p. 409.

Elogio,

ELOGIO, are. Cæl. Aurel. Tard. 5. 4. 66. Signa elogiavimus.
ELOGIĀTUS, Partic. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. Nomina specialiter elogiata. i. e. Descripta, imposita.
ELONA, [Ἠλώνη] Perrhœborum urbs, quæ in Lemonem nomen permutavit, hodie diruta jacens. V. Strab. lib. Geogr. 9.
ELONGO, [ἐπιμηκύνω] āre. Idem quod Prolongare, & prolatare, ac differre. Plin. Quo maxime tempore dies elongantur. Ita Forum Romanum, sed perperam. Attamen agnoscit Glossarium Cyrilli, μακρύνω, Elongo. Onomastic. ἀφίστημι.
Pro Removere, cum quo junctum reperitur. Sarisb. 7. 16. A consortio divinitatis aliquem removere & elongare. adde Fulgent. Epist. 4. ad Niob. [Videtur eadem notione in Glossario utroque positum. Forte tamen Elonginquo legendum, cujus v. etiam simplex Longinquo occurrit.
ELOPS, [ἔλοψ] Piscis V. ACIPENSER. conf. Ovid. Halieut. 96. Gell. 7. 16. Varr. 2. de R. R. 6. Diversum ab Acipensere facit Lud. Nonnius de Re Cib. l. 2. c. 20. q. V.
Est & Centauri nomen proprium, apud Ovid. 12. Met.
Item Serpentis genus. Plin. lib. 3. cap. 5. & Nicander in Theriac.
ELŎQUOR, [ἐξαυδάω, ἑρμηνεύω, εὐρεσιλογέω] ŏqui. Dicere, efferre. Plaut. Amph. prol. 51. Argumentum hujus eloquar tragœdiæ. Cic. 3. Off. 51. de venditore & emptore, Uterque si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur.
Eloquere uno verbo. Plaut. Truc. 4. 2. 43.
Perge eloqui. Ter. Phorm. 4. 3. 96.
Quod veni eloquar. Ter. Heaut. prol. 3.
Cum hero pauca eloquar. Plaut. Mil. 4. 8. 43.
Ipse eloquar nomen meum. Plaut. Amph. prol. 18.
Unum elocutus. Cæs. 2. Bell. Civil. 34. Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet.
Monstrum eloqui. Sen. OEth. 6.
Verba simillima veris eloquor. Ovid. 15. Epist. 130.
Eloqui, pro Loqui. Virg. 3. Æn. 39. Eloquar, an sileam?
Eloqui, quod ad oratores spectat, est, ut ait Cicero, Apte, ornate, & eleganter dicere. Unde idem Cic. 1. de Orat. 64. Disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem.
Composite, ornate, copiose eloqui. Cic. 1. de Orat. 48. Copiose eloqui, modo prudenter: melius est, quam vel accutissime sine eloquentia cogitare. Cic. 1. Off. 156.
Digne eloqui. Sen. Thyest. 8.
Polite eloqui. Cic. 1. Tusc. 6. Fieri autem potest ut recte quis sentiat: & id quod sentit, polite eloqui non possit.
Præclare eloqui cogitata. Cic. de Clar. Orat. 253.
Vis eloquendi. Quintil. lib. 2. cap. 1. Vis elequendi maxima soli oratori tribuitur. Cic. in Orat. Domina rerum eloquendi vis quam est præclara, quamque divina. Cic. 2. de Nat. Deor. 148.
Active habet Enn. apud Gell. 12. 4.
ELŎQUENS, Partic. [λόγιος, λεκτικός, εὐρεσιεπής, εὐφραδής] Qui in dicendi ratione perfectus est. Cic. pro Cæcin. L. Crassus homo longe eloquentissimus. Idem in Orat. 102. Erit igitur eloquens is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat.
Paucitas eloquentium. Cic. 1. de Orat. 19. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, quum ex iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est.
Eloquens suavis & ornatus. Cic. 1. de Orat. 6. Si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis de quibus disputaverunt, eloquentes & in dicendo suaves atque ornati fuerunt, &c.
Eloquens is est qui & humilia subtiliter, & magna graviter, & mediocria temperate potest dicere. Cic. in Orat. 100.
Eloquens etiam is erit, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. Cic. 1. in Orat. 8.
Eloquens & muta res. Author ad Heren. lib. 4. 67.
ELOQUENTIA, æ. [λογιότης, ῥητορεία] Bene & recte eloquendi scientia. Ter. Phorm. 4. 3. 24. Eja sudabis satis, si cum illo incoeptas homine: ea eloquentia est. Idem Eun. 5. 9. 63.
Eloquentia nihil aliud est, nisi copiose loquens sapientia. Cic. in Partit. 79.
Abundans sonantibus verbis uberibusque sententiis eloquentia. Cic. 1. Tusc.
Eloquentia & Infantia, opponuntur. Cic. in Topic. 82. Possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam.
Prudentiam cum eloquentia jungebat Aristoteles. Cic. 1. Tusc. 7.
Arma, & tympana eloquentiæ dare. Quintil. lib. 5. cap. 12. Nos qui Oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus?
Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Cic. 2. Tusc. 3.
Fontes eloquentiæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Imago eloquentiæ. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Lumen eloquentiæ Tullius. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Ornamentum eloquentiæ. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Vires eloquentiæ. Quintil. procem. lib. 1.
Adulta eloquentia. V. ADOLESCO.
Alumna eloquentia. Cic. de Orat. V. ALUMNUS.
Artificiosa eloquentia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Attica eloquentia. Quintil. in procem. lib. 6.
Coacta eloquentia. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Consummata. Idem procem. lib. 1.
Forensis eloquentia. V. RHETOR.
Libidinosa eloquentia. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Locuples. Quintil. lib. 6. cap. 14.
Lucrosa & sanguinans. Tacit. de Orat. 12. Nam lucrosæ hujus & sanguinantis eloquentiæ usus recens & malis moribus natus, atque (ut tu dicebas) in locum teli repertus. V. SANGUINO.
Mediocris eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Paterna eloquentia. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Pauper eloquentia. V. PAUPER.
Popularis eloquentia. V. Rhetorica duplex, in RHETOR.
Speciosa. Quintil. lib. 6. cap. 14.
Vera & absoluta eloquentia. Cic. in Orat. 17. Quo fit ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina quæritur.
Corrumpere eloquentiam. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Effingere eloquentiam. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Expulsa eloquentia civitate Lacedæmoniorum. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Facere eloquentiam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 2. Ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat.
Formare eloquentiam. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Inclinare eloquentiam. V. Orationem inflectere, in INFLECTO.
Locupletare eloquentiam. V. in LOCUS.
Obmutuit eloquentia. Cic. in Bruto, 22.
Occultare eloquentiam. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Persuadere eloquentia aliquid alicui. Cic. in Orat.
Timere eloquentiam ac gratiam alicujus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
ELOQUIUM, [αἱμυλία, λόγος] Sermonem aliquando significat, aliquando Facundiam. Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis natos esse.
Eloquium, pro Facundia. Juven. 10. Sat. 114.
Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis. & mox 118.
Eloquio sed uterque perit Orator.
Cultum eloquium. Auson. Section. 2. in Epicedio in patrem,
Sermone impromptus Latio, verum Attica lingua
Suffecit culti vocibus eloquii.
Fertile eloquium. Claud. ad Olibr. 20.
Insolitum eloquium. Hor. in Arte Poët. 217.
Liquidum eloquium. Auson. Section. 3. Ad amicum, ut quamprimum ad se veniat.
Sic tibi sint Musæ faciles, meditatio prompta
Et memor, & liquidi mel fluat eloquii.
Melleo delibutus eloquio jam tertiæ Nestor ætatis. Auson. in Gratiarum actione pro Consulatu.
Potens eloquium. Stat. 4. Sylv. 4. 65.
Vernans eloquium. Sidon. ad Claud. lib. 4. Vernantis eloquii flore melliti.
Vocale eloquium, pro Carmine grandi & sonoro. Juven. 7. Sat. 19.
— nectit quicunque canoris
Eloquium vocale modis, laurumque momordit.
Decus partum eloquio. Sil. lib. 3.
Vincere aliquem eloquio. Ovid. 13. Met. 63.
Nitor eloquii domesticus. Ovid. 2. de Ponto, 2. 51.
ELOCUTIO, [φράσις, ἑρμηνεία, ἐξαύδησις, περιφορά] Sermonis expressio. Plaut. Mil. Quam Græci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem. Quintil. lib. 8. cap. 1. pr.
Elocutio est Idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio. Cic. 1. de Invent. 9.
Tenera cutis elocutionis. Quintil. lib. 5. cap. 12. Et illam vim stricte robusteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus.
Inanis & pene puerilis elocutio. Cic. 1. de Orat. 20. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio: quæ nisi subest, res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & pene puerilem.
Elocutio ad commodum oratoris accommodata, tres in se res debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. Author ad Heren. lib. 4. 8.
Circumscribere elocutione rem simplicem. Author ad Heren. lib. 4. 44.
Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione.
Elocutio, ut pars Rhetorices. Quintil. in procem. lib. 1. Quatuor (scil. libri) elocutioni, in cujus partem memoria, ac pronuntiatio veniunt, dabuntur.
Institutionum quædam genera ad eloquentiam præparandam, ut problemata, periphrases, elocutiones. Suet. de Clar. Gram. 4. 6.
ELOCUTORIA, [ἑρμηνευτική] V. ELOCUTRIX.
ELOCŪTOR, ōris. m. Ennod. 1. 1. Blandus elocutor.
ELOCŪTRIX, īcis. f. [ἑρμηνευτής] Quintil. lib. 2. cap. 15. Nam oratoria sic efferetur, ut elocutoria: oratrix, ut elocutrix.
ELOCUTĬLIS, e. Copia elocutilis facundia. Apul. 11. Met. p. 240.
ELŎQUAX, pro Loquax. Cat. apud Cic. de Senect. 31. ubi alii Loquax. V. Gronov. ad loc. & Parei Lex. Crit. p. 410.
ELORINI, Populi Siciliæ, ut author est Cic. 5. Verr. 103. ab Eloro. q. V.
ELORONUM, est Galliæ civitas. V. Scal. Auson. Lect. 2. 7.
ELŌRUS, vel HELORUS, [Ἔλωρος, Ἕλωρος] Siciliæ urbs, ab Eloro amne qui campis superfunditur dicta; proxime Pachynum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Et lib. 32. cap. 2. Silius 14. 270.
Sidonios Drepane, atque unda clamosus Elorus. Ovid. 4. Fast. 477.
Hinc Camarinan adit, Thapsonque & Eloria Tempe. quanquam mendose legitur Oloria, quasi ab oloribus. Virg. 3. Æn. 698.
— præpingue solum stagnantis Helori.
ELOS, [ἧλος] Vitium tuniculæ oculi, quæ dicitur Rhagoides, erosione proveniens, aut scissura ceratoidis: sic cognominatum ἧλος, i. e. Clavus, si obdurescat calli imagine. Plura Cæl. lib. 12. cap. 5.
ELOTÆ. V. HELOTÆ.
ELOTUS. V. ELAVO.

## E L P

ELPIÆ, [Ἐλπίαι] Civitas, quam Rhodii apud Daunos condiderunt, teste Strab. lib. 14.
ELPĒNOR, ŏris. [Ἐλπήνωρ] Unus e sociis Ulyssis, quem Circe mutavit in porcum. Homerus tamen in Odyss. 10. extr. scribit, de scalis delapsum periisse. Juven. 15. Sat. 22.
— aut tenui percussum verbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
Miser Elpenor. Ovid. 3. Trist. 4. 19.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto. adde Martial. lib. 11. 82.
ELPIS, [Ἔλπις] Samius, qui ad Africam nave delatus leonem demerebatur os ex dentibus eximendo. Plin. lib. 8. cap. 16.

**Elpis**, Nomen proprium Boëthii uxoris: de qua hoc extat epitaphium:
Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul a patria conjugis egit amor.
Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora:
Cumque viro solum spiritus unus erat.
Lux mea non clausa est tali remanente marito:
Majorisque animæ parte superstes ero.
Porticibusque sacris, jam nunc peregrina quiesco,
Judicis æterni testificata thronum.
Neve manus bustum violet, ne forte jugalis
Hæc iterum cupiat jungere membra cinis.

## E L U

**Elūceo**, xi, [ἐκφαίνομαι] ēre. Lucidum esse: & per translationem, Manifestum, & apparens. Cic. 1. de Divin. Ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Virg. 4. Georg. 28.
— elucent aliæ, & fulgore coruscant.
Elucere & Occultari, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 86. Tenuitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.
In causis atque foro elucere. Cic. 2. de Orat. 155. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat.
Amicitia magis elucet inter æquales. Cic. de Amicit. 101.
Constantia. ut, Ex animo elucebit omnium constantia omnisque moderatio. Cic. 1. Off. 101.
Eruditio elucet in ipsa pictura. Plin. lib. 35. cap. 11.
Excellentia animi elucet magnitudoque in despiciendis opibus. Cic. 1. Off. 17.
Honos elucet. Cic. 10. fam. 10.
Ignis eluxit. Tibull. lib. 4. 1. 134.
Lætior eluxit structos super ignis acervos.
Ingenium in eo elucet. Cic. pro Cœl. 45.
Lumen tuum elucet. Cic. 12. Fam. Nunc autem opto ut ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.
Sanctitas, & prudentia, & dignitas illius quasi lumen aliquod extinctis ceteris elucet. Cic. 4. fam. 3.
Significatio virtutis elucet. Cic. de Amicit. 49.
Spes in pueris elucet. Quintil. lib. 1. cap. 1.
**Elucens**, Partic. [ἐκφαινόμενος] Cic. in Somn. Scip. 8. Inter flammas circulus elucens splendidissimo candore.
**Elucesco**, [περιεκφαίνω] ēre. significat Magis lucidum fieri. Hieronym. Quod ut clarius elucescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus. Item Augustin. Retract. 1. 13. & Chrysol. Serm. 156. Sed exemplis antiquioribus defendi non potest. V. Voss. de Vitiis Serm. 1. 23. Sciopp. Animadv. ad Voss. p. 12. Cellar. Cur. Poster. p. 302.
**Elucĭdo**. Vulgat. Sirac. cap. 24. 31. V. Voss. de Vit. L. L. 4. 7.
**Elucificare**, Antiquum verbum, a Luce. Laberius.
— sic ego
Fulgentis splendore pecuniæ volo
Elucificare exitum ætatis meæ. Hæc verba Laberii leguntur apud Gell. lib. 13. cap. 17. Elucifacere habet Nonius 2. 293. in eodem dicto Laberii. ubi Mercerus Elucificare ex MSS.
**Eluctor**, [διαπαλαίω] āri. quasi Luctando superiorem esse & vincere. Plin. lib. 34. cap. 10. Tenuissima est in ipso fornacium ore, qua flammæ eluctantur. i. e. Vi quodammodo exeunt, & quasi luctando Virg. 2. Georg. 244.
— aqua eluctabitur omnis. i. e. Cum mora egredietur, inquit Servius. Liv. 4. Bell. Pun. Tenentibusque quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt.
Locorum difficultates eluctatus. Tacit. in Vit. Agric. 17. 3.
Eluctari per multa impedimenta. Sen. lib. 6. Controvers.
Nives eluctari. Tacit. 3. Hist. 59. 3. Et vix quieto agmine nives eluctantibus, patuit, quantum discriminis adeundum foret.
Vox eluctata furorem est. Stat. 1. Achil. 525.
Eluctavi, pro Eluctatus sum. Plaut. Trin. 4. 1. 20. Cum hisce ærumnis eluctavit. Nonius.
Eluctantia verba. i. e. Impedita & coacta. Tacit. 4. Ann. 31. 3. Quin alias compositus, & velut eluctantium verborum, solutius promptiusque eloquebatur, quoties subveniret.
**Eluctātus**, Partic. [διαπαλαίσας] Lucan. lib. 2. 219.
Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in undas, &c.
Tandem eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subito destitutus cadit. Sen. 4. Nat. Quæst.
**Eluctatio**, ōnis. f. Lactant. 3. 11. Eluctatio adversus mala.
**Eluctabĭlis**, e. Sen. 6. Nat. Quæst. 8. Lacus non pediti eluctabilis nec navigio.
**Elūcŭbro**, [νυκτογραφέω, φιλοπονέω] āre. & **Elucubror**, āri. Deponens. Vigilare, & aliquid ad lucernam scribere. Lucubrando elaborare. Cic. 7. Att. 19. Nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Columel. lib. 10. cap. 1. Quare quicquid est istud quod elucubravimus, propriam, &c.
**Elucubratus**, a, um. Cic. de Clar. Orat. 312. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quam elucubratas afferebamus. Valer. Max. 3. 7. ext. 1. Cunctante stylo elucubratum opus.
**Elūcum**, significat Languidum ac semisomnum, vel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, sive halonem, h. e. hesterno vino languentem quem ἠλεὸν vocitant Græci. Author Festus. Dicitur etiam de gravedine capitis ex ebrietate. Apul. Apol. p. 507. An, quod verius, ex crapula haluco (ita enim quoque legitur) attentatur. Tertull. de Cor. cap. 7. Hederæ natura est cerebrum ab heluco defensare. Et rite fortasse apud Tibull. lib. 1. 11. 51.
Rusticus elucoque vehit male sobrius ipse
Uxorem plaustro progeniemque domum. Alii autem E luco divise. V. Scal. & Broekh. ad loc. Scribitur & Helucus aspirate. V. Fest. & Scal. ac Dacer. not.

**Eludo**, si, sum, ĕre. Desinere ludere. ut Donat. ad Ter. Eun. 1. 1. 10. Ita Aquil. JCtus, apud Cic. in Topic. 32. Litus definit, Qua fluctus eluderet. h. e. Desineret ludere; i. e. Reciproco motu lusitare & resilire. adde Turneb. Adversf. lib. 22. 5. ac l. 96. & 112. D. de verb. signif. Isidor. 14. 8. & Interp. Quintil. lib. 5. cap. 14. p. 489. Ita gladiatores dicuntur Eludere cum ludo finem imponunt. Ter. l. c. Eludet ubi te victum esse senserit. Plaut. Curc. 5. 2. 30. Annulum quem parasitus te elusit, i. e. Quem in ludo vincendo ademit. Propert. 4. 1. 139.
Nam tibi victrices quascunque labore parasti
Eludet palmas una puella tuas. Ita Eludere gloriam alicujus. Liv. 28. Ad hunc sensum forte respexit Cic. in Catil. 1. 1.
Eludere etiam est verbum Gladiatorium, sed deflexo sensu: cum sc. ictus adversariorum declinatione corporis effugiunt. Manil. 5. 163.
Ille cito motu rigidos eludere cæstus. V. Turneb. Adversf. 28. 15. Thys. de Glad. p. 233. Dicitur de Cervo ap. Phædr. 1. 12. Cursu levi canes elusit.
Ita Hor. 1. Epist. 17. 18. Mordacem cynicum sic eludebat. V. Lambin. ad loc. Hinc pro Elabi positum reperitur. Ita fortasse Cic. in Divin. Te vero Cæcili quemadmodum sit elusurus quam omni ratione jactaturus, videre jam videor. Unde frequentissima significatione ponitur pro Illudere, Decipere, Frustrari, ut Cic. 4. Acad. 123. Sed & vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis.
Leviter aliquid eludere. Quintil. lib. 4. cap. 5. Cujus tamen divisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit.
Venuste eludere. Quintil. lib. 5. cap. 13. Quod factum venuste temporibus nostris illusit Vibius Crispus.
Facetius eludi ab aliquo. Cic. pro Rosc. Amer. 128. Nosque ab isto nebulone facetius eludemur.
Alicui eludere. Cic. de Opt. gen. Orat. 17. Quasi rudibus ejus eludit oratio. [Immo Rudibus sexto casu, a subst. **Rudis**. q. V.
Animos consiliis eludere. Claud. in Gigant. 36.
Magnas accusatoris minas, magnamque judicii expectationem ad nostrum arbitrium libidinemque eludere. Cic. 2. Verr. 30.
Seges eludit messem fallacibus herbis. Tibull. lib. 2. 1. 19.
Ratione aliqua quempiam eludere. Ovid. 3. de Arte Am. 611.
Qua vafer eludi possit ratione maritus.
Rempublicam in suis cogitatis & furoribus eludere. Cic. pro Milon. 32.
**Elūdens**, Partic. [καταπαίζων] Cic. 2. de Divin. 145. Quæ est ars conjectoris, eludentis ingenio.
**Elūsus**, [καταπεπαιγμένος] Partic. Cic. 2. Philipp. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus.
Imagine alicujus rei elusus. Ovid. 6. Met. 104.
Mæonis elusam designat imagine tauri Europam. Hor. 2. Epist. 1. 47.
**Elūsio**, Vet. Gloss. ἐμπαιγμός.
**Eludificor**, āri. Ludificari. Plaut. Mostel. 4. 3. 46. ubi alii Ludificatus legunt.
**Elūgeo**, xi, ctum, [πένθος καταλήγω] ēre. Luctum deponere. Liv. 34. 2. Quid aliud in luctu quam purpuram, atque aurum deponunt? Quid aliud quum eluxerunt, summunt? Gell. 7. 7. Kirchm. de Fun. 4. 10. Guther. de Jur. Man.
Elugere, Lugendo deflere. Cic. 9. Fam. 20. Patriam eluxi jam & gravius & diutius, quam ulla mater unicum filium.
**Elugeor**, Passiv. Ulp. in l. liberorum. D. de iis qui notantur infamia. Prætor ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis.
**Elumbis**, e. [ἐξωσφυσμένος] Evulso lumbo, inquit Festus: qui præ lumbi debilitate sese erigere non potest.
**Elui**, [Ἐλυοι] Aquitaniæ populi, inter Garumnam & Ligerim adjacentes, de quibus Strab. lib. 4. Alii Galliæ Narbonensi attribuunt. Nomen varie scribitur, frequentius cum aspirata Helvii, Helvi, Ilui. Quorum civitas Alba Augusta, postea Vivarium, *Viviers*.
**Elvina**, dicta est Ceres, ab Elvio oppido, vel ab Elvide fluvio, in quo colebatur. Juven. 3. Sat. 320.
Me quoque ad Elvinam Cererem, vestramque Dianam. V. **Helvinus**.
**Ēluo**, ui, ūtum, [ἐκπλύνω, ἐκκλύζω] ĕre. V. **Elavo**. Lavare, seu Lavando purgare, sive Exhaurire. Cato cap. 86. Lavetque bene, corticemque deterat bene, eluatque. Columel. Semel atque iterum eluantur.
Eluere ex aqua. Cels. lib. 7. cap. 21. Deinde eluendum id ex aqua, quæ vel salem adjectum, vel nitrum habeat.
Corpus eluere. Ovid. 11. Met. 141.
Maculam vestium eluere. Plin. lib. 20. cap. 8. Aquæ e radice coctæ maculas vestium eluere dicuntur.
Sanguinem profusum eluere. Cic. 12. Philipp. 12. Ut Centurionum legionis Martiæ Brundusii profusus sanguis eluatur, num elui prædicatio crudelitatis poterit?
Sordes vitæ & animi labes, per translationem. Cic. in Sallust. 3. & 2. de Legib. 24. Animi labes, nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest.
Crimen eluere. Ovid. 11. Met. 141.
Subde caput, corpusque simul, simul elue crimen.
Curas eluere. Hor. 4. Carm. 12. 20.
Nardi parvus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Labem pudoris eluere. Sen. Hippol. 8.
Maculas furtorum suorum, sanguine sociorum. Cic. 5. Verr. 120. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.
**Elūtus**, Partic. [ἔκκλυτος] ut, Eluta & siccata vinacia. Columel. lib. 6. cap. 3. Et Eluta alica, Plin. lib. 22. cap. 24. Celso Elota. Compar. Hor. 2. Serm. 4. 16.
— irriguo

— irriguo nihil est elutius horto.

Elutio, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. Panis calida (elutione purgatus.

Elutia, orum. teste Plin. lib. 34. cap. 16. dicuntur Metalla auraria, in quibus aqua immissa elutis sordibus metallum ostendit. Aluta Hard. ex MSS.

Eluvies, ĕi. vel Eluvio, ōnis. f. [ἔκκλυσμος] Proprie dicitur Quod expurgatur, præsertim aquarum fluxu: quamvis & alterius humoris dici possit immunditiès. Cic. in Somn. Scip. 16. Propter eluviones, exustionesque terrarum. Idem 2. Off. 16. Collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis. Eluvionem vocat aquarum diluvium.

Eluvies pro Voragine, seu Terra vi imbrium exhausta. Sic enim exponit Erasm. Curt. lib. 6. Torrentesque & eluvies iter morabantur.

Eluvies, sive Eluvio, per translationem, pro Morbo pestifero omnia corrumpente, ac si diceres cloacam. Cic. pro Domo sua, 53. Idcirco tu ad illam labem, atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti?

Eluviem Plin. accipit pro Egestione sordium ex urbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, lib 2. cap. 82. Quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata.

Voragines & Eluvies simul junxit. Liv. 8. pro fossis vi imbrium excavatis, Ab altera parte voragines eluviesque perruptæ sunt.

Eluācrum Labrum dixit Cato de R. R. cap. 10. & 11. V. labrum.

Elutrio, [μεταγγίζω] āre. est De vase in vas transferre: quod quidem & Transvasare dicitur Latine, sed rarius. Plin. lib. 14. cap. 17. Suffervefactis decies, mox elutriatis, atque ita inveteratis. Idem lib. 9. cap. 38. Decimo ferme die liquata cortina vellus elutriatum mergitur in experimentum. Gell. 16. 7.

Elutus, Eluvies, Eluvio, V. eluo.

Elusco, āre. ἐκτυφλόω Gloss. Gr. Lat. Legitur apud JCtos. Ulp. l. 3. D. de condict. triticiar. l. 5. §. ult. D. ad Leg. Aquil. & Marcel. l. 27. D. de pignorib. vel hypoth.

Eluscatio, ōnis. f. ἀποτύφλωσις. Gloss. Cyrill.

Eluxātus, [ἐξαρθρωμένος] Idem significat quod simplex. Plin. lib. 20. cap. 9. Sic etiam fistulas eluxatas & tumores revocari, quæque discuti opus sit. Hard. Et luxata & humores evocari.

Eluxuriari, [καταπαραγεῖν] Idem quod Luxuriari: ad arbores translatum. Columel. de Arbor. cap. 3. Quod si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

## E L Y

Elymais, Plin. lib. 6. cap. 25. Regio Persidi vicina.

Elymæi, [Ἐλυμαῖοι] Indiæ populi versus Austrum incolentes, teste Plin lib. 7. cap. 2.

Elymus, [ἔλυμος] Galen. Ex leguminum genere est, milio specie similis, facultate certe pauci nutrimenti, & exsiccatoria. Sistit quoque nonnihil ventris fluxus, ceu ipsum etiam milium. Si vero foris illinatur, exsiccat atque refrigerat. Hæc ille, lib. 6. de Simpl. medic. facult.

Elysium, [Ἠλύσιον πεδίον] secundum poetas, est Locus inferorum, voluptatibus plenus: ubi dicuntur esse animæ bonorum. Virg. 5. Æn. 735.

— sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo. Idem lib. 6. 744.
— per amplum Mittitur Elysium.

Elysius, Adj. [Ἠλύσιος] ut,
Elysii campi. Virg. 1. Georg. 38.
Quamvis Elysios miretur Græcia campos.
Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet. Ovid. 2. Amor. 6. 49.
Domus Elysiæ. Ovid. 14. Met. 111.
Vallis Elysia. Ovid. 3. Amor. 9. 60.

## E M

Em. Emeritus, Emit. EM. AL. Emeritus alæ. EMA. & EMS. Emissa. EMP. Empta, Emptor. EM. VR. Eminens vir.

Em, pro Eum; & Emem, pro Eundem, apud Festum.

Emacerō, V. emacror. Sen. ad Marc. cap. 10. Alios morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque medios detinebit. Hic est ἐκτήκω.

Emacesco, ĕre. Cels. lib. 2. cap. 2. Ubi aliquis contra consuetudinem emacuit & colorem decoremque amisit. [Al. Emacruit. An Emarcuit?

Emacio, [ἐξισχναίνω] āre. Macie conficere. Columel. lib. 2. cap. 14. Sed ex iis quæ retuli seminibus, idem Saserna putat aliis stercorari, & juvari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Ibidem cap. 10. Emaciatæ vineæ. Et lib. 4. cap. 24. Quæ nec spem vindemiæ destituant, emacient stirpem suam.

Emacitas, V. emo.

Emacresco, ĕre. Valde macrescere. Cels. lib. 2. cap. 4. Morbi signum est nimis celeriter emacrescere. Idem lib. 2. cap. 5. Ubi æger pro spatio parum emacrescit.

Emăcror, [ἰσχναίνομαι] āri. Macrum fieri, & macie confici. Plin. lib. 18. cap. 10. extr. Terram emacrari hoc fatu existimantes. Tenuis tamen est hæc unica auctoritas cum ibi in Codd. MSS. reperiatur & Emaciari, & Emactari, & Emacerari. V. Harduin.

Emacŭlo, [ἀποσμήχω] āre. Maculam auferre. Plin. lib. 21. cap. 19. Nigras vitiligines emaculat. Apul. Apol. Exotico pulvere dentes emaculare.

Emaculatus, Partic. Gell. 6. 5. Argentum emaculatum. Ammian. 29. 1. Domus emaculata odoribus Arabicis.

Emancĭpo, sive Emancupo, [ἀπαλλάττω, ἐκποιῶ] āre. Manumittere & liberare, proprie de filiis: ut, Manumittere de servis. etiam si hoc non sit perpetuum. Cic. pro Domo sua, 37. Id autem scire & videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut e patriciis exeat, ut Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure: nam adoptatum emancipari statim, ne sit ejus filius qui adoptarit. Plin. Epist. 67. Hunc Regulus emancipavit, ut hæres matris existeret.

Emancipare agrum, est Alienare: E mancipio, i. e. Dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere. Plin. Epist. 7. 18. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico emancipavi: eundemque vectigali imposito recepi. (Al. Mancipavi.) Plin. Emancipare, non pro Vendere posuit, sed pro Alienare, quum enim vellet vectigal publice donare in alimenta puerorum: i. e. Rentam constituere (ut verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donavit, & subinde vectigalem recepit. Suet. in Othon. 4. Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipavitque. i. e. Suum jam factum mancipio tradidit illi. Ex Budæo.

Emancupo me tibi, i. e. Me tuæ potestati trado. Plaut. Bacch. 1. 1. 59. Nunc mulier tibi me emancupo, tuus sum, tibi do operam.

Emancipare in. Cic. 1. de Fin. 24. Quum eam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipaverat, ut, &c.

Emancipātus, [ἀπαλλαγείς, αὐτεξούσιος, ἐκποιητος, ἔκδοτος] Particip. Cic. de Senect. 37. Ita senectus nimis honesta est, si seipsam defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Alii legunt Mancipata. Apul. lib. 10. Et assumpto statim nequissimo & ad omne facinus emancipato quodam dotali servulo, perfidiæ suæ consilia communicat.

Miles emancipatus fœminæ. Hor. Epod. 9. 12.

Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur: aut ii qui ex patris jure exierunt, aut ii qui aliorum fiunt dominii: quorum utrunque fit emancipatione.

Emancipatio, ōnis. f. Theophilus, Emancipatio, inquit, id est, actus, tres emancipationes, & tres manumissiones, vel unam emancipationem, & unam manumissionem complectens. §. 6. Quib. mod. jus patr. Instit. conf. l. 6. C. de Emanc. Ulp. l. 1. §. 4. D. Heinecc. Antiq. ad Instit. 1. 12. 6.

Emancĭpator, ōris. m. Ex Gloss. & Prudentio.

Emanco, āre. pro Manus præcidere, mancum facere. Labien. apud. Sen. Controvers. 33. fin. Cedo lora, gaudeo me non omnes emancasse.

Emăneo, si, sum, [ἐκμένω] ēre. Extra manere. Et est militum diu extra castra manentium. ἐκκοιτῶ, Gloss. Vett. in Aliis ἀπομένω. παννυχίζω. Modestin. in l. Desert. §. 1. D. de re militari, Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui a fossa tunc recedit: capite tunc puniendus est.

Emansio, ōnis. f. [παννυχισμός in Vet. Gloss.] Emansio vero minus est delictum desertione: sicut fugitivi deteriores sunt erronibus. V. Dig. de Re Milit. l. 4. §. 14.

Emansor, ōris. m. [ἐκμείνας] est Miles qui diu vagatus, ad castra revertitur. Modest. in l. Desert. §. Emansor. D. de Re Militari.

Emăno, [ἐκρέω, ἐκβλύζω] āre. Emitti atque exire. Columel. lib. 5. Et sale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanat. Lucret. lib. 3. 582.

Emanare perpetim. V. perpetim.

Fons emanat. Cic. 2. de Divin. 63.

Ex fonte emanare. Cic. 2. de Invent. 7.

Ex generibus emanant partes. Cic. 1. de Orat. 189.

Emanare saniem. Plin. lib. 23. cap. 3.

Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Cic. 7. Att. 21.

Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Cic. 3. Att. 12. Sed ita compresseram, ne nunquam emanaturam putarem. Quomodo exciderit nescio. Idem 1. de Legib. Sed quod metuat, ne emanet: id est ne malum habeat.

Emanavit fama. Cic. 3. Verr. 1.

Exit & emanat in vulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 3. pt. Gratia quidem & potentia revocatæ restitutæque matris usque eo floruit, ut emanaret in vulgus, missos &c. Suet. in Neron. cap. 6.

Sermo emanat. Cic. in Brut. 231. Vereri te arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet.

Emanare indiciis. Liv. 3.

Emanans, Partic. Plin. lib. 23. cap. 3. Succus ex oleæ foliis utilis saniem emanantibus. Sed Harduin. Sanie manantibus.

Emanantia, æ. f. apud Arnob.

Emanatio, ōnis. f. Idem. Interp. Vulg. Sæ, Sap. 7. 25.

Emanātor, ōris. m. Cassiod. Div. Lect. cap. 20. Ambrosius lactei sermonis emanator.

Emănuel, Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum deus. Alii scribunt Emmanuel, al. Immanuel.

Emarceo & Emarcesco, Idem quod simplex Marceo. Plin. lib. 15. cap. 29. Marsico bello languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Cels. lib. 2. cap. 8. Si subito mammæ emarcuerunt.

Emarcum, teste Columel. lib. 3. cap. 2. est Genus uvæ, a Gallis sic appellatæ. V. Plin. lib. 14. cap. 2.

Emargĭno, [ἐκχαρακτηρίζω] āre. Crustas & pulvillos in oris ulcerum adimere, ut ait Hermolaus. Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarum, præter quam virginum, erodit, & emarginat ulcera.

Emasculo, [εὐνουχίζω] Castro, & virilitatem aufero. Servius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut venerem arcerent, & coire non possent. Apul. 7. Met. Possum amatorem istum dissectis femoribus emasculare, & quovis vervece mitiorem efficere.

EMASCULATOR, ōris. m. Apul. Apol. p. 321 Emafculatoribus fuis ad omnia nefanda morigerus.

EMATH, Nomen fuit duarum Syriæ urbium, quarum major Antiochia, minor appellatur Epiphania: unde etiam hodie proficifcentibus in Mefopotamiam, prima manfio, Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, fed priftini nominis veftigia retinente.
Hemath vero, in principio afpiratum, Regio Allophylorum eft.

EMATHIA, [Ἠμαθία] (inquit Servius) Theffalia eft, ab Emathio rege dicta. Virg. 1. Georg. 491.
Nec fuit indignum fuperis, bis fanguine noftro
Emathiam, & latos Æmi pinguefcere campos. Pharfalia alio nomine dicitur. V. Plin. lib. 4. cap. 10.

EMATHIUS, Adj. [Ἠμάθιος] ut Emathii campi. Lucan. lib. 1. 1.

EMATURESCO, ui, [πεπαίνομαι] ēre. Maturum fieri. Plin. lib. 15. cap. 4. Nonnunquam ante candidum rufefcit, fi non ematuruit, improbaturque. Gell. 2. 29. Dominus poftea fegetum illarum filium adolefcentem vocat, &, videsne, inquit, hæc ematuruiffe?
Ematurefcere, pro Relinquere acerbitatem. Ovid. 2. Trift. 123.
Atque ea fic lapfa eft, ut furgere, fi modo læfi
Ematuruerit Cæfaris ira, queat.

EMATURO, activ. Eumenius Paneg. Conftant. Fruges calor ematurat.

EMAX, V. EMO.

## E M B

EMBÆNETICA, æ. Ars navicularia. ab ἐμβαίνειν, in navim afcendere, ut ἐκβαίνειν, de navi exire. Cic. 8. Fam. 1. Ego qui fcirem Q. Pompeium Baulis embæneticam facere, & usque eo, ut ego mifererer ejus efuriei, non fum commotus. i. e. Artem navicularium exercere. Verum quia Analogiæ non refpondet, quæ Embaticam pofceret, alii legunt, Schœnobaticam, id eft artem funambulorum, quæ per auxefim, & cum contemptu poteft accipi pro qualibet vili opera. Turnebus legit Empeneticam. V. fuo loco.

EMBAMMA, ătis. n. [ἔμβαμμα] Condimentum quod ad condienda obfonia fit, Intinctus ad excitandam orexin. Columel. lib. 12. cap. 55. Hoc finapi ad embammata non folum idoneo, fed etiam fpeciofo uteris. ἐμβάπτειν enim intingere eft. Ulp. de Tritico, vino, & oleo legato, l. Siquis, Embamma, aceti numero fuit. Plin. lib. 20. cap. 14.

EMBASICŒTAS, æ. [ἐμβασικοίτης] V. Petron. cap. 24. & 26. Stuprator, Tori violator. Etiam poculi genus apud Athen. l. 1. V. Burman. ad Petron. l. c.

EMBATA, [ἐμβάται] Græcis Tragica funt calciamenta, ficut Embades Comica, ut fcribit Cæl. ex Ammon. lib. 5. cap. 13. Sed V. Henr. Steph. Thef. Gr. To. 1. col. 646. Fere hæc confunduntur.

EMBĂTER, ēris. m. [ἐμβατήρ] Baliftæ foramen. Vitruv. 1. 2. V. Bald. Ind.

EMBATEUTICUM Jus, [ἐμβατευτικόν] Alciat. Parerg. lib. 1. cap. 36. Id interpretatur, quod ad quandam detentationem refpicit, & rei poffidendæ facultatem, tametfi proprietas vera ad alium pertineat, quale eft jus fuperficiarii, vel ejus qui fundum vectigalem poffideat, ἀπὸ τοῦ ἐμβατεύειν, quod eft ingredi, & intro pedem ferre. Ulp. l. 3. §. 4. D. de Reb. eor. qui fub. Si jus ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν habeat pupillus, videamus an diftrahi hoc a tutoribus poffit. Hæc Alciatus.

EMBLĒMA, ătis. n. [ἔμβλημα] Vermiculatum opus teffellis infititiis aptum atque confertum. Inde illud Ciceronis in Bruto 149. de Marci Calidii oratione, Nullum nifi loco pofitum, & tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ftructum verbum videres. Et 3. de Orat. 199. de collocatione verborum loquens, ex Lucilio,
Quam lepide lexis compoftæ, ut tefferulæ omnes,
Arte pavimento atque emblemate vermiculato. Lexis (inquit) id eft dictiones in oratione tam lepide compofitæ, quam in pavimentis vermiculato opere factis tefferulæ. Budæus. Vermiculatum enim dicebatur, minutiffima & elegantiffima varietate cælatum, translatione ducta a vermiculis, qui lignum erodentes, effigies & fpecies ingenti varietate notant.
Emblemata etiam in vafis argenteis, aureisque & Corinthiis ornamenta erant apud antiquos exemptilia, quum libitum erat. Cic. 6. Verr. 52. Vafa autem ad Verrem deferuntur: Cibyratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant iis cruftæ aut emblemata detrahuntur. fic Haluntini excuffis deliciis cum argento puro domum reverterunt. Quod unquam Judices hujufmodi everriculum ulla in provincia fuit? Et paulo poft, (54.) Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita fcite in aureis poculis illigabat, ita apte in fcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata effe diceres. Hæc Budæus. Plin. lib. 33. cap. 12. Ulyffes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium furripientes. Cic. 6. Verr. 46. Quum infpiciendum popofciffes, avulfo emblemate remififfe. Varro 3. de R. R. cap. 2. V. Suet. Tib. cap. 71. & Pitifc. ad loc.
Emblema, Infertum quid & infitum fignificat, injunctumque: ideo factum, ut Emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde Fabius lib. 2. de locis communibus loquens, cap. 4. Ut quoties effet occafio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Budæus.

EMBOLA, [ἐμβολή] In l. Jubemus. C. de Sacrof. ecclef. Jubemus nullam navem ante felicem embolam, vel publicarum fpecierum transvectionem, publicis utilitatibus fubtractam excufari poffe. Transvectio mercium.

EMBOLICUS, Adj. ut, Embolicæ fpecies, de quibus apud Vopifcum in Aureliano C. 45. his verbis, Aurelianus nitri, chartæ, lini, ftuppæ, atque embolicas fpecies æternas conftituit. Sunt autem hæ fpecies, ut Turnebus interpretatur, quibus oneratæ naves quotannis Romam mittebantur ex Ægypto annuo vectigali. Ambolicas in editis legitur, quas in Anabolicas, vel Anatolicas quidam convertunt, & orientales intelligunt: fed hæc Turnebi lectio mihi magis probatur, præfertim, quum de embole in Codice multa mentio fiat. Cui etiam Cafaubonus adftipulatur.

EMBOLĪMUS. EMBOLIMÆUS, & EMBOLISMALIS, Adj. Infertus, infititius, intercalaris. Aufon. Ecl. de rat. dier. v. 13.
Menfe Numæ extremo nomen caput embolimæi. V. Scalig. lib. 1. de Emendat. Temporum.

EMBOLISMUS, i. [ἐμβολισμός] dicitur Intercalatio. V. Solin. cap. 1. & Macrob. 1. Saturn. 13. Meurf. ibi & Gronov. Salmaf. in Solin. p. 14.

EMBŎLIĀRIUS, EMBŎLĀRIUS, Adj. ut, Emboliaria mulier. Plin. lib. 7. cap. 48. i. e. Scenica. V. EMBOLIUM. Harduin. ad loc. Plin. cit. Scalig. in Manil. 5. 27. Salmaf. in Hift. Aug. p. 384. N. Aleman. ad Procop. Anecdota cap. 9. p. 33.

EMBOLIUM, i. [ἐμβόλιον, ἀπὸ τοῦ ἐν, καὶ βάλλω] ab In & Jacio: quafi Argumentum & ingreffus quidam fcenicus, quale fub Domitiano repræfentatum eft, fi Martiali credimus, lib. de Spectac. 5.
Junctam Pafiphaen Dictæo, credite, tauro
Vidimus: accepit fabula prifca fidem. Cic. 3. ad Q. F. 1, 7. Itaque mirificum embolium cogito in fecundum librorum meorum includere. Idem pro Sext. 115. Cur ille ipfe maxime ludius non folum fpectator, fed actor & acroama, qui omnia fororis embolia novit, qui in cœtum mulierum pro pfaltria adducitur, nec tuos ludos afpexit, in ifto ardenti tribunatu fuo? Ubi pro Epifodiis accipiunt. V. not. ad loc.

EMBOLUM, i. n. [ἔμβολον] & EMBOLUS, i. m. Paxillum. Cuneus vel aliquid hujusmodi quod fc. immittitur. Sic in Machinis hydraulicis Embolus erit cujus motu reciproco furfum attollitur aqua. V. Vitruv. 10. 12. Bald. Lexic. Item Roftrum navis. Petron. cap. 30. Fafcium imam partem quafi embolum navis æneum finiebat. V. Fr. Pith. Collectanea. ibid. Scheff. de Milit. Nav. 11. 5.
Et Acies in rhombi modum inftructæ nominantur Embola, fi fides Hermolao.
Ex prima quoque notione Fibula rotarum quæ axibus firmandis immitti folet. V. Gloff. Gr. Lat. Hanc ruftici Claviculam appellant.

EMBRACTUM, i. n. Genus intriti. Apic. 9. 14. Alii Emphractum.

EMBREGMATA. [ἐμβρέγματα] Medicis dicuntur Infperfiones, h. e. Quæcunque fronti aut temporibus ratione medica infperguntur. Dicitur & ἐμβροχή, Embroche, & Embrochatio.

EMBRYON, i. n. [ἔμβρυον] Imperfectus partus dicitur. Nuper genitus infans, vel crudus & indigeftus, inquit Suidas.

EMBRYORECTES, [ἐμβρυορήκτης] Inftrumentum ad extrahendum fœtum in utero mortuum. V. Tertull. de Anima, cap. 15. Dicitur & Embryothlaftes, ἐμβρυοθλάστης. Quo frangitur embryon, ut per partes extrahatur.

## E M E

EMEO, āre. Marcellin. 29. 5. Emeato mari cum claffe.

EMEATUS, ūs. m. verbale. Idem 17. 4. Nilus fub emeatus fui difcrimine. Nonnulli libri habent Meatus.

EMEDULLO, [ἐκμυελόω, ἐξεντερίζω] āre. Medullam extrahere. Plin. lib. 22. cap. 22. Item graveolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia in vini Falerni heminis tribus decocta.
Emedullare, per translationem, Declarare. Plaut. Narra jam rem nobis omnem, atque emedulla.

EMENDĪCO, [ἐπαιτίζω] āre. More mendicantium aliquid petere. Suet. Aug. cap. 91. Stipem a populo emendicare. Idem in Cæf. 54. In Hifpania a Proconfule & a fociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni. In l. Singuli. C. de Accufationibus, Singuli univerfique judices cognofcant in publicis criminibus non oportere emendicatis fuffragiis decretorum, aut relationibus a publicis perfonis deftinandis credere. Et in l. Scriniis, de Palatinis facrarum largitionum.
Honos emendicatus. In lege prima. C. Ubi quis de curiali vel cohortali, penitusque emendicati honoris præfcriptione fubmota a judice, &c.

EMENDO, [ἐπανορθόω] āre. Corrigere, & velut Extra mendam ponere. Plin. lib. 6. Epift. 116. Quis autem hic eft qui emendet publicos mores? Cic. 2. Att. 16. Ita rurfus remittit, ut me roget, ut annales fuos emendem & edam.
Corrigi & emendari. Cic. 3. de Legib. 30. Ut enim cupiditatibus principum & vitiis infici folet tota civitas, fic corrigi & emendari continentia.
Animum. Propert. lib. 3. 20. 25.
Illic vel ftadiis animum emendare Platonis Incipiam.
Antiquitatem. Cic. in Orat. 155. Atque etiam a quibusdam fero jam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt.
Confilium aliquod emendare. Cic. pro Muren. 60. Ego tuum confilium Cato propter fingulare animi mei de tua virtute judicium, vituperare non audeo, nonnulla in re forfitan, conformare & leviter emendare poffum.
Confuetudinem vitiofam & corruptam, pura & incorrupta confuetudine emendare. Cic. de Clar. Orat. 261.
Fortunam emendaturus arte. Hor. 2. Serm. 8. 85.
Res Italas legibus. Hor. 2. Epift. 1. 2.
Succos. Autor de Medicam. Faciei.
Urbes judiciis emendare. Quintil. in procem. lib. 1.
Emendare, Auferre, curare, fanare maxime. Plin. lib. 24. cap. 10.
Succus hederæ, tædia narium graveolentiamque emendat, præcipue albæ fativæ. Martial. lib. 11. 100.
Emendare cupis vitium deforme: docebo,
Lesbia nec furgas cenfeo, nec fedeas.
Alopecias emendat cinis e radice afphodeli. Plin. lib. 22. cap. 22.
Alvum citam emendat flos hederæ, in vino auftero bis die potus. Plin. lib. 24. cap. 10.
Dolores capitis emendantur contrito nafturtio. Plin. lib. 20. cap. 13.
Epiphoras, & fiqua in oculis vitia funt, emendat. Plin. lib. 25. cap. 12.
Furfures emendant pityufæ folia in aceto decocta. Plin. lib. 24. cap. 6.
Gravitas aurium emendatur nafturtio trito, impofito auribus. Plin. lib. 20. cap. 13.
Scabiem palpebrarum emendat fici fuccus lacteus. Plin. lib. 23. cap. 7.

EMEN-

EMENDATUS, Partic. [ἐπανορθωθεὶς] Cic. de Amicit. 62. His, ergo finibus utendum abitror, ut quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine ulla exceptione communitas.
Correcta & emendata. Cic. 1. Acad. 13. Certe enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maxime.
Emendata & Latina loquutio. Cic. de Clar. Orat. 258.
Sapiens & emendatus. Hor. 2. Epist. 16. 30.
Velocitas emendata. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Vir emendatus. Plin. lib. 3. Epist. 3. Vir est emendatus, & gravis.
Compar. Petron. 126. Mulier omnibus simulacris emendatior.
Superl. Lactant. 2. 4. Emendatissimi libri.

EMENDATE, Adv. [ἐπηνωρθωμένως] Cic. de Opt. gen. Orat. 4. Perficiendum est ut pure & emendate loquentes, quod est Latine. Quintil. lib. 8. cap. 1. Emendate loqui. Vitruv. lib. 10. cap. 11. Emendate describere.
Compar. Plin. lib. 34. cap. 8. Emendatius facere.

EMENDATOR, oris. m. [ἐπανορθωτὴς] Cic. pro Corn. Balb. 20. O præclarum interpretem juris, authorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ civitatis.
Emendator & corrector. Cic. 2. Philipp. 43. Jam enim quoniam criminibus ejus satis respondi, de ipso emendatore & correctore nostro quædam dicunda sunt.
Emendator sermonis. Cic. de Clar. Orat. 259.

EMENDATRIX, f. [ἐπανορθώτρια] Cic. 1. de Legib. 58. Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet. Sic. 4. Tusc. 69. Emendatrix vitæ poetica.

EMENDATIO, onis. f. [ἐπανόρθωσις] Cic. 4. de Fin. 21. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio.
Severitas emendationis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Accipere auribus emendationem. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Obstare emendationi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

EMENDABILIS, e. Qui corrigi potest. Liv. 44. 10. In errorem emendabilem lapsus. conf. Sen. de Clem. 2. 7.

EMENDATORIUS, Augustin. Epist. 109.

EMENSUS, V. EMETIOR.

EMENTIOR, [ψεύδομαι] iri. Aperte & palam dicere, vel Effingere quod non est. Cic. pro Domo sua, 80. Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem? Ovid. 5. Met. 188.

— qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat.

Ementiri & fingere. Cic. pro Rosc. Amer. 127. Ego hæc omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret.
Ementiri atque criminari aliquid. Cic. 4. Verr. Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam statim invitant, ut animum ejus in Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid & criminando.
In aliquos ementiri. Cic. in Partit. 50. Alii ementiti sunt in eos quos oderant.
Auspicia ementiri. Cic. 1. de Divin. 15. Liv. 21. 63.
Authoritatem alicujus ordinis. Cic. pro Domo sua, 50. Satisne tibi videtur a Senatu judicatum, me non modo non ementitum esse authoritatem ejus ordinis, sed etiam, &c.
Genus suum ementiri. Cic. pro Corn. Balbo 5. Non enim furatus est civitatem, non genus suum ementitus.
Legationem ementiri. Cic. de Opt. gen. Orat. 21. Itaque causa fuit Æschini, quoniam ipse a Demosthene esset capitis accusatus, quod legationem ementitus esset.
Naufragia. Liv. 25. 3.
Stirpem. Liv. 9. 18.

EMENTIENS, Partic. [ψευδόμενος] Cic. 1. de Divin. 15. Videmus hæc signa nonnunquam fere ementientia.

EMENTITUS, Partic. [ἐψευσμένος] ut, Ementita opinio. Cic. 3. Tusc. 58.

EMENTUM, Gloss. Isid. Excogitatio. ab Eminiscor.

EMERCOR, [ὠνέομαι] ari. Tacit. 12. Ann. 14. 1. Missis corruptionibus exuendam ad fidem hostes emercari. Idem 12. Ann. 45. 5. Avaritiam præfecti emercatur.
Passiv. Ammian. 21. 6. Emercabantur donis.

EMERCATUS, Partic.
Act. Tacit. 16. Ann. 1. 2. Principis aditum emercatus.
Pass. Ammian. 26. 2. Emercati multitudinis clamores.

EMERCATIO, onis. f. JCt. in Dig.

EMERCATOR, oris. m. in Dig.

EMEREO, ui, itum, [πληρόω] ere. Idem quod Merere significat. Plaut. Aul. 4. 10. 5. Quid ego emerui adolescens mali, &c. Frequentius

EMEREOR, [ἐκπονέομαι, μισθοφορέω, μισθοδοτέομαι] Si Vallam audias l. 5. c. 99. Idem pene est quod Mereor. [Plerumque tamen exantlatum laborem merendo indicat, & peractum aliquatenus ac completum. Cic. 6. Att. 2. Annuæ enim mihi operæ ad III Calend. Sextil. emerentur. Ovid. 3. Art. Am. 409.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi. H. St.

Generosos honores emere. Propert. lib. 4. 12. 61.

Et tamen emerui generosos vestis honores.

Judicium hominum emereri. Quintil. in procem. lib. 1. Altior sollicitudo, quale judicium hominum emererer, accessit.
Acus emerita. V. ACUS.
Anni. Martial. lib. 7. 62.

Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos. h. e. Jam effœtos.

Apes. Plin. lib. 11. cap. 11.
Aratrum emeritum. Ovid. 1. Fast. 665.

Rusticus emeritum palo suspendit aratrum.

Arma. i. e. Victricia, & finem bellis imponentia. Plin. in Paneg. 15. 3. Ovid. 4. Trist. 8. 21. Ubi tamen Annis Heins. q. V.

Miles ut emeritis non est satis utilis armis. i.e. Emeritis stipendiis.

Boves emeritos Virg. per translationem appellat, pro Defessis & opere ac labore solutis.
Canes emeriti. Stat. 3. Sylv. 1. 58.



Currus emeriti. Sen. Thyest. 9. Jubet emeritos solvere currus.
Cursus, apud Ovid. 3. Fast. 43. pro Justo & completo.
Equi emeriti. [ἄφετοι ἵπποι] Ovid. 4. Fast. 688.

Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis.

Honor emeritus. Ovid. 5. Fast. 596.

Rite deo templumque datum nomenque bisultor,
Emeritus voti debita solvit honor. Heins. Bis ulto, tum Emeritus votis.

Jugales emeriti. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 319.
Latus. Ovid. 3. Amor. 11. 14.

Invalidum referens emeritumque latus.

Miles, Qui jam a militia absolutus est. Lucan. lib. 1. 344. Ifid. 9. 3. Emeriti dicuntur Veterani, solutique militia, qui jam in usu prælii non sunt, quia Mereri militare dicitur, a stipendiis, sc. quæ merentur. V. Vall. l. c.
Militia emerita. Suet. in Calig. cap. 44. Commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum millium summam rescidit.
Mors emerita. Lucan. lib. 3. 619.

Telaque multorum leto casura suorum,
Emerita jam morte tenet.

Nomen emeritum. Claud. de Torped. 2. i. e. Meritum.
Senes [ἄφετοι γέροντες] vocantur, Qui solent habere alios qui pro se laborent: Ii dicuntur pro alio opus agere. Valla lib. 5.
Stipendium, passive dicitur quod peractum est, quum jam milites missionem ut veterani impetraverunt, inquit Budæus. Plaut. Mostel. 1.2. 51. Unum ubi emeritum est stipendium. Liv. 39. 19. Ut P. Æbutio emerita stipendia essent, ne invitus militaret. Emerita stipendia libidinis. Cic. de Senect. 49. At illa quanti sunt, animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque (ut dicitur) vivere.
Tempus emeritum. Cic. 6. Att. 5. Etsi annuum tempus prope jam emeritum habebamus (dies enim XXXIII erant reliqui) sollicitudine, &c. h. e. Absolutum & finitum, confectum, terminatum. Loquitur de annua provinciæ administratione.

EMERITUM, i. n. Pecunia quæ dabatur militia defunctis. Modestin. l. 3. D. de Re Militar. Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito privatur. Idem ibid. Et si expleto tempore militiæ redeat ut Veteranus restituetur & emerita accipiet. V. Lips. ad 1. Ann. Tacit. Torrent. in Suet. Aug. cap. 24. Plene de hoc disputat Pitisc. in Lex. quem vide.

EMERGO, si, sum, [ἀναδύομαι] ere. Extra mergere, & quasi Ex loco ubi submersus fueram, vel delitueram, exire, & in lucem prodire. Liv. 1. 13. Primum profunda emersus palude. Cic. 3. de Fin. 48. Si non longe absunt a summo, ut jam jamque possint emergere. Ter. Eun. 3. 5. 7. Quid gestiam, aut quid lætus sim, quo pergam, unde emergam. Ubi Donat. Proprie dixit Unde emergam: ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricis domo.
Delitescere & Emergere se, contraria. Cic. de Arusp. Resp. 55. Jam ista serpens, quæ hic delitescit, tum se emergit, & fertur illuc, &c.
Mergere & Emergere, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Legi etiam scriptum esse avem quandam quæ Platanea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves quæ in mari mergerent: quæ quum emersissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, &c.
Oblitescere & Emergere, contraria. Cic. de Univers. 32. Queisque temporibus a nostro aspectu oblitescant, rursusque emersi errorem incutiant rationis expertibus, &c.
Respirare & emergere a fluctibus servitutis. Cic. de Arusp. Resp. 84. Idem, posteaquam respirare vos a metu cædis, emergere authoritatem vestram a fluctibus illis servitutis, reviviscere memoriam ac desiderium mei vidit, &c.
Emergunt a septenis partibus illæ stellæ. Plin. lib. 2. cap. 14.
Ab aliquo loco emergere. Cic. 1. de Divin. 73. Quum ille in agro Nolano immolaret ante Prætorium, ab infima ara subito anguis emergeret.
Emergere de. Liv. Quum tandem de paludibus emersisset.
Emergere in. Paterc. 2. 65. 1. Emergere in fastigium & attolli.
E flumine emergere. Cic. 2. de Divin. 67.
Emergere e patrio regno. Cic. pro Lege Manil. 7. Ita regnat ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergeret e patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari.
Ex alto emergere. Cic. 4. de Fin. 64.
Emergere ex judicio peculatus. Cic. 3. Verr. 12.
Emergere ex malis. Ter. And. 3. 3. 30. Dehinc facile ex illis sese emersurum malis.
Emergere ex mendicitate. Cic. in Vatin. 23. Qui in eo magistratu non modo emerseris ex mendicitate, sed etiam divitiis nos jam tuis terreas.
Emergere ex aliquo negotio. Cic. 5. Att. 10.
Emergere ex paternis probris ac vitiis. Cic. 5. Verr. 162.
Emergere incommoda valetudine. Cic. 5. Att. 8.
Emergere ex urbe aliqua. Cic. 2. Att. 8. Emerseram commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.
Emergere extra terram. Plin. lib. 19. cap. 5.
Emergere super. Columel. lib. 11. cap. 3. Nam si super terram emerserit, dura & fungosa fiet.
Alte emergere. Cic. 2. de Nat. Deor. 112.

Ut sese ostendens emergit scorpius alte. Ex quodam poeta.

Tenebris pulsis emergere. Claud. de Bell. Get. 316.
Æs alienum emersit post multum tempus. Ulp. in. l. 2. D. de condict. indebit. Dicitur de ære quod latebat & ignotum erat.
Amor emergit. Cic. 9. Att. 12. Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest.
Animus per tanta negotia emergit. Claud. Cons. Mall. Theod. 212.
Aqua emergit. Ulp. in l. 1. §. caput. D. de Aqua cotid. & æstiv.
Bellum emergit. Cic. 6. Verr. 130. Quum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum invecta sint, &c.
Civitates emergunt. Cic. 6. Att. 2. Hac autem re incredibile est quantum civitates emerserint.

Creditores emergunt. i. e. Innotescunt, apparent, quum ante latuerint. Ulp. in fine legis Procuratoris. D. de tribut. action.
Dubitum aliud si emerserit. Ulp. in princ. l. Illud. D. de tribut. action.
Falcidia emergit. Ulp. in princ. l. 2. D. de Condit. indebit.
Infans. Plin. lib. 11. cap. 51.
Insula e mari. Plin. lib. 2. cap. 81.
Lux Olympo. Valer. 5. Argon. 1.
Oratio e vadis. Cic. pro Coel. 51. Sed quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.
Ventus. Plin. lib. 2. cap. 82. Desinunt autem tremores, quum ventus emersit.
Veritas. Cic. pro Cluent. 183. Hoc uno modo judices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat.
Emergere, & se ad frugem bonam recipere. Cic. pro Coel. 28. Equidem multos & vidi in hac civitate, &c. qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando: & se ad frugem bonam, ut dicitur recepisse, gravesque & illustres fuisse.
Ad summas emergere opes, rerumque potiri. Lucret. lib. 2. 13.
Emergere se ex malis, activum. Corn. Nep. in vita Att. c. 11. pr. Quibus ex malis ut se emersit, nihil aliud egit &c. Tale est illud Cic. de Arusp. Resp. 55. Tum se emergit, & fertur illuc. V. Schott. ad Nep. Heins. & Drakenb. ad Sil. 7. 413. Bos. & Kirchmej. Ind. ad Nep.
Sic erumpere se. H. St.
Emergi, imperf. Ter. Adel. 3. 2. 4. Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest. Ubi Donat. Unde emergi non potest: quum impressio est hostium, sic dicitur, ut Sallust. Pressi undique multitudine. Cic. Qui semper premuntur, & nunquam emergunt. Et emergi nove: nam emergo dicitur, non emergor. Sed ideo est usus, quia extra compositionem & mergo & mergor dicitur.

Emersus, Partic. [ἀναδυθείς] Cic. de Divin. 140. Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subito sum visus emersus e flumine.
Emersus ab admiratione animus, i. e. Qui se recepit. Liv. 8.
Nox emersa. Ovid. 3. Fast. 399.
Tertia nox emersa suos ubi moverit ortus.
E cœno emersus homo. Cic. in Vatin. 17.
Ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum emersus homo. Cic. pro Sext. 20.

Emersus, ûs. Plin. lib. 18. cap. 25. Exortus occasusque binis modis intelliguntur. Aut enim adventu Solis occultantur stellæ & conspici desinunt, aut ejusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius quam exortum consuetudo dixisset: & illud occultationem potius quam occasum. adde Eundem lib. 22. cap. 22. & 18. 26. Vitruv. lib. 10. cap. 22.

Emersurus, Partic. [ἀναδυσόμενος] ut Emersura virtus ex omni sævitia fortunæ. Liv. 5. Bell. Pun.

Emerita Augusta, [Αὐγοῦστα Ἡμερίτα] Urbs Hispaniæ Lusitaniæ. Strabo Augustam Emeritam vocat. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cujus succo vellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit lib. 9. cap. 41. Nunc vulgo vocatur *Merida le grande*. Testis Olivar. in Melam. Hinc

Emeritensis, e. Nomen gentile. Auson. Epist. 24. 74.
Emeritensis Anæ lateque fluenta Garumnæ.

Emeritus, V. emereo.

Emetior, [διαμετρέω] îri. Idem quod simpl. Metiri vel comp. alt. Permetiri significat.
Laborem diversum emetiri. Sil. lib. 4.
Emetiri iter. Liv. 25. Virg. 7. Æn. 160.
Emetiri iter vehiculis. Plin. lib. 7. cap. 20.
Emetiri uno die ingens spatium. Liv. 31. 24.
Oculis spatium emensus. Virg. 10. Æn. 772.
Voluntatem emetiri. Cic. de Clar. Orat. 16. Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor, &c. i. e. Cumulate præstabo.
Lego Remetiar. H. St. V. Grut. ad loc. not.

Emensus, Partic. [διαμεμετρημένος] ut Labores emensus aulæ. Claud in Epithal. Pallad. 67.
Emensus est sol ardua. Plin. lib. 18. cap. 28. Emendati codices habent. Per ardua enisus.
Emensus, passive. Liv. 21. 31. Postquam multo majorem partem itineris emensam cernant, &c. Virg. 1. Georg. 450.
— emenso quum jam decedet Olympo. De sole loquitur. h. e. Percurso & perlustrato cœlo, quum jam descendet ad occasum. Hæc Servius. V. Drakenb. ad Sil. 1. 636.

Emĕto, [ἐξαμάω] ĕre. Idem quod Metere. Hor. 1. Epist. 6. 21.
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.

Embum, Oppidum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

## E M I

Emĭco, ui & avi, [φαίνω] āre. Effulgere, resplendere. Plaut. Ex oculis quasi radii emicant solis.
Emicant & faces, nonnisi quum decidunt visæ. i. e. Repente existunt & lucentes apparent. Plin. lib. 2. cap. 26.
Emicare ex incendio flamma dicitur. Sen. 2. de Benef. cap. 27.
Ignis emicuit. Claud. 4. Conf. Hon. 186.
Sol emicuit super terras. Valer. 4. Argon. 97.
Emicare in jugum, pro Attollere sese & erigere. Columel. lib. 4. cap. 20. Plaut. Aul. 4. 3. 4. Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. h. e. velut Subsultare.
Emicat Euryalus. Virg. 5. Æn. 337. & 6. Æn. 5.
— juvenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium.
In fata alicujus emicare. Valer. 6. Argon.
Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu. Lucret. lib. 4. 1043.
In prælia victor emicat. Sil. lib. 16.
Eurythus evadit juvene, atque in prælia victor
Emicat & galeæ fert donum insigne coruscæ. Al. Ad præmia.
Emicare de. Plin. lib. 11. cap. 37. Dracones emicuisse de extis.
Emicare ex. Idem lib. 27. cap. 8. Multis calamis ex una radice emicantibus.
Emicare, pro Excellere. Plin. lib. 35. cap. 11. Post eum emicuit longe ante omnes Euphranor Isthmius. Legitur in aliis codd. rectius Eminuit.

Emĭcans, Partic. V. in emico. Curt. 9. 5. 10. Magna vi sanguinis emicante.
Compar. Tertul. adversf. Hermog. Terra emicantior facta est arida.

Emicatio, Apul. Emicationes silvarum.

Emicātim, Adv. ut, Emicatim prosilire. Sidon. 2. Epist. 13.

Emĭgro, [ἀποικέω, ἀποικίζω] āre. Idem quod Migrare significat, authore Valla: ut, Emigrare domo. Cic. 4. Verr. 89. Plaut. Mostel. 2. 2. 40. Pedem nemo intro tetulit, semel ut emigravimus.
Emigrare finibus suis. Plin. lib. 6. cap. 17.
Emigrare e vita. Cic. 2. de Legib. 48.
Emigrare, Jureconsultis dicuntur, qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt, l. 28. §. 1. D. locat. Sic & Emigratio, in l. 28. D. de Damn. infect.
Emigrare, pro Ejicere. Titinn. Veliter. Quot pestes senio & jurgia sesemet diebus emigrarunt. Ex Nonio. Al. Senia.

Emigrans, Partic. [ἀποικῶν] ut, Emigrans populus. Stat. 4. Sylv. 8. 47.

Emigratio, apud JCt. in Dig.

Emĭneo, ui, [ἐξέχω, προκύπτω, ὑπερέχω] ēre. quasi Extra alios, h. e. Præ aliis manere: is enim Eminere dicitur, qui ceteris altior est. Melius cum Daumio de Radd. amissis L. L. ab antiquo verbo Mineo, quod idem ac Prominere significat. Plin. lib. 16. cap. 31. Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæs. 2. Bell. Civil. 9.
Eminere & apparere. Cic. pro Rosc. Amer. 121. Quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet.
Extare & eminere. Cic. 3. de Orat. 69. Quo magis id erit illuminatum, extare atque eminere videatur.
Eminet illius audacia, & projecta est. Cic. pro Cluent. 183. Illi quorum eminet audacia atque projecta est, a consiliis malitiæ deferuntur.
Eminere extra terram. Plin. lib. 17. cap. 21.
Eminere supra terram. Julian. in l. Si gemina. D. arbor. furt. cæsar. Si gemina arbor sit, & supra terram junctura ejus emineat, una arbor videtur esse.
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Ovid 3. Fast. 250.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. 21. Idque ocyus faciet, si jam tum quum erit inclusus in corpore, eminebit foras: & ea quæ extra erunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet.
Eminere in re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 3. Nemo sic in majoribus eminet, ut eum minora deficiant.
Leviter eminere. V. levis.
Magnopere eminere. V. magnus.
Inter omnes in omni genere dicendi unus eminet Demosthenes. Cic. in Orat. 104.
Eminere quatuor digitos transversos. Plin. lib. 17. cap. 18.
Animus eminet maxime in contemnendis doloribus. Cic. 2. Tusc. 64.
Arbor in arvis eminet. Ovid. 3. de Ponto, 1. 19.
Ardor militum. Tacit. Agric. 35. 1.
Atrocitas sceleris eminebat in voce. Curt. lib. 8.
Crudelitas. Cic. 7. Verr. 160.
Ferrum per costas. Liv. 8.
Hasta eminere in ambas partes dicitur, quæ per medium trajecta est corpus. Ovid. 5. Met. 139.
Globus terræ eminens e mari. Cic. 1. Tusc. 63. Cæs. 7. Bell. Gall. 73. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent.
Indignatio eminet. Curt. lib. 4.
Ira. Liv. 2.
Oratio. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Eminet aliquis, qui ceteris excellit. Liv. 1. Necdum a singulis, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerant factiones.
Emineo, cum accusativo, active. Curt. lib. 4. 2. 21. Jamque paululum moles aquam eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, &c. i. e. Excedebat, sive super aquam eminebat extabatque. [Nisi Aqua sexto casu legendum est.

Emĭnens, [ἐξέχων] Partic.
Eminens animus in naturam, pro Imminens. Sen. de tranquil. vitæ.
Expressum & eminens. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Illud video pugnare te, species ut quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levis, perlucida.
Incisum, eminens, lacunosum. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quid enim pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?
Ædes eminentes, i. e. Excelsæ. Flor. 1. 9. 4.
Color eminens fuco. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Effigies virtutis eminens. Cic. 3. Tusc. 3.
Forma eminens. Sen. Octav. 4.
Genæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Ingenium. Quintil. lib. 6.
Oculi eminentes. Cic. in Vatin. 4.
Saxa. Curt. 5. 3. 20.
Statura. Columel. lib. 3. cap. 8.
Trabes. Cæs. 2. Bell. Civil. 9. Has trabes paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes erant, effecerunt.
Eminentissimus, titulus dignitatis, qui Præfectis Prætorio tribuitur, & magistris militum, & patriciis. §. Ad istum. Epist. de Justin. Cod. confir. Unde Eminentissimas Præfecturas legimus in l. 6. de exact. tribut. lib. 10. C. Hodie Cardinalium ecclesiasticæ dignitati tribuitur.
Eminentissimus in eloquentia. Quintil. in Procem. lib. 4.
Authores eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Mons eminentissimus. Flor. 4. 12. 49.

EMINENTER, Adv. Sidon. 1. 11. Non eminentius quam municipaliter natus.

EMINENTIA, æ. [ἐξοχή, ὑπεροχή] Cic. 1. de Nat. Deor. 106. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habent ullam soliditatem, nec eminentiam, &c.
Eminentiæ in pictura. Cic. 4. Acad. 20. Quam multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus?
Habere eminentias similes verrucis. Plin. 37. 10.

EMINŬLUS, [ἐπὶ μικρὸν ἐξέχων] Adj. dimin. Parum eminens. Varro 2. de R. R. cap. 5. Ut habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus: potius brevioribus quam longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Ibid. de Canibus, cap. 9. Spina neque eminula, neque curva.

EMĬNOR, [ἀπειλέω] āri. Idem quod Minari, seu significatu magis adaucto. Plaut. Capt. 4. 2. 11. Eminor, interminorque nequis obstiterit obviam. Utitur & Flor. 2. 12. 7.

EMINATIO, ōnis. f. [ἀπείλησις] Plaut. Capt. 4. 2. 19. Quæ illæc eminatio est?

EMINISCOR, Antique pro Comminisci. V. Gloss. Isidor.

EMĪNUS, Adv. [πόῤῥωθεν] E longinquo, inquit Valla. cui opponitur Cominus. Cic. de Senect. 19. Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur. Cæs. 1. Bell. Civil. 26. Sic quotidie utrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur.

EMĪROR, [ἐπιθαυμάζω] āri. Valde mirari. Hor. 1. Carm. 5. 6.
— & aspera
Nigris æquora ventis Emirabitur insolens.

EMISCHABALES, Fons Arabiæ, de quo Plin. lib. 6. cap. 28. Agacturi in montibus, oppido XX. M. pass. in quo fons Emischabales, quod significat Camelorum oppidum.

EMISENI, Populi in Emisena regione Syriæ. Paul. de censib. Imperator noster Antoninus civitatem Emisenorum coloniam juris Italici fecit. Ex Nebriss. Ab Emisa oppido. Sic in nummis id nomen scribitur, alias varie. V. Cellar.

EMISSARIUS, EMISSITITIUS. V. EMITTO.

EMITTO, īsi, issum, [ἐκπέμπω, ἐξαποστέλλω, ἐξιαλλω] ĕre. Extra mittere. Unde emitti a deo. Cic. 1. Tusc. 74.
Emittat ad me Publius qui obsignent: jurabo, &c. Cic. 2. Att. 24.
Emittere de manibus. Cic. pro Cœl. 66. & 7. Verr. 23. Liv. 21.
Emittere e manibus. Liv. 28. E manibus tuis in Italiam emisisti.
Emitti e carcere. Cic. pro Planc. 30.
Emitti e custodia, & levari vinculis. Cic. 1. Tusc. 118.
Ex vinculis emitti. Cic. 1. Tusc. 75.
Emittunt noctu per vallum. Cæs. 1. Bell. Civil. 76.
Emittere in hostem equites. Liv. 4. Bell. Pun.
Actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Quintil. lib. 7. cap. 3. h. e. Edideram, invulgaram.
Aculeos emittere in hominem. Cic. pro Cœl. 29. Sed vestræ sapientiæ Judices est, non abduci reo: nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, quum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.
Animam emittere pro Mori. Ita Codd. non Amissurum, quod obtinet vulgo. Nep. 15. 9. ut Emittere spiritum. Marcian. l. 18. D.
Ardor se emittit. Cic. 2. de Divin. 44. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.
Aliquid dignum suo nomine emittere, i. e. Edere. Cic. 7. Fam. 33. Ut etiam siquando aliquid dignum nostro nomine emisimus.
Fulmina & jacula. Cic. 2. de Divin. 44. In auras jaculum emittere. Virg. 9. Æn. 52.
Ecquis erit mecum ô juvenes, qui primus in hostem?
En, ait: & jaculum intorquens emittit in auras.
Lacrymas emittere. Ovid. 11. Met. 458.
Libellos emittere. h. e. Edere, publicare. V. Libellus, in LIBER.
Maledictum emittere. Cic. pro Planc. 57. Nihil est autem tam volucre quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.
Manum, est Cautionem propria manu facere. Modestinus in l. Quidam quasi. D. de probat. & præsumpt. Quærebant, an cum eo de hæreditate fratris propter emissam ab eis manum possint quasi cum filio agere.
Oculos. Plaut. Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se.
Ova emittere dicitur gallina. Plin. lib. 11. cap. 24.
Rudentes puppe emittere. Stat. 2. Achil. 18.
Sagittas emittere arcu. Plin. lib. 9. cap. 8. Cic. de Arusp. Resp. 2. *Descocher une fleche.*
Sanguinem venis. Plin. lib. 25. cap. 5.
Saturitatem. Plin. lib. 10. cap. 33. i. e. Purgare ventrem.
Vocem. Liv. 1. 54. Seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse. Emittere vocem cum querimonia. Cic. 4. Verr.
Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & in libertatem asserere. Plaut. Aulul. 5. 15. Volo me emitti manu. L. egone emittam manu?
Emittere est etiam Aquam per fistulas deducere. V. EMISSARIUM. Sueton. Claud. cap. 20. Fucinum lacum aggressus est non minus compendii spe quam gloriæ, cum quidam privato sumptu se emissuros promitterent. adde cap. 21. extr.

EMISSUS, Partic. [ἐξαποσταλμένος] Evocatus atque emissus. Cic. 1. Tusc. 74. Sed tanquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit.
Ex urbe emissus. Cic. 1. in Catil. 27. Ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur.
Agmen emissum. Virg. 4. Georg. 58.
Dictum. ut, Facete dictum emissum hærere debet. Cic. 2. de Orat. 216.
Dies. ut, Vixdum emissa dies. Stat. 2. Sylv. 229.
Hyems emissa. Virg. 1. Æn. 128.
Emissamque hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis. i. e. Tempestatem ab Æolo emissam antro. Alludit ad v. 85. & seq.
Ortus solis emissus. Claud. 4. Cons. Hon. 388.
Ratio emissa. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, quæ simulatque emissa est, adhæresscit. Cic. 2. de Orat. 214.
Tela emissa. Lucan. lib. 3. 545.
In puppim rediere rates, emissaque tela Aera texerunt.



Tisiphone. Virg. 3. Georg. 551.
— in lucem Stygiis emissa tenebris Pallida Tisiphone.
Venti emissi. Ovid. 11. Met. 433.
Verbum emissum. Hor. 1. Epist. 18. 11.
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
Vox emissa cœlo. Liv. 5.
Item, ut verbum, de aquarum ductu. Lacus Velinus a M. Curio emissus. Cic. 4. Att. 14.

EMISSUS, ûs. m. Lucret. lib. 4. 205.
— emissum res nulla moratur.

EMISSIO, ōnis. f. [ἄφεσις, ἐξέλασις] pro Jaculatione & vibratione: ut Emissiones tormentorum. Cic. 2. Tusc. 5. Ut enim balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.
Sagittæ emissio. Vitruv. 10. 22.
Emissio pro Dimissio, Ego autem miror, si emissio fœminæ anguis mortem afferebat Ti. Graccho; emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliæ, cur alterutram emiserit. Cic. 2. de Divin. 62.

EMISSARIUS, i. Qui paratus est emitti & invehi in aliquem: Calumniator & vexator, summissus & subornatus ab inimicis. Cic. 7. Fam. 2. Persuaseratque nonnullis invidis meis se in me emissarium semper fore.
Excursor & emissarius. Cic. 4. Verr. 22.
Præcursor & emissarius. Idem 7. Verr. 107.
Emissarios Domitiani vocat Sueton. in Domit. cap. 11. quorum opera ad delationes abutebatur.
Emissarius, ut Asconius docet, Furtorum conciliator, atque internuntius, quæ a magistratibus committuntur. Cic. 5. Verr. 91. In eund. 4. 22. Petit Nævius Turpio quidam istius excursor & emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus.
Emissarii factionis, qui ad facinus patrandum destinantur. Vellej. 1. 18. 6. Q. Pompeji cos. filium per emissarios suæ factionis interfecit.
Emissarius equus, aries, & hujusmodi. Qui emissus fit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem emittitur. Hæc Valla in Rauden. Plaut. Mil. 4. 3. 19. — Abi sis hinc: nam tu quidem
Ad equas fuisti scitus emissarius,
Qui consectare, qua mares, qua fœminas. Gronov. edit. Admissarius, recte.
Emissarius palmes. Plin. lib. 17. cap. 23. Ex his emissi palmites proximo anno imis ingerantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario uno qui subeat usquequo placuerit. i.e. Novello palmite cui in putatione parcitur, ut interpretatur Harduinus.

EMISSARIUM, i. [ἐξαγωγεῖον] Locus per quem aqua e lacu aut stagno emittitur, Sueton. in Claud. Cæs. cap. 20. Item emissarium Fucini lacus, portumque Ostiensem. Cic. 16. Fam. 18. Helico nequissimus HS. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

EMISSĬBĬLIS, e. Quod emitti potest. Vet. Interp. Irenæi.

EMISSITIUS, Adj. [ἐκβόλιμος] Quod emittitur. Cic. 3. de Legib. 20. C. vero Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se projecisse in forum dixit, &c. sed variant libri. V. Turneb. & Gronov. ad loc.
Emissitii oculi, Qui huc & illuc aspectant, & veluti sese ejaculantur. Plaut. Aul. 1. 1. 2. Circumspectatrix cum oculis emissitiis. confer Gruter. Inscript. DCCCCXXVII. 6.

EMMĀNES, is. f. herba Hyoscyamus. Apul. de Herb. cap. 4.

EMMAUS, i. f. [Ἐμμαούς] Ptolemæo Judææ urbs, eidem alio nomine Nicopolis, ubi cognitus Christus in fractione panis. Plin. lib. 5. cap. 14. Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum. V. Joseph. lib. 12. Antiq. cap. 10.

EMMELIA, [ἐμμέλεια] Saltationis species, quam pacatam vocat Plato lib. 3. de leg. δύο δὴ τῆς ὀρχήσεως τῆς καλῶν εἴδη, τὸ μὲν πολεμικόν, πυῤῥίχην, τὸ δὲ εἰρηνικόν, ἐμμέλειαν ἐπωνόμασαν. Duo, inquit, saltationis honestæ genera: unum quidem bellicum, quod Pyrrhichen: alterum pacatum, quod Emmelian appellaverunt. V. Bud. in Annot. in Pandect.

EMMOTA, Medicamenta quædam sunt, in quorum venit usum quandoque quod Isis nuncupatur, cerote permixta. Horum meminit Galen. lib. 2. ad Glauconem, a quo & Pyulca nominantur. V. Rhodig. 26. 22. Reines. Var. Lect. p. 515. [Hæc vox vel vulneribus tribuitur; quæ διὰ τῶν μοτῶν i. e. Linamentis concerptis per plagam dispositis, curantur: vel hominibus, qui tali modo curantur. V. Cels. l. 5. c. 26. passim & Fœsii Oecon. Hipp.

## E M O

EMO, mi, ptum, [ὠνέομαι, ἀγοράζω, ἐκπρίαμαι] ĕre. Pecuniis, vel gratia aut præmio, vel alio quovis modo aliquid sibi comparare. Cic. pro Cæcin. Suum esse, seque sibi emisse.
Emere (inquit Festus) quod nunc est Mercari, antiqui accipiebant pro Sumere sive Accipere, quam significationem retinent ex Compositis nonnulla. Adimo, Eximo, &c.
Emere de. Cic. 2. Q. frat. Emerat de Cosconio & Pomponio bestiarios. Et 13. Att. 31. Is CC jugera de M. Pilio emit.
Bene emere. Cic. 1. Att. 8. Quod ea emptione & nos bene emisse judicati sumus. [Sic Melius, ap. Suet. Jul. c. 50. extr. Contr. Male. q.V.
Quanti minoris emptutus, pro Quanto minoris, ut dicitur Multo & minoris. Vid. Quantus. H. St. V. mox seq.
Care emere. Hor. 2. Epist. 1. 238.
Male emere, i. e. Nimio emere. Cic. 2. Att. 4. Mihi maxime placet, ea quæ male empta sunt, reddi. conf. Bene.
Salubriter emere. Plin. lib. 1. Epist. ult. Rogo cures quanti æquum est emat: ita eum delectabit emisse, ego tibi debiturus, si prædiolum istud quod commendatur istis dotibus, tam salubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat. i. e. Tam justo pretio.
Argento emere sibi aliquem. Plaut. Asin. 1. 3. 46
Dimidio carius emere aliquid quam æstimatur. Cic. pro Domo sua, 115.
Fide bona emere. Plaut. Most. 3. 1. 140.
Magno. Cic. 5. Verr. 144. Ovid. 2. de Arte Am. 626.
Atque emitur magno nil, nisi posse loqui.
Minimo emit. V. MINOR.
Pondere. Plin. lib. 12. cap. 7. Piper pondere emitur, ut aurum & argentum.

Precibus emere. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 1. Nulla res gravius constat, quam quæ precibus empta est.
Pretio. Ter. in prol. Hec. 57. Mihique ut discere novas expediat posthac pretio emptas meo. Ubi donatus, Pretio meo, æstimatione a me facta quantum ædilis daret.
Virtute. Claud. 3. Conf. Hon. 188.
Tanti, quanti, &c. Cic. 3. Off. 59. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit.
Quanto minoris emere. Ulp. duobus locis in l. Julian. D. de actio. empt.
Emere aliquem donis. Liv. 6. Bell. Maced.
Emere aliquem vita. Virg. 9. Æn. 206.
Emere aliquid in publicum, i. e. Ea lege ut publicum fiat. Liv. lib. 44. 16. Lanienasque & tabernas conjunctas in publicum emit: basilicamque faciendam curavit. conf. 39. 44.
Custodem emere. Ovid. 3. de Arte Am. 652.
Citharas emere. Hor. 2. Serm. 3. 104.
Gaudia emere. Stat. 9. Theb. 56.
Perjurum diadema peto, quo gaudia tanti Empta mihi?
Generum sibi emere. Virg. 1. Georg. 31.
Inimicum. Plaut. Trin. 4. 3. 49. Nam ego talentum mutuum quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.
Litigium. Plaut. Amph. Novi te hominem molestum, quive emas litigium.
Metum emere. Lucan. lib. 3. 56. — namque asserit urbes
Sola fames, emiturque metus.
Mortem emere. Propert. lib. 3. 16. 22.
Talis mors pretio vel sit emenda mihi.
Spem pretio. Ter. Adel. 2. 2. 11.
Ad sententias emendas dedisse pecuniam. Cic. pro Cluent. 101.

EMPTUS, Partic. [ὠνητὸς] ut, Pax empta donis ingentibus. Lucan. lib. 10. 107.
Magno. ut, Turno tempus erit, magno quum optaverit emptum
Intactum Pallanta, & quum spolia ista diemque
Oderit. Virgil. H. St. locus est Æn. 8. 503.
Decus perenne ingenti clade emptum. Claud. de Piis fratribus, 48.
Fœdera empta multis cladibus. Claud. 4. Conf. Hon. 455.
Judicium emptum constupratumque. V. CONSTUPRO.
Pulmenta laboribus empta. Hor. 1. Epist. 18. 48.
Voluptas. Hor. 1. Epist. 2. 55.
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.
Ex empto aut vendito fieri aliquid contra fidem. Cic. 3. de Nat. Deor. 74. Reliqua quæ ex empto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.
Emptus de lapide, Olim dicebatur servus non frugi bonæ, sed qui noxæ deditus sit, ideoque venditus. Columel. 3. 3. Vel de lapide noxium posse comparari putat. Lapis autem locus eminens erat, & tanquam suggestus, unde præco prædicabat atque vendebat. Inde Emptos de lapide tribunos, ut servos venales, dixit contumeliose Cic. in Pison. 35. & Plaut. Bacch. 4. 7. 17. In eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. Turnebus.
Emptum & Paratum hoc differunt apud Jurisconsultos, quod in empto paratum inest: in parato non continuo emptum continetur. l. 47. §. 1. D. de leg. & fideic. lib. 32. Paratum ergo generis nomen est: Emptum speciei.

EMPTIO, ōnis. f. [ἀγορασία, ὠνὴ, ὤνησις] Cic. 12. Att. 3. Quid Cæsar? tres habet conditiones: aut emptiones ob hastam, &c.
Emptio, est Contractus juris gentium de quantitate cum corpore commutanda, sola inter se pactione contrahentes obligans. l. 2. D. de obl. & act.
Emptionis verbo, lex duodecim tabularum omnem alienationem complexa est, ait Pompon. l. 29. §. 1. D. de stat. liber. Itaque animadvertere est Varronem in libris de R. R. acquisitionem omnem emptionis verbo comprehendere.
Mancupi emptio. V. MANCEPS.
Abire ab emptione. V. ABEO.
Emptione facta. Cic. pro Cæcin. 17.

EMPTĬTO, āre. Frequent. Idem quod Emere. Plin. lib. 33. cap. 1. Ita enim (ut opinor) commercia victus gratia inventa alios coriis boum, alios ferro, captivisque rebus emptitasse tradit. Columel. lib. 8. cap. 10. Tacit. 14. Ann. 41. Pro eo

EMPSITARE, quidam legunt apud Plaut. Casin. 2. 5. 39. Non ego istud verbum empsitem titivilitio.

EMPTŬRIO, [ἀγοραστείω, ὠνητιῶ] īre. Varro in proœm. lib. 2. Propterea quod te empturientem in campos macros adducunt crebro pedes.

EMPTOR, ōris. m. [ἀγοραστὴς] Qui emit. Cic. 3. Off. 57. Nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret. Idem 2. Philipp. 97. Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor. Et 3. Off. 54. Si hoc emptoribus venditor non dixerit.
Emptorem hiantem inducere dicitur res. Hor. 1. Serm. 2. 88.
Dedecorum pretiosus emptor. Hor. 3. Carm. 6. 32. i. e. Incestuum, ut ait Acron. Qui dedecora, i. e. Adulteria magno pretio emit, inquit Porphyrio.

EMPTRIX, īcis. Modest. in l. Herenn. D. De evict. & dupl. postul. Quum emptrix non provocaverit. Paulo post: Nihil proponi, cur emptrici adversus venditorem actio non competat.

EMPTIONĀLIS, e. [ἀγοραστικὸς] Qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. Cic. 7. Fam. 29. Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria legunt Coemptionales. V. eruditiss. Græv. ad loc.

EMPTITIUS, Adj. [ὠνητὸς] Qui emptus est, cui Gratuitus opponitur. Varr. 3. de R. R. cap. 2. Hic aprum glans quum pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita, exilem. Ibid. cap. 17.
Emptitius miles, Mercenarius, inquit Perottus: Quem Festus Emptituum appellat. [Immo Emptivum. i. e. Conductitium.

EMAX, ācis. [ὠνητικὸς] Qui libenter, & sæpius emit, vel qui emendi est cupidissimus. Cic. in Parad. 6. Non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, vectigal est.
Domina emax. Ovid. 1. de Arte Am. 421.
Institor ad dominam veniet discinctus emacem.
Nam quum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. Nep. Att. cap. 25. init.

EMACĬTAS, ātis. f. [τὸ ὠνητικὸν] Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. Columel. lib. 4. cap. 3. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura: de tuendis nulla cura tangit. Plin. Epist. 3. 7. Erat φιλόκαλος, usque ad emacitatis reprehensionem.

EMODŬLOR, [ἐκᾳδω] āri. Idem quod Modulari. Ovid. 1. Amor. 1. 30.
Musa per undenos emodulanda pedes.

EMODULATIO, EMODULATOR, apud Boeth.

EMŌDUS, [Ἤμωδος] Mons qui circa finem Indiæ in duos ramos dividitur. Alteri Ortorocoras nomen est: alteri Semantinus. V. Ptolem. lib. 6. cap. 15.

EMOLIOR, [ἐξωθῶ] īri. Excitare, expellere. Cels. lib. 4. cap. 6. de pleuritide, Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur.
Urinam manu, Celsus l. 7. Res vero interdum cogit emoliri manu urinam, cum illa non redditur. H. St. Locus est a princ. C. 26.
Emoliri pituitam per nares. Columel. lib. 8. cap. 5. Dum eas amaritudo cogat, per nares emoliri pituitæ nauseam.
Item Emolior, Moliendi finem facere, molitiones ad exitum perducere. Plaut. Bacch. 4. 5. 1. Insanum magnum molior negotium metuoque ut hodie possim emolirier.
Aliter etiam Sen. Agam. 478. Venti fretum emoliuntur. i. e. Commovent, in molem attollunt.

EMOLIMENTUM, i. n. L. 19. Cod. Theodos. de operibus publicis.

EMOLLIO, [ἐκμαλθακίζω, ἐκμαλάττω] īre. Idem quod Mollire, & fricatione aut subactione molle reddere. Liv. 37. Humor arcus, fundasque, & jaculorum amenta emollierat.
Emollire alvum, Laxare & lenire. Plin. lib. 20. cap. 9. Alvum leniter emollit lapsana.
Emollire hominem. Liv. 27. 3. Idem 38. 49. Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.
Artibus mores emollire. Ovid. 2. de Ponto, 9. 48.
Pax emollit ferociam. Tacit. in Vita Agric. 11. Plus tamen ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierat.

EMOLLĬDUS, Adj. [μαλθακὸς] Idem quod Mollis. Liv. 34. 47. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum & minime patientia sitis, quum decedere pugna coegisset, &c. Vetustiora exemplaria legunt Mollia.

EMOLLIS, e. Barth. Adv. 28. 16. ex Avien.
Hi celeri emolles currunt pede semper arenas.

EMOLLESCO, Cels. 5. 28. Sine ulla vi clavus emollescit.

EMŌLO, Idem ac Molo. Pers. 6. Sat. 26. — granaria, fas est, Emole.

EMŌLĪTUS, Partic. Veget. 3. 24. Emolitum hordeum.

EMŌLŪMENTUM, [ὠφέλημα, περιγίγνημα] Utilitas quam ex opera & labore, & (ut ita dicam) molimine nostro assequimur. Plaut. Trin. 3. 2. 68. Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi quod objectant siet.
Detrimentum & Emolumentum, contraria. Cic. 1. de Fin. 53. Plusque in ipsa injuria detrimenti est, quam in his rebus emolumenti quæ pariuntur injuria. Idem 3. de Fin. 69. Emolumenta & detrimenta quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant.
Fructus atque emolumentum. Cic. 5. Verr.
Dicere aliquid ob emolumentum suum. Cic. pro Font. 17.
Facere emolumentum. Paterc. lib. 2. 105. Anni ejus æstiva usque in mensem Decembrem producta, immanis emolumentum fecere victoriæ.
Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem. Cic. pro Milon. 32.
Largiri aliquid emolumenti. Lucret. lib. 5. 167.
— quid enim immortalibus, atque beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti?
Proponere emolumentum alicui. Cic. pro Font. 19.
Laus suscepta sine emolumento ac præmio. Cic. 2. de Orat. 346.
Emolumento esse alicui. Cic. 1. de Orat. 34. & 7. Fam. 10.

EMŌNEO, [παρεγγυάω] ēre. Idem quod Monere. Plaut. Asin. 4. 2. 17. Hunc politare, illam expilare jam emone. V. tamen Gronov. qui aliter legit.

EMORIOR, [ἀποθνήσκω] ēmŏri. Omnino planeque mori. Ter. Heaut. 5. 5. 18. Emori cupio. Cic. 3. Off. Ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori. adde 1. de Orat. 143. Qui excogitasset nasci prius oportere quam emori. 1. Tusc. 15. Emori nolo sed me esse mortuum nihili æstimo. Ibid. 97. Dii boni quid lucri est emori?
Amor emoritur. Ovid. de Rem. Amor. 654.
Perque gradus molles emoriatur amor.
Quorum laus emori non potest. Cic. in Parad. 2.
Emoritur membrum. Cels. lib. 5. cap. 26. in cap. de Curatione gangrænæ.
Emoriri. Ter. Eun. 3. 1. 42. Risu omnes qui aderant, emoriri.

EMORTUĀLIS, e. [νεκρικὸς] ut Emortualis dies, in quo quis mortuus est, sicut Natalis, in quo natus. Plaut. Pseud. 4. 7. 136.

EMORTUUS, Adj. Plaut. Pœn. 4. 2. 18. Emortuo verba facere. conf. Aul. 4. 5. 1. Pseud. 1. 3. 105. Epid. 1. 2. 14. V. Serv. ad Virg. 2. Æn. 458.

EMORIBUNDUS, apud Cels. [Sed cum locum non afferant, merito suspectum est, licet Analogiæ respondeat.

EMŎVEO, [ἀποκινέω] ēre. Ex loco movere. Liv. 6. 38. Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoveret, misit. Sic emovere e foro multitudinem. Liv. 25. 1.
Emovere herbas. Columel. lib. 8. cap. 3.
Emovere, pro Exercere, seu In apertum producere. Ovid. 3. Fast. 367.
Dum loquitur, totum jam sol emoverat orbem. Variant Codd. Emerserat Heins.

EMŌTUS, Partic. [ἀποκινηθεὶς] ut, Axis a cardine emotus. Stat. 1. Theb. 349.
Emotus ultra juga Tauri. Liv. 42. 50. uti Gronovio placet. Vulgo Remotus.
Curæ emotæ. Virg. 6. Æn. 382.
His dictis curæ emotæ: pulsusque parumper
Corde dolor tristi.
Postes cardine emoti. Virg. 2. Æn. 493.
Emotis deinde curia legatis. Liv. 30.
Emotum solum. Columel. lib. 3. cap. 18.

EMOTIO, ōnis. f. JCt. in Dig.

EMPANDA,

Empanda, Paganorum dea fuit, teste Festo, ita dicta quod patentibus pagis, non clausis urbibus præesset. V. Rosin. Ant. Rom. lib. 5. cap. 4.

Empedŏcles, [Ἐμπεδοκλῆς] Philosophus & Poeta Agrigentinus de rerum natura versibus scripsit, ut apud Romanos Lucretius. Discipulus fuit, ut quibusdam placet, Pythagoræ, & inventor Rhetoricæ. Is noctu a sociis clam discedens, in ardentem caminum montis Ætnæ se demisit, ut deus immortalis haberetur: sed æneæ ejus crepidæ ex camino per flammam rejectæ, rem patefecerunt. V. Hor. in Arte Poet. 465. Diog. Laërt. in Vit. Gell. lib. 4. cap. 11. & 17. 21. Cæl. lib. 11. cap. 18. Fabr. Bibl. Gr. 2. 12. Simultatem perpetuam cum aliquibus exercuit: Unde Proverbium de quo Suidas, ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. Empedoclis simultas.
Empedocles Physicus, idemque poeta optimus. Cic. 1. de Orat. 217. adde de Amicit. 24. Idem quatuor elementis omnia constare ait, Cic. 4. Acad. 118.
Empedocles animum esse censet, cordi suffusum sanguinem. Cic. 1. Tusc. 41. De eodem, V. 1. de Nat. Deor.

Empedoclēus, Adj. [Ἐμπεδόκλειος] Cic. 2. Q. frat. 10. Quum veneris, virum te putabo: si Salustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. conf. 1. Tusc. 41.

Empenetica, Esuritionis ars. Cic. 8. Fam. 1. Ego, qui scirem Q. Pompejum Baulis empeneticam facere, &c. Embæneticam alii legunt, cui vocabulo nullus est nec in Latina, nec in Græca lingua locus, etsi Græcam refert originem, sed derivatione falsa. Non enim hujusmodi nomina a verbis orta formantur a præsenti: & alioqui hoc sententiæ parum convenit. Proinde Turneb. Adversf. 13. 20. Empeneticam legit, ut eum dicat esurientem esuritionis artem Baulis facere, & usque eo ut esuriei ejus misereatur. Ut enim Græce dicitur ἐντραγεῖν pro τραγεῖν, Attico more, & ἐμπιεῖν pro πιεῖν, & ἐμφαγεῖν pro φαγεῖν, quidni etiam dicatur ἐμπεινῆν pro πεινῆν, præsertim quum etiam in verbo quæsita sit arrisio fortasse e vicinitate vocis, quod non faciat embaticam, sed empeneticam. V. supra embænetica. & conf. Salmas. ad Solin. p. 707. & Viris Doctt. not. ad loc. vexatissimum.

Empĕtron, [ἔμπετρον] Herba quam nostri Calcifragam vocant: nascitur in montibus maritimis, fere in saxo: quo propius mari fuit, minus salsa est. Plin. lib. 27. cap. 9. Ea, inquit Ruellius lib. 3. cap. 85. facile putaretur esse quæ mediis saxis erumpit, officinis Parisiensibus *salvia vitæ* dicta: primo quod e mediis saxis emicet, & frangere saxa videatur: partim quod calculos mire frangat.

Emphăsis, [ἔμφασις] Figura est Rhetorica, qua majus aliquid intelligitur quam verbis exprimitur. V. Quintilianum l. 8. c. 3. sub fin. Autori ad Herenn. 67. Significatio.
Emphasis quoque cum una in oratione aut plures voces graviori & significantiori tono proferuntur. V. Voss. Instit. Orat. p. 232. &c.

Emphracta, Nonnulli dici putaverunt Naves tectas, citantes illud Ulpian. ex l. 2. D. de exercitor. act. Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipsi dicunt, emphracta sunt. Quo tamen in loco castigatiora exempla πεζικαὶ, aut certe ποταμηγοὶ, non Emphracta legendum docent. Naves autem tectas, sive constratas, Græco vocabulo κατάφρακτας vocari, suo loco ostendimus.

Emphragma, ătis. n. Septum, cancellus. Veget. 1. 47.

Emphyllismus, [ἐμφυλλισμὸς] Inoculationis species est, quum inter lignum & corticem ἐνθεμα inseritur. ἐμφυλλίζειν enim id agere est. Ex Cæl. Rhod. lib. 6. cap. ult.

Emphyteusis, [ἐμφύτευσις] Latine Insitionem significat, sive Plantationem, a verbo Græco ἐμφυτεύω, quod est insero, vel consero. Unde Fundum in Emphyteusim dare, frequens est apud Jurisconsultos, pro eo quod est, Ea conditione alicui tradere fundum, ut accipiens eum reddat meliorem, & ex sterili fertilem efficiat. Ab initio sterilia tantum & inculta hoc contractus genere concedebantur. Hinc Emphyteutes, sive Emphyteuta dicitur, Qui fundum agrumve ea lege a domino accipit, ut eum conserat, melioremque efficiat. Ex Cæl. Rhod. lib. 7. cap. ult.
Emphyteusis, Contractus est a Zenone Imperat. primum nominatus, quum ager ea lege fruendus datur, ut quandiu merces solvatur, nunquam ad dominum revertatur, l. 1. C. de jur. emphyt. ubi Zeno ait, Jus emphyteuticarium neque conditionis, neque alienationis esse titulis adjiciendum: sed hoc jus tertium esse, ab utriusque memoratorum contractuum societate separatum, conceptionemque ac definitionem habere propriam.
Emphyteuticum agrum possidere. Macer. in l. penult. in princip. D. Qui satisdare cogantur.

Emphyteuta, æ. m. Qui tali conditione prædium acquirit. l. 4. Cod. de Jure emphyteutico.

Emphyteutĭcus, Adj. ut, Emphyteuticum prædium. V. sup. in emphyteusis.

Emphyteuticarius, Lib. 6. Pandectarum juris titulus est, Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur. V. Justinian. lib. 3. Instit. titul. De location. & conduct. Etiam quandoque idem atque Emphyteuta l. 1. Cod. de Mancip. & Colon. Emphyteuticarios gravant coloni.

Emphyteuma, ătis. n. Ad alios suum jus vel emphyteumata transferre. l. 4. Cod. de Jur. emphyteutico.

Empīrĭce, [ἐμπειρικὴ] Una ex tribus sectis medicinæ, quæ experientia tantum nitebatur. Plin. lib. 29. cap. 1. Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, cœpit in Sicilia. V. Cels. in Procem.

Empīrĭcus, Adj. [ἐμπειρικὸς] Cels. in præfat. Qui se empiricos ab experientia nominant. Cic. 4. Acad. 122.

Emplastrum, i. n. [ἔμπλαστον, ἔμπλαστρον] Latine Fictum vel Formatum: Quod ex diversis rebus confingi & conformari consuevit, quod nunc vulgo Unguentum dicitur. Id vero quod vulgo Emplastrum dicitur, a doctis Cataplasma vocatur. V. Plin. lib. 22. cap. 24. Cels. lib. 5. cap. 17.
Emplastrum in arboribus quomodo fiat, & quid sit. V. Plin. lib. 17. cap. 16. ibidemque Harduin. & mox emplastratio.

Emplastro, [ἐμπλαστόω] Verbum, cujus passivum usurpavit Columel. lib. 11. cap. 2. Possunt, inquit, si jam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, ceteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri. V. emplastratio.

Emplastraturus, Partic. quo Columel. usus est lib. 5. cap. 11. Delibrato, inquit, item alteram arborem, quam emplastraturus es.

Emplastratio, ōnis. f. [ἐμπλάστωμα] In arboribus dicitur quum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore, ut ait Plin. lib. 17. cap. 16. Columel. lib. de Arbor. cap. 26. & lib. 5. cap. 10. Tertium, quum gemmam cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit: quam vocant agricolæ emplastrationem, vel, ut quidam, inoculationem.

Emplecton, [ἔμπλεκτον] Structuræ genus, tantummodo frontibus politis. Reliqua fortuito collocant. Author Plin. lib. 36. cap. 22. conf. Vitruv. 2. 8.

Empolæus, [Ἐμπολαῖος] Mercurius dictus & cultus est, quod in auctionibus & mercimoniis præsit. ἐμπολὴ enim mercator, & ἐμπολαῖος mercatorius & negotiator vocatur. Cauponatorem sunt qui vertant, ut apud Plutarchum in eo qui inscribitur, An principem oporteat maxime philosophum disserere. Empolæi præterea meminit Phurnutus & Hesychius.

Emponema, [ἐμπόνημα] Græcis, quæ Melioratio nostris dicitur. Et est Jus quod Emphyteuta acquirit. Primum enim sic cœpit contractus emphyteuticus, ut sterilia tantum concederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda. Extat vox apud Justinianum in l. ult. C. de jur. emphyteut.

Emporiæ, [Ἐμπορίαι] Urbs Hispaniæ Tarraconensis Ptolemæo. Vulgo *Castellon Dempurias.* Alii *Ampuries* pronunciant.
Phocaicæ Emporiæ. Sil. lib. 3. Est & urbs Sardiniæ, Liv. 21. 60: 28. 42. &c.

Emporium, [Ἐμπόριον] Oppidum est a Massiliensibus ædificatum, a Pyrenæis montibus stad. m. iiii. intervallo, & Hispaniæ finibus ad Galliam distans: a quo Emporienses populi dicti sunt, ut videre est apud Strab. lib. 3.

Emporium, i. n. [ἐμπόριον] Locus in quo res venales exponuntur, ab ἐμπορεύω, lucror, negotior. Plaut. Amph. 4. 1. 4. Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. Cic. 5. Att. 2. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. adde Plin. 5. 9. Liv. 41. 26.

Emporetĭcus, [ἐμπορικὸς] ut, Emporetica charta, i. e. Mercatoria. Plin. lib. 13. cap. 12.

Emporicus Sinus, [Ἐμπορικὸς κόλπος] in Libya ad Austrum jacet, & habitationes mercatorias habet ex palma confectas. V. Strab. lib. 17.

Emporitani, Populi sunt, quos ex loci natura & cœli climate imbelles & barbaros esse tradit Alex. lib. Genial. dier. 4. cap. 13. Degunt autem, ut idem author est, in ora minoris Syrtis, juxta Afros Numidasque, in agro ubere & fertilis soli. Emporitani, Liv. 34. 16. ex urbe in inf. Sardinia. V. Supra in emporiæ.

Empŏrus, i. m. Mercator. Auson. Epist. 22. 28. Novus emporus.

Emprosthotonus, [ἐμπροσθότονος] Affectus est cervicis, in quo ex rigore nervorum mentum pectori adnectitur. V. Cels. l. 4. c. 6. Cœl. Aurel. Acut. Morb. l. 3. c. 6.

Emprosthotonia, æ. f. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 3. 6. vertitur Raptus pronus. V. Barth. Adversf. 38. 12.

Emprosthotonĭcus, i. m. Qui hoc morbo laborat. Th. Priscian. 2. 10.

Emptio, Emptitius, Emptito, Emptor, Empturio, Emptus. V. emo.

Empūsa, [Ἔμπουσα] Phantasma quod sese infelicibus ingerat, multifariamque demutet formam, ac se meridie plurimum ostentet, quum inferis parentatur. Sunt qui easdem Empusas cum Hecate statuant: id quod ἐν ταγηνισταῖς Aristophanes significat. Nominis ratio est, ut Eustathio placet, quia uno incedant pede. Verum nec desunt qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam Empusam. Cæl. lib. 6. cap. 38. Aristoph. Ran. 295. Philostrat. de Vit. Apollon. 2. 2.

Empyi, [ἔμπυοι] A medicis dicuntur, Qui abscessu thoracis laborantes pus excreant, quorum affectus etiam Empyema appellatur: nos Purulentam excreationem dicere possumus. Qui vero hunc morbum patitur, Empyicus dicitur. Meminit Cæl. lib. 30. cap. 14. & lib. 21. cap. 24.

Empyrium vel Empyrēum Cœlum, [ἐμπύριος οὐρανὸς] Appellatur a Theologis (nam Philosophi cœli hujus nusquam meminerunt) undecimum cœlum, primum mobile ambitu suo complectens, Dei & beatorum sedes: ita dictum, quasi Ignitum, non quod revera tale sit, sed quod puritate sua reliquis cœlis, ut ignis ceteris elementis, antecellat.

## E M U

Emucidus, Adj. ut, Vitis emucida. Plin. lib. 17. cap. 22. Simili modo & secundo anno reciditur, viresque concipit, & intra se pascit suffecturas oneri, alias festinatione pariendi gracilis, ac emucida (ni cohibeatur castigatione tali) in fœtum exeat tota. Ejuncida Harduin. q. V. supra.

Emūgio, [ἐκμυκάομαι] īre. Proprie est boum. Et per translationem, Cum mugitu proferre & enuntiare. Quintil. lib. 2. cap. 12. Nam & clamant ubique, & omnia levata (ut ipsi vocant) manu emugiunt.

Emulgator, ōris. m. in Cod. Idem ac Promulgator, qui promulgat, palam facit.

Emulgeo, si vel xi, [ἐξαμέλγω] ēre. Idem quod Mulgere. Columel. lib. 7. cap. 3. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

Emulsus, Partic. Catull. 69. 109.
Siccari emulsa pingue palude solum.

Emundare, [ἐκκαθαρίζω] Idem quod Simplex. Columel. 2. 15. Bubilia & Ovilia debent emundari. Ulpian. quoque l. 25. §. 10. de auro arg. &c.

Emundans, Partic. Vulg. Malach. 3. 3.

Emundātus, Partic. Columel. 3. 15. pr. Emundata pastinatio.

Emundate, Adv. apud Augustin.

Emundatio, ōnis. f. Tertull. sæpius & Vulg. Interp.

Emungo, nxi, nctum, [ἀπομύττω] ĕre. Idem quod Mungere. Plin. lib. 35. cap. 11.
Emungere alicui oculos. Plaut. Cæs. 2. 6. 39.
Emungere aliquem, translate, pro Despoliare. Plaut. Epid. 3. 4. 57. Ter. Phorm. 4. 4. 1. Emunxi argento senes. h. e. Abstuli illis suas pecunias. Metaphora sumpta ab iis quibus nares emunguntur.

guntur. Nonius in hunc locum Emungere, Sine labore tollere interpretatur.
Cubito se emungere, Proverbialis ironia in hominem sordidi quæstus, & conditionis abjectæ. Author ad Herenn. lib. 4. 68. Tota res relinquitur in suspicione: ut si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. V. Chiliad. Erasm. Menag. ad Laert. l. 4. S. 46.

EMUNCTUS, Partic. [ἀπόμυκτος] ut, Emunctæ naris homo. i. e. Facetus & elegans, apud Horat. de Lucilio, inquit Donatus in Phorm. Ter. 4. 4. 1. Emunctæ naris homo, (inquit Erasmus in Chiliadibus) Acri, exactoque judicio, quasi purgatis naribus, mucoque emunctis. Hor 1. Serm. 4. 8.
Emunctus Simo, metaphorice, pro Spoliato. Hor. de Arte Poet. 238.
Ut nihil intersit, Davusne loquatur, an audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.

EMUNCTIO, ōnis. f. [ἀπόμυξις] Quintil. lib. 11. cap. 3. de gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior, non sine causa reprehendatur.

EMUNCTOR, ōris. m. Deceptor in Dig.

EMUNCTORIUM, i. n. [ἀπομυκτήριον] Instrumentum ad emungendum. Vulg. Exod. 25. 38.

EMŪNIO, [ἀσφαλίζω] īre. Idem quod Munire significat: ut, Emunitus in modum arcis. Liv. 24. 21. extr. Tacit. in Vit. Agric. cap. 31. Corpora ipsa, ac manus, silvis, ac paludibus emuniendis verbera inter, ac contumelias conterunt.
Emunire vites ab injuria pecoris. Columel. lib. 5. cap. 6.
Obice postes. Virg. 8. Æn. 228. Translate. Sen. Controv. 17. Adversus metus emunire animum.
Emunita. Seneca 172. in Epist. H. St.

EMUNITOR, apud Veget.

EMUNĪTAS, Idem fere ac Immunitas. Tertull. de Resurrect. cap. 58. V. Rigalt.

EMUSCO, [ἐκμυιόω] āre. Purgare & muscum adimere, quod proprie de arboribus dicitur. Columel. lib. 11. cap. 2. Iisdem diebus, ubi gelidum & pluvium cœlum est, oleæ putantur & emuscantur.

EMUSSITĀTUM, Ad amussim factum. Festus, Dacerio non probante.

EMŪTIO, [ἄφωνος εἰμί] īre. Tanquam mutus signum facere, vel strepitum. Plaut. Merc. 5. 2. 55. E. Etiam emutis? omnia commonstrabo. Al. Metuis.

EMŪTO, [ἐξαλλάττω] āre. Idem quod Immutare. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in perversum dictis de figuris, idem vitium consequuntur. Manil. 5. 147.
— appositis caput emutare capillis.

## E M Y

EMYDES, [ἐμύδες] Græcis Testudinum genus dicitur, quod in aqua dulci vivit, quarum sanguine instillato crebros capitis dolores sedari, item strumas, author est Plin. lib. 32. cap. 5. apud quem plura.

## E N

EN. Endotercisus, h. e. Intercisus nisi dicatur Entercisus pro Intercisus. ut Vett. frequenter usurpabant En pro In Ita in Columna Rostrata EN SICELIAD. V. Ciacon. ad eam Columnam apud Græv. Thes. Tom. 4. p. 1814.

EN, [ἠνί, ἠνίδε, ἰδού] Adv. demonst. quod interdum nominativo & rectissime ut ait Serv. ad 4. Æn. 597. aliquando accusativo jungitur: nonnunquam etiam verbis. Ter. Hec. 1. 1. 5. Ut quivis facile posset credere, nunquam illa viva ducturum uxorem domum: En duxit. Virg. 1. Æn. 467.
En Priamus, sunt hic etiam sua præmia laudi. Cic. 3. Verr.
En cui tuos liberos committas.
En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Cic. pro Deiot 17.
En hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, &c. Cic. pro Cluent. 184.
En hic ille est. Cic. 13. Fam. 16. En hic ille est de illis maxime qui ridere atque objurgare me solitus est, quod, &c.
Accus. Plaut. Amph. En tectum, en tegulas, en obductas fores, en ludificatum herum, &c.
En, inquit Donatus, vim habet indignationis post enarratam injuriam. Ter. Phorm. 2. 2. 1. En unquam cuiquam contumeliosius auditis factam injuriam, quam hæc est mihi?
En Interrogat. ut, En unquam pro Ecquando. Fest. Liv. 9. 20. En unquam futurum ut congredi armatis cum Samnite liceat? i. e. Unquamne. adde Virg. 1. Ecl. 66.
Item Optantis, Virg. 8. Ecl. 7. — en erit, unquam
Ille dies mihi cum liceat tua dicere facta. ut interpret. Serv. ad loc. Conf. ENNAM.
En ut pultat propudium. Plaut. Bacch. 4. 1. 7.

ENÆMA. V. ENEMA & ENHÆMA.

ENÆOREMA. V. ENEOREMA.

ENAGORA, Insula in Asia, VIII. M. pass. contra Chimæram, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

ENALUS, [Ἔναλος] Lesbius adolescens, qui quum servandæ puellæ cujusdam gratia se in mare abjecisset, opera delphinum servatus, una cum illa ad continentem transvectus est. Auth. Plutarch. im Sympos.

ENARGĪA, æ. f. [ἐνάργεια] Quintil. lib. 8. cap. 3. Itaque ἐνάργειαν, cujus in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus est evidentia, vel ut alii dicunt, repræsentatio, quam perspicuitas: & illud quidem patet: hæc se quodammodo ostendit: inter ornamenta ponamus. Idem lib. 6. cap. 2. Insequetur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio & evidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quam ostendere: & affectus non aliter quam si rebus ipsis intersimus, sequentur. Corrupte legitur in quibusdam exemplaribus hoc loco, Energia per E: quemadmodum & apud Cic. 4. Acad. 17. Propterea quod nihil esset clarius ἐνεργείας, ut Græci, nos si placet, perspicuitatem aut evidentiam nominemus. Budæus.

ENARRO, [ἐξηγέομαι] āre. Idem quod Narrare, nisi quod præpositio consummationem indicat. Ter. Adel. 3. 3. 11. Omnem rem modo seni quo pacto se haberet, enarravimus ordine. Plin. lib. 17. cap. 5. Plus dixit una significatione, quam possit ulla copia enarrari. Cic. pro Marcell. 4. Nulla dicendi aut scribendi tanta vis tantaque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Idem 1. de Divin. 55. cumque Senatui somnium enarravisset pedibus suis salvus revertit. adde 1. de Invent. 28. Enarratu difficile. Plin. lib. 2. cap. 93.

ENARRATE, Adv. cujus Compar. aliquoties usurpat Gell. ut 10. 1. Tiro enarratius scripsit. adde 13. 12.

ENARRATIO, ōnis. f. [ἐξήγησις] ut, Authorum enarratio. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Exigitur a Grammaticis Poëtarum enarratio. Idem lib. 2. cap. 5.
Diligens enarratio. Idem lib. 1. cap. 8.
Usque ad supervacuum laborem occupata enarratio. Idem ibid.

ENARRABĪLIS, e. [ἐξηγητὸς] Quod enarrari potest. Quintil. lib. 6. cap. 4. Motu animi quodam nescio an enarrabili, indicatur.

ENARTHRŌSIS, [ἐνάρθρωσις] Diarthroseos, quæ est ossium structura, species est, definiturque Galeno, quum excipiens cavum altum admodum est, caputque, quod in id inseritur, oblongum. V. eum de Ossib. in proœm.

ENASCOR, [ἐκγεννάομαι] asci. Idem quod Nasci. Varr. 1. de R. R. cap. 41. Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis, quam ex taleis: ideo, &c. Idem 2. de R. R. cap. 9. Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. de Canibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Cic. 11. Att. 2. Ex multis meis miserrimis curis est una enata. Levata Lambin.

ENĀTUS, Partic. Tacit. 2. Ann. 14. 3. Enata humo virgulta. Columel. lib. 2. cap. 10. Radices enatorum seminum.

ENĀTO, [ἐκνήχομαι] āre. Compositum ab Ex & Nato; est Ita natare, ut jam ad eum locum in quem pertendimus, deveniamus. Hirt. lib. 4. cap. 18. Seque per molem in mare præcipitaverunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enataverunt. Cic. 5. Tusc. 87. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. h. e. Evadunt, sese explicant.
Enatare dicitur de iis qui naufragium evitant. Phædr. 4. 21. & Apul. Milef. lib. 2.

ENAVĬGO, [ἐκπλέω] āre. Navigio trajicere. Plin. lib. 6. cap. 17. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia DC. navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare.
Enavigare, Navigio vel aliter evadere. Cic. 4. Tusc. 33. E quibus tanquam e scrupulosis cotibus enavigavit oratio.
Enavigare aliquo, pro Eo navigio pervenire. Sueton. in Tiber. 11.

ENAVIGANDUS, Partic. [ἐκπλευστέος] Hor. 2. Carm. 14. 11. Enaviganda unda.

ENAVIGĀTUS, Partic. [ἐκπλευσθεὶς] Plin. lib. 9. cap. 3. Sinus duodecim dierum & noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi.

ENĀVO, [ἀπεργάζομαι] āre. Idem quod Navare. Tacit. 3. Hist. 74. 3. Et præmia enavatæ operæ petebant. Est autem elegans vocabulum Enavatus, ab Enavo. Ubi E consummationem significat, ut in verbo Evinco. V. Ryck. ad loc.

## E N C

ENCÆNIA, [ἐγκαίνια] Innovatio. August. Encænia festivitas erat dedicationis templi. Græce enim καινὸν dicitur novum. Quandocunque enim Novum aliquid fuerit dedicatum, Encænia vocatur. V. Suid.

ENCANTHIS, [ἐγκανθὶς] Morbus oculorum, quum in majori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quod palpebras parum patitur diduci. Nomen habet a situ. Nam Græci oculorum angulos, κανθοὺς appellant. Cæl. Rhod. lib. 6. cap. 7. V. Cels. 7. 7. 5.

ENCARDIA, [ἐγκαρδία] Gemma est, a cordis effigie sic dicta. Ejus tria enumerantur genera, primum in quo nigra effigies cordis eminet: Secundum viridi colore cordis effigiem repræsentans: Tertium, nigrum cor ostendens, reliqua sui parte candidum. Auth. Plin. lib. 37. cap. 10.

ENCARPUS, i. m. [ἔγκαρπος] V. Vitruv. lib. 4. cap. 1. Encarpus, ait Philander, Græcis fructuosum significat: apud Vitruvium autem ornamentum est, hoc est florum frondiumque & pomorum implexus atque contextus, coronario luxu foliis flores & fructus intercursantibus: cujusmodi sunt quæ serta & corollas triumphales nostri vocant, Itali *ghirlandas & festones* a festivitate appellant. Turneb. Adverf. 11. 4.

ENCAUSTĬCE, es. f. [ἐγκαυστικὴ] Genus picturæ, quod adhibito igni fingitur. Apulejus, Encausticen oppido exercens, se & duos filios sustentabat. V. Plin. lib. 35. cap. 11. Salmas. ad Hist. Aug. p. 393. & Exerc. Plin. p. 164. Cæl. Rhodig. 29. 24. Pitisc. in Lex.

ENCAUSTES, æ. m. [ἐγκαύστης] Qui encausto pingit. Vitruvius, Quod facere ab encauste didicerat.

ENCAUSTUS, Adj. [ἔγκαυστος] Encausto pictus. Martial. lib. 4. 47.
Encaustus Phaëthon tabula depictus in hac est.
Quid tibi vis, dipyron qui Phaëthonta facis?

ENCAUSTUM, [ἔγκαυστον] Materia inusta ad picturam apta. Plin. lib. 36. cap. 25. Figlinum opus encausto pinxit.

ENCAUSTĬCUS, Adj. [ἐγκαυστικὸς] ut, Encaustica pictura. Plin. lib. 33. cap. 11. Sed aliquanto vetustiores encausticæ picturæ extitere.

ENCELĂDUS, [Ἐγκέλαδος] Gigas, Terræ filius fulmine ictus a Jove, & sub Ætna monte sepultus. Virg. 3. Æn. 578.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus, &c.
Ferox Enceladus. Sen. OEth. 9.
Jaculator audax. Hor. 3. Carm. 4. 56.
— evulsisque truncis
Enceladus jaculator audax.

ENCENTRIS, idis. [ἐγκεντρὶς] dicitur Inhærens calcaneo stimulus, quo excitari equos novimus, authore Eustathio. Erant & suæ furibus encentrides, quibus per parietes obrepebant, velut factitasse Corœbus dicitur apud Pausaniam. Hæc Cœl. Rhod. lib. 21. cap. 24.

ENCHELEÆ, [Ἐγχέλεαι Stephano] Oppidum in Illyride, juxta quod Cadmus & ejusdem uxor in serpentes versi sunt. Lucan. lib. 3. 289.
— & nomine prisco
Encheleæ versi testantes funera Cadmi. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 3. cap. 21.

ENCHIRIDION, i. n. [ἐγχειρίδιον] A manu dictum, quasi Promptuarium, & quod ad manum semper haberi debeat, ceu in ense capulus: quem

quem ita Græci nominant, ut & Pugionem: Unde ad librorum titulos translatum est, cujus inscriptionis cum alii, tum Gellius quoque meminit in præf. Noctium. Hermol. V. Simplic. pr. Comm. ad Epict.
Enchiridion vocari Partem illam remi, quam nautæ manu comprehendunt, Julius Pollux tradit.

ENCHRIDES, [ἐγχρίδες] qui & Tageniæ vocantur, in generibus panis recensentur, qui dum in sartagine coquerentur, infundebatur caseus, oleum, mel, sesama. Author Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 7.

ENCHRISTA, [ἔγχριστα] Medicamenta sunt liquida, quæ inde nomen habent apud Græcos, quod illinuntur. V. Cels. l. 5. c. 24.

ENCHŪSA, [ἔγχουσα] Herba est similis anchusæ (unde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus: radix non fundit oleum, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Author Plin. lib. 22. cap. 20.

ENCHYTUM, Placentæ species quædam, cujus mentio est apud Athenæum. Hæc placenta suum quoddam operimentum habet, quod dicitur κρηπίς. nam κρηπίς, ut ait Hesych. λέγεται καὶ τὸ ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακούντων. Veteres libri Encytum habent sine aspiratione, quum eam dictionibus Græcis sæpe Latini detrahant, qui tamen aspirant, probabiliores funt, sequunturque originem Græcam. Enchytum autem dicitur, quod infunderetur, quum esset aliquanto liquidius. Nam infundebatur in calicem pertusum in unguine positum. Hæc Turneb.

ENCLASTRIDIA, [ἐγκλαστρίδια] Genus ornamenti muliebris, a Comicis usurpatum, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16.

ENCLĪMA, ătis. n. Idem fere quod Clima. Vitruv. 9. 9. V. Bald. Lex.

ENCLISIS, f. [ἔγκλισις] Latine dicitur Inclinatio, unde Encliticæ particulæ, quæ in quamvis partem inclinantur. [Immo Quæ rejecto in præcedentem vocem accentu suo, in eam quasi ἐγκλίνειν i. e. inclinare ac recumbere videntur.

ENCNISMA, [ἔγκνισμα] Sacrificii genus fuit apud Argivos, quod defunctis exhibebatur. Nam quum aliquis cognatorum aut familiarium defunctus fuisset, statim post luctum Apollini sacrificabant. Post vero trigesimum diem Mercurio: mortuorum enim corpora ut a Tellure, sic animas a Mercurio suscipi putabant. Apollinis autem sacerdoti hordeum dantes, carnem pro eodem accipiebant, ignemque quasi pollutum extinguentes, & rursus accendentes, carnem coquebant, quod sacrum Encnisma appellabant. Plutarch. auth. in Problem.

ENCOLPIÆ, [ἐγκολπίαι] ut ait Aristoteles, Venti sunt qui e mari veniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum vocant. V. Apul. de Mund. & Sen. Nat. Quæst. 5. 8.

ENCOLPISMUS, i. m. [ἐγκολπισμός] Clyster uterinus. Th. Priscian. 3. 5. V. Reinef. Varr. Lect. p. 515.

ENCOMBOMATA, [ἐγκομβώματα] teste Nonio, Vestes sunt puellares, quemadmodum & Parnasides. Varro de Liberis Educand. Ut puellæ habent potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnasidas, quam togas. Perottus Encimibota scribit. Alii Enchimibomata. Est autem encomboma genus suppari, aut cincti fœminei, Varino descriptore, aut servilis etiam. De encombomate consule Etymologici authorem, & Pollucem lib. 4. cap. 18.

ENCOMIASTES, [ἐγκωμιαστής] dicitur Laudator, qui alterius celebrat encomium.

ENCOMIASTICE, [ἐγκωμιαστική] Cantilenæ species. In veterum siquidem monumentis adnotatum est, apud heroas cantilenæ species fuisse quinque: sophronisticen, cujusmodi Clytemnestræ accinebat cantor: encomiasticen, qua præstantium virorum præcinebantur laudes, ab Achille celebratam: threneticen, i. e. Lugubrem: orchematicen, i. e. Saltatoriam: & denique pæanicen: de quibus plura apud Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 26.

ENCOMIUM, i. n. [ἐγκώμιον] Laus vel præconium alicujus, & proprie quod ex multis ejus virtutibus compingitur. Nam quæ unam tantum singularemque spectant virtutem, ut siquis Aristidem justum prædicet, Græci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solet quicquid illi in vita laude dignum gessissent. V. Cæl. lib. 7. cap. 5.

ENCOTYLE, es. f. [ἐγκοτύλη] Lusus nomen est, quo victi victorum genua manuum excipientes cavitate, gestabant. Cæl. lib. Antiq. Lect. 27. cap. 27.

ENCRATITÆ, [ἐγκρατῖται] Hæretici quidam apud Hieronymum: sic dicti a carnis abstinentia. Author Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 7. V. Suiceri Thes.

ENCRINOMENOS, [ἐγκρινόμενος] Vocatur qui athletis adnumeratur, i. e. Qui in eorum numerum recipitur: unde & ἐγκρίσις ἀθλητῶν dicitur. Plin. 34. 8. Alcamenes Phidiæ discipulus, & marmorea fecit, & æreum pentathlum, qui vocatur encrinomenos. Sic Turneb.

ENCRITOS, [ἔγκριτος] A Græcis appellatur, Qui in ordinem numerumque redactus est, h. e. Vilis & vulgaris, ut inquit Priscianus. Contra vero, numero exemptum eccriton, ἔκκριτον, i. e. Eximium & præcipuum appellant. Budæus.

ENCRYPHIAS, [ἐγκρυφίας] dicitur Panis subcinericius, ἀπὸ τοῦ ἐγκρυφιάζειν, quod dum coquitur, sub cineribus abscondatur. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 7. V. & Athen.

ENCYCLERÆ, Machinæ ligneæ genus, subjectis rotis, de qua Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 19.

ENCYCLIOS, [ἐγκύκλιος] Circularis Latine dici potest. Unde Encyclios pædia, vel Doctrina encyclios, i. e. Orbis omnium disciplinarum. Vitruv. lib. 6. in Præfatione, Itaque ego maximas infinitasque parentibus ago atque habeo gratias, quod Atheniensium legem probantes, me arte erudiendum curaverunt, & ea, quæ non potest esse probata sine literatura, encyclioque doctrinarum omnium disciplina. i. e. Eruditione circulari, hoc est, omnibus numeris perfectissima. Siquidem constat ex Geometrarum disputatione, omnium figurarum circulum esse perfectissimum, utpote omnibus aliis capaciorem, & qui neque initium neque finem aliquem ostendat. Unde & apud Ægyptios, veluti testatur Horus in lib. de sacris Ægyptiorum notis, Æternitatis est symbolum. Tum etiam Geometræ omnium figurarum rationem in circuli natura inclusam docent. Propterea nexus ille capacissimus omnium disciplinarum, cujus vel ingressum, vel exitum vix deprehendas, veteres Græci ἐγκυκλοπαιδείαν, i. e. Circularem eruditionem vocaverunt. κύκλος enim circulus, & ἐγκύκλιος circularis, παιδεία eruditio. V. Wower. Polymath. cap. 3. & 24. Schott. Observ. Poet. 2. 1.

ENCYCLIAS Commentationes, [ἐγκυκλίους, ἐξωτερικούς] Aristoteles in Ethicis eas intelligit, quas Gellius Extrarias, h. e. Exoticas vocat, Martianus Cyclicas: cujusmodi & problematum sunt libri, & quæ populares a Cicerone ac Themistio Quæstiones appellantur, quod de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

ENCYCLOPÆDĪA, [ἐγκυκλοπαιδεία] Fabius lib. 1. Ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci encyclopædian vocant. Inde illud Vitruvii lib. 1. cap. 1. Quum autem animadverterint omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum & communicationem habere, fieri posse facile credent. Encyclios enim disciplina, ut corpus unum, ex his membris est composita.

ENCYCLON, [ἔγκυκλον] Vestis quædam muliebris circularis, apud Ælianum lib. 7. De Varr. Hist. c. 9. & apud Pollucem lib. 7. cap. 22. & ante hos apud Aristophanem in Thesmoph. & ab eo apud Clement. lib. 2. cap. 12. Pædagog. An eadem ac Cyclas? qua de f. l.

## END

ENDELECHIA. V. ENTELECHIA.

ENDEMI, & ENDEMII, [ἔνδημοι, ἐνδήμιοι] Morbi Græcis dicuntur, qui in certis grassantur regionibus: Epidemi vero, vel Epidemii, qui temporibus quibusdam plures eodem infestant loco. Author Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 14. V. Fœsii OEcon. Hipp. & Gorrhæi Def.

ENDERA, [Ἔνδηρα] Indiæ locus. Strab. lib. 16.
Fuit etiam Endera, quædam interius Gymnetarum hominum habitatio, qui arcu & arundineis sagittis præustis utuntur. Plura apud eundem.

ENDERUDINI, Liburniæ populi, quos a Græcis nomen habentes, sua jam ætate concidisse scribit Plin. lib. 3. cap. 22.

ENDIĀDYS, vel HENDIADYS, Figura Grammatica. Virg. I. Æn. 65.
— molemque & montes insuper altos. i. e. Molem montium. Et est figura Endiadys, ut una res in duas dividatur, metri causa, interposita conjunctione: ut alibi,
— pateris libamus & auro. i. e. Pateris aureis. Hæc Servius.
Sic in impressis codicibus: quum legendum sit Hendiadyo, vel potius ἓν διὰ δυοῖν, i. e. Unum per duo. Cujus legitur contraria figura apud Donatum in Ter. Andr. 1. 4. 3. δύο δι' ἑνός, i. e. Duo per unum.

ENDIVIA. Vide Intybus. H. St.

ENDO, Præpositio apud antiquos, pro In. Cic. 2. de Legib. ex XII. Tabulis, Et ollos quos endo cœlo merita vocaverint, i. e. In cœlum. Omnibus endo locis, Enn. Endo mari magno, Idem. Endo manu, Lucret. 2. 1094. conf. Auson. Idyl. 12. 11. p. 497. Reperitur frequentius in Compositione, ut Endogredior, Endoploro, &c.
Sumptum ex ἔνδον, ut puto. Vide apud Lucretium. In quibusdam locis fuit depravatum aliam in vocem, ut apud Lucilium, citante Cicerone, de Oratore,
Quam lepide lexeis compostæ? ut tesserulæ omnes
Endo pavimento, atque emblemate vermiculato. H. St. Vulgo, Arte pavimento. V. Fulv. Ursin. ad loc. qui est l. 3. 171.

ENDOGREDIOR, Antiq. pro Ingredior. Lucret. 1. 83. & 4. 719.

ENDOITIUM, Antiq. pro Initium. Fest.

ENDOMUNIRE Legendum putat Lipsius apud Livium Vid. Comm. in Tacit. p. 295. H. St. Locus Tac. est l. 11. Ann. 19. 2. Liv. l. 5. c. 39.

ENDOPEDITA, Antiq. pro Impedita. Lucret. 2. 458: 6. 452. & 1008.

ENDOPEDITE, Adv. Idem. Lucret. 1. 241.

ENDOPERATOR, pro Imperator. Lucret. 5. 1226.

ENDOPLORO, pro Imploro. Antique. Fest.

ENDRŎMIS, ĭdis. f. [ἐνδρομίς] Vestis genus ita dictum, quod ea veste antiqui ἐν δρόμῳ, id est in cursu & palæstra uterentur: quam pinguem, hirsutamque, & villi longioris fuisse constat ex Martial. lib. 4. 19.
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem, &c. Juven. 6. Sat. 245. taxat mulieres Romanas, quæ endromide purpurea uterentur, ad cursum,
Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma
Quis nescit? Baysius.

ENDROMIDATUS, a, um. Endromide vestitus. Sidon. 2. Epist. 1.

ENDYMION, [Ἐνδυμίων] Quidam pastor, quem quum Luna adamaret, ut semel dormientem posset osculari, sopivit eum in Latmo monte Cariæ per aliquot annos, unde natum proverbium Endymionis somnum dormire, de quo videto Erasm. in Chiliad.
Endymion, multa ad Lunæ motum pertinentia primus deprehendit, ut tradit Plin. lib. 2. cap. 9. & ob id amore ejus captus fama traditur. Ovid. 3. de Arte Am. 83.
Latmius Endymion non est tibi Luna rubori. Endymionis meminit & Cic. 1. Tusc. 92.
Fuit hic Endymion longe formosissimus, Unde pro Speciosa juvene occurrit apud Juven. 10. Sat. 381. & Apul. 1. Met.

ENDYMIONĒUS, Adj. Auson. Idyll. 6. 41.
Endymioneos solita affectare sopores.

ENDYMIONES, Varronis satyra quædam fuit hoc nomine, qua inscriptione somniculosos & veternosos homines reprehendebat. Eam inscriptionem apud Nonium fere in Eudæmones degenerasse animadverti. Hæc Turneb. [Non confundi debet cum ejusdem Eumenidibus, ut sæpe fit, propter vocis similitudinem, Endymionibus.

## ENE

ENĔCO, ui, āvi, ectum & ātum, [ἐκφονεύω] āre. Interficere, suffocare, & neci dare. Plaut. Amph. 5. 1. 67. Puer ambo angues enicat. Columel. lib. 11. cap. 3. Ne herbis enecetur ruta.
Enecant alveos aranei. Plin. 11. 19.
Eneco, pro Obtundo, Terent. Eunucho, ἀποκναίω, λυπῶ. H. St.
Idiotismus est hominis de molestia queritantis, ut docuit Casaub. ad Theoph. Charact. Ter. Phorm. 2. 5. 37. Eho tu sobrinum tuum non noras? D. Enecas. Conjunge Andr. 4. 1. 36. Sic Rogitando aliquem enecare dixit Idem, Eun. 3. 5. 6.

Enico

Enico antique per i apud Plaut. aliquoties.

**Enectus**, Partic. [ἀποπνιχθεὶς] Non tam mortuus, quam propemodum mortuus. Valla lib. 6. cap. 28. ut Enectus fame. Cic. 2. de Divin. 73.

Plenus & Enectus, contraria. Cic. 2. de Divin. 142. Nonnullas etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum pleni enective simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt. subaudi Medici.

Inopia enectus. Cic. 1. de Divin. 61. Ea parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti.

Enecta fame & siti provincia. Cic. 6. Att. 1. Livius, Fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi, ac debilitati.

Siti enectus. Cic. 1. Tusc. 10. Mento summo aquam attingens siti enectus Tantalus.

Enectus, Mortuus. Plin. lib. 7. cap. 9. Auspicatius enecta parente gignuntur.

**Enecatio**, apud Firmic.

**Enecatrix**, apud Tertull.

**Enēma**, & **Enīma**, ătis. n. [ἔνεμα vel ἔνημα a verbo ἐνίημι] Id quod per clysterem alvo immittitur. Cels. 5. 19. Th. Prisc. 2. 2. V. Reines. Var. Lect. 2. 8. p. 200. [Male huc Celsus trahitur, apud quem Enæma ἔναιμα, Emplastra vocantur, quæ cruentis vulneribus injiciuntur. V. mox enhæmum.

**Enemion**, i. n. Papaver Silvaticum. Apul. de Herb. cap. 53.

**Enenthius**, Deus vel Dæmon fuit Phœnicum. Lampridius in vita Heliogabali, Pallia, inquit, deo Enanthio fudisse, vel (ut Giraldus Gregorius legendum putat) Eventhio. Hujus dei Sachoniathon in historia Phœnicum meminit, & Philon Byblius, ut docet Eusebius in Præpar. Evangel. V. Hist. Deor. Synt. 1. p. 60.

**Eneorema**, rectius **Enæorēma**, [ἐναιώρημα] A medicis vocatur, Illud quod in urina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in summa matulæ parte cernitur, Nubes, sive Nebula dicitur: quod vero in fundo subsidit, Hypostasis. Nomen accepit a verbo ἐναιωρεῖσθαι, quod ad medium matulæ sublatum, ibi quodammodo maneat suspensum.

**Energēma**, ătis. n. [ἐνέργημα] Opus, Effectus operationem sequens. Tertull. de Præscript. cap. 30.

**Energīa**, [ἐνέργεια] Latine dicitur Actus, actio, & efficacia.

**Energūmĕnus**, [ἐνεργούμενος] dicitur, Ab immundo spiritu vexatus, sive a dæmone obsessus, ut nonnulli existimant, ab εἴργεσθαι, quod detineri significat ac impediri. quanquam & lunatici eo intelliguntur nomine, velut in eos agat luna, id est μήνη. Valla ab ἐργάζομαι verbo ducit, quod Agor significat & agitor. Cæl. lib. 2. cap. 13. V. Suic. Thes.

**Enervo**, [ἐκνευρίζω] āre. Debilitare, & veluti Nervos auferre, & contundere. Cic. de Senect. 32. Sed tamen ut vos videtis, non plane me enervavit, non afflixit senectus. Idem in Orat. 229. Enervatur Oratio.

Animos enervare. Ovid. de Rem. Amor. 753.
Animus amore enervatus. Paterc. lib. 2. 86.
Manus enervare. Claud. 4. Cons. Hon. 322.
Vires enervare. Hor. Epod. 8. 2.

**Enervātus**, Partic. [ἐκνενευρισμένος] ut,
Enervati & exangues homines. Cic. pro Sext. 24.
Languidus & enervatus philosophus. Cic. 1. de Orat. 226.
Mollis & enervata ratio & oratio alicujus. Cic. 4. Tusc. 38.
Enervata & muliebris sententia. Cic. 2. Tusc. 15.

**Enervus**, a, um. & **Enervis**, e. [ἄνευρος] Sine viribus. Plin. in Paneg. C. 33. pr. Visum est spectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret & frangeret. Apul. lib. 1. Asini aurei, Puer in mollitiem decorus insurgit: inque flexibus tortuosis enervam & exossam saltationem explicat. Quintil. lib. 9. cap. 4. fin. Effœminata & enervis compositio.
Vita enervis. Val. Max. lib. 6. cap. 4.

**Enete**, [ἐνέτη] παρὰ τὸ ἐνιέσθαι, hoc est ab immittendo, Fibula est qua Junonem se ornasse tradit Homer. lib. 14. Iliad.

## E N G

**Engaddum**, In tribu Judæ, ut scribit Hieronymus, vocatur usque hodie Vicus prægrandis Judæorum, juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Solomon in Cantico nominat. Idem alibi, Engaddum ager est terræ Judeæ, non tam vineis quam balsamis florens. Plin. Engadda oppidum esse scribit, palmetis nobile, ut videre est lib. 5. cap. 17.

**Engastrimythi**, [ἐγγαστρίμυθοι] Vates quidam Græcis dicuntur, quasi Ventriloqui, i. e. Qui dæmonis afflatu aliquid præsagirent. Plutarchus in commentatione quæ est, Cur oracula defecerint: Fatuum, inquit, ac omnino puerile censendum est, arbitrari deum ipsum, perinde ac engastrimythos, olim Eurycleas, nunc vero Pythonas nuncupatos, insinuantem se prophetarum corporibus, ore illorum eloqui. Hactenus Plutarch. Eustathius etiam Pamphylius librum de engastrimytho concinnavit adversus Originem. V. Suic. Thes. Et Fœsii OEcon. Hipp. Cæl. Rhodig. l. 8. c. 10.

**Engibata**, orum. pl. n. [ἐγγίβατα] Inter hydraulica organa recensentur a Vitruv. V. Bald. Lexic.

**Engisōma**, ătis. [ἐγγίσωμα] Pertusio est ossis, quum pars affecta in profundum descendit, ac super illæsum os corruit. Galen. lib. Finit. medic.

Engisomata, Medicis vocantur inter fracturas cranei vehementissimas, quæ parte sui media, meningi, i. e. panniculo innituntur. Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 23. V. Gorrhæi defin. Med.

**Engŏnăsis**, [Ἐγγόνασις] Cic. 2. de Nat. Deor. 108.
Id autem caput
Attingens defessa velut mœrentis imago Vertitur.
quam quidem Græci
Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur. De Nixo sidere.
Ex poeta. Firmicus latine vertit Ingeniculum. V. Manil. 5. 340. Hygin. lib. 2. & 3.

**Engŏnăton**, Inventum horologii solaris. Vitruv. lib. 9. cap. 9.

**Enguini**, [Ἐγγύϊνοι] Latinæ conditionis populi in Sicilia, apud Plin. lib. 3. cap. 8. Cic. 6. Verr. 97. Quorum oppidum **Engyon**, Ἔγγυον, teste Ptolem. & Diod. V. eggyna supra.

## E N H

**Enhæmum**, [ἔναιμον] Medicamentum quoddam est, quod, ut ex Hippocrate 4. Therapeut. inquit Galenus, καλεῖ δ᾽ ἐκεῖνον καὶ ἀναξυραντικόν. Nam & primo Problematum Aristoteles, supprimi ab eo sanguinem scribit, ac materiæ inutilis confluvium reprimere. Ita enim effici ut vulnus simul & inflammatione careat, & unitati sit opportunum. V. & Plin. lib. 12. cap. 17. Cels. lib. 5. cap. 19. Fœsii OEcon. Hippoc.

**Enhydra**, [Ἔνυδρα] Oppidum in Tyro, olim Insula, non procul a Carthagine, ut author est Plin. lib. 5. cap. 19.

**Enhydriæ**, [ἐνυδρίαι] Flatus ab Aristotele dicuntur, qui cum aqua tumultuose profusa, inhorrentes & fragosi feruntur. V. Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 19.

**Enhȳdris**, ĭdis. [ἐνυδρίς] Coluber in aqua vivens, unde nomen accepit, inquit Plin. lib. 32. cap. 7. adde 30. 3.

**Enhydrus**, i. Idem. Solin. cap. 45. Quod enhydrus conspicatus, alterum Ichneumonum genus, penetrat belluam.

**Enhydros**, [ἔνυδρος] Lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore lævitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ovis. Plin. lib. 37. cap. 11. conjunge Solin. 37. 67.

## E N I

**Eniandos**, Ciliciæ oppidum, quod antea Epiphania vocabatur, authore Plin. lib. 5. cap. 27.

**Eniconiæ**, [Ἐνικονίαι] Castellum est in insula Corsica, cujus meminit Strab. lib. 5.

**Ēnim**, [γάρ] Causalis conjunctio, ferme secundo loco ponitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 29. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare censet, divinas esse vult.

Enim, copulativa. Cic. de Senect. 32. Nec enim unquam sum assensus illi veteri laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri senem, si diu velis esse senex.

Attendite enim diligenter. Cic. 4. Verr. 82.

Enim, affirmativa, primo loco posita. Plaut. Trin. 5. 2. 10. Enim me nominat. Idem Pers. 2. 2. 54. Enim non ibis nunc vicissim nisi scio. Ita Tacit. 4. Hist. 11. 7. Asiaticus (enim is libertus) &c. V. Gifan. Ind. Lucret.

At enim. Ter. Eun. 2. 3. 89. At enim isthæc in me cudetur faba. Cic. 3. Verr. 148.

Enim certe. Cic. de Senect. 74. Moriendum enim certe est, & id incertum an eo ipso die.

Certe enim scio. Ter. And. 3. 2. 23.

Nihil enim. Ter. Adel. 4. 5. 22. Quid istas censes? nihil enim: Commenta mater est, &c.

Profecto enim. Cic. 4. Att. Profecto enim aliquid egissem.

Quoque enim. Liv. 37. M. Valerius Levinus (ei quoque enim in annum prorogatum imperium est) classem quæ ad Siciliam erat, navium lxx. obtineret.

Verum enim. Ter. Adel. 2. 1. 47. Verum enim quando bene promeruit, fiat, suum jus postulat. Cic. 3. de Orat. 51.

Imo enim quam maxime abs te postulo atque oro Chreme, &c. Ter. And. 5. 1. 4.

Enim eleganter abundat. Virg. 8. Æn. 84.
Quam pius Æneas, tibi, enim tibi, maxima Juno. ut ait Servius. Alii nescio quam religionem in ea forma subodorari videntur. Ita Plaut. Amph. 2. 2. 62. Quid enim censes? Ita sæpissime in interrogatione tali. V. Lamb. ad Hor. 1. Serm. 1. 7.

**Enimvēro**, [καὶ μὴν δὴ] id est Certe, in principio positum. Cic. 5. Verr. 65. Enimvero est ridere ac mirari. Idem 3. Verr. 66. Enimvero ferendum hoc non est. Ter. Heaut. 5. 5. 1. Enimvero Chremes nimis graviter, &c.

Enimvero inquit. Cic. 1. de Orat. 105.

Enimvero, pro Exadverso. Liv. 26. Blactius de proditione Dasium appellabat. Enimvero ille, ut in manifesta re, exclamat: sub oculis Hannibalis secum de proditione agi.

Enimvero, postpositum, in responsione indignanti accommodum, & ferociter respondenti. Interdum sine indignatione, & in affirmatione. Plaut. Amph. 2. 2. 127. Tune te abiisse hinc negas? am. Nego enimvero. Cic. 7. Verr. 101. Illi enimvero se ostendunt quod vellet esse facturos. Idem 6. Verr. 140. Ille enimvero negat.

Immo enimvero. Ter. Eun. 2. 3. 37. p. Incommode hercle. ch. immo enimvero infeliciter.

Nunc enimvero, ego occidi: eunt ad te hostes, Tyndare. Plaut. Capt. 3. 4. 2.

**Eningīa**, [Ἐνιγγία] Insula est in sinu Codano, non longe a Scandinavia altera insula: ambæ magnitudinis incompertæ. Plin. lib. 4. cap. 13.

**Eniopeus**, [Ἡνιοπεύς] Hectoris auriga fuit, a Diomede lancea confixus. Author Homer. 8. Iliad.

**Enīpeus**, [Ἐνιπεύς] Fluvius Thessaliæ, juxta quem fuit prælium inter Cæsarem & Pompejum. Lucan. lib. 7. 116.
Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strab. lib. 8.

Altus Enipeus. i. e. Profundus. Virg. 4 Georg. 368.
Virginibus dilectus Enipeus. Claud. de Bell. Get. 183.
Magnus Enipeus. Valer. 5. Argon. 208.
Pulcher Enipeus. Claud. 3. Cons. Hon. 116.
Segnior Enipeus. Valer. 1. Argon. 357.
Thessalicus Enipeus. Propert. lib. 3. 19. 14.

Tumidus

Tumidus Enipeus. Valer. 1. Argon. 83.

ENIPI, Natio in Cyrene, a Corn. Balbo devicta, & in triumpho cum plerisque aliis oppidis & gentibus, ducta, ut refert Plin. lib. 5. cap. 5.

ENISPE, Oppidum Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

ENISUS. V. ENITOR.

ENĬTEO, [κατλάμπω, ἐκλάμπομαι] ēre. Resplendere, & nitidum ac politum & ornatum esse. Tibull.

Et quantum faciles enituere deæ. [Locum hunc frustra quæras.

Acumen quoddam singulare enitet in aliquo. Cic. 2. de Orat. 125. In quibus hoc non maxime enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam singulare.

Tantum egregio decus enitet ore. Virg. 4. Æn. 150.

Fruges enitent. Cic. 2. Tusc. 13. Fruges tamen ipsæ suapte natura enitent.

Opus enitere dicitur. Cic. 2. de Invent. 5. Ac si par in nobis hujus artis, atque in illo picturæ, scientia fuisset, fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis eniteret.

Oratio enitet. Cic. de Clar. Orat. 215. At Crassi magis enitebat oratio.

In Inclarescere. β. H. St.

Enitere, Celebrem esse. Cic. 2. Att. 1. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus civis Demosthenes. Liv. 1. In eo bello & virtus & fortuna enituit Tullii.

Enitent Athenæ cunctis gentibus. Cic. pro Flacc. 17. Quum illæ non solum in Græcia, sed prope cunctis gentibus enitebant.

Virtus alicujus enitet in re aliqua. Cic. pro Muren. 32. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proavi tui.

Enitere & Obsolescere, contraria. Cic. 1. de Invent. 4. Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis, enituisse: hoc vero a plerisque eorum desertum obsolevisse.

ENITESCO, Idem. Quintil. lib. 2. cap. 5. Tum noster hic cultus clarius enitescet. Gell. 17. 21. Jam fama virtusque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitescere incœptabat. Auth. ad Heren. 4. 57. Quæ (gloria) cum summa laude prodita, vetustate quotidie magis enitescit.

ENĪTOR, īsus & ixus, [σπουδάζομαι, φιλοτιμέομαι] īti. Idem quod Niti, vel significantius paulo. Cic. 9. Att. 18. Tu nunc omni amore enitere, ut nos cura tua & providentia juves. Ter. And. 3. 4. 17. Corrigere mihi natum porro enitere.

Eniti & contendere. Cic. 3. Off. 42. Qui stadium (inquit) currit, eniti & contendere debet, quammaxime possit, ut vincat. Cic. 9. Fam. 13. Quod ut enitare contendasque, vel potius ut perficias (posse enim te, mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo.

Eniti & efficere. Cic. de Amicit. 59. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius eniti & efficere, ut amici jacentem animum excitet.

Facere & eniti. Cic. 2. Philipp. 23. Nihil prætermisi, quantum facere, enitique potui, quin, &c.

Eniti in re aliqua. Cic. 2. de Orat. 295.

Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice ut, &c. Cic. 16. Att. 18. Illud pugna & enitere, nequid temporis nobis prorogetur. Cic. 3. Fam. 10.

Aggerem eniti. Tacit. 2. Ann. 20. Pars objectum aggerem eniteretur.

In æquum eniti. Tacit. 2. Ann. 80. Non ultra dubitatum, quam dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur.

Omni ope atque opera eniti. Cic. 14. Att. 15.

Remis eniti. Valer. 4. Argon. 680.

Viribus eniti. Virg. 2. Georg. 360.

Quantum viribus eniti, consilio providere, authoritate movere potuero. Cic. 10. Fam. 4.

Eniti, Cum difficultate aliquo ascendere. Plin. lib. 18. cap. 28. Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus, ab ea meta incipit flecti, &c. Cic. 1. de Orat. 14. Nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit.

Ad Consulatus & honores eniti, i. e. Ascendere. Paterc. lib. 2. sub fin. Raro eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam suam usi sunt: ut duo Scipiones duobus Læliis, quos per omnia æquaverunt sibi: ut D. Augustus, M. Agrippa, & Statilio Tauro, quibus novitas familiæ haud obstitit, quominus ad multiplices Consulatus triumphosque, & complura eniterentur sacerdotia.

Eniti, [ἀποτίκτειν] Parere. Plaut. Amph. 5. 1. 36. Geminos Alcmena enititur. Plin. lib. 28. cap. 8. Et Quintil. lib. 5. Quæ quum anno vidua fuisset, enixa est.

Eniti partum, Eniti puerum. Liv. 40. 4. Varro 2. de R. R. cap. 10.

Eniti ova dicitur gallina. Columel. lib. 8. cap. 11.

ENĪSUS, Partic. [πεφιλοτιμημένος] Cic. 3. Q. frat. 9. Angit unus Milo, sed velim finem afferat Consulatus: in quo enitar non minus quam sum enisus in nostro. Tacit. 1. Ann. 65. 6. Enisæ legiones in aperta & solida. Idem 1. Ann. 70. 5. Vitellius in editiora enisus.

ENIXUS, [τεκοῦσα] aliud Partic.

Partus enixa. Liv. 40. 4. Et apud eum plures enixa partus. Et Tacit. 3. Ann. 33. Concordem sibi conjugem, & sex partus enixam.

Enixæ dicuntur fœminæ, Nitendi, h. e. Conandi & dolendi labore perfunctæ, a Nixis, quæ religionum genera parientibus præsunt; Sed elegantior intellectus, ut ex hoc dictæ esse credantur, quod vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exolutæ. Hæc Nonius. Idem alio loco, Enixa, partu levata dicitur. Virg. 3. Æn. 391.

Triginta capitum fœtus enixa jacebit. Idem alio loco, Enixas non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas, authore Virg. 3. Æn. 327.

Stirpis Achillææ fastus, juvenemque superbum

Servitio enixæ tulimus. [Subjugatæ, superiori loco exponit. At Donatus, Enixe adverbium esse docet, teste Pierio. q. V. Ego vero non dubito, quin hic quoque τὸ Enixæ sensu receptissimo positum sit. Hoc enimvero ad Andromaches calamitatem accesserat, quod in servitio non solum Pyrrhi victoris superbiam ac lubidinem perferre coacta est, verum etiam, quod semel partus dolores tam dura conditione sustinuit. Ac rarius sane, hoc participium aliter veteres, ac de partu usurparunt, præterquam ubi Adjective ponitur. Affertur ex Taciti Ann. 14. 28. extr. Ne graviore pœna afficeretur, Vibii Crispi fratris opibus enixus. Ubi tamen alii Enisus.

Sus enixa fœtus. Virg. 3. Æn. 391.

Passive Justin. 43. 2. 7. Pueri in luco Martis enixi sunt.

Enixior opera. Plin. lib. 9. cap. 8. Sed enixioris operæ, quam in unius diei præmium conscii sibi, operiuntur in postremum. i. e. Majoris & laboriosioris.

ENIXUS, ûs. m. Ipse enitendi seu pariendi actus. Plin. lib. 10. cap. 63. Equæ post unum annum ab enixu utiliter admittuntur.

ENIXE, Adv. [φιλοτίμως] Cum conatu. Cic. pro Sext. 38. Meam causam Senatus palam, Equester ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni proprie enixeque susceperant.

Enixe juvare aliquem. Cæs. 3. Bell. Civil. 35.

Enixe obstare plebi. Liv. 4. adde 23. 7: 26. 47.

Compar. Eo enixius ad bellum adjuverunt. Liv. 29. 1.

Superl. Suet. Cæs. cap. 5. Enixissime juvare.

ENIXIM, pro Enixe. [ἐκτενῶς] Sisen. lib. 4. Hist. Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis omnia fecisse ac dixisse censeo.

ENĬVĔUS, Adj. Manil. 5. 708.

Eniveum rubro vultum suffusa pyropo. Ita Barth. Adversf. 8. 8. pro Fœmineum scriptum existimat.

## E N N

ENNA, ENNENSIS, ENNÆUS. V. ÆNNA supra.

ENNAM, antiqui dixerunt, pro Etiamne, teste Festo. [Forte Ennūm scribendum. Sic Enunquam pro Etiamne unquam. q. V. in EN.

ENNEACRŪNOS, [Ἐννεάκρουνος] Nomen fontis salientis apud Athenas, a Pisistrato extructi, & a numero fistularum dicti, quos Græci κρουνοὺς appellant, q. d. Novem fistularum. Idem Καλλιῤῥόη dictus.

ENNEAPHARMĂCUM, [ἐννεαφάρμακον] Ex novem constans medicamentis, ut Enneapharmacum emplastrum ad pus movendum. Cels. lib. 5. cap. 19. Alterum, inquit ad idem Enneapharmacum nominatur, quod magis purgat. Constat ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina, vel vitulina, vel bubula, œsypo, butyro.

ENNEAPHTHONGOS, [ἐννεάφθογγος] Quod novem edit voces, ut, Enneaphthongos chelys apud Mart. Capel. 1. p. 17. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

ENNEAPHYLLON, [ἐννεάφυλλον] Herba est, quæ longa folia novena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circumdata, ne urat latus: continuo enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissima. Plin. lib. 27. cap. 9.

ENNEAS, [ἐννεὰς] Numerus est novenarius, sicut Decas denarius.

ENNEATĬCUS, Adj. unde, Enneatici anni. V. ANDRONAS

ENNEATĔRIDES, [ἐννεατηρίδες] Celebritates fuere apud Delphos numero tres, quarum unam σεπτήριον vocabant, quæ in imitatione pugnæ videbatur, quam Apollo adversus Pythonem habuisse dicitur: alteram Heroidem: tertiam Charilam appellabant: de quibus omnibus lege Plutarch. in Quæstt. Græc. ubi eas exponit.

ENNIUS, [Ἔννιος] Q. Ennius Poeta, quem Rudiæ genuere vetustæ, ut ait Silius 12. 395. Rudiæ, Civitas est Calabriæ: sed Eusebius Tarentinum eum facit, dicitque a Catone Quæstore Romam translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillæ ministerio contentum fuisse. conf. Nepot. Cat. cap. 1. extr. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Ætolium, cujus filium erudiit. Ab hoc & Cato senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima inter quæ Annales: Bellum Punicum secundum hexametris, quæ fane non extant. ex iis nonnulla Macrobius, quæ Virgilius ab eo est mutuatus, manifestat. Nam dicere solebat, se aurum ex Ennii sterquilinio colligere. Elogium ejus sepulchri scribit Cic. 1. Tusc. 34.

Aspicite, ô cives, senis Ennii imagini' formam.
Hic vestrum panxit maxima facta patrum.

Vixit annos LXX. Cic. de Senect. 14. De ejus sepulchro Cic. pro Arch. 22. Charus fuit Africano superiori noster Ennius: Itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus.

Ennius natus est post Romam conditam anno quadringentesimodecimo. Cic. de Clar. Orat. 36. Idem fuit Livio Andronico æqualis. Ibid.

Ennius ingenio maximus, arte rudis. Ovid. 2. Trist. 424.

Sapiens Ennius. Hor. 2. Epist. 1. 50.

Ab Homero locos quosdam transtulit Ennius. Cic. 1. de Fin.

Ennius somniavit sibi visum adesse Homerum poetam. Cic. 4. Acad. 50.

De Ennii paupertate V. infra v. EPITUS. Vita ejus scripta extat ab Hier. Columna. Cui junge Crinit. de Poetis & Voss. de Histt. Latt. Fabric. Bibl. Lat. l. 4. c. 1. & Append.

Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit, ut author est Tranquillus de Ill. Grammatt. c. 1. extr.

ENNIANUS, Adj. ut Ennianus populus. Gell. 12. 2. i. e. Magnus numerus Ennii admiratorum. & Ennianum hemistichium. Et neutr. pl. absol. Enniana.

ENNIANISTA, æ. m. Ennii sectator. Gell. 18. 5.

ENNOSIGÆUS, [Ἐννοσίγαιος] Neptuni epitheton apud poetas, quasi Terram concutiens. Juven. 10. Sat. 182. de Xerxe loquens,

Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

## E N O

ENO, [ἐκνήχομαι] āre. Idem ac Enato. Extra nare, & Nando aliquo pervenire. Liv. 33. 41. Multæ naves ejectæ, multæ ita haustæ mari, ut nemo in terram enaverit.

Enare e concha. Cic. 3. de Fin. 6. At illa quæ in concha patula pinna dicitur, isque qui enat e concha, qui, &c.

Orbem. Valer. 5. Argon. 316. —Tantumque fretis enavimus orbem.

Enare in aëris auras. Lucret. lib. 3. 590. De anima.
Enare transl. de Volatu. Virg. 6. Æn. 16. de Dædalo,
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

ENODO, [ἀποξέω, ἐκκλαδεύω] āre. Nodis exsolvere, inquit Nonius. Vet. Gloss. ... Al.
Enodari dicuntur arbores, quum nodi eis amputantur. Cato cap. 33. Columel. lib. 5. cap. 6. Quæ ulmus a positione bene provenerit ejus summæ virgæ falce debent enodari.
Enodare, [ἐξηγεῖσθαι, ἀναπτύσσειν, ἐκλύειν] Explicare, authore Nonio, Cic. 3. de Nat. Deor. 62. In enodandis autem nominibus, quod miserandum fit, laboratis. Turpilius Demetrio, Ab initio ut res sit gesta, enoda mihi.
Ennodare & explicare. Accius Eurysace.
Tu autem quod quæro abs te enoda, & qui sis explica.
Voluntatem contrariæ legis enodare. Auth. ad Heren. lib. 2. 14. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum.
Enodare juris laqueos. Gell. 13. 10. & 1. 4. V. Heinf. ad Phædr. 3. 10.
Enodare fortes. Apul. Met. 4.

ENODĀTUS, [ἀναπτυγμένος] Partic. Cic. 2. de Invent. 6. Præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit. de Arborib. Cat. cap. 33. Vitis bene enodata.

ENODATIO, ōnis. f. [ἀνάλυσις] Explicatio. Cic. in Topic. 31. Ea est insita & ante percepta cujusque formæ cognitio enodationis indigens.
Explicatio, & enodatio. Cic. 3. de Nat. Deor. 62. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum?

ENODĀTE, Adv. [ἀναπτυγμένως] Cic. 5. de Fin. 27. Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis. Idem 1. de Invent. 30. Sua diligenter & enodate narrando.
Superl. usurpavit Augustin. Enodatissime expedire.

ENŌDIS, e. [ἄοζος] Quod sine nodo est. Plin. 12. 14. Quibus credi potest, matrem quoque terete & enodi fruticare trunco. Virg. 2. Georg. 78. Trunci enodes.
Enode etiam dicitur Quod sine difficultate est. Plin. Epist. 17. lib. 5. Recitabat ἐξαπεντάγλυφον, eruditam sane, luculentamque materiam. Scripta elegis erat fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam verbis, ut poposcit locus.

ENOPE, [Ἐνόπη Stephano] Urbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, juxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, Homer. 9. Iliad.

ENOPLIA, Saltatio inventa fertur in Creta: nonnulli a Laconibus ad res bellicas facile obeundas, ut armati levi flexu & saltu, nunc se contrahendo, nunc in altum exiliendo, nunc declinando, tela & plagas vitarent, disciplinamque edifcerent. Tranquillus Trojam dixit: idque a Romulo institutum, ut cum armis saltarent milites, saltatione, quam bellicrepam nuncupavit. Author Alex. ab Alex. 6. 19.

ENORCHIS, [ἐνόρχις] Gemma est candida, quæ divisa fragmentis, testium effigiem repræsentat. Plin. lib. 37. cap. 10.

ENORMIS, e. [ἄμετρος, ἔκτοπος] Magnum, sine mensura, quæ norma a quibusdam dicitur. Plin. Epist. 203. Sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit an grande, altum an enorme. Plin. lib. 17. c. 12. Umbræ enormes cerasis, lauris.
Colossi enormes. Stat. 1. Sylv. 3. 51.
Enorme etiam, Quod non est ad certam regulam directum. Tacit. 15. Ann. c. 38. Remedia anteiit velocitate mali & obnoxia urbe artis itineribus, hucque & illuc flexis atque enormibus vicis. De incendio sub Nerone.

ENORMĬTER, Adv. [ἐκτόπως] Plin. lib. 37. cap. 6. Simili modo si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

ENORMĬTAS, ātis. f. Qui rusticitatis enormitate incultique sermonis ordine fauciant, immo deformant, examussim normatam orationis integritatem. Diom. Grammat. in Præf. Enormitas stipendii Spartian. Carac. c. 2. conf. Get. 6.

ENORMATE, Adv. Cui addi minus nihil potest. Gloss. Isid. Ex Thes. Lips.

ENŌSIS, [Ἔνωσις] Insula in Sardinia. Plin. lib. 3. cap. 7. in descriptione Sardiniæ, Habet & a Gorditano promontorio duas insulas, quæ vocantur Herculis, a Sulcensi Enosim, a Caralitano Ficariam.

ENOTESCO, [γνωρίζομαι] ĕre. Notum fieri. Plin. 2. Epist. 10. Enotuerunt quidam tui versus, & invito te claustra tua refregerunt. Suet. in Othon. cap. 10. Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiædecimæ legionis tribunus angusticlavius: is mox referre crebro solebat (rem usque adeo enotuisse,) Othonem etiam privatim usque adeo detestatum Civilia bella, ut memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu, cohorruerit. Sed verba uncinulis inclusa desiderantur in codd. MSS. Tacit. 3. Hist. 34. Quod ubi enotuit.

ENŌTO, āre. Idem quod Memoriæ causa notare Plin. lib. 1. Epist. 6. Ad retia sedebam: erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliquid, enotabamque, ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.

ENŌTĀTUS, apud Apul.

ENOTATIO, apud Hieron.

ENOTATOR, apud Macrob.

ENOTABILIS, apud Augustin.

ENŌTION, [ἐνώτιον] Latine Inauris. q. V. Hoc in mundo muliebri posuit Pollux lib. 5. cap. 16.

ENOTOCŒTÆ, [Ἐνωτοκοῖται] Populi sunt qui aures ad talos usque dependentes habent, ut super eis indormiant, adeo fortes, ut arbores evellant, & nervum frangant. Author Strab. lib. 15.

ENŎVO, [ἀνανεόω] Idem quod Novo. Cic. 1. Acad. 11. Enovare aliquid ne obsolescat. i. e. Exercere ne in desuetudinem & oblivionem abeat. Alii Renovare.

ENRHYTHMUS & ENRHYTHMĬCUS, apud Mart. Capell. ut, Genus numerorum enrhythmon. Enrhythmica tempora.

## E N S

ENS, entis. [τὸ ὄν] V. SUM. Quintil. lib. 2. Et hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Plauti Essentia atque Entia. V. Id. lib. 8. cap. 3.

ENSIS, is. m. [ξίφος] Idem quod Mucro, spatha, gladius. Virg. 1. Georg. 508.
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.
Ausique funestum prima est fabricarier ensem.
Acutus ensis. V. ACUO.
Alacres enses. Claud. 2. in Eutrop. 281.
Bellator ensis. Sil. lib. 13.
Bellatorem alacer per pectora transigit ensem.
Cæcus ensis. Stat. 9. Theb. 198
— cæcum rotat irrevocabilis ensem, &c.
Crudus ensis. V. CRUDUS.
Dirus. Sen. Octav. 6.
Falcatus. Ovid. 1. Met. 717.
Fatifer. Virg. 8. Æn. 621.
Feri. Ovid. 13. Met. 343.
Ferreus. Lucret. lib. 5. 1292.
Fidus. Virg. 7. Æn. 640.
Habiles brevibus mucronibus enses. Sil. lib. 8.
Hosticus. Hor. 1. Serm. 9. 31.
Impius. Ovid. 14. Met. 802.
Inimicus. Virg. 2. Æn. 600.
Lethalis. Ovid. 13. Met. 392.
Nefandus. Virg. 2. Æn. 155.
Nitidus. Ovid. 10. Met. 475.
Nudus. V. NUDUS.
Perjurus. Stat. 4. Sylv. 6. 77.
Pugnax. Ovid. 5. Trist. 7. 48.
Quietus. Stat. 1. Sylv. 1. 43.
Rigidus. Virg. 1. Georg. 509.
Scaber. Lucan. lib. 1. 243.
Sceleratus. Ovid. 15. Met. 776.
Validus. Virg. 10. Æn. 815.
Violentus. Ovid. 11. Epist. 97.
Uncus. Valer. 6. Argon. 400.
Vulnificus. Stat. 4. Theb. 87.
Abdere ensem lateri. Virg. 2. Æn. 554.
Abscondere ensem in vulnere. Sen. Thyest. 8.
Accincti enses lateri. Stat. 1. Theb. 429.
Accommodare ensem lateri. Sil. lib. 5.
Acuere ensem in aliquem. Ovid. 15. Met. 776. V. ACUO.
Adigere ensem in pectus. V. ADIGO.
Agitatus hinc illinc ensis. Sen. Thyest. 7.
Aptare ensem. Virg. 12. Æn. 89. — simul aptat habendo
Ensemque, clypeumque, & rubræ cornua cristæ.
Avellere ensem dextra alicujus, i. e. Auferre e dextra. Stat. 3. Theb. 299.
Cinctum ense latus. Ovid. 3. Amor. 8. 14.
Clausus ensis. Lucan. lib. 5. 245.
Condere ensem in pectore alicujus. Virg. 9. Æn. 347.
Cruentatus ensis. Stat. 5. Theb. 317.
Dare terga ensibus, est Fugere enses, aut fugiendo tergum præbere ictibus. Ovid. ad Liv. 312.
Detegit ensem vagina. Sil. lib. 13.
Tum strictum propere vagina detegit ensem.
Deripere ensem vagina. Ovid. 10. Met. 475.
Districtus ensis. Hor. 3. Carm. 1. 17.
Ducere ensem, Educere. Sen. OEdip. 12.
Eductus ensis vagina. Sil. lib. 13.
Eat per artus ensis exactus meos. Sen. OEth. 7.
Eripere ensem vagina. Virg. 10. Æn. 786.
Exerti enses. Ovid. 3. Fast. 814.
Ensibus exertis bellica læta dea est.
Exigere ensem per medium aliquem. Virg. 10. Æn. 815.
Exuere ensem humero. Virg. 9. Æn. 303.
Exuere ensem vagina. Stat. 9. Theb. 76.
Ferire aliquem ense. Virg. 6. Æn. 251.
Fidere ensi. Sil. lib. 1.
Gestati scapulis enses. Claud. pr. Conf. Stil. 91.
Hæsurus jugulo ensis. Ovid. 1. Trist. 1. 44.
Imbuere ensem. Stat. 11. Theb. 685. subauditur, Sanguine.
Imbuti enses scelere. Lucan. lib. 5. 248.
Impellere ensem. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 208.
Infecti cædibus enses. Stat. 5. Theb. 353.
Infecti jugulis civilibus enses. Claud. in nupt. Hon. 329.
Inserere ensem alicui. Stat. 5. Theb. 230.
Jugulari ense. Ovid. 12. Met. 484.
Liberare ensem vagina. Ovid. 6. Met. 551.
Madens ense. i. e. Cæde madens. Stat. 3. Theb. 230.
Obliquare ensem in latus. Ovid. 12. Met. 485. i. e. Obliquo ictu latus ferire.
Peremptus ense. Sen. Troad. 4.
Polluti enses sanguine. Lucan. lib. 2. 536.
Prostratus jacet adacto ense. Sil. lib. 17.
Pudendo ense debellati. Stat. 5. Theb. 32.
Quiescit ensis vagina. Stat. 4. Sylv. 5. 51.
Receptus ensis pectore. Sen. Thyest. 8.
Recidendum vulnus ense. Ovid. 1. Met. 191.
Recludere ensem. Virg. 4. Æn. 646.
Referre ensem vaginæ, i. e. Recondere. Sil. lib. 7.
Reprimere ensem. Stat. 9. Theb. 309.
Retegere ensem, Evaginare. Lucan. lib. 9. 833.
Rotare ensem. Stat. 9. Theb. 198.
At ferus Hippomedon quanquam jam sentit inane
Auxilium, & feram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, & cæcum rotat irrevocabilis ensem.
Rotare ensem fulmineum. Virg. 9. Æn. 441.
Servibant legibus enses. Claud. pr. Conf. Stil. 167.
Spumans cruore ensis. Virg. 4. Æn. 664.
Stringere enses vetitos. Claud. de Bell. Gild. 294.

Stricti

Stricti enses. Virg. 7. Æn. 526.
Succiditur seges ense. Sil. lib. 15.
Tectus ensis vagina. Hor. 2. Serm. 1. 40.
Transfigere ensem per pectora alicujus. Sil. lib. 13.
Transmissus ensis per latus, strìdet. Sen. OEth. 9.
Transverberare aliquem ense. Sil. lib. 15.
Ensis ponitur poëtice pro Vagina. Virg. 4. Æn. 261.
— stellatus iaspide fulva　Ensis erat.
Ensis etiam, pro Imperio cujus est Insigne. Lucan. lib. 5. 61.
— sævum in populos puer accipit ensem.

**Ensĭcŭlus**, dimin. [ξιφίδιον] Plaut. Rud. 4. 4. 113. In eo ensiculo literarum quid est?

**Ensĭfer**, & **Ensiger**, [ξιφήρης] Ovid. 2. de Arte Am. 56.
Ensifer Orion aspiciendus erit.　Alii Codd. Ensiger, uti & apud eund. 4. Fast. 388.
Ensiger Orion æquore mersus erit.

## E N T

**Entăsis**, f. Intensio. Vitruv. 3. 2.

**Entătĭcos**, Herba Satyrion. Apul. de Herb. cap. 15.

**Entela**, vel **Entella**, [Ἔντελλα ἢ Ἔντελλα] Siciliæ urbs a Campanis habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Steph. Vulgo *Castro vetrano*. Hinc Ethnicon

**Entelīni**, [Ἐντελῖνοι] vel **Entellīni**, [Ἐντελλῖνοι] Siciliæ populi, & Latinæ conditionis, apud Plin. lib. 3. cap. 8. Cic. 5. Verr. 200. V. Serv. ad Virg. 5. Æn. 73.

**Entĕlĕchīa**, [ἐντελέχεια] Perfectio, energia, vis ex se movens. Gaza agitationem vertit. Hermolaus continuatam quandam & perennem motionem interpretatur. Sunt autem qui ἐνδελέχεια scribi volunt, sed per τ scriptum pluribus arridet, ut est videre apud Budæum l. 1. de Asse, qui dici putat quasi τὸ ἐντελὲς συνέχειν, i. e. Perfecti corporis comprehensionem. Lucianus ludens quodam in loco, suo more, ait eam quæ prius dicta fuit ἐνδελέχεια, ἐντελέχειαν dici cœpisse. Cic. 1. Tusc. 2. Plura apud Politian. Misc. c. 1. in Gruter. Lamp. Tom. 1.

**Entellini**. V. **entela**.

**Enteriōne**, es. [ἐντεριώνη] Lignorum quorundam medulla, quæ tibiis faciendis, aut id genus aliis, eximi plerunque solet. Cæl. lib. 4. cap. 14.

**Enterocēle**, [ἐντεροκήλη] Dicitur quum intestinum cæcum dilatatur in scrotum: Epiploocele, quum omentum: Hydrocele, quum in alterum e testibus humor confluit. Omnesque has species nostri vocant Hernias, ut inquit Cels. lib. 7. cap. 18. Ramices vero qui sequuntur, Porocela quum ex abscessu aliquo circa scrotum, materia subduruit: Sarcocela, quum in ipso scroto concrevit caro: Cirsocela, quum venæ intumuerunt tunicis testium integris vel in ipso scroto, vel quum Bubonocela dicitur in inguine. Est tamen ubi Plinius Enterocelam dixerit Ramicen, ut in medicinis cupressi. Hæc Hermolaus. Plin. lib. 26. cap. 8. Symphyti radix illita, enterocelas cohibet. V. Martial. lib. 10. 56. & 11. 85.

**Enterocelĭcus**, [ἐντεροκηλικός] Qui enterocela laborat. Plin. lib. 26. cap. 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur vesicæ vitiis.

**Enteron**, [ἔντερον] Latine Intestinum. Hinc quidam Exenterare, pro Eviscerare, & intestina detrahere deduci putant. V. suo loco.

**Enthĕos**, Adj. [ἔνθεος] i. e. Numine divino plenus: spiritu Dei instinctus. Sen. Med. 382. Incerta qualis entheos cursus tulit, &c. Stat. 1. Sylv. 2. 227.
Hic thyrsos, hic plectra ferit, hic enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.
Enthea tecta Sibyllæ fatidicæ. Stat. 3. Sylv. 5. 97.
Vates enthei. Firmic. lib. 8. cap. 20. in princip. & cap. 21.

**Entheastici** [ἐνθεαστικοὶ] Deo pleni, divinitusque inspirati vocantur. Quo nomine merito ac vere vocitari possunt vates nostri, i. e. Prophetæ, qui adventum Lucis æternæ in mundum prædixerunt. Ægineta lib. 3. de mania & melancholia loquens, Sunt qui videantur, inquit, a majoribus quibusdam potentiis regi, & futura prædicere, instar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam peculiari nomine entheasticos appellant.

**Entheatus**, a, um. Divino numine afflatus: ut, Entheata vatum pectora, apud Martial. lib. 6. Idem l. 12. 57.
Nec turba cessat entheata bellonæ.

**Enthecæ**, [ἐνθῆκαι] Imposita Instrumenta, sive dotes prædiorum. Pap. l. 2. §. 1. de instrum. vel instruct. Dotes prædiorum, quæ Græco vocabulo ἐνθῆκαι appellantur, quum non instructa legantur, legatario non præstantur. Ulp. l. 68. §. 3. D. de leg. & fideic. Prædiis cum iis enthecis, quæ in ea possessione sunt relictis, &c.

**Enthēmata**, [ἐνθέματα] A medicis vocantur, Quæ vulneribus recentibus imponuntur ad reprimendum sanguinem, & humorum affluxum. In insitionibus item enthemata vocantur Surculi qui in fissuram trunci inseruntur. Ex Cæl. lib. 7. cap. ult.

**Enthronistica**, pro Intronisticis reponendum apud Justinianum in Const. de sanctiss. episc. §. si quis autem episcoporum. Sunt autem cathedralia, ut nunc vulgo dicuntur, a Græco ἐνθρονίζειν, quod est in sedem ponere. Barbari dicunt Installare. Ex Spieg. [Immo Enthroniastica. V. Suic. Thes.

**Enthusiasmus**, [ἐνθουσιασμὸς] a v. ἐνθουσιάζω, est Fanatica perculsio, seu Afflatio numinis. Medicis affectus est, velut quum quidam mente in sacris faciendis capiuntur, si qua viderint: aut si tympana, vel tibias, vel signa audierint. V. Galen. lib. de Finit. med.

**Enthȳmēma**, ătis. n. [ἐνθύμημα] Commentum vel commentationem Quintil. lib. 5. cap. 10. interpretatur, quod mentis actio omnis atque sententia enthymema nominetur. conf. Eundem lib. 8. cap. 5. Cic. Top. 5. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant.
Enthymema Dialecticis est Syllogismus imperfectus, quod rhetoribus attribuunt, tanquam syllogismis plenis utatur dialecticus, enthymematis orator: at Demost. & Cic. plenis syllogismis, Aristot. ac Plato enthymematis utuntur.
Curtum enthymema. Juven. 6. Sat. 449.
Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema.　Curtum vocatur, quod a nonnullis dicatur syllogismus imperfectus. Alteram scil. præterit propositionem, & duabus tantum syllogismi partibus constat. Quintil. lib. 5. cap. ult. Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis dicitur pars syllogismi. [Apud Juvenal. Curvum expressum in emendatis codd. Eaque lectio sine dubio præferenda est, licet alteram M. Ant. Majoragius contra Nizolium l. 2. c. 5. tueatur. q. V. Talia enimvero Græcos quoque ἀγκύλα vocasse apparet ex Luciani Hermotimo p. 505. Ἐρώτημά δέ τι τῶν ἀγκύλων συντεθεὶς, ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζων. Sic Cicero de Fato 16. Contortiones orationis, & Distortius enuntiandi genus, dixit.

**Enthymemation**, i. n. dimin. Commentatiuncula. Gell. 16. 1.

**Enthymēsis**, is. f. [ἐνθύμησις] Cogitatio, inventum. Tertull. adversf. Val. cap. 9. & 14. Idem de Præscript. cap. 7.

**Entochus**, [Ἔντοχος] Statuarius nobilis, cujus opera recenset Plin. lib. 36. cap. 5.

**Entŏma**, [ἔντομα] A Græcis appellantur quæ nos vocamus Insecta, cujusmodi sunt Muscæ, crabrones, apes, & ejusmodi, ratione nominis, inde, ut opinor, ducta, quod pleraque ex his circa medium sui incisa sint, adeo ut posterior pars tenui admodum discrimine adhæreat priori. Calepin. V. **insecto**.

**Entomon**, i. n. [ἔντομον] Unum ellebori genus, quod nigrum vocant, purgans per inferna. Quidam Polyrrhizon nuncupant. Plin. lib. 25. cap. 5. Harduin. Ectomon.

**Entribæ**, [Ἐντρίβαι] Populi Thraciæ. Steph.

**Entropha**, [ἔντροφα] quasi dicas Innutrita. Hæc muliebribus ornamentis annumerat. Pollux lib. 5. cap. 16. Ubi alii ἔντροπα reponunt.

**Entropides**, Genus calceamentorum ex Lexico. Entropon autem ponit Pollux l. c. in mundo muliebri: ubi Gualtherus vertit Velum.

## E N U

**Enŭbilo**, āre. Tertull. adversf. Marc. 4. 36. Idem Apol. cap. 35.

**Enubilātus**, a, um. Paulin. Jamb. ad Cyth. v. 667.

**Enubilandus**, a, um. Tertull. de Anima, cap. 3.

**Enūbo**, psi, ptum, [ἐκγαμίζομαι] ĕre. Nubere extra gentem vel ordinem. Liv. 10. 23. Virginiam Auli filiam patritiam, plebejo nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quod e Patribus enupsisset, sacris arcuerunt.

**Enuptio**, ōnis. f. [ἐκγάμισις] ut, Enuptio gentis, pro Jure nuptiarum extra gentem. Liv. 39. 19. Ut Hispalæ Feceniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, quasi ei vir testamento dedisset. V. ibi Gronov. & conf. Turneb. Adversf. 30. 25. Guther. de Vet. Jur. Pont. 11. 7. & omnino Lex. Pitisc. in **dare**.

**Enucleo**, [σκαφανίζω, ἐξομαλύνω] āre. Proprie est Aperire, & nucleum a putamine extrahere. Apic. 4. 5. Duracina enucleabis.
Enucleare, per translationem, pro Declarare & explanare. Cic. 3. de Orat. 32. Et ex omni parte causæ septum, acre, acutum, enucleatum, in unaquaque re commorans. i. e. Quod aperte & dilucide causam explicat. Idem in Partit. 57. Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. h. e. Cum nimia cura tractandum.

**Enucleatus**, a, um. [ἐξηκριβωμένος] ut, Enucleata uva. Th. Priscian. 1. 20. Baccæ enucleatæ. Marcell. Emp. cap. 20. Translate utitur Cic. pro Planc. 10. Eblandita illa, non enucleata esse suffragia. i. e. Non magna acrimonia mentis & judicii facta, non ex animo exprompta & explicata.

**Enucleate**, Adv. [ἐξηκριβωμένως] Purgate, (inquit Nonius) exquisite, & sine asperitate aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, i. e. Testis, nucleorum utilis usus habeatur. Cic. de Clar. Orat. 35. Nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri aliquid possit limatius. Enucleate & polite dicere. Cic. de Clar. Orat. 115.
Eleganter enucleateque dicere. Cic. in Orat. 28. Enucleate, i. e. Pure & dilucide, aperte.
Enucleate aliquid perscribere. Cic. 3. Q. frat. 3. Præterea de aqua devia nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem.

**Enucleatio**, ōnis. f. Explanatio. Augustin.

**Enucleator**, ōris. m. Explanator. JCt. in Cod.

**Enūdo**, [ἀπογυμνόω] āre. Idem quod Nudare. Et per translationem Exponere, ac veluti Intellectui aperire: h. e. Interpretari. Cic. 1. de Legib. 29. Et rerum plurimarum obscuras intelligentias enudavit. Al. Enodavit.

**Enudatio**, ōnis. f. JCt. in Dig.

**Enudate**, Adv. & **Enudatus**, a, um. Augustin.

**Enŭla**, [ἑλένιον] Gingivæ intimæ vocantur, sicut extimæ, Ula. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 1.
Enula campana, Herba est, qua de V. in **helenium**.

**Enŭmĕro**, [ἐξαριθμέω] āre. Idem quod Multas res simul numerare & recensere. Cic. 4. Verr. Dixi jam antea me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum.
Enumerare per singula. Columel. lib. 8. cap. 17. Et ne per singula numerem salsamentorum omnium purgamenta.
Enumerare, Aliter. Ter. Adel. 2. 2. 28. Jamne enumerasti quod ad te rediturum putes?
Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. Cic. 13. Fam. 19.
Fundo enumerare plurima. Virg. 4. Æn. 333.
Dicere atque enumerare causas omnes. Cic. pro Rosc. Amer. 53.
Magnitudinem multitudinemque beneficiorum enumerare, aut consequi posse. Cic. Post redit. ad Quir. 5.
Pretium enumerare. Cic. pro Rosc. Amer. 113.
Enumerat miles vulnera, pastor oves. Propert. lib. 2. 1. 44.

**Enumeratio**, ōnis. f. [ἐξαρίθμησις] Cic. 3. de Legib. 23. Sed est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio.
Enumeratio apud Oratores est, In qua pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur. Cic. 1. de Invent. 45.
Enumeratio [ἀνακεφαλαίωσις] est per quam res disperse & diffuse dictæ, unum in locum coguntur, & reminiscendi causa sub aspectum subjiciuntur. V. Fab. 6. 1.
Rerum ordine collata enumeratio. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Versari in enumeratione aliquorum. Cic. de Clar. Orat. 138. Quam multi enim jam Oratores commemorati sunt, & quamdiu in eorum enumeratione versamur?

ENUMERATUS, a, um. Liv. 3. 58. Septem & viginti enumeratis stipendiis.

ENUNQUAM, Ecquando: Antiquum. Festus. V. EN.

ENUNTIO, [ἐκφέρω, ἀποφαίνω] āre. Pronuntiare, declarare. Cic. 2. de Fin. 34. Breviter enuntiatæ sententiæ. Idem 3. de Orat. 166. Videtis profecto genus hoc totum, quum inflexo commutatoque verbo res eadem enuntiatur, ornatius.

Orationem enuntiare. Auth. ad Heren. lib. 3. 23.

Enuntiare verbis. Cic. 1. Acad. 6.

Enuntiare, Significare. Cic. 1. Att. Et amans tui visus est, & talis qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant.

Enuntiare, Divulgare, exponere. Cic. 10. Fam. 8. Non enim præteritam culpam videri volo redemisse, sed optimæ mentis cogitata jampridem maturo tempore enuntiare.

Enuntiare consilia amicorum adversariis. h. e. Retegere. Cic. pro Rosc. Amer. 11.

Enuntiare mysteria dicendi. Cic. 1. de Orat. 206.

Enuntiare commissa. Cic. 2. Tusc. 31.

Enuntiare apud homines, quod tacitum erat. Cic. 1. de Orat. 118.

Distortum enuntiandi genus. Cic. de Fato, 16. conf. Nep. 4. 4. 6. & Plaut. Trin. 1. 2. 106.

ENUNTIĀTUS, a, um. [ἀποφανθείς] ut, Sermo rectus & secundum naturam enuntiatus. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Per indicium enuntiata res. Cæs. 1. Bell. Gall. 16.

ENUNTIĀTUM, i. n. [ἀπόφαντμα] est oratio verum aut falsum significans. Cic. de Fato 19. Nec si omne enuntiatum, aut verum aut falsum est, sequitur ilico causas esse immutabiles. Vulgo Propositio.

ENUNTIATIVUS, a, um. Adj. [ἀποφαντικός] Sen. Epist. 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiativi corporum. Ibid. Enuntiativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum.

ENUNTIATIVE, Adv. i. e. Declarative, apud JCtos.

ENUNTIATURA, æ. f. Idem ac Enuntiatio apud Auctt. de Re Agrar. V. Goes. Indic.

ENUNTIATIO, ōnis f. [ἀπόφανσις] Idem quod Enuntiatum. Cic. de Fato 1. Explicanda vis est, ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant, quæ de re futura, quum aliquid dicunt, deque eo quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est.

Propria & dilucida, & breviter comprehensa verbis enuntiatio. Quintil. lib. 7. cap. 4.

ENUNTIĀTOR, ōris. m. apud JCtos in Dig.

ENUNTIĀTRIX, īcis. f. [ἀποφαίντρια] Quintil. lib. 2. cap. 15. Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix. conf. Prudent. in Romano v. 770.

ENŪTRIO, īvi, ītum, [ἐκτρέφω] īre. Idem quod Nutrire. Plin. lib. 12. cap. 1. Tantum postea honoris increvit, ut mero infuso enutriantur. Columel. lib. 3. cap. 3. Deinde fata non ita enutriunt, ut ante convalescant, & prosiliant, quam retorrescant.

ENUTRĪTUS, a, um. Vitruv. 2. 1. Origines ædificiorum, quibus rationibus enutritæ & progressæ sunt.

ENYALIUS, [Ἐνυάλιος] Unum est ex Martis & Bacchi cognominibus, teste Macrob. 1. Saturn. cap. 19. qui Enyalius dicitur, quasi Ἐνυεὺς υἱός, h. e. Bellonæ filius. Accipitur & pro Bellicoso. [V. Henr. Steph. Thes. Gr.

ENYDRIS, īdis. f. & ENYDRUS, i. m. [ἐνυδρίς] Coluber in aqua vivens. Plin. lib. 32. cap. 7. & 30. 3.

ENYO, ûs. [Ἐνυώ] Nomen quo Bellona dea belli, Martis soror vocitata est. Martial. lib. 6. 31.

Quum dubitaret adhuc belli civilis Enyo. Ibid. Spectac. 24.
— ne te decipiat ratibus navalis Enyo.

Martia Enyo. Stat. 5. Theb. 155. conf. Theb. 658. & Sil. Ital. lib. 10. 203.

ENYPOSTĀTA, æ. m. [ἐνυπόστατος] Revera in rerum natura existens. Hieron. Epist. 25.

## E O

EO. Eorum.

Eo, abl. pronom. Is, ea, id: Adverbiali forma multis modis enuntiatur, ut in sequentibus videre est.

Eo, [εἰς τοῦτο] pro In tantum, interprete Donato. Ter. Phorm. 1. 3. 6. Neu me cupidum eo compulisset, quod mihi principium est mali. Liv. in præf. Quæ ab exiguis profecta initiis, eo crevit, ut jam magnitudine laboret sua.

Eo insolentiæ furorisque processit. Plin. Paneg. 29. conf. Liv. 25. 8. Tacit. 4. 10. 3. & Flor. 3. 12. 6.

Eo, [διὰ ταῦτα] Propterea. Ter. Hec. 2. 1. 41. Enim lassam oppido tum ajebant: eo ad eam non admissa sum. Eun. 1. 2. 17. conf. ejusd. Heaut. 3. 1. 99. & 3. 2. 43. Plaut. Truc. 2. 2. 24. Is nunc dicitur venturus peregre, eo nunc commenta est dolum, periisse simulat sese, ut, &c.

Eo cum Compar. seq. quod, vel quia. Cic. 7. Fam. 3. Eo fuit mirabilius, quod ab eo non expectabatur, &c. Liv. 1. Imo eo impensius, quia de agro plebis adversum patrum voluntatem senserat agi, &c. conf. Ter. Eun. supra. V. Eo secius, & seq.

Eo ut, i. e. Ideo, vel Ob id. Cic. 16. Fam. 3. Marionem ad te eo misi, ut aut tecum ad me quamprimum veniret. Idem 13. 70. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, &c. conf. Liv. 3. 71. & 23. 19.

Non eo quin. Plaut. Asin. 5. 1. 16. Ea res me male habet: ac non eo, quin tibi non cupiam quæ velis.

Non eo dico quin. Plaut. Trin. 2. 2. 60. Non eo hoc dico, quin quæ tu vis ego velim & faciam lubens.

Non eo dico quo, vel quod. Ter. Heaut. 3. 2. 43. Neque eo nunc dico quod quidquam illum senserim. Cic. pro Quint. 5. Non eo dico, quo mihi veniat in dubium.

Eo dico, ne putes, &c. Plaut. Aul. 2. 2. 63. Eo dico, ne me thesaurum reperisse censeas.

Eo fit, quia. Ter. Heaut. 3. 1. 99. Cic. 5. de Fin. 23. Eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi, &c.

Eo fit, ut. Hor. 1. Serm. 6. 89.

Eo secius. Suet. de Clar. Gram. cap. 20. Nec eo secius plurimos docuit: fuitque familiarissimus Ovidio poetæ.

Eo, pro Tanto. Plaut. Aul. 2. 8. 5. Atque eo fuerunt cariora, æs non erat. Idem Pœn. 4. 2. 60. Tu autem siquid tu adjuvas, eo facilius facere potest.

Eo magis. Plaut. Trin. 2. 1. 36. & Nep. 18. 4. 2.

Quanto, eo. Cic. 2. Att. Quanto enim magis appropinquare adversarius cœpit, eo tibi celerius agendum erat.

Et eo magis quod. Cic. de Amicit. 8. Meministi enim profecto (ut opinor) Attice, & eo magis, quod P. Sulpitio utebare multum. Cic. 19. Att. 3. Ille confidebat, & eo magis, quod, &c.

Eoque magis quod. Cic. de Amicit. 8. Quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod, &c. i. e. Præsertim.

Atque eo etiam magis. Cic. 4. Verr. 77. Idemque hoc amicis ejus & defensoribus videbatur, atque eo etiam magis, quod iste, &c.

Eo minus scilicet. Cic. 11. Att. 15. Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus scilicet, quum se expedierint.

Et eo minus. Cic. 5. Fam. 10. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit.

Eo, plus. Cic. 16. Att. 18. Nunc mi Capito, eo plus apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere, &c.

Plus eo. Ter. Hec. 3. 4. 7. Idem Heaut. 1. 1. 11. Aut quid quæris? annos sexaginta natus es, aut plus eo ut conjicio.

Eo, quo. Cic. 2. Tusc. 57. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.

Eo, Adv. loci, Ad eum locum. Ter. Adel. 2. 2. 23. Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est.

Eo, pro In eum statum. Cic. Eo redactæ res erant, ut nulla amplius spes esset.

Usque eo, quo opus erit, &c. Auth. ad Heren. lib. 1. 14. V. mox EOUSQUE & USQUE. f. l.

Eo loci, πολιτικῶς, pro In eo statu. Cic. pro Sext. 68. Res erat & causa nostra eo loci, ut erigere oculos, & vivere videretur, &c.

Eo loci, In eo loco, vel in loco. Ulp. de Judiciis, l. Sed etsi, Si ea res quæ per fideicommissum relicta est, eo loci fit, dicendum est non debere præscribi. Plin. lib. 11. cap. 37. In Oriente quidem & viris aurum gestare eo loci decus existimatur. Ulp. de Judiciis, l. Hæres, Defendere se eo loci debebit. i. e. In eodem loco.

Res eo recidit. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Eo pertinet, vel spectat ut. Cic. 5. Fam. 10. Hoc eo pertinet, ut nihil existiment tam esse difficile, quod, &c. Idem 13. Fam. 4.

Eo ad, dum: pro Donec. Apul. Apol. 2. p. 194. Variis frustrationibus nuptias eludit eo ad, dum avus fato concessit.

EŌDEM, pro Ad eundem locum. Cæs. 5. Bell. Gall. 49. In silvas paludesque confugiunt, suaque eodem conferunt.

Eodem vos pono. Plaut. Curc. 4. 2. 20. Eodem unde erat profectus se recepit. Nep. 13. 3. 4.

Eodem loci: i. e. In ipso loco. Plin. Paneg. C. 1. 5. Quippe inter aras & altaria, eodemque loci, quem deus ille tam manifestus ac præsens, quam cœlum ac sidera insedit. Suet. in Calig. cap. 53. Pronuntiatio quoque & vox, ut neque eodem loci præ ardore consisteret, & exaudiretur a procul stantibus.

Eodem loci, pro Eodem statu. Cic. 1. Att. 10. Res eodem loci est, quo reliquisti.

Eodem pertinentia. Liv. 1. Hæc atque alia eodem pertinentia.

EONE, interrog. pro Ideone. Ter. Eun. 3. 1. 25. Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?

EOQUE, pro Ideoque. Paterc. lib. 2. 60. 5. & 67. 3.

EOUSQUE, [ἐπὶ τοσοῦτο] Donec. Val. Max. lib. 1. cap. 7. ubi de Cyro, Natam vitem eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret. V. USQUE EO.

Eousque dum. Columel. lib. 6. cap. 6. Tum concitate agitur pecus eousque, dum anhelet.

Eousque ut. Hirt. de Bell. Afric. 56. Cæsar brachiis perfectis, promotisque eousque, ut telum ex oppido adjici non posset, &c. conf. Tacit. 3. 13. 3.

EO, is, ivi & ii, ītum, [εἶμι, πορεύομαι, μολέω, εἶμι] īre.

Eo, is, ire dicitur eques, vel qui sella gestatur, aut lectica vehitur. Paulus in l. Qui sella, & l. Inter actum. D. de Servit. rust. præd.

Ire & Redire, contraria. Martial. lib. 6. 10.

Et Capitolinas itque reditque vias.

Advorsum ire patrice, magnifice, amice. V. PATRICE.

Altius ibunt, qui ad summa nitentur. Quintil. in proœm. lib. 1.

Celeriter isti & redisti. Cic. 2. Philipp. 78.

Dissimulanter huc illuc ire. Ovid. 19. Epist. 130.

Leniter ire. Ovid. 1. Amor. 6. 7.

Magnifice ire advorsum. V. MAGNIFICUS.

Melius ire. V. Melius in BONUS.

Modestius ire. Ovid. 15. Epist. 99.

Si tam certus eras hinc ire, modestius isses.

Passim atque ordinatim ire. Cic. 11. Fam. 7. V. ORDO.

Gradibus grandibus ire. Plaut. Epid. 1. 1. 11.

Itineribus alicujus ire. Cic. 3. Q. frat. 3. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo, & ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. In quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus; eodem enim perventurum esse confidimus.

Navibus instructis ire. Virg. 2. Æn. 254.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat.

Navigio ire. Cic. 10. Att. Navigio esse te iturum trans mare credere non possum.

Ordine belli ire. Lucan. lib. 2. 223. — hoc ordine belli Ibitur.

Pedibus ire. Plaut. Stich. 2. 1. 20. Nam pedibus ire non queo.

Rectis sensibus ire. Cic. 13. Philipp. Si me rectis sensibus euntem dii immortales, ut spero, adjuverint.
Ire cum accusativo loci. Virg. 1. Ecl. 65.
— sitientes ibimus Afros. Idem 3. Æn. 254.
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.
Laodiceam ire. Cic. 3. Fam. 6. V. Sanct. Min. l. 2. c. 5. & 4. 6.
Domum ire. Plaut. Rud. prol. 43. Adolescens quidam civis hujus Atticus, eam vidit ire e ludo fidicinio domum.
Inficias ire, Negare. Plaut. Men. 2. 3. 45. Ter. Adel. 3. 2. 48. Hoc reliquum est, si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat. Quintil. lib. 7. cap. 1. Neque inficias eo quædam esse, quæ demonstrari possint.
Obviam ire. Plaut. Mostel. 3. 1. 9. Num non vis me obviam hisce ire anime mi? Nep. 1. 4. 8.
Vias ignotas ire. Valer. 4. Argon. 371.
Viam longam ire. Virg. 4. Æn. 467.
Ire cum onere. Plaut. Amph. 1. 1. 174.
Lassus sum hercle e navi, ut vectus huc sum: etiam nunc nauseo.
Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.
Ire ad arma contra aliquem. Cic. 3. Verr. 63. Miramur ad arma contra istum hominem Lampsacenos isse?
Ire ad cœnam. Ter. Eun. 2. 2. 35. Eamus ergo ad cœnam, quid stas?
Ad opus ire. Ovid. 4. Fast. 167.
Semustamque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus.
Ad saga ire. Cic. 6. Philipp. 10.
Ibam ad te. Ter. And. 3. 4. 1.
Ire ad tonsorem. Plaut. Asin. 2. 3. 14.
Ire in aciem, pro Militare. Quintil. lib. 9. cap. 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat ut militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius esset, adversante filio ire in aciem coactus deseruit.
In aciem ire, aliter. Tacit. lib. 2. Hist. 46. Ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam, & instinctu flagrabant.
Ire in alia omnia, pro Dissentire. V. in ALIUS, conf. mox Ire in partem, Ire in sententiam.
Ire in aliquem, pro Irruere. Ovid. 5. Fast. 713.
Ire in articulum dicitur seges. Plin. lib. 18. cap. 17. Si in articulum seges ire inceperit. V. ARTICULUS.
It in auras. Ovid. 10. Epist. 121.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras.
Ire in bona alterius jubet Prætor, quum In possessionem mittit Actorem. In principio l. 2. D. Quib. ex caus. in poss. eat.
Ire in colloquium ad Celtiberos. Liv. 4. Bell. Maced.
Ire in consilium judices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quum Processus esse super Burellum dicitur, i. e. In medium positus. Cic. pro Cluent. 74. In consilium ituri judices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. Budæus. V. Mittere in consilium, in MITTO.
In corpus ire, i. e. Pinguescere. Quintil. lib. 2. cap. 10. Themata juvenibus pertractare permittemus, ut expatientur, & gaudeant materia, & quasi in corpus eant. V. Burm. in loc. & CORPUS. f. l.
Ire in creditum. Africanus in l. tutor. §. quum haberes. D. ad Senatusc. Velleian.
In crucem. Plaut. Asin. 5. 2. 41. Ite domum. PH. da suavium etiam prius quam abis. c. i in crucem. Sic In malam rem, Quo dignus es, infra.
Ire in duplum. Cic. pro Flacc. 49. Frater meus pro sua æquitate prudentiaque decrevit: ut si judicatum negaret, in duplum iret. i. e. Alterum tantum penderet, quam fuerat judicatum.
In exemplum ire. Tacit. Neque interfectus in exemplum ibit. In dispari sensu Ovid. 5. Trist. 3. 27. habet Exemplis ire.
— si fas est exemplis ire deorum. i. e. Me diis conferre. At. 3. de Arte Am. 87.
Ite per exemplum, genus o mortale, Dearum. i. e. Deas imitamini.
Ire in exilium. Cic. 10. Att. 16. Unum illud firmissime asseverabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum.
Ire in fastidium, pro Incipere haberi fastidio. Sen. de Benef. lib. 1.
In hominem ire. Cic. 2. Att. 7. Equidem antequam legi tuas literas, in hominem ire cupiebam. Pro, Hominem invadere. Locus tamen suspectus est. V. Græv.
Ire in hostem. Stat. 10. Theb. 252.
Ire in jus ad aliquem. Auct. de Viris illust. c. 72. P. Decium Prætorem transeunte ipso sedentem, jussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit, nequis ad eum in jus iret, edixit.
In jus ire de re aliqua. Nota forma. V. Brisson. de Formul. 5. pr.
In lacrymas ire. Stat. 11. Theb. 193.
Ibant in lacrymas, veluti quum vere reverso
Bistoniæ tepuere nives. conf. Virg. 4. Æn. 413.
In litem ire. Ovid. 6. Fast. 89.
Dixit, & in litem studio certaminis issent.
I in malam rem. Plaut. Pœn. 1. 2. 59. ut In crucem.
Ire in matrimonium sine dote dicitur puella. Plaut. Trin. 3. 3. 4. Namque hercle honeste fieri ferme non potest ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote.
In melius it valetudo Tacit. 12. Ann. 68. Crebroque vulgabat ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret. conf. Cic. 14. Att. 15.
Ire in nervum. Ter. Phorm. 4. 4. 15. Ceterum quum argentum repetent, nostra causa scilicet in nervum potius ibit. i. e. Mitti se patietur.
Ire in opus alienum. Plaut. Mil. 3. 3. 6. Stultitia magna atque insipientia, non fallacia hæc sit, me ire in opus alienum, aut tibi meam operam polliciturì.
Ire in orbem. V. ORBIS.
In ora alicujus ire. Valer. 7. Argon. 294.
Vix animos, dextramque tenens, quin ipsa loquentis
Iret in ora deæ: tanta pudor æstuat ira. V. Ire in vultus.
In partem ire. Plin. 8. Epist. 14. Lex — ita secessionem fieri jubet. Qui hæc sentitis, in hanc partem: quia alia omnia, in illam partem ite, qua sentitis. V. loc. conf. Ire in Alia omnia.
In pœnas ire. Ovid. 6. Met. 200.
Ibimus in pœnas, & qua vocat ira, sequemur.
Ire in possessionem. Cic. 3. Verr. 125. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire jussurum. V. Ire in bona.
Ire in regna. Ovid. de Rem. Amor. 482.
In mea Thersites regna licebit, eat.
In rixam non ibimus. Quintil. lib. 6. cap. 4.
In scelus ire. Ovid. 6. Fast. 526.
— & furiis in scelus isse pudet.
Ibit in secula nomen tuum. i. e. Memoria tui erit sempiterna. Plin. Paneg. cap. 55. Ibit in secula fuisse principem, cui florenti & incolumi, nunquam nisi modici honores, sæpius nulli decernerentur. Sil. lib. 12. 311. — factoque in secula ituro. Claud. Conf. Mall. Theod. 114. — nascentes ibant in secula libri. V. ibi Barthium p. 120.
Ire in sententiam alicujus, vel Pedibus ire in sententiam. est Alterius sententiæ, non verbo, sed corpore accedere. Liv. 1. 32. & 5. 9. Idem 7. ab Urbe, Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite. quæ major pars erit, eo stabitur consilio. deinde frequenter omnes in dexteram partem pedibus transierunt. Cic. 11. Philipp. Dixit tamen, siquis eorum qui post se rogati essent, graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id Idem dicere, vocamus. Hæc ratio inventa est, quod nonnunquam est plus satis longum audire singulos dum plurimi sunt: vel duo capita sententiarum sunt: ut res expeditiores fiant. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine in sententiam ire possumus; ideoque manu sententiam significamus. Quod Quintil. intelligit, ubi ait, Manibus, pedibusque imus in sententiam necessitatis. V. Gell. lib. 3. cap. 18. Et Erasm. Chil. in prov. Pedibus in sententiam discedere. & Lipf. ad Tacit. p. 515. Supra Ire in alia omnia.
Ire in somnum. Plin. lib. 26. cap. 8. Datur & in somnum euntibus. V. Dormitum.
Ire in subsidium. Cic. 8. Att. 7. Item, Ire subsidio. Cæs. 7. Bell. Gall. & Nep. 1. 8. 2.
Ire in suffragium. Plin. lib. 18. cap. 6. Quum in suffragium tribus oporteret ire.
In thalamos ire. Lucan. lib. 8. 88.
O utinam in thalamos invisi Cæsaris issem.
Ire in vigiliam. Plaut. Pseud. 4. 7. 84.
Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul?
In vultus virginibus. Ovidius. H. St. Locus est 1. Am. 7. 63. ubi puellam potius alloquitur amator:
At tu ne dubita (minuet vindicta dolorem)
Protinus in vultus unguibus ire meos. conf. Ire in ora.
Ire per. Liv. lib. 2. Decad. 5. Neminem eorum per Italiam ire licitutum. [Suspecta sunt.
Ire per amnes. Ovid. 14. Met. 591.
— satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amneis.
Ire per annos fratris. Ovid. ad Liviam, 413.
Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.
Per attentam aurem ire. Hor. 2. Serm. 1. 19.
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem.
Ibit per gladios, (heu mihi) noster amor. Ovid. 17. Epist. 246.
Per medium ire. Quintil. lib. 4. cap. 2. Tanquam necesse sit longam, aut brevem esse expositionem: nec liceat ire per medium.
Ire per moras. Ovid. 2. de Arte Am. 46.
Bellaque per turpes longius isse moras.
Per singulas causarum judicialium partes ire. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Per omnes & personas & affectus Comœdia it. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Per omnes rerum species artes eunt. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Sub amplexus ire alicujus. Ovid. 16. Epist. 94.
Sub furcam ire. Hor. 2. Serm. 7. 66.
Comitem alicui ire in. Lucan. lib. 9.
Ire comitem marito. Ovid. 3. de Arte Am. 17.
Respice Phyllaciden, & quæ comes isse marito Fertur.
Ibis nuntius. Virg. 2. Æn. 547. — & nuntius ibis
Pelidæ genitori.
Ire aliorum verborum supinis junctum, meram facit periphrasin, ut
Ire accersitum. Ter. Eun. 5. 2. 53. Idem Heaut. 2. 3. 74. Hoc vide, in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus.
Ire consultum male aliquem, pro Incommodare alicui. Plaut. Bacch. 3. 6. 36. Occiperes tute amare, & me ires consultum male?
Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. Cist. 1. 1. 39. Suas pellices esse ajunt, eunt depressum. i. e. Deprimunt, vituperant.
Ire datum operam amico, pro Juvare amicum. Plaut. Pœn. 3. 1. 9. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Sic passive Iri. Ter. And. 1. 2. 6. Postquam audierat non datum iri filio uxorem suo. V. infra Iri.
Ire dormitum. Plaut. Curc. 4. 3. 23. Sic, Ire cubitum. Cic. pro Rosc. Amer. 64. In somnum supra.
Ire ereptum aliena bona. Plaut. Perf. 1. 1. 12.
Ire habitum honorem alicui, pro Honorare. Plaut. Cist. 1. 1. 4. Tu atque hæc, soror si mea esses, qui mihi magis potueritis ire honorem habitum nescio.
Ire opitulatum, Opitulari. Plaut. Mil. 3. 1. 26. Mihique amanti ire opitulatum.
Ire oppugnatum, Oppugnare. Plaut. Bacch. 5. 2. 52. Ut istuc delictum desistas tantopere ire oppugnatum.

Ire perditum, pro Perdere. Liv. 2. Bell. Maced. Neu pertinacia sua gentem universam perditum iret. Ter. And. 1. 1. 107. Cur te is perditum? Dies it, pro Præterit, & elabitur. Plaut. Pseud. 1. 3. 12. It dies: ego mihi cesso: i præ puere.
Dies it nostro omine. Plaut. Casin. 2. 8. 74. Pulchre prævortar viros, nostro omine it dies jam, victi vicimus.
Fluvius it. Virg. 8. Æn. 726.

— Euphrates ibat jam mollior undis.

Lucrum it ad me. Plaut. Pœn. 3. 3. 70. Bonam dedistis mihi operam. L. it ad me lucrum.
Luna it per cœlum obtusis cornibus. Virg. 1. Georg. 433.

Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit.

Mores eunt præcipites, h. e. In perniciem declinant. Liv. Præf. Labente deinde paulatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde ut magis magisque lapsi sint; tum ire cœperint præcipites, donec, &c.
Puppis it per fluctus. Stat. 2. Achill. 2. 454.

Jamque per Ægeos ibat Laertia fluctus Puppis.

Res it, pro Succedit. Cic. 14. Att. 22. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio, mihi profecisse permultum videtur, prorsus ibat res. Ibid. 16. Incipit res melius ire quam putaram. Sic Sen. Epist. 5. Miror ista sic ire.
Semina eunt æqualiter in agros. Ovid. 3. Amor. 10. 33.

Seminaque in latos ierant æqualiter agros.

I tu hinc quo dignus es, quam pene tua me perdidit protervitas. Ter. Heaut. 4. 6. 10. V. Ire in crucem.
Eo hinc. Plaut. Amph. 1. 3. 3. Mihi necesse est ire hinc.
I nunc, & Ite nunc formula increpantium. Virg. 7. Æn. 425.

I nunc ingratis offer te irrise periclis. Juven. 12. Sat. 57.
I nunc & ventis animam committe. Sen. Medea, 650. Ite nunc fortes, perarate pontum. Petron. cap. 115. Ite nunc mortales & magnis cogitationibus pectora implete, ite cauti, &c. V. quos laudant Pithæus & Burm. ad Petron. p. 534.

I præ, pro Præi. Plaut. Curc. 4. 2. 1. Ter. And. 1. 1. 144. Eamus jam nunc intro SI. I præ, sequar.
Ibo quo profectus sum. Plaut. Aul. 1. 2. 41. Nunc quo profectus sum ibo, postidea domum me rursum quantum potero, tantum recipiam.
I sane. Plaut. Epid. 1. 1. 73. Abi a me in malam rem maximam cum isthac conditione. F. i sane siquid festinas magis.
Ire, cum infinit. Stat. 4. Sylv. 4. 61.

Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes.

Eamus visere. Ter. Phorm. 1. 2. 53. Voltisne eamus visere?
Ire, pro Venire. Ter. Adel. Quæso ut una mecum ad matrem virginis eas. Idem Adel. 3. 3. 7. Sed eccum Syrum ire video. V. Donat. Virg. 2. Æn. 375.

— vos celsis nunc primum a navibus itis. V. Serv. Idem 6. Æn. 392. Sen. Medea, 684. Stat. 7. Theb. 229. Plaut. Cist. 5. 2. 3. Here unde is? Ex Senatu.

Ire inter funebria verba refert Donatus ad Ter. And. 1. 1. 90. Effertur, imus.
Ire pro Esse. Curt. 4. 14. 25. Ite alacres & spe pleni. Sen. OEth. 282. Non ibo inulta. Claud. de 4. Cons. Honor. 109. Qui vindicet ibit. i. e. Erit.
Itur imperf. Virg. 6. Æn. 179. Itur in antiquam Silvam. Ter. And. 1. 5. 16. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. Virg. 9. Æn. 641.

— sic itur ad astra. conf. Sen. Epist. 73.

Æternas itur in usque moras. Claud. ad Probin. 6.
Illuc publice itur. Ulpian. in l. 2. D. Ne quid in loc. public.
Ibitur. Plaut. Truc. 3. 1. 21. Idem Trin. 2. 4. 177. Cic. 2. Q. frat. Ibatur in eam sententiam: quum Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.
Eatur. Sen. Medea. 7. Idem Thyest. 5.
Iretur, Papinian. in l. Pupill. D. De fidejuss. tuto. Judice defuncto, prius quam ad eum iretur.
Iri. Cic. 2. Att. Item ante non esse itum obviam, ne tum quidem quum iri maxime debuit.
Debitum iri. Scævola in l. Respic. D. Si certum petatur, Respiciendum enim est, an (quantum in natura hominum sit possit sciri eam debitum iri. [Sic in omnibus verbis, ut ex Grammaticis notum est, fut. inf. pass. formatur. Itaque talia huc accumulare nihil attinet.
Viæ eundæ & vitandæ. Claud. 2. in Eutrop. 420.
Itum est. Ovid. 1. Met. 138.

Nec tantum segetes, alimentaque debita dives
Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ. Ad Arma itum est. Paterc. 2. 48. 2. Cels. in l. Nam satis est, fundi nomine itum esse. D. Quemadm. servit. amit. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. Si a parent. quis manu. fuerit.

Iens, euntis. [ὁδοιπόρος] Qui huc & illuc proficiscitur: quem Peregrinum vocant. Plaut. Mil. 3. 1. 81. Deûm virtute euntem hospitio accipere, apud me est comitas.
Oculi euntes. Stat. 5. Theb. 483.

Prosequimur visu, donec lassavit euntes Lux oculos.

Incidere eunti & euntem. V. INCIDO.
Cic. 1. Att. 16. Neapoli apud Lætum ante diem IIII. Calend. Maii, iens in Pompejanum bene mane hæc scripsi. Anni euntes. Hor. 1. Serm. 10. 58. Versiculi. Idem 2. Epist. 2. 55.
Iturus, a, um. [πορευσόμενος] Cic. 3. Verr. 50. De te in consilium iturum putasti.
Itus, ûs. m. [βάδισμα] Cic. 12. Att. 5. Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. in Tiber. cap. 38. & Nonium 2. 419.
Itio, ōnis. f. [βάδισις] Ter. Phorm. 5. 8. 24. Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?
Obviam itio. Cic. 11. Att. 16. De obviam itione ita faciam ut suades. Idem lib. 13. 48.
Dare itionem domum. Cic. 1. de Divin. 68. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore, sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari. V. Domuitio in DOMUS.
Ito, [φοιτάω] āre. frequent. Frequenter ire. Sueton. de Clar. Rhet. cap. 1. Majores nostri qui liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Cic. 9. Fam. 24. Te ad cœnas itare desisse moleste fero. conf. Plin. 9. 8. & Plaut. Most. 1. 2. 48.

Apud Varr. de Lingua Lat. lib. 6. Ab eo veteres poetæ nonnunquam milites appellant latrones, quod itent uti milites cum ferro. Ubi tamen mea editio habet Item; Sed tunc addendum erit verbum *sint*, aut aliud. H. St. locus est p. 75. tertiæ ed.
Itĭto, āre. Aliud frequent. ut, Exequias ititare. Nævius.

## E O D

Eodæ, [Ἠώδαι] Partes quædam Caucasi montis a Barbaris vocantur, Strab. lib. 11.
Eodanda, Ichthyophagôn insula deserta in Arabia, Plin. lib. 6. cap. 28.

## E O N

Eōne, es. f. Arbor. Plin. lib. 13. cap. 22. Alexander Cornelius arborem eonem appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alii cognitam, quod equidem sciam.

## E O S

Eos, Montis nomen in sinu maris rubri, Azaræis populis Arabiæ finitimus. Plin. lib. 6. cap. 29.
Ēos, is. i, a. si per η. ĕos si per ε. V. Voss. [Ἠὼς & Ἕως] Aurora. Ovid. 3. Fast. 877.

Tres ubi luciferos veniens præmiserit Eos. Idem 4. Fast. 389.
Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos.

Eōus, [Ἠῷος] Oriens dicitur: ab ἠὼς, quod est mane & aurora. Capitur etiam adjective pro Orientalis, primamque habet indifferentem, quia interdum per η scribitur, interdum per ε psilon, ut Fluctus Eous. Virg. 3. Æn. 533.

Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum. Lucan. lib. 4. 352.
Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas. i. e. Orientales.

Propert. lib. 2. 3. 44.

Sive illam Hesperii, sive illam ostendet Eois:
Uret & Eoos, uret & Hesperios. Idem 3. 12. 15.

Cœlum Eoum. Ovid. 3. Met. 197.
Equi Eoi. Virg. 2. Æn. 417.

Confligunt Zephyrusque Notusque, & lætus Eois
Eurus equis. Servius: Nam Eurus ab Oriente flat.

Gelu Eoum. Propert. lib. 1. 16. 24.

Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Mare Eoum. Tibul. lib. 2. 2. 16.
Opes Eoæ. Ovid. 1. de Arte Am. 202.
Orbis Eous. Ovid. 3. Fast. 466.
Partes Eoæ. Ovid. 1. Fast. 140.
Eous, i. m. [Ἑῷος] Unus ex equis Solis: quasi Lucifer ac orientalis: quod mane assurgens orbem illuminet. Ovid. 2. Met. 153.

Interea volucres Pyrois, Eous, &c.

Eous, pro Lucifero. Virg. 1. Georg. 288.

Aut quum sole novo terras irrorat Eous. De quo etiam Cinna in Smyrna sic ait,
Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo vidit post Hesperus idem. conf. Sil. lib. 9. 180. & 11. 517.

Eousque. V. EO Adv.

## E P A

Epacria, [Ἐπάκρια] Attici agri oppidum, unum ex his quæ a Cecrope in civitatis formam sunt redacta. Steph.
Epacta, æ. vel Epactæ, arum. verti potest Intercalatio, Ἐπακταὶ ἡμέραι, intercalati dies. ἐπάγω, intercalo & intrinsecus addo. Quidam astrologi sic definiunt: Epacta est numerus triginta non excedens, proveniens ex superabundantia anni solaris, ad annum lunarem communem. Officium Epactæ est ostendere ætatem Lunæ: nulla autem ætas Lunæ est major quam triginta dierum, non debet igitur Epacta major esse. V. Casp. Schott. Curs. Math. p. 313. Munker. de intercal. 3. 16. vel Lex. Pitisc.
Epactra, [ἐπακτρα] dicuntur Piscatoria navigia: nam & Piscatores nuncupantur Epacteres quandoque. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 18.
Epageritæ, Populi regionis Colchicæ tractu, a tergo Pityus oppidi opulentissimi ab Heniochis direpti. Plin. lib. 6. cap. 5.
Epago, ōnis. m. vel on, ontis. [ἐπάγων] A Græcis vocatur Artemon navis, sive Trochlea, qua funes ductarii, & cetera navis armamenta explicantur, quaque majora onera ex portu in navem attolluntur. Vitruv. Ergatas videtur appellare. V. 10. 5. vel Baldi Lex. p. 46.
Epagōge, es. f. [ἐπαγωγὴ] Figura est Rufiniano lib. de Figur. Sent. quæ fit ex rerum similium collatione vel argumentorum. Ubi tamen Rhetoricæ elocutionis nulla est figura. V. INDUCTIO. id enim Latinum nomen hujus argumentationis, de qua V. Arist. Anal. Pr. 2. 23. & Topic. l. 12. Diog. Laert. in Plat. S. 53. Quint. 5. 10. p. 419.
Epagōgia, orum. n. [ἐπαγώγια] Apud Græcos scite admodum nuncupantur Præputia, ducto inde, ut Cælius putat, vocabulo, quia uti fuerit collibitum inducuntur, retroque agantur. V. lib. 4. cap. 6.
Epăgris, [Ἔπαγρις] Insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur. Plin. lib. 4. cap. 12.
Epaminondas, [Ἐπαμινώνδας] Thebanorum dux præstantissimus, cum quo (inquit Justin. lib. 6.) Thebanorum gloria & nata & extincta est. Tandem apud Mantineam cum Lacedæmoniis congressus, vicit, & cecidit, ut scribit Cic. 5. Fam. 12. De Epaminonda Nepos in Vita, Plutarch. in Paralell. conf. Ælian. Var. Hist. 2. 43. & 13. 42.
Epanadiplōsis, is. f. [ἐπαναδίπλωσις] Figura Rhethorica, quum idem verbum in eadem sententia, & primum est, & extremum, ut

Ante novis rubeant, quam prata coloribus, ante. Rufinian.

Epanalepsis est aliis. Exempla sunt ap. Juven. 14. Sat. 138. Virg. 1. Æn. 754.

EPANA-

Epanalepsis, is. f. [ἐπανάληψις] est Eorundem verborum simul positorum, ejusdemque sententiæ post multa interjecta, cum aliqua periodi conclusione facta repetitio. ut, Virg. 2. Georg. 4.
Huc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena
Muneribus, &c.
Huc pater ô Lenæe veni. conf. Auct. ad Herenn. 4. 14. Quintil. 9. 3. & Mart. Capell. 5. p. 174.
Analepsis in Plat quum resumuntur jam dicta, velut per Anacephalæosin. Vide Annot. nostras in Platonis vitam apud Diog. In calce voco & Resumptionem. H. St. [V. ejusd. Thes. Græc. Sed hæc, apud ipsos Rhetoras confusa, prolixiorem disquisitionem postulant.

Epanaphŏra, æ. f. [ἐπαναφορά] Figura est, quum ab eodem verbo plures inchoatæ sententiæ incipiunt. ut, Virg. 10. Ecl. 42.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Licori:
Hic nemus, hic ipso tecum consumerer ævo. Rufinian. conf. 4. Æn. 369. V. anaphora.

Epanastrŏphe, es. f. [ἐπαναστροφή] Repetitio: scil. Cum verbum repetitur in fine præcedentis sententiæ & principio sequentis. ut Virg. 8. Ecl. 55. — sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in Silvis.

Epangelia, æ. f. [ἐπαγγελία] dicitur, Quum quis accusatur, quod præter leges concionetur, aut rempublicam capessat. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 4.

Epanŏdos, i. f. [ἐπάνοδος] Figura est quum duabus brevibus, pluribusve propositis, ad singularem enarrationem recurritur: ut, Virg. 2. Æn. 434. — divellimur inde
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus ævo
Jam gravior. Rufinian. Dicitur etiam Ploce.

Epanorthōsis, is. [ἐπανόρθωσις] Correctio qua interdum verbum, interdum sententia tollitur. Rutilio vocatur μετάνοια. Cic. pro Planc. 41. Brundusium veni, vel potius ad mœnia accessi. Idem 2. Off. 22.

Epantĕmon, i. n. Herba quæ & Chamælæa & Lacteris dicitur. al. Eupantheon. V. Apul. de Herb. cap. 111.

Epăphæresis, is. f. [ἐπαφαίρεσις] Repetita ablatio. Martial. 8. 52.
— facitque longam Detonsis Epaphæresin capillis.

Epaphroditus, [Ἐπαφρόδιτος] Grammaticus fuit, patria Cheronæus, Archiæ grammatici alumnus & discipulus, quem Modestus Ægypti præses sibi emit, & filium suum Pitelinum eidem in disciplinam tradidit, quem ille Romæ instituit sub Nerone: mortuus est hydropisi. Reliqua vide apud Suidam.

Epăphus, i. m. [Ἔπαφος] Filius Jovis ex Io vel Iside. Ovid. 1. Met. 748. quum fabulam Ius enarrasset, de Epapho hæc subjungit,
Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Jovis, perque urbes juncta parenti
Templa tenet.

Eparchia, æ. f. [ἐπαρχία] A Græcis dicitur, quam Latini Provinciam, sive Præfecturam appellant: unde & Eparchus, Provinciæ præses, & Eparchiotes, Provincialis.

Eparmata, orum. [ἐπάρματα] Hippocrati dicuntur Tumores, secundum aures præter naturam in ægrotantibus exorti. Galen. in 6. Hippoc. de Morb. Vulg.

Epastus, Partic. pass. ab Epascor, ĕris. Idem quod Pastus. Ovid. in Halieut. 119.
Ut Scarus epastas solus qui ruminat herbas.

Epatarius, Epaticus. V. hepar.

Epaulia Dona, [ἐπαύλια δῶρα] dicebantur, Quæ Græcorum more postriduano nuptiarum die sponsæ pater, pompæ cujusdam imagine quadam sponso proferebat, ducto inde vocabulo, quod in sponsi aulam tunc primum divertisset sponsa. Erant autem hæc munera aurea pleraque, smegmata, pectines, alabastri, sandalia, thecæ, myraliptra. Sunt tamen qui Epaulia, Diem ipsum post nuptias secundum appellari opinentur. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 18.

## E P E

Epeclīa, [Ἐπίκλεια] ut ex Appione ac Diodoro refert Cælius, Tragemata vocantur, quæ post cœnam dari consueverunt. V. Lect. Antiq. lib. 27. cap. 17.

Epei, [Ἐπειοί] Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Elii dicti, Plin. lib. 4. cap. 5. cujus sententiæ etiam Steph. subscribit. Homerus tamen in Catalogo navium, Epeorum urbem diversam facit ab Elide, quam videtur Epeorum juri subjicere. V. Strab. lib. 8.

Epelanete, es. f. Piscis modicus est, in Sequanæ ostio frequens Rothomagum usque, squamis argenti modo nitescentibus, cujus si in propinquo astes, putes violis te circumfusum. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 7.

Epenthēsis, [ἐπένθεσις] est Appositio quædam literæ vel syllabæ ad mediam dictionem, ut productior fiat vel quantitate, vel una syllaba. Literæ vel syllabæ, ut Relliquias pro Reliquias. Virg. 1. Æn. 30. Induperator, pro Imperator. Hanc autem alii Epenthesin, alii Parenthesin vocant. Juven. 10. Sat. 138. Mavors pro Mars. Virg. 8. Æn. 630. Navita pro Nauta. Ovid. 2. Amor. 11. 25. Propert. 2. 1. 43.

Epetini, [Ἐπετῖνοι] Liburniæ populi, qui in Salonam coloniam jura petunt, ut refert Plin. lib. 3. cap. 22.

Epēus, [Ἐπειός] Endymionis filius, & Pæonis frater, a quo Epæa civitas in Græcia. Hic Trojani equi faber fuit. Virg. 2. Æn. 264.
— & ipse doli fabricator Epeus. conf. Justin. 20. 2. 1.

Epexēgēsis, is. f. [ἐπεξήγησις] Appositio. Figura Syntaxeos. ut Urbs Roma.

## E P H

Ephalmator, ōris. m. Salvator. Firmic. 8. 15. Petaminarius, Ephalmator, orchestropalarius. V. petaminarius.

Ephaptis, idis. [ἐφαπτίς] Clem. Alex. lib. Pædag. 2. cap. 10. inter vestes muliebres ponitur. Est autem (ut nonnullis placet) Læna pretiosior. V. Pollux 4. c. 18. Scal. Poet. 1. 16. & Lex. Pitisc.

Epharmiotæ, Cretensibus Servi dicti sunt, sicut Lacedæmoniis Elotæ, peculiari illo nomine nunquam aliis quam servis attributo. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Ephebatus, Ephebia &c. V. post ephebus.

Ephēbus, [ἔφηβος] Qui ad pubertatis annos pervenit, quasi ἐπὶ ἥβης: i.e. In pubertate, sive qui excessit pueritiam. Postquam ephebus factus est. Nep. 15. 2. 4. i. e. Ad pubertatem venit. Ter. And. 1. 1. 24. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia. Idem Eun. 5. 1. 8. Quis fuit igitur? p. iste Chærea. t. qui Chærea? p. iste ephebus frater Phædriæ. Cic. pro Flacc. 51. Quem tu cum ephebum Temni cognosses, quoniam te nudus delectarat &c. Et 1. de Nat. Deor. 79. Athenis quum essem, e gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. [Appellatio sine dubio ex Gymnasio petita, ubi pueri nudi exercebantur, quanquam etiam de puellis dici tradat Hesych.
Animus ephebis ætate exiit, dixit Plaut. Merc. prol. 40.
Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus studio amotus puerili est meus.
Amans ephebus. Hor. 2. Epist. 1. 271.

Ephebatus, a, um. Annum agens decimum quintum. Varr. apud Nonium 2. 552. Ephebatum mulieravit. [Sed Vett. codd. Effebitum, vel Effebetum: Quod est verbale ἐφηβητής. An forma diminutiva Ephebition scripsit Varro?

Ephebia, æ. [ἐφηβία] Pubertas. Ephebia prima ætas adolescentiæ est, inquit Donat. ad Ter. And. 1. 1. 24.

Ephebicus, a, um. ut, Ephebica Chlamyda, i. e. Puerilis. Apul. 10. Miles. p. 253.

Ephebicum, n. Abs. [Ἐφηβικόν] Locus in theatro constructus, ubi juvenes ludos spectarent, nullique alii usui deserviens. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 16. V. Polluc. 2. S. 122. & Henr. Steph. Thes. Græc. qui pro ipsis Ephebis, consuetudine Græcorum, accipit, locum vero spectandi masc. gen. effert ἐφηβικός.

Ephebīum & Ephebēum, [ἐφηβεῖον] Pars ea palæstræ in qua ephebi exercebantur. Vitruv. 5. 11. In duplici porticu collocentur hæc membra: ephebium medio, hoc autem est exhedra amplissima. V. Lex. Pitisc. Delachamp. ad Plin. lib. 16. cap. 44. & Cæl. Rhod. Var. Lect. 88. Ephebia etiam appellantur a Medicis, Ea omnia quæ sunt a pube usque ad ilia. V. Cæl. Aurel. Acut. 3. 17. 140. Rectius Ephebæa, ἐφήβαια, teste Polluc. l. 2. S. 170. conf. not. ad loc. & Henr. Steph. Thes. Gr.

Ephecticus, [ἐφεκτικός] Ephectici dicebantur Academici, quod nihil certo neque pronuntiare neque constituere de re aliqua volebant, more aliorum philosophorum: sed sententiam suam animo continebant, semperque se melius consultaturos dicebant: unde & Sceptici alio nomine vocati sunt. Budæus Cunctatores & Hæsitatores dici posse autumat, ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, quod assensionem retinere significat, Auth. Cic. V. sceptica.

Ephecton, i. n. [ἐφεκτόν] Septenarium, quod continet Senarium & unitatem impositam. Vitruv. 1. 1. conf. Bald. p. 46.

Ephedra, [ἐφέδρα] Diosc. Herba est aliis nominibus Caucon & Anabasis appellata. Nascitur ventoso fere tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirrhis numerosis, qui sunt junci geniculati. Plin. lib. 26. cap. 7. Eidem lib. 26. cap. 13. Ephedros. Hac mulierculæ utuntur ad vasa lignea emundanda, pectinumque opifices ad buxi scabritiem expoliendam. Vulgo Prælam vocant.

Ephegesis, [ἐφήγησις] Causæ vel judicii genus, quum accusabatur is cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli aut homicidæ. Calepin.

Ephelcis, idis. f. [ἐφελκίς] Medicinam professis Crustula dicitur, quam extrahit plerunque tussis vehementior: sed & in ulceribus ephelcida intelligit Galenus. V. Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 8.

Ephēlis, idis. f. [ἐφηλίς] Tuberculum, seu Aspredo cutis in facie, ex ardore solis prognata. Calep. conf. Cels. lib. 6. cap. 5.

Ephelmator. V. supra ephalmator.

Ephemera. V. ephemerus.

Ephēmĕris, idis. f. [ἐφημερίς] Actuum diurnorum & impensarum recensio. V. commentarius & diurnus. Nep. 25. 13. 6. Scimus non amplius, quam terna millia æris in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Ovid. 1. Amor. 12. 25. Memorat Ephemeridas,
In quibus absumptas fleret avarus opes. Auson. Ephemerida vocat illud corpusculum carminum quibus diurnos actus complectitur. Vocabatur & Calendarium & Diurnum. V. Sen. Epist. 14. extr. & 123. Propert. lib. 3. 23. 20. Duræ ephemerides. Cic. pro Quint. 57. Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis.
Ephemeris pro Memoria, seu Commentario vitæ alicujus. Trebell. Poll. Gallieno extr. conf. Vopisc. Aurel. c. 1. Prob. c. 3.
Ephemeris mathematica. Plin. lib. 29. cap. 1. Ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasque observando. Juven. 6. Sat. 573.
In cujus manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas. Ubi Schol. vet. V.

Ephēmĕron, i. n. [ἐφήμερον] & Monemoron. Animal ortum apud Hippanin fluvium apud Bosphorum, Aristot. lib. 5. Hist. Animal. Cic. in Tusc. & Plutarch. Consol. ad Apollon: ἡμερόβιον appellat Plin. 11. 41. eodem scil. quo natum est die moriens. V. Ælian. H. A. 2. 4. & lib. 5. 43. & Erasm. in proverb. Ephemeri vita.
Ephemeron, Genus herbæ, folia habens lilii, sed minora, caulem parem, florem cœruleum, semen supervacuum. Plin. lib. 25. cap. 13. conf. Diosc. 4. 83. al. Iris silvestris.

Ephemerus, a, um. [ἐφήμερος] Quod est unius diei, ut Febris ephemera apud Medd. quam & Latini Diariam appellant, eo quod diei unius (quantum in ipsa est) spatio terminetur. De hac V. Galen. lib. 2. Aphorism. Hippocr.

Ephestiădes. V. hephæstiades.

Ephestii, [Ἐφέστιοι] A Græcis Dii appellantur, qui a nobis Penates & Lares, quod aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας, Græci focum seu larem intelligunt.

Ephestria, [Ἐφέστρια] Thebis Festa fuerunt ob Tiresiam constituta, in quibus ipsius simulacrum virilibus vestimentis exuebatur, & muliebribus induebatur: moxque illis ademptis, iterum virilia imponebant, alludentes ad ipsius Tiresiæ fabulam, de qua poetæ & Græci & Latini adeo multa. Dicta vero sunt Ephestria, ἀπὸ τῆς ἐφεστρίδος, i. e. a superiore veste, qua induebatur.

Ephestris, idis. [ἐφεστρίς] vestis quæ supra arma indui solet. Baysius putat eandem fuisse, quam Romani Paludamentum appellarunt.

Ephĕsus,

Ephēsus, i. f. [Ἔφεσος] Ioniæ urbs, insignis quondam famæ, & Dianæ spectatissimo templo (Plin. 36. 14.) tum & clarorum virorum, quorum genitrix fuit, dignitate: ab Androclo Codri Atheniensium regis filio condita, ut ex Pherecyde scribit Strabo. Justin. lib. 2. 4. 15. ab Amazonibus conditam scribit, quod ipsum & Plin. lib. 5. cap. 29. confirmat. Inde dictam Ephesum, quod eam terram Amazonibus Hercules concesserit, scribit Heraclides de Politiis. fuit inter primas Asiæ proconsularis urbes. V. Spanh. de Usu & Pr. Numm. diss. 9. p. 608. sq. Petit. de Amazonib. cap. 30. Ejus alumnus Heraclitus fuit de quo V. s. l. V. Strab. l. 14. Cic. 5. Att. 13. Liv. 1. 45.

Ephesīnus, a, um. ut, Ephesina mulier. Cic. 3. Philipp.

Ephesius, a, um. [Ἐφέσιος] Cic. 1. de Divin. 47. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagravit. conf. Plin. 36. 14.

Literæ Ephesiæ, notulæ erant magicæ & superstitiosæ, quibus utentes in omni negotio victores evasuros sese non dubitabant. His usum Crœsum in rogo tradit Eustath. in Homer. De iisdem Act. 19. 19. V. Clem. Alex. Strom. 1. & 5. & Athenæum lib. 12. conf. Kircher. Oed. To. 2. p. 469. sq. Cuper. de Consecr. Hom. p. 270. & Schurzfleisch. Differt. peculiari.

Minium Ephesium Plin. 33. 7.

Vinum, Idem 14. 8.

Ephesia, æ. f. Herba: vel Artemisia vel Aristolochia, Apul. de Herb. cap. 10. & 19.

Ephesium, Arx olim Massiliensium dicta. Alex. Genial. Dier. lib. 6. cap. 11.

Ephetæ, arum. pl. [ἐφέται] Judices Athenis, ab ἐφίημι appello. Suid.

Ephialtes, [Ἐφιάλτης] & OEtus, Neptuni filii (inquit Servius) novem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt evertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. Virg. 1. Georg. 282. Idem Cul. 235. V. Alous.

Fuit præterea Ephialtes quidam, qui in pauperrimo tenuissimoque cultu semper vixit, omnium tamen optimus atque justissimus. V. Alex. Alexandrin. lib. 3. cap. 11.

Ephialtes, æ. m. [ἐφιάλτης] Lat. Incubus, quasi dicas Insultor. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 3. Phantasma, h. e. Visum: quum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (ut ajunt) prima somni nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasque tempestates rerum vel lætas, vel turbulentas. In hoc genere est Ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere, & pondere suo pressos ac sentientes gravare. Diosc. lib. 3. cap. 157. de Pæonia, Ex Pæoniæ granis quæ nigro colore sunt, nocturnis præfocationibus, quas Ephialtas vocant, numero quindecim pota subveniunt: Sic enim vertit Marcellus. Hermolaus vero sic: Ex Pæoniæ granis quæ sunt nigra, Faunorum in quiete ludibriis atque suppressionibus medentur. Idem in Coroll. Pæoniam, inquit, & Ephialtion vocabant antiqui, utpote contra suppressiones Incuborum Faunorumque nocturnas valentem. In Græco est, πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγμούς. Laudata multum, inquit Marc. Virgilius, antiquis ob varias & multas utilitates Pæonia est, & inter cetera contra phantasmata quæ Græci Ephialtas vocant: qui Ephialtem hunc vel ab hujus nominis homine dictum putant, vel ab eo quod credat aliquis invadi se tunc ab aliquo, id enim ἐφάλλεσθαι invadere & insilire alteri est. Themison tamen a suffocando Pnigalionem (πνιγαλίωνα) nominavit. Fit hoc malum in continua crapula, & stomachi cruditate: acciditque in eo constitutis, difficilis motus: torpidus in somno sensus: suffocationis in mente obversatio: & veluti ingruentis alicujus mali occupatio: sequiturque clamoris & vocis frustratio, aut incertus & indiscretus sermo. Quidam eos qui in se irruerunt audire etiam se credunt, & ab eis venerem exigere, mox illos fugere. Hæc Marcellus. August. de Civ. Dei lib. 15. cap. 23. Et quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Silvanos & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum: & quosdam dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam & tentare & efficere, plures talesque asseverant, ut hoc negare impudentiæ videatur: non hic aliquid audeo diffinire, &c. Ephialten Plin. vocat Faunorum ludibria, lib. 25. cap. 4. Hæc medetur & Faunorum in quiete ludibriis. de Pæonia loquitur. V. & Cæl. lib. 27. cap. 14. Ephialten vulgus Gallicum vocat *Chauchemare*, Picardi *Cauquemare*. V. Faunus. Videtur illusionem hanc expressisse Virg. 12. Æn. 908. &c. conf. Voss. de Idololatr. 3. 35. extr.

Ephippium, i. n. [ἐφίππιον] Ornamentum equorum est: proprie Tegmina seu stragula significans, quibus equi insternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. Hor. 1. Epist. 14. 44.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Gell. lib. 5. cap. 5. Equitatum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem. Non. 2. 312. Ephippium tegmen equi ad mollem vecturam paratum. V. Lex. Pitisc.

Ephippiarius, i. m. Qui ephippia conficit. Et

Ephippiarius, a, um. ut Ephippiarii equi, quibus sellæ imponuntur, propter molliorem vecturam. Calep. Rectius

Ephippiati, [ἐφίππια ἔχοντες] Qui ephippia habent in equis. Cæs. 4. Bell. Gall. 2. de Suevis. Neque eorum moribus turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti: itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci, adire audent.

Ephippos, [Ἔφιππος] Latine Equestris, Veneris cognomentum, quod ab Ænea filio prorepsisse videtur, qui diuturna fessus navigatione demum inscenderit equum, atque ea effigie coli matrem instituerit. V. Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 18.

Ephŏdi, orum. pl. [ἔφοδοι] Firmic. lib. 6. cap. 32. titulus est, Generales cujusque genituræ ephodi, i. e. Ingressiones, initia, & institutiones.

Ephŏrus, i. m. [Ἔφορος] Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cujus vitam & scripta, V. apud Suidam. conf. Quintil. 10. 1. 901. Burm.

Ephori, [Ἔφοροι] Magistratus Lacedæmoniorum, a v. ἐφορᾶν. Erant enim ephori tales magistratus, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui a Theopompo sic oppositi regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Ut enim Romæ a Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat: sic Lacedæmone a Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges ejectos, alios fugisse, alios interemptos. Olim pro ministris regum fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ pervenerunt, ut sensim a rege magistratum proprium constituerint, nomine Ephoriam. V. Cic. 3. de Legib. 16. De eorum numero fuit Lysander quidam, ut testatur idem Cic. 2. Off. 80. Ac propter hoc injuriæ genus Lacedæmonii Lysandrum Ephorum expulerunt. Add. Nep. 4. 3. 5. Aristot. Polit. 2. 7. Nic. Crag. de Rep. Laced. 2. 4. & Ubb. Emm. l. 3. Græc. vet.

Ephthopolium. V. hephthopolium.

Ephydor, m. [ἐφύδωρ] dicebatur Apparitor, qui clepsydræ æqualitatem custodiret, ut scribit Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 39. Meminit & Bud. in Annotat. V. Henr. Steph. Thes. Gr.

Ephydron, [ἔφυδρον] Herba, quæ Equisetum, & Hippuris, & Anabasis appellatur. Vulgus *Prelam* vocat. V. hippuris.

Ephȳra, æ. & Ephyre, es. f. [Ἔφυρα] Nympha Oceani & Tethyos filia. De qua Virg. 4. Georg. 343. Stat. 4. Theb. 59. conf. Interp. ad Sil. 14. 656.

Ephyra item, sive Ephyre, urbs Achaiæ, quæ postea Corinthus dicta est, in qua pulcherrima & artificiosissima ex ære fiebant vasa. Ovid. 2. Met. 240.

— quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas. Corinthus antea Ephyra dicta, Plin. 4. 4.

Fuerunt & aliæ nonnullæ hoc nomine urbes, quas vide apud Steph. Ephyre, Insula est in sinu Argolico. Plin. lib. 4. cap. 12.

Ephyreias, ădis. [Ἐφυρηϊάς] Quæ est ex Ephyra. Claud. de Bell. Get. 629.

Scilicet Argolicas, Ephyreïadesque puellas
Cœperat & pulchras jam fastidire Lacænas. i. e. Corinthias.

Ephyræus, vel Ephyrēus, a, um. Adj. [Ἐφυραῖος] Lucan. lib. 6. 17.

Insedit castris: Ephyræaque mœnia servat. conf. Sil. 14. 181.

Ephȳrēïus, [Ἐφυρήϊος] Adj. Virg. 2. Georg. 464.

Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra. conf. Stat. 2. Theb. 207.

Ephyri, [Ἔφυροι] Plin. lib. 4. cap. 2. Ætolorum populi Athamanes, Tymphæi, Ephyri, &c.

## E P I

EPI. vel EP. Epistola. EP. M. Epistolas misit.

Epia, æ. [Ἐπία] Oppidum Achaiæ, Strab. Inde

Epii, Populi, quibuscum bellum gessit Nestor adhuc juvenis: postea Helii dicti sunt.

Epiălos, i m. [ἠπίαλος] Genus febris est ex pituita quidem frigida, sed vitrea, putrefactaque: nomen ei dedit placidi pellacia ponti subdola, quam Græci vocant ἁλὸς ἠπιότητα. Hermol.

Epibades, um. f. [ἐπιβάδες] Naves. Ulp. in l. 1. §. 12. D. de exercitoria actione, Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Baysius, Epibades, dictæ ut opinor, quasi Epibatides, ad epibatas solum, i. e. Vectores trajiciendos. Et fortasse legendum apud Jurisconf. Epibatides. V. Actuariæ naves, in navis.

Epibăta, æ, m. pl. Epibatæ. [ἐπιβάτης] Milites classiarii dicuntur: h.e. Milites in navibus merentes. Hirt. de Bell. Alex. cap. 11. Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera, deinde omnes epibatis nudatæ. Idem de Bell. Afric. cap. 42. Ibique (classem) Getulis remigibus, epibatisque complet. Add. c. 20. pr. Apud Græcos Epibatæ pro Vectoribus etiam accipiuntur. V. omnino Lex. Pitisc.

Epibatēgi, [ἐπιβατηγοὶ] Naves eædem quæ vectoriæ, i. e. Vectorum ductrices: juncto nomine ex ἐπιβάτης, i. e. Vector, & ἄγω, duco. Ulp. l. 1. §. 5. D. de exercit. actio. Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt, & plerosque mandare scio ne vectores recipiant, & sic ut certa regione, & certo mari negotietur.

Epibaterios, [Ἐπιβατήριος] Apollinis cognomentum, cui templum in Troezene dicavit Diomedes, quod in reditu ab Ilio evasisset tempestatem, qua Græcorum afflictæ sunt opes. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 24.

Epibăthra, æ. f. [ἐπιβάθρα] Scalæ nauticæ, quibus in navim conscenditur. V. Vitruv. 10. 19.

Epiblēma, ătis. n. [ἐπίβλημα] Vestimentum exterius, amiculum, stragulum torale, apud Galen. παρὰ τὸ ἐπιβάλλεσθαι, τὸ ἐνδύεσθαι, Bud. Comm. Ling. Gr. Hoc autem Genus vestimenti inter muliebria ponit Pollux lib. 7. cap. 13. ubi Paludamentum perperam vertit Gualtherus.

Epicataphoram, [ἐπικαταφορὰν] vocant cœlestium periti Supernam portam: quippe loca nuncupant quædam pigra in cœlo, dejectaque, quia nulla cum horoscopo societate jungantur. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 2.

Epicauma, ătis. n. [ἐπίκαυμα] Oculi ulcus crustosum, sordidum & impurum, humore fœdo jugiter effluente: ita dictum a quadam adustionis similitudine. Galen. lib. Finit. medic.

Epicedium, i. n. [ἐπικήδειον] Carmen funebre, Nænia vel monodia. Servius in Virg. 5. Ecl. 20. Epicedion est, quod dicitur cadavere nondum sepulto: Epitaphion autem, post completam sepulturam dicitur. Inde Statii epicedia in patrem & filium 5. Sylv. V. Scalig. Poet. 1. 5. Guther. de Jur. Man. 1. 18. & Voss. Lex. Etym.

Epicephalium, i. n. [ἐπικεφάλιον] Tributum in singula capita imperatum. Cic. 5. Att. 16. Audivimus nihil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια solvere non posse. Idem 3. Fam. 8. Exactionem capitum vocat. Principes, inquit, civitatum a me postularunt, ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem capitum atque ostiorum, inducerentur sumptus minime necessarii. Similis erat Columnarii

lumnarii exactio, hoc est tributi in singulas ædium columnas imperati. V. suo loco.

Epicerides, is. m. [Ἐπικερίδης] Vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Atheniensem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. V. Demost. in Orat. adv. Leptin.

Epicharis, is. f. [Ἐπίχαρις] Mulier libertina fuit, quam in conjuratione Pisoniana, jussu Neronis per omnia fœda exempla cruciatam, non verbera, non ignes, non torquentium ira pervincere potuit, ut se conscium fateretur. V. Alex. Genial. Dier. lib. 1. cap. ult.

Epicharmus, i. m. [Ἐπίχαρμος] Siculus poeta Comicus & Philosophus, Pythagoræ auditor, scripsit de natura rerum & medicina commentarios. Epicharmi sententiam de morte refert Cic. 1. Tusc. 15. Emori nolo: sed me esse mortuum nihil æstimo. Hor. 2. Epist. 1. 57.

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi. conf. Cic. 1. Att. 19. Diog. Laert. in ejus vita, & in Platone. Fabric. Bibl. Græc. vol. I. in Catal. Tragicor.

Epicharmīus, a, um. [Ἐπιχάρμειος] Cic. de Petit. Conf. 30. Epicharmium illud teneto, nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere.

Epichērēma, rectius Epichīrema, ătis. n. [ἐπιχείρημα] Quintil. lib. 5. cap. 10. Ephicherema Valgius aggressionem vocat; Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, i. e. Argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiam si nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, epicherema dici. Qidam Epicherema Rationem appellaverunt. Cic. 2. ad Heren. 2. melius ratiocinationem: quanquam & ille nomen duxisse magis a syllogismo videtur, nam & statum syllogisticum, ratiocinativum appellat, exemplisque utitur Philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema vicinitas, potest videri hoc nomine recte abusus. Ibid. cap. 14. conf. Sen. 1. Controv. p. 75. & Isidor. 2. 9. Scalig. de Re Poet. 3. 71. [Aristoteli Top. 8. 11. est Syllogismus Dialecticus. h. e. qui ex probabilibus concludit.

Epichīmasis, [ἐπιχείμασις] a v. ἐπιχειμάζειν, hybernare, cum tardius post sideris tempus hyberna tempestas venit, uti Prochimasis, cum maturius præcurrit. V. Plin. 18. 25. pr. ibidemque Hard.

Epichrista, orum. [ἐπίχριστα] Apud Galenum in eundem fere usum accipiuntur quo Circumlitiones, quas Diosc. ἐπίχριστα καὶ ἀλοιφὰς appellat, a circumliniendo, quod est expolire. Nam & in pictura circumlitionem vocat ipse, quum operibus jam perfectis, manus quædam salutatrix admovetur ultima, quæ illa ipsa properante lambenteque penicillo circumlegat, atque revisitet. Hermol.

Epichysis, is. f. [ἐπίχυσις] Vasis genus est. Varr. 4. de L. L. 26. e Græcia primum advectum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχύειν, h. e. ab infundendo. Unde nonnulli etiam Infundibulum hoc nomine appellant. Plaut. Rud. 5. 2. 32. Sinus, Epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque. V. Turneb. Adverf. 22. 30. & Scalig. ad Varr. supra.

Epicichlides, [ἐπικιχλίδες] Genus carminis, quod in Homerum refertur authorem a quibusdam: sic dictum, quoniam quum id pueris præcineret, turdis donabatur, quos Græcorum quidam Cichlas appellant. Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 2.

Epicitharisma, ătis. n. [ἐπικιθάρισμα] Ultima pars fabulæ. Tertull. adv. Val. cap. 33.

Epiclintæ, m. pl. ab ἐπικλίνω, inclino. Terræ motus. Apul. de Mundo p. 398. Ed. Colv.

Epicnemidii, [Ἐπικνημίδιοι] Græciæ populi. Plin. lib. 4. cap. 7. de Græcia & Attica, Locri, inquit, deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephissus defertur in mare.

Epicœnum, [ἐπίκοινον] Latine Promiscuum dicitur. Sunt nomina apud Grammaticos, in quibus obscurior discretio est altero sæpe genere: utrumque sexum confundit usus: appellavitque hujusmodi voces, promiscui generis, Græci ἐπίκοινον vocant: ut passer, milvius, quæ sub masculino: aquila, mustela, quæ sub fœminino utrumque genus comprehendunt. Quintil. lib. 1. cap. 4. Nec statim diligentem putabo qui promiscua, quæ Epicœna dicuntur, ostenderit: in quibus sexus uterque per alterum apparet.

Epicomia, [ἐπικώμια] Laudationes dicebantur, quæ in comessationibus post victoriam concinebantur. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 13.

Epicombia, Missilia, quæ per aliquem senatorii ordinis in populum sparguntur die quo Imperator exit e templo. Buleng. de Imp. Rom. 2. 1. 2.

Epicopanon, [ἐπικόπανον] Mensa coquinaria Polluci est: quod verbum extare in Menandri Messenia idem asseverat. Quin & apud Jurisconf. Florent. D. de supellect. leg. id verbum reperias notione quam præstruximus. Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 12.

Epicōpus, [ἐπίκωπος] Adj. Qui est in procinctu navigationis. Cic. 14. Att. 16. pr. Quinto nonas conscendens ab hortis Cluvianis in Phaselum epicopum, has dedi literas. Alii legunt Episcopum. Epicopum remigabilem, ut ita dicam: i. e. Qui jam in eo erat, ut remis impelleretur. [Immo ἐπίκωπα navigia sunt Quæ remis aguntur, cujusmodi erant bello destinata. V. Scheff. de Mil. Nav. 2. 2. a pr.

Epicōpi, Dicuntur remis appositi & gubernaculis, velut epibatæ Atticis sunt, in navibus depugnantes. Quanquam & qui aliena iter navi faciunt, sic dicuntur quoque, quos Homerus item Emporos vocat. Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 25. [Sic apud Polluc. l. 1. S. 95. vocantur ipsi Remiges simpliciter, quod miror fugisse Schefferum. l. 2. c. 3.

Epicrasis, is. f. [ἐπίκρασις] Verbum est medicorum scholis frequens. Dicitur autem eo nomine aura τῆς κακοχυμίας, quum sensim quod malum est educitur, reponiturque itidem quod bonum. Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 18.

Epicrates, is. m. [Ἐπικράτης] Atheniensium princeps. Cic. 16. Fam. 21.

Fuit præterea Epicrates Bodinus, a C. Verre bonis eversus, ut idem Cic. probat in 4. Verr. 9.

Epicrătes, Verti potest, Omnia tenens: quo nomine Cic. 2. Att. 3. videtur Pompejum significare: siquidem eo tempore princeps erat in Republica Pompejus. V. Cn. Pompejus, in pompeji.

Epicrocum, i. n. Genus vestimenti, croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Festus. Hinc Næv. apud Varr. 6. de L. L. 3. Erat amictus epicroco. conf. Nonium 4. 227. & Plaut. Perf. 1. 3. 16.

Epicrotos, [ἐπίκροτος] Terra dicitur pavita & complanata, ubi incubet testudo. Cæl. Antiq. lib. 10. cap. 2.

Epictētus, [Ἐπίκτητος] Philosophus Stoicus, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis liberto servivit, atque ad Marci usque Antonini tempora, si fidem Suidas meretur, pervenit. Domitiano autem imperante ejus dominatu offensus, Roma Nicopolin migravit, ratus verum esse quod et tragicum, patriam esse cujusque ubi quis recte ageret. Tanta vero apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob ejus authoritatem, venisse tradat, lib. adv. Indoct. p. 386. Græv. Ex hujus dogmatibus Enchiridion conscripsit Arrianus, opus Stoicæ disciplinæ præstantissimum, quod Angelus Politianus Latinum fecit. item Jo. Caselius. De Hoc plura V. apud Gell. 2. 18: 17. 19. & 19. 1.

Epictētos, [Ἐπίκτητος] Latine Post quæsita, Ætoliæ pars. Bifariam enim divisa erat: nam & Antiquam, & Epicteton dicebant. Antiquam ab Acheloo usque ad Calidonis litus longe intra mediterranea pertinentem, planam & fructuosam, ubi Stratus est ac Trachinium, optimam tellurem habens. Epicteton, seu Post quæsitam, Locris affinem, usque Naupactum & Eupalium, asperam sane sterilemque tenus Oetæ, Athamanibus, & deinceps montibus atque gentibus, jam in arctoi vergentibus. Strab. lib. 10. Hanc vocem Ciceroni Fam. 3. 10. med. restituit Victorius.

Epicurius, [Ἐπικούριος] Apollo dictus est, Bassæque (qui locus est in Cotylio monte prope Phigaliam in Arcadia) celebratus, ubi & templum extructum habebat, nato inde cognomine, quod in pestilenti morbo tulisset opem. Cæl. Rhod. lib. 19. cap. 1. Ex Pauf. Arcad.

Epicūrus, i. m. [Ἐπίκουρος] Atheniensis, e tribu Ægeide, oppido Gargetto, annos natus quatuordecim, Philosophari cœpit in hortis, ut est author Demetrius Magnesius: summum bonum non ut Aristippus in voluptate corporis, sed in doloris vacuitate ponebat. Dialecticam damnabat, quando Philosophia simplicibus ac propriis rerum vocabulis comprehendi posset. Deos & providentiam & officium in vita tollebat. Metrodorum Lampsacenum unicum in vita comitem & familiarissimum habuit. Auditor fuit Xenocratis. Cum Aristippo eum componit Cic. 2. Off. 116. A Democrito pleraque hausit, uti patet ex Cic. 5. de Fin. & 2. de Nat. Deor. extr. A Discipulis ita colebatur ut ejus imaginem in annulis, tabulis & poculis venerarentur, & tantum non haberent pro Deo. V. Cic. 1. Tusc. 21. & 5. de Fin. Plin. 35. 6. Lucret. 5. 50. conf. Diog. Laert. l. 10. & Pet. Gassend. in Vita. Obiit Athenis calculi doloribus, ann. nat. 72. De Epicuri Decretis V. Barth. Adv. 20. 20. & ad Stat. Sylv. p. 110. Voss. de Sect. Phil. cap. 8. Buchner. vol. 1. Program. p. 568 sq.

Pinguis ego & nitidus Epicuri de grege porcus. Hor. de Semetipso, 1. Epist. 4. 15.

Doctus Epicurus. Propert. lib. 3. 21. 26.

Gargetius Senior. Stat. 1. Sylv. 3. 94.

Oscitans Epicurus. V. oscito.

Epicurēus, Subst. m. [Ἐπικούρειος] Epicuri Sectator, item Voluptarius. Cic. 3. Tusc. 21. & 1. de Nat. Deor. 15. Idem 2. de Divin. 39. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Epicureis, subaudi Hominibus. Sidon. Epithal. Polem. 15. 125.

Ast Epicureos eliminat undique virtus.

Epicurēus, a, um. Adj. Quod ad hanc sectam pertinet. Cic. 2. de Fin. c. 7. extr. Doloris medicamenta illa Epicurea. Item n. abs. Fam. 3. 9. Nam id quidem Epicureum est.

Epicus, a, um. [ἐπικὸς] Adj. est ab Epos. Hinc Epicus versus dicitur, qui & Heroicus, & Hexameter, & Pythius, ac Bucolus, & ab Ennio Longus. Diomedes lib. 3. V. etiam Cæl. lib. 17. cap. 20.

Carmen epicum. Quintil. 10. 1.

Poeta epicus. Cic. de Opt. Gen. Orat. 2. Itaque licet dicere & Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur, & Pacuvium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum.

Epicum poema. Cic. de Opt. Gen. Orat. 2. Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est tractatum a Latinis, suum quodvis est diversum a reliquis.

Epicyclus, i. m. [ἐπίκυκλος] Parvus circulus. Mart. Capell. lib. 8. p. 297.

Epidamnus, i. m. vel Epidamnum, i. n. [Ἐπίδαμνος] Civitas Siciliæ ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eo coloniam deducentes, ut ait Plin. lib. 3. cap. 23. Dyrrhachium dici maluerunt propter inauspicatum nomen Epidamni: tanquam a damno dicatur. Ad hoc allusit Plautus Men. 2. 1. 42. quum ait: Ne mihi damnum in Epidamno duas. Tanquam nomen inditum sit Epidamno, quod illuc nemo sine damno divertatur. De hac Lucan.

Ad campos, Epidamne, tuos. Appianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Hujus ex filia nepos Dyrrhachus portum urbi adjecit quod Dyrrhachium appellatur. locus est l. 2. Bell. Civ. p. 221. ed. Henr. Steph. Græc. q. V.

Epidaphne, es. f. [Ἐπιδάφνη] Urbs insignis Syriæ, ad Orontem fluvium, una earum quæ Tetrapolim efficiunt, alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci, Nicanoris patre: Epidaphne vero dicta, a Daphne vicino suburbio, quod lucum habebat amœnissimum, 80. stadiorum, & fanum Apollinis cum Dianæ delubro. Jul. Capitol. in M. Ant. Philos. cap. 8. Verus quidem posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammian. l. 19. extr. Apud Daphnem amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum. [Qui Epidaphnes urbis meminerit, ita ut hic absolute id nomen ponitur, antiquorum neminem invenies. Verum fuit illud Antiochiæ Syriæ cognomen adjectum, teste Plinio l. 5. c. 21. ut ab aliis nominis ejusdem urbibus distingueretur, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ vel ἡ πρὸς Δάφνην, i. e. Antiochia quæ ad Daphnen est, quemadmodum ἡ ἐπὶ τῷ Ὀρόντῃ ποταμῷ eadem dicebatur. V. antiochia & daphne.

Epidaurum, sive Epidaurus, [Ἐπίδαυρος] Achaiæ urbs supra Corinthum sita. Plin. lib. 4. cap. 5. In Saronico Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre. Vetustas ei dicavit anguem, quod multa huic animali remedia insint. Plin. lib. 29. cap. 4. Atqui anguis Æsculapius Epidauro Romam advectus est. De quo Valer. in miraculis lib. 1. Epidaurus hodie vocatur *Limera*. Fuit autem serpentum ferax, unde ab Hor. 1. Serm. 3. 27. serpens Epidaurius, pro quovis serpente dicitur.

Domitrix Epidaurus equorum. Virg. 3. Georg. 44.

Hoc etiam nomine dicta fuit insula, vel potius urbs & Rom. Colonia, juxta Dalmatiam, in Illyrico mari sita, de qua Lucan. lib. 2.

Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. Hodie resp. libera est, vocaturque *Ragusa.*

EPIDAURIUS, Adj. [Ἐπιδαύριος] Ad Epidaurum spectans. Ovid. 1. de Pont. 3. 21.

Afferat ipse licet cunctas Epidaurius herbas. i. e. Æsculapius.
Rura Epidauria. Stat. 4. Theb. 123.
Tellus Epidauria. Ovid. 7. Met. 436.
Littora Epidauria. Ovid. 15. Met. 643.

EPIDEMETICI, de quibus titulus est apud Justinianum, sunt Hospitiorum metatores in urbe, h. e. Qui in valvis januarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus. ἐπιδημῶ idem valet quod Ad civitatem in rem præsentem venio. Vulgus *forrerios* vocat. Alciat. in tres post. lib. Cod. conf. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 14.

EPIDĒMIA, æ. f. est Accessus ad civitatem aliquam observari plerunque solitus. Bud. in Pand.

Epidemiam vocant medici Morbum populariter vagantem, sive populariter sparsum. [Dicendum potius Morbos tales Epidemios, ἐπιδήμια νοσήματα, a Medicis vocari. V. in dictione ENDEMI.

EPIDERMIS, idis. [ἐπιδερμίς] Cuticula est exterior in corpore nostro, alteriusve animalis, e vera cute veluti efflorescens, adeo tenuis, ut vel atterendo, vel scalpendo facile possit lacerari. Nomen inde habet, quod ἐπὶ τῷ δέρματι, h. e. Super veram cutem sita sit.

EPIDICON, i. n. [ἐπίδικον] vocant Græci Quod etiamnum sub judice versatur: hinc eleganter νίκην ἐπίδικον dicimus, quæ incerta sit ac dubia. Sic & Puella nuncupatur ἐπίδικος, ubi ambigi contingit cui nubat potissimum. Cæl. Ant. Lect. 23. cap. 16.

EPIDICTĬCON, i. n. [ἐπιδεικτικόν] dicitur Demonstrativum. Cic. in Orat. 37. Dulce igitur orationis genus, & solutum & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere. V. DEMONSTRATIVUS.

EPIDIDYMIS, idis. [ἐπιδιδυμίς] Est Pars quædam corp. animalis, Testis capiti superimposita, id quod nomen ipsum præ se fert, ex qua multæ fistulæ seroso quodam humore plenæ ad testem permeant. Galen. lib. 1. de Semine. Græcis enim δίδυμοι testiculi.

EPIDĪMŒROS, sive EPIDIMŒROS, [ἐπιδίμοιρος] Bes alter, seu Decussis. Vitruv. 3. 1. V. DIMOERUS.

EPIDIPNĪDES, [ἐπιδειπνίδες] h. e. Epulæ quæ in extrema cœna vel prandio adferuntur. Martial. lib. 11. 32. 7.

Has cœna tibi tertia reponet,
Hinc feras epidipnidas parabit. Phaleucium est. Nominativus Sing. ἐπιδειπνίς.

EPIDIRES Berenice, oppidum Troglodytices. V. BERENICE.

EPIDIUS, Nom. gent. Ro. C. Epidii meminit Plin. in cujus commentariis arbores aliquando locutas reperire est. lib. 17. cap. 25.

Epidius, alius quidam fuit, qui quum in Sarni fluenta esset præcipitatus, mox cum cornibus extitisse proditum annalibus est, ac momento evanuisse: sed & numinis vice cultum. V. Cæl. Antiq. Lect. 3. cap. 23.

EPIDIXIS, is. f. [ἐπίδειξις] demonstratio. Occurrit in Inscript. vet. Patav. illustr. a Reinesio.

Epidixes, ἐπιδείξεις, non de solis Poetarum & Rhetorum recitationibus, sed & de omnium generum ludis & artificiis, quorum publice specimen exhibetur, accipi ostendit Luc. Holsten. Ep. apud Joh. Rhod. ex Cresollio.

EPIDROMIDES, um. pl. [ἐπιδρομίδες] Plagarum funiculi discurrentes appellantur, quibus retia panduntur contracta, & contrahuntur expansa. Author Pollux l. 5. S. 29. qui epidromos, ἐπιδρόμους, tamen & peridromos vocat, ut & Plin. lib. 19. cap. 1. Vidimus plagas tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis transirent. Budæus.

EPIDROMOS, i. m. [ἐπίδρομος] Velum in navi quod retrorsum panditur, authore Polluce. Cato cap. 13. V. ACATIUM. Sic interpretatur etiam Bayfius. conf. item Salmuth. in Panciroll. P. 1. Deperd. t. 5. Isidor. 19. 3. & Scheffer. de Mil. Nav. 2. 5.

Turnebus Epidromum intelligendum putat Funem quo lectus subtendatur, in quo servus cubet: nam Lecti subtensi Stratis opponuntur. V. EPIDROMIDES præced.

EPIES, Maximus deorum interpres apud Ægyptios. Huic deo attribuebant accipitris caput, aliaque permulta superstitiosa, ut meminit Zoroastres, & pluribus ostendit Eusebius.

EPIGAMIA, æ. f. [ἐπιγαμία] Connubium, affinitas cum aliis gentibus.

EPIGASTRION, i. n. [ἐπιγάστριον] A rei anatomicæ peritis vocatur Extima totius ventris pars, totumque illud quod intestina tegit ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum: totum illud spatium comprehendens quod est a cartilagine mucronata, nothisque costis, usque ad ilia, atque ad ipsum usque os pubis. Cels. lib. 4. cap. 1. extr. Abdomen appellat.

EPIGENES, [ἐπιγένης] Nomen Philosophi Byzantini.

Item Poetæ cujusdam comici, cujus fabulæ recensentur a Suida.

EPIGLOSSIS, is. f. sive EPIGLOTTIS, idis. [ἐπιγλωττίς] Minor lingua a Plinio dicitur lib. 11. cap. 37. (Hard. Sect. 66.) Tonsillæ (inquit) in homine, in sue Glandulæ. Quod inter eas, Uvæ nomine, ultimo dependet palato, homini tantum est. Sub ea minor lingua Epiglossis appellata, nulli ova generantium. Opera ejus gemina, duabus interposita fistulis. Interior earum, appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando: ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibusve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera exterior appellatur gula, qua cibus atque potus devoratur, &c. Ceterum epiglottida vulgus ligulam vocat, quæ est cartilago, laringis seu trachiæ arteriæ meatum operiens: ne, dum cibus assumitur, per œsophagum quidquam in pulmones deerret. De Epiglottide habes multa apud Macrob. 7. Saturn. cap. 15.

EPIGŎNI, [Ἐπίγονοι] Dicti sunt Authores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum qui primum confecerant bellum. Græce enim ἐπιγονὴ generis instauratio appellatur, & qui post gignitur ἐπίγονος. V. Diodor. 4.6. Inde Euripides tragicus tragœdiam, de hoc argumento compositam, Epigonon inscripsit, quæ agi exposcebat voce magna scenicorum & sonora, ut docet Cic. 1. Off. 114. Qui voce, inquit, freti sunt, Epigonos, Medumque: qui gestu, Menalippam, Clytemnestram.

Epigoni etiam dicti sunt Successores Macedonum veteranorum, qui sub Alexandro magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperant, quæ soboles, ut historici memorant, nomen habuit Epigonôn, qui in castris nati, in armis educati, a parvula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorsus invicti extiterunt. V. Justin. 12. 4. 11.

EPIGRAMMA, ătis. n. [ἐπίγραμμα] Latine dicitur Inscriptio, vel Superscriptio. Unde nota illa, litteræque quæ fugitivis inurebantur, fugitivorum Epigramma dicitur, Petron. cap. 103. Nep. 4. 1. 3. Cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset, Epigrammate scripto in quo erat hæc sententia. Quoniam vero inscriptiones versu plerunque conceptæ & breves essent, hinc nomen istud ad quævis alia carmina rotundiora & paucis versibus absoluta transferebatur; Qualia Catullus, Martialis aliique dedere. Cic. pro Arch. 25. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. conf. Petron. cap. 115. Cic. 1. Att. 13. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus. conf. Martial. præf.

Pernobile epigramma Græcum. Cic. 6. Verr. 127. Tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.
Nobile epigramma. Quintil. lib. 1. cap. 5. Qua de re Catulli nobile epigramma est.

EPIGRAMMATIUM, i. n. dimin. [ἐπιγραμμάτιον] Varro 6. de L. L. 3.

EPIGRAMMATICUS, a, um. ut, Martialis epigrammaticus poeta. Spartianus in Ælio Vero pag. ult. (cap. 5.) Puto a Beroald. in Suet. vocari & Epigrammatarium. H. St.

EPIGRAMMATĀRIUS, i. m. Qui epigramma scribit. Vopisc. in Florian. cap. 3. De qua quidam epigrammatarius ita lusit. [Male Quidem excusum] & in Saturnin. c. 7. Versificatores, epigrammatarii.

EPIGRAMMISTA, æ. m. Idem. Sidon. Apol. 4. Epist. 1. [Nisi legendum Epigrammatista.

EPIGRANEA, Fontis nomen in Bœotia, non procul a Dirce altero quoque fonte. Plin. lib. 4. cap. 7. [Immo Epicrane.

EPIGRĂPHE, es. f. [ἐπιγραφή] Titulus, inscriptio: item Census, i. e. Dinumeratio civium, & lustrum.

EPIGRUS, i. m. Clavus quo lignum ligno adhæret. Sen. 2. de Benef. 12. extr. Nisi in os Senatoris ingessisset Imperator epigros suos. Ita restituit Gronov. V. ejus Not. p. 628. & Gataker. in Cinno 2. 19. p. 273.

EPII, Populi sunt qui Elidentes postea dicti sunt, Auth. Tortelio. [Error videtur pro Elidenses V. Steph. V. Ἦλις.

EPĬLEPSĬA, æ. f. [ἐπιληψία] Quædam corporis totius convulsio: unde nomen Epilepsiæ a comprehensis & illigatis sensibus affecto cerebro, aut ejus ventriculis. Hermol. Vulgus vocat *morbum S. Joannis*, qui & *caducus* & *Sacer* appellatur, & *Herculanus*, V. Chil. Erasm. Conf. Lampr. Heliog. cap. 20. Morbus fonticus dicitur a Plin. 36. 19.

EPILEPTĬCUS, [ἐπιληπτικός] Comitiali morbo laborans. Scribon. Larg. Sanat morbo comitiali correptos, quos Epilepticos Græci vocant. Firmic. lib. 7. cap. 27. frequenter utitur.

EPILIMMA, inquit Festus, Genus vilissimi unguenti. Docti pridem Epalimma ex Græco ἐπάλειμμα emendarunt.

EPILOGISMUS, [ἐπιλογισμός] Ratio est, quæ id quod ab intelligentia divertit, in firmam certamque notitiam adducit. Galen. lib. Finit. medic.

EPĬLŎGUS, i. m. [ἐπίλογος] Conclusio, peroratio, & novissima pars orationis. Cic. 4. de Fin. 22. Patronusne causæ in epilogo pro reo dicens, negaret esse malum exilium, publicationem bonorum, &c.

Conclusiones apud Græcos ἐπίλογοι nominantur. Auth. ad Heren. lib. 3. 47.
Epilogus, Peroratio dicitur. Cic. de Clar. Orat. 27.
Leniores epilogi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In epilogo misericordiam movet Orator. Cic. 2. de Orat. 278.

EPIMĂCHUS, [Ἐπίμαχος] Nomen viri proprium.

EPIMARANITÆ, Populi in Arabia, flumini Canis propinqui. Plin. lib. 6. cap. 28.

EPIMEDES, Unus ex Idæis dactylis, qui iidem & Curetes erant, quos quinque commemorat Cæl. Herculem videlicet, Peonæum, Epimedem, Jasium, & Idam. V. lib. Antiq. Lect. 13. cap. 17.

EPIMEDION, [ἐπιμήδιον] Caulis est non magnus, hederæ foliis denis duodenisve, neque florem neque fructum ferens, radice tenui, nigra, gravi odore. Romani Vindictam appellant. Diosc. lib. 4. cap. 19. Matthiolus legit Epimidium. conf. Plin. 27. 9. al. Epimenidium.

EPIMELAS, antis. m. Gemma candida est, nigricante superne colore. Plin. lib. 37. cap. 10.

EPIMELĪA, æ. f. [ἐπιμέλεια] i. e. Cura, assiduitas. Mart. Capell. lib. 2. p. 37. Epimelia & Agrypnia dilecta Philologiæ mancipia.

EPIMELIS, [ἐπιμηλίς] Mespili genus est, mali magnitudine, folio tantum minore, pomum ferens rotundum, esculentumque, fundo in latitudinem resimo, astringentis naturæ, & tarde maturescentis. Galenus τρίκοκκον vocari testatur, a tribus granis sive ossibus quæ in se continet.

EPĬMELITÆ, [ἐπιμεληταὶ] Curatores. Ulp. l. 46. §. 1. D. de administ. tut. Sempronii bona Resp. jussu Præsidis possedit, quorum bonorum magistratus Reip. tres curatores constituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ vocantur.

EPIMENIDES, [Ἐπιμενίδης] Cretensis tempore Pythagoræ, ut Apul. scribit. 2. Florid. missus a patre Agesarcho in agrum ad custodiendum pecus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. (secundum Laert. & Plin. 7. 52. annos LVII. sec. alios XLVII.) Tandem a somno excitatus, quum videret omnia mutata, domum reversus a fratre omnia didicit. Quamobrem pro deo est habitus. Idem Atheniensibus pestilentia laborantibus dixit civitatem purgari expiarique oportere. Itaque quum rogatus eo venisset, jussit oves albas atque nigras apud Areopagum immolari. Revertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam accipere renuit. Meminit hujus Plat. in 1. & 3. de Legib. Suidas item de ipsius somno mentionem facit, indeque manasse proverbium. V. Max. Tyr. Diss. 28. & Diog. Laërt.

EPIMENIDIUM, [ἐπιμενίδιον] Bulbi genus est, cujus meminit Plin. lib. 19. cap. 5. ubi de bulbis inter alia hæc refert, Duo genera medica: masculus albis foliis, fœmina nigris: & tertium genus est cibis gratum:

gratum: epimenidium vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Juven. 7. Sat. 120. de causidicis,

Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas
Pelamydum, aut veteres, Afrorum epimendia, bulbi. Contraxit vocabulum exclusa litera propter metrum. alii legunt Epimenia, bulli, ab

EPIMENIUM, i. n. [ἐπιμήνιον] Stipendium militis in mensem. Gloss. ἐπιμήνια, cibaria. conf. Salmas. de Mod. Usur. cap. 4. & Voss. Lex. Etymol. Sic & Schol. Ant. Juvenal.

EPIMERISMUS, i. m. [ἐπιμερισμός] Distributio. Mart. Capel. 5. p. 186.

EPIMETATICA, dicebantur Inscriptiones foribus impingi solitæ, quibus innotescebat cuinam destinata foret domus, seu foret miles, seu hospes quoque. Metata enim partes sunt domus, militibus (uti assolet) in urbe, vel alibi, gratia hospitii assignatæ a mensoribus. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 20.

EPIMETHEUS, quadrisyll. [Ἐπιμηθεύς] Filius Iapeti, & frater Promethei, maritus Pandoræ, & ex ea Pater Pyrrhæ. Proverbialiter, Qui post factum sapit. V. Claudian. 2. in Eutrop. 490. sq. Apollod. l. 1. Hygin. fab. 142.

EPIMETHIS, ĭdis. f. Pyrrha, Epimethei filia. Ovid. 1. Met. 390.

EPIMETRON, [ἐπίμετρον] sive Interpretium, dicitur Augmentum illud quod capiebant susceptores ultra vectigal. V. Burm. Diss. de Vect. cap. 9.

EPIMONE, es. f. [ἐπιμονή] Latine dicitur Perseverantia: figura quando ad majorem certitudinem in eadem dictione perseveratur. ut Virg. 4. Æn. 660.

— sic sic juvat ire sub umbras. conf. 9. Æn. 428. Hæc etiam Epizeuxis vocatur.

EPIMYTHIUM, [ἐπιμύθιον] est Quod fabulæ additur: ut quum apologi rationem & sententiam authores mythologici attexunt; ut sunt apud Æsopum appendices fabularum, quasi affabulationes. Budæus.

EPINA, [Ἐπίνα] Una est ex octo civitatibus Pisanæ regionis, juxta Olympiam, & per quam Parthenias excurrit amnis, ubi ad Phyræam descenderis. Strab. lib. 8.

EPINEPHRIDIUM, i. n. [ἐπινεφρίδιον] Pinguedo, quæ est in renibus. Fulg. 2. Myth.

EPINICIUM, i. n. [ἐπινίκιον] Celebritas pro parta victoria. Epinicia celebrantur apud nos quum supplicationes decernuntur, obsecrationesque solennes, & quum canticum palmarium & laureatum ob partam victoriam canitur. Budæus.

Epinicia, Lucianus pro Epulo posuit, victoriæ causa dato. Sueton. Neron. cap. 43. Affirmavit se lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc sibi componi oporteret. Budæus. conf. Voss. Inst. Orat. 3. p. 417. Lex. Pitisc. & infra SUPPLICATIO & NICETERIA.

EPINYCTIS, ĭdis. f. [ἐπινυκτίς] Pustula est modice humescens, & plena sanguinis, ut ait Pollux, in tibiis & pedibus fere, noctu maxime infestans, a quo nomen. Hermol. Plin. 23. 8. & 36. 9. V. Cels. l. 5. c. 28. 15. Est & Ulcus in oculo. Plin. lib. 20. cap. 6. Illitis foliis sanantur & ambusta & epinyctides: ita vocatur hulcus, quæ & Syce, in angulo oculi perpetuo humore manans.

Epinyctis, Commentarius est rerum nocturnarum, quod Nocturnum dici potest, ut Ephemeris Diurnum. Budæus.

EPIODIUM, sive EPICŒDIUM, i. n. [ἐπιῴδιον] Canticum quod dicitur cadavere nondum sepulto.

EPIPACTIS, [ἐπιπακτίς] Herba ab aliis Elleborine dicta, exiguis foliis, jecinoris vitiis utilis, & contra venena pota. Diosc. lib. 4. cap. 104. conf. Plin. lib. 13. cap. 20.

EPIPEDONĪCUS, a, um. quod est ἐν ἐπιπέδῳ, in loci superficie, ut Terminus epipedonicus. Front. de Col. Goef. p. 112. & 133.

EPIPENTAMOEROS, [ἐπιπενταμοιρος] Undenarius numerus. Vitruv. 4. 1.

EPIPETROS, i. m. [ἐπίπετρος] Herba est, Acinus aliter dicta, quæ nunquam floret, & sponte provenit. Plin. lib. 21. cap. 15.

EPIPHANENSES, [Ἐπιφανεῖς] Populi Asiæ in Cœle Syria regione. Plin. lib. 5. cap. 23. ab Epiphanea oppido, de quo mox.

EPIPHANES, [Ἐπιφανής] Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam a cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, a rerum gestarum claritate. V. Vaillant. in Num. Antiochi IV. & VIII. & Spanh. diss. 7. p. 425. sq. Est etiam Ptolemæus Epiphanes cognominatus, quintus Lagidarum Ægypti regum Strab. lib. 17. Alius item Rex Epiphanes, Antiochi Comageni filius apud Tacit. 2. Hist. 25.

EPIPHANĪA, [Ἐπιφάνεια] Oppidum Syriæ Commagenes. Plin. lib. 5. cap. 24. in descriptione Euphratis, Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphratem vocantur.

Epiphania, etiam, sive Epiphanea, Urbs Ciliciæ sub Amano monte. Cic. 15. Fam. 4. & Plin. 5. 27.

Epiphania tertia ad Orontem fluvium posita in Cœlesyria, cujus incolæ Epiphanenses. V. supra. conf. Steph. qui IV. hoc nomine civitates commemorat.

EPIPHANĪA, æ. f. [ἐπιφάνεια] Latine dicitur Apparitio seu Manifestatio. Inde apud Christianos Natalitia festa, Epiphania dici consueverunt, quod in his (ut ait Gregorius Nazianzenus) deus homo apparuerit. V. Dosch. Pentadecad. disp. 3. §. 13. De Epiphaniis deorum gentilium plurimis Jo. Gothofr. diss. de Myst. Pietat. p. 105. sq. V. Suic. Thes.

EPIPHANIUS, i. m. [Ἐπιφάνιος] Salaminis in Cypro Episcopus, scriptis clarus. Hieron. August. Euseb.

EPIPHONĒMA, ătis. n. [ἐπιφώνημα] Genus sententiæ, Fabius, Acclamationem appellat: ea est, inquit, rei narratæ vel probatæ acclamatio. l. 8. c. 5. Narratæ, ut apud Virg. 1. Æn. 37.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Probatæ, apud Cic. pro Ligar. Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Neque tamen quodvis epiphonema continuo sententia est, etiam si plerunque est: verum quicquid in clausula argute additum ferit aurem, epiphonema dici potest: quod genus proprium est epigrammatis. Unde apud Martialem sæpenumero carmen Epiphonemate clauditur. Hæc Erasmus. Martial. 2. 43.

Das nihil, & dicis, Candide κοινὰ φίλων.

EPIPHŌRA, æ. f. [ἐπιφορά] Affectus oculorum, quem vulgo Lacrymam vocant, quum descensus humoris cujusdam mordacis oculos male angit. Plin. lib. 20. cap. 2. Caro peponum, Epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Cic. 16. Fam. 23. Veruntamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. Plin. lib. 20. cap. 5. Epiphora dicitur & de aliis membris ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν: h. e. ab Inferendo dicta. Idem lib. 20. cap. 13. Testium vero epiphoris cum ramis laureæ teneris, &c. Idem l. 28. c. 14. Ad omnes epiphoras ventris illini caseum mollem suadent. Est igitur epiphora, non peculiaris morbi oculorum nomen, sed omnium humorum ad quascunque corporis partes impetuosior impressio, & influxus: & propterea loci ad quos ejusmodi fluxiones impressionem faciunt, aliquando adjici solent. conf. Cels. 7. 7. Epiphora species est etiam παρεκβάσεως apud Rhetores. V. Voss. 3. Inst. Orat. p. 463.

Est etiam schema oratorium, quo repetitio fit in clausulis, quod & Epistrophe, Lat. Conversio. Plaut. Trin. 1. 2. 168.

Qui omnia se simulant scire, nec quidquam sciunt.
Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt, &c.

EPIPHOREMATA, um. n. pl. [ἐπιφορήματα] dicuntur Omnia quæ mensis secundis inferri erant solita antiquitus. Siquidem priusquam ingrederentur convivæ, sua unicuique apponebatur portio super mensam: posterius vero multa inferebantur variaque: unde & epiphoremata dici cœpta. Hinc Philyllius, Amygdala, caridia, epiphoremata. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 17. ex Athen. l. 14.

EPIPHYLLIDES, [ἐπιφυλλίδες] Botriunculi sunt majoribus incumbentes, qui & Botrydia nuncupantur. Callistratus tamen ab aliis Sequestratos intelligere maluit. Appellantur autem sic, quia foliis obteguntur. Hinc facetissime loquaces incessens poetas Aristophanes, ἐπιφυλλίδες inquit, sunt, ac στωμύλματα. Alii quæ adnascuntur palmitum cacuminibus in superna foliorum parte, hoc nomine accipiunt. V. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 6. & Erasm. Adag.

Epiphyllis dicitur & Racematio. V. Henr. Steph. Thes. Græc. Quo sensu Jac. Nic. Loënsis Miscellanea sua critica Epiphyllidon libros inscripsit.

EPIPHYSIS, [ἐπίφυσις] h. e. Adnata appendix, Galeno dicitur, ubi os cum osse ad unionem coit, differtque ab Apophysi, quæ est totius ossis pars. V. lib. de Oss. a pr.

EPIPLOOCELE, [ἐπιπλοοκήλη] est Interaneorum, sive Omenti, quod Græci Epiploon vocant, descensus: nostri communi nomine Herniam appellarunt. V. ENTEROCELA.

EPIPLOOMPHALON, [ἐπιπλοόμφαλον] Omenti est in umbilicum decursus. Gal. lib. Finit. medic.

EPIPOLÆ, arum. f. [Ἐπιπολαί] Præruptus est locus Syracusas contingens, cujus meminit historia sexta Thucydides, & Stephanus non omisit, nec Liv. 25. 24. V. de hoc plura apud Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 6.

EPIPTERON, i. n. [ἐπίπτερον] Lens palustris. Matthiol. conf. Diosc. 4. 84. & Dav. Kyberi Lexic. rei herb. ed. Argent. 1553.

EPIRHEDIUM, [ἐπιρέδιον] Vehiculi genus. Quintil. lib. 1. cap. 5. extr. Quum sit ἐπὶ præpositio Græca, rheda Gallicum; nec Græcus tamen, nec Gallus utitur composito: Romani suum ex alieno utroque fecerunt. Juven. 8. Sat. 66.

— tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes.

V. Quintil. lib. 1. cap. 10. & infra v. EPITOGIUM. Coras. Misc. 3. 20. 5. Voss. de Vit. Serm. 1. 2. & Scheffer. de Re Vehic. 2. 32.

EPIROPIA, Insula est contra Hermionium agrum, non longe ab Argolico sinu in Asia. Plin. lib. 4. cap. 12.

EPĪRUS, i. f. [Ἤπειρος] Regio quæ Molossia dicta est: & a Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc vero Albania vocatur. Terminatur Epirus a Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, ab Occidente Ionio mari. Cic. 3. Att. 3. Ut quum ex Italia profecti essemus, sive per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque præsidio uteremur. Herbida Epirus. Ovid. 8. Met. 282.

Misit aprum, quanto majores herbida tauros
Non habet Epirus, sed habent Sicula arva minores. conf. Liv. 45. 34. Epiri duæ sec. Sext. Ruff. cap. 8. extr. conf. Sigon. de Ant. Jur. Prov. 1. 9.

EPIRŌTA, æ. m. [Ἠπειρώτης] Liv. lib. 42. c. 38. pr. Marcius & Atilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt. Idem lib. 45. c. 34. Ut liberi Epirotæ sicut Macedones essent. Idem 29. 12. Pyrrhus Epirota, ὁ Ἠπειρώτης. Memno n. 92. H. St. Innuit Memnonis fragmenta a se edita, cum aliis. 8. Paris. 1557. & 1594.

EPIROTĪCUS, Adj. [Ἠπειρωτικός] Cic. 12. Att. 52. Nisi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello.

Boves Epirotici, qui in Epiro inveniuntur, vel qui ex Epiro sunt. Varro 2. de R. R. cap. 5. Plin. lib. 4. cap. 10. de Macedonia, Hæc ad Epiroticas gentes in solis occasum recedens.

Mala Epirotica dicuntur (inquit Perottus) Orbiculata, a figura orbis in rotunditatem circumacti. V. Plin. 15. 14.

Possessiones Epiroticæ. Nep. 25. 14. 3.

Signa Epirotica. Sil. lib. 1. 628.

EPISCENIUM, [ἐπισκήνιον] Pars scenæ superior. Vitruv. 7. 5. Præterea, inquit, supra eam episcenium, in quo tholi, pronai, semifastigia, omnisque tecti varius picturis fuerat ornatus. conf. Bald. Lex. p. 46. & Buleng. de Theatr. præf.

EPISCĒNOS, i. f. Pars quæ scenæ superadditur. Vitruv. 5. 7.

EPIS, Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione Sinus maris rubri, Fuit quondam & Epis Oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet, deletum.

EPISCHIDION, [ἐπισχίδιον] Apud Vitruv. 10. 17. accipitur pro Cuneo quo ligna funduntur. Nam σχίζειν, Græcis est findere. V. Bald. Ind. p. 46.

EPISCIROSIS, [ἐπισκίρωσις] Quoddam sacrificandi genus, cujus meminit Strab. lib. 9.

EPISCOPUS, i. m. [ἐπίσκοπος, ἔφορος] Superintendens, custos, speculator dicitur, & qui summum arbitratum habet. V. Lud. Viv. ad Aug. de Civ. Dei, cap. 1. 19. Episcopus, inquit Perottus, non significat Pontificem, ut nunc vulgo existimatur, sed ut Arcad. Digest. de Muner. & Hon. lib. 18. §. 7. scribit, li proprie dicuntur episcopi, qui præsunt pani & ceteris venalibus rebus, quæ civitatum populis ob quotidianum victum necessaria sunt.

Episcopus oræ Campanæ fuit Cicero, ipso teste, 7. Att. 11. Vult enim (inquit) me Pompejus esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur. Solebant nempe reges ac civitates ad sibi subjectos populos mittere, qui aut eorum res inspicerent, aut ordinarent & cum imperio præessent. Imperatores Christiani ob curam Ecclesiæ dicebantur Episcopi. Euseb. de

de Vita Constant. 1. 31. & 4. 24. Speciatim vero hoc nomen obtinent Apostolorum successores, Ecclesiis præpositi: qui & hodie plurimis in locis Latine vocantur Superintendentes. V. Suiceri Thes.

EPISCOPALIS, e. Adj. Ad Episcopum pertinens. Prudent. in Cyprian. 33. & in Martyr. Tarrac. 11.

EPISCOPALITER, Adv. Augustin. Confess. 5. 13.

EPISCOPATUS, ûs. m. Episcopi munus. Ammian. 27. 3. (Grut. 6.) V. Vales. p. 480. Tertul. de Præscript. cap. 30. & de Baptismo cap. 17.

EPISCOPOR, ari. Sarisb. 7. 8.

EPISCOPIUS, Adj. [ἐπισκόπιος] i. e. Exploratorius. ut, Navis episcopia. Cic. 14. Att. 17. Quinto Non. conscendens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium. i. e. Navem exploratoriam. al. Epicopum. V. supra.

EPISCOPIUM, [ἐπισκοπεῖον] Episcopi Habitatio dicitur, sicut Prætorium appellatur ubi Prætor jus reddit. Calep.

EPISCOPOS Diana dicta, cujus templum legimus fuisse in Elide, quod Aristarchium diceretur. Id quum expilasset Sambicus, cruciabiliter per annum in quæstionibus habitus interiit, nata inde paroemia, Sambico graviora pati. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 3.

EPISCYNIUM, [ἐπισκύνιον] Latine Supercilium. Hoc verbo usus est Tertull. de Pall. c. 4. quum ait, Censoriæ intentionis episcynio dispersos. V. Turneb. Adverf. 7. 20. conf. Salmas. not. p. 342.

EPISIBRIUM, Oppidum Hispaniæ, inter Bætim fluvium & oram Oceani in mediterraneo situm. Plin. lib. 3. cap. 1.

EPISITII, [ἐπισίτιοι] Parasiti quibusdam dicuntur, nimirum quia cibi modo gratia subserviunt, laborantve: nam & Episitia vocamus, quæ in alimonium dantur. Cæl. lib. 12. cap. 1.

EPISPASTICA, [ἐπισπαστικά] Medicamenta, quæ pertinent ad ulcus purgandum, pusque extrahendum: dicta a verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est, ac attraho. Cels. 5. 18. pr.

EPISTALMA, ätis. n. [ἐπίσταλμα] i. e. Commissio principis per mandati subscriptionem facta. Alciat in l. pactum. Cels. de pact.

EPISTĀTES, æ. [ἐπιστάτης] dicitur Procurator ac præpositus rei faciendæ. Budæus in lib. de Asse.

Epistata villica, Quæ præest villæ & familiæ rusticanæ. Cato cap. 58. Familiæ cibaria: ubi opus facient, per hyemem tritici modios quaternos: per æstatem modios quaternos semis: villico, villicæ epistatæ, opilioni modios ternos. Budæus tamen sic interpungit: villico, villicæ, epistatæ, opilioni, &c. Epistates vero eodem auctore, curatorem operis significat. Apud Athenienses Epistates dictus unus e Senatoribus qui templum custodivit. V. Suid.

EPISTATHMI, [ἐπισταθμοί] appellantur Ii qui super hospitia sunt in comitatu principis, aut legati ducisve exercitus: & ἐπισταθμεύειν hoc munere fungi. Hodie *Mareschalli hospitiorum* vocitantur: qui eorum ministerio utuntur, quos Designatores mansionarios Latine appellare possumus, & Cretarios designatores, a creta qua utuntur. Hinc

EPISTATHMIA, f. [ἐπισταθμία] Cic. 13. Att. 52. Hospitium sive epistathmiam odiosam mihi duxi, non molestam. V. Budæus in Annot.

EPISTŎLA, æ. f. [ἐπιστολή] Græcum vocabulum est, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est Mittere, quia ad absentes mittitur. Cic. 1. Fam. 1. 3. Illud quod est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat prætermittendum esse non puto.

Epistola ad aliquem. Cic. 2. Off. 48. Extant epistolæ & Philippi ad Alexandrum, &c.

Diligentia epistolarum, vel negligentia. Cic. 8. Att.
Fasciculus epistolarum. Cic. 2. Att. 11.
Frequentia epistolarum. Cic. 4. Att. 15.
Adventoria epistola. V. Adventorius, in ADVENIO.
Anxia præcipiti venisset epistola penna. Juven. 4. Sat. 149.
Crudelis epistola. Ovid. 15. Epist. 219.
Dives epistola. Ovid. 17. Epist. 65. V. DIVES.
Inanis epistola. Cic. 8. Att. 22. Nec cum epistola inani volui ad te venire Metrodorum.
Insignes amoris notis epistolæ. V. INSIGNIS.
Intempestiva epistola. V. INTEMPESTIVUS.
Interior epistola. V. INTRA.
Licentior epistola. V. LICET.
Longior epistola. Ovid. 10. Epist. 241.
Loquax epistola. V. LOQUOR.
Minuscula epistola. V. MINOR.
Ponderosa epistola. Cic. 2. Att. 12. Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum.
Pusilla epistola. Cic. 6. Att. 1.
Quotidianæ epistolæ. Cic. 8. Att. 22.
Recens epistola. Cic. 8. Att. 23.
Secretæ, & familiares epistolæ. Quintil. lib. 1. cap. 1. Quare semper & ubique tum præcipue in epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hoc quidem reliquisse.
Subtiles epistolæ. Cic. 5. Att. 14. Habes epistolam plenam festinationis & pulveris, reliquæ subtiliores erunt. h. e. Scriptæ diligentius.
Verbosa & grandis eqistola. Juven. 10. Sat. 71.
Accipere epistolam. Cic. 5. Fam. 20.
Afferre epistolam. Cic. 11. Fam. 17.
Claudere mandato aliquo epistolam. Ovid. 13. Epist. 165.
Committere epistolam. Cic. 1. Att. 10.
Complicare epistolam. V. COMPLICO.
Concerpere epistolam. V. CONCERPO.
Concludere epistolam. V. CONCLUDO.
Continet epistola. V. CONTINEO.
Dictare epistolam. Cic. 8. Att. 16.
Dare epistolam. Cic. 2. Att. 12.
Efficere epistolam. Cic. 13. Att. 27. Heri effeci epistolam ad Cæsarem. i. e. Uberrime scripsi.
Elicere epistolam. Cic. 9. Att. 2.
Elucubrare epistolam. Cic. 7. Att. 18.
Exarare epistolam. Cic. 15. Att.
Expectare epistolam, vel Requirere. Cic. 2. Att.
Facere longiorem epistolam. Cic. 6. Att. 4.
Impingere epistolam alicui. V. IMPINGO.
Inscripta epistola alicui. V. INSCRIBO.
Lacessere epistola. Cic. 12. Fam. 30.
Mittere epistolam. Cic. 2. Att. 4.
Momorderunt me epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanaverunt. Cic. 13. Att. 3. Scripserat Atticam ægrotare, sed putare invaletudinem non fore diuturnam.
Narrat epistola. V. NARRO.
Obsignare epistolam. Cic. 5. Att. 19.
Obtundere epistola. Cic. 8. Att. 1.
Persolvere epistolæ, i. e. Respondere. Cic. 14. Att. 22. Persolvi primæ epistolæ, venio ad secundam.
Reddere epistolam. Cic. 2. Fam. 7.
Rescribere epistolæ. Cic. 1. Att. 8.
Resignare epistolam. Cic. 11. Att. 9.
Respondere. ut, Ei nunc epistolæ literis his respondeo. Cic. 1. Att. 17.
Scribere epistolam. Cic. 9. Att. 18.
Solvere epistolam. i. e. Aperire. Cic. 11. Att. 9. conf. Nep. 23. 11. 3. & 4.
Texere. ut, Epistolas quotidianis verbis texere solemus. Cic. 9. Fam. 21.
Tradit epistolam tabellarius alicui. Cic. 2. Philipp. 77. Confestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur, eique epistolam tradidit. i. e. Reddidit: subaudi, Tabellarius.
Tradere sermonem epistolis in posteros. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.
Venire epistolam. Cic. 2. Att. 1.

Justinus fere hoc proprium habet, ut Epistolas pl. num. dicat, pro sing. sicut Literæ. V. 1. 61. & 11. 12. 3. item 17. 2. 9. & 20. 5. 12.

Ab epistolis dicitur Minister vel Servus qui epistolis præest. Suet. Claud. cap. 28. Frequens hoc in vetustis inscriptionibus: V. Gruter. p. 482. n. 5. T. VARIO CLEMENTI AB EPISTVLIS AVGVSTOR. Idem. p. 566. n. 4. AVG. LIB. AB EPISTVLIS. Veteres enim Epistulam æque ac Epistolam scripsere. V. A vel AB. præp.

Epistola, pro Cautione. Scævola l. ult. D. de constit. pecun. l. Titius Sejorum debitor decessit: Hi persuaserunt P. Mævio quod hæreditas ad eum pertineret, & fecerunt ut epistolam in eos exponat, debitorem se esse quasi hæredem patrui sui confitentem: qui & addidit epistolæ suæ, quod in rationes suas, &c.

Epistola, Jureconsultis est Rescriptum Principis, ad relationem magistratus alicujus, de re quapiam dubia emissum, ait Theoph. §. 5. de jur. natur. in Instit. Ulpian. de Off. Quæst. §. ult. conf. Lex. Pitisc.

De Epistolis Adventoriis, Evocatoriis, & Formalibus V. eundem Pitisc. De quinque solennibus in Epistolarum clausulis V. eundem in voce Epistola.

EPISTOLIUM, i. n. dimin. [ἐπιστόλιον] ut, Conscriptum lacrymis epistolium. Catull. 66. 2.

EPISTOLARIS, e. Adj. [ἐπιστολικός] ut, Epistolaris charta. Martial. lib. 14. 11.

Epistolares Principis dicuntur, Qui acta in sacro auditorio excipiunt, ut apparet ex l. 36. C. de appellat. Habebant enim Imperatores scrinium sacrarum epistolarum, ut ex l. 3. de temp. appellat. & aliis liquet.

EPISTOLARIUS, i. m. Qui epistolam adfert. Salvian. 5. de Gub. D. p. 174. (Baluz. 110.) Novi epistolarii a summis sublimitatibus missi.

EPISTOLICUS, a, um. ut, Epistolicæ quæstiones. Gell. 14. 7. Idem in præf.

EPISTOMIUM, i. n. [ἐπιστόμιον] Æramentum quo ora fontium salientium obturantur & laxantur quum opus est, dum manu ducitur vertibulum illud pertusum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc aut illo modo versatur: epistomium enim Græcum est, quasi Oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum in quotidianum usum vinum in hypogeis utimur, Fontem appellantes. Alii Cannulam vocant: sunt qui Spinam. Vitruv. lib. 10. cap. 13. de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manubria quum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. Idem paulo post, Motione vero vectium vehementiore, spiritus frequens compressus epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales. Epistomium accepit pro Eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet & laxat ut opus est. Sen. ad Lucil. lib. 13. Epist. 1. Nisi aquam argentea epistomia effuderint: & adhuc plebejas fistulas eloquor. Varro 3. de R. R. cap. 5. Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo mensaque quam dixi in primis radiis esse, epistomiis versis ad unumquemque actum, sic ut influat in convivium. Alia exemplaria habent, Epitoniis versis ad unumquemque, factum sit ut fluat in convivam. Epitonia enim sunt epistomiorum Vertibula seu verticula. V. Cæl. Rhod. Ant. Lect. 30. 18. vel potius Lex. Pitisc.

EPISTROPHE, [ἐπιστροφή] Rufiniano Figura est λέξεως, quum eadem in verba plures desinunt sententiæ. V. Voss. Inst. Orat. lib. 5. p. 287.

EPISTROPHEUS, [ἐπιστροφεύς] A rei anatomicæ peritis dicitur Prima ex septem colli vertebris, omnium ut latissima ita & tenuissima, duplicem habens concavitatem, capitis convexitatem, sive processus recipientem, cujus articulationis beneficio, caput ad latera circumagitur. A quo usu vertebra hæc Epistropheus appellatur, a verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cetera significat converto, circumago. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 2.

EPISTYLIUM, i. n. [ἐπιστύλιον] Columnella quædam quæ super aliam columnam majorem collocatur in ædificiis: vel ut alii volunt, capitellum dicitur. Varro 3. de R. R. cap. 5. In limine, in lateribus dextra & sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatæ, quum a summa macerie ad epistylium tecta porticus sit rete canabina, & ab epistylio ad stylobaten hæ sunt avibus omne genus oppletæ. conf. Plin. 35. 14. & 26. 14. Vitruv. 1. 1. & 2. item 3. 3. adde Bald. p. 47. vel Pitisc. p. 718.

EPISYNALŒPHE, es. f. [ἐπισυναλοιφή] Figura est dictionis, eadem cum Synæresi, qua duæ syllabæ iisdem literis remanentibus, in unam conglutinantur: ut Æripedem cervam, apud Virg. pro Aëripedem. Huic opponitur Diæresis, qua una syllaba in duas resolvitur, ut Silüæ trissyl. apud Hor. pro dissyl. Silvæ. Inter Episynalœphen & Synalœphen hoc interest, quod Synalœphe proprie fiat in diversis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali ultimam præcedentis absumente, ut Charthag' Italiam. Episynalœphe vero, non nisi in eadem fit dictione,

ctione, nulla litera pereunte, sed duabus tantum in unam coalescentibus. V. Charisium. p. 249.

Epitaphium, [ἐπιτάφιος] proprie dicitur Inscriptio, quæ fit supra sepulcrum in laudem defuncti. V. Scal. Poet. 3. 121. Virg. 1. Ecl. 42.

> Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen,
> Daphnis ego, in silvis, hinc usque ad sidera notus.

Cic. 5. Tusc. 36. Quid vero in epitaphio, quomodo idem?
Est etiam Carmen quod dicebatur ad tumulum. Scalig. Poet. 1. 50. Serv. ad 5. Ecl. n. 44.

Epitaphista, æ. m. Epitaphiorum scriptor Sidon. 1. Epist. 9.

Epităsis, is. f. [ἐπίτασις] in Comœdia, Vehementissimus actus, qui catastrophen præcedit, in quo omnia quasi fervent & æstuant inter spem & metum. Apud Grammaticos etiam pro Exaggeratione sumitur.

Epiterpum, [Ἐπίτερπον] Oppidum est prope Ravennam: quod quum minus a paludibus vexetur, modicis sursum navigationibus mari vicinum est. Strabo lib. 5.

Epithalamium, [ἐπιθαλάμιον] dicitur Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur, quasi Juxta thalamum. Quintil. lib. 9. cap. 3. Catull. Carm. 62. Barth. Adversf. 35. 8.

Epitheca, æ. f. [ἐπιθήκη] Additio, adjectio. Plaut. Trin. 4. 3. 18. Nisi etiam laborem ad damnum epithecam insuper. conf. Cæl. Rhod. 22. 13.

Epĭthema, ătis. n. [ἐπίθεμα ἢ ἐπίθημα] Operculum.
Epithemata apud medicos Medicamenta sunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo aut linteo illita: ita dicta a verbo Græco ἐπιτίθεσθαι, quod est imponere. Scrib. Larg. Compos. 160. Post epithemate uti oportet. conf. Isidor. 4. 9. Alii Epithematia. Theod. Priscian. 2. 20.

Epithĕsis, [ἐπίθεσις] Præter vulgatas illas apud Græcos significationes, quibus pro Impositione sive aggressione sumitur, apud Jurisconsultos etiam usurpatur pro Inscriptione quadam appositilia, in contumeliam fraudemve alicujus facta. Ulp. l. 5. lex Cornel. D. de injur. & famos. libel. §. 10. Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliudve quid, sive scripturam in aliorum notam produxerit.

Epithĕton, i. n. [ἐπίθετον] est Nomen adjectivum. De Epithetis, V. Macrob. 1. 4. conf. Idem 6. 5. & Quintil. lib. 8. cap. 2. & 8. 6. & 9. 1. Ubi Latine Appositum reddit: Suppositum Isidor. 1. 6. & supra positum 36. Nisi quid vitii subest.
Exemplum occurrit in Tibull. 1. 8. 17. ubi tria Epitheta uni substantivo sunt adjecta;

> — ut volitat crebras intacta per urbes
> Alba Palæstino sancta columba Syro.

conf. Brœckh. ad Tib. 2. 5. 22.

Epithides, um. f. pl. Suprema membra coronidis, quæ fastigio summo superimponuntur. Vitruv. 3. 3. Bald. Lex. p. 47.

Epithymodipni, [ἐπιθυμόδειπνοι] Græcis vocantur Qui rerum multarum curis districti, nihilominus cœnæ cupiditate vocatoribus non negant, etiam si ad præscriptum adesse queant minus. Cæl. Antiq. Lect. lib. 27. cap. 24.

Epithymia, æ. f. [ἐπιθυμία] Latine dicitur Concupiscentia, desiderium; a verbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epithȳmon, i. n. [ἐπίθυμον] h. e. Thymi cuscuta. Cuscuta enim si ramos thymi apprehenderit, sese ita circumligat, ut etiam ab ipsa eadem radice thymi nutrimentum accipiat, & floreat quemadmodum thymus. quod idem in salvia & satureia efficit. Plin. lib. 26. cap. 8. Epithymon qui est flos e thymo satureiæ simili. [Epithymum officinarum planta est aphyllos, solis constans filamentis, sed tenuioribus, quam Cuscuta & subrufis, in quibus flosculi exigui hærent. Veteres falso florem Thymi putarunt. V. Diosc. l. 4. c. 179. & ejusd. Interpp.

Epitimia, æ. f. [ἐπιτιμία] Modest. in l. 21. §. 2. D. de tut. & curat. Sed & siquis a parentibus prohibitus fuerit tutor esse; neque creari hunc oportet. Et si creatus sit, nec recusaverit; prohiberi eum esse tutorem, manente epitimia. Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 29. Accipitur ἐπιτιμία inter cetera pro μὴ ἀτιμία: μὴ non ἀτιμία ignominia, infamia, dedecus. Voluit igitur filium quidem submoveri, sed tamen non ideo notari infamia aliqua, vel dedecore, quo suspecti remotique tutores afficiuntur. Non enim talis fuit mens parentum, ut filio suo vellent ullam notam inurere. Removebitur igitur manente epitimia, i. e. Illabefacta nominis honorisque sui fama. Cæl. lib. 30. cap. 18. legit Manente epitimio, i. e. Mandato patris mordaci jurgatorioque. Epitimion enim Græci quandoque pro Objurgatione capiunt. Sed V. Henr. Steph. Thes. Græc. hac voce.

Epitogium, i. n. [ἐπιτόγιον] Genus pallii quod super togam ferebatur.
Epitogium. Quintil. lib. 1. cap. 5. de Virt. & Vit. Orat. Junguntur autem aut ex duobus Latinis integris, ut superfui, subterfugi; quanquam ex integris an composita sint, quæritur; aut ex integro & corrupto, ut Malevolus; aut ex corrupto & integro, ut Noctivagus; aut duobus corruptis, aut Pedisequus; aut ex nostro & peregrino, ut Biclinium; aut contra, ut Epitogium, & Anticato; aut ex duobus peregrinis, ut Epirhedium.

Epitŏme, es; & Epitoma, æ. f. [ἐπιτομή] Breviarium Latine dicitur, & compendium, sive opus concisum. Nec unquam dicitur neutro genere, Epitomata Flori; nisi ab indoctis; teste Budæo. Cic. 12. Att. 5. Conturbor enim epitome Bruti Fanniana: an Bruti epitoma Fannianorum? Idem 13. Att. 8. Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas.
Epitomas & Epitomatores, aliqui laudant, alii vituperant. qua de re V. Rupert. ad Flor. p. 5. seq. J. Gothofr. Proleg. ad Philostorg. p. 48. Reines. Epist. p. 324. & Salmas. præf. ad L. Ampel.

Epĭtomo, are. usi sunt sequioris ævi scriptores. V. Treb. Poll. de Zenob. 30. Historiam epitomare.

Epitomator, ōris. m. Vulgo usurpant etiam docti.

Epitomatus, a, um. Veget. de Re Mil. cap. 8. extr. Quæ dispersa sunt velut epitomata conscribo. V. Rubric. Leg. 14. Dig. de peric. & comm. rei vend.

Epitonia, [ἐπιτόνια] ab ἐπιτείνεσθαι, i. e. Intendi, sunt Instrumenta quibus funes intenduntur: Qualia plerisque in Germaniæ locis cernuntur, rota instructa, & puteis applumbata eo ordine, ut terni & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam demisso. Ulp. l. 17. §. 8. D. de act. empt. Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fistulis applumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non sint affixa, ædium esse constat. conf. Varr. 3. de R. R. 5. Alii legunt Epistomia, ut est in Vitruv. 9. 9. & 10. 13. V. Bud. Annotat. ad Ulp. legem. p. 230. ed. Episcop.

Epitoxis, ĭdos. f. Nux ballistæ. Vitruv. lib. 10. cap. 15. & 17. V. Bald. Lex. p. 47. & Turneb. Adversf. 2. 4. Qui Crenam, seu sinum interpretatur, cui sagitta imponitur.

Epitragi, [ἐπίτραγοι] Vermes vitibus infesti: ita dicti quod hircorum more vitium frondes prærodant.

Epitragia, [Ἐπιτραγία] Venus culta & celebrata fuit, teste Plutarcho in parallelis, hac ratione. Nam quum respondisset Apollo Delphicus Theseo, navigationis in Cretam ducem sibi seligeret Venerem, ac is ad mare capram deæ immolaret, e vestigio in marem ea est deformata. Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 18.

Epitrapezia, [ἐπιτραπέζια] Dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt Vascula & potoria, & escaria.

Epitrĭtus, i. m. [ἐπίτριτος] Lat. Sesquitertius, Pes ex quatuor syllabis constans, quod supra tres syllabas longas brevem unam habeat. Ejus quatuor genera sunt. Primus epitritus est, qui primam syllabam brevem habet, ceteras longas: secundus, qui secundam: tertius, qui tertiam: quartus, qui quartam.
Epitritus etiam Proportio dicitur, continens aliquem numerum, & ejus partem tertiam, ut quatuor epitriti proportionem habent ad tria, duodecim ad novem: quadraginta ad triginta. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. ult. Gell. 18. 14. Vitruv. 3. 1. & Salmas. de Modo Usur. p. 17.

Epitrochasmus, [ἐπιτροχασμός] Figura est sententiarum, teste Aquila, qua plura inter se distantia velociter percurrimus, eo consilio ut adversarium perturbemus: a verbo ἐπιτροχάζω, quod est velociter percurro. Tale illud Cæsaris, Suet. cap. 35. Veni, vidi, vici.

Epitrope, es. f. [ἐπιτροπή] Schema est ἀξιώσεως, teste Rutilio, quum rei alicui vehementer confidentes, Judici permittimus, ut quemadmodum illi visum fuerit constituat, eique nos parituros pollicemur. Rufinianus epitropen esse ait, quum alicui figurate permittimus, ut faciat quod velit, quum tamen id minime sentiamus: profertque exemplum ex 4. Æn. 381.

> I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Ibi enim Dido quamvis liberum Æneæ profectionis arbitrium permittere videatur, re tamen ipsa maxime dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens. Latine Concessionem vocare possumus.

Epitus, [Ἔπιτος] Mons in sinu Thermaico, Plin. lib. 4. cap. 10.

Epitus, Poeta, qui primus Latinorum heroica attigit, adeo victu tenui fuisse fertur, ut in Aventino domuncula, & unius ancillæ ministerio contentus fuerit. Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 10. At hic Epitum per errorem poni pro Ennio recte tradit Gesner. V. Ennius.

Epitus, Epitydes. V. Æpytus.

Epityrum, i. n. [ἐπίτυρον] Vocabulum est cibi (inquit Varro lib. 6. de L. L. p. 79.) quo frequentius Sicilia quam Italia usa est, (ab ἐπὶ καὶ τυρὸς, caseus.) Verum huic etymologiæ reclamat authoritas Catonis cap. 119. quin & Columel. lib. 12. cap. 47. Videtur enim appellari epityrum a confracta oliva, quæ Græce dicitur πιτυρίς. Plaut. Mil. 1. 1. 24.

> Me sibi habeto, & ego me illi mancupio dabo,
> Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene.

V. Interpp. [Verba quæ uncinulis inclusimus apud Varronem non leguntur. Falso itaque hic ei affinguntur. Neque tamen usque eo absurdum est alterum etymon, quin forte Epityron dici possit, quia ἐπὶ τὸν τυρὸν ad caseum adjiciebatur, probante Salmas. ad Plaut. Ceterum Henr. Stephanus docet ἐπίτυρα in vet. lib. apud Hesych. σκευάσματα ἐλαιῶν reddi, ubi vulgo, ut & ap. Phavorin. ἐπίπυρα legitur.
Modum conficiendi epityri docet Cato cap. 119. Columella quoque lib. 12. cap. 47.

Epium, Arcadiæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 6.

Epiūrus, i. m. [ἐπίουρος] prima notione Custos, Inspector, dein Paxillus, cujus usus est in rebus compingendis & conservandis ne dissipentur. Pallad. 12. 7. de pruno; Oleastri epiurum terebratæ infige radici. Al. Cuneum. V. not. ad l.

Epixēnum, [ἐπίξηνον] Stipes est, super quem carnes concidere consueverunt coqui: unde exit Aristophanium illud, in Acharn. ὑπὲρ ἐπιξήνου θέλων τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν. Quo significatur, si vera non dixero, abscindatur caput mihi. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 5.

Epizephyrii, [Ἐπιζεφύριοι] Populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est, a Locris qui Crissæum incolunt sinum originem trahentes. Dicti Epizephyrii, quod supra Zephyrium promontorium habitarent. V. Strab. lib. 6.

Epizeuxis, [ἐπίζευξις] Combinatio: Figura, quum dictio in versu absque medio aliarum combinatur. Virg. 9. Æn. 427.

> Me me, adsum qui feci.

Et apud Ter. And. 1. 5. 48.

> O Mysis, Mysis.

Epizygis, Foramen in quod nux ballistæ inseritur. Vitruv. lib. 10. cap. 15. & 17.

## E P O

Epobelia, [ἐπωβελία] Verbum est satis frequens apud Oratores Græcos, ex hoc dictum, quod in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo mulctaretur, quum seni essent oboli in drachma. Erat autem Mulcta, quam dependebant actores, qui perperam aliquem in judicium vocassent, aut essent calumniati. V. Budæus lib. de Asse.

Epocha, æ. f. Initium certum aliquod, unde a Chronologis anni numerantur, quodetiam Æra appellatur, rectius Era. V. Epochas collectas a Jos. Scal. lib. 6. de Emend. Temp.

Epoche, es. f. [ἐποχή] Academicorum doctrina, quasi dicas Suspen-



sam

sam sententiam, nihilque definientem, quod est, nulla de re pronuntiare, nec asseverare certo. Galen. lib. de Opt. docend. gener.

EPODES, is. m. [ἐπῳδὴς] male olens. Genus Piscis. Plin. lib. 32. cap. ult. Mediam corripit Ovid. Halieut. 126.

Tunc Epodes lati, tunc molles tergore ranæ.

EPODOS, i. m. [ἐπῳδὸς] ab Epi, i. e. post & Ode, quia liber ille ab Horatio post Odas scriptus est. Post enim quatuor libros Odarum, adjecit librum hunc quintum, quem ob id inscripsit Epodôn. Alii interpretantur genus esse carminis, quum singulis versibus singulæ clausulæ subjiciuntur; cujusmodi sunt apud Horatium.

Epodium, ἐπῴδιον, quod ode accinitur, ut ἐφύμνιον, quod hymno accinitur. Vulgo Versiculum vocant. Budæus. Auson. Epist. 10. ad Paul.

Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,
Socci & cothurni musicam,
Carpentis impone tuis. Sidon. in Paneg. ad Fel. fratr.
Sermonumque sales, novumque epodon. Carmen est hendecasyllabum.

Epodi, inquit Diomed. Grammat. lib. 3. dicuntur Versus quolibet modo scripti, & sequentes clausulas habentes particularum; quales sunt Epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ accinuntur. ut Od. 15. 1.

Nox erat, & cœlo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera. Et Od. 16. 1.
Altera jam teritur bellis civilibus ætas,
Suis & ipsa Roma viribus ruit. & quicunque sunt similes.

Dicti autem Epodi συνεκδοχικῶς a partibus versuum, quæ legitimis & integris versibus accinuntur. Hæc Diomedes.

Epodos cur hic liber vocetur, ait Muretus in Horatium, non equidem satis intelligo, ac vidi veterem librum in quo hic quintus Odarum liber inscribebatur. Quæ ad hanc inscriptionem confirmandam afferuntur a Grammaticis, levia sane sunt, & hujusmodi ut nullo negotio refelli possint. De hoc V. Bernardinum Lauredanum in suis ad Cic. de Lege Agrar. commentariis, Mureto subscribentem. conf. Scalig. Poet. 1. 44. & Turneb. Adversf. 21. 6. [Forte tamen ob materiam titulum hunc libro suo dedit Flaccus, quia revera Invectivi argumenti omnes odæ sunt, licet in nonnullis prima fronte non appareat. Ut autem Latinis Occentare, ita Græcis ἐπᾴδειν de eo genere cantilenarum usurpatum fuit, ut sit ἐπῳδὴ, vel ἐπῳδὸς, Carmen, quod occentatur.

EPOLONOS dicebant antiqui, quos nunc Epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Jovi, ceterisque diis potestatem haberent. Festus.

EPOMEUS, [Ἐπωμεὺς] Collis in medio Pithecusæ insulæ situs, qui per quosdam terræ motus incendia evomuisse traditur, & terram intermediam in pelagus ignes non paucos ejectasse. V. Strab. lib. 5.

EPOMIS, ĭdis. f. [ἐπωμὶς] dicitur Musculus superiorem humeri partem occupans, ut ostendit Galen. lib. de Dissect. venar. conf. Polluc. 2. 4. n. 29. & 31.

Est item Vestimenti species, Auth. Favorino in Lex. V. & Polluc. lib. 7. cap. 13.

EPŌNA, [Ἐπόνα] Dea quædam olim fuit, equorum curam habens. Sic enim Plutarch. in Parallel. p. 312. Prudent. Apoth. 197.

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus. Juven. 8. Sat. 157.
Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas. Sic enim legendum contendit Turneb. Adversf. 24. 4. Equonam vero Barth. Adversf. 37. 1. V. Lex. Pitisc. Vulgo Hippona.

EPŌPE, es. [Ἐπωπὴ Stephano] Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta a verbo Græco ἐποπτεύειν, hoc est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Jovem conspexisse Æginam rapientem.

EPŌPEUS, Piscator quidam fuit, qui quum a Delphinorum Pompilorumque, quos sacros pisces esse dicebant, captura abstinere nollet, ab irruente ceto devoratus periit. Cæl. lib. 12. cap. 12.

Epopeus alius, Gubernator navis. ap. Ovid. 3. Met. 619.

— qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.

EPOPS, ŏpis. c. [ἔποψ] Avicula sordidissima est, eaque cristata, unde & ἀλεκτρυὼν ἄγριος a Græcis appellatur. Latini, a sono quem edit, conficto nomine Upupam vocant. Pollux 5. 13. n. 2. de Avium vocibus. conf. Ovid. 6. Met. 674. & Virg. Cul. 253.

EPOPTÆ, [Ἐπόπται] In sacris dicebantur Mystæ, qui totum jam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύειν, quod est spectare sive inspicere: unde & sacrorum inspectionem, ἐποπτείαν Græci appellant. V. Scalig. ad lib. 3. Tibull. & lib. 5. de Emend. Temp. & Casaub. ad Athenæum.

EPOPTICUS, a, um. ut, Disputationes epopticæ, quas Chalcidius in Timæum Plat. opponit Naturalibus. V. eum p. 220. & 370.

EPOREDIA, [Ἐπορεδία Ptolemæo] Salassiorum oppidum in Gallia Transpadana; olim ex Sibyllinorum librorum oraculo a Romanis conditum, ab Eporediis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant) nominatum, ut non obscure innuit Plin. lib. 4. cap. 17. Hodie *Ivrea*. conf. Strab. 4. Sigon. de Ant. Jur. Ital. 3. 6. vel Lex. Pitisc.

ĔPOS, [ἔπος] Latine dicitur Verbum, versus, poema.

Epos, ut scribit Diomedes, Græce dicitur carmen hexametron, divinarum rerum & heroicarum humanarumque comprehensio. V. Cæl. Rhod. 7. 4. Martial. lib. 12. 94.

Scribebamus epos, cœpisti scribere: cessi. Hor. 1. Serm. 10. 43.
— forte epos acer
Ut nemo, Varius ducit. Persius Robustum carmen dixit.

EPOSTRACISMUS, i. m. [ἐποστρακισμὸς] Lusus puerorum, quo testulam (ὄστρακον) seu lapillum distringunt super aquæ æquor, numerumque saltuum quos facit, ineunt. V. Min. Fel. cap. 3. & Polluc. 9. 7.

EPŌTIDES, [ἐπωτίδες] dicebantur Projecturæ navium, velut aures prominentia tigna, ad eludendos rostrorum ictus. Schol. Thucyd. 7. p. 508. Strab. 3. V. Scheffer. de Mil. Nav. 2. 5. & Is. Voss. de Trirem. constr.

EPŌTO, [ἐκπίνω] āre. Potando exhaurire. Martial. lib. 2. 29.

Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. Verbum rarius occurrit extra Particip. contract. Plin. lib. 28. cap. 14. Succo epoto.

Epoto medicamento. Liv. 8. 18. Cic. pro Cluent. 168. Epoto poculo.

EPŌTUS, Partic. pro Epotatus. [ἐκπεπωμένος] ut aqua epota. Ovid. de Rem. Amor. 740.

Venenum epotum. Cic. pro Cluent. 163.

Epotus equus, pro Sanguine equi epoto. Martial. lib. de Spectac. 3. V. Plin. lib. 18. cap. 10.

EPPIA Gens, in Tribu Cornelia censebatur. Ursin. & Patin. Fam. Rom. V. Lex. Pitisc. in GENS.

EPRIA Gens, V. Ferret. Mus. Lapid. 2. 39.

## E P S

EPSETHIA, [ἐψηθία] Polluci Ima dicitur in pane crusta, sicut superiorem Attaragum vocat, ut refert Cæl. Antiq. Lect. lib. 26. cap. 21. Sed V. Viris Doctis ad Polluc. l. 7. S. 23. not.

## E P U

EPŬLÆ, arum. tantum pl. [δαιτὺς, θοίνη] Cibi ministerio hominum & in nostrum usum comparati. Cic. 1. de Fin. 51. Nec libidinum, nec epularum, &c. Idem 3. Philipp. 20. Vino, & epulis retentus, & alea est: si epulæ potius quam popinæ nominandæ sunt. V. Valla 4. 23. Epulam antiqui sing. posuere, teste Festo.

Epulæ, pro Ipso convivio accipiuntur, & lautis mensis quæ in convivio offerri consueverunt. Unde, Amplissimæ epulæ apud Cæs. 6. Bell. Gall. 28. Cic. pro Flacc. 95. Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum atque domesticorum hostium conventu, epulisque celebratum est. Virg. 6. Æn. 604.

— epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu.

Carmina in epulis cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus. Cic. de Clar. Orat. 74.

Cogitationum bonarum epulæ. Cic. 1. de Divin. 61.

Discendi epulæ. Cic. in Topic. 25. Translatio est. Pascitur enim non minus animus doctrina, quam corpus cibo.

Libationes, epulæque ludorum. Cic. de Arusp. Resp. 21. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum.

Regum epulæ. Hor. 2. Serm. 2. 45.
Carnifices epulæ. V. CARNIFEX.
Dulces. Hor. 3. Carm. 8. 6.
Geniales. Claud. 2. de Rapt. Pros. 327.
Lautiores. Stat. 1. Sylv. 6. 32.
Liberales. Tacit. 15. Ann. 55.
Nocturnæ. Lucret. lib. 2. 26.
Regales. Ovid. 6. Met. 488.
Sacræ. Virg. 7. Æn. 175.
Solennes. Tacit. 1. Ann. 50.
Tristes, i. e. Insipidæ. Sil. lib. 3.

De epulis Adjicialibus, Albanis, Capitolinis, Funebribus, Genialibus, Militaribus, Natalitiis, Nundinariis, Pontificalibus, Saliaribus & Triumphalibus V. Lex. Pitisc. in vocibus EPULÆ & CŒNA.

Accipere epulis apparatis. V. ACCIPIO.
Accumbere epulis. V. ACCUMBO.
Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit. Quintil. lib. 1. cap. 10. p. 106.
Adhibere aliquem epulis. V. ADHIBEO.
Adire epulas, i. e. Ad convivium. Ovid. 1. Amor. 4. 1.
Apponere in epulis. V. APPONO.
Celebrare largius epulas. V. LARGE.
Decerpere noctes primas epulis. Pers. 5. Sat. 42.
Distinguere epulas. Sil. lib. 7.
Dare epulas alicui. Virg. 4. Æn. 484.
Dare ad epulas. Cic. 2. de Fin. 101.
Dare leges epulis. Ovid. 2. Trist. 488.
Effusi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit. 4. Hist. 36.
Extruebantur mensæ conquisitissimis epulis. Cic. 5. Tusc. 62.
Instaurare epulas. Virg. 7. Æn. 146. V. INSTAURO.
Instituere epulas. Sil. lib. 11.
Instruere epulas. V. INSTRUO.
Instructæ epulæ. Sen. Agam. 10.
Invitare ad epulas. V. INVITO.
Marcere gravibus epulis. Claud. 2. in Eutrop. 434.
Onerare mensas epulis. Virg. 2. Georg. 378.
Paratæ epulæ luxu regifico. Virg. 6. Æn. 604.
Ponere epulas. Ovid. 4. Fast. 545.
Profusæ epulæ. Cic. pro Muren. 76.
Recipere aliquem ad epulas. Cic. in Topic. 25.
Rimari epulis, pro Pasci epulis, Auth. Serv. apud Virg. 6. Æn. 599.
Saturata mens bonarum cogitationum epulis. Cic. 1. de Divin. 61.
Struere epulas. Tacit. 15. Ann. 55.
Epulæ, etiam Bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virg. 4. Æn. 484.

— epulasque draconi Quæ dabat.

Tinearum epulæ. Hor. 2. Serm. 3. 119. — cui stragula vestis
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca.

ĔPŬLUM, i. n. [δημοθοινία] significat Solenniores cibos: & proprie Publicum convivium in propatulo numerosis civibus exhibitum, sive in dedicatione templi, sive in triumpho, sive in funere, sive ludorum causa, quale imperatores exhibebant apud Romanos, & quale factum esse constat a pluribus qui testamento legaverunt epulum quotannis ad sepulcrum rosis & variis respersum odoribus, pro hereditatum facultatibus exhibendum. Ex Valla lib. 4. Juven. 3. Sat. 229.

Unde epulum possis centum dare Pythagoreis. Gell. lib. 11.

Solenni die Jovi epulum libaretur. Cic. pro Muren. 75. Is quum epulum Q. Max. Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est, &c.

Funebre epulum. Cic. in Vatin. 30. Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Accumbere in epulo. Cic. in Vatin. 30. Qua mente feceris ut in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes.

Dare epulum populo. Hor. 2. Serm. 3. 86. conf. Liv. 5. 52. pr. Suet. Cæs. cap. 38. Liv. 33. 42. Lex. Pitisc. & Salmas. in Vopisc.

EPŬLO, ōnis. [δαιτυμὼν] Conviva. Apul. 2. Miles. V. Bibo, onis. in BIBO. & Elmenh. Indic. h. v.

Epulones etiam dicebantur tres, quos Pontifices propter sacrificiorum multitu-

multitudinem esse voluerunt, ut ludorum epulare sacrificium facerent, auth. Cic. 3. de Orat. 76. Liv. 33. 42. Cic. de Arusp. Resp. 21. Patres Conscripti, vosque Pontifices, ad quos Epulones Jovis Opt. Max. siquid est prætermissum aut commissum, afferunt, &c. V. Fest. supra in EPOLONOS. Primum III.viri, postea facti VII. viri. V. SEPTEMVIR.

EPULO, Nomen viri. apud Virg. 12. Æn. 459.

EPULŌNUS, i. m. Idem ac Epulo. Apul. 9. Met. Inter Epulonos cæsum dividere. [Nisi Epulones legendum est.

EPULŌNIUS, a, um. Idem. Scriban. de pass. Christ. cap. 18.

EPŬLOR, [ἑορτάζειν] āri. Laute & splendide edere, aut convivari. Liv. 25. 12. extr. Vulgo apertis januis in propatulo epulati sunt. Idem 24. 16. Cic. 2. de Fin. 16. Quum in voluptate sint qui epulentur.
Hilare epulatus. Tacit. 11. Ann. 3.
Ad ipsas excubias epulari. Claud. de Nupt. Hon. 196.
Modice epulari. Cic. de Senect. 45. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat tamen quidam fervor ætatis.
Saliarem in modum epulari. Cic. 5. Att. 9. V. Saliaris in SALII.
Dapibus epulamur opimis. Virg. 3. Æn. 224.
Res exquisitissimæ ad epulandum. Cic. 2. de Fin. 90. Negat enim tenuissimo victu, i. e. Contemptissimis escis & potionibus majorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.
Adimere jus epulandi. V. ADIMO.

EPULANDUS, Partic. [θοινηθησόμενος] ut, Corpora epulanda. Ovid. 15. Met. 110.
Avibus ferisque epulandum aliquem trahere. Sen. Thyest. 751.

EPULĀRIS, e. [θοινητικός] Quod ad epulas pertinet, ut Epulare sacrificium. Cic. 3. de Orat. 70. Item epularis sermo, Qui fit in convivio. Apul. Met. 2. p. 123. Jam illatis luminibus epularis sermo percrebuit.
Accubatio epularis. Cic. de Senect. 45. Bene enim majores accubationem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt.
Epularis dies dicitur, quo epulum præbetur. Suet. in Domit. cap. 13. Et Epularis apparatus, vel cœna epularis. Budæus.
Epulares etiam vocabantur, Qui in quibusdam ludis nocte epulabantur, inquit Fest. Varro, Dum epulares nocte epularentur.

EPULATIO, ōnis. [ἑστίασις] Columel. lib. 12. cap. 9. Quæ ad mensam quotidianam aut epulationem pertinent. conf. Petron. cap. 141. & Suet. Calig. cap. 18. item Lucil. Sat. lib. 14.

EPULATITIUS, Qui epulis dat operam. Gloss. Isidor.

EPULATORIUS, Idem ac Epulo, apud Augustin.

EPULATORIUS, a, um. Quod aptum est ut in epulis comedatur. Perott.

EPULĀTUS, a, um. Partic. [τεθοινημένος] Cic. 2. Tusc. 113. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.
Gens epulata novem dies. Virg. 5. Æn. 762.

EPŪLIS, idis. [ἐπουλίς] Dicitur quoties juxta dentes caro excrevit. Paulus Æginета parvum abscessum esse ait circa gingivas, qui nisi discutiatur, suppuratur. Cæl. Rhod. 4. 1.

EPULOTICA, [ἐπουλωτικά] Medicamenta appellantur quæ cicatricem inducunt. Nam ἐπουλοῦν Græcis est, ad cicatricem perducere. Galen. V. & Cæl. lib. 3. cap. 14.

EPYANAXA, Syennensis Cilicum regis uxor, quam in harmamaxa sedisse scribit primo Ἀναβάσεως Xenophon. V. plura apud eum, & Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 3.

EPŸTUS, i. m. Albæ rex. Ovid. 4. Fast. 44. alii Epitus. conf. Stat. 10. Theb. 397. Alius Æpytus, de quo V. s. l.

## E Q

EQ. Equester ordo, vel Equestris ordinis. EQ. AVG. N. Eques Augusti nostri. EQ. AVR. Eques auratus. EQ. M. SP. POM. Equitum magister Sp. Pomp. EQ. P. Equalis, vel Equestris persona, vel Equus publicus. EQ. R. Eques Romanus.

EQUAPIUM, Nonnulli appellaverunt herbam, quam quidam Olus atrum nominant, existimantes ita transferri posse Græcam vocem ἱπποσέλινον, quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facile reperias: neque ἱπποσέλινον tam Equinum, quam Magnum, aut prægrande apium sonat. Nam ἵππος & βοῦς in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinemque & magnitudinem demonstrant. Meminit Galen. de Alim. facult.

EQUA, EQUARIA, EQUARIUS, EQUES, EQUESTER. V. EQUUS.

EQUICERVUS, [ἱππέλαφος] Animal in Oriente, habens cornua & jubas per collum descendentes usque ad scapulas, & barbam sub mento, ungulas & corpus ad cervi quantitatem. Utitur hac voce Aristotelis interpres lib. de Animal. Al. Alce.

EQUĪDEM, [ἔγωγε] Conjunctio affirmativa pro Certe. Cic. de Senect. Equidem non video cur quid ipse sentiam de morte, non audeam dicere vobis. Idem 3. Q. frat. 1. Nam mihi uno die tres sunt redditæ, equidem ut videbantur, eodem abs te datæ tempore. Idem 13. Att. 26.
Equidem videtur alicubi esse Ego quidem certe, velut: Ad me quidem certe quod attinet. H. St. [Puto posterius Certe abesse debere.
Quid ego aruspicum responsa commemorem? possum equidem innumerabilia. Cic. 2. de Divin. 26.
Quod demiror equidem. Cic. 14. Att. 15.
Equidem certe idem sum, qui semper fui. Plaut. Amph. 1. 1. 291.
Certe equidem audieram, &c. Virg. 9. Ecl. 7.
Equidem ecastor. Plaut. Amph. 2. 2. 66. Equidem ecastor vigilo, & vigilans, id quod factum est fabulor.
Equidem hercle. Plaut. Merc. 3. 3. 5. Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existimo.
Equidem pol in eam partem accipioque & volo. Ter. Eun. 5. 2. 37.
Equidem ego, & ego equidem. Sallust. ad Cæs. de Rep. Ord. 1. 3. Idem in Jugurth. C. 10. Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum.
Adhuc equidem valde me pœnitet. Cic. 3. Att. 1.
Sic equidem diligentius, sæpiusque ista loquemur inter nos. Cic. 3. de Fin. 9.
Equidem cum verbo secundæ personæ. Pers. 5. Sat. 45.
Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Consentire dies.
Equidem, cum tertia persona conjunctum. Pers. 1. Sat. 110.
— per me equidem sint omnia protinus alba.

EQUIRINE, Jusjurandum per Quirinum. Festus. ut Ecastor, per Castorem.

EQUISELIS, corrupte legitur, pro Equisetis apud Plin. V. EQUISETUM infra.

EQUUS, [ἵππος] Medicis Oculorum affectus quidam est, quum nullo tempore manere possunt requieti, sed in modum intremiscentium subinde nictant. Galen. l. Def. med. & Comment. primo in Prognost. Hippocr.

EQUUS, i. m. [ἵππος] Animal notum. Argumenta generosi equi proponit. Virg. 3. Georg. 75.
Fabula de cervo & equo. Hor. 1. Epist. 10. 34.
Acer equo. Virg. 5. Æn. 668.
— sic acer equo turbata petivit Castra.
Agitator equorum. Ovid. 3. Amor. 2. 7.
O quicunque faves felix agitator equorum.
Anfractus levioris equi. Valer. 6. Argon. 240. i. e. Discursus nunc in hanc partem, nunc in illam.
Aptus equis. Hor. 1. Epist. 7. 41.
Dives equûm. Virg. 9. Æn. 26.
Domitor equorum. Virg. 7. Æn. 651.
Equi & armorum exercitatio. Vide Suet. in Tiberio 13. Equi quoque & armorum solitas exercitationes omisit. Nisi tamen legendum Equitandi, ut in Julio cap. 57. Armorum & equitandi peritissimus. H. St.
Insignis equis. Virg. 10. Æn. 21.
Moderamen equorum. Ovid. 2. Met. 48.
Proles duellica equorum. Lucret. lib. 2. 660.
Solis equi. Ovid. 2. Met. 154.
Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartusque Phlegon.
Quadrijuges equi solis. Ovid. 3. Amor. 2. 66.
Quadrijuges æquo carcere misit equos.
Radiantes equi solis. Ovid. 8. Epist. 105.
Quum tamen altus equis Titan radiantibus instat.
Vis fortis equi. Lucret. lib. 3. 763.
Usus equorum. Virg. 3. Georg. 211.
Acer equus. Ovid. 3. Met. 704. Virg. 4. Æn. 157.
— mediis in vallibus acri Gaudet equo.
Æmonii equi. Ovid. 2. de Arte Am. 136.
— Æmonios dum vigil optat equos.
Ætherei equi. i. e. Solis. Ovid. 3. de Arte Am. 388.
Virginis æthereis quum caput ardet equis.
Alatus equus, i. e. Celer. Sil. lib. 6. Ovid. 3. Fast. 416.
Phœbus, & alatis æthera carpet equis.
Albus equus. Ovid. 8. Met. 33.
Ales equus. Ovid. 3. Amor. 12. 24.
Victor Abantiades alite fertur equo.
Alipedes equi. Virg. 12. Æn. 484.
Alipedumque fugam cursu tentavit equorum.
Anheli equi. Ovid. 15. Met. 419. Virg. 1. Georg. 250.
Nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis. i. e. Cursu anhelantibus. Servius.
Ardentes equi. V. ARDEO.
Arduus equus Trojanus. Virg. 2. Æn. 329.
Arduus armatos mediis in mœnibus astans
Fundit equus.
Asper equus. Ovid. 1. Amor. 2. 15.
Asper equus duris contunditur ora lupatis.
Assidui equi. Ovid. 6. Met. 819. Assiduis pulsatus equis.
Atrati equi. Propert. lib. 3. 5. 34.
Solis & atratis luxerit orbis equis.
Attoniti equi. Ovid. 2. Epist. Sabin. 62.
— cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Bellator equus. Ovid. 15. Met. 368.
Pressus humo bellator equus, crabronis origo est.
Bipedes equi marini. Valer. 2. Argon. 508.
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
Bipedes equi Protei. Virg. 4. Georg. 389.
Candentes equi. Claud. 1. conf. Stilich. 370.
Cæspitatores equi. V. CÆSPES.
Cœrulei equi Thetidis. Stat. 1. Achil. 78.
Cornipedes equi. Ovid. 1. de Arte Am. 280. Virg. 7. Æn. 779.
Curules equi. V. CURULIS.
Discordes equi. Sil. lib. 16.
Dividui equi. Ovid. 2. de Arte Am. 488.
In furias agitantur equæ, spatioque remoto
Per loca dividuos amne sequuntur equos.
Durior oris equus. Ovid. 2. Amor. 9. 30.
Ut rapit in præceps dominum spumantia frustra
Frena retentantem durior oris equus.
Eoi equi. Virg. 2. Æn. 418. V. EOS.
Feri equi. Hor. 1. Serm. 5. 56.
Frenati equi. Virg. 5. Æn. 554.
Fremens equus. V. Fundere equum.
Generosissimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ignipedes equi Solis. Ovid. 2. Met. 392.
Tunc sciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
Impiger. Hor. 4. Carm. 3. 4.
Inanis equus. V. INANIS.
Indomitus equus. Hor. 2. Serm. 2. 9.
Inobsequentes equi. Sen. Hippol. 1068.
Insignis phaleris equus. Virg. 5. Æn. 310.
Intractatus & novus. Cic. de Amicit. 70. Atqui in ipso equo (cujus modo mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato & novo.
Lacertosus equus. V. LACERTUS.
Lucentes equi Solis. Stat. 1. Theb. 98.
Luciferi equi Lunæ. Ovid. 11. Epist. 46.
Magnanimi equi. Virg. 3. Æn. 704.

Mites equi. Claud. 1. in Ruff. 254.
Nobiles equi. Ovid. 3. Amor. 2. 1.
Numidici equi. V. NUMIDIA.
Optimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Pavidi equi. V. PAVIDUS.
Pennatus equus. V. PENNA.
Pernix equus quam maxime. V. PERNIX.
Primus equus in certamine. Hor. de Arte Poët. 84.
Publici equi. Plin. lib. 33. cap. 1. V. ORDO.
Pulverei equi, i. e. Pulverulenti. Valer. 4. Argon. 608.
— ludo volitans quum turma superbo
Pulvereis exultat equis.
Purpurei solis equi. Ovid. 21. Epist. 86.
— quum jam prope luce peracta
Demere purpureis sol juga vellet equis.
Rapidi equi. Ovid. 9. Epist. 28.
Sitque socer, rapidis qui tonat altus equis.
Recentes equi. Ovid. 2. Met. 64.
— & qua vix mane recentes Enituntur equi.
Regalis equus. Claud. 6. Conf. Hon. 516.
Rosei equi. Ovid. 1. Amor. 8. 4.
— nigri non illa parentem
Memnonis in roseis sobria vidit equis.
Rubentes equi Phœbi. Claud. in Gigant. 10.
Semianimes equi. Virg. 11. Æn. 635.
— permisti cæde virorum
Semianimes volvuntur equi.
Sequax equus. Ovid. 4. Epist. 46.
Torquentem frenis ora sequacis equi.
Spumans equus. Sil. l. 3.
Strigosus equus. V. STRIGILIS.
Supinus equus. Hor. 2. Serm. 7. 50.
— aut agitavit equum lasciva supinum. De libidine turpissima.
Tenax equus. Ovid. 3. Amor. 4. 13.
Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Tener equus. V. Vetulus equus.
Tonantes equi Jovis. Hor. 1. Carm. 34. 8.
Plerunque per purum tonanteis Egit equos.
Trepidi equi. Ovid. 16. Epist. 206.
— qui trepidos a dape vertat equos. Id est Consternatos, de Atrei scelere loquitur & Solis equis.
Veloces equi. Ovid. 8. Met. 554. — nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.
Velocissimus equus. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Venator equus. Claud. de Nupt. Hon. 5.
Vetulus equus, cui opponitur Tener equus. Cic. de Amicit. 69. Ut equis vetulis teneros anteponere solemus.
Victor equus. Virg. 3. Georg. 499.
Virides equi Neptuni. Claud. 3. Conf. Hon. 198.
Volans equus. Stat. 2. Silv. 2. 38.
Volucres equi. Ovid. 2. Met. 153.
— arbitrio volucrum raptatur equorum.
Volucer equus. i. e. Pegasus qui fingitur alatus. Ovid. 6. Met. 120.
— te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris.
Utiles bello equi. Ovid. 14. Met. 321.
Rex fuit utilium bello studiosus equorum.
Abundat equis Asia. Ovid. 16. Epist. 354.
Nec minor est Asiæ quam vestræ copia terræ,
Illa viris dives, dives abundat equis.
Accendere equum stimulis. V. ACCENDO.
Addere equos. Virg. 3. Æn. 470.
Addit equos, additque duces.
Admittere equum. V. ADMITTO.
Admovere equum. V. ADMOVEO.
Adornati venatui equi. Tacit. 12. Ann. 13. Per quietem monet sacerdotes, ut templum juxta, equos venatui adornatos sistant.
Advehere equo. V. ADVEHO.
Advectus equo. Cic. 1. de Divin. 58.
Agere sive agitare equum. V. AGO.
Agitare spumantem equum. Virg. 6. Æn. 882.
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Anhelantes equi. Sen. OEth. 9.
Apprendere equos. Sil. lib. 16. — nisusque apprendere primos
Panchates animosus equos.
Armantur equi bello. Virg. 3. Æn. 540.
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Ascendere in equum. Cic. de Senect. 34. Quum ingressus iter pedibus sit in equum omnino non ascendere: quum equo, ex equo non descendere. V. ASCENDO.
Aspirare equis. V. ASPIRO.
Assistere equos. Stat. 3. Theb. 299.
Attribuere alicui equum. V. ATTRIBUO.
Cadere de, vel ex equo. V. CADO.
Calcari equo. Claud. 1. in Ruff. 376. — calcabitur asper
Phasis equo, pontemque pati cogetur Araxes.
Cogere verbere equum anhelum. Claud. 6. Conf. Hon. 226.
Comere equos. Stat. 4. Theb. 43.
Concitare equum. V. CONCITO.
Concutere acres equos. Virg. 8. Æn. 3.
Conscendere equum. Ovid. 14. Met. 820. V. CONSCENDO.
Consternantur equi. Ovid. 2. Met. 314.
Corrupti equi macie. V. CORRUMPO.
Corruit equus. Sil. lib. 17.
Curare equos. Virg. 8. Æn. 607.
Decidere equo, vel ex equo. V. DECIDO.
Eludere instantem equo. Sil. lib. 6.
— alato ni Regulus arte regendi
Instantem elusisset equo.

Enituntur equi. V. Recentes equi.
Exercere equos campis. Claud. de Bell. Get. 251.
Exhortari equos frementes. Ovid. 5. Met. 402.
Equos exhortari. Virg. 11. Æn. 610.
Exhortari equos pressos. Ovid. 12. Met. 78.
Exspatiantur equi. Ovid. 2. Met. 202.
Expedire tela, & equos. Liv. lib. 8. Decad. 4. Quum tela equosque expedissent.
Expeditus in equo. Cic. pro Milon. 28. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo.
Exsternati equi. Ovid. in Ibin, 432.
Exultantes equi ferocitate. Cic. 1. Off. 90. Ut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant.
Fertur equis auriga. Virg. 1. Georg. 514.
Ferri equis Trinacriis. Virg 5. Æn. 574.
Fingere. Hor. 1. Epist. 2. 64.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, quam monstrat eques.
Flectere equum sciens. Hor. 3. Carm. 7. 25.
Frenare equum auro. i. e. Lupatis aureis, aut freno aureo. Claud. de Phœn. 86.
Fundere equum. Virg. 1. Georg. 13.
— Tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti, Neptune.
Gaudere equis. Hor. de Arte Poët. 162.
Gignuntur ad cursum equi. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Habitus male equus. Gell. lib. 4. cap. ult. i. e. Macer & male curatus.
Hærere equo & in equo. Hor. 3. Carm. 24. 54.
— nescit equo rudis Hærere ingenuus puer.
Hortari terribiles equos. Ovid. 5. Met. 421.
Immittere equum ad. V. IMMITTO.
Imperitare equis. Hor. 1. Carm. 15. 25.
Incitare equos. V. INCITO.
Insidere equo. V. INSIDEO.
Insilire in equum. V. INSILIO.
Instratus equus ornatu regio. V. INSTERNO.
Interjungere equos. V. INTERJUNGO.
Invehi equo. Virg. 3. Georg. 358. 5. Æn. 571. Idem
— pulcher Iulus
Sidonio est invectus equo. V. INVEHO.
Invectus quatuor equis. Virg. 6. Æn. 587.
Jungere equos. Virg. 3. Georg. 113.
Jungere equos curru, & ad currum. Virg. 5. Æn. 817. Et 3. Georg. 113.
Primus Erichthonius currus & quattuor ausus
Jungere equos. V. JUNGO.
Labans equus. Valer. 6. Argon.
Mercari equos. Hor. 1. Serm. 2. 86.
Merere equo. Plin. lib. 33. cap. 1. Unde mos bullæ duravit, ut eorum qui equo meruissent filii, insigne id haberent, ceteri lorum. V. MEREO.
Obliquare equos. Stat. 12. Theb. 749. — ille paventes
Obliquavit equos.
Ovantes equi. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 307.
— hæc fatus ovantes
Exhortatur equos, & tartara mitior intrat.
Pascuntur equi soluti per campum. Virg. 6. Æn. 653. V. PASCO.
Patens equus vulneri. V. PATEO.
Præteragere equum locum aliquem. Hor. 1. Epist. 15. 11.
Mutandus locus est, & diversoria nota
Præteragendus equus. Rectius divisim scribitur, Præter ag.
Plaudere equum. V. PLAUDO.
Prævertere equos. Stat. 8. Theb. 598.
Fallit Atys, prævertit equos, curruque citato Desistit.
Proculcare aliquem equo. Stat. 8. Theb. 661.
Prorumpit vis equorum. Lucret. lib. 2. 264.
Prospectare equo. Stat. 1. Achill. 235. — jam jamque latentes
Erecto prospectat equo.
Provehi equo. Virg. 7. Æn. 166.
Quum provectus equo longævi regis ad aures Nuntius.
Pugnare ex equis. Cic. 2. de Nat. Deor. 6.
Religati equi. Virg. 9. Æn. 353. — & religatos rite videbat
Carpere gramen equos.
Residere equo. Sil. lib. 11. — sæpe citato
Dum residet sub casside equo.
Retentare equos. Ovid. 2. de Arte Am. 434.
— ut in curru modo det fluitantia rector
Lora, modo admissos arte retentet equos.
Ruens equus. Sil. lib. 7. — fususque ruentis vulnere equi.
Sedere in equo. Cic. 7. Verr. 27. Ut eum nemo in equo sedentem videret.
Senescens equus. Hor. 1. Epist. 1. 8.
Solve senescentem mature sanus equum.
Stans equus. Lucret. lib. 4. 424.
Stantis equi corpus transversum ferre videtur Vis.
Sustinere equos. Cic. 4. Acad. 94. Ego enim ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo, eoque magis si locus is quo ferentur equi, præceps erit.
Tollere aliquem in equum. Cic. pro Deiot. 28. Deiotarum quum plures in equum sustulissent, quod hærere in eo posset, admirari solebamus.
Transmittere equis fluvium. Cic. 16. Att. 6. Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus & Vibonensis, utrunque pedibus, equis transmisimus.
Turbati equi. Virg. 9. Æn. 124. — conterritus ipse
Turbatis Messapus equis.
Vehunt auroram Phaethontis equi. Virg. 5. Æn. 105.

Expectata

Expectata dies aderat, novamque serena
Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.
Vehi in equo. Cic. 2. de Divin. 40. Quod equus, in quo vehebar, mecum una demersus rursus apparuerit.
Equo vehi, inquit Festus, flamini diali non licebat, ne si longius digrederetur, sacra negligerentur.
Vertere equum. Virg. 11. Æn. 619. — versique Latini
Rejiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt. Ovid. 1. de Arte Am. 330.
— curruque retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis. Hor. 1. Carm. 19. 11.
Et versis animosum equis Parthum dicere.
Vincentes equi. Hor. 1. Serm. 1. 115.
Volare citatis equis. Claud. 4. Conf. Hon. 440.
Equus, Signum cœleste. Cic. 2. de Nat. Deor. 11.
Huic equus ille jubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput alvo, stellaque jungens Una. Ex Arato.
Equus Trojanus, Proverb. Cic. pro Muren. 78. Intus intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. De Catil.
Equis & quadrigis: i. e. Omni conatu. Cic. 2. Q. frat. Sic ego qui in isto homine colendo tam indormivi diu, te me hercule, sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, cum equis, tum vero (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis.
Velis, equisque, ut dicitur. Cic. 3. Off. 116. Cum his velis equisque (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est. decertandum est.
Equus, Machina bellica. Plin. lib. 7. cap. 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Trojam. subaudi, Invenisse dicunt. conf. Barth. ad Stat. Sylv. p. 17.
De Equis Agminalibus, Avertariis, Circensibus, Cursualibus, Desultoriis, Fluviatilibus, Funalibus, Jugalibus, Octobribus, Paribus, Publicis, Quadrijugis, Sagmariis, Sejugis, Sellaribus, Singularibus atque Triumphalibus: nec non Æneis & Ligneis. V. omnino Lex. Pitisc.

EQUA, æ. f. [ἡ ἵππος] Plin. lib. 11. cap. 49. Non ostentabat hermaphroditas subjuges carpento suo equas.
Equa, teste Priscian. lib. 7. cap. De dat. & abl. plur. primæ decl. Equabus facit in dat. & abl. plur. Idem tradit Valla lib. 1. cap. 1. Frequenter tamen legimus Equis genere fœm. pro Equabus. Varro 2. de R. R. cap. 1. In Lusitania ad Oceanum in ea regione ubi est oppidum Olysippo monte Tagro, quædam e vento concipiunt certo tempore equæ. Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. conf. Plin. 3. 41. De equis Lusitanicis. V. Plin. 7. 42. Sil. 3. 380. & Virg. infra. Columel. lib. 6. cap. 37. Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quamvis materno lacte sit educatus, potest a tenero conversatus equis, familiariter earum consuetudinem appetere. De asino admissario loquitur, qui equas init mulorum generandorum gratia.
Doctus equæ pullus. Lucret. lib. 3. 763.
Sonus equæ. Ovid. 2. Met. 667.
Mox nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur.
Armentalis equa. V. ARMENTUM.
Apta quadrigis equa. Hor. 2. Carm. 16. 31.
Nobiles equæ. Ovid. 2. Met. 690.
— herbosaque pascua Nelei,
Nobiliumque greges custos servabat equarum.
Potniades equæ Glauci. Ovid. in Ibin, 557.
Potniadum morsus subeas, ut Glaucus equarum.
Trima equa. Hor. 3. Carm. 11. 9.
— latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi.
Equa equam non amat. Ovid. 9. Met. 730.
Nec vaccam vaccæ, ne equas amor urit equarum.
Equas vento Zephyro concipere. Virg. 3. Georg. 275.

EQUILA, Idem quod Equa: Antique. Varro, Lege Mænia, Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam. Nonius.

EQUES, itis. i. [ἱππεύς, ἱππεύτης, ἱππότης, ἔφιππος] Proprie Qui insidet equo. Plaut. Milit. 2. 5. 54.
Neque eques, neque pedes profecto quisquam tanta audacia.
Eques pro Equitandi perito. Hor. 3. Carm. 12. 7.
Eques ipso melior Bellerophonte.
Eques qui equo meret, seu militiâ equestri, ut
Acies equitum. Tacit. 4. Hist. 71. Equitum aciem in collem erigeret.
Exercitus equitum. Hor. 11. Æn. 598.
Turmæ equitum. Hor. 2. Epist. 1. 190.
Alarius eques. Tacit. 12. Ann. 27. V. ALA.
Egregii equites. Juven. 10. Sat. 95.
Infrenati equites. V. INFRENATUS.
Loricati equites. V. LORICA.
Inducere equites in pugnam. V. INDUCO.
Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Eques, qui Equestri ordini ascriptus est, nomen dignitatis, ab equestri olim militia arcessitum, cujus auctor Romulus. V. Lex. Pitisc. Suet. Cæs. cap. 39. Ludis Decimus Laberius Eques Romanus mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis & annulo aureo, sessum in quatuordecim ex scena per orchestram transiit.
Equites ordini Senatorio dignitate proximi. Cic. pro Cluent. 152.
Quem tu si ex censu spectas, Eques Romanus est. Cic. pro Rosc. Com. 42.
Decus equitum. Hor. 3. Carm. 16. 20.
Virtute equitum nomen Romanum victoriam cum laude possidet conjunctam. Cic. Anteq. iret in exil. 29.
Celsus eques. Stat. 1. Silv. 4. 42.
Magnus eques. Hor. Epod. 4. 15.
Numerosus ubique Fulget eques. Claud. in Eutrop. 2. 74.
Severus eques. Ovid. 3. Amor. 8. 56.



Trabeati equites. Valer. Max. l. 2. c. 2. extr. In Solenni scilicet transvectione Idibus Quintil. de qua Dionys. l. 6. Liv. 9. 46. extr. Aurel. Vict. de V. I. cap. 32. Aliisque solennibus diebus.
De distinctione Equitum in Illustres, Insignes atque Splendidos V. Pitisc. p. 725.
Eques: tria genera loquendi Latini scriptores usurpant, Eques, Equestris ordinis, Equestri loco natus. quæ utrum idem significent, an vero differant, & quatenus differant, considerandum. Eques & Equestris ordinis, idem sunt, nam & Eques quicunque est, & dicitur, idem Equestris ordinis, & est, & dicitur: & contra. quod si Eques patre natus est qui nunquam senator fuerit, is Equestri loco natus dicitur: sin patre natus est senatore, Eques quidem, sed non Equestri loco natus, qui porro, quum eques fuisset, in senatum est allectus, Eques non amplius dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine, Senator: ornamenta tamen retinet equestria, annulum aureum, & equum publicum, itaque M. Cicero, quum equite Romano natus esset, nunquam, posteaquam in senatum pervenit, Eques appellatur, sed Senator, atque ipse suis in scriptis, quum de ordine Senatorio loquitur, nostrum appellat, quum de Equestri, non item, is igitur non Eques, neque Equestris ordinis, sed Senator, & Senatorii ordinis jure dicebatur. Ac mihi venit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M. Cœl. ad Cic. Nostri, inquit, equites nisi acutius vidissent. Nostri, ob eam causam dixit, quia uterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques Equestri loco natus, & Eques non equestri loco natus. itemque potest esse Senator equestri loco natus, & Senator non equestri loco natus, cujus vero pater Eques fuit, is, si Senator factus est, definit appellari eques, & equestris ordinis: eadem tamen retinet insignia, nisi si ea, ignominiæ caussa notatus a Censoribus, amisit. Ex observationibus P. Manutii. conf. omnino Lex. Pitisc. & Gronov. in Liv. 5. 7.
Equites etiam Judices vocabantur, quia judicum decuriæ ex Equestri ordine deligebantur. Budæus Annot. ad l. ult. D. de Senatorib. Qui plenius idem persequitur argumentum ad l. ult. D. de Muner. & honorib. §. Defensores quoque. p. 74. & 368. ed. Episcop.
De Equitibus Prætorianis. Promotis, Saccularis & Singularibus V. Lex. Pitisc.
Eques, pro Equo ipso aliquando ponitur. Virg. 3. Georg. 116.
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos. V. Philarg. in loc. Gell. lib. 18. cap. 5. Macrob. lib. 6. cap. ult. Propert. 4. 3. 38. Min. Fel. Oct. cap. 7. conf. Hor. Epod. 16. 11. & Cæs. 2. Bell. Civil. 39.
Eques num. Sing. per Synecdochen pro Equitatu. Tacit. 1. Ann. 60. 3. Flor. 2. 6. 13. & 3. 17. 4.
Sic pro Ordine equestri Martial. l. 8. Ep. 50. 7. de Epulo Domitiani:
Vescitur omnis eques tecum, populusque, patresque.

EQUESTER, tris, tre. [ἱππικός] Quod pertinet ad equitem.
Voce Equestris, pro Equestris artis perito, quod ἱππικός Græce, utitur apud Xen. Lewncl. & Phil. H. St. Nec non Joach. Camerarius p. 401. ed. Steph.
Æs equestre, inquit Festus, Quod equiti dabatur.
Agmen equestre. Ovid. 9. Epist. 100.
Census equester. Cic. 1. Q. frat. 2. Ecce supra caput homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu Catienus. V. Pitisc. Lex. v. CENSUS.
Copiæ equestres. Cic. 2. de Fin. 112.
Cunei equestres. Stat. 3. Sylv. 3. 143.
Cursus equestres ducere. Virg. 5. Æn. 667.
Dignitas equestris. Nep. 25. 1. 1.
Disciplina equestris. Cic. 6. Verr.
Loco equestri ortus. Cic. 1. de Lege Agr. 27. V. paulo ante in EQUES.
Ludi equestres. V. Pitis. Lex. in LUDI & Interpr. ad Sil. lib. 16. 355.
Ordo equestris. Plin. lib. 33. cap. 3.
Ordinis equestris princeps. Cic. 11. Fam. 16. Idem pro Cluent.
Pes equestris, i. e. Equinus. Sen. Phœniss. 396.
Prælium equestre. Cæs. 3. Bell. Gall. 20.
Pugna equestris. Cic. 6. Verr. 122.
Splendor equestris. Cic. pro Planc. 21.
Equestris ordo, indicavit Cic. pro Plancio. H. St. [Sane ut Senatorius ordo Amplissimus, ita Equestris proprie Splendidissimus vocari consuevit. V. in Dict. ORDO. Equestrem splendorem Cic. pro S. Rosc. Am. 140. dixit, pro Planc. vero l. c. Splendidissimos homines, ubi sine dubio Equites Ro. intelligit.
Statua equestris. Cic. 6. Philipp. 12. Aspicite a sinistra illam equestrem statuam inauratam.
Turma equestris. Claud. de Bell. Get. 579.

EQUESTRIS, [Ἐκεστρὶς Ptolemæo] Civitas Equestris in Sequanis collocatur. vulgo *Neufchastel*, vel potius *Nyon* ad lacum Lausonium.

EQUESTRIA, um. n. pl. [ἱππικά] Quatuordecim gradus, in quibus equites sedebant, vocat Sen. de Benef. 7. 12. Equestria omnium Equitum Rom. sunt. Item, Habeo in Equestribus locum: non ut vendam: non ut locem, non ut habitem, sed tantum ut spectem. conf. Suet. Calig. cap. 26. Lips. de Amphit. C. 14.
Equestria item pro Locis theatralibus equitum, & modificatis verbis, pro Equitibus usurpavit Petronius, quum scripsit, Nunquam tamen nisi in equestribus sedeo. i. e. Nunquam est mihi res nisi cum iis qui sedent in quatuordecim gradibus. V. Turneb. Adversf. 4. 19. & 18. 33.

EQUITO, [ἱππάζω, ἱππεύω] āre. Equo uti. Hor. 2. Serm. 3. 248.
Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. 2. Tusc. 62. Apud quos autem venandi & equitandi laus viget, qui, &c.
Equitare, & Homo utens equo, & Equus sub homine gradiens, dicebatur. Lucilius namque, vir apprime linguæ Latinæ sciens, equum & currere & equitare dixit his versibus,
Queis hinc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat curritque: oculis equitare videmus,
Ergo oculis equitat. Gell. lib. 18. cap. 5. Macrob. lib. 6. cap. ult.
In orbem equitare. i. e. In circulum. Ovid. 12. Met. 468.
In equuleis equitare. V. mox Equitare pro Ostentare se.
Equitare. antiqui dicebant Equo publico mereri. Fest. Pomp.
Equitare, pro Ostentare, jactare se. Cic. 6. Verr. 42. Jactabit se & in his equitabit equuleis. i. e. Se ostentabit: qua in significatione verbo equitandi etiam usum esse Arnobium alicubi Turnebus scribit. Adv. 8. 10.

EQUITARI, paff. [ἱππάζεσθαι] Plin. lib. 8. cap. 18. Omnes autem in iis terris jumentorum dorfo funguntur, atque etiam equitantur in prœliis. De camelis. Flor. 3. 4. 5. Dum perfidum glacie flumen equitatur. [Forte, Per infidum &c. ut Equitatur forma dicatur Imperf.

EQUITATIO, ōnis. f. [ἱππασία] Plin. lib. 28. cap. 4. Equitatio ftomacho & coxis utiliffima.

EQUITĀTUS, ûs. [τὸ ἱππικὸν, ἡ ἵππος] Equitum manus. Cic. Fam. Equitatum habet magnum. Idem pro Font. Magnos equitatus ad ea bella, &c. Claud. de Laud. Seren. 62.

— dat Gallia robur
Militis, Illyricis fudant equitatibus alæ.

Valere equitatu. Nep. 18. 3. extr.
Victor equitatus. Tacit. 3. Hift. 18.
Abducere ab aliquo equitatum. V. ABDUCO.
Exiit portis equitatus. Virg. 8. Æn. 585.
Inftruere aliquem peditatu, equitatu, copiis. Cic. 5. Philipp. 6.
Orbare equitatu. V. ORBO.
Equitatus, Actus equitandi. Plin. lib. 28. cap. 15. ad finem, Femina atteri, adurique equitatu notum eft. i. e. Equitatione.

EQUARIUS, i. m. Subft. Idem ac Equifo. Solin. cap. 57. de Bucephalo. Cum ab equario fuo alias etiam molliter federetur. Gloff. Gr. Lat. ἱππονόμιος Equarius, Equi paftor.

EQUARIUS, a, um. Adj. [ἱππικὸς] Quod ad equum pertinet, ut, Equarius medicus. ex Gr. ἱππιατρὸς, qui Alias Mulomedicus. Valer. Max. 9. 15. 2.
Equaria pecuaria. Varro in procem. lib. 2. de R. R. ad fin. Quod & ipfe pecurias habui grandes, in Apulia oviarias, & in Reatino equarias.

EQUIFĔRUS, i. m. [ἵππος ἄγριος] i. e. Equus non domefticus. Plin. lib. 28. cap. 13. In primis efficax equiferorum fanguis. & cap. 10. De equiferis non fcripferunt Græci.

EQUĪLE, is. n. [ἱπποστάσια] Stabulum equorum. Varro lib. 2. cap. 7. fuadet frenos in equili fufpendere. Cato de R. R. cap. 14.

EQUIMENTUM. V. ÆQUIMENTUM.

EQUIMULGA, æ. m. [ἱππημολγὸς] Sidon. 4. 1. Equimulgæ Geloni. al. Equimulgi.

EQUĪNUS, [ἵππειος] Adj. poffeff. Hor. Arte Poët. 1.

Humano capiti cervicem pictor equinam Jungere fi velit.

Caudæ equinæ pilos vellere. Hor. 2. Epift. 1. 45.
Cornu equinum. i. e. Pes corneus equi. Valer. 5. Argon. 153.
Crifta equina Galeæ. Virg 10. Æn. 869.

Ære caput fulgens, criftaque hirfutus equina.

Juba equina. Plin. lib. 2. cap. 25. Ovid. 12. Met. 88.
Nervus equinus. Ovid. 1. de Pont. 2. 21.

At femel intentus nervo levis arcus equino.

Pecus equinum. Varro 2. de R. R. 7. Columel. lib. 6. cap. 27.
Pedibus equinis conculcare. Ovid. 12. Met. 374.

— pedibusque virum conculcat equinis.

Sanguis equinus. Ovid. 9. Epift. 142.

Semivir occubuit vi, Lerniferoque veneno
Neffus, & infecit fanguis equinus aquas.

Seta equina. Cic. 5. Tufc. 62.
Ubera equina. Hor. Epod. 8. 8.

EQUIO, [ἱππομανῶ] Ire. De coitum appetente equo, ficut Suire, de fue. Plin. lib. 10. cap. 63. Equas domitas i. x. diebus equire.

EQUIRIA, orum. [ἱπποδρόμια] Ludi quos Romulus Marti inftituit per equorum curfum, qui in campo Martio exercebantur. Feftus. V. eundem v. Martialis campus. Ovid. 2. Faft. 859,

Ex vero pofitum permanfit equiria nomen. conf. Varr. 5. de L. L. 3. & late in Lex. Pitifc.

EQUISĔTUM, i. ab Equus fit; Herba eft quæ Græce ἵππουρις dicitur: h. e. Cauda equina: noftri a fimilitudine fetæ equinæ nomen impofuerunt: eft enim pilus terræ. V. Plin. lib. 26. cap. 13. vocatur & Equifetis Plin. 18. 28. *Prelam* vulgus Gallicum vocat.

EQUĪSO, ōnis. [ἱπποκόμος, ἱπποδάμος] Equorum domitor. Varr. apud Non. 2. 288. Nam ut equus, qui ad vehendum eft natus, tamen traditur magiftro, ut equifo doceat tolutim incedere. Idem Marcip. Neque furentem equuleum infanus equifo exhibeat maris fluctibus. conf. Val. Max. 7. 3. ext. 2.
Equifones, veteres vocabant Omnes quibus alicujus rei regimen committebatur: ut Nautici equifones, ex Varr. Marcip. Nonius.

EQUITĀBĪLIS, e. [ἱππάσιμος] ut, Locus equitabilis, in quo facile equi inambulare poffint. Liv. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis, & vafta planities. conf. Curt. 4. 9. 10.

EQUITATURA, æ. f. Sarisb. Ep. 285. Equitaturas & expenfas præparare.

EQUITIUM, i. [ἱπποαγέλη] Equorum armentum. Ulpian. in l. 12. Plenum. §. Equitii. D. De ufu & habitatione. Equitii quoque legato ufu, videndumne & domare poffit, & ad vehendum fub jugo uti. adde l. 1. §. ult. Dig. de rei vindicat.

EQUITIUS, i. m. Cognomen familiæ Romanæ ab equino pecore deductum, auctore Varr. 2. de R. R. 1.

EQUITIARIUS, i. Equitii cuftos, vel præfectus. Gallice *haraffier*. Firmic. lib. 8. cap. 13. Centauro oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, vel eorum exercitator, aut mulomedicus, vel equitiarius. Gloff. Lat. Græc. Equitiarius, ἱπποκόμος.

EQUULEUS, i. dimin. [πῶλος] Pullus equinus & novellus. Cic. Hortenfio. Ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. Liv. 23. 31. Ad Sinueffam bos equuleum peperit.
Exagitantur tactu equulei freno injecto. Cic. 3. Tufc. 67.
Equuleus, Tormenti genus. V. ECULEUS.

EQUULUS, i. m. [ἱππάριον] Parvus equus. Cic. 2. de Nat. Deor. 38. Omnia in perfectis & maturis docet effe meliora, ut in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero.

EQUŬLA, æ. f. [ἱππάριον] Parva equa. Varro apud Nonium 2. 290. Nemo eft tam negligens, quin fumma diligentia eligat afinum, qui fuam faliat equulam. Al. Equilam. Plaut. Cift. 4. 2. 88. Adhinnire equulam.

EQUUS TUTICUS, Apuliæ oppidum a Diomede poft excidium Trojæ conditum. auctor Serv. in 8. Æn. 9. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 4. 523.

ER. Erunt, vel Erit, vel Ærarii. ER. COL. Ære collato. ER. P. Ære publico. ER. LEG. Erogatori Legionis.

ERADĪCO, [ἐκριζόω] āre. Extirpare, Avellere. Ter. And. 4. 5. 22. Di te eradicent, ita me miferam territas. Idem Heaut. 3. 3. 28.
Eradicare aures alterius, pro Obtundere narrando aliquid. Plaut. Epid. 3. 4. 23. — Pugnis memorandis meis

Eradicabam hominum aures, quando occœperam. conf. Rud. 5. 2. 59. & Aul. 2. 4. 21. &c.

ĒRĀDO, fi, fum, [ἀποξύω] ĕre. Notæ fignificationis. Columel. lib. 3. Poftea furculos, quos inferere voles eradito tam alte quam cuneum demififti. Idem lib. de Arbor. cap. 9.
Albo Senatorio aliquem eradere, i. e. Delere. Tacit. 4. Ann. 42. Cæfar Apidium Merulam, quod in acta divi Augufti non juraverat, albo Senatorio erafit.
Eradenda elementa pravi cupidinis. Hor. 3. Carm. 24. 51. Sen. Epift. 11. Eradere vitia.

ERĀSUS, Partic. [ἐξαλειφθεὶς] Plin. in Paneg. cap. 25. n. 3. Datum eft iis qui poft edictum tuum in locum eraforum fubditi fuerant. Eraforum, i. e. Deletorum e numero eorum qui accipiebant congiarium. Budæus.
Genæ erafæ. Propert. lib. 4. 8. 26.

Qui dabit immundæ venalia fata faginæ,
Vincet ubi erafas barba pudenda genas.

Timor erafus ex animo. Sen. Thyeft. 517.

ERÆA, [Ἡραία] Civitas Græciæ, non longe ab Orchomeno & Mantinea, quam fuo jam tempore concidiffe, ac vix ullum ipfius apparuiffe veftigium fcribit Strabo lib. 3.

ERANA, Oppidum in Amano monte, a Cicerone captum. Cic. 15. Fam. 4. Eranam autem quæ fuit non vici inftar, fed urbis, &c.

ERANA, [Ἔρανα] Urbs eft Peloponnefi, media inter Pylum & Cypariffiam, circa quam Pamifus amnis effluit, & quam nonnulli Arenam falfo quondam crediderunt. Strab. lib. 8. in Defcr. Eleæ & Meffen.

ERANIA [vel potius Eranica] Pecunia quid, & corrupte hactenus Erofa apud Jurifconf. in l. Creditor. D. de folut. lectum effe, Alciatus oftendit lib. Difpunct. 2. cap. 25.

ERĂNOS, Collectio pecuniæ privata, in ufus hetæriæ vel amicorum. V. Cic. 12. Att. 5. p. 291. Græv. Catanæus apud Plin. 10. Epift. 93. 94. vocem Eranos, [Immo ἐρανιστὰς] interpretatur, Exactores collationum, dicens fic Pollucem, Athenæum, & eos fecutum Ammonium interpretari. conf. Buchner. ibid. Nep. Epamin. c. 3. Cafaub. ad Theophr. Char. c. 15.
Erănos, five Eranios, i. m. Gemma, Jafpis borea Agricolæ, aliis ἀερίζουσα. Vulgo Turcica.

ERANTHĔMON, [ἠρανθεμον] Unum ex nominibus anthemidis herbæ: fic dictum, quod vere floreat. Plin. lib. 22. cap. 21.

ERANUSA, Infula in Locris Italiæ fronte. Plin. lib. 3. cap. 10.

ERAPHIŌTES, [Ἐραφιώτης] Bacchus dictus eft, ab inducenda contentione, quoniam vinum iram atque certamen inducit. ἔρις enim contentio, & φαίνειν oftendere fignificant. [Hoc quid monftri fit nefcio.

ERAPHIUS, [Ἔραφιος] Ægypti rex, qui obelifcum unum pofuit fine notis quadragenûm octonûm cubitorum, ut refert Plin. lib. 36. cap. 9.

ERĂSĪNĀDES, is. m. [Ἐρασινάδης] Dux quidam, qui, ut Suidas refert, Arginufam obfederat. Infeliciter autem pugnatum eft, ad internecionem extinctis tum aliis, tum ipfo duce. Hinc vulgo de Eo cui res undiquaque male procedunt, dicitur, Militavit cum Erafinade. V. Adag.

ERASĪNUS, i. m. [Ἐρασῖνος] Achaiæ fluvius, in finu Argolico, ut fcribit Mela, 2. 3. 85. Is terras fubit, rurfumque redditur: ficut in Afia Lycus, in Mefopotamia Tigris. Plin. 2. 103. Ovid. 15. Met. 276.

Redditur Argolicis ingens Erafinus in agris. conf. Herodot. lib. 6. & Stat. 1. Theb. 357.

ERASISTRĂTUS, [Ἐρασίστρατος] Medicus Dogmaticus eximius ex familia Ariftotelis natus, in quem fæpius invehitur Galenus. Meminit hujus multis in locis Plin. ut 28. 15. V. Fabric. in Elencho Medicor.

ERATE, es. [Ἐράτη] al. ERATO, Nympha Oceani & Tethyos filia, ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, h. e. Ab amore nomen habens. V. Hygin. F. 182. Apollodoro l. 1. Nerei & Doridis filia, quos Oceanus genuit.

ERATO, [Ἐρατώ] una Mufarum quam ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, h. e. Ab amore nomen habere innuit Ovid. 2. de Arte Am. 16.

Nunc mihi, fiquando, Puer, & Cytherea favete:
Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Eadem de caufa illam in tertio Argonauticôn invocat Apollonius. Diodor. vero lib. 5. cap. 1. id nominis fortitam Erato ait, quod docti homines ab omnibus amentur. Fulgentius dictam exiftimat quafi εὑρὼν ὅμοιον, h. e. Simile inveniens: quia poft fcientiam & memoriam, juftum eft ut aliquid de noftro fimile inveniamus. At vero Cornutus ab interrogando & refpondendo, i. e. ἐρέσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι. hæc enim duo maxime difputantibus & ejus facultatis ftudiofis convenire videmus. Saltatricem Erato Aufonius Eid. extr. noto verficulo defcribit:

Plectra gerens Erato faltat pede, carmine, vultu.

Quin & ipfam faltandi rationem inveniffe, Græci quidam prodidere: alii muficam. At Proclus qui in Hefiodum commentarios reliquit, poefeos ei inventionem attribuit. Eadem & Thamyræ mater perhibetur, qui amatoria primus cecinit. Nonnunquam pro Calliope, vel quacunque Mufa ponitur, ut Virg. 7. Æn. 37.

Nunc age, qui reges, Erato, &c. Servius.

Arcades Erato inter Mufas non connumerant: fed vatem quampiam fuiffe ajunt, quæ Arcadi Callifthis filio nupferit, & per eam mortalibus Pana oracula dediffe. V. Paufan. in Arcad.

ERATOSTHĔNES, Cyrenæus, Ariftonis Chii & Callimachi poetæ difcipulus, Plato minor a quibusdam ob doctrinam vocitatus, præfuit bibliothecæ regiæ Alexandrinæ. Scripfit præter philofophica poemata, hiftorias, aftronomica, de fectis dialogos. Suidas. Quintil. lib. 1. cap. 1. adde Cic. 2. Att. 6. Varr. 1. de R. R. 2. Cæf. 6. Bell. Gall. 23. Plin. 2. 108.

ERATUM, [Ἤρατον] Urbs Sabinorum, quam vicum potius quam urbem cenferi debere tradit Strabo lib. 5.

ERATYRA, [Ἐράτυρα] Illyrici civitas, imperio Cadmi nepotum & Hermiones aliquando fubjecta, de qua V. Strab. lib. 7.

ERAVISCI, Pannoniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 25.

## E R C

ERCINIA. V. HERCYNIA.

ERCISCEOR, eri. Verbum compofitum a Coercendo & Ciendo. Feftus, Erctum

Ercſtum citumque fit inter conſortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Ercſtum a coercendo dictum: unde & Ercifcundæ & Ercifci. Citum autem eſt Vocatum, a Ciendo. Hactenus ille. Unde Ercifcundæ familiæ judicium dicitur, quod fit in bonorum diviſione. V. Lex. Pitiſc. in Familia. p. 758. Alii ab ἑρκίζειν, quod interſepire & dividere ſignificat, deduci contendunt: ideoque aſpirandum dicunt. Potius Ercifco vel Ercifcor tertiæ conjug. quum legamus Eriſcundæ partic. ut dicundæ, legundæ, quod idem in ſecunda conjug. non fit.

Verbis ercifceri. Cic. 1. de Orat. 237. V. Strebæum, qui non probat Ercifcere, legitque Hercifcere. [Verba Cic. hæc ſunt, ut olim quidem edebatur: Idcirco qui, quibus verbis ercifceri oporteat neſciat, idem ercifcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. Sed Victorius Var. Lect. 35. 1. probantibus conſenſu doctis viris, repoſuit, Erctum cieri.

Poſtulare aliquem familiæ ercifcundæ. Cic. pro Cæcin. 19.

Ercifcundi Stoici. Servius in illud Virg. 3. Æn. 68.

— animamque ſepulchro

Condimus. Legimus, inquit, in ſexto, inſepultorum animas vagas eſſe: & hunc Polydorum conſtat non legitime ſepultum fuiſſe. Rite ergo reddita legitima ſepultura, redit anima ad quietem ſepulchri, quam Stoici ercifcundi, id eſt medium ſequentes, tam diu durare dicunt, quandiu durat & corpus. Paulo poſt, Ideo autem Stoicos medium ſequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diverſa corpora tranſitum facere ſtatim pro meritis vitæ prioris. Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, ſed παλιγγενεσίαν eſſe dicit, hoc eſt redire, ſed poſt tempus. V. Apul. 6. Met. p. 186. & 9. p. 229. extr. Elm. & Burm. ad Petron. cap. 141. p. 664. Inter Steph. Morini Diſſertat. una eſt de Hercifcundis. V. etiam Roſin. Ant. Rom. l. 8. p. 794. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 891. b. P. Victor. Var. Lect. 35. 1. & Cujac. Obſerv. 9. 36. Scalig. & Dacer. ad Feſt.

**Erctum**, pro Arctum ab Arceo dixerunt veteres. [Nuſquam, niſi forte locus Feſti, in ERCISCI allatus huc trahitur.

## E R E

**Erebinthinus** Dionyſus, i. e. Bacchus [Ἐρεβίνθινος Διόνυσος] in contumeliam & deriſum dicebatur (quod & in proverbium tranſiit) a cicere videlicet legumine, vel a pudendo, quando id utrunque ἐρέβινθος indicat. Heſychius ἐρεβίνθινος Διόνυσος uſurpat pro Eo qui nullius rei homo ſit, nec tanti, juxta proverbium (inquit) ac Cicerinum jus, quo tamen ad multa medici utuntur. V. Eraſm. in Adag. Cicernus Bacchus. Sunt qui Erebinthinum Dionyſum ideo dictum putent, quod ex leguminibus ab antiquis vinum conficeretur, ſicut zythus Ægyptiorum, celia Hiſpanorum, cervifia Gallorum: qui potus, inopia vini repertus fuit in his regionibus quæ minus vitem ferunt.

**Erebinthus**, [ἐρέβινθος] Legumen eſt flatuoſum, copioſi nutrimenti, alvo movendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti & ſemini generando aptum: prolicit vero & menſes. V. plura apud Galen. lib. 6. de Simpl. medic. facult. & Dioſcor. 2. 95. conf. CICER.

**Erebinthus**, [Ἐρέβινθος] Inſulæ nomen, apud Plin. lib. 5. cap. ult. Collocat autem eam in Bithynia ultra Heracleam.

**Erebus**, i. m. [Ἔρεβος] Erebum Virgilius interdum Obſcuritatem quandam eſſe deſcribit apud inferos, quum ait 6. Æn. 404.

— imas Erebi deſcendit ad umbras. Interdum Flumen ejuſdem loci dicens, 6. Æn. 671.

— & magnos Erebi tranavimus amnes. Varro vero Erebo natam noctem ait, Unde eſt & illud, Erebo creata, fuſcis crinibus, Nox te invoco. Feſtus. Sed errat, cum ap. Virg. utroque loco Erebus Inferorum regionem denotet. V. not. ad l. Cic. 3. de Nat. Deor. 44. Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miſeria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Heſperides, Somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.

Deæ Erebi, Furiæ. Sen. Octav. 17.

Regina Erebi, Proſerpina. Ovid. 5. Met. 543.

Ripa profundi Erebi. Stat. 1. Theb. 298.

Sedes imæ Erebi. Virg. 4. Æn. 26.

Umbræ imæ Erebi. Virg. 6. Æn. 404.

**Erebēus**, Adj. [Ἐρέβειος] Ovid. in Ibin 227.

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

**Erechthæum**, ſeu **Erechthēum**, [Ἐρέχθειον] Delubrum Neptuni in Achaia, cujus hoc fertur memorabile, ut aqua in puteo flante Auſtro fluctuet, ceteris vero perflantibus ventis jaceat immota. V. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2. Pauſan. Att.

**Erechtheus**, triſyll. [Ἐρεχθεύς] Rex Athenienſis: cujus filiæ virgines mortem pro patria contempſiſſe dicuntur. Cic. pro Sext. 48. Mortem quam etiam virgines Athenis, regis opinor Erechthei filiæ, pro patria contempſiſſe dicuntur: ego vir Conſularis tantis rebus geſtis timerem? Idem 5. de Fin. 62. & 1. Tuſc. 116. 3. de N.D. 50. V. Meurſ. Reg. Ath. l. 2. Item pater Orithyiæ, quam Boreas rapuit. V. Ovid. Met. 6. Fab. 9. infra v. ORITHYA. male ERYTHÆUS in ed. Lugd.

**Erecthis**, idis. f. [Ἐρεχθίς] Procris, Erecthei filia. Ovid. 7. Met. 726.

**Erechthīdes**, æ. [Ἐρεχθείδης] Erechthei filius. m. pl. Erechthidæ; Athenienſes, ab Erechtheo dicti. Ovid. 7. Met. 430.

**Erechthēus**, a, um. [Ἐρέχθειος] ut, Arces Erechtheæ. i. e. Athenæ. Domus Erechthea. Ovid. 5. Faſt. 204.

**Erectus**. V. ERIGO.

**Erembi**, [Ἐρεμβοί] Populi in Arabia, qui prærupta ſaxa nudi inhabitant. Strab. lib. 16.

**Erēmĭgo**, [ἐξερέττω] āre. Enavigare, emetiri. Plin. lib. 2. cap. 67. Circa Caſpium quoque multa Oceani littora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Sil. 14. 192.

— pedibus tacitas eremigat undas.

**Erēmodicium**, [ἐρήμη δίκη] Vadimonium deſertum dicitur a Demoſthene. Unde uno verbo Eremodicium dicitur, quod in Pandectis, tit. de Minoribus, in l. Ait prætor. §. Idem in eremodiciis. & C. de judiciis. l. Properandum. §. Sin autem. Hermodicium corrupte legitur. Dicitur quaſi Deſolatum ac deſertum, ſeu Deſertio cauſæ, abſentia, ſeu negligentia partium facta. Budæus. V. Proverb.

**Erēmus**, i. f. proprie Adj. & quando in fœm. uſurpamus ſubauditur γῆ, quando in maſc. τόπος. [ἔρημος, Att. ἐρῆμος] Solitudo: Vox Eccleſiaſticis uſitatior. V. Tertull. de Idol. cap. 5. & adv. Jud. cap. 2. Sidon. 7. Epiſt. 9. Mantuan. Parth. 1. 393. Hinc

**Eremĭcŏla**, æ. m. Hieronym.

**Eremipeta**, æ. m. Tertull.

**Eremīta**, æ. m. [ἐρημίτης] Qui eremum, h. e. Locum ſolitarium, religionis ergo incolit, paſſim apud Eccleſ.

**Eremītĭcus**, a, um.

**Erēmītis**, idis. f. Sidon. 9. Epiſt. 3. Congregationis eremitidis. ubi Savar. V.

**Erēpo**, pſi, ptum, [ἐξέρπω] ĕre. Rependo emergere, vel Difficulter loca aſpera & edita ſcandere: tanquam opus ſit repere majus, quam ambulare. Plaut. Aul. 4. 4. 1. Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo. Varro 3. de R. R. cap. 15. Ne ex ea erepere poſſit. Hor. 1. Serm. 5. 79. Sen. Epiſt. 53. Stat. 2. Silv. 2. 30. Sil. lib. 13. 332. V. Heinſ.

**Erepto**, are. frequent. Idem. Sen. Epiſt. 101. Circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illa ereptat.

**Ereptor, Ereptio, Ereptus**. V. ERIPIO.

**Eres**, is. m. Erinacius. Nemeſian. Cyneg. 57.

Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis erem Ferre Domum. V. Ulit. ad loc. Barth. & Reineſ. Var. Lect. 2. 8. p. 18. & infra HERINACIUS.

**Eresichthon**. V. ERISICHTHON.

**Eresii**, [Ἐρέσιοι] Populi in Æolide, Rhyndaco amni finitimi. Plin. lib. 5. cap. 30. Erezii Hard. q. V.

**Eresos**, [Ἔρεσος, Ἐρεσσός] Urbs in Inſula Leſbo, de qua Plin. Reſtant Ereſos, Pyrrha, & libera Mitylene annis MD. potens. Hæc ille lib. 5. cap. pen.

**Eretrĭa**, æ. f. [Ἐρέτρια] Oppidum eſt Eubœæ inſulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ uſu præſtantiſſima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioſc. duas facit ſpecies, unam vehementer albam: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. V. mox ERETRIUS. Hujus urbis meminit & Homer. 2. Il. in Catal. Nav. conf. Plin. 2. 12. & Pomp. Mel. 2. 7. Hinc

**Eretriacus**, a, um. [Ἐρετριακός] Unde Eretriaci philoſophi. Cic. 4. Acad. 129. Eretriaci philoſophi a Menedemo Eretriate ſic appellati, qui & Megarici. Horum, ut idem inquit, omne bonum in mente poſitum, & mentis acie, qua verum cerneretur. V. MENEDEMUS.

**Eretriensis**, e. [Ἐρετριεύς] Prov. Eretrienſium Rho, in homines præcipites & violentos. V. Adag. Eraſm.

**Eretrius**, a, um. [Ἐρέτριος] Eretria terra. Plin. 35. 16. Eretria creta. Idem 35. 6. conf. Vitruv. 7. 13. Celſ. 5. 15. Dioſc. 5. 171. Supra in ERETRIA.

**Erētum**, i. n. [Ἤρητον] Vicus Sabinorum ſupra Tiberim. Virg. 7. Æn. 711. Ereti manus omnis, &c. V. Solin. cap. 8. Brœckh. ad Tibull. 4. 8. 4. Hinc

**Eretinus**, a, um. ut Eretinus ager. Tibul. 4. 8. 4. Sed Eretinæ hominum mentes, Fulgent. de Serm. priſc. ſunt ſtupidæ & quaſi argillaceæ. V. Turneb. 10. 16. Reineſ. Var. Lect. 3. 1. V. ARETINUS.

**Ereutalion**, [Ἐρευθαλίων] Viri proprium, quem Neſtor interemit, dixitque illum cum miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuiſſe. Il. 7. 149.

**Ereuthrodanum**. V. ERYTHRODANUM.

## E R G

**Erga**, [εἰς, πρός, περί] Præp. accuſ. caſui ſervit, & pro In, vel Contra, aut Adverſus ſumitur. Cic. 1. Fam. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris ſatisfacio omnibus. Ter. Heaut. 1. 2. 15. Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ, &c.

Affecti erga amicum ſimus eodem modo quo erga noſmetipſos. Cic. de Amicit. 56.

Animos eorum, apud quos agitur, conciliari quammaxime ad benevolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Cic. 2. de Orat. 181.

Facere erga aliquos aliquid. Cic. 2. de Nat. Deor. 60.

Benevolentiam erga aliquos habere. Cic. 1. Off. 47.

Officium & ſtudium erga propinquum habere. Cic. pro Quint. 78.

Erga pro E regione. Plaut. Truc. 2. 4. 52. — tonſtricem Suram Noviſti noſtram, quæ modo erga ædes habet. Gronov. Quæ me erga ædes ecce h.

**Erganes**, is. Rex fuit Æthiopiæ, qui quum in Meroe Jovis ſacerdotes adeo ſuperſtitione impleſſent animos, ut nonnunquam miſſo nuntio necem regi Æthiopiæ demandarent, nullo detrectante, aut mandatum juſſionemque abnegante, re audita & nuntio, ſacerdotes omnes occidit, & ſacerdotium ſuſtulit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 8.

**Ergasĭme**, es. f. Species myrrhæ omnium peſſima. Dioſc. 1. 69.

**Ergasteria**, orum. [Ἐργαστήρια] Vicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta ſtadiis a Pergamo diſtans, metallorum fodinis nobilis, a quibus & nomen accepit, ab officinis videlicet metallorum. Celebratur hic vicus a Galeno lib. 9. Simpl. medic.

**Ergasterium**, i. [ἐργαστήριον] Officina ubi aliquid operamur, ut eſt in Decretis diſt. 44. Nulli clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere. conf. Iſidor. 15. 16.

**Ergasticus**, a, um. [ἐργαστικός] Mart. Capell. 6. p. 231.

**Ergasticus**, i. m. Operarius. JCt.

**Ergastŭlum**, i. n. [ἐργαστήριον ἀνδραπόδων] Locus in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur, ut metallarii ſervi ſolent, ut ait Budæus. Juven. 8. Sat. 180.

Quid facias talem ſortitus, Pontice, ſervum?

Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittas. Accipitur interdum pro Ipſis mancipiis quæ in cuſtodia alligabantur. Juven. 14. Sat. 24. Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula. Varro, Miſitque mox eo nuntium, qui tota ergaſtula donaret libertate. Liv. 2. ab Urbe. Columel. lib. 1. cap. 6. Optime ſolutis ſervis cellæ meridiem æquinoctialem ſpectantes fient: Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis, idque anguſtis, illuſtratum feneſtris. Cic. pro Cluent.

Cluent. 21. Inter ficarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo.

Compedes & ergastulum. Cic. pro Rabir. 20. Quum Saturninus Capitolium teneret, armatus esset una C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atque ergastulo Gracchus.

Solvere ergastula. Cic. 11. Fam. 13. Quacunque iit, ergastula solvit, homines arripuit, constitit nusquam, priusquam ad vada venit.

Ergastulorum historiam scripsit Lipsius lib. 2. Elector. 15. & Pignorius de Servis, p. 257. V. etiam Lex. Pitisc.

ERGASTŬLUS, i. [δοῦλος, ἐργατὴρ] Mancipium in ergastulo. V. Columel. 11. 1. & Plin. 18. 6. Est etiam Custos pœnalis loci. Lucil. lib. 15. Non ergastulus unus & alius judicem apposuit, ut nemo sententiam liberc magis, quam ergastulus dicere possit. Ergastilus ap. Nonium 5. 102. q. V. & Lex. Pitisc.

ERGASTULARIUS, i. m. [ὁ τοῦ ἐργαστηρίου ἐπιστάτης, ἐργαστηριάρχης] Qui præest ergastulo & mancipiis. Unde Columel. lib. 1. cap. 8. docet quomodo mancipia ab ergastulariis tractari debeant.

ERGASTULARIUS, a, um. Ad ergastulum pertinens. Ammian. 14. extr. Et Eunus quidam ergastularius servus ductavit in Sicilia fugitivos. i. e. ex ergastulo.

ERGASTULARIS, e. Idem. Sidon. 7. 9. In tenebris ergastularibus constitutus.

ERGASYLUS, Nomen viri proprium Tortelio.

ERGATA, æ. [ἐργάτης] Machina est tractoria, axe recto, quæ non brachiorum ductu, sed ambientibus & obnitentibus vectiariis versatur. Ea mire facit ad exoneranda navigia, prægrandibus saxis, quæ manus humanæ moliri non possint, onusta. Vulgo vocant *un singe*. V. Vitruv. lib. 10. cap. 4. & Bald. Lex. p. 48.

ERGAVICA, [Ἐργαουίκα] Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Plin. lib. 3. cap. 3.

ERGETIUM, [Ἐργέτιον] Oppidum Siciliæ, cujus incolæ dicuntur Ergetini. Plin. lib. 3. cap. 8.

ERGINUS, Clymeni fil. Minyarum Tyrannus fuit, Orchomeni sedem habens, qui ab Hercule, quum tributum a Thebanis exigeret, occisus fuit. Apollod. l. 2.

Erginus Thraciæ fluvius, Auth. Plin. & Pomp. Mela lib. 2.

ERGO, [οὖν, τοιγαροῦν, τοιγάρτοι] Illativa sive completiva conjunctio: & minoribus conclusionibus competit: poniturque in principio pro Itaque. Plaut. Amph. 1. 1. 20. Virg. 2. Æn. 26.

> Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas:
> Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu. Cic. de Amicit. 47.

Ergo hoc proprium est animi bene constituti & lætari bonis rebus, & dolere contrariis.

Tace dum tabellas pellego. C. ergo quin legis; Plaut. Pseud. 1. 1. 38.

Ipsus inquam Carmides sum. S. ergo ipsusne es? Plaut. Trin. 4. 2. 146.

Ergo secundo loco positum: ut, Tibi ergo. Ter. 5. 2. 9. D. Mihine? S. tibi ergo. Cic. pro Quint. Quid ergo est? Primum magnitudo periculi, &c.

Ergo, dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum. Liv. 4.

Ergo etiam pretium aliquanto quam cetera gravius atque atrocius fuit. Liv. 2.

Non ergo. V. NON.

Num ergo is excæcat nos aut orbat sensibus? Cic. 4. Acad. 74.

Ergo, tertio loco positum. Liv. 1. 27. Nec manere ergo, nec transire aperte ausus, sensim ad montes succedit.

Ergo, producte, inquit Festus, idem quod χάριν, hoc est Gratia, quum scilicet Gratia intelligitur pro Causa. Virg. 6. Æn. 670.

> — illius ergô
> Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes. V. Serv. in

loc. Cic. 3. Att. 23. Siquid contra alias leges ejus legis ergô factum sit. Idem. de Opt. Gen. Orat. 19. Eum donari virtutis ergô, benevolentiæque. conf. Nonius 2. 300. Semper cum genet. construitur.

Ergo, pro Et sane: ut sit confirmandi nota, non concludendi. Cic. pro Quint. 50. Ergo hercule cujus bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur. Ibid. 61. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? quum proscribebas. Ergo affuit, non passus est. Plaut. Epid. 3. 4. 39. MIL. Quæ te intemperiæ tenent? quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam produci intus jubes? PERIPH. hæc ergo est fidicina: hic alia nulla est. Idem. Bacch. 1. 3. 17. LYD. Non hic placet mihi ornatus. PIST. nemo ergo tibi hoc apparavit: mihi paratum est, cui placet.

Ergo pro Deinde ponitur sec. Gesner. in Propert. 3. 2. 29. V. Brœckh.

Pro At, Atvero, in Albinov. de Ob. Mæcen. 113.

> Redditur arboribus florens revirentibus ætas
> Ergo non homini; quod fuit ante, redit. V. Scalig. in loc.

Aliquando mera est completiva sec. Priscian. lib. 17. ut in Virg. Cir. v. 29. Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ.

Ergo igitur, pleonastice Plaut. Trin. 3. 3. 27. Apul. lib. 1. Milef. pr. V. plura exempla in Indice Elmenhorst.

ERGŎLĂBUS, i. m. [ἐργολάβος] Operarius, manceps, operarum redemptor. ἐργολαβῶ, opus faciendum conduco, operam loco, rem perficiendam suscipio, redempturas facio, & inde lucrum facio: ἐργολαβία, merces ex labore, manualis operatio, redemptio operis, & conductio, vel locatio. In Cod. Justin. tit. de Monop. Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque diversorum operum professores, penitus arceantur pacta inter se componere, ut ne quis quod alteri commissum sit opus impleat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat.

Ergolabi etiam ab Oratoribus dicti sunt Sycophantæ & quadruplatores, quæstui delationes habentes, qui compendia sua comparant ex alienis dispendiis, atque calamitatibus: Interpretes etiam & sequestres, qui judiciis corrumpendis, aut ejuscemodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cic. Sequestres appellat. q. V.

ERIA, [ἦρία] Græcis Sepulchra dicuntur, ut Theocriti interpres scribit in Pharmaceutria, παρὰ τὴν ἐπιχεομένην τοῖς νεκροῖς ἔραν, id est ab ea quæ mortuis injiciatur terra, quam vocant ἔραν.

Sunt qui Eria opinentur dici, non surrecta, sed jacentia sepulchra. Plura Cæl. lib. 17. cap. 20.

ERIBŒA, [Ἐρίβοια] Macedoniæ urbs Ptolemæo, vulgo *Pressa*.

Eribœa item dicitur Juno, Mercurii noverca, apud Homer. lib. 5. Iliad.

ERĪCA, æ, sive ERICE, es. [ἐρείκη] Frutex non multum a myrice differens, colore rorismarini & pæne folio. Plin. lib. 24. cap. 9. V. ERIX. Hinc

ERICÆUS, a, um. [ἐρεικαῖος] ut

Mel ericæum, Tertium genus mellis vocatur, minime probatum, & silvestre. Convehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in silvis, ob id arenoso simile. Plura Plin. lib. 11. cap. 16.

ERICĒTUM, i. n. Locus abundans ericis.

ERICĀTES, Viri cujusdam Lycaonii nomen, a Messapo Turni comite interfecti, ut Virg. placet 10. Æn. 749.

> Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspem
> Messapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericaten.

ERICHTHÆUS. V. ERECHTHEUS.

ERICHTHO, [Ἐριχθώ] Mulier Thessala, multis veneficiis famosa. De qua abunde Lucan. lib. 6. 508. seq. De hac & Ovid. in Epist. Sapph. 139.

> Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho Impulit.

ERICHTHONIUS, [Ἐριχθόνιος] de quo sic Servius, Vulcanus impetrato a Jove Minervæ conjugio, illa reluctante, effectum libidinis projecit in terram: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus. nam ἔρις, est lis: & χθὼν, terra. Hic ad tegendam pedum fœditatem, junctis equis usus est curru, quo tegeret sui corporis turpitudinem. Virg. 3. Georg. 113.

> Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus
> Jungere equos: rapidisque rotis insistere victor. Idem fuit

Athenarum rex, & argenti inventor sec. Plin. l. 7. c. 56. V. Hygin. Fab. 166. conf. Ovid. 2. Met. 553.

ERICHTHONIUS, a, um. Adj. ut Populus Erichthonius, Athenienses.

ERICIS Portus, Ptolem. Liguriæ oppidum. Plin. Delphini portus. Vulgo *porto Fino*. [Nisi potius Ricina tab. vet. Vulgo *Recco*. V. Cellar.

ERĪCIUS, i. m. Idem ac Erinaceus. Gloss. Philox. ἐχῖνος, ericius. V. Varr. apud Non. 2. 292. & Isidor. 12. 3.

Est etiam Machina militaris, scil. Trabs ferreis aculeis munita, quam transversim portæ prætensa inaccessam faciebat. Cæs. 3. Bell. Civ. 67. V. Lipf. Poliorc. l. 5. Dial. 4. extr. Turneb. Adverf. 4. 8. Victor. Var. Lect. 24. 1. & cl. J. Wasse in Sallust. Fragm. Nonius v. Verutum.

ERICLIMĔNUS, i. m. Filius Neptuni. V. Hygin. Fab. 157.

ERĪCUSA, vel ERICUSSA, [Ἐρικοῦσα, Ἐρικοῦσσα] Una ex septem insulis Lipareis, quam ab arbustis vocatam, & ad pascua prorsus omissam tradit Strabo lib. 6. Meminit & Plin. lib. 3. cap. 9.

ERĪDĂNUS, i. m. [Ἠριδανός] (inquit Servius) Solis filius fuit; hic a patre impetratum currum agitare non potuit. Et quum ejus errore mundus arderet, fulminatus, in Italiæ fluvium cecidit; & tunc a luce ardoris sui Phaethon appellatus est, & pristinum nomen fluvio dedit. Unde mista hæc duo nomina inter Solis filium & fluvium invenimus. Postea ejus sorores, flendo in populos arbores versæ sunt. Hæc Serv. ad Virg. 6. Æn. 659.

> Inter odoratum lauri nemus, unde superne
> Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis. V. PADUS.

Conf. Lucan. 2. 409. Stat. 12. Theb. 423.

> Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. Virg. 4.

Georg. 372.

Maximus Eridanus. Ovid. 2. Met. 324.

Pater Eridanus. Sil. lib. 12. 217.

Fluviorum rex Eridanus. Virg. 1. Georg. 482.

Venetus Eridanus. Propert. lib. 1. 12. 4.

Eridanum nonnunquam pro Rhodano poni probare vult Rutgerf. Var. Lect. 6. 4.

Eridanum in cœlo etiam Aratus esse dicit, Constellationem Arieti proximam. Cic. in Arat. V. Hygin. Astron. 2. 32.

> Stellifer Eridanus, sinuatis fluctibus errans
> Clara Noti convexa rigat, gladioque tremendum
> Gurgite sidereo subterluit Oriona. Claud. 6. conf. Hon. 175.

ERĪGĔRON, ontis. m. [Ἠριγέρων] Herba, a nostris vacatur Senecio: trixaginis specie & mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere canescit. Caput ejus numerosa dividitur lanugine. Plin. lib. 25. cap. 13. A quibusdam per aspirationem scribitur: significat autem vox ipsa vernum senem, quod cito in pappum & lanuginem abeat. Vulgus Gallicum vocat *du jeneçon*.

ERIGIDUS, a, um. Petron. Fragm. p. 681.

> Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror. [Forte Frigidu-

lus st. vel Frigidus astrictis.

ERĬGO, exi, ectum, [ἀνορθόω, ἀνιστάω] ĕre. ab Ex & Rego; significat Elevare. Cic. pro Rosc. Amer. 19. Quem simul atque attigi, statim homo se erexit.

Abjicere & Erigere, contraria. Cic. 1. de Legib. 26. Nam quum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit: & ad cœli, quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit.

Erigere ad gloriam & efferre. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Nam me quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem.

Extollere caput, & se erigere. Cic. pro Planc. 33. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa Civilibus extollere jam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?

Erigere ad spem, & in spem. Cic. pro Domo sua, 25. Civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu, ad aliquam spem libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Liv. 30. 15. extr. Iis honoribus mollitus regis animus, erectusque in spem propinquam, sublato Syphace, omnis Numidiæ potiundæ.

Erigere in gradus. Columel. lib. 8. cap. 15.

Aciem erigere. Liv. 3. 18. Hunc ducem secuti, nequicquam reclamantibus Tribunis, in clivum Capitolinum erigunt aciem.

Aculeos judicum erigere in rem, in vitia, in mores, in tempora. Cic. pro Cœl. 29.
Afflictum erigere. Cic. pro Lege Manil. 23. Diffidentemque rebus suis confirmavit, & afflictum erexit, perditumque recreavit.
Aliquem erigere, Ad divitias & honores extollere. Lucan. ad Pison. 227.
Mæcenas tragico quatientem pulpita cæstu Erexit Varum.
Animum erigere, & spem afferre. Cic. 5. Philipp. 1. Atque ut oratio Consulum animum meum erexit, spemque attulit non modo salutis conservandæ, verum etiam dignitatis pristinæ recuperandæ.
Animum erigere, & respirare a metu. Cic. pro Cluent. 200. Qui nunc primum post illam flammam, aliorum facto & cupiditate excitatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, & paulum respirare a metu cœpit.
Animum demissum & oppressum erigere. Cic. pro Cluent. 38.
Animus erigitur expectatione rerum bonarum. Cic. 2. de Legib. 28.
Animos erigere. Cic. 1. Att. Quamobrem P. C. erigite animos, retinete vestram dignitatem.
Animos erigere ad audiendum. Cic. 4. Acad. 11.
Arces erigere. Stat. 3. Sylv. 1.
Aures erigere, & animum attendere. Cic. 3. Verr. 28. Quo tempore igitur aures judex erigeret, animumque attenderet.
Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 1207.
Caudam erigere falcatam in sublime. Plin. lib. 10. cap. 21.
Cupiditates omnium erigere, & acuere industriam. Auth. ad Herenn. lib. 4. 2. Nam quum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit, imo erigit omnium cupiditates, & acuit industriam.
Expectationem alicujus erigere. Plin. Epist. 156. Erexi expectationem tuam, quam vereor ne destituat oratio in manus sumpta.
Fumus erigitur ad sidera. Virg. 9. Æn. 239.
Gradum erigere. i. e. Altius tollere, ut solent qui ascendunt clivum aliquem. Sil. lib. 3.
Quoque magis subiere jugo, atque evadere nisi
Erexere gradum, crescit labor.
Iras erigere. Sil. lib. 4. 279.
Tantus semifero Cryxus sub pectore murmur
Torquet, & horrisonis ululatibus erigit iras.
Jubam erigere. Sen. Hippol. 10.
Cœrulea taurus colla sublimis gerens
Erexit altam fronte viridanti jubam.
Mentem erigere, Forti animo esse. Lucan. lib. 8. 76.
— erige mentem.
Et tua cum fatis pietas decertet.
Mentes erigere auresque, & attendere. Cic. pro Syll. 53. Erigite mentes auresque vestras, & me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite.
Oculos erigere. Ovid. 4. Met. 146.
Ad nomen Thisbes oculos in morte gravatos
Pyramus erexit. Cic. pro Sext. 68.
Patriam erigere. i. e. Celebrem reddere. Claud. Conf. Mall. Theod. 150.
Pectus erigere. Stat. 1. Achil. 543.
Perditam provinciam erigere & recreare. Cic. 5. Verr. 212.
Plebem ad se erexit, i. e. Faventem sibi reddidit. Flor. 3. 17. 5. V. Græv. in loc.
Rempublicam erigere. Cic. 8. Att. 19. Possumus etiam nunc Rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus.
Scalas erigere ad mœnia & ad murum. Liv. 2. Bell. Maced.
Se erigere. Cic. 2. de Orat. 54. Paululum se erexit, & addidit historiæ majorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater, &c.
Se rursus erexit Macedonia, i. e. Rebellavit. Flor. 2. 12. 1. conf. Idem 2. 17. 5.
Se erigere, & ab omni solicitudine abstrahere. Cic. pro Deiot. 38. Non dubito quin tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique solicitudine abstraxerit.
Se erigere & confirmare. Cic. 1. Q. frat. 3. Erige te & confirma, siquæ subeunda dimicatio erit.
Se erigere & parare ad. Cic. in Orat. 122. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad dicendum.
Exsurgere, & erigere se. Cic. 2. de Lege Agr. 86. Hæc quæ procul erant a conspectu imperii, non solum afflixerunt, sed etiam nequando recreata exsurgere atque erigere se possent, funditus, ut dixi, sustulerunt.
Sese erigere e partibus infernis. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.
Hic sese infernis e partibus erigit hydra. Ex quodam poeta.
Se contumacius erigere. Quintil. in proœm. lib. 6. Sed vel propter hoc nos contumacius erigemus.
Serpens erigitur. Ovid. 15. Met. 737.
Series usfusque laborum erigit. Lucan. lib. 1. 124. i. e. Evehit ad summam nobilitatem.
Studia prima se erigunt ad imitationem condiscipulorum. Quintil. lib. 2. cap. 3. Non excidit mihi, scripsisse me in libro priore, quum potiorem in scholis eruditionem esse, quam domi dicerem, libentius se prima studia, tenerosque profectus ad imitationem condiscipulorum, quæ facilior esset, erigere.
Silvas erigere. i. e. Ligna in pyram exstruere. Lucan. lib. 7.
Undas erigit pontus in scopulos. Lucan. lib. 5. 600.
Vultum erigere. Ovid. 14. Met. 107.
— illa diu vultum tellure moratum Erexit.
Erigi. Cic. 4. Acad. 127. Erigimur, altiores fieri videmur, humana despicimus, cogitantesque supera atque cœlestia, hæc nostra exigua & minima contemnimus.
In aliquem erigi. Ovid. 12. Met. 374.
In digitos erigi. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Sub auras erigi. Virg. 8. Æn. 25.
Contra aliquem erigi. Stat. 8. Theb. 693.
Bonis erigi. Cic. 1. de Fin. 57. Sed ut his bonis erigimur, quæ expectamus, sic lætamur his quæ recordamur.

ERECTUS, Partic. [ἀνορθωθεὶς]
Crinis erectus. V. Drakenb. ad Sil. lib. 2. 668.
Erectus expectatione. Lib. 2. ab Urbe. Quum plebs in foro erecta expectatione staret. animo scil.
Μετέωρος. Græci simpliciter, μετέωροι, At Lat. Erecti expectatione. H. St.
Ardens & erectus ad libertatem. Cic. 4. Philipp. 11. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor.
Celsus & erectus. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Primum eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. Cic. 1. de Orat. 148. Hæc igitur & horum similia jura suæ civitatis ignorantem, erectum & celsum, alacri & prompto ore, ac vultu huc atque illuc intuentem, &c.
Liber & erectus. Hor. 1. Epist. 1. 69.
An qui fortunæ te responsare superbæ
Liberum & erectum præsens hortatur & optat?
In auras erectus. Sil. lib. 4. — erectus in auras
It sonipes. Ovid. 3. Met. 43.
In spem erectus. Tacit. 1. Hist. 4.
Animus alacer & erectus. Cic. de Senect. 75.
Animus erectus & minime perturbatus. Cic. 10. Att. 17.
Animus magnus & erectus. Cic. pro Deiot. 36.
Capillo erecto evolare ex aliquo loco. Auth. ad Heren. lib. 4. 69.
Crinis erectus horret. Sen. OEth. 6.
Cristæ erectæ. Sil. lib. 7.
Equus in armos erectus. Stat. 6. Theb. 502.
Mens erecta. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Pectore erecto ambulare. Claud. 1. in Eutrop. 306.
Proræ erectæ. Stat. 1. Theb. 375.
Pyra sub auras erecta. Virg. 4. Æn. 504.
Status erectus & celsus. Cic. in Orat. 59.
Via erecta in arcem. Liv. 4. Perfosso a castris monte, erecta in arcem via est.
Votum erectum. Stat. 6. Theb. 756.
Quem vinci haud quisquam, sævo nec sanguine tingi
Malit, & erecto timeat spectacula voto. Erecto voto, i. e. Suspenso favore propter incertum victoriæ exitum.
Vultus erectos ad sidera tollere. Ovid. 1. Met. 86.

ERECTUS, Nomen ex Partic. [ἀνύψωτος] Compar. Cic. ad Brut. 10. Erectior Senatus erat, non sententiis solum nostris, sed cohortationibus excitatus.
Minor & Erectior, contraria. Claud. de Aponi Baln. 11.
Animi erectus, i. e. Erecto & excelso animo. Sil. lib. 13.

ERECTE, Adv. cujus compar. apud Ammian. 15. 10. Erectius jam loquebatur. i. e. Liberius.

ERECTIO, ōnis. f. Vitruv. 10. 5. extr. Sine tignorum erectionibus. Augustin. Serm. 1. in Vig. Pent. De summa erectione, ultima dejectione damnatus est.

ERIGŌNE, es. [Ἠριγόνη] Filia Icarii Atheniensis, & soror Penelopes: quæ patrem suum a rusticis ebriis occisum ita luxit, ut seipsam præ dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in cœleste signum, quod Virgo & Justitia dicitur. Serv. ad Virg. 1. Georg. 33.
Qua locus Erigonen inter, Chelasque sequentes
Panditur. V. Hygin. Fab. 130. Apollod. l. 3.
Flebilis Erigone. Stat. 11. Theb. 645.
Erigonen a Baccho compressam fuisse in uvam mutato docet Ovid. 6. Met. 125.
Liber ut Erigonen falsa deceperit uva. conf. Ampel. de 12. Signis & Min. Fel. 21. 16.

ERIGONEĪUS, Adj. [Ἠριγόνειος] ut, Canis Erigoneius. Ovid. 5. Fast. 723. i. e. Canis, sidus cœleste. V. Hygin. Fab. 130.

ERIGON, [Ἐρίγων] Fluvius, qui multis acceptis amnibus ex Illyricis montibus, & a Lyncistis, & Brigibus & Deuriopis, aliisque compluribus in Axiam irrumpit. Strabo lib. 7.

ERIGONUS, Pictor insignis. Plin. lib. 35. cap. 11. Namque Erigonus, inquit, tritor colorum Nealcæ pictoris intantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Æginetæ fictoris.

ERIMANTHUS, & ERIMANTHIUS. V. ERYMANTHUS.

ERINACIUS. V. HERINACIUS.

ERINEOS, & ERINOS, [Ἐρινεὸς, ἐρινὸς] Herba quam describit Plin. 23. 7. Sic etiam Græci vocant Caprificum. Unde & locus Troadis a caprifico dictus est Erineus, ἐρινεὸς, ut author est Strabo l. 13. Ceterum Galenus hanc herbam non Erinum, sed Echinon appellat, ut videre est lib. 6. Simplic. conf. Diosc. 4. 29.

ERINEOS, Achaiæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 5.

ERINNA, æ. vel ERINNE, es. [Ἤριννα] Teia, vel, ut alii volunt, Lesbia, vel Tenia, vel Rhodia, poëtria fuit, carmine illustris, Sapphus contemporanea, ac, ut nonnullis placet, amica. Scripsit Elacaten, i. e. Colum, Æolica & Dorica lingua versibus trecentis. Decem & novem annorum mortuam virginem ferunt. Meminit hujus Eusthatius in Navium Catal. apud Homer. repetit in temporibus Eusebius. V. Suid. Steph. in Τῆνος. conf. Plin. 34. 8. In Erinnam elegans est in Anthol. 1. 67. 14. epigramma, cujus hi duo sunt postremi versus,
Σαπφῶ δ' ἠρίννης ὅσον μέλεσιν ἀμείνων,
Ἤριννα σαπφῶς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. i. e. Quanto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tanto Sapphus gloriam Erinna hexametris præcellit. Meminit & Propert. lib. 2. 3. 22, ut quibusdam placet, sed V. quæ v. ÆQUUS a pr. notavimus.

ERINNYS, [Ἐριννὺς] Furia infernalis: dicta quod humanam cerrumpat mentem. Gen. facit Erinnyos & Erinnyis, Latine, & per synæresin Erinnys: accus. Erinnya & Erinnyn; plur. Erinnes, & Erinnyes.
Crudelis Erinnys. Stat. 8. Theb. 686.

Fera regnat Erinnys. Ovid. 1. Met. 241.
Feralis Erinnys. Lucan. lib. 10. 59.
Flammifera Erinnys. Sen. Herc. fur. 11.
Horrifica Erinnys. Ovid. 1. Met. 725.
Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,
Horrificamque oculis, animoque objecit Erinnyn.
Improba Erinnys. Sil. lib. 13.
Insana regnat Erinnys. Ovid. 11. Met. 14.
Nocturna Erinnys. Valer. 3. Argon. 19.
Me pronuba duxit Erinnys. Cornelia Pompeji uxor lamentando, ita sortem suam detestatur in conjugis fuga, apud Lucan. lib. 8. 90.
Sæva Erinnys. Sen. Octav. 4.
Tragica. Propert. lib. 2. 16. 29.
Tum me vel tragicæ vexetis Erinnyes.
Tristis Erinnys. Virg. 2. Æn. 337. Sen. Octav. 1.
Ultrix Erinnys succincta anguibus. Sen. Octav. 5.
Atræ Erinnyes. Ovid. 11. Epist. 103.
Civilis Erinnys, Furor belli civilis. Lucan. lib. 4. 187.
Patriæ communis Erinnys. Virg. 2. Æn. 573. De Helena.
Erinnys est etiam Cereris epitheton. V. Reinesf. Inscript. Cl. 1. 35. p. 62.

ERIOPHORUS, i. m. [ἐριοφόρος] Theophrasto teste, Bulbi genus est circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, lanea natura est, ex qua impilia, vestesque quædam conficiuntur. refert Plin. lib. 19. cap. 2.

ERIOXYLON, i. n. [ἐριόξυλον] Lana est seu Lanugo xyli. Ulpian. in Lege Si cui lana legetur. D. de Leg. tert. Lana legata etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri, & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, h. e. ligneam lanam appellant. V. Plin. 19. 1.

ERIPHA, Equæ nomen Marmacis cujusdam, qui primus venit Hippodamiæ procus, anteque alios ab OEnomao necatus est. Sed & equas ejusdem jugulavit, Eripham nimirum & Partheniam, quas postea jussit sepeliri. V. Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 22.

ERIPHIA, [Ἐριφία] Veneficæ & fascinatricis cujusdam nomen fuit, de qua vide Erasm. in Adag.

ERIPHIA, Herba est, septem lanuginosis ramulis apii modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis quot ramis. Hanc Magi prodidere in avena scarabeum habere, sursum deorsumque decurrentem cum sono hœdi: unde & nomen accepit. V. Plin. lib. 24. cap. 18.

ERIPHYLE, es. f. [Ἐριφύλη] Uxor Amphiarai, & soror Adrasti. Hæc accepto monili aureo latentem maritum prodidit Polynici: cum quo in prælium proficisci coactus, hiatu terræ periit: cujus filius Alcmæon postea matrem necavit, & est Orestis furore correptus. Hæc fere Serv. ad Virg. 6. Æn. 445. &c.
His Phædram, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen,
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit. Cic. 1. de Invent. 94.
Dicimus etiam Latine Eriphyla, æ. Cic. 6. Verr. 9. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut quum vidisset monile, ut opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine ejus incensa salutem viri proderet. V. Brœckh. ad Propert. 2. 13. 29.

ERIPHYLÆUS, Adj. [Ἐριφυλαῖος] Stat. 4. Theb. 211.
Sic Eriphylæos aurum fatale penates
Irrupit, scelerumque ingentia semina movit.

ERIPHYZA, [Ἐριφύζη] Insula una ex Æoliis. Strabo lib. 6.

ERIPIO, ui, eptum, [ἐξαρπάζω] ĕre. Est ut ait Pomp. Jurisc. De manibus alicujus quidpiam auferre per raptum. Ter. Heaut. 4. 2. 6. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus. Eripio (inquit Valla lib. 5.) quoties habet cum accus. dat. fere in malam partem accipitur, ut Eripuisti mihi omnes bene vivendi facultates. Quoties vero abl. cum præp. A vel Ab, sive Abs, plerumque in bonam: ut, Eripuisti me a periculo. Interdum in malam: ut Eripuisti a me filia. Ter. Heaut. 4. 3. 39. Unus est dies dum argentum eripio.
Eripi & evolare ex insidiis aliquorum. Cic. pro Muren. 82. Qui locus Judices, quod tempus, qui dies, quæ nox, quum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar atque evolem?
Eripere & Relinquere, opposita. Ovid. 6. Met. 196.
Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.
A morte contra fatum aliquem eripere non posse. Cic. 2. de Divin. 25.
Ab igne eripere aliquid. Ovid. 8. Met. 457.
Eripere de. Cic. 7. Verr. Siqua vis istum de vestra severitate eripuerit. i. e. Liberaverit.
Ex custodia eripere aliquem. Cic. Brut. 6.
Ex omni impetu urbem eripere & conservare. Cic. pro Arch. 21. Populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum ejusdem consilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque conservatam.
Ex periculo aliquem eripere. Cic. pro Cluent. 70. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 12.
Per carmen & herbas aliquem eripere furiis. Ovid. 15. Met. 326.
Per flammas aliquem humeris suis eripere. Virg. 6. Æn. 111.
Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.
Per tela. per ignes aliquem eripere. Virg. 2. Æn. 665.
Curis eripere aliquem. Valer. 4. Argon. 539.
Damno eripere. Ovid. 11. Met. 133.
Dolis alicujus aliquem eripere. Ovid. 3. de Arte Am. 176.
— Phryxon & Hellen
Diceris Inois eripuisse dolis.
Domino aliquem eripere. Ovid. 8. Met. 850.
Flammis eripere. Ovid. 2. Met. 630.
— natum flammis uteroque parentis
Eripuit. De Phœbo, qui Æsculapium ex cæso utero matris jam rogo impositæ servavit.
Jugo turpi colla eripere. Hor. 2. Serm. 7. 91. i. e. Repellere a se servitutem.
Jugo se eripere luctantur sonipedes. Sen. Hippol. 10.
Jugo colla eripiunt equi. Ovid. 2. Met. 315.
Consternuntur equi, & saltu in contraria facto
Colla jugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.
Letho eripere res alicujus. Virg. 5. Æn. 690.
— da flammam evadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe letho. Acyrologia est, inquit Servius.
Letho se eripere. Virg. 2. Æn. 134.
Eripui (fateor) letho me, & vincula rupi.
Lupo eripere agnum. Plaut. Pœn. 3. 5. 32.
Litibus implicitum eripere. Hor. in Arte poet. 424.
Malis aliquem eripere. Virg. 6. Æn. 365.
Moræ se eripere, Non esse in mora, Festinare. Hor. 3. Carm. 29. 5.
Morsibus canis lepus eripitur. Ovid. 1. Met. 538.
Morti aliquem eripere. Virg. 12. Æn. 157.
Accelera, & fratrem, siquis modus, eripe morti.
Tormento aliquem eripere. Plin. Epist. 87.
Aliquem in medio versantem turbine lethi eripere. Catul. 62. 149.
Aliquem domo eripere. Ter. Adel. 2. 1. 44. Domo me eripuit: verberavit.
Alicui eripere aliquid per oppressionem. Ter. Adel. 2. 2. 31.
Hoccine illo dignum est? hoccine incipere Æschinum,
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?
Adimere, & eripere. Cic. pro Rosc. Amer. 150. Quum ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat.
Eripere & extorquere. Cic. 2. de Lege Agr. 19. Id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus est.
Eripi & surripi. Cic. in Parad. 6. Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi nec surripi potest. De vi illud, hoc de fraude.
Alimenta alicui eripere. Ovid. 9. Met. 184.
— sævoque alimenta parentis Antæo eripui.
Amicum eripere alicui. Cic. 11. Fam. 28. Eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne quos velim diligam?
Animam. Ovid. 6. Met. 540.
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi perfide restet)
Eripis?
Membris alicujus animam eripere. Ovid. 15. Met. 845.
Constitit alma Venus nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aëra solvi
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
Annos eripuere mihi Musæ, i. e. Ætatem meam consumpsi in literarum studiis. Claud. Conf. Mall. Theod. 139.
Arbitrium secreta loquendi alicui eripere. Ovid. 4. Met. 224.
— famulæ discedite, neve
Eripite arbitrium matri secreta loquendi. Vulgo Arripite.
Auxilium solitum alicui eripere. Virg. 9. Æn. 129.
— his Juppiter ipse Auxilium solitum eripuit.
Causam aliquam eripere alic. Cic. 1. Fam. 5. Sed vereor ne aut eripiatur causa regia nobis, aut deferatur.
Cœlum ex oculis eripiunt nubes. Virg. 1. Æn. 92.
Eripiunt subito nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra. ut Lucem.
Conspectum Senatus eripere alicui. Cic. pro Rabir. Post. 48. Vos obsecro, Judices, ut huic optimo viro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Rom. & usuram hujus lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis.
Consulatum alicui. Cic. 2. de Fin. Ut adolescentulus eriperes P. Syllæ Consulatum.
Ex crimine aliq. eripere. Ter. Phorm. 2. 1. 9. Quid ages? P. quid vis, nisi ut maneat Phanium, atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, &c.
Curas. Ovid. de Rem. Amor. 810.
Dolorem eripere aut minuere consolatione. Cic. 9. Att. 4.
Ensem vagina eripere. Virg. 4. Æn. 579. Et 10. Æn. 896.
Facultatem. Cic. 5. Fam. 3. Quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si te vidissem.
Ferrum vagina eripere. Virg. 6. Æn. 260.
Fidem alicui, Derogare fidem. Ovid. 15. Met. 283.
— nisi vatibus omnis Eripienda fides.
Formam. Virg. 9. Æn. 101.
Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
Æquoris esse deas. De navibus Æneæ, quas Cybele mutavit in deas marinas.
Fugam. Virg. 2. Æn. 618.
Eripe nate fugam, finemque impone labori. i. e. Accelera, raptim fac. Serv.
Imperium semestre. Cæs. 1. Bell. Civil. 9.
Ex infamia se eripere. Cic. 5. Verr.
Jocos &c. anni eripuere. Hor. 2. Epist. 2. 56.
Singula de nobis anni prædantur euntes,
Eripuere jocos, venerem, convivia, ludum,
Tendunt extorquere poemata.
Jus. Plaut. Rud. 3. 4. 6. Jus meum ereptum est mihi.
Laudem. Cic. 2. Tusc. 35. Quamobrem hortor omnes qui facere id possunt, ut hujus quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant, ut perferant in hanc urbem.
Libertatem. Plaut. Capt. 2. 2. 61.
Liberos ex sinu parentum. Cic. 7. Verr. 118.
Linguam alicui. i. e. Evellere. Ovid. 2. Fast. 608.
Lucem. Cic. 4. Acad. 30. Nam quid eum facturum putem de abditis rebus & obscuris, qui lucem eripere conetur?
Lucem eripere, & noctem quandam rebus offundere. Cic. 1. de Nat. Deor. 6. Multis etiam sensi mirabile videri eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.
Lucem eripiunt tenebræ. Sil. lib. 10. Conf. Cælum.

Mentem

Mentem. Hirt. Bell. Alex. 18. Terror hominibus mentem confiliumque eripit.
Mentem confufam alicui eripere. Virg. 2. Æn. 736.
A miferia fe eripere. Cic. 9. Fam. 13. Nulla ratione ab illa miferia fe eripere poffet. h. e. Eximere.
Mortem alicui eripere. i. e. Moriendi facultatem. Sen. Theb. 1.
Nefas oculis eripere. Sen. Thyeft. 8.
Necem eripere. Stat. 3. Theb. 69.
Noctem eripiunt flammæ. Sil. lib. 11.
Notitiam alicujus rei alicui eripere. Ovid. 2. de Pont. 10. 5.
Nubem, quæ mortales hebetat vifus, alicui eripere. Virg. 2. Æn. 605.
Oculos. Ter. Adel. 3. 2. 20.
Oculos eripiet quivis citius mihi quam, &c. Hor. 2. Serm. 5. 35.
Opes partas eripit ignis. Tibul. lib. 2. 4. 40.
Ornamenta eripere ex urbibus. Cic. 7. Verr.
Orationem ex ore alicujus. Plaut. Merc. 1. 2. 64. Orationem ex ore tu quidem mihi eripis, &c.
Ofcula. Hor. 2. Carm. 12. 27.
Pacem. V. PAX.
Poteftatem aliquid faciendi. Cic. de Amicit. 89. Cæf. 1. Bell. Civil. 3.
Præmia eripere. Ovid. 5. Met. 25.
Pudicitiam. Cic. pro Milon. 9. Pudicitiam quum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marii propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo eft cui vim afferebat.
Rates ab infimis æquoribus eripere, i. e. Servare a naufragio. Hor. 4. Carm. 8. 32.

Clarum Tyndaridæ fidus, ab infimis
Quaffas eripiunt æquoribus rates.

Refpiramen, iterque eripere animæ. Ovid. 12. Met. 143.
Refponfiones uno verbo. Plaut. Moft. 3. 1. 63.
Salutem. contr. Dare. Ovid. 2. Trift. 169.

Eripit interdum, modo dat medicina falutem.

Sanguinem vitamque. Cic. pro Quint. 77. Non pecuniam modo, verumetiam hominis propinqui fanguinem vitamque eripere conetur.
Senfus omnes alicui eriperes Catul. 49. 6.
Spem nuptiarum. Ter. Heaut. 4. 3. 35. Cic. 4. in Catil. 8. Eripit etiam fpem, quæ fola hominem in miferiis confolari folet.
Tempus cibi eripere. Celf. lib. 2. cap. 8.
Tempora certa alicui rei eripere. Hor. 1. Serm. 4. 57.
Timorem alicui. Cic. 3. in Catil. 1.
Vires omnes animo fomnus & alea eripiunt. Ovid. de Rem. Amor. 146.
Virginem eripere vi ab aliquo. Ter. Eun. 4. 6. 14.
Vitam. Cic. pro Lege Manil. Vos vitam ereptam negligetis?
Vitam per crimina alicui eripere. Ovid. 2. Faft. 807.

— eripiam, dixit, per crimina vitam. Burm. Pro Crimine.

Vocem ab ore loquentis eripere. Virg. 7. Æn. 119.
Voluntatem alicui. Cic. 3. Verr. 114. Eripias tu voluntatem mortuis, bona vivis, jus omnibus.
E complexu patriæ confpectuque aliquorum fe eripere. Cic. pro Sext. 53.
Te hinc eripe. Sen. Medea, 7.
Poffe loqui eripitur. Ovid. 2. Met. 483.
Vix eripiam quin hoc potius velis. Hor. 2. Serm. 2. 23.
Eripere, fimpliciter ufurpatum, pro De periculis eripere. Virg. 3. Æn. 560.

Hos Helenus fcopulos, hæc faxa horrenda canebat,
Eripite ô focii, pariterque infurgite remis.

Tune hinc fpoliis indute meorum Eripiare mihi? Virg. 12. Æn. 948.
Honor eripitur. Ovid. 1. Faft. 621.
Currendi vires eripiente metu. Ovid. 3. Amor. 6. 70.
Verbis alicui eripere. Tibull. lib. 1. 10. 35.

Illis eriperes verbis mihi, fidera cœli
Lucere, & puras fluminis ire vias. i. e. Negares & infringeres ea quæ funt certiffima. Gefner.

Eripere vocabant in Circo quando primus nimio fpatio metam evitaviffet, & qui tum fequebatur auriga inter metam & priorem breviori fpatio delatus, ex fecundo primus efficiebatur. Panvin. de Lud. Circ. 1. 14. V. Sil. 16. 389. & Salmaf. Exerc. Plin. p. 635.

**Ereptus**, Partic. [ἐξαρπασθεὶς] Cic. pro Rof. Amer. 149. Ipfe affiduitate, confilio, authoritate, diligentia perfecit, ut S. Rofcii vita erepta, de manibus fectorum, fententiis judicum permitteretur.
Æquor Ereptum. V. Sil. Ital. fupra.
Ab undis ereptus. Virg. 1. Æn. 600.
Annis in primis ereptus. Valer. 3. Argon. 316.
Enfes per medios ereptus. Propert. lib. 1. 21. 7.
Fato ereptus. Virg. 2. Æn. 738.
Fluctibus ereptus. Hor. 4. Carm. 8. 25.
Oculis ereptus. Ovid. 10. Epift. 43.
Periculis ereptus. Virg. 3. Æn. 711.
Pugnæ ereptus. Sil. lib. 17.
Rebus humanis ereptus. Curt. 10. 5. 10. De Alexandri morte.
Ruinis alicujus civitatis ereptus. Virg. 3. Æn. 476.
Thalamis alicujus fœminæ ereptus. i. e. Liberatus illius conjugio. Sen. Med. 2.
Amor ereptus. Propert. lib. 2. 8. 36.

Tantus in erepto fævit amore dolor.

Conjux erepta. Virg. 3. Æn. 330.
Fata erepta. Stat. 3. Theb. 85.
Honor dolo ereptus alicui. Virg. 5. Æn. 342.

Ereptumque dolo reddi fibi pofcit honorem.

Jus ereptum reftituere. Ovid. 1. Faft. 626.
Juventa prima fato erepta alicui. Virg. 7. Æn. 51.
Laus erepta alicui. Sen. OEth. 7.
Littora erepta. Sil. lib. 7. i. e. Ab hoftibus occupata.
Locus ereptus. Ovid. 4. Trift. 2. 58.
Merces erepta laborum. Lucan. lib. 1. 340.
Munera erepta ruinis. Virg. 1. Æn. 651.

Munera præterea Iliacis erepta ruinis Ferre jubet.

Pellis erepta juvenco. Virg. 11. Æn. 679.

Cui pellis latos humeros, erepta juvenco
Pugnatori, operit.

Ratis erepto campis deferta profundo. Sil. lib. 3. 56.
Regnum alicui ereptum. Lucan. lib. 5. 64.
Senfibus ereptis mens excidit. Catul. 64. 25.
Solatia fibi erepta lugebant Nymphæ. Claud. Præf. 2. de Rapt. Proferp. 3.
Sirps erepta, Mortua. Ovid. ad Liviam 65.

Vidimus erepta mœrentem ftirpe fororis.

Tempus ereptum ex fummis occupationibus. Cic. 1. Att. 11. Ita diftinebar, ut vix huic tantulæ epiftolæ tempus habuerim, atque id ereptum ex fummis occupationibus.
Venia fcelerum erepta pópulo nocenti. Lucan. lib. 4. 193.
Virginitas erepta. Virg. 12. Æn. 141.
Voluptas urbis alicui erepta. Ovid. 1. de Ponto, 8. 39.
Ereptus, Mortuus. Idem ad Liviam, 200.

Obvia turba ruit, lacrymisque rigantibus ora
Confulis erepti publica damna refert.

**Ereptor**, ōris. m. Qui eripit. Cic. pro Quint. 30. Ifte, homo acerrimus, bonorum poffeffor, expulfor, ereptor.
Ereptor civitatis. Cic. pro Domo fua, 81.
Tyrannus atque ereptor libertatis. Cic. pro Sext. 109.
Terrarum ereptores. Tacit. 13. Ann. 55. extr.

**Ereptio**, ōnis. f. Cic. 6. Verr. 10.

**Erice**. V. ERIX.

**Eris**, is. Nomen eft herbæ in Ægypto nafcentis, aro fimilis, nifi quod minor eft, & minoribus foliis ac radice, quæ tamen grandis olivæ magnitudinem implet. Hermol.

**Eris**, [Ἔρις] Fluvius, quem antea Cleanin vocavere, labiturque fuperne de Apenninis collibus, & agro Veftino, præter vicum Fregellas, clariffimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum facrum, quem magnis honoribus Minturnenfes celebrant, oppido incumbentem. Strab. lib. 5.

**Eris** Pamphilius, Harmonii filius, quem revixiffe cum mortuus effet dixit Plato de Rep. 10. Meminere etiam. Plut. Sympof. 9. 5. Macrob. in Somn. Scip. 1. 1. Auguftin. Civ. Dei 22. 28. conf. Huet. Dem. Evang. 9. 142. §. 11.

**Eris**, ĭdis. [Ἔρις] Difcordiæ dea. De pomo Eridis V. in DISCORDIA.

**Eristĭcus**, a, um. [ἐριστικὸς] Litigiofus. De Sophiftis fic dictis V. paulo infra.

**Erĭsichthon**, ōnis. [Ἐρισίχθων] Vir fuit Theffalus, qui quum Cereri nemus confecratum, præcipue vero quercum unam in qua Nympha quædam habitabat, fuccidiffet: irata Ceres, Famem ad eum mifit: quæ toto exhaufto patrimonio, eo coegit etiam, ut membra denique propria abfumeret. Fabulam habet Ovid. 8. Met. 823. feqq. Conf. ERYSICHTHON.

**Erisma**. V. ANTERIS.

**Erismæ**, [ἐρείσματα] Pilæ funt ædificiorum, quæ procurrunt ab imo, mox gradatim contrahuntur. V. Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 11.

**Eristalis**, Gemma eft, tefte Plinio, quæ cum candida fit, ad inclinationes rubefcere videtur. Plin. lib. 37. cap. 10. MSS. Eriftilla.

**Eristici**, [ἐριστικοὶ] dicti funt Sophiftæ quidam. Duo enim genera Sophiftarum fuerunt olim, unum fimile Oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum fimile Dialecticorum, eorum quiЕриftici vocabantur; a quibus Erifticis Dialectica profecta videtur, fi Laertii authoritas id ut credamus meretur, quod mihi quidem videtur. Hos autem Sophiftas, qui concertationes confectabantur, in libello contra Sophiftas infectatur Ifocrates, fed & alteros quoque, qui civiles orationes amplectebantur. Turneb. 4. 2. V. Menag. ad Diog. Laërt. 2. S. 106.

**Erithăce**, es. f. [ἐριθάκη] Apum dum operantur cibus, vel Gluten quo favos compingunt. Varr. 3. de R. R. 16. Plin 11. 7.

**Erithacus**, [ἐρίθακος] Avis eft folitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme tantum Erithacus, æftate Phœnicurus appellatur, a puniceo caudæ colore. Plin. lib. 10. cap. 29. Theod. ex Ariftot. Rubeculam vertit. alii Ruticillam. V. Gefner. & Proverb.

**Erithales**, [ἐριθαλὴς] Herba eft femper virens, quæ alio nomine Sedum five Sempervivum minus appellatur. V. Plin. lib. 25. cap. 13. conf. Apul. de Herb. cap. 123.

**Eritheræ**, [ἐριθῆραι] Servi libertate donati a Lacedæmoniis dicti funt, ut refert Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 20.

**Erithyni**, [Ἐρίθυνοι] Duo funt fcopuli, qui nunc Erythri vocantur, a colore fic nominati, quorum meminit Homer. in Catal. Nav. V. Strab. lib. 12.

**Eritius**. V. ERICIUS.

**Eritudo**, Servitudo. Feftus. Ab antiquo Gr. ἦρος, Erus, Servus. V. Laurenb. Antiq. p. 156. [At in Gloff. δεσποτεία redditur. Forte hoc tantum innuit Feftus, veteres, ut Servitudinem pro Servitute, Sic Heritudinem pro Herili ftatu dixiffe. Nam Erus & Heros promifcue fcribi notum eft.

**Erīvo**, āre. Rivis factis educere, evacuare. Plin. lib. 17. cap. 26. Ceterum majore in parte orbis etiam pluvias Autumni aquas erivari convenit.

**Eriunius**, Mercurius [Ἐριούνιος Ἑρμῆς] cognominatus, quod valde profit hominibus ad lucra: ἐριούνιος enim valde utilis interpretatur. Ariftoph. in Ranis inducit Euripidem & Æfchylum de Tragœdia certantes, ubi & Eriunii Mercurii mentionem fecit. Meminit & Phurnutus, ἀπὸ τοῦ ὀνεῖν, i. e. a juvando dictum fcribens.

**Erix**, ĭcis. Idem ac Erica. Plin. lib. 24. cap. 9. [Ericen Accuf. Græc. eft a recto Erice, ἐρείκη. Sic l. 13. c. 21. Erices Genet. Nulla igitur planta Erix.

## E R O

**Ero**, vel potius Hero, [Ἡρὼ] Puella formofiffima fuit ex Sefto Thraciæ urbe, ad Hellefpontum fita, & Veneris facerdos, cujus mutuo amore correptus Leander Abydenus adolefcens, noctu ejus caufa Hellefpontum folebat trajicere. Verum quum aliquando nimio amatæ defiderio, mari tempeftatibus agitato fe commififfet, viribus deftitutus fubmerfus eft. Hujus cadaver quum fluctuum impulfu Seftum effet delatum, Ero doloris impatientia ex editiffima fefe fpecula in mare præcipitavit. V. Mufæum, qui horum amores elegantiffimo carmine exequitur. Accuf. Hero apud Ovid. 2. Amor. 16. 31. adftruente Burman.

Ero, ōnis. m. Erones, inquit Turnebus, Texta quædam sunt storiarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebantur: sed & Vasa sic viminea vocabantur, tegetibus similia & cophinis: φορμοὶ a Græcis dicuntur. Hæc obsignabimus, subdit idem, testimonio interpretis Terentiani, cujus hæc verba sunt, Phormio non a formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos eronem dicimus trivialiter & pro consuetudine. Vetus criticus Eronem interpretatur κόινον. Ex his quod in Vitruv. Plin. & JCtis Berones vel Perones quidam legunt, Turnebus Erones legendum contendit. Quem vide Adv. 24 2.

Erōdius, [ἐρωδιός] Avis est quæ in coitu sanguinem exudat: qua ex causa argumentantur impositum nomen ὅτι ἔαρ ἰδροῖ. nam Ear quandoque sanguinem dici. Ciconiam putat Suidas, aut Ciconiæ similem: dictamque quod in paludibus versetur, quasi Elodion. Fulicam transfert Augustinus: Ardeolam Theodorus. Cæl. *Un heron.* Bud. conf. Plin. 10. 44. Antonin. Liberal. F. 7.

Erōdo, si, sum, [ἐξέδομαι, ἀποτρώγω] Idem quod Rodere. Plin. lib 11. cap. 29. Omnia vero morsu erodentes. Columel. lib. 10. v. 323.

Nec solum teneras audens erodere frondes. conf. Cels. 5. 28. 19.

Erosa sale caro. Plin. lib. 9. cap. 31.

Erōgenius, a, um. ab ἔρως & γίνομαι. Theod. Cod. 16. 10. nullus ignem Erogenium Penates odore veneratus accendat.

Erōgennēton, [ἐρωγέννητον] Herba est sic dicta, quod amatoriis conveniat. γεννάω enim gigno, & ἔρως amor dicitur. [a quo?

Erogĭto, [ἐπερωτάω] āre. Vehementer rogare. Plaut. Capt. 5. 1. 32.

— Interibi ego ex hac statua verberea volo
Erogitare, meo minore quid sit factum filio. conf. Sil. lib. 10. 475.

Erŏgo, [ἐκδίδωμι] āre. Distribuere, & quasi Rogatoribus effundere. Plin. Epist. 240. Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre.

Erogare pecunias ex ærario. Cic. in Vatin. 29. Erogarisne pecunias ex ærario tuis legibus.

Pecunias alicui erogare in rem aliquam. Cic. 7. Verr. 47. Multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas.

Erogare pecuniam in classem. Cic. pro Flacc. 30.

Unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Liv. 1. 20.

Erogātus, Partic. [ἐκδοθείς] ut, Pecunia publica ex ærario erogata. Cic. 5. Verr. 165.

Erogatio, ōnis. f. [ἔκδοσις] Distributio: ut, Erogatio pecuniæ. Cic. 15. Att. 2. Plin. in Paneg. Ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hic in malum sumitur, quemadmodum apud Suetonium plerisque in locis, nempe pro Largitionibus & Profusionibus pecuniarum. Papin. in l. Seio. D. de annuis legatis, Ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. Idem Papin. in l. liberto. D. de negotiis gest.

Est item Remotio, abolitio, quasi Exrogatio ab Exrogo. Fest. in h. v. Tertull. de Idol. cap. 5. Erogatio Legis. [i. e. Abrogatio.

Erogator, ōris. m. Qui erogat, ut, Erogator virginis. Tertull. de Pudic. cap. 16. h. e. ἐκγαμίζων.

Erogatorius, a, um. Frontin. de Aquæduct. p. 233. opponit Erogatorium modulum, Acceptorio.

Erōs, ōtis. [Ἔρως] Comœdus fuit, cujus meminit Cic. pro Rosc. Com. 30. Quod item nuper (inquit) in Erote Comœdo usu venit: qui postea quam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, sicut in aram confugit in hujus domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Idem Servos hujus nominis producit, 12. Fam. 26. item 10. Att. 15: 12. 5. & 18. itidem 15. 5. Est & nomen proprium apud Martial. lib. 10. 80.

Erosus. V. erodo.

Erōtēma, ătis. n. [ἐρώτημα] Interrogatio Latine dicitur: ut Virg. 2. Æn. 322.

Quo res summa loco Panthu? conf. Mart. Capell. 5. p. 171.

Erotema, Figura quædam est Aquilæ, quam Cicero Interrogatum vertit, qua utimur ubi exacerbando aliquid interrogamus, ut exaugeamus rei invidiam. Differt autem a Pysmate, h. e. Quæsito, quod ad Erotema una voce responderi possit negando, vel confitendo: ad Pysma vero, non nisi pluribus.

Erōtĭcus, a, um. [ἐρωτικός] Amatorius. ut, Carmen eroticum. Subst. Gell. 19. 9. Ἐλεγεῖα quædam erotica dulcia & venusta accinerunt.

Erotium, i. n. [Ἐρώτιον] Mulierculæ nomen est apud Plaut. Men. per diminutionem ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, h. e. Ab Amore detortum. Item Puellæ apud Martial. lib. 5. 55. & 38. & lib. 10. 61.

Erotium item Græcis, Cupidinis imagunculam significat.

Erōtŏpægnium, i. n. [ἐρωτοπαίγνιον] est Ludicrum opus vel Poëma de amore: ἔρως enim amor, παίγνιον ludus. Plin. lib. 5. Epist. 17. Nuntio tibi, fuisse me hodie in auditorio Calphurnii Pisonis: recitabat ἐρωτοπαίγνιον. Auson. Centon. Nupt. sub fin. Quid antiquissimi poëtæ Livii (alii legunt Lælii) erotopægniôn libros loquar? Gell. lib. 2. cap. 24. Hujus legis Lælius poëta meminit in Erotopægniis. Priscian. lib. 2. cap. De temp. & reformat. Partic. Livius erotopægnion quarto, Meminens Varro corde volutat.

Erotundatus, a, um. Sidon. 9. Epist. 7. Structura (orationis) modis omnibus erotundata.

Erotȳlos, i. m. [ἐρωτύλος] Gemma eadem quæ Amphicomos & Hieromnemon dicitur, a Democrito præcipue laudata in argumentis divinationum. Plin. lib. 37. cap. 10. Sed V. Hard.

Erphoum, [Ἠρφοῦν] Oppidum ad Euphratem. Strab. lib. 14.

## E R R

Erranoboas, Fluvius est navigabilis, qui in Gangem influit. Plin. lib. 6. cap. 18.

Erro, [ἀλῆμαι, ἀλητεύω, πλανάομαι, σφάλλω, πλάζω, ἁμαρτάνω] āre. Huc atque illuc ire, Vagari. Cic. 3. Tusc. 63.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis.

Vagari & errare. Cic. 1. de Orat. 209. Ne vagari & errare cogatur oratio.

Huc & illuc errare. Ovid. 11. Met. 357.

A sedibus suis errare. Claud. 6. Cons. Hon. 408.

— laribus sejuncta potestas
Exulat, imperiumque suis a sedibus errat.

Ad flumina errare. Virg. 6. Ecl. 64.

Ad lacus errare. Tibul. lib. 1. 10. 40.

Circum littora errare. Virg. 3. Æn. 690.

Circum omnia maria errare. Virg. 1. Æn. 36.

Circum villulas errare. Cic. 8. Att. 9. Ego Arpini volo esse pridie Kalend. deinde circum villulas nostras errare.

In annis multis errare. Ovid. 1. Trist. 5. 59.

Ille brevi spatio multis erravit in annis
Inter Dulichias, Iliacasque domos.

In Silva errare. Virg. 6. Æn. 451.

Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido
Errabat silva in magna.

In undis errare. Virg. 3. Æn. 200.

Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis.

Inter audaces lupus errat agnos. Hor. 3. Carm. 18. 13. [Securitatem & metus remotionem indicat vox hæc, ut.

Per agros errat. Propert. lib. 2. 21. 25.

Per herbas teneras armentum errat. Ovid. 15. Met. 14.

Per ignotos errant animalia montes. Virg. 6. Ecl. 40.

Per undas errare. Ovid. 5. Met. 462.

Per ignotas urbes errare. Tibull. lib. 4. 1. 52.

Cum temporis mentione. Ovid. 10. Met. 479. de Myrrha circumvagante:

Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ.

Subter supraque errare. Stat. 9. Theb. 433. — omnis anhelat

Unda nefas, subterque animæ supraque recentes Errant.

Procul avius errat. Lucret. lib. 2. 739. V. procul.

Ignari hominumque locorumque Erramus. Virg. 1. Æn. 332.

Vagus errat. Cic. pro Cluent. 175. Quum vagus & exul erraret, atque undique exclusus, &c.

Toto passim vagus errat in orbe. Ovid. 14. Met. 680.

Cursu solicito errare. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 29.

Passibus non certis errare. Ovid. 3. Met. 175.

Passibus ambiguis errare. Idem 5. Trist. 8. 15.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat.

Pelago errare. Virg. 3. Æn. 204.

Via errare. Virg. 2. Æn. 739.

Urbibus errare. Virg. 1. Æn. 582.

Errare, pro Pasci aliquando usurpatur: quod pecudes errando pascere soleant. Virg. 2. Ecl. 21.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Idem 1. Ecl. 9.
Ille meas errare boves (ut cernis) &c. [V. supra, Errare Inter & Per.

Carmina errant. Tibul. lib. 4. 1. 106.

At non per dubias errant mea carmina laudes.

Colores varii sæpe errant in vultu solis. Virg. 1. Georg. 452.

Dolor errat per omnes. Lucan. lib. 2. 21.

Tunc questus tenuere suos, magnusque per omnes
Errabat sine voce dolor.

Flamma per medullas errat. Ovid. 14. Met. 351.

Fluvius errat. Virg. 3. Georg. 14.

— tardis ingens ubi flexibus errat Mincius.

Fulmen errare in aliquos dicitur. Sen. Med. 7.

Halitus. Virg. 4. Æn. 684.

— extremus super halitus errat.

Manus errat circum aures & tempora. Virg. 5. Æn. 435.

Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus; erratque aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.

Navis errat amisso magistro. Virg. 5. Æn. 866.

Oculi errant, pro Dormitant. Stat. 10. Theb. 144.

Orbes cœli in quos erret planeta. Virg. 1. Georg. 337.

Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes: Ordo est, in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis. Et bene Erret: nam planetæ vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, i. e. Ab errore. Nam interdum ad Austrum, interdum ad Septentrionem, plerunque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Servius. Conf. Errans Luna infra.

Spes solicitæ, trepidique metus errant. Sen. Herc. fur. 3.

Tempora errant. Ovid. 3. Fast. 155.

Sed tamen errabant etiam tum tempora.

Vires errant. Ovid. ad Liviam, 49.

Nec vires errasse tuas campoque foroque. i. e. Ubique spectata tua constans virtus.

Errare, Labi a vero: quoniam vagando, sæpe a recta via deflectimus. Cic. 12. Philipp. 5. Cujusvis est hominis errare: nullius nisi insipientis, perseverare in errore. Idem 5. Verr. Erravit, an potius insanivit Apronius?

Errare & Erudiri, contraria. Cic. pro Corn. Balb. 64. Honestius sit illis ducibus errare, quem hoc magistro erudiri.

Errare & Vera sentire, contraria. Cic. 1. Tusc. 39. Errare mehercule malo cum Platone, &c. quam cum istis vera sentire.

Cum aliquo errare. Cic. 1. Tusc. 39.

In amicitia errare. Hor. 1. Serm. 3. 41.

Licenter errare. Cic. in Orat. 77. Ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare.

Licentius errare. Ovid. 4. de Pont. 10. 29.

Longe errat. V. longe.

Magnopere errare in re aliqua. Lucret. lib. 1. 712.

Stultitia errare. Hor. 2. Serm. 3. 210.

Probe & vehementer errare. Plaut. Amph. 3. 3. 20. Cic. 4. Acad. Ait vehementer errare eos, &c.

Procul errare, Vehementer falli. V. procul.

Propemodum erro. Cic. pro Rosc. Amer. 83. Intelligo me ante tempus Judices, hæc scrutari, & propemodum errare, qui, &c.

Non ultra verba, ac voces errare. Tacit. 1. Hist. 18.

Erras, si id credis: h. e. Falleris. Ter. Heaut. 1. 1. 53. & Cæs. 5. Bell. Gall. 40. Errare eos dicunt si quicquam ab iis præsidii sperent.

Errare

Errare in aliquam partem. Cic. 8. Fam. 11. Denique malo in hanc partem errare, ut quæ non desideres, audias.
Errare in aliquam rem, pro Declinare. Liv. 1. Bell. Maced.
Errare de verbis alicujus, Non assequi aut intelligere quid velit, aut dicat. Ter. Heaut. 2. 3. 22. Hic de nostris verbis errat videlicet, quæ hic fuimus locuti.
Ne erres. h. e. Ne temere putes aut existimes. Ter. And. 4. 2. 21. Huic, non tibi habeo, ne erres.
Scio quid erres. Plaut. Epid. 4. 2. 8. Ter. And. 3. 2. 18. Teneo quid erret: quid ego agam habeo.
Cœlo toto errare. V. Adag. Erasm.
Re tota errare. Cic. 2. Philipp. 23. In eo non tu quidem tota re, sed (quod maximum est) temporibus errasti.
Via tota errare. Ter. Eun. 2. 2. 14. Quid tu in his rebus credis fieri? tota erras via.
Animus sæpe in corporis morbis errat. Lucret. lib. 3. 464. i. e. Delirat.
Errare de illicitis amoribus dici apud Ecclesiasticos traditur in Thesauro Lips. Adducunturque inter alia hæc Hier. advers. Vigilant. Et tamen paucorum culpa non præjudicat religioni: qui & absque vigiliis possunt errare, vel in suis vel alienis domibus. [Dixerim potius τὸ Errare hoc & aliis ejusmodi locis ἀντὶ τοῦ Peccare positum: ut Error & Erratum sæpissime pro Peccato.
Error, āri. pass. Cic. 5. Fam. 20. Quæ cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset. Forma Imperf.
Erratur in nomine. Cic. 4. de Fin. 60. Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine.
Errans, Partic. [ἀλητεύων] Ter. Heaut. 2. 3. 16. Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interea loci, &c. Virg. 1. Æn. 326.
　Vidistis siquam hic errantem forte sororum.
Terris omnibus & fluctibus errans. Virg. 1. Æn. 760.
　— nam te jam septima portat
　Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.
Digitis errantibus scindere chelyn. Stat. 5. Sylv. 5. 32.
Domus errantes. Lucan. lib. 1. 253.
　— melius fortuna dedisses
　Orbe sub Eoo sedem, gelidaque sub Arcto,
　Errantesque domos. Alludit ad Scytharum domos, quas plaustris trahi dicit Hor. 3. Carm. 24. 10. [Scrib. Gelidave, Errantesve.
Gradum errantem in recta deflectere. Sen. Theb. 1.
Greges errantes. Hor. Epod. 2. 14. conf. Curt. 5. 6. 15.
Hederæ errantes. Virg. 4. Ecl. 19. i. e. Passim vagantes: unde antiqui Lyrici dixerunt Flexipedes hederas: quod hac atque illac vagantur. Servius.
Locum tutum erranti dare. Ovid. 4. de Ponto, 14. 517.
Lumina errantia. Propert. lib. 3. 14. 27.
Luna errans. Virg. 1. Æn. 746. Quia (inquit Servius) ἑλικοειδὴς, i. e. Obliquo incedit cursu, non recto ut sol, scilicet ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsin. Vicinus est enim ejus circulus terræ. V. in erro, Orbes cœli in quos &c. mox Sidera err. & erraticus.
Opinio errans. Cic. 2. de Fin. 71.
Sententia errans & vaga, cui opponitur Stabilis & certa. Cic. 2. de Nat. Deor. 2. De diis immortalibus habere non errantem & vagam, ut Academici, sed ut nostri, stabilem certamque sententiam.
Sidera errantia, Errantes stellæ. Plin. lib. 2. cap. 6. Et Cic. 1. Tusc. 62. [Et 63. Quinque errantes, absolute, subaud. τὸ Stellæ.
Turmæ errantes sine præside. Stat. 10. Theb. 12.
Errantia, æ. f. [ἀκηδεσύνη] Idem quod Error. Accius Neoptolemo, Satis jam dictum est, neque ego errantiæ animi prave morigerabor. Nonius 3. 86. Antiq.
Errātus, Partic. [ἀλητευθεὶς] Ovid. 3. Fast. 655.
　Protinus erratis læti vescuntur in agris. i. e. Quos errando lustraverant.
Littora errata. Virg. 3. Æn. 690.
　Talia monstrabat relegens errata retrorsum
　Littora Achæmenides. Errata (inquit Servius) participium sine verbi origine. non enim facit Error. Sed V. supra ex Cic.
Orbis erratus. Ovid. 1. Epist. Sabin. 104.
Orbis erratus diversis casibus. i. e. Pererratus. Valer. 4. Argon. 447.
Terræ erratæ. Ovid. 4. Fast. 573.
　— immensum est erratas dicere terras.
Active quidam capi volunt in illo Cic. 2. de Lege Agr. extr. Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, non dubitanti fidele consilium ostenditur. Sed præterquam quod Palat. Cod. habet Cujus errato, &c. Si Cui legas non est ἁμαρτητικὸν, sed abl. absol. Si erratum sit, &c. V. Urs. Inst. L. L. Tom. 1. p. 418. conf. Dacer. ad Ter. Hec. 5. 1. 11.
Errātum, i. n. [σφάλμα, πλάσμα] Idem quod Error. Minus est Vitio. Cic. pro Cluent. 133. Nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum.
Erratum & Recte factum, contraria. Cic. 2. de Lege Agr. 5. Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus. V. paulo ante de h. l. not.
Errata ætatis. Cic. 16. Fam. 21. Tantum enim mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, ut non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorreant.
Commune erratum. Cic. 6. Att. 1. Nam illud de Flavio & fastis, si secus est, commune erratum est.
Obtegere errata. V. obtego.
Petere veniam errato alicujus. Cic. pro Sylla 64.
Erratus, ūs. m. Idem. Plin. lib. 37. cap. 5. Vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu. Theodulf. 2. Carm. 607.
　— proque meis orare erratibus opto.
Erratio, ōnis. f. [ἀλητεία, ἀλητεία] Proprie est pedum, Error autem animi. Ter. Adel. 4. 2. 41. Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio. Cic. 2. de Nat. Deor. 56. Nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Idem de Univers. 19.
Errabundus, a, um. [πλανώμενος] Vagabundus. Liv. 1. 29. Nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illas visuri, pervagarentur.
Vento dispersæ atque errabundæ naves. Hirt. Bell. Afr. 2.
Errabundus, pro Errans. Auth. Nonio. Virg. 6. Ecl. 58.
　Siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
　Errabunda bovis vestigia. conf. Suet. Cæs. cap. 31. Apul. 5. Met. p. 171. Elm. Errabundo gradu.
Errābĭlis, e. Idem. ut, Errabiles soni. apud Lactant.
Errātĭcus, a, um. [πλανήτης] Qui errat & vagatur. Gell. lib. 2. cap. 2. Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dicere & nullius rei, incolamque sordentium ganearum. Cic. de Senect. 52. de vite loquens, Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum.
Delos erratica. Ovid. 6. Met. 333.
　— quam vix erratica Delos
　Errantem accepit tunc, quum levis insula nabat.
Herba erratica. i. e. Agrestis, & non sativa, verum passim nascens. Plin. lib. 19. cap. 8. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant. Sic, Erratica brassica, apud Columel.
Stellæ erraticæ, Planetæ. Gell. 3, 10. 14, 1. V. erro verb. & nom.
Errātĭtius, a, um. Qui errare solet. Fronto Gr.
Errātor, ōris. m. apud Tertull.
Erratrix, īcis. f. Fronto Gr.
Error, ōris. m. [ἄλη, σφάλμα, πλάσμα, ἀμπλακία, πλάνη] Ignorantia. Cic. 1. Acad. & pro Marcell. 13. Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.
Error & insania. Hor. 2. Epist. 2. 118.
　Hic error tamen & levis hæc insania quantas
　Virtutes habeat, sic collige.
Virtus & Error opponuntur. Hor. Arte Poet. 308.
　Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error.
In magnis tenebris erroris & inscientiæ. Cic. pro Sylla 40. Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ.
Nebula erroris. Juven. 10. Sat. 4.
Vulgus errori similis. Hor. 2. Serm. 3. 63. — huic ego vulgum
　Errori similem cunctum insanire docebo.
Rabies erroris, Furor culpæ. Sil. lib. 4.
Error alicujus rei, Deceptio. Virg. 2. Æn. 48.
Mentis alienatæ error. Quintil. in procem. lib. 6.
Nominum error. Liv. 1. 24. Tamen in re tam clara nominum error manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint.
Ambiguus error. Stat. 5. Theb. 437.
Cæcus error. Sen. Herc. fur. 12. Error cæcus quo cœpit eat.
Dulcis labantibus error. Valer. 4. Argon. 473.
Falsus error. Plin. lib. 15. cap. 3. Et error hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum.
Fanaticus error. Hor. in Arte Poet. 453.
Felicissimus error. Plin. 7. Epist. 28. ad Septit. Quis invidet mihi felicissimum errorem?
Feri errores nemorum. Stat. 1. Theb. 230.
Gratissimus mentis error, Voluptas in stultis rebus. Hor. 2. Epist. 2. 140.
　— cui sit extorta voluptas
　Et demptus per vim mentis gratissimus error.
Gravis error. Sen. Octav. 7.
Honestus error. Quintil. lib. 1. cap. 6. p. 27. Burman.
Indeprehensus & irremeabilis error Labyrinthi. Virg. 5. Æn. 591.
Inexplicabilis viarum error. V. inexplicabilis.
Inextricabilis error. Virg. 6. Æn. 27. V. inextricabilis.
Infandus error. Valer. 5. Argon. 574.
Ingens error. Quintil. lib. 3. cap. 6. Inde vero ingens male interpretantibus innatus est error.
Inobservabilis error Labyrinthi. Catull. 63. 115. V. inobservabilis
Irrevocandus error. Claud. de Bell. Get. 123.
Longi errores. V. Longis agi err.
Malus error. Virg. 8. Ecl. 41.
　Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error. Definitio est amoris, inquit Servius. Nam amor errare plerumque compellit. V. Teneri err.
Magnus. V. Sunt in err. &. Versatur err.
Nocens error. Sen. Herc. OEth. 900.
Novus. V. Deceptus n. err.
Prophanus error animi. Claud. 1. in Ruff. 75.
Sacri vatum errores. Sil. lib. 8.
Simplex error. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Summus. V. Versari in.
Temerarius error. Ovid. 12. Met. 59.
Turbulenti errores. Cic. 2. de Nat. Deor. 70. Quæ res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos, & superstitiones pene aniles.
Vagus error. Valer. 5. Argon. 115.
Vanus error. Stat. 12. Theb. 582.
Adjuvare alterius errorem. V. adjuvo.
Afferre alic. V. Depellere err.
Afficere mentis errore. V. afficio.
Attributus est error suus cuique. Catul. 20. 20.
Auferre errores alicujus, Rem alicui aperire, Eripere falsam opinionem. Ovid. 5. Fast. 362.
　Quum sic errores abstulit illa meos.
Captus errore. Cic. 12. Philipp. Unde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subito suscepit eodem captus errore quo nos.
Carere errore. Cic. de Amicit. 22.
Coarguere errorem alicujus. Cic. 1. Acad. 13. V. coarguo.
Commendatum esse falsa opinione errore hominum. Cic. pro Sext. 21.
Confiteri errores suos. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Errorem creat similitudo. Cic. 2. de Divin. 55.
Decipit error. Ovid. 4. Trist. 1. 23.
　Scit quoque cum perii, quis me deceperit error.
Deferri in errorem. V. defero.
Demere alicui mentis errorem. Hor. 2. Epist. 2. 140.
Depellere errorem. Cic. 2. de Divin. 60. Eumque errorem, quem tibi rei novitas attulerit, naturæ ratione depellito.
Deponere errorem suum. Cic. 8. Philipp. 33. Ceteris autem, si errorem suum deposuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.

Detrahere errorem alicui. Ovid. 4. de Pont. 8. 20.
Duci errore. Cic. pro Corn. Balb. 30. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, &c
Effugere errorem aliorum. Lucret. lib. 4. 822.
It error ante oculos alicujus, Decipitur specie. Ovid. 3. Fast. 383.
Eripere errorem alicui. Cic. 10. Att. 4. Si vera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem.
Evellere aliquem ab errore. Cic. 3. Off. 83. [Ita MSS. Al. Avellere vel Divellere. Malim Revellere. En locum, Aut quo potius convicio a tanto errore coner evellere? Una literula repeti debuit.
Exsolvere errore. Ter. Hec. 5. 2. 26.
Extorquere errorem. Cic. de Senect. 86.
Factum aliquid imagine erroris. Ovid. 2. de Ponto 2. 57.
Num tamen excuses erroris imagine factum.
Fessus errore viarum. Sil. lib. 15.
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret. lib. 4. 1071.
Fluitans errore. Lucret. lib. 3. 1065.
Atque animo incerto fluitans errore vagaris.
Illudit error. Hor. 2. Serm. 3. 51. —unus utrimque
Error, sed variis illudit partibus.
Imbutæ mentes pravitatis erroribus. Cic. 5. Tusc. 78.
Implicat urbem sævis erroribus. Valer. 3. Argon. 31.
Implicari erroribus. V. IMPLICO.
Inducere imperitos in errorem. Cic. de Clar. Orat. 292. V. INDUCO.
Induci in errorem. Cic. in Pison. 59.
Inflatus errore. Cic. 4. Acad. 116. Estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit?
Inest quantum erroris animis. Ovid. 2. Fast. 789.
Lapsus errore. Quintil. lib. 4. cap. 2. Vis te dicam vino impulsum, aut errore lapsum?
Lapsum esse per errorem. Cic. 3. Q. frat. 9.
Levare errore. Cic. 2. de Orat. 268.
Liberare animos errore. V. LIBER.
Mederi erroribus. V. MEDEOR.
Natus error. V. NASCOR.
Nocens scelerum errore. Stat. 12. Theb. 508.
Objectus error alicui. Cic. pro Cæcin. 5. Sed ne, siquis vobis error in tanta re sit objectus, omnes potius me arbitrentur causæ, quam vos religioni vestræ defuisse.
Pendere ex errore imperitæ multitudinis. V. PENDEO.
Rapimur in errorem opinionibus vulgi. Cic. 2. de Legib. 43.
Recipere errorem. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Sublato errore. Lucan. lib. 3.
Suggerere errorem. Cic. 3. Tusc.
Suximus errorem cum nutricis lacte. Cic. 3. Tusc. 2.
Sunt in magno errore qui sandareson vocant. Plin. lib. 37. cap. 7.
Tardare errorem aliqua re. Propert. lib. 1. 20. 48.
Et modo, formosis incumbens nescius undis,
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tenet error amantem. Ovid. 3. Met. 447.
Teneri malo errore. Virg. 10. Æn. 110.
Trahi aliquo errore. Ovid. 2. Met. 69.
Utque viam teneas, nulloque errore traharis, &c.
Versari in summo errore, atque in maxima rerum ignoratione. Cic. 1. de Nat. Deor. 2.
Versatur magnus error. Cic. 2. de Lege Agr. 6.
Error, pro Dolo: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Virg. 2. Æn. 48.
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Error, pro Vagatione etiam accipitur. ut, Errores Ulyssis. Cic. 1. Off. 148. Proprie Erratio appellatur.
Error viarum. Liv. 24. 17. Id errore viarum, an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit, incertum est.
Longis agi erroribus. Ovid. 4. Met. 566.
— longisque erroribus actus,
Contigit Illyricos profuga cum conjuge fines.
Diffugiunt quo quemque agit error. Ovid. 3. Fast. 555.
Pelagi erroribus actus. Virg. 6. Æn. 532.
Viæ errore actus. Virg. 7. Æn. 199.
Deceptus novo errore veterum locorum. Virg. 3. Æn. 181. Ubi Servius, Aut per contrarietatem sermonum declaravit, aut Novo pro Magno posuit.
Ducere in errorem. Ovid. 8. Met. 161.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus, turbatque notas, & lumina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Implicita errore via. Lucan. lib. 8. 5.
Palantes error in silvis certo de tramite pellit. Hor. 2. Serm. 3. 49.
Error, apud Jurisconsultos duplex est, Juris & Facti. In jure errat, qui existimat sibi aliquid per leges licere quod non licet, vel versa vice, falso sibi quid non licere existimat. l. 32. §. 1. D. de usucap. In facto vero errat, qui factum vel non factum aliquid errore ductus credit. l. 1. §. 1. D. de Jur. & Fact. ignor.
Poetis omnis velocior cursus est error. V. Barth. ad Claudian. p. 19.
Error ac Terror sæpe a librariis confunduntur. V. Burm. ad Quintil. Decl. 17. p. 334.

**ERRO**, ōnis. m. [πλάνης, πλανήτης] Ulp. in l. 17. quis sit fugitivus. D. de ædilit. edict. Errones appellantur Servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius domum redeunt. Arrius Men. l. 4. D. de Re Milit. Levius itaque delictum emansoris habetur, ut erronis in servis: desertoris gravius, ut in fugitivis. Plin. Epist. 34.
Fugitivus & erro. Hor. 2. Serm. 7. 112.
— teque ipsum vitas fugitivus & erro,
Jam vino quærens, jam somno fallere curam Frustra.
Admittere erronem. Ovid. 15. Epist. 53. V. Heinf. not. ad loc.
Vocare erronem sub sua signa. Tibul. lib. 2. 6. 6.
Errones P. Nigidius vocat eas stellas, quas multi Erraticas appellant. Gell. 3. 10. & 14. 1.

**ERRONEUS**, [πλανήτης] Idem quod Erro. Columel. lib. 7. cap. 12. Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circumspecti magis quam temerarii. De canibus. Ulpian. in l. Ædiles. D. de ædil. edicto, Si aleator, erroneus vel vinarius sit factus. Vet. Gloss. Erroneus, ἀλήτης, πλάνος.

**ERRONEUS**, a, um, Adj. Vulgo usurpant pro Falso, sed nullo veteri præeunte auctore.

## E R U

**ERUBEO**, ui, ēre. Jos. Iscan. de Bell. Troj.
Erubeo sexum, minus hic quam fœmina possum. Idem. v. 11.
— sterilisque vetustas Erubeat.

**ERUBESCO**, erubui, [ἐρυθριάω, καταισχύνομαι] ēre. Rubore & verecundia suffundi. Ter. Adel. 4. 5. 9. Erubuit salva res est. conf. Lamprid. Heliog. cap. 11. Cic. 2. de Fin. 28. Deinde ubi erubuit (vis enim est permagna naturæ) confugit illuc ut neget.
Erubuit, iramque pudore repressit. Ovid. 1. Met. 755.
Erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse. Auth. ad Heren. lib. 2. 8.
In aliqua re erubescere. Cic. 1. de Legib. 41. O rem dignam, in qua non modo docti, verum etiam agrestes erubescant.
Epistola non erubescit. Cic. 5. Fam. 12. Quæ nunc expromam absens audacius: epistola enim non erubescit.
Genæ erubuere. Ovid. 2. Fast. 828.
Jura fidemque alicujus erubescere. Virg. 2. Æn. 524.
Ora alicujus erubescere. Cic. in Sallust. 15. Confessus est vobis audientibus adulterium: nec erubuit ora vestra. h. e. Non veritus est vestrum conspectum.
Preces erubescere. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 68.
Posce Jovem, dabitur conjux. Vix ille pepercit:
Erubuitque preces. i. e. Erubuit supplex esse & precari.
Voluptates non erubescere. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.
Erubesco, cum infin. Sen. OEth. 1706.
Sed ire ad illos umbra, quos vici, deos, Pater, erubesco.
Erubesco loqui. Cic. 1. de Legib. 50. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.
Erubescere, cum genitivo. Curt. lib. 5. 5. 17. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ. Sed codd. emendd. Fortuita.
Erubescere, cum ablativo. Sen. 3. de Benef. Nunquid jam illa repudio erubescit? &c.
Genis erubuit. Ovid. 1. Amor. 8. 35.
Sensit te totis erubuisse genis.
Malis alterius erubescere. Ovid. 5. Trist. 11. 6.
Teque reor nostris erubuisse malis.
Saxa roratis rosis erubuerunt. Ovid. 2. de Ponto 1. 36.
Viro erubescit uxor. Ovid. 4. Trist. 3. 64. Al. Virum. Sed V. Burm.

**ERUBESCENDUS**, a, um. [καταισχυντός] ut Amor erubescendus, i. e. Turpis. Sen. Controv. 9. Hor. 1. Carm. 27. 14. Ignes erubescendi.

**ERUBESCENS**, entis. Partic. [καταισχυνόμενος] Cic. 1. de Nat. Deor. 112. Epicurus voluptates quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim.

**ERUBESCENTIA**, æ. f. Tertull. de Pœnit. cap. 10. pr. Cum erubescentia sua pereunt. Idem ad Nation. 1. 16. Exemplum erubescentiæ scelerum.

**ERUBRIS**, is. m. Fluvius in Mosellam se exonerans, hodie *Rover.* V. Auson. Scal. Lect. 1. 2. pr.

**ERŪCA**, æ. f. [κάμπη] ab Erodendo dicta; Vermis genus, Campe alio nomine dicti, qui in olerum folia repit, abroditque præsertim brassicas. Columel. lib. 11. cap. 3. Ubi vero apricis regionibus, post pluvias noxia incesserunt animalia, quæ a nobis appellantur erucæ, Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.
Eruca, si Apuleio creditur, ab Hærendo venit, quoniam rebus quas occupat, tenaciter inhæreat. [Hæc unde sint nescio.
Eruca, [εὔζωμον] Herba est quædam virtutis calidæ, Venerem excitans, unde Salax appellatur. Columel. lib. 10. 171. conf. Martial. lib. 3. 75.
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos. Gallice *De la roquette.* Juven. 9. Sat. 134.
Salaces erucæ. Ovid. de Rem. Amor. 402.
Virides erucæ. Hor. 2. Serm. 8. 51. V. BUZOMOS.

**ERUCIUS**, Roscii accusator, incerto patre natus, a literis non abhorrens, de quo multa Cic. pro Rosc. Amer.

**ERUCTO**, [ἐρεύγομαι, ἐξερεύγομαι, ἐρυγάνω] āre. frequent. ab Erugo, is; proprie Extra ructum mittere. Festus, Erugere semel factum significat, quod Eructare sæpius. Cic. in Pison. 13. Unde nos cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti.
Eructare, Foras mittere, ejicere. Sic Varr. 1. de R. R. cap. 4. Eructare odorem pestilentem. Et Cic. 2. in Catil. 10. Eructare sermonibus cædem bonorum.
Locum hunc affert Commentator Horatii in Arte (457.)
Hic dum sublimis versus ructatur. H. St. [Affert & Serv. ad. 3. Æn. 575.
Rigidos eructat Bosphorus amnes. Valer. 4. Argon. 345.
Arenam eructare fluvii dicuntur. Virg. 6. Æn. 297. de Acheronte,
— vastaque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.

**ERUCTANS**, antis. Partic. [ἐρευγόμενος] ut, Lucret. lib. 3. 1026.
Tartarus horriferos eructans faucibus æstus.
Saniem eructans. Virg. 3. Æn. 632.
— saniem eructans, ac frustra cruento
Per somnum commista mero. De Polyphemo.
Scopulos erigit eructans Ætna. Virg. 3. Æn. 575. Ubi Servius; Ructo, ructas tantum facit &c. [Lege Eructo, eructas. Nam simplex & deponentis forma flectitur.

**ERUCTATIO**, ōnis. f. Apul. de Mundo p. 60. extr. Exhalatio terrenis eructationibus surgit.

**ERUCTUS**, a, um. pro Eructatus. Eructum vinum, est Vinum denuo ex vinaciis expressum apud Gell. 11. 7. [Nisi potius ex fæcibus percolatum intelligit, seu fæculentum.

**ERUDĒRO**, [ἐξέρματα ἐκβάλλω] āre. Rudus ejicere. Sidon. 5. Epist. 7. Aures susurronum fæce completas eruderat. i. e. Expurgat.

**ERUDERATUS**, a, um. Sidon. 5. Epist. 15. Volumen de Supervacuis senten-

sententiis eruderatum. Varr. 2. de R. R. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum, & proclivum: ut everri facile possit.

**Erŭdio**, [παιδεύω, κατηχέω, χειδάζω] īre. Ex rudi doctum facere. Cic. pro Rosc. Com. 31. Non solum ut Roscii discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho, miseriaque erudiit.
Erudire atque docere. Cic. 1. Off. 156. Studiosos discendi erudiunt atque docent.
Rhetoricis quibusdam libris aliquem insequi ut erudias. Cic. 2. de Orat. 10. Nec vero te charissime frater atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestes putas, insequor ut erudiam.
Scripta erudiunt. Ovid. 2. Trist. 242.
Ad deorum cultum erudire, ad jus hominum, &c. Cic. 1. Tusc. 64. Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad jus hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit.
De omni Republ. erudire. Cic. 2. Fam. 12. Obviæ mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni Repub. ne hospes plane veniam.
In aliqua re erudire. Cic. 1. de Orat. 253. Oratorem erudire in jure civili.
In aliquam rem erudire. Ovid. 1. Epist. 111. V. ERUDIENDUS.
Artes aliquem erudire. Ovid. 8. Met. 215.
— damnosasque erudit artes.
Aves infirmas mater erudit artes. Ovid. 2. de Arte Am. 66.
Institutis & præceptis suis aliquem erudire. Cic. de Amicit. 13.
Instituere atque erudire filios ad majorum instituta. Cic. 5. Verr. 161.
Laboribus juventutem erudire venando, currendo, &c. Cic. 2. Tusc. 34.
Puerum erudire artibus. Liv. 1. 39. Cic. 1. Fam. 7. Lentulum nostrum eximia spe, summæ virtutis adolescentem cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum inprimis imitatione tui fac erudias.
Oculos erudire. Ovid. de Rem. Amor. 690.
Neve puellarum lacrymis moveare caveto:
Ut flerent, oculos erudiere suos.
Usus erudivit te. Cic. 1. Q. frat. 7.
Erudio, cum infinitivo. Sil. lib. 11. 351. — an tristia vincla
Et Decius non erudiunt componere mentem? Idem lib. 7. 387.
Si factis nondum, Minuci, te cauta probare
Erudiit Fortuna meis. Ovid. 3. Fast. 294.
— qua possint erudit arte capi.
Erudire etiam dicuntur res inanimatæ. Ovid. 1. Amor. 14. 30.
Erudit admotas ipse capillus acus.
In scholis erudiri. Quintil. lib. 1. cap. 2.

**Erudiendus**, Partic. [παιδευτέος] Ovid. 1. Epist. 112.
— qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat. Idem 3. de Arte Am. 48.
Pro Patriis artibus. H. St.

**Erudītus**, Partic. h. e. Edoctus, sciens. ut, Eruditus Græcis literis. Cic. 2. de Orat. 28. Et 1. de Fin. 1. Eruditus omni doctrina.
Ad nimiam assentationem eruditi. Cic. 1. Q. frat. 13. Sic vero fallaces sunt permulti, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi.
Leviter eruditus. V. Leviter in LEVIS.
Perfecte planeque eruditus. Cic. in Bruto 281. Erat C. Curio cum institutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus.
Liberaliter eruditus. V. Liberaliter, in LIBER.
Subtilius eruditus. Cic. de Provinc. Consul.
Disputationibus alicujus eruditum esse. Cic. 3. de Orat. 137. Nonne Socraticis erant disputationibus eruditi?
Doctrina atque optimarum artium studiis eruditi. Cic. 1. Q. frat. 18.
Institutionibus Græcis eruditus. Cic. 1. de Nat. Deor. 8.
Literis primis eruditus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Homo de schola, atque a magistro & Græcis literis eruditus. Cic. 2. de Orat. 28.
Literis aut musicis eruditus. Cic. 4. Att. 16,
Stipendiis & legationibus bellicis eruditus. Cic. pro Corn. Balb. 47.
Multis experimentis eruditus. Plin. lib. 1. Epist. 5. ad Voconium, sub fin. Vir est gravis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura possit ex præteritis providere.
Eruditus Græcas res. Gell. 2. 12.
Literas Græcorum vocemque senex jam eruditus. Tertull. de Pall. cap. 3. extr.

**Eruditus**, [παιδευτός] Nomen ex Partic. ut, Erudita operatio, h. e. Scite & composite facta. Plin. lib. 11. cap. 24.
Civitas disciplinis erudita. Auth. ad Heren. lib. 4. 67.
Græculo otioso & loquaci & fortasse docto atque erudito. Cic. 1. de Orat. 102.
Alibi, puto, Eruditus & Doctus, quod Eruditus sit minus. Neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. pro M. Cœlio 500. Videtur pro Literatis simpliciter dici. H. St. Locus est S. 41. ed. Verb.
Eruditus, pro Docto hom. absol. Non satis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. Cic. 1. de Fin. 26.
Disciplina juris civilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. 180.
Oculos eruditos habere. Cic. in Parad. 5.
Oratio erudita. Cic. in Parad. 1.
Palatum eruditum. Columel. lib. 8. cap. 16. Hoc igitur perjurium multorum subtiliorem fecit gulam, doctaque & erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum.
Tempora Ciceronis erudita. Cic. 12. Att. 19.
Compar. Eruditior ad lædendum. Ammian. 29. 1.
Tu eruditior quam Piso. Cic. in Pison. 62.
Instituendi genus paulo eruditius. Cic. 3. Q. frat. 3.
Superl. Eruditissima Græcorum natio. Idem 2. de Orat. 4.

**Erudite**, Adv. [πεπαιδευμένως] Cujus gradus sunt usitatiores.
Compar. Cic. de Senect. 3. Qui si eruditius videbitur disputare. Quintil. lib. 1. cap. 5. Illud eruditius quæritur, an, &c. Columel. lib. 1. cap. 1. Volumina de vineis Julius Græcinus composita facetius, eruditius, posteritati tradenda curavit.
Superl. Plin. 1. Epist. 9. Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit. Cic. in Orat. 174. Literæ eruditissime scriptæ.

**Eruditŭlus**, i. [μικροπαίδευτος] dimin. Catul. 58. 7.
Morbosi pariter, gemelli utrique,
Uno in lectulo, erudituli ambo.

**Eruditrix**, īcis. f. Florus lib. 2. cap. 6. 38. Illam Annibalis eruditricem.

**Eruditio**, ōnis. f. [παιδεία, κατήχησις, παίδευσις] Doctrina. Cic. 1. de Fin. 71. Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret.
Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Cic. 1. Acad. 4.
Homo præclara eruditione atque doctrina. Cic. 1. Off. 110.
Homo ingenio præstanti & eruditione perfecta. Cic. 2. de Divin. 130.
Omnis eruditionis expers atque ignarus. Cic. 2. de Orat. 1.
Altissima eruditio, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Liberalis eruditio. V. LIBER.
Attendere eruditioni. Suet. Calig. 53. 1.
Potior eruditio in scholis, quam domi. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Exercere eruditionem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Intendere eruditionem suam. V. INTENDO.
Repletus homo eruditione varia. Suet. Aug. cap. 89.
Plur. Eruditiones aliquoties dixit Vitruv. ut lib. 1. cap. 1. Abundans eruditionibus variis ac pluribus. Ibid. extr. Officium architecti omnibus eruditionibus debet esse exercitatum.

**Eruditus**, ûs. m. Tertull. adv. Valent. cap. 29.

**Eruditor**, ōris. m. Tertull. de Pall. cap. 4. Claud. Mamert. 1. 2. B. Hieron. Vit. Hilar.

**Erudibilis**, e. Fulgent. de Contin. Virg.

**Erudimentum**, i. n. Vet. Interp. Iren. 2. 30.

**Erugo**, ire. V. ERUCTO.

**Erūgo**, [ἐκρυτιδόω] āre. quasi Rugas auferre. Plin. lib. 13. cap. 12. Iterum constricta erugatur, atque extenditur malleo. Idem lib. 23. cap. 1. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus si statim bina stadia ambulentur.
Erugare cutem. Plin. lib. 26. cap. ult. Cacaliæ grana mista ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie, erugantque.

**Erugatio**, ōnis. f. [ἐκρύτωσις] ut, Erugatio cutis.

**Erugo**, ĭnis. V. ÆRUGO.

**Ervilia**, æ. f. [ὦχρος] Genus est leguminis, folio quam faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alvearia seri præcipiunt. Columel. lib. 1. Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, ervilia. conf. Varr. 1. de R. R. 32. & Non. 3. 88. Festus Ervum, & Ervilia a Græco sunt dicta, quia illi Ervum ὄροβος, Erviliam ὀρόβινον appellant. conf. Seren. 587.
De Ervilia ejusque pinsendi ratione. V. Plin. lib. 18. cap. 7. & 10.
Scribitur & ERVILLA. q. V. post ERVUM.

**Eruli**. V. HERULI.

**Erumna**. V. ÆRUMNA.

**Erumpo**, ūpi, uptum, [διεκδύω, ἐκρήγνυμαι, ἐξελαύνω] ĕre. Cum impetu exire. Cæs. 1. Bell. Civil. 59. Quo paratiores essent ad insequendum omnes, sive noctu, sive interdiu erumperent.
Ad pugnam erumpere. Columel. lib. 9. de apibus.
Ad fugam erumpere. Pompon. in l. socium. D. pro socio.
Ab aliquo loco erumpere. Ovid. in Ibin, 155.
— Stygiis erumpere nitar ab oris.
Scatere atque erumpere plano campo. Lucret. lib. 5. 950.
Ex proposito erumpere. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. Cic. pro Sext. 9.
In actum erumpere. Cic. pro Domo sua 65. Omnem impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inveterata compresso odio atque tacito jam erumpebat in actum, tam, &c.
In aliquem erumpere. Stat. 4. Sylv. 4. 36.
— positis erupit in Hectora plectris.
In rem aliquam erumpere. Lucan. lib. 3. 545.
Dum cupit in sociam Giareus erumpere puppim.
Effervescere atque erumpere aliquo. V. EFFERVESCO.
In hoc tempus erumpit, in hos dies. Cic. pro Muren. 47. Omnia quæ per hoc triennium agitata sunt, jam ab eo tempore quo a L. Catilina & Cn. Pisone initum consilium Senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt.
In affectum erumpere. Quintil. lib. 8. cap. 3. Sed velut mente captos, & quo in loco essent ignaros, erupisse in hunc voluntatis affectum.
In omnium perniciem erumpere. Liv. 34. 61. Aristonem quendam Tyrium advenam, instructum mandatis ab Annibale & ab Antiocho rege venisse, certos homines cum eo secreta consilia serere, & in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum esset.
Active sæpe usurpatur. ut, Inter nubila sese erumpunt radii. i. e. Scindit se nubes. Virg. 1. Georg. 446. conf. 4. Georg. 368.
Lucret. lib. 4. 1110.
Tandem ubi se erupit nervis conjecta cupido,
Parva fit ardoris violenti pausa parumper.
Erumpunt se portis foras. Cæs. 2. Bell. Civil. 14. conf. Ter. & Tibul. infra. & Min. Oct. 16. 6.
Erumpere per castra hostium. Plin. lib. 22. cap. 6.
Foras erumpere. Lucret. lib. 6. 888.
Loco aliquo erumpere. Cæs. 3. Bell. Civil. 44. Nequo loco erumperent Pompejani, & nostros post tergum adorirentur, timebant.
Portis erumpere. Virg. 4. Georg. 78.
Erumpunt portis, concurritur.
Subito clamore erumpunt. Virg. 11. Æn. 609.
Illustrantur & erumpunt omnia. Cic. 2. in Catil. 6. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tuæ potest: si illustrantur, si erumpunt omnia, muta jam istam mentem, &c.
Sed certe videntur hæc aliquo eruptura. Cic. 2. Att. 22. extr.
Hæc quo eruptura sint, timeo. Cic. 2. Att. 20.
Odia erumpere in aliquem dicuntur. Cic. pro Muren. 47. Ut odia occulta civium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cujusque erumperent.
Abiit, excessit, evasit, erupit. Cic. 2. in Catil. 1.

Clades erumpit. Ovid. 7. Met. 562.
— inque ipsos sæva medentes
Erumpit clades, obsuntque authoribus artes.
Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus. Cic. 2. Att. 21.
Erumpit furor & indignatio. Liv. 4. Cic. 2. Q. frat. Erumpet amentis hominis furor.
Gemitus erumpunt. Stat. 11. Theb. 385.
Ignes ex Ætnæ vertice erumpunt. Cic. 7. Verr. 106.
Erumpit ignis ex vaporario. Cic. 3. Q. frat. 1.
Ignis erumpit oculis. Sen. Hippol. 4.
Erumpit lacryma, Erumpit fœtus, Erumpit liquoris plusculum. Plin. lib. 10. cap. 55: 12. 17. & 16. 10.
Malum erumpit ad perniciem civitatis. Cic. de Arusp. Resp. 4. Erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis.
Mugitus erupit fluvio. Sil. lib. 6.
Risus repente erumpit. Cic. de Orat. 235. Quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus.
Sagittæ nervo pulsante erumpunt. Virg. 4. Georg. 313.
Donec, ut æstivis effusus nubibus imber,
Erupére, aut ut nervo pulsante sagittæ. De apibus.
Sermones iniquorum in tuum nomen erumpunt. Cic. 1. Q. frat. 2. Sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere.
Sortes perfracto saxo eruperunt. Cic. 2. de Divin. 85.
Terra fontibus erumpit liquores. Tibul. lib. 4. 1. 86.
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores. V. Brœckh. ad loc.
Ventus erumpit. Lucan. lib. 3. 460.
Vincula erumpere. Ulpian. in l. siquis. §. subvenitur. D. de Senatusc. Silan. Si tamen ita vincti, ut omnino erumpere vincula, & auxilio esse non potuerint, &c.
Undæ per fontem erumpunt. Lucret. lib. 6. 895.
Vera & me digna vox aliquando erumpat. Cic. 10. Philipp.
Vulgus attonitum erumpit subita formidine. Sil. lib. 17.
Erumpere stomachum in aliquem. Cic. 16. Att. 3.
Sic Erumpere se. Apud Cic. l. 8. puto, Epistol. Fam. Erumpere cum Accusativo Se: Sed ibi alia exemplaria tollunt hunc Accusativum. H.St.
Erumpere gaudium. Ter. Eun. 3. 5. 2. Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? Donatus, Erumpere, quasi activum verbum posuit pro neutrali, ut sit, Licetne mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quasi Exire, Mihi, pro a me. Et paulo post, Utrum me erumpere, pro emittere posuit? aut erumpere pro exclamare? ut Erumpere vocem dicitur qui exclamat. [Forte pr. legend. Erumpere in h. g.
Erumpet in nervum isthæc fortitudo. Ter. Phorm. 2. 2. 10. O vir fortis atque amicus: verum hoc sæpe, Phormio, vereor, ne isthæc fortitudo in nervum erumpat denique. Ubi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpe in nervum conjiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An proverbium a sagittariis natum est, quod immoderatæ plerumque vires, adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? an ex eo, quod sæpe fortius ferientes, nervum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sæpe vinci, sæpe decipi contingit.
Erumpere, Repente digredi a proposito. Quintil. 4. 3. extr. V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.
Pa f. Lucret. lib. 6. 581. — incita cum vis
Exagitata foras erumpitur. Scrib. Larg. Comp. 84. Erumpi cog int sanguinem.

**Erumpens**, entis. Partic. [ἐξελαύνων] Cic. de Provinc. Consul. 6. Byzantii totum pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque erumpentem, ægre repulsum & cervicibus suis interclusum sustinuerunt. Paterc. 2. 66. 3. Erumpens animo & pectore indignatio. conf. Lucret. lib. 5. 459.

**Eruptus**, a, um. Emissus. Scrib. Larg. Comp. 84. Eruptus sanguis. Lucret. lib. 1. 724. — faucibus eruptos vis evomit ignes.

**Eruptio**, ōnis. f. [διέκδυσις, ἔκρηξις] Exitus cum impetu. Plin. lib. 16. cap. 10. Carbonem repente exspuunt cum eruptionis crepitu. conf. Sen. 2. Q. Nat. 56.
Eruptiones dicuntur quando vel Exercitus e castris, vel Præsidia ex urbibus in hostes impetum faciunt. Cæs. 1. Bell. Civil. 21. Non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asservent. & Cic. ad Brut. 2.
Inopinatæ eruptiones. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Facere eruptionem. Cæs. 7. Bell. Gall. 73.
Pugnare velut eruptione. Quintil. lib. 4. cap. 5. conf. Nep. 8. 4. 4. Flor. 3. 20. 14. Tacit. 2. Ann. 7. 1.

**Eruptio**, [Ἔκρηγμα] Locus quidam in Ægypto, qui jam inde a Strabonis ætate obrutus est, ut idem ipse scribit lib. 16.

**Eruptor**, ōris. m. Qui erumpit. Ammian. 24. 5. Eruptores perterriti reverterunt.

**Erunco**, [βοτανίζω] āre. Verbum rusticum a Runca instrumento rustico deductum: h. e. Runca avellere, quod proprie de herbis dicitur Exherbare. Columel. lib. 2. cap. 11. Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem 11. 3. Altera vice dimidias areas eruncet.

**Eruo**, ui, ŭtum, [ἐξερύω, ἐξαίρω] ĕre. Extrahere. Columel. lib. 7. cap. 5. Subluvies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis rite eruuntur.
Eruere & ostendere populis aliquid. Lucan. ad Pison. 228.
Eruere atque proferre in lucem. Hor. 2. Epist. 2. 115.
Obscurata diu populo, bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.
Protrahere & eruere aliquid in luminis oras. Lucret. lib. 5. 1388.
Sic unum quidvis paulatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Eruere ex tenebris. Cic. 1. de Lege Agr. 3.
Media turba aliquem eruere. Hor. 1. Serm. 4. 125.
Prudenter aliquid eruere. Quintil. lib. 4. cap. 2. Hoc quoque tamquam occultum & a se prudenter erutum tradunt.
Bipennibus arborem eruere. Virg. 2. Æn. 628. i. e. Dejicere: & est Acyrologia. Serv.
Aurum terra eruere. Ovid. 3. Amor. 5. 83.
Censum conditum templo eruere. Lucan. lib. 3. 156.
— tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi.
Civitatem eruere. i. e. Evertere. Tacit. 4. Hist. 72. Avido milite eruendæ civitatis.
Curam eruere. Plaut. Casin. prol. 23.
Domos antiquas avium cum stirpibus imis eruere. i. e. Arbores. Virg. 2. Georg. 53.
Flatibus eruunt Boreæ quercum. Virg. 4. Æn. 442.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant.
Genas ungue eruere. Propert. lib. 4. 5. 16.
Herbas & limum eruere. Plin. lib. 11. cap. 37.
Latus hasta eruere. Ovid. 12. Met. 477.
Extentum cursu missa latus eruit hasta,
Qua vir equo commissus erat.
Lumina eruere. Sen. Theb. 1. Et Quintil. lib. 6.
Memoriam eruere alicujus rei. Cic. pro Muren. 16. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.
Obrutum eruere. Cic. 4. de Fin. 10.
Oculum eruere. Plin. lib. 11. cap. 37. Certe nulli sine redundatione ejus (stomachi) eruitur oculus.
Oculos eruitur, Synecdoche. Ovid. 12. Met. 269.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruiturque oculos.
Opes & regnum eruere. Virg. 2. Æn. 628.
Trojanas ut opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.
Segetem ab radicibus imis eruere. Virg. 1. Georg. 112.
Semina sus rostro eruit. Ovid. 15. Met. 113.
Silvas manu eruere. Virg. 4. Georg. 329.
Urbem aut aliquem virum eruere. Virg. 6. Æn. 838.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas
Ipsumque Æaciden, genus armipotentis Achilli. De Cæsare.
Urbem a sedibus eruere. Virg. 2. Æn. 612.
Fundamenta quatit, totamque a sedibus urbem Eruit.
Eruere, pro Perscrutari & investigando elicere. Stat. 3. Theb. 555.
Eruimus quæ prima dies, ubi terminus ævi, &c.
Scrutari vetera, & ex his ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt eruere. Cic. 1. Tusc. 29.
Cura & cogitatione aliquid eruere. Cic. 2. de Orat. 174.
Argumenta eruere. Cic. 2. de Orat. 146. Scrutari locos ex quibus argumenta eruamus.

**Erūtus**, Partic. [ἐξερυσθείς] Cic. 1. de Divin. 57. Mortuum erutum esse: cauponem re patefacta pœnas dedisse.
Eruta genas ungue. Stat. 10. Theb. 811.
Aqua eruta remis canet. Ovid. 5. Epist. 54.
Aurum erutum. Stat. 4. Silv. 7. 15.
Cæpa eruta. Ovid. 3. Fast. 340.
Cædenda est hortis eruta cepa meis.
Freta eruta. Ovid. 3. Amor. 8. 43.
Non freta demissi vertebant eruta remi.
Oppida eruta convulsis muris. Sil. lib. 3.
Radicibus eruta pinus. Virg. 5. Æn. 449.
Sacra eruta priscis annalibus. Ovid. 1. Fast. 7.
Tempora cum causis annalibus eruta priscis. Ovid. 4. Fast. 11.

**Eruptio**. V. ERUMPO.

**Erus**, i. m. Antique pro Servus. Fest. [Immo pro Herus. nec Festi hæc sunt. V. ERITUDO.

**Eruscus**, i. m. Idem ac Rubus. Apul. de Herb. cap. 87.

**Erutus**. V. ERUO.

**Ervum**, i. n. [ὄροβος] Leguminis genus: dictum ab Eruendo: quod manibus eruatur & vellatur. Plaut. Casin. 1. 38. Post autem nisi ruri tu ervum comederis, &c. vulgo Acervum. Idem Most. 1. 1. 59. Ervom daturin' estis bubus quod feram? Dioscor. lib. 2. cap. 119. Ervum parvus frutex, omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, semina in valvulis habens: e quibus farina fit nomine ervina, ad multos medendi usus conveniens. Ubi Hermol. Ervum, Herbumve, aliud candidum, aliud rufum. In siliquis grana sine septo habet, quæ se invicem quasi tangant, ut in Piso: siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindracea, ut item piso. Patientissimum vetustatis est atque cicer. Genus est & Ervilia leguminis, quam nonnulli falso Durellam vulgo dictam interpretantur: propterea quod hodie quoque in Umbria vocant Erviliam agricolæ, quod in Gallia & Venetia provincia Doram, Durellamque: folio crasso, & oblongo leontopodii, sed majore, capitulis semen includentibus minutum, simile nasturtio, tantum exilius flore candido. Scopas ex ea ruri faciunt. At Ervilia, Silvestris herba est, amaritudinis eximiæ, colore & folio cicerculæ, quanquam minore. Plin. lib. 18. cap. 15. Hoc leguminis genere plurimum abundant Delphinates, vocant autem illi vulgo *Des erz*. V. ERVILIA & ERVILLA.
Fresum & aqua maceratum ervum bubus dare convenit. Columel. lib. 6. cap. 3.
Gravedinosum ervum, quod bubus gravedinem faciat. Plin. lib. 18. cap. 15. in fine, Ervum Martio mense satum, noxium esse bubus ajunt. Item autumno gravedinosum. Innoxium autem fieri primo vere satum.
Pingue ervum. Virg. 3. Ecl. 100.
Eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo.
Tenue ervum. Hor. 2. Serm. 6. 117.
— me silva cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

**Ervilla**, æ. f. Idem quod Ervum. Varro apud Nonium 3. 88. Sed ut is erat hæc legumina arte parva pauca cicer, ervillam, ac paregia alia spiria ceteris. [Sic edit. Merc. Sed locus vix sanus videtur. V. ERVILIA, & ERVUM. Porro hoc sine dubio ex Gr. ὄροβος, B cum Digamma Æolico permutato.

## E R Y

**Eryannos**, [Ἐρύαννος] Æolidis fluvius. Plin. lib. 5. cap. 30.

**Erycinus**, Gracchi servus fuit, qui domino cum populo agenti, eburneola fistula modos incinebat. Cæl. lib. 9. cap. 1.

**Erycus**, i. m. Mons est Siciliæ, Cic. 4. Verr. 22. Itaque apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem: non enim Quæstor petit (ut est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat, &c. [Sed verisimilius est Erycinum Tullium scripsisse, ut doctis placet. V. ERYX.

**Erymanthus**, [Ἐρύμανθος] est Mons silvosus Arcadiæ, ubi ingentem aprum Hercules cepit. Apollodor. l. 2.
Erymanthi meminit Virg. 6. Æn. 802.
Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, &c.
Cupressifer Erymanthus. Ovid. 9. Epist. 87.
Ut Tegeæus aper cupressifero Erymantho　Incubat, &c.
Monstrifer Erymanthos. Stat. 4. Theb. 298. V. Barth.
Juga densa Erymanthi. Sen. Herc. fur. 4.
Nigræ silvæ Erymanthi. Hor. 1. Carm. 21. 7.
Phocaicus Erymanthus. Ovid. 2. Met. 244.
Est etiam fluvius ab illo monte in Alpheum defluens. Plin. lib. 4. cap. 6.

**Erymanthæus**, [Ἐρυμανθαῖος] Adj. ut, Monstrum Erymanthæum. Valer. 1. Argon. 374.
Quique Erymanthæi sudantem pondere monstri
Amphitryoniadem, &c.　De apro Erymanthæo.

**Erymanthius**, [Ἐρυμάνθιος] aliud Ad. ut, Aper Erymanthius. Cic. 6. Verr. 95. Idem 4. Tusc. 49. Iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro, aut leone Nemeæo?
Pestis Erymanthia. i. e. Aper, quem in Erymantho Hercules interfecit. Sil. lib. 3.

**Erymanthis**, ĭdos. [Ἐρυμανθὶς] patronym. Arcadia. Ovid. 2. Met. 500.
Nexilibusque plagis silvas Erymanthidos ambit.
Erymanthis ursa dicta est Callisto Lycaonis filia, quæ versa est in ursam, ut docet Ovid. 2. Met. 499. Stat. 9. Theb. 549.
— ut forte jugis longo defessa redibat
Venatu modo rapta ferox Erymanthidos ursæ
Ora ferens.　Erymanthidos. i. e. Arcadicæ.
Custos Erymanthidos Ursæ, Arctophylax. Ovid. 1. Trist. 3. 103.
Stellæ Erymanthidos Ursæ. Ovid. 3. Trist. 4. 47.

**Erymne**, [Ἐρύμνη] Oppidum in Magnesia, non longe ab Æantio promontorio. Plin. lib. 4. cap. 9.

**Erynge**, es. f. sive **Eryngion**, [ἠρύγγιον] Herba aculeatæ mordacitatis, spinosa veluti carduus, sativa in cibis probatur, radice tantum, quæ melle, cinnamomo & garyophyllo condita, gustui non injucunda est. Plin. lib. 22. cap. 7. Et lib. 21. cap. 15. Columel. lib. 6. cap. 5. Vulgus Hispanorum, inquit Interpolator Diosc. S. 24. vocat hoc cardui genus Centum capita a multitudine capitum in quibus semen reconditur. Pharmacopolæ autem vocant *irringorum* corrupte.

**Erysichthon**, male ponitur in **Erisichthon**. H. St. [Ita quidem Pausanias id nomen scribit: Sed alium ille Erysichthona memorat, Cecropis nimirum filium. V. eum in Att. Callym. Hymn. in Cer. P. Leopard. Emend. l. 13. c. 19.

**Erysĭmum**, i. n. [ἐρύσιμον] Semen est sesamo corporis substantia quodammodo affine, sed in cibo est insuavius, corporique alimentum parcius exhibet, prædictoque omnino est deterius. V. plura apud Galen. lib. 2. de Aliment. Facult. conf. Cels. 5. 18. §. 25. Diosc. 2. 188: 3. 24. & Plin. 22. 25.

**Erysipĕlæ**, arum. f. [ἐρυσιπέλας] Morbus. Cels. lib. 5. cap. 26. §. 31. Omnis cancer non solum id corrumpit quod occupavit, sed etiam serpit: deinde, aliis aliisque signis discernitur. Nam modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit, ἐρυσιπέλας Græci nominant. Apud eund. Cels. paulo post, §. 33. titulus sic habet, Curatio erysipelarum. Ubi forte pro Erysipelarum, legendum est Erysipelatum. Video enim ab aliis passim Erysipelata genere neutro vocari Sacros ignes, utique a nomin. Erysipelas, atis. Non ignoro tamen quin & Celsus & Galenus diversum faciant Sacrum ignem ab Erysipelate: quamvis Plin. Erysipelas interpretetur Sacrum ignem. Sed nobis de voce tantum est disceptatio. [Ex errore est in Vetustioribus Celsi codd. excusum Erysipelarum, emendati pridem Erysipelatum exhibent. Græce autem rectius scribitur Ἐρυσίπελας, Acc. in antepen. propter finalem syllab. brevem.

**Erysisceptrum**, Frutex. Plin. lib. 24. cap. 13. Sed & frutex humilior æque spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis, quem alii Erysisceptrum, alii Adipsatheon, sive Dipsacon, sive Diacheton vocant. Optimus, qui minime ferulaceus, rubens, & in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non ubique odoratus.

**Erysithale**, es. f. Herba est flore luteo, foliis acanthi, bibiturque e vino. Plin. lib. 26. cap. 13.

**Erythace**. V. ERITHACE.

**Erythacus**. V. ERITHACUS.

**Erythæus**. V. ERECHTHEUS.

**Erythēa** vel **Erythia**, æ. f. [Ἐρύθεια] Corrupte Erythræa. Insula in mari Gaditano, quam sic cognominatam dicit, Plin. lib. 4. cap. 22. quoniam Tyrii aborigines eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac, inquit, Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit.
Sunt qui aliam esse eam & contra Lusitaniam arbitrantur, eodemque nomine quondam ibi appellatam. V. Melam. lib. 3. cap. 6.
Ubi scribitur in omnibus fere codicibus apud Ovid. 1. Fast. 543. Erythreidas boves, ibidem legendum videtur, Erytheidas ab Erythia, sive Erythea hac Gaditana insula patria Geryonis, cujus meminit Steph. & Strabo lib. 3. Propert. lib. 4. 10. 1.
Amphitryoniades qua tempestate juvencos
Egerat a stabulis, ô Erythia, tuis.　Sil. lib. 16. 195.
— Hercules Erythia ad litora Gades.　V. Drakenb.

**Erythēis**, ĭdis. f. patronym. Ovid. 5. Fast. 649.
Victor abit secumque boves Erytheida prædam　Abstulit.

**Erythibius**, Apollo cultus est apud Rhodios, quoniam Erythiben appellant ipsi, quam ἐρυσίβην alii, id est Rubiginem, cui arcendæ hunc deum præficiebant. Cæl. lib. 6. cap. 7. & Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.

**Erythīni**, [ἐρυθινοὶ & ἐρυθῖνοι] Pisces sunt, qui vulvas habere creduntur, in quorum nimirum genere non sit mas, quum omnes ovis gravidæ capiantur. Plin. lib. 9. cap. 16. & 52. Legunt & Erythricus, ab ἐρυθρὸς V. RUBELLIO.

**Erythræ**, arum. f. [Ἐρυθραὶ] Vulgo *Cabo bianco*, Civitas Joniæ, ad Aleon fluvium, non longe a Chio, ex qua Sibylla fuit, quam a patria Erythræam nominaverunt: antiqua sane mulier, & divinatrix tempore Alexandri. V. in dictione seq. Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus. Plin. lib. 32. cap. 2.
De aliis hoc nomine nobil. urbb. V. Steph. Hinc

**Erythræus**, a, um. Adj. [Ἐρυθραῖος] ut Sibylla Erythræa, de qua Servius in illud Virg. 6. Æn. 36. Deiphobe Glauci. Ducitur tamen Varro (inquit) ut Erythræam credat scripsisse libros Sibyllinos, in quibus fata Romana scripta erant: quia post incensum Apollinis templum in quo fuerant apud Erythram insulam, inventa sunt carmina. Idem de eadem paulo post, explicans TUAS SORTES, Sibyllina responsa: quæ, ut supra diximus, inquit, incertum est cujus Sibyllæ fuerint: quanquam Cumanæ Virgilius dicat, Varro Erythrææ.

**Erythræa**, Ins. & **Erythræis**. V. ERYTHĒA, ERYTHĒIS.

**Erythræum** Mare, [Ἐρυθρὰ θάλασσα] quod Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum a rege Erythra. Curt. 8. 9. 14. & 10. 1. 13. aut, ut alii, solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab harena terraque, alii tali aquæ ipsius natura. Plin. lib. 6. cap. 23. V. Prolixam Raderi & Freinsh. disquisitionem de hoc nomine ad Curt.
Alga Erythræa. Martial. lib. 10. 16.
Gemmæ Erythrææ. Claud. 4. Conf. Hon. 605.
Lapilli Erythræi, Uniones. Stat. 4. Sylv. 6. 18.
Nox & Erythræis Tethydis signanda lapillis,
Et memoranda diu. Proverbialiter dictum.
Littus Erythræum. Tibul. lib. 3. 3. 17.
Quidve in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctaque Sidonio murice lana juvat?
Smaragdi Erythræi. Claud. 6. Conf. Hon. 563.

**Erythraicon**, i. n. [σατύριον Ἐρυθραϊκὸν] Altera est Satyrii herbæ species, semine viticis majore, lævi, duræ radicis, cortice rubro intus album includente, sapore subdulci. Invenitur fere in montosis. Plin. lib. 26. cap. 10.

**Erythranos**, i. m. Cissos Erythranos, species herbæ. Plin. 24. 10. & 16. 34.

**Erythricus**. V. ERYTHINI.

**Erythrocomos**, Punici mali species. Plin. lib. 13. cap. 19.

**Erythrodanum**, [ἐρυθρόδανον] Herba est, rubram habens radicem. qua tinguntur lanæ. Latini Rubiam appellant. Vulgus *Garenciam*. V. Plin. lib. 24. cap. 11.

**Erythrodaon**, ōnis. m. Gallus urus. Quibusdam Tetrax vel Tetrix.

**Erȳthrŏpus**, ŏdis. m. [ἐρυθρόπους] Avis sic appellata a pedum rubore.

**Erythros**, [ἐρυθρὸς] Frutex, alio nomine Rhus appellatus, cujus folio coriarii in condepsandis pellibus utuntur: unde & Excoriarium fruticem quidam appellarunt. V. Plin. lib. 24. cap. 11. Galli *Viurnam* vocant. conf. Diosc. 1. 147.

**Erythrotaones**, [ἐρυθροταῶνες] Ex anserum genere Volucres in quibus nitor eximius, absolutaque nigritia, & in superciliis cocci rubor: ita dicti, quasi ἐρυθροὶ ταῶνες, h. e. rubri pavones.

**Erythrus**, Idem qui Erythras. Rex qui Rubro mari nomen dedit. V. ERYTHRÆUM mare.

**Eryx**, ycis. [Ἔρυξ] Butæ & Veneris filius: secundum alios, Neptuni & Veneris. Servius in illud Virg. 5. Æn. 24.
— nec littora longe
Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos.　Idem 1. Æn. 574.
Sive Erycis fines, regemque optabis Acestem.　Eryx (inquit) Veneris & Butæ filius fuit, qui occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomen imposuit. In quo matri fecerat templum quod Æneæ adscribit poeta, dicens, 5. Æn. 759.
Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri.　In hoc autem monte dicitur Anchises sepultus: licet secundum Catonem in Italiam venerit.
Cæstibus fractus suis Eryx. Sen. Herc. fur. 6. Ipsius opus est cæstibus fractus suis Eryx, & Eryci junctus Anteus Libys. Ipsius opus, subaudi Herculis. Nam Eryx in Sicilia regnans, vir corporis præstans viribus, legem hospitibus dederat, ut cum ipso cæstibus certarent: qui tandem ab Hercule redeunte ex Hispania victus occubuit, & in summo montis propinqui Drepano sepulturæ datus, monti nomen dedit.
Terga Erycis, Cæstus. Virg. 5. Æn. 419.
Æquemus pugnas, Erycis tibi terga remitto,
Solve metus, & tu Trojanos exue cæstus.
Acer Eryx. Virg. 5. Æn. 402.
— quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Æneæ germanus Eryx. Virg. 5. Æn. 412.
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.　Conf. BUTES.

**Eryx**, Mons in Sicilia, de quo modo dictum est. Sen. Medea 707.
Quæcunque generavit invius saxis Eryx. In hoc monte celebre templum habuit Venus: unde Erycina est appellata. conf. Suet. Claud. cap. 25. Strab. lib. 6. & Steph. Polyb. l. 1. c. 55. Liv. 22. 9. Virg. 12. Æn. 701.
Quantus Athos, aut quantus Eryx.
Altus Eryx. Ovid. 2. de Arte Am. 420.
Zephyro semper apertus Eryx. Ovid. 4. Fast. 478.

**Erycīnus**, a, um. Adj. ut, Concha Erycina. Propert. lib. 3. 13. 6.
Littus Erycinum. Virg. 10. Æn. 36.
Mons. V. ERYCUS.
Templa Erycina. Stat. 1. Silv. 2. 160.
Venus. V. ERYX.
Vertex Erycinus. Virg. 5. Æn. 759.

**Erīcȳna**, per Ellipsin pro Venere, ubi subaud. Dea. Catull. Argon. 72.
Spinosas Erycina serens in pectore curas.　Hor. 1. Carm. 2. 33.
Sive tu mavis Erycina ridens.

## E S

**E. S.** E Senatu, Ex sententia, E suo, Et sibi, Ejus Est. **ES. AE. MR.** E sacra æde Martis.

Esæi, [Ἐσσαῖοι] Una ex tribus religiosioribus Judæorum sectis, quæ omnino tres erant, teste Josepho, Pharisæorum, Esæorum, & Sadducæorum. Ex his Esæi, uxoribus, & vino, & carnibus abstinebant, quotidianumque jejunium vertebant in naturam. Meminit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 12. Plin. Essenos vocat. V. Salmaf. Exerc. Fuller. Misc. Sacr. 2. 3. Petit. Var. Lect. 4. 9. & 2. 7.

Esaias, Propheta V. T. a quibusdam dictus Evangelista. V. Augustin. T. 5. p. 1078. Vox trisyll. ut, Sanctus Esaias. Prudent. Apoth. 663. conf. Tertull. ad. Marc. Carm. 3. 163.

Esalon. V. æsalon.

Esar, [Ἔσαρ] Ægyptiorum, qui Psammetichum fugerunt, oppidum, dierum duodecim itinere a Meroe distans, in quo produntur annis trecentis habitasse. Plin. lib. 6. cap. 30.

Esau, Nomen filii Isaac, qui & Edom, h. e. Rufus, & Seir, quod Pilosum significat, appellatus est.

## E S B

Esbonitæ, Populi, de quorum nomine & Catabanum, & Scenitarum Arabia illa sterilis vocatur. Plin. lib. 5. cap. 10.

## E S C

Esca, Arabiæ civitas, quam Gallus, Augusti Cæsaris legatus in Arabia diruit. Plin. lib. 6. cap. 28.

Esca, æ. f. [ἐδητύς, ἔδεσμα, βρῶμα] ab Edendo dicta; significat Cibum hominum, ac ceterorum animalium. Plaut. Most. 3. 2. 2. Melius hoc anno non mihi fuit domi, nec qui esca una sibi me demeruit magis.

An Esca quasi Vesca a Vescor? An Vescor a βόσκω. H. St.

Contemptissimæ escæ. V. contemno.

Dulcis esca. Virg. 4. Georg. 17. Ovid. 2. Amor. 19. 26.

Pinguis amor, nimiumque potens in tædia nobis
Vertitur, & stomacho dulcis ut esca, nocet.

Mollicula esca. Plaut. Cas. 2. 8. 56. Sed lepide volo molliculas escas, ut ipsa mollicula est.

Simplex esca. Hor. 2. Serm. 2. 72. — memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit.

Temperatæ escæ, modicæque potiones. Cic. 1. de Divin. 115. Qui quia vixit ab omni æternitate, versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum sunt, videt, si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet. De animo.

Hoc est esca mihi. Ovid. 2. Amor. 6. 31.
Nux erat esca tibi, causæque papavera somni.

Conficere escas. V. conficio.

Vesci escis. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. At quibus bestiis erat is cibus, ut alius generis escis [bestiis, codd. em.] vescerentur.

Escis & potionibus non vescuntur dii. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.

Esca, Pastus & cibus animantium. Cic. 2. de Nat. Deor. 160. Sus vero quid habet præter escam?

Ignis esca. Liv. 5. Bell. Pun.

Esca, Quæ datur avibus, piscibusve ad decipiendum. Cic. de Senect. 44. Divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. conf. Plaut. Merc. 5. 3. 2.

Escālis, e. Paulus in l. 8. cum quidam. D. supell. leg. Escale autem vel potorium argentum non deberi. Escale Vulnus. Petron. in Pseudepigraph. p. 220.

Escarius, Adj. [ἐδεσματικός] Quod ad escam pertinet. ut Escaria vasa. Plin. lib. 36. cap. 26. Pro Patinis Escaria absolute dixit Juven. 12. Sat. 46.

Escariæ mensæ, Quadratæ vocantur, vel in quibus homines epulantur. Festus Pom.

Escarium argentum, apud Jurisconsultos est, Quod ad epulandum in ministerio habetur, i. e. Ad esum ac potum, l. cum aurum. D. de aur. arg. leg.

Argentum escarium & potorium. Pompon. in l. in argen. potor. D. de aur. & arg. legat. Quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset.

Vitra escaria & potoria in supellectili sunt, sicut fictilia. Paulus in l. 3. D. de supellectile legata. [Sic lego.

Vincula escaria. Plaut. Men. 1. 1. 18.

Escariæ Vites vel uvæ dicuntur, Quas in pergulis seri moris est, e duracinis, albæ nigræque. Plin. lib. 14. cap. 3.

Escatilis, e. Tertull. de Patient. cap. 5. extr. conf. adv. Marc. 1. 1.

Escatio, onis. f. Pabulatio. Augustin.

Escifer, a, um. Dapifer. Paulin. Nolan. Natal. Fel. 4. 223. de corvis Eliæ, Esciferæ volucres.

Esculentus, Adj. [ἐδεστός, ἐδώδιμος] Quod ad edendum pertinet, vel Quod edi potest. Varro Catone, vel de liberis educandis, ap. Non. Fortuna se illos non natura præstare, siquid his datum sit esculentum. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.

Animalia esculenta, Quibus vescimur. Plin. lib. 8. cap. 55. Benigna circa hoc natura, innocua & esculenta animalia fœcunda generavit.

Frusta esculenta. Cic. 2. Philipp. 63. Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal implevit.

Merx esculenta. Columel. lib. 11. cap. 3. At si esculentæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumptum semen ferendum erit.

Os esculentum, Quod plenum est esca. Plin. lib. 8. cap. 25. de crocodilo, Hunc saturum cibo piscium & semper esculento ore, in, &c.

Esculentus & Abstemius contr. Sidon. 6. 1. Quis esculentus abstemium competenter arguerit?

Compar. Tertull. de Jejun. cap. 5. extr. Tam ingratis gratiora & esculentiora quæque detracta sunt. Hieronym. Epist. 22. de Custod. Virg. cap. 5. pr. A vino & esculentioribus abstinere.

Esculentum, absolute: pro Esca ipsa. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Jam gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & potulentis iter natura patefecit.

Nihil esculenti. Plin. lib. 10. cap. 10. de milvis, Notandum in his, rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere unquam ex funerum ferculis.

Esco, āre. Solin. cap. 53. extr. Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maxime, ubi serpentum immanis copia est: quos dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. De ciconiis.

Escamus, [Ἔσκαμος] Mœsiæ flumen, ex Hæmo profluens. Plin. lib. 3. cap. ult.

Escendo, ĕre. pro Ascendere, vel Conscendere, sæpius veteres atque classici authores usurparunt, sed quod plerisque in locis immutatum fuit. Id tamen ex MSS. Gruterus aliique iis restituerunt. v. g. Liv. 8. 10. & 29. 11. V. Gronov. & in Not. ad lib. 2. 28. & 8. 17. & Nepoti 2. 8. 6. V. Observ. J. A. Bos. Sic Cic. Escendere pro rostris. Sen. & Plin. Escendere equum, in Schurtzfl. Orthogr. p. 14. conf. Tacit. 14. Ann. 59. 1. & Sen. de Tranquill. cap. 11.

Escensus, a, um. Partic. ut, Escensis navigiis. Ammian. 16. 12.

Escensus, ûs. m. Tacit. 13. Ann. 39. 7. Capta escensu munimenta.

Eschara, [ἐσχάρα] proprie Focus, seu Craticula. V. Polluc. l. 1. S. 8. Mechanicis est Basis. V. Vitruv. 10. 16. & 22. conf. Bald. Lex. p. 48. Medicis dicitur Crusta, sive Durities illa, quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest. Pollux 4. S. 192. Cels. Medic. lib. 5. cap. 26. Post exustionem putris ulceris, superponendæ sunt, quæ crustas a vivo resolvant. Eas ἐσχάρας Græci vocant. Al. ἀπεσχαρωτικὰ Gr. v. conf. Scrib. Larg. Comp. 25.

Escharites, [ἐσχαρίτης] Panis genus est, de craticula sic dictum, apponi solitum sub cœnæ finem. Hinc Plautus Escharulas mulieres appellat, de panificii ratione. [ubi?] Hujus panis meminit Athenæus l. 3. Cæl. Rhodig. lib. 26. & Pollux 6.

Escharotica, [ἐσχαρωτικὰ] Medicamenta dicuntur Caustica, quæ vim habent escharam, h. e. crustam inducendi. Galen. lib. 5. de Simpl. Medic. Facult. Cæl. Aurel. Chron. 1. 1. 50. V. eschara.

Eschatocolion, i. n. id est ἔσχατον κῶλον, ultimum membrum scil. Schedæ. Martial. lib. 2. 6.

Escit, antique pro Erit. Festus. Plaut. Amph. 1. 1. 14. Lucret. lib. 1. 612.

Escua, [Ἔσκουα] Hispaniæ civitas in Tarraconensi provincia, inter Bætim fluvium & Oceani oram in mediterraneo sitam. Plin. 3. 2.

Esculetum, Esculus. V. æsculus, &c.

## E S E

E. S. ET LIB. M. E. Et sibi & liberis, vel libertis, monumentum erexit.

Esernini, Populi in quarta regione Italiæ a Plinio collocati lib. 5. cap. 12. V. æsernia. Sic & apud Livium perpetuo scribitur. V. 10, 31. 16, 48. 27, 10.

## E S I

Esionenses, [Εἰσιωνῆς] Populi Asiæ, quorum meminit Strabo lib. 13.

Esis, Umbriæ fluvius, de quo Plin. lib. 3. cap. 13. V. æsis.

Esiteria, [Εἰσιτήρια] Dies celebris & festus Athenis fuit, in quo omnes, qui in magistratu erant, procedebant, unde & nomen fuit. Hanc vero anni primam diem Athenienses existimabant. Meminit Demosthen. in Orat. περὶ τῆς παραπρεσβείας.

Esito. V. edo.

## E S O

Esopia, Sedilia. Festus. Plaut. Truc. 2. 8. 5. Quo pacto excludis quæso esopiis planius. V. Meurs. Exerc. Crit. 1. 4. & Guberl. de Saliis.

Esōpis, [Ἐσῶπις] Civitas in Locris, in quodam montis supercilio sita, ut refert Strabo lib. 6.

Esopon, Lactucæ genus in arvis nascens, cujus folia trita, & cum polenta illita vulneribus medentur. Plin. lib. 20. cap. 7. Harduinus legit Cæsapon.

Esox, Piscis est Rheno fluvio peculiaris, magnitudine insigni. Plin. lib. 9. cap. 15. conf. Gesner.

Esquiliæ. V. exquiliæ.

## E S S

E. S. S. P. Q. R. Ex sententia Senatus populique Romani. ESS. VDD. MM. R. Esse vendendum, vel videndum, monumentum regis.

Essæi. V. esæi.

Esse, infin. a Sum, es, est. V. sum.

Esse, infin. ab Edo. V. edo.

Essedones, [Ἐσσηδόνες] Plin. lib. 4. cap. 12. Populi sunt Asiæ, utramque Scythiam incolentes, super Mæotim lacum, non procul a Riphæis montibus, quibus, teste Herodot. lib. 4. Histor. mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadavera ipsa, pecudum admixtis carnibus, comedere: os autem capitis, quod Cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi usum asservare.

Essedonius, a, um. ut, Essedoniæ phalanges. Val. Flacc. 6. 751.

Essĕdum, i. n. [ἔσσεδον] Vehiculi genus velocissimi ab equis tractum, Gallorum Britannorumque, apud Belgas primo repertum. *Un coche.* V. Cæs. 4. Bell. Gall. 33. & Tacit. Agric. cap. 12. Cic. 6. Att. 1. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna. Idem 2. Philipp. 58. Vehebatur in essedo Trib. pleb. Virg. 3. Georg. 204.

Belgica vel molli melius feret esseda collo. De equo. conf. Philarg.

Britanna esseda. Propert. lib. 2. 1. 86.

Multisonora esseda. Claud. de mulabus Gall. 18.

Stridentia esseda. Sidon. lib. 2. ad Hesp.
Stridentum hinc moderator essedorum,
Curvorum hinc chorum helciariorum.

Festinant esseda. Hor. 2. Epist. 1. 192.

Tradit equus esseda. Sil. lib. 3.

Usus

Usos fuisse hoc vehiculi genere Imperatores Rom. ostendit Suet. Calig. cap. 26. Galb. cap. 6. & 18. conf. Brœckh. ad Propert. 2. 1. 86. & Lex. Pitisc.

Esseda, etiam gen. fœm. legitur apud Sen. Epist. 57. In iis quæ me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono.

**Essedarius**, [ἐσσεδηλάτης] Qui esseda regit. Cic. 7. Fam. 6. Tu qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis capiaris, caveto. V. Manut. in loc. Cæs. 5. Bell. Gall. 9. Equites hostium, essedariique acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt.

Essedarii, Gladiatorum genus, ex essedis pugnans. V. Suet. Calig. cap. 35. Lips. Saturn. 2. 12. & Lex. Pitisc.

**Esseni.** V. ESÆI.

**Essentia**, æ. f. [οὐσία] Quintil. lib. 8. cap. 3. Quorum dura quædam admodum videntur, ut Ens, & Essentia, quæ cur tantopere aspernemur non video: nisi quod iniqui judices adversus nos sumus; ideoque paupertate sermonis laboramus. Idem lib. 2. 14. Et hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Plauti Essentia atque Entia. V. Burm. Sen. Epist. 58. Sidon. Epith. Pol. Carm. 14. & 15. conf. Voss. 4. Inst. Orat. p. 19. & Parei Lex. Crit. p. 427.

Seneca utitur, in Epist. 58. quæ incipit *Quanta.* Sed male in Vulg. edit. Quid sentiam, pro Essentiam. H. St. [In edit. Grut. est 59. Cupio, inquit, si fieri potest, propitiis auribus tuis, Essentiam dicere, &c. V. Muret. c. ult. Var. Lect. 15.

**Essentialis**, e. passim apud Philosophos.

**Essentialiter**, Augustin. de Trinit. 7. 2.

## E S T

**Estiæotis**, [Ἑστιαιῶτις] Thessaliæ pars, continens occiduas regiones. & quæ intra Pindum, Macedoniamque superiorem sunt. V. Strabo lib. Geogr. 9.

**Estimo.** V. ÆSTIMO.

**Esto.** V. SUM.

**Estor**, ōris. [ἔστωρ] Clavus est, quo temoni coaptatur jugum. Meminit in Alex. Plutarch. & Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 26. cap. 5.

**Estrix.** V. EDO, es.

## E S U

**Esubiani**, Populi, qui inter Alpinos a Romanis superatos numerantur a Plin. lib. 3. cap. 20.

**Esubopes**, [Ἐσυβόπης] Rex Colchorum fuit, qui terram virginem nactus, plurimum auri & argenti eruisse dicitur in gente Sannorum, & alioquin velleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastatæ, victo Sesostri Ægypti rege, tam superbo, ut prodatur annis quibusque sorte reges singulos e subjectis jungere ad currum solitus, sicque triumphare. Plin. lib. 33. cap. 3.

**Esŭla**, æ. f. Oppidum inter Tibur & Præneste. Hor. 3. Carm. 29, 6. Al. Æsula per dipht.

Esula, est & Officinarum medicarum nomen, quo omne Tithymalorum genus vocant.

**Esurio, Esuritio, Esuritor.** V. EDO, es.

**Esus**, Gallorum Deus. V. HESUS.

## E T

E. T. Ex testamento. Est, Etiam.

**Et**, [καὶ] Conjunctio copulativa, atque ideo a Græcis Enclitica appellata: conjungit enim duos casus inter se similes: ut, Cicero eloquens fuit, & philosophus. Cie. pro Cluent. 86. Quod tam explosum & ejectum est, nunc retulisse demiror. [Encliticæ dictiones quæ vocentur in v. ENCLISIS dictum est, in quarum numerum Copulativam hanc καὶ, præter hujus Lexici auctorem, quis retulerit nescio.

Et, duo substantiva ad eandem pertinentia dividens; ut Molem & montes, pro Molem montis. Virg. 1. Æn. 65. Sic ibid. 115. In vada & syrtes, pro, In vada syrtium. V. ENDIADYS.

Et duplicatur interdum, ac completiva est in diversis rebus: ut, Te admirantur & cives & hospites. Virg. 1. Æn. 7.

— multum ille & terris jactatus, & alto. Ter. Eun. 1. 1. 25. O indignum facinus, nunc ego & illam scelestam esse, & me miserum sentio: & tædet, & amore ardeo. Cic. pro Quint. 3. Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus.

Et copiose & graviter dicere. Cic. pro Cœl. 33.

Et multiplicatum. Hor. 1. Epist. 7. 57.

> Et properare loco, & cessare, & quærere, & uti
> Gaudentem parvisque sodalibus, & lare certo
> Et ludis, &c.

Cic. 1. Off. 109. Quod in Catulo, & in patre, & in filio, itemque & in Q. Mutio Mancino vidimus. conf. Ter. And. 1. 1. 22. V. POLYSYNDETON. & in fine hujus dictionis.

Que & Et junguntur. Cic. 5. Tusc. 75. Academici balbutire desinant, aperteque & clara voce audeant, dicere, &c.

Et, adversativa. Ovid. 4. Met. 613. Virg. 3. Ecl. 61. conf. Stat. 1. Achill. 529.

Et, causalis, pro Etiam. ut Virg. 2. Æn. 425.

> — quorum Iphitus ævo
> Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulyssi.

Virg. 6. Æn. 90.

> Natus & ipse dea.

Ex Valla lib. 2.

Et, interrogativa, seu expletiva. Virg. 1. Ecl. 27.

> Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Et, indignativa, ut apud Græcos εἶτα. Virg. 1. Æn. 52.

> — & quisquam numen Junonis adoret
> Præterea?

i. e. An justum videretur, ut &c.

Et, confirmativa. Virg. 6. Æn. 806.

> Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Cic. 10. Att. Et dubita, si potes, quin ille, seu victus, seu victor redierit, cædem facturus sit.

Et, deservit etiam affectui, & quasi interrogandi vim habet. Cic. pro Milon. 92. Et sunt qui de via Appia loquantur, taceant de curia? Vall. lib. 2.



Et, pro Id est. Plaut. Annos natus sexaginta, & senex.

Et, pro Nam, vel Quia. Virg. 9. Ecl. 11.

> Audieras, & fama fuit.

Quintil. lib. 1. cap. 1. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Ter. Eun. 2. 2. 60. Non temere est, & properans venit. Ex Valla lib. 2. cap. 58.

Et, plerunque sententiarum initiis competit. Quintil. cap. de Officio Grammatici, Et finitæ quidem sunt partes duæ: quas hæc professio pollicetur. Ex Valla lib. 2. Ter. Phorm. 1. 3. 19. Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum senties. Ubi Donatus, Et modo non connexiva, sed inceptiva conjunctio est. conf. Virg. 1. Ecl. 27. & 1. Æn. 52. & 6. 806. ubi pro Et, Tamen ponitur.

Et, pro Deinde, ordinandi adv. Virg. 6. Æn. 219.

> — corpusque lavant frigentis, & ungunt.

i. e. Deinde ungunt.

Et, pro Quamvis. Cic. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos. i. e. Quamvis sim ita senex. Valla lib. 2. Et videtis annos meos. Ac si dixisset, Defendi legem Voconiam juvenili voce, atque lateribus, & videtis annos meos, & sum ita senex. Locus Cic. qui a Valla citatur, est in libello de Senectute, 15. quo loco, hæc verba, Et videtis annos meos, non leguntur in emendatioribus codicibus, quin & reliqua aliter paulo leguntur.

Et, subauditum ante Si. Ter. Eun. 5. 2. 26. Nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. i. e. Etsi ego digna.

Et id scio, quasi dicat, inquit Donat. Nihil est. Ter. And. 2. 2. 12.

Et ni, pro Si non. Ter. Adel. 3. 4. 8. Et ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent. Ita legit Donat. Ubi in omnibus fere exemplaribus legitur solum Ni, sine Et.

Et, pro Sed etiam. Ter. Adel. 5. 5. 5. Servum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Donatus, Et, adjectum est, ut ostendat hanc esse sententiam, Non solum te laudo, sed etiam juvo: illud dicendo, hoc faciendo.

Et, pro Similiter. Hor. 2. Carm. 13. 1.

> Illum, & nefasto te posuit die
> Quicunque primum, & sacrilega manu, &c.
> Illum & parentis crediderim sui
> Fregisse cervicem, &c.

Et, redundans. Virg. 1. Æn. 9. Multa quoque & bello passus. V. Et quoque.

Et ille, pro Tunc. Varr. 1. de R.R. cap. 49. Dic, inquit Agrius, de fructibus maturis capiendis. Et ille, primum de pratis summissis, &c.

Et autem. Quintil. lib. 4. cap. 1. Et Demosthenis autem ad Æschinem orationem in proœmio convertit. conf. Lucret. lib. 1. 1077. & Suet. Aug. cap. 73.

Et certe. Ter. Eun. 5. 6. 4. Sed estne ille noster Parmeno? & certe ipsus est. Cic. pro Marcell. 6. Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, &c. multum juvant.

Et ecce. Virg. 5. Æn. 167.

> — & ecce Cloanthum
> Respicit instantem tergo.

Et item. Lucret. lib. 2. 575. Et superantur item.

Et jam. Virg. 1. Æn. 227.

> Et jam finis erat, quum, &c.

Idem 4. Æn. 584.

> Et jam prima novo spargebat lumine terras.

Et etiam, In his duobus videtur compositionis quædam inconcinnitas: ideoque aliquid solet interponi. Cic. 9. Fam. 23. Ut & viderem te & viserem, & cœnarem etiam.

Et, & etiam. Cic. 9. Fam. 25. Authoritate tua nobis opus est & consilio, & etiam gratia.

Et hercle. Cic. de Amicit. 37. Et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit.

Et non, pro Nec vel Ne quidem. Cic. in Topic. 53. Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia. Liv. 21. 41. Utinam pro decore tantum & non pro salute esset certamen. V. Varr. 3. de R. R. 14. Pallad. 6. 7. & Cic. frequenter.

Et quidem. Cic. de Amicit. 65. Rarum genus, & quidem omnia præclara rara. Idem 1. Acad. Et eam quidem plenam ac refertam.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. 1. Off. Et id quidem nemini Græcorum video adhuc contigisse. conf. 14. Att. 11. & 15. 18.

Errabas, Verres, & vehementer errabas. pro Et quidem. Cic. in Verr. Act. ult. 207. Lamb. Nihil addi jam videtur, judices &c. posse: Et recte nihil videtur. Quidam vero putant totum hoc suppostitium. Lamb. 206. H. St. [Locus prior 7. Verr. 115. posterior, 121. utroque loco, Et ἁπλῶς, pro Et quidem, ponitur.

Et, parenthesi sequente cum Ut. Cic. de Amicit. 78. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus levandæ: & (ut Catonem dicere audivi) dissuendæ magis, quam discindendæ sunt.

Et quod. Ter. Eun. 1. 1. 19. Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, &c.

Et quod dicendum nunc siet. i. e. Et ut verum dicam: vel Quum jam dicendum sit id quod res est. Ter. And. 2. 6. 23.

Et quoque. Liv. 41. 24. Ne interdictione finium & nos quoque regno arceamus.

Et sæpe alias, & maxime. Cic. 1. de Orat. 58. Quorum pater, homo prudens & gravis, haudquaquam eloquens, & sæpe alias, & maxime Censor saluti Reipublicæ fuit.

Et tamen. Lucret. lib. 2. 331.

> Et tamen est quidam locus altis montibus, &c.

Ita Cic. frequenter.

Et vero. Cic. 8. Att. 36. Sæpe præsens & illi ostendisti, & vero etiam mihi.

Et vero etiam. Cic. pro Muren. Magnum est enim te comparare ea, quibus possis hominem e civitate, præsertim non inopem, neque infirmum exturbare, qui & per se, & per suos, & vero etiam per alienos defendatur.

Et vero etiam ex Cic. Sic Obstat vero etiam Livius. Vide in VERO. H. St.

Et vero, in initio sententiæ. Cic. in Brut. 107. Vester etiam D. Brutus & dicere non inculte solebat, & erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, satis eruditus. Quæ tribuerat Accius etiam Q. Maximo L. Pauli nepoti. Et vero ante maximum illum Scipionem, Lentulus

Lentulus ille princeps, ad Rempublicam duntaxat quod opus esset, satis habuisse eloquentiæ dicitur. Rursus lib. eod. 164. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius, nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Et vero fuit in hoc & popularis dictio excellens. Idem in Orat. 136. Sed sententiarum ornamenta majora sunt, quibus quia frequenter Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco ejus eloquentiam maxime esse laudabilem. Et vero nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiæ dicitur. Rursum in Brut. 212. Quid Crassum, inquam, illum censes istius Liciniæ filium, Crassi testamento qui fuit adoptatus? Summo iste quidem dicitur ingenio fuisse, inquit. Et vero hic Scipio collega meus mihi sane bene & loqui videtur, & dicere.

Et, in eadem periodo duodecies repetitum. Liv. lib. 22. paulo post init. ubi de Prodigiis. Deciessexies repetitum apud eundem lib. 27. 10. Signini fuere, & Norbani, Saticulanique, & Brundisini, & Fregellani, & Lucerini, & Venusini, & Adriani, & Firmani, & Ariminenses: & ab altero mari, Pontiani, & Pæstani, & Cossani: & Mediterranei, Beneventani, & Æsernini, & Spoletani, & Placentini, & Cremonenses.

Et cum It permutatur in MSS. Item cum E præp. V. Drakenb. ad Sil. 3. 57. Cum Ut V. idem ad 3. 78. cum Est V. idem ad 5. 157.

## E T A

ETÆRA Venus. V. HETÆRA.

ETAXALOS, [Ἐταξαλος] Insula est juxta sinum Persicum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

## E T E

ETENIM, [καὶ γάρ] Conj. caussalis, quæ plerumque initio ponitur. pro Quia, vel Certe. Plaut. Amph. prol. 26. Ter. And. 2. 6. 11. Etenim eam secum rem recta reputabit via. Cic. 6. Verr. 129. Etenim est primus civitatis. & 7. Verr. Etenim tacite magis, &c.

Etenim, Similiter etiam. Ter. Eun. 5. 9. 44. Cogita modo, tu hercle cum illa Phædria & libenter vivis, etenim bene libenter victitas. Hor. 2. Serm. 5. 60.

Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.

Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Cic. de Clar. Orat. 23.

Etenim, mulieres? i. e. quod vulgo dicitur, De mulieribus quid? Plaut. Most. 3. 2. 121.

Etenim, pro At. Ter. Phorm. 5. 7. 89. Assequere ac retine, dum ego huc servos evoco. c. Etenim nequeo solus, accurre huc.

Etenim, pro Nunc. Cic. 5. Verr. 53. Etenim quoniam summam & numerum injuriarum, Judices, vobis non possum exponere.

Etenimvero. Plaut. Amph. 1. 1. 110. Etenimvero quoniam formam cepi hujus in me & statum, &c.

Etenim quoniam, pro Namque quoniam. Cic. 1. de Fin. 30. Etenim quoniam detractis de homine sensibus reliqui nihil est, &c.

Etenim si. Cic. 4. Verr. 169. Etenim si C. Verres, &c.

Etenim deinceps videamus, Herbitensis civitas honesta, &c. Cic. 5. Verr. 47.

Quippe etenim. Lucret. lib. 2. 547.

Quippe etenim fumant oculi, &c.

ETEOBUTADÆ, Viri fuere nobiles & perillustres Athenis, a Bute sacerdote propagati, ex qua familia sacerdotes producebantur, umbellamque ferre soliti erant, unumquemque summonentes tacite, tempus ædificandi, & tectum aliquid sibi substruendi jamjam appetere. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 13.

ETEOCLES. V. ETHEOCLES.

ETEŎCRĒTES, um. m. pl. [Ἐτεόκρητες] Cretensium populus indigena, Australem oram incolentes, quorum Prasus (Al. Præsus) est pusillum sane oppidum, ubi Dictæi Jovis fanum extat. V. Strabo lib. 10. conf. Interpp. Sil. 14. 41. Meurs. in Creta.

ETEŌNOS, i. Oppidum Bœotiæ. Stat. 7. Theb. 269.

ETEŌNICUS, i. m. [Ἐτεώνικος] Dux Lacedæmoniorum, de quo Polyænus 1. 45.

ETESIACA, Uvæ genus est fallax, quæ quo plus tulit, eo laudabilius fundit: mirumque, fœcunditate cessat. Plin. lib. 14. cap. 3.

ETĒSIÆ, [Ἐτησίαι] Venti qui certo anni tempore flant, quos Strabo lib. 3. Subsolanos vocat, h. e. Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. Dicti Etesiæ, i. e. Annui, sive anniversarii. ἔτος enim annus; ἐτήσιος, annuus; quod ex omnibus ventis hi maxime stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. V. Gell. 2. 22. & Sen. Quæst. Nat. 5. 10. 11. & 18. Cic. 6. Att. 7. Inde quam primum Athenas, etsi Etesiæ valde reflant. Idem 2. de Nat. Deor. 132. Et rursus Plin. lib. 5. cap. 9. Vulgus nautarum hos ventos vocat *Embattes*.

Nomin. Sing. Etesias [ἐτησίας] V. ETESIUS. Adj.

Dies Etesiarum. Cic. ad Brut. Ep. 15. Itaque in medio Achaico cursu quum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilii, retulisset, &c.

Veliferæ Etesiæ. Sen. Thyest. 2.

Morantur Etesiæ aliquem. Cic. 2. Fam. 15. extr. Ego nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter (ut spero) vos videbo.

ETESIUS, a, um. Adj. [Ἐτήσιος] ut, Flabra Etesia. Lucret. lib.6. 716. De Etesiis ventis, vide eundem lib. 5. 741. Dicit autem Etesia flabra Aquilonum, propterea quod iidem sunt venti Etesiæ & Aquilones. Plin. lib. 18. cap. 34. Contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit sidera æstate media, mutatque nomen, & Etesias vocatur.

ETESIUS, [ἐτήσιος] Lapis mortariorum. Plin. lib. 36. cap. 22.

ETESTICULATIO, ōnis. f. Castratio. apud Celsum. [At locum prolatum velim.

## E T H

ETHANION, [ἐθάνιον] Vasis ænei genus, quo Ægyptii uti consueverunt. Nam, teste Athenæo, in Ægyptiorum omnibus pene domibus, tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanion.

ETHECUSA, Insula est in ora Cariæ, non procul ab Argiis insulis. Plin. lib. 5. cap. 31. [Verior lectio Hyetussa, ex Gr. Ὑέτουσα.

ETHELEUM, Fluvius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus. Plin. lib. 5. cap. ult.

ETHELONTES, [ἐθελονταί] Thebanis dicebantur Histriones, qui comico in lusu, cujus apud eos frequens erat usus, operam navabant. Hos Lacedæmonii Dicelictas nuncupabant. Cæl. lib. 6. cap. 17.

ETHĒLUS, i. m. Cyzicenus, ingentis staturæ ab Ancæo interfectus. Val. Flacc. 3. 138.

ETHĒMON, ōnis. m. Nomen viri proprium. Virg. 10. Æn. 126.

Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta. Nisi forte legendum quis putet apud Virg. Clarus & Ethemon. Ovid. tamen primam corripuit, secunda producta, 5. Met. 169.

— instabat parte sinistra

Chaonius Molpheus, dextra Nabathæus Ethemon.

ETHEŎCLES, is. m. [Ἐτεοκλῆς] Filius OEdipi regis Thebarum, qui cum Polynice fratre suo ita convenerat, ut alternis annis regnarent. Sed Etheocles anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adrastum regem Argivorum socerum suum, & alios principes Achaiæ armavit contra Etheoclem. In quo bello quum multi utrinque occisi essent, tandem fratres ipsi mutuis se vulneribus confecerunt. Quorum cadavera quum eidem rogo essent imposita, flammæ divisæ sunt, tanquam illorum nondum cessarent odia.

Rectius sine aspiratione scribitur Eteocles. Id quod aperte docet ipsa compositionis ratio Nomen enim habet a vera gloria. ἐτεὸς verus dicitur. Etheoclis nefas. Stat. 3. Theb. 214.

— multumque nefas Etheoclis acervat,

Crudelem, infandumque vocans, pœnasque daturum.

Sævus Etheocles. Stat. 12. Theb. 91.

ETHĬCE, es. f. [ἠθική] Pars philosophiæ ad mores pertinens. Cic. de Fato, 1. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ DE MORIBUS, appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam, nominare Moralem.

ETHĬCUS, a, um. Adj. [ἠθικός] Quod circa moralia versatur. Cic. in Orat. 128. Quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum. Sidon. Epist. 8. 11. Dictio ethica, i. e. Morata.

ETHĬCUM, [ἠθικόν] Fabularum genus unum dicitur, in quo brutorum exprimimus mores, sicut Logicum aliud, ubi agere hominem quidpiam comminiscimur. Cæl. apud quem plura lib. 18. cap. 7.

ETHINI, [Ptol. Κινῆθοι] Africæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 4.

ETHNICUS, a, um. [ἐθνικός] Latine dicitur Gentilis. V. J. Vorst. ad Sulp. Sever. p. 4. & Suic. Thes.

ETHNICALIS, e. Idem. Tertull. de Spect. cap. 5. pr.

ETHNICE, Adv. [ἐθνικῶς] Tertull. de Pudic. cap. 9.

ETHNICISMUS, i. m. Prudent. Pass. Laurent. 498.

ETHOLŎGUS, [ἠθολόγος] Morum effictor. Cic. 2. de Orat. 244. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. V. Lex. Pitisc.

ETHOLOGIA, æ. f. Quintil. lib. 1. cap. 9. Ethologia personis continetur. Est autem morum, ac effectuum cujusque personæ effictio. Alii legunt Ætiologia. q. V. f. l.

Ethologia Rutilio Lupo Figura est sententiarum, cum verbis sonoque vocis exprimitur, ac describitur hominis alicujus consuetudo & mos. V. Isidor. 2. 14. Conf. dict. seq.

ETHOPŒII, [ἠθοποιοί] inquit Budæus, Iidem sunt, ut opinor, atque Ethologi: i. e. Histriones qui mores imitantur ejus personæ quam sustinent. Suid. Unde Ethopœia Quintil. lib. 9. i. e. Morum alienorum imitatio: cujus exempla licet apud eundem videre. Meminit & Priscian. in Præexercitam. Item Sen. Epist. 2. Conf. dict. anteced.

ETHRURIA, ETHRUSCUS. V. HETRURIA.

ETHUSA, Insula olim fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accrevit. Plin. lib. 2. cap. 89. Rectius Æthusa per Æ. q. V.

## E T I

ETIAM, Conj. [ἔτι] pro Quoque. Cic. de Clar. Orat. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica.

Quoque etiam. Ter. Hec. 5. 1. 8. Ego pol quoque etiam timida sum, quum venit mihi in mentem quæ sim.

Stultus atque etiam insanus. Hor. 2. Serm. 3. 156.

Etiam pro Adhuc. Ter. And. 1. 1. 89. Egomet quoque ejus caussa in funus prodeo, nihil suspicans etiam mali. Ibid. 3. 2. 23. Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. V. Donat. conf. Virg. 6. Æn. 485.

Adhuc etiam. Cic. 3. Verr. 194. Sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum.

Aut etiam. Cic. 1. de Orat. 174. Quinqueremes autem, aut etiam majores gubernare didicisse.

Post etiam. Cic. 1. de Orat. 172. Ceteros vero non dubitabo primum inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ.

Jam nunc, mox etiam. Hor. 2. Epist. 1. 127.

Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem,

Mox etiam pectus præceptis format amicis.

Primum, mox etiam. Hor. 2. Epist. 2. 96.

— aspice primum, &c.

Mox etiam, si forte vacas, sequere, &c.

Etiam minus. Hor. 1. Epist. 18. 107.

Sit mihi quod nunc est etiam minus, ut mihi vivam.

Etiam, non solum. Liv. l. 3. c. 7. Interim Hernici, Latinique pudore etiam, non misericordia solum moti.

Si ulla ratione etiam nunc efficere potes. Cic. 8. Att. 20. Da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, huc quamprimum venias.

Etiam, hortantis. Ter. And. 5. 2. 8. Etiam tu hoc respondes? Ubi Donatus, Etiam aut hortatio est, aut conjunctio. Serv. Sulpic. l. 4. Fam. Ep. 5. Etiam tu ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam avoca.

Etiam,

Etiam, Præterea. Ter. And. 2. 2. 31. Etiam puerum abiens conveni Chremis. Ibid. 4. 1. 31. Imo etiam, quo tu minus fcis ærumnas meas, hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Donat.

Etiam, pro Præterea. Cic. 1. Att. 13. Novi tibi quidnam fcribam? quid? etiam. Meffala Conful Autronianam domum emit, &c. quafi diceret, Etiam eft quod fcribam præter fuperiora. Et eft genus quoddam familiariter fcribendi, multis locis ufurpatum, ut 2. Att. 6. De muro, ftatue quid faciendum fit. Aliud quid? etiam. quando te iftinc proficifci poffe putas, fac ut fciam. quafi diceret, Aliud quid eft, quod ad te fcribam? unum hoc reliquum eft, quando te proficifci, &c. [ Rectius itaque qui poft Etiam his locis punctum omittunt.

Etiam, pro Tamen. Cic. 5. Att. 19. Appii tabellarius mihi tuas literas reddidit: ex quibus non dubito, quin, ut Pompejum exfpectaris, dum Arimino rediret, etiam in Epirum profectus fis. i. e. Etiamfi Pompejum expectaris, tamen in Epirum, &c. Malafp. Et jam, q. V.

Etiam, pro Et. Hor. 1. Epift. 16. 15. [ Immo pro Quin etiam, ut & in fq. duob. locis.

Hæ latebræ dulces, etiam (fi credis) amœnæ.

Etiam, pro Quin potius. Plin. in Paneg. 77. Nullius ab eo magiftratus jus, nullius auctoritas imminuta eft, aucta etiam.

Etiam, pro Contra. Cic. in Orat. 236. Ut ea qui utantur, non ftulti homines haberi poffint, etiam plerumque prudentes.

Etiam, refponfio pro Ita. Plin. lib. 4. Epift. 13. Studes inquam? Refpondit etiam. Valla lib. 2.

Etiam, Adv. affirmantis, [ ναί ] cui Non opponitur. Cic. pro Rofc. Com. 8. Si non, quomodo tabulas conficis? fi etiam, quamobrem quum cetera nomina in ordinem referebas, &c. Idem 4. Acad. 97. Quafi aut etiam, aut non, non modo verum effe, fed etiam neceffarium. V. Borrich. Cogit. adv. Voff. p. 95. fq.

Etiam mehercule, pro Deinde. Cic. 4. Fam. 4. Uno te vicimus, quod de Marcelli Collegæ tui falute paulo ante quam tu cognovimus, etiam mehercule, quod quemadmodum ea res ageretur, vidimus. [ Et hic τὸ Quin fubaud.

Jam vero etiam. Cic. de Clar. Orat. 263. Probabilis orator, jam vero etiam probatus, &c.

Et vero etiam. Cic. 16. Att. 17. Et illi oftendifti, & vero etiam mihi. Idem pro Muren. 45.

Vide in VERO. H. St.

Etiam, Increpantis particula. Plaut. Perf. 6. 4. 4. Scelerate etiam refpicis? item 19. Etiam fcelus male loquere? Petron. cap. 95. Scelerate etiam minaris? item cap. 137. Etiam loqueris?

Etiam rides? Ter. Eun. 5. 7. 16. Idem Andr. Etiam fententias loqueris carnufex?

Etiam clamat carnufex? Plaut. Amph. 1. 1. 26.

Etiam negas? Plaut. Merc. 4. 4. 23.

Etiam denuo? Plaut. Amph. 4. 2. 9.

Etiam repetit dictionem. Lucret. lib. 2. 5.

— cernere fuav' eft,
Suave etiam belli certamina magna tueri, &c.

Etiam, geminatum. Virg. 2. Ecl. 9.

Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant,
Nunc virides etiam ocultant fpineta lacertos. Idem 6. Æn. 760.
Idæumque etiam currus, etiam arma tenentem.

Etiam atque etiam, Valde, fummopere, diligenter. Ter. Eun. 1. 1. 11.
Proin tu, dum tempus, etiam atque etiam hoc cogita.

Quare etiam atque etiam. Lucret. lib. 3. 293.
Quare etiam atque etiam fimili ratione neceffe'ft.

Qualem commendes etiam atque etiam afpice. Hor. 1. Epift. 18. 76.

Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. Cic. 1. de Divin. 7.

Etiam atque etiam te hortor ut, &c. Cic. 8. Att. 12.

Te prorfus vehementer etiam atque etiam rogo. Cic. 1. Q. Frat. 2.

Etiam, fæpenumero ita ponitur, ut in eo intelligatur Non folum. Cic. 10. Fam. 32. Quumque ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tuliffet. h. e. Non folum domi, fed etiam foris. Quafi dicat, Non folum in urbe, fed etiam extra urbem, i. e. Apud externos.

Etiam dum. Plin. lib. 26. cap. 12. Tuberibus illinuntur, quæ etiamdum difcuti poffunt. Ter. Heaut. 2. 1. 17. Hoc ego mali non pridem inveni, neque etiam dum fcit pater. Plaut. Pfeud. 4. 2. 2. Nam nihil etiamdum harpagavit. Idem, Rud. 5. 3. 25. Ni dolo malo inftipulatus fis, nive etiam dum fiem &c. [ In Terentianis iftis & Plautinis videtur particula Dum cum Negativa, potius, quam cum Etiam conjungenda, ut fit Neque dum, Nihil dum, Nive dum, quia frequentius hæc junguntur. V. DUM Sic

Nondum etiam. Ter. Heaut. 3. 3. 36.
Reperifti tibi quod placeat, an nondum etiam?

Etiam infuper. pro Quin etiam. Ter. Adel. 2. 2. 37.
Præterea colaphis tuber eft totum caput:
Etiam infuper defrudet?

Etiamne? Ter. Eun. 1. 2. 53. Sed ego quantum fufpicor, ad virginem animum adjecit. PH. etiamne amplius? T. nihil. Cic. 10. Att. Etiamne Balbus in Senatum venire cogitet? Idem 5. Verr. 202. Etiamne frumentum pro empto gratis dare? etiamne in cellam quum cupiant gratis dare ultro, pecuniam grandem dare? etiamne, &c.

Etiam pro Nondum dixit Plaut. Pfeud. 1. 3. 46. Idem Perf. 2. 4. 7.
Etiamne dicis ubi fit, venefice?

Etiamne fi. Cic. de Amicit. Etiamne inquam, fi in Capitolium faces ferre vellent?

Non etiam. V. NON.

Etiamnum, ponitur pro Usque tunc, vel Usque ad id tempus. Plaut. Pœn. prol. 99. Neque quicquam cum ea fecit etiamnum ftupri? Idem Trucul. 2. 5. 58. Perii mifer, jam auro contra conftat filius, etiamnum nihil pendit. Varro de R. R. Quum etiamnum platanus novella effet.

Etiam ponitur abfolute pro Etiam num. Plaut. Pfeud. 1. 3. 111. Etiam quindecim hic habeo minas. conf. Virg. 6. Æn. 485.

Etiam nunc, pro Usque nunc, usque ad hoc tempus. Ter. And. 1. 5. 47. Memor effem? ô Myfis Myfis, etiam nunc mihi fcripta illa dicta funt in animo Chryfidis. Cic. pro Muren. 27. Homines tam ingeniofos per tot annos etiam nunc ftatuere non potuiffe, &c. Idem in Orat. 189. De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipfo dicendi.

Quum etiam nunc in provincia effet. Cic. 10. Fam. 32. Epiftolam quam Balbo, quum etiam nunc in provincia effet, fcripfi, legendam tibi mifi.

Etiam nunc hic ftas Parmeno? Ter. Eun. 2. 2. 55.

Etiam nunc, geminatum, pro Nuncnunc: extemplo. Plaut. Aulul. 1. 1. 16. Abfcede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe iftic adefto. Ibid. 2. 2. 77. Quid? nunc etiam mihi defpondes filiam.

Etiam quod. Plaut. Milit. 2. 6. 83. Si poft hunc diem mutivero, etiam quod ego me certo fciam, &c.

Etiamfi, pro Quamvis, licet. fubjunctivo junctum. Cic. de Amicit. 101. Quæ tamen ipfa efflorefcit ex amicitia, etiamfi tu eam minus fequutus fis.

Facere omnia aut voluptatis caufa, etiamfi eam non confequaris: aut non dolendi, etiamfi id affequi nequeas. Cic. 5. de Fin. 19.

Etiamfi, tamen. Cic. 11. Fam. 21. Etiamfi timidi effemus, tamen omnem timorem abjiceremus.

Etiamfi, attamen. Plin. lib. 7. cap. 27. Quæ mihi omnia, etiamfi non prius, attamen clarius fuiffe in Scipione Æmiliano videntur.

Etiam & fi. Plaut. Trin. 5. 2. 49. Ego ducam pater, etiam & fi quam aliam jubebis.

Etiam tu here, iftunc amoves abs te, atque ipfe me aggredire? Plaut. Afin. 3. 3. 124.

Etiam tum, pro Usque tunc, vel usque ad illud tempus. Ter. Hec. 1. 2. 70. Me educit foras: narratque ut virgo ab fe integra etiam tum fiet. Cic. 2. de Orat. 193. Omnes etiam tum etiam retinebant illum Periclis fuccum.

Etiam tum. Cic. 4. Verr. 97. Quum ifti etiam tum de Sthenio integra tota res effet.

Etiam ut, Etiam fi. Cic. 5. Att. 5. Ille quidem periculi caufa, quod fibi etiam fuiffe dicit: ego autem etiam ut nullum periculum fit.

ETINI, [ Ἐτῖνοι ] Siciliæ populi, a Plinio inter ftipendiarios numerati, lib. 3. cap. 8.

ETRURIA. V. HETRURIA.

## E T S

ETSI, Conj. [ κἂν εἰ ] i. e. Quamvis, indicativo jungitur. Ter. And. 2. 2. 37. Bene mones, ibo: etfi hercle fæpe jam me fpes hæc fruftrata eft. Idem Heaut. 4. 1. 11. Vin' me iftuc tibi (etfi incredibile eft) credere? Idem Hec. 3. 3. 44. Etfi amor me graviter confuetudoque tenet.

Etfi effem. Cic. de Amicit. 104. Etfi illis plane orbatus effem, magnum tamen afferret ætas ipfa mihi folatium.

Etfi pluribus datis tutoribus, unius authoritas fufficiat: tamen, &c. Pompon. in l. 4. D. de auth. tutor.

Etfi, cum interrogatione. Cic. 9. Att. 12. Do, do pœnas temeritatis meæ, etfi quæ fuit illa temeritas?

Etfi quamvis. Cic. 16. Att. 7. Etfi, quamvis non fueris fuafor & impulfor profectionis meæ, approbator certe fuifti.

Etfi tamen, pro Tametfi. Cic. 12. Att. Etfi tamen ubicunque fum, illa funt mecum. V. TAMETSI.

## E T Y

ETYMOLOGIA, [ ἐτυμολογία ] Latine Veriloquium interpretatur. Cic. 1. Acad. 32. Verborum etiam explicatio probatur, id eft qua de caufa quæque effent ita nominata, quam etymologian appellabant. Idem in Topic. 35. Quintil. lib. 1. cap. 6. Etymologia quæ verborum originem inquirit, a Cic. dicta eft notatio, quia nomen ejus apud Ariftotelem invenitur σύμβολον, quod eft nota: nam verbum ex verbo ductum, id eft veriloquium, ipfe Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, Originationem vocent. V. Notatio, in NOTA.

Etymologia a Varr. dicitur Nominalis Origo, Vide in NOMINALIS quæ fcripfi. Vide etiam apud Gell. libri 1. cap. 18. ubi de etymologia vocis Lepus: Aliquot verborum antiquorum Græcorum reddidit caufas falfas; pro Etymologias. H. St.

ETŸMON, i. n. [ ἔτυμον ] Idem quod Etymologia. Varro 1. de R. R. cap. 48. Videtur vocabulum etymon habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. De Gluma. V. Gell. 18. 4.

ETYMOLŎGUS, i. m. [ ἐτυμολόγος ] Qui rationem verborum indagare folitus eft.

ETYMOLOGĬCUS, a, um. [ ἐτυμολογικός ] ut, Ratio etymologica. Gell. 1. 18.

ETYMOLOGICE, Adv. Varr. 6. de L. L. 1. Caufæ omnium verborum non poffunt dici etymologice.

## E V

E. V. Egregio viro, Ejus. E. V. A. Ejus vota accepimus.

EU, [ εὖγε ] Particula approbantis, feu Laudantis. V. Plaut. Moft. 1. 4. 26.

EVA, æ. f. Prima mulier: mater viventium. Tertull. de Virg. Veland. cap. 5. Prudent. Hamart. 743.
Traxerat Eva virum prima ad confortia culpæ.

EVACUO, [ ἐκκενόω ] āre. Exinanire fignificat: ut, Evacuare alvum. Plin. lib. 20. cap. 6. & lib. 32. cap. 9.

EVACUATUS, a, um. i. e. Sublatus. ut, Evacuatæ obligationis vires reparare. l. 4. C. de Solut.

EVACUATIO, ōnis. f. ut, Fidei evacuatio. Tertull. adv. Marc. 4. 24.

EVACUEFACTUS, a, um. Idem quod Vacuefactus. Hieron.

EVADNE, [ Εὐάδνη ] Martis filia ex Thebe uxore Afopi, uxor Capanei ducis, quem adeo dilexit, ut in rogum ejus fe miferit, & cum illius cadavere fuerit exufta. Virg. 6. Æn. 447.
His Phædram, Procrinque locis, mœftamque Eriphylen
Crudelis nati monftrantem vulnera cernit,
Evadnenque, & Pafiphaen.

Fida Evadne. Propert. lib. 3. 13. 24. conf. Propert. 1. 15. 21.

EVĀDO, fi, fum, [ ἐκφεύγω, διαδύομαι, ἐξέρχομαι ] ĕre. quafi Extra vadere, & effugere. Donat. Evadere, eft Per quamcunque difficultatem ad aliquid pervenire. Plin. Epift. 25. Cæfares, quibus fufpectus, atque etiam invifus virtutibus fuerat, evafit. Cic. 4. de Fin. 78. Tamen illud in ea caufa eft, a quo abeffe velis, donec evaferis.

Ab improbis judicibus evadere. Cic. 1. Tusc. 98.
Evadere ad vel in muros, pro Ascendere. Liv. 4. ab Urbe. & lib. 5. Bell. Pun.
E custodia evadere. Quintil. lib. 2. cap. 17. Nec vero Theopompus Lacedæmonius, quum permutato cum uxore habitu e custodia ut mulier evasit, falsam de se opinionem habuit.
Ex hoc aëre animus evasit. Cic. 1. Tusc. 43. & de Senect. 80. Quum ex insipienti corpore evasisset.
Ex judicio aliquo evadere. Cic. 3. Verr. 13.
E manibus hostium evadere. Liv. 22. 49.
E morbo evadere. Cic. 2. de Divin. 13.
In cacumina vites evadunt. Quintil. lib. 1. cap. 2. Ut vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina evadunt.
In muros evadere pro Ascendere. Liv. 25. 23. extr. Curt. 10. 5. 10.
In summum evadere. Liv. 7. 34. Idem 28. 20.
In terram evadere. Liv. 9. Bell. Pun. Injussu Imperatoris scaphis haud secus quam naufragos milites sine armis cum ingenti tumultu in terram evasisse.
In tutum evadere. Liv. 26. 17.
Abiit, excessit, evasit, erupit. V. ERUMPO.
Aliquid, sicut prædictum est, evasit. Cic. 2. de Divin. 109. i. e. Verum evasit, ut ibid. loquitur.
Amnem evadere. Tacit. 12. Ann. 35. h. e. Transire.
Ardua evadere. Liv. 2.
Casum evadere. Virg. 4. Georg. 485.
— casus evaserat omnes. Item Tacit. 14. Ann. 6.
Claustris evadere. Valer. 7. Argon. 570.
— claustris evasit uterque Taurus.
Cursus evadere pugna. Virg. 11. Æn. 702.
Custodiam nostram evasit. Cajus in l. 3. D. de acquir. rer. domin.
Discrimen evadere. Tacit. 14. Ann. 10. Quod discrimen improvisum, & matris facinus evasisset.
Facinus. V. Discrimen.
Divos iniquos evadere. Sil. lib. 15.
Flammam evasit classis. Virg. 5. Æn. 689.
Furto evadere. Valer. 8. Argon. 155.
Gradus altos evadere. Virg. 4. Æn. 685. i. e. Ascendere. Servius.
Hostes evadere. Virg. 9. Æn. 386.
— jamque imprudens evaserat hostes.
Loca mortis evadere. Ovid. 14. Met. 126.
Manus alicujus evadere. Virg. 9. Æn. 560.
— nostrasne evadere demens
Sperasti te posse manus?
Pestem evadere belli. Virg. 10. Æn. 55.
Sermonem malignorum evadere, pro Non esse obnoxium sermonibus. Plin. Epist. 144. Ac primum conspicuus forma omnes sermones malignorum & puer & juvenis evasit.
Tela evadere. Sil. lib. 7.
Valetudinem perpetuam evadere, pro Liberari a perpetuo morbo. Plin. Epist. 12. Scio evasit perpetuam valetudinem: scio decessit superstitibus suis, &c.
Vincla evadere. Sil. lib. 7.
Et captiva paras moriendo evadere vincla.
Undis evadere. Virg. 9. Æn. 99.
— olim quæcunque evaserit undis. i. e. De undis exierit; ad eum locum, de quo navigatura jam non sit. Servius.
Voces alicujus evadere. Valer. 7. Argon. 299.
Evado, pro Vado. Virg. 2. Æn. 458.
Evado ad summi fastigia culminis. Nam (inquit Servius) E vacat, ut Emortuus.
Evadere adversus aciem. V. ACIES.
Omnem viam evadere. Virg. 2. Æn. 730.
Lapis non evasit spatium. Virg. 12. Æn. 902.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus,
Nec spatium evasit, totum nec pertulit ictum. i.e. Evacuatus est impetus ipsius spatio longiore. Serv. [ An distinguendum post v. totum?
Vana evasit spes. Liv. 5. Bell. Pun. Alia subinde spes, postquam hæc vana evaserat, excepit.
Evasit somnium verum. Cic. 2. de Divin. 146. Siquando aliquod somnium verum evaserit.
Evasit pestilentia in morbos longiores. Liv. 7. Bell. Pun. Eo anno pestilentia gravis incidit in urbem, agrosque, quæ tamen magis in morbos longos, quam perniciales evasit.
Evasti, per sync. pro Evasisti. Hor. 2. Serm. 7. 68.
Evasti? credo, metues doctusque cavebis. adde Non. 4. 157.
Evasset, pro Evasisset. Sil. lib. 15.
Forsan & evasset rapidi freta sæva pericli.
Evadere ante oculos, pro Apparere. Virg. 2. Æn. 531.
Ut tandem ante oculos evasit & ora parentum. i. e. Pervenit. Servius. Apparuit. Nonius.
Evadere, Pervenire. Virg. 6. Æn. 128.
— superas evadere ad auras.
Evadere ad superos. Sen. Herc. fur. 7.
Evadere, Fieri. Cic. de Clar. Orat. 131. Perfectus Epicureus evaserat. Idem 5. Verr. 161. Nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu ejusmodi evasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ac divisoris disciplina educatus. Idem, An verebar ne non putaremus potuisse probum evadere?
Minutatim evadere. Cic. de Petit. Conf. 27. Minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt.
In dicendo pauci digni nomine evadunt. Cic. de Clar. Orat. 299.
E Philosophorum scholis tales fere evadunt. Cic. in Orat. 95.
Summus evasit. Cic. de Clar. Orat. 175.
Nunquam evades ne te sacrificem. Plaut. Amph. 3. 3. 28.
Quo evadat nescio. Plaut. Pœn. 1. 1. 44. Intelligo hercle: sed quo evadas nescio. h.e. Ad quid illud dicas, vel quorsum hæc dicas, & quid velis assequi verbis tuis. Ter. Phorm. 4. 3. 21. Quid hic cœptat? aut quo evadet?
Quorsum evadat. Cic. 9. Att. 12. Videamus hoc quorsum evadat. Idem 7. Att. 16. Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur, quorsum evasura sint. Ter. And. 1. 2. 5.
Et heri semper lenitas verebar quorsum evaderet.
Huc evasit. Ter. Eun. 3. 3. 11. — ubi friget, huc evasit,
Quampridem pater mihi & mater mortui essent?
Evadere in. Ter. Adel. 3. 4. 64. Profecto evadet in aliquod magnum malum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
In infinitum evadit quæstio. Quintil. lib. 2. cap. 17. Itaque potentissimis eorum breviter occurram, ne in infinitum quæstio evadat.

EVASUS, a, um. ut, Evasa mors, apud Alcim. Evasi fulguris ictus. Juven. 12. Sat. 17.

EVASIO, ōnis. f. Vulg. Interpr. Judith. 13. 20.

EVÆMON, [ Εὐαίμων ] Pater fuit Eurypyli, qui cum Græcis ad Trojam profectus, cum quadraginta navibus præfuit Ormeniis. Hom. Catal. Nav. 244.

EVÆNETUS, [ Εὐαίνετος ] Nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, una cum Themistocle Atheniensium duce, a Græcis constitutus fuit. Herodot. lib. 7.

EVĀGĪNO, āre. Vulg. Interpr. Exod. 15. 10. Judith. 13. 8. Evaginare frequens apud Ecclesiasticos scriptores. Beroald. in Suetonium cap. 53. fol. 178. a. H. St. Desiderabatur hæc vox cum deriv. in edit. Lugd.

EVAGINATUS, a, um. Justin. 1. 9. 8. Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus. Hygin. Fab. 164. Aliquem evaginato persequi gladio. conf. Veget. de Re Milit. 1. 18.

EVAGINATIO, ōnis. f. Arnob. 1. p. 30. Contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem circumscriptis evaginationibus compulerunt. V. Meurs. & Desid. Herald. in loc.

EVAGON ex familia eorum, qui Ophiogenes ( ὀφιογενεῖς ) in Cypro vocantur, cum legatus Romam venisset a Consulibus in dolium serpentium conjectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Plin. l. 28. c. 3. Quidam corrupte scribunt Exagon.

EVĀGOR, [ ἐκφέρομαι, ἐξεπλάω ] āri. Idem quod Vagari. Liv. 2. Bell. Pun. Frontibus enim adversis concurrendum erat, quia nullo circa ad evagandum relicto spatio, &c.
Evagantur fluvii. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt.
Evagatur ignis. Ulp. in l. Si servus servum. §. Si. fornicarius. D. Ad legem Aquiliam.
Evagatur longius appetitus. Cic. 1. Off. 102.
Evagatur in luxuriam prævalens vitis. Columel. lib. 5. cap. 6. Idem 8. 5.
Evagatur capparis per agros. Plin. lib. 19. cap. 8.
Evagata est late vis morbi. Liv. 3. 7.
Evagari, Extra propositum aliquid dicere. Quintil. lib. 2. cap. 4. Verum hactenus evagari satis fuerit.

EVAGATIO, ōnis. f. [ ἐκπλάνησις ] Plin. lib. 2. cap. 17. Ac spatia longitudinis latitudinem evagatione pensant. Sen. Epist. 66. Hæc libertas ejus est, hæc evagatio.

EVAGATUS, a, um. Columel. 8. 5. Juxta cibus ponendus, ne longius evagatæ refrigerent ova.

EVAGATOR, ōris. m. apud Senec.

EVAGATRIX, īcis. f. apud Tertull.

EVAGABUNDUS, a, um. apud Augustin.

EVAGORAS, æ. m. [ Εὐαγόρας ] Cypri Rex. apud Nep. 12. 2. 2. & Justin. 5. 6. 10.
Evagoras Laco, alius qui Olympionicos Equos magnifice dedit ad sepulturam. V. Ælian. Hist. Anim. 13. 40.

EVĂLEO, ui, [ δύναμαι ] ēre. Idem quod Valere & posse. Stat. 5. Silv. 2. 78. — tibine illa nefanda
Pocula, letalesque manu componere succos
Evaluit? Lucan. lib. 1. 500.

EVALESCO, evalui, [ ἰσχύω, ἐπιῤῥώννυμαι ] ēre. Validum fieri. Plin. lib. 15. cap. 29. Quintil. lib. 2. cap. 9. Adjuta cura natura magis evalescit. Idem lib. 17. cap. 15. Quum evaluissent flagella pedes binos. i. e. Excrevissent. conf. Macrob. 3. Saturn. 17. & Tacit. 14. Ann. 58. 6.

EVALIDUS, a, um. Sil. 1. 549. Evalidam hastam. al. Et validam. V. ibi Drakenb.

EVALLO, [ ἐκχαρακίζω ] āre. Extra mittere, excludere; quasi Extra vallum projicere. Titinn. Præl. Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem, pallia evallavit, o pulchre. Varro, Donec foras nos intus evallaverunt. Non. 2. 259. conf. Salmas. in Solin. p. 907.

EVALLO, [ ἐκλικμίζω ] ēre. Purgare frumentum, non etiam frangere. Plin. lib. 18. cap. 10. Et ipsa quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent. Et paulo ante, Triticum autem perfundi aqua multa jubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti.

EVALLEFACIO, ēre. Varro apud Non. 3. 158. V. Salmas. supra citat.

EVAN, antis. [ Εὔαν ] Bacchi nomen. Ovid. 4. Met. 15.
Lucidus Evan. Stat. 5. Theb. 675. Hinc
Evantes Orgia circum Ducebat Phrygias. Virg. 6. Æn. 517. Evantes (inquit Servius) i. e. Bacchantes, a Libero qui Evan dicitur.
Circum & Evare. H. St. [ Græcum certe verbum εὐάζειν usitatum fuit, inde noster Lat. EVARE deducit. V. Thes. ejus Græc. v. Εὐάν.
Non ille Evantis Massylæ palluit iras. Sil. lib. 1. 101. Ubi Heins. V. Thyades Evantes. Catul. in Argon. 62. 391.

EVANDER vel EVANDRUS, i. m. [ Εὔανδρος ] Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiæ. Hic patrem suum occidit, suadente matre Nicostrata (quæ etiam Carmentis dicta est, quia carminibus vaticinabatur) dimissa provincia sua venit ad Italiam: & pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, & modicum oppidum fundavit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallatinus secundum Virgilium a Pallante avo Evandri est dictus: secundum Varronem & alios a filia Evandri Pallantia ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta: vel certe a Pallante ejus filio illic sepulto. Hæc fere Servius in Virg. 8. Æn. 51.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum, &c. Dicitur etiam nomin. Evandrus in eodem lib. 558.
Tum pater Evandrus dextram complexus euntis Hæret.
Boves Evandri. Propert. lib. 4. 1. 4.
Atque ubi navali stant sacra palatia Phœbo,
Evandri profugæ concubuere boves.
Mœnia Evandri. Ovid. 14. Met. 456.
— neque Æneas Evandri ad mœnia frustra, &c. Venerat.
Veteres Penates Evandri. Stat. 3. Silv. 4. 48.
Sedes Evandri. Virg. 9. Æn. 9.
Sceptra Palatini, sedemque petivit Evandri.

Arcas Evander. Ovid. 5. Faft. 643.
Arcadis Evandri nomen tibi fæpe refertur.
Fidus Evander. Stat. 2. Sylv. 1. 93.
Rex Evandrus Romanæ conditor arcis. Virg. 8. Æn. 313. i. e. Conditor Pallanteæ, ubi nunc palatium eft, quod non eft re vera arx, fed tenet rerum omnium principatum. Servius. conf. Juftin. 43. 1. 6. & Liv. 1. 7. V. etiam Nardin. Rom. Vet. 1. 1. & Lex. Pitifc.
Cum Evandri matre loqui, eft Antique & obfolete loqui. Gell. 1. 10.
Evander alius cælator ac plaftes Athenienfis, quem ferunt a M. Antonio Alexandriam perductum, & inde inter captivos Romam veniffe: ut refert Acron in illud Hor. 1. Serm. 3. 90.
— menfave catillum
Evandri manibus tritum dejecit. i. e. Calicem nobiliter cælatum. [Sic & Schol. Cruquianus. Verifimilius Lambinus de Calice vetuftate nobili exponit. Miror Cuningamii audaciam, qui Tortum reponit, quafi id verbi usquam ea notione lectum fit, pro Tornato fcilicet.
Evander Aulanius, Sculptor infignis, qui figno Dianæ, quod Timothei manu effictum erat Romæ in Palatio, Apollinis delubro, caput repofuit. Plin. lib. 36. cap. 5.
**Evandrius**, [Εὐάνδριος] Adj. ut, Regna Evandria. Sil. lib. 7. 18. Evandrius enfis. Virg. 10. Æn. 394. Sic Evandria cura pro Romana, apud Prudent. in Symmach. 1. 551.
**Evanesco**, evanui, [ἀφανίζομαι, διαπίπτω, ἀπαθυμιάω] ere. Inanem fieri, & in nihilum redigi. Plin. lib. 9. cap. 51. Vere pectines, limaces, hirudines eodem tempore evanefcunt.
Evanefcere ac defluere. Plin. lib. 13. cap. 1.
Evanefcere inter ineptias. Quintil. lib. 1. cap. 7. Verum hæc etiam inter ipfas ineptias evanuerunt.
Cœpit evanefcere. Ovid. 13. Met. 888.
— rubor evanefcere cœpit.
Ex oculis evanuit in tenuem auram. Virg. 4. Æn. 278.
In auras tenues evanefcere. Ovid. 2. Faft. 509.
— in tenues oculis evanuit auras. In tenuem ex o. e. auram. Heinf.
Paulatim evanefcere. Lucret. lib. 2. 827. — ut cernere poffis,
Evanefcere paulatim, ftinguique colorem.
Actio furti evanefcit. Pompon. in l. Si vendidero. §. Si Titius. D. de furtis.
Evanuerunt & exaruerunt amnes. Cic. 1. de Divin. 38.
Ardor animi evanuit. Ovid. 1. Amor. (2. Amorum Elegia 9. eft Revanuit ardor. Sed videtur legendum Evanuit. H. St. Al. Relanguit.
Cornua extremæ lunæ evanefcunt. Ovid. 2. Met. 117.
Dolor evanefcit. Ovid. in Ibin, 41.
Quam dolor hic unquam fpatio evanefcere poffit.
Flos Bacchi evanuit. Lucret. lib. 3. 222.
Quod genus eft Bacchi quum flos evanuit, aut quum
Spiritus unguenti fuaves diffugit in auras.
Jus pignoris evanuit. Scævol. in l. lex vectigali. D. de pignor.
Memoria omnis eorum fenfim obfcurata eft & evanuit. Cic. 2. de Orat. 95.
Nubes incipiunt evanefcere. Ovid. 1. Amor. 2. 107.
Opera ejus evanuerunt, pro Interciderunt. Cic. de Clar. Orat. 106. Isque & orationes reliquit, quæ jam evanuerunt.
Pignus evanefcit conditione exiftente. Martian. in l. Grege. §. 1. D. de pignoribus.
Præterita evanefcunt. Cic. ad Brut. Ep. 16. extr. Non modo reliqui temporis gloriam eripuerit fibi, fed etiam præterita evanefcere coget.
Pruina evanuit, ac colliquefacta eft glacies. Varr. 2. de R. R. 4.
Rubor evanuit. Ovid. 6. Met. 47.
— fubitusque invita notavit
Ora rubor, rurfusque evanuit.
Sententia evanefcit. Cic. 5. Tufc. 85. Hæ funt fententiæ, quæ ftabilitatis aliquid habeant: nam Ariftonis, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt.
Spes extenuatur & evanefcit. Cic. 3. Att. 14. Poftquam extenuari & evanefcere fpem noftram vidi, mutavi confilium.
Virtus herbarum evanuit. Ovid. 14. Met. 356.
Vetuftate evanefcere aliquid dicitur. Cic. 1. de Divin. 39.
Homo evanefcere dicitur. Cic. de Clar. Orat. 323.
**Evanescens**, Partic. [διαπίπτων] ut, Evanefcens memoria alicujus rei, quæ effluit. Sen. 1. de Benef. 12.
**Evaniturus**, a, um. Lactant. 5. 4. extr. Evanituras brevi religiones falfas.
**Evanĭdus**, Adj. [ἐξίτηλος] Inane, caducum, & cito periturum. Columel. de Arbor. cap. 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 37. cap. 5. Ovid. de Rem. Amor. 653. — in tenues evanidus exeat auras.
Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos. Ovid. 5. Met. 435.
Leve & evanidum gaudium. Sen. Epift. 35.
**Evangelium**, i. n. [εὐαγγέλιον] Latine Bonum nuntium dicimus. Alcim. 3. 383.
Clara Evangelii verbique ardente lucerna. Primam perperam corripit Tertull. Carm. cont. Marc. 2. 47.
Tradit Evangelium Paulus, fine crimine mundum.
Evangelium dicitur etiam Merces allati jucundi nuntii. Pl. Cic. 2. Att. 12. O fuaves epiftolas tuas uno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quæ reddam, nefcio, deberi quidem plane fateor. Ulpian. in l. Falfus. §. Qui alienum quid, De furtis, Ergo fi ea quæ dicunt Græci evangelia petat, i. e. Mercedem pro rei inventæ vel repertæ nuntio. Sunt qui hoc loco Menytra (μήνυτρα) legendum exiftiment: h. e. indicii præmium. conf. Diod. Sic. 15. 74.
**Evangelia**, orum. pl. n. [εὐαγγέλια] dicuntur Sacrificia & Supplicationes, quæ pro jucundo nuncio decerni quondam confueverunt. V. Henr. Steph. Thef. Græc. ut & Suic. Thef.
**Evangĕlus**, i. m. Vitruv. lib. 10. 7. Honores ei decreverunt, & nomen mutaverunt, ut pro Pixodoro Evangelus nominaretur.
**Evangelicus**, a, um. Tertull. contra Marc. 39. Prudent. Apoth. 15. Paulin. Carm. 19. 155.
**Evangelista**, æ. m. [εὐαγγελιστής] Scriptor hiftoriæ Evangelicæ. Prudent. Cathem. 6. 77. Idem Perift. 10. 16.
**Evangelizo**, [εὐαγγελίζω] āre. Verbum frequens apud Ecclefiaft.

**Evangelizator**, ōris. m. Tertull. de Corona, cap. 9. Idem de Præfcript. cap. 4.
**Evanno**, [ἐκλικμίζω] āre. Ventilare, vel Movere. a Vanno, in quo legumina ventilantur. Pompon. Pannuc. Dixi ego illud futurum in prima valva eft, vix hæret mifera, evannentur, & mea ocyus opera ut fiat, fecero. V. Non. 1. 69. Varro 1. de R. R. cap. 52. Ita fit ut quod levisfimum eft in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream.
**Evanthes**, [Εὐάνθης] Nomen authoris fatis laudati apud Plin. lib. 8. cap. 22.
**Evanthia**, [Εὐάνθια] tefte Plin. Civitas Afiæ, Trallis quoque & Seleucia dicta, quam allui Eudone amne, ibique Pygmæos habitaffe refert idem lib. 5. cap. 29.
**Evaporo**, āre, vel **Exvaporo**. Solin. cap. 8. Calor olim acrior exhalatus per tempora evaporavit. Tertull. de Pallio, cap. 5. Has purulentias civitatis quis eliciet & exvaporabit? [Exfuppurabit Salmaf. q. V. f. l. Paffive Gell. 19. 5. Id in ea leviffimum eft quod evaporatur. Idem paulo poft, Diffiari atque evaporari ex nive.
**Evaporatio**, ōnis. f. [ἀναθυμίασις] Sen. 1. Nat. Quæft. 1. Nec mirum fi terris omnis generis & varia evaporatio eft. Idem 3. 24. Nec trahit faporem evaporatio, quia claufa perlabitur. Sic Macrob. 7. Saturn. cap. 12.
**Evaporativus**, a, um. Cæl. Aurel. Acut. 3. 8. Evaporativæ virtutis paroptefis.
**Evarchus**, [Εὔαρχος] Fluvius eft Scythiæ Europææ. Valer. 6. Argon. 102. — Taras, niveumque ferax Evarchus olorum.
**Evares**, [Εὐάρεις] Latine Execrabiles, quo nomine dicti funt Scythæ quidam, eo quod, quum templum in Afcalone expilaffent, ira numinis in eos cum pofteritate omni fœmineus morbus fit immiffus. Herod. Hift. lib. 1. Nominativus eft Evaris. [Immo Enares, ἐνάρης, Pl. ἐνάρεις vel ἐνάρεες. V. Henr. Steph. Thef. Gr. Append.
**Evasto**, [ἐξερημόω] āre. Idem quod Vaftare. Liv. 10. 15. Ibi duo Confulares exercitus, diverfis vagati partibus, omnia quinque menfium fpatio evaftaverunt. Idem lib. 8. & 5. 5. Sil. lib. 15. 184.
— bellorum dira creatrix
Evaftanda tibi tellus.
**Evax**, Nomen regis Arabum, quem de virtutibus Simplicium fcripfiffe ad Neronem codd. quidam Plinii referunt, l. 25. 2. Sed in melioribus defideratur, tefte Hard. ad loc. & Salmaf. Prol. ad Hom. hyl. jat. p. 15. Circumfertur quidem fub hujus regis nomine libellus de Gemmis. Verum is eft Marbodei, de quo f. l.
**Evax**, [εὐαί] Interjectio exultantis; nihil fignificat, inquit Varro de analogia: fed effutitium naturaliter eft, ut apud Ennium Hehe. Plaut. Bacch. 2. 3. 13. Evax afperfifti aquam. Idem Caf. 4. 4. 13. Evax, nunc pol demum ego fum liber.
**Evazæ**, [Ἐβάζαι] Sarmatarum populi, a Medis orti, & Tanain fluvium accolentes. Plin. lib. 6. cap. 7.

## E U B

**Eubages**, um. Strabo lib. 4. Οὐάτεις. Gallorum vates, fcrutantes feria & fublimia naturæ. Ammian. 15. 9. Valef. ibi legit Eubages. Eubages vero nomen habent, a Perfico *Bach.* i. e. Sanctus, ut Ravius monuit. Paneg. 2.
**Eubius**, Scriptor incertum quis fuerit, cujus meminit Ovid. 2. Trift. 416.
Nec qui defcripfit corrumpi femina matrum
Eubius, impuræ conditor hiftoriæ.
**Eubœa**, [Εὔβοια] inquit Plin. cap. 12. lib. 4. Infula avulfa Bœotiæ, tam modico interfluente Euripo ut ponte jungatur: A meridie promontoriis duobus, Geræfto ad Atticam vergente, & ad Hellefpontum Caphareo infignis, a Septentrione Cenæo, nusquam latitudinem ultra XLM. paffuum extendit, &c. De Eubœa V. Solin. cap. 18. Eubœa hodie *Nigri ponti* infula dicitur. V. Abantis. Ceterum ipfam Eubœam Bœotiæ continentem fuiffe dicit Plin. 2. 18. §. 90. & 4. 12. §. 21. pr. conf. Bonifac. Hift. Lud. 6. 22.
**Eubœus**, Adj. [Εὐβοϊκὸς] ut, Plebs Eubœa. Stat. 5. Silv. 3. 136.
— ftupuit primæva ad carmina plebes Eubœa.
**Euboicus**, aliud Adj. [Εὐβοϊκὸς] ut, Carmen Euboicum Ovid. 4. Faft. 257. i. e. Cumæum, Sibyllinum.
Aquarum cultor Euboicus. Ovid. 14. Met. 4.
Gurges Euboicus. Ovid. 9. Met. 226.
Nunc quoque in Euboico fcopulus brevis eminet alte
Gurgite, & humanæ fervat veftigia formæ.
Littus Euboicum. Propert. lib. 2. 26. 38.
Euboicum mare, duplex effe dicitur, aliud in Ægeo, aliud in Campano, feu Thufco. Quod in Ægeo, Eubœæ adjacet infulæ, a qua denominatum eft: quod autem in Thufco, Cumarum, Baiarumque alluit oram, ab Euboicis advenis, & Cumarum conditoribus nuncupatum. V. Drakenb. ad Sil. 11. 293.
Montes Euboici. Valer. 6. Argon. 321.
Oræ Euboicæ Cumarum. Virg. 6. Æn. 2. Obi Servius, a Colonia, inquit, Cumas appellavit. Nam Eubœa infula eft, in qua Calchis civitas eft, de qua venerunt qui condiderunt civitatem in Campania quam Cumas vocarunt.
Penates Euboici. Stat. 3. Silv. 5. 58.
Anne quod Euboicos feffus remeare penates
Auguror, & patria fenium componere terra?
Rupes Euboica. Virg. 6. Æn. 42. de Antro Sibyllæ Cumanæ,
Excifum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum, oftia centum,
Unde ruunt totidem voces, refponfa Sibyllæ. Rupem Euboicam exponit Servius Cumanum montem, quem Euboici habitaverunt. Eft autem (inquit ille) Acyrologia: Coloniæ enim Epithetum, rei dedit immobili.
Sibylla Euboica. i. e. Cumana. Stat. 1. Silv. 2. 177.
— Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.
Sinus Euboicus. Ovid. 1. Epift. Sabin. 76. & in Ibin, 340.
Vifcera fic aliquis fcopulus tua figat, ut olim
Fixa fub Euboico Graia fuere finu. Hanc hiftoriam conft. mat Propert. lib. 2. 20. 38.
Quicunque & venti miferum vexaftis Ulyffen,
Et Danaûm Euboico littore mille rates.

Unda Euboica. Sen. Herc. fur. 6.
Priusque multo alternis vicibus fugax
Euripus unda stabit Euboïca impiger. Nam Euripus est angustum mare inter Phocidem Bœotiæ partem, & insulam Eubœam. Ovid. 9. Met. 218.
Mittit in Euboicas tormento fortius undas.
Urbs Euboica, Cumæ. Ovid. 14. Met. 155.
Euboicum Talentum, authore Festo, nummo Græco, septem millium & quingentorum cistophorum est, nostro, quatuor millium denariorum. V. Eisenschmid. de Pond. S. 1. c. 3.

**Euboice**, es. f. Herba. Alias Ebulus. Apul. de Herb. cap. 91.

**Eubule**, Filia fuit Leonis cujusdam, Orphei filii (sicut nonnulli existimant) quam cum Phasithea & Theope sororibus civitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam vehementius premebat, finem secundum oracula caperet. Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 7. conf. Ælian. Var. Hist. 12. 28. & ibi Periz.

**Eubuleus**, i. m. [Εὐβουλεὺς] inter Anaces Athenis ex Jove, Rege Antiquissimo & Proserpina natos. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.

**Eubulia**, [εὐβουλία] Latine Consultatio bona: aliis etiam Promptitudo. Est autem Eubulia Cælio, Directio secundum utilitatem, & secundum id cujus opus est, & ut, & quando. V. eum lib. Antiqu. Lect. 11. cap. 9.

**Eubulīdes**, is. m. [Εὐβουλίδης] Milesius, sectæ Megarensium Philosophus, Euclidis discipulus, præceptor Demosthenis. V. Diog. Laert. in Euclide S. 108. Et Athen. lib. 8. Aliorum hujus nominis meminit. Cic. 3. Verr. 23. & 5. Verr. 42. & Laert. in Vita Diog. & Socrat.

**Eubūlus**, i. m. [Εὔβουλος] Nom. propr. Atheniensis civis fuit, contrarias fere Demostheni in Reip. administratione partes fovenlis; & interpretatur, Prudens, consultus, boni consilii.
Fuit & Eubulus mediæComœdiæ Poeta,ut scribit Suidas. conf. Athenæum.
Eubulus præterea nomen fuit Historici, qui historiam Mitræ multis voluminibus explicuit. Hieron. lib. 2. adv. Jovin.
Item Philosophus Alexandrinus, Euphranoris discipulus, Ptolemæi magister. V. Diog. Laert. in Timone extr. lib. 9.

**Euburiātes**, um. Celeberrimi Ligurum populi, citra alpes habitantes. Plin. lib. 3. cap. 5. Flor. 2. 3. 5.

**Eburo**, Oppidum Lusitaniæ. Plin. lib. 4. cap. 21.

## E U C

**Eucæria**, [εὐκαιρία] Opportunitas dicitur. Cic. 3. de Fin. 45. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus eucæriam) non fit major productione temporis. Idem 1. Off. 142. Occasionem interpretatur. εὐκαίρως Opportune habet Idem 13. Att. 9. & εὐκαιρότερον Opportunius 4. Att. 7.

**Eucarpēni**, [Εὐκαρπηνοὶ] Populi ad Laodiceam, in conventu qui a Synnada accipit nomen. Plin. lib. 5. cap. 29. Ab

**Eucarpia**, [Εὐκαρπία] Urbe Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi Uber fructuum proventus. Meminit hujus oppidi Strabo lib. 11.

EVCH. Euchius. i. e. Bonus filius. Sarain. Manut.

**Euchadia**, [Εὐχαδία] Villa in Macedonia, cujus meminit Cic. in Pison.

**Eucharis**, Adj. [εὔχαρις] Gratiosus. Vulg. Int. Sir. 6. 5.

**Eucharistia**, æ. [εὐχαριστία] Gratiarum actio. Ita vocatur Cœna Dominica ab Irenæo aliisque. conf. Cyprian. 1. Epist. 2. V. Suic. Thes.

**Eucharisticus**, a, um. ut, Eucharisticum sacrificium, passim apud Ecclesiast.

**Eucharisticum**, i. n. Subst. [εὐχαριστικὸν] Stat. ad Imp. Aug. Germ. Dom. Silv. 4. 2. Subaudi Carmen.

**Euchatæ**, [Εὐχάται] Scythiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 17.

**Euchetæ**, [Εὐχῆται ἢ εὐχῖται] Hæretici quidam erant, quorum dogma nefarium in Syria propagatum fuit. Horum fuit hæresis posse humanam virtutem ac scientiam, non ad Dei modo similitudinem pervenire, sed perfectionem quoque ac æqualitatem, adeo uti fit mox ἀναμάρτητος, id est, ut sic dicam, impeccabilis, quoniam ne cogitatione quidem aut inscitia ubi perfectionis fastigium contigerit, queat delinquere. Ceterum hoc nomen illis inditum tradunt de orationis assiduitate, quod incrediviliter, ut inquit Augustinus, perpetuo faciebant, adeo ut monachos fovendæ vitæ gratia quidpiam facere impium ducerent, quia interpellaretur orandi facultas. Porro quam sceleстissima obire soliti essent cum Gnosticis sacrificia, & quo tempore, V. apud Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 16. conf. August. de Hæret. cap. 58. Suic. Thes.

**Euchius**, [Εὔχιος] Ita Bacchum cognominant Poetæ, ἀπὸ τῆς εὐχῆς, i. e. a voto, ut notant Grammatici, inter quos Perottus. [Sed inscite & falso hanc, aliasque similes exsculpunt Bacchi appellationes ex dict. Evius, εὔιος, de qua s. l. V.

**Euchir**, Statuarii nobilis nomen. Plin. lib. 34. cap. 8.
Fuit & alter Euchir, Fictor. Plin. lib. 35. cap. 12.

**Euchyla**, [εὔχυλα] dicuntur Quæ sunt boni succi, ut carnes avicularum montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur κακόχυλα, Quæ malum generant, ut Caseus vetus, & salsamenta. χυλὸς enim Græcis succus est, sive liquor.

**Euchyma**, [εὔχυμα] Græca appellatione dicuntur pariter, Quæ boni sunt succi, sive præstantis saporis. Nam χυμὸς Græcis modo succum significat, modo saporem.

**Euclabris**, dicebatur Mensa quam mactata victima Flamen aut Sacerdos instrui faciebat. Et hinc Vasa sacrificiis inservientia nominabantur Euclabria. V. Choul. de Relig. Vet. Rom. p. 261.

**Euclia**, Dea: de qua sic Alex. Genial. Dier. lib. 1. cap. 24. Bœotiis & Locris nihil erat in sponsalibus firmum, nisi sponsus & sponsa in ara Eucliæ virgini dicata, prius libarent, haud aliter, nisi more solenni antea libassent, matrimonium esse rati.

**Euclīdes**, is. m. [Εὐκλείδης] Megarensis philosophus, auditor Socratis, qui e patria Athenas veniebat, ut Socratem audiret, & tempore belli vestitu muliebri induebatur ne nosceretur. V. Historiam apud Gell. 6. 10. Auctor fuit sectæ Megaricæ. Ejus effigiem exhibet Spon. Misc. Ant. p. 140. adde Sidon. Carm. 2. 176. Hujus meminit Cic. 4. Acad. 129. Alter Euclides Elementorum Geom. author tempore Ptolemæi 2di. V. Sidon. in laudibus Narb. Carm. 23. 115. De hoc alisque ejusdem nominis Fabric. B. G. lib. 3. cap. 4.

**Euclio**, ōnis. m. Avari senis apud Plaut. in Aul. nomen, quod ad omnes ejusmodi homunciones vulgo transfertur.

**Eucrasia**, [εὐκρασία] Latine Temperamentum bonum, quam Galen. lib. 1. de Sanit. tuend. facit duplicem: Alteram, quæ in animantium saltem corpore cogitatione potius usurpetur, quam vere subsistat: Alteram, quæ in sanis omnibus est, atque apparet.

**Eucratidia**, [Εὐκρατιδία] Civitas Bactrianæ regionis ab Eucratide imperante sic cognominata. Strabo lib. 11.

**Eucratis**, idis. Bactrianorum rex fuit. Hic, quum ingentes Demetrii copias parva manu fudisset, Indiamque exterminato hoste, magno consilio subegisset, dum Bactra peteret, a filio impuro & flagitioso, quem socium regno asciverat, ut solus potiretur imperio, imprudens ex insidiis occupatur, turpique nece in via trucidatur: qui patris cæde non contentus, pari scelere & audacia per corpus vulneribus affecti, currum agere, & sanguine aspersus paterno, insepultum abjicere non dubitavit, ausus facinus, quod in nulla unquam Scythia tyrannus admisit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 6.

**Eucteria**, [εὐκτήρια] Loci in quibus orationes actaque provinciarum continentur. Alciat. in l. immunitatis. C. de agric. & censit. lib. 11. [Locus est precandi. V. Oratorium in ORO. H. Steph. & Suic. Thes.

**Euctici**, [εὐκτικοὶ] Hymni dicuntur, qui votum habent & preces; sicut Apeuctici, rejicientes deprecationem, quorum exempla passim suppetunt ex poetis. V. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 5.

## E U D

**Eudæmon**, ŏnis. m. [Εὐδαίμων] Ægyptius grammaticus, teste Suida, patria Pelusiotes, Libanii sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poemata: item artem grammaticam, & de dictionum orthographia.
Græcis εὐδαίμων, felicem significat: unde etiam Mela 3. 8. 35. illam Arabiæ partem, quæ inter sinum Arabicum & Persicum in pelagus excurrit, servato Græco nomine Eudæmona appellavit, quam nos verbum verbo reddentes, Felicem appellamus.

**Eudæmonidas**, Nomen viri proprium Tortelio.

**Eudamīdas**, æ. m. [Εὐδαμίδης] Nomen filii Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis, Plutarch.

**Eudamus**, [Εὔδαμος] Vir quidam fuit professione Philosophus, quem annulos quosdam solitum conficere memoriæ proditum est, quorum vis esset mira adversus dæmonia: item serpentium morsus, & id genus alia pleraque. Inerat iis quoque contra fascinationes virtus præclara. Cæl. Antiq. Lect. lib. 6. cap. 12.

**Eudemia**, [Εὐδημία] Insula in Pagasico sinu, non longe a Scyro Cycladum extima. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Eudēmus**, [Εὔδημος] Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Plut. in Vita Philop.
Alterius Eudemi meminit Cic. 1. de Divin. 53. quem ad Syracusas præliantem occidisse scribit.
Eudemus Naxius, conditor historiæ Astrologicæ, quem eundem faciunt cum Eudemo Pario. V. Voss. de Hist. Gr. 3. p. 283. & de Mathem. cap. 32.
Eudemus, Medicus Liviæ uxoris Drusi, adulterii inter illam & Sejanum internuncius. V. Plin. 29. 2. & Tacit. 4. Ann. 3.

**Eudiæon**, [εὐδιαῖον] Lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμὸς emittitur, inquit Festus. Sic Græci vocant Foramen in navi, per quod emittitur sentina: unde & per translationem, ut opinor, medici in clysterio, id est instrumento quo alvus perluitur, sic vocarunt. ab εὖ & διαίνω humecto. Hæc Dacer. ad l. ex Suida. V. & Hesych. ac Pollux, qui masc. εὐδιαῖος efferunt, ut in seq. dict. ex Cæl.

**Eudiæus**, [εὐδιαῖος] dicitur Clavus in navium carinis, quo exempto effluit aqua, ne computrescant. Vocatur & Chimaros. Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 9.

**Eudīelus**, [Εὐδίειλος] submutato nomine Aspledon civitas posterius dicta est, a bono crepusculo, quod Græcis δείλη vocatur. Plura Strabo lib. 9.

**Eudōra**, [Εὐδώρα] Nympha, Oceani & Tethyos filia, ut placet Hesiod. in Theog.
Item una ex Atlantidibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche. Cælius duodecim fuisse scribit, inter quas & hanc connumerat lib. 16. cap. 16.

**Eudōrus**, [Εὔδωρος] Mercurii filius fuit, ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Trojanum secutus est. Hom. 2. Iliad.
Eudorus, alius Statuarius & pictor fuit, scena depicta, & signis ex ære, fabricatis. Plin. lib. 35. cap. 11.

**Eudoxia**, æ. f. [εὐδοξία] Latine Bona fama dicitur. Cic. 3. de Fin. 57. De bona autem fama, quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quam gloriam.
Est & propr. fœm. ut Eudoxia prius Athenais dicta, Theodosii 2di Imp. Conjux.
Eudoxia, cogn. Licinia, Uxor Arcadii, quæ Chrysostomum pepulit.
Alia erat filia Imp. Theod. Jun. Uxor Valentiniani 3tii.

**Eudoxus**, [Εὔδοξος] Æschinis filius, patria Gnidius, Geometra, & Astrologus, summus Medicus, Socratis auditor, qui primus annum composuit. Hujus meminit Cic. 2. de Divin. Item Lucan. 10. 185. Plin. 6. 31. Petron. cap. 88. Diod. Sic. 3. 13. & Mela 3. 10. conf. Voss. de Hist. Gr. 1. 6. p. 26.
Fuit & alius Eudoxus, Rhodius Historicus.
Alius Siculus filius Agathoclis, Poeta comicus.

## E V E

**Evectice**, es. f. [εὐεκτικὴ] Medicinæ pars est, quæ exacte perfecteque valentem accipiens, in hoc ipsum gradu conservat: sic dicta, quasi Boni habitus servatrix. Galen. lib. ad Thrasyb.

**Eveho**, xi, ctum, [ἐξάγω, ὀχηρίζω] ĕre. Extra vehere. Varro 1. de R. R. 16. Aut flumina propinqua, qua navigari possit, quibus utrisque rebus evehi atque invehi ad multa prædia scimus. [An Multa ad?
Evehere angusto tramite. Plin. lib. 12. cap. 14.
Evehere suas merces. Plin. lib. 6. cap. 19.
Evehere aquas ex planis locis. Liv. 1.
Evehi equo. Liv. 1. Evectus extra aciem equo.
Evehere, [ἐξαίρειν] Extollere, ut Ad æthera virtus evehit. Virg. 6. Æn. 130.
In altum evehere. Liv. 25. 27. Ubi primum tranquillitas maris in altum evexisset.

In ote-

In cœlum evehere aliquem. Juven. 1. Sat. 38. i. e. Ad summum beatitudinis gradum perducere, ut velut deus habeatur.
In Consulatum aliquem evehere. Paterc. 2. 30. 3.
Ad Deos evehere. Hor. 1. Carm. 1. 6. V. In cœlum.
EVECTUS, Partic. [ἐξηγμένος] ut, Eloquentia evecta e Peireo. Cic. de Clar. Orat. 51. Nam ut semel e Peireo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, &c.
In auras æthereas evectus. Claud. de Paschal. 18.
Confragosis atque asperis evecti, tota pandere possumus vela. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Cœruleis evectus equis. Sen. Herc. fur. 2.
Plostris evectum & asportatum esse. Cic. 3. Verr. 53. Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam spectantibus omnibus plostris evecta, asportataque esse.
Evectus [ἐξαρθείς] elatus. Spe vana evectus. Liv. 42. 62.
In summum evecti fastigium. Paterc. 2. 56. 3.
EVECTUS, ûs. [ἐκκομιδή] h. e. Vectio & portatio quæ fit vel navibus vel curribus in aliquem locum. Plin. lib. 18. cap. 5. Ut operariorum copia prope sit, oppidumque validum: ut navigiorum evectus vel itinerum: ut bene ædificatus & cultus. De agro.
EVECTIO, ōnis. f. [ἐξαγωγή] Apul. 5. Met. Sublimis evectio.
Evectiones (inquit Budæus) dicuntur Diplomata, sive Chartulæ signo principis obsignatæ. In tractatu, de Cursu publico, cod. Evectiones ab omnibus postulentur: & tam judices quam custodes, &c. V. Savar. ad Sidon. Epist. 5. 20. Bergier. de Viis. Mil. 4. §. 15. 1. & Lex. Pitisc.
EVECTO, are. frequent. Gloss. Vet. Evecto ἐποχοῦμαι.
EVELATUM, Veteres dixere pro Eventilato. Unde Velabra dicuntur, quibus frumenta ventilantur. Festus. pro Ventilabris scil. V. tamen Viris Dd. ad l. not.
EVELLO, velli, (vulsi,) vulsum, [ἐκτίλλω, ἐκσπάω] ĕre. Vi quadam vellere, sive extrahere: ut, Evellere sibi capillum luctu. Cic. 3. Tusc. Et 15. Att. 4. Excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides.
Evellere sese ex cœno. Plin. lib. 8. cap. 42.
Evellere ex complexu. Cic. 3. Att. 9. Versabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille aut lictores dimitteret, aut evelleretur ex complexu meo.
Evellere arborem radicitus. Ulpian. in l. furtim. §. 1. D. Arbor. furtim cæsarum.
Castra obsessa evellere. Sil. lib. 7. 335. h. e. Castra obsidione liberare.
Femur puellæ pulex evellit. Ovid. de Pul.
Linguam alicui evellere. Cic. pro Sext. 60. Idem 3. de Orat. 4. Hæc tibi lingua excidenda est, qua vel evulsa, &c.
Plantam cœno evellere. Hor. 2. Serm. 7. 27.
Radices evellere. Cic. 10. Att. 13.
Tela confixis membris evellere. Lucan. lib. 6. 255.
Evellere, per translationem: ut, Evellere sibi scrupulum ex animo. Cic. pro Rosc. Amer. 6.
Ex memoria evellere. Cic. pro Sext. 33. Si appellandi sunt Consules, quos nemo est qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos non putet.
Evellere ex intimis mentibus. Cic. 1. de Orat. 230. Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuæ.
Evelli ex ordine. Cic. 4. de Fin. 78. Verba tenent mordicus. Quæ rursus dum sibi evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus.
Evellere aculeum severitatis. V. ACULEUS.
Mala radicitus evellere. Lucret. lib. 3. 311.
Odorem e thuris glebis evellere. Lucret. lib. 3. 328.
Opinionem aliquam evellere ex animis hominum. Cic. pro Cluent. 4.
Inserere novas opiniones, evellere insitas. Cic. in Orat. 97.
Spinas animo evellere. h. e. Vitia. Hor. 1. Epist. 14. 5.
Certemus, spinas animone ego fortius, an tu
Evellas agro, & melior sit Horatius, an res.
Evellit in præterito habet Curtius 4. 6. 17. Phædrus 2. 2. 10.
Canos puella, nigros anus evellerat. conf. Cic. de Orat. supra cit.
Præter. Evulsi barbarum censetur. V. Heins. ad Ovid. 6. Epist. 104. & 8. Met. 584. quod confirmat Burm. ad Quintil. Decl. 12. 8. p. 248. [Sane, si analogiam respicias, a Vello præteritum antiquum aut Vevuli fuit, ut Pello, pepuli, Tollo, tetuli; aut Velli, ut Fallo, fefelli, unde per arsin Velli, euphoniæ causa. Si nullum verb. 3tiæ cum l geminato adsciscit. Neque enim Perculsi recte dicitur, neque alia idgenus.
EVULSUS, Partic. [ἐκσπασθείς] ut, Sinu matris evulsi filii. Sen. Med. 949. Avulsi MSS.
Excisa, non evulsa arbor. Cic. 15. Att. 4.
Trunci evulsi. Hor. 3. Carm. 4. 55.
EVULSIO, ōnis. f. [ἔκσπασις, τίλσις] ut, Evulsio dentis. Cic. 3. de Nat. Deor. 57. Qui primus purgationes alvi, dentisque evulsionem invenit. De Æsculapio.
EVĒMĔRUS. V. EUHEMERUS.
EVENETUS. V. EVÆNETUS.
EVĒNOR, [Εὐήνωρ] Pictor fuit illustris Parrhasii pater & præceptor maximi pictoris, floruitque nonagesima Olympiade. Plin. 35. 9.
EVĔNIO, ēni, entum, [ἀποβαίνω, συμβαίνω] īre. Idem quod Venire, & accedere, redire. Plaut. Casin. 2. 8. 1. Sine modo rus eveniat, remittam ad te virum.
Evenire, Accidere, Contingere. Ter. Heaut. 1. 1. 105. Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi. Plaut. Asin. 3. 3. 130.
Accidere & evenire. Cic. 6. Fam. 21. Timebam enim ne evenirent ea quæ acciderunt.
Evenire & Cadere, fere pro eodem. Cic. 1. de Divin. 125. Ut quum evenerit, ita cadat ut prædictum sit.
Evenit ex sententia. Ter. Heaut. 4. 5. 17.
Evenit præter sententiam & spem. Plaut. Merc.
In aliquid evenire. Cic. 2. Fam. 9. Ex quo vereor ne idem eveniat in meas literas. h. e. Meis literis, vel in mearum literarum perniciem, ne videlicet negligentia tabellariorum tibi meæ non reddantur, quemadmodum nec tuæ mihi sunt redditæ.
Aliter evenire. Ter. prol. And. 4.
Bene atque feliciter evenire. Cic. pro Muren. 1. Ut ea res mihi magistratuique meo, populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret.
Contra evenit. Hor. 1. Serm. 3. 28. — at tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus & illi.
Omnia fere contra, ac dicta sunt, evenisse. Cic. 2. de Divin. 53.
Facile evenit. Liv. 1.
Forte evenit ut. Cic. 2. de Orat. 224. Forte evenit ut in Privernati essemus.
Male evenire, cui opponitur Optime evenire. Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Dies deficiat si velim numerare, quibus bonis male evenerit: nec minus si commemorem, quibus improbis optime.
Male illis eveniat. Plaut. Curc. 1. 1. 39.
Prospere evenire. Cic. 3. Fam. 12. Ego vero velim mihi, Tulliæque meæ (sicut tu amicissime & suavissime optas) prospere evenire ea quæ, &c.
Evenit ut moreretur ille. Cic. 1. Tusc. Sic de Amicit. 80. Sin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppressæ videantur.
Ut plerumque evenit. Cic. pro Planc. 15. Nihil, ut plerumque evenit, præter opinionem accidet.
Eveniunt ea a me tibi. Plaut. Capt. 2. 3. 55.
Non hæc sine numine divûm eveniunt. Virg. 2. Æn. 778.
Id evenit ob eam rem, quod, &c. Cic. 16. Att. 6.
Quare evenit ut, &c. i. e. Quare fit. Cic. 1. de Invent. 60.
Nihil adversi evenit. Cic. ad Brut. 4. Nihil jam neque opinantibus aut patientibus nobis, adversi evenire potest, in quo non cum omnium culpa, tum præcipue tua futura sit.
Auspicia secunda evenerunt. Cic. 1. de Divin. 27.
Amorem alicui evenire. Tacit. 14. Ann. 52. Objiciebant enim eloquentiæ laudem uni sibi adsciscere, & carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum evenisset. Al. Venisset, probe.
Commodum evenit illi. Ter. Heaut. 4. 3. 7.
Damnum maximum illi. Plaut. Stich. 1. 3. 57.
Discessio. Ter. And. 3. 3. 36.
Divitiæ illi evenere maximæ. Plaut. Men. prol. 67.
Habitatio bona, fausta, felix, fortunataque eveniat. Plaut. Trin. 1. 2. 3.
Homo alicui evenire dicitur. Propert. lib. 3. 8. 20.
Hostibus eveniat lenta puella meis.
i. e. Eveniat habere lentam. H. St.
Incommoda eveniunt improbis. Cic. 1. de Fin. 53.
Iter ut esset in Lemnum senibus ambobus evenit. Ter. Phorm. 1. 2. 15.
Numinibus secundis evenire. Tacit. 15. Ann. 34. Illic, ut plerique arbitrabantur, triste, ut ipse, providum potius, & secundis numinibus evenit.
Occasio. Plaut. Mil. 2. 1. 31.
Odio omnibus evenire. Plin. lib. 28. cap. 8. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelæ perunctos omnibus odio evenire. Legitur & Venire.
Optata eveniunt. Ovid. 6. Met. 370.
Partus ut eveniat clam patrem. Ter. Hec. 3. 3. 36.
Potestas alicujus rei faciundæ. Plaut. Cist. 1. 2. 18.
Usu venire & evenire alicui. Cic. pro Quint. 49. Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quæ tanta calamitas inveniri potest?
Usu hoc evenit, ut, &c. Cic. 5. de Fin. Ego autem tibi Piso assentior, usu hoc evenire, ut acrius aliquanto & attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus.
Evenire, Evadere. Plaut. Mostel. 2. 1. 48. Hei mihi, quam isthæc blanda dicta quo eveniant, madeo metu! Idem Epid. 3. 1. 2. Expectando exedor miser, atque exenteror, quomodo mihi Epidici blanda dicta eveniant.
Pulchrior evenit. i. e. Evadit. Hor. 4. Carm. 4. 65.
Merses profundo, pulchrior evenit. i. e. Emergit.
Evenit, pro Sorte contigit. Sallust. Jugurth. c. 43. Q. Metellus & M. Silanus Consules designati provincias inter se paraverunt, Metelloque Numidia evenerat. [i.e. Concessa ultro a collega fuerat, non Sorte obtigit. V. Cort. ad loc.
Evenit, imperf. pro Ita cecidit. Ter. And. 5. 4. 4. Quid tu Athenas insolens? c. evenit.
Evenat, pro Eveniat: Antiquum. Ennius Hecuba,
Senex sum: utinam mortem oppetam,
Priusquam evenat quod in pauperie mea
Senex graviter gemam. Nonius.
EVENTŪRUS, [ἀποβησόμενος] Partic. ut, Eventura precor. Tibul. lib. 2. 1. 25. i. e. Certe evenient quæ precor.
Videre procul eventura. Tibul. lib. 2. 5. 11.
EVENTUS, ûs. m. [ἀπόβασις, σύμβαμα] Quod casu aut fortuna nobis evenit. Plaut. Rud. 2. 1. 11. Cic. 2. de Legib. 43. Sceleris est pœna tristis, & præter eos eventus qui sequuntur, per se ipsa maxima est. Liv. 10. Eventus comitiorum incertus. Ovid. 2. Epist. 86.
— careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putat.
Eventus accidit. V. ACCIDO.
Eventu aliquid conjectare. V. Conjecto, in CONJICIO.
Non sine eventu. Plin. lib. 5. Epist. 20. Egi ego pro Vareno, non sine eventu: bene an male, liber indicabit. i. e. Prospero successu.
Casus eventusque rerum. Cic. pro Corn. Balb. 9. Quum etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites ejus consiliorum fuerint.
Amorum eventus incertus. V. INCERTUS.
Formæ eventum timere. Propert. 3. 25. 18.
Eventum formæ disce timere tuæ.
Orationis eventus. Cic. 1. de Orat. 20. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis hominumque pertimescit.
Rerum eventus. Cic. 1. de Divin. 58. Mihique a peritis in Asia prædictum est fore eos eventus rerum qui acciderunt.
Senectutis eventus. Cic. 2. de Divin. 22. Si ab adolescentia scisset quos eventus senectutis esset habiturus.
Temporis eventus. Ovid. 5. Fast. 266.
Poma quoque eventum temporis hujus habent. Sed sanior lectio videtur, quæ jam in vulgatis editionibus reperitur,
Pomaque proventum temporis hujus habent.

Cæci eventus. Virg. 6. Æn. 158. — cæcosque volutat
Eventus animo fecum.
Deterior eventus. Ovid. 2. de Pont. 2. 32.
Nam timor eventus deterioris abeft.
Fatalis eventus. Cic. de Arufp. Refp. 6. P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam, &c. quafi fatali eventu folus evertit.
Felix eventus. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 42.
— nunquam felicior arti
Contigit eventus.
Gravis eventus. Ovid. 13. Met. 506.
Eventuque gravi finita eft publica clades.
Hyberni eventus. Tacit. in Vita Agric. 22. Soliti plerunque damna æftatis hybernis eventibus penfare, tum æftate, atque hyeme juxta pellebantur.
Judicii eventus. Plin. lib. 4. Epift. 19. Difponit qui nuntient fibi quem eventum judicii tulerim. i. e. An fecundum me, an vero contra me judicatum fit.
Incerti rerum eventus. Sil. lib. 8.
Secundus eventus. Stat. 6. Theb. 802.
Varii belli eventus. Virg. 10. Æn. 160.
Hic magnus fedet Æneas, fecumque volutat
Eventus belli varios.
Animus deprehenditur eventu. Quintil. lib. 4. cap. 2. Semper tamen eum habuiffe animum, qui fit eventu deprehenfus.
Confilia primum, deinde acta, poftea eventus expectantur. Cic. 2. de Orat. 63.
Fortiter quemvis eventum ferre. Cic. 9. Att. 4. Quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem.
Ad eventum feftinare. Hor. in Arte Poet. 148.
Habere eventum, idem eft quod Exitum habere. Cic. 8. Fam.
Meruiffe aliquos eventus. Ovid. 13. Met. 575.
— ut & ipfa Jovis conjunxque fororque
Eventus Hecubam meruiffe negaverit illos.
Paratus fum ad omnem eventum. Cic. 6. Fam. 21.
Ponderari non eventis, fed factis, cujusque fortunam. Cic. in Pifon. 98.
Procedere dicendi eventum non fatis ex fententia. Cic. 1. de Orat. 123.
Refervare fpei fructum eventui. Cic. 14. Philipp. 5.
Scire rerum eventus. Lucan. lib. 5.
Secundare eventus. Virg. 4. Georg. 397.
Pugnæ eventu fufpenfum effe. Sil. lib. 3. & 5. Virg. 8. Æn. 16.
Boni Eventus fimulacrum Romæ vifitur in Capitolio, quod Praxiteles fecit, dextra pateram, finiftra papaver ac fpicam tenens. Meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. Varro 1. de R.R. 1. [Ejus Dei imaginem ex Nummis Getæ, Severi & Titi Vefp. exhibet Oifel. Tab. 41. n. 6. 7. 8. q. V. ut & Vaillant. in numm. arg. Galbæ, & in alio PACIS EVENT. Vefpaf.

EVENTUM, i. n. [σύμβαμα] Cic. in Partit. Si cujusque facti & eventi caufa ponetur. Idem 9. Att. 4. Semper caufæ eventorum magis movent, quam ipfa eventa. Idem in Hortenf. Tu me & alias nonnunquam, & paulo ante adhortatus es, aliorum facta & eventa conquirere. Idem de Orat. Ex aliorum factis, aut dictis, aut eventis. Idem 5. Fam. 12. Fabulam rerum, eventorumque meorum. Idem 1. Fam. 7. Ut te ex noftris eventis communibus admonendum putarem.
Prædicta aliquorum, re & eventis refelluntur. Cic. 2. de Divin. 99.
Videre rerum eventa. Lucret. lib. 1. 451.

EVENTĬLO, [ἐκλικμάω] āre. Idem quod Ventilare. Plin. lib. 31. cap. 3. Fit & fine his vitiis altitudine ipfa gravior aer, quem emendant affiduo linteorum jactatu eventilando.

EVENTĪLATUS, Partic. Frumenta area filice conftrata eventilata mundiora funt. Columel. 1. 6. extr. adde Juftin. 44. 1. 10.

EVENTILATIO, ōnis. f. apud Auguftin.

EVĒNUS, [Εὔηνος] Ætoliæ Fluvius eft, non procul a Calydone, ut author eft Plin. lib. 4. Ovid. 9. Met. 104.
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas. Hunc fluvium poetæ quandoque Centaurum vocant. Dictus antea fuit Lycormas V. LYCORMAS.
Evenus item Philofophus, qui ignem optimum ciborum condimentum effe dicere folebat, ut refert Plutarchus.
Fuerunt item Eveni duo Parii elegiarum fcriptores, quorum meminit Suidas. V. Fabric. Bibl. Gr. vol. I. p. 449. not.
Evenus, Apolloniæ, quæ eft in finu Ionico, civis nobilis, cui quum facras Soli oves noctu non procul ab urbe cuftodiret (moris enim erat ut delecti viri, divitiis & genere inter populares fplendidiffimi, fingulis annis finguli eas cuftodirent) oppreffo fomno & edormienti, contrucidari ovium plerasque lupis graffantibus contigit. Quo facto, publico Apolloniatum decreto, quum fe is minus tueri quiviffet, eft exoculatus. V. Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 17.

EVENINUS, Adj. ab Eveno fluv. Ovid. 8. Met. 527.
— matres Calydonides Eveninæ. V. Heinf. ad loc.

EVERBĔRO, [ἐκπατάσσω] āre. Idem quod fimplex Verberare. Quintil. lib. 2. cap. 4. An credibile fit fuper caput Valerii pugnantis fediffe corvum, qui os oculosque hoftis Galli roftro atque alis everberaret. Virg. 12. Æn. 866. — Clypeumque everberat alis.
Sen. 5. Nat. Quæft. 12. His intervallis tenuis includitur fpiritus, qui majus defiderat fpatium, quum everberatus curfu parum libero incaluit.

EVERGETES, [Εὐεργέτης] Cognomen Ptolemæi Ægyptiorum regis, qui Philadelpho fucceffit, a maximis ejus in Græcas civitates meritis impofitum. Nam εὐεργέτης a Græcis dicitur, quem nos Beneficum, vel Benemeritum appellamus.
Evergetæ item dicti funt Populi Scythiæ, qui & Arimafpi, quod benefici fuerint in Argonautas, maris tempeftate ad eorum litora delatos.
Item Gens Afiæ cognomentum hoc a Cyro propter beneficium aliquod infigne promerita. V. Hiftoricos Juftin. Curt. & Diod.

EVERGO, [ἐκχέω] ĕre. Emittere. Liv. 44. 33. Montes quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices, fpem faciebant.

EVERRO, ri, fum, [ἐκσαρόω] ĕre. Verrendo nitidum facere. Columel. lib. 7. cap. 4. Stabula frequenter everrenda, & purganda. Cic. 4. Verr. 52. O Verrea præclara, quoquam fi acceffifti, quo non attuleris iftum diem. etenim quam tu domum, quam urbem adiifti, quod fanum denique, quod non everfum atque exterfum reliqueris? Varro 3. de R. R. 8.
Everrite ædes. Titinn. apud Non. 4. 491.
Everrere fermones, pro Curiofe excutere. Sen. 3. de Ira.

EVERRIATOR, dicitur Qui jure accepta hæreditate, jufta facere defuncto debet: quæ fi non fecerit, feu quid in ea re turbaverit, fuo capite luat. Id nomen ductum a Verrendo. Nam Everræ, funt Purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad fepulturam ferendus eft, quæ fit per everriatorem, certo genere fcoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ. Hæc Feft. V. Kirchm. de Funer. Lomej. Epimenid. c. 13.

EVERRICŬLUM, i. n. [σαγήνη] Rete eft pifcatorium, Sagena a Græcis dictum: Et a Verrenda aqua fic appellatum. V. Non. 1. 146. Ulp. in l. injuriarum actio. D. de injuriis & famof. libell. Si quis me prohibeat in mari pifcari, vel everriculum, quod Græci σαγήνην dicunt ducere. Varro 3. de R. R. cap. 17. Quum neque everriculo illi in littus educere poffent vivam faginam plebeiæ cœnæ pifces.
Translate Cic. 6. Verr. 53. Quod unquam, judices, hujuscemodi everriculum ulla in provincia fuit? Alludens ad Verris nomen, & ad fignificationem verbi. Idem 3. de Nat. Deor. 74. Actionem de dolo, Everriculum malitiarum omnium appellat, qua fcilicet everruntur fraudes hominum e vita civili. eft enim hæc actio prodita ad terrorem hominum fubdolorum, qui ignominiam ejus judicii formidant.

EVERTO, ti, fum, [καταστρέφω, ἀνατρέπω, καθαιρέω, ἀναστατόω, καταβάλλω] ĕre. Deftruere. Cic. 1. Off. De evertendis autem diripiendisque urbibus valde illud confiderandum eft, nequid, &c. Sic 5. Att. 16. Everfæ funditus provinciæ.
Ab imo evertere fumma. Lucret. lib. 5. 164.
Sua confirmare, adverfaria evertere. Cic. in Orat. 122.
Evertere aliquem bonis, fortunis, i. e. Spoliare. Cic. 3. Verr. 135. Ne per fummam injuriam pupillum Junium fortunis patriis conetur evertere. Idem 1. Verr. 21. Evertere aliquem omnibus fortunis. pro Rofc. Amer. 115. Sed hunc funditus evertit bonis. adde Plaut. Trin. 1. 2. 176. Cic. 5. Fam. 2.
Æquora ventis evertere. Virg. 1. Æn. 47.
Amicitiam. Cic. 2. de Fin. 80.
Arces. Sil. lib. 17.
Civitates miferas funditus evertere. Cic. in Pifon. 86.
Odiis atque diffidiis civitas funditus evertitur. Idem de Amicit. 23. Quæ autem domus tam ftabilis, quæ tam firma civitas eft, quæ non odiis atque diffidiis funditus poffit everti?
Definitionem evertere, cui opponitur Definitionem retinere. Cic. 4. Acad. 18. Ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit evertere.
Dialecticam. Cic. 4. Acad. 94. Totam enim evertit dialecticam. h. e. Corrumpit.
Domum evertere. Sen. Agam. 7. Juven. 10. Sat. 7.
Firmamenta Reipub. evertere. Cic. 1. Att. 15. Ille annus duo firmamenta Reipub. per me unum conftituta evertit.
Leges. Cic. 4. Verr. 36. Everte leges, teftamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum: num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?
Naviculam evertere. Cic. 1. de Orat. 174. Qui duorum fcalmorum naviculam in portu everterit. Idem in Parad. 3. Auri navem evertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris infcitia nihil intereft. V. NAVIS.
Nemora ignava evertere. Virg. 2. Georg. 208. i. e. Arbores inutiles, & nullum fructum afferentes funditus eruere.
Opes evertere. Virg. 2. Æn. 603.
— verum inclementia divûm
Has evertit opes, fternitque a culmine Trojam.
Pietatem evertere. Lucret. lib. 3. 84.
Pinum in filvis evertere, i. e. Excidere. Virg. 1. Georg. 256.
Puppim evertit fluctus. Lucan. lib. 5. 647.
Rationem. Cic. 1. de Fin. Homines optimi non intelligunt totam rationem everti, fi ita res habeat.
Rempublicam. Cic. 16. Fam. 14.
Res & gentem evertere. Virg. 3. Æn. 1.
Poftquam res Afiæ Priamique evertere gentem
Immeritam vifum fuperis, &c.
Statuam. Cic. Brut. 15.
Virtutem. Cic. 3. de Fin. 10. Quafi virtutis lumen extinxeris & virtutem penitus everteris.
Vitam. Cic. 4. Acad. 3. Hæc ipfa eripiunt vel inftrumenta vel ornamenta vitæ, vel potius totam vitam evertunt funditus.
Urbes. Ovid. 2. Faft. 689.

EVERSUS, Partic. [καθηλόμενος, ἀνάστατος] h. e. Deftructus. ut Everfa urbs. Plin. lib. 15. cap. 18. Everfus bonis. Cic. pro Quint. 95.
Aquæ everfæ. Ovid. 7. Epift. 42.
Afpice ut everfas concitet Eurus aquas.
Campus everfus. Valer. 7. Argon. 75.
— everfo jacias dum femina campo. Everfo campo, fubauditur Vomere, vel Aratro.
Cervices alicujus everfæ dicuntur, Cujus cervices non amplius erectæ funt, fed depreffæ. Ter. Heaut. 2. 3. 131.
Ego te autem novi quam effe foleas impotens,
Inverfa verba, everfas cervices tuas.
Columen everfum. Sen. Troad. 1.
Domus everfa impetu fortunæ. Sen. Octav. 2. Domus funditus everfa. Sen. Agam. 11.
In everfum cufpide equum fufus hoftis. Propert. lib. 4. 11. 8.
Fafces everfi. Ovid. ad Liv. 142.
Quos primum vidi fafces, in funere, vidi,
Et vidi everfos, indiciumque mali. Solebant infignia atque arma defunctorum, in funere inverti. Sic & Virg. 11. Æn. 92.
— tum mœfta phalanx, Teucrique fequuntur,
Tyrrhenique duces, & verfis Arcades armis. h. e. inquit Servius, Lugentum more mucronem haftæ contra terram tenentes. V. mox Pharetra.
Foci everfi gentis alicujus. Propert. lib. 2. 1. 29.

Homo

Homo everfus. Sen. Herc. fur. 477. Teuthrantis everfi domus. Sic Phryges everfi. Idem Troad. 864.
Pharetra everfa. Ovid. 3. Amor. 9. 7.
Ecce puer Veneris fert everfamque pharetram,
Et fractos arcus, & fine luce facem. V. Heinf. ad loc. fuper. ex Eleg. ad Liv.
Provincia perdita & plane everfa. Cic. 5. Att. 16. & 1. Verr. 7. Populatæ, vexatæ, funditus everfæ provinciæ.
Quercus. Plin. lib. 10. cap. 31.
Rates everfæ. Sen. Agam. extr.
Seculum everfum. Virg. 1. Georg. 500.
Hunc faltem everfo juvenem fuccurrere fecl○
Ne prohibete.
Spes everfa. Ovid. 13. Met. 623.
Non tamen everfam Trojæ cum mœnibus effe
Spem quoque fata finunt.
Urbs excifa & everfa. Cic. pro Sext. 35. Ruinæ urbis everfæ. Sen. Troad. 41.

EVERSIO, ōnis. f. [καταστροφὴ, ἀνατρόπωσις, καθαίρεσις] ut, Everfiones vehiculorum. Plin. lib. 22. cap. 17. & Cic. 1. Philipp. 5. Everfio illius exfecratæ columnæ. Atque hæc proprie, Quæ fequuntur, non item. Rerum publicarum everfiones. Cic. de Senect. 40.
Everfio vitæ. Cic. 4. Acad. 99. & 5. de Fin. 28.
Excifionem, inflammationem, everfionem, depopulationem, vaftitatem tectis & agris inferre. Cic. de Arufp. Refp. 3.

EVERSOR, ōris. m. [καθαιρέτης] ut, Everfor civitatis. Cic. pro Domo fua, 101. Et in Partit. 106.
Decoris everfor. Sen. Hippol. 8. Quis, ede, noftri decoris everfor fuit?
Imperii. Cic. pro Sext. 17.
Juris humani. Plin. lib. 28. cap. 1. Tecum enim res erit, everfor juris humani, monftrorumque artifex, qui primus ea condidifti, credo ne vita tui oblivifceretur.
Regnorum everfor. Virg. 12. Æn. 545.
— Priami regnorum everfor Achilles.
Everfor, pro Prodigo, nepote, diffoluto, qui patrimonium fuum profundit. Cajus lib. Inftit. 1. tit. 8. Sub curatore funt minores ætate, majores everfores, infani. Qui everfores, aut infani funt, omni tempore vitæ fuæ fub curatore effe jubentur. [Quod forte a v. Everro eft.

EVESTIGIO, [αὐτίκα] V. E præpofitionem.

EVESTIGO, are. Gloff. Gr. Lat. ἐξιχνιῶ. Unde

EVESTIGĀTUS, Partic. Sen. Controv. 2. 9. Poft eveftigata fugitivorum arma ditiffimus.

EVEXIPPE & Theano, filiæ Scedafi fuerunt, qui fortuna pauper Leuctra (qui vicus erat prope Thefpias in Bœotia) habitabat. Hæ quum a juvenibus quibusdam Spartanis conftupratæ effent, moxque interemptæ, in puteum quendam dejectæ funt. Qua re per patrem intellecta, quum Lacedæmone, quo fe contulerat, conatu judicatuque excidiffet, Diris invocatis, ad filiarum tumulum feipfum confecit. Hinc fequentibus temporibus eodem loco Leuctrica pugna Spartani Græciæ imperium amiferunt. Hæc ex Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 8. Meminerunt Antiquorum Plut. in Pelopida, Paufan. in Bœot. qui eas Molpian (al. Miletia) & Hippo vocat, Hier. l. 1. in Jovin.

## E U G

EUGALACTON, [εὐγάλακτον] Herba, Glaux poftea dicta, cytifo & lenticulæ foliis fimilis: averfa candidiora. Rami in terram ferpunt quini, fenive, admodum tenues ab radice. Flofculi purpurei exeunt. Invenitur juxta mare. Coquitur in forbitione fimilaginis, ad excitandam ubertatem lactis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 9.

EUGANEI, [Εὐγάνεοι] Italiæ populi, qui ad Mare Adriaticum quondam, Venetorum fedibus locati, mox ab Antenore pulfi, ad Alpes receflerunt. de quibus Plin. lib. 3. cap. 20. Strabo, Liv. 1. 1. Cluver. Pignor. Orig. Patav. &c.
Euganei, Montes fupra Patavium Iftriam verfus, abundantes pecudibus molliffimas lanas ferentibus.

EUGANEUS, Adj. [Εὐγάνεος] Juven. 8. Sat. 15.
— Euganea quantumvis mollior agna.
Collis Euganeus, dictus ab Euganeis populis, quod ibi olim habitarunt. Lucan. lib. 7. 192.
Euganeo (fi vera fides memorantibus) augur
Colle fedens, &c.
Tellus Euganea. Sil. lib. 8. 604.
Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique facris Antenoris oris.

EUGE, [εὖγε] Interjectio Græca laudantis, vel exultantis, & affentientis five congratulantis.
Laudantis. Plaut. Moftel. 3. 1. 59. Idem Epid. 1. 1. 8. Euge, corpulentior videre, atque agilior.
Exultantis. Plaut. Capt. 2. 2. 24. Euge pol Thalem talento non emam Milefium. Ter. Adel. 5. 7. 13. Euge jam lepidus vocor.
Euge, aliter: quafi Obftupefcentis vox. Plaut. Amph. 4. 1. 10. Sed ædeis occluferunt: euge hoc fit pariter atque ut alia facta funt.

EUGEPÆ, Plaut. Amph. 4. 1. 10. & alibi.

EUGENĪÆ, [εὐγένειαι] Uvæ quædam funt, a generofitate fic dictæ. Columel. lib. 3. cap. 2. Frigidum folum, ac rofcidum cœlum commodiffime fuftinent, ficut eugeniæ, dum funt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini fuo refpondent. conf. Plin. lib. 14. cap. 2.

EUGIUM, [ὑμὴν] Pellicula quædam in pudendo virginis, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putaverunt. Quamvis revera conftet inter anatomicæ rei peritos, pelliculam ejusmodi commentitiam effe, & in virginum diffectionibus non inveniri. Nonius, 2. 304. Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Nævius, Sine eugio puellam invenit. Laber. in Centenario. Quare tam arduum afcendis? An concupifti eugium fcindere? [Locus is Nævii non eft ap. Non. Sed alius Lucilii, & plane unde fit nefcio.

EUGOA, [Εὐγῶα] Oppidum in finu maris Æthiopici, ex Africæ latere, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

EUGRAMMUS, [Εὔγραμμος] Plin. lib. 35. cap. 12. Demaratum vero, inquit, ex eadem urbe profugum, qui in Hetruria Tarquinium Prifcum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammus: ab iis Italiæ traditam plafticen.

## E U H

EUHEMĔRUS, i. m. [Εὐήμερος] Antiquus auctor Euhemerus, inquit Lactant. l. 1. c. 11. qui fuit ex civitate Meffene, res geftas Jovis & ceterorum, qui dii putantur, collegit; hiftoriamque contexuit ex titulis & infcriptionibus facris, &c. Hanc hiftoriam interpretatus eft Ennius, & fecutus. V. I. Alii Agrigentinum, alii Tegeatem faciunt. Inter ἀθέους a veteribus relatus eft, quia in hiftoria fua Græcorum Deos homines fuiffe demonftravit. V. Voff. de Hift. Græc. l. 1. c 11. & quos ibi teftes adducit. Add. Alex. ab Alex. l. 6. c. 26.

EUHIPPA, [Εὐίππη] Civitas Magnefiæ, quam alluit Lycus fluvius, Pelopia aliquando, nunc Thyatira nominata. Author Plin. lib. 5. cap. 29.

EUHOE, [εὐοῖ] Vox Bacchantium. Plaut. Men. 5. 2. 82. Euhoe, Evie, Bromie quo me in filvam venatum vocas? Fortaffe rectius fcriberetur Evohe. [Immo vera fcriptio eft Eu hœ, ex Gr. εὖ οἱ, pofteriori fyllaba afpirata, ut docet Apollon. Syntaxi. l. 4. c. 5. p. 314. ed. Sylb. V. & Henr. Steph. Thef. Græc. Hinc

EUHȲUS, [Εὔιος] Bacchus cognominatur poetis, & interpretatur Bonus filius. Hor. 2. Carm. 11. 17.
Diffipat Euhyus curas edaces. Sic autem dictus eft, eo quod quum dii bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem converfus occidit gigantem. Ex quo facto eum Jupiter ita laudavit, Euhye, hoc eft Bone fili. Græce enim εὖ, Latinis Bene dicitur, υἱὸς autem filius. Hactenus Acron. Scribitur & Evius, Evous. V. Heinf. ad Ovid. 1. de Arte Am. 563. Burman. ad Petron. cap. 41. Supra in EUCHIUS.
Tener Euhyus. Stat. 2. Theb. 72.
Et tunc forte dies noto fignata tonantis
Fulmine, prærepti quum te, tener Euhye, partus
Transmifere patri.

EUHȲAS, ădis. [Εὐιὰς] Baccha, Sacerdos Bacchi. Hor. 3. Carm. 25. 9.
— non fecus in jugis
E fomnis ftupet Euhyas,
Hebrum profpiciens & nive candidam Thracen. Al. Evias.

## E V I

EVIANES, Populi, apud quos Bacchi fefta celebrantur, in quibus ludiones primo, mox fpectatores multo vino epoto, ad arma concurrunt. Hæc Alex. Genial. Dier. lib. 6. cap. 19.

EVIAS. V. EUHȲAS.

EVĪBRO, [ἐκπάλλω] āre. Gell. lib. 1. cap. 11. Excitarentur, atque evibrarentur animi. Ammian. lib. 14. Adverfando jurgandoque cum parum congrueret, eum ad rabiem potius evibrabat.

EVICTIO, EVICTUS. V. EVINCO.

EVĪDENS, Adj. [ἐναργὴς] Quod videtur aperte, & intelligitur: non Quod videt & intelligit. Cic. de Univerf. 28. Atque ut effet menfura quædam evidens, quæ in iftis octo curfibus celeritates, tarditatesque declararet.
Siquid eft evidens de quo inter omnes conveniat. Cic. 3. de Nat. Deor.
Evidentiffimum id fuit, quod quacunque, &c. Liv. 8.
Quid enim eft hoc illo evidentius? Cic. 2. de Nat. Deor. 5.
Argumentum. Plin. 2. c. 52. pr.
Authores evidentiffimi. Plin. lib. 19. cap. 3.
Effectus evidentiffimus. Celf. 7. præf.
Menfura evidens. Cic. de Univerf. 28.
Narrationes evidentes, i. e. Dilucidæ. Cic. in Topic. 97.
Natura evidentior. Plin. lib. 24. cap. 11.
Profectus evidentior. Celf. l. c.
Ratio evidens. Plin. lib. 2. cap. 17.
Res in aliquo evidens. Cic. de Amicit. 27. Quod in homine multo eft evidentius. Perfpicuæ & evidentes res. Cic. 4. Acad. 44.

EVIDENTIA, æ. f. [ἐνάργεια] Cic. 4. Acad. 17. Propterea quod nihil clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: perfpicuitatem aut evidentiam nos, fi placet nominemus, fabricemusque fi opus erit, verba. Quintil. lib. 6. cap. 2. Infequitur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illuftratio, & evidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quam oftendere.

EVIDENTER, Adv. [ἐναργῶς] Quintil. lib. 8. Liv. 6. 26. Vel fateri nobis ea, quum tam evidenter pœnituerit, tutum cenfemus.
Compar. Paul. JCt. l. 11. ff. de lib. & pofth.
Superl. Auguftin. de Civ. Dei, 20. 29.

EVIGESCO, ĕre. Vigorem amitto, Marcefco. Tertull. de Anim. cap. 38. Quæ cibis fuftineatur, denique derogatis eis evigefcat.

EVĬGĬLO, [ἐκνήφω] āre. Expergifci. Plin. 1. Epift. 5. Evigilaveram: nuntius a Spurina, &c. Catul. [ubi?
Et duce ftant acies evigilante fuo.
Evigilare in ftudio, Vehementer vigilare, feu attentum effe. Cic. Ep. ad Brut. 15. Tanta autem induftria eft, tantumque evigilat in ftudio, ut non maxima ingenio (quod in eo fummum eft) gratia habenda videatur.
In quo evigilaverunt curæ & cogitationes meæ? Cic. in Parad. 1.
In undis evigilare. Stat. 5. Silv. 3. 128.
— Graius qua puppe magifter
Excidit, & mediis mifer evigilavit in undis.
Evigilare, Act. pro Elucubrare. Ovid. 1. Trift. 1. 107.
Quos ftudium cunctos evigilavit idem.
Nox evigilanda multis modis. Tibul. lib. 1. 8. 64. h. e. Vigilando tranfigenda.
Evigilata confilia. Cic. 9. Att. 14. At quam honefta, at quam expedita tua confilia? quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, &c.

EVIGŌRĀTUS, Adj. Vigore privatus. Tertull. de Pall. cap. 4. Exuviæ mollitæ & exvigoratæ & exeduratæ. Idem Apol. cap. 17.

EVILESCO, ui, [φαυλίζομαι] ĕre. Defpicatum fieri. Suet. Claud. cap. 15. Propter quæ usque eo eviluit, ut paffim ac propalam contemptui effet. adde Valer. Max. 5. 4. 7.

EVINCIO, nxi, nctum, [ἀναδέω] īre. Virg. 8. Æn. 268.
— evincti tempora ramis.
Infigni regio aliquem evincire. Tacit. 6. Ann. 42. extr.

EVINCTUS, Partic. [ἀναδεδεμένος] ut, Vitta crines evinctus. Ovid. 15. Met. 676.
Caput foliis evinctus, Habens caput circumdatum foliis. Virg. 5. Æn. 774.
Ducuntur, Evincti geminas ad sua terga manus. Ovid. 3. de Ponto, 2. 72.
Vittis, coronisque evinctus. Tacit. 4. Hist. 53.
Tempora evinctus tæniis. Virg. 5. Æn. 269. i. e. Vittis roseis. Servius.
Comæ evinctæ. Ovid. 3. Amor. 6. 56.
Palmis evinctis brachia attollere. Virg. 5. Æn. 365.
Nunc si cui virtus, animusque in pectore præsens
Adsit, & evinctis attollat brachia palmis. i. e. Si adsit quis plenus animi. Servius.
Suræ evinctæ Cothurno. Virg. 7. Ecl. 32.

EVINCO, ici, ictum, [ἐπικρατέω] ere. Idem quod Vincere. Liv. 2. 4. Omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt: evincuntque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur. h. e. Pervincunt, & multa importunitate impetrant. Valer. 1. Argon. 248.
— dubiisque evincite rebus Quæ meminisse juvet.
Precibus evincere aliquem. Sen. Med. 4.
Fretum evincere. Ovid. 15. Met. 706.
Jura Stygis evincere. Sen. Herc. fur. 7.
Evincas utinam jura feræ Stygis,
Parcarumque colos irrevocabiles.
Moles. Virg. 2. Æn. 497. — quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles.
Morbum. Columel. lib. 6. cap. 5. Evincendi sunt autem quamvis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi.
Nemus. ut, Arbor celso vertice evincit nemus. Sen. Hippol. 4.
Nubes. ut, Solis imago nubes oppositas evincit. Ovid. 14. Met. 769.
Ratio evincit. Hor. 2. Serm. 3. 250.
Sic puerilius his ratio esse evincet amare.
Somnos evincere. Ovid. 1. Met. 685.
Plantanus evincit ulmos. Hor. 2. Carm. 15. 5.
Evincere, Rem meam ab eo cujus non erat, alteri aut datam, aut venditam, in judicio repetere, & ab emptore per judicis sententiam ad eam mihi restituendam condemnato extorquere, & abducere. Ulp. l. 1. D. de evict. Sive tota res evincatur, sive pars, habet regressum emptor ad venditorem.
Evincere aliquid ab alio. Pompon. l. evicta re vendita. D. de evict. Ignorantibus nobis, quamdiu eum servum habiturus essem: & an futurum esset, ut eum quisquam aut a me, aut ab eo cui vendidissem, cuive similiter promisissem, evinceret.

EVICTUS, pro Convicto. [ἐπικεκρατημένος] Cic. 1. Verr. 1. Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus evictus.
Dolore evictus. Virg. 4. Æn. 474.
Lacrymis alicujus evictus. Sen. Med. 7. Virg. 4. Æn. 548.
Longo tempore evictum esse. Ovid. 3. Trist. 1. 76.
Forsitan & nobis olim minus asper, & illi
Evictus longo tempore Cæsar erit.
Æquora evicta. Ovid. 19. Epist. 155.
— evicta per æquora vectus.
Arbor vulneribus paulatim evicta, Vehementer concussa. Virg. 2. Æn. 630.
Virtus paulatim evicta senescit. Sil. lib. 3. 581.

EVICTIO, ōnis. f. Est autem Evictio Jureconsultis, ejus rei quam adversarius legitimo jure acquisierat, per judicem recuperatio. l. non tamen. D. de evict. Quod ut intelligamus, illud scire oportet, olim moris fuisse, ut si res non Quiritium, sed gentium jure abalienaretur, is qui eam acquirebat duplam aut simplam stipularetur sibi ab authore dari, si ea sibi judicio adimeretur, quemadmodum Varro 11. de R. R. cap. 10. significat. Quum autem mancipio res venierat, tum judicii periculum præstabat is qui eam vendiderat. Itaque Varronis locus intelligendus est, quum ait, Si mancipio non datur, i. e. Si res non acquiratur per jus Quiritium, h. e. Per mancipationem & nexum. Nam si mancipio res erat data, aut usu capta, aut in jure cessa, nunquam evinci poterat, i. e. Judicio a possessore auferri.

EVIRATIO. V. EVIRO.

EVIRESCO, [ἐκθάλλω] ere. Viride fieri. Varro Promethæo, Atque exsanguinibus dolore evirescat colos. Ex Nonio 2. 258.

EVĪRO, [ἐκθηλύνω, ἐκτέμνω] āre. Virilitatem auferre, & effœminare. Varro Marcipore, Spatula eviravit omnes Venerivaga pueros. Ex Nonio 1. 223.

EVIRĀTUS, [ἐκτεθηλυσμένος] Adolescens apud Plautum, pro Molli. Martial. lib. 5. 42.
Spadone quum sis eviratior fluxo.

EVIRATIO, ōnis. f. [ἐκτρίχωσις] ut, Eviratio pilorum. h. e. Deglabratio & virilitatis ablatio, per pilorum abrasionem. Plin. lib. 29. cap. 1. Potus deinde jejunorum ac vomitiones, & rursus perpotationes, ac pilorum eviratio instituta resinis eorum.
Eviratio bonæ spei. Sen. de Vita beat.
*Il faut lire* Ejuratio, licet Eviratio sit in Frob. & in Herv. H. St.

EVISCĔRO, [ἐξεντερίζω] āre. Viscera extrahere. Virg. 11. Æn. 723.
Compressamque tenet, pedibusque eviscerat uncis. V. Serv. ad loc. videtur pro Dilaniare, Excarnificare dictum.
Amnes, excepto Nilo, terras abluere & eviscerare, dicit Sen. de Rem. Fortuit. & 4. Nat. Quæst. Quia scilicet humorem exedunt.

EVISCERATUS, Partic. [ἐξεντερισθείς] Cic. 2. de Divin. 133. Eviscerata, inanima, cum animali sono. De testudine. Ex Pacuvio.
Eviscerata corpora. Quintil. Decl. 12. Vidit nos sol vulneribus pastos, & ad eviscerata corpora illuxit. Cic. 1. Tusc. 107. ex Ennio,
Ipse summis saxis fixus asperis Evisceratus latere pendens.
Idem in Pison. 43.

EVĪTO, [ἐκζωόω] āre. Vitam eripere, vel Vita spoliare. Verbum vetus, & plane poëticum. Cic. 3. de Orat. 215.
Hæc omnia vidi inflammari: Priamo vi vitam evitari. Hæc etiam adducit Idem 1. Tusc. 85. & 3. 45. Apul. 3. Met. Nec enim verisimile est hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes. V. Pric. ad loc.

EVĪTO, [εὐλαβέομαι, ἐξαλύσσω] āre. Idem ac Simpl. Vitare, Devitare, Fugere. Cic. de Amicit. 90. Est enim varius & multiplex usus amicitiæ, multæque caussæ suspicionum offensionumque damnantur, quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. Idem 8. Fam. 5. Periculosam & gravem illam dimicationem evitarent. Sic Evitare casum, Cæs. 8. Bell. Gall. 20. Hor. 1. Carm. 1. 3.
Metaque fervidis Evitata rotis.
Fugere & evitare. Cic. in Orat. 194. Ut versum fugimus in Oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes.
Dolorem evitare. Cic. 5. de Fin. 20. Ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putavit, ne si etiam evitare posset.
Personam, quæ officit, evitare. Hor. 1. Serm. 2. 61.
Pugnam evitare. Ovid. 1. de Ponto, 5. 37.
Saucius evitat pugnam gladiator. Al. Ejurat.
Amictu evitare tela alicujus. Catul. Epig. 113. 7.

EVITATIO, ōnis. f. [εὐλάβεια, ἐξάλυσις] Quintil. lib. 5. cap. 10.
Malorum evitationem, &c.
Incommodorum. Auth. ad Heren. 2. 3.
Fastidii. Vopisc. Aurel. cap. 22.

EVITABĬLIS, Adj. [ἐξαλύσιμος] ut, Evitabile telum. Ovid. 6. Met. 234.

EVIUS. V. EUHYUS.

## E U L

EULABES, [εὐλαβής] Negotiorum susceptorem significat, ut est apud Suidam. Monuit Alciat. in tit. C. de præpos. labor. lib. 12.

EULÆUS, [Εὐλαῖος] Fluvius Mediæ, Plin. lib. 6. cap. 27.

EULOGIA, æ. f. [εὐλογία] Latine dicitur Benedictio, munificentia, beneficentia. Cic. 13. Att. 22. Locum (al. Lucum) hominibus non sane probo, quod est desertior, sed habet εὐλογίαν. Ubi interpres, Eulogiam, honestam rationem, vel probabilem: & rationaliter mihi commodus erit qui desertissima quæro, ac loca inaccessa,
Qua nulla humano sit via trita pede.

EULŎGUS, a, um. [εὔλογος] Rationabilis. V. Cic. 13. Att. 6. 7. & 33: & 14. 22.
Idem m. proprium Præconis apud Martial. lib. 6. 8.
Item Nomen liberti Q. Vitellii. V. Suet. Vitell. cap. 1.
Martyris item apud Prudent.

## E U M

EŬM, pro Eorum antiqui dicebant. Festus.

EUMÆUS, [Εὔμαιος] Subulcus fuit Ulyssis, qui dominum a bello Trojano reducem opera sua adjuvit contra procos uxoris. Homer. 22. Odyss.

EUMARIS, [εὐμαρίς] Calceamenti genus ab induendi facilitate. Nam εὐμάρεια facilitas, εὐμαρής, facilis dicitur. Est autem inventum Barbaricum, e cervina pelle confectum, commune viris & mulieribus, ut tradit Pollux lib. 7. cap. 22.

EUMARUS, Atheniensis, Pictor egregius, qui primus in pictura marem fœminamque discrevit, omnesque figuras imitari ausus est. Author Plin. lib. 35. cap. 8.

EUMECES, [εὐμήκης] Balsami genus, levi cortice: ita dictum, quod ceteris sit procerius. Plin. lib. 12. cap. 26. item Gemma silici similis quæ capiti supposita nocturna visa ad oraculi similitudinem reddit. Idem 37. 10.

EUMĒDES, [Εὐμήδης] Dolonis pater. Homer. Il. 10. 314. cujus meminit Ovid. 3. Trist. 4. 27.
Non foret Eumedes orbus, si filius ejus
Stultus Achilleos non adamasset equos. Add. Virg. 12. Æn. 346.

EUMĒLIS, Augur nobilis, cujus meminit Stat. 4. Silv. 8. 49.
Respiciens blande felix Eumelis adorat. V. Reinef. Inscr. 1. 35.

EUMĒLUS, Admeti regis Thessaliæ ex Alcestide uxore filius.
Eumelus, Trojanus vir, de quo Virg. 5. Æn. 664.
Nuntius Anchisæ ad tumulum, cuneosque theatri
Incensas perfert naves Eumelus. adde Ovid. 7. Met. 391.

EUMĔNES, Cardianus, qui cura, vigilantia, patientia, calliditate & celeritate ingenii omnes Macedones superavit, ut ait Nepos, qui ejus vitam luculenta brevitate descripsit. Philippo primum eoque interfecto, Alexandro Macedoni a manu fuit, ejusdemque fidus in expeditione Persica comes & consiliarius, equitum alæ præfectus. Post hujus mortem Perdiccæ partes secutus, cum adversariis ejus Cratero & Antipatro depugnavit. Quorum illo in acie cæso, hoc deinde duce partium, post interfectum in Ægypto Perdiccam, creato, hostis declaratus, & in Phrygiæ castello Nora ab Antigono obsessus, indeque elapsus Olympiadem adversus Antigonum adjuvit, cui tandem suorum perfidia deditus, cum inedia ad mortem adigeretur, a custodibus jugulatus est.
Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardes ingenti prælio vicit, de quo vide Strabo lib. 13.
Alius Attali F. de quo Strabo l. c. Plutarch. in Cat. & Nepos 22. 10. 2.

EUMENETICA, [Εὐμενητική] Regio est Ioniæ, quam Mæander fluvius pervagatur, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 29.

EUMENIA, Cariæ civitas, Cludro flumini apposita, teste Plin. lib. 5. cap. 29.
Est & hoc nomine, Oppidum in Thracia, quod Scythæ Aroteres cognominati tenuere. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

EUMĔNĬDES, Corrupte, pro EUMEDES. q. V.

EUMĔNĬDES, [Εὐμενίδες, Ἀλάστορες] Furiæ infernales: Latine Benevolæ & mites dictæ, per contrarium, quasi Non mites εὐμενὴς enim benevolus dicitur. Has tres ferunt Acherontis fuisse filias, atque Noctis, uno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes. In singulari dicitur Eumenis, quo utitur Sil. lib. 2. 559. V. de iis Cic. 3. de Nat. Deor. 46.
Agmina Eumenidum. Virg. 4. Æn. 569. [Augente numerum furore.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.
Amnis severus Eumenidum, i. e. Circa quem habitant Eumenides. Virg. 6. Æn. 375.
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque severum
Eumenidum aspicies? Servius.
Crinibus angues implexæ Eumenides. Virg. 4. Georg. 483. Intorti angues Eumenidum capillis. Hor. 2. Carm. 13. 36. Comæ Eumenidum, Serpentes. Stat. 5. Silv. 1. 28.
Nil cantus, nil fila, deis pallentis Averni
Eumenidumque audita comis, mulcere valerent. adde Catull. in Argon. 192.
Mater Eumenidum. Virg. 6. Æn. 250. i. e. Nox. ut 7. 331.
Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem.
Thalami. Virg. 6. Æn. 280.
Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens
Vipereum crinem vittis innexa cruentis. Ubi Servius, Furiæ, inquit, nunquam nupserunt. unde Thalamos accipiamus in quibus natæ sunt.
Turba severa Eumenidum. Propert. lib. 4. 12. 22.

Vultibus

Vultibus Eumenidum agitari. Ovid. 9. Met. 410.
Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris.
Quinta Luna Eumenides fatæ, quibus temporibus operis initium sumere vetat. Virg. 1. Georg. 278.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesque fatæ.
Victæ carmine Eumenides. Ovid. 10. Met. 46.
Tunc primum lacrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas.

**Eumilus**, Unus fuit ex Græcis ducibus, qui ad Trojanum bellum profecti sunt.

**Eumolpidæ**. V. sub dict. sq.

**Eumolpus**, [Εὔμολπος] Nomen Atheniensis viri, quem Suidas Musæi poetæ filium fuisse scribit: versificator ante Homerum fuisse traditur. Ab hoc Eumolpidas, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorum meminit Æschines in Oratione contra Ctesiphontem. Suid. & alii.

**Eumolpidæ**, [Εὐμολπίδαι] dicti Sacerdotes seu Magistratus Athenis. V. Alex. ab Alex. 4. 6. Meurs. Eleusin. cap. 13. Nep. 7. 4. 5. Cic. 2. de Legib. 35. Eumolpidôn πάτρια quæ sint disputatur ad Cic. 1. Att. 9.

**Eumonides**, [Εὐμονίδης] Nomen proprium viri Thebani, cujus meminit Plutarch.

## E U N

**Euneos**, [Εὔνεος] Gemma, nucleo olivæ similis, striata concharum modo, non adeo candida. Plin. l. 37. c. 10. Al. Eureos vitiose.

**Eunēus**, [Εὔνηος] Jasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis, teste Homer. 7. Iliad. 468.

**Eunica**, [Εὐνίκη] Malis, & Nychia, Nympharum nomina in 13. Idyll. Theocrit. quæ Hylam Herculis puerum rapuerunt.

**Eunicus**, [Εὔνικος] Statuarii nomen, apud Plin. lib. 34. cap. 8.

**Eunomia**, [εὐνομία] Eunomia duplex. Una quidem Recta juris legumque constitutio: Altera vero, recte juri constituto Obtemperatio. Neque enim satis est bene institutam positamque esse rationem Reip. nisi & hoc omnibus persuasum sit, institutioni tali omnino parendum esse. Budæus in Annot.

**Eunosti** Portus, [Εὐνόστου λιμήν] dicitur, Qui ab Occidentali insulæ Phari parte efficitur, jacetque ante effossum & clausum portum, qui ex turri ingressum habens, maximus dicitur. Author Strabo lib. 17.

**Eunostus**, Tangræorum deus, cujus templum adeo mulieribus interdictum fuit, ut si quo infortunio aut vastitate Tanagræi opprimerentur, diligenter inquirerent, ne qua mulier consulto, aut casu templo appropinquasset. Ex Alex. Genial. Dier. lib. 6. cap. 2.

**Eunūchus**, [εὐνοῦχος] Qui eviratus est, & virilibus testiculis caret. Dicitur autem ab εὐνή, quod est cubile: & ἔχω custodio: quia id genus hominum adhibebatur servandis cubilibus regum. V. tamen Scal. Exercit. 277. §. 3.
— cumque omnibus unica virtus
Esset in eunuchis thalamos servare pudicos. Claud. 1. in Eutrop. 98. & rurs. 419.
Militia Eunuchi nunquam prægressa cubile. Gloss. εὐνοῦχοι, Cubicularii.
Eunuchi aut Spadones vocantur, aut Thlibiæ, aut Castrati. Spadones, qui propter aliquod vitium, vel frigiditatem membrorum genitalium liberis operam dare non possunt. Thlibiæ, quibus a nutrice, vel forte a matre extriti sunt testes. Castrati, quibus virilia exsecta sunt. Harmenop. de adopt.
Apud Orientales horum opera fuit egregia. Unde & Eunuchi dicuntur non Sexus conditionis, sed Officii & ministerii habita ratione: etiam Mariti qui fuerunt.
Eunuchi e Syria Ægyptoque. Cic. in Orat. 232.
Senem mulierem vocat Eunuchum Ter. in Comœd. cognomine 2. 3. 65.
Eunuchi imbelles. Juven. 6. Sat. 366.
Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ.
Eunuchum se facere. Juven. 12. Sat. 33. — decidere jactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculorum.
Eunuchus Lactucæ genus V. mox eunuchion.

**Eunūcho**, [εὐνουχίζω] āre. Castrare: cujus passivum est Eunuchor. Varro lege Mænia, Siqui patriam majorem parentem extinguit, in eo est culpa: quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut aliqui liberos producit. Ex Nonio 2. 289.

**Eunuchizo**, [εὐνουχίζω] Castro. Hieronymus contra Jovinianum, Sunt eunuchi, qui de utero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum. ex loc. Matth. 19. 12.

**Eunuchīnus**, Adj. ap. Hieron. Impudenter erigunt facies eunuchinas.

**Eunuchinatus**, Partic. apud Tertull.

**Eunuchismus**, i. m. Eviratio. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 118. Eunuchismum faciendum probantes.

**Eunuchion**, [εὐνούχιον] Lactucæ genus, rotunda ac minima radice, latis foliis, Astylida vocant: quidamque eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur Veneri. Plin. lib. 19. cap. 8. [Astytida ex Eustathio, Athen. & Geopon. legendum docet Hard. præeunte Henr. Steph. Sed cur non ex iisdem auctoribus restituit veram lectionem Eunuchon. Εὔνουχος enim hoc lactucæ genus dictum est; altera vero vox Græca non est. Etsi εὐνούχιον quoque legere liceret.

**Eunus**, [Εὔνους] patria Syrus, qui quum nuce juglande in os inclusa ignem evomeret, simulans se deæ Syriæ numine afflatum, apud servos & infimam plebem divinus habitus, primo duo hominum millia in Sicilia spe rapinarum ascivit, mox effractis carceribus ad sexaginta millia coegit, Manliumque & Lentulum Prætores justo prælio vicit & profligavit. Denique a Romanis coercitus, post multiplices clades suæ temeritatis meritas pœnas dedit. V. Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 11. Diodor. & Flor.

## E V O

**Evŏco**, [ἐκκαλέω, προσκαλέω] āre. Extra vocare. Ter. And. 3. 3. 47. Evocate huc Davum. Cæs. 4. Bell. Gall. 6. Principibus Galliæ evocatis. Cic. 3. Verr. 27.
Arcessere & evocare. Cic. pro Deiot. 13. Venit, vel rogatus ut amicus: vel arcessitus ut socius: vel evocatus ut is qui Senatui parēre didicisset.
Invitare & evocare. Cic. 2. de Fin. 99. Indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam.
Expellere & Evocare. Cic. 8. Att. 2. Non expulsi sed evocati e patria.
Emittere & Evocare. Cic. 1. Tusc. 74. Tanquam a Magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a Deo evocatus atque emissus exierit.
Elici & evocari. Cic. in Hortens. Quod dedecus quod non evocetur atque eliciatur voluptate?
Evoco idem ac simplex Vocare. Plaut. Amph. 3. 3. 12. Tu gubernatorem a navi huc evoca meis verbis. Ita Evocare ad cœnam. Plaut. Most. 4. 3. 13. Ad colloquium. Liv. 23. 43. Cæs. 3. Bell. Civil. 108. Ad causam dicendam. Liv. In concilium. Id. Sterni triclinia etiam in foro jubebat, evocari homines honestissimos. Cic. 5. Verr.
Idem ac Provoco: ut, Hostes ad pugnam. Cæs. 6. Bell. Gall. 56.
Evocare ad arma, inquit Servius, est Ad diversa loca diversos cogere exercitus. Cic. pro Rabir. 21. De te ipso, inquam, Labiene quæro, quum ad arma Consules ex Senatusconsulto evocassent. Legitur & Vocavissent. Cæs. 1. Bell. Civil. 23. Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. [His proprie dicitur de his, qui vocantur Evocati. V. infra.
Evocare, pro Citare. inquit Budæus apud Ciceronem in Prætura urbana. Nunc In personam citare, dicunt: h. e. Vadimonio obstringere.
Evocare animum a negotio. i. e. Retrahere. Cic. 1. Tusc. 75. Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id est a corpore, quum a re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum a Republ. quum a negotio omni evocamus animum? In vetustioribus codicibus legitur Sevocamus. Evocare animum grate excipiendo. Sen. 2. de Benef. cap. 28. Evocare mentem ab oculis. Cic. 3. de Nat. Deor. 21. Non quod difficile sit mentem ab oculis evocare: sed quo magis evoco, eo minus id quod tu vis, possum mente comprehendere. In emendatioribus codicibus legitur Sevocare & Sevoco.
Animas orco. Virg. 4. Æn. 242.
Aquas nubibus siccis. Sen. Med.
Avos atavosque sepulchris, i. e. Elicere. Ovid. 1. Amor. 8. 17.
Auroram. Ovid. 11. Met. 598.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat auroram nec voce silentia rumpit.
Cohortes sparsas. i. e. Colligere & cohibere. Lucan. lib. 1. 395.
Deos. Precibus elicere. Plin. 28. 2. Verrius Flaccus auctores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum cujus in tutela id oppidum esset. Liv. 5. Dictator e Veiis deos evocans. V. Macrob. Sat. l. 3. c. 9. de modo evocationis.
Herbas evocat Zephyrus. Sen. Hippol. init.
Ignes Auroræ Lucifer. Ovid. 4. Met. 629.
Misericordiam, i. e. Implorare. Cic. pro Deiot. 40. Misericordia tua occurrere solet supplicibus nullius oratione evocata. [i. e. Elicita.
Piscem esca. i. e. Elicere. Sil. lib. 7.
Evocat e liquidis piscem penetralibus esca.
Sacra. Certis solennitatibus ex loco in locum transferre. Ulpian. l. 9. §. 2. ff. de rerum divis. & qual.
Testes. Plin. 6. Epist. 91.
Evocare acriter. Cic. 2. Att. 24. Sic te invocabam ut nihil acrius neque incitatius fieri posset.
Foras. Ter. Eun. 2. 2. 52. & Plaut. Casin. 2. 3. 54. Vis tu Chalinum huc evocem verbis foras.
Intus. V. intus. Intus foras. Plaut. Pseud. 2. 2. 10. Ostium pultabo atque intus evocabo aliquem foras. Idem Men. 1. 3. 35.
Magnopere. Cic. 2. de Orat. 353. Juvenes stant ad januam duo qui te magnopere evocant.

**Evocātus**, [ἐκκεκλημένος] Partic. Unde
Evocati dicuntur, Qui non justi milites sunt, sed Qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuarie & vocantur & coguntur. [Immo V. infra ex Turneb.] Suet. Galb. cap. 10. Delegit & Equestris ordinis juvenes, qui manente annulorum aureorum usu, evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. ubi Casaub. V. Cic. 3. Fam. 6. Antonium præfectum evocatorum misi ad te, cui si videbitur, cohortes traderes. Cæs. 3. Bell. Civil. 53. Quum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium ex Pompejanis concidisse reperiebamus, evocatosque & centuriones complures. Et lib. 1. cap. 17. Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quadraginta in singulos jugera, & pro rata parte centurionibus evocatisve. His duobus locis a Militibus & centurionibus Evocatos Cæsar distinguit. Evocati autem sunt, Homines militia perfuncti, & emeritis stipendiis, qui tamen rursus militatum evocantur. Id declarat Dio lib. 45. p. 276. sic scribens, Ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠουοκάτων σύστημα (οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη. i. e. Ex his hominibus evocatorum numerus constitit, quos ἀνακλήτους, (id est revocatos) Græce vocare possis, quod militia perfuncti ad eam rursus revocarentur. Evocatorum autem honestus erat ordo in re militari, & in multis inscriptionibus: Evocatum Cæsaris aut Augusti fuisse ambitiose incisum videmus. Hæc tam multis scribenda putavi, quo hujus vocis vera vis & potestas ab omnibus parum hactenus animadversa, jam nunc beneficio Turnebi (ut & pleraque alia) studiosis innotesceret. V. ejus Adv. 1. 9. conf. Pitisc. Lex.

**Evocātor**, ōris. m. [ἐκκλήτης] Cic. 1. in Catil. 27. Principem conjurationis, evocatorem & servorum & civium perditorum exire patieris?

**Evocatio**, ōnis. f. [ἔκκλησις] Plin. lib. 30. cap. 1. Inferûm evocatio. V. Donat. ad Ter. Eun. 4. 7. 2. Auctor ad Heren. 3. 3. Evocationes hominum. Rei etiam ad causam dicendam admonitio, Evocatio dicitur. Angl. *Summons*. V. l. 26. D. de fideic. lib.

Evŏhe, [εὐοῖ] Vox bacchantis. Virg. 7. Æn. 389.
Evohe Bacche fremens. Ovid. 4. Met. 522. Evohe Bacche sonat.
Evœ, dissyllabum. Catul. 62. 61.
Saxea ut effigies Bacchantis prospicit Evœ. Hor. 2. Carm. 19. 5. Ovid. 6. Met. 597. V. euhoe.

Evŏlo, [ἀφίπταμαι] āre. modo Volare significat, modo Extra volare. Plin. lib. 10. cap. 38. Vultur & feræ graviores, nisi ex procursu aut altiore tumulo immissæ non evolant.
Evolare & Involare, contraria. Varro 3. de R. R. cap. 11. Columel. lib. 8. cap. 15.
Altius evolare. Cic. 1. Fam. 8. Translate de Evectione ad primum dignitatis gradum.
Evolant & excurrunt foras animi spretis corporibus. Cic. 1. de Divin. 114.
Evolare plus est quam Excurrere. Cic. de Clar. Orat. 271. Ut evolare, non excurrere videretur.
Cursu præpeti evolat. Sen. Hippol. 10.
Ex arbore evolat ales nuntia Jovis. Cic. 1. de Legib. 2.
Nusquam e nostro pectore evolat. Propert. lib. 2. 12. 15.
Madidis Notus evolat alis. Ovid. 1. Met. 264.
Evolaverunt ex omnibus partibus silvæ, & in nostros impetum fecerunt. Cæs. 3. Bell. Gall. 18.
Evolare ad belli, aut fugæ societatem. Cic. 10. Att. 12.
Evolarat jam, e conspectu fere fugiens, quadriremis, cum etiam tunc ceteræ naves suo in loco moliebantur. Cic. 7. Verr. 88.
Evolare, per translationem, pro Eripere se. Cic. 3. Verr. 67. Iste qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua evolare si posset.
Evolare ex corporum vinculis, tanquam ex carcere. Cic. Somn. Scip. 5.
Evolare ex flamma. Cic. Anteq. iret in exil. 8. Et 3. Verr. 67. Ibid. 70. Tamen ex ea flamma periculoque evolavit.
Eripi atque evolare ex insidiis aliquorum. Cic. pro Muren. 82.
Evolare ex severitate judicis. Cic. 3. Verr. 13. & pro Muren. 82.
Evolare rus ex urbe, tanquam ex vinculis. Cic. 2. de Orat. 22.
Evolare pœnam. i. e. Vitare, Effugere. Cic. de Provinc. Conf. 14. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis evolarunt: at aliam multo majorem, gravioremque subierunt.
Evolavit oratio. Cic. 1. de Orat. 161. Tantus enim cursus verborum fuit, & sic evolavit oratio.

Evŏlĭto, [ἐξίπταμαι] āre. frequent. Columel. lib. 8. cap. 8. Patentibus fenestris per quas ad requirendos cibos evolitant. De columbis.

Evolatĭcus, Adj. [ἐκπτηνὸς] ut, Evolatici homines. Plaut. Pœn. 2. 28.
— Ita ut occœpi dicere,
Lenulle, de illac pugna pentethronica,
Qua sexaginta millia hominum uno die
Evolaticorum manibus occidi meis. Legitur Volaticorum in emendatis codd.

Evŏlo, [ἁρπάζω] āre. a Vola, æ; Furari, rapere: quasi In volam recipere. Plaut. Cist. 4. 2. 65. Quid quæritas? h. cistellam adolescens, hic mihi evolavit. [Dubitandum non est, quin verior lectio sit:
— Cistella mihi hic, mi adolescens, evolavit.
Excipit enim l a. In caveam latam oportuit.
Impune aliquid evolare. Cic. pro Deiot. 30. Ubi enim id, quod intus est atque nostrum, impune evolare potest, contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus. [Sed hunc quoque locum ad superius verbum a Volo & præpositione compositum pertinere, quis non videt? agitur enim de Servo fugitivo a domino suo abducto. Commentitium igitur hoc verbum est, a Vola deductum. Miror tamen unde Galli suum *Voler*, quod Furari significat, arcessant.

Evolvo, vi, ūtum, [ἐκκυλίω, ἐξελίσσω, ἀνακτύσσω] ĕre. De loco volvere. Stat. 1. Achill. 243.
— ex æquore Titan
Rorantes evolvit equos. Aut proprie Explicare, ut Cic. Topic. 9. Evolvere id quod involutum est. Idem 3. Off. 76. Si quis voluerit animi sui complicatam notionem evolvere. Vel Discernere, ut Ovid. 1. Met. pr.
Quæ postquam evolvit, cæcoque exemit acervo.
Evolvere se, Expedire. Ter. Eun. 4. 4. 56. Hac re & omni te turba evolves & illi gratum feceris.
Dicitur de fluminibus in mare effusis. Virg. 5. Æn. 808.
— nec reperire viam atque evolvere posset
In mare se Xanthus. Ita Plin. 4. 12. Evolvitur in Pontum sex fluminibus Danubius.
Item pro Ejicere seu quodammodo Egerere. Claud. Conf. Mall. Theod. 39.
— quicquid fluviis evolvitur auri. Liv. 6. 15. Istos, incubantes publicis thesauris, ex præda clandestina evolves.
Evolvere argentum per jocum pro Corradere. Plaut. Pseud. 1. 3. 83. Aut terra aut mari alicunde evolvam id argentum tibi.
Et denique quoniam Parcæ dicuntur Fata quasi nere & volvere, usurpatur pro Destinare. Propert. 1. 7. 16.
Quod nolim nostros evoluisse deos. V. Brœck. ad loc.
Arcana deûm evolvere. Sil. lib. 7.
Deliberationem aliquam totam accuratius evolvere in literis. Cic. 9. Att. 12.
Exitum. Cic. pro Cœl. 56. Cujus ego criminis neque principium invenire neque evolvere exitum possum.
Fastos evolvere. Ovid. 1. Fast. 657.
Ter quater evolvi signantes tempora fastos:
Nec sementina est ulla reperta dies. De hoc & seq. loco V. mox Librum evolv.
Jocos. Ovid. 2. Trist. 238.
Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Unquam te nostros evoluisse jocos.
Librum. Cic. 1. Tusc. 25. Evolve diligenter ejus eum librum qui est de animo. Idem in Topic. 9. Uterque nostrûm ad suum studium libellos quos vellet evolveret. Libri Evolvi proprie dicuntur, quia olim volumine, i.e. Convoluta charta constabant. V. If. Voss. ad Catull. p. 51. conf. Evolvere Fastos, Iocos, Poëtas, Versus, Volumina. & infra volumen.
Naturam. Cic. 4. Acad. 11. Evolvere naturam omnium rerum.
Notionem animi complicatam. Cic. 3. Off. 76.
Orbes sedibus. i. e. Oculos extrahere. Lucan. lib. 2. 184.
— ille cavis evolvit sedibus orbes.
Poëtas. Cic. 1. de Fin. 25.
Quæstus pectore. Valer. 4. Argon. 117.
Ingemit & tales evolvit pectore quæstus.
Saxa. Lucan. lib. 3. 476.
— nudis evolvunt saxa lacertis.
Seriem fati evolvere. Ovid. 15. Met. 152.
Sic exhortari, seriemque evolvere fati. i. e. Exponere.
Silvas jactas evolvere. Ovid. 12. Met. 518.
— modo se super aëra frustra
Tollere conatur, jactasque evolvere silvas.
Tempora & fastos mundi evolvere. Hor. 1. Serm. 3. 112.
Versus evolvere. i. e. Legere. Ovid. 2. Trist. 307.
Non tamen est facinus molles evolvere versus:
Multa licet castæ non facienda legant.
Vices. Sen. Med. 402. Nitidusque certas mundus evolvet vices.
Volumina evolvere. Quintil. lib. 2. cap. 15. Cic. 9. Att. 12. Evolvi volumen epistolarum tuarum.
Evoluisse, quinque syllabarum metri necessitate. Ovid. 12. Epist. 4.
Debuerant fusos evoluisse suos. Catul. 64. 74.
Condita quin veri pectoris evoluam. Adde Propert. 1. 7. 16. supra.

Evolūtus, Partic. [ἀναπτυγμένος] Liv. 26. 19. de angui loquens, Interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam.
Fluctus evoluti. Sen. Oeth. 731. Rectius excusum Involuti.
Panicum pinsitum, & evolutum furfure, h. e. Furfure purgatum. Columel. lib. 2. cap. 9.
Evolutus, & nudatus integumentis dissimulationis. Cic. 2. de Orat. 350. Libenter enim te cognitum jam artificem, aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio.
Evolutus bonis. Sen. Epist. 75. Occurrent acti in exilium, & bonis evoluti. i. e. Deturbati.

Evolutio, ōnis. f. [ἀνάπτυξις] Cic. 1. de Fin. 25. Quid historiæ, cognitioque rerum, quid poetarum evolutio?
Est etiam Evolutio, [ἐξελιγμὸς] Vox militaris, Certam agminis vel aciei conversionem denotans. V. Tacticos & quæ habet Pitisc. Lex. in voce.

Evŏmo, ui, ĭtum, [ἐξεμέω] ĕre. Extra vomere. Plin. lib. 10. cap. 40. Platea calore ventris coctas conchas evomit. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere implere, easque quum stomachi calore concoxerit, evomere, &c.
Vesbius evomuit ignes. Sil. lib. 17. 598.
Evomere pestem, forasque projicere. Cic. 2. in Catil. 2. Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit. de Urbe.
Evomere aliquid in aliquem. Cic. pro Milon. 78. Non timeo, Judices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum evomere videar, quam verius. Ter. Adel. 3. 4. 65.
Ibo, ac requiram fratrem: ut in eum hæc evomam.
Evomere iram in aliquem. Ter. Adel. 3. 2. 14.
Evomit se Nilus multis faucibus in Ægyptium mare. Plin. lib. 5. cap. 9.
Orationem in aliq. evomere. Cic. 5. Philipp. 20. In me absentem orationem ore impurissimo evomuit.
Talenta: i. e. Reddere male accepta. Cic. in Pison. 90.
Evomere virus apud aliquem. Cic. de Amicit. 89. Apud quem evomat virus acerbitatis suæ.

Evonus, [Εὔωνος] Insula ad Athon, novem m. pass. latitudine, quæ hodie Peparethus vocatur. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

Evōnymos, [Εὐώνυμος] Vulgo *Lisflega*, Insula est una ex Vulcaniis: ita dicta, quod e Lipara, in Siciliam navigantibus sinistra offeratur. Nam εὐώνυμα Græci κατ' εὐφημισμὸν vocant sinistra. Auth. Strabo lib. 6. adde Plin. 5. 19.
Est etiam Evonymos, Theophrasto, Arbor infelix, malo punicæ similis, in Lesbo insula potissimum proveniens, pecori gustatu lethalis. V. Plin. lib. 13. cap. 22.

## E U P

Eupalia, [Εὐπαλία] Nomen urbis in Locride, apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Eupatŏria, [Εὐπατωρία] Paphlagoniæ oppidum a Mithridate conditum, quod Amiso junctum fuisse scribit Plin. lib. 6. cap. 2.

Eupatŏria, vel Eupatorium, [εὐπατώριον] Herbæ genus, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis aliquando, & amplioris. Plin. lib. 25. cap. 6. Omnino ea est herba, quam Dioscorides ait a Latinis Agrimoniam vocari, atque ita quoque vulgo appellatur. Nomen habet ab rege Mithridate, cui cognomen fuit Eupator, sec. Strab. lib. 10.

Eupetalos, [εὐπέταλος] Gemma est, quatuor habens colores, igneum, cœruleum, minii, & mali. Auctor Plin. lib. 36. cap. 10. Item, Lauri genus, quod alii Daphnoides, alii Pelasgum, alii Stephanon Alexandri vocant: est autem, ut inquit Plin. hic frutex ramosus, crassiore ac molliore quam laurus folio, cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro rufis. V. eum lib. 15. cap. ult. Diosc. 4. 143.

Eupheme, [Εὐφήμη] Mulieris nomen, quæ nutrix Musarum fuit & Croti, sive Crotonis, mater. V. crotus.

Euphemia, [Εὐφημία] Uxor fuit Justini Imperatoris, cujus meminit Suidas. Græcis item Euphemia, Faustam acclamationem significat, qualis fieri solet Principibus recens inauguratis.

Euphōnĭa, [Εὐφωνία] Sonoritas, bona vox, sonitus vocum jucundior. Quintil. Vocalitatem vertit, l. 1. c. 5. V. Sidon. 5. Epist. 5.

Euphorbeni, Asiæ Populi in conventu Apameno, de quibus Plin. lib. 5. cap. 29.

Euphorbia, [εὐφόρβιον] Herba, de qua sic Plin. lib. 25. cap. 7. Invenit & patrum nostrorum ætate rex Juba quam appellavit euphorbiam, medici sui nomine & fratris Musæ. Dicitur & Euphorbium neutro genere. Plin. lib. 25. cap. 12. Facit & claritatem euphorbium junctis.

Euphorbus, [Εὔφορβος] Trojanus, Panthi filius, qui Patroclum vulneravit, interfectus a Menelao, ut est apud Homerum. Iliad. π. & ρ. Panthoides Euphorbus. Ovid. 15. Met. 161.
Fuit & Euphorbus, Medicus, Antonii Musæ frater, a quo Cæsarem Augustum conservatum esse constat. Plin. lib. 25. cap. 7. V. dict. præced.

Euphorion, [Εὐφορίων] Poëta Chalcidensis, cujus amatorias elegias transtulit Cornelius Gallus. Habebat hic quosdam ita deditos sibi amatores, ut eum præferrent Ennio & reliquis poetis. Cic. 2. de Nat.

de Nat. Deor. 12. Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus.

Euphragia, Planta est tenuis, quæ ad palmi altitudinem assurgit: foliis minutis, crispis, per ambitum serratis, gustu astringentibus, paululumque amaris. Caule exit tenui, rubentique: flore inter purpuram & aurum albicante, quem emittit abeunte æstate: nascitur in pratis. Matthiol. in Diosc. lib. 4. cap. 38.

Euphranor, [Εὐφράνωρ] Nomen statuarii laudatissimi, Isthmii, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade, plurimaque signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur a Plin. lib. 34. cap. 8.
Idem & Pictor, & Marmorarius fuit, in unoquoque genere excellens sibique æqualis, teste eodem Plin. lib. 35. cap. 11. Hujus meminit & Quintil. Institut. Orat. lib. 12. Item Juven. 3. Sat. 217.
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti, &c.

Euphrates, [Εὐφράτης] Fluvius Mesopotamiæ in Paradiso oriens. Strabo scribit Euphratem ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci: exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium dividere, & Tigri conjunctum Mesopotamiam facere. Sallustius quoque certissimus author asserit, tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Boethius,
Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt. V. Plin. lib. 5. cap. 24. Et Solin. cap. 50.
Euphrates, Latine Fœcunditas, atque abundantia fructuum dicitur. Ambrosius lib. de Paradiso, Plerique inquiunt Euphratem dictum ab εὐφραίνεσθαι, hoc est a lætando: eo quod hominum genus nullo magis quam justitia & æquitate lætetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit.
Altus Euphrates. Virg. 2. Georg. 561.
— Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello.
Babylonius Euphrates. Ovid. 2. Met. 248.
Celer Euphrates. Claud. 4. Conf. Hon. 387.
Fertilis Euphrates. Lucan. lib. 3. 260.
— sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur undæ.
Magnus Euphrates. Lucan. lib. 3. 257.
Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diversis fontibus edit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes, &c.
Tumidus Euphrates. Claud. 3. Conf. Hon. 70.
Vagus Euphrates. Stat. 5. Silv. 1. 89.
Euphrates Metonymice capitur pro Orientis populis apud Virg. 1. Georg. 509.
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum.
Euphrates ibat jam mollior undis. Virg. 8. Æn. 726. i. e. Sentiens quasi se esse superatum. Sic Serv. Significat Orientis populos victos ab Augusto.

Euphrates, Philosophus Stoïcus gravissimus temporibus Adriani principis, voluntaria morte excessit e vita, veniam ei dante Adriano, ut citra ignominiam & infamiam, cum propter senectutem, tum etiam propter gravem morbum, cicutam bibere posset; Authore in Adriani vita Xiphilino.

Euphronides, [Εὐφρονίδης] Statuarius nobilis, qui centesima quartadecima Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8.

Euphronius, [Εὐφρόνιος] Scriptor nominatur apud Plinium, qui de vino condendo præcepta dedit. V. lib. 14. cap. 19.

Euphrosyna, æ; & Euphrosyne, es. f. [Εὐφροσύνη] Una ex tribus Gratiis: & interpretatur Hilaritas.

Euphrosynum, i. n. [εὐφρόσυνον] Herba quæ Buglossos aliis dicitur, sive Buglossum, hoc est Lingua bubula. Plin. lib. 25. cap. 8. Jungitur huic buglossos, boum linguæ similis, cui præcipuum, quod in vinum dejecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Alii autem Euphrosynen vocant.

Eupilis, Lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Author Plin. lib. 3. cap. 19. Vulgo *Lago di putiano*.

Euplēa, æ. f. Herba, qua perunctos commendatioris esse famæ tradunt Magi, authore Plin. lib. 25. cap. 10. [Salmas. Eucleam legendum putat, probabili conjectura, licet eam respuat Hard.

Euplŏcămus, [εὐπλόκαμος] Adj. Cincinnatus, Calamistratus. Lucil. apud Nonium 1. 155.
Euplocamo digitis, discerniculumque capillo.

Euploea, [Εὔπλοια] Insula maris Tyrrheni juxta Neapolim. Stat. 2. Silv. 2. 79.
Inde vagis omen felix Euploea carinis.

Eupŏlis, [Εὔπολις] priscæ Comœdiæ scriptor fuit, qui vitia populi magna cum libertate reprehendit, de quo Hor. 1. Serm. 4. 1.
Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ, &c.
Iratus Eupolis. Pers. 1. Sat. 124.
— audaci quicunque afflate Cratino,
Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles. Eupolidem iratum vocat Persius, quasi Vehementi ira in hominum vitia invectum. Eupolin in accusativo dicit Hor. 2. Serm. 3. 12.

Eupolemus, [Εὐπόλεμος] Calactinus, Lucullorum hospes, de quo Cic. 6. Verr.

Eupŏlus, [Εὔπωλος] Thessalus, qui, lege adversus athletas lata, pœnaque indicta, qui adversarios corrupissent, primus mulctam subiit, quod adversarios pyctas erogatis deliniviffet nummis. Refert Cæl. lib. 12. cap. 11.

Eupompus, [Εὔπομπος] Macedo, Arithmeticæ & Geometricæ peritissimus, sine quibus negabat artem posse perfici.
Est & Plin. lib. 35. cap. 10. præclari Pictoris nomen, qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem.

Euporia, [Εὐπορία] Urbs Macedoniæ, ab Alexandro magno condita, & a soli fertilitate nomen sortita. Author Stephan.

Eupŏrus, [Εὔπορος] Servus fuit C. Gracchi, qui dominum ex Aventino fugientem qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam, scissis proprio vulnere visceribus effudit, inquit Macrobius. Sat. 1. 11. V. Vell. 2. 6. 6. Val. Max. 6. 8. 3. Aurel. Victori de V. I. cap. 65. Euphorus dicitur.

Euprŏsōpon, [Εὐπρόσωπον] Promontorium Phœniciæ ad Byblon urbem. Nomen habet ab insigni aspectu, ap. Melam. Aliis Θεοῦ πρόσωπον. Dei facies. V. Cellar. in Phœnices Descr.

Euptĕron, i. n. [εὔπτερον] Herba alias Polytrichon. Apul. cap. 51.

## E U R

Euranium, i. n. [Εὐράνιον] Cariæ oppidum est, Halicarnassæorum jurisdictioni ab Alexandro magno assignatum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Eureos. V. runeos.

Eurētron. V. heurētrum.

Eurīpĭce, es. f. [Εὐριπική] Junci genus. Plin. 21. 18. Diosc. l. 4. 52.

Eurīpĭdes, [Εὐριπίδης] Atheniensis poeta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ad Salamina ab Atheniensibus fugatus est. Fuit primum in Rhetorica Prodici discipulus, deinde Anaxagoræ in Philosophia, ad Tragœdias scribendas conversus, a Socrate, licet ætate minori adjutus creditur: Athenis discedens venit ad Archelaum Macedoniæ regem, apud quem in honore fuit, a venere omnino abstinens, ex quo μισογύνης, id est osor mulierum, dictus est. duxit tamen uxores duas. Excessit noctu, discerptus a canibus, ut aliis placet a mulieribus, quibus iniquior in fabula fuit, annum agens lxxv. Ejus ossa Pellam translata jussu regis ejusdem. scripsit fabulas lxxv. vicit quinque. Hæc fere Suidas. V. Gell. lib. 15. cap. 20. præ ceteris Fabric. Bibl. Græc. vol. I. p. 639. Voss. & Fabrum de Poet. Græc.
Censura Q. Ciceronis de Euripide, 16. Fam. 8. Euripides, inquit, cui tu quantum credas nescio: ego certe singulos ejus versus, singula ejus testimonia puto. [Ironia est, ut ex adjecto poetæ versiculo elucet.

Euripidēus, Adj. [Εὐριπίδειος] ut, Cic. 3. Tusc. 59. Euripideum carmen. Est item in talis sic dictus Numerus, de quo Rhodig. 20. 27.

Eurīpus, [Εὔριπος] Maris pars inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubœam insulam, cujus meminit Strabo lib. 9. Et Plin. lib. 2. cap. 97. Et quorundam tamen privata natura est, velut Taurominitani Euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Hactenus Plin. Tam rapida autem conversione est Euripus, ut quemadmodum author est Pomponius Mela, ventos, ac etiam plena ventis navigia secum portet. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?
Euripi (inquit Hermolaus) Fossæ in ludis circumdatæ pro septis, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt, authore Plin. Hinc natum existimo, ut Ludi equestres (quorum modo usus est tam multiplex) vulgari verbo Clostra nuncupentur, h. e. Clostrales. Spartian. in Heliogab. Euripis, inquit, vino plenis navales Circenses exhibuit. Plin. lib. 8. cap. 7. Qua de causa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, euripis harenam circumdedit, quos Nero sustulit, equiti loca addens. Suet. in J. Cæs. 39.
Euripi, Tractus angusti inter vada, quales Venetiis navigantibus per anfractus designantur. Plin. lib. 6. cap. 23. Inde vadosa navigatio palustri similis: per euripos tamen quosdam peragitur.
Fretum & Euripus. Cic. pro Muren. 35. Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum?
Priusque multo vicibus alternis fugax
Euripus unda stabit Euboica piger. Sen. Herc. fur. 377. De re impossibili.
Euripi etiam & Nili erant aquæ ductus & alvei operis sumptuosi, qui aquam in morem fluviorum deductam conciperent. quod autem fluviorum & freti angusti, quale Euboicum erat, similitudinem haberent, ideo delicati illi splendidis nominibus Nilos & Euripos vocabant. Cic. 2. de Legib. 2. Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Ductus vero aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit? Luxuriam quorundam, ut Luculli, Hortensii, Philippi, notat & incessit, qui in villas aquæ ductus maximis impensis perduxerant. De Euripo sic Auson. in Burdig.
Quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi fervere freto? Sen. Epist. 90. Utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui Euripos subito aquarum impetu implet, aut siccat? Hesychius interpretatur Euripos, δοχαὶ ὑδάτων, i. e. receptacula vel conceptacula aquarum. De Nilo Cic. 3. Q. frat. 9. non procul a fine, De Arcano, Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicujus: imagines enim istæ, & palæstra, & piscina, & Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum.
Euripus viridis & gemmeus. Plin. lib. 1. Epist. 3. Quid agit Comum, tuæ, meæque deliciæ? Quid suburbanum amœnissimum? Quid illa porticus verna semper? Quid πλατανὼν opacissimus? Quid Euripus viridis & gemmeus? Quid subjectus serviens lacus? Viridis, refertur ad herbas quas alluit. Gemmeus, ad splendorem aquæ & calculorum.

Eurypylus, [Εὐρύπυλος] Inter Græcorum veteranos qui ad Ilium depugnabant, fortissimus, de quo vide Hom. 11. Iliad. Meminit hujus Cic. 2. Tusc.

Euroaquilo, ōnis. m. Ventus inter Eurum & Aquilonem. V. Vulg. Act. 27. 14. Ibique Interpp.

Euroauster, tri. m. Id ventus, qui Euronotus. Columel. 11. 2. Isid. 13. 11.

Eurōme, es. Oppidum est Cariæ, apud Plin. lib. 5. cap. 29. A Stephano Εὔρωμος appellatur.

Euronŏtus, [Εὐρόνοτος] alio nomine Vulturnus dicitur: Ventus ab Oriente hyberno spirans: quod inter Notum & Eurum sit. Columel. lib. 11. cap. 2. Idib. Maiis Fidis mane exoritur, Auster, aut Euronotus. adde Apul. de Mund. p. 62.

Eurōpa, [Εὐρώπη] Tertia pars orbis, incipiens a Tanai vel Hellesponto, & desinens in Atlanticum fretum. Eam Plin. lib. 3. altricem victoris omnium gentium populi, terrarumque pulcherrimam nominat, Asiæ & Africæ aliquando non magnitudine, sed virtute comparatam. Unde huic terræ nomen accesserit, aut quis ejus extiterit auctor, a nemine mortalium compertum esse ait lib. 2. Herod. De Europæ laudibus Strabonem legito, lib. 3. V. & Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Et pro Flacc. 64.
Europam, inquit Festus, tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari. Sed alii de amore Jovis in taurum versi narrant.

narrant. Alii eam a prædonibus raptam, & navem, quæ Jovis tutelam, effigiem tauri habuerit, in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptæ filiæ occupatam eam terram ab Agenore & Phœnicibus ferunt. Hæc ille. Ubi Scalig. V. & Dacer.

Tanais Europæ & Asiæ terminus. Lucan. lib. 3. 275.
— qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diversi nomina mundi
Imposuit ripis Asiæque, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ.

Ultrix Europa, pro Græcia. Stat. 1. Achil. 397. in bello scil. Trojano.

**Eurōpa**, vel **Europe**, Filia Agenoris regis Phœnicum, quam Jupiter forma bovis, aut vituli, raptam abduxit in Cretam. Fabula est apud Ovid. 2. Met. v. 833. sq. Hor. 3. Carm. 27. 25.
Sic & Europe niveum doloso Credidit tauro latus.

Tyria Europa, a patria Tyro, quæ urbs est Phœnices. Sen. Herc. fur. v. 8.
Hinc, qua tepenti vere laxatur dies,
Tyriæ per undas vector Europæ nitet.

Vilis Europe. Hor. 3. Carm. 27. 57. [Immo, Vilis Europæ pater. i. e. Neglectus.

Europa elusa imagine tauri. Ovid. 6. Met. 104.

**Europæus**, Adj. [Εὐρωπαῖος] ut Dux Europæus, Minos Jovis & Europæ filius. Ovid. 8. Met. 23.

**Europensis**, Adj. Idem. Vopisc. Aurel. cap. 31. pr. Aureliano rebus Europensibus occupato.

**Eurōpum**, i. [Εὔρωπον] Syriæ urbs, olim Thapsacum, postea Amphipolis appellata. Plin. lib. 5. cap. 24.
Est item ejusdem nominis, Oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas, cujus meminit idem Plin. lib. 6. cap. 25.

**Eurōpus**, i. m. [Εὔρωπος] Oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin. lib. 4. cap. 10. ita dictum, si Stephano credimus, ab Europo, Macedonis & Orithyiæ filio, de quo Justin. 7. 1. 6.

**Eurōtas**, [Εὐρώτας] Fluvius Laconum, qui ab Apolline instructus suas edocet lauros, quibus ejus plenæ sunt ripæ. Hæc Servius enarrans illud Virg. 6. Ecl. 83.
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros. Hic, teste Liv. 35. 29. urbem Lacedæmona præterfluit. V. Ælian. V. H. 2. 34. & Cic. de Invent. 96.

In Eurotæ ripis exercet Diana choros. Virg. 1. Æn. 498.
Asper Eurotas. Stat. 1. Theb. 119.
Beatus Eurotas. Virg. 6. Ecl. 83.
Frigidus Eurotas. Ovid. 2. Amor. 17. 32.
Olivifer Eurotas. Stat. 4. Theb. 227.
Rigidus Eurotas. Stat. 10. Theb. 492.
Tænarius Eurotas. Ovid. 2. Met. 247.

**Eurotias**, æ. m. [εὐρωτίας] Gemma est, quæ situ videtur operire nigritiem: ita dicta a Græco verbo εὐρωτιᾶν, quod est situm trahere. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

**Eurotos**, [Εὐρωπός] Thessaliæ fluvius, quem Peneus accipit, nec recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictum est Homero) brevi spatio portatum abdicat: pœnales aquas dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans. Sic Hermol. legit ap. Plin. lib. 4. cap. 8. [Sed V. Hard.

**Eurus**, Ventus ab Oriente flans, & calidus est. Columel. lib. 5. cap. 5. Quoniam plerumque dicti sideris tempore quædam partes ejus regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus uratur. Virg. 1. Æn. 143. de Æolo: — Tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos.

Animosi Euri. Virg. 2. Georg. 339.
Ipsæ Caucaseo steriles in vertice silvæ,
Quas animosi Euri assidue franguntque feruntque.

Aquosus Eurus. Hor. Epod. 16. 54. — ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus.

Atrox Eurus. Stat. 3. Silv. 3. 96.
Citatior Euro. Sil. lib. 3.
Indomiti Euri. Ovid. 15. Epist. 9.
Uror, ut indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.

Lætus Eois Eurus equis. Virg. 2. Æn. 417.
Mites Euri. Claud. ad Seren. 59.
Niger Eurus. Hor. Epod. 10. 5.
Niger rudentes Eurus, inverso mari,
Fractosque remos differat.

Nubifer Eurus. Sil. lib. 10. — ubi nubifer Eurus
Naufragium spargens operit freta.

Agente nimbos ocyor Euro. Hor. 2. Carm. 16. 24.
Præceps Eurus. Virg. 4. Georg. 29.
Protervus Eurus. Ovid. 11. Epist. 14.
Riphæus Eurus. Virg. 3. Georg. 382.
Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro. i. e. Scythico vento. Riphæi autem montes Scythiæ a perpetuo ventorum flatu nominati. Serv.

Sævos Euros pati. Ovid. 2. Epist. Sabin. 93.
Truculentior Euris. Ovid. 11. Epist. 9.
Ut ferus est, multoque suis truculentior Euris. De Æolo.

Tumidi Euri. Ovid. 1. Amor. 9. 13.
Velocior Euris. Sil. lib. 3.
Rapido velocior Euro. Claud. pro Conf. Prob. & Olyb. 100.
Volucer Eurus. Sil. lib. 4.
Adventantibus Euris. Virg. 4. Georg. 192.
Certantes Euri Notique. Stat. 6. Theb. 310.
Convulsæ undis & Euro naves. Virg. 1. Æn. 387.
Demissa tempestas ab Euro. Hor. 3. Carm. 17. 11.
Equitat Eurus per undas. Hor. 4. Carm. 4. 42.
Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.

Impulsa cupressus Euro. Hor. 4. Carm. 6. 10.
Incidit Eurus violentior navigiis. Virg. 2. Georg. 107.
Insibilat Eurus. Ovid. 15. Met. 604.
Minatur Eurus fluctibus. Hor. 1. Carm. 28. 25.
— Sic quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis, Venusinæ Plectantur Silvæ.

Parcunt hybernis flatibus Euri. Virg. 2. Georg. 339.
— ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Ruit Eurus. Virg. 1. Æn. 89.
Una Eurusque Notusque ruunt.

Tonat Euri domus. Virg. 1. Georg. 371.
Urget naves in saxa Eurus. Virg. 1. Æn. 114.
Eurus, pro Parte Orientali. Valer. 1. Argon. 538.
Jampridem regio, quæ virginis æquor ad Helles:
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro,
Undat equis, floretque viris. Intelligit Asiam.

**Eurīnus**, Adj. apud Columel. lib. 11. cap. 2. Ventus Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.

**Euryăle**, Minois regis filia, quæ Neptuno Orionem peperit. Appollod. l. 1. ex Pherecyde.
Alia fuit filia Prœti Argivorum regis.
Alii ejusdem nominis inter Gorgones numeratur. V. GORGONES.
Alia item Amazonum Regina. V. Valer. Flacc. 5. 612.

**Euryălus**, [Εὐρύαλος] Mecistei fil. unus fuit ex ducibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Trojam cum octoginta navibus profecti sunt. quem dixit Homer. divina pulchritudine fuisse, 2. Iliad. in Catal. nav. 72.
Eurialus alius, in comitibus Æneæ, Nisi amicitia clarus, de quo Virg. 5. Æn. 295. Euryalus forma insignis, viridique juventa.
Fuit & nomen Gladiatoris. Juven. 6. Sat. 81.
Nobilis Euryalum Myrmillonem exprimat infans.

**Eurỳampus**, [Εὐρύαμπος] Oppidum Magnesiæ apud Stephanum.

**Euryanassa**, [Εὐρυάνασσα] Insula est maris Ægei, e regione Ioniæ, non procul ab Arginussa. Plin. lib. 5. cap. 31.

**Eurybătes**, [Εὐρυβάτης] Vir Ithacus, Agamemnonis minister, quem Ulysses apud se perpetuum præconem habuit. Is & Talthybius missi sunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria ut Briseidem raperent. De quibus Ovid. 3. Epist. 9.
Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt, &c. Meminit & hujus Homer. 1. Iliad.

**Eurybătus**, [Εὐρύβατος] Latro fuit astutia singulari, quem deprehensum quum custodes vellent cogere ut ostenderet quibusnam modis consuesset domos conscendere: ille aptatis spongiis & stimulis ferreisque retinaculis, irrepsit in parietem: & spectantibus illis, artificiique novitatem mirantibus, prehenso laqueari per tegulas effugit, eoque modo periculum evasit. Hinc εὐρυβατεύεσθαι, Eurybatissare: i. e. Quum quis deprehensus sit, arte quapiam elabi. Meminit hujus & Homer. 19. Odyss. V. Erasm. & Suid.

**Eurybia**, [Εὐρυβίη] Nympha, quæ stellas & Luciferum genuit, teste Hesiodo in Theogonia.

**Eurybiades**, [Εὐρυβιάδης] Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, universæ Græcorum classis dux a Lacedæmoniis constitutus adversus Xerxem. V. Herodot. lib. 8.

**Eurychidia**, [Εὐρυχίδιον] Mons est in Triphylia, cujus meminit Strabo lib. 8. Casaub. Εὐρυκύδιον. q. V.

**Eurycles**, [Εὐρυκλῆς] Vates fuit, qui de se, suisque incommodis aliquid semper divinabat. Hic per assistentem dæmonem vaticinabatur. Propterea Euryclidæ dicuntur Omnes divinaculi. Cæl. lib. 5. cap. 10. V. Suid.

**Euryclēa**, [Εὐρύκλεια] Homer. 1. Odyss. 429. Opos Pisenoridis filia pulcherrima, quam Laertes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Telemachumque ei nutriendum dedit.

**Eurycyon**, Faber argentarius. V. EURYTION.

**Eurydamas**, [Εὐρυδάμας] Pugil fuit nobilis, patria Cyrenæus, cui quum inter certandum forte adversarius, quem validum nactus fuerat, plagarum vi & frequentia, dentes excussisset, ne tali spectaculo illi animum adderet, proindeque ut insuperabilis crederetur, omnes devoravit. Author Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 41. Ælian. V. H. 10. 19.
Eurydămas, Vir Trojanus somniorum interpres, teste Homer. 5. Iliad.

**Eurydăme**, Diactoris filia, & Menii soror, quam Leutychides Spartiatarum rex duxit in uxorem. Herodot. lib. 6.

**Eurydĭce**, [Εὐρυδίκη] uxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos descendisse. Fabulam disertissime narrat Virg. 4. Georg. 486. Sen. OEth. 8. & Ovid. 10. Met. 31.
Alia item fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Nestoris, ex qua ille filios septem & filiam unam suscepit. Homer. 3. Odyss.

**Eurylŏchus**, Phlegyarum rex, qui, teste Pherecyde, struxit Thebas antequam Cadmus adveniret, qui eas postea reædificavit.
Fuit etiam hoc nomine unus sociorum Ulyssis, qui solus Circes pocula non gustavit, neque in suis figuram transmutatus est. Ovid. 14. Met. 286.
— suis solum caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.

**Eurymachus**, [Εὐρύμαχος] Thebanorum potentissimus fuit, qui quum Platæas noctu per proditionem cepisset, rebellantibus deinde civibus, vivus in hostium potestatem pervenit, unaque cum suis omnibus supplicio affectus est. Thucyd. lib. 2.
Eurymăchus, Unus ex procis Penelopes, cujus meminit Ovid. 1. Epist. 92.

**Eurymĕdon**, [Εὐρυμέδων] Filius fuit Fauni, ut placet Stat. 11. Theb. 32.
Proximus Eurymedon, cui pastoralia Fauni
Arma patris, &c.
Est & Eurymedon, Pamphyliæ fluvius, qui Tauri jugis ortus mediam Pamphyliam tranat, ut est apud Pompon. Melam lib. 1. & Plin. 5. 27.

**Eurymĭdes**, [Εὐρυμίδης] Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat ea quæ ab Ulysse passus est. Ovid. 13. Met. 771.
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, &c.

**Eurynŏme**, [Εὐρυνόμη] ut scribit in Theogonia Hesiodus, v. 358. Nympha fuit Oceani & Tethyos filia, quæ Jovi Gratias peperit, ut est ap. eund. v. 907. Hæc eadem uxor Orchami Achæmeniorum regis perhibetur. Eurynome alia fuit Apollinis (Al. Iphiti) filia, quæ Æthalioni (Immo Talao) marito Adrastum Argivorum regem atque Eripylen peperit. V. Hygin. Fab. 69. 70. Mat. Leucothoes, cujus speciem indutus

indutus Apollo filiam compressit, ut refert Ovid. 4. Met. 210.
— Leucothoe multarum oblivia fecit
Gentis odoriferæ, quam formosissima partu
Edidit Eurynome, &c. ubi Interpp. V.

**Eurynome**, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem a matris insidiis liberavit. Justin. 7. 4. 5. [Hæc quoque Eurynome in melioris notæ codd. V. Interpp.

**Eurȳpȳlus**, [Εὐρύπυλος] Evæmonis filius ex Ormenio urbe, qui cum quadraginta navibus in expeditionem Trojanam Agamemnona est sequutus, ut scribit Homerus in Catal. nav. 243. Cujus crebro in Iliade mentio fit. de eo Virg. 2. Æn. 114.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus. Quo ex loco sacerdotis eundem functum munere colligere est. [Quod equidem nego, quum & aliis ducibus demandatum id fuerit officium, quo qui fungebantur Græcis proprio nomine θεωροὶ dicti sunt, nec ideo Sacerdotes.
Eurypylus ferox. Ovid. 13. Met. 357.

**Eurysichei**, [Εὐρυσιχεῖοι] Populi Acarnaniæ, Strabo lib. 10. Ceterum in mediterraneo Acarnaniæ gentem quandam Eurisicheos esse scribit Apollodorus, cujus apud poetam Alcmanem mentio fit,
Non, inquit, Eurysicheus, Calydonisve sum pastor,
Verum ab extremis Sardibus, &c. Casaub. Eurisichæi.

**Eurystheus**, [Εὐρυσθεύς] Rex fuit Græciæ, Persei genus, qui Junonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quibus posset perire, unde eum Durum appellavit Virgilius, qui potuit ad complendum odium novercale sufficere. Servius enarrans illud poetæ 3. Georg. pr.
— quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cruentus Eurystheus. Sen. OEth. 16.
Stheneleïus. Ovid. 9. Met. 103.
— neque adhuc Stheneleïus iras
Solverat Eurystheus, odiumque in prole paternum
Exercebat atrox. Dicitur Stheneleïus, quod est Stheneli Mycenarum regis filius. Hic recepto jam in cœlum Hercule, bellum in ejus filios egit, verum ipse profligato suo exercitu, curru fugiens ab Hyllo Herculis filio tandem est interfectus.
Natus Eurystheus properante partu. Sen. Herc. fur. 10. Homerus scribit, quum Jupiter eo die quo Hercules proditurus in lucem erat, prædixisset nasciturum, qui ceteris esset imperaturus, suspicatam fuisse Junonem id de Hercule dici: quapropter impetrasse primo a Jove, ut id jurejurando affirmaret: deinde missa Lucina dea parturientium, Herculis ortum distulisse, & uxoris Stheneli (quæ septimo jam mense prægnans erat) partum accelerasse, ex quo est natus Eurystheus, qui Mycenis XLV. annis imperavit, semper infestus Herculi: ut Diodor. scribit lib. 5. cap. 2.

**Eurȳthus**, vel rectius **Eurytus**. [Εὔρυτος] Rex OEchaliæ, Iolem filiam denegavit Herculi, victori certamine sagittarum ante promissam, ideo quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megeram uxorem, & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Junonis instinctu. Unde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, eversa civitate interemit Eurytum, & Iolem filiam sustulit. Hæc Servius ad hæc Virg. 8. Æn. 291. de Hercule,
Ut bello egregias idem disjecerit urbes:
Trojamque, OEchaliamque. Ovid. 9. Met. 356.
Aut puer Amphissus, namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen. Hinc

**Eurytis**, ĭdis. patronym. fœm. Ovid. 9. Met. 395. de Dryope Euryti filia.
Eurytidos lacrymas admoto pollice siccat Alcmene.

**Eurytion**, onis. [Εὐρυτίων] Faber insignis fuit, qui Pallanti Evandri filio arma fabricavit. Virg. 10. Æn. 499.
Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.

## E U S

**Eusebe**, [Εὐσεβῆ] ut ex Theopompo refert Cælius Antiq. Lect. l. 17. cap. ult. Civitas est extra orbem hunc, cujus incolæ perpetuam ducunt pacem, divitiis affluentibus, quando ex terra succrescunt fructus citra cultum omnino ullum. Neque vero serendi illis cura incumbit. Perseverant porro sani, καὶ ἄνοσοι, i. e. sine ægritudinum molestia. Adeo vero sine ambiguitate justi sunt, ut ne dii quidem indignum opinentur eos vel frequenter invisere.

**Eusebes**, Gemma, ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facile dii surgebant. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Eusēbes**, is. m. [Εὐσεβής] Viri proprium. Cic. 15. Fam. 2. Ut ego regem Ariobarzanem, Eusebem & Philoromæum tuerer. [Immo non proprium, verum honoris causa regibus quibusdam hoc cognomen, ut alia ejusmodi, Σωτήρ, Εὐεργέτης, Φιλοπάτωρ, Φιλοπάτωρ, & ipsum quod hic additur Φιλορώμαιος, tributum fuit, ad Pietatem eorum, vel erga Deos, vel erga Parentes declarandam, quemadmodum & Romanorum Cæsarum Antonino Pii cognomen, ac deinceps successoribus ejus datum fuit. V. Ill. Spanh. de Præst. & Us. Num. Ant. Diss. 7. S. 3. §. 7. & Diss. 8. S. 4.

**Eusebius**, [Εὐσέβιος] Episcopus Cæsariensis, firmissimo amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre conjunctus, a quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantii & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam, Voss. & Fabric.

**Eustathius**, [Εὐστάθιος] Epiphaniensis, scripsit temporum epitomen ab Ænea Trojano usque ad Anastasium principem sub quo fuit: Tomos etiam septem, & alia quædam, ut Suidas ait.
Eustathius alius, genere Pamphylius, Præsul Antiochenus adversus Arrianorum dogma multa composuit sub Constantino principe: pulsus demum est in exilium Trajanopolim Thraciæ civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieronymus.
Alius fuit ejusdem ecclesiæ Præsul is, qui in Homerum & Dionysium poetas commentarios edidit, patria Constantinopolitanus.
Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Trajani principis, Placidus antea vocatus: quum in venatione cervum sectaretur, conspecto inter ejus cornua crucis simulacro, & voce feræ ejusdem audita, Cur me persequeris? domi uxori Theophytæ, & filiis rem manifestavit: factique ex hoc Christiani, ipse una cum uxore, sub Adriano æneo tauro necatus est. Cujus Romæ templum festumque colitur. Volaterr. lib. 15.
Eustathios plures V. apud Fabric. Bibl. Græc. Vol. 8. p. 290. & 10. p. 189.

**Eustephius**, Aphrodisieus Sophista, scripsit declamationes. Suid.

**Eustochius**, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarumque gentium antiquitate. Volaterran. lib. 15.

**Eustratius**, nomen Philosophi, qui in Ethicen Aristotelis commentarios edidit.

## E U T

**Eutane**, Cariæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 29.

**Euterpe**, [Εὐτέρπη] Musa, propter voluptatem quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur, ut ait Diodor. lib. 5. cap. 1. At Fulgentius, Euterpe, quam nos Latine Benedelectans dicimus, ideo dicta est, quod primum sit scientiam quærere, secundum sit delectari quod quæras. Plerique eam tibiis delectari, & iis præesse scribunt: alii dialecticæ. Apollonii vero Rhodii expositores, μαθήματα, h. e. disciplinas invenisse affirmant. Sunt & qui Rhesi matrem scribant.
Euterpe quoque Themistoclis Matris nomen fuit, ut ex Neanthe historico refert Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 12. V. Plutarch. in Vit. & Athen. l. 13.

**Eutheriston**, [εὐθέριστον] Balsami genus, tenui & capillacea coma, de quo Plin. lib. 12. cap. 25.

**Euthene**, [Εὐθήνη] Asiæ oppidum, in sinu Doridis, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

**Euthycrates**, [Εὐθυκράτης] Lysippi filius & discipulus, ante omnes ætatis suæ laudatos in pictura artifices, excelluit. Floruit centesima vicesima Olympiade, constantiamque patris potius æmulatus, quam elegantiam, austero maluit genere, quam jucundo placere. V. Plin. lib. 34. cap. 8. ubi & opera ejus enumerat.

**Euthydemus**, [Εὐθύδημος] Rhetor & orator, qui quum ingentes opes a majoribus suis accepisset, ipse & dicendi facultatem & gloriam addidit, & non solum in patria magnus fuit, sed etiam in Asia primos honores adeptus est. Hæc Strabo lib. 14.
Euthydēmus, alius Philosophus fuit, Tarsensis Apollonii Tyanei præceptor, de quo vide plura apud Suidam.

**Euthymedes**, [Εὐθυμήδης] Pictor sui temporis non ignobilis, cujus in transcursu meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

**Euthymia**. [εὐθυμία] Cic. 5. de Fin. 87. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, ea ipsa est beata vita.

**Euthȳmus**, [Εὔθυμος] Pugil, Locris Italiæ, qui Epizephyrii nominantur ortus, Astycleo patre: vel (ut indigenis persuasum est) Cæcino amne genitus, qui Locros a Rheginis dividit. Ælianus Var. Hist. lib. 8. 18. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus & robore insigni fuit, lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagium de iis qui sordidos & injustos quæstus faciunt, Affore Themesæum Heroa. Hic, inquit, Euthymus ad amnem Cæcinum, oculis hominum apparere desiit. Meminit Plin. lib. 7. cap. 47.

**Euthyoria**, [εὐθυωρία] Rectæ lineæ porrectio, & mensura, non per diverticula itinerum (quæ objectu montium, & interventu convallium, aut fluminum flexu plerumque necessaria sunt, sed in directum acta. Bud.

**Eutimus**, Poeta Locris oriundus, oraculi jussu vivus consecratus, & inter divos relatus est, teste Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Ceterum tam diserta scripsit carmina, ut Olympicis ludis semper victor fuerit, semel tantum uni posthabitus, ut refert idem Alex. lib. eod. cap. 19. [Forte Euthymus vel Euthynus.

**Eutrapelia**, [εὐτραπελία] Dictio est Græca, idem forte significans, quod apud nos Urbanitas, lepor, festivitas & facetia. Aristoteles in Rhetoricis Eutrapelian interpretatur πεπαιδευμένην ὕβριν, h. e. eruditum convicium. Paulus ad Ephes. cap. 5. pro Scurrilitate accipit, sive Scurrili urbanitate, viro gravi indigna. V. dict. sq.

**Eutrapelus**, fuit cognomen Volumniorum. Unde Cic. 7. Fam. 32. ad P. Volumnium scribens, Εὐτραπελία, inquit, literarum fecit, ut intelligerem tuas esse. Est autem Eutrapelus, idem quod Lepidus. Facit mentionem Eutrapeli cujusdam Hor. 1. Epist. 18. 31. & Martial. lib. 7. 83.

**Eutrēsis**, [Εὔτρησις] Thespiensium Pagus modicus, in quo Zethum & Amphionem, antequam Thebarum regnum tenuissent, habitasse ferunt. Hujus meminit Homer. ut Strabo author est lib. 9.

**Eutropius** in compendium redegerat Livium. Vid. **Livius**. H. St.

**Eutyche**, [Εὐτύχη] Mulier Tralliana, triginta partus enixa, & a viginti liberis rogo illata. Plin. lib. 7. cap. 3.

**Eutȳches**, [Εὐτυχής] Constantinopolitanus Abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabatque Christi carnem nostræ similem: nec duas in eodem supposito naturas esse: sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in virginis utero tanquam solis radios penetrasse: ut visum sit sane ex muliere generatum, quamvis vere generatum non sit. Suid.

**Eutychia**, æ. [Εὐτυχία] Insula est Thessaliæ adjacens, ante sinum Pagasicum. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Eutychides**, [Εὐτυχίδης] Plin. lib. 34. cap. 8. Statuarius, centesima vicesima Olympiade floruit. Hic ut idem author est, fecit Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.

## E V U

**Evulgo**, [ἐκφέρω] āre. Idem quod Vulgare significat, sive Notum vulgo aliquid facere. Liv. 9. 46. Civile jus, repositum in penetralibus Pontificum evulgavit.

**Evulsio**, **Evulsus**. V. **Evello**.

## E U X

**Euxenidas**, [Εὐξενίδας] Pictor sua ætate celeberrimus, Aristidis præclari artificis præceptor, ut author est Plin. lib. 35. cap. 11.

EUXĪNUS, [Εὔξεινος] Pontus Euxinus, inquit Plin. l. 6. pr. antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus. Græcis ἄξενος inhospitalis dicitur. εὔξεινον vero pontum dixere mutatis nominibus hospitaliorem factum. vel per Antiphrasin potius. V. AXENUS. Ammian. lib. 2. Heniochi, Sindi & Achæi, intendente sævitiam licentia diuturna, indidere mari nomen inhospitali: & a contrario per cavillationem, pontus Euxinus appellatur. Ovid. 5. Trist. 10. 13.

Quem tenet Euxini mendax cognomine pontus.

Aquæ Euxinæ. Ovid. 3. de Pont. 2. 60.

Regna Thoas habuit Mœotide clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Littus Euxinum. Ovid. 4. de Pont. 3. 51.

Littus ad Euxinum (siquis mihi diceret) ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ.

Mare Euxinum. Ovid. 4. de Pont. 6. 46.

Oræ Euxinæ. Ovid. 4. de Pont. 7. 1.

Missus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad oras,
Ut positis reddas jura sub axe locis.

Pontus Euxinus. Ovid. 4. Trist. 4. 55. Cic. 1. de Orat. 174.

EUXYNTHETUS, [Εὐξύνθετος] Fluvius ex Lebena ortum trahens, Strabo lib. 10.

EUZŌMOS, sive EUZŌMON, [εὔζωμος, ἡ εὔζωμον] Eruca herba, ita dicta quod juris saporem commendet. ζωμὸν enim jus appellant Græci. Plin. lib. 20. cap. 13. In condiendis obsoniis tanta erucæ est suavitas, ut Græci Euzomon appellaverint. Diosc. 2. 170. V. ERUCA.

## E X

EX. A. D. Ex ante diem. EX. A. D. C. Ex auctoritate Divi Cæsaris Augusti. EX. A. Q. I. R. P. V. & EX. AVC. Q. JVN. RVS. PR. VR. Ex auctoritate Q. Junii Rustici Prætoris Urbani. EX. B. S. Ex bonis suis. EX. C. C. Ex consensu civitatis. EXC. Excursor. EX. D. D. Ex decreto Decurionum. EX. DEC. DEC. MVN. MAL. Ex decreto Decurionum municipii Malacensis. EX. DO. AV. Ex domo Augusti. EX. D. ORD. Ex decreto ordinis. EX. E. Exhæres esto. EX. FIG. Ex figulina. EX. PR. Ex præcepto vel prædio vel Prætorio. EX. R. Exactis regibus, Ex regione. EX. S. C. Ex Senatus consulto. EX. S. C. COIR. LIC. Ex Senatus consulto coire licet. EX. S. C. TERMIN. Ex Senatusconsulto terminaverunt. EX. S. D. Ex Senatus decreto. EX. T. F. C. Ex testamento fieri curavit. EX. TT. SS. HH. Ex testamentis suprascriptorum hæredum. EX. V. Ex voto, vel visu, vel quinto. EX. V. P. Ex voto posuit. EX. V. XXX. Ex votis tricennalibus. EX. H-S. N. CC. L. D. XL. Ex sestertiorum nummorum ducentis quinquaginta millibus quingentis quadraginta. EX. H-S. DCDXX. Ex sestertiis sexcentis millibus quingentis viginti. EXEMPL. DECR. Q. F. Exemplum decreti quondam facti. EXERCITA. N. Exercitatori numeri. i. e. Legionis. EXQ. Exquilina tribus. EX. V. S. F. Ex voto suscepto fecit.

Ex, [ἐκ, ἐξ] Præp. ablativo casui serviens, variis verbis jungitur: unde & variam accipit significationem.

Ex locum ostendit. Virg. 6. Æn. 98.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages. Serv.

Ex de Materia. Virg. 3. Georg. 26.

In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Gangaridum faciam, &c. Idem 8. Æn. 593. Lorica ex ære.

Ex, aliquando significat Propter. Sallust. in Catil. C. 12. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia una cum superbia invasere. i. e. Propter divitias. conf. Suet. Calig. cap. 56. & Cic. 13. Fam. 6. V. Ex injuria.

Ex, causalis. Sen. de Benef. 6. Siquis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem: nec ex hoc æs alienum profitebor. i. e. Propterea. V. Ex causa, Ex ea re, Ex eo, Hac ex causa, re &c.

Ex, pro Præter. Liv. lib. 29. pr. Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinavit, centuriavitque: Ex iis trecentos juvenes florentes ætate & virium robore insignes, (al. Inermes) circa se habebat, ignorantes quem ad usum neque centuriati, neque armati servarentur. Ex iis, i. e. Extra eos, sive Præter eos quos centuriatos habebat. [Ex iis, scil. voluntariis, delectos.

Ex melle resinam vorato. i. e. Cum. Plaut. Merc. 2. 1. 28. Resinam ex melle Ægyptiam vorato, salvom feceris. Apud Plin. Cels. atque adeo omnes medicos frequens est hoc genus loquendi. Cato cap. 156. pr. [Sic, opinor, & Terent. Eun. 5. 4. 17.

Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.

Ex, interdum loco Præ accipitur. Cæs. 1. Bell. Gall. 41. Quod ei ex aliis Gallis maximam fidem habebat.

Ex, interdum loco Pro. Tacit. de Germ. 12. 2. Distinctio pœnarum ex delicto. i. e. Pro natura, modoque delicti. Cic. 5. Fam. 8. Ex dignitate, i. e. Pro dignitate. Quamobrem tu quantum tuo judicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse: &, ut spero, statues ex nostra dignitate.

Ex, pro Secundum ponitur. ut, Ex Platonis sententia. Cic. 1. Tusc. 9.

Ex, pro Post: ut, Cæs. 1. Bell. Civil. 22. Quod provinciam ex prætura habuerat. i. e. Postquam prætura functus esset. Ita Nep. 14. 2. 1. Suet. Cæs. cap. 19. Vitell. cap. 2. Paterc. 2. 33. 1. & 78. 3. E præp. similiter usus est Tacitus. V. Ex die hoc.

Ex, idem significat cum A. Quintil. 6. 1. Ex pædagogo se vellicari. V. Burm. Flor. 3. 16. In eo tumultu regem se ex satellitibus suis appellatum lætus accepit. V. Idem 2. 6.

Ex in descriptione coloris, pro quo & E, ut E nigro rutilum. Suet. Vide in E. H. St. Loc. V. in Nerone c. 1. Neque hic Coloris descriptio, ut alias, sed mutatio declaratur, Ex nigro in rutilum.

Ex de Morum, fortunæ, aut status cujusvis mutatione crebro vett. usurpant. Plaut. Most. 1. 1. 180.

— Nam eccum herilem filium
Video corruptum hic ex adolescente optimo. Idem. Rud. 2. 6. 33.
Qui te ex insulso salsum feci opera mea. Cic. 3. Philipp. 22.

Horum similia deinceps, nonne satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat dicere? hem cur magister ejus ex Oratore arator factus sit: ut possideat, &c.

Ex infantibus. juvenes fiunt. Lucret. lib. 1. 187.

Ex cum verbis, Nasci, Gignere, Suscipere, vel Tollere, originem indicat cum paternam, tum maternam. Suet. passim. Ter. And. 3. 1. 11. Adeon' est demens, ex peregrina? Subaudi, Ut filium suscipiat. Donat.

In compositione hæc particula interdum auget, ut Exclamo: interdum minuit, ut Exsanguis. Contrarias etiam significationes in eadem voce admittit. Sic, Exarmare & Armis privare est, & Armis instruere.

Ex in compositione, Ante c, p, q, s, t; item ante vocales & h, retinet suum x: ante f, vertit in similem, ut, Effero: ante reliquas fit E.

Ex abundanti addere, vel adjicere. Quintil. lib. 4. cap. 5. Tum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, &c. Idem lib. 5. cap. 6. Adjicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ fiduciam.

Ex adversum, Ex opposito. Ter. Adel. 4. 2. 45. Apud ipsum lacum est pistrilla, & ex adversum est fabrica. Idem Phorm. 1. 2. 39. Ex adversum ei loco tonstrina erat quædam.

Ex adverso, vel Ex advorso, antique. Ter. Phorm. 1. 2. 47. Ea sita erat ex advorso. Plaut. Merc. 5. 2. 37. Nonne ex adverso vides? Plin. lib. 4. cap. 13. Ex adverso intrantibus geminæ cernebantur.

Ex adverso, cum genit. pro E regione. Plin. lib. 5. cap. 31. Posita est inter Samum & Lesbon, ex adverso maxime Erythrarum. Idem lib. 6. cap. 23.

Ex adverso rem aliquam proponere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Ex adverso inferri. Liv. 8. Bell. Pun.

Ex adverso dicere aut respondere. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Ex adverso, i. e. Per antiphrasin. Plin. lib. 27. cap. 10. Holosteon, sine duritia herba, ex adverso appellata a Græcis, sicut fel dulce.

Abire ex matrimonio: h. e. Recedere ab alicujus matrimonii contractione. Plaut. Mil. 4. 4. 28. Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio abierim, Cupiens istius summe nuptiarum.

Ex æquo fœdus facere, pro Ex æquitate. Liv. lib. 2. Decad. 5. Etsi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret, & se visurum quid sibi faciendum esset. [i. e. æquis utrinque conditionibus.

Ex æquo partiri discrimen ac periculum. Tacit. 2. Hist. 77. Discrimen ac periculum ex æquo partiemur.

Ex æquo agere. Tacit. 4. Hist. 64. Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.

Ex æquo & bono fit: quod vulgus dicit, Ex bona fide & æquitate. Ter. Adel. 5. 9. 29.

Ut id ostenderem, quod te isti facilem, & festivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo. Conf. infra Ex bono & æquo.

Ex æquo & bono animo offerre. Sen. 2. de Benef. cap. 34.

Ex æquo fertilis. Plin. lib. 17. cap. 8. De terra columbina.

Ex æquo Venus duobus grata venit. Ovid. 1. Amor. 10. 33.

Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus. i. e. Æqualiter.

Ex æquo vivere cum aliquo, i. e. Æqua conditione. Plin. in præf. 2. & lib. 6. cap. 25. Ex æquo degere cum aliquibus.

Alia ex alia facies, ætasque sequitur. Lucret. lib. 4. V. ALIUS.

Ex altera parte. Cic. 3. Verr. 76. Grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius ille, &c. hic, &c.

Ex alto repetere aliquid. Sallust. de Rep. Ord. Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repeti posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit.

Ex animo miser. Plaut. Trin. 2. 6. 40.

—qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit, advorsum filium nugas agit,
Miser ex animo fit: satius nihilo facit suæ senectuti.

Ex animo amicus, vereque benevolus. Cic. 11. Philipp. Vulgo: Ex corde.

Ex animo & Simulate, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 68.

Ex animo solicitus. Plaut. Truc. 2. 4. 12. Parelcon esse videtur Ex animo, quum nemo, nisi ex animo, solicitus esse possit.

Ex animo dicere. Ter. Eun. 1. 2. 95. Utinam isthuc verbum ex animo ac vere diceres. Cic. in Pison. Equidem dicam ex animo quod sentio.

Ex animo velle factum. Ter. Adel. 5. 7. 20. Di tibi, Demea, bene faciant, quum te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle. Idem Heaut. 5. 2. 6. Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo. Cic. 12. Fam. 17. Huic tu libro maxime velim ex animo: si minus, gratiæ causa, suffragere.

Ex animo amare. Cic. 1. Q. frat. 1. Te autem alienum hominem ament ex animo.

Ex animo facere. Ter. Adel. 1. 1. 47. Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit. [Scil. Officium suum, quod antecessit.

Vere & ex animo velle. Liv. 10. Bell. Maced. Ita, ut vere, & ex animo velitis evenire.

Ex animi sententia, Conceptio solennis erat jurisjurandi. Cic. 3. Off. 188. Non enim falsum jurare, pejerare est: sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Sic 1. Tusc. 17. Liv. 2. Bell. Pun. Ex mei animi sententia juro, ut ego Remp. non deseram, neque alium civem Rom. deserere patiar, si sciens fallo, tum me Jupiter Optimus Maximus, &c. Marius ap. Sallust. Jugurth. 85. 27. Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio lædere potest. Ex animi mei sententia, i. e. Juro bona fide, dico bona fide. Ex animi tui sententia, i. e. Jura bona fide, dic bona fide. Gell. lib. 4. cap. ult. Censor, inquit, agebat de uxoribus solenne jusjurandum. verba ita erant concepta: Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? Habeo, equidem, inquit, uxorem, sed non hercle ex animi tui sententia. Tum Censor eum, quod intempestive lascivisset, in ærarios retulit. Loco posteriore, Ex animi tui sententia, valet, Ex voto tuo, seu Qualem vis. Hujus loci meminit & Cic. 2. de Orat. 260. Sunt qui legunt, Non hercule ex animi mei sententia: i. e. Qualem volo. Eaque lectio, teste Gronovio MSS. codd. consensu nititur, ac sine dubio melior est.

Ex ante. Liv. 5. Annona ex ante convecta copia nihil mutavit.

Ex ante diem Nonarum, i. e. Ex die Nonarum: est enim compendiosa locutio,

locutio, pro Ante diem Nonarum finitum: sicut Post diem Nonarum, subaud. Cœptum. Cic. 3. Att. 17. De Quinto fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant ex ante diem Nonarum Jun. usque ad pridie Calend. Septemb. i. e. Ex Nonis Juniis: erat enim idem: sed figura usus est ea, qua & M. Varro 1. de R. R. cap. 28.
Ex antegesto agere. Paulus in l. Quoties. §. non tantum. D. de peculio.
Ex aperto. Liv. 1. Bell. Pun. Luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus.
Ex argumento. Plin. lib. 11. cap. 37. Aliis simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis.
Ex arte dicere, multo maximum: de arte loqui, minimum est. Cic. 1. de Invent. 8.
Astat ex pictura. Plaut. Stich. 1. 3. 114. At hoc vide satin' ut facete, atque ex pictura hic astitit. i. e. Ut picturam spectare putes.
Audivi te ex hoc. Plaut. Mil. 4. 6. 50. Nescio tu me ex hoc audieris, an non.
Audire ex aliquo. Plaut. Epid. 4. 1. 36. Nam postquam audivi ilico ex meo servo, illam esse captam, continuo argentum dedi, ut emeret.
Ex Aulide Philocrates. Plaut. Capt. 2. 3. 55. Ter. Eun. 1. 2. 28. Ibi tum matri parvulam puellam dono quidam mercator dedit ex Attica hinc abreptam. Ibid. 3. 2. 17. Ex Æthiopia est usque hæc. Ubi V. Daceriam.
Ex authoritate aliquorum & voluntate facere aliquid. Cic. Anteq. iret in exil. 26.
Ex authoritate Pontificum. Plin. Epist. 139.
Ex bono & æquo. V. Ex æquo & bono. Julian. de contract. bonæ fidei, In iis (inquit) alter alteri allegatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet. i. e. Non de eo solo quod cautum est: quod etiam Ex bona fide dicitur alibi ab eodem. Ex Bud.
Ex bonis & In bonis, differunt apud Jurisconf. Nam in bonis esse dicuntur ea, quæ situ & positione intra rem aliquam continentur: Ex bonis vero, quæ naturaliter sunt extra rem, sed tamen ad eam pertinent: ut aliud est, annulum esse In dactyliotheca; aliud, Ex dactyliotheca. Justin. §. 2. de vi bon. rap. Sane in hac actione non utique expectatur rem in bonis actoris esse. Nam sive In bonis sit, sive non, si tamen Ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quæ igitur quasi manu non tenentur, sed consequi per actionem possumus, ea Ex bonis nostris dicuntur: at quæ jam intra ditionem ac fines nostros sunt, In bonis. Hotoman.
Ex causa est, i. e. Causæ utile est. Quintil. lib. 4. V. E præp.
Ex ea causa. Plin. lib. 12. cap. 17.
Ex commodo. Columel. lib. 6. cap. 2. extr. de bobus loquens, ideoque robora corporum citra maciem conservant, qui ex commodo, quam qui festinanter mandunt. Idem lib. 12. cap. 19. Ut ex commodo, mustum ferveat.
Ex compacto aliquid facere, pro Ex composito. Suet. Cæs. cap. 20. extr.
Ex composito, idem significat quod Composito abl. quasi dicas, Dedita opera, & ut convenerat inter eos, ut subaudiri videatur alius dativus (negotio) nempe, Ex composito negotio. Liv. 1. 9. Tum ex composito orta vis, signoque dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit.
Capere dolorem ex aliquo. Ter. And. 4. 3. 4. Verum ex eo nunc misera quem capit dolorem.
Conflata amicitia ex malo principio, &c. Ter. Eun. 5. 2. 35. Sæpe ex hujusmodi re quapiam, & ex malo principio magna familiaritas conflata est.
Condemnatus ex invidia. Plin. de Viris Illust.
Cognoscere aliquem ex aliis. Cic. 1. Q. frat. 2. Eum præsertim hominem quem ego & ex suis civibus & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorem esse prope, quam civitatem suam.
Cognoscere aliquid ex literis alicujus. Cic. 8. Att. 13.
Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Ter. And. 4. 1. 3.
Ex confesso malus vel bonus, pro Palam. Sen. Epist. 77. Quintil. lib. 3. cap. 5. Nisi forte laudare, quæ constet esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est Oratoris officium.
Conjicitur in morbum ex ægritudine. Plaut. Pœn. prol. 69.
Ex consilio jurisperitorum. Cic. pro Rosc. Com. 46.
Ex aurique putat micis consistere posse Aurum. Lucret. lib. 1. 839.
Ex consuetudine tua aliquid facere: i. e. Secundum consuetudinem tuam. Plin. Epist. 2. Cic. pro Cluent. 62. Qui quum unum jam & alterum diem desideraretur, neque in his locis, ubi ex consuetudine quærebatur, inveniretur, &c.
Ex consuetudine omnium aliquid facere. Cic. pro Quint. 12.
Ex officii ratione, atque ex omnium consuetudine rem ipsam & factum alicujus considerare. Cic. pro Quint. 5.
Consulere ex. Plaut. Cas. 2. 8. 63. In re præsenti, ex copia piscaria consulere licebit quod emam.
Ex Consule, h. e. Pro Consule, sive Pro Consulari imperio. Valer. Max. lib. 3. cap. 7. tit. De L. Crasso, Quum ex consule provinciam Galliam obtineret. V. supra in Ex pro Post. [ In emendatis codd. Ex consulatu legitur, nec aliter Valerii ævo loquebantur. Nam illa Exconsul, vel Exconsule, Ex prætore &c. sequioris ævi sunt, & aliter exp. debent, ut f. l. dicetur.
Ex constituto. Paterc. lib. 2. 110. Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus in societatem adductis, ex constituto arma corripuit.
Ex continenti, pro Statim. Justin. lib. 1. 9. Septem tantum conscii fuere hujus conjurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio res per quenquam enarraretur, &c. ad regiam pergunt.
Ex contrario, ut E contrario. Cæs. 7. Bell. Gall. 30. Ut reliquorum imperatorum res adversæ auctoritatem minuunt: sic hujus ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur.
Ex contrario stare dicuntur, Quæ sunt inter se opposita. Sen. Epist. 89. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. Ex diverso.
Corruptus ex amore. Plaut. Asin. 5. 2. 25.
Deligere unum ex cunctis. Cic. 2. de Leg. Agr. 23.
Deligendi potestas ex omni populo. Cic. 2. de Leg. Agr. 23.
Ex denuntiato. Sen. Epist. 80. Sive ex denuntiato videbatur, sive imparatus ac subito.

Ex destinato aliquid facere. Suet. Calig. cap. 43.
Ex disciplina. Plaut. Pseud. 5. 1. 28. Illis satisfacere minime ex disciplina quivi ego, qui lenonem capere didici.
Ex diverso, cui Dissimile opponitur. Plin. Epist. 45. Apud Græcos enim est quiddam, quamvis ex diverso, non tamen omnino dissimile.
Ex diverso agere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ex diverso consistere. Quintil. lib. 4. cap. 1. Invidia consistentis ex diverso patroni.
Ex diverso dicere. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ex die hoc. Plaut. Pers. 2. 3. 12. Bonus volo jam ex hoc die esse, quod neque fiet, neque fuit. Sic mox Ex eo, Ex eo die, tempore, Ex illo, Ex quo. V. Ex pro Post.
Datus advocatus ex judicibus. Plin. Epist. 53. Memini tamen me advocatum ex judicibus datum.
Discrimen adire ex periculo alicujus. Plin. Epist. 199.
Excedere ex pueris. Cic. pro Arch. 4. Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Sic etiam, Excessit ex ephebis, dixit Ter. And. 1. 1. 24.
Ex dignitate sua agere dicitur, Qui locum suum & authoritatem servat. Liv. lib. 2. Decad. 5. Non tam in pignus fidei obsides desiderati erant, quam ut appareret sociis, nequaquam ex dignitate pari congredi regem cum legatis. conf. supra Ex, loco Pro.
Educere ex obsidione in tutum. Plaut. Most. 5. 1. 7. Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos.
Ex ea re est in culpa, pro De ea re. Ter. Hec. 3. 1. 29. Tum matrem ex ea re, me aut uxorem in culpa inventurum arbitror.
Ex eo, pro Ex eo tempore. Tacit. 12. Ann. 7. Versa ex eo civitas. Quo modo Suet. quoque loquitur. V. supra in Ex pro Post.
Ex eo die, pro Ab eo tempore. Cic. 3. Verr. 33. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in judicium voco. Sic, Ex eo tempore. Cic. pro Quint. 22. & 1. Philipp. 1. Ex eo die quo in ædem Telluris convocati sumus.
Ex eo fit ut. Cic. de Amicit. 46. Ex eo fieri ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quam viri, &c.
Ex eo quod, pro Eo quod, sive Propterea quod. Cic. 3. Q. frat. 1. Quum Romam ex Arpinati revertissem, dictum mihi est Hippodamum ad te profectum esse: non possum scribere me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse: jam enim diu cogitaveram, ex eo quod tu ad me scripseras, ut siquid esset quod ad te diligentius perferri vellem illi darem.
Ex eodem genere, pro Ejusdem generis. Cic. 3. Verr. Multa sunt ex eodem genere.
Ex equo pugnare. V. EQUUS. Plin. lib. 7. cap. 56.
Evasit ex aqua. Plaut. Rud. 1. 2. 86.
Ex eventu rerum, i. e. Secundum eventum. Tacit. 4. Ann. 3. Ita compositus ut ex eventu rerum adversa abnueret.
Exire ex urbe. Cic. 4. Fam. 1. Siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex urbe necesse sit, aut mihi accedere.
Excipere aliud ex oratione alterius atque ille vult. Cic. 2. de Orat. 137.
Eximere ex reis, h. e. Ex reorum & accusatorum albo delere. Cic. 4. Verr. 113. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere, si ego non adsuissem ad diem.
Expectare diem ex die. Cic. 7. Att. 25. Diem ex die expectabam ut statuerem quid esset faciendum.
Expellere aliquid dictis ex animo. Lucret. lib. 5. 51. De vitiis animi loquitur quæ non ferro, sed præceptis & doctrina extirpantur.
Exponere ex memoria. Cic. 3. Catil. 15. Ex quoniam nondum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites quid Senatus censuerit, exponam. Idem 4. de Fin. 1. Memoriter exponere dixit. Et de Amicit. 1. Memoriter narrare. Ibi τὸ Ex παρέλκειν videtur.
Ex facili, pro Facile. Plin. lib. 30. cap. 3. Eorundem cinis exesis dentibus conjectus, ex facili eos cadere cogit. Idem lib. 22. cap. 15.
Ex fide, pro Fideliter. Plin. lib. 8. Epist. 191. ad Tacit. Et ego nihil magis ex fide quam de te scribo.
Fieri ex vera vita, h. e. Quemadmodum qui bene vivere solent. Ter. Adel. 5. 9. 29. Ut id ostenderem, quod te isti facilem & festivum putant, id non fieri ex vera vita, &c.
Ex fortuna non ponderanda fides. Cic. in Partit. 117. i. e. Secundum cujusque facultates.
Ex gratulando. Plaut. Capt. 3. 2. 5. Vix jam miser ex gratulando eminebam.
Hæres ex besse relictus. Plin. Epist. 144. Sic Ex Asse, Dodrante, & ceteris Assis partibus.
Hac ex causa, pro Ob hanc causam. Ulpian. in l. 1. D. De calumniatoribus.
Hac ex re. Ter. Eun. 5. 6. 27. Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.
Ex hoc solicita: i. e. Propterea. Ter. And. 1. 5. 34. Laborat e dolore: atque ex hoc misera solicita est, diem quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ.
Ex hoc ducit res fidem. Lucret. lib. 2. 477.

— pergam connectere rem quæ
Ex hoc apta fidem ducat.

Est ex hoc licentia. Quintil. lib. 4. cap. 1. Cujus rei licentia ex hoc est, quod ante declamationem, illa velut imago litis exponitur.
Ex humeris dependet amictus. Virg. 6. Æn. 301.
Ex illo: subaudi, Tempore. Virg. 2. Æn. 169.

Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri Spes Danaûm.

Impressa ex annulo imago. Plaut. Pseud. 1. 1. 54. Eaque causa miles hic reliquit symbolum, expressam in cera ex annulo suam imaginem.

Ex im-

Ex improviso. Cic. 3. Verr. 112. Voluisti ex improviso, siquae res natae essent ex urbano edicto decernere.
Incendium ex amore. Plaut. Asin. 5. 2. 69. Nam ni impetro regem perdidi, ex amore tantum est homini incendium.
Ex industria. Liv. 1. 56. Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae, quum se, suaque praedae esse regi sineret. Plaut. Poen. 1. 2. 9. Postquam illuxit aurora, nunquam cessavimus ex industria ambae lavari, atque fricari.
Ex infinito ne causam causa sequatur. Lucret. lib. 1. 996.
Ex injuria insanire. Ter. Adel. 2. 1. 43. Pro supreme Juppiter, minime miror, qui insanire incipiunt ex injuria. h. e. Propter aliquam injuriam sibi illatam. V. Ex pro Propter. Sic Ter. Phorm. 5. 1. 23. Matrem ipsam ex aegritudine miseram mors consecuta est.
Ex insidiis aucupari quam rem agat quis. Plaut. Asin. 5. 2. 31.
Ex insidiis verba dare. Plaut. Aulul. 1. 1. 23.
Ex insidiis capi. Cic. 3. Off. 99.
Ex insidiis interire. Cic. 2. Off. 22. Testis est Phalaris, cujus est praeter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, sed is quem modo dixi Alexander.
Ex insidiis aliquid agere. V. Ex occulto.
Ex insolentia. Liv. 3. Bell. Pun. Et eo impensius, quo avidius ex insolentia in eas se immerserant.
Ex insperato, i. e. Insperate, atque praeter spem & opinionem. Liv. 8. Bell. Pun. Quum ex insperato repente misistis nobis hunc P. Scipionem.
Ex integro, idem quod De integro significat. Plin. Epist. 273. Datumque a Senatu jus omnibus, de quibus ille aliquid constituisset, ex integro agendi. Idem Epist. 129. Recalescere ex integro, & resumere impetum fractum omissumque.
Ex integro aliquid agere, est Rursus de novo quippiam, quasi nunquam actum sit, inchoare. Julian. in l. Si is qui. D. De exception. rei jud. Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandavero tibi, ut ex integro eundem fundum peteres, acceptio rei judicatae non obstabit.
Ex integro cavendum erit. Paul. in l. De Die. §. 1. & 2. D. Qui satisdare cogantur.
Ex integro satisdandum erit. Paul. in l. Si ab arbitro. D. Qui satisdare cogantur.
Ex intervallo, Procul. Liv. 8. Bell. Pun. & Cic. 4. Att. 17. Ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus est.
Ex intervallo, cui opponitur Ex continenti. Ulpian. in l. jurisgentium. §. Quinimo. D. De pactis.
Ex intimis unus. Cic. 13. Fam. 3.
Ex aliorum ingeniis judicare aliquem. h. e. Secundum ingenia. Ter. Eun. 1. 2. 118. Me miseram, fortitan hic mihi parvam habeat fidem, atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.
Ex ipsis coeli rationibus. Lucret. lib. 2.
Ex maxime raro genere hominum judicare debemus & pene divino eum qui gravem, constantem, stabilem se in amicitia praestiterit. Cic. de Amicit. 55.
Ex jure, manu consertum vocare, i. e. ad conserendum. Verbum est antiqui juris. Varr. 2. de L. L. Conserere manum dicimur cum hoste: Sic ex jure manu consertum vocare. Gell. lib. 20. cap. 10. de Vindiciis loquens, i. e. Rei vendicatione, quae olim in re praesenti ex duodecim tabulis jure fieri solebat, ita inquit, Sed postquam Praetores propagatis Italiae finibus, datis (alii legunt, Latis) jurisdictionibus, negotiis, proficisci vindiciarum dicendarum causa longinquas in res gravabantur: institutum est contra duodecim tabulas, tacito consensu, ut litigantes non in jure, id est apud Praetorem manum consererent, sed ex jure manum consertum vocarent: id est alter alterum ex jure ad conserendam manum in rem de qua ageretur, vocaret. h. e. Ex eo loco in quo isti constitissent, apud Praetorem (qui locus, jus appellatur) in agrum controversum descenderent: ibique absente Praetore, manum consererent, non in jure, ut antea, neque enim absente Praetore locus controversus, jus appellabatur. Quo facto in jus ad Praetorem redibat. Addit Gell. Atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad Praetorem deferrent: & in ea gleba, tanquam in toto agro vindicarent. Cic. pro Muren. 26. formulae verba hujusmodi fuisse ait, Fundus, inquit, qui est in agro, qui Sabinus vocatur. Satis verbose. Cedo quid postea? Eum ego ex jure Quiritium meum esse ajo. Quid tum? Inde ego te ex jure manu consertum voco. Haec erant verba ejus qui vindicabat. A quo vero vindicabatur, ejus haec erant verba, Unde tu me ex jure manu consertum vocasti, inde ibi te ego revoco. Cic. ibid. Idem 1. de Orat. 41. metaphoricôs hac locutione usus est in persona Scaevolae, Quod vero (inquit) in extrema oratione quasi pro tuo jure sumpsisti, Oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime posse versari, id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque praeessem, (al. praeissem) qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Ejus generis sunt verba Scipionis ad Annibalem apud Liv. lib. 30. cap. 31. Cic. 7. Fam. 13. Tantum metuo ne tibi istic artificium tuum parum prosit: nam ut audio, istic

Non ex jure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt. i. e. Quod nos diceremus, Per Justitiam. Ex Ennio. Haec pluraque insuper Budaeus Annot. ad Pand. p. 38. Episcop. conf. Lex. Pitisc.

Ex justitia nostrorum temporum non est. Plin. in Epist.
Laborare ex pedibus, pro Laborare podagra. Cic. 9. Fam. 23. Etsi M. Ceparius quum mihi in silva Gallinaria obviam venisset, quaesissemque quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares.
Lar ex hac familia. Plaut. Aulul. prol. 2.
Ex lege repetere ab aliquo pecuniam. Cic. 1. Verr. 19.
Ex lege sedet judex. Cic. pro Cluent. 103. Uno judicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Junio, quod non suae munere decuriae, neque ex lege sedisset.
Ex lege jurati judices legibus obtemperare debent. Cic. 1. de Invent. 70.
Ex legibus omnes Respublicae optime administrantur. Cic. 1. de Invent. 68.
Ex animo laetari toto corpore. Lucret. lib. 3. 110.
Ex libello respondere, i. e. De scripto. Plin. lib. 6. Epist. 5. ad Ursum, Nam & Celsus Nepoti ex libello respondit, & Celso Nepos ex pugillaribus.
Ex longinquo revenire. Tacit. 2. Ann. 24. Ut qui ex longinquo revenerat, miracula narrabant. V. LONGUS.
Ex longo, subaud. Tempore. Virg. 9. Æn. 63.

— collecta fatigat edendi Ex longo rabies.

Miser ex amore. Plaut. Cas. 3. 1. 6. Miseriorem ego ex amore, quam te, vidi neminem.
Ex more. h. e. Secundum consuetudinem. Plin. Epist. 62. Sallust. Jugurth. Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit.
Natus ex homine. Ter. Eun. 3. 2. 6. Hem alterum ex homine hunc natum dicas.
Ex natura sua aliquid gerere. Suet. de Vitell. 10. In initio imperii egregie prorsus & magnifice: nisi cetera magis ex natura & priore vita sua, quam ex imperii majestate gessisset.
Ex natura avidus. Plin. lib. 10. cap. 9. Ille avidus ex natura, praeripit cibos reliquis pullis.
Ex natura sua ceteros fingere. Cic. pro Rosc. Amer. 108.
Ex navibus loqui. V. LOQUOR.
Ex necessitate, pro Necessario. Cui opponitur Sponte. Plin. lib. 5. Epist. 109. Quum omnes ex necessitate facient, quod ego sponte faciebam.
Noscere potes ex me. Ter. Adel. 5. 4. 7. Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia, id esse verum, ex me, atque ex fratre, cuivis facile est noscere.
Ex numero disertorum homo. Cic. 1. de Orat. 168.
Qui ex numero civium depravati hostes patriae semel esse coeperunt, &c. Cic. 4. in Catil. 17.
Ex obliquo. Plin. lib. 2. cap. 31. Nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo.
Ex occasione ementium pretia varia. Plin. lib. 12. cap. 16. Caes. 6. Bell. Gall. 31. Neque ex occulto insidiandi & dispersos circumveniendi singulis deerat audacia.
Ex occasione omni laudare amicos. Plin. Epist. 148.
Ex occulto intervenire. Cic. pro Cluent. 47. Multi boni viri quum ex occulto intervenissent, pecuniaque obsignata, quae, &c.
Ex occulto, & ex insidiis agere aliquid. Cic. 1. Off. 109. Sunt his alii multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.
Ex occulto latrocinari. Plin. lib. 9. cap. 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.
Ex oculis evanuit. Virg. 9. Æn. 658.
Ex oculis subito fugit, i. e. Ex conspectu. Virg. 4. Georg. 451.

Dixit, & ex oculis subito, ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diversa.

Ex oculis nostris subducere vetustatem. Lucret. lib. 2. 69.
Ex offensa. Lucret. lib. 2. 1058.

Aut juvat egrediens, &c.
Aut ex offensa cum turbant corpore in ipso Semina, &c.

Ex omni. Lucret. lib. 2. 305.

Nam neque quo possit genus ullum materiai
Effugere ex omni quicqua'st, neque rursus in omne.

Unus ex omnibus civibus probus. h. e. Inter omnes. Plaut. Stich. 1. 1. 11.

Spero quidem & volo, sed hoc, soror, crucior,
Patrem tuum, meumque adeo unice, qui unus
Civibus ex omnibus probus perhibetur,
Eum nunc improbi viri officio uti. Idem Most. 1. 4. 23. Num non vis me obviam hisce ire, anime mi? PHIL. Ilico ex omnibus optime volo.

Ex omnibus seculis vix quatuor nominantur paria amicorum. Cic. de Amicit. 15. Idque mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. h. e. Inter omnes aetates, vel A prima aetate hucusque.
Ex opinato. Liv. 4. Unde nec ex opinato adversum hostem invadat.
Ex opinione hominum atque fama aliquid scribere. Cic. 12. Fam. 4.
Ex opibus non ex veritate causa pendetur. Cic. pro Quint. 5.
Ex ordine, pro eo quod est Sine intermissione. Virg. 4. Georg. 179.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Flevisse. Cic. 6. Verr. 143. Ita sententiam dixit ex ordine. Sic pro Lege Agr. 47. Ex ordine dicere.

Ortum ex me, ex te. Plaut. Mil. 2. 6. 17. Ter. Adel. 5. 3. 26. Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum, neve ego tuum. Idem Eun. 5. 5. 20. Nam hoc putant, quicquid factum est, ex te esse ortum.
Ex parte majore. Plin. lib. 10. cap. 32. Ipsa avis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte majore.
Ex parte caput velatum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Ex parte, pro Partim, vice adverbii ponitur. Liv. 6. Bell. Pun. Annibal ingentibus copiis peditum equitumque castra oppugnavit, & ex parte cepit.
Non ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur: sed ex perfidia & malitia, per quam insidiae tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci & succensere consueruht. Cic. pro Rosc. Com. 46.
Ex pari coire. Quintil. lib. 2. cap. 19. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem utrisque majus adhuc naturae credam momentum.
Ex pari gratia aliquid alicui dare. Plaut. Trucul. 2. 2. 13. Mea voluptas attuli eccam pallulam ex pari gratia tibi.
Ex paupertate nemo alius parcior. Plaut. Aulul. 2. 2. 29. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

Ex post

Ex post delicto. Ulpian. in l. Si servum. §. ult. D. De acquir. hæred. Equidem qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligetur.

Ex post facto. Papin. in l. Dominus. D. De usufruct. Mansisse fructus jus integrum, ex post facto apparuit. Sic sæpe alibi apud Jurisperitos.

Ex præcepto. Plin. lib. 9. cap. 35. Columel. lib. 11. cap. 19. Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciant. i. e. Nisi præceperit dominus.

Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Ex professo inimicitias cum aliquo gerere. Valer. lib. 4. cap. 1.

Ex ore alicujus pendere. Lucret. lib. 1. 38.
Eque tuo pendent resupini spiritus ore. Verba ad Venerem.

Ex pœnitentia. Suet. Othon. cap. 1. Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire, &c.

Ex præparato, vice adverbii ponitur, i. e. Præmeditato. Liv. 8. Bell. Pun. & lib. 2. Tumultuario prælio ac præcursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum orto. i. e. Dedita opera. Sen. Epist. 11. Non enim ex præparato locutus est: sed subito deprehensus.

Ex præscripto. Columel. lib. 1. cap. 1. Neque enim semper eundem, velut ex præscripto, habitum gerunt. Sic ex præscripto vivere dicitur, Qui servat ea quæ fuerunt illi imperata atque præscripta.

Ex præterito. Liv. 7. Bell. Pun. Et Romæ quidem quum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurum erat.

Probare ingenium alicujus ex alterius ingenio. Plaut. Trin. 4. 3. 42. Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.

Procul ex occulto hostes cædere. Ter. Eun. 4. 7. 17. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illos procul hinc ex occulto cæderes.

Ex propinquo videre. Liv. 2. Bell. Maced.

Ex propinquo præliari, pro Cominus, & collato pede. Liv. 6. Bell. Pun. Ibid. lib. 5. Ex propinquo cognoscit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum.

Ex proposito. Sen. Epist. 72. Et quæ ex proposito sumenda sunt, & quæ subita res tulit.

Ex prora tantum & puppi pugnabatur. Plin. lib. 7. cap. 56.

Prospicere ex aliquo loco. Virg. 7. Æn. 29.
Atque hic Æneas ingentem ex æquore lucum Prospicit.

Ex provocatione dimicare. Plin. lib. 7. cap. 28.

Ex proximo. Plaut. Aulul. 2. 9. 4. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. Plin. lib. 5. Epist. 101.

Ex quo fit. Cic. de Senect. 72. Ex quo fit ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, & fortior.

Ex quo nominata amicitia. Cic. de Amicit. 23. Amor enim, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad benevolentiam conjungendam.

Ex quo manifestum. Plin. in Paneg.

Ex quo palam est, quam turpiter deserat eam partem Rhetorices institutio. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Ex quo. subaud. Tempore. Liv. 1. 40. Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat. Huic ex adverso respondet Ex illo: quod Servius exponit Ex illo facto vel tempore. Virg. 2. Æn. 169.
— impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulysses
Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladium, &c.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri Spes Danaûm, &c.
conf. Ex die hoc &c.

Quærere ex aliquo, pro Interrogare. Cic. 5. Att. 15. Quæsivit ex eo, placeretne judices a Prætore legi. Idem 1. de Divin. 59. Cajum Marium cum fascibus laureatis quærere ex te quid tristis esses.

Ex re tua fuerit: h. e. In tuum commodum. Plaut. Capt. 2. 2. 46. Ter. Phorm. 5. 7. 76. Non hercle ex re istius me instigasti. Cic. 5. Att. 8. Summa erit hæc, statues ut ex fide, fama, reque mea videbitur.

Ex re garrire aniles fabulas. Hor. 2. Serm. 6. 77. Ex re, Pro Commodo. Acron.

Ex Republica facere. h. e. In utilitatem & commodum Reipub. Cic. ad Brut. 2. & 5. Si minus id commodo Reip. facere posses, sive non existimares ex Republica esse. Sallust. Catil. C. 51. Certo scio quæ studio dixerit, e Republica dixisse. Codd. emend. Quæ dixerit, studio reip. dixisse.

Ex Republica Athenis, quam optime gesserat, & ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. Cic. pro Rabir. Posth. 23.

Ex Reipub. tempestate sententiam aliquam, tanquam aliquod navigium atque cursum, moderari, non est inconstantis. Cic. pro Corn. Balb. 61.

Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cic. 12. Fam. 19.

Ex re consulere. h. e. Ut occasio tulerit. Simile illi, Pro re nata. Tacit. 1. Ann. 24.

Ex re ipsa capere dilationem, i. e. Ex natura rei. Paulus in l. interdum. D. de verb. obligat.

Sanus non est ex amore. Plaut. Merc. 2. 3. 106.

Scire ex aliquo. Ter. Heaut. 3. 1. 2. Cic. 9. Fam. 12. Habuisti in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses.

Ex scripto recitare. Liv. 23. 11. Dum hæc geruntur Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit, responsumque ex scripto recitavit.

Ex mea sententia, Ut volo & opto. Plaut. Capt. prol. 48. Ter. Hec. 5. 4. 32. Spero hanc rem eventuram nobis ex sententia. Cic. 4. Acad. 148. Quid enim conscendens navem sapiens, num comprehensum animo habet, atque perceptum, se ex sententia navigaturum?

Ex sententia non sum hero: i. e. Non placeo hero. Plaut. Perf. 3. 1. 45. Ego neque lubenter servio, neque satis sum hero ex sententia.

Ex sententia servire hero. Plaut. Aulul. 4. 1. 3. Nam qui hero ex sententia servire servus postulat: in herum matura, in se sera condecet capessere.

Ex sententia servus: Qui acceptus est, & placet. Plaut. Capt. 2. 2. 96. Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat potes mittere ad eum, nec qui magis sit servus ex sententia.

Ex sententia amborum fiat. Plaut. Truc. 5. 69. Verum utrique mos geratur, amborum ex sententia fiat, ut rem gratam video: hoc accipiendum est quod datur.

Ex sententia succedere, pro Ad votum. Cic. Ep. ad Brut. 9. extr. Nos te tuumque exercitum expectamus: sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. Idem 12. Fam. 10. Ter. Phorm. 2. 1. 21. Sed satin' omnia ex sententia?

Ex se nimium exhibet negotii. Plaut. Pœn. 1. 2. 30. Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.

Ex se hunc reliquit filium. Plaut. Aulul. prol. 21. Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium.

Ex sese aliud magis habet. Ter. And. 5. 4. 52.

Ex sua quisque parte. Cic. 3. Verr. 123. Se curaturos, ut ex sua quisque parte ne minus dimidium ad Trebonium, &c.

Ex se & ex natura sua. Cic. 1. de Invent. 102. Unaquæque ex se, & ex sua natura simpliciter consideratur.

Ex somno. Cels. lib. 2. cap. 4. Neque unquam in acuta febre, aut a somno non est terribilis nervorum distentio. Timere etiam ex somno, mali morbi est.

Ex somno moliri corpora. Liv. lib. 6. Decad. 4. Affecta labore, ac vigiliis corpora ex somno moliebantur.

Ex sponso agere. Cic. pro Quint. 32.

Ex stirpe arborem excidere. i. e. Stirpitus. Ulp. in l. 1. D. de arb. cæd.

Ex supero. Lucret. lib. 2. 248. i. e. E superiori loco.
Ex supero quum præcipitant, &c.

Ex supervacuo aliquem admonere. Sen. Epist. 64. Liv. lib. 2.

Suspicio ex ipsa re mihi incidit. Ter. And. 2. 2. 21. Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio.

Ex tabella pronuntiare. i. e. Ex scripto. Suet. Claud. cap. 15.

Ex tempore. Cic. 2. Off. 33. Quos credimus expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. Plin. Epist. 27. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Sallust. Jugurth. c. 70. Cetera uti res posceret, ex tempore parare placuit. Cic. 2. de Orat. 246. Illud egregium Sestii, & ex tempore, Manus lava, inquit, & cœna.

Ex tempore aliquo. Cic. 3. Verr. Audimus alium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse. De tabularum confectione loquitur.

Ex illo tempore. Virg. 7. Ecl. 70.
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Ex tempore, Ex temporis conditione. Cic. 3. Off. 32. Unius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus officium ex tempore quæritur.

Ex templo, i. e. Statim. Plaut. Amph. 1. 1. 52. Se exercitum ex templo domum reducturum. Idem Merc. prol. 61. Sese ex templo ex ephebis postquam excesserit. Liv. 1. 6. Ex templo advocato concilio, &c. Cic. 1. de Invent. 59. Affectio est animi, aut corporis ex templo aliqua de causa commutatio, &c.
Est augurale, vide Servium. V. TEMPLUM. H. St. Serv. ad Æn. 1. 96. & 6. 210.

Ex toto, pro In totum. Sen. 3. de Ira, Quædam ex toto evanescent. Sic Plin. lib. 11. cap. 12. Curt. lib. 8.

Ex toto integer. Cels. lib. 3. cap. 3. Rursus aliæ sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas. Integer autem Celso dicitur, qui febre omnino caret, quam integritatem Græci ἀπυρξίαν vocant.

Ex transverso quidam adortus transfigit. Liv. 2. Et lib. 1. Ex transverso impetu facto.

Ex tuto. Liv. 1. Decad. lib. 10. Urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt. Idem 3. Decad. lib. 6.

Ex tunc pœnæ reservatus. Apul. 7. Met.

Ex vano, pro Frustra. Liv. 7. Bell. Pun. Nec spem nec metum ex vano haberet. Idem pro Falso. Idem 3. Bell. Maced. Neque tota ex vano criminatio erat.

Ex verbis tuis. Plaut. Epid. 1. 1. 63. Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas, &c.

Ex veritate celebrare facta alicujus. Tacit. 4. Ann. 31. Nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta imperatorum celebrentur.

Ex vero nomine vocor Robertus. Plaut. Stich. 1. 3. 88.

Ex vero. Macrob. 7. Saturn. cap. ult. Omnia, inquit Eustathius, a Disario & luculente & ex vero dicta sunt. i. e. Vere.

Venire ex gratia in invidiam. Plin. de Viris Illust.

Venire ex longinquo. V. LONGINQUUS.

Ex viribus, &c. Plaut. Merc. 1. 1. 40. Ex summis opibus, viribusque usque experire, nitere, herus ut minor opera tua servetur.

Ex vicini, pro Ex fundo vicini. Figura nota grammaticis, & e Græcis fontibus derivata. Ulp. l. 1. §. 10. D. de aqua pluv. Aquam superficientem ex vicini in suum derivare.

Ex vicino aliquem observare. Columel. lib. 1. cap. 6. Villico juxta januam fiat habitatio, ut intrantium exeuntiumque conspectum habeat. Procuratori supra januam, ob easdem causas: & is tamen villicum observet ex vicino.

Ex vinculis causam dicere. V. Dicere causam, in DICO.

Ex vino vacillantes. Quintil. lib. 8. cap. 3.

Ex voluntate sua nancisci fortem. Cic. 3. Verr. 104.

Valde ex voluntate accidit. Cic. in Pison. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.

Ex animi voluntate id procedit. Lucret. lib. 1. 339.

Ex sua voluntate facere sibi summam pecuniæ. Cic. 2. de Lege Agr. 64.

Ex voluntate alterius ingredi aliquid. Quintil. in procem. lib. 6. a pr. Hæc, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingressus.

Ex voto. Plaut. Stich. 1. 3. 80. Ut decumam partem ex voto Herculi polluceam.

Ex utilitate Reipub. idem quod Ex usu. Cic. 1. de Invent. 68. Leges ex uti-

ex utilitate communi interpretari. Plin. in Paneg. 67. 4. Si bene remp. & ex utilitate omnium rexeris. Plin. lib. 18. cap. 6. Agro empto domum vendendam, inclementer atque non ex utilitate publici status Mago censuit.

Ex unis geminæ nuptiæ. Ter. And. 4. 1. 50. Nam satis credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Ex utraque parte. Lucret. lib. 1. 88.

Cui simul infula virgineos circumdata comptus
Ex utraque pari malarum parte profusa est.

Ex utero. Plaut. Truc. 2. 6. 30.

Quid illi ex utero exitio est, prius quam poterat ire in prælium?

Et vultu cognoscere. Cic. 14. Att. Sed ex vultu & oculis & fronte, ut ajunt, meum erga te amorem perspicere potuisses.

Omnibus ex unus egregius adolescens. Liv. lib. 4. Decad. 5. P. Nasica egregius adolescens omnibus ex unus, quibus hesterna die pugnari placuit. h. e. Unus ex omnibus.

Ex usu. Tacit. 5. Ann. 6. Qui plebem primoribus tradidit ex suo usu.

Ex usu temporis. Tacit. 4. Ann. 5. Quum ex usu temporis huc illuc mearent.

Ex usu tuo est: h. e. In tuam utilitatem. Plaut. Perf. 4. 4. 14. Ex tuo inquam usu est, eme hanc. Ter. Eun. 5. 8. 47. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. Idem Heaut. 1. 2. 9. Hoc scitum est, periculum ex aliis facere tibi quod ex usu fiet.

## E X A

Exacerbo, [παροξύνω] āre. Irritare, ad iracundiam provocare. Suet. Galb. cap. 16. Atque eo quidem nomine omnes qui ubique erant, exacerbavit.

Exacerbata superbia. Liv. 9. Bell. Pun.

Exacerbatur supplicium. Claud. Saturn. in l. aut facta. §. ult. de Pœnis, Nonnunquam evenit ut aliquorum supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus est.

Exacerbatur, absolute. Modest. in l. famosi. par. ult. D. ad legem Jul. majest. Crimine majestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites.

Exacerbatus, a, um. ut, Multitudo exacerbata. Liv. 29. 6. conf. Suet. Tiber. cap. 62. & Vitell. cap. 14.

Exacerbatio, onis. f. Salvian. 4. Gub. p. 116.

Exacerbatrix, īcis. f. Salvian. 3. Gub. p. 91.

Exacerbesco, ĕre. Valde acerbus, i. e. asper, fio; quod ab Exacerbeo, es, fieri constat, [unde?] licet Acerbeo raro inveniatur. Apul. Apol. p. 327. Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

Exacervo, āre. Ammian. 23. 5. Plebs exacervantia in se tela declinans.

Exacesco, acui, [ἐξοξύνομαι] ĕre. Acidum fieri. Columel. lib. 12. cap. 17. de aceto, In dolium vel in amphoras conditur, & ibi finitur fermentari: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacon, [κενταύρειον λεπτὸν] Secunda Centaurii species a Gallis appellata est, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum. Dicitur & Fel terræ, ob insignem amaritudinem. Plin. lib. 25. cap. 6.

Exactio, Exactor, Exactus. V. exigo.

Exăcuo, ui, ūtum, [ἀκονάω] ĕre. Acutum facere. Plin. lib. 34. cap. 14. Quippe quum in exacuendo oleares cotes & aquariæ æque differant.

Exacuere corticem. Varro 1. de R. R. cap. 41. pr.

Dentes exacuere etiam dicitur sus. Virg. 3. Georg. 255.

— dentesque Sabellicus exacuit sus.

Mentem exacuere ad quid. Sil. lib. 7.

Miscetque exacuens varia ad conamina mentem.

Mucronem in aliquos exacuere. Cic. 3. de Legib. 21. Quis unquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret unquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitium exacuisset in nos?

Spicula exacuunt rostris. Virg. 4. Georg. 74.

Vallos exacuere. Virg. 1. Georg. 264.

Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. i. e. Repurgant & reformant in altitudinem pristinam. Servius.

Acetum exacuere. V. acetum.

Aciem oculorum exacuere. V. acies.

Nasturtium exacuit animum. Plin. lib. 20. cap. 13. h. e. Irritat & pungit facultatem animalem quæ in cerebro est. Unde etiam a naribus torquendis dictum, quod sternutamenta excitet.

Animos in bella versibus exacuere. Hor. de Arte Poet. 403.

— post hos insignis Homerus
Tyrtæusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Sapor exacuit palatum. Ovid. 1. de Ponto, 10. 13.

Non tamen exacuet torpens sapor iste palatum.

Exacuunt visum scarabei virides. h. e. Perspicaciorem & magis acutum reddunt. Plin. lib. 29. cap. 6.

Exacuere aliquem, pro Incitare, inflammare. Metaph. sumpta ab iis rebus quæ dum exacutæ sunt, magis pungunt. Cic. 10. Fam. 23. Idem 1. de Orat. 258. Nec magis ad eos deterrendos qui non possent, quam ad vos qui possetis exacuendos accommodavi orationem meam.

Cohortari & exacuere aliquem. Cic. 12. Att. 35. Et si tibi placebit sic agere de Fano, ut cœpimus, velim cohortere & exacuas Cluatium.

Invicem se mutuis exhortationibus exacuere. V. invicem.

Stimulis exacuere aliquem. Claud. de Bell. Gildon. 350.

At juvenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit.

Exacuere aciem oculorum, vel ingenii. Cic. 1. de Legib. 60. Cultumque deorum & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona deligenda & rejicienda contraria.

Exacūtus, a, um. Plin. lib. 18. cap. 18. Latior hæc quarto generi, sed exacutior in mucronem fastigiata. conf. 29. 6.

Exacŭtio, ōnis. f. Plin. lib. 17. cap. 14. Calami exacutio medullam ne nudet.

Exadversum, & Exadverso. V. ex.

Exædifĭco, [ἀνοικοδομέω] āre. Absolvere ædificationem. Cæs. 1. Bell. Civil. 15. Quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exædificaverat.

Exædificare templum Apollini. Cic. 2. Tusc.

Exædificare atque efficere. Cic. 7. Verr. 47. Etenim vel Capitolium, sicut apud majores nostros factum est, publice gratis coactis fabris, operisque imperatis, exædificari atque effici potuit.

Exædificare institutum opus. Cic. 1. de Orat. 164. Non gravêre exædificare id opus quod instituisti.

Mundus divino consilio exædificatus. Cic. 4. Acad. 126.

Exædificare inchoatam ignaviam, per translationem. h. e. Exacervare vel Continuare. Plaut. Trin. 1. 2. 95.

Exædificare, pro Ejicere domo. Plaut. Trin. 5. 2. 3.

Nam exædificasset me ex his ædibus, si absque te foret. Antiquum. [Quin potius jocus Plautinus, & nove dictum.

Exædificatio, ōnis. f. [ἀνοικοδόμησις] Cic. 2. de Orat. 63.

Exædificatus, a, um. [ἀνοικοδομηθεὶς] Cic. 4. Att. 7. Dimensa & exædificata animo domus.

Exæquo, [ἐξισόω] āre. Æquum facere; ut, Exæquare tumulos tumulis, apud Hirt. de Bell. Hisp. 5.

Exæquare ad regulam, pro Exacte conformare. Sen. Epist. 20.

Exæquari bonis. Cic. Post red. in Senat. 22. Propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negotii, quam bonis exæquari.

Exæquari alteri. Liv. 23. 35. Vetus miles tironi, liber voloni sese exæquari sineret.

Exæquare aliquem dignitate cum altero. Cæs. 1. Bell. Civil. 4. Ipse Pompejus ab inimicis Cæsaris incitatus, quod neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat.

Exæquare aliquos. Ovid. 3. Amor. 8. 61.

At nunc exæquet tetricas licet illa Sabinas, &c.

Exæquat omnium dignitatem pecunia. Cic. 4. Att. 14.

Exæquare omnia. Cic. 3. de Fin. 37. Videsne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone & cum Aristone, qui omnia exæquant, esse communem?

Exæquare pretio omnia jura. Cic. 4. Verr. 121.

Exæquare facta dictis: h. e. Paria factis dicta ostendere. Sallust. Catil. c. 3. In primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exæquanda sint.

Nos exæquat victoria cœlo. Lucret. lib. 1. 80.

Exæquor, āri. dep. Lucan. ad Pison. 26.

Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem
Æxæquamur avis. In codd. emend. Exæquamus.

Exæquātus, Partic. Lucret. lib. 5. 1295.

Exæquataque sunt creperi certamina belli.

Exæquato omnium jure. Justin. 43. 1. 4.

Exæquatio, ōnis. f. Vitruv. 5. 12. Liv. 34. 4. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples, &c.

Exæquamentum, i. n. Tertull.

Exæquāliter, Adv. Apul. 2. Met. Cetera corporis exæqualiter ad regulam. Ita Beroald. sed Elmenh. p. 115. Inexplicabiliter.

Exæstuo, [ἀνακυμαίνω] āre. Æstum emittere, & exhalare. Liv. 6. Bell. Pun. Incertæ altitudinis utcunque exæstuat mare. Plin. lib. 37. cap. 2. Exæstuante oceano.

Fundo exæstuat imo. Virg. 3. Æn. 576.

Exæstuare æstus. Lucret. lib. 6. 816.

Hos igitur tellus omneis exæstuet æstus, Exspiretque foras.

Igne magno exæstuat. Lucan. lib. 5. 173.

Læsus exæstuat acrior ignis. Ovid. 13. Met. 867.

Exæstuat mens ira. Virg. 9. Æn. 798.

Improperata refert, & mens exæstuat ira. h. e. Vehementer æstuat.

Unda exæstuat vorticibus. Virg. 3. Georg. 240. conf. Ovid. 13. Met. 867. & 6. 623.

Exæstuans, antis. Partic. ut, Oceanus exæstuans. Mela 3. 2. Curt. 9. 9. 9. Mare exæstuans. Curt. 6. 4. 19.

Exæstuatio, ōnis. f. Solin. cap. 11. Herbesus in medio flumine subita exæstuatione fervescit.

Tralate Nonius 6. 91. in Fervor, Exæstuatio animi.

Exævio, al. Exsævio, īre. pro Desævire, h. e. Desinere sævire. Liv. 30. 39. Consulem Claudium atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adegit. Populonios inde quum pervenisset, stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exæviret. Budæus.

Exaggĕro, [κατακόω, σωρεύω] āre. Coacervare, & in unum veluti aggerem atque acervum cogere. Plin. lib. 19. cap. 8. Exaggerando aliam accumules. V. Curt. 6. 5. 20. Tralate pro Amplificare.

Exornare & exaggerare. Cic. 2. de Orat. 291. Ut boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, &c.

Exaggerare & Extenuare, contraria. Cic. 5. Tusc. 51. Xenocratem illum gravissimum philosophum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cetera.

Verbis exaggerare aliquod beneficium. Cic. pro Planc. 71. At enim nimis ego magnum beneficium Plancio facio, & ut ais, id verbis exaggero.

Injuriam nostram exaggeramus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Oratione exaggerare. Cic. 1. de Orat. 214. Veritus es nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses.

Exaggerare rem familiarem, pro Augere supra modum. Cic. 1. Off. 92.

Exaggerare rem, i. e. Majorem & atrociorem verbis facere. Cic. pro Cæcin. 18. Et quum ipse sextulam nimium suam exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ erciscundæ postulavit. Phædr. Prol. l. 3. 24. Magnas opes exaggerare. Paterc. 2. 129. 2. Quibus juventam Germanici exaggeravit honoribus?

Exaggeranter, Adv. Tertull. de Carne Christi, cap. 19.

Exaggerātus, Partic. [ἐπικεχωσμένος] ut, Exaggeratus virtutibus animus. Cic. in Parad. 6.

Auctæ atque exaggeratæ fortunæ. Cic. 4. in Catil. 19.

Oratio altius exaggerata. Cic. de Clar. Orat. 66. V. Oratio, in oro.

Compar. Gell. 13. 24. Neque ornatius fit, &c. neque exaggeratius.

Exaggeratio, ōnis. f. [ἐπισώρευσις, ἀμβολὰς] Magna coacervatio.
Exaggeratio, per transl. Cic. 2. Tusc. 64. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi & quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, qui maxime eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. conf. Gell. 13. 24.
Exaggerator, ōris. m. Hieron. Epist. 22. cap. 12.
Exagĭto, [διαστροφέω] āre. Vehementer vexare, & agitando commovere. Plaut. Merc. 4. 5. 25. Suppos. Mala bilis cruciat me atque exagitat. Cic. 5. Verr. 228. Non solum arationes, sed etiam sedes suas patrias, istius injuriis exagitati, reliquerant.
Lenire & Exagitare, contraria. Sallust. Catil. cap. 48. Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quam exagitanda videbatur. Ibid. cap. 28.
Exagitare & contemnere dicendi exercitationem. Cic. 3. de Orat. 56. Hanc dicendi exercitationem exagitarent & contemnerent.
Insectari & exagitare. Cic. 1. Att. 13.
Curas exagitare. Lucan. lib. 8. 43.
— tristes præsagia curas Exagitant.
Turba Diania exagitat fures. i. e. Canes exagitant fures. Ovid. 5. Fast. 141.
Exagitant & Lar & turba Diania fures.
Furores exagitare. Catul. 65. 94.
Furor aliquem exagitat. Sen. Thyest. 4.
Littora clamor nauticus exagitat. Lucan. lib. 2. 688.
Lustra exagitare ferarum. Sil. lib. 16.
Manes exagitare. Propert. lib. 2. 8. 19.
Exagitet nostros manes, sectetur & umbras.
Mœrorem exagitare. Cic. 3. Att. 7. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.
Volucres alis Zephyros exagitant. Stat. 3. Theb. 515.
Urbem exagitare clamoribus. Stat. 5. Theb. 97.
Di exagitent me, si quicquam, &c. Jurandi modus. Hor. 2. Serm. 6. 54.
Exagitare rem aliquam, pro Disceptationibus excutere & agitare. Cic. pro Cluent. 100. Exagitabantur omnes ejus fraudes atque fallaciæ: eo vita in ejusmodi ratione versata aperiebatur.
Exagitātus, Partic. [διεστροφημένος] ut, Spoliati & exagitati aratores. Cic. 5. Verr. 119.
Disputationibus aliquorum exagitatus. Cic. in Orat. 12.
Causa alicujus exagitata concionibus improborum. Cic. Post red. in Senat. 16. Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendavit, ut, &c.
Dissensio multos jam annos exagitata. Cic. pro Syll. 70. Omnis Pompejanorum colonorumque dissensio delata ad patronos est, quum jam inveterasset, ac multos annos esset exagitata.
Frenis ora exagitata. Sil. lib. 6.
Lepus aliis exagitatus. Ovid. 3. de Arte Am. 662.
Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent,
Et lepus hic aliis exagitatus erit. Proverbium.
Res exagitatæ & in summam invidiam adductæ. Cic. 1. Fam. 1. Ut in rebus multo ante quam profectus es ab ipso rege, & ab intimis ac domesticis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a Consularibus exagitatis, & in summam invidiam adductis ita versamur.
Exagitātor, ōris. m. [διαστροφεύς] Cic. in Orat. 42. At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur unum.
Exagitatio, ōnis. f. Commotio. a nonnullis Tacito tribuitur. [Adscripsit hanc vocem & H. St. Sed nullo auctore adjecto. Est in Glossario ejus Lat. Græco. Exagitatio, Συγκίνησις.
Exāgium, i. n. Idem quod Examen, sive Examinatio libræ per pondera. V. Vet. Inscript. Rom. Gruter. p. 647. n. 6. ubi Sub exagio pecora vendere, est Appensa ad libram pecora vendere. Gloss. Gr. Lat. ἐξάγιον, pensatio. conf. Lex. Pitisc. Infra hexagium.
Exagōga, æ. m. Qui educit & exportat. Plaut. Truc. 2. 7. 2.
Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones,
Bonorum exagogæ. Al. Hamaxagogæ. At 4. 2. 6. ibid.
— iste dum sic faciat
Domum ad te exagogam. Antiquum.
Exagoga, æ. f. [ἐξαγωγή] Eductio, proventus, reditus. Plaut. Rud. 3. 2. 17.
— Teque oro & quæso, si speras tibi
Hoc anno multum futurum sirpe & laserpitium,
Eamque eventuram exagogam salvam & sospitem. Antiquum.
Exagogen, Evectionem interpretatur Festus.
Exagogica, [ἐξαγωγικά] Vectigalia quædam erant, mercibus ex agricolatione exportatis, sicut Isagogica alia dicebantur, quum importabantur. Horum meminit Cic. pro Lege Manil. V. Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 8.
Exagon. V. evagon.
Exalbesco, [ὠχριάω] ēre. Pallescere, & colorem pristinum in album commutare. Cic. 4. Acad. 48. Siqui fremerent & exalbescerent. Idem 1. de Orat. 121.
Exalbescere metu. Cic. 3. de Orat. 216. Idem 5. de Fin. 31. Ex antiquo poeta versus citatur.
Exalbĭdus, a, um. [ὑπόλευκος] Idem quod Albidus: nisi Ex præp. aliquid minuat. Plin. lib. 24. cap. 19. Folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia. Idem lib. 12. cap. 17. Petunt in Elymæos arborem bratum, cupresso fusæ similem, exalbidis ramis. h. e. veluti Albescentibus.
Vina admodum exalbida. Plin. lib. 23. cap. 1.
Exalbo, [κονιάω] are. Tertul. adv. Marc. 4. 10.
Exalbatus, a, um. [κεκονιαμένος] Tertul. ibid. 4. 8.
Exalburnare, [ἐκμυελόω] Alburnum detrahere. Plin. lib. 16. cap. 40. E reliquis arboribus siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color.
Exalto, [ὑψόω] āre. Extollere. Columel. lib. 3. cap. 13. Paribus alternis omissis spatiis, fenum pedum latitudinis sulcos dirigunt, fodiuntque, & exaltant in tres pedes. h. e. Erigunt. [Inscite, pro Ad altitudinem trium pedum deprimunt.
Exaltatus, a, um. Vulg. Interp. 1. Reg. 2. 1.
Exaltatio, onis. f. Tertul. de Cult. Fœm. cap. 3.
Exaluminātus, denom. ab Alumine: ut, Unio exaluminatus. Plin. lib. 9. cap. 35. Summa laus coloris est, exaluminatos vocari. i. e. Ad colorem aluminis accedentes.
Exambio, īre. Per ambitum assequi, sive eniti: Sicut Eblandiri. Cyprian. lib. 3. Epist. 5. Quum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilo minus conscientiam polluissent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, &c. conf. Symm. lib. 7.
Pass. Arnob. lib. 3. p. 114. Numquid Rex poli libamine aliquo exambitur, aut hostia.
Exambītus, a, um. Partic. Ut Exambita regia. Ammian. 26. 19.
Exāmen, ĭnis. n. [ἑσμός] Nova apum soboles, quam parentes ex suis alvearibus ad novas sedes quærendas exire cogunt. Dicitur quasi Exagmen, ab exigo, vel, ut aliis placet, quasi ἐξάμμα, i. e. Nexus, quod hæ ita uniantur, ut simul ligatæ appareant. Examen, inquit Festus, est Apum congregatio, vel locustarum. Nec solum de apibus, sed etiam de vespis, piscibus, & aliis. Cic. de Senect. 54. Nec vero de segetibus solum, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam & pomariis, tum pecudum pastu & apum examinibus, & florum omnium varietate. Idem 1. Off. 157. Atque ut apum examina, &c.
Stridor examinis. Ovid. 3. Fast. 747.
Audit in exæsa stridorem examinis ulmo.
Apum examen. Juven. 13. Sat. 68.
Avium examina. Liv. & Justin. 25. 2. 8.
Infantium examina. Plin. in Paneg. cap. 26. Adventante congiarii die, observare principis egressum in publicum, insidere vias examina infantium, futurusque populus solebat.
Sic examina servorum. Cic. de Arusp. Resp. 23.
Juvenum recens examen. Hor. 1. Carm. 35. 30.
Mœrorum examina. Arnob. lib. 2. p. 58.
Monachorum examina. Hieron. 2. 16.
Piscium examina. Plin. lib. 31. cap. 1.
Psalmorum. Hieron. 3. 13.
Pullorum examina, de Stirpibus. Lucret. lib. 5. 1363.
Arboribus quoniam baccæ, glandesque caducæ
Tempestiva dabant pullorum examina subter.
Vatum examina. Stat. 5. Silv. 3. 284.
Ite pii manes, Grajumque examina vatum,
Illustremque animam letheis spargite sertis.
Abundare apibus & multo examine. Virg. 4. Georg. 139.
Condunt apes examina. Virg. 2. Georg. 452.
Ducunt novi reges examina prima. Virg. 4. Georg. 21.
Ut quum prima novi ducent examina reges
Vere suo, ludetque favis emissa juventus.
Fugiunt examina taxos. Virg. 9. Ecl. 30. Nam taxis pastæ apes mel amarissimum faciunt. Servius.
Ludunt examina. Virg. 4. Georg. 103.
At quum incerta volant, cœloque examina ludunt,
Contemnuntque favos, & frigida tecta relinquunt:
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Pendet examen ramo frondente. Virg. 7. Æn. 67.
Regere examen. Hor. 1. Epist. 20. 23.
Resonant examina e quercu. Virg. 7. Ecl. 13.
Stridula examina. Claud. de 4. Conf. Hon. 180.
Examen, Stilus est in lance, sive statera, qui eo exit, quo pondus se vergit. Virg. 12. Æn. 725.
Juppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, &c. Æquum examen. Suet. Vesp. extr. Inæquali examine. Plin. lib. 17. cap. 22. Hæc autem bilancis seu stateræ lingua, ab aliis Æquamentum, ab aliis Libramentum, ab aliis Æquilibrium & Trutina dicitur.
Improbum examen in trutina castigare. Pers. 1. Sat. pr. Hic pro Ipso ponderandi actu accipitur. V. Casaub. in loc.
Examen, metaphorice, [ἔλεγχος, ἐξέτασις] Est & æquamentum & Judicii investigatio, inquit Festus.
Vitæ examina poscere. Stat. 3. Silv. 3. 203.
Ipse viam morum, longæque examina vitæ,
Affatusque pios, monituraque somnia poscam. Solin. cap. 1. pr. Examen opusculi. i. e. Censura.
Examĭno, [σταθμίζομαι, ἐξετάζω, ἀνακρίνω] āre. Scrutari, & veluti Ponderare. Plin. Epist. 167. Examina singula verba, & expende. Cic. 2. de Orat. 159. Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.
Herbas pensas examinare. Ovid. 14. Met. 270.
Quove sit in folio, quæ sit concordia mistis
Novit, & advertens pensas examinat herbas.
Pondera verborum omnium diligenter examinare. Cic. in Orat. 26.
Servum examinare. Suet. Aug. 29. 10.
Verum male examinat omnis corruptus judex. Hor. 2. Carm. 2. 8.
Examinare dicuntur apes, i. e. Vernare, quando Examina emittunt. Columel. lib. 11. cap. 14. Ab exortu Vergiliarum ad solstitium examinant alvei.
Examinatio, ōnis. f. hinc, Examinatio civilis apud Jurisconsultos, pro Judicio privato, ac pecuniario. Ulp. l. 1. §. 3. D. de abig. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegit, ad examinationem civilem remittendus est. conf. Vitruv. 10. 8.
Examinator, oris. m. Cassiodor. 6. Epist. 18.
Examinatorius, a, um. Tertull. adv. Gnost. cap. 7.
Examinatus, a, um. [ἐξηκριβωμένος] Cæs. 5. Bell. Gall. 12. Taleæ ferreæ ad certum pondus examinatæ. unde
Superl. apud Augustin. 7. Confess. 6. Examinatissima diligentia nosse.
Examinate, Adv. [ἐξηκριβωμένως] Tertull. de Præscr. cap. 23. Sufficit unicuique examinate credenti.
Compar. apud Ammian. 25. 23. Dum delibetatur examinatius quid fieri deberet.
Examo, [ὑπερφιλέω] āre. Valde amare. Plaut. Truc. 2. 2. 22. Ut ego me ruri jam examaverim, patulum moveri. In correctis codd. legitur, Hamaxari mavelim patalem bovem.
Exampeus, Scythiæ fons. Herodot. lib. 4. Inter Borysthenen & Hypanim flumina, locus est nomine Exampeus, ex quo hic amarus fons ortum habet & nomen.

EXAMPLEXOR, ari. Auth. ad Herenn. 4. c. 52. Tu per Deos hunc examplexare.

EXAMURCARI, [ἐξαμοργεῖσθαι] Oleum dicitur, quando ab amurca repurgatur. Apul. lib. 4. Met. p. 149. Transl. de pelle ursi, Ac dum cœlestis vaporis flammis examurcatur.

EXAMUSSIM, Adv. [ἠκριβωμένως] Regulariter, inquit Festus: vel ut ait Nonius 1. 28. Examinate ad regulam, recte & castigate. Plaut. Men. prol. 50. Ut hanc rem vobis examussim disputem. Idem Amph. 2. 2. 213. Næ ista ædepol, si hæc vera loquitur, examussim est optima. Ibid. Hic examussim rem enarrat. conf. Most. 1. 2. 19. ac f. I. AMUSSIM & ADAMUSSIM.

EXANCILLOR, ari. Tertull. Apol. cap. 17.

EXANCLO. V. EXANTLO.

EXANGELUS, [ἐξάγγελος] Cælio citante, Angelum esse scribit Ammonius eum, Qui extrinsecus quidpiam nuntiat: Exangelum, Qui quæ intus fiunt extimis prodit, quem Diangelum Thucydides vocat. Autangelum, Qui ex se nuntiat, non ab alio missus. V. Henr. Steph. Thes. Gr.

EXANGUIS, al. EXSANGUIS, e. [ἄναιμος] Quod est sine sanguine. Cic. 7. Verr. 29. Ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c. Liv. 3. Bell. Pun. Prope exanguis ruina superincidentium.

Exanguis atque æstuans. Cic. de Arusp. Resp. 2. Attamen ignarus ille qui Consules essent, exanguis atque æstuans se e curia repente proripuit.

Exanguis & confectus. Cic. pro Sext. 79. Quem quum jacentem & concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exanguem & confectum viderent, &c.

Exanguis & mortuus concidit. Cic. in Pison. 88. Quum tu non solum quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti. Auxesis.

Metu exanguis. Ovid. 9. Met. 654.

Visu exangues. Virg. 2. Æn. 212. i. e. Perterrefacti.

Acervi occisorum exangues. Claud. de 4. Conf. Hon. 471.

Animæ exangues, Mortuorum animæ. Ovid. 10. Met. 728.

Artus exangues. Sen. Herc. fur. 6. Lucret. lib. 3. 593.

Catervæ exangues immissa morte. Lucan. lib. 2. 29.

Color exanguis. Ovid. 3. Trist. 1. 55.

Aspicis exangui chartam pallere colore?

Corpora exanguia. Ovid. 3. de Pont. 2. 31.

Corpora debentur mœstis exanguia bustis.

Corpus frigidum, & exangue. Quintil. in Procem. lib. 6.

Corpus exangue reddere sepulcro. Virg. 2. Æn. 542.

Cuminum exangue, quod pallidos homines efficit. Hor. 1. Epist. 19. 18.

— quod si

Pallerem casu, biberent exangue cuminum.

Genæ humore exangues. Cic. 3. Tusc. 26. Lacrymæ peredere humore exangues genas.

Herbæ exangues. Ovid. 4. Met. 267.

Luridus exangues pallor convertit in herbas.

Homo enervatus atque exanguis. Cic. pro Sext. 24.

Horror exanguis. Claud. 2. in Ruff. 130.

Membra exanguia. Sil. lib. 7.

Morbus exanguis. Ovid. 15. Met. 627.

Pallidaque exangui squallebant corpora morbo.

Populus exanguis. Stat. 12. Theb. 22.

Itur in exanguem populum, bellique jacentis Relliquias.

Senectus exanguis. Lucan. lib. 1. 343.

Conferet exanguis quo se post bella senectus?

Tumuli exangues. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 342.

Umbræ exangues. Virg. 6. Æn. 401. i. e. Animæ mortuorum.

EXANGUINATUS, a, um. Vitruv. proœm. lib. 8. Animalia si fuerint sine humoris potestate exanguinata atque exusta.

EXANĬMUS, a, um; & EXANĬMIS, e. [ἔκψυχος, ἔκφορος] i. e. Mortuus & anima carens. Liv. 8. Ut uno ictu exanimem equo præcipitaret. Virg. 1. Æn. 488.

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. V. Curt. 10. 10. 12.

Exanimis, Exterritus, & veluti per animi deliquium consternatus. Virg. 4. Æn. 672.

Audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu, &c.

Pavidus & exanimis. Hor. 2. Serm. 6. 114.

Currere per totum pavidi conclave, magisque Exanimes trepidare.

Artus exanimes. Ovid. 2. Met. 336. Idem 1. Amor. 7. 53.

Exanimes artus & membra trementia vidi.

Bos exanimis. Virg. 5. Æn. 481.

Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.

Corpus exanime. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Lingua exanimis. Ovid. 11. Met. 53.

Pallor exanimis. Stat. 12. Theb. 739.

Umbra exanimis. Ovid. in Ibin, 144.

Vultus exanimes. Lucan. lib. 2. 25.

Decidit exanimis. Virg. 5. Æn. 517.

EXANIMĀLIS, e. [ἀναιρετικός] Quod animam eripit, vel Quod est sine anima. Plaut. Rud. 1. 4. 2.

Ita male vivo, atque ita mihi multæ in pectore sunt curæ exanimales. Idem Bacch. 4. 8. 7.

EXANĬMO, [ἐκπλήττω, ἐκφοβέω, θαυματόω] āre. ab Animo deductum; Perterrere, perturbare.

Ita perterrefacere, ut animam illi auferamus. H. St.

Exanimor, feror, differor &c. Plaut. Cist. 2. 1. 5. Cic. 9. Fam. 15. Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graviter exanimatum fuisse? Idem 8. Fam. 16. & 11. Att. 6.

Exanimare aliquem metu. Ter. Andr. 1. 5. 17.

Oratio hæc me miseram exanimavit metu.

Metuentes verbera exanimantur. Hor. 3. Carm. 12. 3.

Te metus exanimant judiciorum atque legum. Cic. in Parad. 1.

Avidos vicinum funus ut ægros Exanimat. Hor. 1. Serm. 4. 127.

Timentem exanimat. Lucan. lib. 8. 8.

Aliquem exanimare & Inflare, contraria. Hor. 2. Epist. 1. 178.

Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru

Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.

Exanimare, ab Anima, Occidere, necare, anima privare. Curt. 7. 3. 13. Multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes, plurimorumque oculis præcipue perniciabilis fuit. Gell. lib. 3. cap. 15. Anus repente filio viso, copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudii, oppressa exanimataque est. Cæs. 6. Bell. Gall. 15. Nep. 15. 9. 4. Conf. Partic. EXANIMATUS.

Exanimare, & interimere. Cic. pro Milon. 94. Me quidem, Judices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, &c.

Gravi vulnere exanimari. Cic. 2. de Fin. 97. Simulatque ipse gravi vulnere, exanimari videret se, ut primum dispexit, quæsivit, &c.

EXANIMĀTUS, Partic. [ἐκπλαγείς] sive Nomen ex Partic. Timore conturbatus. Cic. 3. Verr. Hæc ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit. Ter. And. 1. 1. 104. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. conf. Sc. 4. 7. Idem Phorm. 3. 3. 31. Quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu.

Dolet exanimatus. Stat. 3. Silv. 1. 48.

Conscientia peccati mutus atque exanimatus ac vix vivus. Cic. 4. Verr. 189. Itaque illum injuriæ metu, conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo.

Nulla conscientia exanimatus. Cic. pro Milon. 62. Pura mente atque integra Milonem nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum revertisse.

Agmina exanimata. Virg. 5. Æn. 805.

Pectora bello exanimata replere. Stat. 4. Theb. 770.

— tu refugas vires & pectora bello Exanimata reple.

Verba exiliter exanimata: quibus opponuntur Inflata & anhelata. Cic. 3. de Orat. 38. Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata gravius. Exanimata, i. e. Efflata, quasi ab exanimatis & pene mortuis edita.

Exanimatus, ab Anima, Mortuus. Liv. 22. 7. Unam in ipsa porta sospite filio repente oblato in conspectu ejus expirasse ferunt: alteram, cui mors filii falso nuntiata erat, mœstam sedentem, ad primum conspectum redeuntis filii, gaudio nimio exanimatam. conf. Suet. Othon. 11. 5.

Corpora exanimata. Lucret. lib. 6. 1254.

Exanimis pueris super exanimata parentum

Corpora nonnunquam posses, retroque videre. conf. Curt. 4. 15. 17.

Exanimatus, Cui animus non adest, i. e. corpore quidem præsens, animo vero absens. Plaut. Cas. 3. 3. 10.

EXANIMABILITER, Adv. Næv. apud Nonium 4. 384.

EXANIMATIO, onis. f. [ἔκπληξις] est Quæ metum subsequitur, & quasi comes est pavoris, ut ait Cic. 4. Tusc. 19. Et 1. Off. 131. Ne in perturbationes atque exanimationes incidamus.

EXANIO, vel EXSANIO, [ἐκσαπίζω] āre. ab Ex & Sanies compos. significat Saniem & virus exprimere. Cels. lib. 5. cap. 27. Sal quoque his, (vulnerib.) præcipueque ei quod canis fecit, medicamentum est, si manus vulneri imponitur, superque id duobus digitis verberatur: exaniat enim. Columel. lib. 12. cap. 47. Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die pondere pressam baccam velut exaniari: tum, &c. Apud Senecam reponitur aliquot in locis a Lipsio. H. St.

EXANTE, pro Ante. Cic. 3. Att. 17. Nuncii tristes venerant exante diem Nonarum Junii. Liv. 45. 2. Supplicatio indicta est exante diem quintum Idus Octob. [Rectius duabus vocib. scribitur Ex ante diem. V. ANTE.

EXANTHEMATA, [ἐξανθήματα] A medicis appellantur Tumores sive Papulæ per totam cutem efflorescentes, præcipue in pueris, idque beneficio naturæ, corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamque exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus Morbillos appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neque pruritum excitant. Vulgo Variolæ dicuntur, quod maculis per totum corpus sparsis, variis cutem inficiant coloribus. V. Cels. 5. 28. §. 15. [Cui tamen alius generis pustulæ sunt.

EXANTLO, [ἐξαντλέω] āre. Exhaurire, a verbo Græco ἐξαντλεῖν, quod Exhaurire significat. Plaut. Stich. 1. 3. 116.

Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo

Sæpe exantlavit submerum scitissime. Al. Exanclavit.

Exantlari, Perfici. Pacuvius Peribœa, Non potest Menalippe hic sine tua opera exantlari clavos. Nonius 4. 855.

Exantlare, Perpeti vel Superare. Accius Amph. Pertolerarem vitam, cladesque exantlarem impatibileis. Lucil. lib. 30. Quantasque modo ærumnas, quantosque labores exantlaveris. ex Non. Cic. 1. Tusc. 118. Idem 2. de Divin. 64.

Tot nos ad Trojam belli exantlavimus annos. Conf. ANCLO.

EXANTLATUS, a, um. Partic. [ἐξαντλημένος] Cic. 4. Acad. 108. Credoque Clitomacho ita scribenti, Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade. conf. Plaut. apud Nonium 4. 155.

EXAPTO, āre. Apul. 11. Met. p. 271. Deo exaptare coronas.

EXAPTUS, Adj. [συνημμένος] pro Valde aptus, vel ut Turneb. exponit, Adverf. 29. 20. Ex aliquo pendens & ligatus. Lucil. apud Nonium 4. 3. Pellicula extrema exaptum pendere onus. Brachia exapta validis lacertis. i. e. Aptata & conjuncta. Lucret. lib. 4. 827.

EXARCHIATRI, [ἐξαρχίατροι] Qui Archiatri dignitate defuncti sunt, in l. 6. C. de Professorib. & Medic. lib. 10. Cod.

EXARCHUS, i. m. [ἔξαρχος] Gloss. Gr. Lat. ἔξαρχοι Proceres, Principes: Exarchi Italiæ, vel Ravennæ, qui ab Imp. Constantinop. in Italiam cum imperio mittebantur. Du Fresne Gloss. Buleng. de Imp. Rom. 8. 84. Panciroll. Not. Dign. Imp. Occid. cap. 1. Novell. Constit. 133. cap. 4. Monasteriorum exarchi. i. e. Inspectores, & gubernatores.

EXARDEO, si, sum, [ἐκπυρόομαι] ēre. Valde inflammatum esse. [Nisi plane commentitium hoc verbum est, subjectaque exempla omnia ad verbum sequens pertinent.] Cic. de Amicit. 78. Nisi quædam admodum intolerabilis injuria ita exarserit, ut neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio, disjunctioque facienda sit.

Acrius exarsit. Cic. 1. de Divin. 66. Inest igitur animis præsagio extrinsecus injecta, atque inclusa divinitus: ea si exarsit acrius, furor appellatur. Ovid. 2. de Arte Am. 354.

Graviter exarſit. i. e. Iratus eſt. Cic. 3. de Orat. 4.
Ad cupiditatem libertatis recuperandæ exarſiſſe. Cic. 11. Philipp. 3.
Ad ſpem libertatis exarſimus. Cic. 4. Philipp. 16.
Contra aliquem exardere. Cic. 3. Tuſc. 83. Contra quorum diſciplinam ingenium ejus exarſerat.
In omni genere amplificationis exardere. Cic. in Orat. 102. Jus omne retinendæ majeſtatis Rabirii cauſa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarſimus.
Exardere in iras. Martial. lib. de Spectac. 9.
Cupidine exarſit novæ formæ. Ovid. 4. Met. 347.
Ira & indignatione exardere. h. e. veluti Excandeſcere. Liv. 5. Bell. Maced. Cic. 4. Verr. 48. Exarſit iracundia ac ſtomacho. Plin. lib. 33. cap. 1. Ovid. 13. Met. 545.
Sibilis vulgi exardere. Cic. 2. Att. 21. Nunc vero ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ vereor ne exarſerint.
Admiratio exarſit. Plin. lib. 37. in proœm. Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis intantum hæc admiratio exarſerit, diximus quadamtenus in mentione auri & annulorum.
Ambitio exarſit magis quam unquam alias. Liv. 5. Bell. Maced.
Cinis exarſit. Suet. Tiber. 74. 3.
Dies exarſit. Martial. lib. 3. 67.
Dolor exarſit, urgere illi ut nos loco moverent. Cic. 2. Q. frat.
Dolor exarſit in imis oſſibus. Virg. 5. Æn. 172.
Ignes exarſere animo. Virg. 2. Æn. 575. i. e. Ira ſubit.
Repente iſta importunitas inauditi ſceleris exarſit. Cic. pro Sylla, 75.
Tota Italia deſiderio libertatis exarſit. Cic. 10. Philipp. 19.
Tempus illud exarſit ad innocentium periculum. Cic. pro Rabir. 13. Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat.

**Exardesco**, [ἐξαναλάπτομαι] ĕre. Ardentem fieri. Cic. 2. de Orat. 190. Nulla materies tam facilis ad exardeſcendum, quæ niſi admoto igni, ignem concipere poſſit. Plin. lib. 13. cap. 25.
Excipere flammam & exardeſcere. Cic. de Aruſp. Reſp. 45. In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum conjiciebatur. Excepi, & pro patria ſolus exarſi.
Ad aliquid, aut ad aliquem exardeſcere. Cic. 3. Verr. 64. Homo ut hæc audivit, ſic exarſit ad id quod non modo ipſe nunquam viderat, ſed, &c. i. e. Amore capi.
Iracundia exardeſcere. Cic. 1. Fam. 9.
Abſol. Capitolin. in Maximino 238. Homo natura ferus ſic exarſit, ut non hominem ſed belluam putares. Sic paulo poſt, Ardentem iracundia. H. St. conf. Dict. præced.
Amor & Amicitia exardeſcit. Cic. de Amicit. 100. Ex quo eorum exardeſcit ſive amor, ſive amicitia.
Exardeſcit ira. Cic. 2. Tuſc. 58.
Exardeſcit admirabilis quædam benevolentiæ magnitudo. Cic. de Amicit. 29.
Belli civilis exarſerunt initia. Paterc. 2. 48. 1. i. e. Exorta ſunt. conf. Nep. 22. 2. 1. Tacit. 2. Hiſt. 38. 2. Certamina exarſere.
Exardeſcere pretia dicuntur, Quæ creſcunt & intenduntur. Suet. Tiber. cap. 34. Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe graviter conqueſtus.

**Exarsus**, a, um. ut Res veſtræ incendio exarſæ. l. 11. Cod.

**Exarēno**, [ἐξαμμόω] āre. Expurgare & arenulas igni vel aliter auferre ex ære, quod quidam Exſquammare dicunt. Plin. lib. 33. cap. 3. extr. Poſtea exarenatur, an ſatis decoctum ſit ſplendore deprehendente, iterumque exhalatur igni, &c. De ære inaurando loquitur.

**Exārbo**, ēre; ſive **Exaresco**, [ἀναίνομαι] ĕre. Aridum eſſe, ſive fieri. [Non videtur, niſi poſterius verbum in uſu fuiſſe.
Exareſcere ex amore. Plaut. Mil. 3. 1. 46. Neque dum exarui ex amore rebuſque voluptariis.
Exaruit diuturna miſeria filius. Cic. 10. Att. 16.
Exaruerunt amnes. Cic. in Piſon. 82.
Sole & vento penitus ſiccari & exareſcere. Columel. lib. 3. cap. 11.
Exareſcere ſiti. Cic. de Clar. Orat. 16.
Silva exaruit. Suet. Galb. 1. 3.
Lacrymæ diuturna miſeria exareſcunt. Cic. 10. Att. 16. Atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miſeria non exaruiſſe.
Lacus & ſtagna licet interdum creſcant, interdum exareſcant, ſuos terminos tamen retinent. Calliſtrat. in l. lacus. D. de acquir. rer. dominio.
Facultas orationis exaruiſſe dicitur. Cic. 9. Fam. 18. Deinde ipſa illa ſiqua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet.
Tranſlate eſt Deficere. ut, Exaruit vetuſtate opinio. Cic. 3. Tuſc. Huic erat illa opinio quotidie recens: quæ tum denique non appellabatur recens, quum vetuſtate exaruit.
Exaruerunt orationes Galbæ. Cic. de Clar. Orat. 82. i. e. Jam non vigent propter antiquitatem quam redolent.
Vetus urbanitas exaruit. Cic. 7. Fam. 24. Vides enim exaruiſſe jam veterem urbanitatem. conf. Plaut. Mil. 3. 1. 46.

**Exarefīo**, [ἐξαυχμοῦμαι] fieri. Idem. ut de fuco marino dicit Plin. lib. 26. cap. 10. Sed omnibus articulorum morbis impoſitus prius quam exarefiat.

**Exargentare**, In pecuniam redigere ſignificat. Ex Alciato.

**Exaridus**, a, um. ut, Status emortuus & exaridus. Tertul. de Reſur. Carn. cap. 30.

**Exarmo**, [ἀφοπλίζω] āre. Armis ſpoliare. Suet. Domit. cap. 15. 6. Minervam quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniavit excedere ſacrario, negantemque ultra ſe eum tueri poſſe, quod exarmata eſſet a Jove. Tacit. 1. Hiſt. 31. Longinum manibus coercent exarmantque.
Exarmare ducem. Stat. 9. Theb. 845.
— turbatos arripit enſe Arcadas, exarmatque ducem.
Legiones exarmare. Tacit. 2. Hiſt. 76.
Exarmare navem, Armamentis ſpoliare. Paulus in l. 2. D. ad l. Rhod. de jactu. Budæus.
Exarmare accuſationem. Plin. lib. 3. Epiſt. 9. metaphoricôs dixit, pro Debilitare & infirmare. Budæus. conf. Pollet. For. Rom. 4. 14.
Exarmare feras, h. e. Dentes, ungues, vel alia noxia membra eis adimere. Unde Exarmatæ beſtiæ, pro Cicuribus & manſuefactis ponuntur. Lamprid. in Heliog. C. 21. Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, &c. Budæus. adde Sil. 1. 411. Exarmantur ſerpentes veneno, Quibus uſus veneni ademptus eſt.
Edentata bellua, Vide in Edento. Male apud Ber. Exarmata fera, Manſuefacta. Nam hoc quidem ex altero ſequitur, ſed interim non idem ſonat. H. St.
Exarmare, pro Mitigare, placare. Sic Mater filium exarmavit. Flor. 1. 22. 3.

**Exarmātus**, a, um. Partic. [ἀφωπλισμένος] ut, Exarmata navis, i. e. Armamentis ſpoliata. Sen. Conſ. ad Helv. extr. Exarmati Leones, i. e. Armis ſuis, ſcil. Unguibus ac dentibus exuti. Lamprid. Heliog. cap. 21. Stat. 3. Theb. 303.
— pallentes agar exarmatus ad umbras.
Æquor exarmatum. Claud. Epigr. 35. de Port. Smyrn.
Hic exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur, & placidam diſcit ſervare quietem.

**Exāro**, [ἐξαρόω, διαχαράττω] āre. Arare, aut Perfecte arare, vel Arando eruere.
Exarare frumentum. h. e. Aratione perficere quantum frumenti producere poſſit ager unus. Cic. 7. Verr. 98. Quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, ut &c. Idem 5. Verr. 45. Eleganter tranſtulit ad cauſam arationis. Hæ literæ, Judices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt. Glebam commoſſet in agro decumano Siciliæ nemo, ſi Metellus hanc epiſtolam non miſiſſet.
Exarare radices. Plin. lib. 17. cap. 18. ex Cat. R. R. c. 61. h. e. Eruere, effodere.
Exarare, per tranſlationem ſignificat Scribere: Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere videntur. Cic. 12. Att. 1. Undecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaravi egrediens e villa ante lucem. Plin. lib. 7. Epiſt. 124. Perquam exiguo temporis momento, idipſum, quod me ad ſcribendum ſollicitaverat, his verſibus exaravi. Cic. 13. Att. 38. Ante lucem quum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi neſcio quid ad te, & ante lucem dedi.
Codicillos exaravit ad ſororem. Suet. Oth. 10. 4.
Librum exarare. Phædr. prol. 3.
Notas exarare. Ovid. 3. de Ponto, 2. 90.
Ad fratrem ſcriptas exarat illa notas.
Senectus frontem rugis exarat. Hor. Epod. 8. 3.
Exarare, Delere: ductum ex more aratri ducendi, dirutis urbibus. Paul. l. 4. §. 4. D. fin. regund. Si dicantur termini dejecti vel exarati, judex, qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Cic. 2. de Legib. 58. Quum multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt. conf. Aro.

**Exaratus**, a, um. ut, Exaratus deus, i. e. Arando effoſſus. Cic. 2. de Divin. 51. Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe deum dicam, an hominem? Et paulo poſt, De Tagete. conf. idem 2. de Legib. 23.

**Exaratio**, ōnis. f. Mart. Capel. lib. 9. p. 204. Ipſius Tagetis exaratio. Sidon. Carm. 9. 335. Iſti exarationi applicari theta.

**Exartuo**, āre. Diſſecare. Cic. 7. Att. 2. V. Boſii Not. in loc.

**Exarticulo**, are. Celſ. [ubi?

**Exarticulatio**, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Gr. ἐξάρθρημα.

**Exascio**, [πελεκίζω] āre. Dedolare, diſponere, dolabra & aſcia parare, nondum tamen expolire. Exaſciatum dicitur Quod jam affectum eſt, quanquam nondum confectum ſit. Vulgo *Esbochare* vocant Gall. artifices. Budæus.

**Exasciatus**, a, um. per tranſlationem, pro Rudi Minerva expolitus dixit Plaut. Aſin. 2. 2. 90. Jam hoc opus eſt exaſciatum. i. e. Jam fieri cœptum eſt.

**Exaspĕro**, [ἀποξύνω, ἐξαγριαίνω] āre. Aſperiorem facere. Plin. lib. 23. cap. 4. Fauces exaſperat, & venena omnia hebetat. Varro 1. de R. R. 52. Id fit e tabula lapidibus aut ferro exaſperata.
Exaſperatæ arteriæ. Plin. lib. 22. cap. 24.
Enſem exaſperare ſaxo. Sil. lib. 4. 19.
Concuſſas Triton exaſperat undas. Ovid. 2. Amor. 11. 27. Idem 5. Met. 7.
Aſſimulare freto poſſis, quod ſæva quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Exaſperare rem verbis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exaſperare, pro Concitare & irritare. Columel. lib. 9. cap. 15. Celſ. 1. 3. Itaque ſiqua ſunt quæ exaſperatura eorum animos ſunt, optimum eſt ea eorum notitiæ ſubtrahere.

**Exasperatus**, a, um. ut, Animi exaſperati. Liv. 28. 25. Ad quorum primum adventum exaſperati animi, mox ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſſi erant, leniti ſunt.
Comprimere, ac ſedare exaſperatos. Liv. lib. 2. Decad. 5. Magis e Republ. viſum erat comprimi, ac ſedari exaſperatos Ligures. conf. Liv. 40. 20. Idem 37. 12. & Curt. 8. 1. 32.

**Exasperatio**, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 2. 16.

**Exasperator**, ōris. m. apud Marc. Empir.

**Exasperatrix**, īcis. f. Vulg. Interp. Ezek. 2. 8.

**Exatio**, vel **Exsatio**, [κορέννυμι] āre. Idem quod Satiare. Liv. 8. 54. Pop. Rom. ne morte quidem P. Scipionis exatiari, niſi & ipſius fama ſepulti laceretur.
Enſes exatiare cruore. Sil. lib. 7. 535.
Corda exatiata cruore. Sil. lib. 16.
Clade domus exatiata. Ovid. 8. Met. 441. De Diana.

**Exatūro**, vel **Exsaturo**, [κορέννυμι, κορέω] āre. Idem quod Saturare.
Exaturare animum alicujus ſupplicio, &c. per tranſlationem. Cic. 7. Verr. 64.
Dolorem exaturare damnis. Stat. 6. Theb. 83.
Exaturavimus tela. Stat. 9. Theb. 14.

**Exaturatus**, a, um. ut, Oculos exaturata. Stat. 6. Theb. 176.
Exaturata libido. Cic. 5. Tuſc. 101. de Sardanapalo,
Hæc habui quæ edi, quæque exaturata libido Hauſit.

**Exaturandus**, [κορεσθησόμενος] Ovid. 5. Met. 19.
Sed quæ viſceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis.

**Exauctoro**, [ἀποστρατεύω] āre. Auctoratum & adſtrictum dimittere, & abire ſinere, & ſuo arbitrio reddere: id quod citra ignominiam fieri poteſt. Liv. lib. 8. 34. Sine commeatu vagi milites in pacato,

cato, in hostico errent, immemores sacramenti, licentia sola se ubi velint, exauctorent. Idem lib. 6. Bell. Maced. Postero die concione advocata de rebus ab se gestis quum disseruisset, milites exauctoratos dimisit. Idem lib. 5. Bell. Pun. Velut exauctoratus morte ducis, ab signis decessit. Ulp. l. 2. §. 2. Dig. interpretatur Exauctorare, Insignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur, ut est apud Lamprid. in Alex. cap. 12. qui de exauctorata una legione loquens, ita inquit, Quum nihilominus post ista fremerent, exclamavit, Quirites discedite, atque arma deponite. mirando exemplo, depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed ad diversoria varia discesserunt. Et paulo post, Eam tamen legionem quam exauctoraverat, &c. loco suo restituit. Ex Budæo. Sed Livii loca, quæ supra afferuntur ad ignominiosam missionem respicere volunt alii. Quemadmodum etiam Trajanus adulterii reum centurionem exauctoravit atque relegavit apud Plin. 6. Epist. 31. conf. Suet. Aug. 24. 4. & quæ mox.

Additur solum interdum ablativus Bello aut Armis: quia per translationem aliis quoque rebus dicitur quis exauctorari. Quintil. Declam. 3. Pater hujus post fractum Jugurtham exauctoratas bellis manus rustico labore subigit.

Exauctorantur proprie Qui solvuntur stipendio, neque tamen dimittuntur: sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis: neque jam legionarii sunt, retinentur tamen, donec emerita solvantur, aut agri assignentur. Hæc Turneb. conf. Lips. de Mil. Rom. Dial. 19. & ad Tacit. 1. Ann. 36. 4. V. etiam Curt. 10. 4. 7. & Suet. Tiber. cap. 30. [Fere Exauctoratio cum Ignominia conjuncta intelligitur, neque cum Missione simpliciter dicta confundi debet. Videntur tamen Veteres hanc differentiam nonnunquam neglexisse, ut hoc posteriore loco Suet. cujus hæc verba sunt, Etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum descriptione. Subaud. Ad senatum referre consuevit.

Exauctorātio, ōnis. f. Vulgo, pro Actu exauctorandi.

Exauctoritas, ātis. f. l. 35. Cod. Theodos. Militans exauctoritatem subibit. De cursu publico.

Exaudio, īvi, ītum, [ἐπακούω, εἰσακούω] īre. Idem quod Perfecte audire. ut, Exaudire vocem alicujus. Varro 1. de R. R. 69. Cic. 4. Att. 8. Dic oro te clarius, vix enim mihi exaudisse videor.

Attendere & exaudire. Cic. in Orat. 189. Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipsos.

Ut idem omnes exaudiant, voce clarissima dicam. Cic. pro Sylla 34.

Quæ exaudio, dissimulare non possum. Cic. 4. in Catil. 14.

Hinnitum equi exaudire. Cic. 1. de Divin. 73.

Pro Annuere. ut, Tacitæ mentis exaudi preces. Sen. Hippol. 4.

Supplicis exaudi preces. Ovid. 13. Met. 856. Idem 2. de Ponto, 9. 5.
Supplicis exaudi, juvenum mitissime, vocem.

Verba exaudi mea. Sen. Hippol. 12.

Voces aliquorum exaudire. Cic. 1. in Catil. 21.

Vota & preces alicujus exaudire dicitur Deus. Virg. 11. Æn. 157.
— & nulli exaudita deorum
Vota, precesque meæ. [Videtur tamen his quoque locis non tam pro Accipere, Admittere preces, ut Ecclesiastici fere utuntur, quam pro simplici Audire positum. q. V.

Exaudio, pro Intelligo. Cels. in l. Lab. D. de supellect. legat. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere.

Exaudire idem ac Haberi. Phædr. 5. prol. Fabulæ exaudiant Adeo fucatæ. al. Et audiant. V. Interpp.

Exaudītus, Partic. [εἰσακουσμένος] Auth. ad Herenn. lib. 2.

Clamores exauditi. Cic. 1. Att. 9.

Monitor non exauditus. Hor. 1. Epist. 20. 14.

Preces exauditæ. Virg. 11. Æn. 156.

Sonitus exauditi. Cic. 1. Att. 14.

Vota exaudita parentis. Stat. 11. Theb. 616.

Vox exaudita per lucos. Virg. 1. Georg. 476.

Vox naturæ exaudita. Cic. 1. de Fin. 71.

Exauditio, ōnis. f. Augustin. de Civ. Dei, 21. 24. pr.

Exaudibilis, e. Idem. Aug. Solil. 1. 1.

Exaugeo, xi, ctum, [ἐπαυξω] ēre. Valde augere. Plaut. Stich. 2. 1. 9. Egenti heræ subveni, benefacta majorum tuorum exauge.

Exaugere animum alicujus. Ter. Heaut. 2. 2. 2. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant: locus, occasio, ætas.

Exaugŭro, [ἐξοιωνίζομαι] āre. Ex sacro profanum reddere: cui contrarium est Inaugurare. Liv. 1. 55. Et ut libera a ceteris religionibus area esset tota Jovis, templique ejus quod inædificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit: quæ aliquot ibi a Tatio rege primum in ipso discrimine adversus Romulum pugnæ vota consecrata, inaugurataque postea fuerant. Inter principia condendi hujus operis, movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos. Nam quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere, &c. conf. Capitol. in Marc. cap. 4. & Lex. Pitisc.

Exauguratio, ōnis. f. [ἐξοιωνισμός] V. exauguro.

Exauspĭco, [ἐξοιωνίζομαι] āre. Plaut. Capt. 3. 5. 108.
Exauspicavi ex vinclis, nunc intelligo
Redauspicandum esse in catenas denuo. i. e. Malo auspicio huc processi, utique qui a vinculis, in quibus eram, initium viæ cepi: propterea redauspicare, h. e. Regredi in catenas, quasi iterum auspicandum, & feliciorem viam inceptandam mihi necesse video.

## E X B

Exbalisto, [ἐκλιθάζω] āre. Balista dejicere, expugnare: tralate Decipere. Plaut. Pseud. 2. 1. 10. Num inimicum ego hunc communem, meum atque nostrorum omnium Ballionem exbalisto lepide? Antiquum, & inusitatum.

Exbĭbo, ĕre. Idem ac Ebibo. Vox Plautina: Calidum exbibit in prandium. Mil. 3. 2. 19.

Exbrŏmo, āre. Purgare, depurare. Apic. 6. 2. Al. Expromare. q. V.

## E X C

Excæco, [ἐκτυφλόω] āre. Idem quod Cæcare, & oculos eruere. Plin. lib. 17. cap. 22. Quidam tunc excæcant eum (viz. palmitem) supina falce auferendo oculos. Idem lib. 20. cap. 18. De papavere.

Excæcare aliquem, per translationem. Cic. 4. Acad. 47. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?

Limus venas excæcat in undis. i. e. Obstruit. Ovid. 4. de Pont. 2. 17.

Excæcatus, Partic. Ovid. 15. Met. 272.
Flumina profiliunt, aut excæcata residunt. i. e. A terra obruta. V. in ipso v. & Burm. ad loc.

Excæcatio, ōnis. f. Arnob.

Excæcātor, ōris. m. Plin. tribuitur in Thes. Lips.

Excalceo, [ὑπολύω] āre. Calceos detrahere. Sueton. in Vitell. cap. 2. Claudium uxoribus libertisque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere a Messalina petiit, ut sibi pedes præberet excalceandos. Martial. lib. 12. 89.
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Excalceor, pro Excalceo, antiquum. Varro Pseudolo, Nam in oppido, quæ est ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceatur. Non. 7. 86.

Excaldatio. Capitolin. in Clod. Albino 213. Atque infantulo ad excaldationes pueriles dicari. H. St. [Miror sane & excaldare verbum, quo Vulcat. in Cassio c. 5. utitur, & Partic. excaldatus, quo sæpe Apicius utitur, pro Excalefactus, vel Aqua calida lotus, & hoc verbale hic omissum fuisse, cum pridem in Lexicis legantur.

Excalefăcio, sive Excalfăcio detracto e ante f, fēci, factum, [ἐκθερμαίνω] ĕre. Vehementer calfacere. Plin. lib. 21. cap. 20. Urinas magis excalefacit, quam crocum ipsum. Ibid. cap. 21.

Excalfacere algores. Plin. lib. 22. cap. 23.

Excalefīo, vel Excalfio, fieri. Plin. lib. 24. cap. 7. Quum quid siccari excalfierive opus sit.

Excalfactio, ōnis. f. [ἐκθέρμανσις] Plin. lib. 31. cap. 9.

Excalfactorius, Adj. [θερμαντικός] ut, Excalfactoria rosa, Quæ excalfacit. Plin. 21. 18. Et Excalfactoria vis. Idem 23. 4.

Excalpo, vel Exscalpo, psi, ptum, [ἐκγλύφω] ĕre. Idem quod Scalpere. Cato de R. R. cap. 18. de ædificatione torcularis, Arbores crassas pedes duos, altos pedes novem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex.

Excalpere signum ex molari lapide. al. Exsculpere. Quintil. 2. 19.

Excandefăcio, [ἐκπυρόω] ĕre. Aliquid ita incendere & inflammare, ut candens videatur.

Excandefacere annonam macelli, per metaphoram. Varro 3. de R. R. cap. 2. i. e. Incendere & reddere cariorem.

Excandesco, ui, [ἐκπυρόομαι, θυμόομαι] ĕre. Vehementer incendi, inflammarique. Cato de R. R. cap. 95. Nam si in tecto coquas, quum bitumen & sulphur additum est, excandescet.

Excandescere, transfertur etiam ad Iram, quod ea velut igne animus incendatur. Columel. lib. 7. cap. 12. Ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. Cic. 8. Fam. 12. Id postquam rescit, excanduit. Plin. lib. 4. Epist. 90.

Ira excandescere. Cic. 4. Tusc. 43. Hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo.

Verbis excandescere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Excandescentia, æ. [θύμωσις] ab Apulejo de Dogm. Platonis, appellatur Ea animi pars, quæ irritabilis est, habens domicilium in corde, quam alio nomine Irascentiam nominant. Cic. 4. Tusc. 21. Excandescentia autem sit ira nascens, & modo existens, quæ θύμωσις Græce dicitur.

Excanto, [κατᾴδω, κατεπᾴδω] āre. Idem quod Incantare. Plin. lib. 28. cap. 2. Qui fruges excantasset.

Excantare, i. e. Cantionibus e loco aliquo evocare. Propert. 3. 2. 49.
Ut per te clausas sciat excantare puellas. &c. Hor. Epod. 5. 45.
Quæ sidera excantata voce Thessala,
Lunamque cœlo deripit.

Excantare, significat Excludere, inquit Nonius. Plaut. Bacch. Frag. 3. 39. Nam credo cuivis excantare cor potest. Lucil. Sat. lib. 2. Quæ ego nunc Æmilio præcanto, atque exigo, atque excanto. Varro Eumenidibus, Ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt.

Excantatio, ōnis. f. Apul.

Excantator, ōris. m. August.

Excarnifĭco, [ἐξαικίζω] āre. a Carnifice. Sueton. in Vitell. c. 17. Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. Cic. 3. de Nat. Deor. 82. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

Excarnificare, per translationem Excruciare. Ter. Heaut. 4. 6. 9.
Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

Excarnificatus, Partic. V. in ipso verbo.
Excarnificatus animus. Seneca 3. de Ira, cap. 4. H. St.

Excarnificātor, ōris. m. August.

Excăvo, [ἐκκοιλόω] āre. Idem quod Cavare. Cic. 6. Verr. 62. Erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata, cum manubrio aureo. Varro 3. de R. R. cap. 5. Et natatilia sunt excavata anatum stabula. Plin. lib. 10. cap. 33.

Excavatio, ōnis. f. [κοίλωσις] Sen. 4. Nat. Quæst. Stillicidii casus lapidem cavat: & hæc ipsa excavatio rotunda fit.

Excēdo, ssi, ssum, [ἐκχωρέω, ἀποχωρέω] ĕre. Egredi significat, teste Festo.

Abire, excedere, evadere, erumpere. Cic. 2. in Catil. 1. Abiit, excessit, evasit, erupit: nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur.

Excedere acie, prælio, vel e prælio, & ex acie. Liv. 4. 24. Cæs. 4. Bell. Gall. 18.

Cælo excedit Lucifer. Ovid. 11. Met. 571.

De pectore notæ excessere. Ovid. 6. Met. 670. Al. Effluxere.

E medio. i. e. Mori. Ter. Phorm. 5. 7. 74. — Bono animo es,
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Quum e medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.

Ex loco. i. e. Abire. Ter. And. 4. 5. 21.
Mane, cave quoquam ex isthoc excessis loco.

E via, vel Ex via. Cæs. 5. Bell. Gall. 19.

Ex urbe excedere. Cic. 1. Philipp. 9. Turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus excederet.

E corpore animus excedit. Cic. 1. Tusc. 29.

Ex corde cura. Ter. Hec. 3. 2. 12.
Ex ephebis. Idem And. 1. 1. 24.
Ex pueris. Cic. pro Arch. 4.
E memoria. Liv.
E vita, vel Vita. pro Mori. Cic. de Clar. Orat. 562.
E vita, & Manere in vita, contraria. Cic. 3. de Fin. 60.
Excedere extra. Cic. de Univerf. 14. Sic in omni mundo partes omnes collocatæ funt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra. Al. Excideret.
Domo. Cæf. 4. Bell. Gall. 14. Nam cum omnibus fuis domo exceffe-rant, Rhenumque tranfierant.
Finibus fuis. Cæf. 4. Bell. Gall. 18. Cic. 8. Fam. 32. Finibus meæ provinciæ nunquam exceffi.
Foribus excedere. Ovid. 4. Met. 85.
In locum excedere. Cic. in Salluft. 18.
In magnum certamen res exceffit. Liv.
Muros patrios excedere. Lucan. lib. 1. 492.
Patria excedere. Virg. 1. Æn. 361.
Peftes excedunt. Virg. 6. Æn. 737.
Pugna excedere. Virg. 5. Æn. 380.
Regione viarum excedere. Virg. 2. Æn. 737.
Regnis exceffit avitis. Virg. 3. Georg. 228.
Roma excedere, vel Italia. Liv. 2. ab Urbe. Cæf. 1. Bell. Civil. 27.
Sedibus nefandis excedere. Stat. 11. Theb. 695.
Tectis excedere. Ovid. 9. Met. 148.
Terra fcelerata excedere. Virg. 3. Æn. 60.
Urbe excedere. Cic. ad Brut. 15.
Urbem excedere. Liv. 2. 37. extr. Factoque S. C. ut Urbem excederent Volfci.
Excedere, Exfuperare, de tempore dictum, ut, Quatuordecim dies ubi morbus exceffit. Celf. lib. 3. cap. 23.
Exceffit annos decem. Columel. lib. 6. cap. 21. Plin. Epift. 25. Annum tertium & octogefimum exceffit in altiffima tranquillitate.
Excedunt in eum annum: h. e. Reducuntur, & veluti excedentia transmittuntur ex uno anno in alium. Liv. 30. 26. Hæc eo anno in Africa gefta. Infequentia excedunt in eum annum, quo M. Servilius Geminus, qui tum Magifter Equitum erat, & T. Claudius Nero coss. facti funt.
Fidem excedit impudens cura, qua &c. Plin. lib. 28. cap. 5. Ovid. 7. Met. 166. Exceffitque fidem meritorum fumma tuorum.
Libræ excedunt quadragenos denarios. Plin. lib. 13. cap. 3. de unguentis.
Libras in modium vicenas non excedunt. Plin. lib. 18. cap. 5.
Magnitudinem fabæ excedit. Plin. lib. 12. cap. 5.
Metum exceffere mea bona. Ovid. 6. Met. 197.
    Major fum quam cui poffit fortuna nocere.
    Excesfere metum mea jam bona.
Modum excedere. Liv. 3. Idem 6. Bell. Pun. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia affimulata, admirationis humanæ in eo juvene exceffferant modum.
Nubes excedit olympus, i. e. Cœlum eft fupra nubes pofitum. Lucan. 2. 271.
Officium excedere. Plin. Epift. 264.
Pudorem juftum excedere. Stat. 5. Silv. 5. 5.
    Dicor & in lacrymis juftum exceffiffe pudorem. [i.e. modum, quem pudor præfcribit.
Senfum aurium excedit. Plin. lib. 2. cap. 3.
Excedere, pro Exire, quod Gallice dicitur, *Sortir hors.* Celf. lib. 7. cap. 14. de vitiis umbilici, Neque id fatis eft, fed alvus quoque ei ducenda eft, quo facilius omnia quæ exceflerunt, intra alvum confidant.
Excedere erat verbum Arenæ. Et Excedere dicebatur Gladiator, Qui vitabat petitionem adverfarii. Cic. 1. Catil. 15. Parva quadam declinatione &, ut ajunt, corpore exceffi tuas petitiones ita conjectas, ut vitari non poffe viderentur. Lipf. 2. Saturn. 20. conf. EXIRE.
Excedere pro Oblivifci. Sil. lib. 15. 35. — palude
    Mœonius Stygia lacus exceffere Padusque. V. & Brœkhuf. ad Tibull. lib. 3. 1. 20.
Excedere, abfolute, pro Mori. Cic. Poft red. in Senat. 7. Quo quidem tempore quum is exceffiffet qui cædi & flammæ vobis auctoribus reftiterat, &c.

**Excessus**, ûs. m. [ἀποχώρησις] ut, Exceffus e vita. Cic. 3. de Fin. 60.
In his & exceffum e vita, & in vita manfionem. Idem 1. Tufc. 29.
Exceffus, abfolute, pro Morte vel Exceffu ex hac vita pofitum invenitur. Cic. 1. de Legib. 3. Certe non longe a tuis ædibus inambulans, poft exceffum fuum Romulus Julio Proculo dixit fe deum effe.
Exceffus vocabulum Alciatus in Parergis monuit, veteres pro Digreffione quadam accipere: vel quum quis altius rem petit: vel quum capta occafione aliquid extra argumentum dicitur. Ufus eft Marcell. in l. jam dubitari non poteft. D. de hæred. inftit.

**Excello**, ui, fum, ĕre. eft ut ait Feftus, In altum tollere. [Immo Extollere id eft. Verumtamen apud Feftum neutrum legitur.
An a Κέλλειν; vide Ἐξοκέλλειν, vide apud ἐξώκειλαν. H. St. Videtur ad ea, quæ ad Thef. Græc. fuum forfan notarat, remittere lectorem.
Excellere, [διαφέρω, προέχω, ὑπερέχω, ἐξέχω] Præftare, antecellere, eminere. Cic. 1. de Divin. 91. Telmeffus in Caria eft, qua in urbe excellit harufpicum difciplina. Idem de Amicit. 75. Non enim tu poffis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliffimos perducere.
Excellere & præftare. Cic. pro Planc. 60. Eft enim in virtute multis afcenfus, uti is gloria maxime excellat qui virtute plurimum præftat.
In gloria effe, & excellere. Cic. 1. de Divin. 38. Ut igitur nunc minore gloria eft, quia minus oraculorum veritas excellit: fic tunc nifi fumma veritate in tanta gloria non fuiffet. De oraculo Delphico.
Excellere fuper omnes alios. Liv. 8. Bell. Pun.
Multum excelluit. V. MULTUS.
Excellere in re aliqua. Cic. de Amicit. 75. Idem 1. Acad. Præfertim quum & ipfe in eo excellas.
Longe aliis excellere in aliqua re. Cic. 2. de Orat. 216.
In aliquo genere virtutis excellere. Cic. 11. Fam. 21.
In fcientia excellere, pulchrum. Cic. 1. Off. 18.
Excellere inter aliquos, cui opp. cum iisd. æquari. Cic. 1. de Invent. 2. Ut inter quos poffet excellere, cum iis fe pateretur æquari.
Inter omnes unum excellere. Cic. in Orat. 6. In Oratoribus vero, Græcis quidem, admirabile eft quantum inter omnes unus excellat.
Præter ceteros in aliqua re excellere. Cic. 2. de Orat. 216.
Excellere ceteris, i. e. Excedere ceteros, vel Præftare ceteris. Cic. pro Lege Manil. 39. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus, &c.
Excellere animo. Cic. 4. de Fin. Confilio. 1. Att. 12. Ingenio. 1. Off. 71. Dignitate. Cæf. 6. Bell. Gall. 12.
Dignitate ceteris excellere. Cic. pro Lege Manil. 41. Ut is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par effe videatur.
Fama bona excellere. Lucret. lib. 6. 13.
Ingenio fcientiaque excellere. Cic. 4. Acad. 4.
Excellere opibus. Liv. 4. Bell. Maced.
Rebus omnibus excellere. Lucret. lib. 1. 28.
Pluribus rebus excellere. Cic. de Clar. Orat. 84.
Excellere, etiam in malam partem accipitur. Cic. in Pifon. 94. Quæ cum ita fint, non dubito quin, quum hæc, quæ excellunt, me noffe videas, non exiftimes, mediam illam partem & turbam flagitiorum tuorum mihi effe inauditam.
Vitiis excellere. Cic. 1. de Legib. 51. V. EXCELLENS Compar.

**Excelleo**, ēre. dixerunt veteres. Sic Macer apud Diomed. Cum laude excelleat omnes. Cic. apud Prifcian. Effice & elabora, ut excelleas.

**Excellens**, Partic. [προέχων, ἐξέχων] Cic. 1. Fam. 7. Virum enim excellentem, & tibi tua præftanti in eum liberalitate devinctum &c.
Excellens & præftans. Cic. 1. de Nat. Deor. 56. Pie fancteque colimus naturam excellentem atque præftantem.
Perfectum & excellens. Cic. in Orat. 266. Ut igitur in formis & figuris eft aliquid perfectum & excellens, cujus ad excogitatam, &c.
Excellens omnibus vir. Cic. 3. de Fin. 29.
Inter tot æquales unus excellens Galba fuit. Cic. de Clar. Orat. 333.
Excellens omni genere laudis. Cic. 1. Acad. 12.
Excellens animo & forma. Plin. lib. 24. cap. 17.
Excellens amicitiæ gloria. Cic. de Amicit. 5.
Ore excellens, i. e. Eloquens. Sil. lib. 1.
Rerum omnium præftantia excellentes dii. Cic. 2. de Divin. 129.
Animo & virtute excellenti homo. Cic. pro Arch.
Ars & venuftas excellens. Cic. pro Arch. 17.
Excellenti gratia homines ad conficiendas centurias. Q. Cic. de Petit. Conf. 25.
Excellens ingenium. Liv. 2. Ingeniis excellentibus præditi homines fpe gloriæ excitantur. Cic. 2. de Fin. 43.
Muliebris formæ pulchritudo excellens. Cic. 2. de Invent. 1.
Excellens & fingularis fcientia. Cic. 4. Fam. 3. Tuæ fcientiæ excellenti ac fingulari non multo plus, quam noftræ relictum eft loci.
Tumulus civitatis excellens. Cic. Anteq. iret in exil. 24. Dii deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis fedem Capitolii in faxo incolitis conftitutam, &c.
Compar. Nep. 7. 1. Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtute.
Superl. Cic. 1. de Nat. Deor. 4. Atque haud fcio an pietate adverfus deos fublata, fides etiam & focietas generis humani, & una excellentiffima virtus juftitia tollatur.

**Excellentia**, æ. [ἐξοχὴ, ὑπεροχὴ] ut, Excellentia & magnitudo animi. Cic. 1. Off. 17.
Excellentia & præftantia. Cic. 1. Off. 97. Nobis autem perfonam impofuit ipfa natura, magna cum excellentia præftantiaque animantium reliquorum.
Hominis excellentiæ confentaneum. Cic. 1. Off. 96.

**Excellenter**, Adv. [ἐξόχως] Cic. 1. Off. 61. Quæ magno animo, & fortiter, excellenterque gefta funt.
Audere excellentius nefcio quid. Lucan. ad Pifon. 240. [Nifi Partic. eft.

**Excelsus**, Partic. [ὑψηλὸς, ὑψίλοφος, ὑψίπετης] Magnus, altus. ut, Rupes excelfa. Lucan. lib. 3. 88.
Excelfus & altus. Cic. 2. Tufc. 11. Te natura excelfum quendam videlicet, & altum, & humana defpicientem genuit.
Ab æde excelfa profpectare. Ovid. 15. Met. 842.
Ibes aves excelfæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 102.
Bafis excelfa. Cic. 6. Verr. 74.
Excelfiffimum vifcerum, cerebrum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ab excelfa præceps delapfa feneftra. Tibul. lib. 2. 6. 39.
Mons excelfus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Nemus excelfum. i. e. Quod excelfas habet arbores. Sen. Troad. 3.
Porticus excelfa. Cic. 4. Att. 15.
Tecta excelfa. Ovid. 16. Epift. 57.
Turris excelfa. Sil. lib. 13.
Vertex excelfus montis. Virg. 5. Æn. 35.
Excelfus & magnificus animus. Cic. 1. Off. 79. Omnino illud honeftum, quod ex animo excelfo magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus.
Magnus & excelfus homo. Cic. pro Muren. 60. Finxit enim te natura ad honeftatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinemque animi, juftitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelfum.
Grandis & excelfus orator. Cic. in Orat. 119. Quem etiam, quo grandior fit, & quodammodo excelfior, ut de Pericle dixi fupra, ne Phyficorum quidem effe ignarum volo.
Amplus & excelfus animus. Cic. 1. de Invent. 106. Sextusdecimus eft, per quem animum noftrum in alios mifericordem effe oftendimus, & tamen amplum & excelfum, & patientem incommodorum effe, & futurum, fi quid acciderit, demonftramus.
Excelfus & illuftris locus. Cic. 2. Fam. 4. Vel quod excelfo & illuftri loco fita fit laus tua, &c.
Excelfus, illuftris, & clarus locus. Cic. in Somn. Scip. 2. Oftendebat autem Carthaginem de excelfo, & pleno ftellarum, illuftri & claro quodam loco.
In excelfum emicant rami. Plin. lib. 12. cap. 5.
In excelfo collocare fimulacrum aliquod. Cic. 3. in Catil. 20.
In excelfo pofita ftatua. Cic. 6. Att. 1.
Compar. Gell. lib. 1. Tanto fuiffe Herculem corpore excelfiorem.
Superl. Plin. lib. 10. cap. 6. Nidificant enim in excelfiffimis rupibus.

**Excelsitas**, ātis. f. [ὕψος] Altitudo. Plin. lib. 21. cap. 5. Nec ulli florum excelfitas major. De lilio. Idem lib. 36. cap. 5.

Excelfitas

Excelſitas animi, pro Magnitudine. Cic. 3. Off. 24. Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo, &c. Alii legunt, Celſitas.
In excelſitatem naſcitur. Plin. lib. 16. cap. 36.

Excelse, ius, iſſime. Adv. [ὑψοῦ, ὑψόθι, ὑψόσε] h. e. Alte & in ſublime. Columel. lib. 4. cap. 1. Si modo ſcandit excelſius, plus alimenti, terræque deſiderat.
Excelſe & Magnifice. Cic. in Orat. 119. Omnia profecto, quum ſe a cæleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius, magnificentiusque & dicet & ſentiet.

Excendo. V. Exscendo.

Exceptio, Excepto, Exceptus. V. Excipio.

Excerebro, are. [ἐξεγκεφαλίζω] Gloſſ. Gr. Lat. Excerebratus novo vino. Tertul.

Excerno, crēvi, crētum, [ἐκκρίνω, ἀποκρίνω] ĕre. Extra cernere, Purgare. Columel. lib. 2. cap. pen. Itaque in area detrita frumenta ſic aggerenda, (al. Aggeranda) ut omni flatu poſſint excerni. i. e. Expurgari, & ventilari. Idem lib. 8. cap. 4. Furfures a farina excreti. Celſ. lib. 4. cap. 1. Quoniam portæ modo, in inferiores partes ea, quæ excreturi ſumus, emittit. conf. Vitruv. 7. 6.

Excretio, ōnis. f. ut, Purulentæ excretiones. Plin. 27. 12. Sed ibi Harduin. legit, Exſcreationes.

Excrētum, i. n. [ἔκκριμα] Quod excerniculo pro immundo ſeponitur. Columel. lib. 8. cap. 4. Ubi annona eſt carior, excreta tritici minuta commode dantur gallinis.

Excrementum, i. n. [περίττωμα] Purgamentum & ſtercus. Unde Plin. lib. 10. cap. 43. ſcribit quod quia corvus excrementis calceamenta fœdaverit, a mancipe proximæ ſutrinæ exanimatus ſit.
Oris excrementum. Tacit. 4. Hiſt. 81. Precabaturque principem ut genas, & oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento.

Excerpo, pſi, ptum, [ἐκλέγομαι, ἐξαιρέομαι H. St.] ĕre. Secernendo extrahere. Ter. Phorm. 4. 4. 17. Tu id quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt. Cic. 3. Off. 3. Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolum ex malis eligere minima oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis ſiquid ineſſet boni.
Excerpere & libare. Cic. 1. de Invent. 4. Omnibus in unum coactis ſcriptoribus, quod quisque commodiſſime præcipere videbatur, excerpſimus, & ex variis ingeniis excellentiſſima quæque libavimus.
De aliquo numero aliquid excerpere. Cic. 2. de Orat. 47.
Numero aliquorum ſe excerpere. Hor. 1. Serm. 4. 40.
Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poëtas,
Excerpam numero.
Excerpere ſe vulgo. Sen. Epiſt. 5. Hominum conſuetudini excerpere, pro Eximere.

Excerpens, Partic. [ἀπολέγων] Hor. 2. Serm. 3. 272.
Quid? quum Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes, &c.

Excerptio, ōnis. f. Gell. 17. 21. Nunc excerptiones noſtras curſim digeſſimus.

Excerptor, ōris. m. Invenitur in inſcriptione Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 104. L. AVRELIVS MARCELLIANVS AVG. LIBERTVS. EXCERPTOR. V. S. L. M.

Excessus. V. Excedo.

Excētra, æ. [ἔχιδνα] dicta eſt Hydra ſerpens. Serv. in Virg. 6. Æn. 287. Hydram dicit, ſerpentem immanis magnitudinis, quæ fuit in Lerna Argivorum palude. Sed Latine Excetra dicitur, quod uno cæſo, capita tria excreſcebant. Plaut. Perſ. 1. 1. 3. Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, cum apro Ætolico, cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim, quam cum amore. Cic. 2. Tuſc. 22.
Eſt & Convicii nomen in quemvis ſceleſtum & odioſum. Liv. 39. 11. Illius excetræ delinimentis & venenis imbutum nec parentis, nec vitrici nec Deorum verecundiam habere. Plaut. Pſeud. 1. 2. 82. En excetra tu!

Exchalcio, [ἐκχαλκόω] āre. Ære ſpoliare, ac nummos auferre. Porphyrio in Hor. 1. Serm. 8. 39. Voranus, inquit, Q. Lutatii Catuli libertus, omni loco, omni tempore furaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiam illud traditur: quum deprehenſus a nummulario eſſet, de cujus menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarcierat: quidam jocans, Belle, inquit, te nummularius ille exchalciavit, cum aſpiratione ſcilicet ſecundæ ſyllabæ: ſimul ut Chalcon, i. e. Æs ablatum ex calceamento objiceret. Meminit & Cœl. lib. 19. cap. 9.

Excĭdo, ĭdi, [ἐκπίπτω] ĕre. ab Ex, & Cado, ſignificat veluti Ex ſublimi in declivem locum cadere. Plaut. Pœn. 1. 2. 48. Huic excidit lingua, ut ego opinor.
Excidere & elabi. Cic. 1. in Catil. 16. Quoties jam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo, & elapſa eſt.
Excidere & fluere. Cic. 12. Philipp. 8. Excident gladii, fluent arma de manibus.
Excidere aliquid alicui dicitur, quando Obliviſcitur alicujus rei. Cic. 2. de Legib. 16. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi illa exciderant. Martial. lib. 1. 97.
Quæris quis hic ſit? excidit mihi nomen.
Excidit & Inſidet cogitatio, contraria. Cic. 5. Fam. 13. Quæ cogitatio, quum mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) vi tamen, &c.
Excidere alicui. Ovid. 2. Epiſt. 105.
Utque tibi excidimus, nullam puto Phyllida noſti. i. e. Sic te arbitror oblitum mei, ut amplius non noris.
Excidit, Qui memoria labitur. Quintil. lib. 11. Nam etiam excidentes, unius admonitione verbi in memoriam reponuntur.
Animo excidit cauſa. Virg. 1. Æn. 30.
Necdum etiam cauſæ irarum, ſævique dolores
Exciderant animo.
Ævo primo excidere. i. e. Mori. Propert. lib. 3. 7. 7.
Auſis magnis excidere. Ovid. 2. Met. 228.
Cælo excidit dies. Sen. Thyeſt. 1.
Cælo exciderunt fulmina. Sil. lib. 7.
Cura mei tibi excidit. Ovid. 2. de Ponto, 10. 8.
Curru exciderat. Ovid. 6. Faſt. 743.
Dolori noſtro excidit modo vindicatus Nero. Plin. in Paneg. 53.
E corpore excidunt ſagittæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 126. Capras autem in Creta feras, quum eſſent confixæ venenatis ſagittis, herbam quærere quæ Dictamnus vocaretur, quam quum guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore.
E mundo excidere ſol videtur. Cic. 9. Att. 12.
Ex utero elapſum excidit animal. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
Ex hac familia excidi. Plaut. Men. 4. 2. 104.
— Dii vos perdant: properabo ad forum:
Nam ex hac familia me plane excidiſſe intelligo.
Fine excidit. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Ingenium excidit tantis malis. Ovid. 1. Triſt. 1. 48.
Ingenio alicujus excidere. Ovid. 2. Amor. 1. 18.
Excidit ingenio Juppiter ipſe meo. i. e. Oblitus ſum Jovis.
In vitium libertas excidit. Hor. de Arte Poet. 282.
In pedem ſagitta. Plin. lib. 25. cap. 6.
In via. Cic. 2. Att. 23.
Inchoata & rudia exciderunt. Cic. 1. de Orat. 5.
Memoria hujus rei excidit, vel Hæc res excidit e memoria. Liv. 9. Bell. Pun. Ibid. lib. 7.
Senſibus ereptis mens excidit. Catull. 64. 25.
Nomen tuum pene mihi excidit. Ovid. 4. Triſt. 5. 10.
Oratio mihi excidit. Cic. 2. Verr. Iſti color immutatus eſt: vultus, oratio, mens denique excidit.
Ore nefas excidit. Virg. 2. Æn. 658.
Ore ſcelus excidit. Ovid. 7. Met. 172.
Officium mihi excidit. Ovid. 5. Faſt. 315.
Pietas excidit. Ovid. 1. Triſt. 5. 14.
Spes excidit. Ovid. 6. Faſt. 393.
Verbum fortuitu excidit. Cic. 10. Philipp. 6. Al. Fortuito.
Verbum ex ore excidit, Elapſum eſt, per incogitantiam prolatum eſt. Cic. pro Sylla 72. Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam poſſit offendi?
Victoria e manibus excidit. Cic. ad Brut. 10. Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret e manibus.
Vinclis excidere, pro Effugere. Virg. 4. Georg. 410.
Vox excidit ore. Virg. 6. Æn. 686.
Vultus deo excidit. Ovid. 2. Met. 602.
Uxore excidit. Ter. And. 2. 5. 12. Herus quantum audio, uxore excidit. i. e. Non dabitur ei illa in uxorem.
Excidere ab aliquo, pro Diſſentire, ut ait Nonius. Lucil. lib. 28. Ego ab Archilocho excido.

Excidium, i. n. Occaſus. Prudent. in Apoth. 627.

Excīdo, īdi, īſum. [ἐκτέμνω] ĕre. ab Ex & Cædo.
Arborem excidere. Cic. 15. Att. 4.
Arborem ex ſtirpe excidere, i. e. Stirpitus. Ulpian. in l. 1. D. de arb. cædend.
Columnas excidunt rupibus. Virg. 1. Æn. 433.
Lapides excidere ex terra. Cic. 2. Off. 13. Eademque ratione nec lapides ex terra exciderentur ad uſum noſtrum neceſſarii, nec ferrum, &c.
Lucum excidere. Cic. 7. Fam. 21.
Excidere malum. Cic. ad Brut. 4. Neu ſemper primi cujusque mali excidendi cauſa ſit, ut aliud renaſcatur illo pejus.
Silvas excidere. Lucret. lib. 5. 1065.
Stagnum excidere in petra. Columel. lib. 8. cap. 17. Id autem ſtagnum vel exciditur in petra: cujus rariſſima eſt occaſio: vel in litore conſtruitur, opere Signino.
Oppugnare, excidere, incendere ædes. Cic. pro Sext. 95. Ille qui monimenta publica, qui ædes ſacras, qui domos inimicorum ſuorum oppugnavit, excidit, incendit.
Excidere manibus ſuis patriam. Plaut. Trucul. 2. 6. 51.
Verba excidere. Cic. pro Domo ſua, 104.
Excidere & evertere urbem. Cic. pro Sext. 35. Quum omnes nondum urbem exciſam & everſam, ſed jam captam atque oppreſſam videremus.
Ex animo excidere. Cic. de Provinc. Conſ. 43. Nonne vobis videor & ultimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſem evellere, ex animo quidem certe excidere? h. e. Memoria evellere.
Excidere numero civium aliquem. Plin. lib. 8. Epiſt. 18. Domitius Afer, qui illos in nomen adſumpſit, reliquit teſtamentum, ante octo & decem annos nuncupatum, adeoque poſtea improbatum ſibi, ut patris eorum bona proſcribenda curaverit. Mira illius aſperitas, mira felicitas horum: illius aſperitas, qui numero civium excidit, quem ſocium etiam in liberis habuit. Felicitas horum, quibus ſucceſſit in locum patris, qui patrem abſtulerat.
Partum excidere mulieri. Marcell. l. 2. D. de mort. infer. Negat lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari ante, quam partus ei excidatur.

Excīsus, Partic. [ἐκτετμημένος] ut, Exciſa arbor. Cic. 15. Att. 4. Item Exciſum caput. Plin. lib. 33. cap. 3. Et apud Virg. 2. Æn. 481.
Trabs exciſa.
Domus exciſa. Sen. Herc. fur. 11.
Templa exciſa. Stat. 5. Silv. 3. 200.
Marte exciſa. Stat. 11. Theb. 287.

Excidium, i. n. [ἀνάστασις] Peremptio, & quaſi Nex urbis aut provinciæ. Liv. 7. Bell. Pun. Magnum ſe excidio ejus urbis terrorem ceteris injecturum.
Ex eo quod ſecundam ſemper corripiunt poëtæ, videtur vel ab Exſcindo, vel ab Excido a Cado, originem duxiſſe. Virg. 10. Æn. 45.
— per everſæ, genitor fumantia Trojæ
Excidia obteſtor. & Stat. 6. Theb. 96.
— aderat miſerabile luco
Excidium.
Adventat illi excidium. Tacit. 4. Hiſt. 13. Cui excidium adventabat.
Dare aliquem excidio. Virg. 12. Æn. 655.
Excidium auro fenis factum, per tranſlationem dictum. Plaut. Bacch. 4. 9. 1.
Moliri excidium. Sil. lib. 1. 12.
Petere urbem excidiis. Virg. 2. Georg. 505.
Hic petit excidiis urbem miſeroſque Penates. [Forte Urbes, niſi alterum auribus ſuis ſummus poëta tribuit.

Excisio, ōnis. f. [ἀναστάτωσις] ut, Exciſio tectorum. Cic. pro Domo ſua, 146.

Excidio, ōnis. f.

Excidio-

Excidionem urbis a Cædendo dictam, manifeſtum eſt. Feſtus. Plaut. Curc. 4. 3. 2. Excidionem facere oppidis.

Excīso, [διατέμνω] āre. Laniare, vulnerare, inquit Nonius. Plaut. Ciſtel. Capillo ſciſſo, atque excifatis auribus. Antiquum.

Excisor, ōris. m. [ἐκκόπτης] Gloſſ. Gr. Lat.

Excisorius, Adj. [ἐκκοπτικὸς] ut, Exciſorius ſcalper, Quo carioſa exciditur caro. Celſ. lib. 8. cap. 3. V. Scalper, in scalpo.

Excibo. V. excio.

Exciet, pro Excutiet dixiſſe veteres Feſtus indicat.

Excindo, vel Exscindo, ĭdi, īſum, [ἀναιρέω, καταβάλλω, ἐκκόπτω, ἐκκολάπτω] ĕre. ab Ex & Scindo, is; compoſitum: Evertere, delere. Cic. in Somn. Scip. 3. Numantiam excindes. Liv. Multum intereſt, alienos populari fines, an uri tuos, excindique videas. Cic. pro Planc. 97. Quæ ſe vel potius excindi &c. pateretur.

Domos excindere. Virg. 12. Æn. 643.

Genus aliquod excindere. Valer. 6. Argon. 468. & apud Virg. 9. Æn. 137. Gentem aliquam ferro excindere.

Excindere linguam. Cic. 3. de Orat. 4. Hæc tibi excindenda lingua, qua vel evulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit.

Nomen alicujus excindere. Sil. lib. 7.

Rupes excindere. Stat. 3. Silv. 1. 123.

Telis excindere urbem. Virg. 2. Æn. 177.

Nec poſſe Argolicis excindi pergama telis.

De Participio *Exſcisum* non ſatis conſtat, Forte *Exſciſſum* facit, ut reliquis a Scindo deductis conſonet.

Excĭo, is, īvi, ĭtum, [ἐκκαλέω] īre: vel Excibo, ies, īvi, ĭtum, iēre. Extra vocare, ſive Accire. Plaut. Epid. 4. 2. 1. Quid eſt, pater, quod me excivisti ante ædeis?

Animas excire ſepulcris. Virg. 8. Ecl. 98.

Ad cupiditatem diſcendi aliquem excire. Liv. 1.

Canes excivere ſuem. Ovid. 10. Met. 711.

Cubilibus excire. Liv. 5. Extremos tamen pavor cubilibus ſuis excitos, quæ aut unde vis eſſet ignaros, in fugam, & quosdam in hoſtem ipſum improvidos intulit.

Foras excire. Plaut. Trin. 5. 2. 52. Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubito foras.

Hoſtem excire ad dimicandum. Liv. 2. 30. Ad conferenda propius caſtra dimicandumque excire hoſtem.

In arma excire aliquem. Stat. 4. Theb. 146.

In pugnam exciri. Lucan. lib. 6. 11.

Ut videt ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugnam generum: ſed clauſo fidere vallo.

Juventutem excire ex Italia. Cic. 12. Philipp. 16. Idcircone ſaga ſumpſimus? arma cepimus? juventutem omnem ex tota Italia excivimus?

Lacrymas excire alicui. Plaut. Ciſt. 1. 1. 114.

Molem in undis excire. Virg. 5. Æn. 790.

Ipſe mihi nuper Libycis, tu teſtis, in undis
Quam molem excierit ſubito: maria omnia cœlo Miſcuit.

Somno vel Ex ſomno excire. Liv. 4. Idem 1. Et Lucret. lib. 4. 41.

Sopore excire aliquem.

Sonitus excitur pedibus. Lucret. lib. 2. 329.

Tumultum excire. Liv. 3.

Urbes excire. Lucan. lib. 2. 48.

Nunc urbes excite feras: conjuret in armis Mundus.

Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. Liv. 7. 7.

Excĭtus, Partic. [ἐγερθεὶς] ab Excieo: ſive Excītus, ab Excio. Ovid. 2. Met. 779.

Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.

Commotis excita ſacris. Virg. 4. Æn. 301. Idem 10. Æn. 38.

— ventoſque furentes Æolia excitos.

Excitis longe ab domo principibus. Liv. 1.

Somno longo excita. Claud. in præf. Bell. Get. 1.

Stratis excita juventus. Lucan. lib. 1. 239.

Mente pavida exciti ſonipedes. Sen. Hippol. 10.

Excĭto, [ἐγείρω, ἀνεγείρω, ἐξεγείρω] āre. freq. ab Excieo; ſignificat Commovere.

Allicere & excitare. Cic. 2. Off. 20. Hoc igitur cognito dicendum eſt quonam modo hominum ſtudia ad utilitates noſtras allicere atque excitare poſſimus.

Excitare & acuere. Cic. 15. Fam. 21. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortére.

Excitare & agitare. Cic. 3. Off. 68. Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus?

Commovere & excitare. Cic. pro Muren. 36. Nam ut tempeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commoventur, ſæpe improviſo nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſa excitantur: ſic, &c.

Confirmare & excitare. Cic. 1. Att. 13. Idem inquam, ego recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans, excitans.

Excitare & incitare. Cic. 1. Q. frat. 1. Atque hæc non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitaſſe, ſed potius ut currentem incitaſſe videatur.

Excitare & inflammare animos imperitorum. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. L. Saturninus ita fuit effrenatus & pene demens, ut auctor eſſet egregius & ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus.

Excitare & Sedare, contraria. Cic. 1. de Orat. 202. Qui denique quemcunque in animis hominum motum res & cauſa poſtulet, eum dicendo vel excitare poſſit, vel ſedare.

Stimulare & excitare. Cic. pro Planc. 69. Nec vides iſtorum ipſorum charitate ad hujus ſalutem defendendam maxime ſtimulari me atque excitari.

Ad aliquid. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ad actionem. Cic. 4. Acad. 93.

Ad arma excitat. Sil. lib. 5.

Ad arma civitatem aliquam. Cic. 1. de Divin.

Ad decus populum languentem labentemque excitare. Cic. 1. de Orat. 35.

Ad experientiam. Cic. 10. Fam. 18.

Ad laborem & laudem nos & liberos noſtros excitare. Cic. pro Planc. 59.

Ad memoriam alicujus rei. Cic. in Topic. 5. Ut mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, etſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem.

Ad virtutem. Cæſ. 7. Bell. Gall. 80.

Alacritate & quaſi lætitia ad canendum galli victores excitantur. Cic. 2. de Divin. 56.

A mortuis dicendo aliquem excitare. h. e. velut, Evocare. Cic. 1. de Orat. 245.

Admirationem hominum ſummam excitare. Cic. de Clar. Orat. 35.

Amores ſapientiæ alicui excitare. Cic. 1. Off. 14. Et 2. de Fin. 52.

Animos. Cæſ. 1. Bell. Civil. 57.

Ædificium, pro Erigere. Sen. Epiſt. 53.

Animum excitare, Bono animo eſſe. Sen. Herc. fur. 5.

Aras ſopitas excitare ignibus. Virg. 8. Æn. 543.

Bellum civile tantum & tam luctuoſum excitare. Cic. pro Marcel. 18.

Calorem juvenis excitat in amorem belli. Lucan. lib. 2. 325.

Ceſpites excitare dicitur ſus, cum roſtro prata ſuffodit. Columel. lib. 2. cap. 18. pr.

Clamorem. Cic. in Orat. 214. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus eſt, ut admirabile eſſet.

Clamorem vulgi & imperitorum. Cic. 5. de Fin.

Cunctantem & diffidentem auctoritate ſua excitare. Cic. 6. Fam. 1.

De, E, vel Ex ſomno excitare. Cic. 4. Acad. 93.

Dormientem. Cic. 7. Verr. 28.

Flammas excitat admoto fomite. Lucan. lib. 8. 776.

Fletum. Cic. pro Sext. 121.

Fletum orator excitat. Catul. 37. 3.

Foculum bucca excitare. Juven. 3. Sat. 262.

Gloriam excitare. Cic. 2. Off. 48. Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea ſæpe univerſam excitat gloriam.

Jacentem aliquem excitare. Cic. de Clar. Orat. 13.

In curas excitare aliquem. Sil. lib. 7.

In fortunas alicujus excitare incendium. Cic. pro Muren. 51. Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum.

Iras excitare. Virg. 2. Æn. 594.

Malum ex aliqua re. Ter. Heaut. 5. 3. 10. Non vides quantum mali ex ea re excites?

Memoriam alicujus. Liv. 10. 30. extr. Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii eſt, excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus.

Memoriam aliquorum excitare ad timoris præteriti cogitationem. Cic. pro Sext. 41. Audite literas, & veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate.

Metum alicui. Plin. Epiſt. 4.

Mortuos excitare. Hor. Epod. 17. 79.

Mortuos ab inferis excitare. Cic. in Orat. 85.

Motus urbanos. Liv. 3.

Opus. Columel. lib. 1. cap. 9. Nam cum certamine opus excitetur, tum in ceſſanteis animadverſio juſta eſt, & ſine querela videtur adhiberi.

Philoſophiam. Cic. 1. Tuſc. 5. Philoſophia jacuit ad hanc ætatem: nec ullum habuit lumen literarum Latinarum: quæ illuſtranda & excitanda nobis eſt.

Plauſus. Cic. pro Sext. 124.

Rationes omnes fortitudinis & patientiæ. Cic. 4. de Fin.

Reos excitare. Quintil. lib. 11.

Riſum. Cic. 3. Philipp. 11. At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus.

Sedibus. Liv. 2. Bell. Maced. Homines qui ſequi poſſent, ſedibus excitabat, oppida incendebat.

Sepulcrum e lapide. Cic. 2. de Legib. 68. Extrui autem vetat ſepulcrum altius quam quod v. diebus homines v. abſolverint, nec e lapidibus excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui inciſam, &c. i. e. Erigi & extrui.

Sermones varios de re aliqua. Cic. 8. Fam. 10. Sed de Parthorum tranſitu nuntii varios ſermones excitarunt.

Stomachum, h. e. Vires ventriculi vel ſtomachi dejectas reparare, & quaſi Sopitas ſuſcitare. Plin. lib. 20. cap. 5.

Studium auditor excitat. Ovid. 4. de Ponto, 2. 35.

Suſpicionem aliquam literis & nuntiis excitare. Cic. pro Sext. 41.

Tempeſtates excitare. Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Tum vidi ac multo ante proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ.

Teſtes ex annalium monimentis. Cic. 2. de Fin. 67.

Tragœdias. Cic. pro Milon. 18. Nunc ejusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat?

Tumultum alicui excitare. Suet. in Claud. cap. 1.

Vapores ex agris tepefactis, & ex aquis excitat ſol. Cic. 2. de Nat. Deor. 118.

Veternum excitare. Catul. 18. 24.

Si pote ſtolidum repente excitare veternum.

Urbem excitare, Ædificare, extruere. Flor. lib. 1. cap. 1. Victor augurio, urbem excitat. De Romulo loquitur.

Excitare, Erigere & quaſi Superſtruere. Cic. 4. de Fin. 18. Principiis autem a natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabuntur.

Excitari, paſſ. Cic. 5. de Fin. 69. Excitantur ſpe gloriæ, quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. h. e. Animantur & commoventur.

De re aliqua excitari. Quintil. lib. 3. cap. 6. Excitari dicebatur in theatro, Qui loco ſibi non debito ſurgere jubebatur. Idem ibid. Si excitatus fuerit de ſpectaculis, aget injuriarum. Suet. Aug. cap. 14. Cum ſpectaculo ludorum gregarium militem in xiv. ordinibus ſedentem excitari per apparitorem juſſiſſet. V. Pitiſc. in loc. & Lipſ. de Amphith. cap. 15.

Miles truci excitatur claſſico. Hor. Epod. 2. 5.

Excitari præmiis & promiſſis. Cic. pro Rabir. Poſth. 42. & pro Cluent. 68. Promiſſis eum ſuis excitavit abjectum, & ſimul deſperare vetuit.

Excitātus, Partic. [ἐξεγερθεὶς] ut, Excitatus pietate ad accuſandum. Cic. pro Cluent. 172.

Feras excitatas curſu conſequi. Sen. Hippol. 2.

Excitatus, & Inclinatus ac jacens, contraria. Cic. 2. Fam. 15. Ut exiſtimares aut me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem deſciſcerem.

Excitatus humo. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Quæ primum eos humo excitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. De hominibus loquitur.
Odor excitatus. Plin. lib. 20. cap. 17. Optimum quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum. h. e. Odoris vehementissimi, & qui cito cerebrum ferit.
Acutus & excitatus sonus, opponitur Gravi. Cic. in Somn. Scip. 12. Summus ille cœli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & excitato movetur sono: Gravissimo autem hic lunaris atque infimus.

EXCITANDUS, Partic. [ἐξηγερτέος] Cic. 1. Off. 103. Excitandamque animadversionem & diligentiam, &c.

EXCITĀTE, Adv. [ἐγρηγορότως] h. e. Vehementer & lucide. Plin. lib. 37. cap. 7. Et in his autem mares excitatius fulgent: feminæ pinguiores sunt, & crassius nitent. De quibusdam gemmis loquitur. Videtur opposuisse adverbio Excitate, adverbium Crasse.

EXCĬPIO, ēpi, eptum, [ἐκλαμβάνω, ἐξαιρέω, ἐξαίρω, παραγράφω, ἐκδέχομαι] ĕre. Capere. Plaut. Rud. 4. 4. 140.
Sumne ego scelestus, qui illunc hodie excepi vidulum?
Aut quum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco?
Arripere & excipere. Cic. 2. de Divin. 26. Naturale quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos & acceptos, aut libatos haberemus.
Adventum alicujus excipere. Sen. Hippol. 8.
Amplexu excipere aliquem. Ovid. 18. Epist. 101.
Brachiis aliquid excipere. Columel. lib. 9. cap. 15.
Comiter aliquem excipere. Ovid. 2. Fast. 788.
Cum literis aliquem excipere. Cic. 10. Fam. 23.
Clamore aliquem excipere, pro Contra aliquem tumultuari. Cic. 7. Verr. 92. Excipitur ab omnibus ejusmodi clamore, ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos.
Clamoribus, pro Applaudere. Plin. lib. 2. Epist. 38.
Domus excepit reduces. Claud. 4. Cons. Hon. 211.
Gremio alicujus excipi. Claud. 3. Cons. Hon. 129.
Hospitio. Plin. lib. 25. cap. 6. Ovid. 16. Epist. 127.
Hospitia cœli excipient senectam tuam. Sil. lib. 3.
Osculo. Plin. in Paneg. c. 23. pr. Gratum erat omnibus, quod Senatum osculo exciperes, ut dimissus osculo fueras.
Patria, quæ nos excepit, non secus dulcis est ea, quæ nos genuit. Cic. 2. de Legib. 5.
Plausu excipere aliquem. Virg. 5. Æn. 575.
Sermonibus de industria compositis. Liv. 8. Bell. Pun. Excepti sermonibus de industria compositis.
Vultu benigno excipere. Liv. 10. Bell. Pun. Quos quum pariter ambos & benigno vultu excepisset, &c.
Excipere, pro Audire. Plaut. Amph. Quid memoret, hinc excipiam, ne propera.
Emittere maledictum, & excipere. Cic. pro Planc. 57. Nihil est autem tam volucre quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur.
Avidis auribus excipere. Plin. Epist. 84.
Adversarium attente audire, atque ejus non solum sententias, sed etiam verba omnia excipere. Cic. 2. de Orat. 273.
Gratia illustri dictum & factum alterius excipere. Cic. 1. Fam. 9. Quintus frater meus legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi devinctum putarem.
Memoria dignum aliquid ex sermone alicujus excipere. Cic. 1. de Orat. 96.
Mandata ac voces excipere. Tacit. in Vita Agric. cap. 45. Excepissem certe mandata, vocesque quas penitus animo figeremus.
Excipere, pro Recipere. ut, Hunc in illo timore & fuga Tigranes, rex Armenius excepit, diffidentemque rebus suis confirmavit, & afflictum erexit, perditumque recreavit. Cic. pro Lege Manil. 23.
Artus excipere collapsos. Ovid. 10. Met. 186.
Auras excipere fluentibus tunicis. Ovid. 3. de Arte Am. 302.
Cadentem molliter excepit. Ovid. 11. Met. 785.
Cicatrices excipere adverso corpore. Cic. 7. Verr. 3. Ut cicatrices pop. Romanus Judicesque aspicerent, adverso corpore exceptas.
Dolores & molestias. Cic. 1. de Fin. 33. Qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores & quas molestias excepturi sunt, occæcati cupiditate, non provident.
Dolores pro patria. Cic. 3. de Fin. 24.
Fatum excipere. Tacit. in Vit. Agric. 45. Constans, & libens fatum excepisti.
Flammam excipere, & exardescere. Cic. de Arusp. Resp. 45. In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum conjiciebatur. Excepi, & pro patria solus exarsi.
Gladio aliquem excipere. Curt. 9. 5. 8. E quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent.
Excipit ictus galea. Ovid. 12. Met. 375.
Impetum alicujus. Cæs. 3. Bell. Civil. 92. Sed Pompejus suis prædixerat, ut impetum Cæsaris exciperent. Cic. pro Domo sua, 63.
Injuriam venti. Columel. lib. 9. cap. 7.
Labentem aliquem excipere, fulcire, & sustinere. Cic. pro Rabir. Posth. 43. Equitem Romanum veterem amicum suum, &c. labentem excepit, corruere non sivit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide; hodieque sustinet.
Labores magnos. Cic. de Clar. Orat. 243. Idem 14. Fam. 2. Omnes labores te excipere video: timeo ut sustineas.
Laudem ex re aliqua. Cic. 1. Att. 9. Crassus posteaquam vidit illum excepisse laudem ex eo, quod hi suspicarentur homines ei Consulatum meum placere, &c.
Memoriam viri excipient consequentes anni. Cic. de Senect. 19. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.
Missilia in vulgus jactata excipere. Cajus in L. qua ratione. §. hoc amplius. D. de acquir. rer. domin.
Molestias. V. Dolores & molestias.
Onera amicorum. Cic. pro Rabir. Posth. Ille onera multorum hujus amicorum excepit unus.
Pericula excipere. Stat. 5. Silv. 1. 69.
Plagas. Cic. 2. Tusc. 41.
Preces blandas molliter excipere. Ovid. 1. de Arte Am. 710.
Pugnam. Liv. 8. Bell. Maced. Ut primis forte deturbatis, secundi & tegant pulsos, & integri pugnam excipiant.
Rempublicam desertam & omissam. Liv. 4. Desertam omissamque ab hominibus Rempub. deorum providentia, curaque exceptam memorabat.
Rorem nocturnum. Cæs. 3. Bell. Civil. 15. Ex pellibus quibus erant tectæ naves, nocturnum excipere rorem cogerentur.
Rumores. Cic. pro Deiot. 25. At eo, inquit, tempore ipso Nicean Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent.
Excipere se in genua, pro Sustinere. Sen. Epist. 67.
Corpus excipere poplitibus. Curt. 9. 5. 9. Ille ad omnes ictus expositus, ægre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec, &c.
Semet excipere poplitibus. Curt. 6. 1. 14. Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit, galeaque, &c.
Se in pedes excipere. Liv. 4. Confestim & ipse hasta inixus, se in pedes excipit.
Se pedibus excipere. Curt. 9. 5. 3. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. Itaque stans iniit pugnam. de Alexandro desiliente in oppidum Oxydracarum.
Sermonem alicujus. Liv. 2. Sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam autem id senserat agi.
Excipere sermonem, idem quod Alicui respondere. H. St.
Spiritus excipitur ore viri. Ovid. 3. de Arte Am. 746.
Spiritum extremum filiorum excipere. Cic. 7. Verr. 17. Matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberûm exclusæ: quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.
Tela. Cic. 4. Verr. 177. Aut hoc contendat nunquam esse factum, aut omnia tela excipiat necesse est.
Tela excipere tergo. Sil. lib. 10.
Venabulo excipere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Verba. Cic. 2. de Divin. 50. Tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia verba ejus exceperint, literisque mandaverint.
Verbera patienter excipere. Ovid. 2. Fast. 427.
Vim frigorum hyememque excipere. Cic. pro Rabir. Posth. 42.
Voces. Liv. 40. 7. Ad has excipiendas voces speculator ex convivis Persei missus, quum incautior observaretur, exceptus a juvenibus forte triclinio egressis male multatur.
Vulnera. Cic. pro Sext. 23. Subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda.
Excipere dicuntur, Qui alio dictante aliquid describunt. Sueton. Tit. cap. 3. E pluribus comperi notis quoque excipere velocissime solitum, & cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitari chirographa quæcunque vidisset. Pædianus auctor est orationem Ciceronis pro Milone exceptam esse, quæ adhuc tempore suo extaret. Budæus. V. Proœm. in Orat. pro Mil. ad fin. Conf. Rumores, Sermonem, Verba, Voces excipere.
Excipere, Per dolum capere. Virg. 3. Æn. 332.
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.
Excipere, pro Intercipere & comprehendere incautum. Cic. 8. Att. 15. Admoniti sumus ut caveremus ne exciperemur a Cæsare. Ibid. 2. 25. Sane sum commotus: quod si ita esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. Eidem lib. 7. 34. De Pompejo scio nihil: eumque nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto. Cæs. 6. Bell. Gall. 34. Multos ex fuga dispersos excipiunt. Budæus.
Insidiis Capram alicujus excipere. Virg. 3. Ecl. 18. i. e. Furari.
Fugientes excipere. Cic. 3. in Catil. 8.
Excipere furem. Plaut. Aul. 4. 10. 45. Neque partem tibi ab eo indipisces, neque furem excipies.
Omnino hominem excipere. Cic. 10. Att. 12.
Excipere, Colligere. Martial. lib. 1. 38.
Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro.
Sanguinem patera, excipere. Cic. de Clar. Orat. 43. Hunc isti ajunt quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, & eo epoto, mortuum concidisse.
Excipere, verbum est etiam in compositionibus medicamentorum usurpatum, quum res contusæ aliquo liquore coguntur. Cels. lib. 5. Hæc excipiuntur cerato e rosa facto. Budæus.
Excipere oculos blandius dicitur Res aliqua, quæ delectat. Plin. lib. 16. cap. 30.
Excipere, Succedere, vel Sequi. Flor. lib. 1. cap. 3. Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius. h. e. (ut ita dicam) Immediate succedit Numæ, sive regnat post Numam. Liv. 2. 61. pr. Turbulentior inde annus excepit. Idem 5. 42. Nox diem excipit. Cæs. 2. Bell. Civil. 7. Ac re cognita tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur.
Vitam & virtutem Herculis corpore ejus ambusto immortalitas excepisse dicitur Cic. pro Sext. 143.
Excipere, pro Demere vel Eximere numero. Cic. 4. Acad. 73. Nihil excipit, de quo non profiteatur. Idem 1. Tusc. 9.
Excipere & secernere. Cic. 4. in Catil. 15. Hosce ego homines excipio & secerno libenter.
Hoc unum excipio. Catull. 16. 13.
Excipere de. Cic. 1. de Divin. 87. Excepi de antiquis, præter Xenophontem, neminem.
Per aliquem alicui excipere. Cic. 6. Att. 1. Id vero per te exceperamus negotiatori: quod si cuiquam, huic tamen non.
In summis alicujus laudibus unam excipere iracundiam. Cic. 1. Q. frat. 1.
Sine nomine & Nominatim excipere aliquid, contraria. Cic. 11. Att. 7. Tum ille edixit ita, ut me exciperet & Lælium nominatim: quod sane nollem, poterat enim sine nomine res ipsa excipi.

Excipere

Excipere forti. Virg. 9. Æn. 271.
— ipsum illum clypeum cristasque rubentes
Excipiam forti, jam nunc tua præmia Nise. i. e. Præter sortem dabo, ut ait Servius.
Excipere injuriæ, pro Eximere. Sen. de Tranquil. vitæ.
Excipere, pro Nominatim cavere. Cic. 1. Q. frat. 1. Nominatimque lex exciperet, ut ad templum, monimentumque nostrum capere liceret. Idem pro Cornel. Balb. 32. Ubi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem pop. Rom. Gaditanum recipiat civitate? Varr. 2. de R. R. c. 2. In emptionibus jure utimur eo, quod lex præscripsit: in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt. conf. Cic. pro Cluent. 120.
Excepta, inquit Budæus, dicuntur, Quæ in fœderibus & in legibus cauta sunt nominatim.
Excepit me. Plaut. Mil. 2. 2. 13.
Ita hic senex talos elidi jussit conservis meis.
Sed me excepit: nihili facio quid illis faciat ceteris.
Exceptis insularum incolis. Plin. lib. 3. cap. 3.
Excepto patre tuo. Plin. in Paneg.
Ea excepta. Cic. de Amicit. 104. Vos autem hortor ut ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, ut ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.
Excepto quod. Plin. lib. 8. Epist. 1. Quintil. lib. 9. c. 4. Et quidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos Græcorum est secutus: excepto quod pedes trisyllabos, &c. i. e. Præter quam quod.
**Exceptus**, Partic. [ἐξῃρημένος] Cic. 1. Fam. 1. Is, hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit.
Sinistre exceptus. Hor. in Arte Poet. 452.
— hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistre.
Equo exceptus. i. e. In equo sedens. Sil. lib. 5.
Fronte læta exceptos tectis inducit hospes. Sil. lib. 3.
Gladio exceptus puer, i. e. Occisus. Sen. Thyest. 2.
**Excepturus**, Partic. [ἐκληψόμενος] Lucan. lib. 1. 220.
Primus in obliquum sonipes opponitur amnem
Excepturus aquas.
**Excipiendus**, Partic. [ἐκληπτέος] Ovid. 2. Epist. 130.
Linquor, & ancillis excipienda cado.
**Exceptio**, ōnis, f. [παραγραφή] Cic. 1. de Invent. 56. Adscribat ad legem, & addat exceptionem hanc.
Sine ulla exceptione. Cic. de Amicit. 62. Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine ulla exceptione communitas.
Sub exceptione. V. sub.
Cum exceptione laudari. Cic. 1. Q. frat. 1. Neque te patiar, quantum erit in me, cum exceptione laudari. V. laudo.
Exceptio, Præscriptio. Cic. 2. de Invent. 57. Nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones: Et paulo post. Sic Ulp. in l. prima. §. Labeo scribit. D. De fluminibus, Labeo scribit non esse dicendum, dandam exceptionem ei, qui interdicto convenitur, aut nisi ripæ tuendæ causa factum sit: sed ita excipiendum ait, extra quam siquid ita factum sit, uti de lege fieri licuit. Budæus.
Exceptio, dicta est quasi Quædam exclusio, quæ (sicuti docet Ulp. in l. secunda. D. de Exceptionibus) interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem contentionemque deductum est.
Legum exceptiones. Cic. 2. de Invent. 140. Consuevisse eos qui legem scribant, exceptionibus uti: deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas.
Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ sunt, Quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur perimunt, ait Cajus. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ non semper locum habent, sed evitari possunt. l. 3. D. de except.
Exceptio rei judicatæ conceditur ei, qui quum in judicio ejusdem rei, quæ nunc ab se iterum petitur, causam obtinuerit, denuo tamen in jus vocatus est: Nisi rem illam, qua de agitur, judicatam esse appareat. l. 1. & passim. D. de except. rei judicat.
Exceptio non numeratæ pecuniæ conceditur ei qui quasi statim creditor stipulanti spopondit, jureque civili obligatus est. Nisi non numeratam fuisse pecuniam appareat. Est autem instituto Justiniani biennis facta l. in contractibus. C. de non numerata pecunia.
Exceptio pacti conventi est quæ adversus actionem opponitur, per quam aliquid a nobis petitur quod nos quidem præstaturos promisimus, sed postea inter nos ne id peteretur convenisse affirmamus, ut docet. Imper. §. 2. de except.
Exceptio procuratoria, inquit Ulp. est Exceptio qua reus dicit non licere procuratorio nomine agi, nec prorsus litem inficiatur, sed personam evitat. l. 2. §. 3. D. de except.
Exceptio quod metus causa, datur ei qui metu adductus stipulanti promittens, jure quidem civili obligatus erat, Prætori tamen, propter iniquitatem & asperitatem juris civilis, dignus hoc præsidio videtur. l. 1. & passim. D. de Dol. mal. & met. Si non metu inductum stipulanti promisisse appareat.
Exceptio doli mali conceditur ei qui dolo malo inductus stipulanti promittens, jure civili obligatus erat. Nisi dolo malo inductum eum stipulanti promisisse appareat. l. 1. & passim. D. de dol. & met. except.
Exceptio in factum conceditur ei qui errore inductus stipulanti promiserat, & jure civili contra æquum & bonum obligatus fuerat. Extra quam eum justo errore inductum stipulanti spopondisse appareat, ut l. Julianus. ff. de dol. except.
Exceptio jurisjurandi permittitur ei qui actore jusjurandum deferente juravit ei se nihil debere. Nisi appareat eum deferente actore jurasse, se nihil debere. l. 3. & 4. D. de jurejur. Item ei datur qui petitore deferente suam esse rem qua de in jure agebatur, juravit. l. Sed etsi possessori. D. eodem. Nisi appareat eum petitore deferente rem suam esse jurasse.
Tacitæ exceptiones. Cic. 2. de Invent. 140. Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri.
Dare exceptionem alicui. Cic. 2. de Fin. 21. Et tamen quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dari, &c.
Habere rectam exceptionem. Cic. 6. Att. 1.
Peccat exceptionibus. Quintil. lib. 2. cap. 15.



**Exceptiuncula**, æ. f. dimin. Sen. Epist. 20.
**Excepto**, [συχνῶς ἐκλαμβάνω] āre. frequent. Virg. 3. Georg. 273.
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantque leves auras. i. e. Frequenter in se trahunt, & capiunt, & velut hauriunt.
Exceptare, pro Eximium reddere. Sen. 1. de Benef. Eloquentiæ exceptat pretium litium numerus. [Suspectum est.
**Exceptans**, Partic. Cic. in Parad. 5. Et videant aliquem summis populi beneficiis usum, barbatulos mullos exceptantem de piscina.
**Exceptitius**, Adj. [ἐξαίρετος] Qui excipitur. Plin. lib. 18. cap. 10. Siliginem exceptitiam vocat Laconicam, quæ ab alia siligine ea ratione excipitur, quod sine arista crescat quemadmodum & far.
**Exceptor**, pro eo, Qui dictata excepta describit, apud Ulp. §. fin. l. Sed addes. D. locat. Al. Notarius. Vulgus perperam scriptores dicit, quos librarios dicere deberet, quum scriptores sint ipsi authores, conditoresque librorum. Quod Beroald. in Sueton. Domit. adnotavit.
**Exceptorius**, Adj. Ulp. in l. Instr. D. De instructo vel instrumento leg. Quali vindemiatorii, exceptoriique.
**Excessus**. V. excedo.
**Excipiabulum**, i. n. Venabulum. V. Servium in Virg. 4. Æn. 131. & quos laudat Burman. ad Quintil. 2. 12.
**Excipulum**, i. n. [ἐκδοχεῖον] Plin. lib. 9. cap. 22. de Anguillis. Hiemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.
**Excipuum**, [ἐξαίρετος] Quod excipitur: ut Præcipuum, quod ante capitur. Festus.
**Excisio**, **Exciso**. V. excīdo.
**Excisorius**. V. excindo.
**Excito**. V. excio.
**Exclāmo**, [ἐπιφωνέω, ἀνακράζω, ἀναβοάω] āre. Vociferari, & quasi e medio pectore vocem maximam emittere, quod aut indignationis aut gaudii causa fieri solet. Ter. Adel. 4. 4. 11. Illa exclamat: abi abi jam Æschine. Cic. 2. de Orat. 39. Non enim possum, quin exclamem, ut ait ille in Trinummo.
Barbare exclamare. Quintil. lib. 1. cap. 6. Tota sæpe theatra, & omnem circi turbam, exclamasse barbare scimus.
Disertissime exclamare. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Furiose exclamare. Quintil. lib. 3. cap. 8. Ita cur initio furiose sit exclamandum, non intelligo.
Qui volunt exclamare majus &c. toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt. Cic. 2. Tusc. 56.
Exclamat maxima cum voce. Plaut. Amph. 5. 1. 12. Ibi nescio qui maxima cum voce exclamat.
Exclamat maximum. Plaut. Mostel. 2. 2. 57. — Condormivimus:
Lucernam forte oblitus fueram extinguere:
Atque ille exclamat derepente maximum.
Aliquem exclamare. Cic. 2. Philipp. 30. M. Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamavit: Ex quo intelligi debet eum conscium fuisse.
Memoria digna exclamare. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Voce magna exclamat uxorem tuam. Plaut. Amph. 5. 1. 68.
**Exclamatio**, ōnis. f. [ἐκφώνησις, ἀναβόησις] Actus ipse exclamandi. Est & Schema rhetoricum, de quo Cic. 3. de Orat. 101. Auctor. ad Heren. lib. 4. 22. Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cujus mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati. [Hæc aliis Apostrophe.
Acutas vocis exclamationes evitare debemus. Auth. ad Heren. lib. 3. 21.
**Exclāro**, āre. Multa luce perfundere. Vitruv. lib. 1. cap. 2. Item naturæ decor erit, si cubiculis & bibliothecis ab oriente lumina capientur; balneis & hybernaculis ab occidente hyberno: pinacothecis, & quibus certis luminibus opus est partibus, a Septentrione, quod ea cœli regio neque exclaratur, neque obscuratur Solis cursu, sed est certa & immutabilis die perpetuo. Neque exclaratur, h. e. Neque majore lumine illustratur.
**Exclūdo**, si, sum, [ἀποκλείω, ἐκκλείω] ĕre. Extra claudere, Ejicere, vel potius Non admittere. Ter. Eun. 1. 2. 18. Credo, ut fit, misera præ amore exclusit hunc foras. Ibid. 1. 2. 29. Denique ego excludor ille recipitur.
Repelli & excludi a gubernaculis civitatum. Cic. 1. de Orat. 46. Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, a quibus omnibus una pene repelli voce Oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque majorum scientia, &c. videbam.
Excludere, Distrahere, segregare aliquem a Republica. Cic. 5. Philipp. 16. Exclusit illum a Republica, distraxit, segregavit, non solum scelus illius, sed etiam ut mihi videtur fortuna quædam Reipublicæ.
Conjungere cum aliquo, & Ab eo excludere, contraria. Cic. 8. Att. 18. Eo tibi celerius agendum erat ut te mecum conjungeres, priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset.
Excludere aliquem a negotio. Cic. 5. Verr.
Ab hæreditate. Cic. pro Cluent. 31.
Amicitias. Cic. de Amicit. 54. Atque ut hujus quem dixi, mores, veros amicos parare non potuere: sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.
Astra excludere cœlo. Stat. 3. Silv. 2. 12.
Bellum excludere. Lucan. lib. 3. 368.
Cappadocia excludi, &c. Cic. 5. Att. 5. Sic excludi a portu & profugio. Cic. 5. Fam. 15.
Cupiditatem eorum excludite Judices, vestra sapientia. Cic. pro Cœl.
Domo & cubiculo excludi. Cic. 1. Q. frat. 1.
Exercitum excludere. Cic. 7. Verr. 83. Quamobrem qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis claustra loci committenda non existimavit.

Jurgia excludat finis. Hor. 2. Epist. 1. 38.
Exceptione excludi. Cic. 1. de Orat. 168.
Honore aliquo nominatim excludi. Idem 2. de Lege Agr. 59.
Honoribus & præmiis excludi. Idem pro Corn. Balb. 24.
Jure actionis aliquid excludere. Quintil. lib. 7. cap. 2. Si aliud negat reus, aliud defendit, aliud jure actionis excludit.
Loco excludi. Cic. de Amicit. 19. Amicitia plurimas res continet: quoquo te verteris, præsto est, nullo loco excluditur.
Mensa exclusus hospes. Liv. 8. Bell. Pun.
Mœnibus excludere aliquos. Cic. pro Corn. Balb. 39. Quos quum maxima bella nobis inferrentur, mœnib s excluserunt.
Oculum alicui excludere, Idem quod Effodere, vel eruere, & exturbare oculum. Plaut. Pseud. 1. 5. 95.
Radios excludunt frigora. Stat. 1. Silv. 2. 154.
Reditu excludi. Nep. 2. 5.
Regionibus excludi. Cic. 8. Att. 13. Neque enim eos solos arbitramur capi qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilominus qui regionibus exclusi, intra præsidia atque intra arma aliena venissent.
Spem pacis a consilio publico excludere. Cic. de Clar. Orat. 329.
Suavitatem aliquam auribus excludere. Cic. pro Cœl. 42. Quamobrem siquem forte inveneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem.
Suffragio exclusus. Liv. 1. 43. i. e. Jure suffragii.
Tempore excludi, aut temporis spatiis, Impediri nequis quid possit agere propter tempus. Cic. 3. Verr. 148. Angustiis temporis excluduntur omnes. Idem 3. de Orat. 55. Aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati. Idem in Vatin. 28. Ut homo Consularis, exclusus miser puncto temporis, spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ? Cæs. 5. Bell. Gall. 23. Ne anni tempore, navigatione excluderetur. Idem Ibid. 7. 11. Diei tempore exclusus, in posterum oppugnationem differt. Virg. 4. Georg. 147.
— spatiis exclusus iniquis. Pompon. de Ædil. edict. l. Si tamen, Non nocebit emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, velit intra annum æstimatoria agere. Papinian. ad Senatusconsultum Turpil. l. Quærebatur an hi qui ab accusatione tempore exclusi essent, in Senatusconsultum Turpilianum inciderent. Et subdit, Qui præscriptione temporis exclusi, causam adulterii perferre non potuerunt.
Vitia culpamque excludere. Cic. 3. de Nat. Deor. 76. Eam dedisses hominibus rationem, quæ vitia culpamque excluderet.
Excludere, Repudiare, non admittere quod postulatur aut petitur, sed rejicere. Cic. de Arusp. Resp. 45. Quod anno ante frater Metellus & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompejo, sententiam dicenti, excluserat, acerrimeque una voce ac mente restiterat.
Excludere, Liberare. Lucil. lib. 27. Primum qua virtute servitutem excluserit. Accius, Qua virtute hic se servitute exclusit. Nonius.
Excludere gemmam, & Includere, contraria. *Enchasser, & Desenchasser: Mettre en œuvre, & Mettre hors d'œuvre.* Paulus in l. Gemma. D. Ad exhibend. Gemma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vindicari non potest: sed ut excludatur, ad exhibendum agi potest.
Excludere gallinæ vel aves dicuntur, quum incubando pullum emittunt ac pariunt. Columel. lib. 9. Quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Cic. 2. de Nat. Deor. 12.

EXCLUDENS, Partic. [ἀποκλείων] Cic. 1. Q. frat. 1. Neque excludentes ab ejus usu suos, potiusque & amicis impertientes & Reipublicæ, siquando usus esset.

EXCLUSUS, Partic. [ἀποκεκλεισμένος] Cic. pro Cluent. 31. Quum vagus & exul erraret, atque undique exclusus, &c.
Amator exclusus. Hor. 2. Serm. 3. 260.
A cultura fundi sum exclusus. Ulp. in l. 2. D. De annuis legat.
Ab extremo complexu liberûm exclusæ matres. Cic. 7. Verr. 117.
Voces alicujus exclusæ. Cic. 2. Philipp. 73. Itaque exclusis tuis vocibus, & ad te & ad prædas milites misit.
Voluptas exclusa animo. Stat. 3. Silv. 3. 106.
Superl. Plaut. Men. 4. 3. extr. Abiit intro ocyus in ædes, nunc ego sum exclusissimus.

EXCLUSURUS, [ἀποκλείσων] Tibul. lib. 2. 3. 77.
Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes Janua.

EXCLUSOR, ōris. m. August.

EXCLUSORIUS, Adj. Ulp. in l. Exceptio. D. De exception. Illud tenendum est, omnem exceptionem vel replicationem exclusoriam esse.

EXCLUSIO, ōnis. f. Macrob. 1. Somn. Scip. cap. 20. Exclusione luminis tenebras in terram refundit.

EXCLYTÆ, Populi inter quos Amazones Illyricam regionem incoluerunt. V. Serv. in Virg. 11. Æn. 842.

EXCODĬCOR, āri. Festo in Repastinare, est Arbores & virgulta effodere, quum auctoribus rei rusticæ sit Circum codices & stipites arborum ablaqueare. Pallad. pr. l. 2. Aut silvester, inquit, excodicatur. Monuit Turneb. Adv. 13. 25. & 17. 8. extr. Scribitur etiam Excaudicor. Tertull. de Pudic. c. 16.

EXCŌGĬTO, [ἐνθυμέομαι, μηχανάομαι, ἐπινοέω] āre. Cogitando invenire. Cic. 6. Verr. 88. Novum ac singulare supplicii genus excogitavit.
Fingere & excogitare. Cic. 2. in Catil. 7. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit?
Excogitare diligenter & caute. Cic. 6. Verr. 147.
Excogitare ingeniis aliquid. Cic. 2. de Legib. 5.
Excogitavit aliquid, eadem dicit quæ Stoici. Cic. 4. Acad. 69.
Mira quædam excogitare genera furandi. Cic. 4. Verr. 134.
Excogitare, pro Vehementer cogitare. Cic. 9. Att. 6. Adhæc igitur, cogita, mi Attice, vel potius excogita.

EXCOGĬTĀTUS, Partic. [ἐπινενοημένος] Cic. pro Cluent. 36. Ratio excogitata Larini est.
Superl. Sueton. in Calig. cap. 22. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit. i. e. Exquisitissimas.

EXCOGITATUS, ûs. m. Gell. 5. 10. Captionis versutæ excogitatu frustratus fuit.

EXCOGITATIO, ōnis. f. [ἐπίνοια] Cic. 1. Tusc. 6. Quid illa vis, quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur?
Difficilis excogitatio. Cic. 2. de Orat. 120. Quæ ab Oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem, perpolitamque desiderant.

EXCOGITATOR, ōris. m. [ἐπινοητής] Quintil. Decl. 10. 7. Sic magum protinus, nescia matre, &c. excogitator hic mortis alterius advocat.

EXCŎLO, colui, cultum, [ἐξεργάζομαι, ἐπικοσμέω] ĕre. Ornare, & expolire. Plin. Epist. 216. Emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur.
Dare se philosophiæ excolendum. Cic. 4. Tusc. 84.
Excolere & expolire. Cic. de Clar. Orat. 95. Cajusque Tuditanus cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum ejus elegans est habitum etiam orationis genus.
Mansuefieri & excoli. Cic. 1. Tusc. 62. Omnes magni, etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras invenerunt, a quibus mansuefacti & exculti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.
Beneficio excoli. Cic. in Orat. 31. An victus hominum, Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit?
Cura alicujus excoli. Ovid. 4. Trist. 10. 15.
Doctrina animos excolere. Cic. pro Arch. 12.
Disciplinis liberos excolere. Columel. lib. 4. cap. 3.
Officium excolere, cui opponitur Negligere officium. Cic. 1. Off. 13. In eoque excolendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Legitur ex vetusto exemplari, Colendo.
Oratione excoli. Cic. Parad. 1.
Rura excolere. Claud. 2. in Eutrop. 197.
Vitam excoluere per inventas artes. Virg. 6. Æn. 663.
Excolere, pro Colere. Cic. 2. Q. frat. 15. Itaque, ut tibi placet damus operam ne cujus animum offendamus, atque, ut etiam ab iis ipsis qui nos cum Cæsare tam conjunctos dolent, diligamur, ab æquis vero aut etiam a propensis in hanc partem vehementer excolamur.
Per quem verendos excolit pietas Deos. Phædr. 4. 10. 10.
Fundum alienum excolere, pro Colere. Cajus in l. Qui alienum. D. De donat.

EXCULTUS, Partic. [ἐξειργασμένος] ut, Excultus doctrina. Cic. 1. Tusc. 4.
Excultus ad humanitatem ex agresti immanique vita. Cic. 2. de Legib. 36. Tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus.
Studiis excultus. Ovid. 4. de Pont. 8. 1.
Animus excultus & acies curata. Cic. 5. Tusc. 59. Hic igitur si est excultus, & si ejus acies ita curata est ut ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus.
Ingenia disciplinis exculta. Cic. in Orat. 48. Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.
Opes excultæ. Propert. lib. 4. 1. 130.
Artibus exculta hominum vita. Cic. 2. Off. 5.

EXCULTUS, ûs. m. Festus in v. Conitum.

EXCULTOR, ōris. m. Tertull.

EX COMPACTO, vel COMPOSITO. V. EX.

EXCONSUL, ŭlis. m. [ἀνθύπατος, καὶ ἀνθυπατίας] Qui Consulatu functus est. Justinian. in l. 2. §. Nos itaque. C. de Veteri jure enucleando, Omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatii & Exconsuli credidimus, &c. & sæpe in eadem lege. V. Petr. Crinit. de Hon. Discip. 10. 12. & Isidor. 9. 3.
Exconsule, & Exquæstore, per omnes casus. Justinianus in secunda epistola Pandectis præfixa, Per Tribonianum virum magnificum, magistrum & Exquæstore sacri palatii, & Exconsule. Idem in epistola tertia, Quæ omnia per virum excelsum, necnon prudentissimum magistrum Exquæstore & Exconsule Tribonianum perfecta sunt. Loquendi forma, inquit Haloander, ei seculo familiaris, pro Quæstorio & Consulari viro, quomodo veteres Latini Proconsule, & Salustius Promilite, & Cic. Proquæstore uno verbo per omnes casus & numeros dixerunt. V. & Alciatum lib. 4. Dispunctionum cap. 3. infra PROCONSULE, & supra EX.

EXCONSULĀRIS, Adj. Idem, in l. 3. De proximis sacrorum scriniorum, lib. 12. C. Consulari honore fulti inter allectos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant qui Exconsularibus deferri consuevit. Quædam exemplaria legunt, Ex Consularibus.

EX CONTINENTI. V. EX.

EXCŎQUO, xi, ctum, [ἐξέψω] ĕre. Perfectionem significare videtur, remque Perfecte coquere. Ter. Adel. 5. 3. 63. Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo est. Columel. Vis frigoris excoquit terram.
Cruditatem excoquere Laconicis. V. Cruditas, in CRUDUS.
Ignis excoquit vitium metalli. Ovid. 4. Fast. 785.
Vitium per ignem excoquitur. Virg. 1. Georg. 88.
Excoquitur flammis scopulus. Sil. lib. 3.
Sol terram excoquit. Lucret. lib. 6. 962.
Excoquere malum alicui. Plaut. Pers. 1. 1. 53. i. e. Excogitare, & ad tempus præparare.

EXCORIO. H. St. Ex Gloss. vet. affertur in Thes. Lips. Excorio, ἀποδέρω. Sed in Gloss. Steph. Græco Lat. est Discorio, &, ἐκδέρω, Decorio.

EXCORRECTOR, ōris. m. Qui corrector esse desierat. Ursat. de Not. Rom. Thes. Ant. Rom. Græv. T. 11. p. 703. E.

EXCORS, ordis. Adj. [ἔκφρων] Qui veluti corde & animo ac sensu communi, h. e. intellectu caret. Veteres enim sapientiam in corde collocabant, quam nunc in cerebro ponimus. Cic. 1. Tusc. 11. Quid porro ipse animus, aut ubi, aut unde, magna dissensio est: aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Idem de Amicit. 99. Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Idem pro Planc. Et quenquam putas fuisse tam

tam excordem, qui vivis his, ftante urbe, & curia, reditutum me, fi viverem, non putaret? Hor. 1. Epift. 2. 25.
Sub domina meretrice fuiffet turpis, & excors
Vixiffet canis immundus, vel amica luto fus.
Excors & demens. Cic. pro Domo fua, 48. Neque tu eras tam excors, tamque demens, ut nefcires hunc Clodium effe qui contra leges faceret.
Infanus & excors. Hor. 2. Serm. 3. 67.
Tu ne infanus eris, fi acceperis? an magis excors
Rejecta præda, quam præfens Mercurius fert?

EXCREMENTUM. V. EXCERNO.

EXCREO, vel EXSCREO, [ἐκχρέμπτομαι, ἐκπτύω] āre. Vi quadam expuere, & cum tuffi. Plaut. Amph. 14. Si minufculo digito increpuerint fores, hac tegula, tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees. Celf. 3. 22. Pus excreatur, & interdum cruentum aliquid. Ovid. 21. Epift. 24.
Excreat, & ficta dat mihi figna nota.

EXCREATIO, ōnis. f. [ἔκπτυσις] ut, Sanguinis excreationes. Plin. lib. 24. cap. 14.
Excreationes faciles facit in cibo fumptum finapi. Plin. lib. 20. cap. 22.
Excreationes pectoris purgat. Plin. lib. 20. cap. 22.
Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Plin. lib. 20. cap. 22.

EXCREABĬLIS, Adj. [ἐκπτυστὸς] Quod excreari poteft. Plin. lib. 29. cap. 14. Pulmonum vitia excreabilia facit.

EXCRESCO, ēvi, ētum, [ἐξαυξάνω] ĕre. Crefcere in altum, & cito atque aperte. Columel. lib. 5. Si fatis excreverint, jugo fupponantur. Plin. lib. 37. cap. 2. Excrefcitque in dies ejus rei luxus.
In altum excrevit. Lucan. lib. 4. 11.
Colle tumet modico lenique excrevit in altum
Pingue folum tumulo.
In caput excrefcere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Excrefcere in longitudinem. Plin. lib. 16. cap. 30.

EXCRĒTUS, [αὐξηθεὶς] Partic. Virg. 3. Georg. 397.
Multi jam excretos prohibent a matribus hædos. Excretos, i. e. Validiores. Servius.

EXCRESCENTIA, æ. f. Vifcerum excrefcentia. Plin. 34. 18.

EXCRETUM. V. EXCERNO.

EXCRIBO. V. EXSCRIBO.

EXCRUCIO, [ἐξανιάω] āre. Valde cruciare. Ter. Eun. 5. 3. 11. Spero me habere qui hunc meo excruciem modo. Idem Heaut. 1. 2. 4. Proin tu folicitudinem iftam falfam quæ te excruciat, omittas. Cic. 3. Verr. 45. P. R. focium atque amicum fumo excruciatum femivivum reliquit. Idem pro Lege Manil. 11. Omni fupplicio necatum excruciavit.
Confici & excruciari. Cic. 14. Fam. 3. Conficior enim mœrore mea Terentia: nec meæ me miferiæ magis excruciant, quam tuæ veftræque.
Omni modo excruciare aliquem. Catul. 96. 12.
Excruciat animum libido. Cic. 1. de Fin. 50.
Frigus excruciabat nudos. Lucret. lib. 5. 1425.
Excruciat eam animi. Plaut. Mil. 4. 2. 76. Vide ne fis in expectatione: ne animi illam excrucies. Idem Epid. 3. 3. 8. Vel quafi egomet, qui filii caufa cœperam me excruciare animi. Ter. Phorm. 1. 4. 10. Eheu me miferum: quum mihi paveo, tum me Antipho excruciat animi.
Excruciatur vicem meam. Plaut. Moft. 3. 1. 8. i. e. Dolet infortunium meum.
Excruciatus inopia. V. OPULENTIA.

EXCRUCIABĬLIS, e. [ἀνιατὸς] Dignus qui excrucietur. Plaut. Cift. 4. 1. 1. Nullam ego me vidiffe credo magis anum excruciabilem quam illæc eft, &c.

EXCRUCIATUS, ûs. m. Prudent.

EXCUBICULARII, Qui cubicularii munere functi funt. Impp. l. 13. de excuf. libert. lib. 10. C. Maximarum culmina dignitatum, Confiftoriani quoque comites, notarii etiam noftri, & cubicularii omnes, atque excubicularii, ab omnibus fordidis muneribus vindicentur.

EXCŬBO, ui, ĭtum, [παννυχίζω, φρουρέω] āre. Vigilare, diligenter cuftodire. Salluft. in Jugurth. c. 100. Neque fecus, quam fi iter faceret, caftra munire, excubitum in portas cohortes ex legionibus, pro caftris equites auxiliarios mittere. Liv. 5. Excubare pro portis.
Excubare ad portum. Cæf. 2. Bell. Civil. 22.
In agro armatos excubare. Cic. 1. de Divin. 112.
In fano Pafiphaæ fomniandi caufa Lacedæmonii excubabant. Cic. 1. de Divin. 96.
Excubare in muris. Liv. 4. Bell. Maced. Cæf. 3. Bell. Civil. 50.
Excubant in tutela ruris in aqua fatæ falices. Plin. lib. 16. cap. 27.
Ante domum excubui. Ovid. 3. Amor. 11. 12.
Ante fores excubat Cerberus. Tibul. lib. 1. 3. 72.
Excubare pro pace. Modeft. in l. Famofi. D. ad leg. Juliam majeft.
Excubat laurus ante limina, pro Eft. Plin. lib. 15. cap. 30.
Excubare animo, pro Vigilare, & inquieto animo effe. Cic. 4. Tufc. 37. Qui femper animo fic excubat, ut ei nihil improvifum accidere poffit, nihil inopinatum, nihil omnino novum.
Excubare & vigilare pro aliquo. Cic. 6. Philipp. 18. Quamobrem Quirites, confilio quantum potero, labore plus pene quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis.
Excubat Reipub. cura apud nos. Cic. 10. Fam. 8. Ex quo intelligi poteft curam Reipub. fummæ defendundæ jampridem apud nos excubare.
Excubatur rerum, non animi, pretiis. Plin. lib. 35. cap. 7.
Excubare, pro Incubare, feu Ova fovere. Columel. lib. 8. cap. 5. Novellæ gallinæ magis edendis, quam excubandis ovis utiliores funt, inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares trajecta.

EXCUBATIO, ōnis. f. [παννυχισμὸς] Valer. lib. 4. cap. 7. de Amicit. Ex. 7. Pro dignitate & falute amicorum perpetuam excubationem.

EXCUBĬTOR, ōris. m. [φρουρὸς, παννυχιστὴς] Qui excubias agit. Ifidor. 9. 3. Columel. lib. 7. cap. 12. Quis cuftos incorruptior? quis excubitor inveniri poteft vigilantior? De canibus. Cæf. 7. Bell. Gall. 69. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præfidiis tenebantur.

EXCUBIÆ, arum. [παννυχίδες] diurnæ & nocturnæ funt: Vigiliæ tantummodo nocturnæ, inquit Valla lib. 4. Plaut. Cafin. prol. 54. Is fperat fi ei fit data, fibi fore paratas clam uxore excubias foris.
Excubiæ & cuftodiæ. Cic. pro Marcell. 33. Non modo excubias & cuftodias, fed etiam laterum noftrorum oppofitus & corporum pollicemur.
Excubiæ & vigiliæ. Cic. pro Milon. 68. Si hæc arma, fi Capitolinæ cohortes, fi excubiæ, fi vigiliæ, fi delecta juventus, quæ tuum corpus domumque cuftodit, &c.
Capitis alicujus excubiæ. Cic. 7. Philipp. 24. Cujus ego excubias & cuftodias mei capitis cognovi.
Cuftodum excubiæ. Ovid. 1. Amor. 6. 7.
Vigilum excubiæ. Virg. 9. Æn. 159.
Excubiæ miferæ, flebiles vigiliæ, noctes acerbæ, cuftodia infelix. Cic. pro Planc.
Triftes excubiæ. Hor. 3. Carm. 16. 3.
Agere excubias. Ovid. 3. Faft. 245.
Habere excubias. Plin. lib. 10. cap. 23.
Madentes vino excubiæ. Claud. in Nupt. Hon. 80.
Excubia in fingulari dixit Ambrofius, tefte Gulielmo Lilio. H. St.

EXCUBĬTUS, ûs. [παννυχισμὸς] pro Excubiis. Hirt. de Bell. Hifp. 6. Partim ut pedeftres copiæ in ftatione & in excubitu caftris præfidio effent.

EXCŪDO, excudi, (& Excufi fecundum Charifium & Probum) ufum, [ἐκκρούω] ĕre. Cudendo efficere, inquit Servius. Virg. 6. Æn. 848.
Excudent alii fpirantia mollius æra.
Excudere, Procudere, & Incus ipfa, a Cudendo dicta funt, tefte Fefto. Al. Cædendo.
Ceras excudunt apes. Virg. 4. Georg. 57.
Artes excudere, per metaphoram. Virg. 1. Georg. 133.
Ut varias ufus meditando excuderet artes. Ubi Serv. Studiofe reperiret, & coleret. Alii legunt Extunderet, h. e. Velut extorqueret, & violenter pararet meditando five exercitando. [Eaque fine dubio vera lectio, maxime cum altero dein verfu fequatur,
Et filicis venis abftrufum Excuderet ignem. Quæ repetitio fane inconcinna foret.
Excudere ignem. Virg. 1. Georg. 135. h. e. Cudendo elicere.
Silicis fcintillam excudit Achates. Virg. 1. Æn. 172. Ubi Servius, Excudit, Feriendo ejecit: quia cudere, eft ferire. Quo loco quidam legunt Excuffit: quod etiam ftare poteft. [Nego. V. EXCUTIO.
Excudere ova dicuntur gallinæ, & hujusmodi animalia: quod & Excludere dicitur. Columel. lib. 8. cap. 14. Negatur anfer aliena excudere ova, nifi fubjecta fua quoque habuerit. Varro 3. de R. R. cap. 9. [Ex imitatione Græci ἐκκολάπτειν Sylb. deducit. Forte tamen his & aliis locis Excludere legendum.
Excudere dicta alicujus. Ovid. in Fragm.
Excudere aliquod opus, pro Componere. Cic. 15. Att. 26. Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in thefauris tuis.

EXCUSIO, ōnis. f. tribuitur Apul.

EXCŪSOR, ōris. m. [ἐκκολαπτὴς] Idem quod Vafcularius. Quintil. lib. 2. cap. 21. Nam fi quæram quæ fit materia ftatuarii, dicetur æs; fi quæram, quæ fit excuforis, id eft ejus fabricæ, quam Græci χαλκευτικὴν vocant, fimiliter æs effe refpondeant.

EXCULCO, [κατapατέω] āre. Vehementer pedibus calcare. Cæf. 7. Bell. Gall. 73. Simul confirmandi & ftabiliendi caufa finguli ab infimo folo pedes terra exculcabantur.
Exculcare, pro Calcando exprimere. Plaut. Capt. 4. 2. 30. Ex ipfis dominis, meis pugnis exculcabo furfures.

EXCULCĀTUS, Partic. [καταπεπατημένος] pro Obfoleto, fordentique. Gell. lib. 11. cap. 7. pr. Verbis, inquit, uti aut nimis obfoletis, exculcatisque. Idem alibi Invulgata, fordentiaque vocat.

EXCULCĀTOR, ōris. Dicebantur autem exculcatores milites, Qui fcilicet miffilia & lapides & glandes exculcant & ejiciunt. Ufus eft Vegetius, 2. 17. apud quem tamen hactenus Scutatores vel Scultatores corrupte editum eft. Turneb. Adv. 24. 12.

EXCULPO, vel EXSCULPO, pfi, ptum, [ἐκγλύφω] ĕre. Idem quod Perfecte fculpere. Plin. lib. 33. cap. 9. Quinetiam pocula ita figurantur, exculptis intus crebris ceu fpeculis, ut vel uno intuente, populus totidem imaginum fiat. Ex vetufto codice legitur Expulfis.
Exculpere aliquid e quercu. Cic. 13. Att. 28. Tamen nefcio quid e quercu exculpferam quod videretur fimile fimulacri. Sic Exculpere ex marmore. Quintil. lib. 2.
Signum ex lapide exculpere. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Exculpere nidos gallinarum, aut affigere parieti. Varro 3. de R. R. cap. 8. Ita ut in parietibus circum omnia plena fint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter.
Exculpere alicui oculum, per translationem. Ter. Phorm. 5. 7. 58. V. OCULUS. al. Excludere. q. V.
Exculpere, pro Eradere. Nepos in Paufania, c. 1. extr. Hos verfus Lacedæmonii exculpferunt: neque aliud fcripferunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Perfæ erant victi.
Exculpere, Extorquere. Plaut. Cift. 2. 2. 6. Vix exculpfi ut diceret. Lucil. lib. 2. Sat. Nunc nomen, jamque ex teftibus ipfe rogando exculpo, hæc dicam.
Exculpere verum ex aliquo. Ter. Eun. 4. 4. 45.
Exculpere prædam ex. Lucil. Uti efurienti leoni ex ore exculpere prædam. Nonius.

EXCULTUS. V. EXCOLO.

EXCURIO, āre. [ἐξαρχαίω] Curia excludere. Varro Hippocyone. Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat. Antiquum. Nonius 1. 164.

EXCURIATI, Exterminatique apud Varronem & M. Tullium leguntur vocabulis fane probis, pro His qui curia & terminis exacti funt. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 12.

**Excuratus**, Partic. [ἐξητημασμένος] ab Excuro, Accuratus, Diligenter & cum cura apparatus: ut, Excuratus victus. Plaut. Pseud. 5. 1. 8. Ita excurato victu, ita magnis munditiis, &c.
Excuratus homo. Plaut. Casin. 3. 6. 6.

**Excurro**, curri, & cucurri apud Plautum & Livium, cursum, [ἐκθέω, ἐκτρέχω] ere. Extra currere. Cic. 5. Att. 15. Ego dum panes & cetera parantur, excurro in Pompejanum. Liv. 1. Quum plures igni quam ferro armati excucurrissent, cæde incendioque cuncta complent. Cic. 3. Verr.
Excurremus legati ad Pisonem. Cic. 1. Att. 1.
Evolare & excurrere. Cic. de Clar. Orat. 272. Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. conf. mox Evolant &c.
Ad aliquem excurrere. Cic. 3. Fam. 7. Mandavi utrique eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire possem.
Ex aliquo loco excurrere. Cic. 2. pro Lege Agr. 86.
Excurrere dicuntur milites, Quando ex castris exeuntes, in hostilem agrum grassantur. Liv. 1. 15. In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quam justi more belli.
Excurrere aliquid dicitur, Quum protenditur in longum vel latum. Liv. 6. Bell. Pun.
Excurrunt germinationes. Plin. lib. 17. cap. 26.
Excurrit etiam oratio. Cic. 3. de Orat. 188. Ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius, ut membris distinguatur. h. e. Ne longis divagationibus obruatur.
Insistere & Excurrere dicitur oratio, contraria. Cic. in Orat. 170. Quid est cur claudicare aut insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere?
In locum excurrere. Quintil. lib. 4. cap. 3.
In campo excurrit virtus. Cic. pro Muren. 18. Nullum enim vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset.
Excurrens in meridiem planities. Plin. lib. 17. cap. 5.
Eventus donationis excurrit in hoc tempus. Ulpian. in L. Qui in hoc. D. De donat. inter virum & uxorem.
Evolant atque excurrunt foras animi. Cic. 1. de Divin. 114.
In pericula excurrere. Sen. 2. de Benef. cap. 34.
Summa excurrit. Paul. in l. Pub. Mæv. §. fin. D. Depositi vel contra, Debetis mihi decem quos apud Titium deposuistis, Item κεφάλαιον decem: item ex ratione patris vestri decem & quod excurrit. i. e. Decem aureos & aliquot denarios vel sestertios. Excurrere enim id dicitur, Quod ordinem aut modum, i. e. Mensuram, numerumve egreditur. Cic. in Orat. 78. de numeris oratoriis loquens, Excurrentia appellat verba, Quæ ultra rythmum legitimum adducuntur. Hinc, Summa excurrens Latine dicitur, quam lingua vulgaris Ruptam appellat: ut quum dicunt Solidos fractos, i. e. Brisatos. Quadrans autem summa dicitur & solida, In qua nihil excurrit. Bud. in dicta l. Publ. Mæv.
Excurrere, pro Digredi; V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

**Excursus**, Partic. [ἐκδεδραμηκώς] Ter. Adel. 5. 4. 6. Prope jam excurso spatio, mitto: id quamobrem, reipsa repperi. Decurso Bentl. ex Prisciano q. omnino V.

**Excursus**, ûs. m. [ἐκδρομή] Plin. lib. 5. Epist. 6. Vides ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat: modum tamen servat, non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est.
Excursus navigiorum. Hirt. Bell. Alex. 19.
Breves excursus tentare. Virg. 4. Georg. 194.
Excursus, pro Digressione. V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

**Excursio**, ōnis. f. [ἐκδρομή] Cic. de Senect. 19. Nec enim excursione, nec saltu utebatur.
Excursio militum. Cic. pro Lege Manil. 17. Quum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit.
Excursiones & latrocinia hostium. Cic. pro Deiot. 22. Sed quibus fines suos ab excursionibus hostium & latrociniis tueretur.
Infesta excursionibus Barbarorum via. Cic. de Provinc. Conf. 4.
Excursiones invicem facere. Liv. 10. Bell. Pun. Inde jaculis summoti, recurrere ad suos, inde excursiones invicem fieri.
Breves excursiones. Scævola in l. Mœnia. §. ultim. D. de annuis legatis.
Excursio orationis. Cic. 2. de Divin. 26. Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio, nunc, &c.

**Excursatio**, ōnis. f. ab EXCURSO freq. Idem. Valer. Max. 2. 3.

**Excursator**, ōris. m. Ammian. l. 24. pr.

**Excursor**, ōris. m. [ἐκδρομεύς] Qui excurrit. Cic. 4. Philipp. 15. Est igitur Quirites Pop. Rom. victori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. Idem 4. Verr. 22. Petit Nævius Turpio quidam istius excursor & emissarius.

**Excūso**, [παραιτοῦμαι, προφασίζω, ἀπολογέομαι] are. quasi Ex causa detrahere, & absolvere: significatque proprie Objectum crimen diluere. Cic. 15. Att. 27. Atticæ meæ velim me ita excuses ut, &c.
Excuso me tibi in eo ipso, in quo te accuso. Cic. 2. Q. frat. pr.
Nimis se aliquibus excusare. Cic. 9. Att. 15. Verum (ut scribis) quum scimus, viris bonis me nimis excuso.
Excusare aliquem alteri per literas. Cic. 11. Fam. 15. Planco collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret.
Crimen excusare lacrymis. Stat. 6. Theb. 44.
Excusatum me volo. Cic. 3. Verr. 105. His omnibus qui istius injurias norunt, hoc est Pop. Rom. universo, me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore ut multa prætercam.
Excusare aliquem apud. Cic. 12. Att. 15. De me excusando apud Apulejum dederam ad te pridie literas.
Excusatum habere. V. EXCUSATUS.
Excusare se de. Cæs. 4. Bell. Gall. 22. Morinorum legati ad eum venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent.
Excusare aliquid, est Afferre in excusationem id quod peccandi causam præbuit, veluti si latrones aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem adesse possem. Quintil. in Pastu cadaverum 25. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius venisses, excusares mare & ambiguos flatus. Liv. de Torquato, Oculorum valetudinem excusavit. Sic Plin. lib. 26. cap. 1. Excusare valetudinem. Plin. Epist. 1. 7. Advocationem.
Laborem excusare. Hor. 1. Epist. 7. 67. — ille Philippo
Excusare laborem, & mercenaria vincla,
Quod non mane domum venisset.
Moras excusat fratri. Stat. 12. Theb. 334.
Propinquitatem excusare. Cic. 8. Philipp. 1. Quanquam is quidem antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit. i. e. Excusavit se, quod propinquus esset.
Tarditatem literarum alicujus alteri excusare. Cic. 15. Att. 26. extr.
Vires excusare. Ovid. 14. Met. 462.
— postquam mandata peregit,
Auxilium petiit; vires Ætholius heros
Excusat.
Excusari morbi causa. Cic. 12. Att. 14. Sed cura ut excuser morbi causa in dies singulos.

**Excusans**, Partic. [παραιτούμενος] Cic. de Clar. Orat. 101. Cui tamen Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed majori filiæ detulisse.
Verba excusantia dicere. Ovid. 9. Met. 215.

**Excusatio**, ōnis. f. [παραίτησις, πρόφασις, ἀπολόγημα] Cic. de Amicit. 37. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Plaut. Asin. 3. 1. 31. Hic dies summu'st apud me inopiæ excusatio.
Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 90.
Oculorum excusatio. Cic. 2. de Orat. 275. Ut ego qui in delectu Metello quum excusationem oculorum a me non acciperet, & dixisset, Tu igitur nihil vides?
Idonea & justa excusatio. Cic. 16. Fam. 25.
Sapiens & probabilis excusatio. Cic. 8. Att. 16. Omnia sunt integra nobis: nihil prætermissum est quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem.
Accipere excusationem. Cic. 12. Fam. 25. conf. Oculorum excusatio.
Turpis excusatio minime accipienda est. Cic. de Amicit. 40.
Afferre excusationem. Cic. 10. Fam. 4. Ego autem præteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram. V. AFFERO.
Defendere excusatione adolescentiæ, vitia alicujus. Cic. pro Cœl. 2.
Defendit aliquem necessitatis excusatio. Cic. pro Rabir. Posth. 27.
Defendere se excusatione stuporis. Cic. de Arusp. Resp. 5.
Deprecari excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium. Cic. pro Cæcin. 30.
Dare excusationem. Cic. 6. Fam. 7. Sed utrique rei excusationem, tuæ vitæ consuetudo dat.
Dare alicui justam excusationem. Cic. 6. Verr. 125. Sappho, quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi justam excusationem, prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur.
Errare posse cum excusatione. Cic. 11. Fam. 28.
Eruere excusationem. Sen. 2. de Benef. cap. 30. Non est quod quisquam excusationem mentis ingratæ ab infirmitate atque inopia eruat. i. e. Non te fingas inopem aut infirmum, ne ingratus videaris.
Habere excusationem legitimam. Cic. 5. Philipp. 14.
Habere excusationem pietatis, necessitatis, & ætatis. Cic. pro Cœl. 2.
Non habet excusationem stultitia. Cic. 1. de Orat. 125.
Parare excusationem ad aliquem. Cic. 12. Att. 25. Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem. V. PARO.
Probare excusationem. Cic. in Orat. 230. Nobis autem in scribendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur.
Quærere excusationem. Cic. pro Rabir. Perd. reo, 8.
Relinquere excusationem ad aliquem. Cic. 9. Att. 4. Hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem.
Tegenda excusatione amicitiæ consensio improborum non est, sed potius omni supplicio vindicanda. Cic. de Amicit. 43.
Valent apud aliquem excusationes alterius. Cic. pro Sylla, 47.
Uti excusatione adversus aliquos. Cic. 2. Off. 68. Utendum etiam est excusatione adversus eos quos invitus offendas, quacunque possis, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris.
Uti temporis excusatione. Cic. 10. Att. 13. Sed si mihi Q. Axius in hac mea fuga HS XIII. non reddit, quæ dedi ejus filio mutua, & utitur excusatione temporis, &c.

**Excusatiuncula**, æ. Salvian.

**Excusator**, ōris. m. Augustin.

**Excusatus**, a, um. [παρῃτημένος] Quintil. lib. 7. Excusatum esse rusticum qui non interfuerit judicio. Et Martial. lib. 2. 79.
Excusatum habeas me rogo, cœno domi.
Compar. Plin. lib. 4. Epist. 5. Oportet enim nos breves esse, quo sit excusatius quod librum ipsum non tamen ultra causæ amplitudinem extendimus.
Superl. Sen. de Vita Beata cap. 29. Excusatissimus essem, etiamsi non præcepta illorum sequerer, sed exempla.

**Excusate**, Adv. [παρῃτημένως] Plin. Epist. 198. Licebit rursus irasci, si meruerit, quod exoratus excusatius facies. Quintil. Et fieri id videtur excusate. i. e. Citra culpam, ait Budæus.

**Excusabilis**, e. [παραιτητός] ut, Crimen excusabile. Ovid. 4. de Pont. 1. 1.
Pars delicti excusabilis. Ovid. 1. de Pont. 7. 41.

**Excusor**, oris, **Excusus**. V. EXCUDO.

**Excussatus**, **Excusse**, **Excussorius**, **Excussus**. V. EXCUTIO.

**Excŭtio**, ssi, ssum, [ἐκτινάσσω, ἀποσφενδονίζω] ere. ab Ex & Quatio; significat Movere, & dejicere. ut, Excussæ in terram litteræ. Cic. 2. de Nat. Deor. 93.
E manibus excutere aliquid. Pers. 3. Sat. 100.
Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem
Excutit e manibus.
Amplexus excutere. Ovid. 9. Met. 52.
Arcus sævos excutere. Ovid. 3. de Arte Am. 29.
Cæsariem excussit. Ovid. 1. Met. 179.
Cerebrum alicui excutere. Plaut. Aulul. 2. 1. 29. Quia misero mihi cerebrum excutiunt dicta tua, &c.
Cibos excutere ore. Stat. 5. Theb. 603.
Clavum lapide excutere. Plaut. Men. 1. 1. 10.
Conditionem excutere suæ fortis. Ovid. 3. Trist. 14.
Vide in CONDITIO, quomodo sit expositum hic Excutere. H. St.

Curſu excuti, pro A propoſito curſu averti. Virg. 3. Æn. 200.
Excutimur curſu, & cæcis erramus in undis.
Delicias excutere. Claud. 2. in Eutrop. 147.
Delicias & ineptias aliquorum excutere. Cic. pro Cæl. 67.
Ab equis excuti. Ovid. 1. in Ibin, 580.
Equitem excutere dicitur equus. Liv. 8.
Feras excutere cubilibus. Plin. in Paneg. 81.
Flammas pectore excutere. Ovid. 7. Met. 17.
Fœdus conceptum excutere. Virg. 12. Æn. 158.
Gladium morituro excutere. Sen. 3. de Benef. cap. 9.
Habenas excutere per colla jubasque. Ovid. 5. Met. 404.
Jactationem verborum alicui excutere. h. e. Adimere, auferre. Cic. pro Sylla, Qui ſi attulerint nervos & induſtriam, mihi crede, excutient tibi iſtam verborum jactationem, & te ex ſomno ſæpe excitabunt.
Ignem excutere. Plin. lib. 16. cap. 40. [ Excudere Hard. recte. Excutere enim eſt Abjicere, ἀποῤῥίπτειν, ut in ſeq. exemplo, Excudere vero Elidere, ἐκτρίβειν. q. V.
Ignem de crinibus excutit. Ovid. 12. Met. 281.
Imperatores excutere. Cic. 2. de Lege Agr. 60. Qui non modo reges, atque exterarum nationum homines, ſed etiam imperatores noſtros excuſſerunt.
Jugum excutere, Nolle obedire. Tractum ab equis vel bobus aratoriis, qui dum arare nolunt, jugum excutiunt. Plin. Paneg. c. 11. extr.
Lacrymas excutere alicui, Provocare aliquem ad lacrymas. Ter. Heaut. 1. 1. 115. Lacrymas excuſſit mihi.
Hoc genus totum maledicti excuſſit illa calamitas. Cic. pro Domo ſua, 76.
Mentem excutere alicui, i. e. Adimere. Plin. lib. 1. Epiſt. 18.
Metum excutere de corde. Ovid. 1. Faſt. 16.
Deque meo pavidos excute corde metus.
Mœnia fundo excutiam. Stat. 3. Theb. 249.
Nummos alicui de manu excutere. Ulp. in l. Si ſervus ſervum. §. Si quis de manu. D. Ad leg. Aquil.
Oculos excutere alicui, pro Excludere, Eruere. Plaut. Perſ. 5. 2. 16.
At ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.
Onus excutere viſceribus, i. e. Abortum facere. Ovid. 11. Epiſt. 42.
Pacem excuſſerat orbi. Lucan. lib. 1. 69.
Patria excuti. Virg. 8. Æn. 299.
Quinetiam patria excuſſos infeſta per undas Auſa ſequi.
Pennas excuſſit Boreas. Ovid. 6. Met. 703.
Querelas. Claud. de Bell. Get. 25.
Quies terrore excutitur. Ovid. 4. Faſt. 667.
Rationem excutere, i. e. Examinare, Conficere & ſubducere rationem militum. Plin. lib. 7. Epiſt. 31. ad Cornut.
Riſum excutere ſibi. Hor. 1. Serm. 4. 35.
Sceptris excuti ab aliquo, i. e. A regno dejici. Ovid. 1. Faſt. 198.
Se excutere. Ter. Phorm. 4. 1. 20. Quod ſi fit: uti me excutiam, atque egrediar domo, id reſtat.
Senſus mihi excuſſit nimius dolor. Sen. OEth. 10.
Seram poſte excutere. Ovid. 1. Amor. 6. 24.
Severitatem veterem excutere. Cic. 9. Fam. 10. Tu adeo mihi excuſſam ſeveritatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant?
Sitim excutere undis. Sen. OEth. 8.
Somno excuti. Virg. 2. Æn. 302.
Soporem excutere. Ovid. 11. Met. 677.
Studia de manibus excutere. Cic. pro Muren. 26. Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur.
Summam pecuniæ excutere cuipiam. Ulpian. in l. Si fidejuſſor. §. Si cum debitor. D. Mandati.
Tela excutere alicui. Ovid. 2. Amor. 5. 52.
Venabula roſtro excuſſit ſus. Ovid. 10. Met. 713.
Verba fortia alicui excutere. Tibul. lib. 2. 6. 12.
Vomitum alicui excutere. Plaut. Merc. 3. 3. 15.
Verbum aliquod excutere & explicare. Cic. in Partit. 124. Et Quintil. lib. 1. cap. 5. Excutere omne ſcriptorum genus. Et lib. 5. Hæc omnia Cicero excutit.
Excutere, Commovere ſe, & ſpiritus omnes, ſenſusque ſuos ad intelligentiam colligere & excitare, quod fit quum res aliqua intellectu difficilis objicitur nobis. Cic. 3. Off. 81. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ ſit in ea ſpecies, forma & notio viri boni.
Excutere aliquem, [ *Fouiller.* H. St. ] Scrutari & diligenter inquirere. Plaut. Aulul. 2. 1. 29. Cic. pro Roſc. Amer. 97. Nihil eſt Glaucia quod metuas, non excutio te: ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor. Plin. lib. 7. cap. 36. A janitore ſemper excuſſa, nequid inferret cibi, deprehenſa eſt uberibus ſuis alens eam. Hæc Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 2. Excuſſerunt illi patrem, & aurum in ſinu ejus invenerunt.
Facultates alicujus excutere. Ulp. l. 1. D. De magiſtrat. conveniendis. Prius enim arbitror conveniendum eum, qui hoc ſuſcepit: deinde excuſſis ejus facultatibus, tunc veniendum ad collegam.
Excutere aliquid, Diligentius æſtimare, & exactius aliquid expendere. Ulp. in l. ſi mandavero. D. Mandati, Si tibi mandavero ut excuteres vires hæreditatis. Et paulo poſt, Si mandavi tibi ut vires excuteres ejus, cui eram crediturus. Cic. pro Planc. 29. Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. Budæus. Cic. 1. Tuſc. 111. Hanc excutere opinionem mihimet volui radicitus. Idem 1. Tuſc. 88. Illud excutiendum eſt, ut ſciatur quid ſit carere.
Verba itaque Senatusconſulti excutiamus. Ulp. in l. 2. §. 2. D. ad SC. Vellej.
Excutere debitorem. Paul. l. 46. §. 6. D. de Adminiſt. tut. Non prius pupillus ad magiſtratus reverti poteſt, quam omnes tutores excuſſi fuerint. i. e. Quam actione tutelæ expertus ſit, an ab eis ſuum ſervare poſſit. Budæus. Alii legunt Excuſſati. V. paulo poſt EXCUSSIO.
Impenſam excutere. i. e. Imputare quanti ſint impenſæ. l. 60. §. mandavi. D. locat.
Excutere aliquem, aliter, pro Spoliare, & pecuniis exhaurire. Cic. de Aruſp. Reſp. 37. Niſi forte tibi eſſe ignotum putas, quod te judices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum, ſuo judicio abſolutum, omnium condemnatum. i. e. Exhauſtum pecuniis quibus eos corrupiſti, & (ut vulgo dicitur) Deplumem te reliquerunt, Nihil tibi reliqui fecerunt.
Excutere, Eligere, omnibus excuſſis angulis. Cic. 12. Philipp. Juventutem omnem ex tota Italia excuſſimus.

EXCUTIENDUS, Partic. [ ἐκτινακτέος ] ut, Pulvis excutiendus digitis. Ovid. 1. de Arte Am. 150.
Ruſticitas excutienda. Ovid. 16. Epiſt. 186.
Quod male perſuades, utinam bene cogere poſſes:
Sic mea ruſticitas excutienda foret.

EXCUSSUS, Partic. [ ἐκτετιναγμένος ] Cic. pro Syll. 47. Noli aculeos orationis meæ qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari.
Agna excuſſa dentibus lupi. Ovid. 1. Triſt. 1. 78.
Brachia excuſſa jactare. Ovid. 5. Met. 596.
Excuſſum ingenium. Vide meam præfat. in Plinii Epiſt. H. St.
Lancea excuſſa lacertis. Lucan. lib. 3. 382.
Lumbi excuſſi. Propert. lib. 2. 16. 27.
Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis.
Nubibus excuſſis ignis eliſus. Ovid. 8. Met. 339.
Navis excuſſa magiſtro. Virg. 6. Æn. 353. i. e. De qua magiſter excuſſus fuit.
Rudentes excuſſos laxare. Virg. 3. Æn. 267.
Togula excuſſa. Martial. lib. 4. 66.
Tuſci grandine excuſſi. Plin. Epiſt. 71.
Vulgo excuſſo patuere ſedilia. Stat. 6. Theb. 449.
Pectore noſtro excuſſus dicitur, Cujus obliti ſumus. Virg. 5. Æn. 679.

EXCUSSUS, ûs. m. Prudent. 5. Periſteph.

EXCUSSIO, ōnis. f. [ ἐκτιναγμός Gloſſ. Vet. ] JCtis eſt Diligens inquiſitio, ac detentio rerum bonorumque principalis debitoris per judicem, usque ad peram, ut vocant, & ſacculum, id eſt noviſſimum quadrantem effecta. Vulgo Diſcuſſio.

EXCUSSOR, ōris. m. Excuſſor tritici.

EXCUSSO, āre. frequent. Tertull.

EXCUSSATUS, Partic. V. paulo ſupra Excutere debitorem.

EXCUSSE, Adv. [ ἐκτετιναγμένως ] Accurate. Sen. 2. de Benef. cap. 17. Si cum tirone & indocto, non tam rigide, nec tam excuſſe, ſed languidius & in ipſam ejus dirigentes manum, remiſſe occurremus. [ i. e. non tantopere excuſſa pila. de Pilæ luſu enim agit.

EXCUSSORIUS, Adj. [ ἐκτινακτικός ] Plin. lib. 18. cap. 11. Cribrorum genera Galli e ſetis equorum invenere: Hiſpani e lino excuſſoria & pollinaria: Ægyptus e papyro atque junco.

## E X D

EXDECIMO, āre. [ ἐκδεκατέω ] Decimum quemque eligo, interprete Feſto: a verbo Decimo, quod eſt Decimam partem detraho: Et in ſequiorum temporum auctoribus ponitur pro Deligere, excerpere. Symmach. 5. Epiſt. 83. ſcribitur & Edecimo, & Edecumo.

EXDORSUO, [ ἐκνωτόω ] āre. Dorſum confringere, dum apparantur piſces & exenterantur. Plaut. Aulul. 2. 9. 2. Dromo deſquama piſces: tu Macherio congrum, murenam exdorſua quantum potes.

EXDUTÆ, Exuviæ, Antiquum. Feſtus. [ Forte Exduta.

## E X E

EXĔCO, ui, ctum, [ ἀποτέμνω ] āre. ab Ex & Seco ſecas; ideo rectius in hodiernis editionibus plerumque ſcriptum invenimus, Exſeco. Excidere. Columel. lib. de Arborib. cap. 26. Arborem quam inſerere voles, ferra diligenter execato ea parte quæ maxime nitida & ſine cicatrice eſt. Cic. pro Cluent. 187. Nam Stratonem quidem Judices, in crucem actum eſſe execta ſcitote lingua.
Sanare & execare. Cic. 2. Att. 1. Non minus probanda medicina quæ ſanaret vitioſas parteis Reip. quam quæ execaret.
Armarii fundum execuit. Cic. pro Cluent. 176.
Execare nervos urbis, per translationem. Cic. pro Lege Agr. 2. 91. Nervis urbis omnibus exectis, urbem ipſam ſolutam ac debilitatam reliquerunt. Al. Ejectis.
Execare mercedes capiti, i. e. de Sorte deducere. Hor. 1. Serm. 2. 14.
Execare peſtem Reipub. Cic. pro Sext. 135.

EXECTUS, Partic. [ ἀποτμηθείς ] Cic. 2. de Nat. Deor. 63. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit. ſc. exectum Cœlum a filio Saturno. i. e. Caſtratum.
Cornu execto frons. Hor. 1. Serm. 5. 59.
Virum execta juventus. i. e. Spadones, ſexum virilem exectum habentes. Lucan. lib. 10. 134.
Lingua execta. Lucan. lib. 2. 181.
Silvæ exectæ. Claud. 1. Conſ. Stil. 198.
Viſcera execta vivæ ſtrigis. Sen. Med. 9.
Exectus & exemptus honore. Plin. Epiſt. 36.
Execti etiam dicuntur, quos veteres Cæſares, aut Cæſones vocaverunt, qui ſcilicet ex matris mortuæ ſecto utero ſunt extracti. Paulus in l. anniculus. D. de verb. & rer. ſignif. Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuæ filius exectus eſt. Quædam exemplaria legunt Extractus.

EXECTIO, ōnis. f. [ ἐκτομή ] Cic. pro Cluent. 180. Quum exectio illa fundi in armario animadverteretur, &c.

EXĔCRO, ſeu potius EXSĔCRO, āre. ab Ex & Sacer. Afranius Incendio, Experjurabant, execrabant ſe ac ſuos. Nonius 7. 45. & Priſcian. 797. Sed frequentius eſt,

EXECROR, [ ἐπαρῶμαι, καταρῶμαι ] āri. eſt Verbis diris & execratione plenis imprecari. Cic. 3. Off. 11. Itaque accepimus Socratem execrari ſolitum eos, qui primum hæc natura cohærentia diſtraxiſſent.
Alii EXSECROR, ut Auri Sacra fames, an Exſecror, id eſt E Sacrorum numero eximo? H. St. Quædam & ex Pontano adſcripſerat, quæ culter bibliopegi abſcidit, paginarum tantum numeris relictis, 596. 598. qui neque Aldinis, neque Cratandri reſpondent.
Execrari & deteſtari, apud Liv. lib. 5.
Execrari, & male precari. Cic. in Piſon. 33. Tibi proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent.

Recteque Socrates execrari eum solebat qui primus utilitatem a natura sejunxisset. Cic. 1. de Legib. 33.
Odisse aliquem, ei pestem exoptare, & eum execrari. Cic. in Pison. 96.
Gentem execrari. Ovid. 14. Met. 191.
Terram execrari. Virg. 3. Æn. 273.
Execrari, & invocare furias alicui. Liv. 1. 59. extr. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, execrantibus quacunque incedebat invocantibusque parentum furias viris mulieribusque.
Execrari in caput. Liv. 39. 51. extr. Execratus deinde in caput regnumque Prusiæ, & hospitales deos violatæ ab eo fidei, testes invocans, poculum exhausit.

EXECRANS, [ἐπαρώμενος] Partic. ut
Verba execrantia edere. Ovid. 5. Met. 105.
Vota execrantia nomen alicujus. Ovid. in Ibin, 93.

EXECRATUS, [κατάρατος] Execratissima anguria. Plin. lib. 8. cap. 2.
Civitas execrata. Hor. Epod. 16. 18.
Execratum malum odore & amaritudine. h. e. Ingratum vel gustu vel odore. Plin. lib. 13. cap. 16. Alia est arbor eodem nomine malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine.

EXECRANDUS, Partic. pass. [ἐπάρατος] Cic. 2. Philipp. 65. Deinde quum Pompeji sector, non te execrandum Pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias?
Execranda res atque pessima. Plin. lib. 7. cap. 13.

EXECRABĬLIS, e. [βδελυκτός] Detestandum & abhorrendum. Liv. 31. 17. Præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus. i. e. Illud quo se devovent.
Odium execrabile. Liv. 26. 13. Vetus atque usitata res est, in oppugnanda hostium urbe, labores ac pericula pati: illud iræ atque odii execrabilis indicium est.
Execrabilis, pro Duro. [Immo Diro] Plin. lib. 9. cap. 48. Sed nullum usquam execrabilius quam radius per caudam eminens, &c.

EXECRABILĬTER, Adv. August.

EXECRABILĬTAS, ātis. f. Apul.

EXECRAMENTUM, i. n. Idem ac Execratio. Tertull.

EXECRATIO, ōnis. f. [ἀρά, κατάρα, ἀρεία, βλασφημία] Sallust. in Catil. c. 22. Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse: inde quum post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum, atque eo dictitare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii.
Fides, execratio, dextræ, & complexus. Cic. 7. Verr. 103.
Malum omen & execratio. Cic. pro Sext. 71. Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo vulturii paludati.
Execrationem obtestationemque in aliquos componere. Liv. 26. 25. Acarnanes ab XV. ad LX. annos conjurant, nisi victores se non redituros: qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet. Diram execrationem in populares, obtestationemque, quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites composuerunt.
Cautione, fœdere, execratione aliquem devincire. Cic. pro Sext. 17. Hunc vir clarissimus, mihique multis repugnantibus amicissimus, Cn. Pompejus omni cautione, fœdere, execratione devinxerat, nihil in Tribunatu contra me esse facturum.
Habet execrationem lex. Cic. 2. Att. 18. Habet etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque ut ex legibus Juliis.
Execrationibus publicis sancitum. Cic. 3. Off. 55. Quid enim est aliud quam viam erranti non monstrare (quod Athenis execrationibus publicis sancitum est) si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere?

EXECUTIO. V. EXEQUOR.

EXEDENTULUS, Adj. Idem ac Edentulus; Qui dentibus caret. Tertull.

EXĔDO, edis vel es, ēdi, ēsum, [ἐξέδω, κατέδω] ĕre. Consumere. Plin. lib. 26. Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Ter. Phorm. 2. 2. 4. Tibi omne est exedendum.
Exedere, lacerare, conficere animum dicitur ægritudo. Cic. 3. Tusc. 27. Lacerat, exest animum, planeque conficit. De ægritudine.
Ægritudines exedunt homines. Cic. 5. Tusc. 16.
Ardor flammeus exederat silvas. Lucret. lib. 5. 1252.
Argentum vivum exest ac perrumpit vasa. Plin. lib. 33. cap. 6.
Labor exedit homines. Valer. 4. Argon. 470.
Malum exedit artus penitus. Sen. OEth. 9.
Mors lenta jacentis exedit puerile decus. Stat. 2. Silv. 1. 155.
Tineæ exedunt caput. Claud. 1. in Eutrop. 114.
Vincula exedunt aliquem. Lucan. lib. 2. 73. — vincula ferri
Exedere senem, longusque in carcere pædor.
Virus exedit artus. Sen. OEth. 7.
Exedere aliquem, Ejus facultates consumere. Ter. Heaut. 3. 1. 53.
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Angor illum exest. Lucret. lib. 3. 1007.
Sed Tityus nobis hic est, in amore jacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.
Cura exedit medullas. Catul. 64. 23.
Exedunt animos mœrores, conficiuntque curis. Cic. 1. de Fin. 59.
Urbem exedere odiis. Virg. 5. Æn. 785.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Urbem odiis satis est.

EXĔDOR, edi. pass. Cic. 1. de Fin. 5. Easque ipsas solicitudines quibus eorum animi noctes diesque exeduntur, a diis immortalibus supplicii causa importari putant.
Expectando exedor miser, atque exenteror. Plaut. Epid. 3. 1. 1.

EXĒSUS, [ἐξεδηδομένος] Partic. Cic. 5. Tusc. 65. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fere.
Curis exesus. Valer. 2. Argon. 137.
Exesæ ædes. Cic. in Topic. 15. Si ædes exesæ corruerint, vitiumque fecerint.
Antrum exesum. Sen. Thyest. 1.
Arboris exesæ antrum. Virg. 4. Georg. 44.
Fruges exesæ in horreo ventilentur. Columel. lib. 1. cap. 6.
Ligones situ exesi. Claud. in 1. Conf. Stil. 195.
Mons exesus. Virg. 4. Georg. 419.
Pila exesa rubigine. Virg. 1. Georg. 495.
Pumex exesus. Ovid. 4. Fast. 495.
Rupes exesæ. Lucan. lib. 3. 226.
Scopuli exesi. Sen. Herc. fur. 2.

EXĒSOR, ōris. m. [ἐξέδων] ut Æstus æquoris exesor murorum circum littora. Lucret. lib. 4. 220.

EXĔDRA, æ. [ἐξέδρα] Locus ad considendum idoneus. Vitruv. lib. 5. de Palæstrarum ædificatione, Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes in quibus philosophi, rhetoresque, ac reliqui, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Cic. 5. de Fin. 6. Etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorum virorum: tamen ego illa moveor exedra. Modo enim fuit Carneades, quem videre videor. Idem de Provinciis Consularib. 14. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, & a suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum jam in exedra helluatur. Verba sunt Pisonem mordaciter taxantis, quasi sub obtentu philosophiæ cum Græculis in exedra, id est in loco disputationum pergræcaretur, id est perpotaret verius, quam cum Græcis dissereret. Ex antiquo codice in postremo Ciceronis exemplo legitur, In exostra (al. orchestra.) Exedræ hodie dici possunt Loca quæ in peristyliis canonicorum aut monachorum, id est claustris (vulgo Capitula dicunt) fieri solent. Exedra enim Græce, a Sedium frequentia, & sessitandi commoditate nomen accepit. Budæus.
Exedrarum usum frequentem fuisse apud Romanos, docet Cic. 1. de Nat. Deor. 15. Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu, accersituque venissem, offendi eum sedentem in exedra, & cum Cajo Vellejo Senatore disputantem. Hic autem pro Cellula studiaria accipi videtur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus esse solet. Quo modo & in tertio de Oratore, 17. de meridiana quiete loquens, Quum dedita (inquit) opera quiescentibus aliis in eam exedram venisset, in qua Crassus lectulo posito recubuisset: &c.

EXEDRIUM, i. n. [ἐξέδριον] dimin. ab Exedra. Cic. 7. Fam. 23. Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani: eavolebam tabellis ornare.

EXEDUM, Herba Plin. quæ veternosa curat. V. lib. 24. cap. 19.

EXĒGĒSIS, is. f. [ἐξήγησις] Narratio, expositio.

EXEGETICUS, Adj. [ἐξηγητικὸς] Ad exegesin spectans. Libri exegetici vocantur, In quibus aliorum scripta enarrantur. Sic Character

EXEGEMATĬCUS, Adj. [ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ] Latine Narrativus vel Expositivus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interlocutione interrumpitur, cujusmodi est apud Virg. in tribus primis libris Georg. & in duabus Ecl. quarum initia sunt,
Sicelides Musæ, paulo majora canamus. Et,
Prima Syracosio dignata est ludere versu. Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cetera significat Narrare, sive Exponere.

EXEGĒTES, [ἐξηγητὴς] Sacrorum interpres, vel Augur. Strabo, ubi de Ægypto in provinciam redacto agit, Inter municipales autem, inquit, magistratus est, qui exegetes dicitur, quasi sacrorum interpres, vel augur in urbe, purpuram gestans, & aliis honoribus provincialibus insignis, earum rerum procurationem habens, quæ civitati conducunt. Ex Bud. lib. de Asse.

EXEMPLUM, i. [παράδειγμα, ὑπόδειγμα] Factum speciale. Cic. 7. Verr. 7. Vetus est quod dicam, & propter severitatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum, L. Domitium Prætorem in Sicilia, &c.
Auctoritas & exemplum. Idem 4. Verr. Nullius apud te gravis auctoritas? nullum exemplum quod sequi velles?
Inocentiæ exemplum vir. Cic. 1. de Orat. 229.
Vitiorum exempla. Hor. 1. Serm. 4. 106.
Clara & illustria exempla. Cic. 2. de Divin. 8.
Deforme exemplum. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Detestabile exemplum. Juven. 2. Sat. 48. — non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Domestica vitiorum exempla. Juven. 14. Sat. 32.
Dirum exemplum. Paterc. lib. 2. 119. Vala Numonius, diri auctor exempli, spoliatum equite peditem relinquens, fuga cum aliis Rhenum petere ingressus est.
Honesta exempla ludendi. Cic. 1. Off. 104. Suppeditant autem & campus noster & studia venandi, honesta exempla ludendi.
Immensum exemplum. V. Adducere in crimen, in CRIMEN. Plin. lib. 28. cap. 2.
Leve exemplum. Ovid. 23. Epist. 31.
Malum exemplum. Sallust. in Catil. c. 51. in oratione Cæsaris, Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt. Sed ubi imperium ad ignaros aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur. Omnia mala exempla, i. e. Quæ malum habuerunt exitum. Illud novum exemplum, sub. Institutum ab optimis. Ad indignos, &c. qui non idem æque feliciter faciunt, quasi diceret, Eos qui nova exempla incipiunt, non tantum prospicere debere quid ipsi aut sui similes possint, sed etiam quid deteriores qui in Republica futuri sunt. Id quod probat exemplo Lacedæmoniorum & Syllæ.
Nobiliora exempla. Claud. de Laud. Seren. 22.
Novissima exempla. V. NOVUS.
Pari exemplo. Ovid. 3. Met. 122.
Exemploque pari furit omnis turba.
Perniciosum exemplum. Cic. pro Flacc. 24. In hoc ego reo nequod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam?
Pessimum exemplum. Liv. 2. Sub hac pessimi exempli victoria delectus edicitur.
Venerabile exemplum morum. Ovid. ad Liviam, 13.
Vivum exemplum. Cic. 3. de Orat. 26. Sed quid ego vetera conquiram, quum mihi liceat uti præsentibus exemplis atque vivis? i. e. Sumptis ab hominibus qui nunc quoque vivunt, præsentesque adsunt.

Sine

Sine exemplo tempora. Quintil. lib. 10. cap. 2. h. e. Quibus temporibus nulla adhuc similia fuerunt.
Si meum exemplum esset: h. e. Si primus illud excogitassem. Martial. lib. 1. 29.
Ad illud exemplum fit. Plaut. Mil. 3. 1. 162. PA. Fit pol illud ad illud exemplum, ut docte & perspecte sapit? i. e. Procul dubio ita fit ut dicis.
Quod ad exemplum est, conjectura si reperire possumus? i. e. Qualis, qua facie est, quo statu corporis, & cui similis. Plaut. Trin. 4. 2. 58.
Ad exemplum ambarum, mores earum existimans. Ter. Hec. 1. 2. 88. Ubi Donatus, Quasi ad imaginem & collationem, & speciem comparationis.
Apponere exemplum. Cic. in Parad. 1.
Addere se melioribus exemplis. i. e. Eos sequi qui res suas melius administrarint. Claud. de Sext. Cons. Hon. 58.
Capere exemplum de aliquo. Ter. And. 4. 1. 27. Quid isthuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Ubi Donatus, Utrum, si te imitatur, an si de te exigit pœnas?
Nullum caruit exemplo nefas. Sen. Hippol. 554.
Docere aliquem exemplo. Ovid. 1. de Rem. Amor. 684.
Expetere exemplum. Plaut. Most. 1. 2. 20.
Laudant fabrum, atque ædeis probant: sibi quisque
Inde exemplum expetunt.
Facere exemplo alicujus. Ter. prol. Heaut. 20. Plin. lib. 2. Epist. 7. Facit hoc Homerus, multique ejus exemplo.
Facere aliquid exemplo. Cic. 4. Verr. 41. Et in sermone multis demonstraret, licere nomen recipere absentis: se exemplo fecisse id quod fecisset. Idem 4. Fam. 3. Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant.
Facere aliquid auctoritate & exemplo alicujus. Cic. pro Corn. Balb. 31. Cujus auctoritate & exemplo nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio & communicatio civitatis.
Facere exemplo atque instituto veteri optimi cujusque. Cic. pro Syll. 49.
Facere aliquid exemplo nullo. i. e. Novum aliquid facere & inauditum. Cic. de Senect. Liv. 4. Bell. Maced. Statuere apud animum meum possum utrum pejor ipsa res, an pejore exemplo agatur. i. e. ut vulgo dicunt, Cum majore scandalo. Bud.
Facere aliquid novo exemplo. Idem. Cic. 12. Fam. 15. Binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum: & quidem novo exemplo & contra leges eorum.
Habere exemplum. Plaut. Mil. 3. 1. 43. Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris.
Habere domesticum exemplum ad imitandum. Cic. pro Muren. 27.
Imitari exemplum alicujus. Plin. Epist. 131. Nec vero coguntur imitari meum exemplum: non enim illis eadem cum Corellia jura sunt.
Instituere exemplum: reducere exemplum. V. INSTITUO.
Monere aliquem ad exemplum alicujus: i. e. Hortari aliquem ad imitationem alicujus. Stat. 5. Silv. 1. 121.
Ille dapes modicas, & sobria pocula tradit,
Exemplumque ad herile monet.
Movere exempla mala. Ovid. 2. de Arte Am. 575.
Nocere exemplo plus, quam peccato. Cic. 2. de Legib. 45.
Pertinet ad exemplum hæc res. Ulp. l. 3. D. de alim. vel cibar. legat. Sciens ad exemplum istam rem pertinere.
Petere fortitudinis, & justitiæ exemplum ab aliquibus. Cic. 3. Off. 16. Et pro Deiot. 28. Neque eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur.
Pingere exemplum. Plaut. Pœn.
Præbere exemplum. Liv. 2. Bell. Maced. Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent: ne quæramus quemadmodum ceteris exemplo simus.
Præbere grave exemplum. Hor. 4. Carm. 11. 26.
Prodere exemplum. Paterc. lib. 2. cap. 119. At e præfectis castrorum duobus, quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit: qui, quum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis, supplicio quam prælio mori maluit.
Propositum alicui exemplum ad imitandum. Cic. pro Muren. 66.
Quærere ad unum exemplum & regulam omnes. Cic. in Sallust. 5. Primum igitur quoniam omnium majores Crispus Saluftius ad unum exemplum & regulam quærit, velim mihi respondeas, &c.
Relinquere exemplum. Cic. 2. Philipp. 114.
Renovare exemplum. Cic. 1. Philipp. 1.
Reperire exemplum. Plaut. Most. 3. 1. 148.
Sequi exemplum. Cic. 4. Verr.
Scripta pluribus exemplis. Ovid. 1. Trist. 8. 24.
Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant,
Pluribus exemplis scripta fuisse reor. V. mox Exemplum pro Forma.
Statuere exemplum in aliquo. Ter. prol. Heaut. 51. Exemplum statuite in me, ut adolescentuli vobis placere studeant, potius quam sibi.
Sum exemplo. h. e. Aliquid facere quod alii subinde imitentur. Ter. Heaut. 5. 1. 58. Propert. lib. 2. 15. 27.
Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ. Cic. de Amicit. 82. Carent amicitia per se, & propter se expetita, nec sibi exemplo sunt.
Tangi exemplo. Ovid. 15. Epist. 326.
Exemplo tangi non propiore potes.
Tollere exemplum. Cic. 1. Fam. 9.
Venire in exemplum. Ovid. 4. Fast. 243.
Venit in exemplum furor hic, mollesque ministri
Cædunt jactatis vilia membra comis.
Vivit exemplum. Cic. pro Sext. 19. Nunc me restituto vivit mecum simul exemplum fidei publicæ, exemplum Reipublicæ defendendæ.
Exemplo uno vivere. i. e. Simili modo, & genere. Plaut. Milit. 3. 1. 129. Uno exemplo ne omnes vitam viverent. Idem Bacch. 3. 6. 11. Multi more isto atque exemplo vivunt.
Exempla, pro Præjudiciis, apud Quintilianum accipiuntur, ut Jurisperitis. Budæus.
Exemplum, pro Forma & eo quod in literis continetur. Vulgus Copiam vocat. Sallust. Cat. c. 34. extr. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, earum exemplum infra scriptum est. Paul. Jurisconf. Si legatum certum petatur, non jubet Prætor verba testamenti edere. ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti. Cic. 7. Att. 2. Epistolam ad me Cæsaris ostendi, eam cujus exemplum ad te antea misi, &c. Ex Valla lib. 6.
Exemplo eodem literæ binæ: i. e. Ejusdem formæ, inquit Valla lib. 6. Cic. 2. Q. frat. Misi ad Cæsarem eodem exemplo literas. Idem 12. Fam. 29. Hæc fere ad eas literas quas eodem exemplo binas accepi.
Componere exemplum literarum quarundam. Cic. de Lege Agr.
Exemplum, pro Chirographo, aut exemplari, quod ex aliquo scripto descriptum est. Plaut. Pseud. 1. 2. 3. Nam hic quoque exemplum reliquit ejus.
Exempla Veneta, verum genuina &c. pro Exemplaria Lambinus passim, ut in Æmilium Probum p. 101. H. St.
Exemplum & imago antiquitatis. Cic. pro Sext. 19. Unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen Reipub. diceres intueri.
Animale exemplum. Cic. 2. de Invent. 2. Præbete igitur mihi quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferatur.
Exempla (inquit Donatus ad Eun. Ter. 5. 4. 26.) Pœnæ graves dicuntur, quæ possunt ceteris documento esse. Plaut. Most. 5. 1. 67. Exempla ædepol faciam ego in te. Ter. Adel. 5. 1. 10. D. exemplum omnibus curarem ut esses. Idem Phorm. 4. 4. 7. Ut te quidem omnes dii, deæque, superi, inferi malis exemplis perdant.
Uterque exempla in te edent. Ter. Eun. 5. 7. 21. Ubi Donatus, Nova ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta sint ceteris, ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. 1. Q. frat. 2. Simile in superiore parte provinciæ edere exemplum severitatis tuæ. Cæs. 1. Bell. Gall. 32. Obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatusque edere, &c.
Recentis exempli terror. Claud. 2. in Eutrop. 547.
Cavere exemplo aliquid. Ovid. 10. Met. 685.
— subitam convertor in iram,
Contemptuque dolens, ne sim spernenda futuris
Exemplo caveo: meque ipsam exhortor in ambos.
Metuere exemplum. Ovid. 8. Met. 117.
Finitimi exemplum metuunt. i. e. Verentur ne idem faciam illis, quod patri feci, & meis civibus.
Premitur suo exemplo nocens. Sen. Herc. fur. 736.
Statuere exemplum in aliquo. V. STATUO.
Exemplum, Quod adhibetur rei aut probandæ aut ornandæ causa. Unde pars probationis vocatur ab exemplis. Ex Valla lib. 6. Quintil. lib. 10. cap. 2. Iis quæ in exemplum assumimus, subest natura & vera vis.
Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Cic. Off. Aliter Suet. in Tiber. cap. 67. Sed exempli causa cavendum, ne se Senatus in acta cujusquam obligaret. Ne exemplum scil. posteris officiat.
Exempli gratia. Plin. lib. 2. cap. 17. Multa promi amplius circa hæc possunt secreta naturæ legesque, quibus ipsa serviat. Exempli gratia, in Martis sidere, cujus, &c.
Definitiones & exempla. Cic. 3. de Orat. 106. Quæ quidem te Crasse video, inquit Cotta, quod nota esse nobis putes, sine definitionibus & sine exemplis effudisse.
Familiaria exempla. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Mediocre exemplum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Perspicuum exemplum. Cic. 1. de Invent. 88.
Exemplum continentiæ. Ter. Adel. 1. 1. 65. Idem Adel. 5. 1. 5. Illud sis vide exemplum disciplinæ. Sic Exemplum innocentiæ apud Cic. 1. de Orat. 229.
Singularis exempli uxor. Plin. lib. 9. Epist. ad Geminium.
Singularis exempli juvenis. Quintil. in Corpore projecto, Parum est quod juveni singularis exempli, causa mortis fui.
Rarissimi uxor exempli. Quintil. in Corpore projecto.
Exempli mulier. Quintil. in Decl. 6. seu Corpore projecto, Jam inimici mei triumphant, jam passim loquuntur: Illa exempli mulier, illa seculi decus virum redimi noluit, nec filium sepeliri.
In exemplis sæpe. H. St.
Sub exemplo. Plin. in Paneg. c. 53. Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari: & futuros sub exemplo præmonere. h. e. Proposito exemplo. Ibid. c. 76. pr. Jam quam antiquum, quam Consulare, quod triduum totum Senatus sub exemplo tui sedit. h. e. Ad imitationem tui.
Interest exempli. Plin. lib. 9. Epist. 13. ad Quadratum, Verane hæc, affirmare non ausim. Interest tamen exempli, ut vera videantur.
Refert exempli. Plin. lib. 9. Epist. 22. ad Geminium.
Pertinet ad exemplum. Plin. lib. 10. ad Trajanum. Sic lib. 6. ad Quadratum.
Trahi ad exemplum. Ulp. in l. 1. D. de constitut. principum.
Usque in exemplum. Quintil. in Sepulchro incantato, Illo ipso languore quo filius caducum illud & fragile corpus amisit, quam perdite mulier & usque in exemplum, modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra ubera querebatur, nunc, &c.
Exemplum, Rem ornatiorem facit, quum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorem, quum id quod sit obscurius, magis dilucidum reddit. Probabiliorem, quum magis verisimilem facit. Ante oculos ponit, quum exprimit omnia perspicue, ut res dicta prope manu tentari possit. Auctor ad Heren. lib. 4. 63.
Adjungere exempla rebus. Cic. 1. de Orat. 190.
Agere exemplis. V. AGO.
Capere exemplum ex similitudine aliqua. Cic. de Amicit. 33. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, &c.
Confirmare aliquid exemplo aliquo. Cic. 1. de Divin. 64. Divinare autem morientes, illo etiam exemplo confirmat Posidonius, &c.
Facere exemplum. Quintil. lib. 5. cap. 2. Et ipse pronuntiaturus, exemplum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit.
Fingere sibi exempla. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Monstrare exemplum ad imitationem. Quintil. lib. 5. cap. 7. Siquod tamen exemplum ad imitationem monstrandum est.
Ponere exemplum ex diverso. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Ponere exempla ex aliqua scientia. Cic. in Topic. 1.
Subjicere aliquid in exemplum. Suet. in Tiber. cap. 21. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subjeci. h. e. Exempli causa.
Uniuscujusque rei exemplum supponere. Cic. 2. de Invent. 156.
Uti exemplis grandioribus. Cic. 1. de Divin. 39. Declarant illa quidem acumen interpretis, sed exemplis grandioribus decuit uti.
In exemplis auctoritatem habet antiquitas. Cic. in Orat. 169. Habet autem ut in ætatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas, quæ quidem apud meipsum valet plurimum.
Exemplum, est Alicujus facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Auct. ad Heren. 4. 63.
Monimenta rerum gestarum & vetustatis exempla, Oratori nota esse debent. Cic. 1. de Orat. 201.
Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio, summa cum delectatione & auctoritatem orationi affert & fidem. Cic. in Orat. 120.
Exemplum, Id quod aliquando fuit. Plin. lib. 28. cap. 9. Sunt inter exempla qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra, chiragrave. i. e. Scriptum legimus, aliquos liberatos fuisse.
Est in exemplis prodigium Dionysio evenisse. Plin. lib. 2. cap. 100.
Invenitur inter exempla. V. INVENIO.
Exemplum, pro Consequentiis, ut quum dicitur, Ad exemplum constitutiones trahi, i. e. Produci ad consequentias. l. 1. D. de const. princip. §. quod principi. Instit. de jur. natur.
Exemplum, pro eo quod vulgus Monstram vocat. Auct. ad Heren. lib. 4. 78. Siquis purpuram aut aliud quippiam vendens, dicat, Sume a me: sed hujus exemplum aliunde rogabo, tibi quod ostendam. Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis, acervos se dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant quod ostendant.

EXEMPLAR, āris. n. [ἀντίτυπον, ἀρχέτυπον, πρωτότυπον, ἀντιγραφή] Species ad imitandum proposita: Plin. in Paneg. c. 58. pr. Non te ad exemplar ejus voco, qui continuis Consulatibus fecerat longum quendam & sine discrimine annum: iis te confero, quos certum est, quoties Consules fuerunt, non sibi præstitisse. Hor. 2. Epist. 1. 58.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.
Vitæ morumque exemplar. Hor. in Arte Poet. 317.
Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.
Ingens exemplar. Sen. OEth. 14. Matribus miseris adhuc exemplar ingens deerat, Alcmene dabit.
Utile exemplar. Hor. 1. Epist. 2.
Sui aliquod exemplar intuetur qui amicum intuetur. Cic. de Amicit. 23.
Decipit exemplar vitiis imitabile. Hor. 1. Epist. 20. 17.
Imitari exemplar. Cic. de Univers. 30.
Proponere alicui exemplar. Hor. 1. Epist. 2. 18.
Rursus quid virtus, & quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis exemplar Ulyssem.
Proponere sibi exemplar speciem aliquam. Cic. de Univers. 3.
Exemplar, pro Eo quod ex aliquo scripto transcribitur, vulgus Duplum vocat. Plin. Epist. 291. Exemplar testamenti, quanquam mendosum, misi tibi. Suet. de Clar. Gramm. 23. Multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere & adnotare curavit. Cic. 10. Fam. 21. Exemplar ejus chirographi Titio misi. Idem 10. Fam. 31. Exemplar literarum.
Græca exemplaria. Hor. in Arte Poet. 268.
Exemplar, pro Exemplo positum legitur, ita ut parum inter se differant Exemplum, & Exemplar. Cic. de Orat. Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. Quintil. l. 10. c. 1. Cornelius autem Severus etiam si versificator quam poeta melior: si tamen (ut est dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vendicaret sibi secundum locum. Cic. pro Muren. 66. Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. Hæc ex Valla lib. 6. Legitur in posteriore loco Ciceronis etiam Exemplum.

EXEMPLARE, is. n. Idem: sed primitivum, & unde Exemplar per apocopen est formatum. Lucret. lib. 2. 122.
Duntaxat rerum magnarum parva potest res
Exemplare dare, & vestigia notitiai.

EXEMPLARIUM, i. pro Exemplo reperitur, teste Valla lib. 6. Ulp. in l. 3. in fine. D. quemadm. testament. aperiant. Si in duobus exemplariis scriptum sit testamentum. Sic habent Haloander & Pandectæ Florentinæ.

EXEMPLĀRIS, e. Adj. Secundum exemplar. Macrob. 1. Somn. Scip. 8. Virtutes exemplares. ut a quarum exemplo reliquæ, inquit, defluunt.

EXEMPTILIS, EXEMPTIO, EXEMPTOR, EXEMPTUS. V. EXIMO.

EXENTĔRO, [ἐξεντερίζω] āre. Interiora auferre, quod proprie de piscibus dicitur quum apparantur, sed de aliis etiam. Justin. lib. 1. 5. Epistola, quia palam ferri nequibat, exenterato lepori inseritur, lepusque in Persas Cyro ferendus fido servo traditur. Per translationem dixit. Plaut. Epid. 2. 2. 2. Acutum cultrum habeo, qui seni exenterem marsupium.
Exenteravit mihi opes argentarias. Plaut. Epid. 5. 2. 7.
Exenteror miser, h. e. Angor nimis & excrucior. Plaut. Epid. 3. 1. 1.

EXEO, is, īvi, ĭtum, [ἐξίημι, ἔξειμι, ἐξέρχομαι, ἐκπορεύομαι] īre. Egredi significat. Ter. Adel. 4. 4. 17. Fieri potis est ut ne qua exeat.
Domo exire. Cic. 1. Fam. 9.
Exire foras. Plaut. Amph. 1. 2. 75. Ter. Eun. 4. 4. 1. Exi foras scelest.
Foras exire ex ædibus. Lucret. lib. 3. 1073.
Exire limen. Ter. Hec. 3. 3. 18.
Limine exire. Lucan. lib. 1.
Exire Roma. Cic. 1. Att. 1. Sic Exire cavis, pro E cavis. Plin. lib. 11. cap. 25.
A patria exire. Cic. in Pison. 33.
Exeo ad te. Plaut. Bacch. 4. 6. 24. Mane parumper, dum jam ad te exeo Chrysale.
De balneis exire. Cic. 2. de Orat. 223.
De triclinio exire. Cic. 2. de Orat. 563.
E portu. Cic. 7. Verr. 71. Postquam e portu piratæ non metu aliquo affecti, sed satietate exierant.
Ex urbe. Plaut. Amph. 1. 3. 35. Tempus est, exire ex urbe prius quam lucescat volo. Cic. 4. Fam. 9. Siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas, ne aut tibi exire ex urbe necesse sit, aut mihi accedere.
In solitudinem. Cic. 1. Off. 118.
Per ferrum exire. Lucan. lib. 1. De leone.
Exire continuo. V. CONTINUUS.
Intus exit. V. INTUS.
Exire in aliquem Lancea dicitur. Stat. 2. Theb. 638.
Exit & in fratrem, cognataque pectora telo Conserit.
Idem aliter 11. 353. — a nostris in fratrem amplexibus exis?
In aciem. V. ACIES.
Ære alieno, h. e. Liberari. Cic. 11. Philipp. 13. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, quum venderet aliena.
Ærumna, pro Liberari. Cic. Ut tandem e tot miseriis atque ærumnis exiremus.
Ab amplexibus alicujus. V. In aliq. exire paulo supra.
Ex animo exire dicitur res aliqua, pro Effluere, & oblivioni dari. Cic. 3. de Nat. Deor. 7. Sed Al. Exuri. V. EXURO.
Animus exiit ephebis ætate. V. EPHEBUS.
Arbor exire dicitur in altitudinem. Plin. lib. 13. cap. 4. de Palmis. Et apud eundem lib. 14. cap. 1. pr. Quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Scil. vites. Virg. 2. Georg. 81.
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.
Ad bellum exire. Sen. Herc. fur. 4.
Ex Italia ad bellum civile exire. Cic. 2. Fam. 15.
E contemptibus exire. Lucret. lib. 5. 831. V. CONTEMNO.
Exiit dies, pro Præteriit tempus præstitutum. Liv. 4. Idem 10. Bell. Pun. Necdum exierat induciarum dies. Ulp. Ex quibus causis, &c. l. 1. Si cujus quid de bonis quum his metu, aut sine dolo malo Reipub. causa abesset, sive in vinculis, servitute, hostiumve potestate esset, posteave cujus actionis eorum cui dies exisse dicetur.
Exit annus. African. in l. & hæc distinctio. D. locati.
Exire in alias domos. Cic. 1. Off. 54. Qui quum una domo jam capi non possint, in alias domos, tanquam in colonias exeunt.
In fabellam. Quintil. Si historicus narret fabulam eleganter, exit in fabellam.
In diversos flexus exire. Quintil. lib. 1. cap. 6. Quid vero, quæ tota positionis ejusdem in diversos flexus exeunt?
In angulos exire dicuntur folia. Plin. lib. 16. cap. 23. Vetustiora in angulos exeunt. De foliis populi arboris loquitur.
De gremio exire dicitur puer. Quintil. lib. 1. cap. 2. Sed nobis jam paulatim accrescere puer, & exire de gremio, & discere serio incipiat.
Exire in herbam fruges, aut radicem dicitur granum. Plin. lib. 18. cap. 7. Idem lib. 11. cap. 30. Semina arrosa condunt formicæ, ne rursus in fruges exeant e terra.
De imperio exire. Tacit. 3. Hist. 68. Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem, & generis humani paulo ante dominum, relicta fortunæ suæ sede, per populum, per urbem, exire de imperio.
In iram exire. Lucan. lib. 3.
In longum exire. Quintil. lib. 4. cap. 2. Si tamen adhibitis quoque his artibus, in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio.
In medium. Plaut. Amph. 1. 1. 68. Deinde utrinque imperatores in medium exeunt.
Exire ab hominum memoria. Sen. 3. de Benef.
Modum exire. Ovid. 9. Met. 631.
Ab aliquo exire nummos. Cic. 4. Verr. 61.
Exire obviam alicui. Liv. l. 24. c. 16. Beneventani omnes turba effusa quum obviam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. Cæs. Bell. Civil. 1. 18.
Odorem acrem exire. i. e. Vitare fœtorem. Lucret. lib. 6. 1215.
Exire ad opus, aut ad privatum negotium. Plin. lib. 11. cap. 10.
Exit & emanat in vulgus oratio. Cic. pro Rosc. Amer. 3. Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit.
Liber exit, i. e. Publicatur. V. LIBER. Cic. 13. Att. 13. Libri quidem ita exierunt, nisi forte me communis φιλαυτία decipit, ut in tali genere, ne apud Græcos quidem simile quiddam. i. e. Editi sunt, & in lucem emissi.
Ex ore exire dicuntur verba. Cic. de Clar. Orat. 265. Quanta severitas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non consideratum exibat ex ore!
In oras luminis exire, i. e. Enasci. Lucret. lib. 1. 171.
Exire de ovo a cauda. V. A præpositionem.
Exire pastum. Varro 3. de R. R. cap. 6. Præterea locum habere ante se, quo pastum exeant diebus apricis.
Exire de, vel ex potestate, est Mentis impotem fieri. Cic. 3. Tusc. 11. Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. & p. p. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est.
In prælium. Liv. 4. Bell. Maced. Per vallum castra invadere parati erant, si in prælium hostis non exiret.
In aliquam provinciam legatum exire. Cic. in Vatin. 12.
Ad pugnam exire. Virg. 4. Georg. 67.
In rigorem, i. e. Desinere, Transire. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem.

Servitio exire. Virg. 1. Ecl. 34.
Spiritus exit in auras. Ovid. 5. Trist. 6. 20.
Stratis exire. Stat. 2. Achil. 128.
Exire tela corpore, pro Vitare. Virg. 5. Æn. 438. Serv. Unde de Tarchonte, lib. 11. 750.
Sustinet a jugulo dextram, & vim viribus exit. V. paulo infra.
Exiit tempus induciarum. Liv. 4.
Exire e vita, pro Mori. Cic. 1. de Fin. Æquo animo e vita, quum ea non placeat, tanquam e theatro exeamus.
Exire de vita. Cic. de Amicit. 15. Quamobrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum optime est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, ut prius introieram in vitam, sic prius exire de vita.
Longius exire, pro Longius digredi a proposito. V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.
In vulgus exierat, eum dixisse. Suet. in Galb. cap. 20. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, respondisse eum, &c.
Quod tempus exit in urbis nostræ CCXLIX. annum. Plin. lib. 33. cap. 2. h. e. Quod tempus refertur, & reduci potest ad annum CCXLIX. ab Urbe nostra condita.
Exire in tertium diem, pro Differri. Plin. Epist. 35. Hujus actionem vespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet: itaque in tertium diem probationes exierunt.
Exire supra mille annos. Sen. de Brevit. vit. cap. 6.
Super aliquem exire, i. e. Majorem esse illo. Stat. 6. Theb. 856.
— levat ardua contra
Membra Cleoneæ stirpis jactator Agylleus,
Herculea non mole minor: sic grandibus alte
Insurgens humeris hominem super improbus exit. i. e. Major est aut procerior statura justa hominis.
In easdem literas exire, pro Finiri. Quintil. lib. 1. cap. 5. Quia hoc nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem, quas Castor, literas exit. i. e. Terminatur.
Per eandem literam exire. Quintil. lib. 1. cap. 6. At quæ o solam habent dummodo per eandem literam in infinito exeant, brevia fiunt, lego, dico, curro, legere, dicere, currere.
Exire, de fluviis dictum. Virg. 8. Æn. 65. verba Æneæ ad Tiberim,
Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenent, quocunque loco pulcherrimus exis.
Fluvius exit septem aquis. Valer. 8. Argon. 187.
Exire, ad sortitionem pertinet. Cic. 4. Verr. 127. In qua scriptum erat, ut quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conjicerentur: cujus nomen exisset, ut is haberet sacerdotium. Budæus.
Sors mea exit. Cic. 1. Att. 16. Quum de Consularibus mea prima sors exisset, una voce Senatus frequens retinendum me in urbe censuit.
Exire, in re gladiatoria Vox est vitandi & cavendi. Nam cum declinatione quadam corporis petitiones adversarii frustramur, & eludimus, Exire dicimur. Manil. 5. 163.
Illo cito motu rigidos eludere cæstus,
Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas. Et Virg. 5. Æn. 438.
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. Et Lucret. 5. 1329.
Nam transversa feros exibant dentis adactus
Jumenta. V. Lips. 2. Saturn. 20. Cerda in Virg. Supra Exire tela, & in EXCEDERE.
E Patriciis exire. Cic. pro Domo sua, 37. Non ut ille filius instituatur, sed ut e Patriciis exeat, ut Tribunus plebis fieri possit.
Exitur, imperf. Plaut. Casin. 4. 3. 15. Crepuit ostium, exitur foras.
Exitum huc nollem. Ter. Adel. 5. 1. 12. Quidam legunt Hunc exitum: ut sit (exitum) accusativus.
EXIENS, Partic. [ἐξερχόμενος] Cic. 1. de Divin. 53. Quinto autem anno exeunte, quum esset ex illo somnio, &c.
EXĬTUS, [ἀπινυσμένος] aliud Partic. apud antiquos. Unde apud Festum, Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.
EXĬTUS, us. [ἐξέλευσις, ἔξοδος] Egressio.
Cursus rerum & exitus. Cic. 4. Fam. 2. Neque solum ea perspicis quæ geruntur, quæque jam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit.
Initium & Exitus, contraria. Cic. 1. Tusc. 91. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors.
Principium & Exitus, contraria. Cic. pro Lege Manil. 3. Hujus autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire.
Exitus anni. Liv. 10. Bell. Pun. Ceterum exitu superioris anni, quum legati sociarum urbium ex Græcia questi essent.
Armorum exitus semper incerti & timendi. Cic. 7. Att. 3.
Exitus orationis. Cæs. 4. Bell. Gall. 7. Ad hæc Cæsar quæ visum est, respondit: sed exitus orationis fuit, sibi nullam cum iis amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent.
Exitus studii. Ovid. 5. Trist. 12. 62.
Scribimus & scriptos absumimus igne libellos,
Exitus est studii parva favilla mei.
Temporis exitus. Hor. 3. Carm. 29. 30.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.
Vitæ exitus. Propert. lib. 3. 5. 47.
Exitus principio simillimus. Cic. 4. Verr. Itaque fecit ut exitus principio simillimus esset.
Exitu fœdum. Liv. 1. Procem. Inde tibi tuæque Reipub. quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.
Ad exitum, pro Ad postremum. Cic. 3. Fam. 42. Peto ut ea quæ initio ostendisti, deinde quæ fecisti, ad exitum augeri & cumulari per te velis.
Faustus exitus. Lucret. lib. 1. 101.
Felix exitus. Cic. 2. Fam. 9. Hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem: ea quæ sequitur, magno est in timore.
Incertus exitus & anceps fortuna belli. Cic. pro Marcell. 15.
Ingens exitus. Virg. 5. Æn. 523. — Docuit post exitus ingens.
Inopinati exitus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Miserabilis exitus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Secundi exitus. Hor. 4. Carm. 14. 38.
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.
Segnis exitus. Stat. 5. Silv. 3. 99.
Superbus exitus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Tristes exitus habuit Consulatus. Cic. de Clar. Orat. 128.
Accessit exitus verbis, i. e. Ita factum est ut prædixerat. Ovid. 6. Fast. 565.
Adducere & profligare aliquid ad exitum. Cic. 5. Tusc. 15.
Claudere exitum. V. CLAUDO.
Concludi notabili exitu. Cic. 5. Fam. 12. Si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus jucundissima lectionis voluptate. De casibus viri excellentis.
Contigit exitus quem optamus. Cic. ad Brut. 7.
Datur facilis exitus. Virg. 6. Æn. 894.
Liber vota bonos ducit ad exitus. Hor. 4. Carm. 8. 34.
Expectare exitum. Cic. 16. Att. 14.
Expedire exitum institutæ orationis. Cic. 3. Fam. 12. Itaque quemadmodum expediam exitum hujus institutæ orationis, non reperio.
Habere contrarios exitus. Cic. 2. de Divin. 53. Quid ego aruspicum responsa commemorem? possum equidem innumerabilia, quæ aut nullos habuerint exitus, aut contrarios.
Habere exitus exitiales. Cic. 7. Verr. 12. Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus hos solent exitus exitiales habere, ut damnati, &c.
Habere exitus meliores. Cic. 2. Fam. 15.
Habent casus similes in exitu verba. Cic. in Orat. 164.
Imponere exitum alicui rei, aut sermonibus. V. IMPONO.
Indicat exitus rei. Cic. 3. de Legib. 25.
Liber patet exitus. Lucret. lib. 4. 724.
Pervenire ad exitum. Cic. in Orat. 116.
Præstare exitu pollicita. Cic. 10. Fam. 8. Ut quæ Reipublicæ bonisque omnibus polliceremur, exitu præstaremus.
Probat exitus acta. Ovid. 2. Epist. 85.
Reperire nullum exitum. Cic. 4. Verr. Adversarii non audebant contradicere: exitus nullus reperiebatur.
Sequitur verba exitus. Ovid. 3. Fast. 347.
Spectare in unum exitum. Cic. 1. de Orat. 92. Artem vero negabat esse ullam, nisi quæ cognitis penitusque perspectis; & in unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur.
In exitu esse. Cic. pro Muren. 80. In exitu est jam meus Consulatus. V. IN.
In dubio est exitus. Ovid. 2. Fast. 782.
Veniunt ad eundem exitum utrique. Cic. de Fato 44.
Exitus, pro Morte. Tacit. 4. Ann. 11. Atrociore semper fama erga dominantium exitus verteret. Et 2. Hist. 5. Exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere.
Hominis exitus. Juven. 10. Sat. 271.
Exitus ille utcunque hominis: sed torva canino
Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor.
Fatales exitus. Cic. 2. de Divin. 24. Non igitur fatales exitus habuerunt?
Gravior auspicio exitus. Ovid. 10. Met. 8.
Gravissimi exitus clarissimorum hominum. Cic. 2. de Divin. 8.
Honesti civium exitus. Tacit. 16. Ann. 25.
Misero cruciabilique exitu perire. Gell. lib. 3. cap. 9.
Suos exitus cogitare. Cic. 2. de Divin. 24. Quid enim posset iis esse lætum, exitus suos cogitantibus?
Sævus exitus illum eripuit. Juven. 10. Sat. 127.
Virilem patris exitum imitata est Porcia Catonis filia. Valer. Max. lib. 4. cap. 6.
Nonnunquam bonos exitus habent boni. Cic. 3. de Nat. Deor. 89.
Hic exitus illum Sorte tulit. Virg. 2. Æn. 554.
Exitus alveorum. Plin. lib. 21. cap. 14.
EXITIUM, i. n. [ἐξώλεια, ὄλεθρος] Festus, Exitium antiqui ponebant pro Exitu: nunc Exitium, Pessumum exitum dicimus. Plaut. Truc. 2. 6. 30. Quid illi exitio in utero est? i. e. Quid exit. Al. Ex utero. Ter. Phorm. 1. 4. 23. Quod ego nunc subito huic exitio remedium inveniam miser? Plaut. Bacch. 4. 9. 29. Alexander qui erit exitium rei patriæ suæ. Idem Capt. 3. 3. 4. Neque exilium exitio est. Cic. 1. Q. frat. 4
Interitus & exitium urbis. Cic. 1. in Catil. 9. Qui de nostro omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.
Pernicies & exitium Reipub. Cic. 4. in Catil. 10. Largitorem Lentulum & prodigum non putat, quum de pernicie Reipub. & exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem.
Crudele exitium. Valer. 3. Argon. 302.
Detestabile exitium. Gell. lib. 3. cap. 9.
Dirum exitium. Sil. Ital. lib. 2.
Furiale exitium. Valer. 2. Argon. 292.
Magnum exitium. Virg. 2. Æn. 131.
Afferre exitium alicui rei. Plaut. Capt. 4. 2. 72. Aperite hasce ambas foris, prius quam assultim pultando foribus exitium affero.
Comparare exitium. Cic. pro Syl. 33. Quum exercitus perditorum civium clandestino scelere conflatus, crudelissimum & luctuosissimum patriæ exitium comparasset.
Dare exitio. Lucret. lib. 5. 96.
Tres species tam dissimiles, quia talia texta,
Una dies dabit exitio, multosque per annos
Sustentata ruet moles ac machina mundi.
Imminere exitio alicujus. Ovid. 1. Met. 146.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.
Machinatus insolita exitia. Sen. Hippol. 12.
Mereri exitium. Ovid. 2. Met. 290.
Mittere exitium alicui, pro Immittere. Virg. 4. Georg. 534.

Moliri exitium. Cic. Exitium Reipub. intra mœnia molitur.
Parare exitium. V. PARO.
Ponere modum exitiis. Virg. 7. Æn. 129.
Refrenare ab exitio. Lucret. lib. 1. 850.
— æque laborant,
Et pereunt: neque ab exitio res ulla refrenat.
Sternere aliquem gravi exitio. Hor. 1. Carm. 16. 17.
Iræ Thyesten exitio gravi Stravêre.
Esse exitio alicui, i. e. Causam esse mortis alicui. Virg. 3. Georg. 511.
Esse exitium alicui. Idem. Virg. 3. Ecl. 101.
Idem amor exitium est pecori pecorisque magistro.
Sunt omnia præcipitia ad exitium. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. Livius. Vide in PRÆCIPITIA quod scripsi H. St.
Exitium superat opem, i. e. Morbi vis superat medicinæ auxilia. Ovid. 7. Met. 526.
— pugnatum est arte medendi:
Exitium superabat opem, quæ victa jacebat. De peste loquitur.
Exitium, de homine dicitur. Hor. 1. Carm. 15. 21.
Non Laertiaden, exitium tuæ
Genti, non Pylium Nestora respicis?
Exitium Trojæ, Achilles. Ovid. 13. Met. 500.

EXITIĀLIS, e. [ὀλέθριος] Quod est mortiferum, calamitosum, damnosum: ut, Exitialis eventus. Liv. 7. Bell. Pun. Cic. 7. Verr. 12. Exitiales exitus. Plin. lib. 8. cap. 38. Ille contra urinam spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem.
Aurum exitiale. Stat. 4. Theb. 192.
Donum exitiale. Virg. 2. Æn. 31.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ. De equo Trojano.
Malum exitiale. Sil. lib. 8.
Motus exitiales. Lucret. lib. 2. 569.
Nec superare queunt motus utique exitialeis
Perpetuo, neque in æternum sepelire salutem.
Præmia exitialia. Stat. 2. Achil. 344.
— petit exitialia judex Præmia.
Scelus exitiale. Virg. 6. Æn. 511.
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersêre malis.

EXITIABĬLIS, e. [ἐξώλης] Idem quod Exitiale. Liv. 7. Bell. Pun. Exitialis prodigiorum eventus venit. Ovid. 6. Met. 257. Exitiabile telum. Plaut. Epid. 4. 2. 36. Exitiabilem ego illi faciam ut hunc sciat diem. Cic. 10. Att. 4. Exitiabile bellum.
Caput exitiabile serpentis. Ovid. 8. Met. 425.
Clades exitiabilis, pro Interneciva. Suet. in Aug. cap. 23.
Eventus. Paterc. lib. 2. 21. Cujus prælii eventus quam fuerit exitiabilis, vix verbis exprimi potest.
Homines exitiabiles morte mulctavit. Paterc. lib. 2. 12.
Leges perniciosas & exitiabiles tulit. Paterc. lib. 2.
Monstrum exitiabile dictu. Stat. 1. Theb. 395.
Nomen exitiabile. Sil. lib. 15.
— jacet exitiabile nomen
Ausonii columen regni.
Telum exitiabile. Ovid. 6. Met. 257.

EXITIŌSUS, Adj. [ὀλέθριος] Idem. Cic. 4. Catil. 6. Exitiosa conjuratio. Et 8. Att. Exitiosum bellum.
Prodigium exitiosum. Cic de Arusp. Resp. 4.
Fore exitiosum aliquid. Cic. 6. Fam. 1. Sed quod & fieri posse, & exitiosum fore, si evenisset, videbam, id ne accideret, timebam.

EXĔQUOR, & EXSEQUOR, ūtus sum, [ἐπιτελέω, ἀποπληρόω, ἀπεργάζομαι, διεξέρχομαι, ἀφικνέομαι, ἐξακολουθέω] ĕqui. Perficere, absolvere. Plaut. Truc. 2. 5. 10. Nullam rem oportet aggredi dolose, nisi astute accurateque exequare. Ter. And. 1. 5. 24. Sed nunc quid primum exequar?
Exequi certum est ut. Plaut. Most. 3. 2. 18. Odiosa hæc exequi certum est, ut abeam potius hinc ad forum, quam nunc domi cubem.
Divine aliquid exequi. Quintil. lib. 1. cap. 6. Quæ Tullius in Oratore divine, ut omnia exequitur.
Verbosius exequi. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Hoc tamen unum exequere mihi. Virg. 4. Æn. 421.
Actionem exequi. Ulp. in l. finali. D. de privatis delictis, Siquis actionem, quæ ex maleficiis oritur, velit exequi.
Ærumnam exequi, Ærumnam pati vel ea defungi. Plaut. Capt. 5. 4. 12. Di immortales id voluerunt, vos hanc ærumnam exequi: decet id pati animo æquo.
Æternitatem exequi. Cic. de Univers. 5. Non igitur est dubium quin æternitatem maluerit exequi, quandoquidem neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præstantius.
Aspectum alicujus. Plaut. Epid. 4. 2. 3. Quam matrem meam? P. quæ exanimata exequitur aspectum tuum. i. e. Conjectos in te habet oculos. quasi dicat, Te oculis sequitur.
Beneficium exequi. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 25.
Consilium. Ter. Phorm. 2. 3. 21. Frater est expectandus mihi: is quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Crimina exequi. Callistrat. in l. divi fratres. D. de accusationibus, Divi fratres rescripserunt, non debere cogi hæredes accusatorum exequi crimina.
Decreta. Liv. 5. Bell. Maced. Prætorem decreta eorum cum fide & cura executurum.
Delicta exequi, pro Punire. Suet. in Jul. cap. 67. Delicta neque observabat, omnia neque pro modo exequebatur.
Delicta exequi, pro Crimen persequi & deferre. l. 1. & 2. cum pluribus aliis. D. de accusat.
Dicta alicujus. Liv. 4.
Egestatem, i. e. Pati. Plaut. Trin. 3. 2. 60.
Tanto meliu'st te sororis causa egestatem exequi,
Atque eum agrum me habere, quam te, tua qui toleres mœnia.
Fatum alicujus. Cic. 9. Att. 4. Miseros nos cur non omnes fatum illius una executi sumus? i. e. Non sumus una in eodem periculo, & sequuti sumus eum in periculis.
Fugam, Fugere. Cic. 2. Philipp. 45. Omnes Consulares, qui per valetudinem exequi fugam illam clademque potuissent.
Funus. Gell. lib. 10. cap. 15. V. infra Exequi, pro Funus exequi.
Imperium celer exequitur. Sil. lib. 10.
Imperium heri, Facere quod herus imperat. Liv. 5. Bell. Pun. Plaut. Men. 2. 1. 20. Ter. Heaut. 4. 1. 22. Nam jam primum si meum imperium exequi voluisses, interemptam oportuit.
Incœpta. Liv. 10. Bell. Pun.
Injurias exequi, pro Ulcisci. Plin. lib. 3. Epist. 4. Veniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitum injurias accusationibus voluntariis executos.
Itiner, pro Iter, antique. i. e. Conficere. Plaut. Merc. 5. 2. 88.
Quin tu ergo itiner exequi meum me sinis? conf. mox Perficere.
Jus suum. Cæs. 1. Bell. Gall. 7. Quum civitas ob eam rem incitata, armis jus suum exequi conaretur.
Jussa. Liv. 1. ab Urbe.
Laudes brassicæ longum est exequi, i. e. Persequi & enumerare. Plin. lib. 20. cap. 9.
Mandata, vel rem mandatam. Plaut. Bacch. 3. 3. 75. Ille amico & benevolenti suo sodali sedulo rem mandatam exequitur. Cic. 9. Philipp. 9.
Ministeria. Liv. 9. Bell. Pun.
Modum sationis nulla ex parte exequi posse. Cic. 5. Verr. 46.
Mortem, Mori. Plaut. Pseud. 4. 2. 38.
Nam necesse est hodie Sycioni me esse, aut cras mortem exequi:
Ita herus meus est imperiosus.
Mortem alterius exequi, pro Ulcisci, vel Judicio persequi. Pompon. in l. 1. D. de accusat. & Papin. in l. 2. eod. tit. Ulp. in l. 4. eod. tit.
Munus suum, i. e. Officium. Cic. 3. Tusc. 15.
Munus officii tueri & exequi. Cic. de Senect. 72. Senectutis autem nullus certus est terminus: recteque in ea vivitur, quoad munus officii exequi & tueri possis.
Negotium. Cic. 1. Off. 79.
Numerum. Liv. 3. Interfecta inde quatuor millia, & exequendo subtiliter numerum, CC ait & XXX.
Officia & studia. Cic. 3. Att. 15.
Officia & munera. Cic. de Senect. 34. Itaque exequi omnia regis officia & munera &c. De Masinissa. Conf. Munus. ἐν ἄλλ. δυοῖν.
Patronam, i. e. Precibus solicitare, ut adsit, & adjuvet. Plaut. Rud. 1. 5. 4.
Perficere itiner exequar. Plaut. Merc. 5. 2. 72.
Ut, si hæc non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exequar. conf. supra Itiner.
Pergam exequi. Plaut. Amph. 1. 1. 106.
Præcepta alicujus exequi. Virg. 6. Æn. 236.
— propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Probrum. Plaut. Truc. 2. 5. 9.
Lucri causa avara probrum sum executa; alienos dolores
Mihi supposivi.
Procurationem exequi. Ulp. in l. quæ omnia. §. sed etsi. D. de Procuratoribus, Nisi forte purgare magis convicium, quam procurationem exequi maluerit.
Sermonem, Loqui. Plaut. Trin. 2. 2. 5.
— Per pietatem nolo ego cum improbis te viris,
Gnate mi, neque in via, neque in foro ullum sermonem exequi.
Viam scelerati consilii. Liv. 8. Bell. Pun. Viam consilii scelerati, sed non ad ultimum dementis exequi volo.
Vota exequi. Virg. 5. Æn. 54.
Annua vota tamen, solennesque ordine pompas
Exequerer.
Exequi aliq. absol. pro Funus exequi alicujus: unde Exequiarum nomen, quod inde natum est, quod multi cadaver ejus qui efferebatur, sequebantur. Cic. 1. Tusc. 115. ex vet. poëta,
At qui labores morte finisset graves,
Hunc omnes amicos laude & lætitia exequi. Annotavit Turneb.
Exequi; pro Exponere, vel Narrando persequi. Liv. lib. 5. Exequebatur deinde, quæ solennis derivatio esset.
Verbis aliquid exequi. Cic. 11. Fam. 27. Nam præter hæc quæ commemoravi, quæ testata sunt & illustria: habeo multo occultiora, quæ vix verbis exequi possum.
Exequi, pass. Ulp. in l. quum quædam. D. de jurisdict. omn. jud. Quærebatur an prioris judicis sententia exequi possit.

EXĔQUENS, Partic. [διεξερχόμενος] Gell. 10. 12. Philosophus memoriarum veterum exequentissimus.

EXEQUUTUS, vel EXECUTUS, Partic. [ἐξηκολουθηκώς] Catul. 61. 15.
Sectam meam executæ duce me.

EXEQUUTIO, vel EXECUTIO, ōnis. f. [ἀπεργασία] Plin. lib. 35. cap. 8. Neque enim instituti operis est talis exequutio. Tacit. 3. Ann. 31. Exequutionem ejus negotii lubens suscepit.
Exequutio obligationis, i. e. Actio quæ ex ea consequitur, & exactio. Paul. l. 66. D. de verb. oblig. Si minor viginti annis a debitore stipuletur servum manumissurum, non est exequutio stipulationis danda. Idem eod. titul. In exequutione obligationis sciendum est, quatuor causas esse.

EXEQUUTOR, vel EXECUTOR, ōris. m. [ἀποπληρωτής] ut Exequutor inimicitiarum, pro Vindice. Suet. in Vespas. cap. 14.
Executores, Apparitores, qui Magistratus imperio reos in jus vocant: inde dicti, quod ejus sententiam in bonis pignoribusque capiendis exequerentur. V. VIATORES. Utitur Martianus imperator, l. cum clericis. C. de episc. & cleric.

EXEQUIÆ, vel EXSEQUIÆ, arum. tantum pl. [ἐναγίσματα, ἐπικήδεια] Funebre officium, quod scilicet in funere alicujus exequimur: ab eo dictæ quod homines pompam funebrem sequuntur. Ter. Phorm. 5. 8. 37. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, jam tempus est. Cic. 2. de Legib. 42. Sepultura & justis exequiarum caruerunt.
Exequiæ, pro Ordine ducentium pompam funebrem. Tacit. 2. Ann. 32.
Silens agmen, & velut longæ exequiæ.
Præclari funeris exequiæ. Ovid. 3. Trist. 5. 40.
Mites exequiæ. Stat. 3. Silv. 3. 6.
Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetrusci
Cerne pios fletus, laudataque lumina terge.
Mœstæ exequiæ. Tibul. lib. 2. 4. 44.
Seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus,
Nec qui det mœstas munus in exequias.

Tristes exequiæ. Stat. 8. Theb. 210.
 Ceu flammas, ac dona rogo, tristesque rependant
 Exequias.
Carere exequiis. Ovid. ad Liv. 168.
 Exequiis caruit Livia pene suis.
Exequias celebrare. Liv. 25. 17.
Cohonestare exequias. Cic. pro Quint. 50. Si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas.
Comitari exequias. Plin. lib. 11. cap. 18. V. Comitor, in COMES.
Dignas funere Magni Exequias fortuna dedit. Lucan. lib. 3. 292.
Exequias ducere alicui. Plin. Jun. lib. 3. Ep. 16. Huic illa ita funus paravit, ita duxit exequias &c. Plin. lib. 8. cap. 42. Propter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Scil. Bucephalo.
Ire exequias. Ovid. 2. Amor. 6. 2.
 Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis
 Occidit, exequias ite frequenter aves.
Largiri exequias. Stat. 12. Theb. 81.
 Et nunc heu quæ digna tibi solennia, quasve
 Largiar exequias?
Prosequi exequias funeris. Cic. pro Cluent. 101. Postremo etiam fortassis mater exequias illius funeris prosecuta est. Ovid. 1. Trist. 7. 14.
Reddere exequias alicui. Ovid. ad Liviam, 218.
Exequiis rite solutis. Virg. 7. Æn. 5.
Spoliare aliquem exequiis. Cic. pro Milon. 34. Tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

EXEQUIĀLIS, Adj. [ἐναγισματικός] Ovid. 14. Met. 430.
 Carmina jam moriens canit exequialia cygnus.
Justa exequialia. Stat. 11. Theb. 610.

EXEQUIOR, [ἐναγίζω] āri. pro Exequias facere, Obsoletum. Varro Bimargo, Ipsum propter vix liberti semiatrati exequiantur. Nonius, 2. 298.

EXERCEO, ui, ĭtum, [ἀσκέω, γυμνάζω, ἐπιτηδεύω, ἀσχολέω, μελετάω] ēre. ab Ex & Arceo compositum; quasi Extra arcere, premere, fatigare. Ter. Adel. 4. 2. 48. I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. Cic. 12. Fam. 4. Nunc me reliquiæ vestræ exercent, & quidem præter ceteros me.
Exercere aliquid, pro Facere. Virg. 1. Georg. 268.
 Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
 Fas, & jura sinunt. Variis nominibus jungitur. ut,
Abactus hospitum. V. ABIGO.
Acies pueriles exercere, i. e. Bella puerilia. Juven. 15. Sat. 59.
 Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
 Exercere acies, quod nulla cadavera calcent.
Adulteria. Suet. Aug. 69.
Ætatem exercere, Vivere. Plaut. Milit. 3. 1. 32.
 Hanccine ætatem exercere me mei amoris gratia?
Aliquem in aliquo studio. Cic. de Clar. Orat. 230. Me adolescentem nactus octo annis minorem, quam erat ipse, multos annos in studio ejusdem laudis exercuit.
Amorem aliquorum exercere. Catul. 69. 3.
 Æmulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem.
Amores exercere ad aliquam. Catul. 66. 69.
 Isque domum nobis, isque dedit dominam,
 Ad quam communes exercerемus amores.
Animos exercere in armis. Ovid. 1. Amor. 8. 41.
Aquas fluvius exercet. Ovid. 8. Met. 166.
Arcum. Claud. de Conf. Mall. Theod. 188.
Arma. Claud. in præf. Paneg. 3. Liv. Nam Sardos, Corsosque & Histros lacessisse magis quam exercuisse Romana arma.
Arma juventus exercet. Virg. 4. Æn. 87.
Artem. Hor. 1. Epist. 14. 44.
 Quam scit uterque libens censebo exerceat artem.
Bacchanalia. Plaut. Amph. 1. 1. 32.
Balatum agni exercent. Virg. 9. Æn. 62.
Brachia. Ovid. 4. Fast. 699.
Campos, Colere. Plin. Epist. 20. Virg. 1. Georg. 99.
 Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. i. e. Colit.
Cantus exercere. Virg. 1. Georg. 403.
 — de culmine summo
 Nequicquam seros exercet noctua cantus.
Choreas. Claud. de Laud. Seren. 143.
Choros Diana exercet per juga Cynthi. Virg. 1. Æn. 503.
Colles exercere vomere. Virg. 7. Æn. 798.
Commercium alicujus rei. Plin. lib. 12. cap. 14. Minæi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent.
Crudelitatem insatiabilem exercere non solum in vivo sed etiam in mortuo. Cic. 11. Philipp. 8.
Culta pinguia exercere. Virg. 10. Æn. 142.
 — ubi pinguia culta Exercentque viri.
Curas. Sil. lib. 11.
Diem. Virg. 10. Æn. 808. i. e. Per diem exerceri. Servius.
Discipulos. Suet. de Clar. Rhet. 1.
Discordias cum hostibus. Sallust. Catil. 9. Jurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant.
Dolorem ferro exercere. Ovid. 12. Met. 534.
Equos campis. Virg. 7. Æn. 782.
 Filius ardentes haud secius æquore campi
 Exercebat equos, curruque in bella ruebat. Claud. de Bell. Get. 109.
Exceptionem exercere. Ulp. in l. si fidejussor conventus. §. j. D. mandat.
Genas. Stat. 5. Silv. 5. 84.
 — jam jamque natantes
 Exercere genas, dulcesque accersere somnos.
Guttur inani cibo exercet. Ovid. 8. Met. 826.
Humum in messem. Virg. 1. Georg. 220.
 At si triticeam in messem, robustaque farra
 Exercebis humum, solisque instabis aristis, &c.
Imperia dura. Virg. 2. Georg. 370.
Ingenium exercere. Auct. ad Heren. lib. 3. 34.
Inimicitias. Liv. 8. Bell. Maced. Itaque collega meus vel in alia causa inimicitias exerceat.
Inimicitias nimium familiariter exercere. Cic. 1. Verr. 13.
Iracundiam in superatos. Cic. Brut. 2.
Iras plus quam civiliter exercet. Ovid. 12. Met. 583.
Judicium. Cic. 3. Verr. 155. Atque etiam judicium in Prætura publicum exercuit.
Jus civile exercere. Cic. 1. de Legib. 14.
Justitiam. Plin. Epist. 10.
Juventam. Catul. 59. 235.
Linguas turpes litibus exercent. Ovid. 6. Met. 375.
Malitiam præmiis. Sallust. de Repub. Ordin. Malitia præmiis exercetur: ubi ea dempseris, nemo omnium gratuito malus est.
Manus in sua dona. Propert. lib. 3. 3. 34.
 Exercent teneras in sua dona manus.
Medicinam. Plin. lib. 22. cap. 25.
Membra exercent in palæstris gramineis. Virg. 6. Æn. 739.
Munera militiæ togatæ. Lucan. ad Pison. 27.
Memoriam. Cic. de Senect. 21. At memoria minuitur, credo, nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior.
Navem, cauponam, stabulum. Ulp. in l. 1. & ult. D. naut. caup. stabul. ut recept. restit.
Nomen patris, Facere officium patris. Plin. in Paneg.
Odium in aliquem. Ovid. 9. Met. 275. Idem 5. 245.
Odia pretiosa. Ovid. 7. Epist. 44.
Odiis exercere stirpem aliquorum & genus omne futurum. Virg. 4. Æn. 622.
Opes. Liv. 9. Tum in minime pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes, ut insignis utrinque clades, & clara ipsorum ducum ederet funera.
Palæstras. Virg. 3. Æn. 281.
Pacem. Virg. 4. Æn. 100.
 Quin potius pacem æternam, pactosque hymenæos
 Exercemus?
Pœnas malorum. Virg. 6. Æn. 543.
 Hàc iter Elysium nobis, at læva malorum
 Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Populationem, Populari. Liv. 1. Bell. Maced. Quum priorem populationem sepulchris circa urbem diruendis exercuisset.
Principem exercere, h. e. Præstare se principem & exhibere. Suet. in Tiber. cap. 33. Al. Exerere. V. PRÆSTO, as.
Pugnos exercere in aliquem. Plaut. Amph.
Quæstionem. Cic. 2. de Fin. 54. Qui quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, &c.
Quæstionem in aliquem. Liv. 9. In me primum & hunc M. Follium quæstiones exerceatis.
Quæstionem de Sicariis. Suet. in Cæs. 11.
Regnum. Plin. lib. 10. cap. 21. Regnum in quacunque sunt domo, exercent. De gallis gallinaceis.
Scelus, libidinem, & avaritiam in socios. Liv. 9. Bell. Pun.
Simultates cum aliquo: h. e. Inimicitiarum & simultatum signa præbere. Cic. pro Flacc. 88. An simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit?
Solum sub presso vomere. Virg. 2. Georg. 356.
Spicula. i. e. Sagittare. Ovid. 13. Met. 54.
 Debita Trojanis exercet spicula fatis.
Studia Dianæ exercere. Ovid. 4. Epist. 87. i. e. Venari.
Stilum. Plin. lib. 17.
Sumptum suum. Ter. Heaut. 1. 1. 91. — corrasi omnia,
 Ancillas, servos, nisi eos qui opere rustico
 Faciundo, facile sumptum exerceant suum,
 Omnes produxi ac vendidi. Alii legunt Exercirent per tertiam vocalem, h. e. Suo labore sarcirent quicquid sumptus iis alendis faceret dominus. Vulgo dicunt, *Qui gagnent bien leurs despens*. Exercirent, inquit Fest. lib. 5. Sarcirent. Est itaque Exercio compositum ex præpositione Ex & verbo Sarcio. Verum prior lectio haud est improbanda, quum etiam D. Ambros. Terentium imitatus, Exercere sumptum lib. 2. Off. usurpet. [V. Bentl. ad loc. qui priori sententiæ, ut verissimæ, subscribit.
Tauros. Virg. 1. Georg. 210.
 Exercete viri tauros, serite hordea campis. i. e. Ad aratra tauros jungite. Servius.
Aranea telas exercet. Ovid. 6. Met. 145.
Tellurem. Virg. 1. Georg. 99. ut Solum.
Vectigalia atque exigere. Cic. pro Lege Manil. 16. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia urbis pensitant, aut qui exercent atque exigunt?
Velitationem. Plaut. Rud. 2. 6. 42. Equidem meam velitationem exerceo: nam omnia corusca præ tremore fabulor. Al. rectius Me ad velitat.
Verba exercere, pro Exercere se ad orationem extemporalem. Sen. Epist. 40.
Vices. Virg. 9. Æn. 175.
 — exercetque vices quod cuique tuendum est. i. e. Exercet unusquisque vices ad id quod accepit tuendum. Servius.
Vires suas exercere, linguæ celeritatem incitare, verborum frequentia delectari. Cic. 1. de Orat. 149.
Vires omni cura. Virg. 3. Georg. 229.
Vitam hominum curis. Lucret. lib. 5. 1423.
 Tunc igitur pelles, nunc aurum & purpura curis
 Exercent, hominum vitam, belloque fatigant.
Undas exercet Auster. Hor. 4. Carm. 14. 21.
Undas exercere lusibus. Ovid. 14. Met. 536.
Vocem. Plaut. Pœn. prol. 14.
 Exerce vocem quam per vivis & colis:
 Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.
Cura alicujus rei nos exercet. Virg. 2. Georg. 415.
 — incultique exercet cura salicti. i. e. Cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat.

In omni genere belli Pompejum fortuna Reipublicæ exercuit. Cic. pro Lege Manil. 16.
In caſibus variis me fortuna exercet. Cic. 5. Tuſc. 1.
Strenua nos exercet inertia. Hor. 1. Epiſt. 11. 28.
Iræ alicujus dicuntur quempiam exercere. Virg. 4. Georg. 453.
Non te nullius exercent numinis iræ,
Magna lues commiſſa.
Labor exercere aliquos dicitur. Virg. 1. Æn. 435.
Qualis apes æſtate nova per florea rura
Exercet ſub ſole labor.
Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna ſervavit. Cic. 1. in Catil. 25.
De aliqua re exerceri. Cic. 13. Att. 22. Te de prædio aviæ exerceri moleſte fero. [Subaudi Litibus, vel Negotiis.
Pœnis exerceri, Pœnas pati. Virg. 6. Æn. 739.
Diſcere & exerceri. Cic. 6. Att. 1. Cicerones pueri amant inter ſe diſcunt, exercentur.
Apud magiſtros pueri exercentur. Cic. 1. de Orat. 244.
Ad morem alterius aliquos exercere. Cic. in Orat. 46. In hac Ariſtoteles adoleſcentes, non ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi, ſed ad copiam rhetorum in utramque partem, ut ornatius & uberius dici poſſit, exercuit.
Ad pugnam exerceri. Quintil. lib. 5. cap. 12. Quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem velut præpilatis exerceri ſolebamus, olim jam ab illa vera imagine orandi receſſerunt.
In aliqua re exerceri. Ovid. 13. Met. 921.
Studioſiſſime in dialectica exerceri. Cic. de Clar. Orat. 309.
In venando exerceri ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Agris exerceri. Virg. 4. Georg. 159.
Armis exerceri. Cic. 6. Verr. 56.
Pueri & primævo flore juventus Exercentur equis. Virg. 7. Æn. 163.
Exercere ſe & ſtudere. Cic. in Orat. 99. Aut in hoc ſolo ſe exercuit, aut huic generi ſtudet uni.
Acerrime quotidianis commentationibus ſeſe exercere. Cic. de Clar. Orat. 249.
Arcu ſe exercere. Tibul. lib. 2. 1. 69.
Cogitare aliqua, & ad ea ſe exercere. Cic. 1. Fam. 7. Hæc cogites, ad hæc te exerceas.
Exercere ſe ad curſuram. Plaut. Moſtel. 4. 1. 5.
Ad verſus alicujus poetæ ſe exercere. Cic. 1. de Orat. 154.
Vehementiſſime ſe in aliqua re exercere. Cic. 1. de Orat. 152.
Exercere naturam ſuam in optimis rebus. Cic. in Somn. Scip. 21. Nam hæc eſt natura propria animæ atque vis: quæ ſi eſt una, ex omnibus quæ ſeſe moveat, neque nata eſt certe, & æterna eſt. Hanc tu exerce in optimis rebus.
Exercere ſe in agro. Ter. Heaut. 1. 1. 94. Agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo.
In conſultationibus ſe exercere, & in utramque partem diſſerere. Cic. 9. Att. 3.
Gravi judicio multaque arte ſe in veriſſimo genere dicendi exercere. Cic. ad Brut. 15.
Multis ſe in laboribus exercere. Cic. pro Arch. 28. Quid quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus?
Exercere ſe alicui Deo, i. e. in honorem ejus. Cic. 2. Tuſc. 40. Jovem Olympium, eum ipſum cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit.
Exercere figlinas, arenarias, & argentifodinas, l. 15. §. Inde quæſitum. D. de uſufr.
Exercere litem, i. e. Perſequi, l. 32. §. item ſi qui Romæ. D. de arbit. Inde fidejuſſor de exercenda lite, l. 1. C. ad Turpil.
Exercere pecunias, in l. 35. in fine. D. de hæred. inſtit. Et Exercere fœnus, l. 49. D. de adminiſt. tutor.

**Exercens**, Partic. [ἀσχολῶν] Cic. 2. de Orat. 287. M. Lepidus quum, ceteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet, vellem hoc eſſet, inquit, laborare.
Athletæ ſe in curriculo exercentes. Cic. de Senect. 27.
Otia molli cura exercens. Sil. lib. 15.
Eurus ignem exercens. Ovid. 15. Epiſt. 9. i. e. Huc illuc jactans.
Telum Jupiter. Lucret. lib. 2. 1102. Sæviat exercens telum, &c.

**Exercendus**, a, um. Partic. [ἀσκητέος] ut,
Æquabilitas juris exercenda. Cic. 1. Off. 88.
Arcenda ætas adoleſcentis a libidinibus, exercendaque in labore patientiaque & animi & corporis. Cic. 1. Off. 79.
Corpus exercendum eſt, & ita afficiendum, ut obedire rationi poſſit. Cic. 1. Off. 79.
Crudelitatis exercendæ libido. Cic. 5. Verr. 143.
Memoria exercenda eſt in ediſcendis. Cic. 1. de Orat. 157.

**Exercĭtus**, a, um. Partic. [ἠσκημένος] Exercitatus. Plin. Epiſt. 99. Unquamne vidiſti quenquam tam laborioſum, tam exercitum, quam Varenum meum?
Exercitus in re militari, longo bellorum uſu. Cic. pro Font. 32. Poſtremo ipſe, cum in omnibus vitæ partibus honeſtus atque integer, tum in re militari cum ſummi conſilii & maximi animi, tum vero uſu quoque bellorum gerendorum, inprimis eorum hominum qui nunc ſunt, exercitus. i. e. Peritus.
Exercitus in mundo ruſtico. Plaut. Merc. prol. 65. [Immo. Opere immundo ruſtico. V. Gronov.
In re agenda. Gell. lib. 19. cap. 13. Homo ſane perquam in noſcendis veteribus ſcriptis exercitus. Sic apud Plin. lib. 2. Epiſt. 9. Exercitus in agendis cauſis.
Curis exercitum eſſe. Ovid. 15. Met. 768.
Diſſidiis crebris exercitos eſſe aliquos. Lucret. lib. 2. 119.
Lectione multa exercitus. Gell. Aderat forte ibi amicus noſter, homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterarum literarum quæſita, meditata, vigilataque erant.
Exercitus, Jactatus, vexatus, calamitatibus agitatus. Cic. pro Planc. 78. Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, ſed certe exercitus. Et pro Milon. 5. Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſollicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt. V. Plaut. Merc. 2. 1. 4. itemque Caſaub. ad Suet. p. 137.
Militia exercita. Tacit. 1. Ann. 35. 3. Finem tam exercitæ militiæ &c. orabant. i. e. tot Stipendiorum, ſeu tam diuturnæ.
Ærumna exercita. Plaut. Epid. 4. 1. 3. Simul ærumnam multiplex exercitam habet paupertas. [Immo Multiplex ærumna me e. h.
Animalia exercita motu. Lucret. lib. 4. 860.
Corpora aſſiduo varioque exercita motu. Lucret. lib. 2. 96.
Flumina curſu exercita. Virg. 3. Georg. 529.
Gens vario ludo fatorum exercita. Stat. 3. Theb. 179.
Sæpe quidem infelix, varioque exercita ludo
Fatorum gens noſtra ruit.
Manus innumeris caſtris exercita. Stat. 1. Silv. 4. 72.
Manus exercita furtis. Claud. 1. in Eutrop. 193.
Exilio, rebusque exercita egenis Membra. Stat. 11. Theb. 57.
Quæſtio exercita aſpere. Salluſt. Jugurth. cap. 40.
Pectora rebus exercita. Ovid. 13. Met. 265.
Probitas exercita rebus adverſis. Ovid. 5. Triſt. 5. 49.
Veſtis Veneris ſudorem exercita potat. Lucret. lib. 4. 1121.

**Exercite**, Adv. Compar. Apul. 11. Met. extr. p. 272. Mecum ipſa cogitationes exercitius cogitabam.

**Exercĭtor**, ōris. m. [ἀσκητὴς, γυμναστὴς] Qui docet & exercet alterum in re aliqua. Plaut. Trin. 4. 3. 9. Hic quisquis eſt, Curculio eſt exercitor, is hunc hominem curſuram docet. Et Trin. 2. 1. 3. & Macrob. 2. Somn. Scip. 14.
Exercitorem eum dicimus (inquit Ulp. in l. 1. §. Exercitorem. D. de Exercitoria actione) ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit, ſive a domino navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

**Exercitorius**, a, um. Adj. [ἀσκητικός] ut Actio, Quæ in Exercitorem inſtituta. Africanus in l. finali. D. de exercitoria actione, Lucius Titius Stichum magiſtrum navi præpoſuit: is pecuniam mutuatus, cavit ſe in refectionem navis eam accepiſſe. Quæſitum eſt, an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur. ſubaud. Actione. ſic toto illo titulo. V. Dict. præced.
Jacula exercitoria. i. e. Luſoria. Tertull. de Pœnit. cap. ult.

**Exercitium**, i. n. [ἄσκημα] Exercendi actus, ut apud Gell. lib. 19. cap. 4. Exercitium dicendi. Salluſt. in prima oratione de Repub. Ordin. non procul a fine, Porro ii quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere mos eſt, ubi animum quem dominari decebat, ſervitio oppreſſere, nequaquam eo poſtea hebeti atque claudo pro exercitio uti volunt. Al. Exercito.
Ludicra exercitia. Gell. lib. 6. cap. 15.
Perpetua exercitia. Vellej. 2. 109. Imperium perpetuis exercitiis pæne ad Romanæ diſciplinæ formam redactum.

**Exercitio**, ōnis. f. Idem. [ἄσκησις] Ulp. in l. Si tamen. D. de Exercitoria actione, Si tamen plures per ſe navem exerceant, proportionibus exercitionis conveniuntur.
Exercitio judicii. Papinian. l. 1. D. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdic. Videntur errare magiſtratus, qui quum publici judicii habeant exercitionem, lege vel Senatusconſulto delatam, jurisdictionem ſuam mandant.
Exercitionem exerciti dicebant antiqui, Exercitationem exercitati. Item Exercitiorem, exercitiſſimum, ſicut ab Exercitato, Exercitatiorem, exercitatiſſimum. Feſt.
In libro qui inſcribitur, Collatio legum Moſaïc. & Rom. Titul. 15. Ulp. lib. 7. de Off. Procoſ. ſub titulo de Mathem. & vaticin. Sed fuit quæſitum, utrum ſcientia horum hominum puniatur, an exercitio & profeſſio. H. St.

**Exercĭtus**, ûs. m. [στρατιὰ, στράτευμα, στρατὸς, στόλος] Veget. lib. 2. Numerus militum exercitatur, unde & re ipſa ab opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivīſci quod vocabatur. Ulp. Exercitum dicimus non unam cohortem, neque unam alam, ſed numeros multos militum.
Exercitus, & Militum copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus, ſed ſuperius quarti ordinis, hoc ſecundi eſt. Feſt.
Omnis equitum exercitus. Virg. 11. Æn. 171. & 9. 25.
Jamque omnis campis exercitus ibat apertis
Dives equûm, dives pictaï veſtis & auri.
Fortiſſimorum militum exercitus. Cic. 4. Philipp. 6.
Advena exercitus. Virg. 7. Æn. 39.
Ampliſſimus exercitus. Plin. lib. 2. Epiſt. 13.
Circumfluens exercitus. V. CIRCUMFLUO.
Collectitius exercitus. V. COLLIGO.
Contractus exercitus. V. CONTRAHO.
Inſolens exercitus. Hor. 1. Carm. 16. 21.
Inſolitus ad laborem exercitus. V. INSOLITUS.
Inſtructus exercitus. Cic. de Provinc. Conſ. 9.
Integer exercitus. V. INTEGER.
Intentus exercitus. V. INTENDO.
Juſtus exercitus. V. JUSTUS.
Maximus & fortiſſimus exercitus. Cic. pro Muren. 32.
Mutilatus exercitus. V. MUTILUS.
Pedeſtris exercitus. V. PEDESTRIS.
Tumultuarius exercitus, V. Tumultuarius, in TUMULTUS.
Turbati exercitus. Quintil. lib. 7. cap. 1.
Abducere exercitum. Cic. 10. Philipp. 9.
Accipere exercitum. V. ACCIPIO.
Adducere exercitum. Cic. 7. Att. 9.
Amittere exercitum. Cic. in Piſon.
Augere exercitum. Salluſt. in Jugurth.
Carpere exercitum. V. CARPO.
Cogere exercitum. Salluſt. in Jugurth. cap. 54.
Collocare exercitum. Cic. 12. Fam. 23.
Concidere exercitum. V. CONCIDO.
Conducere invictum exercitum. Cic. 4. Philipp. 6.
Conficere exercitum. V. CONFICIO.
Conficere exercitum, & ei præeſſe. Cic. pro Lege Manil. 61. Quid tam novum, quam adoleſcentulum privatum, exercitum difficili Reip. tempore conficere? confecit. huic præeſſe? præfuit.
Confirmare exercitum. Salluſt. in Jugurth.
Conflare exercitum. V. CONFLO.
Conſcribere & comparare exercitum. Cic. 5. Philipp. 36.

Continere

Continere exercitum castris. V. CONTINEO.
Deducere exercitum. V. DEDUCO.
Deponere exercitum. Cic. in Pison.
Ductare exercitum. Salluft. Catil. cap. 17. & 19.
Corrumpere largiendo exercitum. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Dissipare exercitum. Cic. 15. Fam.
Distribuere exercitum. Cæs. 5. Bell. Gall. 24.
Dimittere exercitum. Cic. in Pison. 47.
Ducere exercitum. Cic. pro Muren. 20. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Educere exercitum ex aliqua provincia. Cic. in Pison. 36.
Exponere exercitum. Cæs. 3. Bell. Civil. 57. In terram scil. ex navibus.
Facere exercitum. Cic. 5. Philipp. 23. pro Conficere.
Habere exercitum. Cic. 1. Fam. 9.
Imposuit exercitum Brundisii. V. IMPONO.
Incidens portis exercitus. V. INCIDO.
Increpare exercitum. V. INCREPO.
Lustrare exercitum. V. LUSTRUM.
Multiplicare exercitum. Liv. Bell. Pun.
Parare exercitum. Salluft. in Jugurth.
Permutare exercitum. Liv. Bell. Pun.
Recensere exercitum. Liv. lib. 1. & Suet. Calig. cap. 44.
Reficere exercitum. Liv. lib. 3.
Regere amplissimum exercitum. Plin. lib. 2. Epist. 13. ad Priscum.
Scribere exercitum. Liv. lib. 3.
Scribere supplementum exercitui. Salluft. in Jugurth.
Supplere exercitum. Liv. lib. 2.
Transferre exercitum in aliquem locum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Transportare exercitum in aliquam provinciam. Cic. in Pison. 47.
Corvorum increpuit densis exercitus alis. Virg. 1. Georg. 382.
Phorci exercitus omnis. Virg. 5. Æn. 824. i. e. Dii marini.
Exercitus etiam pro Qualibet exercitatione ponitur. Plaut. Rud. 2. 1. 7.
Pro exercitu gymnastico & palæstrico hoc habemus.
Item pro Angore & cruciatu, qui nos exercet. Plaut. Cist. 1. 1. 60. Noli obsecro lacrymis tuis mihi exercitum imperare. conf. Epid. 4. 1. 3. Afranius apud Nonium 1. 16. Qui mei est animi exercitus.
Exercitus edendi remissus. Plaut. Capt. 1. 2. 50. ubi V. Interpretes.
Genitivum Exerciti pro Exercitûs, ex Accio & Varr. adducit Nonius 8. 14.

EXERCĬTO, [ἀσκέομαι] āre. Mela, 2. 1. Achilles se ac suos cursu exercitavisse memoratur. Salluft. de Rep. Ord. 2. 18. Corpus atque ingenium exercitabat patriæ conf. ibid. 1. 7.

EXERCITĀTUS, a, um. Partic. [ἀσκητὴς] Qui longa exercitatione doctus, & melior ac validior est. Plin. Epist. 53. Solet dicere Claudius Restitutus, qui mihi respondit, vir exercitatus & vigilans, & quamlibet subitis paratus. Cæs. 2. Bell. Gall. 20. Superioribus præliis exercitati.
Exercitatus ad rem aliquam. Ter. Hec. 3. 3. 47. O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona, sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.
In causis exercitatus & versatus homo. Cic. pro Quint. 3. M. Junius qui hanc causam, Aquilli, aliquoties acute egit, homo & in aliis causis exercitatus & in hac multum & sæpe versatus, hoc tempore abest, &c.
In dicendo exercitatus. Cic. pro Cluent. 52. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Sic 14. Att. 12. Exercitatus in Arithmeticis. Et 4. Acad. 110. Item Cæs. 1. Bell. Civil. 57. Exercitati in armis.
In rebus maximis gerendis & sustinendis exercitatus animus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Bello exercitatus. Nepos 15. 5. 4.
Curis exercitatus & agitatus. Cic. in Somn. Scip. 21. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & domum suam pervolabit.
Disciplina bona exercitati. Cic. in Orat. 200.
Glebis subigendis exercitati. Cic. pro Lege Agr. 23. Totus enim ager Campanus & possidetur & colitur a plebe optima & modestissima, at illi miseri, nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant, non habebunt.
Exercitatus usu. Liv. 5. Is tum jam non promptus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus talem orationem habuit.
Syrtes exercitatæ vento. Hor. Epod. 9. 31.
Exercitatas aut petit Syrteis Noto,
Aut fertur incerto mari.
Vultus exercitati senex. Petron. cap. 83. p. 412. i. e. Ob vigilias in studiis pallidi, macilenti, austeri.
Compar. [ἀσκητότερος] Cic. 2. Off. 53. Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores, ad bene de multis promerendum.
Copiæ exercitatiores. Nepos 11. 2. 1.
Superl. Cic. pro Lege Manil. 55. Omnibus navalibus pugnis Carthaginienses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque vicerunt.
Duces exercitatissimi atque peritissimi. Cæs. 3. Bell. Civil. 73.
Interpres exercitatissimus. Cic. 1. de Divin. 43.
Valentissimus & ad verberandos homines exercitatissimus lictor. Cic. 7. Verr. 141.

EXERCITATE, Adv. Compar. apud Senecam Epist. 90. Multa facit aut peritius aut exercitatius. Superl. Arnob. lib. 3. p. 113. Præcepta habeat cognita & rationem teneat exercitatissime comprehensam.

EXERCITATIO, onis. f. [ἄσκησις, γυμνασία, μελέτη] Cic. 1. Off. 130. Neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci.
Exercitatione ludoque campestri uti. Cic. pro Cœl. 11.
Studia & exercitationes. Cic. 1. Fam. 9.
Usu forensi & exercitatione tiro, non ætate. Cic. 1. Verr. 47.
Labores corporis minuendi senibus, & exercitationes animi augendi. Cic. 1. Off. 133.
Ingenii exercitationes & curricula mentis. Cic. de Senect. 38.
Juris Civilis exercitatio. Cic. 1. de Orat. 243.
Malorum exercitatio. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Scholarum exercitationes. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Virtutum artes & exercitationes. Cic. de Senect. 9. Aptissima omnino sunt, Scipio & Læli, arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum, quæ in omni ætate cultæ, quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus. Idem pro Milon. 34.
In dialecticis exercitatio. Cic. 3. de Fin. 41.
Laboriosæ exercitationes. V. LABOR.
Ludicra exercitatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 103. At ipsi tamen pueri, etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Modicæ exercitationes. V. post MODUS.
Non parva exercitatio. V. NON.
Primæ exercitationes. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Puerilis exercitatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Quotidiana dicendi exercitatio. Cic. pro Lege Manil. 1.
Subitæ ad propositas causas exercitationes & accuratæ & meditatæ commentationes. Cic. 1. de Orat. 257.
Accommodata exercitatio. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Acuere linguam dicendi exercitatione. Cic. de Clar. Orat. 331.
Acuit consuetudo & exercitatio & intelligendi prudentiam, & eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat. 90.
Assuefieri stuprorum & scelerum exercitatione. Cic. 2. in Catil. 9.
Augere exercitationes. V. AUGEO.
Conficere exercitatione. V. CONFICIO.
Firmari atque ali memoriam exercitatione. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nam & maxime necessaria est Oratori memoria, & ea præcipue firmatur atque alitur exercitatione.
Formanda oratio exercitatione & stilo ad certam legem. Cic. 3. de Orat. 188.
Munire convicii exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate. Cic. pro Domo sua, 3.
Recalescunt motu & exercitatione corpora nostra. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.
Sustulerunt meditatione atque exercitatione multi naturæ vitium. Cic. 2. de Divin. 96.
Tuendus color corporis exercitatione. Cic. 1. Off. 130.
Utendum est modicis exercitationibus, & ratio valetudinis habenda. Cic. de Senect. 36.

EXERCITAMENTUM, i. n. Idem ac Exercitatio. Apul. Florid. 2. p. 351. Mentium documenta, corporum exercitamenta.

EXERCITĀTOR, ōris. m. [ἀσκητὴς, γυμναστὴς] Qui exercet. Plin. lib. 23. cap. 7. Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. De athletis. Idem lib. 35. cap. 11. Lecythion agilitatis exercitator.

EXERCITĀTRIX, ĭcis. f. [ἀσκητὶς] Quintil. lib. 2. cap. 15. Quod duas partes civilitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem. γυμναστική.

EXERCIO, īre. compositum ex præpositione Ex, & verbo Sarcio. V. Sumptum suum exercere, in EXERCEO.

EXĔRO, sive EXSERO, ui, ertum, [ἐξείρω] ĕre. ab Ex & Sero compositum; Extrahere, quasi dimovere.
Herba exerit cacumen e tepida humo. Ovid. 3. Trist. 12. 13.
Herbaque quæ latuit cerealibus obruta sulcis,
Exerit e tepida molle cacumen humo.
Exerere caput. Columel. lib. 8. cap. 7. Verum habeat ex utraque parte foramina: unum quo caput exeratur, alterum quo cauda & clunes.
Caput exerere ab. Lucan. lib. 5. 598.
Primus ab oceano caput exeris Atlanteo
Core movens æstus.
Caput Galatea ponto exerit. Ovid. 13. Met. 838.
Caput Neptunus imis exerens undis. Sen. Agam. 6.
Caput Phœbus illustre lætis exerit terris. Sen. Herc. fur. 8.
Caput altius vitiis exeruisse. Ovid. ad Liv. 46. i. e. Excelluisse virtutibus.
Caput Roma magnanimis urbibus alte exerit. Sil. lib. 1.
Cochleæ exerere se domicilio dicuntur. Plin. lib. 9. cap. 32.
Ensem exerere. Stat. 9. Theb. 330.
— fulgentemque exerit ensem.
Humerum exerere. Ovid. 1. Fast. 409.
Exerit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas. De Nymphis.
Latentem exerere. Lucan. ad Pison. 245.
Tu nanti protende manum, tu Piso latentem
Exere. Proverbialiter.
Linguam exerere. Plin. lib. 10. cap. 23. Liv. 7. 10. Linguam etiam ab irrisu exerentem producunt.
Manum exerere. Sen. 2. de Benef. cap. 30.
Manu subter togam ad mentum exerta. Liv. 8. 9.
Ora delphin fidus exerit patriis vadis. Ovid. 1. Fast. 458.
Radicem exerere. Columel. lib. 12. cap. 56. Prius quam olusatrum coliculum agat, radicem ejus exerito mense Januario. i. e. Evellito.
Secreta mentis exerere. h. e. Efferre. Sen. OEth. 4.
Vincula exerere. Columel. lib. 8. cap. 8. Nam dum vincula exerere conantur, non conquiescunt.
Exerit vultus rubicunda Phœbe. Sen. Hippol. 747.
Exerere aliquem, pro Exhibere aliquem & proferre. Claud. de Piis Frat. 15.
Exerere principem, pro Exerere vim principatus, & se principem ostendere. Suet. in Tiber. 33. Paulatim principem exeruit. In editis legitur Exercuit: verum non est perinde elegans. Turneb. Plin. 8. Epist. 7. Sumam tamen personam magistri: exeramque in librum tuum jus quod dedisti.

EXERTUS, sive EXSERTUS, a, um. Partic. [ἐξειρτὴς] Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto. Stat. 9. Theb. 132.
Amazon unum exerta latus pugnæ. Virg. 11. Æn. 649.
Humeros exertus. Sil. lib. 8. Stat. 4. Theb. 235.
Exerti ingentes humeros.
Humeros exertaque brachia velat. Stat. 1. Achil. 346.
Cethegus exertus. Lucan. lib. 2. 543. Ab Hor. Cinctutus dicitur. Solebat enim Cethegorum familia in publicum & pugnam prodire humero & brachio exerto, i. e. Nudato.

Ensis

Ensis exertus. Stat. 5. Theb. 439. Ovid. 3. Fast. 814.

Ensibus exertis bellica læta dea est.

Lacerti exerti. Sen. OEth. 12. Virg. 1. Æn. 496. Exerta mamma. Et 11. 803. Papilla exerta.

Medulla exerta. Hor. Epod. 5. 37. Heins. & Bentl. legunt Exesa.

EXERTE, Adv. Apul. 1. Met. p. 24. Janitor introrupit exerte clamitans. Spartian. Vitâ Severi cap. 3. Tribunatum severissime exertissimeque egit, i. e. Exactissime.

EXERRO, āre. Stat. 6. Theb. 444.

Spargitur in Gyros, dexterque exerrat Arion.

EXERRATIO, ōnis. f. Gell. 15. 2. Non defugiendas esse neque respuendas hujuscemodi exerrationes. Ita legit Lipsius Elect. 1. 7. al. Exhortationes vel Exercitationes.

EXERTO, [προεκτείνω] āre. Virg. 3. Æn. 425.

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naves in saxa trahentem.

Humeros exertare, i. e. Nudare. Stat. 1. Theb. 41.

EXESUS. V. EXEDO.

## E X F

EX FACILI, [ἐξ ἑτοίμου] V. EX.

EXFIBRO, āre. Fibras evellere. tribuitur Columel.

EXFIBRATUS, a, um. Cato, si fides Thes. Lips.

EXFILATUS, Extra vestimentum filo contextum. Fest. Alias legitur Effafilatum. q. V.

EXFIO, is. [ἐκκαγίζω] īre. Purgare, ut Suffio, A quo

EXFIT, Purgamentum, unde adhuc manet Suffitio. Fest. Fabius Pictor apud Nonium, 3. 197. Exfit, inquit, est sal sordidum, quod ustum est, & in ollam rudem fictilem abjectum, &c. Ed. Gothof. Tesfit & sale, quo sale sordidum &c. Mercer. Muries fit ex sale, quod sal fordidum tunsum est.

EXFŎDIO, ōdi, ossum, [ἐξορύττω] ĕre. Quod fossum erat extrahere. Plaut. Aulul. 4. 8. 9. Exfodio aulam auri plenam. Antiquum est, magis enim est in usu Effodio.

EXFOLIO, āre. Apic. 4. 2. Exfoliare rosas.

EXFORNICATUS, a, um. Vulg. Interpr. Epist. Judæ v. 7. Sodoma & Gomorra & finitimæ civitates exfornicatæ.

EXFUNDO, [ἐκπυθμένω] āre. A fundo evertere. Cæl. Antipat. ap. Non. Respub. amisso exfundato pulcherrimo oppido.

EXFUNDATIO, ōnis. f. JCt. in Cod.

EXFUTUTUS, a, um. ut, Latera exfutata. Catul. 6. 13. V. EFFUTUO.

EXFUTI, Exfusi; ut Mersat, pro Mersat. Fest.

## E X G

EXGREGIUS, i. e. E grege lectus. Fest. V. EGREGIUS.

EXGRŪMO, [ἐκθρομβόω] āre. Exgrumare dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. Grumus enim est Terræ collectio, a congerie dictus. Varro 3. de R. R. cap. 14. Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interjiciant, & aspergant furfures non multos. Alii legunt Exgruminantes. Scalig. malit Exruminantes.

EXGURGĬTO, [ἐξαμπωτίζω] āre. Extra gurgitem emittere. Unde per translationem, Exgurgitare argentum domo dixit Plaut. Epid. 4. 2. 11. Proh deûm atque hominum fidem, quid ego lenocinium facio: qui quidem habeam alienos domi, atque argentum exgurgitem domo prorsum? Alii legunt Egurgitem. V. Non. 2. 265.

## E X H

EXHÆRĒDO, [ἀποκληρόω] āre. Extra hæreditatem abjicere, & proscribere. V. ABDICO. Martial. lib. 3. 10.

Exhæredavit te, Philomuse, pater.

Cic. pro Cluent. 135. Exhæredare filium. Proprie Exhæredari filii dicuntur, mortuo patre: qui si vivente adhuc patre depelluntur paternis bonis, Abdicari dicuntur. Itaque abusive verbo Exhæredare usus Nepos est in pr. Themist. cum eum a patre Exhæredatum scribit: de quo cum Valer. Max. 6. 9. exponeret, recte Abdicatum dixit.

EXHÆREDANS, Partic. [ἀποκληρῶν] Cic. 2. Philipp. 41. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem.

EXHÆREDATUS, a, um, [ἀποκεκληρωμένος] aliud Partic. Auct. ad Heren. lib. 4. 34. Sed a necessariis omnibus exhæredatus est. Plin. Epist. 119.

EXHÆREDATIO, ōnis. f. [ἀποκλήρωσις] Quintil. lib. 7. cap. 2. Tu impie fecisti, quum exhæredationem meruisti. Et l. 20. pr. Dig. de Bon. possess. contra tabb.

EXHÆRES, ēdis. [ἀπόκληρος] Qui privatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. Cic. 1. de Orat. 175. Nempe in ea causa quæsitum est de jure Civili, possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. Exhæredem se facere bonis suis. Plaut. Most. 1. 3. 77. Utinam nunc meus mortuus pater nuntietur, ut ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres.

Scribere sine elogio exhæredem filium. Ulp. in l. 1. §. Pomponius. D. de Carboniano edicto, Idem ait, quum quidam exhæredem scripsisset filium, quod diceret eum ex adulterio conceptum, &c. ex hac parte edicti ei bonorum possessionem competere: quum si sine elogio exhæres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem.

Exhæredem vitæ suæ aliquem facere, per translationem dictum a Plaut. Bacch. 4. 8. 8. pro Occidere.

EXHÆREDĬTO, āre. pro Exhæredare: inusitatum est. Salvian. lib. 3. contra Avarit. p. 112.

EXHÆRESĬMUS, vel potius EXÆRESIMUS. i. m. [ἐξαιρέσιμος] i. e. Exemptilis. Cic. 4. Verr. 128. Est consuetudo Siculorum, ceterorumque Græcorum, quod suos dies, mensesque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, ut nonnunquam siquid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant. Budæus.

EXHĀLO, [ἀναθυμιάζω, ἀποπνέω, ἐκπνέω, ἀτμίζω] āre. Expirare, & veluti Per halitum emittere aerem. Plin. lib. 17. cap. 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Virg. 7. Æn. 84.

— sævamque exhalat opaca Mephitin.

Multa per os exhalantur. Lucret. lib. 4. 862.

Altaria vapore exhalant. Lucret. lib. 3. 433.

— ubi cernimus alta
Exhalare vapore altaria, ferreque fumum.

Animam exhalare, Mori. Ovid. 6. Met. 247. Juven. 10. Sat. 281.

Crapulam exhalare. Cic. 2. Philipp. 30. Edormi crapulam inquam & exhala. conf. Vinum.

Lucem supremam exhalare, Mori. Sil. lib. 10. 153.

— supremam Telesinus in auras
Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.

Metalla exhalant. Lucret. lib. 6. 811.

Quidve mali sit, ut exhalent aurata metalla?

Nebulam fumosque volucres exhalat terra. Virg. 2. Georg. 217.

Nebulæ caligine mistæ exhalantur humo. Ovid. 11. Met. 596.

Terra pulveris exhalat nebulam, nubesque volantes. Lucret. lib. 5. 254.

Ventos solum exhalat. Lucan. lib. 5. 83.

Ut vidit Pæan vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare solum.

Vestes exhalant. Stat. 10. Theb. 102. — tapetis
Incubat: exhalant vestes: & corpore pigro
Strata calent.

Vinum exhalare, idem quod Crapulam exhalare. Cic. 2. Philipp. 42. Quanquam tu quidem (ut tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenii causa declamitas.

Vitam exhalare. Virg. 2. Æn. 562.

Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. conf. mox seq.

EXHĀLANS, [ἀτμίζων] Partic. ut, Spiramenta exhalantia flammam. Ovid. 15. Met. 343.

Vitam exhalans. Ovid. 5. Met. 62.

Postquam exhalantem sub acerbo funere vitam
Vidit Atyn.

EXHALĀTUS, a, um. Partic. ut, Anima exhalata. Ovid. 11. Met. 43.

Pruina exhalata. Varro 2. de R. R. cap. 2. Reliquæ pastiones hyberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina jam exhalata propellunt in pabulum, & pascunt diem totum.

EXHALATUS, ûs. m. Idem ac Exhalatio. Mart. Capel. 2. p. 40. Ex calore superno atque exhalatu.

EXHALATIO, ōnis. f. [ἄτμισις, ἀναθυμίασις] Plin. lib. 31. cap. 3. Certior multo nebulosa exhalatio est.

Exhalationes terræ, Tenues spiritus qui per æstum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aerem feruntur. Cic. 1. Tusc. 43. Quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

EXHAURIO, si, stum, [ἐξαντλέω, ἐξαιρέω, ἀφύσσω, ἐκκενόω] īre. Prorsus evacuare significat.

Poculum exhaurire, Hauriendo evacuare & ebibere. Liv. 9. Bell. Maced. Ovid. 5. Fast. 513. Sic, Exhaurire sanguisugam, Plin. lib. 20. cap. 13.

Poculum mortis exhaurire. Cic. pro Cluent. 31.

Exhaurire vini multum. Cic. 2. Philipp. 63. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in Populi Romani conspectu vomere postridie.

Exhaurire, per translationem. ut, Exhaurire ærarium. Cic. 5. Verr. 164.

Dilapidare pecuniam & exhaurire ærarium. Cic. ad Octav. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, &c.

Ægrum exhaurit cubantem fluens alvus. Cels. lib. 7. cap. 3.

Ærarium exhaurire, & compilare Remp. Cic. in Vatin. 5. Num religiones polluerit, ærarium exhauserit, Rempub. compilarit.

Amorem aliquorum exhauriri nulla injuria posse. Cic. 2. Att. 21. Tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria.

Aratores exhaurire & pene perdere. Cic. 5. Verr. 77. Aratores funditus evertebantur, & eo magis, quod jam superioribus annis exhausti erant, ac pene perditi.

Bellis maximis exhauriri. Cic. de Provinc. Consf. 6.

Civitatem aliquam exhaurire. Lucan. lib. 3. 181.

Exhausit totas quamvis delectus Athenas. i. e. Militum ingentes copiæ eductæ sunt e civitate.

Bonis exhaurire & evertere miseras funditus civitates. Cic. in Pison. 86.

Copias exhaurire maximas. Cic. in Parad.

Dolorem exhaurire. Cic. 5. Fam. 16. Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto. i. e. Minui & omnino adimi.

Domum alicujus exhaurire & exinanire. Cic. 7. Verr. 36.

Domos exhaurire, & Replere, contraria. Cic. de Provinc. Consf. 4. Ut domos exhaustas replere possent, perempta pace bellum nobis prope justum intulerunt.

Facultates donatoris exhaurire. Pomponius in l. Quum ex causa. D. de re judicat.

Genas citius exhauriet Sipyleia genitrix, i. e. Niobe, de re impossibili. Stat. 5. Silv. 1. 33.

Hæredem exhaurire legatis, Onerare, & legatis hæredem vexare, ita ut nihil ei reliquum fiat. Plin. Epist. 96.

Humum ligonibus exhaurire. Hor. Epod. 5. 31. h. e. Fodere, aperire.

Ictum exhaurire. Stat. 5. Theb. 563.

— nam mollia colla refusus
In tergum serpens venientem exhauserat ictum.

Laborem exhaurire. Sil. lib. 17. — ipsa malorum
Non plus Carthago tulit, exhausitque laboris.

Exhaurire laborem in re aliqua. Plin. lib. 3. Epist. 9. Idem lib. 5. Epist. 5. Quod me recordantem miseratio subit quantum vigiliarum, quantum laboris exhauserit frustra.

Labores exhaurire posito cum sole. Stat. 6. Theb. 237. significat Finem imponere laboribus discedente jam sole, & ipso quoque functo suis laboribus.
Partem aliquam laudum alicujus exhaurire. Cic. 9. Fam. 14. Libentius omnes meas, si modo sunt aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. h. e. Abstraxerim.
Mandata exhaurire alicujus, pro Absolvere & perficere, conficere. Cic. 5. Att. 13. Deinde exhauri mea mandata.
Minas inanes exhaurire. Stat. 10. Theb. 289.
Pecuniam omnem ex ærario exhaurire. Cic. 2. pro Lege Agr. 97.
Plebem exhaurire. Cic. 2. pro Lege Agr. 69.
Potionem exhaurire. Quintil. lib. 7.
Prædam ex fortunis aliquorum, ex agris urbibusque sociorum exhaurire. Cic. in Pison. 48.
Provinciam sumptu exhaurire. Cic. 1. Q. frat. 1. & Suet. Neron. 38. 6.
Quæstus immanes M. Antonii tota exhausit domus. Cic. 5. Philipp. 11.
Regionem aliquam fluvius exhaurire dicitur, Quum omnia secum rapit & depopulatur. Lucan. lib. 2. 410.
Eridanus fractas devolvit in æquora silvas,
Hesperiamque exhaurit aquis.
Scrupulum exhaurire. Cic. 5. Att. 13. Sed varia lectio est. V. not. ad loc.
Sentinam exhaurire furum ex urbe. Cic. 1. in Catil. 16.
Solicitudines exhaurire sermone. Cic. 1. Att. 18. Multa enim sunt, quæ me solicitant anguntque: quæ mihi videor aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse. i. e. Sermone & collocutione adimere atque auferre.
Spiritum reliquum exhausit plaga. Cic. pro Sext. 60. Plaga una illa extrema defuit: quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset.
Supplicia exhaurire. Sil. lib. 6.
Vires exhaurire. Plin. l. 3. Epist. 19. Dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in posterum exhausit, quarum defectione rursus reliqua creverunt.
Vitam sibi exhaurire. Cic. pro Sext. 48. Ne videret victorem vivus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset.
Urbem civibus exhaurire. Lucret. lib. 6. 1138.
**Exhaustus**, a, um. Partic. [ἐξηντλημένος] ut, Exhaustus fons, in quo nihil amplius est aquæ. Cæs. 8. Bell. Gall. 43.
Omnibus jam casibus exhaustus. Virg. 1. Æn. 603.
Exhaustus magnificentia publicorum operum. Liv. 1. 57.
Sonitu inani exhaustus, i. e. Fatigatus assiduo labore sonum ciendi, apud Claud. de Sext. Conf. Hon. 262.
Lumbos exhaustus. Juven. 9. Sat. 59.
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Jugeribus paucis? [Immo Lumbos donare exhausti clientis, pro Donare clientem, qui lumbos præbendo exhaustus est. Obscænum.
Rebusque exhausta senectus. Stat. 3. Silv. 3. 156.
Excussum & exhaustum dimittere aliquem. Cic. de Arusp. Resp. 37. Non ignovit, mihi crede, non: nisi forte tibi esse ignotum putas, quod te judices dimiserunt excussum & exhaustum, suo judicio absolutum, omnium condemnatum.
Actio consumpta & exhausta motu. Cic. 3. de Orat. 102. In quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu & exhausta. de Roscii gestu loquitur.
Ærarium inops & exhaustum. Cic. 5. Verr. 164.
Amnes solibus exhausti. Stat. 3. Theb. 259.
Anno exhausto. h. e. Transacto. Lucan. lib. 5. 44.
Apes exhaustæ, Imminutæ numero. Virg. 4. Georg. 248.
Aqua exhausta. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.
Bella exhausta. h. e. Finita, terminata. Servius. Virg. 4. Æn. 14.
Benignitas amicorum exhausta. Cic. 4. Att. 2.
Civitates bonis exhaustæ. Cic. in Pison. 86.
Equus cursu exhaustus. Lucan. lib. 8.
Femina visceribus lassis, partuque exhausta. Lucan. lib. 2. 340.
Flumine exhausto vincere æstum, Pota aqua vincere sitim. Propert. lib. 4. 9. 63.
Hortus floribus lectis exhaustus. Ovid. 3. de Pont. 4. 63.
Italia delectibus exhausta. Suet. Jul. 79. 3.
Juventus multo sudore exhausta. Lucan. lib. 4. 303.
Labor frustra exhaustus. Lucan. lib. 3. Quintil. lib. 4. cap. 5. Nam & exhausti laboris nosse mensuram, voluptati est: & hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire quantum supersit.
Laboris pars est exhausta. Ovid. 1. Fast. 771.
Opes exhaustæ. Propert. lib. 3. 13. 2.
Orationis pars magna est exhausta. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Pax exhausta. Lucan. lib. 3. 132.
Pacis ad exhaustæ spolium non cogit egestas.
Pericula exhausta commemorare. Ovid. 12. Met. 161. Virg. 10. Æn. 57.
Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ.
Pharetra telis exhausta. Ovid. 1. Met. 443.
Plebs exhausta impensis. Liv. 6.
Pudore exhausto scurra. Auctor ad Heren. lib. 4. 15.
Sermo enim exhaustus est hominum, & multæ emissæ jam ejusmodi voces, &c. Cic. 1. Q. frat. 2. i. e. Consumptus, ut etiam rumor conticescat.
Turba sanguine exhausta, pro Senibus. Lucan. lib. 5. 333.
Vos despecta senes, exhaustaque sanguine turba.
Ubere exhausto mulctra spumat. Virg. 3. Georg. 309.
**Exhaustum**, i. n. [ἐξηντλημένον] Virg. 2. Georg. 398.
Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est. i. e. (inquit Servius) Exhaustionis, finitionis, quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit, & ait Exhausti, ut Servantissimus æqui, pro Æquitatis.
**Exhaustant**, Efferunt. Festus.
**Exhebenus**, i. n. [ἐξέβενος] Gemma speciosa & candida, qua aurifices aurum poliunt, ut ex Zoroastris sententia tradit Plin. lib. 37. cap. 10. Harduinus legit Exebenus, rectius.
**Exherbo**, [ἐκβοτανίζω] āre. Herbas extirpare, & evellere. Columel. lib. 4. cap. 31. Et quum germinavit, ad unam perticam summittitur, crebroque foditur atque exherbatur, nec minus quam vinea pampinatur. Idem lib. 11. cap. 3. Exherbandus est locus.
**Exherbatio**, ōnis. f. Herbarum extirpatio. apud August.
**Exhĭbeo**, ui, ĭtum, [παρέχειν, ἐμφαίνειν] ēre. Proferre, & in publicum deducere, & (ut ait Ulpianus in l. Quod & lex. D. de liber. homin. exhibend.) Videndi tangendique facultatem præbere. Proprie autem Exhibere, ut ibidem ait idem Ulp. est Extra secretum habere. Plaut. Mil. 9. Exhibeas herum volo. Cic. 7. Verr. 162. Is omnino servus in familia non erat: eum statim exhiberi jubet.
Exhibere, inquit Paul. Juresconf. in l. exhibere. D. ad exhibend. est Facere in publico potestatem, ut ei qui agit experiundi sit copia. V. mox Pupillum, Reum &c. exh.
Affectum parentis exhibere alicui. Plin. l. 2. Epist. 1.
Argutias alteri: pro Irritare & lacessere. Plaut. Most. 1. 1. 2. Exi e culina sis foras mastigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias.
Artem junctam cum viribus exhibere. Ovid. 10. Met. 181.
Auctorem salutis alicujus & supplicem alicui se exhibere. Cic. pro Sext. 102.
Curam alicui. Tibul. lib. 2. 1. 61.
Dotes exhibere. Ovid. 2. Amor. 4. 33.
Ornata est, dotes exhibet illa suas.
Faciem parentis. Plin. lib. 15. cap. 13. Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quæ faciem parentis, succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.
Fidem ac benevolentiam domino suo. Columel. lib. 11. cap. 1. Nec solum an perdiderit disciplinam ruris, sed an etiam domino fidem ac benevolentiam exhibeat: sine quibus nihil prodest summa villici scientia.
Focos vivos carbasus exhibuit Claudiæ Vestali. Propert. lib. 4. 5. 54.
Formam. Columel. lib. 5. cap. 2. Ager nonnunquam plurium angulorum formam exhibet.
Honorem alicui exhibere. Ulp. in l. apud Celf. §. adversus. D. de dol. mal. except.
Horam in re aliqua agenda. Cic. 6. Philipp. 7. Succurrendum est D. Bruto, omnes undique copiæ colligendæ: horam exhibere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus. alii legunt Eximere.
Imperium, i. e. Dominari alicui, & imperare. Plaut. Casin. 2. 6. 57.
Patiundum est si quidem me vivo mea uxor imperium exhibet.
Justitiam. Plin. in Paneg.
Laborem difficilem colonis exhibere dicitur cultura, Quæ difficulter peragitur. Columel. lib. 5. cap. 5. Superest reliqua illa cultura prostratæ vineæ, quæ nisi violentissimo statu cœli suscipi non debet: nam & difficilem laborem colonis exhibet.
Librum promissum exhibere. Plin. l. 1. Epist. 2.
Medicinam exhibere. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de variis & extraordin. cognitionibus.
Molestiam, Molestare. Cic. 12. Fam. 29. Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. ut Negotium.
Naumachiam exhibere. i. e. Edere. Suet. Neron. 12. 4.
Negotium alicui, quod & Facessere negotium dicitur, vulgus dicit, Facere pœnam. Plaut. Mostel. 3. 1. 38. Cic. 1. de Nat. Deor. 45. Quod beatum æternumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri. Cic. 3. Off. 112. Quod quum audivisset adolescens filius negotium exhiberi patri. [Hic proprie, ut sæpe alias, de Reo facto.
Notam linguæ baccis oleaster amaris exhibet. Ovid. 14. Met. 525. Maledicæ scil. genitivus est Linguæ.
Omnia integra exhibere. Cic. 7. Verr. 162.
Opus exhibere alicui. Ovid. 3. de Pont. 5. 22.
Quod legi, tua vox exhibuisset opus.
Populo exhibere. Cic. 1. Acad. 18. Quid me inquam putas, qui philosophiam jam professus sim, populo nostro exhibiturum?
Pupillum exhibere. Cic. 5. Att. 18. extr. ubi Gronov. V.
Rationes. Plin. Epist. 126.
Rem salvam. Plaut. Asin. 2. 4. 61. Da modo meo periculo, rem salvam ego exhibebo.
Reverentiam alicui exhibere. Ulp. in l. apud Celf. §. adversus. D. de dol. mal. exception.
Reum exhibere quid sit, patet in l. Siquis. D. de exhibitione reorum, Siquis reum criminis, de quo satisdedit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur, puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Est enim quod dicitur, Ducere personaliter. Budæus.
Se exhibere, cum Adj. Ovid. 17. Epist. 116.
Tres tibi se nudas exhibuere Deæ. i. e. Exposuere. V. Burm. in loc.
Judiciis hominum se. Plin. in Paneg. c. 63. extr. Ut te & religioni deorum & judiciis hominum exhiberes.
Sonos. Ovid. 3. Trist. 11. 54.
Spectaculum insigne &c. Plin. l. 2. Epist. 1.
Sidera clara nox exhibuit pulsa die. Ovid. 19. Epist. 34.
Vicem spodii. Plin. lib. 23. cap. 7. Spodii vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis.
Vires. Ovid. 1. de Pont. 3. 11.
Nec tamen exhibuit tantas facundia vires. Ut, &c.
Virum civilem qui vere exhibeat. Quintil. lib. 12. cap. 2. omisso Se.
Vultus. Ovid. 2. de Arte Am. 348.
Te semper videat, tibi semper præbeat aures,
Exhibeat vultus noxque diesque tuos.
Exhiberi ad ferrum dicebantur, qui in arena operam gladiatoriam exhiberent. Suet. Neron. c. 12. pr.
Exhibere, minus est quam Restituere, inquit Gajus. Nam Exhibere est Præsentiam corporis præbere: Restituere est etiam Possessorem facere, fructusque reddere l. 22. D. de verb. signif.
Exhibere quoque, Mandare & cedere actiones significat, l. 35. §. si res vendita. D. de contrah. empt.
Exhiberi culpa, pro Præstari, in l. 3. §. nunc videndum. D. Commodat.

Exhibere, est etiam Alimenta suppeditare Jurisconsultis. Paulus in l. Nesennius. D. de Negotiis gestis, Pone peregre patrem ejus obiisse: & matrem, dum in patriam reverteretur, tam filium, quam filiam ejus exhibuisse. Scævola in l. penult. & ult. D. De in rem verso. Sine quibus aut se tueri aut servos paternos exhibere non potuisset. i. e. Alere. Idem Scævola in l. Creditor. §. Si inter maritum & socerum. D. mandati: Ut onus exhibendæ uxoris ad maritum rediret. Ulp. in l. Si quis. in princ. D. De agnoscendis vel alendis liberis, Siquis a liberis ali desideret, vel liberi, ut a parente exhibeantur: judex de ea re cognoscet. Sed utrum eos tantum liberos qui sunt in potestate, cogatur quis exhibere: an vero etiam emancipatos, vel ex alia causa sui juris constitutos: videndum est, & magis puto, etiam si non sunt liberi in potestate, alendos a parentibus: & vice mutua alere parentes debere. Ibid. §. Idem. Idem rescripsit, ut filiam suam pater exhibeat, si constiterit apud judicem juste eam procreatam. Sed etsi filius possit se exhibere: æstimare judices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. Rurs. §. Alimenta. Alimenta autem pro modo facultatum erunt præbenda, egentibus scilicet patronis. Ceterum si sit unde se exhibeant, cessabunt partes judicis.

Exhibitus, a, um. Partic. Ovid. 17. Epist. 194.
In non exhibitis utraque lusa toris. i. e. In illegitimis. [Immo delusa falsa spe legitimi tori promissi.
Thetis exhibita est. Ovid. 11. Met. 264. i. e. Vera specie apparuit.

Exhibitio, ōnis. f. [παρέχεσις] Gell. 14. 2. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensilatione, mensæ rationibus, chirographi exhibitionibus, &c. Ulp. l. 3. §. 1. Dig. de Liberis exhibend. Ad exhibitionem liberorum.
Item Sustentatio. V. Lindebruchium allegato supra loco. Tertull. de Monog. cap. 8. Victuaria exhibitio.

Exhibitor, ōris. m. ut, Ludorum exhibitor. [χορηγός] Arnob. lib. 7. p. 247.

Exhibitorius, a, um. Adj. Ulp. in l. deinde. D. de liber. exhibend. item ducend. Superiora interdicta exhibitoria sunt. h. e. Pertinentia ad exhibitionem liberorum, ceterorumque, de quibus supra diximus.

Exhilăro, [ἱλαρύνω, φαιδρύνω] āre. Idem quod simplex Hilaro. Columel. lib. 6. cap. 24. Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. Idem lib. 11. cap. 1. Plin. lib. 22. cap. 25. S. 74. Ha. Exhilarantur arbores. Plin. lib. 16. cap. 25.

Exhilarātus, a, um. Partic. [φαιδρυνθείς] Cic. 1. Fam. 26. Miraris tam exhilaratam esse servitutem nostram? Et Columel. l. c.

Exhilaratio, ōnis. f. Augustin. de Genesi ad lit. lib. 8. cap. 8. Voluntatis exhilaratio.

Exhilarator, ōris. m. apud Celsum. [Ubi tandem?

Exholcismus, [ἐξολκισμός] Galeno dicitur Ossis translatio a superficie in profundum: Phragma vero, ex profundo in superficiem. Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 29. [Scribendum Exolcismus ut Exorcismus.

Exhonoro, āre. apud Ecclesiast. Auctores.

Exhorreo, ui, ēre. &

Exhorresco, ui, [φρίττω] ĕre. Expavescere, & præ timore horrere & contremiscere. Cic. 10. Fam. 18. Sed non possum non exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris. Cic. 1. de Fin. 43. Quæ nos exhorrescere metu non sinat.
Exhorrescere in aliquo. Cic. 3. de Orat. 50. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?
Æstus exhorreat. Columel. 10. 154. de Planta. [Nisi legendum Sitientes horreat æstus. pro Sitiens exhorreat, ut in MS.
Furores exhorrescere. Sil. lib. 3. 146.
Ne tamen incautos laudum exhorresce furores.
Ut serpentem patrias exhorruit iras. Sil. lib. 3.
Vultus alicujus exhorrescere. Virg. 7. Æn. 265.
Adveniat, vultus neve exhorrescat amicos.
Exhorrescere, pro Fremere. Ovid. 4. Met. 135.
— exhorruit æquoris instar,
Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.

Exhortor. [προτρέπω] āri. Vehementer hortari. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexander Magnus Arabia potitus, thure onustam navim misit Leonidi, exhortatus ut large deos adoraret.
Exhortari ad virtutis studium. Cic. 1. Acad. 16.
Cives exhortari in hostem. Ovid. 13. Met. 234.
Equos exhortari. Ovid. 5. Met. 403.
Raptor agit currus, & nomine quemque vocando
Exhortatur equos.
Tauros in aliquem exhortari. Ovid. 7. Met. 35.

Exhortans, antis. Partic. [προτρέπων] ut, Cuneos exhortans. Stat. 8. Theb. 673.

Exhortātus, a, um. aliud Partic. [προτρεψάμενος] Virg. 12. Æn. 159.
— sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam, vulnere mentis.
Exhortatus, passive aliquando accipitur. Cic. de Senect. 42. Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in convivio a scorto, ut securi feriret aliquem eorum, &c. Maluit Gruterus legere Exoratus.

Exhortatio, ōnis. f. [προτροπή] Quintil. lib. 1. cap. 3. Exhortatio docentium. Et Columel. 11. 1.

Exhortamentum, i. n. Idem. Nonius Marcellus in Portisculus, Portisculus inquit, est hortator remigum, qui eandem perticam (pergulam Scalig. ad Sil. 6. 361.) tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur.

Exhortator, ōris. m. &

Exhortatorius, a, um. [προτρεπτικός] Ad exhortationem faciens. apud Scriptores Ecclesiasticos.

Exhortativus, a, um. Idem. Quintil. 3. 6. Exhortativus status suasoriæ est proprius.

Exhubĕro. V. Exubero.

Exhumōro, āre. Cæl. Aurel. Tard. 4. 1. 12. Cutis vulnerationem affectandam probant, qua corpus exhumoretur. i. e. Humor e corpore educatur.

Exhydriæ, [ἐξυδρίαι] Venti sic dicti post imbrem effusum. Apul. de Mundo p. 62.

Exibĭlo, sive Exsibilo, [ἐκσυρίττω] āre. Proprie de scenicis actoribus, qui si minus probarentur spectatoribus sibilo notari & explodi solebant. Cic. in Parad. 3. Histrio si paulum se movit extra numerum aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior, exibilatur, exploditur. Populus me exibilat, puto apud Horatium. H. St. [Immo Sibilat. Sat. 1. 1. 66.

Exicco, vel Exsicco, [ἐξικμάζω] āre. Idem quod Siccare, aut Valde siccare significat. Cic. 2. de Divin. 33. Arboresque ut hyemali tempore, cum luna simul senescentes, quia tum exiccatæ sunt, tempestive cædi putentur. Plin. lib. 18. cap. 26. Cic. 16. Fam. 26.

Exiccatus, a, um. Partic. [ἐξικμασμένος] Stat. 5. Silv. 1. 55. Exiccatum genus orationis. Cic. de Clar. Orat. 290. Sin autem acutum, prudens & idem sincerum & solidum, & exiccatum genus orationis probant, nec, &c.

Exĭgo, ēgi, actum, [ἀπαιτέω, ἐξάγω, πράττω] ĕre. ab Ex & Ago compositum; Excludere, ejicere, expellere, quasi extra agere. Plaut. Aulul. 3. 1. 9. Exegit omnes foras. Virg. 2. Æn. 357.
— quos improba ventris
Exegit cæcos rabies. Plin. lib. 3. cap. 5. Exegere Umbros.
Exigit a se virum uxor, cum Divortium facit. Plaut. Mil. 4. 6. 62. Egone illam adeam quæ nupta sit? virum ejus metuere æquum est. M. quin tua causa exegit virum a se. conf. Uxorem exigere.
Exigere e: ut, Exercitum e campo. Liv. 3. 61.
Ferrum e corpore cantu exigere. Sil. lib. 5. 353.
Exigere ex. Plaut. Pers. 1. 3. 63. Exigam ego hercle te ex hac decuria.
Exigere ex corpore mœrores, pro Abigere tristitiam. Plaut. Capt. 4. 4. 61. Pol mœrores mihi antevortunt gaudiis. E. noli irascier: jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.
Exigere ex civitate reges. Cic. 2. de Orat. 199. Tum illa, quæ modo Crassus commemorabat, egi, neque reges ex hac civitate exigi, neque, &c.
Exigitur fabula, inquit Donatus, Quum displicet, cui opponitur Stare. Ter. in prol. Hec. 14.
In his quas primum Cæcili didici novas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Exigere atque eximere aliquem honoribus. i.e. Privare. Plin. l. 2. Epist. 12.
Hostem exigere. Plin. in Paneg. c. 29. pr. Exactus hostis mari.
Lassitudinem exigere ex corpore. Plaut. Capt. 5. 4. 4. Illic ibi demum est locus, ubi labore lassitudo est omnis exigunda ex corpore.
Sues pastum exigere. Varro 2. de R. R. 4.
Uxorem exigere matrimonio. Plaut. Merc. 4. 6. 6. Uxor viro si clam domo egressa est foras, viro fit causa, exigitur matrimonio. Cic. 2. Philipp. 69. Mimam illam suam suas res sibi habere jussit, ex XII. Tab. causam addidit, exegit. conf. supra Exigit a se virum.
Exigere ærumnam. Plaut. Capt. 5. 4. 12. i. e. Perferre & pati.
Exigere, ad tempus relatum, pro Transigere: ut,
Ætatem exigere. Plaut. Cas. 2. 5. 12.
Ævum exigere. Virg. 7. Æn. 777. & Ovid. 12. Met. 208.
Annos exigere. Ovid. 3. Trist. 4. 43.
Vive sine invidia, mollesque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi junge pares.
Juppiter annum quatuor spatiis exegit. Ovid. 1. Met. 118.
Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos,
Et breve ver spatiis exegit quatuor annum. i. e. quasi ad staterам dispertiit.
Quum summas exiget horas consumpta dies. i. e. Quum erit ultimum tempus vitæ ac finis. Sen. OEth. 17.
Mediam dies exigit horam, Meridies est. Ovid. 1. Amor. 5. 1.
Prona dies longos super æquora fines Exigit. Stat. 2. Theb. 42. Periphrasis est Occidentis solis, quem fingunt immergere sese mari. [Nisi post v. Dies distinguendum, ut sq. ad τὸ Umbra referas.
Phœbus æstivos spatiosius exigit igneis. Propert. lib. 3. 19. 3.
Tempus exigere. Plin. Epist. 3. 1. Nescio an ullum tempus jucundius exegerim.
Vitam exigere. Ter. Hec. 2. 1. 19. — nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vitam vostrorum exigat.
Exigere, Petere, rogare. Plin. Epist. l. 8. 20. Exegerat prosocer meus, ut Amerina prædia sua inspicerem.
Exigere ab aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 13. Nemo autem a me exigat id præceptorum genus.
Exigere ab aliquo. Plin. in Paneg. c. 78. pr. Imperii hoc verbum, non adulationis esse, obsequio tuo crede, quod non alia in re magis aut Senatus exigere a te, aut tu præstare Senatui debes.
Ad numeros exige quidque suos. Ovid. de Rem. Amor. 372. i.e. Judicium de argumento ex carminis genere fac. V. infra Exigere pro Æstimare.
Dare & Exigere, contraria. Cic. 2. Off. 63. Convenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum.
Expectare & Exigere, contraria. Cic. de Clar. Orat. 7. Ego vero & expectabo ea quæ polliceris, neque exigam, nisi tuo commodo, & erunt mihi pergrata si solveris.
Exigere aliquid acerbius. Cic. 1. Tusc. 93. Ab hoc acerbius exigit natura quod dederat.
Æs exigere. Hor. 1. Serm. 5. 13.
Amicitiam exigere. Catul. 97. 6.
Aurum exigere, Repetere creditum aurum. Plaut. Bacch. 4. 8. 62. Hodie exigam aurum hoc? A. exige, ac suspende te.
Aurum exigit de. Plaut. Bacch. 2. 2. 45. Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit. i. e. Petit.
Benefacta pro debitis exigimus. Cic. Brut. 16.
Brachia ad planctus exigere. Lucan. lib. 2. 24.
— nec mater crine soluto
Exigit ad sævos famularum brachia planctus.
Collectam a conviva exigere. Cic. 2. de Orat. 233.
Creditum exigere. Suet. in Vesp. cap. 11.
Damna exigere. Ovid. 5. Fast. 314.
Exigerem nostræ qualia damna notæ?
Facta alicujus exigere. Ovid. 2. de Arte Am. 130.
Exigit Odrysii facta cruenta ducis. i. e. Petit ab Ulysse ut recitet. Emendati codd. legunt Fata.
Fructus prætermissos exigere. Cic. 4. Att. 1. Ac nisi etiam prætermissos fructus tuæ suavitatis præteriti temporis exegero, profecto, &c.

Gratiam

Gratiam exigere. Cic. de Amicit. 30.
Jura tori exigere. Ovid. 21. Epist. 140.
Exige polliciti debita jura tori.
Mercedem. V. mox Voluptatem.
Munera pacta cum plena fide exigere. Ovid. 16. Epist. 376.
Nomina exigere, Ad dissolutionem cogere. Cic. 3. Verr. 28. Reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse. Paulus De usuris, l. Cajus, Quæ secundum formam ab his exigi soleant, etiam si omnia nomina idonea sint.
Operam exigere. Cic. 4. de Fin. Et hanc quidem primam exigam a te operam, ut audias me quæ a te dicta sunt refellentem.
Operam exigere, aliter. Cic. 1. Off. 41. Est autem infima conditio & fortuna servorum, quibus non male præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis, operam exigendam, justa præbenda.
Opus exigere oculis, Spectare, videre. Ovid. 11. Epist. 8.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,
Auctorisque oculis exigeretur opus. h. e. ut quidam exponunt, Perficeretur in conspectu auctoris, alii sic, Cædes expresse ageretur & exhiberetur coram oculis auctoris.
Opus exigere, aliter. Columel. lib. 1. cap. 8. Nam non est nostri negotii, alterum imperare, & alterum docere, neque enim recte exigere opus valet, qui quid aut qualiter faciendum sit ab subjecto discit. *Examiner & exiger des ouvriers, s'il y a autant de besogne faite, & telle qu'elle doit estre.*
Pecuniam imperatam exigere. Cæs. 3. Bell. Civil. 32.
Pecunias desperatas exigere. Cic. pro Muren. 142.
Pensionem exigere. Cic. 6. Fam. 18.
Piacula exigere. Liv. 9. Bell. Pun. Sed & nunc & sæpe alias, dea suam sedem, suumque templum aut tutata est, aut a violatoribus gravia piacula exegit.
Pœnam vel pœnas exigere, Sumere pœnam. Ovid. 4. Met. 190.
Exigit indicii memorem Cythereïa pœnam. De Veneris ultione in Vulcanum. Idem 4. Fast. 230. Item 5. Trist. 8. 9.
Exiget ah dignas ultrix Ramnusia pœnas,
Imposito calcas quod mea fata pede.
Pœnas de aliquo exigere. Ovid. 8. Met. 530. & 14. Met. 478.
— & antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus.
In pœnas usque nocentum exigi. Stat. 1. Theb. 216.
Pretium exigere. Ovid. 1. Amor. 8. 69.
Promissum exigere. Cic. 3. Off. 94.
Supplicium exigere ab aliquo, Punire aliquem. Plin. de Vir. Illust.
Tributa exigere. Cic. 3. Fam. 7.
Vectigal exigere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Voluptatem exigere. Cic. 2. de Fin. 73. Hoc enim ille tuus non vult, omnibusque ex rebus voluptatem quasi mercedem exigit.
Votum exigere. Suet. Calig. c. 27. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat. Paulo post Votum reposcere dixit.
Exigere ut recitetur carmen. Ovid. 3. de Pont. 5. 40.
— nisi si crudelis id ipsum
Exigis, ut pereat. Ovid. 5. Met. 21.
Est qui nequitiam locus exigat. Ovid. 3. Amor. 14. 17.
Exigit necessitas. Columel. lib. 7. cap. 12.
Quum exiget usus epularum. Columel. lib. 9. in procem.
Exigere etiam pro Examinare, Explorare, seu Æstimare; sive id pondere, sive regula fiat; ut, Ad libram, ad stateram exigere.
Columnas ad perpendiculum exigere. Cic. 1. Verr. 133. hinc
Opes ad suas vires exigere. Ovid. 2. de Arte Am. 502.
Ad veritatem legitimum jus exigere. Cic. 8. Fam. 6. Nunc si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris.
Ad vestras leges atque instituta exigere ea quæ Lacedæmone fiunt. Liv. 34. 31. conf. ad finem h. dictionis.
Ad cœlestia ritus exigere humanos. Ovid. 9. Met. 500.
Pondus margaritarum manu exigere. Suet. Cæs. cap. 47.
Exigere stilo, pro Exacte scribere. Quintil. lib. 1. cap. 9. Deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant. i. e. Eadem gracilitate stili uti. [Alii Expellere, Dediscere exponunt. Mihi videtur pro Exequi, Elaborare, Perficere stilo positum.
Exigere, Extorquere. Cic. 1. Verr. 30. Et quum esset tritici modius sestertiis quinque, pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Idem pro Font. 9. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. V. Vectigal exigere.
Exigere ab aliquo veritatem. Plin. Epist. 247. Cic. 1. de Legib. 4.
Exigere ex aliq. & cogere. Cic. 2. de Fin. 119. An exigerem ex te, cogeremque ut responderes, nisi vererer ne Herculem ipsum ea quæ pro salute gentium summo labore gessisset, voluptatis causa gessisse diceres?
Exigere & Rogare, opponit Cic. 2. Fam. 5. Grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quam rogare, &c. videatur.
Facile exigere. Cic. 2. de Orat. 128. Quo facilius id a te exigam quod peto, nihil tibi a me postulanti recusabo.
Exigere opus, Perficere, Absolvere. Ovid. 15. Met. 871.
Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Sic Hor. 3. Carm. 30. 1.
Exegi monumentum ære perennius.
Exigere, pro Compensare. Cic. de Petit. Conf. 35. Belle negandum est, ut ostendas necessitatem, demonstres quam moleste feras, aliis te id rebus exacturum esse persuadens. i. e. Cumulate compensaturum. Budæus.
Ferrum exigere, Trajicere ensem. Ovid. 9. Epist. 15.
Exegit ferrum sua per præcordia mater.
Ferrum per ilia exigere. Ovid. 4. Met. 733.
Ferrum exegit per pectus. Stat. 10. Theb. 303.

Gladium per omnes exegit gentes. Lucan. lib. 10. 32. i. e. Omnes populos bello fatigavit. De Alexandro.
Ensem exigere per medium juvenem. Virg. 10. Æn. 815.
— validum namque exigit ensem
Per medium Æneas juvenem.
Aliquem hasta exigere. Valer. 6. Argon. 572.
Exigere, Transire, trajicere, Decurrere. Plin. lib. 12. cap. 19. Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hi recto cursu per sinus impellunt, &c.
Exigere de re aliqua. i. e. Disceptare, vel potius Deliberare. Plin. l. 9. Epist. 26. extr. Destines diem, quo & de illis & de his coram exigere possimus, i. e. Deliberare, examinare, ac ponderare singula. Cic. 10. Fam. 24. extr. Ut exigeret cum eo. h. e. Ut ageret, transigeret cum eo. adde Not. Gronov. ut & Ed. Stutg. p. 436.
Est etiam Exigere inter alia Accurate observare, dijudicare. Quintil. lib. 1. cap. 5. An cujuslibet auris est exigere literarum sonos? non hercle magis quam nervorum. Et Virg. 4. Æn. 475.
— tempus secum ipsa modumque Exigit. conf. Non. 4. 152. Servius ad locum Virg. Exigit, exponit per Definit.
Exigor, pro A me exigitur. Cæcilius Æschino,
Ego illud minus nihilo exigor portorium. Nonius.
Exigi mancipia quis dicitur in l. 5. C. de serv. fugit. eadem forma, qua Exigi pecunias, vel portorium apud Gell. lib. 15. cap. 14. q. V.
EXACTUS, Partic. [παρελη λυθὼς] Finitus, prope finem adductus.
Æstas exacta erat media. Liv. 4. Bell. Pun.
Ætate exacta. Ter. Adel. 5. 4. 16. Cic. 7. Verr. 21. Hoc tantum exacta ætate laboris, itinerisque suscepit.
Exactæ ætatis vir. Liv. 1. Venerabilis viri atque adeo exactæ jam ætatis.
Ætates exactæ. Virg. 3. Georg. 190.
At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas, &c.
Annos per exactos, Quotannis. Hor. 3. Carm. 22. 6.
Errore exacto, Finito errore. Propert. lib. 2. 11. 3.
Nec sic errore exacto lætatus Ulysses,
Quum tetigit caræ littora Dulichiæ.
Frigore exacto. Plin. lib. 17. cap. 25.
His demum exactis. Virg. 6. Æn. 637.
Hora exacta multis trientibus. Propert. lib. 3. 8. 29.
Quum fuerit multis exacta trientibus hora, &c. Potando scil.
Lux exacta solis, Finitus dies. Stat. 2. Silv. 2. 47.
Maturitate exacta. Plin. lib. 18. cap. 7.
Mensis exactus. Virg. 1. Georg. 435.
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt. Sic 3. Georg. 139.
Annuus exactis completur mensibus orbis. Virg. 5. Æn. 46. Quia menses (inquit Servius) in se recurrunt, & annum faciunt.
Sideribus exactis, Diluculo fugatis. Propert. lib. 1. 3. 38.
Namque ubi longa meæ consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi sideribus.
Tempore exacto. Hor. 1. Serm. 1. 118.
— exacto contentus tempore, vita Cedat &c.
Temporibus exactis. Cic. 3. Verr. 43.
Vigilia exacta. Cic. 3. in Catil. 6.
Voluntas exacta. Ovid. 17. Epist. 177.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis: in dubio pectora nostra labant. Ubi Burm. V.
Pecunia exacta. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Ensis exactus, Trajectus. Sen. OEth. 7. Eat per artus ensis exactus meos. Ovid. 5. Met. 171.
Sagitta exacta per summum latus. Ovid. 12. Met. 572.
Exactus, Expulsus: ut, Liberi regis exacti. Liv. 1. 60.
Reges exacti. Cic. 1. de Orat. 37. Et Pompon. l. 2. §. 3. D. de Orig. Juris.
Furiis exactus, i. e. Agitatus. Ovid. 4. Trist. 4. 70.
Quo postquam, dubium est pius an sceleratus, Orestes
Exactus furiis venerat ipse suis.
Exactus tenui pumice versus eat. Propert. lib. 3. 1. 8.
Exactus, [ἀκριβὴς] Nomen ex Partic. Perfectus, consummatus. Hor. 2. Epist. 1. 72. — emendata videri
Pulchraque & exactis minimum distantia, miror.
Acies falcis exacta. V. ACIES.
Effigies exacta. Propert. lib. 3. 9. 10.
Exactis Calamis se mihi jactat equis. i. e. In equis eleganter sculpendis gloriam quærit: nam Calamis, insignis sculptor fuit.
Fides exacta. Ovid. 4. de Pont. 9. 46.
Forma exacta. Ovid. 1. Met. 406.
Notæ exactæ. Ovid. 3. Fast. 162.
Ille moras solis, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Ratione exacta. Hor. 2. Serm. 4. 36.
Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem,
Ni prius exacta tenui ratione saporum. i. e. Exacte cognita.
Compar. Martial. lib. 4. 42. Nil exactius, eruditiusque.
Superl. Plin. Epist. 176. Quod ille obsequium Serviano exactissimo viro præstitit?
Et cum genit. ut, Artis exactus, cujus comparativum est exactior. Ovid. 3. Fast. 383.
Mamurius morum, fabræne exactior artis
Difficile est ulli dicere, clausit opus.
EXACTUM, i. n. Ovid. 2. de Pont. 3. 33.
Te nihil exacto, nisi nos peccasse fatentem
Sponte sua probitas officiumque juvant. Alii legunt Ex acto, i. e. Ex facto. V. Burm. [Locum varie tentatum, adhuc a nemine persanatum puto.
Exacta referre. Virg. 1. Æn. 313.
Quærere constituit, sociisque exacta referre.
EXACTUS, ûs. m. [διάπρασις] pro Venditione: quia merx dum venditur, exigitur a nobis, id est emittitur. Quintil. Decl. 1. 2. Sacro-

Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum puto invenit. Sic, In pecuniæ exactu, legit Græv. apud Cic. 5. Fam. 20. ubi alii, In pecunia exacta.

EXACTOR, ōris. m. [ἐκπράκτωρ] Qui tributum, seu pecuniam exigit. Cæs. 3. Bell. Civil. 32. Erat plena lictorum, & imperiorum provincia, conferta præfectis atque exactoribus.

Fiscalium præstationum exactores. Firmic. lib. 6. cap. 3.

Exactores, in l. 2. & 3. de conveniend. fisci. debit. lib. 10. C. dicebantur, Quibus exigenda fiscalia nomina mandata erant: qui ad tributorum, & fiscalium debitorum exactionem destinati erant. Quo in significato sæpius hoc verbum reperitur apud Salvianum Massil. in lib. de vero Dei judicio. Δημοσίους πράκτορας, ἤτοι ἀπαιτητὰς Justinianus appellat in Novella 18.

Item Qui rem peragit; ut, Supplicii exactor. Liv. 2. 5. Qui spectator erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit. i. e. Qui exequeretur, & sumeret supplicium.

Exactor, Qui aliquid explorat. Suet. de Illust. Gramm. cap. 22. Sermonis Latini exactor molestissimus. i. e. Observator. Columel. lib. 3. cap. 13. Opus autem est perito ac vigilante exactore. Ibid. extr. Nec patitur exactorem operis decipi. ¶ Et apud Liv. & his locis Exactor est, Qui ab aliis exigit, seu reposcit aliquid. Sic

Disciplinæ exactor. Suet. Cæs. cap. 65. & Studiorum assiduus exactor. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Asper exactor. Quintil. lib. 1. cap. 7. An ideo minor est M. Tullius orator, quod idem artis hujus diligentissimus fuit, & in filio, ut in epistolis apparet, recte loquendi usquequaque asper quoque exactor?

EXACTIO, ōnis. f. [ἔκπραξις]

Capitum exactio. V. EPICEPHALIUM.

Nominum exactio. i. e. Debitorum. Cic. 5. Att. 1. De Oppio factum est ut volui, & maxime quod DCCC. aperuisti, quæ quidem ego utique vel versura facta solvi volo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur.

Operum publicorum exactio. Cic. pro Domo sua, 51.

Operis exactio. Columel. lib. 1. cap. 8. Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio.

Ostiorum exactio. i. e. Tributi in singula ostia imperati. V. EPICEPHALIUM.

Pecuniæ exactio. Cic. 2. de Legib. 51. Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.

Publicæ exactiones. Cic. 10. Fam. 32.

Acerbissima exactio. Cic. 3. Fam. 8.

Exactio regum, Expulsio. Cic. 1. de Orat. 37.

Exactio, Perfectio, absolutio. Auson. in Ternario,
Forma hominis cœpti, plenique exactio partus.

EXACTE, Adv. Pompon. Mela lib. 1. c. 4. extr. Nunc exactius oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras, &c. & Gell. 1. 3.

EXIGUUS, a, um. Adj. [μικρὸς] Parvus, modicus.

Ingens immensusque, & Exiguus, contraria. Cic. 3. de Orat. 67. Ex ingenti quodam oratorem, immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. conf. Fines exigui.

Major & Exiguus, contraria. Cic. pro Deiot. 22. Atque antea quidem majores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest.

Ager exiguus. Virg. 2. Georg. 413.

Aqua exigua. Ovid. 3. Met. 450.
Exigua prohibemur aqua.

Aura exigua. Ovid. 4. de Pont. 8. 17.
Quamlibet exigua si nos ea juverit aura.

Campis exiguis equitare. Hor. 2. Carm. 9. 24.

Casa exigua. Ovid. 4. Fast. 526.
— nec exiguæ despice tecta casæ.

Census exiguus. Hor. 1. Epist. 1. 43.

Ceres exigua. Virg. 7. Æn. 113. — ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. i. e. Mensas paniceas. Serv.

Cibus exiguus. Ovid. in Ibin, 114.

Exiguæ amicorum copiæ. Cic. pro Quint. 2.

Contractum aliquo morbo, bovis exile, exiguum, & vietum cor, & dissimile cordis fuisse. Cic. 2. de Divin. 37. Al. Contactum.

Corporis exigui homo. Hor. 1. Epist. 20. 24.

Exiguus, de Agesilao Æmil. Probus, 276. Exiguus, & claudus altero pede. H. St. V. Nep. Agef. c. 8. pr.

Dapes exiguæ. Ovid. 2. Fast. 362.

Diem exiguum præfinire operi. Cic. 5. Verr.

Discrimen exiguum. Plin. lib. 11. cap. 45.

Elegi exigui. Hor. in Arte Poet. 78.

Fines exigui. Cic. 1. de Orat. 264. Tu autem quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius, &c.

Finis exiguus libidinum. Hor. 1. Carm. 18. 10.
Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt avidi. Sed rectius post τὸ fine, distinctio ponitur.

Foramen exiguum. Ovid. 2. Fast. 672.

Fortuna exigua. Cic. 1. de Fin. 6.

Fumus exiguus. Ovid. 15. Met. 351.

Gestus exiguus. Ovid. 3. de Arte Am. 275.
Exiguo signet gestu, quodcunque loquatur,
Cui digiti pingues, & scaber unguis erit.

Haustus exiguus. Ovid. 3. Fast. 274.
Defluit incerto lapidosus murmure rivus:
Sæpe sed exiguis haustibus inde bibi.

Hora exigua & angusta. Cic. pro Rabir. 9. Ergo ad hæc crimina quæ patroni diligentiam desiderant, intelligis mihi semihoram istam nimium longam fuisse: illam alteram partem de nece Saturnini, nimis exiguam atque angustam esse voluisti, quæ non oratoris ingenium, sed Consulis auxilium implorat & flagitat.

Humor exiguus. Virg. 1. Georg. 70.
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam.

Ignis exiguus. Virg. 1. Georg. 195.
Et quamvis igni exiguo properata maderent.

Initiis ab exiguis profecta. Liv. præf.

Intervalla exigua. Lucret. lib. 2. 100.

Lapis exiguus. Ovid. 2. Amor. 6. 60.

Lapillus exiguus. Ovid. 8. Met. 18.
— exiguo resonantia saxa lapillo.

Laus exigua. Cic. pro Lege Agr. 2. 5.

Legatum exiguum. V. Superl. infra.

Limen exiguum. Ovid. 10. Met. 691.
Liminis exigui fuerat prope templa recessus.

Locus exiguus. Ovid. 6. Fast. 263.

Merum exiguum. Ovid. 1. Epist. 32.

Munus exiguum. Ovid. 2. de Arte Am. 286.

Murmur exiguum. Ovid. 18. Epist. 19.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis, &c.

Murmure exiguo verba loqui. Ovid. 5. Fast. 458. Conf. Sonus.

Mus exiguus. Virg. 1. Georg. 181.
— sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit.

Nox exigua. Virg. 2. Georg. 202.

Numerus exiguus. Cic. 12. Fam. 2. Qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset.

Numero exigui. i. e. Pauci. Virg. 5. Æn. 754.
Exigui numero, sed bello vivida virtus.

Ope exigua. Ovid. 1. de Pont. 1. 78.
Forsitan exigua dignus habebor ope.

Opus exiguum. Ovid. 2. Fast. 4.

Orbis exiguus. i. e. Gyrus. Ovid. 4. Epist. 80.
Sive ferocis equi luctantia colla retorques,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Pars exigua. Virg. 10. Æn. 128.

Pectus exiguum. Propert. lib. 4. 1. 59.
— exiguo quodcunque e pectore rivi
Fluxerit, hoc patriæ serviat omne meæ.

Pes exiguus. Ovid. 3. Amor. 3. 7.

Preces exiguæ. Ovid. 1. de Arte Am. 440.
— nec exiguas, quisquis es, adde preces.

Pulvis exiguus. Virg. 4. Georg. 87.
Pulveris exigui jactu compressa quiescent. Hor. 1. Carm. 28. 3.

Requies exigua. Ovid. 4. Met. 629.

Res exiguæ. Ovid. 2. Trist. 216.

Sermone tenui & exiguo disputare. Cic. 1. de Orat. 57. Aliter Propert. lib. 3. 1. 31. Exiguo sermone fores nunc, Ilion, &c.

Significatio voluntatis unius erga alterum exigua. Cic. 5. Fam. 7.

Solatia exigua. Virg. 11. Æn. 63.

Solum exiguum. Tibul. lib. 1. 1. 22.
Nunc agna exigui est hostia parva soli.

Sonus exiguus. Ovid. 14. Epist. 52.
Exiguo dixi talia verba sono.

Spes exigua. Liv. 5. Bell. Pun. Cujus adventu, qui ante in exigua spe vocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, ultro ad transeundum hostes vocabant, sollicitabantque.

Sumptus ad fructum & fœnus exiguus. Cic. in Parad. 6.

Tactus levis & exiguus. Lucret. lib. 1. 436.

Tempus ad exiguum. Cic. de Senect.

Tempus exiguum alicui concedere. Ovid. 3. Amor. 1. 67.

Tempore exiguo liber eris. Ovid. 2. Amor. 2. 40.

Torques exigui. Hor. 3. Carm. 6. 11.

Vestes exiguæ, pro Modicis & vilibus. Spartian. Sever. cap. 19. Tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet, & cum hirta chlamyde humeros velaret. adde Bynckersh. Observ. Jur. Rom. 2. 13. p. 156.

Vindemiæ exiguæ. Plin. Epist. 193.

Vires exiguæ. Ovid. 2. Trist. 532.

Umbra exigua. Ovid. 3. Met. 50.
Fecerat exiguas jam sol altissimus umbras.

Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Æn. 493.

Urbs exigua. Virg. 4. Æn. 212.

Usus exiguus cum aliquo. Ovid. 4. Trist. 7. 6.
Exiguus nobis cum quibus usus erat.

Animi exiguus. Claud. 2. in Eutrop. 381.
Acer in absentes, linguæ jactator, abundans
Corporis, exiguusque animi.

Compar. Ulp. l. 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Proinde sive derivetur aqua, ut exiguior facta minus sit navigabilis: vel si dilatetur, ut diffusa aquam brevem faciat: sive contra sic coangustetur, ut rapidius flumen faciat: interdicto locus erit. Id. l. 75. D. de legatis lib. 3. Nummi exiguiores.

Superl. Ovid. 14. Epist. 115.
De fratrum turba pars exiguissima restat. Plin. l. 7. Epist. 24.
Legata exiguissima.

Exiguum i. n. Substantivo more positum. Sil. lib. 4. 248.
— ut in tenui spes, exiguumque salutis
Jam videt esse suæ. Sed versus hic pro Spurio habetur.

Aquæ exiguum. Ovid. 5. Trist. 2. 20.
Exiguum pleno de mare demat aquæ.

Campi exiguum. Liv. 27. 27.

Exiguum temporis medium, & rursus, simile aliud priori fidem fecit. Plin. Epist. 147.

Intra temporis exiguum. Ovid. 13. Met. 888.

Exiguo post, pro Paulo post. Plin. lib. 31. cap. 2.

Exiguum aliquando, pro Exigue capitur. Plin. Epist. 50. Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certe perquam exiguum sapio.

Exiguum dormire. Plin. lib. 10. cap. ult.

EXIGUE, Adv. [φειδομένως] i. e. Parce & tenuiter. ut, Exigue facere sumptum. Ter. Heaut. 1. 2. 32. Sic, Exigue suppeditare aliquid. Liv. 9.

Tribuere exigue. Cic. 10. Fam. 9. Nihil aut sero, aut exigue a patria civi tributum potest videri.

Celeriter exigueque dicere. Cic. 3. de Orat. 142. Quumque de duabus

bus primis nobis quidem satis, sed ut ipse dicebas, celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, &c.
Exigue & celeriter ad calculos vocare amicitiam. Cic. de Amicit. 58.
Exigue scripta epistola. h. e. Stilo exiguo & non elaborato, sed simplici. Cic. 11. Att. 16. Non meo vitio fit hoc quidem tempore (ante enim est peccatum) ut me ista epistola nihil consoletur: nam & exigue scripta est, & suspiciones magnas habet.
Exigue se habere frumentum dierum xxx. i.e. Vix. Cæs.7. Bell.Gall.71.
EXIGUĬTAS, ātis. f. [μικρότης] ut, Exiguitas lactis. Varro 2. de R. R. cap. 4.
Castrorum exiguitas. Cæs. 4. Gall. 30. conf. Bynkersh. l. c.
Cibi exiguitas. Columel. lib. 7. cap. 5.
Copiarum exiguitas. Cic. 8. Fam. 10. Nunc hæc exiguitas copiarum, recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat.
Pellium exiguitas. Cæs. 4. Bell. Gall. 1.
Temporis exiguitas. Liv. 24. 17. & Cæs. 2. Bell. Gall. 21. & 3. 33.
Voluptatum exiguitas. Cic. 4. de Fin. 29.
EXĬLIO, vel EXSILIO, ui, īvi vel ii, ultum, [ἐκπηδάω, ἀναπηδάω, ἐκθρώσκω, ἐξάλλομαι] īre. ab Ex & Salio compositum; Idem quod Subsilire, nonnunquam Præ nimio gaudio salire significat. Cic. 16. Fam. 16. Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Idem 7. Verr. 164.
Perniciter exiluere. Catul. 60. 8.
Cathedram exilire. Plin. l. 3. Epist. 16. extr. Dum hæc dicit, exiluit cathedram, adversoque parieti caput ingenti impetu impegit. Nisi forte in ablativo legendum.
Recte adnotatum. Ipse quoque, antequam legissem, adnotaram in Præfatione Plinii. H. St. Sic & Grut. ex MS. Palat.
Domo levis exiit. Hor. 2. Serm. 6. 98.
Foras emergere & exilire. Lucret. lib. 2. 200.
Sedibus exilire. Lucan. lib. 1. 488. — sed curia, & ipsi
Sedibus exiliere patres.
Stratis exilire. Ovid. 5. Met. 35.
Exilire e vel de, pro Exire & prodire. Plaut. Amph. 5. 1. 63. Postquam conspexit angues ille alter puer, citus e cunis exilit. Cic. 4. Verr. 94. Ita properans de sella exiluit.
Exilire ad aliquem. Ter. Heaut. 4. 1. 43. Non advorti primo: sed postquam aspexi, ilico cognovi: ad te exilui. h. e. Veluti saliendo & gestiendo cucurri.
In arma exilire. Stat. 9. Theb. 111.
Ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma Exilit.
Arundo in cœlum exilit. i. e. Sagitta. Sen. OEth. 7.
Crines exiliunt. Stat. 1. Achil. 522. i. e. Steterunt.
Deus ad superos volucer exilit. i. e. Mercurius revolat ad superos. Stat. 2. Theb. 56.
Equi exiluerunt. Ovid. 5. Fast. 16.
Ferus exiluit e medio vulnere saxi. Ovid. 6. Met. 77.
Lumen exilit. Lucret. lib. 6. 162. — lapidem si
Percutiat lapis aut ferrum: nam tum quoque lumen
Exilit.
EXĬLIS, e. [λεπτὸς] i. e. Tenuis. Plin. lib. 11. cap. 51. Bubus tantum feminis vox gravior, omni in alio genere exilior quam maribus: in homine etiam castratis.
Exilia, Plenis opponit Plin. Epist. 114. Item Cic. 2. de Divin. 30. Aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile.
Tenuis & exilis. Cic. pro Muren. 47. Commoti animi sunt tenuiorum, exilium in nostrum ordinem. h. e. Plebeculæ. [Male in Verburg. Exsilium, puncto interjecto. An, Et exilium?
Aper exilis, Gracilis & male saginatus. Varro 3. de R. R. cap. 2.
Artus exiles. Ovid. 1. de Pont. 10. 27.
Copia exilis, cui Uberrima opponitur. Cic. 4. de Fin.
Digiti exiles. Ovid. 6. Met. 143.
Domus exilis. Hor. 1. Carm. 4. 17.
Et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis, &c. V. ad loc. Interpp. & Dacer. ad Fest. h. v.
Genus sermonis exile, aridum, concisum, ac minutum: cui opponitur Liquidum, fusum, profluens. Cic. 2. de Orat. 159.
Membra exilia. Ovid. 5. Met. 433.
Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
Transitus est.
Oratio spinosa & exilis. Cic. 1. de Orat. 83.
Pectus exile. Stat. 11. Theb. 642.
Regio aliqua glebis exilis. Lucan. lib. 3. 204.
— nimium glebis exilis Arisbe.
Res exiles, i. e. Calamitosas, de difficultatibus a Fortuna adversante objectis, dixit Nepos 18. 5. 1.
Solum exile & macrum. Cic. 2. de Lege Agr. 66.
Terra exilis, i. e. Macra. Columel. lib. 1. cap. 4. In exili terra, cultoris prudentia ac diligentia maciem soli vincere potest.
Exilia dicere de virtute. Cic. 4. de Fin.
Exiles, inquit Festus, & Ilia a subtilitate viarum, (al. Inarum) quas Græci in chartis ita appellant, videntur esse dicta. V. & Voss. Etymol.
EXILĬTER, Adv. [λεπτῶς] Cic. 1. de Orat. 49. Etenim videmus iisdem de rebus jejune quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputavisse. Idem lib. 3. 38. Verba exiliter examinata. & de Clar. Orat. 106.
EXILĬTAS, ātis. f. [λεπτότης] denom. ut, Foliorum exilitas. Plin. lib. 21. cap. 6.
Vitis exilitas. Columel. lib. 5. cap. 5. Ne oneretur exilitas vitis.
Vocis femineæ exilitas. Quintil. 1. 11. pr.
Exilitas in dicendo. Cic. de Clar. Orat. 28. Unde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur.
Copia & Exilitas in dicendo, contraria. Cic. 1. de Orat. 50. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum quos nominavi, ubertatem in dicendo, & copiam, ab eorum exilitate qui hac dicendi varietate & elegantia non utantur?
Exilitas & Pinguitudo literarum, opponuntur. Quintil. lib. 1. cap. 11. Quarundam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus.
EXILIUM. V. EXUL.
EXIMIUS. V. EXIMO.

EXĬMO, ēmi, emptum, [ἐξαίρω, ἐκκρίνω] ĕre. ab Ex & Emo compositum; significat Auferre.
Cupressos eximere cum radicibus. Cato cap. 28.
Eximere e dolio aliquid. Cato cap. 112.
Eximere alicui quod eum angit. Cic. 2. Tusc. 29.
Lapides eximere sub terra. Plaut. Capt. 3. 5. 72.
Eximere in libertatem. Liv. 1. Bell. Maced. Messanæ ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt, iterum ut Syracusas, oppressas ab Carthaginiensibus, in liberrtatem eximerent.
Actionem eximere quando dicatur judex, declarat Ulpianus l. sed etsi per Prætorem. §. ait Prætor. D. ex quibus causis majores, Sive cui, inquit, per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. hoc quoque, ut si per dilationes judicis effectum sit ut actio eximatur, fiat restitutio. Actio autem exempta sic erit accipienda (ut paulo post inquit) si desiit agere posse.
Ambitus longos eximere. Stat. 4. Silv. 3. 22.
Conjunctionem benevolentiæ ex rerum natura eximere. Cic. de Amicit. 23.
Curam eximere. Plaut. Casin. 3. 1. 3. Curam erue, curam exime.
Diem eximere ex mense. Cic. 4. Verr. 129. V. EXHÆRESIMUS.
Diem eximere, pro Auferre intercessione. Liv. 25. 3. Interim publicani Cascæ instare, ut concilio diem eximeret.
Diem eximere, Consumere. Capito apud Gell. 4. 10. Ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem.
Dubitationem eximere. Liv. 5. Bell. Pun.
Horam eximere. Cic. 6. Philipp. 7. Horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus. Alii legunt Exhibere. [Forte, Horam exigere n. i. t. c. non liberando sine scelere possumus.
Labem concretam eximere. Virg. 6. Æn. 746.
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem.
Lassitudinem eximere. Plaut. Merc. 1. 2. 17. Nunquam edepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent.
Mendas eximit ipsa dies omnes de corpore. Ovid. 2. de Arte Am. 653.
Onus eximit ebrietas solicitis animis. Hor. 1. Epist. 5. 18.
Otium eximere. Hor. 4. Carm. 15. 18.
Custode rerum Cæsare, non furor
Civilis aut vis eximet otium. Al. Exiget.
Exemisti tute huic pateram. Plaut. Amph. 2. 2. 164.
Prænomen e familia eximere. Quintil. lib. 3. cap. 7. Et post mortem adjecta quibusdam ignominia est, ut Melio, cujus domus solo æquata est: Marcoque Manlio, cujus prænomen e familia in posterum exemptum est.
Sensum rei gestæ eximere. Flor. 4. 7. 13.
Scrupulum eximere alicui. Plin. lib. 3. Epist. 17. ad Servianum.
Tempus eximunt feriæ. Ulpian. in l. sed & si per Prætorem. §. si feriæ. D. ex quibus causis majores, Sed quum feriæ tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis.
Tempus eximere, Consumere. Cic. 4. Att. 3. Metellus calumnia dicendi tempus exemit.
Tempus aliquod studiis eximere. Plin. l. 3. Epist. 5. In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur.
Conjicere in ordinem, & Eximere, contraria. Cic. in Pison. 94. Nulli conjicientur in ordinem, nulli eximentur.
Inde non eximam te. Ter. And. 1. 2. 29.
De feritate alicujus loci eximi. Ovid. 2. de Ponto, 2. 112.
Eximar ut Scythici de feritate loci.
Eximere de vel ex reis, in criminalibus causis id dicitur quod nunc vulgo *dare congedium* dicimus. Cic. 6. Verr. 41. Condemnare Diodorum non audet, absentem de reis eximit. Idem 4. Verr. 99. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerêre, si ego non affuissem ad diem. i. e. Ne tu necessitate observandi publici judicii absolvereris. Budæus.
Eximere agrum de vectigalibus. Cic. 2. Philipp. 101. Agrum Campanum qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum Reip. vulnus putabamus.
Nomen alicujus de tabulis eximere. Cic. pro Rosc. Amer. 26. Contrarium ejus est, Referre in proscriptos. [Utique, si Tabulæ proscriptionis hic intelliguntur. Sed non liquet.
E vinculis aliquem eximere. Cic. in Orat. 77. Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus.
Ex ærariis eximere, est Condonare multam, i. e. *Quittare emendam.* Cic. 2. de Orat. 268. Is enim qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit, & taurum immolavit. Budæus. [Immo quid sit V. in Ærarius post ÆS.
Ex culpa eximere. Cic. 2. de Invent. 24. Postremo quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur.
Ex manu manubrium eximere. Plaut. Aulul. 3. 4. 12.
Ex miseriis eximere. Plaut. Capt. 5. 1. 3. Et Epid. 5. 1. 5.
Ex obsidione aliquos eximere. Cic. 5. Fam. 6.
Eximere, cum ablativo: ut, Eximere metu. Plaut. Rud. 1. 4. 13. Exime hoc miseram metu.
Obsidione eximere. Plin. lib. 7. cap. 28. Cremonam obsidione exemit. i. e. Liberavit.
Servitio eximere. Liv. l. 28. c. 39. Quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint.
Servitute eximere. Liv. 4. Bell. Maced.
Vinculis eximere. Plaut. Capt. 2. 1. 10. At postea pigeat nostrum herum, si vos eximat vinculis.
Umbris infernis aliquem eximere. Sil. lib. 15.
Quis deus infernis quenquam nostrum eximat umbris.
Eximere, cum dativo constructum: ut, Eximi noxæ, Absolvi vel Evadere condemnationem. Liv. 8. 35. Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; sed noxæ damnatus, donatur populo Romano.
Honoribus eximere & exigere. Plin. l. 2. Epist. 12. i. e. Excludere.
Memoriæ tempus aliquod eximere. Sueton. Claud. cap. 11. pr.
Notæ eximere. Gell. lib. 4. cap. 20.
Numero eximere, i. e. Rejicere & excludere. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Numero beatorum aliquem eximere. Hor. 2. Carm. 2. 19.
Pœnæ aliquem eximere. Tacit. 14. Ann. 40. Minium Marcellum preces Cæsaris, pœnæ magis quam infamiæ exemere.
Eximere in jus vocatum quomodo dicatur, docet Paulus in l. sed eximendi. D. nequis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat, Sed eximendi, inquit, verbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim, est De manibus auferre per raptum: Eximere, Quoquomodo auferre: ut puta, siquis non rapuerit quem, sed moram fecerit quominus in jus veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur exemisse: quamvis corpus non exemerit. *Retenir & empescher celuy qui est ajourné de ne compar itre à son assignation.* [Sed hæc differentia negligitur.
Reum eximere. Ulpian. in l. si interveniente. D. ad Senatusconsultum Turpilianum, Nec enim videtur desistere, qui exemptum reum non defert. Eximitur autem reus publica abolitione interveniente. *Donner grace à un criminel, Le décharger de toute accusation, & mettre hors de procez.*
Eximere, Interimere. Propert. lib. 3. 18. 27.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem. h. e. A morte (ut dicunt) *præservavit.* τὸ Interimere merito induxit, adscripsitque ἐξεῖλε H. St.
**Exemptus**, vel **Exemtus**, a, um. Partic. [ἐξῃρημένος] ut Exemptus dies. Cic. 2 Q. frat. 1.
Fames exempta epulis. Virg. 1. Æn. 220.
Finibus exemptis. Lucret. lib. 1. 1006.
Jus exemtum. Ovid. 1. Fast. 626.
Lapis exemptus. Paul. in l. pen. D. pro socio.
De spinis pluribus una exempta. Hor. 2. Epist. 2. 212. i. e. Unum tantum de multis sublatum vitium.
Terra exemptus lapis. Marcell. in l. Pro regione. D. de acquirendo rer. dom.
**Exemptilis**, e. [ἐξαιρετός] Quod auferri & eximi potest. Columel. lib. 8. cap. 11. Sed idcirco sunt exemptiles, ut quum res exigit, à paxillis deductæ liberum aditum converrentibus stabulum præbeant. Margaritæ exemptiles. Ulp. in l. argumento. §. Margarita. D. de arg. & aur. leg.
**Exemptio**, vel **Exemtio**, ōnis. f. [ἐξαίρεσις] Columel. lib. 3. cap. 18. extr. Quum enim per exemptionem imæ partes eorum perfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur. Ibid. cap. 19. Ne depressus altius, quum adoleverit, exemptionem difficilem præbeat.
**Exemptus**, ûs. m. Idem. Vitruv. 9. 9. Quarum (horarum) brevitates aut crescentias cuneorum adjectus, aut exemtus, in singulis diebus & mensibus, perficere cogit.
**Exemptor**, ōris. m. [ἐξαιρέτης] Qui eximit quidpiam. Plin. lib. 36. cap. 15. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapicidinis crescere, auctor est Papirius Fabianus, naturæ rerum peritissimus. Exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa montium ulcera. Testium exemtor. Apul. Apol.
**Eximius**, a, um. Adj. [ἐξαίρετος, ἔκκριτος] Donatus, ad illud Ter. Hec. 1. 1. 9. Utin' eximium neminem habeam? Separatum ex omnibus. Proprie Eximius porcus est, exemptus a [Forte e] grege, atque signatus macula aut nota. Idem ibid. Eximia pecora dicuntur, Quæ a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. Sed proprie Eximii sunt Porci majores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim Boves qui ad hoc electi sunt, Egregii dicuntur: & Oves Lectæ, ut Virg. 4. Æn. 57.
— mactant lectas de more bidentes. Idem 4. Georg. 538.
Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Hactenus Donatus.
Eximium, inquit Festus, inde dici cœptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur: vel quod primum erat natum.
Eximium & præstans. Cic. 2. de Orat. 125.
Eximia & præclara ducere parva. Cic. 1. Off. 67.
Eximium unum esse alteri. Cic. 1. Verr. 52. Neque enim esset verisimile, quum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse. i. e. Intactum, & ex omni numero exemptum.
In pugna eximius. Lucan. lib. 3. 692.
Decus eximium. Catull. 62. 323.
— virtus quoque,
Et ingeni solertis eximium decus Periere.
Facies eximia. Cic. 7. Verr. 81. Erat Nice facie eximia.
Facultas dicendi eximia. Quintil. in proœm. lib. 1.
Honos eximius & prope singularis. Cic. de Provinc. Conf. 29.
Ingenium eximium. Cic. 6. Fam. 1.
Injuria eximia. Cic. 6. Verr. 68. Sin hanc vos in rege tam eximiam injuriam, tam acerbam neglexisse. [Codices emendati exhibent; Sin hoc vos in rege tam nobili, in re tam eximia, in injuria tam acerba, neglexisse audierint. Nec sane memini me usquam id epitheton nisi in bonam partem, ad præstantiam declarandam, adjunctum videre, sicut Præstans, Excellens &c.
Laudes eximiæ. Catul. 108. 2.
Odor eximius. Plin. lib. 12. cap. 12.
Opera eximia. Cic. pro Rosc. Amer. 137.
Pompæ eximiæ. Ovid. 9. Epist. 83.
Spe eximia adolescens. Cic. 1. Fam. 7. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum ceteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.
Sumptus eximius. Plaut. Trin. 2. 4. 9. Nimis hercle in hisce rebus sumptus est eximius. Meliores codd. exhibent Minus h.i. h.r. sumptum est sex minis.
Tauri eximii. Virg. 4. Georg. 538.
Velocitas eximia. Plin. lib. 7. cap. 2.
Virtus eximia. Cic. pro Rosc. Amer. 127.
**Eximie**, Adv. [ἐξαιρέτως] Excellenter. Lucret. lib. 2. 643.
Quæ bene & eximie quamvis disposta ferentur.
Feroces eximie. Claud. [Suspectum.
Ornatum eximie templum. Liv. 25. 40.
Utilis eximie. Plin. lib. 20. cap. 22.
Cœnare eximie. Juven. 11. Sat. pr.
Atticus eximie si cœnat, lautus habetur:
Si Rutilus, demens.
Diligere eximie. Cic. pro Arch. 20.
**Eximietas**, ātis. f. Symm. 3. Epist. 3. Spondeo, tuam eximietatem reperire posse multa, quæ tacui. Et Ambros. Epist. 69. & Augustin. Epist. 32.
**Ex improviso**, [ἐκ τοῦ ἀφανοῦς] V. ex.
**Exin**, sive **Exinde**, Adv. ordinis, inquit Servius, significat Deinde, sive Continuo & protinus. Cic. in Orat. 154. Dein etiam, sæpe, & Exin, pro Deinde & pro Exinde dicimus. Festus, Exin metri causa dicitur pro Exinde. Virg. 7. Æ. 341.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.
Exin contortis aries tum cornibus hæret. Ex antiquo poeta.
Exinde, Una pars orationis est & in tertia a fine accentum habet, licet penultima longa fit. Quod factum est, ut ostenderetur una pars esse orationis, ne præpositio jungeretur adverbio, quod vitiosum esse non dubium est, Serv. ad Virg. 6. Æn. 743.
Quisque suos patimur manes, exinde per amplum
Mittimur Elysium. Cic. 3. de Legib. 7. Exin pecunias, ævitates, ordines partiunto.
Exinde, Ex eo tempore. Justin. lib. 1. de Semiram. Igitur brachia ac crura velamentis, tiara caput tegit: & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri jubet: quem morem vestis exinde gens universa tenet.
**Exinānio**, īvi, ītum, [ἐκκενόω] īre. Verbum ab Inanis nomine formatum: modo Evacuare significat, modo Attenuare, modo Ad nihilum redigere.
Alvum exinanire. Plin. lib. 27. cap. 8. Ad exinaniendas alvos mensesque mulierum.
Ovum exinanire. Plin. lib. 10. cap. 60. Ova sale exinaniri creduntur.
Urinam exinanire. Plin. lib. 8. cap. 37.
Exinanire aliquem re. Cic. 5. Verr. 100. Imacharenses jam omni frumento ablato, jam omnibus injuriis tuis exinanitos, tributum ferre (al. facere) miseros ac perditos coegisti.
Depopulari, vastare, exinanire, spoliare. Cic. 1. Verr. 11. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.
Vastare atque exinanire agros vectigales. Cic. 5. Verr. 119. Quum senserit istum omne instrumentum aratorum, omnia subsidia vectigalium vendidisse, omnem spem posteritatis avaritia sua sustulisse, arationes & agros vectigales vastasse atque exinanisse.
**Exinanītus**, a, um. Partic. [ἐκκενωθείς] Cic. 2. pro Lege Agr. 71. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis.
Navis exinanita. Cic. 7. Verr. 104. In eum dissolutus, qui solus habuerit constratam navem, & minus exinanitam.
**Exinanitio**, ōnis. f. [ἐκκένωσις] Plin. lib. 13. cap. 22. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.
**Ex industria**, [ἐκ προαιρέσεως] & reliqua id genus. V. ex.
**Exinfulare**, Exerere est, inquit Festus, Infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.
**Existimo**, [δοκέω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, φημὶ, προσλογίζω] āre. ab Æstimo fit, diphthongo in i longam conversa: quod Decernere aut statuere significat post æstimationem, Valla auctore 5. 20. vel simpliciter Judicare, ut docet Gronov. ad Liv. 34. 2. p. 197. Vetusta in tabula apud Gruterum p. 500. legitur EXAESTVMAVERIT.
Nam ea res tum dedit existumandi copiam
Quotidianæ vitæ consuetudinem. Ter. Heaut. 2. 3. 41.
Aliquid parvi auditus existimare. Cic. 1. de Invent.
Aliquem suis moribus existimare. Cic. in Sallust. 22. Desine unumquemque moribus tuis existimare. i. e. Ad mores tuos exigere.
Aliter sentiunt atque ego existimo. Cic. pro Domo sua, 51. Proinde quasi isti aut de Cn. Pompejo aliter atque ego existimo, sentiant.
De artibus aliquid existimare. Cic. 2. de Orat. 3.
De consilio alicujus existimare. Cic. 1. Fam. 7. Sed ex sententia sic & illi & nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo consilio existimaturos videremus.
De causa omni vere judicare. Cic. pro Cœl. 2.
De impudentia existimare. Cic. 4. Verr. 18.
De ingenio ejus ex his existimari potest. Cic. de Clar. Orat. 82. Tum ipse L. Cotta veterator habitus, sed C. Lælius & P. Africanus in primis eloquentes, quorum extant orationes ex quibus existimari de ingeniis Oratorum potest.
De religione vere existimare. Cic. 6. Verr. 16.
De scriptoribus existimare. Cic. 1. de Legib. 1.
Male de aliquo existimare, non raro auctoribus est, Male de aliquo sentire non tantum, verum & loqui, λοιδορεῖν. Nepos 10. 7. 3. Non æquo animo ferebat, de se ab iis male existimari. conf. opinor.
De omnibus bonis male existimare. Cic. 2. Verr. 8.
De Rege suo homines male existimant. Senec. de Ira 3. 22. Sic Idem Epist. 31. Macrob. 2. Saturn. 4. Contra, Bene existimare de aliquo dixit Cic. 15. Fam. 21. & 16. 4.
Existimare aliquid in probro. Plin. 6. 13. Capillus juxta feminis virisque in probro existimatur.
Infantissimus & impudentissimus existimor. Cic. pro Cluent.
Domi suæ quum primis honestus existimatus est M. Fulcinius. Cic. pro Cæcin. 10.
Quid existimandum in causis, &c. Cic. in Orat. 51. Quod si in Philosophia tantum interest, &c. quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio?
In existimando prudens. Cic. de Clar. Orat. 329. L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.
Regali nomine dignus existimatus est Deiotarus. Cic. de Arusp. Resp. 29.
Ut existimabatur. Cic. 2. de Orat. 268. Ut cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimabatur, avarus & furax, sed, &c.
Quorum quidem, quæ fuerit &c. ex eo, quod dicam, existimari potest. Cic. de Clar. Orat. 138.
Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos &c. Idem ibid.
Existimatu facile. Liv. 3. Bell. Pun. Accitumque ad se benigne appellat: multos eum invidos inter populares habere: inde existimatu facile esse, quod nemo civis, &c.
**Existimans**, tis. Partic. [λογιζόμενος] Cic. in Orat. 76. Orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti: sed nihil est experienti minus.
Bene-

Benevolum & bene exiſtimantem facere aliquem ſua oratione. Cic. 2. de Orat. 322. Ex his autem, apud quos agetur, ut benevolos, beneque exiſtimantes efficiamus: quod agendo efficitur melius quam rogando. i. e. De reo bene judicantes.

Homo de ſe bene exiſtimans. Cic. 3. Off. 31.

Falſa exiſtimans. Salluſt. Catil. cap. 52.

Satius exiſtimans. Nep. 3. 3. 3.

**Exiſtimatio**, onis. f. [δόκησις, ὑπόληψις, οἴησις] quando accipitur active, eſt Opinio, quæ differt a Judicio: eſt enim exiſtimatio judicium tacitum. Cic. pro Cluent. 7. Itaque nunc quemadmodum audiar, ſentio, non modo ab his quorum judicium atque poteſtas eſt, ſed etiam ab illis quorum tantum eſt exiſtimatio. i. e. A corona. Idem pro Cœl. Nam quod de pietate dixiſtis, eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio, ſed judicium certe parentis.

Communis exiſtimatio eſt. Liv. 4. 20. Idem 23. 47. Huic pugnæ equeſtri rem, quam ſatis certam communis exiſtimatio eſt, mirabilem certe, adjiciunt quidam annales. [i. e. Pro ſe quisque exiſtimet.

Condemnari re & exiſtimatione, opponitur Lege & pronuntiatione. Cic. pro Cluent. 56. Oppianico re, & exiſtimatione jam, lege & pronuntiatione nondum condemnato.

Tacita exiſtimatione reprehendi. Cic. de Provinc. Conſ. 40. Sed non alienum eſſe arbitror, quo minus ſæpe aut interpeller a nonnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar, explicare breviter quæ mihi ſit ratio aut cauſa cum Cæſare.

Exiſtimatio & Reprehenſio. Cic. 5. Verr. 109. In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quam reprehenſio.

Lædere exiſtimatione. Suet. Tiber. cap. 58. Capitale erat, dictum ullum factumve ejus exiſtimatione aliqua læſiſſe. Ubi Exiſtimatione lædere, idem ac, Male exiſtimare, de quo ſupra.

Satisfeciſſe omnium exiſtimationi. Cic. 1. Verr. 3.

Exiſtimatio, paſſive. [δόξα] ut, Homo magnæ exiſtimationis, i.e. Famæ & nominis. quod eum homines magni exiſtimant. Hæc Valla lib. 3.

Ingenii exiſtimatio. Cic. 2. de Orat. 192.

Exiſtimatio, inquit Calliſtratus, eſt Dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro, auctoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur. l. 5. D. de extraordinar. criminib.

Caput & exiſtimatio. Cic. 4. Verr. 57. Quid enim debuit Prætor, quum conſilio re cognita, quum comperiſſet ſuum comitem, juris, decreti, judicii corrumpendi cauſa, qua in re ipſius Prætoris caput, exiſtimatioque ageretur, pecuniam accepiſſe, &c. Cic. pro Roſc. Com. 16. Siqua enim ſunt privata judicia ſummæ exiſtimationis, pæne dicam capitis: tria hæc ſunt, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis.

Dignitas & exiſtimatio. Cic. 3. Verr. 59. Nemo enim ignorat, quo hic in civitate ſua ſplendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atque exiſtimatione ſit. De Stenio.

Fama & exiſtimatio hominum. Cic. pro Cœl. 6. Equidem ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic labor forenſis vitæque ratio dimanavit ad exiſtimationem hominum paulo latius commendatione ac judicio meorum.

Opinio & exiſtimatio. Cic. Anteq. iret in exil. 23. Utique ſive hinc abiero, ſive ero hic oppreſſus: ea maneat opinio & exiſtimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata eſt.

Honor, ſtudium virtutis, & fructus bonæ exiſtimationis. Cic. pro Cluent. Non ille honorem a pueritia, non ſtudia virtutis, non ullum exiſtimationis bonæ fructum unquam cogitarat.

Sine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu homo. Cic. pro Flacc. 52.

Exiſtimatio bona. Cic. pro Font. 31. Nep. 17. 4. 3. Opulentiſſimo regno præpoſuit bonam exiſtimationem.

Illæſa exiſtimatio. Ulp. in l. quæ omnia. D. de procurat.

Integra exiſtimatio. V. INTEGER.

Præclaræ exiſtimationis ſtudioſus. Cic. 4. Verr. 117.

Sanctiſſima alicujus exiſtimatio. Cic. pro Roſc. Com. 15.

Secunda exiſtimatio, idem ac Bona. Sueton. in Claud. cap. 7. Sub Cajo demum fratris filio, ſecundam exiſtimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, &c.

Summa exiſtimatio. V. Caput & exiſtimatio. conf. Gronov. ad Liv. 26. 10. infra Venire contra exiſtim.

Turpis exiſtimatio. Cic. pro Cæcin. 9.

Agitur exiſtimatio. Cic. 4. Verr. 57. conf. Caput & exiſtim.

Accipere exiſtimationem. Cic. 9. Fam. 16. Ut cum me hoſpitio recipies, exiſtimationem te aliquam putes accipere. [Immo Æſtimationem, q. ſ. l. V.

Amittere exiſtimationem. V. AMITTO.

Colligere exiſtimationem. Cic. 1. Verr. 72.

Committere exiſtimationem ſuam alicui. Cic. 1. Q. frat. 1. Si quis eſt in quo tam offenderis, de quo aliquid ſenſeris, huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.

Conſervare exiſtimationem. Cic. 8. Fam. Ulp. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. D. de iis qui not. infam.

Conſulere exiſtimationi ſuæ. Cic. 1. Q. frat. 1. Si habes eos tecum quos poſſis recte facientes, facile diligere: minus conſulentes exiſtimationi tuæ, facillime coercere.

Damnatus exiſtimatione homo. Cic. pro Flacc. 35. Quid ergo unus Aſclepiades, fortuna egens, vita turpis, exiſtimatione damnatus, &c.

Defendere exiſtimationem dignitatemque alicujus ab inimicis. Cæſ. 1. Bell. Civil. 7.

Dimanare ad exiſtimationem. V. Fama & exiſtim.

Eſſe exiſtimatione. Cic. ad Q. frat.

Eſſe contra rem aut exiſtimationem alicujus. Cic. 5. Fam. 20. pr.

Florere exiſtimatione innocentiæ. Cic. pro Font. 31. Tum autem continuæ præturæ, quæ & ceteris ornamentis, & exiſtimatione innocentiæ maxime floruerunt.

Imminuere exiſtimationem. Cic. In quo dii immortales violati, exiſtimatio atque auctoritas Populi Romani imminuta eſt.

Lacerata exiſtimatio. Suet. Cæſ. 75.

Lædere exiſtimationem. Ulpian. l.2. §. ſed & ſi. D. de iis qui not. infam.

Offendere exiſtimationem alicujus. Cic. pro Planc. 6. V. OFFENDO.

Oppugnare exiſtimationem. Cic. 3. Fam.

Parare exiſtimationem. Cic. pro Syl. 77. Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſervabitur, ſi in extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ deſeruerit, ſi non aderit, ſi nihil adjuvabit?

Perdere aliquid de exiſtimatione. Auct. ad Heren. lib. 4. 58.

Reconciliare exiſtimationem judiciorum amiſſam. Cic. 2. Verr. 2.

Servire exiſtimationi. Cic. 5. Att.

Venire contra Summam exiſtimationem alicujus. Cic. 1. Att. 1. i. e. Omnem ejus exiſtimationem in diſcrimen vocare.

Venire in diſcrimen exiſtimationis. Cic. 1. Verr. 71.

Venire falſo in exiſtimationem aliquam. Cic. 2. de Invent. 37.

Venditare ſe exiſtimationi hominum. Cic. 5. Verr. 132. Non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominum venditaſſet. Ita Græv. q. V.

Vereri exiſtimationem omnium. Cæſ. 5. Bell. Gall. 44.

Violare exiſtimationem alicujus. Cic. 13. Fam. 73. Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam.

**Exiſtimātor**, ōris. m. Qui exiſtimat. [λογιστής, ὑποληπτής] Cic. 3. de Orat. 83. Neque ea quum dicerem, me eſſe hiſtrionem neceſſe eſſet, ſed fortaſſe non ſtultum alieni artificii exiſtimatorem.

Exiſtimator & Magiſter, quid differant, conſtat ex Cic. in Orat. 112. Meminerimus, inquit, nihil nos præcipiendi cauſa eſſe dicturos: atque ita potius acturos, ut exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri. Quaſi velit Magiſtrum eum eſſe, Qui docet ut eſt res: Exiſtimatorem, Qui ut putat, & exiſtimat. [Dicamus potius Magiſtrum eſſe qui artis ſcientiam profitetur; Exiſtimatorem, qui quaſi de alieno artificio judicium ſuum interponit, ut in exemplo priore.

Doctus & intelligens exiſtimator. Cic. de Clar. Orat. 320. V. INTELLIGO.

Exiſtimator metuendus. Cic. de Clar. Orat. 146. In augendo, in ornando, in refellendo magis exiſtimator metuendus, quam admirandus orator.

**Exiſtimabĭlis**, e. [ὑποληπτὸς] Cæl. Aurel. Acut. 2. 5. Exiſtimabile, non certum aut probatum eſt. Idem 3. 17.

**Exiſto**, ſive **Exſiſto**, tĭti, tĭtum, [ἥκει, ὑπάρχω, ἑστήκω, ἀνακύπτω, ἐξανακολυμβῶ] ĕre. Valla lib. 5. Exiſtit atque Extat, quorum verborum unum atque idem præteritum eſt, ſimile quiddam ſignificant, quod eſt Eminet & ſupereſt. Sed primum cum motu, alterum ſine motu: ut illud ſit Prodit vel Exurgit: hoc vero, Superſtat. [Veriſſime Valla. Quare cum illud cavendum eſt, ne Utrumque verbum temere confundamus, (V. quæ infra, & in EXTO, notavi) tum ne, quod vulgo quaſi Synonymo verbi Subſtantivi, h. e. ἀντὶ τοῦ εἰμι, ὑπάρχω Græcorum, utuntur, id veterum exemplo fieri putemus; a quibus potius vel τῷ Exorior Synonymum jungitur, V. Cic. 1. de Orat. 11. vel τῷ Emineo, quo ſenſu propius ad ſignificationem τοῦ Extare accedit, quomodo in Vet. Gloſſ. Exiſtit, ὑπερέχει.

Exiſtit & apparet. Cic. 1. Tuſc. 33. Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altiſſimisque animis & exiſtit maxime, & apparet facillime.

Extare & exiſtere. Cic. 2. de Divin. 60. Quicquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſam habeat a natura neceſſe eſt: ut etiamſi præter conſuetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. [Videtur idem utrinque verbum.

Exiſtere & eſſe. Cic. 3. Fam. 11. Nec tam glorioſum exitum tui judicii extitiſſe, ſed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuiſſe mirabar.

Creari, exiſtere, & erumpere. Cic. pro Roſc. Amer. 75. In urbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat avaritia neceſſe eſt, ex avaritia erumpat audacia.

Exiſtere ab inferis. Liv. 39. 37. pr. Et ſi exiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum. Et apud Cic. 3. Verr. 94. Idem pro Cœl. 33. Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis; ac potiſſimum Cæcus ille. Dixerat paulo ſupra, Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt, ex barbatis illis &c.

E latebris exiſtere. Liv. 25. 21. pr. Qui, ſigno dato, ſimul omnes e latebris exiſterent. i. e. Exſilirent, Conſurgerent.

In auras exiſtere. Lucret. lib. 5. 213.

In lucem exiſtere. Lucret. lib. 2. 795.

— quoniam nequeunt ſine luce colores
Eſſe, neque in lucem exiſtunt primordia rerum.

Subito exiſtere. Cic. de Clar. Orat. 31. Tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito extiterunt.

Plures in omnibus artibus, quam in dicendo admirabiles extiterunt. Cic. 1. de Orat. 6.

Unde & amicitia exiſtebat, & juſtitia, & æquitas. Cic. 1. Acad.

Animo Conſulari in Rempub. exiſtere. Cic. 10. Fam. 6.

Beneficia unius in alterum exiſtere. Cic. 2. Fam. 6. Sed quia tua in me, vel nota omnibus, vel ipſa novitate meorum temporum clariſſima & maxima beneficia extiterunt.

Copiam minimam egregiorum poetarum extitiſſe. Cic. 1. de Orat. 8.

Corona in capite ſtatuæ alicujus extitit ex herbis. Cic. 2. de Divin. 68.

Crudelior ne in eum exiſtam. Cic. 10. Att. 13. i. e. Sim, [vel potius Fiam vel Appaream.

Delectatio exſtitit. Cic. 7. Fam. 1.

Eloquentiam exiſtere talem qualis fuerit in Craſſo. Cic. 2. de Orat. 6.

Summerſus equus voraginibus non extitit. Cic. 1. de Divin. 73.

Exitium exiſtere. Cic. Anteq. iret in exil. 10. Itaque quod putavi fore gaudium, id exſtitit exitium.

Fautorem & adjutorem cujusque dignitatis exiſtere. Cic. 1. Fam. 9.

Fidem in aliquo exiſtere. Cic. pro Rabir. Poſth. 1. Si extitiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſtumo; quia fefellit rex, nihil hoc amentius dicitur. [videtur a v. Extare.

Sic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur. Cic. 2. de Orat. 217.

Lætus extitit. Cic. 1. de Divin. 58.

Magnitudo quoque animi exiſtebat. Cic. 4. de Fin.

Nihil ſine principiis poteſt exiſtere. Lucret. lib. 1. 199.

Officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis. Cic. de Amicit. 24. [Forte & hic ab Exto Præteritum eſt.

Patronum alicui cauſæ exiſtere. Cic. pro Roſc. Amer. 5.

Poetam bonum neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. Cic. 2. de Orat. 104.

Quæſtio quædam exſiſtit autem hoc loco ſubdifficilis. Cic. de Amicit. 69. i. e. Oritur.

Senectus diuturnitate temporum exiſtit. Cic. 4. Acad. 2.
Similem avorum exiſtere. Lucret. lib. 4. 1211.
Species infinita ſimillimarum imaginum ex innumerabilibus individuis exiſtit. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
Studium philoſophandi unde nobis ſubito extitiſſet. Cic. 1. de Nat. Deor. 6.
Sudor exiſtit toto corpore. Lucret. lib. 3. 155.
Tyrannus exiſtet ex victoria. Cic. 7. Att. 5. i. e. Emanabit, enaſcetur.
Varietates in animis exiſtunt. Cic. 1. Off. 107. Ut enim in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, &c. Sic in animis exiſtunt etiam majores varietates.
Virtute & conſilio præſtanti exiſtere. Cic. pro Sext. 86.
Vita e virtutibus beata exiſtit. Cic. 2. de Nat. Deor. 153.
Vox extitit ex aliquo loco. Cic. 1. de Divin. 105.
Utilitas exiſtit ad. Cic. 5. Tuſc. 72. Ex qua cum ſumma exſtitit utilitas ad res ponderandas.
Exiſtunt hæc ei. Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Siqui dentes & pubertatem natura dicat exiſtere, ipſum autem hominem cui ea exiſtant, non conſtare natura.
Exiſtere conditio Jureconſultis dicitur, Quando mora amplius dilui non poteſt. Ex cap. 9. lib. 3. parerg. Alciat.
Exiſtere, Operari eſt & efficere. Monuit Zaſius in gloſſ. novis ad l. in ratione. D. ad l. Falcid.

EXISTENS, entis. hinc

EXISTENTIA, æ. f. eſt, Qua res exiſtit. Vox Scholaſticis philoſophis uſitata.

EXITIALIS, EXITIUM, EXITUS. V. EXEO.

EXJŪRO, [ἐξόμνυμι] āre. Antiquum, pro Juramento aſſerere & affirmare. Plaut. Amph. 3. 3. 8. Quando exjuraſti te mihi dixiſſe per jocum. Sed abeſt a plerisque, etiam Gronov. V. Non. 2. 286. & ſupra EJURO.

## E X L

EXLECEBRA, æ. f. Plaut. Bacch. 4. 9. 20. Exlecebra fiet hic equus hodie auro ſenis. V. etiam ELECEBRA.

EXLEX, ēgis. Adj. [ἄνομος] Qui ſine lege vivit, vel Legibus exemptus & ſolutus. Lucil. Sat. lib. 2. Non dico, vincat licet, & vagus exulet, erret exlex. Varro, Poſtremo quæro, parebis legibus an non? anne exlex ſolus vivis? Cic. pro Cluent. 94. Non quo illi aut exlegem eſſe Syllam, aut cauſam pecuniæ publicæ contemptam atque abjectam putarent, ſed, &c. Hor. in Arte Poet. 224. — & potus & exlex. Et Liv. 9. 34. An hoc dicis, Appi, Æmilia lege populum teneri, te unum exlegem eſſe.

EXLŎQUOR, ĕris. [ἐξαυδάω] ŏqui. pro Palam atque aperte ac diſtincte dicere uſurpavit Plaut. Mil. 3. 3. 32. Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. exlocuta es. V. ELOQUOR.

## E X O

EXOBRUO, ĕre. Invertere. ut, Dolium exobrutum. Apul. 9. Met. (Elemenh. p. 219. Pricæi p. 190.) atque ita etiam MS. Oxon.

EXOBSĔCRO, [ἐκλιπαρέω] āre. Vehementer obſecrare. Plaut. Aſin. 1. 3. 93. Supplicabo, exobſecrabo, ut quemque amicum videro. Antiquum.

EXOCCUPO, āre. Saresb. 1. 4. hinc,

EXOCCUPĀTUS, a, um. apud eundem.

EXŌCŒTUS, Piſcis. [ἐξώκοιτος] Plin. lib. 9. cap. 19. Miratur & Arcadia ſuum exocœtum, appellatum ab eo quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, & ſine branchiis: idem aliquibus Adonis dictus.

EX OCCULTO. V. EX.

EXŎCHAS, ădis. [ἐξοχάς] Tuberculum in ano apud Auguſt. Epiſt. 49. hinc

EXOCHADIUM, i. n. [ἐξοχάδιον] dimin. Idem. ut, Exochadia aceto illinere, Marcell. Emp. cap. 30. conf. Theod. Priſc. 2. Med. cap. 30.

EXOCŬLO, [ἐξοφθαλμόω, ἐξοφθαλμίζω] āre. Exturbare ſive Offendere oculum. &

EXOCULASSO, ĕre. Plaut. Rud. 3. 4. 26. Vos adeo, ubi ego innuero, ſi non ei caput exoculaſſitis, &c. Ibid. 3. 5. 30. Si hercle illic illas hodie digito tetigerit invitas, niſi tunc illum vos exoculaſſitis, &c.

EXOCULATUS, a, um. Oculis privatus. Apul. 8. Mileſ. p. 207. Thraſylli convulnerat tota lumina, eumque prorſus exoculatum relinquens. Fortuna cæca & prorſus exoculata. Idem 7. p. 188.

EXODIUM, i. n. [ἐξόδιον] Exitum, Feſt. Exodium, inquit Nonius, dicitur Finis, a Græco tractum, quaſi ἐξω τῆς ὁδοῦ: i. e. Extra viam. Varro. Quum in vinculis publicis eſſet, & jam bibiſſet κώνειον in exodium vitæ. Idem, Vitæ curſum ut cognoſcere poſſem, & quæ ſervitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Idem, Quod cœperas modo in via narrare, ut ad exodium ducas. Apul. Nullum ego ejus rei exodium inveniebam.
Exodia erant Ridicula verſibus intexta & Atellanis inſerta, quæ quod penitus extra fabulam eſſent, nomen acceperunt: ut, Atellanicum exodium, Suet. Tiber. cap. 45. & Scenicum exodium, Idem Domit. cap. 10. Originem docet Liv. 7. 2. his verbis, Poſtquam lege hac fabularum ab riſu, ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo, ridicula intexta verſibus jactitare cœpit, quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Attellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus: nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Hæc ille. Juven. 6. Sat. 71.
Urbicus exodio riſum movet Attellanæ
Geſtibus Autonoes. V. Vet. Schol. ad loc. & ad 3. Sat. 174.

EXODIARIUS, i. m. Ammian. Marc. 28. 4. Ut in omni ſpectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni &c. V. Valeſ. not. & Schol. ad Juven. Sat. citat.

EXODIOSUS, a, um. Valde odioſus. Gloſſ. Gr. Lat. Exodioſa, μισμισημένη.

EXODORATUS, a, um. Tertull. de Pallio cap. 4. pro Exeduratus. V. Salm.

EXŎDUS, i. f. [ἔξοδος] Exitus. Hoc nomen ſecundus liber Moyſis ex ea cauſa accepit, quia exitum ab Ægypto vel egreſſum Iſrael digerit, Iſidor. 6. 2. & Tertull. adv. Judæos cap. 11.

EXOLESCO, ui & ēvi, ētum, [ἐξίσταμαι, ἀπαρχαιόομαι, ἀφανίζω] ĕre. Veteraſcere, Deficere. Columel. lib. 2. cap. 18. Multa ſunt, ut dixi, quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia.
Exoleſcere & deficere. Plin. lib. 37. cap. 18. Carchedonii neſcio an in totum exoleverint, poſtquam metalla æris ibi defecerunt.
Ætas exolevit ad. Cic. in Salluſt. Ætas tua jam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuiſſet, exoleverat.
Amictus exoleſcunt. Tacit. 14. Ann. 21. Græci amictus, quos per eos dies plerique inceſſerant, tum exoleverant.
Clades exolevit. Tacit. 4. Ann. 64. Nondum ea clades exoleverat.
Dies nullo exoleſcet ævo. Stat. 1. Silv. 6. 99.
Quos ibit procul hic dies per annos?
Quam nullo facer exoleſcet ævo?
Diſciplina exoleſcit. Tacit. 11. Ann. 15. Ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret.
Dolor exoleverat. Tacit. 6. Ann. 25.
Favor exolevit. Liv. 2. 52. Quum & patres haud minus quam pro Coriolano annixi eſſent, & patris Agrippæ favor haud dum exoleviſſet.
Injuria exolevit. Ulp. in l. item ſi cum exceptione. §. j. D. quod met. cauſ.
Inſtituta exoleſcunt. Tacit. 4. Hiſt. 8. Nihil eveniſſe, cur antiquitus inſtituta exoleſcerent.
Metus exoleſcit. Plin. l. 1. Epiſt. 4. Nam mitium dominorum apud ſervos ipſa conſuetudine metus exoleſcit, novitatibus excitatur: probarique dominis per alios magis, quam per ſeipſos laborant.
Vetuſtate exoleſcere. Quintil. 6. 1.

EXOLESCENS, entis. Partic. Suet. Aug. cap. 7. Literis pene jam exoleſcentibus ſcriptum. Inſcriptio Ancyrana. MAIORVM, EXOLESCENTIA, EXEMPLA.
Metu exoleſcente. Macrob. 2. Saturn. 13.

EXOLĒTUS, a, um. Partic. [ἐξιτηλός] Quintil. lib. 8. Obſcuritas fit in verbis etiam ab uſu remotis: ut ſi commentarios quis Pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, idipſum petat.
Exempla annalium vetuſtate exoleta. Liv. 27. 15. Prætor non exoletis vetuſtate annalium exemplis ſtare jus, ſed recentiſſimæ cujusque conſuetudinis uſu volebat.
Hiſtrio exoletus. Vellej. 2. 28. 3. i. e. Impudicus.
Memoria jam exoleta. Liv. 7. Decad. 4. Res aut nova, aut vetuſtate exemplorum memoriæ jam exoletæ.
Mos exoletus. Suet. Galb. cap. 4.
Odium exoletum vetuſtate. Liv. 2. 35. Arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, &c.
Stirps exoleta. Liv. lib. 7. Decad. 4. Bellicoſiores ea tempeſtate erant Gallogræci adhuc, nondum exoleta ſtirpe, gentis ſervantes animos.
Virginem exoletam reliqui domi. Plaut. Fragm. ex Priſcian. l. 9. p. 872. i. e. Quæ adoleſcere, id eſt creſcere deſiit. Feſtus.

EXOLĒTUS, i. m. [ἔξωρος] pro Scorto maſculo ponitur, præcipue jam adulto, apud Suet. in Tiber. cap. 43. Cic. pro Milon. 56. Ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Curt. 6. 7. 2. Exoleti amore flagrare. & Senec. de Provid. cap. 3.

EXOLVO, vel EXSOLVO, vi, ūtum, [ἐκλύω, λύω] ĕre. Idem quod Solvere. Plaut. Capt. 3. 2. 13. Juſſi ilico hunc exolvi, nunc ſequere me. Idem Epid. 1. 4. 49. Aliqua ope exolvam, extricabor aliqua. Exolvere ciſtellam. Plaut. Amph. 2. 2. 151.
Nexus exolvere. Lucret. lib. 1. 221.
Exolvere ærumnas duas uno labore. Plaut. Amph. 1. 2. 26. Pater curavit uno ut fœtu fieret, uno ut labore exolveret ærumnas duas.
Exolvere æs alienum. Plin. l. 3. Epiſt. 11. Cic. 5. Verr. 55. Hac ille vi & hoc metu adductus, tantum Decumanis, quantum iſte imperavit, exolvit. Liv. 6. Ea res ſi palam fiat, exolvi ære alieno poſſe.
Amictus exolvere. Stat. 1. Silv. 5. 53.
Beneficia exolvere. Tacit. 4. Ann. 18.
Culpa exolvenda. Tacit. 4. Hiſt. 62. Conjectis in eum telis, initium exolvendæ in poſterum culpæ fecere.
Dotem exolvere uxori. Auct. de Viris Ill. c. 56. Ob hujus continentiam & paupertatem poſt mortem ejus dos uxori, niſi venditis poſſeſſionibus, non potuit exolvi.
Fidem exolvere. Plin. l. 2. Epiſt. 12. Liv. 4. Bell. Pun. Nunc exoluta jam fide publica, ne diſcrimen omne virtutis ignaviæque pereat, &c.
Glaciem exolvere. Lucret. lib. 6. 878.
Mutat & exolvit glaciem, nodosque relaxat.
Gladios exolvere culpa. Lucan. lib. 7. 262.
Nunc pugnate truces, gladiosque exolvite culpa.
Grates exolvere. Valer. 7. Argon. 284.
Honores exolvere. Valer. 5. Argon. 290.
Metus exolvere. Lucan. lib. 5. 259.
— quippe ipſa metus exolverat audax
Turba ſuos.
Nervis ex omnibus, atque oſſibus, articulisque exolvere aliquem. Lucret. lib. 3. 696. Et lib. 1. 811.
— amiſſo jam corpore, vita quoque omnis
Omnibus e nervis atque oſſibus exolvatur.
Nodum exolvere alicujus erroris, per translationem. Liv. 10. Bell. Maced.
Obſidium exolvere. Tacit. 3. Ann. 39. Ipſe robur peditum ad exolvendum obſidium ducit.
Pœnas exolvere, i. e. Luere. Paterc. lib. 2. Ille quidem male conſultorum pœnas exolvit.
Pœnas morte exolvere. Tacit. 1. Ann. 10.
Pœnas exolvere, præmiaque. Liv. 6. Bell. Pun. Quarum civitatum principibus quum pro cujusque merito COS. præmia, pœnasque exolviſſet.
Pondere exolvi. Sil. lib. 13. 629.
Pretium exolvere. Plaut. Men. 5. 2. 25. Prope eſt quando herus quid quod faciam, pretium exolvet mihi.
Promiſſa exolvere. Tibul. lib. 4. 7. 5.
Exolvit promiſſa Venus mea gaudia.
Quod promiſimus exolvere. Cic. 3. Off. 7.
Pugionem a latere exolvere. Tacit. 3. Hiſt. 68. Poſtremo fletu præpediente, aſſiſtenti Conſuli (Cæcilius Simplex erat) exolutum a latere pugionem, velut jus necis, vitæque civium, reddebat.
Venas exolvere. Tacit. Ann. 16. 17. At Mella (quæ tum promptiſſima mortis via) exolvit venas.
Vota exolvere. Liv. 21. 21. Gadeis profectus Herculi vota exolvit.
Exolvere item cum ablativo rei: ut,

Curis aliquem exolvere. Virg. 4. Æn. 652.
Errore aliquem. Ter. Hec. 5. 2. 26.
Nam illas errore & te simul suspicione exsolves.
Jure ac dignitate matronali exolvi. Suet. Tiber. 35.
Nodis religionum animum exolvere. Lucret. I. 931.
Pœna aliquem exolvere. Tacit. 14. Ann. 12.
Pondere exolvi. Sil. lib. 13. 629.
Pudore cunctos exolvere. Tacit. 3. Hist. 61.
Religione populum exolvere, contr. Obligare. Liv. 9. 8. Exolvamus religione populum, si qua obligavimus.
Solicitudine aliquem exolvere. Plin. I. Epist. 22.
Suspicione se. V. Errore exsolvere.
Vinculis exolvere. Plaut. Truc. 4. 3. 10.
At si verum mihi eritis fassæ, vinclis exolvemini.
Exoluisse, Sic Dissoluisse. Vide DISSOLVO. H. St.

EXOLŪTUS, vel EXSOLŪTUS, a, um. [ἐκλελυμένος] Partic. ut, Alvus exoluta. Tacit. 13. Ann. 15. 6. Compede exoluta. Stat. I. Silv. 6. 4.
Saturnus mihi compede exoluta,
Et multo gravidus mero December, &c. Adsint.
Nexus legis exoluti. Tacit. 3. Ann. 28. i. e. Obscuritas explanata.

EXOLUTE, vel EXSOLUTE, Adv. i. e. Absolute, libere; ut, Exolute finem facere. Auct. de Casis litt. K. p. 241. Goes. V. Gloss. Rigaltii.

EXOLUTIO, vel EXSOLUTIO, ōnis. f. Scævola l. 31. D. de Pignoribus, Exolutione vectigalis. Et Tertull. de Anima cap. 35.

EXŌMĂTÆ, ārum. m. pl. Populi Sarmatiæ Asiaticæ. Val. Flac. 6. 146. & 569. Mela I. 22. Jaxamathas vocat.

EXŌMĬDES, um. f. pl. Numeri, sunt, auctore Festo, comici vestitus exertis humeris. scribitur ἐξωμίς.

EXOMIUM, i. Tunica brevis, desinens circa humeros, a græco ὦμος, humerus. Quintil. 5. 10. Exomium pullum. alii aliter legunt. V. Interpr. ad loc.

EXOMNIS, vel EXSOMNIS, e. [ἄϋπνος] Idem ac Insomnis, Sine somno, pervigil. Paterc. lib. 2. 127. 4. Tiberius Cæsar Sejanum Ælium singularem principalium onerum adjutorem in omnia habuit atque habet, virum severitatis lætissimæ, vultu vitaque tranquillum, animo exsomnem. & 2. 88. 2.
Exsomnis stupet Euhias. Horat. ubi vulgo Ex somnis. H. St. [Nil verius hac lectione est Hor. 3. Carm. 25. 9. quam pridem Stephanus in Scholiis ad h. l. adstruxit, firmatque vetus Scholiastes Cruquianus, nec video, cur commentatores mustei dissentiant.

EXOMNIO, vel EXSOMNIO, āre. Evigilare. Gloss. Gr. Lat. ἀϋπνίζομαι, Exsomnio, expergiscor. Eædem Gloss. in Ἐξυπνίζομαι. [Nisi utrobique legendum, Ex somno expergiscor.

EXOMOLOGĒSIS, is. [ἐξομολόγησις] Confessio. Tertull. de Pœnitent. cap. 9. Et Salvian. ad Eccles. procemio.

EXOMPHALUM, i. n. [ἐξόμφαλον] Umbilici vitium, quum plus æquo extat. Celsus, l. 6. c. 17. Umbilicum prominentem: Plinius, l. 20. c. 20. Prociduum appellat.

EXONĔRO, [ἀποφορτίζω] āre. Allevare, & quasi Onus detrahere. Plin. lib. II. cap. 10. Excipiunt ea ternæ aut quaternæ, atque exonerant.
Corpus exonerare. Plin. lib. 8. cap. 26. Atque ita profluvio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.
Colos plenas exonerare. Ovid. 3. Fast. 818.
— lanam mollite puellæ
Discite jam plenas exonerare colos.
Conscientiam exonerare. Curt. lib. 6. 8. 12.
Curas Bacchus exonerat graves. Sen. Hippol. 4.
Fidem suam liberare & exonerare. Liv. 5. Decad. lib. 2. Functus necessario mihi officio, & quodammodo liberata atque exonerata fide mea.
Pignus suum exonerare. Florent. in l. quum & fortis. D. de pignor. action.
Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes. Lucan. ad Pison. 85.
Questus exonerare. Lucan. lib. 9. 883.
— sic dura suos patientia questus　Exonerat.
Ventrem exonerare. Martial. lib. 10. 48.
Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.
In aures alterius aliquid exonerare. Sen. Epist. 4.
Fastos adulatione temporum fœdatos exonerare. Tacit. 4. Hist. 40.
Metu vano civitatem exonerare. Liv. 2. 2.
Odiis fugam exonerare. Ovid. I. Trist. 3. 36.
Attamen hanc odiis exonerate fugam.
Solicitudine animum exonerare. Curt. 4. 3. 32.

EXONERATUS, a, um. ut, Multitudo exonerata in proximas terras. Tacit. 5. Hist. 2. 4.

EXONERATIO, ōnis. f. Actus ipse exonerandi. Ulp. in l. ex conducto. §. ubicunque. D. locati.

EX OPINATO. V. EX.

EXOPTO, [εὔχομαι, ἐπιθυμέω] āre. Vehementer optare. Ter. And. 5. 5. 6. Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
Exitium exoptare. Cic. pro Cluent. 69.
Maxime exoptare. Cic. I. Q. frat. 2. Nunc ea cognosce, quæ maxime exoptas.
Gratulari alicui, & ut sempiternæ laudi ipsi sit aliquid exoptare. Cic. 2. Fam. 7. pr.
Exitum aliquem exoptare. Cic. 9. Att. 14.
Pestem alicui exoptare, & ipsum execrari. Cic. in Pison. 96.
Exoptare, cum infinitivo. Cic. 4. Fam. 6. Ego autem cum multis de causis te exopto quamprimum videre, &c.

EXOPTANS, Partic. [εὐχόμενος] Sil. lib. 10. — in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.

EXOPTATUS, a, um. Partic. [εὐκταῖος] Cic. pro Rosc. Amer. 16. Non modo ut exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiam cruorem inimici, &c. Idem 5. Att. 15. pr. Nihil exoptatius adventu meo, nihil carius.
Gratulatio exoptatissima. Cic. 4. Att. I. pr.

EXOPTABĬLIS, e. Adj. [ἐπιθυμητὸς] ut, Tempus exoptabile. Sil. lib. II. 387.
Nuncium exoptabilem nunciare. Plaut. Stich. 2. 2. 67. conf. Lucil. apud Non. 2. 438.

EXOPTATIO, ōnis. f. apud August.

EXORABILIS, EXORABULA. V. EXORO.

EXORBEO, vel EXSORBEO, ui & psi, ptum, [ἐκροφέω] ēre. Idem quod Sorbere & exhaurire. Plaut. Epid. 2. 2. 4. Jam ego me vertam in hirudinem, atque horum exorbebo sanguinem. alii legunt Exsugebo, futur. antiq. pro Exsugam.
Avidis linguis aliquid exorbere. Ovid. 6. Fast. 145.
Exhaurire & exorbere. Cic. de Arusp. Resp. 59. Quæ tantos exhaurire gurgites possit, quantas ipse Byzantiorum, Brogitarorumque prædas exorbuit?
Ovum exorbuit quisque. Plin. lib. 26. cap. 2.
Exorbere, per translationem. Juven. 10. Sat. 225.
— quot longa viros exorbeat uno
Maura die.
Difficultatem exorbere. Cic. pro Muren. 19. Arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. i. e. Superavit.
Sanguinem civilem exorbere. Cic. 2. Philipp. 71. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exorbueras. Cic. 2. Tusc. 20.
Jam decolorem sanguinem omnem exorbuit.

EXORBĬTO, [παρεκτρέπομαι] āre. Ab eo quod rectum est aberro, quasi Ex orbita recedo. August. lib. 9. de Civitate Dei, Non eis credentes ad aliquid approbandum, vel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere sapientiæ, & lege justitiæ. Et Tertull. adv. Marc. 3. 2. Et Lactant. 2. 5.

EXORBITANS, Partic. JCti Exorbitantia interpretantur Extralimitanea, irregularia, & propemodum absurda. V. Tertull. ad Nationes, 2. 2.

EXORBITATIO, ōnis. f. &

EXORBITATOR, ōris. m. apud Scriptor. Eccles.

EXORBO, [ἐκτυφλόω] āre. Privare oculorum luce, & veluti Cæcum & oculis orbum facere. [Unde, aut quo auctore? Potius est idem ac simplex Orbare.
Exorbare animam alicujus. Plaut. Bacch. 4. 8. 28.
Jam illorum ego animam amborum exorbabo oppido. Antiqua loquutio. Alii legunt Exsorbebo. [An Exturbabo? V. EXTURBO.

EXORCISMUS, i. m. [ἐξορκισμὸς] Idem quod Adjuratio, quum scilicet homini dæmonive cuipiam magico carmine, vel efficacibus sacræ scripturæ verbis necessitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur. Quo genere adjurationis qui utuntur, Exorcistæ Græco vocabulo appellantur. Tertull. de Coron. cap. II. Et Isidor. 6. 19. V. Suic. Thes.

EXORCISO, vel EXORCIZO, [ἐξορκίζω] āre. Adjurare & execrari. Ulp. l. I. D. de extr. cognit. Non tamen si incantavit, si imprecatus est, si, ut vulgari verbo impostorum utar, exorcisavit, non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirment. Frequenter apud scriptores Ecclesiasticos.

EXORCISTA, æ. [ἐξορκιστὴς] Qui exorcizat. Paulinus Nolanus, Epist. 21. Et Isidor. 7. 12.

EXORDESCO. V. EXSORDESCO.

EX ORDINE. V. EX.

EXORDIUM, i. n. [προοίμιον, φροίμιον, ἀρχὴ] Principium. ab Ordior. Plin. lib. 6. cap. 33. Universus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit ad Mæotin lacum CLVI. M. passuum.
Fit exordium rei. Lucret. lib. 2. 333.
Magnarum rerum fierent exordia semper.
Cunctarum rerum exordia, Elementa. Lucret. lib. 3. 381.
Primis seminibus exordia omnia concreverunt. Virg. 6. Ecl. 34.
— ut his exordia primis
Omnia & ipse tener mundi concreverit orbis.
Mali exordium. Cic. I. de Invent. 3. Atque hujus quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus.
Principatus exordium. Suet. Claud. II. Quamvis exordium principatus sui, &c.
Pugnæ primæ exordia. Virg. 7. Æn. 40.
Expediam, & primæ revocabo exordia pugnæ.
Rationis. ut, Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. Cic. de Univers. 5.
Urbis exordium. Suet. Vesp. cap. 8. Quo continebantur pæne ab exordio urbis Senatusconsulta, &c.
Ducere a prudentia totius vitæ exordium. Cic. 5. de Fin. 18.
Inducit sempiternæ sapientisque vitæ exordium animus. Cic. de Univers. 23. V. INDUCO.
Sumere novum audiendi exordium. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Exordium, est Principium orationis, per quod animus auditoris vel judicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Auct. ad Heren. 4. 4.
Genera exordiorum describit Cic. 2. de Orat. 315. Postremum soleo cogitare quo utar exordio. Nam siquando id primum invenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare atque commune.
In dicendi exordio summos etiam Oratores permoveri animadversum est. Cic. I. de Orat. 112.
Capere scribendi exordium aliquibus temporibus. Cic. I. de Legib. 8.
Dare exordium, pro Incipere. Quintil. lib. 10. cap. I. Virgilius apud nos auspicatissimum dederit exordium.
Ducere exordium ab aliquo. Quintil. lib. 4. cap. I. Exordium duci nonnunquam etiam ab actore causſæ solet.
Nascetur ita exordium. Cic. I. Tusc. 8. V. NASCOR.
Repetita exordia retro. Sil. lib. 7.
— repetita exordia retro　Incipit, &c.
Sumere prima exordia. Virg. 4. Æn. 284.
— quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?

EXORDIOR, orsus sum, [ἐξάρχω, ἄρχομαι, ἐγχειρέω, προοιμιάζω, φροιμιάζω] īri. Incipere significat. Cic. 4. Acad. II. Quum ita esset exorsus, ad audiendum animos ereximus. Ibid. lib. I. 15. Tum Varro ita exorsus est.
Exordiri & Retexere, contraria. Cic. 2. de Orat. 158. Multa quærendo reperiunt, non modo ea quæ jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa, vel potius detexta, prope retexantur. Sumpta est a Textoribus metaphora.
Exordiri & Perorare, contraria. Cic. 2. de Orat. 80. & 311.
A re ipsa exordiri in parvis atque frequentibus causis commodius est. Cic. 2. de Orat. 230.
Non gloriose exordiri, magisque a veritate quam a dignitate. Cic. 2. de Orat. 31.

Ab adversarii dicto exordiri, & ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit. Auct. ad Heren. lib. 1. 10.
A principio exordiri. Cic. 2. de Divin. 101.
Pertexere quod exorsus est aliquis. Cic. 2. de Orat. 145.
Exordiri, cum infinitivo. Cic. 1. de Fin. 29. Tum dicere exorsus est.
Argutias exordiri. Plaut. Bacch. 1. 2. 19.
Etiam me adversus exordire argutias,
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet?
Bellum exordiri. Liv. 4. 17. Cum Vejentibus, Fidenatibusque, præterquam finitimis populis, ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.
Consilia exordiri. Plaut. Asin. 1. 1. 102.
Quin te quoque ipsum facio haud magni, si hoc patro:
Pergam quo occœpi, atque ibi consilia exordiar.
Facinus exordiri. Plaut. Bacch. 4. 4. 71.
Nescis quid ego acturus sim, neque facinus quantum exordiar.
Orationem exordiri. Cic. 1. de Orat. 119. In exordienda oratione perturbantur.

EXORSUS, a, um. Partic. [ἀρξάμενος] Cic. pro Cœl. 36. Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid clamore exorsa, verbis parvam rem magnam facis? [An Clamare?
Exorsus rem. Plaut. Perf. 4. 1. 7. Hanc ego rem exorsus sum facete & callide.
Passive. Plaut. Bacch. 2. 3. 116. Exorsa hæc tela non male omnino mihi est. Hinc

EXORSA, ōrum. n. pl. [ἐξάρχματα] Virg. 10. Æn. 111.
— sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. Exorsa (inquit Servius) i. e. Initia, actus hodiernæ diei.
Longa exorsa. Virg. 2. Georg. 46.
— non hic te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo. i. e. Simpliciter universa describam: neque ut in Æneide, aliquibus figmentis aut ullis utar ambagibus. Longa autem exorsa, dicit Procemia longe repetita: quæ constat esse vitiosa. Servius.

EXORSUS, ús. m. [ἀρχή] Idem Cic. pro Lege Manil. 11. Sed pro vestri imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ.

EXORIOR, īris vel ĕris, ortus sum, [ἐξανατέλλω] īri. Emergere, exurgere. Lucret. lib. 2. 506.
Namque aliis aliud præstantius exoreretur.
Exoriri, Surgere. Fest.
Exoriri & nasci, Extingui & opprimi, contraria. Cic. 2. pro Lege Agr. 89. Hic vero in oculis Senatus Populique Rom. nihil posse existere, quod non ante extingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset. conf. EXISTO.
Ex alienigenis quæ terris exoriuntur. Lucret. lib. 1. 870.
In oras luminis exoriri. Lucret. lib. 1. 24.
Proclivius exoriri de. Lucret. lib. 2. 791.
— multo proclivius exorientur
Candida de pullo, quam nigro nata colore.
Canicula exoritur. Cic. 2. de Divin. 93. Post solstitium canicula exoritur.
Clamor exoritur. Ovid. 1. Trist. 3. 77.
Tunc vero exoritur clamor, gemitusque meorum.
Color viridis exoritur illi ex temporibus atque fronte. Plaut. Men. 5. 2. 76.
Dies exoritur. Lucan. lib. 1. 234.
Discordia exoritur inter cives. Virg. 12. Æn. 583.
Exoritur trepidos inter discordia cives.
Dolores exoriuntur utero. Plaut. Amph. 5. 1. 40.
Fama exoritur. Liv. 6. 21. extr. De Prænestinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta.
Fragor exoritur. Stat. 3. Theb. 124.
Honestum ex virtutibus exoritur. Cic. 5. de Fin. 64.
Immanitas. ut, Nova quædam illa immanitas exorta est. Cic. pro Sylla, 75.
Injuria unde exorta est, ad eum plerumque revertit. Lucret. lib. 5. 1152.
Libido mulieris importunæ repente exorta est. Cic. pro Cluent. 12.
Mora nulla exorietur quominus, &c. Cæs. 2. Bell. Civil. 12. Nullam exoriri moram posse, quominus quum venisset, si imperata non facerent, ad nutum e vestigio diriperentur, &c.
Motus novus vetere semper exoritur. Lucret. lib. 2. 252.
Proles exorta est. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.
Promulgatio Catonis nefaria subito exorta est. Cic. 1. Fam. 5.
Ratio Antipatri ex alia parte exoritur. Cic. 3. Off. 52.
Stella exoritur. Plaut. Rud. prol. 4.
Timor exortus ex conscientia peccatorum. Cic. in Parad. 5. 3.
Vis veneris membris omnibus dicitur alicui exoriri. Lucret. lib. 4. 1166.
Exoritur rex, pro Fit & creatur rex. Cic. 3. Off. 38. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiæ.
Gloria commotus Epicurus exoritur. Cic. 5. Tusc. 31.
Exorta sunt hæc omnia a te. i. e. A te proveniunt. Ter. Hec. 4. 4. 10.
A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia.
Exoriri dicitur, Qui non expectatus invadit aliquem, inquit Donatus, ad illud Ter. Hec. 2. 1. 16.
Tu sola exorere, quæ perturbes hæc tua imprudentia. Ubi item Donatus; Exorere, Existis.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. i. e. Exoriatur. Verba Didonis imprecantis perfidis Trojanis. Ostendit autem Annibalem. Virg. 4. Æn. 625.
Exoriri, Recreari. Cic. 7. Att. 26. pr. Non venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior? ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his litteris quæ Roma afferuntur. Sensus est, Non mihi accidit quod tibi. scribis enim te sæpe exoriri, i. e. A metu adversæ fortunæ respirare: ego autem nunc paulum exorior: quod ante mihi usu non venit.

EXORIENS, entis. Partic. [ἐξανατέλλων] pro Oriente quando cœli partem significat. Varro 3. de R. R. cap. 9. Duæ caveæ magnæ constituendæ, quæ spectent ad exorientem versus.
Amnis exoriens. Lucret. lib. 6. 723.
Annus exoriens. Tibul. lib. 3. 1. 2.
Exoriens nostris hic fuit annus avis.
Aurora exoriente vagi sub lumina solis. Catul. 62. 271.
Auster exoriens media ab regione diei. Lucret. lib. 6. 723.
Sol exoriens. Virg. 1. Georg. 438.

EXORTUS, a, um. [ἐξανατειλάμενος] aliud Partic. Lucret. lib. 1. 188.
E terraque exorta repente arbusta salirent.
Cædes exorta subito. Cic. 2. Att. 9.
Jubare exorto, i. e. Nato Lucifero. Virg. 4. Æn. 130. Servius.
Lætitia ingens exorta. Virg. 3. Æn. 99.
Lis exorta. Stat. 2. Achil. 341.
Monstra exorta sub antris Siculis. Stat. 12. Theb. 553.
Pestis exorta, opimas aves &c. devorandi. Plin. lib. 10. cap. 50.
Sol exortus. Lucret. lib. 3. 1058.
Sidera longos obitus exorta revisunt. Lucret. lib. 4. 394.

EXORTUS, ús. m. [ἀνατολή] ut, Exortus solis. Plin. lib. 12. cap. 11. Et lib. 11. cap. 12. Siderum exortus.
Exortus & Occasus solis, contraria. Auct. ad Heren. 3. 36.

EXORTĪVUS, Adj. [ἀνατολικός] Plin. lib. 18. cap. 34. A parte exortiva solstitialem habebit exortum. i. e. Orientem versus.
Exortiva mensura. Plin. lib. 7. cap. 49. Negavere illi quenquam nonaginta partium exortivam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi. De varietate nascendi loquitur. Exortivam igitur mensuram: i. e. Eam quæ ortus nostri spatium complectitur.
Oceanus exortivus. Plin. 37. 2. Fluere a Septentrione in exortivum Oceanum.

EXORMISTON, i. n. [ἐξορμιστόν] Murenæ genus. Cassiod. Var. 12. Epist. 14. Exormiston inter pisces regium genus, compar murenis corpore. conf. Salmaf. de Pallio p. 445. & Jos. Scalig. Lect. Auson. 1. 26. p. 75.

EXORNO, [ἐπικοσμέω, συσκευάζω] āre. Idem quod Valde ornare, & magnifice instruere. Plaut. Perf. 3. 1. 7. Ea causa ad hoc exemplum te exornavi ego, venibis tu hodie virgo. Cic. 7. Fam. 24. Ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum. Sic pro Arch. 27. Atii carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum.
Exornare & Deformare, contraria. Auct. ad Herenn. lib. 3. 37.
Exornari graphice. Plaut. Trin. 3. 3. 38.
Privatim & publice præstantissimus & institutis & artibus exornavit eam Græciam quæ Magna dicta est, Pythagoras. Cic. 5. Tusc. 10.
Aciem exornare. Sallust. in Jugurth. V. ACIES.
Donis exornare aliquem. Stat. 3. Silv. 1. 132.
Aliquem magistratu exornare. Plin. Epist. 10. 14.
Aliquid gratia & venere exornare. Quintil. lib. 4. cap. 2. Narrationem, ut si ullam partem orationis, omni qua potest gratia & venere exornandam puto.
Morem communis sermonis, decore quodam scenico exornant. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Mulier nequaquam exornata est bene, si morata est male. Plaut. Most. 1. 3. 132.
Nuptias exornare. Plaut. Aul. 4. 10. 54.
Opus verbis exornare. Propert. lib. 4. 5. 19.
Orationem exornare & illustrare. Cic. 3. de Orat. 56.
Philosophiam exornare. Cic. 2. Tusc. 13. Exornare philosophiam falsa gloria. Cic. 2. Tusc. 33. Si modo est aliqua patientia: si nulla est, quid exornamus philosophiam?
Se exornare lepidis moribus. Plaut. Most. 1. 3. 12. Quin tu te exornas moribus lepidis, quum lepida tota es? Plaut. Stich. 5. 5. 3. Nisi me vobis exornare.
Triclinium exornare. Cic. 6. Verr. 62. Exornat ample, magnificeque triclinium.
Urbem donis & monimentis exornare. Cic. 3. Verr. At vero urbem totam, templa deorum, omnesque Italiæ partes, illorum donis ac monimentis, exornatas videmus. Idem 4. Verr. Urbes signis, monimentisque pulcherrimis exornavit.

EXORNĀTUS, a, um. Partic. [ἐπικεκοσμημένος] Cic. de Arusp. Resp. 44.
Nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent. Ter. Heaut. 5. 1. 78.
— si vivo, adeo exornatum dabo,
Adeo depexum ut, dum vivat, meminerit semper mei. i. e. Probe verberatum, vel interprete Nonio, fœdatum.
Exornatus comitatu. Plin. lib. 30. cap. 1.
Equestri militia exornatus. Papin. in l. pen. D. de milit. testament.
Veste exornatus. Ter. Eun. 4. 4. 16. Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit.
Domus exornata & instructa. Cic. 4. Verr. 84. Quod domum ejus exornatam atque instructam fere jam iste reddiderit nudam atque inanem.
Gratiam decoris reddunt exornatam & naufragam, i. e. Ornatu spoliatam. Tertull. de Cult. Fem. cap. 9.
Trophæum clarum atque exornatum. Cic. 1. de Invent. 69.

EXORNĀTOR, ōris. m. [ἐπικοσμήτωρ] Cic. 2. de Orat. 54. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATRIX, īcis. f. Apud Marcell. Empir.

EXORNATIO, ōnis. f. [ἐπικόσμησις] Columel. lib. 12. cap. 3. Inde quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur.
Exornatio, Color rhetoricus. Cic. 2. de Invent. 11. Hic tantum ipsa inventa unamquamque in rem exponentur simpliciter sine ulla exornatione. Exornationis genera leges in Partitionibus ejusdem 11.
Verborum exornatio est, Quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est, Quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. Auct. ad Heren. lib. 4. 9.

EXŌRO, [καταδέομαι, δυσωπέω, αἰδέομαι] āre. Obtinere ac impetrare orando, si ad rem refertur, inquit Valla in Raud. Plaut. Pseud. 1. 1. 74. Pumiceos oculos habeo, non queo lacrymam exorare. i. e. Non possum lacrymam elicere ex oculis. Ter. And. 5. 3. 30. Sine te hoc exorem. Idem Heaut. 5. 5. 5. Da veniam, Chreme, sine te exorem. i. e. Persuadeam, & illud a te impetrem.
Deterrere & Exorare, contraria. Cic. 8. Philipp. 19. Ante deterrere te, ne popularis esses, non poteramus: ut nunc sis popularis, exorare non possumus.

Exorare & Extorquere, contraria. Cic. Octav. Ille ea tamen exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques.
Impetrare & exorare. Hirt. ap. Cic. 15. Att. 6. Brutus & Cassius utinam quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod calidius ineant consilium.
Exorari & placari. Cic. pro Muren. 61. Viri non esse, neque exorari, neque placari.
Unum exorare. Plaut. Capt. 2. 1. 17. Unum exorare vos finite nos.
Aliquid exorare ab aliquo. Plaut. Trin. 2. 2. 44. Res quædam est, quam volo ego me abs te exorare.
Exorare ut. Ter. Adelph. 4. 4. 21. Exorassem ut eam ducerem. Cic. 1. de Legib. Exoremus ut sileat. Et 1. de Orat. 133. Nunc te jam exoremus necesse est, ut nobis explices.
Facile exorari. Cic. pro Deiot. 9.
Exorare aliquem aliquid, pro Impetrare ab eo quod postulamus. Stat. 5. Silv. 3. 274.
Cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua Manes, Aut mea?
Facies exorat amorem. i. e. Digna est, quæ ametur ob pulchritudinem. Ovid. 3. Amor. 11. 43.
Facta merent odium, facies exorat amorem.
Deos sæpe magnos exorant carmine. Ovid. 2. Trist. 22.
Pacem divûm exorare. i. e. Precibus impetrare. Virg. 3. Æn. 370.
Puellam exorare. Ovid. 1. de Arte Am. 37.
Tristitiam alicujus exorare. Plin. l.2. Epist.5. Quod tamen siquis extiterit, qui putet nos latius fecisse quam orationis severitas exigat, hujus (ut ita dixerim) tristitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt. i.e. Reliquæ partes inducent eum ut desinat esse tristis & austerus censor.
Veniam sine exorem te illis. i. e. Mea gratia da illis veniam. Plaut. Bacch. 5. 2. 82.
Exorare, Vehementer aliquem orare. Plaut. Mil. 4. 1. 13. Veneri pol habeo gratiam, tandemque exoro & quæso, ut ejus mihi sit copia, quem amo, quemque expetisso.
Exorare aliquem alteri, pro Placare vel reconciliare. Tranquil. in Tib. cap. 11. Officii esse duxit, exorare filiæ patrem. i. e. Patrem exorare, ut filiæ ignosceret.

**Exorandus**, a, um. [αἰδεστός] Ovid. 21. Epist. 128.
Exoranda tibi, non capienda fui.
Exorandus mihi es. Ter. And. 1. 1. 140. Restat Chremes, qui mihi exorandus est. i. e. Inducendus mihi est, ut faciat quod postulo.

**Exōrans**, Partic. [καθιλάσκων] ut, Thura exorantia divos. Ovid. 3. Trist. 13. 23.

**Exoratus**, a, um. [ἠιτημένος] aliud Partic. Cic. pro Cluent. 69. Post exoratus, initio permagnam pecuniam poposcit.
Adamas non exoratus. Propert. lib. 4. 11. 6.
Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ. i. e. Non est reditus ad vitam ullis precibus concessus.
Aræ non exoratæ. Ovid. 7. Met. 591.
— dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finivit in aris?
Cytherea exorata. Tibul. lib. 4. 7. 3.
Exorata meis illum Cytherea camœnis
Attulit in nostrum, deposuitque sinum.

**Exoratio**, ōnis. f. Interpr. Vulg. Sirac. 16. 11. Potens exoratio. Fulgent. Epist. ad Venant. Ipse est exoratio pro peccatis nostris. conf. Declam. Tribun. Mar. quæ Quintil. tribuitur, cap. 8. p. 81. Burm.

**Exorator**, ōris. m. Ter. Hec. 2. prol. 1.
Orator ad vos venio, ornatu prologi:
Sinite exorator sim. Tertull. de Pudicit. cap. 9.

**Exoratrix**, īcis. f. Salvian. lib. 3. p. 89.

**Exorabĭlis**, e. [ἱκετευτής, εὐάγωγος] Qui exorari potest, & a quo facile obtinemus quod petimus. Cic. 1. Q. frat. 12. Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa levitas: quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda est.
Minus exorabilem aliquem experiri. Cic. 1. Att. 2.
Nulli exorabilis. Sil. lib. 5. 132.
Postrema aptabat nulli exorabilis arma.
Non exorabilis auro. Hor. 2. Epist. 2. 179.
Deus exorabilis. Propert. lib. 2. 30. 11.
Et jam si pecces, deus exorabilis ille est.
Numen exorabile. Stat. 5. Silv. 1. 164.
Populus exorabilis & facilis. Cic. pro Domo sua, 45. Deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute.
Exorabilis, Active: ut, Carmen exorabile, Quod exorare potest aliquid & impetrare. Valer. Flacc. lib. 1. 782.
— Stygiasque supremo
Obsecrat igne domos, jamjam exorabile retro
Carmen agens.

**Exorabulum**, i. n. Argumentum, quo exoramus. Plaut. Truc. 1. 1. 6. Quotque exoretur exorabulis. Apul. 4. Florid. p. 360. Postquam cuncta illa exorabula judicantium &c. facile perdidicit.

**Exorsus**. V. **Exordior**.

**Exortivus**, **Exortus**. V. **Exorior**.

**Exors**, vel **Exsors**, ortis. om. gen. [ἄκληρος] Sine sorte, inquit Servius.
Amicitiæ alicujus exors. Liv. 23. 10. Unum esse exortem Punicæ amicitiæ, fœderisque secum facti. i. e. Qui non est particeps amicitiæ.
Culpæ exors. Liv. 22. 44. Se omnis culpæ exortem, omnis tamen eventus participem fore diceret.
Matrimonii exors. Plin. lib.5.cap.8. Garamantes matrimoniorum exortes, passim cum feminis degunt. i. e. Non contrahentes matrimonium.
Dulcis vitæ exors. Virg. 6. Æn. 428.
Cos exors secandi. Hor. in Arte Poet. 305.
— ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. i. e. Quæ non habet munus & officium secandi a natura tributum. Acron.
Honorem exortem ducere. i. e. Sine sorte: ἄκληρον. Virg. 5. Æn. 534. Servius.
Exors interdum Optimum & præcipuum significat. Virg. 8. Æn. 552.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arva;



Ducunt exortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis. Servius.

**Exortium**, vel **Exsortium**, i. n. [ἀκληρία] Apul. de Deo Socrat. Incerta vacatione, ceu quodam exsortio punitur. V. Salmas. in Solin. p. 891. Elmenh. p.50. ex veteri codice legit, Incerta vagatione, c.q. exilio.

**Exos**, ossis. Adj. [ἄνοστος] Qui est sine osse. Plaut. Men.5.2.105. Faciam quod jubes, securim capiam ancipitem, atque hunc ego senem exossem reddam. al. Exossabo. i. e. Ossa ei comminuam. Lucret. lib. 3. 721.
— atque unde animantum copia tanta
Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus?
Saltationem enervam atque exossem. Apul. 1. Met. p. 104. Sed Elmenhorstius legit Exossam, qui tamen in Emend.p.125. tertiæ decl. agnoscit.

**Exosso**, [ἐξοστίζομαι] āre. Ossa confringere sive comminuere: aut Ossa removere. Plaut. Amph. 1. 1. 163.
Exossatum esse oportet, quem probe percusseris.
s. Mirum ni hic me quasi murenam exossare cogitat,
Ultro istic qui exossat homines. Columel. lib. 12. cap. 53. Ergo sitientem suem quum occideris, bene exossato.
Exossare pisces, Donatus Purgare interpretatur. Ter. Adel. 3. 3. 24. Alias Exdorsuare. q. V. Apulejus, Exquammatus atque exossatus piscis vix palpitat amplius.

**Exossātus**, a, um. Partic. [ἐξοστεωμένος]
Gallinæ exossatæ. Petron. cap. 65.
Ager exossatus Persio 6. Sat. 51. est Probe cultus & lapidibus purgatus. V. ibi Casaub. p. 501.
Transl. Lucret. lib.4.1264. Atque exossato ciet omni pectore fluctus. i. e. Pectore ita inflexo & incurvato, ut ossibus carere videatur. Alii legunt Exossatim.

**Exossatio**, ōnis. f. apud Apicium.

**Exoscŭlor**, [καταφιλέω] āri. Idem quod Deosculari, Dissuaviari. Suet. Ner. cap. 28. Sporum identidem exosculans.

**Exosculatus**, a, um. Gell. 2. 26. Scientiam, verborumque ejus elegantiam exosculatus. h. e. Blande approbans.
Papillas exosculatus. Suet. Neron. cap. 34.
Passive idem ac Osculo exceptus. Ammian. 22. 7. Exosculatum susceptumque reverenter secum induxit.
Manuque ejus exosculata. Apul.4. Met. p. 154.
Vestigiis Deæ exosculatis. Idem 11. p. 265.

**Exosculatio**, ōnis. [καταφίλησις] Plin. lib. 10. cap. 12. Sed illam exosculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis, esse.

**Exōsus**, a, um. Adj. [μισήσας] active dicitur, Qui odio habet. Virg. 5. Æn. 687.
Juppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum
Trojanos, siquid pietas, &c. Idem 12. Æn. 818.
Hostes exosus. Stat. 9. Theb. 75.
Templa exosa oculos viriles. de Templo Bonæ deæ. Ovid. 5. Fast. 153.
Exosus opes. Stat. 2. Silv. 1. 164.
Exosus aliquando passive accipitur pro Odioso: ut apud Gellium lib. 2. cap. 18. Ejus Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes omnimodo diis exosos esse. Eutrop. 7. 24. Ob scelera universis exosus. conf. Macrob. 1. Saturn. 11. Ammian. 18. 3.

**Exostra**, æ. f. [ἐξώστρα] Machina est lignea, qua quæ in scena intus geruntur & fiunt, versatione rotarum spectatoribus ostenduntur, quæ eadem dicebatur ἐγκύκλημα. Cic. de Provinc. Conf. 14. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, & a suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum jam in exostra helluatur, antea post siparium solebat. Sic enim ex manuscriptis legit Turnebus, non Orchestra, ut sit sensus, Qui ante velut cum histrionibus & mimis in scena post siparium & velum solitus erat helluari, id jam propalam in exostra remoto sipario faciebat. Al. In exedra. q. V. Numeratur & a Vegetio de Re Mil. 4. 21. in machinis militaribus oppugnatoriis Exostra, sed nihil ad hunc locum Ciceronis. Exostra dicitur pons, inquit, qui de turri in murum repente protenditur. [Conf. omnino Henr. Steph. Thes. Gr. vol. 4. col. 769.

**Exoticus**, a, um. Adj. [ἐξωτικός] Peregrinus, adventitius, inquit Nonius, & aliunde advectus. Plaut. Most. 1. 1. 41.
Non omnes possunt olere unguenta exotica. Cic. 3. de Orat. 133. Adventitia Latine vocat, ut ait Budæus. Plin. lib. 13. cap. 3. Certum est P. Licinium Crassum, L. Julium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet unguenta exotica: sic enim appellavere.
Exotica Græcia. Plaut. Men. 2. 1. 11. Quia est etiam Italica, quæ Magna est appellata. [Immo hæc ipsa h. l. intelligitur, ex persona quippe Græci servuli, in fabula Palliata.
Vinum exoticum. Gell. 13. 5.

**Exotericus**, a, um. [ἐξωτερικός] Ad exteros sive Extraneos, pertinens. Quas eo nomine appellarit disputationes suas Aristoteles docet Gell. 20. 5. Add. Cic. 5. de Finib. c. 5. ubi Populariter scriptos libros interpretatur. conf. 4. Att. 16. & supra **Acroaticus**.

## E X P

EXPED. AVG. Expeditio Augusti. EXPF. VRB. Ex Præfecto, vel Expræfectus urbis. EXPLO. LEG. VI. VICTR. Explorator legionis sextæ victricis.

**Expalleo**, ēre; vel **Expallesco**, ĕre. [ἐξωχριάω] Pallidum esse, sive fieri. Plaut. Curc. 2. 3. 32. Vide ut expalluit. Plin. 1. Epist. 5. Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper.
Expalluisse, signum est conscientiæ. Auct. ad Heren. lib. 2. 8.
Fulgore auri magis expalluit. Catul. 62. 100.
Metu expallescere. Stat. 11. Theb. 327.
Horruit infelix, totoque expalluit ore. Ovid. 6. Met. 602.
Viribus absumptis expalluit illa. Ovid. 1. Met. 543.
Umbra Phœbe subita expalluit. Lucan. lib. 1. 534. [Omnino primitivum verbum, ut multa ejusdem generis, frustra quæras, nec dubito quin solum posterius, inchoativum nempe, obtinuerit. De præterito, an a primitivo fit. V. Voss. de Analog. 3. 43.

**Expallidus**, a, um. ut, Corpus frigidum expallidum. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 57. Et apud Suet. Calig. cap. 50. in nonnullis libris legitur, Expallido colore.

**Expallio**, [ἐξιματίζω] āre. Pallium auferre. Plaut. Cas. 4. 10. 6.
Neque quibus modis purgem scio me meæ uxori, expalliatus sum miser.

**Expalpo**, [ἐξερευνάομαι] āre. Elicere palpando significat, & ut ait



Nonius,

Nonius, vel Quasi blandis quibusdam attrectationibus, quales equis fieri solent, impetrare. Plaut. Pœn. 1. 2. 144. Quid faciam? AG. exora, blandire, expalpa. Pomponius, Siquid expalpare possim ab illo.
Expalpabitur, pro Expalpabit, quod est Extorquebit. Plaut. Vidular. 12. Servus a patre argentum expalpabitur. Nonius, 2. 227.

EXPALPATIO, ōnis. f. apud Tertullianum.

EXPALPONIDES, is. m. Plaut. Pers. 4. 6. 22. Nummorum expalponides. Compositione ficta, a Palpone, ut alia ibid. ad imitationem Græcorum.

EXPANDO, andi, ansum, vel assum, [ἐξαπλόω, ἐκπετάννυμι] ĕre. Aperire, extendere. Columel. lib. 12. cap. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbram expanduntur.
Alas expandere. Plin. lib. 10. cap. 38.
Ficos expandere in sole. Columel. 12. 15.
Florem expandere dicitur rosa. Plin. lib. 12. cap. 11.
Naturam expandere dictis, pro Pandere, i. e. Aperire, explicare. Lucret. lib. 1. 126.

EXPASSUS, a, um. Partic. [ἐξαπλωμένος] ut, Fores expassæ. Tacit. 5. Hist. 13.
Flammeum expassum. Gell. 15. 15.

EXPANSUS, a, um. Idem. ut, Capillus porrectus & expansus. Gell. l.c.

EXPANSIO, ōnis. f. Pandiculatio. Cæl. Aurel. Tard. 5. 11. 139. Corporis expansio ex thalamo.

EXPANDĬTOR, ōris. m. ut, Vagus ille, expanditor amnis. apud Plin. in Paneg. de Nilo, cap. 30. n. 4. [In vet. Expandatur. unde Lips. & Virdung. Exspatiator, Livin. Et palator, Rittersh. Et spatiator. Sane analogia Expansor requireret, ut Expansio, non Expanditio. Forte Expalator, sublata distinctione, vel Expensator, quia Ægypto fertilitatem quasi expensat amnis.

EXPANGO, anxi, actum, [ἐμπήγνυμι] ĕre. Figere seu Constituere. Plin. lib. 2. cap. 26. Idemque ausus, rem etiam deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sidera ad normam expangere. De Hipparcho loquitur. Sed Hard. Ad nomen expungere, ex MSS. q. V.

EXPAPILLO, [γυμνόω] āre. Nudare. Unde

EXPAPILLATUS, a, um. ut, Brachio expapillato. Plaut. Mil. 4. 4. 44. est quasi Usque ad papillam renudato, uti exponit Nonius, 2. 266. vel secundum Festum, Ita exerto, ut papilla nudetur.

EX PARTE. V. EX.

EXPASSUS. V. EXPANDO.

EXPATIOR, vel EXSPATIOR, [πλανάω] āri. Errare. Plin. lib. 16. cap. 30. Latissima expatiantium umbra, & vicinas domos sæpe transilientium. De loto arbore. Quintil. lib. 2. cap. 10. Et poetica (ut vere dixerim) themata, juvenibus pertractare permittemus, ut expatientur & gaudeant materia, & quasi in corpus eant, erit optimum.
Expatiari in aliqua parte. Quintil. lib. 2. cap. 17. Finis non erit, si expatiari parte in hac, & indulgere voluptati velim.
Longe expatiari. Ovid. 15. Met. 454.
Nec tamen oblitis ad metam tendere longe
Expatiemur equis.
Equi expatiantur. Ovid. 2. Met. 202.
Quæ postquam summo sensere jacentia tergo,
Expatiantur equi, nulloque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt.
Ignes clare expatiantur in auras. Sil. Ital. lib. 17.
Expatiari, pro Digredi Oratorum more. V. Egredi, pro Digredi, in EGREDIOR.

EXPATIANS, antis. Partic. [πλανῶν] ut, Expatians lacus. Plin. lib. 16. cap. 36.
Expatiantia tecta. Plin. lib. 3. cap. 5. De Romæ suburbiis.

EXPATIĀTUS, a, um. aliud Partic. [πλανηθεὶς] ut, Flumina expatiata. Ovid. 1. Met. 285.

EXPĀTO, āre. In locum patentem me do, sive in spatium me confero, ut interpretatur Festus. Pacuvius, Expatant se omnes, publiceque se ostendunt. Antiquum.

EXPATRITIUS, i. m. Qui Patritiatum deposuit. Zeno l. 3. C. de senat. vel patrit. Quoties viro forte patritio, vel expatritio, vel ei quem Prætoriana, &c.

EXPĀTRO, [καταπατέω] āre. Idem quod simplex Patrare. Catul. 27. 16.
Quid est? an hæc sinistra liberalitas
Parum expatravit? V. Scalig. in loc.

EXPĂVEO, āvi, [ἐκφοβέομαι] ēre. sive EXPAVESCO, ĕre. Terreri. Cum præpositione. Liv. 6. 34. Quum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit.
Ad comitum lacrymas expavescere. Stat. 3. Theb. 19.
Ad ferramentum raptum nec mercenarius expaverat. Petron. cap. 94.
A primo conspectu ejus expavescunt. Plin. lib. 21. cap. 11.
Domus tumultu expavit. Stat. 8. Theb. 638.
— subito quum pigra tumultu Expavit domus. Sine præpositione, subaudita tamen.
Expavere, sive Expavescere aliquid. Plin. lib. 9. cap. 30. Idem lib. 13. cap. 24. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit.
Expavere, Attributum inanimatis. ut apud Sil. lib. 3. 463.
At gregis allapsu fremebundo territus acris
Expavit moles Rhodanus. De Elephantis trajectis.
Non expavescet circumventus? Quintil. lib. 6. cap. 2.
Crimen non expavescendum est. Idem lib. 9. cap. 4.
Ensem non muliebriter expavit. Hor. 1. Carm. 37. 23.
Famam expavescere. Stat. 11. Theb. 316.
Fratrem expavescat frater, & natum parens. Sen. Thyest. 40.
Gradus expavēre. i. e. Non ausi sunt ultra progredi. Stat. 1. Silv. 3. 57.
Nomen nuptiarum ne puella quidem expaverat. Petron. cap. 26.
Novitatem expavēre custodes. Plin. lib. 9. cap. 30.
Vocem trucem expavere. Sil. lib. 1. 67.
Sæpe etiam famuli turbato ad lumina somno
Expavere trucem per vasta silentia vocem. [His omnibus locis τὸ Expavere Præteritum est ab Expavesco, nec puto usquam lectum alterum verbum. V. in EXPALLEO not.

EXPAVENS, & EXPAVESCENS, entis. ut, Aquatilia ad tumultum aliquem expaventia. Plin. lib. 10. cap. 75. Rectius al. Expavescentia.
Repente expavescentes. Idem lib. 23. cap. 1.

EXPAVESCENTIA, æ. f. Vet. Interpr. Irenæi 1. 1. De expavescentia & aporia elementa facta esse.

EXPAVIDUS, a, um. Gell. 1. 8. Expavidus ictusque pecuniæ magnitudine. Auget Ex particula.

EXPAVEFACIO, ĕre. Sen. Epist. 86. Expavefacere ad occursum hominem.

EXPAVEFACTUS, a, um. Partic. ut, Equi expavefacti. Hyginus Fab. 47.

EXPECTO, sive EXSPECTO, [ὑπομένω, ἀναμένω, περιμένω, προσδοκάω, ἰσχάνω] āre. ab Ex & Specto compositum; significat Præstolari: quia dum venturum aliquem præstolamur, frequenter aspicere solemus an veniat.
Expectare epistolas, & Exigere, contraria. Cic. 15. Fam. 16. Longiores enim expectabo, vel potius exigam.
Expectare & postulare. Cic. 11. Fam. 5. A te hoc civitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant.
Expectetis ad extremum, & me meum dicendi ordinem servare patiamini. Cic. pro Cluent.
Dum reliquæ naves eo convenirent, ad horam IX. in ancoris exspectavit. Cæs. 4. Bell. Gall. 33.
Ad mensem Januarium aliquem expectare. Cic. 1. Att. 1.
Ad mediam usque noctem expectare aliquem. Hor. 1. Serm. 5. 83.
In aliud tempus. Cic. 1. Att. Multa sunt: sed in aliud tempus expectare velis.
In totas horas expectare aliquem. Propert. lib. 2. 29. 13.
Hæc te non meritum totas expctat in horas.
Expectare dum. Ter. Eun. 1. 2. extr. Concedam hinc intro atque expectabo dum venit. Cic. de Amicit. Amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus quidem, dum rogemur. conf. loc. Cæs. supra.
Expectare donec. Plin. Epist. 342. Nec dubitandum fuisset, si expectasses, donec me consuleres.
Expectare si. Cæs. 2. Bell. Gall. 9. Hanc si nostri transirent, hostes expectabant.
Secure, ac prope negligenter aliquem exspectare. Plin. l. 1. Epist. 4.
Temere expectare. Ovid. 3. Trist. 5. 27.
Seu temere expecto, sive hoc contingere fas est.
Expecto quid velis, i. e. Cupio scire quid velis me facere: atque ob id præstolor. Ter. And. 1. 1. 7.
Me tranquilla senectus expectat. Hor. 2. Serm. 1. 58.
— seu me tranquilla senectus
Expectat, seu mors atris circumvolat alis.
Expectare de, pro Sperare, vel potius Metuere. Cic. de Amicit. 41. De Caji Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari.
Ab aliquo omnia expectare. Cic. 11. Fam. 5.
Ab omni terra expectari. Lucan. lib. 5. 671.
Dum metuar semper, terraque expecter ab omni.
Quæ a summa virtute summoque ingenio expectanda sunt, expectare. Cic. 2. Fam. 2.
Acriter aliquid expectare. Cic. 8. Fam. 2. Hoc ideo scripsi, quod scio te acriter nuntium nostrorum comitiorum expectaturum.
Avidissime aliquam rem expectare. Cic. 14. Philipp. 1. Ante vero quam ea res, quam avidissime civitas expectat, allata sit, lætitiæ, &c.
Ætatem expectemus Tartessiorum regis. Cic. de Senect. 69. i. e. Speremus tamdiu nos victuros, quamdiu vixit Tartessius.
Expectare alicujus adventum in aliquo loco. Cæs. 1. Bell. Gall. 22.
Magna cum spe aliquid expectare. Cic. 16. Att. 20.
Non expectare purpureum amictum, Non moveri cupiditate splendidæ vestis. Hor. 1. Epist. 18. 27.
Alter purpureum non expectabit amictum.
Arcus pressos expectant. Virg. 2. Georg. 26.
Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus Expectant. Sic Falcem oleæ, mox.
Aures expectant, ut verbis colligentur sententiæ. Cic. in Orat. 168.
Auxilia. Cæs. 6. Bell. Gall. 6.
Cursum expectare. Cic. 5. Att.
Diem ex die expectare. Cic. 7. Att. 26. Tibi autem ad me scribenti de ejus officio, nihil rescripsi, quod diem ex die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum.
Falcem oleæ non expectant. Virg. 2. Georg. 421.
— non ulla est oleis cultura, neque illæ
Procurvam expectant falcem, rastrosque tenaces.
Hostem expectare. Virg. 9. Æn. 46.
Armatique cavis expectant turribus hostem.
Litteras alicujus expectare ut. Cic. 8. Att. 4. Ego navem paravi, tuas litteras tamen expecto, ut sciam quid respondeant consultationi meæ.
Malum. Nescio quod magnum hoc nuntio exspecto malum. Ter. Phorm. 1. 4. 16. i. e. Nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror. Donat.
Messes frustra expectant promissas horrea. Ovid. 8. Met. 293.
Mortem alicujus. Ter. Adel. 5. 4. 20.
Illum ut vivat optant, meam autem mortem expectant scilicet. i. e. Optant ut moriar. Et Hec. 4. 2. 20. Mortemque expectet meam.
Nuntios expectare. Cic. 16. Att. 20.
Pœnam expectant. Virg. 6. Æn. 614.
Præmia meritæ palmæ expectare. Virg. 3. Æn. 70.
Principia hæc tam longe repetita quo spectent expectare te arbitror. Cic. 13. Fam. 30.
Reditum alicujus expectare. Cic. 15. Fam. 21.
Signum intenti expectant. Virg. 5. Æn. 137.
Testamentum expectare. Cic. Parad. 6. Si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, at ipse supponis. i. e. Optas ut quis moriatur, ut tu hæreditatem cernas, aut legatum promissum consequaris. conf. paulo ante Mortem.
Transitum tempestatis expectare. Cic. 2. Att. 21.
Ventos ferentes, & facilem fugam expectare, i. e. Facilem navigationem. Virg. 4. Æn. 430.
Expecto te, ut hoc facias, pro expecto, ut tu hoc facias. Liv. lib. 2. Decad. 5. Nos expectari arbitror, ut respondeamus tuis literis.
Expectando, gerund. [ὑπομένων] Propert. lib. 2. 9. 8.
Illum expectando facta remansit anus. de Penel. & Ulyss.
Ultima semper expectanda dies homini est. Ovid. 3. Met. 135.
Expecta, [ἔχ' ἀτρέμας] Formula attentionem parandi. V. Casaub. ad Pers. 4. 18. p. 332.

Expectans, Partic. [προσδοκῶν] ut, Puella expectans virum. Propert. lib. 3. 2. 20.

Alius alium expectantes cunctamini. Sallust. in Catil. cap. 52.

Omnia magis, quam prælium expectantes. Idem in Jugurth. cap. 58.

Sto expectans, si quid imperent. Ter. Eun. 3. 5. 46. conf. Exspecto si.

Expectatus, a, um. Partic. [προσδοκηθείς] Cupitus, desideratus. Plaut. Amph. 2. 2. 26. Certe enim me illi expectatum, optatum venturum scio. Idem Most. 2. 2. 11. Credo, expectatus veniam familiaribus.

Carus & expectatus omnibus venies. Cic. 16. Fam. 7. Nemo nos amat, qui te non diligat: carus omnibus expectatusque venies.

Expectatus ad summam dignitatem. Cic. de Senect. 97. Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni ætati mortem esse communem. i. e. Quos sperabant omnes in summa dignitate sese visuros.

Arvis expectatus. Virg. 8. Æn. 38. Dat effectum etiam locis (inquit Servius) ut — ipsæ te, Tityre, pinus,

Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.

Aqua non expectata venit imber. Pluit derepente. Ovid. de Nuc. 120.

Dies expectata aderat. Virg. 5. Æn. 104.

Ensem non expectatum alicui defigere. Sil. lib. 10.

Lumina diu expectata. Catul. 60. 2.

Manus longum expectata. Valer. 4. Argon. 437.

Parentes expectati dicuntur, Mali & odiosi, ut docet Donatus: quorum mors in dies singulos expectanda sit. Ter. Adel. 1. 2. 29. Si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius, quam ubi te expectatum ejecisset foras. V. Exspecto Mortem, Testamentum.

Pietas filii expectata parenti. Virg. 6. Æn. 687. i. e. Sperata.

Seges expectata. i. e. Sperata. Virg. 1. Georg. 226. — sed illos Expectata seges vanis elusit avenis.

Vulnus non expectatum, Subitum. Ovid. 5. Fast. 710.

Expectate venis. Virg. 2. Æn. 283. pro, Expectatus. Serv.

Compar. Expectatior illo nemo venit. Plaut. Most. 2. 2. 12.

Nimio edepol ille potuit expectatior

Venire, qui te nuntiaret mortuum. Cic. Nihil unquam expectatius fuit.

Superl. Adventus suavissimus & expectatissimus alicujus. Cic. 4. Att. 4.

Litteræ expectatissimæ. Cic. 16. Fam. 9. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi expectatissimæ litteræ perferrentur.

Triumphus expectatissimus. Cæs. 8. Bell. Gall. 51. i. e. Magna hominum exspectatione desideratus.

Expectatum, i. n. absol. ut, Expectato maturius. Vellej. 2. 123. 2.

Ante expectatum, i. e. Expectatione citius. Virg. 3. Georg. 348.

Ante expectatum positis stat in agmine castris. Ubi Servius: Ante expectatum, Dicto citius, i. e. Antequam ejus expectetur adventus: & est una pars orationis, hoc est adverbium. V. etiam Drakenb. ad Sil. 2. 31. & Burm. ad Ovid. 4. Met. 789.

Expectatio, ōnis. f. [ὑπομονή, προσδοκία] Desiderium. Ter. in prol. Hec. 26. Funambuli eodem accessit expectatio.

Exspectatio, inquit Donatus ad 1. Eun. 2. Certorum est, Spes vero incertorum, & Exspectatio propinquarum rerum, Spes longinquarum, & Exspectatio destinat tempus, Spes non destinat.

Animi & ingenii alicujus tanta expectatio. Cic. 2. Fam. 1.

Nihil aliquorum expectatione dignum, nihil reconditum, nihil aut inauditum, aut cuiquam novum dicere. Cic. 1. de Orat. 137.

Plenus expectatione. Cic. 3. Att. 13. Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompejo quidnam velit aut ostendat.

Vacua periculo, & periculi expectatione nulla hora relinquitur. Cic. Anteq. iret in exil. 19.

Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. Cic. de Clar. Orat. 266.

Contra omnium expectationem. V. contra.

Cæca expectatio. V. cæcus.

Indigna homine libero expectatio. Cic. pro Rabir. perd. 16. Harum enim omnium rerum non solum eventus, atque perpessio, sed etiam conditio, expectatio, mentio ipsa denique indigna cive Romano, atque homine libero est.

Mirifica expectatio alicujus. Cic. 7. Att. 7.

Majore expectatione hominum, quam spe, Camillus ab urbe profectus Vejos. Liv. 5. 19.

Summa alicujus expectatio est. Cic. ad Brut. 15. Summa est expectatio tui: quod si Italiam attigeris, ad te concursus fiet omnium.

Tanta fuit expectatio visendi Alcibiadis. Nepos, 7. 6. 1.

Accidere præter expectationem aliquid. Cic. 2. de Orat. 284.

Adducere aliquem in summam expectationem. Cic. 1. Tusc. 30.

Afferre expectationem. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Afferre non parvam expectationem alicui. Cic. 3. Att. 18.

Angi expectatione. Cic. 9. Att. 1. Angebar singularum horarum expectatione.

Audire aliquem cum expectatione. Cic. 3. de Nat. Deor. 1. Nescis quanta cum expectatione, Cotta, sim te auditurus.

Commovet aliquis expectationem. Cic. 2. Q. frat.

Commovere crebras alicujus expectationes. Cic. 1. Att. 3.

Concitare sui expectationem, hanc sustinere & tueri. Cic. 2. Fam. 1.

Non conturbat me expectatio tua. Cic. 4. Acad. 10.

Cruciari expectatione. Cic. Nunc expectatione crucior.

Decipere expectationem alicujus. Cic. 2. de Orat. 289.

Dare alicui expectationem convivii. Cic. 2. Att. 8. Quantam porro mihi expectationem dedisti convivii istius.

Derivare expectationem. Cic. 2. Att. 14.

Explere expectationem omnem diuturni desiderii nostri. Cic. 1. de Orat. 105.

Facere expectationem. Cic. 3. Att. 15. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.

Facere sui expectationem. Cic. 4. Acad. 10.

Habere expectationem. Cic. 7. Att. 16.

Non habere magnam expectationem in respondendo. Cic. in Sallust. 2.

Movere expectationem, pro Excitare desiderium. Cic. 2. Att. 14. Quantam tu mihi moves expectationem de sermone Bibuli? V. Commoveo.

Occurrere expectationi alicujus. Cic. pro Cluent. 63.

Pendere obscura spe & cæca expectatione. Cic. 2. de Lege Agr. 65.

Suspendere oratione unius expectationem alterius. Cic. pro Cluent. 54.

Sum. ut, In rerum omnium expectatione esse. Cic. 10. Fam. 4. In aliquibus expectationem nostram esse. Cic. 8. Att. 5. In summa expectatione res est. Cic. 8. Att. 15.

Sustinere non parvam expectationem imitandæ alicujus industriæ, magnam bonorum, nonnullam fortasse nominis. Cic. 3. Off. 6.

Tenet major expectatio aliquem. Cic. 2. de Orat. 74. Quo ista majora ac mirabiliora fecisti, eo me major expectatio tenet, quibuscum rationibus, quibusve præceptis ea tanta vis comparetur, &c.

Torqueri expectatione. Cic. ad Att.

Vincere expectationem omnium: h. e. Opinionem & existimationem. Cic. 7. Verr. 11.

Vocat me jamdudum alio tacita vestra expectatio. Cic. pro Cluent. 63.

Expectāmen, ĭnis. n. Idem. Claud. Mamert. 2. 12. Convenientia vel jucunda expectamini. uti ibi adscripsit Barth. p. 157.

Expectatrix, īcis. f. Tertull. adv. Marc. 4. 16.

Expectator, ōris. m. Paulinus Nolanus Epist. 31. n. 51. extr.

Expectŏro, [ἐκστηθίζω] āre. Est Extra pectus ejicere. Accius Phœnissis, Incusant ultro, a fortuna opibusque omnibus desertum, abjectum, afflictum ex animo expectorant. Idem Epigono, Eloquere propere, ac pavorem hunc meum expectora. Cic. 3. de Orat. 152. Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Et 4. Tusc. 19. Ex Enn. Hæc Nonius. Quod verbum non omnino antiquum & remotum ab usu videtur: proprie enim dicitur Expectorare, Id quod ex pectore aliquid educit, ut quum Medicamentum aliquod pituitam in pectore, hoc est in cavitatibus pulmonum infarctam educit, proprie Expectorare dicitur; atque Expectorans, Medicamentum vocabitur. Fabius tamen lib. 8. cap. 3. videtur repudiare, tanquam nimis antiquum. Sic & Elimino, eodem modo compositum, antiquis in usu erat. H. St. Adscripsit idem Inquirendum esse, cujus hæc sint, quæ novissimo loco leguntur; [Quibus non equidem subscribo. Extussire vett. Dixerunt, q. V.

Expeculiati Servi, a Plauto dicuntur, Qui peculio sunt exhausti.

Expĕdio, īvi, ītum, [ἀπολύω, εὐοδόω, ἐκλύω] īre. Liberare, & quasi Pedum ligamenta dissolvere, unde & pro Explicare, & proferre ponitur. Expedire, Donato teste, dicitur Qui pedem retentum liberat. Cic. in Pison. 74. Hærerem enim, nisi tu me expedisses. Hor. Epod. 11. 37.

Unde expedire non amicorum queunt

Libera consilia. Sisenna lib. 3. Hist. Inermes armat, inexpeditos expedit.

Impedire & Intricare, contraria verbo Expedire. Ter. And. 3. 5. 11. Viden' me tuis consiliis miserum impeditum esse? D. at jam expediam. Plaut. Pers. 4. 1. 10. Cic. 9. Fam. 19. Me quotidie aliud ex alio impedit, sed si me expediero, ut in ista loca venire possim, &c. V. impedio.

Expedire ab. ut, Te ab omni occupatione expedisti. Cic. 3. Att. 20.

Expedire se de re aliqua. Cic. 6. Verr. 27. Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes.

Expedire se de commisso adulterio. Cic. 6. Verr.

Ex laqueis se expedire. Cic. 4. Verr. 101.

Ex turba se expedire. Ter. Adel. 4. 4. 5.

Ex servitute aliquem expedire. Plaut. Capt. 2. 3. 94.

Inter flammam & hostes expediri. Virg. 2. Æn. 633.

Expedias me hinc te rogo. Cic. 11. Att.

Expedire illigatum. Hor. 1. Carm. 27. 24.

Vix illigatum te triformi

Pegasus expediet Chimæra. V. in chimæra.

Expedire panes: i. e. Proferre. Virg. 1. Æn. 706.

— Cereremque canistris

Expediunt.

Expedire virgas dicuntur lictores, ad supplicium sumendum. Cic. 7. Verr. 86. Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet.

Pyxidem expedire, manum porrigere, venenum tradere. Cic. pro Cœl. 65.

Expedire se ærumnis. Ter. Hec. 3. 1. 8. Qui te expedias iis ærumnis?

Cura se expedire. Idem Phorm. 5. 4. 4.

Crimine se expedire. Ibid. 5. 1. 28.

Aditum expedire. Cæs. 7. Bell. Gall. 86. Aggere & cratibus aditus expediunt.

Agrum lectione lapidum. Columel. lib. 2. cap. 2. At saxosum facile est expedire lectione lapidum, &c.

Alimenta arcu expedire. Tacit. 6. Ann. 43. Isque in Hyrcanis repertus est, illuvie obsitus, & alimenta arcu expediens. i. e. Parans.

Animum impeditum expedire. Ter. Hec. 3. 1. 17. Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea re expedivi animum.

Animum metu expedire. Hor. 3. Carm. 24. 8.

— non animum metu,

Non mortis laqueis expedies caput.

Arcus expedire. Stat. 9. Theb. 864.

Arma tamen, frustra superos, Triviamque precatus,

Molitur pallens, & surdos expedit arcus.

Arma expedire. Tacit. 2. Ann. 72. Virg. 4. Æn. 592.

Non arma expedient? Verba furentis Didonis.

Caussam alicujus expedire. Cic. de Arusp. Resp. 18.

Comas expedire. Stat. 3. Silv. 4. 89.

Consilia expedire. Tacit. 2. Hist. 52. Neque alienis consiliis regi, neque sua expedire.

Consilia se expediunt. h. e. Explicant. Valer. 8. Argon. [Suspect.

Contos expediunt nautæ. Virg. 5. Æn. 209.

Convivia tectis expediunt. i. e. Apparant. Valer. 2. Argon. 342. Tectis, In tectis.

Copias expedire. Tacit. 13. Ann. 7. Duosque veteres reges Agrippam & Jocchum expedire copias. subaud. Jubet.

Fallaciam. Plaut. Capt. prol. 40. Hic hodie expediet hanc docte fallaciam.

Ferrum. Liv. 4. Bell. Pun. Ferrum enim quosdam expedientes cernebat.

Jaculum expedire. Hor. 1. Carm. 8. 12.

— sæpe disco,

Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito. h. e. Expedite jacto & jaculato ultra metam.

Iter expedire. Liv. lib. 8. Decad. 4. Iter fugæ non expedientes.

Labores alicujus expedire. Valer. 7. Argon. 277.

Manus expedire. Virg. 12. Æn. 258.
Tum vero augurium Rutili clamore salutant,
Expediuntque manus. i. e. Dimicare se velle significant.
Hæc enim est consensio militaris. Lucan. lib. 1. 387.
Elatasque alte quæcunque ad bella vocaret,
Promisere manus. Hæc Servius.
Expedire manus per acuta belli. Hor. 4. Carm. 4. 75. i. e. Exercitum.
[ Non puto. V. loc. & Schol. Ant. & s. l. MANUS.
Merces expedire. Ovid. 1. de Arte Am. 421.
Institor ad dominam veniet discinctus emacem,
Expediet merces teque sedente tuas.
Molestia expedire aliquem. Cic. 2. Att. 25.
Naves. Cæs. 2. Bell. Civil. 4. Ad Nasidium perveniunt, ibique naves expediunt.
Negotia alicujus explicare & expedire. Cic. 13. Fam. 27.
Nodum. Cic. 5. Att. 21. Ex iis rebus hoc vereor, ne quum Pompejus propter metum rerum novarum nusquam dimittatur, Cæsari nullus honos a Senatu habeatur: dum hic nodus expediatur, non putet Senatus, nos ante quam successum sit, oportere decedere.
Nomina. Cic. 16. Att. 6. Nomina mea per deos expedi, exolve: bella reliqua reliqui.
Pecuniam expedire, pro Conficere. Suet. in Julio, cap. 4. Nam comites fervosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.
Pluteos, crates &c. expedire. Tacit. 2. Hist. 21. Vitelliani pluteos, cratesque & vineas: Othoniani sudes, & immensas lapidum, plumbi, ærisque moles expediunt.
Prævisa expedire. Tacit. 14. Ann. 8.
Rem expedire, i. e. Impeditam explicare. Cic. 2. Off. 33.
Salutem. Cic. pro Milon. 10. Honesta ratio esset expediendæ salutis, h. e. Eum absolvendi.
Subita expedire. Tacit. 14. Ann. 55. Id primum tui muneris habeo, qui me non tantum prævisa, sed subita expedire docuisti.
Tela animosque expedire. Liv. lib. 8. Decad. 4. Et expedire tela, animosque equitibus jussis.
Tela equosque expedire. Liv. lib. 8. Decad. 4. Quum tela equosque expedissent.
Expedire, pro Exponere. Ter. Eun. 4. 4. 27. Agedum hoc mihi expedi. Primum, istam quam habes, unde habes vestem? taces. Cic. 10. Fam. 33. Itaque proximis literis consilium meum expedietur.
Dictis expedire. i.e. Enarrare breviter. Virg. 3. Æn. 379. Lucret. lib. 5. 114.
Multa tibi expediam doctis solatia dictis.
Altius expediam. Virg. 4. Georg. 286. — altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Dilucide & perspicue aliquid expedire. V. PERSPICUE.
Plane expedire. Cic. 4. Att. 16. Nondum est plane expeditus.
Promptius expediam. Juven. 10. Sat. 220.
— quorum si nomina quæras,
Promptius expediam: quot amaverit Hippia mœchos.
Capita rerum. Plaut. Truc. 4. 3. 16.
Causam adventus. Liv. 34. Ceterum nec causam adventus satis expediebat.
Initium rei expedire. Sallust. in Jugurth. c. 5. pr. Sed prius quam hujuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam.
Naturas apium expedire. Virg. 4. Georg. 149.
Expedire judicibus rem suam. Ter. Phorm. 2. 3. 52. Dilucide expedivi, quibus me oportuit judicibus. i. e. Probavi, inquit Donatus.
Exitum institutæ orationis expedire. Cic. 3. Fam. 12.
Expedire uno verbo. Ter. Phorm. 1. 4. 20. Atque si potes, verbo expedi uno.
Expedire, pro Constituere. Liv. 39. Non modo cetera, sed ne in proximam quidem noctem ubi tuto custodiretur, expediebant.
Expedire, Absolvere aliquid, & liberari aliquo negotio. Cic. 7. Fam. 3. Ego, si quæ volo expediero, brevi tempore te, ut spero, videbo.
Expedire & conficere res. Cic. de Clar. Orat. 154. Balbi docti & eruditi hominis in utraque re consideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendisque rebus.
Expedire, pro Parare, sive Præparare. Tacit. 1. Hist. 88. Multos e magistratibus, magnam Consularium partem secum expedire jubet. [ Lego Expediri, ut in sq. exemplo.
Ad bellum expediri. Tacit. 2. Hist. 99. Cæcinam, ac Valentem ad bellum expediri jubet.
Expedire se ad prælium, seu ad pugnam. Liv. 5.
Expedio me ad Drusum, inde ad Scaurum. Cic. 4. Att.
Expedibo, pro Expediam. Plaut. Truc. 1. 2. 36. Quid jam amabo? D. expedibo. Ennius Eumenidibus, Id ego æquum aptius fecisse expedibo atque eloquar. Pluribus Nonius idipsum probat. Sed antiquum est. Ab hoc est Inexpedibilis, de quo suo loco. Nam ibi addidi. H. St.

EXPĒDIT, [συμφέρει, χρησιμεύει] impersonale in tertiis personis, pro Utile est. Ter. Heaut. 2. 3. 96. Nihil satis firmi video, quamobrem excipere hunc mihi expediat metum. Cic. 5. Verr. 44. Post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.
Optimum esse & expedire. Cic. pro Marcell. 31. Multi dubitabant quid optimum esset: multi quid sibi expediret: multi quid deceret: nonnulli etiam quid liceret.
Utile esse & expedire. Cic. 3. Off. 76. Non igitur faciat (dixerit quis) quod utile sit, quod expediat? Imo intelligat nihil nec expedire, nec utile esse quod sit injustum.
Ad diuturnitatem victoriæ & dominationis alicujus expedit. Cic. 7. Att. 21.
Hoc mihi expedit. Ovid. 2. Fast. 591.
— vitatque, quod expedit illi.
Expediunt. Plaut. Trin. 2. 1. 10. — Omnium primum
Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant.
Si ita expedit, pro Si commodum est, vel necesse est ita fieri ut melius res se habeat. Cic. 2. Q. frat.
Expedit, cum infinitivo. Cic. pro Cæcin. 16. Quum pecunia Cæsenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porro in prædiis collocari maxime expediret.
Expediit studio lumen abesse meo. Ovid. 1. Trist. 8. 56.
An nihil expediat tale movere vide. Ovid. 2. de Ponto, 2. 58.

Expedit bonos esse vobis. Ter. Phorm. 5. 2. 1.
Expedit esse deos. Ovid. 1. de Arte Am. 637.
Pacem reduci velle victori expedit. Sen. Herc. fur. 6.

EXPEDĪTUS, Partic. vel Nomen ex partic. [πρόχειρος, ἀπαρεμπόδιστος, εὔζωνος, εὐσταλής] Paratus. Curis expeditus. Hor. 1. Carm. 22. 11. Cæs. 2. Bell. Gall. 19. Cæsar sex legiones expeditas ducebat.
Expeditus & paratus. Cic. 11. Philipp. 25. Expedito nobis homine & parato P. C. opus est.
Expeditus, solutus, liber, nulla re implicatus. Cic. 4. Acad. 105.
Expeditus eo proficiscitur. Cic. pro Quint. 23.
Expeditum facere se ex impedito. Plaut. Epid. 1. 1. 79. Quomodo me expeditum ex impedito faciam?
Facilis & expeditus ad dicendum. Cic. de Clar. Orat. 180.
Argumenta expedita statim depromere. Cic. 2. de Orat. 117.
Celeritas expedita & profluens. Cic. de Clar. Orat. 220.
Cœna. i. e. Brevis & succincta. Plin. lib. 3. Epist. 12.
Consilia. Cic. 9. Att. 12.
Dimicatio expeditissima. Cic. 10. Fam. 24.
Disciplina. Cic. de Clar. Orat. 265. C. Sicinius igitur, &c. probabilis orator, jam vero etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagoræ disciplina.
Excusatio. Cic. 16. Att. 7. Nam si a Phædro nostro expedita excusatio esset, nunc quid respondemus. Interruptus sermo.
Exercitus ad mutandum expeditus. Cic. 5. Att. 18.
Homines acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, armati in cives & expediti ad cædem. Cic. 2. pro Lege Agrar. 81.
Intellectus. Paul. in l. Si servum. §. sequitur. D. de verb. obligat. Expeditum intellectum habet constitutio. i. e. Manifestum.
Iter. Cic. 8. Att. 12. Omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit, &c.
Juventus expedita. Liv. 2. 11. ut Legio Exercitus &c.
Labor expeditior, Facilior. Columel. lib. 2. cap. 4. Expeditior autem labor ejusmodi solo est, eo quod pauciores impenduntur operæ.
Legio expedita, Exercitus expeditus, Subsidia expedita, in quibus milites sunt levis armaturæ, & qui facile huc illuc perducuntur. Liv. 24. 41. Cic. 15. Fam. 4. & 10. 24. [ Sed vide paulo infra notata.
Expediti etiam absolute dicuntur Milites levis armaturæ. Liv. 22. 16. Successit tamen Pœnus cum expeditis equitibusque. V. Fest. in Advelitatio. Expedita auxilia. Idem Liv. ibid. 21. Adversus eos tribunus militum, cum expeditis auxiliis a Scipione missi.
Expediti equites. Sallust. Jugurth. 68. Legionem, cum qua hiemabat, & quamplurimos potest Numidas equites, pariter cum occasu solis, expeditos educit.
Cum expeditis manipulis. Sallust. Jugurth. 105. V. Salm. de Re Milit. Rom. cap. 17. [ Immo parum de Expeditis expediit rem Salmasius. Ut enim nonnunquam de Velitibus seu Antesignanis præcipue usurpasse id verbum Scriptores videantur; Satis constat tamen juxta de Gravis ac Levis armaturæ militibus, ac prorsus de omnibus dici consuesse, qui non essent sub onere, sive sub sarcinis, nihilque præter arma sua, eademque expedita. i. e. detractis tegumentis, quibus alloqui galeæ scutaque inducta erant, gestarent, ita ut ad pugnam quovis momento parati essent. Hinc toties mentio fit Legionum expeditarum. V. exempla præmissa. conf. Cort. ad Sall. Jugurth. c. 50.
Manus. i. e. Soluta. Nep. 14. 6. 2. de Manu militari. Tacit. 2. Hist. 83. 1.
Motus navium expeditior. Cæs. 4. Bell. Gall. 25.
Negotia. Cic. 1. Fam. 3. Aulo Trebonio qui in tua provincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos utor valde familiariter.
Oratio. Cic. de Clar. Orat. 227.
Pecunia expeditissima. Cic. 11. Fam. 24. extr.
Ratio. Columel. lib. 6. cap. 2.
Res ad explicandum expeditissima. Cic. 2. Q. frat. 14.
Reditus expeditissimus ad cælum optimo & justissimo cuique. Cic. de Amicit. 13. Idem semper animos hominum esse divinos, iisque quum e corporibus excessissent, reditum in cælum patere, optimoque & justissimo cuique expeditissimum.
Remuneratio expeditior & celerior. Cic. 2. Off. 68.
Senatusconsultum expeditum. Cic. 5. Att. 4. Sed non dubito quin Senatusconsultum expeditum sit, in quo præsertim sit compendium populi. paulo ante dixit, S. C. si erit factum.
Via ad honores expeditior. Cic. pro Flacc. 104.
Vir acer & acutus in dicendo, & ad pronuntiandum expeditus. Cic. 2. de Orat. 131.
Vir doctus ex disciplina, & a natura ad dicendum satis solutus atque expeditus. Cic. de Clar. Orat. 245.
Unguentorum expeditissimum, Quod citissime apparatur, & præsentissimum est. Plin. lib. 13. cap. 1.
Expeditum, i. n. absol. ut Expeditum erat. Plin. Epist. 155. Idem l. 10. Epist. 69. Quorum si nihil nobis loci natura præstaret, expeditum tamen erat cataractis aquæ cursum temperare. Sic
In expedito positum. Quintil. lib. 10. cap. 7. V. IN.
In expedito esse. Plin. lib. 4. cap. 23. Ulp. in l. Si dubitet. D. de Fidejussoribus, Nec enim semper facilius est nominis emptio, quum numeratio totius debiti non sit in expedito. Curt. 4. 2. 22. Cum appellere scaphas in expedito esset.

EXPEDĪTE, Adv. [εὐσταλῶς] Celeriter, facile. Cic. 2. de Invent. 69. Sed ut expeditius ratio tradatur, ea quæ proposuimus, brevi nominabuntur.
Expedite navigare. Cic. 6. Att.
Expedite explicare. Cic. de Clar. Orat. 237.
Celeriter & expedite percipere. Cic. 5. de Fin.
Expeditissime purgari sic poterit. Columel. lib. 2. cap. 10.

EXPEDITIO, ōnis. f. [στρατεία, ἄνυσις] appellatur Quum exeunt milites belli gerendi gratia: h. e. Ipse Militaris apparatus: quod explicent atque expediant se a ceteris negotiis. Curt. Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit. Cæs. 8. Bell. Gall. 7. Liv. 24. Et mittentibus & missis ea læta expeditio fuit.
Expeditionem conficere ternis mensibus. Plin. lib. 7. cap. 2.
Educere exercitum in expeditionem. Cic. 1. de Divin. 76.
Apes noctu deprehensæ in expeditione, excubant supinæ. Plin. lib. 11. cap. 8. extr.

Mittere in expeditionem. Cæſ. 13. Bell. Gall. 5. 10.
Eſt etiam Perfectio; uti Auct. ad Herenn. 4. 68. Habet paucis comprehenſa brevitas multarum rerum expeditionem.

EXPEDITIONALIS, Adj. Caſtrenſis. Spartian. in Nigr. c. 10. & Ammian. Marcell. 31. 16.

EXPELLO, ŭli, ulſum, [ἐξωθέω, ἐκκρούω, ἐξελαύνω, ἀποκρούω, ἀπελαύνω, ἀπωθέω] ĕre. Ejicere.
Expellere & Evocare, contraria. Cic. 8. Att. 2. Non expulſi ſed evocati e patria.
Exturbari & expelli. Cic. pro Lege Agrar. 83. Sic enim dico, ſi Campanus ager dividatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non conſtitui & collocari.
Expellere & ejicere aliquem ex prædio. Cic. pro Quint. 28.
Omnia ex animo expuli. Sen. Med. 7.
Expelli, exterminari, ejici ex urbe. Cic. pro Milon. 102. Hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, ejicietur?
Pondus uteri ſeipſum in auras expulit. Ovid. 9. Met. 704.
Expellere in opus. Plin. lib. 11. cap. 11. Apes fucos primos in opera expellunt. [Emendati codd. In opere.
Ævo expelli. Lucret. lib. 3. 359.

Multaque præterea perdit, quum expellitur ævo. h. e. Quum excluditur vita, quum moritur.

Bonis expellere. Cic. pro Milon. 51. Deinde ubi multi ab illo violati, ſpoliati, bonis expulſi, multi etiam hæc timentes in ſuſpicionem caderent.
Bonis & fortunis omnibus expellere. Cic. 4. Verr. 62. Expulſi bonis omnibus Romam venerunt. Idem pro Roſc. Amer. 27.
Civitate aliquem expellere. Cic. 10. Att. 4.
Domo expellere, & Domum compellere, contraria. Cic. in Piſon. 16.
Finibus. Cæſ. 4. Bell. Gall. 3.
Finibus patriis expulſum eſſe. Virg. 1. Æn. 620.
Ex matrimonio. Cic. pro Cluent. 188. Mitto illam primam libidinis injuriam, mitto cupiditate matris expulſam ex matrimonio filiam.
Regno. Cæſ. 3. Bell. Civil. 103. Quam paucis ante menſibus per ſuos propinquos atque amicos regno expulerat.
Animam expellere. Ovid. 6. Met. 618.

Aut linguam, aut oculos, & quæ tibi membra pudorem
Abſtulerant, ferro rapiam, aut per vulnera mille
Sontem animam expellam.

Cincinnos ex cerebro. Plaut. Truc. 2. 2. 33.
Curas pectore. Lucan. lib. 3. 52.
Deſidiam ex corde. Plaut. Trin. 3. 2. 24.
Dubitationem. Cæſ. 5. Bell. Gall. 46. Quæ res omnem dubitationem adventus legionum expulit.
Lætitias ex omni pectore. Catul. 74. 22.
Memoriam beneficiorum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 34. Ne nova Cæſaris officia veterum ſuorum beneficiorum in eos memoriam expellerent.
Mentem priorem expulit. Lucan. lib. 5. 167.
Morbum helleboro. Hor. 2. Epiſt. 2. 137.
Naturam furca. Hor. 1. Epiſt. 10.
Quietem. Sil. lib. 15.
Sententiam, pro Rejicere. Plin. Epiſt. 167.
Somnos. Ovid. 14. Epiſt. 72.
Tuſſim pectore. Catul. 42. 7.
Vitia ex animo dictis. Lucret. lib. 5. 51.
Urbem e ſedibus. Lucan. lib. 2.

EXPULSUS, Partic. [ἐξωσμένος] Cic. pro Cluent. 14. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, jubet.
Ira expulſa. Claud. de Conſ. Mal. Theod. 221.
Oculi ſedibus. Lucan. lib. 3. 712.
Pudor expulſus. Sen. Med. 12.
Quies expulſa. Ovid. 8. Met. 828.
Seges ab radicibus imis expulſa. Virg. 1. Georg. 320.
Senatu expulſo. Lucan. lib. 5. 270.

Cepimus expulſo patriæ quum tecta Senatu.

Virtus. Lucan. lib. 2. 242.

Omnibus expulſæ terris, olimque fugatæ
Virtutis jam ſola fides.

EXPULSIO, ōnis. f. [ἐξωσις] Cic. 2. Off. 16. Atque ob eas benemeritorum ſæpe civium expulſiones, &c.
Expulſiones vicinorum. Cic. in Parad. 6.

EXPULSOR, ōris. m. [ἐξωστής] Qui expellit. Cic. pro Quint. 30.

EXPULTRIX, īcis. f. [ἐξώστρια] ut, Vitiorum expultrix Philoſophia. Cic. 5. Tuſc. 5. ubi in MSS. legitur Excultrix. [Qua recepta lectione τὸ Vitiorum expellendum, ut ſit: Virtutis indagatrix, excultrixque. An Evultrixque vitiorum?

EXPULSIM, Adv. dictum a Frequenti pulſu. Varro apud Nonium, 2. 281. Purgatum ſcito, quoniam videbis Romæ in foro pueros pila expulſim ludere.

EXPULSO, [ἐξωθίζομαι] āre. frequent. Martial. lib. 14. 46.

Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis ruſtice, redde pilam. [Lege Mobilibus.

Nam læva iners inexercitatis in hoc ludo.

EXPULSĀTUS, Partic. Ammian. 23. 6. Seleucia per duces Veri Cæſaris expulſata. i. e. Expugnata.

EXPENDO, di, ſum, [σταθμάομαι, ἐκτίνω, ἐξετάζω, λογίζομαι] ĕre. Ponderare. Plaut. Aſin. 2. 2. 34. Quot pondo te cenſes eſſe nudum? L. non edepol ſcio. LE. ſcibam ego te neſcire. at pol ego qui te expendi ſcio. Nudus vinctus centum pondo es.
Expendere aurum auro. Plaut. Rud. 4. 4. 43. Quid iſtic tua? aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus.
Auro aliquem expendere. Plaut. Merc. 2. 4. 19.
Pecunia expendere atque æſtimare. Cic. 7. Verr. 23. Nam quæ iſte in Apollonio fecit, ea primum breviter cognoſcite quot & quanta ſint, deinde hoc expendite atque æſtimate pecunia.
Expendere, Examinare, conſiderare. Cic. 1. Off. 113. Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat.
Expendere & ſeligere. Cic. in Orat. 47. Nec vero utetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet & ſeliget.
Judicio expendere. Cic. pro Rabir. Poſth. 43. Hæc mira laus eſt, quæ non poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, ſed prudentum judicio expenditur.
Arte aliqua quædam expendere. Cic. de Clar. Orat. 186.
Caſus expendere. Virg. 12. Æn. 21.
Cauſam meritis. Ovid. 13. Met. 150.
Pretium dignum expendere. Sil. lib. 7.
Teſtem diligenter. Cic. pro Flacc.
Viros ſpectare atque expendere bello. Sil. lib. 3.
Voluptates expendere & æſtimare. Cic. Poſt red. in Senat. 14. Iidem expendunt atque æſtimant voluptates: ſententiamque dicunt & judicant, quantum cuique libidini tribuendum eſſe videatur.
Pœnas expendere alicui. Cic. 2. Tuſc. 23. Unde igitur ignis lucet mortalibus clam diviſus? eum doctus Prometheus clepſiſſe dolo, pœnasque Jovi fato expendiſſe ſupremo.
Pœnas ſcelerum expendere. Virg. 12. Æn. 258.

Supplicia & ſcelerum pœnas expendimus omnes. i. e. Luimus omnes pœnas quæ ſunt ſtatutæ ſceleribus. Servius.

Pœnas capite expendere. Tacit. 12. Ann. 19.
Scelus expendere. i. e. Perſolvere ſceleris pœnas. Virg. 2. Æn. 229.

— & ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt.

Supplicia veterum malorum expendere. Virg. 6. Æn. 740.

Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt.

EXPENSUS, Partic. [σταθμησθείς] Ponderatus. ut, Aurum expenſum. Cic. pro Flacc. 68.
Expenſo gradu ire. Propert. 2. 4. 6.

Ibat & expenſo planta morata gradu. Fortaſſe quod Terentius Suſpenſo gradu dixit. V. Broekhuſ. ad loc.

EXPENSA, æ. f. [ἀνάλωμα, δαπάνη] Sumptus.
Non indecores expenſæ laſſant æraria. Claud. 2. de Laudib. Stilich. 146. Alii legunt, Laxant.

EXPENSUM, i. n. Idem. Plaut. Truc. 1. 1. 54. Uſuraria accipiat ilico expenſa.
Codex accepti & expenſi. Cic. pro Roſc. Com. 4. Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitentur.
Publicis expenſis iter facere. Ulpian. in l. Ex eo tempore. D. de militar. teſtam.
Expenſum ferre, eſt Scribere, te pecuniam dediſſe, inquit Aſconius in 3. Verr. 102. ut Quum per ſingula expenſi nomina, Summam quandam pecuniæ expenſam aſcribimus: Nomina autem vocantur in rationibus, quos nunc Articulos dicimus. i. e. ipſi Debitores. Cic. ibid. Satis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres? neque in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? Gell. lib. 14. cap. 2. Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſilatione, menſæ rationibus, chirographi exhibitione, &c Hactenus Budæus. Cic. pro Cæcin. 33. Hac emptione facta pecunia ſolvitur a Cæſennia, cujus rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas non averterit, ſe autem habere argentarii tabulas in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata. Idem 3. Verr. 92. Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expenſum tulerit. Idem pro Roſc. Com. 1. Qui pecuniam expenſam tulerunt. Et paulo poſt, Ille ſi non juſſu hujus expenſum tuliſſet? non ſcripſiſſet hic. Idem 2. Att. 4. Pro eo tibi præſentem pecuniam ſolvi imperavi, ne tu expenſum muneribus ferres. i. e. inquit Budæus, Ne te donaſſe eum mihi æſtimares: volo enim eum emptum mihi eſſe. Idem 6. Philipp. 15. Quis unquam in illo Jano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum? Idem pro Roſc. Com. 14. Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. Ulp. ad Senatusconſ. Trebellianum, l. Mulier, Dicendum eſt potius fructibus hoc expenſum ferendum, quam fideicommiſſo. legitur & Fiendum. Liv. Homines prope quatercentum produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet.
Expenſum ferre; non ſolum de pecunia, ſed etiam de aliis rebus dicitur. Cic. 8. Fam. 4. Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit Cajo Cæſari Pompejus. Marcellus ad l. Juliam repetundarum. l. Lex Julia, Illud quoque cavetur, ne expenſum ferat opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, apprehendendum, farta tecta tuenda, ante quam perfecta, probata, præſtita legerunt. Jabolenus de Supellectili legata, l. Qui veſtem omnem, & res plurium generum ſupellectilis nomine expenſum ferre ſolitus erat. legitur & Expenſo. Scævola, Quæ in fraud. l. Pupillus, Creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre debent. Plin. lib. 2. cap. 7. Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta & in tota ratione mortalium, ſola utramque paginam facit. i. e. Quicquid lucri aut damni, quaſi expenſi aut accepti mortales faciunt, omnia fortunæ aſcribunt. Conf. Acceptum referre in ACCIPIO.

EXPENSIO, ōnis. f. apud Symmach. Epiſt.

EXPENSO, āre. pro Expenſum ferre in conficiendis rationibus, lectum apud eruditos ſcribit Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 21. Scævola in l. Thais. §. Libertatem. D. de fideicomm. libertat. Poſt mortem teſtatoris tutores Cupito exactionem commiſerunt, isque nummos redactos expenſavit eisdem tutoribus. Plaut. Pſeud. 2. 2. 32. Argentum accepto, expenſo. [i. e. Erogo, vice domini.

EXPENSITATIO, ōnis. f. apud JCtos & Gell. 14. 2.

EXPERGO, vel EXSPERGO, ſi, ſum, [διαίνω] ĕre. eſt Madefacere; compoſitum a verbo Spargo. Lucret. lib. 3. 828.

— expergi quo poſſit vis animai. Ni hoc rectius ad vocem ſequentem referatur. [i. e. Diſpergi & in primordia ſua reſolvi.

Expargo. Idem 5. 372. & Apul. de Herb. cap. 114.

EXPERSUS, Partic. [διαβραχείς] Idem quod Madefactus. Virg. 3. Æn. 625.

— ſanieque experſa natarent
Limina. Ubi Servius, Experſa: hæc fuit vera lectio, i. e. Madefacta. Nam ſi Aſperſa dixeris, i. e. Inrorata, Tapinoſis & Hyperbole junguntur. V. Voſſ. Etym. in Spargo.

EXPERGO, rrexi, rrectum, [ἐξυπνίζω, ἀνυπνίζω] ĕre. Idem quod Excitare, Expergefacere. Accius Antigona apud Nonium 2. 278. Heus vigiles properate, expergite: pectora tarda ſopore exurgite. Gell. lib. 6. cap. 10. Iſta re animos juvenum expergebat.

Expergitus, [ἀνυπνισμένος] ut inquit Festus, dicitur Ab alio excitatus, quem solemus dicere Expergefactum. Lucil. — Ergo
E somno pueros cum mane expergitus clamo. Lucret. lib. 3. 943.
— nec quisquam expergitus extat,
Frigida quem semel est vital pausa secuta. adde Diomed. l. 1. p. 372. Gronov. ad Liv. 7. 36. & Apul. 2. Met. p. 121.

Expergite, Adv. Idem. Apul. 8. Met. p. 216. Expergite auscultare. Idem 2. p. 125. Expergite munus obire.

Expergisco, activam significationem habet, pro Excitare. Plin. lib. 22. cap. 13. Urtica lethargicos expergiscit. Sic enim legit Perottus. Quanquam bona pars exemplarium, quæ hodie in manibus versantur, Expergisci modo infinito legendum ostendunt, ut dependeat a Cogit superioris clausulæ verbo.
Legitur & Expergisco neutrum absolutum, pro Expergiscor. Pomponius Agamemnone supposito, Nequis miraretur, quum tam clare tonuerit, ut siquis dormitaret expergisceret. Nonius 7. 40.

Expergiscor, [ἀνυπνίζομαι] Excitari. Cic. 13. Att. 38. Simul cum sole expergisci. Idem 2. Att. 38. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere.
Ut te ipsum serves non expergisceris? Hor. 1. Epist. 2. 33.
Noctu lumine apposito expergisci. Cic. 1. de Divin. 79. Noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum, &c.
Est etiam per metaphoram, Alacriorem & incitatiorem fieri. Sallust. Catil. cap. 20. Quin igitur expergiscimini. Idem de Rep. Ordin. Expergisci ad libertatem. Ter. Adel. 4. 4. 21.
Cessatum usque adhuc est, nunc porro, Æschine, expergiscere. Hinc,

Experrectus, Partic. Sallust. Experrecti somno. Experrectus, inquit Festus, est Qui per se vigilare cœpit, quo modo differt ab Expergitus. Metaphorice item ut verbum. ut, Nobilitas experrecta. Cic. pro Rosc. Amer. 15. Virtus. Idem in Pison.
Compar. ut, Experrectiores apes. Columel. lib. 9. cap. 7.

Expergefăcio, [ἐξυπνίζω] ĕre. Excitare. Plaut. Curc. 1. 3. 42.
Flagitium probrumque magnum, Phædrome, expergefacis. Per translationem dixit.
Se expergefacere. Cic. 7. Verr. 38.
Experge te facias scripsit Cicero, pro Te expergefacias. [ubi?
Terrore subito expergefecit Italiam tumultus. Auct. ad Herenn. lib. 4. 45.

Expergefīo, [ἐξυπνίζομαι] ĕri. Excitari. Suet. Calig. cap. 38. Somno expergefieri.

Expergefactus, Partic. [ἐξυπνισθείς] Lucret. lib. 2. 413.
Ac musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.
Caput expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 1207. Justin. 15. 8. 17. Expergefactum blande reliquit.

Expergefactio, ōnis. f. Augustin. de Vera Relig. cap. 51. A somno expergefactio.

Expergĭfĭco, Idem quod Expergefacere. Gell. 17. 12.

Expergĭfĭcus, Adj. Apul. Flor. p. 149. Galli expergifico carmine occinunt.

Experior, ertus sum, [πειρῶμαι, δοκιμάζω, ἀποπειρῶμαι] īri. a Peritia derivatur, teste Perotto: & significat Probare, & Tentare, ac periculum facere. Plaut. Merc. 2. 2. 18. Benignitatem tuam mihi experto prædicas. Idem Amph. 1. 3. 14. Experiri istuc mavellem me, quam mihi memorarier. Virg. 8. Ecl. 67.
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus.
Experiri, & assequi. Cic. 7. Att. 2. Idem in Orat. 32. Experiri id nollent, quod se assequi posse diffidant.
Experiri & perficere. Cic. in Orat. 2. Quod quoniam me sæpius rogas aggrediar, non tam perficiundi spe, quam experiundi voluntate.
Experiri & probare. Cic. 4. Fam. 3. Quæ ego experiens quotidie sic probo, ut ea mihi salutem afferre videantur.
Conjectura prospicere & experiri. Cic. pro Domo sua, 11. Neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbamus.
Experiri & tentare. Cic. ad Brut. 36. Experiarque & tentabo omnia, neque desistam, &c.
De aliquo experiri. Cic. 14. Att. 20. Quid tu Bruto putas & ingenioso & erudito? de quo etiam expertus sum nuper in edicto, &c.
De seipso experiri. Cic. 12. Philipp. 6. Ego id nunc experior de me. Plaut. Amph. 2. 2. 7.
De injuriis experiri. Cic. pro Cœl. 20.
In aliquo experiri. Plaut. Mostel. 1. 3. 80. In te hercle certum est principium, ut sim parcus, experiri.
In nobis experiri aliquid. Cic. pro Planc. 65. Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis.
In parvis experiri. Plin. lib. 8. cap. 40.
In seipso experiri. Cic. 13. Fam. 19. Ego quod in meipso experiri potui, ad te deferam.
Inter nos quid possit uterque vicissim Experiamur. Virg. 3. Ecl. 28.
Experiri quanti. Plaut. Amph. 1. 3. 10. Idem Truc. 2. 4. 44.
Nunc huc remisit nuper ad me epistolam,
Sese experturum quanti sese penderem.
Experiri quid. Plaut. Pseud. 1. 1. 70.
Nunc ego te experiar, quid ames, quid simules. Dousa Re.
Experiri an vivat. Plin. lib. 3. Epist. 14.
Experiri ut. Plaut. Amph. 2. 2. 30. — An ille me tentat sciens?
Atque si id volt experiri, suum abitum ut desiderem, &c.
Experiri domo, pro In re domestica. Plaut. Amph. 2. 2. 7.
Nam ego id nunc experior domo.
Opera & factis. Plaut. Capt. 2. 3. 69. Idem Asin. 1. 3. 92. Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia.
Periculo, idem quod Experiri fortunam, etiam cum periculo, vel periculum facere cum damno. Cic. 9. Att. 10. Nunc si sine periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc avolem. Quædam exemplaria hic legunt, Pericula in accusativo plurali: ut sit ea forma dictum qua, Pacemque ab rege petendum.
Reipsa. Ter. Adel. 5. 5. 7. Cic. de Senect. Ut ea quæ ex me audistis, re experti, probare possitis.
Viribus intentis experiri aliquem. Valer. 3. Argon. 103. Al. Opperiar.
Æquora & vias experiri. Valer. 8. Argon. 51.
— tecum æquora, tecum
Experiar quascunque vias.
Amorem alicujus in certo tempore experiri. Cic. 16. Att. 18.
Amores amaros experiri. Virg. 3. Ecl. 110.
Arma. Stat. 11. Theb. 339.
Aves, Captare auguria. Ovid. 4. Fast. 814.
Magna fides avium est, experiamur aves.
Carmina. Virg. 5. Ecl. 16.
Certamen. Liv. 31. Prius quam experirentur certamen, metu in deditionem venerunt. i. e. Congrederentur.
Deos iniquos experiri. Ovid. 3. Trist. 2. 27.
Extrema. Sallust. in Catil. 26. Constituit bellum facere, & extrema omnia experiri.
Fidelem experiri aliquem. Hor. 4. Carm. 4. 3.
Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidelem
Juppiter in Ganymede flavo.
Fidem alicujus. Plaut. Capt. 2. 2. 99.
Fortunam. Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Fortunamque quæcunque accidat, experiantur.
Jus. Paulus in l. 1. D. de In jus vocando, In jus vocare est juris experiundi causa vocare. adde Plaut. Mostel. 5. 1. 41.
Laborem. Virg. 4. Georg. 157.
Libertatem. Sallust. in Jugurth. Certe ego libertatem experiar, quæ mihi a parente meo tradita est.
Monitus alicujus. Ovid. de Rem. Amor. 804.
Quid tibi præcipiam de Bacchi munere quæris?
Spe brevius monitus experiere meos. Sed V. in brevis.
Omnes omnia experiri par est, qui res magnas & magnopere expetendas concupiverunt. Cic. in Orat. 4.
Frustra omnia experiri. Catul. 19. 6.
Perfidiam alicujus. Cic. 3. Verr.
Pœnas. Ovid. 3. Trist. 11. 74.
Pueros. Cic. 2. de Divin. 97. Nam quod ajunt, quadringenta septuaginta annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt.
Servitutem alicujus experiri. Scævola in l. Thais. §. 1. D. de fideicom. libert.
Taciturnitatem alicujus experiri. Cic. de Clar. Orat. 231.
Terram facilem. Virg. 2. Georg. 222.
— illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.
Vim veneni experiri in aliquo, & ejus perceleri interitu venenum comprobari. Cic. pro Cœl. 58.
Vires suas experiri. Ovid. 2. de Arte Am. 180.
Ultima experiri. Liv. 24. Persuadent ut traduci se in Locros paterentur, nec ultima experiri vellent.
Experiri, cum Infinitivo. ut Ovid. 18. Epist. 194.
Ire per invitas experiemur aquas.
Experior curis & dare verba meis. Ovid. 5. Trist. El. 7. (v. 40.) Voluit exprimere πειρῶμαι. H. St.
Experire, pro Experiri, antique apud Plaut. Asin. 3. 3. 132. Ut quemque amicum videro, dein os indignos adire, atque experire certum est mihi.
Experiri, Actionem intendere in judicio. Ulp. Jureconf. l. Prætor ait. D. Ubi bonorum rapt. In eum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum: post annum in simplum actionem dabo. Cic. pro Quint. 8. Siquid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur.
Liberali judicio experiri. Ulp. in l. Siquis ne. D. de Quæstionibus. Siquis, ne quæstio de eo agatur, liberum se dicat: divus Adrianus rescripsit, non esse eum ante torquendum quam liberali judicio experiatur.
Actione experiri. Paulus in L. Quum Sponsus. §. finali. D. de Publiciana in rem actione. Sed etiam is qui momento possedit recte hac actione experietur.
Lege experiri. Nep. 20. 5. 2.
Expertum est, pro Experimento comprobatum est. Gell. lib. 15. cap. 7. pr. Observatum in multa hominum memoria, expertumque est &c. Cato cap. 157. Cito sanum facies hac cura: expertum hoc est.

Experiendus, Partic. [πειρατέος] Plin. lib. 16. cap. 35. Ederæ mira proditur natura ad experienda vina.
Brachia experienda dare per lusus. Ovid. 2. Fast. 368.
Cæstibus & jaculis, & misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabunt.
Experiundi juris gratia. Cic. pro Cæcin. 13. Homines inermes, qui ad constitutum, experiundi juris gratia, venissent.
Experiendum est. Cic. de Amicit. 64. Experiendum autem est in ipsa amicitia, ita præcurrit amicitia judicium.

Experiens, entis. Adj. [ἔμπειρος] ut, Parum experiens. Ovid. 3. de Ponto, 7. 12. — quæ scilicet in me
Quam proba, tam timida est, experiensque parum.
Ingenium experiens. Ovid. 1. Amor. 9. 33.
Ergo desidiam quicunque vocabit amorem
Desinat: ingenii est experientis amor.
Vir experiens, Qui multa expertus est. Cic. pro Cluent. 23. Quas literas A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, &c. recitat. Et 6. Verr. 37. Promptus & experiens homo. Hor. 1. Epist. 17. 42.
Et decus & pretium recte petit experiens vir.
Experientissimus & diligentissimus homo. Cic. 5. Verr. 53. Nympho est Centuripinus, homo gnavus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator.

Experientia, æ. f. [πεῖρα, ἀπόπειρα, ἐμπειρία, δοκιμασία] Periclitatio. Cic. 10. Fam. 18. Quæ si adventus meus represserit, agam gratias fortunæ, constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitavit. Virg. 1. Georg. 4.
— atque apibus quanta experientia parcis.
Veri experientia. Ovid. 1. Met. 225.
Impigra mentis experientia. Lucret. lib. 5. 1451.
Nova experientia. Virg. 4. Georg. 316.

Experitos, veteres dixisse Imperitos, testis est Festus.

Expertus, Partic. [ἔμπειρος] Experientia doctus & prudens factus. Virg.

Virg. 1. Æn. 206. — vos & Cyclopea saxa
Experti, revocate animos. Cic. de Amicit. 62. Et judicare, difficile est sane, nisi expertum.
Doctus & expertus. Cic. 2. de Orat. 102. Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quam (id quod est majus) expertus.
In rebus suis & alterius expertus. Cic. 1. Fam. 9. Te autem, etsi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis, tamen, &c.
Expertus, Exploratus, manifestus. ut, Vir pro causa plebis expertæ virtutis. Liv. 3. 44. Cic. pro Corn. Balbo, 16. Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret, hujus præsens, experta atque perspecta, obtrectatorum voce lædetur?
Homo expertæ audaciæ. Liv. 8. 25. Virtutis. Tacit. 3. Ann. 74.
Experta prodimus. Plin. lib. 16. cap. 13.
Loquor expertus. Sen. Thyest. 453. — Expertus loquor,
Malam bonæ præferre fortunam licet.
Expertus variis casibus servit. Nam primo Accusativum post se trahit, ut cetera turba participiorum. ut,
Labores Lucinæ experta. Virg. 4. Georg. 340.
Manum sævam. Sen. Hippol. 29.
Pericula mille. Lucan. lib. 1. 299.
Vim. Liv. 42. 63. pr. Quidam vim superbiamque experti, læti eam famam accepere.
Virum expertæ puellæ. Hor. 3. Carm. 14. 10.
Expertus jungitur cum ablativo, ut
Bello expertus. Virg. 7. Æn. 235. Non idem ac Belli expertus, sed: Sive fide, seu quis bello est expertus & armis. H. St.
Bellis animus expertus. Tacit. in Agric. 41.
Defensionibus expertum ingenium. Tacit. 4. Hist. 42. 6.
Honoribus expertus vir. Plin. Paneg. cap. 61. In summum discrimen adducta Resp. expertum honoribus virum posceret.
Expertus, cum genitivo. Liv. 24. Servitudinis indignitatisque homines expertos adversus notum malum irritatos esse.
Belli expertus. Virg. 10. Æn. 173. Tacit. 4. Hist. 76. 2.
Certaminum expertus. Liv. lib. 10. Decad. 4. Expertos inter fratres certaminum.
Sagittæ expertus. Sil. lib. 8.
Ceterum videtur Expertus cum ablativo junctum in passiva notione accipi, cum genitivo fere, non nisi active sumi. V. Borrich. Cogitat. p.98. Superl. Suet. Tiber. cap. 19. Confidens ostento sibi ac suis expertissimo.

EXPERTIO, ōnis. f. Probatio. Vitruv. 8. 5. pr. Expertiones & probationes eorum sic sunt providendæ. Subaudi Fontium.

EXPERTOR, ōris. m. Qui aliquid experitur, aut expertus est. Sil. Ital. lib. 12. 501.
Non ita me experti Fabius, Fabioque magister
Turbarum expertor, quum clausos milite colles, &c. Ita cod. Plant. alii aliter legunt. V. Comentt. ad loc. [Legendum videtur altero v. Turmarum asperior, quum &c. ut est in MSS. mutata tantum distinctione. Ridicule quidam Turbarum asperior conjungunt, Cum sit Asperior Fabio turmarum, i. e. Equitum scil. Magister.

EXPERIMENTUM, i. n. [πεῖρα] Plin. in Paneg. c. 31. Discat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare. Longa magnaque experimenta. V. LONGUS.
Agere experimenta, i. e. Periculum facere. V. AGO.
Capere experimentum. V. CAPIO.
Deprehendere experimentis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Duci experimentis ad consentiendum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Facere certissimum morum experimentum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Inspicere aliquem experimentis. V. INSPICIO.

EXPERĪMENTO, āre. Veget. Mulom. 3. 2. 27. Experimentare remedium.

EXPERIMENTATUS, Partic. Theod. Priscian. 3. 5. Experimentatum remedium.

EXPERS, ertis. Adj. [ἄμοιρος] Quidam ab Experior deductum volunt: alii ab Ex & Pars, quasi Sine parte. [Quod verisimilius, ut Græco ἄμοιρος respondeat, unde & Cic. diserte τῷ Particeps opponit. q. d. Extra participationem. V. ad fin. not.] Est autem Expers, Ignarus, rudisque, & nullam rerum experientiam habens: item Qui non sentit: unde Expertem doloris dicimus, Qui non sentit dolorem; Expertem mortis, Qui non moritur. Cic. 6. Verr. 23. His quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere.
Expers & ignarus eruditionis. Cic. 2. de Orat. 1. Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse.
Amicitiæ. Cic. de Amicit. 88. Serpit enim nescio quo modo per omnium vitam amicitia: nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. h. e. Sine amicitia esse.
Expers amoris gnati, Qui nescit & ignorat gnatū amare. Plaut. Pseud. 1. 5. 83.
Belli expers. Ovid. 5. Met. 91.
Consilii, Qui caret consilio, aut Alterius consilium ignorat. Cic. 3. Att. 8.
Consili vis expers. Hor. 3. Carm. 4. 65. Cic. pro Sext. 47. Tam eram rudis, tam ignarus rerum, tam expers consilii, aut ingenii?
Corporis, Qui non habet corpus. Cic. 4. Acad. 38.
Cupiditatum & æmulationum. Cic. 1. Tusc. 44.
Curæ. Liv. 1. 25. Consederant utrinque pro castris duo exercitus periculi magis præsentis, quam curæ expertes.
Curarum. Stat. 2. Silv. 2. 71.
Decoris. Ovid. 2. Met. 381.
Discriminis. Lucan. lib. 5. 194.
Ferri expertes virgei anuli. Plin. lib. 15. cap. 29.
Fraudis. Claud. de Nupt. Honor. 17.
Funeris. Ovid. ad Liviam, 59.
Honestatis expers ratio aut voluptas. Cic. 2. de Fin. 38.
Humanitatis. Cic. ad Octav. Idem 2. de Divin. 81.
Imperii matris. Plaut. Asin. 3. 1. 2. i. e. Quæ mater imperat negligens. [Immo simpliciter, Ut qui expers matris imperii sies, pro, Ut quæ matrem non habeas, cujus obtemperandum sit præceptis.
Injuriarum & commodorum. Cic. 3. Verr.
Irarum. Sil. lib. 7.
Juris. Sen. Troad. 12.
Laboris. Plaut. Amph. 1. 1. 16.
Liberalitatis. Plin. in Paneg. c. 25. Ne quis expers liberalitatis tuæ fieret.
Metus. Lucan. lib. 2.
Nominis. Lucret. lib. 3. 243.
Nuptiarum. Hor. 3. Carm. 11. 11.
Opis. Lucret. lib. 5. 996.
Ornamenti. Cic. 1. de Orat. 264.
Pacis. Ovid. 1. de Ponto 9. 5.
Periculorum. Cic. 4. Fam. 14.
Præmiorum, beneficiorumque expertes aliq. facere. Cic. pro Corn. Balb. 37.
Rationis. Cic. 1. Off. 50.
Ratione utens & Rationis expers, contraria. Cic. in Topic. 69.
Rationis & cogitationis particeps, & Expers contraria. Cic. 1. de Legib. 22. Solum est enim ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis & cogitationis: quum cetera sint expertia.
Roboris. Ovid. 15. Met. 202.
Sceleris. Liv. 2. 6.
Sepulchri. Ovid. 4. de Ponto 8. 47.
Somni. Sen. Herc. fur. 3.
Sui. V. Amicitiæ.
Terroris. V. ACHILLES.
Thalami. Virg. 4. Æn. 550.
Tributorum. Tacit. 4. Hist. 17.
Turpitudinis. Cic. 4. Verr. 191. Nemo ita vivebat, ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers.
Virtutis. Virg. 10. Æn. 552.
Virtutum. Vellej. 2. 74. 2.
Undæ cibique expers per novem luces. Ovid. 4. Met. 262.
Expers, ablativo etiam jungitur. Plaut. Pers. 4. 3. 40. Ea res me domo expertem facit. i. e. Me abesse domo facit.
Expers patria, fama, fortunis. Sallust. in Catil. 34. Neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab injuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus.
Metu. Plaut. Asin. 1. 1. 31. Dono te ob istud dictum, ut expers sis metu.
More. Plaut. Amph. 2. 2. 81.
Eo more expertem te factam adveniens offendi domi.
Somno. Lucret. lib. 6. 1179.
Lumina versarent oculorum expertia somno. Idem lib. 2. 1098.
Natura Diis expers.
Unguentis coma expers. Catul. de Com. Beren. 77. V. Voss. ad loc.
Porro notetur hanc vocem inter paucissimas hoc obtinere, ut diversam ex diametro significationem induat. Sapere hoc maris expers, dixit Pers. 6. Sat. 38. de eo Quod transvectionem est expertum. Atque hoc vere ab Experior. Vet. Gloss. Expers, ἄπειρος, καὶ ἔμπειρος. V. Casaub. ad Pers. loc. cit. [Sunt qui Persii verba ita distinguunt:
— postquam sapere Urbi
Cum pipere & palmis venit, (nostrum hoc maris expers)
Fœnisecæ crasso vitiarunt unguine pultes. Ut opponat Sapere nostrum ac patrium Sapientiæ advectitiæ Græcanicæ. Non dissimulandum tamen, etiam Expers & Assuetus sæpe invicem opponi.

EXPES, vel potius EXSPES, [ἄνελπις] Sine spe. Accius Eurysace, Ille orbus, expes liberûm. Idem Medea, Exul inter hostes, expes, expers, desertus, vagus. Hæc Nonius. Tacit. 6. Ann. 24. 3. Mox ubi expes vitæ fuit, meditatas compositasque diras imprecabatur. Hor. in Arte Poët. 20. — quid hoc, si fractis enatat expes
Navibus, ære dato qui pingitur? Hoc tamen melius Extra (i. e. Præter) spem quam Sine spe. [Si diis placet, utique. Alioqui suspicetur quis, Naufragi, & ope ac spe omni destituti, stipemque nefario mendicantis tabulam intelligi.

EXPĔTO, īvi, ītum, [ἐφίεμαι, γλίχομαι, ἐπιθυμέω, ὀρέγομαι] ĕre. Vehementer petere, & concupiscere. Cic. 1. Off. 25. Expetuntur divitiæ tum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Ter. And. 4. 2. 13. Hanc mihi expetivi.
Inter Appetere & Expetere. V. APPETO.
Expetere & Abjicere, contraria. Cic. 6. Att. 9. Nec me κενὸν in expetendo cognosces, nec ἄτυφον in abjiciendo.
Expetere & assequi. Cic. 2. de Orat. 134. Certe hoc quod tu expetis, nemo unquam assequetur.
Expetere & Fugere, contraria. Cic. 2. de Fin. 30. Cetera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum ut nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modo aut rejicienda sint.
Optare & expetere. Cic. 1. Off. 66. Quum persuasum sit nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari aut optare, aut expetere oportere.
Expetere & postulare. Cic. pro Lege Manil. 57. Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompejo expetenti ac postulanti.
Vitare & Expetere, contraria. Cic. pro Milon. 50. Atque ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius quam expetendus fuit.
Expetere aliquid bona venia ab aliquo. Ter. Phorm. 2. 2. 31. Adolescens primum abs te hoc bona venia expeto.
Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum. Cic. pro Lege Manil. 30.
Expetere est etiam Verbum de Jure tractum, Lege reposcere. Liv. 3. 40. Jus ab invitis expetituram Remp. si a volentibus nequeat. Unde clades vel pœnas expetere est, Supplicium sumere. V. Liv. 1. 22. Ut in eum omnes expetant hujusce clades belli. Subaudi Dii. adde cap. seq. Idem 6. 29. pr. Adeste Dii & expetite pœnas simul debitas vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis. Ad quod videtur respexisse Plaut. Amph. 2. 1. 42.
Cujus ego hodie in tergo faxo ista expetant mendacia. Acidal. In tergum, vel Tergo. Dicitur enim eadem forma. V. quod seq.
Expetere item Recidere. Plaut. Amph. 1. 2. 32. Delictum suum expetere in mortalem ut sinat. Idem ibid. 3. 1. 11. Mea sit culpa quod ego contraxerim, si id Alcumene innocenti expetat. Idem ibid. 3. 2. 14. Nunc insonti mihi illius ira in hanc & maledicta expetent.
Expetere, Accidere, usu venire. Plaut. Amph. 1. 1. 20. In servitute expetunt multa iniqua. Idem Mil. 2. 4. 40. In vigilantes expetunt visa in somnis.
A natura expetere aliquid. Cic. 1. de Orat. 86.
Vehementer aliquid expetere. Cic. 1. Off.
Summa cupiditate expetere aliquid. Cic. 6. Verr. 108.
Maxime aliquem expetere. Cic. de Clar. Orat. 207.
Expetere magnopere aliquid. Plaut. Cas. 2. 7. 7.
Atque id non tam ægre est jam vicisse villicum,
Quam id expetivisse opere tam magno senem.

Expetam alterum præ te. Plaut. Merc. 2. 4. 21. Pol sanus si sim, præ te medicum mihi expetam. Al. Non te &c.
Expetere auxilium. Cic. pro Milon.
Conjux expetitur tauro. Ovid. 9. Met. 48.
Jus alicujus expetere, pro Curare ut alicui fiat jus, & jus suum obtineat. Plaut. Rud. 5. 3. 37. Mirum quin tuum jus meo periculo expetam.
Pacem. Plaut. Amph. 5. 1. 75. Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetam.
Pœnas ab aliquo. Cic. pro Muren. 18. Ut mihi quidem videantur dii immortales, etiam si pœnas a pop. Rom. ob aliquod delictum expetierint.
Preces a deo, pro Precari deum. Plaut. Rud. 1. 5. 1.
Qui sunt qui a patrona preces mea expetentes sunt? Al. Expetessunt.
Reditum. Cic. 3. Fam. 10.
Sapientiam. Cic. 1. de Fin. 42.
Supplicium. Liv. 26. Tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis.
Vitam alicujus expetere. Cic. pro Deiot. 30.
Vita ea expetitur quæ sit animi corporisque expleta virtutibus. Cic. 5. de Fin. 37.
Voluptatem natura expeti. Cic. 1. de Fin. 32.
Ætatem expetit. Plaut. Pœn. 3. 3. 23.
Malo siquid benefacias, id beneficium interit:
Bono siquid malefacias, ætatem expetit.
Audire expeto. Sen. Hippol. 9.
Cognoscere expeto. Ovid. 7. Met. 476.
Expetitur unguentis radix aspalathi. h. e. Prodest in unguentis. Plin. lib. 12. cap. 24.
**Expetendus**, [ἐπιθυμητός] Dignus qui expetatur. Plaut. Perf. 4. 3. 5. Forma expetenda & liberali mulier. Cic. 3. Fam. 10. Amicitia expetenda.
Magis expetendus. Catul. 59. 47. Alii melius, Est petendus.
Vulgo expetenda atque optabilia dicendo amplificat atque ornat orator. Cic. 1. de Orat. 221.
Quod optabile expetendum est: quod expetendum, laudabile. Cic. 4. de Fin. 50.
Magnopere expetendum nihil esse in vita nisi laudem atque honestatem. Cic. pro Arch. 14.
Magnas & magnopere expetendas res concupiscere. Cic. in Orat. 4.
Expetenda per se virtus. Cic. 1. de Fin. 30.
**Expĕtens**, Partic. [ὀρεγόμενος] Plin. lib. 12. cap. 17. Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum vero fruticum expetentius. Alii Appetentius.
Consilia sana expetens. Sen. Hippol. 139.
**Expetītus**, Partic. [ἐπιθυμηθείς] ut Complexus expetiti. Sen. Thyest. 509.
**Expetītor**, ōris. m. apud Symmach. Epist.
**Expetibĭlis**, e. Adj. Tacit. 16. Ann. 21. 2. Juvenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat.
**Expetesso**, & **Expetisso**, [ἐπιθυμοῦμαι] ĕre. Idem quod Petere, sive Desiderare. Plaut. Trin. 2. 1. 3. Sed hoc non liquet, nec satis cogitatum, utram potius harum mihi artem expetessam. Idem Mil. 4. 1. 13. A festiva femina, quæ te amat tuamque expetissit pulchram pulchritudinem. Idem ibid. 4. 6. Illam multæ sibi expetissunt. V. Parei Lex. Crit.
**Expiabĭlis**, **Expiamentum**, **Expiatio**. V. **expio**.
**Expīlo**, [ἀποσυλάω] āre. Deripere, deprædari, furtive fraudare: quasi Ne pilum quidem relinquere. Quidam existimant dictum a Pilis Romanorum telis, vel a Græco πιλῶ, i. e. Complano: quod qui aut e facie pilos, aut e domo supellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia videntur. Inde apud Jurisconsultos titulus est, De crimine expilatæ hæreditatis: & qui alienam hæreditatem expilaverit, extraordinarie solet coerceri. Cic. in Parad. 6. 1. Si socios spolias, ærarium expilas. Suet. in Neron. cap. 26. Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi constituta, &c. Cic. 6. Verr. 119. Quum in suspicionem venissent suis civibus, fanum expilasse Apollinis.
Oculos genis expilare. Ovid. 13. Met. 562. [Ita MSS. aliquot, sed Heins. Exspoliare, quod est in aliis, prætulit. Scriptum nempe fuit Expoliatque, unde alii Expellit, alii Expilat finxerunt.
Socios expilare, & provincias diripere. Cic. pro Lege Manil. 57.
Spoliare & expilare regem. Cic. 6. Verr. 63.
Thesauros expilare. Liv. 31.
**Expilātus**, Partic. [ἀποσυληθείς] Cic. 3. de Orat. 12. Quæ quoniam jam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis a quibus expilati sumus.
Armarium expilatum, pecunia ablata. Cic. pro Cluent. 179.
**Expilator**, ōris. m. [ἀποσυλητής] Asconius, Expilatores sunt Atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Cic. 1. Q. frat. 1. Quum urbs custodem, non tyrannum: domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur?
**Expilatio**, ōnis. f. [ἀποσύλησις] Cic. 3. Off. 36. Tanta sublatis legibus & judiciis expilatio, direptioque sociorum. Sic 5. Verr. Expilatio Asiæ.
**Expingo**, inxi, ictum, [καταγράφω] ĕre. Idem quod Pingere significat. Plin. lib. 35. cap. 7. Quoniam & pericula expingimus, nequis miretur & rogos pingi. Translate Cic. 5. Tusc. 114. Qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut quæ ipse non viderit, nos ut videremus effecerit? De Homero cæco.
**Expio**, [ἀφοσιόω] āre. Purgare, & mundum ac purum facere. Valer. lib. 1. cap. 7. de Somniis. ext. 4. Supplicem sacrificio expiaverat. Ibid. sæpius. Liv. 1. 26. de Horatio, qui Horatiam sororem interfecerat. Imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Plin. lib. 33. cap. 11. de Luxu in lectis argenteis, Quæ omnia expiavit bellum civile Syllanum. Perf. 2. Sat. 31.
Ecce avia aut metuens divûm matertera, cunis
Exemit puerum, frontemque, atque uda labella
Infami digito, & lustralibus ante salivis
Expiat, arentes oculos inhibere perita.
Procurare & expiare. Cic. 2. de Divin. 130. Officium autem esse ejus, prænoscere dei erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur.
Expiare cædem cæde, & sanguinem sanguine. Sallust. de Republ. ord. cap. 3. extr. Neque barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.
Crimen expiare morte. Sen. Med. 647.
Dedecus ferro. Flor. 2. 18. 17.
Egestates latrocinii. Cic. 11. Philipp. Si vero coloniarum & municipiorum sine ulla dubitatione hostis est: quid tandem hujus censetis urbis, quam ille ad expiandas egestates latrocinii sui concupivit? Ex vetusto codice legendum, Ad explendas, &c. & quidem rectius.
Errata. Cic. de Arusp. Resp. 23.
Errorem. Plin. lib. 8. Epist. 10. Quem errorem magnis documentis expiavit, in summum periculum adducta. i. e. Luit.
Forum ab illis nefariis sceleris vestigiis expiare. Cic. pro Rabir. 11.
Injuriam. Plin. Epist. 159. Injurias legatorum. Liv. 1. 14.
Luxum. V. supra.
Manes mortuorum. Cic. in Pison. 16.
Manus cæde. Sen. Herc. fur. 11.
Numen Cereris supplicio alicujus expiare. Cic. 6. Verr. 111.
Ostenta cæde aliqua illustri. Suet. Neron. 36. Plin. 11. 17. Ostenta sæpe expiata magnis eventibus.
Periculum hostia. Phædr. 3. 3. 11.
Religiones. Cic. pro Milon. 74.
Religionem ædium expiare. Cic. de Arusp. Resp. 10.
Sacrum commissum quod expiari poterit, sacerdotes expianto. Cic. 2. de Legib. 22.
Scelera, i. e. Punire. Cic. in Pison. 85. Tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt. i. e. Propter te afflixerunt nostros. Hor. 1. Carm. 2. 29.
Cui dabit partes scelus expiandi Juppiter?
Somnium. Valer. de Somn. lib. 1. cap. 7. aliquoties.
Violata expiabuntur. Cic. 1. Att.
Voluptates miseras unco & ignibus. Plin. Paneg. cap. 33.
**Expiātus**, Partic. Cic. 1. Philipp. 30. Quem potes recordare in vita tibi illuxisse diem lætiorem, quam quum expiato foro, dissipato concursu impiorum, &c.
Cruoribus nondum expiatis uncta arma. Hor. 2. Carm. 1. 4.
Clades expiata ingentibus victoriis. Flor. 1. 12. 3.
Exempla expiata Gracchorum casibus. Cæs. 1. Bell. Civil. 7.
**Expiatus**, ûs. m. pro Expiatione. Tertullianus.
**Expiatio**, onis. f. [ἀφοσίωσις] Cic. 2. de Legib. 40. At vero scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est. Liv. 5. 17. Unam expiationem eorum esse, ut &c. Idem 9. 1. Expiatio fœderis.
**Expiabĭlis**, e. Adj. [ἀφοσιωτός] ut Bellum expiabile. Cic. 13. Philipp. 2. i. e. Necessarium & expiandi gratia susceptum piacula admissa. sed legendum Inexpiabile cum Grutero & aliis. Visitur tamen vox apud Tertullian.
**Expiator**, ōris. m. Qui expiat. Tertul. de Pudicit. cap. 15. extr. Impuritatis expiator.
**Expiātrix**, īcis. f. V. Fest. in Piatrix.
**Expiatorius**, Adj. ut, Expiatoriæ pœnæ, apud Augustin. de Civ. Dei 21. 13.
**Expīro**, vel **Exspiro**, [ἐκπνέω, ἐκψύχω, ἐξατμίζω] āre. Spiritum emittere: dictum, ut ait Nonius, vel a Spiritu effuso, vel a Spiraminibus. Lucil. lib. 3.
Expirans animam pulmonibus æger agebat. Liv. 2. 20. Inter primam curationem expiravit.
Foras expirare. Lucret. lib. 6. 817.
Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus:
Expiratque foras in aperta promptaque cæli.
Expirare per artus dixit Sallust. fragm. 6. 29.
Animam expirare, pro Mori. Virg. 11. Æn. 883.
Confixi expirant animas. Hirt. Bell. Afr. 88. Qui dum anima nondum expirata concidisset, &c.
Auras expirare dicitur amnis. Plin. lib. 5. cap. 9.
Auras expirare dicitur etiam homo, pro Mori. Ovid. 3. Met. 121.
Flammas transfixo pectore. Virg. 1. Æn. 48.
Illum expirantem, transfixo pectore, flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto. Ubi Servius, Non animam dicit flammas: sed cum anima, fulminis flammam evomentem.
Flammam expirare ruptis caminis dicitur Ætna. Virg. 3. Æn. 580.
Odorem gravem expirare de corpore. Lucret. lib. 4. 123.
Saniem expirat serpens. Sil. lib. 6.
Vermes expirant cadavera. Lucret. lib. 3. 720.
Expiravit libertas, per metaphoram. Plin. in Paneg. cap. 57.
Expiratur, imperf. Plin. lib. 11. cap. 37. Eandem esse ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam prætenui ejus membrana modo incisa statim expiretur. De spinæ medulla.
**Expīrans**, Partic. [ἐκπνέων] ut Pectoris expirantes iræ. Catul. in Argon. 193. Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras.
Sanguinis expirans calidum de pectore flumen. Lucret. lib. 2. 354.
Extremus expirantis hiatus. Quintil. lib. 6. cap. 2. p. 524.
**Expiratūrus**, Partic. [ἐκπνεύσων] ut Flos expiraturus ad primos Austros. Stat. 2. Silv. 1. 106.
**Expiratio**, ōnis. f. [ἐκπνεύσις] Cic. 2. de Nat. Deor. 83. Ejusdemque expirationibus aer alitur & æther, & omnia supera.
**Expiscor**, [ἐξιτάζω, ἐξιχνιάζω] āri. est Diligentissime quærere ubinam pisces lateant, authore Donato.
Expiscari, per metaphoram, pro Indagare. Ter. Phorm. 2. 2. 35. Proinde expiscare, quasi non nosses. Verbum tractum a Piscatoribus, ut ait Donatus. Sic Cic. 9. Fam. 19. Nescis me ab illo omnia expiscatum? Idem in Pison. 69.
**Expisso**, vel **Exspisso**, [πυκνόω] āre. Spissum facere. Plin. lib. 25. cap. 13. Semine trito expressus, & sole densatus in pastillos, necat sanguinem expissando. Ex vetusto codice legitur, Sanguine spissando. Idem lib. 20. cap. 7. Expissatum lac. Legitur & hic Spissatum lac.
**Explāno**, [διαμηνύω, ἐξομαλίζω, ἐξαπλόω, δηλόω] āre. Planum facere. ut, Explanatus in denos pedes cortex. Plin. lib. 16. cap. 8.
Explanare, Declarare, manifestare, exponere. Ter. Phorm. 2. 2. 33. Quem amicum tuum ais fuisse istum? explana mihi. Cic. 7. Verr. Explanandum est enim diligentius eorum causa, qui locum ignorant.
Docere

Docere & explanare quid faciendum. Cic. 1. Off. 101. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque.
Ille omnia tibi explanavit. Cic. 3. Fam. 1.
Quod non intelligitur explanare. Cic. 13. Att. 10.
Apertius aliquid explanare. Cic. 2. de Fin. 60.
Diligentius aliquid explanare. Cic. 14. Att. 5.
Conjectura quædam explanare longe aliter atque sunt. Cic. 2. de Orat. 280.
Maxime rem aliquam explanare. Cic. in Orat. 8.
Rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. Cic. de Clar. Orat. 152.
Vim legis cælestis explanare. Cic. 2. de Legib. 9.
Explanare verba, pro Distincte pronuntiare. Plin. in Paneg. Inde apud Sen. lib. 1. de Ira 3. Explanabilis vox, contraria Confusæ.

EXPLANĀTUS, Partic. [ἐξηπλωμένος] Cic. 1. Acad. 19. In lingua etiam explanatam vocum impressionem. Al. Expressionem.

EXPLANĀTE, Adv. [ἐξηπλωμένως] Aperte. Explanate scriptum. Gell. lib. 16. cap. 8. Compar. Cic. in Orat. 117. Erit igitur hæc facultas in eo quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit: neque id faciat tam presse & anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius, tum etiam uberius, & ad commune judicium popularemque intelligentiam accommodatius.

EXPLANATIO, ōnis. f. [ἐξάπλωσις, ἑρμηνεία] ut, Adhibere explanationem. Cic. 1. de Divin. 119. Plin. lib. 10. cap. 68. Arduæ explanationis omnia. V. INTERPRETOR.
Explanatio animi, quæ nos distinxit a feris. i. e. Sermonis usus. Plin. lib. 11. cap. 51.
Portentorum explanationes. Cic. de Arusp. Resp. 18. Ubi legendum, Expiationes. [Immo parum liquet utra potior lectio sit, & illam firmant MSS. V. Lamb. & Græv. ad loc.
Explanatio, Figura est rhetorum, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Auct. ad Heren. lib. 4. 18.
Uniuscujusque propositionis explanatio. Auct. ad Heren. lib. 4. 24.
Emendata explanatio. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Illustris explanatio & commoratio una in re, permultum movet. Cic. 3. de Orat. 220.

EXPLANĀTOR, ōris. m. [ἐξαπλωτής, ἑρμηνεύς] Qui interpretatur & exponit. Cic. 1. de Divin. 116. Sunt enim explanatores, ut grammatici poetarum. Idem 2. de Divin. 131. Si ea nobis objiciunt, quorum nec scientiam, neque explanatorem habeamus. Quo loco quædam exemplaria legunt Explanationem. adde Lact. 6. 8.

EXPLANATORIUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 1. 5. Liber explanatorius aphorismorum Hippocratis.

EXPLANABĪLIS, e. Adj. V. paulo ante, Explanare verba.

EXPLANTO, [ἀποφυτεύω] āre. contrarium est simplici Planto. Columel. lib. 4. cap. 14. Pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. Idem lib. 5. cap. 9. Ante quam explantes arbusculam, &c.

EXPLAUDO, Idem atque Explodo, quod vide. Auson. in Sapient. Lucret. lib. 4. 711.
— gallus noctem explaudentibus alis
Auroram clara consuetus voce vocare.

EXPLENDESCO, sive EXSPLENDESCO, ui. [ἐκλάμπω] ĕre. Eminere. Sueton. in Tit. cap. 3. In puero statim corporis animique dotes explenduerunt. adde Nep. 25. 1. 3. Sen. Nat. Quæst. 2. 23.

EXPLENDESCENS, Partic. Plin. lib. 11. cap. 12. Venit hoc ex aere, & maxime siderum exortu, præcipueque ipso sirio explendescente fit.

EXPLEO, ēvi, ētum, [ἐκπληρόω, ἀποπληρόω, ἀναπληρόω] ēre. Implere significat. Virg. 3. Georg. 431. — piscibus atram
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.
Explere, Satiare. Ter. Heaut. 1. 1. 77. Hem, tot mea solius soliciti sunt causa, ut me unum expleant?
Expleri & Satiari, hanc habent differentiam. Expleri, est Tantummodo plenum esse: Satiari, Supra modum & abundantiam. Lucret. lib. 3. 1017.
Deinde animi ingratam naturam pascere semper
Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam. Nonius.
Explere & satiare. Cic. in Partic. 96. Ad commovendos animos maxime proficient si incitandi erunt, hujusmodi sententiæ, quæ ad explendas cupiditates, aut ad odium satiandum, aut ad ulciscendas injurias pertinebunt.
Explere & saturare. Cic. 5. Verr. 100. Decumanis lucra data sunt ut aliquando ex eorum agris atque urbibus expleti atque saturati, cum hoc cumulo quæstus decederent.
Explere & cumulare. Cic. 2. Off. 18. Quorum ea quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus.
Explere aliquem scribendo. Cic. 2. Fam. 1. Sed de litteris hactenus: non enim vereor ne non scribendo te expleam. h. e. Scribendo satisfaciam.
Quod aliquibus defuit, explere. Cic. de Clar. Orat. 154.
Animum alicui explere, pro Satisfacere. Ter. Hec. 5. 1. 19. Exple animum his, teque hoc crimine expedi.
Animum suum explere, pro Satisfacere animo. Ter. And. 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum. V. ANIMUS.
Annos ducentos. Plin. lib. 7. cap. 48. Sic Columel. lib. 8. cap. 11. Quum trimatum explevit, optime progenerat.
Annos triginta explere imperio. Virg. 1. Æn. 274.
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit. i. e. Annos triginta regnabit.
Annum Luna quater plenis explevit cornibus. Ovid. 7. Met. 530.
Annos fatales explevimus. Tibul. lib. 1. 3. 53.
Avaritiam pecunia. Cic. pro Rosc. Amer. 150.
Centurias non explere dicuntur candidati, cum non possunt suffragiorum legitimum numerum ferre. V. Liv. 3. 64. extr. & 37. 47. extr.
Cicatricem. Plin. lib. 36. cap. 21. Ulcera oculorum purgat leniter, expletque cicatrices, & emendat.
Consilium, pro Exequi. Cæs. 1. Bell. Civil. 78. Ibi se reliquum consilium expleturos confidebant. [Immo Explicaturos.
Cupiditates multa opera & impensa. Cic. 1. de Finib. 45.
Cupido jejuna expletur. Lucret. lib. 4. 874. i. e. Fames.

Damnationem. Cic. pro Cæcin. Non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem præsto fuisse.
Desiderium alicujus. Liv. lib. 1. cap. 9. extr. Eoque melioribus usuras viris, quod annixurus pro se quisque sit, ut quum suam vicem functus officio sit, parentum etiam patriæque expleat desiderium.
Diem supremum explevit. Tacit. 1. Ann. 6.
Digitos quatuor explere longitudine. Plin. lib. 18. cap. 27.
Dolorem. Ovid. 4. Trist. 3. 38.
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.
Expectationem explere. Cic. 1. de Orat. 205.
Famem. Cic. in Vatin. 32. Fausti, adolescentis nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras?
Jejunia explere. Sen. Thyest. 1.
Insaniam. V. Libidinem.
Intemperantiam alicujus explere. Cic. de Arusp. Resp. 42.
Legiones supplemento. Liv. 1.
Libidinem suam. Cic. 6. Verr. Nonne vobis id egisse videtur, ut non unius libidinem, non suos oculos, sed omnium avarissimorum insanias, quum Romam revertisset, expleret?
Mentem expleri nequit. Virg. 1. Æn. 717.
Mortalitatem explere. Tacit. 6. Ann. 50. Interclusa anima creditus est mortalitatem explevisse.
Mundum bonis omnibus explevit Deus. Cic. de Univers. 7.
Munus. Cic. de Provinc. Consf. 25. Et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire, quam non explere susceptum Reipub. munus.
Numerum. Cic. 6. Verr. 76. Sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerum nautarum & remigum posse.
Numerum legitimum consuetudinis. Cic. 7. Verr. 56. Honestius est ei nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.
Numeros in fidibus explere, & conficere versus. Cic. 4. Acad. 22.
Oculos. V. Libidinem.
Odium. Liv. lib. 4. Factis simul dictisque odium explet.
Officium scribendi explere. Cic. 16. Fam. 25. Noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate epistolarum.
Opus alterius explere. Ovid. 3. Met. 648.
Partem relictam explere. Cic. 3. Off. 34.
Rimas explere. Cic. in Orat. 231. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat.
Se explere. Plaut. Curc. 3. 16. Edepol næ ego hic me intus explevi probe.
Se largitionibus explere. Cic. 2. Philipp. 50. Ibi te quum & illius largitionibus, & tuis rapinis explevisses (si hoc est explere quod statim effundas) advolas egens ad Tribunatum.
Sententias dilatare verbis, & mollioribus numeris explere. Cic. in Orat. 40.
Sententias apte explere concludereque. Cic. in Orat. 230.
Sitim diuturnam explere. Cic. de Senect. 26.
Stipendia explere. Tacit. 3. Ann. 33. Quanquam ipse pluris per provincias quadraginta stipendia explevisset.
Summam. Liv. 38. 24. Ubi aurum ostenderent, quod summam talenti Attici expleret.
Summam explevit ad trecentorum. Liv. 2.
Tecta frugibus exples. Catul. 32. 20.
Tenebras explere. Stat. 9. Theb. 754.
— alio geminatum lumine vultus
Explevit tenebras. i. e. Effosso etiam altero oculo fecit ut totus evaderet cæcus.
Vitam beatam. Cic. 2. de Fin. 42. Id autem ejusmodi est, ut aditum ad virtutem, auctoritatemque videatur habiturum, & expleturum cumulate vitam beatam.
Urbes tercentenas explere erroribus. i. e. Pererrare. Tibul. lib. 1. 4. 63.
Explere, aliquando pro Minuere usurpatur. Gallice, *Desemplir*. nam Ex præpositio nonnunquam privativa particula est. Ennius,
Navibus explebant sese, terrasque replebant. Virg. 6. Æn. 545.
— explebo numerum, reddarque tenebris ubi V. Servium. Hor. 2. Carm. 7. 21.
Oblivioso lævia Massico Ciboria exple. Atque ita interpretatur Donatus illud Ter. Hec. 5. 1. 29. Exple animum iis, i. e. Exonera. conf. 5. 2. 19. & 21. [Vide tamen & quæ in contrariam sententiam Taubmannus disputat ad Virgil. Quin & Schol. Vet. Horatii Imple, non Deple exponit τὸ Exple poetæ, qui & alioqui sæpius plena pocula amicis minatur. Itaque merito duorum Magistrorum, quamvis his & Nonius accedit, auctoritas suspecta est, quæ uno Enniani versus exemplo nititur, in quo & diversa constructio, & parum certa lectio est, forsan enim Ennius scripsit:
Navibu' deplebant sese. ultima littera more veterum suppressa.

EXPLENUNT, pro Explent, scripsere veteres. Festus.

EXPLĒTUS, Partic. [ἐκπεπληρωμένος] ut, Expletum omnibus suis partibus, sive omnibus suis numeris. Cic. 3. de Fin. 32.
Spectando expletus. Catul. 62. 268.
Dapibus expletus. Virg. 3. Æn. 630.
Finis expletus pudoris, i. e. Præterierunt anni virginitatis. Stat. 1. Achil. 291.
Fines expleti humani ævi. Stat. 5. Silv. 1. 260.
Mundus perfectus & expletus omnibus suis numeris & partibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 37. Idem 2. de Fin. 48. Habes undique expletam & perfectam, Torquate, formam honestatis.
Munus amicitiæ expletum sit. Cic. de Amicit. 69.
Naribus corruptus sanguis expletis ibat. Lucret. lib. 6. 1201.
Querela expleta annis. Ovid. 2. Amor. 6. 8.
Expleta est annis ista querela suis.
Vita animi & corporis virtutibus expleta expetitur. Cic. 5. de Fin. 37.
Voluptas expleta flendi. Stat. 2. Silv. 1. 15.

EXPLĒTIO, ōnis. f. [ἐκπλήρωσις] Cic. 5. de Fin. 40. In ea expletione naturæ summi boni finem consistere, &c.

EXPLEMENTUM, i. n. [ἐκπλήρωμα] Sen. Epist. 111. Si scieris cacumina arborum, explementum esse ventris. adde Plaut. Stich. 1. 3. 19.

**Explĭco**, ui & āvi, ĭtum & ātum, [ἀναπτύσσω] āre. Extendere atque evolvere. Plaut. Mil. 4. 8. 7. Orant te, ut eas, ventus operam dum dat, ut velum explicent. Virg. 2. Georg. 335.

Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

De præterito hujus verbi. V. Gell. lib. 1. cap. 7. circa finem.

Est etiam Explicare, Explanare & ostendere, item Ad finem perducere, quoniam quæ extenduntur perfectius videri solent. Cic. 1. de Orat. 163. Perfice ut Crassus hæc quæ coarctavit & peranguste refersit in oratione sua dilatet nobis atque explicet. Dilucide, expedite, aperte, planissime, &c. explicare apud eund.

Explicare acies, & Explicare agmen dicuntur Imperatores exercituum, quum milites suos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. Liv. 4. [Explicari dicuntur copiæ, quum dilatantur, ut porrectior acies fiat, minusque conferta. Sic Agmen, Cohortes, Legiones, Naves, Ordines, Turmas explicare infra. V. Curt. lib. 4. cap. 9. §. 10. & 14. 12.

Agmen. Liv. 30. 5.

Alas. Martial. lib. 13. 70.

Miraris quoties gemmantes explicat alas. De pavone. conf. Pennas.

Bellum. i. e. Perficere. Flor. 1. 17. 5.

Campum tumulus diffuso vertice explicat, i. e. Summitate planitiem latam exhibet. Lucan. lib. 3. 377.

Captiones. Cic. 2. de Divin. 41. Cur igitur vos inducitis in eas captiones quas nunquam explicetis.

Carmina explicare alicui. Catull. 51. 3.

Causam rei. Cic. 3. Att. 3. Rerum novarum causas explicare. Cic. 5. Fam. 12.

Cœnas duas explicat una mensa. Martial. lib. 1. 104.

Cohortes legio explicuit. Virg. 2. Georg. 280.

Consilium. Cæs. 1. Bell. Civil. 78.

Cursum explicare citatis passibus. Sen. Hippol. 10.

Ensem, Evaginare. Ovid. [ubi tandem?

Epistolam, pro Aperire, & clausam reserare. Cic. 3. Q. frat. 1. Quum hanc jam epistolam explicarem, tabellarii a vobis venerunt. Sed hic legendum Complicarem: & ita habent codices emendati.

Fabricam naturæ incredibilem explicare. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

Forum ad alium locum explicare. Cic. 4. Att. 16. Ut forum laxaremus & usque ad Atrium Libertatis explicaremus, contempsimus sexcenties H-S.

Frontem solicitam explicuere. Hor. 3. Carm. 29. 16.

Intelligentiam explicare atque excutere. Cic. 3. Off. 81.

Interpretationem. Cic. 1. de Divin. 39.

Iter. i. e. Perficere. Plin. Epist. 154.

Latus explicare. Sen. Thyest. 9.

Leges interpretari & explicare. Cic. 9. Philipp.

Legiones. Cæs. 2. Bell. Civil. 26.

Ligna explicat natura in flammas, i. e. Resolvit. Lucret. lib. 2. 881.

Litteras proferre atque explicare. Cic. 4. Verr. 106. Omnium Prætorum litteras, qui ante fuerunt profer, explica: si unum inveneris, ego hoc tibi quemadmodum in tabulis scriptum habes, ita gestum esse concedam.

Luxus suos explicuit Cleopatra. Lucan. lib. 10. 109.

Mare turbidum apud Sen. in OEth. 456. pro Turbatum componere & serenare, & quasi corrugatum explicare.

Mentem verbis. Cic. in Orat. 116.

Naves explicare. Hirt. Bell. Alex. 14. Inter has spatium quadringentorum passuum reliquit, quod satis esse ad explicandas naves videbatur.

Negotium explicare atque expedire. Cic. 13. Fam. 27.

Nomen explicare & Debitor, & Exactor ejusdem dicitur. Cic. 13. Att. 29. Si Faberius nobis nomen illud explicat. Et paulo post, Si Faberianum explicas, emamus vel magno. subaudi Nomen. V. EXPEDITUS.

Orationes Græcas summorum Oratorum. Cic. 1. de Orat. 155. Orationem longam & verbis valde bonis explicare. Cic. 2. de Lege Agr. 13.

Orbes explicare, dicuntur serpentes quum repunt. Ovid. 15. Met. 720. de Æsculapio in serpentem mutato,

— deus explicat orbes, &c.

Ordines explicare. Liv. 2. 46. & 37.

Ordines temporum. Cic. de Clar. Orat.

Onera explicare, Sumptus sc. qui necessario erant faciendi. Suet. Domit. 12. Neque eo secius in explicandis oneribus omnibus hæreret.

Pecuniam, quod Græci πορίζεσθαι, Latini Curare dicunt. Callistratus l. 31. D. de re judic. Si qui tamen per contumaciam magis, quam quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem. i. e. In promptu non habeant.

Pennas suas explicat pavo. Ovid. 2. Amor. 6. 55. conf. Alas.

Philosophiam. i. e. Scribere philosophica. Cic. 2. de Divin. 6.

Provinciam periculis cinctam celeritate consilii explicare. Cic. pro Lege Manil. 30. i. e. liberare.

Rationem belli. Cic. de Provinc. Conf. 35.

Rem dictione. Cic. de Orat.

Pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo. Plaut. Pseud. 4. 1. 18.

Rempublicam liberare & explicare. Cic. 12. Fam. 25.

Scholam explicare. Cic. 2. de Fin. 1. V. SCHOLA.

Sententiam. Quintil. lib. 2. cap. 15. Cic. 1. de Divin. 6.

Serpentem explicare, est Occidere serpentem. Mortuus enim serpens explicatur, & in longum porrigitur. Lucan. lib. 5. 80.

— adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis Explicuit.

Turmas omnes explicuit Cæsar. Lucan. lib. 6. 9.

Vestem explicare. Cic. 1. de Orat. 161.

Virtutem. Cic. Quæ virtus præter ceteras, totam se ad alienas utilitates porrigit atque explicat. h. e. Tota est in alienis utilitatibus.

Vitam alterius totam explicare, atque eam, non modo in animis Judicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere. Cic. 1. Verr. 27.

Umbram porticus explicat. Martial. lib. 1. 2.

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras.

Undas spatiosas in longum explicat fluvius. Ovid. ad Liv. 251.

Volumen suum explicare. i. e. Evolvere. Cic. pro Rosc. Amer. 100.

Voluptatem explicare. Cic. 2. de Fin.

Se explicare. Cic. 5. Att. 12. Quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, ut huc quam primum venias.

Se laqueis explicare. Cic. 7. Verr. Unde metaph. A periculo, a morbo explicari, i. e. Liberari. Liv. Epit. 49. Cum neglectos ab una parte muros duo tribuni cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter cæderentur a Scipione explicati sunt. Sen. de Tranq. Anim. cap. 2. Admoneor exemplo eorum qui ex longa & gravi valetudine explicati motiunculis levibusque interim offensis perstringuntur.

**Explicit**, in fine librorum, &c. pro Explicitus vel Explicitum est. Martial. 14. 1. extr.

Versibus explicitum est omne duobus opus. Hieron. Epist. 138. Solemus completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi.

**Explicĭtus**, Partic. [ἀναπτυγμένος] Cic. 9. Att. 3. Sed ita meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam, quanquam a te ejus quoque rei justa defensio est explicita. i. e. Explicata.

His explicitis rebus, duas in castris legiones retinuit. Cæs. 3. Bell. Civil. 76.

Tractatus explicitus. Ulp. in l. 1. D. ad Senatusconf. Trebel. Explicito tractatu, qui ad fideicommissa singularum rerum pertinet: transeamus nunc ad interpretationem Senatusconf. Trebel.

Compar. Cæs. 1. Bell. Civil. 78. Sed ex propositis consiliis duobus, explicitius videbatur, ad Ilerdam reverti.

**Explicitūrus**, Partic. [ἀναπτύξων] Stat. 1. Theb. 146.

Montibus aut late Graiis effulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes. h. e. Large admissura venientum turbam.

**Explicātus**, Alterum Partic. Cic. 9. Att. 6. Salutares te mihi litteras misisse, neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius.

Facilis & explicata causa. Cic. pro Planc. 5. Sed mihi in causa facili atque explicata, perdifficilis, Judices, & lubrica defensionis ratio proponitur.

Cognitio de aliquibus rebus explicata. Cic. de Univers. 33.

Opinio explicata uberius & ornatius. V. Ornate in ORNO.

Illustris & explicatus locus. Cic. 2. de Orat. 358.

Explicata diligentissime philosophia Græcis litteris. Cic. 1. Acad.

Reliqua explicata. Cic. 1. Att. 3. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata sunt, tamen quod & Dolabellæ nomen in his est, & attributione mihi nomina ignota, conturbor. i. e. Quanquam sint solvendo qui mihi debent, vel non sit controversa persequutio. Ibid. 10. Me res familiaris movet: rem dico? imo vero existimatio, quum enim tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod solum expeditum est. Sic, Impedita nomina dicuntur, Quæ non sunt expedita. conf. supra Nomen expedire.

Explicata & explorata ratio salutis suæ. Cic. 6. Fam. 1.

Veteris cujusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Cic. 3. de Orat. 4.

Explicata & Addubitata res, contraria. Cic. 1. Off. 83. Eoque magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali.

Explicata tota Carneadis sententia. Cic. 4. Acad. 19.

Planissimo loco explicata urbs. Cic. 2. pro Lege Agr. 95.

**Explicātus**, ûs. m. [ἀνάπτυγμα] Plin. lib. 8. cap. 42. Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Explicatus, pro Declaratione. Cic. 3. de Nat. Deor. 94. Ut intelligeretis quam esset obscura, & quam difficiles explicatus haberet.

**Explicatio**, ōnis. f. [ἀνάπτυξις] ut, Rudentis explicatio. Cic. 1. de Divin. 127.

Explicatio, [ἐξήγησις] Declaratio. Cic. 3. de Fin. 14. Multumque ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit.

Facilis aliquarum rerum explicatio. Cic. 7. Philipp. 1.

Illustris & perpolita explicatio. Cic. 2. de Orat. 120.

Explicatio fabularum, & Enodatio nominum. Cic. 3. de Nat. Deor. 62.

Naturæ explicatione aliquid interpretari. Cic. 1. de Divin. 129.

Verborum explicatio probabatur, i. e. Qua de causa quæque essent nominata, quam Etymologiam appellabant. Cic. 1. Acad. 32.

**Explicātor**, ōris. m. [ἀναπτυκτής] Qui exponit. Cic. in Orat. 31. At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis, non ut in judiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret.

**Explicātrix**, īcis. f. [ἀναπτυκτική] ut, Explicatrix orationis perpetuæ, est vis dicendi. Cic. 1. Acad. 32.

**Explicabĭlis**, e. [ἀναπτυκτός] ut, Explicabilis mensura. Plin. lib. 4. cap. 13. Toto autem hoc mari ad Scaldin usque fluvium, Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Difficilis & explicabilis res. Cic. 8. Att.

An Inexplicabilis? H. St. Ita plane exhibent codd. emendati Ep. 3. O rem, inquis, difficilem atque inexplicabilem! Atqui explicanda est.

**Explicāte**, Adv. [ἀναπτυγμένως] Clare & aperte. Cic. 3. de Orat. 50. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate & rebus & verbis dicunt.

**Explōdo**, si, sum, pro Explaudo. q. V. [ἐκκροτέω, ἐκκροτέω] ĕre. Non tantum significat (inquit Valla lib. 5.) Ejicere: sed Ejicere manibus, & quidem cum sono pulsantibus: qualiter Quempiam e domo, e theatro, ex aliquo concilio injectione manuum, aut pulsatione ejicimus. Quod apparet ex aliis a Plaudo compositis, Applaudo seu Applodo, Complodo & Supplodo. Cic. 1. de Orat. 259. Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video: tenet enim res ipsa atque causa: at Æsopum, si paulum irraucuerit, explodi. Idem 2. de Divin. 86. Sed hoc quidem genus divinationis vita jam communis explosit.

Explodere & ejicere. Cic. pro Cluent. 86. Te vero illud idem quod tum explosum & ejectum est, nunc retulisse demiror.

**Explōsus**, Partic. [ἐκκεκροτημένος] Cic. 2. Q. frat. 11. Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus.

Explosa sententia. Cic. 1. Off. 6.

**Explosio**, ōnis. f. Cic. 8. Fam. 13. Ludorum explosiones.

**Explōro**, āre. Exclamare, & veluti Fletu quodam vociferari. Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Festus Pompejus, Explorare antiqui pro exclamare usi sunt: sed postea, prospicere & certum cognoscere, cœpit significare.

Explorare, [κατασκοπέω, ἀνιχνεύω, ἐπισκοπέω] Sagaciter inquirere, tentare, observare. Cic. ad Brut. 16. Futura quoque, nisi ante fit occursum, explores, ne se insinuent. Plin. Epist. 311. Locus suspectus & mollis: quem ego interim explorare modico impendio jussi, an recipere & sustinere opus possit.

Amenta

Amenta explorare in digitis. Stat. 11. Theb. 440.
Animos alicujus explorare. Ovid. 1. de Arte Am. 456.
Animum stimulis explorare. Tacit. 1. Hist. 15. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant.
Bonitatem panis explorare gustu. Columel. lib. 1. cap. 8.
Consilium hostium. Hirt. 8. Bell. Gall. 18.
Cornua explorat in truncis. Lucan. lib. 2. 603.
Dexteram explorare. Sil. lib. 11.
Fines & littora gentis explorant. Virg. 7. Æn. 150.
Fugam. Cic. 7. Verr. 43. Quæ quidem omnibus qui aspexerant, prospectare jam exilium, atque explorare fugam domini videbatur.
Insidias explorat lupus circum ovilia. Virg. 3. Georg. 537.
Iter. Liv. 3. 8. Eo solutiore cura in Lucretium incidunt Consulem, jam ante exploratis itineribus suis instructum, & ad certamen intentum.
Iter cæcum explorare. Ovid. 10. Met. 456.

It tamen, & tenebræ minuunt, noxque atra pudorem:
Nutricisque manum læva tenet, altera motu
Cæcum iter explorat.

Locos novos explorare. Virg. 1. Æn. 311.
Maleficia atrociora non aliter explorari & investigari possunt, quam per servorum quæstiones. Paulus in l. edictum. D. de quæstio.
Mentes explorare. Sil. lib. 5. 60.
Portas. Virg. 9. Æn. 170.

Necnon & trepidi Troes formidine portas
Explorant.

Provinciam. Cic. pro Lege Manil. 34. Qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit.
Rem totam explorare. Cic. 6. Att. 8.
Ventos explorare. Virg. 3. Æn. 514.
Vias explorare. Tibul. lib. 2. 1. 78.
Vires explorare. Stat. 8. Theb. 42.
Explorare, Siccare, auctore Nonio. Virg. 1. Georg. 175.

Et suspensa focis explorat robora fumus.

**Explorans**, Partic. unde
**Exploranter**, Adv. Ammian. 16. 5.
**Explōrātus**, Partic. [κατασκοπηθείς] significat Certum: ut, Explorata salus: cujus contrarium est, Salus deplorata. Cic. 6. Fam. 12.
Consulatus exploratus & domi conditus. V. CONSULATUS.
Fides explorata. Stat. 3. Silv. 5. 44.
Litteræ exploratæ a timore. Cic. 3. Att. 17. Sed postridie Sextii pueri venerunt, qui a te litteras attulerunt, non tam exploratas a timore, quam sermo Livineji fuerat. h. e. Quæ me non tam timore liberarent, quam Livineji sermo.
Pacem exploratam habere. Cic. 7. Philipp. 16.
Principia. Cic. 1. de Legib. 38.
Ratio explorata atque provisa. Cic. 3. Verr. Mea quidem ratio quum in præteritis est rebus cognita, tum in reliquis explorata atque provisa est.
Ratio ad aliquid confirmandum explorata. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.
Spes alicujus explorata. Cic. 3. Off. 117.
Spe magna & prope explorata, libertatis causam suscipere. Cic. 10. Philipp. 19.
Victoria explorata. Cic. 6. Fam. 1.
Exploratum & provisum. Plaut. Capt. 3. 4. 111. Quin exploratum dico, & provisum hoc tibi.
Perspecta & explorata perscribere. Cic. 3. Att. 15.
Exploratum est mihi. i. e. Certum, Compertum. Cic. de Senect. 66. Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Ter. Phorm. 4. 3. Jam id exploratum est. Lucil. lib. 29. Certum scio esse ut dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia.
Satis est exploratum. Ovid. 5. Met. 362.

Postquam exploratum satis est, loca nulla labare, &c.

Exploratum est mihi de hac re. Cic. pro Cœl. 16.
Exploratum habeo, idem significat quod Exploratum est mihi. Cic. de Amicit. Idem 3. Off. 75. Hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum. Cic. 1. de Nat. Deor. 51. de Deo; Habet exploratum fore se semper cum in maximis, tum in æternis voluptatibus. conf. Hirt. 8. Bell. Gall. 6.
Esse pro explorato. Cic. 9. Fam. 10. Id erit mihi pro explorato.
Compar. Cic. 16. Att. 2. Facilior enim & exploratior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum.
Superl. Cic. Post. red. ad Quir. 15. An ego, quum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno Consulem futurum, &c.
**Explorato**, Ablativus absolute positus, ut Comperto. Tacit. 2. Hist. 49. Et explorato, jam profectos amicos, noctem quietam, utque affirmatur, non insomnem egit. i. e. Postquam exploratum illi & cognitum fuit.
**Explōrātē**, Adv. h. e. Certo. Cic. 2. Q. frat. 14. Hæc ita sentio, judico, & ad te explorate scribo. Cic. 10. Fam. 8. Non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate judicare volumus.
Explorate percipere & cognoscere. Cic. 1. de Nat. Deor.
Compar. Cic. 6. Fam. 1. Exploratius possum promittere.
**Explōrātio**, ōnis. f. Macrob. 2. Saturn. 2. Adulterii exploratio. Surculi. Columel. 3. 9.
**Explorator**, ōris. m. [σκοπός, κατάσκοπος, ἐπίσκοπος, ἀπακρατής] Qui explorat & observat. Cæs. 1. Bell. Gall. 22. Plaut. Pseud. 4. 7. 71.

Exploratorem hunc faciamus ludo suppostitium.

Pelagi exploratores. Claud. de Nupt. Hon. 136.
Eques explorator. Sil. lib. 16. 80.
Explorator, auctore Festo, a Speculatore hoc distat; quod Speculator hostilia silentio perspicit: Explorator pacata clamore cognoscit. De hac Festi distinctione, & plenius de Exploratoribus agit Spanhem. de Usu & Præst. Num. dissert. 10. p. 235. V. Suidam in verbo ἐξπλοράτωρ. [Exploratores, (Nam pl. numero plerumque utuntur scriptores,) sunt πρόδρομοι, qui palam ac turmatim ad propius cognoscendos hostium conatus mittuntur, Speculatores vero, qui fere singuli clam ad expiscanda hostium consilia summittuntur. Sed hanc differentiam nonnunquam negligunt scriptores.
Exploratores, Qui secreta nuntiant hostibus, l. 6. §. exploratores. D. de re milit.
**Exploratorius**, Adj. Suet. Calig. cap. 45. Coronas distinctas solis ac Lunæ siderumque specie, exploratorias appellavit.

**Explosus**. V. EXPLODO.
**Expolio**, vel **Exspolio**, [λωποδυτέω] āre. Idem quod Spoliare. Cic. pro Deiot. 25. Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseque & filium suum expoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare?
Expoliare selectione naturam rerum. Cic. 2. de Fin. 43. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent, &c.
Expoliare aliquem provincia & exercitu. Cic. 10. Att. 1.
Expoliare omni honore & dignitate. Hirt. 8. Bell. Gall. 50.
**Expoliatio**, ōnis. f. apud Augustin. de Civ. Dei.
**Expoliātor**, ōris. m. apud Salvian. de Gubern. Dei.
**Expŏlio**, īvi, ītum, [ξέω, ἀποξέω, ἐκλεαίνω] īre. Idem quod Polire significat & ornare. Plaut. Mil. 4. 4. 38. Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas. Cic. 2. de Divin. 48.
Expolire unguium scabritias. Plin. lib. 24. cap. 4.
Expolire consilium, per translationem. Plaut. Pœn. 1. 1. 60.

AG. Placet consilium. MI. Immo etiam ubi expolivero
Magis, hoc tum demum dices; nunc etiam rude est.

Expolire aliquem, & hominem reddere. Cic. 2. de Orat. 40. Nox te, inquit, nobis Antoni expolivit, hominemque reddidit.
Doctrinis omnibus aliquem expolire. Cic. 3. de Orat. 137.
Inventum expolire, & expedite pronuntiare difficillimum est. Auct. ad Heren. lib. 2. 27.
Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. Cic. 2. de Invent. 3.
Expoliendum limandumque se alicui viro docto permittere. Plin. 1. Epist. 10. extr.
**Expŏlītus**, Partic. [ἐξειργασμένος] ut, Libellus pumice expolitus. Catul. 1. 2.
Excultus atque expolitus omni vita atque victu. Cic. de Clar Orat. 95.
Pictum & expolitum orationis genus. Cic. in Orat. 95.
Compar. Catul. 40. 24. Dens expolitior.
Superl. Gell. 2. 20. Villæ expolitissimæ.
**Expolitio**, ōnis. f. [ἐκλέαινσις, ἐξεργασία] Cic. 3. Q. frat. 1. Urbanam expolitionem urget ille quidem & Philotimus, &c.
In verbis inest quasi materia quædam, in numero autem expolitio. Cic. in Orat. 185. De iis quæ condiunt orationem.
Artificiosa inventi expolitio. Cic. 1. de Invent. 74.
Artificio & expolitione distincta oratio. Cic. 1. de Orat. 50.
De expolitione orationis. V. Cic. in Orat. [Puto, innuit ea, quæ leguntur ad Heren. l. 4. c. 42. Est enim Schema, quod Græcis ἐξεργασία dicitur.
**Expōno**, sui, sĭtum, [ἐκβάλλω, ἐκτίθημι] ĕre. Quasi Extra ponere. ut, Fœnum in sole exponere ut siccescat. Columel. lib. 12. cap. 28.
Vasa exponere. Cic. pro Muren. 75. Sic 6. Verr. 33. Quum essent triclinia strata, argentum expositum in ædibus.
Exponi cum homines, tum res dicuntur, quum ex navibus in terram transferuntur. Cic. 1. Att. 3. Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. Virg. 10. Æn. 288.

— socios de puppibus altis
Pontibus exponunt. Cæs. 4. Bell. Gall. 37. Quibus ex navibus quum essent expositi milites. Hor. 1. Serm. 5. 23.
Jamque dies aderat cum nil procedere lintrem Sentimus; &c.
— quarta vix demum exponimur hora. Cæs. 5. Bell. Gall. 9.

Cæsar exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto.
Copias exponere in terram. Quod alias subauditur. Liv. 3. Bell. Pun.
Exercitum exponere in Africam. Liv. 28. 44. Nequid interim dum trajicio, dum expono exercitum in Africam, dum castra ad Carthaginem promoveo, &c. Al. In Africa.
Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur. E navi scil. Cæs. 1. Bell. Civ. 31.
Frumentum exponere. Cic. 3. Off. 51. Advexi, exposui, vendo meum, &c. Nisi subauditur Venum, vel Venale.
Exponere, Abjicere, & sorti ac fortunæ committere. Unde, Infantes abjecti a parentibus, Expositi dicuntur. Ter. Heaut. 4. 1. 37. Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho: & eum dico ut una cum puella exponeret. Liv. 1. 4. In proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.
Exponere ad necem. Plaut. Cist. 1. 3. 18. Dat eam puellam ei servo exponendam ad necem.
Exponere pro Objicere. Plin. l. 5. Ep. 7. extr. Epistola malignitati interpretantium exponitur.
Exposita provincia ad prædandum: h. e. Prædæ & direptionibus obnoxia. Cic. 5. Verr. 6. Quum tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia, contentus his tam opimis rebus non fuisti.
Expositum medentis arbitrio animal. Columel. lib. 6. cap. 19.
Exposita domus cupiditati & voluptatibus. Cic. pro Quint. 93.
Exposita mors victo. Cic. 8. Philipp. 29. Aut libertas parata est victori, aut mors exposita victo. i. e. Prompta. V. mox EXPOSITUS Partic.
Exposuit memet populo fortuna videndum. Ovid. 3. de Pont. 1. 49.
Exponere, [ἐξηγεῖσθαι, ὑφηγεῖσθαι] Eloqui, Declarare, Explicare, Interpretari. Cic. 1. Acad. Cujus quas acceperim disputationes, si vultis exponam.
Exponam vobis breviter quid hominis sit. Cic. 4. Verr. 35.
Exponere omnia ordine. Liv. 30. 17.
Edere & exponere apud aliquos. Cic. 3. de Legib. 47. Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint deque iis Censores præjudicent.
Exponere & explicare. V. EXPLICO.
Referre & exponere. Cic. 3. de Legib. 48. Quocirca melius est rationes referri, causamque exponi Censoribus.
Ex memoria aliquid exponere. Cic. 3. in Catil. 13. Et quoniam nondum est perscriptum Senatusconsultum, ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam.
Memoriter exponere. V. MEMOR.
Fusius & ornatius res posset exponi. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Planius exponere aliquid. Cic. 1. Fam. 9.
Plenius se loco suo expositurum esse promittat. Quintil. lib. 4. cap. 2. extr.
Verbosius exponere. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Artes rhetoricas exponere. Cic. 3. de Orat. 72.

Beneficia alicujus in se exponere. Cæs. 1. Bell. Civil. 22.
Caufam veram verbis exponere. Lucret. lib. 3. 964.
Confilium profectionis & reverfionis fuæ exponere. Cic. 1. Philipp. 1.
Crimina alterius exponere. Cic. pro Cœl. 35.
Errores fuos exponere alicui. Ovid. 3. Faft. 626.
Facinus alicujus manifefto deprehenfum atque compertum exponere. Cic. pro Cluent. 142.
Formam optimi exponere difficillimum eft. Cic. in Orat. 26.
Indignitatem alicujus rei exponere. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Mandata alicujus exponere. Cic. 2. de Fin. 49.
Merita in aliquem exponere. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Narrationem exponere. Cic. in Orat. 210.
Orationem fuam exponere. Cic. 1. de Orat. 227.
Præcepta enodata diligenter exponere. Cic. 2. de Invent. 6.
Præmium fceleris exponere. Cic. pro Quint. 74.
Rationem alicujus rei reddere & exponere. Cic. pro Cœl. 35.
Rem verbis exponere. Lucret. lib. 1. 833.
Rem geftam breviter exponere. Cic. pro Milon. 23.
Sententiam. Cic. de Amicit. 3. Ejus difputationis fententias memoriæ mandavi, quas hoc libro expofui meo arbitratu.
Sermonem fecum habitum de aliqua re alicujus exponere. Cic. de Amicit. 3.
Summam cogitationum fuarum breviter exponere. Cic. 1. Fam. 9.
Vitam alterius explicare: atque eam in animis judicum, & in oculis, confpectuque omnium exponere. Cic. 1. Verr. 27.
Exponere, pro Numerare. Cic. 5. Att. 4. De Oppio bene curafti, quod ei DCCC. expofuifti.
Exponere, pro Ludibrio proponere, δειγματίζειν. Sulp. Sever. Dial. 1. de Virt. Mon. Orient. cap. 8. Nihil penitus omifit quod non carperet, laceraret, exponeret; Præcipue avaritiam, nec minus vanitatem infectatus eft.

EXPOSITUS, Partic. five Nomen ex partic. [ἔκθετος] ut
Expofitus folibus locus. Plin. lib. 15. cap. 5.
Expofitus ventis. Plin. lib. 17. cap. 22.
Expofitus fub divo. V. Dium & Divum in DIUS.
Actiones ab aliquo expofitæ. Cic. 1. de Orat. 186.
Colores pictori, ad variandum expofiti. Cic. 3. de Orat. 210.
Expofita ante oculos caufa. Cic. pro Rofc. Amer. 34. Totam caufam Judices explicemus, atque ante oculos expofitam confideremus.
Expofitum factum ad imitandum. Cic. 2. Philipp. 114. Quod quum ipfum factum per fe præclarum atque divinum eft, tum expofitum ad imitandum: præfertim, &c.
Dicta & expofita & demonftrata omnia. Cic. pro Cluent.
Prompta, expofitaque fides. Cic. pro Cæcin. 78. Qui tot annos ingenium, laborem, fidem fuam Pop. Rom. promptam, expofitamque præbuerit.
Expofitum cunctis, nullique negatum Numen. Lucan. lib. 5. 102.
Expofita vafa, & Demiffa in terram, contraria. Plin. lib. 14. cap. 21. Imbecilla vina demiffis in terram doliis fervanda, valida expofitis.
Conquirenda conditio eft communis periculi, fi ingeniis hominum criminoforum fit expofita vita innocentium. Cic. in Partit. 44.
Expofitus eft etiam peculiari fenfu idem ac Comis, promptus, facilis atque omnibus obvius. Plin. 1. Epift. 10. Amari ab eo laboravi, etfi non erat laborandum. Eft enim obvius & expofitus, plenusque humanitate. Ita Stat. 5. Silv. 3. 246.

Quid referam expofitos, fervato pondere mores.

Expofitos mores vocat Faciles, & quafi omnibus obviam benevolentiam, fervata tamen interim decenti gravitate.

EXPOSITUM, i. n. Apul. de Syllog. Categ. p. 38. Appellaturque a Stoicis Prima conftitutio, vel Primum expofitum.

EXPOSITE, Adv. Gell. 3. 2. Non expofite & aperte oftendere.

EXPOSITIO, ōnis. f. [ἔκθεσις, ἐξήγησις] Explicatio. Cic. 5. de Fin. Junctæ autem & duplices expofitiones fummi boni, tres omnino fuerunt.
Expofitio, Narratio. Plin. lib. 9. cap. 36. Quod fi hactenus transcurrat expofitio, fraudatam profecto fe luxuria credat.
Expofitio apud oratores pro Propofitione quæ & Intentio dicitur, & eft Prima propofitio ratiocinationis. Quintil. in procem. lib. 8.
Sententiæ fuæ expofitio. Cic. 3. de Orat. 201.
Rerum geftarum expofitio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Circumcifa expofitio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Credibilis expofitio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Elegans & venufta expofitio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Perfpicua, & dilucida, cum gravitate expofitio. Auct. ad Heren. lib. 4. 52.
Longior fequetur, ac perplexa magis expofitio. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diftinguere brevi interfatione expofitiones. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Facere credibilem expofitionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Simplicem & dilucidam expofitionem debet habere narratio defenforis. Auct. ad Heren. lib. 2. 3.
Retroagere expofitionem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Ideoque & retroagere expofitionem, & ea media in utramque partem difcurrere, fane merito cogantur. De pueris.
Variare figuris expofitionem. Quintil. lib. 4. cap. 2. In quo genere plurimis figuris erit varianda expofitio ad effugiendum tædium audientis.
Expofitio infantis. Juftin. lib. 1. 4. 9. de Cyro puero, Paftori regii pecoris puerum exponendum tradidit. Forte eodem tempore & ipfi paftori filius natus erat. Ejus igitur uxor audita regii infantis expofitione, fummis precibus, &c. Idem 1. 5. 4.
De Expofitione infantium. V. late in Lex. Pitifc.

EXPOSITIUNCULA, æ. f. dimin. Hieron. adverf. Jovian. 1. 22.

EXPOSITOR, ōris. m. Qui Exponit. Auguftin. Epift. 80. Idem Epift. 107.

EXPOSITITIUS, Adj. [ἐκθετικός] Qui eft abjectus ut pereat. Plaut. Cafin. prol. 79. Revertar ad illam puellam expofititiam.

EXPOSITIVUS, a, um. ut, Expofitivus ftatus controverfiæ. Aggen. Urb. de Lim. Agr. p. 63.

EXPOPŬLOR, [ἐξαλαπάζω] āri. Idem fignificat, quod fimplex Populari: nifi præpofitio Ex aliquid addat. Unde

EXPOPULATIO, onis. f. [ἐξαλάπαξις] Columel. lib. 3. cap. 2. de Apianis vitibus, Pluviis ventisque & apibus afferunt prædam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

EXPOPULATOR, ōris. m. apud Marc. Empir.

EXPORRĬGO, exi, ectum, [ἐκτείνω] ĕre. quod & Exporgere dicitur, fignificat Porro agere, inquit Feftus. Plin. lib. 11. cap. 48. Solidipedum crura ftatim jufta nafcuntur menfura, poftea exporrigentia fe verius quam crefcentia. Hirt. Bell. Afr. 42. Poftero die propius eorum aciem inftituit exporrigere munitiones. h. e. Extendere. Plaut. Pfeud. prol. 24. Exporgi meliu'ft lumbos, atque exurgier.
Exporrigere frontem dicimur, Quum hilarefcimus: Contrahere autem, Quum ringimur. Ter. Adel. 5. 3. 53. Da te hodie mihi, exporrige frontem. Ubi Donat. Exporrige frontem: quia Contrahi in verbo dicitur. Et verbo ifto oftenditur quanto conatu opus fit ad explicandam tantam contractionem fenectutis & feveritatis.
Exporrigere fibi, Prorogare cogitatione. Sen. de Brevit. Vitæ, cap. 9. Quid menfes tibi, & annos, & longam temporis feriem exporrigis?

EXPORRECTUS, a, um. Feftus, uti legit Gronov. ad Liv. 7. 36. Exporrectus a porrigendo fe vocatus, quod fere facimus recentes a fomno. Vulgo Experrectus, a corrigendo. Prudent. Hamart. 856.

Illic purpureo latus exporrecta cubili.

EXPORTO, [ἐκκομίζω] āre. Extra portare, five Ex loco portare, aut Efferre. Cic. 6. Verr. 23. Per iftos quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat.
Exportare ex oppido. Cic. 6. Verr. 72. Et 7. Verr. Ex provincia fecum exportare.
Ex Italia &c. Hierofolymam aurum quotannis exportari folere. Cic. pro Flacc. 67.
Sub lucem exportant calathis. Virg. 3. Georg. 402.
Tum corpora luce carentum exportant tectis. Virg. 4. Georg. 256.
Frumentum in fame exportare. Cic. pro Flacc. 17.
Exportavit Syracufis magnam vim mellis. Cic. 4. Verr. 176.
Exportandum in ultimas terras portentum. Cic. 3. Verr. 40.

EXPORTATUS, a, um. Partic. Juftin. 11. 15. 3. Darius claufo vehiculo exportatus. Suet. Domit. 17. Cadaver ejus Sandapila per vefpillones exportatum. i. e. Elatum.

EXPORTATIO, ōnis. f. [ἐκκόμισις] Cic. 2. Off. 13. Jam vero & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus, invectio, certe nulla effet. Sic 4. Verr. 185.
Exportatio, pro Exilio. Sen. de Tranq. Vitæ, cap. 11. Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, & loca patricia comitentur & fordes & exportatio, &c.

EXPORTATOR, ōris. m. JCt. in Dig.

EXPOSCO, popofci, [ἐξαιτέω] ĕre. Multum & cum inftantia five obnixe pofcere.
Fidem alicujus expofcere ne, &c. Liv. 10. Bell. Pun. Itaque quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem expofceret, propiusque, &c.
Mifericordiam implorare & expofcere. Cic. pro Milon. 93.
Opem expofcere. Ovid. 9. Met. 545.
Pacem expofcere precibus & votis. Liv 1. 16. Virg. 3. Æn. 261.

Sed votis precibusque jubent expofcere pacem.

Supplicium expofcere factis. Catul. 62. 203.
Veniam irarum cæleftium, finemque pefti expofcunt. Liv. 3. 7. extr.
Victoriam a diis expofcere. Cæf. 2. Bell. Civil. 5.
Expofcere aliquid deos. Liv. 7. 40. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expopofci, ejus me compotem voti vos facere poteftis.
Expofcere, & depofcere aliquem, eft Dedendum aliquem ad pœnam petere. Liv. 8. Bell. Maced. Legatos deinde mifit ad depofcendos auctores defectionis, civitatem in pace futuram, fi id feciffent, pollicens. Nep. 2. 8. 5. Nam cum ab Athenienfibus & Lacedæmoniis expofceretur publice, fupplicem non prodidit. Idem 23. 7. 6. Hos Hannibal fui expofcendi gratia miffos ratus.

EXPOSTŬLO, [ἐξαιτέω] āre. Vehementer petere. Cic. pro Rofc. Com. 50. Vix, medius fidius, tu Fanni, a Ballione, aut aliquo ejus fimili, hoc expoftulare auderes, & impetrare poffes. Plaut. Perf. 4. 3. 25. Benedictis benefacta aures meæ auxilium expoftulant.
Expoftulare computationem. Plin. lib. 9. cap. 35. Magnificam alias cœnam, ne dies periret, fed quotidianam Antonio appofuit irridenti, computationemque expoftulanti.
Expoftulare, [ἐγκαλεῖν, διαμολογεῖσθαι] Conqueri, feu Querelam apud eum ipfum deponere qui fecit injuriam, inquit Donatus. Ter. Adel. 4. 3. 4.

Nifi fi me in illo credidifti effe hominum numero, qui ita putant,
Sibi fieri injuriam, ultro fiquam fecere, ipfi expoftulant,
Et ultro accufant.

Expoftulare & queri. Cic. 5. Tufc. 14. Virtutes autem noli vereri, ne expoftulent & querantur fe a beata vita effe relictas.
Expoftulare de. Cic. 5. Verr. 207. Queruntur omnes liberi populi, regna denique jam omnia de noftris cupiditatibus & injuriis expoftulant.
Expoftulare cum. Plaut. Mil. 3. 1. 102. Tum obftetrix expoftulavit mecum parum miffum fibi.
Cujus ex oratione ne illum quidem Juventium tecum expoftulavi. Cic. pro Planc. 58.
Expoftulare cum altero injuriam. Ter. And. 4. 1. 15.

Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo injuriam hanc expoftulem?

De aliqua re cum aliquo expoftulare. Cic. 3. Fam. 10.
Iracundius & vehementius expoftulare. Cic. pro Sylla 44.
Minaciter expoftulare. V. poft MINÆ.
Verecunde expoftulare. Ulp. in l. 1. §. quod autem. D. de officio præfecti urbi, de fervis contra dominos loquens, Sed fi verecunde expoftulent: fi fævitiam, fi duritiam, fi famem, qua eos comprimant: fi obfcænitatem, in qua eos compulerint vel compellant: apud præfectum urbi exponant.
Locus expoftulandi. Cic. 2. Fam. 16. Tacit. 13. Ann. 37. Mittebatque Oratores, qui fuo Parthorumque nomine expoftularent; Cur &c.

EXPOSTULANS, antis. Tacit. 1. Hift. 82. Oftendi fibi Othonem expoftulantes.

EXPOSTULATUS, a, um. ut Expostulata ad supplicium Galvia. Tacit. 1. Hist. 73.
Causas expostulatus, Christianus sum respondit. Tertull. de Coron. cap. 1.

EXPOSTULATIO, ōnis. f. [ἔγκλημα] est Adversus eum quem accusamus cum exprobratione conquestio. Cic. 1. Q. frat. 2. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompejo.
Æquitas expostulationis. Cic. 3. Fam. 7.
Bonorum expostulatione flagitabar, improborum convicia sustinere non poteram. Cic. pro Domo sua, 16.
Facere expostulationem. Cic. pro Cluent. 161.
Inserere expostulationes suas. V. INSERO.

EXPOSTULATUS, ûs. m. Expostulatibus modum facere. Symmach. 9. Epist. 13.

EXPŌTUS, a, um. [ἔκποτος] Idem quod Epotus. Plaut. Trin. 2. 4. 5. Quid factum est eo? s. comesum, expotum, exutum, elotum in balineis.

EX PRÆCEPTO, EX PRÆPARATO, EX PRÆSCRIPTO, EX PRÆTERITO. V. EX.

EXPRESSE, EXPRESSIO, EXPRESSUS. V. EXPRIMO.

EXPRĬMO, essi, essum, [ἐκπιέζω, ἐκθλίβω] ĕre. Premendo extrahere & elicere: ut Exprimere liquorem. Plin. lib. 12. cap. 21. Sunt qui Æthiopicam glandem præferant, nucleo gracili, liquore qui exprimitur odoratiori.
Exprimere oleum. Plin. lib. 12. cap. 21. Sic, Exprimere vinum palmis, apud eund. lib. 6. cap. 28.
Exprimere per aures sanguinem. Plin. lib. 7. cap. 44.
Exprimere per linteum, pro Transcolare. Plin. lib. 28. cap. 9. Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis.
Exprimere, Vi & necessitate extorquere & auferre. Ut enim Extorquere, sic Exprimere dicitur, Quasi manibus pressis auferre & extundere. Cic. pro Quint. 47. Extorquendum est invito, atque ingratis quod non debet: eripiendum atque exprimendum est: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est. Liv. 3. Expressit hoc necessitas patribus.
Exprimere & cogere. Cic. 4. Verr. 165. Jam igitur est ita perspicuum, &c. nullam pecuniam statuarum nomine nisi vi expressam, & coactam.
Exprimere confessionem culpæ. Liv. 1. Bell. Pun. Tunc enim Annibal & insimulabatur, & deposcebatur: nunc a nobis & confessio culpæ exprimitur, & ut a confessis res extemplo repetuntur.
Expressa deditio necessitate. Liv. 8. 2. conf. Tacit. 1. Ann. 19. 5.
Expressa Senatusconsulta, apud Suet. in August. 57. Omitto Senatusconsulta, quæ possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. i. e. Extrusa & extorta, teste Budæo.
Arripere, haurire, exprimere ex natura ipsa legem aliquam. Cic. pro Milon. 10. [ Nisi hic Exprimere est ἀπεικάζειν. V. infra.
Expressi, ut conficere tabulas se negaret. Cic. 5. Verr. 112.
Exprimere pecuniam ab aliquo. Cic. 5. Verr. 71. An quum magno decumas vendidisset, te expressisse ab invitis Liparensibus hanc pecuniam?
Voces exprimere metus dicitur. Plin. Paneg. c. 2. Quare abeant ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat.
Vocem nullam ab aliquo exprimere. Cæs. 1. Bell. Gall. 32. Quum ab his sæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere posset. i. e. Elicere.
Exprimere, ad alia transfertur: ut Exprimi dicitur fons, quum permultis veluti ramis aut rivis diffunditur & transcolatur in diversa loca. Plin. Epist. 161. Hunc subter fons exit, & exprimitur pluribus venis, sed imparibus.
Animam exprimere. Sen. OEdip. 342.

— at taurus, duos
Perpessus ictus, huc & huc dubius ruit:
Animamque fessus vix reluctantem exprimit.

Gemitus exprimere. Lucret. lib. 3. 494.

Exprimitur porro gemitus, quia membra dolore
Afficiuntur.

Lacrymam vi exprimere. Ter. Eun. 1. 1. 23.

Hæc verba, una mehercle falsa lacrymula,
Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit,
Restinguet, & te ultro accusabit.

Litteras putidius exprimi, & obscurari negligentius non vult. Cic. 3. de Orat. 38. V. Appellare litteras, in APPELLO. & mox EXPRESSUS.
Risum exprimere alicui. Plin. Epist. 7. lib. 4. Est enim tam ineptus, ut risum mihi possit exprimere magis, quam gemitum.
Sermonem exprimere dicitur lingua. Plin. lib. 71. cap. 37. Ceteris septimo ferme anno sermonem exprimit.
Vocem aliquam exprimere. Lucret. lib. 4. 553.

Has igitur penitus voces cum corpore nostro
Exprimimus, rectoque foras emittimus ore.

Exprimere [ἀπεικάζειν, ἐκμάσσειν] tabella alicujus effigiem dicitur pictor, quum ejus similitudinem in ea reddit. Martial. lib. 1. 110.

Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella. i.e. Depingi curat accuratissime.

Assimulare & exprimere. Cic. 4. Verr. 189. Litteræ lituræque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur. [ An Assim. expressæ?
Exprimere & reddere aliquem. Plin. Epist. 199. Præterea in litteris veteres æmulatur, exprimit, reddit.
Eloquendi & exprimendi genere alios superare. Cic. 3. Q. frat. 5.
Aliquem fatis diligenter libris suis exprimere. Cic. 8. Att. 1.
Bellum exprimit poëta. Cic. pro Arch. 21.
Exemplar exprimere. Plin. lib. 33. cap. 12. Sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Hard. Exempla.
Exercitatione aliquem imitando effingere & exprimere. Cic. 2. de Orat. 90.
Faciem alicujus exprimere. Plin. Epist. 153.
Formam alicujus exprimere & effingere. Auct. ad Heren. lib. 4. 64.
Formulas exprimere. Cic. pro Rosc. Com. 24. Expressæ sunt enim ex uniuscujusque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria, publice a Prætore formulæ, ad quas privata lis accommodatur.
Imago expressa vitæ quotidianæ. Cic. pro Rosc. Amer. 47. Etenim hæc conficta arbitror a poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.
Imago alicujus expressa in cera ex annulo. Plaut. Pseud. 1. 1. 54. [Hic est in prima ac propria significatione, ἐξεσφραγισμένη.
Incessum alicujus exprimere, i. e. Imitari. Ovid. 11. Met. 636.
Exprimere jus litteris. Cic. pro Cæcin. 49. An tu qui tam diligenter, & tam callide verbis controversias, non æquitate dijudicas, & jura non utilitate communi, sed litteris exprimis: poterisne dicere dejectum esse eum qui tactus non erit?
Mores alicujus oratione exprimere. Cic. 2. de Orat. 184.
Expressa in hujus moribus natura, vitaque, persona illa lutulenta, invisa, &c. Cic. pro Rosc. Com. 20.
Orationem longam exprimere de aliqua re. Cic. pro Rabir. 7. Al. Expromere.
Sermones aliquos exprimere. Cic. 8. Fam. 1. Sane quam eos sermones expressit qui de eo tum fuerant, quum Romæ essemus.
Sermo expressus omnibus verbis. Cic. 9. Att. 18. Sed tibi omnem illius meumque sermonem, omnibus verbis expressum, statim mittam. i. e. Exacte ad verbum relatum, ut ait Budæus.
Similitudinem exprimere. Plin. lib. 13. cap. 24. Breviterque siquis exprimere similitudinem velit, angustioris trifolii frutex.
Similitudinem exprimere ex membris alicujus dicitur pictor. Plin. lib. 34. cap. 4.
Similitudinem orationis exprimit actio. Plin. lib. 1. Epist. 20. med. Cum est ita elaborata, ut Scripta atque edita videatur.
Speciem aliquam versibus exprimere. i. e. Similitudinem rei alicujus repræsentare. Cic. 1. de Divin. 79. Atque hanc speciem Praxiteles cælavit argento, & noster expressit Archias versibus.
Exprimere ad verbum de Græcis litteris. Cic. 1. de Fin. 4. Quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legant.
Verbum verbo exprimere. Cic. 3. de Fin.
Verbum Latinum de vel e verbo exprimere. Cic. 4. Acad. 31. Amplectitur maxime cognitionem & istam κατάληψιν, quam, ut dixi, verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. Ter. prol. Adel. 11. Verbum de verbo expressum extulit.
Vestigia sceleris expressa. Cic. pro Rosc. Amer. 62.
Vim Græcorum poetarum exprimere. Cic. 1. Acad. 10.
Vitam & consuetudinem alicujus exprimere. Cic. pro Rabir. Posth. 4. Cum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris & consuetudinem expresserat.
Vultum alicujus digne exprimere. Quintil. lib. 2. cap. 13. Non reperiens quo digne modo patris vultum posset exprimere, velavit ejus caput, & suo cujusque animo dedit æstimandum.
Exprimere, Significantius eloqui. Plin. Epist. 203. Sunt enim maxime mirabilia quæ maxime inspectata, maxime periculosa, quæ ut Græci magis exprimunt παράβολα.
Exprimere aliquid, Expresse dicere. Plin. Epist. 292. Omnis vis & ratio dicendi in eorum, qui audiunt mentibus aut sedandis aut excitandis exprimenda est. Cic. 1. de Orat. 17.
Ad sensus animi exprimendos oratio reperta. Cic. in Orat. 185.

EXPRĬMENS, Partic. [ἀπεικάζων] Cic. 3. de Orat. 218. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens.

EXPRESSUS, Partic. sive Adj. ex Partic. [ἀπεικασμένος] ut, Expressum signum Corinthium effingens senem. Plin. Epist. 50. Catull. 63. 16.

Sed tamen in tantis mœroribus, Ortale, mitto
Hæc expressa tibi carmina Battiadæ. i. e. In Latinam linguam translatos Callimachi Græcos versus.

Expressum & Adumbratum, contraria. Cic. pro Cœl. 12. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum.
Expressum atque effectum. Cic. 1. Acad. 27. Materiam quandam ex qua omnia expressa atque effecta. Al. Efficta.
Expressum & illustre. Cic. 1. Fam. 7. Hæc profecto vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. V. ILLUSTRIS.
Solidum, expressum, eminens. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Species ut quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, lenis, perlucida. Cic. 3. Off. 69. Sed nos veri juris germanæque justitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. V. EMINENS.
Ardor nubium conflictu expressus. Cic. 2. de Divin. 44.
Caput ruptum expresso cerebro. Sen. Troad. 1114.
Convicia expressa arbusto. Hor. 1. Serm. 7. 29.
Effigiem virtutum nostrarum summis ingeniis expressam & politam relinquere. Cic. pro Arch. 30.
Fulmen expressum ventis per nubila. Lucan. lib. 1. 151.
Litteræ neque expressæ, neque oppressæ. Cic. 1. Off. 133. Litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset aut putidum.
Vitium imitatione ex aliquo expressum. Cic. 3. de Orat. 44.
Vultus expressi per ahenea signa. Hor. 2. Epist. 1. 248. V. plura in EXPRIMO.
Compar. Plin. lib. 10. cap. 42. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas certo generi picarum. V. supra Expressum & illustre.

EXPRESSE, Adv. [φανερῶς] ut, Expresse dicere. Plin. Epist. 14. lib. 2. Ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, sic in foro pueros a Centumviralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. i. e. Apposite, proprie.
Conscripta expresse oportet ponere exempla. Auct. ad Herenn. lib. 4. 7.
Compar. [ἀπεικαστότερον] Plin. Epist. 110. Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius. conf. Columel. 11. 1. Val. Max. 8. 7. ext. 1. & Macrob. Somn. 1. 6.

EXPRESSIM, aliud Adv. Idem. Ulp. in l. venditor. D. 98. de hæred. vel actio. vendit. Si vero nihil expressim inter eos convenit, sed tantummodo peculii mentio facta est: cessare ex vendito actionem constat.
Immo videtur esse quod dicitur *Expressément*. H. St. i. e. Nominatim.

EXPRESSIO, ōnis. f. [ἔκθλιψις]
Expressionem Plin. lib. 9. & Celsus Latine vocant, quam barbari medici Colaturam appellant. Gallice, *Estreinte*. conf. Vitruv. 1. 1.

EXPRESSOR,

EXPRESSOR, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 46. V. ibi not. Jun. p. 53.

EXPRESSUS, ûs. m. Vitruv. 8. 7. Efficere & decursus & circuductiones, & ventres & expressus.

EXPRETUS, Festus, Expreta antiqui dicebant, quasi Expertia habita. Hinc illud Plaut. Bacch. 3. 3. 42. explicandum est,
It magister quasi lucerna, uncto expretus linteo. i. e. Expertus. Experimur enim lucernas uncto linteo, quam bene luceant accenso ellychnio. Non me latet tamen quosdam in Festo emendare Experta, V. Gronov. ad Plaut. qui pro simplici Spretum dici vult, a Sperno.

EXPRŎBRO, [ὀνειδίζω, προφέρω] āre. Probro objicere, & qualemcunque culpam improperare. [Immo quicquid alteri palam imputamus & objicimus, Exprobrare ei dicimur.] Plaut. Most. 1. 3. 142.
Triginta minas pro capite tuo dedi. PHILR. cur exprobas?
PHILO. egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?
conf. Trin. 2. 2. 37. Cic. de Amicit. 74. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit.
Queri & exprobrare aliquid. Cic. de Amicit. 73. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant.
Vehementius exprobrari. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exprobrare aut objicere casus bellicos. Cic. 7. Verr. 131.
Fugam exprobravit illi. Ovid. 13. Met. 69.
Languorem & soporem alicui exprobrare. Cic. in Sallust. 15.
Meritum exprobrare alicui. Ovid. 12. Epist. 21.
Vitia in adversarios exprobrare. Cic. 2. de Orat. 305. Al. Adversariis.
De uxore desine mihi exprobrare. Nep. 15. 5. 5.
Exprobrandi causa dicere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 45. Non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia dicam. i. e. Non ut tibi objiciam turpitudinem. Budæus.
Exprobrare, Rejicere. [Immo Objicere.] Plin. lib. 8. cap. 51. Jam Catonis Censoris orationes exprobrant callum aprugnum.
Exprobrare, Indicare & prodere. Suet. Tiber. cap. 67. Nihil honoris adjiciet mihi patris appellatio: vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconstantiam contrarii de me judicii. Tacit. 15. Ann. 16. Corbulo cum suis copiis ad ripam Euphratis obvius Pæto, non eam speciem insignium & armorum prætulit, ut diversitatem exprobraret. i. e. Ut pudore afficeret Pætum ob dissimilitudinem apparatus. Plin. lib. 1. Epist. ult. Nam mala emptio semper ingrata est, eo magis quod exprobrare domino stultitiam videtur. Bud. [His locis est Tacite exprobrare, vel, ut Cicero alicubi loquitur, Tacitum convicium facere.

EXPROBRABILIS, e. [ἐπονείδιστος] Vulg. Interpr. Prov. cap. 18. 1.

EXPROBRATIO, ōnis. f. [ὀνειδισμός] Plin. lib. 19. cap. 4. Et Ter. And. 1. 1. 17. — Nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficii. Bentl. Immemori.
Crudelitatis exprobratio. Justin. 1. 8. 13.
Tanta impotentiæ exprobratio. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Esse in exprobratione, i. e. Vitio verti. Plin. lib. 19. cap. 4. Nam gari desideria etiam in exprobratione erant. Budæus.

EXPROBRATOR, ōris. m. Sen. Controv. 21. Oderant me patres quasi publici mali segregem exprobratorem. Idem de Benef. 1. 1. Exprobratores & exactores.

EXPROBRATRIX, īcis. f. Sen. Benef. 7. 22. Ut hæc nimia & exprobratrix memoria subsideret.

EXPROMITTO, īsi, issum, [ἐγγυᾶσθαι] ĕre. Fidejubere, & pro alio promittere. Varr. 2. de R. R. 2. Cum emptor dixit, Tanti sunt mihi emptæ? & ille respondit, Sunt, & expromisit nummos. al. Expromsit. Julian. l. 104. §. 1. Ulp. de Jure dot. Debitor mulieris jussu ejus pecuniam viro suo expromisit. Idem de Donat. l. hoc jure, Siquis servo suo pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiserit. [Quicquid afferunt Viri docti de usu hujus verbi in Jure Civili Ro. non tamen adducor, ut Varronis ævo jam tritum fuisse putem. Qui enim fieri posset, ut nusquam apud Ciceronem, postulante licet argumento sæpius, neque apud quenquam alium, Triboniano antiquiorem, occurreret? Opus autem fuisse in Stipulatione exprompta pecunia vel ex eodem illo Varronis loco constare poterit, cum nominatim Pretii redditionem necessariam fuisse doceat, ut emptor ex empto agere posset: Quare veterem lectionem retinendam censeo. Priora tamen verba ita distingui velim, Et ille respondit Sunt, & expromsit nummos emptor, stipulatur prisca formula sic, &c.

EXPROMISSOR, ōris. m. [ἐγγυητής] Fidejussor, qui pro alio promittit. Pompon. de verb. obligat. l. 5. Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat, ut expromissores quoque ab eo accipiantur: i. e. Qui idem promittunt. Budæus.
Expromissoris nomen, ait Connanus, ponitur pro Eo qui non accedit obligationi, sed eam totam in se suscipit, quasi alienæ obligationis vicarius, ut pro servo adversus dominum, qui domino obligari non potest, ideoque nec fidejussorem dare: at expromissorem recte dat, qui suo loco promittat. Ulp. lib. 4. Pandect. tit. 3. de dolo malo. l. & eleganter: Servus, pactionis pro libertate reum domino dedit ea conditione, ut post libertatem transferatur in eum obligatio: manumissus non patitur obligationem in se transferri. Hæc Ulp. Reum pactionis pro libertate domino dedit, i. e. Expromissorem, qui loco ejus esset apud dominum obligatus. Et si post libertatem acceptam servus in se obligationem recipiat, dicetur esse Expromissor sui expromissoris, sic enim subjungit Ulp. Atqui patronus tunc submovebitur, si nolit expromissorem ipsum manumissum accipere. Expromissori plane adversus Manumissum dari debebit de dolo actio: aut si non sit solvendo expromissor, domino dabitur. Expromissorem vocat Eum quem servus domino reum dederat. Idem de condict. causa data. l. 4. Siquis accepto tulerit debitori suo, quum conveniret ut expromissorem daret, nec ille det, potest dici condici posse ei qui accepto sit liberatus. Eum Expromissorem appellat, Qui loco promissoris est apud creditorem, nec accedit obligationi, sed solus obligatur liberato debitore. Sic melius est Expromissorem quam Fidejussorem accipere, quoniam ille statim, Fidejussor nisi excusso debitore conveniri non potest. Unde licet qui damnatus est pecuniæ, debeat statim solvere, aut satisfacere: dicetur satisfacere, si det expromissorem locupletem, non si velit dare fidejussorem. Est enim Expromissor, Qui locum intrat condemnati, & eo liberato, ejus vice obligatur. At Fidejussor accedit obligato, ut ei quasi subsidio sit, si non fuerit solvendo. Itaque non dicitur Expromittere, sed Adpromittere. conf. Salmas. de Mod. Usur. cap. 16.

EXPRŌMO, psi, ptum, [προχειρίζομαι, προάγω] ĕre. Extra promere, & efferre atque educere. Plaut. Mil. 3. 1. 169. Neque equidem heminas octo exprompsi in urceum.
Expromere nummos. Varro 2. de R. R. cap. 2. Quum emptor dixit, Tanti sunt mihi emptæ: & ille respondit, Sunt: & exprompsit nummos. al. Expromisit. V. paulo supra, in EXPROMITTO.
Expromere supplicia in cives, quæ constituta erant in convictos maleficii servos. Cic. 7. Verr. 19.
Expromere, [ἐκφέρειν] pro Loqui & dicere ponitur; & Manifestum facere atque enuntiare. Cic. 4. Acad. Expromam primum illa invidiosa, quod eos omnes qui, &c. Liv. 20. 1. Expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditurum. conf. Curt. 4. 10. 4.
Confetre causas, & quid in quamque sententiam dici possit expromere. Cic. 2. de Divin. 151.
Quæ nunc expromam absens audacius. Cic. 5. Fam. 12. pr.
Apud eos quod ab iis didicerimus expromere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Causas expromere tantarum rerum. Lucan. lib. 1. 67.
Consilia pectore expromere. Plaut. Bacch. 4. 4. 9.
Crudelitatem alicujus expromere. Cic. pro Milon. 34.
Finem rerum expromere. Lucan. lib. 5. 68.
Mens expromit fœtus Musarum. Catul. 63. 3.
Odium alicujus expromere. Cic. 2. Att. 8.
Perfidiam alicujus expromere. Plaut. Merc. prol. 47.
Querelas mente expromere. Catul. 62. 223.
Vim eloquentiæ expromere. Cic. in Orat. 125.
Voces mœstas expromere. Virg. 2. Æn. 280.
Vocem anhelam expromit. Claud. 2. in Eutrop. 390.

EXPROMITUR, pass. [προάγεται] Cic. 2. in Catil. 22. Quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

EXPROMOR, āri. Idem, quod Expromi. Apic. 6. 2. Rapas quoque ut Expromari possint, levabis de olla. Al. Exbromari. q. V.

EXPROMPTUS, Partic. [προειλημμένος] In medium prolatus, inquit Donat. Ter. And. 4. 4. 2. Mysis, nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque astutia.

EXPROMPTO, āre. frequent. Fulgent. de Cont. Virg. Mens expromptare desiit quæ didicit.

EX PROPINQUO. V. EX.

EXPROXIMUS, Qui Proximi dignitate functus est, l. unic. C. de magist. sacr. scrin. lib. 12.

EXPUGNO, [καταπολεμέω, λαμβάνομαι, ἀναμάχομαι] āre. Pugnando vel Oppugnando, capere, & evincere: ut Expugnare urbem, ædes, castellum. Ter. Eun. 4. 7. 3. Primum ædeis expugnabo. Plaut. Amph. 1. 1. 36. Expugnatum oppidum est. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Compluribus expugnatis oppidis.
Expugnare aurum alicui, metaphorice, pro Extorquere nummos ab aliquo. Plaut. Bach. 4. 9. 7. Expugnavi amanti herili filio aurum ab suo patre. i. e. Technis tantum effeci, ut pater daret pecunias.
Expugnare carcerem, pro Effringere. Plaut. Pseud. 4. 7. 76.
Castella expugnare. Cic. de Clar. Orat. 255.
Cœpta expugnare. i. e. Pugnando & instando assidue, incepta perficere. Ovid. 9. Met. 618.
Domos expugnare. Hor. 3. Carm. 15. 9.
— filia rectius
Expugnat juvenum domos.
Expugnare fortunas patrias alicujus. Cic. pro Cluent. 36. Tanquam aliqua machina admota, capere Asinii adolescentiam, & fortunas ejus patrias expugnare posse.
Cupiditate & allegationibus legationem aliquam expugnare. Cic. 3. Verr. 44.
Violare & expugnare pecunia. Cic. 2. Verr. 4. Nihil esse tam sanctum quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.
Expugnare pertinaciam legatorum. Liv. 7. Bell. Maced.
Expugnare propositum alicujus postulatione frequenti. Columel. lib. 10. in præf. 3.
Expugnare pudicitiam feminæ. Cic. pro Cœl. 49. Utrum hic tibi L. Herennii adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? Auctor de Viris Illust. c. 9.
Reges expugnare. i. e. Vincere. Lucret. lib. 4. 1007.
Vinci & expugnari. Cic. in Parad. 4. Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus ut mœnibus septus, vincetur & expugnabitur.
Ratione aliqua expugnaret, ut &c. Cic. 4. Verr. 130. Liv. 4. 35. extr. De actionibus tribunitiis. Summa vi expugnatum est, ut tribuni militum consulari potestate crearentur. Forma Imperf.

EXPUGNASSERE, Futurum infinitivi modi usitatum priscis, nobis insolitum, pro Expugnaturum esse. Plaut. Amph. 1. 1. 55. Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere. i. e. Expugnaturum esse, Annotavit Turnebus.

EXPUGNANS, Partic. [καταπολεμητικός] ut,
Herba expugnantior. Ovid. 14. Met. 21. al. Expugnacior.
— sive expugnantior herba est,
Utere tentatis operosæ viribus herbæ.

EXPUGNĀTUS, Partic. [καταπολεμηθείς] ut,
Castellis expugnatis. Cæs. 3. Bell. Gall. 1.
Loca expugnata. Nep. 17. 3. 5. conf. 4. 2. 2.
Mens expugnata fatiscit fatidici auguris. Stat. 4. Theb. 187.
Mœnia expugnata. Lucret. lib. 2. 1144.

EXPUGNATIO, ōnis. f. [καταπολέμησις] Cic. pro Lege Manil. 13. Non multum ab hostili expugnatione differant. Idem de Senect. 79. Ut urbium expugnationes recordentur. Expugnatio castrorum. Cæs. 6. Bell. Gall. 40.
Nocturnæ expugnationes. Cic. 11. Att. 23.

EXPUGNĀTOR, ōris. m. [καταπολεμητής] Liv. 6. Ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculsi fidentes militum numero, &c.
Expugnator

Expugnator pudicitiæ. Cic. 3. Verr. 9. Idem 1. de Invent. 50. conf. Plin. 7. 38.

Expugnatorius, a, um. Tertull. de Anima cap. 57. Expugnatoria dominatio.

Expugnābĭlis, e. [καταπολεμητὸς] Stat. 4. Theb. 836.

— & nullo ruis expugnabilis astro.

Robur non expugnabile. Stat. 6. Theb. 103.

Expulsio, Expulso, Expulsor, Expulsus, Expultrix. V. expello.

Expūmĭco, āre. Pumice expolire. Tertull. adv. Prax. cap. 16. Ab omnibus injuriis passionis expumicat.

Expūmo, vel Exspūmo, [ἐξαφρίζω] āre. Celſ. lib. 6. cap. 7. 8. de cura sonitus aurium intra seipsas, Si ex gravedine est, purgare aurem oportet, & spiritum continere, donec inde humor aliquis expumet. h. e. Spumæ similis exeat.

Expungo, nxi, nctum, [διαστίζω, καταστίζω] ĕre. Idem quod Foras dispungere significat. [Immo Quod punctis notatum fuit delere.

Expungere, Expellere. Perſ. 2. Sat. 13.

— pupillumve utinam, quem proximus hæres
Impello, expungam: namque est scabiosus, & acri
Bile tumet.

Nomen expungere. Plaut. Cistel. 1. 3. 41. — volo persolvere:
Ut expungatur nomen, nequid debeam.

Diem expungere, i. e. Tempus creditori præstitutum. Sen. Epist. 9.

Decurias expungere. Suet. Claud. cap. 15. est Discutere, & qui in judicum numero retinendi, qui removendi statuere. V. ibi Torrent. & Pitisc.

Gloriam partam expungere. In Suppositis Plaut. Amph. p. 59. Gronov. i. e. Privare gloria.

Rationes expungere: est Ultimam manum calculo & dispunctioni imponere. Modestin. de Administ. rerum, Calcularii erroris retractatio etiam post decennii aut vicennii tempora admittetur, sed si gratiose expunctæ dicentur, non retractabuntur. Hermogen. de Diverſ. & temp. Præscr. Reip. Rationes subscriptæ & expunctæ adversus eum quidem qui administraverit ultra viginti: adversus vero hæredem, ultra decem annos retractari non possunt. Expungere enim, est Punctis circumducere & tollere, & quasi jam rem confectam eximere e codice. Budæus.

Expungere stipendiis militem. i. e. Privare. Paulus in l. ex causa. D. de re militari.

Expungi etiam Milites dicebantur cum præscriptis punctis in albo notabantur: vel cum nomina eorum primo inducebantur. V. Vet. Schol. ad Perſ. 2. 13. vel cum munere aliquo donabantur. V. Tertull. de Cor. Mil. pr. vel cum a militia missi & exauctorati, vel etiam cæsi ac mortui essent. V. Lipſ. Anal. Mil. Rom. p. 261. & Paul. JCt. l. penult. de Re Mil. vel Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 1. Item Calcagn. de Signif. Verb. p. 371.

Expungere, significat etiam Pungere. Martial. lib. 8. 52. de Tonsore,
Expungitque cutem, facitque longam
Detonsis epaphæresin capillis. [Non est Pungere, sed Repurgare, ita ut singulos quasi pilos, repetita resectione, auferat.

Expunctus, a, um. ut, Manipulus expunctus. Plaut. Curc. 4. 4. 29. i. e. Exauctoratus. V. Calcagn. loc. cit.

Rationes Reipub. subscriptæ & expunctæ. Hermog. lib. 13. de div. temp. præscr. i. e. Ad liquidum perductæ.

Expunctus miles dicitur: Qui e numeris exemptus est, & ære dirutus. Budæus. V. supra in ipso verbo.

Expunctio, ōnis. f. Tertull. de Idol. cap. 16. Operæ meæ expunctio.

Expunctor, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. διαιρέτης, divisor, expunctor. Tertull. de Orat. cap. 1. Expunctor totius retro vetustatis.

Expuo, vel Exspuo, ui, ūtum, [ἀποπτύω] ĕre. Extra pus mittere, inquit Donat. Nam Pus est omnis humor corpori onerosus. [Quid igitur fiet simplici Spuo? Sed vix hæc a manu Donati videntur.] Plin. lib. 7. cap. 23. Expuit in os tyranni. Varro 3. de R. R. cap. 3.

Expuitur ignis cælestis in sidera. Plin. lib. 2. cap. 20.

Lacrymam expuunt oculi. Plaut. Pseud. 1. 1. 74. Pumiceos oculos habeo, Non queo lacrumam exorare ut expuant unam modo.

Mare expuit illum. Catull. 62. 155.

Miseriam ex animo expuere. Ter. Eun. 3. 1. 16. Scio, quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. Ubi Donatus; Expuere, Cum fastidio aliquid rejicere & expellere. conf. Sen. Troad. 1169.

Rationem expuere ex animo. Lucret. lib. 2. 1046.

Expuitio, ōnis. f. Plin. lib. 23. cap. 1. Et ad expuitionem sanguinis quoque adhibent.

Exputus, a, um. Sidon. 1. Epist. 7. extr. A rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exputus.

Expurgo, [ἀποκαθαίρω, ἐκκαθαίρω] āre. Idem quod Purgare significat, aut Omnino purgare. Columel. lib. 2. cap. 9. Quum rursus amplior messis provenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit. Idem lib. 4. cap. 24. Dolabella convenit expurgari quicquid emortuum est.

Sermonem expurgare. Cic. de Clar. Orat. 258. Barbarie scilicet.

Expurgare & dimovere suspicionem. Cic. Antequam iret in exil. 21.

Expurgare se, idem quod Se vitio aliquo purgare. Plaut. Mil. 2. 6. 17. conf. Ter. Andr. 5. 3. 29.

Expurgatio, ōnis. f. [ἐκκάθαρσις]

Expurgationem habere, i. e. Se purgare. Plaut. Amph. 3. 3. 10. Habui expurgationem, facta pax est.

Expurgātor, ōris. m. apud Celſ.

Expurgatorius, a, um. apud eund. [Sed ego apud Celsum neutrum legere me memini. Quin plerumque verbo simplici Purgare utitur.

Expŭto, [ἀποκλαδεύω] āre. ab Ex & Puto compoſ. Verbum rusticum quo significatur Putatio & incisio superfluorum ramorum aut sarmentorum, quæ aut ex arboribus aut vitibus runca eximuntur. Columel. lib. 11. Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Idem lib. 3. cap. 15. Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare.

Exputare, per transl. [ἀναλογίζομαι] pro Putare & mente volvere. Plaut. Trin. 2. 1. 8. Cic. 10. Fam. 24. Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari avocarit, &c. exputare non possum.

Exputresco, putrui, [κατασήπομαι] ĕre. Putridum fieri. Plaut. Curc. 2. 1. 26. Quin tu aliquot dies perdura, dum intestina exputrescunt tibi.

Exquæro, ĕre. Plaut. Stich. 1. 2. 50. Huc exquæsitum mulierum mores venis. Sic aliqui habent Exquære & Exquæsivero in ejusd. Aul. 4. 10. 70. & Capt. 2. 2. 4. V. exquiro.

Exquæstore, indecl. Qui quæstura functus est. V. in ex consule, vel Lex. Pitisc. in Ex. & Cæl. Rhod. 25. 12.

Exquiliæ, seu Esquiliæ, arum. f. Mons est & vicus Romæ: dictus quod ibi erat arx & excubiæ regis Tulli, qui illum montem urbi addidit. V. Lex. Pitisc. Ovid. 3. Fast. 246.

Adde quod excubias regi Romanus agebat,
Quâ nunc Exquilias nomina collis habet. Propert. lib. 4. 8. 1.
Disce quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas. Hinc

Exquilius, Adj. ut Exquilius mons. Ovid. 2. Fast. 435.

Monte sub Exquilio multis incæduus annis,
Junonis magnæ nomine lucus erat.

Exquilīnus, aliud Adj. ut, Pontifex Exquilini venefici, pro Veneficii. Hor. Epod. 17. 58. Porro extra portam Exquilinam erant sepulcra: inter quæ maleficæ mulieres noctibus sua veneficia conficiebant. Porphyr.

Alites Exquilinæ. Hor. Epod. 5. 99.

Post insepulta membra different lupi,
Et Exquilinæ alites. Quod ita dictum quia ante portam Exquilinam, vel Metiam supplicia sumebantur de damnatis. V. Lipſ. ad Tacit. 2. Ann. 32. extr.

Porta Exquilina. i. e. Quæ in Exquilias ducit. Cic. in Piſon. 55.

Tribus Exquilina. Plin. lib. 18. cap. 3. V. tribus.

Exquīro, sīvi, sītum, [ἐξετάζω, ἐξελέγχω] ĕre. ab Ex & Quæro. Diligenter inquirere & investigare. Ter. Andr. 1. 2. 15. Nunc ea me exquirere, iniqui patris est. Cic. 4. Acad. 7. Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

Intro exquire sitne ita ut ego prædico. Plaut. Aulul. 4. 10. 70.

Quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere. Cic. 1. de Fin. 11.

Quid in aliquo peccatum sit exquirere. Cic. 1. Off. 147.

Nihil certi exquirere. Cic. 7. Att. 12.

Exquirere ab aliquo. Plaut. Caſ. 3. 5. 49. Est quod volo exquirere a te.

Ab stirpe exquirere: i. e. A principio. Plaut. Trin. 1. 2. 180.

De aliquo exquirere. Cic. pro Deiot. 42. Exquire de Blesamio, num quid ad regem contra dignitatem tuam scripserit.

Exquirere ex aliquo. Plaut. Capt. 2. 2. 1. Cic. 5. de Fin. Et complures jam menses Athenis hæc ipsa te ex Antiocho videamus exquirere.

Constantissime exquirere. V. consto.

Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere. Cic. 13. Att. 22.

Non nimis ab aliquibus quicquam exquirere. Cic. 7. Att. 17.

Argumentis ex aliquo exquirere. Plaut. Rud. 4. 4. 136.

— Eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere.

Causas alicujus rei exquirere. Cic. 2. de Divin. 46.

Consilium exquirere. Cic. 4. Fam. 2. Quod meum consilium exquiris: id est tale, ut capere facilius ipse possim, quam alteri dare.

Cursuram sibi exquirere. Plaut. Merc. 1. 2. 10.

Quid illud est, quod ille tam expedite exquirit cursuram sibi?

Facta alicujus exquirere ad antiquæ religionis rationem. Cic. 6. Verr. 10.

Frigus sceleratum exquirere terræ. Virg. 2. Georg. 256.

Honores singulares exquirere alicui, i. e. Exquisitos decernere. Cic. 4. Philipp. 5.

Judicium alicujus exquirere. Cic. 8. Att. 3.

Jus aliquorum exquirere. Cic. pro Domo sua, 39.

Mores alicujus exquirere. Cic. pro Flacc. 12.

Mores testium exquirere. Cic. pro Flacc. 12.

Officium ex tempore exquirere. Cic. 3. Off.

Oratione exquirere. Cic. 1. de Orat. 21. Ut non desideret Philosophorum descriptiones, neque exquirat oratione, summum illud bonum in animo ne sit, an in corpore.

Pacem exquirere. Virg. 4. Æn. 57.

— pacemque per aras Exquirunt.

Pretium alicujus rei exquirere. Cic. 5. Verr. 76.

Pretium palam exquirere. Cic. 4. Verr. 133.

Rationes agitare & exquirere. Cic. 5. Tusc. 66. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur.

Religionis rationem exquirere. Cic. 6. Verr. 10.

Sententiam alterius exquirere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 3.

Vallem umbrosam exquirere mediis æstibus. Virg. 3. Georg. 331.

Verba alicujus sententiæ exquirere. Cic. pro Cæcin.

Veritatem exquirere. Cic. pro Lege Manil. 51.

In vero exquirendo cogitatio maxime versatur. Cic. 1. Off. 132.

Voluntatem alterius exquirere. Ulp. in l. in concedendo, & Paulus l. proxima. D. de aqua pluv. arcend.

Exquirere, Quærendo invenire. Plin. lib. 2. cap. 41. Quin & soricum fibras respondere numero lunæ, exquisivere diligentiores. h. e. Annotarunt, deprehenderunt.

Exquisitum, supin. [ἐξετάσων] Plaut. Stich. 1. 2. 50. Quid istuc, quod exquisitum mulierum mores venis? h. e. Quid mores mulieris tam diligenter indagaris? Idem Amph. 2. 1. 81. Mi istuc primum exquisito opus est. V. eund. 2. 2. 159.

Exquiror, paſſ. Ulp. l. In conced. D. de aqua pluv. arcend.

Exquīrens, Partic. [ἐξετάζων] Cic. de Fato 2. Multum una eramus, maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem & ad concordiam civium pertinerent.

Exquirendus, a, um. ut, Sedes exquirenda aliis oris. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 122.

Exquisītus, a, um. [ἐξητασμένος] Electus; quasi Diligenter quæsitus.

Consulta & exquisita. Cic. 1. de Orat. 250. Ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos & exquisita deferunt.

Lautum, elegans, exquisitum, sumptuosum nihil apud aliquem præter libidines esse. Cic. in Piſon. 67.

Adhortationes exquisitæ. Plin. lib. 1. Epist. 8.

Adulatio exquisitior. Tacit. 12. Ann. 26. Cæterum actæ principi grates, exquisitiore in Domitium adulatione.

Argumenta philosophorum exquisita. Cic. 1. de Divin. 4.

Ars exquisita. Cic. 2. de Orat. 175.
Difficultas lapidis exquisita. Plin. lib. 27. cap. 11.
Doctrina exquisita philosophus. Cic. 1. de Fin. 1.
Doctrina & ratio exquisita. Cic. 4. Fam. 13.
Doctrina exquisita & singularis alicujus industria. Cic. de Clar. Orat. 22.
Epulæ exquisitæ, i. e. Lautæ. Plin. lib. 9. cap. 35.
Fulgor exquisitus. Plin. lib. 33. cap. 1.
Genus dicendi accuratius & exquisitius. Cic. de Clar. Orat. 282.
Ingenia cœnarum exquisita. Plin. in Paneg. cap. 49.
Judicio exquisito vir. Cic. 1. Off. 133.
Litteræ alicujus multæ, & hæ quidem reconditæ & exquisitæ. Cic. de Clar. Orat. 252.
Magistri exquisiti. Cic. de Clar. Orat. 104.
Munditia non odiosa, neque exquisita nimis, adhibenda est. Cic. 1. Off. 130.
Rationes exquisitæ. Cic. 1. de Fin. 30.
Sententiâ principis non exquisitâ. Tacit. 12. Ann. 23.
Sententiæ reconditæ & exquisitæ. Cic. de Clar. Orat. 273.
Subtilitas exquisitissima. Plin. lib. 6. cap. 33.
Supplicia exquisita. Cic. 3. Off. 100. Neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci.
Verbis exquisitissimis aliquos laudare. Cic. 4. Philipp. 6.

EXQUISĪTE, Adv. [ἐξητασμένως] h. e. Diligenter. Quintil. lib. 8. cap. 2. Eleganter atque exquisite dictum. Cic. de Clar. Orat. 276. Deque eo crimine accurate atque exquisite disputavisset.
Colligere exquisitius aliquas rationes. Cic. 1. Tusc. 116. Idem de Clar. Orat. 93. Omnia exquisitissime scribere. Gell. 14. 3. Rem exquisitissime referre. Idem 22. 7.

EXQUISITIM, Adv. Varro, Ajace stramentitio, Acre æger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceret. Non. 11. 35.

EXQUISITIO, ōnis. f. Just. Imp. C. 7. t. 17. l. 1. Ipsius judicium ad secundam exquisitionem minime deducetur. Item 5. t. 9. l. 9. §. 1.

## E X R

EXRADĪCO, [ἐκριζόω] āre. Verbum rusticum, pro Usque ad radices avellere & extirpare. Varro 1. de R. R. cap. 27. Terram rudem proscindere oportet: quæ sunt ex ea enata prius, quam ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata. Frequentius tamen in usu est Eradicare. V. ERADICO.

EXRŎGO, [ἀφαιρέω] āre. Ex lege vetere aliquid eximere per legem novam. Festus. V. ERROGO.

## E X S

EXSACRIFĪCO, [ἀποθύω] āre. apud Cic. 1. de Divin. 42. Ex Ennio, Exsacrificat hostiis balantibus. Antiquum est pro Sacrificio immolare.

EXSÆVIO. V. EXÆVIO.

EXSANIO, as. V. EXANIO.

EXSANGUIS. V. EXANGUIS.

EXSARCIO, īre. Q. Cic. de Petit. Conf. cap. 12. Aliis te id rebus exsarturum esse. & Ter. Heaut. 1. 1. 90. Qui opere rustico faciendo facile sumptum exsarcirent. Muret. Ita legendum pro vulgato Exercerent docent & libri MSS. & hæc explicatio Eugraphii, Qui opere suo suos sumptus tolerarent. V. Guyet. Comm. Ter. p. 119. & supra in EXERCEO.

EXSATIO. V. EXATIO.

EXSATURO. V. EXATURO.

EXSCALPO. V. EXCALPO.

EXSCINDO. V. EXCINDO.

EXSCENDO, ĕre. E navi in terram descendere. Liv. 29. 9. Legati Asiam petentes cum exscendissent. V. ESCENDO. Unde

EXSCENSUS, ûs. m. Liv. 22. 20. Itaque ad Honoscam classe provecti, exscensu e navibus in terram facto, quum vi urbem cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt. ita Gruter. sed Gronov. Exscensione facta.

EXSCENDENS. Liv. Decad. 5. lib. 5.

EXSCENSIO, ōnis. f. Liv. 28. 8. Inde quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius, profectus ad Erythras Ætolorum, exscensionem fecit. Idem 27. 29.

EXSCREO, āre. Vi quadam exspuere. Plaut. Amph. suppos. Tuum diminuam caput ut cum dentibus linguam exscrees. Ovid. 21. Epist. 24.
Exscreat & ficta dat mihi signa nota. conf. Cels. 2. 7. & 3. 22. V. EXCREO.

EXSCREABĬLIS, e. ut, Pulmonum vitia exscreabilia facit. Plin. 39. 14.

EXSCREATIO, ōnis. f. ut, Exscreatio sanguinis. Plin. 24. 14. ut Exputio. Idem 20. 22.

EXSCREATUS, ûs. m. Cæl. Aurel. Tard. 2. 11. Cum quodam exscreatu despuitur.

EXSCRĪBO, psi, ptum, [ἀπογράφω] ĕre. est Exemplum sumere de scripto. Varro 2. de R. R. cap. 5. 16. De sanitate sunt complura quæ exscripta e Magonis libris armentarium meum crebro ut legat curo. Cic. 3. Verr. 98. Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Sic, Exscribere tabulas. Cic. 4. Verr. 169.
Exscribere aliter positum. Plaut. Rud. prol. 15.
Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. Et 21.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Exscribere alicui. Columel. lib. 12. cap. 3.
Exscribere patrem similitudine. Plin. Epist. 16. lib. 5. i. e. Effingere, & vivam patris effigiem reddere.

EXSCRIPTOR, ōris. m. Qui nihil de suo edit, sed aliena describit. Cic. 1. de Fin. 2. Ferreum scriptorem, verum opinor, exscriptorem, tamen ut legendus sit, &c. Ita emendavit Scalig. apud Gruter. qui retinuit Scriptorem. V. Parei Lex. Crit. p. 454.

EXSECO, EXSECTIO. V. EXECO.

EXSECRO, EXSECRATIO, &c. V. EXECRO.

EXSEQUOR. V. EXEQUOR.

EXSERO, EXSERTO. V. EXERO, EXERTO.

EXSIBILO. V. EXIBILO.

EXSICCO. V. EXICCO.

EXSIGNO, [σῃζω] āre. Idem quod Signare. Liv. 1. 20. Eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit. Plaut. Trin. 3. 2. 29. Ego omnia istic quæ dixisti scio, vel exsignavero.

EXSILIO, EXSILIUM. V. EXILIO, EXILIUM.

EXSINUO, āre. velut Ex sinu emittere. Virg. sive Auson. in Rosis, 14. 29.
Vertice collectos illa exsinuabat amictus,
Jam meditans foliis se numerare suis. Exsinuabat amictus, i. e. Explicabat folia. Prudent. Hippol. 222.
Qui laterum seriem jugiter exsinuent.

EXSINUATUS, a, um. Paulin. Nolan. Epist. 49. n. 3. Velum exsinuatum in contos suos.

EXSOLVO. V. EXOLVO.

EXSOMNIS. V. EXOMNIS.

EXSŎNO, āre. Petron. cap. 19. Omnia mimico risu exsonuerant.

EXSORDESCO, ui, ĕre. Vilescere. Gell. lib. 9. cap. 2. Cur ergo nos patimur nomen Philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere?

EXSORS. V. EXORS.

EXSPATIOR. V. EXPATIOR.

EXSPECTO. V. EXPECTO.

EXSPERGO. V. EXPERGO.

EXSPICIO, (cujus frequent. est Expecto) ab Ex & Specio inusitato verbo.

EXSPIRO. V. EXPIRO.

EXSPUMO. V. EXPUMO.

EXSPUO. V. EXPUO.

EXSTERNO. V. Externo post EXTRA.

EXSTILLO, EXSTIMULO. V. EXTILLO, EXTIMULO.

EXSTINGUO. V. EXTINGUO.

EXSTIRPO, &c. V. EXTIRPO.

EXSTO. V. EXTO.

EXSTRINGO. V. EXTRINGO.

EXSTRUO, &c. V. EXTRUO.

EXSUCCUS. V. EXUCCUS.

EXSUDO. V. EXUDO.

EXSUGO. V. EXUGO.

EXSULTO. V. EXULTO.

EXSUPERO. V. EXUPERO.

EXSURDO. V. EXURDO.

EXSURGO. V. EXURGO.

EXSUSCITO. V. EXUSCITO.

EXSYNCERASTI, apud Plautum dici videntur, quasi Emedullatos dixeris, & citra ullam pinguedinem: Quando Varronis Terentii astipulatu, Synceraſtum antiquo Græcorum verbo Medullam dicebant. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 24. [Immo Edulium. V. SYNCERASTUS. Apud Plaut. Most. 4. 1. 11. ex Camerarii quidem conjectura legitur,
Quam ut meum tergum exsinceratum fiat. Sed locus mutilus, & longe aliter in MSS. legitur.

## E X T

EXTA, ōrum. pl. tantum. [ἱερὰ] proprie Cor & pulmo dicuntur, quia in parte superiore locantur, ab Extando: & lien, item jecur & ventriculus hoc nomine appellantur, quoniam supra inferiora intestina locantur. Festus, Exta dicta quod ea diis prosecentur, quæ maxime extant, eminentque. Plin. lib. 30. cap. 5. Præcordia, inquit, vocamus uno nomine exta in homine. Sed aliis tamen locis Præcordiorum voci aliam significationem tribuit. V. Hard. ad l. 11. S. 77. Plaut. Aulul. 3. 6. 29.
Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet,
Ita is pellucet quasi laterna Punica.
Regalia exta appellantur, Quæ potentibus insperatum pollicentur honorem: privatis & humilioribus hæreditates: filiosfamiliæ dominationem. Fest. lib. 16.
Ab extis animalium divinabant veteres, ut testis est Cic. 2. de Nat. Deor. Unde tales divinationes Extispicia appellarunt ab Extis inspiciendis. V. infra in ipsa dictione, & hic subjecta.
Arguta exta. V. ARGUTUS.
Argutissima exta gallinacei. Cic. 2. de Divin. 29.
Fatidica exta. Ammian. Marcell. 21. 1.
Fumantia exta. Virg. 2. Georg. 194.
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Sacerdotum usus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, Quum probata & elixa aræ superponebantur. Servius.
Lubrica exta. Valer. 1. Argon. 232.
Lustralia exta. Stat. 1. Theb. 507. h. e. Pinguia. Lustralia enim Pecora sunt, Quæ per quinquennale tempus devota sacrificiis nutriuntur, & ideo pinguia. Lactant.
Muta exta appellabant, Ex quibus nihil divinationis animadvertebant. Fest. V. Drakenb. ad Sil. 1. 138.
Pinguia exta torrere. Virg. 2. Georg. 396.
Puerilia exta. Ovid. 6. Fast. 159.
De extis replicatis. V. Casaub. ad Suet. August. 95.
Spirantia consulit exta. Virg. 4. Æn. 64. V. CONSULO.
Stridentia exta verubus detrahere. Ovid. 2. Fast. 373.
Transuta exta verubus salignis. Ovid. 2. Fast. 364.
Tumida exta. Stat. 2. Achil. 302.
His spumante salo jaciens tumida exta, profatur.
Cum puerorum extis deos manes mactare. Cic. in Vatin. 14.
Per exta inventa præsensio. Cic. in Topic. 77.
Pecudum extis moveri. Cic. 1. de Divin. 12.

EXTALIS, is. m. Intestinum rectum, Longanon. Gloss. Vet. Extalis, ἀρχός. conf. Veget. Mulomed. 3. 11.

EXTAR, aris. n. Olla ubi exta coquebantur. Vet. Gloss. V. Gronov. ad Liv. 25. 16.
Extar. Charis. lib. 1. Omnia quæ AR syllaba terminantur, neutralia sunt: ut Exemplar, jubar, instar, extar, θιασεῖον ἐγχύτων, lacunar, & similia. [Sed locus suspectus est. Probabiliter Lucar emendant docti, quo de s. l. V.

EXTARIS, e. Adj. Aulam extarem petunt. Plaut. Rud. 1. 2. 47. i. e. Ollam extis coquendis.
Ollæ extares. Liv. 25. 16.

EXTISPEX, ĭcis. m. [ἱεροσκόπος] Qui & proprie Haruspex dicitur, quia exta inspicit, auctore Nonio 1. 53. Varro Serrano: Sed extispici disputanti relinquo. Accius Medea, Principio extispicum ex prodigiis congruens ars te arguit. Cic. 2. de Divin. 26. Artificiosa divinationis illa fere genera ponebas extispicum, eorumque &c.

EXTISPICIUM, i. n. [ἱεροσκοπία] Extispicum ars. Suet. Neron. cap. 56. Attendit & extispicio, nec unquam litavit.

EXTA-

Extabesco, ui, [ὑποτήκομαι] ĕre. Tabe & marcore confici.
Extabuit macie corpus. Cic. 3. Tufc. 26. & lib. 2. ex antiquis poetis.
Extabuit opinio, per translationem. Cic. 2. de Nat. Deor. 5. Etenim videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiffe. h. e. Mortuas & vanas omnino fuiffe.

Extemplo, Extempore. V. ex.

Extemporālis, e. [αὐτοφυής] Subitaneus. ut, Extemporalis oratio, Impræmeditata. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Actio extemporalis. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Dictiones extemporales. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Facultas extemporalis. Suet. Aug. cap. 84.
Garrulitas extemporalis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Rhetor extemporalis. Martial. lib. 5. 54.
Temeritas extemporalis. Quintil. lib. 10. cap. 6.

Extemporaliter, Adv. Sidon. 9. Epift. 14.

Extemporalĭtas, ātis. f. [τὸ αὐτοφυές] Promptitudo. Suet. in Tit. cap. 3. Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poematibus promptus facilisque vel ad extemporalitatem usque. V. Burm. ad Petron. cap. 6. p. 28. & Quintil. 2. 4. p. 140.

Extemporaneus, a, um. pro Extemporali, pervulgatum, improbat Voff. de Vit. L. L. 1. 19. Gloff. Lat. Gr. Extemporaneum, ἀμελέτητον.

Extendo, di, tum & fum, [ἐκτείνω, ἀνατείνω, ἀποτείνω, πιτάννυμι] ĕre. Explicare. Columel. lib. 5. Quare quum ad fummum palum recta vitis extenta eft, capiftro conftringitur.
Extendere in proceritatem. Columel. de Arbor. cap. 17.
Acies extenditut. V. acies.
Ætatem fuam. Plaut. Bacch. 3. 3. 26.
Ævum extendere. Sil. lib. 3.
Agros extendere. i. e. Augere ditionem. Hor. in Arte Poet. 208.
Amplitudinem extendere dicitur lacus. Plin. lib. 36. cap. 56.
Aures extendere dicitur oratio, quæ nimis lenta eft: Obruere, quæ nimis rapide volvitur. Sen. Epift. 40.
Bellum extendere. Sil. lib. 17.
Colos extendere. Stat. 3. Silv. 1. 172. V. colus.
Confulatum extendere, Prorogare. Plin. in Paneg. cap. 61.
Curas extendere in annum venientem. Virg. 2. Georg. 405.
Curfus extendere. Virg. 12. Æn. 909.
Dies extendere & Contrahere, contraria apud Sen. 4. de Benef. cap. 13.
Epiftolam. Plin. lib. 7. Epift. 9. ad fin.
Famam factis extendere. Virg. 10. Æn. 468. V. opus.
Iter. Liv. Quantum extendere iter poffet, in caftra properaret. i. e. Quam maximis itineribus.
Nomen fuum late extendere in ultimas oras. Hor. 3. Carm. 3. 45.
Partitionem ultra tres propofitiones extendere. Quintil. lib. 4. cap. 5. pr.
Prælia extendere. Sil. lib. 3.
Preces. Plin. lib. 2. Epift. 13. ad fin.
Pugnam in longum fpatium. Liv. 7. Bell. Pun.
Rura longa extendere fub ignotis colonis. Lucan. lib. 1. 170.
Se extendere magnis itineribus. Cæf. 3. Bell. Civil. 77.
Se extendere fupra vires. Liv. 4. Bell. Maced.
Spem extendere in regionem aliquam. Liv. 4. Bell. Pun.
Ventus extenditur. Plin. lib. 18. cap. 34. Vulturnus, fi a ferena cæli parte cœperit flare non durabit in noctem: At Subfolanus in majorem partem noctis extenditur.
Vires extendere omnes imperii. Liv. 7.
Virtutem extendere factis. Virg. 6. Æn. 806.

Extensus, a, um. Partic. [ἐκπεταμένος] Cic. 4. Acad. 145. Quum extenfis digitis adverfam manum oftenderat, vifum, inquiebat hujusmodi.
Compar. Quintil. 11. 3. p. 1024. In rebus magnis, lætis, atrocibus manus extenfiores funt.
Superl. Liv. 21. 32. Caftra quam extenfiffima poteft valle locat.

Extense, Adv. Producte. Tertull. de Idol. cap. 2.

Extensio, vel Extentio, ōnis. f. ut, Radii extentionibus porrecti. Vitruv. 9. 4.

Extensivus, a, um. JCti.

Extentus, a, um. aliud Partic. [ἐκταθείς] Cic. 2. de Orat. 242. Per ftatuas vero quum dixit, & extento brachio paululum etiam de geftu addidit, &c.
Ævo extento vivere, Prolongato, vel In perpetuum, ut ait Schol. vet. Hor. 2. Carm. 2. 5.
Funem per extentum ire. Hor. 2. Epift. 1. 210.
Itinera extenta, pro Magnis. Liv. (13. 19. pr.)
Pedes extentos ferre, i. e. Erecte incedere. Ovid. 3. de Arte Am. 302. Al. Extenfos. V. Burm.
Sonus extentus, Altus & acutus. Plin. lib. 10. cap. 29.
Spatium vitæ extentum, i. e. Longum. Paterc. lib. 1. cap. 11.
Vallis extentiffima. Liv. 21. 32. Al. Extenfiffima.

Extente, Adv. Idem quod Extenfe. Compar. Ammian. 23. 7. in Baliftæ defcriptione: quadratus eminet ftilus extentius.

Extenebro, [ἀποσκοτίζω] āre. i. e. Curiofius ex tenebris in lucem protrahere. Varro. [Ubi?] Atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes. Rob. Stephanus legit Exterebrat. Sic & Perotti Cornu p. 691. Jof. Ifcanus Daretis Phrygii interpres lib. 1. v. 303.
Occulta extenebrat, redditque latentia luci.     De Fama.

Extento, [ἐκτείνομαι] āre. frequent. Plaut. Bacch. 4. 2. 3. Alieno vires tuas extentes oftio? h. e. Extendas. [Nifi potius a Tento πειράω.

Extentans, antis. Partic. ut, Homo brevis, humeros extentans anguftos. Ammian. 22. 14. Semet extentans. Idem 27. 1.

Extentatus, a, um. Plaut. Moftel. 3. 1. 66. Venifti huc te extentatum. Alii aliter legunt. conf. extento.

Extenuo, [λεπτύνω, ἰσχναίνω, ἐκτρύχω, περιττεύω, κατακλίνω] āre. Imminuere, detrahere, exilius & tenuius aliquid facere: ut, Extenuare in pulverem inutilem. Plin. lib. 18. cap. 16.
Augere & Extenuare contraria. Cic. 3. de Orat. 104. Summa autem laus eloquentiæ eft, amplificare rem ornando, quod valet non folum ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, fed etiam ad extenuandum atque abjiciendum.
Extenuare & Adaugere. Cic. 2. de Invent. 75. Hoc extenuando, maleficii magnitudinem fimul adaugere.
Aciem extenuare. V. acies.



Caufam vehementer extenuare. Auct. ad Heren. lib. 2. 4.
Cenfus extenuare. Cic. 4. Verr. 138.
Cibus extenuatur dentibus. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus in ore conftructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus.
Corpus. Plin. lib. 15. cap. 3. h. e. Gracile facere.
Crimen, cui opponitur Omnino tollere. Cic. 7. Verr. 83. Statuit fi hoc crimen extenuare vellet (nam omnino tolli poffe non arbitrabatur) navarchos omnes teftes fui fceleris vita effe privandos.
Famam belli. Liv. 5.
Laudes bellicas verbis extenuare. Cic. pro Marcell. 6.
Mala extenuare. Ovid. 3. Trift. 3. 57.
Quod potes, extenua forti mala corde ferendo.
Moleftias extenuare & diluere. Cic. 3. Tufc. 34.
Munus extenuare verbis. Cic. 2. Off. 70.
Spes extenuatur & evanefcit. Cic. 3. Att. 14.

Extenuātus, a, um. Partic. [λεπτυνθείς] cui opponitur Concretus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Exin mari finitimus aer die & nocte diftinguitur: isque tum fufus & extenuatus fublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Catull. 62. 295.
Extenuata gerens veteris veftigia pœnæ.     i. e. Vix apparebant veftigia catenarum in manibus & pedibus. De Prometheo.
Superl. Brutus apud Cic. 11. Fam. 13. Recurri ad meas copiolas: fic enim vere eas appellare poffum: funt extenuatiffimæ, & inopia omnium rerum peffime acceptæ.

Extenuatio, ōnis. f. [λέπτυνσις] Cic. 3. de Orat. 200. Et plus ad intelligendum, quam dixeris, fignificatio, & diftincte concifa brevitas, & extenuatio.

Extenuatrix, īcis. f. Adjective. Macer. de Sulph. 4. 19.
Virtus eft ejus, ut dicunt, extenuatrix.

Extenuatorius, a, um. ut, Virtus extenuatoria. Theod. Prifc. de Diæta cap. 15. & 10.

Extenuissime, Adv. apud Sen. Controv. 1. 4. [Non reperi. an Extenuatiffime?

Exter, ĕra, ĕrum. [ξενικός] Idem quod Exterus & Externus. Unde Stat. 11. Theb. 429. Exter honos dixit, pro Extraneo. [Extet tamen rectius legitur in omnibus codd. licet altera lectio firmetur auctoritate Prifciani l. 3. init. V. Exterus in extra.

Extercŏro, vel Exstercoro, āre. Purgare. Ulp. in l. Sed & fiquid inædificaverit. §. 1. D. De ufufruct. Vel de Palæftra extercorandis latrinis præponat. Ubi alia exemplaria legunt Extergendis, alia Stercorandis. Hinc

Extercorātor, ōris. m.

Exterĕbro, [ἐκτρυπάω] āre. Terebrando trahere. Cic. 1. de Divin. 48. Itaque ex eo auro quod exterebratum effet, buculam curaffe faciendam. Exterebrare, per translationem, Extorquere aliquid, fcrutari, & curiofius quærere. Plaut. Perf. 2. 2. 55. Lubet: nunquam hercle iftuc exterebrabis tu ut fis prior quam ego fiem. Conf. extenebro.

Extergeo, fi, fum, [ἀπομάσσω] ēre. Idem quod Tergendo purgare, & mundum facere. Plaut. Rud. 5. 2. 14. Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit. Cato cap. 162. De tertio extergeto fpongia bene. Et cap. 26. Varro item 2. de R. R. cap. 5.

Extergo, fi, fum, [ἀπομόργνυμι] ĕre. Ejusdem fignificationis. Plaut. Moftel. 1. 3. 110. Linteum cape, tuque exterge tibi manus. Cato de R. R. cap. 162. Poft diem omnino duodecimum pernas eximito, & falem omnem detergito, & fufpendito in ventum biduum, tertio extergito. Al. Extergeto.

Extersus, a, um. Partic. [ἀπομαχθείς] ut, Exterfum æs, h. e. Expolitum. Plin. lib. 34. cap. 9.
Everfum atque exterfum relinquere aliquid. Cic. 4. Verr. 52. Etenim quam tu domum, quam urbem adiifti, quod fanum denique, quod non everfum atque exterfum reliqueris? Everfum, ab Everro, non ab Everto.

Exterior. V. extra.

Extermĭno, [ἐξορίζω, ἐξολοθρεύω] āre. Extra terminos mittere, ejicere. Cic. 2. Off. 80. Ex eoque tempore tantæ difcordiæ fecutæ funt, uti & tyranni exifterent, & optimates exterminarentur. Idem pro Flacc. 25. Ejicere aliquem ex urbe, & illum exterminari velle. Cic. 3. in Catil. 3.
A diis penatibus cives exterminare. Cic. pro Sext. 30.
Venire in civitatem, & De civitate exterminari, contraria. Cic. pro Corn. Balb. 51.
Auctoritatem aliquorum e civitate exterminare. Cic. de Provinc. Conf. 3.
Ex hominum communitate. Cic. 3. Off. 47.
Ex numero hominum aliquem ejicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare. Cic. 13. Philipp. 1.
Ex urbe virtutem exterminare. Cic. pro Milon. 102.
In totum exterminare. Columel. lib. 9. cap. 15. Et fine præpofitione, ut, Urbe atque agro exterminari. Cic. 1. de Nat. Deor. 63.
Morbum exterminare. Plin. lib. 31. cap. 10. Regium quoque morbum in vino exterminat potum.
Peregrinos prohibere uti urbibus, & eos exterminare. Cic. 3. Off. 47.
Quæftiones exterminare. Cic. 4. Acad.

Extermĭnātus, a, um. Partic. [ἐξορισθείς] Cic. Poft red. ad Quir. 14. Itaque neque Repub. exterminata, mihi locum in hac urbe effe duxi. conf. pro Domo fua, 141.

Exterminatio, ōnis. f. JCt. in Dig.

Exterminātor, ōris. m. [ἐξορίστης] Cic. pro Domo fua, 141. Res vero publica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obverfabatur ante oculos exterminatoris fui. i. e. Everforis & expugnatoris. [Sed Grut. ex codd. antiqq. Exftinctoris edidit. q. V.

Exterminatrix, īcis. f. Saresb. 8. 17. Injuftitia caritatis exterminatrix.

Exterminatorius, a, um. Irenæus 4. 41.

Exterminus, a, um. Tertull. de Sodom. cap. 3.

Exterminium, i. n. Expulfio, everfio, apud Scriptores Ecclefiaft. Et

Exterminabilis, e.

Externo & Externus cum derivatis. V. poft extra.

Extĕro, trīvi, trītum, [ἐκτρίβω, ἐκθλίβω] ĕre. Idem fignificat quod Comminuere terendo, aut valde terere. Plin. lib. 24. cap. 7. Item maftiche lentifci replicandis palpebris & ad exterendam cutem in facie. Ex antiquo exemplari legitur, Ad extendendam. Al. Extergendam. V. Hard.
Cibum exterere. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. V. Alvus multiplex & tortuofa, in alvus.

Frontem calcibus exterere. Phædr. 1. 22. 9.
Grana exterere. Varro 1. de R. R. cap. 52. Apud alios exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quod ungulis e ſpica exteruntur grana. [Forte Quoad &c. exterantur.
Litteram exterere, pro Expungere. Varro 2. de R. R. cap. 1. A quo poſt balare dicunt, extrita E littera, ut fit in multis. i. e. κατ' ἔκθλιψιν.
Opus poliat lima, non exterat. Quintil. 10. 4. extr.

Extrītus, a, um. Partic. [ἐκτετριμμένος] ut, Ignis extritus. Lucret. lib. 5. 1097. De fulgure.
Littera extrita. V. in ipſo verbo.
Syllaba extrita, (κατὰ συγκοπὴν) Quintil. lib. 9. cap. 3.

Exterraneus, inquit Feſtus, Ex alia terra. Exterraneus quoque dicitur, & Qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt. Dictus autem Exterraneus, Quod eum mater exterrita alvo ejecit. Is ergo eſt qui a Græcis ἠλιτόμηνος vocatur, qualem fuiſſe Euryſtheum Homerus canit. Sed V. Dacer. Qui Exterricineus cum quibusdam codd. legit. [Exterraneus an usquam alias lectum ſit dubito; Sed Exteraneus dixerunt veteres, ut Interaneus, unde per Syncopen factum Extraneus. V. poſt extra.

Exterreo, ui, ĭtum, [ἐκφοβέω] ēre. Idem quod Terrere, niſi quid addit particula Ex. Cic. 2. Off. 37. Et dolorum quum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur.
Aſpectu exterreri. Cic. 1. de Divin. 79.
Metu exterreri. Liv. 4. 23.
Mugitu nemora exterret taurus. Sil. lib. 16.

Exterrĭtus, a, um. Partic. [ἐκπεφοβημένος] Cic. 1. de Divin. 40.
Talia commemorat lachrymans, exterrita ſomno. Ex quodam poeta.
Falſa exterritus. Tacit. 4. Ann. 28. Adſeverabatque innocentem Cornutum, & falſa exterritum. [An Falſo?
Æſtu anguis exterritus. Virg. 3. Georg. 434.
Armenta exterrita diffugiunt ſilvis. Virg. 3. Georg. 149.
Novitate exterritus. Lucret. lib. 2. 1039.
Ovis exterrita. Columel. lib. 7. cap. 4.

Extersus. V. extergo.

Exterus. V. extra.

Extexo, ui, xtum, [ἐξυφαίνω] ĕre. Deſtruere quod textum eſt.
Extexere aliquem per translationem. Plaut. Bacch. 2. 3. 5. Extexam ego illum pulchre jam, ſi di volunt. i. e. Spoliabo illum auro. Extexere eſt, Telam ſua textura, aut lana nudare.

Extillo, vel Exstillo, [ἀποστάζω] āre. Idem quod ſimplex Stillare. Plaut. Pſeud. 3. 2. 29.
Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terunt
Prius quam triverunt, oculi ut extillent facit. Columel. lib. 12. cap. 48. Sicque triginta dies pati confudaſcere, atque omnem amurcam extillare. i. e. Extra ſtillare.
Extillare lacrymis, i. e. Totum in lacrymas converti, & ex toto ſtillare corpore. Ter. Phorm. 5. 7. 82.
Hiſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo,
Ut ne reſtinguas, lacrymis ſi extillaveris. [Malim poſt Lacrumis colo diſtingui.
Liquorem extillare. Columel. lib. 12. cap. 48.

Extĭmeo, ēre. vel potius Extimesco, ĕre. [φοβοῦμαι] Valde timere. Ter. Hec. 5. 3. 26. Extimui ilico. Cic. 4. Acad. Cur non extimeſcam opinandi temeritatem? Ter. Phorm. 1. 3. 1.
Adeon' rem rediſſe, ut qui mi conſultum optime velit eſſe,
Phædria, patrem ut extimeſcam, ubi ejus adventi venit in mentem? Cic. de Senect. 75. Quod igitur adoleſcentes, & ii quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcent?
De fortunis communibus extimeſcere. Cic. de Fato, 31.
Adventum alicujus extimeſcere. Cic. 9. Fam. 26.
Formidines extimeſcere. Cic. 5. de Fin.
Magiſtrum extimuit. Hor. in Arte Poet. 415.
— qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magiſtrum.
Minas aliquas extimuiſſe. Tibul. lib. 2. 6. 50.
Vultus extimuit loquentis. Stat. 9. Theb. 156.
Paſſive. Tacit. 11. Ann. 16. Fruſtra Arminium præſcribi: cujus ſi filius hoſtili in ſolo adultus, in regnum veniſſet, poſſe extimeſci.

Extimescendus, a, um. Cæſ. 3. Bell. Gall. 13. Quarum rerum omnium noſtris navibus caſus erat extimeſcendus. Cic. 3. Tuſc. Nequaquam ex opinione vulgi eſſe extimeſcendas.
Periculum ab Antonio majus extimeſcendum eſt. Cic. 7. Philipp. 2.

Extimŭlo, ſive Exstimulo, [κεντέω] āre. idem quod Stimulare. Columel. lib. 6. cap. 27. Id præcipue armentum, ſi prohibeas libidines, extimulatur furiis. De equis. Plin. lib. 2. cap. 39. de Sideribus, Quoties errantium acceſſu impulſa, aut conjectu radiorum extimulata ſunt.
Dictis extimulare aliquem. Ovid. 6. Faſt. 588.
Furore bellandi extimulare corda. Sil. lib. 1. 32.

Extimulatus, a, um. Partic. [κεκεντημένος] ut, Fame extimulata tigris. Ovid. 5. Met. 164. V. Plin. lib. 2. cap. 39.

Extimulator, ōris. m. [κεντητὴς] ut, Acerrimus extimulator. Tacit. 3. Ann. 40.

Extimus. V. extra.

Extinguo, ſive Exstinguo, nxi, nctum, [σβεννύω, σβέννυμι, ἀποσβεννύω] ĕre. Proprie dicitur de iis quæ incenſa ſunt. Plaut. Perſ. 5. 2. 22. Da illi cantharum, extingue ignem ſi cor uritur.
Incendere & Extinguere, contraria. Cic. pro Milon. 73. Eum qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicæ recenſionis, tabulis publicis impreſſam, extingueret.
Extinguere ignem, flammam, incendium. Plin. lib. 34. cap. 10. Cic. 4. Fam. 13.
Inter Extinguere & Opprimere (inquit Nonius) intereſſe Cic. voluit de Amicit. 78. ut ſit majus Opprimere, quam Extinguere amicitiam, quum inquit, Quamobrem primum danda opera eſt, nequa amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſæ videantur. i. e. Uſu deſuetæ, non repente abruptæ. Budæus.
Elucere & Extinguere, contraria. Cic. 4. Fam. 3. Omnes cives ſic exiſtimant, quaſi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere ſanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam.
Extingui & opprimi antequam plane exortum & natum ſit. Cic. 2. pro Lege Agrar. 90.
Opprimi & extingui. Cic. de Senect. 71. Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut quum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: Senes autem, ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur.
Extinguere & reprimere. Cic. pro Cœl. 71. Audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, ſed repreſſam vetuſtate?
Plane extinguere quæ antea ſcripſimus. Cic. 4. Verr. 172.
Extinguere & funditus delere aliquid. Cic. de Aruſp. Reſp. 6.
Animam alicui. Ter. Adel. 3. 2. 16. Seni animam primum extinguerem ipſi.
Animus & mens, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Cic. de Senect. 36.
Bellum. Plaut. Perſ. 5. 1. 2.
Bellum domeſticum extinguere. Cic. de Aruſp. Reſp. 49.
Conſuetudinem. Cic. pro Cœl. 61. Sin autem jam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, diſſidium extiterat. i. e. Abolita.
Crimina ſua, teſtes interficiendo, extinguere. Cic. 7. Verr. 112.
Dignitas formæ aut morbo deflorefcit, aut vetuſtate extinguitur. Auct. ad Heren. lib. 4. 38.
Famam proditionis. Liv. 27. 16. Brutii quoque multi paſſim interfecti, ſeu per errorem, ſeu vetere in eos inſito odio, ſeu ad proditionis famam, ut vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendam.
Fama malorum vett. extinguitur. Virg. 6. Æn. 527.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Familiaritates. Cic. de Amicit. 35. Eorum querela inveterata non modo familiaritates extingui ſolere, ſed etiam odia gigni maxima atque ſempiterna. Sic Amicitias 80.
Formam. Ter. Phorm. 1. 2. 58. Ut ni vis boni in ipſa ineſſet forma, hæc ipſam extinguerent.
Furorem alicujus extinguere, & audaciam opprimere. Cic. 6. Philipp. 18.
Gloriam. V. Salutem.
Gratiam. Cic. 1. Fam. 1. Gratiam autem noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio, quod Pompejo ſe gratificari putant. i. e. Opprimit, abolet.
Improbitatem alicujus extinguere & delere. Cic. 1. Verr. 26.
Infamiam re aliqua. Cic. 4. Verr. 142. Quum eorum nominibus in ſtatuarum inſcriptione poſitis omnem te ſperabas invidiam atque infamiam tuam extinguere poſſe?
Inimicitias in fortiſſimis viris non ſolum extinguere, ſed etiam ad amicitiam conſuetudinemque traducere. Cic. de Provinc. Conſ. 22.
Invidiam extinguit mors. Cic. pro Corn. Balb. 15.
Leges. i. e. Abolere. Cic. 3. pro Lege Agr.
Liberos extinguere alicujus. Nep. Vit. Attic. cap. 9.
Motus animorum Inflammare & Extinguere, contraria. Cic. 1. de Orat. 60.
Nomen aliquorum extinguere. Cic. 4. in Catil. 7.
Oblivione extingui. Cic. in Somn. Scip. 18. Sermo autem omnis ille & anguſtiis cingitur his regionum quas vides, nec unquam de ullo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & oblivione poſteritatis extinguitur.
Potentiam alicujus extinguere & opprimere. Cic. pro Roſc. Amer. 36.
Religionem extinguit cupiditas. Cic. 3. Verr. 48.
Reliquias belli extinguere. Cic. 10. Fam. 25.
Rumorem. Cic. 15. Att. 1. De regina rumor extinguetur.
Salutem. Ad ejus non ſalutem modo extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam. Cic. pro Milon. 5.
Senſus extinguitur morte. Cic. 2. de Fin. 52.
Sol hominibus extingui viſus eſt. Cic. in Somn. Scip. 7.
Tentata & concepta. Cic. 7. Verr. 112.
Veſtigia urbis. Liv. 8. Bell. Pun. Adeo veſtigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt.
Urbem aliquam. Cic. pro Lege Manil. 11. Corinthum patres veſtri, totius Græciæ lumen, extinctum eſſe voluerunt.
Extinguere aliquem, Occidere. Virg. 4. Æn. 606.
Extingui, Mori. Cic. de Senect. 60. Extingui homini ſuo tempore optabile eſt. Budæus.

Extinctus, a, um. Partic. [ἀποσβεσθεὶς] Cic. de Clar. Orat. 2. Vir egregius, conjunctiſſimusque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo Reip. tempore extinctus, & auctoritatis & prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquerat.
Extincti occiderunt. Cic. pro Corn. Balb. 34. Quum duo fulmina noſtri imperii ſubito in Hiſpania Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent, &c.
Funere crudeli extinctus. Virg. 5. Ecl. 20.
Artus extincti. Ovid. 4. de Ponto, 16. 51.
Calores extincti. Sen. Hippol. 3.
Calore refrigerato & extincto occidimus ipſi & extinguimur. Cic. 2. de Nat. Deor. 23.
Civis extinctus. Ovid. de Rem. Amor. 731.
Flamma extincta reluxit. Ovid. 7. Met. 77.
Homo extinctus dicitur, Qui mortuus eſt. Cic. 1. Tuſc. 116.
Lumen extinctum eſt. Ovid. 1. Met. 721. Lumen. i. e. Vita.
Principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Cic. in Somn. Scip. 20.
Pudor extinctus. Virg. 4. Æn. 322.
Res exſtinctæ vocantur, Quarum forma mutata eſt, vel quarum dominium amiſſum, ita ut in judicio exhiberi nequeant, in §. 27. Inſt. de rer. div.
Sitis extincta bibendo. Ovid. 7. Met. 569.
Spes extincta. Liv. 23. 45.
Virtus extincta. Cic. 3. de Orat. 1.
Vita extincta. Ovid. 7. Met. 569.
Vox omnium ſilentio. Liv. 3. Bell. Pun.
Vox Q. Hortenſii extincta eſt fato ſuo, noſtra publico. Cic. de Clar. Orat. 328.

Extinctio, vel Exstinctio, ōnis. f. [ἀπόσβεσις] Cic. 1. Tuſc. 117. Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extinctus, ûs. m. Idem. Plin. lib. 7. cap. 7. Quum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum extinctu.

Extinctor, vel Exstinctor, ōris. m. [ἀποσβεστὴς] ut, Extinctor conjurationis & ſceleris. Cic. pro Domo ſua, 101.
Belli. Cic. pro Cœl. 61.

Belli domestici extinctor. Cic. de Arusp. Resp. 49.
Hominis. Lactant. de Falsa sapientia lib. 3. cap. 18. Nam si homicida nefarius est, quia hominis extinctor est. H. St.
Incendii extinctor. Cic. in Pison. 26.
Patriæ extinctor. Cic. pro Sylla 88.

EXTINGUIBILIS, e. Lactant. 7. 20. Si non extinguibiles, tamen cruciabiles fiant, &c.

EXTIRPO, vel EXSTIRPO, [ἐκφυτεύω] āre. proprie significat Radicitus evellere, & cum stirpe ipsa totam plantam ex terra abstrahere. Columel. lib. 2. cap. 2. Et extirpandis radicibus.
Arborem extirpare radicitus. Ulp. in l. Furtim. D. Arbor. furt. cæsarum.
Extirpare pilos corporis. Martial. lib. 6. 56.
Per metaph. ad alia transfertur. ut, Extirpare humanitatem ex animo. Cic. de Amicit. 48. Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor; qui profecto cadit, nisi ex ejus animo extirpatam humanitatem arbitremur: quæ causa est ut amicitiam funditus tollamus e vita, &c.
Perturbationes extirpare. Cic. 4. Tusc. 42.
Vitia extirpare, & funditus tollere. Cic. de Fato, 11.

EXTIRPATIO, ōnis. f. [ἐκφύτευσις] Columel. lib. 2. cap. 2. Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri potest.

EXTISPEX, EXTISPICIUM. V. EXTA.

EXTO, sive EXSTO, ĭti, ĭtum. [ἐξέχω] āre. Eminere, superesse. Virg. 3. Georg. 370.
Torpent mole sua, & summis vix cornibus extant.
Longa trabe rectior extat. Ovid. 3. Met. 78.
Humeris extantem suscipit altis. Virg. 6. Æn. 668.
Extat capite solo ex aqua. Cæs. 5. Bell. Gall. 18.
Extare paululum supra terram. Columel. lib. 5. cap. 10. Fasciculos sarmentorum brachii crassitudinis demittito, ita ut supra terram paululum extent.
Ædificia extant modice ab humo. Plin. lib. 6. cap. 22.
Navis extat aquis. Ovid. 5. Trist. 11. 14. i. e. Super aquas.
Surculi extant de arbore sex digitis. Columel. de Arbor.
Extat e terra sesquipede. Columel. lib. 5. cap. 11.
Extat duos digitos. Plin. lib. 17. cap. 14.
Extare & eminere. Cic. 3. de Orat. 99. Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam & recessum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.
Numerus non item extat in oratione ut in versu. Cic. in Orat. 202.
Apparet atque extat utrum. Cic. 1. de Orat. 72. Sic sentio, neminem esse in Oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus: quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque extat utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. h. e. In dicendo ostenditur, & facile declaratur.
Id extat. Cic. 5. Fam. 19. Extatque id quod mihi ostenderas quibusdam litteris, hoc te studiosiorem, &c.
Officium. Cic. de Amicit. 24. Itaque siquando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut, &c.
Procursus fluidorum in proclive volubilis extat. Lucret. 2. 452.
Studium. Cic. 1. Fam. 8. Nostrum studium extabit in conveniendis magistratibus & Senatoribus.
Extant libri, orationes, statuæ, picturæ, & hujusmodi: h. e. Supersunt.
Extare & Intercidere, contraria. Plin. lib. 35. cap. 8. pr. Sive extant, sive intercidēre.
Aliquid extabit, ne tibi plane cessasse videamur. Cic. 2. Att. 8.
Auctor non extat ejus pecuniæ. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Auctor non extat alius. Liv. 1. 18. Auctorem doctrinæ ejus, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt.
Epistolæ extant Philippi ad Alexandrum. Cic. 2. Off. 48.
Exempla extant. Cic. 2. de Legib. 62. Alioqui multa extarent exempla majorum. Sed ex antiquo codice rectius legitur, Extarent ampla majorum. subaudi, Sepulcra.
Inimicitiæ inter eos. Cic. de Amicit. In optimis quibusque honoris certamen & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos extitisse.
An ab Existo? H.St. [Sine dubio. V.quæ in Eo verbo annotavimus supra.
Indicium cædium & libidinum extat & ad insignem memoriam turpitudinis, & pæne ad justum odium nostri imperii. Cic. de Provinc. Cons. 6.
Littera nulla extat. Ovid. in Ibin, 3.
Nullaque quæ possit, tot scriptis millibus, extat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Si litteræ non extarent, magnopere eas requireremus. Cic. 1. de Invent. 70.
Litteris extat. Cic. 1. Tusc. 38. i. e. In litterarum monumentis.
Memoria extat, sunt tabulæ publicæ: redargue me si mentior. Cic. pro Cluent. 62.
Summum extat in me tuum meritum. Cic. pro Planc. 2. i. e. Memoria meritorum.
Monumenta præteritarum rerum certa in litteris extant. Cic. 1. de Invent. 39.
Munus oculorum exstare sine oculis non potest. Cic. 1. de Divin. 71.
Opera peregrinationis hujus extabit. Cic. 15. Att. 13. extr.
Opus. Ovid. 3. de Arte Am. 338.
Quo nullum Latio clarius extat opus.
Opus peregrinationis alicui extare. Cic. 2. Att. 24. Curabo ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus extet.
Oratio. Cic. Quæ, ut scis, extat oratio. Idem de Senect. 16. Et tamen ipsius Appii extat oratio.
Otii non minus quam negotii clarorum virorum atque magnorum rationem extare oportere. Cic. pro Planc. 66.
Scriptum extat in iisdem litteris. Cic. 7. Verr. 147.
Scripta Demadis nulla extant. Cic. de Clar. Orat. 36.
Senatusconsultum. Cic. 1. Fam. 7. Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis, &c. Cic. 5. Fam. 2. Jam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea præscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit.
Vestigia. Liv. 1. Bell. Maced. Cic. pro Rosc. Amer. 62. Hæc quum sint omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia, &c.

Voces extant graviora judicia de potentissimis hominibus quam tabellæ. Cic. 3. de Legib. 34. Al. Vocis.
Extat, pro Est & apparet. Cels. lib. 8. cap. 22. de talo, Ubi huic contrarius talus, contrarium etiam signum extat. Ita antiquiores legunt. Sed Lind. exhibet Contrarius casus, & Signum est.
Extat, pro Est. Cic. pro Arch. 15. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per seipsos & moderatos & graves extitisse fateor. Budæus. [Sine dubio ab Existo, pro Exorior, Evado. V. in EXISTO notata. Duo quoque subjecta loca sic accipienda videntur. Ceterum alterum non inveni, in altero pro Extitit, in quibusd. MSS. legitur Fuit.
Quales tibi sæpe scripsi, Consules extiterunt. Cic. ad Brut. h. e. Sese eo pacto gesserunt. Quintil. lib. 10. cap. 1. Tullius ut ubique, etiam in hoc opere, Platonis æmulus extitit.
Extat, cum infinitivo, pro Auctorum libris testatum est. Cic. in Brut. 57. Quem vero extet, & de quo sit memoriæ proditum eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus: cujus eloquentiæ est auctor, & idoneus mea quidem sententia, Q. Ennius, &c. Alii exponunt Extet, Appareat. quale est illud lib. 1. de Orat. 72. Apparet atque extat.
Pro Supereminere, præstare, excellere, cum accusativo posuit Statius Silv. 1. 2. v. 116. de Violantilla sponsa,
— Latias, metire, quid ultra
Emineat matres, quantum Latonia nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exsto.

EXSTANS, āntis. Virg. 6. Æn. 668.
— humeris exstantem suscipit altis.
Compar. Stat. 9. Theb. 455.
Jamque super ripas utroque exstantior ibat
Aggere.

EXTANTIA, æ. f. [ἐξοχή] Columel. lib. 5. cap. 5. Ipsa capita sine ulla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia sunt. & Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. & 1. 5.

EXTATŪRUS, [ἐξέχων] a supino Exstatum. Plin. lib. 17. cap. 22. Ideo nec vitis minor transferri debet, extatura etiamnum duabus gemmis.

EXTOLLO, extŭli, elātum, [ὑπεραίρω, μεγαλύνω, ἐκθειάζω] ĕre. Efferre. Virg. 2. Georg. 169.
Extulit hæc Decios. Plaut. Amph. 5. 1. 52. Continuo extollunt ambo capita.
Extollere armatum in sublime. Hirt. Bell. Afr. cap. 84.
Extollere caput, & se erigere. Cic. pro Planc. 33. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civilibus extollere jam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?
In gremium suum liberorum ex se genus extollere. Cic. in Orat. 155. Ex quodam poeta.
Lumbos extollere. Plaut. Epid. epilog. 2. Plaudite, valete: lumbos extollite, atque exurgite.
Onera in jumenta. Varro de R. R. lib. 2. cap. 10.
Os sacrum extulit cœlo Lucifer. Virg. 8. Æn. 591.
Perculsum ipsa Resp. manibus suis extolleret. Cic. pro Domo sua, 119.
Pugionem extollere. Cic. 2. Philipp. 28.
Vites erigere & extollere. Cic. 5. de Fin. 39.
Sic urgetur ut nequeat se extollere. Cic. 2. Tusc. 54.
Extollere indignationem, Vehementer irasci. Plin. Epist. 159.
Extollere liberos. Plaut. Most. 1. 2. 41.
Primum, dum, parentes fabri liberûm sunt,
Et fundamentum substruunt liberorum:
Extollunt, parant sedulo in firmitatem.
Extollere, Differre in aliud tempus. Cæcilius Plocio, Abi intro, atque isthæc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Nonius.
Extollere verbis, Exaltare prædicatione, Magnificare. Salluft. Catil. cap. 8. Ita eorum, qui fecere, virtus tanta habentur, quantum eam verbis potuere extollere præclara ingenia.
Extollere verbis in majus. Liv. 8. Bell. Pun. Defectionem sociorum in majus verbis extollentes.
Unius in alterum meritum verbis extollere. Cic. pro Planc. 95. Ubi subauditur In majus.
Deprimere & Extollere contraria. Cic. in Pison. 41. Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis.
Quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum invidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Cic. Anteq. iret in exil. 1.
Submittere se & Extollere, contraria. Cic. de Amicit. 74. Quamobrem ut ii qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores extollere.
Eum gloria ad cœlum extulit. Cic. 3. Tusc. 39.
Mature ad imperium extollere. V. MATURUS.
Laudando aliquem extollere. Auct. ad Heren. lib. 1. 8.
Ad cœlum laudibus aliquem extollere. Cic. 12. Fam. 25.
Animum extollere. Cic. in Partit. 81.
Jacentem non modo extollere, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem. Cic. pro Muren. 8.
Supra modum nihil se extollere. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Extollere se gloriando, & prædicatione. Cic. Parad. 1. 4. An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando sese & prædicatione extollit? Al. Effert.
Egregia facta tuorum te extollunt. Cic. in Sallust. 20.

EXTORQUEO, si, tum, [βιάζομαι, ἐκβιάζομαι] ēre. Vi aliquid auferre, & eripere. ut, Extorquere clavam e manibus Herculis. Per Proverbium dictum. Erasm. ex Macrob. Sat. 5. 3. Ubi tamen, Clavam Herculi subtrahere, non Extorquere, legitur.
Abjicere & Extorquere, contraria. Cic. pro Ligar. 16. Suam citius abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.
Exorare & Extorquere, contraria. Cic. Octav. Ille ea tamen exorabat, quæ volebat auferre, tu extorques. V. EXORO.
Exprimere & extorquere. Cic. de Provinc. Conf. 5. Postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hiberna misit.
Extorquere e manibus. Cic. pro Cluent. 52. Sed ut quidquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.

Arma e manibus iratorum civium extorquere posset auctoritas &c. Cic. de Clar. Orat. 7.
Quod populi R. beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur. Cæs. 1. Bell. Civil. 9.
Extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Cic. 2. de Fin. 16.
Errorem alicui extorquere. Cic. de Senect. 86.
Ferrum de manibus. Cic. 1. Catil. 16.
Opinionem. Si denique veritas extorquebit: ne repugnetis, &c. Cic. pro Cluent. 6. Subauditur Eam opinionem vobis, ex præced.
Pecuniam ab aliquo extorquere & eripere. Cic. pro Cluent. 78.
Sententias de manibus judicum vi quadam orationis extorquere. Cic. 2. de Orat. 74.
Suffragium populo per vim. Liv. 25. 4. i. e. Jus suffragii ferendi.
Talenta a Cæsare. Cic. 6. Att. 1.
Veritatem extorquere. Cic. in Orat. 161.
Ut faterer extorsisti. Cic. 1. Tusc. 14.
Extorquere, pro Luxare. Sen. Epist. 18. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum.

EXTORTUS, Partic. [ἐκβιασθεὶς] Cic. pro Milon. 18. Extorta est confitenti sica de manibus.
Voluptas extorta alicui. Hor. 2. Epist. 2. 139.
Vi & metu extortum frumentum. Cic. in Pison. 86.
Voces extortæ. Claud. 2. in Ruff. 170.
Extortus, pro Excruciato. Sen. Epist. 66. His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina, aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim.
Extortus pro Distorto ac debili. Plin. 8. Epist. 18. Omnibus membris extortus & fractus, tantas opes solis oculis obibat.

EXTORTOR, ōris. m. [ἐκβιαζόμενος] Qui quid extorquet, i. e. Vi rapit & aufert. Ter. Phorm. 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor.

EXTORRIS, is. m. [ἄπολις] Qui est extra patrium solum, seu terram patriam ejectus, sicut exul. Gell. lib. 2. cap. 13. Exul, extorrisque esto. Ab ignis interdictione, torrisque communione ductum esse vocabulum potius quam a Terra, nonnulli putant, etiam si Exul a solo est. Liv. Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Extorris dicitur, Extra terram, vel Extra terminos. Nonius. Liv. 2. 6. Ne se ortum ejusdem sanguinis, extorrem, egentem, ex tanto modo regno, cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire finerent. [Legendum Ortu ejusdem sang.
Hinc CXXXVII. patresfamilias extorres profugerunt. Cic. 5. Verr. 120.
Extorris finibus. Virg. 4. Æn. 616.
Extorris patria. Sallust. Jugurth. cap. 14. Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem & coopertum miseriis effecit.
Extorris regno, exturbatus mari. Accius apud Nonium.
Extorres sedibus. Tacit. 6. Ann. 36. 4.
Exul atque extorris ab solo patrio. Liv. 5. 30.

EXTRA, [ἔξω, ἐκτὸς] Præpositio accusativo casui serviens, cujus relativum est Intra vel Intus. Item reperitur aliquando sine casu, & tum quasi adverbium fit. Plin. lib. 12. cap. 9. Magnitudo miranda est, species similis unedoni, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.
Significat vel Remotionem loci, ut, Extra portam, urbem; Vel Remotionem naturæ, id quod alias dicimus Ultra. ut, Extra modum, fatum, &c. Utriusque generis exempla simul proferemus.
In & Extra contraria. Cic. 2. de Fin. 68. Et in corpore, & extra esse quædam bona.
Eminere foras, & ea quæ extra erunt, contemplari, & quam maxime se corpore abstrahere. Cic. in Somn. Scip. 21.
Sensibus & animo ea quæ extra sunt, percipimus. Cic. 1. de Nat. Deor. 148.
Excedere extra. Cic. de Univers. 14. Sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra.
Extra omnem ingenii aleam positus. Plin. præf. Nat. Hist. de Cicerone.
Causam. Cic. pro Cæcin. 94. Id tametsi extra causam est, percurram tamen brevi.
Conjurationem. i. e. In conjuratis, sive De numero conjuratorum non esse. Cic. pro Syll. 39. Extra conjurationem hunc esse se scire dixisset.
Extra culpam causamque sese ponere. Cic. de Univers. 39. Extra culpam esse. Cic. 7. Verr. 133. Dico aut omnes extra culpam fuisse: aut si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.
Fatum. Cic. 2. de Divin. 25.
Jocum. i. e. Serio. Cic. 7. Fam. 16. Sed mehercule extra jocum homo bellus est. Idem 7. 32.
Modum, pro Supra modum. Cic. 1. Off. 140. Cavendum autem præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Idem 3. de Orat. 48. Vox extra modum absona.
Numerum. ut, Extra numerum es mihi. Plaut. Men. 1. 3. 1. Extra numerum, modumque agere aliquid. Hor. 1. Epist. 18. 59.
Ordinem. i. e. Ordine non observato. Gell. lib. 4. cap. 10. Extra ordinem rogare sententiam honoris gratia. Cic. pro Domo sua, 19. Quibus ille quum esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen pop. Rom. imperiumque honestavit. Ibid. sæpius.
Ostium. i. e. Foris. Ter. Phorm. 5. 6. 36. Sed me censen' potuisse omnia intelligere extra ostium, intus quæ inter se ipsi egerint?
Periculum. Cic. 11. Att. 24. Poteris eam monere ut alicui committat, cujus extra periculum hujus belli fortuna sit.
Portam. Cic. 2. de Legib. 58. Extra portam Collinam ædes Honoris est.
Pretium. i. e. Tanti est, ut pretium excedat. Plaut. Pœn. 1. 2. 119.
Ruinam. Cic. 11. Att. 24.
Teli jactum. Curt. lib. 4. 2. 23. Al. Ictum.
Turbam. h. e. Seorsum a turba. Plaut. Amph. 1. 1. 69.
Urbem. Cic. 4. Att. 17. Sum futurus extra urbem Idibus Januariis.
Extra universa quid potest esse? Cic. 4. Acad. 73.
Extra, pro Præter elegantissime ponitur, exceptionis gratia: ut, Extra te unum. Plaut. Amph. 2. 2. 203. Ter. Phorm. 1. 2. 84. Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam, quisquam aderat. Cic. 1. in Catil. 13. Nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat. Idem 1. Verr. 37. Extra hanc contentionem, certamenque nostrum. Idem 7. Fam. 3. Extra ducem, paucosque præterea. Idem pro Domo, 108. Extra contaminatam illam & cruentam P. Clodii manum. Idem 5. Philipp. 53. Extra tumultum Gallicum Italicumque. Varro 1. de R. R. 18. Præterea, extra familiam, debuit dicere villicum & villicam. Liv. 26. Extra filias quæ nupsissent. Cic. in Orat. 188. Nullus est numerus extra poëticos. [Hoc novissimo loco non ponitur Exceptionis gratia. Intelligi enim vult, Nullum numerum non esse poëticum.
Extra quam, pro Nisi, Verbum est quod ponebatur in concipiendis exceptionibus. Cic. 2. de Invent. 59. Agit is cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is quicum agitur, a Prætore exceptionem, EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRÆJUDICIUM FIAT. Ubi (si) particula deesse videtur, Extra quam si: ut Ulp. in l. prima. §. Labeo scribit. D. de fluminibus, Sed ita excipiendum ait, extra quam siquid ita factum sit, uti de lege fieri licuit. Liv. 26. 34. & 38. 38. Cic. 6. Att. 1.

EXTRACLUSUS, Ager dicebatur, Qui intra finitimam lineam & centurias interjacebat: ideoque extraclusus, quia ultra limites finitima linea clauderetur. & extraclusa loca sunt æque juris subsecivorum, ultra limites, & ultra finitimam lineam. Quod genus agrorum si reipub. populi Romani, aut ipsius coloniæ cujus fine circumdatur, sive peregrinæ urbis, aut locis sacris, aut religiosis, æque ad populum Romanum pertinentibus, datum non est, jure subsecivorum in ejus, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino de Agrorum qualitate, p. 39. Goesii Edit.

EXTRAORDINARIUS, Adj. [ἔξαχτος] Quod præter ordinem fit, vel est.
Cupiditates extraordinariæ. Cic. 7. Verr. 35. Ut omnia semper quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem.
Cura. Liv. 26.
Honores. Cic. ad Brut. 4. & 10. Item 5. Att. 4.
Imperium. Cic. 11. Philipp. 17. & 20.
Milites. Liv. 35. 5.
Munus. Cic. 5. Att. 9.
Pecunia. i. e. Quæ in tabulas non refertur. Cic. 3. Verr. 100. & pro Rosc. Com. 4.
Petitio consulatus. Cic. de Clar. Orat. 226.
Potestas. Cic. pro Domo sua, 22.
Præsidium. Cic. 11. Philipp. 20.
Reus. Cic. 8. Fam. 8.
Species fructuum. Varro de R. R. 2. 1. fin.
Extraordinaria crimina Jureconsultis dicuntur, Quæ non lege aliqua publicorum judiciorum, sed extra ordinem magistratus imperio, ac potestate exercentur. Unde, Legitima crimina Extraordinariis opponuntur ab Ulpiano, l. 3. D. de crimin. stellionat.

EXTRARIUS, Adj. [ἐξωτικὸς] ab Extra, ut a Contra Contrarius. Alienus, Qui extra focum, sacramentum, jusque est, inquit Festus. [Legendum videtur, Sacra gentis, pro Sacramentum.
Extrarius pro Eo qui non sit domesticus, & ex eadem familia. Apulejus Apologia pag. 318. Præterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturum.
Canis extrarius, apud Suet. Vesp. 5. pro Non domestico.
Defensio extraria. Auct. ad Herenn. 2. 19. Absoluta juridiciali constitutione utemur, quum ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, jure factam dicemus, sine ulla assumptione extrariæ defensionis.
Extraria lux, i. e. (ut quidam ajunt) Extrinseca. Lucret. lib. 4. 277.
Res extrariæ. Cic. 2. de Invent. 176. Utilitas aut in corpore posita est, aut in extrariis rebus. V. EXTRANEUS paulo post.
Extrarium dicitur, Quicquid est extra rem de qua agitur, ut apud Quintil. lib. 7. cap. 2. Quum in personam certam transfertur accusatio, aut in extrarium, aut in ipsius qui periit voluntatem, &c.

EXTRANEUS, Adj. [ἀλλότριος] dicitur (ut ait Festus) Qui ex alia terra est. [Apud Fest. scribitur Exterraneus, de quo V. s. l. Scribitur autem Extraneus per Syncopen, pro Exteraneus, ut Interaneus, idque formatur ab Exterus, cui proin postponi debet, sicut & Externus.
Extraneus & Domesticus, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 9. Pax & concordia extraneis gignetur, quum jam domesticis non insideat, sed publice providenti eripiatur.
Causa extranea. Auct. ad Herenn. lib. 3. 2.
Cognomine extraneo demonstrare id, quod suo nomine appellari non potest. Auct. ad Herenn. lib. 4. 42.
Extraneus hæres apud Suet. Claud. cap. 4.
Res extraneæ, & corporis & animi diversæ. Auct. ad Herenn. lib. 4. Cic. 2. de Invent. 177. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum & corpus & extraneas res licebit. Animi est, virtus, &c. Corporis, valetudo, &c. Extraneæ, honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, & cetera quæ simili esse in genere intelligentur. In al. Extrariæ. [Vix usquam distingui utramque dictionem videas, licet Festus nominatim distinguat. Utraque autem terminatio Analogia nititur. Extrarius ab Extra, ut Contrarius a Contra, Extraneus ab Exterus, ut dictum est.

EXTRANEO, āre. Facere extraneum. Apul. Apol. si constat lectio.

EXTĔRUS, a, um. Adj. [ἀλλοδαπὸς] pro Alienigena: ut, Exteræ nationes. Cic. pro Font. 25.
Exterus hostis atque longinquus. Cic. 2. in Catil. 29.
Regna extera quærere. Virg. 4. Æn. 350.
Res extera. Lucret. lib. 2. 277. Conf. EXTER.

EXTERIOR, [ἐξώτερος] compar. ab Exter vel Exterus, cui opponitur Interior. Cic. de Univers. 21. Atque ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, &c.
Comes exterior. Hor. 2. Serm. 5. 17. i. e. Sinisterior, in sinistra parte positus. Porphyr. Aut exterior, hoc est in exteriore parte sive distantiore a domibus, quæ inferior est: aut alibi, in sinistra.
Exterior sis, pro Extra, apud Plaut. Men. 2. 2. 59. Exterior sis, observato modo. Sic Inferior & Superior apud Phædr. Fab. 1. 1. Aliter tamen legitur in emendatis codd.

EXTERIUS, Adv. Idem. ut, Urbes exterius sitæ. Ovid. 6. Met. 420. V. Apul. de Herb. cap. 79. [Ovidii versus desideratur in bonæ notæ codd. Nec sane apud antiquiores exempla talia obvia sunt in his adverbiis, quæ ex præpositionibus facta sunt. Præpositiones enim non moventur. Unde & Superius, atque alia id genus inusitata pronuntiat Tursellinus.
Cicero

Cicero certe, Cæsar, Salluſtius & reliqui ævi ejusdem vel ſola præpoſitione utuntur, vel adjunctis adverbiis Longe, Multo, Paulo &c. V. de ſingulis ſ. l.

EXTRĒMUS, [ἄκρος, ὕστατος] ſuperl. ab Exter. Plaut. Ab extremo narrare incipiam.
Ab extremo. V. AB.
Extremus, Ultimus. Virg. 10. Ecl. 1.
Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.
Cælum, quod extremum atque ultimum mundi eſt. Cic. 2. de Divin. 91.
Dies extremus fati. Ovid. 1. Epiſt. 114.
Digitis extremis tangere. Locutio proverbialis. Cic. pro Cœl. 28. Multos vidi & audivi non modo qui primoribus labris guſtaſſent hoc genus vitæ, & extremis, ut dicitur digitis attigiſſent, ſed, &c. Explicat Abram. ad loc.
Finis extremus laborum. Virg. 4. Georg. 116.
Fortuna extrema ſtare. Cic. in Salluſt. 14. de ambuſto judicio.
Gemitus extremos ciere. Virg. 3. Georg. 517.
Halitus extremus. Virg. 4. Æn. 684.
Hora extrema. Virg. 8. Ecl. 20.
— extrema moriens tamen alloquor hora.
Hieme apparuit extrema. Cic. pro Lege Manil. & Virg. 1. Georg. 340.
Litteræ, quibus in extremis erat. ſubaudi Scriptum. Cic. 14. Att. 8.
In extremo tertio libro. Cic. 1. de Divin. 9. Satis enim defenſa religio eſt in ſecundo libro a Lucilio, cujus diſputatio tibi ipſi, ut in extremo tertio ſcribis, ad veritatem eſt viſa propenſior.
Lumen. Petron. cap. 22. Lucernæ humore defectæ tenue & extremum lumen ſpargunt. V. Burm. ad loc.
Manus extrema non acceſſit operibus ejus. Cic. de Clar. Orat. 261. V. MANUS.
Menſis. Cic. 2. de Legib. 54. Februarius menſis extremus anni.
Morte in extrema. Virg. 2. Æn. 447. — his ſe, quando ultima cernunt, Extrema jam in morte parant defendere telis.
Oratio. Cic. 2. de Orat. 322. Eſt id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. Idem 1. de Orat. 41. Quod vero in extrema oratione quaſi tuo jure ſumpſiſti.
Pars extrema & concluſio muneris & negotii. Cic. 1. Q. frat. 1.
Pueritia extrema miles fuit ſummi imperatoris. Cic. pro Lege Manil. 28.
Receſſu penitus extremo abditus. Sen. Hippol. 8.
Spiritum extremum filiorum excipere. Cic. 7. Verr. 117.
Spiritu in extremo. h. e. Usque ad mortem, & extremum ſpiritum. Cic. 2. de Fin. 99. Summorum officiorum in extremo ſpiritu conſervatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam.
Supplicium extremum. Cic. 7. Verr. 38. Italia autem alumnum ſuum, ſervitutis extremo ſummoque ſupplicio affixum videret.
Extremus, Perditus & nequam. Virg. 4. Æn. 179.
Illam terra parens, ira irritata deorum
Extremam (ut perhibent) Cœo, Enceladoque ſororem
Progenuit. h. e. Peſſimam. Quod non ſine ratione eſſe videtur: quandoquidem medici affirmant deteriores eſſe qui ultimi naſcuntur. Perottus, ex Servio. Sic, Extremum ingenium apud Liv. 22.
Extremus, Remotus. Hor. 1. Epiſt. 1. 45.
Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Compar. etiam Apul. 1. Met. p. 105. Siquid eſt noviſſimo extremius. Et lib. 7. pr. Quod cunctis eſt extremius.
Superl. Tertull. Apol. cap. 9. Extremiſſimi prophetæ.

EXTREMUM, i. n. pl. EXTREMA, ut Cic. de Amicit. 14. Cujus diſputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum.
Ad extremum. Hor. 1. Epiſt. 1. 9.
Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat. Uſurpatur adverbialiter, pro Tandem, Ultimo. Cic. 13. Philipp. 45. Sed jam ſe colligit & ad extremum incipit philoſophari. Idem 2. Att. 22. Ad extremum manus dedit.
Ad extremum, pro In extrema parte. Liv. 23. Miſſile telum haſtili oblongo, & cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.
Ad extremum, pro Poſtremo. Tacit. 1. Hiſt. 46. Ad ſeditionem & diſcordias, & ad extremum, bella civilia ruebant.
Ad extrema deſcendere. Cic. 10. Fam. 33.
Εἰς τὰ ἔσχατα. H. St.
Vitam adducere in extremum. Tacit. 14. Ann. 61. Sed vitam ipſam in extremum adductam a clientelis & ſervitiis Octaviæ.
Durare in extremum. Ovid. 7. Epiſt. 111.
Usque in extrema obſtinatus. Tacit. 3. Hiſt. 56. Acerrimum militem, & usque in extrema obſtinatum.
In ea Pompeji epiſtola erat in extremo ipſius manu. ſubaudi Scriptum. Cic. 8. Att. 2.
In extremis eſſe. Scævola in l. alumnæ. D. de adimend. legat. Cognovi Priſcianum filium meum in extremis eſſe. Julianus in l. ſi pater. D. de fideicom. libert. eadem utitur loquendi forma. Sed & eodem ſignificatu ibidem dicit, Eſſe in extrema valetudine.
Quod finitum eſt, inquit, habet extremum. Cic. 2. de Divin. 103.
Extremum omnium rerum, mors. Cic. 6. Fam. 21.
Quid ſit extremum, quid ultimum bonorum. Cic. 1. de Fin. 29. [Lego Quod ſit. Sic 42. Quoniam autem id eſt vel ſummum bonum, vel ultimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant. Ut ſit Epitheton Extremum.
Sed hoc extremum eorum eſt. poſtulant ut excipiantur hæc inexplicabilia. Cic. 4. Acad. 97.
Videtur ſignificare, *C'eſt leur dernier refuge.* H. St.
Curarum extrema. Sil. lib. 17.
Extremum tunicæ. Plin. lib. 11. cap. 37.
Extremo anni, pro Extrema parte anni. Tacit. 6. Ann. 27. Idem 3. Hiſt. 47. In extremo Ponticæ oræ. Item 5. Hiſt. 12. Extrema, & latiſſima mœnium.

EXTREMO, Adv. [ὕστατον] Cic. 12. Att. 35. Quod enim ſcribis extremo, vide, &c. Legitur & Extremi. Nep. 22. 2. 3. Sed extremo Hamilcarem imperatorem fecerunt. [Ut Poſtremo. Apud Cic. alii legunt Extremi, ut ſubaudiatur vox Loci, quæ præceſſerat.

EXTREMUM, Idem. Ovid. 1. Triſt. 3. 15. Stat. 10. Theb. 935.

EXTREMĬTAS, [τὸ ἄκρον] Quod in quaque re extremum eſt. ut, Extremitas circuli. Plin. lib. 2. cap. 17.
Ora & extremitas regionis. Cic. 2. de Fin. 102. Hæc non erant ejus qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraviſſet.
Cæli extremitas. Cic. de Univerſ. 23.
Mundi extremitas paribus a medio radiis attingitur. Cic. de Univerſ. 15.
Ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret. Cic. 5. Tuſc. 114. In MSS. Peragrabat. V. paulo ante Ora &c.
Extremitas in agro [ἐσχατιά] ita definitur ab Aggeno; Extremitas, Finitima linea eſt, quæ intervenit aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecundum legem colonicam: quia omnis limes itineri publico ſervire debet: aut per limites ſive terminos aliaque ſigna quibus territoria finiuntur: aut ubi inſoluta loca remanſerunt. hæc autem ſunt loca quæ inſoluta dicuntur: quæ aut in ſaxoſis & ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non eſſet quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari.

EXTERNUS, a, um. Adj. [ἐξωτερικός, ξενικός] ab Extra præpoſitione; ſignificat Advenam, quaſi Ex aliena terra. Externus, eſt Alienæ terræ. Feſtus. Plin. lib. 12. cap. 25. In totum alia eſt natura balſami, quam noſtri externique prodiderant.
Arcebatque ſuis externos finibus omnes. Ovid. 4. Met. 647.
Canum amor in dominos, odium in externos. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Amore externo læſus vir. Ovid. 5. Epiſt. 102.
Armis in externis animos exercet. Ovid. 1. Amor. 8. 41.
Bona externa. Ovid. 2. de Ponto, 3. 36.
Commoda externa. Cic. in Topic. 89.
Corpore externo mens cingitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 26.
Gentes externas. Ovid. 3. Amor. 4. 34.
Gratias externas & ipſi quæſivere. Tacit. 12. Ann. 15.
Homines externos non egere, ornamento eſt Reipub. Cic. 2. Off. 64.
Hoſtibus externis magis quam domeſticis laboramus. Cic. Brut. 10.
Locis in externis minor eſt ad facinus verecundia. Cic. 4. Fam. 9.
Malum externum. Nep. 22. 2. 1.
De parte externa. Lucret. lib. 4. 930.
Principio externa corpus de parte neceſſum eſt,
Aeriis quoniam vicinum tangitur auris, Trudier.
Populos apud externos valere opibus & gratia, vehementer utile eſt iis qui honeſte multum poſſe volunt. Cic. 2. Off. 64.
Pulſus. ut, Inanimum eſt enim omne quod pulſu agitatur externo. Cic. in Somn. Scip. 21.
Religio. Cic. 6. Verr. 114.
Rerum externarum, & ad corpus pertinentium domina Fortuna. Cic. 5. Tuſc. 25.
Robur externum. Ovid. 14. Met. 454.
Auget uterque ſuas externo robore vires,
Et multi Rutilos, multi Trojana tuentur Caſtra.
A ſede externa profectus. Virg. 7. Æn. 255.
Tepor externus & adventitius. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.
Thalami externi. Virg. 6. Æn. 94.
Venere externa lædere ſocialia fœdera. Ovid. 14. Met. 380.
Vir externus. Virg. 7. Æn. 68.
— externum cernimus, inquit,
Adventare virum.
Viſione externa & adventitia animos pulſari. Cic. 2. de Divin. 119.

EXTERNO, [ἐξίστημι] āre. Veteres uſurparunt pro Alienare. Dementem facere. Pacuvius, Sed eccam miſeram, quam frequens luctus externavit. Catul. 62. 71.
Ah miſeram aſſiduis quam luctibus externavit
Spinoſas Erycina ferens in pectore curas. V. in EXTERNATOR not.

EXTERNĀTUS, a, um. Partic. [ἐξεστηκώς, ἐξεστηκὼς] Catul. 62. 165.
Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?
Externatus, pro Eo quod Gallice dicitur *Effarouché, eſtonné, eſperdu.* Ovid. 11. Met. 77.
Externata fugam fruſtra tentabat. i. e. Conſternata, perterrefacta. Codd. Emend. Exſternata.
Equi externati. Ovid. in Ibin, 432. Hic quoque Exſternati in iisdem codd.

EXTERNATIO, ōnis. f. Et

EXTERNATOR, ōris. m. apud Eccleſiaſt. [Sed omnes hæ dictiones Spuriæ videntur. Cum potius Exſterno, Exſternatus &c. ſcribendum ſit, ut ad Thema STERNO, referantur, quod pulchre Græco ἐκπλήττω reſpondet. Quomodo & apud Ovidium editum diximus.

EXTĬMUS, [ἐξώτατος, ἔσχατος] ſimiliter ab Exterior: opponitur Citimo. Plin. lib. 2. cap. 78. Iisdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint.
Sed per extimos quosdam latrones, amnique confines. Marcell. lib. 30. p. 499. principio. Vide indicem Francof. H. St. locus eſt cap. 6. pr.
Extimum, auctore Feſto, Extremum ſignificat, ita ut Intimo ſit contrarium. Ita Cic. de Somn. Scip. 9. Orbium unus eſt cœleſtis extimus qui reliquos omnes complectitur.
Extimum promontorium. Plin. lib. 6. cap. 28.

EXTRĂHO, xi, ctum, [ἐξέλκω, ἀνασπάω] ĕre. Extra trahere. Cic. pro Cluent. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio.
A vita extrahere aliquem. Sen. Theb. 1. v. 5. — Melius inveniam viam
Quam quæro ſolus: quæ me ab hac vita extrahat.
Extrahere vi aliquem in publicum. Liv. 26. 13. Ni venirent in Senatum, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes vi extracturos eſſe.
Aculeos corpore extrahere. V. ACULEUS.
Aſſenſionem ex animis. Cic. 4. Acad. 108.
Cupiditates tollere atque extrahere radicitus. Cic. 2. de Fin. 27.
Religionem ex animo radicitus extrahere. Cic. 1. de Nat. Deor. 122.
Scelus in lucem ex occultis tenebris. i. e. Prodere & manifeſtare. Liv. 39. 16. Omnia diis propitiis volentibusque ea faciemus, qui quia ſuum numen ſceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt.
Extrahere ſe, aut alium incolumem. i. e. Subducere. Nep. 18. 5. 7.
Præfectis

Præfectis Antigoni imposuit, seque ac omnes suos extraxit incolumes.
Se ex negotio. Ter. Phorm. 1. 4. 3.
Se rebus humanis. Ut, puta, si laqueum torsit, si medicamentum pro veneno bibit, præcipitemve se ex alto misit. Verba sunt Ulpiani in L. Quum autem §. Capitalem. D. de Ædilit. edict.
Secreta mentis. Sen. Hippol. 881. Vincite ferro, verberum vis extrahat secreta mentis.
Serpentes cantu. i. e. Mulcere & delinire. Plin. lib. 8. cap. 16.
Telum e corpore. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 19.
Venena corpori. Plin. lib. 7. cap. 2.
Urbem ex periculis. Cic. pro Sext. 11.
Item, Extrahere pro Consumere, producere, trahere in longum, & differre: ac proprie Procrastinare. Cæs. 1. Bell. Civil. 32. Catone vero acerrime repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora diem extrahente. Liv. Cunctando extraxeram diem.
In infinitum aliquid extrahere. Quintil. 4. 1.
Æstas. Liv. 32. 9. extr. Sine ullo effectu æstas extraheretur. i. e. Tempus æstivorum. Idem 22. 18. Extracta æstate. Vel, ut alii Codd. Exacta. V. Sigon. & Gronov. ad loc.
Bellum. Liv. 3. 2. Extractum in tertium annum bellum est.
Certamen usque ad noctem. Liv. 4. 41.
Judicium. Paul. l. ad exhibend. l. si optione intra certum tempus data judicium extractum est, &c.
Mentem. Stat. 1. Theb. 323. — spes anxia mentem
Extrahit & longo consumit gaudia voto.
Mortem extrahit vates dulci testudine. Valer. 1. Argon. 278.
Populum. Stat. 3. Theb. 574.
— populumque ducesque Extrahit incertis.
Pugnam in posterum extrahere. Tacit. 4. Ann. 73. Mox compertum a transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in posterum extracta, confectos.
Rem extrahere. Cic. 1. Fam. 4. Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis. Idem 2. Q. frat. 2. Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est. V. Gronov. ad Cic. 1. Fam. 4. Extrahi rem in suum adventum, vel In adventum Coss. Liv. aliquoties.
Extrahere aliquem, pro Inducere, & vehementer solicitare ut aliquid faciat. Liv. 2. Bell. Pun.

**Extractus**, Partic. [ἐξελχθεὶς]
Rure in urbem extractus. Hor. 1. Serm. 1. 11.
Pars major anni certaminibus extracta. Liv. 4. 43.

**Extractorius**, Adj. [ἐξελκτικὸς] Plin. lib. 24. cap. 11. Vulgaris arundo extractoriam vim habet. h. e. Evocatoriam & eductoriam.

**Extremisco**, apud Minut. ex quorundam lectione. MS. Cod. qui superest unicus non agnoscit. Attamen legitur apud Sedul. 4. 286.
Extremuit letale chaos.

**Extremitas**, **Extremus**. V. extra.

**Extrīco**, [ἀναπλύσσω, ἀπαλλάττω, ἀπολύω] āre. a Tricis compositum; significat Liberare tricis, seu Difficultate.
Extricare se. Plaut. Epid. 1. 2. 49. Aliqua ope exolvam, extricabo me aliqua.
Extricare silvestrem agrum, pro Purgare frutetis. Columel. lib. 3. 11.
Nummos unde unde extricare. Hor. 1. Serm. 3. 86.
Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor æris:
Qui nisi, quum tristes misero venere Calendæ,
Mercedem, aut nummos unde unde extricat, amaras
Porrecto jugulo, historias, captivus ut, audit.
De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. Vatin. ad Cic. 5. Fam. 10. pr.
Cerva extricata densis plagis. Hor. 3. Carm. 5. 31.

**Extricatus**, Partic. ut, Extricatæ margaritæ, i. e. Perpurgatæ, mundatæ, expolitæ. Ulp. l. 27. §. 19. D. ad l. Aquiliam, Si quum maritus uxori margaritas extricatas dedisset, eaque invito marito perforasset, &c. [Legerem, si quid codd. juvarent, Non exterebratas.
Extricata solutio. Cic. 15. Att. 20. extr. Al. Explicata, quod ibidem Synonymum jungitur.

**Extrilidus**, Adj. Extra metum vel læsionem. Gell. 19. 1. Conspicimus hominem impavidum & extrilidum. [Sed merito suspectum est. V. Gronov. ad loc. Quin potius Pavidum & expallidum scribendum esse, ex sequentibus colligere licet.

**Extringo**, vel **Exstringo**, inxi, ictum, [σφίγγω] ĕre. Idem quod Stringere. Cic. 4. Acad. 145. Deinde quum paulum digitos extrinxerat. Quo in loco ex vetustis exemplaribus legitur Contraxerat; alii Constrinxerat.

**Extrinsĕcus**, a, um. Boethius lib. 3. de Differentiis Topicis, A comparatione majoris vel minoris idem locus est, qui apud Themistium inter extrinsecos locos ponitur a majore & minore. V. Vorst. de Latin. mer. susp. cap. 18.

**Extrinsĕcus**, Adv. [ἔξωθεν] quasi dicat Externe, vel Ab extra. Cic. 5. de Fin. 68. Et nunc quidem quod eam tuetur, ut de vite potissimum loquar, est id extrinsecus. Idem 1. de Orat. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam. Varro lib. 1. de R. R. cap. 41. Ut non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant.
Accipere extrinsecus aliquid. Cic. 3. de Nat. Deor. 29.
Addita corpora sunt extrinsecus. Lucret. lib. 2. 1106.
Adhibentur extrinsecus corporum adjumenta. Cic. 5. Tusc. 58.
Allapsus extrinsecus humor. Cic. 2. de Divin. 58.
Assumere auxilia extrinsecus. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Assumuntur extrinsecus loci. Cic. in Topic. 8.
Complecti extrinsecus aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 121.
Ducunt extrinsecus spiritum pulmones & cor. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.
Excitari vi extrinsecus. Cic. de Fato 42.
Imminens bellum extrinsecus. Liv. 2. 33. Sine ullo metu extrinsecus imminentis belli.
Inaurata extrinsecus columna. Cic. 1. de Divin. 48.
Injecta extrinsecus præsagitio, atque inclusa divinitus, inest animis. Cic. 1. de Divin. 66.
Intrare extrinsecus. Pers. 5. Sat. 128. — servitium acre
Te nihil impellit? nec quicquam extrinsecus intrat
Quod nervos agitet?
Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines nobis dormientibus. Cic. 4. Acad. 125.
Obrepere. ut, Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Cic. 2. de Divin. 139.
Quærere aliquid alicunde extrinsecus. Cic. 2. de Orat. 318.
Vestivit extrinsecus animum Deus & circumdedit corpore. Cic. de Univers. 18.
Extrinsecus, pro Extra propositum. Columel. lib. 1. cap. 6. ubi de Curculionibus meminit, Sed hæc, etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco retulisse.

**Extro**, [ἔξειμι] āre. Verbum ab Extra formatum; significat Egredi. Sicut enim Intrare, Ingredi est: sic Extrare, Exire. Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt ilico. Nonius 2. 279.

**Extrūdo**, si, sum, [ἐξωθέω, ἐξοικίζω] ĕre. Extrudere proprie dicitur qui Manibus expellit, & veluti Extra trudit, auctore Donato.
Esse in numero, & Extrudi, contraria. Cic. 7. Fam. 6. Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus.
Extrudere ædibus. Plaut. Aulul. 1. 1. 31. Me miseram ad hunc modum decies die uno sæpe extrudit ædibus.
Extrudere ex ædibus. Plaut. Casin. 4. 1. 18.
Extrudere foras. Plaut. Truc. 1. 1. 68. Ter. Eun. 4. 5. 11. Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras.
Extrudere invitum. Ter. Hec. 1. 2. 98. Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater. Ubi Donatus, Hic translatione usus est Terentius, ut ostenderet tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset.
Extrudere & ejicere aliquem in viam. Cic. 2. de Orat. 234.
Extrudi, per translationem, pro Abalienari. ut, Extrudi ab aliquo. Cic. 3. Att. 14. Sed jam extrudimur, non a Planco, (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco minime apposito, &c.
Extrudere domo sua aliquem. Cic. 7. Verr. 37. Itaque non modo domo tua Chelidonem in Prætura extrudere voluisti, sed in Chelidonis domum Præturam tuam totam detulisti.
Extrudere aliquem, pro Impellere ad iter accelerandum. Cic. 14. Fam. 2.
Extrudere tabellarios, litterasque ad aliquem. Cic. ad Brut. 14.
Merces extrudere. i. e. Vendere. Hor. 2. Epist. 2. 11.

**Extrūsus**, Partic. Lucret. lib. 3. 978. Rerum novitate extrusa vetustas.

**Extruo**, vel **Exstruo**, xi, ctum, [κατασκευάζω] ĕre. ab Ex & Struo; Construere, ædificare. Cæs. 3. Bell. Gall. 29. Omnem eam materiam quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, & pro vallo ad utrumque latus extruebat.
Extruere & Evertere, contraria. Cic. pro Domo sua, 101. In ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi & ab eodem extructam & positam in oculis civitatis.
Acervum magnum ad pedes alicujus extruere. Cic. 2. Att. 2.
Ædificium in alieno. Cic. pro Milon. 75.
Aggerem in altitudinem. Cæs. 2. Bell. Civil. 1.
Altitudinem excellentiamque virtutum animo extruere. Cic. 5. de Fin. 71.
Casas extruere ex virgis. Tibul. lib. 2. 1. 24.
Disciplinam fundare & extruere. Cic. 4. de Fin. 1.
Focum lignis. Hor. Epod. 2. 43.
Mensas epulis. Cic. 5. Tusc. 62. Mensæ conquisitissimis cibis extruebantur. Cic. de Senect. 44. Caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis.
Mensas festas extruere. Tibul. lib. 2. 5. 99.
Montem extruere. Cic. in Pison. 48. Hyperbole est. conf. Villam.
Montes extruxit in æthera. Valer. 2. Argon. 20.
Monumentum. Cic. 14. Philipp. 33.
Rogum. Cic. 3. de Fin. 76.
Sepulcrum. Cic. 2. de Legib. 64.
Stramenta in acervum. Columel. lib. 6. cap. 3.
Thermas de marmore. Martial. lib. 9. 77.
Toros. Virg. 3. Æn. 224.
Tumulum. Cæs. 6. Bell. Gall. 16.
Verba in quendam numerum. Auct. ad Heren. lib. 4. 44.
Villam ad cœlum. Cic. pro Domo sua, 124.
Urbem extruere. Virg. 4. Æn. 267.

**Extructus**, Partic. [κατεσκευασμένος] Cic. in Pison. 67. Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.
Foci extructi. Ovid. 1. Trist. 3. 44. Sed varia lectio est. V. Heins.
Mensæ extructæ dapibus. Ovid. 11. Met. 119.
Superl. Apul. de Deo Socrat. p. 54. Extructissimæ & ornatissimæ ædificiorum species.

**Extructio**, ōnis. f. [κατασκευή] Cic. 14. Philipp. 34. Eaque extructione, quæ sit ad memoriam æternitatis.
Extructio tectorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 151.

**Extructorius**, Adj. Tertull. de Carne Christi, cap. 17.

**Extubĕro**, [ἐξογκόω] āre. a Tuber derivatum; significat Excrescere, inflari: & quasi Tuberis figuram efficere. Plin. lib. 21. cap. 16. Neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat. Idem 37. 8. Utrobique autem in rupibus inviis & gelidis, oculi figura extuberans leviterque adhærens.
Extuberare, activum, pro Tuberibus asperare. Sen. lib. 6. Nat. Quæst. Defert montes, subrigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit.
Ficuum caudices in orbem extuberantur. Solin. cap. 65.
Extuberantes gemmæ: quibus opponuntur Cavæ. Plin lib. 37. cap. 12.

**Extuberatus**, Partic. Ammian. 22. 15. Aviditate nimia extuberatus venter. Idem 25. 10. Extuberatum caput.

**Extuberatio**, [ἐξόγκωσις] Plin. lib. 31. cap. 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus. h. e. Tuberculis per corpus enascentibus.

**Extŭmeo**, ēre. vel **Extumesco**, [ἐξοιδέω] ĕre. Idem quod Tumescere, & in tumorem redigi. Plin. lib. 37. cap. 5. Democritus in hoc genere posuit Hermoneos & Persicos illos extumescentes pinguiter. Plaut. Truc. 1. 2. 96. Uterum illi nunquam extumere sensi.

**Extumĭdus**, Adj. [ἐξῳδηκὼς] ut, Extumida media area. Varro 1. de R. R. cap. 51.

**Extunc**, Ex illa hora. Apul. lib. 7. Asini aurei, Extunc pœnæ reservatus.

**Extundo**, tŭdi, tūsum, [ἐκκόπτω, ἐκβιάζομαι] ĕre. Extorquere vel Invenire. Nonius. Plaut. Most. 1. 3. 63.
Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum ut impetravi,
Atque olim, prius quam id extudi, quum illi subblandiebar. Suet. Vesp. cap. 2. Ea demum extudit, magis convicio, quam precibus.
Usus extundit artes. Virg. 1. Georg. 133. & 4. 315.

Labor

Labor extudit faſtidia. Hor. 2. Serm. 2. 14.
Extundere aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Extundere, Studioſe facere. Virg. 8. Æn. 665.
Lanigeroſque apices, & lapſa ancilia cælo
Extuderat. Servius.
Extundere, Tundendo deformare. Caſſius Severus lib. 6. Controverſ. apud Senecam, Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.

**Exturbo**, [ἐξωθῶ] āre. Violenter ejicere ab aliquo loco. Metaphora ſumpta a Turbine vento, qui dum perflat, pulverem veluti in globum violenter ſurſum erigit. [An ergo in ſimpl. Turbo & ceteris compoſitis eadem metaphora?
Expellere atque exturbare aliquem. Cic. pro Cluent. 14. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia jubet.
Exturbare, Ejicere, expellere. Cic. pro Muren. 45. Magnum eſt enim te comparare ea, quibus poſſis hominem e civitate, præſertim non inopem, neque infirmum, exturbare, qui & per ſe & per ſuos, & vero etiam per alienos defendatur.
Exturbare & Manere, contraria. Cic. 8. Att. 25. Itaque quæro qui ſint iſti optimates qui me exturbent Cumis, ipſi domi maneant.
Ædibus & Ex ædibus aliquem exturbare. Plaut. Trin. 1. 2. 100. & 3. 3. 76.
Ex agris expelli & exturbari. Cic. 2. contra Rull. 83.
Bonis patriis. Cic. 4. Verr. 46.
Domo exturbari & expelli. Cic. pro Cluent. 14.
Foras. Plaut. Trin. 4. 4. 77.
Fortunis omnibus. Cic. pro Quint. 93.
E navi populum exturbare, Senatum a gubernaculis dejicere. Cic. pro Domo ſua, 24.
Ex numero vivorum. Cic. pro Quint. 49.
Penatibus. Plin. Paneg.
E poſſeſſionibus. Cic. pro Syll. 71.
E provincia. præcipitem. Cic. 6. Verr. 67.
Sede. Columel. 8. 17.
Ægritudinem ex animo exturbare. i. e. Excutere. Plaut. Curc. 2. 1. 9.
Calculos exturbat radix herbæ. Plin. 20. 10. i. e. Confringit, expellit.
Civem e civitate. Cic. Anteq. iret in exil. 16.
Comas. Stat. 5. Theb. Diſturbare, vexare, uti ſæpe occurrit uſurpatum. ut exempl. ſeq.
Mentem. Cic. 1. Q. frat. 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam.
Noctem vociferando. Stat. 10. Theb.
Oculos & dentes; pro quo dixit Ter. Exſculpere. Idem quod Effodere. Plaut. Pœn. 1. 2. 168. Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ exturbo oculos atque dentes.
Silentia noctis. Stat. 1. Theb.
Spem pacis. Liv. 6.

**Exturbātus**, Partic. [ἐξωθημένος] ut, Radicibus exturbata pinus. Catul. 65. 108.

**Exturbatio**, ōnis. f. apud Hieron.

**Exturbator**, ōris. m. apud Auguſtin.

**Extussio**, īvi, ii, ītum, [ἐκβήττειν] īre. Idem quod Tuſſire, & cum tuſſi aliquid ejicere. Plin. lib. 35. cap. 15. Purulenta quoque extuſſientibus, & contra ſcorpionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. Celſ. lib. 2. cap. 8. Niſi vomicam aliquam excitavit ſic, ut pus extuſſiretur.

**Extussītus**, a, um. Partic. Cæl. Aurel. Acut. 2. 13. Extuſſita ſputa.

## E X U

**Exubero**, [εὐθηνέω] āre. quaſi Superabundare.
Annus exuberat. Plin. Paneg. c. 29. Nonne cernere datur, ut ſine ullius injuria omnis uſibus noſtris annus exuberet? Virg. 2. Georg. 516.
Pomis exuberat annus.
Humor malus membris exuberat. Claud. de Aponi Baln. 95.
Terra. Columel. in præf. In Aſia, Myſiaque denſa & glutinoſa terra maxime exuberat.
Umbra exuberat luxuria foliorum. Virg. 1. Georg. 191.
Aſtu exuberans. Sil. lib. 1. de Annibale.
Exundat & exuberat eloquentia. Tacit. Orat. 30. 5.
Active, pro Cumulare. Columel. 9. 4. Quæ herbæ favorum ceras exuberant. Idem 2. 16. Melioremque cenſebat eſſe materiam vindemiis exuberandis.

**Exuberans**, Partic. Lact. 4. 29. Ille quaſi exuberans fons eſt.
Superl. Gell. 3. 9. Haud credibili pulchritudine vigoreque & colore exuberantiſſimo.

**Exuberantia**, æ. f. Gell. 2. 26. Phœniceus color exuberantiam ſignificat coloris.

**Exuberatio**, ōnis. f. Idem. Vitruv. 1. 4. Exuberationibus aut fectionibus laborare.

**Exuber**, Ita enim legit Scal. ad Feſt. Exuberes, pro Exbueres; ſunt Infantes ablactati ἀπογάλακτοι quibus opponuntur Sububeres, ut ipſe invenit in Gloſſ. quibuſdam. Alii vulgatam lectionem acriter defendunt.

**Exucco**, vel **Exsucco**, [ἐκχυλίζω] āre. Succum exprimere. Cæl. Aurel. Tard. 2. 13. Exuccare mala. Idem Acut. 2. 29. Exuccans interiora. Al. Exſiccans. Idem Tard. 4. 8. Exuccatum ſinapi.

**Exuccus**, vel **Exsuccus**, Adj. [ἄχυλος] Qui ſucco caret. Sen. Epiſt. 30. Scis illum infirmi ſemper & exucci corporis fuiſſe. Quintil. lib. 12. cap. 10. Unde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

**Exuccĭdus**, Tertull. de Anim. cap. 32. Illa quæ arida & exuccida.

**Exūdo**, [ἀφιδρόω] āre. veluti Per ſudorem emittere. Plin. lib. 24. cap. 9. Unum arbor ipſa exudat gummi modo. Columel. lib. 12. cap. 48. Quum oliva quicquid habuit amurcæ, exudavit. Et Exudare liquorem. Idem lib. 7. cap. 8.
Humor exudat. Virg. 1. Georg. 88. — ſive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor. Nove loquutus eſt: nam non ipſe humor, ſed terra deſudat. Unde exudat pro exudatur accipimus. Servius.
Exudare laborem. Liv. 5. 5. Relinquendane hæc cenſetis, ut ad æſtatem de integro his inſtituendis exudetur labor? i. e. Exantletur.
Edomiti exudatique labores. Sil. lib. 3. 531.
Exudare cauſas, pro Magno labore agere. Hor. 1. Serm. 10. 28.

**Exvēlo**, āre. Idem quod Revelo, Velum retegere. Propert. 3. 13. 3.
Ut mihi prætextæ pudor exvelatus amictu.

**Exverræ**. V. ſupra in **everriator**.





**Exverro**. V. **everro**.

**Exūgo**, vel **Exsūgo**, xi, ctum, [ἐκμυζάω] ĕre. Succum omnem ſugendo extrahere. Legitur & Exugebo in ſecunda. Plaut. Rud. 4. 3. 69.
Ego jam te hic itidem, quaſi penicillus novus ſolet exugere,
Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. Ita & Duza. Sed Gronov. Exurgeri ſolet, & Exurgebo. i. e. Exprimam. Idem Epid. 2. 2. 5. Non. 7. 94. Plaut. Pœn. 3. 2. 37. Jam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul. Columel. lib. 4. cap. 24. Sed ab uno latere exugitur. de vite.
Exucto ſudore ſitim quærimus. Columel. in procem. lib. 1. §. 16. Eraſmus in Proverb. Qui mori nolit ante tempus, legit Exuſto ſudore. Al. Exhauſto. [Forſan Excocto ſudore Columel. ſcripſit. V. loc.
Exugere, pro Succum exprimere uſurpat Cato, Cap. 156. quod verbum aliis ſcriptoribus non perinde uſitatum tritumque eſt, quo tamen in loco non deſunt qui Exurgeto ſcribant. Turneb. Adv. 10. 19. [Idque aptius.

**Exugentes**, Exprimentes. Feſtus. [Sed hic quoque Exurgentes legendum videtur.

**Exuctus**, Partic. Gell. lib. 20. cap. 7. Luna nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque, ſicuti alia quædam, tenuia exuctaque ſunt. h. e. Sine ſucco & humore. Vitruv. præf. lib. 8. Exſanguinata & exucta animalia. Varr. 2. de R. R. 7. Segetes exuctiores. [Forte tamen Exſucca & Exſucciores legendum eſt, cum & eos quos Græci ἐγχύλους vocant, i. e. pingues, Inſuccos veteres appellarint. V. Salmaſ. ad Tert. de Pall. p. 197. ſupra **exuccus**. & ſ. l. **succus**.

**Exul**, ŭlis. c. [φυγὰς, ἀπόπτολις, ἐξόριστος] Is dicitur qui ex patria ejectus eſt: quaſi Extra ſolum, quod non leviter confirmat Cic. Partit. 4. Quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiamſi ſolum non mutarunt. Feſtus, Exules dicuntur loco patriæ ſuæ pulſi. Cic. pro Domo 72. Quid eſt enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis.
Mentis domuſque exul. Ovid. 9. Met. 410.
Attonituſque malis, exul mentiſque, domuſque.
Patriæ exul. Hor. 2. Carm. 16. 19.
Vagus exul. Ovid. 11. Met. 408.
Exul agor. Ovid. 7. Epiſt. 115. in gen. fem.
Vagum exulem errare aliquem, atque undique excluſum. Cic. pro Cluent. 175.
Reducere exules. Cic. 12. Fam. 1. Et pro Sext. 56.
Vi ejectos exules reducere. Auct. ad Heren. lib. 2. 45.
Reſtituere exules. Cic. 1. Philipp. pr.
Venit exul ad Antiochum Epheſum Annibal, Carthagine expulſus. Cic. 2. de Orat. 75.

**Exilium**, i. n. [φυγὴ, ἐξορία] dicitur Ipſa privatio ſoli patrii. Cic. 5. Tuſc. 105. Exilium credo quod in maximis malis ducitur. Idem in Parad. 4. Neſcis exilium, ſcelerum eſſe pœnam?
Exilii ſpecies tres ponit Martianus in l. exilium. D. de interdict. & releg. Exilium, inquit, triplex eſt: aut Certorum locorum interdictio: aut Lata fuga, ut omnium locorum, præter certum locum: aut Inſulæ vinculum, id eſt relegatio in inſulam. Exilium autem Pœna eſt judicii capitalis. Paulus in l. 2. D. de publicis judiciis, Capitalia judicia ſunt, ex quibus pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio, per has enim pœnas eximitur, caput de civitate. Nam cetera, non Exilia, ſed Relegationes proprie dicuntur, tunc enim & civitas retinetur.
Mentionem civium Romanorum exulantium ſæpe fieri videmus; quum tamen nulla lege damnatis civibus exilium ſit irrogatum, quod ne vocari poſſit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cæcin. 100. Exilium, inquit, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portuſque ſupplicii, nam, qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt: hoc eſt ſedem, ac locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio eſſe multatum. Sed, quum homines vincula, neces, ignominiaſque vitant, quæ ſunt legibus conſtitutæ, confugiunt, quaſi ad aram, in exilium, qui ſi in civitate legis vim ſubire vellent, non prius civitatem, quam vitam, amitterent: quia nolunt, non adimitur iis civitas, ſed ab iis relinquitur, atque deponitur. Nam, quum ex noſtro jure duarum civitatum nemo eſſe poſſit; tum amittitur hæc civitas denique, quum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt in aliam civitatem. Hæc Cicero: quæ tum, non eſſe exilium ulla in lege nominatum, aperte docent, tum vero, ideo multos in exilium ante damnationem ſua voluntate profugiſſe, quia legis pœnam, quam præſentes corpore ſubirent, ut vincula, neces, ignominiam aliquam omnino vitare vellent. nam etſi reo in exilium profecto, nihilominus cauſſa peragebatur, & ſententiæ ferebantur (id exemplo Fabricii, de veneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio conſtat: qui quum, abſolutione deſperata, a ſubſelliis ſua ſponte diſceſſiſſet, eum tamen latis ſententiis, abſentem judices condemnarunt: idemque de Verre Pedianus ſignificat, & in commentario Miloniano, quum ait: Multi præſentes, & quum citati non reſpondiſſent, damnati ſunt) tamen, quum, quod ad corpus attinet, aut ad præſentem ignominiam, ipſe ſibi jam reus caverat; leviora ducebat reliqua, ſive ſibi abſenti aqua & igni interdiceretur, ſive bona publicarentur, ſive aliqua infamiæ nota inureretur. At idem Cicero ipſe ſibi quaſi repugnare in Paradox. 4. videtur: ubi de Exilio, tanquam pœna legum, ita loquitur: Omnes ſcelerati, atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt, an, quum omnes leges exulem te eſſe jubeant, non eris tu exul? in oratione autem pro Muren. 46. nova ambitus lege, quam ipſe tulit, ſenatores in exilium miſſos, his verbis demonſtrat: Legem ambitus flagitaſti, quæ tibi non deerat: erat enim ſeveriſſime ſcripta Calpurnia. geſtus eſt mos & voluntati, & dignitati tuæ, ſed tota illa lex accuſationem tuam, ſi haberes nocentem reum, fortaſſe armaſſet, petitioni vero refragata eſt. Pœna gravior in plebem tua voce efflagitata eſt: commoti animi tenuiorum. exilium in noſtrum ordinem: conceſſit ſenatus poſtulationi tuæ, ſed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore conſtituit. Atque hac ipſa de lege, deque exilio x. annorum loquitur & Dio libro xxxviii. nec deſunt alia de civibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen a lege, vel a judicibus, qui miniſtri legum ſunt, nominatim in exilium eſſe ejectos, non debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendum eſt, exilii duo genera fuiſſe, voluntarium, & legitimum: & voluntarii rurſus duo genera, unum, quum reus ante latas a judicibus ſententias in exilium abibat, vel ut legis pœnam vitaret, quod jam diximus; vel quia,

quum se damnatum iri perspicue videret, sponte vellet eam pœnam subire, quam paulo post leges ei sine dubio illaturæ viderentur; quod ii, quos paulo ante nominavi, Verres, Fabriciusque, omni prorsus absolutionis abjecta spe, fecerunt. non enim ante damnationem ideo discesserunt, ut legis pœnam vitarent: quandoquidem Fabricius nihil exilio gravius timere a judicibus poterat: quum Oppianicum qui mox eodem crimine præsens damnatus est, nullam omnino, præterquam exilii, calamitatem tulisse constet. nec de repetundis, quo crimine damnatus est Verres, alia, præter exilium, & litis æstimationem, nocentes reos poena sequebatur; quam utramque pœnam, post profectionem damnatus Verres tulit. Alterum exilii voluntarii genus fuit, quum reus, post damnationem, quia multam a judicibus dictam solvere non posset, ex urbe discedebat, quod ut putem ei legibus, ad effugiendam multæ solutionem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quæ sunt in oratione pro Cæcin. 98. In colonias nostras sæpe nostri cives aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, tamen manere in civitate potuissent. Legitimum autem exilium erat, quum reus, non ille quidem verbo, re tamen ipsa in exilium mittebatur, vetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more confirmata, quæ non modo in rep. sed imperatorum quoque ætate, multisque post sæculis, viguit: ut, si quis exilii pœna dignus videretur, ei, nulla exilii facta mentione, tecto, aqua, igni interdiceretur: ita earum rerum, quæ maxime sunt ad vitam sustentandam necessariæ, usu privatus cum uno aeris alimento contentus esse non posset, abire cogebatur, ex quo exulare cives Romani dicebantur. Patet hoc in oratione pro Domo 78. in qua ita scriptum est: Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli caussa venerant. id autem ut esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti, & Aquæ & ignis interdictione faciebant. Ac ne cives quidem omnium improbissimi, atque audacissimi, quum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non leges, sed privilegia ferrent, exilium nominabant, sed iis Aqua & igni interdicebant. itaque & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus, P. Clodius trib. pleb. cui nihil in tota vita modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more majorum, abjectis legibus cuncta gessit, ita populum rogavit: Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur. neque solum Clodius, sed antea quotquot homines maxime seditiosi, C. Gracchus, & L. Apulejus Saturninus de suis inimicis eodem modo tulerunt. est enim eadem in oratione ita scriptum: Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me tua lege senatorem. ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. & minorem, sive mediam capitis diminutionem, quum civitas etsi non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri solitam, tradit Justinian. Instit. lib. 1. de capitis diminutione, his verbis: Minor, sive media capitis diminutio est, quum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est. Ergo quum dixit Cicero adversus Clodium in Parad. 4. Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares, hoc significavit; ut tibi aqua & igni interdiceretur. &, quum de ambitu damnatis x. annorum exilio puniendis, Dio locutus est, non aliud intellexit, quam, ut iis in x. annos aqua & igni interdiceretur. Erat autem, ut neque flagitia sunt paria, sic hoc pœnæ genus neque loci spatio, neque temporis æquale. quibusdam enim tantum intra urbem, hoc est intra pomœrii fines, aliis longius, aqua & igni interdicebatur. crediderim tamen, actum satis leniter ac misericorditer cum reis, neminemque, aut certe paucos admodum, extra Italiæ terminos aquæ & ignis interdictione summotos; qui videam Oppianicum, de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impune tamen ad urbem habitare potuisse. notavimus enim hæc in oratione pro Cluent. 175. Quum vagus, & exul erraret Oppianicus, & huc ad urbem profectus esset, cecidisse ex equo dicitur, & latus offendisse vehementer, & posteaquam ad urbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quod Q. Pompejum Rufum, & T. Plancum Bursam, utrumque de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Ravennæ scribit M. Cœlius in epistola 1. lib. 8. Fam. ad Ciceronem? nam Cicero ipse quadringentis millibus passuum, non ulla communi lege, neque judicum sententiis, sed iniquissimo P. Clodii privilegio, per operas Clodianas lato, abesse jussus est, aqua & igni citra illum terminum interdictis. Milonis autem Massiliæ exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo conjungere. grave enim facinus occiso in Appia via Clodio, a senatu judicatum est: & fuit satisfaciendum populo, Clodii cæde concitato, ideoque nova lex perlata, & extra ordinem quæsitum, nec tamen satis habeo compertum, Massiliamne sedem exilii Milo delegerit, quod citra esset interdictum aqua & igni, an vero, quod, quum propius urbem, concedente lege, posset habitare, Massiliam tamen probaverit, ac voluerit. nec puto leges, aut judices præscripsisse cuiquam, ubi esse deberet, sed non posset. nec vero iis, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historiæ loquuntur, Q. Maximo, P. Popillio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Q. Cæpioni & P. Rutilio Smyrna locus exilii definitus est: sed ipsi, quum Romæ esse non liceret, eas urbes, ut jucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse benevolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: capite damnatis egredi palam ex urbe licuisse; quod si tribuum una, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datam exilii suo sibi arbitratu deligendi. exulibus autem commorari tuto licebat in qua vellent urbe fœderata, ut Neapoli, Præneste, Tibure. hæc Polybius: cujus ætate populus de capitalibus criminibus judicabat. nam postea prætores quæsierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pl. diem alicui diceret, suffragiumque de reo mallet a populo, quam sententias a judicibus, & prætore, ferri. Quod autem exilii tempus disparibus in culpis diversum fuisse dixi; id ita verisimile est, ut exemplis probari multis non debeat, quare unum ponam, etsi minime necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per x. annos tantum interdicebatur: quod antea demonstravi. at damnatis de corrupto judicio, in universum vitæ tempus: quod in oratione pro Cluentio licet conjicere: hujus in extremo, periturum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: Quid enim profectum, nisi ut hujus ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reservata, mors sepulchro patris privata esse videatur? Ac de duobus exiliis, voluntario ac legitimo, utrum fuerit gravius, venit in mentem quæri posse. legitimum existimo: primum quod eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi tecto intra spatium interdictum leges vetant, quod iis non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quod, ut ego arbitror, aliquanto turpius est, exulare legibus ejectum, quam, exulare non ejectum. ejicitur enim civitate, cui aqua & igni interdicitur; qui vero sua voluntate discedit, non is civitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquit. huc adde, quod quibus interdicitur, ii senatores postea non sunt; & eos legi suo loco a Censore in Senatum leges prohibent: quibus vero non interdicitur, ii, etiam si urbe carent, senatores tamen sunt. hoc in oratione pro Domo, 82. didicimus in qua hæc sunt, Ne tum quidem, quum aberam, negare poteras esse me senatorem. ubi enim tuleras, ut mihi aqua & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur. ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Ergo quum de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas nominandum non est; quod lex nulla, nullum ob maleficium irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod etsi non nominaretur, necessario tamen, quum damnatis interdiceretur aqua & igni, consequebatur. Hæc ex P. Manut. libro de Legibus Romanis.

Exilii causa solum vertisse aliquem, nec postea esse restitutum. Cic. 5. Philipp. 14. V. SOLUM.

Infelix exilium. Virg. 10. Æn. 850.

Molle exilium. Plin. lib. 4. Epist. 11.

Terribile exilium illis quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Cic. in Parad. 2.

Pœna scelerum, exilium est. Cic. in Parad. 4.

Affici exilio. ut, Quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. Cic. in Parad. 4.

Afficiunt exilio sceleratos & impios leges. Cic. in Parad. 4.

Agere in exilium. Plin. lib. 7. cap. 30. Thucydidem Imperatorem Athenienses in exilium egere. Liv. 25.2. extr. Aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt.

Conscìscere sibi exilium. V. CONSCISCO.

Consenescere in exilio. V. CONSENESCO.

Delitescere exilio. Ovid. in Ibin, 12.

Dare in exilium. V. DO.

Depellere in exilium, & agere. Plin. lib. 7. cap. 30.

Exigere in exilium. Justin. Quod per injuriam se in exilium exegisset.

Fugere in exilium. Juven. 10. Sat. 160.

Imperare exilium alicui. Sen. Med. 7.

Ire in exilium. Cic. pro Muren. 89. & 10. Att. 16.

Irrogare exilium. Papinian. in l. Imperator. D. De postulando.

Liberatus exilio. V. LIBER.

Meditari exilium. V. MEDITOR.

Multare exilio maleficium. Cic. pro Cæcin. 100. Idem pro Sylla 74.

Mutare domos exilio. Virg. 2. Georg. 511.

Pati exilium. Virg. 2. Æn. 638.

Pellere in exilium. Pulsus in exilium Thucydides. Cic. 2. de Orat. 56. V. PELLO.

Pendere pœnam exilio. Ovid. 10. Met. 232.

Pergere in exilium. Cic. 1. in Catil. 23.

Petere exilium. Lucan. lib. 3. 111.

Proficisci in exilium. Cic. 1. in Catil. 20.

Projicere. Cic. Anteq. iret in exil. 30.

Reducere de exilio. Cic. 9. Philipp. 18.

Sum, In exilio esse. Cic. 3. de Nat. Deor. 80.

Venire ab exilio. Plin. lib. 1. Epist. 5. ad Voconium, Nondum enim ab exilio venerat. V. Suet. Tib. cap. 59.

Venire in exilium Romam. Cic. 1. de Orat. 177.

EXŬLO, [μετοικέω, φεύγω] āre. In exilio, seu Patria privatum, esse. Cic. 4. Fam. 8. Sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse ad exulandum locum. Idem 3. Tusc. 39. Aut Telamonem pulsum patria exulantem.

Exulare a patria sua. Plaut. Mostel. 3. 1. 68.

— An id mavis, ut abeat foras
Urbem, exuletque a patria sua causa tui? Alii legunt
Urbem exul linquat factus hic causa tui?

Exulare domo. Ter. Eun. 3.5.62. Ubi mutem? perii: nam domo exulo. i. e. Sum extra domum. [Immo Domum redire non audeo.

Exulat avaritia ex urbe, per translationem. Plaut. Pers. 4. 4. 7. Pulchre munitum arbitror, perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia si exulant.

In oris ignotis exulare. Virg. 3. Georg. 225.

Per externas profugus pater exulat oras. Ovid. 3. Trist. 14. 11.

Rempublicam discessu meo exulasse omnes putent. Cic. in Parad. 4.

Romæ exulare jus esse alicui. Cic. 1. de Orat. 177.

Exulatum abiit res patris. Plaut. Merc. prol. 43.

Amare valide cœpi hic meretricem: ilico
Res exulatum ad illam abibat clam patris. V. ABEO.

Exulare, active apud sequioris ævii scriptores: i. e. In exilium ejicere.

EXŬLANS, Partic. [μετοικῶν] Cic. 2. de Divin. 52. Rex Prusias, quum Hannibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent.

EXULĀRIS, e. Adj. Ad exilium spectans. Ammian. 15. 3. Exulari pœna damnare aliquem.

EXĬLĬCUS, a, um. Idem. Festus, Exilica causa, quæ adversus exulem agitur.

EXULĀTUS, ûs. m. apud Mess. Corvin. p. 19. In exulatum perrexit.

EXULĀTIO, ōnis. f. Idem. Florus lib. 1. cap. 22. Quod clarissimos principes, quum adversarentur voluntati suæ, exulatione multavit. de Pop. Ro.

EXULCĔRO, [ἑλκόω] āre. proprie est Ulcus facere vel exasperare. Plin. lib. 20. cap. 6. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Varro 2. de R. R. cap. 9. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos: quod muscæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulcerare.

Exulcerare, per tranſlationem, ſignificat Exaſperare, exacerbare, & deterius facere. Cic. 2. de Orat. 303. Quum aut adverſariorum adjumenta confirmant, aut ea quæ ſanare nequeunt, exulcerant.

Exulcerare dolorem. Plin. lib. 1. Epiſt. 12. Deceſſit Corellius Rufus, & quidem ſponte, quod dolorem meum exulcerat.

Exulcerare gratiam alicujus. Cic. de Clar. Orat. 156. Simul illud gaudeo, quod & æqualitas veſtra, & pares honorum gradus, & artium ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas tantum abeſt ab obtrectatione, & invidia, quæ ſolet lacerare pleroſque, uti ea non modo non exulcerare veſtram gratiam, ſed etiam conciliare videatur. Æqualitas veſtra, i. e. Veſtrarum ætatum. Vicinitas, quæ eſt inter eloquentiam & jus civile tanta, quanta lib. 1. de Oratore a L. Craſſo demonſtratur.

Suſpicionibus hominum & ſcelere exulcerari. Cic. pro Domo ſua, 28.

**Exulcerātus**, Partic. [ἐξηλκωμένος] Cic. 1. Fam. 1. fin. Ut in rebus multo ante quam profectus es, ab ipſo rege, & ab intimis & domeſticis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a Conſulatibus exagitatis, &c. Exulceratus animus, i. e. Læſus, irritatus, laceſſitus. Cic. pro Deiot. 8. In exulcerato animo facile fictum crimen inſideret.

**Exulceratio**, ōnis. f. [ἐξέλκωσις] Plin. lib. 20. cap. 3. Sed omnium conſenſu, ſtomacho utiliſſimæ judicantur, & interaneorum veſicarumque exulcerationibus. adde Celſ. 4. 25. Plin. 29. 3. & 28. 12.

**Exulceratorius**, Adj. [ἐξελκωτικὸς] Quod exulcerat: ut, Exulceratorium medicamentum. Plin. lib. 23. cap. 7. §. 64.

**Exulcerātrix**, īcis. f. [ἐξελκωτὶς] Plin. lib. 27. cap. 12. Vis ei exulceratrix.

**Exulto**, vel **Exsulto**, [ἀγαλλιάω, ἐπιγαυρόομαι, κυδιάω] āre. frequ. ab Exilire, ab Ex & Salto compoſitum: eſtque veluti Geſtu corporis lætitiam oſtendere. Nonius, Exultare eſt Supra modum exilire & efferri. Cic. de Rep. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exultat voluptate, vel moleſtia frangitur. Idem 6. Att. 3. Lecta tua epiſtola gaudio exultat.

Exultare nimiumque geſtire. Catull. 49. 14.
Otio exultas, nimiumque geſtis.

Exultare, immoderateque jactari. Cic. 1. de Divin. 60.

In herbis exultat vacca. Ovid. 1. de Arte Am. 315.

Inter medias cædes exultat. Virg. 11. Æn. 648.

Improbitas alacris exultat in victoria. Cic. 1. Att. 13.

Oratio exultat. Cic. 4. Acad. 112. Cum ſit enim campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias & in Stoïcorum dumeta compellimus?

Oratio mea in hoc exultat & triumphat. Cic. 2. in Catil. 3. Sic 1. de Fin. 54.

Pavor exultat circa pectus. Lucret. lib. 3. 142.

Re in aliqua audacius exultare. Cic. in Orat. 26.

Morte alicujus exultare. h. e. Ob alicujus mortem vehementer gaudere. Plin. lib. 1. Epiſt. 5.

Exultare, Cum jactantia gloriari. Cic. de Senect. 10. Hannibalem juveniliter exultantem, patientia ſua molliebat. Idem 1. in Catil. 23. Inferr patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Nonius.

Geſtis in ſuam famam exultare. Tacit. Agric. 8. Nec Agricola unquam in ſuam famam geſtis exultavit.

Lætitia exultare. Cic. 15. Att. 21.

Nobilitatis victoria exultare. Cic. pro Roſc. Amer. 16.

Nimis exultare ſecundis rebus. Sen. Hippol. 2.

Exultare, Geſtu vel Dicto injuriam facere. Lucil. lib. 30. Quin totum purges, debelles me, atque deuras, exultes, ſolicites. Nonius.

Injuriam unius in alium exultare. Cic. 7. Att. 2. Quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi injuria?

Exultare, Sævire. Cic. de Rep. Quæ ſanguine alitur, quæ in omni crudelitate exultat, ut vix hominum acerbis funeribus ſatietur. Nonius.

Exultare, Extra ſaltare, exilire. Virg. 3. Æn. 557.
Exultantque vada, atque æſtu miſcentur arenæ. i. e. Fluctibus crebris aſſurgunt.

**Exultans**, Partic. [ἀγαλλόμενος] Cic. 3. de Orat. 164.
Erras, erras: nam exultantem te & præfidentem tibi
Repriment valde legum habenæ. Ex quodam poeta.

Elatus levitate, inanique lætitia exultans & temere geſtiens. Cic. 5. Tuſc. 16.

Furentem & exultantem continere. Cic. de Aruſp. Reſp. 1.

Succeſſu exultans. Virg. 2. Æn. 386.

Corda exultantia. Virg. 3. Georg. 105.

Cruor exultans in ora erupit. Sil. lib. 5.

Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere. Cic. 1. Off. 90.

Furorem exultantem ex parte reprimere. Cic. pro Sext. 95.

Lætitiam exultantem comprimere. Cic. in Topic. 86.

Gubernatores cum exultantes loligines viderint, &c. tempeſtatem ſignificari putant. Cic. 2. de Divin. 145.

Sanguis alte exultans e corpore emicat. Lucret. lib. 2. 195.

Verbum exultantiſſimum. Quintil. lib. 9. cap. 4.

**Exultanter**, Adv. [ἠγαλλιμένως] Plin. 3. Epiſt. 18. Quum ea potius quæ preſſius & aſtrictius, quam illa quæ hilarius, & quaſi exultantius ſcripſi, poſſint videri arceſſita & inducta.

**Exultantia**, æ. f. [ἐπιγαύρωσις] Idem quod Exultatio. Gell. lib. 12. cap. 5. Cum petulantia morbi doloriſque exultantia colluctantem. i. e. Eruptione violenta. Solinus cap. 45. Verum omnem exceſſus originem de ſole fieri, primamque exultantiam tumoris concipi, quum per Cancrum ſol vehatur. De incremento Nili.

**Exultatio**, ōnis. f. [ἀγαλλίασις] Plin. 8. 54. Cava luna triſtes eſſe: quibus in eo genere cauda ſit, novam exultatione adorare. De ſimiis.

Indecora exultatio. Quintil. lib. 2. cap. 2.

**Exultabundus**, Adj. Juſtin. 18. 7. 10. Lugentia caſtra velut exultabundus intrare. conf. Solin. cap. 5.

**Exultim**, Adv. [κεκυδιωμένως] i. e. Exultando & ſaliendo. Hor. 3. Carm. 11. 9.
Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi,
Nuptiarum expers, & adhuc protervo
Cruda marito.

**Exŭlŭlo**, [ἐξολολύζω] āre. pro Valde ululare. Ovid. 1. Met. 233.
Territus ipſe fugit, nactusque ſilentia ruris Exululat.

Comis ſciſſis exululare. Ovid. 15. Epiſt. 114. conf. 4. Met. 520. Sil. lib. 12. 599. & Drakenb. ad loc.

**Exŭlulātus**, Partic. [ἐξωλολυγμένος] Ovid. 4. Triſt. 1. 41.
Utque ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus,
Dum ſtupet Idæis exululata jugis.

**Exundo**, [ἐκκυμαίνω] āre. Alveum exire, vel Extra alveum undas proferre. Plin. lib. 2. cap. 103. In Tenedo inſula fons, ſemper a tertia noctis hora in ſextam ab æſtivo ſolſtitio exundat. Columel. lib. 8. cap. 17.

Dolor exundat alte merſus. Sen. OEdip. 924.

Eloquentia. Tacit. de Orat. 30. Exundat, & exuberat illa admirabilis eloquentia.

Furor exundans. Stat. 10. Theb. 603.

Pelagus præruptum exundat. Sil. lib. 3.

Peſtis exundat. Sil. lib. 17.

Terra exundavit chelydris. Sil. lib. 3.

Vapor exundat antro. Sen. Hippol. 102.

**Exundatio**, ōnis. f. [ἐκκύμανσις] Plin. lib. 19. cap. 2. Negant naſci niſi exundatione fluminum.

**Exungo**, nxi, nctum, [ἀλείφω] ĕre. Ungere. Plaut. Rud. 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare ſiccus. V. Taubm. ad Trin. 2. 4. 5.

**Exunctio**, ōnis. f. apud Celſum. [Niſi temere hoc quoque huic auctori tribuitur, ut alia plurima in Theſ. Lipſ.

**Exunguis**, e. Adj. Sine ungue. Tertull. de Pall. cap. 5. Beſtia edentula & exunguis & excornis. De piſcibus loquitur.

**Exungŭlo**, [ἀπονυχίζω] āre. Ungues auferre. Plaut. Trucul. 2. 2. 57. Hem, tuos exungula, male vivitis. Editt. aliæ, Hem tu ὁ ſexungula.

Paſſive. Veget. Mulom. 2. 57. Si exungulaverit jumentum.

Exunglare, Manil. propter metrum 4. 234.
Exunglare tigres, rabiemque auferre leoni.

**Exuo**, ui, ūtum, [ἀποδύω, ἐκδύω, λωποδυτέω] ĕre. contrarium habet Induo. Exuere veſtem alicui. Sen. Epiſt. 91. Dicitur non rarius Exuere ſe veſte. & abſolute, Exuere. ut Martial. lib. 3. 68. Exuimur.

Ægritudinem exuere. Cic. 3. Tuſc. 27. Hanc niſi exuimus, ſic ut abjiciamus, miſeria carere non poſſumus.

Æqualitas exuitur. Tacit. 3. Ann. 26. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incidebat, provenire dominationes &c.

Agro paterno exuere. Liv. 2. 23. Æs alienum feciſſe: Accumulatum uſuris, primo ſe agro paterno avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis.

Amicitiam alicujus exuere. Tacit. 6. Ann. 8. Sejani amicitiam ceteri falſo exuerant.

Animam exuit pœnâ. Ovid. 14. Met. 777.

Anima memet pariter ac ſcelere exuam. Sen. Hippol. 12.

Animum ſilveſtrem exuere. Virg. 2. Georg. 52. De arboribus.

Animus exuitur. Stat. 10. Theb. 942.

Annos. Tibul. lib. 1. 4. 31.
— ſerpens novus exuit annos.

Armis exuere aliquem. Sil. lib. 3.

Arrogantiam, & avaritiam exuere. Tacit. Agric. 9.

Aſpectum alicujus exuere. Tacit. 16. Ann. 28. extr. Abrumperet vitam, ac ea civitate cujus caritatem olim, nunc & aſpectum exuiſſet.

Aſtus exuere. Sil. lib. 7.

Caſtris hoſtem, pro Expellere. Liv. 29. 2. & lib. 3. cap. 68. extr. Niſi paucis diebus hos populatores agrorum fuſos fugatoſque caſtris exuero. i. e. Abſtulero eis caſtra. Auctor lib. de Viris Illuſt. cap. 51. Regem Philippum prælio fudit, caſtris exuit.

Caritatem exuere. V. Aſpectum.

Cives noſtros exuimus. i. e. Perdidimus, aut Orbati ſumus illis. Stat. 3. Theb. 208. — nunc regis iniqui
Ob noxam, immeritos, patriæ tot culmina, cives Exuimus.

Cupido gloriæ alicui exuitur. Tacit. 4. Hiſt. 6. Quando etiam ſapientibus cupido gloriæ noviſſima exuitur.

Enſem humero. Virg. 9. Æn. 303.

Enſem vagina. Stat. 9. Theb. 76.

Faſtus exuere. Ovid. 2. de Arte Am. 241.

Feritas exuitur. Ovid. 3. Faſt. 281.

Ferociam. Tacit. 2. Ann. 72. Per communes liberos oravit, exueret ferociam, &c.

Fidem. Tacit. 1. Ann. 35. At ille moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans.

Fœdus. Claud. de Bell. Get. 364.

Gratiam novitatis jam exuerunt libelli. Plin. 1. Epiſt. 2. extr.

Habitus regales exuere. Stat. 11. Theb. 434.

Hominem. Ovid. 10. Met. 105.
— ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Hominem ex homine. Cic. 5. de Fin. 35. Ut ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, ſed retro; fugere plane ſe ipſe, & hominem ex homine exuens, naturam odiſſe videatur.

Humanitatem. Cic. pro Ligar. 14. & 13. Att. 2.

Jugum & Se jugo exuere. Liv. 35. 17. & 34. 13. extr. pro Se liberare a ſervitute.

Jus, faſque. Tacit. 3. Hiſt. 5. Ac majore ex diverſo mercede, jus faſque exuerent.

Juſſa. Tacit. 11. Ann. 19.

Juſtitium. Tacit. 3. Ann. 7. Tum exuto juſtitio reditum ad munia.

Lacertos. i. e. Nudare. Virg. 5. Æn. 423.
Hæc fatus duplicem ex humeris rejecit amictum:
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſque
Exuit.

Laqueis, vel Ex laqueis ſe exuere. i. e. Liberare. Cic. 7. Verr. 150. Si ex his laqueis te exueris ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas incidendum eſt.

Magiſtrum. Tacit. 14. Ann. 52. Exuere magiſtrum, ſatis amplis doctoribus inſtructus majoribus ſuis.

Mentem exuere, Animum vel Affectum deponere. Virg. 4. Æn. 319.
— atque hanc
Siquis adhuc ſupereſt precibus locus, exue mentem.

Montes. i. e. Denudare ſilvis. Stat. 4. Silv. 3. 50.
Hi cædunt nemus, exuuntque montes.

Mores. Martial. lib. 1. 106.
Exuit annoſa mores, nomenque ſenecta.

Mores antiquos. Liv. 27. Ita repente exuit antiquos mores.
Munia. Tacit. 4. Ann. 39.
Obsequium erga imperatorem exuit. Tacit. 3. Ann. 12.
Otium exuere. Tacit. 11. Ann. 20. Ut tamen miles otium exueret.
Ordinem Senatorium. Tacit. 2. Hist. 86. Prima juventa quietis cupidine Senatorium ordinem exuerat.
Ossa. V. supra in Lacertos exuere.
Pædorem. Tacit. 6. Ann. 44.
Pacem. Tacit. 4. Ann. 72.
Pacta. Tacit. 6. Ann. 43. Dedit spatium exuendi pacta.
Patriam. Tacit. 5. Hist. 5. Nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere.
Patrimonio exuere. Suet. de Clar. Gram. cap. 11.
Pectus exuere curis. Stat. 4. Silv. 4. 28.
Polum exuerat Tithonia. i. e. Aurora cælum reliquerat. Valer. 3. Argon. 2.
Promissa exuere. Tacit. 13. Ann. 44. Repertaque spe ditioris conjugis, promissa exuere.
Regno aliquem exuere, pro Privare, & auferre ei regnum.
Reverentiam imperii exuere. Tacit. 1. Hist. 55. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur.
Ritus profanos exuere. Tacit. 2. Ann. 85. Nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.
Sacramentum exuere. Tacit. 2. Hist. 42. Cujus sacramentum cunctis circa hostilibus non exuerat.
Sedibus aliquem exuere. Tacit. 13. Ann. 39.
Senectam exuere dicuntur serpentes. Plin. 20. 23. Fœniculum nobilitavere serpentes, gustatu (ut diximus) senectam exuendo.
Servitutem. Liv. 34. 7. extr. Nunquam salvis suis exuitur servitus muliebris.
Servitium exuere. Tacit. 4. Hist. 25. Etsi exuissent servitium cupidine imperitandi.
Societatem exuere. Tacit. 4. Hist. 70. In civitates quæ societatem Romanam non exuerant.
Spiritum inimicum exue, i. e. Animum qui te excruciat. Sen. Phœniss. 44. Al. Exspue. V. Gronov.
Tributa exuere. Tacit. 1. Ann. 59. Aliis gentibus, ignorantia imperii Romani, inexperta esse supplicia, nescia tributa. Quæ quando exuerint, &c.
Tunicas exuerat. Ovid. 2. Fast. 171.
Vestem. Lucret. lib. 4. 59.
Vetustas exuitur anguibus. Ovid. 3. de Arte Am. 77.
Virtutes exuere. Tacit. 1. Ann. 75. Quam virtutem diu retinuit, quum ceteras exueret.
Vitia exuere. Tacit. 6. Ann. 20. Virilibus curis feminarum vitia exuerat.
Vultus severos exuere. Ovid. 3. Amor. 4. 43.

EXUENS, Partic. Cic. 5. de Fin. 35. Et hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur.

EXŪTUS, Partic. [ἀποδυθεὶς] Plin. lib. 35. cap. 11. Herculem ab OEta monte Doridos, exuta mortalitate, consensu deorum in cælum euntem.
Bonis exutus. Tacit. 4. Ann. 21.
Campis exutus. Tacit. 12. Ann. 45. Territum, exutumque campis Mithridatem.
Diademate exutus crines. Stat. 9. Theb. 163.
Forma exutus. Sil. lib. 8.
Exutum forma volitare per æthera jussit.
Pudorem castum exuta. Sil. lib. 5.
Pedem unum exuta vinclis. Virg. 4. Æn. 518.
Vittis exuta comam. Stat. 11. Theb. 460.
Anguis exutus annis. Quia deposita pelle dicuntur serpentes in juventutem redire. Stat. 4. Theb. 98. V. in ipso verbo.
Dignitas exuta. Tacit. 3. Ann. 17. M. Piso exuta dignitate.
Luctus exuti morte. Sil. lib. 6.
Mens exuta vitiis. Cic. 5. Tusc. 70.
Mulæ exutæ laqueis. Claud. de Mulabus Gallicis, 16.
Palmæ exutæ vinclis. Virg. 2. Æn. 153.
Pectus exutum. Claud. in Epithal. Pallad. 7.

EXUM, vel EXSUM, Extra sum. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat, Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto. hoc est non introito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur. Ex Festo.

EXUPĔRO, sive EXSUPĔRO, [ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω] āre. Idem quod Superare & excellere. Cic. 4. Tusc. 77.
Quis homo te exuperavit unquam gentium impudentia? Ex poeta antiquo.
Quod fore paratum est, id summum exuperat Jovem. Carmen traductum e Græco a Cic. 2. de Divin. 25.
Ardua exuperare. Sil. lib. 3.
Dolor exuperabat. Lucret. lib. 6. 1275.
Flammæ exuperant, furit æstus ad auras. Virg. 2. Æn. 759.
Genus exuperat nobilitate morum. Ovid. 4. Trist. 4. 2.
Laudes alicujus exuperare. Liv. lib. 1. & 28. 43.
Materia exuperat vires. Ovid. 1. Trist. 5. 56.
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.
Exuperare anima, pro Superstitem esse, ut simpl. Supero. cui Mortuum esse opponitur. Cic. Post redit. ad Quir. 24. Quapropter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna, non solum dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficii permanebunt. Ubi ex vetusto codice legitur Superero anima. Al. Spirabo.

EXUPERANS, Partic. Gell. 6. 8. Darii uxorem exuperante forma.
Compar. Idem Gell. 14. 3.
Superl. Apul. de Mund. & Inscr. apud Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 71. I. O. M. SVMMO. EXSVPERANTISSIMO.

EXUPERANTIA, æ. f. [ὑπεροχὴ] Eminentia. Cic. 5. Tusc. 105. Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt?

EXUPERĀTUS, [ὑπερβεβλημένος] Lucret. lib. 2. 234.
Sed citius credunt gravioribus exuperatæ.

EXUPERATIO, ōnis. f. [ὑπερβολὴ] Auct. ad Heren. lib. 4. 68. Per exuperationem quum plus dictum est, quam patitur veritas, augendæ suspicionis causa.

EXUPERATORIUS, Adj. Lamprid. in Commod. cap. 11. Mensem docet Novembrem in honorem ejus Exuperatorium vocatum fuisse, inde cap. 12. Quinto Kalendas exuperatorias. Quasi dicas Triumphalem.

EXUPERABĬLIS, e. [ὑπερβλητὸς] Qui potest superari. Stat. 1. Theb. 214. — nec exuperabile diris
Ingenium mortale queror.
Vallum non exuperabile. Claud. 2. in Ruff. 127. Virg. 3. Georg. 39.
— tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam, & non exuperabile saxum.
Active, Qui vincere potest. Gell. 17. 2. ex Quadrigario, Quem cum prime fortem atque exuperabilem Resp. sensit.

EXUPERA, æ. f. Nomen herbæ. Apul. de Herb. cap. 65. & 72.

EXURDO, vel EXSURDO, [ἐκκωφόω] āre. Cujus passivum posuit Valer. Max. lib. 2. 2. 3. Græcis actionibus aures curiæ exurdantur. i. e. Obtunduntur. Plin. lib. 32. cap. 10. Paniculæ flos, si aures intraverit, exurdat. Sen. Epist. 94. Ea scilicet quæ tibi tantis clamoribus exurdato salubria insusurret verba.
Vina fervida exurdant palatum. Hor. 2. Serm. 8. 38. h. e. Surdum faciunt ut non sentiat saporem. Acron.

EXURGO, sive EXSURGO, [ἐξεγείρομαι, ἐξανίσταμαι] ēre. E loco surgere. Plaut. Mostel. 2. 1. 29. Quæso exurge, pater advenit.
Exurgere a genibus. Plaut. Rud. 1. 5. 22.
Manus mihi date, exurgite a genibus ambæ.
Exurgere de nocte impigre. Plaut. Rud. 4. 2. 10. Nam ut de nocte multa, impigreque exurrexi, lucrum præposui sopori & quieti.
Exurgere foras. Plaut. Mil. 2. 1. 3. Foras abire.
Exurgere ex insidiis. Liv. 27. 41. Tempus exurgendi ex insidiis, & aggrediendi hostem.
Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Cic. pro Cluent. 168.
Exurgere atque erigere se, per translationem, pro Erigere sese, & afflictionibus liberari. Cic. pro Lege Agr. 86. Idem 7. Att. Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando? Idem 13. Philipp. 38. & pro Planc. 102.
Exurget Resp. Cic. 12. Fam. 10. Auctoritate vestra Resp. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet.
Exurgit mons ab Indico mari. Plin. lib. 5. cap. 27.
Colles exurgunt vertice. Sil. lib. 7.
Dolor exurgit gravior. Sen. Med. 2.
Oratio exurgit naturali pulchritudine. Petron. cap. 2.
Exurgere ædificiis dicitur urbs. Liv. 6. 4. Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exurgere ædificiis.
Voluntas exurgendi. Lucret. lib. 3. 175.

EXŪRO, [ἐκκαίω] ēre. Idem quod Urere, & igne prorsus consumere significat. Cic. in Pison. 96. Epirus excisa, Locri, Phocii, Bœotii exusti.
Ex animo exuri. Cic. 3. de Nat. Deor. 7. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. Al. Exire. Forte legendum est Exui, vel Erui. Exui MS. Reg. unde al. probabiliter Eximi. V. Davis. ad loc.
Igni exuritur scelus. Virg. 6. Æn. 742. De pœnis inferorum.
Sitis exurit miseros. Lucret. lib. 3. 930.
Sol graciles exurit artus. Tibul. lib. 2. 3. 9.

EXUSTUS, Partic. [ἐκκεκαυμένος] ut, Media vero terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis & cremata. Plin. lib. 2. cap. 68.
Vivus exustus est. Cic. 3. Verr. 70.
Ager exustus morientibus æstuat herbis. Virg. 1. Georg. 107.
Caseus exustus sole. Columel. lib. 7. cap. 8. Quorum vitiorum, primum solet accidere, si parum pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si sole exustus est.
Corpus exustum. Sil. lib. 3.
Flos exustus siti veteris ubertatis exaruit. Cic. de Clar. Orat. 16.
Palus exusta. Virg. 3. Georg. 432.

EXUSTIO, ōnis. f. [ἔκκαυσις] Cic. in Somn. Scip. 16. Propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, &c.
Exustio solis. Plin. lib. 17. cap. 24.

EXUSCĬTO, vel EXSUSCĬTO, [ἐξανίστημι, ἐγείρω] āre. Idem quod Suscito. Cic. pro Muren. 22. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Idem 3. de Orat. Quietum exsuscitat.
Exsuscitari & commoveri. Auct. ad Herenn. lib. 3. 36.
Clamore aliquem exsuscitare. Auct. ad Herenn. lib. 3. 22.
Exsuscitare animos. Cic. 1. Off. 12. Quæ cura exsuscitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit.
Incendium ingens exsuscitat parvus ignis. Liv. 21. 3. extr.
Memoriam naturalem exsuscitare. Auctor. ad Heren. lib. 3. 34.
Se exsuscitare. Cic. ad Brut. 16. Quare non Octavius est rogandus, ut velit nos salvos esse, magis tu te exsuscita, ut eam civitatem, in qua maxima gessisti, liberam atque honestam fore putes.

EXUSCITATIO, ōnis. f. Commotio. 4. Auct. ad Heren. 59. Si sententiam trajiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem.

EXUTUS. V. EXUO.

EXUVIÆ, ārum. f. pl. [λάφυρα, ἔναρα] dicuntur Spolia hostibus detracta, ab Exuendo quidem dictæ, ut inquit Festus. Cic. pro Lege Manil. 55. Quum eum vobis majores vestri exuviis nauticis & classium spoliis ornatum reliquissent. Virg. 2. Æn. 275.
— qui redit exuvias indutus Achillis.
Bellorum exuviæ. Juven. 10. Sat. 133.
Bellorum exuviæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens, &c.
Bubulæ exuviæ. Plaut. Mostel. 4. 1. 6. Lori ex corio bubulo. V. Nonium.
Capitis exuviæ. Sen. Hippol. 1181. intelligit Capillos.
Dulces exuviæ. Virg. 4. Æn. 651. ubi V. Cerd.
Hostiles exuviæ. Tibull. lib. 1. 1. 54.
Leonis exuviæ. Virg. 9. Æn. 308.
Nauticæ exuviæ. V. NAVIS.
Serpentis exuviæ. Virg. 3. Georg. 437.

# F

**Littera** ſexta ordine alphabeti, quam veteres aliquando aſpirationis loco ſcribebant, Fordeum dicentes, Trafo, Veſo, Fircus, Forreum; pro Hordeum, Traho, Veho, Hircus, Horreum, & viciſſim. Quam Faliſci Habam, nos Fabam appellamus ait Scaur. de Orthograph. V. Priſcian. quoque l. 1. Ita hodie obtinet aſpirandi vim, ut in Frango vicem Græcæ aſpirationis τῦ ῥήσαυ gerit. V. Feſt. in Fedum. & Barth. Adverſ. 1. 7. Aliquando ejus loco, priora quædam ſæcula pronuntiarunt B, Bruges ſcribentia, & alia, quæ poſteri per F, Fruges ſcribere maluerunt. Formam ſine dubio mutuatur ex Æolico digamma, V. DIGAMMA. Poteſtatem hodie conſonæ V obtinet. Quæri ſolet quo pacto differat in poteſtate a φ Græcorum? Si vero nihil intereſſe dicimus, ut dici debet, cur Ph Latinorum adjicienda erat ſupervacanea F? Diomedes & Priſcian. Grammatici antiquiores contendunt in vocibus quæ ſunt mere Latinæ uſurpari F Latinorum, in peregrinis ubi obtinebat φ Græcorum, obtinere etiam Ph; ut, Orpheus, Phaeton, Facio, &c. At cum difficile ſit indigitare propter arctam neceſſitudinem iſtarum linguarum quænam ſint voces mere Latinæ, tum quid de iis erit dicendum quæ ſunt ἀναμφισβητήτως Græcæ originis ut Fama, Fero, Fugio & ſexcentis aliis? Pro nominibus *peregrinis* rectius dixiſſent *propriis* Grammatici iſti, quod ad veritatem propius accedit. Conjunctiſſima eſſe F & Ph conſtat ex Nummis ubi indifferenter uſurpari ſolent. TRIVMFATOR. GENTT. BARBAR. DN. FOCAS. Vide Spanheim. Diſſert. 11. p. 81. & Noltenii Lexic. Antibarbarum.

Permutantur etiam F & V propter eandem affinitatem: ſic, pro Gravare factum Grafare. V. Salm. Exerc. Plin. p. 775.

Item F & E propter figuræ affinitatem in libris Vett. V. Pitiſc. Lex. in E.

F præponitur ſolis L & R conſon. ut Fluctus, Frango.

In F mutantur conſonæ B D S & X in præpoſitionibus ante verba a littera F ordientia: ut, Officio, Affero, Differo, Effero, pro Obficio, Adfero, Disfero, Exfero. Hanc notitiam de mutatione B non cepere Grammatici recentiores. Antiquos non fugit.

F. Faciundum, Factum, Familia, Famula, Faſtus dies, Februarius, & in fine plerumque Fecit, Feliciter, tum Felix, Femina, Fides, Fieri, Filia, Filius, vel Filii. V. Marm. Felſ. Sect. 7. c. 12. Finis, Flamen, Forum, Frater, Frons, Fuit, Fulvo. ꟻ & Ⅎ. Filia.

F. A. Filio amantiſſimo. F. AB. HEREDIB. TEST. FIE. IVS. Factum ab heredibus teſtamentum fieri juſſit. F. AN. X. F. C. Filiæ (vel Filio) annorum decem faciendum curavit.

F. B. M. Fecit bene merenti, Filiæ (vel Filio) bene merenti.

F. C. Facere curavit, Faciundum curavit, Fecit cinerarium, Fecit conditorium, Fidei commiſſum, Fieri curavit, Fiduciæ cauſa, Fraude creditoris. F. CAS. Fecit Caſſio. F. C. E. T. F. I. Faciundum curavit & titulum fieri juſſit. F. C. F. Fecit cariſſimæ feminæ, filio, filiæ, fratri. F. C. H. Fieri curavit hæres. F. C. I. Q. P. Faciundum curavit idemque probavit. F. C. L. Fecit contra legem. F. C. M. Faciundum curavit monumentum vel mœrens, vel Fecit conjux marito. F. C. R. Fieri curavit requietorium. F. C. SVO. B. Fecit Conjugi ſuo bono.

F. D. Factum dedicavit, Fides data, Filia (vel Filius) dedit, Flamen Dialis. F. DD. Factum dedicaverunt, Fieri decreverunt. F. D. D. Factum decreto Decurionum. F. D. S. Fecit de ſuo. F. D. M. Factum Dis Manibus, Filiæ (vel Filio vel Fratri) dedit monumentum. F. D. Q. M. Flamen Dialis Quirinalis Martialis.

F. E. Fecit erigi, Fides ejus, Filius ejus. F. E. C. Faciundum ei curavit, Filiæ (vel Filio, vel Fratri) erigi curavit. F. E. D. Factum eſſe dicitur. F. ED. Factum Edicto. F. E. H. Filius & hæres. F. EQVOR. PROB. Feriæ equorum probandorum. F. E. S. Fecit e ſuo, Fecit & ſibi. F. ET. S. Fecit & ſacravit, Fecit & ſibi.

FF. Fabrefactum, Fabricaverunt, Fecerunt, Fratres, Fundaverunt. F. F. Fabricaverunt, Fabricari fecerunt, Fidem fecit, Fieri fecit, Filia fecit, Filius-familiâs, Filii duo, Flando feriundo. F. FA. & F. FAM. Filius-familiâs. F. F. C. Filio faciundum curavit. F. F. Ↄ. J. Flaviorum duorum conliberta. F. F. E. Fiat fides ejus. F. FE. Fortunæ felici. F. F. F. Ferro, flamma, fame: Flavius filius fecit, Fortior fortuna fato. F. FF. Fabricare fecerunt. F. FI. & F. FL. Fratris filius. F. FQ. Filiis filiabusque. F. FS. Filiusfamiliſas.

F. H. Fecerunt hoc, Fecit hæres, Femina honeſta, Filius hæres. F. H. F. Fieri hæres fecit. F. H. IV. Fieri hæres juſſit.

F. I. Fieri inſtituit, Fieri juſſit. F. I. A. P. Felix Julia Auguſta Pia. F. I. D. P. S. Fieri juſſit de pecunia ſua. F. I. L. IN. F. Fieri juſſit locum in fronte. F. I. S. Fieri juſſit ſibi. F. ITEMQVE D. D. Fecit itemque dedicavit.

F. L. Fecit locum, Fecit libens. F. L. B. Fecit liberto bono. F. L. F. Fieri libens (vel lugens) fecit. F. L. I. N. T. A. L. CO. M. ORD. PR. Felix liber injunctus notariis Tribunis a laterculo continens mandata Ordinis primi. F. L. LIB. LIBERTAB. Q. SVIS OMNIB. Fecit libens libertis libertabusque ſuis omnibus. F. L. L. P. S. Fecit libentiſſime pecunia ſua, vel Fecit libertis libertabus poſteris ſuis. F. L. M. Fecit libens merito. F. L. V. A. L. CO. S. T. R. L. IVSS. D. Felix liber vindicandus a laterculo continens ſacros titulos rerum largitionum juſſu divino. F. L. V. A. L. E. MAG. MEM. IVSS. D. Felix liber venit a laterculo edendus magiſtro memoriæ juſſione divina. F. L. V. A. LL. P. N. EIVS. IVSS. DD. Felix liber venit a laterculo Primicerii notariorum ejus juſſu dominorum. F. L. V. A. L. MAG. EP. IVSS. DD. Felix liber vindicandus a laterculo magiſtri epiſtolarum juſſu dominorum. F. L. V. A. L. P. N. E. N. IVSS. AVG. Felix liber veniens a laterculo principis noſtri ejus numinis juſſu auguſtali.

F. M. Fati munus, Fecit monumentum vel memoriam, Fieri mandavit, Filius matri, Flamen Martialis. F. MART. CAR. MONET. Feriæ Martis Carnæ monetæ. F. MAXSV. Fabius Maximus. F. M. D. D. D. Fecit monumentum datum decreto Decurionum. F. M. I. Fati munus implevit, Fieri monumentum juſſit. F. M. S. Fecit monumentum ſibi.

F. N. Fecit nobis, Fides noſtra. F. N. C. Fidei noſtræ commiſit, Fieri nobis curavit.

F. O. Filio (vel Fratri) optimo, Filiæ optimæ.

F. P. Faſtus primo, Fecit publice, Filius patri, Forma publica. F. P. C. Filius ponendum curavit. F. P. D. Filius patri dedit. F. P. D. D. L. M. Fecit publice decreto Decurionum locum monumenti. F. P. H. C. Filius patri hoc curavit. F. P. I. Filius poni juſſit. F. P. P. Filius patri poſuit.

F. Q. Flamen Quirinalis.

F. R. Fecit requietorium, Finibus regundis. F. R. P. C. Filius requietorium ponendum curavit.

F. S. Fecit Sibi vel Suis, Forum Sempronii. F. S. E. Fieri ſibi elegit. F. S. ET. L. M. Fecit ſibi & libertis monumentum. F. S. ET. S. Fecit ſibi & ſuis.

F. T. Fecit titulum, vel tumulum. F. T. C. Fieri teſtamento curavit.

F. V. Fecit vivens. F. V. C. Fieri vivens curavit, Fraudisve cauſa. F. V. F. Fieri vivens fecit. F. V. S. Fecit voto ſuſcepto. F. V. S. L. M. Fecit voto ſoluto libens merito.

Geminum FF. vel ff. JCtis, Digeſta notat; ſed unde, variant Eruditi. Sive quod Juſtinianus *fieri fecit* ut autumat Scopp. Coll. 1. 9. ſive ortum ſit ex errore pro pp, ſeu PP, ob ſimilitudinem, qua nota dualitatis Pandectæ olim ſignificabantur. ſive ex cauſa alia. V. Barth. Adverſ. 2. 17. Argol. in Panvin. de Lud. Circenſ. 1. 17. Baud. Cent. 1. Epiſt. 97. Voſſ. de Idol. 4. 96. Forcatul. in Necyomant. p. 28. Cujac. Obſerv. 12. 40. Alciat. 2. Diſpunct. 11. Coraſ. 5. Miſcell. 15. n. 6. Hotoman. in Memor. 4. Pandect. p. 7. Diſney. præfat. ad Delectum LL.

## F A

FA. Familia, Femina, Filia. FAB. Faber, Fabia, Fabius, Fabrum. FABR. Fabricius, Fabrum, Fabrorum. FABROR. NAVAL. VTRICLAR. Fabrorum navalium Utriclariorum. FABR. TIG. Faber tignarius. FAC. Faciundum, Factum. FAC. B. Factum bene. FAC. C. Faciundum curavit. FAC. F. Factum feliciter. FACIVND.



PROCV.

PROCVRAV. Faciundum procuravit. FACT. Factio, Factum, Factus. FACTION. VENET. Factionis Venetæ. FAC. RVSSAT. Factionis Ruffatæ. FA. CV. L. L. M. Faciendum curavit libentissime merito. FAL. Falerina. FAM. Familia, Familiaris. FAMA. Familia. FAV. FAVS. Faustus.

FABA, æ. f. [κύαμος] Legumen notum. Ter. Eun. 2. 3. 89. At enim isthæc in me cudetur faba.
Dura faba. V. Culmen.
Pallens faba. Martial. lib. 5. 79.
Et pallens faba cum rubente lardo.
Referina, & Refrina; V. in littera R suo loco.
Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus jacitur larvis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore ejus luctus litteræ apparere videntur. Auct. Fest.
De Faba Pythagorica. V. Gell. 4. 11. Cic. 1. de Divin. 62. & 2. 119. Plin. 18. 12.
Faba Ægyptia, teste Theophrasto lib. 4. cap. 10. de Plantar. histor. in paludibus stagnisque exit. Caulis ejus, qui longissimus, quaterna cubita perficit; crassitudo digitalis est, similis calamo molli, non geniculato. Rimas intrinsecus habet tendentes per totum, lilii modo. Caput in cacumine orbiculatum, vesparum favo non absimile: Inque singulis cellis, singulæ fabæ continentur, paulo super id eminentes, multitudine plurimum terdenæ. Flos papavere duplo major, colore roseus in plenum caput. Nascitur hæc etiam in Syria, Ciliciaque. Hactenus Theophrast. V. & Plin. lib. 21. cap. 15. Meminit quoque Dioscorid. lib. 2. cap. 99. Athen. 3. 1.
Græca faba [λωτὸς] Plin. lib. 16. cap. 30. Faba Græca, quam Romæ a suavitate fructus silvestris quidem, sed cerasorum pæne natura, loton appellant. adde 24. 2.
Porcina, quam vulgus depravato vocabulo Jusquiamum vocat. V. latius in dictione HYOSCYAMUS.

FABŬLA, æ. f. dimin. [κυάμιον] Plaut. Stich. 5. 4. 8.
Pro opibus nostris satis commodule, nucibus, fabulis, ficulis.

FABULUM, i. n. apud Gell. lib. 4. cap. 11. Opinio vetus falsa occupavit & convaluit, Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. Paulo post Fabam appellat.

FABACEUS, Adj. Macrob. 1. Saturn. 12. Puls fabacea.

FABACIA, æ. f. Genus cibi e fabis confecti a veteribus dicebatur. Plin. lib. 18. cap. 12. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

FABAGĬNUS, Adj. [κυάμινος] ut, Fabaginum acus. Cato cap. 54.

FABĀLIS, e. Adj. Stipula fabalis, sive grandis ille culmus, de quo pendent siliquæ fabaceæ. Plin. lib. 18. cap. 12. adde Ovid. 4. Fast. 725.
Certe ego de vitulo cinerem, stipulamque fabalem
Sæpe tuli plena februa tosta manu.
Fabalium siliquarum cinis ad coxendices prodest. Plin. lib. 18. cap. 12. Videtur etiam esse substant. Fabale. pl. Fabalia. Columel. 2. 10. 20. Cato de R. R. 37. Plin. lib. 18. cap. 12. & 22.

FABARIUS, Adj. [κυαμικὸς] Quod ad fabam pertinet. Cato cap. 10. extr. Pilum fabarium unum.
Fabariæ Calendæ, Juniæ dicebantur, quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibebantur. Macrobius 1. Saturn. 1.
Fabaria, Insula est in mari Germanico, non procul a Cimbrico Chersoneso, alio nomine Burchana dicta: Fabaria a Romanis appellata propter similitudinem frugis sponte ibi provenientis. Auct. Plin. lib. 4. cap. 13. & 18. 12. Fabariæ num. pl.

FABATUS, a, um. Adj. ut Puls fabata. Fest. in Refriva. V. Hard. ad Plin. 18. 12.

FABATARIA, pl. n. Vasa, aut Patellæ, in quibus puls fabata ponebatur, & laribus offerebatur. Lamprid. Heliogab. cap. 20. Ut pro nasturtiis apiastris & facelaribus & fœnogræco exhiberet plenis fabatariis & discis. Sic legit & interpretatur Turnebus. V. Salm. ad Hist. Aug. p. 187.

FABĀRIS, [Φάβαρις] (inquit Servius) Italiæ fluvius, qui per Sabinos transit. Virg. 7. Æn. 715.
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, &c. Fabaris, eodem Servio auctore, etiam Farfarus dicitur. Ovid. 14. Met. 330.
— & amœnæ Farfarus umbræ.

FABELLA. V. FABULA, infra.

FABER, [χαλκεὺς Athen.] Piscis est, alio nomine Zeus appellatus, quem Gadibus principatum obtinere auctor est, Plin. lib. 9. cap. 18. pr.

FABER, bri. m. [τέκτων] a Faciendo nomen accepit: Idemque significat quod adjectivum sibi adjunctum: Nam est omnis artifex qui labore corporis aliquod artificium facit: sive qui e quavis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus. Nam hi plastæ dicuntur. Plaut. Most. 4. 2. 11.
Tacesis faber, qui cudere soles plumbeos Nummos.
Æris, eboris, & marmoris fabri. Hor. 2. Epist. 1. 96.
Marmoris aut eboris fabros, ut æris amavit.
Ærarius. V. ÆS, æris.
Aurarius. V. AURUM.
Ferrarius, Qui cudit, & tractat ferrum. Plaut. Rud. 2. 6. 47.
Tignarius faber. Cic. de Clar. Orat. 257.
Faber, pro Structore. Cic. 9. Fam. 2. Siquis adhibere volet non modo ut architectos, verum etiam ut fabros ad ædificandam Rempub. Idem 9. Fam. 15.
Fabrûm in genitivo plurali rectius dicitur quam Fabrorum. Cic. in Orat. 156. Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Cæsar apud Cic. 9. Att. 8. Jam duo præfecti fabrûm Pompeji in meam potestatem venerunt. [Apud Vegetium tamen lib. 2. cap. 11. Præfectus fabrorum. quem omnino de Fabrûm in legione opera Consule, ut & Liv. 1. 43. ubi a Ser. Tullii regis temporibus institutum arcessit.
Sævus faber. Tibul. lib. 1. 3. 48.
Non acies, non ira fuit, non bella; nec enses
Immiti sævus duxerat arte faber.

FABER, a, um. Adj. Ovid. 8. Met. 159.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.
Superl. Faberrimo signaculo. Apul. 2. Florid.

FABRE, Adv. [τεχνικῶς] Artificiose. Plaut. Pœn. 3. 1. 74. Basilice exornatus incedit, & fabre ad fallaciam. Idem Men. 1. 2. 23. Hoc lepidum est, hoc factum est fabre. Sed jam ab usu recessit: magis enim utimur alio adverbio, Affabre.
Superl. utitur Apul. Uvæ faberrime politæ, 2. Milef. ab init. & alibi. Ammian. quoque 28. 18.

FABREFĂCIO, ēci, [τεχνητεύω] ĕre. Artificiose aliquid componere vel ædificare. Pass. Fabrefio. Plaut. Cas. 5. 1. 8. Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poeta, atque ut hæc est fabrefacta a nobis. Aur. Vict. de Viris illust. c. 38. Classem magis validam quam decoram fabrefecit. ut legit Grut. Liv. 34. Fabrefacta vasa. Legitur, & disjunctim, Fabre facta.

FABRĬCO, [τεύχω, τεχνάομαι, τεχνάομαι, κατασκευάζω, κτίζω, χαλκεύω] āre. Ovid. 13. Met. 683.
Craterem Æneæ, quem quondam miserat illi:
Miserat hunc illi Therses, fabricaverat Alcon.
Animum fabricare & formare Philosophia dicitur. Sen. Epist. 16.
Gladium fabricare. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Moras fabricare. Sil. lib. 16.
Navem. Martian. in l. Quod quis. D. de privileg. creditor.
Signa. Cic. 1. Off. 147.
Verba. Cic. 4. Acad. 17.
Fabricari, passive. Quintil. 2. 16. pr. Non fabricetur militi gladius.

FABRĬCOR, [κατασκευάζομαι] Dep. Idem. Cic. 3. de Orat. 180. Capitolii fastigium illud & ceterarum ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est.
Gladium fabricari. Cic. pro Rabir. Posth. 7. V. Quintil. 9. 3. p. 800.
Naves fabricari. Tacit. 14. Ann. 29. Navesque fabricatur plano alveo adversus breve littus, & incertum.
Fabricari, etiam ad animum refertur. Curt. Multa interea fabricatus ingenio, quomodo avertere inde hostem posset. [Sed hunc locum vellem indicassent, qui huc adscripserunt.
Fingere & fabricari. Cic. 4. Acad. 86. Etiamne hoc affirmare potes, Luculle, esse aliquam vim, cum prudentia & consilio scilicet, quæ finxerit, vel (ut tuo verbo utar) quæ fabricata sit hominem? qualis ista fabrica est? ubi adhibita? quando? cur? quomodo?
Quæ terra gignit, talia sunt, ut ea ipsi dii immortales ad usum hominum fabricati pæne videantur. Cic. 1. de Nat. Deor. 4.
Quanto quasi artificio natura fabricata est primum animal omne, deinde hominem maxime. Cic. 4. Acad. 30.

FABRICĀTUS, Partic. [κατεσκευασμένος] Cic. de Universſ. 15. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant. De mundo.
Arma fabricata. Claud. in pr. Cons. Stil. 105.
Classis fabricata. Vellej. 2. 79. 2.
Cuniculi. Idem, 2. 27. 4.
Machina fabricata. Virg. 2. Æn. 46.
Pocula fabricata fago. Ovid. 8. Met. 669.

FABRICATIO, ōnis. f. [κτίσις, δημιουργία] Cic. 2. de Nat. Deor. 133. Hominis fabricatio perspecta.
Immutatio in verbo fabricationem non habet, sed in ratione. Cic. 3. de Orat. 165.

FABRICĀTUS, ûs. m. apud Sidon. 3. Epist. 13.

FABRICATOR, ōris. m. [κατασκευαστὴς, κτίστης, τεχνουργὸς] ut, Fabricator minutorum opusculorum Myrmecides. Cic. 4. Acad. 120.
Doli fabricator Epeus. Virg. 2. Æn. 264.
Lethi fabricator morbus. Lucret. lib. 3. 473.
Mundi fabricator. Quintil. lib. 2. cap. 16. Et hercle deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis separavit hominem a ceteris, quæ quidem mortalia essent, animalibus, quam dicendi facultate.
Fabricator imitatus exemplar. Cic. de Universf. 3.

FABRICATRIX, īcis. f. apud Lactant. sæpiuscule V. 6. 22: 7. 12. &c.

FABRĬCA, æ. f. [τεχνικὴ] propie est Fabri lignarii officina: verumtamen & de aliorum fabrûm officinis dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. 55. De Vulcanis quatuor loquens, Tertius ex Jove & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse.
Fabrica, Ars, & ut ita dicam, Fabricatio alicujus rei, & machinatio. V. Vitruv. 1. 1. a pr. Cic. 2. de Nat. Deor. 36. Pictura & fabrica, ceteræque artes habent quendam absoluti operis effectum.
Fabrica carpentaria. Plin. lib. 16. cap. 8.
Ferrea. Plin. lib. 7. cap. 56. Fabricam ferream invenere Cyclopes.
Materiaria. Plin. lib. 7. cap. 56.
Æris & ferri fabrica. Cic. 2. de Nat. Deor. 159.
Confectionis materiæ fabrica. Cic. 1. de Divin. 116. Materiave quid juvaret, nisi confectionis ejus fabricam haberemus?
Fabricam, pro Fabricatione & opificio posuit Cic. 1. Off. 127. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia.
Admirabilis fabrica membrorum animantium. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Explicetur incredibilis fabrica naturæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.
Fabricam apparare metaph. pro Dolo, Fallacia. Plaut. Pœn. 5. 2. 139. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, ut te allegemus qui filias dicas tuas.
Admovere. Plaut. Cist. 2. 2. 5.
Fingere ad aliquem. Ter. Heaut. 3. 2. 34. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit?

FABRĬCUS, a, um. Adj. [τεχνικὸς] Paulus in l. Si mancipia. D. De instructo vel instrumento leg. Servum vero arte fabrica peritum, &c.

FABRICENSES, in Imperatorum constitutionibus appellantur, Qui in sacris fabricis arma cudebant. Justinian. Novell. 85. συνείδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι· μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένους ὁπλοποιίαις, ἢ ταῖς λεγομέναις φαβρίκαις. Fabricæ autem in Imperio Romano 19. præcipuæ erant, videlicet in Illyrico 5, in Italia 6, in Galliis 8, erantque sub dispositione magistri officiorum. Ex Brissonio. V. Valesf. ad Ammian. lib. 31. p. 629.

FABRĪLIS, e. Adj. [τεχνικὸς, χαλκευτικὸς, χειροτεχνικὸς] Quod est fabri, sive ad fabrum pertinet: ut, Opus fabrile. Hor. 1. Epist. 1. 117.
— tractant fabrilia fabri. Sic, Fabrile ministerium. Plin. lib. 16, cap. 43.

Dextra

Dextra fabrilis. Ovid. 4. Met. 175.
Erratum fabrile, in Statuæ ſubſcriptione. Cic. 6. Att. 2.
Flamma fabrilis. Claud. 2. Conſ. Stil. 176.
Glutinum. Plin. lib. 28. cap. 11.
Manus. Martial. lib. 11. 78.
Officina. Trebell. Poll. xxx. Tyr. c. 8.
Scalprum. Liv. 27. 49.
Uſus fabriles. Plin. lib. 32. cap. 9. Aut ſquatinæ piſcis cutis combuſta. Hæc eſt qua diximus lignum poliri, quia & e mari fabriles uſus exeunt.

FABRILĬTER, Adv. Prudent. Apoth. 519.

FABRIO, pro Fabricare: apud Venant. Fortun. 2. 9. 23.

FABIANUS, FABIENSIS. V. poſt. ſeq. dict.

FABIUS, [Φάβιος] nomen Gentile Ro. quod alii aliunde deducunt. Plutarch. in vita Fabii Max. Quidam, inquit, Herculem apud fluvium Tiberim cum muliere ejus loci incola congreſſum habuiſſe afferunt, & Fabium virum optimum, a quo Fabiorum familia Romæ initium habuit genuiſſe. Quidam autem priſcos hujus generis viros, quod primum venandi per foſſas morem induxerint, a fodiendo Fodios olim appellatos memoriæ tradiderunt; deinde mutatis litteris, lapſa loquendi conſuetudo Fabiis cognomen fecit. Feſtus lib. 6. Fovii, inquit, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis ejus ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum urſi & lupi foveis caperentur. Hæc ille. Sunt qui ſcribunt Fabium, a quo Fabiorum familia propagata eſt, ex Herculis cum Vinduna Evandri filia concubitu procreatum. V. Sil. Ital. lib. 6. v. 633. Hinc ait idem, lib. 2. 3.

— Fabius Tirinthia proles. Ad quod reſpicit Ovid. 3. de Pont. 3. 99. Fabium amicum alloquens,

Conveniens animo genus eſt tibi: nobile namque
Pectus, & Herculeæ ſimplicitatis habes. Non enim animo duplici fuit Hercules, verum ingenuo & candido. Plinius lib. 18. cap. 3. innuit a Fabis nomen eſſe Fabiis impoſitum. Cognomina, inquit, etiam prima inde: Pilumni, qui pilum piſtrinis invenerat: Piſonis, a piſendo: Jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus ſereret.

Fabii, Remi fuere ſocii, ſicut Quintilii Romuli, qui dum ſacrificarent Fauno cæſa capella, & a paſtoribus nuntiatum eſſet, pecora parte diverſa abacta, in hoſtes exiverunt, & prior Remus recepta præda cum Fabiis rediens, exta & viſcera capellæ immolatæ abſumpſit, & oſſa tantummodo Romulo ſervavit. Quare commotus Romulus indoluit, quod Quintilii ſui neglecti fuiſſent, & tantum Fabiis licuiſſet: a qua, ajunt, licentia, Licentes Fabii poſthac appellati fuere, & in Lupercalibus principes habiti. Propert. 4. 1. 26.

Verbera pellitus ſetoſa movebat arator,
Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet. Ovid. 2. Faſt. 377.
Riſit, & indoluit Fabios potuiſſe, Remumque
Vincere, Quintilios non potuiſſe ſuos.

Tercenti (inquit Servius) in Fabiorum familia fuerunt, qui conjurati, cum ſervis & clientibus ſuis, contra Veientes dimicarunt, & inſidiis apud Cremeram fluvium interempti ſunt. de quibus Ovid. 2. Faſt. 235.

Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
Ad bellum miſſos abſtulit una dies. Ex his unus tantum ſuperfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in civitate remanſerat. Hic poſtea Dictator creatus, quum Annibalis impetum ferre non poſſet, mora eum eluſit, & ad Campaniam traxit, ubi deliciis ejus virtus obtorpuit. De quo ait Ennius,

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem. Hæc Servius illud, Virg. 6. Æn. 846. explicans,

Quo feſſum rapitis Fabii? V. Liv. l. 2. c. 48. ſq. & Dionyſ. 9. 22.

Victrices moræ Fabii. Propert. lib. 3. 3. 9.

Hujus gentis ſex familiæ fuere, ut Faſti Capit. & Nummi teſtantur, Ambuſti, Maximi, Vibulani, Buteones, Dorſones, Pictores. [Immo & Gurgites, Hadriani, Labeones, Sangæ, &c. V. Urſin. Fam. Ro. & Scriptores. Rerum Ro. paſſim.

Fabius Pictor, homo nobiliſſimus, juris & litterarum antiquitatis bene peritus. Cic. in Brut. 81. Quintil. lib. 1. cap. 6. Ennium, Pictoremque Fabium ſecutus. [ubi Annalium ſcriptorem intelligit, ſine dubio alium ab eo, quem Cic. laudat.

Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus a rege Allobrogum ad Iſaram flumen interempto, vel potius Allobrogicus, cognomine triumphali. Is fuit Q. Fabius Maximus, A. V. C. 632. cum C. Opimio cos.

Fabius Dorſenus, vel potius Doſſenus, Poeta comicus, cujus teſtimonium citat Plin. lib. 14. cap. 13. de vinis antiquorum verba faciens. V. Hard. in Ind. Auct.

Fabius Perſicus, quem impuriſſimum & obſcæniſſimum omnium mortalium deſcribit Seneca, & perpetuis inurit ſtigmatis. V. Lib. de Benef. 2. 21. Is plane eſt, quem Juvenalis perſtrinxit Sat. 8. 13. quum ſcripſit,

Cur Allobrogicis & magna gaudeat ara,
Natus in Herculeo Fabius lare, &c.

FABIUS, a, um. Adj. ut, Gens Fabia apud Ovid. 4. de Pont. 6. 9. Tribus Fabia. Sueton. Aug. cap. 40. Fornix Fabius. Cic. pro Planc. 17. V. 2. de Orat. 267.

FABIANUS, a, um. Adj. [Φαβιανὸς] ut, Arcus Fabianus, qui conſtructus eſt juxta regiam in Sacra via.

Fabiana formula a Fabio dicta, ad eorum reverentiam pertinens, quæ in fraudem patroni alienata ſunt. Ex Jac. Spiegel. Lexic. Jur. Civ.
Fornix Fabianus. Cic. 2. Verr. 19.
Luperci Fabiani apud Feſt. V. ſupra in FABIUS.
Milites Fabiani, diſciplinæ nomine clariores. Nep. 11. 2. 4.

FABIANUS, i. m. Martyris nomen, qui una cum Sebaſtiano, quod Chriſtum profiteretur, ſupplicio affectus eſt.

Fabianus Papirius, Auctoris nomen apud Plin. quem naturæ rerum peritiſſimum prædicat lib. 36. cap. 15. Hujus quoque meminit Seneca in epiſt. 40. & 100.

FABIANUS, [Φαβιανὸς] Pagus in Sulmonenſi Italiæ agro, ubi vites & arva rigabantur, teſte Plin. lib. 17. cap. 26. q. V.

FABIENSES, In monte Albano, Italiæ populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

FABRATERIA, Oppidum Campaniæ, juxta quod Trerus amnis fluit. Sil. lib. 8. 397. Cic. 9. Fam. 24. Juven. 3. Sat. 224.

FABRATERNI novi, & Fabraterni veteres, Populi inde cognominati. Plin. 3. 5.

FABRE, FABRICA, FABRICATIO, FABRICENSES. V. FABER.

FĀBRĬCĬUS, [Φαβρίκιος] Nom. gent. Ro. ex qua C. Fabricius Luſcinus, A. V. C. 471. cum Q. Æmilio Papo cos. qui contra Samnites & Pyrrhum regem bella geſſit: valde ſobrius, & fidelis. Nam munera hoſtium ſprevit, & regis medicum ſibi pollicentem necem domini ſui, ligatum remiſit ad regem, ſcribens etiam quid illi facere voluiſſet. V. Cic. 3. Off. 16. & 86.

Parvo potens Fabricius. Virg. 6. Æn. 844.
Pauperis Fabricii animoſa umbra. Claud. 1. in Eutrop. 452.

FABRICIUS, a, um. Adj. [Φαβρίκιος] ut, Pons Fabricius. Hor. 2. Serm. 3. 36. — tempore quo me

Solatus juſſit ſapientem paſcere barbam,
Atque a Fabricio non triſtem ponte reverti. Pons Fabricius dictus eſt, junctus inſulæ Tiberinæ, quia a Fabricio conſule factus eſt, poſtea Lapideus. Ex Schol. vet. ad loc.

FABRICO, FABRILE. V. FABER.

FĀBŬLA, æ. f. [μῦθος] Proprie eſt Res paſſim vulgata, etiam ſi vera ſit: a Fando dicta, ut ait Varro lib. 5. de L. L. Juvenalis,

It nova, nec triſtis, per cunctas fabula cœnas. Ter. Hec. 4. 3. 14. Jam nos fabulæ ſumus, Pamphile, ſenex atque anus.

Hor. 1. Serm. 1. 70. de Tantali fabula, avarum alloquens,

— quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Martial. lib. 1. 91.
Quod nunquam maribus junctam te Baſſa videbam,
Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis.

Hieron. 1. Epiſt. 38. Et ne veteres replicando hiſtorias longum faciam & excedam menſuram epiſtolæ, brevem tibi fabulam referam quæ accidit infantiæ meæ temporibus.

Fabula, eſt In qua nec veræ, nec veriſimiles res continentur: cujusmodi eſt, Angues ingentes alites juncti jugo. Cic. 1. de Invent. 27. Auct. ad Heren. lib. 1. 13.

Fabula, Res ad utilitatem, ſive delectationem hominum conficta, ut ſunt Poetarum fabulæ, & hæ, quæ licet ab Heſiodo poeta initium acceperint, nomine tamen dicuntur Æſopiæ, qui Græcis Apologi dicuntur. Ex Cæl. Rhodig. 18. 7. Cic. 3. de Nat. Deor. 62. Jam vero quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum, exectum a filio Cælum, vinctum itidem a filio Saturnum?

Fabulæ dicuntur etiam, non Tragicorum duntaxat poëtarum, ex alius generis fabulis arceſſita, ſed multo frequentius Comicorum ad imitationem vitæ communis conficta Dramata. Hæ diverſa ſortiuntur nomina, pro Habitu & qualitate perſarum quæ in eis introducuntur. Aliæ enim Togatæ dicebantur, quarum perſonæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ: aliæ Palliatæ, quum perſonæ Græco more palliis indutæ in ſcenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera ſunt quatuor. Sunt enim Togatæ, quæ Prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, perſonarum dignitate & ſublimitate Tragœdiis ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur, quia fere regum vel magiſtratuum prætexta utentium in hujusmodi fabulis perſonæ introducebantur. Secundum genus togatarum, Tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine comœdiis pares, in quibus non magiſtratus, ſed humiles & privatæ perſonæ induci ſolebant, quales fere ſunt mercatores, aut inſtitores, qui in tabernis merces ſuas vendere conſueverunt. Erant præterea Fabulæ Atellanæ, jocis & ſalibus quam proxime ad Satyram accedentes, ab Atellis Campaniæ oppido, in qua plurimæ actitatæ ſunt, nomen ſortitæ. Aliæ præterea erant Planipedæ, a planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem perſonarum neque cothurnis utebantur, neque ſoccis. Hæc fere ex Donat. de Tragœd. & Comœd. ad Ter.

Varias fabularum ſpecies exhibet Voſſ. Inſtit. Orat. 2. p. 313.
Fabulæ comicorum. Ter. prol. And. 3. Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Apologus, fabula, irriſio. Cic. 1. de Invent. 25.
Nutricularum fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Ampla fabula. Feſtus Rufus in Pleiadibus.
Aniles fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. V. ANILIS.
Commentitia. Cic. 3. Off. 39.
Convivales fabulæ. Tacit. 5. Ann. 6.
Ficta fabula. Propert. lib. 3. 5. 45.

An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes? adde Cic. pro Milon. 8.

Incredibilis. Cic. in Partit. 40.
Lepida fabula. Apul. lib. 1. de Aſin. Aur. Lepidæ fabulæ feſtivitate nos avocavit.
Mendax fabula. Virg. in Ætna,

— ſi firma manet tibi fabula mendax.

Monſtroſa turpisque relatu fabula. Claud. 2. in Eutrop. 550.
Motoria fabula, & Stataria. V. STATARIUS.
Notiſſima fabula. Ovid. 4. Met. 189.
Par fabula ſomnio. Sen. Troad. 5.
Peritæ fabulæ. Auſon. ſect. 3. ad lib. ut eat ad Probum,

Sueſcat peritis fabulis Simul jocari & ludere.

Perſonata fabula. V. PERSONATUS.
Poeticæ fabulæ. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Puerilis fabula. Stat. 2. Achill. 273.
Vera fabula. Phædr. 2. 5.
Vulgaris fabula. Sil. lib. 4.
Accommodare fabulas. V. ACCOMMODO.
Agere fabulam. Sen. Epiſt. 77. fin.
Conficere totam fabulam. Cic. 2. Philipp. 34. Si meus ſtilus ille fuiſſet, ut dicitur: mihi crede non ſolum unum actum, ſed totam fabulam confeciſſem.

Conta-

Contaminare. V. CONTAMINO.
Credere fabulis. Cic. 2. de Div. 113. Num igitur me cogis etiam fabulis credere, quæ delectationis habeant quantum voles, verbis, sententiis, numeris, cantibus, adjuventur?
Dare. V. modo in Docere.
Decantata erat fabula, sed complere paginam volui. Cic. 13. Att. 33.
Docere fabulam, Agere sc. Cic. de Clar. Orat. 72. & 79. alibi, sc. 1. Tusc. 3. Dare. Livius fabulam dedit. i. e. Populo spectandam præbere. Græci καθιέναι, item διδάσκειν. V. Casaub. ad Athen.
Sum fabula. Cic. de Petit. Conf. fin. Efficere ne sis ridiculus & aliorum fabula. Hor. Epod. 11.
Heu me per urbem Fabula quanta fui! Idem similiter 1. Epist. 13. 8. — paternum
Cognomen vertas in risum & fabula fias.
Incœptare. V. INCŒPTO.
Inferere. V. INSERO.
Peragere. Cic. de Senect. 64. Quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse. Ibid. 69. Nec histrioni, ut placeat, peragenda est fabula.
Serere fabulam argumento primus ausus est Livius. Liv. 7. 2. ubi de Origine Ludorum Scenicorum & Atellanarum fabularum Romæ.
Lupus in fabula Proverbio dicitur. Atque eccum tibi Lupum in sermone. Plaut. Stich. 4. 1. 71. Ter. Adel. 4. 1. 21. & Cic. 13. Att. 33. Lupus in fabula. V. LUPUS.
Fabulæ. Verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. Ter. Heaut. 2. 3. 95. Idem And. 1. 3. 13. — Ibi tum hanc ejectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam. fabulæ:
Mihi quidem hercle non fit verisimile: atque iis commentum placet.
Fabula quoque peculiari modo de Manibus dicitur. Hor. 1. Carm. 4. 16.
Jam te premet nox fabulæque manes. Pers. 5. Sat. 152.
— cinis & manes & fabula fies.
Fabula est etiam, Dramatis pars non ignobilis. Græc. μῦθος. V. Aristot. de Arte. Et, Dramatis argumentum non inscite dici possit. unde Quintil. 5. 10. Fabulæ ad actus scenarum composita argumenta dicuntur.
FABELLA, æ. f. dimin. [μυθίδιον] Cic. pro Cœl. 64. Verum hæc tota fabella veteris & plurimarum fabularum poetriæ.
Bella fabella. Apul. 6. Met.
Brevior fabella. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Commentitiæ fabellæ. Cic. 2. de Divin. 80. Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.
Agere festive fabellam. Cic. 2. Q. frat. 1.
Narrare fabellam. Cic. 2. de Orat. 244. Siquando quid tanquam aliqua fabella narratur.
Fabellas Phædrus ad Apologos detrusit, de quibus modo actum est, ita ut Fabulæ nomen ad Drama suo jure pertinere possit. V. 4. Fab. 6.
FABELLATOR, ōris. m. Apul.
FABELLATRIX, īcis. f. Afran.
FABULO, ōnis. m. Macrob. 2. Saturn. 1. Planipes & fabulo impudica & prætextata verba jaciens. Ita restit. Salmas. Isidor. Gloss. Fabulo, Congerro, & fabulas componens. V. Voss. Instit. Poët. 2. 2.
FABŪLO, [μυθεύω] Plaut. Mil. 2. 5. 33. Mala es. PH. immo ecastor stulta multum, quæ vobiscum fabulem.
Fabulandi sermones conferre. Plaut. Pœn. prol. 34.
Canora hic voce sua tinnire temperent,
Domum sermones fabulandi conferant.
FABŪLOR, [μυθολογέω, μυθεύομαι] āri. a Famen derivatur; & significat Loqui. Plaut. Capt. 3. 4. 3. Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? Idem Merc. 2. 3. 30. Quid illud quod solus secum fabulatur filius?
Inter se fabulari. V. INTER.
Fabulari falsa. Plaut. Epid. 2. 2. 53.
Fabulari, Joco excipere, & habere ludibrio. Plaut. Truc. 1. 2. 80. Non isthæc mea benignitas docuit te fabulari.
Fabulari aliquando pro Inepte garrire sumitur. Liv. 45. 39. Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decrevit potius, quam quid Sergius Galba fabuletur, audi.
FABULATIO, onis. f. Mart. Capell.
FABULĀTOR, ōris. m. [μυθοποιός] Facundus & facetus congerro. Suet. in Aug. cap. 78. Lectoribus aut fabulatoribus arcessitis. Item, Qui ficta narrat, & dupliciter. Sive pro Nugatore ut Gell. 3. 10. Herodotus homo fabulator. Sive in bonam partem pro Eo qui Apologos scribit, ut ap. eund. 2. 29. Æsopus ille e Phrygia fabulator.
FABULATORIUS, Adj. Cathol.
FABULĀRIS, e. [μυθικός] ut Historia fabularis. Suet. in Tiber. cap. 70. Maxime tamen curavit historiæ fabularis notitiam usque ad ineptias atque derisum.
FABULINUS, Deus qui pueris primo Fari incipientibus præesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, quum primum liberi eorum fari incipiebant. Auctor Nonius, 12. 56. citans testimonium Varronis de Liberis educandis.
FABULŌSUS, Adj. [μυθώδης] dicitur Celeberrimum, de quo omnes fantur: vel de quo multa finguntur, vel denique Qui multa fingit. Hor. 1. Carm. 22. 7.
— vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.
Colitur illic fabulosa Derceto. Plin. lib. 5. cap. 13.
Fabulosa antiquitas. V. Plin. 12. 19.
Fabulosus etiam, Garrulus qui fabulis delectatur, quales sunt Aniculæ. Atque ita interpretantur illud Horatianum, 3. Carm. 4. 9. de Nutrice linguæ, ut solent, impotenti.
Me fabulosæ Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliæ
Ludo fatigatumque somno
Fronde nova puerum palumbes Texere. V. Torrent. ad loc.
Compar. Plin. lib. 33. cap. 1. Midæ quidem anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur? Apul. 1. Met. p. 111. Nihil hac fabula fabulosius.
Superl. Plin. 5. 1. Fabulosissimus Atlas.
FABULŌSE, Adv. [μυθικῶς] h. e. Mendose. Plin. 7. 48. Fabulose multa de hominum ævo referens.
Compar. Ammian. 23. 25. ut Homerus fabulosius canit.
Superl. Plin. 5. 1. Fabulosissime ab antiquis narrata.
FABULOSĪTAS, denom. [μυθολογία] Plin. lib. 36. cap. 13. Sed quum excedat omnia fabulositas. Idem lib. 7. cap. 52.
Poetica fabulositas. Plin. lib. 7. cap. 28.
FABULUM. V. FABA.

## F A C

FACĒLA, æ. f. Olusculum aceto maceratum. Epigr. Vet.
Quem recreat fessum gillo, facela, melo. Hinc
FĀCĒLĀRE, is. n. Acetarium. Lamprid. Heliog. cap. 20.
FACELĪNA, Dianæ cognomentum. Drakenb. ab Sil. Ital. lib. 14. 260.
FACESSO. V. FACIO.
FĀCĒTUS, Adj. [εὐτράπελος, εὔχαρις, φιλοσκώπτης, σωμύλος] a Fando deduci videtur, & Is dicitur qui verbis facit quod vult: auctore Donato. Cic. pro Quint. 11. Nam neque parum facetus scurra Sex. Nævius. Plaut. Mil. 3. 1. 47. Cavillator facetus, vel commodus conviva item ero.
In altercando cum aculeo, & maledicto facetus. Cic. de Clar. Orat. 173.
Genus jocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum. Cic. 1. Off. 104.
Homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum. Cic. pro Domo sua 92. Acuti sunt, elegantes, faceti, breves. Cic. de Clar. Orat. 63. Homo minime ineptus & facetus. Cic. de Clar. Orat.
Ironia faceta & elegans. Cic. de Clar. Orat. 291.
Lepore faceto solers. Plin. lib. 17. cap. 1.
Narratores faceti. Cic. 2. de Orat. 219.
Poeta facetissimus veteris comœdiæ Aristophanes. Cic. 2. de Legib. 37.
Sales facetissimi. Plin. lib. 35. cap. 10.
Sermo facetus, & nulla in re rudis. Cic. 1. de Orat. 32.
Facetum, i. n. [τὸ εὐτράπελον] pro Elegantia exculta. Quintil. lib. 6. cap. 3. p. 532. Burm. Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius Facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cujusdam elegantiæ appellationem puto. Ideoque in Epistolis Cicero hæc Bruti refert verba: Næ illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. Quod convenit cum illo Hor. Serm.
— molle atque facetum Virgilio. Hæc Quintil. Quæ verba sic quidam legunt: Bruti refert verba, quærentis, an illi sint pedes faceto ac deliciis ingredienti molles. Horatii locus est lib. 1. Serm. 10. 44. — Pollio regum
Facta canit pede ter percusso. forte epos acer
Ut nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerant gaudentes rure Camœnæ. Molle atque facetum Porphyr. interpretatur, Molle atque elegans. Tale est illud ad Heren. lib. 4. 19. Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniunt ad aridum & exangue genus orationis. h. e. Exculta, & quasi rotunda constructione. Sic enim exponit Capidurus.
FACETIÆ, ārum. f. [εὐτραπελία, χαριεντισμός, σωμυλία] Deliciæ quædam sermonis, & dicta urbana sine scurrilitate: quæ etiam in factis intelligi possunt. Cic. 2. de Orat. 248. Quod facete dicitur id alias in re, alias in verbo habere facetias.
Duo sunt genera facetiarum, Alterum æquabiliter in omni sermone fusum, Alterum peracutum & breve: illa a veteribus superior Cavillatio, hæc altera Dicacitas nominata est. Cic. 2. de Orat. 218. Idem in Orat. 87. dicit Facetias genus esse salium.
Leporum ac facetiarum disertus puer. Catull. 12. 9. Al. Differtus.
Facie magis quam facetiis ridiculus. Cic. 1. Att. 13.
Facetiarum & urbanitatis oratorius non scurrilis lepos. Cic. de Clar. Orat. 143.
Acerbæ facetiæ. Tacit. 5. Ann. 2.
Asperæ facetiæ. Tacit. 15. Ann. 68.
Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiæque, & eruditio libero digna. Cic. 1. de Orat. 17.
Capi mirifice facetiis. Cic. 9. Fam. 15.
Conditus sale & facetiis Cæsar. Cic. 1. Off. 133.
Oblitæ Latio facetiæ. V. OBLINO.
Pellicere aliquem sale, lepore, politissimis facetiis. Cic. 1. de Orat. 243.
Præstare æqualibus suis festivitate & facetiis. Cic. de Clar. Orat. 177.
Superabat sale facetiisque omnes Scipio. Cic. de Clar. Orat. 128.
FACĒTE, Adv. [χαριέντως, σωμύλως] Urbane, & festive atque eleganter. Plaut. Asin. 3. 2. 35. Ut assimulabat Sauriam me esse, quam facete! Ter. Eun. 2. 2. 55. Eho numnam tu hic relictus custos, ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet? P. facete dictum. Cic. 6. Verr. 95. Nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete & commode dicant. Idem 1. de Fin. 39. Ut e patre audiebam, facete & urbane Stoicos irridente.
Compar. Cic. 2. de Orat. 217. Ego vero omni de re facetius puto posse ab homine non inurbano quam de ipsis facetiis disputari.
Superl. Idem ibid. 223. Noster hic facetissime tres patris Bruti de jure civili libellos tribus legendos dedit.
Quod facete dicitur, id alias in re habere, alias in verbo facetias. Cic. 2. de Orat. 248.
Colligere multa non modo acute sed etiam ridicule ac facete. Cic. 1. de Orat. 143.

FACE-

FACETŌSUS, Adj. [εὐτράπελος] Cic. 2. de Fin. 103. In quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis non dico. Alii legunt, Facetorum.
Beroald. sic usus est Comment. in Suet. Vespasianum, dicens, Cavillationem ibi (c. 23.) accipi pro cavillo dicaculo & facetosa urbanitate. Sic & alii usi sunt, sed male. Neque enim Cic. diceret Quantam facetosam, sed Quantum facetosam. H. St.

FACETUDO. apud Pontan. Facetudo virtus est quædam de Serm. lib. 3. cap. 20. p. 416. Utitur & alibi, ut 360. Facetudo & Comitas. H. St. Vide omnino primam pag. ejusdem libri. An ex antiquo auctore?

FĂCIES, ēi. f. [πρόσωπον, ὄψις, πρόσοψις, εἶδος] Anterior pars humani capitis, in qua Frons, oculi, nasus, os, genæ, mentum partes, unde constat. Plin. lib. 11. cap. 37. Facies homini tantum, ceteris os aut rostra. frons & aliis, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index. Ter. Eun. 2. 1. 24. Papæ honesta facie. Sallust. in Catil. cap. 15. extr. Prorsus in facie, vultuque vecordia inerat. Plaut. Mil. 4. 2. 36. Collaudato hujus formam & faciem. V. VULTUS.
Facies aliquando Totius corporis forma, & habitus. Plaut. Trin. 4. 2. 58. Qua facie est homo? s. sesquipede quidem est quam tu longior. Ter. Eun. 2. 3. 5. O faciem pulchram. Ubi Donat. Faciem modo non partem corporis dicit, sed totam speciem quæ apparet & cernitur.
Facies, inquit Gell. lib. 13. cap. 28. est Forma omnis, & modus, & factura quædam corporis totius, a faciendo dicta, ut ab aspectu species, & a fingendo figura. Itaque Pacuvius in tragœdia, quæ Niptra inscribitur, Faciem dixit hominis pro Corporis longitudine; Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum. Hæc ille.
Forma & facies. Cic. 1. Off. 14. Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides.
Facies & statura. Cic. 2. Philipp. 41. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu.
Insignis facie juvenis. Virg. 9. Æn. 583. Ovid. 5. Epist. 125.
Præsignis facie puella. Ovid. 3. de Arte Am. 773.
Facies non solum in hominum corporibus, sed etiam rerum cujusquemodi aliarum dicitur: ut auctor est Gell. lib. 13. cap. 28. Nam montis, & cæli, & maris facies, si tempestive dicatur, probe dicitur. Sallust. 2. Hist. Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in Occidentem, quam in Orientem latior prominet. V. infra FACIO.
Adversa facies. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Cadaverosa. V. CADAVER.
Cicatricosa facies. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Decora facies. Hor. 1. Serm. 2. 87.
Egregiæ facies. Lucret. lib. 5. 1169.
Flammata facies. i. e. Iracunda. Sen. Med. 6.
Formosa. Martial. 3. Epigr. 5.
Hispida facies. i. e. Barbata. Hor. 4. Carm. 10. 5.
Humana facies. Ovid. 2. Met. 661.
Impar. Ovid. 4. Fast. 306.
Nec facies impar nobilitate fuit.
Incesta facies. Lucan. lib. 10. 105. De Cleopatra.
Informis facies. Lucan. lib. 6. 225.
Ingenua facies. Plin. 1. Epist. 14.
Inscripta facies, i. e. Signata vel ferro, vel alia quavis re, quod servis fugitivis fiebat. Claud. 2. in Eutrop. 344.
Invisa facies. Virg. 2. Æn. 601.
Irata facies. Lucan. lib. 8.
Liberalis facies. Plin. 1. Epist. 14.
Mala facies. Quintil. lib. 6. cap. 3. p. 537. Qui malam faciem habet, liber non est? i. e. Turpem.
Mendosa facies. Ovid. 12. Met. 399.
Mœsta facies. Lucan. lib. 8. 665.
Mœstissima facies. Valer. 2. Argon. 493.
Peregrinæ facies. V. PEREGRINUS.
Præstante facie puella. Ovid. 3. Fast. 467.
Prima facie. Cajus in l. aliquando. D. ad Senatuscons. Vellejan. Prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipit. Paul. in l. Quum servus. sect. Si Titius. D. de leg. 1. Videtur quidem is prima facie rem mihi meam legasse: sed, &c. Idem in l. Alieno. D. de fideicom. libertat. Quod non prima facie videtur esse iniquum. Quod alii Prima fronte dicunt, vel Prima specie.
Puerilis facies. Ovid. 8. Met. 223.
Pulchra facies. Ovid. 14. Met. 827.
Rara puella facie. Ovid. 14. Met. 337.
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.
Recta facies. Quintil. lib. 1. cap. 11. Observandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis.
Rugosior facies passa uva. Claud. 1. in Eutrop. 111.
Sacræ facies. Pers. 2. Sat. 56. Deorum.
Sæva ac deformis facies. Tacit. 3. Hist. 83.
Torva viriliter facies. Sen. Hippol. 6.
Tristis facies. Ovid. 2. de Pont. 8. 73.
Truces facies, oculique minaces. Lucan. lib. 7. 291.
Varia ac nova facies. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Virginea facies. Ovid. 8. Met. 323.
Afferre novam faciem, nomen vetus. Cic. pro Flacc. 70.
Cogitare faciem alicujus. Cic. 2. de Divin. 143. Num igitur quum aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit?
Non dimovere faciem ab aliquo. Hor. 4. Carm. 5. 14.
Fingere faciem, vultum, sonum. Cic. 1. de Orat. 127.
Habere liberi hominis faciem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Faciem habere ad omnem rem. Plaut. Mil. 4. 2. 36.
Collaudato formam & faciem, & virtutes commemorato.
M. Ad eam rem habeo omnem faciem, ut dudum jam tibi demonstravi.
In codd. emendatt. legitur Aciem.
Induere pulchram faciem turpi animo. Sen. Hippol. 919.
Laudaret faciem livor quoque. Ovid. 10. Met. 515.
Mutatus faciem & ora. Virg. 1. Æn. 662.
Neglecta facies. Ovid. 3. Amor. 105.
Cura dabit faciem, facies neglecta peribit.
Nosse aliquem de facie. Cic. in Pison. 81. Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem nosti) ut viros fortes species ejus & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. V. NOSCO.
Ostendere faciem propriam. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Perfricare faciem. V. PERFRICO.
Prostituere faciem suam lucro. Ovid. 1. Amor. 10. 42.
Torquere faciem. Quintil. lib. 5. cap. 11. Quis istam faciem planipedis senis torquens?
Vexant faciem frigora. Sen. OEdip. 6.
Velut victa in urbe facies. Tacit. 1. Ann. 41. Non florentis Cæsaris, neque suis in castris, sed velut in urbe victa facies.
Arboris facies. Plin. lib. 12. cap. 14. Nec, arboris ipsius quæ sit facies, constat.
Armorum civilium facies. Tacit. 1. Ann. 85. Diversa omnium, quæ unquam accidere, civilium armorum facies. Aliter Virg. 2. Æn. 412.
Armorum facie & Grajarum errore jubarum.
Belli. Plin. 35. 4. Super omnes divus Augustus in foro suo celeberrima in parte posuit tabulas duas quæ belli pictam faciem habent & triumphum.
Civitatis facies expressa in persona alicujus. Cic. pro Flacc. 53.
Consilii publici facies. Tacit. 2. Hist. 54.
Honesti. V. Forma & facies.
Loci. Tacit. 14. Ann. 10. Antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret.
Montis in faciem curvata unda circumstetit. Virg. 4. Georg. 361.
Maris. Virg. 5. Æn. 767.
— quibus aspera quondam
Visa maris facies.
Pacis. Tacit. 13. Ann. 83. Dum positis loricis, & galeis, in pacis faciem veniretur.
Pugnæ. Tacit. 2. Hist. 42. Ea enim pugnæ facies erat.
Pulveris. Gell. lib. 10. cap. 18. Contusaque (ossa) in faciem pulveris aquæ indidit, ebibitque.
Scelerum quæ facies? i. e. Quæ species ob scelera punitorum apud inferos? Virg. 6. Æn. 560. Aliter 1. Georg. 506.
— tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies.
Senatus faciem secum afferre. Cic. 8. Philipp. 23. Senatus enim faciem secum attulerat, auctoritatem Reipub. cui qui non paret, &c. De C. Popillio loquitur.
Sermonis simplicis facies. Quintil. lib. 4. cap. 1. Et facie simplicis, sumptique ex proximo sermonis fidem quoque acquirit.
Solœcismi faciem habere. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Stagni facies. Tacit. 5. Hist. 23. extr. Superfusus amnis palustrem, humilemque insulam, in faciem stagni opplevit.
Victoriæ. Tacit. in Vita Agric. cap. 38. Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit.
Urbis. Sallust. Catil. cap. 31. pr. Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies erat.
Facies, in plurali numero. V. Scelerum facies.
Vertere se in omnes facies, i. e. Experiri omnia sua consilia, aut vires. Virg. 12. Æn. 891.
Verte omnes tete in facies; & contrahe quicquid,
Sive animis, sive arte vales.
Facies, hujus facies in genitivo apud antiquos. Gell. lib. 9. cap. 14. Quod autem supra scriptum est in Quinti Claudii verbis, Propter magnitudinem atque immanitatem facies: id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus, atque ita esse ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque ætas veterum declinavit, hæc facies, hujus facies: quod nunc propter rationem grammaticam, faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi, in quibus faciei scriptum est, illo quod ante scriptum erat, obliterato. Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro, scriptum utrumque facies & facii. Sed facies in ordine scriptum fuit, & contra per ii geminum facii. Neque id abesse a quadam consuetudine prisca existimavimus. Nam & ab eo quod est hic dies, tam hujus dies, quam dii: & ab eo quod est hæc fames, tam hujus fames, quam famii dixerunt. Et paulo post, In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non faciei, uti dicitur nunc, sed facie dixerunt. Lucilius in Satyris, Et primum (inquit) facie honestas accedit. Idem lib. 7. Qui te diligit, ætati facieque tuæ se fautorem ostendat, fore amicum polliceatur. Sunt autem non pauci qui utrobique facii legant. Sed Cajus Cæsar in lib. de Analogia, 2. hujus die & hujus specie dicendum putat.

FACILIS, FACILITAS, FACINUS. V. FACIO.

FĂCIO, fēci, factum, [ποιῶ, δράω, πράττω, ῥέζω, τεύχω] ĕre. Proprie is dicitur facere, Qui rei quam facit, faciem quandam imponit, unde a Faciendo Facies vocitata. Qui ergo vas facit, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, faciem vestimenti. Agere vero existimatur, qui aliquid ita operatur, ut nullum extet opus quod sub sensum veniat. Hinc, Qui aliquid animo moliuntur, agere proprie, non facere dicuntur. Confunduntur tamen sæpe hæc verba, & Facere ad omnia transfertur. Nam & Facere verba dicimus, i. e. Loqui; & Facere viam, &c. V. Varro de L. L. 5. 8. Ter. And. 1. 1. 28. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.
Compositum Aurifex ex Auro & Facio improprie. Non enim facit aurum. H. St.
Facit hoc argentum. Plaut. Trin. 4. 2. 15. i. e. In causa est. Sic Ter. Phorm. 2. 3. 11. Vide, avaritia quid facit.
Facere suo arbitratu, vel arbitrio. Cic. 1. de Fin. 72. Quæ mihi facultas ut id meo arbitratu facerem, ante, &c. Idem 6. Philipp. 4. Quid enim ille unquam arbitrio suo fecit?
Quid fecisti scipionem? pro Quid fecisti de scipione? Plaut. Cas. 3. 4. 30. Quid agis tu marite mi vir? unde ornatu hoc advenis? quid fecisti scipionem, aut quod habuisti pallium?
Facere, pro Sacrificare. Plaut. Aul. 4. 2. 15. Si reperero, ô Fides, mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Virg. 3. Ecl. 77.
Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Cic. pro Muren. 90. Nolite a sacris patriis Junonis sospitæ, cui omnes Consules

les facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum avellere.
Facere are terram, pro Arefacere, apud Lucret. lib. 6. 962.
Principio terram sol excoquit, & facit are. [Anastrophe est.
Facere per Trajectionem, ut Rareque facit. Lucret. (6. 232.) Puto & Facere ne. H. St. Posterius quid sit non assequor.
Facere, Verbum apud Jurisconsultos, inquit Papinianus, omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi, judicandi, ambulandi. l. 218. D. de verb. signif.
Non videri fecisse. Cic. 4. Att. 15. Quid quæris aliud? Judicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse videntur. h. e. Absoluti sunt. Reus enim a judicibus absolutus, his verbis innocens pronuntiabatur, Non videri fecisse.
Factum; in responsione. Ter. Eun. 4. 4. 14. Chæreane tuam vestem detraxit tibi? DO. factum. PH. & ea est indutus? DO. factum.
Facio & Do iisdem loquendi generibus. ut, Facio potestatem, & Do potest. Facere transitum. H. St.
Facere cum Infinitivo. Virgil. (2. Æn. 538.)
— qui nati coram me cernere letum
Fecisti. Plato 264. circa principium; πεποίηκε γάρ ἡμᾶς καὶ νῦν παθεῖν τὸ κοινὸν τὴν πρᾶγμάτων παθῶν. H. St.
Facio, cum præpositionibus A vel Ab, pro eo quod est Pro. V. A vel AB præpositiones.
Ab aliquo facit aliquid. Cic. 1. de Invent. 90. Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit, &c. i. e. Pro adversf. &c.
A se aliquid facere. Cic. 1. de Orat. 111.
Ad difficultatem urinæ facit: i. e. Prodest. Plin. lib. 22. cap. 18. Et, Facit præclare cœliacis, Ibid. cap. 19.
Ad ipsum furcæ factæ. Liv. 28.
Ad pullatum circulum mire facit. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Ad bonos mores ars nostra facit. Ovid. 3. de Arte Am. 540.
Ad nutum. Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Si qua res non ad nutum aut ad voluntatem ejus facta sit.
Ad omne scelus manus illius faciunt. Ovid. 6. Epist. 128. de Medea.
Ad perpendiculum facere aliquid. V. PERPENDICULUM.
Ad stomachum non facit nostra lagena tuum. Mart. lib. 10. 45.
Ad unguem factus homo. Hor. 1. Serm. 5. 32.
In aliquod vas facere quidpiam. Columel. lib. 12. cap. 6. Si aliam muriam in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes. Verba In id vas facere desunt in codd. quibusd.
Abortum facere. V. ABORTUS.
Acorem. Columel. lib. 4. V. ACOR.
Accessionem sibi. Cic. 10. Fam. 18. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent.
Aditus ad causam. V. ADITUS.
Aditum facere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Adjutorium in aliquam rem alicui. Suet. de Clar. Gramm. 10.
Admirationem auri & argenti. Sen. Epist. 1. lib. 21. [Sic in Lugd.
Adulterium. Gell. lib. 14. cap. 2. Desierisne facere adulterium?
Æs alienum. Liv. Egestate coacti dicuntur æs alienum fecisse.
Æstimationem. Cæs. 6. Bell. Gall. 18. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, æstimatione facta, cum dotibus communicant.
Agrum honestiorem. Varr. lib. 4. pr. Ea quæ faciunt honestiorem agrum. i. e. Elegantiorem.
Alienationem. Cic. de Amicit. 78. Neque fieri possit, ut non statim alienatio, disjunctioque facienda sit. De amicitiis.
Ambitus circa rem aliquam. h. e. Ambages. Liv. 27. 27. extr. Multos circa unam rem ambitus fecerim, si, quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exequi velim.
Amicitiam. Cæs. 4. Bell. Gall. 8. Ad Cæsarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant.
Amicum me tibi fecit tua virtus. Hor. 2. Serm. 5. 33.
Animum alicui, Incitare, & animum augere. Liv. 25. 11. Missum a Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent.
Animum bonum. Plin. Epist. 150.
Animos facere alicui in aliquem. Ovid. 5. Trist. 8. 3.
Quæ tibi res animos in me facit improbe?
Animos faciunt divitiæ. Liv. 1. 34.
Apertum aliquid facere alicui, i. e. Demonstrare, & docere illum. Lucret. lib. 2. 182.
Arbitrium. Hor. 4. Carm. 7. 22.
Quum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria. i. e. Pronuntiarit. Aliter vero apud Livium, pro Ferre potestatem accipitur, lib. 43. 17. Prætores Consuli in eligendo arbitrium fecerunt. V. ARBITRIUM.
Arbitrum. V. Judicem.
Ardorem animis, pro Inflammare. Liv. lib. 8.
Argentariam. Auctor de Viris Illust. cap. 72. Cic. 7. Verr. 64. Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. V. ARGENTARIA.
Artem ludicram. Plaut. Aul. 4. 3. 3.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram.
Ascensionem ad locum aliquem. Plaut. Rud. 3. 1. 7.
Assulas foribus. Plaut. Merc. 1. 2. 20.
At etiam adsto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas?
Auctionem. V. AUGEO. Cic. 5. Philipp. 11. Ut feliciter vir auctionem faciebat.
Auctoritatem. Cic. pro Lege Manil. 43. De quo homine vos (id quod maxime facit auctoritatem) tanta & tam præclara judicia fecistis?
Aucupium auribus, Auscultare. Plaut. Mil. 4. 1. 43.
Audaciam hosti. Liv. 29. 34. Aut ipsis obequitabat portis, aut cedendo, cum timoris simulatio audaciam hosti faceret, ad insequendum temere eliciebat.
Audientiam. Cic. de Senect. 28. Facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta oratio & mitis. V. AUDIO.
Augurium. Plaut. Stich. 3. 2. 10.
Auritum populum. Plaut. Asin. prol. 4.
Face jam nunc,tu præco,omnem auritum populum. i.e.Fac audientiam.
Auspicium dicitur avis, E qua auspicium capitur. Liv. lib. 1. 34. Eam alitem ea regione cæli, & ejus dei nunciam venisse. circa summum culmen hominis auspicium fecisse. — cui si vitiosa libido Fecerit auspicium. Hor. 1. Epist. 1. 86. i. e. Si libido ceperit.
Auxilia mercede facere. Tacit. 6. Ann. 33. Mittit, qui auxilia mercede facerent.
Bardum se facere. Plaut. Epid. 3. 3. 40. Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum, quum bardum me faciebam.
Bellum. Cic. 1. Off. 35. Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.
Bellum patriæ facere. Tacit. 3. Ann. 18.
Bellum pecunia, pro Parare: apud Sallustium, ut citat & interpretatur Sen. Epist. 115.
Bombum. V. BOMBUS.
Bonum alicui, pro Conferre beneficium. Ter. Heaut. 4. 5. 15.
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
Boves convivas, Plautinus dicit coquus Pseud. 3. 2. 23. eos, Qui totum ex herbis apparant convivium.
Bustum. Cic. 1. Philipp. 5. Iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant.
Cadaver, Occidere. Apul. lib. 8. Cadaver quod ipse fecerat, avide complexus est.
Cædem. Cic. pro Milon. 12. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod nunquam fere: quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in rheda penulatus. Idem pro Sext. 11. Cædem maximam facias.
Calorem, pro Excitare. Plin. lib. 11. cap. 16. Tum maxime murmurantes, caloris (ut putant) faciendi gratia. de Apibus.
Capitale facere dicuntur leges. Plin. lib. 12. cap. 14. Digredi via, capitale leges fecere. h. e. Legibus interdictum est capitali supplicio, ne qui thus Sabotam deferunt, via digrediantur: hoc est alia via præterquam per urbis portam eant.
Caput facere dicuntur folia herbæ. Plin. lib. 26. cap. 12. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. h. e. Si nondum excreverint in semen.
Carmina facere. Virg. 3. Ecl. 86.
Carnificinam. Plaut. Capt. 1. 2. 29. Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest, vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Castra. Cic. 15. Fam. 4. Castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Idem 8. Att. 17. Neque ipse satis firmus esset ad castra facienda. Tacit. 4. Hist. 26. Jamque sero diei subducit ex acie legionem faciendis castris.
Caulem, pro Emittere & producere. Columel. lib. 11. cap. 3.
Cautiorem aliquem. Cæs. 8. Bell. Gall. 23. Ne tentando cautiorem facerent.
Celerem se facere, Festinare. Plaut. Trin. 4. 3. 1.
Stasime, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum.
Censuram vini in epulas regis. V. CENSURA.
Certamen. Liv. 6. 19. extr. Quid patrum & plebis certamen facimus, quod civitatis esse adversus unum pestiferum civem debet?
Certiorem. V. CERTUS.
Chlamydem undantem quassando. h. e. Sese agitando, facere ut chlamys undulata videatur. Plaut. Epid. 3. 3. 55.
Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicor,
Suam qui undantem chlamydem quassando facit?
Cladem, pro Inferre. Liv. lib. 8. 2. Plus populationibus, quam præliis cladium fecit.
Clamores. Cic. de Clar. Orat. 109. Itaque Hortensius utroque genere florens clamores faciebat adolescens.
Claritatem facere oculis. Plin. lib. 29. cap. 6. Claritatem oculis facit cinis bubonis.
Classem. Cæs. 4. Bell. Gall. 21. Huc naves undique ex finitimis regionibus, & quam superiore æstate ad Veneticum bellum fecerat classem, jubet convenire. conf. Naves, Rates.
Cœnam, pro Apparare. Plaut. Merc. 4. 2. 3. Quid si igitur cœnam faciam?
Cœnas facere & obire. Cic. 9. Att. 13. ad fin. Quas enim eos cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextus? quam lautas, quam tempestivas? Facit cœnas qui recipit, Obit qui recipitur.
Cognomen loco. Liv. 1. 3. Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit. h. e. Ab hujus nomine collis vocatus est Aventinus.
Commentarios. Cæs. 8. Bell. Gall. 1. Scio Cæsarem singulorum annorum singulos commentarios fecisse.
Commercium sermonum. Liv. 5. Jam per longinquitatem belli commercio sermonum facto.
Commodo Reipub. Cæs. 5. Bell. Gall. 45. Scribit Labieno, si Reipub. commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. h. e. Si sine periculo Reipub. sibi liceret.
Commutationem rerum. Cæs. 1. Bell. Civil. 21. Jam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio.
Compendium, Compendiose & breviter aliquid assequi. Plaut. Rud. 1. 2. 90.
Si ad saxum quo capessit, ea deorsum cadit,
Errationis fecerit compendium. [Non est Assequi errationem, sed Evitare, Lucri facere. V. COMPENDIUM.
Compendii paululum. Cic. pro Rosc. Com. 49. Et siquando me vis pejerare, ut paululum tu compendii facias, paratum fore scito.
Compendi operam, pro Operæ compendium facere. Plaut. Pseud. 4. 7. 42. Quisquis es adolescens, operam fac compendi quærere. [i. e. Fac compendii operam in quærendo insumendam.
Compotem votorum, Alicui concedere quod petit. Plin. in Paneg. cap. 78. extr.
Conceptum. Columel. lib. 7. cap. 6. Huic pecudi nocet æstus, sed magis frigus, & præcipue fœtæ, quæ gelicidio hiemis conceptum fecit. h. e. Quæ concepit hieme per gelu.
Concilia. Liv. 3. 10. Ecetræ Antiates colonos palam concilia facere.
Concitationes. Cæs. 3. Bell. Civil. 106. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant.

Concur-

Concursum. Cic. pro Deiot. 28. Quos concursus facere solebat? quam se jactare? quam se ostentare? &c.
Confidentem, Animum augere alicui. Plaut. Merc. 5. 2. 14.
Nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis,
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
Conjecturam. Cic. 4. Verr. 183. Ut vos rogarem ut conjecturam faceretis, qualem in iis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis.
Conjecturam de odore. Plaut. Men. 1. 2. 54. Ecquid tu de odore possis, siquid forte olfeceris, facere conjecturam?
Conjecturam de me facio. Cic. 2. de Orat. 299. Facit enim de se conjecturam: cujus tanta vis ingenii est, ut neminem, nisi consulto, putet quod contra seipsum sit dicere.
Conjecturam facere de moribus alicujus, &c. Plin. in Paneg. Cic. 5. Verr. 106. Quo facilius vos conjecturam de triennio & de tota Sicilia facere possitis.
Conjecturam ex re aliqua facere. Ter. Heaut. 3. 3. 13. Cic. 13. Att. 9. Quam tu conjecturam faciebas ex litteris Messalæ.
Conjecturam ex hoc. Plin. Jun. lib. 4. Ep. 27. extr. Possis ex hoc facere conjecturam, quam sit emendatus adolescens.
Conjecturam ex, de. Cic. in Verr. Ex quibus conjecturam facere de omnibus possitis. Idem 3. Verr. 125. Verum ut ex uno de ceteris conjecturam facere possitis.
Conjecturam secum. Plaut. Rud. 3. 1. 20. Quum conjecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia, &c.
Conjecturam facere. h. e. Divinare. Plaut. Curc. 2. 1. 31. Hoc responde quod rogo, potin' conjecturam facere, si narrem tibi hac noctu quod ego somniavi dormiens?
Conjurationem, Conjurare. Cæs. 4. Bell. Gall. 30. Itaque rursus conjuratione facta, paulatim ex castris discedere, ac suos clam ex agris deducere cœperunt.
Conquisitionem. Liv. 25. 5. Ex hoc Senatusconsulto creati Triumviri bini, qui conquisitionem ingenuorum per agros fecerunt. Al. Habuerunt.
Consilium, pro Dare. Liv. 35. 42. Exulem illum & Pœnum esse, cui mille in dies nova consilia, vel fortuna sua, vel ingenium facere possit.
Consilio alterius aliquid, pro Sequi consilium. Plaut. Rud. 4. 3. 22. Cic. 1. Fam. 7. dicit De consilio alicujus facere.
Conspirationem, Conspirare. Liv. 26.
Consuetudinem alicui cum altero. Cic. 13. Fam. 23. pr. Nam & inter nosmetipsos vetus usus intercedit, & Atticus noster majorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.
Consulem. Cic. de Senect. 14. Anno enim undevigesimo post ejus mortem hi COSS. T. Flaminius & M. Attilius facti sunt.
Contentionem alicujus rei. Cic. in Pison. 51. Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, de reditu Gabinii omittamus.
Contentionem facere. Etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt. Cic. de Off. lib. 1. circa finem. (137.) Hic aliud significat contentio, quam altero in loco, ubi dicit Fortunarum contentionem. H. St. In Pison. est Instituere comparationem, de Off. Exercere inimicitias concertando. V. CONTENDO.
Controversiam. Liv. 3. 40. Aut quid ita, quum per tot menses, vacua civitate nemo justine magistratus summæ rerum præessent, controversiam fecerit: nunc demum, quum hostes prope ad portas sunt, civiles discordias ferant.
Controversiam alicui de re aliqua, pro Contendere cum aliquo. Sen. Epist. 111.
Controversiam facere dicuntur verba. Cic. in Orat. 121. Nihil ambigi potest, in quo non aut res controversiam faciat, aut verba.
Contumeliam, quod & Contumelia afficere dicitur. Ter. Phorm. 5. 7. 78. Quin tu novo modo ei faceres contumelias? Cato apud Gell. lib. 10. cap. 14. In hac contumelia, quæ mihi per hujusce petulantiam factum itur. Cic. 3. Philipp. 22. videtur hoc genus loquendi reprehendere, quum ait, Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur? Et subdit, Nonne satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat, dicere? Quintil. lib. 9. cap. 3. Et contumeliam fecit: quod a Cicerone reprehendi, notum. Affici enim contumelia dicebant.
Convicium, Conviciari. Plaut. Merc. prol. 59. Male mihi precatur, & facit convicium. Plin. Epist. 98. lib. 6. Cic. 11. Att. 11. Convicium Pisoni Consuli mirificum facit.
Copiam argenti facere alicui, pro Pecunias dare mutuo. Plaut. Asin. 5. 1. 20. Sic, Frumenti. Cæs. 1. Bell. Gall. 28. Allobrogibus imperavit ut his frumenti facerent copiam.
Copiam puellæ. Ter. Phorm. 1. 2. 63. Obsecrat ut sibi ejus faciat copiam. i. e. Eam det sibi, vel faciat ut illa ad se veniat.
Copiam sui non facere dicitur, Qui latitat ut evitet creditorem, nec se exhibet. Ulpianus in l. eum qui circa columnas. D. de privileg. credit. Item,
Copiam sui facere dicitur, Qui omnium horarum homo est. Plin. Paneg. 39.
Copiam consilii sui facere. Cic. 3. de Orat. 131. Quod erat insigne, eum qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam.
Copiam facere, alicui ejus quod cupiat. Plaut. Cas. 2. 8. 14. Ut tibi ego inventus sum obsequens: quod maxime cupiebas, ejus copiam feci tibi.
Copia facta est petenti. Catull. 66. 39.
Copiam facere, pro Facere potestatem. Liv. 7. 13. extr. Te, Imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias.
Copiam & potestatem facere alicui. Plaut. Capt. 2. 3. 14. Gratiam habeo tibi, quum copiam istam mihi, & potestatem facis, ut ego ad parentes hunc remittam nuntium.
Curiam. Plin. lib. 34. cap. 6. h. e. veluti Senatum quendam erigere. [ Immo de ædificio curiæ a Sulla factæ dictum.
Damnum, pro Periclitari, & damnum & incommodum ex re aliqua accipere. Plaut. Capt. 2. 2. 77. Est etiam ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum. Cic. de Clar. Orat. 125. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque litteræ fecerunt.
Puto & Damnum facere pro Afferre damnum. H. St. Idem adnotavit has Locutiones, in quibus Facere est Pati, a ceteris separandas fuisse. V. Facere Detrimentum, Jacturam, Naufragium, Vitium.

Deditionem alicujus facere hosti. Liv. 31. Perjuriumque aliis alii exprobrantes, & sacerdotibus maxime, qui quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vivorum hosti fecissent. Cæs. 2. Bell. Gall. 33. Deditione facta.
Deditionem ad hostem. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Dejectionem. Cic. pro Cæcin. 57. Qui illam vim, dejectionemque tuo rogatu aut tuo nomine fecerit.
Delectum studiorum. Quintil. lib. 2. cap. 9. Sic quoque Facere delectum militum apud Cæs. 1. Bell. Civil. 11. legitur pro eo quod est, Milites ad bellum legere. V. DELECTUS.
Delicias. Plaut. Pœn. 1. 2. 68. V. DELICIÆ. Ovid. 2. Trist. 349.
Sic ego delicias, & mollia carmina feci.
Delirantes. Plaut. Amph. 2. 2. 157. i. e. Ad insaniam redigere.
Descensionem, Quum e navi in continentem descendimus. Liv. 28. Ex vetusto codice legitur Excensionem. Idem 2. Bell. Pun. Prius quam in continentem descensiones faceret. V. EXCENSIO.
Desiderium alicujus rei alicui. Liv. 38. Idem 7. 24. extr. Moram triumpho vulnus Consulis attulit: eademque causa Dictatoris desiderium Senatui fecit.
Detrimentum. Cic. 6. Verr. 20. Resp. detrimentum fecit, quod, &c.
Dicta facere, i. e. Præstare quæ promiseras. Ovid. 3. Fast. 515.
Diem, pro Transigere. Sen. Epist. 67.
Differentias. Plin. lib. 16. cap. 6. Differentias faciunt & folia.
Dignitatem alicui rei. Plin. lib. 33. cap. 3. Cujus sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit.
Dignum factis suis. Ter. Phorm. 2. 2. 83. Quin quod est ferendum feras: tuis factis dignum feceris.
Discessionem. Plin. Epist. 167. V. DISCEDO.
Discrimen. Plin. lib. 11. cap. 51. Sed ante omnia explanatio animi quæ nos distinxit a feris, inter ipsos quoque homines discrimen alterum, æque grande quam a belluis, fecit.
Disertum rhetor facit. Cic. 2. Philipp. 101. Medico tria millia jugerum, quasi te sanum fecisset: Rhetori duo, quasi disertum facere potuisset.
Dividuum. Ter. Adel. 2. 2. 33. Servesne an perdas totum, dividuum face. h. e. Divide.
Divitias ex re aliqua. Plaut. Pers. 4. 4. 100. Divitias tu ex isthac facias.
Divortium. Cic. 12. Att. 51. Sed quid, quod audio, Spintherem fecisse divortium?
Dolorem. Cic. 5. Fam. 15. Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria. Idem 11. Att. 8.
Dubium in utraque parte facere. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Dulcedinem. Sen. Epist. 112.
Duritias facere. V. post Tædium facere.
Eloquentem aliquem facere. Cic. in Orat.
Emolumentum. Cic. 2. de Fin. 59. Cujus mors tibi emolumentum factura est. Legitur ex vetusto exemplari, Emolumentum futura est.
Errorem, pro Erroris causam dare. Sen. Epist. 68.
Eruptionem. Cæs. 3. Bell. Gall. 22. Cic. 7. Att. 14. Eruptionem facturi fuisse dicebantur.
Excidionem oppido. Plaut. Curc. 4. 3. 2. Sed eapse illa qua excidionem facere condidici oppidis.
Excursiones in agrum hostilem. Liv. 4. Cic. 1. Att. 19. Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionesque in provinciam faciunt.
Exemplum, pro Edere. Quintil. lib. 5. cap. 2. Et ipse pronuntiaturus, exemplum non libenter, quod in se postea fortasse recidat, facit.
Exempla faciam in te; i. e. Ita puniam, ut sis aliis exemplo. Plaut. Most. 5. 1. 67. Exempla edepol faciam ego in te.
Exercitum. Auctor de Viris Illust. cap. 67. Mox Cinnana dominatione revocatus, ruptis ergastulis exercitum fecit.
Exilium sibimet. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 21. Nunc ut fert Achantio, sibimet faciet exilium.
Exitum. Sen. Epist. (1. lib. 21.) Petens ut videret, quem admirator auri exitum faceret. i. e. Qui esset exitus & finis ejus qui tantopere aurum admiraretur & laudaret.
Expectationem. Cic. 3. Att. 15. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris.
Expectationem sui. Cic. 4. Acad. 10. Ut etiam majorem expectationem mei faciam, quam modo fecit Hortensius.
Expeditum ex impedito. Plaut. Epid. 1. 1. 79. Quomodo me expeditum ex impedito faciam?
Facetias. Plaut. Stich. 5. 2. 25.
Facetum. Plaut. Asin. 2. 2. 84. Extempfo facio facetum me atque magnificum virum.
Facinus. Cic. 2. de Fin. 95. Vide ne facinus facias, quum mori suadeas. Liv. 4. Bell. Pun. Facinus memorabile fecistis. V. FACINUS.
Facultatem, pro Dare potestatem & permittere. Plin. Epist. 159. Cic. 4. Verr. Si facultatem vere atque honeste judicandi fide & diligentia mea fecero.
Facultatem facere hæredi petere. Ulpian. in l. Arist. D. de acquir. hæred. Aristo existimat, Prætorem aditum facultatem facere debere hæredi rationes defuncti ab eo petere, penes quem depositæ sunt, deliberanti de adeunda hæreditate.
Facundum faciebat amor. Ovid. 6. Met. 469.
Fallaciam in re aliqua. Ter. And. 1. 3. 7. Me infensus servat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Famam. Quintil. lib. 11. cap. 2. Memoria autem facit etiam prompti ingenii famam.
Familiam unam. Ter. Adel. 5. 8. 3.
Ego vero jubeo, & in hac re & aliis omnibus
Quam maxime unam facere nos hanc familiam,
Colere, adjuvare, adjungere.
Fastidium. Liv. 3. 1. Fecit statim, ut fit, fastidium copia.
Favorem apud aliquos, pro Conciliare. Liv. 42. 14. extr. Eumeni vero conspiratio adversus eum favorem apud Romanos fecit.
Ferocem. Plaut. Curc. 4. 3. 7.
Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.

Ferventem flagris. Plaut. Amph. 4. 2. 10.
Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam ferventem flagris.
Fidem, est Facere ut quis credat. Cic. 3. in Catil. 4. Ut quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea. Idem in Pison. 59. Non facies fidem scilicet, quum hæc disputabis. Idem de Orat. Fidei faciendæ causa. Idem pro Milon. 66. Quoniam vita talis & civis & viri fidem non faciebat. Idem in Brut. 187. Credit iis quæ dicuntur qui audit oratorem, vera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio. Plin. Epist. 198. In summa, fecit mihi fidem pœnitentiæ. Quintil. lib. 5. Fides verbis tuis non fit.
Fidelem hero. Plaut. Mil. 2. 4. 55.
Dum te fidelem facere hero voluisti, absumptus es pæne.
Finem, Desinere. Plaut. Epid. 1. 1. 37. Ter. And. 5. 1. 2. Satis periculi cœpi adire, orandi jam finem face. Idem Adel. 5. 9. 40. Sino habeat, in istac finem faciat. Idem prol. Heaut. 21. Nisi finem maledictis facit. Cic. pro Cn. Planc. 75. Idem 2. in Rull. 12. Finem feci offerendi mei.
Finem studiis fecere procellæ. Claud. de Laudib. Seren. 207.
Finem facere vitæ, atque laboris. Lucret. lib. 3. 956.
Flagitium. Plaut. Pœn. 5. 2. 5. Ter. Eun. 2. 3. 90. Ah flagitium facimus.
Fletum facere. Columel. in Hort. v. 122.
Seque lacessenti fletum factura sinapis. i.e. Lacrymas elicitura.
Florentem. Plaut. Men. 2. 3. 21.
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.
Fœdus cum aliquo. Cic. pro Sext. 24. Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent, &c.
Fœdus ex societate. Liv. 24. 6. Hieronymus legatos Carthaginem misit, ad fœdus ex societate cum Annibale faciendum.
Fœdus inter se. Cic. 2. de Fin. 83. Posuisti etiam, dicere alios, fœdus quoddam inter se facere sapientes, ut quemadmodum sint in seipsos animati, eodem modo sint erga amicos.
Formam alicujus facere. V. FORMA.
Formidinem facere. Tacit. 3. Hist. 10. Vanam formidinem, ut hostes fecere.
Fortunam. Liv. 24. Facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum esse.
Fortunam malam facere sibi. Columel. lib. 1.
Fortunatum. Plaut. Capt. 4. 2. 78.
Fossam. Cæs. 1. Bell. Civil. 41. extr. Sed a fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri jussit.
Fractum. Plaut. Mil. i. e. Frangere. [ Suspectum est.
Fraudem legi Talariæ. Plaut. Mil. 2. 2. 9. ubi Gronov. V.
Frugem. Plaut. Pœn. 4. 2. 70.
Fugam. Ter. Eun. 4. 7. 17. Cic. pro Domo sua, 67. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit. Liv. 8. Fugam ac vastitatem late fecerunt.
Aliter apud Terentium, vide Fugam facere ex Cicer. H. St. Sane apud illum Fugam facerent, pro Mandarent se fugæ, apud hunc vero Fugas fecerit, pro Conjecerit, Dederit in fugam plurimos. Priori modo Liv. 25. 34. Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri cœpta est.
Funus alicui. Cic. pro Cluent. 28. Et ibi de integro funus jam sepulto filio fecit. Liv. 25. 17. extr.
Funus alicui facere, pro Occidere, & causam mortis afferre. Plaut. Asin. 3. 3. 5.
Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est. Scil. mater.
Funus prandio facere, pro Exedere & consumere prandium. Plaut. Men. 3. 2. 27.
Quid de te merui, qua me causa perderes?
Ut surripuisti te mihi dudum de foro?
Fecisti funus absenti me prandio.
Furtum. Plaut. Pœn. 5. 4. 75. Ter. prol. Eun. 28. Cic. pro Cluent. 179. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem ejusmodi. Plaut. Bacch. 1. 2. 60. Ædepol fecisti furtum in ætatem malum. ubi Lamb. & Salmas. V.
Genium meliorem. Plaut. Stich. 4. 2. 42.
Nam hic quidem meliorem Genium tuum non facies.
Gloriam alicui rei. Plin. lib. 14. cap. 1.
Gloriosum. Plaut. Pseud. 2. 3. 8.
Atque ego nunc me ut gloriosum faciam.
Gradum, Ambulare. Plaut. Curc. 1. 2. 25. Cic. 2. de Orat. 249. Quin prodis, mi Spuri? Quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.
Gradum ad aliquid, non est (inquit Valla lib. 5. cap. 26.) Transitum facere, sed Aliquam rem gradum, & quasi Scalam ad alia facere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Gradum facere, pro Promovere. Liv. 6. Cic. 4. Verr. 3. Itaque majoribus in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est.
Gratiam jurisjurandi. Plaut. Rud. 5. 5. 58. Suet. in Tiber. cap. 35. Vulgo dicunt, De juramento dispensare.
Gratiam facere, pro Permittere, potestatem facere. Suet. Aug. cap. 17. Liv. 3. 41. Factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quæ vellet, quum libertas non ultra vocem excessisset, Decemviri propositum tenuere.
Gratiam delicti, pro Ignoscere. Sallust. in Jugurth. cap. 104. extr. Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit, i. e. Ignoscit.
Gratiam criminis. Suet. in Calig. cap. 15. Tale est illud Liv. 3. 56. Omnium igitur tibi, Appi Claudi, quæ impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio.
Gratiam aliquam partem argenti. Plaut. Pseud. 5. 2. 23.
Gratulationem ad omnia deorum templa nomine alicujus. Cic. 11. Fam. 18. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam afferebat. V. SUPPLICATIO.
Gratum, Gratificari. Ter. Eun. 4. 4. Cic. 1. Att. 20. Per mihi, per inquam, gratum feceris.

Gravidam. Plaut. Amph. prol. 103. Ter. And. 1. 1. 15. Gravida facta est e Pamphilo.
Hæredem. Cic. 2. Verr. 17. Viros bonos & honestos complures fecit hæredes. Idem 3. Verr. 111. Testamento fecit hæredem filiam.
Hæsitationem alicui facere dixit Plin. Jun.
Halitum jucundiorem facere. Plin. lib. 20. cap. 17.
Haruspicinam. Cic. 6. Fam. 18. Neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur.
Hilarum. Ter. Adel. 4. 7. 38. Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptiis. adde Plin. 16. 6.
Histrioniam. Plaut. Amph. prol. 90.
Honorem mortuo. Cic. 9. Philipp. 25. Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus, faciamus.
Hospitium. Cic. pro Corn. Balb. 41. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum sit fundus, quum scita ac jussa nostra sua sententia comprobat, quam quum hospitium fecit?
Hostem aliquem alicui. Lucan. lib. 1. 203.
Hostilia. Plin. in Paneg. 30. Tacit. 15. Ann. 13. Quod pro Armeniis hostilia faceret.
Jacturam, quod & Damnum facere dicitur. Plin. Epist. 12. Sic Facere jacturam rei familiaris. Cic. 2. de Fin. 79. Et 1. Off. 84. Facere jacturam gloriæ.
Jacturam in unius muliercula animula. Idem 4. Fam. 5.
Jactus. Hirt. de Bell. Hispan. 9. Nostri quum appropinquassent, clamore repentino telorumque multitudine jactus facere cœperunt. [ Videtur aliquid deesse.
Ignem ex lignis viridibus. Cic. 3. Verr. 45.
Impensam & impensas. Cic. 6. Philipp. 14. Nam possessores animo æquiore discedent: nullam impensam fecerant, nondum instruxerant, &c. Liv. 2. Bell. Pun.
Impensam in re aliqua. Cic. 13. Att. 25. Et id quoniam impensam fecimus in Macrocolla, facile patior teneri.
Impensas in stipendia militum. Liv. 4. Meliore conditione alios militare, quam si ipsi militassent, & eosdem in sua stipendia impensas fecisse, & in aliorum facere.
Imperatum & Imperata. Plaut. Pseud. 1. 3. 152. Cæs. 5. Bell. Gall. 37. pr. Jussus arma abjicere, imperatum facit. In plur. num. fere Deditionis periphrasis est.
Imperium. Plin. lib. 36. cap. 15. Nimirum sic habitarunt illi qui hoc imperium fecere. i. e. Ex minimo maximum reddidere, ut est apud Suet.
Impetum, Insultare, vel Insilire in aliquem. Plaut. Capt. 4. 4. 4. Idem Men. 5. 2. 116. Me jubes impetum facere in eum qui stat, atque occidere. Auctor de Viris Illust. cap. 26. extr. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Cic. 15. Fam. 3. Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum. Idem pro Milon. 29. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum.
Impressionem. Cæs. 8. Bell. Gall. 5. Ut omni multitudine in fines Suessionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impressionem. Liv. 3.
Incendia. Cæs. 5. Bell. Gall. 19. Plaut. Merc. 3. 4. 3. Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium.
Incertum, h. e. Verbis rem incertam esse significare. Liv. 4. Plin. lib. 12. cap. 14. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt.
Incestum. Cic. 1. de Invent. 73. ut Stuprum, Adulterium, &c.
Incursionem in agrum Romanum. Liv. 3. 38. Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.
Indicium, Indicare. Plaut. Aul. 4. 6. 5.
Inducias, quod barbari Facere treugas dicunt. Liv. 29. 12. Cum Romanis quoque, sicut cum Ætolis, cupiens pacem, si posset: sin minus, inducias facere. Cic. 8. Philipp. 20.
Inducias, metaphorice, pro Spatii aliquid dare, donec quippiam fiat. Plaut. Amph. 1. 1. 233. Immo induciæ parumper fiant, siquid vis loqui.
Ineptiarum aliquid facere. Catul. 6. 14.
Infamiam facere dicitur judex, Dum infamiam irrogat. Ulpian. in L. quid ergo par. Ex compromisso. D. de his qui not. infam.
Infectum quod factum est. Plaut. Truc. 4. 2. 17.
Inimicum sibi aliquem. Ter. Eun. 4. 7. 32. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
Inique facias. V. INIQUUS.
Initium, i. e. Incipere. Cic. 9. Att. 11. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cetera aget sincere, temperate, prudenter, valde videro.
Initium armorum. Cic. 7. Att. 3.
Initium cædis. Cic. 5. Philipp. 20.
Initium colloquendi. Liv. 25. 23. Sic, Confligendi. Cic. 14. Philipp. 36. Fugæ. Cæs. 3. Bell. Civil. 69.
Injuriam, Damnum inferre, vel Injuria lacessere. Ter. Adelph. 1. 2. 68. Etsi Æschinus nonnullam in hac re nobis facit injuriam. Cic. 1. Verr. 54. Quid dices? an id quod dictitas, injuriam tibi fecisse Verrem? Hor. 2. Serm. 6. 28.
Luctandum in turba, facienda injuria tardis.
Injuriam contumeliose. Ter. Phorm. 2. 2. 1.
Insanum ex stulto. Ter. Eun. 2. 2. 23.
Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit.
Insidias, Insidiari. Ter. Phorm. 2. 1. 44.
Sed siquis forte, malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
Ac vicit: nostran' culpa ea est, an judicum? Cic. pro Milon. 88. Hic di immortales (ut supra dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioso ut huic faceret insidias. Sic ibid. 6. 23. 32. 60.
Insigne. Ter. Eun. 5. 6. 31.
Nam jam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret iis: nunc reperit. [ Bentl. Ægre faceret. Sed, quantum ego intelligo, Aliquid ægre facere parum convenit irato seni, qui id agebat potius, ut insigne exemplum pœnæ in meretrices ederet.

Infomnia. Plin. lib. 18. cap. 12. Fabacia exiftimatur infomnia facere. h. e. Nocturnas illufiones provocare.
Intercapedinem fcribendi, Intermittere fcribendi officium. Cic. Fil. 16. Fam. 21. Itaque me jam non pœnitebat intercapedinem fcribendi feciffe, fed potius lætabar.
Interceffiones, Intercedere. Gell. lib. 13. cap. 12. extr. refert Tribunos pleb. creatos faciendis interceffionibus.
Intervallum. Temporis fcil. Varro lib. 3. de R.R. cap. 7. ad fin. Liv. 24. 7. Tanquam laxaret elatum pedem ab ftricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut, &c.
Introitum fol in Geminos facit, pro Ingreditur fignum Geminor. conf. Tranfitum infra. Columel. lib. 11. cap. 2. Sic In Cancro. ibid.
Invidiam. i. e. Onerare invidia, vel Odiofum reddere. Liv. 38. 43. pr. Itaque ad invidiam ei faciendam, legatos Ambracienfes in Senatum, fubornatos criminibus, introduxit. Ovid. 4. Met. 547.
Utque parum juftæ, nimiumque in pellice fævæ,
Invidiam fecere deæ.
Invidiam gratia, odium turpitudo, iram offenfio judicis facit. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Iratum aliquem alic. Cic. 1. de Orat. 20. Quum iratum adverfario judicem facere vellet.
Irrita verba alicujus virtute, pro Redarguere. apud Plaut. in Amph. 3. 2. 44.
Irruptionem, Impreffionem feu Incurfionem hoftilem. Cic. pro Lege Manil. 15. Cum hoftium copiæ non longe abfunt, etiamfi irruptio facta nulla fit, tamen pecora relinquuntur.
Iter, Ambulare, ire aliquo. Cic. pro Cn. Planc. 65. At ego, quum cafu diebus iis, itineris faciendi caufa, decedens e provincia Puteolos forte veniffem. Idem 1. de Divin. 57. Quum duo quidam Arcades familiares iter una facerent.
Iter fecit a portu navita. Ovid. 18. Epift. 10. Al. Movit iter.
Iter ad prætorium. Liv. (55.)
Iter ad fuperos. Sen. Herc. OEth. 16.
Iter infeftum. Lucret. lib. 5. 1123.
Iter fibi occultum mus fecit. Ovid. 2. Faft. 574.
Iter pedibus. Cic. 5. Att. 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiffime navigaffemus.
Iter per regionem aliquam. Cic. 3. Att. 4. Sive per Epirum iter effet faciendum, &c.
Iter per auras. Ovid. 3. de Pont. 2. 62.
Iter quacunque fecit. Cic. 3. Verr. 44.
Iter fceleri, Quod alias dicitur Feneftram aperire.. Ovid. 15. Met. 105.
Iter fecundum mare facere. Cic. 16. Att. 13.
Judicatum facere, Judicis fententiæ parere. Verbum eft duodecim Tabularum, Ni judicatum faxit, fecum ducito. Celf. l. 42. D. fi cert. petat. At fi judicatum fecerit Titius, nihil ultra Sejus tenebitur. Cic. pro L. Flacc. 48. Itaque recuperatores contra iftum rem minime dubiam prima actione judicaverunt. Quum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eft.
Judicatum debitorem facere creditor dicitur, quum eum condemnari facit. Martianus in l. grege. §. etiam. D. de pignorib.
Judicem, aut arbitrum, Judicium arbitriumve alicujus rei ad aliquem deferre. Plin. Epift. 150. Non defunt enim qui me aut judicem, aut arbitrum faciant.
Judicium, Judicare. Cic. 13. Fam. 30. Ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus effet.
Judicium de aliquo. Cic. pro Lege Manil. 43. De quo homine vos (id quod maxime facit auctoritatem) tanta & tam præclara judicia feciftis.
Judicium de virtute alicujus. Cic. 11. Fam. 29. extr. Graviffimum vero judicium de mea fide & de conftantia fecifti.
Jugulationem magnam. Hirt. Bell. Hifpan. 22. Quum bene magnam manum feciffet, & nocturno tempore per fallaciam in oppidum effet receptus, jugulationem magnam facit.
Juramentum in verba alicuj. Jurare. Sen. 2. de Clement. In cujus verba principes regesque juramentum faciunt.
Jus, i. e. Poteftatem. Liv. 32. Rerum fuarum quas poffent, ferendarum fecum dominis jus fiebat, &c.
Juffa, i. e. Facere quæ juffus es. Ovid. 2. Met. 154.
Jufta alicui. Cic. pro Flacc. 95. Jufta Catilinæ facta funt. V. JUSTA.
Lætantem aliq. Plaut. Stich. 3. 1. 6. Eos nunc lætantes faciam adventu meo.
Lætitiam. Cic. 1. de Fin. 25. Recta & honefta quæ fint, ea facere ipfa per fe lætitiam.
Lætitiam ingentem. Liv. 28.
Lapidationes. V. Fugam.
Largitionem, five Largitiones; Largiri, Corrumpere pecunia judices vel Suffragatores. Cic. 3. Tufc. 48. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciffet, & effudiffet ærarium: verbis tamen defendebat ærarium.
Lenocinium. V. LENO.
Librum. Plin. Epift. 147.
Lites. Ter. Eun. 4. 5. 8. Lites funt inter eos factæ maxumæ.
Litem fuam facere, Interponere fe liti. Gell. lib. 10. cap. 1. Ego adverfus eum qui doctus effe dicebatur, litem meam abfens facere nolui.
Litteras. i. e. Exarare, Scribere. Plaut. Afin. 4. 1. 22.
Tuus arbitratus fit, comburas fi velis,
Ne illi fit cera, ubi facere poffit litteras. Cic. 4. Acad. 6.
Sed ne litteram quidem unam facimus, nifi forenfem.
Lituram. Ovid. 4. de Pont. 1. 14. Idem 3. Epift. 3.
Quascunque afpicies, lacrymæ fecere lituras.
Locum alicui rei, aut facinori. Sen. de Benef. Ut devotioni fortiffimæ locum ultima neceffitas faceret. De Decio opinor. Ovid. 2. Amor. 19. 6.
Et faciat voto rara repulfa locum.
Locupletem fe verbis. Cic. pro Flacc. 10. Quum verbis fe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis.
Longum. Hor. 1. Serm. 3. 137. Ne longum faciam. Formula abrumpendæ orationis.

Longius aliquid exemplis facere. Cic. 5. de Fin. 40. Nihil opus eft hoc exemplis longius facere: eft enim perfpicuum, &c.
Loquentem aliquem, pro Introducere in oratione quafi loq. Cic. in Orat. 85. Non faciet remp. loquentem.
Lucrum. Plaut. Moft. 2. 1. 7. Facere aliquantum lucri argenti. Cic. pro Flacc. 91. Minus igitur lucri facit.
Ludos alicui, Irridere aliquem. Plaut. Moft. 2. 1. 80. Ter. Phorm. 1. 7. 52. Ut ludos facit.
Ludos fibi, pro Ineptiendo fe deludere. Sen. Epift. 114.
Ludos facere, i. e. Ludere. Lucret. lib. 4. 794.
Ludos facere, idem quod Ludos edere. Cic. 3. Q. frat. 8. Quanta tandem pecunia penderetur, fi omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent? Idem Att. Ludos facere abfens malebat.
Maciem. Ovid. 11. Met. 793. Fecit amor maciem.
Maculas, Contaminare, confpurcare, & maculis afpergere. Plin. lib. 12. cap. 25. Summa probatio eft, ut in vefte maculas non faciat.
Magnum, i. e. Rem magnam. Hor. 1. Serm. 10. 20.
At magnum fecit quod verbis Græca Latinis
Mifcuit.
Magnum me faciam. Plaut. Mil. 3. 2. 10. Magnum me faciam, nunc, quoniam illæc me collaudavit.
Malum aut bonum in re quap. Cic. ad Brut. 15. Nec tamen tantum in ftatuenda Lepidi ftatua factum eft mali, quantum in evertenda boni.
Mandata. Plaut. Afin. 5. 2. 63.
Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta ut voluerit.
Manum, pro Colligere milites. Cic. pro Cæcin. 33. Quum manum fecerit, copias pararit, &c. conf. Jugulationem.
Manubias fibi. Cic. 3. Verr. 154. Dubitamus quid ifte in hoftium præda molitus fit, qui manubias fibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit?
Matres. Ovid. 2. Trift. 289.
— Jovis fuccurret in æde,
Quam multas matres fecerit ille deus.
Maturum. V. MATURUS.
Medicinam, Mederi & juvare præfenti auxilio. Plaut. Men. 1. 1. 23. Cic. pro Quint. 8. Medicinæ faciendæ locus non erit. Idem 14. Fam. 7. Ita fum levatus, ut deus mihi aliquis medicinam feciffe videatur.
Mel facere dicuntur apes. Plin. lib. 11. cap. 18.
Meliorem aliquem alicui facere. Ovid. 2. de Rem. Amor. 761.
Me certe Sappho meliorem fecit amicæ.
Mentionem, Commemorare. Plaut. Moft. 3. 3. 126. Cic. pro Cluent. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti judicii facitis?
Mentionem cum aliquo. Plaut. Aul. 4. 7. 3.
Fac mentionem cum avunculo mater mea. Plaut. Cift. 1. 2. 15.
Quod fæpe mecum mentionem fecerit,
Puerum aut puellam alicunde ut reperirem fibi.
Mentionem de re aliqua. Cic. 2. Q. frat. 11. De te magis ab Sipylo mentio eft honorifica facta. Plaut. Aul. 2. 2. 27. Credo hercle ubi mentionem ego fecero de filia, mihi ut defpondeat, fe a me derideri rebitur. Idem Perf. 1. 3. 29. Sed ecquid memini[f]ti here, qua de re ego tecum mentionem feceram?
Mercaturam. Plaut. Rud. 4. 2. 26. Cic. in Parad. 6. Nam ut iis qui honefte rem quærunt mercaturis faciendis.
Mercem beneficium, i. e. Loco mercis habere. Sen. de Benef. lib. 5. cap. 14.
Meretricium. Suet. in Calig. cap. 40.
Meffem. Columel. lib. 2. cap. 11. Tardius meffem primam ejus facere oportebit.
Metum, pro Inferre. Tacit. 6. Ann. 36. Inanem metum fecerant. Ovid. 5. Met. 322.
Miffum. Ter. Eun. 5. 2. 25. Miffa hæc faciamus. i. e. De hac re ne loquamur amplius. Idem Andr. 4. 1. 56. Vel tu melius aliud reperi, me miffum face. Cic. 3. Off. 112. Juravitque fe illum ftatim interfecturum, nifi jusjurandum dediffet, fe patrem miffum effe facturum. Hic eft Accufatione defiftere.
Miffum facere legiones ad aliquem. Cic. 8. Att. 12. Æquum eft me a te impetrare, ut cohortes quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas fuas reliquerunt, ad me miffum facias. i. e. Proficifci ne prohibeas.
Modum, Idem pæne ac Finem facere. Cic. 10. Fam. 3. Sciebam enim ex iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipfe haufera[m]. Quare modum faciam. Idem 1. de Legib. 53. Ut aliquando controverfiarum aliquem facerent modum.
Modum iræ. Liv. 4. 50. Poftremo quum modum iræ nullum faceret, &c.
Modum Veneris fibi facere in aliqua. Ovid. 4. Met. 258. conf. Finem.
Modum, Aliter. Liv. 3. Neque fuum cuique jus modum faciebat, fed virium fpe, fed manu obtinendum erat.
Modos, Cantare. Cic. de Orat. 198. Neque id actores prius viderunt, quam ipfi poetæ, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos. [ Non eft Cantare, verum Melodian componere, ut vulgo loquuntur, ad quam Canticum, vel Fabula decantetur ab Actoribus. V. MODUS.
Momentum. Liv. 23. 39. Tantum navis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli. Sic lib. 24. Facere momentum annonæ, pro Juvare annonam, vel Levare pretium annonæ.
Moram. Plaut. Moft. 1. 1. 72. Cic. pro Sext. 74. Ille fe affirmare, poftero die moram nullam effe facturum.
Moram certamini. Liv. 3. & 24. Nec hoftes moram dimicandi fecerunt.
Moram in agendo facere. Paul. in l. fi is qui. D. de jure dot. Neque maritus in agendo moram feciffet. Ibid. Etiam maritus moram fecerit in exigendo. Marcell. in l. qui decem. §. 1. D. de folutionibus, Si in folvendo moram feciffes. Et Paul. in l. fi fervum. §. fequitur. D. verb. oblig.
Moram facere legatario. Ulpian. in l. quum res legata. D. de legatis primo.

Moram facere libertati, i. e. Libertatem differre. Ulpian. in l. statuliberos. §. non solum autem. D. de statuliberis.
Moram facere manumissioni, i. e. Manumissionem differre. Ulpian. in l. si pecuniam, non procul a fine. D. de condictione causa data.
Moram facere quo minus. Julianus in l. si quis arbitratu. D. de verbor. obligat.
Morem sibi. Liv. 35. 35. Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, &c.
Morem facit usus. Ovid. 2. Met. 345.
Illæ, more suo, nam morem fecerat usus, &c.
Mortem. Columel. lib. 2. cap. 2. Nam ille mortem facit: hic teterrimam comitem mortis, famem.
Motus. Liv. 28. 46. Inde ad oram Ligurum Alpinorum, siquos ibi motus facere posset, classem appulit.
Multam. i. e. Imponere. Gell. lib. 7. cap. 14. & 11. 1.
Munditias. Cato de R. R. cap. 2. Pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari, expinsi far, munditias fieri.
Mutuum cum altero. Plaut. Curc. 1. 1. 47. Ego autem cum illa facere nolo mutuum, i. e. Nolo eam deperire ut me deperit. Turneb. vero sic, Parum illi videtur mutuum facere, quod in mutuo jus nostrum remanet: proprium facit, ut jam alieni juris sit, & totum ad aliud transeat dominium.
Naturam ulicujus rei, pro Consuetudinem & usum facere. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Navem facere, pro Ædificare navem. Plaut. Mil. 3. 3. 43. Cic. 3. Verr. 46. Decem enim naves jussu L. Murenæ populus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat.
Naufragium. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in mariq;ue perierunt.
Naufragium gloriæ, &c. per metaphoram, pro Gloriam amittere. Cic. 7. Verr. 69. Hic primum opes ipsius civitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum existimatur.
Naviculariam. Cic. 7. Verr. 45. Quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te navem esse in Italiam deducturum? Naviculariam te, quum Romam venisses, esse facturum? V. NAVIS.
Nefas. Cic. 1. Philipp. 10. Facit sibi quisque nefas. Ovid. 8. Met. 483.
Ulciscor, facioque nefas, fera bella sequutus.
Nefas sibi quisque fecit, i. e. Pro se quisque operam dedit, ut nefarium scelus aliquod perpetraret. Lucan. lib. 2. 147.
Ne facere, apud vet. quendam. At Despaut. ex Ennio in Annalibus affert, Quod . . . . . . . neque, ut . . . . . . facere audent. Vide apud Lucretium Facere ita positum, cum quadam particula. H. St. V. supra Facere per trajectionem.
Negligentem. Ter. Andr. 2. 3. 23. Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Negotium alicui facere, pro Exhibere. Quintil.lib.5.cap.12. Cic.pro Lege Agr.2.102. Istos quibus otiosi negotium facessimus, otiosissimos reddam.
Nidum. V. NIDUS.
Nobilem, Nobilitare. Plin. lib. 10. cap. 26. extr. Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Gallinas scil.
Nobilitatem. ut, Longinquitate nobilitas facta. Plin. lib. 10. cap. 47.
Nocentem aliquem. Lucan. lib. 2. 203.
Nomen, Nominare. Plaut. Men. 1. 1. 1. Idem Bacch. 4. 9. 21. Ei profecto nomen facio ego Ilio. Liv. 8. 15. Scelerato campo (credo ab incesto id ei loco nomen factum.) Virg. 1. Georg. 137.
Navita tum stellis numeros, & nomina fecit.
Nomen alicui facere, pro Conciliare famam & celebritatem. Liv. 28. Ovid. 1. Fast. 597.
Et mortem & nomem Druso Germania fecit. [Immo proprie nomen fecit, quia Germanici cognomen ipsi, posterisque ejus senatus decrevit, teste Sueton. in Claud. cap. 1. & Dione l. 55. Sic fortassis & apud Liv. Locum enim perquirere non licuit.
Nomina, idem quos Æs alienum facere, & debitorem se constituere. Cic. 3. Off. 59. Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit: & emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Idem 7. Fam. 23. Accepi Avianii litteras, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego vellem die. i. e. Pecuniam crediturum, in eam diem solvendam, quam ego postulassem. Sic Sen. lib. de Vita Beata cap. 24. pr. Nunquam magis nomina facio, quam quum dono. [Quod paulo supra, cap. 20. dixerat, Nihil magis possidere me credam, quam bene donata. conf. eundem lib. 1. de Benef. a pr. Unde liquet Nomina facere dici de Creditore, cum pecuniam numerat debitori, & nomen ejus inscribit in tabulas expensi: itemque de Venditore, quum negotium conficit, stipulatione facta de in diem solutione. V. Græv. & Gronov. ad utrùmque Cic. loc. notata, & s. l. NOMEN. Planissime & Columella loc. seq.
Nomen cum vineis. h. e. Facere supputationem reditus vinearum. Columel. lib. 3. cap. 32. [Immo & hic est Quasi credere summam vineæ. En verba, Quod quasi nomen, si, ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis suis fecerit ejus summæ, ut in perpetuum prædictam usuram semissium Dominus constituat, &c. unde apparet de pecunia vel maxime fœnebri, seu quæ cum usuris creditur, veteres hunc loquendi modum, contra ac Salmasius putabat, usurpasse.
Nominationem. Liv. 26. 23. extr. Otacilius Crassus Pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in ejus locum non est facta. i. e. Novus suffectus non est.
Notum. Plin. Epist. 238. Ovid. 12. Met. 64.
Noxia lumina sua facere. Ovid. 2. Trist. 103. i. e. Suos oculos.
Numerationem, pro Numerare. Sen. Epist. 26. extr. Scis cujus arca utar. expecta pusillum & de domo fiet numeratio.
Nuptias. Ter. And. 3. 2. 42. Tu tamen has nuptias perge facere ita ut facis. conf. Justin. 7. 3. 9.
Obnoxium sibi aliquem. Plaut. Trin. 2. 1. 33. Sunt tamen quos miseros, maleque habeas, quos tibi obnoxios fecisti.
Obscurum orbem facit nox. Ovid. 2. Met. 514.
Mentiar, obscurum nisi nox quum fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas.
Obsequelam. Plaut. Asin. 1. 1. 50. Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam. h. e. Gratum.
Obsidium, Obsidere Plaut. Bacch. 4. 9. 24. Gell. lib. 15. cap. 30. Cui a peritia, disciplinaque faciendi obsidii &c. cognomentum Poliorcetes fuit.
Obsonium. Plaut. Bacch. 1. 1. 63. Tu facito opulentum obsonium. Ego obsonabo. Aliter in codd. emendatis. V. loc.
Odium vitæ, Facere ut aliquis vitæ tædio tangatur. Plin. lib. 20. cap. 18.
Odium, pro Generare. Sen. 1. de Ira.
Officium suum. Ter. Phorm. 4. 5. 12. Non sat tuum te officium fecisse, si non id fama approbat? Ter. Eun. 4. 5. 3. Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.
Officia alicui, pro Exhibere honorem & obsequium. Gell. lib. 5. cap. 13. Quum quæreret, quibus nos officia prioribus potioribusque facere oporteret. conf. Justin. 16. 2. 9.
Omen. Plin. lib. 15. cap. 19.
Operæ alicujus pretium. Liv. 27. Quales ex hac die experiundo cognoverit, perinde operæ eorum pretium faciat.
Optionem. Cic. 1. Verr. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas utrum velis.
Opus, Laborare, operari. Plaut. Trin. 2. 4. 180. Ter. Eun. 2. 1. 14.
Opus faciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam.
Orationem. V. ORATIO.
Orbem facere. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 37. Quum illi orbe facto sese defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia sex convenerunt.
Orbes. num. pl. Sallust. in Jugurth. cap. 97. extr. V. ORBIS.
Ostenta de re aliqua. Cic. 8. Fam. 14. Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis.
Otium, pro Dare otium. Virg. 1. Ecl. 6.
O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Ova, pro Ponere. Varro 3. de R. R. cap. 9. Neque ferè in villis ova ac pullos faciunt, sed in silvis.
Pactiones, Pacisci. Cic. 4. Att. 17. V. PANGO.
Pactionem cum aliquo de re aliqua. Cic. de Provinc. Consf. 10. Idem pro Rosc. Com. 40. Quum de tota lite pactionem faceret.
Pactionem ut. Cic. pro Rosc. Com. 26. Dic pactionem fecisse ut absolveretur: non pepigit. V. Justin. 15. 2. 2. & 4. 21.
Pactum inter eos factum est. Modest. in l. Cajus. D. de pignorat. actione.
Par. Plaut. Amph. 1. 2. 32. Idem Trin. 2. 2. 4. Feceris par tuis ceteris factis, patrem tuum si percoles. Plin. in Paneg. cap. 81. pr. Quod siquando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. i. e. Si satisfecisti, & officium tuum fecisti.
Paria, Æquare, & unum atque idem ex duobus facere, aut æqualem facere unius atque alterius rationem. Cic. 3. de Legib. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. Pro hoc Sen. Epist. 19. dixit Facere parem rationem. V. PAR.
Parentem facere pulchra prole. Virg. 1. Æn. 79.
Parricidium facere, pro Committere. Justin. 1. 9. 5.
Partem facere in lusu pilæ. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 32.
Partes, Partiri & sortiri. Cic. 2. de Orat. 366. Primum quis Antonio permisit, inquit, ut & partes faceret, & utram vellet, prior ipse sumeret?
Participem consilii sui. Plaut. Pseud. 1. 1. 9.
Neque tui consilii participem quenquam facis?
Partum. Plin. lib. 27. cap. 12. de phyllo herba, Hæc sui sexus facit partus.
Pavorem. Liv. 3. Alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit. subaud. Clamor.
Pausam. Plaut. Pœn. 2. 13. Quando id quod sat erat, satis habere noluit, ego pausam feci.
Pacem. Cæs. 2. Bell. Gall. 29. Consensu eorum omnium pace facta. Ovid. 3. Fast. 673.
Pace domi facta, signum posuere perenne.
Pacem fecere cum Samnitibus Romani. Cic. 3. Off. 109. Et Liv. 24. Adde Justin. 3. 9. 13: 8. 4. 2. & 30. 1. 7.
Pecuariam facere, pro Exercere. Suet. Jul. cap. 42.
Peculatum in aliq. Plaut. Cist. 1. 1. 74. Cic. pro Rabir. perduel. 7.
Peculium a malo. Plaut. Most. 4. 1. 7. Sed hi si reprehensi sunt, faciunt a malo peculium. i. e. Duplo puniuntur.
Pecuniam, pro Lucrari, accumulare, colligere. Cic. 4. Verr. 17. Quærere ipse secum, & cogitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Idem 5. Verr. 21. Et ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, &c.
Periculum, Tentare, experiri. Plaut. Mil. 3. 1. 41. Ter. And. 3. 3. 33. Qui scis ergo istuc nisi periculum feceris?
Periculum ex aliis. Ter. Heaut. 1. 2. 36.
Scitum est, periclum ex aliis facere, tibi quid ex usu fiet.
Periculum in re aliq. Ter. Eun. 3. 2.23. —Fac periclum in litteris,
Fac in palæstra, in musicis: quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, sollertem dabo.
Periculum diligentiæ. Cic. 2. Verr. 34.
Periculum legionum. Cæs.
Periculum sui. Cic. 1. Verr. 27. ubi Ascon. V.
Periculum summæ rei. Tacit. 4. Hist. 71. Crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne summæ rei periculum faceret.
Periculum facere alicui, pro Adducere in discrimen & periculum. Tacit. 13. Ann. 33. Eousque ambitus prævaluit ut quidam accusatorum ejus exilio multarentur, tanquam insonti periculum fecissent.
Peritum me fecere dolor & lacrymæ. Propert. lib. 1. 9. 7.
Permutationem cum aliquo. Cic. 5. Att. 13. Ego præterea rationem Philogeni permutationis ejus, quam tecum feci, edidi.
Perniciem alicui facere. Tacit. 2. Hist. 70. Quæ læta in præsens mox perniciem ipsis fecere.
Perspicua sua consilia. Cic. 1. Verr. 5. Nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi judicii perspicua sua consilia, conatusque omnibus fecit.

Pertur-

Perturbationem. Cæſ. 4. Bell. Gall. 29.
Peſtilentiam. Columel. lib. 6. cap. 5. Et id præcipue, quod egerit ſus ægra, peſtilentiam facere valet.
Piraticam. Cic. Poſt red. in Senat. 10. Egeſtate & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet.
Plagam. Cic. in Orat. 228. Sic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta.
Planum, pro Oſtendere & declarare. Cic. pro Roſc. Com. 54. Quid ſi tandem planum facio, poſt deciſionem Roſcii, &c.
Plenum faſtidii, Implere faſtidio. Plaut. Mil. 4. 2. 43.
Plurimum facit. i. e. Confert. Quintil. lib. 6. cap. 5. p. 570.
Poema. Cic. in Piſon. 70. Poema porro facit ita feſtivum, ita concinnum, &c. Hor. in Arte Poet. 303.
Pondus. ut, Minimum ponderis facit. Plin. lib. 12. cap. 19.
Pontem. Cic. 10. Fam. 15. Ponte uno die facto, exercitum ad IIII. Id. Maii traduxi.
Populationes, Populari. Liv. 28. 4. extr. Eodem anno claſſis Romana, cum M. Valerio Lævino Proconſule ex Sicilia in Africam transmiſſa, in Uticenſi, Carthaginienſique agro late populationes fecit.
Poteſtatem; Concedere, vel Permittere. Cic. 3. in Catil. 11. Siquid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem. Idem pro Cluent. Reſpondendi Fidiculanio poteſtas facta non eſſet.
Poteſtatem tabularum & litterarum facere. Cic. 6. Verr. 149. Hic ego poſtulare cœpi, ut mihi tabulas obſignare, ac deportare liceret: ille contra. inſtare ego, omnium mihi tabularum & litterarum fieri poteſtatem oportere.
Poteſtatem pugnæ. Juſtin. 2. 5. 10. & 32. 3. 5.
Poteſtatem ſui, quod & Facere ſui copiam dicitur: h. e. Se ad alterius arbitratum accommodare, aut alterius precibus obtemperare. Cic. 1. Q. frat. 2. Quod quum Gabinium de ambitu vellet poſtulare, neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent. Idem 8. Philipp. 31. Facere omnibus ſui conveniendi poteſtatem. [ Hoc ſubauditur verbum in ceteris locis. Inepta igitur exegeſis ſuperior.
Poteſtatem ſui facere dicuntur magiſtratus. Ulpian. in l. pridie. D. de Feriis. Vulgo Dare audientiam.
Præconium, pro Profiteri, Agere præconem. Cic. 6. Fam. 18. Aliter Ovid. 16. Epiſt. 139.
Magna quidem de te rumor præconia fecit.
Prædam. Cic. 5. Verr. 117. Et Cæſ. 4. Bell. Gall. 34. Et quanta prædæ faciendæ, aut in perpetuum ſui liberandi facultas daretur.
Prædas magnas facere. Nep. 12. 2. 3.
Prægnantem. Plaut. Aulul. 2. 1. 41.
Si eam ſenex anum prægnantem fortuito fecerit.
Prælium. Cæſ. 1. Bell. Gall. 13. Hoc prælio facto, &c.
Prælium adverſum: h. e. Malis avibus & adverſo Marte pugnare. Cæſ. 2. Bell. Civil. 18. Sæpe ex tribunali prædicavit adverſa Cæſaren prælia feciſſe.
Prælia ſecunda: h. e. Marte proſpero & ſecundo belli eventu. Cæſ. 1. Bell. Civil. 7. Hortatur, cujus Imperatoris ductu novem annis rempubl. feliciſſime geſſerint, plurimaque prælia ſecunda fecerint, &c.
Præſentiam ſui facere. Paulus in l. de unoquoque. D. de re judicata, Si ſæpe conventi præſentiam ſui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia, eodem titulo. Præſentiam ſui facere contemnit.
Precationes, quomodo & Supplicationes facere dicitur. Liv. 39. 18. pr. Qui tantum initiati erant, & ex carmine ſacro, præeunte verba ſacerdote, precationes fecerant.
Pretium, Æſtimare. Plaut. Perſ. 4. 4. 37. Plin. lib. 12. cap. 20. Pretium Daphnoidis faciunt x. CCC.
Principium. Liv. 24. 24. Qui quum ordine omnia edocuiſſet, & principium conjurationis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis, &c.
Profectionem, Proficiſci. Cæſ. 5. Bell. Gall. 47. Veritus, ſi ex hibernis fugæ ſimilem profectionem feciſſet, ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet. V. Cellar. Ciacc. & Daviſ. not.
Profectum. Plin. Jun. Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit. i. e. Nec minus profecit.
Progreſſum in ſtudiis. Cic. 4. Tuſc. 43. Philoſophiæ denique ipſius principes, nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent.
Promiſſum. Cic. 3. Off. 95. Promiſſum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo promiſſa non facienda nonnunquam.
Pronuntiationem. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 25. Qua pronuntiatione facta, temporis puncto, ſublatis anchoris, omnes Uticam relinquunt. Paulo ſupra dixerat, Curio pronuntiari juſſit.
Propaginem. Plin. lib. 12. cap. 5. Rami novam ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes.
Propitium aliquem facere. Plaut. Pœn. 1. 2. 165. Ibid. 2. 6. Nec potui tamen propitiam Venerem facere uti eſſet mihi.
Proventum majorem, h. e. Exuberantiores fructus dare. Columel. lib. 2. cap. 15. Nec ſolum ea res majorem facit proventum, ſed etiam ſaporem & odorem vini pomorumque reddit meliorem.
Pugnam. Tacit. 3. Ann. 21. Proſperam adverſus Numidas pugnam facit. conf. Prælium.
Pugnam ex auro, i. e. Sculpere in auro. Virg. 3. Georg. 27.
In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto
Gangaridûm faciam, victoriſque arma Quirini.
Pugnum, h. e. Digitos ita componere, ut pugnum faciant. Cic. 4. Acad. 145. Tum quum plane compreſſerat, pugnumque fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat.
Pullos facere dicitur volucris. Varro 3. de R. R. cap. 5. Non enim ut advenæ volucres faciunt pullos, &c.
Querimonias, gemitus, ejulatus. Gell. lib. 1. cap. ult.
Quæſtum, Lucrari. Quæſtum carcerarium. Plaut. Capt. 1. 2. 26.
Quæſtum precarium. Cic. ad Octav. Cujus avus fuerit argentarius, adſtipulator pater, uterque vero precarium quæſtum fecerit.
Quæſtum facit corpore ſuo meretrix. Liv. 26. τῷ Corpore ſæpius ſubauditur. Ter. Heaut. 4. 1. 27.
Nempe illi anui prodita abs te filia eſt planiſſume
Per te, vel uti quæſtum faceret, vel uti veniret palam.
Quæſtum furtis. Cic. 7. Verr. 140.
Quamplurimum, pro Multum lucrari. Ter. Adelph. 5. 4. 15.
— Nati filii:
Alia cura: porro autem dum ſtudeo illis ut quamplurimum
Facerem, contrivi in quærundo vitam, atque ætatem meam.
Quietem. Liv. lib. 21. 28. extr. Donec quietem ipſe timor, circumſpicientibus aquam, feciſſet.
Quietem infeſtam alicui facere, i. e. Impedire aliquem ne ſecurus dormiat. Lucret. lib. 5. 981.
Ratum. Liv. 28. 39. extr. Quæ nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate veſtra faciatis.
Vota alicujus rata facere. Ovid. 4. Met. 388.
Rates. Cæſ. 1. Bell. Gall. 12.
Rebellionem. Cæſ. 4. Bell. Gall. 30. Optimum factu eſſe duxerunt, rebellione facta, frumento commeatuque noſtros prohibere.
Recte, & ſapienter aut commode. Plaut. Amph. 1. 1. 133.
Redempturam. V. REDIMO.
Reducem, Reducere. Ter. Heaut. 2. 4. 18.
Ergo, mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis.
Reliqui nihil ſibi ad celeritatem facere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 26. extr.
Reliquos aliquos. Cæſ. 8. Bell. Gall. 24. Siquos fortuna feciſſet reliquos.
Rem, Parere opes. Ter. Adel. 2. 2. 12.
Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines, Sannio. Hor. 1. Epiſt. 1. 64.
Rem ſiquis fecit ad alium pervenire. Ulpian. in l. Julian. D. ad exhibendum.
Rem divinam, Sacrificare. Ter. Eun. 3. 3. 7.
Ait rem divinam feciſſe, & rem ſeriam
Velle agere mecum. Cic. 6. Verr. 18. Res illum divinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. Liv. de Bell. Maced. Res divinas facere majoribus hoſtiis juſſerunt.
Rem facilem. Plaut. Pſeud. 2. 1. 12. Si hoc expugno, facilem ego hanc rem meis civibus faciam.
Rem meliorem. Cic. 14. Fam. 14. Labienus rem meliorem fecit.
Rem palam, Rem ipſam aperire. Ter. Heaut. 4. 3. 43.
Quo velis in tempore ut te exolvas, rem facias palam.
Rem unam ex duabus. Cic. 2. de Fin.
Remedium lieni: h. e. Lienis dolori remedium adhibere. Plin. lib. 30. cap. 6. Pecudis lien recens magicis præceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni ſe remedium facere.
Remiſſionem. Ulpian. lib. 49. l. 1. titulo. Quando appellandum ſit, An vero a remiſſione quam Præſes fecerit, appellatio ſit interponenda.
Rempublicam magnam ex parva. Salluſt. in Catil. cap. 52. Nolite exiſtimare majores noſtros Rempublicam ex parva armis magnam feciſſe.
Reverſionem. Plaut. Bacch. 2. 3. 62. Reverſionem ad terram faciunt veſperi.
Reum facere: h. e. Accuſare, ſive Reum agere. Cic. pro Cluent. 56. Tamen Habitus Oppianicum reum ſtatim non fecit. Et 4. Fam. 7. Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies? Legitur ex vetuſto exemplari, Subjicies.
Riſum. Quintil. lib. 5. Idem lib. 6. cap. 2. Ea ſæpius riſum fecit. i. e. Movit.
Robur aliquod in ſtilo, pro Robur acquirere. Quintil. lib. 10. cap. 2.
Ruina facta eſt tibi. Ovid. 5. Triſt. 13. 23. Locum valde corruptum pronuntiant critici, q. V.
Rumorem. Quintil. Decl. 19. Dum nimium libertati vocis indulges, poteſt populus aliquem de me facere rumorem.
Sacrificium facere & ſacra. Cic. de Clar. Orat. 56. Liv. 1. 45. extr. Quidnam tu hoſpes paras, inquit? inceſte ſacrificium Dianæ facere? Ibidem, (an 2. 2?) Qui ſacra publica Pop. Rom. faceret.
Sacra Jovi facturus erat. Ovid. 3. Met. 26.
Salutationem. Hirt. Bell. Afr. 85. Atque armis dimiſſis ſalutationem more militari faciunt.
Sanguinem, pro Fundere. Liv. lib. 5. Bell. Maced. Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem usquam factum audiſſent.
Sanum, Morbum ſanare. Plaut. Men. 5. 4. 5. Quin ea cauſa duco te, ut id dicas mihi: atque illum ut ſanum facias.
Sapienter. Plaut. Pœn. 5. 2. 132.
Satis alicui, pro Ejus voluntati obtemperare. Cic. de Clar. Orat. 1. Ego vero inquam ſi potero, faciam vobis ſatis. V. SATISFACIO.
Sceleſte. Plaut. Rud. 1. 3. 13. — Nam me ſi ſciam feciſſe,
Aut parentes ſceleſte, minus me miſererer.
Scelus. Cic. 1. de Orat. 220. Scelus eos nefarium facere, &c. dicunt. Ovid. 7. Met. 340. Tacit. 15. Ann. 67. Faciendis ſceleribus promptus.
Schema facere per imprudentiam. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Scire. Plaut. Perſ. 2. 2. 42. Quando ita certa res eſt, nihili facio ſcire, valeas.
Scriptum. i. e. Scribam eſſe. Liv. 9. 46. pr. Neque accipi nomen, quia ſcriptum faceret; tabulam poſuiſſe, & juraſſe ſe ſcriptum non facturum: quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius.
Se intimum apud aliquem. Plaut. Mil. 2. 1. 30.
Itaque intimum ibi ſe miles apud lenam facit.
Se verſipellem. Plaut. Amph. 1. 2. 4. Ita verſipellem ſe facit quando lubet.
Se vilem. Plaut. Mil. 4. 6. 28.
Nam tute vilem feceris, ſi te ultro largibere.
Seceſſionem, Secedere. Liv. 4. Bell. Pun. Cæſ. 1. Bell. Civil. 7. Non cum populo agi cœptum, nulla ſeceſſio facta.
Securitatem, quod barbari Aſſecurare dicunt. Liv. 36. 41. pr. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Epheſi ſecurus admodum de bello Romano erat, tanquam non tranſituris in Aſiam Romanis: quam ſecuritatem ei magna pars amicorum, aut per errorem, aut aſſentando faciebat.
Seditionem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 87. Petreius, atque Afranius quum

quum stipendium ab legionibus, pæne seditione facti, flagitaretur, &c.
Sedulo, Diligenter. Ter. Phorm. 5. 8. 12. Factum est abs te sedulo. Liv. 4. Bell. Maced.
Sementem. Liv. 5. Bell. Pun. Cic. 2. de Orat. 261. Ut sementem feceris, ita metes. ubi Proverbii speciem habet.
Sementem in ore alicui, joco dixit Plaut. Men. 5. 7. 23.
Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.
Semitam. Plaut. Curc. 1. 1. 36.
Dum ne per fundum septum facias semitam.
Senatusconsultum. Cic. 9. Att. 18. Volet enim, credo, Senatusconsultum facere, volet Augurum decreta.
Sermonem. Cic. 3. Verr. 66. Mature veniunt, discumbitur: fit sermo inter eos, & invitatio, ut Græco more biberetur.
Sermonem facere, aliter. Cic. 9. Fam. 8. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, quum esset una Pomponius. i. e. Dialogum composui ex illo serm.
Significationem, Dare signum. Cæs. 2. Bell. Gall. 33. Celeriter (ut ante Cæsar imperaverat) ignibus significatione facta, ex proximis castellis eo concursum est.
Silentium. Plaut. Amph. prol. 15. Liv. 24. 8. extr. Tum Q. Fabius, silentio facto, tali oratione est usus. Phædr. 5. 5.
Silentium per præconem: h. e. Jubere per præconem ut omnes sileant: quod a majoribus magistratibus fieri solebat. Liv. 3. Silentium factum per præconem.
Sobolem. Plin. lib. 11. cap. 18. Insidiantur apibus aquantibus ranæ, quæ maxima est earum operatio tum, quum sobolem faciunt.
Societatem cum aliquo. Liv. 4. Bell. Pun. Ad eum Centuriones tres legatos miserunt, qui cum eo amicitiam, societatemque facerent.
Societatem rerum quarundam. Cic. pro Quint. 12.
Somnum, pro Provocare & conciliare. Plin. lib. 20. cap. 7. Peculiares earum vires partim jam dictæ sunt somnum faciendi, veneremque inhibendi.
Sonitum. Lucret. lib. 6. 132.
Speciem cruentæ victoriæ. Liv. 39. 31. extr. Tribuni militum quinque amissi, & pauci Equites Romani, cruentæ maxime victoriæ speciem fecerunt.
Spem, pro Excitare. Liv. 2. Cic. 3. Att. 6. Tuæ quidem litteræ quo sæpius a me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem. conf. Justin. 22. 1. 12.
Spiritus, Augere animum vel concitare, & ex imbecillo atque impotenti animo, alacrem atque ingentem facere. Liv. 30. 11. pr. Et ita viris equisque abundabat, ut subjectæ oculis regni per multos florentes annos vires, etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere. V. SPIRITUS.
Sponsionem dicimur, Quum alius alium fore victorem affirmat, pignoribus depositis. Martian. lib. 11. de Aleatorib. Quibus rebus sponsionem facere licet.
Sponsionem cum aliquo. Cic. 7. Verr. 140. Cogere eum cœpit, quum ageret nemo, nemo postularet, H-S duobus millibus sponsionem facere cum lictore suo.
Sponsionem de re aliqua. Cic. pro Quint. 9. Qui, quum de re agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsionem de probro facere maluerit.
Sponsionem si, vel nisi. Cic. pro Quint. 84. Jubet P. Quintium sponsionem cum Sex. Nævio facere, Si bona sua ex edicto, &c. Idem 3. Off. 77. Quum is sponsionem fecisset, Ni vir bonus esset.
Sponte sua. Lucret. lib. 2. 193.
Stadia facere quingenta cursu, i. e. Conficere. Justin. 11. 8. 2.
Statum. Quintil. lib. 3. cap. 6. de orationis statu.
Stercus, pro Cacare. Columel. lib. 2. cap. 25.
Stipendia sub aliquo, idem quod Militare. Auctor de Viris Illust. cap. 72. Liv. 5. Factaque dicendi potestate, equis se suis stipendia facturos promittunt. Justin. 24. 4. 10.
Stipendiarios: Cogere ad solvendum tributum. Cæs. 1. Bell. Gall. 36. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipendiarios esse factos.
Stomachum alicui, Commovere aliquem, & bilem excitare. Cic. 5. Att. 11. Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse.
Stragem hostium. Cic. 3. Philipp. 31. Ille autem ex Mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages ubicunque posuit vestigia? Liv. 3. Bell. Pun. Facere stragem hostium. Additur etiam interdum dativus. Liv. 40. 2. pr. Atrox cum vento tempestas coorta, multis sacris prophanisque locis stragem fecit. [ Immo Ablativus est, pro In locis.
Stulte. Plaut. Pseud. 1. 3. 9. Non jucundum est, nisi amans facit stulte.
Stuprum cum sorore. Cic. pro Milon. 74. Liv. 22. 57. Qui cum Floronia stuprum fecerat.
Suavium alicui, Suaviari. Plaut. Asin. 4. 1. 52.
— tu labellum abstergeas
Potius, quam cuiquam illa suavium faciat palam.
Summam alicujus rei. Cic. 1. Fam. 9. Summam feci cogitationum mearum omnium.
Sumptum, quod alias Facere expensas, vel Expendere dicitur. Plaut. Capt. 4. 2. 76. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumptum. Ter. Hec. 4. 4. 63.
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos fecisti in eam, quam animo æquo tuli? Idem Heaut. 1. 1. 79. Sumptus domi tantos ego solus faciam? Hor. 1. Serm. 2. 19. — at in se
Pro quæstu sumptum facit hic. Cic. 5. Att. Ita vivam ut maximos sumptus facio.
Sumptum ad rem aliquam de suo. Plaut. Bacch. 1. 1. 65.
— Nam id flagitium sit meum, mea te gratia
Et operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.
Sumptum in. Cic. pro Lege Manil. 39. Non modo ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur: sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur.
Sumpti restim. Plaut. Casin. 2. 7. 1.
Si nunc me suspendam, meam operam luserim,
Et præter operam restim sumpti fecerim.
Vel conjuncte Sumptifecerim. Vide quæ scribo in RESTIS. Facio in quibusdam nominibus & Conjuncte & Separatim ponitur, ut Lucrum facio & Lucrifacio, Sumptum facio & Sumptifacio, Floccifacio. Assifacio Despaut. sine exemplo. Sed & aliter jungitur, ut Labefacio, Candefacio, Tabefacio, Terrefacio, Quatefacio. Et potest quidem in multis videri junctum infinitivo, ut dixi in lib. de Str. Tabere facio, Candere facio, sed non in omnibus. H. St.
Superbum. Faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. i. e. Mortuum. Plaut. Amph. 1. 1. 201. Superbos, inquit Nonius, citans hunc locum, veteres Mortuos dixerunt: propter pompam funeris, quia mortui sublati in altum, ad sepulcrum ferri soliti sunt. [ Explicant jocum hunc Plauti sequentia verba. q. V.
Superstitiose aliquid facere. Quintil. lib. 1.
Suspicionem, pro Excitare & movere. Cic. pro Flacc. 83. Nunc facis suspicionem: ita enim dixisti, ut nescio quid abs te impetratum esse videatur.
Syngraphas, quod vulgus Obligationes, Schedulas, & Signa dicit. Cic. 3. Verr. 95. Præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat: argenti optimi, cælati grande pondus secum tulerat.
Tædium facere: h. e. Fastidia, vel Nauseam movere, aut Facere ut statim quis animo angatur. Liv. 4. Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebejis candidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant, &c. Plin. lib. 31. cap. 3.
Technam adversus aliquem. pro Calumniari vel Insidiari. Plaut. Bacch. 3. 2. 8. Condigne his technam de auro adversum meum fecit patrem, ut mihi amanti copia esset.
Telam facere. Ovid. 6. Met. 31. — tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Templum alicui. Plin. lib. 15. cap. 19. Radicem ejus magni ponderis videmus in palatii templo, quod fecerat divo Augusto conjux Augusta, aureæ pateræ impositam.
Temulentiam. Plin. lib. 14. cap. 2. Siquidem temulentiam sola non facit.
Tenebras facere nubibus. Lucret. lib. 2. 1099.
Terrorem. Liv. 7. ab Urbe, & 2. Bell. Maced.
Testamentum. Cic. 2. de Legib. Quod si hoc, qui testamentum faciebat, cavere noluisset.
Testem facere aliquem. Ovid. 5. Fast. 683.
Testes facere, Convocare, seu Advocare. Plaut. Curc. 4. 4. 9. Ter. Adel. 2. 1. 49. Ubi me dixero dare tanti, testes faciet ilico, vendidisse me. Liv. 4. Bell. Maced. Deos hominesque se testes facere, invitos, &c.
Testudinem facere dicuntur milites. Liv. 5. Inde clamore facto, ac testudine facta subeunt. V. TESTUDO.
Timorem. Cic. 10. Fam. 18. Non ullam rem aliam extimescens, quam eandem quæ mihi quoque facit timorem.
Topiarium facere. Cic. 3. Q. frat. 1. V. TOPIARIUM.
Totum facere, pro Vim, potestatemque omnem habere, Omnia in sua potestate posita habere. Ulpian. l. 35. §. 3. D. de hæred. instit. Rerum autem Italicarum, vel provincialium significatione, quæ res accipiendæ sint, videndum est. Et facit quidem totum voluntas defuncti: nam quid senserit, spectandum est.
Ex ea pendent omnia. Omnia in ea posita sunt. H. St.
Tranquillitatem. Plaut. Merc. 5. 2. 36.
Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.
Tranquillum animum. Plaut. Epid. 4. 1. 35. Habe animum lenem, & tranquillum face.
Transitum alicui, quod & Viam facere dicitur. Liv. 26. 25. pr. Inde Dardanorum urbem, sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam, cepit.
Dicitur & Transitum dare. Vide TRANSITUS. H. St.
Transitum in. Columel. lib. 11. cap. 2. Quintodecimo Calendas Martii sol in Pisces transitum facit. conf. Introitum.
Transitionem. Hirt. Bell. Hisp. 26. Qui nuntiaverunt equites Romanos conjurasse omnes qui in castris Pompeji essent, ut transitionem facerent. ad Adversarios scil.
Trepidationem. Liv. 3. Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit.
Tristem memoriam alicujus rei. Liv. 4. 29. Egregiæ Dictaturæ tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Posthumio, &c. victorem securi percussum tradunt.
Tumorem facere. Ulpian. in l. si servus servum. §. rupisse. D. ad legem Aquiliam, Qui vel virgis, vel loris, vel pugnis ceciderit, vel telo, vel quo alio sciderit alicui corpus, vel tumorem fecerit.
Tumulum. Justin. 12. 12. 12. Virg. 5. Ecl. 42.
Turbam, Commovere multitudinem, aut ita rixari, ut multa concurrat turba. Plaut. Pers. 4. 7. 19. Ter. Eun. 4. 1. 2.
— Nonnihil timeo misera,
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.
Tussim, pro Generare. Sen. Epist. 76.
Tirocinium, & Ponere rudimentum Latine dicitur, id quod vernacula lingua, Caput operis facere dicunt, i. e. Initium opificii, quum opifices specimen artis edentes, magisterio decorantur. Bud. [ Immo V. Tirocinium, in TIRO.
Vadimonium facere, quod & Promittere dicitur. Plaut. Epid. 5. 2. 19. Cic. pro Quint. 57. Ait vadimonium desertum, quæsivit a te statim, ut Romam rediit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres. V. Vadimonium, in VADIS.
Vecturam, pro Exercere. Quintil. Decl. 12. Navis nostra vecturam facit, & vicinarum civitatum copias recondunt.
Vela, i. e. Velificare. Virg. 5. Æn. 281.

Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis. Cic. 4. Tusc. 9. Utrum igitur mavis, statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes, paululum remigare?

Vellaturam. Varro 1. de R. R. cap. 2. Item dicuntur qui vecturis vivunt, vellaturam facere. V. VELLATURA.

Ventrem facit paries. Alfenus in l. si quando. D. si servitus vindicetur, Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem aut amplius procumberet.

Ventum. Plaut. Curcul. 2. 3. 35. Obsecro, hercle, facite ventum ut gaudeam.

Ventulum pallio. Plaut. Casin. 3. 5. 14. Ter. Eun. 3. 5. 47. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lavamur.

Verbum, sive verba facere; pro Loqui & dicere. Cic. 6. Verr. 147. Nam antequam verbum facerem, de sella surrexit, atque abiit. Ovid. 4. de Pont. 9. 47.

Verba alicui. Ter. And. 1. 2. 7. Nunquam cuiquam nostrûm verbum fecit. i. e. Ne unum quidem verbum cuiquam dixit de ea re.

Verba ad populum. Gell. 13. 15. extr.

Verba apud. Cic. 5. Verr. 138. Scandilius vero negat sese apud Artemidorum Recuperatorem verbum esse facturum. Liv. 35. 49. pr. Ad hæc Quintius, Coram quibus magis, quam apud quos verba faceret, dicere Archidamum rationem habuisse.

Verba contra legem. Cic. pro Lege Manil. 52. Et ex hoc ipso loco permulta idem contra legem verba fecisti.

Verba de. Cic. 2. Att. 3. Idem affirmat verbum de me illum non esse facturum.

Verba in partem eam. Cic. 8. Att. 3. Quod plura in eam partem verba fecerim. Sic In sententiam passim.

Verba pro aliquo. Cæs. 2. Bell. Gall. 16. Pro his Divitiacus fecit verba.

Verba ut. Cic. in Philipp. Quod Trib. pleb. verba fecerunt, ut Senatus Cal. Januariis haberetur.

Verba cogitate. V. COGITO.

Verba commode. V. COMMODUS.

Verba indocte. Plaut. Pers. 4. 4. 14. Verba quidem haud indocte fecit.

Verba ita fecit. Liv. 1. 52. alias Ita infit.

Verba lepide facere. Plaut. Aul. 3. 5. 23.
Nimis lepide fecit verba ad parcimoniam.

Verborum quantum facere audivi. Plaut. Mil. 2. 6. 13.
Metuo illæc mihi res ne magno malo fuat,
Quantum hunc audivi facere verborum senem. i. e. Prout hunc audivi verba facere.

Verbum non facere. Catull. 72. 6. conf. Verba alic.

Verba divina, pro Sacra facere, vel supplicationes. Cato cap. 14. Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba divina fiant procuret.

Verba Latina. Gell. lib. 13. cap. 16. pr. Qui verba Latina fecerunt, quique his probe usi sunt, Humanitatem non id esse voluerunt &c.

Verba multa. Plaut. Pseud. 1. 3. 27. Cic. 2. de Divin. 46. Multa verba fecisti.

Versuram. Cic. 5. Att. 1. Quæ quidem ego utique vel versura facta solvi volo. V. VERSURA.

Versus. Hor. 2. Epist. 2. 51.
— paupertas impulit audax
Ut facerem versus. Cic. 2. de Divin. 116. Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.

Versus in cupiditatem alicujus. Cic. 7. Verr. 80.

Versiculi facti magis & euntes mollius. Hor. 1. Serm. 10. 58.

Verum. Plaut. Rud.

Vestes lineas. Plin. lib. 12. cap. 6.

Vestigium, Ambulare & progredi. Cic. pro Rabir. Posth. 48. Hic vos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat. [i. e. Pedem ponere, Consistere in foro.

Vestigium in possessionem. Cic. pro Cæcin. 39. Ut ista re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur, utrum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar atque dejiciar?

Vestigium aliter. Plin. lib. 11. cap. 44. pr. Simiarum pedes sunt ut manus, prælongi, sed vestigium palmæ simile faciunt.

Viam ad aliquem. Plaut. Bacch. 4. 4. 41. Ut ad senem etiam alteram facias viam. pro Adoriaris altera via senem.

Viam ruina, Quicquid obstat proruendo. Lucan. lib. 1. 150.

Viam sceleribus. Sen. OEth. 7.

Viam sibi ad castra. Liv. 3. 50.

Victoriam. Plin. lib. 23. cap. 1. Hæc tamen facere constantissime videatur sententiæ victoriam, quorum mentionem fecimus, siquis hoc quoque discrimen exigat.

Victum aliquem facere ex victore. Justin. 14. 4. 3.

Vim corpori. Liv. 38. 24. pr. Is primo ejus animum tentavit. Quem quum abhorrentem a voluntario videret stupro, corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit.

Vim resistenti facere. Tacit. 2. Ann. 64.

Vindemiam. Varro de R. R. 1. 34. Uvas autem legere, & vindemiam facere inter Æquinoctium Autumnale & Vergiliarum occasum.

Vires, Colligere vires. Quintil. lib. 10. cap. 3. p. 930. Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum.

Viriliter facere. Hor. 1. Epist. 17. 38.

Vitam bonam alicui. Plaut. Pers. 4. 8. 4. Ne ego hodie tibi bonam vitam feci? D. fateor habere gratiam.

Vitiose in scholis facimus. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Vitium, Corruere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari, & proprie de ædificiis dicitur. Cic. in Topic. 15. Si ædes exesæ corruerunt, vitiumve fecerunt. Labeo locati & conducti, l. quod si, Alfenus hujus domus mercedem, quæ vitium fecisset, deberi putat. Ulpian. De damno infecto. l. si finita.

Vitium, Active pro Vitiare. Vitruv. 1. 6. Si venti frigidi sunt, lædunt: si calidi, vitiant: si humidi, nocent: iidem faciunt vitia pavimentis. [Sed in cod. Junt. aliisque postrema hæc verba desiderantur.

Umbram. Plin. lib. 19. cap. 1. Postea in theatris tantum umbram fecere. Umbras sol altissimus fecerat exiguas. Ovid. 3. Met. 50.

Unguentariam, pro Illinere oleo & unguentis, quod balneatores vel ante balneum, vel post balneum facere solebant. Plaut. Pœn. 3. 3. 90.
Ibi te replebo usque unguentûm echeumatis,
Quid multa verba? faciam, ubi tu laveris,
Ibi ut balneator faciat unguentariam. [i.e. Myropola quasi fiat. Non enim alia forma dicitur ac Facere Argentariam, Medicinam, Pecuariam, Præconium. V. plura supra. Melius tamen Tibi ut b. legeretur, ut Steph. exegesi respondeat.

Voces. Gell. lib. 2. cap. 23. Has apud Menandrum voces facit. h. e. Dicit & recenset.

Volup animo suo. Plaut. Asin. extr.
Hic senex siquid clam uxorem, suo animo fecit volup,
Neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam alii solent. Non. 2. 905.

Voluptatem. Plaut. Truc. 2. 6. 38. Videor facere mihi voluptatem, eja, ubi quippiam me poscas. [Falsa citatio est. Sed Truc. 2. 4. 72. legitur
Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,
Ubi quippiam me poscis.

Vota, Supplicare. Cato de R. R. 83. Marti Silvano in silva interdius in capita singula boum votum facito. Cic. pro Milon. 41. Dein subito vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim: vos & omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute sua liberet?

Vota de ægroto. Cic. 8. Att. 25. Ut quum de illo ægroto vota faciebant.

Vota deis facienda. Valer. 1. Argon. 323.

Vota pro. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo qui dixit hiemes serenas optandas, pro arboribus vota facit.

Urinam, Mingere. Columel. lib. 6. cap. 30. Plerunque jumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu: nonnunquam & frigore: & quum suo tempore urinam non fecerint.

Usum sibi facere scelerum. Lucan. lib. 2. 97.

Ut. Ter. Eun. 2. 1. 1. Facite ut jussi, deducantur isti. Ibid. 1. 2. 94. Potius quam te inimicum habeam, faciam ut jusseris. Cic. 2. Att. 1. Facito ut sciam.

Ut non. Cic. Att. Et si non potuisti ullo modo facere ut mihi illam epistolam non mitteres: tamen mallem non esse missam. i. e. Quia mitteres.

Ut vigilarem. i. e. Præcepit ut vigilem. Plaut. Amph. 1. 1. 142.
— Nunc propterea quod me meus herus
Fecit ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dormiam.

Ut difficilior esset fecisti. Plaut. Trin. 3. 2. 20.

Ut alias res solet facit. Plaut. Stich. 2. 4. 16.

Ut habeas facturus es. Ter. Adel. 4. 7. 32.
Ita me di ament, ut video tuam ego ineptiam,
Facturum credo ut habeas quicum cantites.

Ut lubet fac. Plaut. Amph. 1. 1. 240.
Ut lubet, quod tibi lubet, fac, quoniam pugnis plus vales.

Ut potero faciam. Cic. de Senect. 3. Faciam vero, Læli, præsertim si utrique vestrûm gratum, ut dicis, futurum est. L. Volumus sane, nisi molestum est Cato. C. Faciam ut potero, Læli.

Utiliter. Quæ consilioque manuque Utiliter feci. Ovid. 13. Met. 206.

Vulnera facere, quod & Vulnera inferre dicitur. Liv. 31. 34. Nam qui hastis sagittisque, & rara lanceis vulnera facta vidissent, &c. Ovid. 3. Met. 232.

Facere cum aliquo. Cic. 2. de Fin. 44. Et nescio quomodo, is qui auctoritatem minimam habet, maximam vim, populus cum illis facit.

Fac esse, non esse, &c. i. e. ut Vulgo loquuntur, Da vel Pone. Cic. 9. Fam. 16. Verum, fac esse omnia. Idem 2. Philipp. 24. Sed fac te dedisse mihi.

Fac pateant. Plaut. Aul. 3. 1. 2. Ter. Eun. 2. 3. 18. Fac sis nunc promissa appareant.

Fac si facis, Proverbiale apud Martial. lib. 1. 46. Sen. de Benef. 2. 5. Fac si quid facis.

Face pro Fac. Ovid. 2. de Pont. 2. 64.
Verba face, ut vita quam dedit ipse, fruar. Plaut. Pers. 1. 3. 66. Hoc si facturus, face.

Factum est jamdudum quum. Plaut. Asin. 5. 2. 40. Jube dare vinum, jamdudum factum est quum primum bibi.

Factum est biennium postquam abii domo. Plaut. Merc. prol. 12.
Biennium jam factum est postquam abii domo.

Dolo factum. Hor. 1. Serm. 6. 90.

O factum male. Catul. 3. 16.

Dare factum. Quintil. lib. 2. cap. 13. Flexus ille, &, ut sic dixerim, motus dat actum quendam & factum. De statuis ac picturis. [In emendatis codd. est, Quendam effictis. Al. Et fictis, quod præfero.

Notare factum, pro Pœna infamiæ notare, teste Bald. in l. Quid ergo. §. cum autem factum. D. de infamibus.

Velle factum alicui. Plaut. Bacch. 3. 3. 91. & Ter. Adel. 5. 7. 21. Ita, Nolle factum. 2. 1. 8.

Facile est factu. Lucret. lib. 4. 887.

Inutile factu. Hor. 1. Serm. 4. 124.

Quod optimum factu videbitur, facies. Cic. 7. Att. 22.

Locare faciendum. V. LOCUS.

Faciundum fuit: h. e. Factum oportuit. Ter. Eun. 1. 2. 17. Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci: sed ita res erat: faciundum fuit. Idem Adel. 5. 3. 54. Scilicet, ita tempus fert, faciundum est. Idem Hec. 4. 3. 3. Ubi Donatus; Dicendo faciundum, ostendit se Cogi necessitatibus.

Facior in passivo veteres dixisse patet partim ex partic. Factus, partim ex compositis Afficior, Efficior, &c. partim ex Nonio 10. 17. ubi Nigid. ποιῶται, reddit Facitur, & Titinn. ait, Consilium parvi facitur. conf. Goclen. Probl. Gramm. 2. 83.

FACIENS, Partic. [ποιῶν] ut, Vino ingenium faciente. Ovid. 7. Met. 433.

Venti facientes frigora. Ovid. 1. Met. 56.

Passus strepitum non faciens. Ovid. 3. Trist. 7. 36.

FACTUS, aliud Partic. [πεπραγμένος] de re absoluta. ut Facta & transacta omnia. Ter. Andr. 1. 5. 14. Factus ad ludum & jocum: h. e. Natus, quasi a natura factus. Cic. 1. Off. 103. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum & jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius.

Ad imitationem stultitiæ factus, pro Compositus. Liv. lib. 1. 56. de Bruto, Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se suaque prædæ esse regi sineret, &c. [ Forte tamen Fictus legendum.

Ad unguem factus homo, i. e. Perfectus. Hor. 1. Serm. 5. 33.

Agmine facto ruere. Virg. 1. Æn. 86.

Argentum factum, & signatum. Illud, dicitur Fabrefactum, ut numeretur in supellectile: Hoc, Percussum forma publica, vel In nummos formatum. Sen. 1. de Benef. cap. 12 Libentius donabo argentum factum, quam signatum: libentius statuas, quam vestem, & quod usus brevis deterat. conf. ARGENTUM.

Argentum bene factum. Cic. 4. Verr. 83.

Argentum optime factum. Cic. 6. Verr. 37.

Crepuscula modo facta terris. Ovid. 14. Epist. 21.

Funus egregie factum. Hor. 2. Serm. 5. 105.

Homo totus ex fraude & mendacio factus. Cic. pro Cluent. 72.

Honos factus aris. Virg. 5. Æn. 763.

Oratio facta. V. ORATIO.

Pax facta. Virg. 5. Æn. 587.

Pocula summo artificio facta. Cic. 7. Verr. 38.

Prodigium divinitus factum. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Scelus palam factum. Quintil. lib. 5. cap. 10.

FACTUM, i. n. [πρᾶχθὲν]

Acute, venuste, stulte, iracunde, timide dicta, ac facta. Quintil. lib. 6. cap. 3. Neque enim acute tantum, ac venuste, sed stulte, iracunde, timide dicta, ac facta ridentur.

Conscius facti, ut, Mens sibi conscia facti. Lucret. lib. 3. 1031.

Dux femina facti. Virg. 1. Æn. 368.

Fides certa facti est. Ovid. 6. Fast. 609.

Index facti. Ovid. 6. Met. 574.

Os mutum facti caret indice.

Præmia facti. Ovid. 2. de Pont. 3. 13.

Audacis facti conscius. Virg. 11. Æn. 812.

Bonum factum. V. BONUS.

Detestabile factum. Juven. 13. Sat. 126.

Dira facta. Ovid. 6. Met. 533.

Honestum factum. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Immitia facta. Ovid. 14. Met. 714.

Impia facta. Catul. 21. 10.

Lætabile factum cunctis. Ovid. 9. Met. 255.

Mirabile factum. Ovid. 4. Met. 746.

Modestum factum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Perexiguum factum. V. PEREXIGUUS.

Recens factum. Ovid. 1. Met. 164.

Trux factum. Sen. Thyest. 8. Hæret in vultu trucis imago facti.

Turpia facta. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Pariter facta atque infecta canebat. Virg. 4. Æn. 190. de Fama.

Cedere ad factum. V. CEDO.

Celare factum. Virg. 1. Æn. 355.

Convincere turpia alicujus facta. V. CONVINCO.

Comprobare factum. V. COMPROBO. Sen. Octav. 448.

Ut facta superi comprobent semper tua.

Contundere facta alicujus. V. CONTUNDO.

Damnandus in uno facto. Ovid. 7. Met. 402.

Detegere facta alicujus. Ovid. 2. Trist. 432. al. Furta.

Excusare factum. Ovid. 4. Fast. 597.

Miscere dictis facta. Sil. lib. 13.

Mutare factum, pro Sententiam mutare. Ter. And. 1. 1. 13. In memoria habeo. s 1. haud muto factum. V. MUTO.

Notare facta alicujus. Ovid. ad Liv. 351.

Notatus tantis sceleribus & factis. Cic. pro Domo 72.

Piget facti. Ovid. 12. Epist. 209.

Pœnitet facti. Ovid. 17. Epist. 32.

Probare verba & facta alicujus. Hor. 1. Epist. 17. 16. Ovid. 3. Met. 629. Impia turba probant factum.

Prodere facta alicujus. Ovid. 14. Met. 740.

Pudet facti. Sen. Med. 12.

Purgari factum alicujus aliquo teste. Ovid. 3. de Pont. 2. 24.

Reportare alicui facta, i. e. Renuntiare quæ acta fuerunt. Stat. 10. Theb. 443.

Reprehendere factum alicujus. Ovid. 20. Epist. 49.

Requirere facta alicujus. Ovid. 13. Met. 211.

Facta, Res gestæ. Virg. 1. Æn. 645. Fortia facta patrum.

Conspicuus factis. Stat. 3. Theb. 161.

Inclytus factis. Ovid. 12. Met. 173.

Illustria & gloriosa facta. V. ILLUSTRIS.

Non illaudata. Stat. 11. Theb. 11.

Ingenua facta. V. INGENUUS.

Insignia. Ovid. 3. Epist. 121.

Martia. Sil. lib. 13.

Memoranda. Stat. 11. Theb. 10.

Splendida. Hor. 2. Epist. 1. 237.

Veneranda veterum facta. Valer. 1. Argon. 12.

Antistant facta Herculis. Lucret. lib. 5. 22. h. e. Sunt majora.

Canere regum facta. Hor. 1. Serm. 10. 43.

Carpere facta alicujus. Ovid. 3. de Pont. 1. 64.

Celebrare domestica facta. Hor. in Arte Poet. 287.

Damnare facta alicujus decreto Senatus. Ovid. 2. Trist. 131.

Dicere facta alicujus. Virg. 4. Ecl. 54.

Extendere virtutem factis. Virg. 6. Æn. 806.

Illustrare humilius genus factis. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Linere facta splendida fœdo carmine. Hor. 2. Epist. 1. 237. i. e. Contaminare.

Peribunt mortalia facta. Hor. in Arte Poet. 68.

Revolvere facta alicujus. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 35.

Sequebatur livor ingentia facta. Claud. 2. Conf. Stil. 38.

Factum, idem jurisconsultis quod Casus, species, sine cujus recta notitia impossibile fuerit certam juris & actionis rationem colligere. Quippe quod in causa & facto jus esse positum Julianus respondit, & exemplo declarat in l. Si ex plagis. §. in clivo. D. ad l. Aquil. & Ulpian. in l. cum duobus, in princip. D. pro socio.

Factum vel simplex, vel multiplex est, veniuntque in ejus consideratione circumstantiæ rerum, personarum, temporis: unde non unam aut alteram ejus partem, sed totum expendere oportet, l. Bona fides. D. deposit.

Factum item dicitur apud Jurisconsultos, Quod est redditum. Pomponius, Faciendi verbo reddendi causa etiam continetur, & quod non factum comprehendit, l. 2. §. si in facto. & l. Ubi autem. §. Qui id quod in faciendo. D. de verb. obligat.

FACTIO, ōnis. f. [ποίησις] Ea res quæ fit a quopiam. Cic. in Topic. 50. Quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset.

Factio, [αἵρεσις, στάσις] Factio & factiosus, inquit Festus, initio honesta vocabula erant, unde adhuc Factiones histrionum & quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine Factionis Seditio & arma vocantur.

Factio dicitur malorum consensus & conspiratio. Nonius. [ Mallem Civium, qui sunt eodem in rep. sensu, pro partium defensione copulatio. Non enim omnis factio Malorum est necessario.

Galliæ totius factiones esse duas. Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Sallust. in Jugurth. 31. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Idem ibid. 41. Ceterum nobilitas factione magis pollebat. Tertull. Apolog. cap. 40. pr. Quum boni coeunt, quum pii, quum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia. At e contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirant.

Factionem comparare. Nep. 10. 6. 3. Idem 16. 1. 4. Factionis principes.

Nobilium factio. Liv. lib. 2. 27. Adeo in alteram causam non Collega solum præceps ierat, sed omnis factio nobilium. Vesana factio nobilissimorum juvenum. Apul. lib. 2. Asin. aur.

Optimatum factio. Suet. Jul. cap. 11. Nec obtinuit, adversante optimatum factione. Huic opponitur Factio popularis. V. Liv. passim.

Licitæ & illicitæ factiones. Tertull. Apol. cap. 38. pr. Proinde nec paulo levius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat, a qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri solet. Ibid. cap. 39. pr. Edam jam nunc ipse negotia Christianæ factionis, ut qui mala refutaverim, bona ostendam.

Factiones aurigariæ [τάγματα ἡνιόχων] fuerunt quatuor, totidem coloribus distinctæ, Prasina viridi, Veneta cæruleo, Albata candido, Russea vel Russata rubro. Suet. Calig. cap. 55. Prasinæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in stabulo assidue & maneret. Idem Vitell. cap. 14. Quosdam & de plebe ob id ipsum quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit. Meminit & Neron. cap. 22. Nomen habebant hæ factiones a tunicarum quibus induebantur equorum agitatores coloribus. Suet. Domit. cap. 7. Duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Cassiodorus Variar. 3. 51. Quatuor colores totidem factionum in Circensibus fuisse commemorat, propter quatuor anni tempora. Nam Prasinus, inquit, virenti Verno, Venetus, nubilæ Hiemi, Roseus, flammeæ Æstati, Albus, pruinoso Autumno dicatus est. [ Inde etiam spectatores in totidem Factiones divisi fuerunt, quibus singuli favebant, iisque proprie magis Factionis nomen, quam ipsis curforibus convenit, a Prasina Prasiniani, a Veneta Venetiani &c. appellati. ] Plin. lib. 9. Epist. 6. Circenses erant, quo genere spectaculi ne levissime quidem teneor. Nihil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectasse sufficiat. Quo magis miror tot millia virorum, tam pueriliter identidem cupere, currentes equos, insistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. Nunc favent panno: pannum amant. Et si in ipso cursu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, studium favorque transibit: & repente agitatores illos, equos illos quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica. Jul. Capitolin. in Vero Imperatore, cap. 4. Amavit & aurigas, Prasino favens. & cap. 6. Circensium tantam curam habuit, ut frequenter provincialibus litteras causa Circensium & miserit & acceperit. Denique etiam præsens & cum Marco sedens, multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos faveret. Venetianos appellat, Aurigas Venetæ factionis. [ Immo Spectatores, ut paulo supra dictum est, qui Venetæ factioni favebant. Non raro autem ab Acclamationibus ad convicia, a conviciis ad rixas & verbera, ac seditionem denique progressi fuerunt. V. Min. Fel. octav. 37. 12. ibique Interpp. & Cassiod. l. c.

Porro quatuor colores agitatorum totumque Circi apparatum elegantissime describit Sidonius Appollinaris in Narbonensis urbis laudibus. Carm. 23. a v. 310. ubi de iisdem V. Savaron. & auctores quamplurimos, in Lex. Pitisc.

Factio, pro Caterva. Suet. Neron. cap. 20. Quinque millia juvenum elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent. [ Non erant in Circo duntaxat factiones, verum etiam in Amphitheatro & Theatro Spectatores plerumque in factiones certas studiis inter se divisi erant. Quum illic alii alii armaturæ gladiatorum, hic alii alii mimo vel histrioni faverent. Hic vero Nero ex tribus plausuum generibus totidem factiones plausorum instituerat sibi.

Factio, Opulentia, & auctoritas alicujus in civitate. Plaut. Aul. 2. 1. 45. Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles nihil moror. conf. Idem Cist. 2. 1. 17. Idem Trin. 2. 4. 51.

Cum vostris nostra non est æqua factio,
Affinitatem vobis aliam quærite.

Factio interdum, Consensio quædam est, & amicitia. Cato, apud Sosipatr. lib. 2. Gram. Utrinde iram, utrinde factiones tibi pares. i. e. Iram & amicitiam tibi pares. Turnebus 3. 20. Advers.

FACTIONARIUS, Adj. Factionarii autem vocabantur Qui ex factione erant, puta vel Veneta, vel Russata, vel Albata, vel Prasina, de quibus supra. Id ex epigrammate quodam prisco apparet, ubi sic legitur, teste Turnebo, Adv. 11. 11. PRIMO ET SOLO FACTIONARIO. Gloss. Gr. Lat. ὁ τάγματος ἡγεμὼν, factionarius.

FACTIŌSUS, [στασιώδης, στασιαστής] pro Seditioso & inquieto. Nep. 6. 1. 3.

1. 3. Semper factiosus audaxque. Id. 17. 1. 5. Factiosus & potens. Sallust. in Catil. cap. 18. Erat eodem tempore Cn. Piso adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandum remp. inopia atque mali mores stimulabant.
Factiosus, Opulentus & dives. Plaut. Aulul. 2. 2. 50. Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem, factiosum: &c. Sallust. Jugurth. cap. 8.
Factiosi olim dicti Impigri aptique ad res gerendas, qui Græcis δραστήριοι. ut Plaut. Bacch. 3. 6. 13. Lingua factiosi, inertes opera. i. e. Qui multa se facturos promittunt. V. Taubm. ad loc. p. 570.
Factiosior. Aur. Vict. Schotti in Caracalla. Cum illa factiosior, aspectui adolescentis &c. de Julia Severi. [ubi Factiosam pro Ambitiosa dixisse videtur.
Factiosissimus. Plin. 4. Epist. 9.
FACTIOSE, Adv. Sidon. Epist. 4. 24. Sacerdotio fungi, quo recusantem factiose ligasset civicus amor. Tribuitur item Livio.
FACTUS, ûs. m. [ποίησις] Varro 1. de R. R. cap. 24. Hostum vocant, quod ex uno factu olei reficitur: Factum dicunt, quod, uno tempore conficiunt. Cato cap. 67. Factoribus det in singulos factus, olei sextarios, & in lucernam quod opus fiet.
Factum neutro genere, eodem sensu. Columel. lib. 12. cap. 50. extr. Cato ait, in tabulato corrugari olivam, minoremque fieri: propter quod quum facti unius mensuram rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam molere voluerit, &c. Ibid. fin. Semperque quum expresserint facta, statim ferventissima debent aqua bis aut ter elui. Est autem factus, seu factum, quantum olei una torculi expressione (vulgo dicunt Galli *d'un marc*) exprimitur.
Factus villæ, pro Structura ex ædificatione & opere. Varro 3. de R. R. cap. 1. Ego quoque quo exornatior villa esse posset fructu, quam factu, hæc ad te misi.
FACTOR, oris. m. [ποιητής, πράκτης, ῥέκτηρ] Quid aliquid facit. Cuparum doliorumque factores. Pallad. de R. R. 1. 6. V. Barth. Adverf. 39.
Pro Creatore apud Prudent. Hymn. 10. 129.
Factoris ab ore creatæ. Tertull. Adv. Marc. Tres mihi numera Deos Marcionis, Factorem, & Locum, & Materiam. Ita hac voce usus Lactantius 3. 9. Factorem rerum omnium contemplemur. conf. Idem 7. 6. pr.
Quem parentem omnium, quem factorem, altoremque viventium confessus es. Lact. de Justitia lib. 5. p. 267. Cicero diceret potius Conditorem H. St. locus est cap. 3. extr. Deerant hæc ex Tert. & Lact. petita in edit. Lugd.
Factor non significat Eum qui gerendis negotiis præest, sed Eum qui vel vinum vel oleum facit aut aliud simile. Cato cap. 13. Idem cap. 64. Leguli volunt uti olea caduca quamplurima sit, quo plus legatur: factores, ut in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius oleum efficiant. V. Scalig. Poet. 1. 1. extr.
Factores, pro Criminum auctores. Macer l. 7. D. de custod. & exhibit. Solent præsides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur.
Factores, verbo nondum recepto a Latinitatis professoribus, vocamus Eos qui rem alicujus privatam administrant. Hos veluti indecores a Perfectissimatus dignitate repellit lex, & simul tanquam immemores libertatis & generis notat, l. 1. C. de Perfect. dignit. lib. 12. Ex Alciat.
Factores etiam sunt in pilæ lusu, Qui faciebant, i. e. feriebant; Quique in factiones, i. e. partes, erant divisi. Plaut. Curc. 2. 3. 18. Et datores & factores omnes subdam sub solum. V. Turneb. Adverf. 7. 4. & 14. 22. Et Scalig. in Manil. p. 117.
FACTORIUM, i. n. [ἐλαιουργεῖον] R. R. auctoribus Locus ubi oleum exprimitur, Pallad. de R. R. 1. Idem Oct. 10. conf. Dict. præced.
FACTŪRA, æ. f. [ποίησις, σκευασία] est Ipsa compositio rei quam facimus. Plin. lib. 34. cap. 14. Aliubi vena bonitatem hanc præstat, ut in Noricis: aliubi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus. De bonitate ferri. Gloss. ποίησις, Factura.
Etiam Opus factum, creatura; apud Prudent. Apoth. de Anima v. 792. Factura Dei est. Idem 855.
FAXO, is, it. [πράξω] indicativi modi est, futuri temporis, pro Faciam: dicimus etiam, Faxim, is, it. plur. īmus, ītis, int, pro Faciam, as, at, &c. vel Fecerim, is, it. V. Voss. de Arte Gram. 2. 41.
Faxo. Plaut. Aul. 3. 6. 42. Ego faxo, & operam & vinum perdiderit simul. Idem Amphit. 2. 1. 85. Virg. 9. Æn. 154.
Haud sibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga
Esse putent. Ter. Eun. 2. 2. 53. Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. Idem And. 5. 2. 13.
Faxim. Plaut. Truc. 1. 1. 43. Faxim lenonum & scortorum, minus, & minus damnosorum hominum.
Faxim fit vilior, pro Eveniet ut fit vilior. Prisca quidem illa est, non injucunda tamen nec inamœna loquendi ratio. Plaut. Aul. 3. 5. 20. Ego faxim muli pretio qui superant equos, sint viliores Gallicis canteriis. Et in Perf. 1. 2. 21. Næ isti faxim nusquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Monuit Turnebus.
Faxis. Ter. Heaut. 1. 2. 13. Cave faxis, non est opus pater. Hor. 2. Serm. 6. 5.
— nihil amplius oro,
Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis. Sil. lib. 15.
Faxit. Cic. de Senect. 73. ex Ennio,
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit.
Faxitis. Liv. 6. Quod faxitis, deos velim fortunare. i. e. Ut faciatis, vel facere possitis. Idem 29. 27.
Faxint. Ter. Heaut. 1. 1. 109. Utinam ita di faxint.
Faxem pro fecissem. Plaut. Pseud. 1. 5. 84.
Facsit, pro Faxit semper est in Inscript. Antiq.
FACTO, āre. frequent. pro Facere. ut, Lucrum ingens facto. Plaut. Merc. 1. 1. 94. conf. Epid. 5. 1. 54. Truc. 3. 2. 22. & 5. 1. 23. in MSS. pro Facto, aliqui Plauto tribuunt Facturio, sed perperam. Usitatius est
FACTĪTO, [ποιῶμαι] āre. alterum frequentat. Sæpe facere. Ter. prol. Eun. 43.
Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt novi.
Accusationem factitare. Cic. de Clar. Orat. 130. V. ACCUSO.
Artem factitare. Cic. in Orat. 147. Pervagatissimus ille versus, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites, dissimulare non finit.
Carmina in aliquem factitare. Tacit. 14. Ann. 48. Antistius Sosianus factitatis in Neronem carminibus probrosis, exilio, ut dixi, multatus.
Coactiones argentarias Factitare, pro Coactorem publicum esse. Suet. Vespaf. cap. 1. V. Torrent. ad loc. & Coactio in COGO.
Delationes factitare, pro Accusationes exercere. Tacit. 2. Hist. 10. Qui temporibus Neronis delationes factitaverat.
Hæredem factitare. Cic. 2. Philipp. 41.
Medicinam factitare. Quintil. lib. 7. cap. 4. Pollio contra, servisse eum Pisauri, medicinam factitasse manumissum.
Versus factitare. Hor. Arte Poet. 470.
Nec satis apparet cur versus factitet.
FACTITATUS, a, um. Partic. Cic. 2. Off. 24. Hæc apud majores nostros factitata. conf. 12. Fam. 21.
FACTITATIO, ōnis. f. Corporum factitatio. Tertull. adv. Hermog. cap. 32.
FACTITATOR, ōris. m. Tertull. adv. Prax. cap. 18. Idolorum factitatores. & in Apol. cap. 21.
FACTITATRIX, apud Hieronym.
FACTITAMENTUM, i. n. Opus. Tertull. de Anima, cap. 18.
FACTITIUS, Adj. [σκευαστός, ποιητός] Ad alicujus similitudinem factus, vel artificis cujusdam opera factus. Plin. lib. 12. cap. 17. Ergo in utraque gente bina genera terrenum, & factitium. De ladano.
Color factitius. Plin. lib. 31. cap. 7.
Fabricæ factitiæ. Plaut. Mil. 2. 1. 69. Quem concubinæ miles custodem addidit, ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis, &c. al. Facetis.
Gemmæ factitiæ. Plin. 37. 7. Ita Sal factitium, & Vina factitia. ibid.
Verba factitia dicuntur, quæ & Fictitia; Quæ ad soni alicujus similitudinem efficta sunt, ut Crocire, Hinnire, Classis, Tintinnabulum, & similia. Perott.
FACTITIOSUS, a, um. Gloss. Gr. Lat. πολυμήχανος, dædalus, factitiosus.
FACESSO, facessi, facessītum fec. Priscian. Facessum vero sec. alios, quidam dicunt carere supino, V. infra. [διαπράττειν, ἀπεργάζομαι] facessĕre. Idem quod Facere & adimplere. Virg. 4. Georg. 548.
Haud mora, continuo matris præcepta facessit.
Dictum facessere. Plaut. Men. 2. 1. 24.
Dictum facessas elatum, & discaveas malo. pro Elatum al. Doctum. Dicta facessere. Non. 4. 196. q. V.
Jussa facessunt. Virg. 4. Æn. 295.
Negotium alicui facessere. Cic. 3. Fam. 10. Quum est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium facesserent. i. e. Accusarent, insectarentur, & ad pœnam vocarent.
Periculum alicui facessere. Cic. 1. Verr. 45. Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris? Tacit. 1. Ann. 74. Mox clarissimo cuique periculum facessit.
Præcepta facessunt. Virg. 9. Æn. 356.
Hujus passivum protulit Cic. pro Cluent. 158. Sed hoc polliceor omnibus, si cui forte hac lege negotium facessetur, qui lege non teneatur, si is uti me defensore voluerit, me ejus causam legis præsidio defensurum.
Facessere, [ἀπαλλάττεσθαι] Discedere. Ter. Phorm. 4. 3. 30. Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies. Ubi Donatus, Facessat, pro Hinc se faciat, id est, abeat. ut, Huc se faciat, Huc accedat, significat. conf. Apul. 5. Met. pr. Cic. Hortens. Facessant igitur qui docere nihil possunt quo melius, sapientiusque vivamus. Idem pro L. Flacc. 97. Quare siquis illuc me vocat, venio: populum Rom. disceptatorem non modo non recuso, sed etiam deposco: vis absit, ferrum ac lapides removeantur: operæ facessant, servitia sileant. Liv. 4. Ni facesserent propere urbe, finibusque, &c. Et lib. 1. 47. Facesse hinc Tarquinios. Lucret. lib. 6. 957.
Paulisper facessere. V. PAULISPER. & Nonium. u. f.
Ab omni societate Reipublicæ facessere. Cic. 1. de Legib. 39. Atque etiam ab omni societate Reipub. cujus partem nec norunt ullam nec unquam nosse voluerunt, paulisper facessant rogemus.
FACESSĪTUS, Partic. [διαπραχθείς] Cic. 6. Verr. 142. Sese antea quam audissent, ei negotium facessitum, &c. Penult. longa, ut Lacessitus.
FACĬLIS, e. [εὔκολος, ῥᾴδιος, πρόχειρος, εὔχειρος, εὐχερής, εὐμαρής, εὐχερής] cujus contrarium est Difficilis. Ter. Heaut. 5. 5. 15. Hæc dum incipias, gravia sunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia.
Volens facilisque sequetur. Virg. 6. Æn. 146.
Inanibus facilis. Tacit. 2. Ann. 27. i. e. Comes, benignus.
Aditus facilis. Tibul. lib. 2. 4. 19. V. ADITUS.
Aditus faciles & liberæ querimoniæ. Cic. pro Lege Manil. 41.
Adversarius facilis. Cic. 4. Acad. Pugnas omnino, sed cum adversario facili. h. e. Imbecilli.
Amicitiā facilis. Sallust. Jugurth. 95. extr.
Animi juvenum faciles, & mobilis ætas. Virg. 3. Georg. 165.
Mobilis ætas quod addit, videtur notare τὸ κοῦφον, quod Dio vocat etiam τὸ ῥᾴδιον lib. 51. pap. 308. de Ægyptiis, τὸ ῥᾴδιον τότε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν. Sic alibi εὐχερές. vide in Thes. H. St.
Appulsus faciles. Tacit. 2. Ann. 6.
Aquæ faciles. Martial. de Spect. 26.
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Bonum facile. V. BONUM.
Causa facilis & explicata. Cic. pro Planc. 5.
Cera facilis. Ovid. 15. Met. 169.
Utque novis facilis signatur cera figuris. al. Fragilis.
Cervix facilis, Quæ facile inclinatur, & facile fert onus. Martial. de Spect. 23.

Ille tulit geminos facili cervice juvencos. De Carpophoro confectore bestiarum noto. [ Perperam quidam interpp. τὸ Facili cervice ad verbum Tulit referunt, cum sit juvencorum generosorum epitheton, quos bestiarius ille ferro victor confecit.
Cibi faciles, i. e. Facile comparabiles, vel Paratu faciles. Sen. Hippol. 516. εὐπόριστοι.
Conceptus facillimus. Plin. lib. 7. cap. 16. Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur.
Copia facilis. Propert. lib. 1. 9. 15.
Cursum da facilem, atque audacibus annue cœptis. Virg. 1. Georg. 40.
Defensio facilis & prompta. Cic. 1. de Orat. 237.
Deliciæ faciles, vulgataque munera. Ovid. 13. Met. 831.
Descensus facilis Averni. Virg. 6. Æn. 126.
Deos faciles habere. Ovid. 5. Met. 559.
Di faciles in tua vota. Ovid. 16. Epist. 280.
Dies facilis atque impetrabilis. Plaut. Epid. 3. 2. 6.
Pro di immortales mihi hunc diem dedistis luculentum!
Ut facilem atque impetrabilem. i. e. In quo facile impetravi quod volui.
Distinctio facilis & expedita. Cic. 1. de Fin. 33.
Exitus facilis. Virg. 6. Æn. 894.
Fortuna facillima. Virg. 11. Æn. 716.
Fuga facilis. Virg. 4. Æn. 430.
Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes.
Haustus facilis aquarum. Lucret. lib. 2.
Jactura facilis. Virg. 2. Æn. 646.
— facilis jactura sepulcri est.
Iræ faciles. Lucan. lib. 1. 173.
Judicio faciliore & commodiore ad jus suum pervenire. Cic. pro Cæcin. 8.
Labor facilis. Virg. 1. Georg. 79.
Sed tamen alternis facilis labor.
Manu facili aliquid agere. Tibull. lib. 1. 1. 8.
Ipse feram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.
Maritus blandus facilisque. Sil. lib. 17.
Materia facilis ad exardescendum. Cic. 2. de Orat. 190.
Mens facilis, & apta capi. Ovid. 1. de Arte Am. 958.
Ministri faciles. Ovid. 2. Fast. 5.
Ipse ego vos habui faciles in amore ministros. Alloquitur elegos suos.
Mores facillimi. Cic. de Amicit. 30. Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem?
Oculi faciles. i. e. Agiles. Virg. 8. Æn. 310.
Miratur: facilesque oculos fert omnia circum
Æneas, capiturque locis. conf. Manil. 1. 68.
Partus facilis. Plin. lib. 7. cap. 6.
Parens placidus facilisque, veniæque paratus. Ovid. 2. de Pont. 2. 117.
Pater facilis, contrarium est Duro & inexorabili sive moroso. Ter. Heaut. 2. 1. 43.
Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre.
Pater facilis & liberalis, cui opponitur Difficilis, avarus & illepidus. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.
Pectus facile. Sen. Hippol. 447.
Populi ad juga faciles. i. e. Ad subjugandum. Lucan. lib. 2. 314.
Provincia facilis divisui, pro Ad dividendum. Liv. lib. 5. Dec. 5.
Ratione facili & celeri geruntur. Lucret. lib. 4. 144.
Risu facili mollescere. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 313.
Sævitia facilis. Hor. 2. Carm. 12. 26. Oxymoron.
Sanguis facilis. i. e. Vilis profundenti. Martial. lib. 1. 9.
Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam.
Somnus facilis. Hor. 2. Carm. 11. 8.
Suffragatio facilis, pro salute. Cic. pro Domo 45.
Terra facilis frugum. Claud. de Laud. Seren. 54.
Titulus facilis. Ovid. 10. Met. 602.
Quid facilem titulum superando quæris inertes? i. e. Gloriam quæ cuivis facile contingit.
Tramite facili vos sistam. Virg. 6. Æn. 676.
Venia deprecationis facilior. Quintil. in proœm. lib. 1.
Venus parabilis facilisque. Hor. 1. Serm. 2. 119.
Via facilis. Virg. 1. Georg. 266.
— pater ipse, colendi
Haud facilem esse viam voluit.
Via facilis & plana. Plaut. Trin. 3. 2. 19.
Tibi paterque, avosque facilem facit & planam viam.
Victum facilem fundit tellus. Virg. 2. Georg. 460.
Vitam facilem ducere. Sil. lib. 6.
Uterus facilis, Qui facile egerit quicquid continet. Plin. lib. 8. cap. 32.
Facile & pronum. Juven. 9. Sat. 43.
Minimum, facillimumque. Catull. 36. 4.
Facillimus & liberalissimus homo. Cic. 13. Fam. 7. Hominem facillimum, liberalissimumque cognosces.
Lenis & facilis homo. Cic. 5. Fam. 2.
Vir non facilis mirari nova. Claud. 4. Conf. Hon. 514.
Facilis impetrandæ veniæ Claudius, Fulvii durior sententia erat. Liv. 26. 15. pr.
Mollis in obsequium, facilisque rogantibus. Ovid. 2. Amor. 3. 5.
Dare se facilem. Ovid. 16. Epist. 195.
Da modo te facilem, nec dedignare maritum
Rure Therapnæo nata puella Phrygem. Idem 1. Fast. 17.
Habere populum facilem. Cic. 7. Fam. 1.
Habere aliquos faciles ad concedendum. Cic. 2. de Divin.
Præbere se facilem in hominibus audiendis admittendisque. Cic. 1. Q. frat. 1.
Facilis sæpissime jungitur supino posteriori, ut Facilis decussu. V. DECUTIO.
Facilius dictu nihil est. Ter. Phorm. 1. 5. 70. Sic, Cic. 1. Fam. 7. pr. difficile dictu est de singulis.
Facile factu. Ter. Heaut. 4. 3. 26.
Bonam, atque justam rem oppido imperas, & factu facilem.
Facile inventu. Cic. de Amicit. Quid (hæc ut omittam) quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates, ad quas non facile inventu qui descendat.
Facile tritu. Plin. lib. 12. cap. 13.
Facilis visu. Virg. 3. Æn. 621.
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.
Facile cum inf. act. ut,
Nunquam est ille miser, cui facile est mori. Sen. Herc. OEth. 111.
Facilis cum Inf. pass. ut Capi facilis. Lucan. lib. 2. 656.
Corrumpi facilis. Tacit. 4. Hist. 39. Ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta.
Legi facilis epistola. Gell. lib. 17. cap. 9. Incorruptam epistolam, & facilem legi præstabant.
Facilis ad. Cic. 1. Tusc. 13. Quod non modo facile ad credendum est, sed, &c. Sic Liv. 2. lib. 32. cap. 12. Verterat periculum in Romanos, temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum angustias progressos.
Vir facilis & expeditus ad dicendum. Cic. de Clar. Orat.
Ad intelligendum faciliora. Quintil. lib. 2. cap. 3. Quid si plerunque accidit, ut faciliora sint ad intelligendum, & lucidiora multo, quæ a doctissimo quoque dicuntur.
Facilis in. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nam contra plures reperias & faciles in excogitando & ad discendum promptos. Cic. de Clar. Orat. 85.
In suum cuique tribuendo faciles antiqui.
De facili, pro Facile, adv. Firmic. lib. 5. cap. 6. Tunc inimicos suos timeant, nam de facili quidem ab eis superabuntur.
Ex facili, adverbialiter positum pro Facile vel Faciliter, si dici posset. Columel. lib. 6. cap. 1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. Tacit. Agric. 15. 2. Nihil profici patientia, nisi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. Plura exempla suppeditat Cl. Wasse ad Sallust. Catil. cap. 27. a. V. EX præp.
In facili. Liv. 3. 8. extr. V. IN præp.

FACILE, Adv. [ ῥᾳδίως, εὐχερῶς ] Sine labore.
Agere facile, i. e. Vivere. Ter. Adel. 3. 4. 56.
Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quam vos facillime agitis, quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles, &c.
Carere quibus facile possis, Desiderabilibus opponuntur. Cic. in Top. 69.
Cedere facile alicui. Suet. Aug. 21. extr.
Cerneres facile. Ter. And. 1. 1. 108.
Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
Rejecit se in eum, flens quam familiariter.
Consequi facile aliquid. ut, Perverse dicere homines, perverse dicendo, facillime consequi. Cic. 1. de Orat. 150.
Credere facile. Plaut. Rud. 5. 3. 10. Istuc facile non credo tibi.
Dare consilium facile. Ter. And. 2. 1. 11.
Facile omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Defendere facile. Cic. 2. de Fin. Non est facile defendere.
Deterrere facile. Ter. prol. 2. Hec. 19.
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Effingi facillime, nullo negotio flecti ac detorqueri voluntas testium potest. Cic. pro Cœl. 22.
Emergere facile ex malis. Ter. And. 3. 3. 30.
Deinde facile ex illis sese emersurum malis.
Evadere facilius. Cic. 1. Tusc. 43.
Evenit eis facile & fortunate. Plaut. Epid. 2. 2. 59.
Facere facile. Plaut. Amph. prol. 139. Ter. Heaut. 3. 2. 36.
Facile equidem facere possum, si jubes.
Fit facile. Ter. Eun. 3. 1. 57. Jamdudum illi facile fit, quod doleat.
Indicabit facile ipsa natura vim suam, quum homines quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero judicarent. Cic. de Amicit. 19.
Involare facile in aliquem. Ter. Eun. 4. 3. 5.
— Qui nunc si detur mihi:
Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico?
Memini facile. Plaut. Capt. 2. 3. 33. Isthuc non præcipias, facile memoria memini.
Novi facile. Plaut. Curc. 5. 2. 57. Tam facile novi, quam me.
Obtingent facile. Plaut. Asin. 3. 3. 136. Animo sis bono, facile ex optata obtingent.
Pati facile dicentem de aliqua re errare. Cic. 1. Tusc. 81.
Passus sum facile me deludier. Ter. And. 1. 2. 32.
Ubivis facilius passus sim, quam in hac re me deludier. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Quare facile omnes patimur, esse quamplurimos accusatores, &c.
Perspicio facile quo intendat animus. Cic. 2. Verr. 10.
Pervenire facilius & proclivius ad laudem nobilitatis. Cic. Anteq. iret in exil. 13.
Quærere victum facile. Ter. Eun. 2. 2. 19.
Ille ubi miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem, &
Tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare, &c.
Reperitur facile. Plin. lib. 7. cap. 15.
Spectatur facillime. Plaut. Stich. 1. 2. 59.
Ubi facillime spectatur mulier, quæ ingenio est bono?
Tutor facile mores. Ter. Hec. 5. 1. 9.
Ne nomen mihi quæstus obstet apud te: nam mores facile tutor.
Vincere facile. Cic. de Amicit. 96. Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. V. quæ infra in Facile princeps H. St. adnotavit.
Vincere facile aliquem aliqua re. Cic. 3. de Orat. 40.
Vivere facile. Plaut. Curc. 5. 2. 6. Nugas garris. c. soleo. nam propter eas vivo facilius. conf. Epid. 2. 2. 59.
Usurum se facile Antonio ex voluntate. Sallust. Catil. 27. pr.
Facile, pro Libenter. Cic. 12. Att. 34. pr. Ego hic vel sine Sica facillime possem esse, ut in malis. Et lib. 13. 39. Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturæ: sed quia qui mecum sunt, &c. h. e. Libentius. Idem 2. Fam. 15. Quod autem in maritimis facillime sum, moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare. Et 2. de Orat. 346. Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quæ suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento ac præmio: quæ vero etiam cum labore & periculo ipsorum,

rum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissime possunt, & audiri facillime. Ter. Heaut. 5. 5. 16.
Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facile ames.
Facile, inquit Donatus, aliquando adverbium confirmantis est, i. e. Liquido & manifesto. Ter. And. 4. 3. 5.
Facile hic plus mali est, quam illic boni.
Facile princeps, & facile primus. Donat. Veteres dicebant Facile pro Certo. Cic. 6. Fam. 10. Illius civitatis facile princeps. h. e. Sine controversia. Idem pro Rabir. Posth. 23. Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem. Quintil. de Euripide lib. 10. cap. 1. Facile præcipuus. Plaut. Pers. 5. 2. 2.
Facile miserrimus hominum. Cic. pro Rosc. Amer. 77.
Facile optimus Imperator Cato. Cic. 3. de Orat. 40.
Sic Facile vincere pag. præced. Facile excellere Sadolet. Gabrieli Paleoto Bononiensi: Cognovi enim semper vestram familiam, cum ingenii & litterarum laudibus, tum probitate &c. facile excellere. Vide an ex Cicerone. H. St. Est pr. Ep. 14. lib. 16. Sadol.

FACILITER, Adv. ex quo est Difficiliter. Vitruv. 1. 1. extr. Itaque faciliter contra eas disciplinas disputare possunt. Idem 2. 1. Quintil. 1. 6. hanc adverbii formam non laudat, sed permittit. V. Burm. & Borrich. Vindic. p. 69. Antiqui Faculter dixerunt V. paulo infra.

FACILĬTAS, ātis. f. [εὐχέρεια, εὐκολία] Illius est (inquit Donatus) qui cito iram deponit, nempe Placabilitas. Ter. Heaut. 4 1. 35. Male docet te mea facilitas multa. Idem Eun. 5. 8. 18. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, &c. quæ tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem: an mei patris festivitatem & facilitatem? Cic. de Amicit. 66. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemque proclivior. Idem 4. Tusc. 28. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, Facilitas nominetur, in malis Proclivitas, ut significet lapsionem; in neutris habeat superius nomen. [Dubitare licet, an non Cic. Facultas scripserit, nisi forte Græcum vocabulum εὐπαθείας exprimere voluit.
Facilitas Imperii. Tacit. Agric. 3. 1. In emendatis codd. Felicitas.
Facilitas sermonis. Cic. 12. Att. 39. i. e. εὐπροσηγορία. Aliter apud Suet. Gram. 23. 2. pro Prompta & extemporanea eloquii facultate.
Abuti immoderate facilitate alicujus. Cic. 1. Fam. 1. V. ABUTOR.
Adjungenda est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. Cic. 1. Q. frat. 1.
Auget famam ingenii facilitate exordium tale. Quintil. lib. 4. cap. 1. Multum gratiæ exordio est, quod ab actione diversæ partis materiam trahit, hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi, atque e re natum, & facilitate famam ingenii auget, &c.
Contigit id magis facilitate, quam alia ulla culpa mea. Cic. 2. de Orat. 15.
Facilitas & altitudo animi. In liberis vero populis & in juris æquabilitate exercenda, est etiam Facilitas & Altitudo animi, quæ dicitur. Cic. 1. Off. 88. Sunt qui ante Exercenda distinguunt.
Parare facilitatem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Erit suum parandæ facilitatis tempus.
Qui dignitate, principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Cic. pro Lege Manil. 41. Facilitatem vocat Virtutem qua libenter multis gratificamur.
Facilitas versa in fastidium. Tacit. 11. Ann. 26. Jam Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat.
Sen. Epist. 11. corpori tribuit. ut, Naturali in hoc facilitate corporis pronos. [ubi planissime Facilitas est εὐπάθεια, de Rubore enim loquitur.
Pro Expedita facultate ponit Tacit. Germ. 26. 2. Facilitatem partiendi camporum spatia præstant. de agrorum divisione.
Conveniendi facilitas. Ulp. l. 2. ff. Qui Satisd. Cog.
Orationis facilitas. Justin. 9. 8. 10. Ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deesset ornatus. de Philippi Mac. eloquentia.

FACUL, & FACULTER, Antiqui dixere pro Facile, unde videntur dicta Facultas & Difficultas; sed postea, Facilitas morum facta est, Facultas rerum. Festus. Utrum sit magnum an parvum, facul an difficul. Varro. Haud facul (ut ait Pacuvius) femina invenietur bona. [adscripsit H. St. In ista civitate] Accius Meleagro, Erat virile isthuc, ferre advorsam fortunam facul. V. plura apud Non. 2. 331. & Perott.

FACULTAS, ātis. f. [εὐπορία, ἐξουσία, δύναμις] proprie Facultas agendarum rerum, ut docet Festus. Cic. 2. de Invent. 40. Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. Ter. And. 1. 4. 5. Dii date facultatem obsecro huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Cic. de Amicit. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Idem 1. Fam. 7. Quoties mihi certorum hominum facultas erit, quibus recte dem, (subaud. litteras) non prætermittam. Et pro Rosc. Amer. 92. Age nunc, ceteras facultates quoque consideremus. Budæus.
Manendi facultas nulla Miloni. Cic. pro Milon. 46.
Restandi nulla facultas. Lucret. lib. 1. 111.
Vindictæ nulla facultas. Ovid. 4. Trist. 9. 15.
Accidit facultas. V. ACCIDO.
Adimere facultatem aliquid faciendi. Cic. 7. Verr. 126. Nunc vero jam adempta est, non modo resistendi, verumetiam suppeditandi facultas. V. ADIMO.
Arripere libenter lædendi facultatem. Cic. pro Flacc. 19. V. ARRIPIO.
Dare facultatem: h. e. Auctoritatem & licentiam quam vocant. Cic. 1. de Fin. 72. Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem ante hoc tempus nunquam est data.
Dare facultatem omnibus sui irridendi. Cic. 2. de Divin. 39. Doleo, tantam te omnibus irridendi tui facultatem dare.
Eripere facultatem dicitur casus. Cic. 3. Fam. 5. Utriusque nostrum magni interest, prius ut te conveniam quam decedas: quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt.
Habere facultatem ut. Cic. 1. Fam. 7. Si res facultatem habitura videatur ut Alexandriam tenere possis, &c.
Habet alius nemo facultatem decipiendi nos. Cic. 11. Fam. 2.
Oblata facultas. Cic. 3. in Catil. 4. Facultatem mihi oblatam putavi, &c.
Prætermittere facultatem alicujus rei. Cic. 8. Att. 15.
Si facultas erit. Cic. 1. de Invent. 6. Quare illa nobis alio tempore, si facultas erit, explicabuntur.
Præsentis tui facultas optabilis. Cic. 10. Fam. 4. Neque si facultas optabilis mihi quidem tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem.
Facultas, est Vis quædam, quæ facit ut id facilius fieri possit, quod de unaquaque arte præcipitur. est enim Genus omnium artium: quia sic definiri potest, Dialectica est facultas differendi, &c.
Facultatem a Facilitate sic distinguit Plin. quod Illam vocat Gratiam eloquentiæ ac virtutem: Hanc, Promptitudinem duntaxat. Sic enim lib. 6. Epist. 29. inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis quam facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur.
Facultas & copia causæ. Cic. pro Rosc. Com. Sed ego copia & facultate causæ confisus, vide quo progrediar.
Prona facultas. Claud. ad Olybr. 3.
Oratoris facultas. Cic. 1. de Orat. 214. Crassus vero mihi noster visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis pæne describere.
Ingenii facultas, pro Arte seu Disciplina quæ ingenio tractatur. Cic. pro Arch. 2. Ac nequis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii. h. e. Quia Archias poeticam artem profiteatur, non autem oratoriam, ut ego. Unde & dicendi Facultas pro Arte ipsa oratoria. Ceteræ quoque artes interdum Facultates appellantur.
Tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ. Cic. 3. Att. 10.
Orationis facultas. Cic. 1. Off. 2.
Dicendi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Dicendi facultas & copia. Cic. 2. Verr.
Dicendi amplior facultas. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Dicendi eximia facultas. Quintil. in procem. lib. 1.
Dicendi maturior facultas. V. MATURUS.
Judicandi. Si facultatem vere atque honeste judicandi fide & diligentia mea fecero. Cic 4. Verr. 18.
Orandi facultas. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Persuadendi non docendi facultas. Quintil. lib. 2. cap. 15. Cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facultatem.
Adipisci facultatem. Cic. 2. Off. 19.
Concedere facultatem. Cic. pro Rabir. Posth. 18. Utinam mihi hanc facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare, &c.
Comparare facultatem. Cic. 1. de Orat. 30.
Contingere stilo facultatem. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Deest facultas. Cic. 2. de Orat. 49. Non deerit ipsi facultas ex ceteris rebus comparata.
Desperata facultas. Quintil. lib. 2. cap. 11. Eaque diu secum ipsi clareque meditati desperata connectendi facultate deferunt.
Distributa vis & facultas oratoris in quinque partes. Cic. 1. de Orat. 142.
Excellere in arte aliqua & facultate. Cic. 2. de Orat. 30.
Exercere dicendi facultatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Exigere in aliquo eximiam dicendi facultatem. Quintil. procem. lib. 8.
Expetere facultatem. Cic. pro Domo 146.
Habere facultatem in dicendo. Plin. Epist. 9. lib. 2.
Largiri copiam & facultatem dicendi alicui dicitur natura. Cic. pro Quint. 8. Q. Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est.
Offerre facultatem. Cic. 3. in Catil. 4.
Perfectus scientia, & omni facultate dicendi. Quintil. in procem. lib. 1. Inst. Orat. pag. 10.
Sum. ut, Utinam esset facultatis meæ. Cic. 1. de Legib. 58. Est hujus vero disputationis, Quinte, proprium, id quod expectas, atque utinam esset etiam facultatis meæ. h. e. Utinam & dicendi facultate illud assequi possem.
Suppeditare facultatem. Cic. 2. de Orat. 215.
Tradere scientiam declamandi ac facultatem. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Versatur oratorum facultas in his rebus. Cic. 1. de Orat. 90.
Ut tulit facultas, vel Quoad tulit, i. e. Quantum potui. Cic. 1. de Invent. 49. Ut facultas tulit fecimus.
Facultas, pro Copia. Vet. Gloss. Facultas, εὐπορία. Cic. pro Syll. 42. At quos viros? non solum summa virtute & fide, cujus generis in Senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi facillime quæ dicerentur, persequi posse. Budæus. Cæs. 1. Bell. Gall. 38. Namque omnium rerum quæ ad bellum usui erant, summa erat in oppido facultas. Ita Cic. 11. Fam. 20. Legionibus iis video facultatem fore ex agris Syllanis.
Nummorum facultas. Cic. pro Quint. 16.
Operæ facultas. Plaut. Truc. Sic Cic. 7. Verr. 126. Facultas suppeditandi.
Facultas a Cels. lib. 5. pr. accipitur pro eo quod vulgo *Virtutem* in medicina vocant, Omnia (inquit) medicamenta proprias facultates habent, ac sæpe simplicia opitulantur, sæpe mista. Budæus.
Facultas secreta certis in rebus inest. Lucret. lib. 1. 174.
Facultas, pro Facili potestate. l. Si quis posth. D. de lib. & posth. cum simil.
Facultates, in plur. tantum, sunt Divitiæ, opes. Cic. 11. Att. 7. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompejo, quum id videbamur sapienter facere, detulimus.
Facultates & copiæ. Cic. 4. Verr. 135.
Facultates rerum, copiæ, opes. Cic. 1. Off. 9.
Modicus facultatibus. V. MODUS.
Excutere facultates alicujus. Ulp. in l. 1. §. Si inter magistratus. D. de magistratibus conveniendis, Prius enim arbitror conveniendum eum qui hoc suscepit: deinde excussis facultatibus, tunc veniendum ad collegam.
Implere facultates equestris ordinis. Plin. 1. Epist. 19. V. IMPLEO.
Labi facultatibus. Ulp. in l. 1. §. Si magistratus ab initio. D. de Magistratibus conveniendis. Quod si satis exegit, & idoneum exegit quamvis postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fidejussores: nihil est quod ei, qui dedit, imputetur. V. LABOR.
Præparare aliis facultates patrimonii sui. Quintil. procem. lib. 6. extr. Nos miseri, sicut facultates patrimonii nostri, ita hoc opus aliis præparamus, aliis relinquemus.
Supersunt large illi facultates. V. LARGIOR.
Facultas, in sing. num. pro Divitiis. Paul. in l. Cum pluris. §. ult. D. de admin. tut. Non quas minimas poterit, sed pro facultate

cultate patrimonii. Nisi malis exponere, pro Copia patrimonii. conf. Justin. 38. 2. 7.

**FACULTATŬLA**, æ. f. dimin. Hieronym. Epist. 27. ad Eustoch. cap. 4. Pro facultatula sua.

**FACĬNUS**, ŏris. [ἀνδραγάθημα] Vet. Gloss. Facinus, δρᾶμα, δυσσέβημα, ἀτόπημα. aliquando Factum significat. Sallust. Catil. cap. 2. extr. Qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.

Facinus istud non est mihi conducibile: i. e. Non profuerit mihi, si istud egero. Plaut. Bacch. 1. 1. 18. Non ego isthuc facinus mihi mulier conducibile esse arbitror.

Basilica facinora. V. BASILICUS.

Clarum. ut, Ad omne clarum facinus audaces manus. Senec. Herc. fur. 4.

Egregia facinora ingenii, sicuti anima, immortalia sunt. Sallust. Jugurth. cap. 2.

Forte facinus. Ovid. 9. Met. 150.

Immortalia facinora. V. IMMORTALIS.

Lepidum facinus. V. LEPIDUS.

Luculentum facinus. V. LUCULENTUS.

Mirum facinus. V. post MIROR.

Nobile facinus. V. NOBILIS.

Facinus quos inquinat æquat. Lucan. lib. 5. 290.

Aggredi facinus. V. AGGREDIOR.

Appetere exempla facinorum. Sen. Theb. 2.

Credere facinus timido pectori. Plaut. Pseud. 2. 1. 3. V. CREDO.

Edita facinora habent. Liv. lib. 9. Dec. 4.

Efficere mirabilia facinora. Cic. 3. Philipp. 109.

Facere facinus, Latinum esse probat Burm. ad Quint. Decl. 2. 8. p. 46. Cic. 2. Fam. 8. Non edepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris. [Est autem ad imitationem Græcorum dictum. V. quæ in BELLIGERO adnotavi. conf. infra.

Incipere facinus. V. INCIPIO.

Invenire facinus. V. INVENIO.

Moliri facinus. Sil. lib. 11.

Obire aliquod facinus. Cic. 1. in Catil. 26.

Facinus, pro Scelere & flagitio. Ter. Adel. 3. 4. 113. Idem Heaut. 2. 1. 8. Is mihi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora! Liv. 39. 13. Nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermissum.

Crimen facinoris. Cic. pro Cœl. 56. Primum ad se revocarent maximi facinoris crimen. Idem pro P. Syll. 68. Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen, Judices, P. Sylla persona suscipit.

Formæ tot facinorum. Sen. Octav. 157.

Non rudis facinorum. Tacit. 12. Ann. 51.

Series facinorum. Sen. Octav. 143.

Atrox facinus. Sen. Troad. 4.

Audax facinus. V. AUDAX.

Capitale facinus. V. CAPUT.

Cruentum facinus. Sen. Hippol. 4.

Dignum morte facinus. Sen. Hippol. 12.

Fœdum ac ferum facinus. Liv. lib. 28. cap. 22.

Horrendum facinus. Sen. Theb. 2.

Horridum facinus. Sen. Hippol. 169.

Expelle facinus mente castifica horridum.

Ignotum, efferum, inusitatum facinus. Sen. Theb. 1.

Illiberale facinus. V. ILLIBERALIS.

Incognitum facinus, ac dirum nefas. Sen. Med. 12.

Indignum facinus. V. INDIGNUS.

Ingens facinus. V. INGENS.

Lene facinus. Hor. 1. Epist. 16. 56.

Mala facinora. Tacit. 12. Ann. 8. At Agrippina, ne tantum malis facinoribus notesceret. V. MALUS.

Mortale facinus pro Facinoribus mortalium. Ovid. 1. Fast. 249.

Nefarium facinus. V. NEFARIUS.

Nullum non facinus. V. NULLUS.

Obscænum facinus. Claud. 2. in Eutrop. 119.

Sceleris facinus. Cic. 7. Verr. 169.

Tetrum facinus. Sen. Thyest. 8.

Triste parat facinus. Ovid. 6. Met. 623.

Adducere ad facinus. V. ADDUCO.

Admittere facinus aliquod. Juven. 10. Sat. 255. V. ADMITTO.

Animadvertere facinus. V. ANIMADVERTO.

Audere facinus. Tacit. lib. 2. Hist. 85. In eo motu Aponius Saturninus Mœsiæ rector pessimum facinus audet.

Committere facinus. V. COMMITTO.

Consciscere in se facinus. V. CONSCISCO.

Facere facinus. Cic. 2. de Fin. 95. Si enim ita est, vide ne facinus facias, quum mori suadeas. V. Supra, ubi de Facinore in bonam partem.

Geminare facinus. Ovid. 10. Met. 471.

Habere facinus in oculis. Ovid. 2. Trist. 526.

Utque sedet vultu fassus Telamonius iram
Inque oculis facinus barbara mater habet.

Incœptare facinus. V. INCŒPTO.

Jurare in facinus. Ovid. 1. Met. 242.

Luere pœnas facinorum. Sen. Octav. 5.

Natum est facinus novum. V. NASCOR.

Oritur facinus. V. ORIOR.

Parare facinus aliquod. Ovid. 9. Met. 150.

Patrare facinus. V. PATRO.

Præ se ferre & confiteri scelus & facinus manibus cruentis. Cic. pro Milon. 47.

Repellere facinus. Ovid. 15. Met. 777.

Reposcere facinus. Stat. 5. Theb. 489. V. REPOSCO.

Suadere malum facinus. Tibul. lib. 2. 4. 25.

Suasit amor facinus. Ovid. 8. Met. 90.

Suscipere facinus. Cic. pro Cluent. 170.

**FACINORŌSUS**, a, um. [κακοῦργος] Facinoribus pollutus, Scelestus, flagitiosus. Cic. 4. Catil. 29. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum.

Culpa facinorosa. Val. Max. 2. 6. 3.

Vita facinorosa. Cic. 1. de Legib. 40.

Facinorosior redditus exilio. Justin. 16. 4. 6.

Facinorosissimus sicarius. Cic. pro Sext. cap. 38.

**FACINOROSE**, Adv. apud Augustin.

**FACULA**. V. FAX.

**FACUNDUS**, a, um, [εὐφραδὴς, λεκτικὸς, εὐεπὴς, ἐπήτης] Qui facile fantur Facundi dicti, inquit. Varr. lib. 5. de L. L. p. 54. ed. 3. Steph. Facundus, Disertus, a Fando: Qui ea quæ mente conceperit, ad audientes facile atque ornate profert. Ovid. 2. de Arte Am. 123.

Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Quintil. lib. 12. cap. 12. In omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis. Idem 12. 2. extr. In exemplum bene dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum. Prudent. 2. adv. Symmach. v. 19.

— Ausoniæ vir facundissime linguæ.

Dicta facunda. Ovid. 13. Met. 127.

Juvenis facundus. Lucan. ad Pison. 97.

Os facundum. Ovid. 5. Fast. 698.

Otia facunda. i. e. In quibus studetur facundiæ. Claud.

**FACUNDIA**, æ. f. [εὐφραδία, εὐέπεια, ἐπητὺς] Facultas differendi cum gratia. Gell. lib. 4. cap. 9. Plin. lib. 7. cap. 30. extr. Facundiæ Latiarumque litterarum parens Cicero.

Arma facundiæ. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Linguæ facundia. Ovid. 3. Trist. 5. 29.

Compta facundia. Tacit. 6. Ann. 15.

Digna principe facundia. Ovid. 2. de Pont. 5. 55.

Mortifera facundia. Juven. 10. Sat. 10. torrens dicendi copia multis,
Et sua mortifera est facundia.

Multiplex & multiformis facundia Virgilii. Macrob. 5. Saturn. cap. 1.

Præceps facundia. Hor. in Arte Poet. 217.

Alere facundiam. Quintil. in procem. lib. 1. extr.

Juvit mandatam facundia causam. Ovid. 7. Met. 505.

**FACUNDĬTAS**, atis. f. Idem. Plaut. Truc. 2. 6. 13.

Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.

Pontanus de Sermo lib. 3. capite primo. Virtutem eam Facundiam, quam Plautus, quo Romanam locupletaret linguam, etiam Facunditatem appellavit, a faciunda videlicet oratione. H. St. Non erat hæc vox in ed. Lugd.

**FACUNDE**, Adv. [φραδέως] Diserte. Liv. 28. 18. Sed hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliarit. conf. Gell. 13. 8. & Val. Max. 3. 3. extr. in Superl.

**FACUNDIŌSUS**, Adj. [εὐεπωδὴς] Sempronius Asellio usurpavit, teste Gell. lib. 4. cap. 9. quum sic ait; XIII rerum gestarum, Facta sua spectari oportere: non dicta, si minus facundiosa essent. Antiquum.

**FACUNDO**, āre. Facundum facere. Sidon. & Apul.

## F A D

**FADIUS**, Nomen gentile Ro. Fadius quidam Pompejanus miles, quem Balbus Quæstor in ludo defossum gladiatorio, vivum combussit, cujus meminit Asinius Pollio apud Cic. 10. Fam. 32. Al. Fabius. [Eadem varietas in Cic. codd. 2. de Fin. 55. aliisque locis. Sed & Fadiam gentem fuisse apparet ex diminutivo Fadilla, quod cognomen fuit Matris pariter ac Sororis Antonini Pii, teste Capitol. c. 1. ut & filiæ Marci Aurelii apud Vulcat. in Avid. c. 10.

## F Æ

**FÆSŬLÆ**, arum, & **FÆSULA**, æ. f. Etruriæ urbs, ad Apennini radices, Romanorum colonia, castris Catilinariis nobilitata. V. Sallust. cap. 27. & Cic. 2. Catil. 6. Sil. lib. 8. 478.

Fæsula & antiquus Romanis mœnibus horror.

**FÆX**, fæcis, per æ dipht. ut docet Appulejus, tam m. quam f. g. est, sed frequentius f. [τρὺξ, ὑποστάθμη] Excrementum cujuscunque liquoris in fundo residens, frequentius tamen Vini. Hor. 1. Carm. 35. 26.

— diffugiunt, cadis
Cum fæce siccatis amici.

Dies sine fæce. V. DIES.

Fæcium inunctio pro Persona in scena olim fuit usitata. Scholiast. Aristoph. Nub. ait, Poetas ne noti essent, fæcibus unctos, poemata per vicos cantitasse plaustris insidentes. Sidon. Carm. 9. 232.

Pictum fæcibus Æschylon secutus. V. Horat. Art. Poet. 277. Mariscott. de Perf. & Larv. cap. 7. vel Lex. Pitisc.

Fæx civitatis: Homines viles & abjecti, vitam agentes sordidam. Cic. pro Flacc. 18. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid est negotii concitare? Idem 2. Q. frat. 6. Nam apud illam perditissimam atque infimam fæcem populi propter Milonem suboffendit.

De fæce haurire, pro eo quod est, Sordida quæpiam ac plebeja, nimisque humilia persequi. Cic. in Brut. 244. Tum Atticus, Tu quidem de fæce, inquit, hauris, idque jamdudum, sed tacebam: hoc vero non putabam, te usque ad Stajenos & Antronios esse venturum. Dictum ab Attico in Ciceronem qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibusdam obscuris, ac nullius pæne nominis.

Pannosam fæcem morientis sorbet aceti. Pers. 4. Sat. 32.

Liquida fæx. Ovid. 8. Met. 665.

Conditaque in liquida corna autumnalia fæce. Videtur de Fæce condimento intelligendum, quo de p. p.

Fæx Romuli, pro Plebe Romuli, h. e. Populo Romano, quem ideo fæcem vocat Cic. 2. Att. 1. quod collectus esset ex confusa & turbulenta multitudine. Loquitur autem illic de Catone, quem reprehendit quod ita se gereret quasi esset in Repub. Platonis, & non in fæce, h. e. fæculenta plebe Romuli.

Sordes & fæx urbis. Cic. 1. Att. 13.

Fæx, Condimenti sive Liquaminis genus. Hor. 2. Serm. 4. 73.

— ego fæcem primus, & alec,
Primus & inveni piper album cum sale nigro
Incretum puris circumposuisse catillis.

Scribitur & sine Diphthongo Fex, quod improbat Manut.

FÆCŬLA, æ. f. dimin. Lucret. lib. 2. 430.
Fæcula jam quo de genere est. Quo in loco sumitur pro Condimento seu liquamine subacido subamaroque. conf. Hor. 2. Serm. 8. 9.

FÆCULENTUS, Adj. [τρυγώδης] Quod est fæcis plenum. ut Fæculenta aqua. Plin. lib. 31. cap. 3. Vinum. Columel. 2. 2. Pus. Celf. 5. 26. Tabes. Macrob. 7. Saturn. 12.
Superl. apud Augustin. de Relig. vera cap. 40.

FÆCULENTE, Adv. apud Celf. [ubi?

FÆCULENTIA, æ. f. Fulgent. in Contin. Virg. p. 156. V. ibi Munker. not. Sidon. 3. Epist. 13. Fæculentia par cloacali. conf. Claud. Mamert. 1. 7.

FÆCĀRIUS, a, um. Cato de R. R. cap. 11. Sportæ fæcariæ.

FÆCATUS, a, um. [τρυγωτὸς] ut, Fæcatum vinum. Cato de R. R. cap. 154. Quod e fæcibus expressum est, h. e. quod inter vina operaria numeratur, quum sit aquatum.

FÆCĬNIUS, a, um. Idem. ut, Faciniæ uvæ, [τρύγιμοι σταφυλαὶ] Quæ plus quam ceteræ fæcis afferunt. Alio nomine, a Colore Rubellanæ vocantur. Columel. lib. 3. cap. 2.

FÆCĬNUS, a, um. Idem. ut, Fæcinum vinum. Columel. 12. 48.

FÆCŌSUS, a, um. Idem. Martial. 13. Ep. 102. 2.

FÆCUTĪNUS, Adj. [τρύγινος] Gell. lib. 13. cap. 10. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere. Alii legunt Fœtutinas.

## F A G

FĀGUS, i. f. [φηγὸς] Arbor glandifera: ἀπὸ τοῦ φάγειν, quod est comedere. Virg. 1. Ecl. 1.
Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi. V. Taubm. ad Virg. Ecl. p. 6. Galli vocant *Fau*, Fructum autem *Faine*. Cæf. 5. Bell. Gall. 12. Plin. lib. 22. cap. 23.
Alta fagus. Virg. 1. Georg. 173.
Ardua fagus. Stat. 6. Theb. 98.
Densæ fagi. Virg. 2. Ecl. 3.
Patula fagus. Virg. 1. Ecl. 1.
Rudibus fagis texuntur tigna. Claud. in Sex. Conf. Stil. 324.
Veteris jam fracta cacumina fagi. Virg. 9. Ecl. 9.
Viridis fagus. Virg. 5. Ecl. 13.

FAGĬNEUS, Adj. [φήγινος] Quod ex fago factum est. Ovid. 8. Met. 653.
— erat alveus illic Fagineus, &c. Columel. lib. 12. cap. 45.
Fagineæ arculæ. Ovid. 4. Fast. 656.
Bis sua faginea tempora fronde premit.

FAGĬNUS, a, um. [φήγινος] Idem. Virg. 3. Georg. 172.
Post valido nitens sub pondere faginus axis. Plin. lib. 16. cap. 38.
Pocula fagina. Virg. 3. Ecl. 37.
Scyphus faginus. Tibull. lib. 1. 10. 8.

FAGEUS, [φήγεος] Idem. Plin. lib. 16. cap. 5. Alia fageæ glandi figura, alia quernæ, alia ilignæ. Idem lib. 16. cap. 6. Glans fagea suem hilarem facit, carnem coquibilem ac levem, & utilem stomacho.

FAGIFULANI, Populi, in quarta regione Italiæ a Plinio collocati, lib. 3. cap. 12.

FAGUTAL, [Φαγούταλ] fuit Romæ Sacellum Jovis, in quo erat fagus arbor, quæ Jovi sacra habebatur. Fest. conf. Plin. lib. 16. cap. 10. & Varr. 4. de L. L. 32.

FAGŪTĀLIS, e. ut, Fagutalis Jupiter. ibid. conf. Lex. Pitisc.

## F A I

FAIDA, Vox origine Teutonica, (*Vehde*) in jure Longobardorum modo pro Injuria, ut l. Si caballus. tit. de Pauper. modo pro Hostilitate, ut l. in omnibus tit. de plag. liber. homi. usurpatur. Observatur item ex constitutione Caroli magni ad legem Salicam adjectis capitulis quatuor, appellari Faidosum, Qui hostis est publicus.

## F A L

FALACER, Unus fuit ex quindecim Flaminibus, quos post aliquas tempestates, aucta civitate, quum augeri quoque sacerdotia oporteret, Romani constituerunt. Hoc autem cognomen Flamen hic sortitus est, a Falacre pomorum deo, cui sacra faciebat. Alex. ab Alex. lib. 6. Turnebus autem credit divum Falacrem, deum fuisse, qui loco cuidam, qui Falacer, aut Falacrinus vocabatur, præerat: sunt enim cognomines & gentiles locorum dii, ut Clitumnus & fontis, & dei nomen erat. Falacrinus autem locus recensetur ab Antonino in Itinerario Italiæ, non procul Roma. [An Falacrinum?] Quispiam fortasse etiam existimet a Phalis circi nomen habuisse, sed alterum credibilius videtur. V. Varr. 4. de L. L. 15. & 6. 3.

FALACRIUM, [Φαλάκριον] Promontorium Siciliæ, teste Ptolemæo: hodie *Melazo*.

FALÆ, inquit Festus, ab altitudine dictæ, a Falando, quod apud Etruscos significat Cælum. Nonius 2. 351. Falæ turres sunt ligneæ. Enn. lib. 15.
Malos defendunt, fiunt tabulata, falæque. Hæ sunt & Circo, quæ apud veteres propter Spectatores e lignis erigebantur. Hæc ille. conf. Ferrar. Elect. 2. 15. Lipf. 1. Elect. 2. & in Poliorc. 5. 5. Stewech. ad Veget. 4. 18. Plaut. Most. 2. 1. 10. Subeunt sub falas. Scribitur etiam Phalæ. ut Juvenal. 6. Sat. 589.
Consulit ante Phalas, Delphinorumque columnas. [Ubi de Ovis ligneis a M. Agrippa ad Circensia curricula distinguenda inventis exponunt. Quam vere, ipsi viderint. Nec certiora tamen alii afferunt. V. Pitisc. Lex. Malim simpliciter dicere, Non liquet.

FALARĪCA, æ. f. [χειρόβαλλιστρα Gloss. vet.] inquit Festus, est Genus teli missile: quo utuntur ex falis, id est ex locis extructis, dimicantes. Virg. 9. Æn. 706.
Sed magnum stridens contorta falarica venit. ubi Serv. V. Ennius. Quæ valido venit contorta falarica missu. Dictum hoc genus teli, (ut Auctor est & Nonius 18. 20.) a Falis, i. e. turribus ligneis. Liv. 21. 8. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. V. Gell. 10. 25. Lucan. 6. 189. Sil. 1. 351. &c. item Stewech. ad Veget. u. s. & Casaub. ad Æn. Tactic. cap. 34. Scribunt etiam Phalarica.

FALARIENSES, [Φαλαρεῖοι] Populi, quos in quinta regione Italiæ collocat Plin. lib. 3. cap. 13.

FALCARIUS, FALCATUS, FALCULA. V. FALX.

FALCIDIUS, Nom. Gent. Romanæ non ignobilis, ex qua memoratur. C. Falcidius anno proximo post Tribunatum plebis legatus. Cic. pro Lege Manil. 58. Hujus filium fuisse Falcidiæ legis latorem existimat Ursinus.

FALCIDIUS, a, um, Adj. ut
Falcidia lex, Quæ amputat legata, quando saltem quarta pars bonorum non superfit hæredibus: a P. Falcidio Tribuno plebis a. u. c. 712. lata. V. tit. 22. instit. lib. 2. conf. Lex. Pitisc. in voce Lex.

FALCO, ōnis. m. [Φάλκων Suid.] Avis est ex accipitrum genere, ita dicta (ut Festus innuit) quod ungues more falcis habeat introrsum flexos. Avis hujus volatus a veteribus in auguriis maxime observabatur. Felicissimum siquidem omen ad res agendas putabant si falco a sinistra volasset, unde & a Græcis ἱέραξ, quasi Sacra avis vocatur. Campani Capyn olim vocabant, a qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen esse impositum, quod ex volatu falconis, de ea ædificanda sumptum fuerit augurium. V. supra in CAPUA. Sunt autem Falcones omnes (ut hodie a Principum aucupibus observatum est) feminæ. Mares vero sunt; quos vulgus hodie vocat *Moscardinos*. [Isidorus 12. 7. Hispanicam vocem agnoscit. Est potius Teutonica *Falk*, a Suevis forsan in Hispaniam illata. Apud Fest. vero in Falco & Capua, non avis, sed hominis cognomen est a curvis pedum digitis arcessitum. V. & Serv. ad 10. Æn. 145. & Suid.
Falco, Mathematicis, est Sidus cæleste, quod aliis est Lyra vel Vultur cadens.

FALCUNCŬLUS, i. m. dimin. Plinio tribuitur, sed non occurrit in Ind. Harduin.

FALERE, is. n. Varro de R. R. 3. cap. 5. Subter columnarum stylobatem est lapis a falere pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque, ut in culcitras & columnellas convivæ pedibus circumire possint. Infimo intra falere est stagnum cum margine pedali, & insula in medio parva. Circum falere & natatilia sunt excavata anatum stabula. Verbum architecturæ incognitum. V. Scaliger. ad Varr. loc. cit.

FALERII, orum. [Φαλέριον Steph.] Oppidum fuit Faliscorum in Tusciæ mediterraneis. Ptol. lib. 3. cap. 1. Festus, Faleri oppidum a fale dictum. V. FALISCI.

FALERINA tribus. V. TRIBUS.

FALERNUS, a, um. ut, Falernus ager, [Φαλέρνος, Φαλερῖνος] a ponte Campano incipit læva petentibus urbanam coloniam Syllanam, antea Capuæ contributam. Illic enim vitiferi colles incipiunt, & temulentia succo nobilis per omnes terras inclyto, atque ut veteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen. Plin. lib. 3. cap. 5. Idem 14. 6. Summis collibus Gauranum gigni, (vinum) mediis Faustianum, imis Falernum. & paulo supra eum loc. Falerno inter generosa vina Italiæ secundam nobilitatem tribuit. Tibul. lib. 1. 10. 34.
— Bacchi cura Falernus ager. conf. Macrob. 3. Saturn. 16. Varr. de R. R. 1. 65.
Cellæ Falernæ. Virg. 2. Georg. 96.
Vina Falerna. Hor. 2. Serm. 4. 55.
Vites Falernæ. Hor. 1. Carm. 20. 10.
Uvæ Falernæ. Hor. 2. Carm. 6. 19.

FALERNUM, i. n. pro Vino quod in Falerno monte crescebat. Martial. lib. 3. 108.
Attica nectareum turbatis mella Falernum. Idem lib. 1. 19.
— scelus est jugulare Falernum.
Tibul. m. g. protulit, lib. 2. 1. 27.
Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio solvite vincla cado. [Immo subauditur Cados, & est Adj. V. Brœkhuf.
Acre Falernum. Juven. 13. Sat. 216.
Ardens Falernum. Hor. 2. Carm. 11. 19.
Forte Falernum. Hor. 2. Serm. 4. 24.
Indomitum Falernum. Perf. 3. Sat. 3.
Liquidum Falernum. Hor. 1. Epist. 14. 34.
Severum Falernum. Hor. 1. Carm. 27. 10.
Vetus Falernum. Hor. 2. Serm. 3. 115.
Vetulum Falernum. Catull. 25. 1.
Originem fabulosam hujus vini atque nominis adfert Sil. 7. 166. sq.

FALISCA, Colonia intus Tiberim, Argis orta, ut auctor est Cato, quæ cognominatur Hetruscorum. V. Plin. lib. 3. cap. 5.

FALISCI, [Φαλίσκοι] vulgo *Monte Fiascone*, Populi sunt Hetruriæ, quos Virgilius Æquos appellavit, quia Populus Romanus missis Decem viris inde multa jura collegit: & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Athenienfibus decem habuerunt tabulas. Servius ad Virg. 7. Æn. 695.
Hi Fescenninas acies, æquosque Faliscos. Falisci habuerunt urbem Falerios, quam Camillus dux obsedit. Liv. 5. 26. & 27. V. Keuchen. ad Frontin. p. 93. Et Spanh. de usu & præst. Num. diss. 2. p. 107.

FALISCUS, Adj. [Φαλίσκος] ut, Faliscus venter, quod eum farcire a Faliscis didicere, inquit Varr. de L. L. Martial. lib. 4. 46.
Et Lucanica ventre cum Falisco. Papin. lib. 4. Silv. 9. 35.
Non Lucanica, non graves Falisci. V. Bacc. de Vin. & Conviv. 4. p. 162. Nonn. de Re Cib. 2. 14. & Voff. Lex. Etymol.
Faliscæ præsepes item a Catone cap. 4. & 14. dictæ, Quæ in Falisco agro, vel a Faliscis, aut falisco ligno optime fiebant. Turnebus Faliscas interpretatur, In quibus ponitur pabulum gramineum, & herbaceum, ut Fœnum, farrago, & reliqua: quod quidem præsepis genus *rastellatum* vulgo vocamus.

**F**ALLAM, pro Fallacia dixere veteres, ut annotavit Non. 2. 316. Nævii vel potius Novii, antiqui poetæ locum citans ex Decumis.
Me ne vocavit, ob eam rem hanc feci fallam.

**F**ALLACIA, FALLAX. V. FALLO.

**F**ALLIENATES, Populi in ſexta regione Italiæ, quos jam ætate ſua interiiſſe refert Plin. lib. 3. cap. 14.

**F**ALLUS. V. PHALLUS.

**F**ALLO, fefelli, falſum, [ψεύδω, παρακρούομαι, σοφίζομαι, δολιεύομαι] ĕre. a Fando deducitur, ut Varroni placet, propterea quod qui fallit fando quem decipit, ac contra quam dixit, faciat. Nam ſiquis re fallit, in hoc non proprio nomine Fallacia, ſed translatione. Hæc Varr. Ter. Heaut. 3. 1. 61. Falli te ſinas technis per ſervulum. Cic. pro Roſc. Amer. 112. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſolvere, & fallere eum qui læſus non eſſet, niſi crediſiſſet.
In aliquo fallere. Quintil. procem. lib. 4. Ne fefelliſſe in his videar principem.
Naturaliter fallere. Quintil. lib. 2. cap. 12. Sed ſunt in hac parte, quæ imperitos etiam naturaliter fallant.
Ab arte quadam fallere aliquem. Ovid. 2. Triſt. 462.
Multaque dat talis furti præcepta, docetque
Qua nuptæ poſſint fallere ab arte viros.
Amaritudinem ut fallerent dederunt abſinthium in fico ſicca pueris. Plin. lib. 27. cap. 7.
Alea hæc perraro fallit. Hor. 2. Serm. 5. 50.
Animi fallunt ſub vulpe latentes. Hor. de Arte Poet. 437. Lucret. lib. 5. 98.
Nec me animi fallit, quam res nova, &c. h. e. Non me latet, non ignoro: pro Animo. V. infra, Sermonis falli, ubi ſimilis conſtructio.
Credentem fallere. Ovid. 2. Epiſt. 63.
Curam fallere ſomno aut vino. Hor. 2. Serm. 7. 114.
Curas labor fallebat. Ovid. 3. Triſt. 2. 16. conf. idem 4. Pont. 10. 67. & 4. Triſt. 1. 14.
Cuſtodes fallere. Ovid. 4. Met. 85.
Deceptam fefellit, pro Decepit & fefellit. Virg. 4. Æn. 17.
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit. Serv.
Fefellit, Fruſtratus eſt, ut dicitur Fallit Spes. H. St.
Depoſitum fallere, pro Fraudare in depoſito. Ovid. 5. Met. 480.
— arvaque juſſit
Fallere depoſitum, vitiataque ſemina fecit.
Dextram alicujus fallere, i. e. Promiſſam fidem. Virg. 6. Æn. 613.
Divinatio fallit fortaſſe nonnunquam, ſed tamen ad veritatem ſæpiſſime dirigit. Cic. 1. de Divin. 25.
Dolis fallere. Ter. And. 3. 2. 13. Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Faciem alicujus fallere, i. e. Effingere vultum. Virg. 1. Æn. 688.
Tu faciem illius noctem non amplius unam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.
Fidem fallere, Pejerare. Cic. 1. Off. 39. Ad ſupplicium redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere.
Fraude omni & perfidia fallere. Cic. pro Roſc. Amer. 117.
Horas ſermonibus fallere. Ovid. 8. Met. 651.
Hoſtem fallere. i. e. Elabi hoſti. Quum abire inde & fallere abiens hoſtem vellet, &c. Liv. 31. 38. extr. Hor. 4. Carm. 4. 52.
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere & effugere triumphus.
Imperium fallere. Plin. lib. 7. cap. 37. Niſi fefelliſſet imperium militaris imprudentia. h. e. Niſi milites per imprudentiam contra feciſſent, quam ſibi erat imperatum a Marcello.
Judicium alicujus fallere. Hirt. Bell. Alex. 15. Nobis rem committe, nos prælium ſuſtinebimus, neque tuum judicium fallemus, dum reliqui ſubſequantur.
Jura tori fallere, Adulterium committere. Ovid. 16. Epiſt. 284.
Jurata fefellit. Ovid. de Rem. Amor. 303.
Sic mihi juravit, ſic me jurata fefellit.
Liberos fallere parentibus. Plaut. Rud. 3. 4. 43.
Tune his fallis virginales liberos parentibus,
Subjectos habebis, atque indigno quæſtu conteres? i. e. Abducis liberos a parentibus, &c. Fortaſſe legendum, Falſis parentibus: tunc alia eſſet conſtructio. [Immo, ut in emendatis codd. Felles, (i. e. Felis) virginalis, vocandi caſu, ac dein Parentibus ſublectos. V. Turneb. 21. 12. & Lipſ. ad Perſæ 4. 9. ejusd.
Mandata alicujus fallere. Ovid. 9. Met. 696. i. e. Non facere quod dedit in mandatis.
Memoria falli. Plin. lib. 10. cap. 42. Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria falli. i. e. Oblivisci.
Mendacio fallere. V. MENDACIUM.
Mentem fallunt ſimulacra in ſomnis. Lucret. lib. 5. 63.
Moras arte fallere. Ovid. 19. Epiſt. 38.
Nec me adeo fallit. Virg. 4. Æn. 96. h. e. Non ignoro.
Nihil me fefellit. Ter. Heaut. 4. 3. 4. Idem And. 1. 2. 33. Irrides, nihil me fallis. Ubi Donatus; Non te ignoro, Non me decipis. Et rurſum. Nihil me fallis, figura eſt ἑλληνισμός. Fallis, Lates: ut ſit οὐδέν με λέληθας.
Non pol me multum fallit, quin quod ſuſpicor, ſit quod velit. i. e. Non multum erro, quin, &c. Ter. Hec. 5. 1. 32.
Niſi fallor. Virg. 5. Æn. 49.
Niſi me fallit animus. Ter. Heaut. 4. 1. 1. Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem, &c. Idem Phorm. 5. 1. 8. Cic. pro Roſc. Amer. 48.
Niſi me fallo. Cic. 12. Philipp. 21. Is enim ſum (niſi me fallo) qui, &c.
Niſi omnia me fallunt. Cic. 8. Att. 7.
Niſi quid me fallit. Cic. 5. Fam. 20. Te certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, niſi quid me fallit. Ter. Heaut. 3. 2. 3.
Novitate quadam aliquem fallere, i. e. Nova arte. Ovid. 2. Triſt. 505.
Numen fallere. Virg. 6. Æn. 324.
Stygiamque paludem,
Dî cujus jurare timent, & fallere numen.
Oculos littera fallit, i. e. Non poteſt videri ut legatur. Ovid. 3. de Arte Am. 627.
Omnia fallere aliquem, pro Fallere in omnibus. Sen. Epiſt. 96.
Opera fallere. Plaut. Pſeud. 1. 2. 9. At faciem quum aſpicias eorum, haud videntur mali, opera fallunt. i. e. Ipſorum operibus apparet eos eſſe deceptores.
Opinio fefellit. Cic. pro Cluent. 142. Confiteare neceſſe eſt te opinionem multum fefelliſſe, &c. Curt. 4. 5. 16.
Opinionem tuam fefellit ea res. Cic. 2. de Invent. 46. Cæſ. 3. Bell. Civil. 86. extr. Ne uſu manuque reliquorum opinionem fallerent.
Opinio de te multum me fefellit. Cic. pro Syll. 41.
Opinione falli. Cic. in Salluſt. 3. Longe vero fallitur opinione.
Promiſſum fallere, pro Non implere. Curt. 7. 10. 9.
Quem quæſo, noſtrûm fefellit, ita vos eſſe facturos? Cic. in Orat. 55.
Retia fallere, i. e. Captiones alicujus eludere. Ovid. 20. Epiſt. 45.
Sermonis falli, pro Sermonem non percipere. Plaut. Epid. 2. 2. 55.
Socium conſortem fallere. Hor. 3. Carm. 24. 60.
Spes fefellit, i. e. Decepit, & longe aliter quam ſperabamus evenit. Cic. 1. Fam. 3. Quæ ne ſpes eum fallat, vehementer te rogo. Et 4. Verr. Deinde ſi in hominibus eligendis nos ſpes amicitiæ fefellerit, ut vindicemus. Ovid. 17. Epiſt. 34.
Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Spem fallunt caſus. Cic. 1. de Orat. 2. Quam ſpem cogitationum & conſiliorum meorum, cum graves communium temporum, tum varii veſtri caſus fefellerunt.
Spem meam fefellit atque ſuperavit improborum vis. Cic. 4. in Catil. 23.
Superſtitione multa fallere. Cic. 2. de Divin. 83. Non neceſſe eſt fateri partim horum errore ſuſceptum eſſe, partim ſuperſtitione multa fallendo. [Sed emendati codd. diſtinguunt poſt Superſtitione.
Tempus fallere, & detinere curas. Ovid. 4. de Pont. 10. 67.
Veſtigium fallunt ſaxa. Curt. 4. 9. 18. Prærupta ſaxa veſtigium ſubinde fallentia.
Vetuſtatem non fallunt vites. Plin. lib. 14. cap. 2. Aliquando tamen cæli aut ſoli opera non fallunt vetuſtatem, ſicut Fecenia, &c. h. e. Sentiunt vetuſtatem, deteriores fiunt vetuſtate.
Viſum fallere. Plin. lib. 9. cap. 50. Piſces attritu ventrium coeunt tanta celeritate, ut viſum fallant. h. e. Ut viſu percipi non poſſit coïtus eorum.
Viſu falli. Stat. 4. Silv. 3. 117.
Umbra pietatis fallitur. Ovid. 9. Met. 459.
Vota nec fefellit eventus. Claud. Sex. Conſ. Hon. 87.
Volucres viſcata fallite virga. Ovid. 15. Met. 474.
Fallere, pro Latere. Tacit. 3. Hiſt. 73. Fallendi artes circumſpectabant. hoc eſt latendi, ne videlicet deprehenderentur. Nam Fallere, pro Latere ſæpe reperias apud hunc ſcriptorem, quæ eſt elegantiſſima verbi hujus ſignificatio. Idem lib. 13. Ann. 13. Quæ mutatio neque Neronem fefellit. Idem 2. Hiſt. 98. conf. Curt. 4. 2. 21. Paterc. 2. 53. 4. Hor. 1. Epiſt. 17. 10. & Ovid. ſupra in Cuſtodes. Add. Fallere hoſtem &c.
Falſus ſum, i. e. Decipior. Plaut. Men. 5. 2. 3. Ter. And. 4. 1. 23. Heu me miſerum qui tuum animum ex animo ſpectavi meo. P. falſus es. Plaut. Truc. 4. 3. 11. Mihi etiamnum quid ſit negoti, falſus incertusque ſum.
Falli igitur poſſumus. Cic. 1. de Fin.
Poſſum falli, ut humanus. i. e. homo. Cic. 13. Att. 21. V. Græv. ad loc.
Spes fallendi. Hor. 1. Epiſt. 17. 54.
Viæ mille fallendi. Tibul. lib. 4. 6. 12.

**F**ALLENS, [ψεύδων] cui opponitur Conſtans. Cic. 2. de Fin. 46. His initiis inducti, omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus, ut fraudem, &c.
Clivus fallens. Plin. Epiſt. 101. lib. 5.
Retia fallentia. Ovid. 2. de Arte Am. 198.
Veſtigium fallens. Plin. 2. Epiſt. 1.
Vitæ fallentis ſemita. Hor. 1. Epiſt. 19. 103. h. e. Vita ſolitaria.

**F**ALLENTER, Adv. Novatian. de Trin. cap. 26.

**F**ALSUS, a, um. [ψευδής] ut, Falſus amicis. Claud. de 4. Conſ. Hon. 277.
Omnibus verax, ſibi falſus uni. Sen. Med. 8.
Falſus ſodalibus, i. e. Qui fidem ſodalibus non ſervat. Catul. 28. 1.
Auditiones falſæ. Tacit. 4. Ann. 11.
Cauſa falſa. Ter. And. 1. 5. 22.
Obſtupui. cenſen' me verbum potuiſſe ullum proloqui? aut
Ullam cauſam, ſaltem ineptam, falſam, iniquam? obmutui.
Codex falſus. Cic. 3. Verr. 157. Quod falſum codicem protuleris.
Crimine falſo accuſare aliquem. Ovid. 13. Met. 308.
Cupidine falſo decipi. Hor. 1. Serm. 1. 61.
Gaudium falſum. Ter. And. 1. 2. 9.
Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio.
Gaudia falſa, Non ſincera. Virg. 6. Æn. 513.
Gratiam falſam inire. Ter. Heaut. 2. 3. 61.
Perge obſecro te, & cave ne falſam gratiam
Studeas inire.
Honor falſus, Qui indigno exhibetur. Hor. 1. Epiſt. 17. 39.
Imagine falſa celare culpam. Ovid. 2. Met. 37.
Lacrimula falſa. Ter. Eun. 1. 1. 22.
Hæc verba una, mehercle, falſa lacrimula,
Quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit, Reſtinguet.
Lingua falſa. Ovid. 2. Met. 83.
Litterarum falſarum & corruptarum pœna gravis. Cic. pro Flacc. 39.
Lites falſæ. Plaut. Rud. prol. 13. Noſcamus ut quemque adjuvet opulentia: qui falſas lites falſis teſtimoniis petunt, &c.
Odium falſum aſſimulat. Ovid. 7. Met. 298.
Opprobriis falſis morderi. Hor. 1. Epiſt. 16. 38.

Os falsum. Ovid. 10. Met. 291.
Si licet, & falsi positis ambagibus oris
Vera loqui sinitis.
Pavores falsi. Tacit. 2. Ann. 27. Falsos pavores induerat.
Proditio falsa. Virg. 2. Æn. 83.
Pudor falsus. Ovid. 2. de Arte Am. 556.
Querelis falsis incusare aliquem. Claud. de Sex. Conf. Hon. 419.
Scriptor falsus. Martial. lib. 3. 20.
An quæ Neroni falsus astruit scriptor.
Sol falsus, pro Fallace. Virg. 1. Georg. 463.
— solem quis dicere falsum
Audeat? Serv.
Solicitudo falsa. Ter. Heaut. 1. 2. 3.
Proin tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas.
Somnium falsum. Plaut. Milit. 2. 4. 28.
Mihi haud falsum eveniat somnium, quod noctu hac somniavi.
Spes falsa & fallax. Cic. 12. Philipp. 6.
Spem falsam ponere. Ovid. ad Liv. 37.
Spe falsa aliquem producere. Ter. And. 4. 1. 24.
Terror falsus. Lucret. lib. 3. 68.
Testamentum falsum, Quod testamentum non est, inquit Paul. Jurec. l. 221. D. de verbor. signif. Sic,
Tutor falsus, Qui tutor non est. Ulpian. in l. 1. D. Quod fals. tut. auctor gest. eff. dicet.
Verbis falsis perjuria addit. Ovid. 11. Met. 206.
Visis falsis & mendacibus mentes mortalium concitare. Cic. 2. de Divin. 127.
Voculæ falsæ, de fracta & contra naturam quasi elisa voce. Cic. 3. de Orat. 25.
Falsus animi dicitur is, Cui longe aliter cecidit, atque opinabatur. Ter. Eun. 2. 2. 43.
Falsum habere, i. e. Decipere. Sallust. Jugurth. cap. 10. pr. Nec ea res (me) falsum habuit.
Falsum esse, vel Fieri. Sallust. Catil. 1. 10. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Ubi usurpatur pro Ficto & simulato. conf. Tacit. 1. Ann. 7. 1. & 3. 3. 1.
De Compar. ita Festus, Falsius & Falsior cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine. Habet tamen Petron. cap. 132. Nihil est inepta persuasione falsius. & Augustin. Civ. Dei, 7. 5. Quanto est abjectior & falsior ista.
Superl. Columel. 1. 6. Idem falsissimum est.
FALSUM, i. n. [ψεῦδος] Ter. Eun. 1. 2. 23.
Quæ vera audivi, taceo, & contineo optime:
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.
Idem Heaut. 3. 1. 12.
Nisi falsum & imitatione simulatum nihil est in eo. Cic. 2. de Orat. 189.
Intelligens falsi. Tacit. 12. Ann. 26.
Veri falsique notitia. Lucret. lib. 4. 478.
Mentita, falsa & plena erroris. Cic. 2. de Nat. Deor. 65. Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita, & falsa, plenaque erroris sunt.
Acclinis falsis animus. Hor. 2. Serm. 2. 6. h. e. Proclivis & inclinatus ad falsas opiniones.
Aucta in falsum. Tacit. lib. 3. Ann. 56. Modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta retulit.
Addere falsa veris. Ovid. 9. Met. 138.
Admiscere veris falsa per artem. Sil. lib. 11. 129.
Convincere falsi. V. CONVINCO.
Convincere falsum refutatu ancipiti. Lucret. lib. 3. 524.
Distinguere falsum vero. Hor. 1. Epist. 10. 29.
Jacere tela in falsum. Tacit. lib. 4. Ann. 50. Telisque in falsum jactis.
Ingravescere falsis. Tacit. lib. 1. Ann. 42. Quum e contrario omnia læta fingeret, falsis ingravescebat.
Punire falsa, i. e. Ea quæ commissa non fuerant. Sen. Hippol. 12.
Remiscere veris falsa. Hor. de Arte Poet. 151.
Renidens falsum vultu. Tacit. 4. Ann. 60. Enimvero Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret.
Scripseram ad te falsum ante de iis. Cic. 7. Att. 14.
Verum, falsumve sit, vita non decreverit. Plin. lib. 8. cap. 16.
Falsum pro Iniquo & absurdo. Petron. cap. 71. Valde enim falsum est, vivo quidem domos cultas esse, non curari eas ubi diutius habitandum sit.
FALSO, Adv. [ψευδῶς] quod Vero contrarium est. Plaut. Bacch. 3. 3. 70. Non maneo, neque tu me habebis falso suspectum. Ter. Heaut. 2. 3. 27. Nam mihi nunc nihil rerum omnium est quod malim, quam me hoc falso suspicarier. conf. Cic. 3. Off. 18.
Falso, in respondendo. Ter. And. 3. 2. 25. Continuo dari tibi verba censes. s. falso. Ubi Donatus, Potest & ἠθικῶς Falso pronuntiari. Potest & Falso loqueris; ut Sallust. Jugurth. pr. Falso queritur de natura sua genus humanum.
Citavi numina Jovis falso, i. e. Perjuravi. Ovid. 5. Fast. 683.
Credita fama falso. Sen. Octav. 6.
Laudata falso femina. Ovid. 3. Amor. 12. 43.
Proditum memoriæ falso videbatur. Cic. pro Lege Manil. 41.
Promittere falso. Ovid. 20. Epist. 195.
FALSE, Adv. Idem. Plaut. Capt. 3. 4. 79. Ego te Philocrates false faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus. Antiquum. V. Augustin. Conf. 10. 13. pr. & Epist. 222. [Apud Plautum vocativus est.
FALSĬDĬCUS, Adj. [ψευδολόγος] Qui falsa loqui consuevit. Plaut. Capt. 3. 5. 13.
Qua me, meamque rem, quod in te uno fuit,
Tuis scelestis falsidicis fallaciis Dilaceravisti. conf. Idem Trin. 3. 3. 40. & Auson. Epigr. 118. 17.
FALSĬFĬCUS, aliud Adj. [ψευδοποιὸς] Qui facit fallacias. Plaut. Mil. 2. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsijurium.
FALSIFĬCO, āre. JCt.
FALSIFICĀTUS, a, um. Prudent. Hamart. 549.
FALSIFICATIO, ōnis. f. JCt.
FALSIFICATOR, ōris. m. JCt.
FALSIJŪRIUS, Adj. [ψευδόμνυων] Qui falsa jurat. Plaut. Mil. 2. 2. 36.

FALSĬLŎQUUS, Adj. [ψευδολόγος] Qui falsa loquitur. Plaut. Mil. 2. 2. 36. Idem Capt. 2. 2. 14. Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. Prudent. Apoth. 107.
FALSILOQUAX, ācis. Idem. apud Fortunat.
FALSILOQUIUM, i. n. Figmentum. Augustin. prol. in Lib. Retract.
FALSIMONIUM, i. n. [ἐξαπάτη] Plaut. Bacch. 3. 6. 12. Quos quum censeas esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis. [Potius a Falsimonia, æ. f. est.
FALSIPĂRENS, entis. c. [ψευδοπάτωρ] Is dicitur qui falsum habet parentem, i. e. Cujus pater is esse creditur, qui minime tamen est. Sic Catullus vocat Herculem, quem ex Jove & Alcmena natum, plurimi credebant Amphitryonis esse filium, quia is verus erat Alcmenæ maritus. Catul. 66. 112.
— falsiparens Amphitryoniades.
FALSITESTIS, is. Gloss. Gr. Lat. ψευδομάρτυς, Falsitestis.
FALSĬTAS, ātis. f. [ψεῦδος] cui opponitur Veritas. Cic. pro Cluent. 5. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falsitas habet: sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. conf. Arnob. lib. 1. p. 33.
FALLAX, ācis. Adj. [ἀπατηλὸς, σφαλερὸς] Qui fallit sæpe, seu decipit.
Alea fallax. Ovid. 4. de Pont. 2. 41.
Amica fallax. Ovid. 2. Amor. 9. 38.
Amicitiæ fallax. Tacit. 16. Ann. 32. Sic specie bonarum artium falsos, & amicitiæ fallaces.
Amor fallax. Sen. Hippol. 5.
Astrologi vani & fallaces. Cic. 1. de Divin. 37.
Aula fallax. Sen. Octav. 2.
Conjectura fallax. Plin. lib. 22. cap. 23. Quoniam in his naturam esse apparet, in illis conjecturam sæpius fallacem.
Convallis fallax. Plin. lib. 8. cap. 8. Convallis manu facta, & longo tractu fallax.
Fiducia fallax. Ovid. 16. Epist. 321.
Hamus fallax. Martial. lib. 4. 56.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus.
Hamo fallaci læsus piscis. Ovid. 2. de Pont. 7. 9.
Herbæ fallaces, Quæ parum aut nihil afferunt fructus. Cic. de Amicit. 70. Novitates autem si spem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ.
Herba fallax veneni. Virg. 4. Ecl. 24.
Homines fallaces. Catul. 28. 4.
Imitatio fallax. Cic. 4. Acad. 140.
Insidiæ fallaces. Valer. 5. Argon. 631.
Interpres fallax. Cic. ad Brut. 10.
Judicia fallacia. Cic. 3. Off. 6.
Loquenti fallax. Cic. 4. de Fin.
Merces fallaces & fucosæ. Cic. pro Rabir. Posth. 40.
Norma fallax. Lucret. lib. 4. 517.
Observatio fallax aut dubia. Plin. lib. 18. cap. 26.
Puella fallax. Tibul. lib. 3. 7. 19.
Sensu fallacissimo judicare. Cic. 2. de Divin. 91.
Sententia hominum fallax. Ovid. 5. Fast. 191.
Servus fallax. Ovid. 1. Amor. 15. 17.
Silva fallax, Quæ perplexas vias multas habet. Virg. 9. Æn. 392.
Simulacrum fallax. Sil. lib. 17. 536.
Spes fallax. Liv. 6. Nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe concitari.
Spes falsa & fallax. Cic. 12. Philipp. 6.
Spes heu fallaces, &c. Sil. lib. 7. 57. Cic. pro Milon. 94. O spes fallaces! o cogitationes inanes meæ!
Tenebræ fallaces. Valer. 3. Argon. 186.
Vates non fallax. Tibul. lib. 3. 4. 49.
Viæ fallaces. Ovid. 2. Amor. 11. 8.
Vita fallax. Sen. Hippol.
Vultu fallaci blandita fortuna. Sen. Octav. 7.
Undis fallacior. Ovid. 13. Met. 799.
Fallacissimus. Hirt. Bell. Alex. cap. 24. At regius animus, disciplinis fallacissimis eruditus &c.
Homo fallacissimus. Cic. pro Domo 23.
FALLACIA, æ. f. [στροφὴ, ῥᾳδιουργία, ῥᾳδιουργία] Techna, dolus malus. Ter. And. 4. 5. 39. Fallacia alia aliam trudit. h. e. Dolus dolo connectitur. Sumptum a consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium ne deprehendantur. Unde Consutis dolis dicit Plaut. Cic. 2. de Divin. 85. Tota res est inventa fallaciis aut, ad superstitionem, aut ad errorem.
Fraudes & fallaciæ. Cic. pro Cluent. 100.
Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 75.
Sine fuco & fallaciis homo. Cic. 1. Att. 1.
Astutior fallacia. V. ASTUTUS.
Componere fallacias. V. COMPONO.
Constat totus ex fraude, fallaciis, mendaciis. Cic. pro Rosc. Com. 20.
Excogitare fraudes & fallacias. Cic. pro Cluent. 100.
Intendere fallaciam in aliquem. Ter. Heaut. 3. 2. 2. V. INTENDO.
Invenire fallaciam. V. INVENIO.
Falla, pro Fallacia. V. supra FALLAM.
FALLACIES, ēi. Apul. Met. 5. Fallacie germanitatis inducta.
FALLĀCĬTER, Adv. [δολερῶς] Cic. 1. de Divin. 35. Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. Off. 68. Ratio ergo hoc postulat, nequid insidiose, nequid simulate, nequid fallaciter.
Imitando fallaciter naturam boni. Cic. in Partit. 90.
Fallacissime. Plin. 12. 16. Fallacissime adulteratur Indica myrrha.
Venditare se alicui fallacissime. Cic. de Arusp. Resp. 48.
FALLACIŌSUS, Adj. [δόλιος] Quod est plenum fallaciis. Gell. 14. 1. Veterum testimonia, quibus hujusmodi ambages fallaciosæ confutantur. Idem lib. 7. cap. 3. ex epistola Tironis Tullii. conf. Apul. Met. 8. p. 205.
FALLACILOQUENTIA, æ. f. Cic. 4. de Fin. 58. Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ (ut ait Accius) malitiæ natæ sunt. Sic enim legit Non. Marcell.

FALLIBILIS, e. Qui fallit, non Qui fallitur. Adducit ex Gloss. Vet. Salmas. in Solin. p. 615.

FALSO, [παραχαράσσω] āre. Modestin. in l. penult. D. ad legem Cornel. de falsis, Decretoque divi Adriani praeceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent. conf. Hieron. Epist. 65. 4. Tertull. adv. Marc. 5. cap. 3.

FALSATUS, a, um. Sulp. Sever. Dial. de Virt. Monach. Orient. Dial. 1. cap. 6.

FALSARIUS, i. m. [πλαστογράφος] Suet. Claud. cap. 15. Proclamante quodam, praecidendas falsario manus. Idem Neron. cap. 17. Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulae, nisi pertusae, ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur. Significat Falsum signatorem. Idem clarius in Tito cap. 3. conf. Lex. Pitisc.

FALX, falcis. f. [δρέπανον, ἅρπη, δρεπάνη] a Farre littera commutata, ut Varro existimat, 4. de L. L. 32. est Qua secantur frumenta, herbae, & similia. Virg. [ubi?

Falce nec agricolae duri resecanda. Plin. lib. 18. cap. 28. Falcium duo genera: Italicum brevius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia majoris compendii, quippe medias caedunt herbas, brevioresque praetereunt. Cic. 5. Tusc. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum.

Falces arborariae, foenariae, ruscariae, stramentariae, silvaticae, vineaticae. Cato cap. 10. & cap. 11. conf. etiam Lex. Pitisc.

Falx lumaria, Qua secamus lumeta, cum in agris serpunt spinae: quas quod a terra agricolae solvunt, i. e. luunt, Lumecta dicuntur. Varr. 4. de L. L. 31. Festus. Luma genus est herbae, vel potius spinae. V. Scal. in loc. & Turneb. Advers. 30. 23.

Frondatorum falx. Catull. 62. 41.

Ahenae falcis curvamen. Ovid. 7. Met. 227.

Acuta falx. Ovid. 9. Met. 383. V. ACUO.

Adunca falx. Ovid. 14. Met. 628.

Agrestis falx. Juven. 13. Sat. 39.

Ahena falx. Virg. 4. Æn. 543.

Curvae falces. V. CURVUS.

Mala falx, Noxia. Virg. 3. Ecl. 11.

Nigrae rubigine falces. Claud. 2. in prim. Conf. Stil. 194.

Procurva falx. Virg. 2. Georg. 365.

Rapaces falces. Lucret. lib. 3. 650.

Sirpiculae falces sunt, Quibus sirpabantur & alligabantur dolia veterum, quae fictilia erant, tum quum erant fracta. Turneb. Advers. 7. 23. Meminit Cato cap. 11. conf. & Varr. L. L. 4. 31. Salmas. ad Solin. c. 35. Sarpicula, a primitivo Sarpa, quod etiamnum Galli de certo falcis genere usurpant, *une Serpe*.

Supina falx. Juven. 8. Sat. 201.

Verriculatae falces. Columel. lib. 2. cap. 21. Al. Vericulatae. Utraque lectio difficultate non caret.

Vinitoria falx. Columel. lib. 4. cap. 25. V. CULTER.

Adhibere frondibus falcem. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Amputare ramos falce. Hor. Epod. 2. 13.

Armatus curva falce deus. Tibul. lib. 1. 4. 8. Saturnum intelligit. [Immo Priapum. V. loc. & Interpp. ad Virg. 4. Georg. 110.

Attenuat falx umbram arboris. Catull. 62. 41.

Avertere falces laqueis. V. AVERTO.

Detondent aestivae Gargara falces. Claud. sex. Conf. Hon. 389.

Incidere vites falce. Virg. 3. Ecl. 11.

Curare vitem falce. Plin. lib. 17. cap. 22.

Metere frumenta denticulatis falcibus. Columel. lib. 2. cap. 21.

Metere frumenta rostratis falcibus. Columel. lib. 2. cap. 21. Alii pro Rostratis legunt Nostratibus.

Premere vitem falce. Hor. 1. Carm. 31. 9.

Premere umbram falce. Virg. 1. Georg. 157.

Resecanda seges falce. Ovid. 1. Epist. 53.

Resecta Ceres incurva falce. Ovid. 1. Amor. 15. 12.

Supponere falcem aristis. Virg. 1. Georg. 348. conf. Martial. lib. 14. Epigr. 34. de falce rurali.

Falx, Bellica machina, quae adunco praefigebatur ferro: sic dicta quod incurvata esset, ut ex muris lapides extraherentur. Caes. 3. Bell. Gall. 14. Una erat magno usui res praeparata a nostris, falces praeacutae, insertae affixaeque longuriis, non absimili forma muralium falcium. Paulo post dicit, Funes abscissos fuisse falcibus. conf. Idem 7. Bell. Gall. 86. Veget. 4. 46. & Lex. Pitisc.

FALCŬLA, ae. f. dimin. [δρεπάνιον] Columel. lib. 12. cap. 18. Nec minus falculae & ungues ferrei quamplurimi parandi. Cato cap. 54. Quod falcula secueris, non renascetur. conf. Pallad. 1. 43.

Falculae pantherarum & pardorum dicuntur Extremitates unguium, in falcis formam incurvatae, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant, a quibus etiam falculis, Falcones dictos putat Festus. V. supra FALCO, nis. Plin. lib. 8. cap. 15. conf. Solin. cap. 40.

FALCICULA, ae. f. Idem quod Falcula.

FALCARIUS, i. m. [δρεπανηφόρος] Qui falce utitur. Turneb. 30. 15. pro Eo qui falces conficit, sumit. Cic. 1. in Catil. 8. Dico te priori nocte venisse inter falcarios. Priscianus hunc locum exponens, ait, Inter falcarios, i. e. In locum ubi sunt falcarii.

FALCARIUS, a, um. Adj. ut Falcariae cotes, quibus Falces acuuntur. Perott.

FALCĬFER, [δρεπανηφόρος] Falcem ferens. Martial. lib. 5. 16.

Nam si falciferi defendere templa tonantis. i. e. Saturni.

Ovid. in Ibin, 216.

Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis
Sidera presserunt, falciferique senis. conf. Idem 5. Fast. 627.

Covinus falcifer. Sil. lib. 17. 422. V. COVINUS.

Manus falciferae. Ovid. 13. Met. 930.

FALCIGER, a, um. Idem. Auson. Ecl. de Fer. Rom. 36.

FALCIPEDIUS, a, um. Cui sunt crura simulant quae cornua lunae. ut jocatur Martial. 2. 34. Ita Trimalcion uxorem vocat Falcipediam apud Petron. cap. 75. V. Reines. in Fragm. Petron. p. 115. Aliis est Fulcipedia.

FALCO, [δρεπανίζω] āre. Falce proscindere. Unde partic. Falcatus. Plin. lib. 17. cap. 10. de Amygdalis. Serendas quam maxime falcatas, & e novella. [Videtur potius de figura fructus istius intelligendum, referendumque ad dict. seq.

FALCATUS, Adj. [δρεπανοειδής] Quod formam falcis habet. Plin. lib. 10. cap. 21. de gallo gallinaceo loquens, In sublime caudam quoque falcatam erigens. Idem, 15. 24. pr. Falcatam ait siliquis esse longitudinem.

Cauda falcata, Delphino. Ovid. 3. Met. 681.

Ensis falcatus. Sil. lib. 3. 278.

Sinus maris falcatus in arcus. Ovid. 2. Epist. 131.

Falcatus, Falcibus instructus. Unde Falcati currus dicti sunt, Liv. 37. 41. Macrob. Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Stat. 10. Theb. 544.

Quadrigae falcatae. Curt. 4. 9. 4.

FALCATOR, ōris. m. Affertur ex Columel.

FALCASTRUM, i. n. Instrumentum ferreum curvum cum manubrio ad resecandam veprium densitatem. Isidor. 20. 14.

## F A M

FAMA, ae. f. [φήμη, βάξις, ἠχή, φάτις] Sermo quidam in populo, sine certo auctore, de re aliqua recenti, sive bona, sive mala: Valla lib. 4. Idem autem sunt Rumor & Fama, praeterquam quod alterum Latinum est, alterum e Graeco, eodem Valla teste. Fama a Fando dicta. Fest. Ter. And. 1. 1. 72. Omnes uno ore omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes, ultro ad me venit. Virg. 4. Æn. 173.

— magnas it fama per urbes,
Fama malum, quo non aliud velocius ullum, &c. Quo in loco exhibet pulcherrimam famae descriptionem.

Fama, abl. Ter. Hec. 2. 1. 21.

Multo melius hic quae fiunt, quam illic ubi sum assidue, scio:
Ideo quia ut vos domi mihi eritis, proinde ego ero famâ foris.

i. e. Ut vos habueritis domi, ita ero foris fama, hoc est ex rumore.

Vulgata bella per orbem fama. Virg. 1. Æn. 209.

Inclyta gloria fama. Virg. 2. Æn. 82.

Notissima insula fama. Virg. 2. Æn. 21.

Illustris virgo fama. Virg. 7. Æn. 79.

Notus super aethera fama. Virg. 1. Æn. 383.

Prior fama. i. e. Cui est majus nomen. Hor. 2. Serm. 5. 30.

— fama civem, causaque priorem
Sperne.

Diminutio famae. Firmic. lib. 5. cap. 6.

Egregio famae testimonio semper ornatus. Firmic. lib. 6. cap. 11. sub finem.

Reverentia famae. Ovid. 9. Met. 555.

Nec nos aut durus pater, aut reverentia famae,
Aut timor impediet.

Famae commendatioris homo. Plin. lib. 25. cap. 10. Similiter eam quam eupleam vocant, traduntque ea perunctos commendatioris esse famae.

Ingenii fama. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Judiciorum fama. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Sapientiae fama. Cic. de Amicit. 15. Itaque non tam ista me sapientiae (quam modo Fannius commemoravit) fama delectat, falsa praesertim, quam quod amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore. Sic, Fama eloquentiae. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Vulgi fama, quoddam multitudinis testimonium. Cic. in Topic. 76.

Fama de. Sallust. Jugurth. cap. 55. De Metello fama praeclara esse.

Adversa fama. Tacit. 1. Hist. 73. Adversam de Domitiano famam accipit.

Æmula fama Herculei laboris. Sil. lib. 4. 4.

Anus fama. Catull. 79. 10.

—— & quis sis fama loquetur anus.

Atrocior fama. Tacit. 4. Ann. 11.

Audax fama novis terroribus. Stat. 8. Theb. 152.

Bona fama. V. BONUS.

Calamitosa fama. V. CALAMITAS.

Cassa sterilisque fama. Stat. 6. Theb. 70.

Communi fama atque sermone audire de re aliqua. Cic. pro Flacc. 13. Siquid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de armis, &c.

Conspicua fama. Juven. 10. Sat. 125.

Egregia fama. Tacit. Agric. 20.

Exigua fama. Firmic. lib. 5. cap. 6. Homines erunt modici nominis, & exiguae famae.

Fallax. Mantuan. Ecl. 9. 169.

Foeda fama. Juven. 14. Sat. 156.

Garrula fama. Sen. Herc. fur. 3.

Illustris fama. V. paulo post, Vetus & illustris.

Impia fama. Virg. 4. Æn. 298.

Inanis fama. Tacit. 4. Hist. 11. Erantque &c. qui principatus inanem ei famam circumdarent.

Incertae murmura famae. Ovid. 9. Epist. 41. conf. Liv. 21. 32.

Incolumis fama, i. e. Illaesa existimatio & nomen integrum. Cic. Fam. 13. 37. pr. Gratulor tibi quod ex provincia salvum te ad tuos recepisti, incolumi fama & Republica.

Incredibilis rerum fama. Virg. 3. Æn. 294.

Infausta fama. Sil. lib. 13. 96.

Infelix fama. V. INFELIX.

Lepida fama. V. LEPIDUS.

Levis fama. Virg. 7. Æn. 232.

— nec vestra feretur
Fama levis, tantique abolescet gratia facti.

Loquax fama. Lucan. lib. 8. 782.

Mala fama. V. MALUS.

Minor factis fama. Stat. 12. Theb. 499.

Mirabilis fama. V. MIROR.

Miratrix fama senioris aevi. Sen. Hippol. 6.

Moesta fama. Tacit. Hist. 2. 46. pr. Moesta primum fama, dein profugi e proelio perditas res patefaciunt.

Obscurior fama. Plin. lib. 36. cap. 5.
Obscurior fama ævo. Ovid. 6. Fast. 104. Ævo, propter ævum.
Perennis fama. Virg. 9. Æn. 79. V. PERENNIS.
Perobscura fama. V. PEROBSCURUS.
Perpetua fama & commendatio. Cic. 2. Off. 72.
Popularis fama. Cic. 5. Tusc. 46.
Prospera fama. Tacit. 1. Hist. 14.
Recens fama. Stat. 5. Theb. 140.
Secunda fama. Liv. lib. 4. Decad. 5. Suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.
Sinistra fama. Juven. 14. Sat. 1.
Tristis fama. Cic. 14. Philipp. 15. Hoc triduo vel quatriduo tristis a Mutina fama manarat.
Vaga fama. Ovid. 8. Met. 267.
Validissima fama. Tacit. 13. Ann. 8. Ut famæ inserviret, quæ in novis cœptis validissima est.
Vetus fama. Hor. 2. Serm. 1. 36.
Vetus & illustris fama. Cic. pro Muren. 38.
Vitrea fama. Hor. 2. Serm. 3. 222. i. e. aut Fragilis, aut Splendida. Porphyr.
Volucris præconia famæ. Ovid. 17. Epist. 207.
Vulgaris fama. i. e. Vulgi rumor. Stat. 4. Silv. 8. 34.
Abjicere famam ingenii. Cic. 9. Fam. 16. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem, fama ingenii mihi est abjicienda. V. ABJICIO.
Accendere famam. Quintil. Decl. 17. Est autem hoc iniquissimum de loquacitate populi, quod plerumque famam accendit contentio non credentium.
Accidit fama. V. ACCIDO.
Accipere fama & auditione factum esse aliquid. Cic. 2. de Nat. Deor. 95.
Affectare famam eloquentiæ. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Afferre famam. V. AFFERO.
Amittere famam & existimationem. Cic. pro Quint. 50.
Atterere famam. V. ATTERO.
Aucupari famam. V. AUCUPOR.
Auferre famam docti, i. e. Celebrari pro docto. Hor. 2. Epist. 1. 56.
Bacchatur fama per urbem. Virg. 4. Æn. 666.
Canit fama. V. CANO.
Captare famam dicacis. Hor. 1. Serm. 4. 83.
Cedere famæ. V. CEDO.
Celebrata fama per orbem. Ovid. 2. de Arte Am. 429. Cic. 1. Q. frat. 1. Constanti fama atque omnium sermone celebratum est ita esse.
Circumdare famam alicui. Tacit. in Dial. Orat. 37. Catilina & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circumdederunt. conf. supra Inanis fama.
Collocat fama in concilio cælestium. Cic. 3. Off. 25. Hercules, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cælestium collocat.
Committere famam suam alicui. Hor. 2. Serm. 7. 67.
Comprimere famam. V. COMPRIMO.
Conficere famam alicui. Cic. de Clar. Orat. 259. Catulo suavitas vocis, bene loquendi famam confecerat. V. CONFICIO.
Consentiens fama de aliquo. V. CONSENTIO.
Consequi famam malignitatis. V. CONSEQUOR.
Conservare collectam famam. Cic. 2. Verr. 71. Qui ut ante collectam famam conservet laborat.
Constans fama. V. CONSTO.
Consulere famæ. V. CONSULO.
Consulere late famæ cujuspiam. V. LATUS.
Convalescit fama. Curt. lib. 9. 6. pr. Quum audisset convaluisse apud barbaros famam mortis suæ.
Crebrescens fama. Tacit. 4. Hist. 12. Iisdem diebus crebrescentem cladis Germanicæ famam nequaquam mœsta civitas excipiebat.
Dedita per provincias fama. Tacit. 11. Ann. i. e. Divisa, dissipata. [ Ergo Didita legendum, a Dido, q. V. ut & DEDO.
Denigrare famam. V. DENIGRO.
Deperdere bonam famam. Hor. 1. Serm. 2. 61.
Deponere famam collectam diu. Claud. de Conf. Mall. Theod. 184.
Depeculari famam alicujus. Auct. ad Heren. 4. 52.
Deportare famam alicujus rei. Tacit. 4. Ann. 16. Bellique confecti famam deportarat.
Deferet multo tardius fama Curium, Fabricium &c. Cic. 1. Tusc. 110.
Detrahere de fama. Cic. 3. Fam. 8.
Discurrit fama tota urbe. Curt. lib. 4. 1. Fama, ut solet, strenue tota urbe discurrit.
Dispergere famam. Plin. lib. 35. cap. 10. de Apelle, Famamque dispersit se emere, ut pro suis venderet.
Dissipare famam. Cic. 14. Philipp. 15. Famam istam fascium dissipaverunt. i. e. Sparserunt, divulgarunt.
Dissipare famam, pro Perdere. Firmic. lib. 5. cap. 12. Mars homines faciet seipsos destruentes, patrisque substantiam perdentes, honorem quoque ac famam suam penitus dissipantes.
Dare famæ, pro Spargere in vulgus. Tacit. 1. Ann. 7. Dabat & famæ, ut vocatus, electusque potius a Repub. videretur, quam per uxorium ambitum & senili adoptione irrepsisse. [ Est igitur Famam captare, Tribuere famæ, non In vulgus spargere. V. in DO.
Dare verba famæ, dicitur, quæ Cum casta audiat, furtivis amoribus indulget. Ovid. 17. Epist. 170. V. Burm.
Elevare famam, pro Minuere, & leviorem reddere. Tacit. 4. Ann.
Emanat fama. Cic. 3. Verr. 1. Quæ fama non idcirco solum emanarat, quod iste certe statuerat ac deliberaverat non adesse &c.
Est fama, V. infra in Sum. & ad fin.
Excitare famam. Cic. 5. Tusc. 46. Omitto nobilitatem, famamque popularem, stultorum improborumque consensu excitatam.
Exit fama. Nepos 17. 2. 1.
Expetere vel desiderare famam. Cic. pro Sext. 139.
Extendere famam. V. EXTENDO.
Extenuare famam belli. Liv. 1. Decad. lib. 5.
Extinguere famam. Liv. 3. Decad. lib. 7. Virgil. 6. Æn. 527.
Et famam extingui veterum sic posse malorum.



Facere famam alicujus rei. Quintil. lib. 11. cap. 2. Memoria facit & prompti ingenii famam. i. e. Conciliat.
Ferit fama mœsta remotas terras. Lucan. lib. 5. 775.
Fert fama. Liv. 2. 7. Regnum eum affectare fama ferebat. conf. Idem 21. 32. Ovid. 12. Met. 197. & 200.
Frui fama optima & meritissima. Plin. 5. Epist. 15.
Fundere famam latius. Quintil. lib. 11. cap. 2. Quem secutus, Cicero hanc famam latius fudit.
Furit fama. Sil. lib. 7. 485.
Gliscens fama. Tacit. 2. Hist. 83. Gliscentem in dies famam fors discussit.
Hæsit fama ad metas. Cic. pro Cæl. 75. In hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia nova mulieris, & infelici vicinitate & insolentia voluptatum.
Jactatur fama. Sil. lib. 4. 4.
Incessit fama. Tacit. 13. Ann. 54. Ceterum continuo exercitum otio fama incessit, ereptum jus legatis ducendi in hostem, &c.
Increbrescit fama. V. INCREBRESCO.
Infixa fama vulgo. Plin. lib. 8. cap. 22. Unde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum, ut in maledictis versipelles habeat, indicabitur.
Inquinare famam alicujus. V. INQUINO.
Inservire famæ. Tacit. 13. Ann. 8.
Instandum famæ. Tacit. Agric. 18.
Inurere famam superbiæ alicui. V. INURO.
It fama per urbes. Virg. 4. Æn. 173.
Lacerare famam alicujus. V. LACERO.
Lædere famam. Plin. 3. Epist. 7. V. LÆDO.
Loquitur fama. Paterc. lib. 2. cap. 93. Profectus in Asiam (ut fama loquitur) ob tacitas cum Marcello offensiones. V. LOQUOR.
Mandare quidpiam alicui ex fama. Tacit. 4. Ann. 6. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat. i. e. Rebus suis præficiebat fama solum secunda cognitos.
Manet fama. V. MANEO. Lucan. lib. 8. 74.
— Habes aditum mansuræ in sæcula famæ.
Manat fama, Manat rumor. V. MANO.
Mentita est fama. Ovid. 10. Met. 28.
Merere famam. V. MEREO.
Moritur fama. V. MORIOR.
Narrat fama. Paterc. lib. 2. cap. 121. extr. Eminentissimos hostium duces non occisos fama narravit, sed vinctos triumphus ostendit.
Nasci famam. Auctor ad Heren. lib. 2.
Nuntiat fama. Cic. 12. Fam. 4. Fama nuntiabat te esse in Syria.
Obliterare famam. V. OBLITERO.
Oblitus melioris famæ. Virg. 4. Æn. 221.
Obruere famam alterius. Tacit. Agric. 17. Et quum Cerealis quidem alterius successoris curam, famamque obruisset, sustinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus quantum licebat.
Patefacere famæ januam. V. JANUA.
Parcere famæ. Cic. Quod si semper una fuisset, tamen summa cura tum multo etiam magis suæ famæ pepercisset.
Penetrare in alicujus famam. Tacit. 4. Hist. 7. pr. Ut in cujusque vitam famamque penetrarent.
Peragravit fama. Cic. pro Milon. 99. Fama de interitu Clodii fines imperii Roman. peragravit.
Percrebuit fama. Cic. 10. Fam. 10. Tamen ipsa fama quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus.
Perdere famam. V. PERDO.
Perlata est fama. Curt. lib. 9. 5. 19. Inter hæc ad Macedonas, regem cecidisse, fama perlata est.
Pervaserat interim circumventi exercitus fama. Tacit. 1. Ann. 69.
Pervenit fama ad aures. Cic. pro Syll. 12. Vix ad meas aures istius suspicionis fama pervenit.
Possidere famam & existimationem. Cic. pro Quint. 15.
Premere famam alicujus. Tacit. 15. Ann. 49. Lucanum propriæ causæ accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero. V. PREMO.
Quærere dicendi famam. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Redire in gratiam cum fama. Æl. Spartianus in Antonino Geta. Atque ideo utcunque rediit cum fama in gratiam parricida. H. St. Locus est cap. 2. extr.
Relinquere magnam sui famam. Nepos 2. 1. 3. Idem 6. 1. 1.
Reprimere famam. Cic. 11. Philipp. 23. Hanc quæso, pro tua singulari sapientia, reprime famam.
Ruit volitans. Virg. 9. Æn. 473.
— volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruit. Poeticum.
Sepulta fama. Ovid. 7. Epist. 92.
Servire famæ. Plin. præf. extr.
Spoliare famam. Cic. 3. Off. 77.
Studere famæ. Quintil. lib. 3. cap. 4. Et fortasse tutissimum erat modo famæ studentem, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modo, verum etiam approbassem.
Subire famam temeritatis, pro Temerarium dici. Cic. ad Brut. 18. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis.
Sum. ut, Fama fuit quosdam ex Fidenatium juventute participes ejus populationis fuisse. Liv. 4. conf. 27. 32.
Si vera est fama, i. e. Si credere fas est. Virg. 4. Georg. 42.
Esse in fama. Tacit. 2. Hist. 73. Etsi vagis adhuc & incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus: ac plerumque ad nomen ejus Vitellius excitabatur. conf. Idem 3. Hist. 13. 4.
Intra famam esse. Qintil. lib. 11. cap. 3. i. e. Non maximæ existimationis aut famæ.
Surrexit fama. Cic. 8. Fam. 8. Magna ilico fama surrexit, & de damnatione ferventer loqui est cœptum.
Suscipere famam alicujus, i. e. Tueri. Plin. 2. Epist. 4. ad Calvinam. Debes famam patris tui defuncti, pudoremque suscipere. hoc est, debes adire hæreditatem paternam; hoc enim pacto tueberis famam & pudorem patris tui mortui; quod si non faceres, declarares eum omnia sua dilapidasse: quæ res non parvo dedecore & infamia illum afficeret.

Tenere famam fine labe. Ovid. 17. Epist. 69.
Terret fama. ut, Adversa fama populi te nihil terret? Sen. Thyest. 204.
Tradere famæ. Curt. lib. 6. cap. 3. extr. Egregium me hercule opus, & inter præmia gloriæ vestræ numerandum, posteritati famæque tradetis.
Transgressa est in universum fama. Tacit. Agric. 10.
Tueri incolumem famam. Hor. 1. Serm. 4. 118.
Vagatur fama. Virg. 2. Æn. 17.
Venit fama Cic. 9. Fam. 16. Fama ad te de mea lautitia veniet.
Venit major fama post cineres. Ovid. 4. de Pont. 16. 3.
Vigilare famæ. Ovid. 3. de Arte Am. 413.
Volat fama. Virg. 3. Æn. 121.
Vulgata per urbes fama. Lucan. lib. 2. 634.
Vulgavit fama. Curt. lib. 8. cap. 11. pr. Hanc ab Hercule frustra obsessam esse, terræque motu coactum absistere, fama vulgaverat.
Fama etiam dicitur de Re inveterata, firmataque in hominum opinione, incerta tamen, teste Valla. Virg. 6. Æn. 14.
Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna, &c. Martial. de Spect. 5.
Quicquid fama canit, donat arena tibi.
Hæc fama celebrantur. Cic. pro Sext. 102.
Neve operis famam possit delere vetustas. Ovid. 1. Met. 445.
Priscæ titulos præcedite famæ, i. e. Contendite ut honoribus majores vestros vincatis. Stat. 2. Silv. 2. 146.
Ut hominum fama est. Cic. de Arusp. Resp. 20. Mitto illam veterem ab ipsis diis immortalibus, ut hominum fama est, Hetruriæ datam disciplinam.
Fama est, insidentes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis, veris tempore universo agmine ad mare descendere. Plin. lib. 7. cap. 2. de Pygmæis. V. Sum supra.
Fama, Opinio. Plin. (puto, Jun.) Huc eum liberalitatis tuæ fama perduxerat.
Famæ, in plur. Plaut. Trin. 1. 2. 149. Hascine me propter res maledictas famas ferunt? Sed non convenit inter Criticos de hac lectione. Al. Res maledicta differunt. Al. Maledicæ famæ ferunt. Al. Maledicis famis. V. Gronov. in loc.
Fama, teste Pausania, ab Atheniensibus culta, quam deam describit Hesiod. in ἔργοις κ᾽ ἡμέραις. Scribit & Plutarch. in Camillo, templum etiam Famæ constructum fuisse. Hujus etiam domus elegans descriptio est apud Ovid. 12. Met. Fab. 2.

**Famo**, āre. Fama vulgare. Hieron.

**Famatus**, a, um. Chalcid. Maximus & famatissimus.

**Famōsus**, Adj. [πολύφημος] De quo est celebris fama. ut Causa famosa. Plin. 6. Epist. 23. ad Marcum. Idem 9. Epist. 13. Nominat quendam, qui tunc ad Orientem amplissimum & famosissimum exercitum, non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. Sed verba, Et famosissimum in MSS. & vett. edd. desunt.
Mors famosa. Hor. de Arte Poet. 469.
Regna famosa. Lucan. lib. 7. 277.
Urbs famosa, i. e. Celebris. Tacit. 3. Hist. 37. Sed quia famosæ urbis supremum diem udituri sumus, congruens videtur primordia ejus aperire.
Famosus, [δύσφημος] Infamis & turpis. ut, Famosa mulier, pro Impudica, inquit Valla, lib. 1. Cic. 2. de Orat. 277.
Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Ex quodam poeta. Sallust. Jug. 15. Is postquam videt regis largitionem famosam impudentemque. Tacit. 5. Ann.
Actiones famosæ dicuntur, Quæ justam ignominiam irrogant juste condemnatis. Sunt hæ, furti, bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo. Item tutelæ, mandati, depositi, scilicet directa, non contraria: item pro socio, quæ quum utrinque directa sit, ultro citroque damnatum infamia notat. Et generaliter omnium publicorum judiciorum accusationes. §. ex quibusdam. instit. de pœn. temere litig. l. 1. de his qui not. infam.
Carmen famosum. Hor. 1. Epist. 20. 31.
Epigrammata famosa, quod vulgus dicit Diffamatoria. Suet. Cæs. cap. 73.
Judicium famosum. Ulp. in l. nam postea. D. de jurejur. Si damnatur quis post jusjurandum ex famoso judicio: famosum esse magis est.
Libelli famosi. Suet. Aug. cap. 55. conf. Tib. cap. 28. De injuriis, & famosis libellis, tit. decimus est lib. 47. Pandect.
Famosa, n. pl. in eadem significatione, quod etiam Græci historici retinuerunt. Vide Suidam in φάμωσα. Ita enim cum ω. H. St.
Pudor famosus. Ovid. 3. Amor. 6. 78. Sed lectio dubia, V. Burm.
Famosum, vocabulum medium, in Malam tamen partem frequentius. Imperator cum laude utitur in §. jura quoque. Auctor. jusjur. quod præstat. ab his. Secus Jurisconf. nam apud eos legimus Famosos fures, latrones, mulieres, pro Infamibus, improbioribus, impudicis. l. 3. §. 1. D. de offic. Præfect. vigil.
Superl. Gell. 7. 3. Famosissima superbia Rhodiensium. Scribere famosissimas litteras. Apul. Apol. p. 324. conf. Spartian. Hadr. cap. 15.

**Famōse**, Adv. Tertull. adv. Marc. 1. 22.

**Famosĭtas**, ātis. f. Tertull. de Spect. cap. 23.

**Famĭger**, a, um. Varr. L. L. 5. 7. V. Lauremberg. Antiquar.

**Famigĕro**, āre. Gloss. Gr. Lat. Διαφημίζω, Famigero. Hinc

**Famigerātus**, a, um. ut, Famigeratum antiquitus fanum, i.e. Celebre. Apul. 2. Florid. Mela 2. 7. De Creta, Multis famigerata fabulis.

**Famigerātor**, ōris. m. [Διαφημιστής] denom. Qui fert famam, rumigerulus, qui sermones dissipat in vulgus. Plaut. Trin. 1. 2. 178. Ego de verbis eorum famigeratorum inscius, prosilui, &c. Rursus ibid. 1. 2. 182. Famigerator ne sit cum damno & malo. Al. Famigeratori res sit.

**Famigerātrix**, īcis. f. Rumorum seminatrix. Apul.

**Famigeratio**, ōnis. f. aliud denom. [Διαφήμισις] Plaut. Trin. 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honestet, me autem conlutulet. Quæ duo nomina Plautus suo more effinxisse visus est.

**Famigerabilis**, e. Adj. [Διάσημος] Celebris, clarus, fama notus. Apul. de Asin. Aur. Satis famigerabilis confector. Prælium famigerabile, apud Zenon. Apul. 2. Milef. p. 271. Provincia famigerabilis. Idem 1. Milef. p. 67.

**Fama julia**, alio nomine Seria, Hispaniæ Bæticæ oppidum est. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Famel**, apud Oscos Servus dicebatur. Festus, in Famuli. [Sed videtur Famul legendum q. V.

**Famella**, diminutivum a Fama, inquit Festus. [Sed suspicor A Famula legendum, sicuta Fabula Fabella. Male Famelia excusum in ed. Amst.

**Famen**. V. fari.

**Famfo**. V. fames.

**Fames**, is. f. (tertiæ Decl. Antiquis vero quintæ, ut testatur Gell. 9. 14. unde & in sexto casu ultimam producit) [λιμός, πεῖνα] Edendi magna cupiditas. Non a Fando, sed ἀπὸ τοῦ φάγω deducitur, quod est edo. Plin. lib. 10. cap. 72. Nullum interit fame aut siti venenatum. Antiqui Famis dicebant q. V.
Ora pallida fame. Virg. 3. Æn. 217.
Patientia famis & frigoris. Cic. 1. in Catil. 26.
Condimentum cibi fames. Cic. 2. de Fin. 90.
Auri fames. Sen. Octav. 425. & Virg. 3. Æn. 57.
Ciborum vetitorum fames. Ovid. 15. Met. 138.
Arcta vel Arta fames. Sil. lib. 7. 279.
Atra fames. Claud. 1. in prim. Conf. Stil. 279. [Nisi hic quoque Arta legendum.
Dira fames. Ovid. 8. Met. 845.
Dura fames. Hor. 1. Serm. 2. 6.
Idonea fames. i. e. utilis. Cels. lib. 1. cap. 3.
Jejuna fames. Ovid. 8. Met. 791.
Ignea fames. Quintil. Decl. 12. p. 249. Postquam omnem patientiam vicerat ignea fames. i. e. Acerrima & vehementissima.
Imperiosa fames auri. Lucan. ad Pison. 208.
Inattenuata manebat fames. Ovid. 8. Met. 844.
Inexplebilis honorum fames. Flor. lib. 3. cap. 21.
Inextincta fames. Ovid. in Ibin, 428.
Insana fames; i. e. Maxima, vel Quæ ad insaniam redigit homines. Lucan. lib. 7. 413.
Malesuada fames. Virg. 6. Æn. 276.
Misera fames. Hor. 1. Carm. 21. 13.
Obscœna fames. Virg. 3. Æn. 367.
Pestifera fames. Ovid. 8. Met. 784.
Rabida fames. Virg. 6. Æn. 276.
Sacra fames auri. Virg. 3. Æn. 57. Tralate.
Sæva fames. Lucan. lib. 4. 93.
Vesana fames. Virg. 9. Æn. 340.
Violenta fames. Lactant. in Phœn.
Absumi fame. V. absumo.
Commovit eum fames. Cic. 1. Att. 16. Triginta fuerunt, quos fames magis, quam fama, commoverat.
Compescere famem. Sen. Hippol. 515.
Comprimere servos fame, i. e. Opprimere & vexare. Ulpian. in l. 1. §. quod autem. D. de offic. Præfect. urb. Hodie legitur, Si famem, qua eos premant. simplici verbo.
Confici inextincta fame. Ovid. in Ibin 428.
Confectus fame. V. conficio.
Consumit famem in tenera agna. Stat. 8. Theb. 576. De leone loquitur.
Depellere duram famem. Hor. 1. Serm. 2. 6.
Depulsa fames & sitis cibo & potione. Cic. 1. de Fin. 37.
Deponere longam famem. Ovid. 6. Fast. 530.
Dominante fame: h. e. Fame regente appetitum, & cogente edendi voluntatem. Cic. pro Cluent. 67. Jam hoc non ignoratis, Judices, ut etiam bestiæ, fame dominante plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur? Al. Monitæ. [An Domante?
Enecta fame avis, in offam pultis invadit. Cic. 2. de Divin. 7.
Exempta fames epulis. Virg. 1. Æn. 220.
Explere famem. Cic. pro Domo, 61. Neque porro illa manus, copiæque Catilinæ, cæmentis ac tegulis (al. testis) tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt.
Extimulata fame tigris. Ovid. 5. Met. 165.
Ferre famem & frigora. Catul. 26. 5.
Hians semper fames. Sen. Thyest. 1.
Jacens mœsta fames rabido rictu. Sen. Herc. fur. 9.
Implere famem gazis. i. e. Avaritiam. Sen. Herc. OEth. 621.
Incessit fames. V. incesso.
Inferre famem civibus. V. infero.
Infixa fames intimis medullis. Sen. Thyest. 97.
Invasit fames Sicyonios. V. invado.
Laborare fame. V. labor.
Levare famem fronde. Ovid. 14. Epist. 96.
Luxuriata fames multo sanguine. Stat. 2. Theb. 677.
Necare plebem fame. Cic. 2. Q. frat. 3.
Necatus fame. V. neco & eneco.
Obsonare ambulando famem. Cic. 5. Tusc. 97. V. obsonium.
Pati famem. Ovid. in Ibin, 617.
Pellere glande famem. Tibul. lib. 2. 1. 38.
Perduci ad exitiabilem famem. Paterc. lib. 2. 112.
Perferre famem. V. perfero.
Premere. V. Comprimere.
Relevat copia nulla famem. Ovid. 11. Met. 129.
Solari famem concussa quercu. i. e. Glandibus vesci. Virg. 1. Georg. 159.
Solvere famem ad mensas. Sen. Thyest. 64.
Stimulante fame furens. Tibul. lib. 1. 5. 53.
Stimulante fame rapax lupus. Ovid. 1. Trist. 5. 9.
Sustinere famen. V. sustineo.
Sustentare famem. V. sustento.
Tolerare famem sitimque. Ovid. 1. de Pont. 2. 87.
Quodque sitim didicere diu tolerare, famemque. De Scythis loquitur, qui (ut ex Erasistrato refert Gell. lib. 16. cap. 3.) inediam diu perferunt. Si enim sit usus, si famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligant: qua ventris compressione esuritionem depellunt.
Tolerare famem, aliter. V. tolero.
Torpent tristi membra fame. Claud. de Magnete, 20.
Uti fame. Cels. lib 8. cap. 10.
Fames interdum accipitur pro Caritate, ex annonæ penuria nascente, quum scilicet plerique aliquo in loco, alimento deficiente, de vita periclitantur.

tantur. Cic. 14. Fam. 14. Etiam illud verendum eſt, ne brevi tempore fames in urbe ſit. Idem pro Flacc. 17. In fame frumentum erat exportare auſus. Claudian. de Laudib. Stil. 1. 279.

FAMELĬCUS, Adj. [πειναλέος, γαστρίης, ἐπίμαργος] Qui fame agitur. Plaut. Rud. 2. 2. 6. Maritimi, famelica hominum natio. Ter. Eun. 2. 2. 29. Ille ubi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem, &c.

FAMELICOSUS, a, um. [βουλιμιώδης] Qui frequenter famelicus eſt: unde Famelicoſam terram veteres vocabant, teſte Feſto, Quæ paluſtris eſt.

FAMESCO, ĕre. Alcimus. Ora fameſcentum ſatiare. etiam FAMEO affert Perott. ſine exemplo.

Fameſcere. Picus M. in Aſtrol. lib. 4. p. 548. H. St. deſiderabatur hæc dictio in ed. Lugd.

FAMIS, is. f. Idem quod Fames. Varro 2. de R. R. 5. Algor eas & famis macreſcere cogit. Prudent. Pſychom. 479.
— ſpoliatque ſuos famis improba natos. conf. Barth. Adverſ. 41. 3. & 51. 9.

FAMIGERATOR, FAMIGERATIO, FAMIGERABILIS, &c. V. FAMA.

FAMILIA, æ. f. [οἶκος, οἰκετεία, πατριὰ] antea (inquit Feſtus) in Liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur Pater, & Mater familiæ. Unde Familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum; & Familiares, Ex eadem familia. Poſtea hoc nomine etiam Famuli appellari cœperunt, permutata i cum u littera. Hactenus Feſtus. Ubi manifeſte Familiam pro Gente poſuit, quæ in Familias more Romano diſpeſcitur. V. infra.

Paul. Jureconſ. Familiæ appellatio & in res, & in perſonas deducitur. In res, ut puta in lege XII Tab. his verbis, Agnatus proximus familiam habeto, i. e. Hæreditatem. Ad perſonas autem refertur Familiæ ſignificatio ita, quum de patrono & liberto loquitur lex familiæ, In ea (inquit) familia. & hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat. Varro 1. de R. R. cap. 16. Si ab fundo longius abſunt oppida aut vici, fabros parent, quos habeant in villa, ſic ceteros neceſſarios artifices, ne de fundo familia ab opere diſcedat. Ulp. in l. Ædiles. D. de Ædil. edict. Familiæ appellatione omnes qui in ſervitio ſunt, continentur: etiam liberi homines, qui bona fide ei ſerviunt, vel alieni ſervi. Accipe eos quoque qui in poteſtate ejus ſunt. Idem in l. 2. §. familiæ. D. vi bonorum raptorum, Familiæ autem appellatio ſervos continet: hoc eſt eos qui in miniſterio ſunt, etſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſervientes. conf. Lex. Pitiſc.

Familia quaſi Famulia, Cœtus famulorum in una domo. de ſervis enim proprie dici, poſt Douſam, Biſſonium alioſque oſtendit Salmaſ. p. 891. Exerc. Plin. V. & Voſſ. Inſt. Orat. 4. p. 151. Quintil. lib. 7. cap. 3. Manumiſſum alienæ ſe familiæ venali immiſcuiſſe: ac rogantem ut eis ſerviret captum. Familia, quæ conſtat ex ſervis pluribus. Cic. pro Cæcin. 55. V. totum illum Cic. locum.

Gladiatorum familia, quæ uno in ludo habebatur. Cic. pro Syll. 55. Cæſ. 3. Bell. Civ. 5. V. Lex. Pitiſc.

Familia, Pars eſt gentis, & cognomine proprio diſtinguitur. Suet. Neron. cap. 1. Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, & Ænobarborum. Sic Jabolen. in l. vacatio. D. de muner. & honor. Vacatio itemque immunitas, quæ liberis & poſteris alicujus data eſt, ad eos duntaxat pertinet, qui ejus familiæ ſunt. Et in Inſtit. imperial. §. 1. & §. ſed neque.

Familiæ, cognationis, nominis commune dedecus. Cic. pro Cluent. 16.

Amplæ & honeſtæ familiæ plebejæ. Cic. pro Muren. 35.

Imperioſiſſima & ſuperbiſſima familia. V. IMPERO.

Luculenta familia. V. Luculentus, in LUX.

Patricia familia. V. PATRICIUS.

Specioſa familia. Paterc. lib. 2.

Collocare familiam. V. COLLOCO.

Conjicere ſe in familiam alienam. V. CONJICIO.

Ducere familiam. Cic. 7. Fam. 6. De quo tibi homine hoc ſpondeo, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam (quod familiam ducit) in jure civili ſingularis memoria, ſumma ſcientia. Quod familiam ducit, i. e. Quod caput eſt, quod in eo ſummum eſt. Quum enim Trebatium a multis rebus laudaſſet, memoriam & ſcientiam in jure civili, ceterarum laudum quibus Trebatius abundaret, quaſi familiam dixit ducere: tralatione ſumpta a rectoribus familiarum, quos domeſtici omnes velut duces ſequuntur. [Sed melius diſt. Quod familiam ducit in jure civ. i. e. Facile princeps eſt JC.] Sic 5. Philipp. 30. Lucius quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnavit, familiam ducit. Idem 4. de Fin. 45. dicit Sententiam ducere familiam, quæ majorem vim habet, & majoris eſt ponderis, & quaſi caput aliarum. Sed primum, inquit, illud vide, graviſſimam illam veſtram ſententiam, quæ familiam ducit, Honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum: honeſteque vivere, bonorum finem: communem fore vobis cum omnibus, qui &c. V. Muret. Var. Lect. 4. 17.

Natus ex familia. V. NASCOR.

Natus familia ampliſſima. V. AMPLUS.

Nubere in familiam. V. NUBO.

Summovere aliquos familia. Quintil. lib. 1. cap. 5. Tanquam ſubdititios ſummovere familia permiſerint ſibi

De variis Romanorum familiis. V. Lex. Pitiſc.

Familia complectitur etiam eos qui ex eadem ſunt cognatione. Plin. lib. 12. cap. 14. Ferunt MMM. non amplius eſſe familiarum, quæ jus per ſucceſſionem id ſibi vendicent.

Familia, pro Secta. Cic. 2. de Divin. 3. Magnus locus, Philoſophiæque proprius, a Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. conf. Familiam ducere paulo ſupra.

Familiæ erciſcundæ judicium apud Juriſconſultos eſt, quod inter cohæredes ideo redditur, ut & Familia, i. e. hæreditas dividatur, & Quod eo nomine alterum alteri dare facere oportebit, præſtetur. Qua igitur ex parte diviſio poſtulatur, ea ex parte in rem actio eſt. Alia vero ex parte perſonalis actio eſt, adverſus eum, qui nobis ad dandum faciendum perinde obligatus eſt, ac ſi conventum pactumque inter nos fuiſſet, ut nobis obligatus eſſet. Hotoman. V. ERICISCO, & Paul. JCt. ſupra. Add. Lex. Pitiſc. in Familia.

Familia funeſta, dicebatur quamdiu juſta defuncto non feciſſet hæres. Varro de L. L. 4. Guther. de Jur. Man. 1. 7.

Familiâs, antiq. gen. ut, Paterfamilias, &c.

FAMILIĀRIS, e. Adj. [οἰκεῖος, οἰκιακὸς, συνήθης, ἐπιτήδειος, γνώριμος] Quod ad familiam pertinet. Auct. ad Heren. lib. 1. 11. Etſi negotiis familiaribus impediti. Sic, Res familiaris. Cic. 2. de Fin.

Aditus familiarior. Liv. 4. Bell. Pun. Tres ex iis, quibus ſolis aditus in domum familiarior erat.

Arbor familiaris Italiæ, Quæ paſſim in Italia creſcit. Plin. lib. 13. cap. 5. Utramque jam familiarem Italiæ.

Focus familiaris. Columel. lib. 11. cap. 1. Conſueſcat ruſticos circa larem domini, focumque familiarem ſemper epulari.

Funus familiare. Cic. in Vatin. 31.

Pecunia familiari tenui eſſe. Gell. lib. 3. cap. 17. Memoriæ mandatum eſt, Platonem Philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. V. Res familiaris.

Rationes familiares. Tacit. 6. Ann. 16. Rationes familiares quoque componerent.

Res familiares & domeſticæ. Cic. 1. Tuſc. 2. [Alias Res familiaris ſing. num. pro Facultatibus ſæpiſſime ponitur, eſtque idem ac Pecunia familiaris apud Gellium, vel Patrimonium, vel Res ſimpliciter. V. Sall. Catil. 20.

Conſuetus, ſolitus. Plin. 4. Epiſt. 24. n. 7. Mihi familiare eſt omnes meas cogitationes tecum communicare. Idem 2. Epiſt. 5. n. 10. In præſentia & iſta tibi familiariora fient. Ita, familiaris oculis meis. Petron. cap. 12. p. 46. Eſt, quem alias vidiſſe mihi videor. V. Schult. ad Quintil. Decl. 1. 8. p. 21.

Sermones familiares conferre. Cic. 2. Off. 39. [Non videntur Soliti, verum fiduciæ pleni, quales inter familiares eſſe ſolent, intelligi ſermones.

Familiariſſimum hoc platanis. Plin. lib. 16. cap. 31.

Familiaris, Qui ex eadem familia eſt, ut Filius familiaris. Plaut. Capt. 2. 2. 13. Quanquam non multum fuit moleſta ſervitus, nec mihi ſecus erat, quam ſi eſſem familiaris filius.

Servus. Sen. Epiſt. 41.

Sella familiaris, Sella pertuſa ad excrementa reddenda, quæ Latinis Laſana dicitur. Varro 1. de R. R. cap. 13. Itaque periti (qui poſſunt) ut eo aqua influat, eo nomine faciunt: ſic enim maxime retinetur ſuccus in eo. Quidam & ſellas familiares ponunt. De ſterquilinio faciendo loquitur. Vetus tamen exemplar. habet Familiaricas. V. Scalig. ad loc. & ſ. l. SELLA.

Vita familiaris. Plaut. Perſ. 1. 3. 45. Marſupium habeat, inibi paululum præſidii, qui familiarem ſuam vitam oblectet modo.

Familiaris, Amicum ſignificat, multum nobiſcum verſantem, & diuturna conſuetudine nobis aſtrictum: quaſi in eadem familia nobis conjunctum. uſurpaturque Adjective & Subſtantive. Cic. de Amicit. 89. Sed neſcio quo modo verum eſt quod in Andria familiaris meus dixit,
Obſequium amicos, veritas odium parit. Cic. 1. Q. frat. 2.
Æſopi tragœdi, noſtri familiaris, Licinius ſervus, tibi notus, aufugit.

Familiaris & neceſſarius: cui opponitur Alienus. Cic. 2. Philipp. 3. An ego non venirem, contra alienum pro familiari & neceſſario meo? V. NECESSE.

Intimi familiares. Cic. 3. Fam. 1. Is eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus.

Familiarior. comp. Aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter ſcriptorum multitudinem eſt, Demoſthenem. Cic. 3. de Orat. 71.

Familiariſſimus homo, & mihi omnibus rebus conjunctus. Cic. 16. Fam. 21. M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis. Cic. 3. Fam. 1.

Familiariſſima anguſtia, id eſt Familiariſſimus angor. Vide p. ſeq. in Familiariter ferre. H. St.

Fieri familiarem alicui. Cic. 2. Philipp. 78.

In familiaribus alicujus eſſe. V. IN.

Familiaria ſepulcra dicuntur, Quæ quis ſibi, familiæque ſuæ conſtituit. Hæreditaria autem, Quæ quis ſibi hæredibuſque ſuis conſtituit. Verba ſunt Caji. D. de religioſ. l. familiaria.

Familiaria veſtimenta, Quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt. Ulpian. l. veſtis par familiaria. D. de aur. & arg. leg.

FAMILIARĬTAS, ātis. f. [οἰκειότης, συνήθεια] Ea conſuetudo, quæ eſt inter familiares amicos. Ter. Heaut. 1. 2. 9. Mihi magna cum eo, jam inde uſque a pueritia, ſemper fuit familiaritas. Cic. de Amicit. 39. Sic quum accepiſſemus a patribus maxime memorabilem C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem.

Affert familiaritatem conſuetudo. Cic. pro Deiot. 39.

Applicare ſe ad alicujus familiaritatem. Cic. pro Cluent. 46. V. in APPLICO.

Augere familiaritem. Cic. 13. Fam.

Complecti arcta familiaritate. V. COMPLECTOR.

Conflare familiaritatem. V. CONFLO.

Conjunctus ſumma familiaritate. Cic. 1. de Orat. 24.

Conſequi familiaritatem. Salluſt. Quorum hic familiaritatem eximiam conſequutus fuerat.

Contractæ conſuetudines & familiaritates, multæque cum multis res rationeſque. Cic. 1. Off. 53.

Dedere ſe bene penitus in familiaritatem alicujus. Cic. 4. Verr. 169.

Devincire familiaritate. Cic. 13. Fam. 19.

Disjungere aliq. ab alicuj. familiaritate. Cic. 2. Philipp. 23. In quo Cæſar fuit felicior, ipſe enim Pompejum a mea familiaritate disjunxit.

Habere familiaritates fidas amantium nos amicorum. Cic. 2. Off. 39.

Implicari familiaritatibus alicujus. V. IMPLICO.

Inductus conſuetudine & familiaritate Quintius fecit. Cic. pro Quint. 12.

Inſinuare ſe in familiaritatem alicujus. Cic. pro Cæcin. 13. V. INSINUO.

Intercedit familiaritas. V. INTERCEDO.

Intrare in familiaritatem alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1. In provincia vero ipſa ſiquem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus: huic quantum credendum ſit vide.

Recipere aliquem in familiaritatem. Cic. 1. Q. frat. 2.

Venire in familiaritatem alicujus. Cic. 7. Fam. 15. Et 4. Verr. 169.

Verſari in familiaritate alicujus. Cic. pro Corn. Balb. 58.

FAMILIARESCO, ĕre. Sidon. Epiſt. 7. 2. Summatibus innoteſcere, familiareſcere.

FAMILIARĬCUS, a, um. Ad familiam pertinens.

Cellæ familiaricæ. Vitruv. 6. 10. conf. Varro 1. de R. R. 13. V. paulo ſupra FAMILIARIS.

FAMILIARĬTER, [οἰκείως, γνωρίμως] Adv. i. e. Ad ſimilitudinem familiarium, & (ut ita dicam) Domeſtice. Plaut. Rud. 2. 4. 6. Ah nimium

mium familiariter me attrectas. V. post NIMIS. Ter. And. I. 1. 84.
Rejecit se in eum flens, quam familiariter!
Affigere aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7. Quæ ipsi composuerunt, jam familiarius animo suo affigent.
Amicus familiariter. Quintil. lib. 1. cap. 2. Et in primis ea habenda cura est, ut is omnino fiat nobis familiariter amicus.
Familiariter ignotum compellare. Plaut. Men. 2. 3. 23.
Certo hæc mulier aut insana, aut ebria est, Messenio,
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Diligere aliquem familiariter. Plin. 9. Epist. 19. ad Rufonem, Ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus probatusque, semel omnino me audiente provectum, ut &c.
Ferre mortem alicujus familiariter. i. e. Graviter, interprete Donato. nam quæ nobis sunt familiaria, gravia sunt animo nostro. Ter. And. 1. 1.84. Hic parvæ consuetudinis causa mortem hujus tam fert familiariter. Vopiscus in Numeriano, Nimia, utpote familiarissima, confectus angustia. i. e. nimio angore, nam loquitur de morte patris. Vide ibi totum locum. Credo esse imitationem Terentii. H. St. conf. p. p. Prædicatus familiariter.
Inspicere familiariter. Plin. in Paneg. Vos quoque, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fovete judicium ejus quod de vobis habet: hic vester labor.
Loqui familiariter cum aliquo. Plaut. Aul. 2. 1. 15. Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter. Sic Cic. 1. Verr. 29. Familiariter tecum loquar
Monere familiariter. Ter. Heaut. 1. 1. 4.
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter.
Nosse causam alicujus familiariter. Quintil. lib. 5. cap. 7. Is verissime præcipit, primum esse in hac parte officium Oratoris, ut totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet.
Prædicatus familiariter. Plaut. Trin. 2. 2. 54.
Edepol hominem prædicatum ferme familiariter. [Puto dictum, ut Ferre familiariter supra, i. e. Cum affectu familiari nimis.
Scribere familiariter. Cic. 9. Att. 3. Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur.
Vivere familiariter cum aliquo. Cic. 6. Att. 6. Nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris.
Vivere familiarissime atque amicissime. Cic. 1. Verr. 29.
Uti aliquo familiariter. Cic. 6. Verr. 43. Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter uteretur. Sic apud Plin. Jun. Familiariter complecti, pro eodem.
Familiariter, idem ac Per familias. Frontin. de Colon. p. 119. extr. Agros in montibus Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur, per Manilium Nepotem &c. [Pro Familiatim. Sed forsan cum v. Appellantur conjungendum hoc adverbium, mutata distinctione.
FAMINO, Dicito. Fest. V. Scalig. not.
FAMOSUS. V. FAMA.
FAMUL, sive FAMŬLUS, i. m. [δοῦλος, οἰκέτης, μισθοφόρος] significat Servum. Festus, Famuli origo ab Oscis dependet: apud quos Servus, Famel [an Famul?] dicebatur. Unde & Familia vocata est. Idem, Familiares, Ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam Famuli appellari cœperunt permutata I cum U littera.
Famulus a Servo hoc distat, quod hic in dominio nostro, ille vero non est. Alciat. Quod non perpetuum. Cic. 2. de Legib. 22. Feriis jurgia amovento, easque in famulis, operibus patratis, habento. Martial. lib. 9. 67.
Argolico famulum non te servire tyranno
Vidissent gentes, sævaque regna pati.
Famul, pro Famulus, apud Lucret. lib. 3. 1048.
Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror
Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset. Alii legunt Famul improbus. Famul, inquit Nonius, Famulus. Enn. lib. 8.
Mortalem summum fortuna repente,
Reddidit, summo regno famul ut optimus esset. Non. 2. 322.
Sic Volup, Vesperug. Vide in DOMUS. H. St.
Herifugæ famuli. Catul. 61. 52.
Sævitiam in famulos adhibere. Cic. 2. Off. 24.
Vinclis arcere famulos. Cic. 2. Tusc. 48.
FAMULA, æ. f. [θεράπαινα] Ancilla. Cic. 5. Tusc. 2. Sin autem virtus, subjecta sub varios incertosque casus, famula fortunæ est. Virg. 8. Æn. 411. Ministra & famula corporis est res familiaris. Cic. 1. Tusc. 45.
Fideles famulæ. Lucan. lib. 8. 63.
Immunes operum famulæ. Ovid. 4. Met. 5.
Urgent famulas laboribus. Ovid. 4. Met. 35.
FAMULUS, a, um. Adj. [οἰκετικός] Ovid. 2. de Pont. 2. 86.
Cæsareum famulo vertice ferre pedem. Idem 1. Fast. 286.
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.
Dextras famulas ad prælia excitat. Lucan. lib. 4. 207.
FAMŬLOR, [δουλεύω] āri. Inservire. Plin. lib. 2. cap. 63. Ut alimentis famuletur nostris. Ibid. cap. 7. Externis famulantur sacris.
Labore jucundo famulari. Catul. 62. 161.
FAMULANS, Partic. ut, Fortuna famulante aliquid agere, i. e. Adjuvante fortuna. Claud. de Bell. Get. 513.
Famulantis fistula Phœbi. Stat. 3. Silv. 3. 58. V. Cic. apud Non. 2. 313.
Famulare active utitur Tertull. Apol. cap. 21. Cum elementa (Christus) ipsa famularet. i. e. Famulari sibi cogeret.
FAMULANTER, Adv. [οἰκετικῶς] Idem est quod Suppliciter, & in modum famuli. Non. 2. 331. Famulanter, suppliciter. Accius Tereo,
Semele natum affare, & famulanter pete.
FAMULĀRIS, e. Adj. [οἰκετικός] Quod pertinet ad famulum sive famulam. Cic. 1. Tusc. 48. Qui se in medios immisit hostes famulari veste.
Jura famularia dare, pro Imperare populo regia potestate. Ovid. 15. Met. 597.
Si Romam intrarit, famularia jura daturum.
Manus famularis. Sen. OEth. 564.
Turba famularis mensas instruit. Stat. 2. Achil. 67.
Famulare, [οἰκετικόν] neutrum, pro Adv. ut, Timens famulare, i. e. More famuli. Stat. 3. Silv. 1. 40.

FAMULĀTUS, ūs. m. [θεραπεία] Cic. de Amicit. 72. Qui aliquamdiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. Off. 117. Quam miser virtutis famulatus, servientis voluptati! Columel. præf. Miserrimo famulatu.
Gravis famulatus. Sen. Hippol. 991.
FAMULITAS, ātis. f. Idem quod Servitus. Accius: Nam, postquam parvos vos oppressit famulitas. Pacuv. Quos vexat famulitas, vis, egestas, fames, formido, pavor. V. Non. 2. 319.
FAMULITIUM, i. n. Idem. [δουλεία] Famulitium antiquitus dicebatur, quod nunc Servitium. Fest. In ed. Amst. est Famuletium. Varro, Apud ignavum dominum, duro famulitio astrictus.
Famulitium, Servorum copia. Macrob. 1. Saturn. cap. 7. pr. Unus e famulitio, cui provincia erat admittere volentes dominum convenire.
Famulitium aulicum, Spartian. in Severo cap. 6. appellat Famulos omnes Imperatoris, quos Justin. Ministeriales domus, & hospitii & palatii vocat. Pyrrhus de Roman. magistr. Apul. Apol. p. 285. Famulitii paucitatem opprobrare.
FAMULATIO, ōnis. f. [δουλεία] Famulorum, famularumque multitudo. Apul. lib. 2. pr. Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione. Gloss. Vet. Famulatio, δουλεία. Onomast. Vet. Famulatio, θεραπεία.
FAMULATOR, ōris. m. apud Stat.
FAMULATRIX, īcis. f. Donat. ad Ter. And. 1. 1. 3. Coquina medicinæ famulatrix est. Sidon. Carm. 2. 128. Famulatrix penna.
FAMULATORIUS, a, um. Tertull. ad Nation. 2. 14.
FAMULABUNDUS, a, um. Idem adv. Marc. 3. 7.

## F A N

FANATICUS. V. FANUM.
FANDUS. V. FARIS.
FANESII, populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait Plin. lib. 4. cap. 13.) tam grandes habent aures, ut eorum nuda corpora auribus contegantur.
FANESTRIS, [Φάνον Φορτύνας] Colonia Pomponio est, 2. 4. quam Plin. Fanum Fortunæ appellat, cap. 14. lib. 3. & item Ptolem. lib. 3. Porro ea Colonia sita est non procul a flumine Metauro, ut ibidem Plin. auctor est. *Fano* vulgo.
FANNIUS, Nom. gent. Ro. Fannii duo inter Oratores a Cicerone numerantur in Bruto 99. Horum, inquit, ætatibus adjuncti duo C. Fannii, C. & M. filii fuerunt; quorum Caji filius C. Fannius, qui cos cum Domitio fuit, unam orationem de sociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sane & bonam & nobilem. Et p. p. Alter autem C. Fannius M. F. C. Lælii gener, & moribus, & ipso dicendi genere durior. De his plura ibidem Cic.
FANNIA Lex, [Φάννιος νόμος] Quæ (ut ait Gell. lib. 2. cap. 24.) ludis Romanis, item ludis plebejis & Saturnalibus & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit: decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: ceteris autem omnibus diebus denos. V. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 17. Et Lex. Pitisc.
FANNIANUS, a, um. ut Fanniana epitome Bruti. Cic. 12. Att. 5.
FANUM, i. n. Templum [τέμενος, ναός] dictum, ut inquit Festus, a Fando, quod fando consecratur. vel a Fanno, qui primus, auctore Probo grammatico, fani conditor fuit. Varro 5. de L. L. p. 54. extr. ed. tert. Steph. Fana nominata, quod Pontifices in sacrando fati sint finem. Liv. lib. 10. 37. extr. Inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, jam sacratus fuerat. Fanum differt a Templo quod sit Area templi & solum, Templum vero Ædificium. Turneb. Adversf. 3. 9. V. plura in Lex. Pitisc. ubi agitur de Fanis Carmentæ, Dominarum, Febris, Herculis, Rediculi, Vaticani Dei, atque Veneris Murciæ. Nonnulli scribunt per PH, PHANUM. ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod significat manifestum, quod e fano responsa dabantur.
Religio fani. Cic. 1. de Invent. 1.
Putre fanum Vacunæ. Hor. 1. Epist. 10. 49.
Sancta fana. Lucret. lib. 5. 76.
Depeculari fana. Cic. 2. Verr. 11.
Expilare fanum. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Dionysius, de quo ante dixi, quum fanum Proserpinæ Locris expilavisset, &c.
Expoliare fana. Cic. 1. de Nat. Deor.
Pro fanis atque delubris propugnare. Cic. pro C. Rabir. perd. r. 30.
Fanus etiam masc. recte dici contendit Is. Voss. ad Melam p. 147. quia ipsius antiquissimo Cod. Cic. de Nat. Deor. 3. 18. legitur, Eumenidum Athenis fanus est.
FANUM Fortunæ Senonum urbs. V. FANESTRIS.
FANÆ, vel etiam FANTUÆ, Deæ sunt. Mart. Capell. lib. 2. p. 41. Fanæ, a quibus Fana dicta sunt, quod soleant divinare. videtur igitur olim fuisse Adj. Fanus, a, um. ut Gr. φανός. V. FOR.
FANOR, āri. Varro L. L. 5. 7. ubi supra. Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, id est, ut fani lege sit.
FANATĬCUS, a, um. Adj. [ἐνθουσιαστής, ἔνθεος, θεοφόρητος] Fanatici olim dicti sunt Homines numine afflati, qui verbo Græco Enthei dicuntur, & Theophorumeni, quod non sua sponte, sed divino numine feruntur. Cujusmodi Cumea Sibylla a Virg. 6. Æn. 46. describitur,
— cui talia fanti
Ante fores subito non vultus, non color unus, &c. Juven. 2. Sat. 113.
— & crine senex fanaticus albo
Sacrorum antistes. Liv. lib. 39. 13. de Bacchanalibus loquens, Viros velut mente captos cum jactatione fanatica corporis vaticinari. Idem 4. 33. pr. Velut fanatico instincta cursu, in hostem ruit. Quintil. in 11. 3. Frequens etiam capitis nutus non caret vitio, adeo caput jactare, & comas excutientem rotare, fanaticum est. Budæus.
Superstitiosi & pæne fanatici Philosophi. Cic. 2. de Divin. 118.
Fanaticus homo. Cic. pro Domo 105. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod, &c.
Fanatico carmine vaticinari. Liv. 38. 18.
Fanatica dicitur Arbor fulmine icta. Auct. Fest.
FAR, farris. n. [ζέα, ζειά apud Dionys. Halicar.] Apud veteres de Omnibus frugibus dicebatur, quia id ferret terra; vel a Frangendo se, vel, ut placet Varroni de Ling. Lat. lib. 4. p. 27. extr. ed. tert. Steph. a Fa-

a Faciendo, quod in pristino fit. Columel. lib. 8. cap. 5. Posthæc cavea cum matre claudendi sunt & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre, vino asperso modice alendi. V. Plin. lib. 18. cap. 8.
Duo farris genera Gallia alit: unum rutilo colore, quod agricolæ Rubrum frumentum appellant: alterum candidius, quod Clusinum putatur: *blance* rura nostra adhuc cognominant, quod & Plinius Gallis ita testatur appellari. Utrumque communi vocabulo Barbatum frumentum, seu potius *bladum*, consuerunt nominare. sed rubens partim *Locar* quasi loculare, quod pluribus tunicis perinde quasi loculis involutum condatur, partim appellant (a pulligine ut arbitror) pullare, quia ex rubro in pullum degeneret colorem. Candidum rubro longe minoribus aristis est munitum. Hæc & plura Ruell. lib. 2. cap. 17.
Acervus ingens farris. Virg. 1. Georg. 185.
Bilibræ farris. Liv. 4. 15.
Seges farris. Liv. 2. 5. pr. Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse, matura messi.
Asperum far. Stat. 4. Silv. 9. 31.
Calidum far. Ovid. 6. Fast. 170.
Canini farris sordes mordere. Juven. 5. Sat. 11. i. e. Sordidum panem.
Flava farra. Virg. 1. Georg. 73.
Lætissima farra hiberno pulvere. Virg. 1. Georg. 101.
Modicum far. Pers. 3. Sat. 25.
Pium far dicebatur Mola salsa, quæ a Virginibus Vestalibus parabatur. V. Heins. epist. ad Balsac. p. 185. & Broekh. ad Tibul. 3. 4. 10.
Robusta farra. Virg. 1. Georg. 219.
Salsa farra. Ovid. 3. Fast. 284. i. e. Mola salsa.
Torrida farra. Ovid. 2. Fast. 24.
Triticeum far. Columel. lib. 6. cap. 10.
Vegrandia farra. Ovid. 3. Fast. 445. Vegrandia, Non grandia. V. VEGRANDIS.
Vernaculum far. Columel. lib. 11. cap. 2. Eodemque mense ante Calend. Feb. farriendæ segetes autumnales, sive illæ seminis adorei sunt (quod quidam far vernaculum vocant) seu tritici. Ruell. lib. 2. cap. 17. Ante Calendas, inquit, Februarias farrienda seges seminis adorei, quod quidam far vernaculum vocant: ejusque tempestiva farritio, quum quatuor fibrarum esse cœperit. Frumenti itaque genus est, quod veteres Ador & Edor, & semen adoreum & far vernaculum video nominasse, ab edendo, vel quoniam adurebatur ut tostum fieret: ex quo mola salsa in sacrificiis, & Adorea pro laude. *Hæc* & plura Ruell.
Membra gruis, sparsi sale multo, non sine farre. Hor. 2. Serm. 8. 87.
Far, pro Farina. Columel. lib. 8. cap. 4. de cibariis gallinarum: Potest etiam lolium decoctum objici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur.
Farre contrahebantur nuptiæ. Servius, ad Virg. 1. Georg. 31. q. V.

FARRACEUS, a, um. Adj. [ζεινὸς] ut, Farraceus pollen. Plin. lib. 24. cap. 7.
Seges farracea. Varro 1. de R. R. 31.
Legitima sacraque matrimonia veteres Farracea vocarunt a farris nimirum communione, quod farreo libo adhibito genus id matrimonii contrahi sit solitum, ut Festus & Boetius scribunt: Unde sit dicta Farreatio, sicuti quum dissolverentur nuptiæ, Diffarreatio. V. infra in FARREATIO.

FARRARIUS, a, um. Adj. Scævola in l. Defuncta. D. de usufructu, Sempronio do lego ex reditu fructum holeris & porrinæ, quem habeo in agro farrario, partem sextam.
Fistula farraria. Cato de R. R. cap. 10. Sed lectio dubia est.

FARRARIUM, i. n. Vitruv. 6. 9. Horrea, fœnilia, farraria, pistrina, extra villam facienda videntur.

FARREARIUS, a, um. ut, Pilum farrearium. Cato de R. R. cap. 10. [Al. Pilam farrariam, quod Analogiæ melius respondet.

FARREUS, a, um. Adj. ut, Farreus panis. Columel. lib. 7. cap. 12.
Mensæ farreæ. Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. cap. 10. extr.

FARREUM, i. n. [ζειινὸν] Genus libi ex farre factum, inquit Fest. Plin. lib. 18. cap. 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant.
Farreum, veteres Horreum a Farre: sicut Granarium a Grano, & Horreum ab Hordeo. [Nisi potius Farrarium sit, q. V.

FARRICULUM, i. n. dimin. Pallad. Octob. t. 21. Ex novo tritico purgato farriculum facias.

FARREO, āre. in Dig.

FARREATUS, a, um. in Cod.

FARREATIO, ōnis. f. [ζειαγμὸς] Genus sacrificii, quod fiebat e farreo libo, quoties nuptæ ducebantur in templum. Hæc etiam Confarreatio dicebatur. V. CONFARREATIO.

FARREATOR, ōris. m. in Cod.

FARRĀTUS, a, um. Adj. ut, Olla farrata, i. e. Puls in olla ex farre cocta. Pers. 4. Sat. 31.
— & farratam, pueris plaudentibus, ollam. conf. Juven. 11. Sat. 109.

FARRĀGO, ĭnis. f. a Farre; est Id quod ex pluribus satis, (ut hordeo, vicia, & leguminibus) pabuli causa datur jumentis, ut ait Festus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum, aut quod primum in farracia segete seri cœptum: ea equi & jumenta cetera verno tempore purgantur, ac saginantur. Pers. 5. Sat. 77.
Vappa & lippus, & in tenui farragine mendax. i. e. Etiam in minimis rebus mentiri solitus.
Farrago, pro eo quod Secale quoque vocatur. *Du seigle.* Plin. lib. 18. cap. 16. Id autem quod secale atque farrago appellatur, occari tantum desiderat. V. SECALE.
Crassa farragine corpus crescit. Virg. 3. Georg. 205.
Farrago etiam accipitur pro Quacunque commistione. Juven. 1. Sat. 86.
Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. i. e. Materia & argumentum. [Vel quasi Seges.

FARRAGINARIA, orum. pl. Columel. lib. 11. cap. 2. Farraginaria quoque, pecori futura per hiemem præsidio. Si modo vitiosa lectio non est.

FĀRĪNA, æ. f. [ἄλευρον, ἄλφιτον, ἀθὴρ] a Far dicitur, appellaturque Id quod a farre exprimitur, vel mola vel pedum conculcatione. Plin. lib. 18. cap. 9. Nam quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt. Martial. lib. 13. 62.
Pascitur & dulci facilis gallina farina. Ovid. de Med. faciei, 61.
Nam quæ pulvereæ fuerint confusa farinæ.
Avenaria farina. V. AVENA.
Decussa cribro farina. Pers. 3. Sat. 112.
Nigra farina. Martial. lib. 9. 3.
Convivam pascit nigra farina tuum.
Ordeacea farina. V. ORDEACEUS.
Facere farinam. Martial. lib. 8. 16.
Et panem facis, & facis farinam.
Farina etiam Aliarum rerum pulvis non Frumenti tantum, dicitur. Sic,
Marmoris farina. Plin. 32. 7.
Pumicis farina. Plin. 14. 22. & 23. 9. Folia (myrti) siccantur in farinam, quæ inspergitur ulceribus.
Proverbiales locutiones sunt, Ejusdem farinæ, Nostræ farinæ. i. e. Ejusdem generis aut gregis, plane similes. Pers. 5. Sat. 115.
Si tu, cum fueris nostræ paulo ante farinæ.

FARINULA, æ. f. dimin. Vulg. Interpr. 1. Reg. 17. 13.

FARINACEUS, a, um. [ἀλευρώδης] Quod factum est ex farina. Vet. Onomast.

FARINARIUS, a, um. Adj. [ἀλευρητικός] Quod ad farinam pertinet. Plin. lib. 18. cap. 11. Farinario cribro subcernunt. Cato de R. R. 76.

FARINARIUM. i. n. Locus ubi asservatur farina. Vet. Onomast.

FARINŌSUS, a, um. Farina conspersus. Veget. Mulom. 2. 30. Atheroma est tuber, in quo farinosa congeries reperitur. [i. e. Pulti similis.

FARINULENTUS, a, um. Idem. Apul. 9. Met. p. 222. Farinulento cinere sordide candidati.

FARCIO, si, tum, vel (ut alii volunt) ctum, & sum, [ἐμπλάττω, σάττω] īre. proprie est Saturare, quasi Farre implere.
Farcire, Saginare, pingue & obesum facere. Columel. lib. 8. cap. 7. extr. Nam illi qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aves efficere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. Sic Varro 2. de R. R. cap. 5. Farcire pecudes ad victimas. Et Cato cap. 89.
Lignum farcire in gulam. Sen. Epist. 71. Lignum totum in gulam farsit, & vi præclusis faucibus spiritum elisit. Sic
Pannum farcire in os, pro Inserere. Sen. 3. de Ira, cap. 19.
Farcire, per metaphoram, Implere significat. Plin. Epist. 256. Parietes medii cæmento farti. Vitruv. 2. 8. Sed nostri, celeritati studentes, erecta coria locantes frontibus serviunt, & in medio farciunt fractis separatim cum materia cæmentis. Ita tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & una media farcturæ.
Farcire alicui centones. Plaut. Epid. 3. 4. 19. Hic non est locus: quin tu alium quæras, cui centones farcias. i. e. Quem tu gloriosis mendaciis & confarcinatis fabulamentis expleas. V. CENTO. sed ibi legendum est Sarcias. V. Gronov. ad locum.

FARTUS, sive FARCTUS, a, um. Partic. [ἐμπεπλασμένος] Cic. 7. Verr. 27. Lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus Melitensi rosa farctus. Martial. lib. 8. 44.
Fartus papyro dum tibi torus crescit.
Ceres farta. Martial. lib. 3. 58.
Hic farta premitur angulo Ceres omni.
Ventriculus fartus coriandro. Plin. lib. 29. cap. 4.
Farta opimo jecore, & satiata affatim. Cic. 2. Tusc. 24. Ex quodam poeta.

FARSUS, a, um. Idem. Hygin. Fab. 126. Victor capiet ventriculum farsum. Et Apic. 8. 8. Lepus farsus.

FARTOR, ōris. m. [ἀλλαντοπώλης] Qui farcimina facit ex secta carne & adipe & hujusmodi: sive Qui aves farcit & saginat. Columel. lib. 8. cap. 7. Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officium. Et in veteri Inscriptione, quam Gruterus p. 580. n. 15. adduxit, FARTOR AVIVM legimus. Ter. Eun. 2. 2. 26.
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores. [ubi Donat. Qui insicia & farcimina faciunt. Moveor tamen hic adductis, alisque locis, ut dubitem, iidem ne fuerint Fartores ac Botularii. In vet. Gloss. utroque etiam Fartores, Σιτευταί.
Fartores (ait Festus) Nomenclatores, quia clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati.

FARTĪLIS, e. Idem quod Fartus. Plin. lib. 10. cap. 22. Nostri sapientiores, qui eos jecoris bonitate novere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur. Fartiles vocat Anseres, fartos & saginatos, quibus dicit jecur augescere fartura. V. Harduin. in h. loc. [Sed errat Hard. cum sit ablativus, a recto Fartilia, cibumque, non animal denotet. V. seq. dict.

FARTILIA, orum. n. pl. Cibus quo farciuntur aves. Tertull. adv. Valent. cap. 27. Fartilia nescio quæ commenti. Add. in dict. præced. Plinii locum.

FARSILIS, e. Idem, ac Fartilis. Apicius 8. 7. Porcellus farsilis. V. 5. 3. & 8. 8. conf. Borrich. Cogit. p. 103.

FARTUS, ûs. m. Esca qua quid farcitur vel fartum est. Columel. lib. 5. cap. 10. Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem, ac meliorem. Fartum fici Palladius vocat Pulpam. Sic enim ait in Martio: Subinde ficus, sicut est divisa, vertatur, ut ficorum coria siccentur, & pulpæ tunc duplicatæ in cistellis serventur, aut loculis. *C'est la chair de la figue.*
Fartum vestis, pro Ipso corpore dixit Plaut. in Most. 1. 3. 13.
Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

FARTŪRA, vel FARCTURA, æ. f. Columel. lib. 8. cap. 7. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ præcesserint. V. & Farcire, per metaphoram.

FARSURA, æ. f. Idem. Tertull. adv. Valent. cap. 27. Macrescit reliqua farsura.

FARTIM, Adv. [σωρηδὸν] Simul, sive Una in uno cumulo. Apul. lib. 3. Milef. p. 130. Et tectum omne fartim stipaverunt.

**Farcīmen**, ĭnis. n. [ἀλλᾶς] Inteſtinum varia ac minutim conciſa carne refertum. Varro 4. de L. L. 22. Ab eadem fartura farcimina extis appellata: a quo quod in eo tenuiſſimum inteſtinum fartum, Hila ab hilo dicta, id eſt minimo, quod ait Ennius: Neque diſpendii facit hilum.

**Farciminum**, i. n. Morbus jumentorum: ut, Affectus farcimino. Veget. Mulom. 1. 7. [Niſi forte Farcimine legendum.

**Farciminōsus**, a, um. Laborans farcimino. Veget. 1. 14.

**Farcīno**, āre. Mart. Capell. 9. Carm. ult. p. 336. Fandis tacenda farcinat.

**Farcinōma**, ătis. n. Veget. Mulom. 8. 28. Farcinomata præcidere; niſi forte legendum Carcinomata.

**Farfărus**, i. m. ſive **Farfar**, Syriæ fluvius, qui e radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, in Syriaco miſcetur, mari. Hic tantus fertur, ut tranſiri vado non poſſit. [Auctor quis? Farfarus, Fluvius qui per Sabinos tranſit: de quo Ovid. 14. Met. 330.

— & amœnæ Farfarus undæ. Dicitur & Fabaris. Virg. 7. Æn. 715.

Qui Tiberim, Fabarimque bibunt. ubi Serv. V.

**Farfarum**, vocat Plaut. in Pœn. 2. 32. Populum arborem, inquiens, Ea præſternebant folia farfari. quæ levi pulſu venti alicujus autumno univerſa aliquando cadunt. Sic, Marcell. Virg. in lib. 3. Dioſc. Al. Farferi. V. dict. duas ſeq.

**Farfenum**, Virgulti genus eſt, inquit Feſt. conf. Turneb. Adverſ. 15. 7. Farfarum Plin. 24. 15. Al. Farferum.

**Farfugium**, i. n. Planta quæ & Chamæleuce dicitur. Plin. lib. 24. cap. 15. Chamæleucen apud nos Farfarum ſive farfugium vocant: naſcitur ſecus fluvios, folio Populi, ſed ampliore. Hactenus Plin. Quidam putant Arborem eſſe, quæ Populus alba vulgo dicitur, *Du tremble*. Nonnulli vero eam eſſe herbam putant, quæ Bechion & Tuſſilago appellatur. Habet enim folia ſubtus alba, & circa fluvios naſcitur, vulgo *Pas d'aſne*.

**Farina**, **Farinarius** V. **far.**

**Fāris**, vel fare, fatur, [φὴς, φησὶ] a Fero deductum eſt, nihil enim aliud eſt Fari quam Ferre, i. e. Loqui. Quanquam Varro inter Fari & Loqui hoc intereſſe ſcribit; quod Fatur is, Qui primus ſignificabilem vocem ore emittit; nullo verborum ordine ſervato: unde pueri, ante quam id faciant, Infantes dicuntur. Loquitur autem is, Qui ſuo loco unumquodque verbum ſciens ponit. Proprium Vatum eſt: qui inde & Fatui appellati. V. infra **fatuus.**

Fari. Virg. 6. Æn. pr.

Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas. Cic. 2. Tuſc. 39. Non poteſt hæc fari tantum dictis, quantum factis ſuppetit laboris. Ex vetuſto codice legendum Ecfari.

Fari ad. Cic. de Univerſ. 35. Tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur, Hæc vos, &c.

Græce fari. Cic. 5. Tuſc. 116. Epicurei noſtri Græce fari neſciunt, nec Græci Latine.

Fare age. Virg. 3. Æn. 360. Age fare viciſſim. Virg. 6. Æn. 531.

Puer neſcius fari. Hor. 4. Carm. 6. 18.

**Farior**, āri, etiam pro Fari veteres uſi ſunt, teſte Diomede. V. XII Tabb. & Roſin. Ant. Rom. lib. 8. edit. Dempſt. p. 793.

**Fans**, Partic. [φὰς] Propert. lib. 3. 7. 62.

Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

**Fatus**, a, um. aliud Partic. [εἰπὼν] ut, Sic fatus, deinde. Virg. 2. Æn. 392.

—— ſic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur.

Breviter fata eſt. Virg. 6. Æn. 321.

**Fatus**, ûs. m. Virg. 12. Æn. 25. —— haud mollia fatu. Paulinus Nolanus Poem. 17. ad Nicetam v. 246. & Sidon. 9. Epiſt. 13. Grammatici Supinum poſterius eſſe dicunt.

**Fandus**, a, um. Adj. & Partic. [φατὸς] Quod fari dignum eſt & juſtum. Liv. Ita reſperſæ fando, nefandoque ſanguine aræ. Virg. 1. Æn. 543.

At ſperate deos memores fandi atque nefandi. i. e. Juſti & injuſti, ait Servius.

Doctiſſima fandi. Virg. 10. Æn. 225.

Tempora fandi molliſſima. Virg. 4. Æn. 293.

Fanda fata. Cic. 1. de Divin. 66. Neque me Apollo fatis fandis invitam ciet.

Fando eleganter uſurpatur Cic. 1. de Nat. Deor. 82. At vero ne quidem fando auditum eſt, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio, i. e. Alio dicente. Et Virg. 2. Æn. 81.

Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures. ſed Ibid. v. 6.

—— quis talia fando &c.

Temperet a lacrymis? i. e. Dum ipſe dicit, vel narrat.

**Famen**, ĭnis. n. apud Recentiores.

**Fario**, onis. m. Piſcis, qui alias Trutta dicitur. Auſon. Moſella, v. 130.

Amborum medio fario intercepte ſub ævo.

**Farnus**, i. f. Arbor de genere quercuum. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Namque de cerro, aut fago, ſeu farno, nullus ad vetuſtatem poteſt pervenire. Conf. Pallad. lib. 1. cap. 9. Nomen hodieque ſervat in Italia.

**Farneus**, a, um. ut, Fungi farnei. Apic. 7. 13.

**Farraceus**, **Farrago**, **Farraginaria**, **Farreatio**, **Farreum**, **Farriculum.** V. **far.**

**Fartilis**, **Fartim**, **Fartor**, **Fartum**, **Fartura**, **Fartus.** V. **farcio.**

## F A S

**Fas**, [θέμις, θεμιτὸν, θέσφατον] n. indecl. in nominat. accuſat. & vocat. tantum invenitur; Quod pium eſt, & religioſum, & fari dignum & ad deos refertur, ſicut juſtum ad homines. Virg. 1. Georg. 268.

Fas & jura ſinunt, i. e. Divina & humana jura permittunt. Idem 1. Georg. 505.

Quippe ubi fas verſum atque nefas, &c. Ubi Servius, Spernunt licita, appetentes illicita.

Per proſopopœam Livius quaſi Deam facit, 1. 32. in formula Fecialis, Audiat Fas!

Fas mihi ſit audita loqui. Virg. 6. Æn. 266.

Abrumpere omne fas. Virg. 3. Æn. 55. V. **abrumpo.**

Magnum fas nefasque. Hor. Epod. 5. 87.

Jus & fas omne delere. Cic. 1. Att. 13.

Si fas dixiſſe. Stat. 2. Achil. 221.

Exuere jus faſque. Tacit. 3. Hiſt. 5. Ac majore ex diverſo mercede, jus faſque exuerent.

Contra fas, contra auſpicia, contra omnes divinas atque humanas religiones aliquid facere. Cic. 7. Verr.

Contra fas factus filius. Cic. pro Domo 35. Jure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatum relicto, factus es filius contra fas, cujus per ætatem pater eſſe voluiſti. De adoptivo filio.

Contra jus faſque interfecti oratores. Cic. de Aruſp. Reſp. 34.

Fas eſt, i. e. Licitum. Plaut. Aſin. 3. 1. 11.

Neque edepol te accuſo, neque id me facere fas exiſtimo.

Per naturam fas. Cic. pro Milon. 44. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat.

Quoad fas eſſet. Cic. 2. contra Rull. 19. Ut id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret.

Fas habere. Plaut. Trinum. 2. 2. 11.

— Quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent quo manus abſtineant.

Habetur fas. Quintil. lib. 3. cap. 8. In judiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo.

**Fascēlis**, ĭdis. f. dicta eſt Diana, a Faſce lignorum, in quo abſconditum ejus ſimulacrum Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt. V. Serv. ad Virg. 2. Æn. 116. Heinſ. Facelitis, φακελῖτις a φάκελος, quod Lignorum faſcem Græcis denotet. V. dict. ſeq.

**Fascelīnus**, a, um. Adj. ut, Faſcelina ſedes, apud Silium 14. 260. Locus in quo templum hujus Dianæ. V. ibi Cellarium. Alii legunt Facelina, in quibus Heinſ. q. omnino adi.

**Fascia**, æ. f. [ἐπίδεσμος, σπάργανον, ςρόφιον] Linteolum eſt ad ligandum aptum; dicta a Græco φάσκια. Plin. lib. 20. cap. 15. Vel penicillis fervens adprimitur faſciis. Cic. de Clar. Orat. 217. Devinctus erat faſciis.

Faſcia lecti. Cic. 2. de Divin. 134. Defert ad conjectorem quidam ſomniaſſe ſe ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.

Candida faſcia pro Diademate. V. **diadema.**

Circumlita faſcia. Juven. 9. Sat. 14. Sed varia lectio eſt. V. Grang. ad loc.

Cretatæ faſciæ. V. **diadema.**

Lata faſcia. Ovid. 3. de Arte Am. 622.

Mollis faſcia. Propert. lib. 4. 10. 49.

Pectoralis faſcia: Qua mulieres mammas tegunt. Martial. lib. 14. 134. Ovid. Remed. Amor. 338.

Faſciæ, proprie pro Tegumento crurum, pedumque poni conſueverunt. Ulpianus l. Argumento ſunt. D. De aur. argent. mund. leg. Faſciæ crurales, pedaleſque, veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. Plin. ſcribit lib. 8. cap. 57. mures portendiſſe exitium Carboni imperatori, arroſis faſciis, quibus in calceatu utebatur. Cic. 7. Att. 3. Etenim mihi caligæ ejus, ut faſciæ cretatæ non placebant. V. Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 82. & Salmaſ. Hiſt. Aug. & Voſ. Inſt. Orat. 4. p. 159. & Pitiſc. Lex.

Faſciæ junci. Plin. lib. 15. cap. 17.

Faſciæ orbis, pro iis quas Aſtrologi Zonas vocant. Mart. Capell. lib. 6. Orbis terræ in quinque Zonas, ſive melius faſcias, diſcernitur.

Faſcia aliquando ponitur pro Nube, in modum faſciæ cœlum præcurrente. Juven. 14. Sat. 294.

Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minatur.

Faſcia uſurpatur Celſ. lib. 7. cap. 20. pr. de inteſtini curatione, pro eo quod Gallice dicitur *un braier*.

**Fasciŏla**, æ. f. dimin. [σπαργάνιον] Cic. de Aruſp. Reſp. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro, eſt factus repente popularis. Hic videtur ſignificare Subligaculum tibialium. Hor. 2. Serm. 3. 247.

— ponas inſignia morbi
Faſciolas, cubitale, focalia. Turneb. locum hunc Horatii explanat de hominibus qui morbo laborarunt, quo liberati recuperatis refocillatiſque viribus, ponunt faſciolas, in quibus crura obvolverant, &c. Abſque enim morbo faſciis crura pedeſque involvere, viris indecorum erat, molleque cenſebatur.

**Fascio**, [σπαργανίζω] āre. Faſcia ligare. Spartianus de Antonino Pio, cap. 13. pr. Sed quum eſſet longus & ſenex, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet.

**Fasciātus**, a, um. Partic. Martial. 12. 57.

Nec faſciato naufragus loquax trunco.

**Fasciātor**, ōris. m. Hieron.

**Fasciātrix**, īcis. f. Idem.

**Fasciculus.** V. **fascis.**

**Fascĭnum**, i. n. & **Fascinus**, i. m. [βασκανία] a Fando; Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non ſint, nec mentis compotes; ſæpeque ad extremam maciem deveniant, vel a Faſciis dicitur, quibus ligabant quos faſcinabant. Duplex autem habetur Faſcinus, alius qui Oculo, alius qui Lingua fit. De primo, Virg. 3. Ecl. 103.

Neſcio, quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. De altero 7. Ecl. 27.

Aut ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Faſcina dicebantur & Ipſa remedia contra faſcinum, ſeu amuleta, quæ & Præbia dicebantur antiquis, & membri virilis ſive mentulæ figura pueris ſuſpendebantur e collo. Hinc Varro ait de L. L. 6. 5. Pueris turpicula

turpicula res in collo quæ suspenditur, nequid obsit bonæ scævæ causa. Atque hinc Ipsum membrum virile, seu Veretrum perinde Fascinum appellatum. Cujusmodi non unum exemplum in Priapiis licet notare, ubi & Fascinosum pro Bene vasato legere licet. V. infra.

Fascinus etiam Dei nomen apud veteres. Plin. lib. 28. cap. 4. Quanquam illos religione tutatur & Fascinus, Imperatorum quoque, non solum infantium, custos, qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, & currus triumphantium, sub his pendens, defendit, medicus invidiæ. V. Th. Barthol. de Puerp. Vett. sub fin.

**Fascĭno**, [βασκαίνω] āre. Virg. 3. Ecl. 103.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Lingua mala fascinare aliquid. Catull. 7. 12. V. dict. superior.

**Fascinans**, antis. [βασκαίνων] Qui fascinat. Plin. lib. 13. cap. 4. Quibusdam osseum lunatumque, dente contra fascinantes religione politum. De palmularum ligno, seu nucleo.

**Fascinātio**, ōnis. f. [βάσκανσις] Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem lib. 19. cap. 4.

**Fascinātor**, ōris. m. Vet. Gloss. Fascinator, βάσκανος.

**Fascinātrix**, īcis. f. Apulej.

**Fascinamentum**, i. n. apud eundem.

**Fascinōsus**, i. m. Qui magno Priapo præditus. Priap. Carm. 79.

Non es poeta fascinosior nostro. Editum tamen a Sciop. Sarcinosior.

**Fascis**, is. m. [φάκελος, ἰλλιδωνός] Lignorum aut alterius cujuscunque rei ligata congeries, quam ligando facimus. Unde Fascem coculariuum vocare possumus, id quod Galli Parisienses vocant *Une bourrée*. Nam cocula, ut Festus ait, sunt ligna minuta quibus facile coquuntur opsonia. Cæs. 8. Bell. Gall. 15. Fasces stramentorum ac virgultorum. Sic, Fasces calamorum. Martial. lib. 14. 38.

Fascis, Onus: ob id dictum, quod fasces lignorum seu aliarum rerum, graves sunt portantibus. Virg. 9. Ecl. 65.

— ego hoc te fasce levabo. Idem 3. Georg. 347.

— injusto sub fasce viam dum Carpit.

**Fasces**, pl. Insignia dicebantur, quæ Magistratibus Romanis lictores præferebant. Erant autem fasciculi colligati ex virgis seu bacillis de betula arbore, Plin. 16. 18. inter quas obligata securis ita erat, ut ferrum in summo fasce emineret. Hos fasces Romulus instituit Auctore Dionysio lib. 3. & Liv. 1. 8. Sed Flor. 1. 5. 5. Tarquinius, inquit duodecim Tusciæ populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, &c. Habebant autem Consules duodenos fasces, Prætorum erant seni. tam in urbe, quam in provincia, sed hic additis, detractis illic securibus. Dictatorum erant 24. cum securibus etiam in urbe. Decemvirorum tantum ille primum fasces habebat, qui tum jus diceret. Liv. 3. 33. Dein singuli duodenos cum securibus corripuere. Idem cap. 36. V. Spanhem. de Usu & Præst. Num. diss. 10. a p. 88. ad 172.

Bijuges fasces, Fratrum una coss. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 233.

Atque uno bijuges tolli de limine fasces.

Fracti fasces, In luctu. Ovid. ad Liv. 177.

Laureati fasces C. Marii, ex victoria. V. LAURUS. Cic. 1. Divin. 59.

Lictorii fasces. Auctor de Vir. Illustr. cap. 20.

Pulchri fasces. Lucret. lib. 5. 1233.

Superbi fasces. Hor. 1. Carm. 12. 35.

Attollere primos fasces. Virg. 7. Æn. 173.

Præeunt novi fasces. Ovid. 1. Fast. 81. de Kal. Jan. die, qua magistratum inibant solenni processione coss.

Præferuntur Prætoribus fasces. Cic. 7. Verr. 22.

Submittere fasces populo. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Fasces submittere, Insignia vimque imperii, majestati vel reverentiæ alicujus submittere; ut Publicola, qui primus hoc instituit. Quum enim posset imperii summi, i. e. Consulatus jure uti agendo cum populo, fasces tamen majestati Populi Romani submisit: h. e. Lictores a se tantisper abire jussit, quoad concionatus esset, ut auctor est Liv. lib. 2. ab Urbe. 7. Hæc Bud. [Quem errare vel ex hoc liquet, quod sæpe per Lictorem astantem prehendi ac duci quempiam Quiritium Consules jusserunt. V. Liv. 2. 29. iidemque sæpe in tribuniciis procellis fascibus fractis discesserunt. V. eund. 2. 55. Quare Fasces submitti potius eadem ratione, atque Arma, Vexilla aliaque id genus, dicebantur, quum Supina non Erecta præferebantur. V. quæ infra in SUBMITTO dicemus, & adde omnino quæ Gevart. Lect. Papinian. 4. 4. proposuit.

Fasces etiam, [ῥαβδουχίαι] pro Magistratibus & honoribus, qui a populo præstantur alicui. Virg. 2. Georg. 495.

Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit.

Extraordinarii fasces. Cic. pro Domo 24. Nullus locus orbe terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset. De usurpato contra leges magistratu.

Petere fasces. Lucret. 3. 1009. i. e. Honores.

Fasces ingenii. Plin. in tot. oper. præfat. Perfricui faciem, nec tamen profeci: quando alia via occurris ingens, & longius etiam submoves ingenii fascibus. A lictoribus est ductum, qui ante magistratum incedentes, turbam submovebant. Sensus est: Si fasces Consulares & summi honoris insignia me non terrent, nec submovent a te, at submovet acre & excellens ingenium, cujus judicium subire intrepidus nemo potest.

**Fasceatim**, [φακελληδόν] Quintil. lib. 1. cap. 4. Adjiciebant & asseverationem, ut heu: & attractionem, ut fasceatim. V. Attractio in ATTRAHO.

**Fascicŭlus**, i. m. dimin. [φακελίδιον] Parvus fascis: ut, Fasciculus epistolarum. Cic. 2. Q. frat. 7. Sic Cic. 16. Fam. 26. Quod fasciculus alter ad me jam sine tuis litteris perlatus est.

Manualis fasciculus. V. MANUS.

Librorum fasciculus. Hor. 1. Epist. 13. 13.

Colligere in fasciculos manuales. V. COLLIGO.

Fasciculus, Olfactoriolum. Cic. 3. Tusc. 43. Fasciculum ad nares admovebis, incendes odores, & sertis redimiri jubebis & rosa.

**Fasciculāris**, e. Veget. 2. 19. extr. Fascicularia, id est Lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant.

**Fasellus**, sive **Fasēlus**, **Faseolus**. V. PHASELUS.

**Fassus**. V. FATEOR.

**Fasti**, orum. vel **Fastus**, uum. pl. m. Liber in quo continetur dierum festorum, profestorumque observatio. Lucan. lib. 10. 187.

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. Varro in Ephemeride, Cæsar fastus correxit. apud Priscianum, lib. 6. fol. 64. a. extr. Ald. qui & auctor est, eadem forma dici Fastus vel fasti, qua Senatus vel senati. Frequentius tamen illud secundæ, hoc quartæ reperitur.

Fasti dispescuntur in Majores & Minores. Illos & Consulares vocant, in quibus consulum series per annos singulos digesta fuit: Hos Kalendares, quod præcipue dierum cujusque mensis computationem continerent, quod genus & Calendarium vocatur; aliudque rursus Urbanum, aliud Rusticum. De Majoribus Cic. 4. Att. 8. Ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habeat, quam factorum.

Enumeratio fastorum. Cic. 5. Fam. 12.

Evellere consules ex fastis. Cic. pro Sext. 33. Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendi.

Ferre hanc legem ulli fasti possunt? Cic. in Pison. 30.

Fastos Kalendares olim Pontifices soli curabant. Eos primum circa forum in albo proposuisse Flavium scribam, Liv. 9. 46. scribit; ut quando lege agi posset, sciretur. Meminit hujus rei & Cic. 6. Att. 1. Quare cum in Fastis pontificum omnis dierum, quibus lege agere liceret ratio contineretur multum ex eo facto popularis gratiæ Flavius ille scriba reportavit. Cic. pro Muren. 25. Posset agi lege, nec ne pauci quondam sciebant: fastos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur &c.

Addere diem fastis. Capitolin. in M. Aurelio 154. Fastis dies judiciarios addidit. H. St. locus est cap. 10. extr.

Eximere dies de fastis. Cic. 4. Verr. 132.

Notant dies fastorum accretione & diminutione luminis sol & luna. Cic. 1. Tusc. 68.

Picti fasti. Ovid. 1. Fast. 11.

Signantes tempora fasti. Ovid. 1. Fast. 657.

Signata tempora fastis. Ovid. 2. Fast. 7.

Tollere de fastis diem festum. Cic. 6. Verr. 151. Quum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent.

Fastorum libris etiam totius anni res Pop. Rom. inscriptæ continebantur, & causæ festivitatum explicabantur, ut in fastis Ovidii: de quibus idem lib. 1. Fast. 7.

Sacra recognosces annalibus eruta priscis, &c. V. Suet. Tiber. 5. & ibi Torrentium.

Plura de Fastis V. in Lex. Pitisc. & Menolog. Fabric. ejusdemque Biligr. Antiq. cap. 10. Adde Commentt. ad Fast. Ovid.

**Fastus**, a, um. Adj. ut Dies Fasti, per quos Prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Varro de L. L. 5. 4. Quibus opponuntur Nefasti, per quos, ut idem ait, nefas fari Prætorem. Hinc Ovid. 1. Fast. 47.

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur:

Fastus erit per quem lege licebit agi. Sunt autem hæc verba prætoris solennia Do, dico, addico.

**Fastidio**, **Fastidium**. V. FASTUS pro Superbia.

**Fastigium**, i. n. [μετωπότατον, ἄκρα] Altitudo ac summitas alicujus operis, vel Ædificii summum, inquit Fest. Cæs. 7. Bell. Gall. 69. Mediocri interjecto spatio, pari altitudinis fastigio. Virg. 1. Æn. 442.

— & fastigia suspicit urbis.

Culminis summi fastigia. Virg. 2. Æn. 458.

Delubrorum fastigia. Ovid. 1. Met. 373.

Fastigiorum multorum tectum. Cic. 3. Q. frat. 1. §. 4. extr.

Operum fastigia spectantur, latent fundamenta. Quintil. in procem. lib. 1. pag. 6.

Tecti fastigia summi. Virg. 2. Æn. 302.

Aurea fastigia templi. Ovid. 15. Met. 672.

Declive fastigium. V. DECLIVIS.

Leve fastigium. Curt. lib. 6. cap. 6. 23. Prærupta rupes erat, qua spectat Occidentem: eadem, qua vergit ad Orientem, leviore submissa fastigio. i. e. Sensim sese attollente, sive non arduo. Budæus. Al. Leniore.

Sublime fastigium. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Summa fastigia. Virg. 2. Æn. 758.

Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento

Volvitur. Fastigia, inquit Servius, modo de Summitate proprie dixit; alibi per contrarium de Imo. Inde est, Cœlumque profundum: quasi, cujus sit porro fundus; quum de imo profundum, de summo fastigium dicatur. Hæc ille.

Fastigium, Pars ima alicujus rei etiam dicitur. Virg. 2. Georg. 288.

Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Fastigium, inquit Servius, & Summæ & Imæ partis possumus dicere, sicut Altum & mare & cælum dicimus. Hinc est, Cælumque profundum; quum & puteus sit profundus. Hactenus ille. Varro de R. R. lib. 1. cap. 14. Fossa ita idonea, si omnem aquam quæ e cælo venit, recipere potest, aut fastigium habet, ut exeat e fundo. i. e. Declivitatem.

Fastigium, Primordium. Virg. 1. Æn. 346.

— sed summa sequar fastigia rerum. Servius. [Immo illud est, quod Summa capita attingere Plautus dixit. V. CAPUT.

Sed & Ædificiorum summa, Fastigia appellantur. Unde,

Operi fastigium imponere; cui opponitur Jacere fundamenta. Cic. 3. Off. 33. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto tanquam fastigium imponimus. V. IMPONO.

Submittitur Hyrcaniæ fastigium perpetua valle. Curt. lib. 6. 4. 19.

Fastigium domus in honoribus divinis numerabatur. Cic. 2. Philipp. 110. Quem is majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? V. Græv. ad hunc loc.

Fastigium pro Honore & dignitate ponitur. ut,

Fastigium tenere inter homines. Plin. in Paneg. 85. hic Fastigium est Dignitas & majestas hominis, a Fastigio, i. e. Altitudine paulatim gracilescente, deducta significatio. Idem Plin. 2. Epist. 1. Summum fastigium privati hominis implere. Liv. lib. 2. 27. Quod facile appareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior fastigio suo data esset, factum, quam ad Consulum ignominiam. Vellej. 2. 69. 1. In consulare fastigium provectus. Nepos, 25. 14. 2. Pari fastigio (dignitatis) stetit in utraque fortuna.

Vulgus Statum vocat, id quod Fastigium Romani vocaverunt; ut Liv. quodam loco, Ejusdem fastigii civis vocat. Ex Bud.

Fastigium, idem quod Genus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 6. pr. Igitur quum tria genera sint a specie simplicia agrorum, &c. E qui-

bus tribus fastigiis simplicibus, &c. Paulo post, Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam fiunt sationum.

FASTIGIO, vel FASTĪGO, [κορυφόω] āre. Acuminare, & quasi In fastigium erigere. Plin. lib. 18. cap. 7. Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam. Fastigantur Hard. hic & aliis locis. V. Is. Voss. ad Melæ 1. 4. & Gronov. ad Liv. 1. 38.

FASTIGANS, Partic. apud Sil. lib. 5. 50.
— mediamque per alvum
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit. i. e. Acuens.

FASTIGATUS, sive FASTIGIATUS, a, um. ut, Collis, in fronte leviter fastigiatus, paulatim ad planitiem redibat. Cæs. de Bell. Gall. 2. 8. 3. al. Fastigatus. Liv. 37. 27. Collis in modum metæ in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus.
Pyramides sunt turres fastigatæ. Solin. cap. 45. de Ægypt. extr. al. Fastigiatæ. V. Isaac. Voss. ad Melam p. 17. & Drakenb. ad Sil. 5. 50.
Consulares fastigatissimi. Sidon. 1. Epist. 9. i. e. Superbissimi.

FASTIGATE, Adv. apud Boethium.

FASTIGATIO, ōnis. f. Plin. lib. 17. cap. 14. Calami exacutio medullam ne nudet; tenui tamen fistula detegat, ut fastigatio levi descendat cuneo, tribus non amplior digitis.

FASTOSUS. V. FASTUS, pro Arrogantia.

FASTUS, pluralis numeri, pro Fastis. V. FASTI.

FASTUS, ûs. m. [φρόνημα, τὸ γαυρὸν] Superbia, & elatio quædam cum jactantia verborum: & proprie Indigna sui ipsius per superbiam existimatio. Plin. lib. 11. cap. 37. Hæc maxime indicant fastum. De Superciliis loquens. Ovid. 1. Fast. 419.
Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
Alto fastu turgidus. Claud. 2. in prim. Conf. Stil. 159.
Superbus fastus ac procax Cleopatræ. Plin. lib. 9. cap. 35. Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix.
Tumidi fastus. Ovid. 1. de Arte Am. 715. al. Flatus.
Vani fastus. Claud. de Bell. Get. 551.
Contemnere aliquid suo fastu. Propert. lib. 1. 7. 25.
Exuere fastus. Ovid. 2. de Arte Am. 241.
Ponere fastus. Ovid. de Rem. Amor. 411.
Fastus etiam pro Contemtu, qui ex superbia est. Tacit. 2. Ann. 2. 5. Accendebat dedignantes & ipse, diversus a majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura, quoties per urbes incederet, lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas. V. ibi Pichenam. conf. lib. 4. 74; & Lips. Var. Lect. 2. 22.

FASTŌSUS, a, um. [γαυρώδης, φρονηματώδης] Qui magno fastu contemnit. Martial. lib. 10. 13.
Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ.
Domus fastosa. Lucan. ad Pison. 107. Fastuosus Vett. non agnoscunt.

FASTIDIO, īvi, ītum, [βδελύσσω, βδελύττομαι, ἀποστρέφομαι, παρορῶ] īre. Cum fastu quodam & superbia contemnere. Plaut. Stich. 5. 4. 34.
Quid hic fastidis? quod faciundum vides esse tibi, quin bibis?
Fastidire, & irasci. Cic. pro Milon. 43. Qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis sæpe fastidiunt.
Fastidire & odisse aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 22.
Fastidire, cum infinitivo. pro Recusare. Quintil. lib. 5. cap. 11. Repetere tamen auctoritatem a plurimis litteris non fastidierunt.
Aliquem fastidire. Virg. 2. Ecl. 73.
Invenies alium, si te hic fastidit Alexis. Sic, Fastidire preces alicujus. Liv. 4. Bell. Maced.
Æstus fastidit amictum. Claud. in Epithal. 6.
Minores non fastidire. Claud. de 4. Conf. Hon. 302.
Mei fastidit. h. e. Sum illi tædio. Plaut. Aul. 2. 2. 67.
Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucil.
Difficiles sumus, fastidimus bonorum.
De Cibis usus Horatius est, 1. Epist. 17. 15.
— si sciret regibus uti,
Fastidiret olus
Omnia fastidis præter pavonem. Idem 1. Serm. 2. 115.

FASTIDIENS, [βδελυττόμενος] Partic. ut
Fastidientis stomachi est multa degustare. Sen. Epist. 2.

FASTIDĪTUS, a, um. [βδελυχθεὶς] Partic. a Fastidior passivo. Lucan. 7. 844.
— pars magna Senatus
Fastidita jacet. Plin. in præf. 6. Fastiditis gratiam dare.
Dominationibus fastiditus. Tacit. 13. Ann. 1.
Domus fastidita. Ovid. de Rem. Amor. 542.
Verba fastidita repellere. Ovid. 4. de Pont. 1. 19.
Viri non fastiditi, i. e. Aliquo in pretio habiti. Ovid. 2. Trist. 120.

FASTIDIENDUS, a, um. aliud Partic. Columel. lib. 2. cap. 9. in fine, Milium cum lacte pultem non fastidiendam præbet.

FASTIDIENTER, Adv. Apul. 5. Met. p. 166. Parentibus fastidienter appellatis.

FASTIDIUM, i. n. [βδέλυγμα] Contemptus ille dicitur atque etiam tædium. Cic. pro Lege Agr. 2. 20. Superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur.
Fastidium in re aliqua. Cic. de Opt. Gen. Orat. 18.
Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Plin. lib. 7. cap. 6.
Citra fastidium. V. CITRA.
Cibi satietas & fastidium. Cic. 1. de Invent. 25.
Rerum domesticarum fastidium. Cic. 1. de Fin. 10.
Stomachi fastidium. Cic. 2. Fam. 16. Nosti enim non modo stomachi mei, cujus tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum, in hominum insolentium indignitate, fastidium.
Superbia, & fastidium, & arrogantia. Cic. 1. Off. 90. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Hic est Fastus
Delicatissimum fastidium. Cic. 1. de Fin. 5. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.
Insolens fastidium. V. INSOLENS.
Audiendi fastidium. Cic. de Opt. Gen. Orat. 12. Sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio.
Abigere fastidium. V. ABIGO.
Abstergere fastidium. V. ABSTERGO.
Adducere in fastidium rem aliquam. Plin. in præfat. 6. Alia vero ita multis prodita, ut in fastidium sint adducta.
Adhærescunt fastidiis, quæ prava sunt: quæ recta sunt, probantur. Cic. 1. de Orat. 258.
Afferre fastidium. V. AFFERO.
Alitur stomachus pluribus cibis minore fastidio. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Auferre fastidium. V. AUFERO.
Creare fastidium. V. CREO.
Fastidio aliquid damnare. V. DAMNO.
Deducere fastidium. V. DEDUCO.
Detrahere fastidium. Plin. lib. 22. cap. ult.
Excutere fastidium. Sen. Epist. 120. fin.
Extundit fastidia labor. Hor. 2. Serm. 2. 14.
Ferre fastidium. Cic. 10. Philipp. 8. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.
Fert eloquentia ex amplitudine fastidium. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Levare fastidium. Quintil. lib. 9. cap. 3. Quotidiani, & semper eodem modo formati sermonis fastidium levat.
Movere fastidium. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Movere fastidia stomacho. Hor. 2. Serm. 4. 78.
Pati superba fastidia alicujus. Virg. 2. Ecl. 15.
Purgare fastidium. Plin. lib. 8. cap. 27. Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant.
Subeunt mihi fastidia. Ovid. 16. Epist. 97.
Sum. ut, Fastidio esse. Plin. lib. 7. cap. 1. Potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus: modo ne sit fastidio Græcos sequi.
In fastidio esse. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipsum vero lignum in fastidio est propter origani acrimoniam.
Vincere fastidia varia cœna. Hor. 2. Serm. 6. 86.
Fastidium meum, Quo ego alios fastidio: Fastidium mei, Quo ego ab aliis fastidior. Quintil. Declam. 14. Vanitatem fastidio mei, despectuque captavit.

FASTIDIŌSUS, a, um. Adj. [βδελυκτικὸς] Qui fastidit. Cic. de Clar. Orat. 207. Propterea quod Antonius, qui maxime expetebatur, facilis in causis recipiendis erat: fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. Plaut. Mil. 4. 6. 18. Istius metus me macerat, quod ille fastidiosus est jam. Hor. 3. Carm. 1. 37.
— dominusque, terræ Fastidiosus. [Sic nisi distinguas friget sententia.
Fastidiosus litterarum Latinarum. Cic. de Clar. Orat. 247. C. Memmius L. filius perfectus litteris, sed Græcis, fastidiosus sane Latinarum, argutus orator, &c.
Aurium sensus fastidiosissimus. Auctor ad Heren. lib. 4. 33. ubi idem fere est ac Delicatus.
In æquos & pares fastidiosus. Auctor ad Heren. lib. 4. 53.

FASTIDIŌSE, Adv. [περιεργασμένως] Cic. pro Planc. 65. Huic ego jam stomachans fastidiose, immo ex Sicilia inquam.
Fastidiosius facere aliquid. Cic. 2. de Orat. 364. Quem ego paulo sciebam, vel pudentius, vel invitius, (nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere.
Fastidiose judicare. Cic. 1. de Orat. 118. Quam diligenter, quam prope fastidiose judicamus? Sic, Fastidiose spectare aliquid in aliquo. Idem 1. de Orat. 258.
Probare lente & fastidiose aliquid. Cic. 2. Att. 1.
Spectare fastidiose. Cic. 1. de Orat. 258.

FASTIDIBILIS, e. Tertull. de Anima, cap. 33. Judicia fastidibilia.

FASTIDILĬTER, Adv. Idem quod Fastidiose: Antiquum. Varro, Cras credo hodie nihil, Quibus instabilis animus, ardens habere & non habere, fastidiliter inconstanti pectore. Nonius 2. 396.

## F A T

FATALIS, FATARI. V. FATUM.

FATEOR, ēris, fassus sum, [ὁμολογῶ, ὁμολογοῦμαι, σύμφημι] ēri. est (inquit Servius) Coactorum & culpabilium. Virg. 4. Æn. 20.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c. Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Ter. Eun. 4. 4. 46. Non potest sine malo fateri, video. Cic. 7. Verr. 160. Quum tute fassus esses te id crimen tanto ante metuisse si eum diceres mortuum, quis te audiret?
Fateri, est etiam Sponte affirmare, ut vult Perottus. Cic. 6. Verr. Hæc sum rogaturus, navem debeantne? fatebuntur. præbueritne Prætore C. Verre? negabunt. Ter. And. 5. 3. 25.
Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque.
Fateri de re aliqua. Cic. Anteq. iret, &c. 7. Qui quum de scelere fateretur, non tamen sententiis prius judicum convinceretur, quam supplicio addiceretur.
Fateri de se. Liv. 24. 5. De se ipse haud cunctantur fassus, conscios celabat.
Non solum fateri, sed etiam profiteri aliquid. Cic. pro Cæcin. 24. Et pro Rabir. 17. Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis judicium a me fuisse sublatum.
Animum pallore fateri. Ovid. 6. Fast. 19.
Fidem fateri & animum alicujus. Cic. 1. Fam. 23. Laterensis nostri & fidem & animum in Rempub. singularem semper fatebor. Subaudi Fuisse.
Culpa fatenda est. Ovid. 2. Trist. 315.
Delicta fateri. Ovid. 4. Met. 684.
Errores suos fateri. Claud. 2. in Eutrop. 7.
Falsum fateri. Cic. in Partit. 50. Morique maluerunt falsum fatendo, quam inficiando dolere.
Peccatum fateor. Hor. 2. Serm. 4. 4.
Subigere aliquem fateri, i. e. Cogere ut fateatur. Virg. 6. Æn. 567.
Nulline faterier audes? Hor. 2. Epist. 2. 148.

FASSUS, a, um. Partic. [ὁμολογηκὼς] ut, Ignoscere fasso. Ovid. 13. Met. 189.

Da

Da veniam fasso. Ovid. 4. de Pont. 2. 23.
Parcere fasso. Ovid. 16. Epist. 11.
Manus fassæ. Idem 3. Amor. 8. 22.
Pudor fassus. Idem 2. de Arte Am. 556.
Voces fassæ sua gaudia. Idem 2. de Arte Am. 689.

FASSURUS, a, um. Partic. [ὁμολογήσων] Ovid. 14. Met. 353.
Quid cuperet fassura fuit.

FATHISCO. V. FATISCO.

FATIDICUS, FATIFER. V. FATUM.

FATĪGO, [ἐνοχλέω, καταπονέω] āre. Ad lassitudinem deducere. Virg. 5. Æn. 253.
Veloces jaculo cervos, cursuque fatigat. Liv. 8. 10. pr. Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent.
Fatigari æstu. Cæs. 3. Bell. Civil. 95.
Fatigare, Cogere. Virg. 9. Æn. 63.
— collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
Fatigare, Excitare, hortari. Virg. 4. Æn. 572.
— sociosque fatigat,
Præcipites vigilate viri.
Fatigare hasta, Percutere. Virg. 9. Æn. 610.
— versaque juvencum
Terga fatigamus hasta. i. e. Pro stimulo hasta pungimus. V. Turneb. Adverf. 29. 25.
Fatigare, Perturbare, commovere. Virg. 1. Æn. 284.
Quæ mare nunc, terrasque metu, cælumque fatigat.
Animum fatigare. Hor. 2. Carm. 11. 12.
Bella fatigare. Sil. lib. 7. 125.
Corda fatigat spe laudum Juno. Sil. lib. 1. 63.
Curas fatigare. Stat. 5. Silv. 1. 72.
Cura fatigat me. Claud. in Conf. Prob. 64.
Dentem in dente fatigare. Ovid. 8. Met. 825.
Dextram alicujus osculis fatigare. Tacit. 15. Ann. 71.
Discentem per ambages fatigare. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Fame fatigari. Nepos 18. 12. 4.
Fortuna quæ te fatigat. Virg. 6. Æn. 533.
Jovem fatigare votis. Martial. lib. 7. 59.
Quum votis sibi quisque te fatiget. h. e. Vehementer oret.
Martem fatigare, pro Prælium cum clamore deposcere. Virg. 7. Æn. 582.
Undique collecti coeunt, Martemque fatigant. Serv.
Membra jactando fatigat. Lucret. lib. 3. 490.
Mora longa fatigat. Ovid. 2. Amor. 2. 23.
Questu superos fatigat. Valer. 7. Argon. 311.
Silvas fatigare. Virg. 9. Æn. 605.
Venatu invigilant pueri silvasque fatigant. i. e. Ipsi fatigantur in silvis: aut pro Feris, Silvas posuit. Serv. in loc. V. etiam Drakenb. ad Sil. 2. 74.
Fatigare vinclis & carcere, i. e. Cohibere. Cic. 3. Off. 73. Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi. Al. Castigandi.
Fatigare, pro Fatigari. Virg. 8. Æn. 94.
Olli remigio, noctemque diemque fatigant.
Fatigare etiam τῷ Titillare jungitur in Vet. Gloss. Lat. Gr.

FATIGĀTUS, a, um. Partic. [καταπονηθείς] ut, Ludo & somno fatigatus. Hor. 3. Carm. 4. 11. i. e. Victus & oppressus.
Fessum vero animo, Fatigatum corpore dicimus. Servius.
Fortuna, velut fatigata, destituit eos. Vellej. 2. 69. 6.
Lacerti fatigati. Ovid. 18. Epist. 83.
Pectus fatigatum. Ovid. 3. Amor. 11. 2.
Æstu magno fatigatus. Cæs. 3. Bell. Civil. 95.
In cursu fatigatus. Petron. cap. 6.

FATIGATIO, onis. f. [καταπόνησις] Columel. lib. 4. cap. 18. Quin etiam ipsa hortorum descriptio quanto est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit, &c. Quintil. lib. 1. cap. 12. Minus afficit sensus fatigatio, quam cogitatio.
Pro Facetiis & dicteriis, Fatigationes; ut & verbum Fatigare pro Cavillari posuit Sidon. 1. Epist. 8. ubi V. Savaronem.

FATIGĀTŌR, ōris. m. apud August.

FATIGATORIUS, a, um. Facetosus. Sidon. 5. Epist. 17. Verba erant dulcia, jocosa, fatigatoria.

FATIGABĪLIS, e. Tertull. de Anim. cap. 32.

FATILOQUUS. V. FATUM.

FATIM, Adv. est antiquum, idem significans quod Abunde, copiose. [ἀφθόνως] Fulgent. 2. Mythol. A quo Affatim compositum ejusdem significationis, & verba Fatisco, & Fatigo, quæ vide suo loco.

FATISCO, [καταχαίνω] ĕre. Dehiscere. Virg. 1. Æn. 127.
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. Ubi Servius, Fatiscunt, Abundanter aperiuntur. Fatim enim Abundanter dicimus, unde & Affatim. Hiscere autem, Aperire. Proinde non desunt qui Fathisco putent scribendum.
Area fatiscit. Virg. 1. Georg. 180.
Fatiscor a Fateor deducit A. Gellius lib. 17. cap. 2. ut Frunifcor a Fruor. Significatione tamen parum convenit.
Fatiscuntur, pro Fatiscunt. Varro Antiquit. Human. lib. 14. Altera ira, altera vulneribus fatiscuntur. Pacuvius Dulorefte, Vereor si unquam fatiscar facere quidquam, quod quibo, boni. Nonius.
Fatiscere, Desidere in rugas & sulcos. Gell. 12. 1. Ne æquor illud ventris irrugetur, & de gravitate oneris a labore partus fatiscat. Prudent. Cathem. 9. 51.
Nec fatiscit unda sanctis pressa sub vestigiis. Loquitur de Christo incedente per aquas.
Fatiscere, [κάμνειν, ἀπαγορεύειν] Deficere. Columel. lib. 2. cap. 14. Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est. Virg. 1. Georg. 180.
— neu pulvere victa fatiscat. Plin. de rege apum, lib. 11. cap. 16. Hunc esse solum marem existimant, præcipua magnitudine, ne fatiscat. i. e. Lassescat & deficiat in coitu. Idem lib. 17. cap. 2.
Animæ natura fatiscit fessa ævo. Lucret. lib. 3. 459.
Fatiscit laxaturque chelys. Stat. 4. Silv. 4. 32.
Cameli & equi sine calceatu in longiore itinere fatiscunt. Plin. lib. 11. cap. 45. ad finem.
Clamore fatiscere. Stat. 5. Silv. 5. 21. i. e. Fletu & ejulatu debilitari.
Corda longo sudore fatiscunt. Stat. 11. Theb. 92.
Mens expugnata fatiscit. Stat. 4. Theb. 187.
Seditio donec fatisceret. Tacit. 3. Hist. 10.

FATUA, æ. f. sive FAUNA, quæ & Bona dea vocabatur [Ἀγαθὴ θεός] & ut alii volunt, Senta, dea dicta est terra: quod infantes partu editi, non prius vocem edunt, quam terram attigerint. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo illam, dum vixit, præter virum suum, mas viderit: nec nomen ejus audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam nominabant. V. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12.
Fatua perhibetur Fauni uxor. Justin. 43. 1. 8. Fauno fuit uxor nomine Fatua. V. dict. seq. & f. l. FAUNUS.

FATUELLUS, sive FAUNUS, [Φαῦνος] Pici filius fuit, & pater Latini, qui regnavit in Latio, cujus uxor Fatua & Fauna dicta est, ut ait Servius in illud Virg. 7. Æn. 47.
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, &c. Dicti sunt autem Faunus & Fauna in vaticinando. Unde dicitur
Fatidicus Faunus. Virg. 7. Æn. 82. V. FAUNI.

FATUM, i. n. [πεπρωμένον, εἱμαρμένη, μόρσιμον] a Fatus, Partic. secundum Priscianum in passiva significatione, id est dictum. Unde Fatum, Jussum, & dictum Dei. Cic. 1. de Divin. 125. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello quod Græci εἱμαρμένην, id est ordinem, seriemque causarum, quum causæ causa nexa, rem ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodemque modo nihil est futurum, cujus non causas idipsum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum sit, non id quod superstitiose, sed id quod physice dicitur, causa æterna rerum: cur & ea quæ præterierunt facta sint, & quæ instant fiant, & quæ sequuntur futura sint. Hæc Cic. Gell. lib. 5. cap. 2. ex Chrysippo, Sempiterna quædam est, & indeclinabilis rerum series. Plaut. Bacch. 4. 9. 29. Ilio tria audivi fuisse fata, quæ illi exitio forent, &c. Priscianus lib. 6. fol. 254. b. Ald. Idem esse dicit Plato Fatum, Voluntatem, & Jussionem Dei.
Fatum, Oraculum. Virg. 5. Æn. 703.
Oblitus fatorum, Italasne caperet oras. Servius.
Fatum, pro Casu & calamitate. Cic. 1. Q. frat. 4. Amabo te, mi frater, nisi si uno meo fato & tu & omnes mei corruistis. Ex vetusto codice legitur Facto.
Non tanta cælo societas nobiscum est, ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor. Plin. lib. 2. cap. 8.
Arcana fatorum. Virg. 1. Æn. 266.
Fati dies ultimus. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. ubi de Solone, Ad ultimum usque fati diem ancipiti fortunæ subjecti sumus.
Stabile fatorum numen. Virg. 4. Ecl. 47.
Invisus fatis. Virg. 4. Georg. 324.
Præter fatum. Cic. 1. Philipp. 10. Siquid mihi humanitus accidisset: multa enim impendere videbantur præter naturam, præterque fatum.
Arcana fata. Virg. 6. Æn. 72.
Benignum fatum. Juven. 16. Sat. 4.
Cæca fata. Hor. 2. Carm. 13. 16. i. e. Quæ videri non possunt.
Crudelia fata. Virg. 4. Georg. 495.
Celerrima fata. Virg. 12. Æn. 507.
Dira fata. Sen. Octav. 5.
Horrida belli fata. Virg. 11. Æn. 96.
Invida fata piis. Stat. 10. Theb. 378.
Miserabile fatum. Ovid. 6. Met. 90.
Mutabile fatum. Stat. 9. Theb. 661.
Nova fata dicebant veteres, Quum insolitæ & insperatæ felicitates cui contigissent. Juvenal. 7. Sat. 189. — exempla novorum
Fatorum transi. Adde Pacat. Paneg. cap. 27.
Rapacia fata. Valer. 5. Argon. 2.
Sibyllina fata. Cic. 3. in Catil. 9. Lentulus autem confirmavit ex fatis Sibyllinis, Aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, &c. Hic sunt Libri Sibyllini, qui & Fatales vocabantur.
Sinistro fato genitus. Juven. 10. Sat. 129.
Triste fatum. Hor. 1. Serm. 9. 29.
Vivacia fata senectæ. Lucan. lib. 2. 65.
Volucre fatum. Hor. 2. Carm. 17. 24.
— te Jovis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrisque fati
Tardavit alas.
Abdita fata. V. ABDITUM.
Agunt Romanos acerba fata. Hor. Epod. 7. 17.
Appetebant fata. V. APPETO.
Canere fatum. Cic. 2. de Divin. 98. Lucius Tarufius urbis nostræ fata canere non dubitabat.
Circumstant nos dies & noctes fata omnia undique. Cic. 10. Philipp. 20.
Consument ignava fortes fata viros. Sen. Agam. 6.
Continentur omnia fato quæ fiunt, & futura sunt. Cic. 2. de Divin. 19.
Ereptus fatis. Ovid. 1. Met. 358.
Evertere leges fatorum. Stat. 2. Achill. 11.
Excipere. Tacit. Agric. 45. Constans, & libens fatum excepisti.
Exequi, pro Subire. Cic. 9. Att. 4.
Exterrita fatis Dido. Virg. 4. Æn. 450.
Facere fato. Ulp. in l. 2. D. de cond. & demonst. in fin. Nam si fato fecerit, non videtur obtemperasse voluntati.
Fari fatum. Cic. 1. Divin. 66.
Neque me Apollo fatis fandis dementem in vitam ciet. Ex antiquo poeta. Festinan-

Festinantia fata. Stat. 3. Silv. 4. 25.
Fieri Consulem fato: h. e. Veluti divino quodam nutu & favore. Cic. 2. Verr. 29. Nam hoc Verrem dicere ajebant, te non fato, ut ceteros ex vestra familia, sed opera tua Consulem factum.
Fieri quonam me fato dicam? ut, &c. Cic. 2. Philipp. 1.
Flectere fatum. Cic. 3. in Catil. 19.
Jactatus fatis. Virg. 4. Æn. 14.
Impendet fatum. Cic. 2. in Catil. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam jamdiu improbitati debitam.
Impendent fato odia amicitiis. Cic. de Amicit. 2.
Inclinant jam fata ducum. Lucan. lib. 3. 752.
Ingruente fato. V. INGRUO.
Instat fatum. Hor. 1. Serm. 9. 29.
Inscribere fato, sive Fata scribenda advocare, dicebantur veteres eo die, quo pueris nomina imponebant, cum bona omina captarent, & ex nomine, & ex iis omnibus, quæ ab ejus horoscopo ad lustricum diem usque contigerant. V. Tertull. de Anima cap. 37. & 39. Scalig. Lect. Auson. 2. 22. p. 148.
Liventia fata. i. e. Invida. Stat. 5. Silv. 1. 145.
Manent immota fata. Valer. 5. Argon. 87.
Minitantia fata. Sil. lib. 13. 170.
Mutari fata non possunt. Cic. 2. de Divin. 20.
Prædicere, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset. Cic. 1. de Divin. 2.
Natus hoc fato Milo, ut ne se quidem servare potuerit, quin una Remp. servaret. Cic. pro Milon. 30.
Pendentia fata. V. PENDEO.
Potens fatum. Claud. de 4. Conf. Hon. 220.
Sequutus extrema fata. Virg. 9. Æn. 204.
Succumbere fatis. Lucan. lib. 8.
Sum. ut, In fatis esse. Ovid. 1. Met. 256.

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli Ardeat.

Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere. Cic. de Fat. 28.
Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. Cic. de Fat. 5.
Singulari fato esse in re aliqua. Cic. 6. Fam. 7. Qua quidem in re singulari sum fato.
Tardare alas volucris fati. Hor. 2. Carm. 17. 25.
Trahebant me mea fata. Ovid. 6. Epist. 51. al. Mala. Virg. 5. Æn. 709.
— quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur.
Venit extremum fatum Reip. Cic. 3. Philipp. 35.
Vocamur alia ex aliis in fata. Virg. 3. Æn. 494.
Utere melioribus fatis. Virg. 6. Æn. 546.
Fatum, Mors: quod nihil tam necessarium impendeat homini quam mors. Sed, ut Gell. Observat. 13. 1. veteres non Quamlibet mortem, sed quæ Violentæ & inopinatæ opposita est Fatum appellaverunt: quod is ex Cic. 1. Philipp. 10. & Virg. 4. Æn. 696. probare satagit. V. exempla hic subjecta.
Exitium & fati dies. Cic. 3. in Catil. 17.
Lethum præcocis fati. Sen. Theb. 1.
Acerbissima fata. Quintil. in procem. lib. 6. Quamvis acerbissimis rapta fatis, felix decessit.
Novissima fata. Sen. OEth. 9.
Tarda fata. Valer. 6. Argon. 288.
Ultimum fatum. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Abrumpere sua fata. Sen. OEth. 7. V. ABRUMPO.
Arcessere sibi fatum ferro. Lucan. lib. 7. 252.
Cedere fato. V. CEDO.
Componere fatum alicui. i. e. Exitium parare. Propert. lib. 3. 11. 63.
Concedere fato, Mori. Plin. in Paneg. cap. 11. V. CONCEDO.
Fungi fato. Quintil. lib. 3. cap. 7. In his autem, qui fato sunt functi, etiam quod est insequutum. h. e. Qui sunt mortui.
Implere finem vitæ fato. Tacit. 2. Ann. 42. Finem vitæ sponte, an fato implevit.
Interiturus gravi fato. Ovid. 2. Met. 305.
Intercipiunt aliquem fata. Quintil. in procem. lib. 6.
Præcipere fata veneno. L. Florus de Ptolemæo Cyprio rege, lib. 3. Epitom. cap. 9. h. e. Mortem antevertere.
Præcipitare sua ac publica fata. Lucan. lib. 7. 51.
Ruit in miseræ fata parentis. Sen. Octav. 364. de Nerone matricida.
Venire ad fatum suum. Sen. OEdip. 994.
Venire fatum. Cic. 3. Philipp. 35.
Fata pro Reliquiis & residuo cadaveris poni observat Passeratius ad Propert. 1. 17. 11.

An poteris siccis mea fata reponere ocellis.

Fatum & Factum infinitis locis miscuere librarii. V. Burman. & Quintil. Decl. 338. p. 702. Drakenb. ad Sil. 1. 277. & 11. 9.
Fata & Fasti in obliquis confunduntur. V. Drakenb. ad Sil. 16. 131.
FATĀLIS, e. [μόρσιμος] Quicquid nobis debetur ex fato, sive bonum, sive malum. Cic. 2. de Divin. 24. Non igitur fatales exitus habuerunt
Certa & fatalia. Cic. 2. de Divin. 25. Sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt & fatalia.
Fatalis ad. Cic. 4. in Catil. 2. Meus Consulatus ad salutem Reip. prope fatalis fuit.
Fatale alicui. Cic. 2. Philipp. 11. Quod fuit illorum utrique fatale.
Annus fatalis ad rei alicujus interitum. Cic. 3. in Catil. 9. Eundemque dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum hujus urbis atque imperii.
Annos fatales explevimus. Tibul. lib. 1. 3. 53.
Bellum fatale. Cic. pro Mar. 32. Respub. perfuncta est hoc misero, fatalique bello.
Casus fatalis & Voluntarius, contraria. Cic. 6. Philipp. 19. Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, &c. nunc siquis erit, erit voluntarius.
Continuatio fatalis & immutabilis ordinis sempiterni. Cic. 1. Acad. 29.
Damnum fatale. Ulp. in l. 3. §. 1. D. Naut. caupon. &c. appellat, Quod hominis prudentia præcaveri ac provideri non poterat, quale est, naufragii, latrocinii, aut piratarum.
Deæ fatales, i. e. Parcæ. Ovid. 1. de Pont. 8. 46.
Eventus fatalis. Cic. de Arusp. Resp. 6. Scipio quasi fatali eventu solus Carthaginem evertit.
Juvenem fatalem vocat Scipionem Livius 22. 53.
Lege fatali tenemur. Ovid. 10. Met. 316.
Locus victoriæ fatalis. Vellej. 2. 52. 1.
Malum fatale terrarum. Lucan. lib. 10. 34.
Monstrum fatale. Hor. 1. Carm. 37. 21.
Responsa fatalia. Virg. 9. Æn. 133.
Stamina fatalia nentes Parcæ. Ovid. 5. Trist. 3. 26.
Stellæ fatales omnium rerum. Gell. lib. 14. cap. 1. Stellas istas quas erraticas dicerent, quæ esse omnium rerum fatales dicerentur. h. e. Omnium rerum fata præscriberent.
Studium fatale. Ovid. 5. Trist. 13. 51.
Umbra fatalis & necessitas. Cic. 1. de Nat. Deor. 39. Ait enim vim divinam in ratione esse positam, &c. tum fatalem umbram, & necessitatem rerum futurarum. conf. 55.
FATALĬTER, Adv. [πεπρωμένως] Cic. 2. de Divin. 19. Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.
FATALĬTAS, ātis. f. Casus vi humana major. Zeno Imp. l. 1. Cod. de Jure emphyteut. Quod fatalitate ingruebat.
FATUS, i. m. Idem quod Fatum. Inscript. Vet. Grut. p. 661. FRVCTVM. ALIVM. MERITORVM. SVOR. REPORTARE. FATVS. MALVS. NEGAVIT. & p. 663. VIRGINEM. ERIPVIT. FATVS. MALVS. conf. Scheff. & Burman. ad Petron. cap. 42. p. 191.
FATOR, ari. est quasi frequentativum a Fari. Festus Fatantur exposuit Multa fantur. Hinc
FATATUM, apud Sallust. Catil. cap. 48. Cui fatatum foret urbis potiri. Alii legunt Fatum. V. cl. Wasse in loc.
FATUĬTO, Adv. Idem ac Fataliter; apud Priscian. p. 1016.
FATICANUS, a, um. [χρησμῳδὸς] Qui fata canit. Ovid. 9. Met. 417.

Hæc ubi faticano venturi præscia dixit
Ore Themis, &c. Sed vera lectio est Faticino, nec alibi legendum esse Faticanus existimare possum. V. Burm. in loc. qui Faticano tamen retinuit.

FATICĬNUS, a, um. [χρησμῳδὸς] pro Fatidico. Ovid. 15. Met. 436.

— sic dicere vates,
Faticinasque ferunt sortes. In aliis exemplaribus legitur Fatidicas, & Vaticinas.

FATIDĬCUS, a, um. Adj. [χρησμολόγος] Qui nobis fata, i. e. Decreta Dei exponit. Plin. Epist. 161. Præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. Virg. 8. Æn. 340.

Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem,
Vatis fatidicæ, &c. Plin. lib. 15. cap. 29. Fatidico quidem & memorabili augurio.

Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. Cic. 2. de Leg. 20.
Anus fatidica Stoicorum πρόνοια. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.
Carmen fatidicum. Claud. de Bell. Get. 232.
Deus fatidicus. Ovid. 2. Fast. 262.
Lauri fatidicæ. Claud. in 6. Conf. Stil. 59.
FATĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [θανατηφόρος] Quod mortem affert. Virg. 8. Æn. 621.

— interque manus & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem,
Fatiferumque ensem.

FATĬLĔGUS, a, um. Lucan. lib. 9. 821.

Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

FATILŎQUUS, a, um. Adj. [χρησμολόγος] Idem quod Fatidicus. Liv. 1. 7. Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant. [Videtur substantive positum, ut Fatiloquus in seq.
FATILOQUUS, i. m. Apul. Florid. p. 795. Epimenidem, inclytum fatiloquum & poetam sectatus.
FATILOQUIUM, i. n. Apul. de Deo Socrat. p. 677. Vel Sibyllæ fatiloquia versificet.
FATUA. V. FATUELLUS.
FATUUS, a, um. Adj. [ἀνόητος, ἠλίθιος, μωρὸς] Simplex, insulsus, insipiens. Tractum a sapore ciborum, qui quum non sapiunt, Fatui dicuntur: ut vult Valla lib. 4. Unde Martial. lib. 13. 13. Fatuæ betæ, i. e. Insipidæ & inconditæ. Cic. 2. de Fin. 70. Ipse negat, ut ante dixi, luxuriosorum vitam reprehendendam, nisi plane fatui sint: Id est nisi aut cupiant, aut metuant.
Fatuus & insulsus. Ter. Eun. 5. 8. 49. Fatuus est, insulsus, tardus. Ubi Donatus; Fatuus, Inepta loquens: a Fando, Fatuus dicitur. Inde, Fauni fatui, & Nymphæ fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis fatui sunt: Insulsi vero corde & animo.
Fatuus, a Fando, inquit Varro, Qui fatur quod puer primo fatur, hoc est qui inepta loquitur.
Fatuus & amens. Cic. pro Deiot. 21.
Ne cum periculo fatuus sis. Cic. 10. Fam. 26.
Non fatuus. Cic. 2. de Orat. 99. Hoc præceptum est, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magistri.
Mores fatui. Plaut. Trin. 2. 2. 18.

— quæ ego tibi præcipio, ea facito: nihil ego istos
Moror fatuos mores & turbidos, quibus boni dedecorant se.

Puer & fortasse fatuus. Cic. 6. Att. 6.
Quomodo Fatuus a Stulto & stolido differat. V. Vallam 4. 113.
Jos. Scalig. Conjectan. in Varronem notat, Vates primum Fatuos dictos, a Fando scilicet, vel a φάω, φάτης, unde Latinorum Vates, qui quia furore correptus Vaticinabatur, Fatuus appellatus.
Ignis fatuus Physicis dicitur Species meteori noctu flammam præ se ferentis & circa viatorem saltantis instar hominis fatui.

FATUĪNUS, a, um. Idem. ut, Rosa fatuina, i. e. Paeonia. Apul. de Herb. cap. 64.

FATUĬTAS, ātis. f. [εὐήθεια, σκαιότης] Ineptia, stoliditas. Cic. II. Att. II. Ego hujus miserrima fatuitate conflictor. Cic 2. de Invent. 99. Et definitionibus ostendere non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem; sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Stolido fatuitatis stupore confectus. Firmic. lib. 8. cap. 19.

Fatuitas, pro Simplicitate ac Animi puritate usurpatur a Canonum conditoribus, cap. pen. ext. quod met. caus. A Jurisconsultis vero, pro Imprudentia.

FATUE, Adv. Quintil. lib. 6. cap. 4. p. 570. De Altercatione, Alioqui & tacendum est saepe, & aliis subjicientibus, plerumque studio loquendi, fatue modo accedendum.

FATUOR, [εὐηθίζομαι] āri. dep. pro Fatuum agere, Ineptire. Sen. de Morte Claud. Audi me & desine fatuari. Quod de ipso Claudio dicit apud Suet. 33. Nero, Morari, prima longa. Justin. lib. 43. I. 8. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quae assidue divino spiritu fuit impleta, velut per furorem futura praemonebat, unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

## F A U

FAUCES, ium. pl. [λάρυγξ, ἀσφάραγος] Superior pars gulae, mento proxima: sed interior, ubi os angustatur: quam partem Graeci λάρυγγα vocant: unde nos quoque Laryngem vel Pharyngem dicimus. Plin. lib. II. cap. 37. Summum gulae, fauces vocantur: extremum, stomachus. Cic. I. Tusc. 37. Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterumve & pulmonum vi & figura potest.

Hinc Suffoco, mutato *au* in *o*, ut Plostra pro Plaustra. H.St. V. SUFFOCO.

Reperitur interdum & numerus singularis. Ovid. in Ibin 551.

> Utve Syracusio praestricta fauce poetae,
> Sic animae laqueo fit via clausa tuae.

Raucae fauces. Lucret. lib. 6. 1187.

Siccae sanguine fauces. Virg. 9. Æn. 64.

Arent fauces, vixque est via vocis in illis. Ovid. 6. Met. 355.

Diducere fauces. Sil. lib. 3. 194.

> — immani fauces diducit hiatu.

Elidere fauces. Ovid. 14. Met. 738.

Eripere bolum e faucibus. Ter. Heaut. 4. 2. 6.

> Crucior bolum mihi tantum ereptum tam subito e faucibus.

Eripere ex faucibus Belli, Fati, &c. eleganter etiam per metaphoram dicitur pro E discrimine atque periculo Belli &c. ut, Cic. pro Arch. 21. Urbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam. Idem 3. in Catil. 28. Laboribus, consiliis, periculis meis ex flamma atque ferro, ac paene ex faucibus fati ereptam, & vobis conservatam ac restitutam videtis.

Exuberat aegris faucibus gravis halitus. Pers. 3. Sat. 89.

Frangere fauces laqueo. Lucan. lib. 2. 154.

Infundere faucibus. V. INFUNDO.

Innectere fauces laqueo. Ovid. 10. Met. 278.

Intortae fauces. V. INTORQUEO.

Oblisae fauces. Tacit. 5. Ann. 9. Exin oblisis faucibus, id aetatis corpora in Gemonias abjecta.

Obsessae fauces, i. e. Clausae. Virg. 3. Georg. 508. Servius.

Praestricta fauce laqueo. Ovid. in Ibin, 551. V. supra.

Premi faucibus. Cic. pro Cluent. 84.

Resolvere fauces in verba. Ovid. 2. Met. 282.

> Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo.

Strangulare fauces. Cels. lib. 2. cap. 10.

Teneri faucibus. Plaut. Cas. 5. 3. 4.

> Omnia palam sint proba, omnibus modis occidi miser:
> Ita manifesto faucibus teneor. h. e. Sum raucus. [Immo Captus. Proverbium videtur de eo, Qui sic tenetur, ut elabi nequeat.

Tussientes fauces. Cels. lib. 5. cap. 26.

Urit sitis fauces. Hor. I. Serm. 2. 114.

Fauces, [πύλαι] per translationem, dicuntur Angustiae, seu Stricti ingressus vallium, seu alterius loci. Curt. 3. 4. Alexander fauces jugi, quae pylae appellantur, intravit. Cic. 2. contra Rull. 86. Corinthus erat sita in angustiis & faucibus Graeciae.

Fauces, [στόμα] Introitus. Cic. 5. Verr. 145. Albam Æmilium, sedentem in faucibus macelli.

Fauces, Ora sive ostia fluviorum, quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens, lib. 5. cap. 9.

FAUCIA, Tribus una Romanorum, quam pluribus cladibus insignem si quando prima in comitiis rogabatur, velut tristi omine infamem & detestabilem, omnes abominandam putasse, auctores memorant. Constat enim hanc Fauciam, tempore captae urbis, quo ad Alliam foede pugnatum est, & Caudinae pacis, & ad Cremeram infelicis pugnae, primam rogatam fuisse. Ideo siquando rogabatur prima, tristitiam & calamitates, exitialeque omen adferre credita est. Auctor Alex. ab Alex. lib. I. cap. 7. [Immo Curiae id nomen. V. Liv. 9. 38. extr.

FAVENTIA, [Φαβεντία] Hispaniae oppidum, ut auctor est Plin. lib. 3. cap. I. quod & Vesci, Ptolem. lib. 2. cap. 4. Vescis dicitur.

Faventia, Italiae civitas cis Padum, unde Faventini populi. Ptolem. lib. 3. cap. I. Vulgo *Faenza*. Sil. lib. 8. 597.

> Tum Verona Athesi circumflua, & undique solers
> Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

FAVENTĪNI, Italiae populi in octava regione, Fidentinis vicini, ut scribit Plin. lib. 14. cap. 15. Et Martial. 2. 74.

FAVEO, favi, fautum, [συμπράττω, προσπίπτω, σπουδάζω] ēre. Bona fari, seu Bene cupere. Ter. Eun. 5. 3. 7.

> Bene edepol narras: nam illi faveo virgini.

Favere & Odisse, contraria. Cic. de Clar. Orat. 331.

Dolori suo favere. Ovid. 2. Amor. 5. 11.

Honori alicujus favere. Cic. 8. Att. 3.

Industriae gloriaeque alicujus favere. Cic. pro Ligar. 8.

Innocentiae favere. Cic. Anteq. iret in exil. 24.

Laudi alicujus & gloriae favere. Cic. I. Fam. 7. Qui mihi quum semper tuae laudi favere visus est, tum vero, &c.

Male favere alicui. Ovid. 2. Epist. 104.

Poenae faverunt. Subaudi Hominibus. Plin. lib. 19. in prooemio, Praeterea, ut sciamus favisse poenas, nihil gignitur facilius.

Sententiae isti faveo. Cic. I. Tusc. 64.

Sibi favere. Cic. 3. Fam. 6. pr. Etsi non magis mihi faveo, in nostra amicitia tuenda, quam tibi.

Vapulanti favebam. Petron. cap. 96. i. e. Gaudebam illum vapulare.

Favete linguis, Proprium sacrorum verbum erat, quae cum peragerentur, praeco jubebat Favere linguis, h. e. Silere. Sen. de Vit. Beata cap. 26. Quoties mentio sacra litterarum intervenerit, Favete linguis. Hoc verbum non, ut plerique existimant, a Favore trahitur: sed imperatur, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente. Haec Sen. Hinc

Mente favere apud Sil. 16. 295. Et

Ore favere. Virg. 5. Æn. 71. pro Silere. V. Interpretes in loc. utrumque. Terent. prolog. And. 24. Favete; adeste aequo animo: & rem cognoscite. Ubi Donat. Favete, silete. Sic & Pontifices dicunt, Favete linguis, Favete verbis unde Virgil. Ore favete omnes. [Puto tamen proprie Favorem theatralem flagitare poëtam, quem Spectatores, cum Silentio, tum Plausu quoque subinde repetito, & clamore testificabantur.

Faucibus favere, antiquum pro Silere. Cic. 2. de Divin. 57. Galli silentio noctis, ut ait Ennius, favent faucibus russis cantu, plausuque premunt alas.

Aliquando tamen Favere linguis, est Bona verba dicere, h. e. Obscenis verbis abstinere, bene ominatis uti, quod fiebat in sacris. V. Festum in Faventia. Ovid. I. Fast. 71.

> Prospera lux oritur, linguis animisque favete
> Nunc dicenda bono, sunt bona verba, die. adde Tibull. 2. 2. pr. & Propert. 4. 6. pr.

Favere, Cupere. Ovid. 6. Epist. 99.

> Adde, quod adscribi factis procerumque tuisque
> Se favet. Et Ennius Annal. 13.

Favere pro Prodesse posuit Solinus cap. 5. Dat India (curaliachatem) quem oculis vidisse favet. V. Heins. ad Ovid. 6. Epist. 99.

Favētur, [συμπράττεται] impers. cui contrarium est Invidetur. Cic. 2. de Orat. 207. Invidetur enim commodis hominum ipsorum; studiis autem eorum ceteris commodandi favetur. Idem 2. Off. 45. Non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur.

FAVENS, entis. [συμπράττων] Partic. Ovid. 2. Epist. 19.

> — venti caelo pelagoque faventes.

Auspicium favens. Ovid. 3. de Pont. I. 160.

Manu favente plaudere alicui. Ovid. I. de Arte Am. 148.

Ventis faventibus navigare. Ovid. 15. Met. 49.

FAVENTIA, ae. f. ut inquit Festus, Bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes populum sacrificiis favere jubebant. Favere enim est Bona fari.

Adhibere faventiam. Accius apud Nonium 3. 93.

FAUTŪRUS, a, um. [συμπράξων, σπουδάσων] Cic. pro Cn. Planc. I. Quum autem audirem meos partim inimicos, partim invidos, huic accusationi esse fauturos, &c. In MSS. Fautores rectius.

FAUTOR, ōris. m. [σπουδαστής] Qui favet alicui, vel alicujus sententiae. Plaut. Curc. 2. 3. 18.

> Et datores & fautores omnes subdam sub solum. al. Factores.

V. Interpp. ad loc. Liv. I. 48. Clamor ab utriusque fautoribus oritur. Varr. 3. de R. R. cap. 5.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. Hor. I. Epist. 18. 66.

Fautor & adjutor alicujus ab adolescentia. Cic. I. Fam. 9.

Honori fautor alicujus. Cic. pro Planc. I.

Immortalitatis fautor virtute partae. Liv. I. 7. extr.

Laudis fautores alicujus. Cic. pro Planc. 55. Idem in Orat. 240. Non invidos solum, sed fautores etiam laudum mearum.

Optimatum fautores. Nepos 7. 5. 3.

Victoriae illius studiosi ac fautores. Cic. I. Att. 16.

FAVĪTOR, ōris. m. Idem quod Fautor. Lucil. apud Non. 2. 326.

> Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes. Et Plaut. prol. Amph. v. 79. Sat habet favitorum, semper qui recte facit.

Favitor, unde Fautor; ut Tutor, pro Tuitor. Favitoribus apud Plautum, ubi vulgo Fautoribus, in Amphitr. prologo.

> Virtute ambire oportet, non favitoribus. H. St. Versus est hic adscriptum praecedens. Deerat autem haec dictio in Lugd.

FAVISSOR, ōris. m. Idem. Apul. Apol. 2. p. 219. Ego quietis & concordiae & pietatis auctor, conciliator, favissor. Lipsius mavult Favitor.

FAUTRIX, īcis. f. [σπουδάστρια] Ter. Eun. 5. 9. 22. Nihil est Thaide tua dignius quod ametur, ita nostrae est omni fautrix familiae.

Fautrix suorum regio. Cic. pro Planc. 22.

Amicitiae fautrices voluptatum. Cic. I. de Fin. 67. Amicitiae non modo fautrices fidelissimae, sed etiam effectrices sunt voluptatum, tam amicis, quam sibi.

Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus. Nepos 17. 8. I.

Viri fautrix. Ovid. I. Met. 101.

FĀVOR, ōris. m. [σπουδή] Vox est bene precans alicui, sive alicujus commodum, & laudem tuens. Ovid. in Ibin, 121.

> Sit quoque (quod rarum est) solito defecta favore,
> Fortunae facies invidiosa tuae. Quintil. lib. 8. cap. 3. Favorem & Urbanum Cicero nova credit. V. plura ibid.

Studium & favor. Cic. pro Rosc. Com. 29. Quam expectationem, quod studium, quem favorem secum in scenam attulit Panurgius?

Tutus favore alicujus. Ovid. 9. Met. 246.

Divisus favor. Claud. in 6. Cons. Stil. 45.

Fragilis favor. Sen. Hippol. 4.

Manifesti signa favoris. Ovid. 3. Trist. 5. 19.

Mirus apud populum favor. Tacit. I. Ann. 7.

Naturalis favor. Quintil. lib. 4. cap. I.

Propensus favor. Ovid. 14. Met. 706.
Publicus favor. Ovid. 4. de Pont. 14. 56.
Secundus numinum favor. Sen. Hippol. 2.
Speratus favor non respondet meritis. Hor. 2. Epist. 1. 9.
Nunquam stabilis favor. Sen. Thyest. 4.
Captare favorem ex aliqua re. Quintil. lib. 6. cap. 1. Ergo & ille captavit ex illa præstantia animi favorem.
Conspiravere in ducis eximium favorem. Claud. 2. in Ruff. 119.
Elicere favorem alicujus. Tacit. 15. Ann. 53. Comitante Antonia Claudii Cæsaris filia ad eliciendum vulgi favorem.
Emereri favorem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Faciunt favorem & illa pæne communia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Habet aliquem favor. Tacit. 2. Ann. 44. Arminium pro libertate pugnantem favor habebat.
Imbutus favore alicujus. Tacit. 2. Hist. 85. Octava erat, ac septima Claudiana, imbutæ favore Othonis. Subaudi Legiones.
Merere favorem candore. Ovid. 3. Trist. 5. 53.
Pascere ac nutrire favorem. Sil. lib. 7. 497.
Permutare favorem odiis. Claud. Epist. ad Hadrian. 2.
Poscere favorem populi. Ovid. 4. Fast. 868.

FAVORABILIS, e. [ἀποδεχόμενος] Plenus favoris apud omnes. Suet. Calig. cap. 4. Sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties &c. Plin. lib. 20. cap. 8. Adjiciunt magi, succo totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri, & quæ velint facilius impetrare.
Invidiosus & Favorabilis, contraria. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Modus frequens, & favorabilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Oratio favorabilis. Tacit. 12. Ann. 37.
Personæ favorabiles. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Favorabilis, Qui favet. Liv. 22. 26. Haud parum callide auram favorabilis populi ex Dictatoria invidia petiit. In codd. emendatis est, Auram favoris popularis.

FAVORABILITER, Adv. [ἀποδεχομένως] Quintil. lib. 4. cap. 3. Quam maxime possint favorabiliter excurrere. i. e. Ad captandam benevolentiam & plausum. Sic
Trojam favorabiliter lusit. Suet. Neron. cap. 7.
Recitando favorabiliter exceptus est. Macrob. 7. Saturn. 1.
Compar. Favorabilius. Dig. 40. t. 4. l. 10. & 18. t. 7. l. 9.

FAVIANI, & Quintiliani appellabantur Luperci, a Favio & Quintilio præpositis suis. Fest. Sic apud Alex. lib. 4. Genial. dier. cap. 12. Sed legendum cum emendatis codd. Fabiani. V. plura in FABIUS.

FAVII. V. FOVII. Sic enim scribendum. conf. FABIUS.

FAVILLA, æ. f. [αἴθαλος, σπινθηρίς] dicitur Cinis extinctus, quod ignem tectum foveat, quasi Fovilla. est enim Deserta igne scintilla. Ter. Adelph. 5. 3. 60. Favillæ plena, fumi ac pollinis coquendo sit faxo. Plin. lib. 36. cap. 25. Dein spisse calcatis carbonibus inducitur sabulo calce ac favilla mistis. Idem lib. 18. cap. 35. Quum contectus ignis a se favillam discutit.
Ardentes favillæ. Stat. 5. Silv. 5. 17.
Atra favilla. Ovid. 13. Met. 604.
Bibula favilla. Virg. 6. Æn. 227. V. BIBO.
Calens. Hor. 2. Carm. 6. 23.
Cana. Ovid. 8. Met. [Error videtur, ut in Velans.
Candens. Virg. 3. Æn. 573.
Ejectata favilla. Ovid. 2. Met. 231.
Mollis. Ovid. 3. Fast. 561.
Nigra. Ovid. 6. Met. 325.
Nigra etiam favilla, pro Fuligine. Columel. lib. 10. 354.

Innatave laris nigra satiare favilla. Quam hic Favillam vocat, hunc ipsum locum repetens oratione soluta, lib. 11. cap. ult. Fuliginem appellat.
Prima favilla mali, i. e. Scintilla, Fomes. Propert. lib. 1. 9. 18.
Rapidis ambusta favillis. Claud. de Bell. Get. 24.
Tepida favilla. Ovid. 14. Met. 575.
Velans favilla. Ovid. 8. Met.
Vivens favilla. Stat. 2. Silv. 1. 2.
Volitant favillæ super ora. Ovid. 2. Met. 284.

FAVILLACEUS, a, um. Adj. Solinus cap. 48. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa, fumum exhalat.

FAVILLATICUS, a, um. ut, Humus favillatica. Solin. cap. 27.

FAVILLESCO, ere. Fulgent. de Cont. Virg. Auctoritas sepulta in oblivionis cinere favillescit.

FAVISSÆ, arum. f. Gellius inquit ex Varronis verbis lib. 2. cap. 10. fuisse Cellas quasdam & cisternas quæ in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo tempore collapsa essent, & alia quædam religiose donariis consecrata. V. Fest. hac voce, & Voss. Etym. p. 207.

FAULA, Herculis scortum fuit, quæ postea pro dea coli cœpit. Lactantius 1. 20. quum de Laurentia Faustuli loquutus fuisset, subdit, Nec hanc solam Romani meretricem coluerunt, sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit.

FAUNA Dea. V. FATUA.

FAUNUS, [Φαῦνος] V. FATUELLUS.
Fauni, Agrorum & Silvarum putati sunt dii: qui post prolixum tempus moriuntur, quod e terra geniti sint. Fauni apud Latinos, ii sunt qui apud Græcos σάτυροι, filii Saturni. Plin. lib. 12. cap. 1. Quin & Silvanos, Faunosque, & deorum genera Silvis, ac sua numina tanquam e cælo attributa credimus.
Fauni, inquit Varr. lib. 6. de L. L. 3. dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna sint in versibus, quos vocant Saturnios. In silvestribus locis traditum est solitos fari; quo a fando Faunos dictos. [Sic lego.] Servius in illud 7. Æn. 47.

— rex arva Latinus, & urbes
Jam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, isque parentem
Te, Saturne, refert.

Quidam, inquit, deus est Fatuellus; hujus uxor est Fatua. Iidem sunt Faunus & Fauna. Dicti autem sunt a vaticinando, id est fando. Unde & Fatuos dicimus, Inconsiderate loquentes. Ergo Faunæ & Fatuæ nomen quasi asperum fugit Poeta, & Maricam dixit uxorem fuisse Fauni, quæ est dea litoris Minturnensium, juxta Lirim fluvium. Idem in illud lib. 6. 775.

Pometios, Castrumque Inui. Inui, i. e. Panos, qui illic colitur. Inuus autem Latine appellatur, Græce Πάν. item Ἐφιάλτης Græce, Latine Incubus. Idem Faunus, item Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem ab ineundo passim cum omnibus animalibus; unde & Incubus dicitur. Rursus idem in illud lib. 7. Æn. 8.

At Rex sollicitus monstrorum, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit. Faunus, ait, ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus est, quod voce, non signis futura ostendit. Lactant. lib. 1. cap. 22. Ut Numa Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio; qui & Saturno nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honoravit; & sororem suam Fatuam, Faunam, eamque conjugem consecravit. Quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris. V. & EPHIALTES.
Faunorum meminit Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 15.
Agrestum præsentia numina Fauni. Virg. 1. Georg. 10.
Amator Nympharum Faunus. Hor. 3. Carm. 18. 1.
Bicornis Faunus. Ovid. 5. Fast. 99.
Custos virorum Mercurialium Faunus. Hor. lib. 2. Carm. 17. 28.
Lascivi Fauni. Claud. in Epithal. Pallad. 20.
Rustica numina Fauni. Ovid. 1. Met. 193.
Ruricolæ silvarum numina Fauni. Ovid. 6. Met. 392.
Silvicolæ Fauni. Stat. 5. Theb. 582.
Velox Faunus. Hor. 1. Carm. 17. 2.

FAUNALIA, Festa erant, in quibus Nonis Decembr. Fauni sacrum pervigili anniversario Romæ celebrabant. Schol. Vet. Hor. in Od. 3. 18. Meminit & Alex. Genial. lib. 3. cap. 18.

FAUNIGENÆ, arum. m. pl. Itali aut Latini, a Fauno Aborigenum rege. Silius 8. 357.
Faunigenæ socio bella invasere Sicano.

FAVONIUS, i. m. [Ζέφυρος] Venti nomen adversus Eurum flantis. Dictus a Fovendo, quia genitalem esse dicunt spiritum mundi; a Græcis Zephyrum nuncupatum. Plin. lib. 15. cap. 3. Nisi ante Favonium collectæ novas vires resumunt. V. ZEPHYRUS.
Genitabilis aura Favonii. Lucret. lib. 1. 11.
Candidi Favonii. Hor. 3. Carm. 7. 2. i. e. Sereni, prosperi. Acron.
Liquidi clementior aura Favoni. Claud. in Cons. Prob. 272.
Nascente Favonio, purpureum videtur mare. Cic. 4. Acad. 105.
Tenuis Favonius. Stat. 3. Silv. 1. 72.
Tepidi Favonii fecunda aura. Catul. 62. 282.
A Favonio initium Veris notare. Cic. 7. Verr. 27. Veris initium non a Favonio notabat: sed quum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur.
Spirans lene Favonius. Ovid. 9. Met. 660.
Favonius est etiam nomen gentis Ro. ex qua M. Favonius, in Pompejanarum partium ducibus clarus. Is, quia Stoicam sectam professus, instituta Catonis ridicule æmulabatur, Simia Catonis appellatus est. V. Valer. Max. 2. 10. Suet. Aug. cap. 13. & Plutarch. in Bruto.

FAVONIALIS, e. Gloss. Vet. Favonialis, Ζεφύρειος.

FAVONIANUS, a, um. Ut, Pira Favoniana, a Favonio quodam insitore dicta. Plin. 15. 15.

FAVONIENSES, Populi in sexta regione Italiæ, Nucerinorum cognomen, ut refert Plin. lib. 3. cap. 14.

FAVOR, FAVORABILIS. V. FAVEO.

FAVORINUS, i. m. [Φαβωρῖνος] Philosophus Arelate oriundus, Dionis auditor fuit, præterea eunuchus, & Adriano principi infensus. Ideo tria de se mira narrare solebat, se Gallum Græcissare, eunuchum mœchum putari, & inimicum imperatori vivere. Ob quam caussam statua ejus disjecta Athenis, ubi vivebat. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæresque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Gellius hujus sæpe meminit. Ælianus de varia historia, dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse: admirantibusque proximis, Nonne cedam, inquit, ei qui XX habet legiones? [Immo Spart. in Hadr. c. 15. extr.

FAUSTIANUS, a, um. ut Faustianum vinum. Quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis jugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quodque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Auctor Plin. lib. 14. cap. 6.

FAUSTULUS, i. m. Pastor, Accæ Laurentiæ maritus, quæ Romulum & Remum, inventos a Faustulo, aluit, ut scribit Servius in 1. Æn. 277. V. Liv. 1. 4.
Faustulum Porcellum, feturam porcorum vocat Festus.

FAUSTUS, a, um. Adj. [αἴσιος] a Faveo dicitur; nempe Is cui omnes favent, prosper ac propitius.
Faustum & Festum differunt; nam Faustum quasi a Favendo dictum, ac per hoc prosperum & propitium. Unde contra Infaustum, minax & improsperum: Festum vero solenniter lætum, & feriatum. Virg. 6. Æn. 70.

— festosque dies de nomine Phœbi. Ter. And. 5. 4. 54.
O faustum & felicem hunc diem.
Annus faustus. Ovid. 1. Fast. 63.
Dies horribilis & Faustus, contraria. Cic. 1. Tuscul. 118.
O nox illa fausta huic urbi. Cic. pro Flacco 103.
Omen faustum. Liv. 7. 25.
Fausta, n. pl. substantive, Faustæ apprecationes sunt, quæ acclamari a Senatu Principibus solitæ, apud Capitolin. in Maximo & Balbino cap. 13.
Faustus, i. m. Prænomen fuit filii P. Cornelii Sullæ Felicis. Hic munus gladiatorium in patris defuncti honorem exhibuit, populo epulum, balnea & oleum dedit. Dio. lib. 37. Hic quum post bellum Africum in Hispaniam fugeret, a P. Sitio captus occisus est. Dio. lib. 43. Meminit Cæs. 1. Bell. Civil. 6. V. Eutrop. 6. 18.
Appianus de cognomine Syllæ loquens de Bell. Civil. lib. 1. p. 197. Ἐπεὶ καὶ Φαῦστος ἐπωνομάζετο· δύναται δὲ τῷ αἰσίῳ καὶ ἐπαφροδίτῳ ἀγχοτάτω μάλιστα εἶναι τὸ ὄνομα. H. St.

F a u s t e, Adv. [εὐτυχῶς] Cic. pro Muren. 1. Ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret.
F a u s t ĭ t a s, ātis. f. [εὐτυχία] nove pro Felicitate capitur apud Hor. 4. Carm. 5. 18.
Nutrit rura Ceres, almaque faustitas. i. e. Felicitas producendi. [Quidam proprie sic dictam Deam intelligi putant. V. Scalig. & Dacer. ad Fest. in Faustulum.
F a u s t i t u d o, ĭnis. f. Idem. Jo. de Janua in Cathol.
F ă v u s, i. m. [κηρίον] Apum domus & cellulæ; a Fovendo, quod in his sobolem foveant. Plin. lib. 11. cap. 5. Virg. 4. Georg. 161.
Prima favis ponunt, &c. Plin. Epist. Buccellam panis dedit, & favum mellis. h. e. Frustum operis apiarii melle plenum. Cic. 1. Off. 157. Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur; sed quum congregabilia natura sint, fingunt favos.
Candidus favus. Ovid. 8. Met. 677.
Melle complet favos apis. Tibul. lib. 2. 1. 50.
Construere favos. V. c o n s t r u o.
Favus, [κηρίον] Medicis, Cutis est affectio, ad similitudinem illius quæ achor appellatur, accedens, majoribus tantum foraminibus, in quibus humor hymettio melli similis continetur. Auct. Galen. lib. de Composit. pharmac. secund. locos. V. Cels. l. 5. cap. 28. Segm. 13. Qui tamen Latinum morbi nomen non apposuit.

## F A X

F a x, făcis. f. [δᾶς, λαμπὰς] Fustis incisus, & cera vel oleo inunctus, ac compositus ad lumen faciendum. Fitque præcipue ex arundinibus aridis, & piceis arboribus, & tæda. Faces prius dicebatur, postea Fax. Fest. Varro, Gerontodidasc. Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia solita, etiam nunc picea fax indicat. Idem de Vit. Pop. Rom. lib. 2. Quum a nova nupta ignis in face afferretur, foco ejus sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret. Ex Nonio. [Mercer. Ex pina alba. Sed legendum Ex spina alba, ut ex Plinii loco subjecto liquet, ibidemque abunde confirmat Harduin.
Faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit. Cic. 2. Philipp. 91.
Facem in nuptiis in honorem Cereris antiqui præferebant, aquaque spargebatur nova nupta, sive ut casta puraque ad virum veniret, sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret. Hæc Fest.
Faces nuptiarum. Plin. lib. 16. cap. 18. Spina, nuptiarum facibus auspicatissima.
Faces etiam in funeribus ferebant Antiqui. Servius ad 6. Æn. 224. Per noctem autem urebantur; unde permansit, ut mortuos faces antecedant. V. Tacit. 3. Ann. 4. 1.
Sepulcralis fax. Ovid. 2. Epist. 120.
Utramque facem conjunxit. Ovid. 21. Epist. 172.
Et face pro thalami, fax mihi mortis adest.
Per translationem autem in varias significationes traducitur, ut Fax accusationis, i. e. Auctor & incitamentum; &, ut Nonius loquitur, Suscitabulum. Plin. Epist. 74. Fax accusationis & origo.
Cruentæ faces Bellonæ. Stat. 10. Theb. 523.
Corporis faces. Cic. 1. Tusc. 44. Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates, &c.
Dicendi faces. Cic. 2. de Orat. 205. Neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces.
Dicendi ad studia subdere faces. Quintil. 1. 2. Id acriores ad studia dicendi faces subdidisse, quam exhortationes docentium, &c. contenderim.
Dolorum faces. Cic. 2. de Offic. 37. Dolorum quum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur.
Incendiorum Antonii fax Clodius. Cic. 2. Philipp. 48.
Invidiæ faces. Cic. pro Milon. 98. Omnes a suis inimicis faces invidiæ meæ subjiciantur.
Fax mentis honestæ, gloria. Sil. lib. 6. 332. h. e. Stimulus & incitamentum animi generosi.
Seditionis faces. Cic. pro Domo 1. Nonne Senatui providendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret?
Acriores faces. Quintil. lib. 1. cap. 2. V. a c e r.
Atræ faces. Virg. 9. Æn. 74.
Avidæ faces. Ovid. 14. Met. 530.
Exigua fax. Stat. 10. Theb. 422.
Flammifera fax. Ovid. 16. Epist. 46.
Flebilis fax. Sen. Octav. 142. de Face nuptiali.
Fulgens fax. Tibul. 1. 2. 38.
Jugales faces. Valer. 2. Argon. 344.
Legitimæ faces. i. e. Nuptiæ. Sen. Med. 67.
Luciferas faces crinita nox. Valer. 5. Argon. 370. V. Noctivagæ.
Luctifera fax, Hecates. Sen. Med. 842.
Maritæ faces, i. e. Nuptiales. Ovid. 11. Epist. 101.
Noctivagæ faces cæli. i. e. Sidera nocturna. Lucret. lib. 5. 1190. Nisi de Prodigio exponendum, de quo infra.
Nuptiales faces. Cic. pro Cluent. 15. V. post n u b o.
Phœbea fax, Sol. Sen. Hippol. 379.
Profanæ faces Eumenidum. Claud. 2. de Raptu Proserp. 215.
Rosea fax solis. Lucret. lib. 5. 974.
Tranquillæ faces oculis nitent. Stat. 1. Achil. 164.
Addere faces alicui. Tacit. 1. Hist. 24. Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mevius Pudens, e proximis Tigillini.
Afflarunt tepidæ pectora vestra faces. Ovid. Rem. Amor. 434.
Ambulare cum facibus. Hor. 1. Serm. 4. 51.
Ardescit trisulca face mundus, i. e. Fulmine. Sen. Hippol. 5.
Armatus sagittis ac face. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Armata facibus. Virg. 4. Æn. 472.
Collucent faces. Virg. 4. Æn. 567.
Cremare faces. Ovid. 8. Met. 818.
Exarsit facibus igneis sitis. Sen. Thyest. 170. Al. Faucibus.
Excitat incendium fax. Cic. 7. Philipp. 3. Sed quæ provincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium?
Extinguere faces. Sen. OEth. 4.
Ferre faces in Capitolium, pro Incendere Capitolium. Cic. de Amicit. 37. Causam afferebat, quod tanti Tiberium Gracchum fecisset, ut quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego, Etiamne (inquam) si in Capitolium faces ferre vellet?
Ferre faces in tecta, i. e. Accendere tecta. Ovid. 14. Met. 531.
Flagrare face mutua. Odii scil. Sen. Octav. 51.
Jaculari incensas faces. Sen. OEth. 7.
Jaculata facem. Valer. 4. Argon. 671.
Immissi in tecta nostra servi cum facibus. Cic. 14. Att. 10.
Incide novas faces, tibi ducitur uxor. Virg. 8. Ecl. 29. V. Servium.
Inferre faces tectis. V. i n f e r o.
Inspicare faces acuto ferro. Virg. 1. Georg. 292.
Lucet fax novæ nuptæ. V. in l u x.
Pandit infestam facem cometa. Sen. Octav. 5.
Præferre facem adolescentulo ad libidinem. Cic. 1. in Catil. 13. h. e. Ducem esse.
Sonuere faces. Valer. 5. Argon. 33.
Succensus face, tædaque jugali. Sil. lib. 17. 78.
Pudoris facibus succensa mens. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 221.
Ventilare faces. Ovid. 1. Amor. 1. 8.
Faces in cœlo visæ inter prodigia sæpe memorantur. Cic. 3. in Catil. 18. Visas nocturno tempore ab Occidente faces, ardoremque cæli &c. Idem 2. de Nat. Deor. 14. Tum facibus visis cælestibus.
F a c ŭ l a, æ. f. dimin. [λαμπάδιον] Propert. lib. 2. 29. 5.
Quorum alii faculas, alii retinere sagittas, &c.
Faculam allucere alicui, pro Occasionem & facultatem esse parvulam. Plaut. Pers. 4. 3. 46.
F a c u l a r i u s, i. m. apud Hieron.
F a x o. V. f a c i o.

## F E B

FEBR. vel. FEB. Februarius.
F e b r i s, is. f. [πυρετὸς, πυρεξία] a Feritate dicta: vel, ut Servius docet, a Fervore. Est, ut medici vett. docent, Calor nativus versus in igneum. Efficacissimum in febribus. Plin. lib. 28. cap. 7.
Accessio febris. Cels. lib. 3. cap. 3. & alibi frequenter.
Accessus febris. V. a c c e d o. Plin. lib. 28. cap. 4.
Ardor febrium. Plin. lib. 23. cap. 1.
Circuitus febrium. Cels. lib. 3. cap. 12. & alibi frequenter.
Cohors nova febrium. i. e. Morborum. Hor. 1. Carm. 3. 30. Synecdoche.
Curatio febrium. Cels. lib. 3. cap. 3.
Decessio febris, & Accessio contraria. V. Instat febris. Cels. lib. 3. cap. 12. & lib. 2. cap. 4.
Decessus febris. Cels. lib. 3. cap. 12. pr.
Horrores febrium. Plin. lib. 24. cap. 10. Decoquuntur & contra horrores febrium.
Impetus febris. Cels. lib. 2. cap. 10.
Incredibilis ardor febrium. Plin. 1. Epist. 22. ad Catilium Severum.
Genera febrium innumerabilia. Senec. Epist. 96.
Intentio febris. Cels. lib. 3. cap. 18.
Motus febrium constans. Cic. 3. de Nat. Deor. 24.
Reliquiæ febrium. Cels. lib. 3. cap. 4.
Remissio febris. Cels. lib. 2. cap. 10.
Reversio febrium. Cic. 3. de Nat. Deor. 24.
Valetudo febrium. Plin. lib. 23. cap. 1. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus ægris vinum; nec nisi declinante morbo.
Acuta febris. Cels. lib. 2. cap. 6. Idem lib. 3. cap. 22. & lib. 2. cap. 5. Inter febres non acutas.
Amphemerina [ἀμφημερινὸς] febris. i. e. Quotidiana. Plin. lib. 28. cap. 16.
Arida febris. V. a r i d u s.
Assidua febris, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Cels. lib. 2. cap. 8.
Constrictæ febres. Plin. lib. 23. cap. 7.
Contagiosa febris. V. c o n t a g i u m.
Continenti febre si caput dolet. Cels. lib. 2. cap. 8.
Continua febris vehemensque. Cels. lib. 2. cap. 7.
Domestica febris. V. Torret febris.
Flagrantium febrium languores. Firmic. lib. 6. cap. ult.
Fortuita febris. Suet. in Tiber. cap. 73. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti negatum. [Sed rectius legitur Fortuita, ut ad v. Remissione referatur. Solebant eis temporibus medici potissimum abstinentia contra febres pugnare, & solicite captare tempus cibi dandi in remissione, quam fors daret, ne æger inedia deficeret. V. Cels. lib. 3. cap. 4. & 5. Aliter tentat h. l. Torrentius, cujus sententiæ nemo facile accedet, qui ea, quæ diximus, perpenderit.
Frigidæ febres. Plin. lib. 23. cap. 8. Idem lib. 26. cap. 11. Febres frigidas leviores facit agaricum potum in calida aqua.
Gravior febris. Cels. lib. 3. cap. 4. & 12.
Inordinata febris. Cels. lib. 3. cap. 3.
Intervallata febris biduo medio. Gell. lib. 17. cap. 12. Quartanam intelligit.
Lentæ febres. Cels. lib. 2. cap. 17.
Levior fit febris. Cels. lib. 3. cap. 5. Idem lib. 2. cap. 7. Febris quæ interdiu levior est.
Levissima febris. Cels. lib. 3. cap. 20.
Longa febris. Plin. lib. 28. cap. 7. Cels. lib. 2. cap. 7.
Longinquæ febres. Plin. lib. 29. cap. 4. Prodest & contra longinquas febres.
Magnæ febres. Cels. lib. 2. cap. 7.
Nocturnæ febres. Plin. lib. 29. cap. 4.
Periodicæ febres. Plin. lib. 20. cap. 3. V. p e r i o d i c u s.
Perniciosa febris. Cels. lib. 5. cap. 26. Illa febris perniciosa est, quæ vel levi vulneri supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet.
Perpetua quibusdam febris est, ut C. Mæcenati. Plin. lib. 7. cap. 51. V. p e r p e t u u s.

Prima

Prima febris. Celf. lib. 2. cap. 4.
Quartana febris. Celf. lib. 3. cap. 3.
Quotidiana febris. Celf. lib. 3. cap. 3.
Rabida febris, & quercera. Al. Rapida. Gell. lib. ult. cap. 1.
Recens febris. Celf. lib. 2. cap. 15.
Recidua febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Statæ febres. Plin. lib. 28. cap. 8.
Stegnæ febres, quæ & conftrictæ vocantur. Plin. lib. 23. cap. 7. Græcum eft στεγνοὶ, alterum Latinum nomen.
Tertiana febris. Celf. lib. 3. cap. 3.
Tertianarum febrium & quartanarum reverfione & motu quid poteft effe conftantius? Cic. 3. de Nat. Deor. 24.
Tutiffimæ febres. Celf. lib. 3. cap. 12.
Vagæ febres. Celf. lib. 3. cap. 5.
Vehemens febris. Celf. lib. 2. cap. 7. & cap. 10.
Abigere febres. Plin. lib. 25. cap. 9.
Accedit febris. Celf. lib. 2. cap. 17. Quisquis febre liberatus eft, fimul atque ea uno die non acceffit, eo, qui proximus eft poft tempus acceffionis, tuto lavari poteft. V. ACCEDO.
Acceffit febris, & Defiit, contraria. Celf. lib. 3. cap. 16.
Accendere febres. Celf. lib. 3. cap. 9. V. ACCENDO.
Adducere febres. V. ADDUCO.
Adjicere febres. V. ADJICIO.
Adjecta febris. Celf. lib. 2. cap. 6. Quæ quibus temporibus danda fint, ex ratione vel adjectæ vel levatæ febris apparebit. [Forte Auctæ, vel Adauctæ legendum. Sed quia erratum in numeris eft, hunc locum non reperi. conf. Inftat febris.
Admittunt febres curationes. Celf. lib. 3. cap. 12.
Aduri nimio febris ardore. Firmic. lib. 3. cap. 5.
Afferre febrem. Celf. lib. 7. cap. 18.
Antecedit febres horror. Celf. lib. 3. cap. 12.
Antecedunt febrem figna aliqua. Celf. lib. 2. cap. 2.
Arcere febres. Plin. lib. 28. cap. 16. Febres arcet cervorum caro.
Arcere ftatas febres. Plin. lib. 28. cap. 8.
Ardens febris. Celf. lib. 2. cap. 15. V. ARDEO.
Augetur febris. V. Inftat febris.
Bibitur contra febres frigida, &c. Plin. lib. 27. cap. 12.
Calere febre. Juven. 10. Sat. 218.
Præterea minimus gelido jam corpore fanguis
Febre calet fola.
Carere febri. Cic. 16. Fam. 15. Is etfi mihi nuntiavit te plane febri carere, & belle habere, &c.
Carere febri negatur capra. Plin. lib. 28. cap. 10. Celf. lib. 2. cap. 15.
Cœpit febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Comitatur & febris tales injurias. Plin. lib. 22. cap. 7.
Concipit fefe febris. Celf. lib. 3. cap. 6. [Nifi pro Sefe, legendum Effe.
Concitata febris. Celf. lib. 2. cap. 4. Peffimum eft, fi ne levatur quidem febris, fed æque concitata continuat.
Conquievit febris protinus. Celf. lib. 2. cap. 8.
Confiftit febris. V. Inftat febris.
Continentes febres fine remiffione funt. Celf. lib. 3. cap. 5.
Continuant febres. Celf. lib. 2. cap. 4.
Continuatur febris. Celf. lib. 3. cap. 5.
Continuata febris. Celf. lib. 3. cap. 18.
Coorta febris fuperante bili. Lucret. lib. 4. 668.
Corripi febre. Plin. lib. 7. cap. 51. Antipater Sidonius poeta, omnibus annis uno die tantum natali, corripiebatur febre, & eo confumptus eft, fatis longa fenecta.
Crefcere defiit febris. Celf. lib. 2. cap. 10.
Damnantur in febri recentes uvæ. Plin. lib. 23. cap. 1.
Deceffit fubito febris, quum biduum cibo fe abftinuiffet. Cic. 5. Att. 8. V. Inftat febris.
Decedens febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Decoqui paulatim tardo febrium ardore. Firmic. lib. 1. cap. 3.
Decrefcit febris. Celf. lib. 2. cap. 10. Idem lib. 3. cap. 6. Febris fuit atque decrevit.
Deducere corpore febres. Hor. 1. Epift. 2. 48.
Depafcitur arida febris artus. Virg. 3. Georg. 458.
Depellere febrem. Plin. lib. 25. cap. 4. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur.
Definit febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Detineri diu lentis febriculis. Celf. lib. 2. cap. 17.
Febris non dimittit. Celf. lib. 2. cap. 7.
Difceffit quartana a te. Cic. 7. Att. 2.
Difcutere febrem. Celf. lib. 2. cap. 15.
Difcutere febrem genere victus. Celf. lib. 2. cap. 24.
Dare febres alicui. Juven. 10. Sat. 283.
Provida Pompejo dederat Campania febres
Optandas.
Datur in febri, &c. Plin. lib. 22. cap. ult.
Dolere febre. Celf. lib. 2. cap. 8. [Immo In febre caput dolet.
Durat febris. Celf. lib. 5. cap. 26.
Eliciendus eft poft febrem vomitus. Celf. lib. 3. cap. 7.
Febris evanuit. Celf. lib. 2. cap. 3.
Excitare febriculas. Celf. lib. 3. cap. 18. Leves deinde febriculas excitat.
Expectatur febris illo die. Celf. lib. 3. cap. 14.
Experiri æque magnas febres. Celf. lib. 2. cap. 7.
Extorret aliquem febris ardens. Celf. lib. 3. cap. 7. Segm. 2. [Nifi Exterret legendum, ut alias Celfus loqui affuevit.
Facere febrem. Martial. lib. 2. 16.
Zoilus ægrotat: faciunt hanc ftragula febrem.
Facere febres leviores. Plin. lib. 33. cap. 4.
Finiunt fudores febrem. Celf. lib. 2. cap. 14.
Finita febris. Celf. lib. 3. cap. 3.
Finita eft febris eodem die. Celf. lib. 2. cap. 3.
Habere febrem. Celf. lib. 3. cap. 4. Cic. de Fato 15. Si cui venæ fic moventur, is habet febrem: fed potius illo modo, non ei venæ fic moventur, & febrem is non habet?
Habent certum circuitum aliquæ febres. Celf. lib. 3. cap. 12.
Habere circuitum folita febris. V. Accedit febris.
Hærens febris. Celf. lib. 3. cap. 4. & lib. 2. cap. 7.
Jactari æftu, febrique. Cic. in 1. Catil. 31.
Impedit intentio febris fomnum. Celf. lib. 3. cap. 18.
Imponitur cum polenta ardentibus febribus. Plin. lib. 20. cap. 20.
Imponitur contra ardorem febrium, &c. Plin. lib. 20. cap. 9.
Imponuntur in febris ardoribus pectori, &c. Plin. lib. 23. cap. 6.
Incidere in febres. Celf. lib. 3. cap. 6.
Incipit febris. V. Inftat febris, & in verbo INCIPIO. Plin. lib. 7. cap. 50. Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hibernis menfibus incipere.
Incipiens febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Incitare febrem. Celf. lib. 3. cap. 8. extr. Tum dari cibus, qui neque incitet febrem, & tamen longum ejus fpatium fuftineat.
Inclinat fe febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Inclinata febris. Ibid.
Increfcunt febres. Celf. lib. 2. cap. 4. & cap. 7.
Incurrit febris tempus in aliquam rem. Celf. lib. 3. cap. 15. Quo die febrem expectabit, ante furgere & exerceri: dareque operam oportet, ut in ipfam exercitationem tempus febris incurrat: fic enim fæpe illa difcutitur.
Ingeffit tuffim incidens febris. Plin. 7. Epift. 19. Ita quidam codd. Sed V. p. p. Infidens febris.
Iniit unquam te febris? V. INEO.
Inhæret affidue febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Infidens febris. Plin. 7. Epift. 19. h. e. Continua, vel latens, quafi Intus fedens. Codd. emendati habent, Infident febres, tuffis increfcit.
Inftat febris. Celf. lib. 3. cap. 5. Quum vero febris inftet, incipiat, augeatur, confiftat, decedat, deinde in deceffione confiftat, aut finiatur; fcire licet, optimum cibo tempus effe febre finita; deinde quum deceffio ejus confiftit, &c.
Intenditur fæpe ex eo febris. Celf. lib. 3. cap. 9. & cap. 11. Minui febris videtur, & rurfus intenditur.
Intermittit ex toto febris. Celf. lib. 3. cap. 14.
Junguntur febres. Celf. lib. 3. cap. 5.
Laborare fine febri. Cic. 5. Att. 8.
Lenita eft acceffio febris. Celf. lib. 2. cap. 17.
Levatur febris. Celf. lib. 3. cap. 6. Et dum febres quidem increfcunt, hic folus idoneus cibus eft. Ubi vero aut definunt, aut levantur, fæpe quidem incipiendum eft, &c. Idem lib. 2. cap. 4. Febres quæ tertio quoque die non levantur.
Levata eft febris. Celf. lib. 3. cap. 4.
Liberare aliquem febre. Celf. lib. 3. cap. 9.
Liberari a febre. Plin. lib. 26. cap. 11.
Liberatus febre. Celf. lib. 2. cap. 15. & cap. 17.
Minuere febrem. Celf. lib. 3. cap. 5.
Minui febris videtur, & rurfus intenditur. Celf. lib. 3. cap. 11.
Minuit frigora febrium cor ranæ adalligatum. Plin. lib. 32. cap. 10.
Mitigare febrem quiete, & abftinentia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Molliri febres. Celf. lib. 2. cap. 4. Febres quæ per deceffiones tantum molliantur, nec unquam integrum corpus dimittant.
Movere febres. Celf. lib. 5. cap. 28. Quoniam & febres movent, nec unquam facile maturefcunt. De Strumis.
Nancifci febrim. Suet. in Tit. cap. 10. Deinde ad primam ftatim manfionem febrim nactus, quum in lectica transferretur, &c.
Occupat aliquem febris. Celf. lib. 2. cap. 3. Ubi vero febris aliquem occupat, fcire licet, &c.
Oritur febris. Celf. lib. 2. cap. 4.
Pati febrim. V. PATIOR.
Perfunctus a febri. Varr. 2. de R. R. cap. 4.
Permanet febris. V. Torret febris.
Peruftus ardentiffima febri. Plin. lib. 7. Epift. 1.
Præftat tertiana febris unum diem integrum, tertio redit. Celf. lib. 3. cap. 3.
Prodeft & febri ranarum fellis cinis. Plin. lib. 32. cap. 10.
Profunt in febribus fluviatiles cancri. Plin. lib. 32. cap. 10.
Quievit febris. Celf. lib. 2. cap. 8. Idem lib. 3. cap. 16.
Quievit febris ex toto. Celf. lib. 2. cap. 3.
Quærere remedium febri. Plin. lib. 28. cap. 7.
Receffit acceffio febris ex toto. Celf. lib. 2. cap. 17.
Recurrens febris quartis diebus. Gell. lib. 17. cap. 12.
Recidunt febres. Plin. lib. 28. cap. 16.
Redeunt quædam febres longiore circuitu. Celf. lib. 3. cap. 3.
Redeunt inordinate febres. Celf. lib. 3. cap. 3. Neque de re, fed de verbo controverfiam movent, qui quum aliter, aliterque in eodem morbo febres accedant, non eafdem inordinate redire, &c.
Reducere febrim alicui. Hor. 2. Serm. 3. 294.
Refrigerat ardores febrium fuccus cucurbitæ. Plin. lib. 20. cap. 3.
Relinqui a febri. Cic. 8. Att.
Remanent febres. Celf. lib. 2. cap. 7.
Remittit febris. Celf. lib. 2. cap. 14. Idem lib. 3. cap. 18. Et continuata quoque febris habet tempora, quibus, etfi non remittit, non tamen crefcit.
Remittit fe febris. Celf. lib. 3. cap. 10. Quum fe febris remiferit, frictione utendum eft.
Remittitur febris ex toto. Celf. lib. 3. cap. 9. & cap. 12. Febres ex toto remittuntur.
Renuntiat febrium medicina placitis eorum. Plin. lib. 30. cap. 11.
Repetit febris. Celf. lib. 2. cap. 8.
Refiftere nocturnis febribus prodiderunt. Plin. lib. 29. cap. 4.
Revertitur febris. V. Accedit febris. Celf. lib. 3. cap. 3.
Solvere febres. Plin. lib. 24. cap. 9. Semen potum, vini quendam faporem habet, & dicitur febres folvere.
Submovere febrem. Celf. lib. 3. cap. 21. Sed fi febris quoque eft, hæc in primis fubmovenda eft.
Sum. ut, Si febris fit. Plin. lib. 22. cap. 20. Et lib. 32. cap. 10.
Supervenit febris levi vulneri. Celf. lib. 5. cap. 26.
Suftinere fpatium febris. V. Incitare febrem.
Tenent febres corpus. Celf. lib. 3. cap. 9. Nonnunquam etiam lentæ febres fine ulla remiffione corpus tenent.

Tenuata febris. Celf. lib. 3. cap. 7. Ubi febris aut tenuata, aut levata eft, vomitu pectus purgare.
Terret febris. Celf. lib. 5. cap. 26. Ac ne febris quidem terrere debet, fi in magno vulnere dum inflammatio eft, permanet.
Tollit circuitus febrium, jecur delphini guftatum ante acceffiones. Plin. lib. 32. cap. 10.
Tollere febrem. Celf. lib. 2. cap. 12. Si febrem non fuftulit prima inedia.
Torret febris. Juven. 9. Sat. 17.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimque domeftica febris?
Vacare febre. Celf. lib. 2. cap. 14. & cap. 15.
Venit febris fubito. Celf. lib. 3. cap. 21.
Venientes cum horrore febres perunctis leviores facit. Plin. lib. 23. cap. 4.
Ventura febris. Celf. lib. 3. cap. 12.
Veterafcunt febres. Celf. lib. 3. cap. 12.
Urget vehemens febris. Celf. lib. 2. cap. 10.
Urgent magnæ febres. Celf. lib. 7. cap. 26.
Uror anhelis febribus. Ovid. 1. de Pont. 11. 5.
Febris, Dea culta eft a veteribus, ne noceret. Val. Maxim. 2. 5. 6. Febrem autem, inquit, ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in fumma parte vici Longi extat: in eaque remedia, quæ corporibus ægrorum annexa fuerant, deferebantur. Meminit hujus & Cic. 3. de Nat. Deor. 63. Et 2. de Legib. 28.

FEBRICŬLA, æ. f. diminut. [πυρετίδιον] ut,
Lentæ febriculæ. Celf. lib. 2. cap. 17.
Levis febricula. Celf. lib. 3. cap. 22.
Longæ, difficilesque febriculæ. Celf. lib. 3. cap. 22.
Confumit hominem febricula. Celf. lib. 3. cap. 25.
Finitur febricula eo die. Celf. lib. 2. cap. 3.
Habere febriculam. Cic. 6. Att. 9. Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem fcripfiffe.
Incidit febricula. Celf. lib. 3. cap. 21. Ne febricula incidat.
Incidere in febriculam, Qui ex labore in febriculam incidit, affiduam, & fatis moleftam. Planc. ad Cic. 10. Fam. 21.
Incurfat febricula. Celf. lib. 3. cap. 22.
Manet fi femper febricula. Celf. lib. 3. cap. 5.
Medendum febriculæ. V. Febricula incurfat.
Oritur febricula. Celf. lib. 3. cap. 25. Idem lib. 4. cap. 15.
Præceffit febricula. Celf. lib. 2. cap. 7.
Quievit febricula. V. Levis febricula.
Repetit febricula. V. Levis febricula.
Febricula aut foluta erit, aut levior. Celf. lib. 8. cap. 4.

FEBRICULARIUS, a, um. & FEBRICULARIS, e. apud Boethium.

FEBRICULENTUS, a, um. Marc. Emp. cap. 22. Febriculento potionem dare.

FEBRICULŌSUS, a, um. Adj. [πυρετώδης] Qui habet multam febrem. Gell. lib. 20. cap. 1. Nam morbus in lege ifta non febriculofus, neque nimium gravis, fed vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiæ demonftratur.
Scortum febriculofum. Catull. 6. 4.

FEBRICULOSE, Adv. Idem apud Boethium.

FEBRĬCOSUS, a, um. Veget. Mulom. 1. 38.

FEBRĪLIS, e. [πυρετικός] quafi Ad febrem pertinens. Apul. Ardore æftuans febrili.

FEBRIBĬLIS, e. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 4. 8. 113. Vivos lumbricos excludi febribiles dixit. [Sed legendum Febribile, ut paulo ante Perniciofum.

FEBRESCO, ĕre. Solin. cap. 31. extr. Patuit nunquam eos febrefcere.

FEBRIO, [πυρέττω] īre. Laborare febre. Celf. lib. 6. cap. 11. Potiones fi febriat puer, aquæ; fi fine febre eft, vini diluti. [Lind. Si febricitat, quomodo alias Celfus loquitur, nifi ficubi vetus lectio pariter corrupta fuit.

FEBRIENS, Partic. [πυρέττων] Columel. lib. 6. cap. ult. Febrienti mulæ cruda braffica datur. Et Macrob. 7. 4. Febrienti fimplicem cibum darent.

FEBRICĬTO, [πυρέττω] āre. Febrem pati, vel Febre corripi & tentari: ut,
Febricitat æger. Celf. lib. 3. cap. 6.
Febricitavit aliquis, aut inhorruit. Celf. lib. 2. cap. 7.

FEBRICĬTANS, Partic. Celf. lib. 2. cap. 6. Et Curt. 10. 4. 11. Illis diebus Hephæftion febricitans moritur.
Bafiare febricitantem. Martial. 11. 99.
Bovi febricitanti convenit abftinere cibo. Columel. 6. 9.

FEBRIFŬGUS, a, um. Febrem fugans. ut, Medicamentum febrifugum, quod & Antifebrile Medici vocant.

FEBRIFUGIA, æ. f. Herba, Centauria minor. Apul. de Herb. cap. 35. [An Febrifuga?

FEBRUO, [καθαίρω] āre. Luftrare, purgare. a Ferveo: hoc enim adolendo & flammis ferventibus fieri folebat. Vel a Sabinorum lingua, qui Februum, Purgamentum dicunt. Hinc (ut auctor eft Feftus) Februarius menfis dictus eft, quod tum, i. e. extremo anni menfe, populus februaretur, id eft luftraretur ac purgaretur. Per XII enim dies continuos Februarii, celebrabantur februa. Hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis facrificiisque circa fepulchra, accenfis facibus, cereisque intentus erat. Varro de Vit. Pop. Rom. lib. 1. apud Non. 2. 355. In eorum enim facris liba quum fint facta, incerni folent farris femine, ac dicere fe ea februare, id eft Pura facere.

FEBRUATUS, a, um. Purgatus. Varro de L. L. 5. 3. Rex cum ferias menftruas nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat. conf. Feft. in Februarius, de Junone februata, & die februato.

FEBRUATIO, ōnis. f. Luftratio. Varro l. c. (Scal. p. 46.) Nam & Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonftravi.

FEBRUUS, a, um. Idem ac Purgans, pians. Cenforin. cap. 22. Eft februum, quicquid piat purgatque.

FEBRUUS, i. m. Deus, qui luftrationum potens creditur. Macrob. 1. Saturn. 13. Hunc plerique Plutonem vel Plutonis patrem arbitrantur. V. Serv. ad 1. Georg. 43. conf. Varro de L. L. 5. 4.

FEBRUA, æ. f. Juno, quæ & Februalis. V. Mart. Capell. 2. p. 37. & infra FEBRULIS.

FEBRUA, orum. n. pl. [καθάρματα] appellantur, Quæcunque purgamenti caufa in quibuscunque facrificiis adhibentur, inquit Feftus l. c. Ovid. 2. Faft. 19. latius hujus vocis fignificationem perfequitur,
Februa Romani dixere piamina patres, &c.
Cafta februa. Ovid. 4. Faft. 726.
Sæpe tuli plena februa cafta manu. Plura de his V. in Lex. Pitifc.

FEBRUAMENTUM, i. n. Purgamentum. Cenforin. de Die Nat. cap. 22. Eft februum, quicquid piat purgatque, & februamenta, purgamenta.

FEBRUARIUS, Menfis, [Θαργηλιών] Extremus anni menfis fuit veteribus. V. Cic. 2. de Legib. 54. Serv. & Feft. l. c.

FEBRULIS, item FEBRUALIS, is. f. Juno, a Romanis dicta, quod ipfi menfe februario facra fiebant; ejusque feriæ erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a Lupercis amiculo Junonis, i. e. pelle caprina. Feft. u. f. Februtis eft apud Arnob. l. 3. p. 118. Februalis. Mart. Capell. 2. p. 37.

## F E C

FECENIA, vel FECINIA, æ. f. Vitis, quæ & Rubella. Fæce nimia, Plin. 14. 2. V. FÆX.

FECIĀLIS, is. m. [Φητιάλης, εἰρηνοδίκης] pl. Feciales, ium, Appellati funt, Sacerdotes, pacis vel belli denunciatores, ut Fefto placet, A Feriendo, vel Faciendo, quod belli, pacisque faciendæ apud eos jus erat. Nonius, Feciales apud veteres Romanos erant, qui fancto legatorum officio ab his, qui adverfum populum Romanum vi, aut rapinis, aut injuriis hoftili mente commoverant, pignora facto fœdere jure repetebant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, prius quam quid fuiffet fecialibus denuntiatum. Varro de Vit. Pop. Rom. lib. 2. Itaque bella & tarde & nulla (al. magna) licentia fufcipiebant, quod bellum nullum, nifi pium, putabant geri oportere. Prius quam indicerent bellum iis a quibus injurias factas fciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. Idem lib. 3. Si cujus legati violati effent, qui id feciffent, quamvis nobiles effent, ut dederentur civitati, ftatuerunt: fecialesque viginti, quid de his rebus cognofcerent, judicarent, & ftatuerent, & conftituerent. Fetiales per *t* fcribit Feft. & Non. Sed Varro de L. L. 4. 15. extr. per *c*. Græci conftanter per *τ*. Gruterus ex lap. p. 1107. FECIALIS profert.
In manibus fecialium educatus homo. Cic. 7. Verr. 48. Habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum præter ceteros, in publicis religionibus fœderum fanctum ac diligentem. Hi apud Livium de jure belli indicendi confuluntur. Bud.

FECIALIS, e. Adj. [Φητιάλιος] ut Jus feciale. Cic. 1. Off. 39. Belli quidem æquitas fanctiffime feciali Populi Romani jure perfcripta eft.

## F E L

FEL, fellis. n. [χολή] Humor in corpore, qui quod flavus eft, a medicis Bilis flava appellatur. Continetur autem fub ima parte hepatis in veficula quadam, quæ ob id cyftis fellis appellatur. Plaut. Truc. 1. 2. 77.
In melle funt linguæ fitæ voftræ, atque orationes,
Lacteque: corda felle funt lita, atque acerbo aceto.
Gallinaceum fel. Cic. 2. de Divin. 29.
Vipereo felle tela lurida. Ovid. 5. Trift. 7. 16.
Ardet jecur ficcato felle. Sen. OEth. 9.
Armata veneni felle fagitta. Virg. 12. Æn. 857.
Suffufi felle fales. i. e. Joci mordaces. Ovid. 2. Trift. 565.
Tincta mordaci felle fpicula. Ovid. 3. de Pont. 3. 106.
Ponitur etiam pro Quacunque fortunæ acerbitate. Tibul. 3. 4. 12.
Omnia jam trifti tempora felle madent.
Fel terræ, Genus herbæ. Plin. lib. 25. cap. 6. Centaurion noftri fel terræ vocant, propter amaritudinem fummam.

FELLEUS, a, um. Adj. [χολώδης] Plin. lib. 26. cap. 12. Sudores enim felleos movent.

FELLĪTUS, a, um. [Gloff. Vet. χολικός.] Felle imbutus. Feftus Avienus Epift. ad Flavian. Myrmecium,
— penitus fellitus amarans
Ore fapor nil dulce meo finet effe palato. Ufus & Macer, 1. 7.

FELLŌSUS, a, um. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 4. 6. Fellofus & faniofus.

FELLIDŪCUS, a, um. [χολαγωγός] Cæl. Aurel. Tard. 3. 4. Medicamenta fellíduca.

FELLIFLUUS, a, um. Idem Acut. 3. 19. de Cholera: Paffio felliflua.

FELIGINATES, Populi numerantur a Plinio in fexta regione Italiæ. lib. 3. cap. 14.

FELĬNUS, Jurisconfultus. Ferrariæ natus, jus civile tum in patria, tum etiam Pifis complures annos magna auditorum celebritate docuit, monimentisque ingenii fui compluribus relictis, circiter annum D, deceffit. Ex Hotoman.

FELIS, is. m. f. [αἴλουρος, παρὰ τὸ αἰόλλειν τὴν οὐράν] Id animal eft quod nobiscum in domibus retinemus ad murium venationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 101. Poffum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: fed nolo effe longus. Cic. 5. Tufc. 78. Plin. lib. 10. cap. 73. Feles quidem, quo filentio, quam levibus veftigiis obrepunt avibus? Columel. lib. 8. cap. 3. Varro 3. de R. R. cap. 11. Alii declinant, Feles, is. Felles apud Plaut.
Feles pullaria: Extat Aufonii epigramma in Marcum pullariam, fed integrior effet titulus, Turnebo judice, in Marcum pullariam felem, vel ipfo auctore Aufonio, qui ita fcribit,
Quis Marcus? feles nuper pullaria dictus. Nam ut Feles virginalis a Plauto Rud. 3. 4. 43. dicitur Virginum raptor, a felis rapacitate: fic Feles pullaria, Raptor eft puerorum & corruptor. Nam veteres Pueros etiam Pullos vocabant: hinc Pulliprœmo, Compreffor puerorum & pædico, quo ufus eft Lucilius.
Felem pro Deo coluere Ægyptii. V. Herod. 2. 66. & Cic. 1. de Legib. 32.

Felineus, a, um. Quod felium est, vel de felibus. ut, Felineis oculis, apud Serv. in 3. Georg. 83. [ Nisi Felinis legendum.

Felinus, a, um. Idem. ut, Stercus felinum. Cels. 5. 18.

Fēlio, īre. Auctor Philomelæ, v. 50. Pardus hiando felit.

Felix. V. foelix.

Fellator, Fellebris, Fellito. V. fello.

Fello, sive (ut Salmas. p. 662. ad extr. cap. 45. Solini contendit) Fēlo, āre. est Lac sugere, a θηλᾶν. Varro apud Nonium 2. 344. Lac humanum fellasse. Hoc verbum etiam ad fœdum libidinis genus translatum est, quod ore patrabatur, ut & verbum Irrumare. Martial. lib. 7. 9.

Pædicatur Oros, fellat Linus, Ole, quid ad te. & passim.

Fellator, ōris. m. [λιχμαστής] Martial. 14. 74.

Corve salutator, quare fellator haberis?

Fellēbris, e. Solin. cap. 8. Calabria Boam gignit, quem anguem in immensam molem ferunt coalescere. Captat primo greges bubulos: & siquæ plurimo lacte rigua bos est, ejus se uberibus innectit: suctuque continuo saginata, longo seculo ita fellebri satietate ultimo extuberatur, ut obsistere ejus magnitudini nulla vis queat. Fellebrem satietatem vocat, Copiosum lactis suctum.

Fellĭto, & Felĭto, āre. Freq. Solin. cap. 57. Nequaquam mater pullo ubera præbet fellitanda. Gloss. Isidori: Fellitat, sugit. adde Salmas. ad Solin. l. c.

Fellitans, Partic. ut, Mammas fellitantes exugerent. Arnob. 2. p. 70.

Felonia, æ. f. Barbara vox Feudistarum; dicitur Delictum, noxia, perfidia vassalli erga dominum suum. Hæc nec expresso pacto remitti potest, quod vassallus eo ad delinquendum invitaretur, contra l. convenire. D. de pact. dotalib.

Felsĭna, æ. f. Italiæ urbs. Plin. lib. 3. cap. 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ: Intus colonia Bononia, Felsina vocitata. quum princeps Hetruriæ esset.

## F E M

Fĕmen, ĭnis. n. [μηρὸς] a Ferendo. Femora (inquit Valla lib. 4. cap. 57.) partem illam exteriorem significant: Femina, partem interiorem, mollioremque, qua se contingunt. [ Sed viderit Valla de auctore idoneo hujus differentiæ. Corn. Celsus certe, auctor, si quisquam alius, idoneus Femoris & Feminis, & quidem de osse, quod Crus excipit, promiscue usurpat. V. lib. 8. cap. 1. Idem tamen Femur in recto sing. & Femina in pl. ut placet Grammaticis, constanter.

Femen, rectum sing. Drakenb. ad Sil. 1. 540. ex Saxone Gramm. profert. Cæs. 7. Bell. Gall. 73. Stipites feminis crassitudine. Cic. 6. Verr. 93. Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.

Femina de bestiis Plin. lib. 11. cap. 10. de apibus, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra. Columel. lib. 6. cap. 2. Ventri quoque, & sub femina, manum subjicere, ne ad hujusmodi tactum postmodum pavescant.

Femina etiam Inferiores partes significant. Nam a flexu dicta videntur. ubi etiam junctura cum flexu pedis est, femina dicuntur. Plaut. in Asin. 2. 2. 73.

— Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas,
Vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina jam erant ungulæ.

[ Hyperbole est ridiculi causa. V. Lambin.

Redundare pedibus, feminibus, cruribus, dicitur Deus humana specie. Cic. 1. de Nat. Deor. 100. V. & Lucret. lib. 4. 826.

Fĕmĭnālia, orum. pl. [περιζώματα] Tegumenta feminum, & subligacula. His & mulieres utuntur, ut etiam viri, ut videre est Exod. cap. 28. Levit. 6. & 16. & Ezech. cap. 44.

Feminalibus muniebatur. Suet. Aug. cap. 82. Ubi Casaubonus longa dissertatione contendit ea quæ hodie Feminalia vel Femoralia vocantur, plane abfuisse a consuetudine veterum Ebræorum, Græcorum, Romanorum. V. etiam Salmas. Hist. Aug. p. 223.

Braccas appellant Feminalia. Vide in bracce ex Ambrosio. H. St.

Fĕmur, ŏris. n. [μηρὸς, κόξα] a Ferendo. Plaut. Mil. 2. 2. 49.

Dextera digitis rationem computat, feriens femur Dexterum.

Cic. de Clar. Orat. 277. Frons non percussa, non femur, pedis (quod minimum est) nulla supplosio.

Femur leporis. Martial. 6. 75.

Quum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ,
Sive femur leporis, sive quid his simile.

Cædere femur. Quintil. lib. 2. cap. 12. Femur, pectus, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit.

Hausit femur rostro adunco. Ovid. 8. Met. 371. de Apro Calydonio.

Plangere femur. Ovid. 11. Met. 81.

Et conata femur mœrenti plangere dextra.

Femina & Femora sæpe confundi a librariis observat Drakenb. ad Sil. 1. 540. [ Nec sane apparet significatione quicquam differre. V. femen.

Femur bubulum, Herba ignota, nervis utilis. Plin. lib. 27. cap. 9.

Fĕmŏrālia, ium. n. pl. [περιζώματα] Quibus pudendæ partes corporis teguntur. Suet. in Aug. cap. 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & Feminalibus. V. paulo supra not.

## F E N

Fendĭcæ, arum. f. Hiræ sive ilia, a Findo; quod a fissis carnibus fierent. Arnob. 7. p. 230.

Fendo, ĕre. verbum antiquatum, cujus sola supersunt composita. Priscian. lib. 11. p. 923. Offendo, quasi a Fendo verbo componitur, quod non est lectum. Fendo Vossius Etym. p. 266. interpretatur Ad iram concito. Hinc

Fensus, a, um. Partic. quod in Gloss. Isidor. Iratus redditur.

Fenestella post seq. dict.

Fenestra, æ. f. [θυρὶς] ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod est lucere: fit enim ad lucem reddendam fenestra. Cic. 1. Tusc. 46. Non eas partes, quæ quasi fenestræ sunt animi. Martial lib. 1. 87.

Angustiæ fenestrarum. Cic. 2. Att. 3.

Altæ, caligantesque fenestræ. Juven. 6. Sat. 31.

Armatæ. Stat. 10. Theb. 531.

Cavæ fenestræ. Virg. 9. Æn. 534.

Ingens fenestra lato ore. Virg. 2. Æn. 482.

Patulis tectum sublime fenestris. Ovid. 14. Met. 752.

Fundit plena per insertas se luna fenestras. Virg. 3. Æn. 152.

Indere fenestras tecto dicitur ventus. V. indo.

Patent vigiles te prætereunte fenestræ. Juven. 3. Sat. 275.

Fenestram ad nequitiam patefacere alicui, pro Dare occasionem. Ter. Heaut. 3. 1. 72. — Hui,

Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.

Fenestrŭla, æ. f. dimin. ut, Per quandam fenestrulam prospicere gestio. Apul. lib. 9. fin.

Fenestella, æ. f. alterum dimin. [θυρίδιον] Columel. lib. 1. cap. 1. Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.

Fuit & cognomen Ro. L. Fenestella, historicus, sæpe a Plinio citatur testis. Mortuus est Cumis Augusti tempore, ut tradit Eusebius.

Fenestella alius fuit, cujus de magistratibus Roman. liber non illepidus extat. Sed sub ficto hoc nomine verus libelli auctor est Andr. Don. Floccus, seculi 15, scriptor, quod post Giraldum aliosque observat Fabric. B. L. P. 1. p. 745.

Fenestro, [θυρίζω] āre. Velut fenestra aperire. Plin. lib. 11. cap. 37. Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

Fenestratus, a, um. [θυριδωτὸς] i. e. Apertus, perforatus. Plaut. Nulla est est fenestratior domus.

Pectora fenestrata & aperta. Vitruv. lib. 3. procem.

Fenestrālis, e. Adj. [θυρίδιος] ut, Porta fenestralis. Ovid. 6. Fast. 578.

Nocte domum parva solita est intrare fenestra,
Unde fenestralis nomina porta tenet. De Fortuna. alii legunt Fenestellæ, vel Fenestratæ, quin & aliis modis codd. variant.

Fenestræ, [Θυρίδες] Oppidum est ad ortum spectans, Cinæthio ac Tænaro Laconicis urbibus confine. Auct. Strab. lib. 8.

## F E R

Fĕra, æ. f. [θὴρ, θηρίον, φὴρ, κνώδαλον] dicta est quod sine ratione feratur: aut quod naturali utatur libertate, & pro desiderio feratur. Cic. 4. Acad. 108. Quod ut feram & immanem belluam, sic, &c.

Agmen ferarum. Ovid. 11. Met. 21.

Concilium ferarum. Ovid. 10. Met. 144.

Domitor ferarum Hercules. Sen. Herc. OEth. 17.

Genus omne ferarum. Virg. 3. Georg. 242.

Genus horriferum ferarum. Lucret. lib. 5. 219.

Genus montivagum ferarum. Lucret. lib. 2. 1080.

Latebræ ferarum. Ovid. 1. Met. 216.

Præda rapidarum ferarum. Ovid. 11. Epist. 111.

Rabies horrenda ferarum. Sil. lib. 16. 104.

Secla ferarum. Lucret. lib. 3. 753. V. seculum.

Serpentia secla ferarum. Lucret. lib. 6. 766.

Spelæa ferarum. Virg. 10. Ecl. 52.

Stabula alta ferarum. Virg. 6. Æn. 179.

Tecta densa ferarum. Virg. 6. Æn. 7.

Acres feræ. V. acer.

Expertes rationis & orationis feræ. i. e. Bestiæ. Cic. 1. Off. 50.

Horribilis fera. Virg. 4. Georg. 462.

Immanis fera. Ovid. 8. Met. 422.

Matutinæ feræ. Martial. lib. 13. 95.

Montanæ feræ. Ovid. 2. Fast. 216.

Montivagæ feræ. Lucret. lib. 1. 405.

Pernix fera. Sen. Herc. fur. 4.

Rabidarum more ferarum. Stat. 8. Theb. 71.

Vastæ feræ. Ovid. 2. Met. 194.

Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.

Agitare & excitare feras. Cic. 3. Off. 68.

Agitare errantes feras. Claud. in Gigant. 122.

Agitare feras silvis. Virg. 11. Æn. 686. V. agito.

Consequi cursu excitatas feras. Sen. Hippol. v. 110.

Degere vitam more feræ. Virg. 4. Æn. 551.

Ducere feras. Quintil. lib. 1. cap. 10. Non feras modo, sed saxa etiam, silvasque duxisse, memoriæ proditum est.

Interficere feras. Lucret. lib. 5. 1248.

Mulcere feras. Ovid. 14. Met. 339.

Sequi acres cursu feras. Sen. Octav. 7.

Vestigare feras. Sen. Thyest. v. 497.

Ferīnus, a, um. Adj. [θήρειος] Quod ferarum ritu vel fit, vel se habet. Apul. Ferino, ac belluino ritu.

Caro ferina. Sallust. Jugurth. cap. 18. Gætulis cibus erat caro ferina.

Cædes ferina. Ovid. 7. Met. 675.

Domus ferinæ. i. e. Corpora ferarum. Ovid. 15. Met. 457.

Lacte ferino nutritus. Ovid. 3. Trist. 11. 3.

Sapor ferinus. Plin. lib. 13. cap. 4.

Victus ferinus. Cic. 1. de Invent. 2. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur; & sibi victu ferino vitam propagabant. i. e. Bestiarum.

Vox ferina. Ovid. 5. Trist. 13. 55.

Vultus ferinus. Ovid. 7. Met. 270.

Ferina absolute aliquando usurpatum: & subintelligitur Caro. Virg. 1. Æn. 215.

Implentur veteris bacchi, pinguisque ferinæ. [ Celso Venatio dicitur.

Fĕrus, a, um. Adj. [θηριώδης] Atrox, severus, qui ferinum animum habet: ut, Fera gens. Cic. 1. Tusc. 30.

Ferus & Ferox hanc habent distantiam. Ferus est Sævus, Ferox est Fortis. Sallust. Jugurth. cap. 106. Ille animo feroci, negat se toties fusum Numidam pertimescere. Virg. 2. Æn. 326.

— ferus omnia Juppiter Argos
Transtulit. Ex Nonio. V. ferox.

Ferus & Immanis, Mitis & Mansuetus, contraria. Cic. 1. de Invent. 2. Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.

Indomita

Indomita cervice ferus. Hor. 1. Epist. 3. 34.
Vultu torvo ferus. Hor. 1. Epist. 20. 12.
Acies feræ. V. ACIES.
Ager ferus, Incultus. Fest.
Animi feri. Ovid. 4. Epist. 165.
Ardor ferus animi. Ovid. 8. Met. 469.
Arma fera. Ovid. 5. Met. 4.
Bellua fera. Ovid. 13. Met. 917.
Bellua immanis & fera. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Bestiæ feræ. Cic. de Amicit. 83.
Cædes fera. Sen. Octav. 8.
Capræ feræ. i. e. Capreæ. Virg. 4. Æn. 152.
Conjugium ferum, Conjux intractabilis. Tibul. lib. 3. 4. 74.
Corda fera. Virg. 6. Æn. 49.
Ensis ferus. Ovid. 8. Epist. 60.
Equus ferus. Hor. 1. Serm. 5. 57.
Fructus feri, Silvestres. Virg. 2. Georg. 36.
Gaudia fera. Ovid. 5. Trist. 8. 21.
Gens immansueta atque fera. Cic. 1. de Legib. 24.
Hiems fera. Ovid. 1. Trist. 1. 42. Stat. 5. Theb. 13.
Homo ferus & agrestis. Cic. pro Rosc. Amer. 74.
Hostis ferus. Ovid. 1. Met. 185.
Incola ferus luci. Stat. 5. Theb. 567.
Juvenis ferus. Catul. 59. 56.
Montes feri. Virg. 5. Ecl. 28.
Mores feri. Sen. Octav. 7.
Mores feros immanemque naturam alicujus ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 38.
Scabies fera. Cels. 5. 28. 16. Quo asperior est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam, quæ talis est, ἀγρίαν Græci appellant, id est feram. [ Si modo postrema hæc verba a Celsi manu sunt.
Tela fera. Lucret. lib. 2. 48.
Tempestas fera. Ovid. 1. Fast. 495.
O fera tempora, quum dubitet Curtius Consulatum petere. Cic. 12. Att. 49. In codd. emendatis est, O tempora! fore cum &c.
Tyrannus ferus. Ovid. 6. Met. 549.
Vastator ferus. Ovid. 11. Met. 395.
Venus fera. Sen. Hippol. 8.
Vitis. V. p. p. FERABITIS.
Ferus, aliquoties Phædro quasi substantive positum est, sed revera substantivum masculini generis subauditur. Sic 1. Fab. 12. 9. Excepit ferum silva. h. e. Cervum. Lædi ferum impune. 1. Fab. 21. 8. i. e. Leonem. Add. Virg. 2. Æn. 51. & 7. 489. Et Hor. 1. Epist. 13. 8.

FERĬTAS, ātis. f. [θηριώδης] Naturæ quædam asperitas. Martial. lib. 1. 18.
Postquam inter nos est, plus feritatis inest. De Tigride.
Feritas atque agrestis immanitas. Cic. 1. de Divin. 60.
Immanitas & feritas. Cic. 3. Tusc. 12.
Fructus regni feritas. Sil. lib. 1. 148.
Inamabilis feritas. Ovid. 1. de Pont. 7. 5.
Inamœna feritas. Stat. 2. Silv. 2. 33.
Insita feritas. V. INSERO.
Deponere feritatem. Ovid. 4. Fast. 103.
Civitas cultu & feritate non multum a Germanis differebat. Cæs. 8. Bell. Gall. 25.
Expellere feritatem. Cic. 2. Tusc. 20.
Mollita feritas. Ovid. 4. Fast. 217.
Traducere ex feritate ad mansuetudinem. Cic. pro Sext. 91.

FERABĪTES, is. f. dicitur Agrestis. Sisenna apud Nonium 2. 347. Partim ferabite, partim lauro &c. [ Sed cum Merc. scribendum divise Fera bite, pro Vite scil. V. & not. Gothofr.

FERACŬLUM, i. n. Ulpian. in l. quemadmodum. §. si navis. D. ad legem Aquil. Parvi refert, navem immittendo, an feraculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis. Sunt qui non Feraculum, sed Serraculum, Verriculum, Servaculumve legant.

FERĀLIS, e. [νεκρικός, ἐπιτάφιος] Quod mortuorum funeribus adhibetur; ut, Feralis cœna. Apulejus, Rogum demolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.
Dies ferales. Ovid. 2. Fast. 34.
Officia feralia. Apul. 1. Met. p. 11.
Feralis, Dirus, exitialis. Virg. 4. Æn. 462.
Solaque culminibus ferali carmine bubo
Visa queri.
Arbor feralis. Plin. lib. 16. cap. 10. Picea montes amat, atque frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita.
Arma feralia, i. e. Mortifera. Lucan. lib. 2. 261.
Cædes ferales. Claud. de Bell. Gild. 124.
Carmen ferale. Virg. 4. Æn. 462.
Dona feralia. Ovid. 9. Met. 213.
Epulæ ferales. Plin. lib. 20. cap. 11.
Idus Martiæ Cæsari ferales. Plin. 18. 26.
Murmur ferale. Claud. 1. in Ruff. 131.
Præcones ferales, quos Anteambulones atratos Latine appellare possumus, ex quorum genere sunt Funerum indictores. Budæus.
Tabula feralis. Florus 3. 22. 2. Quæ nempe proscriptorum nomina tenebat.
Tedæ ferales. Lucan. lib. 1. 112.
Urna feralis. Tacit. 3. Ann. 1.

FĒRĀLIA, orum. n. [νεκύσια, ἐναγίσματα] Diem diis manibus sacratam veteres dixerunt; a Ferendis epulis in tumulum ad cœnam; quam & ipsam Feralem nuncupabant, auctore Festo. Ovid. 2. Fast. 569.
Hanc quia justa ferunt, dixere Feralia lucem, &c. Cic. 8. Att. 22. Eodem enim die video Cæsarem a Corfinio post meridiem profectum esse, Feralibus, quo Canusio mane Pompejum. conf. Varro de L. L. 5. 3. Alex. Genial. Dier. 3. 12. & Lex. Pitisc.

FĒRĀLĬTER, Adv. Fulgentius Mythol. 3. 1. Dum amor noviter venit, ut leo feraliter invadit.

FĒRATRĪNA, æ. f. Nonius 1. 320. Sed quid sit non docet. Vivarium exponunt.

FERAX, FERCULUM. V. FERO.

FERCTUM. V. FERTUM.



FERE, [μικρῦ ἢ ὀλίγυ δεῖν, σχεδὸν] Adv. significat Pæne, ut inquit Valla, lib. 2. cujus significatio est, Paulum absuit quin: ut, Fere hominem occidit, h. e. Parum abfuit quin occideret. Ter. Heaut. 1. 1. 70. Domum revertor mœstus, atque animo fere perturbato. Cic. 4. Acad. 17. Scripsit igitur his fere verbis.
Quam fere. Cic. pro Cluent. 46. In quibus quantus splendor sit, quam prope æquabilis, quam fere omnium constans & moderata ratio vitæ, &c.
Satis fere diximus. Cic. 1. Off. 60. Quemadmodum ducatur honestum, ex quo aptum est officium, satis fere diximus.
Semper fere cum Scipione solitum rusticari. Cic. 2. de Orat. 22.
Fere ruri se continere. i. e. Non semper, sed plerumque. Ter. Phorm. 2. 3. 16.
Pauper, cui in opere vita erat, ruri fere Se continebat.
[ Hic Fere tantundem est ac Semper fere.
Nec adhuc fere. Cic. 7. Att. 6. Nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Cæsari quod postularet.
Non fere multum. Ætates vestræ, ut illorum, nihil aut non fere multum differunt. Cic. de Clar. Orat. 150.
Non fere quisquam. Ex victoria bellica non fere quemquam est invidia civium consecuta. Cic. pro Sext. 51. V. NON.
Fere in diebus paucis, pro Paulo post. Ter. And. 1. 1. 77. Fere in diebus paucis quibus hæc acta sunt, &c.
Fere amplius. Ter. Heaut. 1. 1. 3. Nec rei fere sane amplius quidquam fuit, &c.
Fere, subaudita aliqua universalitate. Quintil. His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt. i. e. Fere omnes. Cic. 1. Acad. Hæc fere de moribus, &c. [ Refertur ad pronomen τὸ Fere, in utroque exemplo.
Fere multi. Cic. de Amicit. 2. In eum sermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. Subaudi, Memini. Al. Fere omnibus. Valla lib. 2. corruptum hunc locum esse censet, & legendum putat, Qui tum fere erat in ore. i. e. Fere omnibus. Et sane utramque vocem assumentum esse, assentiens Vallæ, censet etiam Gruter.
Fere omnes. Columel. lib. 2. cap. 1. pr. Veterum opinionem fere omnium. Et lib. 3. cap. 5. Tametsi fere omnes auctores.
Fere plerique. Cic. 3. Tusc. 34. Non sunt vitiosiores, quam fere plerique qui, &c.
Fere plerumque, pro Fere semper. Ter. Phorm. 1. 2. 39. Hic solebamus fere plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Fere non difficile est invenire, quid sit causæ adjumento. Auctor ad Heren. lib. 2. 27.
Ut fere fit. Cic. 2. de Invent.
Quod fere fieri solet, probabile est. Cic. 2. de Invent. 46.
Fere (inquit Valla lib. 2.) de loco, de tempore, similibusque dicitur: ut, Utor fere hac veste in faciendis sacris. i. e. In omni fere tempore. Fere Romani orbem subegerunt. i. e. Fere totum orbem. Fere fit ut juvenes ament. i. e. Fere ubique.
Eadem fere hora. Cic. 14. Att. 22. A Lucullo postridie eadem fere hora, qua veni, VII Idus Lanuvio datas.
Hora fere nona. Cic. 7. Att. 16. Calibus tuas litteras hora fere nona accepissem.
Ornatu fere militari videmus statuas. Cic. 1. Off. 61. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari.
De quantitate ultimæ syllabæ ambigi possit. Virgilius & veteres producunt, corripit contra Ausonius. [ Tutius igitur producitur.

FERENTANI. V. FRENTANI.

FERENTARII. V. FERO.

FERENTINA, æ. f. Dea fuit, sic dicta ab oppido Latii Ferento. Luci Ferentinæ T. Livius meminit 1. 50. & 52.

FERENTĪNUM, i. n. Oppidum quod Plinius collocat in prima Italiæ regione in qua Roma est: a qua

FERENTINATES dicti sunt. De quibus Liv. 9. 42. & 43.

FERENTINUM aliud Tusciæ oppidum, unde

FERENTINI, orum. pl. Sil. lib. 8. 394.
Sulla Ferentinos, Privernatumque maniplos Ducebat. [ At hic eosdem intelligi putat Cellarius, ac Livii Ferentinates. V. Geogr. Ant. 2. 9. 3. 391. & de Ferentino Etruriæ Sect. 2. 188. ejusd. lib. & cap.

FERENTUM, Oppidum Sabinorum seu Samnitum: a quo Ferentani. Horat. 3. Carm. 4. 15. — arvum Pingue tenent humilis Ferenti. [ Sed hic Forenti legit Cuning. Secutus MSS. & Cellar. l. c. Sect. 4. 572. q. V.

FERETRIUS, i. m. dictus est Jupiter, quod pacem ferre putaretur. Propert. lib. 4. 11. 1.
Nunc Jovis incipiam causas aperire Feretri. Sunt alii, qui sic dictum putent, quia Fulmine feriat. Alii, quod Feretro, id est ferculo ad id apte fabricato suspensa opima spolia ferrentur, ut scribit Livius 1. 10. Alii, quod Dux ducem in certamine ferit. Alii, quod Victor suis humeris opima spolia ferebat in templum ipsius dei. Liv. l. c. Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus, rex regia arma fero, &c.

FERETRUM. V. FERO.

FEREOLA Vitis. Columel. lib. 3. cap. 2. Irtiolam, fereolamque non facile asseverem quo gradu habendæ sint. Est autem hujuscemodi vitis nomen, quemadmodum & multa alia fecundum regionis morem inditum, fortassis a ferendo ductum. Al. Ferreola.

FERIÆ, arum. f. pl. [ἑορτή, πανήγυρις] sunt Dies cessationum ab opere, a Feriendis victimis; vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant, ex pecorum, frugumque proventibus. Festus, Ferias antiqui Festa vocabant, & aliæ erant sine die festo, ut Nundinæ: aliæ cum festo, ut Saturnalia: quibus adjungebantur epulationes ex proventu fœtus pecorum, frugumque.
Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in servis operum & laborum. Cic. 2. de Legib. 29.
Belli feriæ, A bello cessatio & vacatio. Gell. lib. 1. cap. 25. Induciæ, inquit, sunt belli feriæ. Ex M. Varro in lib. Humanarum, qui est de bello & pace.
Conceptivæ feriæ, Quæ quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in certos vel in incertos dies, ut sunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Auct. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Denicales feriæ sunt Privatæ sacrorum propriorum. Festus. Denicales feriæ celebrantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. V. DENICALIS.
Esuriales feriæ. i. e. Dies jejunii. Plaut. Capt. 3. 1. 8.
Imperativæ feriæ, Quas Consules vel Prætores pro arbitrio indicebant. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.
Latinæ feriæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 15. Cæs. 3. Bell. Civil. 2. His rebus & feriis Latinis, comitiisque omnibus perficiundis XL dies tribuit. V. LATIUM.
Nundinæ, paganorum, ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.
Piscatorum feriæ. Cic. 3. Off. 59.
Repentinæ feriæ sunt, Quas re feliciter gesta Principes indicunt. l. 1. C. de feriis. Add. l. 3. C. de dilation.
Solennes feriæ sunt Anniversariæ. l. ead. & Gell. 2. 24. & Varr. L.L.5.3.
Sementinæ feriæ sunt, Quæ a pontificibus edicebantur, & appellantur a Semente, quod sationis causa susceptæ. Varro l. c. Festus, institutæ fuerunt, quasi ex iis fruges grandescere possint. V. Ovid. 1. Fast. 657. & seq.
Statæ vel Stativæ feriæ, Universi populi communes, quæ certis & constitutis diebus ac mensibus fiebant, in quibus præcipue servabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. Add. Fest.
Addere alicui dies feriarum. Cic. 13. Att. 43.
Amovento feriis jurgia. Cic. 2. de Legib. 19.
Celebrare ferias ac jocos. Liv. 1. 4. extr. Sed codd. corr. **Seria ac jocos.**
Habere ferias triduum. Cic. 2. de Legib. 57.
Imperare ferias. Cic. 1. de Divin. 102.
Indicere ferias. V. INDICO.
Feriæ, pro Vita otiosa. Plaut. Capt. 4. 1. 3.
Ferias alicujus possidere. Plaut. Epid. 3. 4. 33. Tuas possidebit mulier faxo ferias. i. e. Tua erit, tecum ferias celebrabit, tecum ociabitur, sedebit, feriabitur. Possidebit, i. e. Sedebit: Sedere autem est Feriari; vult igitur dicere Plautus, Tecum erit. Salmas. Resi-debit. q. V.
Feriæ etiam appellantur, Singuli dies hebdomadis: Cujus rei causam narrat Scalig. lib. 1. de Emend. Tempor. p. 6. Veteres, inquit, annum ecclesiasticum a Pascha incipiebant, quod ea de re Annus novus appellabatur. Erant autem paschalis septimanæ dies feriati. Inde obtinuit, ut boni ominis causa omnium consequentium septimanarum dies, primi Domini, reliqui Feriæ appellarentur. Hinc, Feria prima, Dies Dominicus, Feria secunda, Dies lunæ.
Veteres nunquam singulari numero (uti Festus habet) appellasse Ferias, observat Gell. 19. 8. ad fin.

FERIO, āre. [χολάζω, σχολὴν ἄγω] vel FERIOR, āri. dep. Vacare ab aliquo opere vel studio.
Fornacalibus feriari. Varro de L. L. 5. 3. Ludo feriari. Macrob. Saturn. 1. 2.
Ab armis feriari. Macrob. Somn. Scip. 1. 7. Achilles ab armis feriabatur.
Feriari a studiis. Cic. 12. Fam. 16. Illud quoque erit nobis curæ, ut Cratippus una cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.

FERIATUS, a, um. [ἀεργὸς] Qui otiosus est, & nihil agit. Plaut. Mil. 2. 2. 62. Martial. 3. 47.

Nec feriatus ibat ante carrucam.

Feriatus voluntate sua a negotiis publicis. Cic. 3. de Orat. 55.
Deum feriatum volunt cessatione torpere Epicurei. Cic. 1. de Nat. Deor. 102.
Feriati dies, In quibus feriæ aguntur. Plin. lib. 18. cap. 6. Plin. Epist. 3. 14. Quid præterea novi? Quid? nihil, alioqui subjungerem. Nam & charta adhuc superest, & dies feriatus patitur plura contexi, i. e. Festus dies.
Dies feriatus ad quicquam agendum. Liv. 26. 17. Eum diem Carthaginiensibus religiosum, ad quicquam agendum feriatum esse. [Sed emendati codd. habent, Religiosum ad agendum quicquam rei feriæ esse.
Familia feriata. Varro 1. de R. R. cap. 16. Ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciundo agrum fructuosiorem reddat.
Machæra feriata, Qua quis non utitur. Plaut. Mil. 1. 1. 7.
Musæ feriatæ. Stat. 1. Silv. 6. 2.
Toga feriata. Plin. Epist. 123.
Male feriatus, i. e. Ignavo, inutilique otio vacans, ait Budæus, Gell. lib. 10. cap. 22.
Troes mali feriati. i. e. Infeliciter. Hor. 4. Carm. 6. 14.

FERIATICUS, a, um. ut Feriatici dies, pro Feriati, vel festi. Ulpian. l. 2. D. de feriis, Divus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorem adiri, etiam diebus feriaticis. Appellantur autem sub eodem titulo Feriæ, dies omnes, quibus magistratus propter vacationem publicam jus non dicit, veluti propter messem aut vindemias, aut depositum magistratum, ut quum in l. 5. Ulpianus scribit, Pridie calendas Januarias magistratus neque jus dicere, nec sui potestatem facere consueverunt.

FERIATIO, ōnis. f. apud Boethium.

FERINUS. V. FERA.

FERIO, [παίω, κόπτω, συγκόπτω] Ferire, teste Festo, dictum, quod ferientes feruntur. præteritum mutuatur a Percutio, percussi, & idem significat. Acron. tamen Ferii præteritum usurpavit exponens illud Hor. 1. Carm. 7. 11.

Nec tam Larissæ percussit, &c. Plaut. Amph. 2. 2. 72.
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius?

Ferire & repellere adversarium. Cic. 2. de Orat. 72.
Æthera ferit clamor. Virg. 5. Æn. 140.
Aures ferire, pro Excitare. Cic. 2. de Orat. 344. Feriunt enim aures hominum, cum illa quæ jucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute laudari.
Crebris feriunt ululatibus aures. Lucan. lib. 2. 33.
Calce feritur asefli. Ovid. 3. Fast. 754.
Cornu ferit caper. Virg. 9. Ecl. 25. — & inter agendum

Occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

Taurus ferit uncis cornibus hostem. Propert. lib. 2. 5. 19.
Ferire fœdus, quod & Percutere, & Icere dicitur. h. e. Facere, Inire fœdus. Virg. 10. Æn. 153.

— haud mora Tarchon
Jungit opes, fœdusque ferit.

Cic. pro Domo 129. Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum. Idem pro Rabir. Posth. 6. Quicum fœdus feriri in Capitolio viderat. Ob id autem dictum videtur, quod dum antiqui fœdus & pacem solenni ritu cum hostibus inirent, porcam saxo silice ferientes diis immolarent. V. Liv. 1. 24.
Fores ferire, Pulsare. Plaut. Men. 1. 2. 63. Expedite fabulatus, jam fores ferio. M. feri.
Frigore aliquem ferire, pro Occidere. Hor. 2. Serm. 1. 61.

— ô puer, ut sis
Vitalis metuo, & majorum nequis amicus
Frigore te feriat.

Frigus ferit nos. Lucret. lib. 4. 261.
Frontem ferire dicuntur Stomachantes. Cic. 1. Att. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse; ut frontem ferias, sunt qui etiam Cæsonium putent. V. FRONS, itemque CAPUT.
Hostem ferire, Occidere. Cic. pro Corn. Balb. 51.
Latus ense ferit. Virg. 12. Æn. 304.
Montes summos fulmina feriunt. Hor. 2. Carm. 10. 11.
Munere alio ferietur. Ter. Phorm. 1. 1. 13. Porro autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit. Ferietur, i. e. Emungetur. Significanter dictum; nam damnum plaga censetur. Cogetur Geta aliud ex alio munus dare.
Oculi spectris feriuntur. Cic. 15. Fam. 16.
Oculos ferire, dicuntur quæcunque conspici possunt. Lucret. lib. 4. 329. V. Burman. ad Quintil. 301. p. 584.
Pectus Venus igne ferit. Sen. Hippol. 3.
Pectora ferire manu. Ovid. 3. Trist. 3. 48.
Pectora plangore ferire. Ovid. 4. Met. 589.
Pecunias ferire. Plin. 33. cap. 3. Constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur.
Porcam ferire. V. Ferire fœdus.
Pugno vel calce ferire. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Rostro ferire dicitur navis rostrata. Liv. 30. 25.
Securi ferire. Cæs. 8. Bell. Gall. 38. Et Cic. 3. Verr. 75.
Terras remotas fama ferit. Lucan. lib. 5. 775.
Ferire & Petere sæpe a librariis confusa. V. Burm. ad Quintil. Decl. 301. p. 584.

FERIENS, [παίων] Partic. ut, — conceptum pectore numen
Humanam feriens animam. Lucan. lib. 5. 97.

Tinnula plectro feriente chordæ. Sen. Troad. v. 83.
Sagittæ cuncta ferientes. Ovid. 3. de Pont. 3. 59.

FERIENDUS, Partic. [παιδευτέος] ut, Ille mihi feriendus aper. Ovid. 3. Met. 715.
Colla rudes operum præbent ferienda juvenci. Ovid. 1. Fast. 83.

FERIO, as. V. FERIÆ.

FERITAS. V. FERA.

FERITOR, Fluvius in Liguria, non procul a Genua, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

FERME, [σχεδὸν, μικρῦ δεῖν] Adverb. ejusdem prope significationis cum Fere. Ter. Heaut. 1. 2. 30. Idem And. 1. 5. 49. Jam ferme moriens me vocat; accessi. Ubi Donatus, Ferme est adverbium festinantis. Sallust. in Jugurth. cap. 74. extr. Nam ferme Numidas in omnibus prœliis magis pedes, quam arma tutata sunt. Cic. ad Brut. Ep. 2. extr. De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta ferme est; tua istuc refert maxime.
Haud ferme. Ter. And. 3. 1. 2. Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. Ubi Donat. Ferme pro Facile posuit, & Ferme, Facilitatem significat; quia sunt adverbia extenuationis.
Sapientis autem cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos. Cic. 5. Tusc. 111.

FERMENTUM, i. n. [ζύμη, φύραμα] Portio farinæ subacta acidæ, dictum quod Fervendo crescat. Plin. lib. 18. cap. 7. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Virg. 3. Georg. 380.

— & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Jacere in fermento, pro Iratum esse, per translationem dixit Plaut. in Merc. 5. 3. 3.

Nam mea uxor propter illam tota in fermento jacet.

Ad alia quoque transfertur. Sic Solin. cap. 1. libro suo Fermentum cognitionis inesse dixit.
Solum in fermentum congerere atque componere. Columel. lib. 3. cap. 11. h. e. Ut fermentescat & putrescat. V. dict. seq.

FERMENTO, [φυρῶ, ζυμῶ] āre. Miscere, facere ut panis acescat. Plin. lib. 18. cap. 11. Quum fieret autem panis hordeaceus, erviliæ, aut cicerculæ admistione fermentabatur.
Fermentare terram, putavit Calepinus, & post eum multi, idem esse quod Pinguefacere, citatque illud Columellæ, lib. 2. cap. 15. de stercore columbino loquentis, Maxime tamen columbinum probamus, quod modice sparsum terram fermentare comperimus. Porro (ne sim longior) quemadmodum Fermentare farinam subactam aut massam, est Eam admisto fermento resolvere & inflare; sic Fermentare terram, est Eam non sinere addensari spissarique & durescere, sed in pulverem redigere ac resolvere. Quod quum fit, tum velut inflatior & tumidior efficitur terra. Gleba enim terræ densæ & compactæ, si resolveris, loci multo plus capiet. Sed hoc ex ipsius Columellæ verbis luculentius intellexeris. Sic autem ait lib. 2. cap. 2. Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quam densa provenit. Quod noster quoque Virgilius quum & alias fœcundi arvi laudes retulisset, adjecit.

Et cui putre solum; namque hoc imitamur arando. Neque enim aliud est colere, quam resolvere & fermentare terram. Rursus eodem cap. non procul a fine, Atque ejusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerem solutam, quamvis levissimo dente moveri satis est. Idem lib. 4. cap. 1. non procul a fine, Quid quod repastinata humus, dum est recens soluta, laxaque, velut fermento quodam intumescit: cum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata

densata subsidit? Ex omnibus his Columellæ verbis palam est, eandem terram vocari solutam, resolutam, putrem, & levem; eamque opponi spissæ, & densæ. Præterea terram fermentari nihil aliud esse quam in pulverem resolvi, & leviorem, solutioremque effici. Id quod præstat diligens cultura, calores æstivi, gelicidia hiberna, & stercus columbinum, idque ob insitum & nativum calorem. Varro de R. R. 1. cap. 38. De hisce præstare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. V. Turneb. Adversf. 10. 3.

FERMENTATUS, a, um. ut, Panis fermentatus. Celf. 2. 25. Is magis alere dicitur. Plin. 18. 11.
Mores fermentati metaphorice, Mali & acerbi sunt, Prudentio Apoth. v. 354.

FERMENTATIO, ōnis. f. apud Chymicos & Hieron.

FERMENTATOR, ōris. m. apud August.

FERMENTARIUS, Adj. ut, Panis fermentarius, Fermentis confectus. Isidor. 20. 2.

FERMENTESCO, [ζυμόομαι] ĕre. Idem quod Fermentari. Plin. lib. 28. cap. 8. Optimaque est, quæ candidissima & friabilis, minimeque ponderosa; quum teratur inter digitos, fermentescens. De Crocodilea.
Fermentescere etiam tellus dicitur. Plin. lib. 17. cap. 2. Tellus quoque illo modo fermentescit; & succi plena, ac lactescentibus satis non effœta, quum tempus aperit; tepidis arridet horis. V. FERMENTO supra.

FĔRO, fers, tŭli, lātum, [φέρω, ἐνέγκω, ἀγινέω] ferre, Portare. Antique Tetuli fecit in præterito.
Ferre ad aliquem argentum. Plaut. Asin. 2. 2. 80. Pater nos ferre hoc jussit argentum ad te.
Ferre ab altero argentum. Plaut. Asin. 3. 3. 110. Tune hoc feras argentum hinc aliter a me? i. e. Auferas, Accipias?
Ferre quod poscimus. Plaut. Merc. 2. 3. 106.
Intro ferre. V. INTRO.
In aliquem locum lectica ferri. Cic. 2. Q. frat. 5.
Lectica per oppidum ferri. Cic. 2. Philipp. 106.
Ferre, Afferre, vel Dare. Plaut. Most. 3. 3. 9. Si Hercle nunc ferat sex talenta magna argenti pro istis præsentaria, nunquam accipiam.
Ferre, Offerre. V. infra, Judicem ferre.
Ferre, Producere. Plin. lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Cato cap. 6. Sin in loco crasso aut caldo severis, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit.
Non feret quin vapulet, pro Non abibit quin vapulet. Plaut. Amph. 1. 1. 152.
Ferre, pro Dicere. Tacit. 13. Ann. 28. Quippe erant, qui Cn. quoque Pompejum incusatum a senioribus, ferrent. Idem lib. 15. 72. Ex C. Cæsare genitum ferebat.
Ferre, Pati. Cic. pro Rosc. Amer. 16. Quod tametsi grave est, tamen aliquo modo posse ferri videtur. Ter. Heaut. 1. 2. 27.
Fortasse aliquanto iniquior erat præter ejus libidinem:
Pateretur; nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Ludificatio ista jam ferri non potest. Liv. lib. 38. 14.
Acceptum ferre. V. in ACCIPIO, Acceptum ferre.
Acerbe ferre, Dolere, & iniquo animo ferre. Cic. pro Planc. 2. Dolebam, Judices, & acerbe ferebam, si hujus salus, &c.
Aciem ferre. V. ACIES.
Aditum ferre. V. ADITUS.
Adolescentia fert. Ter. Adel. 1. 1. 28. Quæ fert adolescentia, ea ne me celet consuefeci filium. i. e. Quæ solet juventus facere.
Adversa. Cic. de Amicit. 22. Adversas vero res ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam quam tu ferret.
Ægre. Ter. Heaut. 4. 8. 19.
Ne sentiat me sensisse, atque ægre ferat?
Ætas fert: h. e. Per ætatem licet. Ter. And. 2. 6. 12. Dum licitum est ei, dumque ætas tulit, amavit. Ubi Donatus, Tulit, duo significat: attulit & abstulit, passus est & pertulit. Cic. pro Cluent. 168. Quum ad illud prandium crudior venisset, & ut ætas illa fert, sibi tum non pepercisset, &c.
Animus fert. i. e. Cupit. Ovid. 1. Met. 1.
In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Lucan. lib. 1. 67.
Fert animus causas tantarum exponere rerum.
Animus ista modeste fert. Ter. Phorm. 1. 3. 18. Beatus: ni unum hoc desit, animus qui modeste isthæc ferat.
Animum in consilium ferre. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Animo æquo ferre. Ter. Phorm. 1. 2. 88. Quod fors feret, feremus æquo animo. Sic, Ferre animo forti mortem alicujus. Cic. 15. Fam. 10.
Animo quieto & æquo. Cæf. 1. Bell. Civil. 75.
Animo iniquo. Cic. 15. Att. 25.
Annos ferre & vetustatem, sive Perferre, dicuntur Vina proprie: Attamen ad alia transfertur; estque Vetustate non exolescere. Quintil. lib. 2. cap. 4. Quare mihi ne maturitas quidem festinet, nec musta in lacu statim austera sint; sic & annos ferent, & vetustate proficient. Idem lib. 10. cap. 1. Sumpta a vinis metaphora quæ non fugiunt. conf. infra Vetustatem.
Apertius ferre dolorem. i. e. Præ se ferre. Cic. pro Planc. 34.
Apte & quiete ferre quemcumque casum fortuna invexerit. Cic. 4. Tusc. 38.
Arma contra patriam. Cic. de Amicit. 36. Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? Cic. 5. Fam. 10. Simius, non semissis homo, contra me arma tulit, & eum bello cepi.
Ad vel In astra aliquem, pro Vehementer laudare. Virg. 5. Ecl. 51.
— Daphninque tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus. Cic. 2. Att. 25. At hercule alter tuus familiaris Hortalus, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit? Conf. Ad Cælum.
Atrociter ferre, pro Ægre ferre. Cic. pro Milon. 21. Multa etiam alia vidit, sed illud maxime quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter judicaturos. Budæus.
Auras, est Assuescere aeris mutationi. Virg. 2. Georg. 422.
Quum semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt.
Auriga fertur equis, Aufertur ab equis. Virg. 1. Georg. 514.
Auxilium alicui, Juvare, subvenire. Ter. Adelph. 2. 1. 1.
Obsecro populares ferte misero, atque innocenti auxilium.
Bella ferre. Hor. 1. Epist. 18. 55.
— denique sævam
Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti,
Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit.
Belle ferre aliquid. i. e. Æquo animo. Cic. 4. Att. 3.
Ad vel In cælum ferre, est Ita aliquid laudare, ut laudibus quasi ad cælum tollatur. Cic. 7. Verr. Juvat me, hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt. Cic. 1. Tusc. conf. Ad astra.
Calumniam ferre. V. in CALUMNIA.
Canem & furcam. Plaut. Casin. 2. 6. 37. Supplicium servile. Cic. 1. de Divin. 55. V. de utroque f. l.
Casum. Cæf. 6. Bell. Gall. 8. Atque eundem omnes ferant casum.
Centuriam ferre, Habere centuriam sibi suffragantem in alicujus magistratus petitione. Cic. pro Planc. 49.
Clam iram adversus aliquem. Liv. 31. 47. Haud clam tulit iram adversus Prætorem, quod absente se rem gessisset.
Classis fertur cita gurgite. Virg. 5. Æn. 33.
Clementer. Cic. 6. Att. 1.
Commentarii ferunt. Tacit. 6. Ann. 47. Tormentis servorum Macronem præsedisse, commentarii ad Senatum missi ferebant.
Commodum si ita vestrum fert. Cic. pro Lege Agrar. 2. 76.
Conditionem, quod & Offerre dicitur, & Ponere, apud Ter. & est victoris & superioris. Plaut. Rud. 5. 3. 51. Ter. Phorm. 4. 1. 13. Cic. pro Rosc. Amer. 30. Hanc conditionem misero ferunt, ut optet utrum malit, cervices Roscio dare, an insutus in culeum, (supplicium parricidarum) per summum dedecus vitam amittere. Sic 16. Fam. 11. Et pro Quintio, Quo in loco conditionem tuli, si vellet, &c. Idem 7. Att. 21. Liv. 8.
Constanter & sedate ferre. V. CONSTO.
Consuetudo fert. Cæf. 6. Bell. Gall. 6. Majore strepitu & tumultu quam Pop. Rom. fert consuetudo, castra moveri jubet. Cic. Brut. 9. Gravioribus verbis per litteras accusasti me, quam tua consuetudo ferebat.
Contumelias, pro Pati. Plaut. Merc. 4. 3. 5.
Hem, cui decem talenta dotis detuli,
Hæc ut viderem, ut ferrem has contumelias!
Fero convivam Dionysium mihique & tibi. Plaut. Stich. 5. 2. 13.
Crimina in aliquem ferre. Tacit. 12. Ann. 4. Hoc Livius dicit, Ferre aliquem sermonibus. In codd. emend. Tac. est Serere crimina.
Damna tulere suo peccato. Ovid. 2. Fast. 522.
Desiderium ferre alicujus. Cic. de Amicit. 84. Quarum rerum recordatio & memoria, si una cum illo occidisset, desiderium conjunctissimi viri atque amantissimi ferre nullo modo possem.
Desiderium diutius civitas ferre non potest. Cic. 10. Philipp. 14.
De aliquo ferre aliquid. Cic. 11. Fam. 2. Quod de commodis eorum mense Junio laturus esses. Subaudi Ad populum.
Deorsum ferri suo pondere. Cic. 1. de Nat. Deor. 69.
Dissidium aliquod acerbissime tulisse. Cic. 4. Att.
Dolenter ferre aliquid. V. Dolenter, in DOLOR.
Dolorem ferre alicui. Virg. 6. Æn. 464.
Dolorem in eundem mœsta, & miseranda diu ferret. Tacit. 5. Ann.
Exequias ferre. Ovid. 2. Fast. 847. In codd. noviss. est
Fertur in exequias.
Exitum eundem. Cæf. 3. Bell. Gall. 8. Inter se conjurant, nihil nisi communi consilio acturos, eundemque omnis fortunæ exitum esse laturos. Omnis, pro Omnes.
Expensum ferre. V. in EXPENDO. Cic. 6. Philipp. 15.
Extra causam ferre. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ut ferunt fabulæ. Cic. 3. Off. 38.
Prout facultates ferebant, satis. Cic. 4. Verr. 83.
Fallaciam. Plaut. Pœn. 1. 1. 67.
Abeamus intro, ut Collybiscum villicum
Hanc perdoceamus ut ferat fallaciam.
Famam, pro Spargere. Plaut. Perf. 3. 1. 23.
Nam inimici famam, non ita ut nata est, ferunt.
Ita fama ferebat. Liv. 3. Bell. Pun.
Ferundum feras. Ter. Phorm. 2. 3. 83. Quin quod est ferundum feras, tuis factis dignum feceris.
Fidem ferre alicui rei. Virg. 10. Æn. 792.
Siqua fidem tanto est operi latura vetustas.
Finem ferre laborum. Virg. 7. Æn. 117.
— ea vox audita laborum
Prima tulit finem.
Flagitia ad aliquem, pro Indicare & narrare. Ter. Adel. 4. 7. 3.
M. quidnam? D. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis.
Flumina ferunt classem. Virg. 5. Æn. 832.
Fortiter, pro Constanti animo molestiam, vel malum perferre. Cic. de Senect. 67. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum: non quod æquo animo ferrem, sed, &c.
Fortuna ita tulit. Cic. 4. Fam. 13.
Fraudem. Cic. 7. Att. 26. Non quin rectum esset, sed quia quod rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Liv. 24. 38. extr. Ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandæ, non ferendæ, fraudis causa hoc consilii capimus. [Sed puto tollendam esse distinctionem utramque, ut sit, Vitandæ non ferendæ fraudis causa. i. e. Plane intolerandæ.
Frigoraque & famem tulistis. Catul. 26. 5.
Fructum ferre dicuntur arbores. Plin. lib. 13. cap. 4. Palmæ ferunt in maritimis Hispaniæ fructum.
Fructum ferre, pro Recipere. Plin. 8. Epist. 6. ad Montanum.
Fructum alicui. Cic. 1. Fam. 9. Quumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. h. e. Attulisset.
Fructum ex aliquo. Cic. 10. Fam. 12. extr. Sed resp. si me satis novisset, & major pars senatus, majores ex me fructus tulisset. i. e. Reportasset.
Fructus necessitudinis. Cic. 7. Verr. 125. Quos tandem fructus hujusce necessitudinis in istius imperio tulit?
Gloriam ferre belli perpetrati. Liv. 38. 53. extr. Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gessere, unus præcipuam gloriam tulit.

Ad gloriam ferri. Cic. 3. Tusc. 3. Nihil præstantius honoribus, imperiis, populari gloria judicaverunt, ad quam fertur optimus quisque.
Gradum ferre, & conferre pedem poetice; pro Ire & aliquo progredi. Plaut. Merc. 5. 2. 41.
Religionem illic objecit: recipiam me illuc. B. sapis
O Charine, contra pariter fer gradum, & confer pedem.
Gratiam ferre, pro Referre. Liv. lib. 5. 44. pr. Vobis fortuna oblata est, Ardeates, pro tantis Pop. Rom. beneficiis, quanta meministis, ferendæ gratiæ. Veteres tamen codices habent Referendæ.
Gratiam & gloriam haud immeritam annonæ levatæ tulit. Liv. 4. 12.
Graviter. Ter. And. 1. 2. 20. Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.
Graviter & acerbe. Cic. 3. Verr. 153. Hoc ab isto prædone ereptum esse, graviter & acerbe homines ferebant.
Graviter molesteque ferre aliquid. Cic. 4. Fam. 5.
Gressus ferre aliquo. Ovid. 3. Fast. 174.
Humaniter ferre aliquid. Cic. 1. Att. 2. & lib. 4. 16.
Ignominiam ferre animo. Cæs. 1. Bell. Civil. 84. extr.
Ignominiam & infamiam sine dolore ferre. Cic. 4. Tusc. 44.
Imaginem alicujus: h. e. Aliquem repræsentare & referre. Plaut. Capt. prol. 30. Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem.
Immoderate res adversas & secundas ferre, levitatis est. Cic. 1. Off. 90. V. IMMODERATUS.
Immodice ferre aliquem casum. V. IMMODICUS.
Impetum. Cæs. 3. Bell. Gall. 19. Ut ne unum quidem impetum nostrorum ferrent.
Impune. Cæs. 1. Bell. Gall. 14. Quodque se tam diu impune tulisse injurias admirarentur.
In aliquo quidpiam ferre. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Incommoda. Cic. 1. Q. frat. 2. Atque ita mihi dicebat Flavius scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Indifferenter ferre. V. INDIFFERENS.
Indigne. Plin. lib. 18. cap. 3. Ut non invita ea, & indigne ferente, credatur id fieri.
Infortunium. Ter. Adel. 2. 1. 24.
Tetigin' tui quicquam? Æ. si attigisses, ferres infortunium.
Ingrate aliquid ferre. Tacit. 1. Hist. 52. Oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset.
Injuriam. Cic. 13. Fam. 1. Sapientia tua, qua fers injuriam.
Inultum, Non puniri. Ter. Heaut. 5. 1. 45.
At næ illud haud inultum, si vivo, ferent.
Inultam fugam ferre. Cic. Anteq. iret in exil. 19. Isti modo videant qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint.
Iracunde. Plin. lib. 11. cap. 37. Divus Augustus suos oculos diligentius spectari, iracunde ferebat.
Judicem. Liv. 3. 24. Judicem ferre, inquit Budæus est Cujuscunque judicio acquiescere. Cic. pro Rosc. Com. 45. Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet: quum testem producam reprehendere audebit? Liv. 8. 33. Provoco ad Populum: eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti Senatus judicium, judicem fero. Hoc solent homines facere in magna causæ fiducia adversarium provocantes, quum aut judicem ei ferunt, id est offerunt, aut ab eo petunt. Sæpe enim Romani sic Judices sumebant, quos Prætor non dabat.
Judicem ferre, ni, &c. *Prendre à prouver.* Budæus. Liv. lib. 3. cap. 24. Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judicem. Al. Judices.
Jugum ferre. Hor. 1. Carm. 35. 27.
— diffugiunt, cadis
Cum fæce siccatis, amici
Ferre jugum pariter dolosi.
Laborem ferre. Cæs. 6. Bell. Gall. 30. Ætate jam confectus, quum laborem aut belli, aut fugæ ferre non posset, &c.
Laborem pro cunctis ferre. Cic. Anteq. iret in exil. 13.
Laborem ferre aut fugere. Virg. 6. Æn. 892.
Læte atque insolenter ferre. Cic. 10. Philipp. 7.
Lætitiam aperte. Cic. 14. Att. 13. Quemcunque hæc pars perditorum lætatum Cæsaris morte putabit (lætitiam autem apertissime tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit.
Laudem, Reportare honorem. Cæs. 6. Bell. Gall. 5. Qui diutissime impuberes permanserint, maximam inter suos ferunt laudem.
Laudem mihi mea facta ferent. Virg. 11. Æn. 793.
Laudibus, Laudare. Plin. Epist. 171. Alii contra, hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum.
Legem, idem quod Ferre ad populum legem. Cic. 1. Fam. 9. ad fin. Postea dixit etiam in Senatu palam, sese, si licitum esset, legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam, &c. Cic. 2. Off. 73. Perniciose enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret.
Lenissime ferre aliquid. Cic. 5. Fam. 18.
Lente ferre. V. LENTUS.
Leviter ferre. V. LEVIS.
Leviter ferre & negligenter defendere aliquid. Cic. pro Rosc. Com. 16.
Libertatem ferre. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Libido fert: h. e. Fit aliquid per libidinem. Ter. Heaut. 3. 3. 12.
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia. i. e. Multa optent facere, quæ te præsente non audebunt.
Libido quantum tulit, tantum relictum est. Cic. 5. Verr. 56.
Libri sub nomine alicujus feruntur. Quintil. in procem. lib. 1. Atque eo magis, quod duo jam sub nomine meo libri ferebantur.
Lucem. Plin. Epist. 141.
Mandata alicujus ferre. Virg. 10. Æn. 840.
Manum ferre. Plaut. Truc. 1. 2. 24. Et tu fer contra manum, & pariter gradere. i. e. Da manum.
Manum ferre, pro Contendere. Virg. 5. Æn. 403.
Ferre manum, duroque intendere brachia ferro. Servius.
Me fer, Patere meos mores. Ter. Heaut. 4. 3. 14.
Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. SY. Fero hercle vero.
Me ferres, si ego idem dicerem? Cic. 4. Acad. 72.
Mediocriter ferre quippiam. Cic. 5. Verr. V. MEDIOCRIS.
Miserias. Ter. Adel. 4. 2. 6.
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Mitius ista feres. Ovid. 15. Met. 495.
Moderate ferre. V. MODERO.
Moderate & modice ferre aliquid. Cic. 4. Tusc. 40.
Moderate ferre dolorem. Cic. de Amicit. 22. Sed ego id respondeo, quod animadverti te dolorem, quem acceperis tum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderate.
Modice. Cic. 11. Philipp. 7. Est enim sapientis quicquid accidere homini possit, id præmeditari: ferendum modice, si advenerit, esse.
Modice ferre dolorem. V. MODUS.
Modice ferre injurias fortunæ. Cic. 1. de Fin. 46.
Moleste. Cic. de Senect. 7. Quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela, qui se a libidinum vinculis laxatos esse, non moleste ferrent, nec a suis despicerentur. V. MOLESTUS.
Molestias. Ter. Eun. 1. 1. 32.
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, recte feras.
Molliter: h. e. Patienter & facile. Cic. de Senect. 5. Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, &c. quod ferendum est molliter sapienti. V. MOLLIS.
Monstrum ferre. Tacit. 14. Ann.
Munus ferre, i. e. Auferre. Hor. 4. Carm. 8. 4.
Natura aut studium fert: i. e. Per alicujus naturam vel studium fit. Cæs. 3. Bell. Civil. 61. Sed hi cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari videbatur &c. prout cujusque eorum, qui negotiis præerant, aut natura, aut studium ferebat, hæc ad Pompejum omnia detulerunt.
Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. i. e. Natura comparatum est. Cic. in Somn. Scip. 11.
Quis hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere posset? Cic. 13. Att. 27.
Vereor ne gravioribus utar verbis, quam natura mea fert. Cic. pro Quint. 57.
Nomen alicujus. Cic. 3. Off. 93. Sed quum Basilius Marcum Satrium sororis filium nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset hæredem &c. i. e. In nomen suum adoptasset.
Nomen ferre insani. i. e. Vocari insanum. Hor. 1. Epist. 6. 15.
In notitiam alicujus. Plin. 10. Epist. 38. i. e. Declarare.
Obscure ferre aliquid, pro Celare, dissimulare, & occultare. Cic. in Parad. 6. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti.
Occulte. Ter. Adel. 3. 2. 30.
Neque id occulte fert: a lenone ipsus eripuit palam.
Oculos, manus, ora sic. Virg. 3. Æn. 490.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
In oculis aliquem, pro Vehementer & præcipue amare. Cic. 3. Q. frat. 1. Idem de Arusp. Resp. de Clodio loquens homine sibi inviso, Ferebant in oculis hominem quidam boni viri & de me optime meriti. Terentius verbum Fero omisit in Eun. 3. 1. 11. Rex te ergo in oculis? Ex Budæo.
Odium pro labore: h. e. Odium pro labore reportare. Ter. Adel. 5. 4. 16.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero.
Onus impositum ferre. Ovid. 3. Trist. 4. 62.
Onus cum labore. Plaut. Amph. 1. 1. 20.
Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.
Opem, dicitur, inquit Donatus, in malis rebus, & iis qui de salute dubii sunt. Ter. Adel. 3. 4. 41. Juno Lucina, fer opem. Cic. 4. Tusc. 45. Reliquas quoque partes ægritudinis utiles esse dicunt. Misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum sublevandas.
Opem ferre alicui. Hor. de Arte Poet. 461.
Opem atque auxilium. Cic. 4. Verr. 9.
Opem & salutem indigentibus. Cic. 2. de Fin. 118.
Opinio ut fert mea: h. e. Puto & existimo. Cic. 13. Fam. 67. Quod si Romæ fuisset, etiam salutem A Cæcinnæ essemus (ut opinio mea fert) per te consecuti.
Opinio quam mea tulerit aut voluntas mea plura dixi. Cic. pro Domo 32.
Opiniones hominum & religiones ferunt. Cic. 7. Verr.
Per ora hominum ferre, pro Celebrare, apud Plin. in Epist.
Ora ad ora ferre, Osculari. Ovid. ad Liv. 138.
Osculum, Osculari. Plaut. Epid. 4. 2. 4. Quis istæc est, quam tu osculum mihi ferre jubes?
Oscula sævæ tulit divæ. Valer. 7. Argon. 216.
Pacate & moderate ferre aliquid. Cic. 6. Fam. 1.
Palam ferre. Plaut. Mil. 4. 8. 40.
Metuoque & timeo, ne hoc tandem palam fiat nimis.
PY. Quid id est? PA. nos palam ferre nunc per urbem hæc omnia,
Nequis tibi hoc vitio vertat. Al. Nos secundum ferre.
Palmam. Cic. 4. Att. 14. Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Partem alicui. Ter. Adel. 1. 2. 36. Ego illi maximam partem feram. i. e. Sustinebo, tolerabo, inquit Donatus.
Partum ferre dicitur femina quando prægnans est. Plin. lib. 8. cap. 32. Octonis mensibus ferunt partus, & interdum geminos. Idem lib. 7. cap. 5. Gerere partum dixit. Conf. Ventrem ferre.
Passibus rapidis ferri. Virg. 7. Æn. 157.
Patienter ferre. V. Patiens in PATIOR.
Patienter & æquo animo difficultates. Cæs. 3. Bell. Civil. 15.
Patienter ferre potentiam alicujus. Cic. 1. Fam. 8.
Pecuniam ferre alicui. Tacit. 11. Ann. 6. Sic fori tabes pecuniam advocatis ferat.
Pedem, poetice, pro Aliquo progredi & ire. Plaut. Men. 3. 3. 30. Virg. 2. Æn. 756.
Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
Me refero.
Permoleste ferre. V. PERMOLESTUS.
Personam alienam. Liv. 3. 36. pr. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit, suo jam inde vivere ingenio cœpit.

Pignus

Pignus fidei. Liv. 25. 16. Ceterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentisque contingere dextram: id pignus fidei secum ferre.
Plagas silentio. Cic. 2. Tusc. 46. Tune cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ, barbaros in arena videris excipientes gravissimas plagas, & ferentes silentio, &c.
Ad plebem ferre. Cic. 2. de Fin. 54. Anno proximo P. Scævola Tribunus plebis ferret ad plebem, vellent necne de ea re quæri.
Pœnam ambitus ferre. Cic. pro Syll. 63.
Pœnam stultitiæ gravius. Cic. 3. Att. Existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre gravius, quam eventi.
Pompam. Plaut. Stich. 5. 4. 1.
Agite ite foras, ferte pompam, cado te præficio, Stiche.
Ad populum ferre, subaud. Legem, legislator tum dicitur, quum legem in medium profert, unde legislator dicitur. Liv. lib. 2. Decad. 5. Cic. pro Corn. Balb. 1.
Præ se ferre aliquid, Monstrare. Fiduciam igitur orator præ se ferat. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Prædam ferre. Ovid. 13. Met. 626.
— mediique per æquora ponti
Fert prædam.
Præmium. Ter. Eun. 5. 9. 26.
Quodvis donum præmium a me optato, id optatum feres.
Præmia digna ferre. Virg. 1. Æn. 609.
Præsidium ferre labenti & inclinatæ Reip. Cic. ad Brut. 18. [Malim Labanti.
Preces deo. Virg. 8. Æn. 60.
Junoni fer rite preces: irasque, minasque
Supplicibus supera votis.
Pretium ob stultitiam. Ter. And. 3. 5. 4.
Ego pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam a me auferet.
Pretia medentibus ferre. Tacit. 11. Ann. 6. Ut quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. i. e. Afferat.
Primas, Primum locum habere. Cic. de Clar. Orat. 183. Ex his Cotta & Sulpicius cum meo judicio, tum omnium facile primas tulerunt. Subauditur Partes.
Privilegium de aliquo. Cic. in Parad. 4. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. V. PRIVILEGIUM.
Punctum omne ferre, Omnium suffragiis probari. Hor. de Arte Poet. 345.
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.
Quæstionem ferre, est Legem ferre qua populus jubeat de crimine aliquo quæri. Cic. pro Milon. 21. Non fuit ea causa, Judices, non fuit, cur sibi censeret Pompejus quæstionem ferendam. Idem 15. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. i. e. Ut judicium exerceretur.
Quæstionem de morte alicujus ferre. Cic. pro Milon. 17.
In quæstionem servum. Cic. pro Cluent. 181. Mulieri crudelissimæ servum fidelissimum, non in quæstionem tulit, sed plane ad supplicium dedit.
Rationes meæ ita ferunt. Cic. 7. Verr. 103. Dicit ei se statuisse animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre ac postulare.
Rationes meæ ita tulerunt. Cic. 5. Fam. 2.
Repulsam ferre, Repelli, & repulsam pati. Liv. 35. 24. Qui priore anno repulsam tulerat. Cic. 5. Att. 19. Quod scribis libente te repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filii patruo certaret, magni amoris signum.
Res acerbas ferre. Cic. 2. de Orat.
Res fert, Tempus, vel opportunitas, aut etiam facultas postulat & patitur. Ter. And. 5. 1. 13.
— Incepi dum res tetulit: nunc non fert, feras.
Res si ita tulisset. Cic. 4. Philipp. 14.
Rem ferre vulgo, Divulgare. Liv. 8. Bell. Pun. Et quum ceteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, &c.
Responsum. Liv. 3. Cic. 1. in Catil. 19. Quum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse, &c.
Rogationem, idem quod Ferre ad populum, & populum rogare. Cic. 1. Att. 13. In hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex s. c. & de religione, antiquetur.
Salutem ferre alicui. Virg. 1. Æn. 467.
Sapienter casus adversos ferre, non frangi fortuna, retinere in rebus adversis dignitatem. Cic. 2. de Orat. 346.
Se ferre aliquo, pro Ire. Virg. 2. Æn. 456.
Sese obviam alicui. Cic. pro Planc. 69.
Se tractandum: i. e. Pati. Plin. lib. 9. cap. 8. De delphinis. Ex vetusto codice legitur Præbensque.
Sententiam ferre, est, Censere in consilio & consessu. Cic. de Amicit. 56. Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi: de quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo. [Ferri, i. e. Proponi, Tradi. Non est hic Censere, vel Judicare, ut in seq. exemplo.
Sententiam de hominum fortunis ferre. Cic. pro Cluent. 72.
Servitutem. Plaut. Capt. 2. 2. 26.
Servitium ferre. Ovid. 1. Amor. 2. 18.
Signa. Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Nonnulli etiam Cæsari renuntiabant, quum castra moveri, & signa ferri jussisset, non fore dicto audientes milites, nec propter timorem signa laturos.
Similitudinem. Plin. lib. 12. cap. 7.
Sinu. Martial. lib. 2. 6.
Hæc sunt, singula quæ sinu ferebas.
Sitim. Plin. in Paneg.
Sitim trium dierum continenter ferre. V. CONTINEO.
Solicitudinem. Plin. Epist. 5.
Sors quemcunque tulerit casum subire. Cic. 8. Att. 1. [In codd. emend. Fors legitur. Porro Tulerit, pro Obtulerit.
Spem ferre alicujus, i. e. Sperare de aliquo. Virg. 9. Æn. 291.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnes.
Sponte sua ferri in aliquid. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 14.

Sublimem aliquem. Plaut. Men. 5. 7. 13.
Herum meum indignissime nescio qui sublimem ferunt.
Ferri sublime, aliter. Plin. lib. 20. cap. 22. pr. Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime vis feratur, judicavit. De sinapi.
Subsidium, pro Auxiliari. Cæs. 5. Bell. Gall. 43.
Suffragium ferre, pro quo vulgo Votum ferre dicunt. Cic. pro Domo 46. Quid indignius, quam qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos sicarios egentes & perditos suffragium ferre. & eam legem putare?
Suffragium de re alicujus. Cic. 1. Att. 14.
Suffragia gratuita ferre. Cic. pro Planc. 16.
Supplicium, pro Puniri. Cæs. 1. Bell. Civil. 84. Sed satis jam fecisse officio, satisque supplicii tulisse, perpessos omnium rerum inopiam.
Suppetias, Auxiliari. Plaut. Epid. 5. 1. 52. Sed memento, siquid sæviunt senes, suppetias mihi cum sorore ferre.
Susque deque fero. Gell. lib. 16. cap. 9. V. SUSQUE, &c.
Tabellas ferre alicui, pro Litteras deferre. Plaut. Bacch. 4. 9. 60.
Nunc hasce tabellas ferre me jussit tibi.
Tempus tulit: h. e. Licuit per temporis opportunitatem. Ter. And. 1. 2. 17.
Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum.
Ut tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere perscribe. Cic. 1. Q. frat. 4.
Terra fert tales viros. Virg. 11. Æn. 286.
Tormenta ferre. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Tribum ferre, Habere tribum sibi suffragantem in alicujus magistratus petitione. Cic. 2. Philipp. 4.
Tributum ferre, pro Pendere. Curt. lib. 3. cap. 1. extr. Datisque obsidibus, tributum, quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur, impetrarunt.
Vana ferre ad aliquem. Liv. 3. 3. Ab his proximi audita incerta, eoque vaniora, ferre ad alios.
Veniam ferre. Liv. 8. 9. Veniam peto feroque. i. e. Auferre, impetrare cupio.
Ventrem ferre dicitur femina. Varro 2. de R. R. cap. 1. Equa enim ventrem fert XII menses, vacca X.
Verbera. Martial. lib. Spect. 10.
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Verbera ferre alicujus. Ovid. 2. de Arte Am. 533.
Verbera plura ferre. Ovid. 1. Amor. 2. 13.
Vestigia sua ferre ad aliquem. Ovid. 2. Met. 21.
Vestigia eo ferunt. h. e. Illuc eunt. Liv. 1. 7.
Vetustatem ferre dicitur Vinum, quum diu asservari potest integrum & purum. Cic. de Amicit. 69. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates: veterrima quæque (ut ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suavissima. conf. Annos ferre.
Viam ferre per æquora. Claud.
Via fert. Virg. 6. Æn. 295.
Victoriam ex re aliqua. Liv. 39. 51. extr. Nec magnam, nec memorabilem ex inermi, proditoque Flaminius victoriam feret.
Vim alicujus. Ter. And. 1. 5. 42. Haud verear, si in te solo sit situm: sed vim ut queas ferre.
Virtus ad majora te tulit. Ovid. 5. Met. 269.
Voluntas si vestra feret. Cic. pro Lege Manil. 70.
Voluntas ita fert. Virg. 6. Æn. 675.
Voluntas quamdiu tulit. Cic. 5. Verr. 57.
Voluptatem. Ter. Hec. 4. 2. 17. Nihil jam mihi isthæc res voluptatis ferunt.
Vox fertur ad aures. Virg. 3. Æn. 40.
Voces alicujus ad aliquem ferre. Ovid. 5. Fast. 478.
Usus fert. Cic. de Orat. Ut eorum fert usus.
Vultu ferre. Tacit. 4. Hist. 85. Quos spiritus gessisset, vultu ferebat. h. e. Ostendebat.
Fertur ad terram vitis. h. e. In terram demittitur. Cic. de Senect. 52. Vitis quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem ut se erigat, &c.
Fertur, imperf. Dicitur, fama est. Cic. de Amicit. 53. Quod Tarquinium dixisse fertur, tum quum exul esset, se intellexisse, &c. Vetera exemplaria habent, Dixisse ferunt.
Fertur Juno coluisse Carthaginem. Virg. 1. Æn. 20. h. e. Dicitur.
Ferunt fuisse. Cæs. 6. Bell. Gall. 16. Hunc omnium artium inventorem ferunt. Liv. 1. 4. Faustulo fuisse nomen ferunt.
Inter Ferri, Portari, & Agi. Ferri, inquit Cajus, proprie dicimus, Quæ quis suo corpore bajulat: Portari, Ea quæ quis jumento secum ducit: Agi ea, Quæ animalia sunt, l. 235. D. de verb. signif.
Ferri, Distrahi. Plaut. Cist. 2. 1. 5. Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior.
Dubius feror. Lucan. ad Pison. 1.
Unde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quosve canam titulos, dubius feror.
Infinite fertur ut flumen oratio. Cic. in Orat. 128.
Laxissime ferri. V. LAXUS.
Oblique ferri. V. OBLIQUUS.
Præceps fertur per mala. Hor. 1. Serm. 4. 31.
Rapide ferri. Cic. in Orat. 97.
In arma feror. Virg. 2. Æn. 337.
In hostes moriturus fertur. Virg. 2. Æn. 511.
In præceps feror. Ovid. 2. Met. 69.
In pugnas feror. Ovid. 4. Trist. 9. 27.
Æstu fertur judex. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Avaritia fervere & ferri. Cic. pro Quint. 38. Nævius non faceret? qui usque eo fervet ferturque avaritia, ut de suis commodis nolit aliquam partem omittere.
Cursu magno sonituque ferri. Cic. in Orat. 97.
Mente ferri aliquo. Ovid. 18. Epist. 30.
Et quo non possum corpore, mente feror.
Rabie ferri. Plin. lib. 10. cap. 33.
Saltu supra venabula fertur. Virg. 9. Æn. 553.
Volatu ferri. Catul. 53. 25.

**Ferendo**, & **Ferendus**, a, um.
Superanda omnis fortuna ferendo. Virg. 5. Æn. 710.
Mala ferendo minuit. Sil. lib. 15. 822.
Ferendo honori esse. Liv. 4. 35. extr. Experiendam rem denique in uno aut in altero esse, sitne aliquis plebejus ferendo magno honori. h. e. Idoneus ad honorem ferendum.
Esse oneri ferendo. Liv. 2. 9. Portoriis quoque & tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent. Ovid. 15. Met. 403.
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Ovid. 5. Epist. 7.
Nimium sibi sumit, nec est ferendus. Cic. 3. in Catil. 22.
Fortuna viriliter ferenda. Ovid. 1. Fast. 480.
Verba dedit ferenda tabellis. Ovid. 14. Met. 707.
**Ferens**, entis. Partic. [φέρων] ut, Oculos passim per cuncta ferens. Virg. 2. Æn. 570.
Dona ferentes. Virg. 2. Æn. 49.
Dura ferens animus. Hor. 2. Epist. 1. 141.
Janua laxa ferenti. Ovid. 1. Amor. 8. 77.
Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. i. e. Afferenti munera.
Capita alta ferentes Cervi. Virg. 1. Æn. 19.
Instantes Teucros, lethumque ferentes. Virg. 11. Æn. 872.
Laborum ferentia corpora. Tacit. 5. Hist. 6. Corpora hominum salubria, & ferentia laborum. i. e. Patientia.
**Latus**, Partic. [τεθειμένος] proprie Idem ac Portatus. Cic. 2. Philipp. 41. Operta lectica latus est, ut mortuus.
Item, Pronunciatus, decretus: ut, Lex per vim lata. Cic. pro Sext. 37. Pœna lata. Cic. pro Corn. Balb. 33.
**Latūrus**, aliud Partic. [οἴσων] ut, Grandia laturus meritorum præmia. Hor. 2. Epist. 2. 38.
**Latio**, ōnis. f. [θέσις] Cic. 3. Att. 26. Mihi in animo est legum lationem expectare.
Latio suffragii. Liv. 38. 36.
**Lator**, ōris. m. [θέτης] Qui portat. Sen. Tranq. Anim. cap. 5. Debet plus virium esse in latore, quam in onere.
Lator legis, Qui legem tulit, hoc est promulgavit vel instituit: qui & Legislator uno verbo dicitur. Cic. 3. de Nat. Deor. 90. Ferretne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?
Legum lator. Quintil. lib. 2. cap. 4. Liv. 3. 31. extr.
Lator, pro Tabellario. Suet. Calig. cap. 44. Quasi universa tradita insula, magnificas Romam litteras misit: monitis sæpe latoribus, ut vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent. Budæus.
**Latorius**, Adj. ut, Latoria lex. Cic. 3. Off. 61. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela XII tabulis, & circumscriptio adolescentium lege latoria. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent Lege Pletoria, a Pletorio lata: atque ita legendum putant doctissimi quique. [ Immo Lætoria V. not. F. Fabrit.
**Laturarius**, i. m. Bajulus. apud Augustin. Tom. 10. p. 688.
**Ferax**, ācis. Adj. [εὐθαλής] Quod abundantem ex se producit fructum. Et proprie quidem de Agro dicitur. Plaut. Epid. 2. 3. 2. Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico æque feracem, &c.
Lætum & ferax. Liv. 6. 1. [ Adverbium est, q. V. infra.
Asia ferax miraculorum. Plin. lib. 8. Epist. 20. pr. Quæ si tulisset Achaia, Ægyptus, Asia, aliaque quælibet miraculorum ferax, commendatrixque terra, &c.
Ad laudem ferax. Plin. in Paneg. cap. 43. Tene Cæsar hunc cursum, & probabitur experimento, sitne feracius & uberius, non ad laudem modo, sed ad pecuniam principi, si hærede illo mori homines velint, quam si cogantur.
Agri feraces. Cic. 5. Verr. 104.
Animus ferax. Lucan. ad Pison. 265.
Ingenium ferax. Cic. in Orat. 48. Nihil est feracius ingeniis.
Ferax locus. Cato, cap. 44.
Locus feracior & uberior in philosophia nullus est quam de officiis. Cic. 3. Off. 5. translate.
Rus ferax. Ovid. 1. Met. 693.
Saltus ingentium belluarum feraces. Tacit. 4. Ann. 72.
Seculum, ferax bonarum artium. affertur, tanquam ex Plin. 5. Ep. 15. in Thes. Lips.
Segetes feraces. Hor. 1. Carm. 31. 4.
Solum ferax. Ovid. 7. Met. 416.
Terra. Ovid. 2. Amor. 16. 7.
Terra ferax Cereris, multoque feracior uvæ.
Venenorum ferax Iberia. Hor. Epod. 5. 22.
**Feracĭtas**, ātis. [εὐφορία] Columel. lib. 3. cap. 2. extr. Feracitatem potius sequemur, &c.
**Feraciter**, Adv. Compar. apud Liv. 6. 1. Clariora deinceps, certioraque ab secunda origine, velut ab stirpibus lætius, feraciusque renatæ urbis, militiæque exponentur.
**Feralia**, **Feralis**. V. supra s. l.
**Fertĭlis**, e. Adj. [εὐθαλής, εὔφορος, πάμφορος, γόνιμος, γόνιμος] Idem quod Ferax. Columel. lib. 3. 6. pr. Ut ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maxime fertiles.
Ager fertilis. Ovid. 5. Trist. 12. 23. Fertilissimus. Liv. 29. 25.
Agros uberrimos maximeque fertiles incolere. Cic. 1. de Divin. 94.
Agros fertiles, qui multo plus efferunt quam acceperunt, imitari debemus. Cic. 1. Off. 48.
Annus fertilis. Propert. lib. 4. 8. 14.
Arbos fertilis. Virg. 4. Georg. 142.
Arvum fertile. Ovid. 4. de Pont. 15. 7.
Bacchus fertilis. Hor. 2. Carm. 6. 19.
Campus frequens herbis, & fertilis ubere. Virg. 2. Georg. 185.
Cura fertilis. Plin. in proœm. lib. 14. Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit.
Gramen fertile. Ovid. Rem. Amor. 178.
Herba fertilis. Ovid. 2. Amor. 16. 6.
Horæ fertiles. Tibul. lib. 4. 1. 51.
Hortus fertilis. Tibul. lib. 2. 1. 44.
Loca fertiliora. Ovid. 1. de Arte Am. 90.
Pectus fertile. Ovid. 4. de Pont. 2. 11.
Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
Uberius nulli provenit ista seges.
Quæstus fertilis. Plin. in proœm. lib. 14.
Seges fertilior est alienis semper in agris. Ovid. 1. de Arte Am. 349.
Syria opima & fertilis. Cic. pro Domo 25.
Uva fertilis. Virg. 2. Georg. 191.
Fertilis, cum gen. Cic. 2. de Nat. Deor. 131. Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum, multos fertiles agros alios aliorum fructuum.
Vinea fertilis generosæ uvæ. Ovid. Rem. Amor. 567.
Fertilis frugum hominumque Gallia. Liv. 5. 34. pr. Et Plin. lib. 6. cap. 10. Fertilissimi sunt auri Dardæ, Setæ vero argenti.
Fertilissima baccarum. Plin. lib. 15. cap. 30. Hanc quæ vulgatissima est baccarumque fertilissima.
Locus doctrinæ fertilissimus. Val. Max. 8. 7. ext. 3.
**Fertilĭter**, Adv. [εὐφόρως] Plin. lib. 10. cap. 7. Rutam furtivam tantum provenire fertilius putant. h. e. Uberius.
**Fertilĭtas**, ātis. f. [εὐφορία, πολυφορία] Fecunditas. Columel. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Cæs. 2. Bell. Gall. 4. Fertilitas loci. Cic. 1. de Divin. 131.
Fertilitas, Vox est ita trita, ut usu prope detrita sit, quæ tamen nescio quid aliud quam in quotidiano & domestico usu nobis apud Ciceronem ostendit 2. Tusc. 36. Locum proferam: Illi autem voluerunt nihil horum simile esse apud Lacænas virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. Ego hic Fertilitatem puto Delicias ornatus luxumque significare, quibus Trojanorum & Medorum nurus & virgines ornatæ magnifice comptæque erant, ut quemadmodum fertilitas in solo feraci & fecundo dicitur frugum copias gerente: ita Fertilitas dicatur in illis quæ cultum vestitumque eximium gestant, gemmisque & margaritis, torquibus & catenis aureis ornatæ sunt. Ex Turneb. Adversf. 4. 18. Cui subscribit Davis. [ Malim tamen cum Camerario de Prolis generandæ studio, seu Fecunditate exponere. Porro Labos militiæ conjuncte legendum puto. Neque enim revera Lacænis ipsa Militia, sed Militaris exercitatio, armorum, equi &c. in studio fuit.
**Fertor**, ōris. m. a Ferendo, antique pro Lator. V. Varro de L. L. 7. 32. Vet. Gloss. Fertores, Ferto libantes. [ V. Fest. in Ferctum.
**Fertorius**, a, um. Gestatorius, ut, Lectus fertorius. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Sella fertoria. Idem 1: 4. Et absolute Fertorium. Idem 1. 2.
**Fĕrito**, āre. frequent. Solin. cap. 56. Palmeta Caryotas feritantia.
**Ferentarius**, i. m. [ἀκροβολίτης] Ferentarii, Milites levis armaturæ, ut ait Festus: auxiliatores, a ferendo auxilio, ut quicquid opus esset, auxilio ferrent, excursu leves, armis gravibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. Vel dicti sunt Ferentarii, teste Varrone. L. L. 6. 3. quod fundis lapidibusque pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Sallust. in Catil. 60. Postquam eo ventum est unde a ferentariis prælium committi posset. Cato eos Ferentarios dixit, Qui tela ac potiones [ Miror, ni error est. ] militibus pugnantibus ministrabant. Hi & Velati vocabantur, ut inquit Festus: quod vestiti inermes sequerentur exercitum. Hæc fere ex Festo & Nonio. conf. Salmas. de Re Milit. cap. 14. & 16. & quos Cort. ad Sall. citat. V. Ascriptitius in Ascribo.
Ferentarius amicus, Qui fert auxilium. Plaut. Trin. 2. 4. 55.
Nam illum tibi
Ferentarium esse amicum inventum intelligo. i. e. Auxiliarium, subsidiarium, qui tibi egenti subinde opituletur, velut dives pauperi.
**Fercŭlum**, i. n. [φορεῖον, ἐδέσμα] Fercula Dapes dicuntur: quia in mensam feruntur. Juvenal. 1. Sat. 94. — quis fercula septem
Secreto cœnavit avus? Nonius, Ferculum dicitur Missus carnium. Petron. pag. 674. Postquam ferculum allatum est.
Pagana fercula. Propert. lib. 4. 4. 76.
Fercula nullis ornata macellis. Juven. 11. Sat. 64.
Multaque de magna superessent fercula cœna. Hor. 2. Serm. 6. 104.
Ferculum, Gestamen, quod in pompa ferri solet. Suet. Cæs. 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, vidi, vici. Hoc nomine continentur Simulacra deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia, quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut Fercula ludorum, Quæ in ludis: & Fercula sacrorum, Quæ in sacris ferebantur.
Ferculum, Instrumentum, in quo quid fertur. Liv. 1. 10. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens, in Capitolium ascendit.
Fercula, Acron. etiam docet esse Pulpita super quibus deorum simulacra reposita erant: quia in pompa Circensi, hujusmodi simulacra deorum ferebantur. Cic. 1. Off. 13. Cavendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. Sen. OEth. 110.
Nec pompæ veniet nobile ferculum.
Ferculum interdum Vas est ad ferendum obsonium, vel pulmentarium. Annotavit Bayf. de culinariis exacte differens.
De variis Ferculis, V. omnino Lex. Pitisc.
**Fericulum**, i. n. pro Ferculo apud Petron. legit Reines. cap. 60. ubi editur, Sacrum esse periculum tam religioso apparatu perfusum. Receperat etiam in contextum Hadrian. Ita etiam Heinsius, cap. 39 pr. restituit pro Fericulusta, quæ vox in Nodot. Ed. plane omissa est, reddita in Burm. sed non explicata.
**Ferĕtrum**, i. n. [φέρετρον] Lectus, vel quid aliud simile quo mortuus ferri solet, qui & alio nomine Capulus dicitur a capiendo: seu in quo aliquid cum pompa fertur. Plin. lib. 7. cap. 52. Varro quoque auctor est, XX viris agros dividentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. Ovid. 14. Met. 747.
Luridaque arsuro portabat membra feretro.
Cruentum feretrum. Sil. 5. 168.
Ingenti subiere. Virg. 6. Æn. 222.
Molle. Virg. 11. Æn. 149.
Puerile feretrum. Stat. 2. Silv. 1. 19. & 6. Theb. 55.
**Feretrius** Jupiter. V. suo loco.

FERONIA, [Φερωνία] Nemoris dea, a Ferendis arboribus. Tradunt enim quum nemus ejus aliquando fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde simulacrum incolæ vellent, subito nemus eviruisse. Virg. 7. Æn. 800. —— & viridi gaudens Feronia luco.
Est hæc etiam Libertorum dea, in cujus templo raso capite pileum accipiebant. V. Varro L. L. 4. 10. Alex. ab Alex. 4. 10. Dalechamp. ad Plin. 2. 55. Serv. ad Virg. 8. Æn. 564.
Ut Epitheton Junonis occurrit in Inscript. apud Fabrett. p. 411. IVNONI FERON. Item IVNONI REG. ET FERONI. Alii ex Dionys. lib. 3. Antiq. Rom. deam quandam florum a Junone diversam credunt, inter quos Jac. Oiselius in Thes. Numism. Antiq. ad Tab. 48. n. 4. conf. Reines. Inscr. cl. 1. 11. 31.
Dives Feronia. Sil. 13. 84. conf. Liv. 22. 1. Et Lex. Pitisc.
Feronia etiam Civitas sub monte Soracte: in qua ejusdem nominis dea erat: quam finitimi magna religione venerabantur.
Feronia, Fons fuit in Campania juxta Tarracinam, qui aliquando Anxur est dictus. Perott.

FEROX, ōcis. Adj. [ἄγριος, αὐθάδης] a Fero, fers derivatur; & significat Fortem, præanimosum ad decertandum cum altero, & ad vim alteri faciendam, atque ad nocendum; ut ait Valla, lib. 4. Hor. 1. Carm. 35. 10.
Urbes, gentesque & Latium ferox. Sallust. Jug. 106. Ille animo feroci, negat se toties fusum Numidam pertimescere. Ferocior, i. e. Bellicosior. Nep. 2. 2. 1. conf. Tacit. 2. Hist. 24. 3. Et Non. 4. 192. Item Freinshemii Indicem Curtianum.
Immo Ferox a . . . sive a Ferus. Liv. de Hispanis lib. 34. (cap. 17.) Ferox genus nullam vitam rati sine armis esse. Quasi Ferocia hoc efficiat, sive hoc proprium sit ferocium, amare arma. Liv. lib. 7. p.130. (cap. 27.) Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens. Quasi ferocia ad rebellandum impellat. H. St. In summa pag. quædam cultro resecta sunt. Delectatur hoc Epitheto Livius.
Ferox, Sævus, indomitus, a Feritate, ut vult Nonius 4. 192. Virg. 4. Æn. 135.
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit. Ter. Eun. 3. 1. 25. Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?
Ferocem fortasse ac arrogantem & infestum facit indulgentia, non mendacem, aut avarum, aut non amantem suorum. Cic. 10. Att. 11.
Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria. Cic. 4. Fam. 9.
Nimium vehemens feroxque natura homo. Cic. in Vatin. 4.
Animi ferox. Tacit. 1. Ann. 32.
Mentis ferox. Ovid. 8. Met. 613.
Scelerum ferox. Tacit. 4. Ann. 12.
Unda ferocior. Ovid. 4. Epist. 133.
Globus ferocissimorum juvenum. Liv. 1. 12.
Poetæ frequenter hoc Epitheton Deabus & Heroinis, pro Virginitate nihil non ausuris tribuunt. V. Barth. ad Stat. Theb. p.639. Plura Lambin. de hac voce ad Hor. 1. Carm. 15.
Ætas ferox. Hor. 2. Carm. 5. 13.
Animus ferox. Sen. Med. 12.
Corda ferocia ponunt. Virg. 1. Æn. 306.
Discordia ferox. Sil. lib. 16. 101.
Gentes ferocissimæ. Plin. lib. 13. cap. 11.
Impetus feroces animo geris. Sen. Agam. 3.
Lacertus ferox. Ovid. 4. Epist. 82.
Manus ferox. Sen. OEth. 4.
Populi feroces. Virg. 1. Æn. 267.
Turmæ feroces. Virg. 3. Georg. 179.
Vagitus ferox. Claud. 4. Cons. Hon. 151.
Animo ferocior. Plaut. Mil. 4. 8. 13.
Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.
Acer erat, belloque ferox. Ovid. 11. Met. 294.
Corde ferox. Sen. Med. 7.
Ferox sum illa re, dicitur, ut illa re sum fretus, vel arrogans. Non. ut Forma ferox, Qui ob formam gloriatur. Plaut. Milit. 4. 9. 13.
— in statione stat senex,
Ut adoriatur mœchum, qui forma est ferox.
Fortunis ferox. Accius, Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.
Robore corporis stolide ferox. Tacit. 1. Ann. 3. de Agripp. Posth.
Victoria & viribus ferox. Liv. 1.
Virtute feroci exuperans, i. e. Fortitudine. Virg. 12. Æn. 19.
Ferox fuit & cognomen Rom. a Moribus olim tractum.
De Magurio Feroce. V. Inscript. Patavin. a Reines. illustrat.
Julium Ferocem cum laude meminit Plin. 2. Epist. 11.
Nomen item Canis apud Columel. 8. 12.

FEROCŬLUS, dimin. [ὑπάγριος] Hirt. de Bell. Afr. 16. Quid tu inquit, miles tiro, tam feroculus es?

FEROCIA, æ. f. [ἀγριότης] pro Ferocitate. Cic. lib. 6. de Repub. Qui comperit ejus vim & effrenatam illam ferociam. Idem pro Lege Agr. 2. 90. Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio majores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt.
Impetum gladiatoris ferociamque comprimere. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Exuere ferociam. Tacit. 2. Ann. 72. Per communes liberos oravit, exueret ferociam.
Effrenata ferocia. Cic. Fragm. apud Non. 8. 15. Cato apud Gell. 7. 3. Ferociam & Superbiam conjungit, sicut Virtutem & Ferociam, Tacit. Agric. 31. 6. Et Liv. 9. 6. extr.

FEROCĬTAS, ātis. f. [ἀγριότης] Cic. 1. Off. 90. Ut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, &c.
Ferocitas & audacia. Cic. in Vatin. 2. Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem.
Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis. Cic de Senect. 33.
Victoriæ ferocitatem extimescere. Cic. pro Marcell. 16.
Tantæ ferocitatis victorem extimescere. Cic. pro Deiot. 15.
Reprimere ferocitatem alicujus. Cic. 2. Off. 40.
Cum contumacia conjungit Suet. Vitell. cap. 12. Meliorem in partem adhibuit Val. Max. 3. 2. 7. Numantino Theogeni ad virtutem capessendam quasi magistra gentis suæ ferocitas extitit. V. quæ H. St. in FEROX.

FEROCĬTER, cius, cissime. Adv. [ἀγρίως] Plaut. Amph. 1. 1. 58. Nimis ferociter. V. NIMIS.
Aspere, ferociter, & libere maledicta in aliquem dicere. Cic. pro Planc. 33.
Ferociter adequitare aliquo. Liv. 9. 22.
Paulo ferocius inquit. Cic. 2. Q. frat. 13.
Ferocissime. Liv. 23. 8. Cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat.

FERŌCIO, [ἀγριαίνω] īre. Ferociam & sævitiam exercere. Gell. lib. 1. cap. 11. Non immodice ferocirent. Ovid.
Mox intractati more ferocit equi. Sed non est in Indice Burm.
Ferocit apud Catonem, Ferociter agit. Festus.

FEROCIENS, entis. Partic. Gell. 1. 11. Orationem ferocientem sævientemque cohibere.

FERRARIA, [Φερραρία] Urbs Italiæ ad Padum fluvium sita. Nomen retinet.
Est & Ferraria, Hispaniæ promontorium, Carthaginem versus, sic ab accolis cognominatum, quod ferrarias effossiones admodum feraces habeat. V. Melam in descriptione Hispaniæ, lib. 2. 6. Olivarius dicit nunc vocari *El Cabo de Martin*.

FERRUM, i. n. [σίδηρος, ἀυλὸς] a Ferendo dicitur, ut nonnulli volunt: quod in agros colendi gratia feratur. Vel a Feriendo: quod cetera eo feriantur, id est domentur. A Farre deducit Isidor. 16. cap. 20. a Ferus Voss. Etymol. Plin. lib. 12. cap. 25. Ferro lædi vitalia odit.
Ferrum vivum, Quod in magnete extritum ferrum attrahit.
Ferrum Indicum, Sericum, ex India in proximas Asiæ regiones delatum vult Joh. Bapt. Tabernar. Persic. 5. 12. Et ex eo Bynckersh. Obs. 4. 5. p. 353.
Ferrum tuum in igni est: Formula proverbiali dixit Seneca Lud. de Morte Claudii, pro Negotium tuum agitur. V. in CALEO.
Ferrum, per metonym. materiæ, aliquando pro Telo ferreo quocunque, sæpius pro Gladio accipitur. Cic. 1. Tusc. 86. In servorum ferrum & manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer. 90. Vulneratus ferro Phrygio. Nep. 15. 9. 3. Si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, &c.
Ferrum, pro Catenis, ut In ferrum atque in vincula conjecti. Cic. 7. Verr. 107.
Æs atque ferrum, duelli instrumenta sunt, non fani. Cic. 2. de Legib. 45.
Pectus ferro durius. Ovid. 21. Epist. 229.
Velox ferro. Stat. 3. Theb. 399. De medico.
Acies ferri. Virg. 2. Æn. 333. V. ACIES.
Gens ferri patiens, ac læta domare labores. Sil. lib. 3. 575.
Rigor ferri. Virg. 1. Georg. 143.
Stridor ferri. Virg. 6. Æn. 558.
Acutum ferrum. Virg. 10. Æn. 479. V. ACUO.
Aduncum. Ovid. 9. Met. 128.
Candens. Lucret. lib. 6. 147.
Debile. Stat. 10. Theb. 280.
Duri robora ferri. Lucret. lib. 2. 449.
Ferrum. Ennius apud Gell. 16. 10.
Grave. Sen. Octav. 7.
Hebes. Juvenal. 11. Sat. 140.
Infandum. Lucan. lib. 2.
Infestum. Ovid. 11. Epist. 19.
Injustum. Ovid. 13. Met. 44.
Lethale. Juvenal. 15. Sat. 165.
Nefandum. Ovid. 8. Met. 440.
Nocens. Ovid. 1. Met. 141.
Rigidum. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 94.
Rubens igne. Ovid. 12. Met. 276.
Solido tabularia ferro. Ovid. 15. Met. 810.
Splendens. Ovid. 3. Met. 53.
Absumere ferro aliquem. Virg. 4. Æn. 60. V. ABSUMO.
Accipere ferrum pectoribus. Sil. lib. 10. 7.
Acuere ferrum. Hor. 1. Carm. 2. 21.
Adegit ferrum in viscera. Sil. lib. 7. 626.
Adactum ferrum per pectus. Ovid. 6. Met. 271.
Aperire pectus ferro. Sen. Agam. 4.
Applicatum ferrum. V. APPLICO.
Ardens ferrum, i. e. Splendidum. Valer. 1. Argon. 488.
— ardenti Æsonides retinacula ferro
Abscidit.
Armata gracili ferro. Sen. Hippol. 4.
Armare ferrum veneno. V. ARMO.
Cædere aliquid ancipiti ferro. Lucret lib. 6. 167.
Cæsus ferro. Sen. Octav. 17.
Capessere ferrum imbelle. Valer. 1. Argon. 759.
Cernere ferro. V. CERNO.
Collapsus ferro. Virg. 4. Æn. 664.
Collocati certis locis cum ferro homines. Cic. pro Cæcin. 41.
Compescere culpam ferro, Occidere pecus contagio nocens. Virg. 3. Georg. 468.
Condit ferrum sub adverso pectore. Virg. 12. Æn. 950.
Conjectum in guttura ferrum pressit. Ovid. 3. Met. 90.
Consumere ferrum pectore. h. 2. Accipere. Stat. 12. Theb. 745.
Convellere aliquid ferro. Virg. 6. Æn. 148.
Convertere ferrum ab uno in alium. Ovid. 8. Met. 768.
Crispans manu bina hastilia lato ferro. Virg. 1. Æn. 317.
Decernere ferro. i e. Armis. Virg. 12. Æn. 695. V. DECERNO.
Defringere ferrum ab hasta. Virg. 11. Æn. 748.
Demetere aliquid ferro. Hor. 1. Serm. 2. 46.
Demittere ferrum in artus. Ovid. 4. de Pont 16. 51.
Detegere ferrum, Evaginare. Lucan. lib. 3. 128.
Distringere in mortem alicujus ferrum. Tacit. 14. Ann. 8.
Do. ut, Tot ferro sæva dedisset Funera. Virg. 8. Æn. 570.
Dedit obvia ferro Pectora. Virg. 12. Æn. 540. Priore loco Ferro sextus, altero tertius casus est.
Ducere ferrum vagina. Ovid. 4. Fast. 929.

Elicere ferrum e terræ cavernis, rem ad colendos agros neceſſariam. Cic. 2. de Nat. Deor. 151.
Eripere ferrum vagina. Virg. 6. Æn. 260.
Excindere portam ferro. Virg. 6. Æn. 553.
Excipere ferrum adverſo pectore. Sen. Agam. 4.
Excutere ferrum alicui. Lucan. lib. 1. 118.
Exigere ſpiritum ferro, Vitam ſibi eripere, Se occidere. Sen. OEdip. 14.
Exegit ferrum per viſcera domini. Lucan. lib. 2. 149. Ovid. 9. Epiſt. 157.
Exolvere brachia ferro. Tacit. 15. Ann. 63. Eodem ictu brachia ferro exolvunt. De Seneca & uxore venas ſibi incidentibus.
Fœdare aliquid ferro. Virg. 3. Æn. 241.
Fodere uterum ferro. Tacit. 14. Ann. 8. Hic eſt, hic eſt fodiendus ferro. Verba Agrippinæ uterum oſtendentis. Sen. Octav. 6.
Gliſcere dulci ferro. Stat. 12. Theb. 649.
Hauſit pectora ferro. Ovid. 8. Met. 440.
Jacet ferro meus conjux. Sen. OEdip. 14.
Icta mordaci ferro pinus. Hor. 4. Carm. 6. 9.
Immori ferro. Sen. OEth. 7.
Impulit ferrum in meos penates. Ovid. 12. Met. 551.
Incumbere ferro. Ovid. 14. Met. 81.
Induere ſemet oppoſito ferro. i. e. Irruere in ferrum. Sen. OEdip. 4.
Inſpicat acuto ferro faces. Virg. 1. Georg. 292.
Inſtructi ferro. Virg. 12. Æn. 124.
Interimi ferro. Quintil. lib. 3. cap. 8. Qui in legatione ferro ſunt interempti.
Invadere cum ferro aliquem advenientem. Cic. pro Cæcin. 25.
Irruimus ferro. Virg. 3. Æn. 222.
Lacerare ferro aliquem. Hor. 3. Carm. 27. 46.
Laceſſere aliquem ferro. Virg. 12. Æn. 185.
Lædere ferrum ſcabie & rubigine. Virg. 2. Georg. 220.
Liventia ferro crura. Claud. 2. in Eutrop. 343.
Mactare hoſtiam ferro. Virg. 3. Georg. 489.
Maculatum ſanguine ferrum. Ovid. 15. Met. 107.
Mergere ferrum jugulo. Sen. Agam. 13.
Minitari patriæ igni ferroque. Cic. 14. Philipp. 34.
Mitigat agrum ſilveſtrem ferro & flammis. Hor. 2. Epiſt. 2. 186.
Moliri ferrum in aliquem. Ovid. 3. Faſt. 35.
Mollit ignis ferrum. Hor. 1. Serm. 4. 20.
Mori ferro. Sen. Octav. 6.
Obſiſtere ferro, ne quis accedat. Cic. pro Cæcin. 25.
Occiſus ferro. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Occumbere ferro. Ovid. 12. Met. 207.
Parcere temerando ferro. Lucan. lib. 1. 147.
Patefacere viam ferro. Tacit. 1. Ann. 32. Et animi ferox, inter obſtantes & armatos, ferro viam patefecit.
Perfuſum ferrum gemina cæde. Sen. Thyeſt. 8.
Petere aliquem ferro. Ovid. 13. Met. 444.
Petita ferro bellua. Hor. Epod. 5. 10.
Recludere pectus ferro. Sen. Troad. 10.
Reformidare ferrum. Quintil. lib. 2. cap. 4. Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati poſſe.
Reponere ferrum. Stat. 9. Theb. 81.
Reſcindere aliquid ferro. Virg. 3. Georg. 453.
Reſerare pectus ferro. Sen. Octav. 6.
Reſolvit jugulum ferro. Ovid. 6. Met. 643.
Retundere ferrum jugulis, Hebetare. Lucan. lib. 6. 161.
Retuſum ferrum. Virg. 2. Georg. 301.
Satiare ferrum ſanguine. Ovid. 5. Faſt. 575.
Secare collum ferro. Virg. 9. Æn. 331.
Sequi aliquem nudo ferro. Ovid. 6. Met. 666.
Sequi extrema ferro. Virg. 6. Æn. 457.
Sternere ferro aliquem. Sen. Troad. 6. Hor. 2. Serm. 3. 202.
Stringere ferrum. Stat. 8. Theb. 140.
Superare ferrum duritia. Ovid. 2. Epiſt. 137.
Tentare aliquem inerti ferro. Claud. de Bell. Get. 389.
Trajecta ferro pectora. Virg. 1. Æn. 359.
Violabere ferro nullo. Ovid. 5. Met. 226.
Uritur ardenti ferro. Juvenal. 14. Sat. 22.

**Ferreus**, Adj. [σιδηροῦς] Quod eſt ex ferro. Plin. lib. 10. cap. 42. Pſittacus verberatur radio ferreo.
Fabricam ferream invenere Cyclopes. Plin. lib. 7. cap. 56.
Ferrei coloris atque duritiæ marmor. Plin. lib. 36. cap. 7.
Ager ferreus horret haſtis. Virg. 11. Æn. 601.
Annulus ferreus. Ovid. 1. de Arte Am. 473.
Bella ferrea. Ovid. 13. Epiſt. 64.
Clauſtris ferreis cohibere portas. Sen. Thyeſt. 7.
Enſis ferreus. Lucret. lib. 5. 1292.
Imber ferreus. Virg. 12. Æn. 284.

— it toto turbida cælo
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber.

Mucro ferreus. Virg. 11. Æn. 817.
Seges ferrea telorum. Virg. 3. Æn. 45. Idem 12. Æn. 664.
Turris ferrea. Virg. 6. Æn. 554.
Ferreus, per translationem, pro Duro & inexorabili. Cic. 15. Fam. 21. Ferreus eſſem, ſi te non amarem.
Ferreus, qui fratris cariſſimi atque amantiſſimi præſentis mœrore non movear. Cic. 4. in Catil. 3.
Ferus ac ferreus. Cic. 1. Q. frat. 3.
Durus ac ferreus, Inhumanus. Cic. 7. Verr. 120.
Patiens & ferreus. Juven. 1. Sat. 31.
Decreta ferrea veterum ſororum. i. e. Parcarum. Ovid. 15. Met. 781.
Jura ferrea, Inexorabilia. Virg. 2. Georg. 501.
Negotium ferreum, Compedes. Plaut. Perſ. 1. 1. 21.
Os ferreum, Impudentiſſimum. Cic. in Piſon. 63.
Præcordia ferrea. Ovid. 12. Epiſt. 183.
Scriptor ferreus. Cic. 1. de Fin. 5. De quo Licinius, Ferreum ſcriptorem, verum opinor ſcriptorem tamen, ut legendus ſit.
Secula ferrea. Tibul. lib. 2. 3. 39. V. Ovid. 1. Met.
Somnus ferreus, Mors. Virg. 12. Æn. 309.
Sors ferrea vitæ, Duriſſima. Ovid. 5. Triſt. 3. 28.
Vox ferrea. i. e. Fortis inſtar ferri Virg. 2. Georg. 44.

**Ferrea**, æ. f. Inſtrumentum ruſticum. Cato R. R. cap. 10. & Varr. 1. 22. al. Furca, quod verbum ſubintelligendum eſſe videtur.

**Ferrārius**, a, um. Adj. [σιδηρικός] Quod ad ferrum attinet.
Aqua ferraria, Qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Plin. lib. 28. cap. 16. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent.
Faber ferrarius. Plin. lib. 14. cap. 4.
Metallum ferrarium. Plin. lib. 34. cap. 14.
Officina ferraria. Plin. lib. 13. cap. 23. Idem lib. 8. cap. 57.

**Ferraria**, æ. f. [σιδηρωρυχία] Fodina ex qua ferrum extrahitur. Cæſ. 7. Bell. Gall. 22. Apud eos magnæ ſunt ferrariæ. Liv. 34. 21. Pacata provincia, vectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariiſque.
Ferraria item Herba, quæ & Periſtereos. V. Apul. de Herb. cap. 65. & 72.

**Ferrarius**, i. m. pro Opifice ferrario. Firmic. lib. 4. cap. 7. Coquos, ferrarios, atque ex igne vel ferro artes ſuas officiaque complentes. Inſcriptio vetus apud Spon. Miſc. E. A. p. 66. COLL. FERRARIOR. i. e. Collegium ferrariorum.

**Ferrātĭlis**, e. Hinc, Genus ferratile, in Plaut. Moſt. 1. 1. 17. legimus de ſervis dici, qui compediti habentur, i. e. qui annulatis cruribus atterunt aſſidue ferrum. Verba Plaut. ſunt hæc,

Cis, hercle, paucas tempeſtates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile.

V. Lipſ. Elect. 2. 15. & Muret. Var. Lect. 5. 9.

**Ferrātus**, a, um. Adj. [σιδηρόδετος] Cui ferrum inditum & applicatum eſt. ut, Ferrata haſta. Liv. 1. 32. Et apud Plin. lib. 36. cap. 23. Ferratis vectibus. Et apud Columel. lib. 10. 45.

—— ferrato robore palæ. Virg. 3. Georg. 361.
Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes.

i.e. Rotas plauſtrorum.
Agmina ferrata barbarorum. Hor. 4. Carm. 14. 30.
Calce ferrata cruentat cornipedem. Sil. lib. 17. 541. V. calx.
Portæ ferratæ. Stat. 10. Theb. 504.
Ferratus in piſtrino. i. e. Catenis ferreis vinctus. Plaut. Bacch. 4. 6. 11.
Ferrati abſolute ſunt Cataphracti, aut validius armati. Tacit. 3. Ann. 45. extr. In fronte ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo ſemermos. Dicuntur Ferrati viri apud Claud. de 6. Conſ. Honor. 571.
Aquæ ferratæ ſunt Acidulæ Scrib. Larg. Compoſ. 146. Hoc traxi ab aquis caldis, quæ ſunt in Tuſcia ferratæ.

**Ferrāmentum**, i. n. [σιδήριον] Inſtrumentum ferreum. Varro R. R. 1. 22. Ferramentorum varietas. Tacit. Germ. 30. 4. Peditem ſuper arma ferramentis quoque conerant. Martial. 14. 36. Ferramenta tonſoria. Cæſ. 5. Bell. Gall. 41. utitur pro Iis quibus terra foditur. Cic. 3. Catil. 10. pro Gladiis & telis: Cethegus dixit ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum eſſe. Petron. cap. 94. Eodem ferramento ad mortem viam quæro. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Budæus.
Ferramenta agreſtia. Liv. 1. 40. i. e. Secures.
Ferramenta vetera. Columel. lib. 2. cap. 4.
Ferramenta fabrorum. Hor. 1. Epiſt. 1. 85.

**Ferramentarius**, i. m. Idem ac Ferrarius. Firmic. lib. 3. cap. 13. ſub finem. In Solis vero aut Lunæ domo, facient ærarios, ferramentarios, ſtatuarios, &c.

**Ferrūgo**, ĭnis. f. [ἰὸς σιδήρου] Rubigo ferri. Plin. lib. 23. cap. 8. Sudor virgæ corni arboris, lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaque inde ferrugo, incipientes lichenas ſanat.
Ferrugo, per translationem, Compreſſæ purpuræ color ruſus, nigrioris ruboris, quaſi violacei, vulgo *morellum* dicunt, ſimilitudine coloris ferri, dum eſt rubiginoſum. Virg. 9. Æn. 582.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ubi Servius, Ferrugo, inquit, Coloris genus eſt, qui vicinus eſt purpuræ ſubnigræ. Donatus vero, Alio loco, Tyrioque ardebat murice lena. ſed illic purpura ſignificata eſt confecta ex murice, hic autem ferruginem dixit aerii coloris. Hæc Donatus. Plin. lib. 15. cap. 10. Veſtitos alia ferruginis tunica.
Atra ferrugo. Ovid. 15. Met. 788.
Dulcis violas ferrugine pingit. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 93.
Mala ferrugine purus animus. Lucan. ad Piſon. 95.
Obſcura ferrugo. Virg. 1. Georg. 467.
Peregrina ferrugine clarus & oſtro. Virg. 11. Æn. 772.

**Ferrūgĭneus**, Adj. [σιδηροειδής] Quod eſt coloris ferruginis, qui etiam color caſtaneus dicitur. Plin. lib. 29. cap. 6. Et ferrugineas maculas habentes. De lacertis.
Ferrugineum colorem, inquit Nonius, Ferri ſimilem eſſe volunt. Vere autem Ferrugineus color Cæruleus eſt. Virg. 4. Georg. 183.

—— & ferrugineos hyacinthos.

Plaut. Mil. 4. 4. 43. Palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalaſſicus eſt. Hæc Nonius.
Amictus ferrugineus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 275.
Cymba ferruginea Charontis. Virg. 6. Æn. 303. i. e. Nigra, triſtis. Servius.
Livor. Auſon. Epiſt. 10. 62.

Livor ubi iſte tuus, ferrugineumque venenum
Opportuna tuis inimicat pectora fucis.

V. Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 217.
Nemus ferrugineum. Stat. 2. Theb. 13. i. e. Horridum. Lactantius.
Ferrugineus ſapor. Plin. lib. 31. cap. 10. Tungri civitas Galliæ fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur.

**Ferrūginans**, tis. Ferrum ſapore referens. Tertull. adv. Val. cap. 15. Guttæ bituminoſæ, ferruginantes & ſulphurantes.

**Ferruginosus**, a, um. ut, Ferruginoſum ferrum, apud Sidon.

**Ferrūmen**, ĭnis. n. quaſi Gluten, junctura ſeu ligatura, quæ ex ferri excrementis vel ramentis, vel quavis alia materia fieri ſolet.

Plin.

Plin. lib. 36. cap. 23. Ruinarum urbis ea maxima caufa, quod furto calcis fine ferrumine fuo cæmenta componuntur.

Ferrumen in auro, Chryfocolla vocatur agglutinando auro, inquit Plin. lib. 33. Aliter hodie legitur. V. cap. 5. Segm. 29. Hard. conf. Petron. cap. 102.

FERRŪMĬNO, [συνάπτω] āre. Conglutinare, quando conglutinatio fit ex ipfa materia quæ conglutinatur. Pompon. in l. Quicquid. D. de Acquirendo rerum dominio, Si tuum fcyphum alieno plumbo plumbaveris, alienove argento ferruminaveris: non dubitatur, fcyphum tuum effe, & a te recte vendicari. Plin. lib. 27. cap. 4. Fabulofa arbitror quæ adjiciuntur: recente ea fi uratur, ferrum aut æs ferruminari. Offa fracta, contufa. Plin. lib. 31. de aquis marinis, cap. 6. Quæ calefiunt ad nervorum dolores, ferruminant & fracturas, offaque contufa. Idem lib. 36. cap. 28. Vitrum fulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. Idem lib. 35. cap. 15. Calcis quoque ufum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Ferruminare labra labellis. de ofculantibus. Plaut. Mil. 4. 8. 25.

FERRUMINATUS, a, um. Ferruminato alvi glutino furculo. Plin. 10. 33. V. Vall. 6. 58. Ponticuli ferruminati. Petron. cap. 31. Idem cap. 32. Annulus aureus ferreis veluti ftellis ferruminatus.

FERRUMINATIO, ōnis. f. [συναφή] Paulus in l. In rem actio. §. Item quæcunque. D. de rei vendicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confufionem, plumbatura vero non idem efficit.

FERRUMINATOR, ōris. m. Qui ferruminat, apud Vitruv.

FERRĬCRĔPĬNUS, a, um. finxit Plaut. Afin. 1. 1. 21. Apud ferricrepinas infulas. i. e. Ubi ferreæ compedes crepant, ut in ergaftulis.

FERRĬFŌDĪNA, æ. f. Idem quod Ferraria, ubi foditur ferrum. V. Varro de L. L. 7. 33.

FERRĬTĔRUS, i. m. Servus qui ferrum terit quo vinctus eft. Plaut. Trin. 4. 3. 14. Ferriteri maftigiæ.

FERRITERIUM, i. n. Carcer ubi ferreæ compedes teruntur. Plaut. Moft. 3. 2. 55. Inde in ferriterium, poftea in crucem recta.

FERRITRIBAX, ācis. Idem qui Ferriterus. Plaut. Moft. 2. 1. 9.

FERTILIS, FERTILITAS, FERTILITER. V. FERO.

FERTINI, Populi Rhætorum in Iftria, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

FERTUM, i. n. Genus libi, a Ferendo dictum: quod fæpe ad facra ferebatur. Feftus. conf. Ifidor. 6. 19. Perf. 2. Sat. 48.

> Attamen hic extis & opimo vincere ferto
> Intendit.

i. e. Pingui libo: vel Fertili, copiofo, & abundanti facrificio. Alii fic dictum putant, quod pluribus variifque rebus fartum five farctum effet. V. Fartum in FARCIO. Alii fcribunt Ferctum.

Fertum Jovi moveto & mactato fic. Cato cap. 134. Vetus codex habet Ferctum. conf. Voff. Lex. Etymol. & Turneb. Adverf. 28. 28.

FERTUS, a, um. Idem quod Fertilis: ut, Frugifera & ferta arva. Cic. in Orat. 163. Ex antiquo poeta.

FERVEO, vi & bui, [ζέω, βράζω] ēre. Ex incendio calere, bullire. Defervit & Deferbuit, vide DEFERVEO. Malo fine b, nam dicitur Fervidus, non Ferbidus, nec poteft effe a φέρβομαι, quod aliud fignificat. H. St.

Æquor fervet. Virg. 1. Georg. 327.
Cor mero fervet. Ovid. 2. Faft. 732.
Lingua mero fervet. Ovid. 2. Faft. 732.
Fervet vinum, quum ex mufto in vinum tranfit. Plin. lib. 14. cap. 9. Budæus.
Mare fervet aquis. Ovid. 18. Epift. 26.
Pelagus æftu fervet. Cic. de Orat. 155.
Pontus vertigine fervet. Ovid. 11. Met. 549.
Fervere item, Moleftiis quibufcunque perturbari, ferri & agitari. Martial. lib. 2. 64.

> —— fora litibus omnia fervent.

Fervet opus. Virg. 1. Æn. 440.
Opere omnis femita fervet. Virg. 4. Æn. 440.
Fervere & ferri avaritia. Cic. pro Quint. 38. Usque eo fervet ferturque avaritia, ut de fuis commodis velit aliquam partem amittere.
Lethi fervebat amore. Sil. lib. 17. 567.
Pectus avaritia, miferaque cupidine fervet. Hor. 1. Epift. 1. 33.
Fervere ab ira. Ovid. 2. Met. 602.

> —— utque animus tumida fervebat ab ira,
> Arma affueta rapit.

Ira totus fervet. Sen. Herc. fur. 11.

FERVO, vi, ĕre. Idem. Ter. Adel. 4. 1. 18.

> Quum fervit maxime, tam placidum, quam ovis eft, reddo.

Virg. 1. Georg. 455.

> Omnia tunc pariter vento nimbifque videbis
> Fervere. Idem 9. Æn. 693.
> Fervere cæde nova. Propert. 2. 28. 4.
> Incipit & ficco fervere terra cane. Valer. lib. 7. Argon. 150.
> Atque iterum infeftæ fe fervere cæde Lacenæ Credit. Virg.

8. Æn. 677.

> Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

Memoria igitur Quintilianum fallit, cum Fervĕre fibi inauditum tradit, 1. 6. p. 73.

Fervat, pro Ferveat. Pompon. Fullonibus, Facite ut ignis fervat, ligna inftipite, far concidite. Nonius.

FERVENS, entis. [ζέων] Quod bullit, aut calidum eft. Plaut. Curc. 4. 2. 25. Quafi aquam ferventem frigidam effe, ita vos putatis leges. Et Columel. lib. 12. cap. 50. Ferventiffima aqua.

Lucri cupidine fervens. Claud. 1. Ruff. 100.
Ferventem flagris facere. Plaut. Amph. 4. 2. 10.

> Quem pol ego hodie ob ifthæc dicta faciam ferventem flagris.

Fervens guftu radix. Plin. lib. 12. cap. 12. Radix cofti, guftu fervens, odore eximio.
Æftus ferventiffimus. Plin. lib. 31. cap. 3.
Animus fervens. Cic. 1. Off. 46. Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto nec fapiente ferventior plerumque eft.
Aqua fervens. Cic. 3. Verr. 67.
Aquis ferventibus mollit artus. Ovid. 1. Met. 228.



Foculi ferventes. Plaut. Capt. 4. 2. 57.

> Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus.

Horæ diei ferventes, pro Meridianis. Plin. lib. 17. cap. 22.
Jecur fervens. Hor. 1. Carm. 13. 4.
Ingenium rapido ferventius amni. Hor. 1. Serm. 10. 62.
Natura ferventiffima. Columel. lib. 12. cap. 15.
Pavimentum fervens, Quod fervore balinearum incaluerat. Plin. Epift. l. 3. 14. Lavabatur in villa Formiana: repente eum fervi circumfiftunt: alius fauces invadit, alius pectus & ventrem, alius os verberat: & quum exanimem putarent, abjiciunt in fervens pavimentum, ut experirentur an viveret.
Rota fervens. Ovid. 1. de Ponto 8. 68.
Sanguis fervens. Sil. lib. 17. 489.
Undæ ferventes æftibus. Ovid. 14. Met. 48.
Vulnus fervens. Ovid. 4. Met. 120.

FERVENTER, Adv. [θερμῶς] Cic. 8. Fam. 8. Et de damnatione ferventer loqui eft cœptum.

Compar. Auguftin. de Genef. ad lit. 2. 5. Quæ celerius, utique ferventius aguntur.

Superl. Paulus Chriftum ferventiffime prædicabat. Idem de Civ. Dei. Cic. 8. Fam. 6. Curio ferventiffime concerpitur.

FERVESCO, [ζέομαι] ĕre. ut, Terræ fervefcunt fole. Lucret. lib. 6. 851.

Ventus mobilitate fua fervefcit. Lucret. lib. 6. 176. conf. Sen. Nat. Quæft. 4. 2.

FERVĔFĂCIO, ēci, actum, [ζεστοποιέω] ĕre. Facere fervere, feu bullire. Cato de R. R. cap. 157. Eo addito oleum &c. & pollinem polentæ. Poftea ferve bene facito.

Fervefacere fefe, Calidum fieri. Plaut. Pfeud. 3. 2. 44.

> Eæ ipfæ fefe patinæ fervefaciunt illico.

FERVEFACTUS, a, um. Plin. 20. 3. Vinum fervefactum.
Fervefacta jaculà. Cæf. 5. Bell. Gall. 42.

FERVĬDUS, Adj. [ζεστός] Idem quod Fervens & maxime calidus. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Jam vero reliqua quarta pars mundi, & ea ipfa tota natura fervida eft. h. e. Ardens maxime.

Æftus fervidus. Hor. 1. Serm. 1. 38.
Aqua fervida. Curt. 4. 7. 22.
Cinis fervidus. Sen. Troad. 2.
Flamma fervida. Hor. Epod. 17. 32.
Spuma fervida. Ovid. 8. Met. 287.
Vina fervida. Hor. 2. Serm. 8. 38.
Fervidus, Diligens ac vehemens. Liv. 27. 33. extr. Cum toto eo bello damnofa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuiffe: tum &c.
Furto fervidus. Virg. 9. Æn. 350.

> —— hic furto fervidus inftat.

Ingenio fervidus. Ovid. 14. Met. 485.
Adolefcentia fervida. Sen. Octav. 8.
Animi fervidi vir. Liv. 2. 52.
Bella fervida. Sil. lib. 3. 365. V. Drakenb.
Cura fervida. Tibul. lib. 4. 12. 1.
Dicta fervida. Virg. 12. Æn. 894.
Genus dicendi fervidum quoddam & petulans & furiofum. Cic. de Clar. Orat. 241.
Oratio fervida. Cic. de Clar. Orat. 108. Appii Claudii volubilis, fed paulo fervidior erat oratio.
Virtus fervida. Catul. 62. 218.
Fervidus, cum gen. Sil. lib. 17. 414.

> Fervidus ingenii Mafaniffa, & fervidus ævi.

Compar. V. Oratio fervida. Cic. de Clar. Orat. 108.
Superl. Tempus diei fervidiffimum. Curt. 3. 5. 1.

FERVIDE, Adv. [ζεστῶς] Plaut. Trucul. 2. 4. 2. Fervide, ut tota floret, ut oleum nitide nitet. Al. Ver vide. & Ut olet, ut nitide n. l

FERVOR, ōris. m. [ζέσις] Calor vehemens. Plin. lib. 11. cap. 21. Indi furantur æftivo fervore aurum, erutum a formicis tempore hiberno.

Ætatis fervor. Cic. de Senect. 45.
Maris fervor. Cic. de Prov. Conf. 31.
Mentis fervor. Cic. 1. de Orat. 220.
Pectoris fervor. Hor. 1. Carm. 16. 24.
Igneus fervor. V. IGNIS.
Prono nimium fervore petitæ Italiæ. Claud. de Bell. Get. 476.
Siccis aër fervoribus uftus. Ovid. 1. Met. 119.
Acceffit fervor capiti. Hor. 2. Serm. 1. 25.
Infidet in venis & medullis fervor. V. INSIDEO.
Torret nimiis fervoribus ætherius fol. Lucret. lib. 5. 216.
Fervores, Aftra dixit Vitruvius 9. 4. Faciat, inquit, in his fervoribus retentiones. Alias & huic & Ciceroni Fervor eft Æther & calor. Turnebus Adverf. 22. 29.

FERVUNCŬLUS & FERBUNCULUS, i. m. Arnob. 2. p. 49. Fervunculum, fcabiem fanare. Elmenh. mavult Furunculum. Ferbunculus eft Th. Prifciano 1. 10.

FERŬLA, æ. f. [νάρθηξ] Herba quæ Græcis Narthex dicitur, foli Africæ cognita: fœniculo fimilis foliis & caule, nifi quod caulem habet multo altiorem & craffiorem, unde Clearchus ferulam effe dixit lignum & non lignum: tum propter craffitudinem caulis, tum quia caulis intus effet medullofus quemadmodum fœniculus, atque idcirco minus folidus & compactus. quapropter eo caule utebantur magiftri ludi litterarii apud antiquos ad feriendos pueros. Plin. lib. 13. cap. 22. Ferula calidis nafcitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata fcapis. Duo ejus genera, Nartheca Græci vocant affurgentem in altitudinem: Narthecyan vero femper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quæque terræ proxima. Cetero natura eadem quæ anetho, & fructu fimilis. Nulli fruticum levitas major, ob id geftata facilior baculorum ufum fenectuti præbet. Columel. lib. 3. de Arborib. cap. 22. ad finem.

Cædere ferula. Hor. 1. Serm. 3. 120.
Florentes ferulæ. Virg. 10. Ecl. 25.

> Florentes ferulas & grandia lilia quaffans.

Frangere ferulas dicitur is, In quo ferulæ franguntur. Juven. 6. Sat. 478.

> —— hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.

 Et nos

Et nos ergo manum ferulæ fubduximus. Juven. Sat. 1. 15. i. e. Nos quoque litteras didicimus, & præceptorum opera ufi fumus. Nam antiquitus litteratores difcipulorum manus ferula cædebant. Hinc Martial. lib. 14. 80. de ferulis. Invifæ nimium pueris, &c. Idem lib. 10. 62.

Ferulæque triftes, fceptra pædagogorum,
Ceffent. Notavit id eleganter Columel. in carmine lib. 10. 21.
Nec manibus mites ferulas. Ibid. 119.
—— ferulæque minaces
Plantantur.

A feriendo ferulam dicunt. Hac enim pueri vapulare folent. conf. Ifidor. 17. 9. Turneb. 11. 5.

Translate utitur Plin. lib. 8. cap. 32. §. 50. de Cervorum cornibus, Teneris increfcunt ferulis, molli plumata lanugine.

Ferula nominabatur etiam rudis laniftæ, qua fecernebatur & cognofcebatur. Dio. 72. p. 826. Pugnabat cum eo lanifta quispiam, vel etiam gladiator ferulas habens. conf. Lipf. Saturn. 1. 15.

Ferulæ etiam aptæ continendis offium fracturis. Celf. lib. 8. cap. 10. Budæus.

Ferula eft quod Paul. Ægineta, lib. 6. ναρθήκιον dicit, i. e. Levis illa lignea tabula, quæ fractis offibus folet circumponi. Nunc folent chirurgi ex denfiori papyro ferulas illas facere.

Accommodare ferulas, vulgus chirurgorum dicit *mettre des tringles, efclisses, ou attelles*. V. ACCOMMODO.

FERULACEUS, Adj. [ναρθηκοειδής] In modum ferulæ, vel Ferulæ fimilis. Plin. lib. 15. cap. 7. Et in Hifpania provenit repente altitudine oleæ, caule ferulaceo. Idem lib. 18. cap. 7.

FERULĀGO, ĭnis. f. [θαψία] Frutex, quem ferula humiliorem Theophraftus, ceterum omnino fimilem tradit. Cæl. Aurel. Acut. 2. 12. Thapfia, quam nos ferulaginem dicimus.

FERULEUS, a, um. Ex ferula factus. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. Alearis tabella, aut ferulea.

FERUS, a, um. V. FERA.

FERUS OCULUS, Herba eft, Afyla aliter dicta, quam in remedio pecora quærunt, fiquando anagallida feminam guftaverint. V. Plin. lib. 25. cap. 13.

## F E S

FESCENNIUM, i. n. Sive Fefcennia, orum. pl. Oppidum Campaniæ, inquit Servius, ubi nuptialia inventa funt carmina. Plin. 3. 5. Fefcennia Hetruriæ civitas dicitur: cujus populi ducunt originem ab Athenienfibus.

FESCENNĪNUS, a, um. ut Virg. 7. Æn. 695.
Hi Fefcenninas acies, æquosque Falifcos.

Fefcennini verfus, dicebantur Qui in nuptiis canebantur. Dicti quod ex urbe Fefcennina allati effent: five quod fafcinum putantur arcere. Hæc Feftus. Liv. 7. 2. Qui non, ficut ante, Fefcennino verfu fimilem incompofitum temere, ac rudem alternis jaciebant. Erant hi verfus omni obfcænitate & opprobriis pleni. Macrob. lib. 2. Saturn. 4. Temporibus triumviralibus Pollio, quum Fefcenninos in eum Auguftus fcripfiffet, ait, At ego taceo: non eft enim facile in eum fcribere qui poteft profcribere. Budæus.

Licentia Fefcennina. Hor. 1. Epift. 1. 145.

Locutio Fefcennina. Catull. 62. 126.

Apud Prudent. in Symmach. 1. 261. Fefcennina abfolute funt Cantica nuptialia, ut non adeo femper verfus obfcænitate pleni denotentur. De his auctores vide complures in Lex. Pitifc.

FESCENNIA, orum. n. pl. Joci lufusque nuptiales. Plin. 15. 22. Juglandes, nuptialium Fefcenniorum comites. Hard. Fefcenninorum.

FESCENNICOLA, æ. c. Sidon. 12. 2. Carmen Fefcennicolæ Diones.

FESNOÆ, vocabantur, Qui depellere fafcinum credebantur. Alii legunt, Fefcenninæ, vel Fafcennonea. Ex Fefto. Scalig. Fafcinoe, i. e. Fafcini.

FESSÆ, arum. f. pl. Reinef. Var. Lect. 3. 4. p. 394. Feffas ovium vocat Pediculos oves infeftantes, quas Plin. cum creta necari dicit. [Ubi? Immo carere pediculis dicit oves. lib. 11. 33. extr.

FESSONIA Dea apud veteres colebatur, ut feffos juvaret: ficut Pellonia placabatur, ut hoftes depelleret. Utriusque meminit Auguft. lib. 4. de Civit. Dei, 21.

FESSUS, Adj. [ἀπειρηκώς, κεκμηκώς] a Fero, fers derivatum; h. e. Fatigatus: Quoniam qui continue ferunt onera, facile fatigantur. Participium verbi Fatifcor, ut docet Prifcianus. Dicitur autem tam de Animo quam de Corpore, auctore Valla lib. 4. 99. Virg. 2. Ecl. 10.
Theftylis & rapido feffis mefforibus æftu. Sic Plin. lib. 7. cap. 52. Puerum æftu & itinere feffum.

Feffus de via. Cic. 1. Acad. 1.
Ætate feffus. Virg. 2. Æn. 596.
Bello feffus. Cic. 1. de Divin. Virg. 2. Æn. 109.
Curis feffus. Sen. Hippol. 247.
Curfu feffus. V. Vulnere feffum corpus.
Errore viarum feffus. Sil. lib. 15. 720.
Hieme feffi atque inopia. Tacit. 3. Hift. 56. 5.
Inedia fluctibusque feffum recreare. Cic. pro Planc. 26.
Luctu feffa. Ovid. 14. Met. 426.
Plorando feffus. Cic. 15. Att. 9.
Senecta feffus. Lucan. 3. 724.
Studiorum pondere feffus. Lucan. ad Pifon. 178.
Videndi fatietate feffus. Lucret. lib. 2. 1037.
Valetudinibus feffi. Tacit. 3. Hift. 2. Circo quoque ac theatris, & amœnitate urbis emollitos, aut valetudinibus feffos.
Via feffus. Ovid. 14. Met. 426.
Vita feffus. Plin. lib. 5. cap. 17.
Vulnere feffum corpus. Liv. 1. 25. Alter feffum vulnere, feffum curfu trahens corpus.
Feffus rerum. Virg. 1. Æn. 182.
Tum Cererem corruptam undis, Cereliaque arma
Expediunt feffi rerum. Ubi Servius, Feffi rerum, h.. Penuria fatigati. Et Feffus generale eft: dicimus enim Feffus animo: ut Virg. 8. Æn. 232.
—— ter feffus valle refedit. nimirum, Egens confilii. Et Feffus corpore: quod magis eft proprium. Et Feffus rerum, a fortuna venientium. Hactenus Servius. Feffi rerum, inquit Turnebus, funt Fatigati naufragii calamitate & tempeftatis jactatione: fic dixit, funt lacrymæ rerum, id eft calamitatum & rerum adverfarum.

Artus feffi. Virg. 4. Georg. 190.
Caput feffum viridi fummifit in herba. Ovid. 3. Met. 502.
Corpora feffa. Virg. 4. Æn. 522.
Dies feffa. Stat. 2. Silv. 2. 48.
Genis feffis obrepfit fomnus. Sen. Troad. 6.
Latus feffum depone fub lauru mea. Hor. 2. Carm. 7. 18.
Membra feffa. Ovid. 4. Epift. 90.
Naves feffæ. Virg. 5. Æn. 29.
Quoque magis feffas optem dimittere naves. Ubi Servius, Feffas naves, pro Nos feffos.
Oculos feffos furari labori. Virg. 5. Æn. 845.
Pectus feffum curis. Sen. Hippol. 2.
Senectus feffa. Lucan. lib. 2. 128.
Viator feffus. Hor. 1. Serm. 5. 17.
Virtus feffa. Sen. Hippol. 7.
Vox mihi feffa loquendo. Ovid. 3. Trift. 3. 85.

FESSŬLUS, a, um. dimin. Pfeudepigr. Petron. p. 228. Animula feffula.

FESTI, [Φῆστοι] Locus erat in ipfis urbis Romæ primordiis appellatus, intra quintum ab urbe & fextum lapidem, ubi Romani tunc terminus monftrabatur agri. V. Strab. lib. 5.

FESTĪNO, [σπεύδω, ἐπείγω, θέω, σπέρχομαι] āre. Properare, & accelerare greffum. Plaut. Epid. 1. 1. 73. Idem Afin. 1. 3. 5. Remigio veloque quantum poteris feftina & fuge. Cic. 14. Att. 21. pr. Eros autem feftinavit, ut ad me litteras Dolabellæ perferrentur. Ter. Heaut. 1. 1. 73. Video alios feftinare, &c.

Properare & feftinare. Cic. 9. Philipp. 6.
Feftinans adverfum Marium. Auct. de Viris Illuftr. cap. 76. Plin. lib. 7. cap. 20. Feftinat ad fratrem.
Ad eventum feftinare. Hor. de Arte Poet. 148.
In provinciam feftinare. Quintil. lib. 6. cap. 3. At M. Cœlius de illa C. Lælii, Collegæque ejus in provinciam feftinantium contentione.
Nihil feftinare. V. NIHIL.
Animus feftinat ad aliqua. Cic. 2. Philipp. 47.
Ad fingulare alicujus factum feftinat oratio. Cic. 1. Philipp. 3.
Effeda feftinant, pilenta, petorita, naves. Hor. 2. Epift. 1. 192.
Feftinare, Feftinanter conficere. Ovid. 11. Met. 575.
—— & jam, quas induat illa Feftinat veftes.
Fugam feftinare. Virg. 4. Æn. 575.
Mortem in fe feftinavit. Tacit. 4. Ann. 28.
Feftinare, Properare, turbari, trepidare. Salluft. Feftinantibus in fumma inopia patribus. Ter. Adelph. 3. 2. 25. Quid feftinas mi Geta? animum recipe. Donatus.
Feftino, cum infin. Juven. 9. Sat. 126.
—— feftinat enim decurrere velox
Flofculus, anguftæ miferæque breviffima vitæ Portio.
Feftinabimus emundare. Columel. 4. 27. pr.
Feftino effugere. Plin. lib. 9. cap. 8. Quintil. lib. 9. cap. 4. Finem imponere egreffo deftinatum modum volumini feftino.
Feftinare & Properare veteres voluerunt habere diftantiam. Cato in oratione quam de fuis virtutibus fcripfit, Aliud eft properare, aliud feftinare. Qui unum quid mature tranfigit, (al. Tranfit) is properat: qui multa fimul incipit, neque perficit, is feftinat. Verum utrorumque verborum ratio fub hac fignificantia proxima eft veritati, ut fit fæpe animi Properare ftudiofe ad res aliquas contendentis: Feftinare corporis neceffitatibus obfequentis. Virg. 4. Æn. 310.
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Ibid. 2. 373.
Feftinate viri: nam quæ tam fera moratur
Segnities? Nonius 5. 81. conf. Gell. 16. 14.

FESTĪNOR, [σπεύδομαι] paff. Tacit. de Mor. Germ. cap. 20. Nec virgines feftinantur. i. e. Cito ad conjugium abripiuntur.

FESTINANS, Partic. [σπεύδων] Plin. in Paneg. cap. 4. Ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec fine quodam munere deûm feftinantis fenectutis infignibus ad augendam majeftatem ornata cæfaries.

FESTINĀTUS, Partic. [ἐσπευσμένος] Plin. in Paneg. Quinimmo feftinatis honoribus amplificat atque auget, &c.
Calor feftinatus. Claud. 6. Conf. Hon. 224.
Honores feftinati. Lucan. lib. 8. 24.
Iter feftinatum facere. Ovid. 4. de Pont. 5. 8.
Labores feftinati. Stat. 1. Achil. 160.
Maturitas feftinata. Quintil. in prooem. lib. 6.
Mors feftinata. Tacit. in Vita Agric. 44. Ita feftinatæ mortis grande folatium tulit.
Prælium feftinatum. Tacit. 3. Hift. 15. 3.

FESTINABUNDUS, a, um. Val. Max. 2. 8. 5. Feftinabunda manu.

FESTINANTER, Adv. [σπευδόντως] Celeriter, & cito. Cic. 5. de Fin. 77. Illud mihi a te nimium feftinanter dictum videtur, fapientes omnes effe beatos. Idem 3. Att. 7.
Compar. Tacit. 15. Ann. 3. Occulto præcepto pofitius cuncta quam feftinantius agerent. Suet. Aug. cap. 29. feftinantius publicatum. Plin. 5. Epift. 17. pr. Feftinantius nuncio tibi. Plin. lib. 17. cap. 11. Quia feftinantius germinant.
Superl. Auguftin. Paulin. Epift. 250. Feftinantiffime refpondiffe.

FESTINANTIA, æ. f. l. 22. Cod. Theod. de Hæret. Et Bernard. in Vita Malachiæ.

FESTINATUS, ûs. m. Zeno, Veron. Quantus feftinatus populi.

FESTINATIO, ōnis. f. [ἐπείξις, σπουδή] Cic. pro Milon. 49. Quæ caufa cur Romam properaret? Cur in noctem fe conjiceret? Quid afferebat feftinationem? i. e. Quæ caufa feftinationis fuit?
Feftinatio & Otium, contraria. Cic. 3. de Orat 209. Quales ipfi quoque oratores, qua fint ætate, honore, auctoritate debet videri: tempus pacis an belli, feftinationis an otii.
Celeritas & feftinatio. Cic. pro Rofc. Amer. 97. conf. Liv. lib. 5. extr.
Feftinationis plena epiftola & pulveris. Cic. 5. Att. 14.
Ambitiofa feftinatio. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Adhibere feftinationem. Columel. lib. 11. cap. 2. Quo cautior villicus vel abftinere poffit operibus, vel feftinationem adhibere.
Ignofcere feftinationi alicujus. Cic. 5. Fam. 12.

Perdis

Perdit divisionem festinatio. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Præripere festinatione deorum immortalium beneficium. Cic. 14. Philipp. 5.
Properare ventis remisque in patriam omni festinatione. Cic. 12. Fam. 25.
In festinationibus non suscipiendæ nimiæ celeritates. Cic. 1. Off. 21.
Tollere alicui festinationem alicujus rei. Cic. 13. Att. 1.

**Festinator**, ōris. m. [σπεύστης] Quintil. 2. Decl. 19. Ecce cubiculi vestri fores, trepide festinatoris effringuntur impulsu. Ubi rectius legitur Trepidæ festinationis.

**Festinate**, Adv. Tacit. 15. Ann. 3. Occulto præcepto, compositius cuncta, quam festinatius agerent.
Compar. Gell. 10. 11. Cum significandum est, coactius quid factum & festinatius. [Nisi Festinantius apud utrumque legendum.

**Festinatim**, pro Festinanter. Pompon. Asin. Exsilivi de nocte ad molam fullone festinatim. Sisenn. Histor. lib. 4. Prætor festinatim de castellis ad castra maxima pedites conduxit. Nonius, 11. 37.

**Festinato**, [ἐσπευσμένως] Adv. Plin. lib. 18. cap. 10. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quam nihil præparato, nihil festinato fecisse videtur Milo!

**Festīnus**, [ἐπισπερχής] Adj. Celer.
Canities festina venit. Claud. de Nupt. Hon. 325.
Cursu festinus anhelo. Ovid. 11. Met. 348.
Senectus festina. Valer. 4. Argon. 470.
Virtus cruda festinaque. Stat. 9. Theb. 716.

**Festīnis**, e. Adj. antiquum, pro Festinus. Titinn. lib. 5. Nunc hoc uror, nunc hæc res me facit festinem. Nonius 8. 3.

**Festīne**, Adv. Cic. 4. Att. 14. Siquid forte de comitiis, de Republica (soles enim tu hæc festine odorari) scribas ad me.

**Festivitas**, **Festivus**. V. festus.

**Festram** antiqui dicebant, quam nos Fenestram. Auctor Festus.
Festra, Ostium minusculum in sacrario, ab Fenestra, per detractionem mediæ syllabæ. Festus. Macrob. 3. Saturn. 12. Antonius Gnipho in eo volumine quo disputat quid sit Festra, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est. Sic interpretes legendum censent in Plaut. Cas. 1. 1. 44. Concludere in festram firmiter. Adde ad h. l. Lips. Elect. 2. 15. p. 53.

**Festūca**, æ. f. [κάρφος] dicitur Arboris novellæ, & cujusque sati pullulus. A Fœnore deducit Festus, atque ideo per œ a nonnullis scribitur. Columel. lib. 8. cap. 15. Per quos festucæ, surculique in aviariis passim spargendi sunt, ut colligere possint aves, quibus nidos construant. Plin. lib. 9. cap. 10. Feminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aversæ. Idem 18. 27. Cum herba creverit in festucam.
Festuca item Avena inanis. Plin. 18. 17.
Festuca quoque dicebatur Virga quam solebant Romani injicere in corpus ejus, quem manumittebant, servi: ut docet Plutarchus in libello de His qui sero puniuntur a Deo. Plaut. Mil. 4. 1. 15.
Quid ean' ingenua: an festuca facta e serva libera est?
Pers. 5. Sat. 88.
Non in festuca lictor quam jactet ineptus. Eadem etiam Vindicta dicebatur, eo quod hominem libertati vindicet. V. Voss. Lex. Etymol. vel Politian. Miscell. cap. 98.

**Festucula**, æ. f. dimin. Pallad. 5. 8.

**Festūco**, āre. Cato R. R. cap. 18. Fundamenta prius festucato. rectius Fistucato. V. fistuco.

**Festucarius**, Adj. Gell. lib. 20. cap. 10. extr. Idcirco Ennius significare volens bellum, non, ut ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex jure manu consertum, sed bello, ferroque & vera vi atque solida. Quod videtur dixisse conferens vim illam civilem & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.

**Festus**, Cognomen Romanarum aliquot familiarum. Festus Domitiani amicus, qui cum mentagra usque ad desperationem laboraret, gladio se trajecit, prius tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial. lib. 1. 79. describit,
Indignas premeret pestis quum tabida fauces, &c.
Pompejus Festus. V. pompejus.

**Festus**, Adj. [ἑορτάσιμος, ἑορτάσιμος] Solenniter lætum & feriatum significat, inquit Nonius. Proprie ad diem pertinet. Festi itaque dies erant, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel dies diurnis epulationibus celebrabantur, vel ludi in honorem deorum fiebant, vel feriæ observabantur. V. Lucret. 5. 1166. Plaut. Aulul. 2. 8. 10. Festo die siquid prodegeris, profesto egere liceat, nisi pepereris. Liv. 2. 21. His coss. ædes Saturno dicata: Saturnalia institutus festus dies. Virg. 1. Georg. 268.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & jura sinunt.
Festus dies hominis. Ter. Eun. 3. 5. 12. O festus dies hominis: amice salve. Donatus, O festus dies, Utrum quia causa est festi ac læti diei? an quia ipse tantus sit quantus est festus dies? vel pro, Homo festi diei. Turnebus vero sic, Festus dies hominis, mira quadam & nova dicendi ratione, pro Fausto homine, & auspicato, & optato dicitur, translatione ducta a diebus festis: contra, Profestum facere, referente Festo, dicebatur, Qui ferias vitiabat, & profanabat inauspicatasque reddebat & profanas. Hæc ille. conf. Plaut. Cas. 1. 49. [Dicitur, ut Mea festivitas. V. infra.
Agere festum diem, est Genio & voluptatibus indulgere, apud Justin. 38. 7. 6.
Agere adventus alicujus dies festos. Cic. pro Sext. 131.
Acti & instituti dies festi. Cic. pro Milon. 9.
Agitantur dies festi. Cic. 4. Verr. 154. Virg. 2. Georg. 527.
Agere anniversarios dies festos. Cic. 6. Verr. 107.
Celebrare dies festos ludorum. Cic. pro Arch. 13.
Festi atque solennes dies sunt adventu redituque alicujus celebrati. Cic. in Pison. 51.
Sub dies festos aliquid esse. Cic. 2. Q. frat. 1.
Arces festæ Palladis. Ovid. 2. Met. 712. In quibus celebrabantur festa Palladis.
Aures festæ vocantur Claudiano, Quæ jocis, & lætis sermonibus audiendis commodantur. Sic enim de Bell. Get. 266.
Mandemusque Noti flabris quoscunque timores
Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?
Cervix festa, pro Læta & jucunda. Plin. lib. 3. cap. 5. de Italia loquens, Urbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa cervice facies, quo tandem narrari queat opere?
Choreæ festæ. Ovid. 8. Met. 746.
Clamor festus. Plin. 2. Epist. 17.
Convicia festa. Lucan. lib. 2. 369. de Catonis & Martiæ nuptiis,
Non soliti lusere sales, nec more Sabino
Excepit tristis convicia festa maritus. h. e. Ridicula dicteria, & versus fescenninos atque procaces in nuptiis cantari solitos.
Corona festa tegi. Ovid. 10. Met. 598.
Cultus festus. Sen. Troad. 10.
Dapes festæ. Hor. Epod. 9. 1. V. daps.
Fronde festa velare delubra deorum. Virg. 2. Æn. 249.
Licentia festa. Quintil. lib. 6. cap. 3. p. 530. Quin illæ ipsæ, quæ dicta sunt, ac vocantur, quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, &c.
Lux festa. Tibul. lib. 2. 1. 29. Hor. 4. Carm. 6. 42.
Pagus festus, Festa celebrans. Hor. 3. Carm. 18. 11.
Pax festa. Plin. lib. 2. cap. 46. Nunc vero pace tam festa, tam gaudente proventu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci nova inquisitione, immo ne veterum quidem inventa perdisci. Ovid. 2. Met. 795.
Ritus festi lætique. Tacit. 5. Hist. 5. extr.
Tempus festum. Hor. 2. Epist. 1. 140.
Compar. Claud. 3. Conf. Hon. 3. Festior annus eat.
Superl. Festissimi dies, apud Vopisc. in Tacit. cap. 11.

**Festum**, i. n. [ἑορτή, πανήγυρις, τελετή] ut, Solenne festum. Ovid. 2. Fast. 247.
Annua festa celebrare. Ovid. 10. Met. 431.
Casta festa. Ovid. 2. Amor. 13. 3.
Conjugialia festa. Ovid. 5. Met. 3.
Florale festum. Ovid. 4. Fast. 947. Al. Florale sacrum.
Matralia festa. Ovid. 6. Fast. 533. V. Matralia, in mater.
Palilia festa. Ovid. 14. Met. 774. Al. Parilibus. V. parilia.
Quinquatria festa. Hor. 2. Epist. 2. 197. V. quinquatria.
Terminalia festa. Hor. Epod. 2. 59. V. terminalia.
De Festis ancillarum, Cybeles, Fortunæ, Jani, Vestæ, Vindemiarum, Virtutis atque Honoris. V. Lex. Pitisc.
Agere festum genialiter. Ovid. 11. Met. 95.
Celebrare festum. Ovid. 4. Met. 113.
Parare festa alicui. Ovid. 2. Fast. 247.

**Festīvo**, āre. Onom. Festivo, ἑορτάζω. Quidam Lucretio tribuunt, sed non occurrit.

**Festīvus**, Adj. [εὐτράπελος, εὐπρεπής, τερπνός] Jucundum & lepidum significat. Plaut. Mil. 2. 1. 5. Ter. Adelph. 5. 9. 26. O mi pater festivissime. Cic. 5. Verr. 29. Quid isto festivius fore arbitramur, qui, &c.
Acroama festivum. Cic. 6. Verr. 49.
Area festiva. Plin. 2. Epist. 17. Quibus parvula, sed festiva area includitur.
Caput festivum, per ironiam, pro Lepido & jucundo homine. Ter. Adelph. 2. 3. 8. Quid sit? illius opera, Syre, nunc vivo, festivum caput.
Dies festivus. V. paulo post in festivitas.
Filius festivus. Cic. pro Flacco, 91.
Homo festivus. Cic. 2. de Orat. 277.
Locus festivus. Plaut. Mil. 2. 1. 5. Idem Pseud. 5. 1. 9. Ita magnis munditiis digni habiti, atque loco festivo festive accepti sumus.
Ludi festivi. Plaut. Casin. 4. 1. 2.
Puer festivus. Cic. 1. Att. 12.
Sermo festivus. Cic. 1. Off. 108. De Græcis autem dulcem & facetum, festivique sermonis.

**Festivĭtas**, ātis. f. [εὐτραπελία] Jucunditas & lætitia quædam in dictis. Plaut. Capt. 4. 1. 3. Idem Casin. 3. 3. 14. Quid agis mea festivitas? Ter. Eun. 5. 9. 18. An fortunam collaudem, &c. an mei patris festivitatem & facilitatem? Festivitas (ait Donatus) in dictis, Facilitas vero in animo & factis. Festivitatem, lætitiam: ut Festivus dies est.
Festivitas, splendor, concinnitudo in oratore. Cic. 1. de Invent. 25. Cic. de Clar. Orat. 177. Festivitate igitur & facetiis, &c.
Perpetua festivitas. Cic. 2. de Orat. 210.
Abuti insolentius festivitatibus. Cic. in Orat. 176.
Imaginem antiquæ & vernaculæ festivitatis in aliquo agnoscere. Cic. 9. Fam. 15.
Festivitate, & venustate conjuncta vis dicendi. Cic. 1. de Orat. 243.
Sermonis festivitatem debet habere narratio. Auctor ad Heren. lib. 1. 13.

**Festīve**, [τερπνῶς] Adv. Cic. 2. Q. frat. 15. Quanquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.
Contexitur festive crimen. Cic. pro Deiot. 19.
Dicere belle & festive. Cic. 2. de Orat. 99.
Dissolvere festive aliquid. Cic. 2. de Divin. 35.
Tradit festive elementa loquendi Dialectica. Cic. 4. Acad. 92.
Superl. Gell. 9. 15. extr. Atque ibi Julianus, festivissime, Nolite quærere, inquit. Idem 13. 4. Olympiadem festivissime rescripsisse legimus Alexandro.

**Festīviter**, Adv. antiquum pro Festive. Nævius Geminis, O domus parata pulchræ familiæ festiviter. Ex Nonio, 11. 10. Hoc in primis delectatus est Gellius. V. lib. 1. cap. 2. & 22. 18. 8. &c.

**Fesulæ**. V. fæsulæ.

## F E T

**Fetialis**. V. fecialis.

## F E U

**Feudum**, a Fide deductum putatur verbum, quam hi qui vaſſalli appellantur, hoc eſt, quaſi coloni, ei a quo prædium accipiunt, dant, ſe pro illius ſalute vitam, ſi res poſtulet, & ſanguinem profuſuros. Quam conſuetudinem Franciſcus Connanus ab antiquis Gallis deductam exiſtimat, de quibus Cæſar lib. 3. Bell. Gall. 22. ſcribens, dicit eos, qui opibus valerent, multos habuiſſe devotos, quos ſecum in bellum ducerent, *ſoldurios* ſua lingua nuncupatos: quorum hæc erat conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ dedidiſſent. Quod ſi quid his per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſciſcerent. Voſſius de Vit. L. L. hanc Gothicam vocem nominat, eamque tolerari poſſe ſcribit.

**Feudalis**, e. &

**Feudarius**, a, um. apud Jurisconſ.

## F E X

**Fex.** V. FÆX.

## F I

**Fi**, Imperativus ex Fio. q. V.

**Fi, fi**: Vocula, qua fœtidos abigimus.

## F I B

**Fĭber**, fibri. m. [κάστωρ] Animal in Ponto frequens: ſic dictum ab extremis oris amnium quas colit, & ubi maxime ſolet videri. Plin. lib. 8. cap. 30. Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc ſe peti gnari: caſtoreum id vocant medici, alias animal horrendi morſus, arbores juxta flumina ut ferro cædit, hominis parte comprehenſa, non ante quam fracta concrepuerint oſſa, morſus reſolvit. Cauda piſcium iis, cetera ſpecies lutræ. Utrumque aquaticum, utrique mollior pluma pilus. V. CASTOR. Copioſe Geſnerus, Hiſt. Quadrup. p. 344. Fiber, Genus beſtiæ quadrupedis, ut inquit Feſtus. Plaut. 2. Fragm. 10. Sic me ſubes quotidie, quaſi fiber ſalicem. V. p. p. FIBRA.

Avius fiber. Sil. lib. 15. 486.

**Fibrīnus**, Adj. [καστόρειος] Plin. lib. 17. cap. 28. Fibrina pelle detergunt. Sic lib. 32. cap. 9.

**Fībra**, æ. f. [ἴνιον, λοβὸς] Extrema fluminum ora, teſte Feſto, quaſi Finibra. Item Jecoris & cordis & cujuscunque viſceris extremæ partes, Fibræ dicuntur. Varro de L. L. 4. 13. Fiber, inquit, ab Extrema ora fluminis dextra & ſiniſtra, maxime quod ſolet videri: & antiqui Fibram dicebant Extremum; unde & in toga extrema, Fimbriæ, & in jecore extremum, Fibra: hinc Fiber dictus. Lucan. lib. 1. 618.

—— pulmonis anheli
Fibra latet.

Et Fibras litantes, pro ipſis Viſceribus, ſive Extis viſcerum dixit, lib. 6. 524. conf. Voſſ. Lex. Etymol. Virg. 6. Æn. 600.

—— nec fibris requies datur ulla renatis.

Celſ. lib. 4. cap. 1. Pulmo ſpongioſus, ideoque ſpiritus capax, & a tergo ſpinæ ipſi junctus, in duas fibras ungulæ bubulæ modo dividitur. Perſ. 1. Sat. 47.

—— neque enim mihi cornea fibra eſt.

i. e. Non ſunt mihi ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar. Budæus. [ Hic Fibræ non ſunt extrema viſceris, ſed ipſius partes in quas ſcinditur, Græci λοβὰς & ἀπο χάσεις vocant. Sic memini me alicubi & de ungulis fiſſis quadrupedum poſitum legere, niſi fallor, ut Celſ. l. c. innuit.

Fibræ in ſanguine, ſunt partes craſſiores concretioresque, quales ſunt quas lanii e ſanguine porcino eximunt hodie, ut farcimina fiant. Bud.

In extis fibra quid valeat. Cic. 1. de Divin. 16.

Venæ calentes fibrarum. Lucan. lib. 1. 582.

Pecudum fibræ. i. e. Exta. Virg. 10. Æn. 176.

Quod latet arcana non enarrabile fibra. Perſ. 5. Sat. 29.

Conſcia fibra deorum. Tibul. lib. 1. 8. 3. V. Brœkh.

Minaces fibræ. Virg. 1. Georg. 484.

Pellucentes numerare in pectore fibras. Ovid. 6. Met. 391.

Fibræ, Venarum prætenues meatus, per quos ſudor tranſpirat. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium jecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur, totidemque inveniri, quotum lumen ejus ſit. [ Immo Lobi, ut ſupra.

Fibræ, Minutæ radices arborum, herbarumque extrema velut fila. Plin. lib. 17. cap. 10. de arborum ſationibus ait ſolum eligi oportere quam minime rimoſum, ne penetrans ſol exurat fibras. Virg. 1. Georg. 120.

—— & amaris intuba fibris.

Columel. lib. 6. cap. 10. Porri etiam ſuccus cum oleo vel ipſa fibra. Cic. de Senect. 51. Idem 3. Tuſc. 3. Radicum fibras evellere.

**Fibrātus**, Adj. [ἰνωτὸς] ut, Fibrata radix ceparum modo. Plin. lib. 25. cap. 5. Idem lib. 27. cap. 12. Radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata.

**Fibrenus**, Fluvii in Latio nomen, apud Cic. 2. de Legib. 6. qui in Lirim præcipitat. Idem ibid. 1. In Fibreno flumine inſula. Al. Fibrinus.

**Fibŭla**, æ. f. [πόρπη, περόνη] Quicquid ſtringit ac connectit. V. Iſidor. 29. 31. In Gloſſ. antiq. περόνη, & φίβλιον, & φίβλα exponitur. Aliquando eſt, Circulus, & proprie Ornamentum cinguli ad veſtem ſubligandam. Virg. 4. Æn. 139.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Plin. lib. 33. cap. 1. Fabricam etiam deûm fibulas, & alia muliebris cultus. Fibula eſt, quæ vulgo *Agrapha* dicitur. Budæus. Accipitur etiam pro Cingulo: tuncque a parte totum intelligimus. [ubi Nam?

Ferrea fibula. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem. Ovid. 8. Met. 318.

Tereti gemma fibula. Virg. 5. Æn. 313.

De fibulis plura V. apud Pignor. de Serv. p. 82. & Joh. Rhodii diatrib. de Acia Corn. Celſi.

Fibulis aureis donabantur antiquitus milites. Liv. 39. 31. Quintius alter Prætor ſuos equites catellis ac fibulis donavit. Idem 27. 19. V. Hug. de Mil. Equeſtr. 5. 1.

Fibula, Circulus æneus. Columel. de Bobus, lib. 6. cap. 5. Ænea fibula pars auriculæ latiſſima circumſcribitur, ita ut manante ſanguine, tanquam O litteræ, ductus appareat orbiculus. Quo in loco rectius ex vetuſto codice legitur, Ænea ſubula.

Fibulæ, Quibus vulnera contrahuntur. Celſ. lib. 5. cap. 26. §. 23. de glutinatione vulnerum, Si vero in carne vulnus eſt, hiatque, neque in unum oræ facile attrahuntur: ſutura quidem aliena eſt: imponendæ vero fibulæ ſunt (ἀγκτῆρας Græci nominant) quæ oras, paulatim tamen, contrahant, quo minus lata poſtea cicatrix ſit. V. Rhodium l.c.

Fibulæ in ædificiorum ſtructura ſunt, quas vocant *Claves*, trajecta veluti tranſtilla per trabium capita. Noſtri ferreis ſubſcudibus armillata trabium capita trajiciunt, atque ita retinent. Pariſini artifices *Anchoras* vocant. Vitruv. lib. 1. cap. 5. Tum in craſſitudine ejus, perpetuæ taleæ oleagineæ uſtulatæ quam creberrime inſtruantur, uti utræque muri frontes inter ſe (quemadmodum fibulis) his taleis colligatæ, æternam habeant firmitatem.

Eſt & Fibula, quam Græci περόνην vocant, veluti Axiculus, ſive Subſcudicula, aut Claviculus, quo trajiciuntur tignorum capita, ut duci poſſint, quo imæ partes divaricentur. Vitruv. lib. 10. cap. 2. pr. Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, & a capite fibula conjuncta, & in imo divaricata, eriguntur funibus in capitibus collocatis, & iis item circa diſpoſitis erecta retinentur.

Fibulis tigna conjuncta. Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. V. Lipſ. Poliorc. 2. 5. & Turneb. Adverſ. 8. 6.

Fibula item uſui fuit ad reprimendum coitum. Unde ſcribit Corn. Celſ. lib. 7. cap. 25. extr. Adoleſcentulos infibulari ſolitos, interdum vocis, interdum valetudinis cauſa. Ejus autem infibulationis ratio eodem auctore hæc fuit. Cutis, quæ ſuper glandem eſt, extenditur, notaturque utrinque a lateribus atramento, qua perforetur, deinde remittitur. Si ſuper glandem notæ revertuntur, nimis apprehenſum eſt, & ultra notari debet: ſi glans ab his libera eſt, is locus idoneus fibulæ eſt. Tum qua notæ ſunt, cutis acu filum ducente tranſuitur, ejusque fili capita inter ſe deligantur, quotidieque id movetur, donec circa foramina cicatriculæ fiant. Ubi hæ confirmatæ, exempto filo fibula additur, quæ quo levior, eo melior eſt. Hæc Celſ. conf. Ulit. ad Nemeſ. 93. Ferrar. de Re Veſtiar. part. 2. 1. 16. ſeq. vel Smet. in Antiq. Neomag. p. 81. Rhodius l. c. & ſ. l. INFIBULO. Erat autem hæc fibula, Annulus tenuiſſimus vel aureus, vel argenteus, vel æneus, qui præputio utrinque ſuper glandem perforato inſerebatur. Juvenal. 6. Sat. 73. de mulierum hiſtriones amantium impudicitia,

Solvitur his magno comœdi fibula.

Rurſus ibid. 378.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem vendentis Prætoribus.

Nec ſolum Annulus erat hæc fibula, ſed Subligaculum quoque, quo hiſtriones utebantur tum ad inguina tegenda, tum ut a coitu cohiberentur, ne vox eorum ob coitum rauceſceret. Martial. lib. 7. 81.

Menophili penem tam grandis fibula veſtit,
  Ut ſit comœdis omnibus una ſatis.
Hunc ego credideram (nam ſæpe lavamur in uno)
  Sollicitum voci parcere, Flacce, ſuæ.
Dum ludit media, populo ſpectante, palæſtra,
  Delapſa eſt miſero fibula: verpus erat.

Verpus. i. e. Judæus recutitus, proinde nolebat inſpici.

Utrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit? Lact. de falſa rel. lib. 1. cap. 16. H. St. Ex Seneca de Jove hæc profert, liberos tollere deſinente.

**Fibla**, æ. f. contracte legitur apud Apic. 8. 7.

**Fibŭlo**, [περονάω] āre. Velut fibula conjungere. Columel. lib. 1. cap. 6. Omnesque parietum & ſoli juncturæ teſtaceis pulvinis fibulantur. Fibulantur, h. e. Alligantur, & quibusdam quaſi fibulis coagmentata connectuntur. Teſtacei autem pulvini in pavimentis dicuntur Coagmenta ſpicata, & loricationes, quibus ad regulam perfricantur, ut nullæ lacunæ inſint. Et ſunt quaſi extantes cumuli.

**Fibulatio**, ōnis. f. Vitruv. lib. 10. cap. 3.

**Fibulatus**, a, um. Fibulis inſtructus, ut Pallia fibulata. Vopiſc. in Prob. cap. 3.

**Fibulatorius**, vel **Fiblatorius**, a, um. Quod fibula ſtringitur. ut, Saga fibulatoria. Treb. Poll. in Regillan. Tyrann.

Indumentum etiam fibulatum. Gloſſ. Gr. Lat. abſolute πόρπη, Fibulatorium. [ Hic eſt ipſa Fibula, vel Id quo fibulatur veſtis.

**Fibularenses**, Hiſpaniæ citerioris populi, in conventu Cæſarauguſtano, inter ſtipendiarios a Plinio collocati, lib. 3. cap. 3.

## F I C

**Ficana**, [Φίκανα] Oppidum in Latio, Romæ propinquum, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

**Ficaria, Ficarius, Ficatum.** V. FICUS.

**Fĭcēdŭla**, æ. f. ſec. ancip. [δαυλία] Avis a ficu ſic dicta: quod ea, ut inquit Varro de L. L. 4. 11. ficu pinguis fiat. Gell. lib. 19. cap. 8. Hi negant ullam avem præter ficedulam totam comeſſe oportere. Budæus. conf. Gell. 15. 8. Martial. lib. 13. 49. ſub hoc lemmate:

Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus uvis:
  Cur potius nomen non dedit uva mihi?

Plin. lib. 10. cap. 29. Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul coloremque mutant. Hoc nomen nonniſi Autumno habent, poſtea Melancoryphi vocantur.

Cærea ficedula. h. e. Cærei coloris præ pinguedine. Martial. lib. 13. 5.

Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo.

Quo loco ſecunda ſyllaba producitur, quam tamen Juven. 14. Sat. 9. corripit,

Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

V. Pitiſc. in Suet. Tiber. cap. 42. n. 6.

Fuit & Vicus Romæ ita vocari ſolitus. [Niſi cum Ficeliis confunditur.

FICEDULENSIS, e. Plinio est, Qui id genus aves curat. Plauto contra; Qui Romæ in vico hoc nomine insignito degit, Capt. 1. 2. 60. [ Ita in Lipf. Thef. Verum Plinio Ficolenses, qui Ficilienses Frontino de Col. ab Oppido Ficulnea, de quo infra. V. Plautus autem, solito sibi joci genere, paulum detorto eodem nomine, ad Ficedularum venditores alludit.

FĪCELIÆ, arum. f. pl. Locus in monte Quirinali, ubi habitabat Nepos vicinus Martialis: qui lib. 6. 27. sic scribit,

Bis vicine Nepos, nam tu quoque proxima Floræ
Incolis, & veteres tu quoque Ficelias. conf. Donat. de Urb. Rom. 3. 15. Nardin. Rom. vet. 4. 9. vel Lex. Pitisc.

FICOLEA, Palus ficulneus. Festus.

FICOLENSES. V. FICULNEA.

FICTE, FICTILIS, FICTOR. V. FINGO.

FICTUS, barbaro vocabulo pro Emphyteutica pensione, mercedeque meliorationis accipitur, videturque Alciato Latine dici posse Colonarium.

FĪCUS, secundæ vel quartæ decl. f. [ σῦκή, σῦκον ] Arbor ficus ferens. Plin. lib. 16. cap. 26. Fructum perdunt facillime ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem lib. 16. cap. 31. Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyssima. Sic Cato cap. 42. Juvenal. 10. Sat. 145. —— ad quæ

Discutienda valent sterilis mala robora fici.

Arbor fici. Cic. pro Flacc. 41. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti.

Quartæ decl. Cic. 2. de Orat. 278. Cui quum quidam familiaris quereretur, quod dixerat uxorem suam suspendisse se de ficu.

Densissima pomis ficus. Ovid. 2. Fast. 253.

Inarescens ficus a rore. V. INARESCO.

Ficus, fructus, secundæ etiam decl. & quartæ, fem. similiter gen. Plin. lib. 15. cap. 18. E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. Martial. 7. 70.

— ficus non habet unus ager. Al. Ficos. Hor. Epod. 16. 46. Suamque pulla ficus ornat arborem. Varro 1. de R. R. cap. 41. Fici, inquit, semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulo post, Tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, & eas quum inaruerint complicant.

Ficum, pro fructu, masc. gen. probant nonnulli ex corrupto loco Plinii, lib. 16. cap. 25. qui nunc sic legitur, In ficis mirabiles sunt & abortus, qui nunquam maturescunt.

Ex fici tantulo grano terra tantos truncos ramosque procreat. Cic. de Senect. 52.

Aridæ ficus. V. ARIDUS.

Ficus anus. V. ANUS.

Pingues fici. Hor. 2. Serm. 8. 88.

Ficos biferas, nove dixit Suet. in August. cap. 76. pro Fructu arboris biferæ, de qua V. Torrent. & Turneb. Adverf. 18. 4.

Ficus Cypria, ut Theophrastus auctor est lib. 4. cap. 11. de Plant. hist. sycomoro similis est, fructum edens caudice ramisque crassissimis. Differt tamen ab illa, quod germen quoddam emittit sine ullis foliis, radiculæ simile, cui fructus præpilatur. Caudex arboris magnus, & Populo albæ proximus, ejusque folia ulmum repræsentant. Quater anno fructum fundit, sed nullum ad maturitatem perducit, nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoque lacte. Dulcedo ficubus non absimilis, & interna grossis plane conveniunt: magnitudo autem pruni est. Hæc Theophrastus.

De Ficu Navia, Ruminali & Velabrensi, V. Lex. Pitisc.

Ficus, Morbus, de cujus decl. jocatur. Martial. lib. 1. 66. Al. 33. Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci.

Dicemus ficos, Cæciliane, tuos. Sunt qui hoc loco Ficus legant, & superiore versu Ficos. Corn. Celf. lib. 6. cap. 3. Est etiam ulcus quod a fici similitudine, Græcis σύκωσις nominatur. Caro excrescit, & id quidem generale est. Sub eo vero duæ species sunt, Alterum ulcus durum & rotundum est, alterum humidum & inæquale. Ex duro, exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris. Fit vero utrumque in his partibus quæ pilis conteguntur. Sed id quidem quod callosum & rotundum, maxime est in barba: Id vero quod humidum, præcipue est in capillo. V. Dalechamp. ad Plin. lib. 15. cap. 20.

FICŬLUS, i. m. dimin. [ συκίδιον ] pro Parva ficu. Plaut. Stich. 5. 4. 8.

— hoc convivium est

Pro opibus nostris, satis commodule nucibus, fabulis, ficulis. conf. Curt. 4. 1. 19. [ Sic in Lipf. Thef. At frustra hunc locum Curtii quæres.

FICĒTUM, i. n. [ συκών ] Locus ficis consitus. Varro 1. 41. Ficusque densa materia non est, ideo sequitur calidiorem: quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Martial. 12. 33.

Nil nisi ficetum nunc Labienus habet. Hic pro Corpore ficoso, sive ficis pleno, ambigue dictum videtur

FICĀRIUS, Adj. [ συκοφάγος ] Qui libenter comedit ficos. Plin. lib. 11. cap. 35. Ficarios culices caprificus generat.

Ficariæ crates. Cato cap. 48. Eo sarmenta aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem.

FICARIA, æ. f. [ συκία ] pro Ficu arbore, vel potius Ubi fici conseruntur. Pallad. lib. 4. 10. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

FĪCARIA, æ. f. Insula Sardiniæ propinqua. Plin. lib. 3. cap. 7. Hodie *Isola rossa.*

FICĀTUM, i. n. [ συκωτὸν ] Jecur aprugnum, aut Suillum arida ficu saginatum. V. Apic. 7. 3. & Plin. 8. 51. conf. Marcell. Empir. Gloss. Isid. Turneb. Adverf. 13. 17. Lex. Etym. Mart.

FICITAS, ātis. f. dictum ut Olivitas; i. e. Fructus fici. Nævius, Ficitores omnes cupiunt ficitatem, merx est fine molestia. Ex Nonio, 2. 317.

FICITOR, ōris. m. [ συκόφιλος ] Ficorum amator, seu Ficorum collector. Nævius l. c. [ An potius Cultor fici, ut Vinitor vineæ?

FICOSUS, a, um. Ulceribus, quæ fici vocantur, plenus. Martial. 7. 70.

Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus.

Superl. in Priapeis Carm. 50. Ficosissima me puella ludit. [ Puto, Fucosissima legendum. V. FUCOSUS.

FICOSITAS, Ipsa hujusmodi ulcerum copia. Perott.

FĪCULNUS, Adj. [ συκινὸς ] Quod est arboris fici, aut ex fico arbore. Hor. 1. Serm. 8. princ.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Machæra ficulna, Præsidium ficulnum, atque Viri ficulni, proverbialiter dicuntur pro Infirmis atque inutilibus. Ficus enim mollis est planta, & ligna ejus nullius usus. V. Mich. Apost. Cent. 17. Prov. 79.

FICULNĔUS, Adj. [ σύκινος ] Idem quod Ficulnus. Plin. lib. 15. cap. 28. Sunt & ficulnei caules. Legitur & Ficulni. Cato R. R. cap. 31. Fibulæ unde fiant aridæ, iligneæ, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ. Sic Varro 3. de R. R. cap. 16. Ficulnea ligna.

Arbor ficulnea. Columel. lib. 5. cap. 11.

Cacumina ficulnea. Pallad. Mart. cap. 10.

FICULNEUS Portus [ Συκινὸς λιμὴν ] est Straboni, Euxino mari propinquus, & a quodam promontorio, quod fretum quinque stadiorum angustat, stadiis quinque & triginta distitus. Hæc ille lib. 7.

FICULNEA, æ. f. Vetus Latinorum oppidum, a Tarquinio Prisco captum. Liv. 1. 38. Hinc

FICULNENSIS, FICULENSIS, vel FICOLENSIS. Adj. Incola ejusd. Via Ficulnensis olim dicta, post Nomentana ad sacrum montem ducens. Liv. 10. 3. & 3. 52. pr.

Ficolenses. Plin. lib. 3. cap. 5. & 12. ubi V. Hard.

Ficulense, scil. Prædium. Cic. 12. Att. 34.

## F I D

FID. Fides, Fidelis, Fiducia. FID. D. Fide dignus. FID. EXERCIT. Fides exercituum. FID. F. Fidelis filius, vel frater; Fideliter factum. FID. IMP. Fides imperatoria. FID. INTEM. Fides intemerata. FID. INTER. Fides interposita. FID. M. Fides mea, vel militum. FID. P. C. Fides Patrum Conscriptorum. FID. P. R. Fides populi Romani. F. I. D. P. S. Fieri jussit de pecunia sua. FID. R. Fide regia. FID. R. P. Fide Reipublicæ. FID. S. Fidelis servus. FIDVC. HER. Fiduciarius heres.

FIDEICOMMISSUM, FIDEJUBEO, FIDEJUSSOR. V. FIDES, fidei.

FIDELIA, æ. f. Genus vasis Samii. V. Non. 15. 5. & Buleng. de Conviv. 4. 16. Perf. 3. Sat. 73.

Disce, nec invideas, quod multa fidelia putet
In locuplete penu. Plaut. Aul. 4. 2. 15. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Columel. lib. 12. cap. 38. In fictili fidelia sicco loco reponuntur.

Non cocta fidelia. Perf. 3. Sat. 22.

Tumet alba fidelia vino. Perf. 5. Sat. 183.

Vitrea fidelia. Columel. lib. 12. cap. 56. Medullam ejus concisam in fideliam vitream, vel novam fictilem conjicito. Fideliam lingua Gallica *Filietam* corrupto vocabulo dici Budæus in lib. 5. de Asse dicit.

Fidelia, Chordæ genus creta illitæ, qua utuntur fabri lignarii, vel alii ad lineas sui operis designandas. [ Hæc temere posita sunt.

De eadem fidelia duos parietes dealbare, Proverbium pro eo quod est Eadem re duplicem inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri. Cic. 7. Fam. 30. Sed amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Erasmus. [ q. d. De eadem olla.

FIDELIS, &c. V. FIDES, ei.

FIDĒNA, æ. f. & frequentius FIDENÆ, arum. plur. Urbs Latinorum mediterranea in Sabinis, olim colonia Romana. Liv. 14. 17. princ. V. Sigon. de Ant. jur. Ital. 2. 5. Virg. 6. Æn. 773.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam. ubi Serv. V. Juven. 6. Sat. 57.

Vivat Fidenis, & agello, cedo, paterno. Propert. lib. 4. 1. 36.
Hac, ubi Fidenas longe erat ire, via. Hor. 1. Epist. 11. 8.
— Gabiis desertior, atque
Fidenis vicus.

FIDĒNAS, ātis. Adj. Fidenas bellum, id scil. Quod inter Romanos & Fidenates fuit. Liv. 1. 15.

Fidenas etiam Cognomen L. Sergii. Liv. 4. 17.

FIDĒNĀTES, Populi Sabinorum in Italia, auctore Plin. lib. 3. cap. 12. Liv. 4. 31. & plurimis locis.

FIDENTIA, æ. f. [ Φιδέντια ] Vulgo *Fiorenzola*, Oppidum est in octava regione Italiæ, cujus incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 15.

Est & Fidentia Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætim amnem & Oceanum sita, alio nomine Julia appellata, auctore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.

FIDENTIA. V. FIDES, ei.

FIDES, ĕi. f. [ πίστις ] est auctore Cic. 1. Off. 23. Dictorum conventorumque constantia & veritas. Ex quo (quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen ut audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt unde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Verum hic Tullius Στωικωτέρως ἐτυμολογίζει ex mente Vossii Inst. Orat. 2. p. 243. cum Fides sit a Fido, atque hoc ex Græco πείθω. Ter. Andr. 5. 2. 16.

Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.

Fidēi, apud Lucret. lib. 5. 103.

—— via qua munita fidei.

Fide pro Fidei, apud Hor. 3. Carm. 7. 4.

Constantis juvenem fide Gygen.

Ad fidem. V. AD.

Absonum fidei. V. ABSONUS.

Constans fidei. Tacit. 3. Hist. 57. Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia.

Lapsus fidei. V. LABOR verbum.

Motus fidei. Stat. 1. Silv. 2. 164.

Obstinatio fidei, in bonam partem, pro Obsirmatione. Tacit. 3. Hist. 39. Blæso super claritatem natalium, & elegantiam morum, fidei obstinatio fuit.

Plenus fidei, Fide dignus. Cic. de Senect. 1. Licet enim versibus iisdem mihi affari te, Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus.

Præclarus fidei. Tacit. 4. Ann. 34.

Sinister

Sinister fidei, Perfidus. Sil. lib. 11.
Causarum fides. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Judicis fides & religio. Cic. pro Rosc. Com. 45.
Probationum fides. Quintil. in proœm. lib. 4.
Solutionis fides. Plin. Epist. 155.
Tabularum fides, i. e. Auctoritas, quo modo accipitur in titulo De fide instrumentorum. Cic. pro Arch. 9. Quum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset.
Testimoniorum fides & religio. Cic. pro Flacc. 9.
Fides Auxilium sæpe, vel potius Patrocinium ac Tutelam, significat. ut, Fidem alicujus implorare, invocare, Accipere in fidem, Esse in fide, &c. V. in suis locis.
Fides etiam idem quod Pollicitatio, promissio. Unde, Fidem dare, accipere, servare, præstare, &c. V. infra.
Fides est quod vulgo Conscientiam dicimus. Cic. pro Cœl. 21. Ideo vobis quoque vos causam putare esse justam, alieno dolori potius, quam vestræ fidei consulendi. Licet hoc Cicero dicere videri possit propter jusjurandum judicum. Inde Fideicommissum dictum videtur. Idem pro Arch. 8. Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide, M. Lucullus, qui, &c. Budæus.
Fides est justitia in rebus creditis. Cic. in Partit. 78.
Constantia promissi & fides. Cic. 4. Att. 16.
Fides, est Commendatorum fida executio vel observantia. Ter. And. 1. 1. 7.

Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro,
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. Donatus.

Fides & fiducia. Plaut. Trin. 1. 2. 80.
Apud sacros scriptores Fides sæpe ponitur per Fidei formula scripto comprehensa. Hilar. lib. ad Constant. Imp. Periculosum, inquit, nobis admodum atque miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates, &c.
Alma fides. Ennius apud Cic. 3. Off. 104.

O fides alma, apta pinnis, & jusjurandum Jovis.

Ambigua fides. Liv. 6. 2. pr. V. AMBIGUUS.
Ambulans male fides rerum venalium. Petron. cap. 12. i. e. Claudicans.
Angusta fides. Cæs. 3. Bell. Civil. 1. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur, &c. Hic est pecuniæ credendæ fiducia. V. Ciacon. & infra Concidit fides, Tueri fidem &c.
Bona fides, & Dolus malus, contraria. Cic. in Topic. 66.
Bona fides Romanis Jusjurandum. ὤμοσε τὸν ἐπιχώριον τοῖς Ῥωμαίοις καὶ κράτιστον ὅρκον. Illic quidem ἑαυτοῦ πίστιν Dionys. Halic. 567. At libro XI. dicit tantum περὶ τῆς ἑαυτῶν πίστεως διομοσάμενοι. H. St. In libri mentione forsan erratum.
Bonæ fidei emptor. V. BONUS.
Bonæ fidei possessor, Qui ignoravit rem, quam emit, alienam esse: aut putavit eum qui vendidit, jus vendendi habere. Budæus.
Bona fide, Elegans formula apud Terent. Plaut. aliosque cum quid vere & sine astu dictum factumve significant. Hinc transfertur ad alia quæ vere ac serio, & largiter, nec tralatitie aut maligne facta denotamus. Apud Petron. cap. 11. & 110. Oscula bona fide exigere. Basium bona fide dare. Flor. 2. 1. Populus Romanus cum bona fide adolevisset. Gell. 16. 7. Tollet bona fide vos Orcus in Catonium. adde Burm. ad Quintil. Decl. 12. 1. p. 241. Sen. Epist. 22. Si deponere servitutem in animo est, & libertas bona fide placuit, &c. V. BONUS.
Bona fide dicere. Plaut. Aulul. 4. 10. 42. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti?
Bona fide emere. Plaut. Mostel. 3. 1. 140.
Bonæ fidei esse. Suet. in August. cap. 42. Augustus populo promissum congiarium reposcenti, bonæ fidei se esse respondit.
Cana fides. Virg. 1. Æn. 296. V. CANUS.
Certa fides. V. CERTUS.
Clauda fides. Sil. lib. 13. 33. V. Ambulans male Fides.
Contumax etiam adversus tormenta, servorum fides. Tacit. 1. Hist. 3.
Difficillima est gravissimi cujusque sceleris fides. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Dubia fides. Ovid. 19. Epist. 200.
Fluxa fides. Tacit. 4. Hist. 23. extr. Et fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.
Græca fide mercari, Plaut. Asin. 1. 3. 47. est Præsenti pecunia mercari; quod scil. Græci leves ipsi inter se non nisi præsenti pecunia mercarentur. V. Scalig. Auson. Lect. 2. 6. & Voss. Instit. Orat. 1. p. 186. conf. Turneb. Adversf. 4. 13. & 12. 18.
Illibata fides. Firmic. in præf. lib. 7.
Incolumis fides. Liv. 6.
Impolluta fides. Sil. lib. 13. 679.
Incorrupta fides, nudaque veritas. Hor. 1. Carm. 24. 7.
Integra fides. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Liquida fides. V. Liquidus in LIQUOR.
Longa tenaxque fides. Ovid. 2. Amor. 6. 14.
Manifesta fides. Virg. 2. Æn. 309. Liv. 6. 13. extr. & 10. 34. extr.
Magna fides avium. Ovid. 4. Fast. 814.
Magna cum fide vir. V. CUM.
Maxima rerum, verborumque fides. Virg. 9. Æn. 280.
Mea fide. Plaut. Pseud. 1. 3. 81. Fac hoc quod te rogamus, Ballio, mea fide, si isti formidas credere. Cic. in Pison. 59. Quum accepta pecunia a Dyrrhachinis ob necem hospitis tui, Platonis, ejus ipsius domum evertisti, cujus sanguinem addixeras, eumque servis symphoniacis & aliis muneribus acceptis, timentem & multum dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua venire jussisti. Idem 13. Fam. 29. Cures ut satisdetur fide mea. Budæus.
Exemplar ejus, quod Vetranii fide proponam. Lipsius in Tacitum 301. in fine. H. St.
Miranda fides. Stat. 1. Silv. 3. 20.
Muliebris fides. V. MULIER.
Notaque fide celeberrimus unus. Stat. 2. Achil. 61.
Nuda fides, i. e. Non fucata. Valer. 5. Argon. 498.
Obstinata fides, i. e. Obfirmata. Tacit. 5. Hist. 5. Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, &c.
Optima & spectatissima alicujus fides. Cic. pro Flacc. 62.
Parva fides. V. PARVUS.
Perennis fides. V. PERENNIS.
Perpetua fides. V. PERPETUUS.
Prodiga arcani fides, perlucidior vitro. Hor. 1. Carm. 18. 16.
Prodigiosa fides, Prodigii instar, rara. Juven. 13. Sat. 62.
Publica fides, quæ Publice datur. Liv. 38. 33. pr. Quos nominatim Philopœmen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt, fide accepta ab legatis, vim absuturam, donec causam dixissent. Sallust. in Catil. 47. Primo fingere alia, dissimulare de conjuratione. Post, ubi fide publica dicere jussus est, omnia uti gesta erant, aperit. Idem 48. Is quum se diceret indicaturum de conjuratione, si fides publica data esset, jussus a Consule, quæ sciret, edicere: eadem fere quæ Vulturcius de itinere hostium, &c. Idem Jug. 35. Comes ejus, qui Romam fide publica venerat. Nostri *Salvum conductum vocant*. Securitas autem in hoc significatu vernacula est locutio, non Latina: hoc est, Plebiscito potestatem facere, impunitate promissa. Budæus.
Pura fides. Ovid. 1. Amor. 3. 6. i. e. Simplex & incorrupta.
Rara fides albo velata panno. Hor. 1. Carm. 35. 21. V. Fides Dea infra.
Sancta fides. Sen. Octav. 398.
Pro Sancta fides, legitur apud Cic. Vincta fides, in Orat. pro M. Fontejo. Ille Juppiter, cujus nomine majores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. Vide in VINCTUS a me notatum. H. St. [ Locus est cap. 10. pr. ubi V. Græv.
Sincera fides. Claud. in Epithal. Pallad. 92.
Tenax fides. Ovid. 2. Amor. 6. 14.

Plena fuit vobis omni concordia vita:
Et stetit ad finem longa, tenaxque fides.

Stat fides, quum integra & incorrupta manet: contra, violata Jacere dicitur.
Timida fides. Ovid. 9. Met. 791.
Tuta nusquam fides. Virg. 4. Æn. 373.
Vana fides. Virg. 4. Æn. 12.
Abducere aliquem a fide; i. e. Pellicere ad se aliquem, & ab adversa parte divellere. Cic. pro Flacc. 83. Ita scitote, judices, esse cetera, vel quod ait Luccejus, L. Flaccum sibi dare cupisse, ut a fide se abduceret, sestertium vicies. V. ABDUCO.
Abiit fides. V. ABEO.
Abhorrere a fide. V. ABHORREO.
Abrogare fidem. V. ABROGO.
Abrumpere fidem. Tacit. 4. Hist. 60. Querente sane Civile, & increpante Germanos, tanquam fidem per se abrumperent. V. ABRUMPO.
Absolvere fidem. Tacit. 2. Hist. 60. Et Vitellius credidit de perfidia, & fidem absolvit. V. ABSOLVO.
Accipere in fidem. Liv. 38. 31. extr. Orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum, ad urbem Lacedæmonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.
Accepta fide. V. Fides publica.
Accipere aliquem in fidem suam. Cic. pro Arch. 31.
Accipe daque fidem. Virg. 8. Æn. 150.
Acquirere fidem. Cic. 2. in Catil. 18. V. ACQUIRO.
Addictam pretio habere fidem. V. ADDICO.
Addere fidem. Tacit. in lib. de German. 3. Ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem. V. ADDO.
Addere fidem dictis sola mens potest. Ovid. 21. Epist. 136.
Adhibenda fides somniantium visis non est. Cic. 2. de Divin. 124. V. ADHIBEO.
Adimere fidem. V. ADIMO.
Adjungere fidem & auctoritatem rebus commentitiis nullam debemus. Cic. 2. de Divin. 113. V. ADJUNGO.
Admittere fidem. Claud. 2. in Eutrop. 70. V. ADMITTO.
Afferre fidem alicui rei, pro Fidem facere, & facere ut aliquis credat & existimet. Plin. lib. 9. cap. 58. Omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia excedente miraculo.
Afferre fidem dubiis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Affert fidem & auctoritatem orationi exemplorum prolatio. Cic. in Orat. 120.
Affecta fides. Tacit. 3. Hist. 65. Hic dicit Affectam fidem pro Læsa, quemadmodum Livius dixit res affectas, lib. 6. Decad. 1. V. AFFECTUS.
Afflicta fides. Tacit. 1. Hist. 88. Afflictam fidem hic dicit, quam lib. 19. Affectam, hoc est Collabefactam, diminutamque vocat.
Agnoscere bonam fidem. Ulpian. in l. quoties tutor. §. sicut autem. D. de administratione & periculo tutorum, &c. Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.
Alligare fidem juramento. Sen. Troad. 6.
Alternant spesque timorque fidem, h. e. Variant credulitatem & incertam faciunt. Ovid. 6. Epist. 38.
Appellet fides tantum auctores. h. e. Fides sit penes auctores. Plin. lib. 28. cap. 1.
Astringere fidem suam, Promittere fidem, inquit Donatus. Ter. Eun. 1. 2. 22. Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem.
Auferre fidem testi, i. e. Facere ne credatur. Quintil. lib. 6. cap. 6. Matri, cujus filium premebat auctoritas, fidem abstulit.
Capere in fidem devictas bello nationes. Cic. 1. Off. 35.
Capiunt vix fidem majora monstra veris, i. e. Vix creduntur. Sen. Troad. 3.
Carere fide. V. CAREO.
Carent fide verba. Ovid. 2. Epist. 26.
Cogere fidem. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 15.
Culta fides. Valer. 1. Argon. 838. V. COLO.
Commendare aliquem fidei alterius. V. COMMENDO. Cic. pro Flacc. 62. Optimæ & spectatissimæ fidei alicujus salutem urbis & civium commendare.
Committere fidei alicujus, & ejus potestati permittere. Cic. pro Font. 30.
Commissa sunt jura fidei magistratuum. Cic. 1. Off. 124.
Committere se in fidem vel fidei alicujus. V. COMMITTO.
Commutare fidem pecunia. V. COMMUTO.
Concedere fide optima aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 144.
Concidit fides. Cic. pro Lege Manil. 19. Tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem

fidem concidisse. De eo dicitur qui jam versuram facere non potest. Budæus, *On ne veut plus rien prester.* V. Angusta fides.
Conferre se in fidem alicujus. V. CONFERO.
Conferre se in fidem ac clientelam alicujus, h. e. In patrocinium. Cic. pro Rosc. Amer. 93. Nam quum multos veteres a majoribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt. Budæus.
Confirmat omnem sibi fidem sensibus oratio nostra, id est, incorruptis atque integris testibus. Cic. 1. de Fin. 71.
Confirmare & Refellere fidem, opponuntur. Quintil. lib. 5. cap. 7. Aliter enim oraculorum, aliter aruspicum, augurum, conjectorum, mathematicorum fides confirmari aut refelli potest.
Confugere ad alicujus fidem. V. CONFUGIO.
Conservare fidem. V. CONSERVO.
Constitit fides, Certum est & probatum. Columel. lib. 3. cap. 6. Sed ubi plurium velut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de fecunditate.
Constringi fidem. Cum Græci homines spectati viri noluerint religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam. Cic. pro Corn. Balb. 12.
Consumere fidem. V. CONSUMO.
Credere fide alterius, est Fidejussorem accipere. Cic. pro Flacc. 46. Pecuniam sumpsit mutuam a Sex. Stola, &c. qui tamen credidit P. Fulvii Veratii lectissimi hominis fide. Vulgo tamen mendose scriptum est, Fidei. Conf. Jubere fide sua esse.
Cum fide. Columel. lib. 1. cap. 7. Sed nec conditum frumentum cum fide rationibus inferunt. i. e. Fideliter. V. CUM præpositio.
Curare fidem suam. V. CURO.
Debet fidem. Quintil. lib. 5. cap. 10. i. e. Fidelis esse debet.
Decedere fide. Liv. lib. 34. 11. Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum ceteris voluissent. V. DECEDO.
Decipi fide alicujus ac potius perfidia. Cic. pro Rosc. Amer. 110.
Deficere eos fides nuper cœpit, res jampridem. Cic. 2. in Catil. 10.
Demere fidem. Tacit. de German. 3.
Deme fidem in verum falso crimine. Ovid. 2. Amor. 2. 38.
Derogare fidem & auctoritatem alicujus virtuti &c. in testimonio. Cic. pro Font. 13.
Deferere fidem alicujus. Cic. 13. Philipp. 3. Omitto alia: fidem Dolabellæ sanctissimi viri deferere homo pius non potest.
Detrahere fidem. Quintil. lib. 5. cap. 7. Per quæ non a se tantum dictis detrahat fidem, sed ceteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem.
Diffidet a veri fide illa fama. Ovid. 3. Fast. 662.
Dare fidem, Sancte promittere. Ter. Eun. 5. 9. 30. Do fidem ita futurum. i. e. Juro, confirmo, spondeo, inquit Donatus. V. DO.
Dare fidem alicui. Cic. 2. de Fin. 65. Nulla fides, quæ infideli data sit. Cic. 3. Off. 102.
Dasque negasque fide ambigua. Ovid. 2. Amor. 9. 50.
Dare fidem & violare, & in ea non stare. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 28.
Dare fidem alicui de altero. Cic. 1. Fam. 9. Pompeji fides, quam de me Cæsari dederat. Hic est Promissio.
Dare fidem publicam. Cic. 3. in Catil. 8. Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei publicam jussu Senatus dedi: hortatus sum, ut ea quæ sciret, sine timore indicaret. V. Publica fides supra.
Ducere fidem ex aliquo, Trahere fidem, sive Nos ad credendum allicere. Lucret. lib. 2. 478.
Eligere fidem, est Deponere apud hominem quem fidelem censeas. Callistratus in l. non intelligitur. §. tacita autem. D. de jure fisci, Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se cavisset is, cujus fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti pervenerit, restituturum. Budæus.
Empta fides. Claud. de 4. Conf. Hon. 500.
Eripere fidem alicui. Ovid. 15. Met. 283.
Ex fide scribere: i. e. Rem, ut est scribere. Plin. Epist. 191.
Excessitque fidem meritorum summa tuorum. Ovid. 7. Met. 283.
Excedere humanam fidem. Paterc. lib. 2. 56. pr. Cæsar omnium victor, regressus in urbem (quod humanam excedat fidem) omnibus qui contra se arma tulerant, ignovit.
Exolvere fidem. Plin. 2. Epist. 12.
Experiri fidem & benevolentiam alicujus erga se. Cic. 1. Fam. 5.
Explorata fides & nota per tot usus. Stat. 3. Silv. 5. 44.
Exuere fidem. Tacit. 12. Ann. 14. At ille moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans.
Facere fidem causis ex sua bonitate. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Facit aspectus fidem judicii sui. Cic. 4. Acad. 19.
Non facit fidem notus tuus. Cic. 7. Att. 8.
Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem quærere. Cic. 2. de Lege Agr. 22.
Fallere fidem. Idem quod Deferere fidem. Cic. 13. Philipp. 42. Mihi quidem constat, nec meam quidem contumeliam, nec meorum ferre: nec deferere partes quas Pompejus odivit, nec veteranos sedibus suis moveri pati, nec singulos ad cruciatum trahi, nec fallere fidem, quam dedi Dolabellæ.
Fallere fidem hosti datam. Cic. 1. Off. 39.
Firmare fidem. Tacit. de German. 39. Fides antiquitatis religione firmatur.
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est. Cic. pro Rosc. Com. 16.
Habere fidem. Ter. Eun. 1. 2. 59. Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi apud me. Ubi Donatus; Si fidem habeat, Si credere cogatur. i. e. Si credat. Unde Fidejussor dicitur, h. e. Auctor credendi.
Habere pensi fidem. Tacit. 13. Ann. 15.
Habere fidem alicui. Ter. And. 3. 4. 7. Propemodum habeo jam tibi fidem. Cic. 7. Verr. 152.
Habemus his fidem, quos plus intelligere quam nos arbitramur. Cic. 2. Off. 33.
Habenda etiam parvis fides. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Habere alicui fidem pecuniæ. Plaut. Perf. 5. 2. 8. Ita miserum Toxilus me hic constituit, qui ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas molitus est.
Habere auctoritatem & fidem res dicitur. Cic. pro Flacc. 21.
Habuit res fidem, i. e. Credita est. Ovid. 9. Met. 705.
Non habere fidem dicuntur, Quæ non sunt verisimilia, nec credenda. Cic. 4. Acad. 58. Quasi vero non specie visa judicentur, quæ fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota.
Habere fidem, pro Credi. Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 342. Ab adversario quoque, quia non est in habiturus negando fidem.
Hæsuraque mihi tempus in omne fide. Ovid. 3. Trist. 4. 36.
Imminuere auctoritatem & fidem alicujus. Cic. 2. de Orat. 156.
Impulit me fides ejus in eam mentem. Cic. 1. Fam. 9.
Impetrare fidem. Plin. lib. 10. cap. 49. Nec Syrenes impetraverint fidem, licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse, mulcerique, &c. i. e. Non credetur, aut non est verum Syrenes, &c.
Implere fidem peractæ mortis. Plin. lib. 3. Epist. 14.
Implesse fidem ominis videbantur. Tacit. 2. Hist. 78.
Implorare fidem alicujus. i. e. Auxilium. Ter. Adel. 3. 4. 43. Illæc fidem nunc vestram implorat, Demea. Hirt. Bell. Afr. 26. Liv. 31. 7. pr. Si Saguntinis obsessis, fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem. Idem 2. 23. Ex Budæo.
Implorare fidem alicujus in aliquo negotio. V. IMPLORO.
Infirmare fidem alicui. Cic. 15. Att. 26. Ille tamen dolet, dubitans utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio.
Infirmare fidem testis apud judicem. V. INFIRMUS.
Inspicienda fides duro tempore. V. Aurum spectatur in ignibus, in verbo SPECIO.
Insum. ut Ovid. 17. Epist. 130.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Interponere fidem. Cic. de Clar. Orat. 89. Quæ quidem vis tum maxime cognita est, cum Lusitanis a Ser. Galba Præt. contra interpositam, ut existimabatur, fidem, interfectis. i. e. *Contra assecuramentum*, ut vulgus nostrum vocat. V. INTERPONO.
Interponere fidem suam in aliquem. V. INTERPONO.
Interposita fide publica. Sallust. in Jugurth. cap. 32. pr. Hæc atque alia hujuscemodi sæpe dicendo, C. Memmius Pop. Rom. persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret.
Invocans nequicquam pastorum fidem. i. e. Auxilium. Liv. 1. 7.
Jubere fide sua esse. i. e. Sponsorem se constituere, & periculum in se recipere. Ulpianus in l. ubi autem. De verborum obligation. Paulus, Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse jubes? Ulpian. in l. Græce. §. siquis Stichum. D. de fidejussoribus, Siquis Stichum stipulatus, fidejussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua jubes? i. e. Sponsione. Budæus. Conf. Credere fide alterius.
Labefactare fidem. Budæus. V. LABES. Suet. in Vespan. cap. 4.
Levant fidem multa promissa. i. e. Elevant & imminuunt. Multa promittentibus non habetur fides. Hor. 2. Epist. 2. 10.
Liberare fidem, pro eo dicebant antiqui, quod nunc negotiatores & coactores Tenere promissum dicunt, & Non deesse promisso. Cic. pro Flacc. 46. Ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Ulpian. in l. si vero. D. mandati. Budæus.
Locare in fide alicujus civitatem. Cic. 6. Att. 1.
Mandare quippiam fidei alicujus. V. in MANDO.
Manere in fide Pop. Rom. Cic. 7. Verr. 82. Si civis Romanus dignus isto negotio nemo fuit, quid civitates quæ in amicitia fideque Pop. Rom. perpetuo manserant? V. MANEO.
Manere in fide, & Frangere fœdus, contraria. Cic. pro Domo, 66.
Mercari Græca fide. V. Græca fides, supra.
Mereri fidem. Quintil. lib. 9. cap. 2. Nec meretur fidem qui sententiolæ gratia jurat.
Meruit fidem vetustas. Lucan. lib. 3. 406.
Minuere fidem alicujus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Movere fidem. Ovid. 4. Fast. 204. Acceptam parce movere fidem.
Mutare fidem, Pactum rescindere, & violare promissum. Sallust. in Jugurtha. V. MUTO.
Mutare fidem cum altero. Ter. Phorm. 3. 2. 7.
Negata magnis sceleribus semper fides. Sen. Hippol. 2.
Novavit fidem mutata fortuna. Virg. 5. Æn. 604.
Obligare fidem. Liv. lib. 22. cap. 22. Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obligat fidem. V. OBLIGO.
Obstringere fidem suam. Plin. lib. 7. cap. 13.
Obtestari hominum fidem. Liv. Hæc simul jurgans, querensque, deûm, hominumque fidem obtestans.
Pacta fides. Ovid. 6. Epist. 41.
Perdere fidem. Quintil. lib. 9. cap. 4. Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque. V. PERDO.
Perit fides. V. PEREO.
Perspicere fidem. V. PERSPICIO.
Petere & dare fidem pacis. Ovid. 3. Met. 128.
Porrigere fidem, & spem salutis supplici ostendere. Cic. 7. Verr. 252.
Præbere fidem singularem alicui. Nep. 25. 4. 4.
Præstare fidem. Cic. 2. de Divin. 78.
Præstare bonam fidem. Ulpian. in l. ita autem. §. Julianus. D. de administratione & periculo tutorum. Et ait Julianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere.
Præstare fidem alicui. Ovid. 3. Fast. 497.
Præstruere sibi fidem. Liv. 28. 42. V. PRÆSTRUO.
Privare fide aliquem. Stat. 2. Theb. 425.
Prodere fidem. Propert. lib. 4. 4. 87.
Prodere commissa fidei. Horat. 1. Serm. 3. 95.
Pugnat hinc fides, illinc fraudatio, contraria. Cic. 2. in Catil. 25.
Recipere fidem de aliquo, & eam servare. Cic. 2. Att. 22.
Recipere aliquem in fidem suam, & commendatum habere. Cic. 15. Att. 15.
Redde nunc pactam fidem. i. e. Sta promissis. Sen. Hippol. 8.
Renovata fides. Lucan. lib. 4. 204.
Resignare fidem quarundam tabularum. Cic. pro Arch. 9.

Rupissent elementa fidem. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 43.
Sacrata fides conjugii. Sen. Agam. 2.
Sequi bona fide aliquid. Cic. 6. Att. 1.
Sequitur verba fides. Ovid. 1. Fast. 357.
Sequi fidem alicujus. Usus est Ulpian. in l. 1. De reb. cred. Omnes enim contractus quos alienam fidem sequuti instituimus, complectitur. Est etiam exemplum in l. 2. C. de bonis auctoritate judi. possid. Budæus.
Servare fidem. Plaut. Trin. 4. 3. 41. Male fidem servando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti. Virg. 2. Æn. 161.
Servare veritatis fidem. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Servare in aliqua re fidem. Cic. in Vatin. 15.
Servanda cum hoste sæpe jurisjurandi fides. Cic. 3. Off. 107.
Solicitare donis pudicam fidem. Ovid. 7. Met. 720.
Soluta fides morte. Ovid. 10. Epist. 78.
Spondeo fide mea futurum, ut omnia longe ampliora quam a me prædicantur, invenias. Plin. 1. Epist. 14.
Spondere fidem. Ovid. 10. Met. 395.
Stare in fide. Cic. pro Rabir. 28.
Stat fides. V. paulo ante, Tenax fides.
Sum. ut, Fides illi est. Ter. Phorm. 5. 7. 11.
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.
Fides nuntianti fuit. Liv. 1. 16. extr. Mirum, quantum illi viro, nuncianti hæc, fidei fuerit.
Fide nulla es: h. e. Fidem sæpe mutas, neque præstas quod polliceris. Plaut. Mil. 4. 8. 59. V. NULLUS.
In fide alicujus esse. i. e. In patrocinio. Cic. 13. Fam. 66.
In fide & clientela alicujus esse. Cic. pro Rosc. Amer. 160.
In nullius fide esse, est Nullum soli dominum agnoscere, nec patronum. Cic. pro Planc. 97. Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Hæc Budæus. Cic. 2. Q. frat. 14. extr. Et quod est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. i. e. Cujus sumus patroni.
Fides apud te nulla mihi: De. Tu non fidis mihi. Plaut. Amph. 2. 1. 5. Ter. Heaut. 3. 3. 10.
At fides mihi apud hunc est, nihil me istius facturum, pater. Idem Phorm. 5. 3. 25.
Sumere fide alicujus: subaud. Argentum. i. e. Non sua, sed aliena cautione. Cic. pro Flacc. 85. Budæus. V. Credere fide alterius.
Superesse fide. Tacit. 3. Ann. 47. pr. Sed fide, ac virtute legatos, se consiliis superfuisse. h. e. Vicisse. Aliter Freinsh. in Paraphr. q. V.
Sustentare fide amicos. i. e. Sponsione. Cic. pro Rabir. Post. 4. Nec interea locupletare amicos unquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare.
Tenere fidem. Cic. 13. Philipp. 27.
Tentare fidem polliciti. Ovid. 11. Met. 167.
Tollere fidem. V. TOLLO.
Tribuere fidem testimonio alicujus. Cic. pro Sulla, 10.
Tribuere fidem rebus. i. e. Auctoritatem. Cic. 1. de Divin. 5.
Tueri fidem suam, est Servare illæsam famam locupletis debitoris. Cic. 11. Att. 2. Idem 11. 1. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertiûm bis & vicies, hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. Budæus, Fidem nostram tuebere, nimirum præstando quod promisi. Fides enim verbum est proprium debitorum, & sæpe cum verbis translatis apte conjungitur, ut apud Cæs. initio lib. 3. Bell. Civil. V. Angusta fides, Bonæ fidei esse, Mea fide &c.
Turbata fides. Claud. in 3. Conf. Hon. 63.
Vacillat fides testium. V. VACILLO.
Vendere fidem gemmis. Tibul. lib. 1. 9. 32.
Venit prona cupidis in sua vota fides. Ovid. 3. de Arte Am. 674.
Venire in fidem alicujus, pro In ditionem & dominium, vel in tutelam & amicitiam. Liv. lib. 10.
Venire fide publica. V. Publica fides.
Violare fidem. Lucret. lib. 2. 465. Cic. pro Rosc. Amer. 111.
Uti fide alicujus. V. UTOR.

**FIDES**, Dea a Romanis culta, testibus Cicerone de Nat. Deor. 2. 23. Lactantio, & August. Dion. Halicarn. in 2. Hist. lib. de Numa scribens, Primus, inquit, ipse omnium templum Fidei publicæ erexit, sacrificiaque ei statuit sumptu publico, sicut de aliis. Idem fere Plutarchus. Servius in 1. & 8. Æneid. scribit, quod Fidei albo panno involuta vel velata manu sacrificabatur: per quod ostendebatur, Fidem debere esse tectam, & secretam: unde Hor. 1. Carm. 35. 219.
—— & albo, rara Fidês colitur
Velata panno. Acron vero, Albo panno, ait, caput velasse eos, qui Fidei sacrificarent. Plura V. apud Porphyr. & Varr. de L. L. 4. 10. extr. vel Lex. Pitisc.

**FIDEICOMMITTO**, ĕre. Alterius fidei præstandum aliquid demandare. Tertull. de Præscr. adv. Hær. cap. 37. Sicut Apostoli caverunt, sicut fidei commiserunt, sicut adjuraverunt, ita teneo.

**FIDEICOMMISSUS**, Adj. [πεπιστευμένος] ut, Libertas fideicommissa. i. e. Fideicommisso relicta. Ulpian. in l. Titius. D. de actionibus empti, Titius quum decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, Arescusan per fideicommissum reliquit: ejusque fidei commisit, ut omnes ad libertatem post annum perduceret, &c. Heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione fideicommissæ libertatis facta, &c.

**FIDEICOMMISSUM**, i. n. [πεπιστευμένον] Species est dispositionis ultimæ alicujus voluntatis: qua precatur heredem aut alium dare aut facere aliquid, quod nunc per omnia legato exæquatum est. Ulpian. in l. 1. D. de Legat. 1.
Petere fideicommissum. Quintil. lib. 3. cap. 6. conf. Suet. Claud. cap. 23. 2.
Fideicommissorum, alia singularia sunt, alia universalia: Singularia sunt, quæ singularum rerum fiunt, veluti, Rogo te heres ut fundum illum Sempronio reddas, restituas. Universalia vero, totius hereditatis, veluti, Peto a te ut hereditatem illi meam restituas. Hotom. conf. Brisson. de Form. 7. p. 669. vel Lex. Pitisc.
Commissa fide, pro Fideicommissa. Hor. 1. Serm. 3. 94.
—— si furtum fecerit, aut si
Prodiderit commissa fide. Ubi Fide pro Fidei dixit antique.

**FIDEICOMMISSARIUS**, i. m. Cui fideicommissum relictum est. Ulpian. de Legat. 3. l. fideicommissa, Paulatim igitur admittemus & si ex parte pecuniæ rem comparavit, quam non hoc anno exegit, ut fideicommissarium privaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

**FIDEDICTOR**, ōris. m. Idem qui Fidejussor. Augustin. Epist. 23. ad Bonifac. Quando ad Baptismum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidedictores respondent. al. Spondent.

**FIDEJŬBEO**, ēre. [ἐγγυῶμαι] Ulpian. in l. si dubitet. §. filiusfamiliâs. D. de fidejussoribus. Filiusfamiliâs pro patre poterit fidejubere, nec erit sine effectu hæc fidejussio. Idem in l. 1. D. de solutionibus.
In rem suam fidejubere. Paulus in l. de die. in princ. D. qui satisdare cogantur. Sed nec miles, nec minor vigintiquinque annis probandi sunt: nisi hæ personæ in rem suam fidejubeant, ut pro suo procuratore. V. Lex. Pitisc.

**FIDEJUSSIO**, ōnis. f. [ἐγγύη] Jabolenus in l. sed etsi. D. de fidejussoribus, Quum servus fidejussionis nomine obligari non possit.

**FIDEJUSSOR**, ōris. m. [ἐγγυητὴς, ἀνάδοχος] Auctor credendi, inquit, Donatus, alium aliquid daturum, facturumve sua fide, suoque periculo promittens. Ulpian. in tractatu de Fidejuss. l. Græce, Siquis Stichum stipulatus, fidejussorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua jubes? Budæus. Ejus compositum Confidejussor, V. suo loco.
Fidejussores assidui. V. ASSIDUUS.
Fidejussor, Jurisconsultis dicitur, Qui fide ac periculo suo suadet, ut id de quo agitur, fiat, quoniam ejus eventum præstat, ut l. Lucius. D. de fidejuss. Peto des ei nummos, fide ac periculo meo. Itaque quum has passim formulas legimus, Stichum aut decem fide tua jubes? Quantam pecuniam credidero, fide tua esse jubes, & similes, subauditur perpetuo, Isti credita. Nam Jubere, pro Velle, suadere, cupere, hic usurpatur, ut veteres in his locutionibus annotarunt, Jubeo te salvere: Jubeo te bono animo esse, &c. Ex Hotomano. conf. Mecrob. Saturn. 5. 19.

**FIDEJUSSORIUS**, Adj. Papin. in l. tribus. D. de usufruct. ear. rerum, quæ usu consu. Si cohæredes ex causa fidejussoria convenirentur.
Obligatio fidejussoria. l. 50. ff. de Fidejuss.

**FIDEIPROMISSOR**, ōris. m. Idem qui Fidejussor. Gloss. Lat. Græc. Fideipromissor, πιστικεύτης.

**FĪDO**, fisus sum, [πιστεύω, θαῤῥέω, πέποιθα] ĕre. Fidem habere, credere, spem ponere.
Cum dat. Plin. Epist. 174. Ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. Virg. 9. Æn. 378.
—— & fidere nocti.
Cum abl. Virg. in 7. Æn. 290.
Moliri jam tecta videt, jam fidere terra.
Cursu fidere. Ovid. 7. Met. 545. sic,
Pecunia fidere. Nep. 6. 3. 5. Et
Victoria. Idem 12. 1. 2. conf. Cic. 4. Acad. 20. Et 2. de Nat. Deor. 41.
Fidebo, futurum antiquum, teste Nonio, Nævii testimonium citante, ubi ait, Tibi quum fidebo, fidelis ero.
Fidere absolute. Philelph. ex Theocrito,
Fidere, Batte, decet, melius cras forsan habebit.

**FIDENS**, entis. Partic. [θαῤῥῶν, θαῤῥαλέος] Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, &c.
Dubitans & Fidens, contraria. Cic. 10. Att. 7. Istum enim victorem magis relinquendum puto, quam victum; & dubitantem magis, quam fidentem suis rebus.
Fortis & fidens. Cic. 3. Tusc. 14. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur; ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens, is profecto non extimescit.
Animus prudentia consilioque fidens. Cic. 1. Off. 81.
Animo fidenti gradi ad mortem. Cic. 1. Tusc. 110.
Brachiis juventus fidens. Hor. 3. Carm. 4. 50.
Fuga fidens Parthus. Virg. 3. Georg. 31.
Puer bene sibi fidens. Cic. 6. Att. 6.
Præsidio fidens. Hor. 1. Epist. 19. 81.
Voce fidenti loqui. Cic. 2. de Divin. 64. Ex quodam poeta.
Animi fidens. Virg. 2. Æn. 61.
Compar. Apul. Met. 5. pr. Psyche paullo fidentior intra limen sese facit. Ammian. 16. 31. Romanus fidentior.
Superl. Idem 27. 24. Fidentissimo impetu.

**FIDENTER**, Adv. [θαῤῥαλέως] h. e. Tuto & cum fiducia. Cic. 2. de Orat. 80. Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, &c.
Timide & Fidenter, contraria. Cic. 2. de Divin. 67. Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat.
Fidenter agere. Cic. 4. Acad. 24. Et 2. de Fin. 21. At ille non pertimuit saneque fidenter, istis quidem ipsis verbis, inquit.
Compar. Fidentius scribere alicui. Cic. 6. Att. 1.
Superl. Ammian. 17. 2. Ausi omnes accedere fidentissime. Idem 19. 8. Dimicantes fidentissime. Augustin. de Vera Rel. cap. 3. pr. Fidentissime dixerim.

**FIDENTIA**, æ. f. [θάῤῥος, πεποίθησις] Cic 4. Tusc. 80. Et si fidentia id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio gravis, non temere assentiens; metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 2. de Invent. 162. Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ, certa cum spe, collocavit.

**FĪDELIS**, e. [πιστὸς, ἔνορκος] Cui fides tuto adhiberi potest; vel Qui fidem servat. Plaut. Capt. 2. 3. 79. Cic. 4. Fam. 1. Aut siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas.
Ad vetustatem fidelis. V. AD præp.
In amicitiis fidelis. Cic. 2. de Fin. 81.
Imperio fidelis. Cic. de Arusp. Resp. 29.
Officiis fidelis. Cic. 5. Verr.
Pice fidelior explendis rimis arundo contusa. Plin. lib. 16. cap. 36.

Amicitia

Amicitia fidelis. Cic. de Amicit. 54.
Animo fideli & clementi in aliquem esse. Ter. Hec. 3. 5. 22.
Animo fideli in dominum servus. Cic. pro Milon. 29.
Auxilia fidelissima. Cic. ad Brut. 16.
Comprehensio fidelis & vera. Cic. 4. Acad. 401.
Conjux fidelis. Ovid. in Ibin, 356.
Conjux fidelissima. Cic. 1. Q. frat. 3.
Consilium fidele dare. Cic. pro Cluent. 85.
Cura fidelior. Ovid. 1. de Arte Am. 555.
Desideriis icta fidelibus. Hor. 4. Carm. 5. 15.
Doctrina, domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest. Cic. 16. Fam. 17.
Familiaritates Græcorum parum fideles. Cic. 1. Q. frat. 1.
Gratia fidelissima mihi conjunctus homo. Cic. pro Milon. 76.
Intentio fidelis, pro Seria. Sen. Epist. 72. Si quicquam ex studio, & fideli intentione laxaverint, retro eundum est.
Lacrymæ fideles. Ovid. 13. Epist. 127.
Medicus fidelis. Hor. 2. Serm. 3. 147.
Mente fideli casta sis. Tibul. lib. 1. 6. 75.
Monitus fidelis. Ovid. 13. Met. 722.
Oculis subjecta fidelibus. Hor. in Arte Poet. 181.
Opera fidelis. Plaut. Perf. 1. 1. 49. Obsecro te, resecroque, operam da hanc mihi fidelem.
Pax fidelis. Ovid. 4. de Pont. 9. 77.
Servus egregie fidelis. Cic. 1. Q. frat. 1.
Silentium fidele. Hor. 3. Carm. 2. 25.
Socius fidelissimus. Cic. pro Font. 3.
Fideles substantive, Servi ministrique appellantur. Cic. 4. Fam. 1. Si quem tuorum fidelium velis ad me mittas. Vet. Gloss. Fidelis, πιστὸς δοῦλος. conf. Taubm. ad Plaut. p. 263. v. 79.
Fidelem se hero suo facere. Plaut. Mil. 2. 4. 55.
Dum te fidelem facere hero voluisti, pæne absumptus es.
Nemo credit ei, nisi quem fidelem putat. Cic. pro Rosc. Amer. 112.
De Servis quem habuit fidelissimum. Nep. 2. 4. 3.
Fidelis, Ecclesiasticis dicitur, Qui Christianus est factus. V. Prudent. Perist. 2. 443. & 5. 334.

FĪDĒLĬTAS, ātis. f. [τὸ πιστὸν] Fiducia, & credulitas, vel etiam fidei persolutio. Cic. 1. Q. frat. 2. Quibus in rebus etiamsi fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. Sic 5. Verr. Tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate.
Erga patriam fidelitas. Cic. 10. Fam. 17.
Operam & fidelitatem alicujus desiderare. Cic. 16. Fam. 11.
Fidelitate & benevolentia alicui satisfacere. Cic. 13. Fam. 21.
Amicorum fidelitate servata alicujus vita. Cic. pro Planc. 71.

FIDELĬTER, [πιστῶς] Adv. Æque & juste. [Immo potius Cum fide.] Cic. 1. Off. 92. Hæc præscripta servantem licet graviter, magnifice, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice.
Curare fideliter merces alicui. Cic. 15. Att. 20.
Discere fideliter artes. Ovid. 2. de Pont. 9. 47.
Inaurato ibi fidelissime simulacro. Plin. 33. cap. 3.
Monere aliquem fideliter. Ovid. 15. Epist. 67.
Permanere constanter & fideliter in amicitia Populi Romani. Liv. 33. 35.
Retinere commissa fideliter. Hor. 1. Epist. 19. 70.
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.
Servire alicui fidelius. Ovid. 7. Met. 563.
Valere fidelius constantiusque. Gell. 17. 12.
Fidelissime narrare. Plin. Paneg. cap. 56.

FIDELE, Adv. [πιστὸν] pro Fideliter. Plaut. Fragm. 3. 27. Fac fidele: cave fluxam fidem feras. ex Non. 11. 25. Antiquum. Prudent. in Romano 426.
—— nunquam pro salute & maximis
Fortissimisque principis cohortibus
Aliter precabor, quam fidele ut militent. Potest Enallage esse, ut Dulce ridere.

FĪDUS, Adj. [πιστὸς] Cui fidendum est. Plin. in Paneg. 79. Virg. 2. Æn. 281.
—— spes ô fidissima Teucrûm. Cic. de Amicit. 53. Quos fidos amicos habuisset, quosque infidos.
Amicus fidus. Catul. 99. 1.
Animus fidus. Liv. 25. 15. Quo ubi ventum est, coorti cum clamore equites, propere inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo unde pugnabat stantem, extemplo in fugam averterunt.
Aures fidæ. Ovid. 10. Met. 382.
Conjux fidissima. Ovid. 1. de Pont. 4. 45.
Cultor fidissimus imperii Romani. Liv. 26. 32.
Custos fidissima. Ovid. 5. Fast. 45.
Custodia fida. Cic. 2. de Fin. Inest ad humanam societatem justitiæ fida custodia. Sic 2. de Nat. Deor. 158.
Domus fida. Ovid. 1. Trist. 3. 64.
Ensis fidus. Virg. 6. Æn. 524.
Familiaritas fida. Cic. 2. Off. 30.
Interpres fidus. Hor. de Arte Poet. 133.
Medicus fidus. Hor. 1. Epist. 8. 9.
Minister fidus. Ovid. 2. Met. 837.
Pax fida Romanis fuit cum Porsena. Liv. 2. 15. extr.
Pectora fida. Ovid. 9. Met. 249.
Servus fidissimus domino. Liv. 33. 28. extr.
Silentia fida. Virg. 3. Æn. 112.
Sodalis fidus. Ovid. 1. de Arte Am. 752.
Subsidium fidissimum. Tacit. 5. Ann. 8. Quasi fidissimum ad subsidium perfugisset.
Terra fida. Ovid. 5. Met. 491.
Uxor fidissima. Cic. 14. Fam. 4.
Compar. Justin. 16. 5. 2. Ut eos sibi fidiores redderet.
Superl. Fidissimi nostris rebus. Hirt. Bell. Afric. cap. 79.

FIDUSTUS, a, um. a Fidus; ut a Vetus, Vetustus. Festus, Fidusta a Fide denominata, ea quæ maxime fidei erant. [Lego Maximæ.

FIDE, issime. Adv. [πιστῶς] Idem ac Fideliter. Cic. 2. Fam. 16. Nec me ista terrent quæ mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur.

FIDĀMEN, ĭnis. n. pro Fiducia apud Tertul. Carm. ad Senat. 83. Corrige delictum fidamine.

FĪDŪCIA, æ. f. [πεποίθησις, παῤῥησία] Audacia, securitas. In bonum fere semper accipitur, quamvis aliquando in malum. Plin. Epist. 342. Merito habuisti, Secunde carissime, fiduciam animi mei. Propter tuam fiduciam. Plaut. Bacch. 3. 3. 9.
Nunc propter te, tuamque pravos factu'st fiduciam.
Judicia fiduciæ, tutelæ, societatis. Cic. pro Rosc. Com. 16. & 3. de Nat. Deor. 74. V. infra de dictionis hujus signif. in jure.
Formæ fiducia. Ovid. 8. Met. 435.
Juris fiducia. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Minimæ fiduciæ manus, Cui parum fiditur. Liv. 8. 8.
Fiducia mea, h. e. Meo periculo. Plaut. Pœn. 5. 4. 39.
Mea fiducia hercle haruspex, patrue, his promisit, scio,
Libertatem: quia me amare hanc scit.
Fiducia mei, Idem. Plin. Epist. pen. lib. 4. Virg. 8. Æn. 395.
—— fiducia cessit
Quo tibi diva mei?
Fiducia sui. Liv. 25. 37. Mirabundique, unde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia, tanta fiducia sui, victis ac fugatis, &c.
Qua fiducia id facere audeam, nec quid me nunc faciam scio. Ter. And. 3. 5. 7. Virg. 1. Æn. 136.
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? Idem 9. Æn. 188.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.
Audax fiducia. Stat. 6. Theb. 393.
Falsa formæ fiducia. Propert. lib. 3. 24. 1.
Mendax fiducia. Ovid. 2. de Pont. 4. 31.
Mutua inter se fiducia. V. MUTUUM.
Pallens fiducia. i. e. Metu mixta. Stat. 6. Theb. 393.
Tenuis in volucri fiducia cursu. Stat. 5. Theb. 167.
Vana pedum fiducia. Ovid. 10. Met. 120.
Addere fiduciam alicui. V. ADDO.
Afferre fiduciam. V. AFFERO.
Fraudare quempiam per rationem fiduciæ. Cic. pro Cæcin. 7.
Habere otiosam fiduciam. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Jactare fiduciam. Quintil. lib. 4. cap. 1. Adversarius enim fiduciam partis suæ jactat.
Præ se ferre fiduciam. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Stabilis benevolentiæ fiducia in vita tyrannorum esse non potest. Cic. de Amicit. 2.
Tangit fallax animum fiducia. Ovid. 11. Met. 436.
Fiducia in virtute alterius, Existimatio quam de fide & virtute alterius habemus. Liv. 24. 5. extr. Conscìorum nemo, quum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit: tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit, tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda.
Facere fiducia alicujus quod facimus. Cic. 7. Verr. 175.
Alicujus fiducia spoliare provinciam. Cic. 2. Verr. 40.
Fiduciam eam diligentiæ tibi habeo, ut credam te omni ratione id acturum, ne sint obnoxii injuriis. Plin. Epist. 299. Barbari dicunt, Credo quod tu eris tam diligens quod.
Possit sic dici etiam Fidem. H. St.
Fiducia a Spe differt, ut major & certior. Sen. Epist. 16. Jam de te spem habeo nondum fiduciam.
Fiduciam veteres pro Crimine etiam & Audacia posuisse Servius ad 2. Æn. 61. notat. conf. Non. 4. 205.
Fiducia, est Quum res aliqua, sumendæ mutuæ pecuniæ gratia, vel nuncupatur, vel in jure ceditur.
Fiduciam accipere. Cic. in Topic. 42. Si tutor fidem præstare debet, si socius, sicui mandaris, siqui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boetius in quarto commentario Topicorum, Fiduciam (inquit) accepisse dicitur cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti siquis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redditurо quum tempus illud dubium præterierit. Cic. pro Flacc. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupasti. Hanc fiduciam commissam tibi dicis, tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coegisti. Hæc Cic. Pecuniam (inquit) fœneratitiam a te sumpsit adolescens, ob eamque fundum fiduciarium dedit. i. e. Fiduciaria mancipatione. Budæus. V. ACCIPIO. conf. Liv. 32. 38. & Sigon. de Judic. 1. 5.
Committere fiduciam, quid sit, ex præcedenti Ciceronis exemplo intelligitur.
Conducere opus fiducia sua. V. Adversio, in ADVERSUS.
Fiducia, est Contractus, quo fidem alterius sequuti, rem ei aliquam simulandi tantum caussa mancipamus: inde ducta appellatione, quod nulla alia re, quam fide ac probitate emptoris freti, eam venditionem interponimus. Unde Fiduciarius emptor ille recte appellabitur, quemadmodum hæres Fiduciarius dicitur, cujus fidei suam hæreditatem testator ad tempus tantum credit. V. plura apud Hotomanum, in Comment. verb. juris.
Fiduciæ, arum. pl. sunt Pignora & Hypothecæ. Cic. 3. Off. 17. Fidei bonæ nomen existimabant manare latissime idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, &c. Idem pro Rosc. Com. 16. Si qua sunt privata judicia summæ existimationis, & pæne dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis. [Hic est genet. sing.] Hinc apud veteres jurisconsultos Fiduciæ judicium est, quod Trebonianus dixit Pignoratitium judicium. V. Salmas. de Modo Usur. cap. 14.

FIDUCIALITER, Adv. Cum fiducia. Gloss. Vet. παῤῥησιάζομαι, fiducialiter ago. Ambros. Virg. lapf. 3. Fiducialiter intueri. conf. Augustin. Confes. 9. 13.

FIDUCIARIUS, Adj. [πιστικός] Budæus, Omnino fiduciariam mancipationem vel venditionem, venditionem hodie vocamus sub redimendi, redhibendique lege factam. Idem alio loco, Fiduciariam possessionem appello, quam sub *manu regia* possidere vocant, quasi fide data acceptam, a fiducia tamen dictam. Liv. 32. 38. Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare,

dare, ut victori sibi restitueret: siquid adversi accidisset, ut ipse haberet. De Corintho loquens quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si victor ex bello rediisset, Nabis ei restitueret. Sic Cæs. 2. Bell. Civil. 17. Neque se ignorare quid sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum pro Vicario, i. e. locum tenente intelligendum, quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Consule, cedere eum oportet. Curtius etiam eodem modo usus est, 5. 9. 8. Inde Fiduciarius hæres a Jaboleno vocatus est fideicommissarius, in l. Sejus, ad Trebel.

Fiduciarius servus, pro Oppignerato. Paul. lib. Sent. 2. cap. 12. Quicquid creditor per fiduciarium servum quæsivit, sortem debiti minuit.

Fiduciarius tutor. V. Tutor, ōris, in TUEOR.

FĪDŪCIO, āre. Verbum Jurisconsultorum veterum. Unde Tertul. de Idololat. cap. 23. Fiduciare pignoribus. V. Rigalt. in loc. Vet. Gloss. Fiduciat, ὑποτίθεται. Fiduciatus ὑποτιθέμενος. Vetus inscriptio in vinea Card. Carpensis, DIS MANIBVS. M. VLPIVS AVG. LIB. SYMPHOR. FLATVRARIVS AVRI ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIAE HELPIDI, &c. FECIT, ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE VTRIVSQVE SEXVS, &c. EA CONDITIONE NE FIDVCIENT, NE VENDANT, NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCHRVM SIVE MONVMENTVM EST, ALIENARE VLLI POTESTAS SIT. V. Gruter. Inscript. p. 638. n. 4.

FIDUCIATUS, a, um. Tertul. & Gloss. vet. in superiori dict.

FĪDES, is. f. [χορδὴ, κιθάρα, λύρα] Genus citharæ, quæ & Lyra dicitur, Chordæ. Cic. in Hortens. Ponendæ sunt fides & tibiæ. Sic 3. de Orat. 214. Festus, Fides, genus citharæ, dicta quod tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent. Pers. 6. Sat. 4.

Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ. Hor. 1. Carm. 17. 18.

—— fide Teia Dices.

Conspicuus fide, Apollo. Ovid. 5. Epist. 139.

Canoræ fides. Virg. 6. Æn. 120. V. CANORUS.

Adhibere fides epulis. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Assumpta fide pulsus luctus. i. e. Cithara. Val. Flac. 4. Argon. 88.

Canere fidibus. Quintil. lib. 1. cap. 10. V. CANO.

Cecinisse fidibus præclare dicitur Epaminondas. Cic. 1. Tusc. 4.

Contentæ & incontentæ fides. Cic. 4. de Fin. 75. Ut, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes æque incontentæ sint: sic peccata quia discrepant, æque discrepant: paria sunt igitur.

Discebant fidibus antiqui. Cic. de Senect. 26.

Docere aliquem fidibus. V. paulo post FIDICEN.

Jungere vocem fidibus. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Movere fides. Lucan. ad Pison.

Scire fidibus. Ter. Eun. 1. 2. 53.

Fidis, ut & Fidicula, Sidus est Lyræ. Columel. lib. 11. cap. 2. Cal. Febr. Fidis incipit occidere.

FĬDĬCŬLA, æ. f. [κιθαρίδιον, λυρίον] Parva lyra. V. Vall. 1. 5. Gell. lib. 1. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu conspiratam. Cic. 2. de Nat. Deor. 22. Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes?

Fidicula, Sideris nomen. Plin. lib. 18. cap. 26. Pridie nonas Januarii Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. Ibid. cap. 25. Fidiculæ occasus Autumnum inchoat. Hoc sidus Arato dicitur & Chelys & Lyra.

Fidicula item Capillaris herba, Trichomanes. [ Immo Filicula.

FIDICULÆ, arum. f. numero tantum plur. sumitur pro Instrumento torquendi, ex duobus, ut putatur, obliquatis lignis compacto, ab extorquenda veritate ac fide. V. Isidor. 5. 27. Vel a nerveis funibus, vinculisque, quibus ad illum modum homines torquendi alligantur. Hæc Valla lib. 1. Sed verius putatur esse tormentum quo sontes a tortore funibus alligati, vulgo torquentur. Sen. lib. 3. de Ira, Equuleus, & fidiculæ, & ergastula, & cruces. Suet. in Tiber. cap. 62. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul, urinæque tormento distenderet. Idem Calig. cap. 33.

Fidiculæ, quæ in tormentis numerantur, videntur Turnebo Adversf. 4. 3. lascivia quadam joci nomen invenisse, quod ut in fidibus nervi, item quoque ut nervi hinc & inde multis funibus homines distendebantur. Sed & illa machina funes multos, ut nervos habebat. V. Ferrar. Elect. 1. 6. Durant. Var. Lect. 1. 15. Sigon. de Judic. 1. 17. vel Lex. Pitisc.

FĬDĬCEN, ĭnis. m. [κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς] Qui canit fidibus. Cic. 9. Fam. 22. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.

Fidicen & tibicen mundus. Cic. 3. de Nat. Deor. 22.

Romanæ fidicen lyræ. Hor. 4. Carm. 3. 23.

Ut Tibicen, Tubicen. H. St. Add. Cornicen, Liticen, Cicuticen, Psalmicen, Siticen. Sambucen, Lyricen &c. & cum Præpositione Oscen. de quibus s. l. V.

FIDĬCĬNA, æ. f. Mulier fidibus canens. Ter. Eun. 3. 2. 4. Ecquid nos amat de fidicina istac? Ibid. 5. 6. 15. Quandam fidicinam amat hic Chærea.

FIDICINIUS, Adj. [κιθαρῳδικὸς] Quod pertinet ad fidicinem, ut Ludus fidicinius. Plaut. Rud. prol. 43. Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.

FIDICINARIUS, i. m. Idem qui Fidicen. Gloss. Gr. Lat. λυριστὴς, Fidicinarius.

FIDICINO, āre. Fidibus canere. Mart. Capell. lib. 9. & Gloss. Gr. Lat. λυρίζω, fidicino.

FIDICULANIUS Falcula, Senator, Populi Romani splendor, decus atque ornamentum judiciorum, exemplar antiquæ religionis. Hæc Cic. pro Cæcin. 28. per ironiam.

FĪDIUS Deus, [Ὅρκιος θεὸς] Jovis filius, a Fide dictus, ut nonnullis placet. Deus Sabinorum tribus diversis appellatus nominibus; Sanci, Sangi, & Sabi, per quem jurari solitum, Medius Fidius. V. Varr. de L. L. 4. 10. & Fest. conf. Plin. 4. Epist. 3. & Lex. Pitisc. Plaut. Asin. 1. 1. 8.

Per deum Fidium quæris: jurato mihi
Video necesse esse eloqui.

Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeo ut templa cum sacrificiis meruerit. Cultus est a veteribus in Quirinali jugo Nonis Junii. Ovid. 6. Fast. 213.

Quærebam, Nonas Sanco, Fidione referrem, &c. V. MEDIUSFIDIUS. & DIUS.

FIDO, FIDUCIA, FIDUCIARIUS, FIDUS, &c. V. FIDES, ei.

FIDULUS, Viri proprium, de quo Cic. in Vatin. 31. Cum C. Fidulo atrato. Al. Figulo vel Figulio. [ Possit & Vibullio legi, vel Vitulo, quod est cognomen gentis Voconiæ.

FIDUSTA. V. FIDES.

FIDUSTIUS, M. Senator, temporibus Syllæ vixit, ab eoque proscriptus, non alia de causa a M. Antonio iterum proscriptus est, quam quia proscriptus fuisset. Meminit Plin. lib. 7. cap. 43. Dioni Philuscius audit lib. 47. Nisi erratum est.

## F I G

FIG. Figulina, Figulus, Figura.

FIGMEN, FIGMENTUM. V. FINGO.

FIGO, xi, xum, [πηγνύω, σκίμπτω, πηχνύω] ĕre. Diomedes Fictum probat ex Scauro, his verbis, Sagitta confictus. Est autem Figere, Immittere. Columel. Palum humi fixit. Virg. 4. Georg. 115.

—— ipse feraces
Figat humo plantas.

Figere in poste. Cic. 3. Att. 15. Ast tute scripsisti ad me quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neve dici liceret.

Adversarios figere & amicitiis parcere. Cic. in Orat. 89.

Apros cuspide fixit. Ovid. 2. de Arte Am. 190.

Carnes figere verubus. Virg. 1. Æn. 216.

Cervos figere. V. CERVUS.

Gradus figere. Valer. 7. Argon. 559.

Gravidam fixisset quum levis hasta suem. Martial. lib. Spectac. 12.

Imbrices figere clavulis. Cato cap. 21. Plin. lib. 10. cap. 40.

Mucrones figere in aliquo. Cic. 14. Philipp. 6.

Mucronem lævo tempore fixit. Ovid. 5. Met. 116.

Notas in collo figere dente. Tibul. lib. 1. 8. 38.

Palum figere in parietem. Plaut. Mil. 4. 4. 4.

Pedem figere. Virg. 6. Æn. 159.

It comes, & paribus curis vestigia figit. Ubi Servius, Aut simili solicitudine detentus incedit. Aut figit vestigia, id est stat subito: quod cogitantes facere consueverunt.

Tela figere. Propert. lib. 2. 9. 38.

Telis diversis nostri figebantur. Hirt. Bell. Alex.

Figere, Affigere: h. e. Applicare, & quasi ad aliquid firmare. Unde omissa militia, sive gladiatura, milites seu gladiatores, arma figere dicebantur, quia ea in templis suspendebant, vel templorum parietibus affigebant. Liv. 4. 20. Spolia in æde Jovis Feretrii, prope Romuli spolia, quæ prima opima appellata, sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione dono fixit. de Cosso. Unde tractum est, ut

Figere arma sit Securum esse. Virg. 1. Æn. 248.

—— armaque fixit
Troja: nunc placida compostus pace quiescit.

Figere ad statuam. Plin. Epist. 159.

Legem figere. Cic. 14. Att. 12. Veruntamen ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua, &c. Virg. 6. Æn. 622.

—— fixit leges pretio, atque refixit. Ubi Servius, Fixit ideo quia incisæ in æreis tabulis affigebantur parietibus. V. Brisson. Form. 2.

Senatusconsultum ære publico figere. Tacit. 12. Ann. 53. Et fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus Sestertii ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.

Tabulas figere, idem quod Figere leges. Cic. 12. Fam. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Idem 1. Philipp. 3.

Figere aliquem maledictis, per translationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceteros figebat maledictis: sed Socratem ipsum, &c.

Arcana murmura figit auribus. Stat. 1. Achil. 380.

Beneficium trabali clavo figere. Cic. 7. Verr. 52. Proverbialis loquutio: nam beneficium quod Mamertinis fecerat, volebat Verres clavo trabali, i. e. Indissolubili, figere. Ejusdem sensus est Herculanus nodus. Quadrat in eos qui sunt arctissima necessitudine conjuncti & copulati. V. Erasm. in Chiliad.

Dicta hæc mea figite. Virg. 10. Æn. 104.

Mentem figere in re aliqua. Cic. 2. Fam. 5. Mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi.

Modum figere, pro Imponere. Hor. 3. Carm. 15. 2.

Tandem nequitiæ fige modum tuæ.

Oculos figis in virgine. Ovid. 4. Met. 196. In terram. Sen. Epist. 11.

Oscula figere. Virg. 2. Æn. 490. Ovid. ad Liv. 95.

Querelas nostras intra te fige tacitus. Juven. 9. Sat. 94.

Tela deorum in impiorum mentibus figuntur. Cic. de Arusp. Resp. 9.

Vultus fixit in imagine divæ. Ovid. 4. Fast. 318.

FIXUS, Partic. [πεπηγμένος, πηκτὸς] Plaut. Trin. 4. 3. 33. Ad parietem sunt fixa clavis ferreis.

Fixus & fundatus. Cic. 1. Att. 16. De statu Reip. Bonorum omnium conjunctione, & auctoritate consulatus mei fixus & fundatus videbatur.

Arma parietibus fixa. Cic. 1. de Divin. 74.

Dolor fixus medullis. Sen. Herc. OEth. 4.

Mala fixa. Cic. 14. Fam. 4. Si hæc mala fixa sunt, ego vero te quamprimum, mea vita, cupio videre.

Saxis asperis fixus aliquis naufragio expulsus. Cic. in Pison. 43. ex vet. poëta.

Sententia fixa menti. Valer. 1. Argon. 548.

Studium salutis alicujus, & testimonium dignitatis in monimentis publicis fixum. Cic. pro Sext. 128.

Fixum, per translationem, pro Firmato. unde Fixum consilium. Cic. 8. Att. 22. Et simul scito labare meum consilium illud, quod jam satis fixum videbatur.
Ratum, firmum, fixum. Cic. 4. Acad. 27.
Fixum & statutum est. Cic. pro Muren. 62.
Sicut quid ille promisit, id erit fixum. Cic. 1. Philipp. 17.
Maneat, ac fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest. Cic. pro Rabir. Post. 25.
Fixa animo. Cic. 10. Fam. 34. Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt.
Stabile & fixum bonum. Cic. 5. Tusc. 40.
Stabile, Fixum, & ratum decretum. Cic. 3. Acad. 27.
Fixum immotumque animo sedet. Virg. 4. Æn. 15.
Animis fixum tenere aliquid. Cic. pro Corn. Balb. 68.
Convellere aliquid fixum. Cic. pro Cluent. 26.
Compar. apud Arator. in Act. Apost. cap. 4.
Arva tremunt concussa locis, tu fixior hæres.
Fixe, Adv. Compar. Augustin. Epist. 6. extr. Ubi tenacius habitabit & fixius, nisi unde se Deum visurum esse præsumit?
Fixio, ōnis. f. Vet. Gloss. Fixio, κατάπηξις, πῆξις.
Fixūra, æ. f. Idem. Vulg. Interp. Joh. 20. 25. Fixura clavorum. conf. Vet. Interp. Irenæi 5. 10. & Tertul. adversf. Gnost. cap. 1.
Figlina, Figularis, Figulus, Figura. V. fingo.

## F I L

Filatim. V. filum.
Filia, Filialis, Filiaster, Filiatio. V. filius.
Filictum, Filicula. V. filix.
Filipendula, Herba est, quæ urinæ remoratui, ejusque stillicidio auxiliatur: Item renum tum calculis, tum doloribus. Eadem stomachi inflationes discutit. Medetur suspiriosis & anhelantibus, omnibusque in universum morbis quos causa frigida excitaverit. Ex Matthiol. in Diosc. lib. 3. conf. Tragus de Stirp. Hist. lib. 2. cap. 122.
Filippi Nummi. V. philippus.
Fīlius, i. m. [υἱὸς, παῖς, τέκος, τέκνον, κόρος, γόνος] Notum vocabulum. Filium ἀπὸ τοῦ φίλου dictum volunt, hoc est ab amore: quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. Perottus. Martinius ducit a φῦλον, i. e. γένος, genus, natio. ex φύω nascor, u transeunte in i, sicut ex φύω etiam est Fio. A Filo generationis deducit Suid. vet. Diction. V. eund. Martin. & Isidor. 9. 5. ubi quatuor modis Filii appellari docet, natura, imitatione, adoptione & doctrina.
Effigies probitatis paternæ, filius. Cic. 2. de Fin. 58.
Imago animi & corporis, filius. Cic. 6. Fam. 6.
Fratris filius. Ter. Phorm. 2. 1. 23.
Phædriam mei fratris video filium mihi ire obviam.
Blandus filius. V. blandus.
Herilis filius. Plaut. Cist. 4. 2. 83. Bacch. 2. 2. 55.
Infans filius. Juven. 14. Sat. 49.
Justus filius, pro Vero. V. justus.
Minor filius. V. minor.
Adoptare filium, sive Pro filio. V. adopto.
Amittere vel perdere filios vel liberos. Cic. 5. Fam. 16.
Cohibere filium. V. cohibeo.
Condemnare. Cic. 1. de Nat. Deor. 90. Lex ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset.
Educare filium. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Eniti filios. Quintil. in procem. lib. 6.
Pietate filius, consiliis parens, amore frater in me inventus est. Cic. Post redit. in Senat. 36.
Acerbum est parentum scelera, filiorum pœnis lui. Cic. Brut. 12.
Probum filium ex patre improbo nasci. Cic. pro Rosc. Com. 30.
Orbatus filio. V. orbatus.
Percutere filium securi. V. percutio.
Esse loco filii per ætatem. Cic. pro Domo, 35.
Filii etiam in bestiis & rebus inanimatis dicuntur. Columel. lib. 6. cap. 37. Ejusmodi admissarius nepotibus, quam filiis utilior. De equis. conf. Vet. Interpr. Juven. 10. Sat. 230.
Cæli filius est; Cujus virtutem miramur, vel Qui repentino advenerit. Lactant. 1. 11. conf. Tertul. Apol. cap. 10.
Filius familias. Cic. pro Cœl. 39. Illum filium familias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes. Sallust. cap. 43. Filii familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars, parentes interficerent. Ubi notandum Sallustium dicere Filii familiarum, non Filii familias, quia sermo est de diversis familiis. Sic Tacit. 1. Ann. 26. & 11. Ann. 13. V. Varr. de L. L. 7. p. 98. Ed. tert. Steph. Lex. Pitisc. Filios familias appellat in Vesp. cap. 11. Suetonius. Neve filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset.
Filiifamilias & filiæ dicuntur, Qui sunt in aliena potestate. Nam qui ex me & uxore mea nascitur, in mea potestate est. l. 4. D. de his qui sunt sui.
Fortunæ filius dicitur is, Cui omnia prospero fortunæ eventu succedunt. Hor. 2. Serm. 6. 49.
Inconstantiæ filius. Varr. V. Casaub. in Matth. 26. 15.
Medicorum filii. i. e. Medici. ad quam rationem & illud Plaut. Bacch. 2. 3. 74. Megalobuli, vel ut al. Megabyzi filius. i. e. Megabyzus. V. Taubm. & Meurs. ad loc.
Terræ filii, dicuntur Penitus ignoti. Cic. 1. Att. 10. Sed hæc scribam ad te alias subtilius: nam neque adhuc mihi satis nota sunt: & huic terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. V. terra.
Filii, num. pl. etiam Filias comprehendunt. Quintil. 9. 3. p. 517. V. Burm. conf. Paul. l. 84. de verb. signif.
Fili in vocativo usitatum est unice. Sed antique Liv. apud Priscian. dixit, Jupiter Saturni filie.
Filiŏlus, i. m. dimin. [τέκνιον] Plaut. Truc. 4. 3. 31. Cic. 1. Att. 1. Filiolo me auctum scito, salva Terentia. V. augeo.
Filiolus tibi nascitur. Juven. 9. Sat. 84.
Filia, æ. f. [θυγάτηρ, παῖς] notissimum verbum.
Adultera filia. Juven. 14. Sat. 26.
Integra filia. V. integer.
Matura viro filia. Virg. 7. Æn. 52.
Sola domum, & tantas servabat filia sedes,
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.
Nubilis filia. Ovid. de Rem. Amor. 571.
Auctus est ibi filia in subsidium & solatium simul. Tacit. in Vit. Agric. 6. V. augeo.
Collocare alicui filiam.
Collocare filiam nuptui, vel in matrimonium. V. colloco.
Despondere filiam suam alicui. Cic. pro Cluent. 179.
Incestare filiam. Tacit. 5. Ann. 19. Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpejo dejicitur.
Locare filiam. V. locus.
Filiafamilias, f. Sen. ad Helv. cap. 14. & l. 21. §. 3. ff. de Pactis. & l. 195. §. 2. ff. de verb. signif. V. dict. super.
Filiabus, in testamentis ob discrimen sexus, ait Plin. dici consuevisse: quum his tantum nominibus adjici soleat, quæ numero plurali es, litteris terminantur, ut Cupiditates, Dignitates, vel quæ us, ut Manus, Senatus, Fluctus. Hæc Charisius lib. 1.
Filiis in dat. & abl. pl. pro Filiabus habet Plaut. Pœn. 5. 3. 9. & Stich. 4. 1. 61.
Filiŏla, æ. f. dimin. [θυγάτριον] Plaut. Rud. prol. 39. Cic. 1. de Divin. 103. Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parva exosculans, animadvertit tristiculam. Idem 1. Att. 15.
Filialis, e. Adj. Augustin. Serm. 2. Fest. Pentecost. Cui non filiali obediebant amore.
Filiaster, quo quidam utuntur pro Privigno, non Parvus filius est, sed Imitans filium. Auctor Valla lib. 1. Gloss. Gr. Lat. θυγατριδῆς, neptis, filiaster. Inscript. vet. D. M. EPITYNCHANO FILIASTRO M. ANTONIVS HERMEROS B. M. F.
Filiatio, ōnis. f. Agnitio filii. JCt.
Fĭlix, ĭcis. f. [πτέρις] Herba passim in silvis, atque in agris crescens. a Findendo ducit Martinius, quia fissa habet folia. conf. Isidor. 17. 9. & Cic. 6. Att. 1. p. 581. Græv. Columel. lib. 2. cap. 2. Junci & graminis pernicies repastinatio est: filicis frequens extirpatio. Plin. lib. 27. cap. 9. Filicis duo genera nec florem habent, nec semen, &c. conf. Diosc. 4. 178. Virg. 2. Georg. 189.
Et filicem curvis invisam pascit aratris.
Maniplis filicum dura humus. Virg. 3. Georg. 297.
Neglectis urenda filix innascitur agris. Hor. 1. Serm. 3. 37.
De Pilis locorum obscœnorum transl. posuit Pers. 4. Sat. 40. V. Turneb.
Fĭlĭcŭla, æ. f. [πτερίδιον] Herba similis filici, quæ super muros antiquos, aut etiam juxta quercus crescere solet. Plin. lib. 26. cap. 8. Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, &c.
Felicula dicitur a Catone R. R. cap. 158. Nisi mendum est. V. Græv. in seq. dict.
Fĭlĭcātus, a, um. Adj. Cic. in Parad. 1. 3. Quid autem Numa Pompilius? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Alii legunt Felicatas, al. Deliacas. Filicata patera dicta, quod ad filicis herbæ speciem sit cælata. Fest.
Filicatæ lances. Cic. 6. Att. 1. V. Græv. p. 581. Turneb. Adversf. 1. 14. extr.
Filicīna, æ. f. Herba similis filici, alias Radiolum. Apul. de Herb cap. 83.
Filĭco, ōnis. m. Filicones, Mali & nullius usus, a Filici dicti. Fest.
Filictum, i. n. [πτεριδών] Locus filicibus consitus. Columel. lib. 2. cap. 2. Juncone sit, an gramine vestitus, an filictis, aliisve frutetis impeditus. conf. Pallad. 9. tit. 3. ubi Filectum, per e, scribitur.
Filtrum, i. n. Vet. Diction. Filtrum dicitur a Filum, quia ex filis, i. e. pilis animalium fit. Colum chymicum, pannus scil. villosus, vel charta emporetica. Hinc
Filtratus, a, um. Et
Filtratio, ōnis. f. quæ est Distillatio per filtrum. al. Feltrum. V. Martin.
Fīlum, i. n. [νῆμα, μέρμις, κλωστήρ, μίτος, στάμων] proprie Quod ex lino lanave trahendo ducitur: h. e. Linamentum, quasi minimum hilum. Varr. L. L. 4. Isidor. Fila dicta, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat, in modum pilorum, id est quasi filorum. Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Liv. 1. 32. Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est) Audi Juppiter, inquit, &c. Al. Filo.
Filus etiam dicebant veteres, teste Arnobio lib. 1. p. 36.
Atra fila trium sororum. Hor. 2. Carm. 3. 16. i. e. Parcarum.
Damnosa fila senectæ exuit. Stat. 1. Silv. 4. 7.
Improba fila. V. improbus.
Pendula fila. Claud. de Torpedine 20.
Tenuia fila aranei. Lucret. lib. 3. 384.
Tenui filo suspensa salus. Val. Max. 6. 4. 1.
Deducere fila. V. deduco.
Deducit aranea filum pede. Ovid. 1. Amor. 14. 7.
Deducere filum pollice. Ovid. 4. Met. 25.
Intexuit albis purpureas notas filis. Ovid. 6. Met. 577.
Intexere filis canis frondes. Ovid. 15. Met. 372. de Bombycibus.
Legere fila. Virg. 10. Æn. 815.
Movere sonantia fila, Citharæ chordas ferire. Ovid. 10. Met. 89.
Relinquit incepta fila. Ovid. 6. Met. 34.
Resolvent fila tua triplices deæ. Ovid. 2. Met. 654.
Trajicere filum in acu. Cels. lib. 7. cap. 16. Al. Conjicere in acus.
Fila supremæ horæ. Martial. lib. 10. 5. Parcarum respicit fila.
Filum, Linea. Varro, Sumptoque atramento sutorio, filum duxit.
Filum, Lineamenta faciei, & venustas. Gell. lib. 14. cap. 4. Forma ac filo virginali dixit imaginem justitiæ fieri solitam. Idem lib. 1. cap. 9.

cap. 9. tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atque habitu. Quidam Physionomiam, vel Tractum faciei vocant.
Pari filo esse, & simili figura. Lucret. lib. 2. 341.
Subtili prædita filo. Lucret. lib. 4. 86. conf. Salmas. in Capitol. Max. jun. cap. 1. & Non. 4. 214. Plaut. Merc. 4. 4. 15. Satis scitum filum mulieris, i. e. Lineamentum oris, forma, vel species. Apul. 4. Miles. Virginem filo liberalem.
Filum orationis, pro Stilo, & dicendi forma genereque, ac compositione ipsius orationis. Gell. lib. 20. cap. 4. Amavi in utriusque epistola brevitatis elegantissimæ filum tenuissimum. Tractum est a textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissimam conficiunt. Cic. de Amicit. 25. Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. h. e. Aliud dicendi genus. Idem lib. 3. de Orat. 101. Primum silva rerum ac sententiarum comparanda est. Qua de parte dixit Antonius. Hæc formanda filo ipso & genere orationis. Silva: i. e. Materia & copia. Filum tenor est & perpetuus ductus orationis, quo materia subjecta continuatur, atque redigitur in unum corpus. V. Erasm. in Adag. Tenui filo.
Crassum filum. Cic. 9. Fam. 12. Munusculum mittere volui levidense, crasso filo. V. LEVIDENSUS.
Tenue filum argumentandi. Cic. in Orat. 124.
Tenui deducta poemata filo. Hor. 2. Epist. 1. 225. i. e. Stilo subtiliori, minusque grandiloqua oratione.
Uberius filum. Cic. 2. de Orat. 93. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. i. e. Abundantiore genere dicendi.
FILĀTIM, Adv. [κατὰ νῆμα] Lucret. lib. 2. 830.
Filatim quum distrahitur, disperditur omnis.
FĪLO, [νήθω, μηρύω] āre. Filum ducere: cujus passivum est Filor. A quo fit compositum Effilo. Perott. conf. Fortunat. de Mart. 3. 112.
FILĀMENTUM, i. n. apud Medicos.
FILĀTUS, a, um. Sidon.

## F I M

FIMBRIA, Cognomen fuit Romanæ gentis Flaviæ. Ex qua familia C. Fimbria crudelitate insignis, qui quum Q. Scævolæ, quem graviter vulnerandum curaverat, diem insuper dixisset, quærentibus quid in Scævola esset accusaturus, Quod (inquit) non totum corpore telum receperit. V. Cic. pro Rosc. Amer. 33.
Alius Fimbria consularis apud Cic. 3. Off. 77. & L. Fimbria. 7. Verr. 181.
FIMBRIA, æ. f. [πέζα, θύσανος, κράσπεδον, κροσσός] Vestimentorum extremitas. Non. 2. 318. Fimbriæ sunt omnis extremitas. Nomen est a Fibro, quod antiquis Extremum erat. V. Varr. de L. L. 4. 13. Plin. lib. 7. cap. 51. Jam signa letalia: in furoris morbo risum: sapientiæ vero ægritudine, fimbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas.
Fimbriæ cincinnorum. Cic. in Pison. 25. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, cerussatæque buccæ.
Laticlaviæ mappæ, fimbriis hinc atque illinc pendentibus. Petron. cap. 32. conf. Salmas. ad Spartian. Pertin. cap. 8.
FIMBRIĀTUS, Adj. [θυσανωτός] Plin. lib. 17. cap. 10. Partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Idem de urtica, lib. 21. cap. 15. Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. i. e. Serratis, denticulatis.
Videtur significare Replicatum, quod dicitur Gallice *fronzé*. Suet. in Cæs. cap. 45. Usum ferunt lato clavo ad manus fimbriato. V. ibi Casaub. & Oct. Ferrar. de Re vestiaria 2. 1. 19. & Lex. Pitisc.
FIMBRIATŪRIO, īre. Quintil. lib. 8. cap. 3. i. e. Ferri amore in Fimbriam. [vel potius Fimbriam æmulari. Sed V. Burm. not. p. 690.
FĪMUS, i. m. [κόπρος, ὄνθος] a φύω gigno, quia agros feraces facit. Isidor. 17. 2. Dictus fimus, quod fiat imus. i. e. Stercus, quod vulgo Lætamen vocatur, &c. Apulejus, Fimo fistula excusso. Plin. lib. 17. cap. 9. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis.
Columbinus fimus. V. COLUMBUS.
Gallinæ fimus. Veget. Mulom. 3. 2. 13.
Ovillus fimus. in OVIS.
Reddere fimum, Excrementa ventris egerere. Plin. lib. 8. cap. 15. V. REDDO.
Pingui fimo saturare sola. Virg. 1. Georg. 80.
Fimus, fem. dixit Apulejus, quum ait, Liquida fimo strictim egesta.
FIMUM, i. n. Plin. lib. 28. cap. 12. Dolorem inflexibilem (Opisthotonon vocant) levat urina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum. Idem lib. 29. cap. 5. Prodest & fimum gallinaceum. Ibid. 5. Remedium est fimum caballinum.
Fimum bubulum. Columel. lib. 9. cap. 14.
FIMĒTUM, i. n. [κοπρὼν] pro Stercorario, vel sterquilinio. Plin. lib. 24. cap. 19. & 17. 9. Fimeta sub dio concavo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore depacto fieri jubet Virgilius.
FIMĀRIUS, i. m. apud Firmicum.
FIMŌSUS, a, um. in Digest.

## F I N

FINDO, fīdi, fissum, [ῥήσσω, ῥήγνυμι, σχίζω] ĕre. Scindere & dividere veluti in duas partes. Columel. lib. 3. Curabis ut præacutissima falce, ab ea parte qua bifurca est, findas eam. Plin. lib. 10. cap. 23.
Findere & dividere. Cic. 2. de Legib. 6.
Aera findit. Ovid. 4. Met. 666. de Volante Perseo.
Agros Sirius findit. Tibul. lib. 1. 7. 21.
Cælum findere aratro. Ovid. 1. Trist. 8. 3. de Re impossibili.
Cor meum finditur. Plaut. Bacch. 2. 3. 17.
Heu cor meum & cerebrum, Nicobule, finditur,
Istius hominis ubi fit quaque mentio.
Euphrates illic finditur. h. e. Dividitur in alveum geminum & ramum efficit. Plin. lib. 6. cap. 26.
Freta findere classe. Propert. lib. 3. 4. 2.
Humum solidam findere carmine. Ovid. 1. Amor. 8. 18.
Mare findo carina. Propert. lib. 3. 9. 35.
Rura finduntur vomere. Claud. 1. in Eutrop. 112.
Terras findunt radices arborum. Cic. in Arat.
Via finditur in solidum cuneis. Virg. 2. Georg. 79.
Via se findit in ambas partes. Virg. 6. Æn. 540.
Findi, Præ indignatione rumpi, & dissilire. Pers. 3. Sat. 9.
—— turgescit vitrea bilis.
Finditur: Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Al. Findor, ut h.e. Usque adeo succenset atque stomachatur, quod non tam cito adsit minister, ut propemodum crepet. V. BILIS.
FISSUS, a, um. Partic. [σχιστὸς] ut, Lignum fissum. Virg. 9. Æn. 413.
Lingua fissa in duas partes. Ovid. 4. Met. 586.
Paries fissus tenui rima. Ovid. 4. Met. 65.
FISSUM, i. n. vocabulum Haruspicinæ proprium. Cic. 2. de Divin. 32. Fissum familiare, inquit, & vitale tractant. Ex quo loco apparet fissum duplex fuisse, unum familiare, ut opinor in jecore, alterum vitale, in aliis extis credo, ut pulmone, de quo Lucan. 1. 618.
—— parvisque secat vitalia limes. Ex Turneb. V. FISSUS, ûs.
Fissa ani. i. e. Rimæ in ano, [ῥαγάδια] Cels. lib. 5. cap. 20. 5. Proprie autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancrum, &c. Idem 7. 30. Si qua fissa in eo induruerunt.
FISSIO, ōnis. f. [σχίσις] Idem. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum, &c.
FISSUS, ûs. m. Idem. Cic. 3. de Nat. Deor. 14. Unde porro ista divinatio? quis invenit fissum jecoris? [Videtur potius Fissum, i. n. esse, q. V.
FISSURA, æ. f. [σχίσμα, σχισμὴ] Divisura. Columel. lib. 4. cap. 29. Quod tum & totius obtruncatione vitis & cum ejusdem resectionis fissura præcipit fieri. Plin. lib. 10. cap. 63. Idem lib. 5. cap. 2. Fissura Nili, i. e. Divisio.
FISSICULO, āre. Findendo rimari. Apul. de Deo Socratis, p. 45. Vel somniis conformandis, vel extis fissiculandis. V. Scalig. in Catalect. p. 193.
FISSĪLIS, e. [σχιστὸς] Quod fissum est, aut findi potest. Plaut. Aul. 3. 2. 25. Ad focum si adesses, non fissile haberes caput. Plin. lib. 16. cap. 38. Columel. lib. 9. cap. 1. Erat fissilis stipes.
Robur fissile cuneis scinditur. Virg. 6. Æn. 181.
FINDIBĪLIS, e. Idem. apud JCtos.
FINGO, finxi, fictum, [πλάττω, σκευάζομαι, ἀναψεύδομαι, ἐπισκιάζω, σχηματοποιέομαι] ĕre. Componere, formare, proprie de figulo dicitur, qui vasa format ex luto. Inde generale fit vocabulum ad cetera quæ ingenio, manuque hominis artificiose formantur. Quintil. lib. 5. cap. 12. Statuarum artifices, pictoresque clarissimi, quum corpora quæ speciosissima fingendo, pingendoque effingere cuperent. Idem lib. 3. cap. 11. Nec pingere quisquam aut fingere cœpit a pedibus.
Fingere dicuntur etiam statuarii. Pictores pingunt, non fingunt. Cic. 5. Fam. 12. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat. Paulo post, Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse.
Facere & fingere. Cic. pro Domo 79. Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?
Fingere & formare. Cic. 1. Acad. 6.
Fingi, gignique multa in agris propter fœcunditatem possunt. Cic. 1. de Divin. 94.
Quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. Sallust. in Catil. 1.
E cera fingere. Cic. 6. Verr. 30. Cybiratæ sunt fratres quidam Tlepolemus & Hiero; quorum alterum fingere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem.
In ceris fingere. Cic. 1. de Nat. Deor. 71.
Dici, aut fingi. Cic. pro Milon. 5. Quid enim nobis duobus Judices, laboriosius, quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, &c.
Animo fingere, Concipere, & mente excogitare. Cic. de Senect. 41. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem jubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.
Animo & cogitatione aliquid fingere. Cic. 5. Tusc. 68.
Cogitatione igitur fingite imaginem hujus conditionis meæ. Cic. pro Milon. 79.
Fingere ex sua natura ceteros: h. e. Ceteros ex suo ingenio judicare. Cic. pro Rosc. Amer. 26.
Suscipe paulisper meas partes, & eum te esse finge, qui sum ego. Cic. 3. Fam. 12.
Finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse. Cic. 4. Acad. 86. Ulpianus L. cum quidam. D. de acquirenda hæredit. Finge obstetrices dicere.
Fingere aliquem voto. Plin. Epist. 112. lib. 6.
Amicitias fingere, pro Simulare. Cic. de Amicit. 51. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiæ tollere. [Nisi Fingunt h. l. est Comminiscuntur, Contrahi, nascique statuunt amicitias utilit. c.
Fingere, dissimulare, obtegere. Cic. 1. Att. 15. Quicum ego conloquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam.
Animos audientium fingere. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Animi inopis me finxerunt dii. Hor. 1. Serm. 4. 18.
Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli Finxerunt animi.
Carmina fingere. Hor. 4. Carm. 2. 32. V. CARMEN.
Causas fingit ne det: h. e. Cavillatur. Ter. Eun. 1. 2. 58.
Is venit: postquam sentit me tecum quoque
Rem habere, fingit causas ne det, sedulo.
Causas fingere ad discordiam. Ter. Hec. 4. 4. 71.
Quum fingis falsas causas ad discordiam. Al. Confingis.
Comas auro finxerat. Stat. 5. Theb. 228.

Corpora

Corpora fingere lingua: h. e. Lingendo efformare quemadmodum leones & ursi solent suos catulos. Virg. 8. Æn. 634.
Credibilius fingere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Crimen fingere. Cic. 5. Verr. 141.
Equum fingere. Hor. 1. Epist. 2. 64.
Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam.
Fabricam fingere ad senem. Ter. Heaut. 3. 2. 34.
Nonne ad senem aliquam fabricam fingit?
Faciem, vultum, sonum nobis non possumus fingere. Cic. 1. de Orat. 127.
Fallaciam fingere. Plaut Asin. 2. 1. 2. Ter. Heaut. 3. 2. 22.
Aliquid reperiret: fingeret fallacias,
Unde esset adolescenti, amicæ quod daret.
Falsum quidpiam fingere, pro Comminisci. Ter. Eun. 1. 2. 120.
Ego pol quæ mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neque me finxisse falsi quicquam, &c.
Favos fingere dicuntur apes, pro Artificiose facere. Cic. 1. Off. 157. Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt favos.
Filium tuum ille Syrus mire finxit. Ter. Heaut. 5. 1. 25. V. Drakenb. ad Sil. 1. 445.
Formas apte fingetur in omnes. Ovid. 14. Met. 685.
Fortuna suis cuique fingitur moribus. Cic. in Parad. 5. conf. Plaut. Trin. 2. 2. 84.
Fugam fingere, pro Simulare. Plaut. Capt. 2. 1. 14.
At fugam fingitis: sentio quam rem agitis.
Futura ex eventis fingere. Cic. 6. Fam. 6.
Hominem fingere & fabricare. Cic. 4. Acad. 86. Etiamne hoc affirmare potes, Luculle, esse aliquam vim cum prudentia & consilio, scilicet quæ finxerit, vel (ut tuo verbo utar) quæ fabricata sit hominem.
Homines imitatores & narratores facetos natura fingit & creat. Cic. 2. de Orat. 219.
Jocum fingere tristi mente. Tibul. 3. 7. 2.
Libere & impune aliquid fingere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Maleficium fingere. Cic. pro Rosc. Amer. 116.
Mentem. ut, Actor enim moderatur & fingit non modo mentem & voluntates, sed pæne vultus eorum, apud quos agit. Cic. 3. de Legib. 40.
Miserum finxit aliquem fortuna. i. e. Reddidit. Virg. 2. Æn. 80.
Mores fingere. Cic. 4. Acad. 114. Tantum tibi arroges ut exponas disciplinam sapientiæ, naturam rerum omnium evolvas, mores fingas, fines bonorum malorumque constituas.
Nidos fingere. Plin. lib. 11. cap. 21.
Nidos fingere & construere volucres videmus. Cic. 2. de Orat. 23.
Opprobria fingere quælibet in quemvis. Hor. 1. Epist. 16. 30.
Opus luteum fingit sub trabe Hirundo. Ovid. 1. Fast. 157.
Orationem institutis aliquorum commode fingere. Cic. de Clar. Orat. 119.
Oratorem summum fingere. Cic. in Orat. 7.
Parricidia fingere, i. e. Struere, parare. Sen. Consol. ad Marc. 26.
Pocula finguntur de humo. Ovid. 2. Trist. 489.
Ad rectum fingi. Hor. in Arte Poet. 367.
—— quamvis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis.
Religiones novas fingere sibi ex loco. Cæs. 6. Bell. Gall. 36.
Rhetora se fingere. Martial. lib. 2. 64.
Ridicula fingere ex tempore. Cic. in Orat. 87.
Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt fingere & accommodare. Cic. in Orat. 24.
Sermonem fingere ad voluptatem alterius. h. e. Componere & accommodare. Cic. de Amicit. 98. Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. [Malim, Ad ipsorum voluntatem.
Somnia sibi fingere. Virg. 8. Ecl. 108.
Stultitiam fingere. Vict. de Vir. Illust. cap. 10. de Bruto.
Timores fingere. Ovid. 2. Amor. 8. 23.
Venustissime aliquid fingere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Verba, sicut mollissimam ceram, ad arbitrium nostrum fingere & formare. Cic. 3. de Orat. 175.
Verba inania fingis. Propert. lib. 3. 20. 5.
Versus fingere. Hor. in Arte Poet. 382.
Virtutes fingere. Tacit. 6. Ann. 51. Occultum ac subdolum fingendis virtutibus.
Vultum fingere. Cæs. 1. Bell. Gal. 39. Hi neque vultum fingere, neque interdum lachrymas tenere poterant.
Vultum & incessum sibi fingere. Cic. 2. de Fin. 77. Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior viderere, non esses tui similis: verba tu fingas, & ea dicas quæ non sentias.
Vultum alterius fingere. Ter. Heaut. 5. 1. 13. Vultus quoque hominum fingit scelus.

**Fictus**, Partic. [πεπλασμένος, πλαστὸς] sive Nomen ex partic. pro Simulato. Ter. Eun. 1. 2. 24. Cic. de Amicit. 79. In amicitia autem nihil est fictum, nihil simulatum.
Fictus & astutus. Hor. 1. Serm. 3. 62. i. e. Simulator.
Ab aliquo deo fictus quidam. Cic. 1. de Orat. 115. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur.
Amore ficto suspirare. Lucret. lib. 4. 1185.
Causa abs te per summam fraudem & malitiam ficta est. Cic. pro Quint. 56.
Cincinni ficti. Plaut. Truc. 2. 2. 32.
Jam ego istos fictos, compositos, crispos, cincinnos tuos,
Unguentatos, usque ex cerebro expellam.
Crimina ficta. Tacit. 3. Ann. 37.
Cunctatio ficta. Tacit. 1. Ann. 46.
Deus fictus & commentitius. Cic. 2. de Nat. Deor. 70.
Ebrietas ficta. Ovid. 1. de Arte Am. 597.
Fabula ficta & commentitia. Cic. 3. Off. 39.
Fabula ficta in vanum jocum. Tibull. lib. 3. 4. 68.
Gemitus dat fictos. Ovid. 6. Met 565.
Gratia ficta linguæ. Ovid. 12. Epist. 12.
Homullus ex argilla & luto fictus Epicureus. Cic. in Pison. 59.
Imago picta & ficta. Cic. 5. Fam. 12.
Materia non inerudite ad declamandum ficta. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Mulier ficta, i. e. Culta. Plaut. Stich. 5. 5. 4.
Bene quum lauta est, tersa, ornata, ficta est; infecta est tamen.
[Videtur de cura capilli potissimum exponendum. V. Viris doctis ad Phædri 2. 2. notata. Conf. Cincinni ficti & FICTOR.
Officio ficto, simulataque sedulitate conjunctus. Cic. pro Cæcin. 14.
Orationes fictæ. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Pectore ficto fatur. Virg. 2. Æn. 107.
Religio ficta. Cic. 1. Fam. 4.
Res fictæ & adumbratæ. Cic. de Amicit. 79.
Res fictæ & commentitiæ. Cic. pro Muren. 23.
Testis fictus subornari solet & imponi falsæ tabulæ. Cic. pro Cæcin. 71.
Voce ficta gloriam sibi quærere. Ovid. 9. Met. 54.
Tenax ficti pravique. Virg. 4. Æn. 188. de Fama loquitur.

**Fictor**, ōris. m. [πλάστης, πλαστικὸς] Qui ex creta atque argilla opera facit. Cic. 2. de Nat. Deor. 72. Reliquos deos ea facie novimus, qua pictores, fictoresque voluerunt.
Fictor legum. Plaut. Epid. 3. 4. 86.
Fictor appellatur, Isidor. 10. litt. F. a Fingendo & componendo aliquid: sicut Qui capillos mulierum linit & pertractat, & ungit & nitidat. Sed & dii habebant suos Fictores, hoc est qui simulacra eorum exornabant. Sen. apud August. de Civ. Dei 6. 10. Alius nomina Deo subjicit, alius horas Jovi nunciat, alius fictor est (ita enim cum Lipsio legendum) alius auctor. Sic & FICTORES PONTIFICVM & VESTALIVM in antiquis lapidibus leguntur; & hi erant vel Qui de pane aut cera fictas hostias faciebant pro tenuioribus, vel Qui inter ministeria sacrorum liba fingebant.
Fictores etiam dicebantur Dulciarii operis factores. V. Casaub. ad Suet. Aug. cap. 4. extr. & Varr. de L. L. 6. 3.

**Fictrix**, īcis. f. [πλάστις] Cic. 3. de Nat. Deor. 91. Ejus autem universæ fictricem & moderatricem, divinam esse providentiam.
Fictrices & Veratrices olim dictæ mulieres veneficæ & sagæ, de quibus Scalig. in Cirin.

**Fictio**, ōnis. f. Lactant. de Opific. Dei cap. 12. In avium fœtibus primum oculos fingi, dubium non est: quod in ovis sæpe deprehendimus. Unde fieri non posse arbitror, quin fictio a capite sumat exordium. Idem Inst. 1. 21. Ut aliquis poëtarum fictionibus credat. Arnob. lib. 4. Inducere Deorum nescio quas fictiones. Usus est & Quintil. 5. 10. & 8. 6. item 9. 3. ubi Prosopopœan appellavit Personæ fictionem.

**Fictura**, æ. f. i. e. Vocis formatio. Gell. 10. 5.

**Fictus**, ûs. m. Sarisb. 2. 27. Disciplinæ fictum effugere.

**Ficte**, Adv. [πλαστῶς] Simulate. Cic. 3. Fam. 12. Nam ut vetus nostra simultas antea stimulabat me ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.
Ficte & fallaciter, Vere & sapienter, contraria. Cic. pro Domo, 77. Jus a majoribus nostris qui non ficte & fallaciter populares, sed vere & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c.
Ficte & simulate loqui. Cic. 1. Q. frat. 1.

**Figmen**, ĭnis. n. Prudent. Apoth. 798.
Factor utroque hominem meditans de figmine junctim
Ædificare sui similem. Et 1035.
Os capere & fabro deitatis figmine nasci.

**Figmentum**, i. n. [πλάσμα] Quod fictum est. Cic. 2. de Orat. 188. Tantum est flumen gravissimorum, optimorumque verborum, tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine figmentis, fucoque puerili, ut mihi, &c. Gell. 5. 12. Capræ figmentum. conf. Lactant. 7. 22. & Apul. Met. 4.

**Fĭgŭlus**, i. m. [κεραμεὺς, χυτρεὺς] Idem quod Fictor. Plin. lib. 35. cap. 12. Fingere ex argilla similitudines Dibutades, Sicyonius figulus, primus invenit Corinthi, filiæ opera. Columel. lib. 11. cap. 1.
Figulus, Cognomen gentis Marciæ nobilis in Romana historia familiæ. V. Cic. Brut. 20. & 2. de Legib. 25.

**Figulīna**, æ. f. [κεραμεῖον] seu, quod magis a doctis usurpatur, per syncopen, Figlina; Officina est in qua figulus opera facit. Plin. lib. 7. cap. 56. Figlinas Corrhœbus Atheniensis invenit. & lib. 35. cap. 12. Figlinarum opera imbricibus tubulis, tegulisque ad balineas humatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quæ rota fiunt. Varr. 1. de R. R. cap. 2.

**Figlīnus**, a, um. Adj. [κεράμιος] ut, Figlina creta, Qua figuli utuntur. Plin. lib. 10. cap. 21.
Figlinum opus, Quale figuli facere solent. Plin. lib. 31. cap. 3. Ollisque e figlino opere crudis. conf. Vitruv. 5. 10.

**Figlinum**, i. n. [κεράμιον] Opus ipsum figuli. Plin. lib. 34. cap. 18. Alii limatam scobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

**Figlinarius**, i. m. Idem qui Figulus in Digest.

**Figulāris**, e. [κεραμικὸς] Quod pertinet ad figulum. Plaut. Epid. 3. 2. 35. Versutior es, quam rota figularis.
Figularis creta, Qua figuli utuntur. Columel. lib. 6. cap. 16. V. ARGILLA, & paulo infra FIGURALIS.
Figularia. n. pl. absol. ut, Figularibus tritis, & picis liquidæ & fricti salis singulos sextarios infundunt. Columel. lib. 7. cap. 5. Figularia vocat, Fragmenta testacea, vel lateritia.

**Figŭlo**, āre. pro Fingere. Tertull. adv. Valent. cap. 24. Figulat hominem Demiurgus.

**Fĭgulātus**, a, um. Partic. Idem de Carne Christ. cap. 9. Corpus hoc nostrum de limo figulatum.

**Figulatio**, ōnis. f. Idem de Resurr. Carn. cap. 5. Et de Anima, cap. 25.

**Fĭgulator**, ōris. m. Idem ac Figulus. Gloss. vet. Græco Lat. κεραμεὺς, Faber figulator.

Figularius, i. m. Idem. Gloſſ. Lat. Gr. Figularius, κεραμεύς.

Fictīlis, e. [πλαςὸς, ὀςρακινὸς] Adj. Quod eſt factum a figulo. Plin. lib. 35. cap. 12. Quæ rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, & ad aquas. aliter Hard. q. V. Ibid. paulo ſupra, Fictilem eum fuiſſe, & ideo miniari ſolitum, fictiles in faſtigio templi ejus quadrigas. Di fictiles. Propert. lib. 4. 1. 5.
Figuræ fictiles. Cic. 1. de Nat. Deor. 71.
Imago fictilis. Propert. lib. 3. 3. 30.
Pocula fictilia. Tibull. lib. 1. 1. 38.
Simulacra deorum fictilia in delubris dicata. Plin. 34. 7.
Vaſa fictilia. Cic. 6. Att. 1.
Urna fictilis. Cic. in Parad. 1.

Fictīle, is. n. [κεράμιον] Quicquid ex terra fingitur. Plin. lib. 35. cap. 12. Quoniam eo pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris conſtent, quam murrhina.
Guloſum fictile. Juvenal. 11. Sat. 20.
Pura fictilia. Tibull. lib. 1. 1. 38.
Fictilibus cœnare pudet. Juvenal. 3. Sat. 168.
Nulla aconita bibuntur fictilibus. Juvenal. 10. Sat. 25. V. Brœck. ad Tibull. 1. 1. 30. conf. Sen. Epiſt. 5. & Auſon. Epigr. 8.
Ad Simulacra etiam refertur. Liv. 34. 4. Fictilia deorum.

Fictiliārius, i. m. Idem ac Figulus. Gloſſ. Gr. Lat. ὀςρακοποιὸς, Fictiliarius.

Fictītius, a, um. Plin. 23. 1. Fictitium non poteſt appellari quod bion appellavimus. Scil. Vinum. Jul. Firmic. de Error. prof. Rel. Videtis ut veſtros ementitos & fictitios deos turbulentus error excogitaverit.

Fingĭbĭlis, e. Fingi aptus. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 104. Præ oculis ſcintillarum fingibilis viſus. [i. e. Imaginarius, Apparens falſo.

Fĭgūra, æ. f. [ἰδέα, σχῆμα, τύπος, χαρακτὴρ] a Fingendo. Gell. 12. 28. Eſt, ut ait Aſconius ad 3. Verr. 57. circa geſtum, ſitumque membrorum. Cic. 1. Off. 126. Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquamque figuram in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu.
In figura hominis feritas belluæ. Cic. 3. Off. 12.
Figura & ſpecies humana. Cic. 1. de Nat. Deor. 47. Idem pro Roſc. Amer. 20.
Corporis. ut, Corporis igitur noſtri partes, totaque figura, & forma, & ſtatura quam apta ad naturam ſit apparet. Cic. 5. de Finib. 35.
Formæ figura. Cic. 1. de Nat. Deor. 90.
Oris. ut, Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Orat. 114.
Negotii figura. Cic. 1. de Invent. 41. Majus & minus, & æque magnum, ex vi & numero, & ex figura negotii, ſicut ex ſtatura corporis conſideratur.
Vocis figura. Auct. ad Herenn. lib. 3. 25.
Concors figura. V. concors.
Flebiles figuræ, i. e. Litteræ flebiles. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 15.
Mœſta figura. Ovid. 10. Epiſt. 134.
Muliebris figura. Cic. de Univerſ. 39.
Muliebrem in figuram habitumque formata ſtatua. Cic. 4. Verr. 87.
Nova figura oris. Ter. Eun. 2. 3. 24. in laudem puellæ dictum; Ipſas quoque puellas Figuras nonnunquam dictas docet Burm. ad Quintil. Decl. 12. 2. p. 307.
Simillimæ figuræ. Cic. de Univerſ. 39.
Adimire figuram alicui. Ovid. 2. Met. 474.
—— adimam tibi namque figuram,
Qua tibi, quaque places noſtro importuna marito.
Animare aurum impreſſis figuris. Stat. 5. Silv. 1. 2.
Confidere fallaci figuræ. Ovid. 2. de Arte Am. 143.
Dedit natura habilem & aptam ingenio humano figuram corporis. Cic. 1. de Legib. 26.
Ducere veri figuram, Ad naturam ipſam propius accedere. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 43.
Effingere varias figuras. Lucret. lib. 2. 588.
Exprimere quandam formam figuramque dicendi. Cic. 2. de Orat. 90.
Immutata figura alicujus. Ovid. 7. Met. 722.
Signatur cera figuris. Ovid. 15. Met. 169.
Sumere figuras varias. Ovid. 12. Met. 556.
Trahere figuram aliquam. Ovid. 3. Met. 399.
—— oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Variata figuris multigenis. Lucret. lib. 2. 335.
Verſa figura. Ovid. 10. Met. 234.
Vincit hominis figura omnium animantium formam. Cic. 1. de Nat. Deor. 91.
Figura, [σχῆμα] apud Grammaticos, eſt Conformatio quædam orationis, remota a communi & primum ſe offerente ratione, ut ait Quintil. lib. 9. cap. 1. [Eandemque definitionem Rhetores adoptant. Quanquam longe alius generis Grammaticorum ſint, ac Rhetorum figuræ. De quibus utriusque generis commentaria conſule.
Sequi Græcam figuram malit. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Variare, ac verſare aliquid mille figuris. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Figura, pro Scommatibus. Suet. in Veſpaſ. cap. 13. Amicorum libertatem, Cauſidicorum figuras, philoſophorum contumaciam leniſſime tulit. Idem Domit. cap. 10. Occidit & Hermogenem Tarſenſem propter quasdam in hiſtoria figuras, &c. V. Caſaub. ad loc. & Voſſ. Inſt. Orat. 5. 6. 7. [Ita καθ' ἐξοχὴν dici cœpit, Dictum acutum, oblique in aliquem jactum, ita ut Scommatis aculeus verbis ambiguis occuleretur. Nec ante Neronis principatum ejus ſignificationis hujus vocabuli exemplum me reperire memini.
Figura Geometris eſt, Quæ ſub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur. Eucl. primo Element.
Figura, Juris forma & ſpecies. V. lex.

Figurāte, Adv. ſignificat Per figuram. Aſcon. Ped. procem. Act. Verr. Figurate dixit.
Compar. Sidon. 5. Epiſt. 8. Figuratius quem pungere.
Superl. Figuratiſſime, apud Mart. Capell.

Figurato, Idem. apud Tertull. adv. Jud. cap. 9. & adv. Marc. 3. 14.

Fĭgūro, [σχηματίζω] āre. Fingere & formare. Cic. de Univerſ. 15. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnis forma reliqua concluditur. Sic Plin. lib. 9. cap. 51. Idem cap. 63. Poſtea lambendo calefaciunt fœtus & figurant.
Formare, figurare, colorare, animare non poſſunt atomi. Cic. 1. de Nat. Deor. 111.
Æs figurare in habitum ſtatuæ. Sen. Epiſt. 66.
Caſeum figurare. Plin. 16. 38.
Figurare os pueri, per translationem. Hor. 2. Epiſt. 1. 126. h. e. Optimo ſermoni aſſuefacere. conf. Lucret. 4. 550. & 2. 412.
Figurare, Imaginari. Quintil. in Gladiatore, §. 6. extr. Figurare tamen poteſtis, qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Curt. lib. 7. 1. 36. Utinam prudentius eſſet ſolicita pro filio, & non inanes quoque ſpecies anxio animo figuraret.
Figurare orationem, Figuris diſtinguere & aſpergere. Quintil. lib. 9. cap. 1.

Figurātus, Partic. [ἐσχηματισμένος] Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata.
Corpus figuratum ita eſt, ut excellat aliis. Cic. 5. de Fin. 34. De corpore hominis.
Signum in modum Liburnæ figuratum. Tacit. Germ. 9. 2.
Stercus. Celſ. lib. 2. cap. 3. Venter ei, qui a periculo tutus eſt, reddit mollia, figurata.
Verba figurata, apud Quintil. lib. 1. cap. 8.

Figurātio, ōnis. f. [σχηματισμὸς] Plin. lib. 11. cap. 37. Ut in uno quoque poſcit figuratio. Vitruv. 9. 4. Depicta figuratio.
Figuratio, pro Imaginatione, apud Quintil. Decl. 6. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat, &c. i. e. Imaginetur.

Figurātor, ōris. m. Qui figurat. Arnob. 6. Vobis ducibus & figuratoribus Luna femina eſt.

Figurālis, e. Celſ. 1. 3. Creta figuralis corpori illita. Sed forſan legi debuit Figularis. [Nec aliter legitur in codd. emendatis, licet alteram lectionem aſſerere Celſo conetur Guil. Pantinus, qui tamen lib. 5. cap. 1. veram lectionem retinuit. V. ſupra figularis.

Figurālĭter, Adv. Idem quod Figurate. Gloſſ. Gr. Lat. ἐσχηματισμένως, Figuraliter. Sidon. 8. Epiſt. 14. Quicquid Legis diebus figuraliter immolabatur. i. e. Typice. conf. Auguſtin. de Geneſ. lib. 1. pr. & Tertull. de Teſt. Animæ, cap. 2.

Figuranter, Adv. i. e. Figurate. apud Diomed. Gramm.

Figurantia, æ. f. apud Auguſtin.

Fīnis, is. m. & f. [τέλος, πέρας, πέρας, τελευτὴ, ὅρος, ὅριον, μεθόριον] Id in quo unaquæque res terminatur: dicitur a Funis, quia agrorum fines funiculis ſunt diviſi, Iſidor. 15. 14. vel a Fio, ut vult Martinius in Lex. Phil. Scalig. de cauſis L. L. cum Iſidoro facit Virg. 1. Æn. 245.
—— quem das finem rex magne, laborum? Idem 2. Æn. 554. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum ſorte tulit. Cic. 2. de Legib. 55. Neque neceſſe eſt ediſſeri a nobis, quæ finis funeſtæ familiæ, &c.
Imperium ſine fine. Virg. 1. Æn. 283.
Anni fine. Tacit. 3. Ann. 30. Fine anni conceſſere vita inſignes viri.
Fugæ finis. Plaut. Merc. 3. 4. 67.
Quis modus tibi exilio tandem eveniet? quis finis fugæ?
Operum longorum finis. Hor. de Arte Poet. 406.
Anguſti fines ævi. Lucret. lib. 2. 1168.
Certa finis. Lucret. lib. 1. 562. conf. Aſtat finis.
Honeſtiſſimus finis. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Idoneus finis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Legitimus finis. Ovid. 1. de Arte Am. 282.
Unus judicati finis, Una ſententia. Paulus in l. Singulis. D. de except. rei judicatæ, Singulis controverſiis ſingulas actiones, & unum judicati finem ſufficere, probabili ratione placuit.
Accipere finem. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Addere finem alicui rei. V. addo.
Afferre finem alicui rei. Quintil. lib. 5. cap. 10. Si finem Prætoris edicto afferunt Calendæ Januarii, cur, &c. V. affero. Tributorum finem unius imperatoris præda attulit. Cic. 2. Off. 76.
Certa quidem finis vitæ mortalibus aſtat. i. e. Fixa eſt & decreta. Lucret. lib. 3. 1091.
Capere. Virg. 10. Æn. 106.
—— nec veſtra capit diſcordia finem.
Conſtituere controverſiæ judiciariæ finem aliquando. Cic. 3. Verr. 5.
Dare finem laborum. Virg. 1. Æn. 145.
Dedit finem ore loquendi. Virg. 6. Æn. 76.
Dempto fine carendus. Ovid. 1. Epiſt. 50.
Expeditus finis. Celſ. lib. 6. cap. 6. De Xerophthalmia.
Expletus finis pudoris. Stat. 1. Achill. 291.
Facere finem maledictis. Ter. prol. Heaut. 34.
De illius peccatis plura dicet, quum dabit
Alias novas: niſi finem maledictis facit.
Facere finem libidini & impudentiæ. Cic. 5. Verr. 207. & 6. 118.
Facere finem ſermoni, Tacere. Plaut. Aſin. 3. 3. 15.
Sermoni jam finem face tuo: hujus ſermonem accipiam.
Facere ſolicitudinis finem quamprimum. Cic. 16. Fam. 342.
Facere finem vitæ atque laboris. Lucret. lib. 3. 956.
Fecit finem vitæ & victoribus & victis idem dies. Cic. 7. Verr. 76.
Facto fine quievit. Virg. 3. Æn. 718.
Facere finem orandi. Ter. And. 5. 1. 1.
Satis, jam ſatis, Simo, ſpectata erga te amicitia eſt mea,
Satis pericli cœpi adire: orandi jam finem face.
Ferre finem rebus feſſis. Virg. 3. Æn. 145.
Habeat neceſſe eſt vivendi finem, qui finem habet motus. Cic. in Somn. Scip. 20.
Habet finem luſus. Ovid. 3. de Arte Am. 809.
Implere finem vitæ. Tacit. 2. Ann. 42.

Imponere finem bello. V. IMPONO.
Imponere finem curis. Virg. 4. Æn. 639.
Invenire finem dicitur res. V. INVENIO.
Lecta oratione aliqua ad eum finem, quem memoria possem comprehendere. Cic. 1. de Orat. 154. V. paulo infra Quem ad finem?
Orare finem malorum. Ovid. 1. Met. 733.
Pete finem certum voto. Hor. 1. Epist. 2. 56.
Ponere sibi finem vitæ, Se occidere. Tacit. 6. Ann. 40. extr.
Ponere finem vitæ. Sen. Agam. v. 608.
Reperire finem solicitudinis. Cic. 10. Fam. 15.
Reperire finem & exitum alicujus rei. Cic. pro Cluent. 7.
Statuere finem cladi. Sen. Herc. fur. 4.
Statuere finem timoris. Lucret. lib. 6. 26.
Sum. ut, Nec finis in illa est. i. e. Non definit. Ovid. 10. Met. 471. Discordiarum finis sit aliquando. Cic. de Arusp. Resp. 54.
Finis absol. pro Morte; ut, Plus in tuo fine claritatis. Tacit. 15. Ann. 63.
Sumere sponte finem. Tacit. 6. Ann. 25. Nisi si negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumptus. conf. Idem 1. Hist. 37. 6.
Finis, quo referri omnem rationem oportet. Cic. 2. de Invent. 156.
Illud cujus causa facere debemus, finem appellabimus. Cic. 1. de Invent. 6.
Officium & finis oratoris. Cic. 1. de Invent.
Quem ad finem? ad quid? quod vulgus dicit, Ad quam occasionem. Cic. 7. Verr. 75. Piratam vivum tenuisti, quem ad finem? dum cum imperio fuisti? quamobrem? quam ob causam, &c. (*A quelle fin?* H. St. [ Immo Quem ad finem hoc loco dicitur pro Quam diu, ut supra Lecta oratio ad eum finem, pro Usque eo, Eatenus. Trita Tullio phrasis est. V. Bos. ad Nepot. Epam. cap. 2. extr.
Finis ædificatæ domus, usus. Cic. 1. Off. 138. Dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse: cujus finis est usus.
Æquitas, finis est in judiciali genere. Cic. 2. de Invent. 155.
Finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. Cic. pro Muren. 12.
Vulgaris liberalitas, referenda est ad illum Ennii finem, Nihilominus ipsi luceat. Cic. 1. Off. 52. [ i. e. Eum ad finem, non ultra extendenda, ne obsit datori.
Finis pro Definitione, quæ & Finitio & Finis est apud Quintil. 5. 10. p. 412. Burm. Idem 2. 16. p. 188.
Finem, sæpe Jurisconsulti pro Modo accipiunt, ut est a Franc. Duar. lib. 1. Anniverf. disput. notat. Itaque Fini, & Ad finem, Ad modum & quantitatem significat, in l. 19. D. de compens. l. 1. §. pacto. D. de usur. l. 5. D. de Coll. dot. cum similibus. Sic Fini peculii, Fini legitimæ usuræ.
Finis in sing. num. pro Termino, seu Finibus. Liv. lib. 33. cap. 37. Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. In numero multitudinis idem usurpavit lib. 35. cap. 4. pr. Consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit. V. p. p. Fines.
Finis imperii. Plin. lib. 12. cap. 4.
Nullo fine crescunt vites. V. NULLUS.
Dirigere finem. Liv. lib. 39. cap. 27. extr. De jure etiam finium pauca adjecerunt. Q. Fabium Labeonem, quum in ea regione fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ paroreian subeat: nusquam ad mare declinantem.
Excidere fine alicujus rei. Quintil. lib. 2. cap. 17. Dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit.
Ingredi intra finem alicujus loci. Cic. pro Cæcin. 22.
Tenere finem. Tacit. Agric. 18. Finem Britanniæ non fama, nec rumore, sed castris & armis tenemus.
Transeunt appetitus finem & modum. Cic. 1. Off. 102.
Fines, ium. [ κατάληγοντα ] pl. sæpius, pro Terminis & limitibus. Ter. Heaut. 3. 1. 93.

Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum. Plin. Epist. 258.

Prorogatio finium imperii. Cic. de Provinc. Conf. 29.
Tutor finium Silvanus. Hor. Epod. 2. 22.
Adigere arbitrum regendis finibus. Cic. in Topic. 43.
Arcere aliquem suis finibus. Virg. 1. Æn. 304.
Arceri otii finibus videbam non posse. Cic. de Arusp. Resp. 4.
De finibus controversiam esse. Cic. in Topic. 43.
Constituere sibi certos fines terminosque, extra quos egredi non possit. Cic. pro Quint. 35. Cic. de Amicit. 56. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines & quasi termini diligendi.
Continere se finibus rerum suarum. V. CONTINEO.
Continetur suis finibus exiguis Latina lingua. Cic. pro Arch. 23.
Contingere fines. V. CONTINGO.
Defendere regiones suas finesque. Cic. in Orat. 141.
Describere aliquid ingenii sui finibus immensis. Cic. 1. de Orat. 214.
Exire fines senectæ. Stat. 4. Silv. 2. 59.
Expulsus patriis finibus. Virg. 1. Æn. 624.
Habere tantos provinciæ fines, quantos optaverimus. Cic. in Pison. 49.
Incolere fines civitatum aliquarum. Cic. 1. Q. frat. 3.
Pangere fines. Cic. in Pison. 37. Obtinuisti provinciam Consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat.
Præscribere fines. Cic. 1. Q. frat. 1.
Proferre fines officiorum. Cic. pro Muren. 22. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores, & virtutis magistri, fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse.
Propagare & regere fines. Cic. pro Muren. 22.
Terminare fines agri. Cic. 1. Off. 33. Idem 3. in Catil. 26.
Transcendere juris fines. Lucret. lib. 3. 60.
Transcendere præscriptos fines. Claud. in 4. Conf. Hon. 303.
Tueri fines suos ab excursionibus. Cic. pro Deiot. 22.
Vivens intra fines naturæ. Hor. 1. Serm. 1. 50.
Fines templares dicuntur, Qui in quadrifinio positis possessionibus finem faciebant. Var. Auct. de Limit. p. 295. Guther. de Vet. Jur. Pontif. 3. 5.
Fine & Fini in ablativo facit: sæpius tamen per E. Gell. lib. 7. cap. 3. Ea fini facere nolle aliquid. Idem lib. 10. Hac fini hominem dimisit.

FĪNIO, īvi, ītum, [ πλέω, περαίνω, τελευτάω, ὁρίζομαι ] īre. Perficere, absolvere. Apulejus, Sine opus finiam quod incepi.
Initium sumere, & Finire, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 6. Quo ex genere cœperis translationis, hoc desinas. Multi enim quum initium a tempestate sumpserint, incendio aut ruina finiunt.
Animam finivit, h. e. Vitam. Ovid. 7. Met. 591.
Cursus annuos, sacerdotes finiunto. Cic. 2. de Legib. 20.
Dolores finire. Virg. 12. Æn. 880.
Dolorem gladio finire. Ovid. 1. de Ponto, 6. 41.
Dolores morte finire. Cic. 1. de Fin. 27.
Errorem finire. Liv. 1. 1. extr. Ea res utique Trojanis spem affirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris.
Famem finire cæde boum. Ovid. 11. Met. 370. al. Satiare.
Jurgia finieram. Ovid. 1. Amor. 13. 47.
Morbo finiri, Interire, mori. Plin. 1. Epist. 12.
Prandia finire moris. Hor. 2. Serm. 4. 22.
Rem finire, paucorum certamine. Auctor de Vir. Illust. cap. 4. pr. Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio & Suffetio, placuit rem paucorum certamine finire.
Sententiæ verbis finiantur. Cic. 3. de Orat. 191.
Sitim finit copia lymphæ. Hor. 2. Epist. 2. 146.
Spiritum finire. Tacit. 14. Ann. 51. Tumescentibus paulatim faucibus & impedito meatu, spiritum finiebat. [ An finierat?
Verba ratione componantur & finiantur. Cic. in Orat. 164.
Vitam finire ense. Ovid. 3. Trist. 7. 49.
Vitam finire inedia. Plin. lib. 8. cap. 42.
Vitam laqueo finire. Sen. Hippol. 2.
Vitam finire suspendio, pro Suspendere se. Suet. in August. 63.
Finivit, absolute, pro Finitus est, vel Obiit. Tacit. 6. Ann. 50. extr. Sic Tiberius finivit octavo & septuagesimo ætatis anno.
Finire provinciam alicui certo tempore. i. e. Certum tempus præstituere, intra quod provincia decedat. Cic. 8. Att. 3. Marcoque Marcello COS. finienti provincias Gallias Calend. Martii, restitit.
Finire animo aliquid. Liv. 1. 18. Signum contra, quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit.
Finire diem, Præstituere. Liv. 35. 7. Cujus coercendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit, Feralia quæ proxime fuissent: ut qui post eam diem, &c.
Modum sepulcris novis finivit Demetrius. Cic. 2. de Legib. 66. i. e. Statuit, præfixit.
Finire lege tempus alic. Cic. 15. Fam. 7. Nequid accedat temporis ad id, quod tu mihi & Senatusconsulto & lege finisti. conf. Gell. 16. 8.
Finire, pro Definire. Quintil. lib. 2. cap. 26. Ante omnia quid sit rhetorice, quæ finitur quidem varie.
Utilitate finiri. Quintil. lib. 3. cap. 8. pr. Deliberatlvas quoque miror a quibusdam sola utilitate finitas. i. e. Sola quæstione, an sit utile?
Cupiditates satietate sua, non divisione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus. Cic. 2. de Fin. 64.
Finitur vitâ honos. Plin. lib. 18. cap. 2. Honosque is, non nisi vita finitur.
FĪNĪTUS, Partic. [ πεπερασμένος ] pro eo quod Cessavit, & finem fecit. ut, Finitum frigus. Plin. lib. 18. cap. 27.
Ætas, qua petantur honores, est finita certis legibus. Ovid. 5. Fast. 65.
Carthaginem finitam, dixit Florus, 2. 15. 1. i. e. Sublatam & eversam.
Lingua dentibus finita. Cic. 2. de Nat. Deor. 149.
Potestas finita cuique, Limitata & præscripta. Lucret. lib. 1. 77.
Via finita est, & opus requievit eundi. Ovid. 3. Trist. 2. 17.
FĪNĪTE, Adv. [ ὡρισμένως ] Cic. 2. de Fin. 27. Ergo & avarus erit, sed finite. i. e. Non immodice.
FĪNĀLIS, e. ut, Finalis quæstio, Quæ de finibus est & terminis. Papinianus l. 11. D. finium regundorum, In finalibus quæstionibus vetera monumenta, census, auctoritas sequenda est.
FĪNĪTIO, ōnis. f. [ ὁρισμός, ὅρος, λόγος ] Idem quod Definitio. Quintil. lib. 2. cap. 16. Huic substantiæ maxime convenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam.
Finitionem. Gell. lib. 15. cap. 9. extr. accipit pro ea quam Regulam vulgo dicunt Grammatici. Sic lib. 13. cap. 19. pr. Non finitiones illas prærancidas, atque fœcutinas grammaticas spectaveris, &c. Ubi de vocabulorum terminationibus quidam exponunt.
Finitio quid sit, latissime explicat Quintil. lib. 7. cap. 4.
Parum plena finitio. Idem ibid.
Movet finitionem. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Confirmare & Solvere finitionem, opponuntur. Quintil. lib. 5. cap. 10. Propriis confirmatur finitio, differentibus solvitur.
Item, Terminatio, divisio. Vitruv. 9. 9. Sol menstruis finitionibus imagines efficit horarum & dierum. Hygin. Astron. 1. 6. extr. Si non in partes hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones.
FĪNĪTOR, ōris. m. [ ὁριστής ] Agrorum mensor dicitur. Plaut. Pœn. prol. 49. Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo: ei rei finitor factus sum ego. conf. Non. 1. 37. Cic. pro Lege Agrar. 34. Interea dissolvant judicia publica, de consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus judicent: Quæstori permittant: finitorem mittant: ratum sit quod finitor uni ulli a quo missus erit, renuntiaverit.
Finitor rerum maximus. Stat. 8. Theb. 19.
Finitorem item vocant Latini, quem Græci ὁρίζοντα, hoc est Circulum, partem cæli conspicuam nobis a non conspicua dirimentem. V. Sen. Nat. Quæst. 5. 17. & Censorin. cap. 17.
FĪNĬTĬMUS, Adj. [ ὅμορος ] Vicinus & propinquus. Liv. 1. 32. Jam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset. Sic, Finitima oppida. Cic. 7. Verr.
Bellum finitimum. Suet. Aug. cap. 1.
Vicini & finitimi. Cic. pro Sull. 58.
Aer mari finitimus est. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Falsa veris finitima sunt. Cic. 4. Acad. 68.
Metus ægritudini finitimus est. Cic. 4. Tusc. 64.
Oratori finitimus poeta est. Cic. 1. de Orat. 70.
Inferre bellum finitimis. Cic. pro Lege Manil. 9. Cæs. 1. Bell. Gall. 2.
Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus. Cic. 2. de Orat. 185.

Armis finitimis circumſonor. Ovid. 4. Triſt. 10. 111.
Loci finitimi. Ovid. de Remed. Amor. 626.
Regnum vectigalibus noſtris finitimum. Cic. pro Lege Manil. 5.
Pertinacia perſeverantiæ finitima eſt. Cic. 2. de Invent. 165.

Fɪɴɪᴛīᴠᴜs, a, um. Quintil. lib. 12. cap. 2. Unde etiam ſtatus cauſarum dicitur Finitivus. Mart. Capell. 5. p. 150. Finitiva quæſtio, ſcil. Quæ definitione clareſcit. Idem 3. p. 54. Vocalis finitiva.

## F I O

Fīo, [γίνομαι, γίγνομαι, ποιοῦμαι, φύομαι] fĭeri. i. e. Efficior: paſſivam enim verbi Facio ſignificationem habet. Irregulariter autem Fierem pro Firem facit, & Fieri pro Firi: præteritum eſt Factus ſum vel fui: præſens imperativi capit a futuro optativi, Fias, at; amus, atis, ant: quia Fi rato dicitur. V. tamen infra. & Fitote Amphit. Plaut. Fiens & Fiendus barbara ſunt: veteres Fitur dixere, & Facitur, Parviſaciatur, Faceſſetur, ut probat Priſcianus; quæ exoleverunt. In reliquis Fio per quartam conjugatur.

In Fio vocalis ante vocalem producitur: (licet contra Prudent. Periſt. 10. 815.) Sed ubi R inſeritur, ut in Fierem, Fieri, &c. corripitur prima, ut Ovid. 1. Triſt. 7. 7.

Omnia jam fient, fieri quæ poſſe negabam.

Fio ad tempus relatum. Ter. Eun. 1. 2. 103.

— Siquidem biduum:
Verum ne fiant iſti viginti dies.

Conſtare & fieri. Cic. in Orat. 191. Quod alter ex longis conſtaret, alter e brevibus fieret.

Fieri & fingi. Cic. pro Domo, 76. Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt?

Fieri, accidere, evenire. Cic. 2. de Divin. 19. Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil evenire, niſi quod ab omni æternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore: quæ poteſt eſſe fortuna?

Abſinthium fit in Arabia: i. e. Gignitur, & producitur. Plaut. Trin. 4. 2. 88.

Omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram ſumus.
c. Eho, an etiam Arabia'ſt in Ponto? s. eſt, non illa, thus ubi gignitur,
Sed ubi abſinthium fit.

Acceptum fiet tibi, pro Referetur. Plin. Epiſt. 120. Sed licet ceſſaverint illæ tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti ut acceptum tibi fieret: quod quo minus non exhiberes, non per te ſtetit.

Agilis fio. Hor. 1. Epiſt. 1. 16.
Anus fis. Hor. 4. Carm. 13. 2.
Avarum fieri. Hor. 1. Serm. 1. 104.
Cauſa fit, Naſcitur. Plaut. Merc. 4. 6. 5.

Uxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.

Cibi aliquid fiet. Plaut. Truc. 2. 4. 15.
Commodioris valetudinis fio. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Contumelia fit. Ter. Hec. 3. 5. 20.

Ego ſcio me caviſſe, ne ulla merito contumelia
Fieri a vobis poſſet.

Convicium fit. Cic. 10. Fam. 16. Quum ei magnum convicium fieret cuncto a Senatu. i. e. Ab omnibus obſtreperetur.

Detrimentum fit. Cic. 10. Fam. 11. Nequid detrimenti fiat, dabitur a me opera.

Dives fit, Evadit in divitem, vel ditatur. Plaut. Trin. 2. 4. 26.

Quas ſponſione pronuper tu exactus es
Pro illo adoleſcente, quem tu ajebas eſſe divitem factum. [Sed in emendatis codd. τὸ Factum reſponſive ponitur, & annuenti ſuperiora Lesbonico tribuitur. V. in ꜰᴀᴄɪᴏ.

Ex otio fit. Ter. Heaut. 1. 1. 57.

Nulla adeo ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio.

Ex vera vita fit. Ter. Adel. 5. 9. 29.

Ut id oſtenderem, quod te iſti facilem & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo, Micio.

Ex ea re fit. Ter. And. 2. 3. 11. Ex ea re quid fiat, vide.
Excuſate fieri videtur. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Exempla fient in illum. Ter. Eun. 5. 4. 26. Quid iſthuc Pythias? quid ais? in quem exempla fient?
Gemitus fit. Virg. 6. Æn. 220.
Honorificentius fieri non potuit de aliquo quam fecerim. Cic. 12. Att. 18. extr.
Inſidiæ fiunt. Ter. Eun. 3. 3. 26. Dico ego mihi inſidias fieri. Sic Hor. 1. Serm. 2. 104.
Ita ſi factum eſſet, magno uſui cauſæ noſtræ fuiſſet. Cic. 7. Att. 12.
Liber fit. Plaut. Aul. 2. 4. 31.

Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe
Ab iſthoc ſene, ut det qui fiamus liberi?

Moderate fieri. V. ᴍᴏᴅᴇʀᴏ.
Modum fieri non video, quod vulgus dicit, Nullam rationem. Ter. Heaut. 4. 5. 7.

Verum ubi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius.

Mora fit. Paulus in l. ſed ſi ex ſtipulatu. D. de verb. oblig. Non videbitur per eum mora fieri. Hor. 3. Carm. 14. 24.

Si per inviſum mora janitorem Fiet, abito.

Morigeri fiunt peſſuli. h. e. Crepitant. Plaut. Curc. 1. 2. 70.

— Sentio ſonitum:
Tandemque edepol mihi morigeri peſſuli fiunt.

Obviam fieri. Cic. 16. Att. 13. Obviam mihi fit tabellarius.
Pecunia fieri proprie dicebatur, auctore Donato ad Phorm. 1. 1. Ubi & probat his Salluſtii. Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. V. ᴄᴏɴꜰɪᴄᴇʀᴇ.
Poſſum. ut, Fieri non poteſt quin. Ter. Hec. 3. 3. 37. Sed ſi fieri id non poteſt quin ſentiant, dicam abortum eſſe. Cic. de Amicit. 54. Neque quicquam inſipiente fortunato intollerabilius fieri poteſt. Ibid. 78. Niſi quædam admodum injuria exarſerit, ut neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio disjunctioque facienda ſit.
Poteſtas fit. Cic. 2. Fam. 16. De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi ſcribis a Bibulo fieri poteſtatem.
Quaſi. ut, Fit idem quaſi. Cic. de Amicit. 14. Senſu enim amiſſo fit idem quaſi natus non eſſet omnino.
Quod. ut, Fiet quod optaveris. Plaut. Aſin. 3. 3. 133.

Exopta id, quod vis maxime tibi evenire, fiet.

Reus factus. Auct. de Vir. illuſt. cap. 24.
Satias fit. Ter. Eun. 5. 6. 3. Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum.
Scrupulus fit in hac re. Ter. Phorm. 5. 8. 30.

Ea mortem obiit: e medio abiit, qui fit in hac re ſcrupulus?

Al. Fuit.
Sonitus fit in æthere. Virg. 4. Georg. 78.
Strepitus fit tectis. Virg. 1. Æn. 729.
Sumptus fit. V. Modum fieri.
Veriſimile non fit. Ter. And. 1. 3. 20.

Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet.

Verum fit. Cic. de Amicit. 67. Ita fit verum illud quod initio dixi, Amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe.
Via fit vi. Virg. 2. Æn. 209.
Vir factus ex muliere. Liv. 24. 20. ubi de prodigiis, Ex muliere Spoleti virum factum.
Vis fit in eum. Ter. Eun. 5. 4. 41. Ne quam in illum Thais vim fieri ſinat.
Ut fit. Cic. in Orat. 177. Præſertim quum, ut fit, fortuito ſæpe aliquid concluſe, apteque dicerent.
Fit, ut de eadem re ſæpe alius aliud decreverit, aut judicaverit. Auct. ad Heren. lib. 2. 19.
Hoc niſi fit, puerum ut tu videas: nihil moventur nuptiæ. Ter. And. 3. 2. 36.
Hiſce in locis Fit ponitur pro Eſt.
Cum abl. Plaut. Truc. 1. 2. 67.

Voſtra hercle factum injuria, quæ properaveritis olim Rapere.

Cum dat. ut, Factum eſt tibi nomen Menæhmo. Plaut. Men. 2. 2. 23. Ovid. 1. de Arte Am. 536.

Quid mihi fiet? —— [Sic & Quid me fiet, ſexto caſu apud Comicos. V. Terent. Heaut. 4. 3. 37.

Fimus, pl. Ter. Heaut. 3. 1. 74. auctore Mureto. Deteriores omnes fimus licentia. al. Sumus.
Fi, imperat. apud Plaut. Curc. 1. 1. 87. Fi mihi obſequens. Horat. 2. Serm. 5. 38. Fi cognitor ipſe.
Fite, imperat. Cato de præda militum dividenda, Tu dives fite. Craſſus lib. 16. Iliad. O ſocii nunc fite viri. Nonius, 17. 62. Plaut. Curc. 1. 1. 89. Fite mihi volentes propitiæ.
Fieri, pro Sacrificari. Cic. 1. Att. 10. Credo enim te audiſſe, quum apud Cæſarem pro populo fieret, veniſſe eo muliebri veſtitu virum: idque ſacrificium quum virgines inſtauraſſent, &c. Hinc Exfio, Suffio. conf. Priſcian. l. 8. 10. & Voſſ. Etym. p. 215.
Fieri, pro Æſtimari. Cic. de Amicit. 59. Ut quanti quisque ſeipſum faciat, tanti fiat ab amicis.
Fieri iſtud ſolet. Plaut. Trin. 2. 2. 72. i. e. Evenire & contingere, inquit Donatus.
Fit illud ſæpe. Plaut. Moſtel. 1. 2. 27.
Fiat. Particula eſt permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Moſt. 4. 3. 43. I mecum hercle obſecro te, una ſimul. s. fiat.

## F I R

Fɪʀᴍᴀᴍᴇɴ, Fɪʀᴍᴀᴍᴇɴᴛᴜᴍ, &c. V. infra in ꜰɪʀᴍᴜs.
Fɪʀᴍᴀɴɪ, vel Fɪʀᴍɪᴀɴɪ. V. ꜰɪʀᴍɪᴜᴍ.
Fɪʀᴍɪᴅɪᴜs, Homo factionis Clodianæ, ut ſcribit Cic. pro Sext. 112.
Fɪʀᴍɪᴜᴍ, ut Ptol. vel Fɪʀᴍᴜᴍ, i. n. ut Liv. Strabo & Mela 2. 4. Piceni in Italia oppidum, Plin. lib. 3. cap. 13. Firmanorum caſtellum. Lactantii patria. vulgo *Fermo*. Hinc
Fɪʀᴍᴀɴɪ Populi. Cic. 7. Philipp. 23. Firmani ad oppugnandum Antonium pecuniam polliciti. Sic & Liv. Lactantius vero Firmianus conſtanter ſcribitur. Forſan ſequiori ævo hoc uſitatius.
Firmanus Saltus. Catull. 111. 1.
Fɪʀᴍᴜs, a, um. Adj. [στάσιμος, ἑδραῖος, ἔμπεδος, ἐπίπεδος] Stabilis, conſtans: a Ferendo dictus, quod conſtanter omnia ferat. Plaut. Trin. 4. 4. 18.

Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit:
Neque demutavit animum de firma fide.

Accuſator firmus, Qui ſibi non pugnat, & conſtanter arguit. Cic. 1. Verr. 29. Deinde accuſatorem firmum, verumque eſſe oportet.
Acies oculorum firma. V. ᴀᴄɪᴇs.
Acta alicujus firma. Cic. 1. Philipp. 16.
Amicitia firma, Conſtans & ſtabilis. Ter. Hec. 4. 1. 18.

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires.

Amore firmo vinctus. Ovid. 20. Epiſt. 86.
Amores firmos rumpere. Ovid. 2. de Arte Am. 386.
Animo firmiore in prælium prodire. Cic. Topic. 25.
Animus firmus. Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutius moleſtæ non ſolent eſſe. Cic. pro Cœlio p. 500. edit. Lamb. vide ɪɴꜰɪʀᴍɪᴛᴀs. H. St. n. 44. Verburg.
Argumenta firma ad probandum. Cic. de Clar. Orat. 171.
Aſſenſio firma & conſtans. Cic. 1. Acad. 41.
Carina firma. Ovid. 2. Epiſt. 46.
Catuli firmiores. Phædr. 1. 19. Subaudi Ætate.
Cibus firmus, Multi nutrimenti, cui opponitur Imbecillis. Celſ. lib. 2. cap. 18. Varro Alibilem vocat lib. 2. de R. R. cap. 11.
Civitas ſtabilis & firma. Cic. de Amicit. 23. Quæ autem domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit everti?
Civitas valens & firma. Cic. de Aruſp. Reſp. 60. conf. Cæſ. 5. Bell. Gall. 20.
Copiæ firmæ. Nep. 18. 3. 3.
Corpore ſatis firmo nondum eſſe. Cic. 11. Fam. 27.
Duces exercitus omnino firmos habere. Cic. ad Brut. 10.
Exercitus firmus. Paterc. 2. 29. 1.

Fides

Fides firma. Plaut. Capt. 5. 1. 6.
Quumque hæc reperta eſt fides firma nobis.
Fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus. Hor. 1. Epiſt. 17. 47.
Gener firmus. Ter. And. 3. 3. 39.
Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.
Janua firma. Ovid. 2. Amor. 12. 3.
Juvenis firmus. Hor. Epod. 12. 3.
Mens firma permanet in ſuo voto. Ovid. 16. Epiſt. 168.
Nuptiæ firmæ. Ter. Hec. 1. 2. 26.
Opinio firma & ſtabilis de aliqua re. Cic. de Clar. Orat. 114.
Pectus firmum. Plaut. Aſin. extr.
Nec quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,
Quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene.
Pectus firmius. Ovid. 1. Triſt. 4. 53.
Pectore firmo nunc opus eſt. Virg. 6. Æn. 261.
Poplite nondum firmo conſtitit. Ovid. 15. Met. 223.
Populi potentiſſimi ac firmiſſimi. Cæſ. 1. Bell. Gall. 3.
Poteſtas firma rerum. Valer. 4. Argon. 12.
Potio firma, h. e. Multi nutrimenti. Celſ. lib. 2. cap. 18. Firmior ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum. Firmior ex eo vino, quod bono ſolo, quam quod tenui natum eſt.
Præſidia firmiſſima vitæ ſine metu degendæ. Cic. 1. de Fin. 35.
Regnum futurum firmius. Juſtin. 21. 1. 2. conf. Salluſt. Jugurth. 10. d.
Robora firma. Virg. 2. Æn. 482.
Rumor firmus. Cic. 12. Att. 49. Illum diſceſſiſſe Alexandria rumor eſt non firmus, ortus ex Sulpicii litteris.
Spe in firmiore eſſe. Cic. 8. Att. 13.
Valetudo firmior. Plin. lib. 11. cap. 37. Hominum paucis non eſt, quorum valetudo firmior & vita longior.
Vina firmiſſima, Quæ ætatem ferunt. Virg. 2. Georg. 97.
Vincula firma. Ovid. 1. Faſt. 370.
Vires firmæ. Ovid. 3. Faſt. 39.
Firmum ad defenſionem. Cic. 7. Verr. 74. Idem 4. de Fin. 52. Diſcedet tamen nihilo firmior, ad dolorem ferendum, quam venerat.
Quæ omnia illis eo firmiora videbantur. i. e. Firmius probata. Salluſt. Jugurth. 64. extr.
Firmum ſtabileque. Cic. 1. Off. 6. Idem de Amicit. 63. Sunt igitur firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi, &c.
Fideliter firmum. Quintil. lib. 6. cap. 4. Nam quod fideliter firmum eſt, &c.
Ratum, firmum, fixum aliquid eſſe. Cic. 4. Acad. 27.
Satis firmi nihil video. i. e. Certi. Ter. Heaut. 2. 3. 96.
Nihil ſat' firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
Tenere aliquid firmum. Cic. in Orat. 237. i. e. Certum.
Firmus, Ex morbo reſtitutus. Cic. 16. Fam. 8. Te penitus rogo, ne te tam longæ navigationi & viæ per hiemem, niſi bene firmum committas.
Firmus a gravi valetudine. Suet. Aug. 8. 3.
Firmus ab equitatu. Cic. 10. Fam. 15. Me ut venirem, copiaſque conjungerem rogavit, eoque magis quod & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. V. A vel AB præp.
Ad aliquid faciendum non ſatis firmus aliquis. Cic. 8. Att. 17. ad Marcellum.
Firmior ad dolorem ferendum. Cic. 4. de Fin. 51.
Ad vivendum firmus. V. AD. præp.
Firmiſſimus contra pericula & inſidias. Salluſt. Jugurth. 30. V. ibi Cl. Waſſe.
Firmus adverſus largitionem. Tacit. 11. Hiſt. 82.
Firmiores in ſententia. Cic. pro Corn. Balb. 61.
Firmiſſimus pro veritate. Plin. 2. Epiſt. 11.
Ira firmiſſimus. Ovid. 7. Met. 457.
Parum firmus & imbellis. Hor. Epod. 1. 16.
Propoſito firmus. Paterc. 2. 63. 3.
Firmum, ἀπὸ τοῦ ἕρματος dictum videtur. Feſt. V. Voſſ. Etymol.

FIRME, Adv. [ἑσταμένως] Stabiliter, inconcuſſe. Plaut. Mil. 4. 2. 23.
Infidos celas, ego ſum firme tibi fidelis. Al. Sum tibi firma fide.
Firme accurare rem ſuam, i. e. Non ſegniter, ſed acri & diligenti cura. Plaut. Perſ. 4. 1. 3.
Atque edepol firme ut quiſque rem accurat ſuam,
Sic ei procedit.
Firmius. Flor. 3. 5. 8.
Aſſeverare aliquid firmiſſime. Cic. 10. Att. 14.
Firme graviterque vocem naturæ comprehendere. Cic. 1. de Fin. extr.
Satis firme animo concipere & comprehendere aliquid. Cic. 2. de Fin. 6.
Non firme tantum continere, verum etiam cito percipere oportet multa acturos. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Firme reſpondere, h. e. Abſque ullo timore aut pavore. Plin. Epiſt. 99. lib. 6.
Suſtinere firme aliquid. Cic. 3. de Fin. 31.

FIRMĬTER, aliud Adv. [παγίως] Idem. Plaut. Caſ. 1. 4. 4. Concludere in feneſtram firmiter. Varro 3. de R. R. cap. 9. Circum omnia poſita ſint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter.
Firmiter inſiſtere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 26.

FIRMĬTAS, ātis. f. [πῆξις, τόνος, τὸ στάσιμον] Stabilitas, conſtantia. Cic. de Amicit. 46. Itaque ut quiſque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime.
Firmitas & conſtantia. Cic. 9. Fam. 11. Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modo fuit aliquando in nobis, eandem cognoſces quam reliquiſti.
Animi firmitas. Quintil. in procem. lib. 6.
Sapientis firmitas. Cic. 4. Acad. 67.
Vinorum firmitas, pro eo quod vulgus Potentiam & durabilitatem vocat. Plin. lib. 14. cap. 2. Principatus datur Amineis, propter firmitatem, ſenioque proficientem vini ejus ubique vitam.
Gladiatoria totius corporis firmitas. Cic. 2. Philipp. 63. Et Nep. 15. 3. 1.
Obnixa firmitas. V. OBNITOR.
Non ſatis firmitatis habent. Cic. de Amicit. 19.
Intendere ſe ad firmitatem. V. INTENDO.
Nanciſci aliquid firmitatis. Cic. 11. Fam. 12.
Conſtantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. Cic. 12. Att. 37.
Firmitas materiæ ſuſtinet ictum. Cæſ. 2. Bell. Civil. 11.

FIRMITŪDO, ĭnis. f. [στήριξις] Idem. Plaut. Aſin. 2. 2. 54. Si iſtam animi firmitudinem obtines ſalvi ſumus.
Firmitudo animi. Cic. 10. Att. 10. Idem 5. Fam. 13. Tu nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perſpexi.
Vocis firmitudo. Auct. ad Heren. lib. 3. 20.
Minus firmitudinis habere. Cic. 2. de Invent. 58.
Obtinere animi firmitudinem. Plaut. Aſin. 2. 2. 54. V. OBTINEO.

FIRMO, [ἵστημι, στηρίζω, ἐρείδω, ἱδρύω, ἐμπεδόω, στερεόω, τονόω] āre. Stabilire, & quod vulgus dicit Fortificare. Liv. 21. 22. Firmatque cum Africis maxime præſidiis. Firmare aciem ſubſidiis. Idem 2. 31. pr.
Firmare & docere. Cic. de Aruſp. Reſp. 30. Tabulis hoc Cenſorum, memoria multorum firmabo ac docebo.
Ad ſpem aliquem firmare. Tacit. 14. Ann. 10. Atque eum auctore Burro prima Centurionum Tribunorumque adulatio ad ſpem firmavit.
Aciem firmare. V. ACIES.
Aditus firmare. V. ADITUS.
Æſtuaria proxima aggeribus & pontibus, traducendo graviori agmini firmat. Tacit. 4. Ann. 73.
Agrum firmare ſepibus, Claudere. Plin. lib. 18. cap. 6.
Alvum firmare, pro Aſtringere. Plin. lib. 14. cap. 18.
Animum firmare alicui. Ovid. 9. Met. 744.
Animum adverſum ſuprema firmat. Tacit. 15. Ann. 59.
Caſtra firmarunt robore. Sil. lib. 8. 448.
Cohortes firmare. Tacit. 11. Ann. 31. Iret in caſtra, firmaret Prætorias cohortes.
Corpus firmare. Plin. de Vir. Illuſt.
Corpora cibo firmare. Liv. 27. 13. extr.
Corpora juvenum firmare labore. Cic. 2. Tuſc. 36.
Dotem firmare. Ter. Heaut. 5. 5. 4. Ehem Menedeme, cur non arceſſi jubes filiam, & quod dixi dotis, firmas?
Fidem ſuam apud aliq. firmare. Subaudi Datam. Ter. Hec. 5. 1. 23.
Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam, apud vos poſſem fidem
Sanctius, quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Laches. conf. Andr. 3. 1. 4.
Fidem firmare alicui rei, Facere ut magis credatur. Ter. Hec. 4. 3. 5.
Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem. Ubi Donatus, Ordo & ſenſus hic eſt, Et quod ante rebar, ei rei firmaſti fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare: nam Ei rei firmaſti fidem, i. e. Probationem attuliſti. Suet. de Clar. Rhet. cap. 1. Sæpe fabulis fidem firmare aut demere, quod genus, ἤθεσι, &c.
Fides antiquitatis religione firmatur. Tacit. de Germ. 39.
Fœdera firmare dictis. Virg. 12. Æn. 212.
Imperium firmare. Cic. pro Sull. 32.
Militem firmabant ceteris belli meditamentis. Tacit. 4. Hiſt. 26.
Mœnia urbis firmavit. Tibul. lib. 2. 5. 24.
Omen & augurium firmare, i. e. Confirmare. Omen enim & augurium non videbatur Romanis hominibus ſatis habere ad perſuadendum fidei: proinde ad confirmationem prioris augurii, ſecundum poſcere ſolebant: hinc Virg. 2. Æn. 690.
—— & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium, pater, atque hæc omina firma. Sil. 4. 127.
Adſis, ô firmeſque tuæ, pater, alitis omen. In Silio tamen videtur eſſe Non alio omine confirmare: nullum enim præterea ſuccedit: ſed Eventu factiſque id quod augurium portendit promiſitque, præſtare. Turneb. Adverſ. 13. 16.
Opes latronum firmat & auget etiam juſtitia. Cic. 2. Off. 40.
Orationem gravitate quadam & contentione firmare. Cic. 2. de Orat. 212.
Pacem firmare. Cæſ. 4. Bell. Gall. 28. His rebus pace firmata.
Præſidia alicujus firmare. Cic. ad Brut. 10.
Promiſſa numine firmat. Ovid. 10. Met. 430.
Provinciam pace præſidiiſque firmare. Cic. 1. Fam. 7.
Soporem firmare alicui. Ovid. 1. Met. 715.
Valetudinem firmare. Tacit. 3. Ann. 31. Ejus anni principio Tiberius, quaſi firmandæ valetudini, in Campaniam conceſſit.
Veſtigia firmat pinus. Virg. 3. Æn. 611.
Vires induſtria firmat. Virg. 3. Georg. 209.
Vocem firmare. Cic. 3. de Orat. 225.
Firmare, pro Confirmare. Tacit. 3. Ann. 60. Ut baſilicam Pauli, Æmilia monimenta, propria pecunia firmaret, ornaretque.
Firmare, pro Aſſeverare. Tacit. 1. Ann. 80. Vix quicquam firmare auſim. Et 6. Ann. 28. Nihilque uſurpaviſſe ex his, quæ vetus memoria firmavit.
Firmare aliquid jurejurando. Cic. 2. de Legib. 16.
Vim & naturam fati & divinationis ratione firmare. Cic. de Fato 11. Idem 1. de Invent. 67. Per quam id quod aſſumtum eſt rationibus firmatur.
Quum ſit promtius, de certis incerta firmare. Lactant. in fine cap. 5. libri de Ira Dei. H. St.

FIRMĀTUS, Partic. [ἐστηριγμένος] Cic. pro Domo, 47. Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ &c.
Acies firmata. V. ACIES.
Ætas firmata. Cic. pro Cœl. 43. Virg. 4. Ecl. 37.
Animus adoleſcentis conſilio & ratione nondum firmatus. Cic. pro Cluent. 13.
Leges pacis firmatas diſſolvere. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 63.
Mens firmata. Ovid. 1. Faſt. 497.
Opinio vetus & omnium gentium firmata conſenſu. Cic. 1. de Divin. 5.
Stirps virtutis jam firmata. Cic. pro Cœl. 79.
Vires firmatæ cibo: h. e. Roboratæ. Liv. 9.
Vox firmata. Cic. 2. Att. 19. Sed eſt jam una vox omnium, magis odio firmata, quam præſidio.

FIRMĀTOR, ōris. m. [στηρικτής] ut, Pacis firmator. Tacit. 2. Ann. 46. 7. Miſſus tamen Druſus, ut retulimus, pacis firmator.
Diſciplinæ firmator. Plin. 10. Epiſt. 38.

FIRMĀMEN, ĭnis. n. [στήριξις] Ovid. 10. Met. 491.
—— ruptoſque obliqua per ungues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci.

Firmamentum, i. n. [στερέωμα] Soliditas & stabilimentum. Cic. pro Cluent. 5. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti & parum virium falsitas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet.
Firmamentum ac robur. Cic. pro Lege Manil. 10.
Disciplinæ firmamentum. Cic. 4. Tusc. 7.
Imperii firmamentum. Cic. 3. Att. 13.
Firmamentum, pro Præsidio. Cic. 1. Att. 18. Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me unum constituta evertit.
Stabilitatis constantiæque ejus quam in amicitia quærimus, firmamentum, est fides. Cic. de Amicit. 65.
Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ, Publicanorum ordine continetur. Cic. pro Planc. 23.
Ordo ceterorum ordinum firmamentum. Cic. pro Lege Manil. 17.
Ponere firmamentum in aliquo. Cic. pro Flacc. 92.
Firmamenta, pro Nervis. Gell. lib. 13. cap. 21. Vincula & firmamenta membrorum.
Firmamentum & continens causæ dicitur Latine, quod, Punctum litis decisorium, vocant. Quintil. lib. 3. cap. 13. Συνέχον, autem quod continens alii, firmamentum alii putant. Budæus.

Firmus, inter minusculos Romanorum tyrannos connumeratus, tanta præditus fuisse fertur firmitate, ut superpositam pectori incudem, aliis tundentibus perferret. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 13. Ex Vopisc. cap. 4.

## F I S

Fiscus, i. m. [δημόσιον βαλάντιον] Asconius ad 2. Verr. 22. Fisci, fiscinæ, fiscellæ, spartea sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas. Unde quia major summa est pecuniæ publicæ quam privatæ, ut pro censu privato loculos & arcam & saccellos dicimus, sic pro publico thesauro ærarii dicitur fiscus. Ciceronis Verba hæc sunt: Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos, &c. Idem 2. Verr. 24. Ei quoque negotio fisci Siculienses minabantur.
Fiscus tamen, ut nonnullis placet, est Pecunia Imperatoris. Plin. in Paneg. cap. 36. At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes: immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.
Fiscus Principis, Ærarium populi. Spartian. in Adrian. cap. 7. Damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit, omni summa in ærario publico recepta. conf. Lex. Pitisc.
Tollere fiscum. Cic. 5. Verr. 183.
Ex fisco in cistam pecuniam transferre. Cic. 5. Verr. 197.
Fiscus item pro Qualo oleario, qui cervici torcularis supponitur, ne fraces in lacum cum oleo defluant. Vel etiam pro Qualo in quo olivæ ponuntur quum prælo supponuntur: ut, Amurca, id est oleum crassius aliquantisper exanietur, id est exudet, & per vimina perfluat. Columel. lib. 12. cap. 50. Fiscis autem non iisdem probum & cibarium oleum premi oportebit. Idem eod. lib. cap. 49. Deinde intrita oliva, novo fisco includitur, & prælo subjicitur, ut tota nocte exprimatur. Et rursus, cap. 47. Budæus.
Lineus fiscus. Columel. lib. 12. cap. 38.

Fiscālis, e. [δημοσιακός] Quod ad fiscum pertinet: ut, Loca fiscalia. Callistrat. in l. non intelligitur. §. ult. D. de jure fisci.
Calumniæ fiscales. Suet. Domit. 9. extr. Fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit. i. e. Delationes falsas adversus cives pro fisco intentas. Ita Marcus apud Oros. 7. 15. Omnia simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro jussit incendi.
Calumnia fisci Judaici sublata in Nervæ nummo. V. Spanh. de Num. diss. 9. p. 811.
Fiscales calumniæ, Ex quibus damnatorum bona ad fiscum Imperatorium devolvebantur, inquit Beroald. & alibi duobus locis, Calumniæ, (in Calig. & in Nerone) De Fiscalibus puto intelligi. H. St.
Debitores fiscales. Paul. in l. in fraude. D. de jure fisci.
Fundus fiscalis. Paul. ibid.
Negotia fiscalia. V. supra.

Fiscarius, i. m. Firmic. lib. 3. cap. 13. Mercurius faciet imperatorum exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes repetant. Fiscarios appellat eos qui fisco principis aliquid debent. V. Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 29.

Fiscĭna, æ. f. [τάλαρος] Idem quod Fiscus. Virg. 1. Georg. 266.
Et facilis rubea texatur fiscina virga. Plin. lib. 18. cap. 31.
Frondarias fiscinas quatuor implere frondatorem, justum esse autumat. Varro de R. R. lib. 1. cap. 22. Ista fere sunt quæ ex viminibus & materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Columel. lib. 11. cap. 2.
Fiscina ficorum. Cic. pro Flacc. 41. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti.

Fiscella, æ. f. [ταλαρίς] dimin. a Fiscina. Virg. 10. Ecl. 71.
—— & gracili fiscellam texit hibisco. Columel. lib. 12. cap. 18. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt, perennæ fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ & picandæ. conf. Barth. ad Olymp. Nemes. Bucol. Ecl. 1. pr. & Adversf. 36. 23.
Fiscella etiam viminibus funiculisve contexta, dicitur Qua boum ora faucesque capistrantur. Cato de R. R. cap. 54. Et fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt. Plin. lib. 18. cap. 19. Fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera præcerpant.
Milii fiscella. Ovid. 4. Fast. 743. V. Voss. Lex. Etymol.

Fiscellum, i. n. [ταλαρίσκος] pro eodem. Columel. lib. 12. cap. 38. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.

Fiscellus, i. m. Casei mollis appetitor; ut Catillones, Catillorum liguritores. Festus. Forte Fiscello. [Nisi potius Fiscellarius scripsit. Qui Caseo scilicet recens presso, ex fiscella delectatur, quasi Fiscellam amans Fiscellarius dicebatur. Nihil enim opus est eadem terminatione, cum id modo innuat, Sicut a Catino Catillones, sic a Fiscella Fiscellarios dictos. Ea scil. forma, qua Carnarius, Pinguiarius, Piscinarius, & similia dicuntur.

Fissilis, Fissio, Fissipes, Fissum, Fissura, Fissus. V. findo.

Fistūca, æ. f. Vulgo *Pilotium* dicitur. Fistuca machina vulgo nota, qua pavitores utuntur, utrinque ansata: hac etiam pali magna vi in terram adiguntur.
Pavimenta fistucis pavita. Plin. lib. 36. cap. 25.
Fistuca alia est magnæ molis, qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alveum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa alliditur. Cujus generis intelligendum est fuisse illud Cæs. in 3. Bell. Gall. 17. Hæc quum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo direxerat, &c. Budæus.

Fistūco, āre. Fistucis exæquare, vel pavire, vel palos in terram adigere. Plin. lib. 36. cap. 25. Deinde rudus, in quo duo quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari. Quidam Festucam, & Festucare legunt per e. conf. festuco.

Fistucātus, Adj. Fistuca exæquatum. Plin. 36. 25. extr. Solo fistucato injicitur rudus &c. conf. Vitruv. lib. 7. cap. 4.
Fistucato absol. Plin. lib. 17. cap. 11. extr. Sicuti terram circa radices fistucato spissandam. Al. Fistucatio.

Fistucatio, ōnis. f. Actus ipse fistucandi. Vitruv. 7. cap. 1. Si plano pede erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuo solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus. Sin autem omnis, aut ex parte congestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Budæus. Idem 10. 3.

Fistŭla, æ. f. [ὀχετός, σωλήν, σύριγξ, δόναξ, αὐλός] Proprie dicitur, ut Pomp. inquit, Per quam aqua educitur fusa: a fundendo sive ferendo, sicut tubi a tubore, canales a canna. [Puto a Tumore scribendum. Sed locum, vel Legem Pomponii vellem indicasset Robertus.] Cic. pro Rabir. reo, 31. Et si C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis Opt. Max. templis ac sedibus, præcidi imperat, &c. Varro 3. de R. R. cap. 5. Ovid. 4. Met. 122.
Non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo Scinditur &c.
Angustæ fistulæ. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Fistula, Instrumentum musicum. V. Barth. ad Script. Ven. p. 184. Barthol. de Tib. Vet. 3. 6. Turneb. Adversf. 12. 7. & 28. 15. Virg. 2. Ecl. 36.
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Conf. cicuta. Plin. lib. 7. cap. 56. Fistulam Pan invenit.
Fistula, non idem quod Tibia. V. tibia. conf. Buleng. de Theatr. 2. 23.
Arguta. Virg. 7. Ecl. 24.
Cava. Valer. 4. Argon. 384.
Dispar septenis fistula cannis. Ovid. 2. Met. 682.
Eburneola. Cic. 3. de Orat. 225.
Garrula. Tibul. lib. 2. 5. 31. V. ibi Broekhuf.
Juncta cera. Virg. 3. Ecl. 25.
Pastoria. V. pastor.
Pastoritia. Cic. 1. Att. 13.
Rustica. Ovid. 8. Met. 191.
Inflare sonum cum fistula. Cic. 3. de Orat. 223.
Dulci fistula personuere saxa. Hor. 1. Carm. 17. 10.
Fistula ferraria, apud Caton. cap. 10. Al. Farraria. [Forte Fistuca scribendum, cujus instrumenti & alias meminit. V. cap. 18. & 28. Hic vero, inter majora ferramenta, opportune Cuneo subjicit, qui fere Fistucis adigi consuevit.
Fistula, Vorticis genus. Plin. 2. 49. extr. Ex eodem genere & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit. Dicitur autem vortex fistula, quia rotatus & vibratus suo turbine impetuque in mare interdum impingitur & illiditur, & reverberatus repercussusque retro rejicitur cum aquæ rapina, unde a nauticis Sipho appellatur, quem Plin. Fistulam interpretatus est. Quod autem fistula sit vortex, docet Olymp. in Aristot. Meteora. V. Turneb. Adversf. 4. 20.
Fistula, Per quam spiratur. Plin. lib. 9. cap. 7. Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent.
Fistulis penetrabilis terra. Justin. 4. 1. 2.
Fistula, Arbor aromatica, quæ & Casia fistula a medicis appellatur, cujus succo utuntur ad emolliendum ventrem. V. casia.
Fistula, Ulcus altum, angustum, & callosum in corpore: sive ex vulnere fit, sive ex vitio intus orto, quod ad suppurationem pervenerit. Plin. lib. 20. cap. 6. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam harundines cum pice. Ibid. cap. 9. Sic etiam fistulas eluxatas & tumores evocari, quæque discuti opus fit. Nepos 25. 21. 3. Subito tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. Al. Puris. V. Cels. lib. 5. 28. 12. & lib. 7. cap. 4.

Fistulatim, Adv. Apul. Met. 4.

Fistularis, e. Adj. ut, Fistulare medicamentum. Veget. Mulom. 2. 13. Fistularis versus, Qui ab una syllaba ad plures surgit, in modum Fistulæ pastoralis. Diomed. Quale carmen Syrinx, post Theocr.

Fistularius, i. m. Idem ac Fistulator, vel Organi pneumatici structor. Gloss. Gr. Lat. ὀργανάριος, Fistularius. Vet. Inscript. apud Fabret. p. 625. Q. GRISIDIO. Q. F. SABINIANO. FISTVLARIO. CANTORI. IMAGINARIO.

Fistulōsus, Adj. [τετρηματώδης] Quod est foraminibus plenum, vel spongiæ modo factum. Columel. lib. 7. cap. 8. de caseo, Sic neque fistulosus, neque salsus, neque aridus provenit.
Cancer fistulosus, Morbus. Cato cap. 15.
Lapis fistulosus. Pallad. 1. 10.
Saxum fistulosum. Vitruv. 1. 5.
Spongia fistulosæ densitatis. Plin. lib. 27. cap. 8. Spongia aquarum dulcium verius, quam muscus, aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ. de Conferva.
Terra fistulosa. Plin. lib. 17. cap. 5.

Fistulo, āre. Fistula canere. Vet. Onomast. Fistulo συρίζω. Item Fistulas agere, & in modum spongiæ fistulosum esse, &c. Plin. lib. 18. cap. 11. Terra ejus pulverea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulans: montium quoque culpa in bonum cedit.

Fistulatus, a, um. Cavatus in morem fistulæ, vel fistulis apertus. Suet. Neron. cap. 31. 8. ut ex MSS. emend. Salmas. in Vopisc. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores; fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Vulgo, Fistulis.
Æra fistulata. Sidon. 9. Epist. 13.
Venæ fistulatæ. Arnob. 2. 84.

FISTULATIO, ōnis. f. apud Sidon.
FISTULĀTOR, ōris. m. Qui fiſtula canit. Cic. 3. de Orat. 220. Sed fiſtulatorem domi relinquetis.
FISTULATORIUS, Adj. ut, Fiſtulatoriæ artes. Arnob. adverſ. gentes, lib. 2. p. 73.
FISTULESCO, ĕre. Fulgent. Myth. 2. Ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fiſtuleſcunt.
FITILLA, Pultis ſpecies quædam eſt, qua olim in ſacrificiis veteres eſſe uſos, auctor eſt Arnob. lib. 7. Idem lib. 2. Meminit Plin. lib. 18. cap. 8. §. 19. ſed Harduin. ex MSS. Fritilla, & mavult ipſe Frictile a Frigendo. Apud Senecam de Benef. lib. 1. cap. 6. ubi antea Fictili. Farre ac fictili, pro Farre ac fitilla. Vide Mur. in var. lect. H. St. Locus eſt, lib. 12. cap. 1. V. & Grut. not. ad loc.
FIVERE, pro Fugere, Antiquum. Feſt. [ubi?
FIXULA, pro Fibula antiqui uſurparunt; a Figendo nomine deducto. Perott. ex Feſt.
FIXUS. V. FIGO.

## F L A

FL. Flavius, vel Filia. FL. vel FLAM. Flamínius.
FLABELLIFER, FLABELLUM, FLABILIS, FLABRUM, &c. V. FLO.
FLACCEO, ſive FLACCESCO, ui, [χαλάω] ēre. Langueſcere & marceſcere. Columel. lib. 12. cap. 7. Fœniculum quum legeris, ſub tecto exponito dum flacceſcat. Varro de R. R. cap. 13. Quod enim infertur recens minus bonum: id quum flacuit, melius. De ſterquilinio. Flacceſcit oratio, per translationem, Quæ nullas habet dicendi vires. Cic. de Clar. Orat. 93. Dein quum otioſus ſtilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. h. e. Langueſcebat, & quaſi decidebat, ac vires amittebat.
An ſceptra jam flaccent. Attius. V. Non. 2. 323.
Flaccente ſententia. Claud. Mamert. 1. 3.
FLACCĬDUS, Adj. [χαλαρὸς] Languidus. Plin. lib. 15. cap. 30. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque & albicante.
Flaccidæ aures. Plin. lib. 8. cap. 51. Varro 2. de R. R. cap. 9. Capitibus & auriculis magnis & flaccidis. De canibus.
Metaphorice de Veſtimento. Apul. 7. p. 191. Sumpta veſte muliebri florida in ſinus flaccidos abundante.
Flaccidior, compar. Languidior, tardior. Lucret. lib. 5. 631.
Flaccidiore etiam quanto jam turbine fertur
Inferior, quam ſol, tanto magis omnia ſigna, &c.
FLACCIDE, Adv. apud Symmach.
FLACCUS, a, um. Adj. Languidus ac pendulus. ut, Aures flaccæ. Cato 2. R. R. 9. Hinc Flacci dicti, Quibus aures flaccæ erant ſive pendulæ, ut docet Plin. lib. 11. cap. 37. Cic. 1. de Nat. Deor. 8. Redeo ad deos: ecquos inſigni nota ſtrabones, aut pætulos eſſe arbitramur, ecquos nævum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis?
Flacco habere, inquit Perott. pro Ad terendum habere. Plaut. Fragm. 3. 30. Perii: flacco habebit jam illic homo lumbos meos. Sed Gronov. p. 586. Flocco exhibet.
FLACCUS, cognomen fuit uſitatiſſimum apud Romanos, & commune Avianis, Aviliis, Calpurniis, Flaviis, Fulviis, Horatiis, Hordeoniis, Valeriis & Verriis. V. dict. ſuper. & Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. vel Lex. Pitiſc. Hinc
FLACCIĀNUS, Adj. Ad Flaccum pertinens. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. 1. Flacciana area, quum diu penatibus vacua manſiſſet, a Q. Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt. M. Fulvii Facci dirutarum ædium aream intelligit.
FLACES. V. FRACES.
FLAGELLUM, FLAGELLO, &c. V. FLAGRUM.
FLĀGĬTIUM, i. n. [ἀνόμημα, μοχθηρία, ὕβρις] eſt (inquit Valla lib. 4.) proprie in libidine, quaſi Flagris dignum crimen: ſed pro ceteris quoque peccatis accipitur, non tantum turpibus, verum his etiam quæ per negligentiam, imprudentiam, oblivionemque committuntur. Sic & ego alicubi dixi, quaſi Flagritium, antequam Vallam legiſſem. H. St.
Flagitium, inquit Donat. ad Ter. Eun. 2. 3. 90. more militari dicitur Res flagitatione, hoc eſt increpatione digna. Cic. de Senect. 40. Stupra vero & adulteria & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari niſi voluptatis. Flagitium, inquit Non. 4. 215. veteres Vitium quod virgini infertur, dici voluerunt. Plaut. Aſin. 5. 2. 3.
Meoque ſciente filio id facere flagitium patrem?
Ter. Heaut. 5. 4. 14. —— ea cauſa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
Luxuries in flagitiis, vide locum Ciceronis in LUXURIES. H. St.
Vitia atque flagitia domeſtica. Cic. 1. Tuſc.
Stupra & flagitia. Cic. 7. Verr. 26. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo ſtupris & flagitiis conterebatur.
Flagitium recte videtur Porphyrio exponere Turpitudinem apud Horat. Ode 5. lib. 3. Flagitio additis damnum. H. St.
Maculas furtorum & flagitiorum. Verr. act. ult. pag. 207. Lamb. H. St. V. 7. Verr. 121.
Flagitium, pro Dedecore, vel probro. Liv. lib. 42. cap. 60. Conſul moveri flagitio timoris fatendi; victus tamen ratione, ſilentio noctis transductis copiis, caſtra in ulteriore ripa communit. In XII. Tab. Si quis carmen occentaſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto. Sic & Nepos 22. 1. 6. Periturum ſe potius dixit, quam cum tanto flagitio domum rediret. Sic Plin. 3. Epiſt. 11. n. 4. Effugere flagitium. Et Propert. 2. 34. 12.
Poſſes in tanto vivere flagitio?
Flagitium, pro Errore. Cic. 1. de Nat. Deor. 66. Iſta enim flagitia Democriti, ſive etiam ante Leucippi, eſſe corpuſcula quædam levia, alia aſpera, rotunda alia, &c.
Princeps omnium flagitiorum & vitiorum. Cic. in Verrem. Vide indicem editionis Lamb. an pro Et aliorum vitiorum? H. St.
Promptus flagitio, i. e. Ad faciendum flagitium. Tacit. 15. Ann. 45.
Compertus flagitii. Tacit. 1. Ann. 3. Nam ſenem Auguſtum devinxerat adeo, uti nepotem unicum Agrippam Poſthumum in inſulam Planaſiam projiceret, rudem ſane bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum.
Ratus flagitii. Tacit. 3. Ann. 2. Et illam obſidionem flagitii ratus.
Graviſſima flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Ingens flagitium. Hor. 2. Serm. 4. 82.
Inſignitius flagitium. Tacit. 4. Ann. 51.
Manifeſta flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Abeſt a corpore. Cic. 1. Catil. 13. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit?
Accommodatus ad flagitium. V. ACCOMMODO.
Addere damnum flagitio. Hor. 3. Carm. 5. 26.
Admittere flagitium. Cic. 9. Att. 10. Spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. i. e. Italiam relinqueret cum timoris confeſſione. V. Obtendo in OBTINEO.
Admittere rei militaris flagitium. Cic. pro Cluent. 128.
Ardere flagitio. Plaut. Caſ. 5. 3. 1. V. ARDEO.
Committere flagitium. Cic. de Clar. Orat. 219. Ut ne legens quidem unquam ſenſerit quantum flagitium commiſiſſet.
Concipere flagitium. Cic. pro Sull. 16. Quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit?
Conficere flagitium. V. CONFICIO.
Deprehendere flagitia. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Facere flagitium, pro Peccare, & crimen ac facinus, vel Turpe quid committere. Ter. Eun. 2. 3. 90. Ah, flagitium facimus. Plaut. Pœn. 5. 2. 5. CO. Fores hæ fecerunt magnum flagitium modo. AD. Quid id eſt flagitii? CO. Crepuerunt clare. ubi ad Ventris crepitum alludit.
Facere ſcelera & flagitia. Cic. pro Roſc. Amer. 25.
Gliſcere flagitio, & infamia. Tacit. 14. Ann. 15.
Imprimere totam Italiam flagitiorum veſtigiis. Cic. 2. Philipp. 58. Horum flagitiorum iſte veſtigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impreſſit.
Ingurgitare ſe in flagitia. V. INGURGITO.
Inquinare flagitiis. Cic. pro Roſc. Amer. 50.
Navare flagitium. Tacit. 4. Hiſt. 59. Ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit.
Nobilitare aliquem flagitiis. Ter. Eun. 5. 7. 21.
Tu jam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas.
Occultare flagitia ſua. Auct. ad Heren. lib. 2. 5.
Polluere inceſto flagitio. V. INCESTUS.
Sum. ut, Flagitium eſt. h. e. Male eſt actum. Plaut. Caſ. 2. 1. 8. Ter. Adel. 3. 3. 68.
Nam id nobis tam flagitium eſt, quam illa, Demea,
Non facere vobis quæ modo dixti. Cic. 3. Off. 86. Dedecus & flagitium magnum eſt. Plaut. Pœn. 5. 2. 5. Flagitium tuum eſt.
Suſcipere flagitium. Cic. pro Muren. 9.
Teneri flagitiis. Tacit. 3. Ann. 13.
Volutari in flagitio. Cic. 9. Fam. 3. Ne quum omnes in omni genere & ſcelerum, & flagitiorum volutentur, &c.
Flagitium, aliquando Periculum ſignificat, ut vult Nonius. Lucil. lib. 29. Qui & poſcent minus, & præbebunt rectius multo, & ſine flagitio. Plaut. Epid. 3. 4. 79.
Flagitio cum majore poſt reddes tamen. Hic apud Plaut. Damnum ſive Diſpendium videtur ſignificare. [vel potius Dedecus, Turpitudinem, ut ſupra dictum eſt.
FLAGITIŌSUS, a, um. Adj. [μοχθηρὸς, λωβητὴρ, ὑβριστὴς] Sceleratus, Vitiis omnibus abundans. Cic. de Amicit. 47. Itaque videas rebus injuſtis juſtos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Salluſt. Catil. cap. 14. pr. Omnium flagitioſorum atque facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum, catervas habebat. MSS. Flagitiorum atque facinorum. quomodo Cort. edidit. q. V. Cic. 2. de Fin. 93. Libidines flagitioſæ. Cic. 4. Verr. 134.
Poſſeſſio flagitioſa. Cic. pro Roſc. Amer. 24.
Vita flagitioſa. Cic. 2. de Fin. 93.
Verbis flagitioſa dicere, quæ turpia non ſunt reprehendunt & irrident Stoici. Cic. 1. Off. 128.
Compar. Salluſt. Jugurth. 85. Quanto illorum vita præclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior.
Superl. Homo flagitioſiſſimus. Cic. 2. Verr. extr.
FLAGITIŌSE, Adv. [μοχθηρῶς] Perperam & inique. Cic. 2. Verr. 44. Patres Conſcriptos judicia male & flagitioſe tueri.
Deſcivit flagitioſe a Stoicis propter oculorum dolorem. Cic. 5. de Fin. 14.
Dicta flagitioſe & turpiter. Cic. 1. de Orat. 217.
Factum flagitioſe. Auct. ad Heren. lib. 1. 8.
Obire legationes flagitioſe. Cic. pro Font. 24.
Servire aliorum amori flagitioſiſſime. Cic. 2. in Catil. 8.
Sum. ut, Flagitioſe & turpiter fuit gladiatoribus. Cic. 6. Att. 5.
Vivere impure ac flagitioſe. Cic. 3. de Fin. 38.
FLĀGĬTO, [ἐξαιτέω, ἀπαιτέω] āre. a Flamma deductum videtur, ut ſit, quaſi Flammas agito. Flagitare enim, proprie eſt Vehementer, & veluti quadam inflammatione animi petere. Plaut. Pſeud. 1. 5. 143. Clamore magno & multum flagitabere.
Flagitare plus eſt quam Poſtulare. Cic. pro Quint. 13. Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo.
Rogare & flagitare. Cic. 9. Fam. 8. Ex ea igitur media excitatos miſi, qui metuo ne te forte flagitent, ego autem mandavi ut rogarent.
Flagitatur ſtipendium. Cæſ. 1. Bell. Civil. 87. Petrejus atque Afranius, quum ſtipendium ab legionibus, pæne ſeditione facta, flagitaretur, cujus illi diem nondum veniſſe dicerent, Cæſar ut cognoſceret poſtulatum eſt.
Deſiderare, poſcere & flagitare. Cic. 7. Verr. 71. In tanto conventu nemo erat, quin rationem numerumque haberet, & reliquos non deſideraret ſolum, ſed etiam poſceret & flagitaret.
Quid acta vita, quid ſtudia tua a te flagitant, videbis. Cic. 4. Fam. 13.
Quæ tempus & neceſſitas flagitat apparare. Cic. 5. Philipp. 54.
Flagitare aliquid ab. Cæſ. 1. Bell. Gall. 17. Cic. 7. Verr. 127. Flagitat abs te filium.
Flagitare aliquem, Precibus ab aliquo quidpiam petere. Cic. 9. Fam. 16.
Implorare & flagitare auxilium Conſulis. Cic. pro Rabir. perduel. reo. 9.
Flagitare clamore aliquem. Plaut. Men. prol. 46.
Etiam atque etiam inſtare, urgere, inſectari, poſcere atque adeo flagitare crimen. Cic. pro Planc. 48.

Flagitas me ut eloquar. Plaut. Merc. I. 66.
Non admodum quid flagitare. Cic. I. de Fin. 13.
Pretium flagitare cava manu. Tibul. lib. 2. 4. 14.
Flagitare promissum ab aliquo per litteras. Cic. 3. Fam. 11.
Instare & flagitare testes. Cic. pro Font. I.
Ad victum quæ flagitat usus. Lucret. lib. 6. 9.
Flagitare ut. Cic. 5 Philipp. 30. Ut primum libere Senatus haberi potuit, semper flagitavit ut convocaremur.
Flagitare, pro Accusare. Tacit. I. Hist. 53. Mox compertum, pecuniam publicam avertisse: ut peculatorem flagitari jussit.
Admonitum te, non flagitatum venimus. Cic. 3. de Orat. 17. V. Valla de Diff. verb. 5. 58.
Flagitare, cum duobus accus. Cic. pro Domo 14. Me frumentum flagitabant? Quasi vero ego aut rei frumentariæ præfuissem &c.
Largiora aliquem flagitare. Hor. 2. Carm. 18. 13.
Flagitat me id. h. e. Id a me obnixe contendit. Cic. pro Cn. Planc. 6. Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est, id quod me ille flagitat.
Flagitare, inquit Michael Thomasius in Lactantium, hac in significatione est de stupro instantius aliquam virginem appellare. Qua significatione utitur hoc verbo Ulpianus in l. 2. (§. 5.) de priv. delic. ff. Item siquis ancillam alienam subripuit, & flagitaverit, utraque actione tenebitur. Sed apud Lact. est Pudicitiam. . . . H. St. reliqua, quæ cultro resecta sunt, suppleat lector. Apud Lact. lib. 6. cap. 23. 8. Cellarius cum MSS. & Betul. Pudicitiam profligavit legendum censet, idque sine dubio aptius h. l. verbum.

FLĀGĪTANS, Partic. [ἐξαιτῶν] Cic. de Arusp. Resp. 46. Qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Populum Romanum desiderantem, non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit.

FLAGITĀTUS, a, um. Fest. Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.

FLAGITATIO, ōnis. f. Cic. Topic. 5. Nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. conf. Justin. 2. 3. 16.

FLAGITATOR, ōris. m. [ἐξαιτητής] Qui assidue petit. Plaut. Most. 3. 2. 81. Ducite ex animo curam, atque alienum æs, ne quis formidet flagitatorem suum. Pro Creditore accepit reposcente identidem debitum. Cic. de Clar. Orat. 18. Nam hunc qui negat, video flagitatorem non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.
Acer flagitator. V. ACER.

FLAGITATRIX, īcis. f. apud Arnob.

FLAGITĀMENTUM, i. n. Fulgent. Myth. I.

FLAGRANTIA, FLAGRATORES, FLAGRIONES. V. FLAGRO.

FLAGRO, [φλέγω, φλέγομαι] āre. Ardere. a Flamma, vel a Flatu, quo alitur incendium, quando flatu excitatur, ut ait Servius. Virg. I. Æn. 714.

Flagrantesque dei vultus. Plin. lib. 14. cap. 20. Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.
Ignes flagrabant ignibus. Ovid. 6. Fast. 439.
Flagrare libidinibus, per translationem, pro Libidinosum esse & libidinibus plenum. Suet. de Clar. Gram. cap. 23.
Flagrabat diligentiæ æmulatione mulier pulcherrima. Columel. in proœm.
Amentia flagrare. Amentissimum esse. Cic. pro Cluent. 12.
Amore flagrare. Cic. 4. Tusc. 72. Et pro Marcel. Immortalitatis amore flagravit. Hor. Epod. 5. 81.
Amore pilæ flagrare. Martial. lib. 10. 86.
Ardore alicujus rei flagrare. Columel. lib. 6. cap. 27.
Bello flagrat tota Italia. Cic. 7. Att. 17.
Cupidine rei alicujus flagrare. Ovid. 2. Met. 104.
Cupiditate flagrare. Cic. I. de Orat. 134. Idem 6. Verr. 76.
Desiderio tui, aut urbis flagrat. Cic. 7. Att. 4.
Gratia flagrare. Tacit. 11. Ann. 29.
Infamia flagrare. Cic. 4. Att. 7. Coss. flagrant infamia, quod Memmius candidatus pactionem in Senatu recitavit, quam, &c. Idem 2. Verr. 5.
Inopia flagrare & cupiditatibus. Sallust. in Orat. Philippi.
Invidia flagrare. Cic. pro Cluent. 136. Quum invidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni?
Odio alicujus rei flagrare. Plin. lib. 15. cap. 18. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans. Cic. 2. de Orat. 190.
Odio flagrant tua pectora nostro. Ovid. 4. Trist. 9. 7.
Odio flagrant mutuo mugil & lupus. Plin. lib. 9. cap. 62.
Rumore malo flagrare. Hor. I. Serm. 4. 125.
Studiis flagrare. Cic. de Senect. 50. Atqui eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus.
Studium flagrat. Sallust. in Catil. cap. 14. Nam ut cujusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere, aliis canes atque equos mercari.
Studio flagrare incredibili dicendi. Cic. I. de Orat. 14.
Stupris & flagitiis flagrant convivia. Cic. 6. Verr. 71.
Vitia libidinis flagrant apud eum. Cic. pro Cœl. 22. Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam studia rei militaris.
Flagrare & Fragrare ita discernuntur; quod Flagrare est Incendi, & ardere; Fragrare vero Olere: & in plurimis invenitur ista discretio. Nonius. Confunduntur in MSS. V. Burman. ad Quintil. Decl. 298. p. 574. & Drakenb. ad Sil. 15. 117.

FLAGRANS, antis. [φλεγόμενος, φλεγμὸς] Partic. ut, Flagrans pinus. Virg. 9. Æn. 72.
Eximio litterarum amore flagrans. Quintil. in proœm. lib. I.
Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis. Virg. 12. Æn. 167.
Amor flagrans. Propert. lib. I. 13. 23.
Arma flagrantia. i. e. Fulgentia. Sil. lib. 3. 117.
Canicula flagrans. Hor. 3. Carm. 13. 9.
Cupiditas flagrans. Cic. 4. Tusc. 43.
Genæ flagrantes, Rubentes præ pudore & fletu. Valer. 7. Argon. 411.
Oscula flagrantia. Hor. 2. Carm. 12. 25.
Serta flagrantia. Claud. 2. in I. Conf. Stil. 470.
Compar. Fax flagrantior. Paterc. 2. 48. 3. Juvenal. 13. Sat. 11.
—— flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri nec vulnere major. conf. Solin. cap. 46.
Superl. Cic. de Fato 3. Nec enim, quod recte existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissimum acceperam.
Æstus flagrantissimus. Liv. 44. 36.
Libidines flagrantissimæ. Tacit. 2. Hist. 31.
Sol flagrantissimus. Plin. 34. 12.

FLAGRANTER, Adv. [φλεγομένως] Tacit. I. Ann. 3. Destinare Consules specie recusantis flagrantissime cupiverat.
Exarsere flagrantius. Ammian. 31. 26.

FLAGRANTIA, æ. [φλογμὸς] Gell. lib. 17. cap. 10. Quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est.
Flagrantia oculorum, pro Ardore. Cic. pro Cœl. 49. Si denique ita sese geret non incessu solum, sed ornatu atque comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam, &c.

FLAGRATORES, dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cædebantur. Festus. [Immo hi sunt Flagriones, quomodo fortassis scribendum est.

FLĀGRUM, i. n. [μάστιξ] Idem quod Flagellum ejus dimin. Virga loris instructa, qua cædi consueverunt servi. Juvenal. 5. Sat. 173.
—— nec dura timebis
Flagra pati. Idem 10. Sat. 109. —— & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites. Suet. in Othon. 2.
Ut sæpe flagris objurgaretur a patre. Liv. 28. 11. Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis.

FLAGRIŌNES, [μαστιγίαι] auctore Nonio I. 117. dicti sunt Servi, quod flagris subjecti sint, ut Verberones a verberibus. Afranius Vopisco, Tu flagrionibus privigno jucunditatis plus inest in te mihi, quam commercatis conquisite edulibus. Vet. Onomast. Flagriones, μαστιγίαι.

FLAGRĬFER, a, um. Qui flagellum gestat. Auson. 14. Epist. 10. Flagrifer Automedon.

FLAGRITRĪBA, æ. m. Qui assidue flagris teritur. Plaut. Pseud. I. 2. 5. Eo ingenio sunt flagritribæ.

FLĂGELLUM, i. n. [φραγέλλιον, μαστίγιον] dimin. a Flagris. Flagella, Summæ arborum partes, inquit Servius: & virgæ sive capita minorum sarmentorum, ubi nascitur uva: quod caro his percussa flagret. Quamvis idem auctor a Flando potius dici velit, quod ventorum crebros sustineant flatus. Columel. lib. 5. Varro I. de R. R. cap. 31. Juncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere vitem, quam vocant minorem flagellum, majorem etiam unde uvæ nascuntur, palmam: prior, littera una mutata, declinata a venti flatu. Similiter flabellum ac flagellum. Posterior, &c. Virg. 2. Georg. 399.
Neve inter vites corylum sere: neve flagella
Summa pete, aut summas destringe ex arbore plantas. conf. Catul. 52. Epithal.
Flagellum, Virga quæ sonat in morem flagelli. Virg. 5. Æn. 579.
Lustravere in equis, signum clamore paratis
Epitides longe dedit, insonuitque flagello. Serv. [Inepte.]
Martial. lib. 14. 55.
Horribile flagellum. Hor. I. Serm. 3. 119.
Inusta flagella. Catul. 23. 11.
Sanguineum flagellum Bellonæ. Virg. 8. Æn. 703.
Accinctus flagello. V. ACCINGO.
Admonere flagello. V. ADMONEO.
Cæsus flagellis ad mortem. Hor. I. Serm. 2. 41.
Cædi flagellis, plus est quam fustibus. Marcel. in l. in servorum. D. de pœnis, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. Cic. pro Rabir. red, 16. Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit, hic misericors flagella retulit. Budæus.
Erecta flagello torto furiarum. Valer. 8. Argon. 20.
Quatit ira flagelli ipsum horrisoni. Valer. 7. Argon. 149.
Rubet ille flagello. Juven. 6. Sat. 478.
Sectus flagellis. Hor. Epod. 4. 11.
Tangere aliquem sublimi flagello. Hor. 3. Carm. 26. 11.
Torrere flagellis aliquem. Lucret. lib. 3. 1032. de conscientia dixit.
De Flagellis Eumenidum, V. Disp. Is. Voss. ad Catul. p. 222. Generatim per Flagella intelliguntur Verbera servilia. Justin. I. 5. 2. Hinc flagella fervorum. Sen. de Ira 3. 28.

FLĂGELLO, [μαστιγόω] āre. Flagris, vel Flagellis cædere. Martial. lib. 4. 42.
Lumina sideribus certent, mollesque flagellent
Colla comæ. Sic Plin. lib. 25. cap. 8.
Flagellare perticis frumentum. Plin. lib. 18. cap. 30. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur.
Annonam flagellare, inquit Hermol. dicuntur præmercatores, qui Græce Timiopolæ appellantur. Plin. lib. 33. cap. 13.
Flagellare opes dicitur arca a Martial. lib. 5. 13.
Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis:
Et cujus laxas arca flagellat opes. i. e. Arctat, continet.

FLAGELLĀTUS, a, um. ut, Flagellatus aer multiformi radiorum jactu. Plin. lib. 2. cap. 45.

FLAGELLATIO, ōnis. f. Tertul. ad Martyr. cap. 4. conf. Salvian. l. 5. p. 179. & l. 2. ff. de Pœnis.

FLAGELLATOR, ōris. m. Secta flagellatorum sæculis superioribus celebrata.

FLAGELLATĪVUS, vel FLAGELLATITIUS, a, um. Flagris dignus. Gloss. Gr. Lat. μαστιγίας, Verberosus, flagellatitius.

FLAMEN, ĭnis. n. A Flo, flas. V. FLO.

FLĀMEN, ĭnis. m. [ἱεροφάντης, φλαμὴν] Sacerdos dicebatur. Plin. lib. 18. cap. 12. Varro flaminem faba non vesci tradit. Varro L. L. lib. 4. 15. Flamines, quod in sacro capite velato erant semper, ac caput cinctum filo habebant, flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo deo, cui sacra faciunt. Sed partim sunt aperta, partim obscura. Aperta, ut Martialis, Vulcanalis: obscura, ut Dialis, Furinalis. De reliquis infra V. Servius, Flamines in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod quum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a filo quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus

diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere; quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta; sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alii dicunt, non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quia quum sacrificarent apud Laurolavinium, & eis exta frequenter aves de vicinis venientes lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit, ut apud Laurolavinium ingentes haberent virgas, non breves, ut in Urbe. Sunt etiam qui Flamines a gestamine pilei dictos ajunt, quasi Pilamines. Hæc Servius in illud 8. Æn. 663.

Lanigerosque apices & lapsa Ancilia cælo.

Flamen, est unius dei sacerdos. Cic. 2. de Legib. 29. Divisque aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Varro de L.L.6.3. Flamines a Numa Pompilio institutos affirmat: cum quo sentit etiam Liv. lib. 1. 20. Numa, inquit, flaminem Jovi assiduum sacerdotem creavit; insignique eum veste, & curuli regia sella adornavit; huic duos flamines adjecit; Marti unum, alterum Quirino.

Majores flamines appellabantur Patricii generis; Minores, Plebeji. Hæc Sext. Pomp. Fest. lib. 11.

Augusti flamen legitur in Inscript. V. Panvin. de Civ. Rom. cap. 27.

Cæsaris flamen. Suet. Jul. cap. 76. Cic. 2. Philipp. 48. Est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Quibus quidem verbis apparet, morem fuisse, ut flamines etiam inaugurarentur.

Carmentalis flamen. Cic. de Clar. Orat. 56.

Claudialis. V. Flaminium.

Curiales flamines. V. CURIA.

Deorum omnium flamen, occurrit in Inscriptionibus. V. Turneb. Adverf. 11. 10.

Dialis. de quo tam multa Gell. lib. 10. cap. 15. conf. Liv. 5. 52. extr. Varro de L. L. 4. 15. Turneb. Adverf. 27. 7.

Falacer, a divo patre Falacre. Varro L. L. 4. 15. & 6. 3. [An Falacro?

Floralis, Floræ. Idem 6. 3.

Furinalis, a Furina dea. Idem 4. 15. & 6. 3.

Hadrianalis. Panvin. de Civ. Rom. cap. 27.

Martialis, Martis. Varro 4. 15. & 6. 3. Cic. 1. de Divin. & de Arusp. Resp. 12. V. Laurent. Var. Sacr. Gent. cap. 1.

Palatualis, Palatuæ. Varro L. L. 6. 3.

Pomonalis, Pomonæ. Idem ibid.

Quirinalis, Quirini. Cic. de Arusp. Resp. 12.

Virbialis. Laurent. Var. sac. supra cit.

Volcanalis, Vulcani. Varro ibid. 4. 15.

Volturnalis, Vulturni. Varro Ibid. 6. 3. & Turneb. Adverf. 6. 5.

De Flaminibus. V. complures auctores congestos in Lex. Pitisc.

FLĀMĬNA, æ. f. Ejusdem dignitatis mulier. Reinef. Inscript. 49. FLAVIA FLAMINA FLAVIAL. Adde Spanhem. de Numism. p. 611.

FLAMINĀLES, dicebantur Viri flaminis honore functi; ut Consulares, Qui consulatum pridem sunt consecuti. V. Guther. de Vet.Jur.Pont.1.32.

FLĀMĬNIA, æ. f. [φλαμίνιον] Flaminis domus. Gell. lib. 10. cap. 15. Ignem e flaminia, id est flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri jus non est. V. Ovid. 2. Fast. 27.

Item Uxor flaminis, aut Femina sacerdos. Inscrip. Reinef. 48. C. A. FLAMEN MARTIALIS ET FLAMINIA AEMILIA VX.

Flaminia, inquit Festus, dicebatur Sacerdotula quæ flaminicæ Diali præministrabat; eaque patrimes & matrimes erat, id est Patrem matremque adhuc vivos habebat. Al. Flaminica. [Puto Flaminia Camilla Festum scripsisse, ut p. p. Flaminius Camillus.

FLAMINĬCA, [ἱεροφάντρια] Sacerdotissa. Gell. lib.10. cap.15. Eædem ferme ceremoniæ sunt quas flaminicas, sacerdotissas dialeis, seorsum ajunt observitare.

Dialis flaminica. Tacit. 4. Ann. 16. Sed lata lex, qua flaminica Dialis, sacrorum causa in potestate viri, cetera promiscuo feminarum jure ageret.

FLĀMĬNIUM, i. n. [ἱεροφαντική] pro Sacerdotio ipso. Gell. lib. 10. cap. 15. Uxorem si amisit, flaminio decedit. hic nota, Abire & decedere flaminio, eo modo dictum quo Abire magistratu, officio, &c. V. Liv. 26. 23. Plural. Cic. 13. Philipp. 41. Homo ingratissime, flaminia cur reliquisti? Vetus exemplar habet flaminium.

Claudiale flaminium. Tacit. 13. Ann. 2.

Diale flaminium. Suet. Aug. 31. 4.

FLĀMĬNIUS, a, um. Adj. Quod pertinet ad flaminem sive ad flaminium. Ut, Flaminius lictor, Qui flamini Diali sacrorum caussa præsto erat; ut auctor est Fest.

Flaminius Camillus, puer ingenuus, patrimus & matrimus, qui flamini Diali ad sacrificia præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Festus.

Flaminia prata. Liv. 3. 54. extr. & 63. med. conf. Panvin. de Civ. Rom. cap. 22. [Nisi potius a nomine Gentili sic dicta fuerunt, de quo infra, ut Circus Flaminius, teste Festo, cujus ibidem Liv. meminit.

FLAMINIUS, Cognomen fuit Quinctiorum, & Claudiorum, ortum fortasse ab insigni aliqua re gesta in flaminio. Nonnulli scribunt Flamminius, quasi deducatur a Flamma, ut verum videatur quod nonnulli scriptum reliquerunt, Flaminiis proprium fuisse, ne flammam, id est ignem e domo sua, nisi sacrorum caussa efferri paterentur. Sed hanc scripturam veteres libri & lapides, item Græcorum auctorum (qui semper Φλαμίνιος scribunt) auctoritas repudiat. [Immo Flaminius Rogentis nomen, Quintiorum vero cognomen Flamininus, adoptivum, & ex eadem illa gente tractum, ut videtur.

C. Flaminius Consul cum Annibale pugnans ad Thrasimenum lacum interfectus est; ejus cadaver ab Annibale inter mortuos quæsitum, nec inventum. Liv. lib. 22. a pr. ad cap. 8. Florus lib. 2. cap. 7. Hic viam stravit quæ ab eo dicta est Flaminia.

T. QUINTIUS FLAMININUS annos natus XXX, COS. cum Sext. Ælio factus, Philippum Macedoniæ regem prælio fudit, & castris exuit. Deinde Thessaliam, quæ est vicina Macedoniæ, juvantibus Ætolis & Acarnanibus, vexavit; civitates quoque Græciæ, quæ sub rege Philippo erant, per præconem liberas esse pronuntiavit. Plutarch. in ejus vita. & Liv. lib. 34. Hujus frater fuit,

L. Flamininus, qui a Catone censore, quod quum Proconsul in Gallia esset exoratus in convivio a scorto, aliquem eorum qui in vinculis essent, damnati rei capitalis, securi feriri jussisset, Senatu motus est. Aliter Liv. lib.39. cap.42. V. Plutarch. in Flaminio. Cic.de Senect. 42. Plin. lib. 7. cap. 27. Valer. lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 5.

FLAMINIUS, a, um. Adj. Quod est Flaminiorum. Ut, Flaminia via a C. Flaminio dicta, qui eam stravit lapidibus e Roma Ariminum usque. Cic. 12. Philipp. 22. Ovid. 1. de Pont. 8. 44.

—— Flaminiæ Claudia juncta viæ. Flaminia absolute apud Juvenal. 1. Sat. 61. & 170. A Flaminio quoque Arcus Flaminius & Forum Flaminium nomen habet.

FLAMINIANUS, a, um. Idem. ut, Flaminiana ostenta. Cic. 2. de Divin. 67.

FLAMONIUM, i. n. Idem quod Flaminium, flaminis Sacerdotium. Sidon. 5. Epist. 7. Invident flamonia municipibus. V. ibi Sirmond. qui ex Glossis & Inscrip. Dacica idem confirmat, p. 56.

FLAMMA, æ. f. [φλὸξ, πυρσὸς, πρηστήρ] a Græco dicitur φλέγω, quod est ardeo. Plaut. Curc. 1. 1. 53.

Semper, tu scito, flamma fumo est proxima.

Alimenta flammæ, pix & cera. Ovid. 14. Met. 532.

Apices flammarum. Stat. 1. Achil. 521.

Acris flamma. V. ACER.

Fabrilis flamma. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 176.

Hostiles flammæ. Claud. 2. in Eutrop. 571.

Mitis flamma. Sil. lib. 16. 121.

Rapida flamma. Ovid. 2. Met. 123.

Tremulæ flammæ. Virg. 8. Ecl. 105.

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua.

Trifida flamma. Ovid. 2. Met. 325.

Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo. Flammam intelligit fulminis trisulci, quo Phaethon ab Jove interfectus est.

Accensa est flamma, apicemque per area duxit. Ovid. 10. Met. 279. V. ACCENDO.

Adolere penates flammis. Virg. 1. Æn. 708.

Affixit flammam lateri turris. Virg. 9. Æn. 536.

Afflata flammis ora. Sil. lib. 17. 114.

Aggestis vigilant altaria flammis. Stat. 10. Theb. 55.

Alere flammam re aliqua. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Applicare ad flammam. V. APPLICO.

Cingere mœnia flammis. Virg. 9. Æn. 160.

Circumdare flammis urbem. Virg. 10. Æn. 74.

Collucent flammis mœnia. Virg. 5. Æn. 4.

Compescere flammam mero. Ovid. 16. Epist. 229.

Concidit flamma. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Concipere flammam. V. CONCIPIO.

Conflagrare flammis. CONFLAGRO.

Convalescit flamma magna congerie. Quintil. lib. 5. cap. 13. V. CONVALEO.

Corripitur flammis tellus. Ovid. 2. Met. 210.

Crepitante flamma cremari. Virg. 7. Æn. 74.

Celeri flamma degustant tigna ignes. Lucret. lib. 2. 193.

Dabit sonitum flammæ. i. e. Flamma fiet. Virg. 4. Georg. 409. de Proteo.

Excoquitur flammis scopulus. Sil. lib. 3. 642.

Expirant lumina flammis. Stat. 10. Theb. 111.

Extinguere flammas. Ovid. 15. Met. 778.

Exuperant flammæ, furit æstus ad auras. Virg. 2. Æn. 759.

Fundit terra egestas flammas. Sil. lib. 7. 373.

Hausit flamma multos. Liv. 30. 5.

Hebetare flammas. Ovid. 7. Met. 210.

Jactant flammas ad culmina. Virg. 2. Æn. 478.

Jaculatur flammas Polus. Sen. Herc. fur. 13.

Induitur tota Africa flammis. Sil. lib. 17. 196.

Injicere aliquid flammis. Quintil. in procem. lib. 6.

Involvit flammis nemus. Virg. 2. Georg. 309.

Lustras opera omnia flammis. Virg. 4. Æn. 607. de Sole.

Mollire cibum vapore flammæ. Lucret. lib. 5. 1101.

Opprimere flammam. Cic. 2. de Orat. 227. Dicere enim ajunt Ennium, flammam a sapienti facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat.

Opprimit unda flammas. Sen. Med. 12.

Percurrit trabes agilis flamma. Sen. Hippol. 5.

Populatur flamma capillos. Ovid. 2. Met. 319.

Posuere vires flammæ. Virg. 5. Æn. 680.

Quievit flamma. Virg. 6. Æn. 226.

Rapuit in fomite flammam. Virg. 1. Æn. 180.

Rapiente cursum ocior flamma. Sen. Hippol. v. 738.

Restinguere flammam. Lucret. lib. 4. 1081.

Rotant cavis flammam fornacibus. Lucret. lib. 6. 201.

Signare viam flammis. Virg. 5. Æn. 526.

Spargit rutilas per nubila flammas. Ovid. 3. Fast. 285.

Stupea flamma spargitur. Virg. 8. Æn. 694.

Suffusus rubra lumina flamma. Ovid. 11. Met. 368.

Torrere flammis aliquem. Sen. Hippol. 2.

Trepidant flammæ sordidum rotantes vertice fumum. Hor. 4. Carm. 11. 11.

Volvere globos flammarum. Virg. 1. Georg. 473.

Volvuntur furentes flammæ per culmina. Virg. 4. Æn. 670.

Flamma, Periculum aliquando significat. Cic. 2. Tusc. Idem in Brut. 90. dixit Galbam eripuisse se flamma. Al. Flammæ. quum significare vellet eum liberatum esse a periculo judicialis damnationis. Ter. Eun. 3. 2. 38.

E flamma petere te cibum posse arbitror. Cic. 16. Fam. 11. Sed incidi in ipsam flammam civilis discordiæ, vel potius belli.

Flamma amoris turpissimi flagrare. Cic. 7. Verr. 136. Una atque eadem nox erat, qua Prætor amoris turpissimi flamma, ac classis pop. Rom. prædonum incendio conflagrabat.

Fervida flamma. Ovid. 1. Amor. 2. 46.

Insanæ flammæ. Sen. Hippol. 4.

Pronuba flamma. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 131.

Abire in flammas. Ovid. 1. Met. 493.

Ut facibus sepes ardent, quas forte viator

Vel nimis admovit, vel jam fub luce reliquit;
Sic deus in flammas abiit, fic pectore toto
Uritur, & fterilem fperando nutrit amorem.

Abrumpere flammam. V. ABRUMPO.
Affumere novas flammas. Ovid. de Rem. Amor. 485.
Concepit toto pectore flammam. Catul. 62. 92.
Concitat Venus feroces juvenum flammas. Sen. Hippol. 3.
Corripi flamma. V. CORRIPIO.
Demanat tenues fub artus flamma. Catul. 49. 10.
Difcedite obfcænæ flammæ. Ovid. 9. Met. 508.
Excute conceptas pectore flammas. Ovid. 7. Met. 17.
Extinguere fævas flammas. Ovid. de Rem. Amor. 53.
Subdita flamma medullis. Virg. 3. Georg. 271.
Urit medullas ferpens flamma. Sen. Med. 10.
Invidiæ flamma. Cic. 3. de Orat. 11. Sulpicius autem, qui in eadem invidiæ flamma fuiffet, quibuscum privatus conjunctiffime vixerat, hos in Tribunatu fpoliare inftituit omni dignitate. Idem 1. Catil. 1.
Vis & flamma oratoris. Cic. de Clar. Orat. 93. Ardor animi non femper adeft, isque quum confedit, omnis illa vis & quafi flamma Oratoris extinguitur.
Flammæ apparentes, Lætos fucceffus & claritudinem præfignificant. V. Freinshem. ad Curt. 3. 3. 3. & ad Flor. 1. 6. 1. Dalechamp. ad Plin. 2. 36. Gruter. ad Liv. 25. 39. & Lex. Pitifc.

FLAMMŬLA, æ. f. dimin. [φλόγιον] Columel. lib. 12. cap. 53. Poftero die mactantur, & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur. de Porcis loquitur. Cic. 4. Acad. 80. Idem 9. 14.
Flammulæ etiam dicuntur, Vexilla equitum ex contis fufpenfa. V. Veget. de Re Mil. 3. 5. & 2. 1. conf. Cedren. Suid. Lipf. de Mil. Ro. 4. 5. Thyf. Rom. Illuft. 4. p. 93.
Flammula, Herba eft foliis, floribus, ac femine nihil a clematide differens, quemadmodum nec acerrimo guftu. Attamen neque fepibus circumvolvitur, neque arbores fcandit, quum recticaulis affurgat. Plures autem hæc ex fe mittit caules bicubitales, fubrubentes, & in his folia fmilacis, quibus intolerabilis ineft acrimonia, unde Flammulæ fibi nomen afcivit. V. Matthiol. ad Diofc. lib. 4. cap. 7.

FLAMMEUS, a, um. Adj. [φλόγεος, φλόγινος] Quod flammæ naturam, vel colorem refert. Plin. lib. 35. cap. 10. Cic. 1. de Divin. 44.
— Dextrorfum orbem flammeum
Radiatum folis liquier curfu novo. Ex Accio poeta. Columel. lib. 5. 5. Velut halitu flammeo fructus uratur.
Lumina flammea. Virg. 7. Æn. 448.
Stellæ natura funt flammeæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 46.
Flammeus imber de Fulmine dicitur a Claudiano Panegyri in VI. conf. Honorii (v. 342.)
—— nam flammeus imber in hoftem
Decidit: hunc dorfo trepidum flammante ferebat
Ambuftus fonipes. Al. Fumante. H. St.
Tralate Flammeum dicitur Quicquid concitata celeritate peragitur. Sidon. 1. 7. Acres & flammei viri. Catul. de Nupt. Pel. v. 337.
Flammea prævortet celeris veftigia cervæ. Ita Varro, Flammeos verfus dixit, Ardore extemporali prolatos.
Flammea Viola Plinio dicitur, ut teftatur Ruel. lib. 3. cap. 57. quæ Lychnis coronaria dicitur. Galli *Candelariam* vocant. Plin. 21. 26. extr.

FLAMMEUM, i. n. vel FLAMMEUS, i. m. apud Non. Marcel. 14. 31. [φλογεῖον] Genus veftimenti lutei coloris, quo amiciebatur nova nupta boni ominis caufa; fic dictum, inquit Feftus, quod eo affidue utebatur Flaminica, id eft Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium. Et eodem modo tegebatur nupta flammeo, ut perpetuo cum viro maneret. Lucan. 2. 361.
Lutea demiffos velarunt flammea vultus. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei video honorem antiquiffimum in nuptialibus flammeis totum feminis conceffum. Martial. lib. 12. 42. Juvenal. 6. Sat. 224. Flammea conterit, i. e. Sæpe nubit. conf. Lex. Pitifc.

FLAMMEŎLUM, dimin. [φλογείδιον] Juven. 10. Sat. 333.
—— fedet illa parato
Flammeolo.

FLAMMEĀRIUS, i. m. [φλογεύς] Infector flammeorum: h. e. Qui flammea colore luteo tingit atque inficit; aut Qui flammea facit vel vendit. Plaut. Aul. 3. 5. 36.
Cinifiones, patagiarii, indufiarii,
Flammearii, violarii, carinarii. V. Taubm. & Voff. Lex. Etymol.

FLAMMEŎLUS, Adj. [ὑπόφλογινος] Quod flammæ colorem aliquantulum habet. Columel. lib. 10. 307.
Preffaque flammeola rumpatur fifcina caltha.

FLAMMŌSUS, a, um. Cæl. Aurel. Acut. 2. 32. Febris celerrima & flammofa. Ibid. 3. 17. Carbones non flammofi.

FLAMMO, [φλογίζω] āre. Flammam producere. Virg. 3. Georg. 433.
Exilit in ficcum; & flammantia lumina torquens.
Flammare; pro Inflammare, feu Ira accendere. Tacit. 2. Hift. 74. Idem 4. Hift. 24. His inter fe vocibus infiftentes, flammavere infuper allatæ a Vefpafiano litteræ.
Facem flammantem nubila direxit. Valer. 1. Argon. 568.

FLAMMĀTUS, a, um. Flammatus Jupiter. h. e. Flammam dextra manu tenens pro fceptro. Cic. 1. de Divin. 17.
Principio ætherio flammatus Juppiter igni
Vertitur, &c. V. Virg. 1. Æn. 54.
Juventus flammata pudore. i. e. Inflammata, incenfa. Valer. 2. Argon. 470.
Flammata toga. Martial. 5. 20. Togam flammatam Domitius interpretatur Rubram, a colore flammæ.

FLAMMANDUS, a, um. Tacit. 15. Ann. 44. 7. Crucibus affixi aut flammandi.

FLAMMĀTIO, ōnis. f. apud Apul.

FLAMMĀTOR, ōris. m. apud Stat.

FLAMMĀTRIX, īcis. f. Mart. Capel. 5. p. 137. In elatione flammatrix.

FLAMMABUNDUS, a, um. Mart. Capel. 1. p. 22. Subfellia flammabunda.
Flammabundæ æftati. Beroald. in Sueton. 179. in fine, ex Caffiodoro. H. St. Non erat in Lugd. hæc dictio.

FLAMMESCO, [φλογόομαι] ĕre. eft Accendi & flamma corripi. Lucret. lib. 6. 669.
—— flammefcere cælum.

FLAMMĬDUS, a, um. Idem quod Flammeus. Apul. de Mundo p. 66. Glacialibus flammida confundit. Idem lib. 2. Milef. pr. Rofeo rubore flammida.

FLAMMĬCŌMANS, antis. Epitheton tædarum apud Juvenc. in Matth. cap. 25.

FLAMMĬCŎMUS, a, um. Prudent. Pfych. 776.

FLAMMĬCRĔMUS, a, um. Fortunat. 1. Carm. 15. 47.

FLAMMĬFER, ĕra, ĕrum. [φλογοφόρος] Ferens flammam, & commovens, five excitans. Cic. 4. Acad. 89.
Fer mihi auxilium, peftem abige a me,
Flammiferam hanc vim quæ me excruciat. Sil. 1. 257.
Flammiferis tellus radiis cum exufta dehifcit. Idem 461.
Crine ut flammifero terret fera regna cometes. Val. Flac. 1. Argon. 4.
—— flammifero tandem confedit Olympo.

FLAMMĬGĔNA, æ. c. [φλογογενής] E flamma genitus. Perott.

FLAMMĬGER, Adj. ut, Sol flammiger. Valer. 5. Argon. 581. Flammigeri folis proles. Stat. 8. Theb. 676.
Flammiger ales, i. e. Aquila flammantia Jovis arma geftans.

FLAMMĬGERO, [ἀστράπτω] āre. Flammas producere & emittere. Gell. lib. 17. cap. 10. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare. Ubi alia exemplaria habent Flammigare. V. Macrob. 5. Saturn. 17.

FLAMMĬPES, ĕdis. Juvenc. lib. 2. in Matth. 11.

FLAMMĬPŎTENS, entis. Vulcani cognomen. Arnob. lib. 3. p. 112.

FLAMMĬVŎLUS, a, um. Arator in Act. Apoft. cap. 18.

FLAMMĬVŎMUS, [πυρίκβολος] Quod flammas vomit. Perott. conf. Juvenc. procem.

FLAMMONIENSES, Iftriæ populi. Plin. lib. 3. cap. 19.

FLANĀTES, Populi Illyrici. Plin. lib. 3. cap. 21. de conventu Scardonitano agens, fubdit, Jus Italicum habent eo conventu Alutæ, Flanates, a quibus finus nominatur.

FLANĀTĬCUS, Sinus juxta Iftriam eft, in quem a tergo Iftriæ Iapidia regio promoveri dicitur. Plin. lib. 3. cap. 19.

FLANDRIA, æ. f. Regio eft in finibus Belgarum, ad litora Oceani Septentrionalis pofita, in qua funt urbes infignes Gandavum & Bruga. V. Geogr. Juniores.

FLASCA, æ. Vas vinarium. Ifidor. 20.

FLATOR, FLATUS, &c. V. FLO, flas.

FLAVEO, &c. V. FLAVUS.

FLAVIA, FLAVIALIS, FLAVIANUS. V. FLAVIUS.

FLAVĪNA, æ. f. Etruriæ oppidum fub Soracte monte. Sil. 8. 491. Hinc

FLAVĪNIUS, a, um. Virg. 7. Æn. 696.
Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva, &c.

FLAVIOBRIGA, [Φλαουιόβριγα] Oppidum Vardulorum in Hifpania citeriori. Plin. lib. 4. cap. 20.

FLAVIOPOLIS, [Φλαβιόπολις] Thraciæ oppidum, eo in loco conditum ubi antea Zela fuerat. Plin. lib. 4. cap. 11.

FLAVISSÆ, ab antiquis Latinis dicebantur, quos Thefauros Græco nomine appellamus, quod in eos non rude æs, argentumque, fed flata fignataque pecunia conderetur. Gell. lib. 2. cap. 10. V. & Nonium 2. 341.

FLAVIUM, [Φλαβίον] Norici oppidum eft, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

FLĀVIUS, [Φλάβιος] Romanæ familiæ principio obfcuræ nomen fuit, fed quam Impp. T. Vefpafianus & filii ejus Titus, & Domitianus, fatis illuftrarunt. V. Suet. Vefp. cap. 1. conf. Lex. Pitifc. de Lege atque Tribu Flavia, in LEX & TRIBUS.
Flaviorum fuburbanum. V. Suet. Vefp. 5. 1.
Flavii quoque dicti funt Imperatores Conftantinopolitani, a Flavio Conftantino. V. Ræward. Confect. 3. 17.
De pluribus Flaviis. V. Burm. ad Quintil. 9. 3. p. 816.

FLAVIA Colonia, Palæftinæ urbs, primum ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæfaris, Cæfarea appellata. Poftea deducta eo ab Flavio Vefpafiano Colonia, Flavia appellata eft. Plin. lib. 5. cap. 13.

FLAVIA Julia, urbs in Callaicorum & Bracarum confinio fita, nunc vocata *Chiaves*. V. Lex. Pitifc.

FLAVIĀLIS, is. m. Divis Flaviis facra operantes Flamines, five Sacerdotes Flaviales dicti. V. Infcript. Gruteri, p. 359. n. 4. Spon. Mifc. p. 177. pr. Flavialium Collegium. Suet. Domit. 4. 11.
Milites Flaviales a Divo Vefpafiano legionibus additi. Veget. 2. 7.

FLAVIĀNUS, Africæ Proconful, Delphinum in Hipponis Diarrhyti litore ex hominis manu vefcentem, unguento perunctum, odoris novitate confopivit, ita ut fluctuans fimilis exanimi, poft ad fe reverfus, per aliquot menfes hominum converfatione caruerit, ut injuria fugatus. Refert Plin. lib. 9. cap. 8.

FLAVIĀNUS, a, um. Adj. derivatum a Flaviis. Flavianæ partes. Tacit. 2. Hift. 67. & 3. 1.

FLAVŌNA, æ. f. [Φλαυῶνα Ptolemæo] Oppidum eft Illyrici, apud Plin. lib. 3. cap. 21.

FLĀVUS, Adj. [ξανθός, πυῤῥός, μελίχλωρος] Color eft, viridi, rubro & albo concretus, hoc eft fulvo clarior, qualis eft color auri.
Achilles flavus. V. ACHILLES.
Arva flava. Virg. 1. Georg. 95.
Sæpe ego quum flavis mefforem induceret arvis
Agricola. i. e. Maturis. Servius.
Cæfaries flava. Valer. 6. Argon. 225.
Capilli flavi. Ovid. 2. Faft. 763.
Forma placet, niveusque color, flavique capilli.
Ceres flava, a Virgilio dicitur, propter Ariftarum maturitatem, ut inquit Servius lib. 1. Georg. 96. —— neque illum
Flava Ceres alto nequicquam fpectat Olympo.
Crinis flavus. Virg. 4. Æn. 698.
Nondum illi flavum Proferpina vertice crinem
Abftulerat.
Mare flavum. Cic. 4. Acad. 105.
Mella flava. Martial. lib. 1. 56.
Oliva flava. Virg. 5. Æn. 309.
Pulvis flavus. Martial. lib. 14. 71.

Rura

Rura flava. Claud. 1. in Eutrop. 112.
Tiberis flavus dicitur propter arenam. Virg. 7. Æn. 31. conf. Hor. 1. Carm. 2. 13. & 8. 8.

FLĀVĬDUS, Adj. a Flavo derivatum; ficut & a Flacco, Flaccidus; & a Ravo, Ravidus dicitur. Plin. 18. 13. de Rapaciis. Et flavidorum quoque, & in horreis enecatorum. Hodie fere Flaccidorum editur, fed Flavidorum Turnebus Adverf. 1. 20. extr. tuetur. Ubi Harduin. ita exhibere MSS. omnes teftatur. [Sciendum autem eft τὸ Flavidus & Flavens fynonyma effe, idemque plane fignificare, ut alia id genus, e. g. Liquidus & Liquens, Candidus & Candens, Languidus & Languens &c. quibus paffim promifcue utuntur poëtæ. conf. in FLOREUS not. Arida autem rapicia Plinius intelligit, non Flaccida. V. not. Hard.

FLAVEO, [ξανθίζομαι] ēre. Flavum colorem referre. Columel. lib. 2. cap. 21. Idem 10. 311. Virg. 3. Georg. 350.
Turbidus & torquens flaventes Hifter arenas.
Flavens malas. Virg. 10. Æn. 324. Comæ flaventes. Idem 4. Æn. 590.

FLAVESCO, [ξανθίζομαι] ēre. Flavum fieri. Cato, cap. 151. Maturum eft ubi ordeum flavefcit. Subaud. Semen cupreffi. Virg. 4. Ecl. 28.
Molli paulatim flavefcet campus arifta. Plin. lib. 9. cap. 35.

FLAVĒDO, ĭnis. f. Flavus color. Apul.

FLAVĬCŌMANS, antis. Prudent. Apoth. 495.

FLAVĬCŌMUS, a, um. Flavicomum Corymbion. Petron. cap. 110.

## F L E

FLEBĬLIS. V. FLEO, fles.

FLECTO, xi, xum, [κάμπτω, κινάμπτω, ἐπικάμπτω, ἡμύω, ἰθύνω, ἐπιστρέφω] ēre. Torquere & curvare.
Flectere in gyrum. Ovid. 2. Met. 718.
Flectere in diverfum & in averfum. Plin. lib. 11. cap. 45. de Elephanto.
Aciem oculorum flectere. V. ACIES.
Currum flectere de foro in Capitolium. Cic. 7. Verr. 77.
Curfum flectere ad aliquid. Liv. 1. 4. Ad puerilem vagitum curfum flexiffe. de Lupa.
Gyro breviore flecti. Sen. Hippol. 3.
Iter flectere. Liv. 8. 19. extr. Ad Privernum COS. flexit iter.
Juvencum flectere. Virg. 2. Georg. 357. —— & ipfa
Flectere luctantes inter vineta juvencos. Ubi Servius; Flectere, Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur.
Membra contorquet & flectit quo vult omne animal. Cic. 1. de Divin. 120.
Promontoria flectere. Cic. 2. de Divin. 94. Qui navigant, maxime animadvertunt: quum in flectendis promontoriis, ventorum mutationes maximas fæpe fentiant. Cic. 5. Att. 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiffime navigaffemus: & Leucaten flectere moleftum videbatur. [i. e. Circuire navibus. Expreffum ex Græco κάμπτειν ἀκρωτήριον, quod ipfum verbum Ennius retinuit, Leucaten campfant. V. CAMPSO. Perperam igitur Steph. expofuerat, Dirigere curfum ad Leucaten.
Ratem flectere. Ovid. 10. Epift. 36.
Viam flectere. Cic. 11. Att. 18. Martial. lib. 1. 71.
Flecte vias hac, quas madidi funt tecta Lyæi.
Viam flectere velis. Virg. 5. Æn. 28.
Flectere, per translationem: ut, Flectere animum. h. e. Attendere & advertere. Ter. Hec. 4. 3. 2. Ifthuc eft fapere, qui ubicunque opus eft poffis animum flectere.
A vero flectere animum. Liv. in proœm.
Ad confilium flectere cafu oblata. Liv. 28. 44. Et id eft viri & ducis, non deeffe fortunæ præbenti fe, & oblata cafu flectere ad confilium.
Ad aliquid flectere. Tacit. 1. Ann. 34. Tunc a veneratione Augufti orfus, flexit ad victorias triumphosque Tiberii.
In ambitionem flexiffe arguebatur. Tacit. 4. Ann. 37.
Animos omni ratione flectere & commutare. Cic. 2. de Orat. 211.
Animos teneros & rudes flectere & inficere. Cic. 1. de Legib. 47.
Animo flecti atque frangi. Cic. pro Sull. 18.
Fata flectere. Cic. 3. in Catil. 19. Nifi dii immortales omni ratione placati, fuo numine prope fata ipfa flexiffent.
Imbecillitatem animorum varietas opinionum torquet & flectit quocunque cœpit. Cic. 1. de Legib. 29.
Judicium fuum flectere & dirigere adverfus alios. Cic. ad Brut. Ep. 16. extr. Idem Cicero fi flexerit adverfus alios judicium fuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit fibi, fed etiam præterita evanefcere coget.
Mentes ab omni ftudio fenfuque Pœnorum, ad noftrum imperium nomenque noftrum flexerunt. Cic. pro Corn. Balb. 39.
Minas alicujus flectere. Valer. 1. Argon. 216.
Naturam fuam verfare & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cic. pro Cœl. 13.
Oratione aliquem flectere, Perfuadere, & alicujus animum noftra oratione ad voluntatem noftram inclinare. Cic. 4. Acad. 1. Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ eft habita memoriter, &c. Idem 1. de Legibus 47. Qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt & flectunt ut volunt. Cic. 1. Philipp. 35.
Puella flectitur affiduis minis. Propert. lib. 1. 19. 24.
Precibus flecti. Virg. 2. Æn. 289.
Senfus alicujus flectere. Valer. 7. Argon. 172.
Superos flectere. Virg. 7. Æn. 312.
Vocabulum flectere de Græco. Gell. lib. 4. cap. 3. Hoc vocabulum de Græco flexum eft.
Flectere, abfolute. Tacit. 1. Ann. 13. extr. Feffus clamore omnium, expoftulatione fingulorum, flexit paulatim, non ut &c.

FLEXUS, [κεκαμμένος, καμφθείς] Partic.
Flexus in obliquum. V. OBLIQUUS.
Aditus flexus. V. ADEO.
Animus flexus. Catul. 62. 330.
Arcus flexos incurvant. Virg. 5. Æn. 500.
Coma flexa nitidus vagaris. Martial. lib. 10. 65.
Dies in vefperam flexus. Tacit. 1. Ann. 16.



Genu flexum fummifit. Ovid. 4. Met. 340.
Motus flexi fractique. Cic. 5. de Fin. 35.
Os in mœftitiam flexum. Tacit. 3. Ann. 16. Cæfar flexo in mœftitiam ore, fuam invidiam tali morte quæfitam, &c.
Pedes exiguo flexos in orbe. Ovid. 4. Epift. 80.
Sonus flexus. Cic. 3. de Orat. 214. Atque etiam illa funt ab his delapfa plura genera, lene, afperum, contractum, diffufum continenti fpiritu, intermiffo, fractum, fciffum, flexo fono, attenuatum, inflatum.
Supercilia flexa juxta nafum. Plin. lib. 11. cap. 52.
Compar. ut, Zodiacus flexior. Mart. Capell. 8. p. 297.

FLEXUM, i. n. Min. Fel. 17. 12. Collium flexa. conf. Turneb. Adverf. 29. 20.

FLEXIO, ōnis. f. [κάμψις] Actus ipfe flectendi.
Flexiones, & diverticula. Cic. in Pifon. 53. Quos tu mæandros, dum omnes folitudines perfequeris, quæ diverticula, flexionesque, quæfifti?
Virilis laterum flexio. Cic. in Orat. 59. Geftus eft oratoris.
Flexiones modorum. Cic. 2. de Legib. 39. Illa quidem, quæ folebant quondam compleri feveritate jucunda Livianis & Nævianis modis, nunc ut eadem exultent, cervices, oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant.
Vocis flexiones. Cic. in Orat. 57.

FLEXUS, ûs. m. [καμπή, καμπτήρ] Curvatio, converfio. Plaut. Men. 5. 2. 114. Facitote in flexu fit pernicitas pedum. Quintil. lib. 9. cap. 2. Qui curfu parum valent, flexu eludunt. Flexus & artes in actione. Quintil. lib. 5. cap. 13. Idem lib. 7. cap. 10. Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta ubi erant, centum inde occidit Achilles, &c. Ubi Flexus, pro Vocis commutatione, accipitur: nam ubi diftinguendum eft, vox in pronuntiando flecti folet.
Ætatis flexus, Quum ætas vergere incipit, & inclinari. Cic. in proœm. de Orat. Idem pro Cœl. 75. In hoc flexu quafi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac fapientia veftra) fama adolefcentis paulum hæfit ad metas. i. e. Quum jam curriculum juvenilium ftudiorum permenfus effet, ibi in voluptatis licentiam delapfus eft: aliquantifperque immoratus eft, ut illi qui in meta infiftunt, non flectentes curfum, nec finem, præmiumque affequuntur laboris. Budæus.
Autumni flexus. Tacit. 5. Hift. 23. Flexus autumni eft, quum autumnus vergere incipit, & inclinari.
Capillorum flexus. Quintil. lib. 8. cap. 2. Propter flexum capillorum, pars eft fumma capitis, fcilicet vertex.
Membrorum flexus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Suffraginum flexus. Plin. lib. 8. cap. 15.
Vocis flexus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Lunati flexus. Sil. lib. 4. 319.
Mollis flexus. Perf. 3. Sat. 36.
Sinuofo flexu anguis. Virg. 1. Georg. 244.
Flexus ille, & ut fic dixerim, motus, dat actum quendam, & factum. Quintil. lib. 2. cap. 13. de ftatuis & picturis.
Cum multis flexibus introitus habent aures duros & quafi corneolos. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Mutare flexum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ad iter flexus eft. Cic. 16. Att. 13. In quo flexus eft ad iter Arpinas, obviam mihi fit tabellarius.

FLEXUŌSUS, a, um. [καμπτικός, πολυκαμπής] Quod varios vel multos habet flexus: ut, Flexuofa vitis. Cato, cap. 33.
Compendia flexuofa metæ. Sidon. Carm. 23. 394.
Impulfus corporum flexuofus. Plin. lib. 9. cap. 20.
Iter flexuofum habet auditus ne quid intrare poffit, fi fimplex & directum pateret. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Mons flexuofus. Plin. lib. 5. cap. 27.
Volatus flexuofus hirundini. Plin. lib. 10. cap. 24.
Flexuofiffimus. Plin. lib. 11. cap. 37. Hominique flexuofiffimis orbibus.

FLEXUŌSE, Adv. [καμπύλως] Plin. lib. 18. cap. 35. Si flexuofe volitet flamma.

FLEXŪRA, æ. f. [καμπή, καμπυλότης] Flexus, curvatio. Columel. lib. 5. cap. 5. Ut flexura materias profundat. Flexuræ vicorum. Suet. Neron. 38. 2. Lucret. lib. 4. 312.
Quinetiam quæcunque latufcula funt fpeculorum
A fimili lateris flexura prædita noftri, &c. conf. Varro L. L. 9. 1. & Sidon. Epift. 71.

FLEXO, āre. Frequent. Cato de R. R. cap. 49. Flexatoque uti fuerit, crebroque fodito.

FLEXIBĬLIS, e. [γναμπτός, εὐκαμπής] Quod torqueri, & facile in quamvis partem curvari poteft.
Molle, tenerum, fragile, flexibile. Cic. pro Milon. 43. Nihil enim eft tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, fenfusque civium.
Flexibile & devium. Cic. de Amicit. 94. Quid enim poteft effe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus qui ad alterius non modo fenfum ac voluntatem, fed etiam vultum atque nutum convertitur?
Flexibile & Durum, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Vocis genera permulta, canorum fufcum, lene afperum, grave acutum, flexibile durum.
Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. Cic. 10. Att. 13.
Ætas flexibilis. Cic. ad Brut. 18. Videtur enim effe bona indoles, fed flexibilis ætas, multique ad depravandum parati.
Arcus flexibiles. Ovid. 3. Amor. 3. 183.
Genus flexibile vocis. Cic. 2. de Nat. Deor. 146.
Hederæ flexibiles. vide FLEXIPES. H. St.
Ingenium flexibile. Plin. 1. Epift. 16. Laudabam ejus ingenium, etiam ante quam fcirem quam varium, quam flexibile, quam multiplex effet.
Materia omnium rerum flexibilis & commutabilis. Cic. 3. de Nat. Deor. 92.
Nihil eft tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile fequatur, quocunque ducas, quam oratio. Cic. 3. de Orat. 174.
Oratio mollis, tenera, & ita flexibilis, ut fequatur quocunque torqueas. Cic. in Orat. 52.
Rictus equi flexibiles. Lucan. ad Pifon. 53.
—— modo torquet in auras
Flexibiles rictus.

FLEXIBILĬTER, apud Auguftin.

**Flexĭbĭlĭtas**, ātis. f. Solin. cap. 65. (al. 52.) Circumferunt cornua flexibilitate.

**Flexĭbŭlum**, i. n. Instrumentum ad flectendum. Turneb. Adverſ. 18. 24. ait Varronis fuisse Saturam Flexibulorum nomine, in qua de flectendis regendisque provincialibus differuerit. Sed in Plin. præf. Varronis Saturæ Sesculixes & flexibulæ. Al. Flexabula, vel Flextabula, pl. neut. vel Flax tabulæ. [Forte Flexitabula, a frequentativo Flexito.

**Flexĭlis**, Adj. [καμπτὸς] Quod facile flecti potest. Plin. lib. 11. cap. 37. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent, flexili mollitia.
Cornu flexile. Ovid. 5. Met. 38. de arcu.

**Flexamĭno**, āre. antiquum, Idem quod Flectere. Pacuvius, Flexaminat aquam lymphatam. Meminit Varro lib. 6. de L. L. 5. [At in ed. Gothofr. Flexanima, tanquam Lymphata.

**Flexănĭmus**, a, um. [ψυχαγωγὸς] Flexanima oratio. Quæ animum flectere possit. Cic. 2. de Orat. 44. V. Non. 2. 349. & Catull. de Nupt. Pel. & Thet. 330.

**Flexĭlŏquus**, Adj. [καμπύλογος] Qui ambigua & obscura loquitur. Cic. 2. de Divin. 115. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor: partim casu veris, ut fit in omni oratione sæpissime: partim flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete.

**Flexĭpes**, ĕdis. Quod pedibus flexis & curvis errat. Ovid. 10. Met. 99.
Vos quoque flexipedes hederæ, &c. Quum enim hedera flexuosis & errabundis flagellis per humum serpat, velutque pedibus curvis & flexis erret, flexipes accommodatissime dicta est, ut & βλαισοὺς a Græcis appellatur. Alii Flexibiles legunt. Turneb. Adverſ. 1. 23.

**Flexivice**, Adv. i. e. Flexifice, Per multos flexus. Pacuv. apud Non. 4. 68. Quorsum flexivice contenderet.

**Flexumĭnes**, Equites Romani appellati sunt, qui prius Celeres dicebantur. Plin. lib. 33. cap. 2. Quidam legunt Flexamines. Al. Flexumentes.

**Flegma**. V. PHLEGMA.

**Flegmen**, ĭnis. n. [φλέγμα] Plaut. Epid. 5. 2. 5.
—— Dum te sequor,
Lassitudine invaserunt misero in genua flegmina. Idem Pseud. 4. 7. 92. & Pœn. 3. 1. 67. V. Taubm. & Parei Lex. Crit. p. 492.
Scribitur a nonnullis Flemina: ab aliis Flegmona.
Flegmina dicuntur, inquit Festus, Quum ex labore viæ sanguis defluit circa talos.

**Flegmon**, onis. [φλέγμων] dicitur Inflammatio, quoties sanguis utilis & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem, & pro sua copia figitur. Perott. [Immo Phlegmone, φλεγμονή.

**Fleo**, flēvi, flētum, [κλαίω, κλάω, θρηνέω] flēre. Lacrymas emittere. Ovid. de Rem. Amor. 690.
Ut flerent oculos erudiere suos. Virg. 4. Georg. 514.
—— at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen &c.
Flere de morte alicujus. Cic. 3. Verr. 76.
Flere drachmis argenteis, Joco dixit Plaut. Pseud. 1. 1. 98.
Funera alicujus flere. Ovid. in Ibin, 16.
Lapides omnes coegisset flere ac lamentari. Cic. 1. de Orat. 243.
Delicuit flendo. Ovid. 7. Met. 380. i. e. Abiit tota in lacrymas.
Diffundere dolorem flendo. Ovid. 9. Met. 142.
Diffundimus iram flendo. Ovid. 8. Epist. 61.
Rubent ocelli turgiduli flendo. Catull. 3. 18.

**Fletur**, [κλαίεται] Imperſ. Ter. And. 1. 1. 103. In ignem posita est; fletur. [Potest & ad mortuam referri. V. FLETUS, FLETURUS.
Longo Æneadis quod flebitur ævo. Sil. lib. 5. 187.

**Flens**, entis. Ovid. 1. Trist. 3. 17.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat. conf. Nep. 25. 22. 1. Curt. 3. 5. 5. Tibull. 4. 72.

**Flendus**, a, um. Ovid. 3. Trist. 11. 37. Idem Rem. Amor. 494.

**Fletus**, Partic. [κεκλαυμένος] Virg. 6. Æn. 481.
Hic multum fleti ad superos, belloque caduci.

**Fletūrus**, [κλαύσων] Partic. Ovid. 4. Trist. 10. 79.
Non aliter flevi, quam me fleturus ademptum Ipse fuit.
Multa fleturum caput. Hor. Epod. 5. 74.

**Fletus**, ûs. m. [κλαυθμὸς, οἰμωγὴ, θρῆνος] Actus flendi. Cic. 14. Fam. 2. Id quod ego maximo cum fletu legi.
Fessa fletu lumina. Sen. Octav. 4.
Humida fletu littera. Ovid. 4. Trist. 1. 96.
Lacrymæ & fletus cum singultu. Cic. pro Planc. 76.
Mulierum fletus & lamentationes. Cic. 6. Verr. 47.
Assiduus fletus, quotidianæ querimoniæ. Cic. pro Cluent. 26.
Dulcior risu fletus. Ovid. in Ibin, 210.
Inanes fletus. Virg. 4. Georg. 375.
Modestus fletus. Stat. 5. Theb. 28.
Supplex fletus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 266. al. Subitus.
Abstergere fletum. V. ABSTERGO.
Acuere fletum. V. ACUO.
Adducere ad, vel in fletum. V. ADDUCO.
Adhibere fletum. V. ADHIBEO.
Ciebat longos fletus. Virg. 3. Æn. 345.
Comprimere fletus. Ovid. ad Liv. 467.
Ducere fletum invitis luminibus. Propert. lib. 1. 15. 40.
Effusi fletus. Valer. 4. Argon.
Erumpit fletus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Excitat fletum orator. Catull. 37. 3.
Fieri fletum, gemitumque tota urbe. Cic. pro Rosc. Amer. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe fletus tota gemitusque fieret. [Hic est Comploratio, ut in seq. aliquot exemplis.
Fundere fletus. Ovid. 11. Met. 672.
Impediri fletu. V. IMPEDIO.
Lugubris lamentatio fletusque mœrens. Cic. 1. Tusc. 30.
Movere fletum. V. MOVEO.
Movetur nullis fletibus. Virg. 4. Æn. 439.
Ortus ab omni turba fletus. V. ORTUS.
Petitur fletus perorationibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Prosequi natos fletibus. Quintil. lib. 5. cap. 11. An vero me de incommodis vitæ differentem non adjuvabit earum persuasio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur?
Rigare genas fletu. Sen. OEdip. 12.
Rigabat ora largo fletu. Virg. 6. Æn. 699.
Rigat ora mœstis fletibus. Sen. Octav. 6.
Rumpe jam fletus. Sen. Troad. 8.
Scinduntur verba fletu. Ovid. 3. de Pont. 1. 157.
Siste tuos fletus. Ovid. 14. Met. 835.
Suspendere fletum. Ovid. 4. Fast. 849.

**Flēbĭlis**, e. [θρηνώδης] Plenum lacrymis, vel Dignum quod fleatur. Hor. 1. Carm. 24. 9.
Multis ille bonis flebilis occidit,
Nulli flebilior quam tibi, Virgili.
Cantus flebilis. Plin. lib. 10. cap. 23.
Carmen flebile. Ovid. 15. Epist. 7.
Clamor flebilis. Sen. Troad. 6.
Elegia flebilis. Ovid. 3. Amor. 9. 3.
Gemitus flebilis. Cic. 2. Tusc. 57.
Modi flebiles. Hor. 2. Carm. 9. 9.
Murmur truncum ac flebile. Stat. 8. Theb. 619.
Questus flebilis. Claud. 1. in Ruff. 127.
Species flebilis. Cic. 11. Philipp. 7. Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam.
Vigiliæ flebiles. Cic. pro Planc. 1.
Ululatus flebilis. Stat. 5. Theb. 554.
Voces flebiles referre. Cic. 2. Tusc. 33.
Resonando multum flebiles voces refert. Ex quodam poeta.
Flebile absol. pro Adv. ut, Cantare flebile. Ovid. de Rem. Amor. 36.
Ulularunt flebile ripæ. Sil. lib. 6. 285.

**Flebĭlĭter**, Adv. [θρηνωδῶς] Cic. 2. Tusc. 49. Vide quam non flebiliter respondeat.
Canere aliquid flebiliter. Cic. 1. Tusc. 85.
Gemens flebiliter. Hor. 4. Carm. 12. 5.
Compar. Paulin. Nat. Fel. 7. 62. Flebiliusque ululant.

**Fletĭfer**, a, um. Auson. Idyll. 6. 74. — inque paventem
Gemmea fletiferi jaculatur succina trunci.

**Flevo**, Rheni fluminis ostium, ut scribit Mela, lib. 3. cap. 2. extr. Plin. lib. 4. cap. 15. alterum ostiorum Rheni, Flevum, alterum Helinum appellatum scribit. Tacit. 4. Ann. 72. Flevum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitum, a quo aut sumptum nomen quod alveo daretur, aut certe mox ab alveo natum, retentum est.

**Flexanimus**, **Flexibilis**, **Flexibulum**, **Flexile**, **Flexio**, **Flexumines**, **Flexura**, **Flexus**. V. FLECTO.

## F L I

**Flīgo**, xi, ctum, [ἀράσσω] ĕre. verbum antiquum, a quo compositum Affligo. Liv. Ægysto, Ipse se in terram saucius fligit cadens. Non. 2. 328. Lucret. lib. 2. 85.
—— nam cita superne
Obvia cum flixere, &c. Antiquum.

**Flictus**, ûs. m. [ἀραγμὸς] Virg. 9. Æn. 667.
Dant sonitum galeæ flictu: pugna aspera surgit. Ubi Servius; Flictu, pro Afflictu, id est ictu, nam detraxit more suo præpositionem. Sil. 9. 322.
—— galea horrida flictu
Adversæ ardescit galeæ.

## F L O

**Flo**, [πνέω, πνείω, πνεύω, ἀητόω] flāre. Spirare; quia spiritus omnes calore humorem diffundente proveniunt. Plin. lib. 17. cap. 24. Hic enim si flaverit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cic. 9. Fam. 24. Tum quum Favonius flaret.
Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster mitis. Cic. 7. Att. 2.
Flare simul & sorbere. Plaut. Most. 2. 2. 104. Adagium est, de iis qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt.
Omisso magna flandi semper tumore. Ubi magna flare est jactantius agere. Quintil. 12. 6. Hinc
Flare pro Spernere. Prudent. Eulal. Virg. 21.
Spernere succina, flare rosas,
Fulva monilia respuere.
Flare nummos, est Signare, quod æs flando, i. e. per flatum calefaciendo signatur. Ita notantur in nummis Triumviri A. A. A. F. F. h. e. Auro, argento, æri, flando, feriundo. V. Ulp. l. 9. de l. Cornel. de falsis.

**Flor**, flari. paſſ. Plin. lib. 36. cap. 19. ad finem, Uritur ante vino perfusus, flaturque follibus, donec rufescat.
Tibia flatur. Ovid. 4. Fast. 341.

**Flātus**, a, um. Hirt. de Bell. Afr. cap. 52. Pulvisque vento flatus omnium prospectui offecisset. conf. Paulin. ad Cyther. 731. [Forte apud Hirt. Elatus legendum.
Item, Fusus. ut, Æs antiquissimum, quod est flatum, pecore est notatum. Varro R. R. 2. 1.

**Flātus**, ûs. m. [πνεῦμα, ἀήτης] Cic. 2. Off. 19. Nam & quum prospero flatu ejus utimur, ad exitus provehimur optatos.
Hebetatus flatus. Plin. lib. 11. cap. 10. Juxta vero terram volant in adverso flatu vepribus hebetato. De apibus.
Aprici flatus. V. APRICUS.
Fulminei flatus. Valer. 7. Argon. 583.
Lenissimus flatus. Plin. lib. 19. in procem. 3.
Mollissimus flatus. Plin. lib. 19. in procem. 4.
Multivagi flatus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 75.
Segnis flatus. Valer. 8. Argon. 99.
Complere tibia sedilia flatu dicitur Hor. de Arte Poet. 205.
Erumpere validis flatibus. Cic. in Arat. 111.
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. De Cane sidere.

Ostenditur

Ostenditur flatus, ut, Unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Cic. 1. de Orat. 187.
Parcebant hibernis flatibus Euri. Virg. 2. Georg. 339.
Permulcēre flatu aliquem locum. Cic. in Arat. 184.
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.
Resedit flatus repente. Virg. 7. Æn. 28.
Contorto flatu rotare aliquid. Sil. lib. 3. 527.

**Flātor**, ōris. m. [αὐλητής] ab antiquis dicebatur quem nos Tibicinem vocamus, ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Fest. Vet. Gloss. Flat, Flator, φυσῶ, αὐλητής. Et αὐλητής flator, tibicinator.
Flatores æris, argenti, auri, dicuntur Triumviri monetales, Qui curam cudendæ monetæ habebant. Pompon. l. 2. de Orig. jur. §. 30.

**Flāmen**, ĭnis. n. [πνεῦσις] Flatus dicitur. Hor. 3. Carm. 19. 19.
Infanire juvat: cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ? Virg. 10. Æn. 97.
Abactum flamen. V. ABACTUS.
Contraria classi flamina. Ovid. 13. Met. 183.
Rauca flamina. Lucan. lib. 5. 217.
Ducitur ingenti flamine puppis. Ovid. 3. Fast. 599.
Fugant inductas flamina nubes. Ovid. 1. Met. 263.
Portant Mercurium supra terram & æquora rapido cum flamine talaria. Virg. 4. Æn. 241.
Pulsant aliquem ab regione Aquilonis flamina. Cic. 2. de Nat. Deor. 112.
Rapturus silvas sonoro flamine. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 73.
Spirant flamina. Ovid. 4. Fast. 17.
Vibrabant flamina vestes. Ovid. 1. Met. 528.

**Flābĭlis**, e. [πνευματώδης] Cic. 1. Tusc. 66. Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro Aëreo.
Flabiles pulvisculi. Arnob. lib. 2.

**Flābrum**, i. n. [πνεῦμα] vel ut vult Servius, Flabra tantum plur. Virg. 2. Georg. 293.
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt. Propert. lib. 2. 27. 12. Boreæ flabra. Lucret. lib. 1. 276. —— montesque supremos
Silvifragis vexat flabris. i. e. Flatibus.
Etesia flabra. Lucret. 6. 716.
Lenibus flabris horrescunt venti. Virg. 3. Georg. 199.

**Flabellum**, i. n. pr. ancip. [πνευματίδιον] dimin. a Flabro, accipitur pro Instrumento quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandum corpus: ut ait Perott. Ter. Eun. 3. 5. 47.
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lavamur.
Multa de ea re Casaub. in Suet. Aug. p. 107. sq. Propert. 2. 25. 11.
—— pavonis caudæ flabella superbæ. Martial. lib. 3. 81.
Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello.
Tenui ventos movisse flabello. Ovid. 1. de Arte Am. 161. ubi Nic. Heins. ex MSS. Codd. legit, Tenui ventum movisse tabella, negatque priorem hujus vocis syllabam corripi posse.
Mota flabella manu. Ovid. 3. Amor. 2. 38. Hic quoque Tabella. Heins.
Flabellum seditionis, per translationem. Cic. pro Flacc. 54. Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata.

**Flābellŭlum**, i. n. dimin. Ter. Eun. 3. 5. 50.

**Flābellĭfer**, Adj. [πνευματιδιοφόρος] Plaut. Trin. 2. 1. 22. Vestispicæ, unctor, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ, &c.

**Flābellō**, āre. Flabello ventilare. Tertull. de Pall. cap. 4.

**Flābrālis**, e. Prudent. Apoth. 841.
Cum libet in gelidum flabrali frigore ventum &c. Sic edit. Georg. Fabric. V. dict. seq.

**Flābro**, āre. Sic apud Prudent. l. c. alii legunt, Flabrare, pro Flabrali.

**Flāto**, āre. frequent. a Flo. Arnob. lib. 2. Cantores tuba, tibia, calamoque flatantes.

**Flātĭlis**, e. Ammian. 30. 4. Flatili sonitu. conf. Arnob. 6. & Prudent. Hamartig. 531.

**Flātŭlentus**, & **Flatuōsus**, a, um. [φυσώδης, πνευματώδης] Adjectiva Medicis in frequenti usu.

**Flatuōse**, Adv. apud Celsum. [Merito dubito, an ea voce usquam Celsus utatur, qui ne Flatum quidem, sed Spiritum dicit, Inflantia vero, quæ vulgo Flatulenta.

**Flātura**, æ. f. Vitruv. 2. 7. In æris flatura.

**Flaturālis**, e. Tertull. de Anima, cap. 10. Quia flaturalibus artubus structa non sint. [Lego Instructa.

**Flaturārius**, i. m. [χωνευτής] Qui flando aliquid conficit. Gruter. Inscript. p.638. n.5. Præcipue monetam. l. 5. Cod. Theod. de fals. mon.

**Flavissæ**. V. suo loco.

**Floccus**, i. m. [κροκίς] Particula lanarum divisa a velleribus inutiliter evolans. Varro de R. R. lib. 2. cap. 11. Diligentiores tegeticulis subjectis oves tondere solent, nequi flocci intereant. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidum mollibus plumis floccisque consternunt.
Flocci, quasi Nihili. Plaut. Frag. 2. 26. Flocci est, quid rerum geras. Nonius. Plaut. Most. 1. 1. 73. Neque flocci æstimat. Idem Trin. 4. 2. 152. Floccum non interduim. [Ex his, similibusque locis colligere licet, sine dubio Flocci facio & Flocci vendo rectius etiam divise scribi, quæ tamen suo loco reliquimus.
Flocci nomine, intelligitur etiam Habitus habens manicas longas & amplas: Cucullæ vero nomine, Habitus longus & amplus sine manicis, ut in Clem. ne in agro. §. verum. de stat. monach.

**Flocculus**, i. m. dimin. [κροκίδιον] Plin. lib. 16. cap. 7. Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, &c. Sic Froben. at Harduin. Floccos molles.

**Floccĭdus**, a, um. Apul. Met. 7. Vestis in sinus floccidos abundans. al. Flaccidos.

**Floccifăcio**, ēci, [παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι] ĕre. Idem significat quod Nihili facere. Idem autem significant Floccifacere aliquem, & Non flocci facere, divisa compositione. Ter. Eun. 2. 3. 10.
Ut illum di, deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est:
Meque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim.
Ubi Donatus, Floccifacere (inquit) & contemnere & non contemnere significat. Quæ verba sic sunt intelligenda: Floccus pro re accipitur, si non prorsus nullius, at minimi profecto momenti. Itaque qui floccifacit, contemnit ille quodam modo, & parvi æstimat, sed non pro nihilo tamen omnino putat: quum floccus utcunque parvi ponderis res, haud utique nihil esse videatur. conf. Plaut. Truc. 4. 2. 56.
Fidem floccifacere. Plaut. Rud. 1. 47.
Mulierem cave ullam floccifaxis. Plaut. Most. 3. 2. 121.
Rempub. floccifacere. Cic. 4. Att. 15. Totam denique Rempub. flocci non facere. h. e. Ne flocci quidem.
Tergum floccifacere suum. Plaut. Epid. 3. 2. 12.
Floccum facere. Idem. Plaut. Trin. 4.2.150. codd. emend. Floccifacio.

**Floccifacteon**. Cic. 1. Att. 16. Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, & istos Consulatus non floccifacteon. [Ad Græcorum imitationem ficto vocabulo. Alii tamen codd. aliter legunt. Non abhorret ab ejusmodi joco Ciceronis consuetudo.

**Floccipendo**, di, [ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι] ĕre. Idem quod Floccifacere. Ter. Eun. 3. 1. 21. —— Invidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego non floccipendere.

**Floccōsus**, a, um. Apul. de Herb. cap. 62. Floccosis vel lanugineis adnationibus.

**Floces**, um. pl. Uvarum purgamenta. Fæx vini e vinaceis expressa, inquit Gellius. Add. Nonius, 2. 354. Cæcil. Adpol. Ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. Gell. lib. 11. cap. 7. Apludam edit, & floces bibit. q. V.

**Flōra**, ['Ανθηρά] Dea quædam a Romanis in honore habita. Hæc enim quum magnas opes ex arte meretricia quæsivisset, pop. Rom. scripsit hæredem: certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum quos appellant Floralia, sive ludos florales. Quod quia Senatui flagitiosum visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit: eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prosperequé florescerent. Lactant. 1. 20. Varro 1. de R. R. cap. 23. Plin. lib. 18. cap. 29. conf. Lex. Pitisc. Chlorin prius dictam fuisse indicat Ovid. 5. Fast. 195.
Chloris eram quæ Flora vocor, &c. Martial. lib. 6. 79.
Tantus veris honos & odoræ gratia Floræ.
Floram matrem populo plebique Romanæ ludorum celebritate placandam. Cic. 7. Verr. 36.
Flora jocosa. Martial. lib. 1. 3.
Nosses jocosæ dulce quum sacrum Floræ,
Festosque lusus, & licentia vulgi:
Cur in theatrum Cato severe venisti?
An ideo tantum veneras, ut exires? V. Interpretes.

**Florālis**, e. ad Floram pertinens: ut, Floralis flamen. Varro de L. L. 6. 3. Festum Florale. Ovid. d. l. Fulgent. 1. Myth. Florali lasciviens virguncula petulantia.

**Floralia**, orum. pl. ['Ανθεστήρια] Dies Festi, ludique in honorem Floræ instituti, quæ florum dea habita fuit. Quintil. lib. 1. cap. 9. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici vitiosa non possunt, ut Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. De hoc Festo atque Ludis V. Paterc. 1. 14. 8. Lactant. 1. 20. Sen. Epist. 97. Valer. Max. 2. cap. ult. & Spanh. de Numism. diss. 10. p. 145. seq. vel Lex. Pitisc.
Floralia etiam dicuntur Loca, in quibus sunt flores. Varro 1. de R. R. cap. 23. Nec minus ea discriminanda in conferendo, quæ sunt fructuosa, ab his quæ fiunt propter voluptatem, ut quæ pomaria, aut floralia appellantur.

**Floralĭtius**, Adj. Martial. lib. 8. 67.
Et floralitias lasset arena feras.

**Flora**, Cataplasmatis genus est apud Galen. lib. 2. de Dynamidiis. [Error videtur. V. ANTHERA. id enim compos. nomen. Lat. Florida.

**Flōrentia**, [Φλωρεντία] in Hetruria hodie clarissima, aliquando Fluentia, quod ad Arni fluenta extructa sit, dicta: & Fluentini illic populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auspicato vocantur. V. Politian. 1. Epist. 2. *Fiorenza*, Italis, Gall. *Florence*.

**Florentia**, Vitis genus, Thuscis peculiare. Plin. lib. 14. cap. 2.

**Flōrēnus**, i. m. Nummus aureus, a Florentinis primo cusus, ac floris signo insignitus. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 12. p. 449.

**Flōrianus**, [Φλωριανός] Imperator qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum a magna exercitus parte esse electum, sibi ipsi venas incidit, effusoque sanguine consumptus est. Aurel. Vict. Epit. cap. 36.

**Floriſertum**, ['Ανθεσφόρια] Dies erat festus apud Romanos, ita dictus, quod eo die spicæ ad sacrarium ferebantur, teste Festo. V. ANTHESPHORIA.

**Florius**, [Φλόριος] Fluvius Hispaniæ citerioris, in conventu Lucensi. Plin. lib. 4. cap. 20.

**Flos**, flōris. [ἄνθος] a dictione Græca φλὸξ dicitur: quia emicat, scintillatque ut flamma. Plin. lib. 12. cap. 10. Flos arboribus suavitate inenarrabili.
Varietas florum. Cic. de Senect. 54.
Blandi flores. Virg. 4. Ecl. 23.
Breves rosæ flores. Hor. 2. Carm. 3. 14.
Improbus flos. Stat. 2. Silv. 1. 107.
Lectissimi flores. Cic. 6. Verr. 107.
Obnoxius flos. V. OBNOXIUS.
Odorus flos. Ovid. 9. Met. 87.
Purpureus flos. Plin. lib. 26. cap. 10. V. ORCHIS.
Purpureus flos rosæ. Hor. 3. Carm. 15. 15.
Adhibere flores. V. ADHIBEO.
Afferre florem. V. AFFERO.
Afflantur e floribus suavitates odorum. Cic. de Senect. 59.
Aperit florem suum arbor. V. APERIO.
Canescit flos. V. CANESCO.
Carpere recentes flores. Hor. 3. Carm. 7. 44.
Comprimere florem. V. COMPRIMO.
Decerpere novos flores. Lucret. lib. 1. 927.
Defloret flos. Catul. 60. 43.
Exustus flos siti veteris ubertatis exaruit. Cic. de Clar. Orat. 16.
Fundere flores. Virg. 9. Ecl. 41.
—— varios hic flumina circum
Fundit humus flores.

Induit se in florem nux. V. INDUO.
Legere flores. Virg. 3. Ecl. 92.
Metunt purpureos flores. V. METO.
Morituri flores. Stat. 6. Theb. 58.
Necte flores apricos. Hor. 1. Carm. 26. 7.
Ornatus crines floribus. Virg. 6. Ecl. 68.
Reddit flores arbor. Plin. lib. 16. cap. 26.
Spirabunt odoratis floribus aræ. Stat. 3. Silv. 3. 211.
Non semper idem floribus est honos. Hor. 2. Carm. 11. 9.
Flos, pro Optimo quoque & præstantissimo per metaph. crebro usurpatur.
Ætatis & fortunæ flos. Curt. lib. 10. V. Paterc. 2. 29. 2.
Adolescentia flos ætatis. V. ADOLEO.
Ævi perpetuus flos. Ovid. 9. Met. 435.
Calcis flos. Pallad. 1. 41.
Civium flos & robur. Cic. in Orat. 34.
Dignitatis flos. Plin. lib. 7. cap. 44.
Eloquentiæ flos. Cic. in Bruto.
Græciæ in ipso flore, i. e. Quum floreret Græcia. Cic. 3. de Nat. Deor. 80. Quam multas ante hunc in ipso Græciæ flore, Pisistratus ac Phalaris, ac Apollodorus, pœnas sustulit, &c.
Hominum flos. Plin. lib. 7. cap. 37.
Ingenii flos. Apul. Apol. p. 317.
Italiæ flos, firmamentum imperii, ornamentum dignitatis. Cic. 3. Philipp. 13.
Nobilitatis & juventutis flos. Cic. 2. Philipp. 37.
Olei flos. Plin. lib. 15. cap. 6.
Orationis flos. Cic. in Parad. 1.
Pigmentorum flos & color. Cic. de Clar. Orat. 298.
Populi flos delibatus. Cic. de Clar. Orat. 58.
Poetarum flos. Plaut. Casin. prol. 18.

Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum. i. e. Excellentissimi tum fuerunt poetæ.

Sanguinis Italici flos. Flor. 4. 2.
Vini flos. i. e. Odor. Plaut. Curc. 1. 2. 1.
Vini flos, aliter. Plin. lib. 14. cap. 21. Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit. Item vasa incalescentia, operculave sudantia. Quod celeriter florere cœperit, odoremque trahere, non fore diutinum. V. Columel. lib. 12. cap. 30. conf. infra Bacchi flos evanescit.
Juvenilis flos. Claud. in Conf. Prob. 69.
Primævo flore juventus. Virg. 7. Æn. 162.
Viridissimo flore puella. Catul. 18. 14.
Amittere florem dicitur puella, Quando corrumpitur. Catul. 60. 46.

Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.

Ætatis flore, non virtutis specie collecta gratia. Cic. 2. Philipp. 3.
Ætatis flore frui. Lucret. lib. 4. 1098.
Bacchi flos evanescit. Lucret. lib. 3. 222.

Quod genus est, Bacchi quum flos evanuit, aut quum
Spiritus unguenti suaves diffugit in auras. Florem Bacchi appellat Auram & odorem vini.

In filigine flos. Plin. lib. 18. cap. 10. Pollinem appellant in tritico, quod florem in filigine.
Flores, pro Stellis etiam ponuntur; & Stellæ pro Floribus, quia quod in cælo sunt stellæ, id in terra sunt flores. Manil. 5. 726.

Tunc conferta licet cæli fulgentia templa
Cernere, seminibus densis totisque micare Floribus.

Flores illis spargebantur, qui honore aliquo insigni mactari meruerant. Flor. 2. 7. 14. Quid florum in Consulem profuderunt? Ovid. 4. Trist. 2. 49.

Quaque ibis manibus circumplaudêre tuorum,
Undique jactato flore tegente vias. conf. Lex. Pitisc.

FLOSCŬLUS, i. m. dimin. [ἀνθίον] Cic. 2. Off. 43. Ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt.
Lasciviæ flosculi. Quintil. lib. 2. cap. 6. Ne recentis hujus lasciviæ flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur.
Velox flosculus vitæ. Juven. 9. Sat. 126.
Flosculos carpere atque delibare. Cic. pro Sext. 119. Non sum tam ignarus, Judices, causarum, non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique flosculos carpam atque delibem.
Ostendere flosculos. Quintil. in proœm. lib. 6.
FLOSCŬLE, Adv. Cæl. Aurel. Acut. 1. 6. 50. Corpus flosculε vividum.
FLOSCELLUS, i. m. alterum dimin. Apul. de Herb. cap. 49. Ad solis cursum flosceIli se vertunt. Et mox sol cum oritur, flosceIli se aperiunt.
FLOREUS, Adj. [ἀνθινὸς] Quod totum ex floribus est: ut, Florea corona. Plaut. Men. 4. 2. 68. Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea vidi astare? Martial. lib. 8. 77.

—— & cingant florea serta caput.

Rura florea. Virg. 1. Æn. 434. i. e. Florida. Servius. V. ad dict. seq.
FLŌRĬDUS, Adj. [ἀνθηρὸς] Quod floret, vel floribus abundat. Tibul. lib. 1. 2. 14.

—— quum posti florida serta darem. [Sed Florea legendum jure contendit Brœkh. Floridus idem est ac Florens. V. quæ in FLAVIDUS dixi: Floreus vero de eo dicitur, quod ex floribus totum constat, vel floribus simile est, ut Spiceus, Gramineus, Herbaceus aliaque ejusdem formæ. Similiter apud Græcos ἀνθινὸς & ἀνθηρὸς distant.

Ætas florida. Catul. 66. 16.
Color floridus. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi. Utrumque natura, aut mistura evenit. Floridi sunt quos dominus pingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Ceteri austeri.
Forma florida. Suet. Galb. 20. 7.
Genus floridius. Subaudi Dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Hybla florida. Ovid. 5. Trist. 6. 38.
Orator floridus. Cic. de Clar. Orat. 284. At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lysias. i. e. Ornatior.
Puella florida. Catul. 59. 57.
Ramuli floridi. Catul. 59. 21.
Serta florida. V. Supra.
Prato floridior. Ovid 13. Met. 791.
Floridum & varium. Cic. 3. Tusc. 43. Siquem tuorum afflictum mœrore videris, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis? hydrauli hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis? Expones quæ spectet, florida & varia? &c.
Differunt Floridus & Floreus, quod hoc de iis proprie dicitur, quæ ex floribus constant: illud translationem fere habet ad jucunditatem significandam. V. Brœckh. ad Tibul. 1. 1. 16. & quæ paulo supra adlevimus.
FLORĬDE, Adv. Apul. 11. Met. extr. Vestis floride depicta. Compar. Lactant. de Mort. Pers. cap. 3. Ecclesia clarius ac floridius enituit.
FLORIDŬLUS, Adj. dimin. ut, Ore floridulo nitens. Catul. 59. 193.
FLORICŎLOR, ōris. Pseud. Epigr. Petron. p. 217.

Hoc tibi lusit de flamine floricolore.

FLORĬCŎMUS, a, um. Floricoma Ætna. Auson. 4. Epist. 47.
FLORĬFER, item Adj. [ἀνθοφόρος] ut, Saltus floriferi. Lucret. lib. 3. 11. Laboris floriferi studium repetunt apes. Lucan. 9. 290.
FLORIFERTUM. V. supra s. l.
FLORIGER, a, um. Idem quod Florifer. Sedul. lib. 2. pr.

Expulerat primogenitum sævissimus anguis
Florigera de sede virum.

FLORILĔGUS, Adj. [ἀνθολόγος] ut, Florilegæ nascuntur apes. Ovid. 15. Met. 366. Florilegas vocat a legendis floribus.
FLORĬPĂRUS, a, um. ut, Ver floriparum. Auson. Technopægn.
FLORŬLENTUS, Floribus plenus. Perott. conf. Solin. cap. 7. & Pervig. Ven. v. 19.
FLORUS, a, um. antique pro Floreus vel Florens. Virg. 12. Æn. 605. ex antiqua lectione apud Servium,

—— floros Lavinia crines
Et roseas lacerata genas. pro Flavos, quod hodie receptum est.

Pacuv. apud Fest. in Genas;

Nunc primum opacat flora lanugo genas. Macrob. 2. Saturn. 7. Si tibi erit libitum litterarum laudibus florum cacumen nostræ famæ frangere. Quod antiquum est. V. Voss. Inst. Orat. 4. p. 197. 198.

FLŌREO, ui, [ἀνθῶ] ēre. In flore esse, & flores habere. Cic. 1. Tusc. 69.

Segetes largiri fruges, florere omnia, Fontes scatere.

Particulatim florere. V. PARS.
Arbor floret. Cic. 1. de Divin. 16.
Segetes florent. Ovid. 5. Fast. 322.
Vinea floruit. Ovid. 5. Fast. 264.
Florere, pro Splendere, prospere se habere, sive excellere. Cic. de Amicit. 4. Catonem induxi disputantem: quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus qui & diutissime senex fuisset, & in ipsa senectute præ ceteris floruisset. Ovid. 5. Trist. 8. 19.

Nos quoque floruimus: sed flos fuit ille caducus.

Florere & vigere. Cic. 11. Philipp. 39. Nihil enim semper floret; ætas succedit ætati. Diu Cæsaris legiones viguerunt, nunc vigent Pansæ, vigent Hirtii, &c.
Admodum florere. Cic. 4. Acad. 16.
Florere in re aliqua. Cic. 1. Fam. 9. In sententiis Senatoriis, & in omni actione atque administratione Reipublicæ, floruissemus.
Florere in foro. Cic. 4. Acad. 1.
Floruerunt in Græcia musici. Cic. 1. Tusc. 4.
In generis sui gloria florere. Cic. pro Flacc. 25.
Peræque florere. V. PERÆQUE.
Florere inter aliquos. Cic. pro Quint. 80.
Accessus meus ad urbem incredibili hominum gratulatione florebat. Cic. pro Sext. 131.
Cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi florere. Cic. 4. Acad. 16.
Ætate & forma florere. Liv. 6. Bell. Pun. & lib. 9.
Ætate integerrima, optimo habitu in Republica florere. Cic. pro Cæl. 59.
Auctoritate & gloria in urbe florere. Cic. 4. Fam. 13.
Existimatione florere. Cic. pro Font. 31.
Familiaritatibus doctissimorum hominum florere. Cic. 1. de Nat. Deor. 6.
Omni genere virtutis floruit Pericles. Cic. de Clar. Orat. 28.
Gratia, auctoritate, gloria florere. Cic. 4. Fam. 13. conf. Nep. 1. 1. 1.
Gratia atque hospitiis nobilissimorum hominum florere. Cic. pro Rosc. Amer. 115.
Honoribus & rerum gestarum gloria florere. Cic. 1. de Orat. 1.
Laudibus florere. Cic. 9. Fam. 14. Mihi vero gloriosum, te juvenem COS. florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ.
Laude bellica florere. Cic. pro Flacc. 25.
Laude ingenii & privatis beneficiis florere. Cic. 3. de Orat. 7.
Leges sub Cæsare florent. Ovid. 2. Fast. 141.
Memoria florere. Cic. 2. de Legib.
Obsoletis floret Epicurus. Cic. 3. Off. 116.
Quæstura floret. Cic. pro Planc. 64.
Studiis & artibus a pueritia florere. Cic. 4. Fam. 13.
Verba florent modo nata, vigentque. Hor. de Arte Poet. 62.
Virtutibus multis ac beneficiis florere. Cic. 7. Verr. 127.
Urbes pueris floruere. Lucret. 1. 256.
FLORENS, entis. Partic. [ἀνθῶν] Sæpius occurrit transl. ut, Florens & potens. Cic. pro Domo, 49. Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares, &c.
Beatum & florens. Cic. in Parad. 2. Quicquid est laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri decet.
Florens & integer. Cic. pro Planc. 86. Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram?

Ætate,

Ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis florens homo. Cic. 2. Fam. 12.
Ætatibus florentes ambo. Virg. 7. Ecl. 4.
Studiis otii florens. Virg. 4. Georg. 564.

FLORENS, [ἀνθηρός] Nomen ex partic. ut, Florens juvenis. Cic. 6. Verr.
Florentissima fortuna. Cic. 10. Att. 4.
Afflictus & Florens, contraria. Cic. pro Quint. 93. Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare.
Ævo florente puellæ. Lucret. lib. 3. 1022.
Anni florentes. Stat. 3. Silv. 5. 23.
Arva florentia. Ovid. 2. Met 791.
Civitas armis florentissima. Cic. 1. de Orat. 32.
Corona florente cinctus. Ovid. 2. Met. 27.
Nihil florentius. Cic. 1. de Legib. 58. Qua nihil a diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. de Philosophia.
Præstanti florentique fortunæ invidetur. Cic. 2. de Orat. 210.
Herbæ florentes. Virg. 9. Ecl. 19.
Juventa florente fervidus. Hor. de Arte Poet. 115.
Poma florentia. Ovid. 14. Met. 764. [Immo Florentia n. pl. absolute, pro floribus, si recte distinguas. V. ed. Burm.
Rebus florentissimis. Cæs. 1. Bell. Gall. 30.
Respublica florens. Cic. pro Cluent. 109.
Temporibus florentissimis. Justin. 41. 1. 7.
Urbs florentissima. Cic. 2. Catil. extr.
Florente Antonio. Cic. ad Brut. 11. Etenim quum te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio, quis erat, &c.

FLORENTER, Adv. Hieron. Chron. ad numer. 2371. Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissime docent.

FLORENTIA, FLORENUS. V. supra.

FLORESCO, [ἀνθῶ] ĕre. Floridum fieri. Columel. lib. 4. 19. Ventique nebulam & rorem pestiferum celeriter adsiccant, multumque ad florescendum & ad bonitatem vini conferunt. Al. Deflorescendum. Cic. 2. de Divin. 33. Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri, & pulejum aridum florescere brumali ipso die. Lucret. 5. 669.
—— florescunt tempore certo Arbusta.
Florescere, transl. Inclarescere. Cic. de Clar. Orat. 303. Hoc florescente Crassus est mortuus.
Florescere, per metaph. pro Augeri sive crescere. Cic. pro Marcel. 19. At vero hæc tua justitia & lenitas animi, florescet quotidie magis.
Ad summam gloriam eloquentiæ florescenti ferro erepta vita est. Cic. 3. de Orat. 11.
Senescere & Florescere, contraria. Lucret. lib. 2. 73.
Illa senescere, at hæc contra florescere cogunt.

FLORESCENS, Partic. [ἀνθῶν] Cic. pro Cæl. 79. Nolite Judices, &c. hunc nunc primum florescentem firmata jam stirpe virtutis tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere.

FLORĒTUM, i. n. Locus ubi flores abundant. Cathol.

FLORIARIUM, i. n. Idem. Zeno Veron. Serm. de Laz.

## F L U

FLUCTIFRAGUS, FLUCTIVAGUS, FLUCTUO, FLUCTUOSUS, FLUCTUS, FLUENTUM, FLUENTISONUS, FLUIDUS, FLUITO, FLUMEN. V. FLUO.

FLUENTĪNI, [Φλωρεντῖνοι] Italiæ populi, præterfluenti Arno appositi. Plin. lib. 3. cap. 5. V. FLORENTIA.

FLUMENTĀNA Porta. V. Flumen in FLUO.

FLUO, xi, xum, (olim fluctum & flutum) [ῥέω, ῥόω, ῥυέω, ῥώομαι, συῤῥέω] ĕre. Decurrere. Virg. 2. Georg. 166.
Hæc eadem argenti rivos, ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Lutulentum fluere. Hor. 1. Serm. 4. 11.
Fluunt in contrarias partes flumina. Cic. 1. de Divin. 78.
Amnis fluit per. Cic. 6. Verr. 96. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit.
Fluvius Eurotas fluit propter Lacedæmonem. Cic. 2. de Invent. 96.
Fluvius sanguine fluxit atratus. Cic. 1. de Divin. 98.
Legitimum fluere. Ovid. 3. Amor. 6. 89.
Lachrymæ fluunt. Ovid. 2. Met. 364.
Sudor fluit undique rivis. Virg. 5. Æn. 200.
Pleno alveo fluere. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Arma fluunt de manibus. i. e. Elabuntur. Cic. 12. Philipp. 8. Ipsa illa Martia cælestis & divina legio, hoc nuntio languescet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet, excident gladii, fluent arma de manibus.
Crines intonsi longa cervice fluebant. Tibull. lib. 3. 4. 27.
Fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora, &c. Liv. 38. 17.
Ex fonte consiliorum alicujus fluere. Cic. ad Brut. 10. De me tantum dico, Cæsarem hunc adolescentem, per quem adhuc sumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum.
Totis vallibus fluere. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Carmen vena pauperiore fluit. Ovid. 4. de Pont. 2. 20.
Ignis fluere dicitur. V. Cerd. ad Virg. 3. Æn. 572. & Jac. Gronov. ad Gell. 17. 10.
Oratio fluit ex lingua alicujus melle dulcior. Cic. de Senect. 31.
Oratio ab aliquo fluxit. Cic. de Clar. Orat. 201.
Rami fluere dicuntur, Latius, atque uberius crescere. Virg. 2. Georg. 370.
—— tum denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
Rates fluere dixit Martial. 4. 66.
Ratio fluit a capite. Cic. 2. de Fin. 24. Atque ab ipso capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum.
Rationes quorsum fluant. Cic. 9. Att. 10. Sed videamus & Cn. quid agat, & illius rationes quorsum fluant.
Res prosperæ fluunt ad voluntatem nostram. Cic. 1. Off. 90. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Sen. 3. de Ira, Fluunt ex destinato proposita nostra.
Res fluit ad interregnum. h. e. Tendit. Cic. 4. Att. 16. Interrex autem creabatur, quum urbs sine Consulibus esset, ut is haberet comitia Consularia. Cic. 3. Q. frat. 8. Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta.
Sermo fluit. Cic. 1. de Nat. Deor. 6. Multum autem fluxisse video de libris nostris, quos complures brevi tempore edidimus, variumque sermonem, partim admirantium unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset, partim quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. i. e. Manasse. Budæus.
Spes retro fluit. Virg. 2. Æn. 169.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm. Fluere, inquit Servius, τῶ μένειν est; ideo addidit Retro. [h. l. est Dilabi, ut p. p. Occidere, fluere, labi, &c.
Tarda mihi fluunt, ingrataque tempora. Hor. 1. Epist. 1. 23.
Voluptas corporis fluit. Cic. 2. de Fin. 106. i. e. Labitur.
Occidere, fluere, labi, nec diutius in eodem statu esse. Cic. in Orat. 10.
Fluere & avolare. Cic. 2. de Fin. 106. Fluit igitur voluptas corporis, & prona quæque avolat, ut ajebat.
Fluxit & permanavit doctrina. Cic. 4. Tusc. 12. Pythagoræ autem doctrina quum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem.
Fluere facetiis, Affluere, Abundare. Plaut. Mil. 4. 8. 12.
Fluere mollitia & luxu: h. e. Mollem & luxuriosum esse. Cic. 2. Tusc. 51. Opinio est enim quædam effeminata ac levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate; qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liv. 7. Curt. 10. 3. 9. Tibull. 2. 6. 33. Paterc. 2. 88. 2.
Fluere & Effluere, active interdum poni observat Burm. ad Petron. cap. 71. p. 355. sq. Amphoras gypsatas, ne effluant vinum. i. e. Non contineant. Al. Effluat.

FLUENS, Partic. [ῥέων] ut, Aqua fluens. Ovid. 3. de Arte Am. 62.
Buccæ fluentes. Cic. 2. de Orat. 266. Demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus.
Brachia sudore fluentia. Ovid. 9. Met. 57.
Membra fluentia. i. e. Languida. Curt. 8. 14. 3.
Nauseam fluentem coercere. Hor. Epod. 9. 35.
Oratio libere fluens. Cic. de Clar. Orat. 75.
Pueri soluti ac fluentes. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Rami. V. supra.
Rivus fluens. Virg. 8. Ecl. 101.
Silva fluens. Martial. 11. 42.
Cedentes oneri ramos, silvamque fluentem
Vicit concussas ipse secutus opes.
Tunicis fluentibus auras excipit. Ovid. 3. de Arte Am. 301.
Vestis fluens. Propert. lib. 3. 17. 32.
Et feries nudos veste fluente pedes.

FLUENTER, Adv. Lucret. lib. 4. 226.
Usque adeo omnibus ad rebus res quæque fluenter
Fertur; & in cunctas dimittitur undique partes. Apul. 2. Milef. p. 1. Capillo fluenter undante. Et forsan Cic. 7. Att. 14. Fluenter lippire, ubi vulgo Leviter.

FLUENTIA, æ. f. Fluxus, Fluor. Ammian. 30. 12. Eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi. Cæl. Aurel. Tard. 2. 3. Fluentiam retinere.

FLUENTUM, i. n. [νᾶμα, ῥέεθρον, ῥεῦμα] Parvum flumen, sive Aquæ decursus: ut, Xanthi fluenta. Virg. 4. Æn. 144.
Lubrica fluenta. Lucret. lib. 5. 947.
Rauca fluenta. Virg. 6. Æn. 327.

FLUENTĬSŎNUS, Adj. [κυματοπλήξ] ut, Litus fluentisonum. Catull. 62. 52.

FLUENTO, āre. Venant. Fortun. de Vit. Mart. 4. 641.
Pergis ad Augustam, qua Virdo & Licca fluentant.

FLUCTUS, ūs. m. [σάλος, ῥέθιον, κῦμα, κλύδων] Aquæ discurrentis moles atque impetus, quæ & Unda dicitur. Cic. 6. Verr. 118. Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum, a mari disjunctus esset.
Adversa fluctuum. Tacit. in Vit. Agric. 25. Montium profunda, tempestatum, ac fluctuum adversa.
Motus & agitatio fluctuum. Cic. pro Muren. 35.
Atri fluctus Aquilone. Virg. 5. Æn. 2.
Cærulei fluctus. Sil. lib. 17. 51.
Decumani fluctus. V. DECUMANUS.
Discordes fluctus. Sen. Med. 12.
Fluminis ingentes fluctus. Lucret. lib. 4. 1030.
Salsi fluctus. Virg. 5. Æn. 182.
Sonori fluctus. Stat. 2. Silv. 2. 50.
Variis fluctibus agi. Sen. Agam. 3.
Canent æquora immodicis fluctibus. Ex Spuma scil. Ovid. 18. Epist. 137.
Considunt tumidi fluctus. Sil. lib. 17. 291.
Declamabat ad fluctum Demosthenes, ut fremitum assuesceret voce vincere. Cic. 5. de Fin. 5.
Dedere ratem fluctibus. Sen. Agam. 3.
Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor. Ovid. 11. Met. 487.
Ire per longos fluctus. Hor. 3. Carm. 27. 42.
Feriant insani fluctus littora. Virg. 9. Ecl. 43.
Ferre fluctum. Cic. 5. Att. 12.
Frangit evolutos fluctus opposita Leucas. Sen. OEth. Frangi fortunam tanquam fluctum a saxo oportere. Cic. 9. Fam. 16.
Fracti fluctus. Hor. 2. Carm. 14. 14.
Jactari fluctibus. Cic. in Orat. 107. V. JACIO.
Illiditur fluctus. V. ILLIDO.
Impacti fluctus. V. IMPINGO.
Languentes fluctus. Sil. lib. 7. 259.
Percussa fluctu littora. Virg. 5. Ecl. 83.
Secare fluctus nave. Ovid. 1. Fast. 498.

Sedatis fluctibus & tempestate commutata. Cic. 2. de Invent. 154.
Spumabant cærula cano fluctu. Virg. 8. Æn. 672.
Submersus medio in fluctu. Virg. 1. Æn. 588.
Tumidis fluctibus tunditur saxum. Virg. 5. Æn. 125.
Fluctus; pro Impetu vel Multitudine. Cic. 7. Att. 1. Fluctum enim totius Barbariæ, ferre urbs una non poterat.
Civiles fluctus. Nepos 25. 6. 1. V. Quintil. 7. 6.
Concionum fluctus. Cic. pro Milon. 5. Et quidem ceteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum, semper putavi Miloni esse subeundas.
Insanos curarum comprime fluctus. Sil. lib. 8. 32.
Volvere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret. lib. 6. 33. h. e. Agitationes & turbationes curarum multiplicium.
Fortunæ fluctus. Plin. lib. 5. cap. 17. Large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.
Irarum fluctus. Lucret. lib. 3. 299.
Fluctus, i. Antiquum. Accius Clytemnestra, Flucti immisericordes jacere, & atra ad saxa illidere. V. Non. 8. 37.

**Fluctĭcŭlus**, i. m. dimin. Apul. Apol. p. 296. Quamlibet leviter motis flucticulis.

**Fluctĭcŏla**, æ. c. In fluctibus habitans. Sidon. Carm. 10. 1.
Flucticolæ cum festa nurus Pegasæa per antra.

**Fluctĭcŏlor**, ōris. Mart. Capel. 1. p. 18. Flucticolor hiacynthi profunditas.

**Fluctĭfrăgus**, Adj. [σπιλαγὴς] ut, Litus fluctifragum, i. e. Fluctus ipsos frangens. Lucret. lib. 1. 386. Epitheton est poeticum.

**Fluctĭgĕna**, æ. c. In fluctibus natus. Mart. Capell. lib. 1. p. 9.
Fluctigena spectans quali sub gurgite Nereus.

**Fluctĭgĕnus**, a, um. Idem. Avien. in Arat. 1159.
Fluctigeni speciem monstri superinvehit Auster.

**Fluctĭger**, a, um. Ferens aut patiens fluctum.
Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Cic. apud Isidor. 19. 1.

**Fluctĭsŏnus**, a, um. Sil. 12. 355.
Insula fluctisono circumvallata profundo.

**Fluctivăgus**, a, um. [κυματοπλαγκτος] ut, Nautæ fluctivagi. Stat. 3. Silv. 1. 84.
Unda fluctivaga. Stat. 1. Theb. 279. Idem 9. Theb. 360.

**Fluctuo**, [κυμαίνω, σαλεύω, κλυδωνίζομαι] āre. Fluctus agitare. i. e. Undas facere. Plaut. Rud. 2. 1. 14. Atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est.
Fluctuare, Fluctibus agitari & jactari. Cic. pro Rosc. Amer. 72. Quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Idem 7. Verr. 90. Quadriremememque in salo fluctuantem reliquerat.
Fluctuare, Jactari, commoveri, in dubio esse, & instar navis fluctibus agitari. Virg. 2. Georg. 281.
Directæque acies, ac late fluctuat omnis
Ære renidenti tellus.
Acies fluctuans. V. Acies.
Causa admodum dubia fluctuare. V. Causa.
Curarum fluctuat æstu. Virg. 8. Æn. 19.
Animus fluctuat. Plaut. Merc. 5. 2. 49.
Animi incerti fluctuantur. Liv. 34.
Fluctuare animo. Liv. 34. 49. extr. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello.
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret. lib. 4. 1070.
Tota res etiam nunc fluctuat. Cic. 2. Att. 8.
Magnis curarum fluctuat undis. Catull. 62. 62.
Fluctuare in re aliqua. Cic. 4. Acad. 20. Non debere eos in suo decreto, sicut in ceteris rebus fluctuare. h. e. Marinorum fluctuum ritu, huc atque illuc ventorum impetu commoveri.
Fluctuo, & Fluctuor dicimus. Quintil. lib. 9. cap. 3. Pleraque verba utroque modo efferunt, luxuriatur, luxuriat: fluctuatur, fluctuat: assentior, assentio. Curt. 4. 12. 21. Fluctuari animo rex, & modo suum, modo Parmenionis consilium expendere. V. Gronov. Liv. 1. 27. Fluctuansque animo, ut tereret tempus, explicat ordines. Idem 23. 33. pr. & 32. 13. pr. Rex fluctuatus animo est, utrum &c.
Fluctuare, pro Fluitare, Innatare aquæ. Plin. lib. 36. cap. 17. Lapidem e Scyro insula integrum, fluctuare tradunt: eundem comminutum, mergi. Quædam exemplaria habent Fluctuari. Idem lib. 16. cap. 38. Lignum in longitudinem fluctuatur.

**Fluctuans**, Partic. [σαλεύων] Cic. 1. Att. 7. Quum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem. h. e. Dubiam.
Genus orationis fluctuans & dissolutum, eo quod sine nervis & articulis fluctuat huc & illuc. Auct. ad Herenn. lib. 4. 11.

**Fluctuātus**, Adj. [σαλευθεὶς] Jactatus & agitatus, item Innatans. Plin. lib. 4. cap. 12. Delos diu fluctuata, ut proditur, sola motum terræ non sensit. Idem lib. 9. cap. 8.

**Fluctuātim**, Adv. [κλυδωνηδὸν] Jactanter & solute, ut ait Non. 2. 333. Afranius Pompa, Tene tu, in medio nemo est; magnifice volo fluctuatim ire ad eum, accipe hoc, tene tu, & sustine.

**Fluctuatio**, ōnis. f. [ζάλη, κύμανσις, κλυδὼν]
Fluctuatio stomachi dicitur, Quando stomachus, sive ventriculus cibum non amplexatur: & quidam veluti fluctus audiuntur huc atque illuc ferri dum incedimus. Plin. lib. 20. cap. 8.
Fluctuatio animorum. Liv. 9. 25. In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse.
Totius corporis fluctuatio. Sen. de Ira, 2. 35.

**Fluctuōsus**, Adj. [κλυδωνώδης] Mare fluctuosum. Plaut. Rud. 4. 2. 5. Pontus fluctuosus atque fervens. Mela, 1. 19.
Ii sunt fluctuosi, & rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum aut avium, &c. Plin. 37. 5. De smaragdis.

**Fluor**, ōris. m. [ρευματισμὸς] Idem ac Fluxus. Scribon. Larg. 52. Faciunt ad stomachi, & dejectiunculas, & ad omnem fluorem. Sic Cels. lib. 4. cap. 16.
Amnium fluores. Apul. 2. Florid. de Aere, Arnob. 6. Intelligimus omnes ventos, aeris esse fluorem pulsi.

**Fluxus**, Adj. [ρoώδης, ρυτὸς] dicitur Quod fluit. Plin. lib. 9. cap. 38. Quoniam quum fœtificavere, fluxos habent succos.
Fluxum pertusumque vas. Lucret. lib. 6. 19. h. e. Transmittens, nec continens humorem.
Fluxa vestimenta, Amplissima, & minime astricta, quasique libere fluentia. Lucan. lib. 8. 367.
Illic & laxas vestes, & fluxa virorum
Velamenta vides. Eadem ratione Virg. dixit Vestium sinus fluentes, 1. Æn. 324. Suet. Cæs. cap. 45. Fluxiore cinctura cingeretur.
Fluxa pro Irritis dicuntur. Tacit. 15. Ann. 23. 3. Quæ fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante.
Fluxa dicimus, Momentanea, instabilia, & cito peritura. Unde, Fluxam fidem gerere. Plaut. Capt. 2. 3. 79. Sallust. in Catil. 1. Nam divitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est. Virg. 10. Æn. 88.
Auctoritas fluxa. Tacit. 1. Hist. 21.
Fides servitiorum fluxa. Tacit. 4. Hist. 23.
Fortuna belli fluxa. Cic. ad Brut. 10. Hujus belli fortuna, ut in secundis, fluxa: ut in adversis, bona.
Mens senio fluxa. Tacit. 6. Ann. 38.
Studia fluxa. Tacit. 3. Ann. 50.
Fluxi, Libidinosi, molles, effeminati. Suet. in Tiber. cap. 52. Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. Animi molles & ætate fluxi. Sallust. Catil. 14. 3. V. ibi Cl. Wasse. Martial. lib. 5. 42.
Spadone cum sis eviratior fluxo. conf. Tacit. 2. Hist. 76. 3.

**Fluxe**, Adv. [ροωδῶς] Varro 2. de R. R. 11. pr. Et eo magis fluxe ex herba, quæ eadem ipsa sumpta, perpurgare corpora nostra solet. i. e. Abundanter, large.

**Fluxio**, ōnis. f. [ροὴ, ρύσις] ut, Fluxio aquarum. Cic. 1. de Divin. 111. Alvi fluxiones, quos Rheumatismos vocant. Plin. lib. 22. cap. 23.
Sanguinis fluxiones. Plin. lib. 20. cap. 14.
Vulvæ ac ventris fluxionem sistit decoctum ejus. Plin. lib. 23. cap. 5.

**Fluxūra**, æ. f. Columel. lib. 3. cap. 2. de Apianis vitibus loquens, Nam duæ, inquit, lanatæ quamvis frondibus & palmitum pari facie, fluxuræ qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Ibid. in fine, Propositum est enim docere qua ratione vineæ pariter feraces & pretiosæ fluxuræ possint constitui.

**Fluxus**, ûs. m. Onomast. Vet. ροὴ, Fluxus, fluxio. Quintil. 11. 3.
Fluxus aquarum. Sen. Epist. 5. 2.
Ventris fluxus. Cels. 4. 22.
Fluxus oculorum. i. e. Celer motus. Sen. Epist. 52.
Vestium fluxus. Tertul. de Pall. cap. 4. conf. Vitruv. 9. 6.
Fluxus & refluxus. H. St.

**Fluxĭbĭlis**, e. Vet. Interp. Iren. 2. 29. Eliquatio cum fluxibili materia.

**Fluxĭlis**, e. Tertul. adversf. Valent. cap. 24.

**Fluxĭpĕdus**, a, um. ut, Fluxipeda vestis. Avien. Arat. Phænom. v. 288.

**Fluxuōsus**, a, um. Columel. lib. 8. cap. 17. Fluxuosi specus.

**Fluĭto**, [ἐπιπλάζω] āre. frequent. Sæpe & continue fluere. Liv. 1. 4. Tenet fama, quum fluitantem alveum, in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. Cic. 2. de Nat. Deor. 100. Quot genera, quamque disparia, partim submersarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium? Liv. 1. 37. Quorum fluitantia arma ad Urbem cognita in Tiberi, &c. Plin. lib. 7. cap. 17.
Fluitant locustæ reptantium modo. Plin. lib. 9. cap. 30.
Fluitant tauri & cameli. Plin. lib. 5. cap. 16.
Fides fluitat. i. e. Labascit. Tacit. 2. Hist. 93. extr. Unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse.
Spe fluitare. Hor. 1. Epist. 18. 109.
Fluitare, pro Navigare. Plin. 8. Epist. 8. Adeo validus, ut illa qua properat, ipse tanquam per solum planum remis non adjuvetur: idem ægerrime remis contisque superetur adversus. Jucundum utrumque per jocum ludumque fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio, otium labore variare. Ubi etiam observabis, Jocum usurpari de Facto. Conf. Fluvito infra.

**Fluĭtans**, Partic. [ἐπιπλάζων] Cic. pro Sext. 46. Quum vero in hanc Reip. navem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum armatæ tot classes, &c.
Tranquillus & quietus, Immoderate agitatus & fluitans; contraria. Cic. de Univers. 7. Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit non tranquillum & quietum, sed immoderate agitatum & fluitans.
Amictus fluitans. Catul. 62. 68.
Belluæ fluitantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 100.
Carmina fluitantia ludenti versu nectere. Lucan. ad Pison. 152.
Cæca fluitantia sorte. Hor. 2. Serm. 3. 269.
Cumuli sarcinarum passim fluitantes. Curt. 4. 9. 19. Subaudi In amne.
Lora fluitantia. Ovid. 2. de Arte Am. 433.

**Fluitanter**, Adv. apud Mart. Capell.

**Fluto**, are. Idem quod Fluito. Antiquum. Lucret. lib. 3. 190.
Namque movetur aqua, & tantillo momine flutat. Ita Lambin. Al. Fluctat. conf. lib. 4. 75.

**Fluta**, æ. f. Flutæ, Murenæ in freto Siculo, in summo supernatantes, & nunquam sese mergentes. Macrob. 3. Saturn. 15. Græce πλωταὶ dictæ, quasi Navigabiles: sunt pisces anguillis non dissimiles. conf. Columel. lib. 18. cap. 17. & Voss. Etym. p. 218.

**Fluibundus**, a, um. Mart. Capel. lib. 1. extr. Fluibunda luxu puella.

**Fluĭdus**, Adj. [ρυτὸς] modo Fluentem significat, modo Humectum, modo Molle. Plin. lib. 9. cap. 30. de locustis, Unum hoc animal, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluida carne non habet callum.
Liquor fluidus. Virg. 3. Georg. 484.
Fluidus pro Languido, seu marcido. ut, Calore fluido tabescunt corpora. Ovid. 15. Met. 362. Calorem fluidum vocat ab effectu, quod mollia & fluida reddat corpora.
Lacerti fluidi pendent. Ovid. 15. Met. 231. Sic Liv. 34. 47. vocat corpora Gallorum, Mollia & fluida. V. in ipso verbo.

**Fluĭdo**, āre. Fluidum reddere. Cæl. Aurel. Tard. 5. 12.

FLUESCO, vel FLUISCO, ěre. Dracont. Hexaem. v. 577. August. de Civ. Dei 21. 5. & 7.

FLUVĬDUS, Idem quod Fluidus. Sedul. in MSS. 4. 186. de Hydropic.
—— fluvidus mox viscera morbus. Lucret. lib. 2. 463.
Sed quod amara vides, eadem quæ fluvida constant,
Sudor uti maris: est minime mirabile cuiquam. i. e. Liquida. Habet autem primam longam, aut certe Proceleumaticus pes est quatuor brevibus constans. Quidam Tribrachum malunt. V. Lex. Lucr. Parei.

FLŪMEN, ĭnis. n. [ποταμὸς] significat Amnem, vel Aquam continue fluentem. Varro 4. de L. L. 5.
Nomen hoc singulare adjicitur singularibus seu individuis. Nep. 5. 2. 2. Apud flumen Strymona. Et 18. 5. 1. Apud flumen Nilum. Et 20. 2. 4. Apud Crimissum flumen.
Flumen rivi. i. e. Fluxus seu cursus rivi. Plin. Ne flumini ejus rivi esset impedimento. [ Non est in Indice Hard.
Prima flumina Nili bibere. Martial. de Spectac. 3.
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili. h. e. Aquam e prima Nili scaturigine.
Accessus fluminum. V. ACCEDO.
Alveus fluminis. Virg. 7. Æn. 33.
Adverso flumine lembum remigiis subigit. Virg. 1. Georg. 201.
Altum flumen. Virg. 4. Georg. 333.
Cava flumina. Virg. 4. Georg. 427.
Declivia flumina. Ovid. 1. Met. 39.
Dulce flumen ovibus. Hor. 2. Carm. 6. 10.
Frigida flumina. Virg. 5. Ecl. 25.
Fugientia flumina. Stat. 5. Silv. 5. 63.
Herbosum flumen. Virg. 2. Georg. 199.
Lata flumina. Virg. 3. Georg. 213.
Latebrosa flumina. V. LATEO.
Limosa flumina. Ovid. 1. Met. 634.
Magnum flumen. Hor. 1. Serm. 1. 55.
Molle flumen. Catul. 65. 33.
Flavus quam molli percurrit flumine Mela
Brixia. i. e. Fluxu non rapido, sed lento.
Nobile flumen. Ovid. 3. Amor. 6. 89.
Pingui flumine Nilus. Virg. 9. Æn. 31. i. e. Fluore. Servius.
Publicum flumen. Cic. de Arusp. Resp. 59.
Rapidum flumen. Quintil. lib. 6. cap. 2. Hor. 2. Serm. 3. 242.
Sacrum flumen. Virg. 2. Georg. 147.
Sanctum flumen. Virg. 8. Æn. 72.
Secundum flumen. Tacit. 5. Hist. 23.
Septemflua flumina Nili. Ovid. 15. Met. 753.
Sonora flumina. Virg. 12. Æn. 139.
Vaga flumina. Hor. 1. Carm. 34. 9.
Validum flumen. Lucret. lib. 1 292.
Vivum flumen. Virg. 2. Æn. 319. i. e. Semper fluens & naturale.
Avertere flumen. V. AVERTO.
Concita flumina. Ovid. 7. Met. 154.
Constiterunt gelu flumina. Hor. 1. Carm. 9. 4.
Decrescentia flumina prætereunt ripas. Hor. 4. Carm. 7. 4.
Diducere in rivos maxima flumina. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Devehitur flumine. Tacit. 2. Hist. 59.
Effuso flumine stagnans Nilus. Virg. 4. Georg. 288.
Errans languido flumine Cocytus. Hor. 2. Carm. 14. 17.
Increverunt flumina. Ovid. 11. Met. 48.
Innatare flumini. V. INNATO.
Interveniente flumine. V. INTERVENIO.
Invehi flumine. V. INVEHO.
Labentia flumina. Ovid. 1. Met. 189.
Mergere se in flumen. V. MERGO.
Ruunt per apertos flumina campos. Ovid. 1. Met. 285.
Subsidunt flumina. Ovid. 1. Met. 344.
Superare flumina. Ovid. 9. Met. 115. Tranare intelligit.
Torrentia flumina. Virg. 7. Ecl. 52.
Trudunt glaciem flumina. Virg. 1. Georg. 310
Vomens calidum de pectore flumen. Virg. 9. Æn. 414. i. e. Ingentem vim cruoris.
Flumen de Lacrymis. Largoque humectat flumine vultum. Virg. 1. Æn. 469.
Flumen, pro Fluxu. Virg. 2. Æn. 305
—— rapidus montano flumine torrens. i. e. Fluxu. Servius.
Flumen, Fluxus aquæ ex vicini domo aut alio loco fluens, cui quis per domum suam cursum dare tenetur, ut in vicum aut cloacam defluat. Pompon. in l. Cum in lege. D. de contrahenda emptione.
Fluminum, ait Ulpianus, quædam sunt perennia, quædam torrentia. Perenne est, quod semper fluit, ἀέναος: Torrens, ὁ χειμάῤῥους, id est hieme fluens. Si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne est. Fluminum rursus quædam publica sunt, quædam non. Publicum autem esse Cassius definit; quod Perenne sit. Hæc ex l. 1. §. 1. D. de fluminibus.
Tralate. Ingenii flumen. Cic. pro Marcel. 4. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Pulchra est translatio, Flumen perpetuo redundat cursu, nunquam arescit, aut exsiccatur: sic ingenii fecunditas semper redundat.
Orationis flumen & varietas. Cic. 2. de Orat. 62. i. e. Copia dicendi.
Verborum flumen. Cic. in Orat. 53. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Idem 2. de Orat. 188. Magna dicendi copia, per translationem flumen vocatur. Unde Juven. etiam 10. Sat. 9. dixit,
Et torrens dicendi copia. Homerus quoque Ulyssis eloquentiam nivibus hibernis comparat, ostendens eam fuisse crebram, assiduam, & largam.

FLŪMĬCELLUS, i. m. dimin. Innocent. de Casis p. 227. Goes. Habet sub via flumicellum, & trans flumicellum aquam vivam.

FLUMINIA, æ. f. Innocent. de Casis p. 227. In ipsum jugum fluminia excurrit. al. Flaminia.

FLŪMĬNEUS, Adj. [ποτάμιος] ut, Aqua fluminea. Ovid. 2. Fast. 596.
Avis fluminea. Ovid. 1. Amor. 3. 22.
Portus fluminei. Claud. 2. Fescen. Nupt. Honor. 29. Al. Ortus.
Unda fluminea. Ovid. 4. de Ponto 7. 27.
Volucres flumineæ. Ovid. 2. Met. 253.

FLŪMĬNĀLIS, e. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. Fluminales navigationes. Idem 1. 4. Fluminales cancri.

FLUMENTĀNUS, a, um. Idem. Ut, Porta flumentana Romæ, sic appellata quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant. Fest. Hujus meminerunt Varro 3. de R. R. 2. Cic. 7. Att. 3. Liv. 6. 20. & 35. 9. conf. Lex. Pitisc. in Porta.

FLUMINŌSUS, a, um. [ποταμώδης] Quod fluminibus abundat: ut Regio fluminosa. i. e. Fluminibus multis irrigua. Perott.

FLŪVIUS, i. m. [ποταμὸς] dicitur Amnis perpetuo fluens. Plaut. Curc. 1. 1. 86.
Quisnam hic fluvius est, quem non recipiat mare?
Hoc quoque nomen, ut Flumen, cum propriis conjungitur. Cic. 1. Tusc. 39. apud Hypanim fluvium. conf. Idem 2. de Invent. 31.
Amœnus fluvius. Virg. 8. Æn. 31.
Liquens fluvius, Liquidus. Virg. 4. Georg. 442.
Truces fluvii. Stat. 5. Silv. 4. 5.
Vivens fluvius, Aqua profluens. Stat. 9. Theb. 574.
Decurrens fluvius. V. DECURRO.
Deficiente fluvio sedet alveus in limo. Ovid. 2. Fast. 410.
Dare membra ardentia in fluvios gelidos. Lucret. lib. 6. 1170.
Fluxit atratus fluvius sanguine. Cic. 2. de Divin. 98.
Impactus insulis fluvius. V. IMPINGO.
Influit fluvius in Pontum. V. INFLUO.
Innatare in fluvium. V. INNATO.
Innatat terræ fluvius. V. INNATO.
Innare fluvios rapaces. Virg. 3. Georg. 142.
Irrumpens fluvius. V. IRRUMPO.
Mersare gregem salubri fluvio. Virg. 1. Georg. 272.
Solari gravem fluviis æstum. Hor. 2. Carm. 5. 6.
Strepunt fluvii turgidi nive. Hor. 4. Carm. 12. 3.
Tentare minaces fluvios. Virg. 3. Georg. 77.
Fluvii passim simulacris culti. V. Spanh. ad Callim. p. 10. & Perizon. ad Ælian. 2. 32.

FLUVIA, æ. f. antiquis. Sisen. Histor. lib. 4. Quod oppidum tumulo in excelso loco, propter mare, parvis mœnibus, inter duas fluvias, intra Vesuvium collocatum. V. Non. 3. 100.

FLUVIĀLIS, e. [ποτάμιος] Quod ex fluvio est: ut, Aqua fluvialis. Columel. lib. 6. cap. 22. Et lib. 8. cap. 16. Fluvialis Lupus piscis, pro Fluviatili.
Anas fluvialis. Ovid. 11. Met. 773.
Arenæ fluviales. Pallad. 11. 17.
Arundo fluvialis. Virg. 2. Georg. 414.
Lympha fluvialis. Virg. 4. Æn. 635.
Ripa fluvialis. Ovid. 5. Epist. 25.

FLUVIATĬLIS, e. [ποταμογενής] Quod in fluvio est, aut vivit: ut, Piscis fluviatilis. Plin. lib. 19. cap. 4. Et Liv. 10. 2. Fluviatiles naves.
Fluviatilis arena. Plin. lib. 36. cap. 23. Arenæ tria sunt genera; fossitia, cui quarta pars calcis addi debet; fluviatili, aut marinæ, tertia.
Testudines fluviatiles. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.

FLUVIATĬCUS, [ποταμικὸς] Idem quod Fluviatilis. Columel. lib. 8. cap. 15. Ubi delitescentibus fluviaticis animalibus insidientur.
Arena fluviatica. Vitruv. 1. 4. extr.

FLUVIĀTUS, Adj. [ποταμωτὸς] Plin. lib. 16. cap. 39. Hæc qua diximus ratione fluviata decorticatur. i. e. Macerata in aqua fluviatili. Sic dicere possumus Cannabem fluviatam.

FLUVITO, āre. pro Fluitare. ex MSS. Solin. cap. 35. Produxit Salmas. Exerc. p. 407. & ex Plin. lib. 16. cap. 40. Exerc. p. 726.

FLUŌNIA, Juno dicta est, quam mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant. Fest. V. Bocat. in Genealog. Deor. Fluvionia est apud Arnob. lib. 3. p. 118. & Fluvonia apud Mart. Capel. 2. p. 37. [ Dicendum potius fuit In partu, quam In conceptu.

FLUSTRA, dicuntur Quum in mari fluctus non moventur; quam Græci μαλακίαν vocant. Fest. conf. Tertul. de Pall. cap. 2.

FLUVIALIS, FLUVIATICUS, FLUVIATILIS, FLUVIATUS, FLUVIUS, FLUXIO, FLUXUS, &c. V. FLUO.

## F O

FOBII, qui nunc dicuntur Fabii. V. FABII, FODII & FOVII, suis locis.

FŌCĀLE, is. n. [ἀσφάραγον] Genus ligaminis ad fauces, velut fascia quædam collum ambiens, quod fauces ac collum perfrigere non sineret, & pronuntiationi conduceret. Quintil. lib. 11. 3. Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium sola excusare potest valetudo. Focale a faucibus, AU dipht. in o longum mutata. Martial. lib. 14. 142.
Hoc focale tuas asserat auriculas. adde 4. 41. Videtur tamen Seneca usurpare pro Vestis genere, quo ad focum utebantur. Sic enim lib. 4. Nat. Quæst. 13. extr. Videbis quosdam graciles, & palliolo, focalique circumdatos, pallentes & ægros. V. Turneb. Adverf. 7. 10.
Focale, Ferrum ignitum, quo crispantur crines. Hor. 2. Serm. 3. 254.
—— ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubitale, focalia. Sed tunc a Focus descendit, ut indicat prima syllabæ correptio. [ Immo omnibus his locis Focale unum idemque intelligitur, Faucium adversus frigus laneum munimen. Primam autem perpetuo longam habet; nam apud Horat. legendum Cubital, focalia, ut est in codicibus emendatis.

FŌCĀNEUS, a, um. [ἀσφαραγῖος] Columel. lib. 4. cap. 24 Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & idcirco eum prædicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, enatus, velut fauces oblidet, atque utriusque duramenti alimenta præripit. Idem lib. 5. cap. 6.

FŌCARIUS,

FŎCARIUS, FOCARIA. V. FOCUS.

FŌCĬLO, āre. Vet. Gloss. Focilat, θωπεύει. Lucan. Paneg. in Pison. v. 114.

Sed miserum parva stipe focilat, ut pudibundos, &c. Casaub. a Faucibus derivat, ut, Focilare proprie sit Ægras fauces apposita lana fovere. Scalig. legit, Munerat.

FŎCILLO, [ἀναλαμβάνω] āre. Calefacere, recreare, restaurare. Sen. Epist. 13. Pudet me sic tecum loqui & tam levibus remediis te focillare.

Focillatur, pro Fovet. Varro de Vit. pop. Rom. lib. 2. Propter secundas sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisque, diversi, commodum focillatur. Non. 7. 108.

FOCILLĀTUS, a, um. Plin. 3. Epist. 16. Focillata, Dixeram, inquit, vobis inventuram me quamlibet duram, ad mortem viam, si vos facilem negassetis. Suet. in Aug. 17. M. Antonii societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.

FOCILLĀTIO, ōnis. f. Focillationes, inquit Festus, a Fovendo, i. e. calefaciendo dictæ sunt.

FOCILLĀTOR, ōris. m. Digest.

FOCILLĀTRIX, īcis. f. apud Plin.

FOCULA, FOCULUS. V. FOCUS.

FOCUNĀTES, Populi sunt in Alpibus. Plin. lib. 3. cap. 20.

FŎCUS, i. m. [ἑστία, ἐσχάρα] a Fovendo: In quo ignis servatur. Serv. in 12. Æn. 118. Quicquid ignem fovet, focus vocatur, sive ara sit, sive quid aliud, in quo ignis fovetur. Ovid. 6. Fast. 301.

At focus a flammis, & quod fovet omnia, dictus. Cato de R. R. Folia subdito, in foco calido sub testa coquito leviter.

Aræ & foci. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Vis autem ejus ad aras & focos pertinet.

Accensi foci. V. ACCENDO.

Breves foci. Juven. 11. Sat. 79.

Casti foci. Ovid. 3. Fast. 698.

Familiaris focus. Columel. lib. 8. cap. 1. V. OPULENTUS.

Fumosi foci. Ovid. 21. Epist. 94.

Graminei luxere foci. Lucan. lib. 4. 199.

Humilem grato calfacit igne focum. Ovid. 4. Fast. 698.

Lucens focus. Stat. 1. Silv. 2. 255.

Publicus focus. Cic. 2. de Legib. 20. Virginesque Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Pudici foci. Stat. 3. Silv. 1. 60.

Sancti foci. Ovid. 4. Fast. 296.

Extruere lignis focum. Hor. Epod. 2. 43.

Splendet focus. Hor. 1. Epist. 5. 7.

Focus, Privata cujusque domus; quemadmodum Ara aliquando Templum significat. Plaut. Amph. 1. 1. 71. Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.

Foci patrii. Cic. pro Rosc. Amer. 23.

Pro aris & focis pugnare. Cic. 3. de Nat. Deor. 95.

Repetebant præterea deos patrios, aras, focos, larem suum familiarem. Cic. 2. Philipp. 75. conf. 72.

Focus, Fomenta, Focillationes, Foculi, a Fovendo, i. e. calefaciendo dicta sunt. Festus. V. Barth. Adversf. 41. 21.

FOCŬLUS, i. m. dimin. [ἑστιάδιον] In quo ignis accenditur ut cibus coquatur, eos enim habebant ferreos, ut ignitabula: ἐσχάριον Græci appellant. Plaut. Capt. 4. 2. 67.

Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus? Plin. lib. 35. cap. 10. Arrepto carbone extincto e foculo. Cic. pro Domo, 124.

Accenso ad sacrificium foculo. Liv. lib. 2. 12.

Foculum excitare bucca. Juven. 3. Sat. 262.

FOCULA, orum. Focula ventris, pro Nutrimentis, auctore Nonio, dixit Plaut. Pers. 1. 3. 24.

FOCULO, āre. dictum ut Fovere. Nonius.

FOCĀRIUS, a, um. Adj. [ἐσχαρικὸς] ut, Focarius panis, i. e. In foco aut cinere coctus. Isidor. 20. 2.

FOCĀRIUS, i. m. Qui focum curat. V. supra, & Atriarius, in ATRIUM.

Focarii, qui & Mediastini dicti sunt a Jurisconsultis, inter species Servorum numerantur. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 25. Pignor. de Serv. & Turneb. Adversf. 8. 9.

FOCĀRIA, æ. f. Concubina etiam libera. In l. 3. C. de donationibus inter virum & uxorem, Si ancillam nummis tuis comparatam esse Præsidi provinciæ probaveris: donationisque causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum; eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii donatio perfici potuerit: milites tamen meos a focariis suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. Et in l. si ea. C. de conditionibus insertis. V. Lex. Pitisc.

## F O D

FŎDIO, fōdi, fossum, [ὀρύττω, σκάλλω, σκάπτω, σκαλίζω, ταφρεύω] ĕre. Cavare, & quasi foras dare. Virg. 6. Æn. 881.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Cic. 2. de Divin. 134. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto: fodit, invenit auri aliquantum.

Argentum fodere. Liv. 28. 3. pr. Ager frugifer, argentum etiam incolæ fodiunt.

Arva fodiebant coloni. Ovid. 11. Met. 33.

Guttura cultro fodit. Ovid. 7. Met. 314.

Hortum fodere. Plaut. Pœn. 5. 2. 59.

Humum fodere. Virg. 2. Georg. 408.

Jugulum ense fodere. Martial. lib. 1. 7.

Metallum fodere. Plin. lib. 2. cap. 63.

Ora fodere hastis. Liv. 8. 10. Hastisque ora fodientes, primo robore virorum cæso, per alios manipulos velut inermes prope intacti evasere.

Puteos fodere. Cæs. 3. Bell. Civil. 49.

Sibi ipsi fodere aliquid. Cic. 2. de Orat. 174.

Stimulis fodere. Cic. 2. Philipp. 86. Num expectas dum te stimulis fodiam?

Terram fodere, Arare. Plaut. Pœn. 5. 2. 59. Ter. Heaut. 1. 1. 17. Cic. 1. de Fin. 3. Nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum von vult

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique. Cato, cap. 2.

Fodit dolor. Transl. Cic. 2. Tusc. 33. Pungit dolor, vel fodiat sane, si nudus es, da jugulum; sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste.

Foditur cor stimulo. Plaut. Bacch. 5. 2. 39. Tactus sum vehementer visco, cor stimulo foditur.

Fodīri, a quarta conj. Columel. lib. 11. cap. 2. Runcari, & adhuc fodiri possunt. Idem de Arborib. cap. 30. Sed omnibus annis fodiri ante Calend. Martias, & interputari oportet.

FODIENS, entis. Partic. Ovid. 11. Met. 535.

—— aliis murum fodientibus extra.

FŎDĬCO, [νύττω] āre. pro Pervellere, pungere, sive fodere, hoc est dolore afficere. Cic. 3. Tusc. 35. Non enim est in nostra potestate fodicantibus his rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel oblivio. Hor. 1. Epist. 6. 51.

Mercemur Servum, qui dictet nomina, lævum

Qui fodicet latus. Al. Fodiat, in prior. edit. ut Cruquius admonet. H. St. Omnino hic vim Frequentativi habet hoc verbum, uti Claudico ab obsoleto Claudeo formatum, Frico a Frio. Fodicet, pro Sæpe fodiat.

Fodicare alicui animum. Plaut. Bacch. 1. 1. 30.

Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt,

Animum fodicant, bona distimulant, facta & famam sauciant.

FODICATIO, ōnis. f. apud Celsum.

FODICATOR, ōris. m. apud Hieronym.

FODII, ōrum. m. pl. Iidem antiquitus qui postea Fabii. nam apud Romanos primi Fabianæ gentis eo quod in venatione fossis utebantur, Fodii nominati fuere. Sed duabus litteris immutatis, Fabiorum nomen exstitit. V. Plut. in Vit. Fab. Max. pr.

FŎDĪNA, æ. f. Locus ubi quid foditur. Plin. lib. 33. cap. 6. Odor ex argenti fodinis, inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus. Legitur & conjunctim, Argentifodina.

Cretæ fodina. l. sed & ii. de Publ. Cajus Jurisconf.

FODO, āre. pro Fodere dixerunt veteres. Fest.

FOSSA, æ. f. [τάφρος, διώρυξ, σκαπάνη, κρύπτος, λάκκος] Notum. Ulpian. in l. unica. D. Ut in flumine publico navigare liceat: scribit Fossam esse receptaculum aquæ manufactum: aut ad castra, seu urbes, oppidave, aut alia hujusmodi munienda. Columel. de Arborib. cap. 18. Prius quam pomarium constituas, quam magnum habere voles, circummunito maceria, aut fossa, &c.

De fossis & cloacis interdicit Prætor. Cic. pro Cæcin. 36.

Perpetua fossa. V. PERPETUUS.

Redundans gurgitibus fossa Rheni. Cic. in Pison. 81.

Circumdare latam fossam alicui rei. Cic. 5. Tusc. 59.

Complere fossas. V. COMPLEO.

Conjungere transitum fossæ ponticulo ligneo. Cic. 5. Tusc. 59.

Obcæcare fossas in agro. V. OBCÆCO.

Percutere fossam. V. PERCUTIO.

Perducere fossas in altitudinem. V. PERDUCO.

Vallo & fossa munire castra. Cæs. 2. Bell. Gall. 5. Castra in altitudinem pedum duodecim vallo, fossaque duodeviginti pedum munire jubet. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & fossa circumdedi. Idem 9. Att. 14. Fossa & vallo septum tenet.

Fossam premere, deprimere, percutere, argenteæ ætatis sunt. V. Burm. ad Quintil. Decl. 3. 16. p. 72. [ Deprimere & apud Hirt. 8. Bell. Gall. 9. 3. & 40. 3. Sic Locus depressus, apud Sall. Opus depressum apud Cic. V. DEPRIMO.

Cæca fossa, cui Patens & aperta opponitur. Columel. lib. 2. cap. 2. Si humidus sit, abundantia uliginis ante siccetur fossis. Earum duo genera cognovimus, cæcarum & patentium. Spissis atque cretosis regionibus apertæ relinquuntur; at ubi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcœcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. Sed & patentes latius, & apertas summa parte declivesque, & ad solum coarctatas, imbricibus supinis similes, facere conveniet; nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, & superioribus soli lapsibus replentur.

De Fossis Cluiliis, Drusinis, & Quiritium V. Lex. Pitisc.

FOSSŬLA, æ. f. dimin. [ταφρίδιον] Cato cap. 161. Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. Columel. lib. 11. cap. 3. Singulis fossulis disponas.

Fossula circumdari. Columel. lib. 11. cap. ult. ubi de Cappare verba facit.

FOSSO, āre. Frequent. pro Fodere Ennius dixit apud Varro 6. de L. L. 5. Decretum est fossare corpora telis.

FOSSĀTUM, i. n. [ὄρυγμα] pro Fossa. Plin. lib. 17. cap. 21. Fossatum purgari, & extendi, ne crudum relinquatur.

Fossatum, recentiores scriptores vocaverunt Castra, quia fossa cingi solebant. Capitol. in Gordian. cap. 28. Castra omnia fossato circuibat. V. ibi Salmas. Quin & apud Suidam hoc vocabulum reperitur, & apud Leonem imperatorem, teste Turnebo.

Sed male a Suida exponitur & ὁ στρατὸς & τὸ στρατόπεδον. H. St. V. Cangii utrumque Glossar.

De urbis Fossa mœnibus circumdata, dixit Veget. 4. 16. V. ibi Stewech.

De Hortis. Pallad. lib. 11. cap. 13. conf. Gœsii Ind. ad Rei agrar. scriptores; ubi etiam

FOSSĀTUS, i. m. Terminus in fossato positus. p. 254. Constituimus fossatos, quos Augusteos appellamus. Et p. 267. Fossati alii finales majores.

FOSSOR, ōris. m. [σκαπτὴρ, σκαλεὺς, σκαπανεύτης] Qui fodit. Virg. 2. Georg. 264.

Et labefacta movens robustus jugera fossor. Columel. lib. 3. cap. 13. &c. Martial. lib. 7. 70. Rigidus fossor. Hor. 3. Carm. 18. 15. Juven. 11. Sat. 79. Catul. 22. Fossor & caprimulgus conjunguntur, ut Rudes & agrestes.

FOSSIO, ōnis. f. [διωρυχὴ, σκάμμα] Columel. lib. 5. Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resolvere. Idem 4. 33.

Fossionibus terra fit fecundior. Cic. de Senect. 54.
Agri fossiones & repastinationes. Idem ibid.
Recenti fossione terram fumare calentem videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. conf. Vitruv. 8. 7.

FOSSŪRA, æ. f. [σκάλευμα] Idem quod Fossio. Columel. lib. 5. Hanc planam fossuram maxime nos probavimus. Suet. Calig. cap. 37. Complanata fossuris montium juga. conf. Vitruv. 8. 1.

FOSSĬLIS, e. [ὀρυκτὸς] Quod foditur: ut, Ebur fossile. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem lib. 33. cap. 6. Tunc salem fossilem adjiciunt. Varro 2. de R. R. cap. 11.
Fossile atramentum sutorium. Plin. lib. 34. cap. 12. Cujus in astringendo tanta vis est, ut si ursorum & leonum ora eo aspergantur, mordere non possint. Perott.

FOSSĪTIUS, Adj. [ὀρυκτὸς] Quod foditur: ut, Arena fossitia. Plin. lib. 36. cap. 13.
Sal fossitius. Scribonius Largus, 59. & 60.

## F OE C

FŒCUNDUS, vel potius FECUNDUS, a, um. Adj. [γόνιμος, πολύτοκος, παντοφόρος] Quod fructum facit & ferax est, a Faciendo seu Ferendo. Columel. lib. 8. cap. 14. Id neque fœcundum est, nec tam pretiosum. Ovid. 4. Fast. 631.

Forda ferens bos est, fœcundaque, dicta ferendo.

Fœcundus, Abundans, & plenus. Hor. 1. Epist. 5. 15.

Fœcundi calices, quem non fecere disertum?

Fœcundus & uber. Cic. de Arusp. Resp. 42. Quæstum illum maxime fœcundum, uberemque campestrem, totum ad se ita redegit, &c.
Fœcundissimus melle & felle amor. Plaut. Cist. 1. 1. 72.

Namque ecastor amor & melle & felle est fœcundissimus,
Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque aggerit. Al. Oggerit.

Pecorum fœcunda terra. Tacit. lib. de Germ. 5.
Frugum fœcundum solum. Tacit. in Vit. Agric. 12.
Annonæ fœcunda provincia. Tacit. 1. Hist. 11.
Pectoris fœcundi artes. Cic. 1. de Divin. 22. Pectus fœcundum, i. e. Plenum malitiæ. Serv. in Virg. 7. Æn. 338.
Ab Anaxagora uber & fœcundus Pericles. Cic. in Orat. 15.
Sue nihil genuit natura fœcundius. Cic. 2. de Nat. Deor. 160.
Fœcunda metallorum terra. Plin. lib. 33. cap. 4. Italiæ parcitum est vetere interdicto Patrum, ut diximus: alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus.
Fœcunda esse Mulier dicitur, Quæ fert uterum. Ovid. 2. Met. 472.

Ut fœcunda fores, fieretque injuria partu Nota, &c.

FŒCUNDĬTAS, vel potius FECUNDITAS. ātis. f. [εὐτεκνία, πολυτεκνία] Ubertas ac copia. Plin. lib. 20. cap. 6. Fœcunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri, &c.
Importare fœcunditatem feminis. Plin. lib. 14. cap. 18.
Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Cic. 2. de Nat. Deor. 152.
Expertæ fœcunditatis femina. Tacit. 12. Ann. 2. extr.
Mulieris miseræ fœcunditas calamitosa. Cic. 2. Philipp. 58.
Terrarum fœcunditas, Cæli temperatio. Cic. 2. de Nat. Deor. 13.
Propter fœcunditatem multa in agris fingi, gignique possunt. Cic. 1. de Divin. 94.
Efferat se in adolescente fœcunditas. Quintil. lib. 2. cap. 4. ex Cic. 2. de Orat. 88.
Fœcunditas animi. Plin. in præf. 3.
Quasi numini, Fœcunditati templum in gratiam Augustæ Poppææ erectum testatur. Tacit. 15. Ann. 23. adde Spanh. de Num. 3. p. 148.

FŒCUNDE, Adv. [πολυτόκως] Apul. de Mundo p. 250. Pulchre & fœcunde horæ procreantur.
Compar. Atque etiam recisa fœcundius resurgit. Plin. lib. 16. cap. 36.
Superl. Nascuntur fœcundissime in fraxino. Idem 29. 4.

FŒCUNDO, [πολυτόκον ποιῶ] āre. Abundantem seu fructiferum facere. Virg. 4. Georg. 290.

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena. Pallad. 12. tit. 1.

Satione fœcundatur terra. conf. Mamertin. Paneg. Julian. cap. 22.

FŒCUNDĪTO, āre. Vox aureæ ætatis, ex fragmento orationis funebris deprompta, apud Fabret. Inscript. p. 169.

FŒCIALIS. V. FECIALIS.

## F OE D

FŒDUM, Antiqui dicebant pro Hœdo; Folus, pro Olere; Fostem, pro Hoste; Fostiam pro Hostia. Fest.

FŒDUS, ĕris. n. [ὅρκιον, συνθεσία, συνθήκη, ὁμολογία, σπονδὴ] Pax est (inquit Servius) quæ fit inter dimicantes. Dictum est autem vel a Fœcialibus, per quos fiebant fœdera: vel a porca fœde, id est lapidibus, cæsa, ut Virg. 8. Æn. 641.

——& cæsa jungebant fœdera porca.

Vel quia in fœdere interponatur Fides. Fest.
Differunt Fœdus, Pactio, & Sponsio; quod Fœdus pactione, pactio sponsione firmior sit atque stabilior. V. Liv. 9. 5. pr. & Lex. Pitisc.
Fœderis faciendi morem, vide apud Liv. 1. 4.
Tria genera fœderum. Liv. 34. 57. Esse autem tria genera fœderum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates, regesque. Unum, quum bello victis dicerentur leges. Ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse. Alterum, quum pares bello æquo fœdere, in pacem atque amicitiam venirent; tunc enim repeti, reddique per conventionem res: & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex æquo simul, aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Tertium esse genus, quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coeant. eos neque dicere, neque accipere leges, id enim victoris & victi esse.
Fœdus pro Vinculo necessitudinis, quod priore patrocinio quis contraxit. Plin. 3. Epist. 4. Legati rursus inducti, iterum me jam præsentem advocatum postulaverunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Bæbium experti, allegantes patrocinii fœdus.
Fœdus, pro Amore. Non æquo fœdere amantes. Virg. 4. Æn. 520. conf. Ferire fœdera.
Sanctio fœderis. Cic. pro Corn. Balb. 36.
Publicæ religiones fœderum. Cic. 7. Verr. 49. Cic. 2. de Legib. 16.
Amicitiæ fœdus. Ovid. 3. Trist. 6. 1.
Amorum fœdera. V. Ferire fœdera.
Lecti fœdus. V. Sociata fœdere.
Naturæ fœdus. V. Polluere fœdus.
Veneris fœdus. V. Inire fœdus.
Æquum Fœdus. V. supra Tria genera fœdd. Æquissimo jure & fœdere civitas. Cic. pro Arch. 6.
Certum fœdus. Hor. 3. Carm. 24. 23.
Clandestinum fœdus. Sil. lib. 7. 267. V. CLAM.
Conjugiale fœdus. Ovid. 11. Met. 743.
Feralia fœdera. i. e. Exitialia. Lucan. lib. 1. 86.
Genialia fœdera. i. e. Connubialia. Stat. 2. Achil. 354.
Illibata fœdera tori. h. e. Conjugium castum & pudicum. Lucan. lib. 2. 342.
Immunes ac liberæ fœdere civitates. Cic. 5. Verr. 13.
Infidum fœdus. V. INFIDUS.
Ratum & religiosum fœdus. Cic. 13. Philipp. 4.
Sacrosanctum fœdus est. Cic. pro Corn. Balb. 35.
Socialia fœdera. Ovid. 4. Epist. 17.
Accipere fœdera. V. ACCIPIO.
Agere fœdus. Liv. de Bell. Pun.
Adscribi fœderi. Liv. 29. 12. In eas conditiones, quum pax convenisset, ab rege fœderi adscripti Prusias Bithyniæ rex, Achæi, Bæoti, &c.
Adscribere fœderibus pœnam. Cic. pro Corn. Balb. 20. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ civitatis, qui hanc pœnam fœderibus adscribat, ut omnium præmiorum, beneficiorumque nostrorum expertes faciat fœderatos.
Calcare fœdus. Sil. lib. 3. 85.
Cavere fœdere de aliqua re. Cic. 1. de Lege Agrar. 10.
Coire in fœdus. V. COEO.
Componite placitum læti fœdus. Virg. 10. Æn. 15.
Concipere fœdus. V. CONCIPIO.
Conceptum fœdus excutere. Virg. 12. Æn. 158.
Confirmare fœdere societatem. Cic. 2. Philipp. 89.
Confundere fœdus, Turbare, Rumpere. Virg. 12. Æn. 290.
Dare fœdus. Liv. de Bell. Pun.
Devincitur fœderibus etiam cum hoste fides. Cic. 3. Off. 112.
Facere fœdus cum aliquo. Cic. de Senect. 16. Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.
Faciunt fœdus. Tacit. 11. Ann. 9.
Facere inter se fœdus. Cic. 2. de Fin. 83.
Facere contra fœdus. i. e. Contra populi Romani religionem & fidem. Cic. pro Corn. Balb. 10.
Ferire fœdera, Facere vel inire. Cic. pro Cœl. 34. Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Virg. 10. Æn. 154.
Firmabant fœdera dictis. Virg. 12. Æn. 212.
Frangere fœdus. Sil. lib. 1. 268. Al. Rumpere.
Frangere fœdus, & In fide manere, contraria. Cic. pro Domo sua 66. Hinc Fœdifragus q. V. infra.
Frangere fœdus sanguine alicujus ictum. Cic. in Pison. 28.
Icere fœdus cum aliquo. Cic. pro Corn. Balb. 34. V. ICO. Claud. de Bell. Get. 497.
Inire fœdus Veneris. Ovid. 3. Met. 294. — qualem Saturnia, dixit,

Te solet amplecti, Veneris cum fœdus initis,
Da mihi te talem. Preces sunt Semeles ad Jovem.

Infirmare fœdus. Cic. pro Corn. Balb. 14.
Jungere fœdera. Virg. 8. Æn. 641. V. JUNGO.
Jungi fœdere alicui. V. JUNGO.
Juratum fœdus Jovi. Sil. lib. 1. 9.
Læsum fœdus. Virg. 12. Æn. 496.
Negligere, violare, rumpere fœdera. Cic. pro Corn. Balb. 13.
Pepigit fœdera mihi tecum. Virg. 10. Æn. 902.
Pactum fœdus. Cic. pro Sext. 33.
Percutere fœdus. V. PERCUTIO.
Petere fœdus. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Polluere fœdus naturæ concubitu vetito. Ovid. 10. Met. 353.
Polluta dolis fœdera. Sil. lib. 11. 323.
Renovare fœdus. Cic. pro Corn. Balb.
Reposcere fœdus. Virg. 12. Æn. 573.
Rescindere fœdus dicitur Senatus, cum ratum habere recusat. Paterc. lib. 2. 90. extr.
Rumpere fœdera. Virg. 8. Æn. 540.
Rumpere fraternum fœdus. Hor. 1. Epist. 3. 35.
Sacrare fœdus. V. Sacro in SACER.
Sancire fœdera. Virg. 12. Æn. 200.
Sancire fœdus ictum sanguine alicujus. Cic. pro Sext. 24.
Sancire pactiones, fœdera, reconciliationes sanguine alicujus. Cic. Post redit. ad Quir. 13.
Servare promissa fœdera. Ovid. 2. Fast. 159.
Sociata conjux perpetuo lecti fœdere. Ovid. in Ibin, 15.
Solvere fœdera. Virg. 10. Æn. 91.
Stare fœdere. Liv. de Bell. Pun.
Stare adversus fœdus. Idem ibid.
Temeratum fœdus. Sil. lib. 11. 161.
Transire in fœdus. Liv. ibid.
Veniunt ad fœdus amantes. Ovid. 2. de Arte Am. 579.
Violare fœdus. Cic. 13. Philipp. 4.
Violare communia fœdera pacis. Lucret. lib. 5. 1154.
Fœdus, pro Lege. Virg. 1. Æn. 66.

—— regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.

Æterna fœdera certis impoſuit natura locis. Virg. 1. Georg. 60. conf. Columel. præf. & in Horto 16.

FœDIFRĂGUS, [ἐκσπονδος] Ruptor fœderis. Cic. 1. Off. 38. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal. conf. Gell. 19. 7.

FœDERO, āre. Fœdus facere. Hieron. Epit. Paul. Epiſt. 27. cap. 10. Jurgantes inter ſe lentiſſimo ſermone fœderabat. Ammian. 31. 12. Cum fœderaretur concordia. Idem 25. 24. Fœderata pace.

FœDERATUS, a, um. [ὁμόσπονδος] Fœderati dicuntur Populi, qui fœdere icto cum aliis populis ſocietatem coierunt. Namque inter civitates provinciarum, aliæ civium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ ſtipendiariæ dicebantur. Suet. in Calig. cap. 3. Domi, forisque civilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Idem Aug. 47. Cic. 7. Verr. In oppido fœderatorum.
Fœderatæ civitates, Aliis fœdere quodam conjunctæ. Cic. pro Arch. 7. Siqui fœderatis civitatibus aſcripti eſſent. & Nep. 23. 3. 2.
Populus fœderatus. Cic. 1. de Orat. 18.
Socii & fœderati populi. Cic. pro Corn. Balb. 20.
Fœderatum ac pacatum ſolum. Cic. 6. Verr. 26. In Mamertinorum ſolo, fœderato atque pacato, monimentum iſtius crudelitatis conſtitutum eſt.

FœDERATIO, ōnis. f. JCt. in Dig.

FœDERATOR, ōris. m. JCt. in Cod.

FœDERATĬCUM, i. n. Stipendium fœderatorum. in Novel. Juſt.

FœDUS, a, um. Adj. [δυσειδής, μιαρός] Deformis. Ter. Eun. 4. 4. 17. Nunc eo tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Scil. Veſtem.
Adulationes fœdæ. Tacit. 15. Ann. 59.
Adulterium fœdum. Ovid. 8. Met. 156.
Amor fœdus. Ovid. 10. Met. 319.
Animalia fœda capitis, Pediculi. Plin. lib. 22. cap. 24.
Avaritia, & libidine fœdus, ac maculoſus. Tacit. 1. Hiſt. 7.
Aura fœda. Stat. 2. Theb. 4.
Caput fœdum impexa porrigine. Hor. 2. Serm. 3. 126.
Carmine fœdo ſplendida facta linunt. Hor. 2. Epiſt. 1. 236.
Cicatrix fœda. Hor. 1. Serm. 5. 6.
Conſilium fœdum. Liv. 26. 38. pr. Id fœdum conſilium cum incepto, tum etiam exitu fuit.
Convivia fœda. Ovid. 1. Met. 165.
Corpora fœda podagra. Tibul. lib. 1. 9. 73.
Culpa fœdior. Sil. lib. 7. 556.
Exemplum fœdum. Liv. 27. 6. pr. Qui neque magiſtratum continuari ſatis civile eſſe ajebant: & multo fœdioris exempli, eum ipſum creari qui comitia haberet.
Genus mortis fœdum. Cic. 15. Att. 20.
Hiems fœda. Tacit. 3. Hiſt. 59. 3.
Imber fœdus rigat ora. Sen. OEdip. 12.
Luxuria fœdiſſima ſenectuti. Cic. 1. Off. 121.
Latrones fœdiſſimi. Cic. 10. Fam. 6.
Laceratos fœdum in modum verberibus occiderant. Liv. 9. 31. pr.
Monſtrum immaniſſimum & fœdiſſimum. Cic. in Piſon. 31.
Odor fœdus. Plin. lib. 11. cap. 18. Apes odere fœdos odores, proculque fugiunt, ſed & infectos.
Pædor fœdus. Sen. Herc. fur. 9.
Perſona fœda ſenectutis. Cic. 15. Att. Parumne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis?
Sapor fœdus. Lucret. lib. 2. 402.
Tempeſtate fœdiſſima lacerata navis. Liv. 9. Bell. Pun.
Victus fœdus. Hor. de Arte Poet. 392.
Fœdum, Execrandum. Virg. 7. Æn. 619.
Obſervarunt docti Virg. & Liv. Fœdum & Fœdare de vulneribus fere & ſtrata acie dixiſſe. Liv. 3. 69. Vulnerati fœdiora iis, quæ oculis ſubjiciebantur, nuntiantes. Idem 7. 33. Strages ipſa cæde fœdior. conf. Virg. 2. Æn. 502.
De peſtilentia. Liv. 3. 32. pr. Fœda homini, fœda pecori.
Fœdum, Crudele. Ter. Eun. 5. 4. 21. Proh fidem deûm facinus fœdum. Virg. 4. Æn. 195.
Hæc paſſim dea fœda virûm diffundit in ora. De Fama. Salluſt. Catil. cap. 15. extr. Colos exanguis, fœdi oculi.
Bellum fœdiſſimum. Cic. 7. Att. 25.
Exitum judicii fœdum & pernicioſum leviſſime tuli. Cic. 3. Q. frat. 9.
Nihil miſerius, nihil perditius, nihil fœdius fieri poteſt. Cic. 8. Att. 11.
Fœdior & inquinatior. Cic. de Aruſp. Reſp. 31. Fœdior atque inquinatior in Cn. Pompejo accuſando, quam in univerſo Senatu vituperando fuit.
Fœdum relatu. Ovid. 9. Met. 167.
Fœdum ac ferum facinus. Liv. 28. 22.
Fœdus, ſubſt. pro Fœditas. Paulus l. 47. D. de rit. nuptiar. Senatoris filia, quæ corpore quæſtum vel artem ludicram fecerit, aut judicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit. Neque enim honos ei ſervatur, quæ ſe in tantum fœdus deduxit. al. Scelus.

FœDO, [μιαίνω, ῥυπαίνω, φορύνω] āre. Polluere, inquinare. Plaut. Amph. 1. 1. 91. Fœdant & proterunt hoſtium copias. Virg. 2. Æn. 286.
—— quæ cauſa indigna ferenos
Fœdavit vultus. i. e. Cruentavit, inquit Servius. Ibid. 502.
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacraverat ignes.
Romam vero ipſam fœdavit adventus tuus. Cic. in Piſon. 53.
Ora unguibus fœdans. Virg. 4. Æn. 55.
Fœdare aliquem appellatione. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nos quoque dictitant barbaros, & ſpurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant.
Nefario ſcelere fœdare aliquem. Cic. de Aruſp. Reſp. 46.
Verberibus fœdare. Tacit. 3. Hiſt. 77.
Fœdare, Dilacerare. Virg. 2. Æn. 55.
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

FœDĀTUS, a, um. Liv. 3. 32. pr. Multiplici clade fœdatus annus. Virg. 7. Æn. 575.
—— fœdati ora Galeſi. Ovid. 14. Met. 190.
—— fœdataque brachia tabo. conf. 5. Met. 59.

FœDĀTIO, ōnis. f. apud Symmach.

FœDĀTOR, ōris. m. apud Gell.

FœDE, Adv. [μιαρῶς] Turpiter, vel Crudeliter. Liv. 3. 51. Non minore motu animorum Siccii cædis memoria renovata, quam quem nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita, accenderat.
Fœde pugnatum eſt. Liv. 6. 1. conf. Val. Max. 5. 3. 1.
Tempeſtas perquam fœde turbida. Lucret. lib. 4. 170.
Admiſſum fœde, dictumque ſuperbe. Lucret. lib. 5. 1123.
Fœde divexari. Cic. 1. Tuſc.
Fœde interemptus. Liv. 25. 8. pr.
Fœdiusque inde pulſus, quam pridie pepulerat. Liv. 2. 51. extr.
Fœdiſſime cauſam agere. Cic. 9. Att. 6. Cauſa igitur non bona eſt? immo optima: ſed agetur (memento) fœdiſſime.

FœDĬTAS, ātis. f. [αἰσχρότης, μιαρία] Turpitudo. Liv. 31. 34. Diviſa a corpore capita, patentiaque viſcera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt.
Fœditas & turpitudo. Cic. 3. de Fin. 38. Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat.
Animi turpificati depravatio & fœditas. Cic. 3. Off. 105.
Morientium fœditas. Juſtin. 2. 13. 13.
Odoris fœditas. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Sic,
Pediculorum fœditas. Plin. lib. 11. cap. 33.
Spectaculi fœditas. Liv. 1. 28. extr. Avertere omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos.
Veſtitus fœditas. Cic. 12. Philipp. 12. Quando enim oblivіſcetur ulla poſteritas, cujus ſcelere in hac veſtitus fœditate fuerimus? i. e. In luctu ac ſqualore.
Vultus notabilis fœditas. V. NOTA.
Pl. Fœditatibus exquiſitis, expoſito ſcelere. Pet. Chryſol. Serm. 155.

## F OE L

FœLIX, rectius FELIX, īcis. Adj. [εὐτυχής, εὐδαίμων, εὔμοιρος, εὐκληρος, εὔποτμος, ὄλβιος] a Fœnus quidam deducunt, converſione N in L, quaſi Beatus; h. e. Dives & fœnore plenus: ſed ſcribitur plerumque [Immo perpetuo] ſine dipthongo. Dicitur Qui proſperitatem habet. Virg. 3. Æn. 493.
Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta Jam ſua.
Fœlices ter & amplius. Hor. 1. Carm. 13. 17.
O fœlix una ante alias. Virg. 3. Æn. 321.
Ab omni laude fœlix. Cic. de Clar. Orat. 63. Eſt nonnulla in iis etiam inter ipſos ſimilitudo: acuti ſunt, elegantes, faceti, breves. Sed ille Græcus ab omni laude fœlicior: habet enim, &c. De Lyſia & Timæo.
Ad caſum fortunamque fœlix vir. Cic. pro Font. 31.
Cum gen. Curarum fœlix. Stat. 4. Silv. 4.
Fama fœlix. Sil. 4. 731.
Leti. Sil. 4. 398.
Necis. Sil. 2. 570.
Uteri. Sil. 4. 359.
Cum abl. Fœlix & nato, fœlix & conjuge. Ovid. 11. Met. 266.
Fœlix, Commodum, utile. Martial. lib. 1. 102.
Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum,
Et fœlix domino, notaque Cæſaribus.
Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur rebus omnibus agendis antiqui. Cic. 1. de Divin. 102.
Ætas fœlicior. Ovid. 14. Met. 142.
Fœlices arbores Cato dixit, Quæ fructum ferunt: Infœlices, Quæ non ferunt. Feſtus.
Audacia fœlix. Ovid. 18. Epiſt. 195.
Auſpiciis fœlicibus ibat. Virg. 11. Æn. 32.
Exitus fœlix. Lucret. lib. 1. 101.
Fœlix illa dies. Lucan. ad Piſon. 147.
Oliva fœlix. V. OLIVA.
Omen fœlix. Ovid. 10. Met. 5.
Populus fœlix. Ovid. 4. Triſt. 2. 65.
Via fœlici ire. Ovid. 1. Faſt. 432.
Fœlix, Pingue, fœcundum, fructuoſum, ferax. Virg. 2. Georg. 81.
Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos. Varro de Vit. P. R. lib. 2. conf. Non. 4. 184.
Arabia Fœlix quare dicta ſit, V. Plin. lib. 12. cap. 13.
Induſtria fœlix. Plin. in procem. lib. 14. Tanto priſcorum cura fertilior, aut induſtria fœlicior fuit.
Horti fœlices. Martial. lib. 13. 20.
Hos Amiternus ager fœlicibus educat hortis.
Hoſtia fœlix, Fœcunda & pinguis. Virg. 1. Georg. 345.
Terque novas circum fœlix eat hoſtia fruges.
Silvæ fœlices. i. e. Fertiles. Virg. 4. Georg. 329. Servius.
Fœlix, Propitius. Virg. 1. Æn. 334.
Sis fœlix: noſtrumque leves quæcunque laborem. Ubi Servius; Fœlix, Propitia. Fœlix enim dicitur & Qui habet fœlicitatem, & Qui facit eſſe fœlicem. Idem 5. Ecl. 65.
Sis bonus ô fœlixque tuis: en quatuor aras. Deos enim felices vel infelices, ex rebus quas præſtant, vocamus.
Fœlix aliquando dicitur Mortuus, more Græcorum, qui defunctos vocant μακαρίτας. Hor. 1. Serm. 9. 27.
Omnes compoſui fœlices; nunc ego reſto. conf. Idem 2. Carm. 4. 14. Virg. 3. Æn. 321.
O fœlix una ante alias, &c.
Compar. Virg. 9. Æn. 722.
—— quo non fœlicior alter.
Superl. Illi, fœliciſſimo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an fœlicior eſſet. Salluſt. Jugurth. cap. 95.

FELIX, Cognomen Sullæ Dictatoris. conf. FAUSTUS. V. Spanh. de Num. Diſſ. 10. 72. Item Imperatorum quorundam. V. Idem Diſſ. 12. p. 441.

FELIXIULIA, Colonia Libano monti ſubjecta, Plin. lib. 5. cap. 20. Alias Berytus. q. V.

FœLĪCĬTAS, ātis. f. [εὐτυχία, εὐδαιμονία, εὐκληρία, εὐποτμία, ὄλβος, εὐπραξία] Cic. pro Font. 32. Videor hoc leviter pro mea auctoritate vobis præcipere poſſe, ut ex eo genere homines, quorum cognita virtus, induſtria, fœlicitas in re militari ſit, diligenter vobis retinendos exiſtimetis.

Adverſa

Adversa fœlicitas. V. ADVERSUS.
Bonæ fœlicitates. V. BONUS.
Solida felicitas. V. in SOLIDUS & in CRUSTA. H. St.
Summa alicujus fœlicitas. Cic. de Clar. Orat. 4. Dedit illi fortuna fœlicitatem, huic industria virtutem. Auct. ad Heren. lib. 4. 28.
Fœlicitas terræ, Fœcunditas. Plin. 3. Epist. 19.
Præstare fœlicitatem de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus. Cic. pro Lege Manil. 47.
Plur. Fœlicitates. Ter. Eun. 2. 3. 33.
Fœlicitas, ponitur pro Dea, quam Romani venerabantur. August. lib. 4. de Civ. Dei, Quid Fœlicitas? dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua persoluta sunt.

**FŒLĪCĬTER**, vel potius **FELICITER**, Adv. [εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως] Cic. 3. de Fin. 26. Necessario sequitur, omnes sapientes semper fœliciter, absolute, fortunate vivere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.
Audere feliciter aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 166.
Evenit res fauste, fœliciter, prospere. Cic. pro Muren. 1.
Gesta Respub. bene & fœliciter. Cic. 5. Philipp. 40.
Vide in BENE quæ notavi. H. St.
Implere suos annos fœliciter. Ovid. 7. Epist. 161.
Navigare satis fœliciter anni jam adverso tempore. Cic. 4. Verr. 95.
Sapit is fœliciter, qui alieno periculo sapit. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 2. 40.
Fœliciter, usitata est & Bene precandi & gratulandi formula. V. Brisson. l. 8. Form. solenn. p. 719. & Lips. Elect. 2. 10. vel Lex. Pitisc. Suet. Claud. cap. 7. extr. Præseditque nonnunquam spectaculis in Caji vicem, acclamante populo, Fœliciter partim patruo Imperatoris, &c. conf. Phædr. 5. Fab. 2. 13. Flor. 3. 3. extr. & Muret. Var. Lect. 9. 8.
Compar. Fœlicius, [εὐτυχέστερον] Virg. 1. Georg. 54.
Hic segetes, illic veniunt fœlicius uvæ.
Superl. Decertare cum aliquibus fœlicissime. Cic. de Provinc. Conf. 33.
Fœlicissime res gerere. Liv. 10. Bell. Pun. conf. Cæs. 1. Bell. Civil. 7.

**FŒLĬCĬTO**, [εὐτυχίζω] āre. Felicem reddere, cujus contrarium est Infœlicito, quod est Destruo. Plaut. Pœn. 2. 1. 1. Dii illum infœlicitent omnes. Donat. in Vit. Virg. Rogat quam ad fœlicitandos homines facultatem haberet.
Horaque præteritos fœlicitat una labores. Mantuan.

## F OE M

**FŒMEN.** V. FEMEN.

**FŒMĬNA**, vel potius **FEMINA**, æ. f. [θῆλυς, θήλεια, ἄρρην] a Feminis mollitie, ut quidam putant: sive a Fœtu, ut nos potius remur. conf. Isidor. 2. 2. Plaut. Pers. 4. 3. 6.
—— Qui Atticam hodie civitatem
Maximam majorem feci, atque auxi civi fœmina.
In mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
In natura fœminarum sentiant mulieres omnem castitatem pati. Cic. 2. de Legib. 26.
Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 128.
Eximia pulchritudine fœmina. Cic. 1. de Divin. 52.
Præstantissima omnium fœminarum uxor tua. Cic. 5. Fam. 8.
Varium & mutabile semper fœmina. Virg. 4. Æn. 469.
Bona fœmina. Cic. 3. Philipp. 16.
Cultissima fœmina. Ovid. 1. de Arte Am. 97.
Decennis fœmina. V. DECEM.
Dux malorum fœmina, & scelerum artifex. Sen. Hippol. 4.
Lectissima fœmina. V. LEGO.
Luculenta & festiva fœmina. V. LUCULENTUS.
Nitida fœmina. V. NITEO.
Primaria fœmina. Cic. 5. Fam. 11.
Princeps fœmina. Plin. Epist. 144.
Probatissima fœmina. Cic. pro Cæcin. 10.
Prudentissima & diligentissima fœmina. Cic. in Brut. 18.
Sanctissima & optima fœmina. Cic. 3. Philipp. 16.
Conjungere fœminam matrimonio. V. CONJUNGO.
Calere fœmina aliqua. h. e. Ardere amore alicujus fœminæ. Hor. 4. Carm. 11. 33.
Non enim posthac alia calebo Fœmina.
Implere fœminas. V. IMPLEO.
Insolitæ fœminæ prodire in conventum. V. INSOLITUS.
Anguis fœmina. Cic. 2. de Divin. 62.
Piscis fœmina coitus tempore marem sequitur. Plin. lib. 9. cap. 50.
Porcus fœmina. Cic. 2. de Legib. 57. C. Cotta censet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum dare.

**FŒMELLA**, æ. f. dimin. Catul. 56. 7.
Fœmellas omnes amice prendi.
Fœmella apud quosdam nostri Seculi. Qui nescio, an auctoritate alicujus veteris scriptoris nitantur, aut qui saltem non sit ex omnino neotericis. Certe Cæsar Scaliger eo utitur. lib. 13. de Causis L. Latinæ, cap. 189. Proprium femellæ nubere est. H. St. Deerat hæc dictio in ed. Lugd.

**FŒMINAL**, ālis. pro Genitalibus muliebribus. Apul. Met. 2. p. 122. Glabellum fœminal. al. Glabella fœmina.

**FŒMINĀMAS**, āris. [ἀνδρόγυνος] Tertul. adversf. Valent. cap. 10. In imagine sua fœminamare. Id quod Irenæus lib. 1. cap. 1. his verbis exprimit, In imagine sua sive conjuge masculofœmina.

**FŒMINATIO**, ōnis. f. Const. Afer. 6. 1. Causa in fœminis fœminationis.

**FŒMĬNEUS**, a, um. Adj. [θῆλυς] Quod pertinet ad fœminam.
Amor fœmineus. Virg. 11. Æn. 782.
Fœmineo prædæ & spoliorum ardebat amore. Ubi Servius, Fœmineo, Impatienti, irrationabili. Ibid. 878.
Fœmineum clamorem ad cæli sidera tollunt. Ubi idem Servius, Impatientem interpretatur.
Ars fœminea. Ovid. 19. Epist. 38.
Corpus molle ac fœmineum. Plin. lib. 25. cap. 5.
Dolor fœmineus. Ovid. 9. Met. 151.
Doli fœminei. Stat. 1. Achil. 527.
Mens fœminea. Ovid. 10. Met. 244.
Nomina fœminea. Quintil. lib. 1. cap. 5. al. Fœminina.
Pectus fœmineum. Ovid. 13. Met. 693.
Plangor fœmineus. Auct. ad Heren. lib. 3. 15.
Sidus Lunæ molle ac fœmineum. Plin. lib. 2. cap. 101.
Sors fœminea. Ovid. 13. Met. 651.
Quatuor ille quidem juvenes, totidemque crearat
Fœmineæ sortis. i. e. Quatuor fœminas.
Stirps fœminea. Ovid. 13. Met.
Ululatus fœmineus. Virg. 2. Æn. 488.
Voce fœminea modulatur carmina. Ovid. 14. Met. 341.
Vulgus fœmineum. Lucan. lib. 7. 39.
Fœmineæ Calendæ, Martiæ appellantur, quia fœminis solennes erant. In iis enim munera illis mittitari solebant. Juven. 9. Sat. 53.
En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, & strata positus longaque cathedra
Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

**FŒMĬNĪNUS**, a, um. Adj. [θηλυκός] Quintil. lib. 1. cap. 4. pag. 47. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna (ἐπίκοινα) dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum apparet; aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant; qualia sunt Muræna & Glycerium.
Fœmininus sexus. Plin. lib. 27. cap. 2. conf. Arnob. 1. p. 36.

**FŒMININE**, Adv. Charis. lib. 1. p. 55. &c. Mendum neutro Varro in Admirandis dixit, Magnum mendum: sed Ovid. 1. de Arte Am. 249. fœminine, Nocte latent mendæ. Sic alibi frequenter. conf. Arnob. l. c.

## F OE N

**FŒNARIUS.** V. FŒNUM.

**FŒNEBRIS, FŒNERARIUS, FŒNERATITIUS, FŒNERO.** V. FŒNUS.

**FŒNĬCŬLUM**, vel **FENICULUM**, i. n. [μάραθρον] quidam a Fœnore deductum volunt, quasi Parvum fœnus; quod semen ejus terræ mandatum, magno fœnore reddat fructum. Herba est quam Græci Marathron vocant. Plin. lib. 20. cap. 23. Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo. Unde intellectum est hominum quoque caliginem præcipue eo levari.
Fœniculum silvestre Hippomarathron vocant & Myrsineum. conf. Diosc. 3. 82.
A Fœnum aliqui Fœniculum deducunt, quia ubi exaruit fœno simile fit. Sed Isidor. 17. 11. Fœniculum ait vocari, quod thyrsi ejus, seu radicis, succus visum acuat quasi sit a φαίνω.

**FŒNICULARIUM**, i. n. Cic. 12. Att. 8. Scribe quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis, utrum ipse in Fœnicularium, an Martium in campum cogitet. In fœnicularium campum, i. e. In aciem ad exercitum, quando fœnum succiditur a militibus falcicularíam facientibus; vel In fœnicularium, i. e. Non in campum liberis olim suffragiis dicatum, sed tanquam in fœnicularium & ad fœni sectionem; vel In fœnicularium, i. e. Ad fœnus exercendum. Hoc postremum Turnebo (12. 2.) placuit. V. Lips. Elect. 2. 21. & Jo. Fred. Gronov. ad loc. qui de Campo nominatim in Bætica prov. sic dicto exponit.

**FŒNUM**, vel sine diphth. **FENUM**, i. n. [χόρτος, γράστις] dictum Quod sine cura fœnus præbeat; vel quod herbæ eædem manentes, quotannis novas pariant, ut ait Perott. ex Fest. Scribitur rectius sine diphthongo FENUM. quod & de derivatis ab eo intelligas.
Meta fœni. V. META.
Cordum fœnum. V. CHORDUS.
Fœnum habet in cornu. Hor. 1. Serm. 4. 34. Fœnum nempe alligare cornibus boum cornupetarum solebant veteres, ut obviam prodeuntes cavendum sibi admonerentur. V. Chiliad.
Coarctare fœnum in struem. Columel. lib. 2. de R. R. cap. 19. pr.
Colligere fœnum. Idem ibid.
Congerere fœnum sub tectum. Idem ibid.
Componere fœnum in tabulata. Columel. 3. 22. pr.
Construere fœnum. Plin. lib. 18. cap. 28.
Demetere fœnum. Columel. lib. 2. de R. R. cap. 19.
Extruere fœnum in metas. Idem ibid.
Facere fœni metas. Idem ibid.
Secare fœnum. Plin. lib. 18. cap. 28.
Versare fœnum furcillis. Varro 1. de R. R. 49. pr.
Plur. In asini faciem fœna rodebam. Apul. de Asin. Aur. 3. extr.

**FŒNĀRIUS**, Adj. ut, Falces fœnariæ. Ulp. in l. instrum. D. de instructo vel instrum. leg. Varro de L. L. 4. 31.

**FŒNĬCIUM**, videtur Scribon. Comp. 267. pro Miscella posuisse in malagmate ad podagram, ex eo translatione ducta, quod in fœno varia sint & promiscua herbarum genera. Ejus verba sunt, Ultimum nitrum & Asius lapis fœnicio inducitur. i. e. Illi variæ & multiplici impensæ additur: quo tamen de vocabulo amplius pronuntiandum ait Turneb. 18. 16. Sunt qui melius Phœnicium Corium rubrum accipiant, ut in Pseud. Plaut. 1. 2. extr ad operiendum. [Ita quidem scribendam hanc vocem puto. Sed intelligo de Sindone rubra, quæ acri malagmati inducenda est, ne nudum corpus exedat. Utuntur hodie quoque eadem cautione medici.

**FŒNĪLE**, is. n. [χορτοβολών] Locus in quo servatur fœnum. Columel. lib. 1. cap. 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque. Virg. 3. Georg. 321.
—— nec tota claudes fœnilia bruma. Ovid. 6. Met. 457.
[In sing. num. me legere non memini.

**FŒNĪSĔCA**, æ. c. [χορτοτόμος] Qui secat fœnum. Columel. lib. 2. cap. 19. Ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Ibid. Tum fœnisecam messorem oportet inducere, & defectam herbam religare & exportare. Varro 1. de R. R. cap. 47. Ibid. cap. 49 ad finem, Sicilienda prata, id est falcibus consectanda, quæ fœnisecæ præterierunt. conf. Pers. 6. Sat. 40.

**FŒNISECTOR**, ōris. m. Idem. Columel. lib. 11. cap. 1. [Sed rectius divise scribitur Fœni Sector, ut Fœni sectio. Nisi etiam dicitur Fœnisecare, unde alioqui necessario deduci deberet.

**FŒNĪSĔCIUM**, i. n. vel, ut alii scribunt **FŒNISICIUM**, [χορτοκοπία] Ipsa fœni sectio, & veluti messis fœni. Plin. 18. 28. Nec primo anno rigari,

rigari, nec pasci ante secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, trituque hebetentur. Varro R. R. lib. 2. cap. 11. Columel. lib. 2. cap. 18.

Fœnĭsex, ĕcis. c. [χορτοκόπος] Idem quod Fœnisecа. Plin. lib. 18. cap. 28. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat.

Fœnĭsicia, æ. f. Idem ac Fœnisicium. Varro 1. de R. R. cap. 49. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnisiciæ cumulum. Idem 47. & 56. Cato de R. R. cap. 53. Tit. Fœnisicia.

Fœnumgræcum, [τῆλις] Herbæ genus, quod Telin vocant, alii Carphos; aliqui Buceras, alii Ægoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos Siliciam. Plin. lib. 24. cap. 17. Columel. Siliquam appellare videtur lib. 11. cap. 2. Itemque siliquam, quod rustici Fœnumgræcum vocant. conf. Pallad. 2. tit. 7. Vulgo autem dicitur Gallis, *du fenegré*.

Fœneus, a, um. [χόρτινος] Adj. ut Fœnei homines. Ascon. ex Orat. Cic. pro Cornel. de majestate. pr. Quod exponit de simulacris hominum ex fœno, quæ fieri solebant ad irritandos in spectaculis tauros.

Fœnus, vel potius Fenus, ŏris, n. [δάνειον, τόκος] appellatur, inquit Festus, Naturalis terræ fœtus, ob quam causam & Nummorum fœtus, Fœnus est vocatum; & de ea re leges Fœnebres.
Ut imitetur Græcum. H. St. nempe τόκος. V. Non. 5. 70. & Voss. Etymol.
Fœnus, ut ait Gell. lib. 16. cap. 12. a Fœtu dicitur, & quasi a Fœtura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis. Quidam a Fundo dictum putant: quia cum o, non u, apud antiquos scribebatur, quod (ut ait Valla lib. 4.) sit Naturalis terræ fructus: postea vero ad usuram translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. [Hæc non congruunt, & male confusa videntur.
Fœnus est Res ipsa quæ mutuo data est sub usuris, Æs alienum sub usura contractum; si aliquando Usuram pecuniæ creditæ significat, hoc fit improprie. V. Salmas. de Usur. cap. 2. & 5. Cui junge Gronovii Mantiss. Pec. vet. cap. 1.
Grave fœnus. Cic. pro Flacc. 51.
Hæreditarium fœnus. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. Cic. 16. Att. 14.
Perpetuum fœnus. V. Centesima, in centum.
Quinquagesimum fœnus. Plin. lib. 18. cap. 17.
Tolerabile fœnus. Cic. 6. Att. 1.
Trientarium fœnus. V. triens.
Unciarium fœnus. Tacit. 6. Att. 16. Nequis unciario fœnore amplius exerceret. V. Unciarius in uncia. & Usuræ centesimæ in centum.
Fœnore accipere. V. accipio.
Accipere fœnus ab aliquo. Cic. 5. Verr. 169.
Credere fœnus argenti. Plaut. Mostel. 3. 1. 34. Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Dare fœnori pecuniam. Cic. 4. Verr. 170.
Ducere quaternis centesimis fœnus. V. Centesima, in centum.
Facere. ut, Fœnus ex triente Idibus Quintilibus factum erat bessibus. Cic. 4. Att. 14. Sensus est: Idibus Quintilibus fœneratores pecuniam dederunt bessibus; id est, ut pro centenis octoni amplius usuræ nomine redderentur: quum antea supra trientem, quod est dimidium bessis, usura non fuisset. Eam pecuniam ambitiosa candidatorum manus sumebat, ut tribubus pro magistratu alius alio plus promitteret. Idibus autem ut usuræ solverentur, in consuetudine fuisse, & Hor. 2. Epod. 4. testatur, & Cic. ipse in Catil. & Philipp. Hæc P. Manut.
Magno & iniquissimo fœnore versuram facere. Cic. 16. Att. 14.
Laborare fœnore. V. labor.
Levari fœnore. V. levis.
Obligatus fœnore. V. obligo.
Occupare alicui pecuniam grandi fœnore, Collocare. Cic. pro Flacc. 51.
Positi in fœnore nummi. Hor. de Arte Poet. 421. Idem 1. Serm. 2. 13.
Quæritare argentum in fœnus. Plaut. Asin. 2. 4. 23.

> Quia triduum hoc unum modo, foro operam assiduam dederim,
> Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.

Reddere fœnus. Plaut. Most. 3. 1. 53. Redderturne igitur fœnus? tr. reddetur.
Reddit ingenti fœnore ager hordea. Ovid. 1. Fast. 694.
Reddere cum fœnore quinquagesimo. Plin. lib. 18. cap. 17. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit felicitas soli.
Renovare in singulos annos fœnus. Cic. 5. Att. 21.
Trucidari fœnore. Cic. pro Cæcin. 42.
Venire. Propert. 1. 7. 26.

> Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Fœnus nauticum, ut Pollux ait lib. 8. duorum generum est; Heteroplum & Amphoteroplum. Heteroplum est, quum commeatus tantum periculum fœnerator suscepit. Amphoteroplum, quum remeatus quoque. Budæus.
De Fœnore Assario, Semunciario, & Unciario. V. & Lex. Pitisc.

Fœnuscŭlum, i. n. dimin. [δανείδιον] Plaut. Pseud. 1. 3. 53.

> Ad danistam devenires, adderes fœnusculum.

Fœnĕro, [δανείζω] āre. activum verbum; a quo Fœneror pass. dat. & aliquando accus. jungitur; Dare ad usuram. Cic. de Amicit. 30. Ut enim benefici, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium fœneramus, &c. Legitur & Fœneramur. Liv. 7. 42. pr. Præter hæc invenio apud quosdam, L. Genucium Tribunum plebis tulisse ad populum, ne fœnerare liceret.
Communem pecuniam fœnerare. Paul. in l. si unus. §. 1. D. pro socio, Si unus ex sociis qui non totorum bonorum socii erunt, communem pecuniam fœneraverit, usurasque perceperit, ita demum usuras partiri debet, si societatis nomine fœneraverit.
Pecuniam publicam sub usuris solitis fœnerare. Paulus in l. Cajus. D. de Usuris, Cajus Sejus qui Rempublicam gerebat, fœneravit pecuniam publicam sub usuris solitis, &c.
Fœnerari & diripere provincias. Cic. Parad.
Tralate. Fœneratum beneficium. Ter. Phorm. 3. 2. 8.

> Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Paulo post exponit quid velit, dicens, v. 31.
> Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Idem Adel. 2. 2. 9.

> Metuisti, si nunc de tuo jure concessisses paululum, atque
> Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,
> Ne non tibi isthuc fœneraret. Ubi Donat. Fœneratum, est

Cum lucro redditum, & multiplicatum. Fœneraret ergo, non Æschinus, sed res ipsa in qua fœneratio est.
Hæc sapit, hæc omnes fœnerat una deos. Martial. lib. 1. 77.
Fœnerat sol lumen suum ceteris sideribus. Plin. lib. 2. cap. 6. i. e. Mutuat.
Fœnero apud Plinium secundum, ubi male mutatum fuit in Fœnore Plin. Epist. 19. libri tertii. Sum quidem prope totus in prædiis, aliquid tamen fœnero, nec molestum erit mutuari. Accipiam a socru, cujus arca non secus ac mea utor. Verum quibus novum erat hoc vocabulum Fœnero, mutarunt in Fœnore. H. St. Casaubonus hanc conjecturam Jac. Lectio tribuit J. C. Genevensi, qui fortassis ex istis H. St. hypomnematis habuit.

Fœnĕror, [δανείζομαι] āri. dep. abl. cum præp. junctum, Ad usuram (Fœnore, H. St.) accipio, ut in 31. lib. Digest. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. V. Vallam lib. 5. cap. 25.
Fœnerari etiam, pro Dare ad usuram abl. junctum. Cic. 4. Verr. 70. Idem præterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur. Idem 5. Verr. 165. Primum eam, quum posita esset apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis fœneratus est. conf. Gell. 18. 12.

Fœnerātus, a, um. pass. a Fœnero; Compensatus, cum fœnore redditus. Ter. Phorm. 3. 2. 8. V. in ipso verbo.

Fœnerātor, ōris. m. [δανειστής, τοκιστής, χρήστης] Qui dat ad usuram, Græce Danista dicitur. Cic. 1. Off. 150. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. V. Gell. 16. 12.
Acerbissimi fœneratores. Cic. 6. Att. 1.
Fœnerator Alphius. Hor. Epod. 2. 67.
Nec putant ei nummos deesse posse, qui fœneratores ex obsidione exemerit. Cic. 5. Fam. 6. conf. Idem 7. Att. 7.

Fœnerātrix, īcis. f. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. 2. Ex amica obsequenti subito districtam fœneratricem agere cœpit. Glareanus exponit, Apertam ac manifestam: quomodo scilicet dicimus Ensem districtum. Nummos enim publico judicio repetebat Otacilia a Visellio.

Fœnerārius, i. m. Idem quod Fœnerator. Firmic. lib. 3. cap. 8. extra Faciet delatores, absconsos, subdolos, malitiosos, maleficos, fœnerarios.

Fœnerātus, ûs. m. Idem quod Fœneratio, id est mutuatio ad usuram. Perott.

Fœnerātio, ōnis. f. [δανεισμός] Cic. pro Flacc. 56. Hæc pecunia ab honoribus translata in quæstum & fœnerationem, recuperata est multis post annis. Idem 2. de Fin. 117.

Fœnerāto, Adv. [δανειστικῶς] Plaut. Asin. 5. 2. 52. Idem Men. 4. 2. 40. Næ illam mecastor fœnerato abstulisti. h. e. Hoc furtum magno tibi constabit.

Fœnerātītius, Adj. [δανειστικός] ut, Res fœneratitia, Quæ data est fœnori, sive accepta, aut ad fœnus pertinet.
Pecunia fœneratitia. Val. Max. 1. 11.

Fœneratōrius, Adj. [δανειστικός] Val. Max. 2. 6. 10. Avara & fœneratoria Gallorum philosophia.
Fœneratorios substantive pro Fœneratoribus posuit Jul. Firmic. 3. 8.

Fœneralia, ōrum. [τοκιστία] Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebaturque pecunia. Liv. 35. 7. Instabat enim cura alia, quod civitas fœnore laborabat; & quum multis fœnebribus legibus constricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Ita libero fœnore obruebant debitores; cujus coercendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit, Fœneralia quæ proxime fuissent; ut qui post eam diem socii civibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur; & ex ea die pecuniæ creditæ quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur. Quo in loco in codd. emendatis Feralia legitur. V. Gronov. in loc.

Fœnebris, e. [τοκιστικός] Ad fœnus pertinens. ut, Fœnebres leges. V. fœneralia.
Malum fœnebre. Tacit. 6. Ann. 16. Sane vetus Urbi fœnebre malum.
Pecunia fœnebris. Paul. in l. præsidis. 34. D. si cert. petat. Præsidis provinciæ officiales, qui perpetui sunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt. Præses provinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur. conf. Suet. Claud. 41. 3. & Calig. 41.
Res fœnebris. Liv. 7. 21. Inclinatis semel in concordiam animis, novi coss. fœnebrem quoque rem, quæ distinere unanimes videbatur, levare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt.

## F OE T

Fœteo, [κινακαλλω, βρωμάομαι] ēre. Male olere. Plaut. Asin. 5. 2. 44. Dic amabo, an fœtet anima uxoris tuæ? Idem Cas. 3. 6. 7. Fœtet tuus mihi sermo. Martial. lib. 5. 4.

> Fœtere multo Myrtale solet vino. Idem 1. 29.
> Hesterno fœtere mero.

Fœtens, entis. Ammian. 22. 7. Fœtentes Judæi.

Fœtesco, ĕre. Isidor. Orig. 20. 3. Aqua fœtescit vetusta.

Fœtĭdus, Adj. [δυσώδης, βαρύοσμος] Male olens. Plaut. Merc. 3. 3. 13.

> Quum sis jam ætatis plenus, anima fœtida,
> Senex hircosus. Al. Jejunitatis plenus. Idem Capt. 4. 2. 33.

Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. Apud Cic. in Pison. 13. Fœtidum os.
Compar. Cels. 3. 2. Fœtidiores dejectiones.
Superl. Salvian. 1. de Gub. Dei p. 36. Fœtidissimo ceparum atque alliorum amore ægrescentes.

Fœtĭdĭtas, ātis. f. [κινακαλλία, βδελυγμία] pro Fœtore. Sen. Epist. 110. At mehercule ista solicite scrutata, varieque condita, quum ventrem subierint, una atque eadem fœtiditas occupavit. al. Fœditas.

Fœtĭdo, āre. Fœtidum reddere. Pareus hoc verbum asseruit Plauto Merc.

Merc. 3. 3. 13. Jejunitatis plenus animam fœtidas. Gronov. Anima fœtida. V. FŒTIDUS. conf. Reinef. Var. Lect. 2. 8. & 3. 18.

FŒTOR, ōris. m. [δυσωδία, βδελυγμός] Columel. lib. 12. cap. 18. Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acoremve. Plur. Plin. 28. 8. Fœtores oris emendare.

FŒTERŌSUS, a, um. Zeno Veron. Panni fœterosi. Idem, Prandia fœterosa. [Puto scribendum Fœtorosus, ut Humorosus, Dolorosus &c. antepen. longa.

FŒTULENTUS, a, um. Arnob. 7. p. 225. Huic ovilla fœtulenta sunt viscera.

FŒTULENTER, Adv. Veget. Mulom. 3. 4. Fœtulenter mingere. Al. rectius Fæculentum.

FŒTUTĪNÆ, arum. f. pl. Loca fœtida. Apul. Apol. p. 278. Semper in fœtutinis & olenticetis suis jacet.
Fœtutinus, Adj. Cæl. Calcagninus lib. 1. Epist. 31. Quorum (grammaticorum) observationes recte quidam plurima ex parte fœtutinas & prærancidas vocat. H. St. V. Gell. 13. 20. & supra Fæcutinus in FÆX.

FŒTIFER, FŒTIFICO, &c. V. infra in FŒTUS.

FŒTUS, vel potius FĒTUS, ûs. m. [γονή, ἐπιγονή, γέννημα, κύημα, ἔκγονον, ἔμβρυον, βλάστη, κύος] Partus, ut animalium. Plin. de homin. 7. 3. Legimus mulierem Ægyptiam binos fœtus quater enixam. Aliter Hard. q. V. Idem de feris, lib. 8. cap. 18. Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo.
Arborei fœtus. Virg. 1. Georg. 55.
Fœtus nemorum. Virg. 2. Georg. 429.
Nec minus interea fœtu nemus omne gravescit. Ubi Servius, Fœtu, i. e. Utilitate, nam omnis utilitas fœtus est.
Fœtus terræ. Virg. 1. Georg. 195.
Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset.
Adulti fœtus. Quintil. lib. 2. cap. 6. Adultos educunt fœtus. Virg. 4. Georg. 163. de apibus.
Dubii fœtus, Opponuntur Vitalibus apud Plin. lib. 10. cap. 31.
Dulces fœtus & pabula læta. Lucret. lib. 2. 1159.
Frugiferi fœtus. Lucret. lib. 6. 1.
Gravidi fœtus. Ovid. 8. Met. 294.
Lætifici fœtus telluris. Lucret. lib. 1. 194.
Maturos edere fœtus. Ovid. de Nuce, 93.
Teneri, infirmique fœtus. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Vitales fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.
Abigere fœtum. V. ABIGO.
Auferre fœtum uberibus. V. AUFERO.
Decerpere fœtus arborum. Plin. lib. 4. cap. 12. V. DECERPO.
Depellere fœtus teneros. Virg. 1. Ecl. 22. i. e. A lacte removere. Servius.
Dare fœtum. Virg. 2. Georg. 442.
Edunt fœtus nixibus. Virg. 4. Georg. 199.
Edit fœtus meliores & grandiores ager non semel aratus, sed novatus & iteratus. Cic. 2. de Orat. 131.
Facere fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31. Oscines, præter exceptas, non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum.
Procreare multiplices fœtus. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Quæ multiplices fœtus procreant, ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo.
Profunduntur nobis terræ fœtus. Cic. 1. de Legib. 25.
Pubescit vinea fœtu. Virg. 2. Georg. 390.
Animi fœtus triplex. Cic. 5. Tusc. 68. Ex quo triplex ille animi fœtus existet: unus in cognitione rerum positus, &c.
Oratorum fœtus. Cic. de Clar. Orat. 182. Sic omnis fœtus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit.
Fœtus, pro Ovis. Columel. lib. 8. cap. 4. de cibariis gallinarum, Vinacea quamvis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni avis fœtus non edit: nam & partus raros, & ova faciunt exigua. Sed quum plane post Autumnum cessant a fœtu, possunt hoc cibo sustineri. Quod hic ait Fœtus edere, cap. 3. & rursus, cap. 5. frequenter dicit Ova edere, & Partum edere: nos vulgo, *Ova ponere.*
Fœtus, pro Fœtura. Cic. 3. de Fin. 62. Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & in educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Budæus. Plaut. Amph. 1. 2. 25. & 3. 1. 18. Uno fœtu, i. e. Uno partu.

FŒTUS, vel FĒTUS, a, um. Adj. [ἔγκυος, ἐγκύμων, πλήρης] Servius; Fœta dicitur & Gravida, & Partu liberata.
Ager fœtus. Ovid. 1. Fast. 662. i. e. Gravidus.
Canis fœta. Plaut. Most.
Colla serpentis fœta veneno. Sil. lib. 17. 448.
Loca fœta furentibus Austris, i. e. Plena. Virg. 1. Æn. 55.
Luridæ fœtæ. V. LURIDUS.
Ovis gravida, Fœta dicitur. Virg. 1. Ecl. 50.
Non insueta graves tentabunt pabula fœtas. Ubi Servius, Fœtas accusativus pluralis est, quasi graves: id est gravidas, scilicet non enixas. Columel. lib. 7. cap. 6. ubi de capris loquitur. In quem locum sic ait Beroaldus: Fœtas fere semper idonei scriptores appellant Puerperas, hoc est eas quæ pepererunt. Inclytus tamen poeta dixit 1. Æn. 55.
—— loca fœta furentibus austris. pro Plena. Idem 1. Ecl. 50. ait,
Non insueta graves tentabunt pabula fœtas. pro Prægnantes. Verum alio in loco posuit Fœtam, pro Ea quæ jam peperisset: sic enim ait, 8. Æn. 630.
Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro
Procubuisse lupam. Plinius noster Fœtam semper usurpat, pro Ea, quæ a partu cubat. Hæc Beroaldus. Huc facit illud Virg. 2. Æn. 238.
—— scandit fatalis machina muros
Fœta armis. h. e. Armatis viris prægnans & gravida. De equo ligneo loquitur, in quo Graeci erant inclusi. Sil. Ital. lib. 11. 203.
Multa fœta gerens ira præcordia Pœnus. Fœta, i. e. Plena. de Annibale verba facit, qui vehementer irascebatur Decio.
Pecus fœtum, Prægnans. Virg. 3. Ecl. 83.
Præcordia fœta belli, i. e. Amore belli. Sil. lib. 17. 380.
Fœta, Partu liberata, hoc est quæ peperit. Columel. lib. 6. cap. penult. sub fin. Equa quum ex asino conceptum edidit, partum sequenti anno vacua nutrit: id enim utilius est, quam quod quidam faciunt, ut & fœtam nihilominus admisso equo impleant. Idem lib. 7. cap. 3. ad fin. Opilio neque tardiores, & gravidas, dum cunctantur: neque agiles, & fœtas, dum procurrunt, separari a ceteris sinat. Hic manifeste Fœtas, Gravidis opponit. Sic
Vaccæ fœtæ. Virg. 3. Georg. 176. —— nec tibi fœtæ,
More patrum, nivea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces consument ubera natos. [Sic licet & 1. Ecl. 50. accipere. Nam Graves sunt Invalidæ, Ægræ ex partu.

FŒTŌSUS, a, um. idem quod Fœtus. ut, Oves fœtosæ. Sarisb. 8. 17. & Vulg. Psal. 143. 13. V. post dict. seq.

FŒTUŌSUS, a, um. [ἔγκυος] Quod est plenum fœtu. Hieronym. contra Jovinian. Lippientem jam deformem, atque fœtuosum synagogæ typum prætulisse. Retinet hoc nomen U, quoniam Fœtus est quartæ declinationis. Sic, Sumptuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quæstuosus. Quæ autem veniunt ab aliis declinationibus, non habent U ante O; ut Fabulosus, dolosus, vitiosus, portentosus, & hujusmodi. conf. Goclenii Probl. Gramm. 5. 8.
Fastuosus, & tamen alii Fastosus, Montosus. Fœtosus in vet. Interprete Bibl. Vide Concord. H. St. Defuit ea dictio in ed. Lugd. V. de singulis s. l. [Apud Hieron. forte Fœtorosum legendum.

FŒTŪRA, vel FETURA, æ. f. [κύησις] Genitura & pariendi tempus. Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. Nunc appello fœturam a conceptu ad partum; hi enim prægnationis primi & extremi fines.
Ætas fœturæ habilis. Virg. 3. Georg. 62.
Fœtura domino suo decoxit. V. DECOQUO.
Fœtura, Animalium proventus, sive Fœtus ipse. Virg. 7. Ecl. 36.
Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto. Ubi Servius, Si tot agnos habuero, quot oves; hoc enim est gregem suppleri per fœturam. Fœtura enim est proventus, id est ipse fœtus. Plin. 10. 53. extr. Optima fœtura est ante vernum æquinoctium. Columel. lib. 7. cap. 6.
Cui fœtura gregem pecoroso vere novavit. Stat. 10. Theb. 223.
Fœtura, Pratorum etiam dicitur.
Fœturam ad Opus suum transtulit Plin. quum dicit in ipso statim initio præf. Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare constitui.
Fœtura humana. Varro lib. 2. cap. 10. Quod ad fœturam humanam pertinet pastorum, qui in fundo perpetuo manent, facile est, quod habeant conservam in villa. [Forte, Pertinet; pastorum, qui in fundo perpetuo manent, facilis est, quod habent, &c.

FŒTURATUS, a, um. Tertull. adv. Valent. cap. 25. Semen fœturatum in corpore.

FŒTĬFER, vel FETIFER, a, um. Fecundus. Plin. lib. 7. cap. 31. Ubi fœtifer potu Nilus.

FŒTĬFĬCUS, Adj. [κυητικός] ut, Fœtificus humor. Plin. lib. 9. cap. 51.

FŒTĬFĬCO, vel FĒTIFICO, āre. [κυέω, λοχεύω] Fœtum facere, parere. Plin. lib. 10. cap. 8. Accipitres totius Masæsyliæ humi fœtificant. Idem lib. 9. cap. 38. Solin. cap. 22. extr. de Thynno. In ponto, nec alibi pæne fœtificant.

FŒTO, vel FĒTO, āre. [λοχεύομαι] Idem. de avibus. Columel. lib. 8. cap. 15. sub fin. Circa paludes, in quibus plerumque fœtant. Ibid. cap. 8. & 12.

# F O L

FŌLIUM, i. n. [φύλλον, πέταλον] est tam Arborum, quam Herbarum & Florum; a Græco venit, inquit Festus, quod illi φύλλον dicunt. Simplici autem L, ideo scribitur, quod antiqui consonantes non geminabant. In arboribus truncus, rami, folia. Cic. 3. de Orat. 177. Idem 8. Att. 15. Qui ipsi pluma, aut folio facilius moventur.
Acanthi folia. V. ACANTHUS.
Aculeata folia aquifolio, & ilicum generi. Plin. lib. 16. cap. 24.
Aculeata per extremitates folia. Plin. lib. 24. cap. 12.
Acuta folia. Plin. lib. 20. cap. 21.
Adversa in se folia. V. ADVERTO.
Æterna folia, i. e. Non decidentia. Plin. lib. 21. cap. 17.
Amara folia. Plin. lib. 27. cap. ult.
Amplum folium. Plin. lib. 24. cap. 15. ubi de Chamæleuce.
Amygdalaceum folium. Plin. lib. 26. cap. 11.
Angulosa folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Angusta folia. Plin. lib. 25. cap. 8. & lib. 20. cap. 22.
Argenteum folium. V. ARGENTUM.
Arida folia. Cic. in Pison. 97.
Asperum folium. Plin. lib. 19. cap. 5. ubi de Epimenidio. & lib. 22. cap. 18.
Brevia folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Canaliculata folia. V. Canaliculatus, in CANALIS.
Capillaceum folium. Plin. lib. 13. cap. 25.
Capillata folia pino. Plin. lib. 16. cap. 24.
Carnosa folia. Plin. lib. 16. cap. 6. & lib. 27. cap. 13.
Circinata folia pyro. Plin. lib. 16. cap. 24.
Concava cepæ folia. Plin. lib. 19. cap. 6. V. CONCAVUS.
Concavum folium, ut coxendices. Plin. lib. 25. cap. 13. de Cotyledone.
Constrictius angustiusque folium. Plin. lib. 21. cap. 10. ubi de Conyza.
Convexa in terram folia. Plin. lib. 25. cap. 10.
Crassa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. & lib. 27. cap. ult.
Crassissima folia alno. Plin. lib. 16. cap. 24.
Crispa folia. Plin. lib. 19. cap. 5. & cap. 8.
Decidua folia. Plin. lib. 16. cap. 24. & lib. 18. cap. 25. extr.
Densa folia. Plin. lib. 27. cap. ult.
Densissima folia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Disposita folia myrto. Plin. lib. 16. cap. 24.
Echinata folia, pinguia, tactuque gummosa. Plin. lib. 22. cap. 9.
Exilia folia. Plin. lib. 20. cap. 17.
Extenta folia, quibus opponuntur Crispa. Plin. lib. 19. cap. 8.
Famulosa folia. Plin. lib. 16. cap. 24. [Error est, pro Ramulosa. q. V. Non est enim Latina vox Famulosus.
Fimbriata folia. Plin. lib. 21. cap. 15. ubi de Urtica.

Flavescentia dum cadunt folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Fruticosa folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Fusca folia. Plin. lib. 22. cap. 21. ubi de Adianto.
Gracile folium. Plin. lib. 19. cap. 8. ubi de Sinapi.
Grandia folia. Plin. lib. 20. cap. 9. & lib. eod. cap. 21.
Gravia folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Gummosa tactu folia. Plin. lib. 22. cap. 9.
Harundinaceum folium. Plin. lib. 18. cap. 7.
Hirsuta folia. Plin. lib. 20. cap. 9. & lib. 22. cap. 22.
Horrida folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Horrida angulis. Ibid.
Imbricatum folium. Plin. lib. 21. cap. 10. ubi de Conyza.
Implicatum folium. V. IMPLICO.
Incisuræ foliorum plures. Plin. lib. 25. cap. ult. extr.
Inordinata sunt folia pomis. V. INORDINATUS.
Labentia ventis folia. Virg. 2. Georg. 133.
Laciniosa folia. V. LACINIA.
Lævia folia. Plin. lib. 19. cap. 5. & lib. 20. cap. 9.
Languida folia. Sen. Thyest. 2.
Languidiora folia. Plin. lib. 22. cap. 20.
Lata folia e caule exeuntia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Laurina folia. V. LAURUS.
Longa folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Luxuria foliorum exuberat umbra. Virg. 1. Georg. 191.
Minuta folia. Plin. lib. 12. cap. 24. in fine.
Mobilia folia. Hor. 1. Carm. 23. 6.
Mollia folia. Virg. 5. Ecl. 31. Plin. lib. 19. cap. 8. ubi de Lepidio.
Mordacia folia urticis. Plin. lib. 16. cap. 24. V. MORDEO.
Mucronata folia. V. MUCRO.
Nigra folia. Plin. lib. 25. cap. 8. & lib. 20. cap. 9. in fine.
Oblonga folia. Plin. lib. 27. cap. 5. & cap. 12. 2.
Odorata folia. Plin. lib. 22. cap. 22.
Oleacea folia. V. OLEACEUS.
Pampinosa folia. V. in PAMPINUS.
Perforata crebro folia. Plin. lib. 27. cap. 12.
Pilosa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. & lib. 27. cap. 9.
Pinguia folia & simplicia, atque non rigentia. Plin. lib. 16. cap. 10.
Pinguia folia. Plin. lib. 27. cap. ult. Smyrnion caulem habet apii, folia latiora, & maxime circa stolones multos, quorum a sinu exiliunt pinguia, ad terram infracta. Idem lib. 25. cap. ult. Folia carnosa, pinguia, largo succo, latitudine pollicari, alia in terram convexa, alia stantia.
Pinnata folia. Plin. lib. 27. cap. 9. ubi de Filice.
Pinnato folio densa abies. Plin. lib. 16. cap. 10.
Plumosa folia. Plin. lib. 25. cap. 6. ubi de Eupatoria.
Porracea folia. Plin. lib. 20. cap. 9. ad fin.
Prægnantia folia. i. e. Succi plena. Plin. lib. 25. cap. ult.
Prætenue capillamenti modo folium, longumque & mucrone aculeatum habent pinus atque pinaster. Plin. lib. 16. cap. 10.
Procera folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Pusilla folia. Plin. lib. 25. cap. ult.
Pungentia folia pino. Plin. lib. 16. cap. 24.
Ramosius folium. Plin. lib. 21. cap. 10. ubi de Conyza.
Ramulosa folia. Plin. lib. 16. cap. 24.
Rariora ficcioraque piceæ folia, & tenuiora, ac magis algentia. Plin. lib. 16. cap. 10.
Rotunda folia, in terra jacentia. Plin. lib. 25. cap. ult.
Rubra folia. Plin. lib. 20. cap. 21.
Sanguinea irioni folia. Plin. lib. 18. cap. 7.
Scabra sunt hordeo folia, ceteris levia. Plin. lib. 18. cap. 7. Add. Plin. lib. 19. cap. 5.
Simplicia folia. Plin. lib. 20. cap. 9.
Sinuosa lateribus folia. Plin. lib. 16. cap. 6.
Sinuosa toto ambitu folia robori. Plin. lib. 16. cap. 24.
Sordida folia. Plin. lib. 25. cap. 13. ubi de Cotyledone.
Spinosa cardui folia. Plin. lib. 20. cap. 23. sub fin. & lib. 22. cap. 7.
Spinosa cute folia rubo. Plin. lib. 16. cap. 24. & lib. 27. cap. 8. ubi de Cirsio. & cap. 11. ubi de Hippoglossa.
Suavia folia. Plin. lib. 19. cap. 6.
Subalbida folia. Plin. lib. 21. cap. 25. V. in SUBALBICO.
Succosa folia. Plin. lib. 25. cap. ult.
Tenuia folia. Plin. lib. 19. cap. 5. & lib. 22. cap. 20.
Triangula folia. Plin. lib. 26. cap. 8.
Trientalia folia. Plin. lib. 27. cap. 5. ubi de Asspleno.
Tristiora folia. Plin. lib. 19. cap. 5.
Varia folia. Plin. lib. 12. cap. 24. in fine.
Venosa folia. Plin. lib. 25. cap. 10. V. Venosus, in VENA.
Amisisse dicitur arbor folia. V. AMITTO.
Cadunt folia arborum. V. CADO. —— Folia nunc cadunt,
Præut si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.
Plaut. Men. 2. 3. 24. i. e. Injuriæ leves toleratæ, alias graviores invitant.
Decerpere folia. V. DECERPO.
Decidunt arbori folia. Plin. lib. 16. cap. 21.
Demittere folia. Idem ibid.
Deperdere folia. Plin. lib. 16. cap. 22.
Dimittere folia. Plin. lib. 16. cap. 13.
Exire in folia, Emittere folia. Plin. lib. 23. cap. 7.
Mittere folia. V. MITTO.
Ornata arbusta tegmine foliorum. Cic. in Arat.
Oscitant folia ad solem. Plin. lib. 16. cap. 24.
Septi pulli tegmine foliorum. Cic. 2. de Divin. 23.
Folia sunt artis & nugæ meræ. i. e. Res nullis pretii. Apul. lib. 1. Met.
Vesci foliis amaris. Hor. 2. Serm. 3. 114.
Viduantur orni foliis. Hor. 2. Carm. 9. 8.
Folium κατ' ἐξοχὴν de Malabathro dicitur. Quod & interdum Folium barbaricum nuncupatur, ut l. 16. §. 7. de Publ. Vectig. conf. Bynckersh. Observ. 4. 5. p. 352. & V. FOLIATUM.

FOLIĀCEUS, Adj. [πεταλοειδής] Quod ex foliis factum est, vel Foliis simile. Plin. lib. 19. cap. 7. Paucis foliacea & lata, ut atriplici sunt semina.

FOLIĀTUS, a, um. Apul. lib 4. Met. init. Arbores prolixe foliatæ. Pallad. 4. 10. Rami foliati. de Citreo.

FOLIĀTUM, i. n. Unguentum quo matronæ Romanæ utebantur ad gratiam & delicias, dictum a Folio. i. e. Malobathro, siquidem foliorum ejus plurima recipit. itaque etiam Malobathrinum dicebatur. Martial. lib. 11. 28.
At mea me libram foliati poscat amica. conf. Plin. lib. 13. cap. 1. & Barth. ad Claud. 1. in Eutrop. 226. conf. FOLIUM. ad fin.

FOLIĀTIO, ōnis. f. Germinatio. Columel. [Nisi error est.

FOLIĀTŪRA, æ. f. Ratio & modus foliorum. Vitruv. 2. 9. de Cedro. Arbores ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ.

FOLIĀTĬLIS, e. Fortunat. de Vita Martini 4. 535.
Vento motus iners simulans foliatilis umbræ.

FOLIŌSUS, Adj. [φυλλώδης] Foliis plenus. Plin. lib. 24. cap. 15. Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis fere, foliosa. Idem lib. 21. cap. 15. & lib. 12. cap. 11. Foliosior tamen roseique floris. & 25.13.

FOLLIS, is. m. [φῦσα, θύλαξ] Quicquid ex corio factum est, ut impleatur: cujusmodi Saccus, crumena, & alia. Præcipue tamen Instrumentum, quo attrahitur ventus atque emittitur, ad ignem excitandum. a flatu nomen habens: sive quod veteres follem, pellem dicebant. Virg. 8. Æn. 449.
—— alii ventosis follibus auras
Accipiunt, redduntque. Idem 4. Georg. 171. & Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Fabrilis follis. Liv. 38. 7.
Hircini folles. Hor. 1. Serm. 4. 19.
Cavi spirant mendacia folles. Juven. 7. Sat. 111. Folles per metaphoram appellat Ora causidicorum, qui lucri cupiditate falsas agunt causas, in quibus effundunt magnas offas mendaciorum.
Follis, Pilæ genus ex pelle vento inflata confectum, qua antiqui utebantur. Dicitur & per diminutionem Folliculus. V. Mercurial. Art. Gymnast. 2. 5. & 5. 4. Buleng. de Lud. vet. cap. 9. vel Lex. Pitisc. Martial. lib. 14. 47.
Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle senes. Plaut. Rud. 3. 4. 16.
Follis pugilatorius dicitur. Al. Pugillatorius legunt. V. PUGIL.
Follis ventris, pro Stomacho. V. VENTER.
In folle offerre. V. Erasmi Chiliad. 4. 9. 37.
Follis pro Crumena. Juven. 14. Sat. 281.
—— ut tenso folle reverti
Inde domum possis. Idem 13. Sat. 61.
Si reddat veterem cum tota ærugine follem. conf. Plaut. Aul. 2. 4. 23.
Pro ipsa tandem Pecunia cœpit accipi & ad Æs, Argentum, atque Aurum significandum adhiberi. De cujus valore V. Gronov. de Pecun. vet. 4. 13. & 16. conf. Auctores in Lex. Pitisc. sub voce Follis.
Follis etiam Pulvillus dicebatur, qui sedentibus subjectus, non tomento aut pluma inferciebatur, sed vento impletus. Lamprid. Heliog. cap. 25. V. ibi Casaub. conf. Rhodig. Ant. Lect. 28. 8. vel Lex. Pitisc.

FOLLĬCULUS, i. m. dimin. [θυλάκιον] Sacculus. Auctor ad Heren. lib. 1. 23. Malleolus judicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obvolutum est. Cic. 2. de Invent. 149. Liv. 9. 13. Ceterum adeo exigue, (commeatus suppeditabantur) ut militi occupato &c. eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret.
Folliculus, Pilæ vento plenæ genus, idem ac Follis. Suet. in Aug. cap. 83. Post bella civilia, ad pilam primo, folliculumque transiit.
Folliculus, Theca frumenti, vel lini, vel cujuslibet alterius rei quæ granum continet involutum. Columel. lib. 2. cap. 8. Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem adversus longioris temporis humorem habet. Ex Sen. Epist. 124. apparet esse Pelliculam, ut ita loquar, e qua spica enascitur: Est aliquod bonum tritici, inquit, hoc nondum est in herba latente, nec quum folliculo se exerit spica mollis, sed quum frumentum æstas & debita maturitas coxit. Idem Quæst. Nat. 5. 18. Nisi esset quod latentem frugem ruptis velamentis suis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret.
Folliculus, in arboribus. Plin. lib. 13. cap. 6. Fert & folliculos emittentes quædam animalia. De terebintho.
Folliculus, Theca seu pellicula acinorum uvæ. Columel. lib. 12. cap. 43. Tum vinaceorum pes bene prælo expressus proruitur, & modice separatis scipionibus, resolutaque intrita folliculorum in dolio substernitur.
Folliculum pro corporis humani Cute accepit Lucil. lib. 26. Et quo folliculo nunc sum indutus non queo. Non. 2. 327. Arnob. 2. p. 98. In carunculæ hujus folliculo constituti.
Scrotum quoque Folliculus testiculorum a nonnullis dicitur.

FOLLICULARE appellatur Pars remi, quæ folliculo tecta est, a quo Vita follicularis. Fest. V. not. ad loc.

FOLLĪTUS, Adj. [θυλακωτός] Obvolutus corio. Plaut. Epid. 3. 2. 15. Para tu ductare, atque ego follitum ductitabo. al. Peratim duct. & Follitim, ut alludat ad Peram & follem. conf. Parei Lex. Crit. p. 495.

FOLLEO, ēre. Hieron. ad Eustoch. Epist. 22. cap. 12. Si pes laxa pelle non folleat. Salmasius ad Tert. de Pallio, p. 199. mavult Follare. Nam

FOLLĀTUS, a, um. Inflatus, tumens. ut, Calcei follati. Isidor. 19. 34. & Vela follata.

FOLLĬCO, āre. Follium more reciproco spiritu nares agito. Apul. lib. 9. Met. p. 222. Nares follicantes languidas.
Est item Follium laxitatem & cavitatem imitari: Unde Hieron. Caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, ut humani cultus contemptores videantur.

FOLLICŌSUS, a, um. Folliculis refertus. ut, Papaver follicosum. Apul. de Herb. cap. 53.

FOMENTATIO, FOMENTUM, FOMES. V. FOVEO.

FONS,

Fenres, Dii silvatici in Gloss. Isidor. conf. Mart. Capell. 2. p. 41. Iidem forte qui Fauni: nisi plane ex hoc corrupta vox. Alii apud Capellam legunt Fines, quod non displicet Grotio.

Fons, fontis. m. [πηγή, κρήνη, πίδαξ] a Fundendo dicitur, inquit Festus. Plin. lib. 12. cap. 1. Nunc est arbor clara in Lycia gelidi fontis socia amoenitate.
Aquæ dulcis fons Syracusis est, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. Cic. 6. Verr. 138.
Aquæ jucunde olentis fons. Plin. lib. 31. cap. 3.
Origines fontium. Hor. 4. Carm. 14. 45.
Acidalius fons. V. ACIDALIA.
Amoenus fons. Lucret. lib. 4. 1018.
Augustus fons. V. AUGUSTUS.
Argenteus fons nitidis undis. Ovid. 3. Met. 407.
Caballinus fons. V. CABALLUS.
Conspicuus fons in planitie. V. CONSPICUUS.
Contracti fontes. Ovid. 2. Met. 273.
—— contractosque undique fontes.
Egregius fons. Juvenal. 12. Sat. 41.
Frigidi fontes. Cels. lib. 4. cap. 4.
Gelidi fontes. Virg. 10. Ecl. 42.
Illimis fons. Ovid. 3. Met. 407.
Instabilis fons. V. INSTABILIS.
Integri fontes, i. e. Illibati. Lucret. lib. 1. 926.
Irriguus fons. Virg. 4. Georg. 32.
Largi fontes. Lucan. lib. 9. 610.
Medicati fontes. Cels. lib. 4. cap. 4.
Montani fontes. Lucan. lib. 2. 485.
Muscosi fontes. Virg. 7. Ecl. 45.
Nobiles fontes. Hor. 3. Carm. 13. 13.
Pellucidus fons. Ovid. 3. Met. 161.
Perennis fons. V. PERENNIS.
Perspicuus fons. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 253.
Putealis fons. Columel. lib. 11. cap. 3.
Rapidus fons. Sen. Herc. OEth. 5.
Sacros fontes polluere. Ovid. 2. Met. 464.
I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes.
Spumiger fons. Ovid. 11. Met. 140.
Vivi fontes. Ovid. 3. Met. 27.
Aspergere ex fonte. V. ASPERGO.
Bibere a fonte. Martial. 9. 102.
Multum, crede mihi, refert a fonte bibatur,
Qui fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.
Corrumpere fontes. V. CORRUMPO.
Exiliunt fontes. Plin. lib. 2. cap. 103. ad fin.
Manare fontibus. V. MANO.
Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant. Plin. lib. 31. cap. 4.
Obstrepunt fontes manantibus lymphis. Hor. Epod. 2. 27.
Oritur fons in monte. V. ORIOR.
Prorumpere fons dicitur. Cæs. 8. Bell. Gall. cap. 41. Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat.
Suppressis fontibus aret fluvius. Ovid. 15. Met. 280.
Surgentes fontes. i. e. Scaturientes. Quintil. lib. 8. cap. 3. An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia & violas, & amoenos fontes surgentes, quam ubi plena messis, aut graves fructu vites erunt?
Fontem pro Aqua posuit Virg. lib. 12. Æn. 119. a parte totum,
—— alii fontemque ignemque ferebant.
Fons, per translationem: ut, Fons moeroris, i. e. Origo & causa. Cic. 3. Tusc. 26. Non rem ipsam causam atque fontem esse moeroris.
Fons & caput philosophorum Socrates. Cic. 1. de Orat. 42.
Caput & fons rerum. Hor. 1. Epist. 17. 45.
Principium & fons. Hor. de Arte Poet. 309.
Incertus fons. V. INCERTUS.
Argumentorum fontes. Cic. 2. de Orat.
Consiliorum fons. Cic. ad Brut. 10. Nec in Senatu, sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi.
Curarum fons. Lucret. lib. 3. 82.
Eloquentiæ fontes aperire. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. APERIO.
Ingeniorum fons Homerus. Plin. lib. 17. cap. 5.
Ingenii exundans fons. Juvenal. 10. Sat. 119.
Ingenii infecundus fons. Ovid. 3. Trist. 14. 34.
Luminis fons largus sol. Lucret. lib. 5. 282.
Philosophiæ fontes aperire. Cic. 1. Tusc. 6. V. APERIO.
Rerum fontes non videre, & rivulos consectari, tardi ingenii est. Cic. 2. de Orat. 117. Rerum omnium omnes fontes animo & memoria continere. Cic. 1. de Orat. 94. V. CONTINEO.
Veritatis certus fons. Phædr. 3. 10.
Vitii & perjurii fons. Plaut. Truc. 2. 7. 51.
A fonte deductio rivorum. Cic. in Topic. 33.
Ex eodem fonte hæc omnia fluxerunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 48.
Hauriant potius a fontibus, quam rivulos consectentur. Cic. 1. Acad. 7.
Patent vel inimicis fontes alicujus. Cic. pro Muren. 9.
Sitiunt fontes: proverbialis loquutio. Cic. 3. Q. frat. 1. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes jam sitiunt, si quid habebo spatii, scribam.
Fons, gen. fem. apud Plaut. Stich. 5. 4. 26. Tibi propino decuma fonte, tu tibi inde. Lipsius ita corrigit. Tibi propino decem: affunde tu tibi inde. Sed vetus Grammaticus, Ter. Scaurus observavit fontem pro cratera, urna scil. esse femininum. Decuma fons itaque Ingens cratera. Inde autem est imperativus ab Indo, ere.
Fons baptismi. Ambros. de Sacram. Venisti ad fontem, ingressus es. In vas nempe baptizandi descendebant.
De Fonte Albudino, Egeriæ, Lolliano, Mercurii, atque Olei, V. Lex. Pitisc. Conf. AQUA.

Fontĭcŭlus, i. m. [πηγίδιον] dimin. Plin. lib. 31. cap. 10. Lacus est nitrosus exiliente e medio dulci fonticulo. Hor. 1. Serm. 1. 55.
—— magno de flumine mallem
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere.
Fonticulus, Ulcus cauterio excitatum ad derivandos humores, apud Medicos juniores.

Fontānus, Adj. [πηγαῖος] Quod ex fonte est. Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Columel. lib. 12. cap. 8. Ovid. 1. Fast. 269.

Fontālis, e. [κρηναῖος] Idem Plaut. Stich. 5.4.17. V. FONTINALIS.

Fontanālis, e. Idem. Vitruv. 8. 3. pr. Aquam (prope Romam) ab Camoenis fontanalem dixit, quæ erat ad portam Capenam. V. Juven. Sat. 3. v. 11. seq. & mox FONTINALIS.

Fontaneus, a, um. Idem. Solin. cap. 50. extr. Enydros exsudat, ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem. Innocent. de Cas. p. 239. Fontanea pars.

Fontinālis, e. Adj. ut Porta Fontinalis, sic dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem scaturientium fontium. Juven. 3. Sat. 11.
Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. Conf. FONTANALIS. Liv. 35. 10. extr. Alteram (porticum) a porta Fontinali, ad Martis aram, qua in campum iter esset, perduxerunt. V. Rosin. Antiq. Rom. 4. 14.

Fontinālis, is, m. Deus antiquis dicebatur, qui fontibus præerat. Plaut. Stich. 5. 4. 17. Quid istud est provinciæ. ST. utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis? Fontali hactenus lectum est, sed & trochaici versus dimensio, & Fontinalium sacrorum nomen, de quibus post, sic emendandum monent. Turnebus.

Fontinālia, Festo; Fontanalia, Varroni de L. L. 5. 3. Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari solebant. conf. Lex. Pitisc.

Fontĭcŏla, æ. c. Qui fontes adorat. Cyprian. in Vit. S. Cæs. Arel. conf. Cluver. Germ. Ant. 1. 34.

Fontĭgĕnæ, arum. f. pl. Musæ, Nymphæ. Mart. Capell. lib. 6. Carm. 1.
O sacra doctarum prudentia fontigenarum. conf. lib. 9. p. 308.

Fontiger, a, um. Fontes habens. ut, Numen fontigerum, pro Neptuno, in ara, undis & aquis dicata Romæ apud Ferret. Mus. Lapid. p. 32.

Fons solis, [Κρήνη τοῦ Ἡλίου] in Cyrenaica sic dictus, quod Solis per cardines motu, calore & algore variatur. Meminere Diodorus, Arrianus, & Herodotus. Ovid. lib. 15. Met. 309.
—— medio tua corniger Ammon
Una die gelida est, ortuque, obituque calescit. Hermolaus duos fontes hujusce ingenii illic esse credidit, Plinii auctoritate motus. Jovis, inquit, Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus fervet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore & amaritudine infestatur. Hæc Plin. lib. 2. cap. 103. Sed V. Hard. conf. Sil. lib. 3. 669.

Fontēia [Φοντηΐα] Gens Romana nobilis. V. Gens, in Lex. Pitisc.
Fonteia, Vestalis virgo, Fonteii soror, cujus meminit Cicero in Orat. pro Font. 37. Prospicite (inquit) ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus, vigiliisque servatus, sacerdotis Vestæ lacrymis extinctus esse dicatur.
C. Fonteius Crassus in Hispania, cum tribus hominum millibus prædatum profectus, locoque iniquo circumventus ab Hasdrubale, ad primos tantumo rdines relato consilio, incipiente nocte (quo tempore minime expectabatur) per stationes hostium erupit. Frontin. Strat. 1. 5. 12.
P. Fonteius. Cic. pro Domo, 35. & 77.
Fonteius Capito. Hor. 1. Serm. 5. 32.
Fonteius Agrippa. Tacit. 3. Hist. 46.

Fonteiānus, a, um. Adj. Cic. de Arusp. Resp. 57. Fonteianum nomen Clodio adoptato inditum.

## FOR

FOR. Forum, Fortuna, Fortunata. FOR. B. Forum boarium. FOR. COR. Forum Cornelii. FORD. Fordicidia. FOR. FEL. Fortunæ Felici. FOR. I. Forum Julii. FOR. L. Forum Livii. FOR. PRIM. Fortunæ primogeniæ. FOR. RE. vel FOR. RED. Fortunæ reduci. FOR. T. Forum transitorium.

For, unde Faris, Vide FARIS. H. St.

Forāgo, inis. f. Filum est, auctore Festo, quo textrices opus diurnum distinguunt: a Forando dictum.
Illud filum alterius coloris, quod mulier ponit in capite, vel in fine, vel in latere telæ, ad distinctionem, vel ornatum faciendum. In Guar. Veron. vocabulario. H. St.
Foragines puellarum. Symmach. 6. Epist. 97.

Fōrāmen, inis. n. [τρῆμα, τρύπημα, ὀπή] quasi Parvæ fores. Columel. de Arborib. cap. 8. Cavatum foramen. Cic. 1. Tusc. 47. Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est. [Verbale est a v. FORO, eoque rejici debet.
Foramina naturæ lepoium. Varro 3. de R. R cap. 12.
Foramen auditus. Plin. lib. 10. cap. 70. Pisces quidem auditus nec membra habent nec foramina.
Foramen ad excrementa corporis. Plin. lib. 11. cap. 26.
Parva foramina. Lucret. lib. 4. 938.
Præclusa foramina. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Tenue foramen. Ovid. 4. Met. 123.

Forāminātus, a, um. Quod foramina habet. Sidon. 2. Epist. 2.
Foraminatus paries. conf. 3. Epist. 5.

Forāminōsus, [τρηματώδης] Quod foraminibus abundat. Calep.
Foraminosa caro. Tertul. de Patient. cap. 14.

Fōrāria. V. FORUM.

Fŏras, [ἔξω, ἐκτὸς, θύραζε] Adv. ad locum, a Foris pro spectaculis, ut ait Servius; quasi Ad forum, inquit Perott. post Festum.
Ambulare foras. Plaut. Epid. 1. 2. 62. Adolescenti dic nostro herili filio, ne hinc foras ambulet.
Dari foras scripta mea nolo. i. e. Promulgari. Cic. 13. Att. 22.
Editus aer per os foras. Lucret. lib. 3. 123.
Ejecta foras anima. Lucret. lib. 4. 915.
Eminere foras. Cic. in Somn. Scip. 21.

Ire foras. Hor. 1. Epist. 7. 31.
Exire foras. Plaut. Casin. 5. 2. 52.
Inde foras tacitus, præfiscini, exeo hoc ornatu, quo vides.
Exire foras ex ædibus. Lucret. lib. 3. 773.
Locitare agellum foras. Ter. Adel. 5. 8. 26. Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras. ubi Donatus, Foras dixit, locum pro persona ponens: quasi diceret, Nescio cui alieno.
Præverti foras. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 2. 24. Fores enim clausit, ne prævorteretur foras.
Proferre foras aliquid. Cic. pro Cœl. 57.
Projicere foras pestem. Cic. 2. in Catil. 2.
Protrudi foras. Phædr. 5. 7.
Vadere foras. Phædr. 4. 17.
Vendere foras. Plaut. Stich. 1. 3. 66.
Vocari foras. Plaut. Capt. 1. 2. 69.

Fŏris, [θύρηφι, ἐκτοσθε] Adv. in loco, vel de loco.
Foris & Domi, contraria. Cic. 1. Off. 76. Parvi enim sunt foris arma, nisi est consilium domi.
Extrinsecus & foris. Cic. 2. de Orat. 163.
Intus & Foris contraria. Cic. pro Sull. 17. Ille relictus intus, expectatus foris.
Inesse, & Foris petere, contraria. Cic. 3. de Fin. 34.
Foris occludere fores. Plaut. Most. 2. 1. 58.
Foris, pro Extra patriam. Justin. 2. 4. 20. Idem 31. 5. 8.
Foris est. Plaut. Merc. 1. 1. 18. Ter. Eun. 5. 4. 12.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius. i. e. In publico.
Abstrudere foris. V. Abstrudo.
Adjungere foris argumentum. Cic. 2. de Invent. 71. Assumptiva igitur tunc dicitur, quum ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adjuncto argumento defenditur.
Assumi foris argumenta, & Ex sua vi atque natura, contraria. Cic. 2. de Orat. 163.
Cœnare foris. Plaut. Stich. 1. 3. 36.
Deferre foris, pro eo quod Deforis dicunt. Cic. in Partit. 48. Illa vero indigent; nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat, & maxime in testibus.
Effusus foris. Plin. lib. 9. cap. 33.
Effutire aliquid foris. Ter. Phorm. 5. 1. 19.
—— verum isthoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.
Est animus foris. Plaut. Merc. 3. 4. 2.
Quærere foris. Plaut. Bacch. 4. 4. 6. Cic. 5. Verr. 10.
Sapere foris. Ter. Heaut. 5. 1. 50.
A foris. Plin. lib. 17. cap. 24. Quoniam in ulcus penetrat omnis a foris injuria. V. Aforis.
De foris in Vet. Lapide legitur.
E foris esse dicitur apud Plin. 17. 23. [Puto per errorem, E foris, pro A foris scriptum, & 23. pro 24. V. A foris.
Foris quandoque pro Passim usurpatur. Cic. ad Q. frat. Foris valde plauditur: i. e. Non solum in senatu, sed apud ceteros etiam. & in Epist. 1. Fam. 9. Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In vulgus, idem alibi dixit, eadem sententia. Ex P. Manut. commentario ad Q. frat.

Fŏrinsĕcus, Adv. [ἔξωθεν] Plin. lib. 13. cap. 22. Quoniam quarundam naturæ lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus. Columel. lib. 8. cap. 3. Sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter injungantur.

Forath, [Φοράθ] Arabiæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ. Deinde, inquit, est oppidum, quod Characenorum regi paret, in Pasitigris ripa, Forath nomine, in quod a Petra conveniunt, Characemque inde XII. M. pass. secundo æstu navigant.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci φορβὴν vocant. Festus.

Forceps, ĭpis. [πυράγρα, καρκῖνος] tam m. quam f. secundum Priscianum; (sæpius tamen f. & rectius uti censet Voss. de Anal. 1. 17.) Instrumentum fabrile quo forvum, id est calidum tenetur. V. Festus. Virg. 4. Georg. 175.
—— versantque tenaci forcipe ferrum. Columel. lib. 6. cap. 26. Deinde prius quam ferrum admoveas, duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus, apprehendere testium nervos.
Forcipes, quibus aliquid forbum tenemus, quasi forbicapes. Ser. Vide Forfex H. St. [Forte a Capite furcato, vel quod Furca capiat, Forceps pro Furceps dicitur. V. Anceps.
Auctorem & inventorem forcipis Cyniram commemorat. Plin. lib. 7. cap. 56.
Curva forceps. Ovid. 12. Met. 277.
Denticulatæ forcipes cancrorum. Plin. lib. 9. cap. 31. conf. Lex. Pitisc. & mox Forfex.

Forcillo, āre. Plaut. V. Furcillo in Furca.

Forctis, e. i. e. (Fortis) frugi & bonus, sive validus. Fest. conf. eundem in Sanates.

Forctus, a, um. Idem, apud Fest. in Horctum. a Gr. ἐρκτὸς, munitus. Scalig. Horctem & Forctem legit. q. V. In XII Tab. Forcti, sanatique idem jus esto.

Forcŭlus. V. Foriculus.

Forda, æ. f. [κυοφοροῦσα] Bos prægnans, a Ferendo dicta. Ovid. 4. Fast. 631.
Forda ferens bos est, fœcundaque, dicta ferendo. Columel. lib. 6. cap. 24. Post unum coitum forda non admittit taurum. Servius in 2. Æn. 140. nisi error est, Fortam appellat.

Fordicidia Sacra, de quibus Varro 5. de L. L. 3. Fordicidia, inquit, a Fordis bobus dicta sunt. Bos forda, quæ fert in ventre, quod ea die publice immolabantur boves prægnantes in curiis complures. a Fordis cædendis, Fordicidia dicta. Hæc & Hordicidia & Fordicalia dicta fuere, & 17. Cal. Maias celebrabantur. V. Fest. & Ovid. 4. Fast. 629. conf. Lex. Pitisc.

Forem, es, et. [γενοίμην] Verbum defectivum. Optativo modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, & Conjunctivo modo, tempore præterito imperfecto, Utinam, vel quum Forem, fores, foret. & plur. forent. i. e. Essem, esses, esset. Infinitivo, Fore, i. e. Futurum esse. Ceteris caret. Plaut. Merc. 3. 4. 37. Quin percunctatus hominis quæ facies foret. Ter. Heaut. 2. 4. 2. Sallust. in Jugurth. cap. 24. Nam ego quidem vellem, & hæc quæ scribo, & ea quæ antea in Senatu questus sum, vana forent.
Jam jamque fore. Cic. 7. Att. 20. Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia.
Damno dedecorique foret sibi. Hor. 1. Serm. 2. 53.
Noxiæ fore. Liv. 10. 19. pr. Siqua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiæ fore.
Fore, [ἔσεσθαι] significationem habet participii quod est Futurum, una cum infinitivo Esse: idem est enim Fore, quod Futurum esse: ideo jungitur cum nomine, non cum participio. Hæc Valla lib. 1. Plaut. Capt. 3. 4. 44. Cic. 7. Fam. 8. Scripsit ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore.
Fore & esse. Cic. 3. de Orat. 227. Fore dicis, inquit, ego vero esse jam judico.
Audientem non fore dicto. Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moveri, aut signa ferri jussisset, non fore dicto audientes milites.
Affirmans fore ut aliquid accidat. Suet. in Domit. cap. 15.
Existimo fore. Cic. 7. Att. 26. Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse.
Expetendum fore. Cic. 3. Fam. 13. Quasi divinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum.
Puto fore. Cic. 16. Att. 18. Nunquam putavi fore ut supplex ad te venirem.
Scio fore. Plaut. Asin. 5. 2. 19. Cic. 1. Fam. 5. Spero fore ut contingat id nobis.
Spem habeo nihil fore aliter quam deceat. Cic. 6. Att. 3.
Ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. Cic. 11. Att. 11.
Video fore. Cic. 7. Att. 26. Sin erat bellum, ut video fore, meæ partes non desiderabuntur.
Visuros fore. Cic. pro Milon. 79. Spero multa vos, liberosque vestros in Repub. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio, nihil horum vos visuros fore. Ubi ex vetusto codice legitur Visuros fuisse. Idem 5. Att. 21. Te ad me fore venturum.
Fore cum Possum. Gell. lib. 15. cap. 1. Siquid autem posset remedii fore, ut ne tam assidue domus Romæ arderent. Al. Ferri vel Fieri. [Gronov. ante Fore distinguendum putat. Ita Posset, pro Valeret accipiendum.

Forensis. V. Forum.

Fores. V. Foris.

Foretani, Plinio Istriæ populi, de quibus meminit lib. 3. cap. 19.

Forētii, [Φορήτιοι] Latii populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 5.

Forfex, ĭcis. f. [τομεὺς, ψαλὶς] Servius ad 8. Æn. 453. Forfices sunt quibus incidimus; Forcipes quibus aliquid forvum tenemus, quasi forvi-capiens. Nam forvum est calidum. Unde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.
An Filum incidimus, & Forvum capimus? At Forpex qua inciditur pilus, in Voc. Guarini Veronensis. H. St.
Alii quum legerunt uvam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant. Columel. lib. 12. cap. 43.
Forfex, Instrumentum chirurgicum, quo evelluntur dentes. Cels. lib. 7. cap. 12. Dens hærens cum summo periculo evellitur, ac nonnunquam maxilla loco movetur. Paulo post, Tum si fieri potest, manu; sin minus, dens forfice excipiendus est. Ac si exesus est, ante id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta vero forfex ducenda est, &c. Galli vocant, *Un davier*. [Sed recte pridem emendate excusi libri Forcipe exhibent. Confundi hæc solent. V. Heins. ad Ovid. 6. Met. 555.
Facta forfice ad id. Cels. lib. 7. cap. 12. l. Forcipe.
Forfices etiam Vox militaris erat. V. Gell. 10. 9. Dicitur cum contraria cuneo acies instruitur, latioribus primis & apertis, ac paulatim in angustum desinentibus. Usus erat cuneum solvere & atterere. Veget. 2. 19. conf. Lex. Pitisc. in voce Forceps. [Ita enim & hic scribendum est. V. Fest. in Serra.

Forfĭcŭla, dimin. [ψαλίδιον] Plin. lib. 32. cap. 11. Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis. Præterea brachia duo, binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. Hard. Forficibus. V. Forceps. Idem lib. 25. cap. 5. Incisum forficulis.

Fŏri, orum. m. pl. [μεσόδμη, καταστρώματα] sunt Tabulata navium, vel locus in navi aptior, qui iter navem perambulantibus præbet; ab eo quod incessus ferant, inquit Festus v. Forum. cui junge Serv. ad 4. Æn. 605. Cic. de Senect. 17. Ut siqui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii sentinam exhauriant. conf. Non. 5. 104. & Tacit. 2. Hist. 35. 3. Virg. 6. Æn. 412.
—— laxatque foros, simul accipit alveo
Ingentem Æneam.
Forus in singulari dixit Ennius,
Multa foro ponens, ageaque longa repletur. Gell. lib. 17. cap. 19. de Arione, Stansque in summæ puppis foro, carmen quod orthium dicitur, voce sublatissima cantavit.
Fori, Loca spectaculorum, &, ut Festus l. c. dicit, Circensia spectacula; h. e. Loca erecta, & tabulis composita in amphitheatro, e quibus populus ludos spectabat. Liv. 1. 56. V. omnino Lex. Pitisc.
Fori, Parvi sulci & oblongi in agris. Columel. lib. 10. cap. 92.
Angustosque foros adverso limite ducens
Rursus in obliquum distinguas tramite parvo.

Fŏrŭli, orum. m. pl. dimin. [θυλάκια] Armariola, sive Capsulæ, in quibus reponuntur libri. Suet. in Aug. cap. 31. Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Juven. 3. Sat. 219.
Hic libros dabit & forulos, mediamque Minervam.

Foria,

Foria, orum. n. pl. [ἀφοδεύματα ὑγρότερα] Stercora liquidiora, ut ait Nonius 2. 352. Unde Conforire verbum, quod vide suo loco.

Forio, ire. Verbum quod Scholiastes Juvenalis 3. Sat. 38. interpretatur Ventrem deonerare, & Foras ejicere.

Foriolus, i. m. Qui foria facile emittit, soluti scilicet ventris; auctore Nonio. l. c. Laberius in Panilicis, Foriolus esse videris, in coleos cacas.

Forica, æ. f. [ἀφοδευτήριον] Locus in quem alvi stercora dejicimus. Juven. 3. Sat. 38. ——inde reversi
 Conducunt foricas. Proprie de publicis dicitur, Latrina de privatis.

Foricarius, i. m. Scævol. l. quum quidam. D. de usuris, Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit: ut solet a foricariis, qui tardius pecuniam inferunt: item ex vectigalibus. Budæus tamen legit, a Fornicariis.

Foricula, Foriculus. V. foris, is. f.

Forina Dea, in Romanorum notis legitur FORIN. ROM. AR. D. D. Forinæ Romæ aras dedicavit. V. Sertor. Ursat. & infra Furina in fur.

Forinæ, arum. f. pl. Gruter. p. 9. 5. GENIO FORINARVM. Tubos ajunt & canales fuisse, per quos sordes & foria, hoc est, liquidiora stercora ex urbe emittebantur.

Forinsecus, Foris, Adv. V. foras, Adv.

Foris, is. f. [θύρα] proprie Foramen est, unde Foro, are. Columel. lib. 8. cap. 17. Foribus exiguis cancelli. Sed frequentius Janua. Ter. Adel. 2. 3. 11. Sed quidnam foris crepuit? Ovid. 12. Epist. 150.
 Constitit ad geminæ limina prima foris. Hor. 1. Serm. 2. 67.
 Exclusus fore.
 Plaut. Foris nostra, Valer. Max. Forem apertam dixit. H. St.
 Forem, in accusativo dixit Plaut. Cas. 5. 2. 17. Forem obdo, ne senex me opprimeret. Cic. pro Cornel. Aperuit forem scalarum. Liv. 6. 24. Cum Lictor forem virga percuteret. Catull. 59. 168.
 Rasilemque subi forem.
 Obserata fore. Apul. Met. 10. p. 248.
 Fores pl. num. usus frequentioris est, ut
 Fores limenque carceris. Cic. 5. Tusc. 80.
 Fores in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. a Jano scil.
 Cæcæ fores, Occultæ, paucis notæ. Virg. 2. Æn. 453. *Un huis de derriere.*
 Duræ fores. Ovid. 2. Amor. 1. 22.
 Accedere ad fores. V. accedo.
 Adire ad fores. V. adeo.
 Aperire fores. Cic. 3. Off. 38.
 Aperire fores, proverbio dicebatur, Qui rei cujuspiam ingressum, initiumque patefaceret. Plin. lib. 2. cap. 8. de signifero seu Zodiaco loquens, Obliquitatem ejus intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse, Anaximander Milesius traditur. Erasmus.
 Aperire fores amicitiæ. i. e. Amicitiam auspicari. Cic. 13. Fam. 11. In omnibus novis conjunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.
 Assistere ad fores. V. assisto.
 Auscultare ad fores. V. ausculto.
 Claudere fores cubiculi. Cic. 5. Tusc. 58.
 Clausit amica fores. Ovid. 2. Amor. 1. 17.
 Concussæ fores. Ovid. 1. Amor. 6. 50.
 Confertæ fores. Ovid. 1. Amor. 6. 74.
 Effringere fores. Cic. pro Cœl. 38.
 Excedere foribus. Ovid. 4. Met. 85.
 Exclusus fore. Hor. 1. Serm. 2. 67.
 Expassæ repente delubri fores. Tacit. 5. Hist. 13.
 Moliri fores. Tacit. 1. Ann. 39. Concursuque ad januam facto, molitur fores.
 Obditæ fores ferratis trabibus. V. obdo.
 Obserare fores. Justin. 19. 3. 12.
 Operiri fores jussit. Tacit. 3. Ann. 15.
 Pulsare fores. Ovid. 5. Met. 448.
 Percutere fores. V. percutio.
 Reserare fores. Ovid. 10. Met. 384.

Foricula, æ. f. [θύριον] dimin. a Foribus. Varro 1. de R. R. cap. 59. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem ut fenestras habeant, atque ut aere perflentur, curant, neque tamen sine foriculis: ne quum humorem amiferint, pertinaci vento vieta fiant.

Foriculus, Deus putabatur qui foribus præerat: sicut Cardinea, Dea quæ cardinibus: Limentinus, Deus qui limini. Al. Forculus. V. Lex. Pitisc.

Forma, æ. f. [εἶδος, ἰδέα, μορφή, τύπος] Facies cujusque rei, quæ immobilis est & naturalis, inquit Donatus ad Andr. 1. 1. 92. Plaut. Pœn. 5. 2. 154. Formam quidem hercle verbis depinxisti mihi. Ter. Hec. 4. 1. 57. Forma in tenebris nosci non quita est. Cic. 1. de Nat. Deor. 47. Suam quodque animal formam & speciem diligit.
 Forma & quasi naturalis nota cujusque. Cic. 3. de Orat. 113.
 Animalis forma. Lucret. lib. 5. 142.
 Animantium forma, & hominis figura. Cic. 1. de Nat. Deor. 48.
 Cognitio formarum ex pictura. Cic. 6. Verr. 123.
 Figura formæ. Cic. 1. de Nat. Deor. 91.
 Hominis forma. Cic. pro Flacc. 12.
 Imagines formæ notæ, simulacra. Auct. ad Heren. lib. 3. 29.
 Litterarum formæ. Quintil. lib. 1. cap. 1. Neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis video, ut litterarum nomina & contextum prius quam formas pueri discant.
 Species formæ. Cic. 5. Tusc. 114.
 Apposita ad dignitatem forma, species & statura. Auct. ad Heren. 4. 60.
 Dissimilis forma. Tacit. 2. Ann. 39. Nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat.
 Eburneæ formæ litterarum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
 Humana forma. Quintil. lib. 7. cap. 4. Epicurus humanam deo formam, locumque inter mundos dedit.
 Impares formæ. Hor. 1. Carm. 33. 11.
 Mala forma. V. malus.
 Mendax forma. Ovid. 3. Met. 439.
 Nuda forma. Ovid. 4. Met. 346.
 Rotunda forma ullam negat esse pulchriorem Plato. Cic. 1. de Nat. Deor. 24.
 Terribiles formæ nocturno tempore visæ. Cic. 1. de Divin. 18. De prodigiis noctu in cælo visis, aut diris forsan animalibus. conf. ad finem h. v.
 Virilis forma. Ovid. 4. Epist. 76.
 Capere alicujus formam. V. capio.
 Cælator ahenæ formæ. Propert. 4. 2. 61. De statuario.
 Detrahere aliquid formæ. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudine quoque peribit.
 Exprimere formam, quam mente acceperis. Quintil. lib. 2. cap. 7.
 Facere formam alicujus. Cic. in Orat. 9. Nec vero ille artifex quum faceret Jovis formam, aut Minervæ, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret: sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem, artem & manum dirigebat. Phidiam intelligit, qui egregiam illam Jovis & Minervæ formam ex ebore finxit. Proprie autem loquutus est. Non enim materiam, sed formam artifices faciunt: ut faber non ligna, sed lectum & mensam facit; & statuarius non marmor, sed hominem & equum e marmore.
 Fingitur in omnes formas. Ovid. 14. Met. 685.
 Fit minor annis forma. Ovid. 2. de Arte Am. 113.
 Fucata formam. Lucan. lib. 10. 137.
 Immutata forma. V. immuto.
 Indutæ forma hominum belluæ. V. induo.
 In formis aliis dignitas ineſt, aliis venustas. Cic. 1. Off. 107.
 Novi formam. V. nosco.
 Removeatur a forma omnis viro non dignus ornatus. Cic. 1. Off. 130.
 Forma, Pulchritudo. Ter. Eun. 2. 3. 81. Virg. 11. Æn. 70.
 Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit.
 Veteres, inquit Donatus, in Phorm. 1. 2. 58. Ignem & calorem quondam, quasi fervorem, dixerunt formam: & ideo fornaces, forcipes, formam, & formosos: ex quibus ignis amoris exoritur. conf. infra ex Festo.
 Clarissima forma. Ovid. 4. Met. 793.
 Conspicuus forma. V. conspicuus.
 Decora forma. Ovid. 2. Met. 773.
 Divitior forma. Ovid. 6. Met. 452.
 Egregius forma juvenis. Virg. 6. Æn. 861.
 Insignis forma. Virg. 5. Æn. 295.
 Laudatissima forma. Ovid. 19. Epist. 131.
 Præstantissima forma. Ovid. 15. Met. 130.
 Perfectissima forma. Quintil. lib. 1. cap. 10.
 Pulcherrima forma. Virg. 1. Æn. 76.
 Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
 Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.
 Quotidianæ formæ. Ter. Eun. 2. 3. 6. Tædet harum quotidianarum formarum. Pro Puellis passim Formas dicunt poetæ, nimirum ut Galli *Beautez*. V. Burm. ad Quintil. Decl. 15. p. 307.
 Candor formæ. Ovid. 1. Met. 743.
 Decus eximium formæ. Stat. 1. Achil. 290.
 Dignitas formæ coloris bonitate tuenda est. Cic. 1. Off. 130.
 Dotes formæ. Ovid. 16. Epist. 305.
 Gratia formæ. Ovid. 7. Met. 44.
 Pulchritudo formæ. Quintil. lib. 2. cap. 15.
 Veneratio formæ. Justin. 5. 2. 5.
 Forma & species liberalis. Cic. pro Cœl. 6.
 Bona forma. Ter. And. 1. 1. 92. Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte unam aspicio adolescentulam, forma. so. bona fortasse. V. bonus.
 Egregia forma. Ter. And. 1. 1. 45.
 Interea mulier quædam abhinc triennium
 Ex Andro commigravit huic viciniæ,
 Inopia & cognatorum negligentia
 Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
 Eximia forma puer. Cic. 5. Tusc. 61.
 Eximiæ correptus imagine formæ. Ovid. 4. Met. 675. al. Visæ formæ.
 Fugax forma. Sen. Hippol. 6.
 Honesta & liberalis forma. Ter. And. 1. 1. 95. Et quia erat forma præter ceteras honesta & liberali.
 Indigna est pigro forma perire situ. Ovid. 2. Amor. 3. 14.
 Luculenta forma. V. luculentus.
 Neglecta forma. Ovid. 1. de Arte Am. 500.
 Nitida forma picturæ. V. niteo.
 Stata & uxoria forma. Gell. lib. 5. cap. 11. Inter enim pulcherrimam feminam & deformissimam media quædam forma est, quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio vacat: qualis a Quinto Ennio in Menalippa, perquam eleganti vocabulo Stata dicitur, quæ neque κοινή, id est communis, futura sit, neque ποινή, id est pœna, quam formam modicam & modestam Favorinus non mehercule inscite appellat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragœdia, eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent.
 Superba forma. Ovid. 21. Epist. 33.
 Virginea forma puer. Ovid. 3. Met. 607.
 Adjuvare formam cura. V. adjuvo.
 Auferre formam. V. aufero.
 Laudare formam alicujus. Cic. 1. Fam. 9. Ex Terentio.
 Laudata forma. Ovid. 15. Epist. 131.
 Perdere formam. V. perdo.
 Polluere formam. Tibul. lib. 1. 9. 17.
 Populabitur ætas formam. Ovid. de Medicam. faciei, 45.
 Superbire forma. Ovid. 3. de Arte Am. 103.
 Forma dei munus, formâ quota quæque superbit?
 Tangi forma. Ovid. 10. Met. 614.
 Nec forma tangor, poteram tamen hac quoque tangi.
 Forma, est Delineatio futuri ædificii. Cic. 2. Fam. 8. Ut ex tuis litteris, quum formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim. Budæus. Auson. Mosell. 298.
 Pandere tectonicas per singula prædia formas. Architecti Ichno-

Ichnographias vocant. V. Plutarch. in Marcell. p. 313. Formam scribere dixit Plin. 9. Epist. 39. V. Buchner. ad loc.

Forma, metaphorice pro Effigie vel idea. Cic. 1. Off. 14. Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides. Idem 2. de Fin. 44. Et quas ἰδέας Græci vocant, Cic. in Topic. Formas appellat.

In brevem formam contrahi. Ovid. 5. Met. 457.

Ad formam. Plin. lib. 9. cap. 23.

Innumerabiles pæne sunt formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles. Cic. 3. de Orat. 31.

Exprimere quandam formam, figuramque dicendi. Cic. 2. de Orat. 98.

Formæ sententiarum & orationis. Cic. in Brut. 69. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους: & sententiarum orationisque formis, quæ vocant σχήματα. Ipse Cicero alibi Sententiarum ornamenta, & lumina, & in Bruto 140. Conformationes vocavit.

Formæ vero quædam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Cic. in Oratore 127. H. St. No. 220. Verburg.

Forma honestatis & similitudo. Cic. 5. de Fin. 69.

Ingenii forma admodum impolita & plane rudis. Cic. de Clar. Orat. 294.

Ingenii forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. Cic. de Clar. Orat. 327.

Latrocinii in formam. Liv. 2. 49. Res proxime in formam latrocinii venerat. Vetera exemplaria scripta non habent præpositionem IN.

Laudationum, scriptionum, historiarum, & suasionum formæ. Cic. in Orat. 37.

Officii forma. Cic. 1. Off. 103.

Propositi operis forma. Paterc. 1. 16. 1. & 2. 66. 3. conf. Idem 2. 49. 1. & 2. 96. 3. i. e. Scriptionis modus.

Rerum publicarum forma. Cic. 6. Att. 3.

Senatusconsulti forma ultimæ necessitatis. Liv. 3. 4. extr. Tantum terrorem incussere Patribus, ut, quæ forma Senatusconsulti ultimæ semper necessitatis habita est, Posthumio alteri Consulum negotium daretur, videret ne quid detrimenti Resp. caperet.

Temporum & Reipub. forma. Cic. 3. Fam. 11.

Tyrannorum habetis formam & speciem ipsam. Cic. de Lege Agr. 2. 32.

Forma, Species apud oratores. Quintil. lib. 7. cap. 5. Abdicationum formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c.

Scelerum omnes comprehendere formas. Virg. 6. Æn. 626.

Forma, Regula. Virg. 6. Æn. 615.

—— ne quære doceri,
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortunave mersit. Ubi Servius; Forma, Regula; singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur.

Censualis forma, Qua cavebatur ut agri in censum referrentur. Ulp. in l. Forma. D. de Censibus.

Jurisdictionis forma. Callistratus in l. Divus Pius. D. ad legem Corneliam de falsis, Si plus eos meruisse videatur quam ex forma jurisdictionis pati possint, &c.

Formæ dicuntur Constitutiones & rescripta principum, unde dictæ Formales & Formatæ epistolæ.

Provinciæ forma, significat Fines & contributa loca. Ulpian. in l. Relegatorum. D. de interdictis & relegatis, In insulam relegare Præsides provinciarum possunt: sic tamen ut siquidem insulam sub se habeant, id est ad ejus provinciæ formam pertinentem, quam administrant, etiam specialiter insulam adsignare possunt, inque eam relegare. V. Redigere in formulam prov. in FORMULA.

Forma, apud Columel. In qua exprimitur caseus, lib. 7. cap. 8. de conficiendo caseo, Liquor in fiscellas, aut in calathos vel formas transferendus est. Ibid. Vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. conf. FORMELLA.

Forma, Monetarium vocabulum. *Un moule.* Plin. lib. 36. cap. 22. Ex iis formæ fiunt, in quibus æra funduntur. Forma dicitur tum Signaculum archetypum, tum ipse Nummus: quemadmodum Formas quinarias, denarias, Lamprid. pro Nummis quinariis, denariis, hoc est quinos denosque aureos valentibus, dixit. V. Salmas. ad Alexandr. Lampr. & Trebell. Poll. in XXX Tyrann. Sen. Epist. 34. extr. Omnia facta dictaque tua inter se congruant & respondeant sibi, & una forma percussa sint.

Formæ sutorum. Hor. 2. Serm. 3. 106.
Siquis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec studio citharæ, nec Musæ deditus ulli;
Si scalpra & formas, non sutor, &c.

Forma calcei cervicem percussit. D. ad l. Aquiliam. l. 5. §. Sed etsi, &c. conf. l. 13.

Capacissima forma. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Accipere formam aratri dicitur ulmus. Virg. 1. Georg. 170.
Continuo in silvis magna vi flexa domatur
In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri. i. e. Formatur in aratrum, ab ipso scilicet artifice.

Accipere formam recte loquendi. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Dare formam loquendi. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Habere formam suadendi. Quintil. lib. 3. cap. 4.

In formam cadere. V. CADO.

Per litteras vel formas distinguere. Columel. lib. 7. cap. 9. Sive per litteras, sive per formas unumquemque fetum cum matre distinguat.

Forma significat modo Faciem cujusque rei: modo Calidam, ut quum exta quæ dantur, deforma appellantur: & Cato ait de quodam ædificio æstate frigido, hieme formido. Item Forma appellatur Puls miliacia ex melle. Hæc Festus. De priori significatu consentit Donat. cujus verba supra leguntur V. Forma, Pulchritudo. Posterioris nusquam alibi mentio fit.

Formæ, pro Ordinibus & decuriis quibusdam intelliguntur. l. Scriniis. C. de palatin. lib. 12. Ex Pyrrho.

Formæ etiam vocantur Structiles rivorum canales, quibus aqua ducitur; quo sensu Aquas formarum dixit Cassiod. Var. 3. Epist. 31. & 53. Roma formarum inundatione ditissima. V. Fabret. de Aquæduct. p. 20. & Pallad. 9. 11. conf. Lex. Pitisc.

De Forma Trajana V. auctores in Lex. supradict.

Denique vox Forma aliquando meris periphrasibus poeticis inservit. Virg. 7. Æn. 18
—— ac formæ magnorum ululare luporum. conf. Drakenb. ad Sil. 15. 86. & supra ex Cic. 1. de Divin. 18.

FORMŬLA, æ. f. dimin. Parva forma. Plaut. Pers. 2. 2. 47.
Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam.

Formula dicendi, pro Stilo & ratione loquendi. Cic. de Opt. gen. Orat. 20.

Nota cujusque generis & formula. Cic. in Orat. 75.

Cantor formularum. V. Cantor in CANO.

Componere certam quandam formulam disciplinæ. Cic. 1. Acad. 17.

Constituere formulam, quam sequamur. Cic. 3. Off. 29. Formula quædam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus.

Scribere formulam aliquam de re aliqua. Varro 1. de R. R. cap. 18. De familia, Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, & genus sationis, scribens de olivetis, & vineis, ut duas formulas. Unam, in qua præcipit quomodo olivetum agri jugerum CCXL, instruere oporteat, &c.

Formulam alicui scribere; quod vulgo dicitur Libellum mittere. Quintil. lib. 6. cap. 4. Colaphum, inquit, tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. [ i. e. Actionis formulam intendam, Dicam impingam, ut recte Turneb. exposuit.

Formulæ, sunt Legum & institutorum certæ conceptiones, sive comprehensiones, quibus sic actiones hominum, ut opera artificum, formulis quibusdam diriguntur.

Præscriptum aliquod aut formulam exprimere. Cic. in Orat. 36. i. e. Regulam generalem, qua possimus omnia quæ sunt ejusdem generis intelligere.

Redigere in formulam provinciæ. Paterc. lib. 2. cap. 38. pr. Haud absurdum videtur, paucis percurrere, quæ cujusque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciæ, stipendia pacta sit. Idem auctor, In formam pæne stipendiariæ redigeret provinc. lib. ejusd. cap. 97. extr. Conf. Suet. Jul. cap. 25. V. in PROVINCIA.

Censendi formula. Liv. 4. 8.

Cognitionis formula. Liv. 40. 12. extr. Vis hanc formulam cognitionis esse, ut uter timuerit, ne alter videretur dignior regno, is consilium opprimendi fratris judicetur cepisse?

Deditionis formula. Liv. 1. 38. pr. Deditos Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse, Rex interrogavit, Estisne, &c. Hic est Ritus deditionis & Verba solennia, quibus deditio peragitur.

Fiduciæ formula. Cic. 7. Fam. 12. Ubi porro illa erit formula fiduciæ, ut Inter bonos bene agier oportet. h. e. Lex fiduciaria, inquit interpres. Formula enim pro Lege & institutione ponitur.

Norma juris, aut judicii formula. Cic. 2. de Orat. 178. Plura enim multo homines judicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis; quam veritate, aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus.

Pacti & conventi formula. Cic. pro Cæcin 51. Quæ lex, quod Senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod fœdus aut pactio, quod testamentum, quæ judicia, aut stipulationes, aut pacti & conventi formula, non infirmari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus; consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem relinquamus?

Postulationum formulæ usitatæ. Cic. 4. Verr. 147.

Sponsionis formula. Cic. pro Rosc. Com. 12.

Testamentorum formulæ. Cic. 1. de Orat. 180.

De Fœderibus & pactis gentium, sæpe hac voce utitur Liv. ut 26. 24; 32. 33; 38. 9; 44. 16; &c

Cadere formula. Quintil. lib. 3. cap. 6. V. Excidere formula.

Componere stipulationum & judiciorum formulas. Cic. 1. de Legib. 14.

Constituta jura & formulæ de omnibus rebus. Cic. pro Rosc. Com. 24.

Edita formula damni dati. Plin. lib. 9. cap. 59.

Excidere formula, apud Suet. in Claud. cap. 14. idem ac Cadere causa, vel formula, quod vide in CADO.

Intendere formulam, significat quod alio loco expositum est, Dicam impingere, vel Dictare actionem. Suet. in Vitell cap. 7.

Protulit de dolo malo formulas Aquilius. Cic. 3. Off. 60.

Tenet hæc formula multos. Hor. 2. Serm. 3. 45.
—— hæc magnos formula reges
Excepto sapiente tenet

FORMULARIS, vide FORMALIS. H. St.

FŎRMULARIUS, i. m. Qui formulas tractat & dictat vel scribit aliis. Quintil. lib. 12. cap. 3. extr. Quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt; & formularii, vel, ut ait Cicero, Legulei quidam esse maluerunt.

FŎRMACEUS, a, um. Plin. 35. 14. §. 48. Quid? non in Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis utrimque tabulis inferciuntur verius quam instruuntur, ævis durant? Male quidam hic legunt Fornaceos. V. Isidor. 15. 9.

FORMŌSUS, Adj. [εὔμορφος, εὐειδής, εὐσχήμων] Pulcher. Cic. 1. de Nat. Deor. 80. Quotus enim quisque formosus est. Virg. 2. Ecl. 1.
Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Cic. 3. Verr.

Mulierum nobilium & formosarum gratia.

Formosus & Deformis, contraria Cic. 1. de Invent. 35.

Formosus & pulcher. Cic. 1. de Nat. Deor. 24.

Acies formosa V. ACIES.

Adonis formosus. V. ADONIS.

Annus formosissimus. Virg. 3. Ecl. 57.

Boves formosæ. Ovid. 1. de Arte Am. 296.

Comæ formosæ. Ovid. 1. Amor. 14. 31.

Dies formosus. Ovid. 15. Epist. 124.

Mulier formosa. Hor. de Arte Poet. 4.

Os formosum. Ovid. 3. Met. 461.

Puella formosa. Tibul. lib. 1. 1. 55.

O formose puer. Virg. 2. Ecl. 17.

Virgines formosæ. Cic. 2. de Invent. 2.

Vultus formosus puellæ. Al. Formosæ vultus puellæ. Ovid. 2. Amor. 1. 37.

Compar. Hedera formosior alba. Virg. 7. Ecl. 38.

Superl.

Superl. Formosissimus ætatis suæ Alcibiades. Nep. 7. 1. 2.

FORMOSŬLUS, Adj. dimin. Varro apud Nonium in dictione Strabones, Formosula uxor. Non. 1. 109. Hieron. Epist. 47. cap. 4. pro Amasio posuit. Iste formosulus tuus, quia cito senescunt mulieres, vel ditiorem reperiet vel juniorem.

FŌRMŌSE, Adv. Apul. 5. Met. p. 68. Edit. Elmenh. Videt Cupidinem, formosum deum, formose cubantem. Et lib. 6. p. 183. Venus suavi musicæ suppari gressu formose saltavit.
Compar. Surgere formosius arbutus, dicitur Propert. 1. 2. 11.
Superl. Formosissime qui formas omnia. August. Confess. 1. 7.

FORMOSĬTAS, ātis. f. [εὐμορφία] Cic. 1. Off. 126. Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. De decoro loquitur.

FORMĀLIS, e. [ἁπλοῦς] Suet. in Domit. cap. 13. Pari arrogantia; quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Formalem, i. e. Ex formula.
Vide & Torr. Ego Formularem legendum puto. H. St. Priora hujus Annotationis verba cultro resecta sunt.
Formalis temperatura æris. Plin. lib. 34. cap. 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, &c.
Formale pretium. Ulp. in l. In lege falcidia hoc. D. Ad legem falcidiam. Corpora, siqua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem æstimanda erunt, hoc est secundum præsens pretium; nec quicquam eorum formali pretio æstimandum esse, sciendum est. ubi V. Interpp.

FŌRMĀLĬTER, Adv. Et

FORMĀLĬTAS, ātis. f. Philosophis & Jurisconsultis usitatæ voces.

FORMĀBĬLIS, e. Idem ac Formalis. Prudent. Apoth. 1034.
Solus homo meruit Domini formabile dextra
Os capere.

FORMASTER, Qui formosum aut calentem hominem imitatur. Nam Formus est Calidus lingua Latina; unde & Formosus. Versiculus est antiquus, apud Festum in Obstrudant.
Aut hic lætaster aut formaster frigidus. Ex Turneb. 12. 4. conf. Isidor. 20. 13.

FORMUS, a, um. Calidus, ut, Formis calamistris vibrare cæsariem. Arnob. l. 2. p. 72. V. ibi notas Canteri p. 12. & Schotti Observ. 10. 13. & Formucalis ex Festo.

FORMELLA, æ. f. dimin. In culinario instrumento vas ad formam piscis effigiatum, apud Apic. 9. 11. In formella piscem formabis. V. FORMA.

FORMO, [μορφόω, σχηματίζω] āre. Cic. 4. Acad. 118. Parmenides ignem, qui moveat terram, quæ ab eo formetur. Plin. lib. 10. cap. 63.
Formata in offam. Columel. lib. 6. cap. 25. Potest etiam cum arida fico & ervo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut salivatum demitti.
Classem formare, Ædificare. Virg. 9. Æn. 80.
Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida
Æneas classem.
Imaginem formare. Cic. pro Sext. 18.
Quæ inter se discrepant, iisdem præceptis atque in una institutione formari non possunt. Cic. 3. de Orat. 31.
Ad studium formare aliquem. Virg. 3. Georg. 163.
In muliebrem figuram, habitumque formari. Cic. 4. Verr. 27.
Animos judicum in eum, quem volumus habitum formare, & velut transfigurare. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Capillos lapsos formare. Propert. lib. 1. 3. 23.
Carmen formare, epistolam, orationem alieno ingenio; quod nostrates dicunt *chifrare, facere fabricari*. Suet. in Domit. cap. 20.
Consuetudinem formare exercitationis assiduitate. Cic. 1. Acad. 20. Morum autem putabant studia esse, & quasi consuetudinem, quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant.
Corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Disciplinam formare. Quintil. lib. 4. in prol. Ut tui, meique filii disciplinam formare satis putaremus.
Gaudia formare tacita mente. h. e. Imaginari, cogitare, sibi fingere. Ovid. 3. Amor. 7. 63.
Aliquem formare dictis. Ovid. 3. Met. 288.
Talibus ignaram Juno Cadmeida dictis
Formarat. i. e. Informarat, instruxerat.
Mentes formandæ studiis. Hor. 3. Carm. 24. 54.
Mores juventutis formare. Plin. in Paneg. cap. 47. pr.
In mores alicujus se formare. Liv. 1. 21. Et quum ipse se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent. Sic
Aliquem formare in suos mores. Liv. 3. 36. pr.
Orationem formare, eamque variare & distinguere, oratoris est. Cic. 2. de Orat. 36.
Oratio exercitatione & stilo formanda nobis est. Cic. 3. de Orat. 88.
Pueri formantur atque animantur. Cic. 2. de Divin. 86. Perinde utcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cujusque eventusque fingi.
Studia alicujus formare. Quintil. in procem. lib. 1.
Verba recte formare. i. e. Proferre & eloqui. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Verba, ut mollissimam ceram, fingere & formare. Cic. 3. de Orat. 175.
Verba præterito tempore varie formari, prima persona o littera terminata, ipsa analogia confitetur. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Verba, quæ formari nulla similitudine possunt. Cic. 2. de Orat. 359. de Memoriæ arte.
Formare, Ministrare thema & argumentum. Suet. in Aug. cap. 89. Ne Græcarum quidem disciplinarum leviore studio tenebatur: in quibus & ipsis præstabat largiter. Paulo post, Non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & siquid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. conf. in partic. FORMATUS.
Utimur hoc verbo de iis qui fingunt aliquid & simulant. ut Hor. de Arte Poet. 125.
Si quid in expertum scenæ committis, & audes
Personam formare novam.
Est etiam Describere, delineare; ut architecti opera, quæ extructuri sunt, in charta ante depingunt. V. Buchner. ad Plin. 9. Epist. 39. n. 5.
Usurpatur etiam hoc verbum de Nummis signandis. V. Salmas. ad Hist. Aug. p. 218. & 321.

FORMĀTUS, Partic. [μεμορφωμένος] ut, Ad morem Dialecticorum formata conclusio. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Formatus pro Informatus, edoctus. Justin. 18. 3. 10.
In admirationem formatus. h. e. Admirationem simulans, admirari se fingens. Suet. in Claud. cap. 37.
Notiones deorum in animis nostris formatæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 16.
Signum formatum e marmore. Ovid. 3. Met. 419.
Sermo hac de re formatus, inventus est in Neronis scrinio. Suet. in Neron. cap. 47. V. in ipso verbo.
In animo ea formata habemus, quæ nunquam vidimus. Cic. 2. de Divin. 138.

FORMĀTIO, ōnis. f. Vitruv. præf. lib. 2. Formationem puto probandam. conf. eund. 3. 1. & 5. 1. Sen. Epist. 117. Minut. Fel. p. 124. & Mart. Capel. 2. p. 58. & 9. p. 312.

FORMĀTOR, ōris. m. [πλάστης, κατηχητής] Qui instruit & format: ut, Formator animi. Columel. in præf. lib. 1. Formator morum. Plin. lib. 8. Epist. 23. pr. Formator universi. Sen ad Helv. cap. 8.

FORMĀTRIX, īcis. f. Tertul. de Monog. cap. 17. Regina tantæ civitatis formatrix. Claud. Mamert. de Statu animæ 1. 16. Accede formatrici formæ, quo possis esse formosior.

FORMĀTŪRA, æ. f. [μόρφωσις] Lucret. lib. 4. 557.
Servat enim formaturam, servatque figuram. Ibid. 552. & Arnob. lib. 2. p. 59.

FORMĀMENTUM, i. n. Lucret. lib. 2. 17.
—— omnia principiorum
Formamenta queunt in quovis esse nitore. i. e. Simulacra & formationes, in quas formantur & transmutantur prima principia.

FORMIÆ, arum. pl. [Φορμίαι] Campaniæ urbs, sedes olim Læstrygonum, quorum memoria a nonnullis horridæ dictæ sunt. Nam hi ab humanis visceribus non abstinuerunt, ut eleganter scribit Ovid. 14. Met. Formiæ, inquit Servius ad Æn. 7. 695. quæ ante Hormiæ, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, (id est ab impetu) dictæ. Formiæ, Ptolemæo Forma; hodie Nola.
Meque, propter Vitruvii sepulcrum, Molam, quæ in Formiano est litore, atque inde Suessam contuli. Pontanus in Antonio Dialogo, ubi colloquuntur Suppatius & Herricus. Sed legendum Nolam, non Molam. H. St. V. fol. 88. a. Aldi. Sed errat Stephanus, eratque potius iste compilator ex Pontano emendandus, cum Mola sit oppidulum maritimum, ex Formiarum ruderibus extructum, prope Cajetam, ut pulcre norat doctissimus ille Umber, longeque distans a Nola, in mediterraneis Campaniæ sita.
Formiæ, inquit Festus, Oppidum appellatur ex Græco, velut Hormiæ, quod circa id crebræ stationes, tutæque erant, unde proficiscebantur navigaturi. conf. Strab.
Mœnia Formiarum. Hor. 3. Carm. 17. 6.

FORMIĀNUS, a, um. ut, Colles Formiani. Hor. 1. Carm. 20. 11.

FORMIĀNUM, i. n. subaudi, Prædium. Villa Ciceronis in agro Formiano sita. Cic. 2. Att. 4. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompejano.

FORMĪCA, æ. f. [μύρμηξ] a Ferendis micis dicta. Mica vero proprie Pulvisculus ille qui in arena quasi argentum fulget, a quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur. Perott. & Guarin. Veron. Plaut. Trin. 2. 4. 8. Confit cito, quam tu si objicias formicis papaverem. Hor. 1. Serm. 1. 33.
Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris. V. Plin. lib. 11. cap. 30. & Virg. 1. Georg. 186.
Frugilegæ formicæ. Ovid. 7. Met. 624.
Formica anteponenda pulcherrimæ urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.
Inopi metuens formica senectæ. Virg. 1. Georg. 186.
Inda cavis aurum mittit formica metallis. Propert. 3. 13. 5.
Formicæ semitas quærere, idem est ac Rem intricatam & impervestigabilem exquirere. V. Taubm. in Plaut. p. 741.
Formicæ olim augurium fecere, ut patet ex Cic. 1. de Divin. 36. Suet. Neron. cap. 46. n. 2. & Tiber. cap. 72. n. 3. conf. Potter. Archæol. Græc. 2. 15.
Formica, Arabibus Morbi genus est, qui Græcis Herpes, Latinis Ignis sacer, Scribonio Zona, Plinio Zoster & Circinus. V. Hier. Mercur. Var. Lect. 4. 9.

FORMĪCŬLA, æ. f. dimin. Arnob. 7. Quod si cernerent, nec inter formiculam plurimum sesesque esse discriminis. August. Civ. Dei 22. 24. Plus formicularum & apicularum opera stupemus, quam immensa corpora balænarum.

FORMĪCĪNUS, Adj. [μυρμήκινος] Quod ad formicam pertinet. Plaut. Men. 5. 3. 19. Atque eccum incedit, movet formicinum gradum.

FORMĪCO, āre. Adhibetur de motu celeri sed exiguo, qualis est incessus formicarum. Plin. 12. 30. §. 41. Donec formicet cutis. i. e. Pruriat.

FORMĪCANS, antis. Partic. [μυρμηκίζων] Quod formicarum currentium modo sentitur: ut, Pulsus formicans; qui omnium maxime lethalis est. Plin. lib. 7. cap. 51. Venarum inæquabili aut formicante percussu. i. e. Arteriarum sese attollentium & demittentium, ita ut veluti formicæ currentes sentiantur in pulsu. Formicantem pulsum Galen. cap. 3. lib. de tactu pulsus, intelligit Minutum, densum, ac summe debilem: qui velocitatis opinionem exhibeat, quum sit minime velox. Rasis decimo Almansoris, pulsui nuper editi infantis esse similem tradit. Philaretus quærit, quo distet a formicante vermiculans percussus: & hunc quidam putat quandoque converti demutarique in melius, ejus item amplius patere inæqualitatem: formicantem vero virtute prorsum intermortua fieri, & interitum prænuntiare.

FORMĪCĀTIO, ōnis. f. [μυρμηκία] Vitium corporis, quum parva tubercula rotunda & pinguia corpus infestant. Plin. lib. 28. cap. 7. Capilli mulierum si crementur, &c. cinere eo panos, &c. sanguinemque sistit

fistit illico, & formicationes corporum. Formicatio dicta: quod velut exeffe carnem formicæ videantur. Idem lib. 30. cap. 8.

FORMICALIS, e. Idem quod Formicans. Cæl. Aurel. Tard. 2. 14. Formicalis pulfus.

FORMICABILIS, e. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 27. Pulfus latens aut formicabilis, quem Græci μυρμηκίζοντα vocant.

FORMICETUM, i. n. Caverna formicarum. Apul.

FORMICOSUS, Adj. [μυρμηκώδης] Plenum formicis. Plin. lib. 10. cap. 74. Formicofam arborem forices cavent.

FORMIDO, ĭnis. f. [ὑπόπληξις, κακότης] a Formis, five fpectris: nifi veteres Formus dixere pro Calidus, atque inde Formido, quia nonnullis præ metu fudor prorumpit. V. Voff. p. 2. Inft. Orat. p. 28. Cic. 4. Tufc. 19. Formidinem, metum permanentem definiunt. Hor. 1. Epift. 16. 53.

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Plenus formidinis homo. Cic. 9. Att. 12.

Fugæ & formidines. Cic. 8. Att. 21. Omnino intelligo, nullum fuiffe tempus poft has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum effe litteris.

Acerrima formido. Auct. ad Heren. lib. 2.

Atra formido. Lucret. lib. 4. 174.

Cauta formido. Sil. lib. 16. 600.

Subita & improvifa formido. Cic. de Provinc. Conf. 43.

Turpis formido. Virg. 2. Æn. 400.

Agitare animis formidines. Liv. 30. 28.

Caligans lucus nigra formidine. Virg. 4. Georg. 468.

Contrahitur animus formidine divûm. i. e. Comprimitur. Lucret. lib. 5. 1217.

Diriguit fanguis fubita formidine. Virg. 3. Æn. 259.

Exiftunt horribiles formidines ex ignoratione rerum. Cic. 1. de Fin. 63.

Impendent formidines a noftris. V. IMPENDEO.

Injicere formidinem alicui. V. INJICIO.

Intendebat formidinem. Tacit. 2. Hift. 54.

Opponere formidines, jactare minas. Cic. pro Quint. 47. V. OPPONO.

Perterritus animus formidine. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Pofita formido in vita improbis. Cic. 4. in Catil. 8. Itaque ut aliqua in vita formido improbis effet pofita, apud inferos ejusmodi quædam illi antiqui fupplicia impiis conftituta effe voluerunt, &c.

Preffus ancipiti mentem formidine. Virg. 3. Æn. 47.

Proponere formidines incommodorum. Cic. 7. Verr. 24. Reperietis idcirco hæc in uno homine pecuniofo tot conftituta, ut ceteris formidines fimilium incommodorum, atque exempla periculorum proponerentur.

Rumpit immiffa formidine fomnos. Sil. lib. 3. 167.

Solvent perpetua formidine terras. Virg. 4. Ecl. 14.

Terrere aliquem formidine. Ovid. 4. Met. 801.

Torpens caffa formidine. Lucret. lib. 3. 994.

Formido pro Religione aliquando ponitur. V. Drakenb. ad Sil. 1. 82.

Formido, Dea pingebatur cum capite leonino, ut in fcuto Agamemnonis. [Apud Paufan. Eliac. p. 167. Wech. eft Φόβος. Terrorem, ibidemque p. p. Pavorem convertit interpr.] Paufanias, Legimus, inquit, apud Lacedæmonios, Ephoros Formidinis facellum conftruxiffe prope triclinium, quo ipfi tribunal habebant, ut effent ceteris majori formidini. [Hunc pofteriorem locum non reperi.

Formido, venationis proprium etiam vocabulum, idem quod Linea fignificans, de qua vide fuo loco, ubi & hujus interpretationem reperies. De hac Virg. 3. Georg. 372. his verbis,

—— puniceæve agitant timidos formidine pennæ. conf. Lucan. 4. 437. V. omnino Lex. Pitifc.

FORMIDO, [ὑποπλήσσω, πτώσσω, καταπτώσσω] āre. Pavere, timere. Plaut. Cift. 4. 2. 20. Nam & intus paveo, & formido foris. Cic. 2. Philipp. 64.

Formido mihi, Ne fcilicet aliquid mali mihi accidat. Plaut. Amph. 1. 1. 148. Al. Formido male. q. V.

Formidat auro, ne furripiatur. Plaut. Aul. arg. 6.

Auro formidat Euclio, abftrudit foris.

Animus formidat, tamdiu, &c. Plaut. Bacch. 2. 3. 3.

Iracundiam alicujus formidare. Cic. 8. Att. 25.

Malum formido. Plaut. Amph. prol. 27.

Non minus quam veftrum quivis formidat malum.

Male formido ne. Plaut. Amph. 1. 1. 148. — Formido male,

Ne ego nomen commutem meum, & Quintus fiam e Sofia.

Nimis male illum formido. Plaut. Capt. 4. 4. 5.

Verbera formidavere. Stat. 5. Silv. 3. 184.

Formido interdum idem eft atque Renuo, nolo. Plaut. Pfeud. 1. 3. 81.

Fac hoc mea fide, fi ifti formidas credere. conf. Afin. 2. 4. 55.

FORMIDANS, Partic. [ὑποπτήσσων] ut, Cervi formidantes. Ovid. 15. Met. 475. Al. Formidatis.

FORMIDATUS, aliud Partic. [ὑποπτηκτός] ut, Claffe formidatus. Hor. 3. Carm. 6. 15. Idem 2. Epift. 1. 256. Formidata Parthis Roma. conf. Ovid. 1. Pont. 3. 24. & Virg. 3. Æn. 275. Item Salluft. 1. Catil. 10. a.

Manus formidatæ. Ovid. 1. Amor. 7. 62.

FORMIDOLOSUS, Adj. [κατάφοβος, ψοφοδεής] Active & paffive fumitur. Active, Qui formidat. Ter. Eun. 4. 6. 19. Apagefis, Ego formidolofus? nemo eft hominum, qui vivat, minus. Columel. lib. 6. cap. 2. Nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidolofi. Ut Meticulofus. H. St. q. V. in METUS. Videtur utrumque forma prolatum diminutivi, fcribendumque Formidulofus.

Formidolofior exercitus hoftium. Tacit. 1. Ann. 62. Subaudi Exercitu. Paffive, Qui formidatur. Salluft. Catil. cap. 7. Regibus boni quam mali fufpectiores funt: femperque iis aliena virtus formidolofa eft. Cic. 4. Tufc. 52. Confervatio ftabilis judicii in iis rebus quæ formidolofæ videntur.

Bellum formidolofiffimum. Cic. in Pifon. 58. Idem pro Lege Manil. 62. Eques Romanus ad bellum maximum, formidolofiffimumque pro Confule mitteretur?

Facinus nimis formidolofum, Maxime timendum. Plaut. Amph. 5. 1. 65.

Locus & confeffus formidolofus. Hunc locum, confeffumque veftrum, quem illi horribilem A. Cluentio, ac formidolofum fore putaverunt. Cic. pro Cluent. 7.

Dubia & formidolofa tempora. Cic. 7. Verr. 1. Ita enim caufa conftituitur, provinciam Siciliam virtute ejus & vigilantia fingulari, dubiis formidolofisque temporibus, a fugitivis atque a belli periculis tutam effe fervatam.

Formidolofiffima videre. Suet. Aug. 91. 3. Per quietem fcil.

FORMIDOLOSE, Adv. [καταφόβως] Cic. pro Sext. 42. Eos qui plurimum poffent, opponi omnibus concionibus falfo, fed formidolofe tamen, auctores ad perniciem meam.

Compar. Formidolofius. Catonis eft apud Charif. l. 2. p. 196.

FORMIDABILIS, e. [φοβερός] Ovid. 2. Met. 857.

Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Orcus formidabilis. Ovid. 14. Met. 116.

Serpens formidabilis. Ovid. 2. Met. 174.

Ridens formidabile. Stat. 8. Theb. 581.

Compar. Formidabilior; apud Petron. p. 114.

FORMIDAMEN, ĭnis. n. Apul. Apol. p. 315. Edit. Elmenh. Nocturnum occurfacula, buftorum formidamina, fepulchrorum terricu lamenta.

FORMIDATIO, ōnis. f. [φόβος] Cic. in Partit. 11. In fuafione autem, aut fpem, aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria legunt Reformidationem; quædam Reformationem. Vet. Gloff. Formidatio, δειλία.

FORMIDUS. V. FORMA, a pr.

FORMIO, [Φορμίων] Ptolemæo, Iftriæ fluvius; hodie Cifanus, Vulgo *Cefano.*

FORMIO, ōnis. m. Storea φορμός a φέρω, quia in eo aliquid fertur. l. 33. §. 18. ff. de inftrum. leg.

FORMO, āre. FORMOSUS, FORMULA. V. FORMA.

FORMUCALES, Forcipes dictæ, quod forma capiant, id eft ferventia. Feftus. Scalig. Formucapes.

FORNAX, ăcis. f. [κάμινος, χοάνευτήριον, χόανος] Latine dicitur quod Græce Caminus. Fornum [an Furni?] & Fornaces, inquit Nonius 12. 52. dicuntur a Forno, quod eft calido: inde Forcipes, quod candens teneant ferrum. Varro de Vit. Pop. Rom. lib. 1. Cocula, qui coquebat panem, primum fub cinere, poftea in forno: cujus utriusque vocabulum a Forno ductum, id eft a caldore. Al. a Formo.

Ærariæ fornaces. Plin. lib. 11. cap. 36. In Cypri ærariis fornacibus, &c.

Ardentes fornaces. Cic. 1. de Nat. Deor. 104. Sunt quædam etiam, quæ igne nafci putentur, apparentque in ardentibus fornacibus fæpe volitantes.

Calidæ fornaces. Lucret. lib. 6. 277.

Cavæ fornaces. Lucret. lib. 6. 201.

Longinqua fornax. Plin. lib. 9. cap. 38. Longinquæ fornacis cuniculo. V. in LONGUS.

Profunda fornax. Ovid. 2. Met. 229.

Sulfureis ardet fornacibus Ætna. Ovid. 15. Met. 340.

Vaporiferæ fornaces. Stat. 1. Silv. 3. 45.

Fornax, Dea etiam exiftimata, quoniam ante triticum & ejus ufum, farra fornacibus torrebantur; unde eft dea Fornax conftituta, ut Feftus & Lactantius volunt. Plura in Ovid. 2. Faft. 525.

Facta Dea eft Fornax, læti Fornace coloni
Orant, ut vires temperet illa fuas.
Curio legitimis tum fornacalia verbis
Maximus indicit; nec ftata facra facit. conf. 6. 311.

FORNACULA, æ. f. dimin. [καμίνιον] ut, Magna eft fornacula. Juven. 10. Sat. 82. Figura eft Oxymoron. conf. Vitruv. 7. 10. pr. Feft. in Fornacalia.

FORNACEUS, Adj. [καμινοειδής] Factum in modum fornacis. Plin. lib. 35. cap. 14. Quid? non & in Africa Hifpaniaque ex terra parietes, quos appellant fornaceos, &c. Gelenius legit Formaceos. V. FORMACEUS, & Harduin. in loc.

FORNACARIUS, i. m. [μυλωθρός] Qui fornaci præeft; idem fervus, qui & Piftrinarius dicitur & Piftor, tefte Budæo. Ulp. D. ad leg. Aquil. l. Si fervus fervum, Si fornacarius fervus coloni ad fornacem obdormiffet, & villa fuiffet exufta; Neratius fcribit, &c. conf. Turneb. Adverf. 8. 9. & omnino Lex. Pitifc.

FORNACATOR, ōris. m. Servus qui balneo curam habet fuccendendi ignis. Paulus in l. Tabernæ. D. de fund. inftruct. &c. Inftrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius refpondit. Continetur autem & fornacator.

FORNACALIS, e. Fornacem inter numina habitam, Fornacalem deam vocat Ovid. 6. Faft. 314.

FORNACALIA, orum. n. plur. [καμινεῖα] Feriæ funt (inquit Feftus) inftitutæ farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quæ in piftrinis erat, facrificium fieri folebat. Idem alibi, Fornicalia facra erant, quum far in fornaculis torrebant. Plin. lib. 18. cap. 2. Is & fornacalia inftituit. Ex Budæo. V. Ovid. 2. Faft. 527. Idem 6. Faft. 314. conf. Lex. Pitifc.

FORNIX, ĭcis. m. [καμάρα, ψαλίς] Arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. Cic. 2. Verr. 9. Idem in Topic. 21. Non debebit præftare quod fornix vitii fecerit. Plin. lib. 33 cap. 4. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus fuftinendis. Virg. 6. Æn. 631.

Mœnia confpicio, atque adverfo fornice portas.

Fornices, [ἀψῖδες] erant Arcus in memoriam rerum a triumphalibus viris geftarum extructi, quafi monumenta victoriarum. Cic. 2. de Orat. 267. Ita fibi ipfum magnum videri Memmium, ut in forum defcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Hæc Budæus.

De Fornice Septimii & Stertinii V. Lex. Pitifc.

Fornix, aliquando pro Lupanari ponitur, quod fub fornicibus habitare confueviffent meretrices. Vet. Gloff. πορνεῖον, fornix. V. Voff. Lex. Etymol. Juven. 3. Sat. 156.

Lenonum pueri quocunque in fornice nati. Idem 11. Sat. 171.

Olenti in fornice ftantem. Hor. 1. Serm. 2. 30.

FORNICARIUS, i. m. dicitur Opifex & Propola five inftitor, qui tabernas a fifco conducit fub fornicibus, ut ibi merces fuas venales habeat:

habeat: cujusmodi esse solent in porticibus fori venalium, id est macelli, quas fallas [an *ballas?*] appellant. Scævola in Pandectis, l. Quum quidam. §. Fiscus. D. de usuris, Fiscus in suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet a fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt. Budæus.

Fornicarius, Scortator. Salvian. 7. Gub. Dei p. 279. Quis in illo numero castus fuit? Castum dico? Quis non fornicarius, non adulter? conf. Vulg. Interp. 1. Tim. 1. 10. & Tertul. de Anima, cap. 35.

FORNICARIA, æ. f. Prostibulum. Vet. Gloss. πόρνη, ἀπὸ καμάρας, ἡ ἱσταμένη. Isidor. lib. 10. V. in FORNICATRIX. Voss. Lex. Etymol. & Tertull. de Pudicit. cap. 16.

FORNĬCO, [καμαρόω] āre. Fornices facere. Plin. lib. 11. cap. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. De apibus. Idem lib. 16. cap. 42. Populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur. h. e. Sursum versus curvatur, in modum fornicis.

FORNĬCOR, āri. dep. Scortari, meretricari. Vet. Gloss. πορνεύω, Fornicor, scortor. Sed hoc sensu tantum Vulg. Interp. & Ecclesiastici utuntur. [In fornice prostare significat, vi vocis.

FORNICĀTUS, a, um. Partic. [καμαρωτὸς] ut, Paries fornicatus, cui opponitur Solidus. Cic. in Topic. 22. Liv. 22. 36. extr. In via fornicata, quæ ad campum erat. Plin. lib. 11. cap. 10. V. in ipso verbo. Ammian. Marcell. 26. 24. Ædificium fornicatum. Plin. lib. 12. cap. 5. Ambitu fornicato.

FORNICATIO, ōnis. f. [καμάρωσις] Fornicis structura. Sen. Epist. 95. Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur. adde Vitruv. 6. 11.

Fornicatio, Scortatio. Vet. Gloss. πορνεία, Fornicatio. Tertull. de Pudicit. 1. extr. & contra Marc. 5. 7.

FORNICATOR, ōris. m. Tertull. de Pudicit. cap. 1. Limitem mœchis & fornicatoribus figimus. Salvian. lib. 7. de Gub. Dei p. 283. Una meretrix multos fornicatores facit.

FORNICATRIX, īcis. f. Isidor. lib. 10. Fornicatrix est cujus corpus est publicum. Hæ sub arcuatis prosternebantur, quæ loca fornices dicuntur, unde & Fornicariæ.

FŎRO, [τρύω, τιτράω, τετραίνω] āre. Penetrare, & quasi in forum exire. a Foris enim derivatur. Plaut. Mostel. 1. 1. 53.

O carnificum cribrum, quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Columel. lib. 5. cap. 10. Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito, & ita librum arboris inolescere sinito. Idem lib. 8. cap. 3. Forare aurem. Macrob. 7. Saturn. 3.

FŎRĀBĬLIS, e. Adj. [τρητὸς] ut, Nullo forabilis ictu. Ovid. 12. Met. 170.

FŎRĀTUS, ûs. m. [τρῆμα] Idem fere quod Foramen, vel potius ipsa Perforatio. Lactant. de Opific. Dei, cap. 8. Oculorum orbes concavis foraminibus conclusit: A quo foratu frontem nominatam Varro existimavit.

FŎRĀMEN. V. supra f. l.

FOROAPPII, FOROAUGUSTANA, FOROBREMITIANI, FOROFLAMINIENSES, FOROFULVI, FOROJULIENSES, FORONERONIENSES, FOROPOPULIENSES, FOROSEMPRONIENSES, FOROVIBIENSES. V. FORUM.

FORPEX, īcis. f. Instrumentum quo pili inciduntur. Isidor. 20. 13. & Cassiodor. Orthogr. cap. 4. ex antiquiore Grammatico Papiriano, discrimen faciunt inter Forficem & Forpicem, ut illa Sartoris sit, hæc Tonsoris, quasi Forpiceps, a Pilis capiendis. Sidon. Carm. 15. 184.

Rupit odoratam redolenti forpice barbam.

Ita in castigatissimis libris scriptum est, quod addo quia Vossius aliique de Latinitate hujus vocis dubitarunt. adde Caton. de R. R. cap. 10. Vetus Onomasticon, ψαλίδες, Forpices. [Immo Forfices, ut ex Vet. Lexico Henr. Steph. in Thes. Gr. exhibet. Solent ista confundi, ut supra V. FORFEX annotavimus. Ego nullus dubito, quin vox hæc spuria sit, quicquid dicunt magistelli. De Sidoniano loco non magnopere contenderim, cum multa ævi illius scriptores ex Grammaticorum, musteorum tum, placitis nimis faciles arripuerint, Catonem vero Forcipes, non Forpices scripsisse dubitandi causa nulla est, cum eas post Cuneos, Fistucamque ferrariam, uti quidem legendum esse v. FISTULA diximus, inter Ferramenta rustici instrumenti memoret, nequam vero in Tonsoria supellectili, ubi locum Forpici proprium assignant.

FORS, ô fors, a forte. f. [τύχη] est, ut inquit Nonius 5. 15. Casus temporalis: Fortuna, ipsa dea. Accius Andromeda, Multi iniquo, mulier, animo sibi mala ausere in malis, quibus natura prava magis, quam fors aut fortuna obfuit. Lucil. Sat. lib. 13.

Cui parilem fortuna locum, fatumque tulit fors.

Virg. 1. Æn. 381.

Forte sua Libycis tempestas appulit oris.

conf. Ovid. 6. Fast. 773.

Domina campi fors. Cic. in Pison. 3. V. FORTUNA.

Fors in aliquibus rebus plus quam ratio potest. Cic. 14. Att. 12.

Fors fuat pol. Ter. Hec. 4. 3. 4. Ubi Donatus; Fors fuat, Fortuna faveat, quasi τῷ εὐφημισμῷ adversus triste dictum usa est: nam Fors, Fortuna bona est: & Fuat, Sit significat. dixerat enim, Quod faciendum sit fortasse. Et iterum, Fors fuat pol. i. e. Bona eveniat: quasi τῷ εὐφημισμῷ dicat. Bona dicito potius. An bona fortuna fit per Pollucem? Idem Adelph. 4. 7. 23. Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Ubi Donatus; Forte, pro Fortuna intelligendum. Idem Phorm. 5. 1. 19.

Forte an, Fors et, Forsit, vide post FORSAN. apud Propertium, puto, in fine versus, Fors &. H. St. V. FORSIT.

Fors, pro Fortuna. Cic. 14. Att. 12. Sed hæc fors viderit ea, quæ talibus in rebus plus quam ratio potest. Idem lib. 7. 14. Sed hæc ut fors tulerit. Liv. 1. 45. Uni se ex Sabinis fors dare visa est, privato consilio imperii recuperandi.

Mala fors. Cæs. 8. Bell. Gall. 12. Cujus mala fors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obvenerat. In codd. ex MSS. correctis est Cujus mali sors.

Fors fortuna, pro Felici casu & prospero. Ter. Phorm. 5. 6. 1.

O fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quam subito, hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem.

Ubi Donatus; Fortuna, dicta est Incerta res: Fors fortuna, Eventus fortunæ bonus. Idem; Aliud Fortuna est, aliud Fors fortuna. nam Fors fortuna, est cujus diem festum colunt, qui sine arte aliqua vivunt: hujus ædes trans Tiberim est. Ter. Hec. 3. 3. 26.

Quæque fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit.

Ubi Donatus; Fors-fortuna, ὑφὲν, id est subita fortuna. Et Fortuna, in incerto; Fors-fortuna, in bono ponitur.

Forte fortuna. Ter. Eun. 3. 5. 20. Ibid. 1. 2. 54. Forte fortuna adfuit hic meus amicus. Ubi Donatus, Forte fortuna, i. e. Bona fortuna. Cic. 2. de Divin. 18. Quid est tandem quod casu fieri, aut forte fortuna putamus? [Ex quo apparet, nugari grammaticum, quum Bonæ Fortunæ eventum præcipue significare putat.

Fors pro adv. idem ac Forte; ut Charisius lib. 2. p. 165. notat, & Priscian. lib. 15. p. 1815. & quidem ex Virg. 5. Æn. 232. & 11. 50. adde ibid. 2. 139; 6. 537. & 12. 183.

Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.

Adscripsit hunc locum H. St.

FORTE, Adv. [ἴσως, ἄρα, συμβὰν, τυχὸν] h. e. Casu & veluti Per sortem. Plaut. Amph. 2. 1. 74. Ter. And. 1. 1. 52.

Qui tum illam amabant, forte (ita ut fit) filium
Perduxêre illuc secum, ut una esset, meum.

Ibid. 1. 1. 91.

—— Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte unam aspicio adolescentulam.

Sic Virg. 7. Æn. 112.

Forte evenit, &c. Cic. 2. de Orat. 224. Liv. 1. 22. Forte evenit, ut agrestes Romani &c.

Ne forte hoc magnum ac mirabile videatur. Cic. 2. de Orat. 91.

Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere. Cic. 1. Q. frat. 2. 2.

Forte, usurpatur in his rebus, quæ acciderunt illæ quidem, sed incerta de causa; præterquam cum his dictionibus, Si, Nisi, & relativo Quis vel quæ.

Nisi forte. Cic. pro Flacc. 20. Nepos 10. 9. 2. Si forte consiliis obstitisset fortuna.

Siquis vestrûm Judic. aut eorum qui adsunt forte miratur. Cic. 1. Verr. 1.

Si forte, pro Fortasse. Cic. 3. de Orat. 47. Ex quo vereor, ne nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem, si forte, motum.

Forte pro Fortasse, dubitandi, non etiam eventus adverb. Cruquius in Horat. Epod. Altera jam teritur, affertque & Lamb. H. St. V. Epod. 16. 15.

Forsan, forsitan, fortassis & fortasse, dubitationem habent [Forte revera nomen potius, quam Adverbium esse docet Voss. de Analog. 1. 2.

FORTEAN. Lips. in Tac. 311. H. St.

FORSAN, Adv. [τάχα] Ter. And. 5. 5. 1. Aliquis forsan putet. Virg. 1. Æn. 203.

—— forsan & hæc olim meminisse juvabit.

[Videntur veteres divise scripsisse Fors an, ut Forte an.

FORSIT, Idem. Lucret. lib. 6. 735.

Forsit & Æthiopum penitus de montibus altis
Crescat.

Virg. 11. Æn. 50.

Forsit vota facit.

Ita quidam Codd. alii Fors & vota. V. Broeckh. ad Propert. 2. 7. 33. & supra in FORS. Hor. 1. Serm. 6. 49.

—— quia non, ut forsit honorem
Jure mihi invideat quivis.

[Equidem non dubito, quin Veteres Fors sit divise scripserint, & Fors sit an, pro Forsitan. Etsi per Apocopen Forsit, pro Forsitan positum, vet. Schol. ut & Cruquius ex Prisciani sententia lib. 15. fol. 171. Aldi, contendunt.

FORSĬTAN, aliud Adv. [τάχα] Ter. Eun. 1. 2. 117.

Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem.

Cic. Forsitan quispiam dixerit, numne igitur, &c. Quintil. lib. 3. cap. 9. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret. conf. Ovid. 3. Trist. 3. 25. & Burm. ad Petron. cap. 130.

FORTASSIS, aliud Adv. [ἴσως πῶς] Cic. 2. Fam. 15. Sed ego fortassis vaticinor, ut hæc omnia meliores habeant exitus. conf. Plaut. Asin. 2. 4. 86. [Dictum videtur per Syncopen primum. Forte an si vis, deinde Fortansis, postremo Fortassis, ut alia id genus. Hinc Fortassi per apocopen.

FORTASSE, Idem. [ἴσως πῶς] Plaut. Asin. 2. 4. 92. Ter. Eun. 5. 9. 31.

Tu fortasse quæ facta hic sint nescis. Idem Heaut. 4. 3. 37. Cic. 2. Fam. 5. Raras tuas quidem, fortasse non perferuntur, sed suaves accipio litteras. Idem 7. Fam. 3. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam velles. Idem 1. Verr. 40. Fortasse dices, Quid? ergo hæc in te sunt omnia.

Græculus otiosus & loquax, fortasse doctus. Cic. 1. de Orat. 102.

Puerum inquies, fortasse fatuum, & non gravem, & non continentem. Cic. 6. Att. 6.

Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis. Hor. 2. Epist. 2. 164.

FORTASSEAN, Idem. Apul. Apol. Fortassean adhuc vidua antequam nupta domi sedisset. Gell. 7. 3. extr. Ea omnia distinctius numerosiusque ac comptius fortassean dici potuerunt. Idem 11. 9. pr. Fortassean auxilii petendi gratia. In his dubitandi particula AN, eleganter συσπαραλαμβάνεται. V. Parei Lex. Crit. p. 498.

FORTAX. V. post FORTITUDO.

FORTIS, e. Adj. [ἀνδρεῖος, κρατερὸς, ἄλκιμος, εὐσθενής, ἰσχυρὸς, κραταιὸς] proprie Is dicitur qui est validis viribus præditus. Borrichius Cogit. p. 108. &c. adversus Vossium ostendit, vocem Fortis & Fortissimus pro Munito ac Firmo usurpari a multis scriptoribus classicis.

Fortis, Frugi & bonus sive validus. Festus.

Ad opera fortis. Columel. lib. 6. cap. 2. Idem 1. 8. & Plin. 10. Epist. 89. & 7. Epist. 23.

Contra audaciam fortissimus. Cic. pro Rosc. Amer. 85.

Contra pruinas fortissimæ vites. Plin. lib. 14. cap. 2.

In armis fortis. Tibul. lib. 1. 10. 31.

Manu fortis. Ovid. 13. Met. 360.

Fortis & Ignavus, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 145. Iratum, propitium; lætantem, dolentem; fortem, ignavum; audacem, timidum cognoscunt. V. IGNAVUS.

Achilles fortis. V. ACHILLES.

Adjutor fortissimus. Cic. pro Domo 30.

Ætas fortior. Ovid. 1. Epist. 107.

Arma fortia. Virg. 10. Æn. 735.
Aura fortior. Ovid. 2. Amor. 11. 38.
Ausa fortia. Virg. 9. Æn. 281.
Coloni fortes. Virg. 3. Georg. 288.
Corpora fortia. Virg. 1. Æn. 105.
Ductor fortissimus. Virg. 8. Æn. 513.
Equus fortis. i. e. Celer. Virg. 11. Æn. 706.
—— quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? Lucret. lib. 3. 8. Nonius.
Facta fortia. Liv. 26. 39. Virg. 1. Æn. 645. — cælataque in auro
Fortia facta patrum.
Familia fortis, Dives. Plaut. Trin. 5. 2. 9.
—— Sed ego hoc nequeo mirari fatis,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam.
Genus dicendi forte & vehemens. Cic. 3. de Orat. 29.
Impetus animi fortissimus. Cic. 3. de Orat. 28.
Industria fortis. Plin. lib. 11. cap. 37. Hirto corde gigni quosdam homines produnt, neque alios fortioris esse industriæ.
Inflexio laterum fortis & virilis. Cic. 3. de Orat. 218.
Ingenium fortius viris. Ovid. 19. Epist. 6.
Latus forte. Hor. 1. Epist. 7. 26.
Nomina fortissima quæque lustrans. Sil. lib. 17. 493.
Oculis fortibus. Cic. 15. Att. 11. i. e. Fortem animum declarantibus.
Oratio fortis & virilis. Cic. 1. de Orat. 231.
Orationi forti opponitur Placida, summissa, lenis. Cic. 2. de Orat. 183. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maxime commendat reos.
Tauri fortes. Virg. 1. Georg. 65.
Turmæ fortes. Propert. lib. 2. 10. 3.
Vir fortis ad arma. Ovid. 2. Fast. 688.
Vir fortis ad pericula. Cic. pro Font. 31.
Vir contra audaciam fortissimus. Cic. pro Rosc. Amer. 85.
Urbs fortissima. Cic. 12. Philipp. 7. [Sed in emendatis est Fortissime conanti. Viderit igitur Borrichius, qui hoc maxime exemplo contra Vossium pugnat, Fortis pro Munito dici negantem.
Fortis, pro Constante & magnanimo; a Ferendo dictus est; quod æquo animo ferat adversa. Virg. 1. Æn. 226.
—— fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Heroum fortissime. Virg. 5. Æn. 389.
Animosus & fortis. Cic. de Senect. 72. Ex quo fit ut animosior etiam senectus sit quam adolescentia & fortior.
Adolescens bonus & fortis. Cic. 4. Verr. 138.
Animus fortis. Hor. 2. Serm. 5. 20.
Animi fortis & acris magnique vir. Cic. pro Sext. 4.
Animi fortis & constantis est non perturbari in rebus asperis. Cic. 1. Off. 80.
Animus fortis & magnus. Cic. 1. Off. 8.
Corda fortia. Tibul. 3. 2. 6.
Corda fortissima. Virg. 5. Æn. 729.
Cupiditas acerrima & fortissima Populi Romani recuperandæ libertatis. Cic. 12. Philipp. 7.
Pectus forte. Virg. 4. Æn. 589.
Sententiæ acerrimæ & fortissimæ. Cic. 3. in Catil. 13.
Verba fortia. Propert. lib. 1. 5. 14.
Vir fortis & clarus. Cic. 1. de Finib. 36. Qui studiose antiqua persequeris, claris & fortibus viris commemorandis. Ter. And. 2. 6. 14.
Vir constans & fortis. Cic. de Clar. Orat. 117. Magnanimi & fortes viri. Cic. 1. Off. 63. Magnitudinem fortissimi viri desiderare. Cic. pro Milon. 70.
Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus. Cic. pro Rosc. Amer. 137.
Fortis, Formosa. Plaut. Mil. 4. 3. 13. Ecquid fortis visa est? Nonius 4. 195. ita exponit: Fortis & Pulcher antiquis idem. Pulcher quasi πολύχειρ, i. e. Fortis. unde Virg. 7. Æn. 656.
—— satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus. Romani enim qui omnia in fortitudine ponebant, eum demum bonum & formosum putarunt, qui esset fortis. V. Jul. Cæs. Scalig. de Causis Lat. Ling. 1. 22.

**Fortĭter**, Adv. [ἀνδρείως, ἐῤῥωμένως, ἴφι] i. e. Animose, & infracto animo. Plaut. Men. 1. 2. 20. Cic. de Senect. 85. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum.
Animose & fortiter non solum, sed considerate etiam, sapienterque facere aliquid. Cic. 4. Philipp. 6.
Accipere fortiter aliquid. Cic. 15. Att. 20.
Defendere fortiter aliquid. Ovid. 2. Amor. 5. 9.
Defendere libere & fortiter salutem alicujus. Cic. 12. Fam. 18.
Disputare constanter & fortiter. Cic. de Provinc. Conf. 41.
Facere aliquid animo magno, fortiter, excellenterque. Cic. 1. Off. 61.
Perseverare fortissime facere aliquid. Cic. pro Quint. 5.
Facere aliquid fortiter in re militari. Cic. 7. Verr. 4.
Ferre aliquid fortiter. Cic. 14. Att. 12.
Ferre quicquid acciderit, fortiter & sapienter. Cic. 14. Att. 12.
Gerere fortiter bellum cum hostibus. Cic. pro Flacc. 98.
Judicare fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Perire fortiter. Hor. 2. Serm. 3. 42.
Resistere fortiter. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Uti ense fortiter. Ovid. 11. Epist. 97.
Compar. Non abstulit modo, sed in amorem conjecit fortius. Plaut. Merc. 5. 3. 5. Suppos.
Tormento fortius mittere aliquid. Ovid. 9. Met. 218.
Superl. Fortissime ulmus servat rigorem. Plin. lib. 16. cap. 40.
De usu hujus adv. V. Burm. ad Quintil. 2. 12. pr. & 6. 12. p. 420.

**Fortĭcŭlus**, Adj. dimin. Cic. 2. Tusc. 45. Quamvis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat. de Epicuro. conf. Apul. de Asin. 8. p. 213. edit. Elmenh. & Auson. Epist. Idyll. 5. præfixa.

**Fortiusculus**, a, um. aliud dimin. affert Pareus in Plaut. Mil. 4. 3. 13. V. ejus Lex. p. 499. Sed improbat Taubm. ad loc. p. 865. Gronov. legit Fortis.

**Fortesco**, [κρατύνομαι] ĕre. Fortem fieri. Nævius, Crescit annis, & fortescunt vires. Gell. lib. 19. cap. 7. de Nævio, Item quod fortescere posuit pro fortem fieri. Antiquum.

**Fortĭfĭco**, [κρατύνω, ἰσχυρίζω] āre. Plaut. Fortifica animum. [Locum hunc non reperi. Forte est ex suppos.] Cæl. Aurel. Acut. 2. 30. Vina sufficientia fortificare. Idem Tard. 2. 4. 78. Dentes constringere atque fortificare. Idem ibid. 3. 2. 38. & 3. 7. 91.

**Fortificātio**, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. Fortificationem corpori adhibere.
Fortificare, pro Munire usurpant Itali & Galli, unde & Fortificatio, vulgo est Architectura militaris. V. **fortis** a pr. & Urbs fortissima.

**Fortĭtas**, ātis. f. Gloss. Gr. Lat. ἀνδρειότης, fortitas, virilitas. Placet hæc vox Salmasio ad Solin. p. 26.

**Fortĭtūdo**, ĭnis. f. [ἀνδρεία, ἰσχύς, ἀλκή] est, ut inquit Cic. 2. de Invent. 163. Considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Idem 1. de Invent. 62. ac 3. Off. 117. Gell. lib. 12. cap. 5. Ea vera & proba fortitudo est, quam majores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum: per quod apparet esse quædam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut sustinendis.
In periculis fortitudo, in negotiis labor. Cic. pro Lege Manil. 26.
Comites fortitudinis sunt, magnitudo animi, gravitas, patientia, rerum humanarum despicientia. Cic. 2. Tusc. 32.
Viri propria maxime est fortitudo, cujus munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio. Cic. 2. Tusc. 43.
Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Cic. 3. Off. 100.
Erumpit fortitudo in nervum. V. **nervus.**
Imitatur audacia fortitudinem. Cic. in Partit. 81.
Venientibus malis obstat fortitudo. Cic. in Parad. 77.
Spectari fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo. Cic. 3. de Nat. Deor. 38.
Non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem civium mentem vindicavit. Cic. Anteq. iret in exil. 3.
Fortudines pl. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. Cic. 1. Off. 78.

**Fortax**, ācis. f. Cato de R. R. cap. 38. Facito fortax totam fornacem infimam complectatur. ut a Fornice; Fornax; ita a Fortitudine, Fortax dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus, & soli tegumentum pavimentatum & saxeum. Ἰσχύος a Græcis vocari videtur. Hesychius, Ἰσχύος, λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μιτακλείοις. annotavit Turneb. Adverſ. 11. 13.

**Fortuito**, **Fortuitus**. V. **fortuna.**

**Fortūna**, æ. f. [τύχη, αὐτοματία, πότμος, ῥαμνουσία] Accidentium rerum subitus ac inopinatus eventus. V. **fors.** Auctor de Vir. Illust. cap. 4. Ipse ab Tullo in auxilium arcessitus, aciem in collem subduxit, ut fortunam belli experiretur, ac sequeretur. Cæs. 7. Bell. Gall. 1. Miserantur communem Galliæ fortunam.
Fortunam definit Cic. 2. de Divin. 15. Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit?
Fortunæ vocabulum medium est: sed quum Fortunam solam dicimus, intelligimus Felicitatem.
Fortuna, pro Prospera fortuna, vide **fortunatus.** Sic τύχη pro εὐτυχία Dio initio libri 48.
Belli fortuna. Cic. ad Brut. 10.
Casus & fortuna. Cic. 1. de Nat. Deor. 92.
Crimen fortunæ. Quintil. in proœm. lib. 6. Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.
Fluctus fortunæ. Catul. 66. 13.
Inops fortunæ. Tacit. 4. Ann. 39.
Procella impotens fortunæ. Sen. Agam. 7.
Rivus liquidus fortunæ te inauret. Hor. 1. Epist. 12. 9.
Varietas propria fortunæ. Cic. 2. de Divin. 109.
Adversa fortuna. Cic. 3. de Nat. Deor. 61. & de Arusp. Resp. 54.
Æqua fortuna. Hor. 2. Epist. 1. 94.
Æquabilis perpetuaque fortuna. Cic. Post redit. in Senat. 2.
Anceps pugnæ fortuna. Virg. 4. Æn. 603.
Ancipiti fortuna dimicare. Suet. Jul. cap. 36.
Ardua fortuna. Claud. de 3. Conf. Hon. 13.
Cæca fortuna. Cic. de Amicit. 54. Idem 13. Philipp. 10.
Communis propinquis plerumque fortuna. Cic. 1. Off. 58.
Constans fortuna. Valer. Max. lib. 7. cap. 1. Volubilis fortunæ complura exempla retulimus, constantis & propitiæ admodum pauca narrari possunt.
Crudelis fortuna. Sil. lib. 13. 382.
Dubia fortuna. Cic. 3. Verr. 81.
Dulci fortuna ebrius. Hor. 1. Carm. 37. 11.
Facillima fortuna. Virg. 11. Æn. 716.
Fatalis fortuna. Cic. pro Sext. 17.
Fortunatior fortuna. Cic. 2. de Divin. 87. Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem, quam Præneste, vidisse fortunam.
Gravis fortuna. Ovid. 4. de Pont. 4. 4.
Indignissima fortuna. Cic. Post redit. ad Quir. 7.
Infesta fortuna. V. **infestus.**
Iniqua fortuna lædi. Ovid. 4. de Pont. 6. 39.
Manca fortuna. Hor. 2. Serm. 7. 88.
Minax fortuna. Juven. 10. Sat. 52.
Miserrima fortuna. Ovid. 3. Trist. 11. 71.
Omnipotens fortuna. V. **omnipotens.**
Pronior fortuna. Paterc. lib. 2. 69. extr.
Propitia fortuna. V. paulo ante Constans.
Prospera fortuna. Hor. 4. Carm. 14. 37.
Rapax fortuna. Hor. 1. Carm. 34. 14.
Secunda fortuna. Cic. de Arusp. Resp. 54.
Tristis fortuna. Ovid. 3. Epist. 43.
Vaga. Cic. pro Milon. 93. Quam vaga volubilisque fortuna, quam varia vitæ commutabilisque ratio.
Abuti fortuna. V. **abutor.**
Adire fortunam. V. **adeo.**
Adjungere fortunam. V. **adjungo.**
Afflat fortuna. Firmic. lib. 5. cap. 7. Tunc exactis malis omnibus, secunda quandoque incipiet aliquantulum afflare fortuna.

Aspirat fortuna labori. Virg. 2. Æn. 385.
Ausa est fortuna aliquid adversus absentem ducem. Flor. 4. 2. 38.
Committere se fortunæ. V. COMMITTO.
Committere se timidius fortunæ. Cic. 10. Att. 4.
Concussit illum fortuna. Paterc. lib. 2. 79. Sed virum humana ope invictum, graviter eo tempore fortuna concussit.
Conjuncta virtuti fortuna. V. CONJUNGO.
Constituit aliquem mearum ineptiarum testem fortuna. Cic. 1. de Orat. 12.
Contingere aliquid casu & fortuna. Cic. 2. Off. 44.
Crescens fortuna. Stat. 5. Silv. 1. 119.
Dari fortunam. Q. Cic. de Petit. Conf. 9. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quam nuper homini novo C. Cœlio?
Devenire in fortunam. Cic. 4. Fam. 5.
Dejici ad humilem tristemque fortunam. Firmic. lib. 5. cap. 6. Homines erunt variæ fortunæ: quandoque enim ex vilibus alti, quandoque ex dominis atque principibus ad humilem fortunam tristemque dejecti.
Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Tacit. 4. Ann. 18.
Dilabitur fortuna. Auct. ad Heren. 4. 24. Simul ac fortuna dilapsa est.
Domare virtutibus fortunam. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 38.
Esse fortuna. Cic. in Brut. 1. Fortuna optima esse debent.
Excipere fortunam, Subire. Cic. de Provinc. Conf. 41. Excipere fortunam, subire vim atque injuriam malui, &c.
Elargitur res fortuna. Cic. 1. Fam. 5.
Facere periculum fortunæ. Cic. de Provinc. Conf. 35.
Ferre bene magnam fortunam. Hor. 3. Carm. 27. 75.
Ferre pulcherrime secundam fortunam & æque adversam. Cic. 4. Fam. 5.
Functus omni fortuna prospere. Cic. pro Muren. 1.
Gubernans fortuna. Lucret. lib. 5. 108.
Habuit fortunam dies satis. Ovid. 3. Met. 149.
Habere fortunam reverenter. Auson. in Exhortatione ad modestiam. epigr. 8.
Habet vim fortuna maximam. Cic. in Parad. 5.
Inclinat se fortuna ut. V. INCLINO.
Insectari miserorum fortunam. Cic. ad Brut. 4.
Insequitur eadem fortuna viros. Virg. 1. Æn. 224.
Insidians fortuna. Quintil. in procem. lib. 6. Illud vero insidiantis, quo me validius cruciaret, fortunæ fuit.
Invicta fortuna Cæsarum. Flor. 4. 7. 10.
Invidet fortuna Populo Romano. Flor. 4. 2. 1.
Labentem fortunam continere. V. LABOR.
Legare fortunæ. V. LEGO.
Levare fortunam. Cic. Fam. Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam.
Moderandum fortunæ. Tacit. 15. Ann. 5.
Mutatur fortuna. V. MUTO.
Nutat fortuna. V. NUTO.
Obsequi fortunæ. Cic. 14. Att. 17. Si non fortunæ obsequutus fueris, male tecum agetur.
Offendere ad fortunam. Phædr. 4. 14.
Pendere ex fortuna. V. PENDEO.
Pendebat belli fortuna. Ovid. 8. Met. 12.
Positum in fortuna omne consilium. Cic. 14. Att. 11.
Præsumere fortunam. Tacit. 1. Hist. 62. Torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis præsumebat.
Prorogata potestas fortunæ in aliquos. Cic. 1. Q. frat. 1. 4.
Provocare fortunam. i. e. Periculis se exponere. Lucan. lib. 9. 885.
Recessit fortuna. Virg. 3. Æn. 53.
Regit fortuna vitam non sapientia. Cic. 5. Tusc. 25.
Renascens fortuna. Hor. 3. Carm. 3. 62.
Responsare superbæ fortunæ. Hor. 1. Epist. 1. 67.
Respuit constantiam amica varietate fortuna. Cic. 2. de Nat. Deor. 43.
Sejungi non potest fortuna ab inconstantia & temeritate. Cic. 3. de Nat. Deor. 61.
Sequens fortunam suam Cæsar, pervectus in Africam, ibi primo variam fortunam expugnavit, inclinatæque hostium copiæ. [Hæc Senecæ videntur.
Stetit fortuna extrema. Cic. in Sallust. 14. Bis ad judicii subsellia attractus, extrema fortuna stetit, & ita decessit, ut non hic innocens esse, sed judices pejerasse existimarentur.
Sum. ut, Esse infelicem, fortunæ est: esse deteriorem, improbitatis. Cic. de Provinc. Conf. 8.
Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quam fortuna. Cic. 2. de Divin. 18.
In casu sunt atque fortuna, bona corporis, & quæ extra corpus sunt. Cic. 5. Tusc. 25.
Inferiorem fortuna alio esse. Cic. 13. Fam. 5.
Magnam esse vim in fortuna in utramque partem, vel ad secundas res, vel ad adversas, quis ignorat? Cic. 2. Off. 19.
Subire fortunam. Cic. 13. Fam. 5.
Tentare fortunam. Lucan. lib. 3. 510.
Trahere fortunam, pro In fortuna esse. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Ut tutam, tranquillamque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.
Vexilla fortunæ modeste summittere. Stat. 4. Silv. 2. 43.
Viderit hoc fortuna, quoniam consilio non multum uti licet. Cic. 6. Att. 4.
Uti fortuna. Virg. 9. Æn. 240.
Usus est fortuna nemo dexterius. Hor. 1. Serm. 9. 45.
Fortuna, Dea credita est antiquis. Juven. 10. Sat. extr.

> Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
> Nos facimus, Fortuna, deam, cæloque locamus.

Plaut. Aul. 1. 2. 22. Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris. Cic. 13. Philipp. 10. Deinde obsecro vos, Patres Conscripti, quis hoc vestrûm non videt, quod Fortuna ipsa, quæ dicitur cæca, vidit? Hor. lib. 1. Ode 34. in fine de Deo & de Fortuna idem dicit. ubi Cruq. Fortuna, τύχη δαίμονος, Sors dæmonis, i. e. Dei voluntas. Herodotus sæpe θείᾳ τινὶ τύχῃ aliquid evenisse dicit. H. St.
Domina rerum Fortuna. Cic. pro Marcel. 7.
Facies invidiosa Fortunæ. Ovid. in Ibin, 122.
Filius Fortunæ. Hor. 2. Serm. 6. 49. V. FILIUS.

Injuria Fortunæ. Ovid. ad Liv. 51.
Ludus Fortunæ. Hor. 2. Carm. 1. 3.
Multari a Fortuna. V. MULTA.
Vultum servat Fortuna benignum. Hor. 1. Epist. 11. 20.
Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, saxoque instare globoso prædicant volubili. Auct. ad Heren. lib. 2. 36. Ex Pacuvio.
Muneribus Fortunæ amplissimis ornari. Cic. de Provinc. Conf. 35.
Fortunæ multa templa Romæ fuerunt, ut scribit Plutarchus in libello de Fortuna Romanorum: In Capitolio, Fortunæ primigeniæ: ad fontem muscosum, Viscatricis: in Palatio, Privatæ: item Virginis, Masculæ, cum aliis cognomentis non paucis, quorum Ser. Tullius rex bonam partem sacravit, animadvertens in administrandis rebus humanis maximum vel potius unicum fortunam momentum esse: quod ipse vel maxime expertus esset, ex hostili captivoque genere ad regium fastigium evectus.
Varia ejus nomina habes apud Rosin. Ant. Rom. 2. 16. & Alex. ab Alex. 1. 12. adde Dalechamp. ad Plin. 1. 7. & præcipue Lex. Pitisc.
Fortuna, vel Fortunæ, Divitiæ. Cic. de Amicit. 59. Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Hor. 1. Epist. 5. 12.

> Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?

Abundare fortuna. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fortuna, sing. & Fortunæ, pl. [τύχη] Felicitates vel Rationes & conditio hominis. Ter. And. 1. 1. 70. Idem Phorm. 1. 4. 24. Quod si eo meæ fortunæ redeunt, &c. Cic. 1. Tusc. Plenus fortunarum. i. e. Bonorum & pignorum. Liv. Pleni fortunarum gloriæque triumphantes domum redibatis.
Possessiones & fortunæ. [κτῆμα] Cic. pro Rosc. Com. 33. Tum enim propter Reipub. calamitates, omnium possessiones erant incertæ: nunc deûm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.
Conditio & fortuna hominum infimi generis. Cic. pro Milon. 93.
Infima conditio & fortuna servorum. Cic. de Off. 1. 41.
Omnis fortunæ mulieres ac loci. Cic. in Pison. 52.
Defensor fortunarum alicujus. Cic. 1. Verr. 54.
Habitus fortunarum. Hor. de Arte Poet. 109.

> Format enim natura prius nos intus ad omnem
> Fortunarum habitum.

Periculum fortunarum. Quintil. lib. 2.
Adesæ fortunæ. Tacit. 13. Ann. 21. Nec si Iturius & Calvisius adesis omnibus fortunis, &c. V. ADEDO.
Amplissimæ fortunæ. Cic. 7. Verr. 18.
Florentissima fortuna. Cic. 5. Tusc. 25.
Immundæ fortunæ. V. IMMUNDUS.
Infima fortuna homines. Cic. 5. de Finib. 52. V. INFERUS.
Integra fortuna. Cic. pro Sull. 89. Hic vos orat, Judices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis.
Secunda aut adversa cadat fortuna. Virg. 9. Æn. 283.
Sordida fortuna. Sen. Herc. fur. 3.
Accessiones fortunæ & dignitatis. V. ACCEDO.
Afflicta alicujus fortuna. Cic. pro Sull. 37. V. AFFLIGO.
Afflicta & mala fortuna. Cic. 1. Fam. 9.
Amittere secundas fortunas, & in adversis sine ullo remedio permanere. Cic. pro Sull. 66. V. AMITTO.
Amplificare fortunam. Cic. de Amicit. 59. V. AMPLIFICO.
Auctus fortunis. V. AUGEO.
Concredere alicui fortunas. V. CONCREDO.
Conferre spoliatam fortunam alicujus cum florente alterius. Cic. in Pison. 38.
Conqueri fortunas suas. V. CONQUEROR.
Consulere fortunis. V. CONSULO.
Conturbare fortunas. V. CONTURBO.
Decernere pro fama & fortunis. Cic. 2. de Orat. 201.
Defendere fortunas nostras per aliquem, cujus fides est nobis cognita. Cic. 1. Verr. 20.
Dimisit morte fortunas suas Crassus. Cic. 1. Tusc. 12.
Egens fortuna, vita turpis Asclepiades. Cic. pro Flacc. 35.
Evertere aliquem fortunis omnibus. Cic. 1. Verr. 21. Cur de quibus in provincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere?
Fieri prædonum impetum in fortunas alicujus. Cic. 4. Fam. 7.
Frui dignitate tua & fortunis licebit. Cic. 6. Fam. 2.
Jactari. ut, Misera, multumque jactata alicujus fortuna. Cic. pro Cluent. 7.
Impertire fortunas aliis. V. IMPERTIO.
Invadere in fortunas alicujus. V. INVADO.
Locupletare fortunis. V. in LOCUS.
Lugere fortunas meas bonos viros malui, quam suis desperare. Cic. Post redit. in Senat. 33.
Obtinere fortunas. Cic. 4. Fam. 7.
Ornatus Imperator honoribus amplissimis fortunisque maximis. Cic. in Brut. 18.
Parare magnas fortunas. V. PARO.
Prodere fortunas. Auct. ad Heren. lib. 4.
Relinquere domum & fortunas. Cic. 12. Fam. 6.
Succurrere saluti fortunisque omnibus. Cic. pro Rabir. perd. reo 3.
Fortuna Imperii, Fortuna Pop. Romani; non simpliciter pro Felicitate accipitur, sed Auspicium majestatis notat, de quo Grut. Disc. ad Tacit. 1. & Boecler. de Ausp. Regio, & Phil. Olear. de Fortuna Pop. Rom.

FORTŪNO, [ὀλβίζω] āre. Prosperare, & bonis augere. Cic. 2. Fam. 2. Tibi patrimonium dii fortunent. Idem 15. Fam. 8. Maxima sum lætitia affectus, quum audivi Consulem te factum esse, eumque honorem tibi deos fortunare volo. Hor. 1. Epist. 11. 22.

> Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam,
> Grata sume manu.

FORTŪNĀTUS, a, um. [εὐδαίμων, εὐτυχής, τυχηρός, ὀλβιοδαίμων, μάκαρ] Adj. Felix. Ter. Adelph. 5. 3. 66. Derides? fortunatus, qui isthoc animo sies. Idem Eun. 2. 2. 53. Ibid. 5. 9. 1. Ecquis me vivit hodie

hodie fortunatior? Idem Heaut. 4. 8. 1. Factum me nunc omnium fortunatissimum esse intelligo. Virg. 5. Ecl. 59.

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.

Ab ea signif. qua Fortuna dicitur de Fortuna prospera. Sic Moratus, Bene moratus. H. St.

Integrorum & fortunatorum promissa. Cic. pro Muren. 50.

Fortunatus in gratia. Gell. lib. 16. cap. 19. In gratia, pecuniaque magna fortunatum esse.

Fortunatus & potens. Cic. 2. Off. 62.

Fortuna fortunatior. Cic. 2. de Divin. 87.

Comitatu nobilium juvenum fortunati quidam. Cic. de Senect. 29.

Athenæ fortunatæ. Plaut. Perf. 4. 4. 1.

Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ?

Civitas fortunatissima. Eumen. Paneg. Const. 10. cap. 22.

Conjugium fortunatum. Ovid. 2. Met. 803.

Domus fortunata. Propert. lib. 3. 20. 9.

Exitus alicujus fortunatus. Cic. de Clar. Orat. 329.

Gens fortunata. Virg. 4. Georg. 287.

Homo fortunatus. Cic. pro Quint. 180.

Homo fortunatus & nobilis. Cic. 2. de Orat. 352.

Ingenium fortunatius. Hor. de Arte Poet. 295.

Insulæ Fortunatæ, [Μακάρων νῆσοι] a fructuum ubertate dictæ sunt. de quibus Strabo lib. 1. sic inquit, Fortunatæ insulæ contra Mauritaniæ finem ac Occidentem sunt. Quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus concurrit. Ex ipso autem nomine manifestum est, quoniam & has ipsas felices existimabant, quia hujusmodi locis propinquæ forent. Plin. lib. 4. cap. 22. Ex adverso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ a Græcis, a fertilitate plumbi, & e regione Arrotrebarum promontorii, deorum sex, quas aliqui fortunatas appellavere. Vulgus autem nostrum hodie vocat *Insulas Cannarias*, a fertilitate cannarum, in quibus crescit saccarum. V. Hor. Epod. 16. 41. & Muretum Var. Lect. 5. 1. & Flor. 3. 22. 2.

Nemora fortunata. Virg. 6. Æn. 639. De campis Elysiis.

Prælio fortunatissimo decertare. Paterc. 2. 12. 5.

Respublica fortunata. Cic. 2. in Catil. 7.

Senex fortunatus. Virg. 1. Ecl. 47. & 52.

Vita fortunata. Hor. 1. Epist. 11. 14.

FORTUNĀTA, æ. f. Æon hæreticorum. Tertull. adv. Valent. cap. 8.

FORTUNĀTE, Adv. [εὐδαιμόνως, τυχηρῶς] Feliciter. Cic. 3. de Finib. 26. Necessario sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. Liv. 10. 18. Quod ductu Consulis quicquam ibi satis scite aut fortunate gestum.

Compar. Columel. proœm. p. 5. An putem fortunatius a catenato repulsum janitore.

FORTUNĀTIM, Adv. [εὐτυχῶς] Prospere. Ennius in Annalibus, Mihi reliquæ fidei regno, vobisque Quirites, se fortunatim, feliciter ac bene vortat. Non. 2. 334.

FORTUNĀTIO, ōnis. f. apud Augustin.

FORTUNĀTOR, ōris. m. apud eundem.

FORTUITUS, Adj. pen. ancip. [τυχηρός] Quod casu accidit. ut, Fortuitus concursus. Cic. 1. de Nat. Deor. 66. Quintil. lib. 6. cap. 6. Insidiarum invidiam in Clodium vertit, quanquam revera fuerat pugna fortuita.

Fortuitus, inquit Servius in illud 6. Æn. 179.

Itur in antiquam silvam, &c. ab Eundo est, & a Fortuna compositum. Producit autem pen. i, & corripit. Juvenal. 13. Sat. extr.

Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.

Contra Hor. 2. Carm. 15. 27.

Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant.

Hic enim nisi i littera longa sit, non stat versus. Hactenus ille. Versus Horatii est alcaicus dactylicus: TUI, secundus pes, est jambus.

Divinum & Fortuitum, contraria. Cic. 7. Fam. 5. Ut illud nescio quod non fortuitum, sed divinum videretur.

Bella fortuita sperabantur. Tacit. 4. Hist. 5.

Boni fortuiti quippiam nacti sumus. Cic. 3. de Nat. Deor. 87.

Calamitas fortuita, Ulpianus in l. 2. non procul a fine. D. Si quis caution.

Concursus quidam fortuitus. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.

Eventus fortuitus. Plin. 14. 6. Genera autem vini alia aliis gratiora esse quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius altero germanitatem præcedere, sive testa, sive fortuito eventu?

Mors fortuita. Tacit. 2. Ann. 4.

Mortes fortuitæ. Justin. 19. 3. 6.

Oratio fortuita, pro Extemporali. Cic. 1. de Orat. 150. Nam si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. Budæus.

Pugna fortuita. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Rerum fortuitarum concursio. Cic. in Topic. 73.

Sermo fortuitus. Quintil. lib. 10. cap. 7. Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor.

FORTUITO, Adv. [τυχὸν] i. e. Casu. Cic. 5. de Finib. 33. Sive hoc ita sit fortuito. Sic 2. de Divin. 62.

Temere & fortuito. Cic. in Orat. 186. Itaque Herodotus & eadem superiorque ætas numero caruit, nisi quando temere & fortuito.

Accidit fortuito. Cic. 1. Tusc. 99.

Dicere fortuito aliquid concluse apteque. Cic. in Orat. 177. Quæ sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, præsertim quum, ut fit, fortuito sæpe aliquid concluse apteque dicerent.

Incidere fortuito in aliquem sermonem. Cic. 1. de Orat. 111.

Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agendum. Cic. 5. Fam. 8.

Casu aut fortuito futurum quid sit scire. Cic. 2. de Divin. 108.

Cur Aut fortuito? Alibi Casu & fortuito, paulo post. H. St. Locus Cic. falso notatus est.

FORTUITU, [τυχικῶς] aliud Adv. idem significans. Cic. 10. Philipp. 6. Quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuitu: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

Fortuitu & sine consilio. Cæs. 7. Bell. Gall. 20.

Casu & fortuitu navis in portum delata est. Auct. ad Herenn. lib. 1. 16.

Casu & fortuitu factum. Cic. 1. de Divin. 18.

Temere, fortuitu, inconsiderate, negligenterque facere aliquid. Cic. 1. Off. 103.

FORULI. V. FORI.

FORULI, Urbs Italiæ. Virg. 7. Æn. 74.

Casperiamque colunt, Forulosque & flumen Hymellæ. Foruli & Casperia, civitates sunt. Servius.

FORUM, i. n. [ἀγορὰ] Negotiationis locus, quo venalia feruntur, ut ait Festus. Sallust. in Jugurth. 47. Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum: ubi & incolere, & mercari consueverant Italici generis multi mortales. Cic. pro Cluent. 40. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est, rem conficit. Loquitur de Circumforaneo pharmacopola. Charisius lib. 1. Forum neutro genere dicimus Locum rebus agendis destinatum, aut quum Commercium significamus. Masculine autem Tabulata navium, & semper pluraliter, quamvis Gellius Fora navium neutraliter dixerit: & Lucilius negotiorum Forum masculine extulerit lib. 3. Forus olim ornatus lucernis. Meminit & Nonius Marcellus. V. FORI.

Forum & Trivium amplitudine sola differunt: est siquidem Trivium velut Pusillum forum. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 11.

Aleatorium forum. Suet. August. 71.

Boarium forum, In quo boves venduntur. Liv. 29. 37.

Cupedinis forum. Apul. Met. 1. p. 32.

Duilium forum. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Olitorium forum. V. OLITOR.

Piscarium forum. Varro L. L. 4. 32.

Pistorium forum. Aurel. Vict. Cæs. cap. 13. n. 5.

Solicitum forum. Ovid. 1. de Arte Am. 164.

Suarium forum, In quo sues venduntur; & Boarium, in quo boves; & Piscarium, Olitoriumque, in quo pisces oleraque: sicut Forum cupedinis, in quo cupedinarii negotiantur. Quæ omnia, inquit Varro lib. 4. de L. L. 32. in unum locum contracta, postquam ædificatus est locus, appellatur Macellum.

Vinarium forum, de quo Varr. 1. de R. R. cap. 54. Itaque lectæ jus defertur in forum vinarium, unde in dolium inane veniat, electa in secretam corbulam, unde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur. [Hic locus varie scribitur in editis & MSS. Ceterum Forum h. l. accusativus est sing. a recto Forus. q. V. infra suo loco, etsi Colum. neutraliter extulit, ut p. p. sequitur.

De Foris in Urbe omnibus V. Lex. Pitisc.

Per medium forum. V. MEDIUS.

Circum omnia fora aliquem sectari. Cic. 4. Verr. 169.

Foro uti, Præsentem rerum statum boni consulere, & utcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Ter. Phorm. 1. 2. 26. Cœpi his omnia facere: obsequi quæ vellent. D. scisti uti foro. Donatus vulgare proverbium admonet esse: ductamque metaphoram a mercatoribus, qui non ante locum commercii præscribunt quanti vendant quæ advehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Senec. Utamur foro: & quod fors feret, æquo feramus animo. Ex Erasmo.

Fora, Vasa quibus antiqui utebantur in torculariis. Columel. lib. 12. cap. 18. Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omniaque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter assiccanda, ne humorem habeant. Opinor esse quod vocant Galli, *la met du pressoir*.

Forum, [κριτήριον, δικαστήριον, δικαιωτήριον] In quo judicia publica exercebantur. Cic. pro Sext. 78. Idem 12. Att. 21. Quod me in forum vocas, eo vocas unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Fuerunt autem Romæ Fora, ubi jus dicebatur, tria: Romanum, Julium, Augustum. Suet. in Aug. cap. 29. Fori extruendi causa fuit hominum & judiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia, & sortitiones judicum fierent. [Sed hæc eadem fora & rebus emendis vendendis serviebant. Judicia autem in Comitio, & fori basilicis potissimum habebantur.

Tabes fori. Tacit. 11. Ann. 6. Fori tabes pecuniam advocatis ferat.

Veritas fori. Quintil. lib. 6. cap. 1. Non admittit hoc idem veritas fori.

Argutum forum. Ovid. 1. de Arte Am. 80.

Litigiosa fora. Ovid. 4. Fast. 188.

Orbum litibus forum. Hor. 4. Carm. 2. 44.

Verbosi garrula verba fori. Ovid. 3. Trist. 12. 18. Al. Bella.

Adducam herum a foro: subaud. Huc. Plaut. Mil. 3. 2. 44.

Agere forum. Cic. 5. Att. 16. Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se conjecit Tarsum usque, ibi forum agit. Idem 3. Fam. 6. V. AGO. [Quod alias Conventus agere dicunt. V. in CONVENIO.

Attigit forum. Cic. 15. Fam. 16. Puto te suppudere: Quicum loquor? cum uno fortissimo viro, qui posteaquam attigisti forum, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. i. e. Ex quo in foro versari cœpisti. [Dicitur proprie de die tirocinii, quo togam virilem, seu puram, quæ & Libera, in Capitolio votis nuncupatis sumebant, indeque frequenti necessariorum officio, seu comitatu, deducebantur in forum, ut ibi res civiles primum attingerent. Quod plerumque XV. æt. anno faciebant. V. Pitisc. Lex. v. Toga virilis, & viris doct. not. ad Cic. 5. Fam. 8. Et Casaub. ad Suet. Aug. c. 26.

Cedere foro. V. CEDO.

Dare operam Foro. Plaut. Asin. 2. 4. 22.

Destinari foro. Quintil. lib. 2. cap. 8.

Indicere forum. Virg. 5. Æn. 758.

Litigare in alieno foro. Martial. præf. lib. 10. i. e. Novo versari negotio.

Mersus foro. V. MERGO.

Parare se foro & honoribus. Sen. lib. 2. Controv. proœm.

Sublata fides de foro. Cic. 2. de Lege Agrar. 8.

Vertitur res in meo foro. Plaut. Most. 5. 1. 10.

Ubi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest,
Facio idem quod plurimi alii, &c.

Forum a Subselliis & Judiciis distinguit Cic. 1. de Orat. 32. Age vero ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque mediteris, &c. i. e. Causas civiles, publica judicia, conciones & opiniones in Senatu dicendas. Et paulo post, Quod remoto foro, concione, judiciis, Senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectum. Quare Forum, Hastam Centurialem intellexisse videtur. Budæus.

Forum sex modis intelligitur. Primo Negotiationis locus: ut Forum Flaminium, Forum Julium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis privatis, & in agris, & in viis fieri solet. Alio, In quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, Quum is, qui Provinciæ præest, forum agere dicitur, quum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. Quarto, Quum id forum antiqui appellabant, quod nunc Vestibulum sepulchri dici solet. Quinto, Locus in navi, sed tum masc. generis est, & plur. (conf. Non. 5. 104.) Sexto, Fori significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores Forulos dicimus. Inde & Forare, & Foras dare, & Fores, & Foras, & Forecula, id est, ostiola dicuntur. Hæc Fest. conf. Voss. Inst. Orat. 1. 6. 3.

Forum cum propriis diversis conjunctum, Oppidum significat: ut,

Forum Appii. In agro Falerno. Cic. 2. Att. 10. Cujus cives Foroappii Plin. lib. 3. cap. 5.

Foroaugustana, Libisosona cognomine dicta, civitas Hispaniæ Citerioris, juris Italiæ. Plin. 3. 3.

Forum Aurelii. Sigon. de Ant. Jur. Ital. 2. 15. Aurelium. Cic. 1. Catil. 24.

Forum Bibalarum, [Φόρ☉ Βιβαλῶν Ptolemæo] Hispaniæ urbs, vulgo *Fomillan.*

Forobremitiani, in sexta Italiæ regione a Plinio lib. 3. cap. 14. locati. Hard. Forobrentani. [Sed utraque lectio dubia est.

Forum Claudii, Centronum civitas in Alpibus Ptolemæo, hodie *Tarantaise*, ducis Sabaudiæ.

Forum item Claudii Tuscorum, in septima reg. Plin. 3. 5. an idem Ptolemæo? vulgo *Tolfa.*

Forum item Claudii in Octava, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Forum Cornelii, Galliæ Togatæ urbs, Ptolem. lib. 3. cap. 1. vulgo *Imola.* Forocorneliensis agri meminit Plin. lib. 3. cap. 16.

Forum Egurrorum, Ptolemæo, urbs Hispaniæ Tarraconensis. vulgo *Medina de Ruiseco.*

Foroflaminienses Populi in sexta regione Italiæ a Plinio collocati lib. 3. cap. 14.

Forum Fulvii in Liguribus. Sigon. de Ant. Jur. Ital. 2. 15. Alio nomine Valentinum dictum V. Plin. lib. 3. cap. 5.

Forum Julii vel Forojulium, Galliæ Narbonensis urbs, non longe distans a Massilia, & Octavanorum colonia, ut scribit Pompon. Mela lib. 2. 5. Nunc vulgo *Frejo*, vel *Frejus.* V. Cic. 10. Fam. 15. Hinc Forojulienses, cognomine Concubienses in Umbria, populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. in descriptione sextæ regionis.

Forum Julium, Carnorum colonia, Ptolem. Hodie *Friuli.* Gallice, *Le païs de Friol.* Unde Forojulienses cognomine Transpadani Plin. 3. 19.

Forum Laccini, Italiæ civitas, in octava regione a Plinio collocata lib. 3. cap. 15. Al. Licinii. Hard. abesse a MSS. testatur.

Forum Livii, Galliæ Togatæ urbs Ptolem. Plin. l. c. hodie *Forli.*

Foroneronienses qui & Lutevani Galliæ Narbonensis populi Plin. 3. 4.

Foropopulienses vel potius Foropopillienses, ex Falerno Plin. 3. 5.

Forum Segusianorum, oppidum Galliæ Ptolem. vulgo *bourg en Bresse.*

Forum Sempronii, Umbrorum civitas, Ptolemæo auctore. vulgo *Fossumbrone.* & populi Forosempronienses in sexta Italiæ Plin. 3. 14.

Forum Tiberii, Helvetiorum civitas in Gallia juxta Rhenum, apud Ptolem. quod nunc in ruderibus jacet, prope Certiacum, quod vulgo *Zurzach.*

Forum Truentinorum, Plin. Italiæ urbs, in octava regione. V. lib. 3. cap. 15. Rectius Druentinorum, per D.

Forovibienses, Populi ex quorum agro Padum iterum exoriri tradit Plin. lib. 3. cap. 10.

De his omnibus, aliisque insuper, V. omnino Cellarium, vel Lex. Pitisc.

Foranei sunt qui Circumforanei apud Commentatorem anonymum Horatii, 375. col priore. H. St pag. ed. Plant.

Forāria appellatur Mulier, quæ fructus villæ venales defert in forum. Blond. Rom. triumph. 9. p. 182. A.

Forensis, e. Adj. [ἀγοραῖ☉] Quod ad forum pertinet.

Forensis & Domesticus, contraria. Cic. 5. Fam. 8. Sic utantur in omnibus publicis, privatis, forensibus, domesticis tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis.

Actiones forenses; quæ alibi Civiles, sive Rei familiaris, Privatæ aut Pecuniariæ dicuntur. Ulpian. l. 1. D. de incend. naufr. Et quanquam sint de his facinoribus etiam criminum exequutiones, attamen recte Prætor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis præposuit.

Asperitas forensis. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Causæ forenses. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.

De causis Forensibus dicitur a Firmico, Caninæ contentionis jurgiosa certamina, ut annotatur in CONTENTIO. H. St.

Genus dicendi forense. Quintil. lib. 2. cap. 10

Genus forense, concertatorium, & judiciale non tractavit Thucydides. Cic. de Clar. Orat. 286.

Homo forensis, Causidicus, vel qui se in foro exercet. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Latrocinium forense. Cic. in Pison.

Litteræ forenses & senatoriæ. Cic. 2. Off. 3. i. e. Studium eloquentiæ in foro & senatu.

Marte forensi valere, i. e. Eloquentia. Ovid. 4. de Pont. 6. 29.

Opella forensis. Hor. 1. Epist. 7. 8.

Oratio judicialis & forensis. Cic. in Orat. 170.

Quæstus forensis. Cic. pro Cluent. 72.

Ratio forensis. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Rhetorica forensis. Cic. 2. de Fin. 17.

Turba forensis. Ovid. 3. Fast. 94. al. Curensis. V. Burm. Liv. lib. 9. extr. de Q. Fabio Maximo loquens, Ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, Urbanasque eas appellavit.

Vestimenta forensia, Vestes quibus in foro utuntur, vel foris, id est extra domum. Columel. lib. 12. cap. 45. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur.

Forensia, absolute. Suet. in Aug. cap. 73. V. ibi Casaub.

Usus forensis & publicus. Cic. in Parad. 1. Animadverti, Brute, sæpe Catonem avunculum tuum, quum in Senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi & publico.

Forus, est Locus ubi uva calcatur, apud Isidor. 15. 6. V. supra Varronis locum perperam eo relatum in FORUM. conf. FORI.

Forvus, Calidus. vide supra FORFEX. H. St.

## F O S

Fossa, Fossilis, Fossio, Fossitius, Fossor, Fossura. V. FODIO.

Fossæ Cluiliæ, vel potius Cluiliæ, fuerunt extra urbem in via Latina. Liv. 2. 39. conf. Nardin. Rom. Vet. 3. 3.

Fossæ Marianæ, [Φόσσαι Μαριάναι Ptolemæo] Galliæ Narbonensis urbs. vulgo *Aigues mortes.* Dicitur Pomponio Melæ Fossa Mariana.

Fossæ Papirianæ, [Φόσσαι Παπιριαναί] Tuscorum civitas, Ptolem. hodie *Fossonuovo.*

Fossæ, & Insulæ parvæ sunt in extremis Corsicæ, a quibus fretum ipsum Taphros nominatur. Plin. lib. 3. cap. 6.

Fotio, Fotus, Fotura. V. FOVEO.

## F O V

Fŏvea, æ. f. [βόθρος, βόθυν☉] Notum. Plaut. Pœn. 1. 1. 59. Ita decipiemus fovea lenonem Lycum. Plin. lib. 10. cap. 38. Itaque anates in foveas, quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt. Lucret. 5. 1249.

> Nam fovea, atque igni prius est venarier ortum,
> Quam sepire plagis saltum, canibusque ciere. Hor. 1. Epist. 16. 50.
> Cautus enim metuit foveam lupus. Idem de Arte Poet. 459.
> Hic, dum sublimes versus ructatur, & errat,
> Si veluti merulis intentus decidit auceps
> In puteum foveamve.

Foveola, æ. f. est Cavum ulcus, ac purum in nigro oculi, ut auctor est Galen. lib. Finit. medic.

Fŏveo, fovi, fotum, [θάλπω, ἀναθάλπω, περιέπω, περιΐσχω, περιπτύσσω] ēre. proprie est Calidum tenere, sive calefacere. Plaut. Capt. 4. 2. 67.

> Juben' an non jubes astitui aulas, patinas elui,
> Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?

Humum fovet coluber. Virg. 3. Georg. 418.

Nidos fovent. Virg. 4. Georg. 56.

Ova fovere. Plin. lib. 8. cap. 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quam ova volucres. Idem lib. 9. cap. 10.

Ova fovere plumis. Ovid. 1. Fast. 443.

Pennis pullos suos fovent aves, ne frigore lædantur. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.

Gremio fovere aliquem. Virg. 1. Æn. 722.

Fovere, Nutrire, provehere. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 1. 6. Alios enecat, extinguit, alios suo lacte fovet & erigit.

Amorem fovere, quod Alere alias dicitur. Cic. 3. Q. frat. 1. Scribis de Cæsaris in nos amore: hunc & tu fovebis, & nos quibuscunque poterimus rebus augebimus.

Arma fovere. Ovid. 1. Trist. 5. 41.

Bella fovere. Virg. 10. Æn. 838.

Bona naturæ fovere. i. e. Alere & vegetare. Bud.

Castra fovere. Virg. 9. Æn. 57.

> Non æquo dare se campo, non obvia ferre
> Arma viros, sed castra fovere. i. e. Tueri, ut ait Nonius.

Vel potius, Tenere se castris.

Dolores fovere. Cic. 12. Att. 19. Nam dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fovebam dolores meos.

Famam fovemus inanem. Virg. 4. Æn. 218.

Judicium fovere, quod de aliquo habemus. Plin. in Paneg.

Partes fovere. Tacit. 1. Hist. 8.

Periculum alterius fovere. V. PERICULUM.

Rem Romanam fovere. Liv. 6. Bell. Pun.

Senectutem fovere. Plaut. Stich. 4. 1. 62.

> Postea ibo lavatum in pilum: ibi fovebo senectutem meam.

Al. Pyelum. i. e. Labrum balneare.

Sensus hominum fovere, delinire animos. Cic. pro Muren. 74.

Spes improbas fovere. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 4. Virg. 4. Æn. 218.

> —— spemque fovemus inanem.

Spes vitam fovet. Tibull. lib. 2. 7. 2.

Spe foveri. Liv. 8. Bell. Maced. Et prope certa fovebantur spe. Alia exemplaria habent, Fovebant spe.

Voluntatem Patrum novi tribuni plebis foverunt. Liv. 3. 65. pr.

Fovere in pectore. Plaut. Bacch. 4. 10. 1.

> Quam magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas turbet.

i. e. Quanto magis cogito.

Gaudia fovere mente. Ovid. ad Liv. 29.

Vota mea animo fovebam. Ovid. 7. Met. 633.

Fovere aliquem, pro Illi favere. Virg. 1. Æn. 285.

> —— mecumque fovebit
> Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Aliquem non modo fovere, sed & illi pecuniam dare. Cic. 11. Att. 9.

Peculiariter fovere aliquem in suam gloriam. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Fovere vulnus aqua aut oleo, Madefacere, aspergere. Virg. 12. Æn. 420.

> Fovit ea vulnus lympha longævus Japix. Nonius.

Artus fovendos accipit. Ovid. 8. Met. 654.

Exulceratas nares vapore aquæ calidæ fovere. Cels. lib. 6. cap. 8. Nares vero intus exulceratas fovere oportet vapore aquæ calidæ, id est spongia expressa, &c.

Fovere os multa aqua frigida. Cels. lib. 1. cap. 2.

Fovere, Constituere. Virg. 4. Georg. 43.

> Sub terra fovere larem. Nonius.

Puto Fodere. H. St. At codd. emendati Nonium sequuntur, V. Pierium.

Fovere aliquem, pro Amplecti. Virg. 3. Ecl. 4. — ipse Neæram

> Dum fovet, ac ne me sibi præferat illa, veretur. Servius.

Fovere & osculari aliquem. Cic. 1. Fam. 9.

FOTUS, Partic. [ἀναπεθαλμένος] Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Quinetiam anatum ova gallinis sæpe supponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus a quibus exclusi fotique sunt. Honoribus fotus. Arnob. lib. 1.

FOTUS, ûs. m. [θάλψις] Idem quod Fomentum significat. Plin. lib. 23. cap. 1. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos juvat & potione & fotu. Idem 23. 9. Prudent. contra Symmach. 2. 584.

—— queis gloria fotibus aucta
Sic cluat, impositis ut mundum frenet habenis?

Blandis fotibus. Idem Hamartig. 303.
Benignis fotibus. Idem Perist. 5. 330.

FOTOR pro Fovitor, ut Fautor, pro Favitor. H. St. Adscripserat & locum aliquem antiqui forsan auctoris, sed ea cultro resecta sunt.

FOTURA, æ. f. Gloss. Idem quod Fotus.

FOTIO, ōnis. f. Idem.

FOVĒLA, æ. f. Tertull. de Anima, cap. 7. Immunis a pœna & a fovela.

FŌMENTUM, ī. n. [θαλπτήριον] Fomenta dicuntur Applicationes rerum, potissimum quidem calidarum, ceterum & frigidarum quoque, ad partes corporis læsas, medendi gratia. Columel. lib. 6. cap. 30. Frigori fomenta adhibentur, caputque & spina tepenti adipe vel vino illinuntur.
Fomentum, quasi Fovimentum, ut Momentum Movimentum. H. St.
Calida fomenta. Cels. lib. 2. cap. 17. Fomenta quoque calida sunt, milium, sal, harena: quodlibet eorum calefactum, & in linteum conjectum.
Calida, sicca, lenta, valida fomenta. Cels. lib. 4. cap. 17. Ubi is dolor cœpit, admovere sicca & calida fomenta oportet: sed primo lenta, deinde validiora. Al. Levia.
Frigidis & humidis fomentis fovere. Cels. lib. 4. cap. 14. Si vero tormina sunt, oportet frigidis & humidis fomentis stomachum fovere: vel si venter dolet, iisdem egelidis. [Legendum Nisi, pro Si, vel Non sunt. Nam in Torminibus frigus, ipso Celso auctore, summe inimicum. V. Cæl. Aur. Acut. 3. Segm. 199. seq. nec de emendatione dubitabis.
Humidum fomentum, siccum fomentum. Cels. lib. 4. cap. 4.
Fomentum, per translationem. Cic. 2. Tusc. 59. Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. Idem 2. de Fin. 29.
Nutricis fomentum. pro ipsa Nutricatione accipit Sen. lib. 3. de Benef. [Sic olim lectum fuit cap. 29. extr. sed vocem ultimam negant extare in MSS. Pinc. & Grut. cujus not. V.
Frigida curarum fomenta. Hor. 1. Epist. 3. 26.
Ingrata fomenta, vulnus nil malum levantia. Hor. Epod. 11. 16.
Parare fomenta. Hor. 1. Serm. 1. 82.
Præmollire asperum fomentis. Quintil. lib. 4. cap. 3.

FOMENTO, āre. Gloss. Lat. Gr. Fomento, καταντλῶ. Veget. Mulom. 2. 8. Caput fomentando vaporare. Cæl. Aurel. Acut. 1. 9. Caput oleo fomentare. conf. Apul. de Herb. cap. 80. 1.

FOMENTĀTIO, ōnis. f. Idem quod Fomentum. Ulp. in l. Si cui. §. Lanæ appel. D. De leg. 3. Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

FOMES, ĭtis. m. [ζώπυρον, ὑπέκκαυμα] a Fovendo, hoc est nutriendo ignem dicitur: est enim Assula ex arbore excussa dum cæditur, ut ait Festus. Ponitur & pro omni Materia sicca quæ facile igni inflammatur. Virg. 1. Æn. 77.

—— rapuitque in fomite flammam.

Plin. lib. 16. cap. 40. Excipiente materia aridi fomitis. V. ibi Dalech. p. 744.
Fomes, per translationem, dicitur Quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gell. lib. 15. cap. 2. Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret. Apul. 2. Florid. extr. Fomites disciplinarum.

FOVII, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis ejus ex ea natus sit, cum qua Hercules In fovea concubuit. Alii putant eum primum ostendisse, quemadmodum ursi & lupi foveis caperentur. Auctor Festus. conf. FABII & FODIO.

## F P

F. P. Fastus primo, Fecit publice, [vel Poni] Filius patri, Forma publica. F. P. C. Filius ponendum curavit. F. P. D. Filius patri dedit. F. P. D. D. L. M. Fecit publice decreto Decurionum locum monumenti. F. P. H. C. Filius patri hoc curavit. F. P. I. Filius poni jussit. F. P. P. Filius patri posuit.

## F Q

F. Q. Flamen Quirinalis.

## F R

FR. Fortis, Forum, Frater, Fronte, Frumentarius. F. R. Fecit requietorium, Finibus regundis. FR. A. Frater amantissime, Frater ave. FRA. C. Fraude creditoris. FR. D. Frumenti dandi. FR. F. Fratris filius. FR. I. Forum Julii. FR. L. Forum Livii, Frumentarius Legionis. FRMS. Fortissimus. [vel Forum Sempronii] F. R. P. C. Filius requietorium ponendum curavit. FR. PO. Forum Popillii. FRS. Fortis. FR. S. Forum Sempronii. FRV. Frugalis, Frugi. [vel Forum Vibii.

## F R A

FRACEO, ēre; sive FRACESCO, fracui, [σκμφυλοῦμαι, ἐξίσταμαι] ēre. Caldore & vetustate putrefieri, ut ait Nonius 1. 308. Columel. lib. 1. cap. 6. Oleum quod minus provenit, si congelatur, fracescet. Varro lib. 1. de R. R. cap. 55. Hæc de qua fit oleum, congeri solet acervatim per dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fracescat. Cato cap. 128. Sinito quatriduum fracescat: ubi bene fracuerit, rutro concidito. Fracebunt, Displicebunt. Festus. [An Fracescebant, Displicebant?

FRACĬDUS, Adj. [ὑπέρωρος] Plus quam maturum & jam putrescens. Cato cap. 64. & cap. 55. Fractores volunt ut oliva in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant.

FRACES, ium. f. [σέμφυλα] Plin. lib. 15. cap. 6. Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. item in amurca, & fracibus: eæ sunt carnes, & inde fæces: quare sæpius die decapulandum. Columel. lib. 6. cap. 13. Gell. lib. 11. cap. 7. Item floces audierat prisca voce significare vini fæcem e vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. Apud Plin. corrupte Flacibus legebatur olim.

FRACTUS. V. FRANGO.

FRÆNUM, i. n. [στόμιον, χαλινός] a Frangendo; Instrumentum quo equus retinetur & domatur. Dictum quod equorum ora frangat, & ideo per æ scribendum. [At qui a Frango Frænum derivetur, non intelligo.] Manutius mavult sine diphthongo scribi vetustis monumentis fretus. cui subscribit Cellarius, q. V. Isidor. 20. 16. Frenum dictum ait quod equos fremere cogat, vel quod hoc equi frendant, id est imprimant dentibus & obmordeant. In plur. Fræni, vel Fræna declinatur. Ovid. 1. de Arte Am. 472.

Tempore lenta pati fræna docentur equi.

Cic. pro Milon. 65.
Sonantes fræni. Virg. 3. Georg. 184.
Sonantia fræna. Ovid. 2. Met. 121.
Accipere frænum, metaphorice, pro Dedere se alicui. Virg. 12. Æn. 568.
Ni frænum accipere, & victi parere cogantur.
Addere fræna equis. V. ADDO.
Adhibere frænos alicui, Retrahere. Cic. de Clar. Orat. 204. Alteri se calcaria adhibere, alteri frænos.
Coercuit ora frænis. Ovid. 5. Met. 643.
Compescere animum frænis. Hor. 1. Epist. 2. 63.
Currere concordi fræno. Sil. lib. 16. 381.
Depulit ore frænum. Hor. 1. Epist. 10. 36.
Dare fræna, i. e. Laxare habenas. Sen. Agam. 3.
Dare cauta fræna juventæ. Claud. in 6. Cons. Stil. 120.
Domare fræna. Plin. lib. 8. cap. 42. At illum indignatione accensum domitis frænis, ne regi posset, præcipitem in abrupta isse.
Ducere fræna, i. e. Reducere, retrahere. Ovid. 15. Met. 519.

Præcipitant currum scopulis, ego ducere vana
Fræna manu, spumis albentibus oblita, luctor:
Et retro lentas tendo resupinus habenas.

Eget frænis alter, alter calcaribus. Cic. 6. Att. 1.
Ferre, Pati. Virg. 3. Æn. 542.

—— & fræna jugo concordia ferre.

Flectere ora mobilibus frænis. Lucan. ad Pison. 50.
Impediuntur equi frænis. Ovid. 2. Fast. 736.
Induit amor frænos obstinatis. Sen. Hippol. 4.
Inhibere frænos. V. INHIBEO.
Injicere frænos alicui, pro Cohibere alicujus conatum. Valer. Max. lib. 2. Fræni sunt injecti nobis.
Injicere alicui frænos furoris. Cic. 13. Philipp. 20. V. INJICIO.
Injecit fræna vaganti licentiæ. Hor. 4. Carm. 15. 10.
Laxat frænos populis furentibus. Lucan. lib. 7. 124.
Mandit sonipes spumantia fræna. Virg. 4. Æn. 130.
Moderari imperii fræna. Ovid. 2. de Pont. 9. 33.
Moderandis frænis docta manus. Sen. Hippol. 12.
Mordere frænum, Cic. 11. Fam. 23. posuisse videtur pro eo quod est vel Leviter repugnare servituti, dicens, Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre, poterunt. h. e. Si utcunque significaveris te servitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt quæ respondet Cicero sequente epistola, Si timidus, inquit, essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstersisses. Sed ut omnes, frænum momordi. Etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas?
Mordere frænum. Statius in Epithal. Stellæ & Violantillæ (1. Silv. 2. 28.) in diversum sensum usurpavit, nempe pro eo quod est Servitutem accipere, frænumque recipere.

Fama tace, subiit leges, & fræna momordit.

i. e. Admisit vincula matrimonii. conf. Martial. 1. 104.
Momordit equus ore frænos. Tibul. lib. 1. 3. 42.
Oblita fræna spumis albentibus. Ovid. 15. Met. 519.
Patitur equus fræna. Ovid. 4. Epist. 24.
Recipit fræna equus. Cic. in Topic. 15.
Regere frænis aliquem. Sen. Troad. 4.
Temperat ora frænis lupatis. Hor. 1. Carm. 8. 7.
Teneri frænis dotis. Justin. 3. 3. 8.
Uti fræno in uno, in alio calcaribus. Cic. 3. de Orat. 33.
Frænum, apud Celsum lib. 7. cap. 25. est Morbi genus, quod Græci φύμωσιν appellant. Est autem, cuum glans penis ita contecta est, ut nudari non possit. [Immo Frenum Celso l. c. est, quod juniores anatomici diminutive Frenulum frequentius vocant, ligamentum exile, quod præputium alligat glandi penis.

FRÆNO, [χαλινόω] āre. Frænis cohibere. Cæs. 8. Bell. Gall. 15. Equites frænatis equis in stationibus disponit.
Frænare, per translationem, usurpatur pro Coercere, & continere. Cic. 5. Verr. 30. Quum ejus animum ad perfequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, avaritiæque suæ frænaret.
Cursus aquarum frænare, Inhibere. Virg. 4. Georg. 136.

—— & glacie cursus frænaret aquarum.

Liv. 37. 15. pr. Ubi demersis navibus frænassent claustra maris.
Gentes justitia frænare superbas. Virg. 1. Æn. 527.

O regina, novam cui condere Juppiter urbem,
Justitiaque dedit gentes frænare superbas.

Iras frænare. Sen. Med. 11.
Populos frænare. Virg. 1. Æn. 523.
Spes avidas frænare. Sil. lib. 10. 341.
Vinclis & carcere frænare. Virg. 1. Æn. 38.

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras,
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.

Voluptates frænare. Liv. 30. 14. Qui eas voluptates sua temperantia frænavit ac domuit, multo majus decus majoremque victoriam sibi peperit, quam nos Syphace victo habemus.

FRÆNĀTUS, Partic. [χαλινωτός] ut
Acies frænata. V. ACIES.
Equi frænati. Virg. 5. Æn. 554. Instructi, frenatique. Liv. 21. 27. extr. [Forte Instrati.

Os frænatum equi. Hor. 1. Epist. 15. 13. V. supra.

FRÆNĀTOR, ōris. m. Plin. Paneg. cap. 55. Infinitæ potestatis domitor ac frænator animus. Stat. 1. Theb. 27. Ignipedum frænator equorum.

FRÆNĀTRIX, īcis. f. apud Sidon.

FRÆNĪGER, ĕra, ĕrum. Adj. [χαλινοφόρος] ut, Ala frænigera. Stat. 5. Silv. 1. 98. h. e. Equites.

FRĀGA, ōrum. n. pl. Mora quæ in herbis nascuntur, inquit Servius, odoris & saporis optimi. Virg. 3. Ecl. 92.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. Plin. lib. 21. cap. 15. Idem lib. 15. cap. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Hard. Frutici, terræque, ex MSS. [Sensus est, Solum hoc pomum simile & in frutice & in terra gigni. Alioqui malim cum ellipsi præpositionis, Frutice, terraque, sexto casu.

Mollia fraga leges. Ovid. 13. Met. 816.

Montana Ovid. 1. Met. 104.

Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.

FRAGARIA, Planta est fraga ferens, nemini fere non cognita. De qua V. plura apud Matthiol. in Diosc. lib. 4.

FRAGESCO, FRAGILIS, FRAGILITER, FRAGMEN, FRAGOR. V. FRANGO.

FRAGRO, [ὄζω] āre. Odorem reddere: quia (inquit Servius) speciis fracta odor redditur major. Virg. 1. Æn. 440.

—— redolentque thymo fragrantia mella. Martial. 1. 87.

Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino. conf. Idem 3. 65.

Odor fragrat acerbus. Valer. 4. Argon. 493.

FRAGRANS, Partic. [ὄζων] ut, Domus fragrans odore Assyrio. Catull. 66. 144.

Mella fragrantia. Virg. 1. Æn. 436.

Castitatis fragrantissimum incensum in thuribulis cordis adolere. Sidon. 8. Epist. 14.

Unguentum fragrantissimum. Apul. 10. Met. p. 544. adde Catul. 69. 144. & Sil. 15. 117.

FRAGRANTER, Adv. apud Apul. Compar. Solin. cap. 52. Salmas. 38. Crocum spirat fragrantius.

FRAGRANTIA, æ. f. Odor suavis. Sic enim εὐωδίαν vertit Erasmus. Eph. 5. Bonam fragrantiam. Vet. Gloss. Fragrantia, ὀσμὴ καλή. Val. Max. 9. 1. ext. 1. Unguentorum fragrantia.

FRAMEA, æ. f. [ῥομφαία] factum videtur, transpositione litterarum, ut φ præcedat, quod in f versum est; Lancea, sive telum oblongum. Tacit. in lib. de Morib. German. 6. 2. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto & brevi ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent: & eques quidem scuto frameaque contentus est. Juven. 13. Sat. 78.

Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula vatis. conf. Gell. 10. 25. & Lex. Pitisc.

FRANCISCUS Accursius, Jurisconsultus Florentiæ natus, jus civile Bononiæ, anno a Christo nato MCCXXV, cum ingenii atque industriæ laude professus est. Glossas in omnes juris civilis libros scripsit, magnopere adjutus his, quas superiores jurisperiti Irnerius, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Joannes, Azo multifariam ascripserant. Præceptoribus usus est Joanne, qui Glossator vulgo nominatur, & Azone. Filio autem erudito Francisco Accursio, qui eodem in loco jus civile interpretatus est, patrisque glossas locupletavit, relicto, ibidem vita est functus. Ex Hotomano. [Alieno valde loco hæc posita.

FRANCONES, Germaniæ populi, qui a Meridie Suevos & Bavaros habent: ab Occasu Rhenum, ab Ortu Boemos. Alluitur regio flumine Megano, Ptolemæo Menio vocato. Franconum meminit Cic. 14. Att. 10. Redeo ad Thebassos, Suevos, Francones. Al. Tebassos, Scævas, Frangones, ex MSS. [An Redeo ad te, Bassos, &c? Locus valde dubius. Propria certe nomina, & quidem obscuriora sub his latent. Francorum primus Treb. Pollio mentionem fecit, Franconum nemo vett. scriptorum meminit, nedum Cicero meminerit.

FRANCI, orum. pl. Germaniæ populus. V. Cluver. Germ. Ant. 3. 20. Ceterum Francorum olim nomen non unius populi, sed plurium Germanicarum gentium, quæ inter se conspirarunt, a Romano jugo semet vindicaturæ, imposito sibi communi vocabulo, a libertate ducto. V. If. Pontan. de Orig. Franc. lib. 1. 2. Barth. ad Briton. Aremor. p. 28. 36. A Trojanis descendere feruntur. V. Æn. Sylv. de Europa cap. 38. & Sabell. Ennead. 3. 10. conf. Lex. Pitisc.

FRANCIA, æ. f. Magna pars Germaniæ & Galliæ, regio Francorum. Claud. de Laud. Stil. 1. 236.

—— provincia missos

Expellet citius, fallax quam Francia reges.

FRANGO, frēgi, fractum, [ἄγνυμι, θρύπτω, κλάω, θραύω, φλάω] ĕre. Quidam putant factitium esse verbum a sono quem res fracta reddere consuevit: aliqui a Græco Φράγνυμι deducunt. Est autem Frangere, Illidere, & rumpere. Plaut. Asin. 2. 3. 4. Quis nostras sic fregit fores?

Aulas frangere in caput alterius. Plaut. Capt. 1. 1. 21.

Brachium fregit. Cic. 2. de Orat. 253. Excusavit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret.

Cervices alicui frangere. Cic. 7. Verr. 146. Cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum. V. CERVIX.

Comam in gradus frangere. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Coxam fregit. Plin. lib. 2. Epist. 1.

Gleba frangenda versis bidentibus. Virg. 2. Georg. 400.

In micas frangere. Plin. lib. 12. cap. 14. Item ne thus dentem reciplat potius quam in micas frangatur.

Molis frangere. Plin. lib. 18. cap. 7. Deinde molis frangunt.

Navem fregit, pro Naufragium passus est. Ter. And. 1. 3. 17.

— Navem is fregit apud Andrum insulam.

Ova frangit alter alterius milvus & corvus. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.

Patinam frangere. Hor. 2. Serm. 8. 72.

Ad saxum aliquid frangere. Virg. 3. Æn. 625.

Silvas Euri frangunt. Virg. 2. Georg. 441.

Frangere ad Incorporea transfertur: ut, Frangere animum alicujus. Cic. pro Corn. Balb. 56. Sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus: verum ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus.

Frangere & abjicere aliquem. Cic. 10. Fam. 12.

Frangere & comminuere hostem aliquem. Cic. 2. Off. 40.

Frangere, atque concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in procem. lib. 1.

Frangas enim potius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Animum pietas, maternaque nomina frangunt. Ovid. 8. Met. 508.

Audaciam alicujus frangere. Liv. 25. 38. Non enim frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam, atque opportunitatem volui.

Audaciam latronis contundere & frangere. Cic. 13. Philipp. 24.

Auctoritatem veteris disciplinæ frangere. Cic. 1. Acad.

Bella frangere. Ovid. ad Liv. 452.

Bellum aliquorum præliis frangere & domare. Cic. de Provinc. Conf. 32.

Consilia alicujus frangere. Cic. 1. Fam. 9. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere.

Consilium meum hoc fregit. Cic. 4. Fam. 4.

Contentiones frangere. Cic. 3. de Orat. 7.

Corda fortia frangit dolor. Tibul. lib. 3. 2. 6.

Cupiditates frangere. Cic. 1. de Orat. 86.

Diem morantem mero frangere. Hor. 2. Carm. 7. 7.

Dignitatem suam frangere. Cic. 9. Fam. 16. Ut neque offendam animum cujusquam, nec frangam dignitatem meam.

Doli circum hæc demum frangentur inanes. Virg. 4. Georg. 400.

Fidem frangere. Cic. pro Rosc. Com. 16.

Fluctus frangere, Vincere remis. Plin. in Paneg. cap. 81. extr.

Fluctum saxo frangere. Cic. 9. Fam. 16.

Fœdus frangere. Cic. in Pison. 28.

Furorem & petulantiam alicujus frangere. Cic. in Pison. 39.

Gemitu supplice frangere aliquem. Stat. 11. Theb. 375.

Gulam frangere laqueo alicui. Sallust. Catil. 54.

Hominem frangere, pro Vincere. Cic. 11. Fam. 12. Itaque homines alii fracti sunt: nonnulli etiam queruntur. In emendatis libris est, Alii facti sunt.

Imperium frangere populus dicitur, Hor. 1. Carm. 35. 16.

Impetus advenientes frangere. Cic. 3. Tusc. 26. Quare accipio equidem a Cyrenaicis hæc arma contra casus & eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur.

Ingenium mala fregere meum. Ovid. 3. Trist. 14. 32.

Ingenio & industria frangere aliquem. Cic. 10. Fam. 3. Eaque adeptus es adolescens, multis invidentibus, quos ingenio, industriaque fregisti.

Judicio aliquem frangere, non vi superare. Cic. Post redit. in Senat. 15.

Leges alicujus frangere. Cic. 12. Fam. 14.

Libidines alicujus frangere. Cic. 3. de Legib. 31.

Mandata frangere, Negligere. Hor. 1. Epist. 13. 19.

Morbum frangere & vincere. Plin. lib. 1. Epist. 12.

Nationes frangere & domare. Cic. de Provinc. Conf. 32.

Opes aliquorum frangere. Liv. 2. 21. Mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat.

Opes frangere & infirmare. Cic. pro Rabir. Posth. 28.

Patientia frangere aliquem. Cic. de Clar. Orat. 95.

Pectora fregit sublimia vinum. Ovid. 1. Fast. 301.

Pœnas frangit Venus inter amorem. Lucret. lib. 4. 1078.

Se laboribus frangere. Cic. pro Arch. 29.

Se calor frangit. Cic. 1. de Orat. 265.

Sententiam alicujus frangere. Cic. 1. Fam. 4. Quod jam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus.

Studium scribendi fractum. Cic. 6. Fam. 7. Sic tot malis tum victum, tum fractum studium scribendi.

Ventum frangere. Plin. Epist. 2. 17. ad Gallum.

Vim aliquam debilitare & frangere. Cic. pro Marcel. 8.

Vim alicujus furiosam superare & frangere. Cic. pro Domo 55.

Vires frangere. Cic. 3. Tusc. 36. Quæ ut pervellere te forsitan potuerit, & pungere, non potuit certe vires frangere.

Vires & robur frangit minutatim. Lucret. lib. 2. 1131.

Vultum risus frangit, i.e. Mollem reddit. Petron. cap. 128. p. 614. V. Burm.

Urbes siquæ contumaces essent frangerentur. Justin. 34. 1. 5.

Frangi, Debilitari, succumbere. Cic. 2. de Fin. 95. Potius ergo illa dicantur, Turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere.

Æstu mare frangitur. Lucret. lib. 6. 143.

Dolore frangi. Cic. 2. Tusc. 35.

Metu frangi. Cic. 1. Off. 68.

Minis nullis frangitur. Stat. 9. Theb. 471.

Molestia animos frangi & debilitari non oportet. Cic. 1. Q. frat. 1.

Pudore frangi. Cic. 2. Tusc. 48.

Frangere, pro Interimere eleganti sensu usurpat Solinus cap. 25. de canibus Albanis, Apud hos, inquit, populos nati canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, &c. Vide quæ de hoc verbo notat Casaub. ad Pers. Sat. & Barth. ad Stat. Silv. p. 96.

FRACTUS, [κεκλασμένος] Partic. Plaut. Milit. 1. 1. 7. Quæ misera gestit & fractum facere ex hostibus. Sed varia est lectio.

Animo fractus. Cic. 12. Att. 22. Deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat nescit.

Bello fracti. V. infra, Ductores.

Calamitate fractus & afflictus. Cic. pro Sull. 15.

Detrimento aliquo fractus. Hirt. Bell. Alex. 12.

Labore multo membra jam fractus. Hor. 1. Serm. 1. 5.

Malis fracta civitas, muta, debilitata, abjecta metu. Cic. pro Domo 25.

Prælio fractus. Cæs. 1. Bell. Gall. 31.

Animus fractus & humilis, pro eodem. Cic. in Pison. 62. Ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, fordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi præcone avo tuo dignum esse videatur. Budæus.

Animus afflictus & fractus. Cic. 12. Att. 22.

Animo fracto atque afflicto loqui. Cic. pro Domo 97.

Animo fracto & demisso esse. Cic. 1. Fam. 9.

Animo fracto & debilitata virtute esse. Cic. Post red. in Senat. 19.

Annulus aureus fractus & comminutus. Cic. 6. Verr. 56.

Crus fractum. Hor. 1. Epist. 18. 59.

Dolor fractus. Sen. Herc. OEth. 7.

Domus conjectu lapidum fracta. Cic. 4. Att. 3.

Ductores fracti bello. Virg. 2. Æn. 13.

Fluctus fracti. Hor. 2. Carm. 14. 14.

Fœdera fracta. Sil. lib. 17. 350.
Fluminis fracti undæ. Lucan. lib. 1. 222.
Furor fractus. Sil. lib. 7. 253.
Homo fractus & prope diſſipatus. Cic. Poſt red. in Senat. 23.
Navis fracta. Hor. de Arte Poet. 20.
Nomen Græciæ fractum & debilitatum. Cic. pro Flacc. 62.
Partibus Brutianis fractis. Paterc. 2. 74. 1.
Pronuntiatio, i. e. Enervata, mollis, ſcenica. Plin. lib. 14. Epiſt. 2.
Ratio fracta, apud Quintil. Decl. 261. p. 489. i. e. Turbata. V. Burm.
Res fractæ. Plaut. Perſ. 4. 4. 103. Nam etſi res ſunt fractæ, amici ſunt tamen.
Sapientia fracta cadet. Ovid. 5. Triſt. 12. 14.
Sonitus fractos imitata vox tubarum. Virg. 4. Georg. 72.
Spes fractior. Cic. de Amicit. 59. Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.
Vires fractæ. Virg. 2. Æn. 170.
Virtus fracta. Hor. 2. Carm. 7. 11.
Voces ad littora fractæ. Virg. 3. Æn. 53.
Fractum, minutum, & puerile. Cic. de Clar. Orat. 286. At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa (quam tamen conſequitur) concinnitate puerile?

**Fractio**, ōnis. f. apud Plaut. [Si fides Lipſ. Theſauro.

**Fractor**, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. κλάστης, fractor. Sidon. 3. 13. Fractor ferularum.

**Fractūra**, æ. f. [κλάσις, θραῦσις] Plin. lib. 29. cap. 6. Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem lib. 22. cap. 8.
Idem quod Fragmentum. Plin. 33. 4. §. 21. Fracturis CL. libras agentibus.

**Fractillum**. i. n. Inſtrumentum ad frangendum piper, in Gloſſ. Iſidor. [Miror cur non potius Frangibulum dixerit, quod occurrit in compoſitis, ut Dentifrangibulum, Nucifrangibulum. vel diminutive Frangillum, contr. Fragillum. Sed ſæpius ab analogia recedunt hæ gloſſæ.

**Fragmen**, ĭnis. n. [κλάσμα, ἄγμα, θραῦσμα, σχίνδαλμος] eſt Fragmentum, ſeu pars fractæ rei. Virg. 12. Æn. 741.
—— fulva reſplendent fragmina arena. Columel. lib. 9. cap. 15. Mox deinde fragmina favorum quæ in ſacco remanſerunt, retractata exprimuntur.
Fragmina ſilvarum. Lucret. lib. 1. 285.
Fragmina conjiciens ſilvarum, arbuſtaque tota.

**Fragmentum**, i. n. Idem ſignificat: ſed Fragmen magis poeticum eſt.
Carinæ collecta laceræ fragmenta. Lucan. lib. 8. 755.
Galeæ fragmenta. Lucan. lib. 6. 193.
Lapidis fragmentum. Cic. 2. de Nat. Deor. 81. Martial. lib. 8. 57.
Panis fragmentum. Plin. lib. 9. cap. 8.
Ramea fragmenta. Virg. 4. Georg. 304.
Septorum fragmentum. Cic. pro Sext. 79.

**Frăgĭlis**, e. [θραυστὸς, ψαθυρὸς, ψαθυρὸς, ἐπίκηρος, εὔθραυστος] Caducum, debile, quod facile frangi poteſt. Cic. de Amicit. 102. Sed quoniam res humanæ fragiles caducæque ſunt.
Ævum omne & breve & fragile eſt. Plin. Paneg. cap. 37. pr.
Anni fragiles, & inertior ætas. Ovid. 4. Triſt. 8. 3.
Bonum fragile. Ovid. 2. de Arte Am. 113.
Cicuta fragilis. Virg. 5. Ecl. 85.
Corpus fragile & caducum. Cic. 1. de Legib. 24.
Corpore in fragili odioſa omnis offenſio eſt. Cic. de Senect. 65.
Glacies fragilis. Ovid. 1. de Arte Am. 374.
Mortalitas fragilis & laborioſa. Plin. lib. 2. cap. 4.
Muri fragiles. Claud. de Bell. Get. 214.
Res humanæ, fragiles caducæque ſunt. Cic. de Amicit. 102.
Sonitus fragiles chartarum. Lucret. lib. 6. 111.
Vita fragilior. Plin. præf. cap. 7.
Fragile & caducum. Cic. 2. de Fin. 86. Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum, quod fragile & caducum ſit?
Fragile cum Ablativo, ut Fragile dentibus. Plin. lib. 12. cap. 8. Gell. lib. 6. cap. 1. Ictibus, offenſionibusque parvis fragile.
Fragilius. Plin. lib. 12. cap. 7. Eſt etiam in India piperis grani ſimile, quod vocatur gariophyllon, grandius, fragiliusque.
Fragilis, pro Molli, qui muliebria patitur, qui pathicus eſt. Frangere enim etiam turpe verbum veteribus fuit, ut & Dividere. Hor. 1. Serm. 8. 39.
Julius, & fragilis Pedacia, furque Voranus. Sic Turneb.
Fragile, adverbialiter. Pallad. Mart. t. 1. Ne motus aliquis fragile procedentis ſarmenti quaſſet ætatem. Sed al. rectius Fragilem, ut ad Ætatem referatur adjectivum.

**Fragilĭtas**, ātis. f. [τὸ εὔθραυστον] Debilitas & imbecillitas. Plin. lib. 3. Epiſt. 7. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit.
Imbecillitas & fragilitas generis humani. Cic. 5. Tuſc. 3.
Fragilitatis humanæ memor. Plin. lib. 7. cap. 7. ad fin.
Naturæ communis fragilitas. Cic. pro Marcel. 23.
Duratur ferrum in fragilitatem. Plin. lib. 34. cap. 14. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur.

**Fragilĭter**, [ἀσινῶς] Adv. Inconſtanter, debiliter. Vulgo recepta vox.

**Frăgium**, i. n. Apul. Met. 9. p. 368. Crurum ejus fragium abominata. V. Compoſita Crurifragium, Lumbifragium, Naufragium in Nominibus, unde componuntur.

**Frăgor**, ōris. m. [κτύπος] Sonitus qui ex arbore, aut re alia fracta redditur: eſtque fictitium verbum a ſono. Virg. 1. Georg. 356.
—— & horridus altis
Montibus audiri fragor. Ubi Servius; Horridus fragor, Sonitus qualis fieri ſolet ex aridis, quum franguntur, arboribus. Liv. 1. 29.
Gravi fragore ſtrepitus. Ovid. 11. Met. 365.
Vocis horrendæ fragor. Sen. Herc. fur. 9.
Aridus fragor. Virg. 1. Georg. 358. V. ARIDUS.
Fulmineus fragor. Valer. 2. Argon. 501.
Præceps fragor Oceani. Valer. 3. Argon. 404.
Raucus fragor. Claud. 2. in Eutrop. 162.
Subitus fragor. Virg. 2. Æn. 692.
Vaſtus illic fragor, canumque circa mare. i. e. Spumeſcens. Plin. lib. 6. Epiſt. 31. extr.
Cecidit fragor pelagi. Virg. 1. Æn. 158.
Dat fragorem propulſa ſilva. Ovid. 8. Met. 340.
Exoritur miſerrimus fragor. Stat. 3. Theb. 123.
Fit fragor. Ovid. 1. Met. 269.
Intonat ingens fragor. Virg. 8. Æn. 527.
Sentire fragorem belli. Lucan. lib. 5. 228.
Succidere horriſono fragore. Lucret. lib. 5. 110.
Tonat cælum omne fragore. Virg. 9. Æn. 541.
Fragor, pro Plauſu. Quintil. lib. 8. cap. 3. pr. Nec fortibus modo, ſed etiam fulgentibus armis præliatus in cauſa eſt Cicero Cornelii: qui non aſſequutus eſſet docendo judicem tantum, & utiliter demum ac Latine perſpicueque dicendo, ut Populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & auctoritas expreſſit illum fragorem.

**Fragōrōsus**, a, um. Plenus fragoris. V. Auguſtin. adv. Petilian. 3. 16.

**Frăgōsus**, Adj. [τραχώδης] Aſper, ac præruptus, ut locus fragoſus.
Oratio fragoſa, cui contraria eſt Lenis. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Rabies ventorum fragoſa. Val. Flacc. 2. 622.
Torrens fragoſus. Juvenc. 3. 22.
Vada fragoſa. Valer. 2. Argon. 198.
Mollia, lenta, fragoſa, putricava, corpore rara. Lucret. lib. 2. 859.

**Fragōse**, Adv. [τραχωδῶς] Cum fragore exp. Harduin. ap. Plin. lib. 16. cap. 10. Quippe reſpuuntur, & fragoſius ſidunt, ægrius revelluntur. Subaudi Secures. [Puto ligni reſiſtentiam innuere.

**Fragesco**, [χαλάω] ĕre. ab antiquo verbo Frageo, es; Frangor, langueſco. Accius Ægiſtho, ut citat Nonius 2. 329. Neque fera hominum pectora frageſcunt donec vim perſenſerint imperii. Idem Euryſace, Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum ſciet, quin frageſcat.

**Fragisco**, ĕre. Idem. Pacuv. Fragiſcit animus miſeriis.

**Frāter**, tris. m. [ἀδελφὸς, κάσις, κασίγνητος, αὐτοκασίγνητος] Notæ ſignificationis, diciturque quaſi Fere alter. Gell. lib. 13. cap. 10. Fratris autem vocabulum, P. Nigidius homo impenſe doctus, non minus arguto, ſubtilique ἐτύμῳ interpretatur. Frater, inquit, dictus eſt quaſi Fere alter. conf. Non. 1. 156. & Cic. 2. Fam. 15. extr.
Fratris mei gnatus. Plaut. Pœn. 5. 4. 25.
Quid eſt, fratris mei gnate? Mi gnate, quid vis? expedi.
Fratris filia. Plin. Epiſt. 164.
Fratres noſtri Hedui. Cic. 7. Fam. 10. Una mehercule noſtra vel ſevera vel jocoſa congreſſio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Hedui. V. Appellare Regem in APPELLO.
Fratres patrueles, Filii patrui. Cic. pro Cn. Planc. 27. Hic eſt enim qui adoleſcentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam, ſic ab illo graviſſimo & ſanctiſſimo, atque omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat, quod ſi adeſſet, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis. Suet. Cæſ. 29. Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat. V. Patruelis in PATER.
Fratres gemini, non Gemini fratres, ut docet Quintil. lib. 9. cap. 4. Cic. pro Cluent. 45. C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt, ex municipio Aletrinate, homines inter ſe, cum forma, tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi. Hor. 1. Epiſt. 18. 41.
Gemelli fratres. Ovid. 8. Epiſt. 77.
Frater germanus. Cic. 3. Verr. 128. Sunt alii qui dicant: notæ res ac manifeſtæ prolatæ ſunt, & proferuntur. Dicit C. Fannius Eques Romanus, frater germanus Q. Titinii judicis tui, ſibi ſe pecuniam dediſſe. Idem pro Domo 108. Et pro Cœl. 38.
Hoc fratri mecum, & Cum fratre, convenit. V. CONVENIO.
Lugere fratrem ademptum. V. ADIMO.
Quatuor modis Fratres dici, natura, gente, cognatione, affectu, oſtendit Iſidor. 9. 6.
Fratrum appellatione etiam Sorores continentur. Paul. l. 38. D. Fam. erciſc. Lucius & Titia fratres emancipati a patre. Alibi, Tres fratres Titius & Mævius & Seja. Tacit. 12. Ann. 4. Fratrumque non inceſtum ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit. V. Bentlej. ad Hor. 1. Serm. 1. 100. Adde Burm. ad Quintil. 9. 3. p. 817.
Frater inter Laſciva & ἐρώτικα. Lipſ. Lect. Var. 2. 1. conf. Pitiſci Lex.
Per metaph. Omnia paria, Fratres & ſorores non invenuſte dicuntur. V. Solin. cap. 27. & Taubm. ad Plaut. Pœn. 1. 3. 8. Moxque in ſeq. dict.
Fratres arvales, apud Varr. de L. L. 4. 15. ſunt Sacerdotes ſacra publica facientes, ut fruges arva ferant. conf. Lex. Pitiſc. V. ARVALES ſ. l.

**Frātercŭlus**, i. m. [ἀδελφίδιον] Dimin. Parvus frater. Juven. 4. Sat. 98.
Unde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Ubi, Fraterculus gigantum, dicitur Homo obſcurus, cujus majores ſunt incogniti, tanquam e terra ſubito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poetæ fabulantur.
Eſt & vox blandientis. Cic. 5. Verr. 155. Ex epiſtola Timarchidis ad Apronium: Volo mihi, fraterculo tuo, credas. Al. Mi frater, fraterculo. Subjicit autem Tullius, ut joci cauſa dictis, Conſorti quidem in lucris atque furtis, gemino & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia.

**Fratria**, æ. f. [ἐνάτηρ] Uxor fratris, inquit Feſtus. Fratriæ, inquit Nonius 19. 6. vocantur, Fratrum inter ſe uxores.

**Fratrissam**, Eandem fratris uxorem vocari ait Iſidor. 9. 6.

**Frātercŭlo**, āre. V. FRATRO, infra.

**Frāternus**, poſſeſſ. [ἀδελφικὸς] ut, Fraternus amor. Cic. 1. Q. frat. 1. Sic, Fraterna invitatio. Idem 9. Att. 14.
Acies fraternæ, apud Stat. 1. Theb. 184.
Animi fraterni. Hor. 1. Epiſt. 10. 4.
Fœdus fraternum rumpere. Hor. 1. Epiſt. 3. 35.
Hæreditas fraterna. Cic. pro Cluent.
Mors fraterna. Virg. 9. Æn. 736.
Neceſſitudo fraterna. Cic. pro Quint. 16.
Parricidium fraternum. Cic. pro Cluent. 31.
Pacis fraternæ fides. Ovid. 3. Met. 128.
Sodalitium fraternum. Catul. 97. 4.

**Fraterne**, Adv. [ἀδελφικῶς] Ad ſimilitudinem fratris. Cic. 2. Q. frat. 14. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Ibid. 1. 2. Huic tu epiſtolæ non fraterne ſcriptæ, fraterne debes ignoſcere.

**Fraternĭtas**, ātis. f. [ἀδελφότης] Quintil. Decl. 16. A primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum.

**Fratricīda**, æ. m. [ἀδελφοκτόνος] Qui fratrem occidit. Cic. pro

Domo

Domo 26. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio, quid de me, quod tulisse te dicis parricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? conf. C. Nep. 20. 1. 5.

**Fratricīdĭum**, i. n. Tertul. de Monog. cap. 4. Salvian. de Gub. Dei lib. 1. p. 21.

**Fratrimonium**, i. n. i. e. Bona fraterna. in Gloss. & Cujac. ad lib. 2. Inst.

**Fratruelis**, is. m. Fratris filius. Hieron. in Epist. Vet. Gloss. ἀδελφιδοῦς, fratruelis, fratris filius. Sed Isidor. 9. 6. Fratrueles, Materteræ filii sunt.

**Fratro**, vel **Fraterculo**, āre. de puerorum mammis dicitur, quod velut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento spica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fraterculare. Hæc Festus. Idem, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primum tumescunt, ut Fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria Tunc sororiabant papillæ primulum, sed illud volui dicere, fraterculabant, quid opus est verbis.

**Fratilli**, Villi sordidi in tapetis, quod per terram ferantur. Auctor Festus.

**Fratuertium**, Italiæ oppidum, ab Hydrunte non longe distans. Plin. lib. 3. cap. 11.

**Fraus**, fraudis. f. [ἀπάτη, φενακία, σόφισμα, [illegible], χλεύη] Deceptio, Circumventio. Cic. 1. Off. 42. Fit injuria vi aut fraude: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna majore.
Fraus & Integritas, contraria. Cic. 2. de Orat. 35. Fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.
Cæcus fraude. Liv. 8. 27. extr.
Inaperta fraudi senectus, Quæ falli non potest. Sil. lib. 7. 26.
Præcipuus fraude rex fraude capitur. Flor. 3. 1. 2.
Crimina fraudis. Ovid. 3. de Arte Am. 32.
Impia fraus. V. impius.
Inexpiabiles fraudes. V. inexpiabilis.
Mala fraus, est Furtum. Hor. 1. Carm. 3. 28.
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Muliebris fraus. Tacit. 2. Ann. 71.
Nefanda fraus. Juven. 13. Sat. 174.
Astruere fraudem. Sen. Herc. OEth. v. 718. Al. Struere.
Captus fraude. V. captus.
Cogitare fraudem alicui. Hor. 2. Epist. 1. 122.
Componere fraudes. Propert. lib. 2. 9. 3.
Concipere fraudes. V. concipio.
Conjicere in fraudem. Cic. Att. 2.
Deducere aliquem in fraudem. Cic. 10. Fam. 23. V. deduco.
Delabi in fraudem quandam in Republica. Cic. 3. de Orat. 226. Doleo illos viros, in eam fraudem esse delapsos. Delatos alii.
Exagitare fraudes & fallacias alicujus. Cic. pro Cluent. 101.
Facere fraudem legi. Plaut. Mil. 2. 2. 9.
Facere fraudem Senatusconsulto. Cic. 4. Att. 11.
Fingere aliquid per summam fraudem & malitiam. Cic. pro Quint. 16.
Innexa fraus clienti. Virg. 6. Æn. 609. i. e. Cliens fraude circumventus.
Instruendæ fraudi intentus. V. instruo.
Nectere fraudem. Sil. lib. 6. 326.
Nudare fraudem alicujus. Claud. de Bell. Gild. 272.
Objicere nubem fraudibus, Fraudes occultare. Hor. 1. Epist. 17. 62.
Oppressus fraude loci. Virg. 9. Æn. 397.
Petere aliquem fraude. Virg. 4. Æn. 675.
Struere fraudes alicui. Sen. Hippol. 4.
Suscipere fraudem. Cic. in Pison. 43.
Vetus formula, Sine fraude, i. e. Vere & ex animo. Cæs. 1. Bell. Civil. 22. Massilienses sese dedere sine fraude constituunt. conf. Liv. 24. 47.
Fraus, pro Fraudatore. Ter. Heaut. 5. 4. 10
At ego, si me metuis mores cave in te esse istos sentiam.
cl. Quos? ch. si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo, damnosus; &c. [ Nisi Fraus hic pro damno est & bis idem dicitur.
Fraus, ut & Furtum dici putatur ἀπὸ τοῦ φέρειν, quod de alieno auferat aliquid & detrahat, unde apud Terentium, Suum defraudare genium dicitur avarus, Qui meritis eum & debitis bonis privat. Est igitur Fraus proprie Damnum: & utriusque vocabuli, ut similis est significatio, ita est origo eadem. Illud enim ab Auferendo, Damnum autem est a Demendo. Ulpian. D. si quid in fraud. patron. l. 1. Fraus in damno accipitur pecuniario. Et verba illa fecialium Roman. in pascifcendis fœderibus, Quod sine fraude mea populique Quiritium fiat, i. e. Sine damno: quod dicimus, *salvo jure nostro & alieno.* inquit Budæus. Liv. 1. 24. Fecialis regem interrogavit, Rex, facisne me tu regium nuntium, Populique Romani Quiritium, vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, populique Quiritium fiat, facio. i. e. Sine damno, &c.
Ne ea res mihi sit fraudi: i. e. Ne ea res mihi adscribatur, neve vitio detur, unde pœna aliqua proveniat. Antiqui enim Fraudem, Pœnam vocabant. Cic. pro L. Muren. 73. Id erit ejus vitrico fraudi ac crimini. Idem 5. Philipp. 21. Duos Cn. Pompeji summi ac singularis viri filios, incolumes haberemus, quibus certe pietas fraudi esse non debet.
Fraus aliud est, aliud Pœna, inquit Ulpianus: Fraus enim sine pœna esse potest: Pœna sine fraude esse non potest. Pœna, est noxæ vindicta: Fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio, l. 131. D. de verb. signif. In quem locum variæ sunt interpretum explicationes. Ajunt enim quidam fraudem sine pœna esse, quum crimen ejusmodi est, ut pœnam non mereatur, aut quum probari non potest. Alii diversam fuisse mentem Ulpiani contendunt, qui fraudem sine pœna esse posse dixerit, quia fraus omnis damnum affert: & quicquid damno afficit, fraus appellatur: at non omne damnum pœna dicitur, quum hæc ad vindictam criminis solum imponatur. Damnum autem est, quicquid detrimentum aut molestiam exhibet alicui, etiam si non ulciscendi sceleris causa. Pœna vero sine fraude nequit esse, quoniam nulla pœna non damnum dat. Altera differentia est, quod pœna tantummodo est commissi criminis vindicta: at fraus & crimen ipsum, & criminis pœnam significat. Unde Fraudem capitalem admittere, id est crimen capitale: quod qui hoc genere criminis peccat, alium in quem peccavit, videtur capitaliter fraudasse: ut si eum occidit, aut ejus uxori stuprum obtulit, aut quid ejusmodi scelerum commisit, quæ homines solent vita sua æstimare. Sic Plin. lib. 29. cap. 1. inscitiam medicorum vocat capitalem, quia nos vitæ damno afficit. Crimen igitur quodcunque, etiam si nulla ipsum pœna consequatur, fraus appellatur tamen, quia non potest non detrimentoso fuisse illi, contra quem est perpetratum. Et quum vindicandi criminis causa pœna soleat imponi, nec sit pœnæ locus, si non antecedant delicta, recte Ulpianus Fraudem, quum pro Crimine ponitur, Præparationem pœnæ appellat. Itaque ex genuina Fraudis significatione nihil requiritur, dolum inesse: imo & sine dolo Fraus dicitur Damnum quomodocunque illatum.
Agere aliquem in fraudem. Virg. 10. Æn. 72.
Qui deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? Ubi Servius; In fraudem, i. e. In periculum. Ita enim in jure lectum est: Fraudi est illa res, i. e. Periculo. Alii negant usquam in jure Fraudem accipi pro Periculo, sed semper pro Damno: & ita hunc Virgilii locum exponunt.
Ferre fraudem alicui. Cic. 7. Att. 25. Ego me ducem in civili bello quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. i. e. Damnum attulit.
Fert illi fraudem hæc res. Virg. 11. Æn. 522. h. e. Damnum affert. V. Serv. ad loc.
Impelli in fraudem. Cic. de Amicit. 89. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.
Incidere in fraudem spe aliqua. Cic. 11. Att. 16. Ter. Heaut. 3. 1. 33.
In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
Inferre fraudem. V. infero.
Injicere in fraudem. V. injicio.
Fraus, pro Piaculo; & quasi pro Crimine, vel potius Noxa gravi. Cic. 1. de Divin. 7. Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur. Sic Horat. 1. Carm. 28. 31.
Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere. Cic. 1. Tusc. 72. Vel in republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent.
Vortere fraudi, ut Vitio. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 1.
Fraus capitalis, Noxa. Liv. 23. 14. Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicati in vinculis essent; qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi jussurum. Al. Fraudi V. infra. [ Hi sunt Rerum capitalium condemnati, Sall. Catil. cap. 36.
Creare fraudem capitalem suis cruribus. Plaut. Mil. 2. 3. 23.
Tuis nunc cruribus, capitique fraudem capitalem hinc creas:
Nam tibi jam ut pereas paratum est dupliciter, &c.
Admittere capitalem fraudem, est Tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit qui deliquit. Veteres enim Fraudem pro Pœna ponere solebant. Hæc Ulpianus de Ædil. edict. l. quum autem. §. excipitur. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 26. Si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quod &c.
Carere peculatus fraude. Cic. 12. Philipp. 12. i. e. Noxa vel Crimine.
Scelus fraudemque nocentis dicendo subjicere odio civium, supplicioque constringere. Cic. 1. de Orat. 202.
Servant nonnunquam dii pœnas fraudis præsentis in diem. Cic. pro Cœl. 59.
Fraudem in bonam partem acceptam notat Barth. Advers. 12. 12. Ita Ovid. 3. de Arte Am. 491.
Judice me fraus est concessa repellere fraudem.
Pia fraus. Ovid. 9. Met. 710. in Iphidis fabula.
Fallere procos pudica fraude. Ovid. 3. de Pont. 1. 107.

**Fraus**, Dea dicta apud Mart. Capel. lib. 1.

**Fraudōsus**, a, um. Accius in Fab. Æsop. 45.
—— fraudosam viscus inescat avem.

**Fraudĭger**, ĕra, ĕrum. Tertull. Genes. cap. 3.
Fœmina fraudigeris misere decepta loquelis.

**Fraudulentus**, Adj. [κερδαλέος] Plenus fraudis. Cic. 2. Off. 36. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. [ Maleficos, puto a Tullii manu fuisse.
Fraudulenti & mendaces Carthaginienses. Cic. pro Lege Agr. 94.
Curator faudulentus. Columel. lib. 9. cap. 5.
Homo fraudulentus. Auctor ad Heren. lib. 2. 41.
Populus & dux fraudulentus. Hor. 3. Carm. 3. 24.
Venditiones fraudulentæ. Cic. 3. Off. 83.
Compar. Fraudulentior. Augustin. Confess. 3. 3. Tertul. adv. Marc. 2. 21. Tanto fraudulentior Deus vester.
Superl. Pessumi & fraudulentissimi sunt. Plaut. Capt. 2. 1. 38.
Fraudulentissimus regum. Flor. 3. 1. 17.

**Fraudulenter**, Adv. [κερδαλέως] Cum fraude. Columel. lib. 1. cap. 8. Sæpe etiam querendi potestatem faciat de iis qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin. lib. 30. cap. 17. Quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini tradunt. De stellione. [ Nisi distinguendum post hanc vocem, ut sit Adjectivum.

**Fraudulentia**, æ. f. Plaut. Pseud. 2. 1. 7. Fretus malitia, fraudulentia. Idem Mil. 2. 2. 34.
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

**Fraudulōsus**, a, um. Paul. JCt. l. 1. §. 3. D. de Furtis. Furtum est contrectatio rei fraudulosa. i. e. Cum fraude conjuncta.

**Fraudo**, [[illegible], πλεονεκτέω, [illegible], νοσφίζω] āre. pass. Fraudor. Significat Decipere, & ut plurimum Privare. Plin. lib. 11. cap. 16. Æquitas quidem etiam in eis obstringitur: feruntque societate fraudata alveos mori. De apibus.
Fraudare & fallere. Cic. pro Rosc. Com. 16. Æque enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit: & socium fallere, qui se in negotio conjunxit.
Vadimonium alicui deserere, & eum fraudare. Cic. pro Quint. 75. In hujusmodi sponsionem testes dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent, vadimonium mihi deseruit: me fraudavit: a me nominis ejus quod inficiatus esset, diem petivit: ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit.
Animum fraudare & offendere. Cic. in Orat. 178. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata: quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur.
Creditores fraudare, domo profugere, propter æs alienum venire ad arma. Cic. 6. Philipp. 11.

Decumanum fraudare, ne grano quidem uno sine maxima pœna potest arator. Cic. 5. Verr. 20.
Genium fraudare, Naturæ appetitui & voluptati non satisfacere. Plaut. Aul. 4. 9. 15.
Maritum fraudare liberis. Martian. in l. 4. De extraord. crimin. De ea loquitur, quæ data opera partum abegerat.
Mutuationibus fraudare. Cic pro Flacc. 47. Itaque quum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutuationibus fraudavisset, in Asiam venit.
Nomine veteri fraudare. Cic. 5. de Fin. 91. Audebo igitur cetera, quæ secundum naturam sunt, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine: quam aliquid potius novum exquirere.
Pecunia fraudare aliquem. Cic. 1. Att. 1. Cæcilius avunculus tuus a P. Vario quum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum ejus fratre.
Populum improbissime fraudare. Cic. de Arusp. Resp. 42.
Regno fraudare aliquem. Virg. 4. Æn. 355.
Quam regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus arvis.
Societate hæreditaria fraudare aliquem. Cic. pro Quint. 76.
Somno fraudare aliquem. Ovid. 1. Amor. 13. 17.
Stipendium equitum fraudabant, & prædam omnem domum avertebant. Cæs. 3. Bell. Civil. 59.
Testimonio suo non fraudare aliquid. i. e. Debita laude. Columel. lib. 3. cap. 7.
Per tutelam fraudare aliquem, aut societatem, aut, &c. Cic. pro Cæcin. 7.
Viros bonos palam fraudare. Cic. pro Quint. 51.
Voluptate fraudare aliquem. Plin. Epist. (96.) lib. 5.
Victu suo fraudare se. V. FRAUDANS partic.
Spe fraudandi sublata, solvendi necessitas consequitur. Cic. 1. Off. 84.
Data corripere fraudando. Catul. 107. 6.

FRAUDANS, Partic. [νοσφίζων] ut, Fraudans se ipse victu suo. Liv. 2. 10. extr. In magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit. Ovid. 3. Fast. 829.
—— turba feri censu fraudante magistri. al. Fraudata. V. not. Burm. ad locum.

FRAUDĀTUS, Partic. [νοσφισθεὶς] Cic. 3. Off. 70. Uti ne propter te, fidemve tuam captus fraudatusve sim.
Conjugio fraudata. Ovid. 6. Epist. 163.
Juventa prima fraudatus, i. e. Spoliatus. Ovid. 10. Met. 196.
Lucernis fraudatis. Subaudi Oleo. Hor. 1. Serm. 6. 24.
Nuptiæ fraudatæ, i. e. Fraude interceptæ. Justin. 43. 1. 19.

FRAUDĀTIO, ōnis. f. [νοσφισμὸς] Cic. 3. Off. 70. Quam illa aurea, ut Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.
Fides & Fraudatio, contraria. Cic. 2. in Catil. 25.

FRAUDĀTOR, ōris. m. [ἀπατεὼν] Cic. pro Flacc. 48. Nolite existimare, Judices, non unam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam.
Beneficiorum ingratus fraudator est. Sen. Benef. 4. 26.
Creditorum fraudator. Cic. 13. Philipp. 26.
Prædæ interceptor & fraudator. Liv. 4. 50. pr.

FRAUDĀTRIX, īcis. f. Tertul. de Resur. Carn. cap. 12. Mira ratio; de fraudatrice servatrix.

FRAUDATŌRIUS, a, um. ut, Fraudatorium interdictum, Quo Prætor ea, quæ in fraudem cujuspiam gesta sunt rescindit, l. 96. ff. de Solut. Et l. 69. ff. ad SC. Tr.

FRAUSUS, a, um. Qui ad fraudis fructum venit, secundum Non. 2. 339. Nam veteres & Fraudor deponentis forma dixerunt, unde præteritum Frausus pro Fraudatus. Et Frausus erit, Qui fraudem commiserit, auctore Festo. Plaut. Asin. 2. 2. 20. Metuo in commune, nequam fraudem frausus fiet.
Qui capitalem fraudem frausi. Liv. 23. 14. Gronov. ex MSS. legit Ausi.

FRAXĬNUS, i. f. [μελία] Arbor. Plin. lib. 16. cap. 13. Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit; copiosissimamque fraxinum: procera hæc ac teres, pinnata & ipsa folio, multumque Homeri præconio & Achillis hasta nobilitata.
Amicior undis fraxinus. Stat. 9. Theb. 494.
Campestris fraxinus. V. CAMPUS.
Proceras manibus vertere fraxinos. Hor. 3. Carm. 25. 16.
Pulcherrima fraxinus in silvis. Virg. 7. Ecl. 65.
Stridula fraxinus. Claud. 1. in Ruffin. 218.
Umbrosa fraxinus. Stat. 4. Theb. 281.

FRAXINEUS, Adj. [μέλινος] Ex fraxino: ut, Frons fraxinea. Columel. lib. 6. cap. 3. Et lib. 11. cap. 2.
Hasta fraxinea. Ovid. 12. Met. 369.
Sudes fraxineæ. Virg. 2. Georg. 359.
Trabes fraxineæ. Virg. 6. Æn. 181.

FRAXĬNUS, Adj. [μέλινος] ut, Virga fraxina. Ovid. 11. Epist. 76.

FRAXINELLA, æ. f. Herba. Tabernæm. p. 1159.

FRAXINĒTUM, i. n. Locus ubi fraxini abundant. Cath.

FRAXO, āre. Vigilias circumeo, quod eo labore homo frangatur, auctore Festo.

FRAXĀTOR, ōris. m. Vigilias circumiens. Fest.

## F R E

FREGELLÆ, auctore Festo, Locus in Urbe, in quo civitatis illius hospites habitavere.

FREGELLÆ, Vetus Italiæ, & quidem Latii, oppidum ad Lirim fluvium situm, olim florentissimum, quum a Romanis defecisset dirutum, & ad vicum usque ad Strabonis tempora redactum jacuit. Sil. lib. 8. 477.
—— obsessæ campo squalente Fregellæ. Al. Fregenæ. Inde

FREGELLANI, Populi dicti, quorum meminit Liv. lib. 9. cap. 12. Cic. 5. de Fin. 62. Quis Pullum Numitorium, Fregellanum proditorem, quanquam Reipubl. nostræ profuit, non odit? [Sed puto Fregellarum legendum.

FREGELLĀNUS, a, um. Adj. ut, Fregellana vitis. Columel. lib. 3. cap. 2.

FREGĒNÆ, [Φρεγήναι Strab.] Hetruriæ oppidum, in tractu Umbriæ, ut auctor est Plin. lib. 3. cap. 5. conf. FREGELLÆ.

FREGINĀTES, Italiæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5.

FRĔMO, ui, ĭtum, [Φρυάττω, φέλμαοσω, βρέμομαι, ἐμβρίμομαι] ĕre. Factitium verbum, significat Immaniter sonare: [vel Ore strepere potius] proprie de Leonibus dicitur. Hinc Varro 6. de L. L. 5. cum monuisset multa ab animalium vocibus translata in homines, ad illud Ennii
—— pausam fecere fremendi: a leone traductum ait. Per Metaph. Indignari. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 1. 10. Fremunt, perstrepuntque. Virg. 1. Æn. 563.
—— cuncti simul ore fremebant. [Hic Fremitum tamen cum assensu significat.
Fremebant principes in omnium Etruriæ populorum conciliis, æternas opes esse Romanas, nisi &c. Liv. 2. 44.
Fremit ereptum sibi Consulatum. Cic. 2. Att. 7.
Non fremit in infantes leo, nisi magna fame. Plin. lib. 8. cap. 16.
Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liv. 6.
Leo fremit ore cruento. Virg. 9. Æn. 339.
Magno circum clamore fremebant. Virg. 6. Æn. 175.
Plebs hæc fremit. Liv. 3. 62. Ubi hæc fremere militem in castris consul sensit.
Provincia tota fremebat. Cic. 5. Verr. 132.
Superi vario sermone fremebant. Ovid. 9. Met. 418.
Torrentes immane fremunt. Claud. de Cons. Mal. Theod. 237.
Turba misto murmure fremit. Lucan. lib. 7. 45.
Venti fremunt immani murmure. Ovid. 1. Trist. 2. 25.
Undæ montesque fremunt. Stat. 12. Theb. 478.
Frĕmant omnes licet, dicam quod sentio. Cic. 1. de Orat. 195.

FREMENS, entis. [φριμάσσων] ut, Sævit acerba fremens. Valer. 3. Argon. 229.
Bello fremens Italia. Virg. 4. Æn. 229.
Equus fremens. Virg. 1. Georg. 12. Idem 7. Æn. 638.
Lupi circum stabula alta frementes. Ovid. 5. Met. 627.
Prohibere frementum ora nequit. Val. Flac. 1. 594. de Ventis.
Perducere ad frementes. Suet. Claud. 10. Hinc ad alios commilitones, fluctuantes, nec quicquam adhuc quam frementes, perduxit.

FREMENDUS, Partic. [φριμακτὸς] ut, Clamor fremendus. Stat. 12. Theb. 762.

FREMĬTUS, ûs. m. [φρυαγμὸς, φρύαγμα] Ingens sonitus, ut æstuantis maris, aut murmurantis populi, aut hominis excandescentis in iram. Cic. 2. Att. Qui fremitus hominum? quam irati animi? Idem 1. de Fin. 5. Quo in loco ad fluctum ajunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere.
In agro Laviniensi auditus est strepitus cum fremitu. Cic. de Arusp. Resp. 20.
Æquoris nigri fremitus. Hor. 3. Carm. 27. 23.
Egentium fremitus. Cic. pro Flacc. 23.
Equorum fremitus. Cæs. 3. Bell. Civil. 38. Ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt. Virg. 11. Æn. 607.
Fremitusque ardescit equorum.
Maris murmurantis fremitus. Cic. 5. Tusc. 116.
Marino fremitu assurgens Benacus. Virg. 2. Georg. 160.
Plausu fremituque secundo. Virg. 5. Æn. 148.
Acri cum fremitu perfurit ventus. Lucret. lib. 1. 277. V. ACER.
Denso circumstant fremitu. Virg. 4. Georg. 216.
Flebilis fremitus. Sen. Hippol. v. 850.
Horribilis fremitus armorum. Cic. de Arusp. Resp. 20.
Horrisono fremitu sequuntur. Virg. 9. Æn. 55.
Inconditus fremitus. V. INCONDITUS.
Mugienti fremitu loca cuncta retonant. Catul. 61. 82.
Rapidi fremitus. Lucret. lib. 5. 1192.
Raucus fremitus. Valer. 2. Argon. 307.
Semiferi fremitus virorum. Valer. 6. Argon. 233.
Truces fremitus tubæ. Sen. Octav. 6.
Fremitum, inquit Festus, dictum, velut Ferimentum. [Nisi menda est.

FREMEBUNDUS, a, um. [φρυαγματώδης] Qui fremit. Cic. 2. de Nat. Deor. 89.
—— tanta moles labitur
Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & Spiritu. Ex Accio poeta. Sil. 3. 463. de Elephantis,
At gregis allapsu fremebundo. Arnob. lib. 6. p. 196. Fremebundis hiatibus, torvis rictibus. Per Metaph. Indignabundus. Ovid. 12. Met. 128.
Tum vero præceps curru fremebundus ab alto Desilit.

FREMĬDUS, a, um. Idem. ut, Fremida turba. Ovid. 5. Met. 2. V. Not. Heinsii.

FRENDEO, frendui, fressum, [θραύω] ēre. Frangere, auctore Festo, unde & Faba fressa. Varro 2. de R. R. cap. 16. Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint. i. e. Frangere.
Frendere, [βρύχειν] aliquando accipimus pro eo quod est, Simul concussis & strictis dentibus, veluti cum iracundia sonum elidere. Plaut. Capt. 4. 4. 5.
Nimisque hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus.
Dicitur & Stridere.
Inter Frendere, & Fremere hoc interest: quod Fremere est magnum sonare: Frendere vero, alicubi cum gemitu, vel iracundia, miserum aut minax sonare. V. Nonium 5. 103.

FRENDO, [βρυχάομαι] ēre. per tertiam conjug. etiam legitur. Plaut. Truc. 2. 7. 41. Hoc vide dentibus frendit, icit femur.

FRENDENS, entis. Partic. [βρύχων] ut, Frendens leo, h. e. Sæviens. Cic. 2. Tusc. 22. Ex antiquo poeta.
Aper frendens. Ovid. 1. de Arte Am. 46.
Leo frendens. Sil. lib. 10. 23.
Dolor frendens. Sen. Herc. fur. 9.
Graviter frendens. Virg. 4. Georg. 452.

FRESSUS, Al. FRESUS, a, um. V. Fest. in FRENDEO. Plin. lib. 22. cap. 25.
Cicera fressa. Columel. lib. 2. cap. 11. Cicera bubus, ervi loco, fressa datur in Hispania Bætica.
Faba fressa. Cels. lib. 5. cap. 18. 21. conf. Martial. 1. 152. Al. 4. 46. 6. adde Colum. 6. 24. extr. & 6. 3. V. Cornar. in Galen. pag. 412.

FRENDOR, ōris. m. Veget. Mulom. 3. 31. Tremorem frendoremque pati. Adde Tertull. de Resur. Carn. cap. 35. & adv. Marc. 4. 30.

FRENETĬCUS, pro Phreneticus. V. in PHRENES.

FRENTANI, [Φρεντανοὶ] Italici populi, Daunis & Picentibus vicini. Flor. 1. 18. 7. Alii a Ferentinis qui in Tuscia sunt, & Ferentinatibus qui Latium habitarunt: de quibus disputat Hermol. ad cap. 5. lib. 3. Plinii: Illorum regio, Frentana Plinio dicitur. Nunc *Franca villa*, ut scribit Olivarius in Melam.

Frentanos Strabo lib. 5. Sagro amne a Pelignis separari docet, & lib. 6. non procul a Teano Apuliæ collocat. Sic vocantur a Frentana regione, quæ nomen habuit a Frentone amne. Eorum oppidum Larinum. V. Hard. ad Plin. lib. 3. cap. 11. extr. [In ed. Lond. hujus Thes. falso Ferentanum oppidum & Ferentani populi ex Strab. exhibebantur. Solent cum iisdem & Forentani Apuliæ confundi.

FRENTO, Flumen portuosum in Apulia, ut totidem verbis indicat Plin. lib. 3. cap. 11.

FRENUM, indeque derivata. V. FRÆNUM.

FREQUENS, entis. Adj. [θαμινὸς, πυκνὸς, ἀθρόος, πολυάνθρωπος, ταρφειός] Multus, assiduus, creber, plenus; tum subjectorum numerum, tum repetitionem actionis notat. Valla, Frequentem locum dicimus, Quem frequentare multi solent: ut, Urbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequens; Ubi multi homines aut habitant, aut diversantur.

Frequentes & Pauci, contraria. Cic. 3. de Orat. 209. Refert etiam, qui audiant, Senatus, an populus, an judices: frequentes, an pauci, an singuli.

Ædes frequentissima. Plin. Epist. 216.

Auditor Platonis frequens Demosthenes. Cic. in Orat. 15.

Auditorium frequens, Quo multi conveniunt. Plin. lib. 2. Epist. 18.

Collegium frequens. Cic. de Arusp. Resp. 13.

Compita frequentia. Hor. 2. Serm. 3. 25.

Conviva frequens, i. e. Multi convivæ. Ovid. 2. Amor. 5. 21.

Jamque frequens ierat mensa conviva relicta.

Imitatio frequens. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Latrocinia frequentia. Cic. 10. Fam. 31.

Loca frequentia ædificiis. Liv. 31. 23.

Modus frequens & favorabilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Municipium frequens. Cic. 2. Philipp. 106. Quum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit, ut est frequens municipium, magna sane multitudo.

Numerus frequens. Cic. 11. Fam. 10. Est numerus veteranorum & armatorum satis frequens cum Ventidio.

Opera frequens. Plaut. Cist. 1. 1. 7.

—— Ita omnibus relictis rebus

Mihi frequentem operam dedistis. i.e. Frequentissime juvistis me.

Pocula frequentia. Cic. de Senect. 44. Caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis.

Senatus frequens. Cic. 1. Fam. 4. Causam enim frequenti Senatu, &c. obtinebamus.

Silva frequens trabibus. Ovid. 8. Met. 329.

Theatro frequentissimo, incredibili plausu comprobatum est. Cic. 1. de Divin. 59.

Via frequens & tuta. Ovid. 1. de Arte Am. 585.

Urbs populis frequens. Lucan. lib. 1. 506.

Frequens aliquis Romæ, & qui in ore omnium quotidie versatur. Cic. pro Rosc. Amer. 16.

Secretis frequens, Sæpe adhibitus. Tacit. 4. Ann. 3. Sumitur in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviæ, specie artis frequens secretis.

Frequens est, i. e. Consuetum, receptum. Paulus in l. Singulis. D. de exception. rei jud. Parere ergo exceptionem rei judicatæ, frequens est.

Adest frequens. Ter. And. 1. 1. 80.

Cum illis qui amabant Chrysidem, una aderat frequens.

Comparebo frequens tibi benefactis. Plaut. Milit. 3. 1. 67.

Tu me ut fateare faciam esse adolescentem moribus:

Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Convenire frequentes. Cic. 4. Verr. 38. Et in consilium frequentes convenissent.

Est frequens cum eo. Cic. 2. Off. 46. Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum.

Fuimus frequentes, ad ducentos. Cic. 2. Q. frat. 1.

Obviam prodeunt frequentes, gratiasque agunt. Cic. 4. Verr. 65.

Venit frequens. Cic. de Senect. 38. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, ultroque affero res multum & diu cogitatas, easque tueor, animi non corporis viribus.

Venerunt frequentissimi ad hoc judicium mercatores. Cic. 7. Verr. de multitudine loquitur. Sic Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 11.

FREQUENTIA, æ. f. [πλῆθος, σύλλογος] Qualiscunque hominum multitudo. Cic. de Amicit. 89. Atque hoc maxime judicaretur, siquid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudine uspiam collocaret.

Amicorum quotidiana assiduitas & frequentia. Cic. de Petit. Conf. 3.

Epistolarum frequentia. Cic. 4. Att. 15.

Scholarum frequentia. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Agere aliquid in foro summa hominum frequentia. Cic. 4. Verr. 189. Sic In foro celeberrimo, tanta frequentia. Cic. 5. Verr. 133.

Circumfusus frequentia hominum. V. CIRCUMFUNDO.

Effertur magna frequentia. Cic. pro Flacc. 41.

Ornare ac celebrare frequentia egressum alicujus. Cic. in Pison. 31.

Præbere solidam, & robustam, & assiduam frequentiam. Cic. pro Planc. 21.

Stipari frequentia. Cic. pro Milon. 1.

FREQUENTER, Adv. [θαμινὰ, θαμὰ, ἐνδελεχῶς] Auct. ad Heren. lib. 4. 70. Ut frequenter & assidue consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cic. in Orat. 81. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum.

Vince frequenter. Ovid. 4. Trist. 7. 25.

Frequenter etiam significat id quod fit a multis, licet semel & simul. V. Græv. ad Cic. 1. Att. 19. p. 152. Huic frequenter interceditur.

Frequentius evocari. Suet. Aug. 40. 3.

Frequentissime ludos edere. Idem ibid. 43. 5.

FREQUENTO, [θαμίζω, φοιτάω] āre. Sæpe & frequenter adire, aut invisere. Sallust. in Jugurth. cap. 73. Denique plebs sic est accensa, uti opifices, agrestesque omnes, &c. frequentarent Marium. [i. e. Frequentes ipsi in comitiis adessent consularibus suffragatores.

Aliquem frequentare, pro Invisere, & ei adhærere. Tacit lib. 2. Hist. 16. Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus & auxilii inops in balneis interficitur.

Dies solennes alicujus frequentare Suet. Octav. cap. 53.

Domum alicujus frequentare. Cic. 5. Fam. 21. Sallust. Bell. Catil. cap. 14. Juventutem quæ domum Catilinæ frequentabat.

Domum conventu frequentare. Catull. Argon. 62. 32.

Ludos frequentare. Cic. 1. de Invent. 40.

Sacra frequentare. Ovid. 3. Met. 691.

Solitudinem alicujus loci frequentare. Cic. 1. Att. 14.

Templa frequentari decet. Ovid. 4. Fast. 117.

Urbes sine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuissent. Cic. 2. Off. 5.

Studia frequentare. Capitolin. in Marc. Philos. cap. 6.

Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. Cic. 3. de Orat. 199.

In animo primas quasque partes rhetoricæ frequentare. Auct. ad Herenn. lib. 3. 40.

Vitem frequentare, *Peupler la vigne.* Columel. lib. 4. cap. 15. Sublato fructu protinus frequentanda est, & præsidiarii malleoli propagandi sunt.

Frequentare etiam est Crebrum facere. Cic. de Clar. Orat. 94. Idem pro Domo 89. Quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras. i. e. Qui non multus fuisset in comitiis, nisi tabernas occludi jussisset. Budæus. H. St. Frequentem reddere & hic exponit.

Frequentare, pro Frequentem reddere. Sueton. in Aug. 46. Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum a se, frequentavit. Tacit. 3. Ann. 25. Nec ideo conjugia, & educationes liberorum frequentabantur. Cic. 4. Catil. 7. Quos cum casu hic dies ad ærarium frequentasset. i. e. Congregasset. conf. omnino de hac significatione atque constructione Gron. ad Plaut. Cistell. 1. 1. 10. & ad Sen. Consol. ad Marc. cap. 3. ubi Frequentare sibi aliquem, est Facere ut aliquis nos frequentet.

Frequentare, pro Geminare. Gell. lib. 13. cap. 23. Quæ a Poetis vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratia, duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur.

Frequentare, pro Celebrare. Sen. Epist. 80. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit.

Triumphum frequentare, Augere. Liv. 36. 39. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam navare operam Reipub. potuissent.

Frequentare commercium epistolarum, Sen. dixit, Epist. 38.

Frequentare accipitur pro Celebrare; sicut Celebrare pro Frequentare. Sulp. in Sat.

Diva, quibus numeris herbas, & arma frequentas. V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 164.

Et sicut Celebrare etiam pro Notum facere & fama ac laude tollere; ita & verbo Frequentare usi sunt nonnulli, quasi Frequenter referre, commemorare. Priapejorum Poeta Carm. 75.

Ætnææ Cererem nemus frequentant. Ita sæpe hoc verbo usum esse Sedulium observat Barth. Adversf. 11. 23. [Hoc loco est Colere.

FREQUENTOR, āri. Plin. 2. Epist. 9. Diligeris, coleris, frequentaris. Frequentari domus dicitur Quæ a multis aditur, vel cum multis. Cic. 1. Off. 139.

Frequentabantur loca pecore atque cultoribus. Sallust. Jugurth. 48. extr.

FREQUĒNTANS, antis. Partic. [θαμίζων] Cic. in Orat. 85. Non faciet Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet.

FREQUĒNTĀTUS, a, um. Cic. in Brut. 325. Aliud genus non tam sententiis frequentatum, i. e. Repletum. Idem 3. de Orat. 155. Translatio instituta inopiæ causa, frequentata delectationis. i. e. Crebro usurpata.

FREQUENTĀTIO, ōnis. f. [συναθροισμὸς] Cic. in Partit. 122. Atque hæc quidem utrique maxime in peroratione facienda: alteri, frequentatione argumentorum, & coacervatione universa, &c.

Frequentatio, est Figura oratori propria, ut definit Auct. ad Herenn. lib. 4. 53. Quum res in tota causa dispersæ, coguntur unum in locum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit. conf. cap. 40.

Densa & continens frequentatio verborum. Auct. ad Heren. 28.

FREQUENTĀTOR, ōris. m. Apul. in Trismegist. p. 94. Sol frequentator & dispensator vivacitatis vitalium. Paulin. Nolan. Epist. 38. n. 10. (al. 29.) Rarus urbium frequentator. Tertull. de Monog. cap. 8. Prandiorum & cœnarum frequentator.

FREQUENTĀTRIX, īcis. f. Tertull.

FREQUENTĀRIUS, Adj. [θαμειός] Veteres dixerunt pro Frequente. Festus.

FREQUENTĀMEN, ĭnis. n. i. e. Frequentatio; apud Sidon.

FREQUENTAMENTUM, i. n. [σύντομα] Idem. Gell. lib. 1. cap. 11. Numeros & modos & frequentamenta quædam varia, tibicen incineret. Idem lib. 5. cap. 1. Existimo esse quod Galli musici vocant *Fredon.*

FREQUENTATĪVUS, a, um. Assiduitatem significans. ut, Verba frequentativa apud Grammaticos. Priscian. 8. de Specieb. Verb. Est alia species derivatorum in TO quæ frequentiam actus significant. Ea quoque, id est frequentativa, plerumque a supinis derivantur, mutatione extremæ U in O. ut Scriptu, scripto; Dictu, dicto, &c.

Hanc quoque vocem, quæ in Lugd. desiderabatur, H. St. adscripserat.

FREQUENTĀTO, Adv. Apul. Met. 9. p. 375. Imprecatus & iterato rursus, & frequentato sæpius. [Error videtur.

FRESSUS, vel FRESUS. V. FRENDEO.

FRETUM, i. n. [πορθμὸς] Locus angustus in mari: a similitudine (ut Varro existimat L. L. 6. 2.) ferventis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque effervescat. Inde omnia freta navigantibus sunt invisa. Angustias illas maris, quas nos Fretum, Græci πορθμὸν appellant, id est trajectum, a verbo πορθμεύω, quod est trajicio. Hunc fervorem vulgus vocat *Corrente*: alii *Far*. Significat enim *Far*, strictum seu angustiam maris. Itali dicunt *Stretto*: Galli *Destroit*, *ou Estroit*. ut Thracius Bosphorus, nunc dicitur *El far, ò el Stretto de Constantinopoli*. Gallus diceret, *L'estroit, ou le Destroit de Constan-*

*Constantinople.* Cic. 7. Verr. 28. Hi ne in freto ante sua tecta & domos navigarent.
Adolescentiæ fretum. Florus lib. 1. cap. 26. 9. per Metaph. Quo verbo adolescentes concito mari comparat.
Ætatis freta. Lucret. lib. 4. 1024.
Oceani freta. Cic. 1. Tusc. 45. Ex quodam poeta.
Freta & maritimi æstus. Cic. 2. de Divin. 34.
Æstuosa. Hor. 2. Carm. 7. 16.
Alta. Sen. Hippol. 10.
Cærula. Virg. 10. Æn. 210. V. CÆRULUS.
Curva. Valer. 1. Argon. 615.
Imbelle fretum torpentibus undis. Stat. 3. Silv. 5. 84.
Insana. Ovid. 18. Epist. 28.
Lene fretum. Ovid. 17. Epist. 237.
Mollia. Ovid. 14. Met. 558.
Navifraga. Ovid. 14. Met. 6.
Triste fretum. Ovid. 18. Epist. 212.
Tumida. Sen. Herc. fur. 11.
Vastum fretum. Sen. Hippol. 2.
Concita terris crebris freta. Virg. 3. Æn. 127. Servius. Al. Consita.
Concutiunt freta venti. Ovid. 6. Met. 691.
Currentia freta. Hor. 1. Epist. 3. 4.
Disjunctus esses freto ab Italia. Cic. 3. Verr. 154.
Distraxere venti fretum. Sil. lib. 7. 572.
Fervet fretis spirantibus æquor. Virg. 1. Georg. 327.
Findere fretum carina. Ovid. 16. Epist. 31.
Inclinatum fretum æstu. V. INCLINO.
Indignantia freta miscent venti. Ovid. 11. Met. 491.
Inire fretum. Ovid. 14. Met. 437.
Secare freta. Virg. 10. Æn. 147.
Solicitant remis cæca freta. Virg. 2. Georg. 503.
Sorbet fretum Charybdis. Ovid. 7. Met. 64.
Spumant adductis freta versa lacertis. Virg. 5. Æn. 141.
Sævior freto surgente. Ovid. 14. Met. 711.
Segne torpescit fretum. Sen. Herc. fur. 9.
Transire freto ad aliquem locum. Cic. 7. Verr. 5.
Tumescere incipiunt agitata freta. Virg. 1. Georg. 356.
Mare item ipsum dictum est Fretum, per Synecdochen, quod frequentissimum apud Poetas. v. g. Virg. 1. Ecl. 61.
Et freta destituent nudos in litore pisces. Idem 1. Æn. 607.
In freta dum fluvii current. Huc pertinent & pleraque supra.

**Fretus**, ûs. m. dixerunt veteres. Lucret. lib. 6. 363.
Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad æstum. Nonius 3. 92.
Dubiis faventem per fretum introcurrimus. Cic. 7. Verr. 169. Ut ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto fretu divisa, servitutis, ac libertatis jura cognosceret. Ita legit Gell. 13. 12. V. Lucret. 1. 720.

**Fretensis**, e. Adj. Cic. 10. Att. 7. Adriatico mari Dolabella, fretensi Curio. Sic reponit Turnebus Adversf. 18. 10. quum emendatorum opera duæ voces in unius sedem irrepserint; & in editis sit, Freto Siciliensi. Sed is ait, quemadmodum mare Adriaticum dicitur, sic & mare Fretense dici, quod Siculum fretum est. Nam & milites qui ex illa ora eligebantur, Fretenses appellabantur, & in veteribus monumentis Fretensem legionem legimus. Hæc ille. conf. Græv. ad Cic. 2. Att. 1. p. 172. & Corp. Gruter. p. 194. n. 2.

**Fretālis**, e. Ad fretum pertinens. Ammian. 28. 14. A Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum. i. e. Fretum Belgicum.

**Fretāle**, is. subst. Sartaginis genus apud Apic. 7. 5. Infunditur in fretali piper. Hoc a Fervendo dictum videtur, & firmare Varronis etymologiam supra propositam in FRETUM.

**Fretus**, Partic. V. FRUOR.

## F R I

**Friabĭlis.** V. FRIO, are.

**Fribŏlum**, i. n. apud Isidor. 10. 8. est Genus divortii, cum conjuges eo animo separantur ut rursus ad se invicem revertantur. Nam ut addit ipse, Fribolum est velut quassæ mentis, & effluxæ, nec stabilis, &c. Hinc dimin.

**Fribuscŭlum**, Discessiuncula conjugum non diuturna. Ulpian. l. 32. §. 8. ff. De donat. inter vir. & uxor. Quod si divortium non intercesserit, sed fribusculum, profecto valebit donatio, si fribusculum quievit. Haloander legit Frigusculum, quam puto veram lectionem, quasi sit Parvum frigus. Alii Fribusculum a Frivolo deducunt. al. Friviculum. Has varietates & H. St. adnotarat.

**Frĭco**, fricui & aliquando fricavi, frictum & fricatum, [τρίβω, συντρίβω, ξέω, ἀναψάω] āre. Notæ significationis. Plaut. Asin 3. 3. 88. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. Epist. 8. 18. Quinetiam (fœdum, miserandumque dictu) dentes lavandos, fricandosque præbebat.
Fricare corpus oleo. Martial. lib. 4. 90.
Costas fricare arbore. Virg. 3. Georg. 256.
Frictus, pro Fricatus. Juvenal. 6. Sat. 577.
—— si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit.
Fricari vento. Plin. lib. 36. cap. 22. de tofo, Exercetur halitu maris, fricatur vento, & verberatur imbri.

**Frictio**, ōnis. f. [τρίψις] Plin. lib. 33. 6. Frictiones inhibet oculorum. Fluxiones Hard. Celsus lib. 1. cap. 3. Hunc reficit in ipso quoque itinere, frequens frictio. [Ita quidem codd. Est vero perquam ridiculum Ambulanti in ipso itinere Frictionem, tanquam remedium fatigationis præcipere, quasi vero Frictio eo sensu, quo Celsus alias utitur, & plenius lib. 2. cap. 14. exponit, omnino In ipso itinere adhiberi possit. Quare non dubito, quin mendum librarii sit, legendumque potius Mictio, ut olim conjectaveram. Quam conjecturam, cum rationalis θεραπείας præceptis, tum vett medicorum consensu, & ipsius quoque Celsi auctoritate firmare, brevitatis lege, quæ hisce animadversionibus posita est, prohibeor. De Frictionis usu apud Veteres, V. Stuck. Ant. Conviv. 2. 24. Fab. Agon. 3. 15.

**Fricātio**, ōnis. f. [ἔντριψις] Idem. Columel. lib. 6. cap. 12. Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. Sic Plin. lib. 28. cap. 4. Fricatio vehemens.

**Fricātus**, ûs. m. [ἔντριψις] Idem. Plin. lib. 23. cap. 7. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu

**Fricatūra**, æ. f. Idem. Vitruv. 7. 1. Super fricaturam incernatur marmor.

**Fricamentum**, i. n. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 6. pr. Blando etiam articulorum fricamento utendum est.

**Fricātor**, ōris. m. apud Cels. [ubi nam?

**Frictrix**, īcis. f. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 16. & de Pallio, cap. 4. sub fin.
Frictrix pro τρίβας ex Tertulliano affertur. H. St. Salmas. Victrix ex MSS. reponit & Lenam interpretatur V. pag 345. de Pall

**Fricium**, i. n. Plin. Valer. 1. 36. Albi bulbi cinis dentibus fricium est. Alias una voce Dentifricium q. V. in DENS.

**Frigeo**, **Frigidus**. V. FRIGUS.

**Frīgo**, frixi, frixum, vel frigui, frictum, [τηγανίζω] ĕre. Torrere. Cato de R. R. cap. 106. Sesquilibram salis frigito. Plaut. Bach. 4. 5. 7. Tam frictum ego illum reddam, quam frictus est cicer. Cornel. Cels. lib. 2. cap. 18. Tum res eadem magis alit, jurulenta quam assa, magis assa quam frixa. Plin. lib. 18. cap. 7. Postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sic Columel. lib. 7. cap. 5. Frictum sal. Et Varro 2. de R. R. cap. 4. Frictum triticum.
Frictus ex oleo. Plin. lib. 29. cap. 3. de luteis ovorum. Item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto.
Festus derivat a Græco φρύγειν, & Non. 4. 200. ex Accio notat quod Frigit correpta prima syllaba significat Erigit.
An Phrygo, à φρύγω? H. St. Φρύγειν & apud Festum legit Dacerius.

**Frictus** vel **Frixus**, a, um. Partic. Hor. de Arte Poet. 249.
Nec si quid fricti ciceris probat aut nucis emptor.
Frictæ nuces. Plaut. Pœn. 1. 2. 113. V. supra. Vet. Gloss. τηγανίζω, frigo. τηγανιστὸν, frictum. τήγανον, sartago.

**Frictorium**, i. n. Patella in qua friguntur carnes. Vet. Gloss. φρυγίον, frictorium.

**Frixorium**, i. n. Idem. Glossæ aliæ vet. τήγανον, Frixorium: & Onomast. Frixorium, φρύγανον. conf. Plin. Valer. 2. 7.

**Frĭgŭlo**, āre. Auctor Philomelæ apud Ovid. v. 28.
—— graculus at frigulat.

**Frĭgus**, ŏris. n. [ψύχος, ῥῖγος, κρύος, κρυμὸς, αἶθρος] contrarium est Calori. Virg. 2. Georg. 344.
—— frigusque caloremque Inter.
Infames frigoribus Alpes. V. INFAMIS.
Rugosus frigore pagus. Hor. 1. Epist. 18. 105.
Acerbum. Hor. 1. Epist. 17. 53.
Acre. V. ACER.
Amabile Fontis. Hor. 3. Carm. 13. 10.
Brumale. Virg. 6. Æn. 205.
Conclamati frigoris herbas pipere temperare. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 5.
Durum. Lucret. lib. 5. 816.
Gelidum. V. Anhelare frigus infra.
Ignavum. Ovid. 2. Met. 763.
Immodicum. Ovid. 3. Pont. 1. 14.
Iners. Ovid. 8. Met. 790.
Matutinum. Hor. 2. Serm. 6. 45.
Mediis frigoribus. i. e. Media hieme. Virg. 10. Ecl. 65.
Intolerabile. Cic. pro Rosc. Amer. 131.
Opacum frigus. V. OPACUS.
Pallidum. Stat. 5. Silv. 1. 129.
Penetrabile. Virg. 1. Georg. 93.
—— aut Boreæ penetrabile frigus adurat. V. PENETRO.
Penetrale, Eodem sensu. Lucret. lib. 1. 495.
Sceleratum. Virg. 2. Georg. 256.
Admittere frigus. V. ADMITTO.
Adurit frigus. Virg. 1. Georg. 93.
Affligi frigore. V. AFFLIGO.
Anhelare gelidum valido de corpore frigus. Cic. in Arato, 58. de Capricorno.
Arcere male frigora hirsutis pellibus. Ovid. 3. Trist. 10. 19.
Astringi frigore. V. ASTRINGO.
Captare frigus opacum. Virg. 1. Ecl. 53.
Captare umbras & frigora. Virg. 2. Ecl. 8.
Cavere frigora. Ovid. 2. de Arte Am. 302.
Colligere frigus, Contrahere. Hor. 1. Epist. 11. 13.
Concrevit frigore sanguis. Virg. 12. Æn. 905.
Contracto frigore pigræ. Virg 4. Georg. 259.
Contristat pluvio frigore cælum. Virg. 3. Georg. 279.
Defendo teneras a frigore myrtos. Virg. 7. Ecl. 6.
Depellere frigus. Hor. 1. Serm. 2. 6.
Dissolvere frigus. Hor. 1. Carm. 9. 5.
Excruciabat frigus. Lucret. lib. 5. 1425.
Excipi frigore. Cels. lib. 2. cap. 1.
Ferit acre frigus. Lucret. lib. 4. 261.
Gelant frigora. Plin. lib. 15. cap. 6.
Ingruit frigus. V. INGRUO.
Impendet maximum frigus. Cic. 2. Q. Frat. 12. extr.
Labitur frigus per ungues. Ovid. 2. Met. 823.
Laborare a frigore. V. LABOR.
Lædit me frigus. V. LÆDO
Minuunt Zephyri frigora. Ovid. 3. Trist. 12. 1.
Mollire frigora. Sen. Hippol. 1.
Munire a frigore. V. MUNIO.
Obsessum glaciali frigore corpus. Ovid. 9. Met. 581.
Perferre frigus. V. PERFERO.
Pellitur vis frigorum tectis, & calorum molestiæ sedantur. Cic. 2. Off. 13. V. PELLO.
Quatietur tremulo frigore corpus. Cic. in Arato 68.
Remedium aliquod sibi comparare ad magnitudinem frigoris. Cic. 7. Verr. 26.
Sustinere vim frigorum hiememque urbis tectis. Cic. pro Rabir. Post. 42.
Uri frigoribus. Justin. 2. 2. 9.
Vitare frigus. Cic. 16. Fam. 8.

Frigus pro Timore. Virg. 1. Æn. 96.
Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra. Ubi Servius; Frigore, i. e. Timore. conf. Non. 4. 207.
Gelido frigore astrictum pectus. Ovid. 15. Epist. 112.
Concurrit frigus per ossa. Ovid. ad Liv. 153.
Frigus, pro Morte, ut Servius interpretatur. Virg. 12. Æn. 951.
—— ast illi solvuntur frigore membra.
Ferire aliquem frigore, i. e. Interficere aliquem. Hor. 2. Serm. 1. 62. Auctore Schol. vet.
Extremum frigus, i. e. Mors. Stat. 8. Theb. 734.
Supremum frigus animæ. Stat. 3. Silv. 3. 20.
Frigus, & Languorem in amando, seu Remissionem amoris affectusque significat. Suet. Aug. cap. 66. Levi frigoris suspicione, & quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulisset. V. ibi Casaub. & Torrent. Adde Lips. ad Vell. Paterc. 2. 83. & Rupert. ad Sallust. Catil. 13.
Curarum frigus lentum. Ovid. 3. de Pont. 9. 25.
Frigus etiam id appellatur, Quum pro risu & gratia vel favore sperato, res in diversum exiit. Cic. 2. Q. frat. 1. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut populi convicio nos coactus sit dimittere. Quintil. lib. 6. cap. 1. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor & deformitas afferunt interim frigus: diligenterque actori hæc sunt providenda. i. e. Eo patronum adducunt, ut confusus obmutescat, & expectatione plausus aut favoris sperati destituatur. Frigus his in locis Absurdam rei speciem significat, quam incommodus eventus consequitur. Budæus. conf. Burm. Torrent. & Casaub. in Suet. Claud. cap. 44. Plin. 6. Epist. 15. extr. Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. V. & mox FRIGEO & FRIGIDE.
Quæstionum & argumentorum frigus. Quintil. lib. 2. cap. 12. Itaque illud quæstionum & argumentorum apud corrupta judicia frigus evitant.
Non leve frigus. Quintil. lib. 5. cap. 7. Quod interrogantis non leve frigus est.

FRIGUSCULUM. V. FRIBUSCULUM. H. St. Qui & alia quædam hic annotarat, quæ cultro resecta fuerunt.

FRĪGEO, gui, & xi, secundum Donatum, [κρυμόω, καταψύχομαι] ēre. h. e. Frigore confici & horrere. Priscian. Syllaba vero naturaliter longa ante GEO, mutat GEO in XI, ut Lugeo, luxi; Frigeo, frixi. A Græco venit φρίκειν, auctore Festo. Cic. de Clar. Orat. 187 Quare tibicen Antigenidas dixerat discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane, & Musis. i. e. Parum feliciter populo se approbanti ut ait Valer. Max. lib. 3. cap. 7. De Antigenida.
Plane nunc frigeo. Cic. 11. Fam. 14.
Frigent hic homines. Ter. Eun. 2. 2. 37. Ibid. 3. 3. 11. Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater mihi & mater mortui essent. i. e. Ubi nihil erat quod amplius diceret.
Frigent judicia omnia. Cic. 4. Verr. 60. Quum omnia judicia frigerent; admonitu istius, &c. Al. Consilia.
Sine Cerere & Baccho friget Venus. Ter. Eun. 4. 5. 6. Cic. 2. de Nat. Deor. 60. Ex quo illud Terentii, Sine Cerere & Libero friget Venus.
Vires effœtæ frigent. Virg. 5. Æn. 396.
In re frigidissima cales, in ferventissima friges. Auctor ad Herenn. lib. 4. 22.

FRIGENS, Partic. [ῥιγῶν] ut, Frigens animis turba. i. e. Timida. Sil. lib. 16. 598.
Lumina frigentia torpent. Stat. 2. Silv. 1. 146.
Mortuum notat. Virg. 6. Æn. 219.
—— corpusque lavant frigentis & ungunt.

FRĪGĔRO, [καταψύχω] āre. Frigefacio. Catul. 62. 30. Frigerans Aganippe. Composita ejus magis sunt in usu, ut Refrigero, Perfrigero. q. V.

FRIGERĀTIO, ōnis. f. apud Apul.

FRIGERĀTOR, ōris. m. apud Apic.

FRIGESCO, [καταψύχομαι] ēre. Frigidum fieri. Cato cap. 156. Infundito in catinum uti frigescat. Idem cap. 95.
Frigescere frigore. Cic. 8. Fam. 6. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. Al. Rigescimus.
Opus frigescit. Quintil. lib. 6. cap. 1.

FRIGEFACIO, FRIGEFACTIO, FRIGEFACTOR, FRIGEFACTUS, apud Celsum. [Immo Celsus Refrigerare τῷ Calefacere opponit, V. lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 27. nec hæc apud ipsum me legere usquam memini.

FRĪGĔFACTO, [καταψύχω] āre. frequent. a Frigefacio. Plaut. Pœn. 3. 5. 15.
LY. Calidum prandidisti prandium hodie? dic mihi.
A. quid jam? L. quia os nunc frigefactas, quum rogas. conf. Rud. 5. 2. 39. Aliqui legunt Frigide factas.

FRIGĬDO, āre. Lucilius dixit. Cæl. Aurel. Acut. 3. 17. Frigidare corpus tactu.

FRĪGĬDUS, a, um. [ψυχρὸς, ῥιγηλὸς, κρυερὸς, κρύοεις, ἄπνοος] Adj. notæ significationis. Ovid. 1. Epist. 22.
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Aer frigidus. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.
Amnis frigidus. Tibull. lib. 4. 8. 4.
Aura frigida. Propert. lib. 1. 16. 24.
Auster frigidus. Propert. lib. 2. 20. 36. ubi V. Brœkh.
Corpus frigidum, Exangue. Quintil. in procem. lib. 6.
Fons frigidior. Hor. 1. Epist. 16. 13.
Gravedo frigida. Catull. 42. 13.
Horror frigidus. Virg. 3. Æn. 29.
Imber frigidus. Virg. 1. Georg. 259.
Lingua frigida. Virg. 4. Georg. 525.
Lumina labuntur frigida letho. Virg. 11. Æn. 818.
Mors frigida. Virg. 4. Æn. 385.
Oscula frigida. Ovid. 11. Epist. 117.
Pausa frigida vitæ, i. e. Mors. Lucret. lib. 3. 943.
Pellis frigida. Lucret. lib. 6. 1192.
Quartana frigida. Hor. 2. Serm. 3. 290.
Rura frigida, Matutina. Virg. 3. Georg. 324.
Sanguis frigidus. Virg. 2. Georg. 483.
Sudor frigidus. Virg. 3. Georg. 501.
Vesper frigidus. Virg. 3. Georg. 336.
Umbra frigida noctis. Virg. 8. Ecl. 14.
In Venerem frigidus. Virg. 3. Georg. 97.
Frigidus, per translationem: ut, Homo frigidus, pro Lento, tardo & remisso. Cic. 3. Verr. Alii etiam frigidiores erant: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, &c.
Accusatores frigidissimi. Cic. 3. Q. frat. 3.
Affectatio frigida & puerilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Argumentum frigidum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Calumnia frigida & jejuna. Cic. pro Cæcin. 61.
Cura frigida. Lucret. lib. 4. 1054. al. Fervida.
Fomenta frigida curarum. Hor. 1. Epist. 3. 26.
Litteræ frigidæ. Cic. 10. Fam. 16. Quum is frigidas sane, & inconstantes recitasset litteras Lepidi.
Mens frigida. Lucret. lib. 3. 300.
Negotia frigida. Plin. 9. Epist. 2. i. e. Nullius momenti.
Solatia frigida. Ovid. 4. de Pont. 2. 45.
Verba frigidiora vitanda sunt. Cic. 2. de Orat. 256.
Frigidum, cui Facetum & plausibile opponitur. Cic. in Bruto, 236. de P. Lentulo, Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limaverat, quod erat in reprehendendis verbis versutum & solers: sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum & facetum. Bud.
Frigidum est dicere. Suet. Calig. 26. pr. Leve ac frigidum sit his addere, &c.
Frigidus, Segnis. Virg. 11. Æn. 338.
—— sed frigida bello
Dextera. Non. 4. 208.
Lentus in dicendo, & pæne frigidus. Cic. de Clar. Orat. 178.
Virgo non frigida. Ovid. 2. Amor. 1. 5.
Frigidus, Perniciosus & nocens; eo quod frigida, nostræ temperaturæ sunt perniciosa. Virg. 3. Ecl. 93.
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. Servius. Vel quod Lethalis est.
Frigidus, Moriens, cujus extrema jam frigent. ut, Volvitur ille frigidus. Virg. 9. Æn. 415.
Frigida, substantive positum, ubi subauditur Aqua. Plaut. Most. 1. 3. 1. Jampridem mecastor frigida non lavi magis libenter. Plin. Epist. 3. 5. Intravimus balneum & sudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus. Petron. cap. 28.
Frigidam suffundere, Blanditiis incitare. Plaut. Cist. 1. 1. 37. Translatum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo. Boxhornius ita interpretatur: Matronæ frigidam suffundunt meretricibus, h. e. Clandestinis accusationibus & conviciis, amatores ab illis deterrent, & frigus adeo illis injiciunt.

FRIGĬDE, Adv. [ψυχρῶς] Quintil. lib. 6. cap. 1. pag. 511. Tum ille alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissime reportavit. i. e. Ita ut minime placeret, aut moveret judices.
Pro Remisse usus est Gell. 19. 3. Exigue atque frigide laudari. conf. Quintil. 6. 3. Et Sen. Controv. 1. 4.

FRIGIDŬLUS, [ὑπόψυχρος] Adj. dimin. Catul. Argon. 62. 131.
Frigidulos udo singultus ore cientem.

FRIGĒDO, inis. f. [ψυχρότης] Idem quod Frigus. Varro, Atque ut igni fervido medullitus Aquiloniam intus servat frigedinem. Non. 2. 544.

FRIGIDĀRIUS, a, um. Adj. ut, Frigidaria cella, V. in CELLA.
Ahenum frigidarium. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Ahena supra hypocaustum tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium, quantum aquæ caldæ exierit, influat. De frigidario in tepidarium ad eundem modum.
Balneæ frigidariæ. Pallad. de R. R. 1. tit. 41.
Cisterna frigidaria. Petron. cap. 72.

FRIGIDĀRIUM, i. n. Apodyterium prope lavacrum. V. Mercur. Gymn. 1. 10. Et Dempster. paralip. ad Rosin. Ant. Rom. 1. 14. [Sed perperam Mercurialis, Frigidarium cum Apodyterio confundit, & piscinam habuisse negat, cum fuerit ipsa Frigida piscina, sive Lavatio. In Gloss. vet. ὑδροψύχιον convertitur. in Græco Lat. ψυχροφόρον. Immo & ipsum nomen id satis evincit, quum non ab Adj. Frigidus, sed a Subst. Frigida proxime derivetur, ut Caldarium a Calda. q. f. l. V.

FRIGIDĬTAS, ātis. f. [ψυχρότης] Idem ac Frigus, si modo auctor extat.

FRIGIDIUSCŬLUS, a, um. Gell. 3. 10. Sed alia ibidem congerit frigidiuscula.

FRIGUSCŬLUS, a, um. Tertull. de Anima cap. 25. extr. Ita Froben. Rigalt. & alii. Conf. FRIGUS.

FRIGORĬFĬCUS, Adj. [ψυχροποιός] Gell. lib. 17. cap. 8. Acetum omnium maxime frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit. V. ACETUM.

FRIGŪTIO, [ῥιγόω, φρίσσω] īre. a Frigeo deducit Fest. Cum sono erigi, atque exilire. Plaut. Cas. 2. 3. 49. Nam quid frigutis? quid isthuc tam cupide cupis? Non. 4. 200. Frigere & friguttire & fritinnare, subsilire est cum sono, vel erigi & excitari: quod quæcunque friguntur, vel frigent, nimio calore vel frigore cum sono sursum subsiliunt. Al. Fringutire q. V. Parum hic sibi Grammaticus constat.

FRINGILLA, vel FRIGILLA, vel FRINGUILLA, æ. f. [σπίζα] Avis est, dicta, ut inquit Festus, quod frigore cantet & vigeat. Martial. lib. 9. 55.
Nunc sturnos inopes, fringillarumque querelas
Audit, & arguto passere vernat ager.

FRINGILĀGO, inis. f. Parorum genus.

FRINGULTIO, īre. est Præpedite ac obscurius verba enuntiare. Apul. in Magia p. 296. Qui eloquentiæ patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blateret, sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat. Et pag. 316. Audisti privignum meum vix singulas syllabas fringultientem. V. & Fest. in Fringilla. & Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 1.

FRINGUTIO, īre. M. Actius in Cas. 2. 3. 49. Quid fringutis? quid isthuc tam cupide cupis? Varro a Fringuilla deduci putat lib. 6. de L. L. 5. conf. Fulgent. de Prisc. Serm. n. 19. & Sidon. 7. Epist. 9. V. FRIGUTIO.

FRIO, [τρίβω] āre. Conterere, comminuere. Plin. lib. 11 cap. 4. In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc (tanta ea Siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Varro 1. de R. R. 9. Si sit terra alba, si nigra, si levis, quæ quum fodiatur, facile frietur.

FRIĀTUS, a, um. Lucret. 1. 886.
Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis.

FRIĀTIO, ōnis. f. Apic.

FRIABĬLIS, e. [χαῦνος, εὔθρυπτος, κραῦρος, ψαθυρὸς] Quod facile friatur, & quasi manibus minutim conteritur. Plin. lib. 20. cap. 8. Optimaque est, quæ candidissima, & friabilis, minimeque ponderosa: quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem lib. 34. cap. 18. Et 17. 4.

FRIRITUS, ûs. m. Strepitus. Cic. de Nat. Deor. ex Accio. Sed legitur ibi Fremitus. [ Ex Thes. Lips.

FRISIABONES, Galliæ Belgicæ populi. Plin. lib. 4. cap. 17.

FRISIORUM Insulæ, in Gallico Oceano, de quibus Plin. lib. 4. cap. 15.

FRISII, [Φρίσιοι Ptol.] Populi sunt protinus ultra Rhenum, Oceano adpositi, ut Ptolemæus ait, ut Plinius l. c. inter Helium & Flevum ostia Rheni.

FRIT, quid significet, declarat Varro 1. de R. R. cap. 48. Illud autem summa in spica jam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit. Forte quia facile est friatu.

FRĬTILLA, æ. f. Quoddam pultis genus apud Arnob. p. 230. V. Elmenhorst. ad loc. p. 186. Al. Fitilla. q. V.

FRĬTILLUS, i. m. putatur a multis esse Tabula lusoria, sive Alveolus aleatorius. Est vero Fritillus, qui & Pyrgus, & Orca dicitur, & Turricula; Vasculum, quo conjecti tali agitatique mittuntur in alveolum. V. PYRGUS, & Turricula, in TURRIS, & Talus pro ludo, in TALUS. Fritillum autem idem esse quod Pyrgum, ostendit aperte Porphyrio in illud Hor. 2. Serm. 7. 17.
Mitteret in pyrgum. Pyrgum (inquit) quod nos Fritillum dicimus, quo conjectæ tesseræ, agitatæque mittuntur. Quibus verbis docet, Tesseras conjici fritillo tanquam vasculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alveolum. Hoc idem indicat Juven. 14. Sat. 5.
—— parvoque eadem movet arma fritillo. Illud enim epithetum Parvo, demonstrat de Turricula dictum esse, non de Tabula lusoria, quæ lata & spatiosa esse consuevit. Dictus Fritillus, ut quidam putant, a Fritinnio, vel ab ipso Crepitu tesserarum, vel quod super eo tesseræ ferantur. Martial. lib. 4. 14.
Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis. V. Turneb. 6. 3. Salmas. ad Hist. Aug. p. 470. Barth. Adversf. 35. 10. vel Lex. Pitisc.

FRĬTINNIO, īre. Subsilire. Varro apud Non. 1. 21. Et pullos peperit fritinnientes. Turnebus. Proprie de avium pullis dicitur. Auctor Philomelæ habet primam productam, v. 35.
—— fritinnit rauca cicada. Ad homines dein seu pueros transfertur. Epigr. Senecæ tribut. 8. De Marco filiolo,
Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit. V. plura apud Nonium, l. c.

FRIVICULUM. V. FRIBUSCULUM. H. St.

FRĪVŎLUS, a, um. Adj. [εὐτελὴς] Plin. lib. 7. cap. 7. de generatione hominis loquens, Miseret, atque etiam pudet, æstimantem quam sit frivola animalium superbissimi origo, quum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum extinctu. Frivolum pro Fragili & infirmo dixit, & veluti Friabili. Nam & Frivolum a verbo Frio dictum non immerito existimatur, id est contero, comminuo. Plin. lib. 7. cap. 53. Frivolum dictu, &c. Gell. lib. 15. cap. 30. Oppido quam fiunt in litterarum ostentatione inepti & frivoli. Idem lib. 16. cap. 12. Quædam futilia & frivola. Quintil. lib. 7. cap. 3. Eoque satius est, omni se anteactæ vitæ abstinere convicio, quam levibus aut frivolis, aut manifesto falsis reum incessere. Suet. Claud. cap. 14. Nonnunquam frivolus amentique similis. Vet. Gloss. κενὸς, εὐτελὴς.
Aura frivola Favor. Phædr. 5. 7.
Auspicium frivolum. i. e. Vanum & mendax. Suet. Neron. cap. 12.
Jactantiæ in parvis frivolæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Insolentia frivola. Phædr. 3. 6.
Labor frivolus. Sen. Epist. 31.
Sermo frivolus & illiberalis. Auct. ad Herenn. lib. 4.

FRIVŎLA, orum. n. plur. [γρυτάρια] Festus; Frivola, Vasa sunt proprie fictilia, quassa. Unde, Verba frivola dicta, Quæ minus sunt fide subnixa. Ulpian. in l. Solutum. §. Solutam. D. de Pignor. action. Non enim credibile est hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneantur. Hic Frivola pro Supellectili tenui & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet qui in cœnaculis habitant: quo modo & Juvenalis usus est 5. Sat. 58.
Et ne te teneam, Romanorum omnia regum
Frivola. Quibus verbis paupertatem regum Romanorum significavit, quos etiam Samiolis vasis usos esse constat. Idem 3. 198.
—— jam frivola transfert
Ucalegon, tabulata tibi jam tertia fumant. A Græcis γρυτάρια dicuntur, id est τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύαρια λιτά. Unde & Grytopolæ ab eis dicuntur, Qui hujusmodi supellectilia venditant: quos Latine Frivolarios appellare possumus. V. Fragm. Plaut. Nonnulli Fribolarios dicunt; ut Albeolos pro Alveolis. Nostrate vulgus quinquallierios eos appellat. Hæc Budæus. conf. Lips. ad Sen. de Tranquill. cap. 1.

FRIXORIUM, FRIXUS. V. FRIGO.

## F R O

FRONDARIUS, FRONDATOR, FRONDEO, FRONDESCO, FRONDOSUS. V. FRONS, frondis.

FRONDITUS, Miles quidam Romanus, sic dictus, quod præclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti imposita, adversus Annibalem ediderit. Plin. lib. 17. cap. 1. Harduin. legit, Fronditius. V. Sigon. de Nom. Rom. p. 1413.

FRONS, frontis. f. [μέτωπον, ὤψ] a Ferendo dicitur, ut nonnulli volunt, quod indicia animi præ se ferat: est enim tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index, ut ait Plin. lib. 11. cap. 37. Varro tamen a foraminibus potius oculorum dictam existimat. conf. Isidor. 11. 1.
Vide Lactantium de Ira Dei cap. 8. Ac primum, quod oculorum orbes concavis foraminibus conclusit, a quo foratu frontem nominatam Varro existimavit. H. St. Immo est de Opific. Dei cap. 8. V. Foratus in FORO.
Frons m. g. proferebatur antiquis, ut docet Gell. lib. 15. cap. 9. conf. Fest. & Non. Marcell. 3. 89.
Janua animi, frons est. Cic. 2. de Petit. Consul. 32.
In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. Cic. 2. de Finib. 77.
Ex vultu, & oculis, & fronte, unius erga alium amorem perspicere. Proverbialis locutio, cujus sensus satis liquet ex verbis Cic. ad Anton. 14. Att. 14. Quod mecum per litteras agis, inquit: unam ob causam mallem coram egisses: non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut ajunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.
Adducta frons, i. e. Rugata & severa. Lucan. ad Pison. 128.
Aspera cornu frons. Ovid. 10. Met. 222.
Attrita frons. Juven. 13. Sat. 242.
Brevis frons. V. BREVIS.
Caperata, Contracta, Corrugata frons. V. Porrectiore, &c.
Castigatæ collecta modestia frontis. Stat. 2. Silv. 1. 43.
Exsanguis & ferrea frons. i. e. Summe impudens, ac Rubore omni destituta. Plin. Paneg. cap. 35.
Ferox frons. Sen. Herc. fur. 6.
Generosa frons. Lucan. lib. 8. 680.
Hirta frons. Sen. Hippol. 6. Sil. lib. 6. 21.
Humana frons. Sen. 2. de Benefic. cap. 12. Jucunda sunt, quæ humana fronte, leni, placidaque tribuuntur.
Inverecunda frons. V. INVERECUNDUS.
Læta frons. Virg. 6. Æn. 862.
Lævis frons. Virg. 6. Ecl. 51.
Matutina frons. Martial. lib. 13. 2.
Nec matutina si mihi fronte venis. Matutinam frontem appellat, Parum hilarem. Nam matutina frons tristior est: contra post cœnam exhilarata. [ Nempe, quia Mane negotiis operam dabant Romani, ut idem pulcre lib. 4. Epigr. 8. ad Euphemum docet.
Minax frons. Sen. OEdip. 12.
Mœsta fronte queri. Claud. 6. Conf. Hon. 158.
Mollis supra modum frons. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Nivea pendebant fronte capilli. Ovid. 10. Met. 138.
Nubila frons. Martial. 2. 11.
Obducta frons. Juvenal. 9. Sat. 2. V. Porrectiore &c. infra.
Placida frons. V. paulo ante, Humana frons.
Porrectiore fronte loqui. Plaut. Cas. 2. 4. 3. V. paulo post.
Proterva frons. Hor. 2. Carm. 5. 16.
Rigida frons. Lucan. lib. 2. 375.
Rugosa frons. V. Rugosus, in RUGA.
Serena frons. Sil. lib. 3. 298.
Setigera frons apri. Stat. 8. Theb. 532.
Setosa frons lævi oris. Hor. 1. Serm. 5. 61.
Solicitam explicuere frontem. Hor. 3. Carm. 29. 16.
Spatiosa frons. Ovid. 3. Met. 20.
Tenera frons. Virg. 2. Georg. 372.
Tenuis frons. Hor. 1. Carm. 33. 5.
Torva frons. Virg. 3. Æn. 636.
Tristis frons. Tibull. lib. 2. 3. 37.
Trunca frons Acheloi, Defracto cornu. Ovid. 9. Met. 1.
Turbida frons. Sen. Hippol. 4.
Turgida frons cornibus primis hædo. Hor. 3. Carm. 13. 4.
Urbana frons, est Fiducia, & petendi audacia. Hor. 1. Epist. 9. 11. Budæus.
A fronte præcipitium, a tergo lupi: Proverb. V. in A, vel AB præpositionibus.
A fronte. Ovid. 1. Met. 173.
Plebs habitat diversa locis, a fronte potentes Cælicolæ.
A fronte, a tergo, a lateribus teneri. Cic. 3. Philipp. 32. V. A vel AB præpos.
A frontibus, pro A fronte. Justin. 1. 6. 11.
In fronte disertus. Ovid. 1. de Arte Am. 463.
Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus.
Fronte an mente, h. e. Vultu an animo. Cic. 4. Att. 14. Pompejus fremit, queritur, Scauro studet: sed utrum fronte an mente, dubitatur.
Æquata fronte, & concordi currere freno. Sil. lib. 16. 381.
Astricta frons. V. ASTRINGO.
Attollere frontem. Stat. 4. Theb. 307.
Cædere frontem. Quintil. lib. 2. cap. 12. V. CÆDO & mox Ferire frontem.
Concurrunt nubes frontibus adversis. Lucret. lib. 6. 116.
Contegere fronte & supercilio, non pudore & temperantia. Cic. de Provinc. Conf. 8.
Contractæ seria frontis. Hor. 2. Serm. 2. 125.
Contrahere frontem, i. e. Rugare. Cic. pro Cluent. 72.
Conversis frontibus incurrunt tauri. Virg. 12. Æn. 717.
Detecta fronte pugnare. Quintil. lib. 5. cap. 13. Toto corpore enitendum: & ut sic dixerim, detecta fronte pugnandum est. i. e. Aperte.
Exarat frontem rugis senectus. Hor. Epod. 8. 4.
Explicare vel exporrigere frontem dicimur, quum hilarescimus: Contrahere, quum ringimur, hoc est ubi quid molestum est. Ter. Adel. 5. 3. 53. Hor. 3. Carm. 29. 16.
Solicitam explicuere frontem.
Exterere vel Extundere frontem calcibus. Phædr. 1. 21.
Ferire frontem. Cic. 1. Att. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias. Risisse (inquit) stultitiam Cornificii de Consulatu cogitantis. Ingemuisse temporum conditionem: quum ea quæ summis viris patere solis debeant, etiam infimi sperare audeant. Frontem ferias, videlicet præ dolore, & rei indignitate. Gemitus enim dolorem indicat, percussio frontis etiam indignationem. Oratores, qui frontem ferirent Cicero laudat in Bruto 278. Quintilianus improbat lib. 11. quod scenicum id magis sit, quam oratorium.
Ferre aliquid fronte & vultu bellis, sed intimis sensibus angi. Cic. 5. Att. 10.
Inscribere in fronte. V. INSCRIBO.
Inverecunda frons. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Obducere frontem, pro Contrahere. Quintil. lib. 10. cap. 3. V. OBDUCO.
Obducta fronte tristis. Juven. 9. Sat. 2.
Obducta fronte senectus. Hor. Epod. 13. 7.
Ostentans frontem albam. Virg. 5. Æn. 567. de equo.
Peccat frons pluribus generibus. Quintil. lib. 1. cap. 11. de gestu.
Perfricare frontem, pro Deponere pudorem. Plin. lib. 1. cap. 1. Perfricui frontem, & nihil profeci. Calvus apud Quintil. 9. 2.
Periit illi frons. Pers. 5. Sat. 104. i. e. Pudor.
Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Apud Plautum in Casin. 2. 4. 3.

Item

Item Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata fronte aliquid facere. Plaut. Epid. 5. 1. 3. Caperata frons severitudine. Quod quidam a Caprinis cornibus translatum volunt. V. Capero in CAPER.

Nubila frons: cui contraria sunt, Serena frons, Explicata frons.

Praecinctus arundine frontem. Ovid. 1. de Arte Am. 223.

Premere frontem corona. Lucan. lib. 2. 358.

Promittere aliquid fronte. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Remittere frontem. Plin. lib. 2. Epist. 5. Ego tamen, qui a te hanc severitatem exigo, cogor id quod diversum est, postulare, ut in plerisque frontem remittas. i. e. Rugas severitatis indices.

Vallatus frontem radiis. Ovid. 4. Epist. 159. de Sole.

Verissima fronte verum dicere. Cic. pro Rabir. Posth. 35.

Frons, pro Severitate & gravitate. Cic. 9. Fam. 10. Tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant?

Frons causae, Principium & ingressus. Quintil. lib. 4. cap. 29. Insinuatio surrepat animis, maxime ubi frons causae non satis honesta est.

Prima fronte, i. e. Prima facie. Quintil. lib. 7. cap. 2. Dura prima fronte quaestio.

Frons, est Aciei illa pars quae adversus hostem spectat. Veget. de Re Mil. 3. 14. Gell. 10. 9. Hinc

Aequa fronte ad pugnam accedere. Liv. 36. 44.

Aequare frontes. Idem 5. 38. Aequatis frontibus. Tibul. 4. 1. 102.

Castrorum frons. Caes. 3. Bell. Civil. 57.

Constituit octo cohortes in fronte. Sallust. Catil. 59.

Dirigere frontem. Quintil. lib. 2. cap. 13. de acie, Quid enim si praecipias imperatori, quoties aciem instruet, ut dirigat frontem, cornua utrinque promoveat, equites pro cornibus locet?

In frontem statuerat ferratos. Tacit. 3. Ann. 46.

Adversis frontibus. V. ADVERTO.

Pugnare in frontem. Tacit. in vita Agric. cap. 35. Veritus, ne simul in frontem, simul & latera suorum pugnaretur. Aliter Idem 33. 8.

Frons, de rebus etiam inanimatis dicitur, pro Parte anteriore, vel Initio alicujus rei. Virg. 1. Aen. 170.

> Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum, &c.

Plin. lib. 12. cap. 7. In fronte Caucasi solibus opposita, gigni, &c. Idem lib. 4. cap. 21.

Januae frontes. Ovid. 1. Fast. 135.

Librorum frontes. Ovid. 1. Trist. 1. 11.

> Nec fragili geminae polliantur pumice frontes.

Spectaculorum frons. Suet. Claud. cap. 4.

Navis frons est Prora. Schol. Thucyd. 2. conf. Scheffer. Mil. Nav. 1. 6. & 3. 5.

Ex disciplina militari translatum est ad Agrimensoriam. ut, In frontem significet In latitudinem. Passim in sepulchralibus inscriptionibus, IN. FR. IN. AGR. i. e. In fronte, In agro; ut interpretatur Valer. Prob. conf. Interpr. ad Hor. 1. Serm. 8. 10. & Lex. Pitisc.

FRONTĀLE, is. n. [κεφαλίστρ̣ιον, μετωπίδιον] Ornamentum quod fronti equorum, sive elephantorum imponi solebat. Plin. lib. 37. cap. 12. Quondamque tantae magnitudinis fecere, ut equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liv. 37. 40. conf. Grapald. de Partibus aed. 1. 8. 15.

FRONTĀNUS, a, um. Adj. Hinc Frontani lapides in parietibus dicuntur, (quos Graeci διάτονος appellant, velut extentos dicas) Qui perpetua crassitudine utraque parte religando, parietum soliditatem confirmant. Cael. Antiq. Lect. lib. 26. cap. 32.

FRONTĀTUS, a, um. Adj. [μετωπιαῖος] ut, Frontati lapides, apud Vitruv. 2. 8. Lapides utraque parte frontati, sunt Qui utraque parte parietis, faciem certam ostendunt, ex quibus fiunt quae vulgo *catenae* & *crura* dicuntur, quibus totius operis firmitas constat: quae eam rationem in aedificio habent, quam ossa in homine. Graece Diarori dicuntur; quasi perpetua soliditate utrinque extantes: vel, ut in quibusdam exemplaribus legitur, Diatoni; id est ab una parietis parte ad aliam pertinentes pertendentesque. Artifices ob hoc Perpennas appellant, quasi perpetuo lapide constantes, id est solido. Haec Budaeus. Plin. lib. 35. cap. 12. Vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque.

FRONTO, ōnis. m. [μέτωπίας] Qui magnam habet frontem. Cic. 1. de Nat. Deor. 81. Ecquos naevum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis?

FRONTŌSUS, a, um. Adj. a Fronte derivatum: quod nonnulli pro Impudente usurpant. Perott. Onomast. Frontosus, εὐμέτωπος. Augustin. Serm. 58. Quae prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem. Idem de Civ. Dei, 7. 4.

FRONTISPĪCIUM, i. n. Pars rei anterior; & in aedibus, Anterius fastigium domus in acumen surgens. Vox forsan apud recentiores solum occurrens. Mantuan. 8. Fast.

> In frontispicio templi nivis albicat imber.

FRONS, frondis. f. [φύλλον] a Ferendo, quod frondes arborum huc atque illuc a vento ferantur. Frondes, inquit Valla 4. 73. Arborum sunt tantum: Folia autem & arborum, & herbarum, & foliorum quoque. Virg. 2. Georg. 372.

> Praecipue dum frons tenera, imprudensque laborum.

Cic. pro Coel. 42. Ergo haec deserta via & inculta, atque interclusa jam frondibus & virgultis relinquatur.

Fecundae frondibus ulmi. Virg. 2. Georg. 446.

Arboreae frondes. Ovid. 4. Met. 636. conf. Non. 2. 350. & 8. 26.

Aridae frondes. Hor. 1. Carm. 25. 19.

Cupressinae frondes. V. CUPRESSUS.

Densae frondes. Virg. 9. Ecl. 60.

> —— hic, ubi densas
> Agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus.

Festa frons, Serta frondea, quibus ornabantur templa festis diebus. Virg. 2. Aen. 249. conf. Lex. Pitisc.

Glauca frons salicti. Virg. 2. Georg. 13.

Iliguea frons. V. ILEX.

Tenerae frondes. Virg. 3. Aen. 449. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Abditus fronde levi. Ovid. 2. Met. 557.

> Abdita fronde levi, densa speculabar ab ulmo.

Agere frondem. V. AGO.

Avellere frondes. Ovid. 2. Met. 350.

> Tertia quum crinem manibus laniare pararet,
> Avellit frondes.

Canentia glauca fronde salicta. Virg. 2. Georg. 13.

Carpendae manibus frondes. Virg. 2. Georg. 366.

Consternunt frondes terram. Virg. 4. Aen. 444.

Detonsae frigore frondes. Ovid. 3. Fast. 537.

Explere bovem strictis frondibus. Hor. 1. Epist. 14. 28.

Horrent opaca fronde comae. Sen. Herc. fur. 9.

Hirsutis frondibus pastus taurus. Virg. 3. Georg. 231.

Jucundissimam frondem ulmus ministrat ovibus, ac bubus. Varro 1. de R. R. cap. 15.

Levandum fronde nemus. Virg. 2. Georg. 401.

Requiescere viridi super fronde. Virg. 1. Ecl. 81.

Spargit agrestes tibi silva frondes. Hor. 3. Carm. 18. 14.

Vincti fronde comas. Hor. 2. Epist. 1. 110.

Virere nova fronde. Virg. 6. Aen. 206.

Volitant caducae frondes. Virg. 1. Georg. 363.

FRONDEUS, a, um. Adj. [φυλλινος] Quod totum ex frondibus est. ut, Frondea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

Nemora frondea. Virg. 1. Aen. 191. pro Frondosa.

Tecta frondea petunt apes. Virg. 4. Georg. 61.

FRONDŌSUS, a, um. Adj. [φυλλώδης] Quod frondibus abundat. ut, Frondosi montes. Varro 2. de R. R. cap. 5. Frondosos ramos per terram trahebant. Liv. 10. 41.

Aestas frondosa. Virg. 3. Georg. 296.

Lucus frondosus. Virg. 4. Georg. 543.

Taxus frondosior. Sil. 13. 596.

FRONDĀRIUS, a, um. Adj. [φυλλινικός] Quod ad frondes pertinet. Plin. lib. 18, cap. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet.

FRONDEO, ui, [φυλλέω] ere. dicuntur arbores. Virg. 3. Ecl. 57.

> Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus. Idem 2. Georg. 15.
> —— nemorumque Jovi quae maxima frondet
> Aesculus.

Laetius frondere. V. LAETUS.

FRONDENS, entis. Partic. [φυλλῶν] ut, Arbuta frondentia. Virg. 3. Georg. 300.

Campus frondens. Lucan. lib. 6. 83.

Ramo frondenti tempora implicat. Virg. 7. Aen. 135.

Vitis frondens. Columel. lib. 3, cap. 1.

FRONDESCO, [φυλλίζω] ere. arbores dicuntur, quum frondes emittunt. Columel. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Cic. 1. Tusc. 69.

Ramos arboribus frondescere. Lucret. lib. 1. 1092.

Virga frondescit. Virg. 6. Aen. 144.

FRONDO, [φυλλοτομέω] are. Frondes amputare. Unde

FRONDĀTIO, ōnis. f. Columel. lib. 5. cap. 6. Atque in frondatione cavendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur. Et

FRONDĀTOR, ōris. m. [φυλλοτόμος] Tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & qui e frondibus manipulos facit hiemis tempore, animalibus ad pastum offerendos: & Qui manibus vitium folia avellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat, aut Avis quae in frondibus habitat & his vescitur, vel etiam Palumbes, quae in frondibus nidificant. Hactenus Servius ad illud Virg. 1. Ecl. 57.

> Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Falx frondatorum. Catul. Argon. 62. 41. conf. Ovid. 14. Met. 649. & Turneb. Adversf. 1. 26. & supra FRONDARIUS.

FRONDĪCO, are. Idem ac Frondescere. apud Eutychen Grammat. p. 2161.

FRONDĪCŌMUS, a, um. Adj. ut, Frondicomis habitare locis. Prudent. Cath. 3. 102.

FRONDĪFER, era, erum Adj. [φυλλοφόρος] Frondes ferens. Lucret. lib. 1. 19.

> Frondiferasque domos avium.

Nemus frondiferum. Lucret. lib. 2. 359.

FRONDĪFLUUS, a, um. Adj. Boethius Metro 5. lib. 1.

> Tu frondifluae frigore brumae
> Stringis lucem breviore mora.

Tunc enim frondes ab arboribus fluunt caduntque.

FRONDITIUS, i. m. Cognomen militis Romani. V. FRONDITUS, f. l.

FRONTINUS, Cognomen Ro. Notus S. Julius Frontinus, qui Strategematum libros collegit. Floruit sub Nerva, ut patet ex ejus Praefatione. An ejusdem sit libellus Aquaeductuum dubitari potest. V. Ruben. Elect. 2. 35. conf. Stewech. in Veget. 2. 3. & Keuchen. in praef. Frontini.

FRONTO, ōnis. V. FRONS, frontis.

Fuit & Cognomen [Φρόντων] Glandorpio teste in Cognom. Ind. commune Aeserninis, Aufidiis, Corneliis, Juliis, Gentibus Romanis. Addit & Cajis. Verum cum Cajus fere semper praenomen, non autem nomen gentilitium noverim, in gentibus tantum quae a nitore Romano alienae sunt admitto. Ursat. de Not. Rom.

Frontonis Julii, clari sub Nerone meminere Tacit. Hist. 1. 20. & 2. 26. & Juven. 1. Sat. 12. Martial. item 1. 6.

> Clarum militiae Fronto togaeque decus.

Fronto alius Cornelius, Orator nobilis & Philosophiae simul, & dicendi praeceptor M. Antonini principis, adeo ab illo dilectus, ut statuam ei a Senatu statui peteret. J. Capitolin. cap. 2. Vit. Marci.

Aliorum de industria mentionem omittimus.

## F R U

FRUCTUS, &c. V. post FRUOR.

FRUGALIS, FRUGALITAS, FRUGAMENTA. V. in FRUGES post FRUGIPERDA.

FRUGES, is. f. Charisio P. 1. p. 26. vel FRUX, frugis. f. Prisciano [καρπός, σῖτος] Generale nomen est: non modo ad frumenta, leguminaque, sed etiam ad omnes fructus terrae, quos in alimoniam vertimus; unde Frugiferae arbores dictae sunt, quaecunque fructum ferunt. Varro de L. L. 5. 31. Fruges a Fruendo. Festus, Servius, & Donatus, Frugis vocabulum a Frumine, eminente sub mento gutturis seu gurgu-

gurgulionis parte, qua cibus in alvum demittitur, a ferendo cibum appellari dicunt. V. FRUMENTUM.

Fruges a Frumento nihil differre, fatis docet Cic. 5. Verr. 18. his verbis, Lucio Octavio & C. Cotta Confulibus Senatus permifit ut vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te Quæftores in Sicilia vendere confueffent, Romæ venderent. De leguminibus dicit: ut oftenderet etiam frumenta fruges vocari. Hæc Servius in 1. Æn. 182. conf. Paul. JCtum l. 77. D. de verb. Sign. & Lex. Pitifc. Liv. 5. 33. pr. de Gallis, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam, Alpes tranfiffe. V. Theod. Marc. in l. XII Tab. cap. 60. Cic. de Senect. 51. E quibus quum emerferit, fundit frugem, fpicæ ordine ftructam. Virg. 10. Ecl. 76.

—— nocent & frugibus umbræ.

Feta frugibus terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 256.
Infelix frugibus tellus. Virg. 2. Georg. 239.
Locuples frugibus annus. Hor. 2. Epift. 1. 137.
Copia frugum & Inopia, contraria. Cic. pro Domo 17.
Diva potens frugum, i. e. Ceres. Ovid. 3. Amor. 10. 35.
Parens frugum tellus. Virg. 2. Georg. 173.
Perceptio & confervatio frugum, fructuumque reliquorum. Cic. 2. Off. 12.
Ubertas frugum & fructuum. Cic. 3. de Nat. Deor. 86.
Gravidæ fruges. Virg. 2. Georg. 143.
Lætæ fruges. Virg. 1. Georg. 69.
Maturæ fruges. Virg. 3. Ecl. 80.
Medicatis frugibus offa. Virg. 6. Æn. 420. V. MEDICO.
Minutæ fruges. V. MINUO.
Uberes fruges. Hor. 4. Carm. 15. 5.
Diffundit Copia fruges pleno cornu. Hor. 1. Epift. 12. 29.
Efferre fruges uberiores. V. Efferre dicitur ager, &c. in EFFERO.
Ferebat tellus fruges. Ovid. 1. Met. 109.
Fundere fruges. Cic. 1. de Divin. 15.
Gemit tonfis area frugibus. Virg. 3. Georg. 133.
Percipere fruges. Cic. 1. Off. 50.
Placare lares horna fruge. Hor. 3. Carm. 23. 4.
Serere fruges. Cic. 2. de Nat. Deor. 152.
Surgunt nitidæ fruges. Lucret. lib. 1. 253.
Cererem fruges appellamus, Vinum autem Liberum. Cic. 2. de Nat. Deor. 60.
Ad frugem perducere. Quintil. lib. 6. cap. 3. Generare atque ad frugem perducere.
Hæc vox frequentiffime transfertur ad homines, qui Bonæ frugis, & contra Nullius frugis paffim dicuntur. Invenitur etiam Homo frugi, quod per ellipfin videtur dici fubintellecto Idoneus: nifi Frugi pro Frugis dictum putemus antiquorum more, quos & Herculi, Themiftocli, Fami; pro Herculis, Themiftoclis, Famis dixiffe conftat. V. Voff. de Anal. 1. 46. & infra in FRUGI.
Corrigere aliquem ad frugem: h. e. Ita emendare ut frugi homo evadat. Plaut. Trin. 1. 2. 81.

Quin eum reftituis; quin ad frugem corrigis?

Evadere ad frugem bonam; de Eo dicitur, qui ante nequam fuerat. Lactant. lib. 6. cap. 3. De Pythagorea littera loquens. Budæus.
Recipere fe ad frugem bonam, dicebant antiqui, pro eo quod vulgaris fermo dicit, Ex nihili homine fieri hominem de bono, i. e. Frugi. Cic. pro Cœl. 28. Sed qui totam adolefcentiam voluptatibus dediffent, emerfiffe aliquando, & fe ad frugem bonam (ut dicitur) recepiffe, gravesque homines atque illuftres fuiffe. Bud.
Redire ad frugem bonam. Lamprid. in Heliog. cap. 15. pr. Bud. Ter. Heaut. 3. 3. 19.

**FRUGI**, [χρηστὸς] a Fruge dicitur, quod indeclinabile eft: compofitum tamen cum Bonæ, antiqui quandoque ponebant, ut Servus bonæ frugi, Homo bonæ frugi. Frugi bonæ (inquit Budæus) quum dicebant, Probum, officiofumque confummate fignificabant: quanquam apud Gell. lib. 7. cap. 11. Frugis bonæ legitur, cui contrarium eft Homo nequam. Plaut. Capt. 5. 2. 3.

Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonæ.

Idem Trin. 2. 2. 39. Ulpian. ad legem Aquil. l. Neratius, Sed fi bonæ frugi fervus intra annum mutatis moribus occifus fit.
Permodeftus ac bonæ frugi homo. Cic. 4. Att. 8.
Frugi es. Ter. Eun. 3. 5. 66. i. e. Utilis & neceffarius, inquit Donatus, ut fruges humano generi. Frugi eft ergo, In quo eft aliquid quo fruamur, id eft utamur. Plaut. Pœn. 3. 4. 11.
Factus frugi aliquis. Cic. 12. Philipp. 69.
Frugi homo. Cic. 3. Tufc. 16. Sed quia nec qui propter metum præfidium reliquit, quod eft ignaviæ: nec qui propter avaritiam clam depofitum non reddidit, quod eft injuftitiæ: nec qui propter temeritatem male rem geffit, quod eft ftultitiæ, frugi appellari folet, &c. Et paulo infra. Qui fit frugi igitur, vel fi mavis, moderatus & temperans, eum neceffe eft effe conftantem &c. Idem 5. Fam. 6. Ter. Adel. 5. 9. 2. Idem Heaut. 3. 3. 19.

Hominis frugi & temperantis functus officium.

Homo frugi omnia recte facit. Cic. 4. Tufc. 36.
Homines frugi. Alfenus in l. fi vendita. D. de peric. & commod. rei vendit. Si diligentiam venditor eam adhibuiffet in infula cuftodienda, quam debent homines frugi & diligentes præftare.
Atrium frugi, nec tamen fordidum. Plin. lib. 2. Epift. 17. h. e. Utile, & quod vulgo dicitur, Bene appropriatum, & ad utilitatem. [Immo Non fumptuofum, ut recte Cat. exponit. Sic Frugalis villa ap. Varron.
Mancipes frugi. Plin. lib. 3. Epift. 19.
Servus frugi, Cui curæ eft commodum domini. Plaut. Amph. 3. 3. 3. Plin. lib. 1. Epift. 21. Omiffis jocis, credo decentes effe fervos, qui funt empti mihi ex confilio tuo: fupereft ut frugi fint.
Frugi atque integer fervus. Cic. pro Cluent. 47.
Vita alicujus frugi feveraque, tum etiam jucundiffima convictio. Cic. 16. Fam. 21.
Frugi, cui Nequam opponitur. Cic. pro M. Font. 29. Qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominem invenire nequam neminem poffes, folus tamen Frugi nominaretur: quem quum in concionem Gracchus vocari juberet, & viator quæreret Quem Pifonem? (quod erant plures) Cogis me, inquit, dicere inimicum meum frugi. Idem 2. de Fin. 90. Ut Frugi ille Pifo. conf. 3. Tufc. 16. & Plin. Paneg. cap. 88.
Frugi & Nequam fervus, contraria. Cic. 2. de Orat. 248. In iisdem verbis & laudare frugi fervum poffumus: & fi eft nequam jocari.
Homo frugi & modeftus. Cic. 13. Fam. 71.
Sum bonus & frugi. Hor. 1. Epift. 17. 49.
Populus frugi, caftusque. Hor. de Arte Poet. 207.
Frugi, Is etiam dicitur, qui in victu, veftitu, fimilibusque temperans eft, ut ait Valla in Raudenfem. V. Frugi homo, paulo ante. Plaut. Afin. 5. 2. 6.

At fcelefta ego, præter alios meum virum fui rata
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.

Frugi ac fobrii homines. Cic. 5. Verr. 67.
Cœnula frugi. Juven. 3. Sat. 167.
Frugi victus, cui Luxuriofus opponitur. Quintil. lib. 5. cap. 10. Victus luxuriofus, an frugi, an fordidus.
Frugis, in genitivo dixit Plaut. in Mil. 4. 8. 50. Fac fis frugis. In cod. correct. Frugi legitur.

**FRUGĬFER**, a, um. Adj. [ἀγλαόκαρπος, πυροφόρος, φερέσβιος] Fructum ferens: ut, Arbores frugiferæ. Unde apud Plin. lib. 15. hic eft titulus, Naturæ frugiferarum arborum. Ibid. cap. 2. Vicina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero folo.
Ager frugifer. Lucan. lib. 1. 13. Cic. 2. Tufc. 136. Et 2. de Nat. Deor. 161. Cineres jam fpatia frugifera atque immenfa camporum.
Arva frugifera. Lucan. lib. 3. 65.
Frugifera & ferta arva. Cic. in Orat. 163. Ex antiquo poeta.
Infula frugifera alimentis incolarum. Liv. 26. 40.
Meffes frugiferæ. Ovid. 5. Met. 656.
Philofophia frugifera & fructuofa. Cic. 3. Off. 5. Sed quum tota philofophia, mi Cicero, frugifera & fructuofa, nec ulla pars inculta ac deferta fit, &c.
Frugiferum & falubre. Liv. in præf. lib. 1. Hoc illud eft præcipue in cognitione rerum falubre ac frugiferum, exempli documenta in illuftri pofita monumento intueri.

**FRUGĬFER**, Deus ita dictus. Arnob. lib. 6. & Apul. de Mundo p. 75. Elmenh.

**FRUGIFĔRENS**, entis. Partic. [πυροφορῶν] Poeticum epitheton, pro Frugifero. Lucret. lib. 1. 3.

Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras. Sed antiquum eft.

**FRUGILĔGUS**, a, um. Adj. [σιτολόγος] Ovid. 7. Met. 624.

Hic nos frugilegas afpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

**FRUGĬPĂRENS**, entis. Fortunat. 3. Carm. 11.

—— frugiparensque manet.

**FRUGĬPĂRUS**, a, um. Adj. Idem. Avien. Phænom. Arat. 1054.

Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

**FRUGĬPERDA**, æ. c. [ὠλεσίκαρπος] Plin. lib. 16. cap. 26. Ocyffime autem falix amittit femen, ante quam omnino maturitatem fentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. V. Odyff. κ. 510.
Officiperda apud eum, qui fcripfit Difticha, quæ Catoni olim tribuebantur. H. St. Dicitur eadem forma ac Saperda, Poblicola &c. Frugiperdus, a, um, eft in Lipfienfi Thefauro. Sed nullo idoneo auctore.

**FRUGĀLIS**, e. [εὐτελής, ἀφελής, λιτός, εὐσταλής, ἀκόλαστος] Qui eft temperans. Gloff. Cyril. Frugalis, χρήσιμος, χρηστός. Apud Cic. 3. Tufc. 16. idem ac Frugi. V. omnino loc. Cic. 3. Verr. 13. Frugaliffimus homo. Ter. Heaut. 4. 3. 3. Dedo me patri nunc jam, ut frugalior fim quam vult. Cic. 1. Att. 16.
Frugalis & integer. Cic. 4. Verr. 45. Nihil aliud in eo quod reprehendi poffit, invenio, nifi quod homo frugaliffimus atque integerrimus, te hominem plenum ftupri, flagitii, fceleris, domum fuam invitavit.
Nequiffimus & Frugaliffimus, contraria. Cic. 1. Att. 16. Quum accufator, tanquam Cenfor bonus, homines nequiffimos rejiceret, reus, tanquam clemens lanifta, frugaliffimum quemque fecerneret, &c.
Optimus colonus, parciffimus, frugaliffimus. Cic. 2. de Orat. 287.
Aratores laboriofiffimi frugaliffimique homines. Cic. 5. Verr. 120.
Homo frugaliffimus fui ordinis. Cic. 3. Verr. 13. i. e. Probus & honeftus, ait Budæus.
Frugaliffimi & fanctiffimi homines. Cic. pro Flacc. 71.
Magifter pecoris frugalis. Columel. lib. 1. cap. 9. Magiftros pecoribus oportet præponere fedulos ac frugaliffimos.
Villa frugalis. Varro 3. de R. R. cap. 2. Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ædificaverunt majores noftri, frugalior ac melior eft, quam tua illa perpolita in Reatino? [Notam interrogationis adjecimus, ut neceffariam. Puto etiam Quam legendum, pro Quanquam.
Ventre nil novi frugalius. Juven. 5. Sat. 6.
Ufus eft Apulejus alia notione, quafi Ad fruges pertinens, de Mundo p. 71. Elmenh. Maturitas frugalis. i. e. Frugum.

**FRUGALĬTAS**, ātis. f. [λιτότης, εὐτέλεια] Temperantia, five moderatio in rebus agendis. Cic. 3. Tufc. 16. Verifimile etiam illud eft, qui fit temperans, quem Græci σώφρονα appellant: eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam foleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunquam etiam modeftiam, fed haud fcio an recte ea virtus frugalitas appellari poffit, quod anguftius apud Græcos valet. &c. Et paulo poft, 18. Frugalitas, ut opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: nequitia ab eo, etfi hoc erit fortaffe durius, (fed tentemus, & lufiffe putemur, fi nil fit) ab eo quod nequicquam eft in tali homine, ex quo idem Nihili dicitur.
Frugalitas virtutum genetrix. Juftin. 20. 4. 10.
Singularis & admiranda frugalitas in rege. Cic. pro Deiot. 26.
Ingenerata alicui frugalitas. V. INGENERO.
Ex frugalitate fua peculium fervus acquirit. Cajus in l. fiquid. §. 1. D. de ædil. edict. conf. & Sen. Epift. 58.

**FRUGALĬTER**, Adv. [λιτῶς] Sobrie & modefte. Plaut. Epid. 4. 1. 38.
Ille eam rem adeo fobrie & frugaliter accuravit, ut alias res eft impenfe improbus. i. e. Aliis in rebus. Plin. Epift. 248. Frugaliter, modefteque viventes. Cic. pro Domo 111. Sic 2. de Fin. 25. Cur igitur non bene? Quia quod bene, id recte, frugaliter, honefte.
Parce & frugaliter vivere. Hor. 1. Serm. 4. 107.

**FRUGAMENTA** a Frugibus appellata, inquit Feftus. [Puto Frugmenta vel Frugimenta fcribendum. V. feq. dict.

**FRUGMENTUM**, olim ita dicebant, nunc Frumentum profertur. Val. Max. Epit. lib. 10. de Nominum ratione. V. FRUMENTUM.

**FRUISCOR.** V. FRUOR.

FRUMEN,

**Frumen**, inis. n. [λαιμὸς ἄνω, λάρυγξ, βρόγχος] est, ut inquit Donatus in Ter. Adel. 5. 8. 27. Summa pars gulæ, vel summa gula, tractusve gulæ, quâ cibum lingua demittit in ventrem. Serv. in 1. Æn. 182. Frumen eminens sub mento, gutturis pars. conf. Isidor. 20. 2.

**Frumentum**, i. n. [σῖτος] Servius Frumenta dici putat Quæcunque emittunt aristas, a Fruendo dictum, vel a Frumine. Plin. lib. 18. cap. 7. Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, frumenta, ut triticum, hordeum: & legumina, ut faba & cicer. Frumenti ipsius totidem genera per tempora satu divisa. Hiberna, quæ circa Vergiliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum. Æstiva, quæ æstate ante Vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum. In eod. cap. 9. separat Frumentum ab hordeo, dicens, Frumentum & hordeum utrumque. conf. Lex. Pitisc.

Acervus frumenti ingens. Hor. 2. Serm. 3. 111.

Copia frumenti. Hor. 1. Epist. 15. 14.

Luxuriosa frumenta. Cic. in Orat. 81. V. LUXUS.

Potio ex frumento. Flor. 2. 18. 12.

Triticeum frumentum. Martial. Lemm. lib. 13. 12.

Abripere frumentum. V. ABRIPIO.

Abundare copia frumenti. V. ABUNDO.

Æstimare frumentum. Cic. in Pison. 86.

Æstimatum frumentum ternis denariis. Cic. 5. Verr. 188. V. ÆSTIMO.

Carpes sata frumenta manu. Virg. 3. Georg. 176.

Comprimere frumentum, pro Supprimere. Cic. 5. Att. 21. Perfeci, ut & Græci & cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur.

Emetere multum frumenti agris. Hor. 1. Epist. 6. 21.

Exarare frumentum. Cic. 5. Verr. 98. Nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum frumenti omnino exararent?

Imperare sibi in cellam frumentum. V. IMPERO.

Inserere frumentum arboribus. V. INSERO.

Metiri frumentum. V. METIOR.

Trudunt grandia frumenta formicæ. Virg. 4. Æn. 406.

Turgent lactentia frumenta. Virg. 1. Georg. 315.

Frumenta, in ficis, i. e. Grana. Plin. lib. 15. cap. 19. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus. Idem lib. 17. cap. 27.

De Frumento Æstimato, Decumano, Empto, Honorario, conf. Lex. Pitisc.

**Frumentācĕus**, a, um. Adj. [σιτινὸς] Quod ex frumento est. Veget. Mulom. 2. 57. Frumentacea farina. conf. Hieron. Epist. 133. ad Marcellam.

**Frumentārius**, a, um. aliud Adj. [σιτικὸς] Quod ad frumentum pertinet.

Ager frumentarius. Columel. 2. 11.

Caussa frumentaria. Cic. 5. Verr. 10. & 11.

Largitio magna frumentaria. Cic. 2. Off. 52.

Lex frumentaria. Cic. 3. Tusc. 48. Piso ille Frugi semper contra legem frumentariam dixerat. Quæ & Agraria.

Lex frumentaria de semissibus. Auct. ad Herenn. lib. 1. 21. V. Lex. Pitisc.

Locus frumentarius, h. e. Ferax frumenti. Cæs. 1. Bell. Gall. 10. Ut homines bellicosos, Pop. Rom. inimicos, locis patentibus, maximeque frumentariis, finitimos haberet.

Lucrum frumentarium. Cic. 5. Verr. 85.

Naves frumentariæ. V. NAVIS.

Negotiator frumentarius. Cæs. 8. Bell. Gall. 35. Plin. lib. 8. cap. 44.

Pecunia frumentaria. V. PECUNIA.

Prædo frumentarius. Cic. 5. Verr. 76.

Porta frumentaria. V. Lex. Pitisc. in Porta.

Provinciæ frumentariæ. Cic. 9. Att. 11. Omnis hæc classis Alexandrina, &c. ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias provincias comparatur. V. Lex. Pitisc.

Res Frumentaria. Cic. 5. Verr. 11. Neminem vestrûm præterit, Judices, omnem utilitatem, opportunitatemque Provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda Pop. Rom. adjuncta sit, consistere in re frumentaria maxime: in ceteris rebus adjuvamur ex illa provincia, hac vero alimur ac sustinemur.

Re frumentaria laborare. V. LABOR, laboris.

Solum frumentarium, In quo seritur frumentum. Plin. lib. 18. cap. 6. Et Columel. lib. 1. cap. 2.

Tessera frumentaria, erat Signum, sive symbolum quoddam, in quo nomina accipientium frumentum ex publico, & quantum quisque acciperet inscriptum fuit. V. Suet. Neron. 11. 7. conf. Lex. Pitisc. in Tessera.

**Frumentārius**, ii. m. Mercator comparans sibi frumenta, ut inde lucrum faciat. Plaut. Pseud. 1. 2. 54.

—— Quæ amica es frumentariis,
Quibus cunctis montes maximi acervi frumenti sunt domi.

Cic. 3. Off. 57. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frumentarii dicebantur & Qui appositi horreis, quæ Romæ in quavis urbis Regione plura erant, ad capiendum frumentum publicum, admetiebantur populo. Lucil. apud Non. 1. 66.

Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum
Unum habet.

Fuit & aliud genus Frumentariorum, Speculatores quidam principum, qui quicquid in provinciis gereretur explorarent principique deferrent. Qui & Agentes in rebus. V. AGENS partic. De utrisque plura vide apud Lips. Elect. 1. 8. Laurent. de Conviv. cap. 7. conf. item Casaub. & Salmas. in Adrian. Spart. cap. 11. Aurel. Vict. de Cæs. cap. 39. Parei Lex. Crit. p. 505. vel Reines. Inscript. 1. 15.

**Frumentor**, [σιτολογέω, ἐπισιτίζομαι] ari. Frumentum colligere. Cic. 8. Att. 19. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Cæs. 4. Bell. Gall. cap. 9. Prædandi, frumentandique causa. Liv. 31. 36. Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frumentatum missus. Sallust. Jugurth. 60.

**Frumentātio**, ōnis. f. [σιτολογία, ἐπισιτισμὸς] Frumentorum demessio, vel collectio. Cæs. 7. Bell. Gall. 16. Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabat. Ibid. lib. 6. 38. Interim confecta frumentatione, milites nostri clamorem exaudiunt. Liv. 31. 36. Octo ferme inde millium intervallo tutiorem frumentationem habituros.

Frumentatio etiam vocabatur Distributio, seu largitio frumenti, quod Romæ per tesseras singulis mensibus populo dabatur, postquam principes receperant curam publicæ annonæ. Suet. in Aug. cap. 42. Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi. V. Lips. Admir. 2. 10.

**Frumentātor**, ōris. m. [σιτώνης] Liv. 31. 2. Improviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumventus. Sic 22. 24. Intentum esse ad frumentatores tutandos.

Frumentatores, etiam sunt Qui frumenta aliunde coemunt & apportant. V. Liv. 12. 34.

**Fruniscor**. V. FRUOR.

**Fruor**, ĕris, fructus & fruitus sum, & ut aliqui volunt, fretus, [ἀπολαύω, καρπόομαι, ἐπαυρόμαι] Frui est (ut ait Donatus in Eun. Ter. 4. 7. extr.) Vesci; a Frumine, quæ est summa pars gulæ. A qua re etiam his, quæ nec cibo nec poculo sunt, Frui dicimur καταχρηστικῶς.

Frui, Ali. Ter. Adel. 5. 8. 20.

— Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras,
Huic demus qui fruatur.

i. e. Qui fructum capiat, non proprietate potiatur, inquit Donatus; Proprie ergo & quasi de jure dixit Fruatur. Est autem Fruatur, alatur; Quia Frumen &c.

Frui, proprie, inquit Donatus, [ubi?] est Voluptatem capere ex usu, & delectari.

Frui (inquit Augustin. de Doctrina Christi 1. 4.) est Amore alicui rei inhærere propter seipsum. Uti autem, quod in usum venerit, ad id quod amas obtinendum referre. Hinc Idem ibid. Utendum est hoc mundo, non fruendum. Flor. 2. 6. 21. de Hannibale, cum post victoriam relicta Roma, ubi caput rerum, Campaniam peteret deliciis affluentem: cum Victoria, inquit posset uti, frui maluit.

Hinc frui pro Delectari, apud auctores invenitur. Plin. Paneg. cap. 34. de Delatoribus, Agnoscebamus & fruebamur, cum velut piaculares publicæ solicitudinis victimæ, supra sanguinem noxiorum, ad lenta supplicia gravioresque pœnas ducerentur. Tacit. 3. Hist. 83. extr. Velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur, nulla partium cura, malis publicis læti. Claudian. Cons. Mall. Theod. 224.

Qui fruitur pœna ferus est.

i. e. Qui delectatur. V. Barth. hic & ad Stat. 7. Theb. 704. & Gronov. ad Sen. Herc. fur. 34.

Incendii spectaculo frui. Justin. 13. 6. 3.

Frui liceat quod amo: ut Frui quiete. Ter. Phorm. 1. 3. 13.

Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tamdiu quod amo frui.

Ubi Eo deesse putat Donat. ut sit Eo, quod amo, frui. Potest tamen & τὸ Id subaudiri, ut construatur cum Acc. V. Faern. ad Heaut. 2. 4. 21.

Fruor dum licet, opto ut semper liceat. Cic. 9. Fam. 17.

Palam & libere frui. V. PALAM.

Æternitate fruuntur animi. Cic. 2. de Nat. Deor. 62.

Ævo sempiterno beati fruuntur in cælo. Cic. in Somn. Scip. 4.

Beneficiis atque honoribus frui. Cic. Brut. 16.

Bonis frui, Usumfructum percipere. Cic. pro Cæcin. 11. Usumfructum omnium bonorum suorum Cæsenniæ legat, ut frueretur una cum filio.

Certis fundis patre vivo fruitur filius. Cic. pro Rosc. Amer. 44.

Colloquio frui deorum. Virg. 7. Æn. 90.

Et varias audit voces, fruiturque deorum
Colloquio.

Ubi Servius; Fruitur, Pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus.

Contemplatione frui. Quintil. lib. 2. cap. 18.

Gaudio frui. Plin. in Paneg.

Gratia & opibus alicujus frui. Cic. 1. Fam. 9.

Homine Non frui, & Carere, Synonyma. Cic. 2. Att. 1. Neque nos te fruimur, & tu nobis cares.

Ingenio suo frui, Secundum naturam suam vivere arbitrio suo. Ter. Heaut. 2. 4. 21.

Hoccine me miserum non licere meo modo ingenio frui?

Al. Ingenium.

Licentia liberiore quadam frui. Cic. in Orat. 37.

Lucem qua fruimur, commoda quibus utimur, spiritum quem ducimus, a Deo nobis dari videmus. Cic. pro Rosc. Amer. 131.

Marito meliore fruitur. Ovid. 2. Epist. 79.

Otio frui. Plin. Epist. 127.

Pace frui. Cic. 7. Philipp. 19.

Paratis frui. Hor. 1. Carm. 31. 17.

Parto frui. Virg. 1. Georg. 300.

Præsentibus fruitur sapiens. Cic. 1. de Fin. 72.

Recordatione alicujus rei frui. Cic. de Amicit. 15. Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.

Sermone alicujus frui. Cic. de Senect. 13. Cujus sermone ita tum cupide fruebar, quasi jam divinarem id quod evenit, illo extincto, fore unde discerem neminem.

Somno frui. Ovid. 2. Met. 779.

Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.

Suis utatur oportet & fruatur, qui beatus est. Cic. 1. de Nat. Deor. 104.

Vectigalibus frui. Cic. de Arusp. Resp. 60.

Virginitate perpetua frui. Ovid. 1. Met. 486.

Viro aliquo frui. Plin. lib. 1. Epist. 10.

Vita frui. Cic. 2. de Fin. Dum vita fruebatur.

Vita & communi spiritu frui. Cic. 4. in Catil. 7.

Voluptatibus frui. Ter. Heaut. 1. 1. 97. Cic. de Senect. 47. Quod si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis quibus senectus, etiam si non abunde potitur, non omnino caret.

Voluptatibus præsentibus frui. Cic. 3. Tusc. 38.

Usu amici & moribus frui. Cic. de Amicit. 15. Ut & usu ejus, quem diligere cœperunt, fruantur & moribus.

Fruitur hanc alternas noctes. Plaut. Asin. 5. 2. 68.

Fruor antique cum quarto casu compositum esse ex Plauto notum est, quem, ut alibi, ita in hoc imitatus est Apulejus, lib. 8. p. 296. Caritatem non tenebis, nuptiasque non frueris. conf. bina Ter. loca supra.

**Fruendus**, a, um. [ἀπολαυστὸς] Cic. de Senect. 38. Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verumetiam invitat atque allectat senectus.

Justitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Cic. 2. Off. 41.



Fruenda

Fruenda sapientia est. Cic. 1. de Fin. 3. Idem 2. Q. frat. 14. Suavitatis equidem nostræ fruendæ causa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras.

FRUITURUS, a, um. Partic. [ἀπολαύσων] Cic. 3. Tusc. 38. Zeno Stoicorum acutissimus contendere magna voce solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum.

FRUCTUS, aliud Partic. [ἀπολαυκώς] Dixerunt Antiqui Fructam & Fructum. Fest. Cic. in Hortens. Amœnitate summa fructus est. Paterc. 2. 104. 4. Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipit.

FRETUM etiam opinione quorundam, maxime Vallæ, in supino facit. V. infra.

FRUITUS, aliud Partic. [ἀπολελαυκώς] Ulp. in l. Pompon. D. de usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur, Licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usumfructum amittit, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. conf. Sen. Epist. 93.
Remittit hic H. St. ad Pontanum p. 308. quæ nec Aldi, nec Cratandri est. Inquirat B. L.

FRETUS, a, um. Adj. [πεποιθώς] i. e. Confisus. Participium esse volunt nonnulli a Fruor: aliis nomen esse contendentibus. Plaut. Men. 5. 2. 17. Quæ viros subservire sibi postulant, fretæ dote, feroces.
Fretus & munitus. Cic. de Petit. Consul. 21. Et quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret, tamen in ipsa petitione amicitiæ, &c.
Conscientia officii mei benevolentiæque fretus, hæc ad te scripsi liberius. Cic. 3. Fam. 7.
Consiliis fretus, & innixus. Plin. in Paneg.
Diis fretus, & deos sperare. Plaut. Cas. 2. 5. 38. Sallust. in Jugurth. cap. 90. pr. Igitur consul, omnibus exploratis, credo diis fretus, &c.
Fiducia tua fretus. Plaut. Aul. 3. 6. 50.
Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.
Fuga, auxiliove fretus. Cic. 3. Tusc. 44. Ex quodam poeta.
Gratia fretus. Cic. pro Quint. 8. Si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus.
Humanitate tua freti tibi consilium dabimus. Cic. 9. Att. 19.
Ingenio fretus. Plaut. Capt. 2. 1. 100. Ter. in prol. Heaut. 14. Cic. 1. de Invent. 84. Tum ingenio freta malitia pervertere urbes, & vitas hominum labefactare assuevit.
Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia fulti. Cic. Anteq. iret in exil. 11.
Intelligentia vestra fretus, differo brevius quam causa desiderat. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
Juventa fretus. Virg. 5. Æn. 430.
Malitia sua fretus. Ter. Phorm. 2. 1. 43.
Sed siquis forte malitia fretus sua, &c.
Pietatem fretus. Nævius apud Priscian. 770.
Viribus fretus. Columel. lib. 6. cap. 23.
Virtute fretus. Plaut. Amph. 1. 1. 57. Sic
Vobis fretus. Ter. Eun. 5. 8. 33.
—— Cur ergo in his te conspicor regionibus?
T. Vobis fretus. PH. scis quam fretus? miles, edico tibi, &c.
Voce fretus. Cic. 1. Off. 133.
Fretus cum Dativo apud Livium lib. 4. tanquam constantissimæ rei, Fortunæ fretus. p. 101. Frob. Sed 162. lib. 7. Occasione magis, quam virtute fretos. H. St. Priore loco, qui est cap. 37. & ipse Frob. Fortuna exhibet, & emendati codd. etiam Constantissima re. Alter locus est cap. 12. libri cit.

FRETUS, ûs. m. pro Fiducia. ut, Fretu animi tui. Symmach. Epist. 2. 83.

FRUISCOR, ĕris, [ἀπολαύω] fruisci. Idem quod Fruor. Gell. lib. 17. cap. 2. Dubitatum est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret Fruiscor; non modo autem Latinum, sed jucundius amœniusque etiam verbum fruiscor factum est quam fruor: & ut fatiscor a fateor, ita fruiscor a fruor. Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistola quam exul ad Domitios misit, ita scripsit, Illi vero omni jure atque honestate interdicti, ego neque aqua neque igni careo, & summa gloria fruiscor. Nævius in Attellana, quæ Partus inscripta est, hoc verbo ita utitur,
Quod magnopere quæsierunt, id fruisci non queunt:
Qui non parcit apud se, fruitus est.
Fruisci, accusativo junctum. Plaut. Rud. 4. 3. 37. Hinc, tu, nisi malum, fruisci nihil potes. conf. Non. 2. 343.

FRUNISCI, [ἀπολαύειν] pro Frui, antiqui dixerunt. Lucil. lib. 18. Æque frunifcor ego, ac tu. Cœl. lib. 2. Domus suas quoque ire jubet, & sua omnia frunisci. apud Non. 2. 343. Festus, Frunifcor & Frunitum dixit Cato; nosque quum adhuc dicimus Infrunitum, certum est antiquos dixisse Frunitum.

FRUNITUS, [φρόνιμος] inquit Perottus, dicitur Prudens, h. e. Is quo perfrui licet: sicut e contrario, Infrunitus, Insipiens, ac stolidus, qui nulli usui est. Sed nos Frunitum & Infrunitum a Græco potius deducta existimamus: nam Græci φρόνιμον prudentem, ἄφρονα dementem dicunt. Apud Fabrett. Inscript. p. 237. FILIIS SVIS INFELICISSIMIS QVI AETATE SVA NON SVNT FRVNITI FECIT MATER SCELERATA. Manifeste a Fruor. V. dict. præced.

FRUCTUS, fructûs, vel fructuis & fructi, dat. fructui. m. [καρπός] a Fruendo dicitur: ut inquit Varro, & Donatus, quod his fruimur. Alii a Ferendo, Fructus deduci volunt: & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.
Fructi, genet. Ter. Adelph. 5. 4. 16. Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero, odium. Cato de R. R. cap. 4. Fructi plus capies.
Fructuis. Varro 1. de R. R. cap. 2. Ejus enim salivam esse fructuis venenum. conf. Non. 8. 61.
Fructus apum, pro Melle. Phædr. 3. 13.
Acidus fructus. V. ACIDUS.
Apyrinus fructus. V. APYRINUS.
Brevis fructus. Lucret. lib. 3. 927.
Certi, atque deformati fructus. Quintil. in prooem. lib. 6.
Crastinus fructus. V. CRAS.
Incertus fructus. Varro 1. de R. R. cap. 4. V. ORCUS.
Novi fructus. Cic. de Clar. Orat. 16.
Obnoxius feris fructus. V. OBNOXIUS.
Perpetuus fructus, nec fortunæ subjectus. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Fructus, pro Cibo, interprete Donato. Ter. Phorm. 2. 2. 16.
—— Non rete accipitri tenditur, neque milvio,
Qui male faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur;
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur. [ Immo, pro Lucro, seu Quæstu.
Fructus, pro Fruitione & voluptate. Valla lib. 5. cap. 5. Cic. pro Sext. 143. Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ serviamus. Idem pro Cæcin. 12.
Auctoritatis fructus. Cic. de Senect. 62.
Divitiarum fructus in copia est. Cic. in Parad. 6. Idem 2. Off. 56.
Jucunditatis fructus. Cic. pro Muren. 40.
Laboris fructus. Quintil. in prooem. lib. 6. Ovid. 12. Epist. 174.
Libertatis fructus jucundissimus. Cic. Anteq. iret in exil. 3.
Libidinis fructum pollicebatur. Sallust. Catil. 2. 4.
Pecuniæ fructus maximus. Cic. 2. Off. 64.
Pietatis cujusdam fructus. Cic. pro Sext. 68. conf. Nep. 25. 5. 1.
Prædiorum fructus. Cic. 11. Att. 2.
Virtutis fructus gloria. Cic. in Pison.
Fructus & commoda. Cic. 1. de Nat. Deor. 113.
Acquirere aliquid ad vitæ fructum. Cic. 3. in Catil. 28.
Afferre ad communem fructum. V. AFFERO.
Alere suis fructibus exercitum. Cic. in Parad. 6.
Aufert voluptatum fructum solitudo. Cic. de Amicit. 89. V. AUFERO.
Capere fructum ex aliquo: h. e. Utilitatem & commodum. Cic. de Amicit. 79. Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum deligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. V. CAPIO.
Capere fructum oculis ex casu alicujus. i. e. Delectationem. Nep. 18. 11. 2.
Capere diligentiæ fructum. Cic. de Clar. Orat. 212.
Capere fructum dulcedinis. Lucret. lib. 2. 970.
Capere laborum & vigiliarum suarum fructum maximum. Cic. Brut. 3.
Capere tempestivos fructus ex Rebus inanimis, ex Bestiis &c. Cic. 2. Off. 14.
Capere uberes & diuturnos fructus. Cic. pro Cœl. 80.
Cepi immortalem fructum vestri in me amoris. Cic. in Pison. 31.
Claudicat fructus. V. CLAUDICO.
Condere fructum. V. CONDO.
Conferre fructum. V. CONFERO.
Consequi amplissimum fructum. V. CONSEQUOR.
Coquere fructus. V. COQUO.
Creare fructus. Quintil. lib. 5. cap. 11. Terra neglecta, sentes atque dumos: exculta, fructus creat.
Decerpere fructum ex re aliqua. Hor. 1. Serm. 2. 79.
Demetere & percipere fructus. Cic. de Senect. 70.
Duci spe posteritatis & fructu. Cic. pro Rabir. perduel. 29.
Edunt nullum fructum ex se sine hominum cultu oves. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Esse in fructu. V. Hastula, in HASTA.
Esse fructui. Suet. de Clar. Gram. 24.
Explemur vitæ fructibus. Lucret. lib. 3. 1020.
Ferre fructum ex aliquo. Cic. 10. Fam. 32.
Ferre lætos & uberes fructus ex Repub. sed magna acerbitate permistos. Cic. pro Planc. 92.
Inducere fructum. V. INDUCO.
Indui fructu. V. INDUO.
Inserere res rusticas causa fructus aut delectationis. Cic. 1. de Orat. 249.
Mansuescunt feri fructus terra. Lucret. lib. 5. 1367.
Metere fructum. Cic. Anteq. iret in exil. 2.
Minuere fructus. V. MINUO.
Mittere fructum. V. MITTO.
Mollire feros fructus colendo. Virg. 2. Georg. 36.
Percipere gloriæ magnum fructum ex rebus gestis. Cic. pro Arch. 23.
Percipere modestiæ fructum aliquem. Cic. pro Sulla, 1.
Percipitur ex litteris fructus. Cic. 15. Fam. 14.
Perdere vitæ superioris fructum. Cic. 2. de Divin. 14.
Perferre fructum. V. PERFERO.
Petere fructum non ex stipe advocationum, sed ex animo suo, & contemplatione, ac scientia. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Repetere præmium & fructum officii. Cic. Anteq. iret in exil. 4.
Repetere fructum, dictum de rebus ad animum pertinentibus. Cic. pro Arch. 2. Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo jure debet. Est autem metaphora a villico, a quo villæ dominus rationem fructuum solet exigere.
Respondens labori fructus. Ovid. 4. Fast. 641.
Serere, percipere, & condere fructus. Cic. de Senect. 24.
Sustulit magnos fructus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Procreatæ sunt pecudes ad fructum partim, partim ad usum hominum, partim ad vescendum. Cic. 1. de Legib. 25.
Permagnum hoc est ad animi fructum & lætitiam. Cic. de Lege Agrar. 2. 5.
Fructus, apud Jurisconsultos in quocunque possessore intelliguntur, Qui deductis necessariis impensis circa eos factis, supersunt, l. 36. §. ult. D. de hæred. petit. l. 7. D. solut. matrim.
Fructus, pro Usufructu. Ulpianus l. 14. §. 1, D. de usu & habit.
Fructus & Usus hoc differunt; quod fructui & usus inest, usui fructus deest: & fructus quidem sine usu esse non potest, usus sine fructu potest, ut si tibi fructus deducto usu legatus sit, inutile sit legatum. Et si usufructu legato fructus adimatur, totum ademptum fit: sed si fructus sine usu, videatur constitutus, qui & ab initio constitui potest. Sed si fructu legato, usus adimatur, nulla sit ademptio.
Fructuum alii Pendentes, alii Percepti dicuntur. Pendentes sunt, Qui terra adhuc continentur, qui terræ & fundo cohærent, l. 44. D. de rei vendic. l. 12. §. Julianus. D. de usuf. Appellantur & stantes fructus in l. 7. §. interdum. D. solut. matrim. His opponuntur Percepti, Qui scilicet jam a solo separati sunt. §. is vero. instit. de rer. divis.

FRUCTUARIUS, a, um. Adj. [καρπιμος, ἐπικαρπος] Cujus est fructus, vel Ad fructum pertinens, aut Ferens fructum. Columel. lib. 1. cap. 6. Et dividatur in tres partes, urbanam, rusticam, & fructuariam. Idem lib. 5. cap. 5. Varro 2. de R. R. cap. 4. Scrofam parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse.
Agri fructuarii. Cic. 8. Fam. 9.

FRUCTUARIUS, i. m. ut Fructua-

Fructuarius servi, Qui usumfructum habet in servo. Paul. l. 63. D. de solut. Si debitor sit servi fructuarius, potest is servus per acceptilationem liberare eum.

Fructuarius fundus, passive: nimirum Cujus quispiam est fructuarius. Ulpian. in l. utifrui. D. si usufruct. petat. Nam etsi fundo fructuario servitus debeatur, fructuarius non servitutem, sed usumfructum vindicare debet adversus alterius vicini fundi dominum.

FRUCTUŌSUS, a, um. Adj. [ἔγκαρπος, πολύκαρπος] Qui fructum, hoc est utilitatem præstat. Cic. 2. Tusc. 13. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Aratio fructuosa, Mercatura quæstuosa dicitur. Cic. 5. Tusc. 86.

Arationes grandi fœnore & fructuosæ. Cic. 2. Philipp. 101.

Ars fructuosa. Cic. 1. de Fin. 72. Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam relinqueret.

Ars medicinæ fructuosissima. Plin. lib. 29. cap. 1.

Beneficia fructuosa. Cic. Anteq. iret in exil. 4.

Locus fructuosissimus. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 30. Locumque domicilio ex magna copia delegerat, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum judicassent. Sic apud Cic. 5. Verr. Sicilia fructuosissima & opportunissima.

Prædia fructuosa. Cic. 2. de Fin. 18.

Res rustica bene culta & fructuosa. Cic. pro Quint. 12.

Saturnalia fructuosiora. Martial. 4. 46.

Segetes fructuosæ. Varro 1. de R. R. cap. 9.

Virtutes fructuosæ. Cic. 2. de Orat. 344.

Fructuosus, de homine. Cic. pro Lege Manil. 16. Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis?

Multis esse fructuosum. Quintil. lib. 1. cap. 6. Ut quum M. Cœlius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis, i. e. Fructuosus: unde sit dicta Frugalitas.

Non modo liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paulum nonnunquam de jure suo decedere. Cic. 2. Off. 63.

FRUCTUŌSE, Adv. Augustin. Epist. 77. pr. Hoc nec dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.

FRUCTUO, āre. Quando attendit segetem, & fructuare perspicit ubertatem. August. apud Dadræum 384. a. H. St.

FRUCTESCO, ĕre. Marius Victor.

—— vario fructescere fœtu.

FRUCTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [καρποφόρος] Ferens fructum. Plin. lib. 12. cap. 3. Quæ ex hic incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. conf. Columel. 11. 2. & Pallad. Febr. t. 29.

FRUCTIFĬCUS, a, um. Adj. [ἔγκαρπος] Idem quod Fructuosus, qui facit fructum, hoc est, qui utilitatem præstat. Unde verbum Fructifico, quod est Fructum facio; & Fructifica, Fructuum dea. Perott.

FRUCTIFĬCO, āre, & FRUCTIFĬCANS, antis. Frequenter in Vulg. Interpr. Lat. & apud Tertull. e. g. de Resurr. Carn. cap. 52. & de Præscript. cap. 36: improbat vero Vossius de L. L. 4. 8. & mavult Fructum ferre vel edere.

FRUCTIFICĀTIO, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 4. 39. Fructificationes signa sunt æstatis.

FRUS, frundis. f. pro Frons, dis. Sic ab Ennio esse declinatum ait Sosipater p. 105. ubi ex 7. Annal. Rarescant frundes. & in Ausonii Monosyll. Populea frus. conf. Lucret. 1. 118. &c. & Priscian. p. 554. Alii malunt Fruns. Hinc

FRUNDESCO, ĕre. pro Frondescere. Lucret. 1. 1092.

FRUNDĬFER, a, um. pro Frondifer. Idem 1. 18. & 256. &c.

FRUNDŪSUS, a, um. pro Frondosus. Ennius apud Macrob. 6. 2.

FRŪSĬNO, ōnis, vel FRUSINUM, i. n. [Φρουσίνων Ptolemæo] hodie *Frusinona*, vel *Frussilona*. Civitas Campaniæ, a qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Juven. 3. Sat. 124.

—— optima Soræ

Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. Sil. lib. 8. 400. Idem 12. 532.

Bellator Frusino. Sed hìc Populum significat. [Immo de oppido accipimus, masc. enim gen. est, ut Narbo.

FRUSTRA, Adv. [ἄλλως, αὔτως, εἰκῆ, μάτην] Incassum, nequicquam. Quod a Frusto Perottus deductum existimat. Cic. de Senect. 19. Nec me vixisse pœnitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem. Ter. Adelph. 2. 1. 54.

Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

Idem Heaut. 4. 3. 15. Frustra operam hanc, opinor, sumo. Cic. 5. Att. 11. Ut aut quoad dem posthac litteras sciam, aut ne dem frustra.

Fortissimus frustra. Virg. 5. Æn. 389.

Frustra, pro eo quod est Re infecta, id est, sine ullo rei effectu. Sallust. in Jugurth. cap. 25. extr. Multa tamen oratione consumpta, frustra legati discessere. Nisi forte malis legere, Consumpta frustra.

Conterere tempus frustra. Cic. pro Rosc. Com. 4.

Describere aliquid frustra. Cic. 13. Att. 13.

Nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est, quod abhorret ab hominis constantia. Cic. 2. de Divin. 125.

Implorare frustra auxilium alicujus. Cic. 2. de Orat. 144.

Suscipere frustra laborem. Cic. de Univers. 33.

Frustra habere aliquem, pro Decipere & circumvenire. Plaut. Amph. arg. 2. 5. Is advenientes servum & dominum frustra habet.

Habitus frustra. Tacit. 13. Ann. 37. Igitur Corbulo, quæsito diu prælio, frustra habitus. Et paulo post cap. 51. Quæ brevi servata, dein frustra habita sunt. Ammian. 18. 6. & 24. 4.

Frustra esse, pro Frustrari, Decipi, falli. Plaut. Pers. 1. 3. 60.

Nunquam hercle hodie hic prius edis, nec frustra sies? Sallust. in Jugurth. cap. 85. Quo mihi acrius adnitendum est, ut neque vos capiamini, & illi frustra sint.

Frustra esse, Non prodesse. Cels. lib. 3. cap. 2. Quia curatio minus iis prodest, in quibus assidue frustra fuit.

Frustra esse dicitur, Quod exitum speratum non habet, quodque non ex sententia evenit. Sallust. in Jugurth. cap. 7. extr. Cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Budæus. Apul. Apol. Erras, Æmiliane, & longe hujus animi frustra es. conf. Auson. Popm. lib. 2. de Differ. Verb.

FRUSTRO, [ψεύδω] āre. Decipere. Cæs. in Fragm. Non frustrabo vos milites. V. Diomed. lib. 1. de Verbo sub fin. p. 395. Plaut. Mil. 3. 3. 9.

—— Quin ego frustro,

Postquam adbibere aures meæ tuam moram orationis. conf. Non. 7. 44.

FRUSTROR, [ψεύδομαι, ἀποτυγχάνω, ματαιόομαι, ἐκπροδικίζω] āri. Verbum commune secundum Priscianum lib. 8. de gen. verb. Idem quod Frustro. Alii tamen deponens esse volunt. Plaut. Amph. 2. 2. 200. Ter. in prol. Eun. 14. Dehinc ne frustretur ipse se, &c. Cic. 12. Att. 19. Frustrari ab aliquo; passive. Auct. de Viris illust. cap. 42. Sed Schott. Fractus ex MSS. Ceterum V. Voss. de Anal. 3. 6.

Imagine verbi frustratur. Lucret. lib. 4. 574.

Frustrantur tenuissima spe ignavissimi quique. Sallust. Jugurth. 3. 10.

Frustror, active. Paul. in l. sed ad eos. D. ex quibus causis majores, Sed ad eos pertinet, qui conventi frustrantur: & qualibet tergiversatione & solertia efficiunt ne cum ipsis agi possit.

Expectationem alicujus frustrari: h. e. Non præstare quod quis expectat. Plin. Epist. 34. Idem Epist. 171.

Impensas frustrari. Columel. lib. 1. cap. 1. In agricultura, in qua voluntas, facultasque citra scientiam sæpe magnam dominis adferunt jacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur impensas.

Lacrymulis frustrantur falsis gaudia. Catul. de Coma Beren. 64. 16.

Laborem frustrari. Columel. in Præfat.

Se frustrari. Hor. 2. Serm. 3. 32.

—— ô bone ne te

Frustrêre, insanis & tu.

Seipsum frustrari de re aliqua. Cic. 4. Acad. 65. De omni statu, consilioque ejus totius vitæ aut certare cum aliis pertinaciter, aut frustrari cum alios, tum etiam meipsum velim.

Tempus frustrari. Ulpian. in l. sed etsi. D. ex quibus causis major. Proinde si dum vult apud sequentem Prætorem agere, tempus frustratus est: non ei subvenietur.

FRUSTRĀTUS, Partic. [ἀποτυχών, ἄεργος] ut, Nunquam frustrata sagitta. Stat. 1. Silv. 2. 62.

Frustrata nos est fides tua. Ter. Adelph. 4. 4. 11.

Satis diu dedisti verba: sat adhuc tua nos frustrata est fides.

Frustrata est hæc me spes. Ter. And. 2. 2. 38.

Ibo, etsi hercle sæpe jam me spes hæc frustrata est. Vale. Cic. 12. Fam. 14. Liv. 2. 13. Paterc. 2. 43. 2.

FRUSTRĀTUS, ûs. m. ut, Habere frustratui aliquem. Plaut. Menæch. 4. 3. 21.

FRUSTRĀTIO, ōnis. f. [ματαίωσις] Deceptio. Cic. 10. Fam. 23. Tanto majorem his frustratio dolorem attulit.

Frustratio cupiditatis. Columel. lib. 11. cap. 1. Nec supplicium grandius, quam frustrationem cupiditatis existimat.

Frustrationem injicere in aliquem. Plaut. Amph. 3. 1. 14.

—— Atque in horum familiam

Frustrationem hodie injiciam maximam.

Frustrationes dare. Plaut. Most. 5. 2. 30.

Dicito his quo pacto tuus te servus ludificaverit:

Optimas frustrationes dederis in comœdiis.

Per frustrationem. Liv. 5. Bell. Pun. Quum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset.

Frustratio est, non Cultura. Varro 1. de R. R. cap. 1. Quoniam sine aqua, omnis arida ac misera agricultura: sine successu, ac bono eventu, frustratio est, non cultura.

Frustratio, pro Mora, dilatione, cunctatione. Afric. in l. hominem. D. mandat. Nisi forte aut per promissorem steterit, quo minus sua die solveret: aut per creditorem, quo minus acciperet. Etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

Frustratio ἀποτυχία, ἁμάρτημα. Fabius. Qualis illius fuit, qui grana ciceris, ex spatio distante missa, in acum continuo & sine frustratione inserebat. Expono, *Sans faillir un seul coup.* H. St. Locus est Fabii lib. 2. Inst. cap. 20.

FRUSTRĀTOR, ōris. m. [ψευδέμπορος] a Frustro; Morator, cunctator. Papin. in l. liberto vel amico. D. negot. gestor. Litem, inquit, in judicium deductam, & a reo desertam frustratoris amicus ultro egit, causas absentiæ ejus allegans. Idem l. 19. D. de vi & vi armata, Frustrator debitor constitutus est. Symmach. 10. Epist. 51. Frustrator judicum.

FRUSTRATŌRIUS, a, um. Adj. Tertull. de Anima cap. 47. Frustratoria somnia. Arnob. 7. p. 219. Aures frustratoriæ.

FRUSTRĀBĬLIS, e. Adj. Arnobius lib. 6. adversus Gentes p. 206. Res agere vacua imaginatione frustrabiles. Idem lib. 2. p. 58. Res frustrabili expectatione præsumpta.

FRUSTRĀNEUS, a, um. Adj. Idem vulgo, sed absque auctore. V. Cellar. Antib. p. 40.

FRUSTUM, i. n. [ψωμός, κλάσμα, τεῦχος, ἄγμα, ψῆγμα, κέρμα] Rei cujuscunque particula, sive fragmentum, dictum a Frango. Perott. Cic. 2. Philipp. 63. In cœtu vero populi, negotium publicum gerens, Magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal implevit. Virg. 1. Æn. 212.

Pars in frusta secant. Cato, Frusto panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatur. apud Gell. 1. 15. Cic. 1. de Divin. 27. Necesse enim est offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, quum pascitur.

Ampla frusta casei ovilli proximi anni facito. Columel. lib. 12. cap. 42.

Librarium frustum. V. LIBRA.

Mucida frusta cærulei panis. Juven. 14. Sat. 128.

Mucida frusta solidæ farinæ. Juven. 5. Sat. 68.

Semesa lardi frusta. Hor. 2. Serm. 6. 86.

Frusta meri bibunt, i. e. Vinum congelatum. Ovid. 3. Trist. 10. 24. de Getis.

Frustum pueri, per jocum dixit Plaut. Pers. 5. 2. 67. Loquere tu etiam, frustum pueri.

Rogare frusta, Panem mendicare. Juven. 3. Sat. 210. al. Frustra. [Imperite, repugnante versu.

FRUSTŬLUM, i. n. dimin. [κερμάτιον] apud Plaut. Vet. Gloss. Frustulum, τμῆμα. Apul. 1. Milef. p. 110. Frustulum panis.

FRUSTŬLENTUS, Adj. [κερματώδης] Plenum frustis. Plaut. Curc. 2. 3. 34.

Vin' aquam? c. si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.

Frustillum, i. n. aliud dimin. Arnob. 2. p. 84. Frustilla ignea. & l. 7. p. 231. Frustilla parvula.

Frustātim, Adv. [εἰς κέρματα] i. e. Minutatim & per frusta. Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur plurimis modis in olla, quæ conjiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis.

Frustillātim, dimin. Adv. [κερματηδὸν] Plaut. Curcul. 4. 4. 20.
Jam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant. conf. Non. 2. 335.

Frusto, āre. In frusta conscindere. Flor. 2. 2. 52. Cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis, insulisque frustarentur & fluitarent. Ita Salmas. Græv. & Freinsh. pro Frustrarentur. V. Not. Duker. & Græv. Heins. Eructarentur. [ Forte Fluctuarentur. Id enim & convenit naufragio verbum, & alteri illi aptissime jungitur.

Frŭtex, ĭcis. m. [θάμνος, φρύγανον] dicitur ( inquit Valla lib. 4. 27.) Qui ad justam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit ut herba, verum perennis est. Plin. lib. 14. cap. 16. Et fruticum vero e genere, cedri utriusque, cupressi, laurus, juniperi, terebinthi, calami, lentisci. Varro 2. de R. R. cap. 1. Ut capras in montosis potius locis & fruticibus, quam in herbidis campis.
Frutex crassa radice. V. crassus.
Genus omne fruticum. Virg. 2. Georg. 21.
Aquaticus frutex. Plin. lib. 6. cap. 36.
Buxeus frutex. V. buxum.
Luteus frutex. V. lutum.
Nefasti frutices. V. nefas.
Oleraceus frutex. V. olus.
Frutex & Arbor eadem stirps vocata. Plin. lib. 13. cap. 53. Cedro similis in Arcadia est Arbor: in Phrygia frutex vocatur.
Frutex, de Lupino. Columel. lib. 2. cap. 12. Ut latius se frutex humi diffundat. De frumentis & leguminibus. Idem lib. 2. cap. 15. Frutex lupini succisus, optimi stercoris vim præbet. Idem lib. 11. cap. 3.
Translate. Tertul. adv. Gnost. cap. 11. Hæreditarii discipuli & Apostolici seminis frutices.
Per contumeliam Frutex dicitur Homo stupidus & insulsæ mentis. Plaut. Most. 1. 1. 12. Nec veri simile loquere, nec verum, frutex. Apul. Apol. pag. 317. Ne huic frutici credam, non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse.

Frŭtĭcētum, i. n. [φρυγανὼν] Locus fruticibus consitus. ut, Arctum fruticetum. Hor. 3. Carm. 12. 12. Suet. Neron. cap. 48. Dimissis equis inter fruticeta ac vepres evasit.

Frutētum, sive Frutectum, i. n. [θαμνὼν] Idem Plin. lib. 18. cap. 6. Fruteta igni optime tolluntur. Columel. lib. 6. cap. 22. Nam melius nemoribus herbidis & frutetis & carectis, quam lapidosis locis durantur ungulæ. Plin. 23. 1. In frutectis & arundinetis. Prudent. Psych. 442.
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta Ire.

Frutetōsus, sive Frutectosus, a, um. Adj. [θαμνώδης] Fruticibus abundans. Plin. 18. 14. Frutectoso solo. Idem lib. 19. cap. 1. Siccis hæc fere & sabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Columel. lib. 2. cap. 2. Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est.

Frŭtĭco, [βλαστάνω] āre. Pullulare; & quasi Frutices emittere. Plin. lib. 17. Quod supra terram est, e matre radi jubetur, ne fruticet. Columel. lib. 5.
Lætius fruticare. V. lætus.
Fruticare pluribus culmis. Columel. lib. 2. cap. 9. Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit. h. e. Plurimos culmos ex eodem semine emisit. Sidon. Carm. 15. 29.
Cernas ramosis palmas fruticare lacertis. Tertul. primam male producit de Judic. Dom. 135.
Tempore nuda suo foliis quoque fruticat arbor.

Frutĭcor, [βρύω] āri. dep. Frutices emittere. Cic. 15. Att. 4. Animis enim usi sumus virilibus, consiliis ( mihi crede ) puerilibus. Excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides.

Frutĭcans, tis. ut, Fruticans pilus. Juven. 9. Sat. 15. & Sil. 9. 205.
—— seu sunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

Frutĭcātio, ōnis. f. [βλάστησις] In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. Plin. lib. 17. cap. 1. Ita enim appellatur in ipsis arboribus, fruticatio inutilis.

Frutĭcesco, [βρύομαι] ĕre. Idem. Plin. lib. 17. cap. 27. Vitis tantum tonsuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.

Frutĭcōsus, a, um. [φρυγανώδης] dicitur Quod longe, lateque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. Plin. lib. 12. cap. 4. Duo genera ejus. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum. i. e. Late admodum fruticans.
Fruticosum arboribus mare. Plin. lib. 6. cap. 22. Mare id colore perviridi, præterea fruticosum arboribus, jubas earum gubernaculis deterentibus. [ An Jubis earum gubernacula &c?
Smilax spinosis fruticosa ramis. Plin. lib. 16. cap. 35.
Vimina fruticosa. Ovid. 6. Met. 344.
Fruticosiores rami. Plin. lib. 20. cap. 13. Latiora sativæ folia, rami fruticosiores. h. e. Foliis & surculis abundantiores.
Fruticosissimus, qui vocatur Donax. Plin. lib. 16. cap. 36.

Frutīnal, dictum est Templum Veneris frutæ. Festus. Al. Fruti, vel Frutis. Quod ex Solino & Augustino tueri Scaliger conatur. [ Sed ap. Solin. cap. 8. Ἀφροδίτη legitur. Festum puto Frutinæ scripsisse.

Frux, frūgis. [καρπὸς] dixerunt antiqui, auctore Festo. Varro de L. L. 8. 31. Frux, legumen, triticum.
Frux, in nominativo singulari reperitur apud Ausonium in monosyllabis. Idyll. 12.
Ante equidem campis quam spicea suppeteret frux.

## F S

FS. Fecit sibi, Fecit suis, Forum Sempronii. FS. Filii Familias, Fossores, Fratres. FS. Fratres. FSC. Fuscum. F. S. D. Filio, vel Fratri salutem dicit. F. S. E. Factum sic est, Fieri sibi elegit, Fecit sibi et. FS. E. Factus est. F. S. E. L. M. Factum sic est lege Manilia, Fecit sibi & liberis ( vel libertis ) monumentum. F. S. E. S. Fecit sibi & suis. F. S. S. Fecit sibi suis, Fecit suprascriptis. FSS. Falsitas. F. S. S. L. Fecit sibi sepulturæ locum.

## F T

FT. Fecit titulum, Fecerunt, Fundaverunt. F. T. C. Fieri testamento, vel titulum curavit, Familia testimonii causa, Familia, vel Famula, testis causa. F. T. C. S. Fieri testamento, vel titulum curavit sibi, Fecit testamento coactus sacellum. F. T. M. CO. Fecit titulum monumento conjugis, vel marito conjux. FT. S. Facta sunt.

## F V

F. V. Fecit vivens. FV. Filius, Fuerit, Fundus. FV. Fuit. FVA. Fulvia. FV. AG. Fundus agri. F. V. C. Fidei vestræ commissum, Fraudisve causa, Fieri vivens curavit. FVL. Fulvius. FVNC. Functus. F. V. R. C. E. P. E. M. Fines ultra rigorem cipporum & parietis & maceriæ. FVR. Furius. FVRR. Furinalia. F. V. S. Fecit vivens sibi, vel voto suscepto. F. V. S. L. M. Fecit voto soluto libens merito.

## F V A

Fuat, [ᾖ] pro Sit, dixerunt veteres, auctore Donato. Virg. 10. Æn. 108.
Tros, Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo. Ubi Servius; Fuat, i. e. Fuerit, futuri temporis verbum defectivum. Ter. Hec. 4. 3. 4. Fors fuat pol. Plaut. Amph. 3. 4. 2.
Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. Tibul. 1. 1. 67.
Ferreus ille fuat. V. ibi Scalig. & Non. 2. 230.

## F U C

Fuca, Piscis saxatilis, in petrosis promontoriis, ubi saxa sunt, delitescens ac pariens, molli carne præditus, propterea que facilis confectionis, teste Galeno lib. 3. de Aliment. facult. cap. 28. & 30.

Fucæ, arum. f. pl. Maculæ in facie. Columel. 10. v. 125. de Herba,
Dejectura quidem fronti data signa fucarum. Al. Fugarum. V. Commentt.

Fucentes, Populi in quarta regione Italiæ, quos Marsorum esse dicit Plin. lib. 3. cap. 12.

Fucĭlis. V. fucus.

Fucĭnus, [Φουκίνα λίμνη] Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Quo etiam nomine dictus est lacus Volscorum. Martial. lib. de Spectac. 28. Sen. Quæst. Nat. 3. 3. Virg. 7. Æn. 759. Suet. Cæs. cap. 44. & Claud. cap. 10. & Spartian. in Hadrian. cap. 22.

Fucus, i. m. [κηφὴν] Genus apis sine aculeo. Virg. 4. Georg. 168.
Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. Plin. lib. 11. cap. 11. Sunt autem fuci sine aculeo velut imperfectæ apes, novissimæque a fessis, & jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi servitia veterum apum. Quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt: tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fœtu quoque adjuvant eas, multum ad calorem conferente turba. Contra, Varro 3. de R. R. cap. 16. Itaque insectantes a se ejiciunt fucos, quod hi neque adjuvant, & mel consumunt. Columel. lib. 9. cap. 5. Fucus genus amplioris incrementi, simillimum apis, & immune, sine doctrina, favis allidens.
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Virg. 4. Georg. 244.
Fucum pro Cera posuit Virg. 4. Georg. 39.
—— fucoque & floribus oras
Explent. Fucus genus est herbæ, unde tinguntur vestes. Fucum autem & flores pro Cera posuit, quam ex his colligunt rebus. Serv.
Fucus marinus, [φυκὸς θαλάττιον] Herba quæ & Alga marina dicitur. Plin. lib. 26. cap. 10. Præcipue vero liberat eo malo phycos thalassion: i. e. Fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur: non podagræ modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quam exarefiat. Tria autem genera ejus, latum, & alterum longius quadamtenus rubens. Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur, omnia ejusdem usus. Idem tamen lib. 13. cap. 25. Non habet, inquit, lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex, &c. conf. Isidor. 17. 9
Fucus, [φῦκιον] Unguentum aut pigmentum quo mulieres tinguntur & colorantur, ut vitia corporis emendent. Plaut. Most. 1. 3. 118. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant, &c. Hinc
Fucus, [φῦκος] Fraudem aliquando significat & insidias, interprete Donato: sub quibus occultatur veritas. Plaut. Capt. 3. 3. 6. Ter. Eun. 3. 5. 41.
Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum, per impluvium fucum factum mulieri.
Facere fucum. Cic. de Petit. Consul. 28. Si eum qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere velle senseris.
Sine fuco, i. e. Simpliciter & aperte. Cic. 1. Att. 1. Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum. Idem de Clar. Orat. 162. In his omnibus inest quidam, sine ullo fuco, veritatis color.
Sententiæ veræ, sine pigmentis fucoque puerili. Cic. 2. de Orat. 188.
Fucus & cincinni poetæ. Cic. 3. de Orat. 98.
Fucus roseus. Catul. 62. Argon. 49.
Tincta tegit roseo conchilii purpura fuco.
Gestat mercem sine fucis. Hor. 1. Serm. 2. 83.
Illitus fuco color. Cic. 3. de Orat. 197.
Medicata lana fuco. Hor. 3. Carm. 3. 28.
Mentiri colorem fuco. Quintil. lib. 2. cap. 15. conf. Idem 12. 10. & Erhard. ad Petron. 24.
Perfusa gloria fuco. Ovid 1. Fast. 303.
Splendente fuco ornare comas. Tibul. lib. 1. 8. 11.
Fucus, pro Medicamine sive sanie purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit.

Fuco, [φυκιόω, ἀγχουσίζω] āre. Colorare. Virg. 2. Georg. 465.
Alba neque Assyrio fucatur lana veneno. Cic. 1. de Nat. Deor. 111. Formare, fucare, colorare, animare non possent. Alia exemplaria legunt Figurare.
Stercore fucatus crocodili color. Hor. Epod. 12. 11.

Immo-

Immodice formam fucata. Lucan. lib. 10. 137.
Sermo non fucatur pompa facundiæ & gratiæ. Min. Fel. cap. 16. extr.
Cum fucatur atque prælinitur fit præstigiosum. Gell. 7. 14. extr.
Vellera fucare. Solin. cap. 36.

**Fucātus**, a, um. Adj. [φυκωτὸς] Fucatæ mulieres dicuntur, Quæ vel unguentis quibusdam colorantur, vel vitia corporis inductis coloribus tegunt.
Candoris & ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantia modo & munditia remanebit. Cic. in Orat. 79.
Nitor fucatus, cui opponitur Naturalis. Cic. de Clar. Orat. 36. Hæc enim ætas effudit hanc copiam: & ut opinio mea fert, succus ille & sanguis incorruptus, usque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.
Signa probitatis non fucata specie forensi. Cic. pro Planc. 29.
Vellera hyali saturo fucata colore. Virg. 4. Georg. 335.
Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. Cic. pro Planc. 22.
Fucata & simulata, Sincera & vera, contraria. Cic. de Amicit. 95. Secerni autem blandus amicus a vero & internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata & simulata a sinceris atque veris.
Fucata ineptiis omnia. Cic. pro Muren. 26.

**Fucāte**, Adv. Auson. prosa post Idyll. 3. Fucatius concinnata.

**Fucātio**, ōnis. f. Apul.

**Fucīlis**, e. Falsus, fucatus. Festus. Fucilia falsa, dicta autem quasi fucata. al. Futilia. [In ed. Scalig. & Dacer. Fucilis, falsa, &c. forte Fucalis. ut a Locus Localis. Videtur autem Veteris poetæ locum aliquem respicere, ubi ea vox f. g. posita fuit.

**Fucōsus**, a, um. Adj. [φυκιώδης] Vitiatus, quasi fuco tectus, non sincerus, ut, Fucosæ merces. Cic. pro Rabir. Posth. 40. Auditæ, visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ.
Fucosæ amicitiæ, pro Ambitiosis, & specie splendidis. Cic. 1. Att. 18. Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

## F U E

**Fue**, Interjectio ructum exprimentis. Plaut. Most. 1. 1. 37.

## F U F

**Fufia** Gens. V. Gens in Lex. Pitisc.

**Fufidia** Gens V. l. c. Ex hac L. Fufidius Orator, cujus meminit Cic. in Bruto, 113. Ipse etiam Fufidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit. Ad quem etiam M. Scaurus tres libros de vita sua scripsit, ut Cic. ibidem & Plin. testatur lib. 33. cap. 1.
Fufidius, Jurisconsultus celeberrimus fuit, cujus auctoritate Paulus usus est in l. Fufidius. D. de bon. auct. judic. poss. Forsitan hic ille est L. Fufidius, de quo Tullius in Bruto scribit.

## F U G

**Fuga**, **Fugax**. V. fugio.

**Fugālia**, Festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæque Reipub. instituta. Censorin. de Die Natali cap. 20. festum hoc Regifugium vocat, quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porsenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario, post exacta terminalia. August. lib. 2. de Civit. Dei, 6. Sed demonstrentur talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obscæni, vocibus & moribus histrionum, nec ubi fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & vere fugalia, sed pudoris & honestatis. conf. Lud. Viv. not. V. regifugium.
Alius videtur dies Populifugia apud Varr. L. L. 5. 3.

**Fugia**, Dea lætitiæ, a fugatis hostibus. Perott.

**Fŭgio**, fūgi, ĭtum, [φεύγω, φυγάνω, ἀλεείνω, ἀλύγω, λιάζω, ὑπαλύγω, δραπετεύω] ĕre. A Græco φεύγω. Cum cursu & celeritate abire & recedere. Virg. 1. Ecl. 4.
Nos patriam fugimus. Idem 8. Ecl. 52.
Nunc & oves ultro fugiat lupus.
Sapientis fugere negant Stoici. Cic. ad Brut. 15.
Fugere de cavea. Martial. lib. 9. 90.
De cavea fugiat ne male pastus aper.
Fugere de civitate. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Fugere e conspectu. Ter. Hec. 1. 2. 107.
—— Siquando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu illico, Videre nolle.
Fugere e manibus. Cic. pro Cœl. 65. Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus.
Tenues fugit, ceu fumus, in auras. Virg. 5. Æn. 740.
In bellum fugitur. Lucan. lib. 1. 504. de Pompejanis. ubi forma Imperf. ponitur.
Longe fugere. V. longus.
Maxime fugiebam. Plaut. Amph. 1. 1. 44.
Nam quum pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime.
Pavide fugere. V. pavidus.
Oppido fugere. Cæs. 3. Bell. Civil. 29. Octacilius sibi timens, oppido fugit, & ad Pompejum pervenit.
Fugere, Vitare, & respuere. Plaut. Asin. 1. 3. 60.
—— Quod nolebam ac vetueram de industria,
Fugiebatis: neque conari id facere audebatis prius.
Aliquem odisse & fugere. Hor. 1. Serm. 3. 86.
Aliquid omni contentione fugere. V. omnis.
Congressus hominum fugere. Cic. de Amicit. 87. Quinetiam siquis asperitate ea est, & immanitate naturæ, congressus ut hominum fugiat, atque oderit.
Conspectum alicujus fugere. Cic. pro Lege Agrar. 2. 6. Nec quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Ovid. 2. Met. 594. Conspectum lucemque fugit.
Curam fugere. Cic. de Amicit. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est.
Disciplinas omnes fugit. Quintil. lib. 2. cap. 17.



Facta aliqua fugere. Plaut. Mil. 3. 1. 28.
Hominem fugere oculis, Aspectum ejus vitare. Cic. in Pison. 45. Nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur.
Infamiam fugere. Cic. 1. Fam. 1.
Iter fugere, h. e. Fugiendo conficere. Cic. 11. Fam. 13. Biduo me Antonius antecessit, itinera multo majora fugiens, quam ego sequens. Codd. emendati habent, Itinera fecit &c.
Laborem fugere. Ter. Heaut. 1. 1. 114.
Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipsum fugere. Virg. 3. Æn. 459. Cic. 5. de Fin. 57.
Nec voluptatem relinquentes, nec fugientes laborem.
Munus omne fugere. Idem 11. Att. 1.
Nomen invidiosum voluptatis fugere. Cic. 4. Acad. 138.
Nuptias aliquas fugere. Ter. And. 4. 4. 27. Recte ego semper fugi has nuptias.
Recordationes, quæ morsu quodam dolorem efficiunt, fugere. Cic. 12. Att. 19.
Suspicionem fugere. Cic. 15. Att. 22.
Tædium fugere. Plin. lib. 36. cap. 15.
Fugere cum Inf. Neque enim illud fugerim dicere, ut Cœlius, Qua tempestate &c. Cic. de Orat. lib. 3. p. 196. Potius dicere solet Cicero, Neque dubitarim dicere. H. St. Locus est 153. Verburg.
Fugere, de Iis qui navigant etiam dicitur. Virg. 3. Æn. 268.
Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis.
Item de Avibus. Virg. 3. Æn. 243.
—— celerique fuga sub sidera lapsæ,
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt. De Harpyis loquitur.
Ventis ocior fugit. Sil. lib. 13. 343.
Aciem fugit tenuitas animi. Cic. 1. Tusc. 50. Casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit hujus tenuitas ut fugiat aciem. h. e. Ut videri non possit, de acie enim oculi loquitur.
Fugere, pro Latēre, & præterire & oblivisci. Cic. pro Cæcin. 33. Alia siqua forte est actio, quæ nos fugiat, dic quæ sit? discere cupio. Bud.
Fugere & prætervolare aliquos. Cic. in Orat. 197. Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & prætervolat numerus: qui si abesset, illa ipsa delectarent.
Nulla res est in usu militari posita, quæ hujus viri scientiam fugiat. Cic. pro Lege Manil. 28.
Fugiunt hæc me, i. e. Non recordor, non memini, aut ignoro. Cic. 1. Tusc. 22. Idem pro Cæcin. Non enim sum id dicturus, quod ego invenerim, sed quod illos non fugerit.
Me fugit, i. e. Nescio. Ovid. 5. Fast. 445.
Dicta sit unde dies, quæ nominis exstet origo,
Me fugit: ex aliquo est invenienda deo.
De Cæsare fugerat me ad te rescribere. h. e. Non memineram ad te rescribere de Cæsare. Cic. 2. Q. frat. 12.
Neminem fugit illud. Julian. in l. 1. D. de divers. & temporal. præscript. i. e. Nemo ignorat.
Non te fugit. Cic. 11. Fam. 10. Quantamque cupiditatem hominibus injiciat vacuitas, non te fugit. i. e. Non ignoras.
Siquid te fugerit. Ter. Heaut. 2. 3. 75.
Ubi si paululum modo quid te fugerit, ego perierim. i. e. Si vel tantillum peccaveris oblivione, aut aliquo alio modo.
Fugit te ratio. Plaut. Amph. 1. 1. 230.
Ad Herenn. lib. 2. Nam qui se propter vinum, aut amorem aut iracundiam fugisse rationem dicet. &c. H. St. Locus est 24. Verburg. ubi V. Lambin.
Fugere, Cedere est. Unde, Vina quæ ætatem ferre non possunt, i. e. Fugientia, Annis cedere dicuntur: ut Cedere oneri dicimus, Onus non perferre. Atque eadem quoque ratione Factitiæ gemmæ scarificationi cedentes, Fugere dicuntur. Plin. lib. 37. cap. 13. Factitiæ gemmæ scarificationis candicantiam fugiunt. Ubi forte Candicantia sexto casu legi debet. Budæus ex Hermolao. Hard. Scarificationes candicantium. q. V.
Vinum fugiens. Cic. 3. Off. 91. conf. Non. 2. 397. Sic Sen. Epist. 12. Gratissima sunt poma cum fugiunt. V. infra in fugiens.
Fugere aliquando est Cavere vel Nolle. Hor. 1. Carm. 9. 13.
Quid sit futurum cras fuge quærere. conf. 2. 4. 22.
Passive usurpavit Augustin. de Civ. Dei, 22. 22. Vitia quibus labor fugitur.
Fugiendo. Propert. lib. 1. 1. 9.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores,
Sævitiam duræ contudit Jasidos.
Genus dicendi vitiosum longa animi provisione fugiendum. Cic. in Orat. 189.
Injuria fugienda. Cic. 1. Off. 25.
Satietas audientium oratori fugienda. Cic. 5. Verr. 102.
Turpitudo fugienda, adipiscenda honestas. Cic. 2. Tusc. 58.

**Fugiens**, entis. Partic. [φεύγων] Qui timet & fugit aliquid. Ter. And. 5. 4. 33.
Is hinc, bellum fugiens, meque in Asiam persequens proficiscitur.
Consilire fugientibus. Tacit. 3. Ann. 46. Tanto magis imbelles Æduos evincite, & fugientibus consilite.
Obsistere fugienti. Ovid. 2. Fast. 595.
Secutus est fugientem voce. Virg. 1. Æn. 410.
Fugiens opprobria culpæ. Hor. 1. Epist. 9. 10.
Vinum fugiens: i. e. Dubium, & in vitium inclinans. Et Fugere in vino Latine dicitur, quod vulgo *non servari* dicimus. Cic. 3. Off. 91. Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere? Fugiens Cicero pro Ætati cedente dixit. Budæus. V. Turneb. Adversf. 10. 13.
Fugientes etiam litteræ dicuntur exolescentes, Quæ vetustati cedunt. i. e. ἐξίτηλα γράμματα, quasi diffluentes, dilabentesque. Quod fit etiam quum membranæ præpingues, litteras non retinent. Budæus.
Spicula converso fugientia dirigit arcu. Virg. 11. Æn. 654.
Fugiens laboris. [φυγόπονος] Cæs. 1. Bell. Civil. 69. Nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin, &c.
Ætas fugiens. Catul. 69. 43. Inconstans.
Flumina fugientia. Hor. 1. Serm. 1. 68.
Hora fugiens. Idem 3. Carm. 29. 48.
Somnus fugiens. Idem 3. Carm. 27. 43. i. e. Cedens,



Fugien-

Fugientia captare. Idem 1. Serm. 2. 108.
Fugiens, pro Reus, figura dicendi Græca usurpatur a Justiniano in l. 2. C. de juram. propter calum. Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis exercere certamina. id est φεύγοντα.
FUGITŪRUS, a, um. Partic. [φεύξων] Ovid. 2. Epist. 47.
Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.
FUGĬTOR, ōris. m. [φυγάς] Timidus, & qui protinus fugit. Plaut. Trin. 3. 2. 97.
Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore,
Et capturum spolia ibi illum, qui meo hero adversus venerit.
V. ACER.
FUGĬTO, [φεύγομαι] āre. frequentat. a Fugio. Apulejus, Huc atque illuc fugitando, ad stabulum tandem perveni.
Fugitare patrem. Ter. Phorm. 5. 5. 7.
Vicissim partes tuas acturus est. A. quas? P. ut fugitet patrem. i. e. E conspectu patris.
Conspectum patris fugitare, Idem Heaut. 3. 1. 25.
Non vult te scire se rediisse: etiam & tuum
Conspectum fugitat, propter peccatum hoc timet.
Oculos alterius fugitare. Plaut. Capt. 3. 4. 10.
Quid istuc est, quod meos te dicam sic fugitare oculos, Tyndare?
Fugitant omnes hanc provinciam. Plaut. Capt. 1. 2. 53.
Quæstionem fugitare, Formidare & fugere tormentum. Cic. pro Rosc. Amer. 78. Dubitate etiam nunc, Judices, si potestis, a quo sit Sext. Roscius occisus: ab eone qui propter illius mortem in egestate & insidiis versatur, cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur: an ab iis qui quæstionem fugitant, bona possident, in cæde atque ex cæde vivunt.
FUGĬTO, āre. frequentat. a Fugo, are. Idem ac Propellere. Plaut. Pseud. prol. 7. Semper odistis malos, & lege & legionibus hos fugitastis.
FUGĬTANS, antis. Partic. Qui sæpius, aut huc atque illuc solet fugere. Fugitans litium, Nomen. Ter. Phorm. 4. 3. 18. Herus liberalis est, & fugitans litium. conf. Priscian. p. 1202.
FUGITĀTIO, ōnis. f. JCt. in Digest.
FUGITĀTOR, ōris. m. apud Firmic.
FUGA, æ. f. [φυγή, φύζα, φεύξις, δρασμός] Profectio, abscessus cum celeritate. Virg. 3. Æn. 160.
—— longumque fugæ ne linque laborem. Idem lib. 4. 400. Fugæ studium. Servius.
Fugam, Nonius 4. 199. distincte exponit etiam de Cito cursu, de volatu, de navigatione, & de vehementi afflatu.
Fuga, Cursus. Virg. 1. Æn. 320.
—— vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucremque fuga prævertitur Hebrum. Servius.
Fuga, Celeritas. Virg. 11. Æn. 706.
—— dimitte fugam: & te cominus æquo
Mecum crede solo. Servius.
Fuga, Impetus. Virg. 3. Georg. 201.
Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrens. V. Non. supra.
Fuga, pro Exilio. Cic. 3. de Orat. 9. Tenemus enim memoria Q. Catulum virum omni laude præstantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecaretur, esse coactum ut vita se ipse privaret. Budæus.
Immo potius Exilium & fugam, q. d. Ne cogeretur exulare & se in fugam dare. Sed alia Exempla habes apud Ovid. & Senec. in Thebaide actu 4. (V. 486.)
Ferat ut reverso post fugam nato oscula.
Quod ante dixerat Exilium. H. St. Priora verba hujus observationis in summo margine resecta fuerunt. Forsan eos refellebat, qui apud Cic. Exitium legunt. conf. Consciscere fugam.
Lata fuga, Libera vagandi potestas, quasi exilium vagum: quo qui damnati sunt, locum subinde mutare possunt, modo ne eo revertantur unde exulare jussi sunt. Martian. l. exil. D. de interdict. & releg. Exilium triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorum, præter certum locum: aut insulæ vinculum, id est relegatio in insulam.
Acer fugâ. V. ACER.
Honoris fuga. Liv. 3. 67. pr. Hanc ego ignominiam, vel exilio, vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. i. e. Alia effugiendi honoris ratio. Sic
Mortis & vulnerum fuga. Liv. 38. 40. extr. Jam nox appetebat, quum prælio excedunt Thraces: non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis prædæ habebant.
Laboris fuga desidiam coarguit. Cic. pro Muren. 9.
Laborum ac dolorum fuga. Cic. 2. de Fin. 33.
Lucis fuga. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Operarum fuga. Cic. 2. Q. frat. 3.
Calamitosa fuga. V. CALAMITAS.
Celeri fuga sub sidera lapsæ. Virg. 3. Æn. 243.
Ignominiosa fuga. V. IGNOMINIA.
Immitis fuga. Sen. in Med. 6.
Nuda fuga. Paterc. 2. 61. extr. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam.
Nulla fuga malefactis meis. Plaut. Capt. 3. 3. 7. i. e. Non possum vitare pœnam.
Occulta fuga. Sil. lib. 7. 331.
Præceps fuga. Liv. 30. 5. extr.
Trepidæ duxque comesque fugæ. Ovid. 1. Trist. 9. 10.
Turpis fuga. Tacit. 3. Hist. 9.
Turpissima ab urbe fuga. Cic. 7. Att. 20.
Volucris fuga. Sil. lib. 17. 589.
Ardet abire fuga. Virg. 4. Æn. 281. V. ABEO.
Abscondere furto fugam. V. ABSCONDO.
Accelerare fugam. Stat. 5. Theb. 278.
Agere in fugam. V. AGO.
Agitare fugam. Virg. 2. Æn. 640.
Amittere fugam. V. AMITTO.
Aperuit lux fugam hostium. Liv. lib. 27. 2. extr.
Aperire fugam inclusis. Claud. de Bell. Get. 97.
Apparare fugam. V. APPARO.
Avertere in fugam. V. AVERTO.
Auferre fugam. i. e. Fugæ potestatem. Flor. 3. 16. 3.
Capere fugam. Cæs. 7. Bell. Gall. 26. V. in CAPIO. Ovid. 3. Fast. 867.
Capessere fugam. V. CAPESSO.
Celerare fugam. Virg. 1. Æn. 361. V. CELERO.
Claudere alicui fugam. V. CLAUDO.
Claudit fugam custodia. Ovid. 6. Met. 572.
Cohibere fugam. V. COHIBEO.
Commendare se fugæ. V. COMMENDO.
Committit se fugæ fortunæque. Paterc. lib. 2. 72.
Compescere fugam alicujus. Claud. de Bell. Get. 315.
Conferre se in fugam. Cic. pro Cæcin. 22.
Conjicere se in fugam. Cic. pro Cœl. 63. V. CONJICIO.
Consciscere fugam. Tacit. 3. Hist. 9. Liv. 5. 53. Exiliumque, ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus.
Consternari in fugam. Liv. 10. 43. Incerti quam in partem intenderent iter, in fugam consternantur.
Convertere se in fugam. V. CONVERTO.
Convertere fugam clamore. V. CONVERTO.
Convertunt clamore fugam. Virg. 12. Æn. 252.
Dare se incertæ & periculosæ fugæ. Cic. 7. Att. 22.
Dare sese in fugam. Cic. 6. Verr. 95.
Dare fugam, Fugæ facultatem. Virg. 7. Æn. 24.
Desperata fuga latronis. Cic. 5. Philipp. 30.
Dictare fugam. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Disjicere [Immo Pellere.] aliquos in fugam. Tacit. in vita Agric. 37. Quantoque ferocius accurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disjecisset.
Donare fugam, Dare fugæ facultatem. Sil. lib. 15. 724. Poeticum.
Extinguere fuga ac ferro. Sallust. Jugurth. 46.
Facere fugam. V. FACERE.
Inclinare in fugam. V. INCLINO.
Injicere fugam inimicis. V. INJICIO.
Intendere fugam. V. INTENDO.
Intendere fugam ad mœnia. Lucan. lib. 4. 262.
Intercludere fugam. V. INTERCLUDO.
Mandare se fugæ. V. MANDO.
Maturate fugam. Virg. 1. Æn. 140. Sallust. Jugurth. 1. 21.
Meditari fugam. V. MEDITOR.
Moliri fugam. Virg. 2. Æn. 108. V. MOLIOR.
Nudant terga fugæ. Virg. 5. Æn. 586.
Nutare in fugam. Flor. 3. 10. 4.
Occultare fugam. V. OCCULTO.
Ornare fugam. V. ORNO.
Parare fugam. V. PARO.
Penetrare se in fugam. V. PENETRO.
Perdere fugam implicitam visco. V. IMPLICO.
Petere fugam, Fugere. Claud. 2. in Ruffin. 132.
Præbere terga fugæ. Ovid. 10. Met. 706.
Quærere fugam. Cic. 5. Philipp. 30.
Repressa est fuga quæ parabatur. Cic. 7. Att. 25.
Simulata fuga. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Sistere fugam alicujus. Stat. 9. Theb. 874. Flor. 1. 1. 13.
Sum. ut, In fuga esse. Cic. 7. Att. 22.
Texuntque fugas & prælia ludo. Virg. 5. Æn. 593.
Vertere in fugam. Liv. 37. 27. Posteaquam videre ex alto classem, in fugam verterunt. i. e. Aufugerunt. Idem 30. 33. extr. Carthaginiensium equites in fugam verterunt. i. e. Fugarunt.
FUGELA, æ. f. Idem. Apul. Apol. p. 336. Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit. Sic in Catonis fragmentis, edente Popma, Maxima fugela dicitur, pro Maxima fuga.
FUGAX, ācis. Adj. [φυγαδικός] Qui propter timiditatem facile fugit. Fugax, Fugiens, nomen pro partic. Virg. 11. Æn. 713.
Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis. Servius.
Fugacia poma, Persica appellat Plin. quod cito defloréscant, & diutius servari non possint; lib. 15. cap. 12. Budæus.
Fugax, Velox. Virg. 10. Æn. 697.
—— prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi: cum quo Latagum Palmumque fugacem. Servius.
Anni fugaces. Hor. 2. Carm. 14. 1.
Aves fugaces. contr. Fortes. Plin. lib. 10. cap. 52. Tribuit hoc avium generi natura, ut fecundiores essent fugaces earum, quam fortes.
Aura fugacior. Ovid. 13. Met. 808.
Capreæ fugaces. Ovid. 1. Met. 442.
Cervi fugaces. Virg. 3. Georg. 539.
Crocodilus contra insequentes fugax. Plin. lib. 8. cap. 25.
Dux fugacissimus. Liv. 30. 28.
Hostis fugacissimus. Liv. 5. 28.
Miles. Paterc. 2. 85.
Res fugax ac lubrica tempus. Sen. Epist. 1.
Gloriæ fugacissimus. Sen. de Benef. 4. 32.
Sequi fugacem. Hor. 2. Serm. 7. 115.
Brevia, fugacia, & caduca existima. i. e. Caduca & temporaria. Cic. 10. Fam. 12.
FUGACĬTER, Adv. More fugientium. apud JCt. in Cod.
Compar. Liv. 28. 8. Utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.
FUGACĬTAS, ātis. f. Gloss. Cyrill. Fugacitas, ἡ φυγή.
FUGITĪVUS, a, um. Adj. [φυγαδικός, φυγάς] Qui aufugit: ut, Fugitivus servus, Qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat; etiamsi mutato consilio ad eum revertatur. Plaut. Men. 1. 1. 4.
Et qui fugitivis servis indunt compedes.
Amor fugitivus. Ovid. de Rem. Amor. 358. al. Fugandus.
Argentum fugitivum. Ter. Heaut. 4. 2. 11.
Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitivum argentum tamen.
Erro & fugitivus. Hor. 2. Serm. 7. 113.
Gaudia fugitiva, Quæ cito evanescunt & abeunt, ac parum durant. Martial. lib. 7. 46. Idem lib. 1. 16.
Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.
Lapis fugitivus. Plin. lib. 36. cap. 15. Eodem in oppido est lapis fugitivus appellatus: Argonautæ eo pro anchora usi, ibi reliquerant.
Servus fugitivus. Cic. 5. Fam. 9. Qui & Fugitivus absolute. Hor. Ep. 1. 10. 10.

A jure

A jure & legibus fugitivus. Cic. 6. Verr. 112.
Finium fuorum. Flor. 3. 1. 18.
Fugitivus rei familiaris. Plin. Epist. 205.
Fugitivus loci alicujus. Plin. lib. 18. cap. 16. In tantum columbis grata, ut pastas ea negent illius loci fugitivas fieri.
Princeps fugitivorum. Cic. 5. Verr. 66.
Fugitivus, pro Perfuga. Saturn. in l. aut facta. D. de poen. Tempus discernit emansorem a fugitivo, & effractorem vel furem diurnum a nocturno. Subaudiendo Militem. V. EMANSOR, & Lex. Pitisc.

FUGITIVĀRIUS, i. m [Φυγαδοθήρας] Fugitivarii, apud antiquos, fugitivorum servorum Reprehensores erant: qui eam operam profitebantur, ut fugitivos investigatos reducerent. Ulpian. in l. si apud te. D. de praescript. verbis, Non enim ambo pecuniam ego & fugitivarius depofuimus, ut quasi apud sequestrem esset depositum. Varro hoc verbo metaphorice quodammodo usus est lib. 3. de R. R. cap. 14. Budaeus. Flor. 3. 19. 7. Itaque qui per fugitivarios retrahi debuissent, praetorios duces, profugos praelio ipsi sequebantur.

FŬGO, [Φυγαδεύω] āre. significat Expellere, & in fugam convertere. Plaut. Amph. prol. 136.
Memorat, legiones hostium ut fugaverit.
Fugare e. Plaut. Poen. 1. 2. 110.
Ita sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam e fano fugent.
Caedere & fugare aliquem. Cic. ad Brut. 6.
Repellere, fugare, avertere. Cic. pro Caecin 33. Homines inermes qui ad constitutum experiundi juris gratia venissent, armis, viris, terrore, periculoque mortis repulerit, fugarit, averterit.
Fugat astra Phoebus. Hor. 3. Carm. 21. 24.
Lapidibus aliquem fugare & ferro. Cic. de Arusp. Resp. 6.
Somnos classica pulsa fugant. Tibul. lib. 1. 1. 4.

FUGOR, āri. Plin. lib. 11. cap. 53. Vultures, unguento qui fugantur, alios appetunt odores.

FUGANS, antis. Propert. 3. 2. 11.
Annibalemque lares Romana sede fugantes.

FUGĀTUS, a, um. Partic. ut,
Concio fugata. Cic. 6. Philipp. 3.
Equitatu fugato. Caes. 7. Bell. Gall. 68.
Hostis fugatus. Cic. ad Octav.
Virtus fugata. Lucan. lib. 2. 242.
Longe fugati ex conspectu hominum. Lucret. lib. 3. 48.

FUGATŪRUS, Partic. [Φυγαδεύσων] Ovid. 18. Epist. 11.
Jamque fugatura Tithoni conjuge noctem, &c.

FUGĀTIO, ōnis. f. apud Mart. Capell.

FUGĀTOR, ōris. m. Tertull. seu potius Cyprian. Carm. adv. Marc. 5. cap. 10. Mortis fugator.

FUGĀTRIX, īcis. f. Tertull. adv. Gnost. cap. 12. Dilectio fugatrix timoris.

## F U L

FULCIO, si, tum, [στηρίζω, ἐρείδω] īre. Sustentare, Munire, fortificare. Juvenal. 3. Sat. 193.
Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Martial. lib. 2. 43.
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Cibis fulcire ac omnia sustentare. Lucret. lib. 1. 1137. V. CIBUS.
Benevolentia fulcire imperium. Cic. 3. Off. 88.
Litteris aliquem fulcire, pro Onerare. Cic. 5. Att. extr. Thermum, ut rogas, creberrimis litteris fulcio. [An potius pro Commendo?
Re, fortuna, fide, labentem fulcire & sustinere. Cic. pro Rabir. Posth. 43.
Undique fulcire aliquid. Cic. de Arusp. Resp. 60.
Porticum Stoicorum fulcit Chrysippus. Cic. 4. Acad. 75. Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? V. CHRYSIPPUS.
Rempublicam fulcire. Cic. 2. Philipp. 51. Nam quum L. Lentulo, C. Marcello Consulibus, Calendis Jan. labantem & prope cadentem Rempublicam fulcire cuperetis. Idem Post. red. in Senat. 17.
Rempublicam subsidiis magnis fulcire. Cic. 12. Fam. 5.
Salutem fulcire. Lucret. lib. 3. 126.
Fulciri cibis. Columel. lib. 6. cap. 24. V. CIBUS.

FULTUS, a, um. Partic. ut,
Amicitiis fultus. Plin. Epist. 190.
Ope fultus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Pede molli fulta facies decora. Hor. 1. Serm. 2. 88.
Potentia amicorum fulti, nobilitate nixi. Cic. Anteq. iret in exil. 11.
Talis male fultum pravis. Hor. 1. Serm. 3. 48.
Caput fultum mortui. Virg. 11. Æn. 39.
Causa pluribus & gravissimis rebus aliquorum fulta est. Cic. pro Corn. Balb. 35.
Domus fulta columnis. Propert. lib. 3. 2. 11.
Imperium gloria fultum. Cic. 3. Off. 88.
Partes mundi calore. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Fultae calore omnes partes mundi sustinentur.
Vitis fulta, Sustentata. Cic. de Senect. 52. Vitis, quae natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur.

FULTOR, ōris. m. Qui fulcit. Venant. Fortunat. 2. Carm. 2.
Ecclesiae fultor, laus regni, fultor egentum.

FULTŪRA, ae. f. [στήριξις] Idem. Plin. lib. 36. cap. 15. Ut eximantur trabes sine fulturis. Plin. 10. Epist. 39. de theatro Nicaeensium, Nam fulturae ac substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmae mihi, quam sumptuosae videntur. Columel. lib. 1. cap. 5. Sed & pro fultura & substructione funguntur adversus ea, &c.
Ingens accedat stomacho fultura ruenti. Hor. 1. Serm. 3. 154.

FULCĪMEN, ĭnis. n. Ovid. 6. Fast. 269.
Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa.

FULCIMENTUM, i. n. [στήριγμα] Quod aliquid sustinet: alio modo sustentaculum. Macrob. 7. Saturn. 9. Desertum fulcimentis suis labitur in ruinam. Apul. 1. Met. p. 109. Dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar repello. Solin. cap. 33. de Alce, Dum fera assuetis fulcimentis innititur.

FULMENTUM, i. n. Fulcimentum. Nonius 3. 98. Fulmenta lectum scandunt, Proverbium celebre & vetus fuisse e Varrone tradit, nec explicat tamen. Ego eo adagio significari existimo: Quod subesse debet praeesse velle: quod subjici, imperare conari. Nam quod lectum sustinet ac fulcit, subjici lecto non imponi debet. Sed Nonii verba subjiciamus, Fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius, Fulmenta lectum scandunt. conf. Adagia Hadriani, & Turneb. 15. 5. & Scalig. in 2. Manil. v. 877. pag. 175. ed. Arg.
Porticus fulmentis Aquitanicis superba. Sidon. Carm. ad 2. Epist. 10. v. 17. V. Not. Sirmond.
Uni pedi lecti fulmentum subjicere Celsus 2. 15.

FULMENTA, ae. f. Lucil. lib. 28. Fulmentas eis atque aeneis subducere. Nonius 3. 98. conf. Plaut. Trin. 3. 2. 94. & Voss. 5. Inst. Orat. p. 258.

FULCRUM, i. n. [ἔρμα, ἐρμῖνα] Sustentaculum. pro Pede lecti, Virg. 6. Æn. 604. —— lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris. Gell. lib. 20. cap. 15. Neque apud ejus lecti fulcrum, capsam esse cum strue aut ferro oportet.
Nobile fulcrum. Juvenal. 11. Sat. 93.
Fulcro sternatur lectus eburno. Propert. lib. 2. 13. 21.
Fulcrum lecti. Suet. Claud. cap. 32. Hinc Synecdochice,
Pro Ipso lecto. Juven. 6. Sat. 22.
—— sacri Genium contemnere fulcri.
Scribitur etiam Fulctrum & Fultrum in Gloss. & apud Varronem. V. Lex. Pitisc.

FULCRARIUS, i. m. [ἐρμινοποιός] Qui spondas & fulcra lectorum fabricatur, & hujuscemodi opera tornatilia, ut placet Budaeo in annotat. in Pandect. p. 177. quae est 249. Episcop.

FULCIBĪLIS, e. apud Veget.

FULCIPEDIA, ae. f. est Convicium in mulierem loripedem apud Petron. cap. 75. Ita tibi videtur, fulcipedia. al. Falcipedia. i. e Milva.

FULCO, ōnis. m. Andegavensium princeps fuit, quintus rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterr.

FULFINĀTES, Populi Illyrici, qui in conventu Scardonitano jus Italicum habent, ut refert Plin. lib. 3. cap. 21. Ita Hermol. Sed MSS. Fertinates. V. Hard.

FULGENTIUS, Proprium nomen viri in omni disciplinarum genere eruditi, qui rerum sacrarum volumen eleganti carmine scripsit. Perott. De Fabio Planciade Fulgentio Grammatico, cujus extat de Continentia Virgiliana liber. V. Fabric. Bibl. Lat. lib. 1. cap. 12.

FULGEO, si, [φλέγω, στιλβάζω, τηλαυγέω] ēre: & aliquando FULGO, ēre. Scribitur etiam FULCEO. V. Diomed. p. 369. Lucere & splendorem emittere significat, a φλὸξ, quod flammam significat. Lucan. lib. 10. 122.
Fulget gemma toris, & jaspide fulva supellex.
Æther purior fulsit. Ovid. 3. de Arte Am. 55.
Dies fulget. Ovid. 1. Amor. 8. 10.
Eos crastina quum fulserit. Ovid. 3. Epist. 57.
Gladii fulgent. Liv. 1. 25. pr. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit.
Ignes fulsere & conscius aether connubii. Virg. 4. Æn. 167.
Rosae fulgent inter sua lilia. Ovid. 2. Amor. 5. 37.
Virtus intaminatis fulget honoribus. Hor. 3. Carm. 2. 18.
Fulgere auro & purpura. Cic. 2. in Catil. 5. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, &c. Liv. in Orat. Caton. pro Lege Oppia. 34. 3. extr. Ut auro & purpura fulgeamus.
Fulgere, pro Fulgurare. Cic. 2. de Nat. Deor. 65. Hunc etiam augures nostri quum dicunt, Jove fulgente, tonante: dicunt enim caelo fulgente, tonante. Idem in Vatin. 20. & 2. de Divin. 149. Mela, 1. 19. De Lampsaco, Responsum erat ubi primum fulsisset. V. Burm. ad Quintil. 1. 7. extr.
Fulgere, pro Ferire prisci dicebant, auctore Festo. Unde Fulgur dictum est.

FULGO, ĕre. tertiae conjug. Lucret. lib. 5. 1094.
Multa videmus enim caelestibus incita flammis
Fulgere, quum caeli donavit plaga vapores. Lucil. Sat. lib. 7.
Primum fulgit, uti caldum & fornaceum ferrum. Nonius. conf. Priscian. p. 818.
Tremulo tempestas impete fulgit. Lucret. 6. 173. Virg. 6. Æn. 827.
Illae autem, paribus, quas fulgere cernis in armis.

FULGENS, entis. Partic. [στιλβάζων, τηλαυγῶν] ut, Arma fulgentia. Virg. 2. Æn. 749.
Imperio fulgens. Hor. 3. Carm. 16. 31.
Caeli fulgentis imago. Ovid. 2. Met. 17.
Circus lacteus candore nimio fulgens. Cic. in Arat. 249.
Fax fulgens. Tibul. lib. 1. 2. 38.
Gladios hostium fulgentes videbant Decii, quum in aciem eorum irruebant. Cic. 5. Tusc. 62.
Juppiter fulgens. Cic. in Vatin. 20.
Nomina Romanas inter fulgentia gentes. Lucan. ad Pison. 4.
Oculi lucidum fulgentes. Hor. 2. Carm. 12. 15.
Tecta fulgentia ebore & auro. Cic. in Parad. 1.
Vestis fulgens. Tibul. lib. 4. 1. 121.

FULGENTER, Adv. unde Compar. Plin. 10. 20. Colores fulgentius radiant.

FULGESCO, ĕre. Idem quod Fulgere. Firmic. 1. 4. Solis radiatione fulgescere. Et in fragmento Halieut. quod dedit Hesselius ad novam Ennii editionem p. 154.
—— crebris nubes fulgescere flammis.

FULGĒTRUM, i. n. [ἀστραπή] dicitur Lux illa, & quasi Vibratio luminis, quae ante cernitur quam tonitru audiatur, quum simul fieri certum sit. Plin. lib. 2. cap. 43. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Ibid. cap. 54. Idem Plin. lib. 35. cap. 10. Pinxit, & quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque, &c.

FULGĒTRA, ae. f. [ἀστραπή] fem. gen. etiam dicitur. Plin. lib. 28. cap. 2. Fulgetras popysmis adorare, consensus gentium est.

FULGĬDUS, a, um. Adj. idem ac Fulgens partic. Lucret. 3. 364.
Fulgida praesertim cum cernere saepe nequimus. Solin. cap. 37.
Ad speciem fulgidi sideris. Prudent. Cath. 5. 129. Fax fulgida. Fortunat. Carm. 8. 5. extr.
Fulgidior radio, dulcior ore favo.

FULCĬDUS, a, um. Idem. Mart. Capell. 6. p.189. [Nisi mendum est.

Fulgilātus, a, um. Adj. i. e. Sideratus, apud Vitruv. [Locum prolatum velim.

Fulgor, ōris. m. [σέλας, τηλαύγησις] Splendor dicitur. Plin. lib. 7. cap. 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virg. 5. Æn. 88.
—— maculosus & auro
Squammam incendebat fulgor.
Armorum fulgor. Hor. 2. Carm. 1. 19.
Jovis fulgor. Cic. in Somn. Scip. 9.
Dextri fulgores. Cic. 2. de Divin. 82.
Prospera Juppiter his dextris fulgoribus edit. Ex quodam poeta.
Eximio fulgore corona. Cic. 2. de Nat. Deor. 107. Ex quodam poeta.
Mortalis fulgor siderum. V. morior.
Nubilans fulgor carbunculi. V. post nubes.
Tepidus fulgor. Plin. lib. 9. cap. 31. Quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.
Tremulo fulgore micantes oculi. Ovid. 2. de Arte Am. 721.
Fulgores & tonitrua. Cic. 2. de Divin. 44. Quum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere ac disrumpere, idque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.
Collucere atque illustrari fulgore. Cic. 6. Verr. 71. Cujus fulgore collucere atque illustrari Jovis Opt. Max. templum oportebat.
Elucent aliæ & fulgore coruscant. Virg. 4. Georg. 98.
Stupet insanis acies fulgoribus. Hor. 2. Serm. 2. 5.
Subnixus fulgore gloriæ. Val. Max. lib. 8. cap. 1. 11. De L. Cotta.
Fulgor Alexandri Magni, pro Splendore & gloria. Plin. lib. 7. cap. 26. Æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis prope, ac Liberi patris.

Fulgora, æ. f. Dea quæ colebatur ne fulmina fierent. Augustin. de Civ. Dei 6. 10. Quædam sunt viduæ, ut Fulgora. V. Morestell. de Fer. Rom. Dial. 21.

Fulgur, ŭris. m. [στεροπή, φλογμὸς, ἀστεροπή] Idem quod Fulgetrum.
Vis fulgurum. Cic. 1. de Divin. 16.
Cæli fulgura. Cic. 2. de Legib. 21.
Flammæ nictantia fulgura. i. e. Sese aperientia & subinde claudentia, more oculi nictantis. Lucret. lib. 6. 181.
Rapidum fulgur. Ovid. 1. Fast. 574.
Triste fulgur galeæ, h. e. Splendor. Claud. 3. Conf. Hon. 32.
Clausit oculos ingesto fulgure. Lucan. lib. 7. 157.
Interpretari fulgura. Cic. 1. de Divin. 12.
Pervolgant solis fulgura cælum. i. e. Solis lumen. Lucret. lib. 2. 163.
Pro Fulmine. Virg. 1. Georg. 488.
Non alias cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura. Suet. Domit. 15. & Aug. 29. Quum lecticam ejus fulgur perstrinxisset. V. ibi Casaub.
Transcursu fulguris consternari. Suet. Aug. 90. 1.
De Fulgure Cælesti, Condito, Dio, Peremptali, Pestifero, Postulari, Provorso, Renovativo atque Summano, &c. in Disciplina Augurali. V. omnino Lex. Pitisc.

Fulgurālis, e. Adv. [στεροπικὸς] Cic. 1. de Divin. 72. Quod Hetruscorum declarant, & Aruspicini, & fulgurales & rituales libri, nostri etiam Augurales. h. e. Libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

Fulgurĭtas, ātis. f. [σέλας] Splendor. Lucil. apud Non. 2. 324. Luporum aciem claram & fulguritatem arborum.

Fulgŭro, [ἀστράπτω] āre. Fulgur emittere. Plin. lib. 18. cap. 35. Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit.
Oculis fulgurat ignis. Sil. lib. 12. 724.
Auro fulgurat domus. Stat. 4. Theb. 191.
Fulgurare, ac tonare, ad Orationem transl. Quintil. lib. 2. cap. 6. Ut non loqui, & orare, sed (quod Pericli contigit) fulgurare, ac tonare videaris. V. fulmen.
Jove tonante & fulgurante comitia populi habere nefas. Cic. 2. de Divin. 43.
Fulgurat, imperf. Plin. lib. 9. cap. 35. Si fulguret, comprimi conchas.

Fulguritassunt, pro Fulgure percutiuntur, affertur ex Plaut. Trin. 2. 4. 138. Nam fulguritassunt alternæ arbores. Sed Gron. Fulguritæ sunt.

Fulgurātio, ōnis. f. [ἀστραπή] & Fulminatio, apud Sen. 2. Nat. Quæst. 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurātor, ōris. m. [ἀστράπτης] Fulgurum inspector, ut docet Nonius 1. 319. Cato de moribus Claudii Neronis, Aruspicem fulguratorem siquis adducat. Cic. 2. de Divin. 109. Nonne intelligis eadem uti posse & Aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum, &c. conf. Plin. 2. 8. & 54. & Turneb. 29. 35.

Fulgerātor, ōris. m. e pro u in Vet. Inscript. Jovis cognomen. Gruter. p. 21. n. 3. ARAM JOVI FVLGERATORI DEDICAVERVNT. & n. 4. DEO FVLGERATORI ARAM — POS.

Fulgurātus, a, um. Adj. ut, Locus fulguratus. Varro L. L. 4. 32.

Fulgurio, [ἀστράπτω] īre. Fulgur jacere. Nævius, Sane a suo sonitu claro fulgurivit Juppiter. Non. 2. 324. Hinc

Fulgurītus, a, um. Partic. Plaut. Trin. 2. 4. 78.
Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores.

Fulgurītum, i. n. [ἀστραπτὸν] Id quod est fulmine ictum. Qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse videretur. Nonius 5. 33.

Fulmen, ĭnis. n. [κεραυνὸς, στεροπὴ, σκηπτὸς] Ignis excitatus e nubibus. Plin. lib. 2. cap. 49. Quod si simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, non postea concepit, fulmen est.
Fulmen est, si nubium conflictu ardor expressus se emiserit. Cic. 2. de Divin. 44.
Flammeus imber de Fulmine. V. flammeus. H. St.
Deflagrare ictu fulminis. Cic. 3. Off. 94.
Extimescere jactus fulminum & tonitrua. Cic. 2. de Divin. 42.
Percussa fulminis ictu. Ovid. ad Liv. 11.
Sævior ira fulmine. Ovid. 13. Met. 858.
Ira fulminis. Ovid. 15. Met. 811.
Vis corusca fulminis. Cic. 2. Tusc. 21.
Bruta fulmina. V. brutus.
Caduco fulmine sustulit immanem turmam Juppiter. Hor. 3. Carm. 4. 44. V. Caducus in cado.
Cælestis fulminis ignis. Lucret. lib. 2. 384.
Crispisulcans fulmen. V. crispus.
Horrificum fulmen. Valer. 2. Argon. 97.
Inevitabile fulmen. Ovid. 3. Met. 301.
Addidit & tonitrus & inevitabile fulmen.
Inimica fulmina. Hor. 1. Carm. 12. 60.
Iracunda fulmina. Hor. 1. Carm. 3. 40.
Obliqui via fulminis. Sen. Thyeste, 4. Fulmina quippe in obliquum feruntur.
Penetrabile fulmen. Ovid. 13. Met. 857.
Præsaga fulmina. Valer. 3. Argon. 354.
Rutili fulminis æstus. Valer. 7. Argon. 647.
Sinistrum fulmen, optimum auspicium est. Cic. 2. de Divin. 74.
Terribili fulmine perculsus aliquis. Cic. 1. de Divin. 18.
Trisulca fulmina. Sen. OEth. 17.
Vaga fulmina. h. e. Non in rectum, sed in obliquum euntia. Ovid. 1. Met. 569.
Afflare fulmine. Suet. Tiber. 69. 2. V. afflo.
Concidit ictu fulminis. Lucret. lib. 3. 487.
Disjecit fulmine montes. Virg. 1. Georg. 283.
Expressum ventis per nubila fulmen. Lucan. lib. 1. 151.
Fabricati sunt Jovi fulmen Cyclopes. Cic. 2. de Divin. 44.
Feriunt fulmina montes. Hor. 2. Carm. 10. 11.
Fregerunt fulmina nubes. Lucan. lib. 7. 154.
Jactare fulmen vibratum. Ovid. 2. Met. 308.
Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.
Ictus fulmine. Liv. 1. 3. Aventino, fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit.
Molitur fulmina Juppiter. Virg. 1. Georg. 329.
Percutit fulmine Juppiter. Cic. 3. de Nat. Deor. 84. V. percutio.
Quassare fulmen. Phædr. 4. 17.
Spargere fulmina in terras. Ovid. 1. Met. 253.
Tenens fulmen. Suet. Jul. 52. 2.
Terret fulmine Juppiter. Virg. 1. Æn. 234.
Torquet fulmina Juppiter. Virg. 4. Æn. 208.
Vibrata fulmina jactat Juppiter. Ovid. 2. Met. 308.
Volant fulmina. Lucret. lib. 2. 213.
Fulmina apud veteres ut multiplicia erant, ita diversa sortiebantur nomina. Nam quædam erant Postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta, repetuntur. Alia Monitoria, quibus docetur quid cavendum sit. Nonnulla Pestifera, quæ mortem exiliumque portendunt. Fallacia, quæ per speciem alicujus boni nocent, ut puta dando Consulatum perniciosum futurum gerentibus. Ventanea, quæ speciem periculi sine periculo afferunt. Al. Dentanea. q. V. Peremptalia, Quibus tolluntur priorum fulminum minæ. Attestata, quæ prioribus consentiunt. Atteranea, quæ in incluso fiunt. Obrutanea, quibus prius percussa, neque procurata feriuntur. Regalia, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca, quorum significatio vel civitati minatur. Inferna, quum e terra exiliunt ignes. Hospitalia, quæ sacrificiis Jovem arcessunt. Auxiliaria, quæ invocata, sed invocantium bono veniunt. Sunt etiam qui fulmina ita distinguunt, ut aut Perpetua sint, aut Finita, aut Prorogativa. Perpetua, quorum significatio in totam pertinet vitam. Finita, quæ utique ad diem respondent. Prorogativa, quorum minæ differri possunt, averti, tollique non possunt. Hæc ex Perotto. V. plura & accuratiora in Lex. Pitisc.
Fulmen, dictum a Fluore flammæ. Festus.
Tralate. Belli fulmina. Virg. 6. Æn. 842.
—— geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas; &c. Quicquid vehementem impetum habet, ab oratoribus & poetis Fulmini comparari solet. Periclis orationem Fulminibus comparabat Aristophanes poeta: ut enim fulmen omnia facillime penetrat, ita sublimis oratio facile mentem subit & permovet.
Fortunæ fulmina. Cic. 2. Tusc. 66. Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciemus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.
Verborum fulmina, h. e. Vehemens impetus. Cic. 9. Fam. 21. Insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina. Columel. in præfat. lib. 1. Nec Brutum aut Cœlium, Pollionemve cum Messala & Catulo, deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiæ studio.
Pro Clade & infortunio. Liv. 45. 41. Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint. Flor. 2. 6. Ubi semel se in Hispania movit illa gravis & luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis fulmen Saguntino igne conflavit. Et paulo post, Trasimenus lacus, tertium fulmen Annibalis. Allegoria est.
Pro Damnatione ac pœna. Juvenal. 8. Sat. 92. — quam fulmine justo
Et Capito & Numitor ruerint, damnante Senatu.

Fulmĭno, [κεραυνόω, σκήπτω, κεραυνοβολέω] āre. Fulmen emittere: vel Fulmine percutere, aut afflare. Plin. lib. 2. cap. 7. Fulminantem pejerant Jovem.
Fulminat per totum orbem Fortuna, Tralate. Ovid. ad Liv. 374.
Oculis fulminare. Propert. lib. 4. 9. 32.

Fulminans, antis. Procella fulminans. Justin. 29. 3. 1.
Fulminantis magna manus Jovis. Hor. 3. Carm. 3. 6.
Fulminans Mars, per translationem. Plin. lib. 30. cap. 1. Trojanis itaque temporibus & Chironis medicinis contenta & solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam ejus in tantum adhæsisse, &c. Virg. 4. Georg. 560.
— Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello. Idem 12. Æn. 654.
Fulminat Æneas armis.

Fulminandus, a, um. passive. Dignus qui fulmine percutiatur. Sen. Herc. OEth. v. 6. Fregimus quicquid fuit Tibi fulminandum.

Fulminātus, a, um. Partic. [κεραυνίας] Fulmine ictus. Hieronym. Epist. 17. Rupes Tarpeia de cælo sæpius fulminata. Plin. lib. 2. cap. 54. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.
Est & Consternatus, territus. Petron. cap. 80. Fulminatus hac pronunciatione.

Fulminātio, ōnis. f. Sen. 2. Nat. Quæst. 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

Fulminator, ōris. m. Arnob. 6. p. 207. Cum Capitolium toties edax ignis absumeret, Jovemque ipsum Capitolinum cum uxore corripuisset ac filia, ubinam Fulminator illo tempore fuit, ut sceleratum illud arceret incendium. conf. Apul. de Mundo p. 75. Elmenh.

Fulminātrix, īcis. f. ut, Legio fulminatrix. Gruter. Ant. Inscript. p. 547. n. 6. & p. 567. n. 10. LEG. XII. FVLMINAT. V. Programm. Cellar. 44.

Fulmĭneus, a, um. Adj. [κεραυνικός] ut, Dentes fulminei apri. Phædr. 1. 21.
Ductor fulmineus. Sil. lib. 17. 549.
Ictu potentius fulmineo. Hor. 3. Carm. 10. 11.
Ignis fulmineus. Ovid. 2. de Pont. 2. 118.
Mnestheus fulmineus. Virg. 9. Æn. 812. i. e. In morem fulminis impetum faciens in hostes.
Os, Apri. Ovid. 2. Fast. 232.
Fulmineo celeres dissipat ore canes.
Sues fulminei. Stat. 6. Theb. 865.

Fulminōsus, a, um. Adj. Sarisb. 11. 13. Fulminosus aer.

Fulginia, [Φυλγίνια] Urbs est Umbriæ patentibus sita campis, inter Spoletum, Mevaniam, Ispellum, atque Nuceriam: a qua Fulginiates dicti, propter continuum Solis fulgorem. Ex Perotto. conf. Sil. 4. 547. Hinc

Fulginātes, [Φολοφλαμινιάται] Populi sunt Umbriæ in Italia, ut scribit Plin. cap. 14. lib. 3. Foro Flaminienses.

Fŭlĭca, æ. f. [Φήνη, κέπφος] Avis quæ & Fulix dicitur, marina vel stagnensis, paulo supra magnitudinem columbæ. Dicta a furvo, id est nigro. Virg. 1. Georg. 363.
In sicco ludunt fulicæ. Plin. lib. 18. cap. 35. Et fulicæ matutino clangore tempestatem nuntiant. Vulgus Lingonum vocat *une foulque*. Parisini autem *diabolum* vocant, quod furva sit. Bellonius dicit esse *une poule d'eau*. Cic. 1. de Divin. 14.
Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas. Ex quodam poeta.
Palustres fulicæ. Ovid. 8. Met. 627. conf. Auson. Epist. 13.

Fūlīgo, ĭnis. f. [ἀσβόλη, αἰθάλη, καπνία] a Furvo dicitur. Est autem Nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis aut furnis adhæret. Plin. lib. 35. cap. 6. Adulteratur fornacum balnearumque fuligine. Plaut. Pœn. 5. 4. 23. —— An vero pulcra videre, obsecro,
Si tibi illic non os oblitum est fuligine? Columel. lib. 1. cap. 6.
Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrumpitur.
Ardentis massæ fuligo. Juven. 10. Sat. 130.
Assidua postes fuligine nigri. Virg. 7. Ecl. 49.
Madida fuligo, Pigmentum. Juven. 2. Sat. 92.
Abstergere fuliginem. Cic. 2. Philipp. 91. Idem tamen, quasi fuligine abstersa, reliquis diebus, in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti. De Antonio incendiario.
Lucubrationum fuligo bibenda. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium jacere. Gell. lib. 1. cap. 2. i. e. Quasi fumum, aciem hebetantem.

Fulīgĭneus, a, um. Adj. Petron. cap. 108. Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.

Fulīgĭnōsus, a, um. Adj. Fuligine obsitus. Prudent. Rom. 261.
Fuliginosi ture placantur Lares.

Fuliginōse, Adv. apud Apul.

Fuligĭno, āre. Denigrare. Cathol.

Fuliginātus, a, um. Adj. apud Hieronym.

Fulix. V. fulica.

Fullo, ōnis. m. [γναφεύς, κναφεύς] a Fovendis aqua calida vestibus; Qui (ut ait Ulpianus) curanda, poliendave vestimenta accipit. Plaut. Aul. 3. 5. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. lib. 28. cap. 6. Urina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Martial. lib. 12. 59.
Est item Fullo, Scarabei species, albis guttis distincta, ut refert Cæl. lib. 8. cap. 5.
Fullo item Piscis.
Fullo fuit etiam Apustiorum cognomen. Liv. 31. 4. Plebeji ludi ter toti instaurati ab ædilibus plebis L. Apustio Fullone & Q. Minucio Rufo. conf. Macrob. 2. Saturn. 2. & Sigon. de Nom. Rom. cap. 5.

Fullonius, a, um. Adj. [γναφευτικός] ut, Fullonia ars. Plin. lib. 7. cap. 56. Plaut. Pseud. 3. 1. 16.
Cras mihi potandus fluctus est fullonius. Al. Fructus. Plin. lib. 16. cap. 44. Quod vero in spina fullonia, hippophæston vocant, &c.
Fulloniæ æneæ. Plin. lib. 27. cap. 10. [Forte Fullonia aëna. V. not. Hard.
Fullonia urina vetus. Plin. 28. 11.

Fullonĭcus, a, um. Adj. [γναφικός] Idem. Plaut. Asin. 5. 2. 58. Si non didicisti fullonicam. subaudi Artem. Cato cap. 14.
Fullonica pila, apud eundem Catonem, cap. 10. est Qua tunduntur vestes & panni ut poliantur, quod hodieque opera rotarum aquariarum sublatis pilis fieri videmus. Turneb. Adverf. 7. 22. conf. Vitruv. procem. lib. 6.

Fullonĭca, æ. f. [γναφεῖον] Taberna fullonum. Ulpian. in l. Apud Trebat. D. de Aqua pluvia arcenda, Apud Trebatium relatum est: eum, in cujus fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse, & ex his aquam in fundum vicini immittere cœpisse, &c. conf. Cato R. R. cap. 14. & Cujac. Observ. 23. 2.

Fullonicum, i; vel Fullonica, orum. n. [κναφεῖον] reperitur apud Ulpian. in l. Si cujus. §. Item si domus. D. de Ususfructu, & quemadmodum quis utatur & fruatur. Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ vulgo diversoria vel fullonica appellantur. Frontin. de Aquæduct. lib. 2. Hæc (aqua) non alium [in] usum, quam in balnearum aut fullonicorum dabatur.

Fullonia, æ. f. Idem. Plin. 27. 10. Ænea fullonia. Idem 28. 11. Fullonia vetus calefacta. [Immo in utroque loco adjectivum est Fullonia. V. fullonius supra.

Fullonium, i. n. Idem. Ammian. 14. extr. Hæc Adramytenum Andriscum, in fullonio natum, ad Pseudophilippi nomen evexit. ubi V. Lindenbr.

Fulmen, Fulminare, &c. V. fulgeo.

Fulsinātes, [Φυλσινάται] Populi sunt Illyrici, ut scribit Plin. cap. 21. lib. 3. in descriptione Illyrici. [Et hæc falsa lectio est. V. fulginates supra.

Fultura. V. fulcio.

Fulvius, Gentile Romanum nomen.
Q. Fulvius Flaccus Censor, tegulis marmoreis Junonis Laciniæ templum spoliavit, ut ædem quam Romæ Equestri Fortunæ faciebat, his tegeret. Liv. lib. 42. cap. 3. Quas cum ex S. C. reportare jussus esset, biennio post sibi laqueo gulam fregit, ut idem cap. 28. refert.
Fulvius Lippinus, primus animalibus, quæ glires vocantur, vivaria in doliis instituit, quemadmodum & apris, ut scribit Perott. Ex Varro lib. 3. de R. R. cap. 12. & Plin. lib. 8. cap. 52. Ubi Lupinus id cognomen scribitur. Al. Hirpinus. V. Hard. not.
Sunt & Feminæ ex eadem gente celebratæ in historiis, e quibus præcipue famosa est Fulvia M. Antonii uxor, pars civilium bellorum. V. Flor. 4. 5. de bello Perusino. & Paterc. 2. 74. 3.

Fulviaster, Imitans Fulvium. Cic. 12. Att. 43. Solet omnino esse Fulviaster. al. Fulviniaster. de Philotimo. Dubia lectio & obscura.

Fulviānus, a, um. Adj. ut, Fulviana stola. Val. Max. 3. 5. 2.

Fulviāna, Herba. Plin. lib. 26. cap. 8. Et herba fulviana trita ex vino: & hæc nomen inventoris habet, nota tractantibus, urinas ciet.

Fulvus, a, um. Adj. [ξανθός, πυῤῥός] Color est rufo ac viridi mistus. Unde Fulvi leones dicuntur. Fronto apud Gell. lib. 2. cap. 26. Fulvus videtur de rufo atque viridi mistus, in aliis plus viridis in aliis plus rufi habere. Sic poeta verborum diligentissimus fulvam aquilam dicit, & jaspidem, fulvos galeros, & fulvum aurum, & arenam fulvam, & fulvum leonem. Sicque Ennius in Annalibus, Fulvo ære dixit. Hactenus Fronto. Plin. lib. 13. cap. 9. Cuci fulvus color. Idem lib. 8. cap. 21. Sed atrocissimos habet tauros silvestres majores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis cæruleis.
Aquila fulva. Virg. 11. Æn. 752.
Aper fulvus. Ovid. 2. de Arte Am. 373.
Arena fulva. Virg. 5. Æn. 110.
Aurum fulvum. Virg. 7. Æn. 279.
Lumen fulvum. Virg. 7. Æn. 76.
Lupus fulvus. Ovid. 11. Met. 771.
Nuntia fulva Jovis miranda visa figura. Cic. 1. de Legib. 2. i. e. Aquila.
Pellis fulva leonis. Virg. 8. Æn. 553.
Setæ pecudum fulvæ. Virg. 3. Georg. 383.
Sidera fulva. Tibul. lib. 2. 1. 88.
Fulvus, Viridis. Virg. 4. Æn 261.
—— atque illi stellatus jaspide fulva
Ensis erat. Ubi Servius, Jaspide fulva, pro Viridi: ut, 5. Æn. 309. —— fulvaque caput nectentur oliva. Idem 12. Æn. 792.
—— fulva pugnas de nube tuentem.

Fulvaster, tra, trum. ut, Radix fulvastra. Apul. de Herb. cap. 109.

Fulvēdo, ĭnis. f. Color fulvus. Cathol.

## F U M

Fumāria, æ. f. [καπνός] Fruticosa herbula est, prætenera, coriandro similis: foliis candidioribus, undique numerosis, cineracei coloris, flore purpureo. Fumariæ vero nomen sibi ascivit, quod ejus succo oculis immisso, quibus mirifice claritatem conciliat, lacrymas, quemadmodum & fumus, ciet. Officinis passim vocatur *Fumus terræ*. Ex Diosc. lib. 4. cap. 105. Meminit Plin. lib. 25. cap. 13. & Galen. lib. 7. Simplic. medicam.

Fumus, i. m. [καπνός, τῦφος] a Furvo deducitur: notæ significationis. Plin. lib. 12. cap. 17. Fumumque ejus contra ligna alia esse remedio.
Nidor atque fumus ganearum. Cic. in Pison. 3. Paulisper stetimus in illo genearum tuarum nidore atque fumo.
Amarus fumus. Virg. 12. Æn. 588.
Calidus. Ovid. 1. Met. 232.
—— calidoque involvitur undique fumo.
Undans fumus misto pulvere. Virg. 2. Æn. 609.
Volucres fumi. Virg. 2. Georg. 217.
Cælum subtexere fumo. Virg. 3. Æn. 582.
Fumum dare. Hor. de Arte Poet. 143.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
Cogitat, &c.
Fumos vendere, est Principum benevolentiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, pretio vel gratia vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse videtur, verum evanescit illico. Martial. 4. 5.
Vendere nec vanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. conf. Lamprid. Alex. cap. 36. & Heliogab. cap. 10.
Fumum vendere Bud. etiam ex Mart. in hoc ipso versu, item ex Spart. in Alex. sed locum non afferens. Fumorum venditores Lamprid. in Heliog. 29. H. St. Bud. Spartianum pro Lampridio posuit.
Fumo comburi. Cic. 1. Q. frat. 2. Sed quid opus fuit ejusmodi litteris, quas ad ipsum misisti? illum crucem sibi ipsi constituere, ex qua tu eum ante detraxisses, te curaturum fumo ut combureretur, plaudente tota provincia. V. Lex. Pitisc. in Crucearius.

Fumārium, i. n. [καπνοδόχη] Locus ubi vina fumo medicabantur. Martial. lib. 10. 36.
Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quicquid ab igne cadus. Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius vetustescunt, ut docet Columel. lib. 1. cap. 6.

Fumariolum, i. n. dimin. Tertull. de Pœnit. cap. ult. Thesaurum ignis æterni æstimamus, cum fumariola quædam ejus tales flammarum ictus suscitent, ut proximæ urbes, aut jam nullæ exstent, aut idem sibi de die sperent.

Fumōsus, a, um. [καπνώδης, ψολόεις] Adj. Fumo velut tinctum. Cato de R. R. cap. 130. Codicillos oleaginos, & cetera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito, perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt.
Cado vina fumoso condita. Ovid. 5. Fast. 518.
December fumosus. Martial. lib. 5. 31.
Flamma fumosa. Cato cap. 38. Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumosa.
Foci fumosi. Ovid. 21. Epist. 92.
Perna fumosa. Hor. 2. Serm. 2. 117.

Tecta fumosa. Virg. 2. Georg. 449.

Fumosæ imagines. Cic. in Pison. 1. Sed ne notum quidem factum aut militiæ aut domi: obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil, præter colorem. Fumosas imagines appellavit, Antiquissimi generis stemma: ut legi omnino debeat apud Juven. 8. Sat. 8.

Fumosos equitum cum dictatore magistros. ubi Al. Famosos. Budæus. conf. Sen. Epist. 44. V. IMAGO & STEMMA.

FUMEUS, a, um. Adj. [καπνῶδης] ut, Acheron fumeus. Valer. 4. Argon. 595. V. ACHERON.

Flatus fumeus. Macrob. 7. Saturn. 10.

Fomite fumeo intepuit. Prudent. præf. in Symmach. 25.

Lumina tædis fumea. Virg. 6. Æn. 593.

FUMĬCUS, a, um. Aliud Adj. Sidon. 1. Epist. 11. Fumicæ culinæ.

FUMĬDUS, aliud item Adj. [καπνίας] Plin. lib. 37. cap. 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis: fumidæque chrysolitho illas similes dicunt. Idem lib. 14. cap. 20. Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum virus.

Altaria fumida. Ovid. 12. Met. 259.

Cautes fumidæ. Plin. lib. 5. cap. 9.

Tæda fumida. Virg. 9. Æn. 75.

Vortex fumidus. Plin. lib. 2. cap. 43. De tonitru.

FUMO, [τύφομαι] āre. Fumum emittere. Virg. 1. Ecl. 83.

Et jam summa procul villarum culmina fumant. Cic. 7. Verr. 43.

Quum fumantes etiam nostras naves reliquissent. Ovid. 1. Met. 242.

—— & mediis Tanais fumavit in undis.

Aper fumare dicitur Martial. lib. 14. 221.

Aræ fumantes. Catull. 62. 393.

Atria fumant ignibus. Ovid. 12. Met. 215.

Bitumen fumans. Ovid. 14. Met. 792.

Colla fumantia equûm. Virg. 2. Georg. 542.

Excidia Trojæ fumantia. Virg. 10. Æn. 45.

Nasum fumantem ursi ne tentaveris. Martial. 6. 64.

Taurus fumans sub vomere. Virg. 3. Georg. 515.

Terræque calenti sulfure fumantes. Ovid. 14. Met. 86.

Mandere fumantia opsonia. Suet. Vitell. 13. 6.

FUMĀTIO, ōnis. f. Augustin.

FUMĀTOR, ōris. m. Sidon.

FUMĬGO, [καπνίζομαι] āre. Suffire. Varro 3. de R. R. cap. 16. Verno tempore & æstivo fere ter in mense, mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Adde Columel. 8. 5.

FUMIGĀTUS, a, um. Adj. Apul. Apol. p. 312. Parietes fumigati.

FUMIGABUNDUS, a, um. Interpr. Vulg. Sapient. cap. 10. 7.

FUMIGIUM, i. n. Th. Priscian. 3. cap. 5. Fumigia vaporatis partibus supponere.

FUMĬFER, a, um. [καπνοφόρος] Adj. ut, Fumiferi ignes. Virg. 9. Æn. 522.

Pinum & fumiferos infert Mezentius ignes. Idem 8. Æn. 255.

Fumiferam noctem. i. e. Fumosam caliginem.

FUMĬFĬCO, [καπνίζομαι] āre. Plaut. Mil. 2. 5. pr.

Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ lauta laudes,

Gratesque agam, eique ut Arabico fumificem odore amœne.

FUMIFĬCUS, a, um. Adj. [καπνοποιός] Ovid. 7. Met. 114.

Fumificisque locum mugitibus implevere. De tauris Colchicis. Plaut. Fragm. 2. 1.1. Epeum fumificum cocum. Ab Epeo illo, inquit Varro, qui dicitur ad Trojam fecisse equum Trojanum Argivis, & apte cibum curasse. Ideo ait Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet coctum cibum. V. lib. 6. de L. L. 3. & Sidon. 8. Epist. 11. v. 43.

## F U N

FUNALIA, FUNAMBULUS. V. FUNIS.

FUNCTIO, FUNCTUS. V. FUNGOR.

FUNDA, æ. f. [σφενδόνη, ἐκηβόλος] Instrumentum e funiculo factum, quo funduntur, hoc est jactantur lapides. Ter. Eun. 4. 7. 16. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, &c. Liv. 1. 43. Virg. 1. Georg. 309.

Stupea torquentem Baleris verbera fundæ. Ovid. 2. Met. 728.

Non secus exarsit, quam quum Balearica plumbum

Funda jacit. Adjicit autem Balearica, eo quod Baleares insulæ peritissimos mitterent funditores.

Cita funda. Tibull. lib. 4. 1. 97.

Lata funda. Ovid. 14. Met. 825.

Teretes fundæ. Stat. 4. Theb. 66.

Torta funda. Propert. 4. 3. 65.

More fundæ rotare aliquem. Ovid. 14. Met. 517.

Funda, Retis genus quod in orbem spargitur, & Reticulum dici solet. Virg. 1. Georg. 141.

—— funda jam verberat amnem. Servius.

Funda, Sacculus, seu marsupium in modum retis factum, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 4. in fine, Quumque accessisset ad fellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. V. Cujac. Observ. 10. 26.

Funda, Circulus ex auro sive alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum non nisi margines amplectatur. Plin. lib. 37. cap. 8. ad finem, Quamobrem præstantiores funda clauduntur, id est, patentes, nec præter margines auro amplectente.

FUNDĀLIS, e. Adj. Ad fundam pertinens. Prudent. Psych. 294.

Dextera fundali torsit stridore lapillum.

FUNDĬTO, āre. Ammian. 24. 14. Funditare spicula.

FUNDĬTOR, āri. Funda petere. Plaut. Pœn. 2. 36. Eos volantes jussi funditarier. Turneb.

FUNDĬTOR, ōris. m. [σφενδονήτης] Qui funda dimicat. Sallust. in Jugurth. cap. 46. Ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum & sagittariorum delecta manu, apud primos erat. Cæs. 2. Bell. Gall. 7. Liv. 36. 18. & 38. 29.

FUNDIBULARIUS, i. m. [σφενδονιστής] Idem.

FUNDIBULĀTOR, ōris. m. Veget. de Re Mil. 3. 14. V. Not. Stewech.

FUNDIBĀLUS, i. m. & FUNDIBĀLUM, i. n. Balista. Isidor. Orig. 18. 10. Balista & Fundibalus, quasi fundens & emittens. Rectius a Funda. V. Vulg. Interpr. 1. Maccab. 6. extr. Et Lipsii Poliorc. lib. 3. Dial. 3.

FUNDŬLA, æ. f. dimin. Varro L. L. 4. 32.

FUNDAMENTUM. V. FUNDUM.

FUNDANIA Gens Romana, cujus meminit. Liv. 25. 2. & alias. Ex hac Fundanius, Amicus Horatii, 2. Serm. 8. 19.

FUNDI, [Φοῦνδοι] Oppidum Italiæ prope Cajetam, quod intercidit, juxta quod lacus est Fundanus, cujus meminit, Plin. lib. 3. cap. 5. Inde generosa vina Fundana scriptoribus commendata. Olivarius in Melam dicit nunc vocari *Fondi*. Hor. 1. Serm. 5. 34. Sil. 8. 530.

FUNDĀNUS, a, um. Adj. ut, Montes Fundani. Tacit. 4. Ann. 59. 2. V. dict. superior.

FUNDITUS, & FUNDO, as. V. FUNDUM.

FUNDO, fūdi, fūsum, [χέω, χύω, χύμι, λείβω] ĕre. proprie est Liquefacere vel liquida emittere. Quintil. lib. 7. cap. 1. Neque enim, quanquam fusis omnibus membris, statua fit, nisi collocetur.

Fundere ex ære imaginem. Plin. lib. 34. cap. 8. Theodorus qui Labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus.

Vina funduntur. Propert. 4. 6. 73.

Jordanis in lacum se fundit. Plin. 5. 15.

Minus proprie de aliis rebus. ut,

Fundi & dilatari. Cic. 3. de Fin. 49. Sed quanquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere, & tamen utrumque eorum fundi quodammodo, & quasi dilatari putant.

Fundet se latius Orator. Cic. in Orat. 125. Quum vero ea causa inciderit, in qua vis eloquentiæ possit expromi, tum se latius fundet Orator, tum reget & flectet animos, &c.

Fusus in corpore humor & calor. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.

Funditur fulgor lucis in digitos. Plin. lib. 37. cap. 6.

Fundet se justitia in ceteras virtutes. Cic. 5. de Fin. 65.

Fusa per gentes superstitio. Cic. 2. de Fin. 148.

Flores fundere. Virg. 4. Ecl. 20.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. i. e. Abundanter præbebunt. Sic Cic. 5. Tusc. 37.

Frugem fundit. Cic. de Senect. 51. E quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam. i. e. Emittit. Etiam de Partu animalium adhiberi notat Elmenh. ad Arnob. p. 12.

Lacrymas fundere. Plin. lib. 8. cap. 42. Sic

Sanguinem fundere. Cic. 1. de Divin. 46. V. in SANGUIS.

Multitudinem asinorum silvestrium fundit Africa. Plin. lib. 8. cap. 30.

Pastus fundit varios ex sese terra. Cic. 2. de Fin. 110.

Sagittam fundere. Sil. lib. 7. 646.

Urinam fundere, pro Meiere. Plin. lib. 24. cap. 19.

Fundere corpora humi, Prosternere. Virg. 1. Æn. 196.

Nec prius absistit, quam septem ingentia victor

Corpora fundat humi.

Fusus humi toto corpore. Martial. lib. 8. 75.

Exercitum fundere, Delere & vincere. Liv. 1. 10. Auct. de Viris illustribus cap. 51. Regem Philippum prælio fudit. Sic, Fundere copias. Cæs. 1. Bell. Gall. 44. Cic. pro Rabir. 29.

In fugam fusa primo concursu acies. Liv. 5. 32. pr.

Funduntur turpi fuga. Liv. 4.

Fusi fugatique. Liv. 2.

Fundere, Abundanter loqui. Virg. 3. Æn. 344.

Talia fundebat lacrymans. Idem 8. Æn. 584.

Cantus fundere ex gutture dicitur rana. Cic. 1. de Divin. 14.

Carmen fundere. Cic. 1. Tusc. 64.

Clangorem vastum fundere. Cic. 2. Tusc. 24.

Jocularia fundere inconditis versibus. Liv. 7. 2.

Iras inanes fundere. Valer. 3. Argon. 696.

Loquelas has fudit ore. Virg. 5. Æn. 842.

Mendacia fundere. Plaut. Pseud. 4. 1. 33.

Oracula fundere. Cic. 1. de Divin. 34. Et 1. de Nat. Deor. 65.

Orationem numerose & volubiliter fundere. Cic. in Orat. 210.

Preces fundere. Virg. 5. Æn. 234.

Septenarios ad tibiam fundere. Cic. 3. Tusc. 106. Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

Verba fundere. Ter. Adelph. 5. 1. 7.

Ohe, jam tu verba fundis hic, sapientia? Ubi Donatus, Fundis, utrum sine ulla cessatione profers? an perdis? secundum illud,

—— nam quid tu hic agas,

Ubi siquid boni præcipias, nemo obtemperat?

Verba fundere poetarum more. Cic. 4. de Fin. 30.

Versus fundere extempore. Cic. 3. de Orat. 194.

Vocem fundere. Cic. 2. Tusc. 56. Quid? qui volunt exclamare majus, nam satis habent latera, fauces, linguam intendere: e quibus elici vocem & fundi videmus? Virg. 4. Æn. 621.

— extremam fundo cum sanguine vocem.

Incondite fundere. Cic. 3. de Orat. 175. Neque est ex multis res una, quæ magis oratorem ab imperito dicendi, ab ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, &c.

Fusa latius oratione. Cic. 1. de Legib.

Fundere in Tiberim, Immergere. Liv. 2. 5. pr. Defectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tiberim.

Funditur in Rhenum fluvius. Plin. lib. 4. cap. 10.

Funditur latissime. Cic. 5. de Fin. 1. Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur.

Fundi in latitudinem. Plin. lib. 18. cap. 13.

Funditur in omnes partes vitis. Cic. de Senect. 52.

Vide an apud Virg. Funditur in lacrymas. Dicitur alioqui potius Effundi in lacrymas. H. St. Obversabatur homini Gallo popularium, puto, barbaries. Ceterum quod Galli dicunt *Fondre en larmes*, id Ovid. 15. Met. 549. expressit Liquitur in lacrimas.

Fundere (inquit Servius) est Supina manu libare, quod fit in sacris supernis. Virg. 4. Æn. 245.

— media inter cornua fundit. Et apud Martial. lib. 9. 98.

Fundere sex cyathos.

Vina liquentia fundam. Virg. 5. Æn. 238.

FUSUS,

**Fusus**, a, um. Adj. ut, Fusa ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo. Plin. lib. 11. cap. 37.
Dispositio pars Rhetorices, & per omnes materias, totumque earum corpus æqualiter fusa. Quintil lib. 3. cap. 9.
Per herbam fusi, Jacentes. Virg. 1. Æn. 218.
Aer fusus & extenuatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Exin mari finitimus aer die ac nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc & illuc, ventos efficit.
Corpus fusum, pro Lævi & molli. Liv. 38. 21. Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnant: & sunt fusa & candida corpora: ut quæ nunquam nisi in pugna nudentur. Contrarium Rugoso vel calloso.
Crines fusi. Virg. 10. Æn. 137. i. e. Sparsi.
Cupressus fusa. Plin. lib. 12. cap. 17.
Decorum late fusum, Late patens. Cic. 1. Offic. 98.
Membra fusa toro. Ovid. 3. de Pont. 3. 8.
Opus late fusum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Vulnere multo fusus. Sil. lib. 4. 233.
Humi fusus. Virg. 6. Æn. 440.
Idem ac Copiosus. Gell. 2. 26. Græca lingua prolixior fusiorque, quam nostra. Cic. 2. de Orat. 15. Genus orationis fusum atque tractum.

**Fuse**, Adv. [χυδὴν] h. e. Abundanter & copiose. Cic. 3. de Fin. 26. Potest id quidem fuse & copiose, & omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetorice & augeri & ornari.
Populus fuse in tribus convocatus. Cic. 3. de Legib. 7.
Fuse lateque. Cic. 4. Tusc. De cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possint, sed brevissime illo modo.
Fuse lateque dicere. Cic. in Orat. 113.

**Fusim**, aliud Adv. Idem est quod Sparsim: Fuse autem, ut supra diximus, significat Late & copiose. Perott.

**Fusio**, ōnis. f. [χύσις] Cic. 1. de Nat. Deor. 39. Ipsumque mundum deum dicit esse, & ejus animi fusionem universam.
Tenuis fusio stellarum. Vitruv. 9. 7.
Fusio, apud Ulpian. l. 23. §. 3. D. de usufr. significare videtur Profusam quandam largitionem, qua uti solent erga fiscum hi, qui in iis locis possessiones habent, per quos exercitus transit: quomodo idem testatur moris fuisse, ut ob eam causam municipio frugum suarum copiam vilissimo pretio largiantur. Ergo, inquit, & quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus, sed & si quid municipio. Nam solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: Solent & fisco fusiones præstare. Hæc onera ad fructuarium pertinebunt. Vulgati codices Functiones habent, quod intellectu multo est facilius. [Sed cave mutes. Gloss. Lat. Gr. Fusio. Ὑλισμὸς, εἰσφορὰ δημοσίων. (Sic enim, sublata distinctione, legendum) Fusiones, Ὑλισμοὶ, συντέλειαι, εἰσφοραί. In iisdem Glossis Fusionaticum, Ὑλισμός. Quod hinc abesse non debuit vocabulum. Macer in Hierol. Indictio, inquit, appellata est Distributio & Fusio.

**Fusor**, ōris. m. [χωνευτὴς] ut, Fusor æramentarius. Fusores, Qui ex metallo quopiam statuas, aliave opera fundunt. Et Ars fusoria, ars fundendi, miscendi, transmutandique metalla. Et Fusorium vas, in quo metalla funduntur, hoc est liquefiunt. Ex Perotto. [Sed nullum afferunt veteris auctoris locum. Nam qui in Thes. Lipf. ex Pallad. afferebatur, eum nos ad dict. **fusorium**, quo pertinet, rejecimus. In Gloss. Gr. Lat. χωνευτὴς, Conflator.

**Fusorius**, a, um. V. supra.

**Fusorium**, i. n. Pallad. 1. 37. Coquinæ fusoria. Idem 1. 41. Balnearum fusoria. Idem 1. 17. Relicto fusoriis loco.

**Fusūra**, æ. f. [χύμα] Plin. lib. 33. cap. 6. Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen. conf. Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 37.

**Fusĭlis**, e. Adv. Quod fusum est. ut,
Aurum fusile. Ovid. 11. Met. 126.
Sal fusilis. Columel. 6. 33.

**Fundĭto**, [χέω, σπερμολογέω] āre.
Funditare, Multum & frustra verba proferre. Plaut. Asin. 5. 2. 52.
Næ ille ecastor fœnerato funditat.
Funditare verba. Plaut. Poen. 1. 2. 61.
En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Idem Amph. 4. 2. 13. V. Turnebi Adversf. 15. 7. qui a Funda arcessit. q. V. Funditare rem, pro Consumere, & prodigere ac profundere. Plaut. Merc. [Hunc locum frustra quæro.

**Fundus**, i. m. [πυθμὴν, βυθὸς, βύθος] proprie est Ima pars uniuscujusque rei, quæ aliquid in se liquoris contineat, vel ad continendum facta sit; ut dolii, navis, alvei, fluminis, lacus, maris. Male distinguunt aliqui Lexicographi inter Fundum & Fundus, ut prius de Imo cujusque rei, posterius de Agro dicatur: cum prius Latina Lingua non agnoscat. Fundus usurpatur a Servio ad 2. Æn. 758. pro Infima parte. Cum de imo, inquit, fundus, de summo fastigium dicatur. In Vet. Gloss. item Fundus de Imo pariter atque Agro exponitur. Fundus, χωρίον, ἀγρὸς, καὶ πυθμήν. Sen. Epist. 1. Sera in fundo parsimonia.
Arenosus fundus fluvii. Sil. lib. 3. 465.
Imo Nereus ciet æquora fundo. Virg. 2. Æn. 419.
Armarii fundum exsecuit, & sestertium * & auri quinque pondo abstulit. Cic. pro Cluent. 179.
Residere in fundo. Cic. pro Corn. Balb. 20.
Largitio fundum non habet. Cic. 2. Off. 55.
Fundus pro Auctore. Plaut. Trin. 5. 1. 7. Et rei fundus pater sit potior eo. V. Taubm. in loc. Festus, Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor. Celebris est Ciceronis formula; Populus fundus, populus fit fundus: pro Balbo 20. Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium est fœderatorum, quam omnium liberorum: sed totum hoc, Judices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut quum jussisset Prætor aliquid, si id adscivissent socii populi ac Latini: etsi ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset: ut tum lege eadem is populus teneretur, non ut de nostro jure aliquid minueretur, sed ut illi populi aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio uterentur. Ibid. 42. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum sit fundus, quum scita ac jussa nostra sua sententia comprobat, quam cum hospitium fecit? V. Sigon. de Jure Italiæ 1. 4. & Græv. ad loc. & paulo post. Gell. 19. 8. Sed hæc ego, inquit Fronto, non ut hujus sententiæ legisque fundus, subscriptorque fierem.

**Fundĭtus**, Adv. [πάγχυ] Cic. 6. Verr. 79. Qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac delevit. i. e. Prorsus, omnino, penitus, & velut ab ipso fundo.
Funditus interire. Cic. 6. Fam. 2. Necesse est enim aut armis urgeri Rempub. sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire.
Evertere funditus amicitiam. Cic. 2. de Fin. 80.
Eversa funditus civitas. Cic. de Amicit. 23. Quæ autem domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti?
Miscentur omnia funditus. Sallust. ad Cæs. de Repub. ordin. 6. 51. Sed non inscius, neque imprudens sum, & quæ mea res agetur, quæ sævitia, quæve tempestates hominum nobilium futuræ sint, quum indignabuntur omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem imponi.
Perdere aliquem funditus. Plaut. Merc. 5. 4. 63. Ter. And. 1. 5. 9. Quod si fit, pereo funditus. Cic. 1. Fam. 9. Quem ego funditus perdidi.
Perdere funditus civitatem. Cic. 6. Att. 1.
Pereunt urbes funditus. Hor. 1. Carm. 16. 20.
Tollere amicitiam funditus e vita. Cic. de Amicit. 92. Quæ causa est cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias?
Trahere Remp. funditus. Tacit. 3. Ann. 54. Hanc P. C. curam sustinet princeps; hæc omissa, funditus Rempub. trahet.
Versæ leges funditus. Tacit. 3. Ann. 6.
Victus funditus. Justin. 25. 3. 8.
Funditus, pro Prorsus. Cic. 3. de Orat. 193. Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem.
Funditus tollere fidem. Cic. in Orat. 209.
Ne spondæus quidem funditus est repudiandus. Cic. in Orat. 216.

**Fundo**, [θεμελιόω, καθιδρύω] āre. Firmare, & quasi fundamentum facere, stabilireque. Virg. 8. Æn. 478.
Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto,
Urbis Agyllinæ sedes.
Arces fundantem, ac tecta novantem. Virg. 4. Æn. 260.
Civitas fundata legibus, cui opponitur Eversa. Plin. in Paneg. cap. 34. Excidisti intestinum malum, & provida severitate cavisti, ne fundata legibus civitas, eversa legibus videretur.
Disciplina accurate fundata & extructa. Cic. 4. de Fin. 1.
Domum fundatam paternis, avitisque opibus exhaurit. Quintil. in Decl. 9. seu Gladiatore.
Fides leviter fundata. V. **levis**.
Imperium magnis laboribus fundatum. Cic. 4. Catil. 19.
Imperium illud maxime vestrum fundavit. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Jus civile fundare. Pomponius in l. 2. §. Post hos fuerunt. D. de Origine juris, Post hos fuerunt P. Mucius, & Brutus & Manilius, qui fundaverunt jus civile.
Navem fundare, Facere, constituere. Plaut. Mil. 3. 3. 43.
Significat & Firmare in mari. Virg. 6. Æn. 4.
——— tum dente tenaci
Anchora fundabat naves.
Opes bene fundatæ. Ovid. 14. Met. 583.
Respublica præclare fundata. Cic. in Parad. 1. Qui hanc Rempub. tam præclare fundatam nobis reliquerunt.
Sceptra fundare. Sil. lib. 1. 44.
Urbem fundabit legibus. Virg. 6. Æn. 812.

**Fundātus**, a, um. Adj. ex Partic. V. in ipso verbo. Hor. 1. Epist. 15. 45.
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.
Fixus & fundatus Reip. status. Cic. 1. Att. 13.
Fundatum veritate. Cic. pro Facc. 26. Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum, &c.
Compar. Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii. Vitruv. 7. 3.
Superl. Imperia fundatissima. Arnob. 3. p. 115.
Ecclesia fundatissima. Augustin. Epist. 56.
Fides fundatissima. Idem Epist. 28.
Familia fundatissima, Antiquissima & ditissima. Cic. pro Domo 96. Quod quum judicassem, deflevi conjugis miseræ dissidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas.

**Fundāmen**, inis. n. [θεμέλιον] Idem quod Fundamentum, apud Poetas. Ovid. 5. Met. 361.
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Jacere fundamina. Ovid. 4. Fast. 835.
Augurio læti jaciunt fundamina cives.
Ponunt favis apes fundamina. Virg. 4. Georg. 161. conf. Manil. 1. 726.

**Fundamentum**, i. n. [θεμέλιος, βάθρον, ἐδραίωμα, ὑπόβασις, ἵδρυσις] notæ significationis.
Initia & fundamenta. Cic. pro Sext. 5. Non aggrediar ad illa maxima & amplissima prius, quam docuero, quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sunt.
Adolescentiæ fundamentis constituta senectus. Cic. de Senect. 62.
Defensionis firmissima fundamenta meæ sunt, si nitantur judicio suorum. Cic. pro Cœl. 30.
Dialecticæ fundamentum. Cic. 4. Acad. 7.
Justitiæ fundamentum, fides. Cic. 1. Off. 23.
Libertatis firmissima fundamenta. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Orationis fundamentum præclare jactum. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.
Virtutum omnium fundamentum, pietas. Cic. pro Planc. 29.
Sedes & fundamentum constituendæ fidei, narratio. Cic. in Partit. 31.
Solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus & copia bonorum. Cic. 3. de Orat. 149.

Cæmen-

Cæmentitia fundamenta. V. CÆMENTUM.
Stabili fundamento manet fortuna. Lucret. lib. 5. 1120.
A fundamento. V. A præp.
Agere fundamenta. Cic. pro Milon. 76. V. AGO.
Convellere fundamenta. V. CONVELLO.
Disjecit a fundamentis arcem. Nep. 20. 3. 3. Idem 23. 7. 7.
Emota fundamenta quatit. Virg. 2. Æn. 610.
Habere mali fundamentum & radices altiores. Cic. ad Brut. 17.
Jacere fundamenta. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Jacere causæ fundamenta. Cic. pro Flacc. 4. Nihil est præterea quod fugere possumus, nisi forte quæ res hoc judicio tentetur, quid agatur, cui causæ fundamenta jaciantur, judices, videtis.
Jacere fundamenta Reipub. Cic. 12. Fam. 25. Ego mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus ceteris a. d. XIII Calend. Jan. fundamenta Reipub. jeci, eo ipso die providi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ.
Jacere fundamenta salutis alicujus. Cic. 10. Fam. 29. Illi mihi necesse est concedant ut tibi plus quam ipsi hoc tempore prodesse possim; quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci salutis tuæ.
Jacta defensionis fundamenta. Cic. pro Muren. 14.
Jacere fundamenta pacis. Cic. 1. Philipp. 1. Quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis.
Jacere fundamenta & Perficere opera, contraria. Cic. pro Marcell. 26. Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas, nondum jeceris.
Latent fundamenta. Quintil. in procem. lib. 1.
Locant alii fundamenta, pars ducere muros. Virg. 1. Æn. 432.
Locare fundamenta in stabili loco. Plin. lib. 56. cap. 14.
Ordiri fundamenta ex depressiore loco. V. ORDIOR.
Positum est philosophiæ fundamentum in finibus bonorum & malorum. Cic. 2. de Divin. 2.
Ponere fundamenta Consulatus. Cic. in Pison. 9.
Ponere virtutum omnium fundamenta in voluptate tanquam in aqua. Cic. 2. de Fin. 72.
Substruere fundamentum. Plaut. Most. 1. 2. 40.

FUNDAMENTĀLIS, e. Solido fundamento innixus. Unde

FUNDAMENTĀLĬTER, Adv. Sidon. Epist. 3. 8. extr. Fundamentaliter eruere. [i. e. A fundamentis.

FUNDUS, i. m. [χωρίον, ἀγρὸς] est Quiddam minus quam ager: singula enim proprie prata (ut inquit Valla) singulæ vineæ, singuli horti, singula oliveta, pomaria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piscatoria, sive villam atque ædificium, sive piscinam atque alvearia, sive vivaria habeant, sive non habeant, singuli fundi sunt: & hoc quidem in agro. Itaque fundus est possessio rustica. Plaut. Capt. 1. 2. 78.
Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
Fundum & Prædium idem esse declarat Scævola in l. ult. D. Quib. mod. pig. vel hypoth. solu. Primi creditoris, qui pignori prædia acceperat: & posterioris, cui quidam ex eisdem fundis dati erant: ad eandem personam hæreditas devenerat. Palam est, quæ prius Prædia vocarat, postea Fundos appellari.
Cultus fundus. Hor. 2. Serm. 5. 13.
Lati fundi. Virg. 2. Georg. 468.
Mendax fundus. Hor. 3. Carm. 1. 30.
Optimus maximusque fundus. V. Optimus in BONUS.
Ornatissimus fundus. V. Ornatus in ORNO.
Conducere fundum. V. CONDUCO.
Ingredi in fundum. V. INGREDIOR.
Obire fundos nostros cui non licet, aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere? Cic. 1. de Orat. 249.
Occiderunt fundi. V. OCCĪDO.
Fundi appellatione (inquit Florentinus Jureconf.) omne Ædificium, & omnis Ager continetur. Sed in usu, urbana ædificia, ædes: rustica, villæ dicuntur. Locus vero sine ædificio in urbe Area: rure autem, Ager appellatur. idemque ager cum ædificio, Fundus dicitur. l. 211. D. de verb. signific.
Fundus, inquit Festus, dicitur Ager, quod planus sit, ad similitudinem fundi vasorum. Usurpatur generaliter de Bonis immobilibus in l. XII Tab. V. Rosin. Ant. Rom. l. 8. p. 802.
Fundus, Varroni, vel a Fundamento, vel a Fundendo, Ager dictus. Servius, Fundus dicitur ab eo, quod sit rerum omnium fundamentum.
Fundus, metaphoricôs, pro Fundamento in quoque negotio, a Plauto usurpatur, in Trin. 5. 1. 7. V. Fundus pro Auctore supra.

FUNDŬLUS, i. m. dimin. Vitruv. 10. 13. Ærei moduli cum fundulis ambulatilibus. V. Lex. Vitruv. p. 52.
Fundulus, Intestinum, a fundo, quod non ut reliquæ partes, sed ex una parte sola apertum. Varro 4. L. L. 22.
Fundulus, Piscis sic dictus quia fundo adhæret. al. Gobius fluviatilis. V. Johnston. de Pisc. p. 139.

FUNEBRIS, FUNESTUS, FUNERO, &c. V. FUNUS.

FUNGOR, functus sum, [τελέω, ἐπιτελέω] fungi. Officium, munusque agere, inquit Valla lib. 5. Accus. & frequentius Ablat. jungitur. Plaut. Most. 1. 1. 45.
Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves:
Sine me alliato fungi fortunas meas.
Advocatione injuncta fungi. Plin. 2. Epist. 35.
Diem fungi, i. e. Mori. Tertull. in l. Proponebatur. D. de Castrensi peculio, Proponebatur filiusfamilias miles testamento facto extraneum hæredem scripsisse, deinde superstite decessisse: pater deliberante hærede instituto ipse diem functus est, deinde hæres, &c.
Epulis functi. Ovid. 4. Met. 764.
Fato functus, pro Mortuus. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Fortuna prospere fungi. Cic. de Clar. Orat. 243
Gaudio fungi. Tacit. 2. Hist. 55. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratesque, & missa legatio, quæ gaudio fungeretur.
Honore functus. Liv. 4. 57. extr. Quatuor creati sunt, omnes jam functi eo honore. conf. Nep. 2. 7. 3.
Laboribus functus. Hor. 2. Carm. 18. 38.
Legationibus fungi. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Loco primo fungi. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Mandatis fungi. Tacit. 13. Ann. 21. Burrus iis mandatis Seneca coram fungebatur.
Militia fungi. Suet. de Clar. Gramm. 9.
Ministerio fungi. Plin. lib. 8. cap. 5. Non potuisse effici, ut crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.
Morte functus, Mortuus. Ovid. 11. Met. 583. conf. Paterc. 2. 49. 1.
Munus alicujus fungi. Plaut. Men. 1. 4. 5.
Nam parasitus, hominum octo munus facile fungitur.
Muneris aliquid fungi & sustinere in Rempub. Cic. 5. Verr. 199. Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Rempub. fungi, ac sustinere velitis.
Munere aliquo fungi. Cæs. 7. Bell. Gall. 25. Hunc ex proximis unus jacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur.
Munere interpretis fungi. Cic. 1. de Fin.
Munere fungi amici. Hor. 1. Epist. 9. 5.
Muneribus corporis fungi. Cic. de Amicit. 22. Denique ceteræ res quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: divitiæ, ut utare, &c. valetudo, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.
Munere fungi, pro Donare. Cic. 2. Off. 70. Neque vero verbis auget suum munus, siquo forte fungitur, sed etiam extenuat. i. e. Si beneficium inops collocavit. Budæus.
Munera fungi. Tacit. 3. Ann. 17. Suprema erga memoriam filii sui munera fungerentur.
Officio suo fungi, quod vulgus dicit *facere suum debitum*. Ter. Adelph. 4. 3. 12. Cic. Brut. 9. Et pro Cœl. 21.
Officio justitiæ fungantur, qui adipisci veram justitiæ gloriam volent. Cic. 2. Off. 43.
Officio ministerioque servorum fungi. Plin. Epist. 24.
Officiis civilibus. Majorem partem ætatis ejus, qua civilibus officiis fungantur homines. Liv. 1. 35.
Officiis vernaliter fungi. Hor. 2. Serm. 6. 109.
Officium alicujus fungi. Ter. Heaut. 3. 3. 19. Idem Adelph. 3. 4. 18.
Quem fratri adoptandum dedisti neque boni,
Neque liberalis functus officium est viri.
Opera mediastini fungi. Ulpian. l. 1. D. Naut. Caupon. &c.
Partibus judicis fungi. Plin. 3. Epist. 5. ad Macrum.
Pignoribus fungi in vicem satisdationis, i. e. Loco fidejussorum pignora præstare l. 7. D. de Prætor. stipulat.
Stipendio fungi. Cæs. 8. Bell. Gall. 8. Quæ (Legio) octavo jam stipendio functa, tamen collatione reliquarum, nondum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem.
Vice cotis fungar. Hor. de Arte Poet. 304.
Vicem fungi alienam. Liv. 1. Idem 1. 9. extr. Quum suam vicem functus officio sit.
Virtute functos duces canere. Hor. 4. Carm. 15. 29.
Vita fungi. Papinianus in l. Filiusfamilias. D. de Castrensi peculio. h. e. Mori.
Vita fungi, idem quod Agere vitam. Val. 5. 5.
Fungi, pro Statui. Paul. l. 63. D. ad l. Falcid. Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. i. e. Statuuntur, æstimantur, definiuntur.
Fungi pro re aliqua. Columel. lib. 1. cap. 5. Quisquis ædificia volet in declivibus areis extruere, semper ab inferiore parte auspicetur: quia quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam facile sustinebunt, sed & pro fultura & substructione fungentur adversus ea quæ mox, si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

FUNCTUS, a, um. V. supra in FUNGOR. Stat. 2. Silv. 1. 209.
—— omnia functa
Aut moritura vides. i. e. Defuncta.
Functi, dicti ab eo, quod fungantur honore & officio aliquo. Isidor. 9. 4.

FUNCTIO, ōnis. f. [ἐπιτέλεσις] Cic. 2. Tusc. 35. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis gravioris operis & muneris.
Muneris functio, pro Pensitatione. Cic. 5. Verr. 15. Ita decumas lege Hieronica semper vendendas censuerunt, ut iis jucundior esset muneris illius functio, si ejus regis, qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta commutato imperio, verumetiam nomen maneret.
Recipere functionem in suo genere dicuntur res quædam, Quæ & Fungibiles. Paul. in l. 2. §. Mutui datio. D. De rebus creditis. Mutui datio consistit in iis rebus, quæ pondere, numero, mensura constant: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire: quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie. i. e. Vicem mutuam, per solutionem magis quam per speciem. Nam in ceteris rebus (ut subdit Paulus) ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest. Bud.

FUNGĬBĬLIS, e. Adj. Jurisconsultis familiare. Fungibiles enim res vocant, Quæ consistunt in numero, pondere, & mensura: ut Pecunia, frumentum, vinum, oleum. Cetera corpora in universum omnia, omnesque aliæ species, dicuntur Res non fungibiles. V. FUNCTIO.

FUNGUS, i. m. [μύκης] Terræ tuber; a Funere dicitur, ut nonnulli volunt, quod periculosus sit vescentibus. Plin. lib. 22. cap. 23. Fungorum lentior natura, & numerosa genera. sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti. Mox candidi, velut apice flammis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum.
Fungus etiam in lucernis dicitur. Virg. 1. Georg. 392.
—— testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Servius. Nam ut dicit Plin. quum aer humidus esse cœperit, favilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate, in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. V. Plin. 18. 35.
Albos fungos colligit. Ovid. 4. Fast. 697.

Ancipites

Ancipites fungi, ob periculum edendi. Juven. 5. Sat. 146.
Pluviales fungi. Ovid. 7. Met. 393.
Pratenses fungi. Hor. 2. Serm. 4. 20.
Fungus, Arborum morbus. Plin. lib. 17. cap. 24. Olea præter verminculationem, quam æque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. hæc est solis exustio.
Fungus, item in auribus pugilum, Tuber prominens ex ictibus cæstuum, sic a similitudine dictus. Tertull. de Spect. cap. 23. extr. Tales enim cicatrices cæstuum, & callos pugnorum, & aurium fungos a deo cum suo plasmate accepit. Al. Cum plasmaretur.
Fungi, præterea, apud Hippocratem & Galen. lib. & comm. 3. de morbis vulgar. sunt Excrescentiæ, quæ quandoque in palpebris, quandoque in pudendis enascuntur. Quin & Fungi dicuntur a Galen. lib. 1. de Loc. affect. Adnascentiæ capitis, ubi hoc fracto, meninx, quæ est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Nec alia sane de causa hos affectus fungos vocari crediderim, quam quod fungorum imaginem referant, quemadmodum & ii qui in lucernis concrescunt. Ex Matthiol. in lib. 4. Dioscor.
Fungum hominem, pro Stupido, & insulso posuit Plaut. Bacch. 4. 7. 23. & 5. 1. 2.
FUNGŬLUS, i. m. dimin. De Spongiolis sive fungulis, Apic. 3. 20. & 5. 2.
FUNGĬDUS, a, um. Gloss. Gr. Lat. σομφὸς, fungidus, fungosus.
FUNGĪNUS, Adj. [μυκηνὸς] Pertinens ad fungos. Plaut. Trin. 4. 2. 9.
Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit.
Penult. correpț. ut probat Borrich. Cogit. p. 313.
FUNGŌSUS, a, um. Adj. [μυκητώδης] Quod est rarum & leve, ad similitudinem fungi. Plin. lib. 13. cap. 22. Fungosa medulla. & Columel. 4. 29. Sic, Fungosa terra. Idem lib. 11. cap. 13.
Compar. Fungosior natura. Plin. lib. 16. cap. 36.
FUNGOSĬTAS, ātis. f. [μυκητότης] a Fungoso dicitur. ut, Tota fungositas derasa. Plin. [Puto, Valerianus.
FŪNIS, is. [σχοῖνος, κάλως, μήρινθος, σπάρτον] tam m. quam f. gen. teste Gell. lib. 13. cap. 20. citante versus Lucretii ex lib. 2. 1153.
Haud, ut opinor, enim mortalia secla superne
Aurea de cælo demisit funis in arva. V. Non. 3. 91. Macrob. Somn. Scip. 1. 14. & Turneb. Adverf. 5. 25. Plin. lib. 16. cap. 1. Ulva & palustri junco funes nectunt.
Canabinus funis. V. CANABIS.
Laxi funes. Virg. 8. Æn. 708.
Tortos incidere funes. Virg. 4. Æn. 575.
Convellere funem a terra. V. CONVELLO.
Reducere funem. Pers. 5. Sat. 118.
Quæ dederam supra repeto, funemque reduco. h. e. Muto sententiam, repetens ea quæ tibi dederam supra, sapientiam & libertatem, vinculisque servitutis iterum te astringens. Tractum a jumentis, quæ laxato fune aut habenis, liberius vagantur.
Religare funem. Lucan. lib. 7. 860.
Trajectus funis, i. e. Extentus. Virg. 5. Æn. 488. Servius.
De Funibus antariis, Loreis, & Subductariis. V. Lex. Pitisc. vel Turneb. Adverf. 8. 6.
FUNĀLIS, e. Adj. [σχοινοφόρος] ut,
Funalis cereus. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 6. 4. Idem ac Funale. q. V.
Funales equi dicuntur Suet. Tiber. cap. 6. 6. Qui funibus alligati currum triumphantis traherent, quibus præeuntibus summi Imperatores vectabantur triumphi die, in iisque ingenui pueri sedere veteri more solebant. Quidam dictos putant, quod in his insiderent qui funalia præferebant & faces: nam pervulgatum fere est, faces & lumina tam in apparatu triumphi, quam juxta triumphantem deferri consuesse. Julius enim Cæsar ad lumina quadraginta in Capitolium triumphans ascendit, elephantis lychnuchos dextra sinistraque gestantibus. Quod eo constitutum ferunt, tum ut spectatior triumphi apparatus & conspectior fieret, tum ut lumina, si forte tenebris obortis, pompæ triumphali non sufficeret dies, ad arcendas tenebras præsto forent: ipseque triumphans, luminibus circa adhibitis conspectior fieret. Unde Funales equos, a Funalibus, quæ in equis triumphalibus præferebant, dici putat Alex. lib. Genial. dier. 5. cap. 20. A quo dissentiunt Interpp. in Suet. conf. Stat. 6. Theb. 460. Auson. Epitaph. 35. 10. & Rutgers. Var. Lect. 1. 10. [Planissime Isidorus. V. loc. in FUNARIUS.
FUNĀLE, is. n. [κηρὸς, δᾷδος] Fax ex fune cerato confecta. Cic. de Senect. 44. Delectabatur crebro funali, & tibicine. Auctor de Viris illust. cap. 38. Duillio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, a cœna publice rediret.
Hic ponite lucida funalia. Hor. 3. Carm. 26. 6.
Densum funale coruscis lampadibus. Ovid. 12. Met. 247.
Noctem flammis funalia vincunt. Virg. 1. Æn. 727.
Funale, pro ipso Fune, apud Liv. 42. 65. extr. Funda media duo funalia imparia habebat.
FUNĀRIUS, i. m. [σχοινοπλόκος] Qui funem tractat. unde cognomen Gratiano majori apud Aurel. Vict. in Epit. cap. 69. & Ammian. 30. 24. Funarii etiam dicti Equi, a genere vinculi, quo currui alligabantur. V. Isidor. de Orig. 17. 35. [Iidem ac Funales, & proinde Adj. conf. CIRCUS.
FUNĒTUM, i. n. Plin. 17. 22. Quum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.
FUNAMBŬLUS, i. m. [σχοινοβάτης] Ter. in prol. Hec. 4.
Ita populus studio stupidus, in funambulo
Animum occuparat. conf. Idem ibid. 34. Messala Corvinus primus Funambuli nomen intulit, & post eum Terentius. Auctor Acron in Hor. 1. Serm. 10.
FUNĪREPUS, i. m. Idem significat quod Funambulus. Apul. Flor. 4. pr. Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, Funirepus periclitatur.
FUNICŬLUS, dimin. [σχοινίον] Plin. lib. 12. cap. 17. Atque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Cic. 2. de Invent. 154.
Ponitur quoque Funiculus, pro Mensura quadam Persica sexaginta continente stadia, ut placet Herodoto. Quanquam Plinius ex Eratosthenis sententia, quadraginta tantum stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentius utimur Græco nomine Schœnus.
FŪNUS, ēris. n. [κηδεία, νεκύια, κτέρεα] Donatus; Funus a Funalibus dictum est: & est Pompa exequiarum. Ter. And. 1. 1. 100.
—— Funus interim
Procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus;
In ignem posita est, fletur. Cic. de Amic. 11. Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum est.
Funus, Mortem aliquando significat. Virg. 4. Æn. 308.
Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Plaut. Amph. 1. 1. 35.
Quod multa Thebano populo acerba objecit funera. i. e. Multos occiderat.
Reipublicæ funus, Casum suum & discessum vocat Cic. de Provinc. Conf. 45.
Imaginarium funus, Græci κενοτάφιον vocant, quum mortuo justa, absente cadavere, persolvuntur: Legitimum vero dicitur, quum defuncti corpus adest. Ex Spieg. conf. Lex. Pitisc.
Solenne funeris. Tacit. 15. Ann. 64. Exin balneo illatus, & vapore ejus exanimatus, sine ullo funeris solenni crematur. De Seneca.
Solennia funerum. Tacit. 3. Ann. 2.
Funus pro Cadavere ipso, seu mortuo etiam ponitur. Sic Inhumatum funus. Lucan. 7. 820. Virg. 2. Æn. 539.
—— & patrios fœdasti funere vultus. Ubi Servius; Funere, Cadavere, ab (forsan Pro) eo quod procedit, id quod sequitur: Funus enim jam ardens cadaver. Sic usum Manilium isto vocabulo, Scaliger, & Claudianum, Barthius in Comm. notarunt.
Funus item pro Sepulchro. Virg. 3. Æn. 62.
Ergo instauramus Polydoro funus. V. Serv.
Funus pro Exstinctione, seu deletione item dicitur. Lucan. 4. 231.
—— pro dira pudoris
Funera. Et Prudent. Agnet. 69.
Qui me pudoris funere perderet.
Amplum funus. V. AMPLUS.
Ardentia funera. Stat. 2. Silv. 1. 158.
Atrum funus. Lucret. lib. 2. 580.
Crudeli funere extinctus. Virg. 5. Ecl. 20.
Familiare funus & domesticus luctus. Cic. in Vatin. 30.
Funestum funus. Cic. pro Domo 42.
Immaturum funus. Quintil. in procem. lib. 6.
Inhumatum funus. Lucan. lib. 7. 820.
Lacrymosa funera. Hor. 1. Carm. 8. 15.
Lamentabilia funera. V. LAMENTOR.
Maturo propior funeri. Hor. 3. Carm. 15. 4.
Miserandum funus. Lucan. lib. 1. 104.
Modicum ejus funus. Tacit. 5. Ann. 1. i. e. Tenue.
Perluctuosum funus. Cic. 3. Q. frat. 8.
Plebeji funeris arca. Lucan. lib. 8. 736.
Da vilem Magno plebeji funeris arcam. i. e. Da Pompejo saltem plebejum funus.
Præclarum funus. Pers. 2. Sat. 10.
Profanatum funus acerbo vulnere. Stat. 9. Theb. 8.
Suprema funera. Ovid. 3. Met. 136. —— dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.
Tristia funera. Hor. 2. Epist. 2. 74.
De Funere acerbo, censorio, collativo, communi, familiari, imaginario, immaturo, Imperatorio, indictivo, lacero, larvato, militari, plebejo, publico, Regio, simpludiareo, tacito, translatitio, triumphali, atque vulgari. V. omnino Lex. Pitisc. in voce Funus.
Celebrare funus alicui. Plin. lib. 10. cap. 43. Liv. 8. 10.
Concelebrare funus. V. CONCELEBRO.
Conficere funera. V. CONFICIO.
Congerere funera. V. CONGERO.
Conveniunt ad funus amici,ad exequias cohonestandas. Cic.proQuint.50.
Dare sæva funera. Virg. 8. Æn. 570.
Dare operam funeri. Cic. 15. Att. 1.
Deducere funus. V. DEDUCO.
Densantur funera mista senum ac juvenum. Hor. 1. Carm. 28. 19.
Dotari funeribus. Ovid. 13. Met. 523.
Ducere funus acerbissimum vivo videntique. Cic. pro Quint. 50. Al. Indicere.
Ducere funus. Plin. 10. 43.
Efferre funere regio. Suet. Neron. cap. 30.
Elata funere Resp. Cic. pro Domo 42. Video quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure agere potuisse, qui etiam de me ipso, quum tua rogatione funere elatam Rempub. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant.
Expers funeris anima. i. e. Immortalis. Lucret. lib. 3. 712.
Facere amplum funus. Cic. 4. Fam. 2.
Facere funus prandio, pro Consumere epulas prandii. Plaut. Men. 3. 2. 27.
Fecisti funus me absenti prandio:
Cur ausus facere, quoi ego æque ac hæres, eram?
Factum funus egregie. Hor. 2. Serm. 5. 105.
Fecit de integro funus jam sepulto filio mater. Cic. pro Cluent. 28.
Indicere funus Reipublicæ. V. Elata funere resp. & INDICO.
Indicere funus. Cic. 2. de Legib. 61. V. INDICTIVUS.
Instare funeri. V. INSTO.
Instaurare funus alicui. Virg. 3. Æn. 62. V. INSTAURO.
Locare funus. V. LOCUS. Cic. 7. Verr. 119.
Maturare funus. V. MATURUS.
Mersit acerbo funere. Virg. 6. Æn. 429.
Pati funera. Virg. 1. Æn. 236.
Plangere funera alicujus. Stat. 12. Theb. 383.
Procedit funus. Ter. And. 1. 1. 100.
Reviviscere in funeribus. Cels. lib. 2. cap. 6.
Solvere justa paterno funeri. Cic. pro Rosc. Amer. 23.
Solvere arbitraria funeris. Cic. Post red. in Senat. 17.
Sum tibi auctor funeris. Ovid. 10. Met. 199.
Causa funeris tibi fui. Virg. 6. Æn. 458.
Tradere animam funeri. Sen. Troad. 5.
Venire in funus. Cic. 15. Att. 1.
FUNERÆ, arum. apud majores dicebantur, Illæ ad quas funus pertinet, ut Sororem, Matrem. Nam præficæ sunt planctus principes, non doloris. Funeras autem dicebant, quasi Funereas, ad quas pertinet funus.

Servius in Virg. 9. Æn. 487. —— nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi. Cic. de Senect. 73.
Nec funera fletum faxit. Sed alii codd. Funera fletu, vel Funere fletum. conf. Lex. Pitisc.

FUNEREUS, a, um. Adj. [κηδειος] ut, Funereæ mulieres. V. dict. præced.
Bubo funereus. Ovid. 10. Met. 453.
Epulæ funereæ. Sen. Epist. 12.
Fax funerea. Martial. lib. 8. 43.
Funereamque toris quassat uterque facem.
Frons funerea. Virg. 4. Æn. 507. i. e. Cupressus. Servius.
Homo funereus opponitur Vitali apud Barth. p. 1127. qui observat etiam Funereum esse nonnunquam Dirum, qui oculos videntium contaminet.

FUNĔBRIS, e. Adj. [ἐπιτάφιος, ἐπικήδειος] Idem ac Funereus.
Bellum funebre. Hor. 1. Epist. 20. 49. i. e. Cruentum, plenum cædibus.
Concio funebris. Cic. 2. de Orat. 341. V. Laudationes funebres.
Cupressi funebres. Hor. Epod. 5. 18.
Epulum funebre. Cic. in Vatin. 30. Cedo quis unquam cœnavit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.
Justa funebria. Liv. 1. 20. extr. Nec cælestes modo cæremonias, sed justa quoque funebria, placandosque manes, ut idem Pontifex edoceret. Justa, sunt Exequiæ, i. e. Sacrificia quæ mortuis impenduntur, & funerandi solennitas.
Laudationes funebres. Quintil. lib. 3. cap. 7. Sen. Epist. 102. V. Berneg. ad Suet. Cæs. cap. 6. & Voss. Inst. Orat. 3.
Ludi funebres. Liv. 28. 21. extr.
Paratus funebris. Tacit. 13. Ann. 17. pr.
Pompa. Quintil. in Ægro red. pag. 120. Funebrium longus ordo pomparum.
Pompa funebris. a qua dicti sunt Superbi qui Mortui erant. V. in SUPERBUS. H. St.
Sacra funebria. Ovid. 4. Trist. 4. 85.
Tibiæ funebres, auctore Festo, dicuntur, Cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabant illicitum.
Vestimenti funebris genus. Cic. 2. de Legib. 59.

FUNERĀRIUS, a, um. Adj. ut, Funeraria actio, Quæ de impensis funeris causa factis datur, l. 14. §. hæc actio. D. de relict. & sumpt. fun. Appellatur funeratitia actio in l. 30. D. de relig. Inde Funerarium privilegium, in l. ult. D. eod. tit.

FUNERĀRIUS, i. m. Qui funus curat, Funerator. Julius Firmic. lib. 3. cap. 6. Si per noctem fuerint inventi Sol, Mercurius, & Saturnus: lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur. Gloss. Gr. Lat. ἐπιμελητὴς κηδείας, Funerarius.

FUNĔRO, [κηδεύω] āre. Sepelire. Plin. lib. 33. cap. 10. Qui funerari se jussit sestertiis undecim millibus. Suet. Domit. cap. 17. Sen. ad Helv. cap. 2. In osculis tuis mortuum funeraveras. conf. ibid. cap. 12.
Deponentiali forma usus est Capitolinus in Pertinace cap. 14. Successor corpus ejus quanto potuit honore funeratus est.

FUNERĀTUS, a, um. Partic. Morti vel sepulcro datus. Petron. cap. 129. Funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.
Prope funeratus arboris ictu. Hor. 3. Carm. 8. 7.

FUNERĀTIO, ōnis. f. Mart. Capel. lib. 6. p. 224. Funerationes negligunt.

FUNERĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. κηδευτὴς νεκρῶ, Funerator.

FUNERĀTĪTIUS, a, um. Adj. Idem ac Funerarius. ut, Actio funeratitia. Tit. l. 30. ex Pomponio. V. FUNERARIUS, Adj.

FUNERĀTĬCUM, i. n. Pecunia funeribus impensa. Spon. Misc. Erud. §. 2. art. 11. p. 54. ex marmore, INFERAT ARKAE N. PARTEM DIMIDIAM FVNERATICI.

FUNESTUS, a, um. Adj. [θανατηφόρος] Quod est funere inquinatum. Plin. in Paneg. 88. Quare ego te, Cæsar, muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono: quod licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a posterorum execrationibus conquiescant.
Funestum, Mortiferum, cruentum. Seneca, Vox illa funesta Reip.
Perniciosum & funestum. Cic. 1. in Catil. 24. Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram.
Funestum est a forti atque honesto viro jugulari: funestius ab eo cujus vox in præconio quæstum præstitit. Cic. pro Quint. 95.
Acies funesta. V. ACIES.
Arma funesta induere. Ovid. 1. Fast. 521.
Auctio funesta. Cic. pro Lege Agr. 1. 7.
Bellum funestum. Liv. 35. 32.
Bella funestissima. Eutrop. 5. 6.
Campus funestior æquore. Sil. lib. 8. 259.
Consilia funesta. Valer. 6. Argon. 431.
Curæ funestæ, Metus mortis. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 277.
Dies funesta Alliensis pugnæ. Cic. 9. Att. 4.
Dies aliquibus funestus. Cic. 7. Verr. 122.
Domus funesta. Ovid. 7. Met. 575.
Ensis funestus. Cic. in fragm. Arat. V. Grot. & Gruter.
Epistolæ funestæ. Paterc. 2. 117. 1.
Facem funestam a templis repellere. Cic. Anteq. iret in exil. 24.
Familia funesta. Quæ luctum & exequias celebrat. Liv. 2. 47. Cujus in l. Si ex re. §. Illud quæsitum. D. de stipulatione servorum. Quæ ratio illo argumento commendatur: quod hæredis familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, &c.
Hora funesta. Lucan. lib. 6. 6.
Ignes funestos templis deorum inferre. Cic. 3. in Catil. 22.
Malum funestum. Ovid. 3. Trist. 6. 28.
Munus funestum. Ovid. 2. Met. 88.
Nox alicui funesta. Cic. pro Flacc. 103.
Nuptiæ funestæ. Liv. 4. 9. Velut contacta civitate rabie duorum juvenum, funestas nuptias ex occasu patriæ petentium.
Omen funestum. Propert. lib. 2. 28. 38.
Ominibus funestis aliquid agere. Cic. pro Cluent. 14. Nubit genero socrus nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium.
Pestis Reipublicæ funesta. Cic. pro Domo 5.
Principes funesti. V. supra.
Tædæ funestæ. Virg. 7. Æn. 322.
Tribunatus pestifer & funestus. Cic. pro Domo.
Tuba funesta. Propert. lib. 2. 7. 12. Quia funeribus Tubicines additi.
Vestis funesta. Catul. 62. 234.
Victoria funesta. Cic. 10. Fam. 8.
Vox funesta. V. supra.

FUNESTE, Adv. apud Firmic. unde Compar.
Funestius, apud Gellium.

FUNESTO, [μιαιφονέω] āre. Funere inquinare. Cic. pro Font. 21. Idem pro Milon. 91. Sedem, ab universo populo concessam uni ordini inflammari, excindi, funestari. Idem pro Rabir. perd. reo, 11. Funestare aliquem. Catul. 62. 201.
Tali mente deæ funestet seque suosque. Sen. ad Helv. cap. 35.
Fortuna implacabilis ipsa funestavit pulvinaria.

FUNESTĀTUS, a, um. Salvian. adv. Avarit. lib. 3. Mirum est quod hoc ipsum finis, ut funestato te tua habeat.

FUNESTĀTIO, ōnis. f. apud Firmic.

FUNESTĀTOR, ōris. m. Idem qui Funerator, apud Augustinum.

FUO, is. V. FUAT.

## F U R

FUR, fūris. c. [φὼρ, κλέπτης, τοιχωρύχος, κλὼψ, φιλήτης] Nonius 1. 250. Fures significantiam habent a Furvo, quod Romani veteres Atrum appellaverunt: & quod per obscuras atque atras noctes opportuna sit ejus mali effectio, eos dictos Fures testatur Varro Rerum Divin. lib. 14. Quibusdam tamen magis placet Furem a Fero derivari, quod ferat, id est auferat res alienas. Alii a Græco φὼρ, deductum volunt. Paulus, l. 1. D. de furtis; Furtum a Furvo, id est nigro dictum Labeo ait, quod clam & in obscuro fiat, & plerumque nocte. Vel a Fraude, ut Sabinus ait. Vel a Ferendo, & auferendo. Vel a Græco sermone, qui Φῶρας appellant fures. Immo & Græci ἀπὸ τῶ φέρειν, φῶρας dixerunt. Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem.
De Furum generibus, & varia punitione. V. Gell. lib. 11. cap. ult.
Fur mihi es. Plaut. Aulul. 4. 10. 38. i. e. Furaris mea. Idem Rud. 2. 3. 54.
Furem vocat Plaut. Aulul. 2. 4. extr. Hominem trium litterarum.
Fures ambæ. Plaut. Pœn. 5. 4. 65. de duabus Meretriculis loquens.
Fur a Varrone dicitur, qui Fucus in apibus nominatur, lib. 3. de R. R. cap. 16. conf. Plin. 11. 17.
Balnearius fur. V. BALNEUM, & Lex. Pitisc.
Mali fures. Hor. 1. Serm. 1. 77.
Manifestarius fur. V. MANIFESTUS.
Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune duodecim tabulæ voluerunt. Cic. pro Milon. 9. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Commutant fures signa earum rerum quas ceperunt. Cic. 5. de Fin. 74.
Fur priscorum verborum. Suet. de Clar. Gramm. cap. 15.
Fures pro Militibus. Plaut. Asin. 2. 4. 15. V. MANIPULUS.
Fures etiam Servi dicti sunt. Virg. 3. Ecl. 16.
Quid domini facient, audent quum talia fures? Servius. conf. Ter. Eun. 4. 7. 6.

FURCŬLUS, i. m. [κλεπτίδιον] secundum Priscian. dimin. a Fur.

FURUNCŬLUS, i. m. item dimin. [κλωπίδιον] Cic. in Pison. 76. Nam quod vobis iste tantummodo improbus, crudelis, olim furunculus, nunc vero etiam rapax.
Furunculus, [δοθιὴν] Tuberculum (inquit Hermolaus) acutum cum inflatione ac dolore in carnosis maxime partibus Caleno. Provenit ex humoribus crassis. Plin. lib. 20. cap. 13. Furunculos concoquit cum fermento. Idem lib. 26. cap. 12.
Furunculus accipitur etiam quandoque pro Mustela silvestri, qua in cavernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur Viverra, Græce ἰκτίς. Perottus.
Furunculus etiam in vitibus dicitur Extuberantia quædam in modum verrucæ, quæ fit dum germen ex cicatrice procedit. Columel. lib. 4. cap. 22. Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod sive longius prosiluerit, in flagellum submittitur, sive brevius in pollicem, sive admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Idem cap. 14.

FURĪNUS, a, um. Adj. [κλεπτικὸς] Quod ad furem pertinet. Plaut. Pseud. 3. 2. 2. Nam non coquinum est, verum furinum est forum.

FURĪNA, æ. f. Dea, cujus honos apud antiquos, nam ei sacra instituta annua, & flamen attributus, nunc vix nomen notum paucis. Varro de L. L. 4. 15. & 6. 3. conf. Cic. 3. de Nat. Deor. 18. & Lex. Pitisc. adde Turneb. Adversf. 6. 5. conf. FORINA. Hinc

FURINĀLIS, e. Adj. ut, Flamen furinalis. Varro l. c. &

FURINĀLIA, um. Furinæ Deæ sacra. Varro ibid. Fest. Furnalia. Nisi mendum est. In Kalendario vet. FVRR. N. P. LVDI. i. e. Furinalia nefastus primo, ludi. Nardin. Rom. Vet. 7. 2. conf. Lex. Pitisc.

FURA, æ. f. Eadem Dea. Mart. Capel. lib. 2. [ Nisi mendum est.

FURIPPUS, i. m. a Furando, primam producens; corripiens, a Furendo, ἵππος autem est equus, quæ vox in compositione interdum ἐπίτασιν seu Intentionem tantum, & Valde magnum significat, uti docet Budæus in Comm. Ling. Græc. Adeo ut Furippus, vel Insignem furem, vel Hominem valde furiosum denotet. V. Auson. Epigr. 108. & Vineti Not. p. 235.

FURTUM, i. n. [φῶρον, κλεπτοσύνη, κλέμμα, κλοπία, κλοπή] est (inquit Paulus Jureconf. D. de furt. l. 1.) Contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 15. Qui in furto aut latrocinio, &c.
Apertum furtum. Cic. pro Quint. 26.
Balnearium furtum. V. BALNEUM.
Impudentissimum furtum. Cic. 3. Verr.
Jocosum furtum. Hor. 1. Carm. 10. 8.
Manifestum furtum. V. MANIFESTUS.
Abactus furto. V. ABACTUS.
Abest mihi res aliqua furto, pro Deest, subrepta est. Ulpian. D. de furtis. l. In actione furti, Signati argenti numerum debebit complecti: veluti

veluti aureos tot, pluresve, furto ei abesse. Paulus, D. de verborum signif. l. Labeo & Sabinus, Item si dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit: recte dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest. Martial. (6. 19.) Vicini queror has abesse furto. H. St. Idem ad mox subjecta ex ff. adscripsit: Nihil erat necesse citare hos locos.

Admittere furtum. Sabinus, D. de furtis. l. Si is cui commodata res erat, furtum admisit: agi cum eo & furti & commodati potest, & si furti actum est, commodati actio extinguitur, si commodati, actioni furti exceptio objicitur. Ulpian. D. Si familia furtum fecisse dicetur. l. 1. Utilissimum id edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret adversus maleficia servorum: videlicet, ne quum plures furtum admittant, evertant domini patrimonium, si, &c.

Agere furti. Sabinus, D. de furtis, l. Si is cui commodata res erat, Furti agere potest is, cujus interest rem non subripi. Idem lege proxime sequenti, Furtivam ancillam bona fide duobus aureis emptam quum possiderem, subripuit mihi Attius, cum quo & ego & dominus furti agimus. Pomponius lege proxime sequenti, Furti cum eo agere non possum. conf. AGO.

Alligare se furti. V. ALLIGO.

Astringere se furti. V. ASTRINGO.

Concipere furtum. Justinian. lib. 4. Institut. tit. 1. Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & inventa sit, nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur Concepti. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit: utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius quam apud eum qui dedit, conciperetur. Nam tibi apud quem concepta sit, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti, actio adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, adversus eum qui furtivam rem apud se quæsitam & inventam non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Gell. lib. 11. cap. ult. Ea quoque furta quæ per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicaverunt. Paulo post, Furti concepti, item oblati, tripli pœna est. Lex duodecim tabularum sic habet ad verbum: Furta quæ per lancem liciumque concepta erunt, sicut manifesta vindicato. Quam legem sic interpretatur Oldendorpius: Ingeniosa est hominum malitia ad peccandum. Quare & fures, ut propositam alienarum rerum contrectationem interdiu commodius expedirent, non aperta facie domum intrabant: sed licio seu filo cincti, lancem duobus foraminibus aptatam ante oculos habebant: ut matres familiarum, aut virgines, aliæve ancillæ in domo forte-fortuna obviæ, terrerentur, fugerentque potius quam quod de cognoscendo vel observando fure essent solicitæ, ac interim illi res subriperent. Tatius Alpinus per lancem & licium furtum intelligit, quod fures quasi sacrorum ministri licio cincti per domos alienas ierint: & quod propter mulieres, ne illæ extimescerent, ipsos, vel ad viros, vel ad liberos suos publice excipiendos venisse (quod ob solum licium, cum lictoribus commune, suspicari potuissent) & ut munificentiores etiam ad promovendam rem divinam forent, ideo sacras quoque lances in conspectum protulerint, atque ante oculos ipsarum tenuerint: iisdemque lancibus res a feminis datas ad sacrificia exceperint, atque inde tandem furtum illud ita quæsitum fecerint: ac denique propter dolum in re sacra structum tantas pœnas dederint. Licium itaque ad ostentationem religiosi ministerii referendum est: lances vero ad oculos & visum feminarum, tum eximendi timoris gratia de suis, tum invitandæ ad pietatem ipsarum prodigentiæ. Hæc & plura in hanc rem Tatius. Inscite uterque. V. Fest. in Lance, ibique Dacer. item Lex. Pitisc.

Committere furtum. Modestinus, D. de furtis. l. Sempronia, Modestinus respondit, si clam subtraxit, furtum commissum. Justinian. lib. 4. Institut. tit. 1. Si is qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cujus gratia ei data est: furtum committit. Paulo post, Placuit eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant id invito domino facere. Sic ibidem frequenter.

Condemnare furti. Gell. lib. 11. cap. ult. in fine, Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui servo suo uti furtum faceret, imperavit.

Damnatus furti. Cic. pro L. Flacc. 43. Pari felicitate una legatus venit Nicomedes, qui neque in Senatum ulla conditione pervenire potuit, & furti, & pro socio damnatus est.

Deprendere furta alicujus. Ovid. 3. Met. 7.

Facere furtum ætati. Plaut. Bacch. 1. 2. 60. Metaphoricôs dixit. Al. In ætatem. V. Lamb. & Salmas.

Facere sui furtum. Africanus in l. Ancilla. D. de furtis, Ancilla fugitiva quemadmodum sui furtum facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit.

Facere furtum alicujus rei. Ulpian. D. de furtis. l. Siquis uxori, Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore nummos accepit, non videtur nummorum furtum fecisse. Celsus eodem tit. l. Inficiando, Infans apud furem adolevit, tam adolescentis furtum fecit ille, quam infantis. Papinianus eodem titulo, l. Si vendidero, Falsus procurator ita demum furtum pecuniæ fecit, si nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, assumpto, debitorem alienum circumvenerit.

Facere furtum alicui. Ulpian. D. de furtis. l. Si quis in servitute furtum fecerit: Ceterum si quum tibi furtum facerem, de domo tua abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti, &c. Idem eodem tit. l. Si quis uxori: Sed si filius meus, qui habet castrense peculium, furtum mihi fecerit: an possim actione utili adversus eum agere videndum est. Paulo post, Non tantum igitur faciet furtum filio, sed etiam furti tenebitur.

Facere furtum. Cic. pro Cluent. 179. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit. Idem de Nat. Deor. lib. 3. 74. Ope consilioque tuo furtum ajo factum esse. Ulpian. D. de furtis. l. Siquis uxori, Servus qui se liberum affirmavit, ut sibi pecunia crederetur, furtum non facit, namque hic nihil amplius, quam idoneum se debitorem affirmat. Lege eadem, sub finem, Si quis juraverit se furtum non fecisse, deinde rem furtivam contrectet, &c. Cajus eodem tit. l. Si pignore, Ex quo satis apparet, furtum fieri, & si quis usum alienæ rei in suum lucrum convertat. Paulus quoque frequenter eod. tit. l. Si is qui rem pignori dedit.

Ligurire furta. Hor. 2. Serm. 4. 79. Mensæ scil.

Obligari, & obligare se furti. Cajus, D. de furtis. l. Si pignore, Eum qui quod utendum accepit, ipse alii commodaverit, furti obligari responsum est. Sabinus eodem tit. l. Si is qui pignori rem accepit, de vendendo pignore nihil convenisset, vendidit: furti se obligat. Sic Ulpian. D. de verb. signific. l. 174. & Paulus, l. 3. D. Rerum amotarum.

Obstringi furti. Masurius Sabinus apud Gellium lib. 11. cap. ult. Qui alienum quid jacens lucri faciundi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit cujus sit, sive nescit.

Participare furtum, pro Participem esse furti. Ulpian. Si familia furtum fecisse dicetur. l. 1.

Solvitur vitium furti. Julianus, D. de furtis. l. Interdum, Si res peculiaris subrepta in potestatem servi redierit: solvitur furti vitium, & incipit hoc casu in peculio esse, & ita a domino possideri.

Solutum esse furtis noxaque. Ulpian. D. Si familia furtum fecisse dicetur. l. Quoties. Idem, D. de verb. significat. l. 174. Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxaque solutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furto noxaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

Subducere aliquid pavido furto. Lucan. 2. 168.

Subtrahere aliquid furto. Cajus, D. de verborum signific. l. Mulieris, Desinere autem abesse res tunc videtur, quum sic rediit in potestatem, ne amittere ejus possessionem possimus ob hoc, quod furto pridem subtracta est.

Teneri furti. Ulpian. D. de furtis. l. Si quis uxori res mariti subtrahenti opem consiliumve accommodaverit, furti tenebitur, sed & si furtum cum ea fecit, tenebitur furti, quum ipsa non teneatur. Ipsa quoque si opem furi tulit, furti non tenebitur, sed rerum amotarum.

Teneri furti alicui. Ulpian. D. de furtis. l. Si quis uxori, Idem dicendum est & in filiofamilias milite, nam ipse patri non tenebitur furti. Rursus lege eadem. §. Si majora quis tibi pondera commodavit, quum emeres ad pondus: furti eum teneri venditori, Mela scripsit. Paulus eodem titulo, l. Creditoris, Dominus qui rem subripuit, in qua usus-fructus alienus est, furti usufructuario tenetur.

Furtum veteres dicebant Quicquid clam factum esset. Virg. 4. Georg. 346.

Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta. Servius pro Adulterio interpretatur.

Furtum pro omni Fraude. Vide Donatum in Terent. H. St. ad Eun. 4. 7. extr.

Furto fugam abscondere. Virg. 4. Æn. 337.

Is qui nocte miserorum furtum deprehenderat. Petron. cap. 104.

Cessationis furtum. Cic. 16. Fam. 26. extr. Tu etiam si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris.

Creatus Pontifex in ejus locum furto. Paterc. 2. 63. 1.

Fugæ furta. Lucan. 4. 416.

Latitantia furta. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 106.

Modestum furtum. Ovid. 2. de Arte Am. 389.

Furtum, pro Adulterio. Tibull. 1. 2. 34.

—— celari vult sua furta Venus. Virg. 6. Æn. 24.

Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto
Pasiphae. Servius. Ovid. 2. Met. 423.
Hoc certe furtum conjux mea nesciet, inquit.

Puer furto conceptus. Ovid. 2. Fast. 183.

E furto genitus. Sil. 7. 485.

Jucundum furtum. Ovid. 2. Amor. 8. 3.

Furtum, Insidiæ. Virg. 11. Æn. 515.

Furta paro belli convexo in tramite silvæ. Idem 10. 150.
—— haud furto melior, sed fortibus armis. Sallust. lib. 1. Hist. Metu gentis ad furta peridoneæ. Servius. conf. Non. 4. 230.

Furtum unius diei. Liv. lib. 26. extr. Deinde ut clarior res erat quam ut tegi ac dissimulari posset, elevabant verbis: nec opinato adventu, ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam.

Furtum generaliter Omne malum factum, præcipue Clam perpetratum, includit. Virg. 6. Æn. 568.

Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem. V. Donat. in Ter. Eun. 4. 7. 39. Ubi Alligare se furti, est Reum se facere maleficii.

FURTŬLUM, i. n. dimin. Cathol.

FURTO, Adv. pro Furtim. Gloss. Gr. Lat. λάθρα clam, clanculo, clandestino, furto. [Nisi est Ablativus, tollendaque forsan distinctio.

FURTIM, Adv. [κλεβδὴν] i. e. Clam: cujus contrarium est Palam. Cic. 2. de Nat. Deor. 157. Itaque bestiæ furtim, ut dixi, fruuntur: domini palam & libere. Idem 2. pro Lege Agr. 41. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occulte latet? ut recondita est? ut furtim tota Decemviris traditur?

Facere aliquid furtim. Cic. pro Domo 131.

Latent furtim. Ovid. 14. Met. 275.

Succedere ad montes furtim. Liv. 22. 16. conf. Virg. 2. Æn. 18. &c.

FURTĪVUS, Adj. [κλοπαῖος, κλωπικὸς, κλοπιμαῖος] Quod furto est raptum. Plaut. Pers. 4. 3. 53. Idem Pœn. 4. 2. 77. Et qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere.

Res furtiva. Quintil. lib. 5. cap. 3.

Furtivum, Clandestinum. Gell. lib. 17. cap. 9. Res quasdam occultas nuntiare regi furtivo scripto volebat.

Amor furtivus. Virg. 4. Æn. 171. Catull. 7. 8.

Artes furtivæ Cupidinis. Ovid. 1. de Pont. 4. 41.

Excursiones. Liv. 24.

Joci furtivi. Ovid. 3. de Arte Am. 640.

Iter furtivum in Italiam. Cic. in Pison. 97.

Mentis furtivæ conscia littera. Ovid. 17. Epist. 265.

Munus furtivum. Catul. 63. 19.

Venus furtiva. Ovid. 1. de Arte Am. 275.

Viæ furtivæ. Ovid. 2. de Arte Am. 246.

Voluptas furtiva. Ovid. 4. Met. 327.

FURTĪVE, [λῃστρικῶς] Adv. pro Furtim. Plaut. Pœn. 5. 2. 62. Certiorem esse te volui, nequid furtive clam accepisse censeas.

FURTIFICUS, aliud Adj. [φωρεπτικὸς] Qui furtum facere solet. Plaut. Perf. 2. 2. 44. Ubi illa altera est furtifica leæna? Idem Pfeud. 3. 2. 97. Ut prærodatis veftras furtificas manus. Idem Epid. 1. 1. 10. Antiquum.

FUROR, [κλέπτω, κλοπάω, κλοπεύω, κλωπεύω] āri. Clam alienum auferre. Plin. lib. 12. cap. 14. Nemo furatur alteri. Cic. 6. Verr. 50. Tum primum intellexi ad eam rem iftos fratres Cybiratas fuiffe, ut ifte in furando manibus fuis, oculis illorum uteretur.

Furari clam alicui, aut eripere. Cic. 2. Off. 40. Al. omittunt Clam.

Rapere & furari. Cic. 4. Verr. 60.

Furari. Quintil. lib. 3. cap. 6. Qui pecuniam publicam ex templo furatus eft.

Feffos oculos furare labori. Virg. 5. Æn. 845.

Furari, pro Furtim affequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cic. pro Corn. Balb. 5. Non enim furatus effe civitatem, non genus fuum ementitus. Bud. Apul. Flor. 4. pr. Præftigiator furatur, i. e. fubducit hominum oculis quæ videre fe putant.

Furatum venire. Plaut. Rud. 1. 2. 23.

FURĀTUS, a, um. Aufon. Mofell. 175. — mediis furata e collibus uvas Panope. Vulg. Interp. Exod. 21. 16. Furatus hominem.

FURĀTIO, ōnis. f. JCt. in Dig.

FURĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 46. extr. Furator veritatis Philofophus.

FURATRĪNA, æ. f. Idem quod Furacitas, furtum. Apul. lib. 6. Aur. Afin. p. 178. Furatrina facili Et lib. 10. p. 245. Diu quidem pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium.

FURATRĪNUS, i. m. Mercurius fic dictus. V. Beroald. ad Varr. 4. de L. L. 15.

FURAX, ācis. Adj. [ἐπίκλοπος, κλεπτικὸς] Qui facile furatur, & furtis faciendis animum applicuit.

Homo avarus & furax. Cic. 2. de Orat. 268. conf. Gell. 4. 8.

Lepus furax. Martial. lib. 1. 16. al. melius Fugax.

Manus furaces. Martial. lib. 8. 40. Et Cic. in Pifon. 74. Nam quum tu timidus ac tremens, tuis ipfe furaciffimis manibus detractam cruentis fafcibus lauream, &c.

Servus furax. Cic. 2. de Orat. 248.

Compar. Martial. 8. 59. —— nihil eft furacius illo.

Superl. Aurel. Vict. de Or. Gent. Rom. cap. 7. Cacus furaciffimus.

FURACĬTAS, ātis. f. [τὸ κλεπτικὸν] Plin. lib. 10. cap. 29. Cui foli avi furacitas auri argentique præcipue mira eft.

FURACĬTER, Adv. [κλεπτικῶς] Cic. in Vatin. 15. Quumque omnium domos, apothecas, naves furaciffime fcrutarere, &c. V. Charif. Gram. p. 179. & Fronto p. 2194.

FURCA, æ. f. [δίκρανον] a Ferendo; dictum Inftrumentum quo ftramenta feruntur. de cujus figura V. Varr. de L. L. 4. 24. ubi de Vallo. Hor. 1. Epift. 10. 24.

Naturam expellas furca licet, usque recurret. Conf. FURCILLA.

Bicornes furcæ. Virg. 1. Georg. 264.

Ferreæ furcæ, apud Catonem cap. 10.

Furca [στήριγξ, ὑποστάτης] dicitur Omne id quo quid fuftentatur in modum furcæ factum. Plin. lib. 14. cap. 2. Furcas fubdere his neceffarium. Idem lib 9. cap. 8. Tunc pifcatores circumdant retia, furcisque fublevant.

Furca, Lignum erat, ut Plutarchus refert, plauftri, quod temoni fubjiciebant, quafi Græce diceres ὑποστάτην & στήριγμα, quam furcam malefici gerebant fervi. In furca etiam, fed alia, fufpendebantur, & alia ad fupplicium trudebantur ignis. Prudent. 10. Perifteph. 851.

Et jam retortis brachiis furca eminus,
Romanus actus ingerebatur rogo. Turneb. Adverf. 4. 3.

Sub furca. Liv. 1. 26. Hunccine ajebat, quem modo decoratum, ovantemque victoria incedentem vidiftis, Quirites, eum fub furca vinctum, inter verbera, & cruciatus videre poteftis?

Figebantur furca graffatores. Calliftratus in l. Capitolium. §. Famofos. D. de pœnis, Famofos latrones in his locis, ubi graffati funt, furca figendos quam pluribus placuit: ut & confpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & folatio fit cognatis & adfinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciffent.

Fixus in furcas. Plin. lib. 29. cap. 4.

De hoc fupplicii genere apud Romanos. conf. Lex. Pitifc.

Furca, Inftrumentum bellicum in fcalas ufurpatum. Liv. 28. 3. V. Lipf. Poliorc. 5. Dial. 1.

Furca item dicebatur Inftrumentum bajulatorium tergo applicatum, in quo farcinas geftabant fervi. Plaut. Cafin. 2. 8. 2.

Si modo rus veniat, ego remittam ad te virum
Cum furca in urbem tanquam carbonarium. Nam fervi geftabant in furca carbones, quos Romæ vendebant in foro. V. Turneb. Adverf. 16. 3. & Lipf. de Cruce, 3. 4.

De Furcis fepulcralibus. V. Lex. Pitifc.

FURCŬLA, æ. f. dimin. [δικράνιον] apud Varr. 1. R. R. 8. & Columel. 2. 10. Liv. 38. 7. Momento enim ad inane, fufpenfo furculis ab hoftibus muro, pervenerunt. Ita Gronov. In quibusdam codicibus legitur Fulturis. Furculæ Caudinæ, Ubi Romanus exercitus fub jugum miffus eft. V. Liv. 9. 2.

FURCILLA, æ. f. [δικρανίδιον] Inftrumentum quo frumenta cilluntur, id eft moventur. [Immo alterum dimin. formatur a Furcula, ut a Catenula Catella.] Varro 1. de R. R. cap. 49. Herba quum crefcere defiit, & æftu arefcit, fubfecari falcibus debet; & quoad perarefcat, furcillis verfari. Columel. lib. 2. cap. 10. Baculis, furcillisve contundant. V. Vitruv. 10. 12.

Furcillis ejicere, expellere & Latinis & Græcis proverbialiter dictum. Catull. 106. 1.

Mufæ furcillis præcipitem ejiciunt. Cic. 16. Att. 2. Sed quoniam furcilla extrudimur. Ex Emend. Lambin. & Turneb. V. FURCA. Furcilles, five furcilla, quibus homines fufpendebant. Feftus. [V. Dacer. ad loc. & Feft. in Ærumnula.

FURCILLO, āre. Furcillis movere. Plaut. Pfeud. 2. 2. 36.

Væ tibi, tu inventus vero meam qui furcilles fidem. Palmerio, Furcillare fidem, eft, In dubium vocare. Salmaf. in Ed. Gron. dubitat utrum legendum Suggilles, an Forioles, id eft collutules, infamia adfpergas. Pafferat. interpretatur Furcillare fidem, Infirmam judicare, ideoque quafi admota furcilla ftabilire.

FURCULŌSUS, a, um. Adj. Apul. de Herb. Herba ramis furculofa.

FURCŌSUS, a, um. Idem. Apul. c. 7. Herba thyrfis bipalmis, furcofis.

FURCĬFER, ĕri. m. [δικρανοφόρος] dicebatur (inquit ad Ter. And. 3. 5. extr. Donatus) Servus qui ob leve delictum cogebatur a domino, ignominiæ magis, quam fupplicii caufa, circa vicinos, furcam in collo ferre, fubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum fuum, fimulque monere ceteros nequid fimile admitterent. Hactenus Donat. Unde (inquit Calepinus) Plutarch. in vita Coriolani, Furcifer huic nomen eft, quod maxima pœna apud antiquos fervo peccanti erat, ut is plauftri lignum, cui temo affigitur, fpectante vicinia, ferens circumageret. Quod ubi factum erat, infidus a domefticis & vicinis exiftimatus, furcifer appellabatur: nam Latini, lignum illud, furcam appellant.

Hinc ufurpari pro convicio cœpit. Cic. in Vatin. 15. Idem pro Deiot. 26. Quid inde furcifer? quo progreditur? Ter. And. 3. 5. 12. Oh, tibi ego ut credam, furcifer? conf. Eun. 4. 3. 28. &c. Plaut. Amph. 1. 1. 129. Afin. 3. 3. 87. &c.

FURENS, FURENTER. V. FUROR, ōris.

FURFUR, ŭris. m. [πίτυρα] Purgamentum & fæx farinæ; a Far reduplicato, Furfur. Scalig. in Varr. Melius forfan a Foris & Far; eft enim externum illud in quo verum far includitur. Plaut. Capt. 4. 2. 27.

Tum piftores fcrophipafci, qui alunt furfure fues.

Furfuribus confperfus panis. Phædr. 4. 16. 4. conf. Varr. R. R. 2. 6.

Furfures in capite & tota facie dicuntur, Fuliginofa illa excrementa ficca & alba ac tenuia, quæ fuper poris colliguntur. Plin. lib. 20. cap. 9. Furfures capitis & ulcera manantia illita ex oleo cocta. V. PORRIGO.

FURFURĀCEUS, a, um. Adj. Furfuribus fimilis. Fulgent. 2. Myth. Furfuracea tinearum terebramina.

FURFUREUS, a, um. Adj. Ex furfure: ut, Panis furfureus. Gell. 11. 7.

FURFURŌSUS, a, um. Adj. [πιτυρώδης] Plin. lib. 12. cap. 25. Colos in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfurofus. h. e. Qui veluti furfuribus permiftus apparet.

FURFURICŬLA, æ. f. dimin. Marc. Empir. cap. 5.

FURFURACŬLUM, i. n. Arnob. lib. 6. Reftituit Salmaf. in Solin. & fic dictum putat Terebrum, quod furfures in ligno perforando faciat, i. e. Scobem furfuribus fimilem.

FURIÆ, FURIALIS, FURIOSUS, FURIBUNDUS, FURIO, FURO. V. FUROR, ōris.

FURNALIA. V. FURINALIA.

FURNIUS, i. m. Nomen Ro. gentile, ut, Furnius Amicus Horatii. V. 1. Serm. 10. 86. conf. Sen. de Benef. 2. 25.

Alius poftulatus adulterii, & veneficiorum in Tiberium. V. Tacit. 4. Ann. 52.

FURNIĀNUS, a, um. Adj. ut, Furniana vafa, a Furnio inventore fortaffis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11. Harduin. Firmiana.

FURNUS, i. m. [κλίβανος, ἰπνὸς] Locus in quo panis decoquitur. A Furvo, id eft nigro colore, propter fuliginem, vel propter obfcuritatem quam intus habet. al. a Forno, id eft calido. V. Non. 12. 52. Plin. Cortices quoque decuffi ligni, clibanis & furnis præbent ufum. Plaut. Caf. 2. 5. 1. Una edepol opera in furnum calidum condito. Furnos & balnea laudat. Hor. 1. Epift. 11. 13. conf. Juven. 7. Sat. 3. Merfus furno. V. MERGO.

FURNĀCEUS, Adj. [ἰπνικὸς] ut, Furnaceus panis, Qui in furno coquitur. Plin. lib. 18. cap. 9. Nam furnaceis panibus binas adjiciunt libras.

FURNĀRIA abfolute dicitur, ficut Cœnacularia & Sagaria.

Furnariam exercere, dicitur Qui ex furno, panisque coctura quæftum facit, vel Qui furnos locat conductoribus. Suet. Vitell. cap. 2.

FURNĀRIUS, i. m. Qui furnariam exercet. Paulus in l. Fluminum. §. Præterea. D. de damn. infect. Præterea fi furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit, &c. Gloff. Vet. Furnarius, καμινοκαύστης, ἰπνοποιός.

FURO, is. V. FUROR, ōris.

FUROR, āri. V. FUR.

FUROR, ōris. m. [μανία, θυμὸς, ἐνθουσιασμὸς] Infania; a Feror, quod qui furore agitantur, huc atque illuc temere ferantur. Cic. 3. Tufc. 11. Itaque non eft fcriptum fi infanus, fed fi furiofus effe incipit. Infaniam enim cenfuerunt effe inconftantiam mentis, fanitate vacantem, poffe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atque ufitatum: furorem autem effe rati funt, mentis ad omnia cæcitatem. Idem de Arufp. Refp. 2. A diis quidem immortalibus, quæ poteft homini major effe pœna, furore atque dementia?

Cæcus furore. Virg. 2. Æn. 244.

Torvus furore vultus. Sen. OEdip. 12.

Bellorum furor. Lucan. lib. 5. 36.

Cæli furor æquinoctialis. Catul. 44. 2.

Violenti figna furoris. Lucret. lib. 2. 621.

Brevis furor. Hor. 1. Epift. 2. 62.

Cæcus furor. Hor. Epod. 7. 13.

Effrenatus, & præceps furor alicujus. Cic. 1. de Arufp. Refp. 2.

Impius furor. Virg. 1. Æn. 298.

Impotens furor. Sen. Agam. 8.

Incauti furores. Sil. lib. 3. 146.

Incitatus furor. V. INCITO.

Indomitus furor. Lucan. lib. 3. 303.

Indomiti furores. Catull. 65. 54.

Inflammatus atque ignitus furor. Cic. pro Domo 141.

Infignis furor. Virg. 3. Georg. 266.

Mœftus furor. Virg. 12. Æn. 601.

Perjurus furor. Claud. in 6. Conf. Hon. 206.

Vecors furor. Catull. 16. 14.

Abfiftere furore. V. ABSISTO.

Accenfus furor. V. ACCENDO.

Additus animis furor. Virg. 2. Æn. 355.

Augere furores. Lucan. lib. 10. 62.

Captus furore. V. CAPIO.

Cede furori currenti. Ovid. de Rem. Amor. 119. V. Voff. Inft. Orat. 2. p. 200.

Confedit ejus furor. Cic. 4. Acad. 87.

Extimulat corda bellandi furore. Sil. lib. 1. 33.

Exundans furor. Stat. 10. Theb. 603.

Fractus furor. Sil. lib. 7. 253.

Gerens indomitos in corde furores. Catull. Argon. 62. 54.

Inflammari furoribus. V. INFLAMMO.

Invadere aliquem furore. Cic. 16. Fam. 12.

Glifcit

Glifcit furor. Lucret. lib. 4. 1062.
Minuere furorem. Horat. 1. Carm. 37. 12.
Ponere furorem. Lucan. lib. 1. 327.
Præcipitant furor iraque mentem. Virg. 2. Æn. 316.
Quatiebat corda furore prætumido. Claud. 1. in Ruff. 225.
Redire ad furorem. Cic. 10. Fam. 11.
Sistere furorem. Stat. 5. Theb. 663.
Sopitus ubique furor armorum. Paterc. lib. 2. 89.
Versatur mihi ante oculos aspectus & furor Cethegi, in vestra cæde bacchantis. Cic. 4. in Catil. 11.
Furor, Mens vi quadam divina concitata, qualis est Furor poetarum. Cic. 1. de Divin. 80. Ibidem paulo ante, Inest igitur animis præsagitio extrinsecus injecta, atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum a corpore animus abstractus, divino instinctu concitatur.
Vaticinos concepit mente furores. Ovid. 2. Met. 640.
Decoris furorem dixit Sil. 2. 324. pro Cupiditate gloriæ; quod ex Græcis fontibus derivat Dan. Heinsius.
Furor fingitur a Poetis catenis vinctus. Unde Virg. 1. Æn. 298.
—— furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.
Interdum describitur solutis vinculis, ut a Petronio cap. 124.
Quos inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum late tollit caput, oraque mille; &c.

FURIA, æ. f. [Ἐριννύς, Σκοτία] vel FURIÆ, arum. Furiæ (inquit Servius) Diræ in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos; unde & tres esse dicuntur, Acherontis & Noctis filiæ; Megæra, Tisiphone, Alecto. Canes etiam vocantur, ut est apud Virg. 6. Æn. 258.
—— visæque Canes ululare per umbram
Adventante dea. Lucan. 6. 733.
—— Stygiasque Canes in luce superna
Destituunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 46. Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ: Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris.
Furiæ, Veteribus Scelestæ mentis tormenta erant. Cic. pro Rosc. Amer. 67. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent. hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ; quæ dies noctesque parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetant.
Furia ac pestis patriæ. Cic. pro Sext. 33.
Clodium furiam appellat Cic. 3. Q. frat. 8. Primum est, de Clodii ad Cæsarem litteris: in quo Cæsaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti veniam non dedit, uti ullum ad illam furiam verbum rescriberet.
Honestæ furiæ. Stat. 4. Silv. 6. 83.
—— immeritasque domos ac templa Sagunti
Polluit, & populis furias immisit honestas. Furias honestas vocat, Saguntinorum impetum, quo maluerunt perire cum civitate sua, quam a Romanis desciscere.
Justæ furiæ. Virg. 8. Æn. 494. conf. Comm. ad Petron. procem.
Tristes furiæ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 219.
Accensus furiis. V. ACCENDO.
Actus malis furiis. Hor. 2. Serm. 3. 135.
Agitatus amor furiis. Virg. 10. Æn. 872.
Agitata doloris furiis. Ovid. 6. Met. 595.
Agitant & insectantur impios furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Cic. 1. de Legib. 40.
Agitatus scelerum furiis. Virg. 3. Æn. 331. conf. Furiæ veteribus &c.
Concepit furias. Virg. 4. Æn. 474.
Consistere usquam impios non patiuntur furiæ. Cic. pro Rosc. Amer. 66.
Exagitari verberibus furiarum. Suet. in Neron. cap. 34.
Incensa furiis. Virg. 4. Æn. 376.
Ruunt in furias, ignemque. Virg. 3. Georg. 35. Videtur figura esse ἐν διὰ δυοῖν, quasi dicat Furiosum ignem. Intelligit enim Amorem.
Terreri tædis ardentibus furiarum. Cic. in Pison. 46.
Tollitur horrendas in furias. Stat. 5. Theb. 90.
Picturas Poetarum poeticas dabit Broeckh. ad Tibul. 1. 3. 96.
De Lampadibus Furiarum gestamine, V. Drakenb. ad Sil. 2. 610.

FURIĀLIS, e. Adj. [Ἐριννυκὸς] Quod ad Furias pertinet, vel Quod furentibus & insanis proprium esse solet.
Arma furialia. Ovid. 6. Met. 591.
Ausa furialia. Ovid. 11. Met. 12.
Cædes furialis. Ovid. 6. Met. 657.
Caput furiale. Hor. 3. Carm. 11. 17.
Carmen furiale. Liv. 10. 41. Et dira execratio ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpique compositum.
Ignes furiales. i. e. Amores nefarii. Ovid. 2. Fast. 761. Al. Furiati.
Incessus furialis. Liv. 7. 17. Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, facibus ardentibus, anguibusque prælatis, incessu furiali, militem Romanum insueta turbaverunt specie.
Malum furiale serpentis. Virg. 7. Æn. 375.
Vestis furialis. Cic. 2. Tusc. 20. Ex Sophocle. Vestem intelligit, qua indutus Hercules versus est in furorem.
Virus furiale. Claud. 2. in Eutrop. 188.
Vox furialis. Cic. pro Planc. 86.
Furiale minatur, Adverbialiter. Stat. 6. Theb. 429.

FURIALĬTER, Adv. [Ἐριννυκῶς] Ovid. 3. Fast. 637.
Non tamen exactum quid agat, furialiter odit.

FURIŌSUS, Adj. [μανιώδης, μανικὸς, ζάκοτος] A quo furor nunquam recedit, inquit Servius ad 2. Æn. 407. Cic. 3. Tusc. 11. Itaque non est scriptum, Si insanus, sed Si furiosus esse incipit. Idem pro Cluent. 182. Mulier jam non morbo, sed scelere furiosa.
Vecors, furiosus, mente captus. Cic. in Pison. 47.
Vesanus & furiosus homo. Cic. pro Domo 3.
Ædilitas furiosa. Sumptibus scil. Cic. 2. Q. frat. 2. Spero eum in officio fore: sed omnia sunt tardiora, propter furiosæ ædilitatis expectationem.
Amor furiosior. Ovid. 9. Met. 736.
Conciones furiosissimæ, Turbulentissimæ. Cic. 4. Att. 3.
Cupido opum furiosa. Ovid. 1. Fast. 211.
Cupiditas alicujus effrenata & furiosa. Cic. 1. in Catil. 25.
Impetus furiosus. Sen. Hippol. 2.
Libido furiosa. Ovid. 1. de Arte Am. 281.
Peccatum furiosum. Hor. 1. Serm. 3. 83.
Vis furiosa Tribuni facile superari frangique potest. Cic. pro Domo 55.
Vultus furiosus & acer. Lucret. lib. 6. 1182.
Furiosum Jurisconsulti appellant, Qui mentis ad omnia lumine, id est sensu communi caret: quales non modo Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Orestem fabulæ memorant, verum etiam Margitem, Melitidem, Chorœbum, Morychum. Dementem vero, Qui non usquequaque, sed ex parte tantum mentis errore ducitur, veluti is, de quo D. Pius loquitur in l. Is qui. D. de tut. & curat. dat.

FURIŌSE, Adv. [μανικῶς] Furiosi in modum. Cic. 13. Philipp. 39. Partes furiose dicuntur in foro, in curia. [Hic Furiose vocativus est. Solet eum, cum aliquid furiose fecit pœnitere. Idem 8. Att. 5.
Compar. Spartian. Hadr. cap. 12. Servo in se cum gladio furiosius irruente.

FURIO, [ἐκμαίνω] āre. Cum furore concitare. Hor. 1. Carm. 25. 13.
—— flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum. h. e. In libidinis furorem urgere. Acron. Sil. 14. 281.
Vaniloquo pubem furiabant insuper ore.

FURIĀTUS, a, um. Adj. [μανιώδης] Furore concitatus. Virg. 2. Æn. 407.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. Ubi Servius, Furiatus, Qui ex causa furit.
Ignis furiatus. Ovid. 2. Fast. 761.
— juvenis furiatos regius ignes Concipit. Al. Furiales.
Juventus furiata. Sil. lib. 11. 132.
Furiata mente ferebar. Virg. 2. Æn. 407.

FURIATĬLIS, e. Adv. Fortunat. 3. Mart. Furiatile cornu.

FURO, [μαίνω, ἐνθουσιάζω, παρακόπτω, μυωπίζομαι] ĕre. Furore agitari. Carere præterito, & forte etiam prima persona Furo dicitur. V. Diomed. lib. 1. Sedulius tamen lib. 1. de Daniele cum leonibus,
—— furuerunt jussa Tyranni. Apul. Furit, ensem corripit, fertur in eum præceps, nihil tale timentem aggreditur. Cic. 3. Tusc. 11. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Orestem furere dicimus.
Furere, Insanire. Cic. 1. Off. 108. Versutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita ejus esset, & plus aliquanto Reipub. prodesset, furere se simulavit. Idem in Pison. 47. Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatum, non civitatem?
Bacchari & furere. Cic. Arusp. Resp. 39. conf. Hor. 2. Carm. 7. extr.
Insanire & furere. Cic. 6. Verr. 39.
Furit ad. Cic. 4. Att. 16. Res furit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ. Ex vetusto codice legendum, Fluit.
Apud sanos furere, & quasi apud sobrios bacchari videtur vinolentus. Cic. in Orat. 99.
De aliquo furere. Cic. 14. Att. 21.
Arenis furit æstus, Fervet. Virg. 1. Æn. 111.
Dolore furit. Ovid. 12. Met. 478.
Lymphata mente furebat. Catul. 62. 254.
Furere aliquid, pro Ob aliquid. Liv. 8. 31. Et nunc id furere, id ægre pati: quod sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint.
Furebat a Racilio se contumaciter urbaneque vexatum. Cic. 2. Q. frat. 1. De Clodio.

FURENS, entis. Partic. ut, Animi furens. Virg. 5. Æn. 202.
Audacia furens Catilina. Cic. 2. in Catil. 1.
Contumelia furens. Plin. lib. 7. cap. 12.
Ense furens. Valer. 1. Argon. 144.
Libidinibus inflammatus & furens. Cic. 5. Tusc. 16.
Cedere furenti. Cic. Anteq. iret in exil. 27.
Continere furentem & exultantem. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Mollire furentem ira. Ovid. 13. Met. 322.
Bella furentia. Sil. lib. 7. 571.
Flammæ furentes. Virg. 4. Æn. 670.
Impetus furentes & violenti. Cic. de Arusp. Resp. 46.
Populus furens. Lucan. lib. 2. 249.
Rabie furenti stimulatus animus. Catul. 61. 4.
Venti furentes. Virg. 10. Æn. 37.
Undæ furentes. Lucan. lib. 3. 195.
Compar. Claud. Fescenn. 26.
Quis belluarum corde furentior.

FURENTER, Adv. [μαινομένως] Idem ac Furiose. Cic. 6. Att. 1. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem ajunt eum furenter irasci.

FURIBUNDUS, a, um. Adj. [ἐξεστηκὼς, παρακεκινηκὼς] Qui vehementer furit. Cic. pro Sext. 117. At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, &c. Idem 13. Philipp. 29. Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit. conf. Virg. 4. Æn. 646. & Manil. 1. 411.
Canis furibundus. Hor. 1. Epist. 10. 17.
Magistratui furibundo cedere. Cic. Anteq. iret in exil. 27.
Mens alicujus furibunda. Cic. Anteq. iret in exil. 25.
Prædictiones vatum furibundæ. Cic. 1. de Divin. 4.
Taurus furibundus. Ovid. 13. Met. 871.
Furibunda ruit. Ovid. ad Liv. 373.

FURINA, æ. f. V. supra ante FURTUM. [Quanquam ex loco Cic. qui in FURIA affertur, huc potius pertinere censeas.

FURIPPUS, i. m. V. ibid.

FURTIM, FURTIVUS, FURTUM, FURUNCULUS. V. FUR.

FURVUS, a, um. Adj. [μέλας] Nigrum vel atrum dicitur, auctore Festo.
Antra furva. Ovid. 5. Met. 541.
Color furvus. Solin. cap. 33. pr. (al. 46.)
Culpa furva. Prudent. Cathem. 1. 74.

Hostiæ furvæ. Val. Max. 2. 4. 5.
Hostiæ nigræ, antiquitus Furvæ dicebantur. ibid.

FURVESCO, ĕre. Mart. Capel. lib. 1. p. 20. Tartareæ noctis obscuritate furvescens.

## F U S

FUSCĪNA, æ. f. [δίκρανον, τρίαινα] Telum tridens sive trisulcum piscatorium, quod fundo natantia capiat. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Dant etiam deo arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. Neptuni tridens. Accius in Argon. apud Cic. 2. de Nat. Deor. 89.
Aut forte Triton fuscina varrens specus. Sic Martial. lib. Spect. 26.
Fuscina dente minax, &c.
Fuscina utebantur Retiarii gladiatores. Juven. 2. Sat. 143.
Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. V. RETIARIUS.

FUSCINŬLA, æ. f. dimin. Parva fuscina. Perott. Vulg. Interp. Exod. 27. 3.

FUSCUS, a, um. Adj. [φαιὸς] Quod est subnigrum: cujusmodi est color Indorum meridionalium & Æthiopum. Columel. lib. 6. cap. 1. Colore rubro vel fusco.
Amictus fuscus. Tibul. lib. 3. 4. 55.
Caligo fusca. Martial. lib. 8. 51.
Cella fusca. Martial. lib. 3. 30.
Color fuscus. Ovid. 2. Amor. 4. 40.
Cornix fusca. Cic. 1. de Divin. 14. Ex quodam poeta.
Equus fuscus. Ovid. 2. Fast. 314.
Falernum fuscum. Martial. lib. 2. 40.
Nubila fusca. Ovid. 5. Met. 286.
Pars inferior Delphini fusca videtur. Cic. in Arat. 99.
Pilus fuscus. Plin. lib. 8. cap. 21.
Violæ fuscæ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 128.
Vox fusca. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum.
Fuscior, Comp. ut Laterna fuscior. Martial. lib. 14. 62.
Cornea si non sum, nunquid sum fuscior?

FUSCO, [ἀμαυρόω] āre. Fuscum facere.
Fuscentur corpora campo. Ovid. 1. de Arte Am. 513.
Diem fuscare. Ovid. 1. Trist. 9. 15.
Fuscat nube diem. Valer. 1. Argon. 396.
Lanugine fuscante malas. Lucan. lib. 10. 135.
Fuscandi cura coloris. Ovid. 2. Trist. 487. Al. Fucandi rectius. Intelligit enim medicamina faciei.
Sol perpetuo squalore fuscabitur. Lact. Div. Inst. Epit. cap. 8. H. St.

FUSCĀTIO, ōnis. f. Arnob.

FUSCĀTOR, ōris. m. [ἀμαυρωτὴς] ut, Cæli fuscator Eoi Corus. Lucan. lib. 4. 66.

FUSE. V. FUNDO.

FUSICĬUS, Viri nomen, de quo Cic. 4. in Verr. 31. C. Fusicius a C. Verre duci jussus. in codd. emendatis Fuficius. [Forsan Fufidius aut Fulcinius legendum.

FUSIDĬUS, Fœneratoris nomen apud Hor. 1. Serm. 2. 12.
Fusidius, vappæ famam timet, ac nebulonis, &c. Sed in Ed. Bentleji & plerisque aliis legitur Fufidius.

FUSILIS, FUSIM, FUSIO, FUSOR, FUSORIUS. V. FUNDO.

FUSIUS, pro Furius antiqui dixerunt, ut Valesius, pro Valerius. Auctor Festus.

FUSIUS, Nomen gentile Ro. Fusii cujusdam, qui ita viribus præstitit, ut mulum suum tolleret, ob id Rusticellus Hercules appellatus, meminit ex Varrone Plin. lib. 7. cap. 20. Fufius Hard. in Indice.
Fusius, Oratoris nomen, cujus meminit Cic. 2. de Orat. 91. Fusius, inquit, nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur. Al. Fufius.

FUSTERNA, æ. f. Pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minusque nodosa, Sapinus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 39. Abietis quæ pars a terra fuit, enodis est, hacque quam diximus ratione fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur: Superior pars nodosa duriorque, fusterna. Non desunt qui malint legere Susterna. V. ABIES, Rhodig. lib. 5. cap. 6. & Vitruv. 2. 9.

FUSTIBĂLUS, i. m. Instrumentum est bellicum, longum pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, & utraque manu impulsum, prope ad instar onagri dirigit saxa. Hinc

FUSTIBALATŌRES, Milites, qui fustibalis lapides jaciunt. Auctor Modestus, de Vocab. rei milit. pag 254. Plant.

FUSTIS, is. m. [ῥόπαλον] Lignum teres. Plin. lib. 7. cap. 56. Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. Cic. pro Cæcin. 60. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?
Longus fustis. Hor. 2. Serm. 3. 112.
Non opus est verbis, sed fustibus. Cic. in Pison. 73.
Agere aliquid formidine fustis. Hor. 2. Epist. 1. 154.
Agitare fustibus equos prohibet imperator, in l. prima. C. de cursu publico, lib. 12. Equos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus.
Aperire caput fuste. Juven. 9. Sat. 98. i. e. Findere.
Coercere aliquem fuste. Hor. 1. Serm. 3. 134.
Impingere fustem alicui. Cic. 8. Fam. 8. Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?
Pugnare fustibus. Hor. 1. Serm. 3. 101.
Repellere male mulctatos clavis & fustibus. Cic. 7. Verr. 94.
Fustibus cædi, pro Fascibus bacillorum, cujusmodi olim civitate libera Magistratibus præferebantur, Jurisconsulti dixerunt. Itaque liberorum hæc hominum pœna, posteriorum Imperatorum tempore fuit, quum servi flagellis cæderentur. Macer l. 10. D de pœn. Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex iis servus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. Quo ex loco apparet minus turpe fuisse Fustibus, quam Flagellis cædi.

FUSTĬCŬLUS, i. m. dimin. Apul. Met. 6.

FUSTIĀRIUS, i. m. [ξυλοκόπος] Qui fuste cædit. Vet. Gloss. Nominis instar adjectivi occurrit in Fabretti inscriptionibus, p. 529. FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVERIT ESSE SVBDENDVM.

FUSTIM, Adv. Val. Max. 6. 3. 9. Uxorem, quod vinum bibisset, fustim interemit.

FUSTITUDĪNUS, a, um. Adj. Plaut. Asin. 1. 1. 21.
Apud fustitudinas, ferricrepinas insulas. Fustitudinas vocat, quod illic Fustibus adigerentur servuli. [Immo Tunderentur.

FUSTUĀRIUM, i. n. [ματίγωμα] Supplicii genus ob falsum testimonium, furtum, & multa alia crimina. Valla lib. 1. cap. 6. interpretatur Fustigationem. Cic. 3. Philipp. 14. Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt, &c. Liv. 5. 6. Fustuarium meretur, qui signa relinquit aut præsidio discedit.

FUSTĪGO in vet. Gloss. βακλίζω. Al. ξυλοκοπῶ. Hinc Fustigatio apud JCtos.

FUSURA. V. FUNDO.

FUSUS, i. m. [ἄτρακτος] Quo nent mulieres: a Fundo, dictum: quod dum trahitur volvendo, quasi liquefieri videtur. Plin. lib. 11. cap. 23. Lanificia mox in fila tenuantur junceo fuso.
Fusis mollia pensa devolvunt. Virg. 4. Georg. 348.
Versato ducentem stamina fuso. Ovid. 4. Met. 220.
Torquere fusos. Plin. lib. 28. cap. 2. Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant.
Teretem versabat pollice fusum. Ovid. 6. Met. 22.

## F U T

FUT, Nomen fluvii in Mauritania, non longe ab Atlante monte, de quo Plin. lib. 5. cap. 1. in descriptione Mauritaniæ.

FUTĪLE, Adv. [χυδαῖον] Vas erat, quod non deponebant ministri sacrorum, quod erat acuto fundo, & patulo ore, eoque instabile erat. Utebantur eo in sacrificiis deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponebatur: quod si fiebat, piaculum erat. Unde excogitatum vas fuit quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. Ex Donato in Ter. Andr. 3. 5. 3. & Servio in Virg. 11. Æn. 339. V. & Vet. Schol. in Stat. 8. Theb. 297. Ab hoc

FŪTĬLIS, e. [χυδαῖος, ἀκαῖος] i. e. Vanus vel Inutilis: Festus, Futiles dicuntur, Qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. Sic & Vasa futilia a Fundendo vocata.
Ætas futilis, imbellesque anni. Sil. lib. 16. 656.
Alacritas futilis. Cic. 4. Tusc. 37. Nec sitienter quid expetens, ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat.
Aruspices vani & futiles. Cic. 1. de Divin. 36. Irrideamus aruspices: vanos, futiles esse dicamus.
Auctor futilis. Virg. 11. Æn. 339.
—— consiliis habitus non futilis auctor. Ubi Servius; Non futilis, Bonus in consiliis, non inanis.
Causa futilis, Vana & levis. Plin. lib. 33. cap. 2.
Canes futiles. Phædr. 4. 17. 33. Qui alvum continere non possunt.
Homo futilis, Qui est ejusmodi, ut tacenda continere non possit, sed continuo effutiat: qui commissa (inquit Servius) non retinet. Ter. Adel. 3. 3. 41. Ille futilis, somnium. Cic. 3. de Fin. 38. Quis non odit sordidos, varios, leves, futiles? Apulejus, Levis homo & futilis, & rimarum plenus.
Lætitiæ futiles. Cic. 5. Tusc. 16.
Murmur futile. Valer. 8. Argon. 354.
Sententiæ futiles commentitiæque. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.
Tempus futile. V. TEMPUS.
Votum futile. Sil. lib. 10. 340.

FUTILĪTAS, ātis. f. [ἀκχιοσύνη] Cic. 2. de Nat. Deor. 70. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissime, & plena sunt futilitatis, summæque levitatis.

FUTILĪTER, Adv. Apul. Futiliter blaterata. V. Non. 11. 39.

FUTĪLE, Adv. [ψυχρῶς] pro Futiliter. Ennius in Phœnice, ut citat Nonius, 11. 39.
Ut quod factum est futile, amici nos feramus fortiter. conf. Plaut. Stich. 2. 2. 73.

FUTIO, [ἐγχέω] īre. Effundo; a quo componitur Effutio quod vide. Obsoletum.

FUTO, [ἐλέγχω] āre. Arguere interpretatur Festus. Antiquum est; unde Confutare, & Refutare.

FUTĀTIM, Adv. [χυδὴν] i. e. Profusim. Plaut. Truc. 4. 4. 29. Futatim nomen commemoravi ter. Antiquum.

FUTUM, i. n. Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Varro de L. L. 4. 25.

FUTUO, ui, ūtum, ĕre. Verbum obscænum. Martial. lib. 6. 91.
Sancta ducis summi prohibet censura, vetatque
Mœchari: gaude Zoïle, non futuis. Idem lib. 9. 42.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres. Et lib. 10. 95.
Infantem tibi vir, tibi Galla remisit adulter;
Hi puto non dubie se futuisse negant. Lib. eod. 81.
Quum duo venissent ad Phyllida mane fututum.

FUTUOR, pass. Martial. lib. 9. 5.
Aureolis futui quum possit Galla duobus,
Et plus quam futui, si totidem addideris.

FUTŪTUS, Partic. Martial. lib. 3. 87.
Narrat te rumor Chione nunquam esse fututam. Sic lib. 11. 41.

FUTŪTOR, ōris. m. Martial. lib. 1. 91. in Bassam tribadem,
At tu, pro facinus! Bassa fututor eras. Sic lib. 11. 88.

FUTŪTIO, ōnis. f. Catull. 30. 8.
Sed domi maneas, paresque nobis
Novem continuas fututiones.

FUTŪTRIX, īcis. f. Martial. lib. 11. 62.
Arrigere linguam non potest fututricem. Lib. eod. Epigr. 23. in Pædiconem masturbantem, —— inguina saltem
Parce fututrici sollicitare manu.

FUTŪRUS. V. SUM.

FUVI, pro Fui apud Comicos antiquos sæpe reperias addito v productionis gratia. Plaut. Pœn. prol. 110. Quo genere gnata, qui parentes fuverint. Turnebus. Et Enn. apud Cic. de Orat. 3. Adde Lucret. 1. 387.

# G

**Littera** veteribus Latinis ignota; ejus inventionem Sp. Carvilio adſcribit Plutarchus Problematum Rom. 54. Ubi de Macelli appellatione disquirit. Novam conſonam vocat Diomedes. Itaque apud antiquos pro G ubique C ponebatur, ut patet ex columna Duiliana. V. ſupra in C. Enimvero C ita ipſius G vices ſuſtinet, ut per G aliquando ſonaret, ut Cajus, a Γάιος.

Quæri poteſt, unde fit ut G locum haberet inter F & H, cum γ Græcorum ſecundæ litteræ in alphabeto locum obtineat. Videtur quidem inter has litteras magna intercedere neceſſitudo. Quid enim naturæ magis conſentaneum eſſe potuit, quam ut Digamma F, ſimplex Gamma G, & ſpritus H, ſe mutuo conſequerentur. Et ſane, γ pro F interdum ſcribitur, ſic Fέσις, Fέντερ (pro ἐσθής, ἔντερον; Veſtis, Venter) apud Heſychium ſcriptum invenimus γέσις, γέντερ. Et ſimiliter, H pro G; ſic a γίννος Hinnus, a δράσσω δραχῶ Traho, unde & rurſus G redeunte poſtliminio Tragula. [A Trajiciendo tamen arceſſit Varro. V. TRAGULA.

G & C mutuas operas tradunt; nam ut a γόγγρος, Congrus; a Jungo, Juncus; a Pertingo, Pertica; a Viginti, Viceſimus: ſic vice verſa, a κύκνος, Cygnus; a κυβερνῶ, Guberno; a Centum, Quingenti; & a Nec & Otium, Negotium.

G & N invicem permutantur. Nam in iis vocibus, ubi γ præcedit κ, γ, χ vel ξ, iſtud prius γ Græce ſonat ν. Latine vero vertitur in N. ut ἄγγελος, Angelus; ἄγκυρα, Anchora; Ἀγχίσης, Anchiſes; Σφίγξ, Sphinx. Quanquam veteres, inter quos Attius, Græcos imitantes ſcripſerunt, Agchiſes, Agcora. e contra, N ante G vel C ipſam G ponebant veteres, ut Varro monet in L. L. lib. 1. Sic Aggulus pro Angulus, Iggerunt pro Ingerunt, Agceps pro Anceps. Eſt & aliud argumentum hujusce inter litteras G & N cognationis, nempe quod G gaudet ſubſequi ipſam N; ut a Centum, Quadringenti, Quingenti; ubi C poſt N mutatur in G, quod alias non fit; ut Ducenti, Sexcenti. Gaudet item præcedere, ut Gnoſco, Gnotus, Gnavus; quam nonnulli quidem Proſtheſin dicere amant: at ſi vocum originem inſpiciamus, potius dicenda eſt Aphæreſis, cum ſcribas ſine G, quam Proſtheſis cum per G; nempe a γινώσκω, γνωτὸς, γενναῖος ortum ducunt. [Unde & in compoſitis g retentum, ut Ignoſco, Ignavus.

G ſingulariter ſcripta ſæpe invenitur. G. Gaudium, Gens, Gajus, Genus, Geſta, Gratia, Gratis. G. AVG. Genio Auguſti. G. B. Genio bono, Gens bona. G. B. D. M. P. Genio bono dicavit monumentum publice. G. C. Gajus Cæſar, Genio civitatis, vel Cæſaris. G. D. Gens deſolata, Germanicus Dacicus, Gratis dedit. G D. Gaudium. G. F. Gemina fidelis vel felix, Gula filiorum, Germanus frater. G G. Gemina, Geſſerunt. G. L. Genio loci. G L. Gloria. G. L. F. Genio loci factum. G. M. Genio malo. G M. Germanicus, Germanus. G. M. V. Gemina Minervia Victrix. G N. Gens, Genius, Genere, Gnæus. G N T. Gentes. G. P. Galliæ Procurator, Genio poſuit. G. P. F. Gemina Pia fidelis. G. P. R. Genio vel Gloria populi Romani. G R. Gratis, Grex. G. S. Genio ſacrum, Genio Senatus. G. T. Genio tutelari, Gravitas tua. G. T. A. Genio tutelari Auguſti. G. V. Genio Urbis, Gravis Valerius. G. V. S. Genio Urbis ſacrum, Gratis votum ſolvit. G X. Grex.

**Gaba**, [Γάβα] Galilææ oppidum eſt, ut ait Joſephus lib. 5. Antiquitat. Judaicarum.

**Gabaa**, Syriæ urbs. V. interpretationem nominum Hebraicorum.

**Gabalium**, i. n. Planta. Plin. 12. 21.

**Gabalus**, i. m. [σταυρὸς] apud veteres Crux ſive Patibulum dicebatur. Varro apud Non. 2. 373. Nos barbari, quod innocentes in gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari, quod noxios abſolvitis. V. Lipſ. de Cruce, 1. 2. Voſſii Etym. [Germanis Furcam denotat, unde Celticum eſſe ſuſpicari licet. in Gloſſ. βάσταγος redditur.

**Găbătæ**, ārum. Vaſa concava, eduliis, pulmentariisque aptiſſima. Martial. lib. 7. 47.

Transcurrunt gabatæ, volantque lances. Idem lib. 11. 32. Gallice *Une Jate.*

**Gabiēnus**, Cæſaris claſſiarius fortiſſimus. Plin. 7. 52.

**Găbii**, ōrum. [Γάβιοι] Urbs Volſcorum fuit, ſeptuaginta millibus paſſuum ab urbe diſtans, a Galacto, & Bio Siculis fratribus condita. Gabiorum meminit & Virg. 6. Æn. 768.

**Gabinensis**, e. Adj. [Γαβίνης] Plin. lib. 2. cap. 94. Quædam vero terræ ad ingreſſus tremunt, ſicut in Gabinenſi agro, non procul urbe Roma, &c. Alii legunt Gabienſi.

**Gabīnus**, a, um. Adj. [Γαβῖνος] ut, Gabina Juno. Virg. 7. Æn. 612. Gabinus cinctus. V. Servium in loc. & Liv. 5. 46.
Urbs Gabina. Ovid. 2. Faſt. 706.
Robore freta Gabino. Claud. in 6. Conſ. Stil. 83.

**Gabīnius**, [Γαβίνιος] Nomen gentis Romanæ. Ex qua notus, A. Gabinius, ſub quo conſule Cicero in exilium miſſus eſt. V. Cic. de Prov. Conſ. 2. Qui deinde Syriæ provinciæ præfuit, & rebus Orientis ordinatis Ptolemæum, quanquam injuſſu ſenatus, in regnum reduxit, ut eſt apud Cic. pro Sext. 81. Ob id ex provincia revocatus, & majeſtatis poſtulatus, eo quidem judicio abſolutus, ſed mox repetundarum poſtulatus condemnatusque, exilii cauſa ſolum vertit. Noviſſime in bello civili Cæſarem ſecutus, ab eodemque in Illyricum miſſus eſt, ubi male re geſta, amiſſoque exercitu, omnibus difficultatibus circumventus Salone, quo confugerat, morbo periit. Ex Cic. Dione, & Hirt. de Bello Alex.

**Gabīnius**, a, um. Adj. Cic. 5. Att. 21.

**Gabiniānus**, aliud Adj. ut, Milites Gabiniani. Val. Max. 4. 1.

**Gabriel**, ēlis. Nomen Angeli. Iſidor. 7. 5.

## G A D

**Gadera**, [Γάδαρα] Civitas Syriæ non longe ab Aſcalone: a qua Theodorus rhetoricæ præceptor, qui Strabonis ætate floruit, Gadarenus dictus eſt.

**Gādes**, ium. f. [Γάδειρα] Inſula eſt Oceani, nunc vulgo dicta *Cadiz*, ultra Bæticam Hiſpaniam, circa columnas Herculis, longa XII millia paſſuum, lata tria millia, Plin. 5. 22. Ibid. duarum videtur meminiſſe exiguo intervallo diſtantium, quarum altera Erythræa vel Erythia dicta ſit ob Tyrios, quorum origo ad Erythræum mare relata eſt: Altera major Cotinuſſa, ab oleaſtri copia, qui a Græcis κότινος dicitur. Hæc etiam *Gadir* eſt appellata, quod *Gadira* lingua Punica Sepem, vel ſeptum ſignificat. Hermolaus non Gadira, ſed Gadiruta legit apud Plin.
Jocoſæ Gades. Martial. lib. 1. 62.
Occiduæ Gades. Claud. de Bell. Gildon. 43.
Remotæ Gades. Hor. 2. Carm. 2. 11.
Hominum finis Gades. Sil. lib. 1. 141. Et lib. 17. 642. Terrarum finis Gades.
Tyriæ Gades. Lucan. lib. 7. 187.
Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules ipſe itinerum, & laborum ſuorum terminos eſſe voluit. Cic. pro Corn. Balb. 39.

**Gadītānus**, a, um. Adj. [Γαδειρεὺς, Γαδειραῖος, Γαδειρικὸς] ut Fœdus Gaditanum. Cic. pro Corn. Balb. 34.
Civitas Gaditana. Cic. pro Corn. Balb. 43. Ita Gaditana civitas, quod beneficiis ſuis erga Rempubl. noſtram conſequi potuit, quod imperatorum teſtimoniis, &c. id abeſt.
Fretum Gaditanum. *L'eſtroit, ou le Deſtroit de Gibraltar: El Stretto, ò el Far de Gibaltar.* Sunt qui proferant *Gibraltar.* Antea *Gibel* lingua Arabica dicebatur, quæ dictio Montem ſignificat. Ex Olivario in Melam.

**Gæon**, [Γαιών] a Joſepho dicitur eſſe Nilus. Rectius ſcripſeris Gehon.

**Gætulia**. V. GETULIA.

**Gæsum**, vel **Gēsum**, vel **Gessum**, i. n. [γαῖσα, ἢ γαισὸς] Teli genus, quod alii Gallicum, alii Hiſpanicum eſſe volunt. Afris vero tribuit Sil. 2. 444. ubi V. Drakenborch. Virg. 8. Æn. 661.

—— duo quisque Alpina coruſcant
Geſa manu.

Ubi Serv. Haſtas viriles, inquit, Nam etiam viros fortes Galli *Gæſos* vocant. Quaſi Gallica nimirum vox eſſet. Geſum, grave jaculum, Feſtus. Telum Galliarum tenerum Nonio. Miſſile certe fuit, unde bina gerebant, Virg. l. c & Varro de Vita P. R. apud Non. Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis gæſis eſſent. Quæ periphraſis eſt Leviter armati & apud Liv. 8. 8. Leves autem qui haſtam tantum, gæſaque gererent vocabantur. Idem 9. 36. Iere paſtorali habitu, agreſtibus telis, gæſisque binis armati. Meminit & 26. 6. Plura V. apud Lipſ. Poliorc. 4. 4. Voſſ. de Vit. Serm. 1. 2. Emmeneſſ. ad Virgil. conf. Polluc. Heſych. Suid.

**Gagātes**, m. ſeu **Gages**, [Γαγάτης] Fluvius in Lycia, & Lapidis nomen pretioſi in eo primum reperti, quamvis etiam in Britannia abundet. Plin. lib. 36. cap. 19. Gagates lapis nomen habet loci & amnis Gagis Lyciæ. Gallice, *Du Jayet.*

## G A L

G A. Galeria. GAL. Gallus. GALL. Gallice. GAL. VAL. Galerius Valerius.

**Galactites**, m. Lapis pretioſus, de quo Plin. lib. 37. cap. 10.

GALACTOPŌTA, æ. m. [γαλακτοπότης] Qui lac potat. Columel. lib. 7. cap. 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat: ex quo Nomadum Getarumque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

GĂLANTHIS, [Γαλανθὶς] ut est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit in Galen, id est in mustelam a Junone mutata. V. Ovid. 9. Met. 306.

GALĀTA, Insulæ nomen non procul a Melita, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. Geogr. 7.

GĂLĀTĒA, [Γαλάτεια] fuit Nympha, filia Nerei & Doridis, ut est apud Ovid. 13. Met. 742.

At mihi, cui pater est Nereus, quam cœrula Doris
Enixa est, &c.

GĂLĀTIA, [Γαλατία] Regio minoris Asiæ. Hæc ab Oriente Cappadociam & Halym fluvium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, a Meridie Pamphyliam, a Septentrione Pontum Euxinum habet: quam olim Galli ex Europa venientes habitarunt, & Gallogræcia dicta est. V. Plin. lib. 5. cap. 32.
Κελτικὴ, Vide CELTÆ. Ἐν παρατείνω, τῆς νῦν Ἰταλίας, τότε δὲ ἐν Γαλατίας. Dio libro 41. pag. penult. quæ est 118. edit. Parif. H. St.

GALĀTÆ, ārum. m. Incolæ Galatiæ. ut, Galatarum auxilia. Cic.6. Att.5.

GALATĬCUS, Adj. Spinæ Galaticæ. Plin. 24. 12. Columel. 2. 9.

GALATĬCOR, āri. fictum Tertulliani verbum, ut apud Latinos veteres Græcari. de Jejun. cap. 14. pr.

GALATIUM, i. n. [γαλάτιον] Herba. Dioscor.4.96. Idem ac Gallium. q.V.

GALBA, Cognomen Sulpiciorum, de cujus origine Suetonius in Galba cap. 3. varias sententias proponit: ubi etiam multorum, qui hoc cognomen tulerunt, mentionem facit. Nobilissimus vero omnium Servius Sulpicius Galba imperator, qui occisus est ab Othone, quum regnasset menses VII. ut author est Cassiodorus. V. Tacit. 1. Hist. & Sueton. in ejus vita.
Galbam Gallis pinguem significare docet ibid. Suet.

GALBÆ, [γάλβαι] Animalia in esculis nascentia; miræ exilitatis. Unde qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, ab Exilitate ita vocitatus est, ut quibusdam placuit. V. Suet. in Galba, cap. 3.

GALBĀNUS, i. f. vel GALBĀNUM, i. n. [χαλβάνη] Succus est, sive Lacryma cujusdam herbæ, similis ferulæ, quæ in ipso frutice æstate prorumpit. Plin. lib. 12. cap. 25. Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte e ferula, quam ejusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. quod maxime laudant, cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeque lignosum. Quid sit Galbanum cartilaginosum. V. in CARTILAGO.
Galbanum, Genus vestimenti delicatorum, a Colore albo ac sublucido, quod nullos habet pilos. Juven. 2. Sat. 97.
Cœrulea indutus scutulata, aut galbana rasa. Al. Galbina. [Et quidem rectius, opinor, a Galbino colore, de quo V. Torrent. ad Suet. d. l. Quem floridiorem certe intelligi ex Martialis loco infra adducto apparet, ubi Fusco opponit. Quin plane Flavum dilutiorem esse, qui & Germanis *Galbe* dicitur, diserte Veget. de Re Vet. 3. 2. expressit, Florem habet quasi aureum vel galbineum, inquit.

GALBĀNĀTUS, [χαλβανωτὸς] Nomen simile participio formavit Martialis, i. e. Galbano indutus: accipiturque pro Homine molli & effeminato, lib. 3. 40.
Jacet occupato galbanatus in lecto. Et hic al. Galbinatus rectius.

GALBĀNEUS, Adj. [χαλβάνινος] Ex Galbano. Virg. 3. Georg. 415.
Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. Idem 4. Georg.264.
Hic jam galbaneos suadebo incendere odores.

GALBĪNUS, vel GALBINEUS, a, um. Adj. Color. Vegetius in Veterinaria florem Eryngii ait esse galbinei coloris, quem herbarius eruditissimus mihi dixit, inquit Turnebus Adverf. 17. 8. esse coloris cœrulei dilutioris & pallescentis. Color galbinus dedecere viros censebatur, ut mollior & effeminatior: hinc Galbini mores. Martial. lib. 1. 97. Galbinos habet mores. al. Galbanos. V. in Galbanum not.

GALBEUM, Festo, Muliebris ornamenti genus est: sed & eidem Galbeæ, Armillæ sunt, quibus etiam triumphantes utebantur, atque adeo & milites donabantur virtutis ergo. Cato. Coronas aureas ruscea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. Galbeum Tranquillus l. c. Remedia lana involuta interpretatur: ut autem suspicor, a colore nomen habuere Galbeæ: nam Galbus in Latinogræco lexico explicatur χλωρὸς, i. e. Viridis, pallidus, flavus: hinc, Galbula avis, quæ hujus coloris erat: inde & Galbanus color, & Galbinus. Verba sunt Turneb. l. c. [In vet. Gloff. Galvus scriptum, pro Gilvus puto.

GALBŬLUS, i. m. [σφαιρίον τῆς κυπαρίσσου] Pila cupressi. Varro 1. de R. R. cap. 40. pr. Quædam enim ad genendum propterea usqueadeo parva, ut sint obscura, ut cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pilæ parvæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Globulos vocat Turnebus, Theophrasti auctoritate motus, qui σφαιρία appellat, & sic emendandum Varronem putat, Adverf. 20. 16. Sed V. Commentt. ad loc.

GALBŬLA, æ. f. [ἴκτερος] Avis. Martial. lib. 13. 68.
Galbula decipitur calamis & retibus ales:
Turget adhuc viridi quum rudis uva mero. V. Harduin. ad Plin. 10. 33. conf. GALGULUS.

GALE, [γαλῆ] Latine Mustela dicitur, teste Donato. Diosc. 2. 27.

GĂLEA, æ. f. [κόρυς, κράνος, κυνέη] Munimentum capitis est, e corio quondam fieri solitum, nunc e ferro fit. Plin. lib. 7. cap. 56. Galeam, gladium, hastam Lacedæmonii invenere.
Nitor galeæ claro radiantis ab auro. Ovid. 13. Met. 105.
Ærea galea. Virg. 5. Æn. 491.
Aurea galea. Virg. 9. Æn. 50.
Comans galea. V. COMA.
Cristata galea. V. CRISTA.
Insignis galea. Virg. 3. Æn. 468.
Teretes galeæ. Stat. 3. Theb. 223.
Terribilem cristis galeam. Virg. 8. Æn. 629.
Venatoria. Nep. 14. 3.
Imponere galeam alicui. Ovid. 13. Epist. 140.
Induere galeam. Cæs. 2. Bell. Gall. 21.
Induitur galeam comantem. Virg. 2. Æn. 392.
Resolvere galeam. Ovid. 13. Epist. 147.

GALEĀRIUS, i. m. Veget. de Re Mil. 3. 6. Sed variæ sunt lectiones.

GALEO, [κορύσσω] āre. Galeam induere. Hirt. Bell. Afr. 12. Milites in campo jubet galeari, & ad pugnam parari.

GALEĀTUS, Partic. [ἱπποκόρυστης] Galea indutus. ut, Galeata Minerva. Cic. 1. de Nat. Deor. 100. Juven. 1. Sat. 169.
Galeatum exordium, per translationem. Quid sit autem explicatur a Sulpicio Victore, cujus verba subscribam. Vulgare (de exordiis loquitur) si tale sit, quale esse possit in omnibus caussis, nihil proprium personarum aut rerum, de quibus agitur. Quod idem & galeatum a quibusdam vocatur, quoniam ita commune esse possit, ut in omnibus causis, quemadmodum galea seu galeatum, omnibus indigis possit esse commune. Sed & D. Hieronymus id satis explicat, quum ita scribit, Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, convenire potest. Intelligit enim hoc principium tanquam omnium librorum communem esse galeam communeque procemium, ut galeatum præsidium omnium commune est, & galeati omnes tuentur. Ex Turneb. 3.18. V. Vossii Instit. Orat. 3.

GALĒNA, æ. f. [μολύβδαινα] Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

GĂLĒNUS, [Γαληνὸς] Pergamenus medicus, e Pergamo civitate Asiæ, emicuit Trajani temporibus usque ad Antoninum Pium. scripsit volumina XV. Auct. Suid. De eo V. Fabric. Bibl. Græc. lib. 4. cap. 17.

GALEŎLA, æ. f. Vas sinuosum a galeæ similitudine dictum, auctore Nonio. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Ubi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinu? Non. 15. 4.

GALEOS, ōtis. m. [γαλεὸς] Piscis qui a Latinis Mustela dicitur. Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est usquam venenatius quam in mari pastinaca, utpote quum radio ejus arbores necari diximus. Hanc tamen persequitur galeos. V. diligenter Massarium in lib. 9. Plinii.

GALEŌTÆ, [γαλεῶται] in Sicilia dicebantur Portentorum interpretes, teste Cic. 1. de Divin. 39. ubi V. Davis.

GALERIA Tribus. V. TRIBUS.

GALERITA, GALERITUS. V. GALERUM.

GALĒRUM, i. n. vel potius GĂLĒRUS, i. m. [πῖλος, κυνῆ] Pileus rotundus, quod in modum galeæ esset factus, ut inquit Varro. [Immo Galea, inquit, à Galero, quo multi usi antiqui. de L. L. 4. 24. lego Multum.] Stat. 1. Theb. 305.
— & temperat astra galero.
Galerus, sive Galericulus, ex alienis capillis confutus, coma scilicet adulterina, quam nos *fausse perruque* vulgo dicimus. Hoc etiamnum mulieres nostræ sæpe utuntur, vel ut mentiantur veros crines, canosque, aut alias deformes capillos, occultent, vel ut calvitium velent. Juven.6. Sat.120. Sed nigrum flavo crinem abscondente galero. Et Stat. 4. Theb. 303. — Arcadii morem tenet ille galeri.
Deducere sibi galerum. V. DEDUCO.
Galerum a Pileo distinguit Suet. in Neron. 26. Post crepusculum, inquit, statim arepto pileo, vel galero, popinas inibat.
Galerus non tantum Mercurii erat, sed etiam Pontificum. Apulejus Apol. pag. 288. Quod Imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituus auguribus, &c. Sic Elmenh. Sed al. rectius Galerus.

GALERĪTUS, a, um. Adj. Galero opertus. Propert. 4. 1. 29.
Prima galeritus posuit prætoria Lucmo.

GALERĪTA, æ. f. [λόφον ἔχουσα] Avis quæ nunc Alauda dicitur, a crista quadam, quæ galeri similitudine capite prominere videtur. Varro 4. de L. L. 11. Galeritum m. g. appellat, quia plumam elatam in capite habet. Plin. lib. 10. cap.49. Quæque de una ave galerita privatim commemorat.

GALERĪCŬLUM, i. n. vel potius GALERĪCŬLUS, i. m. dimin. [πιλίδιον] Capillamentum adscititium, adhibitum ad calvitiem tegendam. Martial. 14. 50. Suet. in Othon. cap. 12. Galericulo capiti, propter raritatem capillorum adaptato & annexo, ut nemo dignosceret.

GĂLĒSUS, [Γαλησὸς] Fluvius est Calabriæ, qui juxta civitatem labitur Tarentinam. Hæc Servius, enarrans illud Virg. 4. Georg. 126.
Namque sub OEbaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flaventia culta Galesus,
Corycium vidisse senem, &c. conf. Sil. 1. 439.
Dulce pellitis ovibus Galesi flumen. Hor. 2. Carm. 6. 10.
Et lotam tepido togam Galeso. Martial. lib. 4. 28.
Viri etiam nomen apud Virg. 7. Æn. 535.

GALGŬLUS, i. m. [ἴκτερος] Avis genus. Plin. lib. 30. cap. 11. Avis icterus vocatur a colore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & avem mori. hanc puto Latine vocari Galgulum. Nonnulli legunt Galbulam. V. supra GALBULA.

GĂLĪLÆA, Syriæ regio. Juvenc. 2. 330.

GALILÆUS, Adj. Galilææ incola, quo nomine ex contemptu Julianus vocavit Christianos. V. Joseph. Antiq. 3. 4. Euseb. Hist. Ecl. 10. 35.

GALLA, æ. f. [κηκὶς] Tuberculum rotundum, in foliis crescens quercuum. Plin. lib. 20. cap. 20. Cervicis dolores cum galla & lini semine pari mensura sedat. Sic Columel. lib. 6. cap. 7.
Item Vinum aspersum & atrum, ut utitur Lucilius apud Non. in Acerosus. 5. 97.
Quæ gallam bibere, ac rugas conducere ventri
Farre aceroso &c. coegit. Ubi, præmonet parsimonia esse utendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coarctandum.
Gallæ sapor. Virg. 4. Georg. 267.
Proderit & tunsum Gallæ admiscere saporem.

GALLÆCI, GALLÆCIA, GALLAICI. V. CALLÆCI.

GALLIA, [Κελτικὴ, Κελτογαλατία, Γαλλία] Europæ pars, a candore populi dicta. Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Gallia est omnis divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ: aliam Aquitani: tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ob Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona & Sequana dividit. Et paulo post, Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur que Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum: attingit etiam a Sequanis, & Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: spectant ad Septentriones & Orientem solem. Aquitania a Garumna flumine, ad Pyrenæos montes: & eam partem

partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter Occaſum ſolis & Septentriones.
Animoſa. Claud. 4. Conſ. Hon. 392.
Comata Gallia. Cic. 8. Philipp. 27. Eadem ac Ulterior, vel Transalpina.
Facunda Gallia. Juven. 15. Sat. 111.
Impotens iræ. Liv. 5. 48.
Nata in vanos tumultus. Liv. 5. 37.
Nobilis Gallia. Lucan. lib. 3. 78.
Togata Gallia non eſt, ut quidam credunt, ipſa Ciſalpina, ſed Ciſalpinæ pars. Togata enim incipit a Rubicone flumine, & Placentia terminatur. Ciſalpina vero initium quidem ipſa quoque capit ab eodem flumine, ſed terminum habet Alpes. erant autem in Togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ. propterea dixit Cic. 1. Att. 1. Videtur in ſuffragiis multum poſſe Gallia, jus enim ferendi Romæ ſuffragii habebant omnia municipia, eæque omnes coloniæ, quæ ideo Romanæ dicebantur, quia jura poſſiderent civium Romanorum. nam Latinæ ſuffragium non habebant, ſed tantum jus Latii, unde appellatæ. Ex P. Manutii Comment. in Attic. [ Immo ſine dubio Togata Gallia eadem eſt ac Citerior, ſeu Ciſalpina tota. V. Spanhem. Orb. Rom. diſſ. 1. cap. 12. Cui junge Cellar. Geogr. Ant. lib. 2. cap. 2. pr.
Tranſalpina Gallia. Cic. pro Muren. 89.
Ulterior Gallia & citerior. Cic. de Provinc. Conſ. 9.

GALLUS, i. m. [Γαλάτης] Qui ex Gallia eſt.
Rebellis Gallus. Virg. 6. Æn. 859.
Robore valent Galli, numero Hiſpani, Pœni calliditate, Græci artibus. Cic. de Aruſp. Reſp. 19.
Gallûm, pro Gallorum. antiquum. Varro Eumenidib. Puditatem, an pudorem Gallûm cœpit mihi videri. Nonius.

GALLĬCUS, a, um. Adj. [Γαλλικὸς, Γαλατικὸς] Qui ex Gallia eſt.
Arva Gallica. Ovid. 4. de Pont. 16. 18.
Ager Gallicus. Cic. pro Sext. 9.
Copiæ Gallicæ. Cic. 1. de Divin. 81.
Terebra Gallica. Columel. de Arbor. cap. 8.

GALLICÆ, ārum. Genus calceamenti, quo utuntur Galli pluvioſo tempore, inquit Bayfius. Cic. 2. Philipp. 76. Nam quod quærebas quomodo rediſſem: primum luce, non tenebris. deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna.

GALLICĀNUS, a, um. Adj. [Γαλατικὸς] ut Gallicanæ res. Cic. pro Quint. 15. Varro 1. de R. R. cap. 32. Ceteraque quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant.
Catulus Gallicanus. Catul. 43. 9.

GALLIAMBUS, i. m. Carmen Gallorum ex Jambico metro peculiari, quod dedit Catul. Carm. 64. Ejus auctor Cæcilius, de quo V. Farnab. ad Martial. 2. 86.

GALLO, āre. Bacchari, more ſacerdotum Cybeles. Varro apud Non. 2. 382. V. infra GALLUS, Fluvius.

GALLOGRÆCI, [Γαλλογραικοι] Iidem ſunt qui Galatæ, ad quos Pauli epiſtola extat. eorum regio Galatia, quam Gallorum aliquot populos inſediſſe, Plin lib. 5. cap. 32. teſtatur: & Ptolemæus lib. 5. tabula Aſiæ prima. Strabo quoque lib. 4. Livius pluribus lib. 38.

GALLŌNIUS, [Γαλλώνιος] Vir ſumptuoſus, de quo Cic. pro Quint. 94. Idem 2. de Fin. 90. Sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piſo.

GALLUS, [Γάλλος] Fluvius Phrygiæ, cujus aqua potantes facit furere. Ovid. 4. Faſt. 361.

Amnis it inſana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur

Galli ſacerdotes Cybeles deæ Phrygiæ qui ſe caſtrabant, & inter ſacrificandum furioſe ſe gerebant. Lucan. lib. 1. 566.

—— crinemque rotantes
Sanguineum populis ulularunt triſtia Galli.

Cybele Galla. Catul. 61. 12.

GALLUS, i. m. [ἀλεκτρυὼν, ἀλέκτωρ] Nota avis.
Gallus gallinaceus, Idem. Cic. 1. de Divin. 74. Gallos gallinaceos in eo loco ſic aſſidue canere cœpiſſe.
Canorum animal gallus gallinaceus. Cic. 1. de Divin. 56.
Gallus gallinaceus lacertoſus. V. LACERTUS.
Cantant ante lucem galli. Cic. 2. de Divin. 57.
Victi galli ſilere ſolent, canere victores. Cic. 2. de Divin. 56.
Sub galli cantum. Hor. 1. Serm. 1. 10.
Favent faucibus ſilentio noctis galli, rurſus cantu plauſuque premunt alas. Cic. 2. de Divin. 57. Aliter in emendatis codd. V. Daviſ. ad loc.

GALLĪNA, æ. f. [ἀλεκτορὶς, ὄρνις] Ter. Phorm. 4. 4. 27.

Anguis per impluvium decidit de tegulis,
Gallina cecinit. Cic. 4. Acad. 57.

Gallinas alere. Et Martial. lib. 13. 62. Gallina altilis.
Abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle villa locuples. Cic. de Senect. 56.
Gallinæ filius albæ. Juven. 13. Sat. 141. V. ALBUS. conf. Eraſm. Chil.
Canens gallina denotat Uxorem eſſe marito ſuperiorem, ut obſervat Donatus ad illud Ter. Phorm. 4. 4. 27. Gallina cecinit.
Dura gallina. i. e. Non tenera. Hor. 2. Serm. 4. 18.
Numidica gallina. V. NUMIDIA.
Peperit ovum gallina. Cic. 4. Acad. 57.
Supponere ova gallinis. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.
Ad gallinas. V. AD.
Gallinæ etiam vocantur Meretrices, quia omnia ſpargunt & abſumunt. V. Taubm. ad Plaut. Pſeud. 1. 1. 28.

GALLINŬLA, dimin. Arnob. lib. 7. adverſ. Gentes.

GALLINĀCEUS, a, um. Adj. [ἀλεκτορικὸς] Quod ex gallinis eſt: ut, Pullus gallinaceus, & Ova gallinacea. Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. Cic. 2. de Divin. 29. Gallinaceum fel.
Gallinaceus, ſine adjuncto, idem quod Gallus. Plin. lib. 37. cap. 105. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas, cryſtallina ſpecie. Sic lib. 8. cap. 16. Gallinaceorum criſtæ.

GALLINĀRIUS, a, um. Adj. ut, Scala gallinaria. Celſ. lib. 8. cap. 15. Sic brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum trajicitur, ita alte ut homo ipſe conſiſtere non poſſit.

GALLINĀRIA, Inſula Liguſtici maris, a copia gallinarum dicta. Varro 3. de R. R. 9.
Item Silva in Campania prope Cumas. Cic. 9. Fam. 23.



GALLINĀRIUS, i. m. Qui curat gallinas. Plin. lib. 10. cap. 55. Traditur quædam ars gallinarii cujuſdam, dicentis quod ex quaque eſſet. Cic. 4. Acad. 85. Varro 3. de R. R. 9.

GALLINĀRIUM, i. n. [ὀρνιθὼν] Locus in quo gallinæ nutriuntur. Columel. 8. 3. Gallinaria conſtitui debent parte villæ quæ hibernum ſpectat Orientem.

GALLICĬNIUM, i. n. [ἀλεκτρυοφωνία] Pars noctis appellata eſt, in qua galli cantant. Apul. lib. 2. de Aſino pr. Noctis gallicinio venit quidam juvenis proxima civitate.

GALLŬLO, āre. & GALLULASCO, ĕre. Pubeſcere. obſoletum. Nævius apud Non. 2. 368. Puerum mulieri præſtare nemo ſcit quanto melior ſit, cujus vox gallulaſcit, cujus jam ramus roboraſcit. Ex Nonio.

## G A M

GAMBA, æ. f. Ungula jumenti. Veget. Mulom. 3. 19.
Gambæ pro Tibiis apud Vegetium. Deſpauter. 125. H. St. [Deſiderabatur in Lugd. Crus vero, non Ungulam, ſignificat. Unde & Gallica vox *Jambe*, & Ital. *Gamba*.

GAMBŌSUS, a, um. Adj. Idem. l. c. 3. 20.

GAMĒLION, ōnis. [Γαμηλιὼν] Menſis Januarius, Junoni ſacer propter nuptias, unde nomen invenit. Cic. 2. de Fin. 201. Menſe Gamelione.

GAMMA, n. indecl. Littera tertia in Græco Alphabeto. Eſt & figura hujus litteræ Γ apud agrimenſores. V. Goeſ. Indic. in rei agr. auctt.

GAMMĀTUS, a, um. Hanc figuram habens: ut, Limes gammatus. Id.

GAMMĂRUS, i. m. [καρκῖνος] Aquaticum animal ſimile cancro: vel (ut quidam putant) ipſe cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, coctus fit rubens. Martial. lib. 2. 43.

Concolor in noſtra, gammare, lance rubes. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem lib. 9. cap. 31. Leonem appellat: Quod nomen Maſſilienſes etiam habent.

Dimidio conſtrictus gammarus ovo. Juven. 5. Sat. 84. [ Mira varietas in ſcriptione hujus vocabuli etiam apud Græcos, quibus κάμμαρος & κάμαρος & κάμμορος uſitatum eſt, ſemper tamen per κ. Unde rectius per C. Latine ſcribi puto. V. CAMMARUS.

GAMPHĀSANTES, [Γαμφασαντες] Æthiopiæ populi. Plin. lib. 5. cap. 8. Gamphaſantes (inquit) nudi, præliorumque expertes, nulli externo congregantur.

## G A N

GANDĂRI, Populi ſunt inferioris Aſiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit. Sunt & Gandaræ populi, quos Ptolemæus lib. 7. in India ad ipſum Indum ſitos eſſe ait.

GĀNEA, æ. f. vel GĀNEUM, i. n. Donatus, Veteres Ganeum, Meretricum tabernam dixerunt: ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ᾽ ἐστι τῆς γῆς, quod ipſa ſit in terra, non ut cœnacula, ſuperius. Feſt. Ganeum antiqui Locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt. Nonius 3. 105. Ganea ſunt Loca vinolentiæ ac libidini apta. Ter. Adel. 3. 3. 5.

Ubi ego illum quæram? credo abductum in ganeum. Columel. in prol. Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Plin. in Paneg. cap. 49. Rurſus te ad clandeſtinam ganeam occultumque luxum refers. Liv. 26. 2. extr. Et eum in ganea, luſtriſque, ubi juventam egerit, ſenectutem acturum.

Genearum nidor & fumus. Cic. in Piſon. 13. Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.
Tamen Γάνιτα, ἄσωτα Heſych. H. St. Innuit vocem eſſe Græcæ originis. V. ejuſd. Theſ. Gr. Col. 816. c.

GANEARIUS, Adj. Varro 3. de R.R. 9. Triclinium ganearium. V. GENAVIUS.
Apud Beroald. in Suet. Calig. cap. 38. Apud Græcos Ματτυάζειν ſignificat Conficere macteas, id eſt Ganeata cibaria. Puto pro Ganearia: neſcio an aliunde habeat. Legimus tamen apud eundem Ber. Ganeata cibaria & in cap. 42. Tiberii fol. 132. a. H. St.

GĀNEO, ōnis. [γανίτης] Qui ganeas frequentat. Nonius 2. 387. Ganeones a Ganeis dicti, ut Popinones. Supple A popinis. Cic. 2. Catil. 71. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, &c. Ter. Heaut. 5. 4. 11.

— Si ſcire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeo, damnoſus.

Cincinnatus ganeo. Cic. Poſt. red. in Senat. 11.
Occultus ganeo. Juven. 11. Sat. 58.
Egentiſſimus ganeo. Cic. pro Sext. 111.

GANEŌSE, Adv. Ganeoſe loqui, Seneca. H. St.

GANGĂBÆ, Curt. lib. 3. 13. Gangabas Perſæ vocant, humeris onera portantes.

GANGĂRĬDÆ, ārum. m. [Γαγγαρίδαι] (inquit Curtius 9. 2.) Populi ſunt inter Aſſyrios & Indos juxta Gangem. Virg. 3. Georg. 27.

In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto
Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini. Ceterum illi

populi Indiæ a Ptolemæo Gangaridæ, ab aliis Gandaridæ vocantur. Eorum etiam regio a Strabone Gandaritis appellatur. Valerius autem Flaccus Gangaridas populos Scythiæ commemorat lib. 6. v. 67.

Miſit in arma Darabs, acies quem Martia circum
Gangaridum, &c.

GANGES, [Γάγγης] Indiæ fluvius maximus, qui univerſam circuit Indiam, ſecum arenas aureas trahens, e paradiſo exiens. Alii incertis fontibus ut Nilum, rigantemque vicina eodem modo ferunt. Alii in Scythicis naſci, ipſamque Indiam ſecare dixerunt. Dictus eſt Ganges, a Gange Æthiopum rege, ut ait Suidas. Ovid. 4. Met. 21.
Lato ſpatiantem flumine Gangem. Ovid. 5. Triſt. 3. 23.
Pulcher Ganges. Virg. 2. Georg. 137.
Rapidus Lucan. lib. 8. 227.
Tepidus Ganges. Ovid. in Ibin, 138.

GANGĒTĬCUS, a, um. Adj. [Γαγγητικὸς] Columel. lib. 8. cap. 8. Jam nunc Gangeticas & Ægyptias aves temulenter eructant.
Nemus Gangeticum. Sen. Med. 11.
Tellus Gangetica. Lucan. 4. 64.

GANGILION, ſive GANGLION, [γαγγλίον] Genus morbi in capite, quum humor quidam includitur: de quo Columel. lib. 7. [ Niſi error eſt.] Eſt & ganglion Paulo, nervi alicujus vel ex ictu, vel ex laſſitudine contortio multis quidem omnino corporis partibus, ſed præcipue mobilibus, ut in extremitate manuum ac pedibus. Ex Hermolao in Caſtigat. V. Celſ. lib. 7. cap. 6. Veget. Mulom. 2. 30. pr.

Gangræna, æ. f. [γάγγραινα] Caro emortua ex ulcere vel inflammatione ac rubore. subalbescit autem primo: demum atra fit, sensu amisso in prominentibus membris, id est inter ungues & alas, & inguina, & in senibus fere, atque his quorum corpus mali habitus est. Hæc Hermolaus. Lucil. lib. 1.

Serpere uti gangræna malo, ad quem herpestica posset. V. Cels. lib. 5. 26. 31. de Ulceribus, quæ extrinsecus per vulnera incidunt.

Ganiæa, æ. f. Gemma. Plin. 37. 10. al. Ganianes.

Gannio, ivi & ii, itum, [κνυζάω] ire. Proprie vulpes aut canes gannire dicuntur, auctore Donato. V. Varron. 6. de L. L. 5.

Gannire, usurpatur pro eo quod est Obstrepere, & veluti Vapulantis vocem emittere. Ter. Adel. 4. 2. 17. Quid ille gannit? quid vult? Pers. 5. Sat. 96.

Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem.

Gannitus, ûs. m. [κνύζημα] Vox vulpis aut canis proprie dicitur. Gannitus tristis Nereidum. Plin. lib. 9. cap. 5. Gannitus, est proprie veluti Ploratus vapulantium; Donatus ad l. c. Ter.

Gannitus lacessere. Martial. lib. 5. 61.

Gannitio, ōnis. f. Canum querula murmuratio. Festus.

Ganno, [χλευάζω] āre. Gloss. Gr. Lat.

Gannātor, ōris. m. [χλευαστής] Gloss. Gr. Lat.

Gannatūra, æ. f. Voss. de vit. L. L. 3. 13.

Ganyctor, Nomen est viri proprium Tortelio.

Gănўmēdes, [Γανυμήδης] Trois filius formosissimus, quem quum Juppiter deperiret, jussit in cælum ab aquila portari, & sibi a caliculis sive poculis esse, Hebe nympha dejecta. in cælum translatus, Aquarius dicitur.

Rapti Ganymedis honores. Virg. 1. Æn. 28.

Flavus Ganymedes. Hor. 4. Carm. 4. 4.

Phrygius Ganymedes. Ovid. 10. Met. 195.

Ganymedēus, a, um. Adj. Lactant. 1. 11. Ganymedea fabula. Martial. lib. 9. 17.

Nec Ganymedeas mallet habere comas.

Ganza, æ. Anser Germanis dicitur, teste Plin. lib. 10. cap. 23. Hard. ex MSS. Ganta. q. V.

## G A R

Garama. V. dict. seq.

Gărămantes, [Γαράμαντες] Populi Lybiæ, Psyllis finitimi, a Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamam oppidum ex suo nomine condidit. Plin. 5. 4. & 5. In sing. Garamas.

Inops Garamas. Sen. Hippol. v. 67.

Extremi Garamantes. Virg. 8. Ecl. 44.

Nudi Garamantes. Lucan. lib. 4. 334.

Garamantis, ĭdos. f. [Γαραμαντίς] patronym. Virg. 4. Æn. 198.

—— rapta Garamantide nympha. V. Serv.

Garamantĭcus, a, um. Adj. [Γαραμαντικός] ut, Garamantica signa. Sil. lib. 1. 142.

Garamantius, aliud Adj. Afra avis, Gallina Numidica, quam & Garamantiam vocant & Africanam. Commentator Horatii 255. H. St. ad Epod. 2. 53.

Garamantītes, æ. m. Gemma. Plin. 37. 7.

Gargānus, [Γάργανον] Celebris mons Apuliæ, subtus quem habitantes, proprie Apuli dicuntur. De quo Sil.

In nemore aut agitet Gargano terga ferarum. Hor. 2. Carm. 9. 6.

—— aut Aquilonibus

Querceta Gargani laborant. Claud. de 4. Cons. Hon. 106.

Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas

Garganum Alpinis, Appenninumque nivalem

Permistis sociate jugis. Hodie dicitur Mons S. Angeli. Vulgo *Santangelo.*

Gargarĭdio, āre. Verbum antiquum est, teste Nonio 2. 371. Varro Epist. ad Fusium, Quintiporis clodicant foriæ ac poemata ejus, gargaridians dices, ô fortuna, ô fors fortuna. Priscian. 1. 17.

Gargarĭcus, a, um. Adj. ut, Lucus Gargaricus. Auson. Epist. 25. 16.

Gargărus, m. in pl. Gargara, ōrum. n. [Γάργαρα] Cacumen montis Idæ: dictum (inquit Servius) quasi κάρα κεφαλῆς: id est caput capitis, altitudinis altitudo. κάρα enim est ἡ κεφαλή.

Ipsa suas mirantur Gargara messes. Virg. 1. Georg. 103.

Gargarus, Oppidum positum in imis radicibus montis Idæ: tanta frumenti copia abundans, ut qui magnum cujusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa nominaret. Unde & Ovid. 1. de Arte Am. 56.

Gargara quot segetes, quod habet Methymna racemos. V. diligenter Macrob. 5. Saturn. cap. 20.

Gargarus, Lacus est Phrygiæ, juxta Idam montem, ex quo lacu Scamander & Simoiis fluvii decurrunt.

Gargarĭzo, [γαργαρίζω] Humorem ore contentum sæpe ad gurgulionem, id est guttur, revocare. Plin. lib. 20. cap. 14. Voci succus sub certamine utilis duntaxat: qui & gargarizatur uva tumente, adjecta menta &c. Cels. lib. 4. cap. 2. In vetusto capitis dolore communia sunt, sternumenta excitare, inferiora vehementer perfricare, gargarizare his quæ salivam movent. Plin. lib. 20. cap. 6. [Forsan idem ac Gargaridio. Di in z transit seq. vocali. V. D litt.

Gargarizātio, ōnis. f. [γαργαρισμός] Plin. lib. 30. cap. 4. Tonsillas & fauces lactis ovilli gargarizatio adjuvat. Sic lib. 22. cap. 25.

Gargarizātus, ûs. m. [γαργάρισμα] Idem quod Gargarizatio. Plin. lib. 21. cap. 19. pr. Usus succi ad aures, oris hulcera, gingivas, tonsillas, gargarizatus, stomachum &c. [Forte Gargarizatu. conf. 28. 12.

Gargiliānus, i. Cinædus quidam apud Martial. lib. 3. 30.

Gargĭtius, Venator nobilis, de quo Hor. 1. Epist. 6. 58.

Gargittius, [Γαργίττιος] Canis cujusdam generosi nomen qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit quum illius armenta abduxit: fuitque Cerberi Epirotici frater, ut scribit Julius Pollux lib. 5. de Vocabulis rerum. Segm. 46.

Garrio, ivi, itum, [κωτίλλω, φλυαρέω, στωμύλω] ire. est, inquit Donatus, Tanquam avis inaniter loqui. Ter. Heaut. 3. 2. 25. Garris. Cic. 2. de Orat. 21. Nam & sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt.

Garrire nugas. Plaut. Curc. 5. 2. 6.

Garrire alicui in aurem. Martial. lib. 1. 90.

Garris in aurem semper omnibus, Cinna.

Garriunt ranæ. Martial. lib. 3. 93.

Meliusque ranæ garriant Ravennates.

Impunitas garriendi. Cic. 1. de Nat. Deor. 109.

Garrītus, ûs. m. Sidon. 8. Epist. 6.

Garrītor, ōris. m. Ammian. Marcell. 22. 9.

Garritĭdo, [ἀδολεσχέω] āre. Idem quod Garrire. Varro, Quidnam garritidatis, dicentes, O fortuna! Sunt qui scribant Garridito. [Videtur vox spuria obtrusa pro Gargaridio. q. V.

Garrŭlus, a, um. Adj. [ἀδόλεσχος, κωτίλος] Qui abundat vanis & inanibus verbis. Ter. Adel. 4. 4. 15.

Sensi illico id illas suspicari, sed me reprehendi tamen,

Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.

Aves garrulæ, dicuntur (interprete Nonio 4. 220.) Canoræ & hilares. Virg. 4. Georg. 307. —— ante,

Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

Cantus garrulus. Plin. lib. 10. cap. 29. Luscinis, diebus ac noctibus continuis quindecim, garrulus sine intermissu cantus.

Disciplinam infantiæ garrulam contemnere. Auct. ad Heren. lib. 2. 16.

Fama garrula. Sen. Herc. fur. 4.

Fistula garrula. Tibul. lib. 2. 5. 30.

Hirundo garrula. Virg. 4. Georg. 307.

Lingua garrula. Ovid. 2. Amor. 2. 44.

Lyra garrula. Tibul. lib. 3. 4. 38.

Noctua garrula. Plin. lib. 18. cap. 35.

Rivus garrulus. Ovid. 2. Fast. 316.

Sistra garrula. Martial. lib. 14. 54.

Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

Garrulus, inquit Nonius 4. 220. dicitur Cordatus. Varro Periplus lib. 1. In hac civitate regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

Garrulĭtas, ātis. f. [ἀδολεσχία] Martial. lib. 5. 53.

Crede mihi quamvis ingentia, Posthume, dones,

Auctoris pereunt garrulitate sui.

Extemporalis garrulitas. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Rauca garrulitas picarum. Ovid. 5. Met. 678.

Garrŭlo, āre. Fulgent. Myth. 1.

Garrulans, Partic. a Garrulari Pont. de Serm. lib. 4. 438. H. St.

Gărum, i. n. [γάρον] Liquamen piscium saxatilium & minutulorum, quam *Salamuriam* vulgo vocamus, magni olim apud Romanos pretii fuit. V. Plin. 31. 8. Sed usus ejus usque eò intercidit, ut quid fuerit pæne ignotum sit. Diversa de eo tradunt auctores. V. Nonn. de Re cibar. lib. 3. cap. 44. Wower. ad Petron. cap. 36. Martial. lib. 13. 82.

Nobile nunc sitio luxuriosa garum. Ibid. 102.

Accipe fæcosum, munera cara, garum. Columel. lib. 6. cap. 9. Et Plin. lib. 9. cap. 17. M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo (nam ea quoque res cognomen invenit) necari eos præcellens putavit, atque e jecore eorum alecem excogitare provocavit. Sen. Epist. 96. Quid illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe præcordia? Hor. 2. Serm. 8. 46. Garum sociorum ob id putat Cornarius appellatum, quod ganeones & gulæ dediti lurcones, sociatim eo uterentur, ipsumque in maximis deliciis haberent.

Garum apud Dioscoridem lib. 2. 34. est generatim Omnis piscium & carnium muria, qua hæc diutius asservari solent. Sic enim ait, Garum omne, quod ex piscibus carnibusque sale maceratis liquamen est, si ex eo fotus fiat, depascentia ulcera sistit.

Gărumna, æ. m. [Γαρούνας] Galliæ fluvius ex Pyrenæo monte delapsus, qui Celtas ab Aquitania separat Tibull. 1. 7. 11.

—— magnusque Garumna. V. Melam lib. 3. cap. 2. & supra Gallia. Nunc dicitur *La Garonne.* Nomen amittit ante Burdegalam, eo loco ubi confluunt ipse & Gerunda, & dicitur Gerunda prope promontorium Santonum, nunc *Blayam.* In illum decidit *La Dordonne.* Olivarius in Melam.

Garus, i. m. Piscis marinus ex quo primum Garum factum est. Plin. 31. 7. extr. & 32. 11. V. Garum supra.

Gasidānis, is. f. Gemma. Plin. 37. 10.

Gaster, tri. n. Vas fictile. Petron. cap. 79. Per omnes scrupos, gastrorumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes. alii Glarearum hic legunt. V. Buleng. de Vectig. cap. 45. & ad loc. Interpp.

## G A U

GAV. V. Gravitas vestra.

Gau, pro Gaudium apud Ennium. Auson. Idyll. 12.

Ennius ut memorat, replet te lætificum Gau.

Gaudium, i. n. [χαρά, χάρμα, χαρμονή, χαιροσύνη] est Affectio animi, alicujus præsentis boni opinione concepta. Cic. 4. Tusc. 13. Nam quum ratione animus movetur placide atque constanter: tum illud gaudium dicitur.

Communia gaudia. Lucret. lib. 4. 1188.

Crudelia gaudia. Ovid. 6. Met. 653.

Damnosa. Claud. 4. Cons. Honor. 333.

Grande gaudium. Tacit. 1. Hist. 20.

Inane gaudium. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Inæstimabile gaudium. V. Inæstimabilis.

Ingens gaudium. V. Ingens.

Lacrymosa gaudia. Claud. de Bell. Get. 407.

Mala mentis gaudia. Virg. 6. Æn. 278.

Mutua gaudia. Lucret. lib. 5. 852.

Sordida nunquam gaudia. Stat. 3. Silv. 5. 18.

Vana gaudia. Hor. 2. Epist. 1. 188.

Accipere gaudium. V. Accipio.

Adire gaudium. V. Adeo.

Admisit gaudia duro vultu. Lucan. lib. 2. 373.

Advocari gaudiis. h. e. Ad gaudia. Hor. 4. Carm. 11. 14.

Afferre inopina gaudia alicui. Stat. 1. Silv. 2. 46.

Afficere aliquem gaudio. Cic. 5. de Fin. 69.

Affici gaudio. Cic. 9. Fam. 14.

Agitare gaudia. V. Agito.

Asserere gaudia. V. Assero.

Capere gaudia. Ovid. 7. Met. 513. V. Capio.

Colligere gaudia. V. Colligo.

Compleri gaudio. Cic. 5. de Fin. 69. Conver-

Convertere gaudia in diverſum. V. CONVERTO.
Contaminare gaudium. Ter. Eun. 3. 5. 4.
Cumulare gaudium. V. CUMULO.
Cumulari gaudio. Cic. 9. Fam. 14.
Dare gaudia pacta. Ovid. 3. de Arte Am. 462.
Declarant gaudia vultu. Catul. 62. 34.
Deſipere gaudio. Cic. 2. Fam. 9.
Duplicatur gaudium ex aliquo. Cic. 16. Fam. 21.
Efferri gaudio incredibili. Cic. 10. Fam. 12.
Empta gaudia. Stat. 9. Theb. 55.
Eſſe gaudium. Cic. Anteq. iret in exil. 103. Quod putavi fore gaudium, id extitit exitium.
Exilire gaudio. Cic. 16. Fam. 16.
Exultare gaudiis. Cic. 1. in Catil. 26. Hic tu qua lætitia perfruêre, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere, cùm, &c.
Fungi gaudio. Tacit. 2. Hiſt. 55. V. FUNGOR.
Indulgere gaudio. V. INDULGEO.
Mori inter gaudium. V. INTER.
Mutare gaudium mœrore. V. MUTO.
Oblectare gaudio. V. OBLECTO.
Percipere gaudium. Plin. lib. 2. Epiſt. 10.
Pertentant gaudia pectus. Virg. 1. Æn. 502.
Pertentant gaudia mentem. Virg. 5. Æn. 828.

GAUDEO, gaviſus ſum, [χαίρω, γηθέω, ἀλύω] ēre. eſt Secum & apud ſe lætari. Ter. Heaut. 5. 1. 12.
Gaudere, & bene rem gerere, Salutationis loco poſuit Hor. 1. Epiſt. 8. 1. more Græcorum, ἀντὶ τοῦ χαίρειν, καὶ εὐπράττειν.
Diſtant Gaudere & Lætari. Cic. 4. Tuſc. 66. Atque ut confidere decet, timere non decet: ſic quidem gaudere decet, lætari non decet: quoniam, docendi cauſa, a Gaudio Lætitiam diſtinguimus. Sed ſæpius ut Synonyma jungit, ut de Amicit. 14. Quem tamen eſſe natum & nos gaudemus, & hæc civitas, dum erit, lætabitur.
Gaudere, vehementerque lætari. Cic. pro Roſc. Amer. 136.
Triumphare & gaudere. Cic. 9. Att. 9. Meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.
Animo gaudere. Plaut. Stich. 1. 3. 53. Martial. lib. 4. 90.
—— animo gaudens, ac fœnore liber.
Dubie gaudet, fallique veretur. al. Timide. Ovid. 10. Met. 287.
Fruſtra gaviſus. Ter. Heaut. 4. 8. 16. Vah, fruſtra igitur gaviſus miſer.
Immortaliter gaudere. Cic. 3. Q. frat. 1. Quod ſcribis te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.
In moleſtia gaudere. Cic. 1. Fam. 9.
In ſe gaudere, Secum, Sibi. Catull. 20. 17.
In ſinu gaudere, modus loquendi apud veteres, ſignificat Tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque vulgo proferre gaudii notas. Cic. 3. Tuſc. 51. Ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Propert. lib. 2. 25. 30.
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Mecum tacitus gaudeo. V. MECUM.
Sibi gaudere, In ſe. Lucret. lib. 3. 146.
Gaudia gaudere. Ter. And. 5. 5. 8. Cic. 8. Fam. 2. In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. i. e. Ut ſibi gratularemur.
Gaudio gaudere. Plaut. Perſ. 5. 1. 24. Bene ei qui invidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.
Id gaudeo. Ter. And. 2. 2. 25.
Quum illo advenio, ſolitudo ante oſtium: jam id gaudeo.
Atque ita ſæpiſſime cum Accuſ. conſtructum occurrit.
Gaudeo cum Inf. ut, Id tu nos obtinuiſſe non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas. Cic. 16. Att. 17.
Ventum gaudeo, pro Veniſſe. Plaut. Ciſt. 1. 1. 16.
Quæ fecimus, valde probari gaudeo, ſi eſt nunc ullus gaudendi locus. Cic. 9. Att. 6.
Gaudeo, Delector, cum Ablat. ut, Aliquo genere ſcientiæ gaudere. Cic. 3. Off. 121.
Carmine tu gaudes, hic delectatur jambis. Hor. 2. Epiſt. 2. 59.
Equo gaudet acri. Virg. 4. Æn. 157.
Facto gaudebis. Ter. Phorm. 3. 2. 9. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc eſt. Sic, Gaudere ruinis inimicorum. Liv. 9. Bell. Maced.
Laudibus gaudere. Virg. 3. Georg. 186.
Myrrha gaudet raſtris atque ablaqueationibus. Plin. lib. 12. cap. 15.
Numero Deus impare gaudet. Virg. 8. Ecl. 75.
Rebus novis gaudere. Lucret. lib. 5. 171.
Sanguine gaudere. Ovid. 1. Met. 235.
Tuo iſto tam excellenti bono gaude, & fruere, cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis. Cic. pro Marcel. 10.
Gaudeo, pro Oblector. Cic. de Senect. 40. Quam gaudebat bello ſuo Punico Nævius! quam Truculento Plautus, quam Pſeudolo!

GAUDENS, Partic. [χαίρων] Virg. 6. Æn. 816.
—— nimium gaudens popularibus auris.
De pectore gaudens. Stat. 4. Silv. 6. 55.
Animus æquus, immo vero etiam gaudens & libens. Cic. 2. Att. 4.
Animo gaudente vident. Tibul. lib. 1. 6. 81.

GAVĪSUS, Partic. [γηθήσας] Cic. 8. Fam. 14. Nunc furit tam gaviſos homines ſuum dolorem.

GAUDEBUNDUS, Adj. Apul. 8. Met. pr. Legitur & Gaudibundus.

GAUDIĀLIS, e. Adj. Idem 2. extr.

GAUDIMONIUM, i. n. Idem quod Gaudium. Petron. 61. V. Du Freſne Gloſſ.

GAUDIFĪCO, āre. χαροποιῶ. Gloſſ. Gr. Lat.

GAVIA, æ. f. Avis, Græce Laros. *Une Mouette. A Dieppe* vocatur *Une Mauve.* Ariſtot. lib. 8. de Hiſt. Animal. cap. 3. Gaviæ albæ meminit, & cinereæ. V. LARUS.

GAULUS, Genus navigii pæne rotundum. Feſtus. Gauli meminit Gell. lib. 10. cap. 25. Apud Herodotum videtur poni pro Nave oneraria, quum ſic ait in Thalia, Confeſtim quidem duas triremes, ſimulque cum ipſis ingentem gaulum impleverunt varia multiplicique præda.
Item, Poculi genus in forma navi ſimile. Plaut. Rud. 5. 2. 32.

GAUNĂCE, es. Varro, Ut ſagum, Rheno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca. Quod additum eſt, majus ſagum, interpretatio eſt hominis ineruditi. Heſychius, καυνάκαι, φάμαζα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα: Id eſt gaunacæ ſunt ſtragula aut operimenta altera parte villoſa. Eſt & Gaunace, Genus pallii ad induendum. Turneb. Adverſ. 22. 21.

GAURUS, [Γαῦρος] Mons eſt Campaniæ in Italia, in quo præſtantiſſimum vinum naſcitur. Lucan. 2. 667.
—— ſi convulſo vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus ſtagnantis Averni.
Bacchei vineta madentia Gauri. Stat. 3. Silv. 5. 99.
Inanis Gaurus. Juven. 9. Sat. 57.
Icario nemoroſus palmite Gaurus. Stat. 3. Silv. 1. 147.
Mons Gauranus. Stat. 8. Theb. 545.
Sinus Gaurani. Stat. 4. Silv. 3. 25.

GAUSĂPE, indecl. n. [ἀμφίταπος] Militare veſtimentum utrinque villos habens, vel una tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſternebatur. Plin. lib. 8. cap. 48. Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Martial. lib. 14. 152. Gauſape quadratum.
Gauſapes, is. f. Gauſapa, æ. f. & Gauſapum, i. n. antiquitus declinebatur. unde in plurali Gauſapa. Perſ. 6. Sat. 46.
Jam chlamydas regum, jam lutea gauſapa captis, &c. Martial. lib. 14. 138. Gauſapa villoſa. Ovid. 2. de Arte Am. 300.
Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumpta proba.
Purpureo gauſape menſam perterſit. Hor. 1. Serm. 8. 11.
Gauſape, pro Barba hirſuta & prolixa dixit Perſius, quod dependeat tanquam ſtramentum contextum aliquod, 4. Sat. 37.
Tu quum maxillis balanatum gauſape pectas, &c.

GAUSAPĀTUS, [ἀμφιμαλλωτός] Gauſapa indutus. Sen. Epiſt. 54. Mitto me in mare, quomodo pſychrolutam decet, gauſapatus. Petron. 38. Apros gauſapatos. Sed lectio dubia eſt.

GAUSAPĪNUS, Adj. ut, Gauſapina penula. Martial. lib. 14. 145.

GAUSĂPĪNA, æ. f. [ἀμφίμαλλον] Idem ac Gaſaupe, & videtur ſubaudiri Penula. Martial. lib. 6. 59.
—— Auguſto ſumere gauſapinas. Idem ibid.
Propter ſexcentas Baccara gauſapinas. & 147. Gauſapina cubicularia.

## G A Z

GAZA, [Γάζα] Urbs Palæſtinæ, in qua Cambyſes rex Perſarum divitias condidit, ut ait Schol. in Lucan. lib. 3. 216. Mela lib. 1. cap. 11. In Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza: ſic Perſæ Ærarium vocant, & inde nomen eſt, quod quum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam contulerat. Hactenus Mela. Sacer tamen Hebraiſmus non a Gaza, ſeu theſauro dicit hanc urbem nuncupatam, ſed a Fortitudine. unde vocat eam Azza, quod ſignificat fortem. Et Zachariæ nono Propheta dicit, Azzam per antitheſin debilitandam.

GAZA, æ. f. [γάζα] Dictio Perſica, ſignificat Opes, ſupellectilem, & generaliter quicquid poſſidemus, ut ait Servius in illud Virg. 1. Æn. 123. —— Tabulæque & Troïa gaza per undas. Pomp. Mela 1. 11. Gazam, inquit, Perſæ ærarium vocant. Curt. lib. 3. non ita procul a fine, Pecuniam regiam (gazam Perſæ vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet, ſimulans fugam. Cic. pro Lege Manil. 66. Qui ab auro gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit. Idem 2. Off. 76. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus. Liv. 25. 25. extr.
Agreſtis gaza. Virg. 5. Æn. 40.
Beatæ Arabum gazæ. Hor. 1. Carm. 29. 1.
Nobiles gazæ. Claud. de Nupt. Honor. 226.

GAZOPHYLACIUM, [γαζοφυλάκιον] Arca, ſive Quivis alius locus, in quo pretioſior ſupellex conſervatur.

## G E B

GE. Gens.

GEBALENA, Regio in finibus Eleutheropoleos Palæſtinæ, a monte Gebal.

GEBANĪTÆ, Populi ſunt Maris rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thomna eſt. Unde genus myrrhæ Gebaniticum. Plin. 12. 14.

GEBENNA, vel potius CEBENNA, [Γέβεννα, Κέμμενος Strab.] Mons Galliæ, qui Arvernos ab Helviis ſeparat. V. Cæſ. 7. Bell. Gall. 8. Suet. Cæſ. 25. Lucan. lib. 1. 435. Hodie incolæ ejus *Les Sevennes.*

GEBENNĬCUS, a, um. Adj. ut, Montes Gebennici. Pomp. Mela 2. 5.

## G E D

GEDĀNUM, Germaniæ oppidum in Viſulæ fluminis oſtio. Vulgo *Dantzick.*

GEDRŌSIA, [Γεδρωσία] Aſiæ regio Ptolemæo, hodie Tarſæ regnum Haithono & Sabellico: & ſunt populi Chriſtiani.

## G E L

GELA, [Γέλα] Urbs Siciliæ, cujus meminit Plutarch. in vita Timoleontis. Vulgo *Cherza.* Sil. 14. 219. Ovid. 4. Faſt. 478.
Immanis Gela. Virg. 3. Æn. 702. Servius, Civitas a fluvio nominata. Hinc

GELOUS, Adj. [Γελῷος] ut Campi Geloi, in Sicilia apud Gelam fluvium. Virg. 3. Æn. 701. — Campique Geloi.

GELABILE, GELASCERE, GELATIO. V. GELU.

GELASĪNUS. Γελασῖνοι, teſte Polluce lib. 2. Segm. 91. ſunt Dentes anteriores, quos ridendo oſtendimus. Item Lineæ, quæ ridendo efficiuntur: ſive Corrugatio, quæ ridendo circa os exprimitur. Martial. lib 7. 24.
Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt. Petrus Moſellanus in Quintil. legit Gelatinus. Porro auctore Suida, gelatinus eam apud Græcos ſonat lineam, quæ ſub ipſo mento velut canalis apparet in hominibus venuſtis, dum rident. nimirum vocabulo facto ἀπὸ τοῦ γελᾶν, i. e. rideo. Hæc Moſellanus in illud Quintil. lib. 6. cap. 3. ubi de riſu, Sed ineſt proprius quibuſdam decor in habitu atque vultu, ut eadem illa minus dicente alio videantur urbana eſſe. [Et apud Suid. in Frob. eſt γελασῖνος. ubi & Democritum ſic appellatum fuiſſe docet.

GELASIĀNUS, i. m. Sannio, Mimus. Sidon. Carm. 23. 301.
Mimos, Schœnobatas, Gelaſianos. Hos deſcribit Claudian. Manl. Theod. Conſul. 6. 312.

Qui lætis risum salibus movisse facetus,
Qui nutu, manibusque loquax. V. Buleng. de Theatr. 1. 42. & Dempster. ad Rosin. Antiq. Rom. 5. 6.

GELATIO, GELATUS, GELICIDIUM, GELIDUS, GELO. V. GELU.

GELLIUS, sine controversia Romanæ gentis nomen est. Ex qua A. Gellius, i. e. Aulus Gellius, Grammaticus præclarus, qui floruit regnante Adriano, & cujus extant Noctes Atticæ; quas V. 19. 4. & Barth. Adver. 35. 7. Sunt tamen qui Agellius scribendum putant.

GELOUS. V. GELA.

GELON, [Γέλων] Pyrrhum veneno necare est aggressus. Plutarch. in vita Pyrrhi.
Fuit & Gelon, Siciliæ rex, quem Dionysius γέλωτα, i. e. risum esse dicebat. Plutarch. in Dione.

GĔLŌNI, vel GELŌNES, [Γελωνοὶ] Populi Scythiæ, interius habitantes, & Agathyrsis proximi, a Gelono Herculis filio. Nunc autem Getæ dicuntur, sive Tartari corrupto vocabulo. Sanguinem equinum cum lacte mistum bibunt. Virg. 3. Georg. 461.
Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus, &c.
Pharetrati Geloni. Hor. 3. Carm. 4. 36.
Picti Geloni, i. e. Stigmata habentes. Virg. 2. Georg. 115. Servius.
Volucres Geloni. Lucan. lib. 3. 283.

GELOS, Cariæ portus est, ut scribit Pompon. lib. 1. 16. in descriptione Cariæ.

GĔLU, indecl. n. [κρυμὸς, κρύος, κρύσταλλος] proprie est Glacies, i. e. Aqua frigore concreta. Virg. 3. Georg. 355.
Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto
Terra gelu. Plin. lib. 8. cap. 28. Observatum, eam aure ad glaciem apposita conjectare crassitudinem gelu. De vulpe.
Perstrictus gelu non potuit eo pervenire humor. Plin. lib. 17. cap. 24. Codd. emendati legunt Præstrictus.
Acutum gelu. Hor. 1. Carm. 9. 3.
Amaro gelu strata messis, Grandine. Stat. 5. Theb. 403.
Astricto gelu coit unda. Ovid. 2. Trist. 196.
Canenti gelu obusta gleba. Ovid. 5. Trist. 3. 66.
Cano gelu horrida bruma. Virg. 3. Georg. 442.
Frigidum gelu. Sen. Troad. 6.
Marmoreum gelu. Ovid. 3. Trist. 10. 10.
Nivale gelu. Sen. Med. 9.
Sævum gelu. Valer. 1. Argon. 513.
Hiems rura claudit gelu. Virg. 2. Georg. 317.
Tarda gelu, seclisque effœta senectus. Virg. 8. Æn. 508.
Gelus, m. genere dixisse veteres multis verbis probat Nonius 8. 26. & 70. Cato de R. R. 40. Ne gelus noceat. unde
Geli, gen. antiquus. Lucret. lib. 5. 206.
Assiduusque geli casus. Idem lib. 6. 155.
Gelo, pro Gelu. Varro Sesquiulyss. Pieridum comes quæ tenes cata gelo putri montium laxa. Nonius. ed. Merc.

GĔLĬCĬDIUM, i. n. [πάχνη] Ipsum gelu, & ipsa concretio aquæ. Columel. lib. 2. cap. 8. Ut prius convalescant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisve infestentur. Varro 1. de R. R. cap. 55. Vitruv. 2. 7.

GĔLO, [πήγνυμι] āre. activum, & aliquando neutrum. Juven. 6. Sat. 95.
— pavidoque gelantur
Pectore. Sic, Gelatum lac, Columel. lib. 10. 38. Lucan. lib. 9. 681.
— vultusque gelassent
Perseos adversi, si non Tritonia sensus, &c. At Stat. 4. Theb. 727.
— gelant venæ, & siccis cruor æger adhæret
Visceribus.
Gelat, absolute. Plin. lib. 14. cap. 3. Non ante demetuntur, quam gelaverit.
Cor gelatum. Lucan. lib. 7. 339.
Orbes gelati, Oculi mortui. Lucan. lib. 6. 541.
Gelant frigora. Plin. lib. 15. cap. 6. Si gelant frigora, quarto die premendam. De olivis.
Manus Aquilone gelatæ. Martial. lib. 5. 9.

GELĀTIO, ōnis. f. [πῆξις] Ingruens gelu. Plin. lib. 17. cap. 24. Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat, Subaudi, Arbores.

GELĀBĬLIS, e. [πηκτὸς] Quod gelu durari potest, a quo compositum Ingelabile. Gell. lib. 17. cap. 8. Mare omne ingelabile fit. Alia exemplaria habent Incongelabile.

GELASCO, [πήγνυμαι] ĕre. est Gelu astringi. Plin. lib. 14. cap. 21. Vini natura non gelascit.

GELĬDUS, a, um. Adj. [κρυερὸς, κρυμώδης] Frigidus. Ovid. 2. Amor. 11. 10.
Sed gelidum Borean, egelidumque Notum.
Gelidus æther, amnis, gelida rupes. Virg. 8. Æn. 28.
Gelidæ naturæ sidus. Plin. lib. 2. cap. 8.
Gelidissima natura. Plin. lib. 14. cap. 16. Sic Cic. 2. de Legib. 6.
Aqua gelida. Ovid. 21. Epist. 220.
Aquam gelidam bibere. Cic. 1. in Catil. 31.
Gelida, subaudito Aqua, sicut in Calida & Tepida. Hor. 2. Serm. 7. 91.
Poscit te mulier: vexat, foribusque repulsum
Perfundit gelida: rursus vocat.
Antrum gelidum. Ovid. 3. Fast. 305.
Artus gelidi. Ovid. 4. Met. 247.
December gelidus. Ovid. 1. Trist. 10. 3.
Formido gelida. Ovid. 2. Met. 200.
Frigore gelido astrictum pectus. Ovid. 15. Epist. 112.
Horror gelidus. Sen. Troad. 6.
Metus gelidus. Ovid. 11. Epist. 82.
Mors gelida. Hor. 2. Carm. 8. 11. & Ovid. 2. Amor. 9. 41.
Nox gelida. Virg. 1. Georg. 287.
Pallor gelidus. Stat. 1. Achill. 158.
Pectus gelidum. Ovid. 1. Fast. 98.
Pruina. Virg. 2. Georg. 263.
Rivi gelidi. Hor. 3. Carm. 13. 104.
Ros gelidus. Virg. 2. Georg. 202.
Sanguis gelidus. Virg. 3. Æn. 259.
Saxum gelidum. Lucret. lib. 3. 905.
Sudor gelidus. Virg. 3. Æn. 175.
Terror gelidus. Ovid. 3. Met. 100.
Timor gelidus. Ovid. 1. Trist. 4. 11. al. Pallor.
Tremor gelidus. Virg. 2. Æn. 54.
Valles gelidæ. Virg. 2. Georg. 488.
Umbræ gelidæ. Ovid. 8. Met. 496.

GELĬDE, Adv. [ψυχρῶς] Hor. de Arte Poet. 171.
— res omnes timide, gelideque ministrat.

GELOTIĀNA, Domus quædam erat, ut ex inscriptione vetere liquido constat, in qua scriptum est, SYMPHORO TESSERARIO SERV. CAESARIS DE DOMO GELOTIANA. Proinde in Tranquillo Cal. 18. legit Turnebus, Commisit & subito, quum e Gelotiano apparatum Circi prospicientem, &c.

## G E M

GEMEA, Nomen alæ militum Macedonum. Liv. 37. 40. Addita his ala mille ferme equitum, gemeam vocabant. In vetustis codicibus legitur, Agema eam vocabant, quomodo Gronov. edidit.

GEMEBUNDUS. V. GEMO.

GEMELLAR, ris. n. Vasis genus, oleo excipiendo e torculari aptum, cui fortassis ex eo inditum nomen, quod geminas mensuras contineat. Columel. lib. 12. cap. 50. Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quam plumbeum quadratum, vel structile gemellar) protinus capulator depleat.
Gemellar, August. in Psal. 136. vocat Gemellariam, Ut amurcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas. [An Gemellari?

GEMELLUS, GEMINO. V. GEMINUS.

GEMIÆ, Gulosi veteribus dicebantur, teste Nonio 2. 377. Lucil. lib. 30.
Illo quid fiat. Lamia, & Pittho ὀξυόδοντις
Quod veniunt gemiæ illepidæ, improbæ, ineptæ. Sed variæ sunt in hoc loco lectiones; Gumiæ, Genuæ, Gemiæ a diversis agnoscuntur.

GĔMĬNUS, a, um. Adj. [δίδυμος, διφυὴς, διὸς] Gemini, proprie Duos significat. Virg. 6. Æn. 893.
Sunt geminæ Somni portæ.
Acies geminæ, pro Duobus oculis. Virg. 7. Æn. 789.
Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem.
Arbor gemina. Julian. in l. si gemina arbor fit. D. arbor. furt. cæs.
Chiron geminus. V. CHIRON.
Ictus geminus. Plin. lib. 10. cap. 38. Percussoque semel, aliquæ & gemino ictu aere feruntur. De avium natura.
Lumine gemino declarari dissensionem. Cic. 2. de Divin. 120.
Nominis gemini errore servari. Cic. pro Sext. 82. Quum quærerent alii Numerium, alii Quintium: gemini nominis errore servatus est.
Nuptiæ geminæ. Ter. And. 4. 1. 50.
Immo etiam, nam satis credo, si advigilaveris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
Pennis geminis aera secare. Cic. in Arat.
Gemini pueri dicuntur, Qui uno partu & uno die nascuntur. Virg. 8. Æn. 631. — geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros. Utuntur sæpius & Substantive vett. ut τῷ Gemelli.
Geminus est illi. Plaut. Amph. 2. 1. 68. Quid opus verbis? geminus Sosia hic factus est tibi.
Geminos duos filios pariet. Plaut. Amph. 5. 1. 18.
Fetus geminus. Ovid. 6. Met. 111.
Fratres gemini. Hor. 1. Epist. 19. 41.
Nati gemini sub ubere. Virg. 5. Æn. 285.
Partum geminum edere. Liv. 1. 4. pr. Vi compressa Vestalis quum geminum partem edidisset.
Prolem geminam partu dedit. Virg. 1. Æn. 278.
Soror gemina. Plaut. Mil. 4. 3. 9.
Sororem geminam adesse, & matrem dicito.
Sorores geminæ. Hor. 4. Carm. 7. 5.
Geminus, Par, similis: Qui enim gemini nascuntur, fere similes sunt. Virg. 1. Æn. 166.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cælum scopuli. Servius. [Aptius de Duobus scopulis simpliciter exponas.
Consortem esse in lucris atque furtis, geminum & simillimum nequitia, improbitate, audacia. Cic. 5. Verr. 135.
Gemina audacia. Cic. pro Rosc. Amer. 118. Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.
Simillima & maxime gemina societas hæreditatis est. Cic. pro Rosc. Com. 55.
Gemini, Cæleste signum, quod Castor & Pollux constituunt, qui uno partu sunt editi. Plin. lib. 18. cap. 29. Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos.
Geminus, Cognomen Serviliorum. Hoc primum tulerunt P. & Q. Servilii fratres. Cic. 4. Acad. Quæst. 56. Fac antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt tam similes, quam dicuntur. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5.

GĔMELLUS, a, um. Adj. dimin. [διδυμάων] Virg. 1. Ecl. 14.
— modo namque gemellos
Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit. Hic substantive positum est, & subauditur Fetus.
Fetus gemellus. Ovid. 6. Epist. 143.
Fratres gemelli. Ovid. 8. Epist. 77.
Partus enixa gemellos. Ovid. 6. Met. 712.
Prolem est enixa gemellam. Ovid. 9. Met. 452.
Gemellæ vites, Geminas uvas ferentes. Columel. lib. 3. cap. 1. Plin. lib. 14. cap. 2. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere.
Gemellos quoque vocat Paulus Equos forte Bijuges, id est binos & geminos conjungi solitos: in l. proinde. D. ad legem Aquil. Veluti siquis ex comœdis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum, unum vel unam occiderit. [Forte conjunctio delenda est; Certe Servos intelligi puto.

GEMELLITĬCUS, a, um. Adj. Plaut. Suppos. prol. Bacchid. 47. Uno prognatæ tempore iisdem parentibus fetu gemellitico.

GEMELLĬPĂRA, æ. f. [διδυμητόκος] Dea, i. e. Latona quæ uno partu gemellos peperit, Dianam & Apollinem. Ovid. 5. Fast. 542. conf. 6. Met. 316.

GEMINITŪDO, ĭnis. antiquum. Pacuvius apud Non. 2. 366.
Habeo ego istam, qui distinguam inter vos, geminitudinem.

GEMĬNO,

GEMĬNO, [διπλόω, διπλασιάζω] āre. Duplicare, iterare. Ter. Adel. 2. 1. 19.
O facinus indignum. æ. geminabit, nisi caves. Varro 3. de R.R. cap. 16.
Labor geminaverat æstum. Ovid. 5. Met. 586.
Facinus geminare. Ovid. 10. Met. 471.
Honorem geminare. Ovid. 1. de Pont. 4. 49.
Impensas geminare. Claud. in Sex. Conf. Stil. 223.
Orbem geminare. Cic. in Arat. 402.
Persæpe ut parvum tranans geminaverit orbem.
Pericula geminare. Tibull. lib. 2. 3. 43.
Geminare, Copulare. Hor. in Arte Poet. 13. — non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
GEMINĀTUS, Partic. [διδιπλασιασμένος] ut
Ars geminata. Plin. lib. 29. cap. 1.
Captatio geminata. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ebrietas geminata libidine. Ovid. 12. Met. 221.
Honoris geminati invidia. Liv. 39. 39.
Merces geminata. Ovid. 2. Met. 702.
Onus geminatum. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Sol geminatus, i. e. Duo soles. Cic. 2. de Nat. Deor. 14.
Victoria geminata. Liv. 1. 25.
GEMINĀTIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] Cic. 3. de Orat. 204. Nam & geminatio verborum habet interdum vim.
Uti geminatione. Quintil. lib. 1. cap. 48.
GEMISCO. V. GEMO.
GEMITES, is. f. Gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 11. Nec gemite velut in petra, candidis manibus inter se complexis.
GEMITUS. V. GEMO.
GEMMA, æ. f. [ὀφθαλμός] Oculus vitis, quem primo emittit. Virg. 7. Ecl. 48.
— turgent in palmite gemmæ. Cic. de Senect. 53. Itaque ineunte vere in his quæ relicta sunt, exsistit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit.
Uvida gemma in palmite. Ovid. 3. Fast. 238.
Pampinus trudit gemmas, i. e. Protrudit. Virg. 2. Georg. 335.
Gemma, [ὁ λίθος] Omnis lapillus pretiosus, sive perlucidus, sive non. Plaut. Curc. 5. 2. 8.
Quid? ego sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem & patrem?
Aur. Vict. de Vir. Illust. cap. 42. extr. Annuli gemma.
Corona insignis gemmis. Virg. 7. Æn. 76.
Patera gravis gemmis. Virg. 1. Æn. 732.
Ignea gemma. Sil lib. 8
Lucida gemma. Ovid. 15. Epist. 74.
Magnetica gemma. Claud. de Magnet. 26.
Monstrificæ gemmæ. V. MONSTRO.
Pura gemma. Ovid. 2. Met. 856.
Stellantes gemmæ. Ovid. 1. Met. 724.
Teres gemmæ. Virg. 5. Æn. 313.
Accinctus ensis gemmis. V. ACCINGO.
Bibere gemma, i. e. Gemmeo poculo. Virg. 2. Georg. 506.
Dat digitis gemmas. Ovid. 10. Met. 264. i. e. Induit annulos.
Distincta gemmis clarissimis pocula ex auro. Cic. 6. Verr. 62.
Fulgentes gemmæ. Valer. 5. Argon. 348.
Limare gemmas. V. LIMA.
GEMMŬLA, æ. f. dimin. [λιθάριον]
Gemmulæ, Flores etiam dicuntur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Apul. lib. 10. p. 253. Plane tenui specula, solabar clades ultimas, quod ver in ipso ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret.
GEMMEUS, a, um. Adj. [λίθινος] Quod ex gemma est, sive Gemmis ornatum. Cic. 6. Verr. 62. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c.
Radix gemmeæ rotunditatis: i. e. Rotunda in modum gemmæ. Plin. lib. 18. cap. 7. de Oryza.
GEMMŌSUS, Adj. Id. Apul. Met. 5. pag. 162. Gemmosis monilibus onustæ.
GEMMO, [ὀφθαλμίζω] āre. Gemmare dicuntur vites & arbores, Quum gemmas emittunt, quum turgescere incipiunt verno tempore, ut frondes emittant. Columel. Quum primum vites incipiunt gemmare. Cic. 3. de Orat. 81. Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt.
Item, Splendere ut gemma. V. exempla in Partic. GEMMANS, & GEMMATUS.
GEMMANS, Partic. [λιθίζων] ut
Gemmantes alæ pavonis: i. e. Lucentes in modum gemmarum. Martial. lib. 13. 70.
Miraris quoties gemmantes explicat alas.
Herbæ gemmantes rore. Lucret. lib. 2. 319.
GEMMĀTUS, a, um. Adj. [διάλιθος] Gemmis instructus & ornatus. Plin. lib. 37. cap. 2. Corripere potoria gemmata.
Gemmati magna specie annuli. Liv. 1. 11. extr.
Cultus gemmati. Claud. de 3. Conf. Hon. 204.
Monilia gemmata. Ovid. 10. Met. 113.
GEMMĀTIO, ōnis. f. Plin. 17. 14. Harduin. Germinatio.
GEMMASCO, [ὀφθαλμώμαι] ĕre. Columel. lib. 5. cap. 10. Plin. lib. 17. cap. 15. Atque ut gemmascere incipiens, legatur calamus. Idem lib. 37. cap. 10. Draconites, sive dracontias e cerebro fit draconum, sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmascit. Ubi legitur etiam ex vetusto codice Gemmescit. Eaque potior lectio est.
GEMMĬFER, Adj. [λιθοφόρος] ut, Gemmiferi amnes. Plin. lib. 37. cap. 13.
Corona gemmifera. Valer. 5. Argon. 447.
Mare gemmiferum. Propert. lib. 3. 4. 2.
GĔMO, ui, itum, [στένω, ἐπιστένω, τρύζω] ĕre. Proprie pectoris est, quum præ angustia in sonum prorumpit. Plaut. Amph. 5. 1. 47.
— dum hæc aguntur, interea uxorem tuam
Neque gementem, neque plorantem, nostrûm quisquam audivimus.
Lugere & gemere pro aliquo. Cic. pro Planc. 101.
Desiderio alicujus gemere. Cic. in Pison. 25. Quorum Capuæ te prætextatum nemo aspexit, qui non gemeret desiderio mei.
Graviter rem aliquam gemere. Cic. 2. Att. 19. Eandem istam virtutem veniet tempus quum graviter gemes.
Occulte suum malum gemere. Cic. Post. red. in Senat. 11.
Gemere se servum. Martial. lib. 9. 94.
Quæ mala sunt domini, quæ servi commoda nescis,
Condile, qui servum te gemis esse diu.
Gemunt gubernacula navis, quum huc atque illuc a nautis circumaguntur. Plin. lib. 9. Epist. 26. At quum stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & diis maris proximus.
Antennæ & malus gemunt. Hor. 1. Carm. 14. 5.
Ætna gemit impositis incudibus. Virg. 4. Georg. 173.
Ætna flebile terrificis gemuit mugitibus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 8.
Amnes repleti faucibus gemunt. i. e. ipsi faucii, qui in his feruntur. Virg. 5. Æn. 806.
Area gemit tunsis frugibus. i. e. Dum tunduntur. Virg. 3. Georg. 133.
Cymba gemit, nimis onusta. Virg. 6. Æn. 413.
— gemuit sub pondere cymba.
Turtur gemit. Virg. 1. Ecl. 59.
Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.
Gemitur, pass. Cic. 2. Att. 18. Atque hic status qui una voce omnium gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur.
GEMENS, Partic. [στένων] ut, Flebiliter gemens. Hor. 4. Carm. 12. 5.
Acerba gemens. Ovid. 8. Epist. 107.
Turpe gemens. Stat. 3. Theb. 335.
Rota tractu gemens. Virg. 3. Georg. 183.
GEMENDUS, Partic. ut, Vita gemenda. Ovid. 13. Met. 464.
Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
GEMEBUNDUS, a, um. Adj. [στενάζων] Idem quod Gemens, vel Abunde gemens. ut Ovid. 14. Met. 193.
— gemebundus obambulat Ætnam.
GEMĬTUS, ûs. m. [στεναγμός] Cic. 6. Verr. Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniasque audires.
Gemitus delphini similis est humano. Plin. lib. 9. cap. 83.
Gemitus toto foro. Cic. 2. Philipp. 85.
Acerbus. Valer. 2. Argon. 458.
Altus. Virg. 11. Æn. 633.
Inanis. Valer. 2. Argon. 33.
Lamentabilis. V. LAMENTOR.
Abjectus gemitus. Cic. 2. Tusc. 57. Sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abjectus, si flebilis: ei qui se dederit, vix eum virum dixerim.
Abscondere gemitus. Lucan. lib. 9. 1106.
Ciere gemitus. V. CIEO.
Ciere extremos gemitus. Virg. 3. Georg. 517.
Commista gemitu querela. Lucret. lib. 6. 1157.
Compescere gemitus alicujus. Stat. 12. Theb. 361.
Conticescit lamentatio & gemitus urbis. Cic. Post. red. in Senat. 16.
Dare gemitum. Ovid. 2. Met. 606.
Dat crebros gemitus. Ovid. 10 Met. 599.
Dat pectore ab imo ingentem gemitum. Virg. 1. Æn. 489.
Ducere gemitus imo de pectore. Virg. 2. Æn. 288.
Edere gemitus. Ovid. 2. Met. 623.
Erupit medullis gemitus. Claud. de Nupt. Honor. 8.
Exprimere gemitus læto pectore. Lucan. lib. 9. 1040.
Fit gemitus. Virg. 6. Æn. 220. Cic. pro Rosc. Amer. 24. Ut urbe tota fletus gemitusque fieret.
Fremunt tecta gemitu & ululatu. Virg. 4. Æn. 667.
Lugere lamentabili gemitu. Sen. Agam. 7.
Mulcere insanos gemitus. Stat. 2. Silv. 1. 12.
Ponamus nimios gemitus, i. e. Deponamus. Juven. 13. Sat. 11.
Resumere gemitus. Stat. 6. Theb. 11.
Stridentes gemitus mirari. Stat. 1. Theb. 432.
Testari dolores gemitu. Ovid. 2. Met. 486.
Gemiti, genitivus etiam legitur. Plaut. Aulul. 4. 9. 11.
Tantum gemiti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.
GEMISCO, [στενάζω] ĕre. Idem quod Gemere, ut, Ferale gemiscunt. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 138.
GEMŬLUS, Adj. Idem ac Gemebundus. Apul. 2. Flor. p. 349.
GEMONIÆ, ārum. Scalæ dicebantur, ad quas corpora damnatorum, unco tracta, præcipitabantur, sive locus quo noxii abjiciebantur in XIII regione Urbis, teste P. Victore. Tacit. 3. Hist. 74. Tunc confossum collaceratumque, & absciso capite truncum corpus Sabini in gemonias trahunt. Plin. lib. 8. cap. 40. Gemonios gradus vocat Scribit enim, Canem a corpore servi Titii Sabini non recessisse, abjecto in gradibus gemoniis. Ubi tamen Harduinus testatur in omnibus MSS. extare, In gradibus Gemitoriis.
Gemonii gradus dicti sunt, quod essent locus gemitus & calamitatum. Nam quod aliqui augurantur a Gemonio auctore, parum compertum est. Gradus autem vel scalæ dicebantur, quoniam surrectus foret locus, ac gradibus quibusdam conscenderetur. Cæl. lib. 10. cap. 5. q. V. ut & Hard. ad Plin. & Lex. Pitisc.
GEMONĪDES, Gemmæ, quas quidam Pæantidas vocant, prægnantes fieri & parere dicuntur, medenque parturientibus. nam tales in Macedonia juxta monumentum Tiresiæ inveniuntur, speciesque est eis aquæ glaciatæ. Plin. lib. 37. cap. 10.
GEMURSA, æ. Festus, Gemursa, sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum qui id gerat. Plin. lib. 26. cap. 1. Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

## G E N

GENA, æ. f. [γένυς, γνάθος, παρειά] Genas, Ennius Palpebras putat, quum dicit hoc versu,
Pandite sultis genas, & corde relinquite somnum. Alii Eas partes putant Genas dici, Quæ sunt sub oculis. Pacuvius Genas putat esse, Qua barba primum oritur, hoc versu,
Nunc primum opacat flore lanugo genas. Hæc Fest. V. Plin. lib. 11. cap. 37. In singulari posuit Ennius apud Serv. in 6. Æn. 685. Imprimitque genæ genam. Item Suet. Claud. cap. 15. Ut genam non leviter perstringeret. V. & Vallam 3. 4.
Flos Genæ: Lucan. lib. 6. 563.
Illa genæ florem primævo corpore vulsit. Sed plerumque legitur in plurali. Virg. 8. Æn. 160.



Tum

Tum mihi prima genas vestibat flore juventus. Martial. lib. 1. 79.
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos.
Muliebres genarum lacerationes. Cic. 3. Tusc. 6.
Conspicuæ cum flore genæ. Claud. de 6. Conf. Hon. 560.
Gravidæ lacrymis genæ. Ovid. 15. Epist. 174.
Ingenuæ genæ picta rubore. Ovid. 1. Amor. 14. 54.
Madidæ genæ. Ovid. 5. Epist. 72.
Mœstæ genæ. Ovid. 6. Met. 305.
Pilosæ genæ, dentes putridi. Cic. in Pison. 1.
Pubentes genæ. Virg. 12. Æn. 221.
Pulchræ genæ. Hor. 4. Carm. 13. 8.
Purpureæ genæ. Ovid. 1. Amor. 4. 32.
Carpere genas. Cic. 2. de Legib. 39. Mulier genas ne carpito. V. CARPO.
Nec lacrymis caruere genæ. Virg. 5. Æn. 173.
Declinare genas, i. e. Oculos claudere. Stat. 8. Theb. 653.
Effusæ genis lacrymæ. Virg. 6. Æn. 686.
Exhaurire genas. Stat. 5. Silv. 1. 34.
Facere udas genas. Ovid. 1. Amor. 8. 84.
Flagrant rubentes genæ. Sen. Med. 11.
Humectare genas, Flere. Sen. Hippol. 6.
Hument incultæ fonte perenne genæ. Ovid. 8. Epist. 64.
Immaduere lacrymis genæ. Ovid. 1. Trist. 9. 34.
Insequitur fletus genas. Sen. OEth. 4.
Irrigat fletus genas. Sen. Troad. 10.
Labitur in genas humor. Hor. 1. Carm. 13. 6.
Laniata roseas genas. Virg. 12. Æn. 606.
Liventes genæ. Lucan. lib. 5.
Lucent concavæ genæ. Sen. Herc. fur. 9.
Manat lacryma per genas. Hor. 4. Carm. 1. 34.
Nitentes genæ. Stat. 3. Silv. 4. 65.
Pendentes genæ. Juven. 10. Sat. 193.
Peredere lacrymæ humore genas exangues. Cic. 3. Tusc. 76.
Perfusa lacrymis flagrantes genas. Virg. 12. Æn. 65.
Persulcata rugis genas severas. Claud. 1. in Ruff. 136.
Rigat fletu genas. Sen. OEdip. 12.
Rorantis lacrymis ora genasque. Lucret. lib. 3. 479.
Ruptæ genæ. Juven. 15. Sat. 58.
Siccare genas. Ovid. 10. Met. 362.
Suffusæ igne genæ. Sen. OEth. 10.
Trementes genæ. Virg. 4. Æn. 643.
Tutantur genæ ab inferiore parte oculos subjectæ, leniterque eminentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Umbratus genas, i. e. Barbam gerens circa genas. Stat. 3. Silv. 4. 79.

GĔNĂBUM, vel CENABUM, [Κήναβον Ptol.] Galliæ oppidum ad Ligerim fluvium, in extremis finibus Carnutum situm; post Aurelianum dictum. Vulgo *Orleans*. V. GENEVA.

GENABOS, i. f. apud Lucan. 1. 440.
Inclyta Cæsareis Genabos dissolvitur alis.

GENAUNI, Populi Vindeliciæ. Hor. 4. Carm. 14. 10.
Drusus Genaunos, implacidum genus.

GENAVIUS, a, um. Adj. [λαίμαργος] a Gena. Idem quod Gulosus. Varro 3. de R. R. 9. Hæ novissimæ in triclinium genavium introierunt e culina, propter fastidium hominum. Al. Genanium, vel Ginavium, vel Genianum, vel Ganearium. Lectio prorsus incerta est. [Forte In triclinium ganeonum introierunt e gallinis. V. Plin. 10. 26.

GENEALOGĬA, æ. f. [γενεαλογία] Sermo de origine generationis. Cic. 3. de Nat. Deor. 44. Quod si ita est, Cæli quoque parentes, dii habendi sunt, Æther, & Dies, eorumque fratres & sorores, qui a genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolor, Metus, &c. sic Stephanus, sed alii legunt per unum i Genealogis, ut sit a masculino Genealogus, quæ omnino est lectio recipienda.

GENEALŎGUS, i. m. [γενεαλόγος] Enarrator generationum. Cic. 3. de Nat. Deor. 44. V. Diction. præced.

GENER, GENERABILIS, GENERALIS, GENERATIM, GENERO, GENEROSUS. V. GENUS.

GENĔSIA, ōrum. [γενέσια] Festa, quibus celebrabantur defunctorum natalitia. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 17. 12. [Immo & viventium. conf. GENETHLIA.

GĔNĔSIS, eos. f. [γένεσις] Generatio, nativitas. Significat etiam Sidus natalitium, id quod conversione cæli oritur eo momento quo quis nascitur. Juven. 6. Sat. 576.
— si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Cic. 2. de Divin. 91. Sidus natilitium appellat. Suet. in Vespas. cap. 14. extr. Monentibus amicis cavendum esse Metium Pomposianum, quod vulgo crederetur genesin habere imperatoriam, insuper Consulem fecit. i. e. Quod opinio esset a mathematicis prædictum esse, fore ut imperaret. Bud. Juven. 14. Sat. 248.
Nota mathematicis genesis tua.

GENESUS. V. GENUSUS.

GENETHLE, es. f. [Γενέθλη] Venus.

GĔNĔTHLIA, orum. n. pl. [γενέθλια] Idem ac Genesia. Celebritas, quæ agitur in natali alicujus, natalia munera aut convivia.

GENETHLIĂCUS, a, um. [γενεθλιακός] Adj. Natalitius. Genethliaci [γενεθλιακοὶ] dicti Mathematici, qui ex nativitatis die & hora, seu quas illi geneses vel horoscopos vocant, futura prædicunt, quorum meminit Gell. lib. 14. cap. 1.

GĔNĔTÆUM, [Γενηταῖον] Promontorium a Genete fluvio vocatum, in quo templum fuit Jovis hospitalis, quem Xenion appellant. V. Strab. lib. 12.

GĔNĔVA, [Γενεύα Interpr. Gr. Cæs.] Allobrogum oppidum. Cæs. 1. Bell. Gall. 8. Extremum oppidum Allobrogum est, proximumque Helvetiorum finibus Geneva. ex eo oppido, pons ad Helvetios pertinet. In quem locum sic ait Glareanus, Quatuor hæc nomina Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longe diversa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneva vero Allobrogum ad ostia Lemanni lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (ut quidam putant) Aurelia. Denique Gebenna mons qui Helvios ab Arvernis separat, ut libro septimo postea dicet Cæsar. Hactenus Glareanus. Meminit ejus etiam Plin. lib. 3. cap 4. Plura V. apud Glareanum in iisdem Annotationibus in Cæsarem. De pen. quantitate V. Jos. Scalig. Notit. Gall.

GENIALIS. V. Genius, in GIGNO.

GENICULUM, GENICULUM. V. GENU.

GENISTA, æ. f. [σπάρτιον] Arbuscula quædam. Plin. lib. 21. cap. 9. Florem esse dixerim genistas: namque & iis decerpitur luteus. Virg. 2. Georg. 12.
— molle siler, lentæque genistæ.
Humiles genistæ. Virg. 2. Georg. 494.

GENITABILIS, GENITALIS, GENITOR, GENITURA, GENITIVUS, GENITUS, GENIUS. V. GIGNO.

GENO, ui, ĭtum, [γένω] ĕre. Idem quod Gignere, generare. Priscian. lib. 10. Gigno genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse inveniuntur. Varro in Andabata, Sed quod hæc loca aliquid genunt. Idem 1. de R. R. cap. 40. Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetusto codice. Infinitivum passivum Lucretius protulit lib. 3. 799.
— tanto magis inficiandum
Totum posse extra corpus durare, genique.

GENS, gentis. V. GENUS.

GENTIĀNA, æ. f. [γεντιανή] Herba amarissima. Plin. lib. 25. cap. 7. Gentianam invenit Gentius rex Illyriorum ubique nascentem, in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cavo & inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. Usus in radice & succo. Radicis natura est excalfactoria, sed prægnantibus non bibenda.

GENTICUS, GENTILIS, GENTILITAS, GENTILITIUS. V. GENUS.

GĔNU, n. indecl. in singulari. In plurali, Genua, genuum, genibus. [γόνυ, γόνατα] Genua (ut quibusdam placet) Femorum ac crurum commissuræ: quod hæc, dum infans est in utero matris, genis opposita sint: sive a Generando, quod in genibus inest vitalitas. [Immo ex Græco γόνυ] Virg. 5. Æn. 432.
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus. Ubi primus pes est Proceleusmaticus.
Genibus pronis supplex. Ovid. 3. Met. 240.
Et genibus pronis supplex, similisque roganti.
Dura genua. Ovid. 12. Met. 140.
Advolvor genibus vestris supplex. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 298.
Advolvi genua. Tacit. 1. Ann. 13. extr. Ambulantisque Tiberii genua advolveretur.
Advolutus genibus. V. ADVOLVO.
Amplecti genua. Virg. 3. Æn. 607.
Astare in genua. V. IN.
Cadit inflexo genu. Propert. lib. 3. 9. 6.
Intremuere genua timore. Ovid. 2. Met. 180.
Labant pigris membra genibus. Sen. Thyest. 5.
Niti impresso genu. Virg. 12. Æn. 303.
Nixus genu. Ovid. 8. Met. 182. V. NITOR.
Ponere genua alicui. Curt. lib. 8. 7. extr. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum.
Prensare circumstantium genua. Tacit. 1. Ann. 21.
Procumbere in genua. Curt. lib. 8. 14. 39.
Provolutus genibus. Tacit. 12. Ann. 28.
Repellere a genibus. ut, Tu affinem tuam filiam meam superbissimis verbis a genibus tuis repulisti. Cic. Post red. in Senat. 16.
Riget genuum in junctura. Ovid. 2. Met. 823.
Submittere genua, pro Flectere. Plin. lib. 8. cap. 1. Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt.
Summisit genu flexum. Ovid. 4. Met. 340.
Tangere terram genu. Cic. 2. Tusc. 57. Genu M. Antonium vidi, quum contente ipse pro se diceret, terram tangere.
Trahens genua ægra. Virg. 5. Æn. 468.
Tremit corde & genibus. Hor. 1. Carm. 23. 8.
Genus, i. masculino genere dictum antiquis probat Nonius, 3. 103. Lucil. Sat. lib. 4.
Hæret verticulis adfixum in posteriore
Parte atque articulis, ut nobis talus genusque est.
Genus, n. pro Genu. Priscian. lib. 6. Cic. in Arato, hoc genus, pro Genu protulit. Ciceronis testimonia sunt in Arato, v. 45.
Quæ genus ad lævum Nixi delapsa resedit,
Atque inter flexum genus & caput alitis hæsit. Ibid. v. 403.
Hic genus & suram cum Chelis erigit alte.

GENUALIA, ium. n. pl. Indumenta genuum. Ovid. 10. Met. 593.
—— quæque
Poplitibus suberant picto genualia limbo.

GENICŬLUM, i. n. dimin. [γόνυ] Firmic. lib. 2. cap. 12. Capricornus significat omnes geniculorum ægritudines.
Genicula dicuntur Stipulæ, vel Caulis herbacei internodia, & veluti Articuli ac nodi quidam. Plin. lib. 16. cap. 30. Arundini in geniculo. Idem lib. 18. cap. 7.

GENICŬLO, āre. Genu niti. Vet. Gloss. Item Plin. 18. 16. Antequam seges genicularet.

GENICULĀTUS, a, um. Adj. [γονατώδης] Quod multis geniculis committitur: ut, Geniculatus culmus. Cic. de Senect. 51.

GENICULĀTIM, Adv. [γονυδὸν] Per genicula. Plin. lib. 21. cap. 11. Foliis geniculatim circumdata.

GENICULŌSUS, a, um. Adj. Flexuosus, nodosus. Vitruv. 8. 7. Apul. de Herb. 77.

GENICULĀTIO, ōnis. f. Tertull. de Scap. 4.

GENUFLECTO, ĕre. Et

GENUFLEXIO, ōnis. Voces Ecclesiasticæ. Quæ & divise scribuntur.

GENUA, [Γενόα, Γένυα] Ligusticum emporium. Hinc incipit Apenninus mons: distatque a Sabatiis stadiis ducentis sexaginta. De hoc Mela lib. 2. cap. 4. Vulgo *Genova*. V. GENEVA.

GENUARII, Nummi Genuæ cusi. Cic. 6. Att. 1. non longe a fine, Sed heus tu, Genuarios a Cæsare per Herodem, talenta Attica L extorsistis? Sed lectio incertissima est. V. Comment. ad loc.

GENUINI, Dentes. V. GIGNO.

GENUS, ĕris. n. [γένος] Stirps, origo familiæ, vel ab Eo qui genuit, vel a Loco quo quispiam genitus est.
Genere & factis clarus. V. CLARUS.
Genere & nobilitate, suæ civitatis facile primus. Cic. pro Rosc. Amer. 15.
Claritudo

Claritudo generis. Tacit. 12. Ann. 6. & 16. Ann. 7.
Opprobrium generis. Ovid. 8. Met. 155.
Princeps generis. i. e. Auctor. Ovid. 1. Faſt. 40.
Turpitudo generis, opprobrio multis fuit. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Virtus eſt propria generis atque ſeminis Romani. Cic. 4. Verr. 13.
Demiſſum genus ab alto Ænea. Hor. 2. Serm. 5. 63.
Dinumerare gradum generis. Ovid. 2. Faſt. 622.
Ducere genus ab aliquo. Virg. 6. Æn. 834.
Ducere primordia generis ex aliquo. Ovid. 1. Amor. 14. 11.
Efferre genus ſuum. Cic. pro Muren. 5.
Facit indignum genere. Ter. Adelph. 3. 3. 55.
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? &c.
Generatum ex ipſius ſapientiæ ſtirpe genus alicujus. Cic. de Clar. Orat. 212.
Jactare genus & proavos. Ovid. 17. Epiſt. 51. Hor. 1. Carm. 14. 13.
Natus bono genere. V. BONUS.
Natus malo genere. Cic. 2. de Orat. 286.
Nati nobili genere. Cic. 7. Verr. 179.
Oriundus genere ab aliquo. Auct. de Viris Illuſt. cap. 35. pr. Paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus.
Prognatus ſummo genere. Plaut. Capt. 1. 2. 67.
Prognatum genere ſummo, & ſummis divitiis. V. NASCOR.
Propagare genus. Lucret. lib. 1. 196.
Sum genere ei proximus. Ter. Phorm. 1. 2. 75.
Lex eſt ut orbæ qui ſint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.
Animale genus, Multitudo rerum animam habentium. Lucret. lib. 1. 228.
Genus humanum. Cic. de Amicit. 20. Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt, quod ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliavit ipſa natura, ita contracta res eſt, &c. Virg. 1. Æn. 546.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
Genus hominum. Cic. pro Roſc. Amer. 91. Nam dum hominum genus erit, qui accuſet eos non deerit.
Hominum genus & in ſexu conſideratur, virile an muliebre ſit, & in natione &c. Cic. 1. de Invent. 35. i. e. Species.
Genus Thebanum, i. e. Natio. Plaut. Amph.
Genera in ſpecies multas ſeſe ſpargentia: h. e. Diviſa. Plin. lib. 21. cap. 8.
Acre genus virum. Virg. 2. Georg. 167.
Antiquum. Virg. 6. Æn. 580.
Audax genus. Hor. 1. Carm. 3. 27.
Clarum. Hor. 1. Serm. 5. 54.
Durum genus. Virg. 1. Georg. 63.
Exitiale genus. Stat. 1. Theb. 243.
Egregium. Virg. 7. Æn. 213.
Femineum genus. Virg. 9. Æn. 142.
Humilius. Quintil. 3. 7.
Immite genus virorum. Ovid. 13. Met. 740.
Immortale genus. Virg. 4. Georg. 208.
Impavidum genus. Sen. OEth. 1.
Impium genus. Sen. Octav. 7.
Implacidum genus, Genauni. Hor. 4. Carm. 14. 10.
Inclytum altis titulis. Sen. Herc. fur. v. 139.
Infame genus. Hor. 2. Carm. 14. 18.
Ingens. Virg. 12. Æn. 225.
Inſuperabile genus bello. Virg. 4. Æn. 40.
Intractabile genus bello. Virg. 1. Æn. 343.
Irritabile genus vatum. Horat. 2. Epiſt. 2. 102.
Mortale genus. Ovid. 1. Met. 188.
Parcum genus patienſque laboris. Ovid. 7. Met. 656.
Regium. Hor. 2. Carm. 4. 15.
Sublime alicujus. Stat. 3. Silv. 3. 111.
Genus hominum eſt: i. e. Species vel ejus conditionis & rationis. Ter. Eun. 2. 2. 17.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector. Virg. 1. Æn. 747.
Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Induxit patria? Plin. lib. 8. cap. 25. Olfactuque generis ejus hominum fugantur. Ibid. Gens hominum.
Genus hominum adverſariorum, ſeditioſum & inertiſſimum. Cic. 11. Fam. 19.
Generis grati eſt. Plaut. Merc. 3. 1. 27.
Conſtantes eligendi amici: cujus generis magna penuria eſt. Cic. de Amicit. 63.
Varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum. Cic. 2. de Nat. Deor. 99.
Animantum omne genus. Lucret. lib. 1. 4.
Animantium tot genera atque naturæ. Cic. 1. de Legib. 22.
Alituum genus, atque ferarum. Lucret. lib. 6. 1214.
Æquoreum genus, Piſces. Virg. 3. Georg. 243.
Aligerum genus, i. e. Aves. Sen. Hippol. 3.
Arbuſtivum genus. V. ARBUSTUM.
Canorum vocis genus. V. CANORUS.
Concharum genus. Lucret. lib. 2. 374.
Florum ac ſuccorum varium genus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Herbarum genera. Lucret. lib. 1. 888.
Ingeniorum præcox genus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Ferarum montivagum genus. Lucret. lib. 2. 597.
Natantum genus, Piſces. Virg. 3. Georg. 541.
Pecudum omne genus. Virg. 5. Æn. 736.
Saporis ſuo proprio genere, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur mel. Cic. 3. de Fin 34.
Silvarum munifica genera. V. MUNUS.
Tineæ durum genus. Virg. 4. Georg. 246.
Vitis lætum genus. Virg. 2. Georg. 262.
Nihil eſt quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit. Cic. 4. Acad. 50.
In ſuo genere perfectum eſſe voluit quicquid genuit natura. Cic. 5. Tuſc. 7.
Genus eſt, Quod plures partes amplectitur: ut animal, pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut equus. ſed ſæpe eadem res alii genus, alii pars eſt: ut homo, animalis pars eſt: Thebani aut Trojani, genus. Cic. 1. de Invent. 32.
Genus eſt id, Quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Cic. 1. de Orat. 189.
Genus, eſt Notio ad plures differentias pertinens. Cic. in Top. 31. Idem 1. Off. 3. Omnis de officio duplex eſt quæſtio, unum genus eſt quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod poſitum eſt in præceptis.
Summum genus, dicitur Quintil. lib. 7. cap. 5. pr. Ultima ſpecies. Plin. lib. 8. cap. 47. extr. Ovium ſumma genera duo: tectum, & colonicum.
Ultimum genus, i. e. Quod generaliſſimum vocant. Cic. in Top. 39. Aqua pluvia ultimo genere ea eſt, quæ de cælo veniens, creſcit imbri: ſed propiore loco, in quo jus arcendi continetur, genus eſt, aqua pluvia nocens, &c.
Univerſi generis quæſtio. Cic. 2. de Orat. 65.
In certa genera cogere quod diffuſum & diſſipatum eſt, & ad artem facile redigere. Cic. 2. de Orat. 142.
Definita genera non ſolum numero, ſed etiam paucitate. Cic. 2. de Orat. 145.
In omni genere aliquem in innumerabilibus rebus deſiderare. Cic. 2. Q. frat. 2. Innumerabiles enim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſiderem.
Diducere genera a. Quintil. lib. 1. cap. 5.
In genera digerere omne jus civile, & eorum generum quædam membra diſpertire. Cic. 1. de Orat. 190.
A genere ducere argumentum. Cic. in Topic. 8.
De toto aliquo genere diſputare. Cic. 2. Off. 45.
Diſtinguere genere aliquid. Cic. 3. de Orat. 31.
Illuſtrare aliquid generibus, & partibus diſtribuere. Cic. 1. de Orat. 109.
Mutare genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Subjectæ generibus partes. Cic. 2. de Orat. 166.
Ex genere quæ ſumitur argumentatio, commode tractatur. Cic. in Topic. 40.
Genus, pro Forma ſeu Specie. Quintil. lib. 7. cap. 4. p. 630. 631. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, &c. Et paulo poſt pro eodem, At pro filiis in utroque genere ſummiſſam.
In omni genere & varietate artium excellere. Cic. pro Corn. Balb. 15.
Generibus ac modis diſceptationum omnium explicatis. Cic. 1. Off. 34.
In omni genere aliquem delectare. Cic. 16. Att. 5.
Adhibere genus. V. ADHIBEO.
Attenuatum genus dicendi. V. ATTENUO.
Concertatorium genus. V. CONCERTO.
Declamatorium genus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Oratorium genus. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Abruptum ſermonis genus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Accuratum genus. V. ACCURO.
Acutum genus. V. ACUTUS.
Captioſiſſimum genus. V. CAPTIOSUS.
Concionale genus. V. CONCIONOR.
Conſentaneum genus. V. CONSENTANEUS.
Floridius genus. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Forenſe genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Preſſum, limatumque genus dicendi. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Orationes, aut aliquid id genus ſcribere. Cic. 13. Att. 13.
Excutiendum omne ſcriptorum genus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Cujus generis tibi videbitur. Plin. Epiſt. 216.
Armorum genus. Sil. lib. 8.
Generis ejus eſt oratio, ut &c. Plin. Epiſt. 181. i. e. Sic compoſita, &c.
In genere aliquo peccare. Cic. 4. Verr. 9. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi uſitato more, ſi denique ullo aliquo in genere peccaſſet.
Genere novo litterarum uti. Cic. 13. Fam. 15.
Genus furandi. Cic. 7. Verr. pr. Verſatuſque ſit ſine ulla non modo religione, verum etiam diſſimulatione in omni genere furandi atque prædandi.
Ejuſdem generis. Cic. 1. Off. 7. Ut paſtum, ut latibula, ut alia ejuſdem generis. i. e. Similia.
Uno genere capere piſces. Plin. lib. 9. cap. 59. Quintil. lib. 7. cap. 7. Contra ſcriptum tribus generibus occurritur.
Genus inſtitutorum & rationum. Cic. 2. Fam. 12. Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione provinciæ.
Infinitum genus invenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam. V. INFINITUS.
Ætatis degendæ genus ſibi id conſtituere quod maxime adamaverimus. Cic. 1. Off. 117. V. CONSTITUO.
Implicari certo genere curſuque vivendi. V. IMPLICO.
Commutare genus vitæ. V. COMMUTO.
Incorruptum genus diſciplinæ. V. INCORRUPTUS.
Genus, eo ſenſu quo dicunt Grammatici, Maſculinum, Femininum, Neutrum genus, &c. Quintil. lib. 1. cap. 7. Non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & ea quæ ſunt duobus omnibusve communia. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua (quæ & epicœna dicuntur) oſtenderit, in quibus ſexus uterque per alterum apparet. Et cap. 10. Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: genus, ut ſi quæratur, funis maſculinum ſit, an femininum, ſimile illi ſit panis.

GĔNER, ĕri. m. Filiæ maritus. Ovid. 1. Met. 144. —tutus
Non ſocer a Genero.
Aſſumere generum. Plin. 11. Epiſt. 3.
Optare generum. Perſ. 2. Sat. 37.
Pro Marito ſororis accipitur Gener apud Nep. 4. 1. ut obſervant Cujacius aliique. [Quaſi vero non error eſſe ſcriptoris poſſit. Qui putavit Xerxis generum fuiſſe Mardonium, qui fuerat Darii regis.
Generibus pro Generis dixerunt veteres, teſte Nonio. Accius Alcmæon.
Qui ducat, quum te viderit ſocerum, generibus tantam eſſe impietatem.

GENERŌSUS, a, um. Adj. [γενναῖος, εὐγενής, εὐπατρίδας] Quod eſt nobile, & claro genere ortum: vel potius Præſtans. Ovid. 2. Faſt. 199.
Egreditur caſtris miles generoſus ab iiſdem.
Arbores generoſæ. Columel. lib. 3. cap. 2. extr. Atque ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conſeramus, generoſam requiremus. conf. 4. 29.
Bacchus generoſus. Tibul. lib. 3. 6. 5.

Conatus

Conatus generosus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Domus generosa. Ovid. 2. Fast. 225.
Femina generosissima. Suet. in Tiber cap. 49. Condemnatam generosissimam feminam Lepidam, in gratiam Quirini Consularis prædivitis & orbi.
Flos generosus. Ovid. 5. Fast. 211.
Honores generosi. Propert. lib. 4. 12. 61.
Indoles generosa. Sen. Theb. 2.
Juventus generosa. Ovid. ad Liv. 207.
Juvenis generosi sanguinis. Lucan. lib. 3. 723.
Mens generosa. Ovid. 3. Trist. 5. 32.
Miles generosus. Ovid. 2. Fast. 199.
Nobilitas, generosaque nomina. Ovid. 6. Epist. 113.
Nominibus avorum generosus. Ovid. 4. Trist. 4. 1.
Ortus generosus. Cic. de Amicit. 29. Humilem sane relinquunt & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia atque indigentia nasci volunt.
Ortu materno generosus. Ovid. 13. Met. 148.
Pectora generosa. Ovid. 12. Met. 234.
Pecus generosum. Virg. 3. Georg. 75.
Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur &c.
Pomum generosissimum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Pruna generosa. Ovid. 13. Met. 818.
Pubes generosa. Stat. 5. Silv. 3. 146.
Rex generosus ac potens, i. e. Magnanimus. Cic. 3. Off. 86. Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso atque potente. [ de Pyrrho loquitur, qui paternum genus ad Achillem, maternum ad Herculem referebat, eaque nobilitate tumidus erat.
Stirps generosa. Cic. de Clar. Orat. 213.
Titulis generosus avitis. Stat. 5. Silv. 2. 22.
Virgo generosa & nobilis. Cic. in Parad. 3.
Vinum generosum. Hor. 1. Epist. 15. 18. Columel. lib. 3. cap. 2. vocat Generosum vini saporem.
Virtus. ut, Quod natura ipsa, & quædam generosa virtus statim respuit. Cic. 2. Tusc. 16.
Uva generosa. Ovid. 2. de Rem. Amor. 567.
Generosior. Compar. Nemo generosior est te. Hor. 1. Serm. 6. 2.
Generosissimus superl. V. Femina generos.

**Generōse**, Adv. [γενναίως] ut, Generosius perire quærens. Hor. 1. Carm. 37. 21.

**Generosĭtas**, ātis. f. [εὐγένεια] Nobilitas. Columel. lib. 3. cap. 4. Sed nec certam generositatis fidem pollicentur. De vineæ seminibus aliunde translatis. conf. cap. 2.
Generositas celeberrima Cæcubo. Plin. lib. 14. cap. 6.
Generositas tauris est in aspectu. Plin. lib. 8. cap. 45.

**Generālis**, e. Adj. [γενικός, καθολικός] Quod ad totum genus pertinet. Quintil. lib. 9. cap. 1. Quædam ex iis species plane distant, manente tamen generali illa societate.
Decorum generale. Cic. 1. Off. 96. Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur.
Tractatus generalis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Generalis constitutio. Cic. 1. de Invent. 10. Quum de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur.

**Generalĭter**, Adv. [γενικῶς, καθόλου] Omnia simul sub uno genere complectendo. Plin. lib. 1. Epist. 8. Memini quidem, te jam quædam adnotasse, sed generaliter. Ideo nunc rogo, ut non tantum universitati ejus attendas, verum etiam particulas, qua soles, lima persequaris. Cic. 1. de Invent. 39. Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. Quintil. lib. 1. cap. 5. Accipere generaliter.
Generaliter, cui opponitur Specialiter. Ulp. in l. Si quis mihi. §. 1. de acquirenda hæreditate, Sed utrum generaliter quæcunque tibi hæreditas fuerit delata, an specialiter? Pomponius in l. Quintus. D. de auro & argento legato, Multum enim interest, generaliter an specialiter hæc legentur. Ulpian. in l. 1. §. penultimo. D. De dote relegata, Mela scribit, si fundus in dotem fuerit, & specialiter sit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis, sed semel deberi fundum. Id. in l. 1. in princ. D. De injuriis, Injuria ex eo dicta est, quod non jure fit. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia. Rursus id. in l. 1. §. Qui quæstionem. D. De quæstionibus, Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit.

**Generalĭtas**, ātis. f. Universitas. Mart. Capell. Hominem a generalitate animantium discernere. V. Voss. de vitiis L. L. 3. 13.

**Generātim**, Adv. [κατὰ γένη] Per singula genera, specialiter, vel per singulas species. Virg. 2. Georg. 35.
Quare agite ô proprios generatim discite cultus,
Agricolæ. Varro lib. 2. de Analog. Non in volucribus generatim servatur analogia, &c. Suet. in Calig. cap. 22. Hostiæ erant phœnicopteri, pavones &c. quæ generatim per singulos dies immolarentur. Cic. 4. Acad. 47. Exponam igitur generatim argumenta eorum. Cæs. 3. Bell. Civil. 32. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur &c. Idem 2. Bell. Civil. 21. Omnibus generatim gratias agit. Sequitur deinde, Civibus Romanis, Hispanis, Gaditanis, Tribunis militum, Centurionibusque, quibus verbis egerit.
Generatim & Confuse, videntur contraria. Cic. 4. Acad. 47.
Publice, & Generatim, contraria. Cic. 4. Verr. 137. Nam ut publice civitates istos honores habent: aut generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut naviculariI.
Nominatim & Generatim. Cic. 11. Att. 6. Ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. i. e. Non singuli homines, sed genera hominum proscriberentur. V. ibid. seq.
Componere generatim aliquid. Cic. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt, qui illa, artificiose digesta, generatim componerent. [ Malim distingui, Illa artificiose, digesta generatim, componerent. V. quæ ibidem sequuntur. & mox Expedire & exponere generatim.
Dicere generatim ea, quæ maxime nota sunt. Cic. in Pison. 85.
Generatimque distributi in civitates. Cæs. 7. Bell. Gall. 19.
Quærere aliquid generatim. Cic. 2. de Orat. 42.
Expedire & exponere generatim. Cic. 2. de Orat. 142. Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & exponet descripta generatim. [ Commate distinguendum post Exponet, ut apparet ex seqq
Ab universa provincia, generatimque a singulis ejus partibus diligitur. Cic. 4. Verr. 168.
Generatim diversum ab Universis partibus. H. St.
Generatim, pro Generaliter. Cic. 2. de Orat. 42. Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo, Expetendane esset eloquentia, expetendine honores. Certum autem, in quo quid in personis, & in constituta re & definita quæreretur.
Sigillatim & Generatim Universeque, contraria. Cic. 7. Verr. 142. Nam quid ego de ceteris civium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quam generatim atque universe loquar?
Generatim omnia amplecti. Cic. 2. de Invent. 18.

**Genĕro**, [γεννάω] āre. Gignere, procreare. Plin. lib. 12. cap. 17. Aut (ut alii) generante, & id thuris arbore. Cic. in Partit. 82. Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus &c. fuerit.
Generare, pro Invenire. Quintil. lib. 10. cap. 2. An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent?
Generare etiam dicuntur Feminæ, ut asinæ, & equæ. Plin. lib. 8. cap. 44. Et quæ non primo initu generare cœperit.
Generari, de Herba. Gell. lib. 5. cap. 6. Observarique solitum, ut fieret e gramine,, quod in eo loco generatum esset, intra quem &c.
Hominem generavit & ornavit deus. Cic. 1. de Legib. 27.
Generandi gloria mellis. Virg. 4. Georg. 205.
Aliam ex alia generando suffice prolem. Virg. 3. Georg. 65. de Pecore.
Semina limus habet, virides generantia ranas. Ovid. 15. Met. 375.
Populus Romanus a Marte generatus. Cic. 4. Philipp. 5.
Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum & jocum facti esse videamur. Cic. 1. Off. 103.
E sanguine generata Beli. Sil. lib. 8. 221.
Homines hominum causa esse generatos. Cic. 1. Off. 22.

**Generātio**, ōnis. f. [γέννησις] Verbale. Plin. lib. 10. cap. 52. Generatio avium simplex videtur esse.

**Generātor**, ōris. m. [γεννητής] aliud Verbale. Cic. de Univers. 34. Nosse autem generatores suos optime poterant.
Equorum magnanimûm generator Agragas. Virg. 3. Æn. 704.

**Generātrix**, īcis. [γενέτειρα] Pomp. Mela 1. 9. pr.

**Generabĭlis**, e. [γεννητός] Quod facile generatur, vel gignit. Plin. lib. 2. cap. 45. Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus. Manil. 1. 143. — opus generabile fingit.

**Generasco**, [γεννῶμαι] ĕre. Lucret. lib. 3. 746.
— cur omnia membris
Ex ineunte ævo generascunt, Ingenioque? i. e. Generantur.

**Gens**, gentis. f. [ἔθνος, φῦλον] a Genus deducitur, u littera detracta: Natio. Virg. 1. Æn. 71.
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.
Inter Gentem, & Familiam illud interest; quod gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totum continere videtur, hæc quodam modo partem. exempli gratia. Valerii omnes unius esse gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes. at vero partes gentis hujus sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, eæque familiæ nominantur, ut in gente Valeria Maximi, Messalæ, Flacci, Lævini, Faltones: in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ: in Æmilia Mamercini, Lepidi, Paulli, Scauri, Barbulæ: itemque in ceteris. at vero Valerii omnes unius sunt gentis. itemque Cornelii, atque Æmilii. itaque recte Festus gentem definit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Quod autem interest inter gentem, & familiam, idem interest inter genus, & stirpem. quæ quidem ita esse, ex his veterum historicorum verbis intelligitur. Suet. in Galba, 2. Imagines universi generis exequi longum est, familiæ breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Liv. lib. 38. 58. pr. P. Scipio Nasica tribunos appellavit, orationemque habuit plenam veris decoribus; non communiter Corneliæ gentis, sed proprie familiæ suæ. Suet. Cæs. 6. Ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater, a Venere Julii, cujus gentis familia est nostra. & in August. 2. Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in senatum, mox a Ser. Tullio in patricias traducta. & p. p. Primus ex hac magistratum cepit C. Rufus. Is quæstorius Cneum, & Cajum procreavit, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diversa. Cic. in Brut. 62. de Funebribus laudationibus, Ipsæ enim familiæ, sua quasi ornamenta, ac monumenta servabant, & ad usum, siquis ejusdem generis occidisset, & ad memoriam &c. Liv. lib. 9. 29. Duodecim Potitiorum familias fuisse, quum gens Potitia tota interiit. & lib. 1. 3. pr. Julia gens Iulum auctorem sui nominis nuncupat. & lib. 7. 32. extr. sic loquitur Valerius Corvus, Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen diis auctoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum nostræ familiæ cognomen memoria excessit. & lib. 40. 44. pr. Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. Catull. in Epithalam. Jul. & Mall. Non decet tam vetus sine liberis nomen esse, i. e. tam veterem gentem, qualis erat Manlia. Hæc de Gente, Familia, & Genere. nunc de Stirpe dicam. Cic. pro Rabir. 2. Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere, qui sunt ejus stirpis, cupidissime persequuntur. & 1. de Legibus 3. Hinc enim orti stirpe antiquissima. & in Læl. 72. Quia aliquamdiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerunt. & lib. 1. de Orat. 176. Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt? Cum Marcelli a liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem hominis hæreditatem gente ad se redisse dicerent: nonne in ea caussa fuit de toto stirpis, & gentilitatis jure dicendum? Suet. in Calig. 35. pr. Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Cn. Pompejo stirpis antiquæ Magni cognomen ademit. Quæ autem ratio est inter gentem, & familiam, eadem est inter gentiles, & agnatos. ut enim familia, aut stirps nos propius attingit, quam gens, aut genus, sic agnâti, quam gentiles. siquidem Gentilis, auctore Festo, dicitur, qui eodem ex genere natus, & is, qui simili nomine appellatur. recte. quatenus enim ait, Ex eodem genere, eos intelligit, qui ejusdem gentis eundem principem habent: quatenus, Simili nomine, eos qui quanquam uno gentis nomine omnes utuntur, tamen alium atque alium auctorem sui generis nuncupant. quo modo Cic. 1. Tusc. 38. se gen-

se gentilem esse ait Ser. Tullii regis, quod uterque simili gentilitio nomine uteretur, quum tamen e diverso uterque fonte manaret. Quum autem ad Herennium 1. 23. scriptum sit: Si furiosus existat, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque ejus jus esto. item: Si paterfamilias intestato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum, gentiliumque esto: Agnati profecto videntur esse, qui ex eadem familia sint: quibus deficientibus, gentiles subeant, nam Cic. dixit primo de Orat. 172. Jura gentilitatum, & agnationum. item: Jus gentilitatis, & stirpis. & 1. de Legib. 23. Homines deorum agnatione, & gente tenentur: quum utramque conjunctionem complecti vellet. Qui autem librum scripsit ante nos de nominibus, idem esse censet gentem, & familiam; gentiles, & agnatos. ait enim: Agnomen familiæ est appellatio, & gentis: unde agnati, & gentiles dicebantur, qui ex eadem erant familia, ut Cic. in Top. 29. & idem in Brut. Ser. Tullium regem gentilem suum ea de caussa nominat. mea autem sententia, Ciceronis sententiam percepisse non videtur, qui in Topicis Gentiles eos definit, Qui inter se eodem nomine sunt, id est ex eadem gente; Familiæ vero, aut Agnatorum non meminit. Est præterea intelligendum, Plinium lib. 3. cap. 1. extr. Gentiles novo quodam modo appellare. siquidem Servos gentiles esse dominorum ait, quia eodem prænomine appellarentur, quo dominus, ut Marcipor, Quinctipor, id est Marci, & Quincti puer. Ex lib. Caroli Sigonii de nominibus Romanorum. conf. FAMILIA.

Gens Ælia appellatur, Quæ ex multis familiis conficitur. Fest. [Puto Aliqua, pro Ælia, legendum, vel interjecta particula, Ut Ælia, &c.

Sine gente, i. e. Ignobilis. Hor. 2. Serm. 5. 15.

> Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus
> Sanguine fraterno, &c.

Gente ad eum rediit hæreditas. V. paulo post, Gentilitas in jure, &c.

Apud Romanos alii Majorum gentium dicebantur, alii Minorum. Romulus primum legit centum patres, consilii publici caussa; deinde alii centum ex illustrioribus additi fuerunt. Hi Majorum Gentium vocabantur. Postea Tarquinius centum rursus legit ex multitudine plebeja, qui Minorum Gentium sunt appellati. V. Liv. 1. 35. & 47. Minorum Gentium Patricios memoravit Cic. 11. Fam. 21. Translatum hoc & ad Deos fuit, qui distribuuntur in alios Majorum Gentium, ut Jupiter, Mars, &c. & alios Minorum Gentium, ut Priapus, Pales, &c. quibus libationes tantum, non victimæ fiebant. Unde eos festive vocat Patellarios Plaut. Cistel. 2. 1. 46.

Patritiæ gentis formosissimus. Juven. 10. Sat. 332.

Pulcherrima gens. Sil. lib. 13. 466.

Vetusta gens. Virg. 9. Æn. 284.

Gens pro Populis aliquam regionem incolentibus. Plin. lib. 12. cap. 7. Utrumque silvestre gentibus suis est, & tamen pondere emitur ut aurum vel argentum. De utroque pipere.

Gens Cilicum. Cic. 15. Fam. 1. Ut opprimerentur ii qui ex Cilicum gente in armis fuissent.

Gens hominum. Plin. lib. 8. cap. 25. Quin & gens hominum est huic belluæ adversa in ipso Nilo Tentyritæ. ibid. Genus hominum.

Cunabula gentis, i. e. Nutrimenta. Virg. 3. Æn. 105. Servius.

Primordia gentis. Ovid. 5. Met. 190.

Societas propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime homines conjunguntur. Cic. 1. Off. 53.

Ariana gens Indis contermina. V. CONTERMINUS.

Aurea gens. Virg. 4. Ecl. 9.

Barbaræ gentes. Sen. Agam. 8.

Belligeræ gentes. Sen. Med. 2.

Crudelis gens. Virg. 6. Æn. 359.

Dolosa gens. Ovid. 14. Met. 92.

Duræ gentes. Valer. 5. Argon. 308.

Effrena gens virûm. Virg. 3. Georg. 382.

Egregia bello gens. Virg. 1. Æn. 71.

Externa gens. Ovid. 3. Amor. 4. 34.

Ferox gens. Ovid. 14. Met. 450.

Fecunda gens. Hor. 2. Serm. 3. 287.

Fortis gens. Hor. 4. Carm. 4. 53.

Furva gens, i. e. Mauri vel Æthiopes. Juven. 12. Sat. 104.

Hircosa gens Centurionum. Pers. 3. Sat. 77.

Humana gens. Hor. 1. Carm. 3. 26.

Immanis & barbara gens. V. IMMANIS.

Indomita gens. Sen. Med. 7.

Insociabilis gens. V. INSOCIABILIS.

Invictæ gentes. Virg. 12. Æn. 191.

Nefanda gens, Cyclopes. Virg. 3. Æn. 653.

Odorifera gens, Arabes. Ovid. 4. Met. 209.

Perjura gens. Sil. lib. 16.

Perniciosa gens. Quintil. lib. 3. cap. 7. Et est conditoribus urbium infamiæ contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem.

Sanctæ gentes. Juven. 15. Sat. 10.

Togata gens, Romani. Virg. 1. Æn. 286.

Triumphata gens. Ovid. 1. Amor. 14. 46.

Turbida gens. Valer. 8. Argon. 323.

Vagæ, & sine urbibus, ac sine legibus gentes. Quintil. lib. 3. cap. 2.

Valida gens. Claud. de Bell. Get. 134.

Assueta bello gens. Ovid. 15. Met. 484.

Colligere laceras gentes. V. LACER.

Componere gentem. Sil. lib. 17.

Contrahere gentem. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Frenare superbas gentes. Virg. 1. Æn. 527.

Illigare gentem aliquam bello. V. ILLIGO.

Imperitare magnis gentibus. Lucret. lib. 3. 1041.

Miscere armis gentes. Lucan. lib. 9.

Nata gens instaurandis reparandisque bellis. V. NASCOR.

Subactæ gentes. Lucan. lib. 1.

Ubicunque terrarum & gentium. Cic. 7. Verr. 142.

O dii immortales, ubinam gentium sumus! Cic. 1. in Catil. 9.

Nusquam gentium. V. NUSQUAM.

Gens, de Apibus item dicitur. Columel. lib. 9. cap. 9. Intestino bello totæ gentes consumuntur.

Gens, de Piscibus dictum. Virg. 4. Georg. 430.

> Quum Protheus consueta petens e fluctibus antra
> Ibat: eum nasci circum gens humida ponti
> Exultans, &c.

GENTĬCUS, a, um. Adj. [ἐθνικός] Gentilis. ut, Mos genticus. Tacit. 6. Ann. 33. pr. Idem 3. 43. extr. Adduntur e servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles. Utitur & Ammianus lib. 24.

GENTĪLIS, e. Adj. [Συγγενής, ὁμόεθνος] Cic. in Topic. 29. ex Scævolæ J.C. definitione. Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine. non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. ne id quidem satis est. Quorum majorum nemo servitutem servivit. abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est. Fest. Gentilis dicitur & ex eadem gente ortus, & is qui simili nomine appellatur. Cic. 1. Tusc. 38. Pherecydes Syrius primum dixit animos hominum esse sempiternos. antiquus sane. fuit enim meo regnante gentili. h. e. Servio Tullio, quia ejusdem nominis erat. V. in GENS.

Ad agnatos & gentiles. V. AD præpositionem, & GENS a pr.

Caterva gentilis. Sil. lib. 16.

Gentilis pæne Verris Verrutius. Cic. 4. Verr. 190. Responde mihi nunc tu Verres, quem esse hunc tuum pæne gentilem Verrutium putes.

Gentiles dominorum servi. i. e. Eodem nomine appellati quo domini. Plin. lib. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant.

Gentiles etiam nationes inter se vocantur, Quæ vicinæ sunt natali solo. Tacit. 11. Ann. 1. Quando Viennæ genitus, multisque & validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet.

Gentile, dicitur Quod est gentis alicujus proprium & familiare: unde Juvenalis Sat. 3. 64. Gentilia tympana dixit. Suet. Tiber. cap. 68. Quod gentile in illo videbatur. conf. GENTILICIUS.

Scriptores rerum sacrarum, Gentiles, sive Gentilitatem vocant omnes idolorum cultores, hoc est quicunque deorum multitudinem posuerunt: diversæ enim gentes innumerabilia numina habuere: nec solum superiora illa quæ fulgore suo mundum illustrant, Solem, Lunam, &c. sed inferiorum quoque animalium, virtutes, Pudicitiam, Concordiam, &c. Ideo autem hos Gentiles vocant, quia in gentilium, hoc est majorum suorum fide perstitere, nec religionis cultum mutaverunt. Perottus. [Immo quia in sacris codd. τὰ ἔθνη Gentes, Hebræorum consuetudine, vocantur Nationes exteræ & Fœdere divino exclusæ. V. Suic. Thes. In vet. Gloss. Gentilis ἐθνικός.

GENTILĬTER, Adv. Juxta gentium consuetudinem. Ecclesiastica vox.

GENTILĬTUS, aliud Adv. Tertull. de Pall. cap. 3.

GENTILITIUS, vel potius GENTILICIUS, a, um. Adj. [γενικός] Quod ex gente sive familia est: ut, Gentilicia nomina, Quæ originem gentis vel familiæ declarant; ut Porcius, Cornelius. Sic Gentilicia nota a Livio 6. 20. extr. ab ipsa gente alicujus mortuo adjecta, dicitur, & Gentilicia funera a Plinio 35. 2. nuncupantur, & Gentilicia hæreditates apud Suetonium in Jul. cap. 1.

Gentilicium, Quod a gente, id est natione, usurpatur. ut Gentilicium hoc illi: i. e. Hoc illi a gente, seu patria sua proprium est. Plin. Epist. 15. lib. 6.

Gentilicia sacra dicuntur a Livio 5. 52. Quæ stata & solennia sunt eidem genti. Cic. de Arusp. Resp. 32. Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia, illo ipso in sacello, statuto loco, anniversarii factitarint. Al. Gentilia. [Forte Anniversarie legendum.

GENTILĬTAS, ātis. [γένεθλον] Multitudo ipsa familiæ alicujus. Auctor de Viris Illust. cap. 24. extr. pro Gente posuit. Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit. Marci prænomen legit Schott. q. V.

Bruta gentilitas. V. BRUTUS.

Gentilitas in jure tractabatur, ut agnatio. Cic. 1. de Orat. 176. Quum Marcelli, ab liberti filio stirpe, Claudii patricii, ejusdem nominis hæreditatem, gente ad se rediisse dicerent, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum? Et Boetius in Topicis. Ex hoc hodie nostrates vulgo usurpare nomen gentilis hominis videntur. Bud. Gallicum *Gentil homme* intelligit.

Gentilitas, Ipsa necessitudo inter gentiles & cognatos. Plin. in Paneg. cap. 39. Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere atque connectere. [Æquato nempe Cognatorum omnium jure.

Gentilitas in herbis, i. e. Natale solum. Plin. lib. 12. cap. 13. extr. [Nominis hic affinitatem exponit Hard. optime. conf. 23. 7. Segm. 65.

GĔNŪSUS, (al. Genesus, sed male) Fluvius Palæstinæ. Lucan. Pharsal. 5. 463.

> Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
> Circueunt ripis.

## G E O

GEODÆSIA, [γεωδαισία] est Scientia earum, quæ in sensilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum, sub divisionem & compositionem cadens. & geometriæ usum fere significat.

GEODÆTES, [γεωδαίτης] Qui geodæsiam novit, terræ divisor & agri mensor, inquit Bud.

GEOGRAPHIA, æ. [γεωγραφία] Terræ descriptio. Cic. 2. Att. 4. De Geographia dabo operam ut tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor. magnum opus est: sed tamen ut jubes, curabo ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus extet.

GEOGRĂPHUS, i. m. [γεωγράφος] Ammian. 22.

GEOGRAPHĬCUS, a, um. Adj. [γεωγραφικός] Ammian. 23. 18. Stilus Geographicus.

GEOMĔTRES, [γεωμέτρης, ου] sive GEOMĔTRA, æ. m. Terræ mensor sive divisor. ad omnis tamen magnitudinis, quæ sub mensuram cadit, scientiam refertur. Cic. 4. Acad. 22. Quomodo aut geometres cernere potest quæ aut nulla sunt, aut internosci a falsis non possunt?

Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius quæ volunt explicent. Cic. 3. Off. 33.

GEOMETRIA, æ. f. [γεωμετρία] Terræ mensuratio; vel Ars ipsa terram, omniaque alia sub mensuram cadentia, dimetiendi. Cic. 3. de Fin. 5. Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica: quanquam ea Latine dici poterant, tamen quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus.

In genere ea disciplina, Quæ circa quantitatem aut magnitudinem versatur, Geometriæ nomen obtinuit. Unde & Opticen ac Canonicen comprehendit. V. Gellium 16. 18.
Geometria apud Græcos in summo honore fuit. Cic. 5. Tusc. 4.
Discere geometriam ab aliquo. Cic. 1. de Fin. 20.
Quæ in geometria describuntur, Mathematicorum sunt, non Ariolorum. Cic. 2. de Divin. 10.
Tractaverunt geometriam Euclides & Archimedes. Cic. 3. de Orat. 130.

GEOMETRĬCUS, a, um. Adj. [γεωμετρικὸς] Cic. 1. Tusc. 57. Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati.
Geometrica scientia. Plin. lib. 7. cap. 37.
Geometrica ratio. Cic. 4. Acad. 117.
Geometricum quiddam. Cic. 2. de Divin. 122.

GEOMETRĬCA, ōrum. absolute [γεωμετρικὰ] Cic. 1. Tusc. 57. Ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perveniat, quasi geometrica didicisset.

GEOMETRĬCE, Adv. [γεωμετρικῶς] ut, Geometrice eruditus, Qui geometriam callet. Plin. lib. 35. cap. 10.
Refellere γεωμετρικῶς aliquem. Cic. 12. Att. 5.

GEORGI, [Γεωργοὶ] Asiæ populi ab Agricultura nomen sortiti, quibus vicinos Corsitas, Phoristas, & Riphaces Mela facit. V. 1. 2. & 2. 1. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. V. Strab. lib. 7.

GEORGIA, æ. f. [γεωργία] Agricultura Latine dicitur.

GEORGĬCUS, a, um. Adj. [γεωργικὸς] Rusticus: ut, Ceorgicum carmen. Columel. lib. 7. cap. 5. Hinc

GEORGĬCA, orum. [γεωργικὰ] Libri de Re rustica tractantes.

## G E R

GERÆA, [Γέραια] Lusitaniæ urbs apud Ptolemæum, *Caceres* vulgo.

GERANIUM, i. n. Herba. Plin. 26. 11. Dioscor. 3. 131.
Est item Tuberis genus in Græcia, teste Plin. lib. 19. cap. 3. ubi quidam Ceraunium legunt.

GERANĪTES, æ. f. Gemma. Plin. 37. 11.

GERANUS. V. GRUS.

GERDIUS, i. m. Firmic. lib. 8. cap. 25. Vicesimasexta pars Libræ si in horoscopo fuerit inventa, textores faciet gerdiosque. Lucilius apud Nonium 2. 176. Curare domi sint Gerdius, ancillæ, pueri, zonarius, textor. Dicti Gerdii παρὰ τὸ ἐν γῇ ἕδειν, vel ἐν γῇ ἕδος ἔχειν, quod humi artem exerceant, vel quod in terra solium habeant.

GERGYTHIUM, i. n. vel potius GERGITHOS. Oppidum in Troade. Plin. 5. 30. V. Hard. ad loc.

GERMANIA, [Γερμανία] Provincia a Germanis vocitata est, quæ a Gallis, Rhætiisque, ac Pannoniis Rheno ac Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu, ac montibus separatur: cetera ambit Oceanus, latos sinus, & insularum immensa spatia complectens. Rhenus, Rhæticarum Alpium inaccesso & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arbonæ jugo effusus, plureis populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur, quoniam non est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiisse, informem terris, asperam cælo, tristem cultu, aspectuque, nisi patria sit. Hi antea Teutones appellabantur, a Teutono deo eorum, quem terra ortum existimabant. postea Alemanni sunt dicti ab hujus dei filio Manno. Germaniæ vocabulum nuper a Romanis additum docet Strabo: quoniam quum primum Rhenum devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos, & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flavo, forma prætereа & moribus, & vivendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est fratres Gallorum esse existimaverunt. Hæc ex Strabone lib. 7. pr. Aliter Tacitus de Germ. 2. Ceterum Germaniæ vocabulum recens & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc Germani vocantur. Unde constat Germaniæ nomen non generale fuisse in initio, sed ejus tantum gentis, quæ prima e Germania in Galliam fuerit transgressa. Alii Germanos putant dictos a *Ger* & *man* vocabulis Teutonicis. *Ger* veteres Germani dicebant, quod recentiores *gar*, id est totum, prorsus, plane: *Man* virum significat. Hinc Germanus, i. e. Totus vir, prorsus virilis, plane mannus. [ Quid hisce, similibusque aliis conjecturis tribuere liceat cordati lectoris judicio relinquitur. conf. quæ adv. ALEMANIA notavimus.
Duplex hodie est Germania, superior & inferior, etsi apud Romanos scriptores non eo modo dividitur. Nam tunc temporis non tota Germania, sed pars tantum Galliæ ad Rhenum hoc nomen obtinuit. V. Cellar. lib. 2. cap. 3. Sect. 14. Geogr. Ant.
Germani. Vide in CELTÆ quæ notavi H. St.
Et mortem & nomen Druso Germania fecit. Ovid. 1. Fast. 597.
Ferox Germania. Claud. de Bell. Get. 423.
Fera Germania. Hor. Epod. 16. 7.
Penetralis Germania, h. e. Penitior. Tacit. 2. Ann. 10. Ille fas patriæ, libertatem avitam, penetralis Germaniæ deos, &c. Al. Penetrales, i. e. In penetralibus cultos. V. PENETRALE.

GERMĀNUS, a, um. Adj. Ovid. 3. de Arte Am. 163.
Femina canitiem germanis inficit herbis.

GERMANĬCUS, a, um. [Γερμανικὸς] a Germania deducitur: ut ab Italia, Italicus. Itaque a debellatis Germanis quidam Imperatores Germanici cognomen sumpsere triumphale.

GERMANĬCUS, C. Cæsaris Caligulæ pater, Drusi & junioris Antoniæ filius, a Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nunciato, legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & ipsi summam Reipublicæ deferentes, incertum constantia an pietate majore, compescuit: atque hoste mox devicto triumphavit. V. Suet. Calig. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Multi etiam Imperatores hoc cognomen assumpsere, a Germanis victis. Sic M. Aurelius Antoninus. V. Dion. 71. Et Domitianus, in Quintil. 10. 1. Sil. Ital. lib. 3. 607.

GERMANĬCA, Legio septima [Γερμανικὴ λεγίων] Ptolemæo, Tarraconensis Hispaniæ urbs. *Leon* Hispanice.

GERMANICIĀNUS, a, um. Adj. ut, Milites Germaniciani, quibus præerat Germanicus. Suet. in Tiber. cap. 25. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut æquarentur stipendio Prætorianis Germaniciani quidem &c. Idem in Othon. cap. 8. [ Utrobique potius sunt In Germania militantes. Sunt qui malunt scribere Germanicanus, ut Gallicanus, Africanus.

GERMANUS, pro Fratre. V. GERMEN.

GERMEN, ĭnis. n. [βλαστὸς, γέννημα, ἀκρέμων] Festus, Germen est Quod ex arborum surculis nascitur: unde & Germani, quasi Ex eadem stirpe nati. Quamvis (inquit Perottus) Varro Germanos esse dicat ex eadem genitrice natos. Plin. lib. 10. cap. 29. Densante se frondium germine.
Aliena ex arbore germen. Virg. 2. Georg. 76.
Germina ortorum exuruntur. Plin. lib. 7. cap. 15.
Germine graves rami. Lucan. lib. 9. 361.

GERMĬNO, [βλαστάνω, θάλλω, θηλάζω] āre. Pullulare, germen emittere. Plin. lib. 13. cap. 4. Femina citra florem germinat tantum spinæ modo. Fetus in utero dicitur Capillum germinare, Quum ei capillus nascitur. Plin. lib. 7. cap. 6.

GERMINĀTIO, ōnis. f. [βλάστησις] Plin. lib. 16. cap. 25. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua & diutius gravida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Columel. lib. 4. cap. 24.

GERMINĀTUS, ûs. m. [θήλασις] Idem. Plin. lib. 15. cap. 8. Oleam si lambendo capra contigerit, depaveritque, primo germinatu sterilescere, auctor est M. Varro.

GERMINASCO, [βλαστάνω] ĕre. Cujus compositum est Congerminascere. Quadrigarius apud Non. 2. 167. Facite exempla eorum, ut cum illis congerminascere sciatur.

GERMINĀLIS, e. Adj. [βλαστητὸς] ut, Germinales arbores. Ulpian. l. Fructus. §. Si fundum. D. Soluto matrimonio, Si arbores cæduæ fuerint, vel germinales. Alciatus aliter interpretatur. V. STIRPS. Videtur Arbores significare, Quæ ex jacto semine, vel sponte, e terræ germine nascantur. Legitur Cremiales, in aliis codicibus.

GERMĀNUS, a, um. Adj. [γνήσιος, ὁμόφυλος, ὁμογενής] quasi Ex eodem germine genitus, inquit Fest. V. in GERMEN. Cic. in Partit. 88. Conjuges, germani, parentes, &c.
Germanus, pro Vero & sincero, hoc est non fucato, non adulterato accipitur, ut ait Bud.
Germani Attici. Cic. in Orat. 90. Hanc ego judico formam submissi oratoris, sed magni tamen, & germani Attici. Sic, Germani Campani. Cic. 2. de Lege Agr. 69. i. e. Veri & legitimi.
Germana Græcia. Plaut. Rud. 3. 4. 32.
Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia.
Germanæ gerræ. Plaut. Pœn. prol. 119.
Luperci germani, Veri. Cic. pro Cœl. 26.
Germana ironia. Cic. de Clar. Orat. 296. Hæc germana ironia est: cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentiri putes.
Verum jus & germana justitia. Cic. 3. Off 69. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus.
Magistri germani alicujus artis. Cic. 2. de Orat. 160.
Germanum nomen. Plaut. Capt. 2. 2. 38.
Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.
Germana patria. Cic. 2. de Legib. 3. Quia si verum dicimus, hæc est mea & hujus fratris mei germana patria; hinc enim orti stirpe antiquissima sumus.
Germanus alicujus auctoris. Cic. in Orat. 32. Quum mutila quædam & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. Sed emendati codd. Thucydidas.
Germanissimus Stoicis, i. e. Simillimus. Cic. 4. Acad. 132. Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicis. [ Hic quoque rectius legitur Stoicus.
Germanus, pro Fratre germano. [ὁμοπάτωρ, ὁμοπατρίας] Ter. Adel. 2. 4. 5. O mi Æschine, ô mi germane. Ibid. 5. 8. 34. Nunc tu mihi, Micio, es germanus pariter animo, ac corpore.
Germanus frater. Ter. And. 1. 5. 57. Si te in germani fratris dilexi loco, &c. Cic. pro Font. 63. Præsertim quum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, vestramque, Judices, ac Pop. Rom. fidem imploret.
Germanus amore. Cic. 5. de Fin. 1. Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Subaudi frater.
Soror germana. Cic. pro Milon. 74.
Memoria litteraturæ germana. Cic. in Partit. 26. Al. Gemina.
Germana vitis. Plin. lib. 14. cap. 2. Ex iis germana, minor acino, melius deflorescit.

GERMANĪTAS, ātis. f. [ὁμοπατρότης] Cic. de Arusp. Resp. 42. In domesticis est germanitatis stupris volutatus. Plin. lib. 6. cap. 1. Unde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors. Cic. pro Ligar. 31.

GERMĀNE, Adv. [ὁμοπατρίως] Germane & fraterne rescribam. Cic. 2. Q. frat. 14. De quo petis ut ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, germane fraterneque rescribam, &c.

GERMANĪTUS, Adv. Fideliter, dictum a Germanitate. Pomponius apud Non. 2. 381. Ut siquis est amicus amici, gaudeat, siquid boni evenit cujus amicus est germanitus.

GĔRO, gessi, gestum, [κομίζω, φέρω, μεταχειρίζομαι] ĕre. Portare. Virg. 7. Æn. 455.
Bella manu, letumque gero.
Gerere rem aliquam, pro Facere & administrare. Virg. 9. Æn. 203.
— nec tecum talia gessi,
Magnanimum Æneam, & fata extrema secutus.
Gerere, regere, gubernare aliquam rem. Cic. 16. Att. 9.
Geri & fieri. Cic. 2. de Orat. 240. Ita facta demonstres, ut mores ejus, de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimantur: ut iis qui audiunt, tum geri illa, fierique videantur.
Quemadmodum nos adversus homines geramus, natura nos docuit non negligere. Cic. 1. Off. 98.
Amicitiam gerere. Cic. 3. Fam. 8.
Animum laude dignum gerere. Cic. in Parad. 5.
Animum muliebrem gerere. Cic. 1. Off. 61.
Bellum gerere. idem quod Facere bellum. Cic. de Senect. 32. Nisi forte ego vobis qui & miles & tribunus & legatus & Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, quum bella non gero.
Bellum continenter gerere. V. CONTINEO.
Bellum gerere cum Stoicis. Cic. 2. de Fin. Stoicis quibuscum bellum gerebat, opponeretur.

Bene & feliciter gerere aliquid. Cic. 5. Philipp. 20.
Censuram. Plin. lib. 17. cap. 1.
Conjecturam perspicuam solet præ se gerere affectionis ratio. Cic. 2. de Invent. 30.
Consulem. Sallust. in Jugurth. cap. 85. Nam gerere, quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. [in Gerere, subaudi Consulatum, in Fieri Consulem.
Gerere Consulatum. Cic. pro Sext. 79.
Factum pulcherrimum ex auctoritate Senatus gerere. Cic. pro Domo 94.
Fidem fluxam, Fide integra non esse. Plaut. Capt. 2. 3. 79.
Fac fidelis sis fideli, cave fidem fluxam geras.
Formam gerit imago. Lucret. lib. 4. 49.
Formam alterius. Plaut. Amph. Argum. 4.
Mercurius formam Sosiæ servi gerit Absentis.
Honores. Plin. Epist. 147. Liv. 29. 11. extr. Absens creatus, absens eum honorem gessit.
Immanitatem beluæ gerere figurâ hominis. Cic. 3. Off. 82.
In oculis gerere. V. OCULUS.
Ingenium callidum gerere. Plaut. Asin. 2. 1. 9.
Inimicitias. Liv. 40. 46. pr. Inimicitias per annos multos vobis ipsis graves & atroces geritis.
Inimicitias graves cum aliquo gerere. Cic. 1. Verr. 66.
Inimicitias muliebres gerere cum aliquo. Cic. pro Cœl. 67. Neque enim muliebres unquam inimicitias mihi gerendas putavi, præsertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius, quam cujusquam inimicam putaverunt.
Inimicitias veteres cum Cæsare gerebant. Cæs. 1. Bell. Civil. 3. Sic Cic. 1. Verr. 66.
Iras. Plaut. Pœn. 3. 6. 18. Ter. Hec. 3. 1. 30.
Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt?
Magistratum. Cic. de Senect. 10. Quadriennio post factus Prætor: quem magistratum gessi COSS. Tuditano & Cethego.
Mammas. Plin. lib. 11. cap. 40. Ursæ mammas quaternas gerunt.
Morem, Obedire, obtemperare. Ter. Adel. 4. 5. 74.
Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret? Cic. 1. Tusc. 17. Geram tibi morem, & ea quæ vis, ut potero, explicabo.
Morem gerere amori. Ovid. 2. Amor. 2. 13.
Morem gerere animo. Ter. And. 4. 1. 17.
Multum molestus certe ei fuero, atque animo morem gessero.
Idem Heaut. 5. 1. 74.
Quid agis? c. mitte: ac sine me in hac re gerere mihi morem.
Morem gerere alicui de re aliqua. Plaut. Cist. 1. 1. 86.
Obsequuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi.
Negotium aliquod. Cic. de Amicit. 88. Et hi qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, & hi qui suum negotium gerunt otiosi, postremo, hi qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt. [ Proprie Suum negotium gerere dicuntur, qui Rei familiaris suæ curæ intenti, alienis se rebus non ingerunt.
Negotium alteri gerere. Julian. in l. quoties. D. de solutionib. Quoties unus ex fidejussoribus suam partem solvisset, tanquam negotium reo gessisset: perinde habendum est, &c.
Negotium suum cum consilio alterius gerere. Cic. 13. Att. 3.
Negotium male gerere, Rem familiarem male curare, Conturbare. Cic. 2. in Catil. 21.
Negotium otiose gerere. V. OTIOSUS. Pro tua fide & diligentia ex voluntate alicujus susceptum negotium gerere. Cic. 13. Fam. 5.
Nomen & decus gerere. Virg. 2. Æn. 89.
— & nos aliquod nomenque, decusque Gessimus.
Odium. Liv. 28. 22. pr. Neque id tam dignum ira erat, quam quod extra necessitates belli præcipuum in Romanos gerebant odium. Sic Inimicitias, Simultates.
Onus morsu. Plin. lib. 11. cap. 30. Formicæ gerunt onera morsu.
Partum, idem quod Uterum gerere, & gravidam esse. Plin. lib. 7. cap. 5. Ceteris animantibus statum & pariendi, & partus gerendi tempus est: homo toto anno & incerto gignitur spatio.
Personam aliquam, Sustinere. Cic. 1. Off. 115. Ipsi autem quam personam gerere velimus, a nostra voluntate proficiscitur.
Personam civitatis. Cic. 1. Off. 124. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis.
Potestatem gerere. Cic. 4. Verr. 138.
Præ se gerere. Cic. 2. de Invent. 157. Et præ se quandam gerit utilitatem, quo magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio.
Prælia gerere. Ovid. 18. Epist. 38.
Præturam. Plaut. Epid. 1. 1. 23. Jam tu autem nobis præturam geris.
Privatim aliquid gerere. Cic. 5. de Fin. 57.
Pudorem. Plaut. Pœn. 1. 2. 91.
Meretricem pudorem gerere magis decet, quam purpuram.
Pugnas gerere. Claud. in 6. Conf. Stil. 141.
Rem aliquam gerere: h. e. Agere. Plaut. Bacch. 4. 6. 25. Ter. Eun. 5. 4. 1. Reviso quidnam Chærea hic rerum gerat.
Rem aut negotium aliquod gerere & administrare. Cic. 1. de Invent. 37. A rebus gerendis senectus abstrahit? quibus? Cic. de Senect. 80.
Rem bene gerere. Plaut. Capt. 3. 2. 1.
Quid est suavius, quam bene rem gerere bono publico?
Rem cum cura gerere. Plaut. Pers. 2. 2. 17. Face hanc rem cum cura geras, vola curriculo.
Rem bene gerere, Salutationis loco positum. V. GAUDEO.
Rem de compacto gerere. Plaut. Capt. 3. 1. 24. Scivi extemplo rem de compacto geri.
Rem aliquam ex sententia gerere. Cic. 1. Fam. 6.
Rem feliciter & ex sententia gerere. Cic. 2. Fam. 6.
Rem leviter gerere. Plin. lib. 15. cap. 29.
Rem male gerere. Hor. 2. Serm. 3. 74.
Rem mandatam gerere malitiose. Cic. pro Rosc. Amer. 111. In privatis rebus siqui rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum majores summum admisisse dedecus existimabant.
Rem aliquam palam gerere. Cic. 16. Att. 9.
Res gerere. Plin. lib. 12. cap. 25. Alexandro Magno res ibi gerente. i. e, Belligerante, inquit Budæus. Cic. 4. Acad. 55. Sic innumerabiles paribus in locis esse eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, &c. V. RES.
Res alias gerere, pro Non attendere ad ea quæ dicuntur. Plaut. Cist. 4. 2. 53.
Mi homo, obsecro alias res geris, ego tibi meas mando. Sic Alias res agere, in AGO.
Res aliquas libidine, non ratione gerere. Cic. pro Quint. 14.
Res omnes humanæ sapientia geruntur. Cic. 2. de Orat. 344.
Rebus minus apta gerendis. Ovid. 1. de Arte Am. 415.
Rempub. gerere, pro Administrare & præesse Reipub. gubernandæ. Plaut. Amph. 1. 1. 41. Cic. 3. de Fin. 68. Ut sapiens velit gerere, & administrare Rempub.
Rempublicam solus gerit, orbemque terrarum gubernat. Cic. pro Rosc. Amer. 131.
Rempublicam bene gerere. Cic. Post. red. ad Quir. 21.
Se gerere in aliquo negotio. Cic. 2. Verr. 46. Nunc autem homines in speculis sunt: observant quemadmodum se unusquisque vestrûm gerat in retinenda religione conservandisque legibus.
Se artificialiter gerere. Quintil. lib. 2. cap. 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.
Se gessit contra disciplinam meam. Plin. lib. 10. Epist. 82.
Se excellentius in Republica gerere. Cic. pro Sext. 96.
Se gerere honeste. Cic. 6. Att. 1.
Se inartificialiter gerere. V. Se artificialiter.
Se perdite gerere. V. PERDITUS.
Se non perdite gerere. Cic. 9. Att. 2.
Se gerere pro cive. Cic. pro Arch. 11.
Se gerere summissius. Cic. 1. Off. 90. Ut recte præcipere videantur, qui monent ut quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius.
Se gerere turpissime. Cic. 2. Tusc. 48. Si turpissime se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, &c.
Se turpiter gessit in legatione. Plin. lib. 2. Epist. 12.
Se ita gerit, ut sibi jam decemvir esse videatur. Cic. 2. pro Lege Agr. 16.
Se ita gessit: h.e. His moribus fuit. Cic. de Amicit. 19. Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas.
Sensus abditos gerere. V. ABDO.
Similitudinem quandam, speciemque sapientum gerere. Cic. 3. Off. 16. Nec ii qui sapientes habiti sunt & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapientes fuerunt. ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant speciemque sapientum.
Simultatem gerere cum aliquo. Cic. 14. Att. 13. Patere obsecro te pro Repub. videri gessisse simultatem cum patre ejus.
Societatem. Cic. pro Quint. 12. Quasi ii qui magna fide societatem gererent.
Speciem Sagittæ surculus gerit. Columel. lib. 3. cap. 17.
Speciem paternam gerere. Columel. lib. 8. cap. 2. Nam & paternam speciem gerunt, & salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent. De gallis gallinaceis.
Tela gerere. Virg. 1. Æn. 192.
Tutelam januæ. Plaut. Truc. 2. 1. 43.
Ecquis huic tutelam januæ gerit?
Vestem indutui gerere. Tacit. 16. Ann. 4.
Vincla gerere. Ovid. 4. Met. 680.
A spe gerendi abesse. Cic. 5. de Fin. 52. Maximeque eos videre possumus res gestas audire & legere velle, qui a spe gerendi absunt, confecti senectute.
Geritur, i. e. Fit. Virg. 4. Georg. 305.
Orbatus gerendis negotiis. Cic. 5. de Fin. 68. Itaque ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis vesci voluptatibus.
GERENS, Partic. [φέρων] ut Bella gerens. Hor. 4. Carm. 4. 17.
Animum gerens virilem. Virg. 9. Æn. 311.
Furores in corde gerens. Catul. Argon. 62. 54.
Virginis os, habitumque gerens. Virg. 1. Æn. 319.
Vulnera gerens. Virg. 2. Æn. 278.
Sui negotii bene gerens. Cic. pro Quint. 62.
GESTUS, a, um. Partic. [πεπραγμένος] Factus & administratus. Plaut. Trin. 5. 2. 58. Re bene gesta salvus redeo. Idem Rud. 4. 4. 28. Hoc modo res gesta est, ut ego dico.
Comitia armis servilibus gesta. Cic. 3. de Legib. 45.
Gesti honores. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad Proconsulatum usque e Prætura honoribus gestis.
Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ. Obeditum est. Cic. pro Muren. Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ.
Bene gestæ res. Virg. 9. Æn. 157.
Ante gestus, Vide suo loco. H. St.
GESTA, orum. [πράξεις, πεπραγμένα] Plaut. Truc. 2. 2. 19. Qui accipias gesta tecum.
Exultare in suam famam gestis. Tacit. Agric. 22. Nec Agricola unquam in suam famam gestis exultavit.
Gesta sunt in rebus majoribus ad Rempublicam vel bellum spectantibus: Acta in rebus privatis & notæ minoris. V. ACTA.
GESTŪRUS, Partic.
Prælia gesturus Consul. Lucan. lib. 2. 278.
GESTIO, ōnis. f. [μεταχείρησις] Curatio, & administratio. Cic. 1. de Invent. 37. Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii gestione considerantur: partim adjuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur.
GERITIO, ōnis. f. Idem quod Gestio. Pro hærede geritio est eorum qui sine cretione, vel etiam cretione imperfecta, ex constitutione D. Marci. Interpres tit. Ulpian. in tit. qui hæred. institui poss. 22. ad fin.
GESTOR, ōris. m. [μηνυτὴς] Qui gerit. sive gestat. Plaut. Pseud. 1. 5. 14.
Homines qui gestant, quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant;
Gestores linguis, auditores auribus.
GESTUS, ûs. m. Curatio & administratio. ut, Gestus tutelæ. Ulpian. in l. ita autem. D. de administ. tut. vel curat. Quod si posteaquam gessit, tunc se gestu abstinuit, etiam suspecti postulatio succedit.
Gestus, [ὑπόκρισις] est (ut ait Valla lib. 4.) Actio quædam & quasi Pronun-

Pronuntiatio corporis. Cic. 2. de Nat. Deor. 52. In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius. Idem 4. Acad. 145. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Nam cum extensis digitis &c.
Moderatior omni gestu, omni versu aptior vita esse debet. Cic. Parad. 3.
Summorum actorum gestus. Cic. 1. de Orat. 252.
Distortus gestus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Jactantior gestus. V. JACIO.
Incertus gestus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Non inurbanus gestus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Numerosi gestus. Ovid. 4. de Pont. 2. 33.
Ridiculus gestus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Accommodare gestum ad vocem. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Agere gestum, Componere se ad dicendum. Cic. pro Quint. 77.
Agere gestum humeris, Humeros movere indecore. Cic. pro Rabir. Posth. 36.
Agere gestum in scena. V. AGO.
Capere gestum. V CAPIO.
Caveatur vitium in gestu motuque. Cic. 1. Off. 130.
Componere gestum ad similitudinem saltationis. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Conficere gestu aliquid, Declarare. Cic. 4. Acad. 145. V. supra.
Contendere alternis gestibus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Furens gestu. Quintil. lib. 2. cap. 12. Emugiunt, multo discursu, anhelitu, jactatione, gestu, motu capitis furentes.
Imitari gestum alicujus. Lucret. lib. 4. 320.
Intelligo de gestu. V. INTELLIGO.
Juvare gestus histrionum, Voce & plausu. Tacit. 16. Ann. 4. Et plebs quidem urbis, histrionum quoque gestus juvare solita, personabat certis modis, plausuque composito.
Peccavit in gestu qui semel, non continuo existimatur nescire gestum. Cic. 1. de Orat. 125.
Placet illa gestu. Ovid. 2. Amor. 4. 29.
Sedatus & constans gestus. Auct. ad Heren. lib. 3. 26.
Signare aliquid exiguo gestu. Ovid. 3. de Arte Am. 275.
Ineptiis histrionum nonnulli gestus non vacant. Cic. 1. Off. 130.
In gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii esse videamur. Auct. ad Heren. lib. 3. 26.

GESTUŌSUS, a, um. Adj. [ὑποκριτικός] Qui multos gestus veluti mimus facit. Gellius lib. 1. cap. 5. Gestuosas Hortensii manus & argutas. Apul. Met. 10. Incessu gestuosus.

GESTUŌSE, Adv. Apul.

GESTICŬLUS, i. m. dimin. h. e. Parvus gestus, vel Gesticulatio. Tertull. in Apologet. cap. 19. Multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est.

GESTICŬLOR, [χειρονομέω] āri. More histrionum. Suet. Domit. cap. 8. Gesticulandi saltandique studium.
Carmina gesticulari, i. e. Saltare ad numeros carminis. Suet. in Neron. cap. 42. Super abundantissimam cœnam jocularia in defectionis duces carmina, lasciveque modulata, quæ vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est.

GESTICULĀTIO, ōnis. f. Apul. Met. 10. Quieta & affectata gesticulatione nutibus honestis pastori pollicetur. Suet. Tiber. cap. 68. Gesticulatio digitorum.

GESTICULĀTOR, ōris. m. [χειρονόμος] Qui gestus hujusmodi facit. Columel. in præf. lib. 1. Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis ac musicæ artis studiosi.

GESTICULĀRIUS, i. m. Idem. Ammian. 24. 16. Mutum puerum oblatum sibi suscepit gesticularium.

GESTICULĀRIA, æ. f. [χειρονομήτις] Saltatrix. Gell. lib. 1. cap. 5. Non jam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam: Dionysiamque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

GERUNDIUM, vel GERUNDIVUM, vel GERUNDUM, i. n. Verbum participiale, quod flectitur, specie nominalis casus, in di, do, dum. Veteribus fuit numeri utriusque. Plaut. Capt. 4. 2. 72.

> Nominandi istorum tibi erit magis, quam edundi copia.

Quod cum unico pronomine SUI, ut post patebit, retentum est, in ceteris repudiatum.
Dicundi. Ter. in prol. Phorm. 23.

> De illo jam finem faciam dicundi mihi,
> Peccandi cum ipse de se finem fecerit.

Amando perit. Plaut. Curc. 1. 3. 31.
Pro vapulando. Plaut. Aulul. 3. 3. 8.

> Heu senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.

Sedendo dolent lumbi. Plaut. Men. 5. 3. 6.
Osculando non est impudicitior. Plaut. Curc. 1. 1. 52.
Exorando. Plaut. Stich. 1. 2. 22.

> Exorando, haud advorsando, sumendam operam censeo.

Flendo modum non facere. Plaut. Mil. 4. 8. 1.
Tegendo alitur vitium, vivitque. Virg. 3. Georg. 454. i. e. Dum tegunt.
Iterandum ista mihi. Cic. 14. Att. 15.
Castrandum me loces. Plaut. Aulul. 2. 2. 73.

GERUNDIVUM, quod appellatur a Grammaticis, & diversum quidem a Gerundio, verum nomen est: & participium in dus futuri temporis commentum est Grammaticorum sine usu probatorum auctorum. V. Voss. de Analog. 3. 9. pr. & Periz. ad Sanct. Min. 1. 15.

GERŬLUS, i. m. [βαστάζων, κομιστής] Qui gerit aliquid, sive bajulus. Suet. in Calig. cap. 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava exigebatur. Hor. 2. Epist. 2. 72.

> Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor.

conf. Plaut. Bacch. 4. 9. 79. Sed alii una voce

GERULIFIGULUS. Verbum fictum a Plaut. Bacch. 4. 9. 79.

> Tua infamia fecisti gerulifigulos flagitii.

V. Goldast. not.

GERŬLA, æ. f. Apul. Met. 6. Divinæ formositatis gerula. Tertull. adv. Judæos cap. 9. & Hieron. ad Lætam, Mulier quæ infantes ulnis gerebat.

GERĀRIA, æ. f. Quæ aliquid gerit. Plaut. Mil. 3. 102.

> Jampridem quia nihil abstulerit succenset geraria.

Quidam scribunt Ceraria, sed Geraria legit Turnebus, ut sit puerorum gerula: atque ut onerariam navim gerariam vocavit, ita quoque infantium gerulam appellavit gerariam. Scio non deesse acerrimi homines, & eruditissimi judicii, qui Cellariam scribendum contendant, sed illi si ita eis placet legant, ego in Turnebi discedo sententiam. V. Turneb. Advers. 7. 6. Gronov. Geræra, quod mere Græcum est. V. ipsum.

GESTIO, ivi & ii, itum, [χαυριάω] ire. proprie est Lætitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Ter. Phorm. 1. 5. 30. Ipsum gestio dari mihi in conspectum. Cic. 2. de Fin 14. Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur. Pers. 1. Sat. 127.

> Non hic qui in crepidis Grajurum ludere gestit.

Cic. 4. Att. 10.
Gestio scire. Eidem, lib. 2. 7. Gestit animus.
Nimia voluptate gestire. Cic. 1. Off. 102.
Gestit paribus colludere. Hor. de Arte Poet. 159.
Animi forensibus negotiis defessi gestiunt, ac volitare cupiunt. Cic. 2. de Orat. 23.
Animus gestit antiqua exequi supplicia. Sen. Theb. 1.
Contrectatione vaccæ gestit taurus, & equæ equus. Cic. 1. de Nat. Deor. 78.
Gestiunt parietes Cæsari gratias agere, per translationem dixit Cic. pro Marcell. 10. i. e. Quasi gestu videntur parietes gratias agere.

GESTIENS, Partic. [χαυριῶν] ut, Lætitia gestiens. Cic. 4. Tusc. 15.
Perterriti & Gestientes, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus.
Elatus inani lætitia, exultans, & temere gestiens. Cic. 5. Tusc. 16. Hor. 3. Carm. 3. 54. Visere gestiens.

GESTO, [φορέω, φοράζω] āre. Plaut. Curc. 5. 2. 4. Pater istum meus gestavit. subaud. Annulum.
Gestare in alvo. Plaut. Stich. 2. 3. 5. Plin. lib. 8. cap. 10. Decem annis gestare in utero vulgus existimat. De elephantis.
Caput fixum gestare in pilo. Cic. 11. Philipp. 3.
Gestare in manibus. Ter. Adel. 4. 2. 24.

> Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.

Gestare collo. Plin. in procem. lib. 1.
Annulos gestabat. Tacit. 4. Hist 3.
Gestare arma humeris. Liv. 7. Bell. Pun. Legitur & Gerere.
Gestare aliquem in sinu, Vehementer amare. Ter. Adel. 4. 5. 75.

> Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret;
> Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est?

Gestas animum meum. Plaut. Merc. 3. 3. 11.
Ferrum & scopulos gestare in corde. Ovid. 7. Met. 33.

GESTANS, Partic. apud Sueton. in Domitiano, de eo Qui gestatur, in cap. 11. H. St. Novissime simul gestanti, conspecto delatore ejus, Vis, inquit, hunc nequissimum servum cras audiamus? V. GESTATIO.

GESTĀTUS, [φορηθείς] Partic. a Gesto. Martial. lib. 1. 13.
Gestatus bijugis Regulus esset equis.

GESTĀTUS, ûs. m. [κομιδή] Plin. lib. 15. cap. 25. Julianis gratus sapor, sed pæne tantum sub arbore sua, adeo teneris ut gestatum non tolerent. i. e. Gestari non possint.

GESTĀTIO, ōnis. [φόρησις] Vectio, portatio. Cels. lib. 2. cap. 14. Gestatio etiam longis & jam inclinatis morbis aptissima est. Seneca Epist. 56. A gestatione quum maxime venio, non minus fatigatus sum, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. [V. omnino de toto genere Mercurial. de Arte Gymn. 6. 9.
Gestatio, pro Loco, ubi gestatur corpus. Plin. lib. 2. Epist. 17. Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilesque & retentas manu arbusculas circumit. Idem Epist. 3. Quid illa mollis, & tamen solida gestatio? Gestatio locus erat ad quem gestabantur homines sanitatis vel voluptatis gratia: ea forma qua cœnatio, ambulatioque dicitur. Plin. avunculus lib. 26. cap. 3.

GESTĀTOR, ōris. [φορητής] Qui gerit. Plin. lib. 9. Epist. 33. Delphinus gestator puerorum. Macrob. lib. 4. Mercurius gestator affabilium colubrarum. [An Affabrilium?

GESTĀTRIX, īcis. f. ut, Diva gestatrix Gorgonei monstri. i. e. Pallas. Valer. 4. Argon. 605.

GESTĀMEN, inis. n. [φόρημα, γνώρισμα] Quicquid geritur, ut Vestes, arma, sceptrum. Virg. 3. Æn. 286.

> Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis,
> Postibus adversis figo.

i. e. Quod geri solebat a magno Abante. Plin. lib. 37. cap. 8. Hoc vectigal, hocque gestamen divites in cervice gratissimum norunt. Idem lib. 32. cap. 2. Religiosum gestamen.
Lecticæ gestamen. Tacit. 2. Ann. 2. Quoties per urbes incederet lecticæ gestamine. i. e. Gestaretur lectica.

GESTATŌRIUS, a, um. Adj. [φορηματικός] ut, Sella gestatoria, In qua aliquis gestatur. Suet. in Neron. cap. 26. & Vitell. cap. 16.

GESTATŌRIUM, i. n. [φορεῖον] Lectica alias Latine dicitur. Suet. in Claud. cap. 33. extr. Solitus etiam in gestatorio ludere. Sed libri emendati habent, In gestatione, i.e. Inter gestandum. V. Torrent. & Casaub.

GESTĬTO, [φορέομαι] āre. frequent. a Gesto, gestas. Plaut. Cist. 4. 2. 80.

> Eloquere, unde hæc sunt tibi, cito, crepundia?
> HA. mea hæc herilis gestitavit filia.

Gestitare volucrem vocem. Plaut. Amph. 1. 1. 170.

> —— Næ ego homo infelix fui,
> Qui non alas intervelli, volucrem vocem gestito.

GERRA, Nomen trium urbium: quarum una est in Syria, alia prope Traconitas, alia in Felici Arabia, hujus meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

GERRÆ, arum. f. [γέῤῥα] a Græcis primum Crates vimineæ appellabantur. Ea vox postea vulgo pro Nugamentis rebusque frivolis usurpata est, auctore Festo Pompejo, hac quidem occasione: Athenienses quum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. Hinc in proverbium cessit. Unde & Familiares, quique inter se nugas omnes communicant, Congerrones vocantur. Plaut. Pœn. 1. 1. 9.

> Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet,
> Gerræ germanæ, atque edepol liroe liroe.

Idem Epid. 2. 2. 49.
Quid istæ quæ quotannis nomina inveniunt nova, &c. gerræ maxumæ. V. Erasm. Chiliad. & Non. 2. 385.

GERRES, Genus piscis vilis. Plin. lib. 32. cap. 11. Martial. lib. 12. 32.

> —— fuisse gerres, aut inutiles mænas
> Odor impudicus urcei fatebatur.

Sic lib. 3. 35.

GERRO, ōnis. m. [φλύαρος] Nugator sive Nugarum inventor. Ter. Heaut. 5. 4. 10.

> At ego (si me metuis) mores cave in te esse istos sentiam.
> CL. Quos? C. si scire vis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo, &c.

V. Plaut. Mostel. 3. 2. 33.

GERRUS, [Γέῤῥος] Fluvius Scythiæ, septimus ab Istro, memoria dignus, teste

teste Herodot. lib. 4. scribitur & Gerus vel Gerys. Flacc. 6. Argon. 67.
—— potaque Gerys quos efferat unda. ubi vide Burmann.

GERULUS, GERUNDIUM. V. GERO.

GERUNDA, [Γερῦνδα] Hispaniæ urbs Ptolemæo. Vulgo *Girona*. V. GARUMNA.

GERŪSA, [Γερῦσα] Sarmatiæ in Asia civitas Ptolemæo. hodie *Sanctus Georgius*.

GERUSĪA, æ. [γερουσία] Budæus. Quod Senatus Romæ, hæc ferme fuit γερουσία Spartæ, i. e. Lacedæmone: ipsa quoque e senibus dicta, qui Græce γέροντες dicuntur.
Item Gerusia est aliarum civitatum, nec Senatum modo, sed ipsam etiam Curiam significat. V. Vitruv. 4. 8. Plin. Hist. Nat. 35. 14. & Plin. 10. Epist. 42.

GĒRYON, ŏnis, vel GERYŎNES, æ. m. [Γηρυών] Rex fuit Hispaniæ: qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ minori & majori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia & navali & terrestri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea transvectus, quod habuit navem fortem & ære munitam. Hæc Servius in Virg. 7. Æn. 661.
— postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, &c. Hoc nomen & Geryones, Geryonæ, & Geryones, Geryonis, & Geryoneus, secundum Priscianum declinari potest.
Tricorpor Geryon. Sil. lib. 3. 422.
Triplex Geryon. Claud. 1. in Ruff. 294.

GERYONEUS, a, um. Adj. Apul. lib. 2. Metam. extr. Geryonea cædes.

GERYONACEUS, a, um. aliud Adj. Plaut. Aul. 3. 6. 18.
Geryonaceum genus. i. e. Monstri simile.

## G E S

GESCLITHRUM, Specus, inquit Turnebus, unde spirare Aquilonem Plin. 7. 1. dicit, & Gesclithrum vocat, duobus direptum distinctumque vocabulis, γῆς κλῆθρον, id est terræ claustrum censeo vocandum. Nam etsi barbara in regione erat, tamen Græci ei de sua lingua nomen indiderant, ut & plurimis, linguæ suæ ambitiose faventes. Hæc ille Gescliton Hard. q. V.

GESODUNUM, [Γησόδουνον] Urbis nomen in Norico, ut scribit Ptolemæus. Vulgo *Saltzburg*.

GESORIACUM, vel GESSORIACUM, [Γησοριακὸν Ptolemæo] Morinorum navale. Vulgo *Cales*.

GESSUS, Ioniæ fluvius est, Plinio & Straboni, qui regionem omnem circa Gessum Panioniam nominant.

GESTA, GESTAMEN, GESTATORIUM, GESTICULOR, GESTIO, GESTO, GESTUOSUS, GESTUS. V. GERO.

GESUM. V. GÆSUM.

GETÆ, [Γέται] Populi sunt Thraciæ, natura & moribus feroces: e montibus alias ac saltubus expulsi a Sarmatis ad Duriam amnem, a Romanis Daci vocantur. Ovid. 2. de Pont. 7. 31.
Nulla Getis toto gens truculentior orbe. Strabo tamen lib. 7. Getas a Dacis ita distinguit: ut Getæ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci, qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Davos vocatos nonnulli volunt. Ex quo apud Athenienses Davorum & Getarum servilia nomina in usu maxime fuerunt. Getas a Lucullo victos Sallustius scribit. Qui ab antiquis Getæ vocabantur, recentioribus Gothi fuerunt. [Quod historiæ repugnat. V. GOTTHI.
Deserta Getarum. Virg. 3. Georg. 462.
Flavi Getæ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 65.
Pharetrati Getæ. Ovid. 4. Trist. 10. 110.
Vagus campis Geta. Sen. Hippol. 2.
Legitur & Getes apud Ovid. 4. de Pont. 2. 22.
Esset, crede mihi, factus & ipse Getes.

GETĬCUS, a, um. Adj. [Γετικὸς] ut, Humus Getica. Ovid. 3. de Pont. 2. 45.
Arva Getica. Virg. 3. Æn. 35.
Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis. Hic Getica arva, Arva Traciæ interpretor, cujus partem olim tenuerunt Getæ, ut scribit Thucydides: sed inde demigravere. Igitur Æneas in Thracia quum esset perculsus illo monstro, precari Gradivum patrem cœpit, qui Thraciæ imperat. Hæc Turneb.
Litus Geticum. Ovid. 3. Trist. 12. 14.
Plectrum Geticum, pro Orphei plectro ponit Statius, qua ratione videtur etiam Thraces inter Getas numerare 2. Silv. 2. 61. Item 3. Silv. 1. 17.
—— Tyrione hæc mœnia plectro,
An Getica venere lyra?

GĒTŪLI, [Γαιτοῦλοι] Africæ populi. Hi & Libyes, primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, asperi, incultique: quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes: qua nox coegerat, sedes habebant. Auct. in Jugurth. 18. pr. Sallust.

GĒTŪLUS, a, um. Adj. ut, Leo Getulus. Virg. 5. Æn. 351.

GETŪLĬCUS, Cognomen Ro. Juven. 8. Sat. 26.
Agnosco procerem; salve Getulice; seu tu, &c.

## G I

GIARUS. V. GYARUS.

GIBBA, æ. f. Idem ac Gibbus, m. Suet. Domit. 23. extr. Somniasse, gibbam sibi, pone cervicem, auream enatam.

GIBBUS, i. m. [κύρτωσις] Tumor quidam carneus in aliqua corporis parte. Juven. 6. Sat. 109.
Attritus galea, mediisque in naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

GIBBUS, a, um. Adj. [κυρτὸς, ὑβὸς, ὑβὸς] pro Convexo. Cels. lib. 8. cap. 1. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrinque lævis. Suet. Domit. sub fin. Cervix gibba. [Inscite V. GIBBA.

GIBBŌSUS, a, um. Adj. [ἀμφίκυρτος] Qui gibbum habet. Celsus. [Nisi falso ei affingitur, ut plurima in hoc Lexico.

GIBBER, ĕris. m. [κύρτωσις] Idem qud Gibbus. Juven.
—— attritus gibbere nasus. [Si modo occurrit apud hunc poëtam] Plin. lib. 8. cap. 45. Sed gibber in dorso.
Invenitur & genitivus Gibberi apud Varro 2. de R. R. 5. Gibberi spina leviter remissa.

GIBBER, ĕra, ĕrum, & GIBBER, is, & e. Adj. [κυρτώδης] Idem quod Gibbosus. Plin. lib. 10. cap. 26. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Varro 3. de R. R. cap. 9. Gallinæ Africæ sunt grandes, variæ, gibberæ.
Gibberum, Extantem & eminentem Nonius interpretatur, 6. 24. Varro Eumenidibus, Item tragici prodeunt cum capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem superficies accedebat. [Gibber, ĕris. Adj. nusquam offendi.

GIBBERŌSUS, Paul. in l. 3. D. de Ædilit. edict. Vel protervi, vel gibberosi. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ, quamvis Haloander legat Gibbosi. Sueton. de Illustr. Gramm. cap. 9. Interrogatus Orbilius a Varrone diversæ partis advocato, Quidnam ageret & quo artificio uteretur, Gibberosos se de sole in umbram transferre respondit, quod Muræna Gibber erat.

## G I G

GĬGAS, antis. m. [γίγας, φὴρ] E terra natum significat, composita dictio a Græco γίνομαι seu γίγνομαι, quod est nascor, & γαῖα seu γῆ quod lingua Dorica γᾶ facit, & terram significat. Fingunt poetæ Gigantes homines fuisse, seu potius hominum monstra, corporibus maximis, quos irata Tellus procrearit ut contra superos arma capesserent, & Jovem e suo regno deturbarent. Horum nomina fuerunt varia, ut Enceladus, Porphyrion, Tiphoeus, Damastor, & alia quorum diversis in locis meminerunt poetæ Græci & Latini, inter quos Claudianus de Gigantomachia opus reliquit, quod imperfectum ad nos pervenit. V. Macrob. 1. Saturn. cap. 20. & Hesiod. Theog. 185.
Gigantes, si ad Physica respicimus, aliud nihil sunt quam Spiritus illi terra clausi: qui dum exitum non inveniunt, vi sibi viam faciunt, montibus altissimis adeo persæpe concussis, ut aut rumpantur, aut ingentia frusta emittant contra Jovem, id est cœlum versus. Hinc illa pugna Gigantum, montes in Jovem moventium vetusta.
Centimanus Gigas. Hor. 2. Carm. 17. 14.
Cohors impia gigantum. Idem 2. Carm. 19. 22.
Magni Gigantes. Lucret. lib. 4.
Sævus Gigas. Valer. 4. Argon. 200.
Sævi Gigantes. Lucan. lib. 1. 36.
Terrigenæ Gigantes. Lucan. lib. 3. 316.
More Gigantum bellare cum diis, quid aliud est nisi naturæ repugnare? Cic. de Senect. 5.
Cum Titanis & Gigantibus bella gesserunt dii. Cic. 2. de Nat. Deor. 70.

GIGANTĒUS, a, um. [γιγάντειος] ut,
Furiæ Giganteæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 152.
Prælia Gigantei belli. Ovid. 2. Trist. 71.
Quumque Gigantei memorantur prælia belli.

GIGERIA, ōrum. Nonius 2. 390. interpretatur Intestina gallinarum, & quæ cum his coquebantur. Lucil. lib. 8.
Gigeria sunt sine allio, his vescamur alacriter.
Gigeria pullorum coquere. Apic. 4. 2. Sed Festus Gigeria ex multis obsoniis esse composita existimat.

GIGNO, genui vel ginui, secundum Diomedem, genitum, [γεννάω] ēre. a Genus derivatur. Utrique sexui commune est hoc verbum. Non mares tantum sed feminæ etiam gignere dicuntur. Tacit. 13. Ann. 45. Eam in matrimonio Rufi Crispini Equitis Romani ex quo filium genuerat, Otho pellexit.
Gigni & creari. Cic. 1. Off. 22. Placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari.
Gignere & procreare. Cic. 2. de Divin. 59. Quod non intelligunt feminum vim, quæ ad gignendum, procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est.
Gigni & propagari initium sui generis ab se volebat Verres. Cic. 7. Verr. 179.
Parere & gignere, & proferre. Auct. ad Heren. lib. 4. 7.
Quæ terra gignit, maturata pubescunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 4.
Gignimur, & vitæ limen inimus. Lucret. lib. 3. 682.
Gigni ad aliquid. Cic. 1. de Fin. 23. Ad majora enim quædam nos natura genuit & conformavit, ut mihi quidem videtur. Quintil. lib. 1. cap. 1. pr. Aves ad volatum, equi ad cursum, ad sævitiam feræ gignuntur.
Animum ex sua mente & divinitate genuit Deus. Cic. de Univers. 23.
Blandimenta multa nobis natura genuit. Cic. pro Cœl. 41.
Capite gigni. V. A præpos.
Capillus gignitur. Gell. lib. 12. cap. 1. In illo capillum gignit teneriorem.
Dolorem oculis gigni. Lucret. lib. 4. 332.
Fastidium gignere. Plin. lib. 14. cap. 16.
Filius mihi gignitur. Cic. 2. de Orat. 141.
Ludus genuit certamen. Hor. 1. Epist. 20. 48.
Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione, & perturbatione gignuntur. Cic. 4. Tusc. 25.
Ova gignuntur. Plin. lib. 10. cap. 52. Et quadrupedes ova gignunt.
Ova gignunt pisces. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Pedibus gigni. Plin. lib. 7. cap. 8. ad finem, Neronem quoque paulo ante principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens ejus scribit Agrippina.
Pax & concordia extraneis gignitur, quum jam domesticis non insideat. Cic. Anteq. iret in exil. 9.
Præceptiones novas gignere. Auctor ad Heren. lib. 4. 5.
Qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam. Cic. de Clar. Orat. 253.
Serpens gignitur. Plin. lib. 10. cap. 49. Avium confuso sanguine serpens gignitur.
Thus aut piper gignitur. Plaut. Trin. 4. 2. 89. Plin. lib. 12. cap. 7. Passim vero quæ piper gignunt, juniperis nostris similes.
Urbi vos genuisse deus videtur. Cic. 14. Philipp. 32.

GENĪTUS, Partic. Natus. Plin. lib. 11. cap. 37. Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium & narium defuere.
Sanguine nostro genitus. Ovid. 2. Met. 90.
Genitus Celtis. Martial. lib. 10. 65.

Cur frater tibi dicor, ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagique civis?
Genitus ad perdenda vina. Plin. lib. 14. cap. 22. Sic Genitus ad superbiam. Idem lib. 7. in proœm. conf. Natus in NASCOR.
Genitus, cum dativo. Paterc. lib. 2. 102. Cenforinum obiiffe graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum.
Genitus in. Paterc. lib. 2. 116. Coffus victoriæ teftimonium etiam in cognomen filii contulit, adolefcentis in omnium virtutum exempla geniti.
E furto genitus. Sil. lib. 7.
Genitus ex Iberis. Martial. lib. 4. 55.
Nos Celtis genitos & ex Iberis.
Genitus in fervitio, pro Genitus fervus. Plin. lib. 7. cap. 39.
Liberaliter genitus. V. LIBER.
Geniti dentes in palato. Plin. lib. 11. cap. 37.

GENITŪRUS, [γεννήσων] aliud Partic. ut, Semina genitura populos. Ovid. 12. Epift. 45. Virg. 9. Æn. 642.
Diis genite & geniture deos.

GENĬTOR, ōris. m. [γεννητὴς] Qui gignit. Cic. de Univerf. 24. Quo nihil ab optimo & præftantiffimo genitore melius procreatum. De anima.
Divûm genitor, Juppiter. Sil. lib. 5.
Deûm genitor rectorque. Ovid. 2. Trift. 37.
Primus mundi genitor. Columel. in præfat. lib. 1. ftatim ab initio.
Genitor Saturnius. Cic. 2. de Divin. 64.
Dubio genitore creatus. Ovid. 5. Met. 145.
Genitores omnium vitiorum Græci. Plin. lib. 15. cap. 4.

GENĬTRIX, īcis. f. [γεννήτειρα] ut, Frugum genitrix. Ovid. 5. Met. 490. [In nummis antiquis fcribitur per e GENETRIX. Forte ab antiquo Geno. q. V. conf. Cellarii Orthogr.

GENITŪRA, æ. f. [γένεσις] Generatio. Plin. lib. 18. cap. 24. Inter diligentiffimos convenit, ut in alitum, quadrupedumque genitura, effe quofdam ad conceptum impetus terræ.
Origo & genitura. Plin. lib. 9. cap. 35. Origo atque genitura conchæ, eft haud multum oftrearum conchis differens.
Genituram, Horofcopum vocavit Suet. in Auguft. cap. 94. Verum genitura fua vix & cunctanter edita, exiluit Diogenes, adoravitque eum. Firmic. lib. 3. Secundum hanc genituram & fecundum has conditiones ftellarum, & fecundum teftimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum volunt fata difponi. Bud.
Genitura, [γέννημα] Semen genitale. Plin. lib. 20. cap. 8. Item quibus genitura, valetudinis morbo, effluat. Ibid. cap. 23. Genituræ abundantiam quoquo modo hauftum facit. Ibid. Extinguere genituram virorum. Idem lib. 22. cap. 22. Profluvia genituræ.

GENITĀLIS, e. [γενέθλιος, κυητικός] Idem quod Natalis: ut, Genitale folum, Patria in qua nati fumus.
Arva genitalia. Ovid. 2. Amor. 13. 7. i. e. Generandi vim habentia.
Arvum genitale, per metaphoram Matrix feminæ. Virg. 3. Georg. 136.
Corpora quatuor genitalia, i. e. Quatuor elementa. Ovid. 15. Met. 239.
Fœdera genitalia, Connubium. Stat. 3. Theb. 300.
Hora genitalis. Plin. lib. 9. cap. 35. Has ubi genitalis anni ftimulaverit hora, pendentes fefe quadam ofcitatione impleri rofcido conceptu tradunt.
Mundus genitalis. Sil. lib. 13.
Origo genitalis rerum. Lucret. lib. 5. 176.
Partes genitales corporis. Lucret. lib. 4. 1038.
Partes genitales trunci, Fertiles, vim gignendi habentes. Columel. lib. 3. cap. 6.
Profluvium genitale. V. Profluvium in PROFLUO.
Semina genitalia, Quibus aliquid procreatur & gignitur. Virg. 2. Georg. 324.
Vere tument terræ, & genitalia femina pofcunt.
Tempus genitale, i. e. Dies natalis. Ovid. 3. Trift. 13. 17.

GENITĀLE, is. n. [αἰδοῖον] tam de Membro virili, quam animalium. Plin. lib. 10. cap. 63. Cuniculis averfa genitalia.
Offea genitalia funt lupis. Idem 11. 49.
Genitale maris. Plin. lib. 28. cap. 9. Ibid. cap. 11. Vulpis mafculæ genitale circumligatum.

GENITALĬTER, Adv. [γεννητικῶς] Lucret. lib. 4. 1251.
— ut femina poffint
Seminibus commifceri genitaliter apta.

GENITABĬLIS, e. Idem quod Genitalis, quemadmodum Penetrale & Penetrabile, utrumque pro eadem re eft in ufu. Lucret. 1. 11.
Et referata viget genitabilis aura Favoni. Exiftimant tamen quidam docti hoc loco legendum Genitalis, non ob id folum, quod ita habeant aliquot libri manufcripti, verum etiam quod vox Genitabilis, non videatur Latinis ufitata: Quod autem ad verfum attinet, ajunt choreum effe pro dactylo, feu fpondeo: quam licentiam fibi interdum permittunt poetæ. Ego hac de re judicium meum non interponam: viderint doctiores. Sed vox Genitabilis tamen reperitur apud Varr. 4. de L. L. 3. & Avien. Prognoft. Arat. 509.
Solers natura, & rerum genitabilis ordo. Ex Lambino in Lucretium.

GENITĪVUS, a, um. Adj. [γεννητικὸς] Quod habet vim generandi unde Grammaticis dicitur Cafus genitivus, quo refpondetur ad quæftionem Cujus?
Genitivus, quafi Genitalis, A natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum nafcente congenitus. ut, Genitivæ notæ. Suet. in Auguft. cap. 80.
Genitivus, pro Gentilitio. Ovid. 3. de Pont. 2. 107.
Adjectique probent genitiva ad nomina Cottæ.

GENĬMEN, inis. n. [γέννημα] Progenies. Tertull. adv. Hermog. cap. 12. & Hieron. in 30. cap. Ef. Genimina viperarum.

GENIUS, i. [δαίμων] Deus eft, cujus in tutela quisque natus eft & vivit. Ex veterum fententia dicitur uniuscujusque Anima rationalis: ideoque effe fingulis fingulos genios dicebant. Fuere etiam qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aërem: quæ rerum femina funt, elementaque appellata. Duodecim quoque figna, Lunamque & Solem inter hos deos putabant: & a Gerendo, quod multa gerere poffent, Gerulos, deinde Genios vocitarunt. Cenforinus fcribit Genios dictos, quia ut gignamur curent: five quod una gignantur nobiscum, vel etiam quia nos genitos fufcipiant, ac tueantur. Certe a Gignendo [feu Genendo, ut antiqui efferebant,] Genius appellatur. Eundem effe Genium & Larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appofitum, hoc eft duos lares, qui etiam penates dici folent.
Genii funt vel Hominum, vel Urbium, vel Locorum, vel Statuarum, vel Domuum privatarum, &c. de quibus V. Reinef. Infcript. aliosque Scriptores de Antiq. Roman. in primis Lex. Pitifci.
Dis iratis, genioque finiftro. Perf. 4. Sat. 27.
Loci genius. Virg. 5. Æn. 95.
Scit Genius, natale comes qui temperat aftrum. Hor. 2. Epift. 2. 187.
Belligerare cum geniis fuis, idem quod Defraudare genium. Plaut. Truc. 1. 2. 81.
Concelebrare genium choreis. Tibul. lib. 1. 7. 49.
Contemnere genium facri fulcri: h. e. Religionem matrimonii. Juven. 6. Sat. 22.
Antiquum & vetus eft, alienum, Pofthume, lectum
Concutere, atque facri genium contemnere fulcri.
Curare genium mero. Hor. 3. Carm. 17. 14.
Defraudare genium, Negare naturæ quod appetit. Ter. Phorm. 1. 1. 10.
Quod ille unciatim vix de demenfo fuo,
Suum defrudans genium, comparfit mifer,
Id illa univerfum abripiet.
Indulgere genio, eft Animo obfequi. Perf. 5. Sat. 151.
Indulge genio, carpamus dulcia.
Jurare per genium fuum. Sen. Epift. 12. Turneb. Adverf. 16. 19. obfervat viri adjurationem per Genium, mulieris per Junonem fuiffe.
Imprecandi etiam formula eft per genium iratum; Ut patet ex Infcript. apud Fabrett. p. 76. QVIS HANC ARAM LAESERIT, HABEAT GENIVM IRATVM POPVLI ROMANI, ET NVMINA DIVORVM.
Natus male volente genio. V. NASCOR.
Obfecro per genium dextramque, deosque penates. Hor. 1. Epift. 7. 94.
Quod ego per hanc te dexteram oro & genium tuum, &c. Ter. And. 1. 5. 55. Plaut. Stich. 4. 2. 42.
Placare genium vino. Hor. de Arte Poet. 210.
Genius, ab aliquibus dicitur Vis ac naturæ proprietas: aut ut ait Budæus, & Domitius, Gratia & lepos nativus. Martial. lib. 6. 60.
Victurus genium debet habere liber. Juven. 6. Sat. 561.
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit. [Utroque loco pro Bono genio, i. e. Felici fucceffu ftudiorum, pofitum videtur. Famæ genium alibi vocat Martialis.

GENIO, āre. Genium dare. Solin. in Pontico, ut legit Barthius Adverf. 44. 3. — candidus æther
Aftrigeram faciem nitido geniavit Olympo.

GENIĀTUS, Partic. Genium referens; item Amabilis, venuftus. ut, Vultu geniatus. Capitolin. in Ver. cap. 10. V. Gruter. ibid. Gloff. Ifid. Geniatus, Genialis, Gratus.

GENIĀLIS, e. [τρυφερὸν, γαμικός] Quod pertinet ad genium, lætus, jucundus.
Bella genialia, i. e. Inter convivia exorta. Stat. 1. Achil. 113.
Copia pecudum genialis, i. e. Fecunda. Plin. lib. 17. cap. 9.
Dies genialis, Lætus & voluptarius. Juven. 4. Sat. 66.
— genialis agatur Ifte dies.
Epulæ geniales. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 327.
Feftum geniale. Ovid. 3. Faft. 523.
Hiems genialis. Virg. 1. Georg. 302.
Invitat genialis hiems.
Jura genialia, i. e. Conjugalia. Stat. 3. Silv. 3. 108.
Lectus genialis. Hor. 1. Epift. 1. 87.
Mufa genialis, Jucunda. Ovid. 3. Amor. 15. 19.
Nunc elegi molles, genialis mufa, valete.
Præda genialis, Mulier rapta voluptatis caufa. Ovid. 1. de Arte Am. 125.
Pulvinar geniale. Catul. 62. 47.
Rus geniale, Amœnum & voluptatis plenum. Ovid. 19. Epift. 9.
Sors genialis atque fecunda. Plin. lib. 18. cap. 24.
Thalami geniales. Claud. 2. in Ruff. 96.
Torus genialis five lectus, Qui in nuptiis fternitur in honorem genii. Virg. 6. Æn. 603.
— lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris. Cic. pro Cluent. 14. Lectum illum genialem, quem biennio filiæ fuæ nubenti ftraverat, in eadem domo, &c.

GENIALĬTER, Adv. [τρυφερῶς] Opipare & laute. Ovid. 11. Met. 96.
Hofpitis adventu feftum genialiter egit.

GENIALĬTAS, ātis. f. Ammian. 30. 5. Genialitas menfæ.

GENIĀNUS, a, um. Adj. Luxuriofus, vel Pertinens ad genium. Varr. 3. de R. R. 9. Gallinæ Africanæ noviffimæ in Triclinium genianum introierunt. fic Scaliger legit. V. GENAVIUS.

GENUĪNUS, a, um. Adj. [γνήσιος] Nativus & peculiaris. Appulejus, Genuino fermone nomen Augufti Cæfaris invocare tentavi. Gell. lib. 2. cap. 2. Naturales & genuini honores exoriuntur.
Genuina Plauti Comœdia, non fuppofititia. Gell. 3. 3.
Genuini, [κραντῆρες] dicuntur Dentes pofteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur noviffimi. Plin. lib. 11. cap. 37. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus in ore conftructis manditur, atque ab his extenuatur atque mollitur cibus. eorum adverfi acuti morfu dividunt efcas: intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Feftus, Genuini dentes, quod a genis dependent.
Genuinum frangere in aliquo, Clanculum obtrectare, lacerareque quempiam. Perf. 1. Sat. 129. Idem etiam dicitur & Genuino rodere.
Genuinum agitare, de Morfu difficili. Juven. 5. Sat. 69.

## G I L

GILO, Civitas Judææ, a qua Gilonitæ viri in ea habitantes. Jof. 15. 51.

GILLO, ōnis. m. Vafis fictilis genus. V. Scriver. in Mart. 2. 85.
Item, nomen viri apud Juven. 1. Sat. 40. al. Gello.

GILLUS, Vir fuit Tarentinus, de quo Herodotus nonnulla fcribit lib. 3.

GILVUS, [κιῤῥός] Color medius inter album & rufum, nempe is qui & Melinus dicitur: cujusmodi mellis color effe videtur. Virg. 3. Georg. 83. de equis, — honefti
Spadices, glaucique: color deterrimus albis,
Et gilvo. ubi Servius, Aliud eft candidum effe, id eft quadam nitenti

nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Gilvus autem melinus est color. Multi autem ita legunt Albis & gilvo: ut non album & gilvum, sed albogilvum vituperet. Quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mistus uterque, id est albogilvus? conf. GALBEUS.

## G I N

GINDES, Fluvius Persiæ. Tibull. 4. 1. 141.
— rapidus Cyri dementia Gindes. ubi V. Broekh.
GINGĬBER. V. ZINGIBER.
GINGĪVA, æ. f. [οὖλον, ἴουλον] Pars oris cui dentes inhærent. Plin. lib. 23. cap. 6. Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellavimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingivasque lædunt. Juven. 10. Sat. 200.
Frangendus misero gingiva panis inermi.
Russam defricare gingivam. Catul. 37. 19.
GINGIVŬLA, æ. dimin. [οὐλίδιον] Apul. Apol. pag. 278. Complanatorem tumidulæ gingivulæ.
GINGRIO, ii, itum, ire. Anserum vocis proprium est, auctore Festo. Unde
GINGRA, æ. f. Saltatio funebris, quam edebant ad tibiam cognominem. Pollux, 4. 14. Scal. Poet. 1. 18
GINGRĪNA, æ. f. Tibiæ exiguæ genus. Festus. Unde etiam
GINGRĪTOR, vel ut nonnulli, GINGRIĀTOR, ōris. m. apud eundem Festum.
GINGRĪTUS, ûs. m. Arnob. lib. 6. de anseribus capitolinis. In anserum ponere & collocare gingritibus.
GINNUS, i. m. [ἴννος, γίννος] Hinnus, ex equo & asina natus. Varro 2. de R. R. 8. Columel. 6. 37. Martial. lib. 6. 77.
Haud aliter videtur Atlas cum compare ginno. Sic legit Scriver. Sed nonnulla exemplaria exibent Gibbo.
GIPEDES, Scytharum Populi. Isid. 9. 2. [Sigipedes Treb. Poll. in Claud. 6. nisi erratum est, Gepidæ Vopisc. in Probo cap. 18. & Salvian. Mass. lib. 4. de Gub. Dei. quod verum nomen puto.
GIPSUM, GIRUS, &c. V. GYPSUM, GYRUS.
GIRGILLUS, i. Instrumentum quo fila revolvuntur. Gallicum vulgus vocat, *Un Devidoir.* Isidor. 20. 15.
GITH, vel GIT, n. indecl. [μελάνθιον] Genus seminis. Columel. lib. 6. cap. 34. pr. Plin. lib. 20. cap. 16. Gith, ex Græcis alii melanthion, alii melanspermon vocant. Optimum quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis & scorpionum. Plaut. Rud. 5. 2. 39. Os calet tibi, num gith frigefactas? Hoc autem in loco melioris notæ libri exhibent, Nunc id frigidefactas. V. Salmas. in loc.
Officinæ (inquit Ruell. lib. 3. cap. 51.) *Nigellam Romanam* appellant, rura nostra *Poivretam*, quasi Piperaceam, dicunt, quod odoratam piperis modo referat acrimoniam, aut quia piperis vice in multis utantur. Ibid. plura: ubi contendit Gith non esse, quam Nigellam cognominant. Est &
GITTĀGO, auctore Hermolao, quæ in frumentis crescit, herba inutilis seminis, gith speciem referens.

## G L A

GLA. Gloria, Gladiator. GLAD. Gladiator. GLA. N. L. Gloria nominis Latini. GLA. R. S. Gloria Romani Senatus. GL. R. Gloria Romanorum.
GLĀBER, bra, brum. Adj. [ψιλός, ἄθριξ, λειογένειος] Quod est læve & sine pilis. Varro 2. de R. R. cap. 2. Siquem glabrum facere velis. Martial. lib. 12. 28. Glaber crure. Sic, Glabræ sues, densæque. Columel. lib. 1. in præf. i. e. Raripilæ, ut ibidem loquitur.
Glabrior, Compar. [ψιλότερος] Plaut. Aul. 2. 9. 6.
— Tu istum gallum, si sapis,
Glabriorem reddes mihi quam volsus ludiu'st.
GLABELLUS, Adj. dimin. [ὑπόψιλος] Apulejus lib. 1. Florid. pr. pag. 341. Quod Apollo esset & coma intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus.
GLABELLA, æ. f. Id interstitium quod supercilia super nasum distermi-nat, quia sine pilis esse consuevit. Mart. Capella lib. 2. pag. 24. Quarum una deosculata philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas. [Nisi Glabella legendum, ut sit Adj.
GLABRĒTUM, i. n. [ψιλόν] Glabreta in agro dicuntur, Loca in quibus, propter aliquem humorem noxium, segetes non proveniunt. Columel. lib. 2. cap. 9. Ea glabreta signis adhibitis notari convenit: ut suo tempore vitiis ejusmodi medeamur.
GLABRĀTOR, ōris. Qui pice, seu psilothro corpus lævigabat. Erat inter officia domus Augustæ.
GLABRĀRIUS, i. m. Idem. Vetus inscriptio: DIOPHANTVS, TI. CAESARIS. ORNATOR. GLABR. i. e. Ornator glabrarius. V. Scalig. ad Manil. lib. 4. 151. pag. 362. ed. Argent. Unde &
GLABRĀRIA, æ. f. Quæ spoliat & expilat. Martial. lib. 4. 28. De Meretrice avara.
GLABRIO, Cognomen est Aciliorum ab habitu corporis uni alicui impositum, quod depilis esset, & ab eo ad suos posteros propagatum. Glabri enim depiles sunt. Cic. 6. Att. 1.
GLABRO, [ψιλόω] āre. Pilos auferre. Columel. lib. 12. cap. 53. Quum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.
GLABREO, [ψιλεῦμαι] ēre. pro eo quod est Glabrum fieri utitur. Columel. lib. 2. cap. 9. Loca glabrentia.
GLABRESCO, [μαδάω] ēre. Glabrum fieri, i. e. Sine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod evenit nonnunquam aliquo morbo.
Glabrescit etiam area, quum herbis attritis complanatur. Columel. lib. 2. cap. 20.
GLĂCIES, ēi. f. [πηγάς, κρυμός, παγετός, κρύσταλλος] Aqua congelata. Plin. lib. 8. cap. 28. Aure ad glaciem apposita.
Glacies æris, duriuscula translatio est pro Duritie. Lucret. 1. 493.
Tum glacies æris flamma devicta liquescit. Hic Glaciem æris dixit, audacia in loquendo pæne temeraria, pro Soliditate, rigore, & duritie, quod talis glacies fit. Vel potius Græcos imitatus est, quibus πάγος, id est glacies, etiam saxum significat solidum & durum, sed & frigus. Turneb.
Aspera glacies. Virg. 10. Ecl. 49.
Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
Astricta ventis glacies. Ovid. 1. Met. 120.
Cærulea glacie concretus. Virg. 1. Georg. 236.
Fragilis glacies. Ovid. 1. de Arte Am. 374.
Frigida glacies lædit molle pecus. Virg. 3. Georg. 298.
Frigidius glacie pectus. Ovid. 1. Epist. 22.
Futilis glacies ictu dissiluit. Virg. 12. Æn. 740.
Indurata glacies. V. INDURO.
Iners stat glacies. Hor. 2. Carm. 9. 5.
Lucidior glacie. Ovid. 13. Met. 795.
Nivalis glacies. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 70.
Saucia sole incerto glacies. Ovid. 2. Met. 808.
Ignis exolvit glaciem. Lucret. lib. 6. 878.
Flumina trudunt glaciem. Virg. 1. Georg. 310.
GLACIO, [πηγνύω] āre. In glaciem convertere. Plin. lib. 14. cap. 21. Glaciatæ moles prodigii modo.
Glaciare, pro Glaciari. Plin. lib. 29. cap. 3. ad fin. Fit autem hieme, quoniam æstate non glaciat nisi accepta cera.
Jupiter glaciat nives. Hor. 3. Carm. 10. 7.
Glaciari, In glaciem converti. Plin. lib. 24. cap. 13. Flore ejus aquam glaciari Pythagoras tradit.
Humor glaciatur in gemmas. Plin. lib. 8. cap. 38. Lyncum humor ita redditus ubi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes.
GLACIANS, Partic. [πηγνύων] ut, Glaciantes auræ Boreæ. Valer. 4. Argon. 722. al. Glaciales.
GLACIĀTUS, aliud Partic. [παγείς] Columel. lib. 7. cap. 82. Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caseus jucundissime capiat. i. e. Coagulatus.
Humor glaciatus in grandines. Plin. lib. 2. cap. 39.
GLACIĀLIS, e. Adj. [κρυμώδης] Quod in glaciem astringi solet. Juven. 2. Sat. 1.
Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum. Columel. lib. 3. cap. 1. Declinatio mundi glacialis.
Fretum glaciale. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 176.
Frigus glaciale. Ovid. 9. Met. 581.
Polus glacialis. Sen. Herc. fur. 1.
GLĀCĪTO, āre. Proprium est vocis anserum. Auctor Philomelæ, 19.
Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser. Quidam legunt Glossitat, alii Gratitat. [Cur non potius Glocitat? V. GLOCIDO.
GLĀDIUS, i. m. [μάχαιρα, ξίφος] Varro de L. L. 4. 24. Gladius, c in g commutato, a Clade, quod fit ad hostium cladem. Plaut. Trin. 1. 2. 92.
Dedisti næ hoc pacto ei Gladium, qui se occideret. i. e. Ministrasti materiam & adjumentum ad perniciem.
Sica & gladius. Cic. 3. in Catil. 8.
Gladii jus. Potestas animadvertendi in facinorosos meri imperii est, ut jurisconsulti scribunt, idque gladii jus est. Quod quidem ex ea tractum est consuetudine, quod principes Romani præsidibus & præfectis prætorio, iisque, quibus hoc imperium esse volebant, gladium dabant. Id facile est conjicere ex verbis Papinii sic scribentis, 5. Silv. 2. 177.
Felix qui magno jam nunc sub præside juras,
Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem. Sed & Imperatoris gladius unius erat curæ commissus, præfecti scilicet prætorio, quum Imperator etiam multo magis merum imperium teneret, quam quibus eam potestatem in provinciam euntibus mandabat. Turneb.
Acutus gladius. V. ACUO.
Cruentus gladius. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Enormes gladii. Tacit. Agric. 36.
Fulgens gladius. Cic. 5. Tusc. 62.
Ingentes gladii. Tacit. Agric. 36.
Minax gladius. Firmic. lib. 6. cap. 31. Tunc enim gravia vulnera minax contendentium gladius infligit.
Plumbeus. V. p. p. Jugulare &c.
Vacuus vagina gladius, Nudatus, Strictus. Cic. pro M. Marcel. 17. Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in urbe non vidimus. Hypallage est.
Cingere se gladio. V. CINGO.
Comprehendi cruento cum gladio. Cic. 2. de Orat. 170.
Conficere gladio nostro sententiam alicujus, est quod alia forma dicitur, Jugulare & conficere sermonem alterius: h. e. Verbis nostris ita facere, ut ejus sententia minus probetur. Cic. pro Cæcin. 82. Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est.
Distringere gladium. Cic. 3. Off. 112.
Educere gladium e vagina. Cic. 2. de Invent. 24.
Eunt gladii per latus meum. Ovid. 10. Epist. 88.
Extrahere gladium e vagina. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Fabricare gladium. Quintil. lib. 3. cap. 2. & lib. 1. cap. 16.
Finire dolorem gladio. Ovid. 1. de Pont. 6. 41.
Imbuere scelere gladium. V. IMBUO.
Incumbere gladio. V. INCUMBO.
Infigere gladium hosti in pectus. V. INFIGO.
Insequi aliquem stricto gladio. Cic. 2. Philipp. 21.
Ire per ignes & gladios. Ovid. 8. Met. 76.
Jugulo hunc suo sibi gladio. Erasm. Suo gladio, suove telo jugulari dicitur, Qui suis ipsius dictis revincitur: aut Qui suopte invento, dolove capitur. denique in quem quocunque modo seu dictum seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Translatum ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquando confodiuntur. Ter. Adel. 5. 8. 34.
Jugulare plumbeo gladio, est Futili levique argumento convincere quempiam. Cic. 1. Att. 13. Quum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. Idem 4. de Fin. 48. Frigidum argumentum, Plumbeum appellat pugionem. Erasm.
Micant gladii. V. MICO.
Minantes triste gladii. Lucret. lib. 1.
Nudare gladios. V. post NUDUS.
Obtundere gladios. Claud. in Conf. Mall. Theod. 167.
Occupaverunt portas districtis gladiis. Cæs. 7. Bell. Gall. 12.
Percutere gladio. V. PERCUTIO.
Perfodi gladiis. V. PERFODIO.
Pectora gladio petit. Ovid. 5. Met. 185.
Recondere gladium in vaginam. Cic. 2. de Invent. 14.

Recon-

Recondere gladium lateri, Infigere in latus. Ovid. 12. Met. 483.
Rejecimus mucrones gladiorum a jugulis nostris, Repulimus. Cic. 3. in Catil. 2.
Retudimus gladios in remp. districtos. Cic. 3. in Catil. 2. Al. Retorsimus.
Stringere gladios. Virg. 12. Æn. 278.
Stricti gladii. Ovid. 15. Met. 801.
Trajectus gladio. Ovid. 2. Epist. 140.
Transegit seipsum gladio. Tacit. 14. Ann. 43.
Gladium, neutro genere dictum esse apud antiquos auctor est Nonius 3. 106. Lucil.

Hærebat mucro gladium in pectore totum. [Suspecta mihi.

Gladius, [ξιφίας] Piscis apud Plin. lib. 32. cap. 11.

GLADIŎLUS, i. m. [μαχαίριον] dimin. Apul. Milesf. 2. pag. 122. Gladiolo solito cinctus. Item
Gladiolus, [ξίφιον] Herba quædam, quod sit foliis gladii similis. V. Plin. lib. 21. cap. 11.

GLADIŎLA, æ. f. Idem. Messalæ vox apud Quintil. 1. 6. pag. 83. Burm. quam illo ævo vix tolerabilem pronunciat. [Neutrum plurale videtur, a sing. Gladiolum. Sed forte Gaudiola legendum.

GLADIĀRIUS, i. m. [ξιφοποιός] Gloss. Gr. Lat.

GLADIĀTOR, ōris. [μονόμαχος] Gladiatores, Servi homines dicuntur, quos lanistæ artem armorum docebant: quique in foro, seu quo alio in loco depugnabant, populi delectandi gratia. Dicuntur & generaliter Omnes qui gladiis pugnant, etiam discendi gratia.
Gladiatoris appellatione sæpissime per contumeliam Audacem ad facinus hominem designat Cicero passim, ut ipse docet, 7. Philipp. 17. Gracchorum potentiam majorem fuisse arbitramini, quam hujus gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii qui plane & Latine loquuntur. Plura exempla infra subjecta sunt.
De Gladiatorum origine ac caussa Julius Capitolinus in Maximo & Balb. cap. 8. habet hoc pacto. Unde mos tractus sit, proficiscentes ad bellum imperatores ut munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt apud veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine litato, specie pugnarum fortunam satiarent. Alii hoc litteris tradunt, quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent.
Gladiatorum vocabulo etiam Ipsa gladiatoria spectacula appellantur. Cic. 9. Philipp. ad fin. Circumque eam statuam ludis, gladiatoribusque liberos posterosque ejus quaqua versus pedes quinque habere. Gladiatoribus, i. e. Quum gladiatores pugnarent.
Gladiatorium munus primum Romæ datum est in Foro boario, Appio Claudio, M. Fulvio Consulibus. Dederunt M. & D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. Hæc Valer. Max. lib. 2. cap. 4. 7.
Gladiator. Plura genera Gladiatorum erant, Samnites, Provocatores, Retiarii, Mirmillones. ex his oppositi in pugnis Samnites, & Provocatores: quod illa Ciceronis verba in oratione pro Sextio 134. videntur ostendere: Quum ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortito alios Samnites, alios Provocatores fecerit. Retiarii autem, & Mirmillones componebantur: id quod Valer. Max. lib. 1. 7. 8. & Quintil. lib. 6. cap. 3. ubi de Pedonis dicto, declarat. Samnites ad pugnandum primo lenti: Provocatores ex se nomen sumpserunt, quia certaminis initio provocare adversarios solerent. unde Hor. 2. Epist. 2. 98.

Lento Samnites ad limina prima duello. Mirmillones & Secutores dicebantur: quod, siquis Festum, & Quintil. lib. 6. & Suet. in Calig. 30. legerit, facile poterit conjicere. de Secutoribus meminit & Cic. 7. Att. 14. & Juven. 8. Sat. 210. Ex commentario P. Manut. in Orat. pro Sext. l. c. V. MIRMILLO, & Retiarius in RETE, & Sequutor in SEQUOR. Plenissime de singulis Lips. Saturnal. lib. 2.

Cum Munus gladiatorum significare vellent, Gladiatorium dicebant, ut Cic. 1. Att. 24. item lib. 1. bis, & Philipp. 9. item 10. Fam. 23. Pedianus, Dare gladiatorium, dixit, quum subintelligeret, munus. Ex nostro commentario in Epist. ad Att. [Hæc loca, quæ non reperi, vereor ne falso allegentur. Enimvero vel Gladiatores, vel Munus simpliciter, pro Munere gladiatorio dixisse veteres ignorare nemo potest, qui eos obiter lectitarit, Gladiatorium vero n. g. ἐλλειπτικῶς pro Gladiatoribus positum legere me non memini.
Genera gladiatorum plura: quorum primum lusus equestrium, duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus, unus a porta Orientis, alter ab Occidentis, præcedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis. Retiarius, ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occulte ferebat rete, quod Jaculum appellatur; ut adversarium cuspide insequentem operiret, implicitumque viribus superaret, quæ armatura pugnabat Neptuno, tridentis caussa. Secutor est ab insequendo retiarium dictus: gestabat enim cuspidem & massam plumbeam, quæ adversarii jaculum impediret; ut, ante quam ille ferret rete, iste superaret. hæc armatura sacrata erat Vulcano. ignis enim aquam semper insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines, injecto laqueo impeditos prostrare, amictos umbone pelliceo. Velitum pugna erat ut ultro citroque tela objectarent. erat autem eorum varia pugna, & spectantibus gratior quam reliquæ. Velites autem vocati sunt, sive a volitatione, sive a civitate Etruscorum, quæ Veletes vocabatur. Isidorus de Etymologiis. 18. 53. seq.
Familia gladiatorum. Cic. pro Sulla, 55. Est turba gladiatorum ex eodem ludo.
Centum paria gladiatorum. Hor. 2. Serm. 3. 85. Paria enim fere numerabant.
Athletæ & gladiatores. Cic. in Orat. 228.
Homines gladiatores & sicarii. Cic. pro Rosc. Amer. 8.
Importunissimus gladiator. V. IMPORTUNUS.
Inscius armorum gladiator. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Vetus ac nobilis gladiator. Cic. pro Rosc. Amer. 17.
Bonus gladiator rudem tam cito accepit. Cic. 2. Philipp. 24.
A gladiatore cessisse lanista videtur. Cic. pro Rosc. Amer. 118. Al. A gladiis recessisse.
Cum bustuario gladiatore decertare. Cic. in Pison. 19. Quia ad busta dimicabant. V. in BUSTUM.
Gladiatori & militi armorum ars ludicra prodest. Cic. 2. de Orat. 84.
Victus repetit gladiator arenam. Ovid. 2. Trist. 17.
Gladiatores nobiles. Cic. 3. Philipp. 35. Quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeste decumbant, faciamus & nos.
Gladiator, Gladiorum artifex. Arcadius l. ult. D. De jure immunitatis, Carpentarii, scandularii, gladiatores, tubarii, cornuarii, &c. Quem in locum sic ait Budæus, Gladiatores hic, si verbum mendosum non est, non μονομάχοι sunt, qui ab lanista instituebantur: sed μαχαιροποιοὶ, hoc est gladiarii, & telorum artifices.

GLADIATŌRIUS, a, um. Adj. [μονομαχικός] ut, Gladiatorius ludus. Cic. 2. in Catil. 91. Nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur.
Animus gladiatorius. Erasm. Proverbii speciem habet quod legimus in Phorm. Ter. 5. 7. 71. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo significatur, Ita tendi ad nocendum alteri, ut id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratoque vel perdere, vel perire. Nam gladiatori composito ad certamen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit. Quicquid insigniter improbum est, & ad omnem contentionem paratum, gladiatorium appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatorius animus. Hæc Erasm. in Adagio, Bithus contra Bacchium.
Certamen gladiatorium. Cic. 2. de Orat. 317.
Congressus gladiatorius. Plin. lib. 8. cap. 2.
Locus gladiatorius. Cic. pro Muren. 73. Nec si virgo Vestalis hujus propinqua & necessaria locum suum gladiatorium concessit huic, non & illa pie fecit, & hic a culpa est remotus. Al. Gladiatoribus.
Munus gladiatorium. Plin. lib. 15. cap. 18. Ara inde sublata gladiatorio munere Divi Julii, quod novissime pugnavit in foro. [Hic intelliguntur & Ipsi gladiatores, & Dies ipse, quo pugnarunt.
Pugna gladiatoria. Cic. pro Milon. 93.
Qui munus gladiatorium, seu gladiatores dabat populo, vocabatur Dominus. Cic. 2. Att. 19. [Non satis ex hoc loco apparet. En verba: Gladiatoribus, qua dominus, qua advocati sibilis conscissi. i. e. Die quo gladiatorium munus datum fuit.
Gladiatorium quoque ponunt sine adjecto scriptores, subaudito substantivo. Liv. 44. 31. Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. subaudi Præmio, vel Auctoramento.
Gladiatorium est stomachari: h. e. Gladiatorum proprium, non autem virorum fortium. Cic. 4. Tusc. 48. An vero vir fortis nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipsis videmus sæpe constantiam.

GLADIATORIE, Adv. Lampr. in Commod. 15. Quæ gladiatorie faceret.

GLADIATŪRA, æ. f. [μονομαχία] Pugna gladiatoria, sive Congressus gladiatorum. Tacit. 3. Ann. 43. Adduntur e servitiis gladiaturæ destinati.

GLANDOMIRON, [Γλανδόμηρον] Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolem. Vulgo hodie *Mondavedo*.

GLANIS vel CLANIS [Κλάνις] olim Liris Fluvius dictus Etruriæ. testis Strabo lib. 5. & Plin. lib. 3. cap. 5. ubi & alterius ejusdem nominis fluvii meminit, qui in Tiberim influit.

GLANS, glandis. f. [βάλανος, δρυΐβαλανος] Fructus arboris quercus. Plin. lib. 7. cap. 56. Ceres frumenta invenit, quum antea glande vescerentur.
Glans, Fructus omnium arborum glandiferarum. Plin. lib. 16. cap. 5. Dulcissima est omnium glans fagi. Virg. 4. Georg. 81.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Glandem quæ proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Plin. lib. 16. cap. 6.
Glandis appellatione, (inquit Cajus in l. Qui venenum. D. de verb. & rer. signif.) Omnis fructus ut Jabolenus ait, continetur exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.
Caduca glans est, Quæ ex arbore cecidit, inquit Paul. in l. Silva cædua. D. de verb. signif. Lucret. lib. 5. 1362.
Cerrea glans. V. CERRUS.
Fagea glans. Plin. lib. 16. cap. 5. Namque alia fageæ glandi figura, alia quernæ, & alia ilignæ.
Hiberna glans. Virg. 10. Ecl. 20.

Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

Iligna glande nutritus aper. Hor. 2. Serm. 4. 40.
Quernea glans. Columel. lib. 9. cap. 1. Querneæ glandis, ilignea, nec minus cerreæ.
Glans & pabulum. Cic. de Arusp. Resp. 5. Quid enim hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?
Glans, Plumbum in modum glandis formatum, quod antiqui milites in bello jaculabantur. Sallust. in Jugurth. 57. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt. Bell. Afr. 20. Sagittasque & tela uti fierent complura, curare, glandes fundere, sudes comparare. Stat. 1. Achill. 436.
Plumbea glans. Lucret. lib. 6. 178.
Denique glans est Summa pars penis, quæ præputio tegitur. Cels. 7. 25.
Glandis in nominativo sing. poni apud poetas notat Probus in Cathol. V. Erythr. Ind. ad Virg.

GLANDŬLA, æ. dimin. [βαλάνιον]
Glandula, [ἀδὴν] Caro glandulosa in sue, quæ ab antiquis boni saporis putabatur. Martial. lib. 3. 82.

Partitur apri glandulas palæstritis.

GLANDULŌSUS, a, um. Adj. [ἀδενώδης] Plenum glandulis. Columel. lib. 7. cap. 9. Qui porcum laudat, qui est amplæ & glandulosæ cervicis.

GLANDIUM, i. n. [ἀδὴν] Pars quædam intestinorum est, ut inquit Priscianus. Alii volunt esse Partem apri juxta cervicem, vel Ipsam cervicem. In hac enim glandulæ positæ sunt. Plaut. Capt. 4. 4. 7.

Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus glandia. Plin. lib. 8. cap. 51. Idem lib. 16. cap. 38. Quibusdam sunt tubera sicut in carne glandia. Idem lib. 17. cap. 6. V. Harduin.

GLANDIONĪDA, æ. f. Glandionidam dixit parasitus apud Plaut. Men. 1. 3. 27. pro Glandiis, ut Pernoniden pro Pernis. Ita enim scribendum esse docet Gronovius. Quæ nomina ad eum modum per lasciviam & jocum parasiticum formantur:

Glandionidam, Suillam, laridum pernonidem, aut
Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum.

V. Gronov. in loc.

Glandĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [βαλανοφόρος] Quod glandes producit. Cic. 1. de Legib. 2. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit Nuntia fulva Jovis, &c. Ovid. 12. Met. 328.
Glandiferæ & fructuosæ arationes. Cic. 2. Philipp. 101. Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini, in Pop. Rom. patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur.
Etiam Fagus glandifera. H. St.

Glandārius, a, um. Adj. [βαλανικός] denominativum a Glande: ut Glandaria silva, Quæ servatur glandis ferendæ causa. Cato cap. 1.

Glanum, [Γλανόν] Salyum civitas in Gallia Ptolemæo. Vulgo *Gap.*

Glanis, idis. f. vel Glanus, i. m. [γλάνις] Piscis genus. Plin. lib. 9. cap. 43. Cantius, qui & glanis vocatur, aversos mordet hamos, nec devorat, sed esca spoliat.

Glăphȳrus, a, um. Adj. [γλαφυρός] Festivus, jucundus, ornatus, politus. Nomen proprium nobilis Citharœdi. Juven. 6. 77. Martial. lib. 4. 5.
Vendere nec vanos circa palatia fumos:
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Glārea, æ. f. [ψηφίς] Minutissimi lapilli, qui in fluviorum ripis, vel maris litoribus reperiuntur: vel terra potius sabulosa, hujusmodi minutis lapidibus plena. Columel. lib. 2. cap. 2. Qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint. Idem lib. 6. cap. 23. Stabula sunt optima saxo aut glarea strata.
Pulvis & glarea. Cic. 3. Q. frat. 1. Eo loco pulvis non glarea injecta est.
Glarea & arena. Columel. lib. 11. cap. 3. Nisi aut nudæ glareæ, aut sine ullo robore solutissimæ arenæ.
Dura glarea. Tibul. lib. 1. 7. 59.
Jejuna glarea, i. e. Sicca & sterilis terra. Virg. 2. Georg. 212. Servius.

Glareŏla, æ. dimin. Plaut. Glareolam manu effundens. [Sed non reperi. Forte in Suppos.

Glareōsus, a, um. Adj. Plenum glarea. Plin. lib. 26. cap. 8. Silaus nascitur glareosis & perennibus rivis, cubitalis, apii similitudine.
Glareosa & saxosa amat ficus. Columel. de Arborib. cap. 21.
Glareosa & sabulosa arva. Columel. lib. 2. cap. 10.
Glareosa saxa. Liv. 21. 31. extr. Sigonius ex vetustis codicibus legit Glomerosa. Sed veterem lectionem retinuit Gronov.

Glastum, i. n. [γλάστον] Herba qua fullones pannos inficiunt. Plin. lib. 22. cap. 1. Simile plantagini glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes. Cæsar etiam auctor est, Britannos se hac inficere, quo horridiori sint aspectu in pugna, lib. 5. Bell. Gall. 14. uti quidem in multis codd. scriptum extat. Alii Vitro legunt. V. Ciacc. & Davies. ad loc.

Glaucĭto, āre. Verbum proprium catulis. Auct. Philom.
Glaucitat & catulus: at lepores vagiunt.

Glaucium, [γλαύκιον] Herbæ genus silvestris & erraticæ, Rhœa vocatur: alii Paralion dicunt, nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco. Hæc Plin. lib. 20. cap. 19. Glaucion (inquit Hermolaus) foliis densis, minoribus quam papaveris, sordidioribusque, gustu amaro cum quadam astrictione, granum habet crocei coloris.

Glaucoma, Glaucopis. V. glaucus.

Glaucus, a, um. Adj. [γλαυκός] Quod admistum habet viridi colori alborem quendam. Unde Virg. 4. Georg 182. Glaucas salices, & olivas, & ulvam & equum dixit. Gell. lib. 2. cap. 26. Sed ne viridis quidem color pluribus quam a nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius (V. mox) colorem equi significare viridem volens, cæruleum magis dicere equum, quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore Græco, quam inusitato Latino. Nostris autem Latinis veteribus Cæsia dicta est, quæ a Græcis γλαυκῶπις, ut Nigidius ait, de colore cæli, quasi Cælia. Plin. lib. 9. cap. 36. de conchyliis loquens, Unde conchyliis pretia, quis virus grave in fuco, color austerus in glauco, & irascenti similis mari?
Amictus glaucus Juturnæ. Virg. 12. Æn. 885.
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens: & se fluvio dea condidit alto. Ubi Servius, Glauco amictu, quasi propter undarum similitudinem.
Arundo glauca. Virg. 10. Æn. 205.
Equus glaucus. Virg. 3. Georg. 82. —— honesti
Spadices, glaucique. Ubi Servius, Glauci, Felineis oculis, i. e. Splendore perfusis.
Fronde glauca canentia salicta. Virg. 2. Georg. 13.
Fructus glauci olivæ. Claud. 2. in Eutrop. 271.
Oculi glauci, iidem qui & Cæsii, quales sunt felis & leonis, & noctuæ oculi. Plin. lib. 8. cap. 21. Atque hinc ab Homero γλαυκῶπις Ἀθήνη est appellata, hoc est Pallas cæsios & glaucos oculos habens: quod antiqui summam puellarum pulchritudinem in glaucis oculis constituebant. conf. paulo supra ex Gellio & Virg. allata.
Oliva glauca. Stat. 2. Silv.

Glaucus, i. m. Piscis lautus & nobilis. V. Non. de Re Cib. 3. 28. Buleng. de Conviv. 2. 30. Plin. 9. 16. Quidam rursus æstus impatientia, mediis fervoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratæ. Idem lib. 39. cap. 11. Tradunt glaucum æstate non apparere.

Glaucus, [Γλαῦκος] Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Trojanis venit: cum quo Diomedes memor veteris hospitii junctis dextris amicitiam inivit, armaque commutavit ænea pretio novem boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boum. Auct. Homer. Il. 6. 236.
Glaucus, Sisyphi filius, qui apud Potniam regnavit, equas alebat humana corpora pascentes, a quibus & ipse postremo devoratus. Auctor Probus grammatic. Servius vero dicit Glaucum Potniaden, sacra Veneris spernentem, ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum. Virg. 3. Georg. 267.
—— quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumsere quadrigæ.
Alius fuit Minois filius, ab Æsculapio vitæ redditus. Hygin. Fab. 49.
Glaucus, Antenoris Trojani filius, ab Agamemnone interfectus, ut est auctor Dictys Cretensis lib. 4. cap. 7.
Alius item Lemnius statuarius apud Stephanum in Αἰθάλη.
Alius inter ministros Vulcani, qui Compactionem ferri excogitavit, commemoratur ab Herodoto lib. 1. & ex eo Steph. l. c.
Glaucus piscator, ut habetur in fabulis, pisces captos supra ripam explicuit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba, colligentes sese in mare prosilierunt. Glaucus eam herbam degustans, immortalitatem adeptus Deus marinus factus est, ut est apud Ovid. 13. Met. extr. Biformis glaucus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 12.



Glaucīnus, Adj. [γλαυκοειδής] Glauci colorem habens. Mart. 9. 18. Pallia donavit glaucina, Cosme, tibi.

Glaucōma, ătis. n. & Glaucomatum, i. n. & Glaucōma, æ. f. [γλαύκωμα] Vitium ejus humoris in oculis qui Crystallinus appellatur, nempe dum in colorem glaucum mutatur. Plaut. Mil. 2. 1. 70.
Glaucomam ob oculos objiciemus: eumque ita
Faciemus, ut quod viderit, non viderit. Plin. lib. 29. cap. 6.
Glaucomata dicunt magi cerebro catuli septem dierum emendari, &c. Vetustiores in feminino plerumque usurparunt. V. Voss. Instit. Orat. 5.

Glaucōpis, idis. f. [γλαυκῶπις] V. Glauci oculi, in glaucus.

Glaux, aucis. f. Herba. Plin. 27. 9.

## G L E

Glēba, æ. f. [βῶλαξ, βῶλος] Cæspes terræ: dicta quod sit quasi Globus, aut terra conglobata. Cic. pro Cæcin. 60. Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?
Cæspes & gleba. Cic. pro Cæcin. 60. Vinces profecto non fuisse armatos eos qui saxa jacerent, quæ de terra tollerent: non esse arma cæspites, neque glebas.
Cunctantes glebæ. Virg. 2. Georg. 236. i. e. Magnæ & graves.
Putris gleba. Virg. 1. Georg. 44.
Uviferæ glebæ. Sil. lib. 7.
Adimere nec glebam de aliquorum agris. Cic. 3. de Lege Agrar. 3.
Frangere inertes glebas rastris. Virg. 1. Georg. 94.
Humare glebis, Injecta terra. Cic. 2. de Legib. 57.
Injecta in os gleba. Cic. 2. de Legib. 57. Al. In eos.
Ostendere aquiloni supinatas glebas. Virg. 2. Georg. 261.
Possidere ullam agri glebam. Cic. 5. Verr. 28.
Sitiens gleba, Sicca humus. Claud. de Bell. Gild. 151.
Versare ligonibus glebas. Hor. 3. Carm. 6. 39.
Virens gleba, i. e. Cæspes. Juven. 12. Sat. 85.
Uruntur siccis semina glebis. Hor. Epod. 16. 55.
Lycii Indici glebæ. Est autem Lycium Indicum, Medicamenti genus. Plin. lib. 24. cap. 14. Indici differentia, glebis extrinsecus nigris, intus rufis. Hinc facile colligas, rem omnem in globi modum constrictam, posse glebam appellari. Sic Lucret. 3. 328. Glebæ thuris. Plin. lib. 36. cap. 6. Inter hos primum, ut arbitror, marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, non facile dixerim sectos, an solidis glebis positos. Et cap. 19. ad finem, Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa.

Glebārius, a, um. Adj. ut Boves glebarii. Varro 6. de L. L. 4. E queis, ut dicti valentes glebarii, qui facile proscindunt glebas, &c.

Glebōsus, a, um. Adj. [βωλακώδης] In formam Glebæ. Plin. lib. 35. cap. 15. de sulphure, Genera quatuor: vivum quod Græci apyron vocant, nascitur solidum, hoc glebosum. h. e. In formam glebæ.
Compar. Plin. lib. 35. cap. 16. Altera glebosior, candida. de Samia terra.

Glebālis, e. Adj. Ammian. 23. 5. Agger glebalis.

Glebātim, Adv. Lactant. Mort. Pers. cap. 23. pr. Agri glebatim metiebantur. i. e. Per singulas glebas.

Glebŭla, æ. f. dimin. [βωλάκιον] Columel. lib. 1. 6. extr. Lapillisque carent, & glebulis, quas per trituram fere terrena emittit area. Valer. Max. 5. 3. ext. 3. Nullam, quæ ossibus ejus injiceretur glebulam invenit. conf. Juven. 14. 165. Deinde de aliis rebus; ut, Glebulæ nivis; eodem modo ac Gleba.

Glebulentus, a, um. Adj. Apul. de Deo Socr. pag. 46.

Glechon, ōnis. m. [γλήχων] Pulegium. Apul. de Herb. 92. Diosc. 3. 36.

Glechōnītes, æ. m. [γληχωνίτης] Vinum ex pulegio. Columel. 12. 35. Diosc. 5. 54.

Glessum, i. n. Electri species. Plin. lib. 37. cap. 3. pr. Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari glessum. Itaque & a nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraviam a Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali. Tacit. de Germ. 45. 6. Soli omnium succinum, quod ipsi Glessum vocant inter vada, atque in ipso litore legunt. V. & Buleng. de Conviv. 4. 13. conf. electrum.

Gleucīnum, i. n. [γλεύκινον] Oleum musto & odoramentis conditum. κλεῦκος, mustum. Gleucini olei compositionem vide apud Columel. lib. 12. cap. 51. Plin. lib. 23. cap. 4. Gleucino mustum incoquitur vapore lento. Ab aliis sine igne, circumdatis vinaceis, diebus XXII bis singulis permistum. Consumiturque mustum oleo. Postea recenset quæ admiscentur odoramenta. Gleucini quoque meminit abunde Dioscor. lib. 1. 56.

## G L I

Glis, glīris. m. [ἐλειός] Animal muri simile, quod nutritur in arboribus, & bonam partem anni somno consumere dicitur. Admittebatur conviviis veterum. V. Næv. apud Non. 2. 633. Plin. lib. 8. cap. 57. Martial. 3. 58.
Somniculosos ille porrigit glires. Idem lib. 13. 59.

Glirārium, i. n. [ἐλειοτροφεῖον] Locus in quo nutriuntur glires. Varro 3. de R. R. 15. Glirarium dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur.

Glirius, a, um. Adj. Torpens, stupidus. Gloss. Isidor.

Glisco, [ἐπιδίδωμι] ĕre. Crescere est, inquit Festus: at proprie Latenter crescere significat. V. Serv. ad Virg. 12. Æn. 9. Gebh. Crep. 3. 5. Plaut. Asin. 5. 2. 6. Pulchre hoc gliscit prælium. Idem Capt. 3. 4. 27. Cic. in Hortens. Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit illa, ut ignis oleo. Gell. lib. 2. cap. 7. Eadem autem ipsa, quæ crescente luna gliscunt, deficiente contra luna deficiunt.
Numero gliscere. Tacit. 4. Ann. 5. Quum ex usu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, & aliquando minuerentur.
Anhelo flatu gliscit. Valer. 2. Argon. 278.
Auctoritas gliscit. Tacit. 4. Ann. 36. Punitis ingeniis, gliscit auctoritas.
Certamen gliscit. Tacit. 4. Hist. 43.
Cutis suffusa veneno ac sanie gliscit. Stat. 1. Theb. 107.
Dignatio sacerdotum gliscit. Tacit. 4. Ann. 16.
Discordia gliscit. Tacit. 4. Ann. 17.

Flagitia gliſcunt. Tacit. 14. Ann. 15.
Infamia gliſcit. Tacit. 14. Ann. 15.
Invidia crudelitatis gliſcit. Tacit. 15. Ann. 64.
Libido gugnandi gliſcebat. Sil. lib. 7.
Luxuria interim gliſcebat. Tacit. 16. Ann. 3.
Multitudo periclitantium gliſcebat. Tacit. 3. Ann. 25.
Periculum gliſcit. Claud. 2. in Eutrop. 393.
Poteſtas gliſcebat. Tacit. 3. Ann. 69.
Præcordia gliſcunt. Valer. 3. Argon. 632.
Rabies gliſcit. Plaut. Capt. 3. 4. 27.
Sævitia gliſcit. Tacit. 6. Ann. 19.
Tumor atque audacia menti gliſcit. Stat. 9. Theb. 789.
Violentia accenſo gliſcit Turno. Virg. 12. Æn. 9.
Gliſcere dicitur terra, h. e. Pingueſcere. Columel. lib. 2. cap. 5. Idem lib. 7. cap. 1. Quod etiam in faba ceteriſque leguminibus, quibus terra gliſcere videtur, veriſimile eſt accidere. conf. Non. 1. 83. & 7. 107.

GLISCENS, Partic. [ἐπιδιδοὺς] ut, Adulatio gliſcens. Tacit. 1. Ann. 1. Donec adulatione gliſcente deterrerentur.
Famam in dies gliſcentem ſors diſcuſſit. Tacit. 2. Hiſt. 9.
Malum gliſcens. Sil. lib. 7.
Negotia gliſcentia. Tacit. 11. Ann. 22. Dein gliſcentibus negotiis.
Pericula gliſcentia. Tacit. 15. Ann. 10. Quo gliſcentibus periculis etiam ſub, &c.
Pernicies gliſcens. Tacit. 12. Ann. 54. Mox gliſcente pernicie, &c.
Seditio gliſcens. Liv. 6. 14.

GLISCĔRUS, a, um. Adj. Copioſus, opimus. Ut
Gliſceræ menſæ. Turnebus in Adverſ. 15. 4. Gliſceras menſas, inquit, opimas, opiparas, copioſas, & creſcentibus epularum ferculis refertas, a Gliſcendo dici de grammaticis didicimus. Inde etiam gliſceis partem quandam ſuis vocatam crediderim, quæ in eduliis non contemnendis erat, Præciſum, inquit Nævius, omaſum, pernam, callum, gliſceis, glandia. Hæc Turneb. Adverſ. 15. 4. V. Feſt. in Gliſcere.

## G L O

GLŎBUS, i. m. [σφαῖρα, στρόμβος, σφαίρωμα] Corpus ſolidum undique rotundum. Virg. 6. Æn. 725.
Lucentemque globum Lunæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quumque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus, ſic enim σφαῖραν interpretari placet, ex planis autem circulus &c.
Globus, Quicquid eſt rotundum, non concavum. Plaut. Pœn. 2. 35.
In fundas viſci indebant grandiculos globos,
Ego illos volantes juſſi funditarier.
In cælo animadverſi globi. Cic. 1. de Divin. 97.
Nodoſus globus. Stat. 1. Silv. 6. 59.
Cordis globus. Lucret. lib. 4. 118.
Flammarum globos attollit Ætna. Virg. 3. Æn. 574.
Lanæ globus. Hor. 1. Epiſt. 13. 14. Sed opt. exempl. habent Glomus.
Picei globi. Valer. 3. Argon. 135.
Sanguinis globos vomit. Ovid. 12. Met. 238.
Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincebant. Cic. in Somn. Scip. 6.
Globus terræ eminens e mari. Cic. 1. Tuſc. 68.
Terra, globus. Cic. in Somn. Scip. 6. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quæ terra dicitur.
Globus, [σύστημα] Multitudo hominum, ſive aliorum animalium, aut alterius cujuſcunque rei ſimilis, collecta & quaſi conglobata. Liv. 8. cap. 32. Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem.
Globus conjurationis. Vell. Paterc. 2. 58.
Globus, Manus militum. Veget. 3. 19.
Globus armatorum. Liv. 4. extr. Et lib. 1. 9. Globus juvenum. & 4. 29. pr. Et lib. 3. 47. extr. Globus mulierum.
Hoſtiles globi, i. e. Hoſtium catervæ. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 103.

GLOBŌSUS, a, um. Adj. [σφαιροειδὴς] i. e. Rotundus. Cic. de Univerſ. 15. Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus a mediis radiis attingitur.
Globoſi corporis cucurbita. Columel. lib. 10. v. 383. Lucret. lib. 2. 468.
Globoſa forma. Cic. 2. de Nat. Deor. 116.
Mundus globoſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Globoſa rotunditas. Firmic. lib. 1. cap. 3.
Globoſa ſaxa. Liv. 38. 29.
Globoſæ ſtellæ & rotundæ. Cic. in Somn. Scip. 16.
Terra ſolida & globoſa. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Globoſus turbo. Cic. 2. de Nat. Deor. 89. Ex quodam poeta.

GLOBOSĬTAS, ātis. f. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 15. Globoſitas terræ habitationes omnium æquales ſibi eſſe non patitur.

GLOBO, [σφαιρόω] āre. Aliquid ſolidum in rotunditatem componere. Plin. lib. 2. cap. 2. Formam ejus in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe, nomen in primis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium.
Globari parvis orbibus. Plin. lib. 2. cap. 65. Namque & dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus.
Globari in rotunditatem. Plin. lib. 18. cap. 13.
Nubes globantur. Plin. lib. 18. cap. ult.

GLOBĀTIO, ōnis. f. Firmicus.

GLOBĀTOR, ōris. m. Sidonius.

GLOBĀTIM, Adv. Ammian. 27. 9.

GLOBŬLUS, i. m. dimin. [σφαιρίον] Plin. lib. 33. cap. 5. Cum tinxere pictores, orobitin vocant: ejuſque duo genera faciunt, luteam quæ ſervatur in lomenta, & liquidam globulis ſudore reſolutis. de Chryſocolla orobite.
Globulus, Genus edulii: de quo Cato cap. 80. Globulos, inquit, ſic facito, &c. Al. Globos.

GLŌCĬDO. V. GLOCIO.

GLŌCIO, īvi, ītum, īre. Glocire, vel Glocidare, inquit Feſtus, gallinarum proprium eſt, quum ovis incubituræ ſunt. Ubi alii Glocitare rectius legunt. Fit autem crebris ſingultibus, interjecta voce acuta Columel. lib. 8. cap. 5. Obſervare debet cuſtos, dum edent ova, ut ea quæ nata ſunt, recolligantur: notenturque quo quæque die ſint edita: & quam recentiſſima ſupponantur glocientibus.

GLŎMUS, i. m. & GLŌMUS, ĕris. n. [ἀγαθὶς, στρόμβος] eſt Globus ex filo convoluto factus. Plin. lib. 36. cap. 13. Quo ſiquis improperet ſine glomere lini, exitum invenire nequeat. De labyrinthis.
Glomus ſtaminis albi. Scribon. Largus comp. 142.
Lanæ glomus. Hor. 1. Epiſt. 13. 13.
Ut vinoſa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ. Lucret. lib. 1. 361.
Nam ſi tantundem eſt in lanæ glomere, quantum
Corporis in plumbo eſt.

GLŌMĔRŌSUS, a, um. Adj. Columel. 9. 5. Apes vaſtæ, ſed glomeroſæ.

GLOMERĀRIUS, i. m. Sen. in Controv. 1. 8. extr. De eo Qui in hoſtes glomeratim obſtantes ruere aſſuevit.

GLOMŬLUS, i. m. dimin. Apul. Met. 6. Stewech. p. 439. Confuſiſque in unum glomulum. At Elmenh. p. 177. Grumulum.

GLŎMĔRO, [στρομβόω] āre. Implicare, & in Globi, hoc eſt ſphæræ figuram, filum inducere, inquit Perottus.
Lanam glomerabat in orbes. Ovid. 6. Met. 19.
Glomerare, per tranſlationem, Congregare & accumulare. Varro 3. de R. R. cap. 5. Cibatui offas poſitas, eæ maxime glomerantur ex ficis & farre miſto. Celſ. lib. 7. cap. 22. pr. Maxime ubi inter ſe (venæ) implicatæ glomerantur.
Annus glomerans. Cic. 1. de Divin. 19.
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus. Ex poeta.
Aves glomerantur. Virg. 6. Æn. 311.
Quam multæ glomerantur aves.
Agmina cervi glomerant fuga. Virg. 4. Æn. 155.
Clades glomerata. Cic. 2. Tuſc. 25.
Atque hæc vetuſta ſeclis glomerata horridis,
Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori. Ex Æſchylo converſa.
Greſſus glomerare ſuperbos. Virg. 3. Georg. 117. De equo.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. Virg. 1. Æn. 504. Circa Dianam ſcil.
In orbem glomerantur apes. Virg. 4. Georg. 79.
Fit ſonitus: magnum miſtæ glomerantur in orbem.
Manum glomerare bello. Virg. 2. Æn. 315. i. e. Ad bellum. Servius.
Nives glomeratas agit Corus. Sil. lib. 3.
Nubes glomerantur. Virg. 9. Æn. 689.
Nubes tempeſtatem glomerant. Virg. 1. Georg. 323.
Pulvere glomerari. Plin. lib. 12. cap. 17. Ladanum glomerari pulvere, coqui ſole tradunt.
Saxa ſub auras glomerat Ætna. Virg. 3. Æn. 577.
Ventus incendia glomerat. Virg. 2. Georg. 311.

GLOMERĀTIO, ōnis. f. [στρόμβωσις] Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. conf. Greſſus glomerare, in ipſo verbo.

GLOMERĀTOR, ōris. Qui glomerat. Ennius.

GLOMERABĬLIS, e. Adj. Manil. 1. 220.
Te teſtem dat Luna ſui glomerabilis orbis.

GLOMERĀMEN, ĭnis. n. [στρόμβωμα] Lucret. lib. 2. 685.
Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum Conveniunt.

GLOMERĀTIM, Adv. Macrob. 6. Saturn. cap. 4. Vomitoria in Spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt.

GLŌRIA, æ. f. [κλέος, κῦδος, δόξα, εὔκλεια] Cic. 2. de Invent. 166. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quintil. Conſentiens laus bonorum, gloria appellatur.
Gloria, eſt Illuſtris ac pervagata multorum & magnorum vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Cic. pro Marcel. 27.
Gloria, eſt Solida quædam res & expreſſa non adumbrata: ea eſt Conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute. Cic. 3. Tuſc. 3.
Ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt gloria. Cic. pro Milon. 98.
Æſtus gloriæ. Cic. in Brut. 281.
Æterna gloria. Macrob. in Somn. Scip. lib. 2. cap. 10. Non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.
Avidior gloriæ. V. AVIDUS.
Clarus gloria, & auctoritate gravis. Cic. 2. de Orat. 155.
Cumulatior gloria. V. CUMULATUS.
Cupidus gloriæ & Altiſſimus animus. Cic. 1. Off. 65.
Cupidus ſplendoris & gloriæ. Cic. 1. Off.
Cupiditas gloriæ. Quintil. lib. 7. cap. 3. Quod ipſum feciſſe ſeductum juvenili cupiditate gloriæ fateor.
Curſus gloriæ ſempiternus. Cic. pro Sext. 47.
Curſus ad gloriam. Cic. 10. Fam. 3. extr.
Expers gloriæ. Cic. Expers eſſe debet gloriæ, &c.
Gradus gloriæ diſpares, honorum pares ſunt. Cic. pro Planc. 60.
Palmæ gloria, Victoria. Virg. 3. Georg. 102.
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Virtutis veræ fructus, gloria. Cic. in Piſon. 57.
Gloria & laus. Cic. 1. Philipp. 29. Ea autem eſt gloria & laus recte factorum, & magnorum in Rempub. meritorum.
Hortatrix animoſi gloria lethi. Stat. 9. Theb. 717.
Inſignia gloriæ. Cic. 10. Fam. 13.
Iter gloriæ. Cic. Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ, &c.
Lata gloria, h. e. Late diffuſa & ſparſa. Plin. lib. 4. Epiſt. 12. ad Arrianum, Neſcio quo pacto vel magis homines juvat gloria lata, quam magna. Huc facit quod Macrob. in Somn. Scipion. lib. 2. cap. 10. ſic ait, In appetenda gloria duo ſunt maxima quæ præoptari poſſint, & ut quam latiſſime vagetur, & quam diutiſſime perſeveret.
Magna apud omnes erat gloria nomen Annibalis. Cic. 2. de Orat. 75.
Magna gloria noſtri ævi. Ovid. 17. Epiſt. 59.
Matura gloria. V. MATURUS.
Militaris gloria. Tacit. Agric. 5.
Navalis gloria. V. NAVIS.
Operoſa gloria, Magna & difficilis. Ovid. 2. Epiſt. 63.
Opima gloria. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. De Cn. Scip.
Peruſtus gloria. Cic. 13. Fam. 15.
Romana gloria. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Seges gloriæ. Cic. pro Milon. 36.
Solida veraque gloria. Cic. Brut. 3.
Stimulus gloriæ. Cic. pro Arch. 29.
Ventoſa gloria. Virg. 11. Æn. 708.

Vera,

Vera, gravis, & solida gloria. Cic. 5. Philipp. 50.
Umbra gloriæ. Cic. in Pison. 57.
Abjicere gloriam & deponere. Cic. 2. de Orat. 210. Gloria parta non delectari, sed totam abjicere, atque deponere.
Acquirere gloriam & honorem. Cic. 3. Fam. 7.
Acquirere ad gloriam. V. ACQUIRO.
Adimere. ut, Immortalem gloriam non adimunt, si vitam eripiunt. Cic. Anteq. iret in exil. 22.
Adipisci gloriam. Cic. pro Marcel. 27.
Afficere gloria. V. AFFICIO.
Amplificare gloriam. V. AMPLIFICO.
Ascendere gradibus gloriæ videntur homines. Cic. pro Milon. 98.
Auferre gloriam. V. AUFERO.
Augere gloriam. Cic. 12. Fam.
Alere gloriam. Cic. in Brut. 32.
Cadit gloria. Cic. pro Milon. 98.
Capere maximam gloriam ob amicitiam summa fide servatam. Cic. de Amicit. 25. V. CAPIO.
Circumfluens gloria. Cic. 2. Att. 21. V. CIRCUMFLUO.
Commendare sempiternæ gloriæ aliquem. Cic. 5. Fam. 12. V. COMMENDO.
Comparare gloriam. Cic. 2. Off. 45.
Concedere alicui de gloria. Tacit. 3. Hist. 64. Ne Antonio, Varoque de gloria concederet.
Consequi gloriam. Cic. 1. Fam. 5.
Consequi æternam gloriam. Cic. 10. Fam. 14.
Consequi propriam ingenii gloriam. Cic. 5. Fam. 12.
Cumulare gloriam bellicam eloquentia. V. CUMULO.
Constat summa & perfecta gloria ex tribus his: Si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Cic. 2. Off. 31.
Deflorata gloria. Liv. lib. 37. 58. extr. Gloriamque ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse. Al. Præfloratam.
Divulgata gloria. Lucret. lib. 6. 8.
Dare gloriam immortalem, & sempiternam turpitudinem infligere. Cic. in Pison. 63.
Ducitur maxime gloria optimus quisque. Cic. pro Arch. 26.
Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6.
Duplicare gloriam. Cic. pro Domo sua, 95.
Efferre se gloria & prædicatione. Cic. in Parad. 1.
Esse in gloria, pro Gloria circumfluere. Cic. 2. Att.
Esse gloriæ. Cic. 5, Fam. 12.
Excellit maxime gloria is, qui virtute plurimum præstat. Cic. pro Planc. 16.
Exornare Philosophiam falsa gloria. Cic. 2. Tusc. 12.
Expetenda gloria magis est, si pecunia tantopere expetitur. Cic. 2. de Orat. 172.
Flare inanes glorias, i. e. Inaniter se jactare. Gell. 1. 2.
Floruit Græcia fama, gloria, doctrina, plurimis artibus, imperio & laude bellica. Cic. pro Flacc. 28.
Habere gloriam cum modo. Tacit. 15. Ann. 8. Si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura habuisset.
Habere majorem gloriam dicendi. Cic. de Clar. Orat. 239.
Habet formam honestatis & similitudinem gloria. Cic. 5. de Fin. 69.
Incenduntur omnes gloria ad studia. V. INCENDO.
Infringere gloriam. Cic. pro Milon. 5.
Insistere in gloria. V. INSISTO.
Intendere gloriam, pro Augere. Tacit. 4. Ann. 26. Et huic negatus honor gloriam intendit.
Juncta invidiæ gloria. V. JUNGO.
Mactare perfidum ultioni, & gloriæ. Tacit. 2. Ann. 44. Reddendamque gratiam in acie faterentur, simul perfidos & ruptores pacis ultioni & gloriæ mactandos.
Minuere, vel Imminuere gloriam. Cic. 10. Fam.
Multiplicare gloriam. V. post MULTUS.
Nasci gloriam. Cic. 15. Fam.
Nasci gloriæ. Cic. pro Sext. 89.
Niti ad gloriam immortalem. V. NITOR.
Parere gloriam. Quintil. lib. 3. cap. 7. Quo minores opes fuerunt, eo majorem benefactis gloriam parit.
Parta gloria. Ovid. 21. Epist. 115.
Ponere in gloria. V. PONO.
Præstare gloria. Cic. 1. Off.
Præterire asellos gloria est nulla. Martial. lib. 12. 36.
Quærere gloriam. Cic. 2. Q. frat. 2.
Referre in gloriam. V. IN.
Refrenare, vel Revocare a gloria. Cic. pro Cœl. 76.
Repudiare veram gloriam, levis est animi, splendorem lucemque fugientis. Cic. in Pison. 57.
Retinere gloriam. Cic. 7. Fam. 13.
Revocare omnia ad gloriam & splendorem in imperio & dignitate. Cic. pro Flacc. 28.
Seposita & discors gloria. Ovid. 2. Amor. 12. 11.
Sequitur gloria virtutem tanquam umbra. Cic. 1. Tusc. 109.
Servire gloriæ. Cic. in Catil.
Sit in æterna gloria Marius. Cic. 4. in Catil. 11. Et 3. Off. 85. In maxima & gratia futurus sit & gloria.
Subnixus fulgore gloriæ. Valer. Max. lib. 8. cap. 1. De L. Cotta.
Tenere gloriam. Cic. Hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus.
Titillat gloria. Hor. 2. Serm. 3. 179.
Transmovere in se gloriam. Ter. Eun. 3. 1. 10.
Venire in gloriam. Cic. 2. Att.
Vertere aliquid ad gloriam. Tacit. 13. Ann. 32. Idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.
Plur. ut, Gloriarum plenus, i. e. Jactabundus. Plaut. Mil. 1. 1. 2.
Flare inanes glorias. Gell. 1. 2. V. Supra.
Memorare veteres Gallorum glorias. Tacit. 3. Ann. 45.

GLORIŎLA, æ. f. dimin. [δοξίδιον] Cic. 5. Fam. 12. Et nosmetipsi vivi gloriola nostra perfruamur. Idem 7. Fam. 5. Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

GLORIŌSUS, a, um. Adj. [κλειτός, κλυτός, ἔνδοξος, ὑπερκύδας] Præclarus, excellens, & qui in magna gratia est. Plaut. Epid. 2. 2. 116. Magnus miles Rhodius, raptor hostium gloriosus.
Consilium gloriosum. Cic. 8. Att. 16. Ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus.
Facta illustria & gloriosa. Cic. 1. de Fin. 36.
Fuga Ciceronis sibi gloriosa, patriæ calamitosa. Cic. 1. de Divin. 59.
Mors gloriosa. Cic. 2. de Fin. 97. Quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors.
Ostentatio civitatis magnifica & gloriosa. Cic. pro Flacc. 52.
Philosophia præpotens & gloriosa. Cic. 1. de Orat. 193.
Magnificum illud etiam, Romanisque, hominibus gloriosum, ut, &c. Cic. 2. de Divin. 5.
Præclarum & gloriosum. Cic. 2. Philipp. 27. Longum est persequi ceteros: idque Reipub. præclarum, fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est.
Ad immortalitatem memoriæ gloriosum. Cic. 3. de Legib. 21. Quod nobis quidem egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum, neminem, &c.
In privatis gloriosa, multo magis in regibus commemorabuntur. Cic. pro Deiot. 40.
Gloriosum in vulgus. Cic. 4. Acad. 140. Nisi forte quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere.
Gloriosum mihi. Cic. 9. Fam. 14. Mihi vero gloriosum, te juvenem Consulem florere legibus.
Populari fama gloriosum, ut consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum. Cic. 2. de Fin.
Gloriosum & Invidiosum, contraria. Cic. 1. Philipp. 34. Carum esse civibus, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui vero & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.
Gloriosus etiam in malam partem usurpatur pro Superbo: ut proprie sit Inanis gloriæ cupidus & ostentator: & Qui ad gloriam refert quicquid aut facit aut dicit. Plaut. Truc. 1. 2. 55. Vos nequam & gloriosæ, malæque, &c. Plin. lib. 3. Epist. 9. Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam, jactantes & gloriosas.
Gloriosus miles, apud Ter. Eun. prol. 31. & Cic. 1. Off. 137.

GLORIŌSE, Adv. [εὐκλεῶς] Cum gloria & laude. Auctor de Viris Illust. cap. 47. Ipse quadragies quater accusatus, gloriose absolutus. Cic. 2. Fam. 11. Satis gloriose triumpharem.
Gloriose amiciri, Splendide. Plaut. Pers. 2. 5. 6.
Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose.
Exordiri non gloriose. Cic. 2. de Orat. 31.
Gloriose mentiri. Cic. pro Milon. 73. i. e. Cum gloria sua.
Gloriose, in malam partem. Cic. 3. Tusc. 51. Quoniam hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

GLORIOR, [κυδάω, κυδιόω, καυχάομαι, κομπάζω, μεγαλαυχέω, μεγαλοφρονέω] āri. De se jactanter aliquid pronuntiare, & gloria se & prædicatione efferre. Cic. 5. Verr. Ut tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris. Sic Cæs. 1. Bell. Civil. 4. Inter suos gloriari.
Apud aliquem gloriari. Cic. 1. Off. 78. Licet enim mihi, M. fili, apud te gloriari, ad quem & hæreditas hujus gloriæ, & factorum imitatio pertinet.
Contra fortunam gloriari. Cic. 5. Tusc. 26.
De re aliqua gloriari. Cic. 3. de Fin. 28. Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata?
De suis rebus gestis gloriari. Cic. pro Domo sua, 93.
De se gloriari. Cic. de Senect. 82. Ut de me aliquid, more senum, glorier.
In re aliqua gloriari. Cic. 1. Tusc. 48. Non pudet philosophum in eo gloriari?
In seipso. ut, Quibus rebus quis in seipso gloriatur, easdem in aliis reprehendat non concedit. Cic. pro Ligar. 20.
Insolenter gloriari. Cæs. 8. Bell. Gall. 50. Propterea quod insolenter adversarii sui gloriarentur.
Nimis gloriari. Cic. de Arusp. Resp. 16.
Factis equitum gloriantur cives, lætantur socii, gemunt hostes. Cic. Anteq. iret in exil. 29.
Gloriari, cum Ablat. ut, Nominibus veterum gloriari. Cic. in Orat. 169.
Cum accusativo. Cic. de Senect. 32. Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus.
Se peragrasse omnes provincias gloriari. Cic. 2. de Orat. 258.
Cum dativo. Cic. in Pison. 2. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Hic Mihi abundat. V. Vallam. 3. 52.

GLORIANS, [κυδιῶν] Partic. Cic. 1. de Nat. Deor. 72. Quod & non prædicanti tamen facile quidem crederem, sicut mali ædificii domino glorianti se architectum non habuisse.

GLORIANDUS, [κυδιαστέος] Partic. Cic. 5. Tusc. 49. Beata vita glorianda & prædicanda, & præ se ferenda est.
Prædicabile aut gloriandum nec in misera vita quicquam est. Cic. 5. Tusc. 49.

GLORIĀTIO, ōnis. f. [κύδανσις] Cic. 4. de Fin. 50. Illud vero minime consectarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam. Sic lib. 3. 28. Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam vitam.

GLORIĀTOR, ōris. m. Apul. Flor. 3.

GLORIABĬLIS, e. Adj. [καυχηματίας] Gloss. Gr. Lat.

GLORĬFĬCO, āre. Tertul. de Idol. 22. Deus glorificetur.

GLORIFICĀTIO, ōnis. f. ut, Glorificationem præcedit passio. Augustin.

GLORĬFĬCUS, a, um. Adj. Cod.

GLORIABUNDUS, a, um. Adj. [μεγαλήγορος] Qui gloriatur. Gell. lib. 5. cap. 5. Contemplatione tanti & tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit.

GLOS, gloris. f. [γάλως] Viri soror, inquit Festus. Nonius 19. 4. Glos appellatur mariti soror, atque eadem fratris uxor. Modest. in l. D. de grad. & affin.

GLOSSA, æ. f. [γλῶσσα] Latine Lingua dicitur. Plaut. Casin. 3. 5. 15.
—— timeo hoc negotium quidem,
Nisi hæc ἡμέρα γλῶσσα uspiam percussit flore Liberi. Vide Raphaëlem apud Despaut. 667. H. St. Apud Plautum longe alia lectio in emendatis codd. exhibetur.

Glossa, a Quintiliano, Secretioris linguæ interpretatio dicitur, Quintil. lib. I. cap. 25. Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris (quas Græci glossas vocant) dum aliud agitur, ediscere.
Puto ex non intellecto Fabio ortum esse usum hunc vocis glossa. H. St. V. Ejus Thes. Græc. col. 853. vol. I.

GLOSSĒMA, ătis. n. [γλώσσημα, χεῖλος] Quintil. lib. I. cap. 8. Circa glossemata etiam, id est voces minus usitatas, non ultima ejus professionis diligentia est. Varro lib. 6. de L. L. 3. exponens versum Ennii, Cælitum Camilla expectata advenis, salve hospita Camilla. Camilla, inquit, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. addi oportet, In his quæ occultiora. Mosellanus: Colligere licet, glossemata & glossas apud Fabium priscas & poeticas voces recte intelligi, quas idem Fabius jam ante, linguam secretiorem interpretatus est, & hic voces minus usitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendum est Glossematicum dicendi genus. Qui itaque apud veteres, has voces interpretabantur, in Græcorum commentariis Glossographi dicuntur. Hactenus Mosellanus. Vide Cælium lib. 13. cap. 4. Asinius Gallus apud Suet. de Clar. Gramm. 22. extr. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit.

Qui caput ad lævam didicit, glossemata vobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis. Al. Deicit.

GLOSSEMATĬCUS, a, um. Adj. ut, Glossematicum dicendi genus apud Diomed. Gramm.
Γλωσσηματικός, Male Suidas Γλωσσηματικὸν quandam dialectum esse aït. In πρώτῃ, dicit τινὰ γλωττάδα apud Thucydidem. H. St.

GLOSSĀRIUM, i. n. [γλωσσάριον] Gell. 18. 7. Vos philosophi, mera estis, ut M. Cato aït, mortuaria glossaria.

GLOTA æstuarium. V. CLOTA.

GLOTTIS, ĭdis. f. [γλωττίς] Latine Lingula dicitur. Hinc Plin. lib. 10. cap. 23. avem (quæ rex coturnicum appellatur) glottida vocavit. Glottis, inquit, prælongam exerit linguam, unde ei nomen.

## G L U

GLŪBO, i, ĭtum, [λεπίζω] ĕre. Corticem detrahere. Cato de R. R. cap. 33. Salictum, suo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conservato. Catull. 56. 5.

Nunc in quadriviis, & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes. h. e. Denudat, & ad singula vestimenta redigit. Bud. in Annotat. poster. Erasmus tamen in adagio, Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere, sic ait. Est autem Deglubere, Pellem detrahere. tractum a rusticis, qui deglubere vocant, siliquam, aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica: unde & Catullus in obscænum sensum detorsit, ut dicat virum a muliere deglubi. Hæc ille. V. DEGLUBO.
Glubi pecus dicitur, ut Festus ait in Gluma, Cujus pellis detrahitur.
Glubere ramos, Distringere, valde stringere, inquit Nonius 2. 388.
Varro de R. R. lib. I. cap. 55. Durities enim eorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

GLŪMA, æ. [ἔλυτρον] Hordei tunicula, inquit Festus, dictum quod glubatur id granum. Varro I. de R. R. cap. 48. de frumento loquens, Granum dictum quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus ejus. Arista, quæ ut acus tenuis longa eminet e gluma. Proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista. Paulo post, Videtur vocabulum etymon habere a Glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. conf. Non. 2. 378. Scribitur & Cluma. q. V.

GLŪTEN, ĭnis, sive GLUTĬNUM, i. n. [κόλλα] Plin. lib. II. cap. 39. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumque præcipuum. Idem lib. 26. cap. 8. Taurinum gluten. Idem lib. 13. cap. 12. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu. Fidelissimum glutinum. Plin. lib. 28. cap. 17. non procul a fine. Glutine materies taurino jungitur una. Lucret. lib. 6. 1066.

GLUTĬNŌSUS, a, um. Adj. [κολλώδης] Tenax. Plin. lib. 35. cap. 16. Prioris laus ut recens sit, & levis, linguæque glutinosa. Columel. lib. 3. cap. II.

GLUTĬNO, [κολλάομαι] āre. Conjungere, ferruminare. Plin. lib. 35. cap. 15. Vis bituminis, quæ sulphuris, sistit, discutit, contrahit, glutinat. Idem 28. 18. Quo genere sistitur sanguis & vulnus glutinatur. Cels. 5. 2. Vulnus glutinare.

GLUTINĀTIO, ōnis. f. Cels. 7. 27. Solida glutinatio vulneris.

GLUTINĀTOR, ōris. m. [κολλητής] Cic. 4. Att. 4. Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris: iisque imperes ut sumant membranulam, ex qua indices fiant. V. Lucil. apud Non. 8. 68.

GLUTINAMENTUM, i. n. [κόλλησις] Compactio, conjunctio. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur & lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis tenia. De chartis loquitur.

GLUTTUS, i. m. Pars colli qua cibi transmittuntur. Ficta vox per onomatopœiam; nam Glus est Imitatio soni, quem edit liquor per angustum tramitem means. Casaub. in Pers. 5. Sat. 112.

Inque luto fixum possis transcendere nummum,
Nec glutto sorbere salivam mercurialem. Hinc

GLUTTIO, īre. Vet. Gloss. Vel, ut frequentius scribitur,

GLŪTIO, [καταπίνω] īre. Devorare. Juven. 4. Sat. 28.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem?
Glutire vocem. Plin. lib. 10. cap. 12. Pessima eorum significatio, quum glutiunt vocem velut strangulati. de corvis.

GLUTO, ōnis. a Glutiendo, dicitur Gulosus & vorax homo, seu avidus devorator. Huc nonnulli referunt locum Persii 5. Sat. 112. Sed perperam. V. supra GLUTTUS.

GLUTUS, a, um. Adj. ab Antiquis usurpatum pro Unito & bene subacto. Cato cap. 45. Locus bipalio subactus fiet, beneque glutus fiet. Plin. lib. 17. cap. 18. Festus, Glitis, Subactis, lævibus, teneris. ut vel ita in Catone legendum sit, vel utroque modo dicatur, ut Maxumus & Maximus.

## G L Y

GLȲCĔRA, æ. f. vel GLYCĔRE, es. f. [Γλυκέρα] Amica Menandri fuit, de qua Martial. 6. 40.

Nec Glycere, vere Thais amica fuit. Sensus est, Glycere erat Menandri poetæ amica, quod ex Glyceres Græcis ad eum Epistolis, quæ hodieque extant, cognoscimus: Thais tamen ab eo sic in comœdiis introducta frequenter & celebris reddita est, ut ipsa videatur non Glycere Menandri amica fuisse. Hæc Turneb.
Fuit & Horatii amica. I. Carm. 19. 5.

Urit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius. Et 3. Carm. 19. 28.
Me lentus Glyceræ torret amor meæ. conf. I. Carm. 30. 2. & 33. I.

Item, Corollarum inventrix apud Plin. 35. II.

GLYCĔRIUM, i. f. [Γλυκέριον] dimin. ejusd. Meretricis nomen in Terentii Andria. Utrumque a Dulcedine tractum.

GLȲCON, [Γλύκων] Vir robustissimus, & gladiatoria quadam totius corporis firmitate: Hor. I. Epist. I. 30.

Nec quia desperes invicti membra Glyconis, &c.

Fuit & Glycon, Medicus C. Pansæ cum Hirtio consulis. Cic. ad Brut. 6. Tibi Glycona medicum Pansæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissime commendo. Audimus enim venisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ, custodirique ut parricidam. V. Suet. in August. cap. II. Al. Glaucon.

GLYCYRRHIZA, [γλυκύῤῥιζα] Dulcis radix. *Regalice*. Diosc. 3. 7. Plin. 22. 9.

GLYCYMĒLUM, i. n. [γλυκύμηλον] Malum dulce, quod & Melimelum. Diosc. I. 136.

GLYCYSIDE, es. f. [γλυκυσίδη] Pæonia herba. Diosc. 3. 148. Plin. 24. 4. & 27. 10.

GLYPHĪCE, es. f. [γλυφική] Sculptura. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 29. 24.

## G N

CN. F. A. N. Gnæi filius Auli nepos. GN. F. AP. N. Gnæi filius Appii nepos. GN. F. C. N. Gnæi filius Caji nepos. Cum multis ejusdem generis; de quibus V. Sertor. Ursatum de Notis Romanorum. GN. N. T. M. DD. Genio numini tutelari monumentum dedicavit, vel tutelari meo dedit. GN. S. Genio sacrum. GNT. Gentes.

GNÆUS, i. m. Prænomen apud Romanos; quo nominati fuerunt, Qui nævum aliquem nascentes habuissent. Ita in Pandectis Florentinis scribitur aliquando Næus (quasi Nævus) cui voci antiqui G, vel C præponebant, unde fit Gnæus vel Cnæus. Sic enim scriptum legimus a Valerio, vel alio, quisquis fuit, qui Epitomen de nominibus reliquit. Gnævus, inquit, ob insigne nævi appellatus est. Quod unum prænomen varie scriptum notatur. Alii enim Næum, alii Gnæum, alii Cnæum, scribunt. Qui G littera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea littera usa est. V. in principio hujus litteræ G. Gnæus, & Corporis insigne, & Prænomen, a Generando dicta esse, & ea ipsa ex Græco γίγνεσθαι, apparet, inquit Festus. Scribitur & sine diphthongo Gneus.

GNAPHALIUM, i. [γναφάλιον] Herba inventitia. Plin. lib. 27. 10. Gnaphalion, alii chamæzelon vocant, cujus foliis albis mollibusque pro tomento utuntur. Eandem cum Centunculo putant, de quo. lib. 24. cap. 15. Hinc etiam vulgo *Coronaria* appellatur.

GNĀRUS, a, um. Adj. [εἰδήμων, ἐπιστήμων] Sciens & peritus alicujus rei. Plin. lib. 9. cap. 35. Concha ipsa quum manum videt, comprimit sese, operitque opes suas, gnara propter illas se peti. Cic. in Orat. 15. Gnarumque, quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur. De Pericle.
Gnarus sum loci ejus. Plaut. Rud. I. 3. 28.

Nec loci sum gnara, nec diu hic fui. Columel. in præf. Armorum ac militiæ gnaros. Plin. lib. 9. cap. 8. Gnara temporis multitudo.
Rerum gnarus. Sil. lib. 7.
Reipublicæ gnarus Sisenna. Cic. de Clar. Orat. 228.
Gnari tergi nostri tortores. Plaut. Asin. 3. 2. 6.

Tortoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi. Al. Indoctoresque.

Gnarus, pro Cognito. Tacit. I. Ann. 63. Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis. Item 15. Ann. 61. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.
Huic dictioni Gnarus præposita est littera G, quo dulcius sonaret: quemadmodum factum est dictionibus Gnavus & Gnotus. Cic. in Orat. 159. Noti erant, & Navi, & Nari, quibus quum IN præponi oporteret, dulcius visum est, Ignoti, Ignavi, & Ignari dicere, quam ut veritas postulabat. conf. IGNARUS.
Gnarior, ōris. Compar. Arnobius lib. 3. adversus gentes. V. GNARURES.

GNARĬTAS, ātis. f. [ἐπιστημοσύνη] Sallustius in fragm. 3. Hist. Namque alii fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi, alii globis eruptionem tentavere. Ammian. 16. 3. Juvante gnaritate.

GNARĪGO, āre. Narrare. Festus. ex Liv. [An Gnarifico?

GNARŪRIS, e. pro Gnarus, vox antiqua & obsoleta. Plaut. Most. I. 2. 17.

Simul gnarures vos volo esse hanc rem mecum. i. e. Gnaros. est enim accusativus pluralis. Hac etiam usus est in prol. Pœn. 47.
Ad argumentum nunc vicissatim volo
Remigrare, ut æque mecum sitis gnarures. i. e. Gnari. [Immo Ignarures, ignari.] In lexico etiam Latinogræco reperi Gnarurem γνώριμον, & Gnarurat γνωρίζει. Hæc Turneb. Auson. 22. Epist. 19.
Non cultor instans, non arator gnaruris. Et Arnob. 2. [an 3?]
Cur esse dicatis in aliis præceptionibus gnarures. al. Gnariores.

GNARŪRO, āre. [γνωρίζω] Gloss. Gr. Lat. V. dict. super.

GNATHOS, [γνάθος] Latine Gena, Maxillave dicitur, aut Bucca. Inde apud Terentium Gnatho parasitus.

GNATHO, ōnis. [Γνάθων] Vir Siculus, ob gulam voracitatemque famosissimus. V. PHILOXENUS. Usurpatur pro Homine impuro & nihili. Cic. 2. Philipp. 15. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam!
Vide in Ballio, pro Parasito. Gall. *Jouffart*. H. St. Hodie *Jouffeu* dicitur potius, pro Buccone, qui Græcis Gnathon.

GNATHONĬCUS, a, um. Adj. confictum ad similitudinem nominum Sectarum Philosophorum. Ter. Eun. 2. 2. 33.

Si potis est, tanquam philosophorum habent discipuli ex ipsis
Vocabula, parasiti item ut Gnathonici vocentur.

GNATIA, Oppidum Apuliæ. Hor. I. Serm. 5. 97.

—— dein Gnatia, lymphis
Iratis exstructa, dedit risusque jocosque. GNATUS,

GNATUS, i. m. [τέκνον] Filius. Eadem ratione præponitur illi G, qua dictioni Gnarus. q. V. & Natus in NASCOR.
Dulces gnati. Lucret. lib 3. 908.
Mansit huic unicus gnatus domi. V. MANEO.
Ætas gnati non est ad præcepta. Cic. pro Planc. 59. Al. Gravis.
GNAVUS, a, um, vel NAVUS, Adj. [δραστήριος, φιλεργός] Celer ac strenuus, a navium velocitate dictus, inquit Festus. q. V. additur G per prosthesin, ut in Gnatus.
Juventa gnava. Ovid. 1. de Pont. 10. 12.
Timor gnavus. Sil. lib. 7. 349.
Gnavus mane forum, & vespertinus pete tectum. Hor. 1. Epist. 6. 20.
Gnavus & Ignavus contraria. Columel. lib. 11. cap. 1.
Gnavus & Industrius. Cic. 5. Verr. 53. & pro Lege Manil. 18.
Gnavus, pudens & probus. Cic. 5. Verr. 120
GNAVE vel NAVE, Adv. [δραστηρίως] Plaut. apud Fest.
Nave agere oportet, quod agas, non ductarier. Al Ductorie.
GNAVITER, vel NAVITER, Adv. [δραστικῶς] Strenue, Diligenter. Liv. 10. 39. pr. Ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis, nec gnaviter pugnatum. Idem. 24. 23. Bellum naviter geri. Ter. Eun. 1. 1. 6.
Verum si incipies, neque perficies naviter.
Gnaviter agere aliquid. Hor. 1. Epist. 1. 24
Gnaviter illum amo. i. e. Multum. Plaut. Cist. 1. 1. 87.
Ut me, quem ego amarem gnaviter, sineret cum eo vivere.
al. Graviter.
Naviter, Prorsus, [ἀκριβῶς] ut Naviter plenum. Lucret. 1. 526.
Alterius igitur nimirum corpus inani
Distinctu'est: quoniam nec plenum naviter extat:
Nec porro vacuum. Sensus est, Hoc universum neque est prorsus plenum & corpus merum, nec vicissim prorsus inane, sed corpore & inani distinctum. Lambin.
GNAVITAS vel NAVITAS, ātis. f. [δραστήριον] Cic. 10. Fam. 25. Istamque operam tuam, navitatem, animum in remp. celeritati præturæ anteponendam censeo. al. Navatam, sublata distinctione.
Gnavitas studiosa. Arnob. lib. 1.
GNAVITIES, ēi. f. Gloss. Gr. Lat. Ἀρετή, Industria, navities, virtus.
GNEUS. V. GNÆUS.
GNIDE, Piscis genus: quam nos Urticam vocamus. Plin. lib. 31. cap. 11. Alii scribunt Cnide, quia ex Græco Κνίδη. V. Diosc. 4. 94.
GNIDUS, Promontorium Cariæ, apud Melam lib. 1. cap. 16. Nunc *Cabo de Chio* vocatur, ut scribit Olivarius in Melam. V. CNIDUS.
GNOMA, vel GNOME, [γνώμη] quæ Latine dicitur Sententia. V. Quintil. lib. 8. cap. 5.
GNOMON, ōnis. m. [γνώμων] Regula. Stilus horologii, cujus umbra internoscuntur horæ. Plin. lib. 2. cap. 72. Umbilicum interpretatur.
Gnomon dicitur Parallelogrammum deficiens diagonali altero. Eucl. 2. Elemen. in deff. 2. In omni parallelogrammo spatio, unum quodlibet eorum, quæ circa diametrum illius sunt parallelogrammorum, cum duobus complementis, Gnomon vocetur.
Groma, inquit Festus, Genus machinulæ cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod Genus Græci dicunt γνώμονα.
GNOMONICE, es. f. [γνωμονική] Scientia horologia sciotherica faciendi. Plin. lib. 2. cap. 76. Umbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus: primusque horologium quod appellant sciotericon, Lacedæmone ostendit.
GNOMONICUS, i. m. Hujusce artis peritus. Solin. cap. 40.
GNOMONICUS, a, um. Adj. Pertinens ad Gnomonicen. Gnomonicæ rationes. Vitruv. 9. 4.
GNOSCO. V. NOSCO.
GNOSOS, [Κνωσσός] Urbs Cretæ in plano sita, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo lib. 10. appellata fuit a fluvio præterlabente. Ea fuit Minois regia. V. Pomp. Mela 2. 7. Hinc
GNOSIUS, a, um. Adj. [Κνώσσιος] Ex ea urbe civis. Gnosia regna. Virg. 3. Æn. 115. Sic, Gnosia stella, Corona Ariadnes. Virg. 1. Georg. 222.
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ.
Humus Gnosia. Ovid. 4. Epist. 68.
Litora Gnosia. Catul. 62. 172.
Pharetra Gnosia. Propert. lib. 2. 12. 10.
GNOSIACUS, a, um. Adj. [Κνωσσιακός] ut
Corona Gnosiaca. Stat. 1. Silv. 6. 88.
Regnum Gnosiacum. Ovid. 9. Met. 668.
GNOSUS, a, um. aliud Adj. Lucan. lib. 3. 185.
— Gnosasque agitare pharetras.
GNOSIS, ĭdos. f. [Κνωσσίς] Ovid. 15. Epist. 22.
Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit. Intelligit Ariadnen.
GNOSTICUS, a, um. Adj. [γνωστικός] Sciens. Hieron.
Gnostici, orum. Hæretici primi sæculi, qui perfectam scientiam sibi arrogarunt. V. Epiphan. Hær. 26. Irenæum adv. Hær. 1. 24.
GNOTU, pro Cognitu. Festus. Antiquum.

## G O

GORD. Gordianus. GOTH. Gothicus. GOTH. M. vel MAX. Gothicus maximus.
GOBÆUM, [Γόβαιον] Promontorium, Galliæ oppidum apud Ptolemæum. Vulgo *Le four*. Volaterranus dicit esse *Tombelaine, pres saint Michel.*
GOBEUM, in Britannia minore, nunc dicitur *Sanctus Matthæus.*
GOBIO, ōnis. m. vel GOBIUS, i. m. [κωβιός] Piscis qui si litoralis est, Venetis nomen retinet: si vero fluviatilis, is sane erit qui a Gallis vulgo appellatur *Goujon*. Plin. lib. 9. cap. 57. Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piscium, maxime gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes. Martial. lib. 13. 88.
Principium cœnæ gobius esse solet. Columel. lib. 8. cap. 17.
Et cammarus, exiguusque gobio. conf. Juven. 11. Sat. 37.
GOBRYAS, [Γωβρύας] Vir Persa nobilis, unus ex his qui cum Dario conjurarunt. Nam erat Darii socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, ut ostendit Herodotus circa initium lib. 7.
GOLGON, i. n. vel GOLGI, orum. m. pl. [Γολγόν, ἢ Γολγοί] Cypri oppidum. Catullus 61. 96.
Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum. de Venere loquens.
GOMPHI, [Γόμφοι] Oppidum primum Thessaliæ venientibus ab Epiro. Cæs. 3. Bell. Civil. 80.
GOMPHUS, i. m. [γόμφος] Clavus ligneus. Nonnulli de Fibula ferrea interpretantur. Stat. 4. Silv. 3. 48.
Et crebris iter alligare gomphis.
GONARCHE, es. f. Horologii solaris genus apud Vitruv. 9. 9.
GONGER, gri. m. Piscis. Plin. 32. 11. Idem ac Conger. q. V.
GONORRHŒA, æ. f. [γονόῤῥοια] Vitium est membri genitalis, videlicet quum præter voluntatem emittit semen. Firmic. lib. 3. cap. 7. Mors illi per gonorrhœam, id est feminis defluxum, fertur.
GORDIANUS, Trium Imperatorum Romanorum nomen. V. Spanhem. de Usu & Præst. Numm. diss. 10.
GORDIUS, [Γόρδιος] Rex Phrygiæ Midæ pater, primo rusticus. Nam quum Phryges oraculum consuluissent super electione regis: responsum est ut illum crearent regem, qui primus templum intraret. Itaque primus venit Gordius rusticus, lora plaustri portans. Qui rex factus, lora illa in memoriam rei in Gordio oppido suspendit in templo Jovis: quæ ita erant perplexa, & connexa, ut difficillime possent dissolvi: & ferebatur oraculum ut qui lora illa dissolveret, regno potiretur. Hinc Gordianus nodus, Proverbium de Re difficili, de quo vide Erasmum in Chiliad. & Strab. lib. 12.
GORGE, Meleagri soror. Ovid. 8. Met. 542.
GORGIAS [Γοργίας] Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis discipulus, Isocratis autem & aliorum philosophorum & rhetorum præceptor. Ejus extant Orationes in Aldina editione Græcorum Oratorum. V. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Concinnitatis princeps Gorgias. Cic. in Orat. 103.
Magister Isocratis Gorgias. Cic. de Senect. 13.
Isocrates adolescens senem Gorgiam in Thessalia audivit. Cic. in Orat. 167.
Gorgiæ tantus honos est habitus a Græcia, soli ut ex omnibus, Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. Cic. 3. de Orat. 127. V. Victorii Varias Lectiones lib. 5. cap. 9.
Centum & septem complevit annos Gorgias. Cic. de Senect. 13.
Numerosa oratione maxime delectabatur Gorgias. Cic. in Orat. 167.
Leontinus Gorgias se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiabat. Cic. 1. de Orat. 103.
GORGONES, [Γοργόνες] dictæ sunt Phorci filiæ, scilicet Scilla, [Al. Euryale] Medusa, Sthenio quæ Dorcades insulas in Oceano Æthiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. quæ ab agilitate nomen habent γοργὸν enim, Agile vel terribile dicunt. Scribit Diodorus feminas fuisse in Africa bellicosas, adversas quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellaverit ac interfecerit.
Gorgones tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem, quæ omnes unum oculum habebant, quo invicem utebantur: Sthenyo, Euryale, Medusa. Serenus tamen poëta dicit Puellas fuisse unius pulchritudinis: quas quum vidissent adolescentes, stupore torpebant: unde fingitur quod si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem. Hæc pluraque Servius in 6. Æn. 289. V. Ovid. 4. Met. ad fin.
GORGO, sive GORGON, ōnis. f. dicta est Medusa, apud poetas ex Gorgonibus sola celebris.
Os Gorgonis pulcherrimum, cinctum anguibus. Cic. 6. Verr. 124.
Rigida cum Gorgone Perseus. Claud. 1. in Ruff. 280.
Sæva Gorgone effulgens Pallas. Virg. 2. Æn. 616.
Tristis Gorgo. Valer. 3. Argon. 54.
GORGONEUS, possess. [Γοργόνειος] Ovid. 4. Met. 778.
Gorgoneas tetigisse domos.
Anguis Gorgoneus. Ovid. 3. de Arte Am. 504. al. Ignis.
Hydræ Gorgoneæ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 225.
Gestatrix Gorgonei monstri. Valer. 4. Argon. 605.
GORGOPHORUS, a, um. Adj. [Γοργοφόρος] ut, Pallas Gorgophora: quasi Gorgonem ferens. In ejus enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cic. Anteq. iret in exil. 24. Teque Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas Minerva, ceterique dii, deæque immortales, &c.
GORGONIA, [γοργόνια] inquit Plin. lib. 37. cap. 10. nihil aliud est quam Corallium: nominis causa, quod in duritiem lapidis mutatur.
GORGONIUS, Viri proprium male olentis. Hor. 1. Serm. 2. 27.
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.
GOROGYTION, Vir Trojanus, Priami & Castianiræ filius: formaque & viribus præstans, ut dicit Homer. 8. Iliad.
GORTYNA, [Γόρτυνα] Urbs Cretæ, pulchris cincta muris, teste Hom. Iliad. 2. quam teste Solino Lenæus præterfluit amnis, per quem Europam tauri dorso usque ad eam portatam ferunt. Vulgo *Cortyn*.
GORTYNIS patronymicum femininum, pro possessivo. ut, Arundo Gortynis. Lucan. lib. 7. 214. i. e. Sagitta Gortynia, sive Cretensis.
GORTYNIUS, a, um. Adj. [Γορτύνιος] ut, Spicula Gortynia. Stat. 3. Theb. 361.
Tecta Gortynia. Catul. 62. 75.
GOSSAMPINUS, i. m. Arbor lini ferax. Plin. lib. 12. cap. 11.
GOSSIPION, i. n. [ξύλον] Frutex laniger, de quo Plin. lib. 19. cap. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum. cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore mollitiave præferenda. V. XYLON.
GOTTHI, vel GOTHI, [Γότθοι] Immanes Scythiæ populi, qui Italiam Galliam & deinde Hispaniam invaserunt, regna multa, & oppida præclarissima vastarunt, leges & litteraturam omnem sub pedibus proculcarunt. Gotthorum historiam vide apud Volaterr. & præsertim Phill. Cluver. Ant. Germ. 3. 34. Nisi probabilior seq. dict. proposita sententia.
GOTTHIA, [Γοτθία] Regio Europæ, contermina Daniæ & Norvegiæ, quæ & Scandinavia dicitur; ex qua primum orti sunt Gothi, vel Patria ipsa Gothorum, & metonymice Gens Gothica. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 5. 2. 67.
GOTHICUS, a, um. Adj. Aureliani Imperatoris cognomen Triumphale, ob Victoriam de Gothis partam. Gruter. Inscript. 4. p. 276. Ursatus de Not. Rom. Antiq. Thesaur. Græv. Tom. 11. p. 734. B.

GR. Gratis, Grex. GR. Gerit. GRA. Gratia. GRAC. vel GRACH. Gracchus. GRANS. Gratianus. GRAT. AG. Gratias agit. GR. D. Gratis dictum.

GRĂBĀTUS, i. m. Græce κράββατος, duplici ββ, Lectus vilis & exiguus. Cic. 2. de Divin. 129. Venit enim jam in contentionem, utrum sit probabilius, deosne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, concursare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verumetiam grabatos. Martial. lib. 12. 32.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa. Idem lib. 1. 93.

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati. Ubi Perottus, Grabatum proprie vocamus Exiguum lectum in quo meridiari solemus: dictum quasi Carabatum, quod in eo, capite recumbamus. κάρα enim caput, βατὸν pervium Græci appellant. Catul. 10. 22. & Buleng. de Convivio, 1. 28.

GRABATŬLUS, i. m. dimin. Apul. 1. Milef. pag. 107.

GRABATĀRIUS, i. m. [κλινοπηγός] Grabatorum faber. Gloff. Gr. Lat.

GRACCHUS, Cognomen est Semproniorum, de cujus origine diverse fcripferunt auctores: a Gracilitate corporis dictum fcribit Charisius. Varro autem a Gerendo, quia mater ejus, qui primus Gracchus dictus est, duodecim menses uterum gefferit, ac propterea fine afspiratione fcribendum, ut ait Scaurus. Quintil. tamen lib. 1. cap. 9. afspirationem a veteribus in hac voce neglectam, a recentioribus fuisse adhibitam fcribit. Parcissime, inquit, afspiratione veteres usi, etiam in vocalibus, quum œdos ircosque dicebant. Diu deinde obfervatum ne confonantes afspirarentur, ut in Graccis & Triumpis. Nonnulli a Loquacitate Graccos dictos fuisse putant. Sed Varroni aut Charisio libentius affenferim. V. Drakenb. ad Sil. 4. 497.

Ti. Ghracchus Prætor anno DLXXIII, Celtiberos vicit, CCC eorum oppida delevit, monumentumque fuorum operum Gracchurim oppidum in Hifpania conftituit, & de Celtiberis triumphavit. Epit. Liv. lib. 41. Appianus in Iberica. Idem COS. cum C. Claudio exercitum in Sardiniam duxit, & omnes Sardorum populos, qui defecerant, in deditionem redegit, deque iis bis triumphavit. Liv. lib. 41. cap. 16. Meminit hujus cenfuræ quoque Liv. lib. 43. cap. 16. feq. Valer. lib. 6. cap. 5. Cic. lib. de Orat. & 2. de Nat. Deor. Huic duo fuerunt filii Ti. & C. ambo eloquentes & plebis ftudiofiffimi. Itaque Rempub. perniciofis legibus in plebis gratiam fcriptis labefactarunt. Qua de cauffa uterque est occifus. Ti. a P. Nafica, & decem annis post C. ab Opimio COS. & utriusque corpus in Tiberim projectum est. Epitome Liv. 58. Plutarch. in Gracchis. Appian. lib. 1. Vellejus lib. 2. & Epitome Liv. 60. & feq. Valer. lib. 1. cap. 7. & lib. 6. cap. 8. & lib. 8. cap. 10.

GRACCHĀNUS, a, um. Adj. Quod est Gracchi. Quintil. lib. 11. cap. 3. Aut Gracchanum illud, Quo me mifer conferam?

Gracchani judices. Cic. de Clar. Orat. 128. h. e. Gracchi mortem ulti.

GRACCHURIS, [Γράκχουρις] Urbs Hiberæ regionis: dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Ilurcis nominabatur. Fest. V. GRACCHUS.

GRĂCĬLIS, e. [ἰσχνός, ῥαδινός, σφηκώδης, λεπτός] Tenue, ac corpore macilentum. Ter. Eun. 2. 3. 21.

Haud fimilis virgo est virginum noftrarum, quas matres ftudent Demiffis humeris effe, vincto pectore, ut graciles fient. Quo in loco Probus nobilis grammaticus legit, Ut gracilæ fient, a nominativo fingulari hæc Gracila, quomodo dicimus Imbecillus & Imbecillis. V. mox.

Artus graciles. Ovid. 2. Amor. 10. 23.
Arundo gracilis. Sen. Hippol. 6.
Capellæ graciles. Ovid. 1. Met. 299.
Corpus gracile. Ovid. 1. de Pont. 10. 21.
Lapis gracilis & putris. Plin. Epift. 236.
Liber gracilis. Martial. lib. 8. 24.

Siquid forte petam timido, gracilique libello.

Marmor gracile. Plin. lib. 5. Epift. 101.
Nucleo glans gracili. Plin. lib. 12. cap. 21.
Vindemiæ graciles. Plin. 8. Epift. 15.
Umbra gracilis. Ovid. 4. Trift. 10. 86.

GRĂCĬLUS, a, um. antiquum pro Gracilis. Lucil. lib. 8. Sat.
— quod gracila eft, pernix, quod pectore puro,
Quod puero fimilis. Non. 8. 48. conf. in Gracilis dicta.

GRACILĬTER, Adv. Apul. Met. 3. pag. 130.

GRACILĬTAS, ātis. f. [ἰσχνότης, λεπτότης] Corporis habitus tenuior. Cic. de Clar. Orat. 313. Erat eo tempore in nobis fumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue corpus, &c.

Gracilitas crurum. Suet. Calig. 3.

Exigere gracilitatem ftilo. Quintil. lib. 1. cap. 9. Igitur Æfopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime fuccedunt, narrare fermone puro, & nihil fe fupra modum extollente, deinde eandem gracilitatem ftilo exigere condifcant. V. in EXIGO.

Pl. Gracilitates. Cic. de Clar. Orat. 64.

GRACILITŪDO, ĭnis. [ἰσχνότης] Accius Amphitryone, Tamen & ftatuæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Non. 2. 364.

GRACILENTUS, a, um. Adj. [ἰσχνός] Idem quod Gracilis. Enn. lib. 7. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Non. 2. 364.

Ufus est & Gellius 4. 12. Equum gracilentum habere. conf. 19. 7.

GRACĬLENS, Adj. [λεπτός] Nevius Protefilaodamia, Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Non. 2. 364. Al. Gracilans, vel Graciteus.

GRACILESCO, [ἰσχναίνομαι] ĕre. Gracile & tenue fieri. Plin. lib. 17. cap. 22. Quum alias feftinatione pariendi gracilefcat. al. Gracilis.

GRACILĪPES, ĕdis. m. Petron. cap. 55. Ciconia gracilipes.

GRACILLO, āre. Auct. Philom. 25.

Cucurrire folet gallus, gallina gracillat.

GRACUS, i. m. [κολοιός] Avis est minime canora, fed tamen odiofe garrula atque obftrepera. Dicta vel a voce: vel quod gregatim volitet: vel a gerendis baccis. V. dict. feq.

GRACŬLUS, i. m. dimin. [κορακίας] Plin. lib. 11. cap. 29. In Lemno infula certa menfura præfinita eft, quam finguli enecatarum ad magiftratus referant. Graculos quoque ob id colunt, adverfo volatu occurrentes earum exitio. Feft. lib. 7. Graculi, inquit, a fono oris vocati: five a gerendo dicti, quod jacta fegetum femina plurimum gerant: vel quod ex olivetis cubitum fe recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. Quintil. lib. 1. cap. 10. ubi de Etymologia, Sed cui non poft Varronem fit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid: & graculos, quia gregatim volent, dictos Ciceroni perfuadere voluit? quum alterum ex Græco fit manifeftum duci, alterum ex vocibus avium. V. Varro de L. L. 4. 11. extr.

Nihil cum fidibus graculo. Vetus eft adagium. i. e. Nihil imperitis cum bonis litteris. Sic Graculus inter mufas, dicitur de Hominibus inter eruditos ftolide & impudenter obftrepentibus. Eft & aliud adagium, Graculus graculo femper affidet. V. Erafmi Chiliad.

GRACŬLA, æ. f. Plin. 8. 27. Graculæ lauri folio annuum faftidium purgant. al. Graculi.

GRADARIUS, GRADATIM, GRADATIO, GRADIOR, GRADIVUS. V. GRADUS.

GRADUS, ûs. m. [βαθμός, βῆμα, βάσις, βαθμίς, βάδισμα] Proprie Greffus. Gradus, Gradientium pedum viciffitudo. Virg. 3. Georg. 191.

—— gradibusque fonare Compofitis.

Citatus gradus. Sen. Med. 12.
Infaufto gradu. Ovid. 3. Met. 36.
Pleno gradu. Liv. lib. 4. cap. 32. Peditumque aciem inftructam pleno gradu in hoftem inducit.
Præceps gradus. Sen. OEth. 4.
Vefanus gradus. Sen. Med. 9.
Abducere gradum. V. ABDUCO.
Accelerare gradum. V. ACCELERO.
Accurrit incitato gradu. Sen. Theb. 10.
Acuere gradus. Stat. 6. Theb. 588. — tunc rite citatos Explorant acuuntque gradus.
Addere gradum, pro Accelerare. Liv. lib. 26. 9. Alacresque milites alius alium, ut adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur.
Adjuvare gradum baculo. Sen. Herc. fur. 9.
Æquare gradus alicujus. Sil. lib. 16.
Approperare gradum. V. APPROPERO.
Celerare gradum. Virg. 4. Æn. 641.
Colligere gradum. Sil. lib. 7.
Conferre gradum. Virg. 3. Georg. 166. V. CONFERO.
Continere gradum. Virg. 3. Æn. 598.
Corripere gradum, Celeriter arripere viam. Hor. 1. Carm. 3. 33.
Dirigere invitum gradum. Sen. Theb. 1.
Difcedere gradu verfo. Ovid. 4. Met. 338.
Efferre gradum foribus. Sil. lib. 11.
Errare tardis gradibus. Ovid. 11. Met. 357.
Facere gradum. Cic. 2. de Orat. 249. Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob Remp. accepto, & ob eam caufam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, Quin prodis, mi Spuri, ut quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem?
Facere gradum, aliter. V. infra, Facere gradum ad aliquid.
Ferre corpora femineo gradu. Ovid. 3. de Arte Am. 298.
Ferre gradus ingentes. Ovid. 3. de Arte Am. 304.
Ferre virgineos gradus. Ovid. 8. Met. 39.
Firmare gradum, apprehenfis invicem manibus. Quintil. lib. 9. cap. 4. non ita procul a fine.
Flectere gradum retro. Sen. Herc. fur. 9.
Incedere marcidum ebrio gradu. Sen. Med. 2.
Inferre gradum. Liv. 35. 1. extr. Tandem gradum acrius intulere Romani, ceffitque Lufitanus. V. INFERO.
Minuere gradum fuum. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Moliri feniles gradus. Sen. Hippol. 4.
Movere gradu, eft Retro agere, propellere retrorfum. Liv. Primum gradu moverunt hoftem. conf. Dejicere de gradu.
Niti gradu. V. NITOR.
Ovans gradus. Valer. 2. Argon. 546.
Proferre gradum. Stat. 12. Theb. 9.
Promovere gradum. Stat. 12. Theb. 541.
Profiluit rapido gradu. Sen. OEdip. 14.
Retrahere gradum. Stat. 11. Theb. 548.
Revocare gradum. Virg. 6. Æn. 128.
Siftere gradum. Virg. 6. Æn. 465.
Sufpenfus gradus digitis. Ovid. 1. Faft. 426.
Suftinere gradum. Ovid. 6. Faft. 398.
Tangere locum gradu, i. e. Pervenire ad locum. Ovid. 3. Met. 36.
Venit ægra fenectus tremulo gradu. Ovid. 14. Met. 143.
Vertere gradum. Stat. 8. Theb. 138.
Dejici de gradu, per Metaphoram. i. e. De conftantia & animi magnitudine. Cic. 1. Off. 80. Fortis vero animi & conftantis eft, non perturbari in rebus afperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, fed præfenti animo uti & confilio. V. DEJICIO.
Gradus, pro Occafione & facultate & præparatione. Cic. 7. Att. 23. Mihi venit in mentem, multum fore fermonem, me judicium jam de caufa publica feciffe, qua defperata, quafi hunc gradum mei reditus effe, quod mulieres revertiffent. Bud.
Gradum jacere ad aliquam rem, & aditum, quod barbari Facere ingreffum dicunt. Cic. 2. de Lege Agr. 58. Hunc quafi gradum quendam atque aditum ad cetera factum intelligetis.
Ad Rempublicam gradus. Cic. de Arufp. Refp. 43.
Gradus tuos & quafi proceffus dicendi ftudeo cognofcere. Cic. de Clar. Orat. 232.
Facere gradum ad aliquid. Quintil. lib. 3. cap. 6. Interim ad ea, quæ funt potentiora, gradum ex iis feciffe contenti. Gradum facere (ait Valla lib. 5. cap. 26.) non eft Tranfitum facere, fed Aliquam rem gradum & quafi fcalam ad alia facere.
Notitiam primosque gradus vicinia fecit. Ovid. 4. Met. 59.
Imperii gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus. Cic. 4. Verr. 3.
Facilem gradum adipifcendi Confulatus relinquere. Cic. pro Muren. 15.
Gradus enimvero etiam funt, ex quibus fcalæ conftant, & per quos ad ædificiorum altiora confcenditur: a Gradiendo, inquit Perottus, hoc eft eundo dicti, quod per eos eatur. Cic. 4. Att. 1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant.
Ædificare gradus. Cic. pro Cluent. 93.
Afcendere gradibus in cælum. Cic. pro Domo fua, 75.
Afcendere multis gradibus. Cic. 5. de Fin. 40.
Evadere altos gradus, i. e. Afcendere. Virg. 4. Æn. 685.
Fert fublimes gradus alta Moneta. Ovid. 1. Faft. 638.
Surgere gradibus dicuntur Limina templi. Virg. 1. Æn. 452.

Venire

Venire gradibus, Gradatim. Cic. 1. de Nat. Deor. 90. Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse gradibus.
Ætatis gradus. Cic. 3. Fam. 11. Lucret. lib. 2. 1122.
Paulatimque gradus ætatis scandere adultæ.
Gradus cognationis, apud Jurisconsultos describuntur.
Distare gradus aliquot ab uno. Ovid. 13. Met. 143.
Fortunæ gradus infimus. Cic. pro Corn. Balb. 18. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere & fortunæ gradu, non modo amicitias & rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem.
Necessitudinum gradus non iidem erunt, qui & temporum. Cic. 1. Off. 59.
Officiorum gradus. Cic. 1. Off. 160. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum, ex quibus quid cuique præstet, intelligi possit.
Officii primum gradum servare. Cic. pro Quint. 61.
Oratorum iidem gradus, vulgi judicio & doctorum. Cic. de Clar. Orat. 186.
Petitionis gradus inter æquales. Cic. 5. Philipp. 47.
Sapientiæ gradus. Cic. 11. Fam. 28. Fateor me ad istum gradum sapientiæ non venisse.
Societatis hominum plures sunt gradus. Cic. 1. Off. 53.
Sonorum gradibus descendere. Cic. 3. de Orat. 79.
Sonorum gradus intendere & remittere. Cic. de Clar. Orat. 284.
Temporum gradus servantur. Cic. in Partit. 12.
In causis tres sunt gradus. Cic. in Partit. 103.
Gradus, Existimatio, & honoris locus. Cic. 2. Philipp. 6. Nam in illa querela, misera quidem & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocavit, necessaria, quid est dictum a me cum contumelia?
De gradu dignitatis dimoveri, Ab existimatione pristina dejici & deturbari. Cic. 2. Tusc. 38. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoveri.
De gradu dejicere vide Dejicere. H. St.
Omni gradu amplissimo dignissimus, & sui ordinis facile princeps. Cic. 6. Fam. 10.
Altissimus dignitatis gradus. Cic. Post. red. in Senat. 2.
Amplissimus gradus dignitatis. Cic. pro Muren. 30.
Inferior gradus aut interitus aut servitutis. Cic. de Arusp. Resp. 61.
Senatorius gradus. Cic. pro Lege Manil. 61.
Stabilis & non expers dignitatis gradus. Cic. in Orat. 216.
Summus honoris gradus. Cic. 10. Philipp. 4.
Ascendere altiorem gradum. Cic. 2. Off. 61.
Ascendere ad altiorem gradum. V. ASCENDO.
Ascendere unum gradum dignitatis. Cic. pro Muren. 55.
Ascendere magistratuum gradibus. Cic. de Clar. Orat. 281.
Assequi dignitatis aliquem gradum. Cic. Anteq. iret in exil. 13. Et pro Cluent. 150.
Collocare in gradu. V. COLLOCO.
Dejici militiæ gradu. Modest. in l. 3. D. de Re militari, Qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est. itaque pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu militiæ dejicitur.
Dejectio gradus. Modest. in l. 3. D. de Re militari, Pœnæ militum hujuscemodi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominiosa missio. i. e. de gradu militiæ.
Efferri per honorum gradus ad summum imperium. Cic. 1. in Catil. 28.
Firmare gradum, prehensis invicem manibus. Quintil. lib. 3. cap. 4. ad fin.
Locare in gradu. Cic. pro Muren. 30.
Obtinere gradum. Cic. 1. Fam. 7.
Poni in altissimo gradu præter spem alienis opibus. Cic. pro Sext. 20.
Reddere suum cuique honorem & gradum. Cic. pro Rosc. Amer. 36.
Spectare honoris gradum. Cic. pro Milon. 24.
Tenere gradum Consularis dignitatis. Cic. 3. Off. 99.

GRADĀTUS, a, um. Adj. [κλιμακώδης] In modum graduum factus, formatusque. Plin. lib. 13. cap. 4. Densis, gradatisque corticum pollicibus. Plin. Jun. lib. 5. Epist. 6. Omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit, & subtrahit.

GRADĀTIO, ōnis. f. [κλίμαξ] apud Rhetores. Auct. ad Herenn. lib. 4. 35. Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est: hoc modo, Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt, vobis molestum non est? Cic. 3. de Orat. 205. Est etiam gradatio quædam & conversio, & verborum concinna transgressio. V. CLIMAX.
Est item Graduum in theatris dispositio. Vitruv. 5. 3.

GRADĀRIUS, a, um. Adj. [ἱπποφορεὺς] ut, Gradarii equi, Qui sine succussatione molliter incedunt. Lucil. lib. 14. Ipse equus non formosus, gradarius optimus. Sen. Epist. 40. per metaphoram Ciceronem gradarium vocavit, cujus oratio lente incedebat.

GRADĀTIM, Adv. [κλιμακηδὸν] i. e. Gradibus, sive Per gradus. Plin. lib. 33. cap. 4. Fossæ in quas profluat, cavantur, agogas vocant: eæ sternuntur gradatim.
Gradatim descendere. Varro 2. de R. R. cap. 1. Necesse est humanæ vitæ a summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem.
Redire gradatim sursum versus. Cic. in Orat. 135.
Gradatim, [ἄδην] pro Sensim, paulatim, & ut ait Perottus Ordinate & lente.
Pedetentim & gradatim. Cic. 9. Fam. 14. Ita pedetentim & gradatim tum accessus a te ad caussam facti, tum recessus.
Addere aut demere minutatim & gradatim. Cic. 4. Acad. 49.
Ascendere gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. Cic. in Partit. 54.
Assequi honores gradatim. Cic. Post red. ad Quir. 5. Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti.
Deducere gradatim ad pauciores, postremo ad singulos universitatem generis humani. Cic. 2. de Nat. Deor. 164.
Interrogare minutatim & gradatim, quod quidam dicunt, Per puncta & partes. Cic. 4. Acad. 92.
Pervenire gradatim aliquo. Cic. 1. de Nat. Deor. 90.
Respondere gradatim. Cic. 1. Tusc. 57. Tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perveniat, quasi geometrica didicisset.
Habere amicos gradatim. Plin. lib. 2. Epist. 6.

GRADĪLIS, e. Adj. ut, Gradilis panis. Cod. Theod. lib. 14. tit. 17. Qui quibusdam in gradibus plebi Romanæ dividi viritim quotidie solebat. Ad hujus rei confirmationem duo Prudentii testimonia addam luculenta: unum hoc, contra Symmachum 1. 583.
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. alterum, contra Symmachum, lib. 2. 948.
Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet? aut quæ janiculo mola mota quiescit? De pane enim hic gradili loquitur, & molis pistrinorum, ubi pinsebatur. Turneb. 11. 6.

GRADĀLIS, e. Adj. Quod fit gradatim. Diomed. pag. 473.

GRADIOR, gressus sum, [βαίνω, πορεύομαι] gradi. Incedere, ire, ambulare, progredi. Virg. 1. Æn. 316.
—— ipse uno graditur comitatus Achate. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Jam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.
Gradi ad naves. Virg. 8. Æn. 546.
Post hinc ad naves graditur, sociosque revisit.
Gradi ad mortem. Cic. 1. Tusc. 110. Fidenti animo (si ita res fert) gradietur ad mortem.
Pedatim gradi. V. PES.
Gradi viam. Columel. lib. 6. cap. 37.

GRADIENS, Partic.
Gradiens degravat litora ingenti passu. Ovid. 13. Met. 776.
Lente gradiens asellus. Ovid. 11. Met. 179.

GRESSUS, Partic. [πεπορευμένος] virg. 6. Æn. 633.
—— & pariter gressi per opaca viarum.

GRESSUS, ûs. m. [βάδισμα, διάβημα, ἴθμα] Incessus. Virg. 3. Georg. 117.
Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Cic. 1. Off. 131.
Cavendum est autem, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, &c. i. e. In gradiendo. Forte tamen Ingressu conjuncte legendum. qua voce & alibi Cic. utitur. Altera poëtis magis familiaris.
Presso gressu, cui opponitur Pleno gradu. Ovid. 3. Met. 17.
Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu.
Superbus gressus. Sil. lib. 16.
Volucer gressus. Stat. 10. Theb. 131.
Admovere gressus. Stat. 11. Theb. 560. V. ADMOVEO.
Ardentes gressus. Valer. 7. Argon. 110.
Comprimere gressus. Virg. 6. Æn. 389.
Conjungere properos gressus. Valer. 4. Argon. 176.
Deflectere gressum. Sen. Thyest. 5.
Exultans gressus. Sil. lib. 10.
Ferre anxios gressus. Sen. Troad. 6.
Ferri attonito gressu. Sen. Octav. 7.
Firmare lapsantem gressum. Sil. lib. 3.
Inferre gressus. Virg. 4. Georg. 360.
Jungere gressus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 10.
Properatus gressus. Sil. lib. 3.
Rapere gressus, Celeriter gradi. Lucan. lib. 3. 116.
Recipit ad limina gressum. Virg. 11. Æn. 29.
Referre domum celeres gressus. Sen. Med. 10.
Reprimere gressum. Stat. 10. Theb. 392.
Tendit gressum ad mœnia. Virg. 1. Æn. 414.
Titubant succidui gressus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 153.
Turbatus gressus. Stat. 11. Theb. 519.
Vertit avidos gressus ad litora. Valer. 1. Argon. 183.

GRESSIO, ōnis. f. Pacuvius in Paulo apud Macrob. 6. Saturn. cap. 5.
Quamvis caprigeno pecori grandior gressio est.

GRADĪVUS, pr. c. [Ἄρης] Mars, appellatus est (inquit Festus) a Gradiendo in bella ultro citroque, sive a Vibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν. vel, ut alii dicunt, quia Gramine sit ortus, quod interpretatur quia Corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Hactenus Festus. Gradivus Mars, inquit Servius in 1. Æn. v. 296. dicitur quum sævit: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Urbe duo ejus templa sunt: unum Quirini intra urbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra urbem prope portam, quasi bellatoris, vel Gradivi.
Belliger Gradivus. Sen. Hippol. 2.
Magnus Gradivus. Ovid. 6. Met. 427.

GRADIVICŎLA, [ἀρειοσεβὴς] Sil. lib. 4. 222.
Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

GRÆCIA, æ. [Ἑλλὰς] Regio omnibus nota, dicta a Græco primo ejus provinciæ rege. Cic. pro Flacc. 64. Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, parvum quendam locum Europæ tenet, semperque tenuit, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit urbibus, &c. Idem plura de Græciæ laudibus.
In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. Cic. 2. de Lege Agr. 86.
Magna Græcia olim in Italiæ parte inferiore fuit. Cic. 2. de Orat. 154. Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Dicitur & Major Græcia. V. Fest.
Plenissime Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 27.
Mendax Græcia. Juven. 10. Sat. 174.
Princeps eloquentiæ Græcia. Cic. 1. de Orat. 13.
Permiscere Græciam. V. PERMISCEO.

GRÆCUS, i. m. [Ἕλλην, Γραικός] Qui est ex Græcia. Cic. pro Flacc. 64. Quis ignorat, &c. quin tria Græcorum genera sint vere? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Jonum habebatur: Æoles alteri, Dores tertii nominabantur.
Doctissimus Græcorum Heliodorus. Hor. 1. Serm. 5. 3.
Doctrina perridicula Græcorum. Cic. 2. de Orat. 75.
Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt, invident non nostris solum, verum etiam suis. Cic. 1. Q. frat. 1.
Luxuria & levitas Græcorum. Cic. pro Flacc. 26.
Levitate Græcus, crudelitate barbarus. Cic. pro Flacc. 24.
Contentionis quam veritatis cupidiores Græci. Cic. 1. de Orat. 107.
Vetere Græcia digni perpauci sunt Græci. Cic. 1. Q. frat. 1.
Fallaces sunt permulti & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi Græci. Cic. 1. Q. frat. 1.
Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt Græci. Cic. 1. Q. frat. 1.

Artibus Græci, Galli robore, Hifpani numero, Pœni calliditate valent. Cic. de Arufp. Refp. 19.

Græcus, a, um. Adj. [Ἑλληνικός, Γραικός] ut, Chartæ Græcæ. Hor. 2. Epift. 1. 161.
Exemplaria Græca. Hor. de Arte Poet. 268.
Litteris Græcis ftudere. Cic. de Clar. Orat. 78. Gallus qui maxime omnium nobilium Græcis litteris ftuduit.
Litterulis Græcis imbutus. Hor. 2. Epift. 2. 7.
Locutio Græca. Cic. de Clar. Orat. 159.
More Græco bibere. Cic. 3. Verr. 66. Fit fermo inter eos, & invitatio ut Græco more biberetur. Quem locum his verbis exponit Afconius: Grandibus inquiunt, poculis, & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: & hoc putant Græco more potare. Eft autem Græcus mos, ut Græci dicunt, συμπιεῖν κυαθίζομένους, quum merum cyathis libant, falutantes primo deos, deinde amicos fuos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties & deos, & caros fuos nominatim vocant. Hæc Afconius. Cic. 1. Tufc. 96. Propino hoc pulchro Critiæ. Græci enim in conviviis folent nominare, cui poculum tradituri funt. Aufonius ad Symmachum, in præfatione Griphi: Super menfam meam facta eft invitatio, non illa de ludibrii convivio, ut Græco more biberetur: fed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem, & novam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. Locum fignificat Hor. 3. Carm. 19. 14. Ubi vide Horatii interpretes, fed & Erafmum in adagio Bonæ fortunæ, five Boni genii. Rurfus in Adag. Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor.
Ad calendas Græcas: proverbium pro Nunquam. Græci enim Calendis carent. V. Erafm.
Græca mercari fide, apud Plaut. Afin. 1. 3. 47. V. MERCOR & FIDES.
Græca nux, quæ & Thafia dicitur, & Amygdala. Macrob. 2. Saturn. cap. 14. Al. 3. 18.
Oratio Græca plura ornamenta fuppeditans, confuetudinem fimiliter Latine dicendi affert. Cic. de Clar. Orat. 10.
Convertere e Græco in Latinum. V. CONVERTO.
Græca vanitate conficta. Plin. 37. 12.
Verficuli Græci. Hor. 1. Serm. 10. 31.
Via Græca ire. Cic. 7. Fam. 1. Græcos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire foleas. Ironice. Senfus enim eft, Tantum inquit, abeft ut Græcos ames, ut omnia quæ ejus gentis nomine appellantur, ferre non poffis, adeo ut ne ad villam quidem tuam Græca via ire velis. Viam autem Græcam eam effe retur Turneb. quam Hercules octo ftadiorum aggere in Lucrino muniit. Quum enim Hercules Græcus fuerit, Græcæ viæ merito nomen dediffe videri poteft.
Voce Græca loqui. Ovid. 3. Trift. 12. 39.

Græce, Adv. [Ἑλληνιστί, Γραικιστί] ut, Græce loqui. Cic. 6. Verr. 147. Quod quidem apud Græcos Græce loquutus effem, id ferri nullo modo poffe.
Græce confectus liber. Nep. 25. 18.
Legere Græce. Cic. 1. de Orat. 155.
Qui Græce nefciunt. Cic. pro Flacc. 10.
Græce vel Latine reddere. Cic. 1. de Orat. 155. Quum ea quæ legerem Græce, Latine redderem.
Scribere Græce hiftoriam. Cic. 3. Off. 115.

Græcanĭcus, a, um. Adj. [Ἑλληνικός] ut, Græcanicus color. Plin. lib. 34. cap. 9. Maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant. Varro 9. de L. L. 3. Suet. Domit. cap. 4. Amictus toga Græcanica.

Græcanĭce, Adv. Varro 8. de L. L. 50.
Græcanice duæ negationes pro una, in illo Terentii loco
Faciuntne intelligendo ut nihil intelligant. Annotatio ex Jof. Scal. in Varronem. H. St. Extat pag. 213. ed. tert. Steph. Deruit hæc vox in Lugd.

Græciensis, e. Adj. [Ἑλλαδικός] Gell. lib. 19. cap. 10. Offendimus eum cubantem in fcimpodio Græcienfi. Sic apud Plin. lib. 35. cap. 6. Græcienfe melinum.
Græcienfe mare. Plin. lib. 4. cap. 11. ad fin. Quod Græciam alluit.

Græcostăsis, [Γραικόστασις] quafi Græcorum ftatio. Varro 4. de L. L. 32. Ante curiam Hoftiliam roftra: cujus id vocabulum ex hoftibus capta, fixa funt roftra. Dextra e comitio locus fubftructus, ubi nationum fubfifterent legati, qui ad Senatum effent miffi: is Græcoftafis appellatur. Cic. 2. Q. frat. 1. Deinde ejus operæ repente a Græcoftafi & gradibus clamorem fatis magnum fuftulerunt. adde Plin. 33. 1.

Græcŭlus, i. m. dimin. [Γραικίσκος] Cic. 6. Verr. 127. Tum epigramma Græcum pernobile incifum habuit in bafi: quod ifte eruditus homo & Græculus, qui hæc fubtiliter judicat, &c.
Affentator Græculus. Cic. in Pifon. 70.
Cautio Græcula. Cic. 7. Fam. 18. Itaque quando veftræ cautiones infirmæ funt, Græculam tibi mifi cautionem chirographi mei. Paulus Manutius putat fenfum effe, Commendavi te Cæfari litteris Græce fcriptis. Turnebus contra, Epiftolam eam effe Latinam credit fuo chirographo fcriptam, quam Græculam cautionem vocat propter Græcam fidem, de qua apud Plautum, Græca mercamur fide: & apud Aufonium, Mutuatur ad Græcam fidem. Iterum, Non Pœna, fed Græca fide. Ut enim Græca fides certa eft, fic Græca cautio certa firmaque intelligenda eft. Nam in cautionibus noftram obligamus fidem, ut & Cicero ea epiftola obftringit fuam.
Græculus Efuriens. Juven. 3. Sat. 78.
Homines Græculos controverfia verbi tamdiu torquet. Cic. 1. de Orat. 47.
Negotium ineptum & Græculum. Cic. 1. Tufc. 86.
Otiofus atque Græculus. Cic. pro Milon. 56. Idem 1. de Orat. 221. Neque vult ita fapiens inter ftultos videri, uti qui audiant, aut illum ineptum, aut Græculum effe putent. Idem pro Flacc. 13. Græculæ concionis motus temerarius.
Rofa Græcula, Rofa omnium minima, in fentibus crefcens, quæ folia ita projecta habet, ut nifi cogantur manibus, apertam rofam non oftendant. Plin. lib. 21. cap. 4. Eft & quæ Græca appellatur a noftris, a Græcis lychnis, non nifi in humidis locis proveniens, &c. Eft & alia Græcula appellata, convolutis foliorum paniculis.
Vites Græculæ. Columel. lib. 3. cap. 2. Nam quæ Græculæ vites funt, ut Mareoticæ, Thafiæ, &c.

Græcĭtas, ātis. f. Res & litteratura Græcorum. apud JCtos.

Græcātim, Adv. Græco more. Tertull.

Græcor, [Ἑλληνίζω, κωμάζω] āri. Græcos imitari. Hor. 2. Serm. 2. 11.
—— vel fi Romana fatigat
Militia affuetum græcari, feu pila velox &c. h. e. Luxuriari, aut Græco more ludere. Porphyr. [Puto diftinguendum ante Affuetum, ut ad feqq. referatur. Alioqui malim exponere, Otiari more Græcorum. V. Suet. Tiber. cap. 11. & 13.
Vide PERGRÆCOR. H. St.

Græcātio, ōnis. [ἑλληνισμός] Gloff. Gr. Lat.

Græcisso, are. [Ἑλληνίζειν] Græcum fermonem imitari. Apul. Apol. p. 336. Loquitur nunquam nifi Punice, & fi quid adhuc a matre Græciffat. Et Plaut. Men. prol. 11.
Atque adeo hoc argumentum Græciffat, tamen
Non Atticiffat, verum Siciliciffat

Grāius, a, um. Adj. [Ἀχαιός] Græcus. Sed magis poeticum eft. Virg. 4. Æn. 228.
—— Graiumque ideo bis vindicat armis. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Hoc quod memoro, noftri cælum, Graii perhibent æthera. Ex Pacuvio. Idem 3. de Deor. Deor. 53. Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur.
Camœna Graia. Hor. 2. Carm. 16. 36.
Gentes Graiæ. Ovid. 4. Met. 16.
Homo Graius. Lucret. lib. 1. 67.
Saltus Graius. Nep. 23. 3.
Urbes Graiæ. Virg. 3. Æn. 295.

Grajugĕna, æ. c. [Ἑλληνογενής] Græcus dicitur: aut Qui a Græcis genus & originem traxit. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Grajugena de ifto aperit ipfa oratio. Ex Pacuvio. Virg. 3. Æn. 550.
Grajugenumque domos, fufpectaque linquimus arva.
Domus Grajugenæ. Catul. Argon. 62. 36. al. Cranonis domus.
Reges Grajugenæ. Stat. 6. Theb. 215.

Grallæ, arum. Fuftes funt furculas habentes, quibus nituntur qui fuper iis ambulant. Ex Nonio 2. 361.
Scala, quafi Scandula a Scandendo, atque adeo ex hoc Scandula diminutivum illud Scala. Nam quis hoc negabit? Sic igitur dicamus per analogiam Grala, quafi Gradula a Gradiendo, ita recte puto. H. St.

Grallātor, ōris. m. Qui grallis graditur, & paffus ingentes facit. Plaut. Pœn. 3. 1. 27.
Atfi ad prandium me in ædem vos dixiffem ducere,
Vinceretis cervum curfu, & grallatorem gradu. Salmaf. Clavatorem. Arnob. lib. 2. adverfus gentes.
Grallatores (inquit Feftus) appellabantur Pantomimi, qui ut in faltatione imitarentur Ægipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his fuperftantes, ob fimilitudinem crurum ejus generis, gradiebantur, utique propter difficultatem confiftendi.

Grallatorius, a, um. Adj. ut, Grallatorius gradus, i. e. Magnus, cujusmodi folet effe grallatorum. Plaut. Amph. 4. 3. 52. Suppof.

Grāmen, ĭnis. n. [ἄγρωστις, ἄχυρον, χόρτος] Herba vulgatiffima. Ita appellata, quod geniculatis internodiis mirifice ferpat, crebroque ab iis & ex acumine novas fpargat radices. Non eft herba gratior jumentis, five viridis fit, five in fœno ficcata. de Graminum generibus vide Plin. lib. 24. cap. 19.
Gramen, generali vocabulo Quamcunque herbam comprehendit. Cic. 2. de Fin. 84. Tua fint Puteolis gramina. i. e. Herbæ ex quibus fœnum cogitur. Fructum pratorum intelligit, qui eft maximus. Serv. in 12. Æn. 119. Gramen, inquit, Herbæ fpecies eft: licet Omnis herba, Gramen vocetur, ficut Robur, Omne lignum: quum fit & fpecies.
Graminis herba. Liv. 1. 24. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Virg. 5. Ecl. 26. — nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Crifpum gramen. Claud. Conf. Prob. Prob. & Olyb. 216.
Floreum gramen. Martial. lib. 9. 92.
Sic in gramine floreo reclinis. i. e. In Cæfpite læto.
Ignobile gramen Cerynthæ. Virg. 4. Georg. 63. V. IGNOBILIS.
Inexpugnabile gramen, Zizania. Ovid. 5. Met. 486.
Lætum gramen. Virg. 2. Georg. 525.
Mala gramina paftus. Virg. 2. Æn. 71.
Molli gramine proftrati. Lucret. lib. 2. 29.
Montanum gramen. Ovid. 2. Met. 841.
Rofcida gramina. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 104.
Tenerum gramen. Hor. 4. Carm. 12. 9.
Viridi fe gramine veftit tellus. Virg. 2. Georg. 219.
Canent gramina. Virg. 3. Georg. 325. fubaudiendum, Rore.
Carpunt gramen equi. Virg. 9. Æn. 353.
Credunt fe gramina in novos foles. V. CREDO.
Defectum gramen. Ovid. 14. Met. 646.
Redeunt jam gramina campis. Hor. 4. Carm. 7. 1.
Tondentes gramina campo lanigeræ. Lucret. lib. 2. 659.

Gramĭneus, a, um. Adj. [ἀγρώστινος] Quod ex gramine eft factum.
Aræ gramineæ. Cæfpite ornatæ. Sil. 4. 703.
Cæfpes gramineus. Ovid. 2. Amor. 16. 10.
Campus gramineus Ovid. 3. Faft. 519.
Corona graminea. Gell. 5. 6.
Hafta graminea. Cic. 6. Verr. 125.

Graminōsus, a, um. Adj. [χορτώδης] Plenum herbis. Columel. lib. 1. in præfat. Quid filvefter ager, quid humidus & graminofus, quid ficcus & fpurcus recufaret.

Grāmia, æ. f. [λήμη] Feftus; Gramiæ, Vitia funt oculorum, quas alii Glamas vocant. *La chaffie des yeux.* Nonius 2. 389. Gramiæ, funt Oculorum pituitæ: unde Gramiofi oculi: a quo Qui triftes funt, in hodiernum quoque diem Gramiofi vulgo nominantur. *Chaffieux.* conf. Plin. 25. 13.

Gramiōsus, Adj. Oculi gramiofi. Nonius ex Cæcil. in loco fupra citato.

Gramma: ătis. n. [γράμμα] Latine Littera dicitur. V. SCRUPUS.

Grammatĭca, æ. vel Grammatĭce, es. f. [γραμματική] eft Rectæ loquelæ, rectæque fcripturæ fcientia. Cic. 3. de Fin. 5.
Grammatice Latine Litteratura dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 1. Et Grammatice (quam in Latinum transferentes, litteraturam vocaverunt) fines fuos norit. Eodem lib. cap. 14. Grammatice litteratura eft, non litteratrix. conf. de fingulis his quoque in LITTERA.
Grammatica olim Romæ ne in ufu quidem, nedum in honore ullo erat. Suet. de Illuftr. Gramm. pr. Quem de incunabulis ejus difciplinæ

Romæ omnino consule. Præclare Quintilianus de Grammatica judicat lib. 1. cap. 4. Quo minus, inquit, sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillantur; quæ nisi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid superstruxeris, corruet. Necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola omni studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis.
Elementa grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Professio grammatices. Quintil. lib. 1. cap. 4.

GRAMMATĬCA, ōrum. [γραμματεῖα] Studium litterarum, quod profitentur ii qui grammatici vocantur. Cic. 1. de Orat. 10. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

GRAMMATĬCUS, i. m. [γραμματικὸς] Qui grammaticam docet vel Grammaticæ peritus. Suet. de Clar. Gramm. cap. 4. Appellatio grammaticorum Græca consuetudine invaluit: sed initio Litterati vocabantur. Cic. 1. de Divin. 34. Quorum omnium interpretes, ut Grammatici poetarum.
Grammaticus de ratione loquendi si differat, quæstiones explicet, historias exponat, poemata enarret. Quintil. 1. 2.
Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est. Hor. de Arte Poet. 78.

GRAMMATĬCUS, a, um. Adj. [γραμματικὸς] Quod ad Grammaticam pertinet: ut, Grammaticus stilus, Grammatica oratio.
Ars grammatica. Auct. ad Heren. lib. 4. 18.
Tribus grammaticæ. Hor. 1. Epist. 19. 40.

GRAMMATĬCE, Adv. [γραμματικῶς] Quintil. lib. 1. cap. 6. Quare mihi non invenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud grammatice loqui.

GRAMMATISTA, æ. m. [γραμματιστὴς] Mediocriter eruditus. Suet. de Clar. Gramm. cap. 4. Sunt qui litteratum a litteratore distinguunt, ut Græci grammaticum a grammatista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existimant.

GRAMMĂTEUS, i. m. [γραμματεὺς] trium syllabarum cum diphthongo in ultima; Scriba, Qui rationes publicas in tabulis scribit, vel Notarius. Apul. lib. 11. Tum ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant. Suidas ait grammatea esse notarium, & ἀπορρήτων, id est arcanorum, scribam a Romanis A Secretis vocari. De Scribis seu γραμματεῦσι Græcorum V. Ant. Van Dale Diss. 5. extr.

GRAMMATOPHYLACIUM, i. m. [γραμματοφυλάκιον] Locus, ubi tabulæ & instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum, actorumque asservantur: quod Tablinum Latine appellatur. Ulpian. in l. moris est, D. de pœnis, ἀρχεῖον fortasse vel grammatophylacio.

GRANĀRIUM. V. GRANUM.

GRANDIS, e. Adj. [μέγας, ἀξιόλογος] Notæ significationis, Magnus.
Acervus grandis. Ovid. 1. Amor. 8. 90.
Adolescens plane grandis. Cic. de Senect. 10.
Æs alienum grande. Plin. lib. 7. cap. 38. Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati.
Ætas grandis. Cic. 5. Philipp. 47. Legibus enim annalibus quum grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur.
Ætas grandior. Ovid. 6. Met. 28.
Ævum grande. Lucret. lib. 2. 1141.
Ævo grandior. Ovid. 4. Trist. 10. 43.
Alumnus grandis. Hor. Epod. 13. 16.
Caput grande. Ovid. 6. Fast. 133.
Causidicus amplus, grandis, subtilis, & elegans. Cic. in Orat. 30.
Certamen grande. Hor. 3. Carm. 20. 7.
Cubiculum grande & altum. Cic. 3. Q. frat. 1.
Decus grande. Hor. 2. Carm. 17. 4.
Dedecus grande. Hor. 2. Serm. 2. 96.
Dica grandis. Ter. Phorm. 2. 3. 92.
> Si tu illam attigeris, secus quam dignum est liberam,
> Dicam impingam tibi grandem.

Divitiæ grandes homini sunt. Lucret. lib. 5. 1117.
Dona grandia. Ovid. 3. Epist. 30.
Dos grandis. Hor. 1. Serm. 4. 50.
Epistola grandis. Cic. 13. Att. 21.
Exemplis decuit grandioribus uti. Cic. 1. de Divin. 39.
Exemplis in parvis grandibus uti. Ovid. 1. Trist. 3. 25.
Fetus grandior siliquis. Virg. 1. Georg. 195.
Fetus grandiores & meliores edit ager. Cic. 2. de Orat. 131.
Fœnore grandi alicui pecuniam occupare. Cic. pro Flacc. 51.
Frumenta grandia. Virg. 4. Æn. 406.
Gaudium grande. Plaut. Stich. 2. 1. 23.
> Tantum a portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.

Genus dicendi grandius. Cic. 2. de Orat. 337.
Guttis humectat grandibus ora. Virg. 11. Æn. 90.
Homo grandior, Virgo grandior, Adulta. Ter. Phorm. 2. 2. 15. Idem Adel. 4. 5. 39. Cic. pro Cluent. 11. Reliquit hunc annos XV natum: grandem autem & nubilem filiam.
Ictus grandior affligit animantem. Lucret. lib. 2. 943.
Ingenium grande doloris. Ovid. 6. Met. 574.
Littera grandis. Plaut. Bacch. 4. 9. 69. Sic Cic. 6. Verr. 74. Grandibus litteris P. Africani nomen erat incisum.
Macie grandi torridus homo. Cic. 2. de Lege Agr. 93.
Malum grande. Hor. 2. Serm. 1. 49.
Membra grandia. Ovid. 10. Met. 238.
Navis grandis. Plin. lib. 9. cap. 44.
Orator maxime omnium grandis, & ut ita dicam, tragicus. Cic. de Clar. Orat. 203. de Sulpicio.
Orator quo grandior sit, & quodammodo excelsior. Cic. in Orat. 119. Infra Grande sonant tragici. H. St.
Ossa grandia. Virg. 1. Georg. 497.
Pecunia grandi mercari. Plaut. Capt. 2. 2. 8.
> An vero non justa causa est, ut vos servem sedulo,
> Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia?

Sic, Grandi pecunia facta redemptio est. Cic. 2. Verr. 16.
Pecuniam grandem credere. Cic. pro Rabir. Post. 4.
Pœna grandis. Ovid. 1. Trist. 4. 68.
Pondere grandi & præclaro opere hydria. Cic. 6. Verr. 32.
Pondus grande argenti. Cic. pro Cæcin. 12.
Pretium grande. Ovid. 7. Epist. 74.
Vectigal grande imponere. Cic. 2. pro Lege Agr. 55.
Verba grandia. Cic. 3. de Fin. 19.
Vitium grande & perspicuum. Cic. 1. de Invent. 88.
Vocem grandiorem & pleniorem subsellia desiderant. Cic. de Clar. Orat. 288.
Verbis grandes erant, crebri sententiis. Cic. de Clar. Orat. 29.
Natu grandis, Senex. Hor. 1. Epist. 7. 49. Ter. Adel. 5. 8. 7. Natu grandior. Cic. pro Rosc. Com. 44. Quid expectas quam mox ego Luscium & Manilium dicam, ordine esse Senatores: ætate grandes natu: natura sanctos, & religiosos.
Grande & Grandia absolute, ut Audere grandia. Ovid. 2. Amor. 18. 4.
Grande sonant Tragici. Ovid. de Rem. Amor. 375.
Compar. quære supra.
Superl. ut, Fustis grandissimus. Apul. 7. Met.
Olivæ grandissimæ. Plin. 15. 3.
Seges grandissima. Varro 1. de R. R. 52.

GRANDĬTER, Adv. Sidon. 7. Epist. 2.

GRANDĬTAS, ātis. f. [μέγεθος] Plin. Epist. 21. lib. 6. Nunc primum se in vetere comœdia, sed non tanquam inciperet ostendit: non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Granditas, i. e. Elata & sublimis oratio.
Granditas ætatis, i. e. Major ætas. Sisenna lib. 4. Hist.
Granditas verborum. Cic. de Clar. Orat. 121. Idque apparet ex genere & granditate verborum. conf. Non. 2. 359.

GRANDICŬLUS, dimin. Plaut. Pœn. 2. 35.
> In fundas visci indebant grandiculos globos.

GRANDIUSCŬLUS, dimin. Ter. And. 4. 5. 19. Nam fere grandiuscula jam profecta est illinc.

GRANDÆVUS, a, um. Adj. [πολυετὴς] i. e. Grandis ævi, vel Provectioris ætatis. Virg. 1. Æn. 125.
> Et qua vectus Abas, & qua grandævus Alethes.

Consilia grandæva. Valer. 7. Argon. 348.
Patres grandævi. Ovid. 7. Met. 160.
Senes grandævi. Lucan. lib. 3. 578.

GRANDÆVĬTAS, ātis. f. [πολυετία] Accius Alcimacho, Ne quia nec vos, nec ille impune irrideret meam grandævitatem. Pacuvius Hermione, Quod tamen ipsa orbitas, grandævitasque Pelei per penuriam stirpis subaxet. Antiquum. Non. 2. 365.

GRANDĬLŎQUUS, a, um. Adj. [μεγαλορρήμων] Cic. in Orat. 20. Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum gravitate & majestate verborum, vehementes, &c. Idem 5. Tusc. 29.

GRANDIO, īvi, ītum, [μεγύνω] īre. Grandem facere. Plaut. Aulul. 1. 1. 10.
> Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum,
> Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. conf. Non. 2. 358.

GRANDESCO, [μηκύνομαι] ĕre. Grandem fieri, crescere. Plin. lib. 18. 30. Crescente luna frumenta grandescunt.
Ad auctum hilarem grandescere. Lucret. lib. 2. 1159.
Grandescere & ali. Lucret. lib. 1. 191.
Lentiscus triplici solita grandescere fetu. Cic. 1. de Divin. 15. Grandescere triplici fetu, pro Ter quotannis fructu augeri dicit ea dicendi ratione, qua Aliquem augeri liberis dicere solemus. Ex Turnebo.
Pabula grandescunt. Lucret. lib. 2. 1159.
Seges sponte grandescit. Claud. 3. de Raptu Proserp. 24.

GRANDO, ĭnis. f. [χάλαζα] Gutta aquæ in aëre congelata. Plin. lib. 2. cap. 60. Grandinem conglaciato imbre gigni: & nivem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. Plaut. Most. 1. 2. 58.
> Ea mihi adventu suo, quamprimum grandinem imbremque attulit.

Cic. 2. de Nat. Deor. 14.
Grando, m. g. Apud antiquos. Varro Triodite, Nec coruscus imber alto nubilo cadens, Multus grandine implicatur albo. Ex Nonio.
Brumalis grando. Ovid. 4. de Pont. 7. 34.
Contudit grando vites. Hor. 1. Epist. 8. 4.
Crepitans salit horrida grando. Virg. 1. Georg. 449.
Gelida grando. Claud. 1. de Raptu Proserp. 71.
Hiberna grando. Ovid. 5. Met. 158.
Imbres grandinis. Lucret. lib. 6. 106.
Mista imbri largifluo subita præcipitans cadit grando. Cic. 3. de Orat. 155.
Nivosa grando. V. NIX.
Pugnat hiems grandine. Ovid. 1. ex Pont. 7. 12.
Ruina grandinis. Lucret. lib. 6. 156.
Spissa grando. Ovid. 9. Met. 222.
Saliente graves ceciderunt grandine nimbi. Ovid. 14. Met. 543.
Verberatæ grandine vineæ. Hor. 3. Carm. 1. 29.
Uredo aut grando si quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. Cic. 3. de Nat. Deor. 86.
Grandines suum, *La sourfemure ou ladrerie de pourceaux.* V. Grandinosi sues, in SUS.

GRANDINŌSUS, a, um. Adj. [χαλαζώδης] Quod obnoxium est grandini. Columel. lib. 3. cap. 1. Sed & posthæc non ignorabit dominus loci, plus esse posse qualitatem cæli frigidam vel calidam, siccam vel roscidam, grandinosam, ventosamque vel placidam, serenam vel nebulosam. i. e. Quæ sæpe grandinem infert.
Grandinosi sues. V. SUS.

GRANDĬNO, āre. Grandinare dicitur Deus.
Quæritur, quare hieme ningat, non grandinet. Senec. Nat. Quæst. 4. 4.

GRANDINEUS, a, um. Adj. Alcimus 5. 190. Grandineum frigus.

GRANE, es. f. Nympha apud Ovid. 6. Fast. 107.

GRANEA, æ. f. Cibi genus. Cato de R. R. cap. 86. conf. Granatum in GRANUM.

GRANI, orum. sunt Capilli sparsi, & discriminati in granorum forma. Isidor. 19. 23. Salmas. in Solin. pag. 536.

GRANĪCUS, [Γράνικος] Bithyniæ fluvius, pugna, quæ inter Persas & Alexandrum fuit, nobilis, de qua apud Diodorum lib. 17. In ea pugna sexcenta millia hominum cæsa, fugataque sunt: victa triginta duobus millibus peditum, & equitum millibus quatuor & quingentis, Darii dedecore. Plutarchus & Justinus lib. 2.

GRANTA, Vetus nomen celeberrimæ apud Britannos Academiæ; hodie Cantabrigia.

GRĀNUM, i. n. [κόκκος, χόνδρος] fere Frugum dicitur: ut Granum tritici,

tritici, hordei, &c. Varro 1. de R. R. cap. 48. Granum dictum quod est intimum solidum. Et paulo post, Granum a Gerendo. id enim seritur, uti spica gerat frumentum. Plaut. Stich. 4. 1. 5. Dare denegavit se granum tritici. Plin. lib. 11. cap. 53. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali.
Papaveris granum. Ovid. 5. Trist. 2. 24.
Quotve soporiferum grana papaver habet.
Punica grana. Ovid. 4. de Pont. 15. 8.
Thuris granum. Ovid. 4. Fast. 408.
Tritici grana congesserunt in os Midæ dormienti formicæ. Cic. 1. de Divin 78.
Inserere grana in acum. Quintil. lib. 2. cap. 20.

GRANĀRIUM, i. n. [ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον] Locus in quo grana frugum reponuntur. Varro 1. de R. R. cap. 57. At triticum condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur ventis ab Exortu & Septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida e propinquis locis aspiret. Hor. 1. Serm. 1. 53.
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
Astringere & laxare granaria. Pers. 5. Sat. 110.

GRANĀTUS, a, um. Adj. [κοκκωτὸς] Quod abundat granis: ut Malum granatum. Columel. lib. 12. cap. 41. Alias Punicum.

GRANĀTUM, i. n. [κοκκωτὸν, ῥοιὰ] pro Malo granato. Plin lib. 20. cap. 14. Singultus & vomitus sistit cum succo granati.
Granatum item Pulmentum e grano tritici cocto vocari potest, vel Frumentacea ptisana. Plin. lib. 18. cap. 11. sub fin. Ex zea pulchrius quam ex tritico fit granatum. Sic enim legi debet, non Granum, ut hodie. Est autem Plinio quiddam alicæ simile: immo alicæ vitium, ut ipse declarat. Turnebus Adverf. 1. 20. extr. Hard. Graneum. q. V.

GRANĀTUS, ûs. m. Cato de R. R. cap. 60. Præterea granatui videto uti satis viciæ seras. Turnebus Granatui seri interpretatur, quod non seritur, ut viride pabulo jumentorum subsecetur, sed ut ad granum perveniat & frugem, Adverf. 6. 23. Al. Generatim.

GRANEA, V. in suo loco. conf. in GRANATUM.

GRANŌSUS, a, um. Adj. [κοκκώδης] Quod plenum est granis. Plin. lib. 21. cap. 31. Quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, & alii callion. Ibid. cap. 4. pr.

GRANĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [κοκκοφόρος] Ferens grana: ut, Agmen graniferum dicuntur formicæ. Ovid. 7. Met. 638.

GRAPHĬCUS, a, um. Adj. [γραφικὸς] Ad unguem factus, absolutusque, & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. Stich. 4. 1. 64.
Graphicum mortalem Antiphonem, ut apologum fecit, quam fabre. Idem Epid. 3. 3. 29.
Næ tu graphicum habes servum, & quantivis pretii.
Fur graphicus. Plaut. Trin. 4. 3. 17.
Nimium graphicus nugator. V. post NIMIS.

GRAPHĬCE, es. f. [γραφικὴ] Pictura. Auctore Budæo. Sic appellatur illa facultas, quem Cicero Stilum vocat. Plin. lib. 35. cap. 10. Et hujus auctoritate effectum est Sycione primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam in buxo docerentur. Ex vetusto codice legitur Diagraphicen.

GRAPHĬCE, Adv. [γραφικῶς] Eleganter, polite. Plaut. Perf. 2. 5. 5.
Nunc ego huic graphice facetus fiam, &c. Idem Trin. 3. 3. 38.
Exornetur graphice.

GRAPHIS, ĭdis. f. [γραφὶς] Descriptio operis futuri delineata, ut Budæo placet. Hermolaus, Graphis, idem quod Ars ipsa pingendi, a stilo dicta, quem Græci Graphion & Graphida quoque nominant. Plin. lib. 35. cap. 10. Alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis ejus, &c.

GRAPHIUM, i. n. [γραφεῖον] Stilus quo in pugillaribus scribitur. Ovid. 1. Amor. 11. 23.
Quid digitis opus est graphium lassare tenendo?

GRAPHIARIUM, i. n. [γραφειοθήκη] Theca, in qua graphia, seu stili reponuntur, quibus & scribere simul & pingere solebant, ante quam peniculi & colores invenirentur. Martial. lib. 14. 21.
Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro, &c.

GRAPHIARIUS, Adj. ut, Graphiaria theca. Suet. Aug. 32. & Claud. 35.

GRASSOR, [κατακοπάζω, ἐφορμάω, λωποδυτέω] āri. Supra modum sævire, inquit Nonius. Festus, Grassari antiqui ponebant pro Adulari. Grassari autem dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidem Ambulare est: unde tractum grassari, videlicet, ab impetu gradiendi. [Forte legendum, Pro ambulare V. infra Nonium.
Grassari in aliquem. Liv. 2. 12. extr. Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur.
Grassari ad gloriam virtutis via, pro Ingredi & procedere. Sallust. initio Jugurth. Sed dux atque imperator vitæ mortalium animus est, qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque & clarus est.
Grassari adersus. Suet. in Calig. cap. 34. Nec minore livore ac malignitate, quam superbia sævitiaque pæne adversus omne genus hominum grassatus est. i. e. Improbum ac maleficum se exhibuit, in diesque nocentiorem. Budæus.
Grassari contra. Justin. lib. 1. cap. 9. de Cambyse Non dubitavit post sacrilegia, etiam parricidium facere. Erat enim difficile ut parceret suis, qui contemptu religionis grassatus etiam contra deos fuerat.
Grassari in aliquid. Nobiles homines in possessionem agri publici grassari. Liv. 6. 5.
Grassatur pestis, Quum ingenti clade hominum invalescit. Bud.
Grassari obsequio: metaphorice dixit Horatius, de captore loquens, 2. Serm. 5. 93.
— Davus sis comicus, atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti,
Obsequio grassare. h. e. Obrue divitem obsequiis.
Grassari, in bonam partem dictum. Liv. 3. 44. Jure grassari, non vi. h. e. Procedere. Idem lib. 10. cap. 14. Consilio grassandum, si nihil vires juvarent, ratus, &c.
Grassari, Ambulare, auctore Nonio 4. 219. Titinnius Veliterna, Vende thensam atque mulos, sine eam pedibus grassari, cum fingere ejus superbiam. Novius Pedio, Certamus si me diploidi a recta grassatur via.

GRASSĀTIO, ōnis. f. [λωποδυσία] Plin. lib. 13. cap. 22. de thapsia loquens, Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure ceraque, & sequente die, contra famam, cutem sinceram circumferens. Budæus.

GRASSĀTOR, ōris. m. [λωποδύτης] est Viarum in urbe, vicorumque obsessor, qui obvios injuriæ opportunos spoliat, aut pulsans, aut intentata morte territans. Plin. in Paneg. cap. 34. pr. Vidimus delatorum agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum. Juven. 3. Sat. 305.
Interdum & ferro subitus grassator agit rem. Cic. de Fato, 34. Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur. Gell. 20. 1. Nocturnus grassator.
Grassatores, inquit Callistratus in l. Capitolium. §. grassatores. D. de pœnis, Qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur; utique si sæpius atque in itineribus hoc admiserunt: ceteri in metallum dantur, & in insulas relegantur. Claudius Jurisconsultus, Furta, inquit, manifesta a non manifestis discerni solent, ut rixæ a grassaturis, expilationes a furtis, violentia a petulantia.
Grassator est & apud veteres, Qui ventri deditus, avide convivia sectus est. Cato in Gell. 11. 12. Poeticæ artis honos non erat; si quis ea in re studebat aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur. conf. Cæl. Rhod. 7. 1. [Quasi dicas Ambulator, i. e. Otiabundus.

GRASSATŪRA, æ. f. [λωποδυσία] Sueton. in Tiber. cap. 37. In primis tuendæ pacis, a grassaturis, ac latrociniis, seditionumque licentia curam habuit. conf. GRASSATOR.

GRASSĀRIUS, i. m. Festus, Grassarii autem dicuntur Latrones, vias obsidentes. Sed rectius legitur Grassari. V. supra in verbo.

GRATIA, æ. f. [χάρις, χάρισμα, χαριστήριον] Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Cic. 2. de Invent. 161.
Postulare gratiæ aliquid apponi sibi. Ter. And. 2. 1. 33.
Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto,
Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Ubi Donatus, Id gratiæ apponi sibi, Addi in gratiam suam. i. e. Sibi gratiam mereri.
Ad gratiam. V. AD.
Animus adversus gratiæ. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Animus obnoxius gratiæ. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Debilitas gratiæ. Cic. 6. Fam.
Dis gratia. Ovid. 1. Fast. 701.
Gratia dis, domuique tuæ, religata catenis
Jam pridem vestro sub pede bella jacent.
Ingenii gratia. Quintil. in procem. lib. 1. Nullam ingenii sperantes gratiam. i. e. Laudem & commendationem.
Recte factorum gratia. Tacit. 3. Ann. 53.
Sermonis gratia. Hor. de Arte Poet. 69.
Bona gratia. V. BONUS.
Illustris gratia. Cic. pro Domo 46.
Immerita gratia. V. IMMERENS.
Immensa gratia. Tacit. 14. Ann. 53.
Improba gratia fallacis Prætoris. Juven. 13. Sat. 4.
Ineptum gratia. Cic. ad Att. Est gratia ineptum id quidem, id est nimis plausibile.
Inclyta gratia. Lucan. ad Pison. 64.
Infida gratia, Incerta, instabilis. Plin. lib. 1. Epist. 5. non procul a fine, Gratia malorum tam infida est, quam ipsi.
Juvenilis gratia. Stat. 2. Silv. 2. 10.
Levior pluma est gratia. Plaut. Pœn. 3. 6. 17.
Magna Jovi gratia. Tibul. lib. 1. 4. 23.
Rara fratrum gratia. Ovid. 1. Met. 145.
Vana gratia meriti tui. Ovid. 2. de Pont. 11. 8.
Vilis gratia alicujus. Ovid. 2. de Arte Am. 29.
Vivax gratia, Perpetua. Hor. in Arte Poet. 69.
Abolescet gratia facti. Virg. 7. Æn. 232.
Abest gratia officio. Ovid. 3. de Pont. 4. 52.
Adimere gratiam. Plin. lib. 2. Epist. 5. Nec ea quæ stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis a quibus capitur.
Afferre gratiam. Quintil. lib. 2. cap. 13. Quam quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ, quæque in sensibus, quæque in verbis sunt.
Aucupari gratiam alicujus. Cic. 5. Fam. 12.
Auferre gratiam alicui. Quintil. lib. 6. cap. 1. Nam & cautiores ad custodiam suæ religionis judices facit, & gratiam responsuris aufert.
Augere gratiam. V. AUGEO.
Cedere gratia. V. CEDO.
Capere gratiam dicitur animus. V. CAPIO. Cic. 2. Fam. 5.
Circumdare gratiam. Tacit. 14. Ann. 53. At tu immensam gratiam, innumeram pecuniam circumdedisti.
Coæquare gratiam. V. COÆQUO.
Coit gratia. Hor. 1. Epist. 3. 32. — an male sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur?
Colligere gratiam ex privatorum negotiis. Cic. 3. de Orat. 133. i. e. Inire. Idem 2. Q. frat. 16. Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem sim collecturus.
Commemorare gratiam. Cic. Post red. in Senat. 24.
Componere aliquid cum bona gratia. Ter. Phorm. 4. 3. 17.
— cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter nos sic hæc potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala? V. CUM.
Componere gratiam inter aliquos. Ter. Hec. 3. 5. 29.
Neque alio pacto componi potest inter eas gratia.
In his exemplis dici potest Gratia esse Amicitia. Sic Ovid. (Met. 1. 145.) Fratrum quoque gratia rara est. Sic Lactant. Divin. Instit. Epit. cap. 4. in fine, Veritas non odium pariet, ut ait poëta, sed gratiam. H. St. priora aliquot verba culter abstulit.
Concedere aliquid beneficii gratiæque causa. Cic. 5. Verr. 115.
Conciliare gratiam. V. CONCILIO.
Conciliare alicujus gratiam sibi. Cic. pro Lege Manil. 70.
Consequi gratiam. Cic. 1. de Orat. 317. V. CONSEQUOR.
Convellere gratiam. V. CONVELLO.
Cupio gratiam tuam. Plaut. Perf. 4. 4. 18. Idem Trin. 1. 1. 12.
Nimio hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt pars hominum, quam id quod prosit pluribus.
Debere gratiam. Cic. 3. de Fin. 73.
Derogare gratiam alicui. V. DEROGO.

Dimit-

Dimittere aliquem cum bona gratia. Cic. de Fato, 7.
Diſſiluit gratia fratrum. i. e. Rupta eſt & ſeparata amicitia. Hor. 1. Epiſt. 18. 41.
Dare gratiam vel veniam. Cic. 2. de Divin. 6.
Efficere aliquid gratiâ. Cic. 10. Fam. 12.
Effundere gratiam collectam, Perdere. Cic. 2. Fam. 15.
Eſt ante omnia Clazomenio vino gratia. Plin. lib. 14. cap. 7.
Excipere illuſtri gratia aliquid. Cic. 1. Fam. 9.
Exigere gratiam. Cic. de Amicit. 30.
Exornare aliquid gratia & venere. Quintil. lib. 4. cap. 2. Narrationem, ut ſi ullam partem orationis, omni, qua poteſt, gratia, & venere exornandam puto.
Extinguit gratiam noſtram, hominum ſuſpicio. Cic. 1. Fam. 1. i. e. Favorem & benevolentiam erga nos hominum tollit. [Immo Efficit, ut minus gratia noſtra valeat in cauſa tua.
Exulcerare gratiam. V. EXULCERO.
Exuere gratiam novitatis. Plin. lib. 1. Epiſt. 2. extr. Libelli quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, quamvis jam gratiam novitatis exuerint. i. e. Quamvis jampridem ſint publicati, neque legantur tanquam novi. Placent enim nova qualiacunque ſint ſcripta.
Facere gratiam jurisjurandi. Plaut. Rud. 5. 3. 59. V. FACIO.
Facere gratiam delicti, pro Ex jure diligentiore aliquid imminuere. Liv. 3. 56. pr. V. FACIO.
Ferre alicui legem per gratiam. Cic. pro Domo 81.
Habere gratiam, Memorem eſſe beneficii accepti. Ter. Eun. 4. 6. 12.
Et habetur, & refertur a me Thais tibi, ita ut merita es gratia.
Ubi Donatus, Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit. Retulit, qui deſtitit habere. Multum ergo hic dicit, & habetur gratia & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellum Jugurthinum cap. 110. pr. Arma, pecuniam ſume, utere: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, ſemper apud me integra erit. V. HABEO.
Habere & prædicare gratiam. Cic. pro Corn. Balbo, 2.
Habenda diis immortalibus gratia. Cic. 1. in Catil. 11.
Habenda iis quoque gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Habere gratiam ſenectuti. Plaut. Suppoſ. Merc. 5. 3. 4. Hæc quum fugiant ſenes, tu tamen ſenectuti gratiam non habeas.
Adſcripſit hic quædam H. St. de differentia opinor, inter Habere & Agere gratias, & Referre gratiam. Sed ceteris refectis leguntur, tantum hæc duo Cic. loca. Tibi pro tuo ſummo beneficio gratias agam. Cic. Attico 16. Aliter vero, Pro noſtro ſtudio gratiam referas. 264. b. Reſpicit paginas Lamb. V. infra Referre gratiam, & Gratiæ pl.
Inceſſere gratiam teſtis potentis. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Inire gratiam ab aliquo. Ter. Eun. 3. 5. 9.
Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Ubi Donatus, Gratiam inire, eſt Dare beneficium, ac per hoc inire gratiam. i. e. amicitiam. Sed hæc elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Ejus gratiam merebor. Cic. 4. Fam. 2. Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitramur.
Inire gratiam apud aliquem. V. INEO.
Inire gratiam cum aliquo. V. INEO.
Invenire gratiam. V. INVENIO.
Languet mihi gratia. Sil. lib. 17. 365. h. e. Non eadem eſt mihi gratia, quæ quondam eſſe ſolebat. Languet, Fit minor.
Negligere gratiam alicujus. Plaut. Trin. 2. 4. 97.
Parare gratiam, Conciliare. Quintil. lib. 1. cap. 6. pag. 82.
Patere reditum gratiæ alicui. Cic. de Aruſp. Reſp. 52.
Perdere gratiam orationis. Quintil. lib. 6. cap. 1. V. PERDO.
Perit gratia ſi repoſcatur. Plin. lib. 1. Epiſt. 13. ad Soſium Senecionem.
Perſolvere mente gratiam alicui meritam. Cic. pro Planc. 68.
Petere (Concedere) aliquid beneficii, gratiæque cauſa. Cic. 5. Verr. 115.
Petere gratiam a patre, pro Petere veniam. Plaut. Stich. 1. 2. 23.
Petere gratiam alicujus, idem quod Cupere gratiam. Plaut. Aulul. 2. 2. 69.
Ponere aliquem in gratiam. Cic. 8. Fam. 6. Amabo te ſiquid quod opus fuerit, Appio facies: ponito me in gratiam. ſubaudi, Ipſius Appii.
Ponere aliquem in gratiam apud alterum. Cic. 6. Att. 6.
Poſui apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia. Cic. 5. Att. 11.
Præcipere gratiam publici beneficii. Liv. lib. 6. 26. pr. i. e. Ante capere.
Quærere gratiam. i. e. Animum gratum. Cic. pro Planc. 93. Nam hæc privatim fortaſſe officiorum memoriam & gratiam quærunt. i. e. animum gratum poſtulant.
Gratia in hac ſignif. ſiquidem ita ſit exponendum, eſſet pro eo, quod dicitur Gratitudo. An quod Gall. dicitur *Gré?*
Recipere in gratiam. Cic. pro Rabir. Poſth. 19. Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.
Ut Gall. *Il eſt en ma grace.* H. St.
Reconciliata gratia. Cic. 3. Fam. 12.
Reddere gratias alicui voluntate ipſa. Cic. pro Planc. 68.
Redire in gratiam cum aliquo, pro Reconciliari. Cic. 1. Att. 14. Cum Lucceio in gratiam redi.
Reditus in gratiam cum aliquo. Cic. 2. Att. 3. Conjunctio mihi ſumma cum Pompejo, ſi placet etiam cum Cæſare reditus in gratiam, cum inimicis pax.
Redire in gratiam cum fama. Æl. Spartian. in Antonino Geta. H. St. cap. 2. extr.
Redigere aliquos in gratiam. Ter. Phorm. 5. 7. 73. Ego redigam vos in gratiam.
Reducere, reconciliare, & reſtituere aliquem cum alio in gratiam. Cic. de Provinc. Conſul. 23.
Reducere aliquem in gratiam cum altero. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Referre gratiam, Reddere par, reddere beneficium. Ter. Eun. 2. 3. 93. Cic. 3. Philipp. 4. Quanquam gratia referri tanta non poteſt, quanta debetur, habenda tamen eſt, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. Idem pro Planc. 68. Debitio pecuniæ & gratiæ diſſimilis. nam qui pecuniam diſſolvit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert. Idem 2. Off. 69. Inops ille, ſi bonus vir eſt, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt. Commode autem, quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidiſſe: qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui retulerit, habere: & qui habeat retuliſſe.
Referre plenius gratiam. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Referre alicui bonam gratiam. Cic. 2. Att. 9. pr.
Referre juſtam debitamque gratiam. Cic. pro Corn. Balbo 59.
Referre meritam gratiam debitamque. Cic. 3. de Orat. 14.
Referre mutuam gratiam. Cic. in Salluſt. 9.
Referre parem gratiam pro beneficio. Cic. pro Roſc. Com. 20. Neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur.
Referre præclaram pop. Rom. gratiam. Cic. 1. in Catil. 28.
Referre gratiam, in malam partem. Cic. 2. Q. frat. 3. Surrexit Clodius: ei tantus clamor a noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque oratione conſiſteret. Qua ironia nihil frequentius eſt.
Rependere gratiam facto. Ovid. 2. Met. 694.
Reſtituere in gratiam. Cic. 1. Att. 1. Salluſtium præſentem reſtituere in ejus veterem gratiam non potui.
Reſtituere gratiam alicui. Cic. de Petit. Conſ. 16. Al. Referendæ.
Retinere alicujus gratiam, i. e. Fovere amicitiam. Cic. 2. Q. frat. 3. Quæ tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Seſtii gratia litteris ſæpe monuiſti. Puto per Pomponium fovendum tibi eſſe Hortenſium. i. e. Retinendam gratiam. Cic. 1. Q. frat. 3.
Rupit gratiam ira. Sen. Thyeſt. 7.
Sequi gratiam: i. e. Alicujus amicitiam ambitioſius captare. Cæſ. 1. de Bell. Civil. pr. Sin Cæſarem reſpiciant, atque ejus gratiam ſequantur.
Stat honos ſermonum & gratia vivax. Hor. de Arte Poet. 69.
Sum in gratia cum aliquo. Cic. 2. Att. 9. Erit nebulo iſte cum his dynaſtis in gratia.
In laude & gratia eſſe. Cic. 3. Verr. 21.
In gratia pecuniaque magna fortunatum eſſe. V. IN.
Cum illo magna eſt mihi gratia. Cic. 1. Fam. 9. Ego quum mihi cum illo magna jam gratia eſſet, quod ejus omnes graviſſimas injurias communis concordiæ cauſa voluntaria quadam oblivione contriveram, ejus repentinam, &c.
Cum illo nulla eſt mihi gratia. Propert. lib. 2. 33. 20.
Cum Tiberi & Nilo gratia nulla fuit. i. e. Nunquam Ægyptii & Romani ſe invicem amaverunt.
Gratia ante omnia eſt Clazomenio vino. Plin. lib. 14. cap. 71.
Solida eſt mihi gratia tecum. Ovid. 12. Met. 576.
Eſt gratia, pro Ago gratias. Plaut. Men. 2. 3. 36.
Tenet gratia. ut, Gratiam, (ſubaudi Appellant) quæ in memoria & remuneratione officiorum & honorum & amicitiarum obſervantiam teneat. Cic. 2. de Invent. 66.
Tenere gratiam alicujus. Suet. in Auguſt. cap. 13.
Tenere Cæſaris, & Pompei gratiam, &c. i. e. Eſſe in gratia. Cic. 2. Q. frat. 14.
Tollere beneficium & gratiam. Cic. 2. de Fin. 117.
Trahere gratiam. Tacit. 3. Ann. 53. Et quum recte factorum ſibi quisque gratiam trahant, unius invidia ab omnibus peccatur.
Tribuere gratiam alicujus rei inventori. Cic. 4. de Fin. 13.
Valere gratia. Plin. lib. 1. Epiſt. 17.
Venit gratia magna minimo labore. Ovid. 3. Amor 4. 46.
Gratia, pro Cauſa & ratione ſive occaſione. Ter. And. 2. 6. 2.
Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Ubi Donatus, Gratia veteres per Cauſa ponebant.
Hominum gratia generatas beſtias videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Dolorum effugiendorum gratia. Cic. 1. de Fin. 39.
Ea gratia. Cic. 3. de Nat. Deor. 67. ex vet. poët.
Perque agros paſſim diſpergit corpus: id ea gratia,
Ut dum nati diſſipatos artus captaret parens,
Ipſa interea effugeret: &c.
Gratia mea, h. e. Mea cauſa, propter me. Plaut. Bacch. 1. 1. 64.
Ego obſonabo. nam id flagitium meum ſit, mea gratia te
Operam dare mihi, & ad eam operam facere ſumptum de tuo.
Gratia villæ, pro Elegantia. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Miraris cur me Laurentinum meum tantopere delectet? Deſines mirari, quum cognoveris gratiam villæ, opportunitatem loci, litoris ſpatium.
Gratia jam in aduleſcentulo magna erat. Nepos 25. 2.
Non erit ignotæ gratia magna Lyræ. Ovid. 3. de Arte Am. 400.
Gratia, pro Favore. Salluſt. in Jugurth. cap. 25. Ita bonum publicum (ut in plerisque negotiis ſolet) privata gratia devictum. i. e. Bonum publicum privato favore expugnatum eſt.
Gratia, Copia eſt plurimorum amicorum. Aſconius auctor in 2. Verr. 25. Hoc indicat Cic. pro Quint. 2. P. Quintius, cui exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum adverſario gratioſiſſimo contendat. Plurimum autem gratia poterat in judiciis: moris enim erat in judiciis tum privatis tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri poſſe judices putabantur: iique, ut ſcribit Aſconius, Advocati dicebantur, qui ſcilicet præſentiam ſuam amico commodabant. Orator enim, Patronus dicebatur. V. ADVOCATUS.
Gratiæ, ut Amicitiæ, pro ipſis amicis. ut, Externas gratias quærere. Tacit. 12. Ann. 15.
Acquirere & retinere gratias. Cic. 1. Att. 1. V. ACQUIRO.
Gratiæ, plur. ut Grates, ſæpius ponitur de Accepti beneficii memoria, vel prædicatione.
Actio gratiarum & congratulatio. Cic. in Brut. 3.
Actionem gratiarum ab aliquo deſiderare. Cic. 10. Fam. 19.
Immemor gratiarum nemo gratus inventus eſt. Cic. Poſt red. in Senat.
Agere gratias & grates. V. AGO.
Agere gratias verbis ampliſſimis. Cic. 1. Philipp. 3.
Agere gratias immortales. Cic. 10. Fam. 11.
Agere incredibiles gratias ſuo & alterius nomine per litteras. Cic. 13. Fam. 28.
Agere ingentes gratias. V. INGENS.
Agere juſtiſſimas gratias. Cic. 2. de Legib. 6.
Agere miras gratias. Cic. 16. Att. 7.
Agere apud aliquem mirificas gratias. Cic. 13. Fam. 43.
Agere ſingulares gratias. Cic. 13. Fam. 42.

Habere gratias vel gratiam, est Retinere memoriam collati beneficii; Agere vero gratias, est Verbis testari; & Gratiam referre, est Beneficium pro beneficio reddere. Ter. Eun. 4. 6. 12.

Et habetur & referetur, Thais, ita uti merita es gratia. V. Donat. in loc. & Faern.

Habeo pol Diis gratias, cum in pariendo aliquot adfuerunt liberæ. Ter. And. 4. 5. 31. Sed frequentius invenimus Gratiam habere quam Gratias.

Scribere gratias. Gell. lib. 3. cap. 8.

Venerari aliquem laudibus ac gratiis. Tacit. 12. Ann. 37. Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus principem, laudibus, gratiisque venerati sunt. i. e. Gratiarum actione.

GRATIÆ, arum. f. [Χάριτες] Deæ Bacchi & Veneris filiæ, ut vult Servius; alii Jovem earum esse patrem existimant. Tres fuerunt numero, virgines nudæ & amabiles. Alio nomine vocabantur CHARITES, quod V. supra.

Decentes Gratiæ. Hor. 1. Carm. 4. 6.

Gratia juncta nudis sororibus. Hor. 3. Carm. 19. 16.

Solutis Gratiæ zonis. Hor. 1. Carm. 30. 6.

GRĀTIŌSUS, a, um. Adj. [χαρίεις, ἐπίχαρις, εὔχαρις] Qui apud omnes plurimum gratia potest, (vel omnium gratiam & favorem facile demeretur: comis, facilis, benignusque qui gratiam inire cupit cum multis.) Cic. 5. Verr. 69. Hic Venerius, quemadmodum aratores eluserit ex una pactione hominis honesti, gratiosique cognoscite.

Cum adversario gratiosissimo contendere. Cic. pro Quint. 2.

Potens & gratiosus homo. Cic. pro Cluent.

Hominibus potentibus, gratiosis, disertis. Cic. pro Cœl. 21.

Splendidi homines & gratiosi. Cic. 5. Verr. 37.

Gratiosus ad. Cic. pro L. Muren. 73. Et ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus.

Vir ad ambitionem gratiosus. Cic. de Petit. Conf. 17.

Apud omnes ordines gratiosus. Cic. 3. Off. 58. Tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Idem 1. Fam. 3. Vehementer confidit his meis litteris se apud te gratiosum fore.

Ita gratiosi eramus apud illum, quem, &c. Cic. 15. Att. 4.

In suis civitatibus & municipiis gratiosi homines. Cic. pro Muren. 47.

Habere in petitione aliqua multos sui cupidos, & gratiosos. Cic. pro Planc. 46.

Gratiosus, cum dativo. Cic. pro Planc. 47. Jam ut ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, &c.

Gratiosus, cum ablativo. Plin. lib. 16. cap. 33. Odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa. De cupresso.

Gratiosa missio, Quæ per gratiam. i. e. illicitum favorem impretata est. Liv. lib. 43. 16. extr. Missorum causas sese cognituros esse: & quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri jussuros.

Sententia gratiosa, i. e. Favorabilis, sive Per gratiam & favorem a judice lata. Ulpian. in l. in hæredem. D. de calumniat. Ob falsum testimonium, vel judici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur. Non est in nostro thesauro. H. St.

Gratiosus, inquit Isid. lib. 10. litt. G. quod plus unicuique quam meretur tribuit.

Item aliquando, etsi raro, significat Eum qui gratiam confert, Item Gratiosus est qui adhibet gratias, & qui admittit. Gell. lib. 9. cap. 12. [Sed vellem & exemplo aliquo confirmasset.

GRATIŌSE, Adv. [χαριέντως] Ulpian. in l. tutor qui repertorium. §. Competet. D. de administratione tutorum, Si prædia non idonea comparaverunt per sordes aut gratiam. quid ergo, si neque sordide, neque gratiose: sed non bonam conditionem elegerint?

GRATIOSĬTAS, ātis. f. Tertul. adv. Marc. 1. 9. Naturalem novitatis gratiositatem volui repercutere. i. e. Gratias.

GRATES, [χάριτες] numero tantum plurali, & in hac tantum terminatione, pro Gratiis quæ agi, vel referri debent pro accepto beneficio. Virg. 1. Æn. 604. —— grates persolvere dignas

Non opis est nostræ Dido. Idem 2. Æn. 537. In malam partem,
At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis,
Dii (si qua est cælo pietas quæ talia curet)
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita. Ubi Servius ait; Grates, prout res fuerit, vel in bonis vel in malis dicuntur, ut Præmia; sic apud Terentium Gratiam referre est Malum pro malo rependere. V. supra GRATIA.

Et grates, inquit, tibi ago summe Sol. Cic. in Somn. Scip. 1. Curt. 3. 3. 6. 17. Grates habebant velut præsenti deo.

Agere grates alicui. Tacit. 4. Hist. 64. Sed præcipuo deorum Marti grates agimus. Sic & 4. Ann. 64.

Meritas grates agere alicui. Ovid. in Ibin, 25.

Decernuntur grates deis. Tacit. 15. Ann. 74.

Exolvere fævas grates. Stat. 5. Silv. 5. 45. de Officio mutuo consolationis.

Pendere dignas grates. Stat. 11. Theb. 223.

Rependere grates. Stat. 3. Silv. 3. 155.

GRATITŪDO, ĭnis. f. Vox veteribus prorsus inaudita. Sabellicus lib. 7. Exemplorum cap. 1. de gratitudine, Laudatissima, inquit, virtutum omnium gratitudo, res cælo & hominibus jucunda. Qua dictione plus decies ibidem utitur. Erasm. in Declam. quæ Lucianicæ illi respondet, quæ inscribitur Tyrannicida; Sunt autem, inquit, vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet cui beneficium acceptum ferre debeas. Utuntur hac voce & alii multi, ex quibus est Pontanus, cum alibi tum in Hist. Neapol. 586. Magno in Deum metu, in homines liberalitate ac gratitudine. Idem Federicum regem benevolentiæ tantum gratia sequitur & gratitudinis. Sic & Ingratitudo. H. St.

GRATIĀNUS, Filius Augusti Valentiniani. Natus est Eusebio & Hypatio coss. sive A. D. 359. V. Aurel. Vict. Epit. cap. 45. 47. Item, alius Prætor damnatus sub Tiberio. Tacit. 6. Ann. 38.

GRATIĀNUS, a, um. Adj. Plin. 33. 11. Vasa Gratiana.

GRATIDIUS, & GRATIDIĀNUS, Romanorum alterum gentile nomen, alterum cognomen adoptivum. V. Cicero 3. de Legib. 36. & 3. de Off. 80.

GRATIFICOR, GRATOR, GRATULOR, &c. V. post GRATUS.

GRATIS, Adv. [προῖκα, δωρεάν] Gratuito, sine solutione pecuniæ. Cujus contrarium est Pretio. Cic. 3. Verr. Gratis Prætor factus est. Martial. lib. 3. 30. — gratis conviva recumbis.

Gratis alicui polliceri. Cic. 3. Q. frat. 1. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum.

Servire alicui gratis. Cic. pro Cluent. 71.

Habitare gratis in alieno. Cic. 2. Off. 83.

Gratis diligere virtutes. Cic. 2. de Fin. 83. Ut æquitatem, modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligant.

Gratis & Pretio, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 7. Hic primum questus est non leviter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii.

Gratis & sine mercede ulla. Suet. de Clar. Gramm. cap. 13.

GRATIIS, pro Gratis, Comicis familiare. Plaut. in prol. Asin. 5. Age nunc reside, cave modo ne gratiis. Ter. Phorm. 3. 2. 15.

Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis? Al. Gratis. In Eunucho quoque scribendum est Ingratiis, pro Ingratis. Ex Turnebo. Ter. Adel. 4. 7. 26. Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratiis.

GRATUĬTUS, a, um. Adj. [ἄμισθος] Quod datur gratis, & sine præmio: ut interpretatur his verbis Cic. 1. de Legib. 48. Quid liberalitas? gratuitane est, an mercenaria? sine præmio benigna est & gratuita? si cum mercede, conducta.

Amicitia gratuita. Cic. 1. de Nat. Deor. 121. Prata & arva & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex his capiuntur: hominum caritas & amicitia gratuita est.

Hospitia ei gratuita decrevere. Plin. lib. 35. cap. 9.

Probitas gratuita. Cic. 2. de Fin. 99. Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam.

Suffragia gratuita ferre. Cic. pro Planc. 16.

Quantitas tertiæ syllabæ, prorsus est anceps, eodem modo ut in Fortuitus, cujus tertiam Horatius produxit 2. Carm. 15. 17. Stat. 1. Silv. 6. 16.

Et quas præcoquit Ebosita cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.

Mercenarius & Gratuitus, contraria. Cic. pro Font. 22. Potestis igitur ignotos notis, &c. mercenarios gratuitis anteferre?

GRATUĬTO, Adv. [ἀμισθί] Idem quod Gratis. Cic. 2. Off. 66. Diserti igitur hominis, & facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas & non gravate, & gratuito defendentis, beneficia & patrocinia late patent.

Gratuito proponere pecuniam. Suet. Tiber. cap. 48.

Gratuito & Mercede, contraria. Plin. lib. 35. cap. 9.

GRĀTUS, a, um. Adj. [εὐγνώμων, ἐπίχαρις, χαρίεις, ἀσπάσιος] Qui gratiam pro beneficio refert, vel saltem memor est accepti beneficii. Ter. Adel. 2. 2. 43. Memorem me dices esse & gratum. Ubi Donatus, Figurate est inducta promissio præmiorum. Et bene utrumque narrat: nam non continuo qui memor est, etiam gratus est. Memor enim est, qui apud se meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. nam multi sunt memores, ingrati tamen. Plin. in Paneg. cap. 43. Nam liberalitatem jucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Memor & gratus. Cic. 4. Verr. Sed quod sua interesse putabant, se memores gratosque existimari, gratias isti egerunt.

Gratus ac memor beneficii. Cic. 2. de Lege Agr. 21.

In aliquem. Cic. 11. Fam. 10. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes.

Erga aliquem. Plin. lib. 2. cap. 9. Non sumus profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere.

Gratum se præbere alicui. Cic. pro Planc. 91. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati.

Virtutem alicujus grata memoria prosequi. Cic. 14. Philipp. 30.

Grato animo prosequi nomen alicujus, i. e. Esse gratum erga aliquem. Cic. 4. Philipp. 3.

Adversus aliquem. Sen. lib. 1. de Benef. cap. 4. Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratiorque adversus benemerentes fiam.

Re ipsa atque animo gratissimus. Cic. 10. Fam. 19.

Manu grata sumere. Hor. 1. Epist. 11. 23.

Gratus, Acceptus, & jucundus. Liv. 2. 8. pr. Gratæ in vulgus leges fuere. Tacit. 1. Ann. 28. Accitur Centurio Clemens, & si alii bonis artibus grati in vulgus: ii vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inferunt, spem offerunt, metum intendunt.

Comitum gratissimus. Ovid. 14. Met. 221.

Beneficium gratum. Plaut. Rud. 4. 6. 17. Ter. And. 1. 1. 15.

Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. [i. e. Apud te. Donat. Ego vero malim post Fuisse distingui, ut sit, Adversum te h. g. pro Tibi.

Conviva gratus. Hor. 2. Serm. 2. 119.

Diva animo gratissima nostro. Ovid. 5. Met. 261.

Dona grata. Ovid. 1. Epist. 27.

Error mentis gratissimus. Hor. 2. Epist. 2. 140.

Gratiæ gratæ. Plaut. Pœn. 1. 1. 6.

Quibus pro benefactis fateor debere tibi
Et libertatem, & multas gratas gratias. Al. Grates. [Potest & Gratus legi, vel Gratis.

Hora grata. Hor. 1. Epist. 4. 14.

Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.

Quies grata. Hor. 1. Epist. 17. 6.

Tempore grato frui. Hor. 2. Epist. 2. 198.

Virtus gratior veniens in pulchro corpore. Virg. 5. Æn. 344.

Gratum odore jucundo ladanum. Plin. lib. 12. cap. 17.

Gratum in cibo. Plin. lib. 11. cap. 29. Et lib. 10. cap. 48. Cibis gratissima.

Gratus differt a Jucundo. Cic. 4. Fam. 6. Cujus officia jucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora. Idem 3. Att. 24. Ista veritas etiam si jucunda non est, mihi tamen grata est.

Puto sonare, *Pour le moins elle me contente*. H. St.

Gratum & optatum. Cic. 1. Verr. 7. Quid est quod aut Pop. Romano gratius esse debeat, aut sociis exterisque nationibus optatius esse possit, aut saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit?

Gratum & Grave, contraria. Cic. 2. de Legib. 41. Velim hoc, quod loquor, tibi gratum videri potius quam grave.

Minime

Minime gratum. V. post MINOR.
Accidit mihi illud gratum. V. ACCIDO.
Facere alicui gratum, i. e. Rem gratam. Cic. 13. Att. 45. V. FACIO.
Gratissimum facere. Cic. Fam. 13. 36. extr. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut &c.

GRATE, Adv. [εὐγνωμόνως] Ex grato animo: Cujus contrarium est Ingrate. Cic. pro Planc. 98. Grate & pie facere. Idem 1. de Fin. Præterita grate memini. Hor. 2. Epist. 2. 210. Natales grate numeras, Superl. Plin. 7. 6. Munus gratissime acceptum est.

GRATIFICOR, [χαρίζομαι] ari. Gratum, seu Rem gratam facere, & Beneficium dare aliquando significat. Cic. 1. Fam. 1. Quod Pompeio gratificari se putant.
Gratificatur mihi gestu accusator. Cic. pro Corn. Balbo 14.
Cur tibi hoc non gratificer nescio. Cic. 1. Fam. 10.
Deus non gratificatur hominibus, Non gratum facit. Cic. 1. de Nat. Deor. 124. Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem?
Gratificari alicui de re aliqua. Cic. 5. de Fin. 42. Deque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.
Gratificandi facultas. Cic. 1. Off. 23. In quibus autem major est animus, in his pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem. i. e. Ut gratos, obnoxios, & devinctos sibi reddere possent.
Gratificari libertatem suam alicujus potentiæ. Salluſt. in Jugurth. cap. 3. Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est; nisi forte quem inhonesta & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem gratificari.
Gratificari gratiam, V. Gratificans partic.
Gratificari, pro Favere & ornare. Cic. 3. de Legib. 39. Populo potestas honeste bonis gratificandi datur. Idem 1. Off. 42. Qui gratificantur cuipiam quod obsit illi cui velle videantur prodesse, non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores judicandi sunt. Budæus.
Liberalis gratificandi voluntas. Cic. 2. Offic. 51.

GRATIFICANS, Partic. Salluſt. de Rep. Ord. 1. 7. Neque aliter quisquam extollere sese, & divina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ, & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo, perversam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque præceptis, & factis fortibus exercitando.

GRATIFICATIO, onis. f. [χάρισμα] Cic. 1. de Nat. Deor. 122. Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem gratificationem & benevolentiam ponitis?
Impudens gratificatio. Cic. 3. de Lege Agr. 6.
Gratificationi locus est. Scævola l. ult. D. de religiosis, & sumptib. funer. Si plura prædia quis habuerit, & omnium usumfructum separatim legaverit: poterit in unum inferri, & electio erit hæredis, & gratificationi locus.

GRATIFICATOR, oris. m. Augustin.

GRATIFICUS, a, um. Adj. Isidor. Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum. Porphyr. Paneg. 1. 5. Gratificus dominus.

GRATITO, are. More anserum vociferari. Auct. Philom. v. 19.
— hinc gratitat improbus anser.

GRATOR, [εὐχαριστέω] ari. Gratias agere alicui, & quasi Supplicare. Ovid. 3. Fast. 417.
Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,
Gratare, Iliacis thuraque pone focis.
Gratari, [χαίρειν] Gaudere de bono proprio, vel alterius. Virg. 4. Æn. 478.
Inveni, germana, viam, gratare sorori. Liv. 7. 13. extr. Tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Jovis Opt. Max. templum gratantes, ovantesque adire.
Gratari, Aliquid gratanter dicere. Tacit. 6. Ann. 21. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorum & incolumem fore gratatur.
Gratatur reduces. Virg. 5. Æn. 40.
Gratari alicui. Ovid. 6. Met. 434.
—— gratata est scilicet illis Thracia.
Gratari sibi. Ovid. 11. Epist. 65. Quid tibi gratari?
Ad gratandum se expedire. Tacit. 14. Ann. 8.

GRATANS, Partic. [χαίρων] Tacit. 2. Ann. 75. Inter venerantes, gratantesque aspici solita. Ovid. 7. Met. 162.
—— abest gratantibus Æson.

GRATANTER, Adv. Usus est Capitolinus sæpius, sed ut vult Vossius, non satis Latine & eleganter dictum est. Ammian. 17. 26. Gratanter amplexi sunt. Aur. Vict. Epit. in Nerv. Cum in Curia a Senatu gratanter acceptus esset. conf. Symmach. 7. Epist. 76.

GRATABUNDUS, [συγχαίρων] Tacit. 1. Hist. 18. Et proximi militum gratabundi respondent.

GRATATORIUS, a, um. Adj. Sidon. 5. Epist. 16. Gratatoriis apicibus inscribere.

GRATULOR, [συγχαίρω, συνήδομαι] ari. Idem ac Grator. Verbis testari se gaudere fortuna & felicitate alterius, apud eum ipsum qui affectus est felicitate, & aliquando etiam apud nosipsos, ob felicitatem aliquam, quæ nobis forte obtigit.
De reditu alicujus gratulari. Cic. 4. Att. 1. Et 1. Fam. 7.
Adventu alicujus gratulari. Cic. in Salluſt. 10.
Nomine alicujus gratulari. Cic. 1. Philipp. 30.
Gratulor tibi & mihi. Ovid. 1. Trist. 8. 54.
Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihique
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.
Gratulor tibi hanc rem. Plaut. Capt. 3. 2. 3. Cic. 2. Verr. 19. Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Ovid. 3. de Arte Am. 122.
Prisca juvent alios, ego me nunc denique natum
Gratulor. Ter. Eun. 2. 2. 28.
Salutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur.
Gratulor tibi affinitate viri optimi. Cic. 8. Fam. 6.
Gratulor tibi de hac re. Cic. 1. Fam. 7. Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam.
In re aliqua gratulari. Cic. 6. Fam. 11. Qua in re tibi gratulor ita vehementer.
Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis. Ovid. 10. Met. 306.
Quintil. in Pastu cadaverum, sive Declam. 13. Gratulemur, quod jam nulla civitas fame laborat. subauditur Nobis.
Gratulari dolori, pro Gaudere in dolore. Quintil. in præfat. lib. 6.
Gratulor pro opportunitate temporis. Cic. 15. Fam. 14. Sed tamen & feci ante, & facio nunc, tibique cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus & summa gratia provinciæ prosequuta est.
Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius 2. 369. Ennius Hecuba, Jupiter tibi summe tandem male re gesta gratulor. Nævius belli Punici lib. 3. Is qui sursum ad cælum sustulit suas res Ammulus gratulabatur divis. Ter. Heaut. 5. 1. 6.
Ohe, jam desine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam esse inventam gnatam, &c. Scipio Afr. apud Gell. 4. 18.
Eamus Jovi O. M. gratulatum.
Hinc Gratulatio est idem ac Supplicatio vel Gratiarum actio, ut mox ostendetur. Nonnullis videtur hæc esse primaria & propria vocis significatio. V. Grovon. Obs. 2. 19. & Perizon. ad Sanct. Minerv. 1. 1. qui alteram significationem ab hac esse derivatam ostendunt.

GRATULABUNDUS, Adj. [συγχαίρων] Idem quod Gratulans. Gell. lib. 3. cap. 15. Quumque populus gratulabundus, flores undique in eum jaceret. Liv. 7. 33. extr. Quo se omnis multitudo gratulabunda effudit. Justin. 6. 8. Velut gratulabundus patriæ exspiravit.

GRATULATIO, onis. f. [ἐπίχαρμα] Significatio gaudii de alterius felicitate.
Lætitia & gratulatio. Cic. 4. Att. 10. Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, unum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse.
Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Cic. 2. Fam. 6.
Hic parenti suo magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Cic. pro Muren. 12.
Effervescere gratulatio dicitur. Cic. 9. Fam. 2. Al. Defervescere.
Florere gratulatione. Cic. pro Sext. 131.
Habere gratulationem. Cic. pro Milon. 99.
Significare gratulationem. Cic. 4. Att. 1.
Gratulatio, pro Gratiarum actione, vel Supplicatione. Cic. de Provinc. Conf. 26. Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Cic. 11. Fam. 18. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Idem 2. Fam. 9.
Decernere alicui gratulationem reip. bene gestæ. Cic. in Catil. Orat. ult. 20.

GRATULATOR, oris. m. Cic. 2. de Fin. 108. Ita fit, ut gratulator lætior sit, quam is, cui gratulatur.

GRATULATRIX, icis. f. Sidon.

GRATULATORIUS, a, um. Adj. Capitol. in Max. & Balbin. cap. 17. Gratulatoriam epistolam subdidi.

GRATULATORIE, Adv. August.

GRAVESCO, GRAVOR, GRAVIDUS, &c. V. post GRAVIS.

GRAVIONARIUM, [Γραουιονάριον] Germaniæ urbs Ptolemæo. Vulgo *Bamberg*.

GRAVIS, e. Adj. [βαρὺς, βριθὺς, αἰνὸς, ἐπαχθὴς, δεινὸς, ἐνδεής] Suapte natura, inquit Valla, ponderosum significat: ut, Grave saxum, gravis sarcina, gravia arma, grave scutum, quod scilicet gravat nos in ferendo, & quod ægre, & cum molestia fertur. Inde per abusionem transferimus ad Senectutem, ad morbum, ad laborem, ad dolorem: quia hi qui molestiam ex senectute, morbo, ceterisque sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupide velut grave pondus a se vellent deponere. Neque solum ad Molestias corporis translatio hæc fit, verum etiam ad Molestias animi, ut gravis contumelia, gravis injuria, gravis mœror, gravis jactura, quæ animum genere quodam ponderis premunt. Itaque unus modus est, Quæ corpori aut animo molesta sunt, ea Gravia appellare. Eoque molestia a mole, id est a re magna, magnique ponderis vocitata est. Alter modus est, quod quemadmodum gravia saxa & grandes trunci non facile loco moventur, sed ad omnem temporis mutabilitatem hærent: ita Homines constantes, ac præditi sapientia, merito per figuram (metaphoram) Graves nominantur, quod nec precibus, nec minis, nec vanitate, nec promissis ab æquo & justo summoventur: ut hi faciunt quos Leves vocamus, Qui in similitudinem pulveris & palearum ad omnem auram ventilantur. Sciamus tamen Gravis tunc regere dativum, quum est in priore significatio: ut, Tu es gravis mihi. Hactenus Valla lib. 6. cap. 8.
Levis & Gravis, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 6. Quod etiam apud omnes leve & infirmum est, id apud judicem grave & sanctum esse ducetur?
Ætate gravis. Liv. 10. 34. extr. Ingressi milites refractis foribus, paucos graves ætate, aut invalidos inveniunt.
Ætate ac corpore gravis. Vell. Paterc. 2. 76.
Ætate & viribus gravior, i. e. Inhabilis. Liv. 2. 18.
Cibo graves, sopiti jacebant. Liv. 31. 41.
Divitiis gravis, Plenus & abundans. Plaut. Bacch. 3. 4. 23.
Sed ante quam illa unquam meis opulentiis
Ramenta fiat gravior aut propensior,
Mori me malim misera excruciatum inopia.
Fide graviora. Ovid. 4. Trist. 1. 66.
Humore avide hausto gravis. Q. Curt. 7. 5.
Marte gravis, Gravida. Virg. 1. Æn. 277.
—— donec regina sacerdos
Marte gravis. i. e. Semine Martis impleta. Idem 1. Ecl. 50.
Non insueta graves tentabunt pabula fœtas. V. FOETUS.
Morbo gravis. Virg. 3. Georg. 96.
Ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis
Deficit, abde domo. i. e. Languidus.
Natu gravior. Claud. de Bell. Get. 485.
Natu gravior animus. Ter. Heaut. 4. 1. 31.
Mi Chreme, peccavi, fateor, vincor: nunc te obsecro,
Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,
Ut meæ stultitiæ justitia tua sit aliquid præsidi. i. e. Quanto plura nosti quam ego. Bentl. Quanto tu me es annis gravior.
Pietate ac meritis gravis, Plenus. Virg. 1. Æn. 155.
Tum pietate gravem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.
Vinculis gravis, Oneratus & oppressus. Plin. Epist. 147.

 Vino

Vino & somno graves. Liv. 9. Bell. Pun. 34.
Cibo, vino, somnoque graves. Ovid. 14. Epist. 33.
Vulneribus gravis Alexander. Liv. 36. 20.
Utero gravis, pro Prægnante. Plin. lib. 9. cap. 6. Tunc quidem & utero graves, pariendive pœnis invalidæ, solum auxilium novere in altum profugere, & se toto defendere Oceano.
Absinthium grave, i. e. Amarum, & quod gravem succum habet. Varro in Quinquatribus, Absinthium ut bibam grave, & castoreum, levemque robur. apud Non.4.218. Al. Gravem. [Forte distinguendum ante Grave, ut sit pro Graveolenti dictum, & ad Castoreum referatur.
Adversarius gravis, Perniciosus, acerbus, & nocens. Cic. 3. Off. 86. Magnum illud bellum perfuga unus, & gravem adversarium imperii sustulisset. Suet. Neron. 54.
Æs grave. Liv. 4. 45. Indicibus dena millia gravis æris, quæ tum divitiæ habebantur, ex ærario numerata. V. ÆS.
Æs grave & Signatum argentum, opponuntur. Liv. 4. 60. Patres bene cœptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi, & quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam collationem faciebant.
Æstas gravis. Virg. 2. Georg. 377.
Ambitio misera gravisque. Hor. 1. Serm. 6. 129.
Amicitiæ principum graves. Hor. 2. Carm. 1. 3.
Amentia gravis. Ovid. 5. Met. 511.
Amore perculsus gravi. Hor. Epod. 11. 3.
Annona gravis, Cara. Plaut. Stich. 4. 2. 52.
Annis gravis miles. Hor. 1. Serm. 1. 4.
Annus. V. Superl. infra.
Armatura gravis, cui opponitur Levis. Pro ipso milite, qui Græcis ὁπλίτης. Liv. 26. 5. pr. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Bruttiis, & omni graviore armatura, cum delectis, &c. Gronov. Armatu. conf. Hirt. Bell. Afr. 71. V. ARMATURA.
Auræ graves. Ovid. 7. Met. 557.
Auctor gravis, Probatus & magnæ auctoritatis. Plin. lib. 17. cap. 25. A quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor prodidit. Et lib. 24. cap. 9. Gravis auctor in medicina.
Auctor gravior. Tacit. 3. Hist. 43. Eo gravior auctor, quod Paulino patria Forum Julii.
Autumnus gravis, Pestilens. Cæs. 3. Bell. Civil.2. & Horat.2. Serm.6.19.
Bellum grave, pro Molesto, auctore Donato ad Hec. Ter. 5. 1. ut Sallust. Graviore bello qui prohibituri venerant socii, frigere.
Carmen grave & plenum. Cic. 1. Tusc. 64.
Casu graviore decidunt turres. Hor. 2. Carm. 10. 10.
Causa gravis, Necessaria. Lucil. lib. 29. Habeasque animo, mihi admodum causam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. Non.
Causæ graves. Cic. 5. Fam. 12.
Conciones graves, i. e. Acerbæ & criminationibus plenæ. Cæs. 2. Bell. Civil. 18.
Cælum grave, Pestilens. Suet. Tiber. 36.
Chelydri graves. Virg. 3. Georg. 415.
Certamina graviora. Sil. lib. 16.
Contumeliæ gravissimæ. Tacit. 14. Ann. 49.
Cura gravi saucia. Virg. 4. Æn. 1.
Damnum gravius. Ovid. 7. Met. 553.
Fatum grave. Ovid. 2. Met. 306.
Fronte gravi, Tristi. Plin. in Paneg. cap. 41. Nunquam principibus defuerunt, qui fronte gravi, & tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent, &c.
Greges graves, Multi. Varro, Ubi graves pascantur atque alantur pavonum greges. apud Nonium l. c.
Halitus gravis, Insuaviter olens. Columel. lib. 1. cap. 5. Nam præstat a mari longo potius intervallo quam brevi refugisse: quia media sunt spatia gravioris halitus. [Non est Graveolens, sed Insalubris, Pestifer.
Homo gravis, Grandævus & Qui omnia deliberate agit. Virg. 5. Æn. 387.
> Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.

Nonius. [Nisi Gravis, pro Graviter.
Honestas omni pondere gravior est habenda, quam reliqua omnia. Cic. 3. Off. 35.
Ictus graves excipere. Hor. 4. Carm. 9. 23.
Imperium grave, aut stabile. Ter. Adel. 1. 1. 41.
> Et errat longe, mea quidem sententia,
> Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
> Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur.

Impetus gravis hastæ. Stat. 10. Theb. 539.
Incœpta gravia. Hor. de Arte Poet. 14.
Ira gravis, & inexpugnabile pectus. Virg. 5. Æn. 781.
Labore gravi fessos. Sen. Hippol. 4.
Lacerto gravi vibrata fraxinus. Ovid. 5. Met. 142.
Manus gravis, Pecuniis, vel re aliqua onusta. Plaut. Pseud. 3. 1. 19. Virg. 1. Ecl. 36.
> Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.

Mœror gravis. Hor. de Arte Poet. 110.
Morbus gravis. Ovid. 8. Met. 876. Et Nep. 23. 4.
Mors gravis. Ovid. 3. Met. 471.
Nidor gravis. Virg. 3. Georg. 415.
> Galbaneoque agitare gravi nidore chelydros.

al. Graves, scil. Chelydros.
Nubes imbre graves. Liv. 28. 15. Nisi ex vehementi sole, qualis inter graves imbre nives effulgit, tanta vis aquæ dejecta esset, ut, &c.
Nuntius gravis, Tristis. Virg. 8. Æn. 582.
> — gravior ne nuntius aures Vulneret.

Oculi graves. Cic. Post red. in Senat. 12. Composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, &c.
Odor gravis. Plin. lib. 11. cap. 7. Omnes frigoris aut injuriæ aditus obstruuntur, odore & ipsa etiamnum gravi.
Odor gravis oris. Ovid. 3. de Arte Am. 277.
Ora pestilens & gravis. Plin. lib. 5. Epist. 6. pr. Est sane gravis & pestilens ora Tuscorum.
Paupertas gravis, Dura & difficilis. Ter. Adel. 3. 4. 50.
> — Paupertatem una pertulimus gravem.

Pœna graviore dignus. Ovid. 1. de Pont. 2. 13.
Pondus grave. Hor. Epod. 4. 17.
Pondus grave, & Leve, contraria. Plin. lib. 12. cap. 9.
Prælium grave. Hor. 4. Carm. 14. 14.
Pretium grave, i. e. Multum. Sallust. apud Non. l. c. Cœpit per omnem provinciam grave pretium fructibus esse. conf. Annona gravis.
Radice gravi & crassa frutex. Plin. lib. 12. cap. 12.
Remi graves, Fortes & robusti. Virg. 5. Æn. 114.
> Prima pares ineunt gravibus certamina remis.

Robur aratri grave. Virg. 1. Georg. 162.
Senatusconsultum vehemens & grave in aliquem. Cic. 1. in Catil. 3.
Senectus gravis, Molesta. Cic. de Senect. 4. Quod senectutem nunquam tibi gravem esse senserim.
Sermones graves. Cic. 1. Q. frat. 2.
Sententiæ graves. Cæs. 1. Bell. Civil. 2.
Sidus Saturni grave in omne caput. Propert. 4. 1. 84.
Solum. Tacit. 5. Hist. 7. Solo, cæloque juxta gravi.
Servitium grave. Propert. lib. 1. 5. 19.
Sol gravis. Hor. 2. Serm. 4. 23. Ante gravem quæ legerit arbore solem.
Sonus gravis & acutus, contraria. Hor. de Arte Poet. 349. Cic. 2. de Nat. Deor. 68.
Sonus gravissimus. Cic. 1. de Orat. 251.
Sopor gravissimus. Lucret. lib. 4. 953.
Stomachus gravis. Hor. 1. Carm. 6. 5.
Supellex gravis, Dives. Plin. Epist. 170.
Suem gravissimam facit glans querna, Pinguissimam. Plin. lib.16. cap.6.
Tela graviora. Curt. 18. 6.
Tempus grave. Hor. 3. Carm. 23. 8. & Liv. 7. 6.
Terra gravis, Fecunda & frugifera. Virg. 3. Georg. 526.
> Quid labor, aut benefacta juvant, quid vomere terras
> Invertisse graves.

[i. e. Duras. Intelligi enim vult Nec corporis exercitationem acrem bubus profuisse adversus morbum.
Testis gravis, Lucuples & optimus. Cic. 2. Fam. 2. Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei. Idem 5. Verr. 108. Et hoc in te graviores, certioresque testes sunt.
Torpor gravis. Sen. Herc. fur. 12.
Venter gravis maturo pondere. Ovid. 9. Met. 684.
Ventus gravis, Molestus. Plin. lib.2. cap. 25. [Nisi potius Insalubris.
Verbum gravius. Plaut. Trin. 2. 2. 107.
> Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam centum mea.

Verbo graviore appellare aliquem. Cic. 5. Verr. 134. Eum in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidem graviore appellasses.
Virus grave. Hor. 2. Epist. 1. 158.
Umbra gravis. Virg. 10. Ecl. 75.
> Juniperi gravis esse solet cantantibus umbra.

Voluntas gravis. Cic. pro Font. 30.
Uterus gravis, Prægnans. Papinianus in l. qui gravi. D. de jure cod. Qui gravi utero uxorem esse ignorabat, &c.
Vulnus grave. Ovid. 4. Met. 721.
Grave esse alicui. i. e. Molestum. ut, Vereor ne tibi sim gravis, i. e. Molestus. Cic. in Top. 1. Ita gravis est mihi ea res. Curt. 8. 5. Mihi non est grave. Nep. 9. 3.
Grave & Facile, contraria. Ter. Heaut. 5. 5. 14. Hæc dum incipias, gravia sunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia. Grave est quale sit existimare. Cic. 11. Att.
Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Cic. 2. Fam. 5.
Grave in populum, Quod ægre & graviter admodum populus ferre potest. Cic. pro Corn. Balb. 24. Etenim in Pop. Rom. grave est, non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint, &c.
Superl. Annus gravissimus, & pestilentissimus. Cic. 5. Fam. 16. Non mehercule quenquam audivi, hoc gravissimo & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus exceptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitæ videretur.
Tempus anni gravissimum. Cic. 2. Q. frat. 16. Atque id anni tempore gravissimo, & caloribus maximis.
Gravissimum. Ter. Adel. 3. 4. 22. Mane: nondum audisti Demea quod est gravissimum.

**GRAVIUSCŬLUS**, a, um. Adj. dimin. [ὑποβαρὺς] Gell. lib. 1. cap. 11. Qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandumque impetum vocis ejus.

**GRAVĬTAS**, ātis. [βαρύτης, βάρος, βρῖθος, βεβαιότης, αὐστηρότης, σεμνότης] Pondus. Cic. 2. de Nat. Deor. 116. Tanta contentio gravitatis & ponderum.
Impedire oneris gravitate. Ovid. 10. Met. 678.
Gravitas, pro Molestia, vel Magnitudine accipitur: ut, Gravitas odoris, gravitas doloris, gravitas somni.
Audiendi vel Auditus gravitas, pro Duro, & depravato auditu. Plin. lib. 28. cap. 11. Si gravitas sit audiendi, fel bubulum cum urina capræ, vel hirci. Idem lib. 23. cap. 4.
Aurium gravitas. Plin. lib. 20. cap. 13.
Capitis gravitas. Plin. lib. 27. cap. 12.
Cæli gravitas, h. e. Aeris nobis injucundi molestia, vel potius Insalubritas. Cic. 11. Att. 22. Jam enim corpore vix sustineo gravitatem hujus cæli, qui mihi laborem affert in dolore.
Membrorum gravitas, & cruciatus dolorum. Cic. 4. de Fin.
Gravitas oris, pro Graveolentia. Plin. lib. 28. cap. 12.
Fœda gravidas, subaudi Odoris Sil. 6. 158.
Ignava gravitas. Ovid. 2. Met. 821.
> — ignava nequeunt gravitate movere.

Tarda gravitate jacentes. Ovid. 11. Met. 618.
Gravitas, Firmitas ac constantia animi, & in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quædam severitas. Cic. de Senect. 33. Ut enim infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis, &c. Idem de Amicit. 4. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis.
Quanta illi fuit gravitas, quanta in oratione majestas? Cic. de Amicit. 96.
Gravitas sapientis. Cic. 4. Acad. 57.
Gravitas & virtus judicis. Cic. pro Quint. 16.
Rerum gravitasque, nitorque. Ovid. 2. de Pont. 5. 29.
Serena gravitate plenus vultus. Lucan. ad Pison. 88.

Gravitati deditus homo. Cic. pro Cœl. 63.
Adhibere gravitatem. V. ADHIBEO.
Facere gravitatem. Cels. lib. 1. cap. 3. Qui vomere bis in mense vult, melius consulet si biduo continuarit, quam si post quintum decimum diem vomuerit: nisi hæc mora gravitatem pectori faciet.
Habere gravitatem dicitur genus dicendi. Cic. de Clar. Orat. 326. Hæc autem (ut dixi) genera dicendi aptiora sunt adolescentibus, in senibus gravitatem non habent.
Servare gravitatem. Cic. 10. Att. 1. Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi præcipis.
Tenere gravitatem in congressu. Cic. 9. Att. 22. Ego tuis consiliis sum usus, maximeque quod gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui.
Tuenda est tibi gravitas. Cic. 5. Fam. 16.
Uti. ut, Sententiarum gravitate, verborum ponderibus est utendum. Cic. 2. de Orat. 37.
Verborum gravitas. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Vultus & morum gravitas. Cic. 9. Att. 9.
Jucunda gravitas remoto fastu. Claud. Cons. Mall. Theod. 247.
Cum gravitate loqui. Cic. 9. Att. 11. Illud me præclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar.

GRAVĬTER, Adv. [βαρέως, αἰνῶς, δυσχερῶς] aliquando Multum significat, aliquando Aspere & male. Significat etiam Moleste: nonnunquam & Sapienter.
Accipere aliquid graviter, i. e. Iniquo animo. Cic. 2. de Orat. 211.
Accusare graviter aliquem. Cic. 5. Fam. 15. Me, lenissimis & amantissimis verbis utens, re graviter accusas.
Accusare gravius. Ter. Hec. 4. 4. 95.
Gravissime ægrotare, pro Vehementer. Cic. 2. de Fin. 43.
Affligi gravissime. Cæs. 4. Bell. Gall. 31.
Audire graviter. Ter. Heaut. 1. 1. 62.

Postremo adeo res rediit, adolescentulus
Sæpe eadem & graviter audiendo, victus est. Subauditur, Dicta.

Concidit ad terram graviter. Virg. 5. Æn. 447.
Crepuerunt graviter fores. Ter. Heaut. 3. 3. 53.

Mane, mane, quid est quod tam a nobis graviter crepuere fores?

Idem Adel. 5. 3. 2. Quisnam a me pepulit tam graviter fores?
Cruciare graviter, Multum & maxime ac vehementer. Ter. Heaut. 5. 5. 1.

Enimvero Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum,
Nimisque inhumane.

Dicere graviter in aliquem. Ter. Adel. 1. 2. 60.

— Iste tuus ipse sentiet
Posterius: nolo in illum graviter dicere.

Dissentiunt graviter inter se. Cic. 12. Philipp. 27.
Facere aliquid graviter. Cicero, Siquid prudenter, siquid graviter factum est.
Ferre aliquid graviter, i. e. Moleste. Ter. And. 1. 2. 20.

Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.

Hujus contrarium est Leviter ferre. Cic. de Arusp. Resp. 40. Quæ quamdiu hærebant in uno me, id graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. V. FERO.
Imperare. Plaut. Capt. 2. 2. 58.
Increpare. Plin. lib. 17. cap. 1.
Infensus alicui. Cic. 1. in Catil. 17.
Irasci, Multum. Ter. Hec. 4. 4. 2.

Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,
Graviter quidem: nam hercle abs te est factum turpiter.

Miserans graviter. Virg. 10. Æn. 823.
Narrare res gestas graviter. Cic. in Orat. 30. Thucydides autem res gestas & bella narrat & prælia, graviter sane & probe.
Opinari de aliquo gravissime. Tranquill. in August. cap. 67. pr. i. e. Male loqui.
Queri graviter. Cic. 13. Att. 1. Dionysius noster graviter queritur, & tamen jure, a discipulis abesse tamdiu.
Sævit graviter. Virg. 4. Georg. 456.
Sonare graviter. Cic. in Somn. Scip. 11. Natura fert ut extrema, ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.
Spirare graviter, Multum & vehementem odorem afferre naribus. Virg. 4. Georg. 31.

— graviter spirantis copia thymbræ.

Esse alicui graviter inimicum. Cic. 1. Fam. 9.
Suspectus alicui graviter. Cic. 1. in Catil. 17.

GRĂVĒDO, ĭnis. f. [κόρυζα] Morbus seu humor, qui ex capite destillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet, ut docet Cels. lib. 4. cap. 2. Plaut. Asin. 4. 1. 51.

Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat.

Cic. 16. Fam. 14. Gravedini quæso omni ratione subveni. Plin. lib. 21. cap. 19. de violis purpureis, Crapulam & gravedines capitis impositis coronis olfactuve discutiunt.
Frigida gravedo. Catul. 42. 13.

GRAVEDĬNŌSUS, a, um. Adj. [κορυζώδης] Cic. 4. Tusc. 37. Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint.
Gravedinosum, Quod gravedinem facit. Plin. lib. 18. cap. 15. de ervo, Martio mense satum noxium esse bubus ajunt. Item autumno gravedinosum.

GRAVEŎLENS, entis. Adj. [βαρύοσμος] Quod male olet. Virg. 6. Æn. 201. — ad fauces graveolentis averni. Plin. lib. 27. cap. 8. Graveolentibus foliis.
Graveolentia centaurea. Virg. 4. Georg. 270. Solet & divise scribi.

GRAVEOLENTIA, æ. f. [δυσοσμία] Plin. Et oris graveolentiam sistit. Et lib. 22. cap. 22. Graveolentiam alarum emendat. Idem lib. 28. cap. 11. Mulcet graveolentiam oris.
Graveolentia halitus. Plin. lib. 28. cap. 12.

GRĂVO, [βαρύνω] āre. Pondere premere, onerare, molestare. Virg. 2. Æn. 708. — nec me labor iste gravabit.
Fortunam alicujus gravare. Ovid. 5. Trist. 11. 30.
Cymba gravanda. Propert. lib. 3. 3. 22.
Poma gravantia ramos. Ovid. 13. Met. 812.

GRAVOR, [βαρύνομαι] āri. cum Ablat. est Onerari, Onus sentire, ut Gravida est, quæ jam gravatur conceptu, Festus de muliere.
Gravari absol. Offendi, & graviter ferre. Plaut. Trin. 5. 2. 48. Non gravabor, faciam ita ut vis. Cic. de Amicit. 17. Ego vero non gravarer, si mihi ipse confiderem.
Neque gravabor breviter meo more quid quaque de re sentiam dicere. Cic. 1. de Orat. 107.
Gravari, cum accusativo. Subaudita scil. præpositione Ob, vel Propter. Quintil. lib. 1. cap. 2. Quæ siquis gravabitur: non rationi defuerit, sed oneri. Suet. in August. cap. 72. Ampla & operosa prætoria gravabatur. Virg. 10. Æn. 628.

— quid si, quæ voce gravaris, Mente dares?

Gravari dominos. Lucan. lib. 7. 284. i. e. Nolle habere dominos. Sic Hor. 4. Carm. 11. 27.

—— & exemplum grave præbet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

Gravari aliquid, pro Moleste ferre. Tacit. 3. Ann. 59. Sane gravaretur aspectum civium senex imperator. Lucan. 5. 258.

Seque putat solum regnorum injusta gravari. Et 7. 284.
Romanos odere omnes, dominosque gravantur.

Matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentiæ vindicantem. Suet. Tib. 50.
Lucemque gravantur. Sil. 2. 598.

GRAVĀTUS, a, um. Partic. [βαρυνθείς] Molestia aut gravedine affectus. Columel. lib. 6. cap. 9. Signa febricitantis manantes lacrymæ, gravatum caput, oculi compressi. Cic. 1. de Divin. 15. Ex antiquo poeta,

Jam vero semper viridis, semperque gravata
Lentiscus, triplici solita, grandescere fetu.

Caput gravatum demittere. Ovid. 10. Met. 192.
Oculos in morte gravatos. Ovid. 4. Met. 154.
Gravatum anxietate corpus. Curt. 4. 13.
Gravata ebrietate mens. Idem 5. 7.
Tot malis gravatus. Petron. 22.
Gravatus somno. Plin. lib. 26. cap. 1. Item Liv. 25. 24. Gravatis omnibus vino somnoque,
Vino gravatus. Curt. 6. 11.
Gravati vulneribus corruerunt. Liv. 30. 18.
Haud gravata patrona. Plaut. Rud. 1. 5. 3.
In re aliqua homines gravatos non esse. Cic. pro Muren. 99.
Gravatus, cum infinitivo. Valer. Max. lib. 5. cap. 7. pr. de Fabio Rulliano. Legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculosum conficiendum gravatus non est.
Item cum accusativo. Spem ac metum juxta gravatus. Tacit. 5. Ann. 8. V. in ipso verbo, quo revera hæc pertinent.

GRAVĀTE, Adv. [βεβαρυμένως] Moleste & ægre. Cic. pro Corn. Balb. 36. Qui erranti comiter monstrant viam, benigne, non gravate. Idem 3. Off. 59. Gravate ille primo: quid multa? impetrat.

GRAVĀTIM, [βαρέως] aliud Adv. idem significans. Liv. 1. 2. Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.
Gravatim cadere, i. e. Tarde & vix. Lucret. lib. 3. 388.

— plumas avium, papposque volantes,
Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim.

GRAVĀTOR, ōris. m. Augustin.

GRAVĀMEN, ĭnis. n. Molestia. Cassiod. Epist. 9. 2. Si visceribus sanis gravamen nullius sentiat læsionis.

GRAVAMENTUM, i. n. [βάρος] Gloss. Lat. Gr. Gravamenta, βάρη.

GRAVABĬLIS, e. Gravis. Cæl. Aur. Tard. 4. 3. Vomitus gravabilis capiti.

GRAVESCO, [βρίθομαι] ĕre. Gravem & oneratum, vel gravidum fieri. Virg. 2. Georg. 429.

Nec minus interea fœtu nemus omne gravescit.

Plin. lib. 11. cap. 41. Cameli lac habent donec iterum gravescant. h. e. Gravidæ fiant & prægnantes.
Valetudo gravescit. h. e. Ingravescit, gravior fit. Tacit. 1. Ann. 1. Hæc, atque talia agitantibus gravescere valetudo Augusti.
Malis publicis in dies gravescentibus. Tacit. 14. Ann. 51.

GRAVĬDUS, a, um. [ἔγκυος, ἐγκύμων] Adj. significat Plenum & ponderosum. Plaut. Truc. 1. 2. pr. Neu qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras exportet. V. Fest. in voce.
Alvus gravida. Ovid. 2. Amor. 14. 17.
Amathus gravida metallis. Ovid. 10. Met. 531.
Fœtus gravidi. Virg. 4. Georg. 231.
Fruges gravidæ. Virg. 2. Georg. 143.
Italia gravida imperiis. Virg. 4. Æn. 229.
Lingua gravida. Propert. lib. 3. 6. 11.

Quæ mulier gravida jactat convicia lingua. Brœkh. Rabida. q. V.

Messes gravidæ. Ovid. 8. Met. 787.
Nubes gravidæ. Ovid. 1. Trist. 2. 107.
Palmes gravidus. Ovid. 1. Fast. 152.
Pecus gravidum. Virg. 3. Georg. 155.
Tellus gravida. Ovid. 7. Met. 128.
Venter gravidus. Ovid. 10. Met. 505.
Gravida puero mulier. Plaut. Amph. 2. 2. 87.

Amphitruo, speravi ego istam tibi parituram filium:
Verum non est puero gravida. AM. Quid igitur. So. Insania.

Gravidam facere mulierem filio. Plaut. Amph. 5. 2. 6.
Gravida e Pamphilo. Ter. And. 3. 2. 33. Jam primum hæc se a Pamphilo gravidam dixit esse: inventum est falsum. Plaut. Amph. prol. 111.

Utrinque est gravida, & ex viro, & ex summo Jove.

Uxores gravidas reddere. Lucret. lib. 4. 1231.
Gravida facta, mensis hic decimus Ter. Adel. 3. 4. 29.

—— Virgo ex eo
Compressu gravida facta est, hic mensis decimus est.

Gravida gratia bonis. Plaut. Capt. 2. 2. 108.

Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea gravida est bonis.

Gravida carnaria. Plaut. Pseud. 1. 2. 64. Sed Grandia est in codd. emend.
Ubera gravida vitali rore. Cic. 1. de Divin. 20.

GRAVIDĬTAS, ātis. f. [ἐγκυμοσύνη] Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata graviditates & partus afferat, maturitatesque gignendi.

GRAVĬDO, [ἔγκυον ποιῶ] āre. Implere & gravidum facere. Cic. 2. de Nat. Deor. 83. De terra quæ gravidata seminibus omnia pariat & fundat ex sese.

Proprie

Proprie Cæcil. in Titthe, Per myſteria hic inhoneſte gravidavit probro. V. Græv. ad Flor. 1. 1.

Gravidatio, onis. f. JCti in Dig.

Graviloquus, a, um. Adj. Vox Plautina, ut ajunt nonnulli, ſed nobis non occurrit.

Gravisomnis, e. Adj. Barth. Adv. 21. 18.

Gravastellus, i. m. inquit Feſtus, dicitur Senior. Plaut. Epid. 5. 1. 14.
Sed quæ hæc eſt muliercula, & ille gravaſtellus qui venit? Ut puto, Gravaſtellus a Gravitate dictus. Hactenus Feſtus. Quidam legunt Ravaſtellus, a Ravo colore, ſed male V. Gronov. in loc.

Graviscæ, Tuſcorum caſtellum, auctore Ptolemæo: Mons altus hodie, vulgus *Montalto.* Virg. 10. Æn. 184.
Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ.
Veteres Graviſcæ. Sil. lib. 8. 475. V. Drakenb. in loc.

## G R E

Gregalis, Gregarius, Gregatim. V. grex.

Gremium, i. n. [κόλπος] Eſt inter complexum femorum, feminumve, in quo complexu mulieres concipere ſolent, inquit Valla lib. 4. cap. 37. Ter. Adelph. 3. 2. 35.
Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris. Virg. 1. Æn. 722.
Hæret, & interdum gremio fovet inſcia Dido. Cic. de Clar. Orat. 211. Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quam ſermone matris. Idem pro Cluent. 13. In hujus amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore, & lacrymis conſeneſcant.
Accipere aliquem gremio. Virg. 1. Æn. 689. V. accipio.
Liberi partim e gremiis parentum diripiuntur, partim in ſinu jugulantur. Auct. ad Heren. lib. 4. 52.
Implere gremium, Explere avaritiam. Juven. 14. Sat. 327.
Impoſitus gremio. Quintil. lib. 1. cap. 1. Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impoſitum gremio, dignum tanta cura infantem.
Inceſtare gremium matris. Stat. 1. Theb. 234.
Revocare ad gremium pueros. Quintil. de Prælect. lib. 2. cap. 5.
Arenoſum gremium, de fluviis dicitur. Sil. lib. 8.
Hæc ſunt, ô Carnifex, in gremio ſepulta conſulatus tui. i. e. Te conſule ſublata & abolita. Cic. in Piſon. 10.
Græciæ gremium. Cic. in Piſon. 91. Ætolia quæ procul a Barbaris disjuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Græciæ gremio continetur, &c.
Imperii gremium. Cic. de Provinc. Conſ. 4. Ut Theſſalonicenſes, poſiti in gremio imperii noſtri, relinquere oppidum, & arcem munire cogantur.
Patriæ gremium & ſinus. Cic. pro Cœl. 59. Quum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu, gremioque patriæ.
Telluris gremium. Virg. 3. Æn. 509.
Terræ gremium. Cic. de Senect. 51. Quæ quum gremio mollito, & ſubacto ſemen ſparſum excipit. De terra.
Togæ gremium. Flor. lib. 2. cap. 8. Excuſſo in media curia togæ gremio. i. e. Sinu.

Gremialis, e. Adj. ut, Gremiale oleum. Octav. Horat. cap. 9. & Theod. Priſc. 1. 3. [Quaſi non idem auctor ſit. Porro Graminale ex Garioponto ſubſtituit Reineſius, & Viride intelligi putat. q. V. Var. Lect. 3. pag. 540. & 555.

Gressus. V. gradus.

Grex, gregis. [ἀγέλη, ποίμνη] m. vel com. gen. ut obſervavit Nonius 3. 109. in Lucret. 2. 661. Buceriæque greges. V. Buceriæ in bos. Legitur & Grex Veturiana in marmore Patav. a Reineſio illuſtrato. Eſt vero Minorum animalium congregatio, ut Ovium, porcorum, caprarum, ut ait Valla lib. 4. cap. 42. Ovid. 4. Met. 635.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Paſcebant. Cic. 7. Att. 7. Idem quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges, ut bos armenta: ſic ego, &c.
Anatium greges. Varro 3. de R. R. cap. 11.
Anſerum greges. Varro 3. de R. R. cap. 10.
Armentorum grex. Cic. 3. Philipp. 31. Cædit greges armentorum reliquique pecoris quodcunque nactus eſt.
Avium grex. Hor. 1. Epiſt. 3. 19.
Equarum grex. Cic. 3. Verr. 28. Præterea greges equarum ejus iſtum abigendos curaſſe.
Hœdorum grex. Virg. 2. Ecl. 30.
Ovillus grex. V. ovis.
Pavonum greges. Varro 3. de R. R. cap. 6.
Pecorum grex. Ovid. 11. Met 276.
Venalium grex. Subaudi Servorum. Plaut. Aulul. 3. 3. 4.
Etiam introduce ſi vis vel gregem venalium.
Agitare lanigeros greges. Virg. 3. Georg. 287.
Cædere greges. V. cædo.
Compellere greges in unum. Virg. 7. Ecl. 2.
Armentitius grex. V. armentum.
Milliarius grex. V. mille.
Cuſtos gregis, Opilio. Virg. 10. Ecl. 36.
Aliquando de Pecude majori dicitur. Varro de R. R. 2. 5. Tauros in gregem redigo. Et Virg. 6. Ecl. 55.
Aut aliquam in magno ſequitur grege. dicitur de juvenca. Ubi Servius; Notandum Gregem de Bobus dixiſſe, cum proprie Armenta dicimus. licet Grex ſit Quorumlibet animalium congregatio. Et 6. Æn. 38.
Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit. Dixit quoque Lucretius de Genere bovino 2. 661.
Buceriæque greges ſub eodem tegmine cæli.
Dux gregis pro Tauro. Ovid. 1. de Arte Am. 326.
Hanc tamen implevit vacca deceptus acerna
Dux gregis: & partu proditus auctor erat.
Hominum grex. Ter. Eun. 5. 8. 54.
— Unum etiam hoc vos oro, ut me in veſtrum gregem
Recipiatis. Cic. 1. in Catil. 23. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. Ter Heaut. 2. 3. 4. Ancillarum gregem ducunt ſecum. Idem in prol. Heaut. 45.
Siqua laborioſa eſt, ad me curritur:
Sin levis eſt, ad alium defertur gregem.
Amicorum grex. Cic. 1. de Fin. 65. Quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? At 1. Att. 18.
Indocilis grex. Hor. Epod. 16. 37.
Oratorum grex. Cic. 1. Verr. 49. Quartum quem ſit habiturus non video: niſi quem forte ex illo grege oratorum qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt.
Virorum grex. Sil. lib. 7.
Virgarum greges. Plaut. Pſeud. 1. 3. 99.
Scribere aliquem ſui gregis, i. e. Referre in numerum amicorum. Hor. 1. Epiſt. 9. 13.
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede, bonumque.

Gregarius, a, um. Adj. [ἀγελαῖος, ἀγελήτης] Ex grege vulgari: unde Gregarius miles dicitur Non electus, ſed tumultuarie undecunque collectus. Salluſt. Catil. cap. 37. Deinde multi memores Sullanæ victoriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, &c. Cic. pro Planc. 72. At id etiam gregarii milites faciunt inviti. [Immo Miles gregarius eſt Miles de grege, nullum ordinis gradum aſſecutus, qui & Manipularis, & Caligatus alias dicitur.
Gregariam militiam fortitus. Juſtin. 22. 1. Subjungit p. p. Brevi itaque centurio, ac deinceps tribunus militum factus eſt.
Paſtor gregarius. Columel. lib. 6. in præfat. Gregariorumque paſtorum velut minutam profeſſionis ſuæ diſciplinam conſtantiſſime repudiaſſe.
Poeta gregarius. Sidon. 9. Epiſt. 15.

Gregarius, i. m. in Vet. Gloſſ. [ἀγελάρχης, ποιμήν] eſt, qui gregi præeſt. Plena locutione Columel. lib. 6. pr. Paſtores dixit gregarios. Pro Armentario abſolute poſuit & Apul. lib. 7. Met. pag. 194.

Gregalis, e. Adj. [ἀγελαῖος] Qui ex eodem eſt grege. Varro 2. de R. R. 7. Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo.
Gregales tui. Cic. de Aruſp. Reſp. 53. Neque P. Clodius, nec quisquam de gregalibus ejus aut conſiliariis deſignatur. Idem 2. de Orat. 25.
Gregalis, pro Vulgari ſeu Publico. Sen. Epiſt. 87. Dii boni quam juvabat intrare balnea illa obſcura, & gregali tectorio inducta. Idem 1. de Benef. 12. Gregalia poma. V. Barth. Adverſ. 9. 4.

Gregatim, Adv. [ἀγεληδόν] Simul, conjunctim. Varro 4. de L. L. 11. Merula, quod mera, id eſt ſola volitet. Contra ab eo graculi, quod gregatim. Plin. lib. 8. cap. 5. Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Volare gregatim. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Gregatim, ad homines translatum. Cic. 7. Verr. 148. Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias.
Admiſſi gregatim adulteri. Sen. de Benef. 6. 32.
Gregatim ferre manus. Stat. 8. Theb. 667.
Gregatim ſentiuntur morborum genera. Plin. lib. 26. cap. 1. Accidit quoque ſæpius ut nova contra genera morborum gregatim ſentirentur.

Grego, āre. [ἀγελάζω, ἀθροίζω] Gloſſ. Gr. Lat. Hinc

Gregatus, a, um. Partic. Statius 1. Achil. 372.
Qualiter Italiæ volucres, ubi mollia frangunt
Nubila, jam longum cæloque domoque gregatæ.

## G R I

Grias, adis. f. Herba. Apul. cap. 50.

Gricena, vel Gricenea, æ. f. Funis graſſus. Feſtus.

Grillo, Grillus. V. gryllus.

Gringes, Tibiæ Phœnicum, quibus in luctu uti ſolent. V. Kirchman. de Fun. Rom. 2. 5.

Griphus, i. m. [γρῖφος] Latine dicitur Rete, unde & ita vocatur Ænigma vel Sermo implicitus, atque intricatus. Gell. lib. 1. cap. 2. Alioſque id genus griphos neminem poſſe dicens, niſi ſe, diſſolvere. Idem 12. 6. In conviviis autem proponi ſolebant. V. Athen. lib. 10. Buleng. de Conviv. 3. 35. & Voſſ. Inſtit. Orat. 4.

## G O R

Groma. V. gruma.

Gromphena, æ. f. Avis grui ſimilis. Plin. 30. 5.
Item Herba. Idem 26. 7.

Gronii, Hiſpaniæ populi ad Durium amnem, ut ſcribit Pomponius lib. 3. cap. 1. quorum meminerunt Plinius & Silius.

Grossus, i. m. & f. [ὄλυνθος] dicitur Ficus quæ nondum maturuit. Celſ. lib. 5. cap. 12. Groſſi in aqua cocti. Plin. lib. 15. cap. 18. Deprehenſaſque in hieme groſſos. Idem 23. 7. Crudæ groſſi verrucas &c. tollunt.

Grossulus, i. dimin. [ὀλυνθίον] Columel. de Arborib. cap. 21. Si voles ficum quamvis non natura feram facere, quum groſſuli minuti erunt, fructum decutito.

Grossus, a, um. Adj. Craſſus. Vox eccleſiaſtica.
Groſſus & Groſſitudo, pro Craſſus & Craſſitudo apud Senecam olim legebatur, Vide apud Deſpauter. H. St.

## G R U

Gruma, ſive Groma, æ. f. Nam utroque modo ſcribitur. Non. 1. 316. eſt Menſura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut eſt agrimenſorum, & ſimilium. Ennius lib. 17. grumam dirigere dixit, degrumari ferrum. V. Voſſii Etymolog.
Groma appellatur Genus machinulæ cujuſdam, quo regiones agri cujuſque cognoſci poſſunt, quod Græci γνώμονα dicunt. Feſtus.
Item, Locus erat in caſtris medius, ubi grumæ organum a metatore poſitum eſt, ut quatuor faceret angulos rectos, & ita caſtra in partes quatuor æquales divideret, quarum viæ in grumæ loco conveniebant. Non. 1. 316. Grumæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ.

Grumatica, vel (ut frequentius) Gromatica, æ. f. Ars agrimenſorum. apud Caſſiodor. 3. Var. Ep. 52.

Grumatici, vel Gromatici, ōrum. m. Profeſſores artis agrimenſoriæ. Profeſſores ejus artis, ſuperſcripta cauſa, Gromatici vocantur. Hygin. de Caſtramet.

Grumo, āre. [μετρεῖν] Gloſſ. Lat. Gr. Grumat, μετρεῖ, ἰσοῖ.

**Grūmus**, i. m. [θρόμβος] dicitur Terra in acervum collecta, quæ tamen est minor tumulo: apud Columellam dicitur Clivulus. Unde lib. 2. cap. 18. ait, Grumosque, quos ad versuram plerumque tractæ faciunt crates, dissipabimus, &c.
Grumus salis. Plin. lib. 33. cap. 4. Torretur & cum salis grumo, pondere triplici. Sed Harduinus hic legit, Gemino, ad fidem MSS.
Grumus est excellens natura, qui vocatur castra Postumiana. Auctor de Bell. Hisp. cap. 8. extr.

**Grumŭlus**, i. m. dimin. [θρομβίδιον] Plin. lib. 19. cap. 6. Quidam ulpicum & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.

**Grunda**, æ. f. Tecti prominentia. [στγη] Vet. Gloss.

**Grundīlis**, e. Adj. Lares grundiles apud Arnob. V. Vossii Etymol. qui nominis rationem dedit.

**Grundio**, [γρυλλίζω] īre. dicebant veteres, quod nos Grunnire dicimus. Claudius Quadrigarius lib. 16. Agni grundibant, grumiter pecus suillum. Etiam hominum esse grunditum Cæcilius in Imbris designavit. Ex Nonio 6. 96. Sed frequentius scribitur

**Grunnio**, īvi, ītum, [γρυλλίζω] īre. & Proprium est porcorum. Plin. lib. 32. cap. 2. Grunnire eum quum capiatur. Juven. 15. Sat. 22.
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. [Similiter, tanquam ab gemino verbo, etiam Galli fecerunt *Grogner* & *Gronder*.

**Grunnītus**, ûs. m. [γρυλλισμός] Cic. 5. Tusc. 116. Aut grunnitum, quum jugulatur sus.

**Grus**, gruis. m. vel f. [γέρανος] Avis nota. Virg. 1. Georg. 120.
Strymoniæ dant signa grues. Hor. 2. Serm. 8. 87.
——— discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo. Plin. lib. 10. cap. 23. Inducias habet gens Pygmea, abscessu gruum, cum iis dimicantium. Mira de gruibus toto hoc capite.
Grues, inquit Cic. 2. de Nat. Deor. 125. quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formam: ejus autem summo angulo aer ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere tanquam remis, ita pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adjuvatur, eæque in tergo prævolantium colla & capita reponunt. quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipse quoque quiescat: in ejus locum succedit ex iis quæ adquierunt, eaque vicissitudo in omni cursu conservatur.
Clamor gruum. Lucret. lib. 4. 182.
Hiberna Rhodopes grus. Stat. 4. Silv. 6. 9.
Threicia grus. Ovid. 3. de Arte Am. 182.
Advenam laqueo captare gruem. Hor. Epod. 2. 35.
Grus, Machina ad sublevanda onera accommoda: sic dicta, quod in longum prominens, collum gruis referat: Græce γέρανος dicitur: cujus sæpe fit mentio apud Vitruvium. Labeo in l. Si servus tuus. D. De action. empt. & vendit. Qui per καλοδρομον γεράνω descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. V. Vitruv. 10. 19

**Gruo**, [κλαγγάζω] ĕre. Festus, Gruere dicuntur grues, ut sues grunnire. Gloss. Vet. Gruunt, γεράνιζουσι.

## G R Y

**Gry**, [γρῦ] Res vilissima aut nullius prorsus momenti. Hinc adagium tum Græcis tum Latinis commune: οὐδὲ γρῦ. Ne gry quidem. V. Scal. in Conject. & Lips. Ep. Qu. 1. 2.

**Gryllus**, i. m. [γρύλλος] Animal est magnitudine cicadæ, corpore longiore, pernicies agrorum. V. Plin. lib. 29. cap. 6.
Item Picturæ ridiculæ genus. Plin. 35. 10. Idem jocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Unde hoc picturæ genus Grylli vocantur. [Hinc Italis *Grilli* vocantur, deridicule & novo modo cogitata. A quibus etiam Germani arripuerunt vocem *Grillen*.

**Grȳnia**, vel **Grynium**, [Γρύνιον] Urbs Æoliæ, in finibus Ioniæ. Unde

**Grynæus**, vel **Gryneus**, a, um. Adj. [Γρύνειος ἢ Γρυνεύς] ut, Grynæus Apollo. Virg. 4. Æn. 345. Ubi Servius, Clazomene civitas est Asiæ. Juxta hanc nemus est Grynæum, ubi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo acceperit oraculum. Idem 6. Ecl. 72.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo. [De Clazomenis errat Servius. Hæ enim in Ionia longe a Grynio. V. suo loco.

**Gryphōma**, [γρύφωμα] positum a Polluce inter Ornamenta muliebria lib. 7. cap. 22.

**Gryps**, phis. vel etiam **Gryphus**, i. m. [γρύψ] Animal pennatum & quadrupes, omni ex parte leo, alis & facie aquilis simile, equis vehementer infestum. Virg. 8. Ecl. 27.
Jungentur jam gryphes equis. Plin. lib. 10. cap. 49. Pegasos equino capite volucres & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. Ælian. de Anim. 4. 27. Gryps vel gryphus est animal Indicum quadrupes, ut leo, robustissimis unguibus leonum similibus. Dorsum pennis induitur nigris; anterior pars corporis rubris, alæ candidis. Ore est aquilino, oculis igneis, nidosque in montibus facit. Bactri populi Indis finitimi eos illic auri custodes esse, aurumque effodere, simulque eo ipso nidos construere dicunt. Indi vero auri custodes esse negant, siquidem auri minime egent; sed cum ad illud colligendum homines accesserunt, hos de pullis suis valde timentes pro eis pugnare. Certant etiam cum aliis animalibus quæ facillime vincunt, at contra elephantos & leones stare non audent. V. Claudian. 6. Cons. Honor. 30. Sidon. Carm. 2. 307. Plinio videtur animal esse fabulosum. lib. 10. cap. 49.

**Grypus**, i. m. [γρυπός] Qui nasum aduncum habet.

## G U B

**Guberno**, [διοικέω, κυβερνάω, βραβεύω, ἰθύνω, οἰακίζω, ὑπανιοχέω] āre. Administrare, procurare, regere, gerere, moderari. Cic. 2. Fam. 7. Teque hortor, ut omnia gubernes & moderere prudentia tua.
Regere & gubernare. Cic. 1. de Nat. Deor. 52. Si vero in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus, &c. conservet.
Velim totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Cic. 13. Att. 25.
Sed hæc deus aliquis gubernabit. Cic. 6. Att. 3.
Gubernare aliquem consiliis suis. Cic. Ep. ad Brut. 10.
Fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cic. 8. Att. 4.
Manu omnia gubernare. Pompon. in pr. l. 2. D. de orig. juris. Initio civitatis nostræ, populus sine certa lege, sine jure certo primum agere instituit, omniaque manu regis gubernabantur.
Gubernare orbem terrarum. Cic. pro Rosc. Amer. 131. Quum solus Rempublicam gereret: orbemque terrarum gubernaret.
Gubernare petitionem alicujus. Cic. pro Milon. 25. Clodius contulit se ad ejus competitores, sed ita, totam ut petitionem ipse solus etiam invitis illis gubernaret.
Gubernat tormenta dolor. Cic. pro Sull. 78. Tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque, tum animi, tum corporis. Loquitur de Quæstionibus servorum.
Vitam gubernare ratione. Lucret. lib. 5. 1116.

**Gubernans**, Partic. [διοικῶν] ut,
Fortuna gubernans. Lucret. lib. 5. 108.

**Gubernātio**, ōnis. f. [διοίκησις, ἀρχιτεκτονία] Cic. 4. de Fin. 76. Et si in ipsa gubernatione negligentia est navis eversa.
Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Cic. 3. in Catil. 8
Magnam gubernationem tui consilii, tuæque auctoritatis res desiderabit. Cic. Ep. ad Brut. 14.

**Gubernātor**, ōris. m. [κυβερνήτης, διοικητής, πηδαλιοῦχος, οἰακιστής] Rector, & moderator navis proprie dicitur. Cic. de Senect. 17. Ut siqui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, &c. Idem 1. de Invent. 58. Navis quæ scientissimo gubernatore utitur. Idem 4. Acad. 100.
Bonus gubernator. V. bonus.
Summi gubernatores. Cic. 7. Philipp. 28. Quanquam non eges consilio, quo vales plurimum, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent.
Gubernator equorum. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Custos, gubernatorque Reip. Cic. pro Rabir. Posth. 26.

**Gubber**, ris. m. [κυβερνήτης] Idem. Gloss. Lat. Gr. [Nisi mendum est, & vel Gubernator, vel Gubernio, vel Gubernus, quo Græcobarbari usi sunt, legendum.

**Gubernio**, onis. m. Idem. Isid. 19. 1.

**Gubernātrix**, īcis. f. [κυβερνήτειρα] Cic. 1. de Orat. 38. Quum civitatem vel paterno consilio, vel avitis armis florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum eloquentia, Rempub. dissipaverunt. Ter. Eun. 5. 9. 16.
An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

**Gubernāmen**, ĭnis. n. Ambros. Inscr. Epist. 7. 44.

**Gubernācŭlum**, i. n. [οἴαξ, πηδάλιον, οἰήιον] dicitur Clavus navis. Cic. 2. de Invent. 154. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit.
Gubernāclum per syncopen: ut Lucret. lib. 4. 902.
Atque gubernaclum contorquet quo libet unum.
Revulsum gubernaclum. Virg. 6. Æn. 349.
Assidere gubernaculis. V. assideo.
Clavus & gubernaculum Reipub. per translationem. Cic. pro Sext. 20. Clavum tanti imperii tenere, & gubernacula Reipublicæ tractare.
Accedere ad gubernacula Reipub. Cic. 2. de Invent. 154.
Dejicere Senatum a gubernaculis. Cic. pro Domo sua, 24 Quum Senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonum impurissimo plenissimis velis navigares.
Recedere a gubernaculis. Cic. 16. Fam. 27. Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est.
Repellere una pæne voce oratorem a gubernaculis civitatum. Cic. 1. de Orat. 46.
Sedere omni tempore ad gubernacula Reipub. Cic. pro Rosc. Amer. 51.
Tenere gubernacula Reipub. Curare & administrare Rempub. Cic. 2. de Divin. 2. Quos tunc scripsimus, quum gubernacula Reipub. tenebamus.
Tradere oratori civitatum regendarum gubernacula. Cic. 1. de Orat. 214.
Gubernacula vitæ. Plin. lib. 11. cap. 37.

**Gubernum**, i. n. pro Gubernaculo. Lucret. 2. 553.
Disjectare solet magnum mare transtra, guberna. Lucil. Sat. lib. 20. Proras despoliate, & detundite guberna. Nonius 8. 59

**Gubērnium**, i. n. [κυβέρνιον] pro Gubernatione. V. Gell. lib. 16. cap. 7.

## G U L

**Gŭla**, æ. f. [φάρυγξ, λαιμός] Pars superior œsophagi, qua cibus atque potus devoratur. Interdum etiam pro Faucibus ponitur. Sallust. Bell. Catil. cap. 55. Laqueo gulam fregere. Plaut. Merc. 3. 4. 28. Demisisti gladium in gulam, jam cadam. Al. In jugulum.
Gula follis, pro Anteriore follis parte, qua aër intromittitur & exprimitur. Plaut. Aulul. 2. 4. 23.
Quin quum it dormitum, follem sibi obstringit ob gulam. [Hic gula pro Collo ponitur, cui senex avarissimus follem, i. e. Crumenam suam noctu alligabat, ne dormienti auferretur. V. follis.
Gula, Voracitas, vel Liguritio, ut Crescens gula. Juven. 11. Sat. 39.
Immensa gula. V. immensus.
Implacata gula. Ovid. 8. Met. 845.
Ingeniosa gula. V. ingeniosus.
Ingenua gula. V. ingenuus.
Insulsa gula. Cic. 13. Att. 31. O gulam insulsam, pudet me patris. V. insulsus.
Parens gulæ. Hor. 2. Serm. 7. 111.
Profundæ, intempestivæ, & sordidæ gulæ homo. Sueton. in Vitellio cap. 13. V. viscus, visceris.
Subtilior gula. Columel. lib. 8. cap. 16. *Friandise subtile à juger au goust des viandes.*

**Gulōsus**, a, um. Adj. [γαστρίμαργος, λαίμαργος] Vorax, vel Gulæ delicatæ. Juven. 10. Sat. 19.
Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile. Martial. lib. 8. 23.
Esse tibi videor sævus, nimiumque gulosus. V. nimium.
Gulosus lector. Martial. lib. 10. 59.
Non opus est nobis nimium lectore guloso. h. e. Multæ lectionis curioso. [Immo Gulæ difficilis, ac delicatoi Stomachi. i. e. Fastidioso nimis.

Gulōse, Adv. [λαιμαργικῶς] Columel. lib. 1. in præfat. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi.
Gulosius, *Friandement.* Martial. 3. 22.
Nil est, Apici, tibi gulosius factum.
Gulo, ōnis. m. Apul. Apol. p. 295. Gulones omnes, qui impenso pisces pretio a piscatoribus mercantur. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Unde est & illud proverbium, quo utuntur gulones. conf. cilo.
Item, Animal in regionibus septentrionalibus voracissimum. V. Gesner. Hist. Quadrup. pag. 623. ed. Tigur.
Phago vel Polyphagus, Lat. dici potest, Manduco, Gulo, Comedo. Ber. in Suet. Neron. cap. 37. Sed Gulo aliud est. Potest dici Gulo, qui tamen non erit Polyphagus: Nam puto idem esse quod Gulosus. Vide Ber. pag. 236. b. H. St.
Gulātor, ōris. m. Idem. Vet. Gloss. Gulatores, λάγνοι, μάχλοι, ἡδυφαγάδες. [Sed forte legendum Gustatores, quia præcessit Gustare, Gustat. Etsi ibidem Gustator στωμύλος exponitur. Compositum tamen Degulator usitatum fuit. V. f. l.

## G U M

Gumiæ, arum. m. Comedones, lurcones. Lucil. apud Cic. 2. de Fin. 24.
Edere compellans gumias ex ordine nostros. Alii legunt ex Lucilio apud Non. 2. 377. Gemiæ, V. supra gemiæ; sed Gumias veram esse lectionem ostendit post Lambinum cl. Davisius in locum. V. etiam Jos. Scal. Conj. in Varr. de L. L. 6. p. 151.
Gummi, n. indecl. & Gummis, f. [κόμμι] Lachryma arborum quarundam, quæ veluti gutta quædam viscosa per ipsum corticem diffunditur. Plin. lib. 13. cap. 11. Gummi optimum esse ex Ægyptia spina convenit, vermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens. Columel. lib. 12. cap. 50. Nova dolia liquida gummi perluere. Ibid. Multi quum semel nova dolia vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt.
Gummeus, a, um. Adj. Auson. Eidyll. 6. 74.
Gummea fletiferi jaculatur succina trunci. Alii hic legunt Gemmea.
Gummōsus, a, um. aliud Adj. [κομμώδης] Quod multum gummi habet. Plin. lib. 12. cap. 9. de bdellio arbore; Indicum, humidius & facilius hoc, & crustosius, amariusque: at gummosum. Codd. MSS. exhibent Gumminosum, teste Harduino.
Gummio, īre. & hinc
Gummītio, ōnis. f. [κόμμωσις] Illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodum Picatio ex pice, ut in præcedenti Columellæ exemplo. V. gummi.
Gummīno, āre. Gummi producere. V. Barth. Adversf. 38. 4.

## G U R

Gurdi, orum. [εὐηθεις] Stolidi a vulgo dicuntur. Quintil. lib. 1. cap. 5. Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. V. Burman. in loc. & Laber. apud Gell. 17. 7.
Gurges, ĭtis. m. [ἄμπωτις, δίνη] Locus in flumine profundus, in quo aqua congeritur & circumvertitur. Omnis aquarum congeries dicitur Gurges. Martial. 4. 66.
Raptus fluminео venit de gurgite piscis. Plin. lib. 9. cap. 31.
Æstate in opaca gurgitum recedunt. De cancris.
Altus gurges. Virg. 6. Ecl. 76.
Altitudo gurgitis. Plin. lib. 8. cap. 5.
Anheli gurgites. Sil. lib. 3.
Cita fertur gurgite classis. Virg. 5. Æn. 33.
Curvatus gurges. Virg. 3. Æn. 564.
Flumineo raptus venit de gurgite piscis. Martial. lib. 4. 66.
Imus gurges. Plin. lib. 9. cap. 15. Reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis.
Limosus gurges. Ovid. 6. Met. 381.
Rapidus gurges. Sen. Thyest. 2.
Refluo circumsona gurgite Thule. Stat. 5. Silv. 1. 91.
Sinuatus gurges. Sil. lib. 13.
Sinuatus gurges in curvos arcus. Ovid. 14. Met. 51.
Tantos quæ Charybdis exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum, Brogitarorumque prædas exorbuit? Cic. de Arusp. Resp. 59.
Gurges, pro Ipso maris periculo & veluti syrte quadam aut Scylla. Virg. 1. Æn. 118.
Apparent rari nantes in gurgite vasto. [i. e. In ipso mari.
Cæruleus gurges, pro Oceano. Ovid. 2. Met. 528.
Gurges, per translationem. Cic. 5. in Verr. 23. Immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpitudinumque omnium. Idem in Pison. 41. Ille gurges atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Gurges & vorago patrimonii. Cic. pro Sext. 111.
Apicius nepotum omnium altissimus gurges. Plin. lib. 10. cap. 48.
Gurges, Cognomen Q. Fabii Rulliani filii, a devorato patrimonio illi impositum. Macrob. 2. Saturn. 9. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5.
Gurgulio, ōnis. m. [τράχηλος] Fistula colli, spiritus meatus. Varro 2. de R.R. 3. Hircus cervice & collo breve, gurgulione longiore. Lactant. de Opif. cap. 11. Spiritus contra, qui est incorporalis ac tenuis, quia spatium sibi facere non poterat, accepit viam patentem, quæ vocatur Gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis in catenæ modum compactis ac cohærentibus, patetque semper hinc transitus.
Item, Pudendum virile. Pers. 4. Sat. 37.
Est & Vermiculus quidam frumentis inimicus, apud Plin. nisi forte Curculio rectius scribitur. Plin. lib. 18. cap. 30. Gurgulionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. V. curculio.
Gurgustium, i. n. [οἰκίδιον] inquit Festus, Genus habitationis angustum, a Gurgulione verme sic dictum. Servius docet, Gurgustium esse Obscuram & latentem tabernam. Cic. in Pison. 15. Meministine, cænum, quum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire: involuto capite, soleatum? Idem 1. de Nat. Deor. 22.
Gurgustiōlum, i. n. [οἰκίσκος] dimin. Apul. lib. 1. Met. pag. 112. Ergo brevitatem gurgustioli nostri ne spernas peto.

Gurgustidonius, a, um. Adj. Vox per jocum a Plauto ficta, a Gurgustiis, forma gentili. Mil. 1. 1. 13.
Quemne ego servavi in campis gurgustidoniis.
Gurrio, īre. de Lusciniis dicitur. Vox ficta apud Apul. Met. 3. In solitudine canticum adolescentiæ gurriunt.

## G U S

Gusto, [γεύομαι] āre. notæ significationis. Cæs. 5. Bell. Gall. 12. Leporem & gallinam & anserem gustare fas non putant.
Aquam gustare. Cic. 7. Fam. 26. Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem.
Herbam gustare. Cic. 2. de Nat. Deor. 126. Capras autem in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamus vocaretur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore.
Pabula gustare. Virg. 1. Æn. 477.
Gustare, per translationem, Attingere. Cic. in Pison. 58. Non gustarat illam tuam Philosophiam. Sic
Gustare aliquam partem liquidæ voluptatis. Cic. 1. de Fin. 58.
Istorum omnium summatim causas, & genera ipsa gustavi. Cic. 2. de Orat. 153.
Attingere, & gustare sensu nostro. Cic. pro Arch. 17. Quod si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus.
Gustare salvæ Reipublicæ partem. Cic. 12. Fam. 23. Nullam partem per ætatem sanæ & salvæ Reipublicæ gustare potuisti.
Hunc censes Primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam? id est naturæ rationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 20.
Gustare labris primoribus aliquod genus vitæ. Cic. pro M. Cœl. 28. Equidem multos & vidi in hac civitate, & audivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent. Parœmia est.
Gustare sermonem alicujus. Plaut. Most. 5. 1. 15.
Herus meus hic quidem est: gustare ego ejus sermonem volo.
De aliquo gustare. Hor. 2. Serm. 5. 82.
Sic tibi Penelope frugi est, quæ si semel uno
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
Ut canis a corio non deterrebitur uncto. [V. quæ notavi in canis.
Gustaras civilem sanguinem, vel potius exorbueras. Cic. 2. Philipp. 71.
Gustare id dicimur, quo ante cœnam vescimur. Suet. Aug. cap. 76. Vescebatur & ante cœnam, quocunque tempore & loco stomachus desiderabat. Verba sunt ex ipsius Epistolis: nos in essedo panem et palmulas gustavimus. V. Salmas. ad Vopisc. Tac. cap. 11. Hinc autem,
Gustātio, ōnis. f. Petronio Prima pars cœnæ dicitur, quæ nonnullis est Gustus. Sic enim Martial. 11. 53.
Hæc satis in gustu, cetera nosse cupis. Petron. autem cap. 22. Sic scribit: Jussi ergo discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundabamur. Turneb. Adversf. 19. 7.
Gustātus, ûs. m. [γεῦσις] Vulgo Gustus. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & potulentis iter natura patefecit. Idem de Sen. 53. Uva peracerba gustatu.
Gustatus, Ipsa gustatio. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Nisi forte tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, & aspectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donaverit.
Gustus, ûs. m. [γεῦσις] Sensus ipse, qui ex gustatione percipitur. Plin. lib. 10. cap. 71. Quoque existimaverim omnibus sensum gustus esse. In vetustioribus codicibus legitur Gustatus.
Acer gustus. V. acer.
Acutus & odoratus gustus. Plin. lib. 27. cap. 12.
Amarus gustus cum astrictione. V. astringo.
Astrictus gustus. Plin. lib. 27. cap. 12.
Austerior gustus. V. auster.
Calidus gustus. Plin. lib. 27. cap. 8.
Veræ laudis gustum non habere, translate. Cic. 2. Philipp. 115. Ut quidam morbo aliquo & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. Al. Gustatum.
Gustus non traditur arte. Quintil. lib. 6. cap. 5. pr.
Gustus, pro Primo prandii missu sive ferculo. Martial. lib. 11. 32. in Cæcilium,
Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret, alterave cœna,
Has cœna tibi tertia reponet. De cucurbitis loquitur. V. gustatio.
Gustator. V. Gulator, in gula.
Gustatorium, i. n. [δειπνητήριον] Locus erat ubi antiqui gustare solebant. Plin. lib. 5. Epist. 6. Gustatorium, graviorque cœnatio margini imponitur. V. Buleng. de Conviv. 4. 10.
Gustatoria sunt & Poculi genus, ex quo mulsum sumebant veteres, quod in gustatione sive antecœna ponebatur. V. Petron. cap. 34. pr. & Lips. Antiq. Lect. lib. 3. pag. 147. Plant.
Gustum, i. n. Ferculum quod gustatur. Petron. cap. 76. pr. Non mihi hæc jactura gusti fuit. [a recto Gustus, i. m.
Gustŭlus, i. m. Idem. Apul. Met. 9. pag. 232.

## G U T

Gutta, æ. f. [σταγών, σταλαγμός, ῥανίς, ψεκάς, σταγών, δρόμος] Minima pars aquæ vel alterius materiæ liquidæ. Plaut. Casin. 2. 3. 10. Di me & te infelicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. Plin. lib. 31. cap. 2. Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. Cic. 2. Tusc. 25.
Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ. Ex poeta.
Cruentæ guttæ. Ovid. 15. Met. 788. V. cruentus.
Frigida gutta per artus fluit. i. e. Sudor frigidus. Ovid. 3. Amor. 14. 38.
Grandes

Grandes guttæ. Virg. 2. Georg. 245.
Liquentes humorum guttæ. Lucret. lib. 2. 222.
Lucida gutta. Ovid. 4. Fast. 522.
Sanguineæ guttæ. Ovid. 2. Met. 360.
Instillant guttæ saxa. V. INSTILLO.
Manant guttæ sanguineæ tanquam de vulnere. Ovid. 2. Met. 360.
Stillant saxa guttis. Lucret. lib. 6. 943.
Stillavit in cor dulcedinis gutta. Lucret. lib. 4. 1052.
Gutta, Macula. Virg. 4. Georg. 99.
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. i. e. Similibus & aureis maculis quasi guttatim sparsis habentes corpora distincta. de Apibus loquitur.
Variantur corpora guttis cæruleis. Ovid. 4. Met. 578.
Gutta, ut Mica, Granum, similiaque, pro Minima particula metaphorice usurpatur. Plaut. Pseud. 1. 4. 2.
Quid nunc acturus, postquam herili filio
Largitus dictis dapsilis? ubi sunt ea?
Cui neque parata gutta certi consilii,
Neque adeo argenti.
Guttæ sunt & in ædificiis Ornamenta, quæ juxta ordinem, Doricum sub triglyphiis pendent instar guttarum. Vitruv. 4. 3.
Est & medicis Gutta serena, Vitium oculorum, quod cæcitatem, causa latente, infert. Nervi optici obstructionem perhibent.

GUTTĀTIM, Adv. [κατὰ σταγόνας] Plaut. Merc. 1. 2. 92. Cor edepol miserum meum quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem. Arnob. 2. Pluvia guttatim labitur.

GUTTŬLA, æ. f. dimin. [σταγόνιον] Plaut. Epid. 4. 1. 27. Guttula pectus ardens mihi adspersisti.
Minutæ guttulæ imbrem pariunt: Adagium est. V. Erasm. Chiliad.

GUTTICELLA, alterum dimin. apud Duzam in Catullum pag. 11. H. St.

GUTTŌ, [στάζω] āre. Vet. Gloss. Unde

GUTTĀTUS, Partic. [σταγονωτὸς] Quod veluti guttas habet. Martial. lib. 3. 58.
Et picta perdix, numidicæque guttatæ.

GUTTANS, antis. [σταλάζων] Formam participii habet quasi a Gutto, guttas, pro Guttatim stillare. Plin. lib. 20. cap. 8. Hujus folia ambustis utilia, guttantia, astringunt. Sed Harduinus ex MSS. hic legit Gustantium os adstringunt.

GUTTUR, ŭris. n. [ἀσφάραγος, λαιμὸς, λάρυγξ, φάρυγξ, βρόγχος] Ea pars quæ est a faucibus ad jugulum, sive exterior, sive interior sit. Nomen habere videtur ex Gutta, quoniam potus per guttur guttatim labitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Guttur homini tantum & suibus intumescit: aquarum quæ potantur, plerumque vitio. Virg. 1. Georg. 423.
Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi. Cic. pro Cœl. 44.
Vitium ventris & gutturis.
Mobile guttur. Pers. 1. Sat. 17.
Tumidum guttur. Juven. 13. Sat. 162.
Tenui gutture cantat avis. Ovid. 1. Amor. 13.
Colluere guttur liquido plasmate. Pers. 1. Sat. 17.
Fregit elisa guttura laqueo. Lucan. lib. 2. 154.
Radere guttur. Juven. 6. Sat. 105.
Rupit mihi guttura pugno. Ovid. 3. Met. 625.
Tumuerunt guttura venis. Ovid. 3. Met. 73.
Vincire guttura alicujus. Ovid. 10. Met. 22.
Gutturem masculino genere dixit Plaut. Trin. 4. 3. 7. Postquam thermopotasti gutturem. Idem Aul. 2. 4. 25.
Etiamne obturat inferiorem gutturem. i. e. Anum.

GUTTURŌSUS, a, um. Adj. [φαρυγγώδης] Cujus guttur tanquam spongia quædam intumescit: ita ut hoc malum, non morbus, sed vitium sit. Ulpian. de ædilitio edicto l. 12. §. 2. Siquis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

GUTTURNIUM, i. n. Vasis genus ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter oris angustiam guttatim fluat. Festus. Turneb. Advers. 22. 30.

GUTTUS, i. m. [πρόχουν] Poculi genus, quo in sacrificiis utebantur, quoque guttatim aqua infundebatur. Plin. lib. 16. cap. 38. Curius juravit se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret.
Guttus, Vas in quod oleum mittitur: dictus quod guttam mittat. Eo usi sunt Romani in balneis ad unguenda corpora post lavationem. Gell. lib. 17. cap. 8. Guttum Samium oretenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert, convertitque eum, &c.
Guttus corneus sic loquitur apud Martial. lib. 14. 52.
Gestavit modo fronte me juvencus,
Verum Rhinocerota me putabis. Dicit poeta hunc guttum esse ex cornu juvenci, sed tanta arte laboratum, ut Rhinocerotis videatur. Hinc & Rhinoceros vocatur a Juven. 7. Sat. 130.
Pleno componit lintea gutto. Juven. 3. Sat. 263.

GUTTŬLUS, i. m. [προχοΐδιον] dimin. Plaut. Fragm. Ut guttulam hauriret ex guttulo.

## G Y A

GYĂRUS, i. f. vel GYĂRA, æ. vel GYĂRÆ, arum. plur. f. [Γύαρος] Una e Cycladibus insulis cum oppido, in quod Romani noxios in exilium mittere solebant. Juven. 1. Sat. 73.
Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid. Idem 10. Sat. 170.
Ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho.
De Gyaro dedi litteras. Cic. 5. Att. 12.
Mycone celsa Gyaroque revinxit. Virg. 3. Æn. 76.

GYAS, Nomen proprium viri Trojani: de quo Virg. 5. Æn. 160.
Cum Princeps medioque Gyas in gurgite victor
Rectorem navis compellat voce Menœten. Idem 5. Æn. 118.
Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram. Quo in loco ait Servius, ab hoc Gya nomen habere Gyganiam Romanorum familiam. Geganius tamen per e scribitur constanter.

## G Y G

GYGES, [Γύγης] Viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur, & frater Briarei, gigas maximus & centimanus.
Centimanus Gyges. Hor. 3. Carm. 4. 69.
Gyges, Rex Lydiæ, qui consuluit Apollinem Delphicum, an aliquis esset se felicior. Apollo autem prætulit illi Aglaum quendam rusticum & pauperem. Valer. Max. 7. 1. 2.
De quodam item Gyge pastore, qui annulum mirificum habuit, videto Cic. 3. Offic. 78. Hinc

GYGÆUS, a, um. Adj. ut, Stagnum Gygæum. Plin. 5. 29. & Propert. 3. 10. (al. 9.) 18.
Lydia Gygæo tincta puella lacu.

GYLIPPUS, i. m. [Γύλιππος] Vir Lcedæmonius bello præclarus; de quo Tibull ad Messal. 4. 200.
— non magni potior sit fama Gylippi. Adde Justin. 4. 4. & Virg. 12. Æn. 272.

## G Y M

GYMNAS, ădis. f. [γυμνὰς] Exercitium. Stat. 4. Silv. 2. 47.
— sic lubrica ponit
Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux. Idem 4. Theb. 106.
Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis. Intelligit Acheloum. Idem 1. Achil. 357.
— neve exercere potervas
Gymnadas, aut lustris nemorum concede vagari.

GYMNĀSIUM, i. n. [γυμνάσιον] Locus exercitii: sic vocatus, quoniam ibi Athletæ se nudi exercebant, quod Græcis Γυμνάζειν. Plaut. Amph. 4. 1. 3.
Nam omnes plateas perreptavi, gymnasia, myropolia,
Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro.
Plin. lib. 2. Epist. 17. Hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est.
Ad Scholas Rhetorum ac Philosophorum vox transfertur, quia Philosophi & Rhetores loca publica, maximeque Gymnasia item docendi causa sectabantur. Cic. 1. de Orat. 56. Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria.
Gymnasium plenum pueris. Quintil. lib. 2. cap. 8. pr. Exercentibus se scil. luctando.
Flos gymnasii. Catul. de Berecynth. 61. 64.
Virgineum gymnasium, Lacænarum virginum. Propert. lib. 3. 14. 2.
Indulgere gymnasiis. V. INDULGEO.
Quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant. Cic. in Parad. 1.

GYMNASTĬCUS, a, um. Adj. [γυμναστικὸς] Plaut. Rud. 2. 1. 6.
Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum:
Pro exercitu Gymnastico & palæstrico hoc habemus.

GYMNĬCUS, a, um. aliud Adj. [γυμνικὸς] Idem. Plin. lib. 7. cap. 56. Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon invenit. Sic Cic. 2. Tusc. 61.

GYMNASIARCHUS, i. & GYMNASIARCHA, æ. m. [γυμνασιάρχης] Gymnasii præses. Cic. 6. Verr. 92. Demoliendum curavit Democritus gymnasiarchus, quod is ei loco præerat. Apud Val. Max. 9. 10. extr. Taxilli cujusdam Gymnasiarchæ mentio fit.

GYMNOPODION, [γυμνοπόδιον] Calceorum genus muliebrium, apud Polluc. lib. 7. cap. 22. ubi Gualterus Nudipedia vertit, propterea ut opinor, quod γυμνὸς nudum significet, & γυμνόπους nudipedem.

GYMNOSOPHISTÆ, arum. m. plur. [γυμνοσοφισταὶ] Philosophi Indorum: sic dicti, quod nudi incederent: nam γυμνὸς, nudus dicitur. Plin. lib. 7. cap. 2. Philosophos eorum: quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Porphyr. de Abstinentia ab esu animalium lib. 4. Quum Indorum respublica in multas partes distributa sit, genus quoddam sapientum apud ipsos est, quod Græci Gymnosophistas vocare consueverunt. Horum duæ factiones sunt, Brachmanum altera, altera Samanæorum. Brachmanis per generis successionem, non secus ac sacerdotium, hujuscemodi divinam sapientiam admittunt. Samanæi selecti quidam sunt, & ex quibuslibet qui divinæ sapientiæ se tradere voluerint, constant. Eorum vita ad hunc modum est: quemadmodum Bardesanes Babylonius memoriæ prodit, qui majorum nostrorum tempestate extitit, cum illisque Indis est versatus, qui cum Damadami [an Dandami?] missi ad Cæsarem fuerant: Brachmanes enim omnes unius sunt generis, ex unius patris, uniusque matris origine omnes deducti. Samanæi vero non ita, sed ex omni Indorum gente, ut jam diximus, collecti. Neque igitur sub regno degunt Brachmanes, neque cum aliis munus ullum obeunt. Sed ex ipsis ii qui philosophi sunt, alii in monte, alii apud Gangem fluvium habitant. Ac montani quidem pomis, & lacte bubulo herbis coagulato vescuntur. Fluviales ex pomis etiam ipsi victum comparant, quæ multa apud fluvium nascuntur. terra enim fere semper recentes fructus producit: quinetiam oryzæ copiam sponte procreat: qua si quando poma defecerint, uti quoque in cibo solent. Aliud vero quidpiam degustare, aut alimentum ex animatis vel omnino tangere, immunditiæ extremæ atque impietati non dissimile apud ipsos habetur. Cultum deo religiose ac pie exhibent. Majorem enim diei ac noctis partem hymnis in deos ac precibus dicarunt. Singula tamen in propriis tuguriis manent: & quam maxime fieri potest, soli morantur. Simul enim versari Brachmanes, ac multum colloqui non admodum patiuntur, sed quum id forte contigerit, recessione inde facta in multos dies postea non loquuntur. sæpe etiam jejunant. Samanæi vero electi, ut diximus, sunt. In quorum collegium quum quispiam est adscîscendus, ad principes civitatis, aut vici, cujuscunque fuerit, accedit: atque ibi bonis suis facultatibusque omnibus repudiatis, ac supervacua omni corporis parte detonsa, stolam accipit. atque ita nulla neque uxoris, neque liberorum, si forte adsint, ratione habita, quasi ad se nihil omnino amplius pertineant, ad Samanæos recedit. Regi liberorum educandorum, cognatis uxoris cura relinquitur. Vita Samanæorum hujusmodi est: Extra urbem commorantur, ac totum diem in divinis colloquiis traducunt, ubi domos & fana a rege extructa habent: in quibus œconomi constituti sunt, qui certam quandam mercedem ad convenientium alimentum a rege accipiunt. Victus eorum ex oryza & pane, & pomis, & oleribus apparatur. Nam quum ingressi in domum fuerint, ad tintinnabuli signum Samanæi preces effundunt: quod ubi fecerunt, signo iterum dato ministri singulis lance oblata, duo enim ex eodem vase non comedunt, oryza ipsos pascunt. Si quis varietatem aliquam requirat, olus, aut pomorum quidpiam apponitur:

ponitur: quibus sane celeriter vescuntur. Tanta autem & ipsi & Brachmanes in veneratione apud alios sunt, ut Rex quoque interdum ad eos accedat, rogetque ut pro statu regionis deum precentur, aut quid agendum sit, consulant. Ipsi autem ita erga mortem affecti sunt, ut vivendi tempus, quasi necessarium quoddam naturæ ministerium, inviti sustineant, atque ideo animas a corporibus festinent absolvere: ac sæpe ubi bene se habere conspexerint, nullo malo urgente, e vita decedant: re tamen aliis prænuntiata, nullusque sit qui prohibeat, sed omnes eos beatos prædicantes, suis quisque domesticis morituris mandata quædam tradant, adeo stabilem ac veram & ipsi & plerique animabus inter se post obitum vitam esse crediderunt. Illi autem ubi mandata sibi commissa perceperunt, corpore in ignem conjecto, ut purissimam a corpore animam secernant, ab omnibus celebrati mortem obeunt. Æquiori enim animo illos amici ac propinqui ad mortem dimittunt, quam alii homines suos quisque cives in non admodum longinquas peregrinationes: ac seipsos qui in vita superstites remanserint, deplorant, illos beant, quippe qui immortalem sortem jam receperint. V. Strabo lib. 15. Philostr. lib. 3. Curt. 8. 9.

## G Y N

**Gynæceum**, i. n. [γυναικεῖον] Locus secretior in ædibus, in quo solæ mulieres habitabant. Plaut. Most. 3. 2. 68.

> Gynæceum senex ædificare volt hic in suis,
> Et balineas, & ambulacrum, & porticum. Ter. Phorm. 5. 6. 23.

Cic. 2. Philipp. 95. Syngrapha HS. centies per legatos viros bonos, sed timidos & imperitos, sine reliquorum hospitum regis sententia, facta in gynæceo.

**Gyndes**, [Γύνδης] Assyriorum fluvius, maximus secundum Euphratem: de quo Seneca lib. 3. de Ira. cap. 21. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 140.

> Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes
> Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gyndes.

## G Y P

**Gypsum**, i. [γύψος] Certum calcis genus, quod ex lapidibus certis ambustis vehementi igne excoquitur. Plin. lib. 36. cap. 24. Cognata calci res gypsum est. Plura ejus genera, nam e lapide coquitur, ut in Syria, & Thuriis: & e terra foditur, ut in Cypro, ac Perrhæbis: e summa tellure & Tymphaicum est, &c.

Pro Imagine gypsea, per metonymian. Juven. 2. Sat. 4.

> —— quanquam plena omnia gypso
> Chrysippi invenias.

**Gypseus**, a, um. Adj. Spart. Sev. 22. Tres Victoriæ gypseæ.

**Gypso**, [γυψόω] are. Gypso inducere seu incrustare. Apic. de Re Cul. 1. 17. Vas picari pariter & gypsari facies. Columel. lib. 12. cap. 16. Quum deinde modice aruerint, in vasa nova sine pice operculata & gypsata, sicco loco reponito.

**Gypsatus**, a, um. Partic. ut, Pes gypsatus, Gypso dealbatus. Ovid. 1. Amor. 8. 64. Tibul. 2. 6. 21.

> Nota loquor, regnum ipse tenet, quæm sæpe coegit
> Barbara pypsatos ferre catasta pedes.

Gypsata manus. Cic. 7. Fam. 6. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeæ (quæ apud Corinthum arcem altam habebat) matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent quod abesset a patria. Nunc legitur, Habebant, & Gypsatissimis: exponuntque nonnulli, Candidissimis. Locus admodum vexatus est.

**Gypsoplastes**, æ. m. [γυψοπλάστης] Cassiod. Var. 7. 5. Aut gypsoplastes, aut musivarius. Is est, qui Italis *Stuccadore* dicitur, artifex.

## G Y R

**Gyrus**, i. m. [γῦρος] Latine Circulus vel Ambitus dici potest. Virg. 5. Æn. 85.

> Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
> Septem ingens gyros, septena volumina traxit. Cic. 1. de Orat. 67.

Ex ingenti quodam Oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. Idem 1. Off. 90. Homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere.

Aerius gyrus Lunæ. Catul. de Coma Beren. 64. 6.
Terribilis gyrus Typhonis. Claud. de Rapt. Proserp. 24.
Abrumpit equus gyros medios tremulo poplite. Lucan. lib. 6. 87.
Agere gyros. Sen. Agam. 6.
Contendere curvo gyro. Tibul. lib. 4. ad Messalam, 1. 94.
Dare gyros. Virg. 3. Georg. 115.
Ducit per aera gyros milvius. Ovid. 2. Amor. 6. 33.
Format exiguos per prima volumina gyros. Sil. lib. 13.
Ire in gyros coactus equus. Ovid. 3. de Arte Am. 384.
Spargere patulo vaga vincula gyro. Valer. 6. Argon. 132.
Trahit bruma nivalem interiore diem gyro. i. e. Breviori circulo absolvit. Hor. 2. Serm. 6. 26.
Volat ingenti gyro. Virg. 10. Æn. 884.
Volvi ancipiti gyro. Stat. 10. Theb. 596. de serpente.

**Gyro**, are. Unde

**Gyratus**, a, um. Partic. Plin. lib. 5. cap. 10. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam. De Alexandria urbe Ægypti.

## G Y T

**Gythium**, [Γύθειον] vel **Gythium**, [Γύθιον] Oppidum navale Lacedæmoniorum, juxta Eurotam fluvium: quod Hercules & Apollo, depositis eo loci simultatibus, communi opere condiderunt. Cic. 3. Off. 49. Classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum. Liv. 34. 29. pr. Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum esse. Ex Hermolao in Plin.

**Gytheates**, [Γυθεάτης ἢ Γυθιάτης] Populi in eo habitantes. Plin. lib. 4. cap. 5. Sinus Gytheates.

H

# H

Non littera, (secundum Gellium, Priscianum, Pontanum, Vossium) sed adspiratio: formam habet ex utraque spiritus nota apud Græcos, uti in vetustis Exemplaribus tam impressis quam MSS. eæ notæ exarantur, ut nonnullis placet; sed verum est, quum eo munere fungatur apud Latinos quo H antiquitus apud Græcos, sc. ante inductum Ionicum alphabetum, eam figuram, ut potestate, ita forma referre. Dixerunt enim Græci antiqui ΚΤΕΣΙΠΗΟΝ pro Κτησιφῶν (V. Spon. Miscell. Erud. Antiq. cap. extr. ab init.) HECATON, unde, ut nunc quoque, in marmoribus H numerum centenarium denotat. Utrum tamen inter litteras locum obtinere debeat, acriter decertarunt contra antiquos Becmannus, Martinius, aliique.

In orthographia Latina in vocalibus tantum locum habet ut Homo, Habeo, Horreo. Consonis subjici nolit. Ego ipse, inquit Cic. cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali adspiratione uterentur, loquebar sic, ut Pulcros, Cetegos, Triumpos, Cartaginem, dicerem, aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Hæc Cic. in Orat. 160. Ne tamen hoc de Græcis dictionibus pronuntiatum videatur, Phaethon, Chrysis: a quibus etiam adspirationem detrahere conabantur veteres, ut Purrum dixit Ennius pro Pyrrhum. & antiquissimi etiam Codd. quasi hujus moris tenaces; Phaeton vel etiam Faeton exhibent. V. Heins. ad Ovid. 1. Met. 731. Sine necessitate certe vulgus ætate Gellii aliquibus vocibus infercivit. H litteram, inquit, sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio & exemplo linguæ Atticæ. Satis enim notum est Atticos ἰχθῦν, ἱερὸν, multa itidem alia, citra morem gentium Græciæ ceterarum, inspirantis primæ litteræ dixisse. Sic Lachrymas, sic Sepulchrum sic Ahenum, sic Vehemens, sic Inchoare, sic Hallucinari, sic Helluari, sic Honera, sic Honustum dixerunt. in his enim verbis omnibus litteræ, seu spiritus istius, nulla ratio visa est, nisi ut firmitas & vigor vocis, quasi quibusdam nervis additis, intenderetur. Hæc Gell. 2. 3.

In nummis Familiarum Ro. antiquioribus raro venit hæc adspiratio videnda. Scriptum enim occurrit Graccus, Triumpus, Pilippus, &c. V. Spanhem. de Usu Numism. & Fulv. Ursin. ad gentis Marciæ denarios. Quintil. 1. 5. Diu servatum ne consonantibus adspiraretur, ut in Graccis & Triumpis. ubi de potestate τοῦ H plura invenies.

Cum littera F adspirationis quodammodo vices sustineat (ut a ῥήσσω ῥαγῶ fit Frango) non mirum est si permutentur H & F. Sic Hebris pro Febris & vicissim antique, Fordeum pro Hordeum. Sic Hormiæ pro Formiæ, Hanula pro Fanula, parva delubra. V. Fest. in voc. Serv. ad Virg. 7. Æn. 695. & Spanh. de Usu & Præst. Numism. Diss. 2. p. 107. Attamen quam rationem cum I habeat ut cum eo locum mutet, quo modo occurrit in Inscr. apud Fabrett. p. 195. non video.

Excidit interdum H. ut, Deprendo pro Deprehendo. & in Christianorum tumulis Abet sedem pro Habet.

Convenit cum B. ut quod antiqui Belenam nos Helenam efferimus, sec. Quintilianum. Unde

Non mirum est si cum V habeat quoque cognationem: sic, Hesper Vesper. Istud enim Digamma nihil aliud est quam adspiratio Græcorum nonnullorum, ita ut cum Ion diceret 'ΕΚΑΤΟΝ, id Atticus efferret HECATON, Æolicus vero Fεκατὸν. quod ad ου communis Græciæ vel ad V Latinorum prope accedit.

H cum S junctum Sestertii Romani nota est vulgatissima. Cum enim Sestertium, qui valeret Libras duas cum semisse, hoc pacto pro more linguæ pingebant LLS, cito in hanc formam HS ex celeritate & consuetudine scribendi degeneravit. V. SESTERTIUS.

H. Habet, Hac, Hæc, Hadrianus, Hastati, (V. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 6. p. 558.) Heredes, Hereditas, Heres, Hic, Hoc, Hodie, Homo, Honestas, Honestus, Honor, Honorem, &c. Hora, Horis, Hostilius, Hostis, Hujus, Ducenta, Ducenta millia. H. Habet, Hoc, Heres, Hujus.

H. A. Hoc age. H. A. C. Heres amico curavit. H. A. E. C. Hanc aram erigi curavit, Hanc aram ei constituit. H. A. G. F. Heres animo grato fecit. H. A. I. R. Honore accepto impendium (vel impensam) remisit. H. A. L. R. Hac autem lege rogavit, Hoc animo libens restituit, Hoc animo locavit requietorium, Honore accepto locum remisit. H. AQ. Hic acquiescit.

H. B. Heres bonus vel bonorum, Homo bonus, Hora bona. H. B. E. Hora bona est. H. B. F. Heres benemerenti fecit, Homo bonæ fidei, Homo bonus fecit. H. B. M. E. Heres bene merenti erexit. H. B. M. F. Heres bene merenti fecit. H. B. M. F. C. Heres bene merenti faciundum curavit. H. B. M. P. Heres bene merenti posuit. H. B. V. P. Hereditatis bonorumve possessor, Heres bonorumve possessor.

H. C. Heredem cognitorem, Heredem cognovit, Heredes curaverunt, Hic conditur, Hispania citerior, Hoc curavit. H. C. CV. Hic condi curavit. H. C. D. D. Huic collegio dedicaverunt. H. C. E. Hic condita est, Hic conditus est. H. C. I. R. Honore contentus impensam remisit. H. COG. Heredem cognitorem, Heredem cognovit.

H. D. Hæc dos, Heredibus dicavit, Hereditas divisa, Hic dedit, Hic dedicamini, dedicavit, dicavit, donavit, dies; His diebus, Hoc dedit, dicavit, donavit, die; Homo devotus. H. D. A. V. I. C. D. E. Hoc die ara victoriæ in curia dedicata est. H. D. D. Heredes dono dedere, Hoc dono datum, Honori domus divinæ. H. DD. Hic dedicant, dedicaverunt, &c. Hic dedicavit, dedicatum; Hoc dono datum. H. DD. E. M. N. Hoc dedicatum est mortuis nostris. H. D. M. Hoc domus Martis, mortis; Heres dedit monumentum, Hoc dari mandavit. H. D. S. Heredibus dicavit sepulcrum, Hoc dicavit sepulcrum, Heres de suo.

H. E. D. Hic est depositus. H. E. M. TBNR. Hæc est memoria Tribunorum. H. E. P. Heredes ejus posuerunt, Hic est positus. H. E. S. Hic est sepultus, Hic est situs. H. E. S. S. T. T. L. Hic est sepultus: sit tibi terra levis. H. E. T. F. C. Heres ex testamento fieri curavit. H. E. T. F. I. Heredem ex testamento fieri jussit, Hoc ex testamento fieri instituit, Hic [vel Heres] ex testamento fieri jussit. H. ET. L. Heredes & Liberti. H. E. V. Heredem esse voluit. H. EX. T. Heres ex testamento.

H. F. Heres fecit, Heredes fecerunt, Hic faciundum, fecit, fundavit; Hodie fecit, Honesta filia, femina, fortuna, frons; Honeste fecit, Honestus filius, frater. H. F. C. Heredes fieri curaverunt, Heres faciundum curavit, Hoc fraude creditoris. H. FF. Hic fabricaverunt, fundaverunt. [Hoc, vel Heres, fieri fecit, Heredes fecerunt.] H. F. H. F. S. M. Honesta femina hic fundavit sacellum marito, Honesta femina hoc fecit sibi monumentum. H. F. H. N. M. Heredes fecerunt hoc nomine mortuo, vel nostrum monumentum. H. F. S. C. A. Hanc fieri sibi curavit aram, Heredes fecerunt sumptu communi aram.

H. G. Hæc Gens.

H. H. Hæc hora, Heredes honesti, Homo honestus. H. H. B. M. F. Heredes bene merenti fecerunt. H. H. F. M. F. D. Heredes facultatum mearum filios dico. H. H. M. S. Heredes hoc monumentum sequitur. H. H. P. Heres hic posuit. H. H. P. P. Hispaniæ Provinciæ. H. H. S. S. Heredes hoc sepulcrum sequetur.

H. I. Hercle juravit, Hereditario jure, Heres juravit, Hic jacet, Homo justus. H. I. I. Heredes jussu illorum.

H. K. N. Have carissime nobis. V. Brisson. de Formulis.

H. L. Hac lege, Hic locus, Hoc legavit, Honestus locus. H. L. D. Heres libens dedit, Hic locum dedit, Hunc locum dedit, donavit, dabit, &c. Hoc libens dedit, dedicavit. H. L. ET. H. M. N. S. Hic locus & monumentum heredes non sequetur. H. L. F. S. F. S. Hunc locum fieri sibi fecit sepulturæ. H. L. H. N. T. Hunc locum heredes non teneant. H. L. M. Hoc libens mandavit, Hic locus monumenti. H. L. N. Honesto loco natus. H. L. R. Hac lege rogatum.

H. M. Hoc mandavit, Hoc monumentum, Honesta mulier, Honesta missio, Hora mala, mortis. H. M. AD. H. N. T. Hoc monumentum ad heredes non transit. H. M. D. A. Hoc mandavit dari Augustus. Huic monumento dolus abesto. H. M. D. M. A. Huic monumento dolus malus abesto. H. M. E. Hic monumentum elegit, Hoc monumentum erexit. H. M. E. N. R. Hoc monumentum exterum non recipit. H. M. F. Heres monumentum fecit. H. M. G. N. S. Hoc monumentum Gentiles non sequitur. H. M. H. E. N. S. Hoc monumentum heredes ejus (exteros) non sequitur. H. M. IN. F. P. X. IN. A. P. X. Habet monumentum in fronte pedes 10. in agro pedes decem. H. M. M. H. M. N. S. F. Humanitatis mala metuens hoc monumentum nomine suo fecit. H. M. P. Hanc memoriam posuit, Hoc monumentum posuit. H. M. P. CO. ET. F. Hoc monumentum posuit conjugi & filiis. H. M. P. P. Hanc memoriam posuere, Hoc monumentum posuere. H. M. S. M. Hoc monumentum sibi

sibi mandavit. H. M. S. S. E. H. N. S. Hoc monumentum sententia senatus (sive sepulcrum) exteros heredes non sequitur. H. M. V. Hic monumentum voluit. H. M. V. S. P. Hoc monumentum vivens sibi posuit.

H. N. D. M. A. Heredi non datur monumenti actio. H. N. S. Heredes non sequitur. H. N. S. L. S. Heredem non sequitur locus sepulturæ.

H. O. Hoste occiso, Hostem occidit. H. O. I. Honesto optimo Jovi. H. O. S. Hic ordinavit sepulcrum, Hic ossa sita.

H. P. Hasta posita, Hastatorum & principum (sc. signa. in vexillis hæ voces visuntur in nummis) Hasta pura, Hereditas possessio, Hic ponit, posuit, positus, &c. Honesta puella, Hora prima. H. P. C. Heres ponendum curavit, Honor publice curandus.

H. R. Hic requiescit, Honesta ratio. H. R. E. I. Q. M. E. A. Hanc rem ex jure Quiritium meam esse ajo. H. R. I. P. Hic requiescit in pace. H. R. I. R. Honore recepto impensam remisit.

H. S. Herculi sacrum, Heredem solvi, Heredes socii, sui, sunt; Heres scriptus, Hic sepultus, Hic sit, Hic situs, Hoc sibi, Hoc sepulcrum, Hora secunda, Hostia sacrilega. H. S. B. Hic situs bonus. H. S. C. P. S. Hic sibi curavit poni sepulcrum, Hoc sepulcrum condidit proprio sumptu, pecunia sua. H. S. DD. Hoc sacrum dederunt. H. S. E. Hic sepultus est, situs est, &c. H. S. EI. F. L. Hoc sumptu ejus fieri legavit. H. S. E. T. F. C. Hic situs est; testamento fieri curavit. H. S. F. Hoc sepulcrum (sacellum) fecit. H. S. F. L. S. P. D. D. Hunc sibi fecit locum sepulturæ permissus decreto Decurionum. H. S. H. H. N. S. Hoc sepulcrum heredes non sequitur. H. S. L. Hoc sibi legavit. H. S. P. D. V. Hoc sua pecunia dedit vivens. H. S. S. Hic sepulti sunt, siti; Hoc sibi sepulcrum. H. S. T. N. E. Huic sepulcro titulus non est. H. S. V. F. M. Hic sibi vivens fieri mandavit, Hoc sibi vivens fecit monumentum. H. S. V. M. N. Hoc sibi vivens monumentum nuncupavit. H. S. V. S. P. Hoc sepulcrum vivens sibi posuit.

H. T. H. N. S. Hic titulus heredes non sequitur. H. T. V. P. Hunc titulum vivus posuit.

H. V. Hæc vita, urbs, uxor; Hic vale, vester, vivit; Hispania ulterior, utraque; His verbis, Hoc vivens, Honestus vir, Honore usus, Horis quinque. H. V. D. Hoc vivens dedit, volens dedicavit. H. V. D. P. S. Hoc vovit Diis patriis sacellum, Hoc vivens dedit proprio sumptu. H. V. F. Hoc vivens fecit, Hoc voluit fieri. H. V. M. Hic voluit monumentum, Hispaniæ utriusque monumentum. H. V. S. P. Hanc voto soluto posuit, Hoc vivens sibi posuit. H. V. S. R. Honore usus sumptum remisit.

## H A

HA. vel HADR. Hadrianus. HAE. M. Hæres meus. HAES. PRC. Hæredes Principum. HASTA. Hastatus. HAST. PVR. II. Hastis puris duabus.

HA, [ἆ] Interjectio corripientis, sive admonentis ne quid fiat, neve quis in re cœpta progrediatur. Plaut. Trin. 4. 3. 52. Heus tu asta ilico, audi: heus tu. s. non sto. c. at ego te stare volo. s. quid si egomet te velle nolo? c. ha, nimium Stalime sæviter.

Vide Aha H. St.

Ha ha he, interjectio risus, inquit Donatus. Ter. Eun. 3. 1. 36. Idem Phorm. 2. 3. 63. Abduce hanc, minas quinque accipe. P. ha ha he, homo suavis.

## H A B

HĂBĒNA, æ. f. [ἡνίον, ἀγωγεὺς, ἀσλησ, ῥυτὴρ, ῥυταγωγεὺς] Retinaculum & freni lorum, quo equus cohibetur. Virg. 9. Æn. 588.

Ipse ter adducta circum caput egit habena.

Liber habenis equus. Virg. 3. Georg. 194.

Pressæ habenæ, Adductæ. Virg. 11. Æn. 600.

Dare laxas habenas, & Premere contraria. Virg. 1. Æn. 63.

Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.

Flectere habenas aliqua. Ovid. 2. Met. 169.

Immittit habenas classi. Virg. 6. Æn. 1.

Furit immissis habenis Vulcanus. Virg. 6. Æn. 662.

Moliri habenas. V. MOLIOR.

Supprimere habenas. Ovid. 6. Met. 709.

Amicitiæ habenæ laxissimæ. V. LAXUS.

Rerum habenæ traduntur Hasdrubali, Imperium. Sil. lib. 1. 144.

Habena, pro Potestate & facultate. Cic. 1. de Orat. 226. Senatum servire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas, tradidisset? Ibid. lib. 3. 166. Legum habenæ. Ex poeta. Virg. 12. Æn. 498.

Terribilis sævam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas. Ubi Servius;

Habenas, Potestatem, facultatem.

Amavit effusis caritatis habenis Hypsicratea regina Mithridatem conjugem suum. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. ext. 2.

Abducere vel remittere habenas. V. ABDUCO. [Immo Adducere.

Regere habenas. Ovid. 1. Fast. 25.

— vates rege vatis habenas.

Habena, Scutica. Hor. 2. Epist. 1. 15.

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.

Habena vel ferula cædi. Ulpian. in l. Cum aliter. §. Impuberi. D. de s. c. Silaniano.

Gravidæ habenæ balearis fundæ. Stat. 10. Theb. 851.

HABENŬLA, æ. f. dimin. Segmentum parvulum. Cels. lib. 7. cap. 20. Ab ora quoque ejus vulneris, quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo major plaga sit. Idem lib. 7. cap. 7. Tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. De palpebris procidentibus.

HABENTIA, æ. f. [χτῆσις] antiquis dicebatur, sicut a Sapio, Sapientia. significat autem Ipsum habere, & divitem esse. Claud. Quadrig. lib. 7. Animos eorum habentia inflarat. ex Nonio 2. 392. adde Plaut. Truc. prol. 20.

Quid multa? ætas huic si superet mulieri,
Is cum anima ad eam habentiam everrerit.

HABEO, ui, itum, [ἔχω, ἴσχω, σχέω, κτάω] ēre. proprie significat Possidere, Obtinere. Plaut. Aulul. 2. 2. 14.

Virginem habeo grandem, dote cassam, & illocabilem.

Habere, pro Tractare & afficere: ut, Habere miserrimum, i. e. Miserrime tractare. Plaut. Cas. 3. 3. 27. Ter. Hec. 2. 3. 5. Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata. Idem Adel. 1. 1. 20. Ruri agere vitam: semper parce ac duriter se habere. Plaut. Men. 1. 2. 10. Nimium te habui delicatam.

Durius aliquem habere: i. e. Tractare. Ulpian. in l. 2. D. de iis qui sui vel alien. juris sunt.

Ægre habere, Ægre ferre, frequenter apud Plaut. Liv. 7. 5. Nec perinde, ut maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli & superbo reo potestatem fieri, ita ægre habuit filium id pro parente ausum.

Arcte, contenteque habet illum. h. e. Durius & arctius agit cum illo. Plaut. Asin. 1. 1. 63.

Quanquam illum mater arcte contenteque habet,
Patres ut consueverunt.

Habere, Detinere. Sallust. in Jugurth. 81. Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret, quæ res eos magno diuturnoque bello inter se habuit.

Habere aliquem in luce, vel tenebris, pro Continere. Celsus lib. 3. cap. 18. de phreneticis, Fere vero antiqui tales ægros in tenebris habebant, eo quod eis contrarium esset exterreri: & ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid, judicabant.

Habere, pro Censere. Suet. August. cap. 23. Diemque cladis quotannis mœstum habuerit, ac lugubrem, Budæus. Ita Virg. 5. Æn. 49.

Jamque dies, ni fallor, adest; quem semper acerbum,
Semper honoratum, sic Dii voluistis, habebo.

Habere, pro Habitare. Sallust. in Jugurth. 17. Sed qui mortales initio Africam habuerint. Adde ibid. 18. pr. Africam initio habuere Libyes. Plaut. prol. Men. 69. Nunc ille geminus, qui Syracusis habet. Truc. 2. 4. 52. Suram Novisti nostram, quæ erga ædes se habet. Cic. pro Rosc. Amer. 133. Qui in Salentinis aut in Bruttiis habent.

Habeo quid agam. i. e. Scio. Ter. And. 3. 2. 18. Teneo quid erret, quid ego agam habeo. Hec. 1. 2. 116. Habes omnem rem.

Haberi pro Existimari frequenter dictum. Cic. de Opt. Gen. Orat. 9. Habeatur sane Orator, sed de minoribus. Quintil. 1. proœm. Sapientes atque eloquentes haberentur. Hor. 1. Serm. 6. 30. Formosus haberi dum cupit. Atque ita intelligendum est de hac formula. Sic habe de me. Cic. de Amicit. 10. De me autem (ut jam cum utroque loquar) sic habetote. Ego si Scipionis desiderio me moveri negem quam id recte faciam viderint sapientes, sed certe mentiar. V. plura infra in HABITUS.

Statuere. Cic. de Amicit. 93. Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem quam adulationem.

Habere de Avaritia dictum. Ovid. 1. Met. 131.

— amor sceleratus habendi. V. Drakenb. ad Sil. 5. 264.

Habere & ferre. Plaut. Amph. 1. 1. 20.

Ergo in servitute expetunt multa iniqua:
Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.

Habe, permittentis particula. Plaut. Most. 5. 2. 5. Age, habe, abi impune. ubi leg. & Abi pro Habe.

Habet. ex Gladiatoribus deductum. Ter. And. 1. 1. 54. Captus est: habet. Virg. 12. Æn. 296.

Hoc habet, hæc melior magnis data victima Divis. V. Turneb. Advers. 17. 10. Burm. ad Quintil. decl. 8. 16. Non. 4. 226.

Habere bene, &c. Habere se; de valetudine dictum. Nep. 10. 2. 4. Quæsivit a medicis quemadmodum se haberet. Ter. And. 5. 4. 36. & Hec. 4. 2. 30. Deinde ad res & rerum conditiones refertur. Plaut. Pseud. 4. 1. 25. Præclare se res habet. Cic. 4. Fam. 5. Quoquo modo se res habeat. Ter. Phorm. 2. 2. 82. Bene habent tibi principia.

Sic Habere se male, belle, graviter. Item Reverenter habere fortunam ex Ausonio. V. REVERENTER. H. St.

Habere, de Re meretricia. Ter. And. 1. 1. 58. Quis heri habuit Chrysidem. Virg. 3. Ecl. 107. V. Voss. 4. Instit. Orat. p. 32.

Habere annos, pro Natum esse. Nep. 25. 7. 1. Incidit Cæsarianum civile bellum, cum haberet annos circiter 60. Flor. 2. 6. 1. Nec enim amplius quam decem & octo annos habet.

Res tuas tibi habeto, Solennis divortii formula. Apul. l. 5. Milef. pag. 170. Ubi me ferro & igni conspexit armatam, Tu quidem, inquit, ob istud tam dirum facinus confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto. Plaut. Amph. 3. 2. 47. Valeas, habeas res tuas.

Habere, cum subst. periphrasin in se continet. Sic, Habeo tibi hanc edictionem, i. e. Edico. Plaut. Pseud. 1. 2. 10. & 39.

Habere, pro Reputare. Quintil. lib. 7. cap. 47. An habendum sit adulterium in lupanari.

Habere, Solicite servare. Cato de R. R. cap. 143. Villica villam conversam, mundamque habeat.

Hæc habui de amicitia quæ dicerem. h. e. Tantum mihi de amicitia erat dicendum. Cic. de Amicit. 104.

Sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. h. e. Ut solet accidere rebus hominum. Sallust. in Catil. 6.

Habeo, cum infinitivo,

Audire habeo: i. e. Audiendum est mihi, inquit Valla lib. 5. Cic. de Orat. Audire habeo quid hic sentiat.

Complere. Plin. lib. 18. cap. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet. [Ordo est Justum habet complere. Non igitur cum Infinit. constructio est.

Convenire. Cic. de Senect. 83. Neque vero eos solum, convenire habeo quos cognovi, sed etiam illos de quibus audivi & legi. Ex antiquo codice legimus, Convenire aveo.

Dicere. Gell. 14. 1. An serio existimarit non habeo dicere. Cic. 3. de Nat. Deor. 93.

Infirmare. Liv. 42. Illud infirmare pro certo habeo. Ubi videtur accepisse usum τῷ Possum.

Objicere. Cic. 3. de Nat. Deor. 93. Hæc fere dicere habui de natura deorum.

Polliceri. Cic. 5. Fam. 1. Tantum habeo tibi polliceri.

Precari. Suet. August. cap. 58. Quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum, ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat? Al. Proferre.

Scribere.

Scribere. Cic. 2. Att. 22. De Republica nihil habeo ad te ſcribere, niſi ſummum odium omnium hominum in eos qui tenent omnia. i. e. Nihil habeo quod ſcribam.

Suadere. Hor. Epod. 16. 23.

Sic placet? an melius quis habet ſuadere?

Habeo, cum gerundio, ut

Deponendum aliquid. Plin. lib. 10. cap. 55. Julia Auguſta, prima ſua juventa, Tiberio Cæſare ex Nerone gravida, quum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio: ovum in ſinu fovendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo.

Præcipiendum. Columel. lib. 5. cap. 5. Eatenus habemus præcipiendum, ut intelligant agricolæ, ſive, &c.

Reſpondendum. Tacit. in Dialogo Orat. 36. Quum in aliquam invidiam, aut crimen vocati ſua voce reſpondendum haberent.

Tolerandum in penatibus iisdem. Tacit. 4. Ann. 40. 3. Videtur (inquit Rhenanus) imitatione Græca dictum, ut illud epigrammatôn 3. οὐκ ἔχον δ' εἰδεῖν, h. e. Non potui cognoſcere. Itaque hoc in loco expone, Tolerandum haberet, pro Poſſet tolerare vitam in penatibus iisdem.

Cum adjectivo: ut, Habere cognitum, pro Cognoſcere. Cic. in Brut. 147. Tacitum, i. e. Reticere. Idem 13. Fam. 17. Neque ea res me falſum habuit, i. e. Fefellit. Salluſt. Jugurth. 10. Plura exempla infra litterarum ordine occurrunt.

Acceſſum habere ad aliquem. Columel. lib. 7. cap. 124.

Acerbum aliquem. Cic. 1. Fam. 4. Eo die acerbum habuimus Curionem. i. e. Reſiſtentem nobis, ſive adverſantem.

Actionem habere cum aliquo, i. e. Adverſus aliquem. African. in l. Rem mihi. D. Commodat.

Aditum habere dicitur locus. Cæſ. 3. Bell. Gall. 12. Idem 2. Bell. Civil. init. Maſſilia enim fere ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet a terra.

Aditum ad aliquem, per translationem, pro Facile cum aliquo congredi & colloqui. Cic. 13. Fam. 60. Sed ut quam facillimos ad te aditus haberet. Idem 4. Att. 8.

Adjutorem magnum. Hor. 1. Serm. 9. 46.

Admirationes. V. ADMIRATIO.

Admirationem habet hæc res. Plin. lib. 10. cap. 32. Nidi halcionum admirationem habent.

Æquitatem habere. Ulpian. in l. Illud. D. De tribut. action.

Ætatem habere procul a Rep. h. e. Agere. Salluſt. in Catil. 4. pr. Igitur ubi animus ex multis miſeriis atque periculis requievit: & mihi reliquam ætatem a Repub. procul habendam decrevi, non fuit conſilium ſocordia atque deſidia bonum otium conterere.

Ætatis & roboris ſatis habere. Cic. pro Roſc. Amer. 149. Fori judiciique rationem Meſſala, ut videtis Judices, ſuſcepit: qui ſi jam ſatis ætatis atque roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſcio diceret.

Ætatem ſuam bene habere. Plaut. Merc. 3. 2. 6. i. e. Laute vivere dum in ea eſt ætate.

Agrum colendum de patre meo. Ter. Phorm. 2. 2. 17.

Alienationem alicujus rei. i. e. Facultatem alienandæ rei. Paulus in l. Si ſocius. D. Si cert. petat. Quia ſuæ partis tantum alienationem habuit.

Amicum. Cic. de Amicit. 36.

Amantem ſui. Cic. 1. Att. 15. Qui miſeros publicanos, quos habuit amantiſſimos ſui, tertium jam menſem vexat.

Pro ancilla. Plaut. Bacch. 1. 1. 11. Ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.

Animum alienum ab aliquo. Cic. de Amicit. 28. Ab altero propter probitatem ejus, non nimis alienos animos habemus: alterum, propter crudelitatem ſemper hæc civitas oderit.

Animum bonum. Plaut. Aulul. 2. 2. 15. Liv. 6. 34. extr. Conſolans inde filiam Ambuſtus, bonum animum habere juſſit.

Animum magnum & ſpem bonam. Cic. 1. Q. frat. 1.

Animum quietum. Plaut. Caſin. 2. 6. 29.

In animo. Cic. pro Roſc. Amer. 52. Nam iſtum exhæredare in animo habebat. Cato de R. R. cap. 1. pr. Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto, uti ne cupide emas. i. e. Memento ne, &c.

Animum intentum. Cic. de Senect. 37. Intentum enim animum tanquam arcum habebat: nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti.

Annos. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dicenti triginta ſe annos habere.

Anxium me hæc res habet. Plin. lib. 2. Epiſt. 9. pr. Anxium me & inquietum habet petitio Sexti Euricii mei.

In armis habere, pro Cogere eſſe in armis. Liv. lib. 10. 2. Semper autem eos in armis accolæ Galli habebant.

Artes in complexu, oculis, auribus. Plin. in Paneg. 47.

Artem diſſerendi. Cic. 1. de Fin. 26. Diſſerendi artem nullam habuit.

Attonitum habere, pro Reddere. Sen. Epiſt. 111.

Auratam mulierem, pro Eleganter eam veſtire. Plaut. Men. 5. 2. 50. Quando te auratam & veſtitam bene habet.

Auctorem Ciceronem, pro Imitari Ciceronem. Ter. prol. And. 19.

Qui cum hunc accuſant, Nævium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter auctores habet.

Auctoritatem. Cic. de Senect. 62. & 2. Off. 34.

Auctoritatem apud aliquem. Cæſ. 3. Bell. Civil. 10. Eundemque apud Cn. Pompeium auctoritatem habere intelligebat.

Auctoritatem minimam. Cic. 2. de Finib. 44. Neſcio quomodo, is qui auctoritatem minimam habet, maximam vim, populus cum illis facit.

Avunculum habet. Plin. lib. 2. Epiſt. 9. h. e. Eſt illi avunculus, &c.

Belle habere, Sat bene eſſe. Cic. 16. Fam. 15. Is etſi mihi nuntiavit te plane febri carere, & belle habere.

Bene habet. Liv. lib. 39. 50. Bene habet, inquit, & poculo impavide exhauſto, haud ita multo poſt expiravit.

Pro beneficio habere. Brutus Ciceroni, 16. An hoc pro beneficio habendum eſt, quod ſe quam Antonium eſſe maluerit, a quo iſta petenda eſſent.

In bonis, vel malis, habere, Inter bona, malave numerare. Cic. 3. de Finib. 11. Si ullam aliam probaviſſent, præter eam quæ nihil aliud in bonis habet, niſi honeſtum, nihil turpe in malis? loquitur de Philoſophia Stoica.

Bonis in rebus, pro Inter bona numerare. Cic. Parad. 2. Voluptas (quæ plurimorum patrociniis defenditur) in rebus bonis habenda non eſt.

Cælum bonum ager habere dicitur Catoni de R. R. cap. 1. Qui habet ſalubrem aërem, aut ſitus eſt in aëre ſalubri. [Poteſt & de fertili cælo intelligi, Nec calamitatibus obnoxio. De Salubritate tamen potiſſimum accepiſſe videtur Columel. lib. 1. cap. 3. pr.

Caſtra, pro Caſtrametari. Cic. 5. Att. 18. Quum dies quinque ad Cybiſtra Cappadociæ caſtra habuiſſem, certior ſum factus, &c.

Caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Cic. 15. Fam. 4.

Caſtra prope muros habere. Cic. 2. de Invent. Auxilia quædam in oppidum recepit, ſi foris eſſent, quod prope muros caſtra hoſtes haberent.

Caſum habere dicitur res aliqua. Cic. 10. Fam. 18. Ea nunc magnam affert ſolicitudinem, magnumque habet caſum.

Cauſam. h. e. Jus & occaſionem. Plaut. Aſin. 4. 1. 44.

Nolo habere illam cauſam, & votitam dicere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 43. Quum neque aditum, neque cauſam poſtulandi juſtam haberet. Cic. 9. Att. Habere cauſam veram.

Cenſum. Cic. 4. Verr. 137. In cenſu habendo poteſtas omnis exiſtimationis habendæ, ſummæque faciundæ Cenſori permittitur.

Certandum cum aliquo. Plin. lib. 1. Epiſt. 7. extr. Accepiſſe me caryotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certandum habent. Al. Certamen.

Certamen cum aliquo. Liv. 39. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt cauſam.

Certi aliquid habere. Cic. 1. de Nat. Deor. 14. Profecto eos ipſos, qui ſe aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctiſſimorum hominum de maxima re tanta diſſenſio.

Certam rem habere. Cic. 4. Acad.

Pro certo. Cic. ad Brut. 5. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Carum aliquem habere. Ter. And. 1. 5. 39. Cic. de Senect. 37. Metuebant eum ſervi, verebantur liberi, carum omnes habebant: vigebat in illa domo patrius mos & diſciplina.

Civem bonum. Cic. 1. Fam. 9.

Cogitationem alicujus, i. e. Reſpectum ad. Sen. de Benef. Nullam mei cogitationem habuit.

Cognitum habere. Cic. in Brut. 147. Mihi videbar habere cognitum Scævolam ex iis rebus, quas audiebam ſæpe ex C. Rutilio. i. e. Cognoviſſe. Paulo enim poſt ſic ait: Mihi videor bene Craſſum & Scævolam cognoviſſe.

Cognomen ſapientis. Cic. de Amicit. 6. Cato, quia multarum rerum uſum habebat, multa ejus & in Senatu & in foro vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute, ferebantur. propterea quaſi cognomen jam habebat in ſenectute ſapientis.

Colloquia. Cæſ. 3. Bell. Civil. 19. Crebraque inter ſe colloquia milites habebant.

Comitia. Salluſt. Catil. 25. Igitur Comitiis habitis, Conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Habere comitia dicebatur Is, qui Comitiis præerat deſignandis magiſtratibus. Cic. 1. de Divinat. Comitia Conſulibus rogandis habuit.

Commendatos. Cic. 12. Fam. 16. extr. Matrem meosque tibi commendatos habe.

Commercium cum aliquo, Verſari. Cic. 5. Tuſc. 66. Quis eſt omnium, qui modo cum Muſis, id eſt cum humanitate & cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum?

Compertum, Certo ſcire. Liv. 6. Compertum habebat facilem pedibus ad murum tranſitum dari.

Pro comperto, idem quod Habere compertum. Liv. 27.

Comprehenſam animo ſententiam aliquam. Cic. 4. Acad. 21. Quamcunque vero ſententiam probaverit, eam ſic animo comprehenſam habebit, ut ea quæ ſenſibus.

Comprehenſi nihil habere. Cic. 4. Acad. 23. Cur has igitur ſibi tam graves leges impoſuerit, quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti?

Concilium. Plaut. Milit. 3. 1. 3. Liv. 29. 5. pr. Extemplo Gallorum & Ligurum concilium habuit.

Concionem, eſt, ut ait Gellius lib. 13. cap. 15. extr. Verba facere ad populum ſine ulla rogatione. Cic. 4. Att. 1. Quo s. c. recitato, cum continuo, more hoc inſulſo & novo, plauſum meo nomine recitando dediſſet, habui concionem.

Concordiam cum aliquo. Plin. lib. 34. cap. 14. De magnete lapide, ſuo loco dicemus, concordiaque quam cum ferro habet.

Conſcientiam conditionis ſuæ. Trajanus ad Plinium, Epiſt. 247.

Conſcium. Liv. 38. 24. Ne quem conſcium ſuorum haberet, &c. i. e. Ne quis ſuorum ſciret & cognoſceret rem.

Conſilium, i. e. Conſultare. Cæſ. 4. Bell. Gall. 14. Cic. 12. Att. Ipſe Romam venirem, ut una eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberem.

In conſilio aliquem, pro Conſilium ab eo petere. Plin. lib. 1. Epiſt. 20. [Immo Eſſe in conſilio dicit Plin. l. c.

Conſpectum, Conſpicere. Columel. lib. 1. cap. 6. Villico juxta januam fiat habitatio, ut intrantium, exeuntiumque conſpectum habeat. i. e. Ut intrantes & exeuntes videat.

Conſtitutum. Cic. 8. Fam. 5. Tametſi hac de re puto te conſtitutum quid facturus eſſes, habere.

Controverſias. Cæſ. 6. Bell. Gall. 12. Huc omnes undique qui controverſias habent, conveniunt, eorumque judiciis decretiſque parent.

Controverſias inter ſe. Cæſar 5. Bell. Gall. 43. Ii perpetuas controverſias inter ſe habebant, uter alteri anteferretur: omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus contendebant.

Controverſiam cum aliquo. Cic. ad Brut. 6. Flavius noſter de controverſia, quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam, ſumpſit te judicem.

Controverſiam cum aliquo habere de re aliqua Cic. 13. Fam. 69. Peto igitur a te, ut in ea controverſia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, &c.

Convivium, pro Facere. Plin. lib. 7. cap. 53. Plautus Caſin. 4. 2. 8. Cras habuero, uxor, ego tamen convivium.

Cornua. Propertius lib. 2. 24. 9. De Io, quam Juno in vaccam mutavit.

Culpam alicujus. Plautus Sticho, 3. 1. 32.

Meam culpam habeto, niſi probe excruciavero. h. e. Mihi imputato, dicas mea culpa eſſe factum, niſi, &c.

Cultu

Cultu liberali aliquem habere. Liv. 45. 28. extr. Filiam cum minore filio, a Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit. i.e. Tractavit.
Curæ rem aliquam. Plaut. Men. 5. 7. 2.
Curatum bovem. Cato cap. 5. Boves maxima diligentia curatos habeto.
Curam vestri habeo. Gell. lib. 20. cap. 5. Percunctabar Apollinarem Sulpicium, quum eum Romæ adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur, Habeo curam vestri, aut Misereor vestri. & iste casus VESTRI eo in loco, quem videretur habere casum rectum. Is mihi ita respondit, Quæris, inquit, ex me, quod mihi quoque est jamdiu in perpetua quæstione. Videtur enim, non Vestri oportere dici, sed Vestrum, sicut Græci loquuntur. Et paulo post, Invenio tamen, inquit, non paucis in locis Nostri atque Vestri dictum, non Nostrum aut Vestrum.
Curam plebis reducendæ in agros. Liv. 28. 11.
Curam ferendi. Plin. lib. 22. cap. 14. Nam & Asiæ reges ferendi curam habuerunt.
In cura aliquid habere. Plin. lib. 18. cap. 6. Dehinc peritia villicorum in cura habenda est.
Inter curas. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Cursum secundum habere dicuntur naves. Cæs. 3. Bell. Civil. 47. Neque ullus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberet.
Cursum habent quædam, & impetum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
In custodia aliquem. Livius 34. 32. Cic. pro Lege Manil. 16. Publicanorum familiæ, quas in portubus & custodiis habent.
Custodia militari haberi. Tacit. 3. Ann. 22. Idemque servos Lepidæ, quum militari custodia haberentur, transtulit ad consules.
In decurionibus aliquem. Cic. 2. Att. 1. fin. Neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam, neque te in decurionibus habebam. i. e. Non existimabam te decurionem esse. Codd. antiqui, & in his Tornæsianus, Tocullionibus. V. Victor. & Lambin. qui erudite huic lectioni patrocinantur.
Delectum, Deligere. Cic. 3. de Finib. 12. Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum, quæ secundum naturam sint, habere delectum. Cic. 1. Off. 149.
Delectum habere, Cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæs. 1. Bell. Civil. 6. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. 5. Philipp. 31.
Deliberatum, Vide DELIBERO. H. St.
In deliciis habere, significat Vehementer amare, Delicate fovere. Cic. 1. de Divin. 76. Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & fortes ipsas, & cetera quæ erant ad fortem parata, disturbavit. Seneca de Provid. cap. 1. extr. Bonum virum deus in deliciis non habet: experitur, indurat, sibi illum præparat.
Derelictui vineam. Gell. lib. 4. cap. 12. i. e. Relinquere.
Pro derelicto. Cic. 8. Att. 1. pr. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida atque oram maximam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere.
Despicatum; pro Spernere, vel Aspernabilem & contemptum facere. Plaut. Casin. 2. 2. 15. Ter. Eun. 2. 3. 91. Quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatam, &c. Al. Despicatu. V. Bentl.
Despicatui, pro Despectui, antique. Plaut. Men. 4. 3. 19.
Destinatum habere. Tryphonius in fine l. Tres tutores. D. de adm. tutor. Quum destinatum haberet mutare testamentum.
Deum præsentem. Terent. Phorm. 2. 2. 31.
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem deum?
Dictum vel Dicere. Cic. 5. Philipp. 52. Quæ cum ita sint, de Cæsare satis hoc tempore dictum habebo. Idem 3. de Nat. Deor. 93. Hæc fere dicere habui de natura Deorum.
Pro non dicto. Liv. 23. 22. extr. Id omnium maxime tegendum, occulendum, oblivìscendum, pro non dicto habendum esse.
Diem habere acerbum. Virg. 5. Æn. 49.
Dignum, h. e. Dignum existimare. Plaut. Asin. 1. 1. 65.
Præsertim quum is me dignum, cui concrederet, Habuit.
Dignitatem alicui: h. e. Alicujus dignitatem plurimi facere. Plin. in Paneg.
Dignitatem. Cic. 2. de Finib. 75. Verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem. h. e. Nullam gravitatem aut potius auctoritatem præ se fert.
Diligentiam in re aliqua. Cic. de Amicit. 91. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primum ut monitio acerbitate, deinde ut objurgatio contumelia careat.
Disputationem. Cæs. 5. Bell. Gall. 30. Hac in utramque partem habita disputatione, quum a Cotta, primisque ordinibus acriter resisteretur, &c.
Documento me habet, h. e. Exemplo facit meo. Cic. 1. pro Lege Agr. 27. Deinde habeat meipsum sibi documento, quem equestri ortum loco Consulem videt, quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat.
Dolorem. Cic. 1. Att. 41. Terentia magnos articulorum dolores habet.
Dolorem capitis habet. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Dolum. Ulpian. in l. Si quis quum aliter. D. de verb. obligat. Sed ipsa res in se dolum habet.
Auctoritate, metuque legum domitas habere libidines, Cic. 1. de Orat. 194. Vide in AUCTORITAS. H. St. Sic sæpe cum Participio.
Dubium. Plaut. Capt. 4. 2. 112.
An tu dubium habebis, etiam sancte quum jurem tibi? Hirtius de Bell. Hisp. 29. Et Cæsar quum aciem directam vidisset, non habuit dubium, quin media planitie in æquum ad dimicandum adversarii procederent.
Dubia. Cic. 4. Acad. 29. Hæc autem habere dubia, neque his ita confidere, &c.
In dubiis habere. Quintil. lib. 1. cap. 7. Sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet.
Pro haud dubio. Liv. 8. 36. Ut si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit.
Edictionem, Facere edictum vel pronuntiare. Plaut. Pseud. 1. 2. 39.
Auditin'? vobis mulieres hanc edictionem habeo.
Effectum. Plin. lib. 23. in proœm. Eadem cum oleo sæpius pilis illitis, psilothri effectum habet. Nomen est hoc loco Effectum: h. e. Vim & facultatem.

Effectum habere; Partic. pro Aliquid effecisse. Cæs. 7. Bell. Gall. 29. Idque se jam prope effectum habere.
Effigiem rei alicujus. Plin. lib. 12. cap. 5. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet.
Excusationem. Cic. de Senect. 65. At morositas tamen, & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis.
Exemplum bonorum. Ter. prol. Heaut. 20.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Exemplum alicujus rei. Cæsar 7. Bell. Gall. 77. Cujus rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, & posteris prodi, pulcherrimum judicarem.
Exitum celerem. Cæs. 3. Bell. Civil. 22. Itaque magnarum initia rerum, quæ occupatione magistratuum & temporum solicitam Italiam habebant, celerem & facilem exitum habuerunt.
Experimentum habeatur. Quintil. lib. 3. cap. 45.
Expertem consiliorum habere aliquem. Liv. 40. 5. Itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. i. e. Celabat eum, non aperiebat ei sua consilia.
Exploratum habere, Certum, compertum & cognitum. Cic. 4. Acad. 85. Quando igitur potest tibi P. Geminus Quintus videri, quid habes explorati, cur non possit tibi Cotta videri, qui non sit? V. EXPLORO. Cæs. 2. Bell. Gall. 4. De numero eorum omnia se habere explorata Rhemi dicebant. Cic. 4. Acad. 129. Quid habemus in rebus bonis & malis explorati? Adde eund. 1. de Nat. Deor. 51. & 7. Philipp. 16. 9. Att. 9. 9. & 2. de Divin. 60.
Expositionem suam utraque pars habet. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Expurgationem habui. Plaut. Amph. 3. 3. 10. i. e. Excusavi me.
Facultatem aliquam ad. Cæs. 3. Bell. Civil. 29. Ut aliquam Cæsar ad insequendum facultatem haberet.
Factionem testamenti. Cic. 7. Fam. 22. Eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit.
Factionem habent latrones. Martianus in l. Respiciendum. D. De pœnis.
Facinora nondum omnia edita habent. Liv. 39. 16.
Facta similia alicujus habere in se, Factis & moribus aliquem referre. Plaut. Amph. 1. 1. 110.
Et enimvero quoniam formam cepi hujus in me & statum,
Decet & facta, moresque hujus habere me similes item.
Rem factam. Martial. Rem factam Faustinus habet. H. St. Cetera cultro resecta sunt. V. Martial. lib. 6. Epigr. 60. ibique Rader.
Fama habet. H. St. Hic quoque pluscula eadem temeritate ablata sunt.
Fas habetur. Quintil. lib. 3. cap. 8. Sic Nefas.
Febrem, pro Febri laborare. Cic. 7. Fam. 27. Quum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem, neque iis, qui mea opera uti volebant me probarem non valere: quia febrim non haberem.
Fidem apud aliquem, Credi alicui. Plin. lib. 12. cap. 14. Tanto minus fidei apud hos pœna, quam apud illos silvæ habent. [Hard. Apud nos. quod non placet.
Fidem alicui, pro Fidere illi, Credere quod dicit verum esse. Cic. 15. Fam. 1. Ter. Eun. 1. 2. 117.
Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem.
Fidem non habere. Sallust. contra Cic. Neque in hac, neque in illa parte fidem habens. h. e. Infidelis.
Fidem si habeat: Si credere cogatur, si credat, inquit Donat. Ter. Eun. 1. 2. 59.
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi Apud me. i. e. Si fidem de ea re acceperit. V. FIDES.
Fiduciam tibi. Plin. Epist. 299.
Fiduciam alicujus rei faciundæ. Cæs. 3. Bell. Civil. 25. Quantoque ejus amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custodias qui classibus præerant, majoremque fiduciam prohibendi habebant.
Fiduciam orationis habere. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Fortunam. Liv. 24. 34. pr. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam.
Fortunam dies fatis habuit. Ovid. 3. Met. 149.
Fratrem. Ter. Adel. 2. 4. 4.
Frustra habere. Vide FRUSTRA. H. St.
In fuga servum habere dicitur is, cujus servus in fuga est. Ulpian. in l. Si servus servum. §. Servi. D. Ad l. Aquiliam.
Gloriam cum modo habere. Tacit. 15. Ann. 8.
Gratiam habere dicuntur, Quæ grata & accepta sunt. Plin. lib. 20. cap. 11. Apio gratia vulgo est: namque rami largis portionibus per jura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent.
Gratiam apud aliquem, Alicui gratum esse. cui contrarium Offensionem habere. Plin. lib. 19. cap. 1. Candor æque ut Faventinis, sed lanugo nulla. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet.
Gratiam, vel Gratias habere in animo, Quum accepti beneficii mentem memorem, animumque habemus, & invicem gratificandi voluntatem. Cic. 11. Fam. 27. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum litterarum. V. GRATIA.
Gratiam habere alicui. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Grates Neptuno. Plaut. Stich. 3. 1. 2.
Gratias. Ter. And. 4. 4. 32.
— Dis pol habeo gratias,
Quum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Al. Gratiam.
Gratum. Plaut. Merc. 3. 1. 29.
Honoris causa quicquid est quod dabitur, gratum habebo.
Gratissimum habere debitorem. Plin. lib. 3. Epist. 2. extr.
Gravitatem. Cic. de Amicit. 68. Tristitia autem, & in omni re severitas habet illa quidem gravitatem.
Gravem rem aliquam, pro Magni facere. Cic. 3. Off. 35.
Hominem. Ter. Eun. 5. 1. 19.
Hera mea tace obsecro, salvæ sumus,
Habemus hominem ipsum. i. e. Tenemus in manibus.
Honorem alicui, Honore afficere. Plaut. Asin. 1. 1. 66. Plin. lib. 6. Epist. 2. pr. Habebat studiis honorem, timebat, pallebat, scribebat. Cic. in Vatin. 2. Quare ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere. Idem 14. Philipp. 22. Ex litteris enim C. Pansæ, A. Hirtii coss. C. Cæsaris Proprætoris de honore diis immortalibus habendo sententias diximus. [Hic est Supplicationem decernere ad omnia Deorum templa, quæ & Gratulatio dicitur. de qua V. s. l.

Honorem,

Honorem, pro Honores adeptum esse. Cic. 1. Verr. 12. Habet honorem, quem petimus, habet spem, quam propositam nobis habemus, &c. [subauditur Obsidem.] Dicitur & cum adjecto. ut Habere honorem statuæ, apud Plin. lib. 7. Epist. 2.
Honorem habere medico, Præmium tribuere, honorarium dare. Cic. 16. Fam. 9. Curio misi, ut medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset. De medico loquitur, qui Tironem ægrotum curaverat.
Honores alicui habere. Cic. 15. Fam. 4. Equidem etiam illud mihi animum advertisse videor, te non tam res gestas, quam mores, instituta, atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus.
Honore præcipuo, pro In honore. Cæs. 5. Bell. Gall. 52. Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit.
In honore. Cic. 7. Att. 2. Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui.
Pro hoste. Sallust. in Jugurth. cap. 103. Eos ille non pro vanis hostibus, ut meriti erant, sed accurate & liberaliter habuit. i. e. Tractavit, ut vulgo loquuntur.
Huic habeo, non tibi. Ter. And.4.2.21. Huic, non tibi habeo, ne erres.
Immunitatem, Vacationem &c. Cæs. 6. Bell. Gall. 13. Druides a bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. h. e. Immunes sunt ab omnibus oneribus.
Imperium in beluas. Ter. Eun. 3. 1, 25.
Impetrandum. Plin. Epist. 315. Quintil. in Mathematico a pr. Adeo ludibriis miseræ sum diversitatis vel necessitatis implicitus, ut impetrandum a vobis habeam odii mei favorem. i. e. (inquit Valla) Ut impetrandus mihi sit a vobis odii mei favor.
Impune aliquid habere. Ter. Eun. 5. 7. 18.
Incerta pro certis. Cic. de Senect. 68. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, & falsa pro veris?
Incompertum. V. INCOMPERTUS.
Pro indigno. Liv. 1. 40. pr. Etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos, &c.
Infamiam. Cæs. 6. Bell. Gall. 22. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiunt.
Infestum aliquid habere. Liv. 39. i. e. Infestare.
Ingenium. Ter. Heaut. 2. 4. 4.
Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.
Ingrata bona. Plaut. Amph. 1. 1. 29.
Quoniam bona, quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.
Al. Bene, quæ.
Inimicitias cum aliquo. Cæs. 3. Bell. Civil. 16.
Inimicos. Plaut. Aulul. 3. 6. 44.
Edepol næ tu, aula, multos inimicos habes.
Inimicum. h. e. Pro inimico. Ter. Eun. 1. 2. 94.
Potius, quam te inimicum habeam, faciam ut jusseris.
Instar actionum habent quædam stipulationes. Ulpian. in l. Si ambo, D. De compensationibus.
Intentum. Liv. 26. Habet intentum hæc cura me.
Intimum aliquem, h. e. Maxime amicum. Ter. Eun. 1. 2. 48.
— Tute scis, post illa quam intimum
Habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.
Iter, pro Iter facere. Ter. Eun. 5. 8. 34. Nihil quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habui, &c.
Iter ad legiones. Cæs. 1. Bell. Civil. 16. Cn. Pompejus pridie ejus diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat.
Iter habere, significat proprie, ut ait Valla lib. 5. Iter aliquem esse facturum. Cic. 2. Q. frat. Videre autem volebam, quod eram postridie Roma exiturus, & quod ille in Sardiniam iter habebat. Idem 8. Att. 14. Aliique complures, Cæsarem iter habere Capuam.
Iter habere, pro Habere viam: ut, Iter habeo expeditum, i. e. Iter, per quod eundum mihi est, expeditum habeo, & sine ullis impedimentis. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 79.
Iter aliud habere, pro Habere aliam viam, qua transeas. Cæs. 1. Bell. Gall. 7. Propterea quod iter haberent nullum aliud.
Judicium non habere. Cic. pro Planc. 95. Hercule me confitear non judicium aliquod habuisse de Reipub. utilitate, sed hominibus amicum, aut inimicum fuisse.
Jus actionis habeo. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Jus abdicandi habere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Jus habere in omnes. Lucan. lib. 7. 55.
Lacrymas ex miseratione habere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Laudationem sibi. Cic. pro Flacc. 34. Tu vero tibi habeto istam laudationem: nec enim Æmonensium testimonio Flacci vita & dignitas nititur. V. Sibi habere.
Laudem habere de aliquo. Ovid. 17. Epist. 18.
Laudes habere alicui, pro Laudare. Tacit. 1. Ann. 69. Laudes & grates reversis legionibus habentem.
In laudibus ciborum. Plin. lib. 22. cap.22. Buprestim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere. i. e. In laudatis cibis.
Liberaliter habere. V. LIBER, liberi.
Licentiam. Plaut. Trin. 4. 3. 27.
Lites cum aliquo. Cic. 4. Acad. 7. Mecum vero quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor?
Litteras ab aliquo. Cic. ad Brut. 10. Nullas adhuc a te litteras habebamus, ne famam quidem, quæ declararet, &c.
Litteras ad. Cic. 2. Att. 13. extr. Tu si litteras ad Sicyonios habes, advola in Formianum.
Locum. Cic. 2. de Orat. 274. Genus hoc levius, & ut dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus, quasi stulte cum sale dicat aliquid.
Loco filii habere aliquem. Cic. 10. Fam. 24. Vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Cæsaris, hunc filii loco & illius & vestro judicio substitutum non perinde habere, turpe mihi videtur.
Loco mercis. Plin. lib. 33. cap. 3. Antea enim hic nummus, ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur.
Loco nullo habere rem aliquam, pro Nihili facere. Cic. 2. de Legib. 12. Lege autem carens civitas, estne ob ipsum habenda nullo loco?
In loco. Cic. 2. Philipp. 78. Cur eos habes in loco patrui? i. e. Tanti, quanti patruum, facis?



Loco patris. Cic. ad Brut. 17. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit?
Luculente diem aliquem, Luculenter vivere illo die. Plaut. Epid. 1. 2. 55. Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem luculente habeamus.
Ludibrio aliquem, i. e. Irridere, & illudere. Plaut. Men. 2. 3. 45.
Qui lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi,
Facta quæ sunt? Liv. 28. 40. pr. Senatum ludibrio habet.
Ludibrio sibi habere aliquem. Lucret. lib. 5. 1234.
Malum habebis si, &c. Plaut. Amph. 2. 2. 89.
Verum tu magnum malum habebis, si hic suum officium facit.
Mandata ab aliquo ad aliquem. Cæs. 1. Bell. Civil. 8. Habere se a Pompejo ad eum privati officii mandata demonstrat.
Ad manum aliquid habere. Tacit. 3. Ann. V. MANUS.
In manibus, & Sub manus. Cic. 4. Att. 14. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo. i. e. Quos tracto, vel compono. conf. Ep. præced. extr.
In manibus concionem alicujus. Cic. 7. Att. 8. Habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam decimo Cal.Jan. i.e. Legebamus.
In manibus librum aliquem semper habere, pro Legere & attrectare semper eum librum. Cic.5. Tusc.18. Et 3. Q. frat. 1. 7. Quod multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum.
In manu & tutela, non In servitio uxores habere. Liv. 34. 7. extr.
In matrimonio mulierem. Cic. pro Quint. 16. Nam P. Quintii consobrinam habet in matrimonio Nævius, & ex ea liberos.
Valer.Max. lib.6. cap.2.3. Cujus sororem in matrimonio habebat. H.St.
In matrimonio, pro Ducere. Cic. 3. de Legib. 36. Cujus in matrimonio sororem, aviam nostram, habebat.
Immo Qui habet in matrimonio, jam Duxit. Puto dici & sine illa adjectione, In Matrimonio. Sed & de Meretrice, ut Quis heri Chrysidem habuit? Ter. H. St. ut Græcis ἔχειν. V. Suet. Aug. cap. 63. & paulo infra Mulierem.
Me ita habeo. Suet. de Clar. Gramm. cap. 14. Ciceronis ad Att. verba adducens, De Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere: i. e. Si res meæ ita se haberent.
Me habet hoc male, i. e. Ægre fero hanc rem. Ter. And. 2. 6. 5. V. MALUS.
Me habet ea solicitudo. Plaut. Merc. Dic mihi quæ te nunc habet solicitudo?
Me ita habuit, i. e. Percussit. Plaut. Aulul. 3. 1. 5.
Totus doleo atque oppido perii, ita me iste habuit senex Gymnasium.
Me habeto sibi, h. e. Sim illi pro servo. Plaut. Mil. 1. 1. 23.
Me habento sibi. Plaut. Pœn. 5. 5. 2.
Tum profecto me sibi habento scurræ ludificis caveis. Al. Ludificatui.
Melius. ut, An melius quis habet suadere? Hor. Epod. 16. 23.
In memoria. Ter. Eun. 1. 2. 90. Idem And. 1. 1. 12.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi. SO. In memoria habeo.
Mentem, Sapere. Cic. 4. Acad. 55. Hunc mundum esse sapientem, habere mentem.
Mentionem, pro Facere. Liv. 4. Quintil. lib. 8. in proœm. pag. 600. M. Antonius, cujus supra habuimus mentionem.
In metu. V. METUS.
Militem antiqua disciplina, pro Tractare secundum severitatem antiquæ disciplinæ. Liv. lib. 45. 37. pr.
Miserum molestiis, pro Afficere & onerare. Cic. 14. Fam. 7. pr. Omnes molestias & solicitudines, quibus & te miserrimam habui, &c. deposui, & ejeci.
Mittendos legatos, pro Opus habeo mittere. Sen. de Benef. 7.
Modum, Rationem imponere & ordinem. Plaut. Curc. 2. 3. 21. Ter. And. 1. 1. 68.
Scias posse habere jam ipsum suæ vitæ modum. Ubi Donatus, Modum, Moderationem, regimen. Idem Eun. 1. 1. 12.
Here, quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes. & Cic. pro Cluent. 96.
Molestiam. Cic. 16. Fam. 11. Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est.
Momentum ad beatam vitam. Cic. 4. de Fin. 47. Et quum ad beatam vitam nullum momentum res haberet, ad appetitionem autem rerum esse in his momenta diceret.
Moram. Cic. 12. Fam. 12. Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persolvo.
Moræ imperium herile non habet sibi. Plaut. Aulul. 4. 1. 2. i. e. Non cunctatur quod jussit herus implere.
Mortuum. Cic. 15. Fam. 17. Nos hic (tamen ad te scribam aliquid) D. Sullam patrem mortuum habebamus. i. e. Ferebatur apud nos esse mortuus.
Morem. Plaut. Capt. 2. 1. 36. Plin. lib.1. Epist. 12. Habebat enim hoc moris. i. e. Ita consueverat.
Mores omnes novos. Plaut. Truc. 3. 2. 9.
Novos omnes mores habeo, veteres perdidi.
Mos habebatur, principum liberos, &c. Tacit. 13. Ann. 16.
Mulierem animo uxoris habere. i. e. Pro uxore. Ulpian. in L. Si uxor. §. Sed si ea. D. Ad leg. Juliam de adulter.
Multa, pro Divitem esse. Gell. lib. 9. cap. 8.
Narrationem habere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Naturam alicujus. Plin. lib. 11. cap. 26. Chamæleonum stelliones quodammodo naturam habent.
Necesse. Cic. 2. de Orat. 244. Hoc opinor primum, ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. V. NECESSE.
Necesse habet dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Nefas, Nefandum existimare. Cic. 3. de Nat. Deor. 56. Quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare.
Non habeo, quid agam, pro Nescio. Cic. 7. Att. 18. De pueris quid agam non habeo.
Notam impudentiæ. V. IMPUDENTIA.
Negotium. Plaut. Pœn. 1. 2. 4.
Negotii plus habent. Gell. lib. 11. cap. 14.

Negotio in magno, pro Habere in primis curæ. Suet. in Jul. cap. 23.
Noctem plenam timoribus, Tota nocte timere. Cic. 16. Fam. 14. Itaque habui noctem plenam timoribus ac miseriis.
Nomen habere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Notum. Plin. Epist. 239.
Notitiam aliquam dei. Cic. 1. de Legib. 24. Itaque ex tot generibus nullum animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei.
Notitiam feminæ, pro Rem habuisse cum femina. Cæs. 6. Bell. Gall. 20. Intra annum vero vicesimum feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.
Noxæ capitali. Liv. Neque ea res capitali noxæ haberetur.
Numerum. Plaut. Pseud. 4. 2. 5.
Habui numerum sedulo: hoc est sextum a porta proximum
Angiportum. i. e. Memini & recordor quotum fuerit.
Numero aliquo haberi. Varro de R. R. 1. 17. Minus se putant despici, atque aliquo numero haberi a domino. i. e. Honore aliquo, ut ibidem loquitur.
In hostium numero habere aliquem, Referre. Cæs. 1. Bell. Gall. 28. Reductos in hostium numero habuit.
In numero bonorum virorum haberi. Cic. pro Rosc. Amer.
In numero sapientum. Cic. de Amicit. 7. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent.
Oblectationem. Cic. 4. Acad. 127. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet oblectationem.
Obstrictos suo beneficio. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 9. Et quamplurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. i. e. Sibi beneficio devincire.
Obtentum aliquem habere. Tacit. 12. Ann. 7. Cupido auri immensa obtentum habebat.
Obviam. Gell. lib. 17. cap. 4. Eum quum forte habuisset obviam.
Occasionem ut. Plaut. Epid. 5. 1. 38.
Non habeo ullam occasionem ut apud te falsa fabuler.
Oculos suos in oculis alterius. Plaut. Pseud. 3. 2. 68.
Ante oculos habere aliquem, i. e. Semper de illo cogitare. Ovid. 1. Met. 629.
Odium in aliquem. Cic. pro Cluent. 151.
Odio sibi habere aliquid. Plaut. Men. 1. 2. 2.
Ostensionem habere dicitur res aliqua. Plin. lib. 19. cap. 1. i. e. Non placet.
Pro Afferre. Sic & Cicero loquitur. H. St. conf. Gratiam habere.
Officia alicujus, pro Juvari ab aliquo. Plin. Epist. 139. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in adversis.
Omnes habere uno ordine. Virg. 2. Æn. 102.
Omnia. Plaut. Amph. 2. 2. 21.
Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quem penes est virtus.
i. e. Complectitur. Ter. Eun. 2. 2. 12.
Onus habere. V. ONUS.
Opinionem aliquam de moribus alicujus: i. e. Bene existimare de aliquo. Cic. de Amicit. 30. Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle: at ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit.
Opinionem de se falsam habere. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Orationem habere apud aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Orationem ad populum. Cic. 2. Att. 16. Octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit.
Orationem cum aliquo. Ter. Hec. 3. 3. 21.
Hanc habere orationem mecum a principio instititit. Cic. 8. Fam. 1.
Et quam orationem Pompejus habuerit tecum, &c. fac mihi perscribas.
Ornata cuncta in ordine habere. V. ORNO.
In ore aliquid. Cic. ad Brut. 17. An quia non omnibus horis jactamus Idus Martias, similiter atque ille Non. Decemb. suas in ore habet, eo meliore conditione, &c. Hic Cicero quid sit Habere in ore, declaravit, quum Jactamus dixit.
Otium ad aliquid faciendum ab aliquo habere. V. AB.
Pacta cum aliquo, Pacisci & convenire. Liv. 25. 28. Expositis quæ pacta jam cum Marcello haberent, &c.
Pactam sororem tuam filio. Plaut. Trin. 2. 4. 98.
Nunc ut scias hic factiones atque opes
Non esse, neque nos tuam negligere gratiam,
Sine dote posco tuam sororem filio:
Quæ res bene vortat. habeon' pactam? quid taces?
Palmam. Plin. lib. 14. cap. 6. Hetruriæ palmam Luna habet, Liguriæ Genua.
Partes in hac comœdia habet servus, Est comœdiæ interloquutor. Plaut. Amph. prol. 62.
Quid igitur? quoniam hic servos quoque partes habet,
Faciam sit proinde, ut dixi, tragicocomœdia.
In partibus aliquem habere. Tacit. 13. Ann. 2. Habebat in partibus Pallantem. h. e. Addictum, faventemque Pallantem habebat.
Parum habuit hoc facere, i. e. Pro nihilo duxit, parvi fecit. Sallust. in Jugurth. cap. 31. Tamen hæc talia facinora impune suscepisse, parum habuere. Liv. lib. 2. Decad. 5.
Pecuniam numeratam non habere in præsentia. Cic. 7. Verr. 17. Ita clamare, quum raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse: pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere.
Pensi habere. Tacit. 13. Ann. 15. Ut proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Idem in Orat. 29. Nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat.
In perditis & desperatis: pro Habere pro perditis & desperatis. Cic. 13. Fam. 57. Is ita sibi persuadet, quod in tua provincia negotii habet, nisi te provinciam obtinente meis commendationibus confecerit, id se in perditis & desperatis habiturum.
Periculum, Esse in periculo. Columel. lib. 12. cap. 21. Sed periculum habet, ne vitietur vinum si male cocta sit aqua. Idem lib. 5. cap. 9.
Perspectum. Cic. ad Brut. 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum.
Persuasum habere. Plin. lib. 23. cap 1. At nos e diverso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus.

Plura habebam tibi mandare. Ovid. 1. Trist. 1. 123.
Ad pœnas aliquid habere. Quintil. in procem. lib. 6.
Pondus. Cic. ad Brut. 14. Quæ autem epistola non pondus habuit? Idem in Topic. 73. Persona autem non qualiscunque testimonii pondus habet.
Potestatem summam. Cic. 1. Verr. 35. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quod te non prohibuerit. quum summam ipse haberet potestatem.
In potestatem. Cæs. 1. Bell. Civil. 25. Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiæ partibus, regionibusque Græciæ in potestatem haberet. ubi V. Cellar.
Potestate in sua. Cic. ad Brut. 4. Habuique in mea potestate, quoad bellum fuit.
In potestate sua aliquem. Cæs. 1. Bell. Civil. 85. pr.
Potius, pro Præferre. Cæs. 1. Bell. Civil. 8. Semper se Reipub. commoda privatis necessitudinibus habuisse potiora. i. e. Prætulisse. Sic Liv. 28.
Prædam cum cura habere. Tacit. 15. Ann. 8. Si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura habuisset.
Prædæ habere magistratum. Sallust. in Jugurth. cap. 31. 10. Pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non prædæ habeant.
Præpositum, pro Præponere. Ter. Hec. 4. 2. 7.
Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto me habueris
Præpositam amori tuo, &c.
Præsentem in oculis. Liv. 35. 31. Ibi enim non præsidia modo Macedonum fuisse: sed regiam exædificatam, ut præsens semper in oculis habendus esset dominus.
Præsidium. Cæs. 1. Bell. Gall. 42. Ut præsidium quam amicissimum, siquid opus facto esset, haberet.
Pretia habent silvæ in odoribus: h. e. Odores silvarum sunt in pretio. Plin. in procem. lib. 13.
Pretium, pro Pretio vendi. Plin. lib. 12. cap. 14. Itaque optimi thuris libra XVI pretium habet.
In pretio habere. H. St.
Prima quæ suavia. Ter. Heaut. 5. 2. 10.
Ubi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem.
Principatum. Plin. lib. 20. cap. 22. Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime vis feratur, judicavit.
Priores partes apud aliquem, Priorem esse in ejus amore. Ter. Eun. 1. 2. 71.
Sine illum prioreis parteis hosce aliquot dies
Apud me habere.
Pro eo haberi atque si. Ulpian. in l. non erit. D. de jurejurand. Videamus an pro eo habeatur, atque si juratum non esset.
Probationes in aliquem habere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Procurationem susceptam alicujus habere. Cic. 15. Fam. 13. Mearum reliquarum rerum, maximeque existimationis meæ procurationem susceptam velim habeas.
Processum aliquem in litteris. Suet. de Clar. Gramm. 10.
In prodigiis. Plin. lib. 7. cap. 3. Olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.
Promissum tibi habeto. Plaut. Asin. 1. 3. 14.
Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.
In promptu, i. e. Prompta est mihi de hac re memoria. Cic. 4. Acad. 84. Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere.
Promptum aliquid habere. Ovid. 3. Met. 188.
— ut vellet promptas habuisse sagittas.
Propitium aliquem. Plin. in Paneg.
Propositionem habere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Propositum reprehendendi, aut ad, &c. Plin. Epist. 196. Cæs. 3. Bell. Civil. 45.
Quæstui habere Rempub. h. e. Quæstum suum facere administrationem Reipubl. Cic. 5. Verr. 117. Qui non intelligat istum sibi quæstui prædæque habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum?
Quæstionem alicujus rei, vel de re. Cic. 11. Philipp. 5. Quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacesserat, tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. V. Quæstio, in QUÆRO.
Querimoniam de re aliqua, Conqueri. Cic. 7. Verr. 71. Et ita dicam, ut si me in ea querimonia quam sum habiturus de istius crudelitate, & de civium Romanorum indignissima morte, &c.
Querelas de aliquo. Cic. 1. Q. frat. 2. Intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habentur.
Quod gaudeamus, vel Quid sequamur, habemus. Cic. 4. Acad. 140. Hanc præscriptionem esse naturæ: a qua qui aberravisset, eum nunquam quid in vita sequeretur, habiturum.
Rationem alicujus. Liv. 24. Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quam quibus ut indigni præterirentur. Plin. 2. Epist. 12. In sortitione provinciæ rationem ejus non habendam.
Rationem non licebat habere in honorum petitione, absentis, ut Cæsaris, epistola tertia libri septimi ad Atticum: Rei, ut Catilinæ apud Asconium: Junioris quam lex annalis requirebat, ut Scipionis apud Liv. lib. 25. 2. Magistratus, ut Glauciæ apud Ciceronem in Brut. 224. cujus ratio, quum Prætor esset, haberi non poterat, quod duo anni minimum inter Præturam & Consulatum intercedere solerent. Horum, inquam, ratio haberi non poterat, nisi legibus soluti fuissent, aut judicatum fuisset rationem haberi posse. C. Servilius Glaucia, inquit ibi Cicero, ex summis & fortunæ & vitæ sordibus in Prætura Consul factus esset, si rationem ejus haberi licere judicatum esset. Asconius in Cic. Orat. adversus Catilinam & Antonium competitores: Catilina, inquit, ex Prætura Africam provinciam obtinuit, quam quum graviter vexasset, legati Afri in Senatu jam tum absente illo questi sunt, multæque graves sententiæ in Senatu de eo dictæ sunt. Aliquanto post, Professus deinde est Catilina petere se Consulatum. L. Volcatius Tullus Consul consilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet, si peteret Consulatum. nam quærebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit a petitione. Hæc Asconius.
Rationem cum orco. V. ORCUS.
Rationem extra ordinem. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, &c.
Rationem habetis quomodo unum amiserit. Plaut. Capt. prolog. 23.
Rationem procreandi. Cic. 3. de Fin. 18. Quod primum intelligi debet

debet figura, membrisque corporum, quæ ipsa declarant procreandi a natura habitam esse rationem.
Rationem dignitatis. Cic. 1. Fam. 4.
Rationem periculi. Cic. 10. Att. 13. Jam misso officio periculi ratio habenda est.
Ratio valetudinis habenda. Cic. de Senect. 36. Pugnandum tanquam contra morbum est, sic contra senectutem: habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis.
Ratio habenda in hac re & diligentia. Cic. de Amicit. 89. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia est: primum ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat.
Rationem alicujus rei. Cic. 7. Verr. 71. Habebant rationem omnes quotidie piratarum, qui securi ferirentur. i. e. Rationem eorum inibant secum.
Rationem habere cum terra, Colere terram cum quadam veluti dati & accepti ratione. Cic. de Senect. 51. de agricolis, Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit quod accepit.
Rationem habet hæc sententia: h. e. Rationabilis est, nititur ratione. Ulpian. in l. si servus servum. §. Proculus. D. ad leg. Aquiliam.
Rationem cum Musis, pro Dare operam litteris. Cic. 2. Att. 5. Cum omnibus Musis rationem habere cogito.
Receptum. Liv. 31. Quum majorem in angustiis trepidantium edidisset cædem, in temerario incepto, tutum tamen receptum habuit.
Receptum ad suos. Cæs. 4. Bell. Gall. 33. Atque ita se collocant, ut si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant.
Receptum ad gratiam alicujus. Cæs. 1. Bell. Civil. 1. Habere se quoque ad Cæsaris gratiam atque amicitiam receptum.
Receptum ad urbem. Tacit. 5. Ann. Ne aut Tyrannus quum vellet receptum ad urbem haberet.
Regnum in cælo. Plaut. Milit. 4. 2. 91.
Si hic pridie foret, quam ille est: hic regnum haberet in cælo.
Regressum. Columel. lib. 2. cap. 1. Quum semel invasit senectus, regressum non habet, nec reviresсere aut repubescere potest.
Religioni, pro Religiosum existimare. Cic. 2. Off. 51. Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiumque defendere.
In remediis: h. e. Præsidii & remedii vice. Plin. lib. 28. cap. 1.
Res ita se habet. Cic. 4. Acad. 147. Sed tamen nec ille qui dixit jurare posset, ita se rem habere: neque ego. Ter. Heaut. 4. 3. 24. Aperte ita ut sese habet, narrato.
Rem cum aliquo, Negotiari. Plaut. Aul. 3. 4. 2. Ter. Eun. 1. 2. 39.
Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hospite,
Abii huc.
Rem habe pactam sic futurum. Plaut. Pœnul. 4. 2. 32.
Rem omnem habes. Ter. Hec. 1. 2. 119.
Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter. i. e. Audivisti quomodo res se habeat.
Rem antiquissimam; quod vulgo dicitur, Bene caram tenere. Cic. 2. Q. frat. 1. Orationem meam collaudavit satis multis verbis, non mehercle indiserte, Severus Antistius, isque judiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. V. ANTIQUUS
Repetitionem habebit a cohæredibus, i. e. Jus repetendi id quod solvit. Paul. in l. 2. §. ex his. D. de verb. oblig.
Respectum. Cic. 5. Philipp. 49. Itaque quum respectum ad Senatum & ad bonos non haberet, &c. Plin. lib. 28. cap. 1. Quando ita decretum est, minorem gratiæ, quam utilitatum vitæ respectum habere.
Reverentiam alicui. Plin. lib. 4. Epist. 17.
Reverenter habere fortunam. Ausonius. V. REVERENTER. H. St.
Satis habere. Cæs. 3. Bell. Civil. 46. extr. Nostri vero, qui satis habebant sine detrimento discedere. i. e. Quibus id satis fuit, ut s. d. discederent.
Satin' habes si feminarum nulla est quam æque diligam? Plaut. Amph. 1. 3. 11.
Satis habeo promere unum exemplum. Gell. lib. 13. cap. 15. Quintil. lib. 9. cap. 4. Illud notasse satis habeo.
Se aliter habere, ac sensibus videantur, dicuntur res oblatæ. Cic. 4. Acad. 117. Neque nos contra sensus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt: longeque aliter se habere ac sensibus videantur.
Se belle, Quod valetudinem. Cic. 4. Att. 11.
Se graviter. Cic. 7. Att. 2. Quanquam videbatur, se non graviter habere, tamen sum solicitus. de Tirone ægro.
Se male. Cæs. 1. Bell. Civil.
Se munditer, Elegantiæ studere. Plaut. Pœn. 1. 2. 26.
Se parce habere, pro Rebus suis parcere, nec profundere. Ter. Adel. 1. 1. 20
Ruri agere vitam, semper parce ac duriter Se habere.
Secretum ab altero, pro Eum celare. Liv. 39. Verbum omittit Plin. lib. 4. Ep. 17.
Sedem. Plin. lib. 11. cap. 37. Superbia aliubi conceptaculum, sed in superciliis sedem habet.
Sedes in Gallia. Cæs. 1. Bell. Gall. 44. Sedes habere in Gallia ab ipsis concessas: obsides ipsorum voluntate datos
Senatum, pro Cogere. Cic. 2. Q. frat. Idem 2. de Nat. Deor. 11. Quod quum pomœrium postea intrasset, habendi Senatus causa, &c.
Sermonem, Facere verba, colloqui, commentari. Cic 1. Tusc. 57. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita.
Sermonem apud populum. Plin. lib 1. Epist. 8. pr.
Sermonem cum aliquo. Cic. 2. Q. frat. 5. Ad III Id. April. veni ad Quintum, eumque vidi plane integrum, multumque is mecum sermonem habuit & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.
Sermonem de. Varro de R. R. 1. 1. Referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper.
In sermonibus aliquid, pro Commemorare sermonibus. Liv. lib. 44. 17. pr.
In servitiis. Plin. lib. 18. cap. 11. h. e. Inter servitia, seu servos.
Sibi. Cic. 4. Verr. 53. Iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere, & sibi habere jussit. Conf. infra Tibi.
Sibi habeant nomen sapientiæ. Cic. de Amicit. 36. Quare sibi habeant sapientiæ nomen, & invidiosum & obscurum.

Sic habeto, i. e. Ita tibi persuadeto. Cic. 16. Fam. 6. Idem in Somn. Scip. 19. Tu vero enitere, & sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Idem de Amicit. 10. de me autem (ut jam de utroque loquar) sic habetote, &c.
Sic sine habere, Pro quo barbare dicitur, Pone casum. Plaut. Cas. 3. 6. 22.
Signum ex arce. Plaut. Pseud. 4. 6. 2.
Viso quid rerum meus Ulysses egerit,
Jamne habeat signum ex arce Ballionia.
Sub signo, Diligentissime servare tanquam obseratum & clausum. Cic. 9. Att. 1. Nam quum ad hunc locum venissem, evolvi volumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo, servoque diligentissime.
Similitudinem rei alicujus. Plin. lib. 10. cap. 47. Olorum similitudinem onocrotali habent.
Simultates cum aliquo. Cic. pro Cluent. 80. Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat simultates, hærebat in tabulis publicis reus & accusator, &c.
Societatem cum aliquo, Eandem operam præbere, & ejusdem effectus esse in re agenda. Plin. lib. 29. cap. 3. Lanæ habent & cum ovis societatem, simul fronti impositæ contra epiphoras.
Solenne. Plin. lib. 27. cap. 7. Hujus ramum Iliaci præferre solenne habent.
Solicitum, quod & Tenere dicitur. Ter. Heaut. 3. 1. 52.
Relevi dolia omnia, omnes serias,
Omnes solicitos habui. Cic. de Senect. 66. Quarta restat causa, quæ maxime angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.
Spatium. Cic. 1. Off. 9. Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent. Ter. And. 3. 5. 17.
Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut volo?
Speciem alicujus rei habere. Columel. lib. 12. cap. 5. Quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis species habeant.
Speciem honesti. Cic. 3. Off. 7. Si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod utile videretur, quomodo ea discerni oporteret? Legitur & Specimen, ex vetusto codice. [ Perperam.
Speciem habere in pictura. Quintil. lib. 2. cap. 3. Habet in pictura speciem tota facies.
Spem in manibus. Cic. 2. Verr. 36. Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breviter jam, Judices, exponam.
Spem bonam de aliquo. Cic. 15. Att. 2. Sic de Amicit. 11. Qui summam spem civium, quam de eo jam puero habuerant, &c.
Spem summam alicui. Cic. 1. Q. frat. 2.
Spem in aliquo. Cic. 14. Fam. 2. In novis Trib. plebis intelligo spem te habere.
Spem positam in anima unius. Cic. 8. Att. 2. In unius hominis, quotannis periculose ægrotantis, anima positas omneis spes nostras habemus.
Spem repositam in aliquo. Liv. 26. Sic, In virtute Spem positam habere. Liv. 34. 14. pr.
Spem conceptam ex re aliqua. Liv. 25. 38. Nec cujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo.
Stativa habere, pro Æstivare. Liv. 32. 13. pr. Ibi stativis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est.
Statutum quid tibi agendum putes. Cic. 4. Fam. 2. Tu, si videbitur, ita censeo facias, ut si habes jam statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit conjunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris.
Pro stercore, i. e. Nihili pendere. Plaut. Truc. 2. 7. 5.
Studium alicujus rei habere. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Studio, h. e. Dedita opera. Ter. Adel. 3. 3. 28.
Utrum studione id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum?
Subsidio aliquid. Columel. de Arborib. cap. 5. Alteram subsidio habeat, si forte illa extraordinaria interierit.
In sumptus. Cic. 9. Fam. 20. In Epicuri nos adversarii nostri castra conjecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam veterem dico, quum in sumptus habebas. i. e. Unde faceres sumptus.
Supervacuum. Plin. lib. 27. cap. 12. Phyteuma quale sit, describere supervacuum habeo, quum sit usus ejus tantum ad amatoria. i. e. Existimo superfluum.
Supplicationem. Liv. 28. 11. Prodigia coss. hostiis majoribus procurare jussi, & supplicationem unum diem habere.
Suspectum. Liv. 32. 19. Regem ipsum suspectum habebant, pro ejus crudelitate, &c.
Susque deque. Gell. lib. 16. cap. 9. Susque deque fero, Susque deque habeo. Significat autem, Æquo animo esse, & quod accidit, non magni pendere; atque interdum Negligere & contemnere, & propemodum id valet qud dicitur ἀδιαφορεῖν. Plaut. Amph. 3. 2. 4.
Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit:
Atque id me susque deque esse habituram putat.
Tacitum hoc tecum: h. e. Sileto. Plaut. Pœn. 4. 2. 68. Sed hoc tu tecum tacitum habeto.
Tacite habere aliquid. Liv. 42. 16. extr. Et quanquam dissimulare, & tacite habere id, patique statuerat
Temperanter vulgus habere. Tacit. 4. Ann. 33.
Tempus, Dum vacat, dum licet per opportunitatem. Plaut. Truc. 4. 2. 3. Cic. 1. Att. 11. Sed tamen destinebar, ut vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim.
Testes ad aliquam rem. Plaut. Pœn. 5. 2. 11.
Si ad eam rem testes habeam, faciam quod jubes.
Tibi. i. e. Accipe tibi. Plaut. Men. 4. 3. 16. Idem Amph. 3. 2. 26.
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo
Tibi habe centum minis: h. e. Tibi eam relinquo pro minis centum. Plaut. Pers. 4. 4. 110 Conf. Sibi habere supra
Vacationem. Cic. 4. Acad. 121. Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant: quanto est æquius habere ipsos deos?
Vacationem militiæ, aut alicujus muneris. Plin lib. 7. cap. 2. Cic. 9. Fam. 6. Quæ igitur studia magnorum hominum sententia vacationem habent quandam publici muneris, iis concedente Repub. cur non abutamur?
Veniam habere. V. VENIA.
Verba ultro citroque. Cic. in Somn. Scip. 1. Multisque verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumptus est dies.

Verecundiam, pro Revereri. Liv. 8. Sic 27. Imperii verecundiam habere.
Vetuſtatem. Cic. 14. Att. 9. Quæ mihi videntur habitura etiam vetuſtatem. i. e. Quæ longe etiam ad poſteros memoriam habitura ſunt.
Viam ad aliquem. Plaut. Pſeud. 4. 7. 37. Hic quidem ad me recta habet rectam viam.
Victoriam. Plaut. Truc. 2. 2. 20. Liv. 30. 30. pr. Quique toties prope in manibus victoriam habui. conf. cap. 16. ejusd. libri.
Vim, Pollere viribus. Cic. 1. de Fin. 44. Dolores autem, ſiqui incurrunt, nunquam vim tantam habent, ut non plus, &c.
Vim habere ad. Cic. 1. Off. 120. Ad hanc autem rationem, quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam, &c.
Vim habent antidoti. Plin. lib. 20. cap. 3.
Vim fœderis. Cic. 5. Fam. 8. Has litteras velim exiſtimes fœderis habituras eſſe vim.
Vires. Plin. lib. 16. cap. 32. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perveniendi.
Virtutem alicujus in manibus. Cic. de Amicit. 102. Virtutem enim ſemper amavi illius viri, quæ extincta non eſt: nec mihi Soli verſatur ante oculos, qui illam [An illum?] ſemper in manibus habui: ſed etiam poſteris erit clara & inſignis.
Vitium habet hæc res. Cic. de Amicit. 38. Difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defeceris. quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab amicis quicquid velimus: perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res vitii.
Voluntatem habere ad aliquem opprimendum. Cic. pro Font. 26. Quod ſi aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii, &c.
Voluptati habere aliquid. Salluſt. in Jugurth. cap. 100. extr. Et ſane Marius, illoque, aliisque temporibus belli, pudore magis quam malo exercitum coercebat. quod multi per ambitionem fieri ajebant, pars, quod a pueritia conſuetam duritiem, & alia quæ ceteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet.
In votis habere dicitur Quod cupimus, pro quo Sen. 3. de Ira dixit, Habere votum. V. VOTUM.
Uſum. Plin. lib. 12. cap 22. Myrobalano in unguentis ſimilem maximumque uſum habet palma in Ægypto, quæ vocatur adipſos. i. e. Utimur palma Ægyptia in unguentis eodem modo quo myrobalano.
Uſum ex aliqua re. Cic. 2. Off. 14. Nam & qui principes inveniendi fuerunt quem ex quaque belua uſum habere poſſemus, homines certe fuerunt.
Uſum multarum rerum, pro Exercitatum & experientem eſſe. Cic. de Amicit. 6. Cato quia multarum rerum uſum habebat, multa ejus & in Senatu & in foro vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, &c.
Uſum in re aliqua. Cæſ. 1. Bell. Gall. 39. Quod non magnum in re militari uſum habebant. Et lib. 4. 20. Habere uſum belli.
In uſu quod alii docent. Plin. lib. 1. Epiſt. 10. extr.
In uſu habere aliquem, Familiarem. Plin. in Paneg. cap. 88. Ac primum neminem in uſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuique principum dilectum. de Libertis Trajani. Lipſ. exponit, Rebus tuis præficis.
Utilem aliquem. Aliquid emolumenti ex ejus opera percipere. Plaut. Ciſt. 1. 1. 10.
Utilitatem habet hæc res. Cic. de Amicit. 27. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab imbecillitate orta amicitia, & applicatione animi magis, cum quodam ſenſu amandi, quam cogitatione quantum illa res utilitatis eſſet habitura.
HABESSIT, pro Habeat [ἔχοιτο] antique dictum. Cic. 2. de Legib. 19. ex verbis XII Tab. Separatim nemo habeſſit deos, neve novos, ſed ne advenas, niſi publice aſcitos, privatim colunto.
HABUVERIT pro Habuerit geminato u productionis cauſa, apud Plaut. Aſin. 4. 1. 63.
Tot reddat ſpurcas quot puras habuverit. Eadem formula Pluvit pro Pluit etiam in hiſtoricis reperimus, & Fluvidum, pro Fluidum apud Lucretium. Turneb. Adverſ. 15. 2. pr.
HĂBĬTU optimum. Plaut. Pœn. 1. 2. 29.
Modus omnibus in rebus, ſoror, optimum eſt habitu.
HĂBĬTUS, a, um. Partic. [ἐχόμενος] Plaut. Truc. 4. 1. 5.
Ad me magna nuntiavit Chiamus hodie gaudia,
Mea dona deamata, acceptaque habita eſſe apud Phroneſium.
Habita huic fides. Plaut. Aſin. 2. 4. 51.
Nam ſi ſciat noſter ſenex fidem non eſſe huic habitam,
Succenſeat, cui omnium rerum ipſus ſemper credidit.
Habita eſt ſemper ejus ſoror: h. e. Exiſtimata eſt. Ter. And. 4. 5. 14.
Semper enim ejus dicta eſt hæc, atque habita eſt ſoror. Cic. 5. Fam. 11. Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi. Idem de Clar. Orat. 65. Eodemque in genere eſt habitus M. Octavius Et pro Arch. 31. Iſque eſt eo numero, qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti atque dicti. V. in ipſo verbo.
Ut patrem tuum vidi eſſe habitum: h. e. Quantum ego conjicere potui ex habitu & ira patris. Ter. Heaut. 2. 4. 22.
Habitus eſt hic tibi honos. Ter. Eun. 5. 6. 22. Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus.
Habitum impune irriſum. Plaut. Epid. 3. 4. 83. i. e. Irriſui.
Habitus magnæ auctoritatis. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 77. Hic ſummo in Arvernis natus loco, & magnæ habitus auctoritatis.
Habitus ludibrio. Ter. Hec. 4. 1. 11.
In cuſtodiam habitus. Tacit. 1. Hiſt. 87. Et ſævitia Galbæ in cuſtodiam habitos in numero legionis compoſuerat.
Miles in unum habitus, h. e. Collectus. Tacit. 15. Ann. 10. Ac diſperſo milite, qui in unum habitus, &c.
Duro imperio habitus. Tacit. 12. Ann. 47. Moxque vulgus duro imperio habitum, probra, ac verbera intendebat.
Fruſtra habitus. Tacit. 13. Ann. 37. Igitur Corbulo, quæſito diu prælio, fruſtra habitus. V. FRUSTRA.
Honor habitus ſupremis. Tacit. 4. Ann. 44. Habitus tamen honor ſupremis, oſſaque tumulo Octaviorum illata.
Honore habitus. Tacit. 1. Hiſt. 8. Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum civitates, non eodem honore habitæ.
In levi habitus. Tacit. 2. Hiſt. 21. Quocunque caſu accidit, dum atrociora metuebantur, in levi habitum
In procinctu & caſtris habiti. Tacit. 3. Hiſt. 2.
Avare habita provincia. Tacit. 13. Ann. 30. Damnatus iisdem Conſulibus Vipſanius Lænas, ob Sardiniam provinciam avare habitam
Publice uſui habitus. Tacit. 3. Ann. 31. Quod haud perinde publice uſui habitum, quam exitioſum multis.
HABITIOR, Compar. i. e. Pinguior. Feſt. Ter. Eun. 2. 3. 23. Si qua eſt habitior paulo deducunt cibum. & Plaut. Epid. 1. 1. 8. Corpulentior hercle atque habitior.
Superl. Habitiſſimus, eodem ſenſu. Gell. 4. 20. Equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt. Verba ſunt Sabini Maſurii in ſeptimo memoriali.
HABITŪRUS, Partic. [ἕξων] ut,
Habiturus es me pro derelicta. Plaut. Trucul. 4. 4. 14.
Scio equidem ſponſam tibi eſſe, & filium ex ſponſa tua,
Et tibi uxorem ducendam jam eſſe: alibi jam animum tuum,
Ut me quaſi pro derelicta ſis habiturus. Cic. Orat. 11. Hæc ingreſſio mea aut reprehenſionis aliquid, aut certe admirationis habitura eſt. Idem 3. Philipp. 27. Is dixit ſe usque ad Calendas Maias ad urbem exercitum habiturum.
HABENDUS, a, um. Partic. [ἑκτέον] Plin. lib. 10. cap. 37. Cum columbis habenda eſt avis, quæ tinnunculus vocatur.
Habenda eſt amicitia cum hoc. Plaut. Pœn. 5. 4. 45.
Si quidem amicitia eſt habenda, cum hoc habenda eſt.
Habenda hæc ſunt cum illis. Ter. Heaut. 2. 3. 84.
Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.
Habenda eſt magna gratia, ſi. Ter. Phorm. 1. 2. 6.
Præſertim ut nunc ſunt mores, adeo res rediit,
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Gratia habenda eſt tibi. Ovid. 5. Triſt. 9. 12.
Ratio habenda eſt tibi tuæ laudis. Ovid. 1. Triſt. 1. 52.
HABITIO, ōnis. f. Gell. 1. 4. Debitio gratiæ non habitio.
Aſcripſit & H. St. Sed quia cultro is locus a ſummo margine reſectus eſt, ex quo auctore attulerit, dicere non queo.
HABĬTUS, ûs. m. [ἕξις, σχῆμα, σκευή, κατάστασις] Qualitas & forma corporis & cujuscunque rei. Plaut. Qualis habitus oris. Columel. lib. 1. Nam is habitus foſſuris magis aptus. Virg. 1. Georg. 52.
— cultusque habitusque locorum. Cic. 6. Verr. 5. Inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis. Virg. 1. Æn. 319.
Virginis os habitumque gerens.
Habitus oris, & vultus. Cic. 3. de Fin. 56. Liv. 2. 61. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat.
Habitus, ſecundum philoſophos eſt Conſuetudo & aſſuefactio. Sed hæc notio non videtur eſſe antiquis familiaris. Cic. 1. de Invent. 36. Habitus eſt animi aut corporis conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio. Idem 1. Acad. 27. Habitus virtutis & uſus virtutis.
Habitus, ſecundum Medicos eſt Corporis temperies & quaſi conſtitutio. Unde, Malus habitus, καχεξία, pro temperie vitiata, & male firma. Celſ. 2. 7. Metus eſt, ne in malum habitum corpus ejus recidat. Idem 2. 2. Subſiſtere in eodem habitu.
Habitus, Cultus corporis, & veſtium ornatus. Plin. Epiſt. 5. lib. 5. Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem jacēre in lectulo ſuo, compoſitus in habitum ſtudentis. Liv. 37. 9. Cum ſolenni habitu ante portam occurrunt. Affertur & ex Plin. Quid ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior ſolito? Sed locum non reperi.
De uſu hujus vocis apud Valer. Max. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 31. 36. Vide etiam plura de hac voce apud Bernart. ad eund. Stat. 7. Theb. 222.
His ille auditis mentemque habitumque recepit.
De differentia inter Habitum & Habitudinem vide Pricæum ad Mileſ. Apul. p. 15.
Habitu aliquo ſe auguſtiorem facere. Liv. 1. cap. 8. pr. Quæ ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſe ipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, cum cetero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit.
Corporis habitus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Fortunarum habitus. Hor. de Arte Poet. 109.
Veſtis habitus. Virg. 8. Æn. 723.
— incedunt victæ longo ordine gentes,
Quam variæ linguis, habitu tam veſtis, & armis.
Habitus & Veſtitus. Suet. in Aug. cap. 40. in fine. Sic in illo Quintil. Res illo verborum habitu veſtiuntur. H. St. V. loc. hic ſeq.
Verborum habitus. Quintil. in procem. lib. 8. Res illo verborum habitu veſtiuntur.
Opimus corporis habitus. V. OPIMUS.
Paſtoralis habitus. V. Paſtoralis, in PASCO.
Triumphalis. Quintil. lib. 10. cap. 1. pr.
Animorum habitus. Tacit. 1. Hiſt. 28. Iſque habitus animorum fuit.
Concipere mente habitum declamantis. Quintil. 1. 2.
Conſtitutus animi habitus. Quintil. 4. 2.
Habere habitum temporis. i. e. Ornatum eſſe pro ratione temporis. Ovid. 1. Triſt. 1. 4.
Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe,
Infelix, habitum temporis hujus habe.
Induere habitum dolentium. Tacit. 4. Ann. 20. Habitum, ac voces dolentium ſimulatione magis, quam libens induebat.
Mutaverat habitum oris. Lucan. lib. 9. 1034.
Mutare habitum animi. Quintil. lib. 4. cap. 2. Difficile eſt nobis mutare habitum animi ſemel conſtitutum.
Mutare ſe habitu & loco. V. MUTO.
Permutare habitum cum aliquo. Quintil. lib. 3. cap. 7. Ut ſi in laude Herculis permutatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (ut traditur) penſa Orator excuſet.
Prætendere habitum a ceteris diſſentientem. Quintil. in procem. lib. 1.
HABITŪDO, ĭnis. f. [ἕξις, σχῆμα] Ipſe corporis habitus. Ter. Eun. 2. 2. 11
Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis? Auct. ad Heren. lib. 4. 16. Corporis bona habitudo. Conf. in HABITUS.
HABITUO, āre. Habitum inferre & inducere. Cæl. Aurel. Tard. 4. 8.

4. 8. Ægrotantium vires fortitudine habituantur. Add. Idem 1. 4.

HABITŪRIO, Habere desidero. Plaut.Truc.1.2.47. Si arationes habituris.

HABĬLIS, e. [εὐάρμοστος, δεξιὸς] Aptum interpretatur Donatus: quod optime quadrat. Virg. 1. Æn. 322.

Namque humeris de more habilem suspenderat arcum. Martial. lib. 13. 22.

Non habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo.

Habilis & aptus calceus ad pedem. Cic. 1. de Orat. 231. Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles.

Aptus, habilis, & accommodus. Cic. 4. de Fin. 56. Et primum rebus his, quas non bonas dicimus, concessit ut haberentur aptæ, habiles, & ad naturam accommodæ.

Ensis habilis. Virg. 9. Æn. 306.

— humero simul exuit ensem
Auratum: mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Gladius habilis ad propiorem pugnam. Liv 7. pr. Armant inde juvenem æquales, pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam.

Locus habilis pandendis retibus. Plin. lib. 9. cap. 8.

Orbis habilis, Aptus circulus. Nemesian. Cyneget. 148.

— signetque habilem vapor igneus orbem.

Terra habilis frumentis. Columel. lib. 2. cap. 2.

Tundendo habile ferrum. Plin. lib. 34. cap. 15. Rubens non est habile tundendo, neque ante quam albescere incipiat. h. e. Ad tundendum, sive ut tundatur.

Hæc habilis brevitate sua est. Ovid. 2. Amor. 4. 37.

Vigor habilis membris. Virg. 2. Georg. 418.

Compar. Quintil. lib. 6. cap. 3. Porro natura non tantum in hoc valet, ut acutior quis, atque habilior sit ad inveniendum. Valer. Max. 5. 7. 1. Lectuli otio, quam labori prœliorum habilior.

Superl. Celf. 2. 1. Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum.

Habilia arma opposuit Liv. 7. 10. Decoris.

HABĬLĬTER, Adv. Paul. in l. si ut. D. de auro & arg. leg. Si ut habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint. Pompon. Mel. 3. 7. Elephantis facile atque habiliter uti.

HABĬLĬTAS, ātis. f. [δεξιότης] Cic. 1. de Legib. 27. Omitto opportunitates, habilitatemque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

HABĬTO, [οἰκέω, κατοικέω, οἰκίζω, ναίω, ἐνναίω] āre. Cic. de Senect. 84. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

Matris habitavimus alvo. Ovid. 15. Met. 215.

Silvis habitare. Ovid. 12. Met. 406.

Terras habitare. Ovid. 5. Trist. 2. 51.

Casas humiles habitare. Virg. 2. Eclog. 29.

Habitare ad Occasum. Plin. lib. 2. cap. 70.

Habitare apud. Cic. 4. Acad. 115. Qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me. Idem de Clar. Orat. 309. & pro Cœl. 51.

Esse & Habitare apud aliquem. Cic. 4. Verr. 83. Quum apud eum non modo Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset.

Habitare cum. Cic. 3. Verr. 64. Ejus esse filiam, quæ cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet.

Vivere & habitare cum aliquo. Cic. 14. Att. 20.

Habitare & pernoctare cum aliquo. Cic. 5. Tusc. 69.

Habitare in. Cic. 13. Fam. 2. C. Aniano Evandro, qui habitat in tuo sacrario. Ter. And. 4. 5. pr

In hac habitasse platea dictum est Chrysidem.

Duabus urbibus habitabat populus idem. Liv. lib. 8. 22. pr.

Habitare in residem aquam pisces. Varro 3. de R. R. cap. 17. Etenim hac incuria laborare ajebat M. Lucullum, & piscinas ejus despiciebat, quod æstivaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces ejus. Alii omittunt præpositionem.

Habitare sub terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 95. Si essent, inquit, qui sub terra semper habitassent bonis & illustribus domiciliis.

Habitare viciniæ. Plaut. Bacch. 2. 2. 27. Proximæ viciniæ habitat.

Habitare tanti, pro In ædibus tanti sumptus; ut Habitare triginta millibus, est Millia triginta pro habitatione dare, vel tantundem rationibus inferre. Plin. lib. 17. cap. 1. Cic. pro Cœl. 17. & in Sallust. 14.

Habitare bene. ut, Neque tamen non in primis bene habitavit. Nep. in Attic. cap. 13.

Habitare laxe & magnifice. Cic. pro Domo 115.

Habitare etiam dicitur de Eo, qui multus in aliqua re est, de qua locutione vide Casaub. ad Theophr. Charact. p. 187. Sic dicimus, Habitare in libris. Cic. 12. Philipp. 112. Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. h. e. Quos semper intueor. In rostris. Cic. de Clar. Orat. 305. Diserti quidem C. Varius, C. Carbo, Cn. Pompejus, & ii quidem habitabant in rostris. In foro. Cic. pro Muren. 21. Cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. i. e. Qui in forensi commentatione assidui fuerunt. Habitare in oculis. Affertur, ut ex Cic. 4. Att.18. extr. Sed in codd. emendatis non legitur.

Mœnia habitantur Graiis. Virg. 3. Æn. 398.

Nobis habitabitur orbis ultimus. Ovid. 1. Trist. 1. 127.

Mapalia habitata raris tectis. Virg. 3. Georg. 340.

Tecum habita. Perf. 4. Sat. 52.

Tecum habita, ut noris, quam sit tibi curta supellex. i. e. Domi tuæ vivito, ut intelligas, quam tenuis sit tua fortuna. Translatum ab iis, qui in principum familiis agunt, & ut vulgo fit, alienis opibus, perinde quasi suis intumescunt, quibus si domi vivendum sit, vix salinum habeant, quod apponant. Haud scio an huc pertineat, quod scribit M. Tullius in Catone majore, Secum esse, secumque ut dicitur, vivere. Erasm. in Chiliad.

HABĬTĀTIO, ōnis. f. [οἰκισμὸς, κατοικισμὸς] Actus habitandi. Cæs. 3. Bell. Civil. 21. Habitationis merces. Item pro Domo & loco quem habitamus. Columel. lib. 1. cap. 6. Villico juxta januam fiat habitatio.

Habitatio, pro Habitationis mercede. Suet. in Cæs. 38. Annuam etiam habitationem Romæ usque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. Sensus est: Cæsar conductoribus qui mercedem pro habitatione solvebant, remisit & condonavit eam pensionem: ut qui Romæ mansionem conductam habebant, his remissio mercedis annuæ fieret usque ad duo millia nummûm. Qui vero in Italia per municipia habitarent ex conducto, ut his remitteret mercedem habitationis annuam, usque ad summam quingentorum sestertiorum: supra eam summam de suo conductores solverent.

HABITATIUNCŬLA, æ. f. dimin. Hieron. & Salvian.

HABITACŬLUM, i. n. Idem atque Habitatio. Gell. 5. 14. Habitaculum leonis.

Desiderabatur in Lugd. adscripsit H.St. ex loco Serv. q.V. in LUSTRUM.

HABITĀTOR, ōris. m. [οἰκητὴς, οἰκήτωρ] Incola. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Non ut incolæ atque habitatores: sed, &c.

HABITĀTRIX, īcis. f. Auson. Mosell. 82.

Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris.

HABITABĬLIS, e. [οἰκήσιμος] Cic.1. Tusc.45. Tum & habitabiles regiones, & rursum omni cultu, &c. Plin. lib. 9. cap. 10. Habitabiles casæ.

HABESSUS, Lyciæ civitas, quondam sic dicta: deinde Antiphellus, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 27.

## H A C

HAC. V. HIC.

HACTĔNUS, [μέχρι τοῦ δὲ, μέχρι νῦν, μέχρι ἐνταῦθα] Adv. compositum ex Hac adverbio & Tenus, quod finem significare docet Nonius in hoc verbo: significat autem Hucusque, quasi Usque ad finem. Cic. de Amicit. Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem potuisse dicere.

Sed hæc hactenus: ne videar, &c. Cic. 13. Att. 21.

Sed hactenus. Cic. 5. Att. 13.

Hactenus ut. Cic. 1. de Divin. 13. Qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, &c. Idem pro Flacc. 36.

Hactenus arvorum cultus, &c. nunc te Bacche canam. Virg.2. Georg. pr.

Hactenus, disjunctum per tmesin. Virg. 5. Æn. 603.

Hac celebrata tenus.

Hactĕnus, quoad. Cic. 4. Fam. 3. Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus levari possent molestiæ tuæ.

Hactenus, quatenus. Ulpian. de In rem verso. l. si pro patre, Si domini debitor sit servus, & ab alio mutuatus ei solverit, hactenus non vertit, quatenus domino debet.

Hactenus si. Africanus in l. quod vulgo. D. pro emptore, Hactenus verum esse ait, si nullam justam causam ejus erroris emptor habeat.

Hactenus, ut. Suet. in Neron. cap. 40. Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuosioribus litteris, hactenus excanduit, ut malum iis qui descissent minaretur. h. e. Non ultra, sive non gravius excanduit, quam ut minaretur, &c.

Hactenus tamen, ut. Celsus de usufructu. l. Hactenus tamen, ut sarta tecta habeat, si qua tamen vetustate corruissent, neutiquam cogi reficere.

## H A D

HADRANITĀNI, Siciliæ populi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 8.

HADRIA, æ, m. [Ἀδρίας] Sinus maris, sive ipsum mare Hadriaticum. Lucan. lib. 5. 614.

— sonat Ionio vagus Hadria ponto. V. ADRIA.

Hadria, æ, f. Oppidum prope Ferrariam, nunc demersum, ad XXXV lapidem. *Ari* vulgo dicitur, quod Hadriatico mari nomen indidit.

HADRIĀNUS Imp. sive ut aliquando scribitur, ADRIANUS. q. V.

HADRIĀNUS, a, um. Adj. ut, Amphoræ Hadrianæ. Plin. 35. 12. Hadriani maris. Cic. in Pison. 92. Ager. Liv. 22. 9.

HADRIANĀLIS, e. Adj. Inscr. apud Fabrett. p. 454.

HADRIATĬCUS, ut, Hadriaticum mare. Flor. 1. 15.

HADROBŎLUM, i. n. [ἁδρόβωλος] Gummi genus. Plin. lib. 12. cap. 9. de bdellio loquens, Nigrum vero, & in offas convolutum, hadrobolum vocant.

HADROSPHÆRUM, i. n. Nardi genus. Plin. 12. 12. Ab amplitudine hadrosphærum vocatur majoribus foliis. V. Auct. Peripli maris Erythr. qui eadem de malobathro, quæ Plin. in h. l. de Nardo.

## H Æ B

HÆBŪDES, [Αἰβοῦδες] Insulæ sunt. Solinus, A Calydoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio est. Excipiunt Hæbudes insulæ quinque numero. Et paulo post, Secundam a continenti stationem euntibus Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porro absunt septem dierum, totidemque noctium cursu. Hæc Solinus, cap. 35.

HÆC, femininum ab Hic. Vide suo loco.

## H Æ D

HÆDILE. V. HÆDUS.

HÆDUI, [Αἴδουοι] V. HEDUI.

HÆDUS, i. m. [ἔριφος] Animal ex capra genitum. Virg. 1. Eclog. 22.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos. Quidam ἀπὸ τῶν αἰδοίων derivant, id est testiculis. Alii Hœdum dictum volunt, quasi Fœdum, lingua Sabina, in qua f littera in aspirationem vertitur, & per œ scribunt, sed falso. V. Varro 4. de L. L. cap. 19. Schurtzfl. & Cellar. testibus, Codd. antiquissimi semper per æ non œ. Cic. de Senect. 56. Villaque tota locuples est, abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Idem 2. de Nat. Deor. 110.

Isidorus Edus ab Edo, ridicule, inquit Despauterius. 486. H. St. V. Isidor. 12. 1.

Grex hædorum. Virg. 2. Eclog. 30.

Petulci hædi. Virg. 4. Georg. 10.

Tenero lascivior hædo. Ovid. 13. Met. 191.

Hædi prid. Non. Oct. oriuntur vespere, Aries medius occidit. Columel. lib. 11. cap. 2. Hic Sidus est cæleste.

HÆDŬLUS, i. m. [ἐρίφιον] dimin. Juven. 11. Sat. 65.

Et Tiburtino veniet pinguissimus agro Hædulus.

HÆDĬLLUS, i. [ἐριφίδιον] Idem. Plaut. Asin. 3. 3. 77.

Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, Agnellum, hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.

HÆDĪLE, is. n. [αἰγοστάσια] Stabulum hædorum. Hor. I. Carm. 17. 8.
Nec virides metuunt colubros,
Nec martiales hædilia lupos. Haeduleæ. Bentl.

HÆDĪNUS, a, um. Adj. [αἴγειος] Quod est ex hædo. Cic. pro Muren. 75. Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.
Hædinum coagulum. Varro 2. de R. R. cap. II.

## HÆM

HÆMACHĀTES, Lapis sanguinei coloris. Plin. lib. 37. cap. 10.

HÆMANTHĪNUM [αἱμάνθινον] vitrum. Plin. lib. 36. cap. 26. Fit & tincturæ genere obsidianum, ad escaria vasa & totum rubens vitrum, atque non translucens, hæmanthinon appellatum.

HÆMATĪTES, æ. m. [αἱματίτης] Lapidis genus, ruboris sanguinei. Plin. 37. 10. & Solin. 43.

HÆMATŌPUS, Avis cum cruribus sanguineis seu ad instar sanguinis rubris. Plin. 10. 47.

HÆMODES, Lyciæ mons est, ut scribit Pomponius Mela lib. I. 15.

HÆMON. V. ÆMON. HÆMONIA. V. ÆMONIA.

HÆMORRHAGIA, æ. f. [αἱμοῤῥαγία] Sanguinis profluvium. Plin. 23. 7. Folia ejus trita illita hæmorrhagiam sistunt.

HÆMORRHŌIS, ĭdis. f. [αἱμοῤῥοΐς] Genus serpentis pestiferum, a fluxu sanguinis ita appellatum. Hujus morsu sanguis omnis a corpore fluit, nec sisti potest. Lucan. lib. 9. 709.
— ingens hæmorrhois explicat orbes. Ibid. 806.
Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo, &c. Plin. lib. 20. cap. 20. Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & presterum restringi. Plin. lib. 23. cap. I. sect. 17. Mustum serpentibus adversatur, maxime hæmorrhoidi & salamandræ.
Hæmorrhoidas etiam vocamus Genus morbi, quum ora venarum juxta anum, tanquam ex quibusdam capitulis turgent, & sanguinem fundunt: quod & in ore vulvæ feminarum incidere consuevit. Hæc Perottus, fere ex Cels. 6. 18. adde Plin. 22. 7.

HÆMORRHOĬCUS, a, um. Adj. Firmicus lib. 3. cap. 3. Saturnus latentes corporum dolores indicit. facit enim hæmorrhoicos, aut nervorum dolore contractos. Si vero in hoc loco vespertinus fuerit, fistulas circa podicem facit, & simili modo hæmorrhoicos. adde 3. 15.

HÆMUS. V. ÆMUS.

## HÆR

HÆREDITAS, &c. V. HÆRES.

HÆRĔO, hæsi, hæsum, [ἔχομαι, ἅπτομαι, ἐνέχομαι] ēre. proprie est Alicui rei arcte insidere & conjunctum esse. Virg. 2. Æn. 442.
Hærent parietibus scalæ. Ter. Eun. 5. 6. 7. Perii: lingua hæret metu.
Aspectu conterritus hæsit. Virg. 3. Æn. 59.
Attonitis hæsere animis. Virg. 5. Æn. 529.
Criminibus repetundarum hærebant. Tacit. 4. Ann. 19.
Obtutu hæret defixus in uno. Virg. I. Æn. 499.
Amor hæret. Ovid. 3. Met. 395.
Ferrum hæsit in corpore. Virg. II. Æn. 864.
Fides illa hæsit animis. Ovid. 2. Fast. 498.
Vox faucibus hæsit. Virg. 2. Æn. 774.
Circa aliquid hærere. Quintil. lib. I. cap. 7. Non obstant hæ disciplinæ per eas euntibus, sed circa illas hærentibus.
In amplexu hæsit. Ovid. I. de Pont. 9. 19.
In armo hæsit. Ovid. 3. Met. 223.
In complexu alicujus hærere. Quintil. lib. 6. cap. I.
In equo hærere. Cic. pro Deiot. 28. Itaque Deiotarum quum plures in equum sustulissent, quod hærere in eo senex posset, admirari solebamus.
In iniquitatibus hærere. Cic. 7. Verr. 23. Cogitate in his iniquitatibus unum hæsisse Apronium, ceteros profecto multos ex his incommodis pecunia se liberasse.
In mala pugnus hæret. Ter. Adel. 2. I. 16.
Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos,
Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. i. e. Infligatur lenoni.
In medullis ac visceribus populi hærere. Cic. I. Philipp. 36. O beatos illos, quum adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, & in medullis Pop. Rom. ac visceribus hærebant.
In memoria hærere. Cic. 4. Acad. 2. Credo quod hærebant in memoria quæcunque audierat aut viderat.
In sermonibus omnium hærebit memoria. Cic. 4. in Catil. 22. Quod ego vestro bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum: quæ non modo in hoc populo qui servatus est, sed in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit.
In oculis hærere. Cic. 13. Philipp. 5. Hi in oculis hærebunt, & quum licebit, in faucibus.
Pectore hærent infixi vultus verbaque. Virg. 4. Æn. 4.
In scuto objecto hærent tela, i. e. Infixa sunt. Liv. lib. 2. 10.
In te omnis hæret culpa. Ter. Hec. 2. I. 32.
Sola hic fuisti, in te omnis hæret culpa sola, Sostrata.
In terga hærere. Liv. I. 14. Hærens in terga Romanus.
In visceribus hærent mihi. Cic. 6. Att. I.
Crimen hæret. Cic. pro Coel. 14. Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. Idem 5. Verr. 106. Utrum enim horum dixeris, in eo culpæ crimen hærebit.
Injuria hæret. Cic. 6. Fam. 5. Neque potest hærere in tam bonis civibus tam acerba injuria.
Peccatum hæret huic, & in hoc. Cic. pro Rosc. Com. 17. Potest hoc homini huic hærere peccatum? Idem I. de Divin. 30. Ut peccatum hæreat non in eo qui monuerit, sed in eo qui non obtemperarit.
Turpitudo hæret illa in Repub. Cic. pro Sext.
Hærere alicui, Adhærere. Suet. de Clar. gramm. 14. pr. Curtius Nicia hæsit Cn. Pompejo & C. Memmio.
Hæreat nobis illud: h. e. Illud semper in mente habeamus. Plin. lib. 10. Epist. 31. extr.
Hærere pertinaciter. Quintil. lib. I. cap. I.
Hærere in salebra dicitur oratio. Cic. 5. de Fin. 84. Proclivius currit oratio, venit ad extremum, hæret in salebra. Tractum a venatoribus: qui quum in loca confragosa inciderunt, insistere coguntur.
Hærens ad. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Linguam autem, ad radices ejus hærens, excipit stomachus.
Hærere apud meretricem, pro Eam perdite amare, Non posse ab ea disjungi. Plaut. Epid. 2. 2. 7. Ter. Adel. 3. 3. 49. Optime est: metui ne hæreret hic.
In jure hærere, ac Prætorum tribunalibus. Cic. I. de Orat. 173. h. e. Assiduum esse, neque illinc dimoveri.
In parte aliqua hærere apud aliquam. Ter. Eun. 5. 9. 25.
In scribendo hærere. Cic. 13. Att. 39. Romam, ut censes, veniam, sed invitus: valde enim in scribendo hæreo. i. e. Totus in scribendo sum. Scribebat autem Quæstiones Tusculanas.
In urbe diu hæreo. i. e. Maneo, nec inde discedo. Plin. I. Epist. 22.
Hærere aliquando ponitur pro Dubitare, & ancipitem esse, quoniam qui in aliqua re dubitant, non moventur, & ideo hærere ac suspensi esse videntur. Cic. 4. Acad. 14. Et tamen isti physici raro admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati. Ter. Phorm. 5. 7. 70. Atat nisi mihi prospicio, hæreo.
Hærere in. Cic. 3. de Nat. Deor. 62. In multis enim nominibus hærebitis. Idem 13. Att. 38. Valde enim in scribendo hæreo.
Hæret hæc res. h. e. Dubia est. Plaut. Amph. 2. 2. 182. Proverbialiter dictum, quum quid occurrit dubium & non liquidum. Tractum a locis difficilis transitus: quibus quum applicuimus, nescimus quid faciamus, & hærentes illis dubitamus qua transeundum sit. Idem Pseud. I. 5. 8. Occisa est hæc res, hæret hoc negotium. conf. Tacit. 6. Ann. 21. 4.
Aqua hæret. Cic. 3. Off. 118. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut ajunt. Significat Cicero Epicurum parum secum in disputando constare. Translatum apparet, vel a fluitantibus, qui vado destituti, huc atque illuc jactantur: quoque magis se commovent, hoc majore periculo laborant, vel certe ab oratorum clepsydra: ut eum in aqua hærere dicamus, qui se distillata jam aqua, tamen e causa non potest expedire. Cic. I. Q. frat. 2. Quod Idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Incertum utrum significet, eam actionem integram sibi relinqui, an causam esse inextricabilem. Erasmus.
Si hic terminus hæret, i. e. Si hoc est immutabile. Virg. 4. Æn. 614.

HÆRENS, Partic. [ἐχόμενος] ut Alte terminus hærens. Lucret. lib. I. 78.
Hærentes litore naves. Hor. 2. Serm. 3. 205.
Hærens corona crinibus. Idem I. Carm. 32. 10.

HÆSŪRUS, [ἀψόμενος] aliud Partic. ut Fides hæsura in omne tempus. Ovid. 3. Trist. 4. 36.

HÆRESCO, ĕre. Idem quod Hærere. Lucret. lib. 2. 476.
Linquit enim supera tetri primordia viri
Aspera: quo magis in terris hærescere possunt. Paulin. Nolan. Carm. 10. ad Auson. 267. fixumque hærescere cordi.

HÆROR, oris. m. Val. Max. 9. 12. ext. 8. Anacreontem unius grani pertinacior hæror absumpsit. Ita Barthius. al. Humor.

HÆSĬTO, [ἐνέχομαι, διαπορεῦμαι] āre. Frequent. Dubitare, timere, titubare. Cic. 2. de Fin. 18. Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicavisset, non tam hæsitaret.
Hæsitare & cunctari. Cic. 2. in Catil. 13. Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsivi quid dubitaret proficisci eo, quo jampridem parabat.
In eodem hæsitas luto. Ter. Phorm. 5. 2. 15. In eos competit, qui sic implicantur negotio cuipiam, ut se nequeant extricare. A viatoribus translatum, qui simul atque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Erasm.
Dubitare & hæsitare. Cic. 4. Acad. 52. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum.
Hæsitare lingua. Cic. I. de Orat. 220. Sed sunt quidam, aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, &c.
Hæsitare in. Cic. I. de Orat. 40. Carbo hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili.
Hæsitat frumentum in vadis. Liv. 2. cap. 5. Ita in vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo.

HÆSĬTANS, Partic. Plin. 10. Epist. 30. Rogo, Domine, consilio me regas hæsitantem. Cic. I. Acad. 2. Non multum hæsitans respondebo. Idem I. de Orat. 25.

HÆSITANTIA, æ. f. [διαπόρησις] idem quod Hæsitatio.
Hæsitantia linguæ. Cic. 3. Philipp. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

HÆSITABUNDUS, Plin. I. Epist. 5. ad Voconium, Hæsitabundus, inquit, interrogavi, non ut tibi nocerem, sed Modesto. i. e. Cunctabundus & dubius quid responderet.

HÆSITĀTIO, ōnis. f. [διαπόρησις] Dubitatio. Cic. 2. de Orat. 202. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractusque verborum? Idem 3. Fam. 12. Noli ignoscere hæsitationi meæ.

HÆSITĀTOR, oris. m. [διαπορητής] Plin. lib. I. Epist. II. ad Tranquillum, Sum & ipse in edendo hæsitator. Sidon. 9. Epist. 13. Ut me ejus edendi diutius non possit habere hæsitatorem.

HÆRES, ēdis. c. [κληρονόμος] Notæ significationis. ab Hærendo dicitur: quod qui hæres est, hæret: h. e. proximus est ei cujus est hæres. Licet quidam Heredem dictum putent ab Hero, quod dominus fiat bonorum quæ ad eum perveniunt. Apud veteres enim, hæres dominus dicebatur, auctore Festo. Plaut. Men. 3. 2. 12.
Abstuli hanc, cujus hæres nunquam erit post hunc diem.
Hæredis appellatione, Omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sunt expressi, inquit Ulpianus.
Hæres ex asse, Qui totam hæreditatem capit; Hæres ex parte, Qui portionem tantum. V. Tacit. 2. Ann. 48. & JCtos & Alex. ab Alex. I. I. vel Lex. Pitisc. & f. l. AS.
De Hæredibus Extraneis, Fiduciariis, Institutis ac Substitutis V. idem Lex.
Alienior hæres. V. ALIENUS.
Avidus hæres. Hor. 2. Serm. 3. 151.
Aviti nominis hæres. Ovid. 6. Met. 239.
Criminis alicujus hæres. Ovid. 3. de Arte Am. 459.
Indignus hæres. Hor. 3. Carm. 24. 62.

Facere

Facere hæredem, dicitur Is qui moritur quum teſtamento facto ejus res in alienam poteſtatem redeunt. Cic. 12. Fam. 26. pr. Q. Turius, &c. hæredes fecit ſimiles ſui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, &c.

De ſententia propinquorum aliquem facere hæredem. Cic. 3. Verr. 27. In his nuper Annia ea de multorum propinquorum ſententia pecunioſa mulier, quod cenſa non erat, teſtamento fecit hæredem filiam.

Ex deunce hæredem facere. Cic. pro Cæcin. 17. Teſtamento facto mulier moritur, facit hæredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri.

Factitare hæredem. Cic. 2. Philipp. 41. Quem palam hæredem ſemper factitarat, ne nomen quidem perſcripſit.

Inſtituere hæredem. Cic. 1. de Orat. 180. Qui eſſet ſecundum poſthumum & natum & mortuum hæres inſtitutus.

Inſtitutus hæres, pro Subſtitutus. Cic. in Brut. 194. Quum is hoc probare vellet, M. Curium, quum ita hæres inſtitutus eſſet, ſi pupillus ante mortuus eſſet, quam in ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato hæredem eſſe non poſſe. Inſtitutus, i. e. Subſtitutus. hæredes enim inſtituti dicuntur primo gradu, ſubſtituti ſecundo vel tertio. Vide paulo poſt, Subſtituere hæredem. At hic pupillus erat hæres inſtitutus, M. Curius ſubſtitutus. Sed Cicero noluit hanc diſtinctionem ſervare, ſed dicere, hæredem ſecundum inſtituere. Itaque hoc loco ſic interpretandum eſt, hæres ſecundus inſtitutus.

Inſtituere hæredem omnibus bonis, pro Omnium bonorum. Plin. lib. 7. cap. 36. P. Catienus Philotimus (al. Plotinus) adeo patronum dilexit, ut hæres omnibus bonis inſtitutus, in rogum ejus ſe jaceret. Sic Cic. 3. Verr. 104.

Inſtituere aliquem ſecundum hæredem. Cic. 13. Fam. 61.

Movere hæredes. V. MOVEO.

Nuncupare hæredem. Suet. Claud. cap. 4.

Relinquere hæredem teſtamento. Cic. pro Quint. 14. Hæredem teſtamento reliquit hunc P. Quintium.

Scribere aliquem hæredem. Cic. 1. de Orat. 175. Poſſetne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

Succeſſit hæres. Cic. 2. Philipp. 62. Nondum in Cn. Pompeji locum, multorumque aliorum qui aberant, repentinus hæres ſucceſſerat.

Sum. ut, Hæredem eſſe alicui. Cic. pro Cluent. 40. Aviam tuam, Oppianice, Dineam, cui tu es hæres.

Subſtituere hæredem. Modeſtin. l. 1. D. De vulgari & pupillari ſubſtitutione, Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti, primo gradu: ſubſtituti, ſecundo vel tertio. Idem l. quarta, Si pater duos filios impuberes hæredes inſtituat, eoſque invicem ſubſtituat: in utrumque caſum reciprocam ſubſtitutionem factam videri, divus Pius conſtituit. Ulpian. l. Qui liberis. eod. tit. Niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit hæredem hac mente, ut ea ſola velit ad ſubſtitutum pertinere, quæ a ſe ad inſtitutum pervenerunt. Pomponius ibid. l. Quo gradu hæres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt. Et Julianus, l. Quidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta hæredem inſtituit. Deinde Quieto Florum, Proculo Soſiam hæredes ſubſtituit. deinde ſi neque Florus, neque Soſia hæredes eſſent: tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, ex quarta complures hæredes ſubſtituit in plures quam tres uncias. Vide paulo poſt, Secundi hæredes.

Secundi hæredes, Secundo loco inſtituti, & ſubſtituti. Cic. pro Cluent. 32. Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quod ab hæredibus ſecundis accepta pecunia partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Boethius in commentar. in Topica Cic. lib. 2. Secundus hæres, inquit, dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur: veluti ſiquis filium inſtituat hæredem, ſcribatque, Si filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium hæredem eſſe oportere.

Hæredes arboris, pro Surculis vel ramis. Plin. lib. 16. cap. 37. Cæſæque denſius innumero hærede proſint. De ſalice.

Hærem, pro Hæredem. Nævius Gymnaſtico,

Atque meis bonis omnibus ego te hærem faciam. Nonius.

HÆRĒDĬTAS, ātis. f. [κληρονομία] Nihil aliud eſt quam Succeſſio in univerſum jus, quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam Damnoſa hæreditas continetur, dividiturque in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur. V. ASSIS. Hæc ex Cajo Juriſconſ. l. Nihil aliud. Et Pomponio, l. hæreditatis: titulo, De verb. ſignific. Et Ulpian. De hæredibus inſtituendis. l. Servum.

Hæreditate venire bona dicuntur, Quæ jure hæreditario alicui obveniunt. Cic. 2. de Invent. 84.

Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure, &c. Cic. in Topic. 29.

Caduca hæreditas. Cic. 10. Philipp. 11. V. CADUCUS.

Luculenta atque magna hæreditas. V. LUCULENTUS.

Offertiſſima hæreditas. V. OFFERCIO.

Uſu capta hæreditas. V. CAPIO.

Accipere hæreditatem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Adire hæreditatem. V. ADEO.

Attingere hæreditatem. V. ATTINGO.

Avertere hæreditatem, pro Auferre, eripere, & detorquere. Cic. 12. Fam. 25. Ne patiare Erotem Turium Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hæreditatem Turianam avertere.

Capere hæreditatem. Cic. pro Cæcin. 102.

Cernere hæreditatem. V. CERNO.

Conſequi hæreditates. Nepos 25. 21. 1.

Excludere hæreditate. Cic. pro Cluent. 31. Mulierem, ne partu ejus hæreditate paterna excluderetur, necavit.

Obire hæreditatem. Cic. 1. de Lege Agr. 8.

Obtinere hæreditatem. Cic. 13. Fam.

Obvenit hæreditas. V. OBVENIO.

Procurare hæreditates. Cæſ. 2. Bell. Civil. 18.

Reddere hæreditatem. Cic. 2. de Fin. 58.

Tenere hæreditatem. Cic. 13. Att. 46.

Tradere hæreditatem. Cic. 1. Off. 121.

Venit ab aliquo hæreditas alicui. Cic. 3. Verr. 27. Mihi hæreditas a propinquo venit.

Vocare in partem hæreditatis. Cic. pro Cæcin. 12.

Hæreditas ſine & cum ſacris, quid ſit exponit Boxhorn. ad Plaut. p. 216. 457. V. Feſt. in Sine ſacris hæreditas.

In genit. plur. Hæreditatium pro Hæreditatum occurrit in Inſcript. apud Fabrett. p. 99. LIBRARIO EX NVMERO RATIONIS HAEREDITATIVM VIXIT. conf. Lipſ. Antiq. Lect. 5. 1.

Hæreditas gloriæ. Cic. 1. Off. 78. Optima autem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum.

HÆRĒDIUM, i. n. [χωρίον] Parvum prædium. Feſtus. Varro 1. de R. R. cap. 10. Bina jugera, quot a Romulo primum diviſa dicebantur viritim: quæ quod hæredem ſequerentur, hæredium appellarunt. Plin. lib. 19. cap. 4. conf. Non. 1. 303. & Nepos 24. 1. 1.

HÆRĒDIŎLUM, i. n. [χωρίδιον] Parvum hæredium. Columel. lib. 1. cap. 1. Quintius Cincinnatus obſeſſi Conſulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venit: ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat quam ſumpſerat imperator, ad eoſdem juvencos & quatuor jugerum avitum hærediolum rediit. Hærediolum avitum dicit, quod nos hodie *proprium* vocamus. Apul. Flor. 2. Hærediolum ſterile. Auſon. Edyll. 3. pr.

Salve hærediolum, majorum regna meorum.

HÆREDĬPĔTA, æ. m. Captator hæreditatis. Petron. cap. 124. Incidimus in turbam hæredipetarum. conf. cap. 125. adde Cic. Parad. 5. & Hor. 2. Epiſt. 2. 176.

HÆREDITO, āre. pro Hæredem eſſe, apud Eccleſiaſticos, præcipue Vulg. Interpr. cum reddit κληρονομεῖν.

HÆREDITĀRIUS, a, um. Adj. [κληρονομικὸς] Ad hæreditatem pertinens. Cic. 6. Verr. 71. In iſtius lenonis turpiſſimi domo, ſimul cum ceteris Chelidonis hæreditariis ornamentis, Capitolii ornamenta ponentur?

Auctio hæreditaria conſtituta. Cic. pro Cæcin. 13.

Controverſia hæreditaria. Cic. ad Brut. 6.

Lites hæreditariæ. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Nomen hæreditarium. Cic. in Somn. Scip. 2. Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hæreditarium.

Quæſtura hæreditaria. Cic. 5. Verr. 11. Iterum geſſit hæreditariam quæſturam cum Dolabella: magnam pecuniam avertit.

Regnum hæreditarium. Plin. lib. 6. cap. 22.

Res adventitia atque hæreditaria. Cic. 3. Verr. 126.

Servus hæreditarius. Paulus in l. 1. §. Item acquirimus. D. de acquir. poſſeſſ. Moleſtiis hæreditariis implicari. Ulpian. in l. Apud Celſ. §. Siquis ex uncia. D. De doli mal. except.

HÆRĔSIS, is. f. [αἵρεσις] Græca dictio, quæ Opinionem firmatam de aliquo dogmate ſignificat: quales ſunt quæ hodie Sectæ dicuntur. Cic. in præf. Parad. Cato autem perfectus (mea ſententia) Stoicus, & ea ſentit quæ non ſane probantur in vulgus: & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis. De ſecta Stoicorum. Hæreſes dicimus Habitus animorum, & inſtituta Philoſophiæ circa diſciplinam, ut auctor eſt Servius in 10. Æn. Hæc ex Budæo. Cic. 14. Att. 15. De hæreſi Veſtorina, & de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere. Idem 15. Fam. 16. Poſtulabimuſque ex qua hæreſi vi hominibus armatis dejectus ſis, in eam reſtituare.

HÆSITO, āre. V. HÆREO.

HAFNIA, æ. f. Daniæ metropolis. Germ. *Coppenhagen.*

## H A G

HAGA COMITIS, Præcipuus Belgarum locus, ubi totius Belgii fœderati comitia habentur.

HAGIŌGRĂPHUS, i. m. [ἁγιόγραφος] Scriptor ſacer. Hieron. 1. Epiſt. 12.

HAGIŌGRĂPHA, orum. [ἁγιόγραφα] Scripta ſacra, poſt Legem & Prophetas. V. Hieron. Epiſt. 106. & 110. Suiceri Theſ. v. γραφεῖα.

HAGIOS, [ἅγιος] Latine dicitur Sanctus.

HAGNOS, [ἁγνὸς] Latine Purus, & caſtus: quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta.

HAHA, [ἃ ἃ] Interjectio. Sen. 4. Nat. Quæſt. Haha jubes me cum Luxuria litigare.

## H A L

HALA. V. AHALA.

HALAGORAS, quaſi ἅλς ἀγορᾶς, Convicii nomen apud Plaut. Pœn. 5. 5. 34.

HALALCOMĔNE, & HALALCOMENÆ, [Ἀλαλκομεναί Strab.] tam ſing. quam plur. num. ſive HALALCOMENIUM. [Ἀλαλκομένιον Steph.] Civitas in Bœotia. V. Hermolaum in Plin. lib. 4. cap. 7. conf. Stat. 7. Theb. 330. & ſupra ALALCOMENÆ. Quæ verior ſcriptio videtur. Apud Plin. Halcyone ex MSS. Hard. q. V.

HALCEDONIA. V. ALCEDONIA.

HALCYONE, es. f. & HALCYON, ŏnis. c. [Ἀλκυὼν] Ceyx, inquit Servius, filius Luciferi, habuit uxorem Halcyonem: a qua quum prohibitus, iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni, naufragio periit. Cujus corpus quum ad uxorem delatum fuiſſet, illa ſe præcipitavit in pelagus. Poſtea miſeratione Tethyos & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quæ Halcyones vocantur. Sane ſciendum eſt quod quum de muliere dicimus, hæc Halcyŏne facit, pen. corr. quum de avibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyōnes. Iſte autem aves nidos faciunt in mari, media hieme: quibus diebus tanta eſt tranquillitas, ut nihil penitus in mari poſſit moveri. Inde etiam dies ipſi, Halcyonia nominantur. Hæc Servius enarrans illud Virg. 1. Georg. 399.

Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt
Dilectæ Thetidi halcyones. V. Ovid. 11. Met. Fab. 10.

conf. Virg. 3. Georg. 338.

Halcyon avis & Alcedo dicitur. V. ALCEDO. conf. Plaut. Pœn. 1. 1. 143. De hac ſic Plin. lib. 10. cap. 32. Dies earum partus, maria quique navigant, novere. Ipſa avis paulo amplior paſſere, colore cyaneo ex parte majore, tantum purpureis & candidis admiſtis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur & cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu, & circa ſolſtitia, brumamve, nave aliquando circumvolata, ſtatim in latebras abeuntem. Fetificant bruma: qui dies, Halcyonides vocantur, placido mari per eos, & navigabili, Siculo maxime. In reliquis partibus eſt quidem mitius

mitius pelagus, Siculum utique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem habent, pilæ figura paulum eminenti, ore perquam angusto grandium spongiarum similitudine, ferro intercidi non queunt, franguntur que ictu valido, ut spuma arida maris. Nec unde confingantur invenitur: putant ex spinis aculeatis: piscibus enim vivunt. Subeunt & in amnes. Pariunt ova quina. Hæc ille. conf. Arist. Hist. Anim. 5. 8. & Ælian. 1. 6.

**Halcyoneus**, a, um. Adj. [ἀλκυόνιο-] ut, Halcyonei dies sunt a Vergiliarum occasu circa Solstitia Brumamve. Columel. lib. 11. cap. 2. VIII Calend. Martii Sagitta crepusculo incipit oriri, variæ tempestates, Halcyonei dies vocantur.

**Halcyoneus**, i. m. [Ἀλκυονεὺς] Nomen viri. Ovid. 5. Met. 135.

**Halcyonium.** V. ALCYONIUM.

**Hālec**, ēcis. tam f. quam n. [μαινὶς] Piscis, qui sola aqua nutritur. Plaut. Frag. 3. 21. Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. Ubi legendum Halecem, ut constet versus. Martial. lib. 11. 27.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecem, sed quam protinus illa voret.

Cato de R. R. cap. 58. de pulmentariis familiæ loquens, Ubi oleæ comesæ erunt, halecem & acetum dato. Hic fortasse Fæcem piscium significat, vel potius Pisciculos saxatiles, qui muria conditi, haleces etiam vocabantur. Halec, Liquamen ex intestinis piscium. Hor. 2. Serm. 4. 73.

— ego fæcem primus & halec,
Primus & inveni piper album &c.

Putris halec. Martial. lib. 3. 35.

Capparin, & putri cepas halece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.

**Halecŭla**, æ. [μαινίον] dimin. apud Columel. lib. 6. cap. 8. & lib. 8. cap. 17.

**Hălēsa**, sive **Alæsa**, [Ἄλαισα] ab amne Haleso dicta civitas Siciliæ nobilis. Unde

**Halesīnus**, a, um. Adj. ut Halesina civitas, quæ sic a Cicerone actione 5. in Verr. 19. appellatur. Siciliæ civitates, inquit, multæ sunt, Judices, ornatæ atque honestæ, ex quibus in primis numeranda est civitas Halesina: nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, &c.

**Hălēsus**, [Ἄλησο-] Fluvius & mons Siciliæ, non longe ab Ætna, ubi Proserpina flores legisse cum aliis virginibus fertur, cum raperetur a Plutone. Columel. lib. 10. 268.

Et quæ Sicanii flores legistis Halesi. Plin. 5. 29.

**Hălēsus**, Faliscorum conditor fuit. Ovid. 3. Amor. 13. 31.

Argiva est pompæ facies. Agamemnone cæso,
Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Jamque pererratis profugus terraque marique,
Mœnia felici condidit alta manu.
Ille suos docuit Junonia sacra Faliscos;
Sint mihi, sint populo semper amica suo.

Meminit ejus & Horat. conf. Virg. 10. Æn. 422.

**Halia**, Marina nympha.

**Haliacmon**, [Ἁλιάκμων] Fluvius est Macedoniæ, ad quem ducebant quæ volebant candida nasci, ut refert Plin. lib. 31. cap. 2.

**Haliæĕtus**, i. m. [ἁλιαίετο-] Genus aquilæ, Falco a nonnullis dicitur, ab aliis Accipiter: alii Nisum vocant. Haliæetus idem valet, quod Aquila marina, *Aigle de mer*. Plin. lib. 10. cap. 3. Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios: & si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum & degenerem: illum cujus acies firma contra steterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diverso aquilarum coitu nascuntur.

Poëtæ fabulantur Nisum patrem Scyllæ in Haliæetum conversum fuisse. Ovid. 8. Met. v. 146.

Et modo factus erat fulvis Haliæetos alis.

[Alii legunt Halyætus per y, alii Halyætus, utrumque perperam, & repugnante cum origine vocis, tum codd. etiam Græcorum & Latinorum consensu.

**Haliartus**, [Ἁλίαρτο-] Nomen urbis Bœotiæ. Strab. lib. 9. Stat. 7. Theb. 274.

**Halica.** V. ALICA.

**Halicacăbum**, i. n. [ἁλικάκαβο-] Herbam vocant, quam alii Solanum, alii Strychnon, alii Vesicariam, quod vesicæ & calculis medeatur. Plin. lib. 21. cap. 31.

**Halicarnassus**, i. f. [Ἁλικαρνασσὸς] Cariæ civitas, patria Herodoti, Heraclii poetæ, Callimachi focii, & Dionysii historici, qui res Romanas scripsit. Regia olim regum Cariæ fuit, ab Alexandro capta, & Adæ reginæ Idrlei conjugi, quam Pixodorus ejecerat, regenda data, ut Diodorus lib. 17. & Strabo lib. 14. scribunt. conf. Spanh. de Usu Numm. diss. 9. p. 626. sq.

**Halicarnassensis**, e. &

**Halicarnasseus**, a, um. [Ἁλικαρνασσεὺς] Adj. ut Scylax Halicarnasseus. Cic. 2. de Divin. 88.

**Halicarnassius**, a, um. [Ἁλικαρνάσσιο-] aliud Adj. Nep. 2. 1. 2. Civis Halicarnassia.

**Halicastrum.** V. ALICASTRUM.

**Halieutĭcon**, i. n. & **Halieutĭca**, orum. n. [ἁλιευτικὰ] dicuntur Volumina, in quibus tractatur de piscibus. Plin. lib. 32. cap. 2. Mihi videntur mira & quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur. conf. Vopisc. Numerian. pr.

**Halieutĭcus**, a, um. Adj. ut, Boletare halieuticum. Treb. Poll. Claud. cap. 17. V. BOLETAR.

**Hălĭmus**, i. m. V. ALIMUS.

**Haliphlœos**, i. f. [ἁλίφλοιο-] Arbor glandifera. Plin. 16. 6.

**Halipleumon**, [ἁλιπλεύμων] Marinus pulmo, genus piscis apud Plin. lib. 32. cap. 11.

**Halitus**, ûs. m. V. HALO, as.

**Halizōnes**, [Ἁλιζῶνες] Populi sunt Paphlagonum, sic dicti, quod undique mari circumdentur. παρὰ τὸ ὑποζωννύσθαι, id est circumdari: & ἁλὶ, id est mari. Tortelius.

**Hallucinor.** V. ALLUCINOR.

**Hallus**, i. vel **Hallux**, ūcis m. est, ut ait Festus, Pollex pedis, scandens super proximum, dictus a Saliendo. Nam ἅλλεσθαι Græce, Latine significat Salire. V. ALLUS.

**Halmirrhăga**, æ. f. Nitri genus. Plin. 31. 10.

**Halmyridia**, orum. n. pl. [ἁλμυρίδια] Plantæ maritimæ. Plin. 19. 8.

**Halmyrŏdes**, is. [ἁλμυρώδης] Salsus. apud Martial. 10. 83. Cidæ filius ita dictus putatur. Sed Scriverius legit, Hermerotes.

**Hālo**, [ἀτμίζω, ἐκπνέω] āre. Spirare, vel Odorem emittere. Virg. 4. Georg. 109.

Invitent croceis halantes floribus horti.

Halare naribus. Lucret. lib. 2. 847. Ovid. 7. Met. 815.

**Halātus**, ûs. m. Mart. Capell. 1. p. 4. Halatu pasci foverique. Idem 2. p. 46. Arabicis lætari halatibus.

**Halĭto**, [ἐκπνέομαι] āre. Sæpe spiritum emittere. Ennius,

Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

**Halĭtus**, ûs. m. [ἐκπνοὴ] Spiritus. Plin. lib. 9. cap. 7. In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur?

Flammeus halitus Euri. V. Flammeus in FLAMMA.

Efflare extremum halitum. Cic. 2. Tusc. 22. Ex quodam poeta.

Halitus solis. Columel. lib. 2. cap. 5. Disjectum deinde protinus fimum inarari & obrui convenit, ne solis halitu vires amittat. h. e. Vapore solis & calore.

Halitus terræ, pro Vapore, qui per terræ rimulas sursum ascendit. Plin. lib. 11. cap. 12. Obvio terræ halitu infectus.

Halitus niger. Ovid. 3. Met. 75.

Faucibus exudat gravis halitus. Pers. 3. Sat. 89.

Noxius terræ halitus. Quintil. lib. 7. cap. 3.

**Halo**, ōnis. f. [ἅλως] ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modo Circulum, modo Coronam circa lunam dicunt. Sen. 1. Nat. Quæst. 12. Hunc Græci halo vocant, quam nos dicere coronam aptissime possumus.

**Halo**, onis. m. Male sobrius. Festus. Elucus significat Languidum & semisomnum: vel ut alii volunt, Allucinatorem & nugarum amatorem: sive Halonem, id est hesterno vino languentem.

**Halonēsos**, [Ἁλόννησο-] Insula est Ægei maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus, qui mares erant, cæsis, tantum feminæ tenuisse dicuntur, inquit Pomponius Mela lib. 2. 7.

**Halophanta**, æ. f. [ἁλοφάντης] Hominis genus nequam, inquit Festus, quod ob fuenda mendacia miserrima mercede conducitur. Scribendum Holophanta, quasi Omnia mentiens. Plaut. Curc. 4. 1. 2. Holophantam an sycophantam hunc magis dicam nescio. V. Non. 2. 396. & Turneb. 11. 5. At Dacer. Castig. in Fest. Halophantam mavult παρὰ τὸν ἅλα, quemadmodum sycophantam παρὰ τὸ σῦκον fictum esse. Andr. Alicat. Parerg. Jur. 2. 4. Legit Kalophantam, i. e. Honesta loquentem. ita Pareus Lex. Crit. p. 161. conf. Rosin. Ant. Rom. lib. 9. p. 730.

**Halosachne**, es. f. [ἁλὸς ἄχνη] Lanugo maris. Plin. [Puto ex conjectura in lib. 5. cap. 31. Sect. 36.

**Halosanthus.** V. ALOSANTHUS.

**Halōsis**, [ἅλωσις, ως] f. Latine Captio vel expugnatio dicitur. Suet. in Neron. cap. 38. Hoc incendium e turri mæcenatiana prospectans, lætusque flammæ pulchritudine, halosin Ilii decantavit.

**Halter**, ēris. pl. **Halteres**, um. m. [ἁλτὴρ] Halteres vocantur Plumbeæ pilæ, massulæve, quibus utraque manu se librabant qui saltu certabant, ut certius assilirent. Martial. in Apoph. 14. 49.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?

De Halteribus magna est inter scriptores controversia. Proinde quod ab eis proditum est, permittam lectoris judicio. Aristoteles Problematum sect. 5. Quæst. 8. Gaza interpr. Cur laboriosius brachio est, inanem jactasse manum, quam cum lapide? An quod inani jactura brachium quasi convellitur vehementius? nulla enim in re nititur: quemadmodum quum mittit, missili obdito fulcire se potest. Huic proxime saltans quoque pondusculis susceptis innititur: [Gr. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ πένταθλο- ἅλλεται τοῖς ἁλτῆρας] & qui currit, manus obquatiens se sustentat. Quam ob rem ille plus prosilit halteres tenens, quam non tenens: hic velocius currit manus obquatiens quam non obquatiens. Idem in lib. de Communi animalium gressu, Quinquertiones (Græce πένταθλοι dicuntur) igitur halteribus utraque manu comprehensis majorem & concitatiorem saltum edunt, quam non comprehensis: & qui currunt, obquatiendis manibus celerius currunt: quoniam in ea divaricatione & explicatione, tum in manus, tum in brachialia innituntur. Alcyonius halteres vertit Brachialia. Budæus in Annot. in Pandect. Qui autem halmate, inquit, id est saltu certabant, hi halteribus utebantur. sic enim vocabant plumbeas pilas massulasve, quibus utraque manu se librabant, ut certius assilirent. Juven. 6. Sat. 419.

— magno gaudet sudare tumultu,
Quum lassata gravi ceciderunt brachia massa.

Quem locum sic exponit Britannicus: Gravi massa, gravi halterum pondere. nam qui balnea ingrediebantur, quo facilius sudorem elicerent, ante quam lavarentur se exercebant, nunc graviora onera manibus ferendo, nunc halteres rotando. [V. Schol. vet.] quam rem Sen. optime ostendit Epist. 57. pr. ubi notat tumultuosam luxuriam balneorum, sic dicens: Quum fortiores exercentur, & manus plumbo graves jactant, quum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio, quoties retentum spiritum remiserunt, sibilos & acerbissimas respirationes. Idem alibi ad Lucilium loquens de exercitationibus, Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ. Ergo gravi massa, id est gravi haltere, qui aliud nihil est, quam massa plumbea. Dictus autem halter ab ἅλλομαι, quod est salio. nam saltantes susceptis halteribus exercebantur. Martialis Halterem facili rotat lacerto. Hæc Britannicus. Cælius Rhodig. lib. 14. cap. 4. Halteres vero, de quibus Martialis, Halteres facili rotat lacerto, & meminit Aristoteles in Quæstionibus encyclicis, aliud omnino sunt. Figura erat, circuli dimidium oblongioris, nec rotundationis absolutæ. ita prorsum afformabantur, ut manuum inseri possent digiti, velut per scuti ochana. Cornarius in primum cap. lib. 2. Galeni de Compositione pharmacorum secundum locos, Videntur, inquit, fuisse halteres, massæ ac moles lapideæ, aut ex metallis conflatæ, ansa ac manubrio addito, quo commode levari possent: quales sunt, quibus ponderum loco publice hodie utimur in valde ponderosis rebus ad libram expendendis. Indicat enim Galen. lib. 2. ὑγιεινῶν, exercitium per halteres tale fuisse, ut orgyæ spatio dissiti halteres in unum locum deponerentur, ita ut a stante in medio ipsorum prono attollerentur, dextera manu a sinistra situs, sinistra vero is qui a dextris, atque sic in proprium locum deponerentur: idque firmato gradu sæpe & identidem faciebat, qui sic exercebatur. Hunc autem motum obliquas spinæ partes magis exercere idem testatur. Porro Martialis poeta quum ait, Halteres facili rotat lacerto, videtur rotare dixisse, quod

quod dextera manu a finiftris fitus halter levaretur, & vice verfa: quanquam idem exercitii genus in Apophoretis rideat, inquiens, 14. 49.
Quid pereunt ftulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea foffa viros. Deinde recenfet Cornarius quæ Budæus & Cælius de halteribus memoriæ tradiderunt, utrumque afferens quid effent halteres ignoraffe. Quod autem attinet ad carmen illud hendecafyllabum Martialis toties citatum in noftris codicibus, hodie fic legitur lib. 7. 66. in Philænin,
Harpafto quoque fubligata ludit,
Et flavefcit haphe, gravesque draucos
Alterno facili rotat lacerto,
Et putri lutulenta de palæftra,
Uncti verbere vapulat magiftri. Sunt tamen qui pro Alterno legant Alternos: alii Alternis, pro Alternatim. Quem locum exponens Domitius, eos qui Halteres legunt, fibi non placere profitetur. conf. Turneb. 28. 28. Hier. Merc. de Arte Gymn. lib. 2. cap. 12. Potter. Archæol. Græc. 2. 21. vel Lex. Pitifc. [Apud Martial. legerim:
— gravesque draucis Halteres facili &c.

**Halus**, i. f. [σύμφυτον πετραῖον] Herba, de qua Plin. lib. 26. cap. 7. Halus autem, quam Galli fic vocant, Veneti Cotoneam, medetur lateri, item renibus, convulfisque & ruptis. Similis eft cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, & fitim fedans, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ. conf. lib. 27. cap. 6. ubi dempto fpiritu Alus fcribitur. Scrib. Larg. Comp. 83. & not. Rhod. Apulej. de Herb. c. 59.

**Halyætus.** V. haliæetus.

**Halyntium**, i. n. Mulfi genus in Sicilia. Plin. 14. 9.

**Hălys**, yos, yn. m. [Ἅλυς] Paphlagoniæ fluvius maximus: Crœfi fato, quod attuliffe vifus eft, nobilis. Notum oraculum eft,
Crœfus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim. Quo deceptus, quum regnorum opes expectaret, fuas profligavit. V. Cic. lib. 2. de Divin. 115. Al. accuf. Halym formant.
Crœfo fatalis Halys. Lucan. lib. 3. 272.
Crebro vortice tortus Halys. Ovid. 4. de Pont. 10. 48.

**Halys**, Viri nomen. Virg. 9. Æn. 765. Stat. 2. Theb. 574.

## H A M

**Hăma**, æ. f. Vas aquarium rotundioris formæ, & ventris globofioris, quo ad extinguenda incendia folebant uti. Paulus in l. Nam falutem. §. Sciendum. D. De offic. præfect. vigil. Sciendum eft autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & cœrare calceatum cum hamis & dolabris. Forma intelligi poteft e verfu Columellæ de cucurbita, — five globofi
Corporis, atque utero nimium quæ vafta tumefcit
Ventre leges medio: fobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis, aut Actæi mellis hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam. Hamulam tamen in libris Regum interpres pro φιάλη reddidit. Plin. quoque 10. Epift. 42. adverfus incendia Hamæ meminit. Apud Juven. 14. Sat. 305. quoque, Difpofitis prædives hamis: metu incendii fcriptum exiftimo. Turneb. conf. Brod. Mifc. 10. 15. vel Lex. Pitifc. & f. l. ama.

**Hamula.** dimin. V. dict. præced. & f. l. amula.

**Hămădryades**, [Ἁμαδρυάδες] V. dryades. Virg. 10. Ecl. 62.
Jam neque Hamadryades rurfus, nec carmina nobis
Ipfa placent.
Deæ Hamadryades. Catul. in Epithal. Jul. 59. 23.
Latinæ Hamadryades. Ovid. 14. Met. 624.

**Hamālūpus**, i. m. Ferreus harpax, qui fiquid in puteum decidit, rapit & extrahit. Ifidor. 20. 15.

**Hamatilis, Hamatus.** V. hamus.

**Hamaxa**, æ. f. [ἅμαξα] Lat. Plauftrum. Sidus, quod nos Septem triones vocamus tefte Gell. lib. 2. cap. 21. a figura, pofituraque ipfa, quia fimile plauftri videtur.

**Hamaxagōga**, æ. m. Qui vehiculis aliquid exportat. ut Hamaxagogæ bonorum. Plaut. Truc. 2. 7. 1. [Forte Hamexagogæ, ἀμεξαγωγοί, f. ἀπὸ τοῦ ἀμῆς ἐξάγειν.

**Hamaxampeus**, Pars eft fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commiftus eft. Herod. Euterp.

**Hamaxobĭtæ**, arum. m. [Ἁμαξόβιται] Populi Sarmatiæ in Europa: qui quia pro fedibus plauftra habent, fic dicti funt, auctore Pomp. Mela lib. 2. 1. Græcis enim ἅμαξα plauftrum dicitur. Ptolemæus Hamaxobios nominat. Vadianus Melæ interpres, eos effe credit, quos hodie alibi fitos Poloni Mofcovitas nominant, corrupto vocabulo. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Hamaxŏpus**, odis. f. plur. Hamaxopodes [ἁμαξόποδες] Arbufculæ in quibus verfantur rotarum axes. Vitruv. 10. 20.

**Hamaxor**, āri. Plauftrum trahere. Plaut. Truc. 2. 2. 22.
Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem. V. Turneb. Adverf. 10. 25.

**Hamilcar.** V. amilcar.

**Hamiotæ.** V. hamus.

**Hammites**, vel **Ammites**, [ἀμμίτης] Gemma ovis pifcium fimilis, tefte Plin. lib. 37. cap. 10.

**Hammochrȳsus**, i. m. [ἀμμόχρυσος] Gemma velut auro arenis mixto. Plin. 37. 5. & Solin. cap. 50.

**Hammon** [Ἄμμων] Cognominatus eft Juppiter, quia in arena putatur inventus, quæ Græce hoc nomine ἄμμος appellatur: cui cornua affinguntur arietis, a genere pecoris inter quod inventus eft. Feftus. V. ammon.
Fanum Hammonis. Lucret. lib. 6. 848.

**Hammoniacum, Hammonitrum.** V. ammoniacum. Et quidem rectius fine afpiratione fcribi putarim, quod Græcis ἄμμος, non afpirato α, arena dicitur.

**Hammonium**, i. n. Coloris genus tendentis in fubrufum. Varro de R. R. lib. 3. cap. 2. Nuncubi hic vides citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithoftroton? Ex vetufto codice legitur Armenium.

**Hamotrahones.** V. hamus.

**Hāmus**, i. m. [ἄγκιστρον] Inftrumentum quo capiuntur pifces. Plaut. Stich. 2. 1. 17.
Arundinem fert, fportulamque, & hamum pifcarium.
Adunci hami. Ovid. 13. Met. 934.
Angulofus hamus. Macrob. 7. Saturn. cap. 3.
Catenatus hamus. V. catena.
Curvos dedit unguibus hamos. Ovid. 11. Met. 342.
Fallax hamus. Ovid. 2. de Pont. 7. 79.
Occultum decurrit pifcis ad hamum. Hor. 1. Epift. 7. 74.
Opertus hamus. Hor. 1. Epift. 16. 51.
Unci hami. Ovid. 15. Met. 476.
Ducere pifcem hamo. Ovid. 19. Epift. 13.
Excipere hamo. Celf. lib. 7. cap. 5. Hic eft Hamulus, inftrumenti chirurgici.
Hamum vorat, meus eft. Plaut. Curcul. 3. 61.
Hamum, quidam a Græco deductum putant. nam Græci ἅμματα dicunt ligamenta.
Hamus etiam Catenam fignificat. Virg. 3. Æn. 467.
Loricam confertam hamis, auroque trilicem. Ubi Servius, Hamis aureis, per Endyadin. Hamis autem, Catenis fignificat.
Hamus, Inftrumentum ferreum, quo divitum arcæ nummariæ obfepiuntur, ne res facili apertu furripiatur. Juven. 14. Sat. 305.
Difpofitis prædives hamis vigilare cohortem. conf. hama.
Hamus, Aliud inftrumentum ferreum, quo pectitur linum. Plin. lib. 19. cap. 1. Et ipfa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. De ftupa.
Hami ferrei, meminit Cæf. 7. Bell. Gall. cap. 73. Sed in alio ufu. Ante hæc (inquit) taleæ, pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur: mediocribusque intermiffis fpatiis, omnibus locis differebantur, quos ftimulos nominabant.

**Hamŭlus**, dimin. [ἀγκίστριον] Plaut. Stich. 2. 1. 17. Fert humulum pifcarium. Al. Hamum.
Hamulum Celfus vocat Uncinum, quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. V. lib. 7. cap. 7. §. 4. Idem lib. 5. cap. 7. 9. Specillo auriculario protrahendum eft, aut hamulo retufo. Inde Hamularii, Fures dici poffunt. Budæus.
Hamulis oras plagæ reducere. Celf. lib. 7. cap. 31. Vitaturque, ne plagæ ipfius oræ adurantur, quas reducere hamulis facile eft.

**Hāmo**, āre. Claud. lib. 2. in Ruff. 358.
Flexilis inductis hamatur lamina membris. Al. Animatur. Petron. cap. 5. tralate,
Artis feveræ fiquis hamat effectus, ex Conjectura Scaligeri. [Tentant varie. Ego Havet legendum puto. i. e. Concupifcit.

**Hamātus**, a, um. Partic. [ἀγκιστρωτός] Hamo, vel Unco inftructus & munitus. Cic. 4. Acad. 522. Hamatis uncinatisque corpufculis.
Hamata inter fe & perplicata corpora. Lucret. lib. 2. 467.
Arundo hamata. Ovid. 5. Met. 384.
Munera hamata, quæ ita dantur, ut alia fubinde ad fe dona alliciant. Plin. lib. 9. Epift. 30. Hos ego vifcatis hamatisque muneribus non fua promere puto, fed aliena corripere. conf. Paneg. cap. 43.
Sagittæ hamatæ. Ovid. 3. Trift. 10. 63.
Sentibus hamatis implet præcordia Invidia. i.e. Curis. Ovid. 2. Met. 799.
Tegulæ hamatæ. Vitruv. 7. 4.
Ungues hamati aquilæ. Ovid. 12. Met. 563.

**Hamatĭlis**, e. Quod pertinet ad hamum, vel Quod hamo capitur. Plaut. Rud. 2. 1. 10.
Poft id pifcatum hamatilem & faxatilem aggredimur,
Cibum captamus e mari. i. e. Hamo pifcamur.

**Hamiōta**, æ. m. [ἁλιεύς] a veteribus Pifcator dicebatur. Plaut. Rud. 2. 2. 5.
Salvete fures maritumi, conchitæ atque hamiotæ, &c. Varro, Cohortes coquorum atque hamiotarum, aucupumque. V. Non. 1. 97.

**Hamotrahones**, alii Pifcatores, alii Qui unco cadavera trahunt. Feftus.
Hamitrahones alii. Cæl. Calcagn. de Re nautica pag. 313. Pifcatores, quos Hamiotas & Hamitrahones noftri, Græci Halieas & Ichthyulcos, id eft Pifcitrahos & Maris prædatores vocant. H. St. Ita poftulat, puto, Analogia. Videtur effe Plauti, aut alterius veteris comici novitium vocabulum.

## H A N

**Hanapis**, Fluvius eft Scythiæ, Herodoto tefte.

**Hannibal**, [Ἀννίβας] V. annibal.
Malim fine H, ut Asdrubal. Ἀννίβας, Ασδρύβας. H. St. Viderint Linguæ Punicæ gnari. Video tamen etiam reliqua fere Punica nomina, quæ a vocali incipiunt, a Latinis afpirari, ut Hanno, Mamilcar, Himilco. Forfan & apud Virg. Hiarbas rectius fcribitur, quanquam nil monuit Pierius, quam Jarbas.

**Hanno** [Ἄννων] Carthaginienfis, Philippi Macedonis temporibus, qui Carthagine privatis opibus potens, regnum affectans: & in filiæ nuptiis principes civitatis veneno necare, prodito a miniftris confilio, fruftra cogitans, alia aggreffus via, fervitia concitat, quibus incautam urbem opprimat: quo etiam civibus provifo ac vitato periculo, ipfe demum in caftellum munitum fefe recipiens, Afros, Maurorumque regem armavit. captus poftremo, ac primum virgis cæfus, deinde effoffis oculis, & manibus cruribusque fractis, cruci affixus eft, ac in cognatos omnes ejus etiam animadverfum. Ex Juftino lib.21. cap. 4. Exftat ejus Periplus, five Navigatio, qua circumvectus eft Africam ultra columnas Herculis, quem commentarium in templo Saturni confecravit. De quo non bene fentit G. J. Voff. 4. de Hift. Gr. p. 513. & Inftit. Orat. 4. p. 239. Ifaacus autem Voff. veriffimam hanc commemorationem putat, ejusque explicationem pollicetur ad Melam 3. 9. p. 301.
Hanno item Carthaginienfis alius, Agathocli cum xxx millibus Pœnorum obvius factus, conferta pugna interfectus eft. Idem lib.22. cap.6.
Hanno factionis Barchinæ, qui quum optima confuleret Carthaginienfibus de pace, nequaquam auditus eft. Liv. 1. & ult. Bell. Pun.

**Hānŭla**, n. pl. Parva delubra, quafi Fanula. Feft.

## H A P

**Hapala, Hapalaria.** V. apala.

**Haphe**, es. f. [ἁφή] Infperfio pulveris, qua infpergebantur Athletæ ubi

ubi ceromate illiti fuissent. Martial. lib. 7. Ep. 66. In Philænin, quæ lucta palæstraque, more virorum, exercebatur.

Harpasto quoque subligata ludit:
Et flavescit haphe, gravesque draucos
Alterno facili rotat lacerto:
Et putri lutulenta de palæstra,
Uncti verbere vapulat magistri.

Philænis, inquit, flavescit haphe, i. e. Tactu arenæ. Palæstritæ enim luctaturi flavescebant aspergine arenæ flavescentis, prius inuncti ceromate. Ovid. luctam Acheloi & Herculis describens lib. 9. Met. 35.

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ tactu flavescit arenæ.

Lutulenta, propter ceroma. V. CEROMA. Magistri uncti, h. e. Aliptæ. Hinc Plinio lib. 14. cap. 22. luctatorum hæc meditatio dicitur Volutatio in cæno. Cui subscribit Sen. epist. 88. his verbis, Non adducor ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros. Æque luctatores, & totam oleo ac luto constantem scientiam, expello ex his studiis liberalibus. Lucian. in dialogo cui titulus est Anacharsis, seu de Gymnasiis: Ceterum quamobrem & arena & lutum illis luctantibus substernatur, nunc audi ô admirande. Primum quidem, ne in duro casus illis contingat, sed in loco molliore citra periculum prostrati corruant. Deinde multa lubrica effugia accidere in cæno sudantibus necesse est, quam rem tu anguillis conferebas, sed quæ non sunt inutilia habenda aut ridicula. Nam & hæc plurimum ad robur & membrorum firmitatem consolidandam conferunt, quando ad hunc modum luctando alter alterum fortiter apprehendere coguntur, tametsi crebro elabantur e manibus. Tenere enim perunctum oleo, & sudore perfluentem, excidere conantem, & e manibus effluere laborantem, ne tibi res videatur esse modica, aut nullius momenti. Rursus arenam plane diversa ratione utilem esse censemus: ne dum complexibus implicantur, labantur. Posteaquam enim in cæno multo exercitio didicerunt compescere adversarium, quo minus elebatur e manibus propter corporis lubricam comprehensionem, etiam ipsi comprehensi effugiendi rationem multa assuetudine familiarem sibi faciunt, præsertim quum tenentur medii. Quin sudorem largiter semet effundentem arena quoque mihi videtur comprimere dum aspergitur: utque vis corporis par sit laboribus, efficere. estque ventis obstaculo, quominus lædantur corpora, in tenera atque denudata incumbentibus. Hæc Solon ad Anacharsim apud Lucianum. conf. Mercurial. de Arte Gymn. 1. 8.

'Αφὴ ἁφῆς, Græcis item Tactus, Junctura, Contrectatio, seu Ictus in palæstra.

Julius Pollux Haphen accipit, Primam infecturam quoties vestes imbuuntur coloribus. [Sic & Lexicographus Lipsiensis. Sed nihil, quod huc pertineat apud Pollucem reperi.

**HAPPALOPSIS**, idis. f. Genus aromatis localiter fictum Plaut. Pseud. 3. 2. 47.

**HAPSUS**, i. m. Cels. lib. 7. cap. 26. Quæ curatio calculo evulso habenda sit, Tum multo is oleo perungendus, inducendusque hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus, &c. Hapsum lanæ intelligunt docti, Quantum manu capi potest. Alii interpretantur Globulum lanæ convolutum. Græcis πίλημα dicitur, ἀπὸ τοῦ πιλεῖν, h. e. a constringendo, & convolvendo.

## H A R

**HĀRA**, æ. [συφεός] Porcorum stabulum. Donatus in Ter. Phorm. 4. 4. extr. Hara est, in qua pecora includuntur. Plaut. Asin. 2. 4. 24.

Dormitis interea domi, atque herus in hara, haud ædibus, habitat.

Cic. in Pison. 37. Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola. Ovid. 1. Epist. 104.

Tertius, immundæ cura fidelis haræ. Columel. lib. 7. cap. 9.

Diligens autem porculator frequenter suile converrat: & sæpius haras. Quibus verbis docet discrimen esse inter Haram & Suile.

Hara, Stabulum anserum. Varro de R. R. lib. 3. cap. 10. Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes & semipedem. Sic apud Columel. lib. 8. cap. 14.

Hara suis, de Fœtido & impuro homine. Plaut. Most. 1. 1. 39. conf. Non. 2. 398.

Hara pro Avi, unde Hariolus, Haruspex. Pontanus de Aspir. p. 26. H. St. fol. 15. b. Aldi. de A ante R.

**HARENA**, & inde ducta. V. ARENA.

**HARIŎLUS**, i. m. [χρησμολόγος, χρησμῳδός] Qui divina mente vaticinatur. Dictus Hariolus quasi Fariolus, a Fatis & a Fando. quum F pro H, & item H pro F, in multis locutionibus ponatur. An quod imitantur aspirationem in exhalando? nam halitu solent excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant. Unde & vocem ejusmodi dabant quæ est OB, quod OB sonus, exhalandi vim præstet. Hactenus Donatus in illud Ter. Phorm. 4. 4. 27. Interdixit hariolus. ab Aris ducit Isidor. Orig. 8. 9. quod Def. Heraldus probat ad Tertull. Apol. cap. 23. Alii ab Hara, pro Avi. V. paulo supra. Phædr. 3. Fab. 3.

Usu peritus, hariolo velocior. Plaut. Cist. 4. 2. 80. Hic ergo habitas. P. hariolare. Idem Mil. 3. 1. 98. & Rud. 4. 4. 95.

Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic. 1. de Divin. 4. Sibyllinorum versuum decem interpretes delectos ex Civitate esse voluerunt. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones.

**HARIŎLOR**, [χρησμολογῶ, χρησμῳδέω] ari. Divinare. Plaut. Asin. 2. 2. 50. Ter. Phorm. 3. 2. 7. Non mihi credis? D. hariolare. Hunc locum sic exponunt nonnulli: Hariolare, i. e. Divina. Alii sic: Hariolare, i. e. Hariolaris & deliras. V. VATICINOR. Cic. 1. de Divin. 132. Neque eos qui quæstus causa hariolantur, nec psychomantia, &c. agnoscere. V. Turneb. Adversf. 24. 12.

**HARIŎLANS**, Partic. [χρησμολογῶν] Cic. 8. Att. 11. ἀποθεσπίζω igitur, noster Attice, non hariolans ut illa, cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens, Jamque mari magno.

**HARIOLĀTIO**, ōnis. f. [χρησμῳδησις] ut, Superstitiosæ hariolationes. Cic. 1. de Divin. 66. Ex quodam poeta.

**HARMĂLA**, æ. f. sive ARMULA, Ruta hortensis. Apul. de Herb. cap. 89.

**HARMŌDIUS** ['Αρμόδιος] & Aristogiton, Cives Athenienses de Repub. cæso Hipparcho tyranno, bene meriti, quorum passim mentionem facit Demosthenes in orationibus. V. Meurs. de Pisistr. cap. 13. & Voss. Inst. Orat. 1. p. 61.

**HARMODOTUS**, Poetæ nomen, cujus sæpe meminit Plutarchus [Nisi error est, pro Hermodorus.

**HARMŎGE**, es. f. [ἁρμογή] Junctura, commissura. Plin. 35. 5.

**HARMONĬA**, æ. f. vel, ut nonnullis placet, HERMIONE, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile doni nuptialis loco dedit, eo quod ex Veneris cum Marte adulterio fuisset prognata. Una cum viro demum in anguem mutata fingitur. V. Ovid. 4. Met. Fab. 13. v. 563. & Interpp. conf. Hygin. Fab. 6.

**HARMŎNIA**, æ. f. [ἁρμονία] Latine Compositio, concordia, concentus. Musici, inquit Lactant. de Opificio Dei, cap. 16. intentionem, concentumque nervorum in integros modos, sine ulla offensione consonantium, harmoniam vocant. Cic. 1. Tusc. 41. Harmoniam autem ex sonorum intervallis nosse possumus, quorum varia compositio harmonias etiam efficit plures. Quintil. lib. 1. cap. 10. Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt.

Canere ad harmoniam. Cic. 3. de Nat. Deor. 27. Nisi vero loqui solem cum luna putamus quum propius accesserit: aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.

Corporis harmonia. Lucret. lib. 3. 119.

**HARMONĬCUS**, a, um. Adj. [ἁρμονικός] Plin. lib. 2. cap. 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem M. Legitur & Harmoniaca. Quod minime probem.

**HARMONICE**, es. f. Idem quod Harmonia. Vitruv. 5. 4.

**HARMONĬDES**, ['Αρμονίδης] Trojanus fuit, quem, teste Homer. lib. 5. Iliad. v. 60. præcipuo quodam amore Minerva dilexit, ideoque nihil eum fugit quod fabrili arte effici posset. Is inter alia quæ fabrefecerat, naves illas Alexandro ædificavit, quæ fuerunt malorum omnium, quæ Trojanis contigerunt, caput: perniciosas quidem ac mortiferas, ut ceteris Trojanis, ita ipsi ædificatori, quia deorum monita non intellexisset.

**HARPA**, æ. & **HARPE**, es. f. [ἅρπη] Avis rapax Græcis, ex vulturum genere. Utitur Alciat. in Emblem. 142.

Altivolam milvus comitatur degener harpam,
Et prædæ partem sæpe cadentis habet.

Harpe, Græca dictio, Ensem falcatum significans, quo utitur Mercurius. Lucan. lib. 9. 664.

Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen. h. e. Incurvum Mercurii gladium, quem propterea paulo post vocat, Lunatum ferrum. Hoc amputavit Mercurius caput Argo centum oculis prædito. Hoc etiam usum fuisse Perseum Poetæ tradiderunt in amputando capite Medusæ. Lucan. lib. 9. 666.

Harpen, alterius monstri jam cæde rubentem. Ovid. 5. Met. 69.
Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ. conf. Drakenb. ad Sil. 3. 278.

**HARPACTICON**, [ἁρπακτικόν] Genus sulphuris, a celeritate avellendi sic dictum. Plin. lib. 35. cap. 15.

**HARPĀGIUM**, ['Αρπάγιον] Oppidum juxta Parium, apud quod Ganymedem puerum Phrygium raptum Græca fabulositas ausa est asserere. Vadianus.

**HARPĀGO**, ōnis. m. [ἅρπαξ] Instrumentum ferreum, in summitate aduncum, quo navigia capiuntur. Liv. lib. 30. 10. Asseres ferreo unco præfixi (harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. conf. Appian. de Bell. Civil. 5. p. 739. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 57. Est præterea Instrumentum, quo extrahuntur quæ in puteum vel in flumen ceciderint. Et dicitur Harpax. Hunc harpagonem invenit Anacharsis philosophus, teste Plin. lib. 7. cap. 56.

Harpago, Ferramenti genus, quod nonnulli Canem vocant; quo ferramento circi vasis vinariis aptantur.

**HARPĂGA**, æ. f. Idem. Non. 18. 29. Falces & harpagæ armorum genera, murorum oppugnationi apta. V. ibid. locus Sisennæ.

**HARPAGINĒTŬLUS**, i. m. dimin. Vitruv. 7. 5. Harpagineтuli striati. conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 55. Sed Voss. ad Catull. p. 198. A propagine oculi legit. q. V.

**HARPĀGO**, [ἁρπάζω] āre. Rapere. Plaut. Bacch. 4. 4. 11. Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. Idem Aulul. 2. 2. 24. Aurum mihi intus harpagatum est. Antiquum.

**HARPĂGUS**, i. m. ['Αρπαγος] Amicus Astyagis, cui rex infestus propter Cyrum nepotem servatum, filium interfectum epulandum tradidit, quique amicus Cyri factus, crudelitatem illius defectione ultus est. V. Justin. 1. 5. & Herodot. 1. 2.

**HARPĂLOS**, ['Αρπαλος] inter Canes Actæonis apud Ovid. 3. Met. 222.

**HARPĂLUS**, ab Alexandro fugitivus, Athenas trajecit, cujus meminit Plutarchus in vita Phocionis. conf. Diod. Sic. lib. 17. & Freinsh. Suppl. Curt. 10. 1.

Harpalus, Nomen prædonis felicis, quem Diogenes Cynicus contra deos testimonium dicere jactabat. Cic. 3. de Nat. Deor. 83.

**HARPĂLȲCE**, ['Αρπαλύκη] Amazonum regina. Hæc est quæ patrem suum captum a Getis multitudine collecta liberavit celerius, quam de femina potest credi; unde & flumina dicitur celeritate transire. Hæc Servius enarrans illud Virg. 1. Æn. 317.

— vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce, volucremque fuga prævertitur Hebrum.

Harpalyce & Virgo quædam fuit, quæ quum Iphiclum ardentissimo amore deperiret, spreta dolore animi confecta interiit, a qua & canticum quoddam Harpalyce dicebatur. Ex Turnebo Adversf. 10. 11.

**HARPĂSA**, ['Αρπασα] Oppidum Asiæ, appositum fluvio Harpaso, ut scribit Plin. lib. 2. cap. 96. & lib. 5. cap. 29. Ubi cautes stat horrenda, uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens.

**HARPASTUM**, i. n. [ἁρπαστόν] Pilæ genus, grossior est quam pila paganica, tenuior quam follis. e panno fere fit, aliquando ex pelle, lana, tomentove impletur. non repercutitur: sed quum multi sint ludentes, & in duas partes divisi, ita ut utrique e regione sibi invicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilam conatur, quam adversarii nituntur arripere. Harpastum dictum est ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc est a Rapiendo: quia projectam pilam multi simul conantur arripere, seque ob eam causam invicem prosternunt. Hæc Perott. Martial. lib. 7. 31.

Non harpasta vagus pulverulenta rapis.

Harpasto ludere. Martial. lib. 7. Epig. 66. in Philænin.

**HARPAX**, ăgis. m. [ἅρπαξ] Raptor. Plin. 37. 2. 11. de Electro docet: In Syria feminas verticillos inde facere & vocare harpaga, quia folia & paleas, vestiumque fimbrias rapiat.

HARPE.

HARPE. V. HARPA.
HARPŎCRĂTES, is. m. [Ἁρποκράτης] Simulacrum in sacris Isidis & Serapidis erat: quod digito labiis impresso admonere videbatur, ut silentium imponeretur. Hic dicebatur silentii deus. Fuit autem revera Philosophus Graecus: cujus eruditio ac praeceptum in id tendebat ut silentium praeciperet, & omnibus rebus facile anteponeret. [Nugae de hoc Philosopho. Sed alius Harpocras, cujus meminit Suidas. q. V. Reddidit Harpocratem. Catull. 72. 4. proverbiali specie dixit, pro eo quod est, Imposuit silentium. Ex Erasmo. Vetus Poeta apud Varro de L. L. 4. 10.
— sancta Serapis
Isis & Harpocrates, digito qui significat ST. Vide August. de Civ. Dei & Spon. Misc. 1. 5. p. 16. Jac. Gronov. ad Steph. Byzant. Berkel. in Not. & Var. Lect. p. 10. Et, qui rem plenius pertractavit, Gisb. Cuperum in Harpocrate. vel Lex. Pitisc.
HARPYĪÆ, arum. f. pl. [Ἅρπυιαι] Monstra fuerunt, qualia describit Virg. 3. Æn. 216.
Tristius haud illis monstrum, &c. Servius, Pelagi volucres, quia dicuntur Ponti & Terrae filiae. Unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias: qui fere prodigiorum omnium pater est: nec immerito. Nam secundum Milesium Thaleten omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumque patrem rerum. Et paulo post, Alii autem dicunt Harpyias Thaumantis & Electrae filias. V. AELLO.
Rapacibus Harpyiis digna gula. Hor. 2. Serm. 2. 40.
Truces Harpyiae. Claud. de Bell. Get. 22.
De Harpyiis in nummis. V. Spanh. de usu & pr. Num. diss. 5. p. 259.
Tralate Sidon. 5. Epist. 7. In foro Scythae, in cubiculo viperae, in convivio scurrae, in exactionibus harpyiae.
Harpyia, Nomen etiam est Canis rapacissimae, apud Ovid. 3. Met. 215.
HARUGA, æ. f. est, auctore Donato ad Ter. Phorm. 4. 4. 48. Hostia: dicta ab Hara, in qua includitur. Apud Festum legitur, Hariuga dicebatur hostia, cujus adhaerentia inspiciebantur exta. Al. Harviga, vel Arviga. V. Dacer. & Varr. de L. L. 4. 19.
HARUNDO. V. ARUNDO.
HARUSPEX, ĭcis. [ἱεροσκόπος, ἡπατοσκόπος] ab Haruga nominatur, ut ait Donatus. l. c. Servius autem ex hara & specio componi docet. Ter. Phorm. 4. 4. 28.
Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi Negotii incipere. Erant autem divinatores haruspices, qui ab extorum in victimis conspectu futura praedicebant, unde & Extispices dicti sunt. V. s. l. Cic. 1. de Nat. Deor. 55. Ut haruspices, augures, harioli vates, & conjectores nobis essent colendi.
Secundus haruspex sacra nuntiat. Virg. 11. Æn. 736. Secundus haruspex, pro Secunda facta, i. e. Prospera. Servius.
Vanus haruspex. Sil. lib. 5.
Verum esse haruspicem, i. e. Vera loqui. Propert. lib. 3. 8. 17.
His ego tormentis animi sum verus haruspex. V. Plaut. Amph. 5. 2. 2. & Poen. 2. 1. 10. & 17.
HARUSPĪCA, æ. [ἱεροσκόπος] Divinatrix. Plaut. Milit. 3. 1. 98.
— da quod dem quinquatribus,
Praecantatrici, conjectrici, hariolae, atque haruspicae.
HARUSPICĪNUS, a, um. Adj. [ἱεροσκοπικός] Cic. 1. de Divinat. 72. Quod Etruscorum, declarant & haruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.
HARUSPICĪNA, æ. [ἱεροσκοπική, ἡπατοσκοπία] Divinatio per extorum inspectionem. Cic. 2. de Divin. 49. Lactant. 2. 16. pr.
Haruspicinam facere. Cic. 6. Fam. 18. Quare bono animo sint & tui & mei familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romae legerentur.
HARUSPICIUM, i. n. Subst. [ἱεροσκοπία] ut Persicum haruspicium. Catul. Epig. 87. 2. i. e. Magicum. conf. Censorin. de Die natal. cap. 17.

## H A S

HASDRUBAL, [Ἀσδρούβας] V. ASDRUBAL.
Devictus Hasdrubal. Hor. 4. Carm. 4. 39.
HASTA, æ. [ἔγχος, δόρυ, ξυστὸς, λόγχη] A Stando dicta, inquit Varro de L. L. 4. 24. quod stans ferri solet. Aspiratur tamen ad differentiam secundae personae verbi Asto. Isid. 18. 6. ab Astu. Plaut. Bacch. 3. 3. 24.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo sese exercebant. Cic. 2. Fin. 97. Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam.
Acies hastae. V. ACIES.
Abjicere hastam. Cic. pro L. Muren. 45. Videsne tu illum tristem, demissum? jacet, diffidit, abjecit hastas, serpit hic tumor. Hastam abjicere, & Causae diffidere, & contentionem relinquere. Translatum a militia. desperat enim quisquis arma in bello abjicit, & aut fugam spectat, aut mortem expectat. Erasm.
Acclivis hasta. V. ACCLIVIS.
Acuta hasta. V. ACUO.
Amentata hasta. V. AMENTATUS.
Centumviralis hasta. V. CENTUMVIR.
Densis virûm seges horruit hastis. Virg. 2. Georg. 142.
Fraxinea hasta. Ovid. 12. Met. 369.
Graves hastae. Hor. 1. Carm. 15. 17.
Horrentes hastae. Virg. 10. Æn. 178.
Infesta subit obvius hasta. Virg. 10. Æn. 877.
Minax hasta. Sen. Agam. 6.
Protentae hastae. Tacit. 14. Ann. 37. Et eques protentis hastis perfringit quod obvium & validum erat.
Pura hasta, secundum Donatum, dicitur Quae sine ferro est. Virg. 6. Æn. 760. V. PURUS.
Recurva hasta, Acus celibaris. Ovid. 2. Fast. 560.
Comat virgineas hasta recurva comas.
Tremens hasta. Virg. 2. Æn. 175.
Trabalis hasta. Stat. 4. Theb. 6.
Adjuta viros hasta. V. ADJUVO.
Adnixi hastis. V. ADNITOR.
Colligere hastam, apud Tacit. 2. Ann. 21. est Hastam reducere, quam ante protenderas, ut hostem ferires: atque haec contraria sunt, Protendere & Colligere hastam. Ejus verba sunt, Quum ingens multitudo arctis locis hastas non protenderet, non colligeret.
Contorquere hastam. V. CONTORQUEO.
Dirigere hastam in aliquem. Ovid. 8. Met. 66.
Jactare hastam. Cic. 2. de Orat. 316.
Jacit hastam stridentem. Virg. 10. Æn. 645.
Innixus hasta. V. INNITOR.
Insectari aliquem hasta vel lapidibus. V. INSEQUOR.
Insistere hastae. V. INSISTO.
Mittere hastam in adversum aliquem. Ovid. 12. Met. 115.
Premere aliquem hasta. Virg. 2. Æn. 530.
Quatiens ingentem hastam. Virg. 10. Æn. 762.
Sustinet hastam a jugulo nitentem. Stat. 2. Theb. 648.
Torquere hastam. Cic. 1. de Orat. 242.
Hasta Belli indicium praebuit, nam mittebatur in ejus fines, quam bello petebant. Ovid. 6. Fast. 207. conf. Macrob. V. Fest. in Bellona, & supra in CLARIGO.
Hasta ponebatur in auctionibus. Cic. 2. Philipp. 64. Hasta posita pro aede Jovis Statoris, bona, &c. bona inquam Cn. Pompeji Magni voci acerbissimae subjecta praeconis. Idem 2. Philipp. 103. Jam intelliges aliam causam esse hastae Caesaris, aliam confidentiae & temeritatis tuae, i. e. Sectio bonorum & auctio. Haec Budaeus. Festus, Hastae ea, quae publice venundabant, subjiciebant veteres. Cic. 3. Off. 83.
Subire sub hasta, est Vendi. Plaut. Most. 2. 1. 10.
Vel isti qui trium nummorum causa, subeunt sub hasta. Al. Qui hastis t. n. c. subeunt sub falas.
Ad hastam locare. Columel. praef. lib. 1. V. Scal. ad Manil. p. 429.
Hasta, pro Ipsa venditione bonorum. Cic. 1. de Lege Agrar. 6. Num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompeji exercitum, &c. Idem 15. Fam. 17. Caesarem putabant moleste laturum, verentem ne hasta refrixisset. i. e. Auctio bonorum proscriptorum in desuetudinem venisset, amisso tali Sectore.
Hasta venditionis. Cic. 2. Philipp. 103. Quis hastam illius venditionis vidit?
Hasta de Locationibus etiam Censorum adhibetur. unde Hastae assueti Liv. 24. 18. Qui conducere opera publica solerent. conf. Cael. Rhod. 21. 27. & Siccam. de Centumv. Jud. 2. 3.
Hasta Centumviralis, pro Judicio Centumvirali, quod eidem hasta praefigi consueverat. Suet. Aug. 36. 1. conf. Martial. 7. Epig. 63. & Lucan. ad Pison. 41.
De hasta, amentata, censoria, centumvirali, celibari, cornea, cruenta, Decemvirali, feciali, fiscali, frumentaria, militari, Praetoria, pura, Quaestoria, rustica & sacra. V. plura in Lex. Pitisc.
HASTŬLA, æ. f. dimin. [δοράτιον] Plin. lib. 16. cap. 12. Aperitur picea e parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis, quum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito quum minimum absit. Nec corpori ipsi parcitur, ut in ceteris. quoniam hastula in fructu est. Quibus in locis Hastulam interpretantur Virgam, nimirum a similitudine hastae. Ego potius Assulas intelligo, & fragmenta, seu schidia, quae ex arboris ipsius corpore excutiuntur, quum ferro vulneratur. Subdit enim Plin. Postea humor omnis e tota confluit in ulcus. Quod autem ait, In fructu est, sic expono, Fructuosa est, fructum affert, aut resinae, aut pici faciendae utilis est. Tradit enim cap. 11. ex hastulis minutim concisis, & coctis, expressum pingue, praecipuam esse resinam Hard. Astula.
Hastula regia, Herba quae & Asphodelus & albucum dicitur. Plin. lib. 21. cap. 17. conf. Sen. 2. Nat. Quaest. 31. Isidor. 17.16. & Apul. de Herb. cap. 32. & 52.
HASTĀRIUM, i. n. Locus ubi res publicae venum dabantur. Tertull. Apol. cap. 13. Quos in hastario vectigales habetis. conf. Rhodig. Ant. Lect. 21. 17.
HASTĀRIUS, i. m. Idem quod Hastatus. Ammian. 27. 2. Cum paucis captus ab hastariis. Vales. legit Ascariis.
HASTĀTUS, a, um. Adj. [λογχωτὸς] Varro de L. L. lib. 4.16. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Liv. 8. 8. V. Stewech. in Veget. 2. 8. Lips. de Mil. Rom. 2. 1. & Lex. Pitisc.
Acies hastata. Tacit. 2. Ann. 14. 4.
Bellona hastata. Stat. 2. Theb. 718.
HASTĪCUS, a, um. Adj. Suet. Calig. cap. 20. Edidit & hasticos ludos. al. Actiacos. V. Turneb. Adverf. 18. 5. Pitisc. Astycos, q. s. l. V.
HASTĪFER, a, um. aliud Adj. Idem quod Hastatus. Sidon.
HASTĪLE, is. n. [λόγχη] dicitur Lignum teres oblongum, quale solet esse hastae. Columel. lib. 4. cap. 12. Aut si regionis conditio permittit, vetera deponamus hastilia, quibus adnectuntur singulae transversae perticae, &c. Cic. pro Rabir. 21. Quum denique Qu. Scaevola confectus senectute, praepeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, &c. Plin. lib.17. cap.23. Circumligatis hastilibus.
Crispare hastilia. Sil. lib. 8.
Curvatum hastile. Juven. 7. Sat. 127.
Densis hastilibus horrida myrtus. Virg. 3. Æn. 23.
Lenta hastilia torquere. Ovid. 8. Met. 28.
Praefixa hastilia ferro. Virg. 5. Æn. 557.
Rasae virgae hastilia. Virg. 2. Georg. 358.
Bina manu, lato crispans hastilia ferro. Virg. 1. Æn. 317.
Valida hastilia. Virg. 2. Georg. 447.
HASTILUDIUM, i. n. Decursus equitum vel peditum cum hastis, vulgo Torneamentum. V. Cangii Glossarium.

## H A T

HATERIA, HATERIUS. V. ATERINA, ATERIUS.

## H A U

HAU, [ἆ] Interjectio est conturbatae mentis, nec constantis sibi, ut ait Donatus. Ter. Eun. 4. 3. 13.
Hau obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit?
Hau hau. Ter. Adel. 3. 2. 38. Hau hau, mi homo, sanusne es? al. AU. q. V.
HAUD, [οὐ, οὐκ, οὐχὶ] Adv. negandi, significat Non. Cic. pro Cluent. 165. Haud haeres est Cluentius. Ter. And. 1. 1. 13. Haud muto factum. Ubi

Ubi Donatus, Haud muto factum, Non me pœnitet facti.
Haud ab re. Liv. 8. 11. pr. Haud ab re duxi verbis quoque ipsis, tradita nuncupataque sunt, referre.
Haud alias. Tacit. 15. Ann. 46. 2.
Haud auspicato huc me appuli. Ter. And. 4. 6. 12.
Haud commodi ei est, Nihil illi prodest Plaut. Casin. 2. 2. 26.
Nam peculi probam nihil habere addecet
Clam virum: & quæ habet partum, ei haud commodi est.
Haud sane commodus. Ter. Adel. 5. 2. 8.
Edepol comissatorem haud sane commodum,
Præsertim Ctesiphoni.
Haud consimili ingenio est, atque. Plaut. Bacch. 3. 3. 50.
Haud consuetudine, Non quidem ut solebas. Plaut. Trin. 2. 2. 83.
Haud diu est. Ter. Eun. 2. 3. 67.
Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam. P. haud diu est.
Haud sane difficilis. Cic. de Senect. 4. Rem haud sane, Scipio & Læli, difficilem admirari videmini.
Haud dubie. Liv. 3. 24. pr. Quæstores M. Volscio, quod falsus haud dubie testis in Cæsonem extitisset, diem dixerunt.
Haud dudum: i. e. Non ita pridem. Plaut. Pers. 4. 3. 29.
Haud dum. V. infra separatim.
Haud erat sane, quod quisquam ratione ac doctrina requireret. Cic. 3. Tusc. pr. Al. Rationem ac doctrinam.
Haud faciam. Ter. Heaut. 3. 1. 7.
Haud faciam, nam quam potero adjutabo senem.
Haud facile. Cic. de Senect. 55. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. Juven. 3. Sat. 164.
Haud ferme. Ter. And. 3. 1. 2.
Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. Plaut. Pœn.4.2.36.
Haud gravate. Plaut. Rud. 2. 3. 77.
Haud immerito. Plin lib. 11. cap. 37. Defluere palpebras haud immerito venere abundantibus tradunt.
Haud impurus. V. infra, Haud malus.
Haud invito. Ter. Hec. 3. 5. 32.
Pamphile, ad aures haud invito sermo mihi accessit tuus. i. e. Lubens audivi te loquentem.
Haud ita decet: i. e. inquit Donatus, Non usque adeo decet, & est confirmatio. Ter. Hec. 2. 2. 10.
Haud ita multum. Liv. 29. 38. extr. Haud ita multum progressus a mari, tumulos proximos ceperat.
Haud magni pretii. Plaut. Stich. 1. 3. 81.
Ecastor auctionem facit haud magni pretii.
Haud malus. Plaut. Rud. prol. 35. Ter. Eun. 2. 2. 3.
Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Ubi Donatus, Non dixit prodigum; quia hoc ipsum probat: sed non avarum non improbum, & sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus.
Haud minus. Liv. 2. 60. Plaut. Trin. 3. 2. 95.
Haud mora: intelligitur verbum Fit, quod raro exprimitur. Virg. 10. Æn. 153. — haud fit mora, Tarchon
Jungit opes, fœdusque ferit.
Haud nihil, pro Non parum. Ter. Eun. 4. 2. 32.
— certe extrema linea
Amare, haud nihil est.
Haud nihil ambigam. Liv. 1. 3. pr. Haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an major, &c.
Haud parum opportunum. Liv. 27. 20. Consilio in cetera exequenda belli haud parum opportuni.
Haud paulo melior. Cic. 2. Fam. 6.
Haud paulo plus, i. e. Longe plus. Cic. 7. Fam. 1. Quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo: dum modo is tibi quidvis potius, quam orationes meas legerit: næ tu haud paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti.
Haud perinde, quam. Tacit. 2. Ann. 5. Suum militem haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum, damno armorum affici.
Haud potuit melius fieri. Ter. Adel. 3. 1. 8
E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est hera.
V. E præp.
Haud procul abfuit quin. Liv. 5. 4. extr. Res repetentes legatos nostros, haud procul abfuit quin violarent.
Haud promeruit quamobrem. Plaut. Amph. 5. 2. 12.
Haud quicquam magis est quod cupiam. Plaut. Curc. 1. 3. 15.
Haud scio an. Ter. Heaut. 4. 4. 25. Idem Adel. 4. 5. 33. Cic. de Amicit. 51. Est enim amicitia, &c. qua quidem haud scio an excepta sapientia, quicquam melius homini sit a diis immortalibus datum. Cic. 9. Fam. 15. &c.
Magnum est quoddam opus, atque haud scio an de humanis operibus longe maximum. Ex Cicerone, vide in SCIO. Sed hic videri posset legendum, Annon, ut apud Lactant. cum Nescio, vide NESCIO. Sed Haud scio, an recte ea virtus Frugalitas appellari possit. ex Cic. 3. Tusc. Vide in FRUGALITAS. *Non* videtur affirmare. H. St. Nisi me fallit, promiscue Cic. An & Annon hoc modo usurpat
Haud secus, quam. Liv. lib. 2. 41. extr. Id vero haud secus, quam præsentem mercedem regni, aspernata plebes.
Haud secus ac. Virg. 3. Æn. 236.
Haud sic decet. Ter. Eun. 5. 9. 35. Idem Adel. 3. 4. 8.
Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent
Haud similis. Ter. Eun. 2. 3. 21. Haud similis virgo est virginum nostrarum.
Haud sinit. Ter. And. 3. 5. 18.
Namque hocce tempus præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.
Haud stulte sapis. Ter. Heaut. 2. 3. 81.
Vis amare, vis potiri: vis, quod des illi, effici:
Tuum esse in potiundo periculum non vis: haud stulte sapis.
Haud vereor. Ter. And. 1. 5. 42. Haud vereor, si in te solo sit situm.
Haud vidi magis. Plaut. Amph. 2. 2. 47. Capt. 3. 4. 29. De hac phrasi, V. Muret. Var. Lect. 17. 16.
HAUDDUM, Idem ac Nondum. Liv.2. 52. Patris Agrippæ favor hauddum exoleverat. Idem 10. 6. Samnitem hauddum fœderis novi pœnitebat. Idem 22. 12. Hannibal constantiam Fabii hauddum expertus. conf. Idem 10. 25. & 28. 2.
HAUDQUĀQUAM, [οὐ μὴν] pro Nequaquam. Liv. 28. 6. Haudquaquam ad spem eventus respondit. Cic. 2. de Orat 143. Haudquaquam id est difficile Crasso. Idem de Univers. 35. Haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Tacit. 2. Hist. 66. 1. Haudquaquam fractus animus.
HAVEO. V. AVEO.
HAURIO, si, stum, [ἀρύομαι, ἀντλέω] Ire. Proprie est Extrahere humorem & educere ex profundo aliquo loco.
Hausurum, absque t, pro Hausturum, apud Virg. legitur 4. Æn. 383.
Spero equidem mediis, siquid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis. V. Non. 4. 230.
Haurivi & Hauritum, lectum est. Varr. ad Cic. apud Priscian. lib. 10. fol. 133. a. Aldi: Quum inde haurierint, pro Hauriverint. Apul. lib.2. de Asin. pag. 121. Lagena facilis hauritu. Idem in 3. pag. 119 Haurito plusculo uncto, corporis mei membris perfricui. Idem in 6, pag. 178. Rorem rigentem hauritum ista confestim deferto urnula.
Haurire fontes. Lucret. lib. 1. 926.
— juvat integros accedere fontes,
Atque haurire, &c. i. e. Juvat materiam hactenus intactam, & quam ante me nullus omnino attigit, describere.
Haurire, Vacuare. Lucil. lib. 30.
Quantum haurire animus musarum & fortia gestit. Nonius.
Haurire, pro Accipere dixit Virg. 1. Æn. 742. Auctore Servio,
— ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. [Immo pro Exhausit.
Animo haurire, pro Accipere, vel Audire. Virg. 12 Æn. 26.
— simul hæc animo hauri. i. e. Omni attentione percipe, inquit Servius.
Auribus haurire vocem alterius. Virg. 4. Æn. 359.
— vocemque his auribus hausi.
Cælum hausit. Virg. 10. Æn. 899. — ut auras
Suspiciens hausit cælum, mentemque recepit. h. e. Aerem. Servius.
Artes haurire domo, Arcessere. Cic. de Clar. Orat. 332. Nec enim decet te ornatum uberrimis artibus, quas quum domo haurire non posses, arcessivisti ex urbe ea, &c. Sic haurire studia. Idem 1. de Orat. 12. Ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur.
Calamitatem haurire. Cic. pro Domo 30. Si utile Reipub. fuit haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem: etiam hoc utile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare & tacere. i. e. Devorare & concoquere, hoc est perferre. Sic 1. Tusc. 86.
Cibos haurire, pro Sorbere & devorare. Columel. lib. 8. cap. 17. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt.
Cogitatione haurire omnia. Cic. 11. Philipp. 10. Quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis?
Corda pavor haurit, Defatigat. Virg. 3. Georg. 105.
— exultantiaque haurit
Corda pavor pulsans.
Dolorem haurire. Cic. pro M. Cœl. 59. Vidi enim, vidi, & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, quum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ.
Dona noctis haurire. h. e. Somnum quem nox affert. Sil. lib. 7.
Femur hausit adunco rostro. Ovid. 8. Met. 371.
Flamma multos hausit. Liv. 30. 5. extr.
Gaudium auribus haurire. Liv. 27. 51. pr.
Imaginem haurire, pro Animo concipere. Plin. lib. 7. cap. 12.
Incendium hausit opus. Liv. lib. 5. 7. pr. Tam longi temporis opus incendium hausit. i. e. Consumpsit.
Jugulum haurire, pro Confodere. Tacit. 1. Hist. 41. 4. conf. Drakenb. ad Sil. 5. 524.
Laborem haurire ex re aliqua. Hor. 1. Serm. 2. 79.
Latus haurire alicujus: Confodere & vulnerare. Virg. 10. Æn. 314.
Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.
Laudes haurire. Cic. 6. Fam. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter aspersus.
Lucem haurire. Virg. 2. Georg. 340. significat Nasci.
Luctum haurire. Cic. pro Sext. 63. Luctum nos hausimus majorem, dolorem ille animi non minorem.
Oculis haurire aliquid. Virg. 4. Æn. 661.
Opes urbis profunda mente hauserat, Prædam suam putarat. Claud. de Bell. Get. 86.
Opes patrias haurire, Absumere. Martial. lib. 9. 86.
Pavor haurit corda. i. e. Ferit. Virg. 3. Georg. 105. Servius.
Pectora ferro hausit. Ovid. 8. Met. 440. conf. Liv. 7. 10. extr.
Poculum haurire. Liv. 30. 15. Nec locuta est ferocius, quam acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impavide hausit.
Potionem haurire mulsi. Plin. lib. 7. cap. 53.
Sanguinis multum hausimus. Curt. 4. 14. 17.
Solidos cervos haurire. Plin. lib. 8. cap. 14. Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos taurosque.
Supplicia haurire, Luere. Virg. 4. Æn. 383.
Voluptates haurire, Avide sumere. Cic. 5. Tusc. 16. Quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitiente.
Turbari, & hauriri. Tacit. 2. Ann. 8. Batavique in parte ea dum insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. i. e. Aquis absorpti.
Haurire a. Cic. 1. Acad. 7. Ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur.
Haurire de fæce. V. FÆX.
Haurire e fonte. Cic. 1. Off. 6. Non ut interpretes, sed ut solemus, e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantum, quoque modo videbitur, hauriemus. Idem 2. de Divin. 31. Qui quum aquam vidisset ex puteo haustam, terræ motum dixit futurum.
Haurit ex ærario sumptum, suppeditat a sociis. Cic. 2. de Lege Agr. 12.
Haurire

Haurire ex parvo. Hor. 1. Serm. 1. 52.

HAURIENS, entis. Partic. Tacit. 16. Ann. 18. 1. Sua haurientes.

HAUSTUS, a, um. Partic. [ἠντλημένος, ἠρυμένος] Cic. 2. de Divin. 26. Ex divinitate, unde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.
Naves haustæ mari. Liv. 33. 41. Multæ naves ejectæ, multæ ita haustæ mari, ut nemo in terram enaverit. Tacit. 2. Ann. 24. 2.
Arbores haustæ in profundum. Liv. 30. 38. i. e. Absorptæ labe terræ.
Igni haustus. Tacit. 12. Ann. 58. Eodem oratore Bononiensi Coloniæ, igni haustæ, subventum. i. e. Incendio consumptæ.
Amor haustus. Stat. 1. Achil. 304.
Aqua hausta duabus palmis. Ovid. 2. Fast. 294.
Batavi hausti. scil. Aqua. Tacit. 2. Ann. 8. 3.
Humor avide haustus. Curt. 7. 5. 8.
Urbes haustæ. Plin. 36. 15.

HAURITUS, ûs. m. Apul. 2. Met. Lagena facilis hauritu. V. in ipso verbo.

HAURITOR, ōris. m. Pet. Chrysol. Serm. 86. Hierosolymitanus fons abundat cum impellit Angelus, non cum sitit hauritor.

HAURITORIUM, i. n. Vas quo hauritur. Gloss. Vet. Hauritorium, ἀντλητήριον, ἄντλημα.

HAUSTUS, ûs. m. [ἄρυσις, ῥόφημα] Sorbitio, & eductio aquæ ex aliquo loco. Columel. lib. 1. Si deerit fluens unda, putealis quæratur in vicino aqua: quæ non sit haustus profundi. h. e. Quæ non e profundo puteo hauriatur & extrahatur. Ovid. 7. Met. 450.
— Bacchi tibi sumimus haustus. Idem 6. Met. 356.
Haustus aquæ mihi nectar erit. Cic. pro Cæcin. 74. Aquæ ductus, haustus, &c.
Haustum lucis illo regerit luna, unde accepit. Plin. lib. 2. cap. 9.
Haustum facere, pro Potare, invenitur apud veteres, teste Perotto.
Ætherei haustus. i. e. Divini spiritus. Virg. 4. Georg. 220.
Exiguis haustibus bibere. Ovid. 3. Fast. 274.

HAUSTOR, ōris. m. Firmicus lib. 8. cap. 29. Si autem Saturnus ei testimonium perhibuerit, aquarum reddet haustores, & qui ex tali artificio vivant.
Haustor aquæ, Bibitor seu potator aquæ. Lucan. lib. 9. 591.

HAUSTRUM, i. n. [ἀντλίον] Haustra proprie dicuntur Rotarum cadi, inquit Nonius 1. 43. ab Hauriendo. Lucret. lib. 5. 517.
Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus. Budæus interpretatur Aquariam rotam, vel tympanum. V. Barth. Adverf. 1. 1. vel Lex. Pitisc.

## H E

H E. Heredibus.

HEAUTONTIMŌRŪMĔNOS, [ἑαυτοντιμωρούμενος] Nomen Comœdiæ Terentianæ: ex ἑαυτὸν & τιμωροῦμαι, compositum, quod est, Seipsum excruciare. Inducitur enim senex Menedemus, quod filium Cliniam sua duritia in militiam proficisci compulerit, valde seipsum excrucians. Meminit Cic. 3. Tusc. 27. & Hor. 1. Serm. 2. 19.

HEBDŎMAS, ădis. & HEBDOMĂDA, æ. f. [ἑβδομάς] Spatium septem dierum, Septimana. Cic. 16. Fam. 9. Symphoniam Lysonis velim vitasses: ne in quartam hebdomada incideres. Al. Hebdomadam.
Hebdomas, non solum de Diebus dicitur, sed etiam de Annis, & quibuscunque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. Gell. 3. 10. extr. Tum ibi addit, se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Perottus.
Hebdomas operum mirabilium Ausonio sunt 7. decantata miracula. V. Scalig. Auson. Lect. 1. 4. pr.
Hebdomadam, Gell. 3. 10. dixit de Critico Medicorum die. V. Gronov. conf. Isidor. 5. 32. & Cic. 16. Fam. 9. cum Interpr. [Difficulter tamen mihi persuadeo, vel Ciceronem, vel Varronem, cujus verba adducit Gellius, pro Græca Latinam terminationem usurpasse, quippe cum uterque Græcæ Linguæ inprimis peritus fuerit, & Græca Latinis inculcare assuetus. Quare quod in nonnullis codicibus ea lectio hæsit, videtur ex sequioris ævi consuetudine tractum, quam Isidorus plerumque sequitur.

HEBDOMADĀLIS, e. Adj. Sidon. 9. Epist. 3. Ecclesiastica dedicata festis hebdomadalibus.

HEBDOMĀRIUS, i. m. [ἑβδομάριος] dicebatur Is qui per vices septimanatim cubiculum Imperatoris custodiebat. V. Meurs. & Cang. in Gloss. Græco barb.

HEBDOMATĬCUS, Adj. unde, Hebdomatici anni. V. ANDRODAS.

HĒBE, [Ἥβη] dicitur a poetis Junonis filia fine patre. Nam quum grande convivium Apollo in domo patris Jovis, Junoni novercæ parasset, & ipsa avide lactucas comedisset agrestes, factum est ut ex illis gravida fieret, quum usque in id tempus sterilis fuisset, peperitque Heben: quæ quia formosa erat, ab ipso Jove pincerna constituta est, & dea juventutis dicta. Quæ deinde quum in deorum convivio pocula ministraret, & casu in terram caderet, vestesque sublevarentur, ita ut pudenda diis monstraret, indignatus Jupiter, eam ab officio amovit, & ejus loco Ganymedem rapiens substituit: postremo Herculi in deos relato, uxor data est. Ex Servio.
Junonia Hebe. Valer. 8. Argon. 131. conf. Ovid. 9. Met. 400.

HĔBĔNUS, i. f. & HĔBĔNUM, i. n. [ἔβενος] Arbor est in India atque Æthiopia nascens: quamvis scribat Virg. 2. Georg. 116.
— sola India nigrum
Fert hebenum. Ubi Servius, Atqui & in Ægypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Sane & hæc Hebenus & hoc Hebenum dicitur. Lucan. lib. 10. 117.
— hebenus Mareotica vastos
Non operit postes. Hebenus autem Arbor est, quæ cæsa durescit in lapidem. Hactenus Servius. V. Plin. lib. 12. cap. 4. & 6. 30. Scribitur & sine aspiratione Ebenus.

HĔBES, ĕtis. c. [ἀμβλὺς, ἀμβλεῖς, ἀμαυρὸς] Quod est retusi acuminis, auctore Festo. Cic. 2. Acad. Quid lunæ, quæ lineamenta sunt? potestne dicere, cujus & nascentis, alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua? Hic Cicero Hebeti oppofuit Acutum. pro Obscuro aut Obtuso, auctore Nonio 2. 408.
Gladii hebetes. Ovid. 3. de Arte Am. 589.
Tela leviora & hebetiora. Cic. de Arusp. Resp. 2.
Hebes, per translationem, pro Tardi ingenii. Cic. 2. de Divin. 103. Videsne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici?
Hebes æque ac pecus. Cic. 1. de Divin. 45.
Acutus & Hebes, contraria. Cic. 1. de Invent. 35. Formosus, an deformis: velox, an tardus: acutus, an hebetior: memor, an obliviosus, &c.
Hebetes & indociles. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Hebes & Odoratus, contraria. Plin. lib. 21. cap. 11. Unum hebes, alterum odoratum.
Acies oculorum hebes. Cic. 4. de Finib. 65. Hebes acies est cuipiam oculorum, corpore alius languescit.
Aquæ hebetes. Plin. lib. 9. cap. 57. Decedentibus fluviis in cavernis aquas hebetes remanere. Ubi ex vetusto codice sic legitur, Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur circa Babylonis rigua, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanere. ut & Hard. edidit.
Aures hebetiores. Cic. pro Planc. 66. Sensi Pop. Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere.
Cor hebes. Lucret. lib. 4. 51.
Caro hebes & cruenta. i. e. Mollis. Cels. 7. 6.
Dolor hebes. Cic. 8. Att. 3. Nullus apertus privatorum dolor, bonorum autem esset aliquis, sed hebes, ut solet.
Ictus hebes. Ovid. 12. Met. 85.
Ingenium hebes. Cic. 2. de Nat. Deor. 17. Hebetiora ut sint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam.
Lux hebes. Avien. Arat. 455.
Oculus hebes. Plin. lib. 11. cap. 26.
Os hebes est, positæque movent fastidia mensæ. Ovid. 1. de Pont. 10. 7.
Rhetorica forensis hebes. Cic. 2. de Fin. 67.
Sensus hebes. Cic. 1. Acad. 31.
Spondeus hebes, & tardus. Cic. in Orat. 219. Ne spondeus quidem funditus est repudiendus: etsi quod est e longis duabus, habetior videtur & tardior; habet tamen stabilem quendam & non expertem dignitatis gradum.
Hebes ad. Cic. 8. Fam. 13. Neque hebes ad id quod melius sit intelligendum.
Hebes in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 248. Aliud est enim esse artificem ejusdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem.
Hebes gustu. Columel. lib. 3. cap. 2.
Hebetem reddere aliquem. Cic. 9. Att. 20. Tu quæso cogita quid deinde: nam me hebetem molestiæ reddiderunt. h. e. Lentum & tardum, ac languidum.
Superl. Plin. 9. 30. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est.

HEBEO, [ἀμβλύνομαι] ēre. Hebetem esse. Liv. 23. 45. Nunc ne ferrum hebet? an dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis.
Otio torpere, ut Tacit. Germ. 15. 2. Ipsi hebent.
Iræ hebent. Stat. 11. Theb. 386.
Sanguis gelidus hebet. Virg. 5. Æn. 396.

HEBESCO, [ἀμβλύνομαι, ἀμαυροῦμαι] ĕre. ab Hebeo, significat Hebetiorem fieri. Cic. 1. Tusc. 73. Mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit. i. e. Desidiosior & remissior fit.
Hebescit acies auctoritatis. Cic. in 1. Catil. 4. Num unum diem postea L. Saturninum Tribunum plebis, & C. Servilium prætorem mors a Reipub. pœna remorata est? at nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis.
Hebescere & languere in otio. Cic. 4. Acad. 6. Quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam ut plurimis prosimus, enitimur?

HEBETESCO, ĕre. Hebetari. Plin. lib. 28. cap. 7. Sed præter illa certum est, &c. aciem in cultris tonsorum hebetescere. [Nisi forte Hebescere legendum est.

HEBĔTO, [ἀμβλύνω. ἀμαυρόω] āre. Obtundere. Liv. 37. 41. pr. Et humor, toto fere gravi armatu, nihil gladios aut pila hebetabat.
Idem 8. 10. Cum hastas hebetassent.
Aciem ferri hebetare. V. ACIES.
Artus terreni mentem hebetant. Virg. 6. Æn. 732.
Cura tristitiæ hebetatur vino. Plin. lib. 23. cap. 1.
Dentem hebetare herbis & carmine. Sil. lib. 8.
Flammas hebetare. Ovid. 7. Met. 210.
Flatus hebetatus. V. Flatus, in FLO.
Fulgor speculorum hebetatur. Plin. lib. 7. cap. 15.
Lunam convenit umbra terræ hebetari. Plin. lib. 2. cap. 13.
Nervos prisci roboris hebetari. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2. de Q. Metello.
Oculos hebetat allium. Plin. lib. 20. cap. 6.
Oculos hebetari a bulbis putat Diocles. Plin. lib. 20. cap. 9.
Oleum hebetat venena omnia. Plin. lib. 23. cap. 4. & 8.
Hebetare, pro Hebere usurpasse videtur Cic. 4. Att. 16. Locus ille animi nostri, ubi hebetabat stomachus olim, concaluit. subaudi, Ut digerat multo cruda facilius: h. e. Ubi prius languebat, & viribus concoctricibus non optime fungebatur. In emendatioribus tamen codicibus ex vetusto exemplari legitur, Stomachus ubi habitabat olim. Al. Concalluit, ut & apud Non. 2. 164. ubi tamen Mercer. quod miror, Concaluit retinuit. V. not. Victorii & Lambin.

HEBETĀTUS, a, um. Adj. ut, Corpore hebetato. Suet. Claud. cap. 2. Germanis hebetatis parumper. Ammian. 27. 2.
Tela hebetata. Sil. 16.
Vires reipublicæ hebetatæ. Justin. 6. 8. 2.

HEBETĀTIO, ōnis. f. [ἀμβλυνσις] Plin. lib. 28. cap. 6. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, & melancholicis.

HEBETĀTOR, ōris. m. Apud Apul.

HEBETĀTRIX, īcis. f. [ἀμβλυντὶς] ut, Hebetatrix umbra terræ, Qua hebetatur seu obscuratur Luna. Plin. lib. 2. cap. 13.

HEBETŪDO, ĭnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 14. Hebetudo sensuum.

HEBO, onis. m. [Ἥβων] i.e. Sol. exstare dicitur in Vet. Inscript. & apud Macrob.

HEBRÆUS, i. m. [Ἑβραῖος] dicitur Judæus. V. dictionarium Hebraicorum nominum.
Liquores Hebræi. Stat. lib. 5. Silv. 1. 213. Puto Balsamum intelligi. Arat. 2. 924. Hebræo sermone locutus. Tacit. 5. Hist. 2. 6. Terræ Hebrææ.

HEBRAICUS, a, um. Adj. [Ἑβραϊκὸς] ut, Plebes Hebraicæ. Alcim. 5. 544. & 564.

Hebraice, Adv. ['Εβραϊστί] Lactant. 4. 7. extr.

Hebrus, i. m. ['Εβρος] Thraciæ fluvius est, in quem Orphei caput projectum fuit, quum Cicones eum interfecissent. Ovid. 2. Met. 257.
Membra jacent diversa locis: caput Hebre, lyramque
Excipis. Martian. lib. 6. Hebrum (inquit) Odrysiæ nives complent, qui inter diversos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie *Mariza*. Hic ab OEagro flumine ortum habet: unde OEagrius dictus. Virg. 4. Georg. 463. Habet arenas ex quibus colligitur aurum.
Arenosus Hebrus. Ovid. 3. Fast. 737.
Celer Hebrus. V. CELER.
Fluvialis Hebrus. Sen. Med. 8.
Volucer Hebrus. Virg. 1. Æn. 321. [Servius negat huic flumini id convenire epitheton, unde Huetius in Huetianis, probabili conjectura, Eurus reponit. Pro recepta tamen lectione facere videtur illud Phædri in Prol. lib. 3. de Orpheo,
Hebrique tenuit impetus dulci mora.

Hebrus, Nomen adolescentis Liparæi, quem amavit Neobule. Hor. 3. Carm. 12. 6.

## H E C

Hecăle, ['Εκάλη] Nomen pauperrimæ feminæ, apud Ovid. de Rem. Amor. 747.
Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat. conf. Apul. 1. de Aur. Asin. Plin. 22. 22. Petron. cap. 105. Barth. ad Theb. Stat. 2. 582. & Bentl. ad Fragm. Callimachi p. 314.

Hecameda. V. ECAMEDA.

Hĕcătæus, i. m. Sculptor apud Plin. 33. 12. & 34. 8.

Hĕcăte, ['Εκάτη] ponitur pro Diana, sive Luna, seu Proserpina. Unde Virg. 4. Æn. 511.
Tergeminamque Hecaten, &c. Rursum 6. Æn. 247.
Voce vocans Hecaten, cæloque Ereboque potentem. Ubi dicit Servius, Hecate pro Proserpina dicta est: aut quod centum victimis placetur: aut quod centum annos errare faciat insepultos. Hæc Servius, ut ait Tortelius. Paulo tamen aliter Serv. ad loc. prior.
Perseis Hecate. Ovid 7. Met. 174.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras. Perseida vocat, h. e. Persæ filiam, sive ille Solis filius, & Æetæ frater fuit, ut lib. 5. tradit Diodorus: sive Crei potius, & Eurybiæ, Titanici generis, ut Hesiodo placet in Theogonia.
Triformis Hecate. Sen. Med. 1.
Solem ferunt (ait Diodorus Sic. lib. 5. cap. 3.) duos procreasse pueros, Æetam & Persen: Æetas in Colcho regnavit, in Taurica Perses, crudeles ambo efferique. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitateque patrem, ut quæ cruciatu hominum læta, eos pro feris petere sagittis consueverit. Sed & ad venena mortifera conficienda summum studium operamque impendens, prima aconitum invenit, vim naturamque cujusque veneni in cibis quos advenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primum veneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui præternavigantes hospites sacrificabat, existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post hæc nupsit Æetæ, genuitque liberos tres, Circen, Medeam, Ægialium.
Hecate altera, ex Asteria Latonæ sorore & Perseo Titane nata, cui Jupiter elementa subjecit, & cælo ereboque potentem fecit, ut canit Maro. Unde & Hecate dicta est, ut discimus ex Hesiodo. Virg. 4. Æn. 609.
Ter centum tonat ore deos. Ut dicat Hecaten a saga ter invocatam, quam per centum deos obscure quidem, verum peritissime designavit, ad amplissimam deæ potestatem, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἑκατὸν trahitur: id est Centum. Ternarius porro numerus in hujusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur: & Porphyrius in Responsis abunde disserit. Nec obest quod a poeta statim subjicitur,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Nam sui moris est, ut etiam Macrobius observavit, in quibus non convenit inter doctos, utramque sententiam complecti. Notat diversas in Hecate opiniones: & eam quam superius attulimus, & illorum qui cum Junone conjungunt: ut sit eadem Juno, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate, ut est apud Lucanum, commune numen, efficiatur. Idcirco ne alterutrum poeta damnaret, utrumque dixit. Ex Parrhasio in Claudian.
Hecaten Nocte genitam canit Bacchylides: Jove & Asterie Musæus: eodem & Cerere matre Orpheus. Pherecydes Aristæi Pæonis filiam tradit. Eadem Perseis appellatur a patre. Apollonius lib. 4. Argonauticôn.
Noctivagæ testor Perseidos orgia divæ. Papinius in evocatione manium ex persona Tiresiæ, 4. Theb. 482.
— tu separe cœtu
Elysios Persea pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat. Ubi Persei quoque legi potest vocativo casu, ut Inachi, Phylli, Amarylli. Ex eodem Parrhasio.
Perseia Hecate, a patre. Valer. 6. Argon. 494.
Hecaten triplex caput habere fingit Orpheus in Argon. dextrum equi, sinistrum canis, medium hominis, & quidem rustici. Ovid. 1. Fast. 141.
Ora vides Hecates in treis vergentia partes. Alcamenes omnium primus Hecates triforme signum fecit. Id Athenis videbatur juxta Victoriæ statuam, quam, quod alis carebat, implumem vocabant, ut docet Pausanias in Corinth. pag. 72. Wech.
Hecate canes immolabantur, ut Mimorum poeta scribit Sophron. De Hecate vide multa apud Cælium Ant. Lect. 20. 6.

Hecatēius, a, um. Adj. ['Εκατήϊος] ut, Carmina Hecateia. Ovid. 14. Met. 44.

Hecatēis, ĭdos vel ĭdis. f. Ovid. 6. Met. 139.
Postea discedens succis Hecateidos herbæ,
Sparsit, &c. Sunt qui hoc nomine Herbas omnes venenosas intelligant, utpote quibus utebatur Hecate, mulier venefica. Sic & Medeides herbæ dicuntur. Ovid. 2. de Arte Am. 101. At Cælius lib. 11. cap. 21. & alii putant Aconitum significari, cujus inventrix fuerit Hecate mater Medeæ. V. in HECATE.

Hecăton, [ἑκατὸν] Latine Centum dicitur. Inde per compositionem deducuntur nomina complura, ut

Hecatombe, es. f. [ἑκατόμβη] Sacrificii genus, in quo ritus hic servabatur, ut centenæ sui generis mactarentur victimæ. Jul. Capitol. Balb. cap. 11. Tantum sane lætitiæ in Balbino, qui plus timebat, ut Hecatomben faceret. quod tale sacrificium est: Centum aræ uno loco construuntur ex cæspite: ad eas centum sues, centum oves mactabantur. Jam si imperatoris sacrificium fit, centum oves, centum aquilæ, & cetera hujusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Vel a numero victimarum, vel quia centum Peloponnesi urbes faciebant, & a numero sacrificantium composita est dictio. Juven. 12. Sat. 101.
— existunt qui promittant hecatomben. A Laconibus primo inventam fuisse dicunt. V. Alex. ab Alex. 3. 22. & Cæl. Rhod. 20. 6. conf. item Lex. Pitisc.
Hecatombe, Satura quædam Varronis inscripta fuit, in qua de sacrificiis agebat, sumptuosaque sacra reprehendebat, verumque sacrificium esse puræ & integræ mentis preces docebat. Turneb.

Hecatomphonia, orum. n. pl. [ἑκατομφόνια] Sacra a Messeniis instituta, cum quis centum hostes in pugna occidisset. Pausan. in Messenicis pag. 129. Wech.

Hecatompus, ŏdis. m. [ἑκατόμπους] Piscis centipes. Plin. 13. 43.

Hecatompy̆los, ['Εκατόμπυλος] Urbs est Parthorum, regni caput. Plin. lib. 6. cap. 15. A centum portis dicitur. nam πυλὴ, porta dicitur. Ita etiam dicuntur Thebæ. Ammian. 22. 16.

Hecatontarchus, [ἑκατόνταρχος] Latine Centurio. q. V.

Hecatonchīros, [ἑκατόγχειρος] Centimanus: qualis ille, quem dii Briareum, homines autem Ægeonem appellant, ut ait Homerus.

Hecta, æ. [ἐκεῖν, μικρὸν] ab Hio, hias dicitur, quasi Hieta; Res minimi pretii, tanquam hiatus & oscitatio hominis. Item Pustula, quæ in coquendo pane solet assurgere, quod fit quasi panis hiatus: a quo Res minimi pretii Hecta vocatur. Pomponius, Hic homo hectæ me facit, & multibulam vocat. Hoc est parvi me facit. Perottus.

Hectĭce, es, sive Hectica, æ. f. [ἑκτικὴ] Species febris levitar ossibus inhærens, ut vix sentiatur donec paulatim corpus absumat, quasi dicas Habitualem, ab ἔχω ductum est. Hermolaus in Plin. Hectici, & Febris hectica, non a consuetudine, ut imperiti credunt, & ob id Ethicam barbare pronuntiant, sed ab Habitu nomen habet. hæc non in humore tantum atque spiritu, sed in ipsis plane coit & inolescit ossibus.

Hectĭcus, a, um. Adj. [ἑκτικὸς] ut, Febris hectica, Homo hecticus, apud Medicos.

Hector, ŏris. m. ["Εκτωρ] Priami & Hecubæ filius ab Achille interfectus. Virg. 1. Æn. 277.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros:
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Ovid. 1. de Arte Am. 441.
Hectora donabat Priamo prece motus Achilles. Dictus, ut scribit Plato, ab ἔχω, defendo: quod urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamque servarit.
Homicida Hector. Hor. Epod. 17. 12.

Hectŏreus, a, um. Adj. possess. ['Εκτόρεος] ut, Gens Hectorea, Quæ ab Hectore duxit originem.
Conjux Hectorea. Virg. 3. Æn. 488.
Corpus Hectoreum. Idem 2. Æn. 543.

Hĕcuba, æ. f. ['Εκάβη] Uxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, idque sensisse videtur Ovid. 13. Met. 575.
Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum est. Euripides vero non Dymantis, sed Cissei filiam Thracum regis esse dixit: quem sequutus est Virg. 10. Æn. 704.
— & face prægnans
Cisseis regina Parin creat. Quia prægnans somniaverat se accensam facem parere, quæ patriam totam inflammaret. Ideo porro in canem conversa fingitur Hecuba, quod quum post eversam Trojam captiva a Græcis duceretur, & Polydori corpus in mare præcipitatum agnovisset, seque in maria præcipitare vellet, nimio dolore inaniter Græcis conviciaretur. Hæc Servius l. c. & ad 3. Æn. 6. conf. Suet. Tiber. cap. 70. & Plin. 4. 11.
Hecuba pro Quavis vetula Martial. lib. 3. 75.

Hecubæ sepulchrum, Thraciæ promontorium, de quo supra scripsimus in dictione CYNOSSEMA.

Hĕcy̆ra, ['Εκυρὰ] Latine Socrus dicitur: quo nomine dicta est Comœdia Terentii.

## H E D

H. E. D. Hic est depositus.

Hĕdĕra, æ. f. [κισσὸς] Inimica arbori, satisque omnibus (inquit Plin. lib. 16. cap. 34.) sepulcraque ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima: ut mirum sit ullum honorem habitum ei. Duo genera ejus prima, ut reliquarum, mas & femina. Major traditur mas corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, &c.
Hedera coronabantur Poetæ. Ovid. 3. de Arte Am. 411.
— nunc hederæ sine honore jacent, &c. Hor. 1. Carm. 1. 29.
Me doctarum hederæ præmia frontium Dis miscent superis.
Hedera, quod Hæreat, dicta est, auctore Festo, quodque sequatur quicquid proximum est. Quamvis per diphthongum non scribatur. Virg. 8. Ecl. 13. — atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Alii Edera scribunt, & ab Edo deducunt, Quod parietes edat atque consumat.
Apulejus quoque ab Hærendo deducit. H. St.
In tutela Liberi patris putabatur esse: quia ut ille juvenis semper, ita hæc viret. Vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. V. Brœckh. ad Tibul. 3. 6. 2.
Alba hedera & nigra. Virg. 7. Ecl. 38.
Candidior cygnis, hedera formosior alba. Ubi Servius, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: ut,
— aut hederæ pandunt vestigia nigræ. Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur.
Baccifera hedera. Sen. OEdip. 5.
Errantes hederæ. Virg. 4. Ecl. 19.
Flexibiles hederæ. Ovid. 10. Met. 99.
Lascivis hederis ambitiosior. Hor. 1. Carm. 36. 20.
Ligantes hederæ. Virg. in Culice.
Lugubris hedera. V. LUGEO.
Nexiles hederæ. Ovid. 6. Met. 599.
Nigræ hederæ. Virg. 2. Georg. 258.
Pallens hedera. Virg. 3. Ecl. 39.

Serpentes

Serpentes hederæ. Virg. De obitu Mæcenatis.
Tenax hedera. Catul. 59. 34.
Victrix hedera. Hor. 1. Epist. 3. 25.
Virens hedera. Hor. 1. Carm. 25. 17.
Vultus hederarum frondibus abdit. Ovid. 6. Met. 599.

HEDERĀCEUS, a, um. Adj. [κίσσινος] Quod ex hedera est. ut, Hederaceum vas. Cato cap. 111. Plin. lib. 16. cap. 24. ad finem, Bubus quidem & ficulnea, ilignaque, & hederacea.
Hederacea herba. Columel. lib. 8. cap. 10.
Hederacea species. Plin. lib. 24. cap. 19. adde Vopisc. Aur. 49.

HEDERĀTUS, a, um. Adj. ut, Patina hederata. Treb. Poll. Claud. cap. 17. conf. Tertul. de Cor. Mil. cap. 7. & Nemes. Ecl. 3. 18.

HEDERĬGER, ĕra, ĕrum. Adj. Ferens hederam. Catul. 61. 23.
Ubi capita Menades vi jaciunt hederigeræ.

HEDERŌSUS, a, um. Adj. Propert. 4. 4. 3.
Lucus erat felix hederoso consitus antro.

HEDONE, es. f. [ἡδονή] Æon Valentini. V. Tertul. adverf. Val. cap. 8.

HEDRA, æ. f. [ἕδρα] Sella, lectica. Hinc Cathedra, Ephedra, Exedra.

HEDUI, orum. m. pl. [Ἔδουοι] Populi finitimi Arvernis, Biturigibus, Sequanis, ac Sebusianis inter Celtas. Hi adhuc nomen priscum Latine retinent, inter Burgundos nunc nominati: nec citra Ararim flumen, qui nunc Sagona appellatur, aliquos habent fines, nec hodie sunt Sebusianis finitimi, in ducatu Burgundiæ & Francorum regno siti. V. Plin. 17. 8. Scribuntur etiam Ædui, quorum frequens mentio apud Cæs. Bell. Gall. 1. Hedues, sive Ædues vocat Auson. Parent. 4. 6.
Hedui fratres Romanorum. Cic. 1. Att. 16. Hedui fratres nostri pugnant, Sequani male pugnarunt. V. ÆDUI.

HEDUICUS, vel ÆDUICUS, a, um. Adj. ut, Pater Heduicus. Auson. Parent. 2. 2.

HĔDYCHRUM, [ἡδύχροον] Lat. Jucundi coloris. Cic. 3. Tusc. 45. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, &c. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, verbum Græcum & elegans, a medicis potius inter unguenta, quam odoramenta recensetur: unde ita appellatum volunt quod gratam aspectu, suavemque & nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris præstaret. V. Dioscor. 1. 61. Herm. Barb. Coroll. 72. & Matthiol.

HEDYCUS, i. m. Idem esse videtur in loco Varr. apud Non. 3. 234.

HĔDY̆MĔLES, is. m. [Ἡδυμελής] Citharœdus apud Juven. 6. Sat. 383.

HĔDYOSMOS, i. [ἡδύοσμος] Latine dicitur Menta, ab odoris gratia. Plin. lib. 35. cap. 15. Utuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, & hedyosmi pari pondere cum myrrhæ obolo subacti. Dicta autem Hedyosmos, quod Suave oleat: Menta autem a Mente, quod odore suo mentem excitet. Idem 19. 8.

HĔDYPNŎIS, ĭdis. f. [ἡδυπνοΐς] Intybus silvestris, folii latioris. Plin. 20. 8.

HĔDYSMĂTA, [ἡδύσματα] frequenter appellat Galenus Unguenta per aromatum additionem jucundiora & odoratiora reddita. Sed & in glossis Hippocratis etiam Aromata ipsa tradit ita appellari. Quare hedysmata duplici significatione, modo pro aromatis, modo pro unguentis odore aromatum imbutis, sunt accipienda. Plin. lib. 13. cap. 1. de unguentis, Ratio, inquit, faciendi duplex: succus, & corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odorum. Hæc stymmata vocant, illa hedysmata. Videtur Plinius olea ipsa in unguentis hedysmata appellare, & aromata sive odores stymmata, id est spissamenta. Hac de re fusissime differit Cornarius in secundum caput libri primi Galeni De compositione pharmacorum secundum locos.

## H E G

HĔGĔMON, [Ἡγήμων] Characenus (est autem Charax, Phrygiæ urbs) versificator, scripsit bellum Leuctricum Thebanorum & Lucedæmoniorum. Auctor Stephanus in Ἀλεξάνδρεια.

HĔGĔSIAS, [Ἡγησίας] Cyrenaicus philosophus, cujus tanta fuit eloquentia, ut sic mala vitæ repræsentaret, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideoque a rege Ptolemæo amplius de hac re dicere prohibitus. Hujus meminit Cic. in Orat. 83. & 1. Tusc. Quæst. 230. Strab. Valer. Max. 8. 9. extr. Gell. 9. 4. conf. HEGIAS.

HEGESINUS. V. EGESINUS.

HĔGĔSIPPUS, [Ἡγήσιππος] historiam scripsit ecclesiasticam quinque libris, quos habemus, a Christo passo ad sua tempora, ut scribit Suid. Alter ejusdem nominis fuit poeta Comicus: inter fabulas ipsius commemorantur φιλέταιροι. Athenæus. V. Voss. de Hist. Gr. lib. 3. p. 289. ubi de pluribus Hegesippis agit. Fabric. Biblioth. Græc. Tom. 1. ubi de Comicis Græcis.

HĔGĔSĬPY̆LE, [Ἡγησιπύλη] fuit Solori regis Thraciæ filia, quam Miltiades Atheniensium dux accepit.

HĔGĔSISTRĂTUS, [Ἡγησίστρατος] Ephesius, ob tribulis sui necem exul, Delphos perveniens, quemnam locum coleret, consulit deum. Cui Phœbus, Ubi saltantes videret rusticos cum coronis oleagineis. Itaque profectus in Asiam, rusticos eodem modo cernens, urbem condidit Eleam. Auctor Pythocles Samius apud Plutarch. in Parallel. minor.

HEGITMATIA, [Ἡγιτματία] Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ urbs. Vulgo *Lignitz*.

HEGIAS, [Ἡγίας] & HEGLEAS, vel potius HEGESIAS, æ. m. Duo Statuarii. Plin. 34. 8.

## H E H

HEHEU, [φεῦφεῦ] Dolentis interjectio. Plaut. Capt. 5. 3. 18.
Heheu quom ego plus minusque feci illi, quam æquom fuit.
Idem Pœnul. 3. 5. 46. Scribitur a nonnullis Eheu. V. EHEU.

HEHEM. V. EHEM. Plaut. Pœnul. prol. 118.
Hehem! pæne oblitus sum reliquum dicere. Al. Ehem.

## H E I

HEI, [εἶ] Interjectio dolentis & ingemiscentis. Ter. And. 1. 1. 46.
Hei vereor nequid Andria apportet mali.
Hei, dativo jungitur. Ter. Heaut. 2. 2. 5. Hei misero mihi. Idem And. 3. 5. 15. Cic. Hei mihi, non possum hoc sine lacrymis commemorare. Virg. 2. Æn. 273. Hei mihi qualis erat, &c.
Hei mihi, hei mihi. Plaut. Bacchid. 3. 3. 7.
Hei hei. Plaut. Casin. 3. 6. 7. Hei hei, fœtet tuus mihi sermo.
Hei, vocativo etiam jungitur, quum exclamatio est hortantis cum approbatione. Ter. Eun. 1. 2. 74.
Heu noster! laudo, tandem perdoluit: vir es. Sed in codd. melioribus legitur Eu.

HEJA, Interjectio excitantis. Idem atque Eja.
Heja, hoc face. Plaut. Aulul. 2. 1. 30. Phædr. 5. 6. 3.

HEJULO, are. Utitur Gell. pro Ejulo, 12. 5. Hejulantem atque lamentantem.

## H E L

HELĂCATĒNES, is m. [ἠλακατῆνες] Pisces cetacei, ad salsamenta idonei. Plin. 32. 11. Athen. lib. 7. p. 301. qui sine aspiratione scribit. conf. ELACATA.

HELCIUM, i. n. [ἑλκυστήρ] dicitur Id quod est ante pectus equorum & id genus animalium, ab armis, id est humeris pendens instrumentum, quo & molæ illæ per machinulam innexæ, versantur, & curricula per temonem trahuntur: unde & nomen accepit. ἕλκειν enim Græce, dicitur Traho Latine. Apul. 9. Met. p. 222. Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. conf. p. 227. Alii helcium proprie Funem eum esse dicunt, quo helciarii adversis fluminibus aut vento contrario naves trahunt.

HELCIĀRIUS, i. m. Helciarii, Qui in navi onera funibus moliuntur, vel Qui naves deducunt, subducuntque ad officia invicem adhortantes, ut uno connisu pariter conspirantes, admoliri universis viribus possint, quod singulis nequeunt, ut fieri interim videmus. Budæus. Martial. 4. 64.
Quem nec rumpere nauticum celeuma
Nec clamor valet helciariorum. adde Sidon. 2. Epist. 10.

HELCŌDES, is. m. [ἑλκώδης] Ulceratus. Cels. 5. 28. 15.

HELCYSMA, ătis. n. [ἕλκυσμα] Plin. lib. 33. cap. 6. Scoriam in argento Græci vocant helcysma.

HELĒI. V. ELIS.

HELĔNA, æ. vel termin. Gr. HELENE, es. [Ἑλένη] Jovis filia, ex Leda, uxore Tyndari regis Laconiæ, Castoris & Pollucis soror, & Menelai Lacedæmoniorum regis uxor. Hæc ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit: primum adhuc puella a Theseo: iterum, jam Menelao nupta, a Paride: pro qua recuperanda Græci cum Trojanis decennale bellum gesserunt. Nota est historia ex Homero. a qua & Helene insula vocata est, quod in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuisse: Quam Strabo lib. 10. in Cycladibus. Plin. 4. 12. in Sporadibus ponit.
Argiva Helena. Virg. 1. Æn. 654.
Infamis. Hor. Epod. 17. 42.
Lacæna Helene. Hor. 4. Carm. 9. 16.
Pro Impudica posuit Martial. 1. 62. (al. 30.) ut contra Penelopen pro Casta; Penelope venit, abit Helene.
Helena, Sidus perniciosissimum navigantibus, teste Solino cap. 4. V. Dalechamp. ad Plin. 2. 36.
Fuit & Flavia Julia Helena, uxor Constantii, mater Constantini M.

HELENIUM, i. n. [ἑλένιον] Fruticis, seu Herbæ genus: quod quia in agris frequens est, ideo vulgo *Enula campana* dicitur. Plin. lib. 21. cap. 10. Helenium e lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens, dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. conf. Galen. l. 6. de Simpl. Fac.

HELĔNUS, Vir Trojanus, quem Virg. 3. Æn. 295. Priamidem vocat.
Et vatem, Ibid. Cic. 1. de Divin. 89.

HELĔPŎLIS, [ἑλέπολις] Machina est ab Evertendis urbibus dicta. ἑλῶ enim everto significat. Ædificatur autem, ut tradit Ammian. lib. 23. hoc modo: Testudo compaginatur immanis, axibus roborata, longissimis, ferreisque clavis aptata, & contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura: atque limo asperguntur ejus suprema, ut flammeos detractet & missiles casus. Conferuntur autem ejus frontalibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graves, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vel fictores, ut quicquid petierit exertis aculeis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admovet concitis, & nisi desuper propugnantium valuerint vires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes. Hanc Helepolim fusius describunt Plutarchus in vita Demetrii, & Vitruv. 10. 22. V. Bald.

HELERNUS, i. m. Lucus Tiberino adjacens. Ovid. 6. Fast. 105. V. Heins. ibid. & ad 2. 67.

HELES, seu HELETES, [Ἕλης] Fluvius circa Veliam. Cic. 7. Fam. 20. & 10. Att. 13. Meminit & Strab. lib. 6. pr. & Steph. in Ἐλέα.

HELĬACUS, a, um. Adj. [ἡλιακός] Solaris. ut, Heliacus ortus, apud Astronomos. Trochiscus Heliacus. Chamæmelum. Apul. de Herb. cap. 23.

HELĬADES, [Ἡλιάδες] Patronymicum femininum ab Helios qui est Sol. Ita sorores dicuntur Phaethontis, quæ casum fratris nimis lugentes, in populos arbores conversæ dicuntur. Ovid. 2. Met. 340.
Nemus Heliadum. i. e. Populi arbores. Ovid. 10. Met. 91.

HELIANTHES, æ. f. [ἡλιανθές] Herba quæ & Heliocallis. Plin. 24. 17.

HELICE, [Ἑλίκη] Urbs Achaiæ, quam mare absorbuit. Plin. 2. 92.
Helice, Stella, vel sidus juxta polum arcticum. Lucan. 2. 237.
Parrhasis obliquos Helice quum verteret axes. Ovid. 3. Fast. 108.
Esse duas Arctos; quarum Cynosura notetur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.
Helice nivosa. Sen. Herc. OEth. 12. Cic. 4. Acad. 66.
Helice [ἑλίκη] etiam est species Salicis. Plin. 16. 37. conf. HELICTERES.

HELĬCON, ŏnis. [Ἑλικών] Mons Bœotiæ juxta Thebas, Phocidi vicinus, ut Strabo scribit lib. 9. non procul a Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipse Apollini quoque sacer, & Musis est, unde Heliconiades Musæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre singulari certamine pugnavit, ut quidam tradunt.
Amœnus Helicon. Lucret. lib. 1. 118.
Virgineus Helicon. Ovid. 2. Met. 219.

HELICŌNIADES, [Ἑλικωνιάδες] Pers. in proœm. 4.
Heliconiadasque pallidamque Pyrenen. Al. Heliconidas.
Comites Heliconiadum. Lucret. lib. 5. 1050.

HELĬCŌNIUS, a, um. Adj. [Ἑλικώνιος] ut Heliconia mella. Claud. de Laud. Seren. v. 10.

Collis

Collis Heliconii cultor. Catul. 62. 1.

Heliocallis. V. helianthe.

Helictères, [ἑλικτῆρες] Inaures sunt, ut docet Pollux lib. 2. Sect. 83. quæ & Helices dicuntur, a claviculis quas helicas vocant.

Heliocamīnus, i. m. [ἡλιοκάμινος] ad verbum Solaris fornax dici potest. Est autem Solare vaporarium in aprico loco situm, ad calorem, solis excipiendum, quo antiqui utebantur. Hæc Budæus. Ulpian. in l. si arborem. D. de servit. urban. præd. Si arbor in heliocamino vel solario solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in locum cui sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. Plin. 2. Epist. 17. In hac heliocaminus quidem, alia xystum, alia mare, utraque solem, cubiculum autem valvis, cryptoporticum fenestra prospicit. In descriptione Diætæ Laurentini sui.

Heliochrȳsos, [ἑλίχρυσον Diosc. ἑλειόχρυσος Theophr.] f. Herba aureum florem producens. Plin. lib. 21. cap. 11. Eadem ac Heliochrysum & Chrysanthemon. Ibid. cap. 25. V. Hard. ad loc. Theocr. Eidyll. 1. Galen. 1. 6. Simpl. Fac. cui Amarantus dicitur. Theophr. 1. 9. 21. Diosc. 4. 57.

Heliodōrus, [Ἡλιόδωρος] Nomen proprium viri.
Rhetor Heliodorus Græcorum longe doctissimus. Hor. 1. Serm. 5. princ.
Alius item Heliodorus qui fabulam, uti vocant, Romanensem, inscriptam Æthiopica evulgavit Græco idiomate. Auct. lepidus & purissimus. V. Voss. de Hist. Gr. & Fabric. Bibl. Græc.
Alius Heliodorus Statuarius. Plin. 34. 8. & 36. 5.

Heliogabălus, [Ἐλαιαγάβαλος] cognomen M. Aurelii Antonini, qui se Caracallæ filium credi voluit. Is ad imperium pervenit Mæsæ aviæ, & matris Soemiadis ingenio, quum apud Antiochiam Solis sacerdos esset, militibus commendatus, oppresso Macrino. Solem se dici voluit, qui Syrorum lingua Elagabalus, corrupte Heliogabalus, dicebatur. Hujus mores impurissimos, gulam, libidinemque omnem, apud Lampridium & Herodianum videre licet. V. Cellar. ad Eutrop. lib. 8. p. 20. Seld. de Diis Syris 2. 11. Spanhem. Vaillant.

Heliopŏlis, [Ἡλιόπολις, ἡ Ἡλιόπολις] Civitas est Ægypti, quæ a Græcis, teste Diodoro Siculo, Thebe dicitur, hujus cives, teste Herodoto lib. 2. apud Ægyptios omnium sapientissimi habentur.
Altera est ejusdem nominis in Cilicia, patria Chrysippi Stoici. Solinus. V. Steph. de Urb. & eruditissimum Holstenium. Cic. 3. de Nat. Deor. 54.

Heliopolītes, æ. [Ἡλιοπολίτης] Adj. Nomos Heliopolites. Plin. 5. 9. Præfectura Ægyptiaca. Heliopolitarum cerimoniæ. Idem 36. 26.

Heliŏpon, (nisi sit corruptum) apud Apul. de Herb. cap. 49. Idem atque Heliotropium.

Hēlioscopius, [ἡλιοσκόπιος] Genus Tithymali. Diosc. 4. 165. Plin. 22. 21. & 26. 8. Apuleio de Herb. cap. 108. est Helioscopus.

Heliostrŏphon, i. n. [ἡλιόστροφον] Malva erratica. Apul. de Herb. cap. 40. & Heliotropium. cap. 49.

Heliotrŏpium, i. n. [ἡλιοτρόπιον] Herba. Plin. lib. 2. cap. 41. Miretur hoc, qui non observet quotidiano experimento herbam unam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Idem lib. 22. cap. 21. de ea prolixe disputat, & 18. 27. Quidam putant eam esse herbam quæ etiam Calendula dicitur.
Est & Heliotropium, Gemma, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Helis. V. elis.

Helius, Nomen viri a Sole, qui Græce ἥλιος dicitur. Plin. lib. 33. cap. 1.

Hĕlix, īcis. f. [ἕλιξ] Genus hederæ celsæ, folia multo minora habentis quam reliquæ, neque unquam fructum ferentis, ut inquit Theophrastus. dicta Helix, quod multas habeat circumvolutiones. de qua Plin. lib. 16. cap. 34. de Hedera. conf. helicteres.

Hellas, [Ἑλλάς] nomen Fluminis & Regionis Achaiæ, ut ait Ptolemæus, a nostris Græcia appellata a Græco qui primus in ea regnavit: a cujus filia vocata est Attis: deinde ab Hellene Deucalioris filio dicta fuit Hellas. V. Melam lib. 2. 3. Plin. 4. 7. Prid. ad Marm. Oxon. qui erudite causam assignat quare Græcia Latinis semper, ipsis Græcis Ἑλλάς.

Hellădĭcus, [Ἑλλαδικός] Græcus, vel Græcanicus. Plin. 35. 10. Picturæ duo genera fuere, Helladicum & Asiaticum.

Helle, [Ἕλλη] Filia Athamantis regis Thebarum, quæ cum Phryxo fratre suo novercales insidias fugiens, in mare juxta Byzantium demersa est, unde ei nomen datum Hellesponti.

Hellebŏrum, i. n. [ἐλλέβορος] Herba vomitoria. Plin. lib. 25. cap. 5. hellebori duo facit genera, sicut & Diosc. lib. 4. 150. & 151. Candidum, quod Italia Veratrum album appellat, & Nigrum quod alii vocant Antomon, etiam si in Dioscoride Atomon legimus. alii Polyrrhizon, plerique Melampodion vocant, ab inventore Melampode vate, vel ejusdem nominis pastore, quod is animadvertisset eo purgari capras. deinde dato earum lacte, sanavit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius 17. 15. Plinium sequutus, ait coloris discerniculum, non in semine, neque in virgultis, sed in radice apparere. Candido vomitiones cientur, eoque stomachum & ventrem superiorem purgat. Nigro alvus inferior diluitur. utriusque periculosa fumptio. Carneades Academicus, scripturus adversum Stoici Zenonis libros, candido helleboro superiora corporis purgare solitus legitur, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usque animi redundaret, & instantiam, vigoremque mentis labefaceret. Ex Plinio igitur colligere licet utrumque genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum adversus melancholiam, remedium efficax haberi. Unde & proverbium natum: Helleborum bibere; quod tamen varie effertur. Plaut. Men. 5. 5. 15.
Non potest hæc res hellebori jugere obtinerier. Hor. 2. Epist. 2. 137. Expulit helleboro morbum, bilemque meraco. Ovid. de Pont. lib. 4. 3. 53.
I, bibe dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Helleboro opus habere dicuntur, Qui animo parum constant, atque iidem apud Latinos etiam auctores helleborum edere, & helleboro sese purgare proverbio jubentur: propterea quod antiquitus plurimus usus fuerit hujus herbæ ad levanda mentis & capitis vitia. Erasmus. Hor. 2. Serm. 3. 82.
Danda est hellebori multo pars maxima avaris.
Triste helleborum. Catul. Epig. 94.
Helleborus etiam in m. gen. dicitur. Columel. lib. 10.
Sed negat helleboros, & noxia galbana succo. Virg. 3. Georg. 451.
— helleborosque graves, nigrumque bitumen. Solet & sine aspiratione scribi.

Helleborīne, es. f. [ἑλλεβορίνη] Herba similis Helleboro, quæ alio nomine Epipactis dicitur. Plin. 27. 9.

Helleborītes, æ. m. [ἑλλεβορίτης οἶνος] Vinum ex Helleboro confectum. Plin. lib. 14. 16.

Helleborandus, Veratro seu Helleboro purgandus. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

Hellebŏrōsus, a, um. Adj. [ἑλλεβορώδης] Qui plus hellebori sumpsit, quam par fuit. Plaut. Rud. 4. 3. 67. Quæso sanus es? r. helleborosus sum.

Hellen, [Ἕλλην] Deucalionis & Pyrrhæ filius, a qua Hellēnes, nonnulli credunt fuisse nominatos.

Hellēnismus, [Ἑλληνισμός] Græci sermonis proprietas, vel litterarum Græcarum notitia.

Hellēnistæ, [Ἑλληνισταί] Judæi, qui Græce tantum Biblia legebant. V. Act. Apost. cap. 6, 1. 9, 29. & 11, 20. De iis plurimum inter se certarunt Dan. Heins. & Salmasius. V. hujus Comment. de Lingua Hellenistica, Funus Linguæ Hellenisticæ, &c. Plurimorum in diversas partes abeuntium sententias refert Fabric. in Bibl. Græc. vol. 3. pag. 226. Hellenistæ, qui ter in Actis Apostolicis memorantur, uno tamen in loco non alii sunt quam ipsi Gentiles Judæis oppositi.

Hellespontus, [Ἑλλήσποντος] Fretum angustum ab Ægæo in Propontida, ubi sunt illæ angustiæ, septem tantum stadiis Asiam ab Europa dividentes, ubi Helle in Pontum decidit. Unde qui prius Pontus dicebatur, postea Hellespontus vocatus est. Cic. in Orat. 163. invertit, Qua pontus Helles &c. conf. helle.
Junxit Hellespontum Xerxes. Cic. 2. de Fin. 112.
Sumitur etiam pro Regione Asiæ juxta istud fretum pertinente. Sext. Ruf. de Provinc. Rom. cap. 10. Caria, Hellespontus ac Phrygia in potestatem P. R. juncta deditione pervenerunt.

Hellespontius, a, um. Adj. & Hellespontiăcus, [Ἑλλησποντιακός] Virg. 4. Georg. 111.
Hellespontiaci servet tutela Priapi.
Aqua Hellespontiaca. Ovid. 19. Epist. 32.
Mare Hellespontiacum. Ovid. 18. Epist. 108.
Siquid habebit cum aliquo Hellespontio controversiæ. Cic. 13. Fam. 53.
Ora Hellespontia. Catul. Carm. 18.
Hellespontii. Plin. 5. 30.
Hellespontius, Nomen venti. Plin. 4. 47.

Helminthes. V. elminthes.

Hĕlops, ŏpis. est Genus piscis. Quintil. lib. 5. cap. 10. Et piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam litoribusque discreta sunt, nec helopem nostro mari, nec scarum ducas. Columel. 8. 16. Scribitur & Elops. q. V. Sed rectius, littera geminata, Ellops, Gr. ἔλλοψ.

Helŏrus. V. elorus.

Helōtæ, [Εἵλωτες] Corn. Nepos 4. 3. 6. Est Genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, fervorumque munere fungitur. Helotas Lacedæmonii servos quos bello cepissent, appellabant. ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν, quod est capere. Suidas ab Helo civitate, qua capta, Spartani omnes in servitutem redegerunt, dictos asserit. Sunt autem servi publici. V. Crag. de Rep. Lacedæm. cujusmodi apud Thessalos dicebantur Penestæ. V. Henr. Steph. Thes. Græc.

Hēlotīa εἱλωτεία Servitus. l. c.

Helvaceum, Helvacea, Genus ornamenti Lydii dictum a colore boum qui est inter rufum & album medius, appellaturque Helvus. Fest.

Helūcus. V. elucus.

Helvellæ, arum. [λαχανάρια] Minuta olera, Festo. Generale est vocabulum omnium minutiorum herbarum seu olusculorum. Cic. 7. Fam. 26. Fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

Helvenācius & Helvenācus, ex Helvo colore. Vitis helvenaca. Plin. lib. 14. 9. Columel. 5. 5. & 3. 2.

Helvolum. V. helvolus.

Helvetii, [Ἑλβήττιοι] Populi inter Celtas, bonitatem agri habentes, finitimi Constantiensi, Basiliensi, Sedunensi, ac Genevensi & Bisuntinæ diœcesibus, ac ultra Lausanensem agrum protensi sunt, maximaque ex parte Bisuntinæ provinciæ sunt, atque ad Subaudiæ ducatum extendebantur. De his V. Cic. de Prov. Cons. 33. & Cæs. 1. Bell. Gall. a pr.

Helvīdius, Nomen Romanum, ut Helvidius Priscus. Tacit. 12. Ann. & seq. Helvidius Rufus. Cic. pro Cluent.

Helvi, vel Helvii, Galliæ Narbonensis populi. Plin. lib. 3. 4. V. elui.

Helvīnus, a, um. Adj. ut Vinum helvinum, ab helvo colore. Plin. 14. 4. Sic fortassis Helvina Ceres, apud Juvenal. Sat. 3. extr. ut placet Scoppæ Collect. 2. 1. & Brod. Misc. 4. 25. Schol. tamen ad Helvii seu Eluis Galliæ pop. arcessit.

Heluo, & Helluo, ōnis. m. [λαίμαργος, ἀδηφάγος, λίχνος] Vorax dicitur. Festus, Heluo dictus immoderate bona sua consumens: ab eluendo. quod nomen ideo aspiratur, ut rei aviditas magis exprobretur: fit enim aspiratione vox incitatior. Ter. Heaut. 5. 4. 10.
Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo.
Heluo patriæ, per translationem, pro Eo, qui turpissimo scelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac devorat. Cic. pro P. Sextio 26. Meipsum ut contempsit heluo patriæ? nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quasi quæstum faceret, amisit?
Gurges atque heluo natus abdomini suo. Cic. in Pison. 41.
Concinnus heluo. V. concinnus.
Impurus. Cic. 1. de Lege Agr. 2.
Immanis, spurcissimus, item nequissimus. Cic. pro Domo sua 24. & Post. red. in Senatu 13. & 16. Fam. 18.
Heluo librorum, a Cicerone per translationem dictus, lib. 3. de Fin. 8. pro Eo qui legendo satiari nequit, Quo quum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. erat enim in eo, ut scis, inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat, &c. quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi heluo librorum (si hoc verbo tam in clara re utendum est) videbatur.

Heluor, [λαιμάζω, λαιμάω, λαιμάσσω] āri. Vorare, consumere. Cic. pro Domo sua ad Pontif. 124. Idem pro Sextio 111. Quid? tu me

meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabere: ut si ego Consul Rempub. contra te, & gregales tuos defendissem, in civitate esse me nolles? Idem de Provinc. Consul. 14.
An parum heluatus est? Catul. 29. 17.

HELUATIO, [λαιμαργία] Cic. Post. red. in Senat. 12. Cur in lustris & heluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit?

HELUATOR, Idem ac Heluo, apud Tertul.

HELVOLUS, sive HELVEOLUS a, um. Adj. ut, Helvolum vinum. Cato de R. R. cap. 6. Item Uvæ, Columel. lib. 3. cap. 2. Sunt & helvolæ, quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo (ni fallor) colore vocitatæ.

HELVUS Color, Qui medius est inter rubrum & nigrum colorem. Varro 2. de R. R. cap. 5. de corio boum, Corium attactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio helvo, quarto albo. ELBUS Isid. q. V. 19. 28. conf. Voss. Etym. Scalig. Exerc. 325. Pontan. Progymn. p. 623. supra HELVINUS.

HELXINE, es. f. [ἑλξίνη] Herba quæ Latine Parietaria & Muralis dicitur. Plin. 22. 17. Alia ibid. 21. cap. 5. & 16.

## H E M

HEM, [φεῦ] Interjectio irascentis, inquit Donat. Ter. And. 1. 2. 23. Ibid. 2. 6. 3.

Quid Davus narrat? D. æque quicquam nunc quidem.
S. Nihilne? hem. Ubi Donatus, Interjectio est adversus eum qui se neget aliquid locutum esse.

Exclamantis. Ter. And. 2. 5. 6.
D. Quasi de improviso respice ad eum. P. hem pater. Ubi Donatus, Interjectione magis, quam verbo exclamavit.

Exhortantis. Ter. And. 2. 5. 5.

Novas res, & optime audientis. Ter. Heaut. 2. 3. 70.
Adducimus tuam Bacchidem. CLI. hem, quid Bacchidem? conf. Adelph. 4. 5. 62.

Ecce, demonstratio facti. Ter. And. 2. 2. 15.
Obsecro te quamprimum hoc me libera miserum metu. D. hem,
Libero, uxorem tibi jam non dat Chremes. Idem And. 5. 2. 1.
Hem Davom tibi. Ibidem 2. 2. 23. Hem, paululum obsoni, &c.

Commiserescentis. Ter. And. 4. 6. 8. — Salvus sis, Crito.
C. Itane Chrysis? hem. M. Nos quidem pol miseras perdidit.
Ubi Donatus, Non nunc interrogat, sed commiseratur: & ita sequebatur, ut diceret, Periit. sed magis gemitus significat quod minus dixerat. Ibidem 4. 4. 46. — audistin, obsecro? hem
Scelera, hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.

Insperatum aliquid videntis aut audientis. Ter. And. 1. 2. 13.
Dave? D. hem, quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic volt?
Ubi Donatus, Quasi correptio totius corporis.

Perturbati animi. Ter. And. 5. 2. 5.
— O salve bone vir. D. hem Simo, ô noster Chreme. Idem Eun. 5. 1. 11. — Hem misera occidi
Infelix, si quidem tu isthæc vera prædicas.

Interjectio, qua mulieres in suis exclamationibus uti solent. Ter. Hecyr. 3. 2. 12.
Hem istoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit.

Lætitiæ. Ter. Heaut. 4. 5. 9. Ibid. 4. 8. 25.
Despontam quoque esse dicito. M. hem istuc volueram.

Laborantis animi. Ter. Eun. 4. 2. 8.
Occœpi mecum cogitare, hem, biduum hic
Manendum est soli sine illa? Idem And. 3. 3. 24.

Principium iracundiæ. Ter. And. 5. 4. 16.
S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic, Crito, est hic: mitte.
CR. videat qui siet.

Ironica interjectio. Ter. Phorm. 4. 4. 7. — Hem, siquid velis,
Huic mandes, quod quidem recte curatum velis.

Singultientis fletu & gaudio dictum. Ter. Adel. 4. 5. 62.
Bono animo es, duces uxorem hanc.
Æ. hem. M. bono animo es, inquam. Æ. pater.

Quasi incipientis, demonstrantisque aliquid novi se invenisse. Ter. And. 4. 1. 59.
D. Faciam. P. At jam hoc opus est.
D. Hem. sed mane, concrepuit a Glycerio ostium.

Respondentis. Ter. Adelph. 2. 4. 17. Heus heus Syre. S. hem quid est?

HEMERESIOS, [ἡμερήσιος] Latine Diurnus. Unde Tabula hemeresios, quod Una die absoluta fuerit, apud Plin. lib. 35. cap. 11.

HEMERIS, [ἡμερίς] Genus arboris glandem ferentis. V. Plin. lib. 16. cap. 6.

HEMEROBIUM, i. n. [ἡμερόβιον] Unum diem vivens. Bestiola juxta Hypanim fluvium. V. Plin. 11. 36. Cic. 1. Tusc. 94.

HEMEROCALLIS, is. f. [ἡμεροκαλλίς] Lilium silvestre. V. Plin. 21. 10. Diosc. 3. 128.

HEMERODROMUS, [ἡμεροδρόμος] Cursor, qui die uno ingens spatium cursu emetitur. Liv. 31. 24. Ni speculator (hemerodromos vocant Græci, ingens die uno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen e specula quadam, prægressus nocte media Athenas pervenisset.

HEMEROTON, i. n. Centauria major: Apul. de Herb. cap. 34.

HEMI, per apocopen, ex Gr. ἥμισυ. Lat. Semis. Ab hoc

HEMICONUS, [ἡμίκωνος] accipitur pro Medietate coni. Euclid. in Perspectiva theor. 30. Cono circulum basin habente sub uno oculo perspecto, minus hemiconio spectabitur.

HEMICRANIA, [ἡμικρανία] Morbus quo dimidium capitis infestatur, velut etiam ipsum nomen indicat a voce ἥμισυ & κρανίον compositione facta. Eadem etiam ἑτεροκρανία appellatur, ob alterius tantum partis affectionem.

HEMICRANICUS, a, um. Adj. ut Pharmaca Hemicranica dicuntur. quæ huic malo adhibentur.
Hemicranicus, item Hemicrania laborans dicitur. Oct. Horat. 2. 21. Hemicranicis adjutoria adhibere.

HEMICYCLUS, i. m. [ἡμίκυκλος] Sedes, seu Cathedra semirotunda. Cic. de Amicit. init. Cum sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem (ut solebat) quum & ego essem una, & pauci admodum



familiares, in eum sermonem incidere, qui tum fere multis erat in ore. Nominis autem ipsius appellatio ex Græco Semicirculum significat, quo vocabulo Astrologi in suis demonstrationibus sæpe utuntur. V. Turneb. 28. 37.

HEMICYLINDRUS, [ἡμικύλινδρος] accipitur pro Medietate cylindri. Euclid. in Perspectiva theor. 28. Cylindro utcunque inspecto ab oculo uno, minus hemicylindro spectabitur.

HEMIDIPLOIDION, [ἡμιδιπλοΐδιον] i. e. Semidiploidion, adscribitur muliebribus vestimentis a Polluce lib. 7. cap. 13. V. DIPLOIDION.

HEMINA, æ. f. [ἡμίνα, κοτύλη] Hemina (inquit Festus) ex Græco ..., quod est dimidia pars sextarii. Cato cap. 57. Vinum familiæ, ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. Mense quarto heminam in dies unam, &c. Plaut. Mil. 3. 2. 18.
Neque equidem heminas octo exprompsi in urceum. conf. Plin. 21. 34. & Pers. 1. Sat. 130. & Lex. Pitisc.

HEMINARIUS, a, um. Adj. [ἡμιναῖος] Quintil. lib. 6. cap. 36. Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit. i. e. Mediocria.

HEMIOLIUS, [ἡμιόλιος] est (inquit Gell. lib. 18. cap. 14.) Qui numerum aliquem totum in se habet, dimidiumque habet ejus, ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti. conf. Vitruv. 3. 1. De Hemiolia proportione consule musicos.

HEMIONION, i. n. [ἡμιόνιον] Herba, alias Splenion. Apul. de Herb. cap. 56. & Plin. 27. 5.

HEMIONITIS, idis. f. [ἡμιονῖτις] Idem. Diosc. 3. 143.

HEMIPLEXIA. V. PARALYSIS.

HEMISPHÆRIUM, [ἡμισφαίριον] Dimidia sphæra, & hinc Cæli dimidium. Varro 3. de R. R. cap. 5. Intrinsecus sub tholo stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus ita circumeunt ad infimum hemisphærium, ac moventur, ut indicent quot sint horæ.

HEMISTICHION, [ἡμιστίχιον] Dimidius versus.

HEMITHEON, [Ἡμίθεων] Cinædus Sybarita, legislator inter suos. V. Lucian. adv. indoct. p. 391. Græv. tom. 2.

HEMITHEOS, i. m. [ἡμίθεος] Semideus. Mart. Capell. 2. 40. Hemithei heroesque.

HEMITONIUM, [ἡμιτόνιον] Antiquis dicebatur Nervus, quo intendebantur instrumenta missilia. Nervos enim non solum τόνους, sed etiam hemitonia appellabant. Vitruv. lib. 1. cap. 1. in catapultæ descriptione. In capitulis enim dextra ac sinistra sunt foramina hemitoniorum. i. e. ut Turnebus interpretatur Nervorum. Sic & Hero auctor Græcus vocari scribit. Al. Homotona.

HEMITRIGLYPHUS, [ἡμιτρίγλυφος] Vitruv. 4. 3.

HEMITRITÆUS, [ἡμιτριταῖος] h. e. Semitertiana febris: non ideo sic vocatur, quia dimidio minor quam tertiana sit, sed quod parte aliqua tertianam præsentet, tertio die ut illa, repetens: non tamen ut illa diem unum præstat integrum, sed inter horas XXXVI plus minus porrigitur. Hæc Hermolaus. Martial. lib. 12. 92.
Cui gravis & fervens hemitritæos erat.

HEMIXESTES, vel HEMIXESTUS, vel potius HEMIXESTON, [ἡμίξεστον] noster est Sextariolus, quorum quatuor pintam efficiunt. Budæus lib. 5. de Asse.

HEMODES, Insulæ septem in Oceano Germanico. Mela lib. 3. 6. Al. Æmodes. q. V.

HEMONA, Humana; & Hemonem, Hominem; dicebant antiqui. Festus.

HEMORRHOIS. V. HÆMORRHOIS.

HEMUS. V. ÆMUS.

## H E N

HENDECASYLLABUS, [ἑνδεκασύλλαβος] Versus undecim syllabarum, qualis ille Catullianus 2. Epig. 1.
Passer deliciæ meæ puellæ. Alias dicitur Phaleucium carmen, vel Phalæcium.

HENDIADYS. V. ENDIADYS.

HENETIA, [Ἐνετία] olim dicta est, quæ nunc Venetia appellatur, teste Servio. Atque etiam Heneti, qui nunc Veneti. V. Plin. 4. 19. & 6. 2. & Liv. 1. 1.

HENIOCHI, [Ἡνίοχοι] V. ENIOCHI.
Truces Heniochi. Valer. 6. Argon. 43.

HENIPPE, es. f. pro Habena. Val. Flacc. 6. 377.
Illabentis equi tendentem frena & henippen.

HENNA, HENNÆUS, HENNENSIS. V. ENNA.

HENNOSIS, vel potius ENNOSIS, [ἔννωσις, pro ἕνωσις] Motus, concussio. Æon hæreticorum. Tertull. adv. Valent. cap. 8.

HENOTES, [ἑνότης] Unitas. itidem Æon. Idem cap. 37.

HENOTICON, i. n. [ἑνωτικὸν] Zenonis Imp. promulgatum edictum, ad Eutychianos conciliandos cum orthodoxis. V. Evagr. 3. 17.

HENUI, Gemma Indica. Plin. 37. 10. al. Menui.

## H E P

HEPAR, atis. n. [ἧπαρ] Latine Jecur dicitur.
Hepar, Piscis genus. Plin. lib. 32. cap. 11.

HEPATARIUS, a, um. Adj. [ἡπατικός] Quod ad hepar pertinet. Plaut. Curc. 2. 1. 24. P. Tum te morbus igitur agitat hepatarius.

HEPATICUS, a, um. aliud Adj. [ἡπατικός] Qui hepatis morbo laborat. Plin. lib. 26. cap. 7. Datur hepaticis in farre cocta. Apud Cels. lib. 4. cap. 9. Hepaticus morbus. conf. Plin. 20. 14.
Hepatici proprie sunt, Qui ob hepatis debilitatem cruenta, eaque liquidiora per sedem egerunt, quales sunt loturæ carnium animalium recens mactatorum: quos ipsos ignarum vulgus dysentericos judicat.

HEPATICA, [ἡπατική] Herba, quæ & Jecoraria dicitur, quod hepatis sive jecoris similitudinem referat. crescit autem in fontibus, & saxis inhæret. V. Tabernæm. p. 911.

HEPATITES, [ἡπατίτης] Gemma quæ a jecinoris figura nomen habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

HEPATION, i. n. [ἡπάτιον] dimin. Apul. Apol. p. 164.
Hepatia in catillis. Petron. cap. 66. conf. Lucil. apud Non. 2. 795.

HEPATIZON, [ἡπατίζων] ontis. Partic. Jecinoris colorem referens. Plin. 34. 2. Æs suo colore pretiosum ad jecinoris imaginem vergens, quod ideo Hepatizon appellant.

**HEPHÆSTIADES** [Ἡφαιστιάδες] Insulæ, quæ Latinis Vulcaniæ & Æoliæ dicuntur, ab Æolo quondam regnatæ. V. Plin. lib. 3. cap. 9.

**HEPHÆSTION**, ōnis. m. [Ἡφαιστίων] Dux. Alex. Mag. carissimus. V. Curt. 3. 12. 16. & 10. 4. 11. conf. Ælian. Var. Hist. 7. 8.
Hephæstion, Alexandrinus Grammaticus. Suid.
Hephæstion Thebanus, de Horoscopi effectis scripsit. V. Voss. de Scient. Mathem. cap. 37. §. 11.

**HEPHÆSTION**, Herba scelerata. Apul. de Herb. cap. 8.

**HEPHÆSTĪTIS**, [ἡφαιστῖτις] Genus lapidis, qui naturam habet speculi in reddendis imaginibus, quanquam rutilans. Plin. lib. 37. cap. 10.

**HEPHÆSTUS**, [Ἥφαιστος] Proprium viri, & nomen Græcum Vulcani.

**HEPHTHĒMIMĔRES**, [ἑφθημιμερὴς] Cæsura est, quum syllaba naturaliter correpta producitur: quod solet fieri in principio quarti pedis, vel septimæ syllabæ, si tres spondei præcedant, quasi septima dicatur divisa pars.

**HEPHTHŎPŌLĪON**, [ἑφθοπωλεῖον] Locus, in quo cibi cocti venduntur. Quo qui se tuentur quæstu Hepthopolæ (ἑφθοπῶλαι) vocantur. V. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 7.

**HĒPIĂLUS**, i. m. [ἠπίαλος] alio nomine Pyrallis, Papilionum de genere insectum.

**HEPSĒMA**, ătis. n. [ἕψημα] Vini potissimum, vel alterius liquoris cocti genus, ab ἑψέω, Coquo. Plin. 14. 9.

**HEPTA**, [ἑπτὰ] Græcum est, Lat. Septem, aspiratur cum suis derivativis.

**HEPTAGONIÆ**, Nomen loci ad Spartam. Liv. 34. 38. Quod roboris in exercitu erat, trifariam divisum: parte una a Phœbeo, altera a Dictynneo: tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi jubet.

**HEPTANEUROS**, [ἑπτάνευρος] Septem nervis instructum, &

**HEPTAPLEUROS**, [ἑπτάπλευρος] Herba Plantago, septem foliis laterum modo inclusa. Plin. 25. 8. Apul. de Herb. 61.

**HEPTAPĒCHYS**, [ἑπταπῆχυς] Mensura septem cubitorum. Unde Hercules Heptapechys est appellatus. Hermolaus.

**HEPTAPHŌNOS**, [ἑπτάφωνος] Nomen porticus. Plin. lib. 36. cap. 15. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon appellant: quoniam septies eadem vox redditur.

**HEPTAPHYLLION**, i. n. [ἑπτάφυλλον] Septifolium. Apul. de Herb. 116.

**HEPTAPŎRUS**, [Ἑπτάπορος] Rhesus fluvius Trojanus, quia septem locis vadari potest eadem via: propter quod & Polyporos appellatus est, teste Strabone.

**HEPTAPYLOS**, [ἑπτάπυλος] Septem portas habens. Apul. Met. 4.

**HEPTASTADIUM**, i. n. [Ἑπταστάδιον] Agger per spatium septem stadiorum in mare jactus Alexandriæ. Ammian. 22. 16. V. ibi Vales. & Strab. 17.

**HEPTASEMUS**, Septenarius. Mart. Capell. 9.

**HEPTĒRES**, [ἑπτήρης] Navis, quæ septem ordinibus remorum agitur.

## H E R

**HERA**. V. HERUS.

**HERĀCLEUS**, a, um. [Ἡράκλειος] Adv. Heraclea, Pocula nominat Cic. lib. 4. in Verr. cap. 18. Heraclea autem vasa ab Hercule nomen habuerunt, fuereque magna & capacia, qui tanti herois sitim extinguere & satiare possent. Nam Hercules in potoribus numerabatur maximis. Eorum poculorum etiam apud Athenæum mentio est. conf. Bentl. in Phalar. Epist. Sed de lectione non satis constat. Al. Thericlea.

**HERACLĒA**, æ. f. [Ἡράκλεια] Bithyniæ urbs, clarissima ob celeberrimas quas emisit colonias, ut Strabo scribit, diu tyrannorum sævitiam passa, mox libera facta est. Justinus lib. 16. cap. 3. Heracleam a Bœotiis iterum oraculo monitis in Herculis honorem conditam esse ait. Heraclea Ponti frequentius dicitur. hodie Naxio portus.
Heraclea, dicebatur (quæ nunc Calpe) in finibus Europæ, & olim Perinthus vocabatur, civitas & peninsula ad Propontidem sita.
Est & Heraclea in Italia ad Crotonem, ut scribit Mela lib. 2. cap. 4.
Est item Heraclea, Siciliæ inter Pachynum & Lilybæum, ut scribit Mela lib. 2. cap. 7. & Ptolemæus.
Stephanus de urbibus plures insuper scribit esse Heracleas: inter quas unam Lydiæ, alteram Lybiæ. V. plura ibid. & apud Spanhem. de Num. diss. 9. p. 575.

**HERACLIENSIS**, e. Adj. [Ἡρακλεὺς] Cic. pro Arch. 8. Adsunt Heraclienses legati. Idem pro Balbo 21.

**HERACLEŌTES**, æ. m. [Ἡρακλειώτης] Heraclea oriundus, unde Dionysius philosophus Zenonis discipulus, Heracleotes a Cic. 2. Tuscul. 60. appellatus est: ubi fuit amphitheatrum unum e septem spectaculis. V. & 3. Tusc. 9. & 5. de Fin. 94.
Zeuxis item sic dictus. V. Ælian. Var. Hist. 4. 12.

**HERACLEOTĬCUS**, a, um. Adj. [Ἡρακλειωτικὸς] item aliud,

**HERĀCLIUS**, [Ἡράκλειος] unde Heraclius lapis, qui & Lydius. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus. nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum e vena ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.
Heraclius lapis, formam proverbii habet in Eos qui vehementer acri, exactoque judicio sunt. Ex Erasmo.
Heracleus lapis etiam Magnes dicitur. V. Plin. 36. 16. Suid. & Voss. 1. Inst. Orat. p. 188.

**HERACLEOS**, Herculis herba. Plin. 20. 17. & 19. 25. 4. & 7: 26. 4. 18. Apul. de Herb. 47. &c.

**HERACLEOPŎLIS**, [Ἡρακλεόπολις] Nomen trium civitatum in Ægypto. Una est ex qua Theophanes physicus: altera non longe a Pelusio: tertia secundum Nili ostium, quod Canopicum est. Ex Volaterrano.

**HĒRACLĪDES**, [Ἡρακλείδης] Ponticus philosophus, Athenas concessit, Speusippum, deinde Aristotelem audivit. Reliquit ingenii monumenta quæ non extant. Vir fuit mollioris habitus, ut pro Pontico Pompicus vocaretur. Auctor Diogenes Laertius lib. 5. sect. 86. seq. Hujus etiam meminit Cic. Tusc. lib. 5. Sunt & alii multi hujus nominis apud Laertium & Suidam.
Heraclides, Lycius, domi vir clarus, sophistica facultate insignis, Smyrnæ docuit, ubi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Severum principem, extemporali facultate dicentem aulicis præsentibus exterritum, sermone excidisse. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minime juvante contendit. Hæc e Philostrato.

**HĒRACLĪDIUS**, a, um. Adj. [Ἡρακλείδειος] ut, Heraclidium scribendi genus, cujus mentio est in epistolis Cic. 15. Att. 13. & 27: & 16. 2. obscure & ænigmatice significat librum, Heraclidis Pontici æmulatione scribendum, cujus hodie quædam eclogæ de rebuspublicis reperiuntur, & in Homerum allegoriæ. Turnebus.

**HERACLĪDÆ**, arum. [Ἡρακλεῖδαι] Posteri Herculis qui Peloponnesi imperium habuerunt. V. Pausan. in Corinth. & Paterc. 1. 2. 1.

**HĒRACLĪTUS**, [Ἡράκλειτος] Ephesius philosophus, ob obscuritatem orationis cognomine σκοτεινὸς dictus. nullum invenitur habuisse præceptorem: tantum natura & diligentia solus profecit: quidam tamen audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii: scripsit poetice multa. ab Aristotele sæpe testis citatur. De quo Cic. lib. 5. Tusc. 105. Hunc ajunt, quum hydropicus esset, spretis medicis oblitum bubulo fimo, soli siccandum se præbuisse, dormientemque a canibus dilaceratum esse. Hic Heraclitus ille est, qui quoties domo egrediebatur, flebat: quemadmodum Democritus ridere dicebatur. alteri enim omnia quæ agimus, miseriæ; alteri ineptiæ videbantur. Hæc & plura Suidas. Diog. Laërt. in vita ejus, Cic. passim. Strabo l. 14.

**HERACLIUS**, Imperatoris proprium, ab Hercule deductum formatione. Heraclius lapis. V. HERACLEA.

**HERALDUS**, i. m. Vox medii ævi. olim dictus Nuncius regius & publicus, item Fecialis, Legatus sacer, nec non Oratores ita sunt appellati. V. Sic Æn. Silv. Epist. 126. & Spelman. Gloss. Archæol.

**HERALDICA**, æ. f. Ars heraldorum; Hodie in declarandis nobilium insignibus occupata. V. Agrip. de Vanitate Scient. cap. 81. & Phil. Jac. Spener.

**HERAS**, æ. Medicus. V. Cels. 5. 23. &c.

**HERAS DACRYON**, [Ἥρας δάκρυον] i. e. Junonis lacryma, alias Peristereos. V. Apul. de Herb. cap. 65.

**HERBA**, æ. f. [πόα, βοτάνη] ab Hærendo vel ab Arvo. Virg. lib. 1. Georg. 134.

> — & sulcis frumenti quæreret herbam.

Altæ herbæ. Virg. 4. Georg. 459.
Comantes. V. COMA.
Coronariæ. V. CORONA.
Fertiles. Ovid. 2. Amor. 16. 6.
Florentes. Virg. 9. Ecl. 19.
Fecundæ pecori. Ovid. 1. Met. 682.
Graminis. Ovid. 10. Met. 87.
Immortales. Claud. de Nupt. Nonor. 158.
Impiæ. V. IMPIUS.
Invalida medica. V. INVALEO.
Lætæ. Virg. 1. Georg. 339.
Largæ. Hor. 4. Carm. 2. 55.
Medicæ. Claud. 3. Cons. Hon. 62.
Miliaria herba. V. MILIUM.
Molles. Virg. 3. Ecl. 55.
Morientes. Virg. 1. Georg. 107.
Murales. V. MURUS.
Nocentes. Hor. 1. Serm. 8. 22.
Operosæ, i. e. Efficaces, & magnarum virium. Ovid. 14. Met. 42.
Pallentes. Virg. 6. Ecl. 55.
Pollentes. Ovid. 7. Met. 196.
Potentes. Virg. 7. Æn. 19.
Pubentes. Virg. 4. Æn. 514.
Salaces. Ovid. 2. de Arte Am. 422.
Salutiferæ. Ovid. de Rem. Amor. 45.
Spinosæ. Ovid. 2. Met. 810.
Suaves. Virg. 2. Ecl. 49.
Surdæ & ignobiles. V. IGNOBILIS.
Surgentes. Virg. 4. Georg. 12.
Teneræ. Ovid. 2. Met. 851.
Virides. Ovid. 2. Met. 864.
Adoptare herbam. V. ADOPTO.
Arent herbæ. Virg. 4. Georg. 427.
Carpere herbam. V. CARPO.
Sitiunt herbæ. Virg. 4. Georg. 402.
In herba esse dicuntur frumenta, Cum germen cœperunt mittere. Cæs. 1. Bell. Civil. 48. Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Plin. 22. 25. Eadem efficit & dum in herba est. conf. Ovid. 17. Epist. 263.
Herbam dare, sive porrigere, pro eo quod est Victorem agnoscere, ac se victum fateri, passim obvium est apud doctos. Inde sumptum, quod (ut auctor est Festus) id erat pastoralis vitæ indicium, qui dum cursu, aut alio quopiam certamine superati essent, herbam ex eodem statim loco decerptam, adversario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Plin. lib. 22. cap. 14. de corona obsidionali graminea, Dabatur (inquit) viridi e gramine, decerpto inde ubi obsessos servasset aliquis, &c. Idem lib. 1. cap. 5. de elephante, Mirus namque pudor est, victus vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Hæc Erasmus. Nonius 4. 225. Herbam veteres Palmam vel Victoriam dici voluerunt. Virg. lib. 3. Georg. 498.

> — atque immemor herbæ
> Victor equus.

[Nugæ, cum poëta Immemorem pabuli clarissimis verbis indicet equum, vi morbi. Sed & Erasmum valde discrepantia hic confundere perspicuum est. Meliora dabit Scalig. ad Fest.

**HERBŬLA**, æ. f. dimin. [βοτάνιον] Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Cervæque paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. Apul. Miles. 3.

**HERBUSCULA**, æ. f. Idem. Mart. Capell. 2. Herbusculas prælegere.

**HERBACEUS**, a, um. Adj. [βοτανώδης] Quod in herbam crescit & assurgit, & de iis rebus dicitur, quæ deinde caulem emittunt. Plin. lib. 12. cap. 13. Herbaceum amomum pejus. Idem 27. 12: 23. 4. & 33. 5.

**HERBATĬCUS**, a, um. Adj. ut, Herbatica animalia, Quæ herbas pascuntur. Solin. cap. 40. Vopisc. in Prob. 19. Gloss. Vet. Herbaticus βοτανικός.

**HERBEUS**, a, um. aliud Adj. [βοτανοειδὴς] Quod herbæ colorem habet. Plaut. Curc. 2. 1. 17.

> — quid hic est homo
> Cum collativo ventre: atque oculis herbeis?

HERBI-

Herbĭdus, a, um. aliud Adj. [βοτανώδης] Quod plenum est herbis. Plin. Epist. 173. Nulla in hoc navis (facer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & junco tectæ.
Color herbidus. Plin. lib. 12. cap. 14.
Epirus herbida. Ovid. 8. Met. 282.
Locus vel Campus herbidus, Herbis refertus & plenus. Liv. lib. 1. 7. & lib. 9. 2.
Potus herbidus lactis. Plin. lib. 24. cap. 6.
Ripa herbida. Ammian. 14. 9.
Segetes herbidæ. Columel. lib. 1. cap. 6.

Herbĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. [βοτανοφόρος] Quod herbas producit. ut, Herbifer mons. Plin. lib. 25. cap. 8. Ovid. 4. Fast. 468.

Herbĭlis, e. ut, Herbilis anser, Herba pastus, qui secundum Fest. gracilior est quam frumento altus.

Herbōsus, a, um. Adj. [ποώδης] Herbis abundans. Plin. lib. 33. cap. 4. Ulex siccatus uritur, & cinis ejus lavatus substrato cæspite herboso, ut sidat aurum. Sic Cato cap. 54.
Agger herbosus. Ovid. 14. Met. 445.

Herbārius, a, um. Adj. [βοτανικός] ut, Ars herbaria, Qua cognoscitur vis & natura herbarum. Plin. lib. 7. cap. 56. Herbariam & medicamentariam a Chirone Saturni & Philyræ filio. Subaudi, Repertam fuisse tradunt.

Herbārius, i. m. [βοτανολόγος] Qui peritus herbarum eas colligit, venditque, & ex eis medicamenta conficit. Plin. lib. 26. cap. 5. Idem lib. 20. cap. 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Herbeo, ēre. Verbum ex quo Partic. superest apud Apul. 7. p. 194. Elmenh. Prata herbentia. ita quoque legit Pricæus p. 142.

Herbasco, sive Herbesco, [βοτανίζομαι] ēre. In herbam converti. Cic. de Senect. 51. Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem.
Herbascere, pro Herbas generare. Plin. lib. 19. cap. 8. Quin & ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret. V. Harduin.

Herbido, āre. Idem. Mart. Capell. 1. Herbidare terras.

Herbigradus, a, um. Adj. ut, Herbigrada cochlea. Cic. 2. de Divin. 64.

Herbipolis, is. f. Civitas Franconiæ inferioris.

Herbesus, vel Herbessus, [Ἑρβησσὸς Steph.] Duorum in Sicilia oppidorum nomen. V. Drakenb. ad Sil. 14. 264.

Herbĭta, æ. f. [Ἑρβίτα Steph.] Siciliæ urbs apud Ptolemæum. Hodie *S. Nicolaus.*

Herbum, i. n. videtur esse Ervum, ὄροβος. Pallad. 1. 24. de columbis, Si ordeum torrefactum, vel fabam, vel herbum sæpe consumant. & postea, Herbum fetus gratia mensibus præbeamus hibernis.

Herceus, vel Hercēus, [Ἑρκεῖος] dictus est Jupiter, quem etiam Penetralem vocabant, qui intra conseptum domus cujusque colebatur. Græce enim ἕρκος septum claustrumque nominatur. Ovid. in Ibin, 284.
Cui nihil Hercei profuit ara Jovis. V. Interpp. Virgilii in 2. Æn. & Hygin. Fab. 91.

Hercinia. V. hercynia.

Hercinii, Populi sunt, vetus Pelasgorum colonia.

Herciscebor, eri. V. erciscebor.

Hercyllides, Lacedæmoniorum dux. Justin. 6. 1. 2.

Hercŭles, is. m. [Ἡρακλῆς] Cognomen, vel fortasse potius Agnomen Jovis & Alcmenæ filii, qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit inter deos esse receptus. Fuisse autem tres Hercules scribit Diodorus: alii sex autumant. Primus qui certavit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Ægyptius, quem ajunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt. [an Offerunt?] Quartus Jovis & Asteriæ, Latonæ sororis, qui Tyri maxime colitur, cujus Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena & Jove tertio genitus, cui aliorum gesta assignant. Ex Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 42. Herodotus scribit Herculem unum esse ex duodecim diis Ægyptiorum, Græcosque ab Ægyptiis hoc nomen mutuatos indidisse filio Amphitryonis. Varro XLIII Hercules nominat: veruntamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine, ab Hercule Alcmenæ filio, appellatos fuisse affirmat. Macrob. 1. Saturn. cap. 20. asserit Herculem esse Solem, quasi Heraclen: idque ex nomine clarescere. Hercules enim nihil aliud est, quam Heras, id est Junonis, hoc est aeris: Cleos, id est gloria vel laus. Quæ porro alia est aeris gloria, quam Solis illuminatio? Item dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu, duodecim signa Zodiaci lustrat & conficit. V. omnino Lex. Pitisc. vel Voss. 5. Inst. Orat. p. 395. Ab Hercules, Hercule, & Hercle, Mehercules, & Mehercule, adverbia jurandi, V. Servium in 8. Æn. 288. seqq.
Hercules bibax & multibibus. V. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21.
Claviger Hercules. Ovid. in Ibin, 255. Clava enim utebatur, assidue.
Dives amico Hercule. Hor. 2. Serm. 6. 13. Ideo quia thesauris præest. Et sunt qui eundem Incubonem quoque esse velint. Unde putant & quod res rustica in tutela ejus sit: nam illi sacrificia reddunt rustici quum juvencos domuerint. Pers. 2. Sat. 12. — ô si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule. Quia deus lucri & thesauri dicitur. V. Porphyrionem in Horatium. l. c.
Impiger Hercules. Hor. 4. Carm. 8. 30.
Laborifer Hercules. Ovid. 9. Met. 285.
Magnus Hercules. Hor. 4. Carm. 5. 36.
OEtheus Hercules. V. oetheus.
Vagus Hercules. Hor. 3. Carm. 3. 9.
Hercules item dictus est Astrologus, Claviger, Custos, Dexter, Gaditanus, Magusanus, Musagetes, OEtæus, Olivarius, Pacifer, Pollens, Prodicius, Sanctus, Sancus, vel Sangus, Saxanus, Somnialis, de quibus omnibus appellationibus V. omnino Lex. Pitisc.

Hercules, Adv. pro Hercle vel Hercule. [μὰ τὸν Ἡρακλέα] Cic. pro Rosc. Amer. 31. Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules undique omnes terrores, minæ, periculaque impendeant omnia: succurram, atque subibo. Paterc. 2. 52. 1. Neque hercules quicquam salubrius fuit. Hercules quidem. Cic. de Clar. Orat. 61. Et hercules hæ quidem extant. Me hercules. Cic. pro Planc. 64. Vere me hercules hoc dicam. Observat Gellius 11. 6. apud auctores idoneos nusquam legi aut Mehercules mulierem dicere, aut Mecastor virum. Apulejus tamen inter scriptores non proletarios, eleganter feminam per Herculem adjuratam inducit. V. Beroald. ad lib. 4. Apul. de Aur. Asin. p. 335. Stew.

Hercle, sive Hercule, Idem Jurandi adverbium, quasi dicas Per Herculem. Ter. Eun. 2. 3. 19. Hercle hoc factum est.
Hercle, ornativa aliquando particula, teste Donato. Ter. And. 4. 5. 3. Sed quid hoc? puer hercle est.
Hercle sine dubio erit ignominia. Cic. 2. Fam. 17.
Bene Hercle faciunt. Cic. 3. de Legib. 1.
Mehercle. Cic. 2. in Catil. 7. Uno mehercle Catilina exhausto, relevata mihi, &c.
Hercle certe. Ter. And. 2. 2. 10. Mea quidem hercle certe in dubio est vita. Ubi Donatus, Ideo & juravit Hercle & affirmans jusjurandum, Certe addidit.
Quæso hercle. Ter. Eun. 2. 3. 70.
Obsecro hercle ut audias. Ter. Eun. 3. 5. 14.
Hercle sedulo. Ter. And. 3. 4. 18. Faciam hercle sedulo. Ubi Donatus, hercle sedulo, productiones sunt Comici stili ad fucum orationis positæ.
Hercle vero. Ter. Adel. 2. 4. 4.
— Omitte vero tristitiam tuam.
c. Ego illam hercle vero omitto, quia quidem te habeam fratrem, &c. Ubi Donatus, Apparet non nunc primum dici Ctesiphoni ab Æschino, Omitte tristitiam tuam: nec nunc primum responsum, Omitto. Et ideo additum est, hercle vero: quia nunc demum data est plena securitas. Ibid. 5. 9. 18.
Hodie primam mammam dedit hæc. d. hercle vero serio.
Ubi Donatus, Hercle vero, adverbia sunt confirmativa.
Hercule, Idem quod Hercle & certe. Cic. pro Quint. 13. Itaque hercule haud mediocriter de communi quicquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat.
Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Cic. 16. Att. 18.
Mehercule etiam adventu nostro reviviscunt justitia, abstinentia, &c. Cic. 5. Att. 16. Et in Orat. 157. Libentius dixerim mehercule, quam mehercules.
Perhercle, Idem. Gell. 3. 6. Perhercle res miranda. [Tmesis est in Permiranda.

Herculis Portus, Ptolemæo [Ἡρακλέους λιμὴν] Urbs Massilienfium. Vulgo dicitur *Villa franca.*

Herculis Turris, Urbs Cyrenes. vulgo *Zivayra.* Ptol. lib. 4. cap. 4.

Hercŭlĕus, a, um. [Ἡράκλειος] Adj.
Audacia Herculea. Justin. præf.
Columnæ Herculeæ, fretum Herculeum, & labores Herculei, passim.
Lavacrum Herculeum. Auson. in Clar. Urb. 5. 7.
Manus Herculea, pro Forti. Martial. lib. de Spectac. 15.
Clava Herculea. Propert. lib. 4. 10. 39.

Herculee, Adv. [Ἡρακλείως] ab Hercule: pro Fortiter. Cic. 8. Att. 6. Spero etiam quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutasse: nec tegentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, nunc fert etiam Herculee. Quædam exemplaria legunt Mehercule. Locus profecto totus est corruptus.

Herculānus, a, um. Adj. [Ἡρακλειωτικὸς] Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa mensura Herculani pedis.
Herculaneæ herbæ meminit, Plin. lib. 21. cap. 15. V. mox.
Herculaneæ formicæ. Plin. lib. 30. cap. 4.
Ficus. Cato de R. R. cap. 8.
Morbus. V. Crinit. de Hon. Discipl. 25. 1.

Herculana, & Herculanea, æ. f. Herbam non unam significat: ut, Helxinen. Apul. de Herb. 81. Peristerion. Idem 65. Nymphæam. Idem 67. Sideritidem. Idem 72. Urticam. Plin. 21. 15.

Herculānium, Campaniæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 5. Paterc. 2. 16. Mela 2. 4. 64.

Herculanensis, e. Adj. ut, Fundus Herculanensis. Cic. 9. Fam. 25.

Herculeius, Vir Romanus, qui Marianas partes fovit cum Sertorio.

Herculius, Cognomen Maximiani, Imp Rom. quem Diocletianus sibi Cæsarem & mox participem imperii ascivit. V. Vict. & Eutrop. Oros. Lact. de Mort. pers. & Suid. Spanh. de Usu Numm. diss. 12 p. 495.

Hercyna, Virgo quædam fuit Proserpinæ comes, a qua & fluvius Hercyna nomen consequutus est. In templo consecratum virginis illius simulacrum anserem manibus gerebat. Hujus meminit Liv. lib. 45. cap. 27. Ex Turnebo. Al. Hercynna, Al. Hercina.

Hercynia Silva, Maxima Germaniæ silva [Ἑρκύνιος δρυμὸς Strab.] Cæs. 6. Bell. Gall. 25. Hujus Hercyniæ silvæ, quæ supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diversis a flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit: neque quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium ejus silvæ dicat, quum dierum iter XL processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Hactenus Cæsar: apud quem præpostero characterum ordine XL pro LX legi videtur judicio Vadiani. Scribitur & Hercinia vel Ercinia.
De variis ejus nominibus. V. Dalechamp. ad Plin. 16. 2. p. 694.
Lucis Suevi nobiles Hercyniis. Sen. Med. v. 713.
Saltus Hercynius. Tacit. Germ. 30. 1.
Prominet Hercyniæ confinis Rhetia silvæ. Claud. de Bell. Get. 330.

Heri, [χθὲς, ἐχθὲς, χθιζὰ] Adv. temp. significat autem Hesterno tempore. Ter. Eun. 1. 2. 80. Heri minas viginti pro ambobus dedi. Cic. 13. Att. 47. Lepidus ad me heri vesperi litteras misit Antio.

Here, pro Heri, dicebatur a veteribus. Est autem adv. temporis. Donatus, Propter cognationem e & i litterarum, non dubitaverunt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & vespere & vesperi. Ter. Heaut. 3. 2. 8. — equidem te demiror, Chreme,
Tam mane, qui here tantum biberis. Idem Eun. 2. 3. 66.
Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? Plaut. Pers. 1. 3. 36. Hoc jam here narravi tibi. Propert. 2. 22. pr.
Scis here mi multas pariter placuisse puellas

Hesternus, a, um. Adj. [χθιζὸς] Quod heri factum est significans. Plaut. Pers. 1. 2. 25. Visam hesternas reliquias. Ter. Eun. 5. 4. 17.

Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.
Cœna hesterna redundare. Plin. in Paneg. 107.
Dies hesternus. Cic. 2. de Nat. Deor. 73. Sic in 2. Catil. 7.
Disputatio hesterna. Cic. 2. Tusc. 10.
Decus hesternum. Liv. 27. 14. pr. Pugnatum utrinque aliquanto quam pridie acrius est, Pœnis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam.
Hesterno die lusimus. Catul. 48. 1.
Luce hesterna vidi. Ovid. 2. Amor. 2. 3.
Nocte hesterna lenior aura fuit. Ovid. 18. Epist. 73.
Sermo hesternus. Cic. 4. Acad. 10.

HERILIS. V. HERUS.

HĒRĬLUS, i. m. Rex Prænestinorum. Virg. 8. Æn. 583.
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi.

HERILLUS, [῞Ηριλλος] Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, quum audisset scientiam unice laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Cic. lib. 2. Acad. 2. & lib. 2. de Fin. 4. conf. Laert. lib. 7.

HĒRĪNĀCEUS, i. m. [ἐχῖνος] qui & Herix & Hericius, teste Perotto; Animal spinis horridum, sese in globum interdum componens, & hieme condens sese: de quo Plin. lib. 8. cap. 37. Præparant, inquit, hiemi & herinacei cibos, ac volutati supra jacentia poma, affixa spinis, unum non amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. V. Ibid. plura, & supra ERES, ERICIUS.

HERMA, vel HERMES, æ. m. [Ἑρμῆς] Statua vel sigillum erat, in trunco arboris efformata, Mercurii formam habens. Unde Suidas dicit Hermas, Statuas dictas, quod plurimum Mercurii statuæ deliniarentur. Cic. 1. Att. 6. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, jam nunc me admodum delectant. i. e. Mercurii statuæ ex marmore Pentelico. Idem 2. de Legib. 65. Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos quos vocant, licebat imponi, nec de mortui laude, &c. De sepulchro loquitur. Juven. 8. Sat. 53. Truncus Hermes.
Hermæ, erant Statuæ Mercuriales, quæ in vestibulis ædium, vel in publicis viis, super columnas constitui ornatus causa solebant. Hos primum ab Hipparcho Athenis erectos, Plato in Hipparcho, seu de lucri cupiditate Dialogo docet: eorumque usum ibi adjungit. V. Spon. Misc. p. 9. Nepos 7. 32. & complures in Lex. Pitisc.

HERMA, ătis. n. [ἕρμα] pro Firmamento a Græcis ponitur: unde etiam Mercurii nomen, inventoris, ut putabant, firmæ orationis, ductum. Interdum etiam Saburram significat. Hæc Festus. ubi V. Dacer.

HERMA, [ἕρμα] Aurium ornatus apud Homerum lib. 14. Iliad. 182. Hoc etiam Julius Pollux lib. 5. cap. 16. ponit in mundo muliebri.

HERMÆUM, i. n. [Ἑρμαῖον] varia significat apud Suid. & inter alia quoque Fanum, seu ædiculam Mercurii. unde sic dicta Diæta, seu Cœnatio in Palatio, Suet. Claud. cap. 10. 2. In Diætam cui nomen est Hermæum recesserat. conf. ibi Pitisc.

HERMĀTHĒNA, æ. f. [Ἑρμαθήνη] Mercurii ac Minervæ statuæ conjunctæ, quas gymnasiis veteres dicare consueverant. Cic. 1. Att. 1. Hermathena tua valde me delectat; & posita ita belle est, ut totum gymnasium ἡλίου ἀνάθημα esse videatur. i. e. Solis Donarium. h. e. Mercurii & Minervæ statua mihi a te missa, in meo gymnasio ita belle est constituta, ut totum gymnasium Soli dicatum esse videatur, quasi gymnasium illa statua majorem in modum illustraretur. V. Spon. 1. 4. Turneb. Adverf. 8. 24. vel Lex. Pitisc.
Hermathena, potest esse Nomen mulieris doctæ & eloquentis.

HERMACHUS, i. m. [῞Ερμαχος] Mitylenæus, Epicuri discipulus & successor. V. Laert. in Epicuro. Cic. 2. de Fin. 30. & 4. Acad. 30.

HERMÆA, [Ἑρμαία] Extrema Ptolemæo urbs Africæ minoris. Mercurii promontorium Pomponio Melæ 1. 7. pr. Vulgo *Cabo Denubia*.

HERMAGŎRAS, æ. m. [Ἑρμαγόρας] Æolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, scripsit artem Rhetoricam libris sex, de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. V. Suid. Cic. Brut. 263. & 271. & de Invent. 1. 8. & 12. & 79.

HERMAPHRŎDĪTUS, i. m. [Ἑρμαφρόδιτος] Mercurii & Veneris filius. ab Hermes (quo nomine dicebatur a Græcis Mercurius) & Aphrodite, id est Venus. Hic fuit Androgynus, vir & mulier. Quum adolescens se lavaret in quodam fonte Cariæ, cui inerat Salmacis nympha. illa eum amans amplexa, deos oravit, ut ex ambobus unus fieret: idque factum est. Hinc omnes Androgyni, vocantur Hermaphroditi. Plin. lib. 11. cap. 49. Contra mulierum paucis prodigiosa assimilatio: sicut Hermaphroditis utriusque sexus. V. ANDROGYNUS. Martial. lib. 6. 68. Ovid. 4. Met. 383. De Harmophrodito extat elegantissimum Pulicis poetæ carmen, apud Ausonium.
Hermaphroditæ equæ. Plin. lib. 11. cap. 49. conf. Non. 3. 89.

HERMĒDŎNE, es. f. [ἑρμηδόνη] Nodus seu vinculum. Vitruv. 9. 7. V. Bald. Lex. p. 56.

HERMĒLION, i. n. [ἑρμήλιον] Gemma igneo colore radians. Plin. 37. 10.

HERMĒNEUMA, ătis. n. [ἑρμήνευμα] Expositio, interpretatio. Sen. Controv. 26. & Excerpt. Controv. 9. 3. Nunquam magnas mercedes accipere eos qui hermeneumata docerent.

HERMĒNEUTĬCUS, a, um. Adj. [ἑρμηνευτικὸς] Ad interpretem spectans.

HERMENII, Populi Moschorum prope Colchos. Perott. V. HERMIONES.

HERMĒRACLÆ, sunt Mercurii & Herculis conjuncta signa seu statuæ. Cic. 1. Att. 10. Signa nostra & Hermeraclas quum commodissime poteris, velim imponas. Certe Athenienses Mercurio & Herculi statuas in gymnasiis ponebant. testis Athenæus lib. 13. Sed & Romani aram Herculi communem cum Musis esse voluerunt. Auctor Plutarch. Probl. 59. conf. Spon. 1. 4. & Lex. Pitisc. [ Apud Cic. scribendum Hermeracleas. Nisi forte & parisyllabice declinabant. Nom. sing. est Hermeracles, ex Gr. Ἑρμηρακλῆς.

HERMERŌTES, [Ἑρμέρωτες] Signa composita ex Herma, i. e. Mercurio, & Cupidine, qui Ἔρως Græcis dicitur, quibus prisci exprimebant amori conjunctam esse eloquentiam debere. Plin. 36. 5. Spon. 1. 4. Gyrald. Synt. Deor. 9.

HERMES, æ, vel is & ētis. m. [Ἑρμῆς] Gr. dictus est Mercurius deorum interpres. ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, i. e. Sermone & enuntiatione sive eloquentia. Virg. 4. Æn. 356.
Nunc etiam interpres divûm Jove missus ab ipso. Ubi Servius, Interpres divûm, Hermes. expressit verbum de verbo.

HERMES Trismegistus, [Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος] Philosophus Ægyptius, post Mosen fuit, cujus tempore in Ægypto studia Philosophiæ clarere cœperunt. Ejus extant Dialogi. De hoc plura apud Suidam & Augustinum de Civ. Dei. & Lactant. de Ira Dei, cap. 11.

HERMESIAS, æ. m. inter Medicinas magicas refert Plin. 24. 17.

HERMĒTICUS, a, um. Adj. ut, Hermetica medicina. Sic ab Hermete Trismegisto dicta est Chemica medicina.

HERMIAS, [Ἑρμείας] e Caria dux inclytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum pertransiit, & res magnas gessit. Ad extremum ab eo ob suspicionem interfectus una cum conjuge & liberis, qui erant Apameæ. Auctor Polybius lib. 5.

HERMIAS, [Ἑρμίας Suid.] Eunuchus, trapezitæ cujusdam famulus, Athenas profectus, Platonem, Aristotelemque audivit: inde domum reversus, Atarnenses & Assenses subegit, & illis cum domino imperavit.

HERMINIUS, Latinus quidam, cujus meminit Virg. 11. Æn. 642.
Alius apud Romanos T. Herminius, qui cum Horatio Coclite in defensione pontis Sublicii contra Etruscos perstitit. Liv. 2. 10.

HERMIŎNA, æ. f. [Ἑρμιόνη] Græciæ oppidum, Junonis fano inclytum, ut notat apud Pomponium Vadianus. Virg. in Cyri, 472.
Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermiona. Versus est spondaicus. conf. Plin. 4. 5.

HERMIŎNE, es. f. [Ἑρμιόνη] fuit Menelai filia, ex Helena conjuge, quæ Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed quum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit, & sponsam recepit. V. Virg. 3. Æn. 328. & Ovid. 8. Epist. 1. Martial. lib. 3. 11.
Dic mihi, quid simile est Thais & Hermione?
Spartana Hermione. Propert. lib. 1. 4. 6.
Altera Hermione filia fertur Martis & Veneris, de qua V. in HARMONIA.

HERMIONĬCUS, a, um. Adj. [Ἑρμιονικὸς] ut, Hermionicus ager. Liv. 31. 44.

HERMIONES, Germaniæ populi ultimi, ut scribit Pompon. lib. 3. in fine descriptionis Germaniæ 3. V. Voss. p. 237. Pomerani hodie vocantur, ut notat Vadianus. Horum meminit Tacit. Germ. 2. 4. conf. Plin. 4. 14.

HERMIPPUS, i. m. [῞Ερμιππος] Atheniensis poeta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili comici, scripsit fabulas XL.
Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Byblii, qui multa composuit sub Adriano principe. Suidas.
Alius Smyrnæus, qui scripsit de Vitibus. V. Voss. de Hist. Gr. 1. 16.

HERMOCLES, is. m. [Ἑρμοκλῆς] Rhodius statuarius du quo Lucian. de Dea Syria, p. 670.

HERMOCRĂTES, [Ἑρμοκράτης] Phocensis, clarus sophistica facultate, Antipatri magistri epistolarum Severi principis filiam, haud forma bona, invitus imperatore cogente duxit, quam postea repudiavit. Philostratus. conf. Diod. lib. 16.
Item, Medicus, quo viso in somnis, Andragoram mortuum esse dicit Martial. 6. 53.

HERMŌDŌRUS, i. m. [Ἑρμόδωρος] Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est, quod quæstui philosophiam habuerit: dictata quæ sub præceptore audiverat colligendo, ac dein in Sicilia venditando. Conf. Cic. 13. Att. 21. & 5. Tusc. 36.
Hermodorus, Philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Jurisconf. l. 2. de O. I. §. 4. extr. tradit auctorem fuisse XII TAB. ferendarum Decemviris. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hunc fuisse interpretem legum Decemviralium.
Hermodorus Salaminius, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione ut minus eloquens, victus fuit. Cic. 1. de Orat. 62. Nec si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non quum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset. Nisi si forte de navalibus urbis Romæ hic agitur, quæ fortasse ædificavit Hermodorus: idque verisimilius arbitror. Nepos apud Priscianum, Ædes Martis est in Circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. Ex quibus locis emendandum putat Turnebus, quod sic apud Vitruvium 3. 1. legitur, Quemadmodum est in porticu Metelli Jovis Statoris Hermodi, &c. & Hermodori reponit. Adverf. 11. 2.

HERMŎGĔNES, is. f. [Ἑρμογένης] Tarsensis, annos natus XV sophista adeo probatus est, ut fama ejus ad auditorium M. Antoninum principem exciverit, ab eoque munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente, eum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi causa. Proinde Antiochus sophista dicebat, Hermogenes in pueritia senex, & in senectute puer. Ex Volaterrano lib. 15. V. Suid.
Hermogenes Tarsensis alius, qui occisus est propter quasdam in historia figuras. V. Suet. Domit. cap. 10.
Hermogenes alius, Fur, de quo exstat Epigramma Martial. lib. 2. 29.
Hermogenes Africanus, Hæreticus contra quem librum scripsit Tertul.

HERMOLAUS, i. m. [Ἑρμόλαος] Constantinopolitanus grammaticus, scripsit ad Justinianum Cæsarem Epitomen in librum Stephani de urbibus. Auctor Suidas.
Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjuravit.
Alius item Plin. lib. 36. cap. 5. Statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornarunt.

HERMOPŎLIS, is. f. [Ἑρμόπολις] ut ait Volaterr. lib. 12. urbs Ægypti in Sebenitica præfectura ubi Pan colitur & hircus, ut ait Pindarus.

HERMOSORINOS, Lupinus montanus. Apul. de Herb. cap. 110. [Scribe Thermos orinos, Gr. θέρμος ὀρεινός.

HERMOTĪMUS, i. m. [Ἑρμότιμος] Clazomenius, de quo V. Plin. lib. 7. 52. Lucian. Musca, p. 376. Græv. Tertull. de Anima, 2. 28. & Orig. contra Cels. 3. p. 129. Spenc.

HERMU BASILION, Herba Mercurialis. Apul. de Herb. cap. 82.

HERMU BOTANE, f. [Ἑρμοῦ βοτάνη] Apul. l. c. V. HERMU POA.

HERMŪLÆ, sive HERMETES Parvi, erant duo simulacra Mercurii in circo ante carceres fixi, funem vel catenam carceribus prætendentes, ne equi, apertis carcerum valvis, ante signum datum procurrerent. V. Kipping. Ant. Rom. 11. 6. §. 3. & Salmas. Exerc. Plin. p. 648.

HERMUNDŪRI, orum. m. pl. [Strab. Ἑρμόνδοροι] Suevorum, potentissimæ in Germania gentis, magna natio. V. Tacit. Germ. cap. 41. & Cluver. Ant. Germ. 3. 28.

HERMU POA, æ. f. [Ἑρμοῦ πόα] Herba passim in ipsis vineis apud Gallos crescens, quæ a Græcis Linozostis dicitur: Latini Mercurialem herbam vocant, quasi Mercurii pabulum. V. Plin. lib. 25. cap. 5. Sunt autem ejus duo genera: mas, quod in singulis geniculis duos

duos veluti testiculos gerit: & femina, quæ luteum florem habet.

**Hermus**, i. m. [Ἕρμος] Fluvius Lydiæ, qui Smyrnæ campos intersecat delapsus a monte Dorilao, Phrygiam scindit a Caria. Hic superfusus campis gignit fertilitatem, unde atenas aureas fertur trahere. Strabo lib. 13. Virg. 2. Georg. 137.

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus. conf. Drakenb. ad Sil. 1. 159. & Plin. 5. 29.

**Hernia**, æ. f. [κήλη] dicitur Quum pondere aut ictu aliquo rupta tunica, quæ ab inferioribus partibus intestina diducit, omentum, aut intestinum in scrotum descendit: scrotum enim vocamus cutem testiculos ambientem: quod ὄσχεον Græci appellant. Id vitium a Græcis Enterocele, sive Epiploocele, hoc est interraneorum, sive omenti descensus, dicitur: nostri communi nomine Herniam vocant. Martial. lib. 3. 24.

Ingens iratis apparuit hernia sacris.

**Herniōsus**, a, um. Adj. Qui herniam patitur. Lamprid. in Heliog. cap. 25.

**Hernĭci**, orum. m. pl. [Ἕρνικες] Populi sunt Italiæ in Campania, in locis asperis habitantes. Nam Herniæ, Sabinorum lingua, Saxa dicuntur. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo eorum duce. Horum metropolis est Anagnia. V. Lex. Pitisc. & Cellarii Orb. Ant. 2. 11. 3. 387.

**Hernĭcus**, a, um. Adj. Juven. 14. Sat. 180.

O pueri Marsus dicebat, & Hernicus olim,
Vestinusque senex.

Terra Hernica. Ovid. 3. Fast. 90.
Saxa Hernica. Sil. lib. 4. 228.
Frondosa Hernica. Stat. 4. Silv. 5. 56.

**Hērōdes**, is. m. [Ἡρώδης] Antipatris Idumæi filius, cognomento Magnus, anno x Augusti rex Judæorum a Romanis declaratus est, regnavitque annis xxxvii. Hujus meminit Hor. 2. Epist. 2. 184.

Herodes Philippus ejus filius, Herodiadis maritus prior, & Salomes pater, a patre regni hæreditate exclusus.

Herodes Antipas, Tetrarcha, seu præfectus Galilææ post Archelaum, impiissimus fuit, qui Johannem Baptistam occidit, sub quo & Christus passus est.

Herodes Agrippa Aristobuli filius, qui B. Jacobum occidit.

De his Herodibus & aliis V. Harduin. de nummis Herod. & Spanh. de Præst. num. Diss. 8. p. 520. &c. Item Reland. in Palæstina.

Herodes, qui Mithridatem fratrem Parthiæ regno expulit. Appian. pag. 83. in fine H. St.

Herodes alius fuit Sophista Atticus, qui Græca oratione (ut ait Gell. 19. 12.) fere universos gravitate atque copia, elegantiaque vocum longe præstitit. Idem 1. 2. & 9. 2. V. Suid.

**Hērōdianus**, i. m. [Ἡρωδιανὸς] Alexandrinus grammaticus, Apollonii etiam grammatici filius & discipulus, floruit sub Marco Antonino imperatore. Scripsit de Arte grammatica: præterea Cæsarum historiam, quæ ad nos pervenit. Auctor Suidas.

**Hērōdius**, [ἐρωδιὸς] Avis ex iis, quas Romani Diomedeas vocant. Vulg. Int. Lev. 11. 19. Deut. 14. 13. Job. 39. 16. V. erodius. Sic enim scribendum est.

**Hērŏdŏtus**, i. m. [Ἡρόδοτος] Halicarnasseus, claris ortus parentibus, patre Cyxo, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum. Scripsit historiam libris novem, quorum quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit a Cyro Persarum rege. Secessit in Samum Lygdami tyrannide offensus, qui tunc in patria regnabat. Eo expulso rediit. Postremo invidiæ civium obnoxius, sponte Thurium concessit, Atheniensium coloniam, ubi extinctus est & sepultus. licet aliqui Pellæ dicant. Suidas. Hunc Cic. 1. de Legib. 5. appellat historiæ parentem. V. Bibl. Gr. Fabric.

**Heroion**, i. n. Herba eadem cum Asphodelo. Plin. 22. 22.

**Hēron**, ōnis. m. [Ἥρων] Atheniensis Orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem, & Thucydidem. Auctor Suidas. Item alius Mathematicus Alexandrinus, cujus extant Spiritalia.

**Herones**, pl. ut, Heronibus clusum frumentum. l. 31. Dig. locat. conduct. Brissonio Tegetes sunt sparteæ aut scirpeæ, seu Vimine contexta vasa.

**Hērŏphile**, es. f. [Ἡροφίλη] Sacerdos Sminthei Apollinis, quam pro Sibylla Erythræa Suidas habet, sed Eusebius pro Samia. Tibull. 2. 5. 67.

Herophile Phœbo grata quod admonuit. V. Pausan. Phoc. p. 327. Wech.

**Hērŏphĭlus**, i. m. [Ἡρόφιλος] Medicus celebris, qui Phalaridem sanitati restituit. V. Plin. 11. 37: 20. 2: 25. 2: & 26. 2. conf. Tertull. de Anima cap. 10.

**Hēros**, ōis. m. [ἥρως] Heroes dicuntur hi, Qui quum sint homines, rebus tamen gestis eam opinionem apud vulgus emeruerunt, ut inter divos relati credantur. Proinde Heroes in quavis arte & scientia dici possunt Qui in ea plurimum excelluerunt. Gaza putat deductum esse ab ἔρω, alii ab Aere. Plures tamen ab Ἥρα, i. e. Junone: quibus & divus Augustinus suffragatur. Servius; Heros, Vir fortis, semideus, plus ab homine habens, ut ait Hesiod. De his plura V. in Lex. Pitisc. Virg. 1. Æn. 200. — dederatque abeuntibus heros. Idem lib. 7.

Quin & avis Mavors heroa potentibus addet. [Nisi error est ex 6. 777.] Cic. 14. Att. 11. Illi non heroes, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sint. Idem 1. Att. 14. Heros ille noster Cato.

Delecti heroes. Virg. 4. Ecl. 35.
Magnanimi heroes. Virg. 6. Æn. 649.
Maximus heros. Virg. 6. Æn. 192.
Semidei heroes. Stat. 5. Theb. 373.

**Herōis**, ĭdis. f. [ἡρωὶς] Martial. [ubi?

Mutatas formas, heroidas insuper iisdem Addidit.

Graias heroidas æquas. Stat. 3. Silv. 5. 45. conf. Suet. Neron. cap. 21. & Ovid. 2. Amor. 4. 33.

**Herōīna**, æ. f. [ἡρωίνη] Idem. Propert. lib. 1. 13. 31.

Illa sit Inachiis & blandior heroinis. Idem 1. 19. 13.

**Herōĭcus**, a, um. Adj. [ἡρωικὸς] ut, Ætas heroica, In qua heroes floruerunt. Cic. 5. Tusc. 7. Etiam heroicis ætatibus Ulyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Honores heroici. V. Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 1. & Diod. Sic. 20. 103.

Personæ heroicæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 71. Medea modo & Atreus commemorabantur a nobis heroicæ personæ.

Tempora heroica. Cic. 1. de Divin. 1.

Versus heroicus dictus Hexameter, quod Eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. 2. de Legib. 68. Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. Al. Herois.

Versus heroicus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

**Heroĭce**, Adv. [ἡρωικῶς] Macrob. 5. Saturn. 14. pr. Versus heroice incomtus.

**Herōus**, a, um. Adj. [ἡρῷος] ut, Heroi pedes, Quibus in carmine heroico utimur. Cic. 3. de Orat. 182. Quare primum ad heroum nos, dactyli, & anapæsti, & spondæi, pedem invitat. conf. heroicus.

Heroi carminis opus. Propert. lib. 3. 3. 16.

Versus herous. Ammian. 21. 4.

**Herōum**, i. n. [Ἡρῷον] Monumentum quod solet erigi viro alicui insigni, propter eximiam virtutem. Cic. 2. de Legib. 61. Quod autem ἠρῷον, id est vestibulum sepulchri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulchrorum. Gruter. & Turneb. leg. Forum.

**Hērostrătus**, i. m. [Ἡρόστρατος] Vir fuit scelestus & ignavus, qui ut nomen memoria sceleris propagaret, incendium nobilissimæ fabricæ templi Ephesiæ Dianæ manu propria struxit, sicut ipse confessus est, voto adipiscendæ famæ latioris. Strabo lib. 14. Solin. cap. 53.

**Herpacantha**, æ. f. [ἑρπάκανθα] Herba Acantha a Serpendo dicta. Diosc. 3. 17.

**Herpes**, ētis. m. [ἕρπης] Morbus, ignis sacri species, quam & Zonam dicit Scribon. Comp. 63.

Est & Herpes Depascens, [ἕρπης ἐσθιόμενος] ulcus, quod serpendo corpus ad ossa vorat, teste Celso lib. 5. cap. 28. Sect. 3. Videtur Idem cum præcedente. V. & Macer. 1. 12. 33. apud Lucret. 6. 660. dicitur Serpens.

Herpes item Animal, quo præcipue sanantur quæcunque serpunt. Plin. 30. 13.

**Herpestĭcus**, a, um. Adj. [ἑρπηστικὸς] ut, Gangræna herpestica. Lucil. apud Non. 2. 375.

**Herpico**, āre. Serv. ad Virg. 1. Georg.

**Herpyllum**, i. n. [ἕρπυλλον] Idem quod Sisymbrium. Apul. de Herb. 105. Diosc. 2. 117. & 3. 41.

**Herpyllus**, i. m. [ἕρπυλλος] Serpillus. Apul. de Herb. 99. Isidor. 17. 9.

**Hersilia**, [Ἑρσιλία] Uxor Romuli fuit, quæ post apotheosin mariti ipsa quoque in cælum relata fuit. & quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiam Ora dicta fuit. Ovid. 14. Met. 851. De hac Liv. 1. 11.

**Herthus**, i. m. Terra tanquam Dea olim culta a Germanis. Tacit. 40. 3. In commune Herthum, id est Terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur, &c. ubi V. Kirchmaj.

**Hērŭli**, vel **Eruli**, orum. m. pl. Germanica natio, Vistulæ quondam ostia accolens. V. Cluver. Germ. 1. 53. Sidon. Carm. 7. 236.

Cursu Herulus, Chunus jaculis, Francusque natatu. Idem. 8. Epist. 9. 31. De eorum moribus V. Cæl. Rhodig. lib. 28. cap. 22.

**Hĕrus**, [δεσπότης] Dominus. Ter. And. 5. 2. 5. Herus est: quid agam? Cic. 2. Off. 24. Sed iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virg. 3. Æn. 324.

Nec victoris heri tetigit captiva cubile.

Herus, pro Herili filio. Ter. And. 1. 3. 3. Me aut herum pessundabunt.
Dives herus. Hor. 2. Carm. 18. 32.
Herus major, Paterfamilias. Plaut. Capt. 3. 5. 50.
Herus minor, Filiusfamilias. Idem Asin. 2. 2. 62.
Heros vocat Deos omnes Catull. 69. 76.

Hostia cœlestes conciliasset heros.

**Hĕra**, æ. f. [δέσποινα, δεσπότις] Domina. Ter. And. 4. 2. 4. Idem And. 4. 3. 2.

Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum.

Hera dicta est Juno. Ennius apud Cic. 1. Off. 38.

Vosne velit, an me regnare Hera, quidve ferat fors,
Virtute experiamur. V. Turneb. Adverf. 7. 15.

Formosa hera. Ovid. 9. Epist. 78.

**Herĭlis**, e. [δεσποτικὸς] Quod ad herum pertinet. Plaut. Amph. 2. 1. 75.

Non soleo ego somniculose herilia imperia persequi. Idem Aul. 4. 1. 13.

Herilis filius: i. e. Filius heri. Ter. Eun. 2. 2. 58.

Sed video herilem filium minorem huc advenire.

Arbitrium herile. Valer. 4. Argon. 388.

Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. Hor. 2. Epist. 2. 6.

**Herĭfŭga**, æ. m. [φυγοδεσπότης] Qui herum fugit. ut, Famuli herifugæ, i. e. Fugitivi. Catull. Epigr. 63. 51.

**Hĕrĭtūdo**, inis. f. Gloss. Gr. Lat. δεσποτεία, Dominatus, dominatio, heritudo. V. eritudo.

## H E S

**Hesichius**. V. hesychius.

**Hēsiŏdus**, [Ἡσίοδος] Poeta Ascræus, scripsit poemata, Theogoniam, ἔργα καὶ ἡμέρας, i. e. Opera & dies; quod imitatus est Virg. in Georg. Primus agriculturæ præcepta tradidit, ut Plin. lib. 14. scribit. Fabularum item auctor, ut ait Quintil. lib. 5. cap. 11. V. Gell. 3. 11. & 17. 21.

**Hēsiŏdius**, [Ἡσιόδειος] Possessivum, Quod est Hesiodi, vel Quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Brut. 15. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. conf. Sidon. Carm. 9. 213. al. Hesiodeus, ab Ἡσιόδειος.

**Hesĭŏne**, es. f. [Ἡσιόνη] Filia Laomedontis regis Trojæ, & Priami soror, quam Hercules expugnata Troja uxorem dedit Telamoni. V. Ovid. Met. 11. Fab. 7. 217.

**Hespĕris**, [ἑσπερὶς] Herba, quæ noctu magis olet, inde nomine invento. Plin. lib. 21. cap. 7.

**Hesperia**, Urbs est Cyrenaicæ apud Pomponium Melam 1. 8. quam Olivarius dicit nunc vocari *Bernic*.

**Hesperia**, [Ἑσπερία] Hesperiæ duæ sunt, una quæ Hispania dicitur, altera Italia: quæ sic discernuntur. Aut enim Hesperiam solam dicimus, & significat Italiam. Virg. 1. Æn. 530.

Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Aut addimus Ultimam, & tunc significat Hispaniam, quæ in Occidentis est fine. Hor. 1. Carm. 36. 4.

Qui nunc Hesperia sospes ab ultima. Et hæc ab Hespero Occidentali

dentali stella dicta est: Italia vero ab Hespero Atlantis fratre, qui a Germano pulsus, Italiam tenuit: & ei nomen vel proprium vel suæ pristinæ regionis imposuit. Servius ex Hygino. Macrobius 1.4. extr. tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quod Occasui subjecta sit.

Magna Hesperia. Virg. 1. Æn. 573.

HESPERĬDES, [Ἑσπερίδες] appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Arethusa, & Hesperetusa. Hæ amœnissimos hortos colere dicebantur in Africa juxta Lixon coloniam, a Claudio Cæsare deductam. In iis auriferum nemus esse cum aureis malis existimabant, custodiri vero a pervigili dracone. Et quoniam Themis dea prædixerat, futurum olim quendam Jovis filium, qui ea poma diriperet, cinxisse Atlantem pomarium montibus, ne pervium grassatoribus foret. Penetrasse tamen eo Herculem ab Eurystheo missum, & occiso dracone aurea mala abstulisse. Alii putant ovium greges ibidem fuisse, purpuream lanam ferentes, easque ab Hercule raptas, & ad Eurysteum ductas. Hinc quoniam μῆλον Græce, Latine Ovem dicimus, locum fabulæ datum. Hæc Perottus ex Servio.

Hesperides, Erebo & Nocte natæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 44. Eorumque fratres & sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, &c. Parcæ, Hesperides, Somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.

De hortis Hesperidum. V. Barth. Adverf. 36. 5.

Mala Hesperidum. Virg. 6. Ecl. 61. De his V. Spanh. diss. 6. p. 330. sq.

Poma Hesperidum. Stat. 3. Silv. 1. 158.

Aquarum Hesperidum regnator. Virg. 8. Æn. 77. i. e. Italicarum. Serv. De Tiberi.

HESPERIUS, HESPERUGO. V. HESPERUS.

HESPĔRUS, i. m. [Ἕσπερος] Atlantis frater, a quo Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis ad cursus astrorum observandos, & nunquam deinde comparuisse: cui vulgus honores divinos exhibuit, astrumque lucidissimum ejus nomine appellavit: de quo Virg. 10. Ecl. 77.

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Hæc etiam serotina stella Vesper dicitur, & Vesperugo: mane autem, Lucifer, & Venus. V. Varr. de R. R. 3. 5. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος, Latine Lucifer dicitur, quum antegraditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus. Dicitur & Hesperugo. Sen. Med. v. 877.

Mergat diem timendum Dux noster Hesperugo. conf. Sen. Hippol. 749. & not. Delr.

HESPERIUS, a, um. Adj. [Ἑσπέριος] ut Fretum Hesperium. Ovid. 11. Met. 259.

HESPERION CERAS, [Ἑσπέριον κέρας] apud Solinum cap. ult. n. 991. est Extremum Africæ continentis promontorium, ubi scilicet veluti in fronte circumaguntur naves in occasum ac mare Atlanticum. Sonat hæc vox, Occidentale cornu. Scribitur & Hesperu ceras. V. Plin. lib. 6. cap. 30. & 31. Hodie vocant Caput bonæ spei. Alii perhibent *Capo de Sierra Liona*, Al. *C. das palmas*, Al. *C. verde*.

Hesperium Promontorium, in Africa est, navigatione decem dierum ab Theôn ochema monte. Plin. lib. 5. cap. 1.

HESSENI, vel potius ESSENI, [Ἐσσηνοί] Palæstinæ populi, apud quos lege columbis parsum olim, & tantam earum copiam factam ferunt, ut advenarum ora cicures petierint: unde sunt illa Tibulli verba lib. 1. 7. 17.

Quid referam ut volitet crebras intacta per urbes,
Alba Palæstino sancta columba viro? Plin. lib. 5. cap. 17. Hesseni, gens sola, & in toto orbe præter ceteras mira, sine ulla femina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, &c. Meliores codices habent Esseni. V. ESSÆI.

HESTERNUS. V. HERI.

HESTIÆA, [Ἑστίαια] Thessaliæ pars apud Strabonem lib. 13. & Ptolemæum: sed apud Homerum oppidum est in Eubœa: Stephanus Urbem dicit in Acarnania.

HESTIATŌRIS, idis. f. Herba magica a convictu in Perside nominata, quoniam illa hilarentur. V. Plin. lib. 24. 17. al. Sissiestoris, vocatur alias Gelotophyllis.

HĒSUS, i. m. Sub hoc nomine Martem Galli colebant, eumque humano cruore placabant. V. Lactant. Inst. Div. 1. 21. Lucan. 1. 444.

Teutates horrensque feris altaribus Hesus. Scribitur & ESUS.

HĒSYCHIA, æ. f. [ἡσυχία] Quies. Sen. Epist. 92. Quietem hesychian vocant Græci, vacat enim animus molestia, &c.

HESYCHIUS, [Ἡσύχιος] Milesius sub Anastasio principe scripsit Onomatologion, i. e. Catalogum nominum. Quorum epitome Suidas se fatetur usum esse. Composuit & historiam libris VI, in quibus complectitur tam Romanorum Imperatorum, quam aliarum gentium & tyrannorum res gestas usque ad sua tempora, ut ait Suidas. V. Voss. Hist. Gr. 2. 22.

## H E T

HETÆRA, i. e. Amica, Venus. [Ἑταίρα Ἀφροδίτη] Hoc nomine cultam Venerem apud Athenienses ex Apollodoro docet Athenæus Deipnos. l. 13. V. & Hesych.

HĔTÆRIA, æ. f. [ἑταιρεία] Sodalitas, societas, collegium. Plin. 10. Epist. 97. Secundum mandata tua hæterias esse vetueram. conf. 10. Epist. 43.

HĔTÆRICE, es. f. [ἑταιρική] Ita vocabatur Ala equitum apud Macedonas ab amicitia & veluti sodalitate regia. V. Corn. Nep. 18. 1. 6. & ibi Lambin.

HĔTĔROCLĬTON, [ἑτερόκλιτον] interpretari potest Alienæ & insolitæ declinationis. Sic vocant Nomina & Verba Grammatici, quæ a communi declinandi ratione deflectunt.

HETEROCRANEA, vel HETEROCRANIA, æ. f. [ἑτεροκρανία] vocant Græci Morbum capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumetque, & inter pilos rotunda & humida ulcuscula assurgunt, & pus mali odoris. Plin. lib. 31. cap. 9. Ad heterocranias capitisque ulcera, & pustulas, papulasve. apud Marcell. Emp. 2. Heterocranium. [Idem quod Hemicrania.

HETEROGENEUS, a, um. vel potius HETEROGENES, ĕos, [ἑτερογενής] Adj. Diversi generis & naturæ, apud Grammaticos & Philosophos.

HETEROGNĀTHUS, [ἑτερόγναθος] ex Libanii declamatione quadam Vorax intelligitur, qui nunc in dextram, nunc in sinistram cibum lingua convolvat, vel utraque oris parte cibaria simul conterens: unde ductum nomen. γνάθος enim Maxilla est.

HETEROMASCHĂLA, orum. n. pl. [ἑτερομάσχαλα] Quæ ex altera tantum parte villosa sunt, & servitiis dicata, auctore Polluce. Ex Hermolao. Quæ eadem Heteromalla dicuntur, quemadmodum & Amphimalla, Quæ ex utraque parte sunt villosa. V. Bayfium in libello de Re Vestiaria.

HETEROSCII, orum. [ἑτερόσκιοι] i. e. Alterumbres. Incolæ in Zonis temperatis, ubi meridiana solis umbra vel in Septentrionem vel Austrum semper protenditur. V. Schott. Curs. Math. p. 325.

HETERONYMA. V. HOMONYMA.

HETRURIA, [Τυῤῥηνία, Ἑτρουρία] Italiæ regio, ad Macram fluvium usque protenditur, ubi Liguriæ principium est, quæ Varo in extimo Italiæ termino finitur. Hodie vocatur *La Toscana*. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Fluentia dicta. Porro Hetruria dicta est, quod ejus fines tenebantur olim usque ad ripam Tiberis: & quasi ἑτερουρία, & per syncopem ἑτρουρία, Nam ἕτερος, est alter: & ὅρος, finis. Roma enim antea unam tantum Tiberis ripam tenebat. Juven. 8. Sat. 265. — & quæ

Imperii fines Tiberinum virgo natavit. Hæc Servius in Virg. 2. Æn. 533. V. & Plin. 3. 5.

Solers Hetruria. Claud. 1. in Eutrop. 12. Scribitur & sine aspiratione Etruria.

HETRUSCUS, a, um. Adj. [Τυῤῥηνὸς] ut,

Aurum Hetruscum. Juven. 5. Sat. 164.

Disciplina Hetrusca. Cic. 6. Fam. 6.

Fontes. Tibull. 3. 5. 1.

Mare Hetruscum. Hor. 3. Carm. 29. 35.

Hetruscus subst. gentile. Obesus Hetruscus. Catul. 37. Epig. 11.

HETTA, res minimi pretii apud Festum. H. St. V. supra HECTA. Sic enim alii scribunt.

HETTEMATĬCUS, a, um. Adj. [ἡττηματικός] Firmic. lib. 3. cap. 9. Ipsos tamen faciet hettematicos, & prima semper ætate vitiosos. Hettematicus dicitur, Qui deterior & posterior est, neque præstantiam in suo genere consequitur, & in eo offendit.

## H E U

HEU, [εὖ] Interjectio dolentis. Scaliger. de L. L. lib. 27. a φεῦ deducit. Nom. dativ. & accus. jungitur.

Nom. ut Virg. 6. Æn. 878.

Heu pietas, heu prisca fides. Sunt qui vocativi casus esse dicant Pietas hoc loco.

Dat. Plaut. Mil. 4. 8. 32. Heu mihi, nequeo quin fleam.

Accus. Ter. And. 4. 1. 22. Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo. Cic. 7. Philipp. 13. Heu me miserum, cur cogor, &c.

Heu heu. Plaut. Pseud. 1. 3. 27. Heu heu, quam ego malis perdidi modis quod tibi detuli. V. Drakenb. ad Sil. 11. 212.

HEURESIS, [εὕρεσις] Lat. Inventio. Occurrit Mense Novembri in Kalendario rustico Farnesiano, forsan dies designatur is, quo Ceres Proserpinam filiam, a Plutone raptam, omnibus terris perquisitam, invenit. V. Apul. Met. 11. vel Lex. Pitisc.

HEURĔTES, æ. m. [εὑρετής] Inventor. Plaut. Pseud. 2. 4. 9. Heuretes mihi es.

HEURETRUM, i. n. [εὕρετρον] Merces ob indicium rei amissæ. Ulpian. L. 43. §. 9. ff. de furtis.

HEUS, [ὦ] Adv. vocantis. Ter. And. 3. 3. 47. Heus evocate huc Davum. Idem Eun. 4. 1. 10. Heus, inquit, puer, Pamphilam arcesse. Cic. pro Milon. 61. Heus, ubi Ruscio, ubi Casca?

Heus significationem habet nominis ad intentionem, considerationemque revocandi, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 1. 11. Heus proximus sum egomet mihi.

Sed heus tu, revocantis particula. Cic. 2. Q. frat. 15. Sed heus tu, celari videor a te: quonam modo, mi frater, de nostris versibus Cæsar? Ter. Eun. 3. 1. 43.

Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi?

Heus, dolentis. Virg. 7. Æn. 116.

Heus etiam mensas consumimus, inquit Iülus.

Heus heus. Ter. Adel. 2. 4. 17. Heus heus Syre. s. hem, quid est? Idem Eun. 3. 3. 23.

Heus a Græco ὤ venit, auctore Festo Pompejo.

## H E X

HEXACHORDOS, [ἑξάχορδος] Adj. de Canone Musico. Vitruv. 10. 13.

HEXACLĪNON, i. n. [ἑξάκλινον] Stibadium significat, sex capiens convivas, vel potius Locum in quo duo triclinia stare poterant; hoc est sex lecti cœnatorii: id enim Græca dictio sonare videtur. Martial. lib. 9. 60.

Et testudineum mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

HEXAĒMĔRON, i. n. [ἑξαήμερον] Sic appellant S. Patres Creationem sex diebus perfectam, in quod multi Commentarios ediderunt. v. g. Basilius, Anastasius, &c. [Sic & Henr. Steph. in Thes. Gr. Sed potius effertur hæc vox à SS. PP. ἡ ἑξαήμερος, f. g. & subauditur δημιουργία, vel simile quid. V. Suic. Thesaurum.

HEXAGION, i. n. [ἑξάγιον] Nomen ponderis, Lat. Sextula. q. V. Scribitur & per errorem Stagium, στάγιον, ut docet H. Steph. in Thes. Gr. Append. Exagium vero, ἐξάγιον, videtur ponderum ipsorum, vel nummorum ad pondus exigendorum forma. V. s. l. Add. Eisenschmid. de Ponder. S. 1. c. 2.

HEXAGŌNUS, a, um. Adj. [ἑξάγωνος] Quod habet sex angulos. Columel. lib. 5. cap. 2. Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur, Esto hexagonum quoquoversus lineis pedum triginta, &c. Hexagonum, Figura est æquilatera, & æquiangula ex sex angulis & lineis æqualibus composita. Eucl. 4. Elem. Problem. 15. In dato circulo hexagonum & æquilaterum & æquiangulum inscribere.

HEXAMĔTER, tri. [ἑξάμετρος] Sex constans pedibus. Martial. lib. 6. 65.

Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam. Cic. 3. de Orat. 222. Quod si Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe, Catule, meminisli, solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore. Apud Martial. substantivum subauditur.

HEXAMILUM, i. n. Murus per Isthmum Corinthiacum, sic dictus quod longitudine sex miliaria Italica exæquet. De quo in rebus Venet. & Turc.

HEXAPHŎRUM, [ἑξάφορον] Lectica quæ a sex servis ferri solet. Martial,

Martial. lib. 2. 81. 1. Idem 4. 51.

Ingenti late vectus es hexaphoro. Idem 6. 67.
Non debes ferri mortuus hexaphoro. V. Pignor. de Serv. p.274.

HEXAS, ădis. f. [ἑξὰς] Numerus senarius. Mart. Capel. 7. 240. Bis terni hexas fit.

HEXASTĬCHUM, [ἑξάστιχον] Quod sex versibus, seu ordinibus constat. Sic Hordeum dicitur, cujus spicæ sex ordines habent: sicut Distichum, δίστιχον, quod duos. Columel. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumentis usus hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam & alia animalia quæ ruri sunt melius, quam malum triticum pascit.

HEXASTYLOS, [ἑξάστυλος] i. e. Sex columnas habens. Vitruv. 3. 2. V. Bald. p. 56.

HEXĒCONTĂLĬTHOS, i. m. [ἑξηκοντάλιθος] Lapis tam diversis notis sparsus, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. V. Plin. lib. 37. 10. & Solin. cap. 44.

HEXĒRES, [ἑξήρης] Navis, quæ sex remorum ordines habet. Liv. 27. 23. Regia classis septem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erant. conf. idem 30.

## H I A

HIAGNIS, is. m. fuit ut fando accepimus, Marsyæ tibicinis pater, rudibus adhuc musicæ seculis, solus ante alios catus canere, &c. Apul. lib. Flor. pr.

HIARBAS, [Ἰάρβας] Rex Libyæ, qui Didonem re vera voluit ducere. Et ut habet historia, quum hæc negaret, Carthagini bellum intulit: cujus timore quum cogeretur a civibus, petiit ut ante placaret manes mariti, & exædificata pyra se in ignem præcipitavit. Servius explicans illud Virg. 4. Æn. 36.

Non Libyæ, non ante Tyro despectus Hiarbas. conf. Justin. 18. 6. Scribitur nonnullis sine aspiratione. V. in HANNIBAL.

Fuit & alius hujus nominis in Africa nobilis Rex, auspiciis Sullæ, ductu Pompeji, victus & interfectus. V. Plutarch. in Pomp. & Epit. Liv. 89. & Eutrop. 5. 6.

HIASCO, HIATUS. V. HIO, as.

## H I B

HIBERIA, HIBERUS. V. IBERIA.

HIBERNIA, [Ἰουερνία] Insula in mari Atlantico, inter Septentrionem & occidentem solem. Cæs. 5. Bell. Gall. 13. Hibernia dimidio minor, ut æstimatur, quam Britannia. Hujus incolæ longe magis, quam Britanni, silvestres sunt, ut scribit Strabo lib. 4. Olim appellata Ierna. Juven. 2. Sat. 160. & Mela 3. 6. Juvernam, vel Jubernam dixerunt, Claudian. de 4. Cons. Hon. 33. Hibernen,

Scotorum cumulos flevit glacialis Hiberne.

HIBERNĬCUS, a, um. Adj. [Ἰουερνικὸς] ut Mare Hibernicum. Plin. lib. 4. cap. 16.

HIBERNUS, V. HYBERNUS, quanquam per i rectius scribitur.

HIBISCUS, i. m. vel HIBISCUM, i. n. [ἀλθαία] & quibusdam EBISCUS, vel IBISCUS. Herba non dissimilis malvæ, ut inquit Theophrastus, folio majori quam malvæ, pilosiorique caule. Usus ejus est ad rupta & tusses. Plin. lib. 19. cap. 5. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat: damnatum in cibis, sed medicinæ utile. Virg. 2. Ecl. 30. pro Junci sive Viminis genere accipit,

Hœdorumque gregem viridi compellere hibisco. conf. Idem 10. 71. V. Galen. 6. Simpl. med. Appul. de Herb. cap. 38. & 114.

HIBLA. V. HYBLA.

HIBRIS, ĭdis. V. HYBRIS.

## H I C

HIC, [οὗτος, ὅδε] hæc, hoc. Pronom. demonst.

Hic, iste, & ille: & adverbia ab eis descendentia, qualia sunt, Hic, istic, illic: hinc, istinc, illinc: huc, istuc, illuc: hac, istac, illac: horsum, istorsum, illorsum: hucusque, istucusque, illucusque: hoc, isto, illo: hanc habent differentiam: quoniam Hic cum ceteris, dicitur de Persona loquente, aut de re ei proxima. Iste vero cum ceteris, de Persona ab utroque remota, vel de re ei proxima. Ille autem de Tertia persona ab utroque remota, vel de re ei proxima. Hæc ex Valla lib. 2. Quod tamen non semper obtinet. V. infra. Ter. Eun. 3. 1. 33. — una in convivio

Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.

Ad quantitatem hujus pronominis quod attinet, producebant & Hic & Hoc veteres, quando per duplex c scribebant Hicc & Hocc abjecto E: corripiebant cum per c simplex scripsere. V. Voss. Art. Gram. 2. 29. Aliter tamen sensit Terentianus p. 63. qui τὸ Hic, quippe quod ex Hicce esset perpetuo longum existimavit, eamque ob causam in illo Virg. 4. Æn. 22.

Solus hic inflexit sensus animumque labantem, Creticum statuit. Ita tamen & Virg. alibi, ut 6. Æn. 791.

Hic vir hic est. Et Lucret. 6. 9.
Nam cum vidit hic ad victum quod flagitat usus.

Hic, pro Ego ipse. Ter. And. 2. 1. 12. Tu si hic sis, aliter sentias. Ubi Donatus; Hic, seipsum ostendens dicit, & est Hic pronomen. conf. Priscian. lib. 17. p. 1103.

Hic, Ille. Ter. Eun. 3. 1. 52. Si laudabit hæc illius formam, tu hujus contra. Ibid. 4. 4. 14.

Hic dies. Ter. And. 1. 1. 76. Hic nuptiis dictus est dies. Sic Mensis hic decimus est. Ter. Adel. 3. 4. 29. Delet Hic Bentl.

Puer hic unde est? Ter. And. 4. 5. 3.

Quid hic vult? Idem And. 1. 2. 13.

Hic ipsus est de quo agebam. Ter. Adel. 1. 1. 53. V. IPSE.

Hic meus, hic noster. Ter. Adel. 4. 5. 17.

Hic meus amicus, illi genere est proximus. Idem Eun. 2. 3. 50.
Illa sese interea commodum huc advorterat,
In hanc nostram plateam.

Hanc tuam, pro Istam. Ter. And. 3. 2. 30.

Prorsus a me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo.



Hunc istum otii & pacis hostem. Cic. pro Domo 12.

Huic illi legato, &c. Cic. pro Flacc. 51.

Hic somnus est mihi: h. e. Ita dormire soleo. Plaut. Curc. 1. 3. 28.

Additur aliquando pronomen Hic, vel ad Honorem, vel Contemtum. Virg. 11. Æn. 16.

— manibusque meis Mezentius hic est. Ubi Servius Hic est, pro Talis est, Et utrum per contemtum, an commendationem hoc pronunciandum? Idem 6. Æn. 791.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.

Græco more aliquando præter necessitatem additur, ut Ter. And. 5. 6. pr. Ubinam Pamphilus hic est. V. Rutgers. Var. Lect. 5. 19.

Hic sæpe pro relativis Ille, ipse. ut, Captæ urbes & in his Byzantium, pro In illis. Corn. Nep. 5. 6. Idem 7. 4. 3. Ceterum in talibus notum est non semper ad proximum respicere hoc pronomen, sed nonnunquam ad remotius. V. Perizon. ad Sanct. Minerv. 2. 9. & Quintil. 2. 5. Burm. p. 152. Virg. 4. Ecl. 55. sq.

Non me carminibus vincet, non Thracius Orpheus
Non Linus, huic mater quamvis, atque huic pater adsit;
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo. Ubi Huic, ad Orpheum remotum respicit, & rursus ad Linum proxime antecedentem. Martin.

HÆC, [αὕτη, ἥδε] hujus, huic, hanc. f. Plurali numero in genero neutro dicitur etiam Hæc: quod feminino junxit Ter. in Eun. 3. 5. 34. Hæc adornant ut lavet.

Hæc fere de moribus. Cic. 1. Acad. 38. [Immo neutrum pl. est. V. FERE.

Hæc illa. Ter. And. 1. 1. 99.

Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia.

Nam hæc ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit. Ter. Eun. 4. 6. 13.

Ubi inerat pictura hæc, Jovem &c. Ter. Eun. 3. 5. 36.

Una hæc spes est, ubi ubi est, diu celari non potest. Ter. Eun. 2. 3. 3.

Ad hanc manum. Ter. Adel. 4. 2. 37.

Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.

Hac re; pro Sic, vel Hoc modo. Ter. Eun. 4. 4. 55.

Hac re & omni te turba evolves, & illi gratum feceris.

Hac re, pro Eam ob rem. Sen. Epist. 9. Hac re, florentes amicorum turbas circumsedet.

HOC, [τοῦτο, τόδε] hujus, huic, hoc. n. Ter. Eun. 4. 4. 27. Agedum hoc mihi expedi: primum, &c. Ibid. 1. 2. 50. Hoc agite amabo, mater mea, &c.

Hôc, ablativus, pro Propter hoc. Plin. 2. Epist. 19. Tamen hoc, quod sedent, quasi debilitentur & deprimantur.

Hoc, pro Tanto, sequente Quo. Cic. 2. Tusc. 57. Ut enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum, eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius: sic vox, sic cursus, sic plaga hoc gravior, quo est missa contentius.

Hoc, sequente Quod. Cic. 3. de Orat. 141. Sin eos disjungent, hoc erunt inferiores, quod, &c. Idem 1. Att. 13. Atque etiam hoc magis, quod, &c. [Observa in his exemplis semper jungi Comparativo sequenti.

Hoc alterum. Ter. Eun. 5. 4. 6. — eam confeci sine molestia,

Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum,
Id vero est, quod mihi puto palmarium.

Hoc aliud est quod gaudeamus. Ter. Eun. 5. 9. 11.

Hôc amplius. Ter. And. 1. 1. 4. — quid est,

Quod tibi mea ars efficere hôc possit amplius?

Hoc ætatis, pro Ejus ætatis. Plaut. Bacch. 2. 3. 109.

Ne navigarem tandem hoc ætatis senex.

Hoc ævi. Plin. lib. 2. cap. 31. Ad hoc ævi nunquam produntur. Idem lib. 6. cap. 4.

Hoc biduum. Ter. Eun. 1. 2. 102.

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Hoc confiteor jure obtigisse. Ter. And. 3. 5. 2. Idem Eun. 5. 2. 47. Crede hoc meæ fidei.

Hoc dic. Ter. Eun. 4. 6. 28. Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, &c. Ibid. 2. 2. 45. Hoc nunc dices, ejectos hinc nos.

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hîc. Ter. And. 3. 2. 26.

Hoc erat, Formula succensentium & expostulantium elegans. Virg. 5. Æn. 564. &c.

Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes,
Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, &c. Propert. 2. 24. 17.
Hoc erat in primis quod me gaudere jubebas? conf. Hor. 1. Serm. 10. 46. Virg. 4. Æn. 675. Stat. 1. Silv. 4. 33. Petron. cap. 93.

Hoc est patrem esse? Ter. Adel. 4. 5. 73.

Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet scio. Ter. Eun. 4. 1. 14.

Hoc est, pro Id est. Cic. pro Cæcin. 19. Istius ille fundus est, quem quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus veniit, possedi. Hor. 2. Serm. 7. 2.

— Davusne? ita Davus, amicum
Mancipium domino, & frugi, quod sit satis; hoc est,
Ut vitale putes. Dicens Hoc est, exponit illud Quod sit satis. per hæc verba sequentia, Ut vitale putes. quasi ita dixerit, Hoc est, sic frugi, ut ipsum putes esse vitale.

Hoc est dicere. Cic. 6. Verr. 45. Hoc est enim dicere, Non es dignus tu qui habeas quæ tam, &c.

Hoc facito. S. recte sane. D. hoc fugito. S, callide.
D. Hoc laudi est. S. isthæc res est. D. hoc vitio datur.
S. Probissime. Ter. Adel. 3. 3. 66.

Hoc, honoris mei causa, suscipias, ut. Cic. 15. Att. 14. Magnaque cura & solicitudine Atticum & me liberaris, si hoc honoris mei causa susceperis, ut eos semper a te defensos velis.

Hoc commodi est: quod ita vixerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 91. Hoc commodi est: quod ita vixerunt, ut testes omnes, si cuperent, interficere non possent.

Hoc hominis. Ter. Eun. 3. 4. 8. Quid hoc hominis? qui hic ornatus est?

Hoc litterularum exarare. Cic. 12. Att. 1. Hoc litterularum exaravi egrediens e villa ante lucem.

Hoc mentis habere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Hoc morbi. Ter. Eun. 2. 1. 18. Di boni, quid hoc morbi est?

Hoc

Hoc noctis, & hoc lucis. Plaut. Amph. 1. 1. 10.
Hoc novi. Cic. 1. Att. 13. Novi est in lege hoc, ut qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit.
Hoc sceleris. Ter. Eun. 2. 3. 34.
Hoc villi. Ter. Adel. 5. 2. 11.
Nisi, dum hæ silescant turbæ, interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.
Hoc nisi fit,puerum ut tu videas,nihil moventur nuptiæ. Ter.And.3.2.36.
Hoc novum est aucupium. Ter. Eun. 2. 2. 16.
Hoc opus est. Ter. And. 4. 2. 21.
Hoc patrium est, potius consuescere filium sua sponte recte facere. Ter. Adel. 1. 1. 5. Idem Adel. 4. 7. 7. Hoc peccatum est in virginem civem.
Hoc plus facies. Ter. Eun. 2. 1. 15.
Hoc primum in hac re prædico tibi. Ter. And. 1. 1. 19.
Hoc primum est. Ter. Adel. 4. 4. 22.
Responde mihi hoc. Ter. Eun. 4. 7. 22.
Hoc est quod. Plaut. Asin. 5. 2. 14.
Hoc ecastor est quod ille it ad cœnam quotidie. h. e. Ea est causa cur, &c. Idem Pseud 5. 1. 10.
Quid opus, me multas agere ambages? hoc
Est homini, quamobrem vitam amet.
Hoc quid sit. Ter. And. 1. 2. 19.
Dehinc postulo, sive æquum est, te oro Dave, ut redeat jam in viam. D. Hoc quid sit.
Hoc unum. Ter. Eun. 5. 9. 54.
— unum etiam hoc vos oro, ut me in vestrum gregem Recipiatis.
Hoc vere dicunt. Ter. Adel. 1. 1. 3.
Profecto hoc vere dicunt, si absis uspiam, aut
Ubi si cesses &c.
Hoc utrumque. Ter. Eun. 1. 2. 41. Utrumque hoc falsum est, effluet.
Hoc, pro Hic. Ter. Phorm. 1. 4. 32.
— hoc nihil est Phædria: ilicet,
Quid conterimus operam frustra? Ubi Donatus? Utrum Hoc relativum? an Hoc cum contemptu, pro Hic Antipho nihil est? [Neutrum. H. St.] Sic Cic. in Verrinis, Etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam, pro Hunc. Hæc Donat. [In ed. Lond. 1. Verr. 11. adscriptum est, sed locum frustra quæras. Henr. Steph. adscripsit, Act. 4. in Verrem.
Hujus non faciam, pro Flocci faciam, & minimum æstimabo. Ter. Adel. 2. 1. 8.
Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle
Factam esse, hujus non faciam. crede hoc, ego meum jus persequar.
His legibus, pro Hac conditione. Plaut. Aulul. 2. 1. 35.
His legibus quum tu dare vis, cedo, nuptias adorna.
His moribus. Ter. And. 2. 3. 21. Uxorem his moribus dabit nemo.
His. Perion. in Epist. præfixa Orationi, qua defendit Ciceronis Oratorem adversus Ramum, Seque ad Ciceronem accusandum nam his paucis mensibus contulit. C. hunc usum pronominis demonstrativi. H. St. V. Ter. Eun. 2. 3. 40. conf. His diebus in DIES.
Hæ cupiditates, quas passim vides consectari adolescentes, quales nobis sunt ante oculos. Cic. pro M. Cœlio, Dederit aliquid temporis ad ludum ætatis atque ad inanes hasce adolescentiæ cupiditates p. 500. Lamb. edit. Et paulo post ibidem, Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur, &c. Sic Gr. ταῦτα. H. St. Prior locus unde sit non recordor, duo posteriores ex Or. pro Cœl. 42. & 44.
Dativus pronominis, Huic, monosyllabum est. Virg. 1. Æn. 347.
Huic conjunx Sichæus erat. Idem 2. Ecl. 53.
Huïc, per diæresin dissyllabum efficitur. Stat. Theb.
Lætus huïc domino videas dare jura nepotes.
Hæ rei, peculiare est, pro Huic rei apud Catonem de R. R. cap. 14.
Hibus pro His antique. Plaut. Curc. 4. 2. 20.
HICCE, [οὗτοι] hæcce, hocce. Idem est quod Hic, hæc, hoc. Ter. Eun. 2. 2. 44. — hicce hoc munere arbitratur
Suam Thaidem esse. Al. Hice & Arbitrantur. Idem Adel. 3. 2. 31. Hisce oculis egomet vidi, Sostrata. Idem And. 3. 5. 18.
Namque hocce tempus præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.
Cic. 4. Verr. 117. Sic Populo Rom. jucunda suburbanitas hujusce provinciæ.
HICCĬNE, hæccine, hoccine. i. e. Talis: semper cum interrogatione. Ter. Hec. 1. 1. 13.
Hiscine tu amabo non contra insidiabere? Ubi Donatus, ἐρώτησις, interrogatio. i. e. Talibus. Idem Adel. 4. 7. 40.
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam? Quidam unico c scribunt Hicine.
Hiccine est Simo? Ter. And. 5. 4. 4. Cic. 3. Tusc. 39.
Hiccine est Telamon ille, modo quem gloria ad cælum extulit?
Hæccine parva meum funus arena teget? Propert. lib. 1. 17. 8.
Hoccine credibile est, aut memorabile, &c. Ter. And. 4. 1. 1. Ubi Donatus, Totum hoc in pronuntiatione, hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit.
Hiccine, Dubitative. Liv. 1. 3. pr. Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major, &c.
HIC, [ἐνθάδε, αὐτοῦ, ἐνταῦθα, ὧδε] Adv. in loco. Ter. Eun. 5. 2. 59. Jam frater ipse hic aderit virginis. Ibid. 4. 6. 41. Thaïs ego jamdudum hic adsum. Ibid. 5. 5. 21. Quem præstolare Parmeno hic ante ostium? Idem Adel. 2. 1. 15. Hic propter hunc assiste.
Hic, ubi. Ter. And. 4. 1. 12. — ubi fides est
Si roges, nihil pudet, hic, ubi opus est, non verentur: illic, ubi
Nihil opus est, ibi verentur.
Hic, pro Tum, Adv. temporis. Ter. Hec. 1. 2. 93. Hic animus partim uxoris misericordia devictus, &c. Donatus. Virg. 9. Æn. 246.
Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes. Ter. And. 2. 3. 15. — hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient. Ubi Donatus; Hic, adverbium loci non est, sed averbium temporis. Cic. 5. Verr. 3. Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, ut, &c.
Hic, pro In hac re & negotio. Plaut. Bacch. 1. 2. 3.
Nam, ita me dii ament, ut Lycurgus, mihi quidem
Videtur, posset hic ad nequitiam adducier.
Hic jacet, Hic situs est: inter solennia verba in sepulcrorum inscriptionibus recenset S. Pitisc. V. Lex. Ant. Rom. in voce Hic.

HINC, [ἐνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν] Adv. de loco. Plaut Amph. 2. 2. 9. Atque is repente abiit a me hinc ante lucem. Ter. Adel. 4. 4. 9.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa, ubi eam vidi, ilico
Accedo &c. V. ABEO & ABSUM.
Hinc ab læva. Plaut. Mil. 3. 1. 13.
Sed speculabor, nequis aut hinc ab læva, aut ab dextera, &c. Ter. And. 4. 3. 19. — ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo.
Hinc ab janua aliquid tollere. Ter. And. 4. 5. 10.
Hinc a porta Collina. Liv. 2. 11.
Hinc a nobis profecti in cælum reperientur. Cic. 1. Tusc. 60.
Hinc abest de. V. ABSUM.
Hinc in. Cic. 3. de Fin. 45. Via quæ est hinc in Indiam.
Hinc civis est, Hujus urbis. Ter. And. 5. 1. 14. Illam hinc civem esse ajunt.
Hinc empta. Ter. Adel. 2. 2. 22. Sic apud Cic. 4. in Catil. 16. Quidam hinc nati. i. e. Ex hac urbe.
Hinc ex Attica abrepta. Ter. Eun. 1. 2. 76. Cic. 2. pro Lege Agr. 93. Nos autem, hinc Roma qui veneramus.
Hinc eo. Ter. Eun. 3. 2. 12. Cur non imus hinc? Cic. 2. de Orat. 13, Dixit mihi a se Scævolam hinc euntem esse conventum.
Hinc evoca aliquem foras. Ter. Eun. 2. 2. 52.
Hinc ex proximo oritur clamor. Plaut. Aulul. 5. 3. 27.
Hinc ex ara. Ter. And. 4. 4. 5.
Hinc intro concedam. Ter. Eun. 1. 2. 126.
Hinc & hinc. Martial. lib. 10. 83.
Raros colligis hinc & hinc capillos.
Hinc atque hinc glomerantur. Virg. 1. Æn. 504.
Hinc illuc. Ter. Adel. 2. 2. 17. Coemisse hinc quæ illuc veheret multa,
Hinc illinc. Liv. 2.
Hinc illinc venit. Ter. Adel. 4. 5. 39.
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret expectantem.
Hinc atque illinc totus Septentrio eremigatus. Plin. lib. 2. cap. 67.
Hinc & illinc exhibent mihi negotium. Plaut. Most. 3. 1. 38. Cic. de Univers. 42. Id fit quum speculorum lævitas hinc illincque altitudinem assumpsit, &c.
Hinc inde, Undecunque, circumquaque. Plin. Epist. 9. 13. Longum est omnia, quæ tunc hinc inde jacta sunt, recensere. Martial. lib. 3. 40. 6. Cubitis trudit hinc & inde convivas. conf. 1. 162. 11.
Ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Hinc loci mei quidam. Ter. Eun. 2. 2. 3.
Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc, atque ordinis.
Hinc, Ex hac causa. Ter. And. 1. 1. 99.
Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia. Hor. 1. Epist. 19. 41. Cic. pro Flac. 54. Hinc totum odium, hinc omnis offensio.
Hinc, Ex hoc vel illo. Ter. Adel. 3. 3. 7.
Sed eccum Syrum ire video, hinc scibo jam ubi siet.
Hinc, Ex hac parte. Cic. 2. in Catil. 25. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc &c.
Hinc volucrum naturæ dicentur. i. e. Post hæc. Plin. lib. 9. cap. 62.
HAC, Adv. per locum: i. e. Per eum locum in quo sum. Ter. Eun. 5. 9. 64. Nil prætermissum. ite hac omnes vos: valete, & plaudite. [Subauditur Viâ, vel Parte.
Hac iter est. Virg. 9. Æn. 321.
Hac, pro Illac. Ter. Adel. 4. 2. 34. — in porticum rursum redi:
Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.
Hac an illac. Plaut. Rud. 1. 3. 31.
Aut viam, aut semitam monstret: ita nunc hac,
An illac eam, sum incerta consilii.
Hac illac circumcursa. Ter. Heaut. 3. 2. pr.
Hac non successit. Ter. And. 4. 1. 47.
Hac non successit, alia aggrediamur via. i. e. Hoc modo, quem tentavimus. conf. Nep. 23. 3. 4.
HACPROPTER, Varro. Hacpropter omnes qui laborant invocant. [Sic in Thes. Lips. Sed analogia postulat Hæc propter, ut Ea propter.
HACTENUS, V. suo loco.
HUC, Adv. ad locum. [δεῦρο, αὐτόσε, ὧδε] Virg. 2. Ecl. 45.
Huc ades, o, formose puer.
Huc abii cum illo. Ter. Eun. 1. 2. 40.
Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum hospite,
Abii huc, &c.
Huc in medium agmen. Ter. Eun. 4. 7. 4. In medium huc agmen cum vecti, Donax.
Huc in urbem raro commeat. Ter. Hec. 1. 2. 100.
Huc te arcessi jussi. Ter. Eun. 1. 2. 20.
Huc coram illum adducam. Ter. And. 5. 3. 29.
Huc deducta ad. Ter. Eun. 2. 3. 61.
Huc deducta est, ad Thaidem meretricem: ei dono data est. Cic. 2. Tusc. Huc arripe ad me manibus abstractam piis.
Huc evocate. Ter. And. 3. 3. 47.
Huc for s. Plaut. Aulul. 2. 1. 14.
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi, Ut, &c.
Huc intro. Ter. Eun. 5. 6. 26. Cesso huc intro irrumpere?
Huc prodeambulare. Ter. Adel. 5. 1. 3.
Sed postqu m intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est.
Huc proviso. Ter. Eun. 3. 1. 4. Huc proviso, ut ubi tempus fiet, deducam. [Nisi jungendum potius Huc cum Deducam.
Huc secede procul. Plaut. Capt. 2. 2. 13.
Huc renumeret dotem. Ter. Hec. 3. 5. 58. Idem Eun. 4. 7. 26. Pamphilam ergo huc redde.
Huc redeunt hæc verba. Ter. Eun. 1. 2. 78. i.e. Eam ob causam dicuntur.
Rem huc deduxi, ut, &c. Cic. 2. in Catil. 4.
Huc & huc ora vertere. Hor. Epod. 4. 9.
Huc illuc. Tacit. 1. Ann. 56. 7. Sed exterruit Cæcina, huc illuc ferens arma.
Huc & illuc, Incertum iter ostendunt. Cic. 9. Att. 11. Ne forte aut absim, cum veniet, aut cursem huc & illuc deterrima via. Sic 1. de Orat. 184. Huc & illuc intueri. Idem 1. Off. 101. Pars quæ hominem

hominem huc & illuc rapit. Hor. 4. Carm. 11. 10. Huc & illuc cursitare.
Nunc huc, nunc illuc. Virg. 5. Æn. 701.
Huccine tandem omnia reciderunt, ut &c? Cic. 7. Verr. 162.
Hucusque, pro Usque huc, Ad hæc loca. Plin. lib. 6. cap. 29. Hucusque Sesostris exercitum duxit.
Hucusque ut, pro Hactenus, ut. Paulus in l. 3. D. Quæ res pig. dat. vel hypoth. oblig. non possunt. Videamus an dici possit hucusque ad eum transire jus prioris, ut distrahere pignus ei liceat.

## H I E

**Hĭĕra**, [Ἱερὰ] Insula est maris Siculi, una ex Æoliis. Dicta autem Ἱερὰ, id est Sacra, quod Vulcano sacrata est, & plurimum colle eminentissimo nocte ardet, ut scribit Solin. cap. 11. Plin. 2. 89. & 109. Isidor. 14. 6.
Hiera, Viæ nomen Athenis: sic dictæ, quod ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem.
Hiera, Uxor Telephi regis Mysorum, quæ a Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem, qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (ut fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam superaret.

**Hĭĕra**, æ. f. ex Græco Latina vox usurpata a Sen. Epist. 83. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? quod raro cursoribus evenit, Hieran facimus. Muretus interpretatur de Media in stadio linea, ad quam ambo fessi pervenerint. Lipsius morem fuisse suspicatur, ut in victoria ambigua Deo sacraretur corona quod ἱερὸν ποιῆσθαι, scil. στέφανον Græci dixerunt. conf. Lex. Pitisc.

**Hiēra**, æ. f. pro Matre Cybele occurrit in Virg. 9. Æn. 673. quia tamen media, alioqui brevis, producitur, Turnebus Hyænam ibi legendum esse monet. V. ejus Adverf. 22. 7.

**Hieracia**, æ. f. [ἱεράκιον] Lactucæ genus, cujus succo accipitres obscuritatem sentientes oculos tingunt. Plin. 20. 7.

**Hieracites**, [ἱερακίτης] Gemma, a colore accipitris sic vocata. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Hieracium**, i. n. [ἱεράκιον] Collyrium. Plin. 34. 11.
Item Herba. Apul. de Herb. cap. 30. Diosc. 3. 7.

**Hieranthemis**, is. f. Flos est chamæmeli herbæ vulgatissimæ.

**Hĭĕrapolis**, [Ἱεράπολις] Civitas Asiæ contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ scaturiebant, quæ in tophum admodum facile durabantur. Ptolemæo lib. 5. Syriæ urbs. Plinio Bambicen dicitur, Syris *Magog*. Alia in Creta. Plin. 4. 12. Alia in Syria. Idem 5. 26.

**Hĭĕrarchia**, [ἱεραρχία] Latine Sacer principatus dicitur. V. Suic. Thesaur.

**Hĭĕrătĭcus**, a, um. Adj. [ἱερατικὸς] Sacerdotalis. Plin. 13. 12. Hieratica charta.

**Hierax**, [ἱέραξ] Accipiter. Justin. 17. 2. 8. Antiochus Hierax est cognominatus, &c.
Hieracis Collyrium laudat Celf. 6. 6. Forsan idem medicus, qui aliis Heras.

**Hĭĕri**, [Ἱεροὶ] Populi sunt ultra Sauromatas, calvi & simi a nativitate, & promiscue barbam habentes. Qui ideo ἱεροὶ, id est sacri dicuntur, quia nihil injuste agunt, nec bella movent.

**Hĭĕricho**, vel **Jericho**, vel **Hierichus**, untis. [Ἱεριχοῦς] Judææ oppidum inter Hierosolymam & Jordanem. Plin. 5. 14. Prudent. Psychom. 536. Idem Hamart. 480.

**Hierichontinus**, a, um. Adj. Vulg. Int. Jer. 39. 5.

**Hĭĕro**, ōnis. m. [Ἱέρων] Dinomenis filius, Gelonis frater, & in regno Syracusano successor. De quo Herodot. lib. 7. Diod. lib. 11. Pausan. in Eliac.
Hieron Syracusanus II. quum esset ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuit: at quum omnis expers disciplinæ in morbum incidisset, erudiri cœpit, ac ultro sermonibus doctis aures accommodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit, poetis Pindaro & Simonide arcessitis usus est. Ælian. Varr. Hist. 9. 1. V. Liv. 24. 4. sq. De ejus pulchritudine corporis & viribus, V. Justinus lib. 23. extr. De nummis illius Spanh. diss. 8. p. 548.
Hiero alius, Ferreus cognomento Atheniensis, familiaris Niciæ ducis Atheniensis, unaque cum eo disciplinis eruditus: poemata nonnulla conscripsit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem suam pervenisse testatur.

**Hierŏnĭcus**, a, um. [Ἱερονικὸς] ut Lex Hieronica apud Cic. in Verrinis passim.

**Hierobotane**, es. f. [ἱεροβοτάνη] Herba: cujus meminit Plin. lib. 25. cap. 9. Verbena dicitur alio nomine.

**Hierobulbus**, i. m. Apul. Herb. cap. 21.

**Hĭĕrocles**, is. m. [Ἱεροκλῆς] Philosophus Alexandrinus scripsit Commentarium in Pythagoræ aurea carmina & lib. de Providentia. V. Fabric. Bibl. Gr. & Lactant. 5. 2.

**Hierŏdūli**, [ἱερόδουλοι] Sacrorum ministri. Firmicus lib. 8. Matheseos cap. 19. scribit futuros æedituos, aut hierodulos, qui habuerint horoscopum in vicesima sexta parte Geminorum.

**Hieroglyphĭcæ**, [ἱερογλυφικαὶ] Litteræ dictæ sunt sacræ Ægyptiorum, quæ notis volucrum, ferarum, aliarumque rerum prænotatæ erant. De quibus sic Tacit. 11. Ann. 14. Primi per figuras animalium Ægyptii sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur, & litterarum inventores perhibentur. V. Litteræ in Lex. Pitisc.

**Hieromnēmon**, ōnis. m. [ἱερομνήμων] Sacrorum præsul apud Græcos, ut Augur apud Romanos.
Gemma etiam laudata in divinationibus. Plin. 37. 10.

**Hieronica**, æ. m. [Ἱερονίκης] **Hieronicæ**, arum. m. pl. Qui in sacris certaminibus Græcorum vicerant. Plin. 18. 8. Suet. Neron. cap. 24. Ac ne cujus alterius hieronicarum memoria aut vestigium exstaret. Idem 25. V. Casaub. & Lex. Pitisc.

**Hierōnȳmus**, i. m. [Ἱερώνυμος] Siciliæ tyrannus, Hieroni II. avo successit admodum puer: cui avus metuens, relictis tutoribus XVI mandavit moriens, ut fidem erga Pop. Rom. annos quinquaginta ab se cultam, inviolatam servaret. Hic postea abjecta tutela, contemptaque avi disciplina ac moderatione, luxuriosius & arrogantius agendo, a Romanis descivit, Annibalique adhæsit. Quumque superbe nimis in cives sese haberet, ab eisdem interfectus est. V. Liv. lib. 24. cap. 4. & seq.
Hieronymus, Historicus Rhodius, familiaris Demetrii Poliorcetæ, relictusque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ipsius Demetrii gestas. Plutarchus in Demetrio.
Hieronymus, Philosophus Rhodius, qui finem summi boni posuit in indolentia. Cic. 2. Fin. 3. Tusc. 2. 6. &c.
Hieronymus, Sacrum nomen Latine interpretantur, quod viri sanctissimi & doctissimi Stridonensis ex Dalmatia, proprium fuit: cujus opera in pretio habentur. V. Sixt. Senenf. lib. 4. p. 241.

**Hierophanta**, & **Hierophantes**, æ. m. [ἱεροφάντης] Sacrarum ceremoniarum magister & interpres. V. Arnob. l. 5. Loccen. Ind. Philolog. ad Nep. Meurf. Eleufin. cap. 13. & Jac. Gothofr. ad l. 14. Cod. de Pagan. Sacrif. &c.

**Hierophȳlax**, ācis. m. [ἱερόφυλαξ] i. e. Sacrorum custos. Scævola in l. Annua his verbis. D. de annuis leg.

**Hierosolȳma**, æ. f. & **Hierosolyma**, orum. tantum pl. [Ἱεροσόλυμα] Urbs Palæstinæ, Caput Judææ, quæ & Hierusalem vocabatur. Cic. pro Flacc. 67. Quum aurum Judæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris provinciis, Hierosolymam exportari soleret. Ibid. C. Pompejus captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Dicuntur autem Hierosolyma, ut scribit Egesippus, quæ primo Solyma dicebantur. Sed quum rex Cananæus cognomento Justus, qui fuit conditor Solymorum, templum addidisset, inde Hierosolyma nuncupavit. Græci enim ἱερὸν templum vocant. Eusebius libro nono Evangel. præp. ait, Hierosolyma appellari, quasi Hieron Solomonis, hoc est ædem Solomonis, a templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimumque construxit. Tacit. lib. 5. Hist. 2. extr. Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi Hierosolymam nomen e suo fecisse. Suet. in Neron. cap. 40. Regnum Hierosolymorum. Idem Tit. cap. 5.

**Hierosolymārius**, i. m. [Ἱεροσολυμαῖος] dictus est Pompejus ab Hierosolymis expugnatis. Cic. 2. Att. 9. Ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis, &c.

**Hierosolymitānus**, a, um. [Ἱεροσολυμίτης Steph.] Adj.

**Hierotheus**, Nomen viri proprium.

## H I L

**Hĭlaīra**, æ. f. Pollucis uxor vel potius Castoris. V. Propert. 1. 2. 16. & Meurf. Misc. Lac. lib. 2. cap. 15. & ex eo Brœkh. ad loc. Prop.

**Hĭlăris**, e. [ἱλαρὸς, φαιδρὸς] Lætus & jucundus. Hor. 1. Epist. 18. 89.
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.
Animus hilaris. Cic. 2. Q. frat. 12. Risi nivem atram, teque hilari animo esse & prompto ad jocandum valde me juvat.
Cavædium hilare. Plin. Epist. 2. 17. Est contra medias cavædium hilare. h. e. Jucundum & delectabile, vel potius Amœnum.
Diem hilarem sumere. Ter. Adel. 2. 4. 23.
Ingenium hilare & lepidum. Plaut. Most. 1. 4. 6.
Modum in hilarem epulati sumus. Cic. 5. Att. 9. Legendum ex vetusto codice Saliarem.
Pœna hilaris. Martial. lib. 3. 64.
Sirenas hilarem navigantium pœnam.
Populus hilaris. Ovid. 3. de Arte Am. 518.
Probitas hilaris. Stat. 5. Silv. 2. 72.
Vultu hilari atque læto. Cic. 1. Tusc. 100.
Hilaris & Tristis opponuntur. Quintil. lib. 8. cap. 3.

**Hĭlărus**, a, um. [ἱλαρὸς] Adj. pro eodem. Ter. Adel. 4. 7. 37. Ibid. 5. 3. 56. Hodie modo hilarum fac te.
Hilara vita. Cic. 5. de Fin. 92. Idem 16. Att. 3. Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano convivis tuis: sed si me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati. Eidem lib. 5. 20. Hilara sane Saturnalia.
Compar. Cic. de Clar. Orat. Animadverti te paulo hilariorem. Idem in Pison. 11. Oculis hilarioribus intueri.
Superl. Plaut. Mil. 3. 1. 71. Hilarissimus conviva. conf. Men. 1. 2. 40.

**Hilarŭlus**, dimin. [ὑφίλαρος] Cic. 16. Att. 11. Atticæ, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suavium des. Alii non Optimum legunt, sed Primum.

**Hilaricŭlus**, a, um. Adj. Sen. Epist. 23. Soluto vultu, & ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere. Al. Hilari oculo.

**Hilarĭtas**, ātis. f. [ἱλαρότης] Festivitas, jucunditas. Cic. 2. de Fin. 65. Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu aut joco comite levitatis, sed sæpe etiam tristes, firmitate & constantia sunt beati.
Hilaritas & lætitia. Cic. 1. de Orat. 242. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit.
Hilaritas & Tristitia, contraria. Cic. in Orat. 60.
Multa hilaritas. Cic. 1. Off. 108. Erat in C. Lælio multa hilaritas.
Hilaritatem afferre. V. AFFERO.
Hilaritatem amittere. Cic. 12. Att. 40. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.
Hilaritate aliquem conspergere. Cic. 1. Acad. 8. V. CONSPERGO.
Hilaritatem eripere alicui. Cic. 9. Fam. 11. Sed tamen hilaritas illa nostra & suavitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est.
Hilaritas diei. Columel. lib. 9. cap. 14.
Plur. Sen. Epist. 23. Ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt.

**Hilaritudo**, ĭnis. f. Plaut. Mil. 3. 1. 83. Onera te hilaritudine. V. HILARITUS infra. Idem Rud. 2. 4. 8. Hilaritudo oculorum. Apul. lib. 11. Tanta hilaritudine gestire mihi cuncta videbantur.

**Hĭlăre**, Adv. [ἱλαρῶς] quod & Hilariter dicitur. Cic. 5. de Fin. 92. Dicimus aliquem hilare vivere. Idem 2. de Orat. 290. Ego vero atque hilare quidem a te acceptus.
Hilare & libenter ei cupienti audire nostra, dixi sine te omnia muta esse. Cic. 16. Fam. 12.
Epulatus hilare. Tacit. 11. Ann. 3.
Hilarius loqui. Cic. 3. Tusc. 27. & Plin. 3. Epist. 18.
Hilarissime. Plaut. Men. 1. 2. 40.
Ecquid audes de tuo istuc addere? P. atque hilarissime.

**Hilarĭter**, Auct. ad Heren. 3. 14. Modo acriter tum clementer, mœste, hilariter, in omnes partes commutabimus, ut verba, ita pronunciationem.

**Hilarĭtus**, [ἱλαρῶς] pro Hilariter dixit Plaut. Mil. 3. 1. 83. Es, Libe,

bibe, animo obsequere mecum, atque onerato hilaritus me. Al. Onera te hilaritudine.

HILĀRO, [ἱλαρύνω] āre. Lætitiam, jucunditatemque afferre. Cic. 2. de Fin. 8. Omnes enim jucundum modum quo sensus hilaretur, Græce ἡδονὴν, Latine Voluptatem vocant. Idem de Clar. Orat. 44. Hujus suavitate maxime hilaratæ sunt Athenæ.
Animum hilarare. Catul. 61. 18.
Hos ubi facundo tua, vox hilaraverit ore. Ovid. 4. de Pont. 4. 37. conf. Non. 2. 407.

HILAROR, āri. passivum. Plin. lib. 19. cap. 42. Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli: quærentes mirum in modum hilarari, si interdum audierint id verbum. De psittacis.

HILARĀTUS, a, um. Adj. Cic. 2. Nat. Deor. 40. Terra cum cælo hilarata.

HILARĀTIO, ōnis. f. Tertull.

HILARĀTOR, ōris. m. apud Firmic.

HILARESCO, [ἱλαρύνομαι] ĕre. Hilarem fieri. Varro Epist. Lat. lib. 1. In votum amicorum domus fumat, hilaresco. V. Non. 2. 404.

HILARIA, orum. pl. tantum, n. [ἱλάρια] Antiqui Diem æquinoctii verni colentes appellarunt, ut ait Macrob. Saturn. 1. 21. nempe octavum Calend. Aprilis, quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flavius Vopiscus in Aureliano cap. 1. pr. Hilaribus, inquit, quibus omnia festa & fieri scimus & dici. Hilaria Turnebus Adv. 24. 45. fuisse existimat Matris deûm ferias, quæ principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quovis e populo insignia cujusque dignitatis mentiente atque simulante libere & impune, ut internosci magistratus a simulatore plerumque non posset, ut ab Herodiano in Commodo lib. 1. cap. 16. describitur. conf. Auct. complur. in Lex. Pitisc.

HILĀRIUS, i. m. [Ἱλάριος] Vitellii libertus. Tacit. 2. Hist. 65.
Hilarius, Phrygius quidam vates apud Suidam.
Hilarius, Pictaviensis Sec. 4. Hæreticorum malleus dictus, de quo Voss. Hist. Lat. 2. 8. p. 186.
Hilarius, Arelatensis Sec. 4. V. Voss. l. c. 2. 16. & Hist. contra Pelag. 1. 19.

HILARŌDUS, i. m. [ἱλαρῳδὸς] Lascivi & delicati carminis cantor. Festus. Inter Histrionum appellationes refert Athenæus 14. 8. conf. Scalig. Poet. 1. 52. & Lex. Pitisc.

HILLA, æ. f. [ἤνυς ἐγκοίλιον] vel HILLA, orum. n. Hor. 2. Serm. 4. 60.
— perna magis, ac magis hillis
Flagitat immorsus refici. Al. In morsus. Quo loco Acron, Hilla, inquit, dicuntur Salsa intestina hirci: positum est diminutive hæc Hilla: quidam in diminutione neque intestinum esse dicunt: alii dicunt Farta salsitia. Hæc ille. Varro de L. L. lib. 4. 2. ab Hilum deducit, quod est Minimum. Videtur esse Intestinum illud porcinum fartum aliis intestinis. Plaut. Atque hillas infumatas & sumen. Nonius 2. 410. habet Hilas. V. infra HIRAM.

HĪLUM, i. n. Nigrum illud putatur, quod in summitate fabæ adhæret, inquit Festus. Varro tamen de L. L. 8. 37. Hilum, significare censuit Medullam ejus ferulæ, quæ Asphodelus vocatur: ac sic apud Latinos Nihilum, pro Ne hilum, dici putavit, quomodo Græcis familiare est dicere, οὐδὲ γρῦ. Lucret. lib. 3. 843.
Mors igitur nihil est, ad nos neque pertinet hilum.
Hilum, pro Brevi exiguoque ponitur, auctore Non. 2. 402. Cic. 1. Tusc. 10. — num illud quod Sisyphus versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum? Ex Poeta.

## H I M

HIM, pro Hinc introductum voluit Lambinus in Plaut. Amph. prolog. v. 125.

HIMANTOPODES. V. IMANTOPODES.

HIMĔRA, æ. f. [Ἱμέρα] Fluvius Siciliæ, qui in duas partes dividitur. & in altera, dulcem saporem, in altera salsum retinet. Plin. lib. 3. cap. 8.

## H I N

HINC. V. HIC.

HINNIO, īvi, ītum, [χρεμετίζω] īre. Equorum proprium, ut ait Festus. Fortiter hinnire. Quintil. lib. 1. cap. 5. conf. Spartian. in Get. cap. 5.

HINNIENS, entis. substantive pro Equus. Lævius in Apul. Apol. pag. 294.
Radiculæ, herbæ, surculi &c. Hinnientium dulcedines.

HINNIENTER, Adv. apud Non. 2. 411.

HINNIBUNDE, pro Hinnienter, ab eo quod est Hinnio. Claud. Annal. lib. 16. Equi hinnibundi inter se spargentes terram calcibus. Non. 2. 411.

HINNĪTUS, ûs. m. [χρεμετισμὸς] Vox ipsa, quam equi emittere solent. Liv. 2. 64. Fremitus, hinnitusque equorum. Cic. 1. de Divin. 73. Quum autem aliquantum progressus esset, subito exaudivit hinnitum, respexitque, & equum alacrem aspexit.
Acutus hinnitus. Virg. 3. Georg. 94.
Edere hinnitus. Ovid. 2. Met. 669. Justin. 1. 10. 8.
Fremuisse hinnitibus Alpes. Sil. 5. 66.
Hinnitus litui. Sil. 12. 182. al. Tinnitus. [Utrumque perperam. V. Drakenb.

HINNIBĪLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. 1. 10. Exscreatus hinnibilis.

HINNĪTO, are. frequent. Gloss. Gr. Lat. χρεμετίζω, hinnitat.

HINNILĪTO, āre. frequentativum antiquum, idem quod Hinnio. Lucil. Hæc inquam rudet ex rostris, atque hinnilitabit. V. Varr. de L. L. 6. 5. aliter habet Non. 1. 78.

HINNUS, i. m. [γίννος] Varro de R. R. lib. 2. cap. 8. Hinnus qui appellatur, ex equo & asina, minor est quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equi, jubam & caudam similem asini. Item in ventre est, ut equus, menses duodecim. hosce item ut equulos & educant & alunt, & ætatem eorum ex dentibus cognoscunt. Columel. lib. 7. cap. 37. Qui ex equo & asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt. conf. Plin. 8. 44. & Lex. Pitisc. Legitur &

HINNA, æ. f. Non. 2. 409.

HINNŬLUS, i. m. dimin. [νεβρίδιον, κεμὰς] est Fetura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, similiumque. Plin. lib. 28. cap. 9. Summis autem remediis præfertur hinnuli coagulum in matris utero exsecti. Ex antiquo codice legitur Hinulei coagulum.

Item Mares ex æquo & asino geniti. Vet. Gloss. Hinnulus ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. Recentioribus est Burdo. V. Lex. Pitisc. & paulo ante HINNUS. Item Hinulus. Propert. libri 3. El. 13. cujus principium Quæritis unde.
Atque hinuli pellis totos operibat amantes. H. St. Brœkh. exhibet 3. 11. 35. Hinulei pellis. V. ejus not.

HINNŬLA, æ. f. ut, Pellicula hinnulæ. Arnob. l. 5. p. 185.

HINNULEUS, i. m. Idem ac Hinnulus. Hor. 1. Carm. 23. 1.
Vitas hinnuleo me similis Chloe. Carmen est Asclepiadeum. Al. Hinuleo.

HINNICŬLUS, i. m. Idem apud Vitruv.

## H I O

HIO, [χαίνω] āre. proprie est Ore aperto spiritum emittere, a χάω oritur, ut a χάσκω hisco. Martin. Plin. 8. cap. 15. Invitat ad hiandum pabuli sui gratia.
Hiare, Sponte, vel aliqua vi externa, aperiri sive scindi: ut, Ligna hiant ariditate, & tellus æstu. Sallust. lib. 4. Atque hiavit humus multa, vasta & profunda. V. Non. 4. 228. Columel. lib. 5. cap. 9. Quum terra æstibus hiat.
Hiare flores dicuntur, Quum aperiuntur. Propert. lib. 4. 2. 45.
Nec flos ullus hiat pratis quin, &c. Hinc
Hiare pro Manifestum esse. Apul. Apol. 533. Patent artes tuæ, Rufine, fraudes hiant, detectum est mendacium.
Hiant sensus. Cic. 2. de Fin. 8. Omnes enim jucundum modum, quo sensus hiarent, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant. Ex vetusto codice legendum Hilaretur.
Tales loci non erant ponendi, aut tantum, Hiant sensus, male apud Cic. pro Hilaretur. V. HILARARI. H. St.
Hiare vocalibus sermo dicitur, Quum propter multarum vocalium concursum hiulco ore proferendum est. Quintil. lib. 9. cap. 4. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo & epistola. Cic. in Orat. 152. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis, indicant omnes poetæ, præter eos qui ut versum facerent, sæpe hiabant: ut Nævius, Vos qui accolitis, &c. Hiabant, i. e. Vocales non elidebant, sed omnes pronuntiabant, & in metiendo carmine vim suam omnes habere sinebant, quale est illud Virg. 3. Ecl. 6.
Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Et illud 7. Ecl. 53.
Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.
Hiare ad aliquid, pro Concupiscere. Sen. Epist. 73. Quicquid accepit, integrum devorat: & semper ad spem futuri hiat.
Sic χαίνειν Gr. H. St. V. HIANS. Partic.

HIANS, [χαίνων] Partic. ut, Clamor frustratur hiantes. Virg. 6. Æn. 493.
Emptorem inducere hiantem. Hor. 1. Serm. 2. 88.
Avaritia hians & imminens. Cic. 4. Verr. 134. Nam ipsum Verrem tantum semper avaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla.
Cupiditates hiantes. Tacit. 1. Hist. 12. Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat.
Oratio hians. Quintil. lib. 8. cap. 6. h. e. Male conjuncta & concatenata.
Mutila & hiantia loqui. Cic. in Orat. 32. Mutila vocat, quæ aures non impleant. Debet enim verborum ambitus talis esse, ut & compleat verbis quod proposuit, nec quicquam redundet, ut in Partitionibus docet. Quæ vero mutila sunt, & brevia, nequaquam aures complere possunt. Hiantia, quæ ex aspero vocalium concursu vaste pronuntiantur. Nam (ut auctor ad Heren. lib. 4. 19. ait) crebræ vocalium concursiones vastam atque hiantem orationem reddunt: ut hoc est, Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant. Cic. lib. 3. de Orat. 169. Collocationis est componere & struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus & lævis.
Disjuncti atque hiantes concursus litterarum. Cic. in Partit. 21.

HIANTIA, æ. f. Tertull. de Anima cap. 10. Tubam pariter & hiantiam oris illius ostendo.

HIĀTUS, ûs. m. Oris apertio. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt.
Extremus expirantis hiatus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Immani fauces diducit hiatu. Sil. lib. 3. 194.
Hiatus ex concursu vocalium. Cic. in Orat. 77. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam.
Hiatus terræ. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Repentinis terrarum hiatibus. Plin. 36. cap. 15. Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est.
Devorari subito telluris hiatu. Ovid. 3. Epist. 63.
Patuli hiatus fontis. Ovid. 3. Met. 162.
Profundus hiatus. Plin. lib. 2. cap. 80.
Præmiorum hiatum vocat Tacit. 4. Hist. 42. 6. Nimiam eorum cupiditatem.

HIĔTO, āre. frequent. ab Hio apud veteres. Plaut. Men. 3. 1. 4. Lucil. & Laber. V. Diomed. lib. 1. p. 336.

HISCO, [χαίνω, διαίρω] ĕre. Inchoativum verbum, Proprie est Oris humani: Quum videlicet præ somno aut tædio os aperiunt homines.
Hiscere, Submisse loqui, sive Os ad loquendum aperire. Plaut. Ne hiscere quidem audet. Liv. 6. 16. Ne attollere oculos aut hiscere audebant. Virg. 3. Æn. 314.
— vix pauca furenti
Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco. Cic. 2. Philipp. 111.
Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis?
Hiscere, Stupere, mirari, dubitare. Nævius; Hiscit, Dubius est quid agat. Nonius.
Hiscere, Aperiri. Plaut. Pseud. 4. 1. 42. Tace, ædes hiscunt. Ovid. 6. Epist. 144.
Hiscere nempe tibi terra roganda foret. Quintil. lib. 9. cap. 2.

HIASCO, [ἀνοίγομαι] ĕre. Idem, Antique. Cato de R. R. cap. 10. de nucibus, Ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet.

## H I P

HIPPĂCE, es. f. [ἱππάκη] Caseus ex lacte equino coagulatus. Plin. lib. 28. cap. 9. Sestius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit: hunc

hunc vocant hippacen. De caseis. Idem lib. 11. cap. 54. Ubi Hermolaus, Hippocrates, inquit, inventum scribit Scytharum hippacen, ex equino lacte. Idem 11. 14.

HIPPĂCO, āre. est Celeriter animam ducere: ab Equi halitu, qui est supra modum acutus. Festus. In Gloss. Isidor. est Hippitare. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 22.

HIPPAGIUM, i. n. Equorum vectio.

HIPPĂGO, inis. f. [ἱππαγωγοὶ] Hippagines, Naves, quibus equi vehuntur, inquit Festus, quas Græci ἱππαγωγὰς dicunt. V. Polluc. Liv. 44. 28. Quinque & XXX naves, quas ἱππαγωγὰς vocant, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis, equisque &c. conf. Gell. 10. 25. & Lex. Pitisc. moxque HIPPAGUS.

HIPPĂGUS, [ἱππαγὸς] Navigii genus. *Une Maonne.* Plin. lib. 7. cap. 56. Hippagon Samii invenerunt, aut Pericles Atheniensis. Alii Hypagum legunt, & Instrumentum navale exponunt. V. not. Harduini. [ Videtur idem genus ac Hippagogus. Et forte sic legendum.

HIPPARCHIA, æ. f. [ἱππαρχία] Præfectura equorum. Plin. lib. 1.

HIPPARCHION, ŏnis. m. [Ἱππαρχίων] Nobilis Citharœdus, qui cum Rufino certaturus theatri tumultu turbatus obticuit: hinc prov. Mutus Hipparchion; Cum repente obmutescit cujus vox maxime expectatur. Suid.

HIPPARCHUS, i. m. [ἵππαρχος] vi vocis, est Magister equorum [ vel potius Equitum. V. Suid. ] Hesychius indicat apud Lacedæmonios Hipparchum juvenibus præfectum esse, & in tabula notasse si quid indecore fecerint. Hinc proverb. Hipparchorum tabulæ. V. Chil.

HIPPARCHUS, [Ἵππαρχος] Nicæus astrologus, scripsit in Arati Phænomena, de Stellis fixis, de Lunæ motu contra Platonem. Primus instrumenta mathematica invenit, unde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maxime laudatus. V. eum 2. 26.
Hipparchus quoque filius Pisistrati tyranni, qui ob libidinem in Harmodium, Aristogitonis conjurationem in se excitavit, ut est apud Thucydidem. Idem ut invidiam tyrannidis sapientiæ opinione extingueret, litteras coluit, virisque doctis maxime favit. Ælian. Var. Hist. 8. 2.

HIPPĂSUS [Ἵππασος] Metapontinus, auditor Pythagoræ, vir doctissimus, nihil scripsit, ut ait Demetrius.

HIPPE, [Ἵππη] Chironis Centauri filia: quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret, gravida facta est: & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conversa est, & in cælum translata. Nonnulli vatem eam dixerunt fuisse: sed quia deorum consilia hominibus patefecisset, in equam esse conversam.

HIPPENEMIA. V. HYPENEMIA.

HIPPERIDES. V. HYPERIDES.

HIPPEUS, [ἱππεὺς] Cometa, qui jubas equinas habet, celerrimi motus, atque in orbem circa se euntes. Plin. 2. cap. 25.

HIPPI, orum. m. pl. vel HIPPEIS. [ἱππεῖς] Piscium, vel potius Cancrorum genus, qui a celeritate sic dicti. Plin. 9. 31.

HIPPIĂDES, [Ἱππιάδες] Statuæ mulierum equestres appellabantur, cujusmodi fuisse videntur Amazonum, quas mortalium primas equum scandere ausas, Lysiæ Oratori creditur. Hermolaus.

HIPPIAS, æ. m. [Ἱππίας] Eleus philosophus, discipulus Hegesidemi, ut tradunt Cicero 3. de Orat. 127. & Quintil. 12. 11. non liberalium modo artium præ se scientiam tulit, sed earum quas Græci mechanicas vocant, ut & vestem, & annulum, crepidasque, ac omnia quæ ferebat, manu faceret. Atque ita se comparavit, ne cujusquam ope egeret: summum bonum αὐτάρκειαν posuit, hoc est eo contentum esse quod simplici victui sat esset.
Fuit item Hippias, Pisistrati filius. Cic. 9. Att. 11. Nefarius Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. conf. Meurs. Pisistr. cap. 17.

HIPPĬCE, es. f. [ἱππικὴ] Herba, de qua Plin. lib. 25. cap. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quod in equis quoque eundem effectum habeat.

HIPPIUM, i. n. Pars hippodromi quæ equorum cursu terebatur. Diacon. 8.

HIPPIUS, i. m. [ἵππιος] Equester. Neptunus ita dictus cujus nominis causas adducit Festus.

HIPPO, [Ἵππων] duplex in Africa. Hippo regius, Hic episcopatu insignis est divi Augustini, qui se alioqui Tagastanum fuisse, e Tagasta Africæ oppido, lib. 2. Confess. scribit. Strabo lib. ult. utramque Hipponem regiam nominat, nisi codex vitiatus est. Alterum autem, Diarrhyton Græcis dictum Plinius scribit, Quod palustri solo madeat. Utramque Sil. lib. 3. uno versu expressit v. 259.
Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. Vagam enim Diarrhyton nominat, quod palustri solo sita sit, quare terræ motibus frequentius infestatur. Nec perperam Vagam dixit femineo, quum sic æque ut masculino proferantur. Plin. lib. 6. cap. 34. Utraque, inquit, Hippo, &c. Utramque Hipponem Græcos equites condidisse, auctor est Solinus cap. 40.
Est & Hippo [Ἵππω] Puellæ Bœotiæ nomen apud Plutarchum in Pelopida.

HIPPONENSIS, e. Adj. ut, Hipponensis colonia. Plin. 9. Epist. 33.

HIPPŎCĂMĒLUS, i. m. [ἱπποκάμηλος] Ex equo & camelo compositus. Vel Magnus aliquis camelus e montibus Caspiis. V. Auson. Epigr. 70. 9.

HIPPOCAMPÆ, sive HIPPOCAMPI, pl. [ἱππόκαμποι] Equi marini in piscium caudas desinentes, a flexu caudarum, quæ piscosæ sunt, dicti, ut ait Nonius 2. 397. conf. Plin. 32. 11. Diosc. 2. 3. & Spanh. diss. 4. p. 175.

HIPPOCAMPĪNUS, a, um. Adj. Plin. lib. 32. cap. 7. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro & adipe suillo mistus.

HIPPOCENTAURUS, [ἱπποκένταυρος] Equi stimulator. Quidam volunt Hippocentauros filios fuisse Centaurorum, quod Diodorus ait: fabula ex eo nata, quod primi equitare ausi sunt, veluti hippos, i. e. Equus, & homo copulati essent. Plin. lib. 7. cap. 3. extr. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse. Cic. 2. Divin. 48. Hippocentaurum negat unquam fuisse. Et lib. 2. de Nat. Deor. 109. Quis enim (inquit) Hippocentaurum fuisse, aut Chimæram putat? V. omnino Spanh. de Usu Numm. diss. 5. p. 278. sq.

HIPPOCŎMUS, i. m. [ἱπποκόμος] Hippocomi, Mangones ab equis componendis, colorem fuco, robur inani sagina (ut ait Quintil.) mentientes. V. Lex. Pitisc. [ Suid. ἱπποκόμος, ὁ τῶν ἵππων ἐπιμελούμενος, Qui equos curat. In vet. Gloss. Agaso, Equilio.

HIPPŎCOON, ontis. m. [Ἱπποκόων, ὄντος] Notus ex venatione apri Calydonii. Hygin. Fab. 173. & in ludis Æneæ, Fab. 273. Ovid. 8. Met. 314. Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis.

HIPPOCOUM, i. n. Vinum ex insula Coo, dictum ab agro generoso cui nomen est Hippo. Festus.

HIPPŎCRĂTES, [Ἱπποκράτης] Cous medicus, auditor Democriti, ut quidam volunt, vixit apud Perdiccam Macedoniæ regem. Excessit e vita annos natus CIIII. suscepit filios Thessalum & Dracontem. Ejus libri tanquam divino emanaverint ore, ubique celebrantur. Hæc ex Suida. Quintil. lib. 3. cap. 6. Hippocrates clarus arte medicinæ.
Hippocrates, præter superiorem, Suidas quinque commemorat, omnesque ejusdem artis & familiæ, quorum omnium excellentissimus fuit primus. Hippocratem alium, Atheniensium ducem ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. V. Voss. Inst. Orat. 2. p. 303.

HIPPOCRĂTIA, orum. n. Ludi, qui & Consuales dicuntur. V. CONSUS.

HIPPOCRĂTĬCUS, a, um. Adj. Prudent. Rom. 496.
Num mitiores sunt manus medentium
Laniena quando sævit Hippocratica?

HIPPOCRĒNE, es. f. [Ἱπποκρήνη] teste Bocatio, Fons est Bœotiæ. Hunc aliqui fingunt ob equi Pegasi percussionem factum, & hinc denominatum. Quod quidem figmentum facile detegitur, si secundum quosdam inspiciatur historia. Volunt quidam Cadmum equo insidentem, dum sedem sibi sociisque perquireret, primo ad hunc fontem constitisse, & quia litterarum Græcarum repertor fuit, quarum forsan meditationem ibidem sumpsit, illum Musis sacrum esse voluit. Fontes Aganippidos Hippocrenes. Ovid. 5. Fast. 7.

HIPPOCRĒNÆUS, a, um. Adj. Anonym. de Laud. Herc. v. 5.
Hippocrenæos victorem insistere fontes.

HIPPOCRĒNĪSĀTUS, a, um. Adj. ita Smet. & Savar. legunt in Sidon. Carm. 22. 81. Sed Sirmond. & Wower. sic habent ex MSS.
Hic & crinisatas jungebat Pegasus alas. V. CRINIS.

HIPPODAMANTIUS, a, um. Adj. ut, Vinum Hippodamantium, inter transmarina. Plin. lib. 14. cap. 7.

HIPPODĂME, es. vel HIPPODAMĪA, æ. f. [Ἱπποδάμη, ἡ Ἱπποδάμεια] inquit Servius, Filia fuit OEnomai regis Elidis & Pisarum. De hac infra in dictione OENOMAUS.
Fuit & alia hoc nomine puella, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit, quæ poetis appellatur Briseis, a patre Brisa. V. f. l.
Alia item, Pirithoi uxor. Ovid. 12. Met. 210.

HIPPŎDĂMUS, i. m. [Ἱππόδαμος] Milesius, natura studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis statu. Constituit enim civitatem ex numero X millium, divisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, & privatam. Erat ob ambitionem vita morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu Aristot. lib. 2. Polit. 7. conf. 7. 11. & in eum Piccart.
Asper Hippodamus. Stat. 6. Theb. 436.
Martius Hippodamus. Stat. 6. Theb. 477.
Alius est de quo Martial. lib. 4. 31.
Non semper belle dicitur Hippodamus.

HIPPODŎRUS, i. m. Unus Codridarum, invidiam populi vitare cupiens, & optimam simul principis famam inter Athenienses adipisci, severitate in suos est usus, ac filiam cum mœcho deprehensam currui jussit alligari atque discerpi. Ælian. Var. Hist. [ Non est in indice Kuhn. & Periz.

HIPPODRŎMUS, i. m. Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit. Auctor Philostratus qui eum inter sophistas retulit.

HIPPODRŎMUS, i. m. [ἱππόδρομος] Locus ad cursus equorum dispositus, qui statim intrantium oculis totus simul offertur, hinc atque hinc platanos, aut buxos, aut cupressos, aut alias arbores perpetuo virentes habens. In eo de pernicitate equorum certatur, citra simulacrum pugnæ: & a cursu equorum appellatur. Græci enim ἵππους equum vocant, δρόμον, cursum. Plaut. Bacch. 3. 3. 27.
Inde de hippodromo & palæstra, ubi revenisses domum.
Martial. lib. 12. 50.
Pulvereumque fugax Hippodromon ungula plaudit.
Item Iter quod uno die conficit eques. V. Voss. Lex. Etymol. & Lex. Pitisc.

HIPPOGLOSSA, æ. f. Herba a figura equinæ linguæ appellata: habet autem folia silvestris myrti concava, & spinosa, & in his ceu linguas folio parvo exeunte de foliis. Plin. lib. 27. cap. 11. pr. Eam Tusci appellant *Bislinguam*, alii, *Bonifacum*. Hard. Hypoglossa. q. V.

HIPPOGLOTTION, i. n. Lauri genus. Plin. lib. 15. cap. 30. Hard. hic quoque Hypoglottion.

HIPPOLAPĀTHUM, i. n. [ἱππολάπαθον] Herba lapatho sativa major, candidiorque ac spissior, ut ait Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgo Lappa major appellatur, sive Lapathium majus, a Græcis etiam Prosopion, a Latinis Personata dicitur.

HIPPOLŎCHUS, i. m. [Ἱππόλοχος] fuit, teste Homero lib. Iliad. 6. Filius Bellerophontis, & Glauci pater. Alter, teste eodem, lib. 11. fuit Antimachi Trojani filius, qui una cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Trojano bello interfectus est.

HIPPOLŸTE, es. f. [Ἱππολύτη] Uxor Acasti regis Magnesiæ, quæ Peleum falsi criminis accusavit apud virum suum, cum ille sibi consentire nollet. Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules prælio, victam Theseo dedit uxorem. V. Hygin. Fab. 30. & 163. & Virg. 11. Æn. 661.

HIPPOLYTUS, i. m. [Ἱππόλυτος] Thesei & Hippolytæ Amaxonis filius, Virbius dictus. Qui dum cælibem ducens vitam sese venatu exerceret, & constanti animo sperneret mulieres, a Phædra noverca, absente patre, amatus est. Cujus turpi desiderio quum obtemperare noluisset, redeunte patre, adulterii ei crimen noverca objecit. Quamobrem Theseus in furorem versus, de filii nece cogitavit: quod metuens Hippolytus, conscenso curru fugam arripuit. Sed dum phocæ, quæ tum forte in litus exierant maris, equorum & rotarum strepitu perterritæ, sese in mare præcipitarunt, eum exterriti equi per scopulos ac saxa traxere, tanto impetu, ut compagibus dissolutis infelicem juvenem loris implicitum discerpferint. Hunc postea Æsculapius revocavit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus vero relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur, & se Virbium appellari jussit, quod bis vir fuisset. Non longe a Roma oppidum ædificavit, quod a nomine acceptæ conjugis, Ariciam appellavit. Rem aliter narrat Diodorus Siculus lib. 5. cap. 5. quem vide. conf. Lactant. 1. 17.
Direptus equorum furiis Hippolytus. Ovid. 3. Fast. 265. V. Met. 15. fab. 45.

HIPPOMĂCHUS, i. m. [Ἱππόμαχος] Tibicen fuit, qui quum videret a plebe

a plebe laudari discipulum, quem tamen in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere jussit, dicens maximum erroris argumentum quod ab ignara turba laudaretur. Ælian. 14. 8. & 2. 6.

HIPPOMĂNES, n. [ἱππομανὲς] indecl. compositum ab ἵππ☉, equus, & μανία, furia vel insania. Servius scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem: quod in humana viscera descendens, furorem facit. Virg. 3. Georg. 281.
Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus. &c. Plin. lib. 8. cap. 42. Et sane equis amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad hubera non admittit, siquis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. 4. Æn. 515.
Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptus amor. Columel. lib. 6. cap. 27. conf. Ælian. H. A. 3. 17. & Brœckh. ad Tibul. 2. 4. 58.

HIPPOMARĂTHRUM, [ἱππομάραθρον] Herba. Plin. lib. 20. cap. 23. Est & in hoc genere silvestre, quod alii hippomarathrum, alii myrsineum vocant: foliis majoribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Hactenus Plin. Nos vero Fœniculum majus hippomarathrum appellamus; mos enim est Græcis in compositione, ut quum magnum aliquid significare volunt, equum aut bovem ponant.

HIPPOMĔDON, ontis. m. [Ἱππομέδων] Viri nomen, quem vocat Stat. 6. Theb. 654. Arduum.
Acer Hippomedon. Stat. 5. Theb. 664.

HIPPOMĔNES, is. m. [Ἱππομένης] Neptuni nepos, ex patre Macareo, Atalantam puellam Scyriam cursu potentem vicit, & in luco Matris deûm amoris impatientia cum victa concubuit, ut scribit Servius. V. ATALANTA. conf. Ovid. 10. Met. Fab. 11.
Alius Atheniensium princeps, qui Limonem filiam in adulterio deprehensam equo famelico & feroci tradidit absumendam. V. Suid. Ovid. Ibis, 459. & Erasm. Adag. Magis impius Hippomene.

HIPPON, ōnis. m. [Ἵππων] Philosophus a Cratete exagitatus in Panoptis Aristoph. Inter Atheos eum refert Ælian. Var. Hist. 2. 31. conf. Idem H. A. 6. 11.

HIPPŌNA, æ. f. [Ἱππώνη] Dea erat equorum, quam stabularii colebant. Ejus simulacrum locabatur in stabulis. Ab hac dea, Hippones populi dicti videntur. Apul. lib. 3. de Asin. pag. 141. Juven. 8. Sat. 151. —jurat Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas. Scribitur & Epona. q. V. & Min. Fel. 28. 8. vel Tertul. Apol. 16. conf. item Lex. Pitisc.

HIPPŌNAX, actis. m. [Ἱππώναξ] Poeta. Plin. lib. 36. cap. 5. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem ejus lascivia jocorum ii proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. Hactenus Plin. Ab hoc metrum Jambicum Hipponacticum, sive Hipponacteum, quod & Scazon dicitur, nomen sumpsisse videtur. Cic. in Orat. 189. Senarios vero & hipponacteos effugere vix possumus, magnam enim partem ex Jambis nostra constat oratio. V. Solin. cap. 53. & Dionys. Halicarnass.

HIPPŌNACTĒUS, a, um. [Ἱππωνάκτει☉] Adj. ut Carmen Hipponacteum. de quo vide sup. dict.

HIPPONICUS, i. m. [Ἱππόνικος] Calliæ filius Atheniensis, quum patriæ statuam dedicare decrevisset, nonnullis eam a Polycleto confici suadentibus, isti nequaquam visum est, quod ob operis pulchritudinem ab aspicientibus, non dedicantis, sed potius artificis virtus laudaretur. Ælian. V. H. 14. 16.

HIPPONŎMUS, i. m. [ἱππονόμος] Pastor equorum. Plin.

HIPPŎPE, es. f. Herba. Plin. lib. 22. cap. 12. Hard. Hippophyes. q. V.

HIPPOPĒRA, æ. f. [ἱπποπήρα] Ita Sen. Epist. ad Lucil. 87. vocat Sacculos scorteos ad ferenda numismata sive cetera ad iter necessaria accommodos. Bulgas Festus Pompejus vocat. Hor. 1. Serm. 6. 105. Manticam. V. BULGA.

HIPPOPHAES, sive HIPPOPHYES, is. f. [ἱπποφαὲς, ἱπποφυὲς] Frutex quo fullones utuntur ad interpolandas vestes. V. Marc. Emp. cap. 30. Plin. lib. 21. cap. 15. & 22. 12.

HIPPOPHÆSTUM, i. n. [ἱππόφαιστον] Spina fullonia. Diosc. 4. 16. Plin. lib. 16.

HIPPOPHEON, i. n. Herba. al. Epithymon. Plin. lib. 26. cap. 8.

HIPPOPHŎBAS, ădis. f. [ἱπποφοβὰς] Herba magica, quam equæ præcipue cavent & aversantur. Plin. lib. 24. cap. 17.

HIPPOPŎDES, um. pl. [Ἱππόποδες] Populi in Oceano Scythico, qui (teste Solino) humanam usque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Plin. lib. 4. cap. 13.

HIPPOPOTĂMUS, i. m. [ἱπποπόταμ☉] Plin. lib. 8. cap. 25. Major altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur: ungulis bifidis, quales bubus, dorso equi & juba, & hinnitu, rostro resimo, cauda & dentibus aprorum, aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. V. Melam 1. 5. Ammian. 22. 15. Bochart. Hieroz. 2. 5. 15. vel Lex. Pitisc.

HIPPOS, [ἵππ☉] Latine Equus dicitur: a quo multa, quæ supra retulimus, & deinceps referemus, vocabula deducuntur. Conf. mox HIPPUS.

HIPPOSELĪNUM, i. n. [ἱπποσέλινον] Apii herbæ species, in siccis nascens: quasi Selinum sive apium magnum dicas, ea ratione compositionis Græcorum, quæ prius dicta est in HIPPOMARATHRUM, eadem etiam herba Olus atrum alias dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. conf. Matthiol.

HIPPŎTĂDES, æ. f. [Ἱπποτάδης] ita dicitur Æolus, quia erat Hippotæ Trojani ex Segesta filia nepos. Ovid. 4. Met. 663.
Clauserat Hippotades æterno carcere ventos. conf. 11. 431. & Virg. 11. Æn. 674.

HIPPOTOXŎTÆ, arum. m. [ἱπποτοξόται] Dicti sunt Equestres sagittarii, vel sagittarii qui equis insidentes tela mittunt. V. Cæs. 3. Bell. Civil. 4. Hirt. Bell. Afr. 19.

HIPPŪRIS, is. f. [ἵππουρις] Herba a Latinis Equisetum dicta. Plin. lib. 26. cap. 13. Equisetum, hippuris a Græcis dicta, & in pratis nascens, vituperata a nobis. Est autem Pilus terræ, equinæ setæ similis, &c. V. Diosc. 4. 4. 8.

HIPPURUS, [ἵππουρ☉] inter Pisces. Plin. lib. 32. cap. 11. & 9. 16.

HIPPUS, [Ἵππ☉] Fluvius est Moschorum in Phasin defluens. Strabo lib. 11. Hanc Phasis partem illabitur ingens flumen, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in se recipit, atque Hippum e vicinis montibus cadentes.
Item, Piscis. Plin. 32. 11.

HIPSICRATĒA. V. HYPSICRATEA.

## H I R

HIR, Vola manus, ex græco χείρ. Cic. 2. Fin. 23. Quibus vinum defusum e pleno hir Sipho, ut ait Lucilius, nihil demsit. Hir, inquit Scalig. Append. ad Conjectan. in Varr. p. 182. ed. tert. Steph. est Vola manus, & qui vinum furtim deplent, ut gustent, solent id vola manus haurire. Sed valde locus vexatus est & obscurus.

HIRA, Urbs fuit maritima in agro propinqua Pylo, sub Agamemnonis dominio, ut testatur Homer. lib. 11. Iliad.

HIRA, æ. f. [ἐγκοίλιον] quæ diminutive (inquit Festus) dicitur Hilla; Intestinum est quod Jejunum vocant. V. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. & Taubm. ad Plaut. Curc. 2. 1. 23. conf. HILLA.

HIRCANIA. V. HYRCANIA.

HIRCQUUS, i. m. per c & q. [κανθ☉] Angulus oculi. Virg. 3. Ecl. 8.
— tranversa tuentibus hircquis. i. e. Oculis in hircquos, h. e. In angulum utrumque retortis. Tractum est autem ab Oculis hircorum, quod ob libidinis ardorem, transversum semper aspiciunt. V. Serv. & reliquos interpp. ad loc.

HIRCUS, i. m. per c vel q. [τράγ☉, χίμαρ☉] Caper, caprarum admissarius. Plaut. Most. 1. 1. 38. —at te Juppiter
Diique omnes perdant, oboluisti allium,
Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis. Ad hominem translulit immundum & libidinosum. Idem Casin. 3. 2. 20.
Propter operam illius hirci improbi edentuli. Al. Hirqui.
Lævis hircus. Hor. Epod. 16. 34.
Mulgere hircos. V. MULGEO.
Hircus aliquando dicitur Fœtor ille qui fit sub alis. Hor. Epod. 12. 5.
Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. conf. Ovid. 1. Arte Am. 522.

HIRCĪNUS, a, um. [τράγει☉] Adj. sive HIRQUINUS antiquis, Quod ad hircum pertinet. Plaut. Pseud. 4. 2. 12.
Heus tu qui cum hirquina astas barba, responde quod rogo. Apuleius, Homo sordidus & hircina libidine fœtens.
In pellibus hircinis. Plin. lib. 12. cap. 17.
Follibus hircinis conclusæ auræ. Hor. 1. Serm. 4. 19.

HIRCŌSUS, a, um. Adj. [τραγομάσχαλ☉] Quod hircinum odorem olet. Plaut. Merc. 3. 3. 14.
Jejunitatis plenus, anima fœtida,
Senex hircosus, tu osculere mulierem? Pers. 3. Sat. 77.
Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Idem 5. Sat. 189.
Dixeris hæc inter hircosos centuriones. Nonnulli legunt Varicosos. [Sed Hircosi dicuntur ob Hirsutiam. V. CAPER & CAPELLA. Osculum hircosum, Putidum, olidum. Martial. lib. 12. 59.

HIRCĪPES, edis. Hircinos pedes habens. Mart. Capell. 9.

HIRCIPĪLUS, i. m. Durorum pilorum homo. Festus.

HIRCOCERVUS, i. m. [τραγέλαφ☉] ex Hirco & Cervo compositus. V. Sarisb. 2. 18. & s. l. TRAGELAPHUS.

HIRCOMULGUS, i. m. V. Chiliad. & s. l. MULGEO.

HIRQUITALLO, ire. Hirquitallire dicuntur, Qui ex alarum sudore male olent. Censorin. de Die natali cap. 14.

HIRQUITALLI, Pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine hircorum ita dicti. Festus. V. Gronov. Observ. in Ecclef. 8. p. 84.

HIRCŬLUS, i. m. Herbæ nomen. Plin. lib. 12. cap. 12. Cum Gallico nardo semper nascitur herba, quæ hirculus vocatur, a gravitate odoris & similitudine, qua maxime adulteratur. Distat quod sine cauliculo est, & quod minoribus foliis, quodque radicis neque amaræ neque odoratæ.

HIRNEA, æ. f. Vasis genus. Cato cap. 81. Indito in hirneam fictilem. Conf. IRNELLA, IRNEUM.

HIRNULA, æ. dimin. Cic. Parad. 1. al. Urnula. V. Turneb. 20. 20.

HIRPIÆ, [Ἵρπιαι] Familiæ sunt, ait Plin. lib. 7. cap. 2. paucæ haud procul urbe Roma in Faliscorum agro. Hæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, supra ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. Hirpi Solino vocantur cap. 8. quomodo & Hard. ex MSS. Plinium correxit. V. Lex. Pitisc.

HIRPINI populus in secunda regione Italiæ apud Plin. 3. 10. Hinc HIRPINUS, a, um. Adj. ut Pubes Hirpina. Sil. 8. 570.

HIRPINUS, Equi circensis nomen apud Juven. 8. Sat. 63. & Martial. lib. 3. 63. V. Lips. Centur. 3. Epist. 26.

HIRRIO, ire. inquit Festus, Garrire, ringere, genus vocis est Canis rabiosæ. Nonius, Irritare tractum a canibus qui cum provocantur, hirriunt. Sidon. 7. Ep. 3. Veluti est canibus innatum, ut etsi non latrant, hirriant tamen. V. Voss. Etym. p. 250.

HIRSŪTUS, a, um. Adj. [λάσι☉, δασὺς] ab Horreo & Seta; quasi Horrens setis, setosus, horridus. Martial. lib. 10. 65.
Hirsutis ego cruribus, genisque, &c.
Animantes quædam hirsutæ spinis. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.
Barba hirsuta. Ovid. 13. Met. 766.
Castaneæ hirsutæ. Virg. 7. Ecl. 53.
Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ. Ubi Servius, Hirsutæ, adhuc intra suos echinos locatæ.
Comæ hirsutæ. Ovid. 3. Fast. 332.
Feræ hirsutæ. Ovid. 5. Fast. 176.
Frondes hirsutæ. Virg. 3. Georg. 231.
Genæ hirsutæ. Martial. lib. 6. 52.
Herba petrea hirsuta. Plin. lib. 20. cap. 9.
Supercilium hirsutum. Virg 8. Ecl. 34.
Hirsum, metaphorice, pro Austero & inamœno. Ovid. 2. Trist. 259.
Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis.

HIRSUTIA, æ. f. Solinus cap. 38. Durissimum dorso tergus est, ventri mollius. Setarum hirsutiæ nullæ. Idem 42.

HIRTIUS, [Ἵρτι☉] A. Hirtius, Consul cum C. Vibio Pansa, in prælio ad Mutinam ab Antonianis cæsus. V. Epit. Liv. 119. Scripsisse creditur librum VIII. de bello Cæsaris, itemque de Bello Alex. & Africano.

HIRTUS, a, um. Adj. [λάσι☉] Idem quod Hirsutus: Hirtus setis musculus marinus. Plin. lib. 11. cap. 37.

Cani-

Canities rigidis ſtetit hirta capillis. Ovid. 10. Met. 425.
Capellæ hirtæ. Virg. 3. Georg. 55. — hirtaſque capellas.
Corde hirto gigni quoſdam homines proditur. Plin. lib. 11. cap. 37.
Corpora hirta. Plin. lib. 7. cap. 2.
Crinis hirtus. Ovid. 8. Met. 801.
Ora hirta. Curt. 4. 13. 5.
Oves hirtæ. Varro 2. de R. R. cap. 2.
Saxa hirta dumis. Stat. 3. Silv. 1. 13.
Sepes hirtæ, h. e. Rubis & ſpinis aſperæ. Columel. lib. 10.
Toga hirta. Sil. 1. 610. V. Drakenb.
Tunica hirta. Nep. 14. 3. 2.
Compar. Foliis hirtioribus. Apul. de Herb. cap. 71.

HIRTICŬLUS, a, um. dimin. Gloſſ. Græc. Lat. δασύτριχος hirticulus.

HIRTUŌSUS, a, um. Adj. ut Hirtuoſus deus, i. e. Pan. Apul. Met. 5. p. 613.

HIRŪDO, ĭnis. f. [βδέλλα] Sanguiſuga. Plin. lib. 32. cap. 10. Diverſus hirundinum, quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Plaut. Epid. 2. 2. 4. — jam ego me vortam in hirudinem,
Atque horum exugebo ſanguinem. Hor. de Arte Poet. ult.
Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Plin. 8. cap. 10.
Hirudo ærarii, per translationem, h. e. Exhauſtrix. Cic. 1. Att. 16. Accedit illud, quod illa concionalis hirudo ærarii, miſera & jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat.

HĬRUNDO, ĭnis. f. [χελιδών] Avis nota. Plin. lib. 10. cap. 24. Abeunt & hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens avis ex his quæ aduncos ungues non habent, ſed in vicina abeunt, apricos ſequutæ montium receſſus: inventæque jam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Plaut. Aſin. 3. 3. 104. Dic igitur me anaticulam, columbam vel catellum,
Hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum.
Arguta hirundo. Virg. 1. Georg. 377.
Garrula hirundo. Virg. 4. Georg. 307.
Veris prænuntia hirundo. Ovid. 2. Faſt. 853. conf. Hor. 1. Epiſt. 7. 13.
Hirundinem ſolebant veteres pro Barbaro & infante ponere indiſertoque, ducta ea opinione ab illa fabula, qua in avem in Thracia mutata avis illa fertur, quæ barbara regio erat. Lucret. 3. 6.
— quid enim contendat hirundo Cygnis? Turneb.
Hirundines in ludos afferebant veteres, ſolitaſque domum redire, alligato filo victoriæ indicio, ad ſuos dimittebant. Idem olim factum in Romano Circo teſtatur Plin. lib. 10. cap. 24.

HIRUNDINEUS, a, um. [χελιδόνειος] Adj. ut Adventus hirundineus. Sidon. 2. Epiſt. 14.

HIRUNDINĪNUS, a, um. Adj. ut Hirundininus nidus. Plaut. Rud. 3. 1. 6.
Hirundininus ſanguis. Plin. lib. 30. cap. 14. Martial. 11. 9.

HIRUNDINĪNA, æ. f. Herba, apud Græcos Chelidonia. V. Apul. de Herb. cap. 73.

## H I S

HISCO. V. HIO, as.

HISPA, vel HYSPA, vel potius HYPSA, Fluvius Siciliæ. Sil. 14. 227.

HISPĂLIS, is. f. [Ἵσπαλις] Civitas Hiſpaniæ Bæticæ clariſſima: quæ nunc *Sibilia*, ſeu *Sivilla*, ſeu *Sevilla* vocatur. Ab Hiſpalo Herculis filio. Quidam declinant, Hiſpal, alis. n. Meminit Plin. lib. 2. cap. 97. V. Strab. lib. 3. Mela 2. 6. Scribitur & Iſpalis. Hinc

HISPALENSIS conventus. de quo Plin. lib. 3. cap. 1.

HISPĀNIA, æ. f. [Ἱσπανία, Ἰβηρία] Europæ regio, ampla inter Africam & Galliam terra, viris claris, (nam Quintilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, alioſque innumeros genuit) celebris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroque abundans, & adeo fertilis, ut ſicubi ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, linum tamen, aut ſpartum alat. Ea in Ulteriorem olim & Citeriorem, poſteaquam in Romanorum ditionem pervenit, diviſa fuit: Ex Auguſti dein deſcriptione tres provincias habuit, Bæticam fertiliſſimam, a Bæti, quo irrigatur, amne dictam. Alteram Luſitaniam, a Luſo comite Liberi patris ſic vocatam: Tarraconenſem tertiam, a Tarracone, a Scipionibus condita urbe dictam. In ea hodie regna ſunt Tarraconiæ ſeu Aragoniæ, vel Cataloniæ, Navarræ, Caſtellæ: in Bætica, Granatæ. Luſitania fere ad Portugaliam attinet, ſupra quam Galicia eſt, & Vaſconum ſedes, in Septentrionem expoſita. Amnes Hiſpaniæ clariſſimi ſunt, Iberus, Bætis, Tagus, Anas, & Durius. V. tabulam Europæ ſecundam Ptolemæi, & adhibe quæ ſcribit Plin. lib. 3. cap. 1. & Cluver. Geogr. 2. 2. Caſſius plurali uſus eſt, ſcribens ad Cic. 15. Fam. 19. Quid in Hiſpaniis geratur ſcribe. Sic & alii frequenter. V. & Lex. Pitiſc.
Duris Hiſpania bellis. Lucan. 5. 26.
Hiſpania ad Africam adjungitur. V. ADJUNGO.

HISPĀNUS, a, um. Adj. [Ἴβηρ, Ἱσπανός] Qui in Hiſpania natus.
Hiſpanorum inquieta ingenia. Liv. 22. 21.
Aurum Hiſpanum. Martial. 7. 87.
Capillus Hiſpanus. Martial. lib. 10. 65.
Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hiſpanis ego contumax capillis.
Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, &c. ſuperavimus. Cic. de Aruſp. Reſp. 19.
Jugum Hiſpanum. Ovid. 3. de Arte Am. 646.
Spanus pro Hiſpanus jam eſt apud veterem Scholiaſten. Juven. 12. Sat. V. Rutgerſ. Var. Lect. 4. 4.

HISPĀNE, Adv. Ennius apud Chariſium lib. 2. p. 180. Hiſpane, non Romane, memoretis loqui me.

HISPANĬCUS, a, um. Adj. Suet. Aug. cap. 82. Hiſpanicum verbum.

HISPANIENSIS, e. Adj. [Ἰβηρικός, Ἱσπανικός] Qui alibi ortus, in Hiſpania aut habitat, aut verſatur. Unde Hiſpanienſes vocamus negotiatores.
Æſtus Hiſpanienſis maritimus, vel Britannicus. Cic. 3. de Nat. Deor. 124.
Bellum Hiſpanienſe a Pompejo confectum. Cic. pro Lege Manil. 28.
Exercitus Hiſpanienſis, h. e. Romanorum qui erant in Hiſpania cum Prætoribus. Tacit. 1. Ann. 3.
Quid enim te de Hiſpanienſibus flagitiis tuis, ſordidiſſimiſque furtis interrogem? Cic. in Vatin. 13.
Iter Hiſpanienſe. Cic. in Vatin. 12.
Legatus Hiſpanienſis, e Roma in Hiſpaniam miſſus. Cic. in Vatin. 35.
Liber Hiſpanienſis. Martial. in præf. lib. 12. Non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum. Hiſpanienſis liber eſt, Qui Romana lingua in Hiſpania eſt compoſitus. Hiſpanus, Qui in Hiſpania lingua Hiſpana eſt compoſitus. Hiſpanum ergo, i. e. Ruditate & lingua Hiſpana, non Romana elegantia compoſitum.
Oceanus Hiſpanienſis. Plin. lib. 37. cap. 10.
Spuma Hiſpanienſis. Idem lib. 33. cap. 6.

HISPĬDUS, a, um. Adj. [τραχύς] Setoſus, horridus, ut ait Servius. Virg. 10. Æn. 210.
— cui, laterum tenus hiſpida nanti,
Frons hominem præfert.
Aſpectu hiſpidus. Plin. lib. 22. cap. 6.
Agri hiſpidi. Hor. 2. Carm. 9. 1.
Calyx. Plin. lib. 16. cap. 6. Continentur hiſpido calyce.
Facies hiſpida. Hor. 4. Carm. 10. 5.
Frons hiſpida. Virg. 10. Æn. 210.

HISPIDŌSUS, a, um. Adj. [τραχώδης] Catul. Epigr. 16. 10.
Non dico pueris, ſed hiſpidoſis. Sed in emendatis codd. His piloſis.

HISPO, onis. Romanum cognomen. V. Burm. ad Quintil. 6. 3. p. 563.

HISTER, tri. m. [ὑποκριτής] Liv. 7. 2. Quia hiſter Thuſco verbo, Ludio vocabatur.
Idem ac Iſter. [Ἴστρος] Gell. 10. 7. Drakenb. ad Sil. 1. 326.

HISTIÆA, [Ἱστίαια] Civitas in Eubœa, de qua meminit Homer. Iliad. 2.

HISTIÆUS, [Ἱστιαῖος] qui ex ea urbe eſt.
Hiſtiæus fuit & Mileſiorum tyrannus, ut ſcribit Herodotus lib. Hiſt. 6.

HISTON, onis. [ἱστών] Textrina. Varr. R. R. 1 2. Si habeas plures in fundo textores, atque inſtitutos hiſtonas. al. Hiſtotones, ab ἱστὸς & τόνος. [Vet. Gloſſ. Gr. Lat. ἱστών, textrinum. Sed apud Pollucem lib. 1. ſect. 79. & 7. 28. ἱστών. Apud Suidam id vocabulum corruptum eſt. V. quæ Favorin. ex Phrynycho affert, & Caſaub. ad Athen. 14. 22. unde jam liquet de vera lectione Varronis.

HISTONIUM, Italiæ oppidum, non procul a monte Gargano, ut ſcribit Pomponius lib. 2. 4. Nunc vulgo dicitur *Guaſto*. Teſtis Olivar. in Melam.

HISTŎRIA, æ. f. [ἱστορία] Latine Narratio dicitur, & Rerum geſtarum expoſitio. Proprie tamen eſt earum rerum, quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat. Unde nomen habet, ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod eſt videre; quia in ea res geſtæ coram quaſi inſpiciantur. V. Voſſ. de Art. Hiſt. Cic. 4. Acad. 137. Doctum ſine hominem, ut indicat ipſius hiſtoria, ſcripta Græce. Idem 2. de Orat. 62. multa de hiſtoria.
Mythiſtoria & Mythiſtoricus, vide in indice hiſtor. Rom. Cæſarum Francſ. apud Jul. Capitolin. H. St. V. MYTHISTORIA.
Teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis, Hiſtoria a Cicerone dicitur 2. de Orat. 36.
Erat Hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium confectio. Cic. 2. de Orat. 52.
Quid Hiſtoria differat ab Annalibus, docet Gell. 5. 18. V. ANNALES.
Prima lex hiſtoriæ, nequid falſi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Cic. 2. de Orat. 62.
Hiſtoria dignum, i. e. Non leve quiddam aut jocoſum, ſed ſerium & grave: qualia ſunt, quæ in hiſtorias referuntur. Cic. 2. Att. 8. de ea loquens Attici ad Ciceronem epiſtola, quæ pueris exciderat in via: Nunc ſi quid in ea epiſtola fuerit hiſtoria dignum, ſcribe quamprimum, ne ignoremus: ſin nihil præter jocationem, redde idipſum.
In hiſtoria pura & illuſtri nihil eſt brevitate dulcius. Cic. de Clar. Orat. 292.
Enarratio hiſtoriarum. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Satis hiſtoriarum eſt? Plaut. Bacch. 1. 2. 49. i. e. Fabularum.
Amaræ hiſtoriæ. Hor. 1. Serm. 3. 89.
Arguta hiſtoria. V. Argutus in ARGUO.
Infans hiſtoria. V. INFANS.
Lubrica hiſtoria. Quintil. lib. 9. cap. ult. ad fin. V. ORBIS.
Major hiſtoria. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Mendoſior hiſtoria. V. MENDA.
Muta hiſtoria. V. MUTUS.
Vana hiſtoria. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Conferre in hiſtoriam. Juſtin. in exordio, ad Antoninum Imperatorem, Quum multi ex Romanis, etiam Conſularis dignitatis viri, res Romanas Græco peregrinoque ſermone in hiſtoriam contuliſſent.
Conquirere regionum hiſtoriam. V. CONQUIRO.
Decurrit hiſtoria membratim. Plin. lib. 7. cap. 16. Sed mox plura de hoc, quum membratim decurret hiſtoria. h. e. Quum hominem per ſingula membra deſcribam.
Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum. Cic. 2. de Orat. 51.
Dare hiſtorias poeticas alicui. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Loquuntur hiſtoriæ. V. LOQUOR.
Scribere hiſtoriam. Cic. 2. de Orat. 51.
Hiſtoria varie definitur a Cicerone, Memoria publica, memoria rerum veterum, commemoratio antiquitatis, monumenta rerum veterum, monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum: omnium ſeculorum memoria.

HISTORIŎLA, æ. f. dimin. Hiſtoria parva. Cathol.

HISTORĬCUS, i. m. [ἱστοριογράφος, ἱστορικός] Hiſtoriarum ſcriptor. Cic. pro Muren. 78. Idem in Topic. 16. Philoſophi, poetæ, & hiſtorici. Vires hiſtoricorum. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Hiſtoricus, dicitur a Cicerone 2. de Orat. 31. Rerum pronuntiator, & rerum explicator.

HISTORĬCUS, a, um. Adj. [ἱστορικός] Cic. de Clar. Orat. 286. Non tam hiſtorico, quam oratorio genere perſcripſit.
Fides hiſtorica. Ovid. 3. Amor. 12. 42.

HISTORĬCE, es. f. [ἱστορική] Enarratio auctorum dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. Ratio loquendi & enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen vocant.

HISTORĬCE, Adv. Vitruv. 6. 10. Atlas hiſtorice formatur ſuſtinens mundum.

HISTORIĀLIS, e. Adj. Quod ad hiſtoriam ſpectat. Plin. lib. 16. cap. 33. Trahitur etiam in picturas opere hiſtoriali: &c. De cupreſſo.

HISTORIĀLĬTER, Adv. Ambroſ. in Apocalypſ. cap. 21.

HISTORIARIUM, i. n. Ruſtici Elpidii hiſtoriarium novi Teſtamenti. V. Barth. Adverſ. 26. 9.

HISTORIŎGRĂPHUS, i. m. [ἱστοριογράφος] Ambroſ. Epiſt. 42. pr.

 Joſephus

Josephus Historiographus. Capitolini, Hieronymi, Orosii, Fulgentii exempla proposita sunt a Cellario Curis posterioribus p. 175.

HISTRIO, ŏnis. c. [ὑποκριτής, μῖμος] Qui personatus in scena, tragœdias vel comœdias agit. Festus, Histriones dicti, quod primum ex Histria venerunt. Liv. lib. 7. 2. & Valerius 2. 4. 4. nomen histrionibus fuisse inditum scribunt, quia Hister Thusco verbo Ludio vocabatur. Cic. 4. Tusc. 55. Aguntur ista præclare, & ab Oratore quidem melius, si modo est Orator, quam ab ullo histrione.
Actio histrioni, saltatori motus non quivis, sed certus quidam datus est. Cic. 3. de Fin. 24.
Exibilatur & exploditur histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior. Cic. in Parad. 3.
Curare histriones. V. CURO.
Levis ars & scena histrionum. Cic. 1. de Orat. 18.
Roscius & Æsopus histriones clari. Cic. 1. de Orat. 258.
Comœdiarum histrio. Plin. lib. 7. cap. 53. Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur, comœdiarum histrione. i. e. Actore.

HISTRIONIA, æ. f. [ὑποκριτική] vel HISTRIONICA, æ. f. Ars ipsa histrionis. Plaut. Amph. prol. 90.
Quid admirati estis? quasi vero novum
Nunc proferatur, Jovem facere histrioniam. Petron. Fragm. p. 673. Totus mundus exercet histrioniam. Idem cap. 5. Histrioniæ addictus.

HISTRIONĬCUS, a, um. Adj. [ὑποκριτικός] ut, Histrionicus gestus, Histrionicæ vestes, Histrionica verba.

HISTRIONĀLIS, e. Adj. ut, Studium histrionale. Tacit. 1. Ann. 16. Idem Dial. de Orat. 26. Ut lascivia verborum, & levitate sententiarum, & licentia compositionis, histrionales modos exprimant.

HISTRĬCUS, a, um. Adj. [ἱστρικός] Quod pertinet ad histrum vel histrionem: ut, Imperator histricus, Qui imperat histrionibus, præfectus histrionici chori. Plaut. Pœn. prol. 4.
Audire jubet vos Imperator histricus.
Decor histricus apud Apulejum.

HISTRIX. V. HYSTRIX.

## H I T

HITTIO, īre. proprie Canum vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione ut exponit Scalig. ad Fest. Vet. Gloss. hittio, ἰχνιῶ. Factum ab Hittus, quod in Gloss. exponitur φωνὴ κυνός.

## H I U

HIULCUS, a, um. Adj. [χανδὸς, κεχηνὼς] Hians, Hiscens; Fissus, & fatiscens.
Arva. Virg. 2. Georg. 353.
Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arva. Ubi Servius; Hiulca, Nimis caloribus fissa.
Fulmen hiulcum. Stat. 1. Theb. 26.
Gens hiulca, Avida, inhians rei alienæ, vel bilinguis & fallax. Plaut. Trin. 2. 2. 9.
Nubes hiulca. Claud. Conf. Prob. 206.
Voces hiulcæ, Hiulcus concursus verborum. Cic. 3. de Orat. 169. Collocationis, est componere & struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit. Idem in Orat. 150. Extremorum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficit, aut asperas. V. HIO. Ut compositio suavis sit, advertere debet orator, primo ne multæ vocales concurrant, quæ res hiulcam efficit orationem: ut si quis diceret, Ego omnia habeo aperta amicis. Deinde, ne asperæ consonantes inter se concurrant. ut si quis diceret, Rex Xerxes stravit montes. Asperitatem ergo referimus ad consonantes, hiatum ad vocalium concursum.

HIULCE, Adv. [κεχηνότως] Cic. 3. de Orat. 42. Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores, non aspere, ut ille quem dixit, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, & æquabiliter, & leniter.

HIULCO, [χάζω] āre. Findere, hiulcum facere. unde Catull. 66. 62. Æstus hiulcat agros.

HIULCĀTUS, a, um. Adj. Fortun. Carm. 5.
Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

## H O

H. O. Hostis occisus. HO. Homo, Honestus, Honor, Hora. H. O. S. Hic ordinavit sepulchrum, Hic ossa sita. HO. V. Hora quinta, Horis quinque.

HODĒGUS, [ὁδηγὸς] Dux viæ seu itineris. V. Thes. Gr. H. St.

HODIDOCUS. V. HODODOCUS.

HŎDIE, Adv. temporis. [σήμερον, τήμερον] quasi Hoc die.
Hodie; pro Nunc, sive Hoc tempore. Plaut. Asin. 5. 2. 37.
Censen' tu illum hodie primum ire assuetum esse in ganeum?
Ter. Eun. 5. 9. 1.
O populares, ecquis me vivit hodie fortunatior? Cic. pro Cœl. 3.
Hodie, per comminationem dictum, auctore Donato. Ter. And. 1. 2. 29.
Si sensero hodie quicquam in his nuptiis fallaciæ Conari &c.
Hodie mane. Cic. 13. Att. 9. Venit paulo post Curtius hic salutandi causa, sed mansit invitatus. Trebatium nobiscum habemus. hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. V. MANE.
Hodie nate salve, Salutationis formula de feliciter peracto puerperio. Gell. 12. 1. Plaut. Pseud. 1. 3. 15.
Hodie nate heus! hodie nate, tibi ego dico, heus hodie nate, redi.
V. Bartholin. de Puerper. vet. p. 61.
Hodie nunquam. Ter. Adel. 4. 2. 31.
Scio ubi sit: verum hodie nunquam monstrabo. &c. Ubi Donatus, Hodie, aut abundat: ut Virg. 2. Æn. 670.
— nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut Nunquam hodie, pro Nullo tempore hujus die: quia Nunquam, per se generale est.
Nunquam hodie effugies. Virg. 3. Ecl. 49.
Non facies hodie? Non dices hodie? & similia, instandi & urgendi causa dicuntur. Hor. 2. Serm. 7. 21.
Non dices hodie quorsum hæc tam putida tandem, Furcifer?
Hodieque, eleganter connectitur. Liv. 1. 17. Hodieque usurpatur idem jus. conf. 5. 4. & 42. 34. Paterc. 1. 4. & alibi. Cic. Verr. 5. 25. Vitruv. 10. 7. Plin. 8. 45. & 30. Cellar. Cur. post. p. 63.
Defuit in Lugd. & adscripsit H. St. sed sine exemplo.

HODIERNUM, vulgo dicitur pro Hodie etiamnum. [Sed Analogia postulare videtur potius Hodiedum. Verum Hodieque rectius dices.

HODIERNUS, a, um. Adj. [σημερινός] Quod est hujus diei, ut, Liv. 34. 22. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet.
Hodiernus dies. Cic. pro Cæcin. 32.
Hodierno die, pro Præsenti tempore. Cic. 1. de Orat. 13. Nam etsi Servio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ jam erant, quam est Roma ad hodiernum diem. Budæus. Sic Hesterno. Liv. 44. 38. pr. V. supra. Junge Cellar. l. c. p. 95.
Ante hodiernum diem. Cic. 3. in Catil. 20. Neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur.
Lux hodierna. Liv. 1. 16. Prima hodierna luce. Hor. 4. Carm. 7. 17.
Hodierno die mane. Cic. in Catil. 3. 21. Ut quum hodierno die mane per forum meo jussu & conjurati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur. V. MANE.

HODIUS, fuit (teste Homero lib. 9. Iliad.) Unus ex Græcorum præconibus in bello Trojano.

HODODOCUS, [ὁδοδόκος] Latro atque obsessor viarum. Festus, Al. Hodidocus. Rectius puto Hodœdocus ex Gr.

HODŒPORICUM, [ὁδοιπορικὸν] Liber aliquod iter describens: quod & Itinerarium Latine dicitur.

HŒDUS. V. HÆDUS.

HŒTICHIUS, Homero teste lib. 7. Iliad. Vir fuit Achivus longe primus artis statuariæ opifex.

HOI, [οἴμοι] Interjectio lacrymantis. Ter. Eun. 4. 4. 48. Obsecro te vero Phædria. PH. i intro. DO. hoi hei. Idem Phorm. 4. 3. 30. Scribitur & Oi.

## H O L

HOLCE, es. f. [ὁλκὴ] Pondus. Fannius de Ponderibus 19.

HOLCUS, [ὁλκός] Herba quæ Aristida etiam dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10. Holcus in saxis nascitur siccis, aristas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum restibile. Quidam ob id Aristidam vocant.

HŎLŎBERÆ, [ὁλόβηροι] Vestes quæ totæ birri sunt. Nam quas Latini Vestes, Birros appellant, Græci βίῤῥους vocare solent, id est beros. Birri autem honestiorum & palatinorum erant, ut in concilio Gangrensi, τῶν ἀμφιβόλων τ῀ τοὺς βίῤῥους φορούντων. & clarius apud Evagrium, βίῤῥους τι χαμηλίους ἐξάπτοντες. Sunt igitur Holoberæ vestes Birri toti fere serici, & toti conchyliati, velut e capitibus illius tituli, in quo earum mentio est, conjicere licet. Nam illæ vestes totæ dicuntur, ex brevitate & compendio sermonis, quum purpuræ aut serici aut conchylii nomen subaudiendum sit. Turnebus. 1. 13. conf. HOLOVERUS.

HOLOCAUSTUM, i. n. [ὁλόκαυστον] Hostia quæ detractis extis integra aræ imponebatur, quasi ὅλον καυστὸν, hoc est totum combustum, aut totum igne absumptum. V. Bernegg. ad Suet. cap. 1. & Gruter. Inscript. p. 125.

HOLOCAUTŌMA, ătis. n. [ὁλοκαύτωμα] Idem. V. Tertull. adv. Jud. cap. 5. & adv. Marc. 5. 5. [Minus recte al. Holocaustoma. Est enim a v. ὁλοκαυτόω.

HOLOCHRȲSOS, i. m. [ὁλόχρυσος] Totus aureus: inter Flores apud Plin. 21. 8.
Holochrysos, Inter tria genera Basiliscæ, apud Apul. de Herb. cap. 128.

HOLOCYRON, [ὁλοκύρον] Herba Chamæpytis. Diosc. 3. 166. Apul. de Herb. cap. 26.

HŎLŎGRĂPHUS, a, um. Adj. [ὁλόγραφος] Integre perscriptus. ut, Holographæ membranæ. Sidon. 9. Epist. 11. JCti Holographum vocant Testamentum quod testatoris manu perscriptum est, nec sola subscriptione firmatum. V. Hilar. Fragm. de Synod. & Lex. Pitisc. in Testamentum.

HOLOPHANTA. V. HALOPHANTA.

HOLOPORPHȲRUS, a, um. Adj. [ὁλοπόρφυρος] Totus purpureus. ut Vestis holoporphyra. Isidor. 19. 22.

HOLOR. V. OLOR.

HOLOSANTHUS, rectius HALOSANTHUS. V. ALOSANTHOS.

HOLOSCHŒNUS, i. m. [ὁλόσχοινος] Junci quoddam genus crassum & carnosum. Plin. 21. 18.

HOLOSERĬCUS, a, um. Adj. [ὁλοσηρικὸς] ut, Vestis holoserica, i. e. Tota ex serico. Lamprid. Heliogab. cap. 26. V. Lex. Pitisc.

HOLOSĬDĒRUS, a, um. Adj. [ὁλοσίδηρος] Plane ferreus. Theod. Priscian. 1. 28.

HOLOSPHYRĀTUS, a, um. Adj. [ὁλοσφύρατος] Totus malleo ductus, solidus. ut, Statua holosphyrata. Plin. 33. 4.

HOLOSTEON, i. n. [ὁλόστεον] Herba sine duritia, per Antiphrasin. V. Diosc. 3. 11. & Plin. 27. 10.

HOLOTHURIA, orum. n. pl. [ὁλοθούρια] Pisces marini Plin. 8. 47.

HOLOVERUS, a, um. Adj. ut, Holoveræ vestes, Quæ totæ vero colore, i. e. purpureo tinctæ. vox hybrida. ex Gr. & Lat. composita. V. l. 3. Cod. Th. Salmas. ad Solin. p. 695. Ferrar. de Re Vest. 2. 10. vel Lex. Pitisc. conf. HOLOBERUS. Sic enim legit Turneb.

HOLUS. V. OLUS.

## H O M

HOMAGIUM, & HOMINIUM, i. n. vulgo Idem quod Sacramentum aut Clientela. Nonnulli deducunt ab ὀμόω juro. Alii ab ὁμὸς unio. Alii ab ὁμοῦ simul & ἅγιον sacrum. V. Barth. Adverf. 149. 21. & ad Stat. Silv. p. 234. & Voss. de Vit. L. L. 3. 14. p. 464.

HOMELIUM, Pilei genus. Festus.

HŎMĒRUS, i. m. [Ὅμηρος] Græcorum poetarum princeps, vixit ante Romam conditam annis CLX, ut Cornelius Nepos scribit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus est, quum prius Melesigenes diceretur. Ejus patria ignota fuit, sed maxime probabile est eam fuisse Smyrnam. V. Paterc. 1. 5. 1. &c. Et Fabric. lib. 2. Bibl. Gr.
Magniloquus Homerus. Stat. 5. Silv. 3. 62.
Magnus Homerus. Hor. 1. Serm. 10. 52.
Mæonius Homerus. Hor. 4. Carm. 9. 6. V. MÆONIUS.

HOMI-

HOMERICUS, a, um. [Ὁμηρικὸς] Adj. ut Phœnix Homericus. Plin. lib. 2. cap. 3. Juven. 13. Sat. 113.

Tu miser exclamas, ut vincere Stentora possis,
Vel potius quantum Gradivus Homericus.

Versus Homerici Petron. cap. 2.

HOMERIDÆ, [Ὁμηρίδαι] Familia apud Chios illustris, ut ait Hellanicus. V. Suid. & Harpocrat.

HOMERISTÆ, arum. m. pl. [Ὁμηρισταὶ] Versus Homeri recitare soliti in conviviis. V. Petron. cap. 59. Diomed. Gramm. p. 481. & Athen. 14. 3.

HOMEROCENTONES, [ὁμηρόκεντρα] V. Fabric. Bibl. Græc. 2. 7. 3. &c.

HOMEROMASTIX, [ὁμηρομάστιξ] dicitur Homeri flagellum: cognomentum, quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus est, qui scripta sua contra Iliadem & Odysseam Homeri comparata, in Alexandriam veniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic Virgiliomastix, Virgilii æmulus, vel Flagellator. Mastix enim Latine Flagellum dicitur, & omnes obtrectatores mastiges dicuntur, addito nomine ejus, cui obtrectant, ut Ciceromastix. Quod plane nomen omnibus detractoribus accommodatum est. Plin. in præfat. 11. Ut obiter caveam istos homeromagistas. Ita enim carptores suos nominat.

HOMERONIDES, Homeri imitator. Plaut. Truc. 2. 6. 4. Nomen confictum ab ipso Plauto.

HOMICIDA. V. HOMO.

HŎMO, ĭnis. c. [ἄνθρωπος, βροτὸς, φῶς, ἀνὴρ] antique gen. homōnis faciebat. Ennius,

Vulturis in silvis miserum mandebat homonem. V. Priscian. l. 1.

Ter. Eun. 2. 3. 64. — illumne, obsecro
Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem?

Ubi Donatus, Opportune hominem dixit, tanquam incerti sexus. Plaut. Cistel. 4. 2. 21. Illo sunt homines misere miseri. Cic. 4. Fam. 5. Quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum: quoniam homo nata fuerat. i. e. Humana sorte, & conditione: quasi dicat, Mortalis. Virg. 10. Ecl. 61.

Aut deus ille malis hominum mitescere discat. Cajus in l. 152. D. de verb. signif. Hominis appellatione, tam masculum, quam feminam contineri, non dubitatur. Quem locum sic interpretatur Alciatus, Homo commune nomen est, & tam masculum quam feminam continet, idque exemplo Græci sermonis, ἄνθρωπος. Nam & Hebræi Adam (quo nomine terra natum significant) ad utrumque sexum referunt: ut habetur Genes. 5. Creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen eorum Adam. Dicitur autem Homo, sive ab Humo, ut Varro existimavit: sive a concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quod nullum animal sit socialius. Sed an is qui in utero est, homo dicatur? Et constat non dici. Expectari igitur l. pen. C. de posth. hæred. instit. jubet, postquam natus est, & in terram ceciderit. Quæ verba ex antiquorum consuetudine interpretari debemus. Siquidem solebant veteres, ubi quis natus esset, nudum protinus in terra statuere, opemque deûm invocare, ut nascenti auxilio essent. Cujus rei meminit August. lib. 4. Civ. Dei. Hinc Stat. 5. Silv. 5. 69.

— tellure cadentem Excepi.

Conventus hominum. Lucret. lib. 4. 785.
Infima fortuna homines. V. INFERUS.
Iniquitas hominum. V. INIQUUS.
Sator hominum atque deorum. Virg. 1. Æn. 258.
Absonus voce homo. V. ABSONUS.
Abstinens homo mirifice. V. ABSTINEO.
Abstrusus. V. ABSTRUDO.
Abundans. V. ABUNDO.
Acer. V. ACER.
Acerbus. V. ACERBUS.
Acutus. V. ACUO.
Adolescens. V. ADOLEO.
Adversus. V. ADVERTO.
Æratus. V. ÆS, æris.
Afflictus & jacens. V. JACEO.
Alienus. V. ALIENUS.
Asini homines. V. ASINUS.
Allegatus. V. ALLEGO.
Ambitiosus. V. AMBIO.
Ansatus. V. ANSA.
Antiquus. V. ANTIQUUS.
Apertus & simplex. V. APERIO.
Apparatus homo. V. APPARO.
Arcanus homo. V. ARCANUS.
Aridus homo. V. ARIDUS.
Armatus. Sallust. Catil. 28. pr. Cum armatis hominibus.
Bellus homo. Catul. 22. 7. V. Bellus in BONUS.
Calculosus homo. V. CALCULUS.
Callidi homines. Sallust. Jugurth. 42.
Capitalis homo. V. CAPITALIS.
Castissimus & integer homo. V. INTEGER.
Certi homines. V. CERTUS.
Cibarius homo. V. CIBUS.
Circumretitus homo. V. CIRCUMRETIO.
Comitiales homines. V. COMITIA.
Commodus homo. V. COMMODUS.
Conspicuus homo. V. CONSPICUUS.
Consummatus homo. V. CONSUMMO.
Contaminatus homo multis flagitiis. V. CONTAMINO.
Contemptus & abjectus homo. Cic. 2. de Lege Agr. 93.
Copiosus homo. V. COPIA.
Crassus homo. V. CRASSUS.
Crudus homo. V. CRUDUS.
Demissus multum homo. Hor. 1. Serm. 3. 57.
Desertus atque abjectus homo. Cic. 1. Fam. 5.
Diligentissimus verborum homo Cicero. Gell. lib. 13. cap. 23.
Durus homo. Hor. 1. Serm. 7. 6.
Egregius. Sallust. Catil. 24.
Non facetus homo. V. in FACETUS.
Facilis homo. Cic. 9. Fam. 20.
Flagitiosissimus. Sallust. 6. 62.
Idonei & integri homines. V. IDONEUS.
Ignavissimi homines, opponuntur Fortissimis viris apud Sallust. Catil. cap. 12.
Illustris honore ac nomine homo. V. ILLUSTRIS.
Immundus homo. V. IMMUNDUS.
Impiger. Sallust. Jugurth. 18.
Impotentissimus homo. V. IMPOTENS.
Indifferens homo. V. INDIFFERENS.
Inertissimi. Sallust. 6. 48.
Infames omnibus vitiis, atque omni dedecore homines. V. INFAMIS.
Infans atque impotens homo. V. IMPOTENS.
Infantes & insipientes homines. V. INFANS.
Infimi homines. V. INFERUS.
Ingeniosus homo & peracutus. V. PERACUTUS.
Inquietus homo. V. INQUIETUS.
Insignis homo omnis notis turpitudinis. V. INSIGNIS.
Instabilis homo. V. INSTABILIS.
Integer homo & sanctus. V. INTEGER.
Intonsi homines & inculti. V. INTONSUS.
Ipse homo. V. IPSE.
Lenissimus homo & natura, &c. V. LENIS.
Levis homo. V. LEVIS.
Locuples homo domi suæ cum primis. V. LOCUS.
Luculentus homo. V. Luculentus in LUX.
Luteus homo. V. LUTUM.
Maculosus homo. V. MACULA.
Malus homo. V. MALUS.
Maritimi homines. V. MARE.
Militaris homo. Sallust. Catil. 69.
Miseri homines. Lucret. lib. 3. 51.
Mobilis homo. V. MOBILIS.
Municipales homines. V. MUNUS.
Navus & industrius homo. V. NAVUS.
Nobilissimus omnium homo. V. NOBILIS.
Nocentissimi. Sallust. Jugurth. 34.
Novi homines. V. NOVUS.
Operarius homo. V. Operarius, in OPUS.
Opiniosissimi homines. V. OPINIO.
Ordinarius homo. V. ORDO.
Ornatissimus homo. V. ORNO.
Parcus homo. Juvenal. 14. Sat. 112.
Pereruditus homo. V. PERERUDITUS.
Præposteri homines. Sallust. Jugurth. 88.
Privatus. Idem Jugurth. 118.
Repentinus homo. Cic. in Brut. 242. V. Repentinus, in REPENS, priore correpta.
Scitus homo. V. Scitus in SCIO.
Strenuus. Sallust.
Summissus & abjectus homo, cui contrarium est Elatus. Cic. 1. Off. 124.
Tectissimus homo. V. Tectissimus, in TEGO.
Venustus homo, dicax, & urbanus. Catull. 20. 2.
Accedere ad hominem. V. ACCEDO.
Admirari hominem in re aliqua. V. ADMIROR.
Advertere hominem. V. ADVERTO.
Convertere hominem a consuetudine. V. CONVERTO.
Convertere homines in admirationem. V. CONVERTO.
Convertere se in hominem. V. CONVERTO.
Exuere hominem ex homine. Cic. 5. de Fin. 35.
Fingere homines. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Immolare homines. V. IMMOLO.
Jugulare hominem suis verbis. V. JUGULO.
Mollire hominem. V. MOLLIS.
Sum. ut, Inter homines esse. V. INTER.
Homines a latere. V. LATUS.
Trium litterarum homo. V. LITTERA.

Homo, pro Illo de quo agitur. Hor. 2. Serm. 7. 117.

Aut insanit homo, aut versus facit. Cic. 4. Fam. 4. Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. i. e. ipsius Marcelli. Al. Ominis probabili conjectura.

Homo, mire additum, aut supervacue. Ter. Eun. 2. 2. 30.

Ille ubi miser famelicus videt me tanto honore,
Et tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare, &c.

Homo, additum quum negatur familiaritas. Ter. Adel. 1. 2. 31.

Pro Juppiter, tu homo adiges me ad insaniam.

ἄνθρωπε. H. St.

Homo, comice additum. Ter. Phorm. 1. 2. 73.

Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui (illum di omnes perduint.)

Ubi Donatus, Homo comice dictum: nam quis ignoret hominem parasitum esse? Ibid. 2. 1. 21.

Ita est homo. Ter. Adel. 1. 2. 63. Ubi Donatus, Homo dixit moraliter: sic enim dicimus de iis quos parte reprehendimus, ut ibid. 3. 3. 77. Ut homo est, ita morem geras. conf. Heaut. 5. 3. pr.

Habemus hominem. Ter. Eun. 5. 1. 19. Ubi Donatus, Mire Hominem dixit, ut Reum.

Quid hominis es, Elegans in eos correptio, qui nobis videntur absurda narrare. Ter. Heaut. 4. 8. 5.

Nemo homo. Ter. Eun. 3. 5. 13. Idem Adel. 2. 3. 6.

Itaque hanc unam rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem, homini neminem esse primarum artium magis principem.

Ubi Donatus; Quamvis per Nemo, Homo intelligatur, tamen addidit Homo, ut veteres solent τῷ ἀρχαϊσμῷ. Cic. pro P. Sulla 25. Nisi forte regium tibi videtur ita vivere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias. Idem 2. de Nat. Deor. 79. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse.

Homo sum, i. e. Qui errare & facile falli possim. Ter. Adel. 4. 2. 40.

Vah. censen' hominem me esse? erravi. Plin. Epist. 98. Aliquando præterea rideo, jocor, ludo: atque omnia innoxiæ remissionis genera complector, homo sum.

Homo

Homo es, idem quod Vir es, h. e. Fortem & magni animi te esse ostendis. Plaut. Epid. 1. 1. 87. Ibid. 3. 3. 46.
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem doctum, minusque ad hanc rem callidum.
Vir optimus, & Homo prudentissimus, Vide in PRUDENS. etiam in alio loco Vir optimus & prudentissimus. H. St. Puto innuere, τὸ Homo & Vir sibi invicem nonnunquam opponi, ita ut hoc fere cum laudis epitheto jungatur, illud non item. V. supra Ignavissimi homines, ex Sall.
Homo, ad differentiam Belluæ dicitur. Cic. 11. Fam. 29. Quod tuum judicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo.
Nihil minus hominis quam non respondere amori. Cic. ad Brut. 1. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus provocere.
Nullorum hominum homo. V. NULLUS.
Si homo esses, i. e. Si saperes ut homo. Ter. Adelph. 1. 2. 27. Cic. 10. Att. 11. extr. Quoniam est homo & nos diligit. conf. Idem 1. Att. 18. & 7. 13. & V. Burm. ad Petron. cap. 38.
Homo, de Pueris. Quintil. lib. 1. cap. 3. Fugiendo turbam hominum ejus ætatis, quæ sit ad vitia maxime prona.
Homines, pro Famulis, ancillis, servis, & tota familia. Scævola in l. pater. D. de dol. mal. except. Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, ut ipse aleret filiam suam, ejusque homines. Cic. pro Quint. 19. Hominem P. Quintii deprehendis &c. Catull. Epigr. 10. 15. Comparasti ad lecticam homines. Stat. 2. Silv. 6. 14. De Ursi servo, Hominem gemis &c. hominem, Urse, tuum. Varro R. R. 2. 2. extr. Illud vero omnes in Epiro facimus ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines, in pellitas binos. Nepos 4. 2. 4. His de rebus &c. certum hominem ad eum mittas, face. Idem 7. 10. 1. Sic Auson. Ep. 22. homines vocat Eos qui pertinent ad domum. V. Scalig. ad Auson. p. 80.
Ἐξ ἀνθρώπων ἀπέρχεσθαι & ἀπαλλάττεσθαι. Chio Epist. ultima. Vide an & Latini ita. H. St.

HOMUNCIO, ōnis. dimin. [ἀνθρωπάριον] Ter. Eun. 3. 5. 42. Cic. 4. Acad. 134. Homuncio hic qui multa putat, &c. Juven. 5. Sat. 133. Sen. Epist. 116.

HOMUNCŬLUS, i. m. aliud dimin. [ἀνθρωπίδιον] Cic. 1. Tusc. 17. Sed ut homunculus unus e multis probabilia conjectura sequens. Sic 5. Tusc. 64. Idem 4. Fam. 5. Et 1. de Nat. Deor. 44. conf. Plaut. Trin. 2. 4. 9.

HOMŬLUS, i. m. [ἀνθρωπίσκος] aliud dimin. Plin. Epist. 105. Cic. in L. Pison. 59. Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus, ex argilla & luto fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo & summo Imperatori genero suo? Al. Homullus.
Homulus, cognomen Valeriorum fuit. V. Lex. Pitisc. Inscript. IVL. D. M. C. I. HOMVL. SAL. LAC. VX. PIENTISS.
Hæc observatio defuit in Lugd. adscripsit H. St. Est & nomen proprium. Vide indicem Francf. in Homulus & Omalus. Intelligit autem Indicem Livianum.

HOMULLUS, i. m. Idem. Lucret. 9. 28.
— brevis est hic fructus homullis.
Ex HOMULŬLUS H. St. conf. Græv. ad superiorem Cic. loc. in L. Pison. ubi in adducto Adhelmi loco ita fortasse legendum.

HOMICĪDA, æ. c. [μιαιφόνος] Qui hominem occidit. Quintil. lib. 7. cap. 4. An qui se interficit, homicida sit. Plin. 10. 23. De femina Sen. Controv. 2. Quid si tantum homicida? Quid si tantum rea fuisset. conf. Juvenal. 2. Sat. 26.

HOMICIDIUM, i. n. [μιαιφονία] Plin. lib. 18. cap. 3. Suspensumque Cereri necari jubebant, gravius quam in homicidio convictum.
Imprudens homicidium, h. e. Fortuitum, non voluntarium. Valer. lib. 1. cap. 7. De Crœso in fine.
Facere homicidium. Quintil. lib. 5. cap. 9. Petron. cap. 137.
Reus homicidii. Cic. 2. Philipp. 12.
Suspicio homicidii. Suet. Claud. cap. 26.
De Pœna homicidii V. Lex. Pitisc.

HOMICIDIĀRIUS, a, um. Adj. ut, Sanguis homicidiarius. Auct. Paneg. ad Constantin. cap. 4. al. Homicidarius.

HOMŒŎMĔRĪA, æ. f. [ὁμοιομέρεια] Partium vel membrorum similitudo. Lucret. 1. 829.
Hinc Anaxagoræ scrutemur homœomerian.

HOMŒOPROPHERON, i. n. [ὁμοιοπρόφερον] Mart. Capell. 5. p. 165. est cum dicitur, e. g.
O Titi tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

HOMŒOPTŌTON, i. n. [ὁμοιόπτωτον] est (inquit Aquila Romanus) Simile in casibus, Hoc ex eo nomen accepit: quod membra illa, id est cola, in eosdem casus cadunt; ad hunc modum, Huic igitur socios vestros criminanti, & ad bellum vos cohortanti, & omnibus modis ut in tumultu essetis, molienti. Hæc enim tria, in eundem casum determinata sunt. Verum casus illi dissimili sono esse possunt, & sine harmonia. conf. Mart. Capell. 5. p. 174.

HOMŒOSIS, is. f. [ὁμοίωσις] Assimilatio, vel declaratio rei per similitudinem. Schema, cujus species sunt Paradigmata & Parabolæ.

HOMŒOTELEUTON, i. n. [ὁμοιοτέλευτον] Simile determinatione. differt ab Homœoptoto: quod illud quidem & casu & sono similia verba membrorum determinat: hoc vero, non solum casuum similitudine sed cujuscunque verbi atque enuntiationis contentum est. In muros statim curritur, exercitus a sociis arcessitur, delectus juventuti denuntiatur. Hæc Aquila Romanus. V. Mart. Capell. l. c.

HŎMŎGĔNEUS, a, um. Adj vel potius HŎMŎGĔNES, ĕos, [ὁμογενής] Ejusdem generis. frequens apud Philosophos.

HOMŎLE, [Ὁμόλη] Mons est Magnesiæ, sive Thraciæ. Strab. lib. 12. Virg. 7. Æn. 675. V. Casaub. ad Strab. lib. 9. p. 443.

HOMOLOIDES, um. f. Thebæ dicuntur juxta eundem montem sitæ. Stat. 7. Theb. 252.
— per ingentes Homoloidas exeat Hæmon.

HOMOLIUM, [Ὁμόλιον] Oppidum Magnesiæ. Plin. lib. 4. cap. 9. conf. Strab. lib. 9. cum Casaub. not. l. c.

HOMOLOGUS, a, um. Adj. [ὁμόλογος] pro Similitudine partium. Euclid. 5. Element. Homologæ, seu Ratione similes magnitudines dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, consequentes vero consequentibus. Et 6. Element. Theor. 4. Æquiangulorum triangulorum proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, & homologa sunt latera, quæ æqualibus angulis subtenduntur.

HOMOLOTTI, orum. m. pl. Populi quos dissecto in minimas partes bove fœdus jungere Zenodotus prodidit. Hinc, Bos Homolottorum, proverbio dicebatur in plurima distractus negotio. V. Erasm. Adag.

HOMŌNȲMON, [ὁμώνυμον] Nomen diversæ significationis: Unde Homonymum dicimus, Nomen multa significans: ut Nepos, quod filium filii significat, & luxuriosum.

HOMONYMIA, æ. f. [ὁμωνυμία] Una voce multum significat, Synonymia vero Multis vocibus idem testatur, ut explicat Fronto vetus Grammaticus. conf. Quintil. 7. 9. & 8. 2.

HOMONYMĬCUS, a, um. Adj. Quintil. l. c.

HŎMŎPLĂTÆ, arum. f. [ὠμοπλάται] Ossa lata Scapularum. Cels. 8. 1. Rectius scribitur Omoplatæ.

HŎMŎTŎNUS, a, um. Adj. [ὁμότονος] Æqualis tensionis. Vitruv. 1. 1. V. Bald. Lex.

HŎMOŪSIUS, [ὁμοούσιος] Consubstantialis. Hieron. 1. Epist. 25. V. Suiceri Thes.

## H O N

HONESTUS cum derivativis V. post HONOR.

HONOR, vel HONOS, ōris. m. [τιμή] Aspiratur secundum Apulejum, ut differat ab Onos quod est asinus: Reverentia est quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. Plaut. Pœn. 3. 3. 25. Nos honoris tui causa huc ad te venimus. Cic. de Clar. Orat. 280. Honos est præmium virtutis, judicio, studioque civium delatum ad aliquem.
Honos alit artes. Cic. 1. Tusc. 4.
Honor, Dignitas. Cic. lib. 1. Epp. ad Cæsarem. Tu quum ea quæ es a Senatu, summo cum honore tuo, consequutus. ex Non. 4. 331.
Non puto hic esse Dignitatem. H. St. Summe q. d. honorificis decretis. Judiciorum cælestium honor. Quintil. in proœm. lib. 4.
Verborum honor. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Adhibere honores. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Appellare vel Nominare aliquem honoris causa. Cic. pro Rosc. Amer. 6. Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sulla, quem honoris causa nomino. Idem 2. Philipp. 31.
Capitis honor, Canities in homine gravi venerabilis. Plin. Paneg. 8. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, nonne longe lateque principem ostentant?
Causa honoris procedere. Sallust. in Jugurth. cap. 113. extr. Deinde ubi dies advenit, & ei nuntiatum est Jugurtham haud procul abesse cum paucis amicis & Quæstore nostro, quasi obvius honoris causa, procedit in tumulum, &c.
Certamen honoris. V. Certamen, in CERTO.
Confluit laus, honos, dignitas in aliquem. Cic. 1. de Invent. 5.
Constituere honores temporis causa alicui. Cic. 1. Q. frat. 1. 24.
Contumeliosus honor. V. CONTUMELIA.
Crudus honor. Stat. 10. Theb. 336.
Depeculari laudem, honoremque familiæ alicujus. Cic. 6. Verr. 79.
Divini honores. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Exors honos. Olim extra sortem donari honorificentissimum & amplissimum erat. Virg. 5. Æn. 534.
— nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem. Turnebus.
Exquirere singulares honores alicui. Cic. 4. Philipp. 5.
Falsus honor juvat. Hor. 1. Epist. 16. 39.
Favere honori. Cic. 7. Att. 2. A quo si ea gesta sunt, quæ scripsit, gauderem, & honori faverem. Subaudi ejus. Intelligitur autem Supplicatio decreta.
Instituere honores alicui. Sallust. Jugurth. 79. extr.
Justi honores. V. JUSTUS.
Meriti honores. V. MEREO.
Nonnullus honor. V. NONNULLUS.
Otiosus & vacans honor. V. OTIOSUS.
Pauper honos. Stat. 5. Theb. 513.
Temerarius honor. Quintil. in proœm. lib. 1.
Accipere honorem. V. ACCIPIO. Cic. Brut. 4.
Accumulare honorem alicui. V. ACCUMULO.
Adducere aliquid in honorem. Cic. 7. Fam. 27. V. ADDUCO.
Adolere honores aris. Ovid. 8. Met. 740. V. ADOLEO.
Afferre honorem. V. AFFERO.
Afficere aliquem regis honore & nomine. Cic. pro Deiot. 14. Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt, C. Cæsar, ut eum amplissimo regis honore & nomine afficeres.
Ascendere in honorem tantum eloquentia. Cic. in Orat. 125. V. ASCENDO.
Augeri honore. Cic. 7. Att. 2. V. AUGEO.
Cedere honori & honore. V. CEDO.
Compellare aliquem multo honore. Virg. 3. Æn. 474.
Comprobare honorem V. COMPROBO.
Congesti honores. V. CONGERO.
Custodire honorem. V. CUSTODIO.
Decernere honores alicui. Cic. 5. Att. 21. Ob hæc beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. V. DECERNO.
Defendere honorem suum. V. DEFENDO.
Deferre & dare aliquem honorem claris viris. Cic. 10. Fam. 10. Is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur & datur.
Denigrare honorem alicujus. V. DENIGRO.
Dicto honore aliquid referre. Plin. lib. 28. cap. 8.
Dignari aliquem honore. Ovid. 1. Met. 194. Virg. 1. Æn. 339.
Facere honorem alicui. Cic. 9. Philipp. 8. Nulla dubitatio relinquetur quin honorem mortuo, cui injuriam vivo fecimus, faciamus.
Factus honos aris. Virg. 5. Æn. 763.
Facere missos honores. V. MITTO.
Fulget intaminatis honoribus. Hor. 3. Carm. 2. 18.
Habere honorem alicui, pro Honore afficere & honorare. Cic. pro Flacc. 45. Cui nullus honos in sua civitate habitus est.

Habere in honore aliquem. Cic. 7. Att. 2. Chrysippum libenter vidi, & in honore habui.
Habere honori, non prædæ Consulatum &c. Salluft. in Jugurth. cap. 31. 10.
Indicere honores. Virg. 3. Æn. 264.
Largitur honores facros templis. Valer. 2. Argon. 651.
Libat Lenæum honorem. Virg. 4. Æn. 207.
Mactavit honores meritos aris. Virg. 3. Æn. 118.
Minuere honorem. Cic. 1. Q. frat. 1.
Parere alicui æternos honores. Hor. 2. Carm. 1. 15.
Perhibere honorem. V. PERHIBEO.
Præfari honorem. Cic. 9. Fam. 22. Idem 2. de Fin. 9. Cetera addit Epicurus: quæ fi appelles, honos præfandus eft.
Privare honore. Cic. Omni honore ac dignitate priventur, &c.
Sacrare honorem alicui. Virg. 12. Æn. 140.
Sum. ut, Honori & dignitati effe propinquis. Cic. de Amicit. 70.
Fuit ei, honori fummo, quod. Cic. 2. Off. 58. Honori fummo nuper noftro Miloni fuit, quod, &c.
In honore effe apud aliquem: h. e. In numero & exiftimatione. Cic. pro Rofc. Amer. 6. Idem 2. de Orat. 235. Hæc ars fummo in honore femper fuit.
In honore menfarum effe. V. IN.
Honos auribus fit habitus. Curt. lib. 5. 1. 38. Feminarum convivia ineuntium in principio modeftus eft habitus: dein fumma quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant, ad ultimum (honos auribus habitus fit) ima corporum velamenta projiciunt. τὸ Habitus emendati codd. non agnofcunt.
Tribuere honorem fcientiæ alicui. Cic. 3. de Fin. 73.
Honor, Pulchritudo. Virg. 1. Æn. 591.
— & lætos oculis afflarat honores. Idem 2. Georg. 404.
Frigidus & filvis Aquilo decuffit honorem.
Frontis honores. Stat. 2. Silv. 113.
Cultus & obfervantia. Ovid. 8. Met. 740. Faft. 5. 551. Virg. 3. Æn. 264. Barth. ad Script. Venat. p. 150. Brœckh. ad Tibul. 4. 6. 1. Et Drakenb. ad Sil. 7. 90.
Blanditiæ. Hor. 2. Epift. 2. 88. — ut alter
Alterius fermone meros audiret honores.
Pudicitia. Virg. 1. Æn. 36.
— & rapti Ganymedis honores. [Immo Honorificum pocillatoris officium Ganymedi conceffum.
Hoftia. Virg. 3. Æn. 118.
— meritos aris mactavit honores.
Præmium. Virg. 5. Æn. 249.
Ipfis præcipuos cultoribus addit honores. Idem 1. Æn. 253.
Sepultura. Virg. 6. Æn. 333.
Cernit ibi mœftos, & mortis honore carentes.
Amor. Virg. 12. Æn. 57. — fiquis amatæ
Tangit honos animum. Hæc ex Nonio 4. 331. q. V.
Honor etiam pro Præmio accipitur. Cic. pro Rofc. Amer. 108. Quam ob caufam a Chryfogono tantis præmiis donabantur, fi nihil aliud fecerunt, nifi rem detulerunt, nonne fatis fuit his gratias agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Sic lib. 2. de Republ. præmium mercenarii, vocat τιμήν. Idem 16. Fam. 9. Cæf. 2. Bell. Civ. 21. V. Honorem habere, in HABEO. Plura exempla fupra habes.
Honor fæpe pro Magiftratu ponitur. Hinc, Honor Præturæ, Quæfturæ. Suet. Claud. 1. & Tit. 1.
Cupido cæca honorum, Ambitio. Lucret. lib. 3. 59.
Curfus honorum. Cic. 3. Fam. 11.
Gradus honorum. Cic. pro Planc. 60. Etenim honorum gradus fummis hominibus, & infimis funt pares.
Inania honoris. Tacit. Agric. cap. 6. extr. Ludos & inania honoris, modo rationis, atque abundantiæ duxit.
Sublimis honos, Confulatus. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 325.
Umbra honoris & fuamet vanitate monftratus conful. Tacit. 3. Hift. 73.
Abire honore. Suet. Aug. 26.
Abundare honoribus. V. ABUNDO.
Adeptus fummos honores. V. ADIPISCOR.
Adminiftrare honorem. Cic. 15. Fam. 7. Incredibili fum lætitia affectus, quum id mihi nuntiatum eft, eumque honorem tibi deos fortunare volo: a teque ex tua, majorumque tuorum dignitate adminiftrari.
Aggredi magnos honores. Virg. 4. Ecl. 48.
Amplificatus honoribus. V. AMPLIFICO.
Arceri honoribus. Calliftr. in l. eos D. de Decurionib. Sed ne quidem arcentur honoribus, qui ab Ædilibus flagellis cæfi funt.
Afcendere ad honores. Cic. de Clar. Orat. 241.
Affequi honorem. V. ASSEQUOR.
Auctus amplis honoribus. Hor. 1. Serm. 6. 11.
Capere honorem. V. CAPIO.
Capeffere honorem. Tacit. 13. Ann. 25. Julius quidem Montanus Senatorii ordinis, fed qui honorem nondum capeffiffet.
Contigit ex merito qui tibi nuper honor. Ovid. 4. de Pont. 7. 16.
Creare ad honores. Ulpian. l. 2. D. de excuf. & vacat. muner. De minoribus quoque annis vigintiquinque ad munera, five honores, creandis jufta ætas fervanda eft.
Decorari honoribus ampliffimis & præmiis. Cic. 2. de Orat. 232. V. DECORO.
Florere honore. Cic. pro Sext. 136. Ad eam rationem, in qua multi homines novi & honore & gloria floruerunt, cohortabor.
Fungi honore, vel honoribus. Ulpian. in l. 3. D. de Decurion. Completo tempore nihilominus fungi honore vel officio poffit.
Impertire aliquem honoribus. V. IMPERTIO.
Incipere honorem. V. INCIPIO.
Inire honorem. V. INEO.
Infervire honori, Honores ambire. Hor. de Arte Poet. 167. V. INSERVIO.
Mandat honorem populus. Tacit. 11. Ann. 22. Manfitque Confulibus poteftas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret.
Mandare honores hominibus novis. Cic. 6. Verr. 81. V. MANDO.
Obrepere ad honores. Cic. pro Planc. 17.
Operam dare honoribus. Nepos 24. 1. 1.
Ornare honoribus. Cic. 10. Fam. 10.

Perfunctus honoribus ampliffimis. Cic. 1. Fam. 8.
Pervigere opibus atque honoribus. Tacit. 4. Ann. 34. Et uterque opibus, atque honoribus pervigere.
Petere honores. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Sulpic. ad Cic. H. St. V. Ad Fam. 4. 5.
Honores petere, capere, gerere. Nepos 24. 1. 1.
Recipere honorem. Cic. 9. Att.
Reddere alicui fuum honorem. Cic. pro Rofc. Amer. 136. Suum cuique honorem & gradum redditum gaudeo.
Succedere ad fummum honorem. Lucret. lib. 5. 1274.
Suftinenti honorem munus imponi non poteft: munus fuftinenti, honor deferri poteft. Modeftinus in l. honorem. D. de muneribus & honorib.
Tollere aliquem honoribus. Hor. 1. Carm. 1. 8.
Velificari honori fuo, turbulenta ratione. Cic. 1. contra Rull. 27.
Uti honoribus. Salluft. in Catil. cap. 49. Catulus ex petitione Pontificatus odio incenfus, quod extrema ætate, maximis honoribus ufus, ab adolefcente Cæfare victus difcefferat.
Ufi honore homines, i. e. Qui magiftratum gefferunt. Cic. 8. Philipp. 12. Quanquam hoc honore ufi togati effe folent, quum eft in fagis civitas.
HONOR, oris. Deus, cujus mentio apud Auguftin. de Civ. Dei 4. 21. Symmach. 1. Epift. 21. Val. Max. 1. 1. 8. Honori & Virtuti Romæ ædes gemellas junctim locavit M. Marcellus Syracufarum victor. Cic. 4. Verr. 55. Quia ubi merita virtutis, ibi præmia honoris. V. Lex. Pitifc.
HONORINUS, i. m. Idem. Aug. de Civ. Dei, 4. 21. Deo Honorino commendare ut honorarentur.
HONORCŬLUS Dimin. Vide an dici queat. Vives de Chr. Fem. lib. 2. p. 439. Et quoniam leves quarundam animi tenuiffima honurculi aura facile impelluntur. H. St.
HONORĀRIUS, a, um. Adj. [τιμητικός] Quod ad honorem pertinet.
Arbiter honorarius, Quem honoris caufa, utraque pars fummum facit fuæ caufæ & controverfiæ judicem. Cic. 5. Tufc. 120. Quorum controverfiam folebat, tanquam honorarius arbiter, judicare Carneades.
Ludi honorarii, antiquis Liberalia dicebantur, ut ait Feftus. Dicti Honorarii, ab Honore videlicet eorum qui munera populo edebant. V. Cafaub. ad Suet. Aug. cap. 31.
Honoraria opera. Cic. pro Cæcin. 6. Ideo quod omnia judicia aut diftrahendarum controverfiarum, aut puniendorum maleficiorum caufa reperta funt: quorum alterum levius eft, &c. alterum eft vehementiffimum: quod & ad graviores res pertinet, & non honorariam operam amici, fed feveritatem judicis, ac vim requirit.
Tumulus honorarius, Qui honoris caufa erigitur. Suet. in Claud. Cæf. cap. 1. Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, &c. Sic vocari poffunt hodie quas Repræfentationes in anniverfariis exequiis vocamus. V. CENOTAPHIUM.
HONORĀRIUM, i. n. Donum erat quod rectoribus provinciæ olim in provincias advenientibus honoris loco dabatur: fic dictum, quod honoris caufa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic. in Pifon. 86. Qui modus tibi fuit frumenti æftimandi? qui honorarii? Budæus.
Honorarium Decurionatus. Id quod a Decurionibus pro curiæ introitu dari folitum eft. Plin. 10. Epift. 113. Supereft ergo ut ipfe difpicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epiftolam refcribens Trajanus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaque civitate Decuriones fiunt, inferre debeant, necne, a me non poteft ftatui.
Honorarium, pro Salario quod datur magiftratibus, arbitris, & aliis hujusmodi. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. fi men. fal. mod. dixe.
Honorarium, Quod etiam advocatis datur. Paul. in l. qui operas. D. locati & conduct. Advocati quoque, fi per eos non fteterit, quo minus caufam agant, honoraria reddere non debent. V. omnino Lex. Pitifc.
HONORŌSUS, a, um. Adj. plus quam Honoratus. Ifidor. 10. Orig. litt. H.
HONESTUS, a, um. Adj. [καλός, τίμιος, κόσμιος] ab Honore, quod Virtutem probitatemque fignificat: Quo cavetur nequid indecore, effeminate, libidinofe, turpiter fiat, cogiteturve. Juven. 3. Sat. 52.
Participem qui te fecreti fecit honefti. Salluft. Catil. cap. 30. Calumnia paucorum, quibus omnia honefta atque inhonefta vendere mos erat.
Honeftus, ut inquit Varro de L. L. 4. 10. quod honus Reip. fuftineat. Ex cujus verbis conftat, & Honus, antique per H fcribi folere. V. loc.
Honeftus quafi Honoreftus. H. St.
Honeftus & honoratus. Cic. in Brut. 281. Qui honorem fententiis, qui fuffragiis adeptus eft, is mihi & honeftus & honoratus videtur. Sententiis, fenatus; fuffragiis, populi.
Honeftiorem honore facere. Plaut. Capt. 2. 3. 32. Salluft. in Catil. cap. 35. Sed quod non dignos homines honore honeftos (vel ut alii legunt, honeftatos) videbam.
Honefta dicta factis. Plaut. Stich. 2. 1. 7. [Nifi hic verbum eft Honefta.
Honeftiffimus dies alicui. Cic. 1. Fam. 2. i. e. Habitus in magno honore.
Honeftus vetufte pro Divite, ut auctor eft Afconius in 3. Verr. 123.
Honeftus, non femper de Moribus dicitur, fed aliquando de Nobilitate: ut, Honefto loco natus. Cic. 5. Tufc. 35. Qui quum effet bonis parentibus, atque honefto loco natus, &c. Cic. 4. Att. 1. Inde a Brundufinis honeftiffimis ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati convenerint. Intelligit Cicero Brundufinæ coloniæ principes. Plin. 8. Epift. 6. extr.
Honeftus, Pulcher. Ter. Eun. 3. 2. 21. Ita me di ament, honeftus eft.
Facie honefta virgo. Ter. Eun. 2. 1. 24.
Facie honefta & liberali. Ter. Eun. 4. 4. 15. conf. Suet. Tiber. 68.
Forma honefta & liberali. h. e. Decora & egregia. Ter. And. 1. 1. 95. Idem Eun. 1. 2. 52. Is ubi hanc forma videt honefta virginem, &c.
Honefti homines, i. e. Optimi & probatiffimi: vel Honoribus infignes. Cic. 3. Verr. 128. Quid eft aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere, nifi hoc, hominum honeftiffimorum teftimoniis, & virorum bonorum tabulis non credere?
Arma honefta. Ovid. 3. Amor. 15. 9.
Civitas honefta. Cic. 5. Verr. 69. Agyrinenfis eft in primis honefta civitas Siciliæ, hominum, ante hunc Prætorem, locupletum fummorumque aratorum. Sic. 75.
Conventus honeftus Syracufis. Cic. 5. Verr. 67. Præterea conventus honeftus Syracufis, multi equites Romani, viri primarii.

Exitus honesti. Tacit. 16. Ann. 16. Quamvis honestos civium exitus, tristes tamen, & continuos aspernantium.
Familia ampla & honesta. Cic. pro Muren. 15.
Mors honesta. Tacit. in vita Agric. 33.
Nomen honestum ponere errori. Hor. 1. Serm. 3. 42.
Vellem in amicitia sic erraremus, & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum. De amatore vitia amatæ non deprehendente.
Officium honestum. Hor. 1. Epist. 18. 34.
Oratio honesta. Ter. And. 1. 1. 114. h. e. Quæ honestum juvenem decet. opponitur Plebejæ. V. Burm. ad Petron. cap. 55. & Quintil. 1. 8.
Testamentum honestissimum. Plin. Epist. 144.

HONESTUM, i. n. ut, Nixa honesto virtus. V. NITOR.
Respectus honesti. Lucan. lib. 8. 490.
Complecti aliquid honesto. Quintil. lib. 2. cap. 4.

HONESTAS, ātis. f. [τὸ καλὸν, καλοκαγαθία] Dignitas, decus, laus: cui contrarium est Turpitudo.
Honestas & Turpitudo vitæ, contraria. Cic. 1. Off. 4. In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Quintil. lib. 3. cap. 4. Nam & in laude justitia, utilitasque tractantur, & in consiliis honestas.
Dignitas & honestas. Cic. 8. Att. 11. Ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas?
Amittere honestatem. V. AMITTO.
Conservare honestatem & decus. Cic. 1. Off. 17.
Continetur honestas ex quatuor virtutibus. V. CONTINEO.
Copulare honestatem cum voluptate. V. COPULO.
Metiri honestate summum bonum. V. METIOR.
Spoliatus honestate. Cic. pro Rabir. Post. 44.
Honestatibus partis & omni dignitate privare. Cic. pro Muren. 87.

HONESTITUDO, ĭnis. f. Idem quod Honestas, Antique dictum. Accius OEnomao, Horrida honestitudo Europæ principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus, Tua honestitudo Danaos decepit diu. ex Non. 2. 401.

HONESTE, Adv. [καλῶς] dicitur Id honeste fieri, quod cum decoro & honesto fit. Ter. And. 4. 6. 3.
Quæ se inhoneste optavit parare hic divitias
Potius, quam in patria honeste pauper vivere. Cic. 1. de Fin. 43. Nisi sapienter, honeste, justeque vivatur. Idem 6. Att. 1.
Compar. Suet. Cæs. 82. Sinum ad ima crura deduxit, ut honestius caderet. adde Columel. præf. 1. Plin. 4. 13. & 6. 18.
Superl. Cic. de Amicit. 57. Quæ nostris in rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime.

HONESTO, [σεμνύνω, κοσμέω] āre. Decorare: cui contrarium est Dehonestare. Cic. 1. Off. 139. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. Off. 21. Quæcunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, &c.
Honore honestare. Plaut. Capt. 2. 1. 50.
Honestari spatio aliquo a candidatis. Cic. pro Muren. 70. A quibus si in forum deducimur, si uno spatio basilicæ honestamur, diligenter observari videmur & coli. De candidatis.
Vultus honestat illum. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 26. conf. Curt. 3. 6. 19.

HONESTĀTUS, a, um. Partic. Sallust. Catil. 35. Non dignos homines honore honestatos videbam. V. ibi cl. Wasse.

HONESTĀTIO, onis. f. apud Augustin.

HONESTĀTOR, oris. m. apud eundem.

HONESTAMENTUM, i. n. [κόσμημα] Sen. Epist. 67. Nullo enim honestamento eget virtus ipsa, & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat. Sallust. de Rep. Ord. Omnia honestamenta pacis & præmia belli. V. Apul. Apol. pag. 276. & Arnob. 2.

HONŌRUS, a, um. [τίμιος] Adj. ut Decorus, canorus, apud Tacitum, teste Budæo.
Laudis honora effigies. Sil. lib. 11. 301.
Fama honora. Stat. 2. Theb. 629. Ovid. de Rem. Amor. 393.
— studium famæ mihi crescit honoræ. Ita Heins. Amore Burm. q. V.
Honora & magnifica. Tacit. 3. Ann. 5. Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque, quæ in Drusum patrem Germanici honora, & magnifica Augustus fecisset.

HONŌRO, [τιμάω, τίω, ἀγλαΐζω] āre. Honoribus afficere. Cic. 1. de Divin. 88. Idem 2. Philipp. 25. Qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis. Al. Oneraret. In al. deest.
Honorare, alias a Cicerone dicitur Honorem habere alicui, Honorem adhibere, Honestare, In honore habere, Honorem facere, Honorem debitum alicui præstare, Honore afficere, Honorem tribuere, Honore augere, Honore amplissimo ornare.
Honorare præmio, Afficere. Paterc. 2. 112. 2. Ob id ornamentis triumphalibus honoratus est. Idem 2. 129. 3. Populum congiariis honoravit. Curt. 7. 1. 23. Cum donis honoraretur.
Honorari, deponens apud Ampelium cap. de 12. signis, Juno Leonem cælesti dignitate eft honorata.

HONORANDUS, a, um. Partic. Mors non monumentis, sed luctu publico honoranda. Cic. 9. Philipp. 5. Al. Ornanda.

HONORĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [τιμώμενος, ἔντιμος, τιμοῦχος, γεραρός] Qui in honore & pretio est apud aliquos. Cic. 1. Off. 138. Dicendum est etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat esse. Idem de Senect. 22. Clari & honorati viri.
Vetus & honorata familia. Suet. in Othon. cap. 1.
Honoratus vir. Liv. 1. Ovid. 4. de Pont. 5. 2.
Honoratus quatuor filiis. Cic. 1. Tuscul. 85. Metellus ille honoratus quatuor filiis, & quinquaginta Priamus.
Achilles honoratus. V. ACHILLES.
Custodia honorata. Tacit. 3. Hist. 12.
Cani honorati. Ovid. 8. Met. 9.
Dies honoratus. Claud. conf. Prob. & Olyb. 261.
Compar. Militia honoratior. Liv. 32. Pars navales socii, relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiæ transgressi.
Honoratior apud plebem. Idem 4. 35.
M. Cato honoratiori parere maluit. Paterc. 2. 54.
Otium honoratius imperio. Idem 2. 99. extr.
Superl. ut, Vir honoratissimæ imaginis. Liv. 3. 58. Sedem alicui inter aliquos honoratissimo loco dare. Val. Max. 4. 5. extr.

HONORĀTE, Adv. [τιμωμένως] Quod cum honore & dignitate factum est. Cic. 11. Philipp. 33. Quæ de illo viro Sulla, quæ Murena, quæ Servilius, quæ Lucullus, quam honorate, quam honorifice, quam graviter sæpe in Senatu prædicaverunt? Ex vetusto codice legimus nunc Ornate. Tacit. 4. Hist. 63. Quod filium ejus primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierunt.
Compar. Justin. 5. 4. 13. Certant secum ipsi utrum contumeliosius eum pepulerint, an revocaverint honoratius.
Superl. Val. Max. 5. 1. 11. Honoratissime quem excipere. Idem 2. 10. 2.

HONORĀTIO, ōnis. f. Fest. in Gradivus, Corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Arnob. 7. Honorationis officium. Mart. Capel. 1. p. 4. Honorationis celsæ affectatio.

HONORĀTOR, oris. m. Apud Augustin.

HONORABĬLIS, e. [γεραρὸς] Quod est honore dignum. Liv. 4. 10. extr. Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pæne ipsum magis quam honorabilem faciebant. Al. Quam honorem.

HONORABILĬTER, Adv. ut, Honorabiliter sepelire. Capitol. Macrin. cap. 5. Cassiodor. 2. 9. Cedere honorabiliter. Ammian. 29. 13. Honorabiliter colebatur.

HONORIFĬCUS, a, um. Adj. [τίμιος] Quod honorem confert. Cic. ad Brut. 15. Decrevi etiam imperium, quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium.
Honorifica mentio alicujus. Cic. 2. Q. frat. 10.
Honorifica verba. Cic. 2. Tusc. 61. Quem ut vidisset, & salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, &c.
Honorificum Senatusconsultum. Cic. 4. Verr. 19.

HONORIFICENTIOR. Compar. Cic. 1. Att. 10. Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quam aut illa quum, &c.

HONORIFICENTISSIMUS. Superl. Idem 15. Fam. 10. Honorificentissimum Senatusconsultum. conf. Paterc. 2. 45. 4. Et Martial. lib. 10. 45.

HONORIFĬCE, [τιμίως] Adv. Idem quod Honorate. Cic. 5. Verr. 166. Publicani tractati honorifice sunt.
Honorifice dicere pro. Cic. 16. Fam. 1. Non solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorifice dixeris aut feceris.
Honorifice appellare. Cæs. 8. Bell. Gall. 49. Itaque honorifice civitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, &c.
Large & honorifice promittere aliquid. Cic. de Petit. Consul. 34.
Honorate & honorifice. V. in HONORATE.
Honorificentius nemini triumphus, quam mihi salus restitutioque est præscripta. Idem in Pison. 15.
Honorificentissime. Cic. 6. Fam. 6. Nunquam, nisi honorificentissime, Pompejum appellat.

HONORIFICENTIA, æ. f. Vopisc. Aurel. 25. extr. Templum Soli posuit majore honorificentia consecratum. conf. Symmach. 6. Epist. 35. & 36.

HONORIFĬCO, āre. Lactant. 2. 5. Suspiciet & honorificet communem parentem. Idem de Ira Dei, cap. ult. & Instit. 7. 24. Gloss. Cyrill. Honorifico, δοξάζω, τιμῶ.

HONORIFĬCANS, Partic. Augustin. Epist. 119. 3.

HONORIFICĀTUS, a, um. Partic. [ἔντιμος] Vulg. Interp. Sirac. 15. 2. & 1. Pet. 2. 4.

HONORĬGER, a, um. Adj. Tertull. de Virg. Veland. cap. 10

HONORĬPĔTA, æ. m. Qui honores captat, ambitiosus. Apul. lib. 2. Dogm. Plat. p. 20. Culpabilium virorum quatuor formæ sunt, quarum prima honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis, tyrannicæ dominationis ultima.

HONŌRIUS, Viri proprium, de quo apud Catullum.
Item, Imperator Rom. quem celebrat Claudian.

HONŌRIĂDES, [Ὀνωριάδης] patronym. ab Honorio fecit Claudianus in ejusdem Epithalmio, 341.
— sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus confidat avidis.
Sorores Honoriades. Claud. de Laud. Seren. 131.

## HOP

HOPLITES, ĭdis. m. corrupte apud Plin. 35. 10. Legendum enim ex MSS. Hoplitites [ὁπλιτίτης] ut docuit Hard. esseque cursoris armati genus, qui & Hoplitodromus dicitur, contendit. [Verum quia hoc vocabulum alibi non legitur, suspicor Hoplites potius legendum, & de Gravis armaturæ milite accipiendum, ut fere a Græcis ponitur. V. Suid. Nam & hi ipsi in armis decurrere solebant.

HOPLŎMĂCHUS, i. m. [ὁπλομάχος] Qui militaribus armis & scuto depugnat. Græci enim τὸ ὅπλον dicunt scutum, τὰ ὅπλα arma, & μάχομαι pugno. Martial. lib. 8. 74.
Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante:
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Ophthalmicus dicitur, Qui oculis medetur. Quum oculis olim mederetur, homines sua necabat imperitia: nunc factus hoplomachus idem facit. [Gladiatorem Græci ὁπλομάχον vocant, cum quemvis, qui armatus pugnaret, tum nominatim eum, qui alias Samnis dicitur. V. Lips. Sat. lib. 2. cap. 11. Et in hac significatione ponit Martialis.

## HOR

HŌRA, æ. f. [ὥρα] Tempus significat, h. e. quamcunque æternitatis partem, sive annuum, sive diurnum, sive nocturnum spatium complectens. Item Partes ipsæ in quas distinctus est dies, similiter Horæ vocantur. hæ principio duodecim institutæ sunt, cujus ordinationis hæc fuisse origo memoratur: Quodam tempore Hermes Trimegistus, quum esset in Ægypto sacrum quoddam animal, Serapi dicatum, quod in toto die duodecies urinam fecisset, pari semper interposito tempore, per XII horas diem dividi debere conjecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custoditus est. Postea in XXIIII horas divisus est dies. Plin. lib. 12. cap. 8. Horis matutinis duabus.

Hora

Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. Cic. 6. Verr. 95.
Hora ante præsidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus. Cic. 11. Fam. 13.
Horæ veteribus duplices in usu fuerunt: Æquinoctiales sive æquidiales, quæ Græcis ἰσημερικαὶ: ex quarum vigintiquatuor numero dies naturalis constituitur, duodecim a Solis exortu usque in occasum, & ab occasu rursus totidem usque ad exortum matutinum, æquali spatio distantibus, connumeratis, ita ut vigesimaquarta diei pars horà sit una: atque hoc ex Æquinoctialis motu, in quo singulis signis binæ horæ assignantur, ut quindecim gradus per unam horam conficiantur. Verum hæ horæ tantum per Æquinoctium utrumque durabant. Et hoc modo accipiendæ sunt Æquinoctiales horæ tum apud Græcos, tum apud Latinos scriptores. Extra vero tempus Æquinoctii, inæquales horæ distinguebant tum noctem tum diem, ita ut utraque in duodecim horas divideretur, sed omnino inæqualiter, juxta dierum ac noctium incrementum. Nam sive dies prolongaretur, sive nox, omnino tamen duodecim horæ singulis assignabantur, necessario ob temporis rationem inæquales, sic ut quantum brumalibus diurnis demeretur, tantum nocturnis accederet: & quantum solstitialibus æstivis diurnis adderetur, tantum iisdem nocturnis demeretur. Hæ autem horæ χρονικαὶ & καιρικαὶ, hoc est temporales appellabantur, atque hoc modo etiam solariis atque horologiis distinctæ proponebantur. Ceterum quoties sine determinatione de horis apud auctores fit mentio, inæquales & temporales intelligendæ sunt. Unde apud Plinium undecima, diei penultima accipienda est, lib. 2. cap. 25. ubi ait de sidere crinito, Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Neque enim de undecima hora diei juxta nostrum horologium intelligendum est, quæ est quinta diei, quum sexta diei hora Meredies apud veteres fuerit. Prima enim incipiebat oriente sole, duodecima eodem occidente finiebatur. Illud igitur in sacris litteris, A sexta autem hora usque ad nonam tenebræ factæ sunt super universam terram, intelligendum est, A meridie usque ad dimidium temporis quod est inter meridiem & Solis occasum.
Horæ etymon sic tradit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 21. Apud Ægyptios Apollo qui est Sol, Horus vocatur, ex quo & Horæ viginti quatuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur. Hæc ille. Alii ab ὁρίζω ducunt, id est finio, definio, quod spatia temporis definiant.
Horæ Deæ a poëtis, & idcirco Solis equorum curam habere finguntur, quod ex cursu Solis oriantur, seu potius mensurentur & distinguantur. Ovid. 2. Met. 118.

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis:
Jussa deæ celeres peragunt.

Horas Homer. lib. 5. Iliad. v. 749. ait cæli portis præesse, curamque habere ut modo serenum, modo nubilum sit, a quibus videri possunt quatuor anni tempora, Horæ appellata, non Græcis modo, sed & Latinis. Hor. de Jove lib. 1. Carm. 12. 15.

Qui mare & terras, variisque mundum
Temperat horis.

A quibus, ait Acron, velut temperatur annus per ver, æstatem, autumnum, & hiemem. Ovidius Homerum imitatus, cum Jano foribus cæli adscripsit, ita Jano loquente lib. 1. Fast. 125.

Præsideo foribus cæli cum mitibus horis.

Hinc ab ὠρέω, id est custodio, curo, dictas nonnulli putant, quod sint januæ cæli custodes. Plato tamen in Cratylo: Horæ, inquit, vocantur, quia ὁρίζουσι, id est terminant hiemem atque æstatem, ventosque & fructus ex terra nascentes. Pausanias in Eliacis pag. 158. Wech. Homerus in Iliade scriptum reliquit, Horas cælo etiam fuisse præfectas, tanquam regiæ aulæ custodes. V. ibid. plura.
Hora anni, pro Parte. Plin. lib. 9. cap. 35. Has ubi genitalis anni stimulaverit hora, pandentes sese quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt.
Horaque formosam quamlibet illa facit. De nocte. Ovid. 1. de Arte Am. 250.
Punctum horæ. Hor. 2. Epist. 2. 172.
Atrox hora flagrantis caniculæ. Hor. 3. Carm. 13. 9.
Bona hora. V. BONUS.
Crastina hora. V. CRASTINUS.
Diurnæ horæ. Virg. 3. Georg. 400.
Exhortiva hora. V. TETARTEMORION.
Extrema hora. Virg. 8. Ecl. 20.

— & divos (quanquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.

Funesta hora. Lucan. lib. 6.
Grata. Hor. 1. Epist. 4. 14.
Legitimæ horæ. V. LEX.
Lunares horæ. Lucan. lib. 1. 414.
Matutina, meridiana, vespertina. Plin. lib. 19. cap. 12.
Mobilis hora. Hor. 2. Epist. 2. 172.
Natalitia hora. V. TETARTEMORION.
Novissima hora. Ovid. 4. Met. 156.
Septembres horæ. Hor. 1. Epist. 16. 16.
Sinistra hora. Ovid. 21. Epist. 68. i. e. Infausta.
Solida hora. Juven. 11. Sat. 205.
Tempestiva hora narrantibus. Ovid. 5. Met. 500.
Veloces horæ. V. supra Horæ Deæ.
Abiit hora, h. e. Tempus elapsum est. Ter. Eun. 2. 3. 47.
Admovere mortis horam. V. ADMOVEO.
Collocare horas. V. COLLOCO.
Consumere horas suavissimo sermone. V. CONSUMO.
Ducimus horas flendo. Virg. 6. Æn. 539.
Eximere horam. V. Diem dicendo eximere, in EXIMO.
Fortunare horam. Hor. 1. Epist. 11. 22.

Tu quamcunque deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu: nec dulcia differ in annum.

Partiri horas curis. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Sapit omnibus horis nemo mortalium. Plin. lib. 7. cap. 42.
Grata superveniet quæ non sperabitur hora. Hor. 1. Epist 4. 14.



Uti suis horis. Cic. 3. Verr. 31. Credo si meis horis in accusando uti voluissem, vererer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Hic horas intelligit oratori in judicio ad clepsydram dicenti concessas. V. mox Hora pro die.
Ab hora tertia. Cic. 2. Philipp. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Ad hanc horam. V. AD præpositionem.
Ad horam unam expectare. Cæs. 4. Bell. Gall. 32.
In hora una. V. IN.
In horas, i. e. Singulis horis. Virg. 10. Ecl. 73.

— cujus amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum, &c.

V. IN.
In horas commutare. V. COMMUTO.
In horas expectare, In horam vivere. V. IN.
Hora, pro Die. Cic. 3. Verr. 30. Menses mihi tres quum eripuissetis, ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remissurum putastis, ut quum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Horas suas vocat (inquit Asconius) Viginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi: totidemque defensori. Virg. 1. Georg. 426.

— nunquam te crastina fallet
Hora.

Budæus. conf. supra paulo, Uti suis horis.
Omnium horarum hominem, veteres appellabant Eum qui seriis pariter ac jocis esset accommodatus, & quicum assidue libeat convivere. Atque ita vocatum Asinium Pollionem, auctor est Quintil. lib. 6. cap. 4. circa finem. Erasmus.
Jucundissimos & omnium horarum amicos professus. Suet. Tiber. cap. 42.
Horam veteres Deam juventutis vocabant. Ennius,

Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini.

Sed hæc multis sine adspiratione scribitur Ora: estque Hersilia Romuli uxor, in deam nomine Oram conversa, quæ in ipsius Romuli seu Quirini templo colebatur. Ovid. 14. Met. 850.

Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oramque vocat, quæ nunc dea juncta Quirino est.

V. HERSILIA.
HORĀRIUS, a, um. Adj. Quod est unius horæ. Suet. in Domit. cap. 3. Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, &c.
Suid. in Φωσφόριον. λέγεται δὲ ὕπο καὶ ὁ παρὰ Ῥωμαίοις καλέεται ὡράριος. H. St. Sed in Thes. Gr. suo ὡράριον n. g. legendum docet. V. dict. seq.
HORĀRIUM, i. n. Horologium. Censor. de Die natali, cap. 23. P. Corn. Nasica Censor ex aqua fecit horarium, quod & ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas, Solarium cœptum vocari. V. Plin. 7. extr. Conf. anteced. dict.
HORĀLIS, e. Adj. Idem quod Horarius. Fortun. 4. Mart.
HORÆUM, i. n. per simplex R. [ὡραῖον] Mel æstivum, ab Hora, nam Græci omnes fructus æstivos nominant ὡραῖα: quoniam id tempus per excellentiam ὥρα vocant.
Horæum, Salsamentum ex pisce. Athenæus lib. 7. Salsamentum autem horæum est, aut thunnium. In horæo macra pinguibus, in thunnio macris pinguia præferimus. Horæa autem vocantur non a tempestivitate, ut quibusdam placet, sed a veris tempore, quod tum salsamentum istud fieret, cujus & mentio est apud Plautum in Capt. 4. 2. 71. Horæum, Scombrum, &c. Hinc quod in Plinio lib. 32. extr. scribitur, Triton pelamidum generis magni, ex eo urea cybia fiunt. Legendum arbitror ex Athenæo Horæa cybia fiunt. V. Apic. 10. 5. Turneb. Adverf. 1. 23. Uræa tamen, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς ex ipso Athenæo adstruit Harduinus.
HORARIUS. V. HORA.
HŌRĀTIUS, [Ὁράτιος] Nomen gent. Ro. unde
Nobiles inprimis Horatii tres, qui cum Curiatiis totidem Albanis congressi sunt, ut est auctor Liv. 1. 25.
Horatius item Pulvillus, subrogatus in locum Lucretii defuncti in Consulatu: huic forte evenit, ut ædem Jovis Capitolini dedicaret. Liv. lib. 2. 10.
Horatius Cocles, Romanus, id cognomentum adsequutus, quod in prælio oculum amiserit. Unde Plautinus cavillus Curc. 3. 23. in servum qui altero oculo captus erat, eum nobilem ac de Coclitum familia appellando. V. COCLES.
Q. Horatius Flaccus, Poeta Venusinus, Lyricorum Latinorum princeps. Natus in Apulia in re tenui, patre libertino. Romam delatus litteras didicit, & inde Athenas profectus Philosophiæ operam dedit, cujus vero disciplinæ præcipuus fuerit fautor, non adeo facile evincere licet. Nunc videtur Stoicus, nunc Epicureus; forte haud parum Scepticus fuit, ut ipse innuere videtur 1. Epist. 1. 13.

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter;
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

Habitu corporis brevis fuit & obesus, ut auctor est C. Suetonius Tranquillus in ejus Vita. unde & Pinguem se & nitidum Epicuri de grege porcum lib. 1. Ep. 4. extr. vocavit. Natus est sexto Id. Decembres, L. Cotta, & L. Torquato Coss. Decessit Quinto Kal. Dec. C. Marcio Censorino, & C. Asinio Gallo Coss. post VII & quinquagesimum annum, hærede Augusto palam nuncupato; cum urgente vi valetudinis non sufficeret ab obsignandas testamenti tabulas. Humatus & conditus est extremis Esquiliis juxta Mæcenatis tumulum. Elogium ejus habemus apud Quintil. 10. 1. Ovid. 4. Trist. 10. 49.

Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

conf. Juven. 7. Sat. 62.
HORĀTIUS, a, um. Adj. ut, Horatia lex. Liv. 3. 55.
Pila Horatia. Propert. lib. 3. 3. 7.
HORCINUS. V. Orcinus, in ORCUS.
HORCONIA, æ. f. Vitis in Campania. Plin. 14. 2.
HORCTUS, a, um. Adj. Horctum & Forctum pro Bono dicebant veteres. Festus. V. & Voss. Etym.
HORDA, æ. f. [ἔγκυος βοῦς] Vacca prægnans. V. FORDA. Varro 2. de R. R. cap. 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ab eo

HORDICALIA, Dies in Fastis, nominantur: quod tunc hordæ boves immolantur. Idem habet Festus.

HORDEUM, i. n. [κριθή] Frugis genus notum. Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum, frugum mollissimum est: seri non valet, nisi in sicca & soluta terra, ac nisi læta: palea ex optimis. Stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia tollitur ante quam triticum occupet rubigo.

Hordeum, ab Horrore quidam dici volunt: quoniam licet calamus altior frumento, quam hordeo sit, arista tamen est mordacior hordeo. Vel dicitur Hordeum, ab Oriendi celeritate, quod ante omnia frumenta sit aridum. Vel dicitur a Fordus, a, um. ut loco F fuerit H aspiratio posita. Scribitur & Ordeum.

Cantherinum hordeum. Columel. 2. 9. V. Hordeum hexastichum.

Grandia hordea. Virg. 5. Ecl. 36. Ubi Servius; Hordea, usurpative metri causa dixit; nam triticum, vinum, hordeum, mel, numeri tantum singularis sunt, unde plurali in prosa uti non possumus: Vina tamen possumus dicere Ciceronis exemplo. V. Quintil. 1. 5. & Burm. ad loc.

Murinum hordeum. V. MUS.

Hordeum distichum, a Duobus granorum versibus seu ordinibus nomen habet. Columel. lib. 2. cap. 9. Alterum quoque gunus hordei est, quod alii Distichum, Galaticum nonnulli vocant, ponderis & candoris eximii, adeo ut tritico mistum egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur quam pinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia hiemis permittit, quum seminatur circa Idus Januarias. Ruellius tradit eos errare, qui secundum hoc genus esse Oryzam interpretantur. Vulgus *Paumelle* vocitat.

Hordeum hexastichum, a Sex versibus seu ordinibus granorum nomen habet. Columel. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumentis usus hordei, quod rustici Hexastichum, quidam etiam Cantherinum appellant: quoniam & alia animalia quæ ruri sunt, melius quam triticum, & hominem salubrius quam malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Et quæ ibi sequuntur multa.

Hordeum, item a similitudine Tuberculum nascens in extremitate palpebrarum. Cels. 5. 7. 7.

HORDEOLUS, i. m. Idem. Theod. Priscian. 1, 12. Hordeoli in palpebris.

HORDEACEUS, a, um. Adj. [κρίθινος] Quod ex hordeo factum est. ut, Panis hordeaceus. Plin. lib. 18. cap. 11.

HORDEARIUS, a, um. aliud Adj. Quod hordeo vivit. Plin. lib. 18. cap. 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro auctore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.

Hordearium æs, Quod pro hordeo equiti dabatur. Festus. [Sed melius distingues, Hordearium, Æs quod &c. ut sit Substantivi forma dictum Hordearium, subaudito Æs, ut in Congiarium, Viaticum, Salarium, & ceteris id genus.

Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. Hordearia appellata, a comitatu frugis ejus.

HORDEIUS, a, um. Adj. Plaut. Cas. 2. 8. 57.

Emito sepiolas, lepadas, longiculas
Hordejas. CH. immo triticeas, si sapis. Pulchras & bonas

explicat Turneb. Lambinus peculiaris piscis nomen putat.

HORIA, æ. f. Navicula piscatoria. Non. 13. 3. & Festus. Plaut. Rud. 4. 2. 5.

Cum me ex suis pulchre ornatum expedivit
Templis reducem plurima præda onustum
Salute horiæ, quæ in mari fluctuoso
Piscatu novo me uberi compotivit. Scribitur & Oria, quod vide.

HORIOLA, æ. f. ejusdem dimin. Plaut. Trin. 4. 2. 100. Immo horiola advecti sumus.

HORIOR, iri. pro Hortor, ari. dixit Ennius. Et

HORITOR, oris. m. pro Hortator, oris. Idem Ennius apud Diomed. p. 378.

HORIZON, ontis. m. [ὁρίζων] Circulus est, vel cæli terminus quodam circo designatus, qui super terram videtur, quem sibi uniuscujusque circumscribit aspectus. Centum & octoginta stadia non excedit acies contra videntis. Cic. 2. de Divin. 92. Quum enim illi orbes, qui cælum quasi medium dividunt, & aspectum nostrum definiunt, qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis Finientes rectissime nominari possunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint, necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes. V. Astronomos, in his Gassend. lib. 1. cap. 5.

HORMESION, Gemma ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

HORMINUM, [ὅρμινον] semine cumino simile est, cetero porro, dodrantali altitudine. Plin. lib. 22. cap. 25. Alii Orminum scribunt. Dictum autem putant, quod venerem exstimulet, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν.

HORMOS [ὅρμος] Monile, Corrigia calceamentorum, ut nonnullis placet, de quo Homer. lib. 15. Odyss. 479. Et in Hymno Veneris v. 88. ubi id ornamenti genus ipsi Veneri tribuit. [Confundit ὅρμον & ὁρμόν. V. H. Steph. Thes. Gr.

HORNUS, a, um. Adj. Quod ipsius anni esset, Veteres dicebant. Lucil. lib. 28. Utrum anno, an horno te abstuleris a viro. Varro Eumenidibus, Quum in eo essem occupatus, atque in schola curarem, inscribit Scantius horno per Dionysia. Nonius 2. 403.

Hornum, Quod est hujus anni, inquit Porphyrio, vel unius anni, ut inquit Acron, ut Vinum hornum, quemadmodum & bimum & trimum dicitur. Hor. Epod. 2. 47.

Et horna dulci vina promens dolio.

Agni horni. Propert. lib. 4. 3. 61.

Illa dies agnis cædem denuntiat hornis. i. e. Anniculis.

Fruge horna placare lares. Hor. 3. Carm. 23. 3.

Messem hornam, proverbiali figura dixit Plaut. Most. 1. 2. 3. pro Maximo emolumento, quasi dicas, Tantum lucri, quantum eo anno sit proventurum in agris. Erasmus. Sed hoc perperam est, nam eo in loco legendum est, non Horna messis, sed Horno messis magna. scil. Hornum dicitur absolute & simpliciter, subaudito Tempus; ut vernum, æstivum, autumnum, hibernum. Cumque Annus veteribus sæpe pro Annona, vel Proventu annuo ponatur, eodem modo & Hornum pro Hujus anni proventu. V. Gronov. Observ. 3. 24.

Palea horna. Hor. 2. Serm. 6. 88.

HORNOTINUS, a, um. Adj. [ὁ τοῦ νῦν ἔτους, ἐπέτειος] i. e. Hujus, vel unius anni. Cic. 5. Verr. 45. Hæ litteræ, Judices, Metelli, quas audistis, hoc quantum est, ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt.

Hornotinæ nuces. Cato de R. R. cap. 17. de nucibus loquens, Postea usqueadeo sunt plus menses octo: hornotinæ nuces virides sunt.

Hornotinæ virgæ. Columel. lib. 5. cap. 6.

HORODES, Rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alii Orodes scribunt. q. V.

HOROLOGIUM, i. n. [ὡρολόγιον] quasi Horarum ratio. Quicquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur. Cic. 16. Fam. 18. Horologium mittam & libros, si erit sudum. Horologium solarium. Plin. lib. 7. cap. 60.

HOROSCOPUS, a, um. Adj. [ὡροσκόπος] dicitur Omne id in quo horæ notantur. Plin. lib. 2. cap. 72. Vasaque horoscopa non ubique eidem sunt usui. in trecenis stadiis, aut ut longissime in quingenis, mutantibus semet umbris.

HOROSCOPUS, i. m. [ὡροσκόπος] significat Eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi Ascendens appellant.

Item, Id temporis momentum quo quisque nascitur, quasi Horæ inspectionem & notationem. Pers. 6. Sat. 18.

— geminos, horoscope, varo
Producis genio. V. TETARTEMORIUM.

HOROSCOPO, [ὡροσκοπέω] āre. Manil. 3. 478.

Jam facile est, si quod quandoque horoscopet astrum Noscere.

HOROSCOPANS, antis. Partic. Firmic. lib. 5. cap. 1. Is erit ariete horoscopante semper in Cancro. Et alibi sæpius.

HORONTES. V. ORONTES.

HORREA, HORREARIUS. V. HORREUM.

HORREO, HORRESCO. V. HORROR.

HORREUM, i. n. [ἀποθήκη] ab Horrore, quasi Horridum propter asperitatem aristarum, quoniam prisci fruges in suis spicis in granariis condiderunt. Festus, Horreum antiqui dicebant Farreum, a Farre. Horreum ab Hordeo quidam deducunt. Columel. lib. 2. cap. 10. Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata condatur, si major modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis salsamentariisque. Virg. 1. Georg. 49.

Illius immensæ ruperunt horrea messes. Cic. 5. Verr. 20.

Horrea ultra privata in singulis urbibus multa fuerunt publica. Illis utebantur non tantum ad reponenda frumenta, verum etiam ad alia commoda, nempe ad asservanda deposita & pignora. Sic Apul. 3. Miles. p. 141. Horreum gazis refertum; & sub init. lib. 5. Horrea magnis congesta gazis. Idem lib. 4. pag. 150. Demonstrat horreum, ubi vespera sagaciter argentum copiosum recondi viderat. Plin. 8. Epist. 18. extr. Tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quæ negligebantur. Ubi Statuas, & tabulas operis antiqui intelligit. V. Buchn. not.

Horreum frumenti. Plin. lib. 15. cap. 8.

Horreum, pro Cella vinaria, Hor. 3. Carm. 28. 7. Sen. Epist. 115. Plena multorum seculorum vindemiis horrea.

Cella atque horreum. Cic. 2. de Lege Agr. 88. Illi capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt.

Constituere horrea certis locis. V. CONSTITUO.

Distentet spicis horrea plena Ceres. Tibul. lib. 2. 5. 84.

Horrea Jurisconsulti frequenter usurpant pro Repositoriis mercium & rerum pretiosarum. V. Beroald. ad priorem Apuleji loc. quem supra adduximus, pag. 363. Stew.

HORREOLUM, i. n. dimin. Parvum horreum. Valer. Max. lib. 7. cap. 1. 2. extr. de Gyge. Et usus necessarii horreolum, nulli nimis appetendum, quam thesauros omnium insidiis & cupiditatibus expositos.

HORREA, æ. f. apud antiquos. Claud. Orat. in Quintium Gallum, Quorum jacent muri, villa, horrea, cutiaque & tabulariæ publicæ. Ejusdem generis tabularias, quo & horreas dixit. Ex Nonio, 3. 110. [Horreæ ergo scribendum. Sed pleraque hæc merito suspecta sunt.

HORREARIUS, i. m. Cui commissa est cura ac custodia horrei. Ulpian. in l. Cels. D. ad exhibend. Sed si nemo hæres sit, cum horreario agendum.

HORRIBILIS, HORRIDITAS, HORRIDUS. V. HORROR.

HORROR, oris. m. [φρίξ, φρίκη] Tremor proprie, quum totum corpus vel frigore vel pavore intremiscit, & succussatur. Cels. lib. 3. cap. 3. Febres aliæ protinus incipiunt a calore, aliæ ab horrore. Virg. 3. Æn. 29.

— mihi frigidus horror
Membra quatit. Plaut. Quis hic horror est? quid pravitas?

[Ex suppos. puto, Plauti, & legendum Pavitas.

Horror quandoque ad Torvitatem aspectus refertur. Apul. Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit.

Quandoque ad Abominationem. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incœpto retrahit.

Quandoque ad Venerationem refertur, ut ait Servius. Virg. 1. Æn. 169.

— horrentique atrum nemus imminet umbra. Lucan. 3. 411. — non ullis frondem præbentibus auris
Arboribus suus horror inest.

Classicus horror, Signum classici. Lucan. ad Pison. 129.

Exanguis horror. Claud. 2. in Ruff. 130.

Sacer horror. Stat. 5. Theb. 505.

Sævus horror. Virg. 2. Æn. 559.

Arrectæ horrore comæ. Virg. 4. Æn. 280.

Ciet aura horrorem membris. Lucret. lib. 3. 292.

Ingruit armorum horror. Virg. 2. Æn. 301.

Moveri tremulo horrore. Ovid. 9. Met. 345.

Perfundi horrore. Cic. 8. Att. 6. Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales qui me horror perfudit, quam sum solicitus quidnam futurum sit? V. PERFUNDO.

HORRIDUS, a, um. [φρικώδης, αὐχμηρός, ἀτημέλητος, κρυερός, κρυόεις, ῥίγος] Adj. Hispidus, asper: cui contrarium est Nitens vel nitidus. Cic. 3. de Orat. 51. Ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quædam est oratio tua. Virg. 4. Æn. 251.

— & glacie riget horrida barba. Horridus,

Horridus, Timendus. Virg. 5. Æn. 37.
Horridus in jaculis, & pelle Lybistidis ursæ. h. e. Terribilis. Servius. V. mox Bella.
Irâ horridus. Ovid. 6. Met. 685. de Borea.
Acies horrida. Tacit. 6. Ann. 34. V. ACIES.
Æquora horrida. Hor. 3. Carm. 24. 40.
Arma horrida. Ovid. 1. Met. 126.
Barba horrida glacie riget. Virg. 4. Æn. 251.
Bella horrida. Virg. 6. Æn. 86.
Bruma horrida gelu. Virg. 3. Georg. 442.
Cæsaries horrida. Ovid. 10. Met. 139.
Corpus horridum. Cic. 2. de Lege Agr. 13.
December horridus, Quod frigore squalidos & horrentes aut horrore rigentes artus efficiat. Martial. lib. 7. 94. [Immo Horridus & Squalidus aspectu.
Facinus horridum. Sen. Hippol. 2.
Fluctus horridi. Hor. Epod. 10. 3.
Grando horrida. Virg. 1. Georg. 449.
Hiems horrida. Ovid. 4. de Pont. 10. 38.
Macies horrida. Virg. 4. Georg. 254.
Pili horridi apes. Columel. lib. 9. cap. 3. pr. Pili genetivus est.
Prælia horrida. Virg. 2. Georg. 282.
Sapor horridus. Plin. lib. 34. cap. 13.
Scripta inculta & horrida. Cic. 1. de Fin. 8.
Sus horridus. Virg. 4. Georg. 407.
Silvestris horrida ruta ad effectum, & ad omnia acrior. Plin. lib. 20. cap. 13.
Tempestas horrida. Hor. Epod. 13. 1.
Verba horrida. Tibul. lib. 1. 5. 6.
Vita horrida & inculta. Cic. pro Rosc. Amer. 93.
Horrridus, asper, durus oratione & moribus. Cic. 4. de Fin. 78.
Horridus, Squalidus. H. St.
Horridus, & jejunus. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Deformis atque horridus ager. Cic. 5. Verr. 47.
Rusco horridior. Virg. 7. Ecl. 42.
Non valde nitens, nec plane horrida oratio. Cic. de Clar. Orat. 20.

HORRĬDE, [ἀκόσμως] Adv. h. e. Aspere & inculte. Cic. in Orat. 28. Putant enim qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Horride, h. e. Sine figuris & numeris: quæ maxime solent orationem illustrare, sine quibus horrida est & inculta.

HORRIDIUSCŪLE, Adv. dimin. Augustin.

HORRIDĬTAS, ātis. f. [φρίκη] Ipse horror. Nævius, Omnia mihi horriditati erant maximæ. [Sic in Thes. Lips.

HORRIDŬLUS, a, um. [ὑπότρομος] Adj. dimin. Tremens, vel Incultum. Pers. 1. Sat. 54.
Scis comitem horridulum trita donare lacerna.
Horridulæ Catonis orationes. Cic. in Orat. 152. i. e. Aliquantum asperæ.
Horridula atque incompta scripta. Cic. 2. Att. 1. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant.

HORREO, ui, [φρίττω, φρίζω] ēre. Horrore perfundi & concuti, proprie quum pili setæque in animante eriguntur. ut, Horrens leo. Virg. 9. Æn. 306.
Dies horruit imbre. Valer. 2. Argon. 52.
Horrere, Frigere. Juven. 1. Sat. 93.
— & horrenti tunicam non reddere servo.
Horrere, Timere. Virg. 3. Georg. 79.
Nec varios horret strepitus.
Horrere arma, conspectumque alicujus, & similia. Liv. 2. Cic. 11. Att. Etsi omnium conspectum horreo.
Ejusmodi dominatio nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsum eruptura sit, horreamus. Cic. 2. Att. 21. Simile est illud in epistola proxima superiore: Hæc quo sint eruptura, timeo. De potentia Pompeji & Cæsaris loquitur.
Horrere alicui, quemadmodum Timere alicui. Plin. in Paneg. cap. 27. pr. Nemo jam parens filio nisi fragilitatis humanæ vices horret.
Mare iratum horrere. Hor. Epod. 2. 6.
Minas alicujus. Cic. 8. Att. 25.
Pauperiem horrere. Hor. 2. Serm. 5. 9.
Horrere, Tremere, ut solent qui vehementer frigent. Ter. Eun. 1. 2. 4.
— totus, Parmeno,
Tremo, horreoque, postquam aspexi hanc.
Capilli horrent. Tibul. lib. 2. 3. 23.
Comæ horruerant. Ovid. 2. Fast. 502.
Horrere, Asperum esse. ut, Horrent agri, vel loca inculta. Virg. 11. Æn. 754.
— tum late ferreus hastis
Horret ager. V. Partic. HORRENS. Columel. lib. 1. cap. 4. extr. Sunt quædam loca, quæ solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent [i. e. Rigent frigore.
Verba horrent sævis minis. Ovid. de Rem. Am. 664.
Horrere, Stupere, mirari. Virg. 3. Æn. 26.
Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum.
Horrere divinum numen. Cic. 4. Acad. 117.
Animus horret adhuc. Stat. 8. Theb. 108.

HORRENS, [φρικτὸς] Partic. ut, Horrens leo: h. e. Formidabilis vel jubis horridus. Virg. 9. Æn. 306. Plin. lib. 8. cap. 40. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit.
Agmina horrentia pilis. Hor. 2. Serm. 1. 13.
Arma horrentia. Virg. 1. Æn. 638.
Hastæ horrentes. Virg. 10. Æn. 178.
Rubi horrentes. Virg. 3. Georg. 315.
Umbra horrens. Virg. 1. Æn. 169.

HORRENTIA, æ. f. Tertull.

HORRENDŬS, a, um. Adj. [φρικτώδης, φρικτὸς, ἐκπληκτικός] ut, Vox horrenda. Virg. 9. Æn. 112.
Horrenda tot avia mensi. Valer. 5. Argon. 475.
Clamores horrendi. Virg. 2. Æn. 222.
Enses horrendi. Tibul. lib. 1. 11. pr.
Nox horrenda. Ovid. 6. Fast. 140.
Rabies horrenda. Hor. 2. Serm. 3. 323.
Sonus horrendus. Ovid. 4. Fast. 190.
Species horrenda. Stat. 6. Theb. 286.
Sybillæ horrendæ. Virg. 6. Æn. 10. In quod Scholiastes ait; Horrendæ, i. e. Venerandæ, ut
Horrendum silvis & relligione parentum.
Visu horrendus. Virg. 9. Æn. 521.
Dictu horrendum. Virg. 4. Æn. 454.
Horrendum adverbialiter dixit Virg. 6. Æn. 288.
— ac bellua Lernæ Horrendum stridens.

HORRĪBĬLIS, e. Adv. [φρικτὸς] Formidabile & timendum. Cic. Et quod dictu quoque horribile videtur, viventis sanguine hausto.
Horribilis diligentia. Cic. 8. Att. 9. & 1. de Fin. 63. Horribiles formidines. Et pro Font. 26. Horribiles impetus.
Fera horribilis. Virg. 4. Georg. 442.
Horribilis, Teter, deformis. Varro, Fœda atque horribili.
Metus horribilis. Claud. in Cons. Prob. & Olyb. 78.
Oratio horribilis. Cic. pro Muren. 74. Horribilis oratio: sed eam usus, vita, mores, civitas ipsa respuit.

HORRIBILĬTER, Adv. August.

HORRESCO, [φρίττω] ĕre. Horridum fieri, & vehementer timere, veluti quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari & crescere sentit pavore, stupore, aut febri invalescente, & hujusmodi. Virg. 6. Æn. 710.
Horrescit visu subito, causasque requirit. Ter. Adel. 4. 4. 24.
Perii, horresco semper ubi pultare hasce occipio fores miser.
Horrescere morsus futuros. Virg. 3. Æn. 394.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros. i. e. Expavesce.
Pectora horrescentia mortem. Stat. 3. Theb. 70.
Horrescunt segetes & campi flabris. Virg. 3. Georg. 199.
— tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris. i. e. Contremiscunt.
Tempestas horrescit nimbis. Sil. lib. 1. 133.

HORRICŌMIS, e. Adv. Qui pilis aut coma horridus est. ut, Canes horricomes. Apul. lib. 4. pag. 151.

HORRĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. [φρικοφόρος] Cic. 1. Tusc. 68.
Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Ex poeta quodam. Idem 2. de Nat. Deor. 111.
Et magis horriferis Aquilonis tangitur auris. Ex Arat. Virg. 8. Æn. 435. Horrifera ægis.
Horrifer Boreas. Ovid. 1. Met. 65.
Voces horriferæ. Lucret. lib. 5. 994.

HORRĬFĬCUS, a, um. Adj. [φρικώδης] Quod horrorem incutit: ut Horrificum bellum. Cic. pro Domo 60.
Bustum horrificum. Lucret. lib. 3. 919.
Cæsaries horrifica. Lucan. lib. 3. 372.
Lapsus horrificus Harpyiarum. Virg. 3. Æn. 225.

HORRIFĬCE, Adv. Religiose. Lucret. 2. 609.

HORRIFĬCO, [φρικοποιῶ] āre. vox poetica: Horrorem incutere, ut ait Servius. Virg. 4. Æn. 465.
Terribili monitu horrificant.
Horrificare galeas ore, & rictu ferarum. Sil. lib. 3. 389. i. e. Horridas facere, ut hinc horror incutiatur hostibus.

HORRIFĬCANS, antis. Partic. Catull. 62. 270.
Horrificans Zephyrus proclives incitat undas.

HORRISŎNUS, a, um. Adj. Quod cum horrore sonat, sive Quod horridum sonum emittit. ut, Horrisonus fremitus. Virg. 9. Æn. 55. Cic. 2. Tusc. 23. Horrisonum fretum.
Flagellum horrisonum. Valer. 7. Argon. 149.
Fragor horrisonus. Lucret. lib. 5. 110.

HORRIPĬLO, āre. Horridiore, asperioreque pilo frutificare. Apul. Met. lib. 3. pag. 140. Aures immodicis horripilant auctibus. de converso in asinum Lucio.

HORSUM, Adv. loci, Versus hunc locum. Ter. Hec. 3. 4. 36.
— atat eccum Phidippum & patrem,
Ut video, horsum pergunt. Idem Eun. 2. 1. 13.
Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adigent horsum insomnia.
Ubi Donatus, Horsum, h. e. Ad urbem agent.

HORTA, Dea, qua juvenum animi ad præclaras actiones incitabantur. V. Struv. Ant. Rom. cap. 1.

HORTENSIANUS, HORTENSIS, HORTENSIUS ab Horto. V. HORTUS.

HORTENSIUS, [Ὀρτήσιος] Romanus orator, qui in foro Romano Causarum rex ob eloquentiam dictus est: licet ejus scripta infra famam fuerint. De quo Cic. de Clar. Orat. 301.
Item Hortensius poeta. Ovid. 2. Trist. 441.
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi Carmina.
Hortensii a colendis hortis dicti sunt, ut Fabii a fabis, Pisones a pisis. Cicerones a ciceribus, & Lentuli a lentibus ferendis sunt appellati. & idcirco recte scribitur Hortensius: quum quæ ab Horto derivantur, omnia sic scribantur: quamvis aliqui malint Hortesius scribere, vel quod in veterum monimentis ita semel atque iterum scriptum videtur: vel quod Ὀρτήσιος apud Græcos scribi cognoscant: quasi vero non monimentis iis quoque inesse possit error, & in iisdem non multo frequentius Hortensios legamus: atque nesciamus a Græcis ita scribi, quod illi ν ante σ solent raro ponere. Siquis tamen existimat a Græcis rectius quam nunc a nobis scribi, dicamus necesse est, id inde profectum esse, quod veteres syllabam longam significare volentes, super eam apponebant τὴν ἐπισημασίαν μακρῶν, quam librarii putantes esse notam scribendi compendiosam & ob id eam in N litteram convertentes, in mediis verbis scripserunt: unde factum, ut sæpe Formonsum, & similia legamus, contra quam Terentius Scaurus, Caper, Donatus, & Servius scribunt: qui testantur N litteram neque in Thesauro, neque in Formoso, neque in aliis hujuscemodi nominibus esse ponendam: quamvis multi scriberent Thensaurum, & Formonsum. Quin Atlans & Gigans, a quibusdam scribeba ur: quod tamen Servius faciendum negat, quamvis in obliquis casibus habeant eam. Hæc ex Corrado.

HORTENSIA, [Ὁρτησία] Hortenſii filia fuit eloquentiſſima: quæ, quum matronarum ordo gravi tributo a Triumviris M. Antonio, Octavio, & Lepido premeretur, nec virorum quisquam ipſi adeſſe auderet, cauſam conſtanter egit: repræſentataque patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars ei remitteretur. Appian. Alexand. Emphyl. lib. 4.

HORTENSIANUS, a, um. Adj. ut, Hortenſiana eloquentia. Valer. Max. 8. 8. Conf. Hortenſius in HORTUS.

HORTOR, [διακελεύομαι, παραινῶ, παρακελεύομαι, ἐγκελεύω] āri. ab Ore deduci quidam volunt: & ideo adſpirari, ne frequentativum ab Orior putetur: ſignificat autem Ore ſuadere. Donatus, Hortamur impulſu, monemus conſilio. Ter. Hec. 1. 1. 7.

— ergo propterea te ſedulo
Et moneo & hortor, ne cujuſquam miſereat,
Quin ſpolies, &c.

Hortari, orare, & monere. Cic. 1. Fam. 1. Pompejum & hortari & orare, & jam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Hortari, inquit, quaſi Argumentis ſuadere: Monere, quaſi Meo jure, & quadam auctoritate.

Hortari ut. Cic. 8. Att. 14. Magnopere te hortor, pro tuo ſingulari perpetuoque ſtudio in Rempublicam, ut, &c.

Hortari ad dicendum, &c. Cic. pro Arch. Idem 7. Att. 14. Ad pacem quidem hortari non deſino.

Hortari de re aliqua. Cic. 4. Fam. 9. Cæſ. 1. de Bell. Civil. 26. Hortari aliquem de pace reconcilianda.

Hortari aliquem aliquid. Cic. 1. in Catil. 12. Sin (quod te jamdiu hortor) exieris, exhaurietur, &c.

Hortari, alias a Cicerone dicitur Adhortari, ſuadere, auctorem eſſe cohortari, excitare, impellere, auctoritatem alicui ad aliquid faciendum dare, acuere, &c.

Hortari paſſive uſurpatum. Tacit. 12. Ann. 9. Memmium Pollionem Conſulem deſignatum ingentibus promiſſis inducunt, ſententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octaviam deſpondere Domitio. Sed in codd. emend. legitur Oraretur.

Armatas hominum eſt præſens hortata catervas. Catul. 62. 396.

Aciem hortari. Ovid. 1. de Arte Am. 207.

Milites hortari; i. e. Allocutione ante prælium incitare. C. Nepos, 1. 6.

Canes hortari. Ovid. 10. Met. 537.

Terribiles hortatus equos, in gurgitis, &c. Ovid. 5. Met. 421.

HORTĀTIO, ōnis. f. [παρακέλευσις] Cic. 1. Q. frat. 1. Ac jam hoc loco non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago, &c.

HORTĀTUS, ûs. m. [παρακελευσμός] Idem quod Hortatio & monitio. Cic. pro Arch. 1. Quod ſi hæc vox hujus hortatu, præceptisque confirmata, &c.

Blandis hortatibus implere aliquem. Sil. lib. 8. 29.

Hortatu ignifero mentes furiabat in iram. Sil. lib. 17. 327. i. e. Ardenti & concitato.

HORTĀMEN, ĭnis. n. [ἐγκέλευσμα] Idem. Liv. 10. 29. Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda.

Longo hortamine uti. Ovid. 1. Met. 277. &

HORTAMENTUM, i. n. Magna hortamenta animi. Liv. 7. 11.

HORTĀTOR, ōris. m. [παρακλήτωρ] Qui hortatur & ſuadet ut aliquid fiat. Cic. 1. Att. 11. pr. Eo accedebat hortator aſſiduus Salluſtius. Plaut. Mercat. 4. 2. 4.

— Sed coquos, quaſi in mari
Solet hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur. Qui hic Hortator a Plauto dicitur, Græce κελευστὴς dicitur, qui remiges hortatur, quaſi navigationis moderator. quod ea hortamenta faciat: quæ verbo Græco Celeuſmata dicuntur etiam a Latinis, ut ait Budæus. V. ſ. l.

Bonus hortator. Ovid. 4. de Pont. 12. 23.

Hortatore te fecimus. Cic. 1. de Fin. 72.

Hortator, auctor, interceſſor. Cic. pro Roſc. Amer. 110. Poſtremo iſto hortatore, auctore, interceſſore, ad Sullam legati non adierunt.

Hortatores cædis permulti. Cic. 10. Att. 4.

Pugnæ hortator. Ovid. 4. Triſt. 2. 42.

Scelerum hortator. Virg. 6. Æn. 529.

Hortator & magiſter ejus ſtudii tibi fuit domi. Cic. 1. de Orat. 234.

Hortator non faciendi aliquid, & auctor. Cic. pro Roſc. Amer. 110.

Adjutor, auctor, hortator ad aliquid agendum. Cic. Poſt redit. ad Quir. 9.

HORTĀTRIX, icis. f. [παρακλήτις] ut, Gloria hortatrix animoſi lethi. Stat. 9. Theb. 717.

HORTATĪVUS, a, um. Adj. [παρακλητικός] Quintil. 5. 10. Hæc ad hortativum genus maxime pertinent.

HORTUS, i. m. [κῆπος, παράδεισος] Hortus eſt ſive in urbibus atque oppidis, ſive in villis, rurique locus, in quo arbores & olera oriuntur. Ea autem ratione ab aliquibus aſpiratur, ut differat ab Ortus, quando natum ſive nativitatem ſignificat.

Amœnitas hortorum. Cic. 3. Q. frat. 1.

Cultiſſimus hortus. Ovid. 2. Faſt. 702.

Exhauſtus hortus lectis floribus. Ovid. 3. de Pont. 4. 63.

Halantes floribus horti. Virg. 4. Georg. 109.

Indiligens hortus. V. INDILIGENS.

Irriguus hortus. Hor. 2. Serm. 4. 16.

Paterni horti. Cic. 13. Philipp. 34. Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigravit.

Pauperis horti cuſtos. Virg. 7. Ecl. 34.

Pingues horti. Virg. 4. Georg. 118.

Pomifer hortus. Calpurn. Ecl. 2. 64.

Nos quoque pomiferi Laribus conſuevimus horti
Mittere primitias.

Pomoſus hortus. V. Pomoſus in POMUM.

Riguus hortus. Ovid. 8. Met. 646.

Ruſticus hortus, i. e. Rerum ruſticarum refertus, non ad umbram & voluptatem factus. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Quarum feneſtris ſubjacet hortus alius pinguior & ruſticus.

Suburbani horti. Stat. 4. Silv. 4. 7.

Appellant hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram. Cic. de Senect. 56.

Conducere hortum. Cic. 16. Fam. 18.

Conferre hortos. Varro de R. R. lib. 1.

Fodere hortos. Pallad. tit. 34.

Inſerere hortos. V. INSERO.

Inſpicere hortos. V. INSPICIO.

Inſtruere hortos. V. INSTRUO.

Invitare aliquem ad cœnam in hortos. Cic. 3. Off. 58.

Oblectare in hortis ſe ſine interpellatoribus. Cic. 3. Off. 58.

Parare hortos. Cic. 12. Att. 20.

Præparare hortos. Cic. pro Cœl. 36. Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparaſti, quo omnis juventus natandi cauſa venit.

Veſtit hortum morus, & ficus frequens. Plin. 2. Epiſt. 17.

Hortus in ſingulari, pluralique, pro Hortis olitoris accipitur. Horti vero in plurali, arboribus conſiti dicuntur, & voluptatis amœnitatisque cauſa parati. Hæc Valla lib. 3. cap. 9. Columel. lib. 4. cap. 18. Centenæ ſtirpes per ſingulos hortos ſemitis diſtinguantur. Idem lib. 11. cap. 3. pr. pro Loco herbis conſito. [ſed ubi pluralem locus ipſe poſtulat.] Similiter nunc Hortum, nunc Hortos, uſurpat, Plin. lib. 19. cap. 4.

Horti in feneſtris, Hortorum proſpectus. Plin. lib. 19. cap. 4. Jam in feneſtris ſuis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant.

Horti penſiles, Qui ſupra ædificia facti, vel ſupra columnas erecti pendent. Plin. lib. 36. cap. 14.

Horti, pro Villa. Plin. lib. 19. cap. 4. In XII TAB. legum noſtrarum, nuſquam nominatur Villa: ſemper in ſignificatione ea Hortus, in Horti vero Hæredium. Feſtus, Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere poſſent orirentur.

Horti, Gymnaſium & ſchola Epicuri. nam ut Lycæum, Peripateticorum: Porticus, Stoicorum: Academia, Platonicorum: ſic Horti, Epicureorum. Cic. 12. Att. 24. Qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui præfuerit Hortis. V. 5. de Fin. 3. [Alioqui v. Horti pl. num. apud Romanarum rerum Scriptores, non tam Hortus ipſe, quam Domus horto adjuncta denotatur. Sic ſupra Paterni horti, Suburbani, Inſtruere hortos &c. Sic Horti Lamiani, Mæcenatiani, Serviliani, apud Suet. V. hunc in Tib. c. 35. extr.

HORTŬLUS, i. m. [κηπίδιον] dimin. Cic. 1. de Nat. Deor. 121. Cujus fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit. Plin. lib. 35. cap. 10. Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo.

Platonis hortuli. Cic. 5. de Finib. 2.

HORTULĀNUS, i. m. [κηπουρός, Gloſſ. Lat. Gr.] Macrob. 7. Saturn. cap. 3. Tharſius Amphias, quum ex hortulano potens eſſet, & in amicum quaſi degenerem nonnulla dixiſſet, mox ſubjecit: Sed & nos de eiſdem ſeminibus ſumus: & omnes pariter lætos fecit. Valla Holitorem dici vult. V. Cellar. Cur. poſt. pag. 212.

HORTENSIS, e. Adj. [κηπαῖος] Quod ex horto eſt, ſive in eo creſcit. Plin. lib. 19. cap. 10. Morbos hortenſia quoque ſentiunt, ſicut reliqua terræ ſata. Idem lib. 19. cap. 5.

HORTENSIUS, a, um. [κηπευτός] aliud Adj. Plin. lib. 22. cap. 24. Idem lib. 19. cap. 8. Beta hortenſiorum leviſſima eſt.

Batin marinam, batin hortenſiam. i. e. Sativam, & hortenſem, appellat Plin. lib. 21. cap. 15. nam de eadem ſub nomine Crethmi ſic ait lib. 26. cap. 8. Speciesque eſt batis hortenſis. De bati ſativa meminit Columel. lib. 12. cap. 7. & cap. 13. [Hic quoque Hard. Hortenſia edidit. Alii Hortenſianam & Hortenſiana legunt, neſcio an codd. auctoritate ſubnixi.

HŌRUS, [Ὧρος] Iſidis filius, quem quum Iſis amiſiſſet, verita ne illi obveniret quod Oſiri patri acciderat, multum flevit: ſed eo invento mœrorem in lætitiam convertit.

Horus etiam ab Ægyptiis dicitur Sol, apud Bocatium.

Horus item Aſſyriorum rex. Plin. lib. 30. cap. 15. Scribitur & Orus.

## H O S

HOSPES, ĭtis. c. [κατάλυτης, ξένος, ξενοδόχος] Hoſpites ſunt tam Qui in privato alicujus hoſpitio ſunt, quam Qui in publico, quod diverſorium, vel tabernam meritoriam appellamus: tamque qui recipit, quam qui recipitur. Unde Ovid. 1. Met. 144.

— non hoſpes ab hoſpite tutus. Hactenus Valla lib. 4. Ter. Adel. 4. 1. 13. Cliens, amicus, hoſpes, nemo eſt vobis? Cic. pro Deiot. 8. Per dextram te iſtam oro, quam regi Deiotaro, hoſpes hoſpiti porrexiſti. Cic. 13. Fam. 37. Hippiam Philoxeni filium Calactinum, hoſpitem, & neceſſarium meum tibi commendo in majorem modum.

Non gravis hoſpes. Cic. 9. Fam. 20.

Amabilis hoſpes. Hor. 2. Epiſt. 2. 132.

Veſpertinus hoſpes. Hor. 2. Serm. 4. 17.

Accipere hoſpitem non multi cibi. Cic. 9. Fam. 26.

Deducere hoſpitem domum. Auct. ad Heren. lib. 4. 65.

Divertere ad hoſpitem. Cic. 1. de Divin. 57.

Habere hoſpites domi. Auct. ad Heren. lib. 4. 65.

Multorum hoſpitum copo quidam Binnius. Cic. pro Cluent. 163.

Hoſtis, pro Hoſpite, Qui hoſtis pro hoſpite priore nocte &c. Livius Decad. 1. lib. 1. 256. de Tarquinio. H. St. V. cap. 58. Lib. 1. conf. Hoſpes voluntate.

Hoſpes, pro Peregrino. Cic. 1. Acad. 9. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes errantesque, tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus, agnoſcere. Virg. 4. Æn. 10.

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Ter. And. 4. 5. 15. Nunc me hoſpitem lites ſequi.

Non hoſpes, ſed peregrinus. Cic. 2. contra Rull. 94. Nos autem hinc Roma qui veneramus, jam non hoſpites, ſed peregrini atque advenæ nominabamur.

Hoſpes, pro Homine ignaro eorum quæ aguntur. Ter. Phorm. 4. 2. 15.

Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem. Ubi Donatus, Aſtute hoſpitem, de eo qui ſupervenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum ſcientia.

Hoſpes urbis. Cic. pro Rabir. 28. Adeone hoſpes hujuſce urbis, adeone ignarus es diſciplinæ, conſuetudinisque noſtræ, ut hæc neſcias?

Hoſpes in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 218. Idem de Orat. Si erit idem in conſuetudine civitatis, in moribus atque inſtitutis, in voluntatibus ſuorum civium hoſpes. h. e. Ignorans voluntates, &c.

Hoſpes voluntate. Cic. 12. Philipp. 27. Quem Scato quum ſalutaſſet, Quem te appellem, inquit? at ille, Voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem.

**HOSPĬTUS**, a, um. Adj. [ξενικὸς] ut, Hoſpita avis. Stat. 1. Achill. 357.
Æquora hoſpita, Vicina interpretatur Servius. Virg. 3. Æn. 377.
Flumina hoſpita, Per quæ tranſiri aut navigari poteſt. Stat. 4. Theb. 843.
Navis hoſpita. Ovid. 1. Faſt. 340.
Tecta hoſpita. Valer. 2. Argon. 651.
Terra hoſpita. Virg. 3. Æn. 539.
Vina. Flacc. 1. Argon. 44. [Hoſpitus m. g. me legere non memini, ut nec Hoſpitum n. ſing.

**HOSPĬTA**, æ. f. [καταλυτὶς] Cic. 1. Verr. 24. Quod eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. Ter. Andr. 2. 6. 8.
Propter hujuſce hoſpitæ conſuetudinem?

**HOSPITIUM**, i. n. [ξενοδοχεῖον, καταγώγιον, ξενικὸν] Domus quæ gratis liberaliterque venienti hoſpiti patet. Liv. lib. 2. 14. extr. Ibi benigne excepti, diviſique in hoſpitia: curatis vulneribus, &c.
Sciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitii neceſſitudo, non modo inter privatos, ſed etiam inter populos contraheretur, neque id quidem modo, ſed etiam inter ſingulos privatoſque homines & civitates, quod genus amicitiæ Græci προξενίαν, Latini hoſpitium publicum vocaverunt. Nam quod hoſpitium inter privatos contrahebatur, Græce ἰδιοξενία, Latine privatum hoſpitium dicebatur. cujus erat nota pignuſque teſſera hoſpitalis, ut ille apud Plaut. ait in Pœnulo, 5. 1. 25.
Deum hoſpitalem & teſſeram mecum fero. Liv. 5. 28. Hoſpitium cum eo Senatusconſulto eſt factum. Cic. 7. Verr. 145. Decernunt ſtatim, primum ut L. fratri hoſpitium publice fieret. [MSS. Cum fratre L. V. Græv.] Cæſar lib. 1. de B. G. cap. 31. de Heduis loquens, Quibus præliis calamitatibuſque fractos, qui & ſua virtute & Pop. Rom. hoſpitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare, &c. Ex Budæo.
Clientelæ hoſpitiaque provincialia. Cic. 4. in Catil. 22.
Agreſte hoſpitium. Cic. 2. Att. 16. Te in Arpinati videbimus, & te hoſpitio agreſti accipiemus.
Antiquum hoſpitium. Virg. 3. Æn. 83.
Commune hoſpitium. Sil. lib. 13. 259.
Liberale hoſpitium. Cic. 2. de Orat. 234. Atqui non nimium liberale hoſpitium meum dices: nam te ſimul ac, &c. extrudam & ejiciam.
Magnificentiſſimum hoſpitium. Cic. 2. de Divin. 79. Quumque ab eo magnificentiſſimo hoſpitio acceptus eſſet, &c.
Pauperis hoſpitii pretium. Sil. lib. 7. 249.
Conjungi hoſpitio. Cic. 1. Q. frat. 1.
Diſcedere ex hac vita tanquam ex hoſpitio. Cic. de Senect. 84.
Excipere aliquem hoſpitio. Ovid. 16. Epiſt. 127.
Indulgere hoſpitio. Virg. 4. Æn. 51. V. INDULGEO.
Invitare hoſpitio aliquem, propter familiaritatem. Cic. 12. Philipp. 23.
Jungimus hoſpitio dextras. Virg. 3. Æn. 83. Hoſpitio, ſeptimus caſus eſt, i. e. Jure hoſpitalitatis. Servius. [Sed nugatur, ut aſſolet, Servius, cum Tertius caſus ſit Hoſpitio, pro In hoſpitium, ut in ſuperiore Cic. loco. V. INVITO.
Nanciſci hoſpitium. V. NANCISCOR.
Prohibemur arenæ hoſpitio. Virg. 1. Æn. 544.
Recipere aliquem hoſpitio. Ovid. 5. Met. 658.
Renuntiare hoſpitium alicui, & domo emigrare. Cic. 4. Verr. 89.
Hoſpitium eſt calamitatis ager. Plaut. Trin. 2. 4. 152.
Hoſpitium confidentiæ, Locus. Plaut. Capt. 3. 3. 8.
Hoſpitium, Jus ac neceſſitudo hoſpitii, Familiaris quædam amicitia, vel mihi hoſpitandi apud illum, vel illi apud me. Cic. 13. Fam. 19. pr. Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus. quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto. &c.
Hoſpitium & amicitia. Cic. 1. Q. frat. 2. Optimum quemque hoſpitio amicitiaque conjungi dico oportere.
Gratia atque hoſpitium. Cic. pro Roſc. Amer. 115. Gratia atque hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum: nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus, erat ei non modo hoſpitium, ſed etiam domeſticus uſus & conſuetudo.
Amicitiam, hoſpitium, & fœdus amicitiæ cum aliqua gente facere. Papin. in l. Poſtliminii. D. de Captivis & poſtliminio reverſis.
Pro hoſpitio quod mihi cum eo eſt. Cic. 4. Verr. 89.
Facere publice hoſpitium cum aliquo. Cic. pro Corn. Balb. 41. Hoſpitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos feciſſe publice dico.
Paternum hoſpitium huic cum Pompejo intercedebat. V. INTERCEDO.
Junctus hoſpitio Quintio. V. JUNGO.
Renovare vetus hoſpitium. Cic. pro Deiot. 8.

**HOSPITIŎLUM**, dimin. Ulpian. in l. Si vero. §. 1. D. De iis qui dejecer. vel effud.

**HOSPITĀLIS**, e. Adj. [ξένιος, φιλόξενος, πρόξενος] Quod eſt hoſpitis, ſive Quod ad hoſpitem pertinet. Liv. 1. 58. pr. Ubi exceptus benigne ab ignaris conſilii, quum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet.
Hoſpitalis teſſera. Plaut. Pœn. 5. 2. 92.
Hæc mihi hoſpitalis olim teſſera cum illo fuit.
Hoſpitalis deus, Jupiter dictus eſt antiquis, ſub cujus tutela & veluti hoſpitio ſalus hominum conſtituta eſſet. Plaut. Pœn. 5. 1. 22.
Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero. Cic. 3. de Fin. 66.
Hoſpitalem locum appellat hunc Mundum Sen. Epiſt. 103. quia in eo peregrinemur, ac ſimus inquilini. Quicquid circa te eſt rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta.
Hoſpitalis cœna. Plin. lib. 33. cap. 4.
Hoſpitalis ſedes. Cic. pro Lege Agr. 45.
Hoſpitale advenis ſolum. Plin. lib. 17. cap. 10.
Hoſpitalis, Liberalis, facilis ad ſuſcipiendos hoſpites, aptuſque ad ſerviendum illis. Cic. 3. Verr. 65. Homo qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimuſque noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet.
Hoſpitalis in ſuos. Cic. 2. Off. 64.
Hoſpitalis regis clementia. Plin. lib. 6. cap. 22.

**HOSPITĀLE**, is. n. Domus accipiendis hoſpitibus deſtinata. Vitruv. lib. 6. cap. 10. Præterea dextra ac ſiniſtra domunculæ conſtituuntur, habentes proprias januas, triclinia & cubicula commoda, uti hoſpites advenientes non in periſtylia, ſed in ea hoſpitalia recipiantur. Vide totum locum. *Logis pour les ſurvenans.*

**HOSPITALĬTAS**, ātis. f. [φιλοξενία, ξενία] Amicitia hoſpitio contracta, vel Animi propenſio in hoſpitibus recipiendis. Cic. 2. Off. 64. Recte etiam a Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas.
Comis hoſpitalitas. Martial. lib. 4. 64.
Tam comi pater hoſpitalitate.
Temporalis hoſpitalitas. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 21. ſub finem, Animorum origo cæleſtis eſt, ſed lege temporalis hoſpitalitatis hic exulant.

**HOSPITALĬTER**, Adv. [ξενίως] Liv. 1. cap. 9. Invitati hoſpitaliter per domos. Ibid. lib. 6. 28. Moti extemplo Patres, vocari eos jam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter juſſere.

**HOSPĬTOR**, [ξενίζω, ξενοδοκέω, ξενόω] āri. Amice in hoſpitium ſuſcipere. Ex Calepino.
Hoſpitari, Hoſpitio uti ſignificat. Seneca de Vita beata cap. 23. Quid enim eſt, cur illis bonum locum invideat? veniant, hoſpitentur. i. e. Tanquam in alieno habitent. Idem Epiſt. 119.
Hoſpitari neſcit caſtanea, pro In alieno ſolo creſcere. Plin. lib. 17. cap. 20. Sed translata neſcit hoſpitari, pavetque novitatem. De caſtanea.
Hoſpitatur aqua in eo loco, pro Interquieſcit. Plin. lib. 6. cap. 18. De Gange fluvio.

**HOSPITĀTOR**, oris. m. Apul.

**HOSPITACŬLUM**, i. n. Ulpian.

**HOSTIA**, æ. f. [θυσία, ἱερεῖον] ab Hoſtis fit: ſignificatque Sacrificium quod ab iis fit, qui in hoſtem pergunt ob victoriam, id eſt pro victis hoſtibus. Ovid. 1. Faſt. 335.
Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur:
Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet.
Hoſtiam ab Hoſtio, i. e. ferio Feſtus derivat. Plaut. Epid. 2. 1. 8.
Cujus quoties ſepulchrum vides, ſacrificas ilico orco hoſtias.
Al. Hoſtiis.
Decoræ, & quæ quoique divo gratæ ſint hoſtiæ. Cic. 2. de Legib. 20.
Felix hoſtia. Virg. 1. Georg. 345.
Mactata hoſtia. Hor. 1. Carm. 19. 16.
Petulans hoſtia. Juven. 12. Sat. 5.
Pinguis hoſtia. Virg. 11. Æn. 740.
Pulla hoſtia. Tibul. lib. 1. 2. 64.
Sumptuoſa hoſtia. Hor. 3. Carm. 23. 18.
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra. Virg. 1. Æn. 338.
Humanis hoſtiis aras deorum ac templa funeſtare. Cic. pro Font. 21.
Immolare hoſtias. Cæſ. 8. Bell. Gall. 51. Hoſtiæ omnibus locis immolabantur. V. IMMOLO.
Immolabant ſtudioſius & crebrius hoſtias Etruſci. Cic. 1. de Divin. 93.
Majores hoſtiæ in foro conſtitutæ ad præconem & ad tibicinem immolabantur. Cic. 2. de Lege Agr. 82.
Cæſis hoſtiis ad ſcelus perficiendum deos placari non poſſe. Cic. pro Cluent. 194.
Præbere hoſtias ad ſacrificium. Ci. 2. de Invent. 97.
De vario hoſtiarum genere V. Lex. Pitiſci.

**HOSTIĀTUS**, s, um. Adj. [θυσιαστὸς] Hoſtiis, ſive ſacrificiis onuſtus. Plaut. Rud. 1. 5. 12. — ergo æquius vos erat
Candidatas venire, hoſtiataſque, &c.

**HOSTICUS, HOSTILIS, HOSTILIUS.** V. HOSTIS.

**HOSTIMENTUM.** V. in HOSTIO.

**HOSTIO**, [ἰσάζω] īre. Æquare, æquum reddere. Plaut. Aſin. 2. 2. 110.
LE. Ne nega. LI. quin promitto, inquam, hoſtire contra ut merueris.
Hoſtire, Comprimere, retundere, ab Hoſtia dictum: Pacuvius Teucro apud Non. 2. 405. Niſi coercuero protervitatem, atque hoſtiero ferociam.
Hoſtire, Offendere, cædere. Pacuvius Erotopægnion lib. 2. Nunc id mihi moleſtum eſt, quod hoſtit voluntatem tuam.
Hoſtire, Ferire. Feſt. in Hoſtia.

**HOSTIMENTUM**, i. n. [ἰσαμοιβὴ] Æquamentum: ut Quum quis pro beneficio compenſationem accipit. Feſtus, Hoſtimentum, Beneficii penſatio. Plaut. Aſin. 1. 3. 20.
Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.

**HOSTORIUM**, i. n. [ἰσαστήριον] Lignum æquatorium, baculus quo modius & ceteræ menſuræ hoſtientur, i. e. æquantur, & alio nomine Radius dicitur. V. Priſcian. lib. 6. fol. 56. a. Aldi. Salmaſ. in Solin. c. 10. conf. HOSTUS.

**HOSTIS**, is. c. [πολέμιος, δήϊος, ἐχθοδόπης] Inimicus, perduellis, ab Hoſtio, hoſtis, quod eſt æquo, quum in hoſtium conflictu ſoleat fieri quædam æquatio ordinum, ſeu quod (ut ait Nonius) ex æqua cauſa pugnam adeant. Nonnulli (ut Scaliger) exiſtimant Hoſtes veteribus Peregrinos dictos fuiſſe, & a Græco ὅστις deducunt.
Hoſtis pro Hoſpite. V. HOSPES. H. St.
Inimicus & hoſtis. Cic. 5. de Fin. 29. Quotieſcunque dicetur male de ſe quis mereri, ſibique eſſe inimicus atque hoſtis. Ter. Hec. 5. 2. 23.
Nam nupta, meretrici hoſtis eſt, a viro ubi ſegregata eſt.
Sæpius Hoſtis dicitur, Quicum bellum gerimus; Inimicus vero, Quem privato odio perſequimur. Sic Cic. pro L. Manil. 28. Sæpius cum hoſte conflixit, quam quiſquam cum inimico concertavit. Cic. 1. Off. 37. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.
Turmæ hoſtium. Hor. 4. Carm. 14. 23.
Victor hoſtium. Hor. 1. Carm. 6. 1.
Acer hoſtis. Hor. Epod. 6. 14.
Capitalis hoſtis. Cic. 2. in Catil. 3.
Conſerti hoſtes. Claud. de Conſ. Mal. Theod. 195.
Ferus hoſtis. Ovid. 1. Met. 185.
Ferus nimis & immanis. Cic. 4. Verr. 51.
Glomerati hoſtes. Virg. 9. Æn. 440.
Imbelles hoſtes. V. IMBELLIS.
Immanis hoſtis. V. IMMANIS.
Importuniſſimus hoſtis. V. IMPORTUNUS.
Infeſti hoſtes. Ovid. 1. Amor. 9. 36.
Inordinati hoſtes & effuſi. V. INORDINATUS.

Insolens hostis. V. INSOLENS.
Instabilis hostis ad cominus conserendas manus. V. INSTABILIS.
Spoliatus hostis. Sil. lib. 15. 702.
Validus hostis. Ovid. 12. Met. 511.
Facere hostem aliquem alteri. Lucan. lib. 1. 203.
Fertur densos moriturus in hostes. Virg. 2. Æn. 511.
Incessere hostes jaculis & pilis, aut saxis. V. INCESSO.
Induere hostem. Tacit. 16. Ann. 28. Nisi contra instituta, & ceremonias majorum, proditorem palam & hostem Thrasea induisset.
Injicere se in medios hostes. V. INJICIO.
Intercludere hostes ab oppido & ponte & commeatu omni. V. INTERCLUDO.
Invadere in hostem. V. INVADO.
Judicare aliquem hostem. V. JUDICO.
Laborare hostibus domesticis. V. LABOR.
Obsidere hostem. Lucan. lib. 6. 117.
Obterere hostem. Lucan. lib. 7. 276.
Penetrare in medios hostes. Sil. lib. 5. 199.
Propulsare hostem. Stat. 11. Theb. 261.
Rapti ex hoste penates. Virg. 1. Æn. 382.
Reprimere impetus hostium, ac retardare. Cic. pro Leg. Manil. 13.
Hostis, fem. g. Quintil. lib. 2. cap. 2. Perniciosissima studiorum hostis.

HOSTĪLIS, e. Adj. [πολεμικός] Quod pertinet ad hostem. Virg. 11. Æn. 83.
Indutosque jubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces &c.
Plaut. Pseud. 4. 4. 9.
Occasionem reperisti, verbero,
Ubi perconteris me insidiis hostilibus?
Acies hostilis. Tacit. 3. Hist. 21.
Agmen hostile. Ovid. 8. Met. 39.
Animus hostilis. Sen. Octav. 1.
Animus in Rempub. hostilis. Cic. ad Brut. 4.
Conditiones pactionesque bellicas & hostiles perturbare. Cic. 3. Off. 108.
Dextra hostilis. Cic. 2. Tusc.
Exercitus. Tacit. 3. Hist. 82.
Expugnatio hostilis. Cic. pro Leg. Manil. 13.
Hostilem in modum cruciati & necati. Cic. 7. Verr. 73.
Odium hostile. Tacit. 15. Ann. 28.
Hostile odium & crudelitas. Cic. pro Cluent. 12.
Rapinæ hostiles. Lucan. lib. 1. 162.
Spiritus hostiles. Tacit. 4. Hist. 57. Galbam, & infracta tributa, hostiles spiritus induisse.
Terra hostilis. Cic. 1. de Invent. 108.
Facere hostilia Tacit. 15. Ann. 13. extr.
Induere hostilia adversus aliquem. Tacit. 12. Ann. 40. Etiam adversus nos hostilia induerat.
Referre hostilia. Liv. 21. 16. pr. Sub idem fere tempus & legati, qui redierunt a Carthagine, Romam retulerunt omnia hostilia esse: & Sagunti excidium nuntiatum est.
Resumere hostilia. Tacit. 12. Ann. 15.

HOSTILĬTER, Adv. [πολεμικῶς] i. e. Hostilem in modum. Cic. 5. Philipp. 25. Quid ille fecit hostiliter. Liv. 2. 14. pr. Bona hostiliter vendendi. Idem 1. 11. Hostiliter in fines Romanos incursionem facit.
Nimium hostiliter. Ovid. 14. Met. 68.
Sternit hostiliter omnes. Ovid. 11. Met. 372.

HOSTILĬTAS, ātis. f. [ἐχθρότης] Seneca de Vita beata cap. 32. Adversus hostes inhumana crudelitas, adversus suos etiam hostilitas est.

HOSTILIUS, a, um. Adj. Fest. Hostiliis Laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.

HOSTILIUS fuit & nomen gentis Ro. ex qua Hostus Hostilius, de quo Liv. 1. 12. & Tullus Hostilius ejus nepos, tertius regum Romanorum, a quo & Curia Hostilia dicta. V. Lex. Pitisc. Sunt & Hostilii Catones, Mancini, Tubuli cognomento.

HOSTĪCUS, a, um. Adj. [πολέμιος] Idem quod Hostilis. Plaut. Capt. 2. 1. 49.
Perque conservitium commune, quod hostica evenit manu.
Hor. 1. Serm. 9. 31.
Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis. Columel. in præf. lib. 1. Quanquam inter ferrum & ignes hosticis incursionibus vastatæ fruges.
Ager hosticus. Varro de L. L. 4. 4.
Flamma hostica. Ovid. 3. Trist. 10. 66.

HOSTĪCUM, i. n. Terra hostilis. Liv. 8. 34. Sine commeatu vagi milites in pacato in hostico errent. *En pays d'ennemis, En terre d'ennemis.*

HOSTICŎLUS, a, um. Adj. Idem quod Hosticus. Vox apud JCtos..

HOSTICĂPAX, ăcis. Adj. Festus. Hostium captor. Dacer. Hostirapax.

HOSTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Hostilis. Manil. 1. 419.
Hostiferum necdum sibi quemquam numina norunt.

HOSTIFĬCUS, a, um. Adj. Accius apud Non. 8. 15.

HOSTIFĬCE, Adv. Idem apud Non. 3. 303.

HOSTIUM. V. OSTIUM.

HOSTORIUM. V. HOSTIO, hostis.

HOSTUS, i. m. V. Factum in FACIO. Mensura quædam in re olearia, ab Hostio, quod ad æquales mensuras fieret. Cato de R. R. cap. 6. Sin in loco crasso aut caldo severis, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit. Varro 1. de R. R. cap. 24.

## H U B

HUBER, ĕris. Adj. [γόνιμος, εὔπορος] Abundans, fecundus, fertilis, copiosus. Secundum Apuleium, ab ὕω pluo. Alii magis ab Humeo. loca enim arida, infecunda sunt. contra quæ humecta sunt, feracia. & mulierum hubera, si humore careant, carebunt & lacte. Cato Orig. lib. 2. Ita res huber fuit. Quidam autem & major pars hodie sine adspiratione scribit. V. UBER.

HUBERIUS, HUBERO, HUBERRIME, HUBERTAS, HUBERTIM, HUBERTUS. V. Ibidem.

HUC. V. HIC.

HUDUM. V. SUDUM. V. & UDUS.

## H U I

HUI, [βαβαί] Interjectio admirantis, inquit Donatus. Ter. Adelph. 3. 3. 57.
Salvos sit, spero est similis majorum suûm. S. hui. Cic. 5. Att. 11. Hui, totiesne me litteras dedisse Romam, quum ad te nullas darem? Idem 8. Fam. 15. Hui vereor ne, &c.
Hui, Hem, & cetera hujusmodi, Sannæ sunt adversus eos quibus irascimur, interprete Donato. Ter. Eun. 4. 7. 35. Scibis, principio, eam esse dico liberam. T. hem! C. civem Atticam. T. hui.
Plaut. Truc. 2. 1. 35.
Hui ut hic agrestis est adolescens, qui hic habet? Al. Velut hic.

HUIC. V. HIC.

HUJUSCE, [τουτί] genitivus ab Hic, hæc, hoc: compositum cum syllabica adjectione CE. Cic. 7. Verr. Quos tandem fructus hujusce necessitudinis in istius imperio tulit?

HUJUSMŎDI, [τοιοῦτος] Nomen compositum ex duobus obliquis, Hujus & Modi, om. gen. quasi Simile & eo modo fieri vel esse aliquid dicamus. Ter. Heaut. 2. 3. 98.
Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini,
Sine periculo esse. CL. hujusmodi obsecro aliquid reppери.
Idem Eun. 5. 2. 34. Sæpe ex hujusmodi re quapiam, &c. Cic. 14. Fam. 2. Nec miror, sed mœreo casum hujusmodi. Legitur & Ejusmodi. Pro Hujusmodi, Cicero aliquando Generis ejusdem, aliquando Id genus dixit; ut 15. Att. 13. Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere. Idem 4. de Fin. 4. Et cetera generis ejusdem.

HULCUS. V. ULCUS.

HULULA, æ. V. ULULA.

HULULARE. V. ULULO, as.

## H U M

HUMĀNUS, a, um. Adj. [ἀνθρώπινος, ἀνθρώπειος, φιλάνθρωπος] ab Homo derivatur. Quod est hominis, & ad hominem spectat. Ter. Adel. 3. 4. 25.
Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:
Humanum est. Ubi Donatus, Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Idem Andr. 1. 5. 1. Hoccine est humanum factum, aut incœptum? Ibid. 1. 1. 86.
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii,
Mansuetique animi officia. Cic. 7. Verr. 117. Metum virgarum Navarchus nobilissimæ civitatis pretio redemit: humanum. Alius ne condemnaretur pecuniam dedit: usitatum est. &c.
Animus humanus. Hor. 1. Serm. 8. 20.
Calculus humanus, Qui in homine generatur. Plin. lib. 11. cap. 49. Sunt iis etiam calculo humano remedia præcipua.
Caput humanum. Hor. de Arte Poet. 1.
Facies humana. Ovid. 2. Met. 661.
Gens humana, pro Humano genere. Cic. 5. de Fin. 4. Deinde totius complexu gentis humanæ.
Genti humanæ, contraria est Immanis & barbara. Cic. 1. de Divin. 2.
Genus humanum. Cic. 4. Verr. 168. Quod est aliud in illa provincia genus humanum? Al. Hominum, male.
Deus sub imagine humana. Ovid. 1. Met. 213.
Jus humanum, ac divinum, & contra. Tacit. 4. Ann. 38. Quietam & intelligentem humani, divinique juris mentem duint. Liv. 9. Decad. 4.
Labores humani. Virg. 5. Æn. 689.
Mentes humanæ. Ovid. 1. Met. 53.
Natura humana. Hor. de Arte Poet. 353.
Rationes humanæ. Lucret. lib. 2. 169.
Res humanæ. Virg. 10. Æn. 152.
In rebus humanis. i. e. In rerum natura. Ulpian. in l. Siquis cum. §. De fructibus. D. de except. jud. De fruct. eadem quæstio est & de partu. hæc enim nondum erant in rebus humanis.
Sortis humanæ memor. Ovid. 3. Trist. 11. 67.
Specie humana & figura esse. Cic. pro Rosc. Amer. 63. Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, &c.
Vultus humani. Hor. de Arte Poet. 102.
Si aliquid mihi humanum contigerit, i. e. Si mortuus fuero. Paulus in l. Publia Mævia. D. Depositi. Conf. HUMANITUS.
Humanus significat etiam Affabilem, benignum, comem, blandum, commodum, urbanum.
Homo facillimus atque humanissimus. Cic. 16. Att. 18.
Humanus & civilis cultus. Cic. 1. de Orat. 33. Quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera, agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere, &c.
Humanius nihil fieri potest. Cic. 16. Fam. 1.
Humanus, Eruditus, & non rudis litterarum. Varro, Praxiteles propter artificium egregium, nemini est paulo humaniori ignotus. apud Non. 1. 260. Vide paulo post Humanitas, ex Gellio.

HUMANITAS, atis. f. [ἀνθρωπότης] Proprie Humanam naturam significat. Cic. pro Rosc. Amer. 63. Magna est enim vis humanitatis: multum valet communio sanguinis, natura ipsa.
Communis humanitas. Cic. pro Flacc. 24. Et pro Sulla, Peterem errato veniam L. Cœlii ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate communi.
Humanitas vitæ, pro Cultu humanæ vitæ, quo scilicet homines differunt, a pecudibus. Plin. lib. 13. cap. 11. Quum chartæ usu maxime humanitas vitæ constet, & memoria.
Humanitas, [φιλανθρωπία] Facilitatem etiam significat, lenitatem, mansuetudinem, comitatem, urbanitatem, suavissimos mores, benignitatem, mansuetudinem morum ac facilitatem, suavitatem sermonum atque morum, & leporem. His omnibus promiscue utitur Cic. ut 5. Fam. 2. Cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima injuria remissio animi ac dissolutio.
Comitas & facilitas. Cic. de Amicit.
Humanitas & modestia. Cic. 7. Att. 5.
Singularis humanitas, suavissimi mores. Cic. 16. Att. 16.
Lepor & humanitas in omni vitæ tempore versetur. Cic. 2. de Orat. 171.

Mansue-

Mansuetudo atque humanitas. Cic. pro Sull. 92.
Immemor humanitatis, vel ab humanitate derelictus. Cic. Philipp. 11. Et 4. ad Heren.
Facilitas atque humanitas tua. Cic. 13. Fam. 25.
Expers humanitatis. Cic. 2. de Divin. 81.
Abjicere humanitatem. Cic. pro Ligar. 14.
Accipere humanitatem. V. ACCIPIO.
Adductus humanitate. Cic. pro Sull. 81. Tamen humanitate adductus advocationem hominis improbissimi sella curuli, atque ornamentis & suis & Consulatus honestavit.
Amittere sensum humanitatis. Cic. pro Rosc. Amer. 154. Sensum humanitatis amittimus.
Comprehendere aliquem humanitate. V. COMPREHENDO.
Constare humanitati suæ. V. CONSTO.
Deducere ab humanitate. V. DEDUCO.
Deest illi humanitas. Cic. 5. Att. 1. Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo judicio illo die defuisse.
Exuere humanitatem. Cic. pro Ligar. 14.
Habere humanitatem. Cic. pro Rosc. Amer. 46.
Obtinere humanitatem alicujus. Cic. 4. Fam. 13. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem.
Tribuere humanitatem alicui. Cic. 1. Q. frat. 1.
Gravitas & Humanitas, contraria. Cic. 3. de Legib. 1. Quid enim est elegantia tua dignius, cujus & vita & oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate?
Immanitas & Humanitas, contraria. Cic. 1. Off. 62. Non enim modo id virtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis.
Humanitas etiam pro Eruditione. Gell. lib. 13. cap. 15. Qui verba Latina fecerunt, quique iis probe usi sunt, Humanitatem non id solum esse voluerunt quod vulgus existimat, quodque a Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat Dexteritatem quandam benevolentiamque erga omnes homines promiscuam: sed humanitatem appellaverunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, institutionemque in bonas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetuntque, ii sunt vel maxime humanissimi. Hujus enim scientiæ cura, & disciplina ex universis animantibus, uni homini data est, idcircoque humanitas appellata est. M. Varro libro rerum humanarum primo, cujus principium hoc est, Praxiteles qui propter artificium egregium, nemini est paulum modo humaniori ignotus. Hactenus Gellius. Cic. 6. Verr. 98. Tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis & judicas?
Litteræ & humanitas. Cic. 16. Fam. 16.
Politior humanitas. Cic. 2. de Orat. 71. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est. Homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum & politioris humanitatis experti.
Informare artibus ad humanitatem. Cic. pro Arch. 3. Atque ab his artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.
Vir humanitate politus. Cic. 2. de Orat. 71.
Versari in humanitate. Cic. 1. de Orat. 256. In omni recto studio atque humanitate versarentur.
Humanitatis studia, Artes ipsæ liberales dicuntur. Cic. pro Muren. 51. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut cum aliquo conventu agrestium, audacius paulo de studiis humanitatis, quæ & mihi & vobis nota & judicanda sunt, disputabo.
HUMĀNE, Adv. [φιλανθρώπως] Benigne, mansuete, facile, leniter. Ter. Adel. 1. 2. 65. Tamen vix humane patitur. Cic. 2. Tusc. 43. Toleranter & humane ferre morbum. Plin. lib. 16. cap. 19. Humanius juvant.
HUMANĪTER, Adv. [ἀνθρωποπαθῶς] Cic. 7. Fam. 1. Docebo profecto quid sit humaniter vivere. Idem 1. Att. 2. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. i. e. Æquo animo.
HUMANĪTUS, Adv. [ἀνθρωπίνως] Humano more. Plin. lib. 10. cap. 63. Ubi autem (ut dictum est) humanitus strati. i. e. Ut solent homines. Ter. Heaut. 1. 1. 47.

Ubi rem rescivi cœpi non humanitus
Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli
Tractare, sed vi & via per volgata patrum.

Siquid humanitus illi accidit. Cic. 1. Philipp. 10. Ut siquid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere videbantur præter naturam etiam, præterque fatum) hujus diei vocem testem Reipub. relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. i. e. Si fortasse morerer. conf. Non. 11. 1. & in HUMANUS.
HUMATIO, HUMATUS. V. HUMUS.
HUMEO, HUMECTO, HUMECTUS, HUMIDUS &c. V. in HUMOR.
HUMERUS, i. m. [ὦμος] ab Humo (inquit Perottus) fieri quidam existimant: quia Humeri, sicut Humus, ferendis oneribus apti sunt. Sunt autem Humeri, a quibus dependent brachia. Sed alii rectius ducunt ab Hominis armis, nam proprie Armi quadrupedum sunt, Humeri hominum. V. Isidor. 11. 1. Ter. Eun. 2. 3. 22. Quas matres student demissis humeris esse.
Candentes humeri. Hor. 1. Carm. 2. 33.
Candidi humeri. Hor. 1. Carm. 13. 9.
Fortes humeri. Virg. 9. Æn. 364.
Incurvus humeris. V. INCURVUS.
Insignes humeri. Stat. 6. Theb. 572.
Lati humeri. Virg. 2. Æn. 721.
Languentes humeri. Virg. 11. Æn. 874.
Superbi humeri. Valer. 2. Argon. 492.
Attollere humeros. V. ATTOLLO.
Demissa ex humeris læna. Virg. 4. Æn. 262.
Exercere humerum. Ovid. 1. Fast. 409.
Extans altis humeris. Virg. 6. Æn. 668.
Extollere in humeros. Cic. 1. de Orat. 228. Quod is C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse pæne in humeros suos extulisset.
Ferre aliquid humero onusto. Hor. 1. Serm. 1. 48.
Innixus in humeris. V. INNITOR.
Portare aliquid humeris. Hor. 1. Serm. 5. 90.
Recedit scapularum os ab humero. Cels. lib. 8. cap. 11. pr.
Reportare humeris. Sallust. in Cic. Italia exulem humeris suis reportavit.
Sparsus humerus capillis. Hor. 3. Carm. 20. 14.
Sustinere vivum bovem humeris. Cic. de Senect. 33.
Velare humeros ostro. Stat. 8. Theb. 564.
Sustinere Rempub. humeris, per translationem. Cic. pro Flacc. 94. Idem pro Milon. 25. Totam ut petitionem solus etiam invitis illis gubernaret: ut comitia, suis ut dictitabat, humeris sustineret.
Humeri, de bobus. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, &c.
Humeri arborum. Plin. lib. 17. cap. 14. conf. BRACHIUM.
Humeri in gallinaceis. Columel. lib. 8. cap. 2. Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla, cervicesque in humeros diffusæ.
HUMERĀLE, is. n. [ὠμίς] Paulus in l. Qui commeatus. D. De re mil. Nam si tibiale vel humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.
HUMERŌSUS, a, um. [εὐρύωμος] Adj. Quod altos humeros habet. Humerosus locus. Columel. lib. 3. cap. 10.
HUMESCO, HUMIDUS, HUMIFER, HUMIFICUS. V. HUMEO.
HUMĬLIS, e. Adj. [ταπεινός, χθαμαλός, ἰδαῖος] Quod est humi declive, vel humo propinquum, nam ducitur ab Humo.
Humilis & Excelsa luna, contraria. Plin. lib. 2. cap. 9. Jam vero humilis & excelsa, & ne id quidem uno modo, sed alias admota cælo, alias contigua montibus: nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros dejecta.
Humilis vitis. Cic. 5. Tusc. 37. Vites & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt. Columel. lib. 4. cap. 1. Humili statu vitis plerumque juxta terram coercetur.
Humilis, Parvus & summissus. Virg. 2. Ecl. 29.

Atque humiles habitare casas.

Bos humilis. Columel. lib. 4.
Domus humilis. Hor. 2. Carm. 5. 22.
Fossa humilis. Virg. 7. Æn. 157.
Volatus humilis. Valer. 4. Argon. 525.
Humilis, pro Contempto, abjecto, demisso, vel summisso.
Humilis & abjectus. Cic. 5. de Fin. 57. Omnium ceterarum obliti, nihil abjectum, nihil humile cogitant.
Humilis abjectusque. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nam & potentes sequitur invidia: & humiles abjectosque contemptus.
Humilis & infirmus homo. Cic. 1. de Invent. 5.
Humilis ac demissus. Cic. pro Font. 23. Sic existimatis eos hic sagatos braccatosque versari animo demisso atque humili, ut solent ii qui affecti injuriis ad opem judicum supplices, inferioresque confugiunt.
Humilis & contemptus. Cic. de Amicit. 31. Nihil enim altum, nihil magnificum, ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam.
Ab inferiore atque humiliore vinci. Cic. pro Quint. 95. Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore.
Animus demissus & humilis. Cic. pro Font. 23.
Ab humili ad summum. V. AB.
Animus humilis & imbecillus. Cic. 7. Att. 3. Idem 1. de Fin. 49. Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre miserum est.
Ars humilis. Cic. pro Arch. 10. Etenim quum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis. h. e. Vili & parva.
Loco humili atque obscuro natus. Cic. 7. Verr. 181. Posteaque Pompejus humili atque obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis, maximisque suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus?
Mens angusta & humilis. Cic. Post red. in Senat. 9.
Metus humilis. Claud. de Bell. Get. 53.
Nomen humilius. Sen. Hippol. 5.
Oratio humilis & abjecta: cui contraria est Alta & exaggerata. Cic. in Orat. 162.
Ortus humilis & minime generosus. Cic. de Amicit. 29.
Preces humiles. Ovid. 2. de Arte Am. [Nisi error est.
Preces & consecrationes humiles ac supplices. Cic. 1. de Invent. 22.
Sepultura humilis. Cic. 14. Philipp. 34. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos.
Sermo humilis atque demissus. Cic. in Orat. 196.
Stirpe de humili creatus. Ovid. 14. Met. 699.
Verba humilia. Cic. in Partit. 23. Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, & ea quæ ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora.
Vir humilis atque demissus: cui contrarium est Alacer, atque lætus. Cic. 2. Verr. 17.
Vir humilis: cui contrarium Amplissimus. Cic. 9. Attic. 10.
Vir humilis & obscurus: cui contrarium est Clarus & præstans. Cic. 1. de Divin. 88.
Humilis & sordidus. Cic. 8. Att. 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi.
Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera. Plin. lib. 7. cap. 36.
Humillimus homo. Liv. 3. 19. Scilicet siquis vobis humillimus homo de vestra plebe, quam partem, &c.
Humillimus, pro Abjectissimo, & vilissimo. Tacit. lib. 1. Hist. 81. Et ut cuique humillimus cliens. Idem lib. 2. Hist. 23. Humillimo cuique credulus.
HUMILĬTER, Adv. [ταπεινῶς] h. e. Demisse: contrarium habet Alte. Plin. 6. Epist. 24. Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur.
Humiliter, cui contrarium est Superbe Liv. 24. 25. Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur.
Humiliter, & demisse sentire: cui contrarium Elate & ample. Cic. 5. Tusc. 24.
HUMILĬTAS, ātis. f. [ταπεινότης] contrarium est Altitudini. Cic. 5. Tusc. 69. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. de Divin. 91.

Humilitas, ignobilitas, paupertas, ut ait Cic. 5. Tusc. 29. Idem 2. Off. 45. Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. Philipp. 23.
Humilitas, Dignitati opponitur. Cic. pro Rosc. Amer. 156. Quis enim erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?
Humilitatem generis alicui objicere. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Ad animum pertinet & vitium Magnanimitati oppositum significat. Sic Plin. 8. Epist. 6. Ut vellent in oculis omnium figi, Pallas insolentiam suam, patientiam Cæsar, humilitatem senatus. Humilitas Senatus reprehenditur, quod servili adulatione ductus liberto Pallanti immodicos honores decrevisset.
Numerare inter monstra, quod ancilla haberet matronæ superbiam, & matrona ancillæ humilitatem. Petron. cap. 126.
Humilitatem habet metus. Cic. 3. Tusc. 27.
Sed apud Christianos solos Quiddam laudabile sonat, & Virtus est iis propria [ταπεινοφροσύνη] Humilitas animi. Lactant. 5. 15. August. tom. 9. p. 221. Humilitas tota est, ut quis se cognoscat.
HUMĬLIO, āre. Vox apud Scriptores Ecclesiasticos obvia. Tertull. Cyprian. Salvian.
HUMILIĀTIO, ōnis. f. Tertull.
HUMILIFĬCO, āre. Tertull.
HUMO. V. HUMUS.
HŪMOR, ōris. m. [χυμὸς, νοτὶς, ἰκμὰς] Aqua, liquor: ab Humus derivatur. Cic. 2. de Divin. 58. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus, Austro sudorem videtur imitari. Idem 2. de Nat. Deor. 43. Et terrenis marinisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. De astris.
Aquæ humor. Lucret. lib. 1. 308.
Adventitius humor. V. ADVENIO.
Aquatilis humor. V. AQUA.
Corruptus humor. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Candens lacteus humor, i. e. Candidus humor lactis. Lucret. lib. 1. 259.
Crassus humor. Pers. 3. Sat. 12.
Deciduus humor. V. DECIDO.
Dulcis humor. Lucret. lib. 2. 473.
Exiguus humor. Virg. 1. Georg. 70.
Gelidus canis in montibus humor. Virg. 1. Georg. 43.
Massicus Bacchi humor. Virg. 2. Georg. 143.
Ruber humor, i. e. Sanguis. Lucret. lib. 4. 1045.
Splendidus humor. Lucret. lib. 6. 1185.
Tener humor. Virg. 2. Georg. 331.
Bibit humorem tellus. Virg. 2. Georg. 218.
Defecerat humor linguæ. Ovid. 9. Met. 566.
Evocare corruptum humorem. Cels. lib. 2. cap. 17.
Excedit humor. Cels. lib. 8. cap. 10.
Liquitur humor. Virg. 1. Georg. 43.
Vere novo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur.
Madescimus humore. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Humor, Abundat apud Virg. 1. Georg. 295.
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Serv.
HUMORŌSUS, a, um. Adj. Humidus. Apul. de Herb. cap. 51.
HŪMEO, [νοτίω] ēre. ab Humore; Madidum esse. Columel. lib. 3. cap. 11. Verum est in opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima, &c. Plin. lib. 22. cap. 24.
Arbor humet lacrymis. Ovid. 11. Met. 509.
Capillus humens. Ovid. 11. Met. 691.
Genæ humentes. Tibul. lib. 1. 9. 38.
Lacrymisque cadentibus humet. Ovid. 10. Met. 509.
Oculi humentes. Ovid. 11. Met. 464.
Umbra humens. Virg. 3. Æn. 589.
HUMESCO, [νοτίομαι] ēre. Humidum fieri. Virg. 3. Georg. 111.
— humescunt spumis, flatuque sequentum. De equis.
Poculis humescere. Hor. 2. Serm. 6. 70.
HUMESCENS, Partic. Plin. in Paneg. 73. Vidimus humescentes oculos tuos, remissumque gaudio vultum: tantumque sanguinis in ore, quantum in animo pudoris.
HUMECTO, [ἰκμάζω, ὑγραίνω] āre. Humidum & madidum reddere, aut humore aspergere. Virg. 4. Georg. 126.
Qua niger humectat flaventia culta Galesus. Columel. lib. 7. cap. 3.
Vultum humectat largo flumine. Virg. 1. Æn. 465.
Oscula humectans labris. Lucret. lib. 4. 1187.
HUMECTĀTUS, a, um. [ὑγρανθεὶς] Partic. Sil. 8. 438.
— statque humectata Vomano Adria.
HUMECTUS, a, um. Adj. [νοτώδης] ut, Humectus locus. Varro 1. de R. R. cap. 24. Et Cato cap. 6.
Stomachi humectus tenor. Lucret. 4. 633.
Compar. Macrob. 7. Saturn. cap. 15. Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores.
Superl. Macrob. 7. Saturn. cap. 6. Mulier humectissimo est corpore.
HUMĬDUS, a, um. [ὑγρὸς, νοτερὸς, νότιος, ὑγρὸς, καθυγρος, ἰκμαλέος, μυδαλέος] aliud Adj. Quod humorem inducit, vel humorem habet. Cic. 3. Verr. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis, in loco angusto fieri jussit.
Dies humida. Ovid. 4. de Pont. 4. 1.
Humus humida. Ovid. 5. Met. 290.
Lumina humida. Ovid. 9. Met. 535.
Nox humida. Virg. 3. Æn. 198.
Nubila humida. Ovid. 8. Met. 2.
Ova humida. Plin. lib. 10. cap. 60. Sunt autem ova sterilia, & magis humida.
Spiritus humidior. Manil. 1. 816.
Vapor humidus. Ovid. 1. Met. 432.
HUMĬDUM, i. n. [ὑγρὸν, ὑγρασία, νοτὶς, ἰκμάδα] ut, Humidum paludis. Tacit. 1. Ann. 61. Præmisso Cæcina, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.

HUMĬDE, Adv. Plaut. Most. 1. 2. 67. Hæc tigna humide putent.
HUMIDŬLUS, dimin. [ὑπόνοτος] ut, Linum humidulum. Ovid. 3. de Arte Am. 629.
HUMĬDO, āre. Cels. 1. 3. De his quæ humidant & siccant. Humidant autem corpus &c. [Ita quidem Lindenius exhibuit: Sed in MSS. & vett. edd. legitur. Humidum autem corpus efficit, rejecto lemmate apposito. Nec sane vox est ævo conveniens Celsi, aut ipsi alias usurpata.
HUMĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Cic. 1. de Divin. 15.
Naribus humiferum duxere ex aere succum. Ex antiquo poeta.
HUMIFĬCUS, a, um. Adj. Idem quod Humectans, humidum faciens. Plin. lib. 2. cap. 101. Glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. De Luna.
HUMIFĬCO, āre. Auson. Idyll. 8. 12. Sementem notus humificet.
HUMEFACTUS, Partic. Vitruv.
HUMĬGO, āre. Idem quod Humectare. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Ad balnea mittitur, ut lavachro ejus siccitas humigetur.
HŪMUS, i. f. [γαῖα, χοῦς, γῆ, χθὼν] Terra dicitur. Cic. de Senect. 59. Humum subactam atque puram. Idem 2. de Legib. 57. Quos humus injecta contegeret.
Arenosa humus. Ovid. de Rem. Amor. 596.
Arens humus. Ovid. 3. Amor. 6. 96.
Dives humus. Ovid. 1. Met. 137. Fecundam intelligit.
Graminea humus. Ovid. 4. Epist. 44.
Immunda humus. Ovid. 1. de Arte Am. 154.
Limosa humus. Ovid. de Rem. Amor. 142.
Macerrima humus. V. MACER.
Mollis humus viridi cæspite. Ovid. 3. de Arte Am. 688.
Paludosa humus. Ovid. 15. Met. 268.
Pinguis humus. Virg. 2. Georg. 184.
Tonsa humus. Ovid. de Rem. Amor. 192.
Uda humus. Hor. 3. Carm. 2. 24.
Accersita humus. V. ACCERSO.
Attollere aliquem ab humo. Virg. 5. Æn. 452.
Exercere humum. Virg. 1. Georg. 220.
Mandare aliquem humo. V. MANDO.
Quiescere humo. Ovid. 1. Fast. 424.
Sedit humo nuda. Ovid. 4. Met. 261.
Spargere humum foliis. Virg. 5. Ecl. 40.
Stratus humo gelida. Stat. 10. Theb. 312.
Tollere se humo. Virg. 3. Georg. 9.
Humu, Ablativus antiquus pro Humo. Varr. Ταφῇ Μενίππου, In pavimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos. V. Nonium.
Humi, [χαμαὶ] Genitivus vice Adverbii positus, ut Domi. aliquando construitur cum verbo quietis aut motus non exterioris, & significat In humo, vel Super humum, vel Intra humum. Plin. lib. 9. cap. 13. Humi quoque vice pedum serpunt. Columel. lib. 8. cap. 14. Ineunt autem non ut priores aves de quibus diximus, insistentes humi. Idem, Ut latius sese frutex humi diffundat. i. e. Intra humum.
Fusus humi. Virg. 6. Æn. 423.
Jacere humi. V. JACEO.
Construitur etiam cum verbo motus ad locum. Virg. 1. Æn. 193.
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi. Juven. 8. Sat. 78.
Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
Prosternit humi juvenem. Ovid. 5. Met. 197. V. PROSTERNO.
Serpit humi. Hor. de Arte Poet. 28.
Spargere aliquid humi. Ovid. 3. Met. 105.
HŪMO, [θάπτω] āre. Humo contegere, sepelire. Cic. 1. Tusc. 108. In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. lib. 7. cap. 54. Sepultus intelligitur Quoquomodo conditus: Humatus vero, Humo contectus. Martial. lib. 6. 28.
Corpora suorum non humare nisi a feris sint antea laniata, Magorum mos est. Cic. 1. Tusc. 108.
Quisque suum pro re consortem mœstus humabat. Lucret. lib. 6. 1279.
Corpus humandum. Virg. 6. Æn. 161.
Hic populus semper consuerat humari. Lucret. lib. 6. 1279.
Humare taleas. Columel. lib. 5. cap. 9.
HUMĀTIO, ōnis. f. [ταφὴ] Sepulturæ genus antiquissimum. Cic. 1. Tusc. 102. Cujus hoc dicto admoneor ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.
HUMĀTOR, ōris. m. [θάπτης] Lucan. lib. 7. 799.
— non illum Pœnus, humator
Consulis, &c.

## H U N

HUNGARIA, Europæ gens, olim Pannonia; postquam habitarunt Hunni, Hungaria appellata est.
HUNNI, [Οὖννοι] Gens Scythica, & ferocissima prope Gothos. Hi temporibus Valentiniani principis, orbem pervagati, duce Atila, multas & maximas clades ediderunt in Gallia & Italia. Tandem quum urbi Romæ imminerent, Leo Pontifex vir sanctus Atilam adiit, & in Pannoniam redire persuasit, a quibus Hungariæ nomen accepit. De Hunnis, V. Amm. Marcel. lib. 31. pr. & Zonar. 16. 12.

## H Y A

HYACINTHUS, [Ὑάκινθος] Puer dilectus Apollini: quem quum Apollo imprudens disco necasset, vertit in florem, qui etiam vocatur hyacinthus: in quo duæ litteræ inscriptæ cernuntur αι: quæ vox lugubris, hoc est dolentis interjectio est. V. Ovid. 10. Met. 185.
HYACINTHUS, i. m. [ὑάκινθος] Genus floris, quod Latini Vaccinium appellant. Plin. lib. 21. cap. 11. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Novissima rosa, eademque prima deficit, excepta sativa: e ceteris

e ceteris hyacinthus maxime durat, & viola alba & œnanthe, &c. Virg. 3. Ecl. 63.

— & ſuave rubens hyacinthus. Frequens (inquit Ruell. lib. 3. cap. 4.) apud nos hyacinthus, quem florem rura hodie *Vacietum* appellant, in quo priſtini vocabuli quædam rudimenta relucent, quaſi Vacinum & vacinium innuant: herbam ipſam, Nemoralem vel Agreſtem cepam. V. VACINIUM.

Apud Pontanum in Charonte dialogo p. 101. de Hyacintho Charon dicit, Atque ut ſcias, Mercuri, flos ille lacrymulas mane mittit. hinc Mœrentiolum holitores nominant. Sed intellige de Holitoribus, qui ſunt apud inferos. Sic Liguſtrum dicit idem Charon apud ſuos Albicantium vocari. H. St. fol. 55. b. Ald.

Cæleſtis numinis hyacinthus. Columel. lib. 9. cap. 4. Al. Nominis, vel Luminis.

Ferruginei hyacinthi. Virg. 4. Georg. 183.

Languens hyacinthus. Virg. 11. Æn. 69.

Mollis hyacinthus. Virg. 6. Ecl. 53.

Hyacinthus, Lapis pretioſus. Plin. lib. 37. cap. 9. Hyacinthos Æthiopia mittit, & chryſolithos aureo colore translucentes.

HYACINTHĬNUS, a, um. Adj. [ὑακίνθινος] Quod eſt coloris hyacinthi. Perſ. 1. Sat. 32.

Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna. Quidam legunt Lumbos, & Ianthina læna. i. e. Violacei coloris. Nam & is color, etiam ianthinus dicitur.

Flos hyacinthinus. Catul. 59. 93.

HYACINTHIA, orum. n. pl. [Ὑακίνθια] Feſta in honorem Hyacinthi pueri & Apollinis a Lacedæmoniis inſtituta. Ovid. 10. Met. 219.

— celebrandaque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

HYADES. V. HYAS.

HYÆNA, æ. f. [ὕαινα] Animal in Africa natum. Plin. lib. 8. cap. 30. Hyænis utramque eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis feminas fieri. Parere ſine mare vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum & juba continuitate ſpinæ porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. Ibidem plura. V. & Solin. cap. 30. Ælian. Hiſt. An. 2. 35.

Eſt & ſerpentis nomen. V. Geſner. Lucan. 6. 672.

Viſcera non Lyncis, non diræ nodus hyænæ.

HYÆNIA, æ. f. & HYÆNIUM, i. n. Gemma in oculis hyænæ naſcens. V. Plin. 37. 10. & Solin. cap. 30.

HYĂLE, Nympha, una ex comitibus Dianæ. Ovid. 3. Met. 172.

HYALOIDES, is. n. [ὑαλοειδὴς] Vitreus humor oculi. Celſ. 7. 7. 13.

HYALOSTRŌTUM, i. n. [ὑαλόστρωτον] erat Pavimentum e patriculis vitri factum, variis coloribus tinctum. Gœree Ant. Biblic. 5. 6.

HYALOTHĒCA, æ. f. [ὑαλοθήκη] Repoſitorium vitrorum.

HYALURGUS, i. m. [ὑαλουργὸς] Vitrarius.

HYALURGĬCA, æ. f. Ars vitraria. V. Caſp. Schott. Curſ. Math. p. 619.

HYALURGIUM, i. n. [ὑαλουργεῖον] Officina vitraria.

HYĂLUS, i. [ὕαλος, ὕελος] Vitrum: ſumitur pro Viridi colore. Virg. 4. Georg. 334.

— circum Mileſia vellera nymphæ
Carpebant hyali ſaturo fucata colore. i. e. Vitri: quod ſit naturaliter coloris viridis. Unde

HYALĬNUS [ὑάλινος] color, pro Vitreo: & calices hyalini antiquis dicebantur. V. Fulgent. 1. Myth.

HYAMPŎLIS, is. f. [Ὑάμπολις] Urbs Phocidis prope Bæotiam. Plin. 4. 7. Stat. 7. Theb. 345.

Et valles, Lebadea, tuas & Hyampolin, &c.

HYAS, ădis. [Ὑὰς] Hyades, ſeptem filiæ Atlantis, & Ætheriæ filiæ Oceani. Quæ fratrem ſuum (qui Hyas dictus eſt) a leæna necatum ita fleverunt, ut ab eo denominatæ ſint, & ob pietatem in cælum tranſlatæ. Sunt enim ſeptem ſtellæ in capite Tauri, quæ & Hœdi, & Suculæ dicuntur, & Atlantides. Plin. lib. 2. cap. 29. Qualiter in Suculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluvio nomine Hyadas appellant. Idem lib. 18. cap. 26. Nimborum argumento Hyadas appellantibus Græcis has ſtellas. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. de Tauro,

Ejus caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus,
Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt. A pluendo: ὕειν enim eſt pluere. Noſtri imperite Suculas quaſi a Suibus eſſent, non ab Imbribus nominatæ. Ovid. lib. 5. Faſt. 165.

At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem:
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.

Pluviæ Hyades. Virg. 3. Æn. 516.

Inſerena Hyas. Stat. 1. Silv. 6. 21.

Nimboſa Hyas. Claud. de Bell. Gildon. v. 499.

Triſtes Hyades. Hor. 1. Carm. 3. 14. V. Gell. 13. 9.

HYAS, antis. m. [Ὕας] dictus eſt qui Bœotiam gubernabat: a quo Hyantes, Bœotii dicti ſunt, ut ait Strabo lib. 7. & 10. conf. Plin. 4. 7.

HYANTIUS, ſive HYANTĒUS, a, um. Adj. [Ὑάντιος] Bœotius: ut, Hyantius, pro Actæone. Ovid. 3. Met. 146.

Aganippe Hyantea. Ovid. 5. Met. 312.

Agri Hyantei. Stat. 1. Theb. 183.

HYANTIDES, um. f. pl. Muſæ, quia in Bœotia habitaſſe finguntur.

HYARBAS. V. HIARBAS.

## H Y B

HYBERNIA, HYBERNICUS. V. HIBERNIA.

HYBERNA, HYBERNACULUM, HYBERNO, HYBERNUS. V. in HYEMS.

HYBLE, es. vel HYBLA, æ. f. [Ὕϐλα] Civitas Siciliæ, in qua thymi & ſalicum copia, ab Hyblone rege dicta. Hanc Strabo a Dorienſibus conditam ſcribit.

Sicula Hybla. Ovid. in Ibin, 201.

Eſt etiam hujus nominis Mons proximus, thymo abundans: unde apes paſtæ mel optimum conficiunt.

Thymus Hyblæ. Virg. 7. Ecl. 37. Martial. lib. 2. 40.

Florida per varios ut pingitur Hybla colores.

Tres autem ejus nominis Urbes Siculæ fuere. V. Drakenb. ad Sil. 14. 200.

HYBLÆUS, a, um. Adj. [Ὑϐλαῖος] ut, Apes Hyblææ, & Mel Hyblæum. Virg. 1. Ecl. 55.



Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti. Martial. 11. 43.

Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet eſſe favos. Claud. Feſcen. Nupt. Honor. 105.

HYBRIS, ĭdis. f. [ὕϐρις] Lat. Contumelia, ὑϐρίζω Convicior, contumelia afficio. Hinc Hybridæ, quaſi Per contumeliam nati. Sed V. ſeq. dict.

HYBRIDA, æ. c. Hybridæ Sues, ex fero & domeſtico ſue progeniti. Plin. lib. 8. cap. 53. In nullo genere æque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu ſemiferos, ad homines quoque, ut in C. Antonium, Ciceronis in Conſulatu Collegam, appellatione tranſlata. Suet. in Auguſto, cap. 19. Item Aſinii Epicadi, ex gente Parthina hybridæ. Hor. 1. Serm. 7. pr.

Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor. Ubi Commentator vetus, Hybridæ proprie dicuntur Canes, qui ex imparibus nati ſunt, ut Ex venatico & gregario. Sic Perſius Hybrida, ſemiromanus, ex patre ſcilicet Græco & matre Romana. quomodo & Suet. eſt intelligendus. Martial. lib. 6. 39. Hybridarum grex. Item 8. Epig. 22.

Hybrida ſum ſi das, Gallice, verba mihi.

Hybrida etiam dicitur Qui mixto ſermonis genere utitur, ut peregrini ſolent.

Hybrida vox, eſt ex diverſis linguis conglutinata. V. Cic. 2. Att. 1. p. 171. Græv. & Bernegg. ad Suet. Cæſ. cap. 56. n. 6.

Harduin. ad Plin. 8. 53. ait Ibridas quidam ſcribunt, ab Umbris, Imbris, Ibris. Al. Ybridas. V. Lex. Pitiſc.

## H Y D

HYDARNES, ſeu HYDARNUS, [Ὑδάρνης] fuit nomen Perſæ, qui teſte Herodoto lib. 3. cum Dario in Magum conjuravit. V. Strab. lib. 11.

HYDASPES, is. m. [Ὑδάσπης] Fluvius Indiæ, dictus ab Hydaſpe, antiquiſſimo Medorum rege.

Eous Hydaſpes. Stat. 9. Theb. 441.

Fabuloſus. Hor. 1. Carm. 22. 7.

Fuſcus Hydaſpes. Hor. 2. Serm. 8. 14.

Niſſæus Hydaſpes. Lucan. lib. 8. 227.

Odoratus Hydaſpes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 82.

Eſt & Hydaſpes Perſiæ fluvius ſi fides habenda Curtio, 4. 5. 4. qui Euphratem, Tigrim, Araxem & Hydaſpen Munimenta regna Perſarum vocat.

Mediæ alius ſecundum Virgilium, 4. Georg. 211.

— Medus Hydaſpes. Sed de his ambobus valde dubitatur. V. Theſ. Er. Schol. Lipſienſem. [Immo V. Cellar. Geogr. Ant. 3. 23. 6.

HYDASPĒUS, a, um. Adj. Claud. de 3. Conſ. Hon. 4.

Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis. Sidon. Paneg. Anthem. 446.

Non Pori modo regna precor, nec ut hiſce lacertis
Frangat Hydaſpeas aries impactus Erythras. V. Sirmond. in loc.

HYDĂTIS, idis. f. [ὑδατὶς] Lat. Aquula. Suid. ὑδατίδες, σταγόνες. Veſicula ſeu puſtula aquam continens Medicis eſt. Gemma autem Mart. Capellæ 1. p. 20. Poſterior pars coronæ hydatide, adamante & cryſtallo lapidibus alligabatur.

HYDRA. V. HYDRUS.

HYDRAGŌGIA, æ. f. [ὑδραγωγία] Aquarum deductio. Varro apud Non. 3. 114.

HYDRAGŌGUS, a, um. Adj. [ὑδραγωγὸς] Aquam evacuans. Cæl. Aur. Tard. 3. 8. 119. Aquiduca medicamenta Græci hydragoga vocaverunt. Apul. Herb. 27. Chamædaphne a Græcis hydragogos dicitur.

HYDRĂGŎNOS, i. m. [ὑδραγόνος] Ex aqua genitus. Ita dicitur nymphæa. Apul. Herb. cap. 67.

HYDRARGYRUM, i. n. [ὑδράργυρον] Pigmenti genus, in vicem argenti vivi aliquando dilutum, quo argentum optime inauratur. Plin. lib. 33. cap. 3. Æs inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro legitimum erat. V. Hier. Mercurial. Var. lect. 2. 14. Saracen. ad Dioſc. 5. 110.

HYDRAULAX, m. [ὑδραύλαξ] Sulcus aquarius.

HYDRAULUS, i. m. [ὕδραυλος] Organum dicitur extrahendæ a profundo aquæ idoneum. Valla in Raudenſem, Hydraula Vitruvius accipit pro machina quadam ſimili tympano, ſeu molendino: ſimulque pro inſtrumento muſico quod organa vocant: licet proprie organa ex chordis conſtent. Plin. lib. 9. cap. 8. Delphinus non homini tantum amicum animal, verum & muſicæ arti, mulcetur ſymphoniæ cantu, & præcipue hydrauli ſono. V. Geſner. Chreſtom. Plin. 404. ſq. Legitur etiam Hydraula, & Hydraulis. V. & Henr. Steph. Theſ. Gr.

HYDRAULES, [ὑδραύλης] Peritus artis Hydraulicis organis canendi, ut Choraules. V. Suet. Neron. 54.

HYDRAULĬCUS, a, um. Adj. [ὑδραυλικὸς] Plin. lib. 7. cap. 37. Laudatus eſt Cteſibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Vitruvius lib. 10. cap. 13. Suet. Neron. 41. V. Turneb. Adverſ. 1. 22. & Lex. Pitiſc.

HYDRĒUS, a, um. Adj. Aquatilis. Mart. Capel. 7. Hydreo germine pullulare. [An Hydræo, ὑδραίῳ;

HYDRĒUM, i. n. [ὑδρεῖον] Aquatio, puteus. Solin. cap. 67. V. Salmaſ. in loc.

HYDREUMA, ătis. [ὕδρευμα] Idem. Plin. 6. 23.

HYDRIA, æ. f. [ὑδρία] Urna ad capiendam aquam. Cic. 4. Verr. 47. Hydriæ argenteæ. Idem 6. Verr. 97. In hoc fano loricas, galeasque æneas, cælatas opere Corinthio, hydriasque grandes, ſimili in genere, atque eadem arte perfectas. Idem 4. Verr. 127. Tot in hydriam ſortes conjicerentur.

HYDRIUS, i. m. Aquarius. Sic, Puer hydrius, i. e. Sidus Aquarii, ſive Ganymedes. Prudent. Apoth. 622.

HYDROBAPHES, [ὑδροϐαφὴς] Veſtis aquatilis, ſive Colore aquæ, mulieribus peculiaris, quæ nunc (inquit Pollux) ψυχροϐαφὶς appellatur.

HYDRŎCĒLE, es. f. [ὑδροκήλη] V. HERNIA. Martial. lib. 12. 84.

Dicentem tumidas in hydrocelas.

HYDROCELĬCUS, a, um. Adj. [ὑδροκηλικὸς] Qui hydrocele laborat. Plin. lib. 30. cap. 8. Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe tradunt.

HYDROCEPHĂLOS, i. m. [ὑδροκέφαλος] Tumor capitis ex collecto nimio humore. Celſ. 4. 2.

Hydrŏchous, i. m. [ὑδροχόος] Aquarius. Catul. 67. extr.
Hydrogarum, i. n. [ὑδρόγαρον] Liquaminis genus inter veterum cupedias apud Lamprid. in Heliog. cap. 29. V. Salmaſ. in loc.
Hydrogarātus, a, um. Adj. Cum hydrogaro factus. Apic. 2. 2.
Hydrogeron, ontis. m. [ὑδρογέρων] Alias Senecio. Apul. Herb. 75.
Hydrographīa, æ. f. [ὑδρογραφία] Deſcriptio aquarum. Pars ſpecialis Geographiæ.
Hydrolapăthum, [ὑδρολάπαθον] Genus lapathi quod in aqua naſcitur. Plin. lib. 20. cap. 21.
Hydromantia, æ. f. [ὑδρομαντεία] Divinationis genus per aquam. Plin. 37. 11. Iſidor. 8. 9. conf. Salmaſ. in Solin. p. 768.
Hydromĕli, n. indecl. [ὑδρόμελι] Aqua mulſa, quæ etiam Græcis Melicraton dicitur. Plin. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris. V. Lex. Pitiſc.
Hydromēlum, i. n. [ὑδρόμηλον] Potio ex aqua & malis. Iſidor. 20. 3.
Hydromyla, æ. f. [ὑδρόμυλος] Mola aquaria. Vitruv. 10. 10. Turneb. Adverſ. 3. 7.
Hydrophŏbia, æ. f. [ὑδροφοβία] Morbus miſerrimus, de quo Celſ. 5. 27. de morſu rabioſi canis: Solet autem ex eo vulnere, ubi parum occurſum eſt, aquæ timor naſci. Hydrophobian Græci vocant: miſerrimum genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciatur. Plutarch. Sympoſ. 8. probl. 9. & Hier. Mercurial. Var. Lect. 1. 2.
Hydrophŏbus, i. m. [ὑδροφόβος] Qui aquam eodem morbo expavet. Plin. lib. 29. cap. 5. Eſt limus ſalivæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.
Hydrophobĭcus, a, um. Adj. [ὑδροφοβικός] Idem. ut, Hydrophobica paſſio. Cæl. Aur. Acut. 3. 8.
Hydrophylax, acis. m. [ὑδροφύλαξ] Aquarum cuſtos. l. 10. Cod. De Aquæductu.
Hydropiper, ĕris. n. [ὑδροπίπερι] Dioſc. 2. 150.
Hydrops, ōpis. m. [ὕδρωψ] Morbus, qui Latine Aqua intercus dicitur: quoniam ſub cute aqua ſit, qua venter turgeſcit. Hor. 2. Carm. 2. 13.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, &c. Plin. lib. 24. cap. 11. Celſus multa de Hydrope lib. 3. cap. 21. conf. Columel. 7. 7.

Hydrōpĭcus, a, um. Adj. [ὑδρωπικός] Qui hydrope laborat. Plin. lib. 20. cap. 6. Hor. 1. Epiſt. 2. 34.

Si noles ſanus, cures hydropicus.

Hydrōpĭsis, is. f. [ὑδρώπισις] Idem quod Hydrops. Plin. lib. 20. cap. 1. Sic & contra phthiriaſim bibitur, & hydropiſes.
Hydrōpismus, i. m. [ὑδρωπισμός] Idem. quomodo fiat ex opinione Aſclepiadis, V. Cæl. Aur. Acut. 1. 14. 108.
Hydrorosata, Medicamenta ſunt, inde primum appellata, quod in eorum confectione aqua & roſa mitteretur, deinde longius propagata vox eſt, ut Sirupos ſignificet. Nicolaus Myrepſus curtato vocabulo Droſata vocat. Meminit Turneb. Adverſ. 18. 18. Vox hybrida.
Hydroselīnum, i. n. [ὑδροσέλινον] Infructuoſa roriſmarini ſpecies, ſive Apium ſilveſtre. Apul. Herb. 79.
Hydrus, [ὕδρος] Genus anguium in aqua degentium: ſed Hydrus mas, Hydra femina. Plin. lib. 29. cap. 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt quod in aqua vivit, hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno.
Immanis hydrus. Virg. 4. Georg. 458. Idem ibid. 3. 545.
Stridentes hydri. Stat. 11. Theb. 494.
Torvi hydri. Claud. 2. in prim. Conſ. Stil. 137. conf. Lucan. 9. 673.
Hydra, æ, f. [Ὕδρα] Hydram finxerunt poetæ eſſe Multorum capitum ſerpentem in Lerna palude: quorum aliquot excïſis, totidem continuo renaſcerentur, quæ quidem tandem ab Hercule & ſagittis & igne interfecta eſt. Plato Hydram acutiſſimam ſophiſtriam ſcribit fuiſſe: cujus mos erat cavillari, & quæſtiones ita proponere, ut uno ſoluto dubio, multa renaſcerentur. Perottus.
Dira hydra. Hor. 2. Epiſt. 2. 10.
Immanis hydra. Virg. 6. Æn. 576. V. Lucret. 5. 26. Ovid. 9. Met. 69. Hor. 4. Carm. 4. 61.
Pro Veneno ipſo poſuit Sil. 1. 322.

Aut hydra imbutas, bis noxia tela, ſagittas.

De Hydra in nummis V. Spanh. diſſ. 5. p. 267. & Drakenb. ad Sil. 2. 158.
Hydrus, untis. [Ὑδροῦς] Urbs in litore Adriatici maris apud Strabonem, quæ & Hydruntum dicitur in Calabria. *Ottranto, au pays de Pouille.* id eſt in Apulia. Cic. 15. Att. 21. Lucan. 5. 375. Ptol. lib. 3. cap. 1.

## H Y E

Hyems, vel potius Hiems, ĕmis. f. [χειμών] ἀπὸ τοῦ ὕω, quod eſt pluo, derivatur: quod id tempus anni pluvioſum ſit. De orthographia & derivatione vocis conf. Voſſ. Etym. 256. Varr. L. L. 5. 2. Manut. & Cellar. de Orthogr. Significat autem Quartam partem anni, quæ eſt inter Autumnum & Ver. Virg. 1. Georg. 100.

Humida ſolſtitia atque hyemes orate ſerenas
Agricolæ.

Hyems alias a Cicerone dicitur Hibernum tempus, hiemale tempus, vis frigorum, durum anni tempus.
Magnitudo hyemis. Cic. pro Planc. 96. Nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo.
Vis hyemis. Cic. 9. Philipp. 2. Non illum vis hyemis, &c. retardavit, quominus, &c.
Vim frigorum & hyemem excipere. Cic. pro Rabir. Poſth. 42. Hanc vim frigorum hyememque, quam nos vix hujus urbis tectis ſuſtinemus, excipere.
Hyems, Vis venti, Tempeſtas. Virg. 1. Æn. 126.

— ſæpe illos aſpera Ponti
Intercluſit hyems. Idem 1. Æn. 129.
Immiſſamque hyemem ſenſit Neptunus. Nep. 25. 10. 6. Quemadmodum gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique ſcopuloſo ſervat. conf. Barth. ad Claud. p. 854.

Æſtas & hyems. Cic. de Senect. 46. Refrigeratio æſtate, & viciſſim aut ſol aut ignis hybernus.
Adulta hyems. Tacit. 1. Ann. 46.
Affecta hyems, i. e. Prope finita. Sil. lib. 15.
Aquilonia hyems. Plin. lib. 17. cap. 2. i. e. Ob flatum Aquilonis ſerena.
Aquoſa hyems. Virg. 10. Eccl. 66.
Atra hyems. Virg. 7. Æn. 214.
Cæca hyems. Valer. 3. Argon. 151.
Dura hyems. Virg. 4. Georg. 239.
Extremæ ſub caſum hyemis. Virg. 1. Georg. 340.
Fera hyems. Ovid. 1. Triſt. 1. 42.
Flammea hyems, i. e. Tempeſtas flammarum & incendii. Stat. 3. Silv. 5. 72.
Genialis hyems. Virg. 1. Georg. 302.
Glacialis hyems canos hirſuta capillos. Ovid. 2. Met. 30.
Ignava colono hyems. Virg. 1. Georg. 299. Servius, Quæ ignavum reddit colonum.
Imbrifera hyems. Sil. lib. 3.
Informes hyemes. Hor. 2. Carm. 10. 15.
Iniquæ hyemes. Hor. 3. Carm. 1. 32.
Intonata hyems. Hor. Epod. 2. 52.
Intrepida hyems. i. e. Hiematio. Tacit. Agr. 22.
Lethalis hyems, Mortiferum frigus. Ovid. 2. Met. 827.
Matura hyems, cui opponitur Tarda. Cæſ. 4. Bell. Gall. 20.
Mollis hyems. Stat. 3. Silv. 5. 83.
Nivoſa hyems. V. Nix.
Perfrigida hyems. V. Perfrigidus.
Pigra hyems. Ovid. 3. Amor. 6. 94.
Præmatura hyems. Tacit. 1. Ann. 30.
Senilis hyems, Senectus. Ovid. 15. Met. 212.
Serenæ hyemes. Plin. lib. 17. cap. 2.
Serotinæ hyemes. Plin. lib. 17. cap. 2.
Sicca hyems. Ovid. 3. Amor. 6. 106.
Summa hyems. Cic. 6. Verr. 86. Erat hyems ſumma: tempeſtas (ut ipſum Sopatrum dicere audiſtis) perfrigida: imber maximus.
Triſtis hyems. Virg. 4. Georg. 135.
Turbida hyems. Claud. de Bell. Get. 408.
Adoperta gelu hyems. Ovid. 3. Faſt. 235.
Diſcedens hyems. Ovid. 2. Faſt. 152.
Miteſcente jam hyeme. V. Mitis.
Præcipitaverat jam hyems, & ver jam appetebat. Cæſ. 3. Bell. Civ. 25.
Solvitur acris hyems. Hor. 1. Carm. 4. 1.
Hyems, pro Anno. Martial. 5. 38.

Sextam peregit hyemem, nec tamen totam.

Hyeme, pro In hyeme. Cic. 1. de Divin. 94. Campos & montes hyeme & æſtate peragrantes.
Hyemes, plur. Plin. lib. 8. cap. 38. Ergo in hyemes aliis proviſum pabulum, aliis pro cibo ſomnus. Cæſ. 4. Bell. Gall. 20. Exigua parte æſtatis reliqua, Cæſar, etſi in his locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturæ ſunt hyemes, tamen in Britanniam proficiſci contendit.
Poſt certas hyemes. Hor. 1. Carm. 15. 35.
Hyemo, vel Hiemo, [χειμάζω] āre. i. e. Hyemem ſive frigus facere: eo modo dictum quo Pluere legimus. Columel. lib. 11. cap. 2. Auſter aut Africus hyemat. Ibidem, Tertio Nonas Novemb. Fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit. Plin. lib. 18. cap. ult. Pluviæ erunt & tonitrua, & hyemabit.
Dies hyemant, Tempus hyemat. Plin. lib. 18. cap. 26. Delphini veſpertino occaſu continui dies hyemant Italiæ. Idem lib. 2. cap. 47.
Mare hyemat. Hor. 2. Serm. 2. 17.
Hyemare aquam. Plin. lib. 19. cap. 4. Decoquunt alii aquas, mox & illas hyemant.
Hyemare, pro Stationem hyeme facere: quod & Hybernare dicitur. Cic. pro Font. 6. Cn. Pompejus maximus atque ornatiſſimus hyemavit in Gallia M. Fontejo imperante.
Mediis hyemet mercator in undis. Hor. 1. Epiſt. 17. 71.
Hyemātus, a, um. Partic. [χειμασθείς] Plin. lib. 9. cap. 22. Autumnali ſidere, ut palam eſt, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur multitudine. De anguillarum captura.
Hyemātio, ōnis. f. [χειμασία] Varr. 3. de R. R. cap. 16. Ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.
Hyemālis, vel Hiemalis, e. [χειμέριος] Hybernus. ut, Hyemalis dies. Columel. lib. 11. cap. 1.
Locus hyemalis. Plin. lib. 18. cap. 7.
Navigatio hyemalis, & minime portuoſa. Cic. 6. Fam. 20.
Nimbi hyemales. Ovid. 9. Met. 105.
Tempus hyemale. Nep. 14. 6. 1.
Vis hyemalis. Cic. 5. Tuſc. 77. Hyemalem vim perferunt ſine dolore.
Hȳbernus, vel potius Hībernus, a, um. [χειμερινός] Adj. ab Hieme deductum; Quod eſt hiemis, ſive Quod ad hiemem pertinet. ut, Hibernæ tunicæ. Plaut. Mil. 3. 1. 93.
Agni hyberni. Plin. lib. 8. cap. 47. Multi hybernos agnos præferunt vernis.
Annus hybernus. Hor. Epod. 2. 29.
Cubiculum hybernum. Cic. 3. Q. frat. 1. i. e. Aptum ad uſum hiemis.
Eventus hyberni. Tacit. Agric. 22. Quia ſoliti plerumque damna æſtatis, hybernis eventibus penſare.
Flatus hyberni. Virg. 2. Georg. 339.
Grando hyberna. Ovid. 5. Met. 158.
Mare hybernum. Plin. lib. 12. cap. 19. Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hor. Epod. 15. 7.
Menſes hyberni. Cic. 7. Verr. 26.
Nix hyberna. Hor. 4. Carm. 12. 3.
Noctes hybernæ. Virg. 6. Æn. 355.
Soles hyberni. Virg. 2. Georg. 482.

Tempus

Tempus hybernum. Cic. 7. Verr. 26.

HYBERNA, vel HIBERNA, orum. n. pl. Loca in quibus milites hieme stationem faciunt. Tacit. 15. Ann. 10. Et nunc relictis hybernis. Cic. in Pison. 86. Tradere hyberna.

Mittere in hyberna cohortes. Cic. de Provinc. Conf. 5.

Dimittere in hyberna exercitum. Cic. 15. Fam. 4.

In hybernis legiones collocare. Cic. 10. Fam. 33.

Hyberna etiam sunt, Ubi pecora hybernant. Marcell. in l. qui saltum. D. de legat. 3. Qui saltum æstivum legavit, & hoc amplius etiam eas res, quæ ibi esse solent: non videtur de illis pecoribus sensisse, quæ hieme in hibernis, aut æstate in æstivis esse solent: sed de illis, quæ perpetuo ibi sunt.

Hyberna, Villæ pars ad hybernum tempus ædificata. Cic. 13. Att. 29. In villa video nihil, aut pauca mutata. balnearia tamen laudat majora: de minoribus ait hyberna effici posse. De his V. Lex. Pitisc. [Tò Hiberna hic adjectivum est; subauditurque Balnearia.

HYBERNACŬLUM, vel HIBERNACŬLUM, i. n. [χειμάδιον] Idem quod Hyberna, orum. Liv. 22. 32. COSS. M. Attilius Regulus Cn. Servilius Geminus exercitu accepto, hybernaculis mature communitis, &c. Idem lib. 30. cap. 3. extr. Hybernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia exædificata, lignea ferme tota erant. conf. Claud. 4. Conf. Honor. 322.

Hybernaculum, Pars ædificii ad habitandum hyberno tempore idonea. Plin. 2. Epist. 17. Hujus cubiculi, & triclinii illius objectu includitur angulus, qui purissimum solem continet, & accendit: hoc hybernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est. Vitruv. lib. 1. cap. 2. Item naturæ decor erit, si cubiculis & bibliothecis, ab oriente lumina capientur: balneis & hybernaculis, ab occidente hyberno. Meminit & lib. 6. cap. 3. Rursus lib. 7. cap. 4. extr.

HYBERNO, vel HIBERNO, [ἐγχειμάζω] āre. Stationem hieme facere. Cic. pro Lege Manil. 39. Jam vero quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac litteræ perferuntur.

Hybernant etiam pisces. Plin. lib. 9. cap. 15. Bruma non vagantur: ubicunque deprehensi usque ad æquinoctium, ibi hybernant. De thynnis.

Persius, 6. Sat. 7. Hybernare mare dixit (quemadmodum Hor. Hiemare) i. e. Sævire.

## H Y G

HYGEA, vel HYGIA, æ. f. [Ὑγεία] Æsculapii filia, Dea sanitatis. Plin. 35. 11. De ejus simulacro Idem 34. 8. Martial. 11. 61.

Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.

HYGIĒNE, es. f. [ὑγιεινὴ] Medicis est Methodus sanitatem conservandi; sicut Therapeutice, Methodus est recuperandi.

Hygiene agria, Helxine herba. Diosc. 4. 86.

HYGĪNUS. C. Julius Hyginus, Libertus Augusti, a Cæsare, Alexandria capta, Romam advectus præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa scripsit, e quibus supersunt Fabulæ & Poetica Astronomica. Nam Gromatica seu De limitibus constituendis, alterius Hygini sunt, qui tempore Trajani vixit. V. Gell. 1. 7. & 10. Suet. Ill. Gramm. cap. 20. & Voss. de Hist. Lat. 1. 20.

HYGREMPLASTRUM, i. n. [ὑγρέμπλαστρον] Emplastrum liquidum, non siccum: ὑγρὸς humidus, flexibilis, mollis, madidus. Plin. lib. 34. cap. 15. Præcipua tamen commendatio ejus in hygremplastro ad purganda vulnera fistulasque.

HYGRIS, [Ὕγρις] Civitas Sarmatiæ apud Ptolemæum. vulgo *Tabardi*.

## H Y L

HYLA, sive HYLAS, æ. m. [Ὕλας] Comes Herculis puer, quem perdidit in finibus Ioniis juxta Mysiam, nec usquam potuit reperiri. Postea quum esset cognitum quod periisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut ejus nomen clamaretur in fontibus: ad quam imitationem dixit Virg. 6. Ecl. 44.

— ut litus Hyla Hyla omne sonaret. Servius.

Pulcher Hylas. Valer. 1. Argon. 218.

Tener Hylas. Stat. 5. Theb. 443. V. fabulam in Propert. 1. 20.

Theodamantes Hylas. V. THEODAMAS.

Hylas Pantomimus apud Suet. Aug. 45. conf. Macrob. 2. Saturn. 7.

Hylas Pugil, de quo Auson. Epig. 91.

Doctus Hylas cæstu, &c. V. Not. Vinet.

Hylas, Flumen & Lacus Bithyniæ, in quem Hylam Herculis delicias cecidisse credunt. Solinus cap. 54. pr.

HYLAX, [ὕλαξ] Canis nomen apud Virg. 6. Ecl. 44.

HYLACTOR, [Ὑλάκτωρ] Canis nomen. Ovid. 3. Met. 224.

— & acutæ vocis Hylactor. utrumque a v. ὑλακτεῖν, Latro.

HYLÆA, [Ὑλαία] Regio est, a qua Hylæum mare, quo alluitur. Hieronymus, Trajecto Borysthene, a mari in primis est Hylæa regio. Herodotus lib. 4. Quum abiisset in Scythiam, venit ad locum qui dicitur Hylæa, juxta Achillis cursum sita, ubique omnifariis arboribus referta. V. Volaterr. lib. 7.

HYLÆUS, i. m. [Ὑλαῖος] Centaurus a Pirithoo invitatus ad nuptias, visa puella permotus est: & dum violentus ei esse conaretur, a Lapithis, qui simul nuptiis interessent, prohibitus est. Hinc in certamen itum est, & usque ad pericula dimicatum: ab Hercule sunt postea occisi. Hor. 2. Carm. 12. 5.

Nec sævos Lapithas, & nimium mero
Hylæum. i. e. Intolerabilem ebrietate, ait Acron. conf. Virg. 2. Georg. 457. & Stat. 6. Theb. 530.

Hylæus, [Ὑλαῖος] Nomen canis Actæonis. Ovid. 3. Met. 213.

Hylæusque ferox, nuper percussus ab apro.

HYLE, es. f. [ὕλη] Silva. Hyles autem nomine Attejus Philologus quendam variæ eruditionis librum inscripsit, ut auctor est Suet. de Ill.Gramm. cap. 10. Ita Latine alii opera sua, in quibus res variæ & diversæ tractatæ essent, Silvas vocarunt.

Hyle, etiam Nomen Centauri est apud Ovid. 12. Met. 378. [Videtur a recto Hyles, nisi potius Hylan legendum, ab Hylas. Sane idem est cum Hylæo, cujus alias non meminit Ovidius in hac fabula, & notum est hæc nomina utroque modo efferri.

Hyle [Ὕλη] & Bœotiæ oppidum, cujus meminit Homerus in Catal. v. 7. Breve litus Hyles. Stat. 7. Theb. 267.

HYLERNA, æ. f. Locus Tiberi vicinus cum luco. Ovid. 6. Fast. 105.

HYLLUS, [Ὕλλος] fuit Herculis ex Deianira, vel, ut Suid. ex Melite, filius: de quo Seneca in Herc. 984.

Si vera pietas, Hylle, quærenda est tibi,
Jam perime matrem.

Hyllus item Strab. lib. 13. Fluvius est, qui nunc Phrygius appellatur.

HYLONŎME, Femina Centaura & biformis, quæ mortuo marito Cyllaro, gladio suo incubuit. Ovid. 12. Met. 405. &c.

## H Y M

HYMANTOPŎDES, Populi loripedes in Æthiopia sunt, quibus serpendo ingredi natura est. Plin. lib. 5. cap. 8. V. HIMANTOPODES. Sic enim scribendum est.

HYMELLA, Fluvius Italiæ, apud Virg. 7. Æn. 714. Rectius Himella per i.

HYMEN, ēnis. m. [ὑμὴν] Pellicula, membrana, tunicula, qua est munita virginitas, quæ primo rumpitur coitu. V. Scalig. Poet. 1. 50. & Non. 2. 225.

Dicitur præterea Carmen nuptiale, a voce qua utebantur Græci, quæ erat Hymenæus.

Hymen, ipse Nuptiarum Deus, filius Uraniæ, qui Latinis Talassius, sive Talasus. V. Liv. 1. 9. Stat. 1. Silv. 2. 238. & Hymenæus. Catull. Carm. 62. 5. &c.

Hymen O Hymenæe: Hymen ades O Hymenæe.

Festus Hymen. Claud. ad Seren. 2.

Professus clamatur Hymen. Stat. in Epithal. Stellæ.

HYMENÆUS, i. m. [Ὑμέναιος] Idem. Deus, cujus nubentes invocabant numen, quasi liberatoris virginitatis. V. Lactant. infra, & Servius enarrans illud Virg. 1. Æn. 651.

Pergama quum peteret, inconcessosque Hymenæos, &c. V. TALASSIO. Donatus ad illud Ter. Adelph. 5. 7. 79.

— hoc mihi in mora est,
Tibicina & hymenæum qui cantent.

Hymenæum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. Ideo per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob hujusmodi meritum. Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse qui raptas [a] prædonibus virgines oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit. Alii, quod ὑμὴν dicatur membrana quædam, qua est munita virginitas, quæ primo disrumpitur coitu, Hymenæum putaverunt velut Hymnum vocari Virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe Hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris Hymnum. Hæc ille. Neutro igitur genere, Nuptialem hymnum significat, ut apud Ovid. 1. de Arte Am. 563.

Pars hymenæa canunt. & Martian. Capellam lib. 9. pr.

Instaurare jubet tunc hymenæa Venus. Cave putes accusativum esse numeri singularis. Stat. 2. Silv. ult. 87.

Et vestros Hymenæon antea postes
Festis cantibus ipsa personabo. [Apud Ovid. Hymenæe cum Heinsio legendum, q. V. Apud Terentium, Statiumque non video cur neutrius potius videri debeat, quam masc. gen. seu Deum, seu Hymnum nuptialem significet. Ac prorsus suspectum mihi illud neutrum Hymenæum, quod nec apud Græcos usquam extat. V. & Etymologum, qui alia quoque vocis etyma proposuit.

Hymenæus (ait Lactant. in illud Stat. lib. 3. Theb. 283.

— quid me Tyrio sociare marito
Progeniem caram, infaustisque dabas hymenæis?) puer Atheniensis fuit. Is quum annos puerilis ætatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine præditus fuisse creditur, ut feminam mentiretur. Hunc quum una ex civibus suis virgo nobilis adamasset: ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu. Quum autem nobiles feminæ cum virginibus sacra Cereris Eleusinæ celebrarent: subito adventu piratarum raptæ sunt: inter quas etiam Hymenæus, qui illo & amatam fuerat subsecutus. cui puella creditur. Quum igitur per longinqua maria prædam piratæ vexissent, ad quandam regionem tandem devoluti perveniunt, ibique somno oppressi, ab insequentibus sunt interempti. Hymenæus, relictis ibi virginibus, reversus Athenas, pactus est a civibus dilectæ nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas ubi pro voto restituit, exoptatam accepit uxorem. Quod conjugium, quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenæi nuptiis misceri. Hæc Lactantius. conf. Lex. Pitisc.

Clarus Hymenæus. Lucret. lib. 1. 98.

Lascivus Hymenæus. Sil. lib. 5. 22.

Hymenæi pl. masc. semper Nuptiæ intelliguntur.

Pactos Hymenæos exercere, i. e. Nuptias. Virg. 4. Æn. 99.

Vetitos Hymenæos invadere, i. e. Nuptias, vel Coitus lege prohibitos. Virg. 6. Æn. 623.

Justos pati Hymenæos. Virg. 3. Georg. 60.

Inconcessos Hymenæos petere, i. e. Nuptias illicitas. Virg. 1. Æn. 655.

Læti. Fabrett. Inscript. p. 329. QVAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT.

Sing. num. est apud Ovid. 2. Epist. 33.

Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos?

HYMĒRA, Fluvius, de quo Sil. lib. 14. 233.

Armavere suos, quo mergitur Hymera ponto. Sed correctiores codd. exhibent per i, Himera. q. V.

HYMETTUS, i. m. pr. ancip. [Ὑμηττὸς] Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cujus mel Plin. lib. 11. cap. 13. scribit esse pretiosum. Martial. lib. 7. 87.

Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes. Ex hoc monte & marmora pulcherrima fodiebantur.

Dulcis Hymettus. Juven. 13. Sat. 185.

**Hymettius**, a, um. Adj. [Ὑμήττιος] Plin. lib. 36. cap. 15. Scena ei triplex in altitudinem CCCLX columnarum, in ea civitate, quæ sex Hymettias non tulerat sine probro civis amplissimi. i. e. Columnas ex Hymettio marmore. adde Val. Max. 9. 1. 4.
Cera Hymettia. Ovid. 10. Met. 284.
Mella Hymettia. Hor. 2. Serm. 2. 15.

**Hymnus**, i. m. [ὕμνος] Latine Canticum sive Laus dicitur, & proprie quidem Hymni diis dicati erant. Martial. lib. 12. 72.
Invitus puerum fatetur hymnus.

**Hymnŏlŏgus**, [ὑμνολόγος] Firmicus lib. 3. cap. 6. In nono loco sol ab horoscopo constitutus, templorum conditores facit, aut hymnologos, & qui deorum laudes decantent.

**Hymnĭdĭcus**, a, um. Adj. Alcim. Carm. 178. Mar. Victor. 2. adv. Arium, & Cassiodor. prol. super Psalm.

**Hymnĭfer**, ĕra, ĕrum. Adj. [ὑμνοφόρος] ut, Vultus Orphei hymniferi. Ovid. 11. Met. 58.

**Hymnĭfĭco**, āre. Hymnos canere. apud Commodian. Instruct. 23.

**Hymnĭsŏnus**, a, um. Adj. Paulin. Nolan. Carm. 22. 199.
Præcinat hymnisonis cantica sancta choris.

**Hymnio**, īre. Canere. Prudent.

## H Y O

**Hyophthalmus**, vel potius **Hyophthalmum**. n. g. [ὑόφθαλμον] Nomen herbæ. Apul. cap. 60.

**Hyoscyămus**, m. [ὑοσκύαμος] Herba, quæ Faba porcina alias dicitur, Latinis Altercum, ut ait Scribonius Largus comp. 181. Plin. lib. 20. cap. 17. Colligitur succus ejus ut hyoscyami.

**Hyoscyamĭnus**, a, um. Adj. [ὑοσκυάμινος] ut, Hyoscyaminum oleum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. lib. 23. cap. 4.

**Hyosiris**, [ὑόσηρις] Herba intubo similis, sed minor, & tactu asperior: vulneribus contusa præclare medetur. Plin. lib. 27. cap. 10. [Ubi Hyoseris scribendum pridem monuit Henr. Steph. in Thes. Græco suo. V. Hard. not.

## H Y P

**Hypacaris**, Scythiæ fluvius.

**Hypæpa**, [Ὕπαιπα] Urbs, ut ait Strabo, quæ occurrit a Tmolo monte ad Cayştri campestria. Ea est, ut ait Stephanus de Urbibus, sub Æpo monte sita. Veneri sacra est, eo quod pulchræ feminæ ibi visantur. Ovid. 6. Met. 13.
Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis. adde 11. 153. & Petron. cap. 133.

**Hypæthrus**, a, um. [ὕπαιθρος] Adj. dicitur quasi Sub æthere positum. quo nomine vocamus Ædificia quædam aperta & sub dio: quorum meminit Vitruv. lib. 1. cap. 2. Is perficitur statione, qui Græce θεματισμὸς dicitur, seu consuetudine, aut natura. Statione quum Jovi, fulguri, & cælo, & soli, & lunæ ædificia sub divo, hypæthraque constituuntur.
Hypæthræ ambulationes. Vitruv. lib. 5. cap. 9. extr.
Aperta hypæthraque loca. Vitruv. ibid.

**Hypagōgeus**, dissyl. [ὑπαγωγεὺς] instrumentum, quo lapides expoliuntur, apud Aristophanem in Alitum comœdia. Hermol.

**Hypagum**. V. hippagus.

**Hypallăge**, es. f. [ὑπαλλαγὴ] Figura Syntaxeos est, quum verba per adversum intelliguntur: quum quod patimur agere dicimur: aut contra; ut, Trade rati ventos, pro Trade ratem ventis. Ex ὑπὸ sub, & ἀλλαγὴ, id est mutatio.
Est & Rhetorum figura, quæ alias Metonymia vocatur. V. Cic. in Orat. 93. Et Quintil. lib. 8. cap. 6.

**Hypampĕlus**, i. f. [ὑπάμπελος] Pergula ex vitibus. Inscr. apud Gruter. 711. 3.

**Hypănis**, [Ὕπανις] Sarmatiæ fluvius. Vitruv. lib. 3. cap. 8. In Ponto est flumen Hypanis, qui a capite profluit circiter millia XL sapore dulcissimo: deinde quum pervenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram. Meminerunt Cic. 1. Tusc. 94. Herodot. in Melpom. Solin. cap. 24. pr. & Propert. 1. 12. 4.
Flavus Hypanis. Stat. 8. Theb. 491.
Scythicis Hypanis de montibus ortus. Ovid. 15. Met. 285.
Saxosum sonans Hypanis. Virg. 4. Georg. 370.

**Hypăta**, [Ὕπατα, ἡ Ὑπάτη] Civitas Thessaliæ, & quasi metropolis ejus regionis, a qua Hypatensis ager. V. Lucian. in Asin. pr.

**Hўpăte**, es. f. [ὑπάτη] Summa chorda in fidibus. Vitruv. 5. 4.

**Hypatia**, [Ὑπατία] Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi. vixit imperante Arcadio. scripsit in Astronomiam. professa est Alexandriæ varia disciplinarum genera magno & frequenti auditorio, convolantibus undique discipulis. V. Suid.

**Hypatoides**, is. f. Modulationis species tragicæ. Mart. Capell. 9. p. 326.

**Hypătos**, [Ὕπατος] Phœniciæ amnis est, cujus meminit Plin. & Mela lib. 1. [Videtur error. Montis Bœotiæ, & Jovis Hypati meminit Pausan. in Bœot. pag. 296. Wech.

**Hypēcoum**, i. n. [ὑπήκοον] Herba in segetibus nascens. Plin. 27. 11.

**Hypĕlăte**, es. f. [ὑπελάτη] Lauri genus. Idem Plin. 15. 30.

**Hypēnĕmium** Ovum, [ὑπηνέμιον ᾠὸν] Irritum dicitur. Plin. lib. 10. cap. 58. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) feminæ æque saliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci vocant. Varro 2. de R. R. cap. 1.

**Hypēnor**, [Ὑπήνωρ] fuit Princeps quidam Trojanus, quem, teste Homero lib. 5. Il. 144. Diomedes in bello occidit.

**Hypēnus**, [Ὕπηνος] Athleta Pisæus, qui primus diaulo vicit. Pausanias in Eliac. pag. 155. Wech.

**Hўper**, [ὑπὲρ] Præpositio Græca: Latine Super. Hinc

**Hyperaspistes**, [ὑπερασπιστὴς] Latine Protector, propugnator, redemptor, qui clypeo suo protegit aliquem, satelles. Hieron.

**Hyperbăsis**, sive **Hyperbăton**, [ὑπέρβασις, ὑπερβατὸν] Figura de qua sic Quintil. lib. 8. cap. 6. Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immerito inter virtutes habemus: ut, Animadverti, Judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. Nam in duas partes divisam esse, rectum erat, sed durum & incomptum. Poetæ quidem etiam verborum divisionem faciunt, & transgressionem, Hyperboreo Septem subjecta trioni. quod oratio nequaquam recipiet.
Hyperbaton Longino est Sententiæ, non Voculæ transgressio.

**Hyperbŏle**, es. f. [ὑπερβολὴ] Julius Rufinianus, Hyperbole aliis schema, aliis tropus videtur: ceterum fit quum excedit veritatem sententia. apud Virg. 12. Æn. 84.
Qui candore nives anteirent, cursibus auras. Hactenus Julius. V. Cic. in Topic. 45. & Quintil. lib. 8. cap. 6.

**Hyperbŏlĭcus**, a, um. [ὑπερβολικὸς] Adj. Hyperbolica instrumenta. Sidon. 7. Epist. 2. extr. Al. Perhyperbolica.

**Hyperbolĭce**, Adv. Cic. ad Att. 6. 2. Non loquor ὑπερβολικῶς. Græce maluit.

**Hyperbŏlus**, [Ὑπέρβολος] Chremidis filius, & Charonis frater fuit, lucernarum faber improbus: quippe qui faciendis lucernis non ære solum, sed plumbo etiam uteretur, quo pluris eas, ut graviores, venderet: & sic emptores decipiebat. Meminit Cicero in Bruto 224. ubi de Servilio Glaucia, Homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. Thucyd. lib. 8. Hyperbolum quendam Atheniensem, hominem nefarium, exulantem, non potentiæ dignitatisve metu, sed propter scelera & dedecus civitatis interemerunt. Plutarchus in Alcib. Erat, inquit, ea tempestate Hyperbolus Perithœdes, cujus ut improbi & flagitiosi hominis Thucydides meminit. Is quum studiose colligeret ea quæ in alterius infamiam dicerentur Comicis, qui audacissime temporibus illis mores hominum increpabant, magnam subministrabat vituperandi materiam. Hoc igitur ministro populus Atheniensis sæpenumero utebatur ad eos divulgandos sermones, qui principum Reipublicæ & potentissimorum civium crimina, vituperationes ac infamiam continerent. Eo igitur tempore ab Hyperbolo multitudinem persuasam, cuidam principum Reipublicæ Ostracum parare, fama vulgaverat. Illud vero erat exilii genus, quo populus Atheniensis potentes ac præstantes gloria viros de civitate expellere consuevit, invidiæ magis solatium, quam timori remedium quærens. Alcibiadem hæ insidiæ, quas machinabatur Hyperbolus, minime latuerunt. Itaque periculo cognito, Niciam, vel (ut nonnulli alii volunt) Phæacem allocutus, omni simultate quæ inter eos erat postposita, in ejus amicitiam rediit: illiusque potentia suis viribus addita tantum valuit, ut Ostraci nota in auctorem conversa, Hyperbolum Athenis expulerit, nihil minus eo tempore quam tale exilium formidantem. Nemo enim sordidus, neque ignobilis, aut insignis infamia vir, consuevit hujuscemodi pœnam subire. Desinebat ergo in hoc homine ea pœnæ species, tanquam in vili & nullius pretii exercita profanari ceperit. V. plura ibid. apud Plutarch. & in Nicia. Spanheim ad Nub. Aristoph. 558.

**Hyperborei**, [Ὑπερβόρεοι] Montes & populi Scythiæ: sic dicti, quod supra, id est ultra eos flat Boreas: ut ait Servius. Festus vero, Hyperborei, inquit, supra Aquilonis flatum habitantes, dicti quod humanæ vitæ modum excedant vivendo ultra centesimum annum: quasi ὑπερβαίνοντες ὅρον seculi humani. Cic. 3. de Nat. Deor. 57. Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. Multa de his apud Strabonem. V. Plin. cap. 17. lib. 6.
Hyperboreæ glacies. Virg. 4. Georg. 517.
Solus Hyperboreas glacies: Tanaimque nivalem,
Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis Lustrabat.

**Hypercatalectĭcum**, [ὑπερκαταληκτικὸν] Metrum dicitur cui una syllaba, vel duæ superant. Virg. 1. Æn. 233.
Alloquitur Venus, O qui res hominumque deorumque. Et Hor. 1. Carm. 9. 3.
Silvæ laborantes, geluque. Illud Dactylicum hypercatalecticum est: hoc vero Jambicum hypercatalecticum. Conf. mox hypermeter.

**Hypĕrĭcon**, [ὑπερικὸν] Herba. Plin. 26. 8. & 12.

**Hypĕrĭdes**, [Ὑπερείδης] Atheniensis, unus e decem oratoribus primis, in Æginam se contulit, ibique ab Archia Tyrio satellite captus, & ad Antipatrum missus necatur, lingua excisa, ut testatur in Demosthene Plutarchus. Quintil. 10. 1. Dulcis in primis & acutus Hyperides, sed minoribus causis, ut non dixerim utilior, magis par. V. Cic. 3. de Orat. 25. & 1. 58. & in Bruto 36.

**Hўpĕrīon**, ŏnis. [Ὑπερίων] Aliis Solis pater; ut Cic. 3. de Nat. Deor. 54. aliis Sol ipse, quod eat super terras, dicitur. Fest. Poetæ fere pro Sole ipso usurpant. Ovid. 1. Fast. 385.
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis ac Lunæ, aliorumque astrorum motus, horasque primum summa cura observationeque a se percepta ceteris noscenda tradidit. Ideo eorum parens nominatur, veluti ipsorum naturæ contemplator. Frequens est Solis epitheton apud Homerum.

**Hyperīŏnius**, a, um. Adj. ut, Currus Hyperionius. Valer. 2. Argon. 34. Sil. lib. 15. 214.
Jamque Hyperionia lux septima lampade surgens. adde Avien. Phænom. 396.

**Hypermĕter**, sive **Hypermĕtrus**, [ὑπέρμετρος] Idem ac Hypercatalecticus. Abundans syllaba versus. Virg. 1. Georg. 295.
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Hic rem super metrum abundat. Et debet sequens a vocali incipere, nisi fiat synæresis, Unde sequitur,
Et foliis undam, &c.

HYPERMNESTRA, [Ὑπερμνήστρη] Filia Danai, quæ viro suo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum. V. Ovid. 14. Epist. 1.

HYPERTHYRUM, i. n. [ὑπέρθυρον] vel HYPERTHYRIS, idis. f. [ὑπερθυρίς] Plinio dicitur Superliminare lib. 29. cap. 4. Græci θύραν januam sive ostium vocant. Utriusque meminit Vitruv. lib. 4. cap. 6. *C'est un fronteau, claveau, ou linteau entre les ouvriers: mais le commun l'appelle Dessus de porte.*

HYPHEN, [ὑφὲν] Subunio interpretatur. Virg. 1. Æn. 202.
— neque enim ignari sumus ante-malorum. Ubi Servius, Ante-malorum ὑφὲν est. Ter. And. 1. 2. 4. Et heri semper-lenitas. Ubi Donatus, Semper-lenitas, hyphen.
Idem Plerique omnes vult esse unam partem orationis. ὑφ' ἕν, subaudi μέρος λόγου. H. St.

HYPNALIS, [ὑπναλὶς] Aspidis genus est, Ægypti indigenum, aliis terris peregrinum, ut Cretæ, & insolitum, homines somno altissimo enecans, de quo illud Ovid. 9. Met. 693. intelligendum, quum scribit,
Plenaque somniferis serpens peregrina venenis. Ex Turneb. Adversf. 7. 8. V. Solin. cap. 40.

HYPNOTICUS, a, um. Adj. [ὑπνωτικὸς] Somnum concilians. Th. Prisc. 2. 31. Hypnotica sufficienter conveniunt.

HYPNOTICE, es. f. [ὑπνωτικὴ] Herba soporifera. Apul. de Herb. cap. 74.

HYPOBRYCHIUM, i. n. [ὑποβρύχιον] Submersio. Tertull. de Idolol. cap. 24. Irrespirabile devoratis hypobrychium in Idololatria.

HYPOCAUSTUM, [ὑπόκαυστον] Locus ad sudandum, quod παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est a succendendo dicitur. Habet enim sub pavimento locum vacuum, in quo succensus ignis calidos vapores emittit, excitatque sudorem. Habet etiam ab uno latere præfurnium, hoc est parvam fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustum calefacit, partim aquas temperat ad lavandum. Etenim super eam tria ahena componuntur, unum caldarium, ex quo aqua calida hauritur: alterum tepidarium, ex quo tepida: tertium frigidarium, ex quo frigida, quantumque aquæ ex caldario exit, tantum ex tepidario in caldarium, & ex frigidario influit in tepidarium. V. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Hoc Latine vaporarium dicitur. Plin. 2. Epist. 17. Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut fundit, aut retinet. Tenuem volvunt hypocausta vaporem. Stat. 1. Silv. 5. 59.

HYPOCAUSIS, is. f. [ὑπόκαυσις] Idem atque Hypocaustum. Vitruv. 5. 10.

HYPOCHŒRIS, idis. f. [ὑποχοιρὶς] Genus oleris. Plin. 21. 15.

HYPOCHONDRIA, orum. n. pl. [ὑποχόνδρια] Pars corporis infra costas ad imum ventrem. Th. Prisc. de Diæta cap. 10.

HYPOCHONDRIACUS, a, um. [ὑποχονδριακὸς] Adj. ut, Morbus hypochondriacus apud Medicos.

HYPOCHYSIS, is. f. [ὑπόχυσις] Suffusio oculorum. Cels. 6. 6. 35. Plin. 25. 12.

HYPOCISTHIS, idis. f. [ὑποκιστὶς] Quæ ex cisthi fruticis ramosi radicibus prosilit. Nascitur in Hetruria. V. Plin. 24. 10. & 26. 8. Diosc. 1. 127. Scribon. Larg. Compos. 85. Hypocisthis est succus rosæ silvaticæ, quam caninam quidam vocant.

HYPOCORIASIS, is. f. [ὑποκορίασις] Suffusionis oculorum genus, Morbus jumentorum. Veget. Mulom. 2. 16.

HYPOCRISIS, [ὑπόκρισις] Simulatio Latine dicitur. Hypocrisis (inquit Budæus) Alienæ personæ simulatio.

HYPOCRITA, [ὑποκριτὴς] Alienæ personæ simulator. Item Histrio. V. Torrent. ad Hor. Epist. 18. 44.
Adjurante hypocrita, non animadversum id &c. Sueton. in Neron. cap. 24. H. St.

HYPOCYSTIS. V. HYPOCISTHIS.

HYPODESIS, [ὑπόδεσις] Calceus, sive calceamentum. Homer. lib. 18. Odyss. Id autem est veluti generale calceamentorum vocabulum apud Pollucem lib. 7. cap. 22. ad finem.

HYPODIDASCALUS, [ὑποδιδάσκαλος] dicitur quem vulgus corrupte Submagistrum appellat. Cic. 9. Fam. 18. Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo, proxima.

HYPODROMUS, i. m. Clausum undique deambulacrum, sub quo inceditur. Sidon. 2. Epist. 2. Longitudo tecta intrinsecus, si non hypodromus, saltem cryptoporticus vocitabitur. [Sed sine dubio Hippodromus legendum. V. Savaron. ad loc.

HYPOGESON, i. n. [ὑπόγεισον] Herba sic dicta, quoniam in subgrundiis fere nascitur. Plin. 25. 13. Vulgo Sedum majus.

HYPOGEUM, i. n. [ὑπόγειον] Locus subterraneus. Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur Cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias. Occurrit Petron. cap. 111. p. 510. Burm. Vitruv. 6. 11.

HYPOGLOSSA, æ. f. Herba. Plin. 27. 11. Dioscor. est ὑπόγλωσσον.

HYPOLYSOS, i. m. Herba, aliis Artemisia. Apul. de Herb. cap. 10.

HYPOMELIS, idis. f. Pomum cujus dulcedo cum sapore acuto permista est. Pallad. R. R. 13. 4.

HYPOMNEMA, atis, & HYPOMNEMATUM, i. n. [ὑπόμνημα] Interpretatio sive commentarius. Cic. 16. Fam. 21. Multum mihi enim eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. Columel. lib. 7. cap. 5. Cujus commenta, quæ appellantur Græce ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur.

HYPOMNEMATISMUS, i. m. [ὑπομνηματισμὸς] Decretum, Res memoriæ causa litteris mandata. Cic. 15. Fam. 1. & 5. Att. 11.

HYPOMNEMATOGRAPHUS, i. m. [ὑπομνηματογράφος] Qui scribit commentarios. Cod. Theod. l. 12. tit. 1. conf. Vales. ad Ammian. 28. 1. & l. 59. C. de Decurion.

HYPOMOCHLIUM, i. n. [ὑπομόχλιον] Quod vecti subjicitur. Vitruv. 10. 8.

HYPOPHLOMUS, i. m. Genus mandragoræ. Plin. 25. 13.

HYPOPHORA, æ. f. [ὑποφορὰ] Objectio. Mart. Capel. 5. p. 185.

HYPOPIUM, i. n. [ὑπώπιον] Sugillatum, sugillatio, livor. Dictum Hypopium, quod frequenter sub oculis fiat, quum ex contusione ultimam cutem sic subierit sanguis, ut appareat. Ex ὑπὸ, sub, & ὤψ, oculi. Hypopia Latini a suctu dixerunt sugillata: nec solum quæ sub oculis fiant ex contusione suctuve, sic dicuntur, sed quæ in reliquo corpore etiam, & ex quacunque injuria nigrescunt, id est livores, & quæ ex flagellis vibices remanent in corpore. [Medici distinguunt ὑπώπιον vel potius ὑπώπιον & ὑπόπυον: Illud enim Oculi Suggillationem esse, hoc Suppurationem oculi, vel quamvis potius, prædicant. V. Gorræum & Fœsii Oecon. Hippocr.

HYPOSTASIS, f. [ὑπόστασις] Subsistentia, sive substantia. Aliquando accipitur a Græcis pro Persona. V. Suiceri Thes.

HYPOTHECA, [ὑποθήκη] Græce dicitur quod Latine Pignus: teste Martiano lib. 5. D. de pign. dicente, Inter pignus & hypothecam tantum nominis sonus differt. Cui assentitur Valla 6. 57. Cic. 13. Fam. 56. Cures velim ut aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam solvat.

HYPOTHECARIUS, a, um. Adj. ut, Hypothecarius creditor. Ulpian. in l. 1. §. Sciendum est autem. D. de separat.

HYPOTHESIS, [ὑπόθεσις] Materia, argumentum, genus quæstionis. Cic. in Topic. 79. Definitum est, quod hypothesin Græci, nos causam: Infinitum, quod θέσιν illi appellant, &c. Idem 14. Att. 24. Hypothesin autem hanc habent, eamque præ se ferunt.
Hypothesis & Materia, idem. Cic. 1. Att. 11.

HYPOTHYRUM, i. n. [ὑπόθυρον] Ostii vacuum. Vitruv. 4. 6.

HYPOTRACHELIUM, i. n. [ὑποτραχήλιον] Pars colli infra cervices. Deinde ad Columnas transfertur & de earum parte dicitur quæ sub astragalo arctatur. V. Vitruv. 3. 2. & Lex. Vitruv. p. 59.

HYPOTRIMMA, atis. n. [ὑπότριμμα] Condimentum stomachicum. Apic. 1. 33. Item Fucus quo mulieres facies ὑποτρίβουσιν, i. e. Fricant.

HYPOZEUXIS, [ὑπόζευξις] Figura est Zeugmati contraria, ubi suum cuique clausulæ redditur verbum. Virg. 10. Æn. 149.
Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque,
Quidve petat, quidve ipse ferat, &c. Ab ὑπὸ, id est Sub, & ζεῦξις, conjunctio, vel jugatio.

HYPSA, Fluvius Siciliæ. Plin. lib. 3. cap. 8. Sil. lib. 14. 227.
Nec non qui potant Hypsamque, Alabinque sonoros, &c. In nummo antiquo ΥΨΑΣ. V. Cellar. Geogr. Antiq. 2. 12. 40.

HYPSENOR, [Ὑψήνωρ] teste Homer. lib. 5. Iliad. 76. Filius magnanimi Dolopionis, qui erat sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus, ac si deus quidam esset. Illum Eurypylus in bello Trojano interemit.

HYPSICRATEA, [Ὑψικράτεια] Uxor fuit Mithridatis regis, quæ Persico habitu induta, & in habitum virilem reformata, tonsis capillis victum a Cn. Pompejo Mithridatem per efferas gentes fugientem, animo pariter & corpore indefessa sequuta est. Hujus meminit Plutarchus in Pompejo. V. Volaterr.

HYPSIPYLE, [Ὑψιπύλη] Filia Thoantis regis Lemni: quæ quum mulieres in Lemno viros omnes communi consilio necarent, ipsa patrem servavit, & dimisit. Ob id ipsa ejecta a Lemno, & a piratis capta, & Lycurgo regi Thraciæ divendita fuit pro nutrice filio Ophelti. V. Ovid. 6. Epist.
Formosa Hypsipyle. Valer. 3. Argon. 340.

HYPSIPYLEUS, a, um. Adj. [Ὑψιπύλειος] ut
Tellus Hypsipylea, i. e. Amazonia. Ovid. 3. Fast. 82. Lemnos insula, auctore Neap.

HYPSOMA, atis. n. [ὕψωμα] Altitudo. Tertul. ad Scap. cap. 3. Positus in suo hypsomate.

## H Y R

HYRCANIA, [Ὑρκανία] Regio Asiatica, magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus adornata, dicta Hyrcania ab Hyrcana silva quæ Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum silvis aspera sit. Hinc Lactant. 5. 11. Quis Caucasus, quæ India, quæ Hyrcania, tam immanes, tam sanguinarias unquam bestias aluit? Cic. 1. Tusc. 108. In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos, sed pro sua quisque facultate parat a quibus lanietur. eamque optimam illi censent sepulturam. V. Gratii Cyneg. 162. Barth. ad loc.

HYRCANUS, a, um. Adj. [Ὑρκανὸς] Virg. 4. Æn. 367.
— Hyrcanæque admorunt ubera tigres.
Avia Hyrcana. Stat. 6. Theb. 598.
Luci. Valer. 6. Argon. 114.
Hyrcanum, sive Caspium mare. *Mare Abacuc*, sive *Mare de Sala* hodie vocitant. Ptolemæus lacum facit. Alii vocant *La mer d'Abacuth*. V. Propert. 2. 23. 46.

HYRIA, [Ὑρία] Bœotiæ regio prope Aulidem cum oppido & lacu cognomine. Ovid. 7. Met. 372.
Inde lacus Hyries videt & Cycneïa Tempe.

HYRIUM, [Ὕριον] Apuliæ urbs Ptolemæo, Tyrium alio nomine. vulgo *Lesina.*

HYRTACUS, a quo Hyrtacides. Virg. 9. Æn. 177. Vir fuit Trojanus ex Ida monte, qui filium habuit Nisum Æneæ comitem.

## H Y S

HYSGINUM, [ὕσγινον] Color similis coccineo: unde Græci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant, hoc est hysgino tinctas. Plin. lib. 21. cap. 26. Hyacinthus in Gallia eximie provenit, hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. De hysgino video esse quæstionem non levem inter doctissimos viros, quum aliis herba videatur esse, aliis tincturæ genus. Ego herbam & tincturam esse puto, quum ex ea herba color purpureus

pureus fucetur atque tingatur. Hesychius scribit, ὕσγινον βάμμα τι, neque præterea quicquam: interpres Nicandri, τὸ ὕσγινον, inquit, φυτὸν ἐστὶ ξανθὸν τῷ χρώματι, ὅθεν καὶ ὑσγινοβαφῆ τὰ ὑπ' αὐτοῦ βεβαμμένα. Ita tinctura est Hesychio, interpreti Nicandri herba unde pannus inficitur. Esse autem tincturam, & plantam cognominem, quid vetat? Suidas Hysgen [ὕσγη] herbam esse dicit, unde & Hysginus tingatur. Fiunt, inquit Vitruvius, etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice & hysgino, non minus & ex floribus alii colores. Apud Pausaniam in Phocicis esse videtur Coccus. Hæc ex Turnebo.

HYSSŌPUS, f. & HYSSŌPUM, n. [ὕσσωπος] Herba vulgo nota. Columel. lib. 7. cap. 5. Remedio sunt hyssopus & sal æquis ponderibus contrita. Plin. lib. 25. cap. 11. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite.

HYSSOPĪTES, æ. m. [ὑσσωπίτης] sed figurate neutro jungitur: & est Vinum factitium ex hyssopo. Columel. lib. 12. cap. 35.

HYSTERICA, [ὑστερική] Mulier quæ ab utero strangulatur, seu quæ vulvæ strangulationi obnoxia est, ὑστέρα enim est uterus, vulva. Hystericis utilem esse coitum, & medici docent, & experimenta comprobant. Martial. lib. 11. Epigr. 72.

Dicet & hystericam se forsitan altera mœcha
In Sinuessano velle sedere lacu. Alii legunt Ictericam, sed Icterus morbus palam apparet, nec indicare ac dicere necesse est.

HYSTEROLOGĪA, sive Hysteron proteron [ὑστερολογία] est Sententiæ cum verbis ordo mutatus, ut Virg. 1. Æn. 115. — Cererem —
Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Hæc Donatus. Prius Ceres frangitur postea torretur. V. Cic. 1. Att. 16.

HYSTRIX, ĭcis. f. [ὕστριξ] Animal ex herinaceorum genere. Plin. lib. 8. cap. 35. Hystrices generat India & Africa spina contectas, ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, & paulo longius jaculatur. Hybernis autem se mensibus condit: quæ natura multis & ante omnia ursis. Calpurn. Ecl. 6. 15.
Venit & hirsuta spinosior hystrice barba.

HYSTRĬCŬLUS, dimin. Pilis vestitus. V. Salmas. ad Tertul. de pallio cap. 4. & Corn. p. 285.

# I

I Littera Latinis Iota. Cic. 3. de Orat. 46. Quare Cotta noſter, cujus tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, ut Iota litteram tollas & E pleniſſimum dicas, non mihi Oratores antiquos, ſed meſſores videtur imitari. Litteram longam appellat Plautus Aul. 1. 1. extr. V. Scal. de Cauſis L. L. 1. 40.

I apud Latinos tam Conſonæ quam Vocalis vice fungitur, prout Jod Hebræorum, unde inter Criticos acerrima eſt orta controverſia, utrum duplex iſta poteſtas duplicem quoque figuram ſortiri debeat. Certum eſt in antiquis inſcriptionibus J caudatum reperiri nullo modo, ſed uno & perpetuo tenore I tum Conſonam tum Vocalem. Reſpuunt ergo doctiſſimi viri Noriſius Cardin. & Cellarius, ceterique caudatum iota j etiam in minuſcula ſcriptura. Minuta enim illa litterarum exaratio, barbari licet & ſequioris ævi, iiſdem rationibus eſt continenda atque Romana, cujus vices gerit & in ſubſidium venit.

I vocalis ſoni exilitate eſt notabilis, quam ideo Plato ad res exprimendas tenues & ſubtiles maxime accommodam judicavit, cujus rei in argumentum laudatur iſte ſtichus Virgilianus (1. Æn. 127.) hac littera ad ſatietatem usque plenus,

> Accipiunt inimicum imbrem rimiſque fatiſcunt.

Antiquitus I in U migrare ſolebat ut pro Decimo, Maritimo; Decumum, Maritumum ſcriberent. Quod cum in vetuſtis exemplaribus Ciceronis, Livii, Plinii &c. apparet, tum quoque in Terentio & Plauto maxume (ut ita dicam) hodie cernitur. Frequenter enim ibi Simillumus, Mancupium, Maxumus, &c. Pro Irpicem Cat. R. R. cap. 10. 2. in antiquis libris eſt Urpicem.

E & I convertuntur: ut Here & Heri, Mage & Magis. Quintil. 1. 7. Here nunc E littera terminamus, at veterum Comicorum adhuc libris invenio, Heri ad me venit.

O & I: ut, Olli ſubridens Virg. pro Illi, 1. Æn. 258. 5. 10. &c. ita Ollis. Obſervarunt viri docti Ollorum reperiri nuſquam, ſed Illorum perpetuo. [Propter repetitionem nempe ejuſdem vocalis inſuavem, & Olli pro Illi placuit, & Ollo, Ollorum, Ollos, diſplicuit. Nec Ollius mihi lectum eſt. V. Erythr. Ind. Virgil. & ſ. l. OLLUS, a, um

I, ſed maxime ductu eminentiori, antiqui pro duplici II, id quod in derivativis ex Jacio fieri ſolet ut plurimum. Sic Delcito pro Dejicito: hodieque obtinet præſertim in patrio caſu nominum quæ in IUS deſinunt, ut Valeri pro Valerii &c. V. H. Noris Cenotaph. p. 473.

Pro I longo eſt EI in nummis, & in Inſcriptionibus. ut, Eidus Mart. in nummo Bruti. Preimus &c. V. Spanh. diſſ. 3. 122. & Gruter. Et hoc quoque obtinet pro longo iſto I accuſativorum pluralium, quorum genitivus pl. in ium, ablat. vero ſingularis in i exit, ut Omneis, Forteis, quod in antiquis Codd. hodie reperitur. Plures tamen iſtum caſum per I ſolum efferunt Omnis vel accuratius Omnls, Fortls, &c. Porro pro I viſitur etiam EI aliquando in aliis caſibus præter iſtum accuſativum, ut Salentinei, Rheginei, potiſſimum in ablat. caſu pl. ut De Bruttieis, De Lucaneis, V. Varr. de L. L. lib. 5. Quintil. 1. 7. qui eum morem damnat

I apud Vett. interdum inſertum, ut Calix pro Calx. V. Feſt. in Calicatus. Hinc Adduciturum apud Plaut. Truc. pro Adducturum. Libeıitas in nummo Bruti pro Libertas. Interdum extruſum, ut Calda pro Calida. Hor. 1. Serm. 2. 113.

> — inane abſcindere ſoldo. pro Solido. [Forſan & in

prioribus extruſum potius olim, quam inſertum poſtea.

I in numeris ponitur pro Unitate, Græcanico fortaſſe more, apud quos itidem eadem figura monadem exprimebat, ex ἴα ſc. quod pro μία dicebant: ut in Marm. Arund. & alibi. I. I. Π. 5. Δ. 10. &c.

I. Ibi, Immortali, Imperator, In, Incomparabilis, Inferis, Inter, Intra, Invenit, Invictus, Ipſe, Judex, Juppiter, Juſſit.

IA. Intra. I. AG. In agro. IAN. Janus, Januarius. IAN. CLV. Janum cluſit. I. A. P. In agro pedes. I. A. S. F. Itus ambitus ſine fraude. IA. T. C. Intra tempus conſtitutum. I. C. Judex cognitionum.

I. D. Inferis diis, Jovi dedicatum, Iſidi deæ, Juſſu dei. I. D. C. Juris dicendi cauſa. I. D. M. Inferis diis maledictis, Jovi deo magno.

I. D. N. CIV. Judex delegatus nomine civium. I. D. NM. In dei nomine. I. D. P. Jure dicundo præerat. I. D. T. S. P. In diem tertium ſive perendinum.

I. E. Judex eſto.

I. F. In Foro, Juſſu fecit. I. F. B. In Foro Boario. I. F. C. A. In Foro Cæſaris Auguſti. I. F. FL. In Foro Flaminii. I. F. H. In Foro Hadriani. I. F. P. In fronte pedes. I. F. P. R. In Foro pro Roſtris.

I. H. Jacet hic. I. H. D. D. In honorem deorum dearum, In honorem domus divinæ.

I. I. In jure.

I. L. Illius liberta, vel libertus. I. L. D. Ipſius liberta dedit, vel, libertus; Ipſe libens dedit. I. L. F. Illius liberta fecit, vel libertus. I. L. H. Jus liberorum habens. I. L. P. Ipſe libens poſuit, In loco publico, Illius liberta poſuit, vel libertus. I. L. R. In loco religioſo. I. L. S. Juſſit locum ſepulturæ.

I. M. Jovi magno, Iſidi magnæ, Juſſit monumentum. I. M. CT. In media civitate. I. M. S. Inferis Manibus ſacrum, Iſidi magnæ ſacrum, Jovi magno ſacrum, Junoni magnæ ſacrum. I. M. T. In medio templi.

I. O. M. C. Jovi optimo maximo conſervatori. I. O. M. D. Jovi optimo maximo dedicatum. I. O. M. D. I. Jovis optimi maximi divino juſſu. I. O. M. I. R. Jovi optimo maximo Junoni reginæ. I. O. M. S. Jovi optimo maximo ſacrum.

I. P. Indulgentiſſimo patrono, Innocentiſſimo puero, In pace, Juſſit poni. I. P. N. M. Julia paterna Narbonenſis Martia. Subaudi, Colonia. I. P. S. In pace ſepultus.

I. Q. P. Idemque probavit.

I. R. Jovi regi, Junoni reginæ, Jure rogavit.

I. S. In Senatu. I. S. C. Judex ſacrarum cognitionum. I. S. D. Inferis ſacrum diis. I. S. F. Ipſe ſibi fecit. I. S. L. M. Ipſe ſolvit lubens merito. I. S. M. R. Juno ſoſpita magna regina. I. S. S. Inferius ſcripta ſunt. I. S. V. P. Impenſa ſua vivus poſuit, vel vivi poſuere.

I. T. C. Intra tempus conſtitutum.

I. V. Juſtus vir.

I, [ἴθι] imperativus ab Eo, is. Ter. And. 1. 1. 144. I præ, ſequar. V. EO, īre.

IA, æ. f. Minor fuit Atlantis filia, ſoror Maïæ matris Mercurii, de qua Homer. lib. 14. Odyſſ. ſcribit.

IACCHUS, i. m. [Ἴακχος] Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ, clamo, canto, nam qui Baccho ſacrificabant, clamare ſolebant. Et duplici cc ſcribi debet, quanquam in verbo ἰαχῶ ſit ſimplex c: quod ideo fit, ut in Iaccho ſecunda producatur. Nonnunquam ponitur pro Vino. Virg. 6. Ecl. 15.

> Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho.

Florens Iacchus. Catull. 62. 151.
Lætus Iacchus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 16.
Ictus ab Jaccho. Lucret. lib. 4. 1162.

JĂCEO, ui, [κεῖμαι, κατάκειμαι] ēre. Cubare, decumbere, & proſtratum eſſe. Plaut. Amph. 1. 1. 86.

> Quiſque ut ſteterat, jacet, obtinetque ordinem.

Ad quartam jaceo. Hor. 1. Serm. 6. 122.
Jacere alteri ad pedes, Provolvi ad pedes, procumbere ad pedes. Cic. 7. Verr. 129. Mihi ad pedes miſera jacuit.
Supplex ante pedes jacuit. Ovid. 11. Met. 13.
Jacere ante ædes. Plaut. Amph. 5. 1. 21.

> Sed quid hoc? quis eſt hic ſenex
> Qui ante ædes noſtras ſic jacet?

In aqua jaceant carnes. Plaut. Pſeud. 1. 2. 33.
In limine jacere. Cic. 7. Verr. 118. Patres hi, quos videtis, jacebant in limine.
In lacertis alicujus jacere. Ovid. 1. Amor. 13. 5.
In luſtra jacere. Plaut. Caſin. 2. 3. 26. Sic
In luto jacere. Idem Aulul. 2. 2. 53.
In tenebris jacere. Cic. 3. Verr. 52. Religiones vero, cærimoniæque omnium ſacrorum fanorumque violatæ, ſimulacraque deorum, quæ non modo ex ſuis templis ablata ſunt, ſed etiam jacent in tenebris, ab ipſo abſtruſa atque abdita.
In toro jacui. Ovid. 16. Epiſt. 316.
Sub arbore jacent poma. Virg. 7. Ecl. 54.
Sub una jacuere umbra. Ovid. 2. Faſt. 87. al. Cubuere.
Humi jacere. Cic. 1. in Catil. 26. Ad hujus vitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi, non modo ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad facinus obeundum.
Humi jacet nudus infans. Lucret. lib. 5. 224.
Humo jacuit reſupinus. Ovid. 4. Met. 121. Humi Heinſ. & Burm. q. V.
Truncus iners jacui. Ovid. 3. Amor. 7. 15.

Graves vino, somnoque jacebant. Ovid. 14. Epist. 33.
Jacet graviter: i. e. Graviter dolet. Plin. lib. 2. Epist. 20. pr. Sic, Jacere in lecto. Cic. 2. Philipp. 45. Cum pater Curio mœrens jacebat in lecto.
Jacente te, pro Te ægrotante. H. St. V. JACENS, Partic.
Jacere, Ignobilem esse: cui opponitur Vigere, florere. Cic. 11. Philipp. 14. Ab hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequam nos id coacti suscepimus, in pace jacere, quam in bello vigere maluit? quanquam ille quidem nunquam jacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest.
Jacere, Sordere, nec lætum esse. Lucil. lib. 30.
Et sua præcipue retro delicta jacere. Lucret. lib. 1. 63.
Humana ante oculos fœde quum vita jaceret
In terris, oppressa gravi sub relligione. Nonius.
Jacere in oblivione. Cic. 3. Verr. 101. Absens non in oblivione jacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset.
Jacere in silentio. Cic. 2. de Orat. 64. In eodem silentio multa alia officia Oratorum jacuerunt.
Jacere, Despectum, & sine dignitate esse. Cic. 11. Att. 6. Brundusii jacere, in omnes partes est molestum.
Jacere etiam dicuntur ii, Qui prorsus nihil agunt, & ab omni rerum curatione vocant. Cic. 12. Att. 4. Scias me ita dolere, ut non jaceam. i. e. Ut aliquid tamen agam, ut inertiæ prorsus me non dediderim. Et Claud. 1. de Rapt. Proserp. 96.
— an forte jacentes, Ignavosque putas?
Jacere, Omnium favore destitui. Cic. 7. Att. 18. pr. Responsa Pompeji grata populo, & probata concioni esse dicuntur. ita putaram: quæ quidem si ille repudiarit, jacebit. hoc est, populum alienabit, qui probat responsa Pompeji. De Cæsare loquitur. Et lib. 10. 7. Curio jacere Cæsarem putat offensione populari. i. e. Odiosum esse plebi, qui pecuniam ærarii abstulisset.
Jacere, Negligi in petitione honorum. Cic. 3. Off. 79. Quum C. Marius septimum annum post Præturam jaceret.
Jacere, Negligi. Cic. 1. Fam. 5. Nempe jacere regem pateremur. Ovid. 1. Fast. 218. — dat census honores,
Census amicitias; pauper ubique jacet.
Jacere in occulto, Non esse alicujus nominis, neque famæ. Plaut. Trin. 3. 2. 28.
Tute pone te latebis facile, ne inveniat te honor:
In occulto jacebis, quum te maxime clarum voles.
Inultum jacere. Liv. 25. 37. Ne inultos imperatores suos jacere finerent.
Prostratum jacere, Translate. Cic. 2. in Catil. 2. Jacet ille nunc prostratus Quirites, & se perculsum, atque abjectum esse sentit.
Jacere in sordibus. Cic. 14. Fam. 2. Te nunc, mea Terentia, sic vexari & jacere in lacrymis, & sordibus. Sic, Jacere in mærore. Idem 10. Att. 4.
Jacet oratio, Quæ languet, & quasi exanimis est. Quintil. lib. 9. cap. 2. pr. de figuris sententiarum loquens, Motus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, jacet, & velut agitante corpus spiritu caret. Bud.
Pretia jacent prædiorum: pro Vili venduntur prædia. Cic. pro Rosc. Com. 33. Accepit enim agrum temporibus iis, quum jacerent pretia prædiorum.
Rationes jacent: h. e. Emortuæ sunt & languidæ ac sopitæ. Plaut. Amph. Suppos. 4. 4. 63.
— Rationes jacent, judicium silet, quid agam, nescio.
Idem. Amph. 5. 1. pr.
Spes atque opes vitæ meæ jacent sepultæ in pectore,
Neque ulla'st confidentia jam meo in corde, quin amiserim.
Studia jacent: i. e. Frigent, & sine vigore sunt. Cic. 1. Tusc. 4. Jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. Hæc Bud. Sic apud eundem Cic. 2. de Divin. 106. Jacet igitur tota conclusio.
Virtutes jacent. Cic. 2. de Fin. 117. Maximas vero virtutes jacere necesse est voluptate dominante.
Jacent suis testibus illi. Cic. pro Milon. 47. Jacent suis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, rediturum fuisse.
Jacere, Plenum esse, & oneratum. Virg. 3. Georg. 354.
Sed jacet aggeribus niveis informis & alto
Terra gelu. Non.
Jacere etiam de Mari tranquillo dicitur. Æquor jacet. Valer. Flacc. 3. Argon. 732.
Flumina conticuere, jacet sine fluctibus æquor.
Mare jacet, Quiescit. Lucan. 3. 518.
— pacemque tenentibus Austris
Servatum bello jacuit mare. V. Drakenb. ad Sil. 5. 583.
Jacere, Per plurimum porrigi. Virg. 3. Georg. 343.
Pascitur, itque pecus longa in deserta, sine ullis
Hospitiis: tantum campi jacet. Nonius.
Jacet locus inter. Cic. 11. Fam. 13. Quem locum volo tibi esse notum: jacet inter Apenninum & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Plin. lib. 4. cap. 16. Inter Septentrionem & Occidentem jacet.
Campus jacet in medio. Sallust. In medio campus jacet, aquis undique scatens.
Gens hæc jacet super Ciliciam. Nepos 14. 4. 1.
Jacet extra sidera tellus. Virg. 6. Æn. 795.
Jacere, Mortuum esse, quod jaceant cadavera, nec amplius moveantur. Lucan. 9. 229.
— ille jacet, paci quem prætulit orbis.
Telo jacet. Virg. 1. Æn. 103.
Morte jacent merita. Ovid. 3. Fast. 707.
Jacere dicuntur cineres alicujus, Sepultum esse. Martial. lib. 1. 89.
Non aliter cineres mando jacere meos.
Jacere & Latere confundi in MSS. docet Drakenb. ad Sil. 2. 594. & 5. 583. & 12. 672.
JĂCENS, Partic. [κείμενος] Cic. 12. Philipp. 4. Si jacens id nobiscum ageret, audirem fortasse.
Segnis, & jacens. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Dira in regione jacens, i. e. Ægrotans. Ovid. 3. Trist. 3. 5.
In amore jacens. Lucret. lib. 3. 1005.
Animus jacens: i. e. Sine spe, non alacer, non erectus. Cic. de Amicit. 59. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius niti & efficere, ut amici jacentem animum excitet, inducatque in spem, cogitationemque meliorem.
Homo afflictus & jacens. Cic. de Arusp. Resp. 50.
Te jacente, pro Te ægrotante. Cic. 9. Fam. 20. extr. Sed cura, si me amas, ut valeas, ne ego te jacente, bona tua comedim. Pro Comedam hic positum est Comedim.
Consolari jacentem. Ovid. 3. de Pont. 3. 77.
Casa humi jacens. Sen. Thyest. 5.
Terræ jacentes ad Hesperum, h. e. Vergentes, vel declinantes, & quod vulgus Respicientes dicit. Plin. lib. 18. cap. 25.
JĂCIO, jēci, jactum, [ῥίπτω, ῥιπτέω, βάλλω, ἰάπτω] ĕre. Emittere, & vi impellere. Virg. 5. Æn. 643.
Sublataque procul dextra connixa coruscat,
Et jacit. Cic. 6. Verr. 54. de signis, In quem scyphum de manu jacere conatus est.
Jacere juxta. Plin. lib. 2. cap. 73. Juxta quem umbræ æstate in Austrum, hieme in Septentrionem jaciuntur.
Jacere in sublime. Plin. lib. 11. cap. 2.
Jecissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam, &c. Cic. pro Sext. 45.
In præceps aliquem jacere. Tacit. 4. Ann. 22. Apronium conjugem in præceps jecit.
Præceps se jecit in agros, i. e. Irruit aut fugit in agros. Lucan. lib. 7. 166. De tauro quodam.
Aggerem jacere. i. e. Facere, inquit Nonius. Lucil. lib. 26. Aggere in jaciendo, siquo est vineis actis opus.
Anchoras jacere. Liv. 29. 27. Cæs. 4. Bell. Gall. 28. Quæ tamen anchoris jactis, quum fluctibus complerentur, &c.
Anchora de prora jacitur. Virg. 3. Æn. 277.
Edicta in populum jacere. Tacit. 3. Hist. 73. Quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium jecerat.
Exempla jacere, Prætexere facto. Tacit. 3. Ann. 66. Antiqua exempla jaciens.
Fundamenta jacere, est (inquit Valla) quasi Qualiacunque fundamenta facere, & quodammodo dare rei principium. Suet. in Calig. cap. 22. In area Capitolina novæ domus fundamenta jecit. Cic. 1. Philipp. 1. In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. Hic per translationem.
Fundamenta fideliter jacere. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quæ nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter jecerit, quicquid superstruxeris corruet.
Fundamenta salutis alterius jacere. Cic. 10. Fam. 29. Quod quidem nec destiti facere, nec desistam: & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci salutis tuæ.
Fundamina jaciunt cives. Ovid. 4. Fast. 835. de condenda Urbe.
Gradum jacere, atque aditum ad cetera: idem quod Facere gradum & progredi, aut procedere. Cic. 2. de Lege Agrar. 8. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera jactum intelligatis. V. GRADUS.
Hastam eminus jecit. Virg. 10. Æn. 777.
Moles jacere ab utroque portus cornu. Cic. 9. Att. 17.
Odorem jaciunt de corpore. Lucret. 2. 845.
Pedes ante se jacere: h. e. Promovere. Plin. lib. 10. cap. 38. Aliquæ aves ante se pedes jaciunt, ut ciconiæ.
Salutem in re aliqua, pro Ponere salutem suam in re aliqua, & ab ea aliquid sperare. Virg. 4. Georg. 294.
Scuta jacere, Abjicere. Plaut. Trin. 4. 3. 27.
Talos, pro Ludere talis. Plaut. Asin. 4. 1. 35. Cic. 2. de Divin. 45.
Talos in medium jacere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Tela manu jaciens. Virg. 11. Æn. 264.
Tela in falsum jacere. Tacit. 4. Ann. 25.
Jacere; pro Enuntiare, sive Spargere in vulgus. Tacit. 1. Ann. 10. Quædam de habitu, cultuque, & institutis ejus jecerat.
Apud aliquem jacere quidpiam. Tacit. 4. Ann. 7.
Jacere aliquid in aliquem, per translationem. Liv. 34. 5. pr. Rem defendam, non nos, in quos jecit magis hoc Consul verbo tenus, quam ut re insimularet.
Contumeliam in aliquem. Cic. pro Sull. 25.
Inter se, aut inter amicos jaciunt contumelias. Tacit. 15. Ann. 50.
Igniculos. Cic. 15. Att. 26. Reliqua pars epistolæ, illa namque in utramque. Sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles, &c.
Injuriam jacere & immittere in aliquem. Cic. in Parad. 4.
Seque invasurum possessa Cyro, & post Alexandro, per vaniloquentiam ac minas jaciebat. Tacit. 6. Ann. 31.
Probra in aliquem jacere. Tacit. 11. Ann. 13. Inque feminas illustres probra jecerat.
Probra jacere in insontem. Liv. 2.
Querelas. Cic. 1. de Divin. 14.
Vocibus instat, & assiduas jacit ore querelas.
Querimoniam, Conqueri. Sen. Et in negligentes nostri deos querimoniam jaciunt, &c.
Ridiculum jacere & mittere. Cic. in Orat. 87. Utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste, altero in jaciendo, mittendoque ridiculo.
Sermones. Tacit. 4. Ann. 68. Igitur Latiaris jacere fortuitos primum sermones. i. e. Spargere.
Significationes non dubias, se &c. pro Ostendere & significare. Suet. in Neron. cap. 37.
Suspicionem, pro Inducere. Cic. pro Flacc. 7. Quæ est unquam jacta non suspicio, quæ tamen solet esse falsa, sed iracundiæ vox, aut doloris?
Terrores jacere, & denuntiare. Cic. 2. Att. 23. Sed βοῶπις nostra consanguineus non mediocres terrores jacet atque denuntiat.
Verba jacere, i. e. Loqui. Propert. 2. 1. extr.
Taliaque illacrimans mutæ jace verba favillæ. Et Ovid. 2. Fast. 590.
Et jacit in medio talia verba choro.
Vera aut vana. Liv. 6. 14. Ad hoc domi concionantis in modum, sermones pleni criminum in Patres: inter quos, cum omisso discrimine vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit. Sic 2. 45. pr. In novitatem generis originisque, qua falsa, qua vera jacere.
Vocem Claudii, quam temulentus jecerat. Tacit. 12. Ann. 64.

JACIENS,

**Jaciens**, Partic. Virg. 10. Æn. 886.
Tela manu jaciens, &c. Et Lucret. lib. 6. 1171.
— nudum jacientes corpus in undas.

**Jactus**, a, um. [βεβλημένος] Partic. a Jacio. Cic. 2. de Lege Agr. 8. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera jactum intelligetis.
Lapides jacti. Virg. 6. Ecl. 41.
Mentio conditionum jacta. Vellej. 2. 65. 1.
Semen jactum. Virg. 1. Georg. 104.
Sermo jactus. Quintil. 9. 2. Est & jactus sine persona sermo. V. Burm. ad loc.

**Jactio**, onis. f. Cels. 3. 11. Jactionem fœtoremque quendam oris &c. minuit. Sed in codd. emendatis extat, Jactationem, fervoremque corporis

**Jactus**, ûs. m. [βολή] Ipse jaciendi actus. Ter. Adel. 4. 7. 22.
Si illud, quod est maxime opus jactu, non cadit. [An Jacto?
Jactus fulminum. Cic. 3. Catil. 8.
Pilarum jactus. Ovid. 2. Trist. 485.
Teli jactus. Tacit. 13. Ann. 40.
Jactu se dedit in æquor. Virg. 4. Georg. 528.
Jactus etiam retis dicitur absolute. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. circa finem, A piscatoribus, in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam jactum emerat. i. e. Capturam

**Jactuose**, Adv. [κομπαστικῶς] & **Jactuosus**, nusquam leguntur. Quod autem quidam probant ea ex Cicerone, non Jactuose, neque Jactuosus in iis locis quos adducunt, legi debet: sed Actuose & Actuosus. V. Non. 2. 473.

**Jactūra**, æ. f. [ζημία, ζημία, ὄλεθρος] proprie Damnum dicitur, quod fit præcipue in mari: quum quis magnas merces, quas secum vehit, tempestate ingruente, cogitur in mare conjicere, ne navis obruatur. Sallust. 2. ad Cæs. cap. 14. Siquid adversi coortum est, de illis potissimum jactura fit, quia pretii minimi sunt.
Decoris ablati jactura. Ovid. 9. Met. 98.
Humani generis jactura. Ovid. 1. Met. 246.
Rei familiaris jactura. Cæs. 7. Bell. Gall. 64.
Levis jactura. Claud. 2. in Eutrop. 118.
Mediocris jactura. Juven. 13. Sat. 7.
Accipere jacturam. V. accipio.
Afferre jacturam. V. affero.
Facere jacturam rei familiaris. Cic. 2. de Fin. 79. V. facio.
Pati jacturam. V. patior.

**Jacturālis**, e. Gloss. Lat. Gr. Jacturale, ἐπιζήμιον.

**Jacturārius**, i. m. Qui frequenter jacturam patitur. Isidor. Gloss.

**Jacto**, [ῥιπτάζω, ἀνασείω, ἀλαζονεύομαι, γαυριάω, μεγαλορρημονέω] āre. frequent. Varie jacere. Virg. 1. Georg. 62.
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.
Odorem jactare, pro Emittere. Virg. 2. Georg. 132.
Rete jactare, Mittere. Cels. in l. Si jactum. D. de actionib. empt.
Semen jactare, Spargere. Varro 1. de R. R. cap. 42.
Talos jactare, Mittere. Cic. 2. de Divin. 48.
Jactare, Agitare. Sen. Hippol. 366. Artusque varie jactat incertus dolor.
Brachia excussa jactare. Ovid. 5. Met. 596. Gestus est in aquis natantium.
Brachium in latus jactare. Quintil. lib. 4. cap. 2. Cæs. 1. Bell. Gall. 25. Ut, diu jactato brachio, præoptarent scutum manu emittere.
Cæstus jactare. Cic. 2. Tusc. 40.
Caput jactare. i. e. Succutere, vehementer agitare. Tibull. lib. 2. 5. 66.
Colla jactare. Ovid. 3. Met. 726.
Corpus in toto jactare cubili. Lucan. lib. 5. 812.
Manus jactare. Juven. 3. Sat. 106.
— melior qui semper & omni
Nocte dieque potest alienum sumere vultum,
A facie jactare manus, laudare paratus
Si bene ructavit, si rectum minxit amicus. A facie jactare manus, h. e. Manibus aut hos aut illos gestus facere a vultu, seu pro qualitate vultus ejus hominis cui vult adulari, ad ejus enim vultum componit suos motus atque gestus. Aliter tamen interpretes exponunt. [Videtur idem ac Basia jactare Sat. 4. v. 118. ubi V. Schol. vet. & Interpp. ad Phædr. 5. 7. 28.
Oculos jactare. Lucret. lib. 4. 1132. *Jetter des œillades.*
Membra in jactando fatigat. Lucret. lib. 3. 1048.
Pennas. Ovid. 3. Trist. 8. 5.
Nunc ego jactandas optarem sumere pennas. i. e. Agitandas alas ad volandum.
Jactare curas pectore. Virg. 1. Æn. 231. i. e. Sæpe volvere. Nonius.
Jactare ad Sermonem translatum, ut Jactare dicta jocosa in adversarios. Liv. 40. 7. pr.
Convicia jactare gravida lingua. Propert. lib. 3. 6. 11. Al. Rabida.
Jurgia irrita jactare. Virg. 10. Æn. 95.
Minas jactare. Cic. pro Quint. 47. Minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, &c.
Probra jactare in aliquem. Liv. 29. 9. pr.
Querimonias jactare ultro citroque. Liv. 7. 9. pr. Ea ultima fuit causa, quum multæ ante querimoniæ ultro citroque jactatæ essent, cur &c.
Rem jactare sermonibus. Liv. 38. 28. Absolute Cæs. 1. Bell. Gall. 18. Sed quod pluribus præsentibus eas res jactari nolebat, celeriter concilium dimittit.
Voces ad sidera jactant. Virg. 5. Ecl. 62.
Subinde jactabat, In civitate libera linguam mentemque liberas esse debere. Suet. Tib. cap. 28. pr. Sic alibi. H. St.
Fama jactatur. Sil. lib. 4. 4.
Jactatur hoc vulgo. Cic. 8. Fam. 1. Neque hæc incerta tamen vulgo jactantur: Sed inter paucos &c.
Rem aliquam jactare, Temere laudare, vel ambitiosius gloriari. Virg. 10. Æn. 638. — voces dum jactat inertes.
Jactare se, pro Efferre. Cic. pro Rosc. Amer. 89. Hæc tu, Eruci, tot & tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres? quo te modo jactares? tempus hercule te citius, quam oratio deficeret.
Se jactare, Se vehementer agitare. Cic. de Clar. Orat. 217. Ambigue dictum.
Se magnificentissime jactare. Cic. 2. Att. 21.
Sese jactare, & in alios cæco impetu incurrere. Cic. 1. de Fin. 44.
Se de re aliqua jactare. Cic. 6. Verr. 46.
Se jactare in causis Centumviralibus. Cic. 1. de Orat. 173.
Se jactare in re aliqua. Cic. 2. Att. 1. Jam quum se ille septimo die venisse a freto, neque sibi obviam quenquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione jactasset, nihil ei novi dixi accidisse.
Se intolerantius jactare. Cic. 2. de Orat. 209.
Jactare se, est etiam Multum laborare in aliqua re. Cic. 2. Fam. 15. Sed tamen Repub. mihi nihil est carius: in qua tu non valde te jactas. Et 8. Fam. 10. Curionem video se dupliciter jactaturum: primum ut aliquid Cæsari adimat; deinde ut aliquid Pompejo tribuat.
Jactare se alias a Cicerone dicitur Magnifice loqui. gloriari, verbis se locupletem facere, gloria se & prædicatione efferre, & se ostentare.
Fiduciam partis suæ jactare. Quintil. lib. 4. cap. 13.
Genus, & proavos, & regia nomina jactare. Ovid. 17. Epist. 51.
Ingenium jactare. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Virtutem jactare. Ovid. 16. Epist. 81.
Jactari, in opere declamatorio, Crebro versari, Exerceri. Cic. 1. de Orat. 73.
Jactare, Inaniter loqui. Virg. 1. Æn. 106.
Talia jactanti, stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit.
Jactare, pro Exponere, seu projicere, jacturæ faciendæ animo. Sen. lib. 1. de Clement. cap. 3. Non hic est sine ratione populis urbibusque consensus, sic protegendi amandique reges, & se suaque jactandi, quocunque desideraverit imperantis salus.
Jactare, Fatigare, vexare, concutere. Virg. 1. Æn. 33.
—— jactatos æquore toto
Troas relliquias Danaûm. Virg. 1. Æn. 336.
—— jactetur odiis Junonis iniquæ.
Æstu febrique jactari. Cic. 1. in Catil. 31.
Clamore convicioque jactari, Exagitari. Cic. 1. Fam. 5. Postea quam Pompejus apud populum ad VIII Idus Februarii, quum pro Milone diceret, clamore convicioque jactatus esset.
Fluctibus jactari. Cic. in Orat. 107.
Huc illuc jactari. Lucan. lib. 8. 699.
Injuriis æquitas jactatur. Cic. pro Quint. 10. Ut multis injuriis jactatam, atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere, & confirmari patiamini.
Morbo jactari. Hor. 2. Serm. 3. 121.
Ventis jactamur. Propert. lib. 3. 5. 11.
In undis jactari. Virg. 1. Æn. 446.
Jactatur nummus, Valore incerto fluctuat. Cic. 3. Off. 80. Cumque collegium Prætorum Tribuni pleb. adhibuissent, ut res nummaria, &c. constitueretur; jactabatur enim illis temporibus nummus sic ut nemo scire posset quid haberet. i. e. Fluctubat æstimatio nummi. Bud. [Lang. & Lamb. hæc posteriora verba non putant esse Ciceronis, repugnante merito Grutero.
Jactare, Plagis sternere. Cic. 3. Verr. 67. Jactatur domi suæ vir primarius, &c. Nonius 4. 251. ubi plura V. [Sed hoc loco est Vexare, Injuriari.

**Jactans**, [ἀλαζονευόμενος, ἀλαζών] Partic. sive Nomen ex partic. Plin. 3. Epist. 9. Jactantes & gloriosæ epistolæ.
Jactans sui. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Paulo jactantior. Hor. 1. Serm. 3. 50.
Amator jactantissimus. Spartian. Hadrian. cap. 17.
Jactantior gestus. Quintil. lib. 11. cap. 1.
Via jactans. Liv. 21. 48. V. ibi Interpr.

**Jactanter**, [ἀλαζονευομένως] Adverb. apud Tacit. 2. Ann. 77. Periisse Germanicum nulli jactantius mærent, quam qui maxime lætantur. i. e. Ambitiosius, vel majori cum ostentatione. Et Ammian. Marcell. 27. 2. Minæ jactanter sonantes.
Compar. Tacit. 3. Hist. 53. 2. Litteras ad Vespasianum composuit jactantius, quam ad principem. Et Prudent. Hamartig. v. 170. Ostentat jactantius.

**Jactantia**, æ. f. [μεγαλαυχία, μεγαλησορία, παινίδευσις] Idem quod Jactatio. Quintil. lib. 9. cap. 2. Veritus opinionem jactantiæ.
Frivola jactantia. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Inanis jactantia. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Minuere jactantiam. Quintil. lib. 6. cap. 3.

**Jactabundus**, a, um. Partic. ut, Mare jactabundum. Gell. 19. 1. i. e. Tempestuosum.
In Græcæ facundiæ gloria jactabundus. Idem 15. 2.

**Jactātus**, a, um. Partic. [ἐῤῥιμμένος] Virg. 1. Æn. 33.
—— jactatos æquore toto.
Clamore, conviciisque jactatus est Pompejus. i. e. Exagitatus. Cic. 1. Fam. 5.
Periclis jactatus. Virg. 6. Æn. 693.
Terris jactatus & alto. Virg. 1. Æn. 7.
Turbine nautæ jactati. Catull. 66. 63.
Nix jactata sub Arcto. Ovid. 3. Trist. 10. 13.
Terra jactata. Virg. 2. Georg. 249.

**Jactatio**, onis. f. [ἀναξίπτησις] Cic. pro Muren. 4. Quo tandem animo me esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas?
Jactatio corporis. Cic. in Orat. 86.
Jactatio est voluptas gestientis, & se efferentis insolentius. Cic. 4. Tusc. 20.
Insolentiam & jactationem hominum ferre. Cic. 10. Att.
Circulatoria jactatio. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Popularis jactatio, pro Gloria & vanis sermonibus. Cic. pro Cluent. 95. Optimis hercle temporibus tum quum homines se non jactatione populari, sed dignitate, atque innocentia tuebantur. [i. e. Favorem populi captando, popularitatisque commendationem aucupando.
Eruditionis jactatio. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Temporum nostrorum jactatio. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Verborum jactatio. Cic. 11. Fam. 20. Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi, &c.

**Jactātus**, ûs. m. Plin. lib. 14. cap. 18. Sic & mari navigato, cujus jactatus his quæ duraverint tantum vetustatis adjicere sentitur, quantum habuerint.

Pennarum jactatus. Ovid. 6. Met. 703.

JACTĀTOR, ōris. m. [κομπαστής, ἀλαζών, μεγάλαυχος, βαυκαῖος] Gloriosus. Quintil. lib. 11. cap. 1. de Cicerone, Is quidem rerum a se gestarum major quam eloquentiæ fuit in orationibus utique jactator. Gell. lib. 18. cap. 4.
Civilitatis jactator. Suet. Claud. cap. 35.
Acer in absentes linguæ jactator. Claud. 2. in Eutrop. 380.
An, ut dicitur,
Qua mulier gravida jactat convicia lingua. Vide JACTARE? H. St.
Immodicus proprii jactator honoris. Claud. in sec. Conf. Stil. 6.

JACTĀTRIX, īcis. f. apud Sidon.

JACTĪTO, [μπτάζομαι] āre. Alterum frequent. a Jacto, are. Liv. 7. 2. Juventus, histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus, jactitare cœpit.

JACTITABUNDUS, a, um. Partic. Sidon. 3. Epist. 13. Citra honestatis nitorem jactitabundi.

JĂCŬLUM, i. n. [ἀκόντιον, βέλος, ἀγκύλη, σαγήνη] dicitur Quicquid in longum jaci potest. Plaut. Truc. 1. 1. 14.
Quasi in piscinam, rete qui jaculum parat,
Quando abiit rete pessum, tum abducit sinum. Idem in Asin. 1. 1. 86.
Jubeas una opera me piscari in aëre,
Venari autem reti jaculo in medio mari. Quem locum alii aliter: sed corrupte legunt. Ex his locis Plauti citatis nonnulli arbitrantur adjectivum esse, Jaculus, a, um. & quandocunque Jaculum absolute ponitur, Teli vocem subaudiendam esse.
Jaculum (inquit Varro de L. L. 4. 24.) dicitur, quod ut jaciatur, fit. Intelligit autem telum jaculum.
Audax jaculis. Sil. lib. 2.
Insignis jaculo. Virg. 10. Æn. 754.
Missa jaculorum turba. Ovid. 3. de Pont. 7. 35.
Acutum jaculum. Virg. 3. Æn. 46. V. ACUO.
Lethale jaculum. Ovid. 5. Met. 182.
Velocis jaculi certamina. Virg. 2. Georg. 530.
Dirigere jaculum totis viribus. Sen. Hippol. 6.
Ictus jaculis aut lapide. V. ICO.
Invadere aliquem jaculis. Sil. lib. 4. 617.
Intorquens jaculum. Virg. 9. Æn. 52. Ovid. 5. Met. 90.
Moliri jacula. V. MOLIOR.
Perlibrat jaculum ad ossa. Sil. lib. 15. 698.
Torquere jaculum lacerto. Ovid. 2. de Pont. 9. 57.

JACŬLOR, [ἀκοντίζω, ἀγκυλίζομαι, σαγηνεύω] āri. Longe jacere. Juven. 1. Sat. 11.
— quantas jaculetur Monychus ornos. Columel. lib. 10. 330.
Sæpe ferus duros jaculatur Juppiter imbres. Liv. 22. 50. extr.
Et quum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, translatis in dextrum scutis, &c.
Ferro jaculabor acuto. Ovid. in Ibin, 49.
Fulmina Juppiter jaculatur. Ovid. 2. Met. 184. Hor. 1. Carm. 2. 3.
Dextera sacras jaculatus arces, Terruit Urbem.
Saxa jaculans Giganteo lacerto. Ovid. 14. Met. 61.
Jaculari cervos fugientes, Jaculis appetere & persequi. Hor. 3. Carm. 12. 11.
Jaculari; pro Appetere, vel Moliri. Hor. 2. Carm. 16. 17.
Quid brevi fortes jaculamur ævo
Multa? h. e. Appetimus: & quum brevis vita sit, majora tentamus. Acron.
Jaculari ad Sermonem translatum, ut Quintil. lib. 2. cap. 11. Abrupta quædam, ut forte ad manum venere, jaculantur.

JACULO, [αἰχμάζω] āre. etiam dicitur. Claud.
— latis jaculabat in arvis.

JACULANS, Partic. ut Mopsus jaculans. Ovid. 12. Met. 457.
Giganteo jaculans saxa lacerto. ibid. 14. 184.

JACULĀTUS, a, um. Partic. [ἠκοντικώς] ut, Jaculata e nubibus ignes. Virg. 1. Æn. 46. conf. 2. 276. Auratam jaculata pilam. Claud. Laude Serenæ 144.

JACULĀTIO, ōnis. f. Actus jaculandi. Apul. 1. Milef. pag. 106. Statutum est, ut in eam die altera severissime saxorum jaculationibus vindicaretur. Min. Felix cap. 3. Testarum in mare jaculationibus ludere.

JACULĀTUS, ûs. m. Idem. Tertull. de Spectac. 18. Non probabis vanos cursus & jaculatus & saltus.

JACULĀTOR, ōris. m. [ἀκοντιστής, αἰχμητής] Qui jaculum emittit. Liv. 21. 21. extr. Pro eo supplementum, ipse ex Africa, maxime jaculatorum levium armis petiit. Stat. 12. Theb. 562. Fulminis jaculator. Audax jaculator. Hor. 3. Carm. 4. 56. conf. Ovid. 12. Met. 350.
Jaculatores dicuntur Deerrare. V. DERRRO.
Jaculatorem, pro Piscatore posuisse Plautum in quadam comœdia refert Isidorus, e qua hoc affert, Probus quidem antea jaculator eras, &c. Monuit Turnebus Adverf. 18. 26.

JACULĀTRIX, īcis. f. [σαγηνεύτρις] ut, Diana jaculatrix. Ovid. 5. Met. 375. conf. 2. Fast. 155.

JACULATORIUS, a, um. Adj. Quod ad jaculatores, jaculandive artem pertinet. ut
Campus jaculatorius, in quo jaculatores exercentur. In quo jaculatores jaculantur ordinarie. Ulpianus D. Ad leg. Aquil. l. Item si obstetrix. §. Sed etsi, Si a jaculantibus per lusum, servus fuerit occisus, Aquiliæ locus est. Sed si (inquit Jurisconsultus) quum alii in campo jacularentur, servus per eum locum transierit, Aquilia cessat: quia non debuit per campum jaculatorium iter intempestive facere. Qui tamen data opera in eum jaculatus est, utique Aquilia tenebitur.
Preces jaculatoriæ. August. Epist. 120.

JACULĀMEN, ĭnis m. Idem, ac Jaculatio. apud Apul.

JACULABĬLIS, e. Adj. [ἀκοντιστός] Quod jaculari potest: ut, Telum jaculabile. Ovid. 7. Met. 680.
Pondus jaculabile. Stat. 6. Theb. 658. conf. Claud. 2. Eutrop. 166.

JACŬLUS, i. m. [ἀκοντίας] Serpentis genus, qui subit arbores, e quibus se vi maxima vibrat, penetratque quodcunque animal obvium fecerit fortuna. Plin. lib. 8. cap. 23. Lucan. lib. 9. 720.
Et natrix violator aquæ, jaculique volucres. V. Matthiol.

JADERA, [Ἰάδηρα] Illyrici oppidum, Apolloniæ & Salonæ vicinum, teste Pomponio lib. 2. cap. 3. Jaderæ meminit & Plin. in descriptione Liburniæ lib. 3. cap. 21. extr.

JALDABAOTH, Æon primarius, de quo multa fabulati sunt Hæretici. V. Tertull. de Præscript. cap. 47.

IALĔMUS, i. m. [Ἰάλεμος] Calliopæ filius, in poesi frigidus & ineptus. V. Hesych. & Luciani Apophr. p. 445. Ed. Græv. Ἐν γωνίᾳ που τάχα τῶν ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν καθερπυγμένα.
Item Carmen lugubre. Apollon. 4. 1304. Athen. lib. 14. V. Voss. 3. Inst. Orat. p. 413. Hinc & Proverb. Ialemi cantilena; pro Miserabili. Erasm. Adag. Burm. præf. ad Phileleuth. Lips. Observ. in Menandr.

IĀLȲSOS, [Ἰάλυσος] Rhodi insulæ urbs, teste Pomponio lib. 2. 7. V. Plin. lib. 5. cap. 31. ibique Hard. 41. ubi V. Periz. Cic. in Orat. 2. Idem 2. Att. 21. De Repub. quid ego, Plin. lib. 35. cap. 10. Gell. lib. 15. cap. ult. Ælian. lib. 12. Ialysi a Protogene picti meminit Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 54. Qui Ialysus cujusmodi fuerit, sunt qui dubitent. Mosellanus venatorem fuisse suspicatur, a quo nomen urbs acceperit, eique id indicio esse, quod cum cane pingatur Ialysus. Sunt qui putent Satyrum hoc nomine fuisse: alii Bacchum, qui a Rhodiis ita vocaretur: alii unam e tribus antiquissimis Rhodiis civitatibus. Pindari interpretes ajunt Cercaphum Solis & Rhodi Nymphæ filium, tres filios procreasse, Ialysum, Lindum, & Camirum, qui tres civitates in Rhodo conditas suis nominibus appellarunt. Strabo lib. 14. V. & Isidorum. Scribitur & gemina littera Ialyssus, Steph. Ἰάλυσσος per ς.

IĀLȲSIUS, a, um. Adj. Ovid. 7. Met. 365.
Phœbœamque Rhodon, & Ialysios Telchinas.

## J A M

JAM, Adv. temporis [ἤδη]
Jam, Properantis, & se aliquid protinus facturum indicantis. Ter. Adelph. 2. 2. 1. Tace, egomet conveniam jam ipsum. Idem And. 5. 4. 51. Recte admones: Davo istuc dedam jam negoti.
Jam, Increpatio moræ. Ter. Eun. 3. 2. 39. Jamne imus?
Jam, αὐτίκα, in principio sententiæ, i. e. Jam primum, vel principium. Cic. 3. Verr. 15. Jam quid id ad Prætorem, uter possessor sit? Budæus.
Jam, Renuntiatio perpetuitatis, inquit Donatus. Ter. And. 2. 2. 16. Uxorem tibi jam non dat Chremes. Varro de R. R. 2. cap. 4. Quum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur: neque jam lactentes dicuntur. Jam eleganter dixit, pro eo quod nunc plerique dicunt Amplius.
Jam, pro Jam vero. Cic. de Senect. 57. Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Budæus.
Jam, Modo. Ter. Eun. 5. 2. 43.
Te quoque jam, Thais, ita me di bene ament, amo. Cic. de Amicit. 10. De me autem (ut jam cum utroque loquar) sic habetote.
Jam geminatum, pro Modo, sive interdum similiter geminato. Hor. 2. Serm. 7. 114.
Jam vino quærens, jam somno fallere noctem. Virg. 6. Æn. 647.
Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.
Jam, pro Præterea. Cic. 2. de Orat. 19. Jam vero narrationem quod jubent verisimilem &c. Idem, Jam quod ad illam causam attinet. Plaut. Epid. 1. 2. 8. Jam istoc probior es.
Jam, pro Incerto & non constituto tempore. Tibul. lib. 1. 1. 84.
Jam veniet tenebris mors adoperta caput:
Jam subrepet iners ætas &c.
Jam, pro Posthac. Cic. 14. Fam. 14. Vestrum jam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Idem 14. Fam. 4.
Jam, pro Nunc temporis. Ter. And. 3. 4. 2. Cur uxor non arcessitur? jam advesperascit. Idem Eun. 4. 2. 5.
Jam est, vel Jam sunt, vel etiam sine addito; pro Temporis significatione certa. & fere sequitur Quum, aut accusativus, aut ablativus. Plaut. Merc. 3. 1. 35.
Ecastor jam biennium est, quum mecum rem ille cœpit. Idem Most. 4. 2. 38. Quin sex menses jam hic nemo habitat. Idem Curc. 1. 1. 14. Hoc Æsculapii fanum est. PA. plus jam anno scio.
Jam, Statim, mox, confestim. Ter. Eun. 1. 2. 5.
Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis. Plaut. Aul. 1. 2. 26. — occlude sis
Fores ambobus pessulis, jam ego hic ero. Idem Truc. 1. 2. 18. Cic. pro Flacc. 52. Jam illud videro: sed primum illud tenebo.
Jam, tarditatis signum, pro Tandem. Ter. And. 1. 2. 19.
Dehinc postulo, sive æquum est, te oro, Dave, ut redeat jam in viam. Idem Adel. 2. 1. 21. I nunc jam. Ubi Donatus, Nunc jam, duæ partes sunt. Et bene Jam: quia sero & post plagas.
Jam, pro Tunc. Quintil. Quod si satis prudenter ea viderint, jam prope consummata fuerit præcipientis opera.
Jam, aliquando redundat & explet tantum. Ter. Heaut. 4. 3. 1.
Nulla mihi res posthac potest jam intervenire tanta. conf. Tacit. de Germ. 45. 3. & cap. ult. extr.
Jam a pueris, Statim ab infantia. Ter. Heaut. 2. 1. 2.
Qui æquum esse censent, nos jam a pueris ilico nasci senes. Cic. 1. Fam. 9. Jam a prima adolescentia delectarunt.
Jam a principio. Sallust. Jugurth. cap. 77. Ad hoc Pop. Rom. jam a principio inopi melius visum est, amicos quam servos quærere.
Jam ab illo tempore, quum venisti in Italiam. Cic. 2. Fam. 14.
Jam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi obviam venisti. Cic. 2. Fam. 15.
Jam abhinc triginta diebus Comitiis habitis. Cic. 4. Verr. 130.
Jam ante. Cic. in Brut. 17. Multis jam ante seculis. Idem 7. Att. 4. Id mihi jam ante erat notum. conf. 3. Fam. 10.
Jam antea diversi audistis. Sallust. Catil. 7. & 30. Idem Jugurth. 50. & 67.
Jam antea petivi abs te. Cic. 16. Att. 17.
Jam continuo. Plaut. Cist. 2. 1. 7. Quod lubet, non lubet jam id continuo.
Jam his mensibus. Seque ad Ciceronem accusandum jam his paucis mensibus contulit. V. HIC. H. St.
Jamdiu, Per longum tempus significat. Plaut. Mil. 2. 1. 17.
Ego jamdiu apud hunc servitutem servio. Al. Nam ego haud diu. Ter. Eun. 3. 3. 12.
Ubi friget huc evasit, quampridem pater
Mihi & mater mortui essent: dico jamdiu. Donatus, Jam olim

olim interpretatur. Cic. de Senect. 18. Carthagini male jamdiu cogitanti bellum multo ante denuntio. Idem 1. de Divin. 26. Idem jamdiu non facit. V. Non. 3. 447.

Et ego, ista quidem, inquam, Varro, jamdiu expectans, non audeo tamen flagitare. Cic. 1. Acad. 3.

Jamdiu flagitat. Cic. 1. Verr. 39.

Jamdiu hæc tractantur a Græcis. Cic. 1. Acad. 2.

Jamdiu est quod. Plaut. Amph. 1. 1. 146.

Agite pugni, jamdiu est quod ventri victum non datis.

Jamdiu factum est, quom abisti ad forum. Plaut. Asin. 2. 1. 3.

Jamdiu factum est, postquam bibimus. Plaut. Pers. 5. 2. 41.

Jamdudum, inquit Valla, de Parvo tempore dicitur, unius horæ aut semihoræ, aut duarum horarum, aut certe brevissimi temporis. Ter. Adel. 4. 1. 1. Ain' patrem hinc abisse rus? s. jamdudum. Idem Eun. 4. 7. 46. Jamdudum est animus in patinis. Cic. 3. Fam. 12. Vides sudare me jamdudum laborantem, quomodo ea tuear.

Jamdudum est intus. Plaut. Asin. 3. 3. 151.

Jamdudum aliquem expectare. Cic. 2. de Orat. 26.

Jamdudum factum est quum abisti domo. Plaut. Trin. 4. 3. 3.

Jamdudum vereor ne, &c. Cic. 6. Verr. 105.

Jamdudum te illud hortor. Cic. in Catil. 21.

Jamdudum, pro Nimium & valde, vel Jampridem. Ter. Eun. 3. 1. 57.

Quando illud, quod tu das, exspectat atque amat,
Jamdudum amat te, jamdudum illi facile fit
Quod doleat.

Jamdudum, pro Jamprimum. Ter. And. 1. 4. 1.

Audivi, Archillis: jamdudum Lesbiam adduci jubes.

Jamdudum ætatem lites sunt inter eos factæ maximæ. Ter. Eun. 4. 5. 8. Ubi Donatus, Quia Jamdudum finitæ moræ est, addit Ætatem, ut ostendat multum abiisse temporis ut factum est. Virg. 2. Æn. 103.

— si omnes uno ordine habetis Achivos
Idque audire sat est, jamdudum sumite pœnas. Ovid. 1. de Arte Am. 317.
Dixit, & ingenti jamdudum de grege duci Jussit. Ibid. 2. 457.

Jam ferme moriens, me vocat, accessi. Ter. And. 1. 5. 49.

Jam jam, Repente, mox. Plaut. Curc. 5. 3. 29. Jam jam faciam ut jusseris.

Jam jam desino. Ter. Adel. 5. 3. 67.

Derides? fortunatus qui istoc animo sies:
Ego sentio. M. ah pergisne? D. jam jam desino.

Jam jam intelligo, Crasse, quid dicas. Cic. 3. de Orat.

Jam jam sat est. Plaut. Mil. 4. 2. 92.

Jam jam, figuratum est per indignationem aut miserationem. Virg. 4. Æn. 371.

— jam jam nec maxima Juno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. Cic. 3. Verr. 77.

Jam jam, Dolabella, neque me tui, neque tuorum liberûm, quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti, misereri potest. Budæus. V. Laurent. Vall. lib. 2. cap. 47.

Jam jamque, i. e. Mox celerrime. Cic. 7. Att. 21. Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia. Idem 12. Fam. 10. Vos expectavi, Brutum quidem jam jamque. Catull. 64. de Aty, 73.

Jam jam dolet quod egi, jam jamque pœnitet.

Jam inde, Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam constituere quo aliquid fit, vel fieri cœptum est. Cic. in Vatin. 13. Ac tibi jam inde præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

Jam inde ab adolescentia. Ter. Adel. 1. 1. 16. — is adeo
Dissimili studio est jam inde ab adolescentia.

Jam inde a patre atque majoribus, &c. Cic. pro Flacc. 52.

Jam inde a teneris impende laborem. Virg. 3. Georg. 74.

Jam inde ab Aristotele. Cic. in Orat. 127. Est enim illorum exercitatio elegans, jam inde ab Aristotele constituta. Liv. 35. 47. pr. Bœotorum gentem aversam ab Romanis, jam inde a Brachyllæ morte, & quæ secuta eam fuerant, censebant.

Jam inde ab initio. Liv. 1. 1. Jam inde ab initio minime lætus novæ origine urbis.

Jam inde a principio Ro. nominis. Cic. pro Corn. Balb. 31. O jura præclara, atque divinitus jam inde a principio Romani nominis a majoribus nostris comparata.

Jam inde a principiis gentis. Liv. 24. 48. Ita jam inde a principiis gentis majores suos bella gessisse, ita se a pueris insuetos.

Jam inde a cunalibus. Varro de R. R [ubi? An Cunabulis?

Jam inde a certaminibus. Liv. 2. 56. Jam inde a paternis certaminibus invisum, infestumque plebi.

Meorum omnium consiliorum periculorumque, jam inde a Consulatu meo, testis. Cic. 14. Philipp. 16. Sic 13. Fam. 39. Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia jam inde a Quæstura mea Siciliensi.

Jam inde a puero. Plaut. Stich. 1. 3. 21. Ter. Adel. 3. 3. 86.

Homo amicus nobis, jam inde a puero &c.

Jam inde antiquitus. Plin. in Paneg. Liv. 34. 27. extr. Hi sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus.

Jam inde ætate. Plaut. Merc. 3. 1. 23.

Bonam hercle te & frugi arbitror, matura jam inde ætate,
Quoniam scis facere officium tuum, mulier.

Jam inde usque a pueritia. Ter. Heaut. 1. 2. 9.

— nam mihi cum eo jam inde usque a pueritia
Semper fuit familiaritas.

Jam ne. Cic. 12. Att. 48. Velim scire quid tibi restet, aut jamne confeceris.

Jam nunc, quod & Nunc jam dicitur, Certi temporis quod præsens est indicationem faciens. Cic. 1. Verr. 42. Quæ quum cogito, jam nunc timeo. Virg. 1. Georg. 42.

— & votis jam nunc assuesce vocari. Ovid. 3. de Arte Am. 59.
Venturæ memores jam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Nunc jam, quod nunc Barbari dicunt, Totum nunc. Ter. And. 1. 1. 144. Eamus nunc jam intro. & Cic. 1. Att. 6. V. NUNC.

Jam olim. i. e. Jam a longo tempore. Cic. Jam olim principio illud statueram. Quintil. lib. 8.

Jam olim, Aliquando. Ter. Eun. 3. 5. 38.

— & quia consimilem luserat
Jam olim ille ludum. conf. Virg. 2. Georg. 404.

Jam olim. Pomponius in l. Sub conditione. D. de Solutionibus, Sub conditione debitor, si acceptum feratur, postea conditione existente intelligitur jam olim liberatus: & hoc etiam si solutio re fiat, accidere Aristo dicebat.

Jam porro. Cic. 5. Verr. 19. Jam id porro utrum libentes inviti dabant. Idem pro Rosc. Amer. 40.

Jampridem, de Parvo tempore dicitur. Plaut. Bacch. 5. 2. 38. Istud jampridem scio. Ter. Hec. 2. 1. 21.

Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam. i. e. Jam aliquanto ab hinc tempore audivi: ut ait Valla lib. 2. Cic. 8. Fam. 17. Quod si timor vestræ crudelitatis non esset, ejecti jampridem hinc essemus. Idem 2. Att. 5. Virg. 2. Ecl. 43. & 1. Æn. 726.

Jampridem, de Longiori tempore. Plin. Quod majores nostros jampridem fecisse manifestum est, &c.

Jampridem, Continuo. Lucan. lib. 1. 347.

Tollite jampridem victricia, tollite signa. Si Jampridem ad verbum Tollite refertur, Continuo significat: si vero ad nomen Victricia, Jamdiu significat.

Jamprimum, pro Nunc primum: h. e. tantum Nunc, vel Nunc solum. Ter. Adel. 3. 2. 40.

Jamprimum illum alieno animo a nobis esse res ipsa indicat.

Jamprimum, pro Primo. Sallust. in Catil. cap. 15. Ter. And. 3. 2. 32. Jamprimum hæc se e Pamphilo gravidam dixit esse: inventum est falsum.

Jamprimum omnium satis constat, Troja capta, in ceteros sævitum esse Trojanos. Liv. 1. 1.

Jam tandem. Cic. 14. Fam. 23. Redditæ mihi jam tandem sunt a Cæsare litteræ. conf. Liv. 22. 12.

Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Virg. 6. Æn. 61.

Jam tum, pro eo quod barbare dicitur Ex tunc. Cic. pro Arch. 11. Eum qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive. Et 6. Fam. 2. 7. 12. & 13. 17. Liv. 29. 1. Nep. 8. 24. Virg. 8. Æn. 349.

Jam tum religio pavidos terrebat agrestes.

Jam tunc. i. e. Ex illo statim tempore. Justin. 13. 5. 5. & 38. 5. 3. conf. Plin. lib. 16. cap. ult.

Jam vero ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum ejus attingimus, pœniteret. Cic. in Somn. Scip. 8. quo loco legitur & sine Vero. Idem 2. de Orat. 83. Jam vero narrationem quod jubent verisimilem esse, &c.

Jam vero, secundo loco positum. Cic. de Clar. Orat. 263. Probabilis orator, jam vero etiam probatus. Videtur hic pro Similiter positum: vel est potius correctio, quasi dicat, Quid dico probabilis? immo jam probatus. Idem 2. Verr. 48. & 2. Off. 3.

Jam usque ab. Cic. 1. de Divin. 1. Vetus opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus, &c.

IAMBLĬCHUS, [Ἰάμβλιχος] Pythagoricus Philosophus e Chalcide Syriæ, fuit Porphyrii discipulus, Constantini magni tempore. Adeo profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrina: nisi quod ille melior facilitate candoreque orationis, hic paulo durior habebatur: ac, ut de Xenocrate Plato dicebat, Venere dicendi carebat. Moribus adeo probatus, ut ejus vitæ abstinentia, modestiaque ea tempestate cognita fuerit. Hujus etiam meminit B. Hieronymus.

IAMBUS, [ἴαμβος] Pedis genus constans ex brevi & longa, ut Dŏcens, ab ἰαμβίζειν, id est maledicendo: est enim pes versibus maledicis aptissimus. Alii ab Iambe puella deducunt. V. Natal. Comes 3. 6. & Poetic. Giessen. 1. 7. p. 137. Appellatur quoque Daunius, & Gradarius. Hor. de Arte Poet. 251.

Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus.

Criminosi Iambi. Hor. 1. Carm. 16. 3.

Liber Iambus. Ovid. de Rem. Amor. 378.

Liber in adversos hostes stringatur Iambus,
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.

Parii Iambi. Hor. 1. Epist. 19. 23.

Pugnax Iambus. Ovid. in Ibin, 521.

Facere Iambum. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Vibrare truces Iambos. Catull. in Annales Volusii 34. 5.

Iambus, Ecloga aut Idylium, aut carmen, aut poemation ex Iambis. Cic. 16. Att. 11. Mihi, ut Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. Iambicum autem Archilochium adscivit comœdia & tragœdia, quod aptus sit colloquiis & diverbiis personarum. Turnebus.

IAMBĒUS, a, um. Adj. [ἰαμβεῖος] ut, Trimetri Iambei. Hor. de Arte Poet. 252.

IAMBĬCUS, a, um. Adj. ut Versus Iambicus. Diomed. 3.

IAMBICĪNUS, a, um. Adj. ut, Genus Iambicinum. Mart. Capell. 9. 335.

IAMESA, [Ἰάμισσα] Ptolemæo lib. 2. cap. 3. Æstuarium Britannici maris. Tamesis fluvius Cæsari: hodie Thamis dictus.

IAMIDÆ, [Ἰαμίδαι] de quibus apud Cic. 1. de Divin. 91. mentio est, Familia quædam fuit aruspicum, ab Iamo filio Apollinis sic nominata, quorum unus Thrasybulus e canum extis vaticinabatur, ut scribit Pausanias lib. 2. Eliacon, p. 179. Wech. quod & a Victorio eruditissimo viro (in Var. lectt. 13. 15.) traditum est. Quidam Janudas legunt, sed male. Ex Turneb. Advers. 5. 22.

JAMNO, Castellum est in Balearibus minoribus, teste P. Mela lib. 2. cap. 7. Castella (inquit) sunt in minoribus Jamno & Mago, in majoribus Palma & Polentia coloniæ. Scripsit in eandem sententiam Plin. lib. 3. cap. 5.

## I A N

IANA, [Ἄρτεμις] Prius: & deinde Diana, D litteræ appositione, ut Nigidius ait. V. Varr. R. R. 1. 37. & Scalig. de Emend. Temp. 2. p. 174. & Voss. de Idol. 2. 16.

JANALIS, e. V. JANUS.

JANASUM, Pomp. Mela lib. 3. 1. In ea primum Artabri sunt & Janasum, Celticæ gentis. nunc dicitur. S. Jacobus in Compostella, ut scribit Olivarius in Melam. [Sed emendati codd. exhibent, Sunt, etiam nunc Celt.

JANICŬLUM, ['Ιάνικλον] Oppidum non procul a Roma: dictum quia per eum Pop. Rom. transire cœperat in agrum Hetruscum ut ait Festus: seu quod Janus illud condiderit. Solin. cap. 8. Quis ignorat a Jano vel dictam vel conditam Janiculum? Virg. 8. Æn. 358. Ovid. 1. Fast. 246. Janiculum, Montem Romæ, a fulvo arenæ colore nunc appellant Montorium, i. e. Montem aureum. Georgius Agricola. V. Plin. 3. 5. & 16. 11. conf. Liv. 1. 33. extr. & Lex. Pitisc.

IANĪRA, ['Ιάνειρα] Oceani & Tethyos filia: sic dicta a dulcorandis viris. Hesiodus in Theogonia 356.

JANITOR, JANITRIX. V. JANUA.

IANTHA, vel IANTHE, es. f. ['Ιάνθη] Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia 349.
Ianthe & Virgo Cretensis, laudatissima forma; apud Ovid. 9. Met. 714.

IANTHUM, i. n. [ἴανθον] Herba vel flos coloris purpurei. V. Hesych. & Marcell. Emp. cap. 17. Hinc

IANTHĬNUS, a, um. [ἰάνθινος] Adj. Violaceus, sive coloris purpurei: ἀπὸ τοῦ ἴον, quod est viola, καὶ τὸ ἄνθος, ιος, quod florem significat: hoc est quasi violaceus flos. Martial. lib. 2. 39.
Coccina formosæ donas & ianthina mœchæ. Subaudi, Indumenta. V. Plin. lib. 21. cap. 6. & cap. 8.

IANTHIS, ĭdis. ['Ιανθὶς] Latine Violantilla, nomen mulieris. *Iolant.* Bud.

JĀNUA, æ. f. [θύρα, πυλὼν] Ostium, aditus, fores. Valla lib. 4. Porta murorum est, munitionumque atque castrorum: Janua parietis ac domorum. Cic. 3. Verr. 66. Servis suis Rubrius, ut januam clauderent, & ipsi ad fores assisterent imperat. V. JANUS.
Januam & Ostium pro eodem ponit Cic. 2. de Orat. 276.
Janua, & Vestibulum. Cic. 1. de Orat. 200. Testis est hujusce Q. Mucii janua & vestibulum, quod in ejus infirmissima valetudine, affectaque jam ætate, maxima quotidie frequentia civium, ac summorum splendore hominum celebratur.
Adaperta janua. Ovid. 14. Met. 740.
Semiadaperta janua. Ovid. 1. Amor. 6. 4.
Clausa janua. Ovid. 2. Amor. 1. 20.
Firma janua. Ovid. 2. Amor. 12. 3.
Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. Ovid. 1. Amor. 8. 77. Idem 3. 1. 46.
Maxima janua Villæ. Cato cap. 14. R. R.
Pulsata janua sepulcri. Ovid. 3. Trist. 2. 24.
Cædere januam saxis. V. CÆDO.
Effringere & revellere januam. V. Provinciæ janua mox.
Observare januam. V. OBSERVO.
Patefacere januam. V. PATEFACIO.
Quærere aliquem a janua. Cic. 2. de Orat. 276.
Ingredi janua aliqua in causam, per metaph. Cic. pro Planc. 3. Itaque quanquam qua nolui janua sim ingressus in causam, sperare videor, tantum absuturam esse orationem meam, &c.
Ab hoc aditu, januaque patefacta, pervenire ad ea quæ cupimus. Cic. 1. de Orat. 204.
Famæ janua. Plin. lib. 1. Epist. 18. ad Suetonium. Illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit.
Mortis janua. Sil. lib. 11. 187.
Provinciæ janua. Cic. pro Muren. 33. Eam urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavisset: qua effracta & revulsa, tota pateret provincia.

JĀNĬTOR, ōris. m. [πυλωρὸς, θυρωρὸς] Cui januæ custodia commissa est. Cic. 5. Verr. 8. Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt.
Janitores ex equestri loco ducenti, stipatores corporis. Cic. 2. pro Lege Agr. 32.
Carceris janitor. Cic. 7. Verr. 117.
Catenatus janitor. V. CATENA. conf. Lex. Pitisc. de Servili janitorum statu.
Ingens janitor. Virg. 6. Æn. 400. Cerberum intelligit.

JANĬTRIX, īcis. f. Plaut. Curc. 1. 1. 76.
Anus hic solet cubitare custos, janitrix. Plin. lib. 15. cap. 30.
Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque. i. e. Quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum. conf. Petron. cap. 39. & 55.
Uxores duorum fratrum dicuntur Janitrices, Modestino in l. Non facile. §. Adfines sunt. D. de Gradibus cognationum. In quibusdam exemplaribus non legitur dictio Janitrices, sed unico contextu ita legitur, Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græcos εἰνάτερες. conf. Lex. Pitisc. & Scalig. in Catull. 68. 3.

JANUARIUS, [ἰανουάριος, γαμηλιὼν] Primus mensium, quem Numa Pompilius a principe deo, hoc est Jano appellavit, qui primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem, futurique principia. V. C. Rhodig. 25. 30. & Rosin. Ant. Ro. 4. 7.
Αἰωνοάριος, ὁ Ἰαννουάριος μήν. &c. Suid. 420. Exigua ratione ejus, quod pueri Ro. sciebant. H. St.
Mense Januario. Cic. 1. Att. 2. & Lex. Pitisc.
Ineunte Januario. V. INEO.

JANUARIUS, i. m. Martyr A. C. 305. sub Diocletiano gladio obtruncatus; cujus corpus Neapoli asservari dicitur & quotannis cruorem fundere, ut fabulantur Romanenses.

JANUS, i. m. ['Ιανὸς] Antiquissimus Italiæ rex, Saturnum in regni societatem ascivit. Eum ajunt primum in Italia diis templa fecisse, ritusque sacrorum instituisse, ac ideo eum in sacrificiis prælationem meruisse perpetuam. V. Macrob. lib. 1. cap. 7. 8. 9. & Lex. Pitisc.
Ianus, ab Hiatu dictus est, detracta aspiratione. quem quidam Solem putant: ideo geminum, quia utriusque januæ cælestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alii Ianum, Mundum, id est cælum intelligunt, quasi Eanum ab eundo, ut inquit Cic. lib. 2. de Nat. Deor. 67. quia mundus semper eat, dum in orbem volvitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur, quod annus ex se initium faciens, fini occurrat. Vel quod præterita sciverit, & futura præviderit: seu quod superorum & inferorum janitor extiterit.
Jani nomen Ovid. 1. Fast. 124. deducit a Janua, ex eo quod Janus cæli foribus præesset.
Præsideo foribus cæli, cum mitibus Horis,
Et redit officio Juppiter, itque meo;
Inde vocor Janus. [Immo ab Eundo, quasi Eanus. V. Neap. & Heinf. not.
Hujus templum erat Romæ, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde Patuleius [Immo Patulcius] & Clusinus [vel Clusius] cognominabatur. V. Liv. 1. 9. Hunc etiam quadrifrontem fecerunt ob quatuor orbis partes, & Janum geminum vocitarunt. Et Junonium, quia Calendarum princeps. Calendæ enim sunt Junoni dicatæ. Quare Janus dictus est Bifrons, Claviger, Clusius, Consivius, Curiatius, Junonius, Matutinus, Pater, Quadriceps, Quirinus, & Vertumnus, V. latius in Lex. Pitisc. & de singulis f. l.
Jani templum fuit Romæ, quod belli tempore apertum, pacis clausum fuit, ut auctor est Servius: Constat, inquit, templum hoc ter esse clausum. Primum regnante Numa: item post bellum Punicum secundum: tertio post bella Actiaca quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagravere civilia. Hujus autem claudendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset ut vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugarit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Unde & Janus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorum regum coitionem: vel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio, quod ad prælium ituri optent reversionem. Hæc Servius enarrans illud 1. Æn. 298.
— diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæva sedens super arma, &c. conf. Lipf. Elect. 1. 20. & Casaub. ad Suet. p. 61.
Mensis Jani, Januarius. Ovid. 2. Fast. 48.
Anceps Janus. Ovid. 14. Met. 334.
Belliger Janus. Lucan. lib. 1. 62.
Biformis Janus. Ovid. 1. Fast. 89.
Biceps Janus. Ovid. 1. Fast. 65.
Bifrons Janus. Virg. 12. Æn. 198.
Custos pacis Janus. Hor. 2. Epist. 1. 255.
Ancipiti mirandus imagine Janus. Ovid. 1. Fast. 95.
Janus erat Locus Romæ ubi fœneratores consistebant, suasque usuras exercebant, in regione Basilicæ: quoniam in eo Jani simulacra collocata visebantur. Ovid. de Rem. Amor. 561.
Qui puteal, Janumque timet, celeresque Calendas,
Torqueat hunc æris mutua summa fui. Nam mensium Calendis pecuniæ fœneratori datæ exigebantur, vel earum usuræ, Celeres vero appellat Calendas, quod debitori tempus solvendi videbatur celerius advenire, quam vellet. conf. Torrent. ad illud Hor. 1. Epist. 1. 54. — hæc Janus summus ad imum
Perdocet. Ubi per metonym. continentis intelliguntur Fœneratores ac mercatores qui ibi versabantur. V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 126. & omnino Lex. Pitisc.
Jani quoque perviæ transitiones: foresque in liminibus profanarum ædium anuæ nominantur, inquit Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Ita Liv. 41. 32. extr. Fulvium Flaccum Censorem tres Janos faciendos locasse docet. Suet. in Domit. cap. 14. Janos, inquit, arcusque cum quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac tot extruxit, ut &c. V. Turneb. 22. 16. & Lex. Pitisc. de Janis compitalitiis.

JANĀLIS, e. Adj. ['Ιανάλιος] ut, Virga Janalis. Ovid. 6. Fast. 165. conf. Idem 6. 129.

JANUAL, alis. n. Libi genus, quod Jano tantummodo libabatur. Festus. conf. Lex. Pitisc.

## I A O

IAO, Vox hæreticis usitata. V. Tertull. advers. Valent. cap. 14. & de Præscript. cap. 49.

## I A P

IĂPĔTUS, ['Ιαπετὸς] Cæli & Terræ filius, ut inquit Hesiodus. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ovid. 1. Met. 82.
Sive recens tellus, &c.
Audax Iapeti genus. Hor. 1. Carm. 3. 27.
Trux Iapetus. Valer. 1. Argon. 564.

IĀPIS, ĭdis. ['Ιάπις] Nomen proprium Ætoli, qui quum ad regionem Venetiæ venisset, oppidum de suo nomine condidit, a quo ea pars ubi Timavus fluvius est, Iapidiæ nomen sumpsit. Virg. 3. Georg. 475.
Castella in tumulis, & Iapidis arva Timavi. Sic dictus est ab ἰᾶσθαι curare, quia Æneam sagitta ictum curavit apud Virg. 12. Æn. 391. & 420. conf. Auson. Epig. 19. cum Not. Vinet. Hinc

IAPĪDIA, æ. f. Iapidis regio. Tibul. 4. 1. 108. Fortis Iäpidiæ miles. V. Scalig. ad loc.

JAPONIA, æ. f. *Japan.* Regio ampla Asiæ & versus ortum nobis ultima. V. Arnold. Montan. Itinerar. & Geographos juniores.

IĀPY̆GIUM, Salentinorum promontorium. Virg. 11. Æn. 247.
Victor Gargani condebat Iapygis agris. Unde Servius Iapygiam partem Apuliæ esse dixit, in qua est mons Garganus, qui usque in Adriaticum pelagus tenditur. Hujus metropolis est Brundusium & Tarentum. Hanc regionem Messapiam, & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam multi nominant.

IĀPYX, ygis. m. ['Ιάπυξ] Dædali filius, a quo Iapyges populi. Solin. cap. 8. conf. Lex. Pitisc.
Arva Iapygis. Ovid. 15. Met. 52.
Iapyx, Ventus est ex Apuliæ ora proficiscens, quem eundem Caurum Gell. lib. 2. 22. esse judicat. est enim, Occidentalis, & utilis Græciam petentibus ex Italia, ut testatur Hor. 1. Carm. 3. 1.
Sic te diva potens Cypri, &c. Virg. 8. Æn. 709.
Illam inter cædes, pallentem morte futura,
Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri. h. e. Vento qui de Apulia flans optime ad Tarentum ducit. Servius. conf. Apul. de Mundo.
Albus Iapyx. Hor. 3. Carm. 27. 20. Idem 1. 3. 4.
Adjective Gargani Iapygis & Equi Iapygis, i. e. Ex Apulia. Virg. 11. Æn. 247. 678.

IAPYGIUS, a, um. Adj. ut, Acra Iapygia, Promontorium: & Regio Iapygia. Plin. 3. 11.

Iarbas. V. Hiarbas.
Iarcas, Indorum philoſophorum princeps, cujus meminit Philoſtratus in vita Apollonii Tyanei.

## I A S

Iasione, es. f. [ἰασιώνη] Herba, quæ unum folium habet. Plin. 21. 17. Et Iaſione, Olus ſilveſtre in terra repens. Idem 22. 22.
Iasis, ĭdis. f. [Ἰασὶς] dicta eſt Atalanta, ab Iaſio patre. V. Schoeneus. Dura Iaſis. Propert. lib. 1. 1. 10. V. Spanh. ad Callim. p. 275.
Iasius, [Ἰάσιος] Dardani frater. Nam Dardanus, inquit Servius, & Iaſius fratres fuerunt, Electræ filii: ſed Dardanus de Jove, Iaſius de Corito procreatus eſt. Servius apud Virg. 3. Æn. 168.

Hæ nobis propriæ ſedes, hinc Dardanus ortus,
Iaſiusque pater, genus a quo principe noſtrum.

Iaſius, pater Palinuri, auctore Servio, unde
Iasides, [Ἰασίδης] Palinurus. Virg. 5. Æn. 843.
Dux Iaſides. Stat. 6. Theb. 911. h. e. Adraſtus, qui filius fuit Talaonis, nepos vero Iaſii fratris Dardani.
Iason, ŏnis. m. [Ἰάσων] Æſonis filius, fratris Peliæ Theſſaliæ regis, qui Colchos profectus, vellus aureum abſtulit. De hoc Juſtin. 42. 2. & Macrob. Saturn. 1. 12. Ovid. 7. Met. 26.

Quem niſi crudelem, non tangit Iaſonis ætas?

Aſper Iaſon. Valer. 4. Argon. 222.
Clarus Iaſon. Ovid. 7. Met. 5.
Efferus Iaſon. Stat. 5. Theb. 472.
Pegaſeus Iaſon. Ovid. 8. Met. 349.
Iaſon, alius fuit Pherarum Tyrannus in Theſſalia, ſui temporis omnium potentiſſimus, ut Nepos in Timotheo ſignificat. Virtutem ejus & rei militaris ſcientiam prædicant Xenophon lib. 6. de rebus Græc. Diod. Sic. lib. 15. & 16. conf. Val. Max. 1. 8. ext. 6. & 9. 10. ext. 2. & Plin. 7. 5.
Iasonidæ Juvenes, Iaſone geniti. Stat. 6. Theb. 340.
Iasonius, a, um. Adj. ut, Argo Iaſonia. Avien. Arat. Phæn. 756. & 808.

Puppis Iaſoniæ depictaque terga carinæ. conf. Stat. 1. Achil. 65.

Iasonium, [Ἰασώνιον] Promontorium Cappadociæ, hodie *S. Thomas*. Ptolem. lib. 5. cap. 6.
Iaspis, ĭdis. m. & f. [ἴασπις] Lapidis pretioſi genus. Plin. lib. 37. cap. 8. Viret, & ſæpe tranſlucet iaſpis, etiamſi victus a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes, ſmaragdo ſimilem Indi: Cypros duram glaucoque pingui. Perſæ aëri ſimilem: ob id vocatur aerizuſa. Talis & Caſpia eſt, cærulea circa Thermodoontem amnem, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura cærulea, atque non refulgens. Martial. lib. 5. 11.

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas, uno
Portat in articulo Stella, Severe, meus.

Fulva ſupellex fulget iaſpide. Lucan. lib 10. 122.
Fulva iaſpide ſtellatus enſis. Virg. 4. Æn. 261.
Tereti nodantur iaſpide veſtes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 40.
Viridi anguſtat iaſpide pectus. Claud. 6. Conf. Hon. 526.
Iaspideus, [ἰασπίδεος] ut, Iaſpidea gemma, Quæ iaſpidis colorem refert. Plin. lib. 37. cap. 10.
Iasponyx, [ἰασπόνυξ] Gemma, a nivis colore [Immo ab Onyche] dicta. Plin. lib. 37. cap. 9.
Iastius, i. m. eſt Tropus principalis muſicus. Mart. Capell. 9. p. 317.
Iasus, vel Iassus, [Ἴασος, ἢ Ἰασσὸς] Urbs & Inſula Cariæ, quæ continenti adjacet, cujus incolæ magna ex parte victum e mari captabant, quum ſterilem regionem haberent. Ejus municeps Chœrillus fuit. Ex Iaſo fuit & Diodorus dialecticus, cognomento Chronus. Hinc
Iasius ſinus, de quo Pomponius. 1. 12.

## I A T

Iatinum, [Ἰάτινον] Ptolem. lib. 2. cap. 8. Meldenſium civitas, vulgo *Meaux*.
Iatraliptes, æ. m. [ἰατραλείπτης] Medicus unguentarius, &
Iatraliptice, es. f. [ἰατραλειπτικὴ] Medicina unguentaria. Perottus, Tria medicinæ genera veteres fecere: Empiricen, &c. Iatralipticen, quæ unguentis & perfrictionibus curat, quaſi medicinam unguentariam. ἰατρικὴ enim medicina dicitur: ἀλείπτης, unctor: ἀπὸ τῦ ἀλείφειν, quod ungere eſt, unde hujuſmodi artifex iatraliptes dicitur. Celſ. lib. 1. cap. 1. Sanus homo qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet: ac neque medico, neque iatralipta egere. Et Clinicen, &c. V. Clinice. Plin. lib. 29. cap. 1. conf. Plin. 10. Epiſt. 4. & 22. [Inſcite Ἰατραλείπτης Medicus unguentarius, & Ἰατραλειπτικὴ Unguentaria medicina, Latine convertitur: Unguentarius enim Græcis μυρεψὸς potius, & ars ejus μυρεψικὴ vocatur. Rectius Medicum unctorem, & Medicinam unctoriam Latine dixeris. Eſt enim idem Iatraliptes ac Aliptes, quod proprie Unctorem ſonat. de quo V. ſ. l. Quin etiam Celſi antiquiores editiones Neque alipta egere exhibent. Quam lectionem Jo. Ruellius in edit. Paris. 1529. ex Plinio, opinor, temere mutavit. Errant autem qui putant certæ compoſitionis unguentis mederi Iatraliptas ſolitos. Qui potius certo genere ciborum & exercitationum, itemque frictionibus, atque unctionibus, ſolo plerumque oleo factis, & balneo, ſanos juxta & ægros curabant; cachecticoſque in his, ac convaleſcentes maxime, ad bonum habitum coloremque ac robur perducebant. Unde etiam Græcis, nullo diſcrimine, ἀλεῖπται, γυμνασταὶ, & ὑγιεινοὶ vocabantur, ut ex erudita Ant. Vandalii diatriba, quæ Diſſertationum ejus octava eſt, cognoſcere licebit. Cujus ſententiam plenius confirmare me non patitur hujus ſcripturæ modus. Illud addendum puto, ſi quod inter Iatralipten & Alipten diſcrimen fuerit, id pertenue fuiſſe, velut inter Mæan & Iatromæan, idque nomen ſibi fortaſſis arrogaſſe Aliptas, qui relicta profeſſione priſtina, ſolis ægris operam ſuam locabant.
Iatrice, es. f. [Ἰατρικὴ] Ars medendi. Mart. Capel. 3. p. 50.
Iatromæa, æ. f. [ἰατρομαῖα] Mulier medica & obſtetrix. vet. Inſcr. apud Reineſ. Epiſt. p. 269. VALERIAE VERECVNDAE IATROMAEAE REGIONIS SVAE PRIMAE.
Iatronices, is. m. [ἰατρονίκης] Medicorum victor. Ita Theſſalus Trallianus, Methodicorum ſectæ princeps, cognominari voluit, qui rabie quadam in omnis ævi medicos perorans monumento ſuo iatronicen ſe inſcripſit. Plin. 29. 1. [Poſſet & diviſe ſcribi *Iatron nicen*, ἰατρῶν νίκην. i. e. Medicorum victoriam. Nam id quoque veteris elegantiæ foret.
Iatros, [ἰατρὸς] Latine dicitur Medicus. Plin. lib. 29. cap. 1.

## J A V

Java, [Ἰαῦα] Hiſpaniæ civitas, Ptolemæo, vulgo *Laca*.

## J A X

Jaxamatæ, [Ἰαξαμάται] Populi circa Mæotim, inquit Stephanus, quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flacc. lib. 6. 148.

Mellis honos Torinis: ditant ſua mulctra Satarchen:
Jaxamatas venatus alit. De his Ammian. lib. 4. [Apud Stephanum legitur Ἰαζαβάται.

Jaxartes, [Ἰαξάρτης] Scythiæ fluvius in Aſia, amnium ab Oriente in Caſpium influentium vel maximus: nam multum ſecum rapit, & immani undarum copia extumeſcit: oritur in ultimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemæus vocat. Alexander militeſque ejus Tanaim putaverunt, quum ſit alius. Plin. lib. 6. cap. 16. Strabo lib. 2. & Curt. lib. 6. 2. 14.
Iaxtes, [Ἰάξτης] Fluvius, quem eodem cum ſuperiore in tractu quidam locant: cujus meminit Claudian. Conſ. Prob. & Olyb. 160.

— ſic nobis Scythicus famuletur Iaxtes. al. Araxes.

## I A Z

Iazyges, ŭm. pl. m. [Ἰάζυγες] Metanaſtæ populi in Europa, qui (ſicut Ptolemæus lib. 3. ſcribit) ab Oriente habent Daciam, ab Occaſu & Auſtro Germaniæ partem, a Septentrione Sarmatiam. Hodie Septem caſtra, Germanice *Sibenbürgen*, regio quæ partim ab Ungaris, partim a Valachis colitur. Ovid. 2. Triſt. 191.
Acres Iazyges. Ovid. 1. de Pont. 2. 79.
Sarmatas Iazyges vocat Tacit. 12. Ann. 29.
Ferox Iazyx. ſing. Ovid. 4. Pont. 7. 6.

## I B E

Ibernia, [Ἰβερνία] V. Hybernia.
Iberus, i. m. [Ἴβηρ] Fluvius Hiſpaniæ, qui apud Cantabros oriens, per 260 paſſuum milia fluit, & in mare Balearicum exit. Dictus, ut Euſtath. ait, a rege ejuſdem nominis. Lucan. lib. 4. 23.

Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus. Quod & Iberum declinari poteſt: præſertim quando ſequitur Flumen. Nunc vulgo dicitur *Ebro*. teſtis Olivarius in Melam 2. 6. conf. Voſſ. ibid.

Dives Iberus. Claud. Conſ. Mall. Theod. 53.

Lentus Arar, Rhodanuſque celer, & dives Iberus.

Torrens Iberus. Lucan. lib. 7. 15.
Iberus nom. Gentile V. in dict. ſeq.
Iberia, [Ἰβηρία] dicta eſt Pars Hiſpaniæ, quæ intra Iberum continetur: quamvis generali vocabulo pro Hiſpania capiatur. Et Iberiæ quidam partem unam exteriorem, alteram interiorem dixerunt. Hanc regionem Celtæ Gallorum populi, relictis ſedibus ſuis, habitavere. Unde compoſito ex utraque gente nomine, Celtiberi appellati ſunt, & regio eorum Celtiberia. Lucan. lib. 4. 10.

— Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Duræ tellus Iberiæ. Hor. 4. Carm. 14. 50.
Fera Iberia. Hor. 4. Carm. 5. 28.
Ab Iberia vero Ibēri & Ibēres, vocati ſunt populi Hiſpani. Virg. 3. Georg. 408. — a tergo horrebis Iberos.
Armifer Iberus. Sil. lib. 13. 507.
Durus Iber. Lucan. lib. 6. 258. Plin. 6. 10. & Eutrop. 6. 11. 5.
Occidentales omnes populos Iberos, vel Celtiberos dixere veteres. V. Drakenb. ad Sil. 3. 340.
Eſt & alia regio hoc nomine, juxta Pontum, inter Colchida & Armeniam, venenorum ferax, quæ Caucaſiis montibus circumdatur, cujus ſimiliter populi Iberi & Iberes dicti ſunt (hodie vulgo dicuntur *Liverons*) a quibus, ut Varro ſcribit, venerunt qui in Hiſpania habitaverunt, a quibus & Hiſpania, Iberia: & fluvius Hiſpaniæ, Iberus. Scribit Dionyſius contra, Iberes populos a Pyrenæis montibus profectos in Aſiam ſedes poſuiſſe. Unde ea pars Aſiæ, Iberia nuncupetur.
Armeniæ prætentus Iber. Val. Flacc. 5. 166.
Iberus, a, um. Adj. Virg. 9. Æn. 582.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Idem 7. Æn. 663.

Iberiacus, a, um. Adj. ut, Terræ Iberiacæ. Sil. lib. 13. 510.
Ibericus, a, um. Adj. [Ἰβηρικὸς] Hiſpanicus. Sidon. Carm. 23. 164.

Terrarum indigenas Ibericarum.

Iberica herba, Spartum dicebatur antiquis. Quintil. lib. 8. cap. 2. pr. Qui in actione Ibericas herbas, ſe ſolo nequicquam intelligente, dicebat: niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Severus, Spartum eum dicere velle indicaſſet.
Iberici funes, pro Sparteis. Hor. Epod. 4. 3.

Ibericis peruſte funibus latus. conf. Plin. 19. 2.

Iberinus, a, um. Adj. Juven. 6. Sat. 53.

Unus Iberinæ vir ſufficit. [Videtur nomen proprium potius mulieris, quam Adjectivum.

Iberis, ĭdis. f. [Ἰβηρὶς] Herba, quam Lepidium Latini dicunt. Apul. de Herb. cap. 20. Plin. 25. 11. & 26. 8. Dioſc. 1. 188. al. Hiberis.
Ibex, ĭcis. m. ut quibuſdam placet, Rupicapra. Sed diſtinguit Plin. 8. 53. Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ. V. Geſner. Hiſt. Quadrup. & Scal. Exerc. 207. vel Lex. Martin.

## I B I

Ibi, [ἐκεῖ, ἐνῷ] Adv. in loco. Ter. And. 2. 2. 19.

Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum.

Idem Eun. 4. 1. 8. Cic. pro Cæcin. 27. Et armatos ibi fuiſſe. [Videtur poſt Ibi diſtinctio locanda in priore Ter. loco.
Ibi loci. Plin. lib. 6. cap. 11. Ibi loci terrarum orbe portis diſcluſo.

Ibi,

Ibi, ubi. Cic. pro Domo 121. Ibi enim postis est, ubi templi aditus est.
Ibi, unde. Liv. 1. 24. Ibi imperium fore, unde victoria fuerit.
Ibi, In ea re, vel conditione. Ter. Adel. 5. 4. 13. Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi? Ubi Donatus, Ibi, inquit, quasi uxor locus sit.
Ibi tum, Tunc, quum hæc fierent. Cic. 5. Verr. Quid tu ibi tum, quid facis? Ter. Eun. 2. 2. 30.
Ille ubi, miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem,
Et tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare.
Ibi infit. Liv. 3. 71.
Ibi sum. i. e. Illud ipsum cogito. Ter. Heaut. 5. 2. 30. & 3. 1. 62.
Ibi pro Isthuc. Cajus l. 1. ff. de O. I. Cum ibi venerimus.
IBĪDEM, [αὐτοῦ] In eodem loco. Ter. And. 4. 5. 38.
Ni puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam
Provolvam: teque ibidem pervolam in luto. Virg. 1. Æn. 120.
— illam ter fluctus ibidem
Torquet, agens circum, &c. V. Serv. in loc. conf. Idem 3. Georg. 500.
In eodem loco & Ibidem. Cic. 2. de Invent. 14. Quare quum in quandam tabernam divertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt: cœnati discubuerunt ibidem.
Ibidem in. Cic. 2. de Invent. 134. In navi ibidem. Idem 5. Verr. 22. Ut certo tempore anni, ut ibidem in Sicilia, deinde ut lege Hieronica venderent.
In eo, & ibidem. Cic. pro Cæcin. 23. Læsit in eo Cæcinam: sublevavit ibidem. i. e. In eodem.
Ibidem mihi adnutat. i. e. Ex eo loco ubi ipse erat. Plaut. Merc. 2. 3. 100. Ibidem mihi etiam nunc adnutat, addam sex minas.
Ibidem, ubi. Plaut. Perf. 4. 4. 62.
Do ego tibi operam. s. tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adjuvas. i. e. Tunc tibi ipsi prodes, quum amicum juvas.
Ibidem loci res erit. Plaut. Cist. 2. 1. 53.
Abit intro iratus, quid ego nunc agam? si redierit
Illa ad hunc, ibidem loci res erit: ubi odium occœperit,
Illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniam ducet domum.
IBIS, is, vel idis. f. pl. Ibes, [ἶβις, ἶβιδος, pl. ἴβεις, teste Suida.] Avis Ægypti Serpentivora. Plin. lib. 10. cap. 48. Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti ibin, M. Egnatius Calvinus præfectus earum prodidit. Idem lib. 8. cap. 27. conf. Isidor. 12. 7. & Juven. 15. Sat. 2. Cic. 1. de Nat. Deor. 101. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt, atque consumunt, ex quo fit ut illæ, nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ.
Ab hujus avis similitudine Ibis pro Invido ponitur. Unde Ovidius conscripsit libellum in invidum quem In Ibin vocavit. [Sed Heinsio placet Ibis potius, quam In Ibin, inscribi hunc libellum, quemadmodum & Callimachus suum inscripserat, teste Suida in Καλλίμαχος.
IBISCUS. V. HIBISCUS.

## I B U

IBUS, pro Iis, inquit Nonius minus Latinum putat consuetudo, quum veterum auctoritate plurimum valeat. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando voluisti facere, fac voluptati sies ibus. Plaut. Mil. 1. 1. 74. Latrones ibus denumerem stipendium. Hæc Non. 8. 21. conf. Plaut. Mil. 3. 3. 21. & Truc. 1. 2. 14.

## I B Y

IBȲCUS, i. m. [Ἴβυκος] Rheginus poeta, quem maxime omnium amore flagravisse ex ipsius scriptis constare scribit Cic. Tusc. 4. 71. De quo multa & suavissima apud Erasmum in proverbio Ibyci grues. Auson. Idyl. 5. 80.
Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans Grus.
IBYX, ycis. f. Avis clamosa. Gesner.

## I C A

ICĂDIUS, [Εἰκάδιος] Prædo fuit, de cujus fato sic scribit Cic. de Fato 6. Ne hercule Icadii quidem prædonis video fatum ullum. Nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur ex spelunca saxum in crura ejus incidisse? Puto enim, etiam si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil omnino est fortuitum, aut hoc ipsum potuit evenire fortuna. V. Fest. [Suidas, Εἰκάδιος, ὄνομα κύριον. Sic & Etymologus, qui ita dictum putat, quod ἐν τῇ εἰκάδι natus esset. Sed apud Festum in voce, & in Rhonde, ut & in Lucilii versibus, ibidem a Scaligero adductis, scribitur Icadion, quasi Græce esset Εἰκάδιον.
Icadius alius, Apollinis & nymphæ Lyciæ filius, simile fere Arioni fatum expertus: de quo V. Serv. ad 3. Æn. 332.
ICĂRIA, [Ἰκαρία] Insula in Icario mari: ab Icaro Dædali filio dicta: quæ trecentorum stadiorum ambitum habet. Et in ea Dianæ templum Tauropolium appellatum. Hæc & Icaros dicta est, ante Doliche vocata. Est inter Sardum & Siculum maria.
ICĂRIUS, [Ἰκάριος] Atheniensis, Laconum regis OEbali filius, pater Erigones & Penelopes, quum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est a rusticis: qui quum plus æquo potassent, inebriati venenum se bibisse crediderunt.
Icarius pater Penelopes. Ovid. 1. Epist. 81.
Me pater Icarius viduo discedere lecto Cogit, &c.
Inter sidera Arcturus est. V. Hygin. Fab. 130. & Ampel. de 12. Signis. al. Icarus.
Icarus scribitur etiam Tibull. 4. 1. 8.
— etiam Phœbo gratissima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho jucundior hospes
Icarus, ut puro testantur sidera cælo,
Erigoneque, Canisque, neget ne longior ætas. [Et quidem rectius, ut docet Brœkh. q. V. Alius est enim Penelopes pater Icarius, alius Erigones Icarus.
Icarius præterea, ut Plin. lib. 4. cap. 7. auctor est, Mons est in Attica regione.

ICARIUS, a, um. Adj. ut, Astrum Icarium. Stat. 4. Theb. 777.
Canis Icarius, i. e. Canicula stella. Ovid. de Nuce 118.
Aqua Icaria. Ovid. 5. Trist. 2. 28. V. ICARUS.
Pelagus Icarium. Claud. 2. in Eutrop. 265.
ICĂRIS, patronym. f. [Ἰκαρίς] Ovid. in Ibin, 391.
Et velut Icaridos famulæ periere, procique, &c. i. e. Penelopes.
ICARIŎTIS, [Ἰκαριῶτις] aliud patronym. f. sic Propertius vocat Penelopen, lib. 3. 13. 10.
Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas,
Quæque terunt fastus Icarioti tuos. Ovid. 3. de Pont. 1. 112.
Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela. Adjective.
ICĂRUS, [Ἴκαρος] dictus fuit Dædali filius, qui una cum patre e Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris jussa altius evolasset, solisque ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod est inter Myconem & Gyarum, a quo postea Icarium mare dictum fuit. Ovid. 1. Trist. 1. 90.
Icarus Icariis nomina fecit aquis. conf. Idem 3. Trist. 4. 21.
Icarus alius, Erigones pater. V. in ICARIUS.
ICAS, ădis. [εἰκάς] Numerus vicenarius. Plin. 35. 2. Ferias omni mense custodiunt, quas icadas vocant. de Epicureis. V. Hard. not.

## I C C

ICCUS, [Ἴκκος] Nobilis palæstrita Tarentinus, qui toto vitæ tempore Veneris expers fuit, ut arti accommodatior esset: tanta illi gloriæ libido. Ælian. Var. Hist. 11. 3. Alii vitiose Icchus vel Ictus scribunt. V. Periz. ad loc.

## I C H

ICHNEUMŌN, ŏnis. m. [ἰχνεύμων] Animal est magnitudine felis, specie muris, quod vulgo nunc Murem Indicum vocant. Plin. lib. 8. cap. 24. V. Lucan. 4. 724. conf. Vitruv. 8. 2. Plin. 37. 9. & 29. 4. Prima brevi posuit Martial. 7. 86.
Delectat Marium si perniciosus ichneumon.
Est & genus Vespæ. Plin. 11. 21.
ICHNŎBĂTES, æ. m. [ἰχνοβάτης] i. e. Per vestigia vadens: Canis nomen. Ovid. 3. Met. 207.
ICHNOGRAPHĪA, æ. f. [ἰχνογραφία] est quæ vulgo Plana forma vocatur. Hæc, circini regulæque modicæ continet usus, ex qua capiuntur formarum descriptiones in solis arearum. Auctor est Vitruvius lib. 1. 2. Ichnographia dicitur quasi vestigii descriptio, in quo quasi vestigio totum opus insistit. Budæus.
ICHNUSA, æ. f. [Ἰχνοῦσα] Sardiniæ antiquum nomen, quod plantam pedis figura referret. Sil. 12. 358.
Inde Ichnusa prius Graiis memorata colonis.
ICHOR, ōris. m. [ἰχώρ] Sanies, cruor. Cels. 5. 26. 20. Ichor tenuis, subalbidus ex malo ulcere exit. [Non ergo Sanies aut Cruor, sed sui generis malus humor est.
ICHTHYCUSA, [ἰχθυκοῦσα] Insula, alias Icaros dicta, sita ab exortu solstitiali, Delo ad quinquaginta millia passuum propinqua.
ICHTHYOCOLLA, [ἰχθυοκόλλα] appellatur Piscis, cui glutinosum est corium, idemque nomen glutino ejus. Hæc Plin. lib. 32. cap. 6. Et lib. 7. cap. 56. conf. Gesner.
ICHTHYOPHĂGI, orum. m. pl. [Ἰχθυοφάγοι] Qui piscibus vivunt: quo nomine dicti sunt quidam populi in Æthiopia interiori, qui magnum sinum Occidentalis Oceani tenent, teste Ptolemæo lib. 4. cap. 9. De his Strabo lib. 15. conf. Plin. 15. 7. & 6. 23. item Mart. Capell. 6. p. 225.
ICHTHYOTROPHĪUM, i. n. [ἰχθυοτροφεῖον] Locus in quo aluntur pisces, qui & Piscina, & Vivarium Latine dicitur. Columel. lib. 8. cap. 1. Est autem id fere vel in villa, vel circa villam: in villa est quod appellant Græci ὀρνιθῶνας καὶ περιστερεῶνας: atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur.
ICHTHYS, [Ἰχθύς] Elidis est promontorium in Achaia apud Thucydidem, quod Valla Piscem transtulit, & ob id merito reprehensus ab Hermolao.

## I C O

ICO, ici, ictum, [πλήττω, βάλλω] īcĕre. Percutere, inquit Festus. Turpil. Si iceris me. Plaut. Truc. 2. 7. 42. Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Cæcilius, Si unquam quisquam vidit quem catapulta aut balista icerit. Plin. lib. 15. cap. 30.
Telis icere caput. Catul. 113. 4.
Icimur ictu. Lucret. lib. 4. 1043. Idem 3. 161.
— corpus propellit & icit.
Icere fœdus, pro Percutere. Cic. in Pison. 88. Tu scilicet, homo religiosus & sanctus, fœdus quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti. Et pro Corn. Balb. 31. L. Marcius primipili Centurio cum Gaditanis fœdus icisse dicitur.
ICTUS, a, um. Partic. [βεβλημένος] ut, Ictus caput. Cæs. 3. Bell. Civil. Incidit ad terram ictus Turnus. Virg. 12. Æn. 926.
Ab latere ictus. V. A vel AB præp.
Jovis ignibus ictus. Ovid. 1. Trist. 3. 11.
Caput ictum. Hor. 2. Serm. 1. 24.
— saltat Milonius, ut semel icto
Accessit fervor capiti, numerusque lucernis. i. e. Postquam inebriatus est.
Domus icta, Afflicta. Ovid. 5. Trist. 4. 34.
Fœdus ictum. Virg. 12. Æn. 314.
Genu dextrum ictus lapide. Suet. Aug. cap. 20.
Patria desideriis fidelibus icta. Hor. 4. Carm. 5. 15.
Pinus icta mordaci ferro. Hor. 4. Carm. 9. 9.
ICTUS, ûs. m. [πληγμα, πληγή] Percussio ipsa. Plaut. Most. 3. 1. 93.
Perfacile ego ictus perpetior argenteos. Cic. 3. Off. 94. Ictu fulminis deflagravit.
Ictus bestiarum. Cic. 2. Off. 19. Hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: a bestiis ictus, morsus, impetus.
Pedum ictus. Ovid. 5. Met. 264.
Saxorum ictus. Tacit. 3. Hist. 31, Simul juncta turris ictibus saxorum concessit. conf. 3. 29. 3.

Serpentum diri ictus, Morſus. Ovid. 4. Met. 498.
Forabilis nullo ictu. Ovid. 12. Met. 170.
Gravis ictu. Virg. 5. Æn. 274.
Cæcus ictus, Occultus Ovid. 1. Faſt. 623. V. CÆCUS.
Clarus ictus. Ovid. 2. Met. 624.
Contrarius ictus. V. CONTRARIUS.
Creber ictus aut languidus. V. CREBER.
Fulmineus ictus. i. e. Fulminis. Hor. 3. Carm. 16. 11.
Futilis ictus. Sil. lib. 15. i. e. Vanus.
Ingens ictus. Stat. 3. Theb. 89.
Injurioſus ictus. V. INJURIA.
Invalidus ictus. Sil. lib. 10.
Languidus ictus. De pulſibus. V. LANGUOR.
Languens ictus. Lucan. lib. 3. 692.
Lapidoſus grandinis ictus. Claud. de Bell. Get. 240.
Lethiferi ictus. Ovid. 8. Met. 362.
Obliquus ictus. Hor. 3. Carm. 22. 7. V. OBLIQUUS.
Surdis ictibus, & qui non exaudiuntur, arborem cædere. Plin. lib. 19. cap. 1.
Accipere ictum. Lucret. lib. 4. 1045. V. ACCIPIO.
Accipit reſonos latus ictus. Valer. 1. Argon. 619.
Affligit animantem grandior ictus. Lucret. lid. 2. 943.
Contudit ictu hebeti pectus tantummodo. Ovid. 12. Met. 85.
Dari ſub ictum. Tacit. 13. Ann. 39. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ ſi amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte transgrederentur, ſub ictum dabantur. Adde quæ ad Sil. 8. 310. notavit Cellarius. V. mox Ictus pro Poteſtate.
Declinare ictum. V. DECLINO.
Defendere ictum & repellere. Cæſ. 2. Bell. Civil. 9.
Evocare ictum adverſarii. Quintil. lib. 5. cap. 13. Fiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erit.
Exanimari ictu. Cæſ. 7. Bell. Gall. 25.
Excipere ictus galea. Ovid. 12. Met. 375. Virg. 5. Æn. 444.
Excludere fervidos ictus. Hor. 2. Carm. 15. 10.
Ferire inflexo ictu. V. INFLECTO. Ferire levi ictu. Sen. Herc. fur. 12.
Intentare ictus. Tacit. 3. Hiſt. 31. 5.
Labefacta arbor innumeris ictibus. Ovid. 8. Met. 775.
Levare ictum ſerpentis. V. Levo in LEVIS.
Perpeti ictus argenteos. Jocus Plauti Moſt. 3. 1. 93. V. ſupra.
Pulſat creber denſis ictibus. Virg. 5. Æn. 459.
Pulſarier crebro ictu. Lucret. lib. 4. 932.
Repulit ictus validos cute. Ovid. 3. Met. 64.
Sonant æra veſanis ictibus. Ovid. 2. de Arte Am. 610.
Tremuit vaſtis ictibus ærea puppis. Virg. 5. Æn. 198.
Tundi crebro ictu. Lucret. lib. 4. 932.
Violare ictu baculi corpus. Ovid. 3. Met. 325.

> Corpora ſerpentum baculi violaverat ictu.

Ictus pro Poteſtate. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 2. Cogita quanta nobis tribuerit parens noſter, &c. quam nihil ſit mortale non ſub ictu noſtro poſitum. Idem Epiſt. 72. & Sen. Theb. 528. V. Dari ſub ictum, paulo ſupra.
Ictu aliquo novæ calamitatis ſublata fides de foro. Cic. 2. pro Lege Agr. 8.
Ictu pellere animi ſtatum. Cic. 2. de Fin. 32. Neque enim hæc movere poteſt appetitum animi: nec ullum habet ictum quo pellat animi ſtatum hic non dolendi. Al. Illum & Animum ſtatus.
Icti, in genitivo. Gell. 9. 13. ex hiſtoria Claudii Quadrigarii, Dein continuo humerum dextrum eodem concuſſu incidit: neque receſſit uſquam donec ſubverterit, ne Gallus impetum icti haberet.

**ICON**, ŏnis. f. [εἰκὼν, όνος] Latine Effigies, imago, & ſtatua membrorum hominis a pictoribus ſeu ſtatuariis ad vivum expreſſa. Plin. lib. 34. cap. 4. Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium. Et primo ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ: ubi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum vero qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. Ex vetuſto codice legitur Iconicas.

**ICONĬCUS**, a, um. Adj. [εἰκονικὸς] Ita pictum, ut ex ejus membris ſimilitudo expreſſa ſit. Plin. lib. 35. cap. 8. Adeo jam colorum uſus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Miltiadem, Callimachum, &c. Suet. Calig. cap. 22. Simulacrum ſtabat in templo aureum iconicum, &c. Plin. 34. 4. V. ICON.
Bud. Iconicum pictorem vocabat, qui ad verum repræſentaret. Gall. Qui pingit ad vivum. H. St.

**ICONISMUS**, i. m. [εἰκονισμὸς] Iconiſmos Sen. 95. Epiſt. non ita procul a fine, ſic appellat Deſcriptiones, aitque verbum eſſe publicanorum.

**ICUNCŬLA**, æ. f. dimin. Suet. Ner. cap. 56. Siquidem icunculam puellarem, quum quaſi remedium inſidiarum a plebejo quodam & ignoto muneri accepiſſet, detecta confeſtim conjuratione, pro ſummo numine, triniſque in die ſacrificiis colere perſeveravit; volebatque credi, monitione ejus futura prænoſcere.
Aliis vocabitur Iconcula, ut apud Deſp. Sic Græco Latina eſt vox, nam terminatur Lat. H. St. MSS. Acunculam, vel Acungulam, unde hanc lectionem finxit Egnatius. Alii aliter conjectant. Quid ſi Lagunculam, unius litteræ adjectione? Non diſplicet tamen aliorum Imagunculam, propter epitheton. V. ſcriptoris ejuſdem geminum locum in Aug. c. 7.

**ICŎNIUM**, i. n. [Ἰκόνιον] Oppidum eſt Lycaoniæ. Meminit Cic. 3. Fam. 8. Quum enim Laodiceæ, quum Apameæ, quum Synnadis, quum Philomeli, quum Iconii eſſem: quibus in oppidis omnibus commoratus ſum, &c. Vulgo *Cogni* dicitur.

**ICOSAEDRUM**. V. EICOSAEDRUM.

**ICOSIUM**, [Ἰκόσιον] Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac tranſeunte, viginti, qui a comitatu ejus deſciverant, locum deligunt, jaciunt mœnia: ac ne quis poſito a ſe nomine gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum. Solinus cap. 38. extr.

## I C T

**ICTĔRUS**, i. m. [ἴκτερος] Morbus, quum per totum corpus bilis ſuffunditur, quæ interdum nigra, interdum flava eſt. Hic etiam morbus, Regius appellatur,

> Molliter excelſa quoniam curatur in aula. Sammonic. cap. 59.

Arquatum appellat Lucret. lib. 4. 333. V. ſ. l.

**ICTERUS**, i. m. [ἰκτερὸς] Plin. lib. 30. cap. 11. Avis icterus vocatur a colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & avem mori. Hanc puto Latine vocari Galgulum. De morbo regio loquitur. In quibuſdam exemplaribus legitur Galbulum, in aliis Galgulam.

**ICTERĬCUS**, [ἰκτερικὸς] Qui eo morbo laborat, ἀπὸ τοῦ ἰκτέρου, hoc eſt a milvo, quod oculi bile ſuffuſi, milvinis ſimiles videantur. Plin. lib. 20. cap. 9. Ictericis, nec non & phreneticis, radicis crudæ ſuccum gargarizandum bibendumque demonſtrat. Idem lib. 21. cap. 20. vocat Felle ſuffuſos. Juven. 6. Sat. 564.

> Conſulit ictericæ lento de funere matris.

**ICTIS**, idis. f. [ἰκτὶς] Muſtelæ genus. Plin. lib. 29. cap. 4. Muſtelarum duo genera: alterum ſilveſtre: diſtant magnitudine. Græci vocant ictidas. V. Interpr. ad Plaut. Capt. 1. 2. 81.

**ICTUS** Tarentinus. V. ICCUS.

**ICTUS**, ûs. V. ICO, is.

**ICUNCULA**. V. ICON.

## I D

**ID**, neutrum ab Is, ejus. V. IS.

**IDA**, æ. f. [Ἴδη] Mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat, habetque multos pedes. Latus ejus Septentrionale, ex anguſtiis Abydi uſque ad Æſapum & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Helleſpontum reſpicit: Auſtrale promontorium facit quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant, abundatque mons aquis, & multa flumina ex eo deſcendunt: in cujus ſummitate locus fuit Gargarus appellatus, a quo Gargara Æolica civitas dicta eſt. Ovid. 4. Faſt. 249.

> Dindymon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam.

Æriſona Ida. Valer. 1. Argon. 704.
Aquoſa Ida. Ovid. 6. Faſt. 15.
Celeberrima fontibus Ida. Ovid. 2. Met. 218.
Clivoſa Ida. Ovid. 1. Amor. 14. 11.
Frondoſa Ida. Virg. 5. Æn. 252.
Magna Ida. Virg. 5. Æn. 249.
Phrygia Ida. Virg. 4. Georg. 41.
Pinifera Ida. Stat. 3. Silv. 4. 12.
Viridis Ida. Catul. 61. 70.
Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.

**IDACIUS**. V. IDATIUS.

**IDÆUS**, a, um. Adj. [Ἰδαῖος] ut, Campi Idæi. Virg. 7. Æn. 222.
Cypariſſi Idæi. Virg. 2. Georg. 84.
Herba Idæa. Plin. 27. 11.
Jugum Idæum. Ovid. 4. Faſt. 264.
Mater Idæa, Cybele. Lucret. lib. 2. 611.
Mons Idæus. Virg. 3. Æn. 105.
Nemus Idæum. Virg. 3. Æn. 112.

**IDÆI DACTYLI**, [Ἰδαῖοι δάκτυλοι] Filii fuerunt Minervæ & Solis: vel, ut alii volunt, Saturni & Alciopes: & dicuntur alio nomine Corybantes. q. V.
Idæi Dactyli, Gemmæ, ferreo colore, quæ pollicem humanum exprimunt. frequentes ſunt in Creta. Plin. lib. 37. cap. 10.

**IDÆUS**, [Ἰδαῖος] Rhodius verſificator, ſcripſit Rhodiorum res geſtas verſibus ter mille. Auctor Suidas.

**IDĀLIA**, æ. f. Troadis regio quæ ſub Ida jacet. Virg. 1. Æn. 697.

**IDALIS**, ĭdis. f. Idem, apud Lucan. 3. 204.

**IDALIUM**, [Ἰδάλιον] Mons eſt Cypri, Veneri ſacer. De quo Virg. 1. Æn. 685.

> Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

Frondoſum Idalium. Catul. Argon. 62. 96.
Sanctum Idalium. Catull. 34. 12.

**IDALIUS**, a, um. Adj. [Ἰδάλιος] ut, Idalia acus. V. ACUS.
Dea Idalia, Venus. Ovid. 3. de Arte Am. 166.
Litus Idalium Cypri. Lucan. 8. 716 Al. Icarium.
Venus Idalia. Virg. 5. Æn. 760.
Vertice Idalio venans. Propert. 2. 14. 54.
Volucres Idaliæ, Columbæ. Stat. 1. Achill. 372.

**IDANTHYRSUS**, [Ἰδάνθυρσος] Scytharum rex, bello res magnas geſſit, bonam partem Aſiæ ſubjugavit, uſque in Ægyptum excurrit, ut auctor eſt Strabo lib. 14.

**IDAS**, æ. m. [Ἴδας] Fuit omnium ſui ſeculi virorum formoſiſſimus, & maritus Marpiſſæ. Is arcu, ſagittiſque ſumptis, Apollinem invadere auſus eſt ob Marpiſſam ſibi a deo ereptam, teſte Homero lib. Iliad. 9. V. MARPISSA, & LYNCEUS, diſſyll.

**IDATIUS**, i. m. Auctor Faſtorum, quos commendat Barth. Adverſ. 51. 4. Al. Hydatius, vel Idacius.

## I D C

**IDCIRCO**, vel ICCIRCO, [δὴ] Conj. Idem quod Ideo ſignificat. Ter. And. 4. 2. 7.

> Nam idcirco arceſſor, nuptias quod mihi apparari ſenſit.

Cic. 7. Verr. 24. Reperietis idcirco hæc in uno homine pecunioſo tot conſtituta, ut ceteris formidines, &c.
Interdum ſequuntur Ut, Ne vel Quia. Cic. 6. Att. 1. Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.
Interdum præcedunt Quia, Quo, Ut, Non ſi. Cic. 12. Att. 21. Quæ quia Cato extulerat in cælum, idcirco in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio. Idem de 2. Orat. 40. Non ſi Opimium defendiſti, idcirco te iſti bonum civem putabunt.

## I D E

**IDĔA**, æ. f. [ἰδέα, εἶδος] Forma, figura, ſpecies rerum prima & inchoata intelligentia. Cic. 1. de Acad. 30. de mente, Quia ſola cerneret quid ſemper eſſet ſimplex & uniuſmodi, & tale quale eſſet, hanc illi ideam appellabant, jam a Platone ita appellatam: nos recte ſpeciem poſſumus dicere. V. eundem in Orat. 10. Sen. Epiſt. 58. Idea eſt eorum, quæ naturaliter fiunt, exemplar æternum. Adjiciam definitioni interpretationem, quo res apertior fiat. Volo ima-

ginem tuam facere: exemplar picturæ tuæ habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies a qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum: ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. Pictor quum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum intuebatur. Idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar. Hæc Sen. In Sermone nostro dicitur Idea, forma illa cujusque rei, quæ nobis, quum volumus, in animo repræsentatur: ut hominis, equi, arboris. Talia vero exemplaria sunt infinita.

IDEALIS, e. Adj. In idea consistens. ut,
Ideales formæ. Mart. Capel. 7.
Idealis quædam prudentia. Idem 8. p. 275.

IDEM, eadem, idem. [ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτὸ] Idem m. producit primam: Idem n. corripit.
Idem, Hic ipse, vel Is ipse. Plaut. Pseud. 1. 1. 14.
— nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis. c. Idem animus nunc est.
Idem, qui. Cic. 9. Att. 11. Est idem, qui semper in Republica fuit. Idem 7. Verr. 38.
Eosdem esse oratorios numeros, qui sunt poetici. Cic. in Orat. 188.
Peripatetici iidem olim, qui Academici. Cic. 3. Off. 20.
Hoc est idem, quod illud. Non idem est servulus, quod familia. Cic. pro Cæcin. 58. Cic. 2. de Fin. 13. Primum idem esse voluptatem dico, quod ille ἡδονήν.
Idem præsens, absens. Ter. Adel. 1. 1. 48.
Studet par referre, præsens, absensque idem erit. i. e. Idem aget absente domino, quod præsente solebat agere.
Idem ego, vel Idem ille. Plaut. Capt. 4. 2. 84.
Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium. Cic. pro Sext. 108. Cedo nunc ejusdem illius inimici mei, de me eodem, ad verum populum, in campo Martio concionem.
Idem, i. e. Similis. Plaut. Mil. 3. 2. 25. Ter. Andr. 3. 4. 4.
Ego dudum nonnihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes.
Idem hoc hominibus sat erat decem. Plaut. Mil. 3. 1. 160.
Huic eidem Sopatro iidem inimici. Cic. 4. Verr. 68.
Idem iste. Cic. pro Domo 70. Verum ea lege, quam idem iste de Macedonia Syriaque tulerat.
Idem istud credo ego. Plaut. Mil. 3. 1. 81.
In iisdem illis locis. Cic. 3. Verr. 56.
Eodem pacto, quo huc accessi, abscessero. Plaut. Trin. 3. 2. 84.
Ipse ille animus idem meus. Cic. Post red. in Senat. 32.
Eidem tibi metis. Plaut. Merc. prol. 71.
Idem dicere semper: i. e. In eadem persistere opinione. neque sententiam mutare. Cic. de Amicit. 13. Qui non tum hoc, tum illud (ut in plerisque) sed idem semper, animos hominum esse divinos.
Unus & idem. Cic. de Amicit. 88. Una domus erat, idem victus, isque communis.
Unum & idem videtur esse, atque id, quod de me ipso nominatim tulisti. Cic. pro Domo 51.
Uno & eodem statu. Cic. in Orat. 10. Et 6. Verr. 93. Uno eodem tempore.
Alter idem, pro Alter ipse: h. e. Sibi vel ipsi similis. Cic. de Amicit. 82. Est enim is, qui est tanquam alter idem.
Quod idem. Cic. 12. Att. 33. Quod idem video tibi placere.
Musici, qui iidem poetæ. Cic. de 3. Orat. 172.
Beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Cic. 1. Off. 20.
Libera, quam eandem Proserpinam vocant. Cic. 6. Verr. 106.
Amor omnibus idem. Virg. 3. Georg. 244.
Non idem judicum comissatorumque conspectus. Cic. pro Cœl. 67.
Imperii nostri, terrarumque illarum idem esset extremum. Cic. de Provinc. Conf. 33.
Non eadem est fortuna & conditio earum rerum, quas gessi, & illorum qui, &c. Cic. 3. in Catil. 27.
Eadem est quæstio & judicatio. Cic. 1. de Invent. 15.
Dianam & Lunam eandem esse putant. Cic. 2. de Nat. Deor. 68.
Eadem absolute. subaud. Via vel Opera. Charis. lib. 2. p. 229. Veteres Eadem soliti sunt dicere, non addentes Via, ut sit κατ' ἔλλειψιν. Ut Plautus inquit, Eadem bibes, Eadem dederat suavium. V. Burm. ad Quintil. Decl. 17. 5. p. 336. & Parei Lex. Crit.
Si quæratur idemne sit pertinacia & perseverantia. Cic. in Partit. 65.
Quum quæritur idemne sit, an aliquid intersit. Cic. 3. de Orat. 115.
Idem ego ille, &c. Idem inquam ego. Cic. 1. Att. 13.
Par & idem. Cic. pro Quint. 10. Quum adhuc ei, propter vim adversariorum, non jus par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit.
Par & eadem. Cic. pro Muren. 21. Quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque in eadem laude ponam. Sic, Par atque unum judicium Cic. pro Sull. 5. Et de hoc & de ceteris judicium meum & horum par atque unum fuit.
Similis & eadem. Cic. de Clar. Orat. 324. Ad causas simillimas inter se, vel potius easdem novi veniebamus quotidie.
Perpetuus & idem spiritus. Cic. in Orat. 110. In iisdem causis perpetuum & eundem spiritum, sine ulla commutatione, obtinebis.
Iidem iidem, ea forma qua dicimus Alii, alii. Cic. in Orat. 22. Videmus quosdam qui iidem ornate & graviter, iidem versute ac subtiliter dicerent.
Iidem iidem, aliter posita. Cic. 3. de Nat. Deor. 93. Sed quomodo iidem dicitis non omnia deos persequi? iidem vultis, &c.
Idem, geminatum. Cic. 9. Fam. 2. Caninius idem tuus & idem noster, quum ad me pervesperi venisset, &c. Initium est epistolæ. Idem 2. de Divin. 77. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit, idem Imperator, idem Augur optimus.
Et idem, vel Idemque: emphasis, hoc est vehementiæ causa positum, quum laudem alicujus augemus verbis. Cic. pro Muren. 20. Asiam istam refertam, & eandem delicatam, sic obiit, ut ea, &c. Idem 3. de Nat. Deor. 80. Vir innocentissimus, idemque doctissimus. Idem pro Domo, 51.
Qui, idem. Cic. pro Sull. 20. Ut me, quem boni constantem semper, ut spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. Idem 1. de Legib. 2.
Comparatio de eodem & alio, vel, De eodem & altero. Cic. in Topic. 84.
Idem ac. Ter. Heaut. 2. 3. 24. Et animus te erga idem ac fuit.
Idem est ac si. Quintil. in Ægro redempt. Quin propter duos venerim, quod in altero mihi pirata concessit, idem est ac si mihi neutrum reddidisset.
Idem valet ac si pater judicaret. Cic. pro Sulla, 19.
Idem atque. Plaut. Most. 1. 3. 63. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi, atque olim.
Idemque Nep. 9. 2. 1. Satrapes, idemque gener regis.
Idem quod. Cic. 6. Att. 2. Nunc ista habet juris idem, quod ceteræ, nihil præcipui. V. supra Idem, qui.
Idem cum, non bene dici observat Voss. lib. de Arte Gram. cap. 58. Borrichius quidem in Vindic. p. 93. adducit exemplum Gellii 18. 11. Non hercle idem sentio cum Casellio. Et Curtii 5. 9. 2. Nabarzanes in eodem consilio erat cum Besso. Min. Fel. 21. 1. Eadem mecum recognosces. Verum in his τὸ Cum, locum haberet etiamsi Idem abesset.
Idem in me, Jurationum formula. V. Fest. & Turneb. Adv. 3. 10.
Idem ut, pro Idem quod. Plaut. Merc. prol. 3.
Non ego idem facio, ut alios in comœdiis
Vidi facere amatores, &c.
Idem ætatis, Tacit. 13. Ann. 16. Mos habebatur, principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus, &c. i. e. Ejusdem ætatis.
Idem virium. Tacit. 14. Ann. 53. Nec bonis artibus idem virium erat. i. e. Eædem vires.
Idem, cum dativo. Hor. in Arte Poet. 467.
Invitum, qui servat, idem facit occidenti. i. e. Simile, seu Idem quod occidens. Lucret. 3. 1051.
—— quoniam unus Homerus
Sceptra potitus, eadem aliis sopitu' quiete est. E Græcis sumptum, qui τ'αὐτὰ ἐκείνῳ passim dicunt. V. Victor. Var. Lect. 10. 22.
Eisdem vel Iisdem. Cic. in Orat. 157. Idem campus habet, inquit Ennius: &, In templis isdem, probavit: at Eisdem erat verius, nec tamen Eisdem opimius: male sonabat Iisdem: impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret.

IDENTIDEM, [ἑκάστοτε, συχνῶς] Frequenter, cum quodam intervallo, inquit Valla lib. 2. Plaut. Mil. 4. 8. 54.
Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim. Plin. Epist. 208.
Legi enim locum, identidem repetens ea maxime, quæ de me scripsisti. Cic. 2. de Fin. 75. Hoc enim identidem dicitis, non intelligere nos &c.
Identidem futurus videbatur in urbem impetus. Liv. 5. 39.
Identidem belli auctor. Liv. 1. 54. pr. Idem 26. 44: 35. 23. & 40. 56.
Identidem quærere. Cic. pro Rosc. Amer. 84.
Appellare nomen alicujus identidem. Cic. 2. de Invent. 78.
Recitabatur identidem Pompeji testimonium. Cic. pro Rabir. Posth. 34.
Identidem, Repetito, inconstanter. Catull. 11. 19.
Quos simul complexa tenet trecentos
Nullum amans bene: sed identidem omnium
Ilia rumpens.

IDENTITAS, [ταυτότης] Sarisb. 3. 6. Identitas voluntatum.

IDEO, [διὸ] Conj. collectiva, sive rationalis. Cic. pro Cœl. 21. Sed vestræ sapientiæ est, Judices, non si causa justa est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putare esse justam alieno dolori potius, quam vestræ fidei consulendi.
Ideo, pro Id eo apud Varr. lib. 8. p. 116. poster. edit. Id eo fieri, quod natura nemo lusco magis sit Luscus. H. St. Excusum tamen in eadem edit. Ideo, ὑφέν.
Ideo quia. Plaut. Merc. prol. 31. Hoc ideo fit, quia quæ nihil attingunt ad rem, nec, &c.
Ideo quod. Cic. 1. Fam. 8. Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod, &c.
Ideo ut. Cic. 6. Verr. 7. Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres auferre posset.

## I D I

IDIOGRAPHUS, i. c. [ἰδιόγραφος] Idem quod Autographus. ut, Idiographus liber Virgilii. Gell. 9. 14. Idiographum librum Virgilii sese inspexisse. H. St. Desiderabatur in Lugd. In Thes. Gr. suo tantum ἰδιόγραφον n. affert, tanquam ex Gellio.

IDIOMA, ătis. n. Proprietas, ἰδίωμα.

IDIOTA, æ. c. [ἰδιώτης] Indoctus, & illitteratus. Lucil. lib. 26. Quidni & tu idem illitteratum me atque idiotam diceres? Cic. in Pison. 62. Tu eruditior quam Piso, prudentior quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia quam Crassus: ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerunt. Et paulo post: Sed plane animi sui causa, ludos nobis idiotis relinquit.
Idiotæ opponitur Ingeniosus atque intelligens. Cic. 6. Verr. 4.
Idiota, dicitur etiam Privatus & plebejus. conf. Gell. 1. 2.

IDIOTICUS, a, um. Adj. Tertull. contra Gent. cap. 1. Rudem, impolitam & idioticam compellare.

IDIOTICE, Adv. Vet. Interp. Iren. præf. lib. 1. & 5. 25.

IDIOTISMUS, i. m. [ἰδιωτισμός] Peculiare genus loquendi e vulgo sumptum. Senec. præf. 7. Controv.

## I D M

IDMON, ŏnis. m. [Ἴδμων] Vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volaterr.
Argolicus Idmon. Valer. 5. Argon. 2.
Audax Idmon. Ovid. in Ibin, 504.
Phœbejus Idmon. Valer. 1. Argon. 228.

## I D O

IDŌLUM, i. n. [εἴδωλον] Simulachrum, & repræsentatio rei alicujus. Cic. 1. de Fin. 21. Imagines, quæ idola nominant. Cic. 15. Fam. 16. Sed

Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus idolum mihi advolabit ad pectus.
Idolum de Spectro dixit Plin. lib. 7. Epist. 27. Mox apparebat idolum, senex macie & squalore confectus, promissa barba &c.

**Idōlēum**, sive **Idōlīum**, i. n. [εἰδωλεῖον] Delubrum seu locus ubi idolum statuitur. Hieron. Epist. 22. 13. Si frater te viderit in idoleo recumbentem. conf. Tertull. de Corona, cap. 10.
Idolium habet Prudent. Perist. 11. 52. Apoth. 186. & in Symm. 2. 79.

**Idolĭcus**, a, um. Adj. Tertull. de Idol. cap. 13. Res idolicæ. conf. Paul. Petrocor. de Vita Martin. 2. 231. & 555.

**Idōlŏlatrīa**, æ. f. [εἰδωλολατρεία] Idolorum cultus. Tertull. passim.

**Idololătra**, æ. c. [εἰδωλολάτρης] Idolorum cultor. Idem.

**Idololatrĭcus**, a, um. Adj. [εἰδωλολατρικός] Idem.

**Idololatris**, ĭdis. Prudent. Hamartig. 404. V. Gronov. Obser. in Eccl. 5. extr.

**Idolomănia**, æ. f. [εἰδωλομανία] Furor circa idola.

**Idolopœia**, æ. f. [εἰδωλοποιΐα] Rhetoribus modus est quo mortuos loqui fingunt.

**Idolothȳtum**, i. n. [εἰδωλόθυτον] Quod immolatum est idolo. Tertull. de Idol. cap. 13. Quod participas idolothyta solennia. Idem de Spectac. cap. 13. adjective dixit Oculos & aures ab idolothytis voluptatibus abstinere.

**Idomĕneus**, quadrisyll. [Ἰδομενεύς] Deucalionis filius, & nepos Minois, rex Cretensium, qui teste Homero, populos suos ad Trojam duxit, & quum post eversam Trojam reverteretur, in tempestate devovit diis sacrificaturum se de re, quæ ei primum occurrisset. Contigit ut filius ejus primus occurreret: quem quum, ut alii dicunt, immolasset, aut immolare voluisset: a civibus pulsus regno, Salentinum Calabriæ promontorium tenuit: juxta quod condidit civitatem, ut scribit Virg. 3. Æn. 400.

> Et Sallentinos obsedit milite campos
> Lyctius Idomeneus. Hæc Servius.

Ingens Idomeneus. Hor. 4. Carm. 9. 20.

**Idōneus**, a, um. Adj. [ἐπιτήδειος, ἀξιόχρεως, ἐπιτήδειος, ἱκανός, δεινός] Aptus ad omnia, & bona & mala, inquit Donatus, Conveniens, & alicui rei natus. Ter. Hec. 3. 3. 1.

> Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
> Unde exordiar narrare.

Plin. Epist. 150. Adeo rarum est invenire idoneos conductores. Barbari Proprios vocant.
Aptus & idoneus. Cic. 2. de Legib. 8. Est enim ratio mensque sapientis ad jubendum & deterrendum idonea.
Auctor idoneus, Fidelis & sufficiens quod dicitur. Cic. 5. Verr. 41. Liv. 8. 4. Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab Senatu, &c.
Homines idonei atque integri. Cic. 1. Verr.
Locus idoneus. Cic. 1. de Legib. 23. Liv. 27. 24.
Tempestas idonea. Cic. 2. Q. frat. 5. Tu, mi frater, simul ac ille venerit, primam navigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris.
Tempus idoneum, Accommodum. Cic. pro Rosc. Amer. 68. Et 1. Off. 142. Sic fit ut modestia hæc, quam ita interpretamur, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.
Verbis idoneis consuescere. Cic. 1. de Orat. 154.
Idoneus, cum dativo. h. e. Utilis, & quod Gallica lingua dicitur *suffisant*. Cic. 5. Verr. 41. Tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarere. Idem 6. Fam. 19.
Historiæ magis idoneus erit alius. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Pugnæ non sat idoneus. Hor. 2. Carm. 19. 26.
Rhetori idoneus puer. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Ad hanc rem idoneus, Natus & aptus. Plaut. Pœn. 3. 2. 6. Cic. 5. Att. 6. Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium.
Ad scribendum demonstrativa idonea. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Idoneus de. Cic. 4. Acad. 16. Et rem idoneam de qua quæratur, & homines dignos quibuscum disseratur, putant.
Idoneus, in quo. Ter. And. 4. 5. 18.

> — adeone videmur vobis idonei,
> In quibus sic illudatis?

Idoneus qui. Ter. And. 3. 2. 12.

> — itane tandem idoneus
> Tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Idonei, Locupletes & divites. Cic. 2. Off. 54. Et sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderate. Sic enim Lactantius lib. 6. cap. 11. interpretatur, qui & stili sui acumen in hæc Ciceronis verba distringit, quum ait, Quid est idoneis? nempe iis, qui restituere & referre gratiam possint? Deinde subdit, Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest, non idoneis. Hæc Turneb. Adverf. 3. 16. [Verum cavillatur Lactantius, vel potius vocis ambiguitate deceptus est, quod ipsius ævo nempe in illa significatione ponebatur. Quum Cic Probos & dignos, quibus benefiat, intelligi velit. V. Gronov. 4. Observ. cap. 9.
Idoneior, compar. Ulpian. in l. Quod & lex. D. de lib. hom. exhiben. Si plures sunt, qui experiri volent, eligendus est a Prætore ad quem maxime res pertinet, vel is qui idoneior est. Callistratus in l. Semper. D. de jure immunitatis, Coloni quoque Cæsaris a muneribus municipalibus liberantur, ut idoneiores prædiis fiscalibus habeantur. Paulus. D. de popularibus actionibus, l. 2. Si plures simul agant populari actione, Prætor eliget idoneiorem. V. Salmas. ad Tertull. de Pall. cap. 3.

**Idonea**, orum. n. Tacit. 4. Ann. 5. At apud idonea provinciarum. h. e. Apud idoneos locos provinciarum.

**Idonee**, Adv. [ἐπιτηδείως] Apte & commode. Cic. 1. de Invent. 3. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Tertull. de Pall. cap. 3. habet compar. Idonius, sed non imitandum. V. Salmas. in loc.

**Idos**, [εἶδος] Forma. Quid differat ab Idea docet Seneca Epist. 58. conf. Epist. 65. & Tertull. de Idolol. cap. 3. V. idea.

**Idotæa**, Fuit Prœti regis Argivorum filia, Homero in Odyss.

**Idros**, Cariæ Mons, de quo V. Is. Voss. ad Catul. p. 236.

## I D U

**Idūmæa**, [Ἰδουμαία] Regio est Syriæ, teste Plin. lib. 5. cap. 13. a Meridie contigua Arabiæ, a Septentrione vero Phœniciæ; a qua Libanus eam dividit, habetque civitatem Idumen Phœniciæ conjunctam, & abundantem palmis, ut ostendit Lucan. lib. 3. 216. dicens,

> — & arbusto palmarum dives Idume.

Sil. 3. 600. Idume palmifera. Hinc

**Idūmæus**, a, um. Adj. Virg. 3. Georg. 12.

> Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas.

**Idus**, uum. plur. tantum, f. [εἰδοί, μεσοῦντος μηνός] dicuntur Octo illi dies, qui in singulis mensibus Nonas sequuntur. Cic. 14. Att. 4. Sed omnia licet concurrant, idus Martiæ consulantur. V. Lex. Pitisc.
Idus dicuntur Divisiones: unde proprie existimantur Dies qui dividunt mensem. Dividunt enim menses, præcipue Nonas a Calendis. Iduare siquidem Hetrusca lingua Dividere est. Alias a plena Lunæ facie. V. Macrob. 1. Saturn. 15. & Plutarch. Quæst. Rom. 24.
Octonæ Idus. Hor. 1. Serm. 6. 75.
Agendæ tibi sunt Idus. Hor. 4. Carm. 11. 14.
De variis Idibus V. omnino Pitisc. Lex.

**Idulis**, e. Adj. ut, Idulis ovis, Quæ omnibus Idibus Jovi mactabatur. & Sacra Idulia. Festus. conf. Macrob. 1. Saturn. 15. vel Lex. Pitisc. Varr. de L. L. 4. 8. aut Turneb. Adverf. 20. 35.

## I D Y

**Idyla**, æ. f. Uxor Æetæ regis Colchorum. V. medea.

**Idyllion**, i. n. vel **Eidyllion**, [εἰδύλλιον] dimin. ab εἶδος forma, species. Theocritus & Ausonius ad carmina transtulerunt, forte quia in Pindaro quæque oda εἶδος præscripta, Idyllion ergo Parva poematis forma, & Idyllia, Diversa poematiorum genera.

## J E C

**Jĕcur**, jecŏris, vel jecĭnŏris. n. [ἧπαρ] qui genitivus, ut ait Priscianus, a nominativo Jecinus videtur esse. Hepar Græce dicitur, estque Viscus id quod dextra parte ventriculo assidet, sanguinemque conficere veteribus creditum est. Plaut. Curc. 2. 1. 22.

> — lien necat, renes dolent,
> Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur.

Plin. lib. 11. cap. 37. Jecur in dextra parte est, in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Cels. 2. 8. pr. Si in jecinore vomica est. Legitur & Jocinore & In jocinoris dolore paulo post. Jecur etiam Jecinor appellari, velut Iter, Itiner, notavit Jos. Scalig. ad Fest. p. 65. 102. 197. Adde Liv. 8. 9: 27. 28. 41. 14. & 15.
Jecur, pro Prudentia & sapientia, sicut & Cor, Latinis dici indicat Epig. illud Bibaculi de Catone grammatico, apud Suet.Gramm.11.extr. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. Turneb. Adverf. 10. 1.
Jecur anseris proceres gulæ saporis bonitate commendant: fartilibus crescit mira amplitudine: & quod mirabilius est, exemptum quoque lacte mulso augetur. Ex Plin. lib. 10. cap. 22. Martial. lib. 13. 58.

> Aspice quam tumeat magno jecur ansere majus.

conf. Lex.Pitisc.
Ægrum jecur. Pers. 5. Sat. 129.
Aridum jecur. Hor. Epod. 5. 37.
Arietinum jecur. V. aries.
Ardet ira siccum jecur. Juven. 1. Sat. 45.
Fervens difficili bile tumet jecur. Hor. 1. Carm. 13. 4.
Porriguntur pennæ jecoris. Vindic. ad Valentin. Imp.
Ulcerare jecur alicujus. Hor. 1. Epist. 18. 72.
Urit jecur bilis. Hor. 1. Serm. 9. 66.

**Jecinorōsus**, sive **Jocinorōsus**, a, um. Adj. Qui jecoris sive jocinoris vitio laborat. Scrib. Largus Comp. 169. Jocinorosis duritiam habentibus diutinam, ex aqua mulsa satis convenit.

**Jecorōsus**, a, um. Adj. Sidon. Epist. 5. 14.

**Jecorĭtĭcus**, a, um. Adj. Marcell. Emp. cap. 20.

**Jecorālis**, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἡπατικός, Jecoralis.

**Jecuscŭlum**, dimin. [ἡπάτιον] Plin. lib. 11. cap. 37. Murium jecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur, totidemque inveniri quotum lumen ejus sit. Sic Cic. 2. de Divin. 33. conf. Macrob. 7. Saturn. 14.

## J E H

**Jĕhŏva**, m. Nomen solius Dei proprium Hebræis, vulgo Tetragrammaton. Frequens apud Ecclesiasticos auctores: De derivatione. V. Lex. Martin.

## J E J

**Jējūnium**, i. n. [νηστεία, ἀσιτία] Abstinentia ipsa vel Carentia cibi. Quod etiam ad Potum duriuscule transtulit Lucan. 4. 332.

> Quoque magis miseros undæ jejunia solvant.

Domant longa illos inopi jejunia victu. Ovid. 1. Met. 312.
Explere jejunia. Sen. Thyest. 1.
Indicere jejunia. Hor. 2. Serm. 3. 291.
Laborare jejunio. Columel. lib. 3. cap. 12.
Pavit jejunia lacrymis expers undæ & cibi. Ovid. 4. Met. 263.
Placare ventris jejunia. Ovid. 15. Met. 95.
Sedare jejunia carne feræ. Ovid. 15. Met. 83.
Solvit jejunia tribus granis. Ovid. 4. Fast. 607.
Vexare jejunio. Cels. lib. 3. cap. 18.
Jejunium, Tempus quo a cibis abstinemus. Liv.36. 37. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex s. c. Decemviri quum adissent, renuntiarunt, jejunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno servandum.
Celebrare annua jejunia. Claud. ad Christ. 45. 21.
Instituere jejunium: in præcedenti exemplo Livii.

**Jējūnum**, i. n. [νῆστις] Intestinum significat, quod majores nostri Hiram, & per diminutionem Hilam dixerunt: & Hilum n. gen. Cels. lib. 4. cap. 1. de junctura quæ pylorus dicitur, Ab eo jejunum intestinum incipit: cui tale vocabulum est, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit. V. hira. [Non memini me usquam absolute positum legere, omissa mentione Intestini. Quare ad seq. dictionem pertinet.

**Jejūnus**, a, um. Adj. [νῆστις] Qui a cibis abstinet. Plaut. Pseud. prol. 12. In scenam qui jejunus venerit, &c.
Arena jejuna. Virg. 3. Georg. 493. V. Glarea, Terra &c.
Aviditas jejuna, h. e. Maxima & qualis jejunis esse solet. Plin. lib. 10. cap. 3. Eadem jejunæ semper aviditatis & querulæ murmurationis. De quodam genere aquilæ
Cupido jejuna expletur. Lucret. lib. 4. 874.
Dentibus jejunis acer lupus. Hor. 2. Epist. 2. 29.
Fames jejuna. Ovid 8. Met. 791. Fames, Dea.
Glarea jejuna, Sicca & sterilis terra. Virg. 2. Georg. 212. conf. Columel. 2. 4.
Jugera jejuna. Sen. OEth. 2.
Macies jejuna. Claud. de Bell. Gildon. 22.
Oris jejuni saliva. Plin. lib. 7. cap. 2. Quod si in fauces penetraverit, etiam mori: idque maxime humani jejuni oris.
Saliva jejuna. Columel. lib. 6. cap. 33. Cicatrices oculorum jejuna saliva & sale defricatæ extenuantur.
Stomachus jejunus. Hor. 2. Serm. 2. 38.
Terra jejuna. Columel. lib. 3. cap. 5.
Amicus jejunus, Translate, pro Inani, humili. Cic. 3. Fam. 10. Nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut jejunum debes agnoscere. Bud.
Animus jejunus, per translationem, pro Exili, tenui, minuto, nec satis pleno, aut capaci rerum ingentium. Cic. 14. Philipp. 17. Hæc interposui, P. C. non tam ut pro me dixerim (male enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quam ut quosdam nimis jejuno animo & angusto monerem, &c.
Animus jejunus divitiarum, pro Cupido. Justin. 38. 6. 10.
Calumnia frigida & jejuna. Cic. pro Cæcin. 61.
Homo jejunus, i. e. humilis & inanis. Cic. 10. Fam. 21. & 2. 17.
Oratio jejuna, cui opponitur Copiosa & plena. Cic. 3. de Orat. 10. Quod siquis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium jejuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, &c. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Plebecula misera ac jejuna. Cic. 1. Att. 16
Traditio jejuna, atque arida. Quintil lib. 3. cap. 1.
Jejunus, Graveolens, fœtidus: quia jejunis anima gravius olet. V. Plaut. Merc. 3. 3. 13. & Petron. cap. 128. Cæcil. Domum adveni assedi, extemplo suavium dat jejuna anima.
Jejunus, cum genitivo. V. Jejunæ alicujus rei aures, in AURIS.
Compar. Sen. ad Helv. cap. 6. Quid jejunius? conf. Cic. supra.

**Jejūne**, Adv. [νηστίως] ut, Jejune de re aliqua disputare, agere, dicere: h. e. Frigide, & languide admodum. Cic. 1. de Orat. 49. Etenim videmus iisdem de rebus jejune quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputasse, &c. Idem in Orat. 123. & 12. Att. 21.

**Jejunĭtas**, ātis. f. [νηστεία] Tenuitas, cui contraria est Ubertas & copia. Cic. 2. Tusc. 3. Et quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem & famem se malle quam ubertatem & copiam dicerent.
Jejunitas bonarum artium. Idem 2. de Orat. 3. & 10.
Jejunitas & siccitas, & inopia orationis. Cic. in Bruto 284.
Jejunitatis plenus. Plaut. Merc. 3. 3. 13. conf. Non. 4. 2.

**Jejuniōsus**, a, um. Adj. Plaut. Capt. 3. 1. 6.
Neque jejuniosiorem, nec magis effertum fame Vidi.

**Jejuno**, āre. Hieron. Epist. 22. cap. 13. Lecturus Tullium jejunabam. Tertull. de Jejun. cap. 13. pr. Convenio vos & præter pascha jejunantes.

**Jejunātio**, ōnis. f. Tertull. l. c. Jejunationibus operati. Idem ad Scap. cap. 5. & adv. Psych. cap. 10.

**Jejunātor**, ōris. m. Augustin. Epist. 86. Qui ventricolas tanquam magnus jejunator accusat.

## J E N

**Jentācŭlum**, i. n. [ἀκρατισμός] Cibus qui ante prandium sumitur. Prandiolum alias dicitur. Plaut. Curc. 1. 1. 72.
Me inferre Veneri vovi jam jentaculum. Suet. Vitell. cap. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in jentacula, & prandia, & cœnas, comissationesque. Martial. lib. 14. 223.
Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor.

**Jento**, [ἀκρατίζω] āre. Aliquid ante prandium gustare. Varro Marcipore, Ut eat, ac Remp. administret, & quod pulli jentent. Afranius, Hæc jejunia jentavit. Non. 2. 440. De etymo V. Jul. Cæs. Scalig. Poet. 1. 5.

**Jentātio**, ōnis. f. Firmic. lib. 2. cap. 10. Venus significat etiam convivia, jentationes, dulciaque tragemata, sive bellaria.

**Jentātor**, ōris. m. apud Eutrop. [ubi?

**Iens**, euntis. [ἰών] Partic. ab Eo, is, verbo. q. V.

## J E R

**Jĕrĭcho**. V. HIERICHO.

**Ierna**, Hispaniæ fluvius est, auctore Mela lib. 3. cap. 1. Strabo lib. 3. Iernam his locis commemorat montem, a quo Iernam amnem potuisse vocari verisimile est.

**Jerusalem**, [Ἱερουσαλήμ] V. HIEROSOLYMA.

## I E S

**Ies**, ietis. Civitas est Achaiæ in promontorio ejusdem nominis, juxta quod Alpheus amnis præterfluens, sex millibus passuum navigatur. Tortelius.

**Jēsus**, [Ἰησοῦς] dissyllabum apud Hebræos, tametsi Græcis trisyllabum. Nomen est Redemptoris ac Salvatoris nostri Christi: qui Hebraice Jehosua dicitur, Latine Salvator, vel ut alii volunt Servator. Cujus significationis ratio est apud Matthæum cap. 1. 21. Hic enim (inquit) salvum faciet populum suum a peccatis suis. V. Prudent. Psychom. 764.

## I G I

**Igĭtur**, [ἄρα, δὴ οὖν, γοῦν, οὐκοῦν, τοίνυν, τοιγαροῦν] Collectiva vel rationalis conjunctio est: colligit enim supradicta, illatione, hoc est ratione confirmat. Adhibetur, inquit Valla, brevioribus conclusionibus. Quintil. lib. 1. cap. 5. Solœcismus fit transmutatione, qua ordo turbatur, Quoque ego, Enim hoc voluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an sit Igitur in initio sermonis positum, dubitari potest: quia maximos auctores in diversa opinione fuisse video, quum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. Incipit periodum, in Tacit. Agric. 7. 2. Nep. 25. 3. 3. & Plaut. infra cit. Ter. And. 2. 3. 1. Quid igitur sibi vult pater? Cic. pro Ligar. 2. Habes igitur Tubero, &c.
Igitur, pro Deinde, ut ait Donatus. Ter. Eun. 1. 1. 1.
Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Quum arcessor ultro. Plaut. Amph. 1. 1. 145.
Clare advorsum fabulabor: hic auscultet quæ loquar:
Igitur magis majorem in modum in sese concipiet metum.
Pro Tum non semel usus est Plautus; ut, Igitur demum, pro Tum demum. Amph. 1. 2. 11. &c. Alibi conjunxit. ut Capt. 2. 2. 30. V. Sanct. Minerv. lib. 3. cap. 14. & Not. Perizon. p. 380. ed. noviss. 519.
Ergo igitur & Igitur demum apud optimos auctores inveniuntur. V. Sanct. l. c.
Pro Enim habet Plaut. Most. 5. 1. 53.
Surge dum huc. Est consulere igitur quiddam, quod tecum volo.

## I G N

**Ignarus**. V. IGNORO.

**Ignāvus**, a, um. Adj. [βλακικός, ἀπράκτος, ῥάθυμος, ἀπράγμων] est, inquit Donatus ad illud Ter. And. 1. 5. 42. Adeon' me ignavum putas? Qui vim non potest ferre, qui non est perseverans.
Ignavus ac Timidus. Cic. 2. Tusc. 54. Ut enim fit in prælio, ut ignavus miles ac timidus simul ac viderit hostem, abjecto scuto fugiat.
Ignavus & Fugax. Liv. 5. 28. Fusos esse ab ignavissimo & fugacissimo hoste.
Ignavus & imbellis inter hostes. Liv. 26. 2.
Ignavus & Fortis, contraria. Cic. 1. de Invent. 24. Indignum esse ab homine ignavissimo virum fortissimum Ajacem esse necatum. conf. Sallust. Catil. 12.
Æstus ignavi. Ovid. 7. Met. 529. Ab effectu.
Amor ignavus. Stat. 3. Silv. 2. 99.
Anni ignavi, Ignavia transacti. Ovid. 1. Amor. 15. 1.
Contagia ignava. Claud. 1. in Eutrop. 419.
Corpus ignavum, Iners. Ovid. 1. de Pont. 5. 5.
Dolor ignavus. Qui vires aufert, ut labori sufficere nequeat. Plin. lib. 11. cap. 18. Rege apum a peste consumpto mæret plebs ignavo dolore: non cibos convehunt, non procedunt. i. e. Dolorem ignavia testantur.
Frigus ignavum. Ovid. 2. Met. 763. Ab effectu.
Genus interrogationis ignavum & iners. Cic. de Fato 29.
Gravitas ignava. i. e. Pondus iners. Ovid. 2. Met. 821.
Miles ignavus ac timidus Liv. 5.
Mora ignava. Ovid. 1. de Arte Am. 180.
Otia ignava. Ovid. 1. Trist. 6. 25.
Pecus ignavum, h. e. Inutile, & nullius artis. Virg. 4. Georg. 168.
Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.
Somnus ignavus. Ovid. 11. Met. 593.
Succus ignavior, Minus efficax. Plin. lib. 20. cap. 18. Quum capita ipsa & folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior.
Compar. Cic. Verr. 2. Homo inertior, ignavior. Sallust. Fragm. cap. 7. Pejor an ignavior sit deliberari non potest.
Superl. Liv. 5. 28. V. Ignavus & Fugax, supra. Idem 9. 4.

**Ignāvia**, æ. f. [ἀθυμία, ῥαθυμία, ἀργία] Vitium est contrarium Fortitudini, quo quis aggredienda præ formidine non aggreditur. Cic de Amicit. 23. Ut cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo.
Timiditas & ignavia. Cic. 1. de Fin. 49. Quibus rebus intelligitur nec timiditatem ignaviamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine: &c.
Ignavia odoris, pro Odore remisso & laxo. Plin. lib. 12. cap. 25.

**Ignavĭtas**, ātis. f. Idem. Justin. 43. 3. 5. Phocæenses ignavitate ac macie terræ coacti. al. Exiguitate.

**Ignāve**, Adv. [ῥαθύμως] h. e. Lente, & segniter. Cic. 2. Tusc. 55. Nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid serviliter, muliebriterve faciamus
Compar. Virg. 3. Georg. 465.
— carpentem ignavius herbas.

**Ignavĭter**, [βλακικῶς] Adv. Cic. 6. Att. 15. An ego, quum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam? Auctor de Bell. Afric. cap. 81. Castra non ignaviter munire. Lucil. Sat. lib. 16.
Cur tam ignaviter, hoc præsertim tempore, quæris?

**Ignavesco**, ĕre. Tertull. de Anima, cap. 43. Animus nec quiescit nec ignavescit.

**Ignāvio**, ōnis. m. Gell. 16. 24. Isti ignaviones, qui nihil perficere possunt. Ita Lips. Al. Ignaviores.

**Ignāvio**, īre. Ignavum facio. Antiquum. Acc. Æn. aut Decio, Fateor, sed sæpe ignavit fortem in spe expectatio. Nonius 2. 441.

**Ignis**, is. m. [πῦρ] a Gignendo dictus: quod in eo nihil nascatur, & omne quod nascitur, eum amittit & frigescit. Vel quod se ipsum pariat, & parvis scintillis crescat in immensum. conf. Varr. de L. L. 4. 10. & Voss. Etym. p. 261. Ultima in recto Ignis interdum producitur. V. Georg. Fabric. ad Hor. 1. Carm. 15. & Brœckh. ad Tibul. 1. 7. 72.
Invicti ignibus dentes. V. INVICTUS.
Acer ignis. V. ACER.
Arduus ignis. Stat. 3. Silv. 3. 178.
Atri ignes. Virg. 4. Æn. 384.
Avarus ignis. Propert. lib. 2. 28. 56.
Avidus ignis. Ovid. 12. Met. 280.
Calidi ignes. Lucret. lib. 2. 431.
Celer ignis. Hor. 3. Carm. 4 76.
Confusi ignes. Stat. 5. Theb. 316.
Damnosi ignes. Ovid. 4. Fast. 708.
Fervidus ignis. Sen. OEdip. 12.
Festus ignis. Stat. 4. Silv. 8. 37.

Ingens ignis. V. INGENS.
Inimicus ignis. Virg. 4. Georg. 330.
Invalidi ignes, pro Languidis excubiis. Tacit. 1. Ann. 65. 1.
Lambens ignis. V. Virg. 2. Æn. 682. Liv. 1. 39. & Plin. 36. 27.
Languidus ignis. V. LANGUOR.
Lentus ignis. V. LENTUS.
Magnus ignis. V. MAGNUS.
Malignus ignis, i. e. Parcus, tenuis, exiguus, cui opponitur Ingens. Martial. lib. 10. 96.
Pascitur hic, ibi pascit ager: tepet igne maligno,
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.
Nigri ignes, Rogales. Hor. 4. Carm. 12. 26.
Odorati ignes. Ovid. 1. Fast. 75.
Pugnax aquæ ignis. Ovid. 1. Met. 432.
Rapax ignis. Ovid. 8. Met. 837.
Rapidus ignis. Virg. 4. Georg. 263.
Roseus ignis. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 5.
Rutilus ignis. Virg. 1. Georg. 454.
Sapiens ignis. Min. Fel. Oct. 35. 3. Illic sapiens ignis membra reficit & urit. V. Wower. ad loc. conf. Tertull. adv. Gnost. cap. 3. Hieron. in Daniel. cap. 3. & Paulin. ad Sever. Epist. 28. n. 2.
Vivus ignis. Paterc. lib. 2. cap. 88. extr. Servilia Lepidi uxor vivo igni devorato, præmaturam mortem immortali nominis sui pensavit memoria.
Abolitum corpus igni. Tacit. 16. Ann. 6.
Abstinere ignem ab æde. Liv. 7. 27. extr. V. ABSTINEO.
Accendere ignem. Virg. 5. Æn. 4. V. ACCENDO.
Accendit lethiferos Sirius ignes. Sil. lib. 16. 99.
Adhibere ignem. V. ADHIBEO.
Adjuvare ignem. V. ADJUVO.
Apponere ad ignem. V. APPONO.
Ardet largus ignis. Hor. 1. Serm. 8. 44.
Asservare ignem e silice. V. ASSERVO.
Concipere ignem. Ovid. 9. Met. 519.
Coercere ignes. V. COERCEO.
Compescere ignes. Ovid. 2. Met. 313.
Comprendere crinibus ignem dicitur Lavinia. Virg. 7. Æn. 73. Quum Crines ejus ab igne comprehensos intelligi vellet.
Concremare igni. V. CONCREMO.
Conjicere se in ignem. V. CONJICIO.
Confidere in ignes, dicitur urbs vel domus. Virg. 2. Æn. 624.
Corrumpi igni. V. CORRUMPO.
Cumulare festos altaribus ignes. Stat. 4. Silv. 8. 37.
Debacchantur ignes. Hor. 3. Carm. 3. 55.
Depellere ignes ab aliquo. Virg. 9. Æn. 78.
Dare ulmos igni, i. e. Imponere foco. Virg. 3. Georg. 378.
Elicere ignem lapidum conflictu atque tritu. Cic. 2. de Nat. Deor. 25.
Excudere ignem abstrusum venis silicis. Virg. 1. Georg. 135.
Excutit avidum de crinibus ignem. Ovid. 12. Met. 280.
Facere ignes, Excubiales scil. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 30. Suosque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset ejus adventus.
Ferat impius ignis templa Jovis. Stat. 5. Theb. 685.
Festinare ignes. Tacit. 14. Ann. 33. Sed cædes, patibula ignes, cruces, tanquam redditurì supplicium, ac prærepta interim ultione festinabant.
Flagrant ignes. Sil. lib. 1. 96.
Fulsere ignes. Virg. 4. Æn. 167.
Haustus igni. Tacit. 12. Ann. 58. Eodem oratore Bononiensi Coloniæ igni haustæ subventum, centies sestertii largitione.
Inferre ignem hostibus. Lucret. lib. 5. 1245.
Inferre ignem operibus. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 14. Portis se foras erumpunt, secundo, magnoque vento operibus ignem inferunt.
Injicere ignes Capitolio. V. INJICIO.
Latet multo cinere obrutus ignis. Lucret. lib. 4. 924.
Moliri ignem. Virg. 10. Æn. 131.
Occisus igne. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Opprimere ignem. V. OPPRIMO.
Palpitat arduus ignis. Stat. 12. Theb. 70.
Peredit celer ignis Ætnam. Hor. 3. Carm. 4. 76.
Procudunt ignem ignes. Lucret. lib. 2. 1114. Alii legunt, Producunt.
Prohibe infandos ignes a navibus. Virg. 1. Æn. 529.
Stridunt ignes. Juven. 10. Sat. 61. Lucan. lib. 6. 179.
Subjicere ignem. Cic. 3. Verr. 69. Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignem subjicere cœperunt.
Subsiliunt ignes ad tecta domorum. Lucret. lib. 2. 192.
Suppositi ignes cineri. Hor. 2. Carm. 1. 7.
Suscipere ignem foliis. Virg. 1. Æn. 179.
Suscitare sopitos ignes. Virg. 8. Æn. 410.
Torrere igni fruges. Virg. 1. Georg. 267.
Vagatur late ignis. V. LATUS.
Vastare igne, Incendio. Sallust. Jugurth. 1. 10.
Volant ignes ad tecta. Virg. 12. Æn. 596.
Liquidus ignis, i. e. Purus, æthereus. Virg. 6. Ecl. 33. Servius.
Liquidi color aureus ignis. Lucret. lib. 6. 204.
Astrorum ignes, Stellæ. Virg. 3. Æn. 585.
OEtei ignes, pro Stellis. V. Noctifer in NOX.
Sanguineo igni cometes. Claud. 1. de Raptu Proserp. 231.
Vagus ignis Solis. Lucan. lib. 1. 50.
Phœbei ignes, Sol. Ovid. 5. Met. 389. Al. Ictus.
Tremuli ignes. Lucret. lib. 4. 406. De solis splendore.
Fulmineus ignis. Lucret. lib. 2. 382.
Abruptus nubibus ignis. V. ABRUMPO.
Crebris micat ignibus æther. Virg. 1. Æn. 94.
Elisus nubibus ignis. Ovid. 6. Met. 696.
Infesto igne peti. Ovid. 1. Trist. 1. 82.
Rapidus ignis Jovis, Fulmen. Virg. 1. Æn. 46.
Trisulci ignes, Fulmina. Ovid. 2. Met. 849.
Oculi micant igne. Ovid. 3. Met. 33.
Truculento igne minaces ardent genæ. Sen. OEdip. 12.
Ignis; pro Meretrice aliquando accipitur, quod non secus atque ignis amantes urere soleat: vel quia avida & avara est alimentorum, ut ignis. Ter. Eun. 1. 2. 5.
Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis. Virg. 3. Ecl. 66.
At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. Donatus.
Ignis, pro Amore. Ovid. 6. Met. 708.
— arserunt agitati fortius ignes.
Carpitur igni cæco. Virg. 4. Æn. 2.
Carpi indomito igne. Ovid. 10. Met. 369.
Colligere blandos ignes paulatim. Valer. 2. Argon. 354.
Concipere validos ignes. Ovid. 7. Met. 9.
Edunt medullam ignes. Catull. 33. 15.
Erumpit oculis ignis. Sen. Hippol. 4.
Exarsere ignes animo. Virg. 2. Æn. 575.
Ferre mutuos ignes. Sen. Hippol. 4.
Hauserat insolitos ignes virginis. Claud. de Nupt. Honor. 1.
Macerari lentis ignibus. Hor. 1. Carm. 13. 8.
Mersus visceribus ignis. Sen. Hippol. 5.
Nutrire suos ignes. Ovid. 6. Met. 493.
Populante venas furtivo igne. Sen. Hippol. 3.
Sensit tepidos ignes sub pectore. Ovid. 11. Met. 225.
Subjicere ignem, i. e. Invidiæ materiam suggerere. Cic. pro Rabir. Posth. 13. Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen quum odium non restingueretis, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. Budæus.
Ignis sacer, Morbi genus: cujus duæ species sunt: alter est subrubicundus aut mistus cum rubore, atque pallore, exasperatusque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est. plurimæ perexiguæ, in quibus semper fere pus est, & sæpe rubor cum calore: serpitque id, nonnunquam sanescente eo quod plurimum vitiatum est. fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Altera species est in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine. hoc latum est, sublividum: inæqualiter tamen, mediumque sanescit, extremis procedentibus, ac sæpe id quod jam sanum videbatur, iterum exulceratur, cutis colorem habet ex rubro subnigrum, hoc morbo corpora fere seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in cruribus maxime. Hæc Perottus, ex Celso. 5. 28. 4. Plin. lib. 26. cap. 11. Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui Zoster appellatur, & enecat si cinxerit. Vulgus vocat ignem S. Antonii.
Ignis sacer est quem Græci ἱερὸν νόσον appellant. Virg. 3. Georg. 566.
— contactos artus sacer ignis edebat. Servius. Falso. Cum ἱερὰ νόσος sit Epilepsia. conf. Taubm. & Cerd. in loc.
De igne Exploratorio, Nuptiali, Sacrificiali, & Vestali. V. Lex. Pitisc.
Cerei ignes in juramentis usurpati. Justin. 22. 2. 8. V. Græv. in loc. al. Cereis.
IGNĬCŬLUS, i. m. dimin. [πυρίδιον] Parvus ignis. Juven. 3. Sat. 102.
— igniculum brumæ si tempore poscas.
Igniculus, metaphorice, pro Incitamento & veluti Stimulo quodam a natura dato, ad aliquam rem consequendam. Cic. 3. Tusc. 2. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos, &c. Idem 5. de Fin 18. Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi & semina.
Desiderii igniculus. Cic. 15. Fam. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato.
Ingenii igniculi. Quintil. in procem. lib. 6.
Virilis igniculus. Cic. 15. Att. 26. Reliqua pars epistolæ: illa namque in utramque: sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles. i.e. Invitamenta quædam, vel incentiva virtutis homini innata. Budæus.
Jacere igniculos. V. paulo ante & JACIO.
IGNEUS, a, um. Adj. [πύρινος] Quod igne calet, fulget, aut simile igni est. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo.
Æther igneus. Tibul. lib. 4. 1. 22.
Astra ignea. Virg. 4. Æn. 352.
Color igneus. Plin. lib. 8. cap. 38. Arescitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes.
Fervor igneus. Plin. lib. 9. cap. 60. Huic tam igneum fervorem esse tradunt, ut omnia in mari contacta adurat.
Sitis ignea. Virg. 3. Georg. 482.
Sol igneus. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 60.
Virtus ignea, Divina. Lucan. lib. 9. 7.
IGNEOLUS, a, um. Adj. dimin. Prudent. Cathem. 3. 186.
Oris opus, vigor igneolus　Non moritur.
IGNĀRIUS, a, um. Adj. Ignem continens. ut Lapis ignarius. Marcell. Emp. cap. 33. V. PYRITES.
IGNĪDUS, a, um. Adj. Theod. Priscian. 2. 9. Uti cucurbitis ignidioribus. [An Ignitioribus.
IGNIO, īre. Prudent. Peristeph. 10. in Rom. 1077.
Acus minutas ingerunt fornacibus,
His membra pergunt urere, ut igniverint.
IGNĪTUS, a, um. Adj. ex Partic. [πυρώδης, διάπυρος, ἔμπυρος, πυρωτικής] Candens & admodum calidus.
Ignitius vinum. h. e. Naturam habens calidam & igneam. Gell. lib. 17. cap. 8. Tum ego respondi, conjectare me vinum idcirco minus coalescere, quod semina quædam caloris in sese haberet, essetque natura ignitius.
IGNĪTŬLUS, a, um. Adj. dimin. Tertull. ad Nat. 1. 10. extr. Quo Mercurius in calvitio pennatus, in caduceo ignitulus, corpora exanimata jam, mortemve simulantia e cauterio probat.
IGNEO, es, ēre, a quo IGNESCO, is, [πυρέομαι, πυρακτίομαι] ĕre. Ignitum fieri, in ignem converti & veluti ardere. Cic. 2. de Nat. Deor. 118. Ut ad extremum omnis mundus ignesceret.
Amor ignescit. Columel. lib. 10. 212.
Ante amor ignescit menti, sævitque medullis.
Iræ ignescunt, pro Accenduntur. Virg. 9. Æn. 66.
Vultus ignescunt sanguine. Stat. 3. Theb. 78.
Ignescitur, pro Ignescit. Laberius Colace, Figura humana inimici ardore ignescitur. Nonius 7. 108.
IGNESCENS, Partic. [πυρακτούμενος] Plin. lib. 37. cap. 2. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque ignescentem.
Cælum ignescens. Apul. Trismegist. p. 68.
Odia ignescentia. Stat. 11. Theb. 525.

Virgo ignescens. Sil. 9. 461. de Pallade,
Tum virgo ignescens penitus, &c. Subaudi Iracundia.

IGNIA, n. pl. Vitia vasorum fictilium. Fest. [At in Gloss.Lat.Gr. Ignia, Νόσα φυκίων. quod non satis assequor.

IGNIĀRIUM, i. n. [πυρεῖον] Igniaria Plinio appellantur Ligna, ex quibus ignis statim accenditur, lib. 16. cap. 40. Calidæ, morus, laurus, edera, & omnes e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem, non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimo conceptu: sed nihil edera præstantius, quæ teratur lauro, laurumque terat. Igniarium est (inquit Budæus) Quo ignis elicitur: constat silice e quo ignis atterendo elicitur, & ferro quo silex atteritur percussu; unde scintillæ decussæ, & in fomite, linteoque concerpto exceptæ, flammam excitant.

IGNITABŬLUM, i. n. Ignis receptaculum. Festus. Solin. cap. 18. Pyrpole etiam, quoniam & ignitabula ibi & ignis inventa sunt. & Macrob. Saturn. 2. 8. V. & Gloss. Lat. Gr.

IGNEFACTUS, a, um. Adj. Plin. 20. 9. extr. Flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque ignefactas emendat. Sed Harduinus divise exhibet Igne factas. V. Theod. Prisc. 2. 28.

IGNĬCŎLŎRUS, a, um. Adj. Ignei coloris. Juvencus in Matth. cap. 26. 64. — sub nubibus ignicoloris.

IGNĬCŎMANS, antis. Igneam comam habens. Avienus Phænom. Arat. v. 1112.
Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.
Stellæ ignicomantes. Avien. in Prognost. Arat. v. 88.

IGNICOMUS, a, um. Adj. Idem. ut, Sol ignicomus. Auson. Epist. 7. 8. Adde Nemes. Cyneget. v. 214.

IGNĬFER, a, um. [πυρφόρος] Adj. ut, Lampades igniferæ. Lucret. lib. 2. 25.
Æther ignifer. Lucret. 5. 499.
Axis ignifer, Currus Solis. Ovid. 2. Met. 59.

IGNĬFLUUS, a, um. [πυρίρρυτος] aliud Adj. ut, Cavernæ ignifluæ. Claud. 3. Cons. Hon. 196.

IGNĬGĔNA, æ. m. Ex igni genitus. Ovid. 4. Met. 12.
Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque, Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem. Cognomen est Bacchi, quod ex fulminis igne genitus sit. V. Fabulam apud Ovid. 3. Met. in Semele.

IGNĬGĔNUS, a, um. Adj. Idem. apud Apul. lib. 7. Met. pag. 197. [Nisi mendum est. Ponitur autem sensu activo, pro eo Qui ignem gignit. Quousque ergo frustra pascemus ignigenum istum? Forte Ignigerum scripsit Appulejus. V. locum.

IGNĬPES, ĕdis. [πυρόπους] Martial. lib. 1. 27.
Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.
Equi ignipedes Solis. Ovid. 2. Met. 392.

IGNĬPŎTENS, entis. [πυροσθενής] dictus est Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. Virg. 8. Æn. 421.
Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.
Deus ignipotens, Vulcanus. Virg. 12. Æn. 90.

IGNISPĬCIUM, i. n. [πυροσκοπία] sicut Aruspicium. Divinatio erat apud antiquos, quæ ignis inspectione sumebatur. Plin. lib. 7. cap. 56. Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus invenit.

IGNĬVĂGUS, a, um. Adj. ut Denunciatio ignivaga. Mart. Capell. 9. p. 304.

IGNĬVŎMUS, a, um. Adj. Carmen paschale, quod Lactantio, alii Venantio tribuunt, v. 3.
Altius ignivomum Solem cæli orbita ducit.

IGNŌBĬLIS, e. Adj. [ἄσημος, ἀσήμαντος, νώνυμος] Incognitus, ignotus, vilis, & abjectus in contemptum. Plaut. Pseud. 4. 2. 9.
Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. Tusc. 102.
Cyrenæum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur?
Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tusc. 57. Nec siletur illud potentissimi regis Anapæstum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus.
Argentariam non ignobilem facere. Cic. pro Cæcin. 10.
Carmen ignobile. Virg. 9. Ecl. 38.
Familia non ex ignobili mulier. Cic. 7. Verr. 28.
Gramen ignobile, Vile, ubique nascens, ut ait Servius. Virg. 4. Georg. 63.
— & cerinthæ ignobile gramen.
Herbæ surdæ & ignobiles. Plin. lib. 22. cap. 3. Interim fortius augetur auctoritas: quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus herbis, perhibebitur.
Lethum ignobile. Sil. lib. 3. 123.
Loco ignobili natus. Cic. pro Cluent. 112. Ubi siquis ignobili loco natus ita vivat, ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur.
Magister dicendi non ignobilis Demetrius Syrus. Cic. de Clar. Orat. 315.
Morte ignobili atque inhonesta occubuit. Liv. 29. 18.
Nomen ignobile. Sil. lib. 13. 33.
Regnum ignobile. Hor. 1. Serm. 6. 9.
Ignobilis, Stultus. Virg. 1. Æn. 153.
—— sævitque animis ignobile vulgus. Sic Servius. Nisi mavis accipere pro Fæce populi quam vocat Cicero.
Compar. Gell. 14. 2. extr. Verbum ignobilius. h. e. Inusitatius. Et Plin. 23. 1. Innocentius jam est, quodcunque & ignobilius.
Superl. Gell. 15. 4. Homines ignobilissimi & despicatissimi. Et Plin. 35. 4. Ignobilissimos alioqui Senatus spectat.

IGNOBILĬTER, Adv. Solin. cap. 70. Ædes ignobiliter fastigatæ.
Sepultum ignobiliter. Eutrop. 7. 15.

IGNOBILĬTAS, ātis. [δυσγένεια] Vilitas. Cic. 5. Tusc. 103. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit?
Paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo. Cic. 5. Tusc. 29.
Generis ignobilitas. Cic. pro Muren. 17.
Virorum ignobilitas. Ovid. 6. Met. 319.

IGNŌMĬNIS, e. Adj. [ἀνώνυμος] Qui laude & gloria caret: quasi Inglorius & illaudatus. A quo

IGNŌMĬNIA, æ. f. [ἀτιμία, ἀδοξία] Nominis nota, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. Cic. pro Quint. 64. Dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur. Idem 2. Fam. 17.
Ignominiæ est, Pro ignominia & vitio habetur. Plin. lib. 18. cap. 2.
Labes ignominiaque mortis. Cic. pro Rabir. perd. reo 27.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic. 2. de Divin. 22.
Damnatione & ignominia dignus. Cic. 7. Att. 3. Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos, illac facere.
Accipere ignominiam. Cic. 4. Verr. 58.
Afficere ignominia. V. AFFICIO. Cic. pro Rosc. Amer. 113. Qui ignominia mortuum affecerit.
Appetitus ignominiis omnibus. Cic. pro Quint. 28. V. APPETO.
Cadit ignominia in aliquem. Cic. In illo communi incommodo, nulla in quenquam propria ignominia nominatim cadebat.
Concisus ignominia. V. CONCĪDO.
Deformare ignominia. Cic. pro Muren. 88. Eandem deformatam ignominia, lugentemque videat.
Depellere ignominiam. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Gemens ignominiam plagasque superbi victoris. Virg. 3. Georg. 226.
Habere ignominiam. Cic. 6. Philipp. 6.
Imponere injuriam alicui sine ignominia. Cic. pro Quint. 96.
Inferre ignominiam. V. INFERO.
Inurere ignominiam alicui. V. INURO.
Notare aliquem ignominia. Quintil. lib. 6. cap. 3. Cic. 7. Philipp. 23. V. NOTO.
Perferre ignominiam. V. PERFERO.

IGNOMINIŌSUS, a, um. Adj. [ἄτιμος] Cui inest ignominia, Notatus infamia. Quintil. lib. 7. cap. 2. Tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere, exul enim eras & ignominiosus.
Appellatio ignominiosa ac barbara. Plin. lib. 3. cap. 3.
Dicta ignominiosa. Hor. 2. de Arte Poet. 26.
Fuga ignominiosa. Liv. 3. 23. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes, Romanus Consul in Algido consequutus, ad unum omnes occidit.

IGNOMINIŌSE, Adv. Cum ignominia. ut, Ignominiose pugnare, Eutrop. 4. 10. 4.
Compar. Arnob. lib. 4. Tractari ignominiosius.
Superl. Orosius 7. 7. extr. Fugere ignominiosissime.

IGNOMINIĀTUS, a, um. Adj. [ἀτιμασθείς] pro Ignominia affectus. Gell. lib. 8. Lemmate cap. ult. Quibus modis ignominiatus, tractatusque sit a Cæsare Laberius poeta. Antiquum & obsoletum. Al. Ignominia notatus.

IGNŌRO, [ἀγνοῶ] āre. Nescire. Ter. Heaut. 2. 3. 28.
Hoc primum, ut nequid hujus rerum ignores, anus &c.
Ignoras me, h. e. Qui sim non cognoscis. Ter. Heaut. 1. 1. 53. Cic. 4. Acad. 4. Majore enim studio Lucullus, cum omni litterarum generi, tum philosophiæ deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur.
Ignorant me omnes. Plaut. Amph. 4. 3. 13. Ter. Eun. 5. 9. 59. Isti te ignorabant.
Ignorat nomen suum. Plaut. Capt. 3. 4. 29. i. e. Non meminit nominis sui.
Ignorat patrem suum. Ter. Phorm. 5. 6. 34.
Somnium: utine hæc ignoraret suum patrem? G. aliquid credito, Phormio, esse causæ.
Ignorat se, sapientia sit necne. Cic. 4. Acad. 23. Ipsa vero sapientia si se ignorabit, sapientia sit necne: quomodo primum obtinebit nomen sapientiæ?
Ignoratur, passivum. Ter. Phorm. 2. 3. 10.
Quia egens relicta est misera, ignoratur parens. V. Voss. 4. Inst. Orat. p. 162. Plaut. Men. 2. 3. 14.
Fides ista ignoratur. Ovid. 1. Trist. 4. 18.

IGNŌRANS, Partic. [ἀγνοῶν] Cic. de Amicit. 24. Quum ignorante rege, uter eorum esset Orestes, &c. Cic. ad Brut. 16. Juvat enim magnifice loqui, & certe decet adversus ignorantes quid pro quoque timendum, aut a quoque petendum sit.

IGNORANTER, Adv. Cyprianus Epist. 63.

IGNORANTIA, æ. f. [ἄγνοια] Ad humani ingenii vitium pertinet, quando quis per ignorantiam non satis intelligit quid faciat vel dicat, aut contra. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ignorantia prætendi non potest. Cic. pro Flacc. 46. Ubi adolescentes nihil possent discere nisi ignorantiam litterarum.
Recti ignorantia. Tacit. Agric. 1. 1. Stirpis ignorantia. Cic. de Amicit. 70. V. IGNORATIO.
Veri ignorantia. Ovid. 7. Met. 92.
Miserabilis ignorantia. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Supina ignorantia. V. SUPINUS.

IGNORĀTUS, a, um. Partic. [ἀγνοηθείς] Tacit. 4. Hist. 36. Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset.
Ars ignorata. Hor. de Arte Poet. 262.
Uterus ignoratus. Plin. Epist. 8. 11. Inde abortus, & ignorati uteri triste experimentum.
Compar. Tacit. 12. Ann. 11. Clementiamque ac justitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capesseret. Ignoratiora, i.e. Magis incognita. Tolerantiora, i. e. Tolerabiliora. Al. Ignora & Toleratiora.

IGNORĀTIO, ōnis. f. [ἀγνόημα] Inscitia, & si ita dicendum est, Inscientia. Ad actum & rem pertinet, quæ penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur. Cic. 3. Off. 72. Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria. Idem 2. Fam. 8.
Regis ignoratio. Curt. 3. 12. 17. Sysigambis advoluta est pedibus ejus, ignorationem nunquam antea visi regis excusans.
Ignoratio sui. Cic. pro A. Cluent. 109. Quod erat odium, dii immortales, quæ superbia, quanta ignoratio sui, quam gravis atque intolerabilis arrogantia? Idem de Amicit. 70. Propter ignorationem stirpis & generis, &c. Corrupte legitur in quibusdam exemplaribus, Ignorantiam.
Abuti ignoratione alicujus. V. ABUTOR.

IGNORĀTOR, ōris. m. JCt. in Cod.

IGNORABĬLIS, e. Adj. [ἄγνωστος] Quod non cognoscitur. Plaut. Pseud. 2. 1. 18. Cic. 2. de Invent. 99. Quod levius, facilius, non ignorabile, non

non fortuitum, non necessarium fuerit. Gell. lib. 9. cap. 12. Alterum autem illud ignorabilius obscuriusque est.

IGNORABILĬTER, Adv. Idem. Apul. 3. Met. p. 137. Laminis ignorabiliter litteratis.

IGNĀRUS, a, um. Adj. [ἀμαθής, ἀνεπιστήμων] Imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus. Plaut. Pœn. 3. 3. 43.
Ait se peregrinum esse, hujus ignarum oppidi.
Animi mei ignarus. Ter. Hec. 4. 4. 60.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Artis meretriciæ ignara. Ter. Heaut. 2. 1. 14.
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Causæ ignarus. Plin. lib. 17. cap. 11.
Fortunarum suarum ignarus. Cic. pro Quint.
Futuri haud ignara. Virg. 4. Æn. 508.
Hominum & locorum ignarus. Virg. 1. Æn. 336.
Instituti ignarus. Cic. 7. Fam. 24. Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego, &c.
Lacrymarum tuarum ignarus. Ter. Hec. 4. 4. 53.
Ignarum censes tuarum lacrymarum esse me?
Morum meorum ignarus es. Ter. Adel. 2. 1. 6.
Æschine, audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum.
Mundi ignarus. Plin. lib. 2. cap. 9.
Officii civilis ignarus. Cic. 3. de Fin.
Patris ignara. Plin. Epist. 176.
Philosophiæ ignarus. Cic. 1. Acad. 4.
Rationis ignarus. Tacit. 1. Ann. 28.
Religionis ignarus. Cic. 6. Verr. 113. Hi denique illud, ignari totius negotii ac religionis, mercede accepta sustulerunt.
Viæ ignarus. Virg. 1. Georg. 41.
Urbis ignarus. Liv. 1. 35.
Docendi ignarus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Nocendi ignara mens. Claud. Epist. 1. ad Hadrian. 3.
Non ignari estis quemadmodum. Cic. 15. Fam. 1. Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.
Ignarus sum, quid agatur. Et, Ignarus quid virtus valeret. Cic. pro Sext. 60.
Ignarus ad quod pertineat. Cic. in Topic. 75. Pueri sæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari.
Ignarus & insolens. Cic. 1. de Orat. 207. Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens.
Ignarus, pro Ignoto. Tacit. 2. Ann. 13. Per occulta, & vigilibus ignara. Passive usus est & Sallustius Jugurth. cap. 18. Mare magnum & ignara lingua commercia prohibebant.
Regio ignara hostibus. Sallust. Jugurth. cap. 52. Plerosque velocitas & regio hostibus ignara, tutata sunt.
Sævitia ignara. Tacit. 15. Ann. 62. Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis?
Superl. Gell. 14. 1. Sidera aliis omnino ignarissima. V. Drakenb. ad Sil. 2. 98.
Ignarus & Ignavus confundi in MSS. observat idem Drakenb. ad Sil. 10. 86.

IGNARŪRIS, e. Adv. Idem ac Ignarus. Plaut. Pœn. prol. v. 47. Æque ut mecum sitis ignarures. Gloss. Lat. Gr. Ignarures, ἀγνοοῦντες. V. Gnaruris in GNARUS.

IGNOSCO, ōvi, ōtum, [συγγινώσκω] ĕre. Valde noscere, & discere. Varro, Vosque in theatro qui voluptatem auribus huc aucupatum concurristis domo, adeste: & a me, quæ feram, ignoscite, domum ut feratis e theatro litteras. Apud Non. 2. 243.
Ignosco pro Innosco. Nam qui aliquid cuipiam ignoscit, illud non noscit, id est, Non agnoscit, perinde facit ac si non nosceret. H. St.
Ignoscere, Condonare, &, ut ait Cic. 15. Fam. 14. Sceleris pœnam prætermittere. Plaut. Aulul. 4. 10. 9.
Id adeo te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas mihi.
Ter. Adel. 3. 4. 27.
Venit ipsus ultro lacrymans, orans, obsecrans,
Fidem dans, jurans se illam ducturum domum:
Ignotum est, tacitum est.
Inter Ignoscere & Concedere differentia est, quam Cicero innuit scribens ad Cæsarem juniorem his verbis, Quod mihi & Philippo vacationem das, bis gaudeo, nam & præteritis ignoscis, & concedis futura. V. Nonium 5. 56.
Falso ignoscere. Ovid. 13. Met. 189.
Sibi ignoscere. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Sibi omnia ignoscere. Paterc. lib. 2. cap. 30. Adeo familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere.
Dementia ignoscenda. Virg. 4. Georg. 489.
Vitio ignoscitur omni. Ovid. 1. de Arte Am. 249.
Peccatum ignoscere. Plaut. Amph. 1. 1. 101.
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.
Significat etiam Ignorare. Quintil. 8. 5. p. 720. Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. V. Passerat. ad Propert. 2. 2. 56. [Sed lapis sit necesse est, cui persuaserit. V. Burm. ad Quintil. & Brœkh. ad Propert. l. c.

IGNOSCENS, Partic. [συγγνωμονικός] Qui facile condonat & ignoscit. Ter. Heaut. 4. 1. 32.
Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior, &c.

IGNOSCENDUS, a, um. Partic. Macrob. 2. Saturn. 13. Sed hæc & alia ignoscenda Vergilio, qui studii circa Homerum nimietate excedit modum.

IGNOTŪRUS, a, um. Partic. [συγγνωσόμενος] Ex Cic. in Caton. affert Priscian. Ignoturum alteri, quod patrem: alteri, quod tutorem sequutus esset.

IGNOSCENTIA, æ. f. [συγγνώμη] Condonatio peccati. Gell. lib. 7. cap. 3. Interdum autem quasi eos deliquisse concedat, ignosci postulat, & ignoscentias utiles esse rebus humanis docet.
Janua ignoscentiæ clausa. Tertull. de Pœnit. cap. 7.

IGNOSCĪBILIS, e. Adj. [συγγνωστός] Gell. lib. 13. cap. 20. Hic vester hujuscemodi vestitus, de multo jam usu ignoscibilis est. i. e. Venia dignus. V. Tertul. de Uxor. 2. 1.

IGNŌTUS, a, um. Adj. [ἄγνως, ἀγνοούμενος] Incognitus, non visus. Plaut. Men. 2. 2. 19.
Qui mihi molestus, homini ignoto, quisquis es.
Populo ignotus. Ovid. 1. Trist. 1. 60.
Domos ignotas petere. Virg. 4. Æn. 312.
Gens ignotior. Liv. 5. 32. Id, ut fit, propter auctoris humilitatem spretum: & quod longinqua, eoque ignotior, gens erat.
Locis ignotis errare. Ovid. 4. Met. 294.
Mortibus ignotis perierunt. Hor. 1. Serm. 3. 108.
Oris ignotis exulat. Virg. 3. Georg. 225.
Pars ignotissima turbæ. Claud. 1. in Eutrop. 153.
Pondus auri ignotum. Virg. 2. Æn. 59. Aut quod ignorabat Dido, aut Tantum quantum nullus unquam novit. [Immo Quod ignoratur, Quod nemo novit.
Terra ignota. Virg. 5. Æn. 795.
Verba obscuriora & ignotiora. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Vias ignotas inire. Ovid. Rem. Amor. 578.
Viri ignoti nova forma. Virg. 3. Æn. 591.
Veste in ignota viri. Virg. 7. Æn. 167.
Ignotus, Qui ignorat, & est inscius rei alicujus. Quintil. Declamat. 6. Nequis tamen erret ignotus, non est filii mei noverca, sed mater. Cic. 12. Fam. 5. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem, cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant. Ignotis, pro His qui non noverant active posuit. Sic Liv. lib. 3. cap. 44. ubi de Appii Claudii libidine loquitur: Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Plaut. in Pseud. 4. 2. 39. Novi: notis prædicas. Notis, i. e. Iis qui noverunt. Cic. pro M. Cœl. 3. De dignitate Cœlius notis ac majoribus natu, etiam sine mea oratione tacitus facile ipse respondet, quibus autem propter senectutem, quod jam diu minus in foro nobiscum versatur, non æque est cognitus, hi sic habeant, &c. Q. Curtius lib. 5. cap. 12. extr. Ignoti jumenta agebant.
Ignotus in vulgus. Cic. 9. Att. 4. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.
Obscurus & ignotus. Cic. 1. de Orat. 77. Jus applicationis obscurum sane & ignotum patefactum est.

IGNOTITIA, æ. f. Gell. 16. 13. Jura, quibus uti jam per ignotitiam non queunt. Sic legimus ex MSS. Pareus Lex. Crit. p. 566. Vulg. Ignorantiam.

## I G U

IGŬVIUM, i. n. Umbriæ oppidum. Sil. 8. 460.
Narnia, & infestum nebulis humentibus olim
Iguvium, &c. V. ibi Drakenb. & Manut. ad Cic. 7. Att. 13. p. 199.

## I L B

ILBA. V. ILVA.

## I L E

ILE, is. n. [λαγών] pl. Ilia, ium, ibus. Servius, Hoc Ile, & hæc Ilia facit. Unde etiam Juven. 5. Sat. 136.
— vis frater ab ipsis Ilibus. Nam quod Marulus mimographus dixit parasito, Tu Hectorem imitaris, ab ilio nunquam recedis: quum de guloso diceret, allusit ad civitatis nomen: Nam ab ili debuit dicere. Plin. lib. 11. cap. 37. Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur cibus, in ceteris ile: a quibus capaciora intestina ad alvum, hominique flexuosissimis orbibus.
Ilia ipsa inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, inquit Cels. lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 37. Inter vesicam & alvum arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. V. Hard. Cels. lib. 7. cap. 29. Oportet mulierem resupinam transverso lecto sic collocare, ut feminibus ejus, ipsius ilia comprimantur.
Dura messorum ilia. Hor. Epod. 3. 4.
Substricta ilia. Ovid. 3. Met. 216.
Ducere ilia. Hor. 1. Epist. 1. 9. V. DUCO.
Religare ilia baltheo. Sen. Herc. fur. v. 543.
Rumpere ilia alicujus. Catul. 11. 20.
Invidia rumpantur ut ilia Codro. Virg. 7. Ecl. 26. Proverbialis hyperbole extremæ indignationis.
Tendunt singultu ima ilia longo. Virg. 3. Georg. 507. Trahere ilia. Plin. lib. 26. cap. 6. Tanta huic vis est, ut jumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. De Verbasco.
Ilia etiam Venter sive cavitas vasorum. Juvenc. 2. 140.
Sex illic fuerant saxis præpulcra cavatis
Vascula, quæ ternis aperirent ilia metris.

ILEOS, i. m. [εἰλεός] Morbus gracilioris intestini. Plin. lib. 30. cap. 7. de ventris malis, Gravissimum vitium ileos appellatur. Idem lib. 20. cap. 66.

ILIŌSUS, Qui morbo ilium laborat. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos censet.

ILERDA, æ. f. [Ἰλέρδα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs, *Lerida* & *Lerda* vernaculis dicitur.
Unctus mitteris Ilerdam. Hor. 1. Epist. 20. 13. V. Lucan. 4. 33.

ILEX, ĭcis. f. [πρῖνος] Arbor quercui proxima, in Provincia vocatur *Yeuze*, vel *Yeuse*. Gell. lib. 5. cap. 6. Ea fit e fronde querna: quoniam cibus victusque antiquissimus quercu capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. De corona Civica loquitur.
Arguta ilex. Virg. 7. Ecl. 1.
Coruscis ilicibus fremit Apenninus. Virg. 12. Æn. 703.
Crebris ilicibus nigrum nemus. Virg. 3. Georg. 334.
Curvata glandibus ilex. Ovid. 10. Met. 94.
Frondens ilex. Virg. 5. Æn. 129.
Icta securibus ilex. Virg. 6. Æn. 180.
Litorea. Virg. 8. Æn. 43.
Nigra. Virg. 9. Æn. 381.
Opaca. Virg. 6. Æn. 209.

Plena

Plena favis ilex. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 109.
Procera ilex. Hor. Epod. 15. 5.
Ramosa ilex. Ovid. 8. Met. 237.
Tonsa ilex bipennibus. Hor. 4. Carm. 4. 57.
Trementes ilices frangit Aquilo. Hor. Epod. 10. 8.
Viridis ilex. Ovid. 1. Met. 112.
Vitiosa. Virg. 2. Georg. 453.

ILICĒTUM, i. n. [πρινών] Locus ilicibus consitus. Martial. lib. 12. 18.
—— e cathedra
Surgentem focus excipit, superba
Vicini strue cultus iliceti.

ILĬCEUS, a, um. Adj. [πρίνινος] Quod factum est ex ilice. Stat. 2. Theb. 101.
Ornique iliceæque trabes, metuendaque succo.

ILIGNEUS, a, um. Adj. [πρίνινος] Quod est ex ilice, vel etiam ad ilicem pertinet: ut, Frons ilignea. Columel. lib. 11. cap. 2. Idem lib. 6. cap. 3. Modius viridis laureæ, & ilígneæ frondis.
Ilignea corona. Plin. lib. 16. cap. 4.

ILIGNUS, a, um. Adj. [πρίνινος] Idem, ut, Iligna glans. Plin. lib. 16. cap. 5. Pedes iligni lecti. Ter. Adel. 4. 2. 46.
Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit.

## I L I

ILIA, æ. f. [Ἰλία] Vestæ sacerdos, Romuli & Remi mater a Marte compressa, Amulii filia. Servius apud Virg. 1. Æn. 278.
— donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem. V. Liv. 1. 4. & Broekh. ad Tibul. 2. 5. 53.

ILIA, um. V. ILE.

ILIADES, ILIAS. V. ILIUM.

ILICEUS. V. ILEX.

ILĬCET, [ἴθι] per syncopen dictum, quasi Ire licet. Ter. Eun. 1. 1. 9. Actum est, ilicet, peristi. h. e. Per me quidem licet, atque id etiam consuluerim ut abeas, alioqui actum est de te. Idem Phorm. 1. 4. 29.
— hoc nihil est, Phædria, ilicet,
Quid hic conterimus operam frustra? Ubi Donatus, Ilicet, semper finem rei significat. Sic judices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronuntiasset, Ilicet, quod significat, Ire licet. Erat & solennis in funeribus formula. V. Turneb. 3. 12. & Lex. Pitisc. Item in re desperata. Plaut. Curc. 1. 3. 30. Taubm. ad Plaut. Epid. 5. 2. 19. Nonnulli scribunt Illicet, duplici ll. Plaut. Cistel. 4. 2. 17. Actum est, Ilicet.
Ilicet, pro Statim, confestim. Plaut. Rud. 4. 6. 12.
Sed propera. T. licet. D. jam hic fac sis, cœna ut curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet. Sed Al. Omnian' licet?
Ilicet obruimur numero. Virg. 2. Æn. 424. conf. Tibul. 2. 5. 113.
Ilicet, Affirmantis adverbium. Plaut. Epid. 5. 2. 19.
Ilicet ut vadimodium mihi hic ultro facit. EP. Quin colligas?

ILICO. V. ILLICO.

ILIENSIS. V. ILIUM.

ILIGNEUS, ILIGNUS. V. ILEX.

ILIŎNE, es. f. [Ἰλιόνη] Virg. 1. Æn. 657.
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami.

ILIŎNEUS, quadrisyll. [Ἰλιονεύς] Trojanus fuit, quem Virgilius non sine caussa ubique inducit eloquentem. Nam ut Homerus dicit, Phorbas, pater Ilionei, semper Mercurio deo eloquentiæ favente pugnavit. Servius apud Virg. 1. Æn. 525. &c.

ILIOSUS. V. ILE.

ILISSUS, [Ἰλισσός] Amnis in Attica Musis dicatus, quas Ilissidas vocant. Stat. 12. Theb. 641.
Celavit Geticos ripis Ilissus amores. Idem 4. Theb. 52.
Lambit & anfractu riparum incurvus Ilissus.

ILĪTHȲIA, [Εἰλείθυια] dicitur a poetis Diana, quæ parientibus assistere putabatur. V. Interpr. ad Hor. Carm. Sec. 14.
Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. Ovid. 9. Met. 283.

ILIUM, i. n. [Ἴλιον] (inquit Servius) Virgilius neutro tantum genere declinat: Horatius autem femino: ut 4. Carm. 9. 18.
—— non semel Ilios Vexata. Ilium proprie civitas est: nam regio, Troja est, quamvis interdum pro civitate, Trojam ponat Virgilius, ut 3. Æn. 11.
Et campos ubi Troja fuit.
Divûm domus Ilium. Virg. 2. Æn. 241.
Altum Ilium. Virg. 5. Æn. 756.
Crematum Ilium. Hor. 4. Carm. 4. 53.
Sacrum Ilium. Hor. 3. Carm. 19. 4.
Superbum Ilium. Virg. 3. Æn. 3.

ILIUS, a, um. Adj. [Ἴλιος] ut, Tellus Ilia. Virg. 9. Æn. 245.
Hector Ilius. Plaut. Bacch. 4. 9. 27.
Turmæ Iliæ. Hor. Carm. Secul. 37.

ILIĂCUS, a, um. aliud Adj. [Ἰλιακός] ut,
Gens Iliaca. Idem 6. Æn. 875.
Campi Iliaci. Virg. 1. Æn. 101.
Muri Iliaci. Hor. 1. Epist. 2. 16.
Ruinæ Iliacæ. Virg. 1. Æn. 447.

ILIENSIS, e. [Ἰλιεύς] aliud Adj. ut, Iliensis Minerva, de qua mentio est apud Ulpianum in Institutis. Nam quum Romani originem agnoscerent Trojanam esse, Iliensi Minervæ hoc quoque jus tribuerunt, ut ei legari posset. Ceterum illo loco usque adhuc Meliensis corrupte lectum est. V. Turnebum 7. 21. Suet. Claud. 25. 10. Neron. 7. 7. item Tiber. 52. 4.
Ilienses & Populi sunt Corsicæ insulæ antiquissimi, ut scribit Pompon. Mela lib. 2. cap. 7. Horum meminit & Pausanias in Phoc. pag. 332. extr. Wech.

ILIAS, ădis. pl. Iliades, um. f. [Ἰλιάδες] Gentile f. Virg. 3. Æn. 65.
Et circum Iliades, crinem de more solutæ. i. e. Trojanæ.

ILIĂS, ădis. f. [Ἰλιάς] Homeri opus in quo Ilii excidium describit. Propert. 2. 34. 66.
Cedite Romani scriptores, cedite Graii:
Nescio quid majus nascitur Iliade. Ovid. de Arte Am. 3. 413.
—— quis nosset Homerum,
Ilias, æternum si latuisset opus?
Ilias malorum, Proverbium. De calamitatibus maximis simul & plurimis: propterea quod in Iliade Homerica nullum mali genus non recensetur. Unde ex hac docti putant tragœdiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus verbosum, viginti quatuor voluminibus vix absolutum. Unde & Quamvis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem vocant. Cic. 8. Att. 11. Non multo, inquam, secus possum vaticinari, tanta malorum impendet Ilias. Erasmus. Ovid. 2. Trist. 371.
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, &c.

## I L L

ILLA, V. ILLE.

ILLĀBĔFACTUS, a, um. Adj. [ἀλύμαντος] Ovid. 4. de Pont. 8. 10.
Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis;
Quæ semper maneant illabefacta precor. Affinia vincula, i. e. Affinitatis conjunctiones: Illabefacta, Inviolata, non contaminata.

ILLĀBOR, ĕris, illapsus sum, [εἰσρέω] ābi. Intro labi, influere, demitti. Cic. 2. de Nat. Deor. 153. Quo primum illabuntur ea quæ accepta sunt. Hor. 3. Carm. 3. 7.
Si fractus illabatur orbis.
Illabor ad. Cic. 1. de Fin. 39. Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam: & ad eos cum suavitate afflueret & illaberetur, nec, &c.
Illabi animos. Cic. 2. de Legib. 39. Longe providens quam sensim pernicies illapsa civium animos, malis studiis, malisque doctrinis repente totas civitates everteret.
Illabitur urbi, & illabitur mari, h. e. In urbem & in mare prorumpit. Virg. 2. Æn. 240. de Equo Trojano.
— mediæque minans illabitur urbi. Plin. lib. 5. cap. 29. Amni Tiberino illabitur Nar. Lucan. lib. 1. 475.

ILLABENS, tis. Partic. ut, Astris illabentibus tepet Pontus. Stat. 1. Achil. 138.

ILLAPSUS, a, um. Partic. ut, Truncus illapsus cerebro. Hor. 2. Carm. 17. 27. Virg. 2. Æn. 377. al. Delapsus.

ILLAPSUS, ûs. m. [εἴσρευσις] Columel. lib. 2. cap. 2. Ne præcludatur humoris illapsu atque exitu.

ILLĀBŌRO, āre. Tacit. German. 46. de Fennis verba faciens, qui solo venatu aluntur: Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus. i. e. Quam magno labore agros colere, aut in domibus laborare, sive domi aliquid operis laboriosi facere. Sed

ILLĀBŌRĀTUS, a, um. Adj. [ἀπραγμάτευτος] Quod sine labore & diligentia factum est. Quintil. de Cic. lib. 10. cap. 3. Tum interim hæc omnia quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata, &c. Sic, Terra illaborata, i. e. Non culta aratro. Sen. Epist. 90.

ILLAC. V. ILLE.

ILLACERABĬLIS, e. Adj. [ἀσπάρακτος] ut, Spolium illacerabile. Sil. lib. 5. 137.

ILLĂCESSĪTUS, a, um. Adj. [ἀπρόκλητος] Tacit. in vita Agric. cap. 26. Tanta ratione, curaque, ut nulla ante Britanniæ nova pars illacessita transierit. Idem de Germ. cap. 36. Pacem illacessiti nutrierunt.

ILLĂCRȲMO, [ἐπιδακρύω] āre. Valde lacrymare. Liv. 25. 24. Illacrymasse dicitur, partim gaudio &c. conf. Hor. 2. Serm. 5. 103. Et Suet. Aug. 66. 4. & Vesp. 15. 4.
Illacrymare morti alicujus. Cic. 3. de Nat. Deor. 82.
Sic ait illacrymans. Virg. 9. Æn. 303.
Malis illacrymare. Ovid. 5. Trist. 8. 6.
Illacrymare fortis humanæ, subaudi Caussa. Liv. lib. 45. cap. 4. pr. Sed Gronov. edidit Sorti.
Illacrymare, de rebus etiam insensibilibus a Virgilio dictum est, pro Sudare, est & Liquidum humorem emittere, 1. Georg. 480.
Et mæstum illacrymat templis ebur, æraque sudant.

ILLACRȲMANDUS, a, um. Partic. Augustin.

ILLACRYMĀTIO, ōnis. f. Gell.

ILLACRYMABĬLIS, e. Adj. [ἄδακρυς] Immisericors & inexorabilis. Pluto illacrymabilis. Hor. 2. Carm. 14. 7.
Urna illacrymabilis. Ausonius Epig. 8. in tumulum hominis felicis,
Perpetuum mihi ver agit illacrymabilis urna.
Illacrymabilis, Indignus lacrymis: vel potius Pro quo mortuo nullæ funduntur lacrymæ. Hor. 4. Carm. 9. 26.

ILLACTENUS. V. ILLE.

ILLÆDO, si, sum, [προσκόπτω] ĕre. apud Cic. legebatur, pro Infringere & violare, in Orat. in Vatin. 5. Num Æliam, num Fusiam legem illæserit? Quo loco emendata exemplaria habent Neglexerit. [Quod si codd. MSS. tamen illam alteram lectionem præferunt, non absurde putem Illuserit reponi.

ILLÆSUS, a, um. Adj. [ἀβλαβής, ἀπήμων] Plin. lib. 15. cap. 30. Gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam. Martial. lib. 1. 36.
Illæsum timidis unguibus hæsit onus.
Cupressus illæsa bruma. Stat. 6. Theb. 99.

ILLÆTĀBĬLIS, e. Adj. [ἀνέραστος] Non lætum, & quod nullam lætitiam adfert. Virg. 3. Æn. 707.
Hinc Deprani me portus, & illætabilis ora
Accipit. Et 12. Æn. 619.
— illætabile murmur.
Onus illætabile. Stat. 5. Theb. 633. sic vocat Puerum mortuum.

ILLAPSUS. V. ILLABOR.

ILLĂQUEO, [παγιδεύω] āre. Laqueo constringere. Prudent. Hymn. Cathem. 3. 41.
Callidus illaqueat volucres.

ILLĂQUEĀTUS, a, um. Adj. Inlaqueatus, inquit Festus, alii pro Vincto utuntur, alii pro Soluto. Cic. de Arusp. Resp. 7. Sed si etiam nunc,

nunc, illaqueatus jam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, &c.

ILLĀTĔBRA, æ. f. Ubi celari nihil quit, a Non latendo dicta. Plaut. 1. Frag. 39.
Cujus ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus. i.e. Efficiam dentibus & manibus meis, ne in ejus latere quicquam celari possit, ita discerpendo aperiam. al. In latebras disjunctim.

ILLĀTĔBRO, [ἀποκρύπτω] āre. quasi Intus abscondere. Gell. lib. 17. cap. 2. ex Q. Claudii annalium primo, Arma plerique abjiciunt, atque inermi illatebrant sese. Ibi Illatebrant, verbum poeticum visum est, sed non absurdum, neque asperum.

ILLATIO, ILLATUS. V. INFERO.

ILLĀTRO, āre. Lucan. lib. 6. 729.
Perque cavas terræ, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat: regnique silentia rumpit. Sil. 13. 845.
— illatrat jejunis faucibus Orcus.

ILLATRĀTIO, ōnis. f. Tacit.

ILLATRĀTOR, ōris. m. JCt. in Dig.

ILLAUDABILIS, ILLAUDANDUS, V. post seq. dict.

ILLAUDĀTUS, a, um. [ἀπαίνετος] Adj. non Qui laudatus non sit, sed Qui laudari non meruit, hoc est Illaudabilis, ut ait Servius. Virg. 3. Georg. 4. — quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras? Gell. lib. 2. cap. 6. de isto loco Virgilii loquens, Sed enim (inquit) qui in omni re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque habetur. V. etiam Macrob. 6. Saturn. cap. 7.
Facta non illaudata. Stat. 11. Theb. 11.
Illaudatus, Laude carens. Plin. 7. Epist. 26. Gubernator cum placido mari vehitur, tunc admirante nullo, illaudatus, inglorius portum subit.

ILLAUDĀBĬLIS, e. Adj. [οὐκ αἰνετὸς] Gell. lib. 2. cap. 6. Illaudatus enim est quasi illaudabilis, & innominabilis, qui neque mentione aut memoria ulla dignus est, neque unquam nominandus est.
Carmen illaudabile. Stat. 5. Silv. 5. 33.

ILLAUDANDUS, a, um. Partic. Ignobilis. Tertull. vel Cypr. adv. Marc. Carm. 3. cap. 6.
Plebis facta illaudanda.

ILLAUTUS, a, um. Adj. Plaut. Pœn. 1. 2. 23.
— nam quæ lavata est, nisi
Perculta est, meo quidem animo quasi illauta est. V. ILLOTUS.

ILLE, a, ud. Adj. [ἐκεῖνος, τὶς] dicitur Is de quo fit mentio. De certa enim persona dicitur, inquit Donatus. Ter. Andr. 2. 1. 1.
Quid ais, Byrria? daturne illa hodie Pamphilo
Nuptum? Ubi donatus, Bene ILLA, velut amatorie, de certa loqueretur persona. Sic Virg. 4. Æn. 421.
— solam non perfidus ille
Te colere. Ergo non Æneas, sed Ille.
Ille, frequentius quidem ad Remotius, sæpe tamen ad Propinquum etiam referri solet. Plin. 3. Epist. 9. Cic. pro Rosc. Com. 86. Quid est quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur sancte. conf. Sen. Epist. 14. Et Sanct. Minerv. 2. 9. extr. cum Not. Periz.
Ille, pro Aliquis. Hor. 2. Serm. 7. 38.
— fateor me, dixerit ille,
Duci ventre levem. h. e. Si aliquis dixerit, &c.
Ille, cum significantia aliqua prolatum, inquit Priscianus, i. e. Emphasi. Virg. 7. Æn. 110.
— sic Jupiter ille monebat. Cic. 1. Verr. 66. M. Catonem illum Sapientem, clarissimum virum, &c.
Ille, cum pronominibus. Ter. Adel. 5. 4. 12.
Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax.
Ubi Donatus, Bene addit ILLE, quasi jam notus hoc ipso quod parcus.
Ego ille ipse vindex æris alieni. Cic. 2. Att. 1. conf. Non. 2. 424. & Cic. 2. Fam. 9.
Noster ille. Cic. 1. de Invent. 5. Quod nostrum illum non fugit Catonem.
Idem ille populus. Nep. 1. 6. 4. Ab illo eodem vita privatus. Idem 21. 3. 4.
Illud idem erat confirmatius. Cic. 10. Att. 17.
Illum & illum vobis commendo. Suet. Jul. 41. 4.
Ipsum illud scire possumus. Cic. 1. de Orat. 247. Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione juris quam sit bellum, cavere malum, scire possumus.
Ipse ille animus idem meus. Cic. Post redit. in Senat. 32.
Ipsa illa rerum humanarum domina fortuna. Cic. pro Marcel. 7.
Illi ipsi cum in his maxime admirabantur. Nep. 7. 11. 5.
Illi ipsi custodes. Idem 10. 9. 6.
Ille ipse. Cic. pro Lege Manil. 30. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sulla, &c.
Ille iste. Cic. 1. in Catil. 3. Fuit, fuit illa ista quondam in hac Repub. virtus, ut, &c. In vetustioribus codicibus non legitur Illa.
Ille quidem. Cic. 12. Fam. 9. Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed, &c.
Ille talis. Ter. Eun. 1. 2. 81. Ne illum talem præripiat tibi.
Ille alter. Cic. Att. De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum. Ter. Eun. 4. 4. 26.
At ille alter venit, annos natus sedecim.
Ille, pro gen. Illius posuit Lucret. 4. 1076. & pro dat. Illi, Plaut. Mil. 2. 3. 32. & Pseud. 3. 1. 7.
Illi, pro Ab illo. Plaut. Perf. 2. 3. 19.
— næ illi mihi jam nihil novi
Offerri potest, quin sim peritus. Al. Væ illi!
Illius modi. Ter. Adel. 3. 3. 87.
Næ illius modi jam nobis magna civium
Penuria est. Cic. 3. Verr. 68. Aut illius modi quadruplatores.
Illæc, pro Illa hæc. Ter. Adel. 3. 4. 63.
— verum nimia illæc licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum. Plaut. Amph. 3. 2. 9. Fieri quod illæc postulat.
Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atqui eloquentiæ multo molestissima. Elegans formula est Cic. 1. Verr. 36.
Illud breviter significandum videtur. Cic. 11. Fam. 5. Illud tamen breviter significandum videtur, Populum Romanum omnia a te expectare. Ab illo. Cic. pro Deiot. 35. Sed quum existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quæ minus assequi in altera parte potuisses, ea sumens ab illo non recusavit. Ab illo: pro A se, παρ' αὐτοῦ. Bud. In emendatis libris legitur, Quo minus a se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres, non rec.

ILLEC E, ace, oce. Adj. Plaut. Amph. prol. 97. In illisce habitat ædibus. conf. Most. 2. 2. 78. & Stich. 1. 2. 74. Cat. R. R. cap. 132. Macte hac illace dape. Idem cap. 139. Illiusce sacri.

ILLA, Adv. per locum, idem quod Illac. Tacit. Germ. 34. Ipsum quinetiam Oceanum illa tentavimus. Idem 2. Ann. 17. Incubuerat sagittariis, illa rupturus. Rursum lib. 3. Hist. 8. Ac ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsepserat. Plaut. Most. 3. 3. 27.
Nunc ego me illa per posticum ad congerrones conferam. V. Parei Lex. p. 566.

ILLAC, Adv. per locum.
Hac atque illac perfluo. Ter. Eun. 1. 2. 25.
Ibimus illac. Ovid. 8. Met. 186.
Illac, pro A parte illius. Cic. 7. Att. 3. Veruntamen hac video cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaque dignos illac facere. i. e. Ex illa parte Cæsaris.

ILLACTENUS. Gell. 16. 19.

ILLI, Adv. loci, pro Ibi. Ter. Adel. 1. 2. 36.
Is meus est factus: siquid peccat, Demea,
Mihi peccat, ego illi maximam partem feram. Ubi Donatus, Errant qui putant Illi esse pronomen, quum sit adverbium loci: ut Virg. 2. Æn. 549. — illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento. Illi ergo, Ibi ubi ille peccat. Ter. Hec. 1. 2. 19.
Nam illic haud licebat, nisi præfinito loqui. Ubi Donatus, Legimus & Illi circumflexo accentu, & significat Illic: ut, Illi mea tristia facta, & absolutum est. Idem Phorm. 1. 2. 41.
Interea, dum sedebamus illi, intervenit &c. conf. Lucret. 1. 1063. Plaut. Amph. 1. 1. 96. &c. V. Parei Lex. Plaut. p. 566. [De omnibus his locis non item censeo.

ILLIC, pro Ille. ut, Illic homo superstitiosus est. Plaut. Amph. 1. 1. 167. V. ibid. 106. & 171. Ter. And. 3. 5. 1. Ubi illic scelus est qui me perdidit? Idem Eun. 5. 9. 53. Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. al. Illuc. conf. Heaut. 4. 5. 3.

ILLIC, [ἐκεῖ] Adv. in loco. Ter. Adel. 4. 2. 38. Illic ubi etiam caprificus magna est. Plaut. Trin. 4. 4. 17. Illic sum, atque hic sum. Idem Most. 3. 1. 76. Fœnus illic, fœnus hic. Lucret. 2. 575. Nunc hic, nunc illic.

ILLĬCO, Adv. [παραυτίκα] Continuo, confestim, statim. Brevitatem temporis notat, inquit Donatus. Ter. Adel. 4. 4. 8.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa, ubi eam vidi, illico
Accedo &c. Cic. 2. Att. 12. Ipsis Cerialibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis.
Illico, Proprie in loco, ut ait Festus. Ter. Adel. 2. 1. 2. Otiose nunc jam illico hic consiste. Ubi Donatus, Illico, modo Locum, non Tempus significat. Ennius, Et quia quo irent nesciebant, illico manserunt. i. e. In eo loco. V. Non. 4. 242.
Tabula manet illico etiam nunc. Lipsius in Tacitum 301. H. St.

ILLIM, pro Illinc legitur apud Lucret. 5. 573. & Plaut. V. Parei Lex. p. 568. conf. Cic. 7. Att. 13. p. 713. Græv.

ILLINC, Adv. de loco. [ἐκεῖθεν] Ter. Andr. 4. 5. 19. Grandiuscula jam profecta est illinc. Idem Adel. 4. 7. 13. Illinc huc transferetur virgo. Cic. 13. Att. 10. Illinc Spinterem expecto.
Illinc, pro Ab illa parte. Cic. 9. Att. 6. Sed quum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quidvis domi perpeti.
Illinc, pro Ab illa. Cic. 2. Philipp. 77. Omnem se amorem abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse.
Hinc illinc venire, Proverbiale. Ter. Adel. 4. 5. 39.
— an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret, expectantem?

ILLĬUSMODI, Adv. Alii divise scribunt. V. in ILLE.

ILLO, [ἐκεῖσε] Adv. ad locum. Ter. And. 2. 2. 25.
Quum illo advenio, solitudo ante ostium: jam id gaudeo. conf. Nepos, 17. 3. 5. Plaut. Amph. 1. 1. 48. & 2. 1. 56. Idem Aul. 4. 8. 5. &c. Al. Illuc.

ILLORSUM, Adv. Festus notat Catonem dixisse, in voce Aliorsum.

ILLUC, Adv. ad locum. [ἐκεῖσε] Nepos 10. 4. extr. Sed illuc revertor. Idem 17. 4. 2. Sed illuc redeamus.
Huc illuc. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 60. Cic. 9. Att. 9. Tacit. 1. Ann. 56. 7. Et cum Conjunctione. Cic. 1. de Orat. 184. Huc atque illuc intuentem vagari. V. Virg. sæpius in HUC.
Illuc, pro Illud. Plaut. Mil. 3. 1. 65. Illuc ætatis. Idem Amph. 1. 1. 114. Sed quid illuc est? Idem Asin. 2. 1. 17.

ILLECEBRA, & ILLECTO cum derivatis, ILLECTUS. V. ILLICIO.

ILLECTUS, a, um. Adj. a Lego, is. [οὐκ ἀναγνωσθεὶς] Non lectum significat. Ovid. 1. de Arte Am. 465.
Si non accipiet scriptum, illectumque remittet, &c.

ILLĔPĬDUS, a, um. Adj. [ἀχαρής] In quo nihil leporis est & elegantiæ, & tam de homine, quam de oratione dicitur. Plaut. Bacch. 4. 3. 3. Inamabilis, illepidus vivo. Cic. 2. de Nat. Deor. 72.
Parentem habere avarum, illepidum, in liberos
Difficilem. Ex poeta antiquo. Plin. 3. Epist. 9. Inde dictum non illepidum ferebatur.
Deliciæ illepidæ atque inelegantes. Catul. 6. 2. Idem 10 4. de Scortillo.
Non sane illepidum, nec invenustum. conf. Gell. 13. 23.

ILLEPĬDE, Adv. [ἀχαρίτως] h. e. Injucunde & infacete. Plin. in præf. Nec Plancus illepide, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset, Cum mortuis non nisi larvas luctari.
Crasse & illepide compositum aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 77. Gell. 12. 14.

ILLEX. V. ILLICIO.

ILLI, Adv. V. in ILLE.

ILLĪBĀTUS, a, um. Adj. [ἀκέραιος, ἄψαυστος] quasi dicas Intactum, & in-

& incorruptum. Plin. lib. 17. cap. 17. Ut illibato cortice, atque ut fectura inferior ponatur.
Fœdera tori illibata. Lucan. lib. 2. 341.
Illibatum imperium. Liv. 5. 6.
Libertas illibata. Justin. 28. 4. 2. & 32. 1. 2.
Magnitudo illibata. Paterc. 2. 48. 2.
Robur hominis illibatum. Columel. lib. 12. cap. 1.
Virginitas illibata. Val. Max. 6. 1. 4.
Integrum & illibatum. Columel. lib. 3. cap. 10.

Illīberālis, e. Adj. [ἀνελεύθερος] Non munificus, qui contra agit ac liberum hominem decet. Cic. 13. Fam. 1. Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit.
Facinus illiberale, Indignum homine libero. Ter. Adel. 3. 4. 3.
Jocus illiberalis, Inhonestus, non ingenuus. Cic. 1. Off. 104.
Labor illiberalis, Sordidus. Cic. 1. de Fin. 3.
Quæstus illiberales & fordidi. Cic. 1. Off. 150.
Res ad cognoscendum non illiberalis, Non indigna. Cic. 1. de Orat. 146.
Illiberalis cibus. Plin. lib. 19. cap. 5.

Illiberalĭtas, ātis. f. [ἀνελευθερία] Cic. 2. Off. 77. Sed ita ut illiberalitatis avaritiæque absit suspicio. Idem 8. Att. 6. Malo Tironis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii.

Illiberalĭter, Adv. [ἀνελευθέρως] i. e. Injuste, inclementer, haud recte. Ter. Adelph. 4. 5. 30. — factum a vobis duriter,
Immisericorditerque: atque etiam, si est, pater,
Dicendum magis aperte, illiberaliter. Idem Phorm. 2. 3. 24.
Ubi Donatus, Apud veteres Illiberaliter dicebant factum, siquis excessisset omne genus maleficii. Cic. 16. Att. 3. De Xenone coram cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter neque illiberaliter. conf. 4. Att. 2.

Illibĕris, is. f. [Ἰλλιβερίς] Sive Eliberri, Civitas est Narbonensis provinciæ, ut Pomp. Mela 2. 5. scribit, & Plin. cap. 4. lib. 3. Magnæ, inquit, quondam urbis tenue vestigium Illiberis. Ptolem. lib. 2. cap. 4. V. illyberis.
Illiberis, Ptolem. lib. 2. cap. 10. Tectosagum civitas: Vulgo *Salsas*. Gallorum ditionis.

Illic. V. ille.

Illice, Urbs est Hispaniæ, vulgo *Alacant*. unde Illicitanus sinus, nunc *De Alacant*. V. Melam lib. 2. cap. 6. Et ibidem Olivarium. conf. Lex. Pitisc.

Illicet. V. ilicet.

Illĭcio, exi, ectum, [ἐπάγω, δελεάζω] ĕre. Attrahere, & quasi Inescare: quod & Pellicere etiam dicitur. Ter. Andr. 5. 4. 8.
Tune impune hoc facias? tune hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? Ab In, & Licio; quasi Ligo dicitur, inquit Donatus. Plaut. Milit. 5. 42. Is me hac illexit fraude. Al. in hanc fraudem.
Illicere civitates dubias. Justin. 31. 6. 4.
Illexit me ad te. Plaut. Asin. 1. 3. 54.
Aliam atque olim, quum illiciebas blande ad te, benedice.
Cavere, ne illiciaris. Lucret. lib. 4. 1138.
Illicere & attrahere. Cic. de Amicit. 50. Nihil esse, quod ad se rem ullam tam illiciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo. Al. Alliciat.
Illicere aliquem in fraudem. Ter. And. 5. 4. 8. V. supra.
In stuprum. Cic. 3. de Nat. Deor. 68. Qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum.

Illectus, a, um. Partic. [ἐπαχθείς] Attractus. Cic. 4. Tusc. 4. Libido ad id, quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur.
Illectos ad proditionem. Sallust. Jugurth. 51.

Illectus, ûs. m. [ἐπαγωγή] Blanditiæ & illectamentum. Plaut. Bacch. 1. 1. 21.
Magis illectum tuum, quam lectum metuo: mala tu es bestia.

Illĭcĭbĭlis, e. Adj. Quod illicit. ut, Illicibilis voluptas. Lactant. 7. 27.

Illĭcium, i. n. [δελεασμός, θέλγητρον] Incitamentum. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Sed si transituræ sunt apes ea, apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis. Cic. 11. Att. 12. pr. Illum existimare, Q. fratrem illicium meæ profectionis fuisse, &c. Ex vetusto exemplari legitur Lituum. V. Græv.

Illex, ĭcis. c. [δέλεαρ] ab Illicio; Idem quod Illicium vel illectamentum. ut, Illex animi Venus. Apul. Apol. p. 295. Plaut. Perf. 3. 3. 4.
Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi. [Ubi Nonius 1. 33. & 5. 101. perperam pro Exlex dictum putat.
Adj. ut, Illices oculi, apud Apul. Apol. p. 295. quod incitent & attrahant. Paulin. Nolan. Epist. 41. Per gustum illicem gulæ morbus irrepsit. Prudent. Psych. 329. Halitus illex. Et adv. Symm. 2. 6.
— corda illice flecteret arte. conf. mox illix.

Illecĕbra, æ. f. [ἐπαγωγή, αἱμυλία, ἴυγξ, δέλεαρ] Omne blandiciarum genus quibus allicimur. Cic. de Senect. 40. Stupra vero & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis.
Juventutis illecebra in homine magna fuit. Cic. 2. in Catil. 8.
Peccandi. Cic. pro Milon. 44. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?
Stupri illecebra. Plaut. Casin. 5. 2. 14.
Argentariæ illecebræ. V. argentum.
Dolosæ illecebræ. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 137.
Dedere se vitiorum illecebris & lenociniis cupiditatum. Cic. pro Sext. 138.
Delectatus enim videbatur illecebra quæstionis. Gell. 12. 5.
Deliniri illecebris voluptatis. Cic. 15. Fam. 16.
Irretire adolescentulum illecebris corruptelarum. Cic. 1. in Catil. 13.
Morari aliquem illecebris. Hor. de Arte Poet. 223.
Pellici illecebris. Suet. Claud. 26. 10.
Trahit aliquem suis illecebris virtus ad verum decus. Cic. in Somn. Scip. 18.

Illecebra, æ. f. Nomen herbæ, quæ & Andrachne agria dicitur, teste Plin. lib. 25. cap. 13. Porro Andrachne agria, idem valet quod Portulaca silvestris.

Illecebro, āre. Cathol.
Illecebrare apud Augusṭ. lib. De catechis. rudibus. Ab eis animis, quos illecebrare moliuntur. Adi Dadræum in Similitud. f. 25. a. H. St. Extat. cap. 4. l. c. Augustini.

Illecebrātio, ōnis. f. Gell.

Illecebrātor, ōris. m. Macrob.

Illecebrōsus, a, um. Adj. Prudent. adv. Symm. Illecebrosus sapor. Paulin. Nolan. Epist. 41. n. 2. Illecebrosa modulamina. Ammian. 30. 4. Illecebrosis insidiis ambire.

Illecebrōse, ius, issime. Adv. [ἐπαγωγικῶς] Plaut. Bacchid. 1. 2. 55. Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.
Immo vero hoc Illecebrosius est nomen, non Adverb. H. St. Idem censeo. Hui! illecebrose. i.e. Festive, lepide. Plaut. Mil. 3. 2. 36. Ammian. 30. 19. Hæc ita illecebrosius atque inhumanius agi, loquebatur pertinax rumor.

Illecto, āre. Tertull. adv. Marc. Carm. 2. 3.
— patres quos illectaverat ante.

Illectātio, ōnis. f. Gell. 18. 2. Demulcentes eum jucundis honestisque sermonum illectationibus. conf. Macrob. Saturn. 1. 5.

Illectāmentum, i. n. Apul. Apol. p. 315. Illectamentis captus. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2. 7. Illectamenta fallaciarum.

Illix, ĭcis. f. Avis aucupum dicitur, quæ alias illicit, & a Græcis vocatur παλεύτρια. Plin. lib. 10. cap. 33. Contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis. Indicem in editis legas, sed mendose. Ab hac per metaphoram non ineleganter apud Plaut. Asin. 1. 3. 67. dicitur, Lectus est illix. Hæc Turnebus Adverf. 24. 38. [Indicem apud Plin. tuetur Hard. ex MSS. Turnebum falli puto, quum Illix, pro Illex in recto ponit, licet Nonio 5. 101. præeunte. Sic enim & Pellix dicendum foret, pro Pellex, nisi hoc a Græco πάλλαξ. V. illex, quo Plauti locus pertinet.

Illicĭtus, a, um. Adj. [ἀθέμιτος, ἄθεσμος] ex In, & Licitus compositum; Quod non licet, & indecens est. Cic. pro Cluent. 130. Incognita causa probatum illud erat, multitudinem illicitum est contradicere: nemo denique ut defenderet contrariam partem, laborabat.
Tori illiciti. Lucan. lib. 10. 76.
Ire per illicitum. Stat. 1. Theb. 223.
Venus illicita. Stat. 8. Theb. 96.
Vias illicitas tentare. Valer. 1. Argon. 197.
Superl. Augustin. Epist. 202. Rem illicitissimam atque indignissimam prohibere.

Illicĭte, Adv. Ulp. in l. fideicommissa. §. siquis illicite. D. de legatis & fideicommissis, lib. 3. Varro L. L. 5. 9. extr. Illicite illexit.

Illicito, Idem. Ammian. lib. 28.

Illicentiōsus, a, um. Adj. Apul. Milef. 2. pag. 123. Inter hæc per convivium totum illicentiosus cachinnus effunditur. Al. Inter hæc c. totum in licentiosis cachinnis effund. [An In licentiosos cachinnos?

Illico. V. ille.

Illīdo, si, sum, [προσκόπτω, προσαράσσω] ĕre. Infringere. Plaut. Amph. Concisus pugnis, & illisis dentibus. Cic. de Arusp. Resp. 55. Jam ista serpens &c. compressa atque illisa moritur. Caput illideret foribus. Suet. Aug. 23. extr.
Cæstus duros illisit in ossa. Virg. 5. Æn. 480.
Dentem illidere alicui rei. pro Imprimere. Hor. 2. Serm. 1. 77.
— & fragili quærens illidere dentem,
Offendit solido.
Dentes illidere labellis. Lucret. lib. 4. 1073.
Fluctus illiduntur litori. Quintil. 10. 3.
Funale densum illisit fronti Lapithæ. Ovid. 12. Met. 250.
Manus illidere. Cic. 3. Tusc. 76.
Siquidem qui tempestivam medicinam admovens,
Non aggravescens vulnus, illidat manus. Al. Ad gravescens.
Saxis illidere. Plin. lib. 9. cap. 6. Contra orcæ occurrere laborant, seseque opponere, & cautium angustiis trucidare, in vada urgere, saxis illidere.

Illīsus, a, um. Adj. Virg. 6. Æn. 206.
— illisaque prora pependit.
Æquora illisa scopulis. Virg. 3. Georg. 261. V. supra.

Illisio, ōnis. f. Hieron. Epist. 18. ad Marcellam, Navis nostra scopulorum illisionibus perturbata est.

Illīsus, ûs. m. [προσκοπή, προσάραξις] Plin. lib. 27. cap. 8. Illisu ipso repercussus. Sil. lib. 17. 250.
— æquora surgunt
Spumea, & illisu scopulus tremit omnis aquarum.

Illĭgo, [προσδέω] āre. Idem quod Alligare. Plin. lib. 17. cap. 14. Eamque illigari opertam stramentis jubet. Liv. 1. 28. In currus distentum illigat Mettium. Metaphorice Idem 36. 11. Invitus illigat se gravioris fortunæ conditioni. Illigari conditionibus. Idem 33. 12. & 35. 46.
Illigare in. Cic. 6. Verr. 54. Tum illa, ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut, &c.
Illigare alicui bello gentem aliquam. Liv. 31. 25. extr. Id quæri, ut obsidem Achæorum juventutem educeret ex Peloponneso, ad illigandam Romano bello gentem.
Illigare aliquem sermoni alicui. Cic. 4. Acad. 6. Restat ut his respondeam, qui sermonibus ejusmodi nolint personas tam graves illigari.
Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum & sententiarum lepores. Cic. in Orat. 96.
Illigare se periculo depositi. i. e. Obligare se ad præstandum rei depositæ periculum. Ulpian. in l. 1. §. sæpe. D. depositi. Quo loco Haloander quidem legit Alligasse. Pandectæ vero Florent. Illigasse habent.
Illigare sententiam verbis. Cic. 3. de Orat. 173. Orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur, & astricto, & soluto, &c.
Illigare conscientia. Tacit. 15. Ann. 21. Primores classiariorum Misenensium labefacere, & conscientia illigare connixa est hoc initio.

Illigātus, a, um. Partic. Hor. 1. Carm. 27. 24.
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra.
Illigatus alicui amicitia. Liv. 32. 22. extr. Privatis etiam hospitiis familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant.
Illigatus peste interimor textili. Cic. 2. Tusc. 20. ex Sophocle.
Aratra illigata juvencis. Hor. Epod. 1. 25.
Illigatæ post tergum manus. Liv. 5. 27.
Juga illigaturus tauris. Hor. Epod. 3. 11.

Illigātio, ōnis. f. apud Vitruv. Arnob. l. 5. & Mart. Capell. 2. p. 45.

Illigāmentum, i. n. Salvian. 7. de Gubern. Femineis tegminum illigamentis capita velare.

Illĭmis, e. Adj. [ἀθόλωτος] Sine limo. Ovid. 3. Met. 407.
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

Illinc, Illim. V. ille.

Illĭnio,

Illĭnio, īvi, ītum, [διαχρίω, ἐπιχρίω] īre. Inungere, & leniter confricare. Columel. lib. 6. cap. 14. Tumor cervicis madefactus subsiccatur, prædictoque medicamento defricatur & illinitur, &c. Tum cervix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illinienda est. Quidam legunt Illinenda. Plin. lib. 30. cap. 11. Cornicis carnes esse, & nidum illinire in longissimis morbis utilissimum putant. Idem 20. 17.

Illinītus, a, um. Partic. Plin. 25. 12. extr. Psyllion illinitum fronti. conf. Marc. Emp. cap. 6.

Illinimentum, i. n. Cæl. Aurel. 3. 8. [Sic Thes. Lips.

Illĭno, ĭni, vel ēvi, vel īvi, ĭtum, [καταχρίω] ĕre. Inspergere, maculare. Lucan. lib. 8. 382.

Illita tela dolis, nec Martem cominus usquam
Ausa pati virtus. Dolis, i. e. Veneno doloso.

Tectis aurum illinere, quod secundum hanc constructionem dicendum potius foret, Auro tectum illinere. Sen. Epist. 120.

Viscum pennis dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. Sen. 3. de Ira cap. 16. pr. Sic 4. Nat. Quæst.

Agris illinit bruma nives. Hor. 1. Epist. 7. 10.

Chartis illinere aliquid. Hor. 1. Serm. 4. 36.

Nassis illinuntur salsamenta. Plin. 9. 30.

Oculis illinere collyria. Hor. 1. Serm. 5. 30.

Illĭtus, a, um. Partic.

Aurum vestibus illitum. Hor. 4. Carm. 9. 14.

Donum illitum veneno. Liv. 5. 2. Nec se fefellisse, id donum inimicorum veneno illitum fore: venisse libertatem plebis.

Facies ipsa illita. Plin. 29. 3.

Fæx toto illita vultu. Ovid. 3. de Arte Am. 211.

Fuco illitum. Cic. 3. de Orat. 197. His tribus figuris insidere quidam vetustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.

Nulla macula non illita vita. Sil. 11. 43. MSS. Nulli maculam. V. Drakenb.

Illĭtus, ûs. m. [ἐπιχρισμὸς, διάχρισμα] Plin. lib. 24. cap. 6. Sonitus aurium emendat infusum, strumas illitu, nervorumque nodos. Idem 23. 9. Appositu, fotu, illitu.

Illĭpŭla, [Ἰλίπουλα] Mons Hispaniæ Bæticæ, auctore Ptolemæo lib. 2. cap. 4. Vulgo *Ilipa*, *Ilpa*.

Illĭquĕfacio, eci, actum, [καταχέω] ĕre. Infundere. Cic. 4. Tusc. 20. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates. Al. Liquefactæ.

Illisus. V. illido.

Illitterātus, a, um. [ἀγράμματος, ἀμαθὴς] Adj. contrarium est Docto & litterato. Cic. 2. de Orat. 25. Quem cognovimus virum bonum, & non illitteratum. Plin. 7. Epist. 27. ad Suram, Est libertus mihi non illitteratus.

Illitteratum & insulsum. Cic. 9. Fam. 16. Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis quum dixi, nec illitterata nec insulsa esse videantur.

Superl. Plin. 1. Epist. 10. Scribo plurimas, sed illitteratissimas litteras. i. e. Inornatas, infimo stilo, forenses. Erat enim præfectus ærario: proinde cogebatur stilo uti rationariis usitato. opponuntur Litteratis litteris, apud Sidon. 4. Epist. 17. pr.

Illitus. V. illino.

Illiusmodi. V. ille.

Illo, Adv. V. ille.

Illŏcābilis, e. Adj. [ἀνέκδοτος] ut, Illocabilis virgo, Quæ non potest viro tradi. Plaut. Aul. 2. 2. 14.

Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem.

Illorsum. V. ille.

Illōtus, a, um. Adj. [ἄνιπτος, ἄλυτος] Immundus & sordidus. Plaut. Pœn. 1. 2. 103.

Ut tu quidem hujus oculos illotis manibus tractes aut teras.

Unde illotis manibus vel pedibus rem aliquam aggredi, quod est Confidenter atque imperite. Translatum a sacrorum cærimoniis: in quibus omnia pura, lotaque jubebantur exhiberi. Gell. lib. 17. cap. 5. extr. Illotis, quod ajunt, pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 24. Nec his Virgilii verbis copia rerum dissonat, quam plerique omnes litteratores pedibus illotis prætereunt, &c. i. e. Immaturi Virgilianæ lectioni, rerum copiam percipere non possunt. De litteratoribus loquitur, qui reconditam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligunt. In genere, Sermonem parum verecundum nimisque procacem ac petulantem, Illotum proverbio vocant. Erasmus.

Illotis manibus materiam aliquam tractare. Cajus in l. 1. D. de orig. juris, Si in foro causas dicentibus nefas (ut ita dixerim) videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (ut ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Illotis manibus hoc in loco significat Abrupte, & nulla præfatione rem ipsam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile est Illotis pedibus apud Gell. lib. 1. cap. 9. Isti qui repente pedibus illotis ad philosophos divertunt. Cajus autem Illotis manibus dixit, quum de Contrectatione loqueretur, quæ manuum est. Gellius, Pedibus dixit, quia Divertendi verbo uti volebat. Budæus.

Illoti echini, propter salem. Hor. 2. Serm. 8. 52.

Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monstravi incoquere; illotos Curtillus echinos.

Sermone illoto uti. Declam. in Sallust.

Versus illotus, i. e. Rudis, incomptus. Rutil. Numatian. 1. 422. V. Græv. Al. Illutus vel Inlutus scribunt. q. V.

Illuc. V. ille.

Illūceo, xi, ctum, [ἐπιλάμπω] ēre. Lucidum esse, quod proprie ad diem pertinet. Liv. Ubi illuxit, recepere classem. Plaut. Capt. 3. 4. 65.

— at pol te, si hic sapiat senex,
Atra pix agitet apud carnuficem, tuoque capiti illuceat. Cic.

pro C. Rabir. 5. Precorque ab iis, ut hodiernum diem, & ad hujus salutem conservandam, & ad Remp. constituendam, illuxisse patiantur. Plaut. Pers. 5. 2. 3.

Pessimus hic mihi dies hodie illuxit.

Illucere dicitur dies nocti, cui succedit. Suet. in Cæs. 81. Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis.

Illucet comitas in ingeniis. Cic. 4. de Fin. 4. Natosque esse ad congregationem hominum, & ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis illucere. Legitur in emendatis Elucere.

Illucere aliquem dicitur Sol, Dies, &c. Plaut. Bacch. 2. 3. 22.

Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quatuor,
Scelestiorem nullum illuxere alterum. [Videntur omnia hæc

præterita potius a verbo sequenti esse, ubi eadem constructio redit.

Illūcesco, vel Illucisco, [ἐπιλάμπομαι] ĕre. Idem. Plaut. Amph. 1. 3. 49.

Nunc te, nox, quæ me mansisti, mitto, ut cedas die:
Ut mortalis illucescas luce clara & candida. Cic. pro Milon. 70.

Erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, quum, &c.

Illuctor, [προσπαλαίω] āri. Stat. 4. Theb. 790.

Et teneris meditans verba illuctantia labris.

Illūdo, si, sum, [ἐμπαίζω, καταπαίζω] ĕre. Decipere & circumvenire, veluti ludendo, & tam Dat. quam Accus. casui jungitur. Illudo tibi. Virg. 2. Æn. 64.

— certantque illudere capto. V. ibi Serv. Cic. pro Rosc.

Amer. 34. Hujus miseri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere. Idem pro Rosc. Com. 30. Tamen diutius illudere viri optimi existimationi Q. Roscii audebit?

Illudere corpori mulieris. Curt. 3. 12. 22. de Conjuge Darii: Adeo ipse non violavit, ut summam adhibuerit curam nequis captivo corpori illuderet.

Capreæ illudunt frondi teneræ. Virg. 2. Georg. 375.

Nostris illuserit advena regnis? Virg. 4. Æn. 591.

Chartis illudere. Hor. 1. Serm. 4. 138. h. e. Velut per ludum inscribere.

Pecuniæ illudere. Tacit. 2. Hist. 94. extr. Tanquam in summa abundantia pecuniæ illudere.

Illudo te. Ter. Phorm. 5. 8. 22. Ubi Donatus, Et dativum & accusativum casum regit Illudo. Virg. 9. Æn. 634.

— verbis virtutem illude superbis. Ter. And. 5. 1. 3.
Dum studeo obsequi tibi, pæne illusi vitam filiæ.

Nimium acumen alicujus illudere. Cic. 1. de Orat. 243. V. Acumen.

Miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. Cic. 2. de Orat. 237.

Rhetorum præcepta solebat illudere Carneades. Cic. 1. de Orat. 87.

In aliquem illudere. Cic. 3. de Orat. 169. Quæ quum dixisset, in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit. Ter. Eun. 5. 4. extr.

Ut ne impune in nos illuseris.

Illudo in aliquo. Ter. And. 4. 5. 19.

Adeone videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis?

Illudere, pro Stuprare, sive Vitiare. Tacit. 15. Ann. 72. Sive C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit. conf. Aur. Victor. Cæs. Calig. cap. 3. Lactant. 6. 23. & Drakenb. ad Sil. 8. 473.

Illudens, entis. Partic. Ovid. 3. Met. 650. Deus illudens. Idem 9. 66.

— illudens nostras Tirynthius artes.

Illūsus, a, um. Partic. [ἐμπαιχθεὶς] Cic. pro Quint. 51. Multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac destituti.

Facetiis illusus. Tacit. 15. Ann. 68. Ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus.

Vestes illusæ auro, i. e. In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Virg. 2. Georg. 464. Servius. Prudent. Agnet. 105.

Illusa pictæ vestis inania. Paulin. Epist. 12. Musivo illusa camera.

Illusio, ōnis. f. [χλευασμὸς] Figura Rhet. Cic. 3. de Orat. 200. Et Extenuatio, & huic adjuncta Illusio, a præceptis Cæsaris non abhorrens.

Illūsor, ōris. m. Augustin. Epist. 253. Illusorem potius quam veritatis doctorem fuisse. conf. Tertull. Apol. cap. 46. & adv. Marc. 4. 35. Paulin. Natal. Fel. 7.

Illusorium, i. n. Gloss. Gr. Lat. χλεύη, Illusorium, Ludibrium.

Illudium, vel Inludium, Idem. i. n. Tertull. de Ref. Carn. cap. 16. Inludia animarum somniaturum. Si modo lectio sana est.

Illūmĭno, [φωτίζω, φαντάζω, διαφωτίζω, ἐκφαίνω] āre. Notæ significationis. Plin. lib. 2. cap. 73. Puteumque, ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata, graviditates & partus afferat.

Noctem illuminare facibus. Apul. Miles. 3. extr.

Orationem illuminare, pro Lucem vel lumen afferre orationi, & eam illustrare. Cic. 3. de Orat. 25. Quibus orationem ornari & illuminari puto.

Picturæ muliebres illuminantur. Plin. lib. 35. cap. 6. in fine, Annulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturæ illuminantur.

Vias igni illuminat. Stat. 12. Theb. 275.

Interdum idem est ac Celebrem reddere. Paterc. 2. 35. 1. Illuminavit ille dies virtutem Catonis. Idem 2. 66. 5. Illuminavit orbem eloquentia Cicero. Et 2. 18. 3. Illuminavit horum fidem illorum perfidia.

Illumināte, Adv. Cic. 3. de Orat. 50. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, & rebus & verbis dicunt, &c.

Illuminātio, ōnis. f. Tertull. adv. Hermog. cap. 15. Mala necessaria ad illuminationem bonorum. conf. Macrob. 1. Saturn. 17.

Illuminātor, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 4. 7. Illuminator nationum. Et cap. 17. Illuminator religionis. Lactant. 6. 18. Illuminator noster Deus.

Illuminābĭlis, e. Adj. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2. 2.

Illumĭnus, a, um. Adj. Quod est sine lumine. Apul. lib. 6. pr. Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula. Et lib. 4. p. 150. Servato noctis illumino tempore. Elmenh. Illunio. V. seqq. dict.

Illūnis, e. Adj. [ἀσέληνος] Illunis nox dicta est Plin. 6. Epist. 20. pro Obscura, quasi Sine luna, & lunari splendore. Vix, inquit, viam deferueramus, & nox non quasi illunis & nubila, &c. Apul. lib. 4. Illuni noctis tempore. Al. Illumino. V. dict. super. Sil. lib. 15. 619. Al. 616. Illunem nacti per rura tacentia noctem.

Illunus, a, um. Adj. Apul. Miles. 9. Tenebris illunæ caliginis impeditus. Ita Elmenh. p. 232. Et Pricæus p. 200. V. Beroald ad loc.

Illuro, Hispaniæ citerioris oppidum est parvum apud Pomponium lib. 2. cap. 6. Est item Plin. lib. 3. cap. 3. Oppidum civium Romanorum.

Illustris, e. Adj. [ἐκφανὴς, ἐπιφανὴς, ἔνδοξος, φαιδρὸς] Clarus, splendidus. Columel. lib. 1. cap. 6. pr. Balnearia occidenti æstivo advertantur, ut sint postea & usque in vesperum illustria. Plin. lib. 9 cap. 16.

Noctibus quidem illustribus æque quam die cernunt. i. e. Serenis.
Caput illustre folis. Ovid. 2. Met. 50.
Illustris vir, i. e. Nobilis, & magni nominis. Cic. de Amicit. 4. Genus autem hoc fermonum positum in hominum veterum auctoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis.
Illustris magis quam nobilis. Paterc. lib. 2. cap. 117. Varus Quintilius illustri magis, quam nobili ortus familia.
Expressum & illustre. Cic. 1. Fam. 7. Hæc vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint.
Illustrius nihil possum dicere. Plin. Epist. 139.
Obscurum & illustre, contraria. Cic. 4. Acad. 94.
Ad laudem illustris. Cic. pro Domo 87. Fortis & constans in optima ratione civis P. Popillius semper fuit, tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas ipsa.
Animæ illustres. Virg. 6. Æn. 758.
Avos illustres jactare. Propert. lib. 2. 13. 10.
Civitates illustres. Cic. 3. Verr. 82.
Domicilium tam illustre ac nobile. Cic. 7. Verr. 39.
Factum illustre, notumque omnibus. Cic. 7. Verr.
Facta illustria & gloriosa. Cic. 1. de Fin. 36.
Fama illustris. Virg. 7. Æn. 97.
Homo illustris honore ac nomine. Cic. de Clar. Orat. 74.
Ingenium illustre. Tacit. 4. Hist. 5.
Legationes illustriores. Nepos 10. 14.
Locus amplior illustriorque. Sallust. 6. 56.
Ordo illustrior servitii. Claud. 1. in Eutrop. 149.
Petitio pompæ plena, illustris, splendida. Cic. de Petit. Conf. 40.
Prælium illustrissimum. Nep. 4. 1. 1.
Proles illustris. Claud. de 4. Conf. Hon. 181.
Provincia illustris. Cic. 3. Verr. 10.
Via illustris & lata. Cic. 5. Verr. 219. Ne avaritiæ, quæ antehac occultis itineribus atque angustis uti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam.
Visum insignem & illustrem habere. Cic. 1. de Nat. Deor. 12.
Illustres, in monumentis veterum appellabantur, Primi ordinis Senatores, secundi Spectabiles, tertii Clarissimi. Isidor. 9. 4. Sidon. 8. Epist. 6. ab inferiore ad summum gradum procedens, Nicetius vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito illustris. V. ibi Savaron. & ad Concion. pag. 450. [ Hæc distinctio tamen tituli istiusmodi per gradus, vel ordinis, vel honoris, antiqua non est. ad Constantini M. tempora rejicit Selden. de Tit. Hon. Part. 2. cap. 10. q. V.
De quinque gradibus illustrium apud Novell. Valentin. V. Lex. Pitisc.

**Illustrius**, issime. Adv. Cic. 10. Fam. 19. Video, quasi ea quæ oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper quidem, sed nunquam illustrius. Gell. 5. 1. Labores suos illustrissime narrare. Idem 9. 13. Illustrissime descripsit.

**Illustro**, [λαμπρύνω, ἐπιφαίνω] āre. Lucidam & splendidam rem aliquam facere, vel ei lucem & splendorem afferre. Varro 1. de R. R. cap. 12. Propterea quod ab sole toto die illustratur, salubrior est.
Sol illustrat oras. Hor. 4. Carm. 14. 5.
Leniter illustrans lux. V. lenis.
Collucere & illustrari fulgore. Cic. 6. Verr. 71. Cujus fulgore collucere atque illustrari Jovis Opt. Max. templum oportebat.
Illustrare amplitudinem alicujus; h. e. Illustrem & insignem facere. Cic. 1. Fam. 6. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria. Idem 3. Catil. 8. & Nep. 2. 1. 4. Item Justin. 12. 16. 3.
Illustrare, Declarare, patefacere, manifestare, aperire: quod quæ aperta sunt, majorem lucem præbeant. ut Illustrare dubia perspicuis. Cic. 4. de Fin. 67.
Patefacere & illustrare obscura. Cic. 1. de Orat. 177.
Distinguere & illustrare orationem. Cic. 2. de Invent. 49.
Illustrare philosophiam Latinis litteris. Cic. 1. Acad. 3.
Reperta Græcorum illustrare Latinis versibus. Lucret. lib. 1. 138.
Illustratum, pro Comperto & manifeste probato. Cic. 3. in Catil. 20. Omnia & Senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis.

**Illustrātio**, ōnis. f. [λάμπρυνσις] Ipse illustrandi actus.
Illustratio & evidentia. Quintil. lib. 6. cap. 2. & Cic. de Nat. Deor. 1. 87. Al. Lustratio.

**Illustrātor**, ōris. m. Lactant. 2. 9. Deus luminis fons & illustrator rerum. conf. Hieron. proœm. Quæst. in Genesin. & Augustin. Confess. 12. 11. & 16. Vetus Inscriptio apud Reinesium class. 6. 129.
INLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE.

**Illustrātrix**, īcis. f. Sarisb. 7. 9. Illustratrix gratia.

**Illustrāmentum**, i. n. [λάμπρυσμα] Quintil. lib. 11. cap. ult. de amictu oratoris loquens, Hæc sunt vel illustramenta pronuntiationis, vel vitia.

**Illūtibarbus**, a, um. Adj. Intonsus. Apul. Flor. pr. pag. 341. Hispidus, illutibarbus, spinis & pilis obsitus.

**Illūtus**, sive **Inlutus**, a, um. Adj. Arnob. 1. p. 26. Christus per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum. Aliqui legunt Illutos echinos; in Hor. 2. Serm. 8. 52. V. illotus.

**Illūtĭbilis**, e. Adj. [ἀνεκπλυτος] Quod elui non potest, & luto expurgari. Plaut. Men. 1. 2. 57.
Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili. V. Boxhorn.

**Illŭvies**, ēi. f. [ἀλουσία] Sordes, immunditia, spurcities. A non lavando nomen habet. unde & Græce ἀλουσία dicitur, eadem videlicet de causa. Curt. lib. 4. 1. 22. Non ita procul ab initio, in Abdolomini historia: Ablue corpus illuvie, æternisque fordibus squalidum. Paulo post, Sed ut cunctanti squalor ablutus est, & injecta vestis, &c. Ter. Heaut. 2. 2. 53.

> Ea texebat una pannis obsita,
> Neglecta, immunda illuvie. Virg. 3. Æn. 216.
> —— fœdissima ventris Illuvies. Legitur & Proluvies.

Varro apud Non. 2. 437. Ac periret squale, scabieque, illuvie, & vastitudine. Cic. 3. Tusc. 26.

> —— infuscat pectus illuvie scabrum. Ex poeta.

Cultus & Illuvies, contraria. Liv. 21. 39. pr. Otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie, tabeque, squalida & prope efferata corpora varie movebant.
Corporis illuvies. Lucret. lib. 6. 1266.
Locorum illuvies. Sil. lib. 3. 541. Sed melius distinguitur post Locorum.
Odoris hircini illuvies. Firmic. lib. 6. cap. 31. Quorum corpora, hircini odoris tristem illuviem, defudatis gravibus humoribus, evaporent.
Dira illuvies, immissaque barba. Virg. 3. Æn. 593.
Obesa illuvies. V. obedo.
Convicii verbum est Illuvies, Plauto Most. 1. 1. 39.
Aquarum illuvies. [κυματία] Justin. 2. 1. 14. Al. Eluvies.
Illuvies absumpsit majorem partem Syriæ. V. absumo.

**Illybĕris**, [Ἰλλίβερις Strab.] Civitas provinciæ Narbonensis, ut Plin. & Pompon. scribunt. Hanc quidam esse ajunt quæ nunc Granata dicitur, longe clarissima urbium Occidentis. Sed errant. Dicta Illyberis, ut Straboni placet a Flumine, quo ipsa urbs alluitur. V. illiberis.

**Illy̆rium**, & **Illyrĭcum**, sive **Illy̆ris**, vel **Illyria**, [Ἰλλύριον, Ἰλλυρικόν, Ἰλλυρίς, Ἰλλυρία] Regio Epiri contermina, propinqua Italiæ: ab Illyrico, ut Appianus inquit, Polyphemi, sive (ut Eustathio & Steph. placet) Cadmi filio denominata. Propert. lib. 1. 8. 2.

> An tibi sum gelida vilior Illyria? Hodie Illyris, *Sclavonia*, vel

*Bosnensis* dicitur, sive *Bosnia*. V. Mela 1. 3. & Suet. Tiber. cap. 86. extr. & Lex. Pitisc.

**Illyrĭcus**, a, um. Adj. [Ἰλλυρικός] ut, Nigrior Illyrica pice. Ovid. 2. de Arte Am. 658.
Terræ Illyricæ. Propert. lib. 2. 16. 1.

**Illyriciānus**, a, um. Adj. Treb. Poll. in Claud. cap. 14. Claudius Illyricianæ gentis vir. Et Illyriciani. l. 25. Cod. Theod. de Petit. In Nummo Decii, GENIVS EXERCITVS ILLVRICIANI.

**Illyrĭus**, i. m. [Ἰλλυριός] Gentis nomen. Liv. 10. 2. Illyrii Liburnique, gentes feræ.

**Ilorci**, Oppidum Hispaniæ. Plin. lib. 3. cap. 1. Hodie *Liorca*, vel *Lorqui*. Hinc

**Ilorcitani** populi, eidem Plin. lib. 3. cap. 3.

**Ilva**, [Ἰλουα] Insula est adjacens Tusciæ. Al. ilba. Vulgo dicitur *Elbe*. De hac Plin. lib. 3. cap. 6. & lib. 34. cap. 14. Virg. 10. Æn. 172.

> — ast Ilva trecentos
> Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. Subaudi,

Dederat. V. & Serv. in eum locum. conf. æthalia. Sic enim Græcis dicebatur.

**Ilurgis**, Iberiæ urbs, quæ postea a Sempronio Graccho, Gracchuris dicta est. V. in gracchus.

**Ilus**, i. m. [Ἶλος] Trois Trojanorum regis filius, qui Ilium ædificavit. Unde par est eum in medio campo sepultum esse, quoniam prior ausus est in campis habitare. Hæc Strabo lib. 13. Virg. 1. Æn. 271.

> At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
> Additur, (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
> Triginta &c. Ubi Serv. Deinde Ilum dictum, a rege Ilo;

unde & Ilium.

## I M

**Im**, Veteres ponebant pro Eum a nominativo Is. Festus lib. 9. Idem tradit Charisius lib. 1. Macrob. lib. 1. Saturn. 4. Decemviri in duodecim Tab. inusitatissime Nox pro Noctu dixerunt. Verba eorum hæc sunt: Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, jure cæsus esto. In quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eo quod est Is, non Eum casu accusativo, sed Im dixerunt. Lucret. 3. 876.

> — mors eximit im prohibetque. Conf. Em, pro Eum

in is.

## I M A

**Imāgo**, ĭnis. f. [εἰκών, σημεῖον] Simulacrum, species, exemplar, & alicujus rei repræsentatio. Plaut. Amph. prol. 120.

> Nam meus pater intus nunc est, eccum, Juppiter,
> In Amphitruonis vortit sese imaginem. Cic. de Amicit. 102.

Nemo unquam animo, aut spe majora concipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem præponendam putet. Cic. in Orat. 110.
Demosthenis imaginem ex ære vidi.
Imago, ut ait Festus, ab Imitatione dicitur. Imago dicitur, quasi Imitago. Porphyr. in Hor. 1. Carm. 12. 4.
Imago, de Umbra defuncti Virg. 2. Æn. 772.

> —— atque ipsius umbra Creüsæ
> Visa mihi ante oculos, & nota major imago.

Imago, Idolum Epicureum. Cic. 1. de Nat. Deor. 107. Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat objicitur quædam. Idem 1. de Fin. 21. Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur.
Imago & Simulacrum. Cic. in Pison. 93. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Sic odium quod in ipsum attulerant, id in ejus imaginem ac simulacrum profuderunt.
Animi imago, vultus est: indices, oculi. Cic. 3. de Orat. 219.
Antiquitatis imago. Cic. pro Sext. 19.
Artis imago quædam & similitudo. Cic. 2. de Orat. 356.
Cognitionis imago. Tacit. 3. Ann. 17. Biduum super hæc imagine cognitionis absumptum. h. e. Prætextu & specie.
Eloquentiæ imago. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Fati ultimi imago. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Formæ cava imago, i. e. Inanis. Virg. 6. Æn. 293.
Frugalitatis priscæ imago. Plin. Epist. 22.
Judiciorum imago aut Simulacrum. Cic. pro Sext. 30. Si imaginem judiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in civitate putasset.
Judiciorum, consiliorumque imago. Quintil. lib. 2. cap. 10. Quare declamatio, quoniam est judiciorum consiliorumque imago, similis esse debet veritati.
Laudis falsa imago. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Libertatis imago. Tacit. 1. Ann. 1.
Litis imago. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Mali felicis aurea imago. Ovid. 20. Epist. 237.
Maris aurea imago. Virg. 8. Æn. 671. in Clypeo Æneæ.
Mortis gelidæ somnus imago. Ovid. 2. Amor. 9. 41.
Pacis imago. Tacit. 1. Ann. 10.

Pietatis

Pietatis imago, i. e. Pietas. Virg. 6. Æn. 405. Servius.
Ponti triſtis imago. Ovid. 15. Met. 785.
Quietis nocturnæ imago. Tacit. 16. Ann. 1. Nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit. h. e. Imaginationem, Somnium.
Rerum credibilis imago. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Reip. imaginem nullam reliquiſſent. Cic. 2. contra Rull. 87.
Speculi imago. Ovid. 4. Met. 349.
Speluncæ imago. Plin. lib. 12. cap. 1. Ac nequid deſit ſpeluncæ imagini, ſaxea intus crepidinis corona, &c.
Temporis imago. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Temporum imago. Cic. 1. Fam. 6. Recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis.
Terroris imago. Lucan. lib. 7. 773.
Triſtium, ac lætorum imago. Tacit. 2. Ann. 53. Magnaque illic imago triſtium lætorumque.
Vitæ imago, h. e. Exemplar. Tacit. 15. Ann. 62. Quod unum jam, & tamen pulcherrimum habebat, imaginem vitæ ſuæ relinquere teſtatur.
Vocis humanæ loquax imago pſittacus. Ovid. 2. Amor. 6. 57.
Acres imagines. V. ACER.
Cerea imago. Hor. 1. Serm. 8. 43.
Expreſſa imago. Cic. pro Roſc. Amer. 47. Ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus.
Ficta imago. Ovid. 14. Met. 323.
Humana ſub imagine deus. Ovid. 1. Met. 213.
Jocoſa imago vocis, Echo. Hor. 1. Carm. 12. 3. Ibid. 1. 20. 8.
Mœſta imago. Ovid. ad Liviam, 205.
Muta imago, Pictura. Cic. 2. de Invent. 1.
Nocturnæ imagines, Somnia. Tibull. lib. 3. 4. 56.
Picta aut ficta imago. Cic. 5. Fam. 12.
Puerilis imago. Ovid. de Rem. Amor. 575.
Pulchra imago. Ovid. 16. Epiſt. 85.
Regalis imago. Ovid. 6. Met. 74.
Repercuſſæ imaginis umbra. Ovid. 3. Met. 434.
Tenuis imago. Lucret. lib. 4. 61.
Turbida imago, Somnium turbulentum. Virg. 4. Æn. 353.
Vana imago. Hor. 3. Carm. 27. 40.
Vera imago orandi. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Abolere imagines. V. ABOLEO.
Capere fati imaginem. Quintil. lib. 6. cap. 2. Quid? non idem poeta penitus ultimi fati cepit imaginem?
Celat falſa culpam ſub imagine. Ovid. 2. Met. 37.
Concipere animo imaginem alicujus rei. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Effingere imaginem dicendo. Quintil. lib. 6. cap. 1. Citius evaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago.
Exprimere imaginem alicujus rei. Quintil. lib. 3. cap. 8. V. Expreſſa imago ſupra.
Induere imaginem mortis. V. INDUO.
Irrumpunt imagines in animos. V. IRRUMPO.
Ludere aliquem falſis imaginibus. Virg. 1. Æn. 408. Hor. 3. Carm. 27. 39.
Ludificans ſomnos imago. Sil. lib. 8. 643.
Perſequi imaginem laudis. Quintil. lib. 5. cap. 8. Laudis falſam imaginem perſequuntur.
Præbere imaginem antiquitatis. Tacit. 3. Ann. 60. Imaginem antiquitatis Senatui præbebat.
Proferre imaginem alicujus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Propone tibi memoriam & imaginem patris tui. Cic. de Amicit. 102.
Reddere imaginem proximam veritati. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Repræſentare imaginem ſceleris. Quintil. lib. 6. cap. 1. Veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repræſentavit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi videretur.
Imagines majorum, pro Nobilitate generis accipi ſæpe ſolent. Cic. 2. de Lege Agr. 99. Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: ſic ſiquid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. Idem in Piſon. 1. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil præter colorem. Fumoſas imagines appellavit Cicero, Antiquiſſimi generis ſtemmata. Mos autem fuit olim Romæ, ut imagines majorum, in funeribus ducerentur, ad gentilitatem oſtentandam. V. Plin. lib. 35. cap. 2. Pro iis, ut opinor, poſteriora tempora Inſignia gentilitia habuerunt, quæ Arma vulgo vocantur. Ex Budæo. V. STEMMA.
Imagines ſubitæ. Plin. Epiſt. 10. extr. lib. 8. ad Fabatum proſocerum, Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus videor a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Subitas imagines appellat Plinius Nobilitatem parum antiquam: ſed repente fortunæque beneficio quæſitam. Ex Budæo. V. Lipſ. Elect. 1. 29. & Spanh. de Uſu Numm. diſſ. 10. p. 3. ſq.
De Imaginibus Amicorum, Cubicularibus, Defunctorum, Deorum, Doctorum, Imperatorum. Majorum, Principum, ac Reorum. V. omnino Lex. Pitiſc.
Imago, pro Vagina, quod veluti ſit imago ejus rei, quam claudit. Virg. 7. Æn. 179.

— curvam ſervans ſub imagine falcem. Servius. [ Sed nugatur. Falciferi enim dei periphraſis eſt.

Imago [εἰκὼν] apud Rhetores eſt Aſſimilatio, Collatio, quæ & Parabola dicitur. V. Sen. Epiſt. 59. & Voſſ. 4. Inſt. Orat. cap. ult. & cap. 11. §. 7. extr.
Interdum eſt Prætextus, titulus. V. Burm. ad Quintil. Decl. 253. p. 459.

IMAGUNCULA, æ. f. dimin. Suet. Aug. cap. 7. Nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem. Adde Cic. 6. Att. 1. V. ICUNCULA in ICON.

IMAGINALIS, e. Adj. Imagine conſtans. Vet. Interp. Irenæi 5. 11. Hæc Judæorum imaginalis eſt deſcriptio. Idem ſæpius apud Mar. Victor. adverſ. Candid. Arian.

IMAGINALITER, Adv. apud Auguſtin.

IMAGINARIUS, a, um. Adj. [εἰκονικὸς, φανταστικὸς] pro Eo uſurpatur quod nec eſſe poteſt, ſed duntaxat imaginatione poteſt comprehendi, quæ, Ratiocinatio aut apprehenſio proprie dicitur. Sueton. in Claud. cap. 25. Stipendiaque inſtituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſupra numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur.
Colonus imaginarius. Hermog. in l. Qui per colluſionem. D. De action. empt. & vend. Qui per colluſionem imaginarium colonum, circumveniendi emptoris cauſa, ſuppoſuit, ex empto tenetur.
Emptio imaginaria. Ulpian. in l. Is qui ſuis. D. de Manumiſſionibus, Si ab ignoto emptus ſit, poſtea autem pretium ſuum obtulerit: dicendum erit, non eſſe audiendum, ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & ſervum agatur. Eſt autem Imaginarius emptor, Qui ſervum ſuis nummis emit. Modeſtin. in l. Contractus. D. de Actionibus & obligationibus, Contractus imaginarii etiam in emptionibus juris vinculum non obtinent, quum fides facti ſimulatur, non intercedente veritate. Sic & Imaginarius emptor, i. e. Simulatus, & ab alio allegatus. l. Et qui ſub imagine. C. de Diſtractione pignorum. Budæus.
Contractus imaginarii apud JCtos.
Faſces imaginarii, Falſo uſurpati. Liv. 3. 41. pr. Neque ſe imaginariis faſcibus eorum ceſſuros eſſe.
Honor imaginarius. Sen. de Conſt. cap. 3.
Paupertas imaginaria. Idem Epiſt. 20.

IMAGINARIUS, i. m. Statuarius, qui imagines facit. Vet. Inſcript. Reineſ. claſſ. 1. n. 2. p. 6. [ V. in Imaginifer adnotata.

IMAGINARIE, Adv. Sidon. 2. Epiſt. 10. Auguſtin. Confeſſ. 3. 2.

IMAGINEUS, a, um. Adj. Sedul. lib. 1. Carm. de Tribus in fornace,

Nil urente rogo, tantoque ardore calentes
Cordis, imagineæ vincunt incendia pœnæ. Imagineæ, i. e.

Pœnæ propter negatum imaginis cultum inflictæ.

IMAGINIFER, a, um. Gloſſ. Lat. Gr. Imaginifer προτομοφόρος. At Vet. Inſcript. Gruter. f. 1107. n. 1. AVRELIVS SECVNDIANVS IMAGINIFER LEG. S. S. Veget. de Re Mil. 2. 7. Imaginarii, vel Imaginiferi, qui Imperatoris imagines ferunt. [ Ubi negat comma illud Vel imaginiferi, in cod. Hittorp. legi Stewechius. An iidem in Gloſſ. Lat. Græc. Imaginarii, εἰκονικοί;

IMAGINOSUS, a, um. [φαντασιώδης] Adj. In quo ſunt plures imagines. Unde ſpeculum imaginoſum a Catullo dici putant nonnulli, epigr. 42. de Acme, ab imaginibus, quæ in ſpeculo numeroſæ videntur. V. Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 3. Speculum imaginoſum verius interpretamur a Rerum imitatione, quas objectas repræſentat: in eo quippe apparent rerum objectarum imagines. Alii de Inſania exponunt. V. Iſ. Voſſ. in loc. qui aliter legit p. 96.

IMAGINO, [εἰκονίζω] are. Imagines facere, ſeu repræſentare. Gell. 16. 18. Ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, alíorſum tranſlatum facit imagines.

IMAGINOR, [εἰκάζω, φαντάζω] ari. ſignificat Rei alicujus ſimilitudinem mente concipere, & apprehendere. Plin. lib. 9. cap. 35. Imaginetur eorum fercula. Idem lib. 20. cap. 13. Ideo profluvio genitali datur, & venerem crebro per ſomnia imaginantibus.
Imaginari, Somniare. Suet. Jul. 81. 8. Calpurnia uxor imaginata eſt collabi faſtigium domus. Plin. 5. Epiſt. 5. Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem.
Imaginari aliquem, eſt Animo ſuo ſubjicere qualis ſit. Plin. Epiſt. 14. lib. 1.

IMAGINATUS, a, um. paſſive Lactant. 5. 13. extr. Terram digitis ſuis imaginatam metuant & adorent. i. e. Statuam e terra fictam.

IMAGINABUNDUS, a, um. Adj. Apul. Mileſ. 3. pr. Carnificem imaginabundus. [ Aſcripſit H. St. ex Deſpaut. Syntaxi 330. quum in Lugd. abeſſet.

IMAGINATIO, onis. f. [φαντασία] ut, Imaginationes libidinum. Plin. lib. 20. cap. 7.

IMAGINATIVUS, a, um. Adj. [φανταστικὸς] Auguſt. Tom. 3. p. 867. Imaginativa vis in anteriori parte cerebri.

IMANTOPODES, um. m. pl. [Ἱμαντόποδες] Populi in Æthiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt: h. e. ut Solinus cap. 44. extr. interpretatur, Flexis crurum nexibus. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Plin. lib. 5. cap. 8. Himantopodes, cum aſpiratione ſcribi debet.
Hoc nomine etiam dicuntur Aves quædam ex argumento pedum, quia ut ait Plin. lib. 10. cap. 47. his crura prædalta, quas etiam Ternis digitis inſiſtere dicit. Sed in codd. emendatis eſt Hæmatopodes. q. V.

IMARMENE, es. f. [εἱμαρμένη] Fatum. Cic. 1. de Nat. Deor. 20. & de Divin. 1. 55. ut Deam ſiſtit Mart. Capel. 1. p. 17. Et hoc rectius cum aſpirata ſcribitur Himarmene, ſi modo quiſquam vett. Latine protulit.

IMAUS, i. m. [Ἴμαος] Mons Indiæ, qui extenditur uſque ad fontes Gangis, ultra quem ſunt Scytharum gentes. Plin. lib. 6. cap. 17. Eſt & pars Caucaſi & Tauri, ut Plinius & Ptolemæus tradunt.

## I M B

IMBALNITIES, ei. f. Illuvies. Lucil. 26. Reliq. Sat. v. 69. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie. V. Voſſ. Etym. p. 61.

IMBARBESCO, ere. Barbatum fieri. Feſtus.

IMBECILLIS, e. [ἀδρανὴς, ἀνισχυρὸς, ἀκικὸς, ἀσθενὴς, νωχελὴς] vel IMBECILLUS, a, um. Adj. Sine baculo, quaſi Baculo indigens: Debilem ſignificat & languidum, ut Imbecillus gemitus. Cic. 2. Tuſc. 57. Idem 2. Q. frat. 9. Marius & valetudine & natura imbecillior. Idem de Amicit. 72. Ut ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, &c.
Ætas imbecilla. Hor. 2. Serm. 2. 85.
Conſilium imbecillum. Cic. pro Flacc. 72. Mulierem imbecilli conſilii.
Cultor imbecillus, Pauper. Plin. lib. 3. Epiſt. 19. Sed hæc felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur.
Ingenium imbecille. Plin. in Paneg. cap. 79. Quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem Conſulem ſperet, quanto ſæpius fuerit?
Materiæ imbecillæ cibus: h. e. Infirmi & pauci alimenti. Celſ. lib. 2. cap. 18. per totum.
Materia imbecillior, & imbecilliſſima. Idem ibid. Sic Cibus imbec. ibid.
Medicina imbecillis. Cic. 10. Att. 14. Quamobrem quicquid habes ad conſolandum, collige, & illa ſcribe, non ex doctrina, neque ex libris (nam id quidem domi eſt,) ſed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina, quam morbus.

Natura imbecilla ad rem aliquam. Cic. de Amicit. 64. Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam, quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatum iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Sen. Epist. 71. Ad quæ omnes imbecilli sumus.
Vox imbecilla. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Imbecillus, a nomine Baculus, contra naturam primitivi secundam producit. Hor. 2. Serm. 7. 39.
Imbecillus, iners, siquid vis, adde popino. Ita etiam Paulin. de Celsi obitu 114.
Imbecilla quidem sed naturalia carnis. Forte in his τὸ c geminandum.
Superl. Sen. de Benef. 4. 18. Quid sumus? Præda animalium & victima ac imbecillissimus ac facillimus sanguis. Al. Vilissimus & f. Idem Epist. 85. Quantum sapienti damus si imbecillimis fortior est.

IMBECILLĬTAS, ātis. f. [ἀσθένεια, νωχελία, ἀδρανεια, ἀδυναμία] Debilitas, infirmitas, defatigatio. ad animum & ad corpus refertur, sicut & Imbecillus. Cic. de Amicit. 27. Maxime illud considerandum videri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia.
Ætatis imbecillitas. Cic. ad Brut. 10.
Consilii imbecillitas. Cic. 1. Off. 117.
Generis humani imbecillitas, fragilitasque. Cic. 5. Tusc. 3.
Ingenii imbecillitas. Plin. 4. Epist. 18.
Laterum infirmitas, & virium imbecillitas. Cic. de Clar. Orat. 202.
Materiæ murorum imbecillitas. Cæs. 2. Bell. Civil. 15.
Recidere in eandem imbecillitatem. Cels. lib. 3. cap. 19. extr. de Cardiaco.

IMBECILLĬTER, Adv. [ἀσθενῶς] Debiliter, & remisse ac languide. Cic. 4. Acad. 52. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum: hisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. Tusc. 58.

IMBELLIS, e. Adj. [ἀπόλεμος, ἄμαχος] Quod nihil bellicum habet.
Annum imbellem agere, Sine bello. Liv. 10. 1. Idem 9. 45.
Carmen imbelle. Stat. 10. Theb. 874.
Cithara imbellis. Hor. 1. Carm. 15. 15.
Imbelli cithara carmina divides.
Dies imbellis, In quo non pugnatur, aut strenuum opus aliquod agitur. Sil. lib. 11. 408. — discatque Lyæo
Imbellem donare diem.
Fretum imbelle. Stat. 3. Silv. 5. 84.
Lyræ imbelles. Propert. lib. 4. 3. 36.
Triennium imbelle. Liv. lib. 4.
Imbellis, Timidus, ignavus, infirmus: quasi Bello minime aptus. Ovid. 1. Epist. 97.
Tres sumus imbelles numero, sine viribus, &c.
Imbelles & timidi. Cic. 1. Off. 82. Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur.
Ignavi & imbelles inter hostes. Liv. lib. 26. 2.
Capreæ imbelles. Ovid. 5. Fast. 372.
Cervi imbelles. Virg. 3. Georg. 265.
Columba imbellis. Hor. 4. Carm. 4. 32.
Damæ imbelles. V. DAMA.
Hostes imbelles. Liv. 1. 12.
Lacerti imbelles. Ovid. 13. Met. 109.
Manus imbellis. Propert. lib. 4. 3. 24.
Somnus imbellis. Stat. 3. Theb. 256.
Telum imbelle. Virg. 2. Æn. 544.
Sic fatus senior: telumque imbelle sine ictu
Conjecit: i. e. Inutile. Servius.
Turba feminarum imbellis, inermisque. Liv. 28. 23.
Compar. Tacit. 4. Hist. 33. 7. Cæsorum major numerus & imbellior.

IMBELLIA, æ. f. [ἀνανδρία] Ignavia, veluti Bellicæ rei quædam negligens tractatio, sed antiquum est. Macrob. 2. Saturn. cap. 2. Tum Pœnus eludens ignaviam, imbelliamque militum ejus, pretiose armatorum, &c. conf. Gell. 5. 5. & Fest.

IMBER, bris. m. abl. bre vel bri. [ὄμβρος, ὀμβρημα, νετμὸς] Pluvia largior, vel aqueus ille humor qui e cælo cum impetu demittitur. Plaut. Most. 1. 2. 30.
Venit imber, lavat parietes: perpluunt
Tigna. Ter. Eun. 3. 5. 37.
Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Jovem
Quo pacto Danaæ misisse ajunt quondam in gremium imbrem aureum.
Imber grandinis. Lucret. 6. 106.
Nec cohibere nives gelidas, nec grandinis imbres. Quo loco Turnebus, Imber, pluviæ est, inquit, aut grandinis lapsus & agmen, unde Imber pluviæ, & Imber grandinis dicitur. Cic. Topic. 39. Ut aqua pluvia ultimo genere ea est, quæ de cælo veniens crescit imbri.
Actus cælo magnis Aquilonibus imber. Virg. 2. Georg. 334.
Assidui & magni imbres. Cic. 13. Att. 16.
Atri imbres. Virg. 1. Georg. 236.
Atrox imber. Stat. 10. Theb. 536.
Cæruleus imber. Virg. 3. Æn. 194.
Collecti imbres. Hor. 1. Epist. 15. 15.
Continens imber. V. CONTINEO.
Densissimus imber. Virg. 1. Georg. 333.
Edax imber. Hor. 3. Carm. 3. 3.
Effusus nubibus imber. Virg. 4. Georg. 312.
Fecundi imbres. Virg. 2. Georg. 325.
Imber flammeus, de Fulmine. Vide FLAMMEUS. H. St.
Frigidus imber. Virg. 1. Georg. 259.
Intempestivi imbres. Lucret. lib. 2. 928.
Lætus imber. Virg. 7. Ecl. 60.
Juppiter & læto descendit plurimus imbri.
Largus imber. Virg. 1. Georg. 284.
Quique satis largum cælo demittitis imbrem.
Maximus imber. Cic. 6. Verr. 86. Et 7. Att. 19. Maximo imbri Capuam veni.
Multus imber. Lucret. lib. 6. 415.
Pluvius imber. Ovid. 6. Fast. 282.
Præruptus imber. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 462.

Subiti imbres. Lucret. lib. 5. 217.
Amnis concitus imbribus. Ovid. 3. Met. 79.
Auster diffundit imbres. Stat. 1. Theb. 350.
Concrescunt imbres gelidis ventis. Ovid. 9. Met. 220.
Decidit imber multa aqua. Tibul. lib. 1. 2. 7.
Facere per imbrem opus. Cato cap. 2. Quum tempestates pluviæque fuerint: videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint. i. e. Imbris tempore.
Parabitur imber maximus agricolis pelagoque. Virg. 1. Georg. 429.
Perpessus ventos, & imbres. Virg. 9. Æn. 60.
Pulsatur vento & imbri. Virg. 4. Æn. 249.
Vitare imbres. Lucret. lib. 5. 955.
Imbrem, inquit Nonius, 6. 64. consuetudo, Agmen cælestium aquarum & pluviarum induxit solum dici: quum auctoritas variet, significetque Omnem humorem aqueum. Virg. 4. Georg. 115.
— & amicos irriget imbres. Idem 1. Æn. 123.
Accipiunt inimicum imbrem. Lucret. 1. 287.
Ex igni terraque animæ nascuntur & imbri. [Synecdoche est.
Gelidus imber, pro Simplici aqua, apud Lucret. lib. 6. 148.
Calidis perfundes imbribus artus. Ovid. 2. Amor. 15. 23. Intelligit Aquam calidam.
Imber, pro Lachrymarum effusione. Ovid. 3. Amor. 6. 68.
Spargebat tepido flebilis imbre sinus. Al. Tepidos.
Lactis, lapidum, sanguinis, & terræ imber. Cic. 1. de Divin. 98.
Lapideus & sanguineus imber. Cic. 2. de Divin. 60. V. Lapideus in LAPIS. conf. Apul. 8. Milesf. p. 209.
Effudit imber lapides, Lapidibus pluit. Juven. 13. Sat. 67.
Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber. Virg. 12. Æn. 284. conf. Ennius apud Macrob. 6. Saturn. 1. & Stat. 1. Silv. 6. 27.
Saxeus imber, Lapidatio. Sil. lib. 13. 181.

IMBRIĀLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 5. 10. Aqua imbrialis vel cisternina.

IMBRĬCUS, a, um. Adj. [ὄμβριος] Pluviosus, & imbres ferens aut generans. Plaut. Merc. 5. 2. 35.
Hic Favonius serenus est, hic Auster imbricus, &c. Macrob. 5. Saturn. cap. 20. Quum ea sit anni temperies, ut hiems serena sit, solstitium vero imbricum, fructus optime proveniunt. Tempestas imbrica. Festus.

IMBRĬDUS, a, um. Adj. Solinus cap. 10. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cælo habet.

IMBRICĬTOR, ōris. m. Pluviosus, forte quasi imbres ciens, aut citans. Ennius in 17. apud Macrob. 6. Saturn. cap. 2.
Concurrunt veluti venti, quum spiritus Austri
Imbricitor, Aquiloque suo cum flamine contra,
Inde mari magno fluctus extollere certant. Al.
Endo mari magno fluctus extollere cœptant.

IMBRĬFER, ĕra, ĕrum. [ὀμβροφόρος] Idem. Columel. lib. 7. cap. 6. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cæli statu: nam procelloso atque imbrifero cornuta semper.
Arcus imbrifer. Tibul. lib. 1. 4. 44.
Austri imbriferi. Ovid. 13. Met. 725.
Hiems imbrifera. Sil. lib. 3. 197.
Status Cæli imbrifer, V. supra paulo Columel.
Ver imbriferum. Virg. 1. Georg. 313.

IMBRIFICĀTUS, a, um. Adj. Mart. Capel. lib. 6. Imbrificatæ nubes, i. e. Imbri gravidæ.

IMBERBIS, e. Adj. [ἀγένειος] Sine barba. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Isto enim modo dicere licebit Jovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.
Imberbis & Bene barbatus contraria. Cic. 2. in Catil. 2. 22. Al. Pæne barbatos.
Adolescentulus imberbis. Cic. pro Domo 37.
Juvenis imberbis. Hor. de Arte Poet. 161. Idem 2. Epist. 1. 85.

IMBERBUS, a, um. Idem. V. Non. 8. 84. ex Lucil. lib. 30. Sic apud Charis. p. 74. ex Varr. Imberbi juvenes. & Cic. Imberba juventus.

IMBĬBO, ĭbi, ĭbĭtum, [ἐμπίνω] ĕre. Idem quod Haurire, vel exhaurire significat, quod & Ebibere dicitur. [Immo non idem, sed In se bibere.] Plin. lib. 24. cap. 15. Radix ejus imponitur carbonibus compressi: atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. De Chamæleuce.
Imbibere animo, per metaphoram Apprehendere significat. Cic. 2. Verr. 42. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? V. OPINIO.
Imbibere, pro In animum inducere, Sibi persuadere. Cic. pro Quint. 47. Quod si facere nolit, atque imbiberit ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, &c. Lucret. lib. 3. 1010.
Qui petere a populo fasces, sævasque secures
Imbibit, &c. V. Creech. Plura de hoc verbo lege apud Ant. Muretum lib. 1. Var. Lect. cap. 5. conf. Gell. 13. 4. & Liv. 2. 47. extr.

IMBRACTEO, āre. Bracteis obducere. Ammian. 14. 15. Statuas auro curant imbracteari. Et 17. 8. (Valesf. 4.) Facis imitamentum æreum, itidem auro imbracteatum.

IMBRĀSUS, i. m. Sami fluvius, qui & Parthenius. Plin. 5. 2.

IMBRĀSIDES, æ. m. Virg. 10. Æn. 123. Idem plur. 12. Æn. 343.
Imbrasidas Glaucum atque Ladem, quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia paribusque ornaverat armis.

IMBREX, ĭcis. m. vel f. [καλυπτὴρ Gloss. Lat. Gr.] Tegula curva atque obtorta, quæ tectis applicari solet, ut per eam defluat aqua. Plin. lib. 17. cap. 14. Servarique inter duos imbrices. Columel. lib. 9. cap. 13.
Imbricibus infusum præbeant libandum. Plaut. Mil. 2. 6. 24.
Quod meas confregisti imbrices & tegulas. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Alii imbricem definiunt Canalem in tecto, per quem defluit aqua: ab Imbre deducto nomine.
Imbrex porci. Martial. lib. 2. 37.
Quicquid ponitur, hinc & inde verris:
Mammas suminis, imbricemque porci, &c. Quod varie exponunt interp. Alii Vertebram, alii Aurem, &c.
Plausus genus denotat apud Suet. Ner. cap. 20. n. 6. ad similitudinem crepantis super tegulam pluviæ commentum. V. ibi Casaub. & Lex. Pitisc.

Imbrĭcium, i. n. Idem quod Imbrex. Martial. lib. 2. 35.
Quum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ,
Imbricio poteras, Sexte, lavare pedes. Alii vulgo ſic legunt,
Quum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ:
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes. Putant autem Rhytium eſſe genus vaſis. Euſtathius enim in 23 Iliados dicit Rhyton, & per diminutionem Rhytion, Vas fuiſſe incurvum, & cornu ſimillimum: atque ab aliis κέρας, hoc eſt cornu appellari. Merito ergo Martialis Phœbum, cujus crura cornibus Lunæ perquam ſimilia erant, monet ut pedes in rhytio lavet.

Imbrĭco, āre. In modum imbricis facere, & quaſi imbricibus tegere. Plin. lib. 11. cap. 1. Aut ſuperne tantum imbricatus flexibilibus vertebris. Sidon. 2. Epiſt. 2. Tegulis imbricarentur. Vitruv. lib. 2. 8. Incerta vero cæmenta alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quam reticulata, præſtant ſtructuram. Imbricata, inquit Budæus, appellat Inter ſe hærentia, imbricum modo.
Imbricatum conchæ genus undata diſtinctione. Plin. lib. 9. 33.
Imbricata aſperitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis ejus, etiam felibus, imbricatæ aſperitatis, & limæ ſimilis, attenuansque lambendo cutem hominis.
Imbricati ungues ſimiæ. V. unguis.

Imbricātim, Adv. Imbricis modo. Plin. lib. 9. cap. 33. de concharum generibus, Jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Imbricus, Imbrifer. V. imber.

Imbrus, [Ἴμβρος] Inſula Thraciæ, Mercurio ſacra, quem vocant Imbranum. Oppido quoque in ea nomen eſt Imbrus, ut ait Stephanus. Vulgo hodie dicitur *Lembro.*

Imbrius, a, um. Adj. [Ἴμβριος] ut, Terra Imbria. Ovid. 1. Triſt. 10. 18.

Imbubino, āre. Lucil. apud Feſt. in Bubinare, Hæc te imbubinat. &

Imbulbito, āre. Idem ibid. conf. Douſa p. 7. V. bubino.

Imbuo, ui, ūtum, [περιμύω, παραξύω] ĕre. Inficere, ſeu immergere: ex In & inuſitato Buo, a βύω farcio, vel quaſi imbibo. V. Feſt. Columel. lib. 10. 14. prope fin. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut inſiſtentes apes, quaſi per ſiphonem, ſuccum evocent. Hor. 1. Epiſt. 2. 69.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu.
Aram imbuere. Virg. 1. Ecl. 8. — illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. h. e. Perfundet, madefaciet. Servius.
Arma ſanguis novus imbuit. Virg. 7. Æn. 554.
Manus imbutæ ſunt ſanguine Conſulis. Paterc. 2. 20. 1.
Gladium imbuere ſcelere. Cic. 2. Philipp. 20. Quum autem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi, niſi defatigatio & ſatietas attuliſſet.
Munus tabo imbutum. Hor. Epod. 5. 65.
Tela imbuta veneno. Ovid. 4. Triſt. 1. 77.
Tellus imbuta ſcelere. Catul. 62. 397.
Veſtis imbuta ſanguine. Ovid. 9. Met. 253.
Via Appia imbuta ſanguine latronis. Cic. pro Milon. 28.
Inter Imbuere & Initiare hoc intereſt; quod Initiare ad ſacra pertinet: Imbuere ad prophana. Plin. lib. 8. cap. 45. Optime cum domito juvencus imbuitur. h. e. Domatur, docetur. conf. Taubm. ad Virg. Ecl. p. 7.
Sacramento imbutus. Tacit. 1. Hiſt. 5. pr. Miles urbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem, &c.
Imbuere & inſtituere. Cic. 2. de Orat. 162. Sin ſit is, qui & doctrina liberaliter inſtitutus, & aliquanto jam imbutus uſu.
Imbutus ad. Cic. in Orat. 165. Ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Flor. 2. 18. 8. Scipio Carthaginis incendio ad excidia urbium imbutus.
Imbuere in. Gell. 16. 8. Cum in diſciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus.
Dicitur Imbuere aliquem aliquid & aliquo, quod exempli loco adducit Chariſ. lib. 5. extr. Videtur tamen Imbuere aliquem aliquid per Ellipſin dici pro In aliquid. Tacit. 5. Hiſt. 5. 5. Nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere patriam.
Admiratione imbutus. Liv. 21. 39.
Alloquio imbutus. Plin. lib. 6. cap. 22. Sex menſium tempore imbutus alloquio.
Amoribus imbutus aulæ. Stat. 11. Theb. 661.
Artibus imbuere ingenium, i. e. Inſtituere, ornare. Plaut. Trin. 2. 2. 16. Cic. 1. Off. 118. Parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur.
Animos imbuere errore. Liv. 39. 8. pr. Al. Horrore. Et apud Cic. 3. Tuſc. 3. Imbui erroribus. Idem 1. de Fin. 60. Imbutus ſuperſtitione.
Favore imbutus. Tacit. 2. Hiſt. 85.
Formidine imbutus. Hor. 1. Epiſt. 6. 4.
Horrore imbuere, V. paulo ante Animos imb. errore.
Litteris leviter imbutus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Litterulis Græcis imbutus. Hor. 2. Epiſt. 2. 7.
Odio imbutum bellum, h. e. Aſperſum & refertum, aut flagrans. Cic. pro Domo 60. Liv. 4. 36. & Juſtin. 29. 1. 7. Cic. pro Font. 31. Sed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt.
Opinionibus imbui. Cic. 14. Att. 14. Nam de puero Clodio tuas partes eſſe arbitror, ut ejus animum tenerum, quemadmodum ſcribis, his opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias reſidere in familiis noſtris arbitretur.
Opinio deorum imbuit mentem. Cic. 1. Tuſc. 30. Ut porro firmiſſimum hoc afferri videtur, cur deos eſſe credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium ſit tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio.
Pietate, pectora. Liv. 1. 21. pr. Ea pietate omnium pectora imbuerat, ut fides &c.
Sermonibus aures alicujus imbuere. Tacit. 4. Hiſt. 7.
Studiis ſe imbuere ab ineunte ætate. Cic. pro Deiot. 28. Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat.
Tirocinio imbuere. Liv. 9. 43.
Vitiis aliquem imbuere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Imbui caſtrenſibus ſtipendiis, Primis annis caſtrenſia ſtipendia emereri. Plin. Epiſt. 167.
Amicitiæ religioſa ſuperſtitione imbutæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Præda imbui. Tacit. 3. Hiſt. 13.
Imbutum rudimentis militiæ ſecum actæ. Paterc. lib. 2. 129.

Imbutamentum, i. n. Fulgent. Mythol. 1. 1. Variis dogmatum imbutamentis laſciva Græcorum præſtruens corda.

Imburum, Varr. lib. 4. de L. L. 27. Imburum, inquit, fictum ab Urbo, quod ita flexum ut redeat ſurſum verſus, ut in aratro, quod eſt urbum. V. Scalig. ad loc. & Turneb. Adver. 22. 30.

## I M I

Imĭtor, [ζηλόω, μιμέομαι, μιμηλάζω] āri. eſt Mores aut aliam rem ab aliquo geſtam effingere, quod a Græco deducitur μιμεῖσθαι: vel ab Imo, quod imitari eſt ejus, qui inferior ductum & exemplum ſuperioris ſequitur. V. Martin. Lex. Plin. Epiſt. 150. Quam ſane, quum componerem illos, habui in manibus, non ut æmularer (improbum enim, ac pæne furioſum) ſed tamen imitarer & ſequerer, quantum aut diverſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſæ diſſimilitudo pateretur. Plaut. Ciſt. 1. 1. 29.
Imitari atque exprimere. Cic. in Orat. 19. Quem ſi imitari atque exprimere non poſſumus.
Imitari & adumbrare. Cic. 2. de Orat. 194. Heroum veteres caſus fictoſque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo.
Proſequi atque imitari. Cic. de Clar. Orat. 137. Cotta cum verbis, tum ſono ipſo ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem.
Alas avium imitari. Plin. lib. 12. cap. 6. i. e. Simile eſſe alis avium.
Chirographum alterius imitari, Effingere & adulterare. Suet. in Tito, cap. 3. Cic. 3. de Nat. Deor. 74. Chirographum ſex primorum imitatus eſt.
Geſtum imitari alicujus. Lucret. lib. 4. 320.
Gaudia falſa imitari. Tibul. lib. 3. 7. 1.
Sermones hominis imitatur turdus. Plin. lib. 10. cap. 42. Agrippina turdum habuit imitantem ſermones hominum.
Voces alicujus imitari. Propert. lib. 1. 13. 3.
Imitari, pro Simulare. Tacit. 1. Ann. 24. Quanquam mœſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores.
Erat etiam veteribus Imito, are. Non. 7. 46. ex Varr. Epiſt. Lat. lib. 2. Tuum opus nemo imitare poteſt. & Liv. Achille, Si malos imitabo, tum tu precium pro noxa dabis.

Imitans, antis. ut, Imitantes omnia picæ. Ovid. 5. Met. 299. Idem 11. 613. — varias imitantia formas Somnia.

Imitātus, a, um. [ἀπεικασθείς] Partic. paſſive. Cic. de Univerſ. 6. Quum autem ingreſſa eſt imitata & afficta ſimulacra, bene agi putat, ſi ſimilitudinem veri conſequatur.
Active. Hor. 2. Serm. 3. 186. Vulpes imitata leonem. Idem 2. Epiſt. 1. 207. Lana violas imitata. Idem 4. Carm. 2. 56. conf. Virg. 4. Georg. 72.

Imitātio, ōnis. f. [μίμησις, μίμημα] Cic. 14. Philipp. 17. Excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia, putarent.
Supra imitationem poſitus, i. e. Quem præ excellentia nullus imitando conſequi poteſt. Sen. Epiſt. 71. conf. Juſtin. 3. 3. 5.
De imitatione, V. Quintil. lib. 10. cap. 2.
Callidiſſima ſimplicitatis imitatio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ab Æmulatione quomodo diſtet Imitatio docet Non. 5. 59.

Imitātus, ûs. m. Val. Max. 4. 6. pr. Opera ardua imitatu.

Imitātor, ōris. m. [μιμητής, ζηλωτής] Martial. lib. 1. 123.
Siquis erit recti cuſtos, imitator honeſti. Cic. 3. de Leg. 31. Etenim tantum mali eſt peccare principes (quanquam eſt magnum hoc per ſeipſum malum) quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt.
Moris majorum imitator. Nep. 25. 18. 1.
Majorum imitator. Cic. 3. Philipp. 8. O civem natum Reipub. memorem ſui nominis, imitatoremque majorum.
Imitator & narrator facetus. Cic. 3. de Orat. 219.
Doctus imitator. Hor. de Arte Poet. 318.
O imitatores ſervum pecus. Hor. 1. Epiſt. 19. 19. Ut enim ſervi non audent veſtigia dominorum deſerere, ita imitatores ne latum quidem unguem ab eo, quem imitantur, diſcedere volunt. In proverbium abiit.

Imitātrix, īcis. f. [μιμητίς] Cic. 1. de Legib. 47. Penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas. Plin. 10. 23. Avis imitatrix.

Imitabĭlis, e. Adj. [μιμητός] Quod quis poteſt imitari. Cic. in Orat. 76. Nam orationis ſubtilitas, imitabilis illa quidem videtur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.
Decipit exemplar vitiis imitabile. Hor. 1. Epiſt. 20. 17.
Compar. Plin. lib. 37. cap. 8. Neque eſt imitabilior alia mendacio vitri. De ſmaragdo loquitur.

Imitāmen, ĭnis. n. [μίμημα] ut, Priſci facti imitamina. Ovid. 4. Faſt. 211. Idem 15. Met. 200.

Imitamentum, i. n. [μίμημα] Idem quod Imitamen. Gell. lib. 7. cap. 5. Quaſi Oreſtis amplexus opplevit omnia, non ſimulacris, neque imitamentis, ſed luctu atque lamentis veris & ſpirantibus.
Imitamenta doloris. Tacit. 3. Ann. 55. Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas, vel doloris imitamenta.
Triſtitiæ imitamenta. Tacit. 13. Ann. 4. Ceterum peractis triſtitiæ imitamentis, curiam ingreſſus, &c. Idem 14. Ann. 57. 6. Veterum Romanorum imitamenta præferre.

Imĭtus, Adv. V. imus.

## I M M

Immăcŭlo, āre. Idem quod ſimplex Maculo, niſi ſiquid augmenti addat præpoſitio. Firmicus lib. 4. cap. 16. Ut diſciplinæ hujus ſecreta nullus invidiæ livor immaculet. Idem lib. 6. cap. 17. Quam peſtiferum miſera contagione vitium immaculet. Et cap. 3. Notis quibuſdam totum corpus immaculant, aut albis varietatibus dedecorant. Sed contrariam vim habet præpoſitio in Immaculatus & Immaculabilis.

Immaculātus, a, um. Adj. Lucan. 2. 735.

Abſcon-

Abfcondat Fortuna nefas, Romanaque tellus
Immaculata fui fervetur fanguine Magni. V. plura in Borrich. Cogit. p. 125. ex Ammian. 19. 12. &c.

IMMACULABĬLIS, e. Aufon. ad Gratian. Imp. cap. 27. pr. Lautis manibus, mente pura, immaculabili confcientia.
Immaculabilis. V. MACULO. H.St. Defiderabatur hæc dictio in ed. Lugd.

IMMĂDEO, ui, vel potius IMMADESCO, [διαίνομαι] ēre. Madidum fieri. Plin. lib. 17. cap. 5. Quum a ficcitate continua immaduit imbre. Idem lib. 20. cap. 22. Semen ac radix quum immaduere mufto, conteruntur.
Genæ immaduerunt lacrymis. Ovid. 1. Trift. 8. 34.
Terra immaduit. Ovid. 6. Met. 396. conf. Ammian. 20. 11.

IMMĀNIS, e. Adj. [ἄγριος, ἀπηνής, θηριώδης] Minime bonum, nocens & ferum. Virg. 4. Georg. 458.
Immanem ante pedes hydrum moritura puella, &c. V. MANUS, a, um. Cic. de Rep. lib. 4. Quippe fi ita fenfit, ut loquitur, eft homo impurus: fin aliter, quod malo, oratio eft tamen immanis. Apud Non. 4. 236. Idem 1. Q. frat. 1. Quod fi te fors Afris, aut Hifpanis, aut Gallis præfeciffet, immanibus ac barbaris nationibus, &c.
Immane & Manfuetum, contraria. Cic. 1. de Invent. 1. Primo propter infolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem ftudiofius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & manfuetos.
Importuna & immanis natura. Cic. de Arufp. Refp. 4. Videbam illud fcelus tam importunum, audaciam tam immanem adolefcentis furentis.
Bellua immanis. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Cœptis immanibus effera Dido. Virg. 4. Æn. 642.
Duritia immanis patientiam imitatur. Cic. in Partit. 81.
Fera immanis. Ovid. 8. Met. 583.
Gens immanis ac fera & barbara. Cic. pro Font. 21.
Gloria immanis falfi. Stat. 5. Silv. 3. 132.
Hoftis immanis & ferus. Cic. 4. Verr. 51.
Ingenium immane fcelerum. Claud. 2. in Ruff. 141.
Nefas immane. Virg. 6. Æn. 624.
Scelus immane. Lucret. lib. 5. 119.
Vitium immane. Hor. 2. Serm. 4. 76.
Immanis cum dativo & ablativo jungitur. ut, Immanis fuis, Immanes moribus. [Atqui hoc ipfum exemplis confirmare debuit qui hanc obfervationem adpofuit, quæ nec in Lugd. nec in Lipf. Thef. occurrit. Prioris conftructionis exemplum nullum mihi occurrit, pofterioris eft apud Ovid. 8. Met. 583.
— pariterque animis immanis & undis. Sic
Compar. Scelere ante alios immanior omnes. Virg. 1. Æn. 347. conf. Cic. pro Rofc. Amer. 71.
Superl. Immaniffimus quisque voluptatem fequitur. Cic. in Partit. 90.
Bellua immaniffima. Plin. Paneg. cap. 48.
Immane, Ingens, magnum, inquit Feft. Virg. 6. Æn. 19.
— pofuitque immania templa.
Ambitus immanis. Cic. 2. Q. frat. 14. Ambitus redit immanis, nunquam fuit par.
Antrum immane. Virg. 6. Æn. 11.
Armenta immania. Virg. 4. Georg. 394.
Argentum immane. Stat. 6. Theb. 207.
Membra immania. Ovid. 12. Met. 501.
Moles immanis. Virg. 9. Æn. 542.
Numerus annorum immanis. Varro 3. de Re Ruft. cap. 1. Quod tempus fi referas ad illud principium quo agri coli cœpti funt, atque in cafis & tuguriis habitabant, nec murus nec porta quid effet fciebant, immani annorum numero urbanos agricolæ præftant.
Pecunia immanis. Cic. pro Rofc. Com. 23. Et 2. Attic. 9. Qui immanes pecunias paucis dederunt.
Pondus immane. Plin. lib. 17. cap. 10. Contra immane pondus attollere fe non valet.
Quæftus immanes. Cic. 5. Philipp. 11. Quid illi immanes quæftus, ferendine, quos M. Antonii tota exhaufit domus?
Templa immania. Virg. 4. Æn. 199.
Vulnera immania. Stat. 5. Theb. 29.
Immanis, pro Ingenti, etiam in laudem accipitur. Ovid. 9. Met. 247.
Nam quanquam ipfius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipfe tamen. Idem 2. Trift. 335.
— immania Cæfaris acta Condere. Ita, Res immanes agere. Paterc. 2. 46. 1.
Immania faxa a Virg. 1. Æn. 139. dicuntur pro Afperis & horrendis. [Immo pro Ingentibus & Vaftis, quibus fpelunca clauditur.
Immane, Fœdum. Accius Andromeda, Immane te habet templum obvallatum offibus. Nonius.
Immane dictu. Salluft. de Repub. Ord. 1. 2. ad Cæfarem. i. e. Incredibile.
Immane, pro Immane dictu, vel Incredibile dictu. Hor. 1. Carm. 27. 6.
Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum difcrepat. Salluft. lib. 2. Immane quantum animi exarfere. V. Vechner. Hellenolex. 1. 17. Alii Adverbialiter dictum putant, pro Immaniter. Idem eft autem ac Nimium quantum.

IMMANĬTAS, ātis. f. [ἀπήνεια, ἀγριότης] Sævitia. Cic. de Amicit. 87. Quinetiam fiquis afperitate ea eft, & immanitate naturæ, congreffus ut hominum fugiat, atque oderit, &c. Idem 1. Off. 197. Quo eft deteftabilior illorum immanitas, qui laceraverunt omni fcelere patriam.
Immanitas & Infolentia. Cujus tanta eft, non infolentia, (nam id quidem vulgare vitium eft) Sed immanitas. de Antonio Ep. 1. lib. 10. q. d. Immanis quædam infolentia. H. St. V. Cic. 10. Fam. 1. pr.
Ferarum immanitas. Sen. Medea, 6.
Immanitas, eft Exceffus fortitudinis, & veluti ftupor adverfus tormenta. Cic. in Partit. 81. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus afpernandis, &c. imitatur. Gell. fæpius utitur. Bud.
Immanitas barbara. Cic. 2. Tufc. 20. Ex poeta.
Immanitates Tyrannicæ. Vide in LONGUS. H. St.
Immanitas verborum. Cic. 4. de Fin. 23. [Cod. Urfin. Inanitas, quod probo.
Immanitas pretii. Plin. lib. 35. cap. 11. Nec ullius in pictura velocior manus fuit: artis vero tantum, ut immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores. Ex vetufto codice nunc legimus, Ut multum manipretio antecederet, &c.
Sceleris immanitas. Salluft. Hift. Fragm. cap. 3.

IMMANĬTER, Adv. ut, Immaniter clamare. Gell. 1. 26. Auguftin. Confeff. 10. 37. Perdite & immaniter vivere.
Compar. Immanius efferefcunt. Ammian. 18. 17.

IMMANSUĒTUS, [ἀνήμερος] contrarium Manfueto. Cic. 1. de Legib. 24. Ipfisque in hominibus nulla gens eft neque tam immanfueta neque tam fera, quæ non, etiam fi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum fciat. Sen. de Ira, 2. 16. & 1. 5.
Ingenium immanfuetum & ferum. Ovid. 15. Met. 85.
Immanfuetiffimus. Ovid. 18. Epift. 37.
At tu de rapidis immanfuetiffime ventis, &c. ad Boream.

IMMARCESCŌ, [σήπομαι] ēre. Corrumpi. Hor. 2. Serm. 7. 107.
Nempe immarcefcunt epulæ fine fine petitæ, &c.
Immo lege, Inamarefcunt apud Horatium. H. St. Atque ita plane codices emendati. V. f. l.

IMMARCESCĬBĬLIS, e. Adj. [ἀμάραντος] Quod nequit marcefcere. Paulin. 4. Nat. Fel. extr.
Immarcefcibilis redimivit honore coronæ. Tertull. de Coron. Mil. cap. 15. & Hieron. in Pfal. 45.

IMMĀTŪRUS, a, um. Partic. [πρόωρος, ἄωρος] Non maturus: & proprie de fructibus aut frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. Plin. lib. 2. cap. 13. Quo apparet aut aliud effe, aut colligi immaturum.
Amor immaturus. Liv. 1. 26. Abi hinc cum immaturo amore ad fponfum, inquit, oblita fratrum mortuorum, vivique, oblita patriæ.
Confilium immaturum, Quod ante tempus datur. Liv. 22. 38. extr. Se quæ confilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum.
Filius immaturus obit. Hor. 2. Serm. 8. 59.
Iter immaturum mortis. Propert. lib. 3. 5. 2.
Mors immatura, Qua quis, ante conftitutum vitæ tempus, & confectam ætatem fenio, eripitur ac moritur. Cic. 2. Philipp. 110. Idem de Clar. Orat. 125. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt.
Tempore ad navigandum immaturo. Liv. 35. 44.

IMMATURĬTAS, ātis. f. [ἀωρία] Suet. in Aug. cap. 34. Immaturitas fponfarum, Quæ nondum conjugio aptæ erant.
Immaturitas, per translationem. Cic. pro Quint. 82. Quid hæc feftinatio, quid hæc immaturitas tanta fignificat?

IMMATŪRE, Adv. Ante tempus. Paulus in l. Si abfente. D. De ufufruct. Silvam cæduam, etiamfi intempeftive cæfa fit, in fructu effe conftat, ficut oliva immature lecta, item fœnum immature cæfum, in fructu eft. Al. Immatura & Immaturum. Aufon. Epift. 22. Immature periclitatur expelli.
Compar. Apul. lib. 6. Mil. pag. 180. Haud immaturius redito.

IMMEDIĀTE, Adv. [ἀμέσως] Cito ac celeriter. tribuitur Gell. lib. 20. cap. 10. Sed V. IMMEDITATE adv.

IMMEDIĀTIO, ōnis. f. ut, Immediatio fuppofiti, & Immediatio virtutis. V. Fonfec. lib. 5. Metaph. cap. 2. q. 9. §. 4. vel Lex. Philol. Martin.

IMMĔDĬCABĬLIS, e. Adj. [ἀθεράπευτος, ἀνίατος] Quod fanari non poteft medicaminibus. Ovid. 2. Met. 825.
Utque malum late folet immedicabile cancer
Serpere.
Ira immedicabilis. Sil. lib. 1. 147.
Telum immedicabile. Virg. 12. Æn. 858.
Vulnus immedicabile. Ovid. 1. Met. 190.

IMMEDICĀTUS, a, um. Adj. ut, Os immedicatum, i. e. Medicinis illitum. Apul. Apol. p. 323. ut monet in Indice Elmenh. Al. Medicatum.

IMMEDITĀTUS, a, um. Adj. Inceffus immeditatus. Apul. 2. Milef. pr. Idem 3. Florid. p. 357. Immeditati fonores.

IMMEDITĀTE, Adv. Gell. in præf. quæ olim fuit lib. 20. cap. 11. Nos incuriofe, immeditate, ac prope etiam fubruftice, ex ipfo loco ac tempore hibernarum vigiliarum, Atticas noctes infcripfimus, &c. ubi perperam olim Immediate legebatur.

IMMĔIO, inxi, ictum, ēre. Perf. Sat. ult. ad fin.
Quum morofa vago fingultiet inguine vena,
Patriciæ immeiat vulvæ. h. e. Semen quafi urinam effundat in vulvam nobilis puellæ.

IMMĔMOR, ŏris. com. [ἀμνήμων] Qui non meminit. Ter. Andr. 3. 1. 19. Num immemor es difcipuli? Cic. de Clar. Orat. 174. Magna hæc immemoris ingenii figna. Idem 4. Att. 6. In alia incidi non immemor iftius mandati tui.
Meriti tanti non immemor unquam. Virg. 9. Æn. 256.
Oblitus & immemor. Cic. pro Sull. 83. Adeone vobis alienus a fanitate, adeo oblitus conftantiæ meæ, adeo immemor rerum a me geftarum effe videor?
Immemor beneficium, paffive. Ter. And. 1. 1. 17.
— ifthæc commemoratio,
Quafi exprobratio eft immemoris beneficii. ubi Donat. Sunt qui ad Beneficium referunt Immemor, ut Memorem Junonis obiram, ut fit fenfus: Ifthæc commemoratio quafi eft exprobratio Immemoris beneficii, id eft Cujus nemo meminerit. Hæc ille. Ego potius interpretarer, Ejus qui beneficii non meminit.
Immemor, Oblivionem inducens. ab Effectu. Sil. lib. 16. 478.
Et Theron potator aquæ fub nomine Lethes,
Quæ fluit immemori perftringens gurgite ripas.

IMMEMORIA, æ. f. Papin. l. 44. Dig. De acquir. &c. V. Parei Lex. Crit. p. 571.

IMMĔMŎRĀBĬLIS, e. Adj. [ἀμνημόνευτος] Cujus nulla debet effe memoria. Plaut. Capt. prol. 56.
Neque fpurcidici infunt verfus immemorabiles.
Spatium immemorabile, i. e. Maximum. Lucret. lib. 4. 192.
Immemorabilis active ufurpatur a Plaut. Cift. 2. 2. 3. de Eo qui nil vult memorare. V. Taubm.

IMMEMORĀTUS, a, um. Adj. [ἀμνημόνευτος]
Immemorata ferens, i. e. Novi aliquid apportans. Hor. 1. Epift. 20. 33.
Immemoratus eris. Aufon. Parent. Epigr. 20.

IMMEMORĀTIO, ōnis. f. [ἀμνησία] Vulg. Int. Sap. 14. 26.

IMMENSUS, a, um. Adj. [ἄμετρος, ἀμύθητος, ἀπέρατος] Quod præ magnitudine mensurari non potest. Plin lib. 8. cap. 28 Quod persequi immensum est. Plin. Epist. 157. Arduum, immensum etiam tuo ingenio. Referre immensum est. Plin. 22. 23. extr.
Aer immensus & infinitus. Cic. 1. de Nat. Deor. 21.
Ævum immensum. Lucret. lib. 5. 380.
Campus. ut, Ex ingenti quodam oratorem, immensoque campo in exiguum gyrum compelli. Cic. 3. de Orat. 68.
Clamorem immensum tollit. Virg. 3. Æn. 672.
Cupido immensa laudum. Virg. 6. Æn. 824.
Cupiditas immensa, infinita, immoderata. Auct. ad Herenn. lib. 2. 34.
Dolor immensus. Sen. Theb. 2.
Finibus immensis ingenii describere aliquam artem. Cic. 1. de Orat. 214.
Fletus immensus. Ovid. 10. Met. 136.
Gula immensa. Cic. Sallust. 13.
Iter immensum. Liv. 21. 29.
Labor immensus. Ovid. 1. Met. 728.
Mare immensum. Cic. 1. Tusc 73.
Opes immensæ. Ovid. 6. Met. 181.
Pondus immensum. Hor. 1. Serm. 1. 41.
Quæstionis est immensæ, utique si recipiatur poetica fabulositas. Plin. lib. 7. cap. 28.
Tempore immenso observata sunt hæc. i. e. Infinito. Cic. 1. de Divin. 12.
Terræ immensæ. Ovid. 4. Trist. 2. 59.
Tractus est immensus quo veniunt. Plin. lib. 10. cap. 23.
Voluptates immensissimæ. Spart. Hadrian. cap. 19.
Vorago vitiorum immensa. Cic. 5. Verr. 23.
Adjectum imperio immensum terrarum. Plin. lib. 18. cap. 3. Substantivum est, nisi subaudias Spatium. Tacit. 15. Ann. 40. pr. Per immensum.
Ardet in immensum geminatis ignibus Ætna. Ovid. 2. Met. 220.
Attolli immensum. Tacit. 4. Ann. 40. 7. Nuntiavere accolæ Euphraten nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.
Augere ad immensum. Liv. 29. 25.
Editus immensum mons. Sallust. Jugurth. 97.
Pertinens in immensum. Sallust. Jugurth. 52. V. cl. Wasse & Gronov. ad Liv. 25. 24.
Vigere immensum. Tacit. 3. Ann. 30. pr.
Immenso, abl. Plin. lib. 9. cap. 40. Qui ista mercantur immenso. subaud. Pretio.
Immenso plus. Plin. lib. 20. cap. 9. Silvestris sive erraticæ immenso plus effectus laudat Cato. De brassica.

IMMENSITAS, ātis. f. [τὸ ἀμέτρον] Infinitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Immensitates camporum.
Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 54.

IMMENSURĀBĪLIS, e. Adj. Salvian. lib. 2. de Avaritia. V. Cellar. Cur. Post. p. 310.

IMMENSURĀTUS, a, um. Partic. Idem lib. 1. de Avar.

IMMENSURĀTIM, Adv. Idem lib. 6. V. Rittershuf. in Salv. p. 199.

IMMĔO, [εἰσίημι] āre. Idem quod Meare: nisi aliquid addat præpositio. Plin. lib. 8. cap. 25. Itaque & delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, tanquam, &c.

IMMĔANS, Partic. Plin. lib. 11. cap. 39. Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

IMMĔRENS, entis. c. [ἀνάξιος] Qui non meruit. Plin. 3. Epist. 9. Honestissimum credidi non premere immerentem. Hor. 2. Carm. 13. 12.
Te triste lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
Suet. Vesp. cap. 10. Multumque conquestus eripi sibi vitam immerenti. Nepos 10. 10. 1. Immerentes ut sceleratos occidunt.

IMMĔRENTER, Adv. [ἀναξίως] Immerito. Val. Max. 6. cap. 2. ext. 1. Inferit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quæ a Philippo rege temulento immerenter damnata, Provocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

IMMERĬTUS, a, um. Adj. Idem quod Immerens.
Premere immeritos. Ovid. 2. Trist. 274.
Immerita gratia, passive, Quæ non debetur illi cui refertur. Liv. 4. 14. Laudes haud immeritæ. Martial. lib. 7. 32.
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.

IMMERĬTUM, i. n. Plaut. Asin. 3. 3. 18.
Cur tu, obsecro, immerito meo morti dedere optas? h. e. Nullo meo merito. Hinc

IMMERĬTO, Adv. h. e. Indigne. Ter. Hec. 2. 1. 11.
Meque abs te immerito esse accusatam postmodum rescisces.
Cic. 2. de Orat. 209. Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immerito, si misera, &c. Sen. Epist. 11. Nec immerito.
Immeritissimo, Superl. Adv. teste Donato. Ter. Phorm. 2. 1. 59.
Jamdudum te, omnes nos accusare audio,
Immerito, & me omnium horum immeritissimo.

IMMERGO, si, sum, [ἐμβάπτω] ĕre. Intus mergere, & veluti In profundum obruere. Virg. 3. Æn. 605.
— vastoque immergite ponto.
Amnis immergitur. Plin. lib. 4. cap. 11. Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, ubi Ister amnis immergitur, vel, &c.
Immergere se aliquo, pro Clam & furtim intrare. Plaut. Rud. 2. 3. 66.
Et aurum & argentum fuit lenonis omne ibidem:
Credo aliquem immersisse, atque eum excepisse. id misera mæsta est.
Immersit se aliquo in ganeum. Plaut. Men. 5. 1. 3.
Immergere se in voluptates. Liv. 23. 18. Et eo impensius, quo avidius ex insolentia in eas se immerserant.
Immergere se penitus in consuetudinem alicujus blanditiis, Se insinuare, & conciliare sibi ejus amorem. Cic. pro Cluent. 36. Qui ut se blanditiis & assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuo sperare cœpit hoc se Avilio, tanquam aliqua machina admota, capere Asinii adolescentiam, & fortunas ejus patrias expugnare posse.
Immergere se inter mucrones hostium. Justin. 33. 2. 4.
Immergere se in confertissimos hostes. Idem 11. 14. 5.

IMMERSIO, ōnis. f. Arnob. 2. 47. Oleum respuit immersionem in se pati.

IMMERSĀBĬLIS, e. Adj. [ἐμβαπτιστός] ab IMMERSO, are. frequent. Hor. 1. Epist. 2. 22.
— adversis rerum immersabilis undis. [Non est ab Immerso, sed Qui mersari nequit, ex In priv. & Mersabilis.

IMMĒTĀTUS, a, um. Adj. [ἀόριστος] Non metatus: a Metor, ari. Hor. 3. Carm. 24. 12.
— rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera, &c.

IMMĪGRO, [μετοικίζω, μετοικέω] āre. In domum aliquam habitandi gratia se conferre. Cic. 1. Tusc. 58. Neque ea plane videt animus, quum repente in tam insolitum, tamque perturbatum domicilium immigravit. Idem 13. Philipp. 34. Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigravit.
Irruere, aut immigrare in locum aliquem. Cic. de Clar. Orat. 273. Sic tamen ut ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres.
In suas ædes ex templis immigrare. Cic. pro Domo 141.
Immigravit avaritia & luxuria in Remp. Liv. 1. procem. extr.
Immigrare in ingenium suum. Plaut. Most. 1. 2. 23. i. e. Pro animi sententia vivere.
Immigrant in vestigia & sedes nobilium pares domini. i. e. Æque nobiles. Plin. in Paneg. cap. 50.

IMMĬNEO, ui, [ἐφίσταμαι, ἐπίκειμαι] ĕre. ab In, & Maneo compositum; Instare, impendere significat. Cic. 1. Tusc. 91. Mors quæ propter incertos casus quotidie imminet. Plin. Epist. 33. lib. 6. Ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicæ parte, qua feminæ, qua viri, & audiendi, quod difficile: & quod facile, videndi studio imminebant.
Impendere & imminere. Cic. pro Domo 25. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.
Instare & imminere. Cæs. 1. Bell. Civil. 80. Instabat agmen Cæsaris, atque universum imminebat.
Imminent in fortunas nostras, i. e. Impendent & cogitant de invadendis fortunis: vel occasionem quærunt occupandi fortunas. Cic. 5. Philipp. 20. Idem pro Domo 47. Qui imminere jam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem. i. e. Inhiare.
Imminebat in occasionem opprimendi alterius ducis exercitusque. Liv. 25. 20.
Imminere animis in propinquam spem. Liv. 30. 28. extr. Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, & victoriæ spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentioris erant.
Quæ imminent, non videre: aut quæ videmus, dissimulare. Cic. 1. Catil. 30.
Imminet bellum ab Tarquiniis. Liv. 2. 3. pr. Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit.
Imminere sibi putat periculum. Plin. in Paneg.
Imminet his aer. Ovid. 1. Met. 52.
Imminere exitio alterius, Paratum esse ad exitium alteri inferendum. Ovid. 1. Met. 146.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.
Imminent duo reges toti Asiæ. Cic. pro Lege Manil. 12.
Rebus imminere, Occasionem quærere occupandi Imperii. Tacit. 16. Ann. 14. Quippe Antejum & Ostorium imminere rebus: & sua Cæsarisque fata scrutari. Budæus.
Imperio imminere. Cic. pro Corn. Balb. 34. Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, quum præpotens terra marique Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret, &c.
Imminere, pro Observare & captare. Liv. Fama autem erat defectioni Campanorum imminentes admoturos castra. Curtius 4. 8. extr. Imminensque Dario, iter ad Euphratem pronuntiari jussit. i. e. Darium invasurus, impetiturus, aggredi festinans. Budæus. Idem lib. 5. 11. pr. Ipse currum sequebatur, occasioni imminens alloquendi eum.
Alieno imminere, pro Appetere rem alienam dixit Sen. in Epist. 2.
Interdictis imminet æger aquis. Ovidius. H. St. Ex Amor. 3. 4. 18.
Emptioni. Sueton. Aug. 24. Quem tamen, quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit.
Immines spectator, annotatorque convivis, pro Astas & ades. Plin. in Paneg. cap. 49.

IMMĬNENS, Partic. [ἐπικείμενος] Cic. pro Domo 14. Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat.
Avaritia imminenti esse. Cic. 4. Verr. 134. Nam ipsum Verrem tantum semper avaritia hiante, atque imminenti fuisse, ingenio, & cogitatione nulla, ut quicquid sua sponte faciebat, item ut vos Romæ cognovistis, eripere potius, quam fallere videretur.
Gestu omnium imminenti dicit Orator. Cic. 2. de Orat. 225.
Imbres imminentes. Hor. 3. Carm. 27. 10.

IMMINENTIA, æ. f. ut, Ab instantia atque imminentia fraudis. Nigidius apud Gell. 9. 12.

IMMĬNUO, ui, ūtum, [ἐλαττόω, σμικρύνω] ĕre. Diminuere, attenuare. Dolor se imminuit. Ovid. 21. Epist. 113.
Imminuere & Amplificare, contraria. Cic. 4. Acad. 5. Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, imminuam ipsam gloriam.
Imminuere & immutare. Cic. 2. pro Lege Agr. 19. Hic quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutavit.
Auctoritatem suam imminuere. Cic. 1. Att. 18.
Imperium, vel Jus imperii imminuere. V. Imperium, in IMPERO.
Jus legationis imminuere. Cic. 3. Verr. 84.
Jus & officium violare atque imminuere. Cic. pro Rosc. Amer. 109.
Laudem alicujus imminuere. Cic. 14. Att. 17. ad Dolabell.
Libertatem civium. Cic. pro Lege Manil. 11. Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis?
Majestatem Pop. Rom. imminuere. V. MAJESTAS.
Magistratum imminuere. V. Magistratus, in MAGISTER.
Pudicitiam virginis imminuere, Violare & infringere. Plaut. Cist. 1. 1. 90.
Summam imminuere, quod & Demere de summa dicitur. Cic. 5. Verr. 82.
Virginem imminuere. Apul. Flor. lib. 2. p. 350.
Imminuere de voluptate aliquid. Cic. 1. de Orat. 259.
Imminuere caput alteri, pro Comminuere & confringere. Plaut. Most. 1. 3. 109. Alii legunt Diminuere.

**Imminutus**, a, um. Partic. [ἠλαττωμένος] ut, Imminuta libertas. Cic. pro Lege Manil. V. in ipso verbo.
Bellum attenuatum, atque imminutum expectatione Pompeji. Cic. pro Lege Manil. 30.
Cupiditas imminuta atque debilitata. Cic. 12. Philipp. 7.
Existimatio atque auctoritas nominis populi Romani imminuta. Cic. 6. Verr. 60.
Virtus imminuta. Cic. 1. Att. 16. Dolor accessit viris bonis, virtus non est imminuta. Sic ad eund. lib. 3. Imminuta constantia.

**Imminutio**, ōnis. f. [ἐλάττωσις] Corporis. Cic. 5. de Fin. 37. Nam si pravitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus, &c.
Dignitatis imminutio. Cic. 3. Fam. 8.
Imminutionem in centone nuptiali Ausonius usurpavit pro Primo congressu cum uxore, quod tum virginitas imminuatur.

**Immisceo**, iscui, istum vel ixtum, [ἐμμίγνυμι] ēre. Idem quod Miscere: nisi quid accipiat vehementiæ ab ipsa compositione. Liv. 3. 50. Et immisti turbæ militum togati, &c. Sic lib. 10. 28. Et ipse fortissimæ juvenum turmæ immistus.
Bello alicui se immiscere. Liv. 5. 8. Falisci propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se jam antea immiscuerant, &c.
Colloquiis se immiscere. Liv. 21. 32. Quum se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus interdiu, &c.
Cum aliquo se immiscere. Liv. lib. 45. pr. Victoria vero Pop. Rom. lætari eum regem mirum non esse, qui sortem omnem fortunæ regnique sui cum rebus Romanis immiscuisset.
Armis mediis se immiscuit. Virg. 11. Æn. 815.
Igni. Virg. 1. Georg. 454.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni.
Nebulis immistus spiritus. Sen. Troad. 5.
Nocti se immiscuit atræ. Virg. 4. Æn. 570. De Mercurio, qui Æneæ se in somnis obtulerat.
Rei alienæ se immiscere culpa est, ait Pompon. de Verb. Signific. 36.
Summis immiscuit ima. Ovid. 7. Met. 278.

**Immistus**, a, um. Partic. V. supra in ipso verbo. Significat etiam Non mixtum [ἄκρατον] Auson. Epigr. 20. 12.
Potare immixtum sueta merumque merum.
Immixti Danais, puto legi apud Virgilium. H. St. V. 2. Æn. 396.

**Immixtim**, Adv. Plaut. Aul. 2. 3. 12. Mærorem metuo ne immixtim bibam. Gronov. Malum mærore metuo ne mistum bibam.

**Immĭsĕrābĭlis**, e. Adj. [ἀνοίκτιστος] Indignus misericordia, Cujus nemo deberet misereri. Acron & Porphyr. ut, Pubes captiva immiserabilis. Hor. 3. Carm. 5. 17.

**Immĭsĕrĭcors**, [ἀνηλεής, ἀνελεήμων] Sine misericordia. Cic. 2. de Invent. 108. Ipsum immisericordem, superbum fuisse.

**Immisericordia**, æ. f. [τὸ ἀνηλεές] Liv. 37. 1. Plus ira, quam immisericordia, in causa eorum valebat: quia non ut hostibus, &c. In vetustioribus codicibus legitur Misericordia.

**Immisericordĭter**, Adv. [ἀνηλεῶς] Ter. Adel. 4. 5. 28. Factum a vobis duriter, immisericorditerque.

**Immītis**, e. Adj. [ἀμείλιχος, ἀνήμερος] Asper, sævus, crudelis. Virg. 1. Æn. 34.
— imitis Achilli. Suet. de Tiber. cap. 59.
Asper & immitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.
Cælum immite & turbidum. Plin. Epist. 107.
Corda immitia. Sil. lib. 4.
Dolor immitis. Sen. Octav. 2.
Edictum immite & minax. Ovid. 2. Trist. 135. Al. Immane.
Facta immitia. Ovid. 14. Met. 714.
Fructum immitem ferre, Acerbum. Plin. 13. 4. pr.
Fuga immitis. Sen. Medea 6.
Mors immitis. Tibul. 1. 3. 55.
Parcæ immites. Propert. 4. 12. 13.
Pectus immite. Catul. Argon. 62. 138.
Pelagus immite, Procellosum. Apul. Erat enim turbidum & immite pelagus.
Poma immitia, Cruda & immatura. Plin. Immitia adhuc & cruda poma.
Rescriptum immite. Tacit. 6. Ann. 9.
Tortor immitis pœnæque magister. Manil. 5. 408.
Uva immitis, i. e. Acerba, immatura. Hor. 2. Carm. 5. 10.
Vulnera immitia. Ovid. de Nuce 69.
Compar. Tacit. 1. Ann. 20. 4. Eo immitior, quia toleraverat. Ovid. 13. Met. 804. — calcato immitior hydro.

**Immītĭgābĭlis**, e. Adj. ut, Immitigabilis ardor. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. 33.

**Immitto**, īsi, issum, [ἐνίημι, ἐφίημι, ἐμβάλλω, ἐπαφίημι] ĕre. Notæ significationis. Plin. Epist. 157. Dices immissa terris nova flumina.
Lentum filis immittitur aurum. Ovid. 6. Met. 68.
Immittere ad. Cic. 5. Verr. 92. Segestam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur. h. e. Mittitur.
Immittere eo ad spoliandum. Cic. 6. Verr. 101. Eone tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es?
Immittere aliquem in bona alterius. Cic. 3. Verr. 142. Et si non putas cautum: scilicet tu Prætor in mea bona quos voles immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sinas? i. e. In possessionem bonorum mittes.
Immittere aliquem in Remp. Cic. 1. Att. 11. Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium jam esse a judicibus in Rempub. immissum.
Immittere in forum sicarios. Cic. pro Sext. 78. Et 14. Att. 10. Servique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Hic significat Cum pernicie mittere, stimulare, urgere, incitare.
Immittere se in medios hostes, Irruere & sese prorumpere. Cic. 1. Tusc. 116. Rursus pro Font. 38. Qui se armatus sæpe in hostium manum multitudinemque immiserit.
Immittere se in voluptates, pro Immergere. Liv. 23. 18. Sed in emendatis codd. In eas se immerserant, vel Merserant legitur.
Corpus immittere in undas. Ovid. 2. Epist. 133.
Dolorem immittere. Cic. 3. de Nat. Deor. 91. Neque enim quem Hipponactis Iambus læserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, a deo immissum dolorem, non conceptum a seipso continebat.
Equum immittere ad legionem. Cic. 10. Fam. 30. Repente equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex castris. h. e. Subjectis calcaribus equum incitavi, & me proripui versus legionem.
Habenas immittere. V. Habena.
Injuriam immittere in aliquem. Cic. in Parad. 4. Jactam & immissam a te nefariam in me injuriam semper duxi, pervenisse ad me nunquam putavi.
Perturbationes immittere. Cic. 3. Tusc. 25. His autem perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est. Al. In vitam.
Rudentes immittere, Funes navium extendere & apparare ad navigandum. Translate Plin. Epist. 8. 4.
Vitis palmam immittere ad uvas pariendas. Varro 1. de R. R. cap. 31. V. Gesn. in Addend. conf. immissio infra.
Immittere, pro eo quod vulgo Subornare aliquem dicimus. Sallust. in Catil. 48. extr. Alii Tarquinium immissum a Cicerone ajebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrocinio, Rempublicam conturbaret. conf. Justin. 9. 7. 1. & 32. 2. 9.
Immittere aliquid in aures suas. Plaut. Epid. 3. 1. 14. Idem Capt. 3. 4. 16.
Ne tu quod fabuletur, in aures immittas tuas. i. e. Ne auscultaveris quod dicit.
In flumen publicum immittere. Ulpian. in l. unica. D. Ne quid in flumine publico, inve ripa ejus fiat, pr. Ait Prætor: Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias: ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas, quo statio, &c. Al. In fl. publicum, neve in ripam.
Immittere, est Tigna vel trabes ædificii eo extendere, ubi requiescant, sive in pariete communi, sive in proprio. V. Jabolenus in l. Malum. D. De verb. signif.

**Immissus**, a, um. Partic. [ἐνιέμενος] ut, Canes immissi cervis. Virg. 3. Georg. 371.
Capilli immissi. Ovid. 1. Fast. 503.
Immissa barba, pro Prominenti & longa. Virg. 3. Æn. 593.
Respicio, dira illuvies immissaque barba.
Immisso lumine. Virg. 8. Æn. 242.
Radices immissæ. Quintil. 1. 3. pr.

**Immissio**, ōnis. f. [ἄνεσις] Cic. de Senect. 53 Sarmentorumque ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immissio. V. in ipso verbo ad fin.

**Immissus**, ûs. m. Macrob. 1. Saturn. 18. Sol cuncta vertice summo lustrat lucis immissu.

**Immissor**, ōris. m. in Dig.

**Immissarium**, i. n. Receptaculum aquæ in Aquæduct. V. Lex. Pitisc. in Castellum. & Vitruv. lib. 8. cap. 7. pr.

**Immissarius**, i. m. Qui immittitur.

**Immissilus**, vel **Immissulus**. V. immussulus.

**Immo**, seu, ut aliis placet, **Imo**, [μᾶλλον δὲ, μάλιστα] Conjunctio: quæ apud veteres significabat Prorsus, quasi Ex inimo. Nunc vero significat Quin potius. Varro, Non humanitas, immo sævitia est lædere innocentem. Ter. Adel. 5. 3. 55.
Cum prima luce ibo hinc. M. immo de nocte censeo.
Plaut. Amph. 1. 1. 194.
Quod apud hasce ædeis negotium est tibi? S. immo quod tibi est?
Immo, secundo loco positum. Plaut. Mil. 4. 8. 57.
Scies immo hodie, verum factum faxo post dices magis.
Plin. Epist. 2. 20. pr. Assem para, & accipe auream fabulam. Fabulas immo, &c.
Immo aliud. Ter. And. 1. 1. 3.
Nempe ut curentur recte hæc? SI. immo aliud. Videtur Immo exponendum esse per Non & sed: ut, Immo aliud, i. e. Non istud volo quod dicis; sed aliud volo.
Immo certe. Ter. Eun. 4. 7. 41. Credin'? G. immo certe.
Immo enim. Ter. Phorm. 2. 2. 24.
Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.
Idem And. 5. 1. 4.
Immo enim quam maxime abs te oro, atque postulo, Chreme.
In his & similibus vacat Enim, sicut in Sed enim, Quia enim.
Immo enimvero. Ter. Eun. 2. 3. 38.
Incommode hercle. CH. immo enimvero feliciter. Adde Phorm. 3. 2. 43.
Immo etiam. Ter. And. 4. 2. 25.
Verum vis dicam? D. immo etiam.
Immo etiam, pro eo quod barbare dicitur, Sed quod plus est. Ter. And. 4. 1. 31.
Immo etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi.
Immo si. Liv. 41. 23. Ea spe depulsus non tamen belli consilia omisit. Immo si vera volumus dicere, jam inchoavit bellum.
Immo vero. Cic. in Partit. 8. Omnibusne igitur ex his locis argumenta sumemus? C. P. Immo vero scrutabimur. Adde Cic. 1. Q. frat. 3. Att. 16. 15. Off. 3. 4. & 23. Et adv. Rull. 2. 35. Immo vero etiam, &c. conf. Sallust. Fragm. 6. 36.
Perraro verbis postponitur, ut habet Plaut. Aul. 4. 10. 34. Pernego immo. Et Tacit. 12. Ann. 6. 3. Statueretur immo exemplum.
Immo, post interrogationem cum negativa dictione. Ter. And. 1. 2. 30.
Qui hoc? intellexitin' an nondum etiam ne hoc quidem?
D. immo callide.
Causa igitur non bona est? immo optima. Cic. 9. Att. 6.

**Immōbĭlis**, e. Adj. [ἀκίνητος] Quod non potest moveri. Plin. lib. 11. cap. 37. Aures homini tantum immobiles.
Oculis contueri immobilibus solem. Plin. lib. 7. cap. 2.
Res immobiles. Macer in l. penult. in princip. D. qui satisdare coguntur, Sciendum est, possessores immobilium rerum satisdari non compelli.
Solo hæret immobilis. Virg. 7. Æn. 250.
Scopulis immobilior. Ovid. 13. Met. 801.

**Immobilĭtas**, ātis. f. Justin. 36. 3. 6. In ea regione Lacus est Asphaltites, qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatem Mortuum mare dicitur. conf. Lactant. 6. 17. Arnob. 1. p. 26. & Apul. in Trismeg. p. 95.

Immo.

IMMODERANTIA, æ. f. Tertull. de Bapt. extr. Plenitudo & immoderantia ventris.

IMMŎDĔRĀTUS, a, um. Adj. [ἄμετρος] contrarium Moderato: Intemperans, nimius, immodestus. Cic. 13. Att. 28. Alexandrum postquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse.
Intemperantia immoderata. Cic. 1. Acad. 37.
Mulier immoderata. Cic. pro Cœl. 53.
Oratio immoderata. Cic. in Orat. 198.
Potus immoderatus atque pastus. Cic. 1. de Divin. 60. Ea pars animi, &c. immoderato obstupefacta potu atque pastu, &c.
Res immoderata cupido est. Ovid. 4. de Pont. 14. 31.
Tempestas immoderata. Cic. pro Rosc. Amer. 131. Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut, &c.
Immoderatus, Immensus. Cic. 2. de Nat. Deor. 66.
Vides sublime fusum, immoderatum æthera.
Compar. ut, Motus animi immoderatiores. Gell. 19. 12.
Superl. Suet. Ner. cap. 51. Qui luxuriæ immoderatissimæ esset.

IMMODERĀTE, Adv. [ἀμέτρως] Non moderate, extra modum, immodice.
Immoderate facere. Cic. 2. Tusc. 31. An temperantia sinet te immoderate facere quicquam?
Immoderate profusa vox. Cic. 2. de Nat. Deor. 149.
Immoderate ferre res secundas. Cic. 1. Off. 90. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est.
Immoderate & intemperate vivere. Cic. de Univers. 38.
Compar. Cic. 5. Fam. 16. Ferre immoderatius incommoda.
Superl. Spartian. Sever. cap. 20. Immoderatissime lætari.

IMMODERĀTIO, ōnis. f. denom. [ἀμετρία] ut, Efferri immoderatione verborum. Cic. pro Sulla 30.
Immoderationes tyrannicæ. Firmic. lib. 1. cap. ult. Constantinus ad liberandum orbem a tyrannicis immoderationibus electus est.

IMMŎDESTUS, a, um. Adj. [ἄμετρος, ἀσελγής, ἄφρων] Non temperatus, immoderatus. Ter. Heaut. 3. 3. 7.
Vel heri in convivio quam immodestus fuisti!
Immodesti mores. Plaut. Curc. 1. 3. 44.
Hoccine fieri ut immodestis hic te moderere moribus?
Profusum & immodestum jocandi genus, cui opponitur Ingenuum & facetum. Cic. 1. Off. 104. Ipsumque genus jocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet.
Immodestæ largitiones, i. e. Immoderatæ. V. Schult. ad Controv. Sen. 1. p. 63.

IMMODESTE, Adv. [ἀσελγῶς] Immoderate. Liv. 22. 27. pr. Immodice immodesteque gloriari.
Compar. Sen. Quæst. Nat. 1. 17. extr. Processit enim immodestius paulatim opibus ipsis invitata luxuria. Al. Modestius & Immutata.

IMMODESTIA, æ. f. [ἀφροσύνη, ἀσέλγεια] Immoderatio, intemperantia. Plaut. Amph. 1. 1. 9. Hæc heri immodestia coegit me. Idem Merc. prol. 27. Incogitantia, excors immodestia.

IMMŎDĬCUS, a, um. Adj. [ἄμετρος] Multus & nimius. Columel. lib. 1. cap. 3. Suaque lege C. Licinius damnatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunicia promulgaverat, immodica possidendi libidine transcendisset. Sic Plin. lib. 9. cap. 30. Assiduitate furti immodici.
Amore immodico victus. Ovid. 2. Fast. 585. al. Indomito.
Frigus immodicum. Ovid. 3. de Pont. 1. 14.
Labor immodicus. Ovid. 1. de Pont. 4. 22.
Oratio immodica, Nimium longa ut tædium pariat. Plin. Epist. 181.
Rixæ immodicæ. Hor. 1. Carm. 13. 10.
Immodici, Nimis multi. Martial. lib. 2. 89.
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Animi immodicus. Tacit. 1. Hist. 53. 1.
Avaritiæ notatur immodicæ. Martial. lib. 11. 56.
Gloriæ immodicus C. Marius. Paterc. lib. 2. 11.
Iræ immodicus. Stat. 1. Theb. 41.
Lætitiæ immodicus. Tacit. 15. Ann. 23.
Libidinis immodicus, Nimia libidinis cupiditate ductus. Columel. lib. 7. cap. 6.
Lingua immodicus. Tacit. 3. Hist. 53. 1.
Mœroris immodicus. Tacit. 15. Ann. 23.
Mero immodicæ rixæ. Hor. 1. Carm. 13. 10.
Sævitia immodicus. Tacit. 1. Hist. 69. 3.
Verbis & rebus immodicus. Suet. Domit. cap. 22. extr.

IMMODĬCE, Adv. [ἀμέτρως] Nimis, vel Intemperate. Columel. lib. 2. cap. 16. Magisque conducere agricolæ frequenter id potius quam immodice facere.
Immodice ferre aliquem casum, pro Immoderate. Cic. 4. Tusc. 40.

IMMŎDŬLĀTUS, a, um. Adj. [ἀνεπαφρόδιτος] pro Aspero: ut, Poëmata immodulata. Hor. de Arte Poet. 263.

IMMŎLĪTUS, a, um. Adj. [ἐποικοδομηθείς] Idem quod Ædificatus. Liv. 39. 44. Aquam publicam omnem in privatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Immolita sunt, inquit Turnebus Quæ quis uspiam molitus est.

IMMŎLO, [θύω, ἐπιθύω, ἐπισφάττω] āre. Sacrificare, & quasi Mola inspergere: ex In & Mola. Festus, Immolare, est mola, i. e. farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Virg. 12. Æn. 949.
— Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat. Cic. 2. de Divin. 38. Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit ut litetur aliis, aliis non litetur?
Agno immolato aram spargere. Hor. 4. Carm. 11. 7.
Caper libidinosus immolabitur. Hor. Epod. 10. 23.
Dentibus immolare, Devorare. Phædr. 4. 5.
Homines immolare. Cic. pro Font. 21.
Hostias immolare. Cic. 3. Tusc. 63.
Liberi immolati. Liv. 38. 47.

IMMOLANS, antis. Partic. Cum immolanti aufugisset hostia. Suet. Jul. cap. 59.

IMMŎLĀTOR, ōris. m. [ἐπιθύτης] Qui immolat & sacrificat. Cic. 2. de Divin. 36. Hæc decessio capitis, aut accessio, subitone fieri potest, ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent?

IMMOLĀTIO, ōnis. f. [ἐπίθυσις] Cic. 1. de Divin. 119.

IMMOLĀTITIUS, a, um. Adj. ut, Caro immolatitia. Augustin. Epist. 154. Gloss. Græc. Lat. θύσιμος, immolatitius.

IMMŎRIOR, [ἐναποθνήσκω] ōri. a quo Immortuus, idem significat quod Mortuus. Plin. lib. 29. cap. 4. Nam quum immortuus est in vino. De stellione.
Immori, cum dativo. Plin. lib. 7. cap. 43. Quod dissimulaverit, & supremo somno ejus, cui immortuus quodammodo est, credamus ab ab uno illo invidiam gloria victam.
Aquis immori. Ovid. 3. de Pont. 7. 571.
Fortiter Euxinis immoriemur aquis.
Ferro immori. Sen. Herc. OEth. v. 869.
Hastæ immoritur. Valer. 6. Argon. 570.
Studiis immori. Hor. 1. Epist. 7. 85.
Tormentis immori, pro Silentio. Justin. 44. 2. 3.

IMMORTUUS, Nondum mortuus. Cic. 1. Att. 14. De immortuis reliquiis conjurationis. h. e. Non plane mortuis, sed redivivis, & quotidie pullulantibus: perinde quasi excisa sit arbor, non prorsus evulsa. conf. Val. Flacc. 4. 182. Plin. 29. 4. [Immo Immortuum dicitur, vel quod in re quapiam extinctum est, vel idem ac Emortuum sonat.

IMMŎROR, [ἐγχρονίζω, ἐμμένω] āri. Moram trahere. Columel. lib. 8. cap. 5. Incubantibus autem gallinis juxta ponendus est cibus, ut saturæ studiosius nidis immorentur.
Immorari honestis cogitationibus, Versari diu, & multum temporis insumere in cogitatione rerum honestarum. Plin. lib. 1. Epist. 8.
Ne his immorer. Quintil. lib. 2. cap. 16. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita, &, ne terrenis immorer, solem, lunamque præcipua siderum, aliquando etiam nocere?

IMMORANTER, Adv. Sine mora. Gloss. Gr. Lat. ἀνυπερθέτως, immoranter, incunctanter.

IMMORĀTIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. 1. 1. Immoratio in passionibus.

IMMORTĀLIS, e. Adj. [ἀθάνατος, ἄμβροτος, ἀκήρατος] Ter. Eun. 2. 2. 8.
Dii immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens
Quid interest?
Immortales atque beati. i. e. Divi. Lucret. lib. 5. 166. conf. Varr. L. L. 4. 11.
Mortalis & Immortalis, contraria. Cic. 1. Off. 120. Ut fortuna nonnunquam, tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur.
Immortalia, Ea quæ ad Deos pertinent. Varr. L. L. 4. 10.
Ævum immortale. Lucret. lib. 1. 58.
Animi omnium immortales, sed fortium bonorumque divini. Cic. 2. de Legib. 27.
Deus immortalis. Hor. de Arte Poet. 464.
Facinora immortalia, Immortalia opera; Quæ nullo tempore sunt intermoritura. Plaut. Most. 3. 2. 90. Liv. 1. 16. pr. His immortalibus editis operibus, quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, &c.
Herbæ immortales. Claud. de Nupt. Honor. 158.
Memoria immortalis. Cic. pro Corn. Balb. 40.
Memoriam alicujus immortalem reddere. Cic. 2. de Orat. 8.
Mens immortalis. Lucret. lib. 3. 611.
Mors immortalis. Lucret. lib. 3. 882.
Quæstus immortalis. Cic. in Pison. 27. Quo quidem in spectaculo mira Reipub. æquitas erat, uter eorum perisset, tanquam lanista, in ejusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem tamen quæstum si uterque cecidisset.
Tributa immortalia. Tacit. 4. Hist. 32.

IMMORTĀLE, pro Immortaliter. Val. Flacc. 7. 362. Immortale virens.

IMMORTALĪTAS, ātis. f. [ἀθανασία] Cic. de Amicit. 59. Nisi enim (quod ille minime putabat) immortalitatem optare vellet, &c. Ter. And. 5. 5. 4. — nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Fides immortalitatis. Justin. 24. 4. 4.
Cedit nulla re nisi immortalitate cælestibus beata vita. Cic. 2. de Nat. Deor. 153.
Commendare immortalitati. V. COMMENDO.
Non est lugenda mors, quam immortalitas consequatur. Cic. de Senect. 73.
Donare alicui æternitatem & immortalitatem, non unius diei gratulationem. Cic. in Pison. 7.
Mandare aliquid immortalitati. Cic. pro Domo 76. V. MANDO.
Prosequi memoria immortalitatis memoriam aliquorum. Cic. 2. Philipp. 33.
Immortalitatis esse & Ætatis, contraria. Cic. 4. Philipp. 3. Sunt enim facta ejus immortalitatis, nomen ætatis.
Tradere immortalitati scripta alicujus. Cic. 3. de Orat. 57.
Plurali utitur Cic. 3. de Nat. Deor. 46. Ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus. [Nisi legendum Immortalitati.

IMMORTALĬTER, Adv. [ἀθανάτως] Perpetuo. Cic. 3. Q. frat. 1. 3. Quod scribis te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

IMMORTALITUS, Adv. Turpil. apud Non. 11. 43. Immortalitus se obtulit mihi hæc facultas.

IMMORTUUS. V. IMMORIOR.

IMMŌTUS, a, um. Adj. [ἀκίνητος, ἀπαθής] a Moveo; Quod non movetur. Virg. 3. Georg. 416.
Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit.
Diem immotum dixit Tacit. 1. Hist. 86. 2. Quo venti nulli spirant.
Fides immota. Valer. 3. Argon. 598.
Lumina immota tenere. Virg. 4. Æn. 331.
Mens immota manet. Virg. 4. Æn. 449.
Fixum immotumque animo sedet. Virg. 4. Æn. 15.

IMMŪGIO, īvi vel ii, ītum, [ἐμμυκάομαι] īre. Idem quod Mugire, & sonitum qualem boves emittere solent, edere. Virg. 3. Æn. 674.
— curvisque immugiit Ætna cavernis.
Mare totum immugit. Sen. Hippol. 10.
Mæsto immugit regia luctu. Virg. 11. Æn. 38. Sono rauco immugire. Sil. 5. 63.

IMMULGEO, ulsi vel ulxi, ulsum vel ulctum, [ἐναμέλγω] ēre. Mulgendo & sugendo, lac ex mammis exprimere. Plin. lib. 28. 7. Item mammarum collectionibus cum thure, oculo ab ictu cruore suffuso, & in dolore, aut epiphoris, si immulgeatur, plurimum prodest. de lacte.

Virg. 10. Æn. 572. — & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens hubera labris. conf. Lucret. 4. 1202.

IMMUNDUS, a, um. Adj. [ἀκάθαρτος] Impurus, impolitus. Ter. Heaut. 2. 3. 54. Pannis obsita, neglecta, immunda illuvie.
Contactu immundo fœdant omnia. Virg. 3. Æn. 228.
Fimus immundus. Virg. 5. Æn. 333.
Fortunæ immundæ. Plaut. Cist. 1. 1. 116.
— Siccine immunda, obsecro,
Ibis? SI. immundas fortunas æquum est squalorem sequi.
Homo immundus, Sordidus, inquinatus. Plaut. Most. 1. 2. 24.
Atque ubi illo immigrat nequam homo indiligensque,
Cum pigra familia, immundus, instrenuus.
Lapsus immundus. Plin. lib. 14. cap. 19. Aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluto. [ Polluta legitur in codd. emendatis, & ad dictionem Vina refertur. Non licebat nimirum vina diis libare ex acinis deciduis confecta.
Pauperies immunda. Hor. 2. Epist. 2. 199.
Segnities immunda. Columel. lib. 9. cap. 5. Neque ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est. de apibus.
Sues immundi. Virg. 1. Georg. 400.
Compar. Catul. de Æmil. 98. 3.
Nil immundius hoc, nihil est immundius illo. Sen. Quæst. Nat. 5. 4. Immundius aliquid timere.
Superl. Plin. 10. Epist. 99. Immundissima aspectu cloaca.

IMMUNDE, Adv. Jul. obseq. de Prodig. cap. 115. Immunde templa fœdare.

IMMUNDĬTIA, æ. f. [ἀκαθαρσία] Impuritas. Frontin. lib. 2. de Aquæduct. Immunditiarum facies & impurior spiritus, &c. adde Plaut. Stich. 5. 5. 6. Columel. lib. 1. 61. Idem 12. 3. & 503.

IMMUNDĬTIES, ēi. f. Idem. apud Tertul. de Monogam. cap. 7. & de Pudic. cap. 9. Salvian. de Gub. lib. 6. pag. 210.

IMMUNDĀBĬLIS, e. Adj. Quod mundari nequit. Tertull. de Pudic. cap. 20.

IMMŪNIS, e. Adj. [ἀτελὴς, ἀνεισφορος, ἀφορολόγητος] dicitur, ut ait Festus, Qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico: Qui vel ætate, vel alio privilegio præstare munia non tenetur. Virg. 4. Georg. 244.
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.
Immunem ut videat redeuntis janitor annis. In Passeratii Strenis, pro Sine munere. Puto poëmation vocari Nihil. H. St. Obiit annis 12. post Stephanum Passeratius. Ejus poëmatum prima editione usus videtur.
Immunis non est virtus: i. e. Non est otiosa, semper aliquid agit. Cic. de Amicit. 50. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat. Ubi V. Grut.
Immunis & Vectigalis, contraria. Cic. 3. Off. 107. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus.
Agri immunes. Cic. 2. Philipp. 43.
Agros immunes, liberosque arare. Cic. 4. Verr. 166.
Civitates immunes & liberæ, Quæ nullum vectigal pendunt. Cic. 5. Verr. 13. Quinque præterea sine fœdere immunes civitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, &c.
Prædia immunia conditione commodiore sunt, quam illa quæ pensitant. Cic. 3. de Lege Agr. 9.
Immunis, cum genitivo. Ovid. 3. Met. 11.
Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.
Belli immunis. Virg. 12. Æn. 559.
Boni alicujus immunis. i. e. Expers. Ovid. 4. Trist. 2. 62.
Mali hujus immunis. h. e. Pœna vacans aut carens. Ovid. 8. Met. 690. — vobis immunibus hujus
Esse mali dabitur.
Manus immunis, i. e. Innoxia. Hor. 3. Carm. 23. 17. V. Torrent.
Operum immunes famulæ. Ovid. 4. Met. 5.
Scelerum immunis. Stat. 5. Theb. 123.
Immunis, cum ablativo: ut, Immunis militia. Liv. 1. 43. De his V. Lex. Pitisc. Plin. lib. 17. cap. 24. Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. i. e. Caret malis prædictis, non inarescit, non sentit tabem.
Metu immunis. Sen. Hippol. 1054. H. St.
Vitiis humanis immunis. Paterc. 2. 35. 2.
Voluptatibus immunis. Paterc. 2. 46.
Immunis, Improbum aliquando significat, auctore Festo. Plaut. Trin. 1. 1. 2. Immune est facinus. Ego existimarim legendum & apud Festum & apud Plautum, Immanis.
Vide ut emendet Scaliger H. St. At nihil ad hunc locum Scaliger. Immunis tuetur Ant. Augustin. cum Dacerio.

IMMUNĬTAS, ātis. f. [ἀτέλεια] Exemptio, & vacatio munerum & onerum. Cic. 1. Philipp. 3. Num immunitates datæ? Idem 2. Philipp. 91. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neve cujusquam beneficii figeretur.
Immunitas & libertas alicujus provinciæ. Cic. pro Font. 17.
Dare immunitatem. Cic. 12. Fam. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur.
Dare alicui immunitatem magni muneris. Cic. 4. Acad. 121. [i. e. Vacationem, ut ipse se explicat.
Habere immunitatem. V. HABEO.
Juvare alios immunitatibus. Tacit. 3. Hist. 55.

IMMUNĬFĬCUS, a, um. Adj. [ἀνάδωρος] Plaut. Trin. 2. 2. 69.
Minus, pater, sed civi immunifico scis quid cantari solet?

IMMŪNIO, īre. Munitione claudere. Tacit. 11. Ann. 19. 2. Præsidium immunivit.

IMMUNĬTIO, ōnis. f. Theod. Cod. Immunitionis onera. V. Salmas. Hist. Aug. p. 517.

IMMŪNĪTUS, a, um Adj. [ἀνοχύρωτος] Non munitus. Cic. pro Cæcin. 54. Si via sit immunita, jubet, qua velit, agere jumentum.
Castella immunita. Liv. 22. 11. Edictoque proposito, ut quibus oppida castellaque immunita essent, in loca tuta commigrarent.
Urbs immunita. Ovid. 10. Met. 169. Sparta immunita.

IMMURMŬRO, [ἐπιμυρμυρίζω] āre. ut
Agmen totum immurmurat. Ovid. 3. Met. 646.
Sub lingua immurmurare aliquid. Pers. 2. Sat. 9.
Silvis immurmurat Auster. Virg. 4. Georg. 261.
Admorsæ immurmurat hastæ. Sil. 5. 333. conf. Val. Flacc. 7. 312.

IMMURMŬRANS, antis. Partic. Ammian. 22. 16. Immurmurantes audire ventos.

IMMUSCŬLUS, i. m. Avis genus, inquit Festus, quam alii Regulum, alii Ossifragam dicunt.

IMMUSTŬLUS, sive IMMISSULUS, [φήνη] Ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium, quam aquila: quæ volucris raro & non fere præterquam vere apparet: quia æstum, algoremque metuit. Appellatur autem ita, quod subito & inexpectata se immittat. Hactenus Festus: ex cujus verbis, non Immustulus, sed Immissulus scribendum potius videtur: sive Immussulus: nam ab Immittendo deducit. Alii a Mussando. Plin. lib. 10. cap. 7. Sanqualem avem atque immussulum augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & sanqualem ossifragæ. Massurius Sangualem ossifragam esse dicit, Immussulum autem pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Hic Plinius vocare videtur Immussulum avem, eandem quam Festus Immusculum & Immustulum vocat. V. Elmenh. in Arnob. p. 95. vel Lex. Pitisc. & Scalig. ac Dacer. ad Fest.

IMMŪTESCO, ūtui, [καφάομαι] ĕre. Mutum fieri, tacere. Quintil. lib. 10. cap. 3. Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui.
Ruptis immutuit ore querelis. Stat. 5. Theb. 542. adde 6. 184.

IMMUTILĀTUS, a, um. Adj. ut Immutilato corpore. Sallust. Fragm. 6. 13.

IMMŪTO, [ἀναλλάττω] āre. Idem quod Mutare, sive Aliud pro alio dare. Plaut. Epid. 5. 1. 40. Hic sunt quadraginta minæ. siquid erit dubium, immutabo. Idem Mil. 2. 5. 22.
Immutare se, vel immutari. Plaut. Trin. 1. 2. 35. Ter. Phorm. 1. 4. 29. Non possum immutarier.
Converti & immutari. Cic. 1. Fam. 9. Neque permanendum in una sententia conversis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, sed temporibus assentiendum.
Alienare a se aliquem, & se illi immutare. Cic. 5. Fam. 8. Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.
Observa hunc usum Ciceroniani verbi Immutare. H. St.
Immutari ex amore. Ter. Eun. 2. 1. 19.
Di boni, quid hoc morbi est? adeone homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse?
Immutari imperio. Cic. de Amicit. 54. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgere novis.
Movere & immutare. Cic. 2. de Divin. 89. Vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat immutetque cælum.
De institutis priorum immutat successor aliquid. Cic. pro Flacc. 33.
Figuram alicujus immutare. Ovid. 7. Met. 722.
Ingenium immutatur egestate. Ter. And. 1. 5. 40. Plaut. Curcul. 1. 2. 59.
Neque veto, neque jubeo, quando te video
Immutatis moribus esse, here, atque ingenio.
Ingenium moribus immutare. Plaut. Trin. 1. 2. 35.
Mores immutare. Cic. 2. de Legib. 38. Quarum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus, &c.
Se immutare in re aliqua. Cic. 1. Fam. 9. Si quibusdam in sententiis paulum me immutassem.
Sensus immutare. Lucret. lib. 5. 1414.
Verbum immutare ad litteram. Cic. 2. de Orat. 249. At utrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo.
Vestitum immutare. Plaut. Amph. 3. 1. 6.
Amphitruo fio, & vestitum immuto meum.
Voluntatem immutare. Cic. 1. Att. 7.
Vultum immutare. Ter. Hec. 3. 3. 9.
Sed continuo vultum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.

IMMUTĀTUS, a, um. Partic. [ἐνηλλαγμένος] Suet. Claud. cap. 29. Suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos.
Forma immutata. Ter. Heaut. 2. 4. 9.
Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt:
Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt.
Litteris immutatis. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paululum primis litteris immutatis. Sic apud eundem in Orat. 214. Verborum ordinem immuta, &c.
Verba immutata. Cic. in Orat. 92. V. Translata verba, in VERBUM.
Voluntas immutata. Cic. in Philipp. Suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis.
Id mutavit, quia me immutatum videt, i. e. Non mutatum. Ter. And. 1. 5. 7.

IMMUTĀTIO, ōnis. f. [ἐναλλαγή] Cic. 2. de Legib. 27. Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum.
Immutatio ordinis. Cic. 3. de Orat. 176.
Translatio & immutatio. Cic. in Orat. 94. Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores.
Verborum immutationes. Cic. in Bruto, Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus utantur.

IMMUTĀTOR, ōris. m. Oros. cap. ult. de Athaulpho Goth. rege.

IMMUTĀTRIX, īcis. f. apud Sidon.

IMMUTĀBĬLIS, e. Adj. [ἀμετάβλητος, ἀμετάβολος, ἀμετάστατος, ἄτρεπτος] Quod nullo modo mutatur. Cic. 1. Acad. 29. Quam interdum eandem necessitatem appellant: quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.
Pondus immutabile adest verbis sanctis. Stat. 1. Theb. 212.

IMMUTABILĬTAS, ātis. f. [ἀτρεψία] Cic. de Fato 17. Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam, &c.

IMMUTABILĬTER, Adv. Cels. l. 99. Quidquid. D. de verborum obligat. Si immutabiliter verum fuit, te Capitolium non ascendisse. conf. Apul. de mundo p. 261. & Augustin. Civ. Dei, 22. 9.

IMO.

IMO. V. IMMO.
IMOLA, [Φόρ☉ Κορνηλίε] Urbs in Æmilia, quæ olim Forum Cornelii dicebatur, Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

# I M P

IMPĀCĀTUS, a, um. Adj. [ἀνίλαστ☉] Non pacatus. Virg. 3. Georg. 408.
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Odia impacata. Claud. 2. in Eutrop. 212.
Vita impacata. Sen. de Ira 3. 27.
IMPACTIO, IMPACTUS. V. IMPINGO.
IMPĀGES, is. f. [ἐμπηγμα] Festus, Impages dicuntur, Quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant. Festus. conf. Vitruv. 4. 6. a Pangendo, id est figendo. Unde & poetæ Pangere versus dicuntur: & agricolæ Pangere plantas, id est infigere.
IMPALLEO, ui, [ὠχριάω] ēre. Idem quod Pallere. Stat. 6. Theb. 805.
— eventu impalluit ipse secundo. [Immo præteritum verbi seq. est.
IMPALLESCO, ēre. Idem. Perf. 3. Sat. 62.
At te nocturnis juvat impallescere chartis.
IMPANCRO, āre. est Invadere, verbum a Græco tractum, quasi πᾶν κρέας consumere. Varro: Ecclesiam in regiam aream impancrarunt. Hæc Nonius 1. 293. conf. Turneb. 29. 19.
IMPAR, ăris. com. abl. impari, & aliquando impare, metri causa. [περιττὸς, ἀνάρτι☉] Virg. 8. Ecl. 75.
— numero deus impare gaudet.
Impar sumptui. Ulpian. in l. Sed an ultro. D. de neg. gest.
Impar, Non par, sed inæquale. Virg. 4. Georg. 245.
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Ubi Servius, Imparibus armis, Inæquali consilio: nam apes laborantes consumit.
Benevolentia impar. Cic. 5. Fam. 8. Quos quidem ego ambo unice diligo: sed in Marco benevolentia impari.
Certamen impar. Ovid. 11. Met. 157.
Fama impari. Sallust. Jugurth. 61.
Fata imparia. Virg. 12. Æn. 146.
Fortuna est impar animo. Ovid. 4. de Pont. 9. 121.
Intervallis imparibus conjungi, & pro rata portione distingui. Cic. in Somn. Scip. 11. Hic est, inquit ille, qui intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.
Numerus impar. Cic. 4. Acad. 32. Illos qui omnia sic incerta dicunt, ut stellarum numerus par an impar sit, nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus.
Ova numero imparia. Varro 3. de R. R. cap. 9.
Toga impar, Quæ male rotunda est, *Mal arrondie.* Hor. 1. Epist. 1. 96.
— vel si toga dissidet impar,
Rides. Dissidet, i. e. Non æqualis sedet in humeris.
IMPĂRĬTER, Adv. [ἀνίσως] ut, Versus impariter juncti. Hor. de Arte Poet. 75.
IMPĂRĬLIS, e. Adj. Idem ac Dispar. Aur. Vict. in Hadr. In remisso ingenio suspectam æstimantes societatem ævi longe imparilis.
IMPARILĬTAS, ātis. f. Gell. 5. 20. Soloecismus aliis imparilitas appellatus. Idem 14. 1. Imparilitas hæc turbat observationem.
IMPĂRĀTUS, a, um. Adj. [ἀπαράσκευ☉] Notæ significationis. Cic. 3. Tusc. 29.
Ne me imparatum cura laceraret repens. Ex Euripide.
Ter. Phorm. 2. 1. 84.
Ut ne imparatus sim, quum adveniat Phormio. Idem Andr. 3. 1. 20.
Paratus & Imparatus, contraria. Cic. pro Milon. 56. Quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.
Imparatus arma sumpsit. Cic. 1. Tusc. 86.
Imparati cum a militibus, tum a pecunia. Cic. 7. Att. 15.
Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius. Cic. de Clar. Orat. 139.
In malis imparatus. Cic. 9. Att. 7.
Longum est imparatis breve tempus. Cic. 3. Philipp. 2.
Inermem & imparatum aliquem gladiis adoriri. Cic. pro Sext. 79.
Pectus non imparatum ærumnis. Sen. Hippol. 10.
Superl. Imparatissimus omnibus rebus. Cæs. 1. Bell. Civil. 30.
IMPARĀTIO, ōnis. f. Marcell. Emp. cap. 20. Sentire imparationem stomachi.
IMPĀRENS, entis. Partic. [ἀπειθ☉] Non parens, sive obediens. Festus.
IMPĀRENTIA, æ. f. Gell. 1. 13. Culpa imparentiæ subeunda. V. Parei Lex. Crit. p. 885.
IMPARTIO, Lactant. Epit. 6. V. IMPERTIO.
IMPASCO, pāvi, pastum, [ἐννέμω] ĕre. vel IMPASCOR, asci. Idem quod Pascere, sive Pasci. Columel. lib. 6. cap. 5. In eo loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Idem lib. 2. cap. 18.
IMPASTUS, a, um. Partic. a Pascor pass. [ἄτροφ☉] Non pastus. Virg. 9. Æn. 339.
Impastus ceu plena leo per ovilia turbans, &c.
Turba impasta luporum. Sil. lib. 7. 129. Prudent. Cath. 4. 99.
IMPASSĬBĬLIS, e. Adj. Lactant. 1. 3. extr. Deus incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis. conf. Prudent. Apoth. 84. Tertul. Apol. cap. 30. & de Anima cap. 12. & adversf. Prax. cap. 29. item Isidor. 7. 1.
IMPĀTĬBĬLIS, e. Adj. [ἀπαθὴς] Quod ferri non potest, sive tolerari. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 21. Cladesque exanclarem impatibiles.
Cruciatus impatibilis, Dolor impatibilis. Plin. lib. 25. cap. 5.
Morbus impatibilis, Intolerabilis. Plin. lib. 20. cap. 10.
Pœna impatibilis. Cic. 2. de Fin. 57.
Valetudo impatibilis. Plin. lib. 20. cap. 18.
Active pro Eo qui nescit pati, dixit Lactant. Inst. 2. 8. Al. Impassibilis.
IMPĀTIENS, entior, entissimus. Partic. [ἀτλήμων] Nullius laboris aut doloris patiens. Jungitur genitivo. Plin. lib. 8. cap. 10. Iidem impatientes frigoris. De elephantis.
Consortis impatiens. Lucan. 1. 92.
Famis impatientissimæ esse. Columel. 7. 11.
Frigorum impatientissimum pisum. Plin. lib. 8. cap. 12.
Hiemis impatientiores intubi. Plin. lib. 19. cap. 8.
Iræ impatiens. Ovid. 13. Met. 3.
Mollis, & laboris impatiens. Ovid. 3. Trist. 2. 10.
Quietis impatientissimus. Paterc. 2. 23. 1.
Impatiens tarditatis. Plin. lib. 10. cap. 62. Vipera singulos diebus singulis parit, viginti fere numero. Itaque ceteræ, tarditatis impatientes, perumpunt latera, occisa parente.
Vetustatis impatiens. Plin. lib. 21. cap. 16.
Viæ impatiens. Ovid. 6. Met. 322.
Animus impatiens, & non tractabilis. Ovid. de Rem. Amor. 123.
Imperitia nil impatientius. Macrob. Saturn. 7. 4.
Solicitudo impatientissima. Gell. 12. 1. extr.
IMPĀTIENTIA, æ. f. [ἀτλησία] Plin. lib. 11. cap. 23. Fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere. Sic
Æstus impatientia. Idem 9. 16.
Veneris impatientia. Apul. Met. 2. p. 121. pro Impatientia moræ in re venerea.
Impatientia apud Sen. Epist. 9. est ἀπάθεια. V. PATHOS.
IMPATIENTER, Adv. [ἀτλημόνως] Ægre & moleste. Plin. Epist. 7. lib. 2. Amavi consummatissimum juvenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro.
Compar. Impatientius desiderare. Quintil. Decl. 11. extr. conf. Borrich. Vind. p. 101. & Justin. 12. 15. 3. & 32. 3. 2.
Superl. Impatientissime dolere. Plin. 4. Epist. 22.
IMPĀVĬDUS, a, um. Adj. [ἄφοβ☉] Qui nihil pavet. Plin. lib. 28. cap. 19. Et pellis asinina injecta impadvidos infantes facit.
Janitor impavidus. Stat. 6. Theb. 499. de Cerbero.
Pectus impavidum. Liv. 21. 30. conf. Hor. 3. Carm. 3. 8.
Somni impavidus. Sil. lib. 7. 128.
Impavidus somni servat pecus.
Sui impavidus. Claud. de Piis fratribus, 14.
IMPAVĬDE, Adv. [ἀφόβως] Audacter, intrepide. Liv. 30. 15. Nec locuta est ferocius, quam acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impavide hausit. conf. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3. 30.
IMPECCĀBĬLIS, e. Adj. [ἀναμάρτητ☉] Quod peccare non potest. Gell. lib. 17. cap. 19. Is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam.
IMPECCANTIA, æ. f. Hieron. 3. adversf. Pelag. cap. 4.
IMPECTO, ĕre. vetus verbum, Verberare. Varro de R.R. 3. 16. 8. Itaque impectentes a se ejiciunt fucos. Sic, Pectere pro Impetere & verberare a comicis sæpe legitur. Quid si potius Impectantes legas, pro Pectere & verberare cupientes, desiderandi forma, vel frequentandi, pro Sæpe pectentes atque pungentes. Nam ut Fictum pro Fixo a Varrone dicitur, & a veteribus Grammaticis observatur, quidni Pectum pro Pexum ab eodem dicetur, a quo Pecto, as: quum præsertim pro Pexus, Pectitus a Columella dicatur. Sic a Lego, Lecto dixit Horatius, a Scribo, Scripto. Quidam Insectantes legunt, quod non est ineptum, sed vetus lectio est Impectantes. Turneb. Adversf. 8. 8. Popma Inspectantes, non male.
IMPĔDO, [ἐμποδίζω] āre. Pedaminibus sustinere. Columel. lib. 4. cap. 16. Quum mensem tricesimum excesserit posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedanda est.
IMPĔDĀTUS, a, um. Adj. ut, Vitis impedata. Idem ibid.
IMPĔDĬCO, āre. Pedicis constringere. Ammian. 30. 4. Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.
IMPĔDIO, īvi, ītum, [ἐμποδίζω, ἀναποδίζω, ἀναχαιτίζω, κωλύω] īre. Implicare, involvere, ac proprie de Pedibus dicitur, sed ad alia transfertur. Plaut. Rud. prol. 37. Sed dum alios servat, se impedivit.
Immo ἀπὸ τῶν ποδῶν, utitur cum Dativo Varro de Ling. Lat. poster. edit meæ p. 104. in fine: Novitati non impedit vetus consuetudo. Ut Græcorum ἐμποδὼν εἶν. H. St. Videtur ex Græco ἐμποδὼν, vel ἐμποδίω arcessere, quod a ποῦς. Varr. locus est lib. 8. 14.
Impedire se, & implicare. Cic. 4. Verr. 115. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tu tua defensione implicabere. V. IMPLICO.
Impedire & Expedire, contraria. Cic. pro Rabir. Post. 24. Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.
Impediri & Adjuvari, contraria. Cic. de Clar. Orat. 3. Quum præsertim non modo nunquam sit aut illius a me cursus impeditus, aut ab illo meus: sed contra semper alter ab altero adjutus & communicando & movendo & favendo.
Impediri in jure suo. Cæs. 1. Bell. Gall. 36. Si ipse Pop. Rom. non præscriberet, quemadmodum suo jure uteretur, non oportere, se a Pop. Rom. in suo jure impediri.
Impediri & alligari in re aliqua. Cic. 8. Att. 16. Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impediar atque alliger.
Impedivit ipsus sese in plagas. i. e. Irretivit, Sese retibus implicuit. Plaut. Mil. 4. 9. 11.
Equitatum alicujus impedire. Cæs. 2. Bell. Gall. 17. Quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos venisset, impedirent.
Impeditum impedire. Cic. 15. Att. 15. Te nolui impeditum impedire.
Stultissimis interrogationibus aliquorum causam impedire. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Mentem dolore impedivit mentio fortissimi viri. Cic. pro Cœl. 60.
Cornua impedire novis fertis, Redimire. Ovid. 2. Met. 868.
Curæ impediunt. Ter. And. 1. 5. 26.
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverse trahunt:
Amor, misericordia hujus, nuptiarum solicitatio.
Iter alicujus impedire. Cic. 8. Att. 18. Ut te mecum conjungeres, prius quam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Cæs. 1. Bell. Civil. 25. Impedire exitus.
Navigationem impedit ventus. Cæs. 5. Bell. Gall. 7.
Nuptiis aliquem impedire, Irretire. Ter. Phorm. 2. 4. 1.
Quanta me cura & solicitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impedivit nuptiis.
Profectionem alicujus impedire & tardare. Cic. 7. Fam. 5.
Uxorem alterius impudicitia impedire, pro Sordidare, inquinare, ad probrum ducere. Sic enim exponit Marcellus illud Plauti, Amph. 4. 2. suppos. 13. — qui domi uxorem meam
Impudicitia impedivit, per quem teneo thesaurum stupri. Impædivit Douza Plaut. Expl. 1. 4. a Pædore. Al. Impetivit.
Impedire, Obstare nequid fiat, impedimento esse. Plin. Epist. 262.

 Vereor

Vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam.
Perturbare & impedire rationem belli prope jam explicatam. Cic. de Provinc. Conf. 35.
Impedire quo minus. Cic. de Senect. 55. Nec ætas impedit quo minus & ceterarum rerum & in primis agri colendi studia teneamus, usque ad ultimum tempus senectutis.
Impedire ne. Cic. de Fato 2. Casus quidam, ne facerem, impedivit. Cic. 11. Fam. 10. Quod isti ne faciant, summa malevolentia & livore impediuntur.
Nihil impedio. Cic. 1. Off. 22. De rebus ipsis utere tuo judicio: nihil enim impedio.
Nihil impedit, quo minus. Cic. 1. de Fin. 58. Quumque nihil impedit, quo minus id quod maxime placet, facere possimus.
Quæ obstant & impediunt removere. Cic. 4. Acad. 9.
Impedire ab. Plin. lib. 10. cap. 63. Non impedit partus quasdam ab opere. De equabus loquitur.
Ab delectatione omni negotio impediri. Cic. pro Muren. 36.
Amplexu aliquem impedire. Ovid. 2. Met. 433.
Consiliis alicujus impeditum esse. Ter. And. 3. 5. 11.
Fletu impediri. Cic. 3. Att.
Frenis impediuntur equi, i. e. Frenantur. Ovid. 2. Fast. 736.
Malis domesticis impediri. Cic. pro Sext. 97.
Morbo & ætate impediri. Cic. 5. Verr. 63. Et 1. de Fin. 59.
Negligentia impediri, studiis, occupationibusve. Cic. 1. Off. 29.
Occupatione impediri. V. OCCUPO.
Pudore impediri. Cic. 4. de Fin. 2. Tum ego, Non me hercule solo temere contra Stoicos: non quo illis admodum assentiar, sed pudore impedior: ita multa dicunt quæ vix intelligam.
Religione impediri, Detineri, arceri. Cic. 4. Fam. 12. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 6. Partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus sese diceret impediri.
Vinculis impediri. Cic. 1. de Divin.

IMPEDIENS, entis. Partic. Ovid. 1. Met. 703.
— illi cursum impedientibus undis.

IMPEDĪTUS, a, um. [ἐμποδιστός] Partic. ut, Impeditissimæ silvæ. Cæs. 8. Bell. Gall. cap. 18.
Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus. Cic. pro Coel. 45.
Iter impeditum. Stat. 4. Silv. 3. 32.
Nomina impedita apud Ciceronem sunt, Quæ non sunt expedita. V. Expedita nomina, in NOMEN.
Pugna impeditior. Liv. 7. 21.
Saltus impeditior. Liv. 9. 2.
Studia impedita. Plin. Epist. 150.
Tempora Reipublicæ impedita. Cic. in Pison. 3.
Irretitus, impeditus, constrictus, quibus opponitur Promptus. Cic. pro Milon. 54. Quid minus promptum ad pugnam, quum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pæne constrictus esset?
Vinctus, constrictus, & impeditus. Cic. de Arusp. Resp. 22.
Occupatum impeditumque hunc amores tenent. Cic. pro Coel. 45.
Impeditissimus ad iter faciendum. Cic. 11. Fam. 13.

IMPEDĪTIO, ōnis. f. [ἐμποδισμός] Detentio, occupatio. Cic. 1. de Divin. 115. Viget enim animus in somniis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, jacente & pæne mortuo corpore. Vitruv. 9. 4. Veneris Stella cum est liberata ab impeditione radiorum solis.

IMPEDĪMENTUM, i. n. [ἐμπόδιον] dicitur Quo quis impeditur, ut non perficiat quod cupit. Ter. And. 4. 2. 24.
Proinde hinc vos amolimini, nam mihi impedimento estis.
Inferre moram & impedimentum alicui. Cic. 1. de Invent. 12.
Legitimum impedimentum. V. LEX.
Impedimentum pati. Plin. 2. Epist. 12. V. PATIOR.
Esse impedimento. Cic. pro Corn. Balb. Liv. 4. 13. pr.
Superabat impedimenta naturæ, diligentia, industriaque Demosthenes. Cic. 1. de Orat. 260.
Impedimenta, in exercitu dicuntur Res quæ conducuntur in expeditione necessariæ. Et non solum Sarcinæ, sed etiam Jumenta, impedimenta dicuntur: ut docet Frontinus in libro Strategematôn 2. 1. 11. scribens fuisse interfecta a Petrejo impedimenta in magna aquarum & pabuli inopia. Ubi Cæsar. 1. Civ. 81. Sarcinaria jumenta ponit. V. Tenul. ad loc. Curtius 4. 16. extr. Magno consilio jacturam sarcinarum, impedimentorumque contempsit. Cæs. 1. Bell. Gall. 26. Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. Cic. 6. Verr. 22. Mamertina civitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum, quæ C. Catonis illius, qui Consul fuit, impedimenta retinuit.
Abdere impedimenta. Cæs. 7. Bell. Gall. 18.
Collocare impedimenta. Cæs. 2. Bell. Gall. 19.
Diripere impedimenta. Cæs. 2. Bell. Gall. 17.
Exuere impedimentis. Cæs. 7. Bell. Gall. 14.
Potiri impedimentis. Cæs. 3. Bell. Gall. 24.
Recipere impedimenta. Cæs. 7. Bell. Gall. 87.
Relinquere impedimenta. Cæs. 5. Bell. Gall. 33.
Nugas & ineptias, Grammaticorum impedimenta vocat Quintil. 1. 8. extr.

IMPEDIMENTŌSUS, a, um. Adj. Impedimentis abundans. Cassiodor. 1. Epist. 35. extr. Impedimentosa venalitas.

IMPELLO, ŭli, ulsum, [ὠθέω, ὠθοῦμαι, ἐποτρύνω, ἐλαύνω. ὁρμάω, παρορμάω, ἀΐσσω] ĕre. Inducere, incitare vel urgere, præsertim magna vi. Virg. 4. Æn. 594.
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Cic. pro Cluent. 70. Præcipitantem igitur impellamus, inquit, & perditum prosternamus.
Impellit regem Lacedæmoniorum Atheniensibus bellum inferre. Justin. 5. 1. 4.
Impellit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare. Idem 3. 1. 3.
Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem, pro Incitare. Cic. 1. de Orat. 126.
Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. Cic. de Clar. Orat. 19.
Ad accusandum dominum servum impellere. Cic. pro Deiot. [Nisi error est.
Ad bellum barbaros impellere. Cic. pro Sulla 36.
Ad facinus non videtur hominem illum impulsura utilitas. Cic. Bruto, 6.
Ad injuriam faciendam animum alicujus impellere. Cic. pro Flac. 85.
Ad iram impellere. Hor. de Arte Poet. 109.
Ad nullam rem unquam impelletur. Cic. 4. Acad. 19.
Ad quodvis maleficium hominem impellit avaritia. Auct. ad Heren. lib. 2. 54.
Ad scelus impellere. Cic. pro Rosc. Amer. 39. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt.
Impellere in. ut,
In casum hunc impulistis me. Cic. 3. Att. 9. conf. ibid. 3. 13.
In fraudem impellere. Cic. in Pison. 1. Et pro Deiot. 32. Se a te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est?
In fugam atque in latebras impellere. Cic. pro Rabir. perd. reo 22. Cum ignaviæ ratio te in fugam atque in latebras impelleret.
In mentem eam impellere. Cic. pro Milon. 89. Postremo nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo, &c.
In sermonem impellere. Cic. 2. de Orat. Si cognossemus quæ te causa in sermonem impulisset.
In spem rapinarum impellere. Cic. 2. in Catil. 10. Qui etiam nonnullos agrestes homines tenues, atque egentes in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt.
In spem certissimam Consulatus impellere. Cic. ad Brut. 10.
In spem metumque animos impellere parva momenta. Liv. 27. 45.
Impellere ut. Ter. And. 3. 2. 43.
Non impulit me hæc nunc omnino ut crederem. Cic. de Senect. 77. Nec me solum ratio ac disputatio impulit ut ita crederem.
Natura impellimur, ut prodesse velimus quam plurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis. Cic. 3. de Fin. 65.
Cuncta impellere pugna. Valer. 5. Argon. 675.
Impetus animorum impellere, & Reflectere, contraria. Cic. 2. de Orat. 312.
Sensus impellere. Lucret. lib. 1. 304.
Voluntatem impellere quo velis, & Unde velis deducere, contraria. Cic. 1. de Orat. 30.
Impellere plaustrum in terram. Cato cap. 5. Terram cariosam caveto ne ares, neve plaustrum, neve pecus in eam impellas. Plin. lib. 17. cap. 5. Catonis verba referens sic habet, Cato breviter atque ex suo more vitia determinat, Terram cariosam cave: neve plaustro, neve pecore impellas. [Forte scripsit Neve plaustra, neve pecora.
Impellere in latus, Contorquere. Virg. 1. Æn. 86.
— cavum conversa cuspide montem
Impulit in latus. Quasi in rem quæ facile cedit ictui. Servius.
Impellere, Labefactare. Plin. lib. 33. cap. 11. Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores.
Mugitibus auras impulit. Ovid. 3. Met. 21.
Impellere, Loco pellere. Liv. Impulsa frons prima: & trepidatio subsidiis illata.

IMPELLENS, entis. Partic. Virg. 4. Georg. 305.
Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas. Justin. 4. 5. 4. Impellente fato.

IMPULSUS, a, um. Partic. [ἐληλασμένος] ut, Auctoritate ejus impulsi Athenienses. Nepos 1. 5. 2.
Conscientia ad fatendum impulsus. Quintil. lib. 5. cap. 15.
Fama hac impulsus Chremes, ultro ad me venit. Ter. And. 1. 1. 72.
Furiis impulsus. Virg. 10. Æn. 68.
Prælio graviter impulsi milites. Paterc. 2. 51. 3. conf. cap. 70. pr.
Acies impulsa. V. ACIES.
Bellum impulsum. Lucan. lib. 5. 330.
— nobis victoria turbam
Non dabit: impulsi tantum quæ præmia belli
Auferat. Translatio sumpta a calumnia, quæ quum semel concussa fuerit, facile evertitur: Impulsi igitur, i. e. Præcipitis & quasi peracti. Budæus. Cicero Affectum bellum vocat.
Chordas tentavit impulsas pollice. Ovid. 10. Met. 145.
Sagitta nervo impulsa per nubem. Virg. 12. Æn. 856.

IMPULSIO, ōnis. f. [ἔλασις] Cic. 2. de Invent. 17. Impulsio est quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia, ægritudo, &c.
Inductio & impulsio in hilaritatem. Cic. 3. de Orat. 202.

IMPULSUS, ûs. m. [ἔλασις, ὦθησις] Cic. 2. de Nat. Deor. 31. Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte movetur. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 25. Ne civitas eorum impulsu deficeret.
Impulsu tuo, suo, vestro: h. e. Ductu & suasu atque hortationibus. Cic. pro Rosc. Amer. 107. Idem 4. Verr. 161. Impulsu meo. Ibid. Impulsu tuo & tua crudelitate fecisset. Ter. Hec. 2. 1. 45. Vestro impulsu duxere.
Impulsu vestro loquor. Cic. 3. de Orat.
Impulsu Pisonis Consulis. Cic. 1. Att. 14.
Impulsus scutorum. Cic. pro Cæcin. 45. Etsi non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque, &c.
Impulsu primo moveri. Cic. 1. Tusc. 30. Id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cælum, omnisque natura consistat necesse est, nec vim ullam nancifcatur, qua primo impulsu moveatur.

IMPULSOR, ōris. m. [ὠθητής] Qui incitat & impellit ad aliquid faciendum. Ter. Eun. 5. 6. 18.
Here, ne me spectes: me impulsore hæc non fecit.
Suasor & impulsor profectionis meæ. Cic. 16. Att. 7.
Impulsor atque adjutor. Cic. de Provinc. Consul. 18.

IMPULSTRIX, ab Impellendo Nonius 2. 631. dici probat eadem forma, qua Tonstrix, Curatrix, Assestrix, &c.

IMPENDEO, di, sum, [ἐπικρέμαμαι] ēre. est Aliquid supra caput (ut ait Valla) veluti casurum pendere. ut, Nubes impendent. Cic. 1. de Fin. 60. Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo, semper impendet. Idem 5. Tusc. 62.
Impendebat mons altissimus, ut facile perpauci prohibere possent. Cæs. 1. Bell. Gall. 6. pr. Idem 3. Bell. Gall. cap. 2. pr. Montesque, qui impenderent, a maxima multitudine Sedunorum ac Veragrorum teneri.
Impendere, per translationem. Cic. de Amicit. 35. Hæc ita multa quasi fato impendere amicitiis: ut omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Al. Fata.
Impendere & imminere. Cic. pro Domo 25. Impendebat Fames, ingen.

incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.
Adesse & impendere. Cic. 4. Fam. 14. Ut ea quæ partim jam adsunt, partim impendent, moderate feramus.
Adesse atque impendere mala videntur. Cic. pro Quint. 47.
Quæ aderant jam & impendebant depellere. Cic. pro Milon. 77.
Impendere fatum aliquod, aut instare jam plane, aut certe jam appropinquare. Cic. 2. in Catil. 11.
Quid illi impendeat, ex aliqua re suspicari. Cic. pro Cluent. 66.
Acerbitas impendet omnibus. Cic. 2. Fam. 15.
Arbor impendet ædibus, & in ædes. Ulpian. in l. 1. D. de arbor. cædend. Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet.
Cura impendet pectori meo. Plaut. Epid. 1. 2. 32.
Contentio impendet. Cic. 2. Att. 22.
Discordiæ magnæ impendent. Cic. 8. Fam. 14.
Formidines impendent ab nostris magistris. Cic. 7. Verr. 56.
Ἰλιὰς tanta malorum impendet. Cic. 8. Att. 11.
Judicia reliqua impendent, nondum est plane expeditum. Cic. 4. Att. 16.
Mala impendent te. Ter. Phorm. 1. 4. 2.
Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala. i. e. Propediem eventura tibi sunt.
Metus nulli a superis impendent. Cic. 1. de Nat. Deor. 45.
Negotium impendet, Urget, instat. Cic. 2. Att. 22.
Procella Reip. impendet. Cic. de Arusp. Resp. 4. Tum vidi ac multo ante perspexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicæ.
Sumptus infiniti impendent in hos exercitus, quibus defendimur. Cic. Brut. 18.
Tempestas invidiæ quanta nobis impendet. Cic. 1. in Catil. 22.
Timor belli impendet. Cic. 2. Fam. 10.

IMPENDENS, Partic. [ἐπικρεμάμενος] Plin. lib. 18. cap. 35. Quinimmo & harundinem nonnisi impendente pluvia seri jubent.
Cædis impendentis periculum. Cic. 5. Att. 3. Ibid. 8. 13.
Dolor impendens. Cic. 1. de Fin.
Montium impendentium altitudines. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
Ruina impendens. Ovid. ad Liv. 363. conf. Justin. 17. 1. 5.
Rupes undique impendens. Justin. 24. 6. 6.

IMPENDIUM, IMPENDIOSUS. V. IMPENDO.

IMPENDO, di, sum, [δαπανάω, ἀναλίσκω] ĕre. In aliquam rem insumere. Plin. Epist. 10. 46. pr. In aquæ ductu, domine, Nicomedenses impederunt H-S. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus.
Impendere de suo. Liv. 6. 15. Sed quid ego vos, de vestro impendatis, hortor?
Biennium impendere alicui rei. Quintil. præf. ad Tryphon. bibliop. Quibus componendis, ut scis, paulo plus quam biennium impendi.
Curam impendere alicui rei. Columel. in præf. lib. 1. Tot generibus ficorum, sic ut rosariis impenderet curam, quum a plerisque etiam majora negligantur?
Laborem impendere studiis. Plin. Epist. 3. 5. Al. Impertiri.
Laborem ac sumptum ad incertum casum impendere. Cic. 5. Verr. 227. Ad incertum casum & eventum certus quotannis labor & certus sumptus impenditur. [An Ob incertum &c?
Operam impendere intra tectum. Columel. lib. 12. cap. 1.
Operam duplicem impendere. Varr. 2. de R. R. cap. 11. V. OPERA.
Opus impendere verbis, pro Operam dare. Sen. Epist. 76.
Pecuniam impendere in res aliquas. Cic. 6. Verr. 46.
Studia juvenibus erudiendis impendere. Quintil. in procem. lib. 1. pr.
Sumptum impendere, V. Laborem.
Tempus studiis impendere. Plin. Epist. 3. 5. Perire tempus arbitrabatur, quod studiis non impenderetur. Al. Impertiretur.
Vitam impendere famæ. Stat. 5. Silv. 1. 63.
Volumina tota in disputationem impendere. Quintil. lib. 3. cap. 6.

IMPENSUS, a, um. Partic. [δεδαπανημένος] ut,
Ætas impensa Labori. Lucan. lib. 2. 569.
Impensum pretium. Cic. 14. Att. 12. Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam vero villam utique Quinto traditurum, vel impenso pretio, quo introducatur, ut tibi Q. filius dixerit, dotata Aquilia. Cæs. 4. Bell. Gall. 2. Quin etiam jumentis, quibus maxime Galli delectantur, quæque impenso parant pretio, Germani importatis non utuntur. i. e. Soluto, ut quibusdam placet: alii Magno interpretantur. In Ciceronis exemplo Paulus Manutius interpretatur, Impenso, Non soluto. conf. Tacit. 1. Hist. 31. 7.
Pretio impenso venire. Liv. 2. 9.
Libido impensa. Lucret. lib. 5. 962. i. e. Magna.
Voluntas impensa, ut Propensa. Liv. 35. 44. Prima ejus oratio fuit excusantis, quod tanto minoribus Spe atque opinione hominum copiis venisset. Id suæ impensæ erga eos voluntatis maximum debere indicium est.

IMPENSUS, Nomen ex Partic. [δαπανητὸς] Auctus, Affluens, quasi in quem multæ impensæ fiunt. Plaut. Capt. 4. 2. 26.
Væ misero illi, cujus cibo iste factus est impensior. Al. Imperiosior.
Impensus, Gravis, intolerabilis, molestus. Plaut. Bacch. 3. 2. 10.
Nam pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impensiu'st.
De hoc loco V. Turneb. 2. 20. Bisciol. Hor. subsec. 1. 14. 18. conf. item Gronov. & Taubm.
Cura impensior, h. e. Major, vehementior. Ovid. 2. Met. 406.
Damnum impensius. Gell. lib. 20. cap. 1. h. e. Majus.
Verbis impensioribus laudare. Val. Max. 4. 3. ext. 1.
Preces impensissimæ. Suet. Tiber. cap. 13.

IMPENSUM, i. n. Hor. 2. Serm. 3. 245.
Luscinias soliti impenso prandere coemptas. Columel. lib. 9. 8. Et impensum, & eandem operam custodis postulant bonæ atque improbæ. Al. Impensam.

IMPENSA, æ. f. [δαπάνη, χορηγία] Sumptus. Cic. 8. Fam. 1. Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Cic. 5. Verr. 53. Magna impensa.
Ingentes impensæ. V. INGENS.
Largior impensa. Columel. lib. 2. cap. 2. non ita procul a fine.
Levis impensa. Ovid. 2. de Arte Am. 255.
Profundæ impensæ. Claud. 2. Cons. Stil. 224.
Cruoris impensa. Ovid. 8. Met. 63.
— melius sine cæde, moraque,
Impensaque sui poterit superare cruoris.
Agere impensam in rem aliquam. Cic. Anteq. iret in exil. 16. Qui neque tanta valetis auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam.
Angebatur regis animus ad impensas. V. ANGO.
Facere impensas. Cic. Anteq. iret in exil. 5. Jure igitur quoniam & major impensa in patriam officii facta est, quam in privata sit defensione, &c.
Parcere impensæ. Liv. 35. 44. V. PARCO.
Perdere operam & impensam. V. OPERA.
Poscunt vineæ amplissimas impensas. Columel. lib. 3. 3.
Venari suffragia cœnarum impensis. Hor. 1. Epist. 19. 37.
Impensa, Beneficium. Martial. lib. de Spect. Epig. 4.
Impensis vitam principis annumeres. [Nisi neutrum pl. est.

IMPENSE, Adv. [σφόδρα] Valde, admodum. Plaut. Epid. 4. 1. 39. Est impense improbus. Ter. Adel. 5. 9. 36. Impense cupere. Gell. lib. 18. cap. 7. Julius Paulus poeta, vir bonus, & rerum, litterarumque veterum impense doctus. Ter. Eun. 3. 1. 23. Impense invidere. Liv. 1. 46. Impense regnum affectare. [Nisi ad seq. verba potius refertur τὸ Impensius.
Compar. [σφοδρότερον] Abundantius, uberius. Plin. 6. Epist. 90. Quo impensius rogo ut timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas. Liv. 4. 46. pr. Cœpta inter eos in Urbe certamina, cupiditate eadem imperii, multo impensius in castris accendi.
Impensius uror. Catul. ad Lesbiam, 70. 5.
Impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare. Sallust. Jugurth. 47. Idem ibid. 75.
Impensius exornatus. Justin. 21. 3. 7.
Impensius petere. Suet. Claud. cap. 11.
Impensius unge. Pers. 6. Sat. 69.
Tanto me impensius æquum est consulere. Virg. 12. Æn. 20.
Superl. Suet. Domit. cap. 20. Incendio absumpta impensissime reparare.

IMPENSUS, ûs. m. Symmach. 1. Epist. 11. Majore impensu.

IMPENSĬBĬLIS, e. Adj. Quod satis expendi nequit. Gell. 11. 5. Veritas impensibilis. al. Incomprehensibilis.

IMPENDIUM, i. n. [δαπάνη] Idem significat quod Impensa. Plin. 4. Epist. 13. Ego mihi curam tantum & impendium vendico. Idem 10. Epist. 17. Nunc Reip. Prusensium impendia, reditus, debitores excutio.
Sine impendio. Cic. pro Quint. 12. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio.
Conferre impendia in educationem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Deducere impendia ex dote. Neratius in l. quod dicitur. D. de impensis in rebus dotalibus factis.
Reddere impendium ad assem. V. AD præp.
Impendium, ait Varro de L. L. lib. 4. sub finem, Quod in sorte accedebat, appellatum est: quæ usura dicta est, quod ad sortem usu accederet. Hæc ille. Cic. de Clar. Orat. 16. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto solo, quod ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris, modo idem noster animus efficere possit quod ager, qui quum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. h. e. ut interpretatur Corradus, Munus quod large & liberaliter nobis dedisti, usura quadam majus facere, & ita tibi reddere possimus. Idem 6. Att. 1. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius: itaque aut tutela cogito me abdicare, aut (ut pro Glabrione Scævola) fœnus & impendium recusare. Quem locum sic interpretatur Manutius: pro Glabrione pupillo tutor Scævola fœnus & impendium recusavit adversus creditores pupilli: ita ego alterum duorum faciam, ut tutelam regis mihi a Senatu traditam renuntiem ac deponam: aut adversus ejus creditores fœnus & impendium recusem. Corradus vero sic: P. Mutius Scævola M. Acilii Glabrionis avus, quum ipsum Glabrionem socordem videret, fœnus & impendium recusavit, utilitatem & damnum rejecit. h. e. ut ajunt, Se nec bene nec male interposuit. conf. Gronov. Mantiss. Pec. Vet. p. 416.
Impendia, Tributa quæ principi penduntur a populo. Stat. 3. Silv. 3. 85.
— partæque per omnes
Divitiæ populos, magnique impendia mundi. De Hetrusco loquitur, cui mandata erat Imperatorii ærarii cura.

IMPENDIO, Adv. intendendi, [λίαν, πάνυ] Idem quod Impense, valde, apprime. ut, Cum male audiunt impendio commoventur & obirascuntur. Apul. Apol. p. 275. Idem Met. 2. p. 122. Cum impendio excusarem. Idem de Deo Socr. p. 53. Impendio mirari. Gell. lib. 1. cap. 2. Sed loquacior impendio & promptior. Idem lib. 11. cap. 18. Quoniam videbantur impendio acerbiores.
Impendio magis, pro Multo magis. Ter. Eun. 3. 5. 39. Impendio magis animus gaudebat mihi. Cic. 10. Att. 4. At ille impendio nunc magis odit Senatum.
Impendio minus. Plaut. Aulul. prol. 18.
Atque ille vero minus minusque impendio
Curare, minusque me impertire honoribus.

IMPENDIŌSUS, a, um. Adj. [δαπανηρὸς] Qui plus æquo impendit, & consumit quam par est. Plaut Bacch. 3. 2. 12.
Nimio præstat impendiosum te, quam ingratum dicier.

IMPĔNĔTRĀLE, is. n. [ἄβατον] inquit Festus, Cujus ultimum penetrale intrare non licet.

IMPĔNĔTRĀBĬLIS, e. Adj. [ἀπέραστος] Quod penetrari non potest. Liv. 22. 19. extr. Et quum aversi, ac diverso late agmine a tam multis simul venientibus haud sane impenetrabiles essent, in litus passim naves egerunt. Sed longe aliter Gronov. legit. q. V.
Armis impenetrabilis. Stat. 3. Theb. 15.
Mens impenetrabilis iræ. Sil. lib. 7. 561.
Pars superior corporis crocodili impenetrabilis. Sen. Nat. Quæst. 4. 2.
Pudicitia impenetrabilis. Tacit. 4. Ann. 12. 4.
Silex ferro impenetrabilis. Liv. 36. 25.
Tergus impenetrabile ad. Plin. lib. 8. cap. 25.

IMPENNĀTUS, a, um. Adj. [ἄπτερος] Non pennatus.
Impennatas agnas in Saliari carmine veteres pro Spicis usurparunt, quæ

quæ non habent ariſtas: Agnas enim novas voluerunt intelligi. Feſtus in Pennas.

IMPENSA, IMPENSE, IMPENSUS. V. IMPENDO.

IMPERATOR, IMPERATRIX. V. IMPERO.

IMPERCEPTUS, a, um. Adj. [ἀκατάληπτος] Gell. lib. 14. cap. 1. Minora majoribus inperceptiora.

IMPERCITO, [συγγνῶθι] i. e. Parcito, futurum ab imperativo. Feſtus.

IMPERCĬTUS, a, um. Adj. Non percitus. Sil. 9. 161. al. Imperditus. V. Not. Cellar.

IMPERCUSSUS, a, um. Adj. [ἄκροτος] ut, Pedes impercuſſos movere, i. e. Sine ſtrepitu. Ovid. 3. Amor. 1. 52. Inoffenſos exponit Burm.

IMPERDĪTUS, a, um. Adj. [ἀνώλεθρος] Virg. 10. Æn. 430.

Et vos, ô Graiis imperdita corpora, Teucri. Ubi Servius, Imperdita corpora Graiis, Quos Græci perdere nequiverunt. conf. Sil. 10. 417.

Pectora imperdita Tydeo. Stat. 3. Theb. 84.

IMPERFECTUS, a, um. Adj. [ἀτελής, ἀκατέργαστος] Nondum abſolutus & perfectus. Virg. 8. Æn. 428.

— pars imperfecta manebat.

Imperfectus cibus apud Celſum, Non digeſtus. H. St. Ita olim l. 4. c. 19. pr. legebatur. Lind. Inconfectum exhibet.

Opus imperfectum. Ovid. 4. de Pont. 16. 15.

Sermonis verba imperfecta. Ovid. 1. Triſt. 3. 69.

Compar. Inſuavius hoc imperfectiusque. Gell. 1. 7.

IMPERFECTE, Adv. Gell. 2. 8. pr. Imperfecte atque præpoſtere atque inſcite ſyllogiſmo eſſe uſum Epicurum.

IMPERFECTIO, ōnis. f. Auguſtin. de Geneſ. ad Litter. 1. 4.

IMPERFOSSUS, a, um. Adj. [ἀκατάτρητος] Non perfoſſus. Ovid. 12. Met. 496. — manet imperfoſſus ab omni

Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu.

IMPERIOSUS. V. IMPERO.

IMPĔRĪTUS, a, um. Adj. [ἀνεπιστήμων, ἀμαθής] Non expertus, inquit Donatus. Inſcius, ignarus, rudis, indoctus. Plaut. Trin. 3. 2. 39.

Pernovi equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium admodum. Ter. Eun. 5. 2. 42.

Non adeo inhumano ingenio ſum, Chærea,

Neque tam imperita, ut quid amor valeat, neſciam.

Imperitus & Callidus, contraria, quemadmodum Rudis & Aſtutus. Cic. pro Roſc. Com. 143.

Imperitum vulgus, imperita multitudo. Cic. 3. Verr. 151. Ut nomine ipſo & memoria patris, animos imperitæ multitudinis concitarem. Plin. lib. 34. cap. 14. Quod imperitum vulgus appellat ferrum vivum.

Imperitus & indoctus. Cic. in Partit. 92. Sin apud indoctos imperitosque dicemus.

Imperitus rerum. Ter. And. 5. 4. 8.

— tune hic homines adoleſcentulos,

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?

Homo omnium rerum imperitus, quærit quid ſit ad perpendiculum. Cic. 3. Verr. 133. Idem 4. Tuſc. 19.

Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet. Ex vetuſto poeta.

Sermo imperitus. Cic. in Orat. 23.

Imperitus experſque linguæ Græcæ. Plin. lib. 29. cap. 17.

Imperitus ad eam rem. Plaut. Mil. 3. 3. 45.

Adſunt fabri, architectique a me, a te, haud imperiti.

Compar. Gell. 6. 1. Nihil prorſus iſto imperitius. conf. Aſcon. in Cic. contra Piſon. p. 163. & Quintil. lib. 1. 10.

Superl. Cic. de Amicit. 95. Concio ex imperitiſſimis conſtans. conf. Celſ. præf. pr.

IMPERĪTE, ius, iſſime. Adv. [ἀμαθῶς] Indocte. Cic. de Clar. Orat. 80. Dicebat enim L. Scipio non imperite. Idem pro Corn. Balbo 20. Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? Ibid. 27. Sed quam eſt illud imperitiſſime dictum de populis fundis, quod commune liberorum eſt populorum, &c.

IMPERĪTIA, æ. f. [ἀνεπιστημοσύνη, ἀμαθία] Plin. lib. 17. cap. 2. Contra Circium ferere imperitia exiſtimatur. Ibid. 22. conf. Salluſt. Jugurth. cap. 38.

IMPERITO, IMPERIUM. V. IMPERO.

IMPERJURĀTUS, a, um. Adj. [ἀνόμοτος] Non pejeratus, ut Amnis aquæ imperjuratæ, i. e. Styx, per quam dii jurantes nunquam pejerabant. Ovid. in Ibin, 78.

IMPĔRO, [ἐπιτάσσω, ἄρχω, ἄγχω, ἐντέλλομαι, κελεύω, προστάττω] āre. Jubere. dictum ab In, intentiva particula, & Paro, āre; quaſi Statim paro, vel prorſus paro. Ter. And. 3. 2. 10.

Non imperabat coram quid opus facto eſſet puerperæ. Cic. 5. Fam. 10. Sed tamen omnia mihi imperas. Idem 11. Fam. 10. Sed neque Cæſari imperari poteſt, nec Cæſar exercitui ſuo. [ Antique Induperò. q. V. ſ. l.

Imperare, plus eſt quam Jubere. Ter. Eun. 2. 3. 97. Jubeo, cogo, atque impero. Ubi Donatus, Evidenter plus eſſe Imperare, quam Jubere.

Imperare, pro Parere. Salluſt. Jugurth. cap. 62. extr. Igitur Jugurtha, ubi armis viriſque & pecunia ſpoliatus eſt, cum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum, & ex mala conſcientia digna timere. Ad imperandum, paſſive dixit, i. e. Ad parendum, & ad imperata Metelli facienda. V. cl. Waſſe in loc. Cic. 9. Fam. 25. Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. ſic enim antiqui loquebantur. i. e. Ades, ut tibi imperem.

Imperare & Obedire, contraria. Cic. 2. Tuſc. 47. Hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum eſt viro. De ratione.

Imperare & Parere, contraria. Cic. 2. Tuſc. 47. Reliquum eſt, ut tute tibi imperes, quanquam hoc neſcio quomodo dicatur, quaſi duo ſimus ut alter imperet, alter pareat: non inſcite tamen dicitur.

Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſte paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus eſſe. Cic. 3. de Legib. 5.

Parcius imperare. Stat. 1. Silv. 5. 44.

Agris fertilibus non eſt imperandum. Sen. de Tranquil. An. cap. 15.

Animo imperare nequivi, quin prius quam perirem, cur periturus eſſem, ſcirem. Liv. 34. 31. pr.

Arvis imperat agricola. Virg. 1. Georg. 99. Servius, Arvis imperare, i. e. Ut tantum ferant quantum deſiderat agricola.

Cupiditatibus imperare, cui contrarium eſt Servire cupiditatibus. Cic. de Amic. 84. In talibus ea, quam jamdudum tractabamus, ſtabilitas amicitiæ confirmari poteſt, quum homines benevolentia conjuncti, primum cupiditatibus iis, quibus ceteri ſerviunt, imperabunt.

Dolori imperare, Vincere, Compeſcere dolorem. Plin. 8. Epiſt. 19. extr.

Gentibus omnibus & nationibus terra marique imperare. Cic. pro Lege Manil. 56.

Iræ fortiter imperat. Ovid. 9. Met. 28.

Lacrymis exercitum imperare alicui. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 60. i. e. Exercere lacrymis. Al. Excruciatum.

Liberis imperare: i. e. Regere liberos, inquit Donatus. Ter. Adel. 1. 1. 52.

Nobiſmetipſis ut imperemus quum præcipitur, hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem. Cic. 2. Tuſc. 47.

Sibi imperare facere aliquid. Ter. Eun. 2. 2. 21.

— imperavi egomet mihi

Omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multo uberrimus.

Sibi ſilentium imperare. Plin. lib. 28. cap. 6.

Voci nimis imperat, Minus parcit. Plin. Epiſt. 5. 19.

Urbi imperare. Lucan. lib. 2. 61.

Arma imperare, Exigere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 6. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c.

Cœnam imperare famulo. Cic. pro Roſc. Amer. 59. Nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui cœnam imperaret.

Equites imperare civitatibus. Cæſ. 6. Bell. Gall. 4.

Frumentum aliquibus pro portione imperare. Cic. 7. Verr. 55.

Frumentum in cellam. Cic. 1. Verr. 30. Queritur tota Sicilia, C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum ſibi in cellam imperaviſſet, &c.

Munus aliquod imperare. Cic. 7. Verr. 51. Et 2. de Lege Agr. 46. Imperabitur aliquid muneris, non recuſabunt. Subaudi Exſequi, vel ſimile verbum.

Naves imperare. Cic. 7. Verr. 43. Superiorum Prætorum conſuetudo quum hæc fuiſſet, ut naves civitatibus, certuſque numerus nautarum, militumque imperaretur, maximæ & locupletiſſimæ civitati Mamertinæ nihil horum imperaviſti. Nepos 9. 4. 2.

Nuptias imperare alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Obſides imperare. Cic. pro Lege Manil. 35. Idem Cretenſibus, quum ad eum uſque Pamphiliam legatos deprecatoreſque miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſideſque imperavit.

Obſides imperare civitatibus. Cæſ. 6. Bell. Gall. 4.

Pecuniam ad. Cic. 4. Verr. 137. Singulis Cenſoribus denarii trecenti ad ſtatuam Prætoris imperati ſunt.

Pecuniam in remiges imperare. Cic. pro Flacc. 32.

Tributum imperare dicitur princeps, Quando ſubditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributum, milites, & id genus. Plaut. Epid. 2. 2. 43.

At tributus quum imperatus eſt, negant pendi poteſſe. Sic, Imperare pecuniam. Cic. 4. Verr. 138.

Imperare, pro Velle. Ter. And. 5. 2. 1. Animo jam nunc otioſo eſſe impero. Ubi Donatus, Impero pro Volo. an ut ſtatim fiat tanquam illud quod imperatur? Et Impero dixit ſuperbe, ſummum enim indicium ſecuritatis eſt ſuperbia.

IMPĔROR, paſſ. Hor. 1. Epiſt. 5. 21.

Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non

Invitus.

Imperatur ei perpetua pudicitia. Juſtin. 10. 2. 4. conf. Cæſ. Bell. Civil. 1. 6. & Salluſt. Fragm. 1. 15.

Malo imperari, quam eripi mortem mihi. Sen. Theb. 1.

IMPERĀTUS, a, um. Partic. ut, Imperatæ pecuniæ. Cæſ. 3. Bell. Civil. 32. Obſidibus imperatis. Idem 6. Bell. Gall. 4. Equitatu imperato. Idem 4. 6. Naves imperatæ. Curt. 3. 1. 20.

IMPERĀTUM, i. n. Mandatum. ut

Imperata facere, Exſequi. Cæſ. 2. Bell. Gall. 3. Idem 5. 36. Nepos 16. 9. 2.

Imperata facere, dativo junctum. Liv. Qui quum in pace eſſent, imperataque prioribus Conſulibus feciſſent. [Immo Ablativus eſt, pro Sub prioribus coſs. V. CONSUL.

Imperata effecta reddere. Plaut. Pſeud. 1. 3. 151.

IMPERĀTUS, ûs. m. ut, Imperatu Gratiani. Ammian. 31. 19.

IMPERĀTOR, ōris. m. [βασιλεύς, αὐτοκράτωρ, στρατηγός, ἐπιτάκτης] Qui imperat. Plaut. Capt. 2. 2. 57.

Equidem, ſi perinde, ut ipſe fui imperator familiæ, &c.

Imperatores, Ductores exercituum & præfecti copiarum militarium dicuntur apud hiſtoricos. Cic. pro Roſc. Amer. 151. Solent hoc boni imperatores facere, quum prælium committunt: ut in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent. Perott. Imperatores dicebantur, Qui Senatus & Populi Romani juſſu vel ductabant exercitus, vel provincias adminiſtrabant, & ſinguli duos legatos habebant, interdum plures. Plin. lib. 7. cap. 26. enumerans Pompeji laudes, Toties imperator ante, quam miles.

Imperatoris nomen tributum primo Ducibus, deinde honoris cauſa Victoribus, poſtremo Principibus. V. Caſaub. ad Suet. Cæſ. c. 76. Lipſ. ad Tacit. 3. Ann. extr. obſervat Imperatoris appellationem quando Principibus tribueretur, præponi, tanquam Prænomen; cum Victorem bello notaret & privatis etiam tribueretur, poſtponi, tanquam Cognomen, ſolitam. ut, Imperator Cæſar Auguſtus. contra, M. Tullius Cicero Imperator. & Jun. Blæſus Imperator. V. Suet. Cæſ. l. c. & Claud. cap. 12. Doctiſſima ſunt, quæ de Imperatoris nomine & diverſo uſu habet Spanh. de Pr. & Uſu Num. diſſ. 10. p. 180. ſq. & diſſ. 12. p. 392. ſq. conf. Lex. Pitiſc.

Imperatores, qui & Cæſares, Appianus Reges vocat, Bell. Civil. lib. 2. p. 200. Pariſ. pr. ἐπὶ νῦν οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς. Et nominatim de Adriano dicit βασιλεὺς, Bell. Civil. libro 2. pag. 238. Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἀδριανὸς, ſed de Trajano loquens dicit αὐτοκράτωρ 240. principio. Alio etiam modo αὐτοκράτορες, ob victorias. Vide Dionem aliquot locis & Appianum. H. St.

Imperator eſt Adminiſtrator quidam belli gerendi. definiente Cic. 1. de Orat. 210.

Imperator & Miles oppoſita. Cic. 2. Tuſc. 62. In primis laudabat illud quod diceret, eoſdem labores non eſſe æque graves imperatori & militi, quod ipſe honos laborem leviorem faceret imperatorium.

Caſtrorum imperator, duxque hoſtium. Cic. 1. in Catil. 5.

Victor & imperator omnium gentium Populus Romanus. Cic. pro Domo 90.

Bonus & fortis imperator. Cic. 2. de Orat. 187.
Exercitui præpositus est callidus & sapiens imperator. Cic. 1. de Invent. 58.
Invictissimus imperator. Cic. 6. Verr. 82.
In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Cic. pro Lege Manil. 28.
Imperator vitæ & necis. Plin. lib. 29. cap. 1. de medicis, Palamque est, ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem ilico vitæ nostræ necisque fieri.
Imperatorem dici Medicum a Seneca creditum est, quodam e loco corrupto. H. St.
Jupiter imperator est apud Liv. 6. 29. extr.

IMPERĀTRIX, īcis. f. [βασίλισσα, ἡγεμονίς] Cic. pro Cœl. 67. Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locatos.
Imperatrix civitas. l. 39. Cod. de Episc. & Cler.
Imperatrix Italia. Plin. lib. 26. cap. 3.

IMPERĀTŌRIUS, a, um. Adj. [στρατηγικός, βασιλικός] Quod ad imperatorem pertinet. ut
Appellatio imperatoria. Paterc. 2. 25. 5.
Donatio imperatoria. Cic. 5. Verr. 187.
Jus imperatorium. Cic. 3. Verr. 57. P. Servilius, quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium, vi & virtute capta, belli lege atque imperatorio jure sustulit, ea Pop. Romano apportavit. Al. Asportavit.
Labor imperatorius. Cic. 2. Tusc. 62.
Laus imperatoria. Cic. 4. Acad. 2.
Imperatoria majestas. Spartian. Hadr. cap. 8.
Nomen cooptare imperatorium. Cic. 11. Fam. 4.

IMPERATORIA, æ. f. Herba. Tabernæm. p. 238.

IMPERATORIE, Adv. Treb. Pol. Claud. cap. 6. Dum se ad id bellum imperatorie instruit.

IMPERATĪVUS, a, um. Adj. [προστακτικός] ut, Imperativæ feriæ. Macrob. 1. Saturn. 16.

IMPERATĪVE, Adv. [προστακτικῶς] Ulpian. tit. 24. §. 1. V. Precativus, in PRECOR.
Modus imperativus, frequens apud Grammaticos.

IMPERIUM, i. n. [στρατηγία, βασιλεία, ἐπικράτεια, ἡγεμονία] Jussus & veluti Præceptum imperatoris. Virg. 1. Æn. 57.

— tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat. Idem 4. Æn. 295.
Imperio læti parent.

Satis pro imperio, quisquis es. i. e. Imperiose, Donatus. Ter. Phorm. 1. 4. 19.
Arbiter imperii. Ovid. 5. Trist. 2. 47.
Duritia imperii. Tacit. 1. Hist. 23.
Facile est imperium in bonis. Plaut. Mil. 3. 1. 17.

Ecce tibi obedientes. P. Facile est imperium in bonis.

Lenia imperia. Hor. 1. Epist. 18. 45.
Lusorium imperium. V. LUDUS.
Perseverum imperium. Tacit. 15. Ann. 48. Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium nec restrictum, nec perseverum volunt.
Precarium seni imperium, & brevi transiturum. Tacit. 1. Hist. 52.
Restrictum imperium. Tacit. 15. Ann. 48. V. paulo ante Perseverum.
In te mihi est imperium. h. e. Tibi imperare possum. Plaut. Men. 5. 7. 41.
Celebre apud nos imperium tuum est. Plaut. Mil. 4. 4. 60. h. e. Meminimus quid tu nobis imperaveris.
Abnuere imperium. V. ABNUO.
Accipere imperium. Tacit. 2. Hist. 19. V. ACCIPIO.
Accipere imperium. Liv. Perculsæ civitates minores imperium acceperunt: Imposito stipendio paruerunt. Idem 25. 9. Intentus ad imperia accipienda.
Capessere imperia. V. CAPESSO.
Concedere in imperium. Justin. 4. 2. 3.
Demutare imperium alicujus. Plaut. Men. 3. 2. 118.

Sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit,
Imperium tuum demutat, atque dictum Apollinis? i. e. Contra imperium tuum agit.

Detrectare imperium. Curt. lib. 9. 8. 17. Oppidani detrectabant imperium, & clauserant portas. i. e. Abnuebant, respuebant.
Ejurare imperium. Tacit. 3. Hist. 68. extr. Prævenerat rumor ejurari ab eo imperium.
Exsequi imperium, pro Facere quod est imperatum. Plaut. Amph. 1. 1. 106.

Nunc pergam heri imperium exsequi, & me domum capessere.

Exspectare imperia. Curt. 4. 13. 21.
Flectere durum mollibus imperiis. Hor. 4. Carm. 1. 7.
Frangere imperium. Hor. 1. Carm. 35. 16.
Fungi imperio. Justin. 2. 4. 25.
Habere imperium in. Ter. Eun. 3. 1. 25.

Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?

Negligere imperium alicujus. V. NEGLIGO.
Obtemperare imperio alicujus. V. OBTEMPERO.
Parere imperio. Virg. 4. Æn. 238.
Rumpere imperium alicujus. Sen. Herc. fur. 1.
Rupto imperio. Tacit. 13. Ann. 36. Sed rupto imperio, postquam paucæ e proximis castellis turmæ, &c.
Servire servitutem imperiis alterius. Plaut. Trin. 2. 2. 21.

Tuis servivi servitutem imperiis & præceptis, pater.

Sub alicujus imperio esse. Ter. Heaut. 2. 2. 4.

Locus, occasio, ætas, mater, sub imperio cujus est, mala.

Imperium, pro Dominio. Virg. 1. Æn. 291.

Imperium Oceano, famam qui terminet astris. Cic. 1. de Lege Agr. 6. His insignibus, atque infulis imperii venditis, &c.

Inimicissimus huic imperio. V. INIMICUS.
Imperium sine fine dedi. Virg. 1. Æn. 283.
Continens imperium. V. CONTINEO.
Infinitum imperium. V. INFINITUS.
Labans imperium. Claud. de Bell. Get. 571.
Solenne imperium. Virg. 12. Æn. 193.
Abrogare imperium. V. ABROGO.
Absistere imperio. Liv. 38. 16. extr. Non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent imperio. V. ABSISTO.

Agitare imperium. V. Agitare, pro Administrare, in AGO.
Amittere imperium. V. AMITTO.
Consociare imperium. V. CONSOCIO.
Degustare imperium. Tacit. 6. Ann. 20. Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium.
Elaborato a parentibus imperio contentus. i. e. Magnis laboribus quæsito & parto. Justin. 1. 2.
Explere imperio triginta magnos orbes. i. e. Regnare annos triginta. Virg. 1. Æn. 273.
Fulgens imperio Africæ. Hor. 3. Carm. 16. 31.
Gerere res hominum æternis imperiis. Virg. 1. Æn. 234.
Mandata & commissa imperio. V. MANDO.
Moderari frena imperii. Ovid. 2. de Pont. 9. 33.
Potiri imperio Galliæ. Cæs. 1. Bell. Gall. 2.
Regere imperium. Virg. 1. Æn. 344.
Tenere summam imperii. Cæs. 3. Bell. Gall. 17.
Terminare imperium Oceano. Virg. 1. Æn. 391.
Tradere summam imperii. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 20.
Tractare imperium, Regere, administrare. Justin. lib. 1. cap. 2. de Semiramide, Hæc nec immaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam imperium tractare, &c.
Transfigit comitia imperii. Tacit. 1. Hist. 14.
Imperium, Potestas. Ulpian. de jurisd. om. jud. Suet. Cæs. cap. 54. Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit. Ubi notandum Imperia de Potestate militari; Magistratum de Civili dici. Ita, Summa imperii, de qua Græcæ Resp. inter se sæpe disceptarunt, significat frequenter Jus constituendi imperatorem, i. e. Ducem adversus hostes communes. Ita Nep. 3. 2. 2. Summa imperii maritimi.
Sub Imperii nomine veniunt etiam Provinciæ imperio subjectæ. ut Cæs. 4. Bell. Gall. 16. Populi Rom. imperium finit Rhenus.
Accipere imperium in Hispaniam. Liv. lib. 26. 18. Adeo perditas res, desperatumque de Repub. esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. i. e. Provinciam Hispaniam. Sic paulo post, Jussi deinde inire consusum suffragium, ad unum omnes, non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispaniam jusserunt. Al. Hispania.
Consulare imperium. V. CONSUL.
Exercere dura imperia. Virg. 2. Georg. 370.
Habitus duro imperio populus. Tacit. 12. Ann. 47. Moxque vulgus, duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat.
Imminuere imperium. Liv. lib. 8. 3. Jussis ante tempus Consulibus abdicare se magistratu, quo maturius novi Consules adversus tantam molem belli crearentur: religio incessit, ab eis, quorum imminutum imperium esset, comitia haberi, itaque interregnum initum. Imminutum imperium dicit eorum, qui jussi erant magistratu se abdicare.
Imminuere imperii jus. Cic. 6. Verr. 20. Tritici modium LX. M. empta Populo Rom. dare debebant & solebant: abs te solo remissum est: Resp. detrimentum cepit, quod per te imperii jus una in civitate imminutum est.
Immutari imperio. V. IMMUTO.
Inhibere imperium. V. INHIBEO.
Pati regium imperium. Sen. Med. 4. V. PATIOR.
Perferre imperia alicujus. Cæs. 5. Bell. Gall. 52. Tantum se ejus opinionis deperdidisse, ut Pop. Romani imperia perferrent, gravissime dolebant.
Proferre imperium suum, i. e. Ostendere potentiam & vires suas. vel Prorogare, dilatare, ampliare. Ovid. 5. Met. 372. Tacit. 1. Ann. 3.
Sum. ut, Summo in imperio esse. Cic. 2. de Fin. 66. Virginem filiam sua manu occidit potius, quam ea P. Claudii libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur.
Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, Cui nominatim a Pop. Rom. dabatur imperium. Cum potestate esse, dicebatur de eo Qui a populo alicui negotio præficiebatur. Hæc Festus. Cic. 6. Verr. 7. Quæ dico signa, ante quam abs te sublata sunt, nemo Messanam cum imperio venit, quin viderit. conf. Idem 1. Fam. 1. & 9. V. CUM.
Cum imperio esse, Extra Urbem manere: nam Urbem ingredientes imperium deponebant. Cic. 7. Att. 3. Nam quod putas utilius esse, vel mihi quod tutius sit, vel etiam ut Reipublicæ prodesse possim, me esse cum imperio: id coram considerabimus quale sit.
Imperium, majus est quam Jurisdictio. Paul. in l. ea quæ magis. D. ad municipales, Ea quæ magis imperii sunt, quam jurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.
Imperium apud Jurisconsultos duplex est. Ulpian. in l. imperium. D. de jurisd. omn. jud. Imperium aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines, quod etiam Potestas appellatur. Mistum est, cui etiam jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: ut jurisdictio, judicis dandi licentia.
De Imperio Justo, Mero, Militari & Romano, V. plura in Lex. Pitisc.

IMPERIĀLIS, e. Adj. Aur. Vict. Epit. in Tiberio. Imperialis molestiæ magnitudinem declinare. Et Ornamenta imperialia. Capitol. M. Anton. Phil. cap. 17. Insigne imperialis majestatis. Idem Albin. cap. 2. Ammian. 15. 5. Ad culmen imperiale surgere. Idem 21. 16. Ita, Civitas & Nummus imperialis.

IMPERĀLIS, e. Idem. ut, Imperalia statuta. Ulpian. Dig. 47. t. 12. l. 3. §. 5. [Nisi mendum est.

IMPERIĀLĪTER, Adv. Leg. un. §. 15. C. de cad. tollend. Nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes.

IMPERIĀBĪLĪTER, Idem. Cato apud Charis. p. 181. Gramm. Putsch. Imperiabiliter pro Nimis imperiose & dure. [Nisi forte Imperabiliter legendum.

IMPERIŌSUS, a, um. Adj. [ἐπικρατής] Qui imperium habet. Cic. in Orat. 20. Cognoscat etiam rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis, sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium. i. e. Qui multum imperarunt, apud quos maxima fuerunt imperia.
Imperiosa Dictatura. Liv. 7. 40. Eodem tenore duos insequentes Consulatus gessi: eodem hæc imperiosa Dictatura geretur.
Æquor imperiosius. Hor. 1. Carm. 14. 8. Violentum, & cui obsisti non possit.

Imperiosus, Qui nimis severe imperat, quasi Ostentator imperii. Plaut. Asin. 2. 4. 4. Nimis imperiosus est.
Imperiosus sibi, Qui sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet. Hor. 2. Serm. 7. 83.
Quisnam igitur liber? sapiens, sibique imperiosus.
Imperiosus sui, i. e. Continens. Plin. 34. 8.
Conjux imperiosa. Ovid. in Ibin, 536.
Consul imperiosus. Cic. Post red. in Senat. 11.
Domina dura, imperiosa, vehemens, cupiditas. Cic. in Parad. 5. §. 3. pr.
Eques Gelonis imperiosior. Claud. Fescenn. de Nupt. Hon. 3.
Fames imperiosa. Lucan. ad Pison. 208.
Fasces imperiosissimi. Val. Max. 2. 7. 7.
Familia imperiosissima & superbissima. Liv. 9. 34.
Inedia imperiosa. Plin. lib. 29. cap. 1.
Philosophi est nimis imperiosi, vetare meminisse. Cic. 2. de Fin. 105.
Populi imperiosi. Cic. in Orat. 20.
Vis imperiosissima. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Imperiosus fuit etiam cognomento dictus T. Manlius Torquatus. Cic. 2. de Fin. 60. Utrum tandem censes, Torquate, Imperiosum illum, si, &c. V. Liv. 7. 3. Plin. 22. 5. conf. Lex. Pitisc.

**IMPERĬTO**, [ἐγχειρητεύομαι] āre. frequent. Plaut. Capt. 2. 1. 47.
Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem.
Imperitare & Servire, contraria. Hor. 2. Serm. 7. 81.
Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser.
Imperitando, serviendoque vicissim. Plin. lib. 6. cap. 29.
Equis imperitare. Hor. 1. Carm. 15. 25.
Gentibus magnis imperitare. Lucret. lib. 3. 1041.
Legionibus magnis imperitare. Hor. 1. Serm. 6. 4.
Rem æquam imperito. Hor. 2. Serm. 3. 189.
Imperitandi parum prudentes. Columel. lib. 13. cap. 1.
Sæpe hac voce utitur Tacitus, e. g. 4. Hist. 61. 4. Virgo late imperitabat. Imperitandi cupido. Idem 4. Hist. 25. 5. Quanto sit angustius imperitatum. Idem 4. Ann. 4. 5. &c. conf. Curt. 4. 7. 1. & 9. 6. 20. & Sallust. Jugurth. cap. 19. item Liv. 1. 2.

**IMPERMISSUS**, a, um. Adj. [ἀθέμιστος] Illicitus: ut, Gaudia impermissa, i. e. Illiciti concubitus. Hor. 3. Carm. 6. 27.

**IMPERSŌNĀLIS**, e. Adj. [ἀπρόσωπος] Vox est a Grammaticis ficta: quibus verbum Impersonale dicitur, Quod non habet personas. Mart. Capell. lib. 3. p. 83. & lib. 4. 119. V. Priscian. p. 812. & alios Grammaticos.

**IMPERSONĀLĬTER**, Adv. Florentinus in l. sive. D. de stipul. servo. Sive mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter dari servus meus stipuletur, mihi acquiret. conf. Justin. Inst. 3. t. 18. §. 1.

**IMPERSPĪCĀBĬLIS**, e. Adj. Zeno Veron. Imperspicabilis judicii secreta.

**IMPERSPĬCUUS**, a, um. Adj. Incognitus, dubius, non perspicuus. Plin. 1. Epist. 20. Neque enim minus imperspicua, incerta, fallaciaque sunt judicum ingenia, quam tempestatum terrarumque.

**IMPERTERRĬTUS**, a, um. Adj. [ἄτρεστος] Qui nulla re terretur. Virg. 10. Æn. 770.
— manet imperterritus ille.
Imperterritus equum impellebat. Sil. lib. 7. 695.
Imperterritus armis. Idem 14. 188.
Mens imperterrita. Sil. lib. 11. 207.

**IMPERTĬO**, īvi & ii, ītum, [μεταδίδωμι] īre. act. vel **IMPERTIOR**, īri. dep. Impendere, partem dare, communicare, participem facere: ex In & Partior.
Calorem impertire. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Jam vero reliqua pars mundi ea & ipsa tota natura fervida est, & ceteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem.
Diem festum alicui impertire. Cic. 4. Verr. 51. Tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti, per quos illi adepti sunt, ut ceteros dies festos agitare possent.
Dolorem suum alicui impertire. Cic. 4. Verr. 84. Verumtamen dolorem suum nemini impertiebat, Prætoris injurias tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur.
Fortunas aliis impertiri. Cic. de Amicit. 72. Quod faciendum, imitandumque est omnibus, ut si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consequuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis.
Laudem impertire. Cic. pro Lege Manil. 20. Atque ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum, &c.
Prudentiam suam ad salutem alicujus impertire. Cic. 3. Att. 15. Nunc, Pomponi, quoniam nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in meipso, &c.
Salutem impertire, Nuntiare. Cic. 2. Att. 27. Terentia delectata est tuis litteris: impertit tibi multam salutem.
Studium Philosophiæ impertire. Cic. 5. de Fin. 6. In primisque ut aliquid suorum studiorum Philosophiæ quoque impertiat.
Tempus alicui rei impertire. Cic. 9. Att. 13. Huic rei aliquid temporis impertias.
Tempus sapientiæ doctoribus impertiebat. Tacit. 14. Ann. 16. 3.
Aliquem honoribus impertire. Plaut. Aulul. prol. 18.
Atque ille vero minus, minusque impendio
Curare, minusque me impertire honoribus.
Aliquem malo impertire. Ter. Adel. 3. 2. 22.
Sed cesso heram hoc malo impertire propere? i. e. Heræ nuntiare hoc malum.
Aliquem osculo impertire, Osculari. Suet. Neron. cap. 37.
Aliquem salute impertire, Salutare. Ter. Eun. 2. 2. 39. Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnato.
Alterum rem aliquam impertire. Plaut. Milit. 2. 2. 77. At imperti me, amice, quod commentus es.
Alteri de re aliqua impertire. Cic. 2. Off. 54. Sæpe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum est, sed, &c.
Impertiri, passive. Cic. 3. in Catil. 14. Atque etiam viro forti Collegæ meo C. Antonio laus impertitur. Suet. Claud. Cæsar cap. 4. Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotii, honore impertitum. Nep. 25. 1. 2. Puerilis ætas doctrinis impertiri debet.

**IMPERTIENS**, & **IMPARTIENS**, entis. Partic. Mart. Capel. lib. 1. p. 21.

**IMPERTĪTUS**, a, um. Partic. Liv. 21. 41. Pro his impertitis oppugnatum patriam nostram veniunt. Apul. Apol. p. 377. Nulla impertita mora.

**IMPERTITIO**, ōnis. f. Arnob. lib. 2. p. 43. Honoris impertitione viduari.

**IMPERTĬLIS**, e. Adj. Augustin. lib. 6. Mus. Impertilis nota.

**IMPERTURBĀBĬLIS**, e. Adj. Idem Confess. lib. 2. extr. & Epist. 145.

**IMPERTURBĀTUS**, a, um. Adj. [ἀτάρακτος] contrarium est Turbato. Plin, lib. 2. cap. 23. Imperturbata lux.
Ore imperturbato bibere venenum. Ovid. in Ibin 560. conf. Sen. Epist. 73. & 85.

**IMPERVIUS**, a, um. Adj. [ἀδιάβατος] ut, Amnis impervius, Non vadosus. Ovid. 9. Met. 106.
Freta impervia. Valer. 4. Argon. 711.
Itinera impervia. Tacit. 3. Ann. 31.

**IMPESCO**, ĕre. est (auctore Festo) In lætam segetem, pascendi gratia immittere.

**IMPĔTĪGO**, ĭnis. f. [λειχὴν] Fœdatio cutis, serpens cum pruritu, quam alii scabiem siccam, asperam, & prominentem intelligunt: Alii morbum similem scabiei, squammosum, corpusque dehonestantem. V. Cels. 5. 28. sect. 17. extr. Ab impetu nomen deductum. Plin. lib. 23. cap. 7. Hiberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Idem 22. cap. ult. 20. 9. & 25. 7.
Serpens molliter impetigo. Firmic. lib. 6. cap. 31.

**IMPETĪGĬNŌSUS**, a, um. Adj. Qui impetigine laborat. Ulpian. in l. Pomponius. D. de Ædil. edict. Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse: si eo membro ubi impetigo est, æque recte utatur.

**IMPETIGŌSUS**, a, um. Adj. Gloss. Vet. Gr. Lat. λιχηνωτὸς Impetigosus. [ Nisi mendum est.

**IMPĔTO**, īvi, ītum, [ἐσβάλλω] ĕre. Invadere, adoriri. Apul. Jurgiis me oppido impetens. Varro 3. de R. R. cap. 16. Itaque impetentes a se ejiciunt fucos, quod hi, &c. V. IMPECTO. conf. Solin. cap. 55.
Flammis & sagittis impetens Cupido. Sen. Hippol. 3.

**IMPETĪBĬLIS**, e. Adj. Quod peti non debet, vel potius Nequit. Vet. Gloss. Impetibile, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον.
Item, Quod facile impeti potest. Solin. de Chamæleonte, cap. 53. Impetibilis est Coraci, &c. [ Immo Antipathian esse inter utrumque animal intelligi vult. V. mox. not.
Usurpatur etiam de Re turpi & reprehensioni obnoxia: ut, Impetibile scelus. Apul. Apol. p. 328. ita Valetudo impetibilis. Plin. 20. 18. [ Sed Hard. edidit Impatibilis, ut & cap. 20. ejusd. lib. Impatibiles uvæ morbos. At lib. 25. cap. 5. extr. Impetibiles cruciatus. Puto utroque modo recte scribi. Est autem a Patior, q. d. Intolerabilis: nec aliter puto apud Apul. interpretandum, licet Elmenh. Impurum exponat.

**IMPĔTUS**, ûs. m. [ἐσβολὴ, ἐμβολὴ, ὁρμὴ, φορὰ, καταφορὰ, ῥύμη] Invasio cum tumultu. Auctor de Viris Illustr. cap. 11. pr. Porsenna rex Etruscorum, cum Tarquinios in urbem restituere tentaret, & primo impetu Janiculum cepisset.
Animi impetus. Cic. 10. Fam. 5. Ut tota mente, omnique animi impetu in Remp. incumbas.
Animi impetus & voluntas. Cic. 3. de Orat. 55.
Animi non rectus impetus est libido. Cic. 2. de Invent. 164.
Armorum impetus atque incursio. Cic. pro Cæcin. 44.
Famæ impetus. Tacit. Agr. 39.
Libidinum. Cic. 1. de Fin. 44.
Pituitæ. Celsus 2. 7. pr. Ante febres, si caput grave est, aut ex somno oculi caligant, aut frequentia sternutamenta sunt, circa caput aliquis pituitæ impetus timeri potest.
Acres & vehementes impetus. Plin. 2. Epist. 11. ad Arrianum, Adnotatum est experimentis, quod favor & misericordia acres & vehementes primos impetus habent, paulatim consilio & ratione quasi restincta considunt.
Acer impetus. Lucret. lib. 6. 127.
Auspicati impetus. Hor. 3. Carm. 6. 10.
Cæcus animi impetus. V. CÆCUS.
Effrenus impetus. Sen. Agam. 12.
Furentes ac violenti impetus. Cic. de Arusp. Resp. 46.
Naturalis impetus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Repentinus impetus. Cic. pro Domo, 13.
Sævus impetus. Hor. 3. Carm. 1. 28.
Sceleratus impetus delendi imperii. Cic. pro Cœl. 14.
Violentus impetus. Sen. Theb. 2.
Vividus impetus. Hor. 4. Carm. 4. 10.
Abnuit locus impetum. V. ABNUO.
Abstrahere ab impetu. V. ABSTRAHO.
Agere. ut, Eunt equi qua impetus illos egit. Ovid. 2. Met. 203.
Amplificare impetum & quandam commotionem animi affectionemque suam verbis & sententiis. Cic. 2. de Invent. 19.
Capere impetum in aliquem. Plin. lib. 9. cap. 30. In naufragos, urinantesve impetum capit.
Coercet impetus ulcerum calx. Plin. lib. 36. cap. 24.
Colligare impetum furentis. V. COLLIGO.
Comprimere impetum. Cic. de Arusp. Resp. 1. Omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi.
Continere impetum militum. Liv. 7. 37. V. CONTINEO.
Contundere impetum alicujus. V. CONTUNDO.
Convertere impetum suum. V. CONVERTO.
Deprecari horribiles impetus hostium. Cic. pro Font. 26.
Diruere aliquid vasto impetu. Hor. 4. Carm. 14. 30.
Discutere impetum. Plin. lib. 22. cap. 25. Farina ex hordeo & cruda & decocta, collectiones impetusque discutit. Tradit Hermolaus Impetus Plinio vocari, quas Inflammationes & collectiones dicimus, Græci Phlegmonas.
Dare impetum in aliquid. Tacit. 2. Ann. 20. Primus Cæsar cum prætoriis cohortibus capto vallo dedit impetum in silvas.
Dare impetum, Adoriri, aggredi. Liv. 2. 19. Et ad alterum cornu Æbutius Magister equitum in Octavium Mamilium impetum dederat.
Dare impetum, pro Incitare. Quintil. lib. 10. cap. 3. Quod non tam moram faciet, quam novos impetus dabit.
Excipere impetum. Cæs. 1. Bell. Gall. 52. At Germani celeriter ex consuetudine sua, phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt.
Exuere feros impetus. Sen. Thyest. 2.

Facere impetum, Invadere & adoriri. Cic. pro Rosc. Amer. 21. Vos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur.
Facere impetum in agros alicujus. Liv. 1. 5.
Facere impetum in bona & fortunas alicujus. Cic. 3. Verr.
Facere impetum in tabulas. Cic. 6. Verr. 148. Admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in quibus singula perscripta erant.
Facere inanem impetum. Cic. pro Domo 64.
Feruntur omni impetu ad voluptatem belluæ. Cic. 1. Off. 105.
Fervet impetus morbi articularis. Plin. lib. 31. cap. ult.
Fieri prædonum impetus in tuas fortunas nolo. Cic. 4. Fam. 7. conf. Facere impetum paulo supra.
Frangere impetum alicujus. Cic. 1. Fam. 5.
Furit impetus Ætnæ. Lucret. lib. 2. 593.
Habere impetum. Quintil. lib. 2. cap. 13. Cursum habent quædam & impetum.
Habent suos impetus animalia. Cic. 2. Off. 1.
Impellere animorum impetus. Cic. 2. de Orat. 312.
Incurrere cæco impetu in aliquem. Cic. 1. de Fin. 44.
Inhibere impetum. Sen. Med. 413.
Languescit impetus famæ. Tacit. Agric. cap. 39. Donec impetus famæ, & favor exercitus languesceret.
Lenire impetus recentes vulnerum. Plin. lib. 22. cap. 22.
Mollire impetum. V. MOLLIO.
Moveri vertique impetum cæli admirabili cum celeritate videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 97.
Opprimi violentiæ impetu. Cic. Anteq. iret in exil. 13.
Percellere impetu aliquem, & irruere in eum. Cic. pro Domo 106.
Propulsare impetum. Cic. pro Muren.
Rapit impetus illic Thesea magnanimum. Stat. 12. Theb. 794.
Reflectere impetum. Cic. 2. de Orat. 312.
Refugere impetum, tela, & incursum aliquorum. Cic. pro Cæcin. 22.
Repellere impetum, ex Cicerone, Vide REPELLO. H. St.
Reprimere impetum, ardoremque restinguere. Cic. in Brut. 7.
Resederunt impetus Marcelli. Cic. 8. Fam. 2.
Retardare animos & impetus alicujus. Cic. 1. Verr. 33.
Sum. ut, Fuit impetus illi in medios rogos ire. Ovid. 11. Met. 333.
Sumere impetum. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Sustinere impetum. Cels. lib. 2. cap. 15. Cæs. 1. Bell. Gall. 24.
Trahi impetu ad aliquid. Plin. lib. 1. Epist. 8. Ad Saturninum, Tantoque laudabilior munificentia nostra videbatur fore, quod ad illam non impetu quodam, sed consilio trahebamur. i. e. non inconsiderate & sine ratione.
Uti impetu magis quodam animi quam cogitatione. Cic. 11. Att. 5.
Impetus in oratione, pro Vi & contentione ac vehementia. Cic. in Orat. 229. Aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. Et pro Deiot. 5. Ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora.
Dicendi impetus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Augeri impetu. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ideoque laude crescit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet. De pueris.
Dicere impetu. Quintil. lib. 2. cap. 11. Igitur & impetu dicere se, & viribus uti gloriantur.
Impetu uno. Plin. lib. 14. cap. 22. Tribus congiis epotis uno impetu.
Impetus, Humana cupiditas. Ovid. 5. Fast. 523.
— siquid fert impetus, ora:
Omne feres. h. e. Si quid cupis.
Impetum capere alicujus rei faciendæ. Suet. Aug. cap. 42. extr. Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret. Tacit. 15. Ann. 50. Et cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur, in scena canentem Neronem aggrediendi.
Impetus, pro Magnitudine & mole. Lucret. 5. 201.
— quantum cæli tegit impetus ingens. Et eodem lib. 911.
Aut hominem tanto membrorum esse impete natum. i. e. Tanta magnitudine & mole & vastitate membrorum. Turnebus. Impete, ablativus, pro Impetu, ab antiquo scilicet nominativo
IMPES. Gell. 19. 7. Magno impete. Sil. 13. 248. Procursus impete. Magno impete comburens flamma. Lucret. lib. 6. 152. Recto impete perfringit nubem vis venti. Lucret. lib. 6. 137. Vasto impete fertur. Ovid. 3. Met. 79. conf. 8. 359. & Sil. 2. 243. Plur. Lucret. lib. 1. 293.
Quamlibet in partem trudunt res ante ruuntque
Impetibus crebris.
Impetis genit. sing. Idem lib. 6. 326.
— capere impetis auctum.
IMPETĒIUS, a, um. Adj. Gloss. Lat. Græc. Impeteius, βίαιος.
IMPETIBILIS. V. IMPETO.
IMPETUŌSUS, a, um. Adj. [ῥοθιώδης] Qui magno impetu fertur. Plin. lib. 35. cap. 10. Impetuosus animus. Sed Hard. Impetus animi.
IMPETUŌSE, Adv. Messal. Corv. Pr. Ad mœnia impetuose contendit.
IMPETRIO, īre. Litare in extispicina. V. dict. seq.
IMPETRĪTUM, a verbo Impetrire; idem valet quod Impetratum. Festus. Plaut. Asin. 2. 1. 11.
Impetritum, inauguratum est, quævis admittunt aves. V. Taubm. in loc. Val. Max. lib. 1. cap. 1. 1. Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, quum aliquid commendandum est, precatione: quum exposcendum, voto: quum solvendum, gratulatione: quum inquirendum, vel extis, vel fortibus, impetrito: quum solenni ritu peragendum, sacrificio. Pro Impetrito, vulgo corrupte legitur Impertito. Cic. 2. de Divin. 35. Concedam hoc ipsum si vis, etsi magnam jacturam causæ fecero, si ullam esse convenientiam naturæ cum extis concessero. Sed tamen eo concesso, qui evenit, ut is qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet? quo loco vulgata lectio habet Impertire. Huc spectant & Auguria impetrativa, de quibus in AUGURIUM diximus. conf Plin. 28. 2. & Lex. Pitisc. vel Parei Lex. Crit. p. 578. Martin. Lex. & Scalig. in Fest.
IMPĔTRO, [τυγχάνω] āre. ex In & Patro compositum; significat Obtinere & exorare. Plaut. Capt. 1. 2. 17.
Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret.
Impetrare & exorare. Plaut. Casin. 2. 3. 51.
Quid si ego impetro atque exoro a villico, causa mea
Ut eam illi permittat?
Postulare sive orare, & impetrare. Plaut. Capt. 3. 2. 14.
Ut quod me oravisti, impetres, eum hominem ut convenias.
Ter. And. 2. 5. 11. — facis ut te decet,
Quum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.
Deferre aliquid alicui & impetrare. Cic. 13. Fam. 30. Omnia, quæ potui in hac summa tua gratia ac potentia a te impetrare, si petiissem, ultro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetravero.
Minus honeste impetrare. Cic. 7. Att. 16.
Facile ab uno de alio impetrare. Cic. 15. Att. 8.
Impetrare ab aliquo, ut verum esse concedat. Cic. 4. Acad.
Æquum impetrare. Plaut. Curc. 1. 1. 65.
— neque quicquam queo
Æqui bonique ab eo impetrare.
Civitatem ab aliquo impetrare. Cic. 13. Fam. 37.
Exceptionem ab aliquo impetrare. Cic. 4. Acad. 97.
Pacem impetrare. Hor. 2. Epist. 1. 137.
Quietem studiis impetrare. Quintil. in proœm. lib. 1.
Salutem impetrare precibus. Cic. Brut. 16.
Veniam impetravit ex pœnitentia. Plin. Epist. 318. Quamvis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.
Veniam exilii impetrat. Tacit. 12. Ann. 8.
Veniam metendi impetrare. Plin. lib. 12. cap. 19.
Voluntate impetrare aliquid. Ter. Adel. 3. 4. 44.
Quod vos jus cogit, id voluntate impetret. Al. Vis cogit.
Impetrare, cum abl. & præp. A vel Ab. Val. lib. 4. cap. 3. 7. extr. de Q. Tuberonis abstinentia, A servis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit. i. e. Hoc non possunt domini a servis impetrare.
Impetrare est item Perficere. Plaut. Pœn. 5. 2. 14.
Incipere multo est quam impetrare facilius. V. Taubm. Ter. Hec. 5. 1. 3.
Videndum est ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem. ubi Donat. Impetrem, perficiam. Gloss. Impetrare, ἀνύσαι. Ammian. Nihil impetrato intra mœnia. conf. Jac. Dur. Casell. Var. lib. 1.
IMPETRASSERE, pro Impetrare veteres dixerunt. Plaut. Aul. 4. 7. 6.
Et istud confido a fratre me impetrassere. conf. Stich. 1. 2. 23. Cas. 2. 3. 53. Mil. 4. 3. 3. Sed potius infinitivus est futuri pro Impetraturum esse. V. Ursin. T. 1. p. 674. & Johnson Gram. Com.
IMPETRĀTUS, a, um. Partic. ut, Reditus impetratus Augusti. Hor. 4. Carm. 2. 43.
IMPETRĀTIO, ōnis. f. Cic. 11. Att. 22. Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere. Augustin. Confess. lib. 12. pr.
IMPETRĀTOR, ōris. m. Cod. Theod. l. 12. tit. 16. Impetratores beneficii.
IMPETRĀBĬLIS, e. Adj. Quod facile impetrari & obtineri potest. Liv. 5. Bell. Pun. Omnia & impetrabilia & tuta.
Dies impetrabilis, In quo quis quid facile impetrat & obtinet. Plaut. Epid. 3. 2. 6.
Pro dii immortales! mihi hunc diem dedistis luculentum,
Ut facilem, atque impetrabilem.
Efficacia impetrabilis. Ammian. 14. 8.
Orator impetrabilis, Qui facillime quod vult impetrat. Plaut. Most. 5. 2. 40.
Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. [ut dicitur Probabilis orator. q. V.
Triumphus impetrabilis. Liv. 39. 29.
Venia impetrabilis. Tacit. 4. Hist. 69. 5.
Vigilantia impetrabilis. Ammian. 17. 11.
Virtutes impetrabiles. Idem 29. 5.
Votum impetrabile. Propert. lib. 4. 1. 101.
Compar. ut, Quo impetrabilior pax esset. Liv. 30. 16.
IMPETRĀTĪVUS, a, um. Adj. ut, Impetrativum augurium. V. Augurium, in AUGUR.
IMPETUOSUS, IMPETUS. V. IMPETO.
IMPEXUS, a, um. Adj. [ἀκτένιστος] Non pexus: ut, Barbæ impexæ. Virg. 3. Georg. 366.
Antiquitas tristis & impexa. Tacit. in Dial. de Orat. cap. 20. h. e. Inculta.
Canities impexa. Stat. 3. Theb. 138.
Comæ impexæ. Ovid. 3. Fast. 398.
IMPIATUS. V. IMPIUS.
IMPĪCO, [πισσόω] āre. Pice illinere. Columel. lib. 12. cap. 29. De lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram novam, eamque oblinito & impicato diligenter.
IMPĬGER, gra, grum. Adj. [ἄοκνος] Non piger, sed diligens & strenuus. Hor. 1. Epist. 1. 45.
Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Impiger ad labores belli. Cic. pro Font. 33. Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, &c.
Impiger in. Cic. 7. Verr. 27. Dabat se labori atque itineribus, in quibus usque eo se præbebat patientem atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem videret.
Ales impiger. Stat. 1. Theb. 292. Mercurium sic vocat Juppiter.
Comes impiger ibam. Stat. 3. Silv. 2. 91.
Ductor impiger. Lucan. lib. 1. 228.
Equus impiger. Hor. 4. Carm. 3. 4.
Linguæ impigræ. Sallust. Fragm. 3. 9.
Mentis impigræ experientia. Lucret. lib. 5. 1451.
Militia impigra. Liv. 3. 5. extr. Cohortes inde Latinæ Hernicæque ab Senatu gratiis ob impigram malitiam actis, remissæ domos.
Virum impigrum urbanæ militiæ dixit Tacit. 3. Ann. 48.
IMPIGRE, Adv. [ἀόκνως] Diligenter. Liv. 2. 47. pr. Impigre milites secuti sunt. Idem 1. 10. Plaut. Rud. 4. 2. 10. Val. Max. 2. 1. 9.
IMPIGRITAS, ātis. f. pro Impigritia. Cic. de Repub. lib. 3. Nunquam viri fortissimi, fortitudinis, impigritatis, patientiæ. V. Non. 2. 434.
IMPIGRĀBĬLIS, e. Adj. Gloss. Lat. Gr. Impigrabile ἀνενέργητον.
IMPĪLIA, orum. n. pl. significant Coactilia, qualia pedibus involvendis calceandisque adhibebantur. Hæc vox apud Ulpian. l. 25. §. 4. Dig. extat, qui Impilia Vestis loco esse dicit: & apud Hesychium, qui

qui νάκτα esse refert. νάκτα, inquit, τὰς πίλας καὶ τὰ ἱμάτια. Hæc sic involvunt pedes ut vesti cedant. Nam tegendis obvolvendisque pedibus e coacta lana fiebant. Latius tamen patere videntur posse Hesychio auctore, quam ut tantum Pedum operimenta complectantur. Hinc Plinii feliciter emendatur locus lib. 19. 2. Theophrastus, inquit, auctor est esse bulbi genus, circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescantur, esse laneam naturam, ex qua impilia vestesque quædam conficiantur. Mapalia hucusque lectum est, nullo sensu. Hæc Turneb. Adverf. 11. 14. conf. Hard. in loc. Græv. ad Hesiod. ἔργ. v. 542. & Lex. Pitisc.

**Impingo**, ēgi, actum, [προσρίπτω, προσβάλλω, ἐπικρούω] ĕre. ab In & Pango: Impellere & illidere, atque in faciem aut oculos jactare. Cic. 3. Tusc. 44. Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat.

Agmina impingere muris. Virg. 5. Æn. 805.

Beneficium impingit iratus. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 1. Gratus adversus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe injecit, aut iratus impegit?

Caput parieti impingere. Plin. 3. Epist. 16.

Colaphum impingere alicui. Plaut. Bacch. 4. 7. 2.

Compedes alicui impingere, pro Compedibus obvincire. Plaut. Capt. 3. 5. 76.

Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum:
Jubete huic crassas compedes impingier. i. e. Astringi.

Culpam in aliquem impingere, Rejicere & conferre. Plaut. Mil. 3. 3. 54.

Dicam impingere alicui. Ter. Phorm. 2. 3. 92. V. DICA.

Epistolam alicui impingere. Cic. 6. Att. 1. Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse. Scilicet pro ipso Scaptio deprecantis. *Il me met au nez, Il me sert, ou me bat de la lettre de Brutus*, i. e. Invito mihi reddit, & in hoc me offendit. Budæus.

Fustem mihi impingere volet? Cic. 8. Fam. 8.

Laqueum impingere. Sen. de Tranquil. vitæ, cap. 10. At in aliquod genus vitæ difficile incidisti: & tibi ignoranti vel publica fortuna, vel privata laqueum impegit, quem nec solvere possis, nec abrumpere.

Navem impingere, i. e. Impellere aut agere in arenam aut scopulos. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Pugnum impingere. Plaut. Bacch. 4. 7. 2. Et Rud. 3. 4. 5.

Se in aliquid. Sen. lib. 1. de Ira, Quid opus est se in columnas impingere?

Venenum impingere. Sen. Epist. 120.

Vulnus impingere. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 59.

Quid dicas novi: cicatricem in dextro musculo ex illoc volnere,
Quod mihi impegit Pterela.

Impingi, passivum, pro Immergi, & in profundum demitti. Plin. lib. 10. cap. 38. De avium volatu, Jaculantur sese in sublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire.

Impingi, pro Impelli. Sen. lib. 1. de Ira, Irasci dicit, impingi, incitari.

**Impactus**, a, um. Partic. [προσβεβλημένος] ut

Impactus imo ita est saxo, ut sopiretur. pro Impegit ad saxum. Liv. lib. 8. 6. pr.

In adversos impacti turbine pugnæ Eumachus & Clytius. Sil. lib. 4. 373.

Impactus in carcerem. Ulpian. in l. In eos. D. De custodia & exhib. reor.

Facinoris impacti probatio in Tribunum. Quint. Trib. Marc. cap. 5. p. 79. Burm.

Fluctus impacti saxeo dorso. Plin. 6. Epist. 31. extr.

Fluvius impactus insulis. Plin. lib. 5. cap. 9. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus.

Navis in scapham impacta. Ulpian. in l. Quemadmodum. §. Si protectum. D. Ad legem Aquiliam, Si navis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit, quæsitum est quæ actio mihi competat.

Res impactæ dicuntur, Quæ impetu inter se concurrunt. Sen. 2. Nat. Quæst. 12. Cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur.

Scyphus Marco Agrippæ a temulento Cicerone Marci filio impactus. Plin. lib. 14. cap. 22. *Il lui en bailla parmi les joues.*

**Impactio**, ōnis. f. Sen. 2. Nat. Quæst. 12. extr. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

**Impio**, as. V. IMPIUS.

**Impius**, a, um. Adj. [ἄθεος, ἀνόσιος, ἀσεβής, θεοστυγής] A pietate remotus. Ter. Eun. 4. 3. 1.

Ubi ego illum scelerosum, misera, atque impium inveniam?

Impius & consceleratus. Cic. in Pison. 46. Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios & consceleratos pœnas certissimas constitutas.

Piorum & impiorum rationem habent dii. Cic. 2. de Legib. 15.

Impius, pro Parricida dicitur ab Oratore per antonomasiam. Quintil. lib. 8. cap. 6. p. 739. Burm.

Impius & Religiosus, contraria. Cic. pro Font. 22.

Ætas impia. Hor. Epod. 16. 9.

Arma impia. Virg. 6. Æn. 613.

Bella impia suscipere. Curt. 4. 1. 12.

Domus impia. Ovid. 8. Met. 485.

Facta impia. Lucret. lib. 1. 84.

Fama impia. Virg. 4. Æn. 298.

Fraus impia. Cic. 1. de Divin. 7. Est enim periculum, ne aut neglectis his, impia fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur.

Furor impius. Virg. 1. Æn. 298. i. e. Belli civilis furor. Serv.

Gens impia. Virg. 1. Georg. 468.

Lingua impia deos læsit. Tibul. lib. 3. 4. 16.

Pectora impia. Hor. Epod. 5. 13. i. e. Immitia.

Relligio impia Persarum. Catull. 87. 4.

Venena impia. Ovid. 1. Amor. 8. 104.

Verba impia in deos dicta. Tibul. lib. 1. 3. 52.

Superl. Martian. in l. His verbis. §. 1. D. De hæred. instit. Filius meus impiissimus, male de me meritus. conf. Auson. ad Gratian. cap. 17. extr. & Hieron. Epist. 26. cap. 2.

Impia herba, vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes, ob id Impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimavere. Plin. lib. 24. cap. 19.

**Impiĕtas**, ātis. f. [ἀσέβεια, θεοστυγία] Perversitas proprie eorum est, qui pietati contraria agunt. Cic. 1. de Fin. 50. Etsi vero impietas molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum.

Impietas & Scelus. Cic. 4. de Fin. 66. Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas & scelus.

Furens impietas. Sen. Octav. 7.

Habere aliquem socium impietatis. Ovid. 4. Met. 4.

Impietate pia est. Idem 8. 477. Oxymoron.

Impietas in principem, Læsæ majestatis crimen appellatur Tacit. 6. Ann. 47. 3. Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem.

**Impie**, Adv. [ἀσεβῶς] cum impietate. Cic. 5. Tusc. 16. Vituperare quisquam, inquam, vitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audet? & tam impie ingratus esse, ut &c.

Impie facere. Quintil. lib. 6. cap. 2. Tu impie fecisti, quum exhæredationem meruisti.

Superl. Impiissime. Salvian. 3. de Avar. p. 98. & Marcell. ac Faust. lib. Prec. ad Imp. Ed. Sirmond. p. 26.

**Impio**, [μιαίνω] āre. Polluere, maculare se impietate. Plaut. Rud. 1. 3. 8.

Si erga parentem aut deos me impiavi. i. e. Si impius fui erga parentes. conf. Pacat. Paneg. Theod. cap. 43. & Prudent. Hymn. ante Somn. 53.

Impiatum est, imperf. Min. Fel. Oct. 256. Toties Romanis impiatum est, quoties triumphatum.

**Impiātus**, a, um. Adj. [μιανθείς] Sceleratus, inquit Festus.

Impiatus, Maculatus. Apul. Met. 1. p. 110. Cruore humano aspersum atque impiatum. Sacra impiata. Min. Fel. Oct. 28. 6.

Thalami impiatum facinore. Sen. Hippol. 1183.

**Impiāmentum**, i. n. Cyprian. Epist. 64. 3.

**Implācābĭlis**, e. Adj. [ἀμείλιχος, ἀκαταπράϋντος] Qui placari non potest. Cic. 1. Q. frat. 1. Nam si implacabiles iracundiæ sint, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa levitas.

Implacabilis Junonis terror. Cic. 2. Tusc. 20. ex vet. poët.

Ira implacabilis. Ovid. 3. de Pont. 3. 63.

Implacabilem, inexpiabilemque sese præbere alicui. Cic. in Pison. 81. Si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet, tamen ei quum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse non possem.

Quod implacabilis Quinto Fabio fuisset. Liv. 8. 35. extr.

**Implacabilĭter**, Adv. [ἀνιλάστως] cujus Compar. apud Tacit. 1. Ann. 13. 5. Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit. conf. 3. Hist. 53. 5.

**Implacabilĭtas**, ātis. f. Ammian. 14. 1. Quicquid Cæsaris implacabilitati sedisset. conf. Idem 26. 10.

**Implācātus**, a, um Adj. [ἀνίλαστος] Non placatus: ut, Gula implacata. Ovid. 8. Met. 851.

Tum quoque dira fames, implacatæque vigebat
Flamma gulæ.

**Implăcĭdus**, a, um. Adj. [ἀνήμερος] Non placidus: ut,

Divûm implacidissimus, Mars. Stat. 9. Theb. 4.

Genus implacidum Genauni. Hor. 4. Carm. 14. 10. i. e. Implacabiles. Acron.

**Implecto**, ĕre. Apul. Apol. Multæ arundines dentibus implectuntur. Hinc

**Implexus**, a, um. [ἐμπεπλεγμένος] Partic. significat Implicatum, & involutum, ut ait Festus. Plin. lib. 25. cap. 7. Folliculis cum semine inter se implexis. Idem lib. 33. cap. 1. Est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum.

Cæruleosque implexæ crinibus angues Eumenides. Virg. 4. Georg. 482.

Implexæ manus. Sen. de Benef. lib. 1. 3. pr. Quare tres Gratiæ, quare sorores sint, & quare implexis manibus. i. e. Implicitis, consertis.

Fatum nihil aliud est, quam series implexa causarum. Sen. de Benef. lib. 4. cap. 7.

**Implexio**, ōnis. f. Serpentis gemini implexio. Mart. Capell. lib. 2. p. 42. Sed frequentius

**Implexus**, ûs. m. pro Complexu. Plin. lib. 2. cap. 65. Ut quum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo implexu jungerentur.

Implexus brachiorum cancellatus. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypus femina modo in ovis sedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit.

**Implectĭcus**, a, um. Adj. ut, Bos implecticus. Veget. de Re Vet. 3. 29. Sed dubia lectio est.

**Impleo**, ēvi, ētum, [πληρόω, ἐμπλέω, ἐμπλήθω, μεστόω, ἐμπιμπλάω] ēre. Notæ significationis. Plin. lib. 14. cap. 63. Canes implentur uno coitu. h. e. Gravidæ fiunt & prægnantes.

Implere, cum gen. Virg. 1. Æn. 215.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ. Liv. 1. 46. extr.

Celeriter adolescentem suæ temeritatis implet.

Angulos omnes implevisti furum in ædibus. Plaut. Aul. 3. 6. 15.

Implere, cum abl. Virg. 1. Æn. 733.

Implevitque mero pateram. Plaut. Merc. 4. 4. 55. Quæ suspicione implevit me indignissime. Idem Casin. 1. 35. Ego te implebo flagris. Cic. 2. Philipp. 63. Is vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal implevit.

Implere ad summum. Columel. lib. 12. cap. 36.

Implere, Præstare, Perficere. Cic. pro Cluent. 51. Impudentiæ est, id profiteri quod non possis implere.

Partes. Suet. de Clar. Rhet. cap. 6. Suscepit eas partes, atque ita implevit, ut Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se demittere. i. e. Peregit.

Ævum actis implendum, non segnibus annis. Ovid. ad Liv. 449.

Amaritudinem inimici implere. Plin. 7. Epist. 33. Vixdum conticueramus, & Massa questus Senecionem non advocati fidem, sed inimici amaritudinem implesse: impietatis reum postulat.

Animus implet id, quod deest naturali possessioni. Ideo si Thesaurum in fun-

in fundo meo positum sciam: continuo me possidere, simul atque possidendi affectum habuero, Neratius & Proculus ajunt. Paulus in l. 3. §. Neratius. D. de acquir. possess.
Annum implevit septimum & sexagesimum. Plin. lib. 1. Epist. 1.
Annos centum implevit. Plin. lib. 7. cap. 48. h. e. Complevit.
Annos suos feliciter implere. Ovid. 7. Epist. 161.
Auras ululatibus implet. Valer. 8. Argon. 143.
Aures implere sermonibus. Ovid. 12. Met. 56.
Aures auditoris implere, Satisfacere auribus. Cic. in Orat. 104. Qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ & capaces, &c.
Cælum questibus implere. Virg. 9. Æn. 480.
Cælum votis implere. Tibul. 3. 3. 1.
Cœna nos implevimus. Petron. cap. 16. conf. cap. 115. & 125.
Convivia implere variis dictis. Ovid. 13. Met. 676.
Cursum implere vitæ. Plin. lib. 7. cap. 16.
Delationes implere. Ulpian. in l. Is qui reus. D. de publicis judiciis, Inchoatas plane delationes ante damationem implere eis, & post damnationem permissum est.
Deos implere questibus. Valer. 2. Argon. 167.
Diem sermonibus implere. Ovid. 7. Met. 662.
Expectatione implere. Liv. 36. 29. pr. Nicander eo ipso tempore ab rege Antiochio veniens, implevit expectatione vana multitudinem, terra marique parari bellum.
Facultates equestres implere, Censum ordinis equestris assequi. Plin. 1. Epist. 19. ad Romanum.
Fata implere suæ ætatis. Ovid. 6. Epist. 36.
Feminas implere, bestiæ dicuntur, quum Prægnantes faciunt. Columel. lib. 7. cap. 6. Plin. lib. 8. cap. 44. Feminas a partu optime septimo die impleri observatum est, mares fatigatos melius implere. conf. a capite hujus dictionis.
Fidem peractæ mortis implere, Vere mortuum simulare. Plin. 3. Epist. 14. ad Acilium, Ille, sive quia non sentiebat, sive quia non sentire simulabat, immobilis & extentus, fidem peractæ mortis implevit: tum demum quasi æstu solutus effertur.
Fidem implere, i. e. Se liberare. Ulpian. in l. Si fidejussor conventus. §. ultimo, Fidejussor, si solus tempore liberatus, tamen solverit creditori, recte mandati habebit actionem adversus reum: quanquam enim jam liberatus solvit: tamen fidem implevit, & debitorem liberavit.
Finem vitæ sponte, an fato implevit. Tacit. 2. Ann. 42.
Formidinis & Fugæ implere. Liv. 10. 14. extr. Errorque utilis Romanis oblatus, fugæ formidinisque Samnites implevit.
Horror asper me impleverat. Sil. lib. 8. 121.
Fama alicujus rei implere aliquem. Liv. 7. Bell. Maced. Id proculdubio jam nuntiantes, non suos modo, sed etiam hostes fama Romani auxilii adventantis impleverunt.
Laudibus. Liv. 26. 50. Implevit populares laudibus meritis Scipionis.
Locum aliquem clamore implere. Virg. 3. Æn. 313.
Locum deliciis implere. Ovid. 3. Amor. 14. 17.
Locum principem implere, Sustinere, Tueri. Tacit. 4. Ann. 38. pr.
Magnitudinem suam anno implere. Plin. lib. 9. cap. 36.
Mandatum implere. Paulus in l. Inter causas. §. 1. D. Mandati, Inter causas omittendi mandati etiam mors mandatoris est. nam mandatum solvitur morte. Si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur.
Meritis implere aliquem. Ovid. 2. Amor. 3. 11.
Munia Consulatus solus impleret. Tacit. 3. Ann. 31.
Numeros principis implere. Ovid. ad Liv. 285.
Numerationem residuæ pecuniæ implere. Papin. in l. 1. ff. Qui potiores in pignor. habean.
Oculos implevit imago. Sil. lib. 3. 45.
Officii sui partes implere. Plin. 10. Epist. 47. ad Trajanum, Vereor enim ne aut excessisse, aut non implesse officii mei partes videar. V. Defunctorie, in DEFUNGOR.
Officium exsequiarum. Justin. 33. 4. 2.
Possessionem diutinam implere. Jul. in l. Qui fundum. §. 1. D. Pro emptore.
Potestatis suæ implere omnia. Liv. 3. 63. extr. Ne ita omnia Tribuni potestatis suæ implerent, ut nullum publicum consilium sinerent esse.
Prodigium implere. Plin. lib. 10. cap. 18. ad finem.
Professionem suam implere. Jabolen. in l. Arrianus. D. De jure fisci.
Promissum implere. Plin. 2. Epist. 12. ad Arrianum.
Sanguine regum sese implerint. Cic. 2. de Lege Agr. 46.
Satisdationem implere. Papin. in l. 2. D. de custodia reorum.
Sinum implere lacrymis. Virg. 4. Æn. 30.
Solennia accusationis implere. Modest. in l. Cum Titia. D. de accusationibus. & Papin. in l. Milesf. §. Quidam. D. Ad leg. Jul. de adulter.
Sortem implere. Curt. lib. 3. 1. 18. Oraculi sortem vel elusit, vel implevit.
Spei implere. Liv. 5. Bell. Maced. Quem adveniens extemplo spei implevit. Idem 7. 7.
Spem implere quam quis de nobis concepit. Plin. 1. Epist. 10.
Superstitione implere. Liv. 1. Bell. Pun. Impleverat ea res superstitione animos, pronique & ad nuntianda & ad credenda prodigia erant.
Superstitionum Idem 29. 14.
Temeritatis aliquem. Liv. 1. 46. V. supra a pr.
Tempus implere. V. Annum, Diem &c. Pro eo dixit Cic. 6. Att. 5. Etsi annuum tempus prope jam emeritum habebamus.
Terrore impletur Africa. Sil. lib. 17. 587.
Vela implevit Neptunus ventis fecundis. Virg. 7. Æn. 23.
Venditionem implere. Paulus in l. Si quis alienam rem. D. de act. empt. & vend.
Verba implere lacrymis. Ovid. 6. Epist. 58.
Vestigia implere, pro Assequi. Plin. 8. Epist. 13. Vides quem sequi, cujus debeas implere vestigia.
Vicem alterius implere. Plin. Epist. 92.
Vices implere pro alio. Claud. 6. Conf. Hon. 433.
Vim & naturam alicujus rei implere. Plin. lib. 31. cap. 6. Sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis, salsissimi maris vim & naturam implet.
Volumen totum implevit tuis oraculis Chrysippus. Cic. 2. de Divin. 115.
Volumen implere de. Cic. 4. Acad. 87. De quibus rebus volumina impleta sunt, non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo.
Urbes Siculas impleverat nomen Arionium. Ovid. 2. Fast. 93.
Usucapionem implere. Paulus in l. Cum miles. D. Ex quibus causis majores.
Uterum implerat generoso semine. Ovid. 9. Met. 280.
Ulnas hominum quatuor implet crassitudo. Plin. lib. 16. cap. 40. Quæ arboris crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Sic Libram implere. Plin. lib. 18. cap. 10. Raro modius grani non XVI libras implet.

IMPLENS, entis. Partic. Vulg. Gen. 27. 15. & Marc. 15. 36.

IMPLĒTUS, a, um. Partic. Justin. 22. 2. 6. Spe impletus. Idem 23. 2. 11. Impleta regia fletibus. Idem 43. 1. 8. Fatua assidue divino spiritu impleta. Liv. 7. 2. Impleta modis satura.

IMPLĒTIO, ōnis. f. Salvian. Gub. Dei, 2. 33. Regimen suum Dominus & impletionem ostendit. Idem p. 34. Impletio divinitatis.

IMPLĒBĬLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Implebilis potius, quam siccabilis.

IMPLĒMENTUM, i. n. Idem ac Impletio. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. Capitis implemento affici.

IMPLĬCO, ui & āvi, ĭtum & ātum, [ἐμπλέκω] āre. Involvere, innectere. Sen. Epist. 22. Quod male implicuisti, solvas potius, quam abrumpas.
Implicatum in partem aliquam. Varro 2. de R. R. cap. 7. Non angusta juba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cervicis, &c. De equis.
Acies totas implicuere inter se. Virg. 11. Æn. 632.
Brachia collo implicuit. Ovid. 1. Met. 762.
Colla laqueis implicuisse juvat. Ovid. 2. Epist. 142.
Comas sertis implicare. Tibul. lib. 3. 7. 32.
In complexum alicujus implicari. Catul. in Epithal. Mallii 59. 108.
Crinem implicat auro. Virg. 4. Æn. 148.
Rates implicuit Auster. Stat. 11. Theb. 521.
Implicare, transfertur ad alia. Liv. 27. 43. pr. Eum primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coegit, edocuerunt, litteras se ab Asdrubale ad Annibalem ferre. i. e. Incertis sermonibus eum frustrantes, dum nunc hoc, nunc illud respondèrent.
Implicari. Cic. 8. Att. 17. Quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur, ut neque ipse satis firmus esset ad castra facienda.
Implicatus ad severitatem. Cic. pro Rosc. Amer. 85. Ideo quod tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad severitatem videbatur. [ Lego Applicatus.
Conjuncti inter se & implicati. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 73. Quini erant ordines conjuncti inter se atque implicati.
Impedire se & implicari. Cic. 4. Verr. 44. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere.
Implicitum esse cum aliqua re & cohærere. Cic. pro Lege Manil. 19. Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, & cohæret.
Amicitiis novis implicati. Cic. 2. Att. 11.
Angoribus & molestiis implicari animi. Cic. 5. Tusc. 3.
Consuetudine & benevolentia omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos. Cic. 6. Fam. 12.
Controversiis implicata res. Cic. pro Quint. 19.
Criminibus avaritia implicata. Cic. in Pison. 85.
Erroribus implicari. Cic. 4. Tusc. 58.
Erroribus sævis urbem implicat. Valer. 3. Argon. 31.
Expectatione supplicii implicatus. Cic. de Arusp. Resp. 7.
Familiaritatibus alicujus implicari. Cic. pro Corn. Balb. 60. Et erat æqua lex, & vobis, Judices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, &c.
Genere certo cursuque vivendi implicari. Cic. 1. Off. 107.
Legibus implicatum teneri. Cic. 5. Verr. 82. Tu qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse voluisti?
Litibus atris implicitus. Hor. de Arte Poet. 423.
Maleficio implicari. Cic. pro Cœl. 71.
Molestiis multis implicari. Cic. 5. Tusc. 3.
Morbo implicari, Detineri. Liv. 3. 2. pr. Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. conf. Idem 5. 31. V. IMPLICITUS Partic.
In morbum implicitus. Liv. 23. 34. Q. Mucium non tam in periculosum, quam longum morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore. conf. Nep. 5. 3. extr. & Lucret. 6. 1230.
Negotiis qui implicantur contrahendis. Cic. 2. Off. 39.
Molestis, operosisque negotiis implicari. Cic. 1. de Nat. Deor. 52.
Negotiis hæreditariis implicari. Julian. in l. Si in testamento, in fine. D. Si quis omiss. cauf. testamenti.
Occupationibus nullis implicatus deus. Cic. 1. de Nat. Deor. 51.
Officiis multis implicari & constringi. Cic. 1. Acad. 11. Ultro & citro, vel usu diurno, vel officiis implicari. Cic. de Amicit. 87.
Oratoribus implicari. Cic. de Clar. Orat. 174. Atque ita diu vixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur.
Permiste cum aliis implicari. Cic. 1. de Invent. 32.
Muliebribus religionibus implicari. Cic. pro Domo 105.
Sensu in omni implicata insidet voluptas. Cic. 1. de Legib. 47.
Severitate judicum implicari, & frequentia populi circumretiri. Cic. 7. Verr. 149.
Societate omnium implicare se. Cic. 2. de Fin. 45.
Vim suam cum naturis hominum implicant dii. Cic. 1. de Divin. 79.
Visco implicita fuga. Martial. lib. de Spect. 11.
Implicare, Ornare. Plaut. Implicat ad speculum caput. Afranius Brundusio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor. Non. 2. 420.

IMPLICĀTUS, sive IMPLICĬTUS, a, um. Partic. [ἐμπεπλεγμένος] Cic. 6. Fam. 12. pr. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine & benevolentia. Idem 1. Off. 16. Quæ quatuor quanquam inter se colligata sunt, atque implicata.
Casus libertatis controversiæ implicitus. Paulus in l. finali. D. Si ex

noxali causa agatur, Sed si statu liberum sisti promissum sit, in eadem causa sisti videtur, quamvis liber sistatur, quod implicitus ei casus libertatis fuerit.
Errore implicitæ viæ. Lucan. lib. 8. 5.
Limo implicitus. Claud. 2. in Eutrop. 442.
Morbo implicitus. Lucret. lib. 6. 1230.
Scipione gravi morbo implicito. Livius libro 7. pag. 8. a principio. Sic Scortis impliciti, perinde ac si scortum esset morbus aliquis. Nam & redierunt plerique scortis impliciti. libro 23. de militibus Annibalis. pag. 234. edit. Feyrabend. H. St. Prior locus est 7. 23. pr. posterior 23. 18. extr.
In morbum implicitus. V. in ipso verbo.
In negotio aliquo implicita controversia. Cic. de Invent. 262. Negotialis est, quæ in ipso negotio juris civilis habet implicitam controversiam.
Implicatum folium. Plin. lib. 21. cap. 17. Iasione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur.
Implicata inscitia impudentia est. Cic. 2. Philipp. 81. V. plura in IMPLICO.
Compar. Ammian. 26. 6. extr. Implicatior ad loquendum diu tacitus stetit.
Superl. Quæstionem diceret esset implicatissimam. Gell. lib. 6. cap. 2. conf. Augustin. Confess. lib. 2. extr.

IMPLICITŪRUS, a, um. Partic. [ἐμπλέξων] ut, Serta implicitura comas. Ovid. 5. Fast. 220.

IMPLICĪTE, Adv. [ἐμπεπλεγμένως] Cic. 2. de Invent. 69. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite & abscondite, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

IMPLICĀTIO, ōnis. f. [ἔμπλεξις] Cic. 2. de Nat. Deor. 139. Huic adde nervos a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem.
Implicatio rei familiaris. Cic. pro Sext. 99. Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quam suo deflagrare.

IMPLICĀTRIX, īcis. f. [ἐμπλεκτρία] Gloss. Cyril.

IMPLICĀTŪRA, æ. f. Sidon. 9. Epist. 9. Vernaculis implicaturis in retia sua præcipites implagabuntur.

IMPLICISCOR, ĕris. Idem ac Implicor. Plaut. Amph. 2. 2. 97. Ubi primum tibi sensisti impliciscier.

IMPLICĪTO, frequent. [ἐμπλέκομαι] Plin. lib. 9. ad Caninium, Epist. 33. Varios orbes implicitat expeditque. De delphino. Alia exemplaria habent Implicat.

IMPLŌRO, [ἀνακαλέω] āre. Proprie est Cum fletu rogare, quod est vapulantis. Festus. Ter. Adel. 3. 4. 43.
Illæc fidem nunc vostram implorat, Demea.
Implorare & appellare. Cic. pro Quint. 94. Qui deus appellandus est? cujus hominis fides imploranda est?
Implorare & obtestari. Cic. 7. Verr. 187. Ceteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor, quorum templis, &c.
Appellare, nominare, implorare. Cic. 7. Verr. 28. Et ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, &c.
Implorare & supplicare. Cic. 1. de Orat. 230. Nemo est questus, nemo Rempublicam imploravit, nemo supplicavit.
Implorare & testari. Cic. pro Sulla 64. Implorarem sensus vestros, uniuscujusque indulgentiam in suos testarer, &c.
Appellare, obtestari, implorare aliquem. Cic. pro Flacco 4.
Auxilium implorare. Virg. 4. Æn. 617.
Auxilium alicujus implorare & flagitare. Cic. pro Rabir. perd. reo 9.
Auxilium ab aliquo implorare. Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Neque auxilium a Pop. Rom. imploraturos.
Deos immortales precari venerari & implorare. Cic. 2. in Catil. 29.
Fidem alicujus implorare. Cic. pro Rosc. Amer. 29. Vestramne, qui summam potestatem habetis hoc tempore, fidem implorem? Idem 4. Verr. 75. Sopatrus implorare hominum atque deûm fidem, ut cum consilio cognosceret.
Fidem, dignitatem, religionem judicum in aliquo negotio implorare. Cic. 5. Verr. 146.
Hominem aliquem implorare. Cic. 6. Verr. Quid aut his respondere honeste potes, aut illi facere, nisi ut te ac fidem tuam implorent?
Jura libertatis & civitatis implorare. Cic. 3. Verr. 7.
Memoriam alicujus implorare. Cic. 4. Acad. 11. At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, &c.
Misericordiam & fidem alicujus obtestari & implorare. Cic. pro Muren. 86.
Misericordiam alicujus implorare & exposcere. Cic. pro Milon. 93.
Nomen civitatis implorare & usurpare. Cic. 7. Verr. 161. Quum imploraret sæpius, usurparetque nomen civitatis, crux, crux inquam infelici & ærumnoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur.
Numina implorant magno questu. Valer. 3. Argon. 639.

IMPLORANS, antis. Partic. Hirt. Bell. Afr. cap. 26. extr. Iis se in miseriis, suamque fidem implorantibus auxilio &c. esse non posse. conf. Liv. 37. 26.

IMPLORĀTUS, a, um. Partic. [ἀνακεκλημένος] ut, Prece Pollucis implorata. Catull. ad Mallium 63. 65. conf. Justin. 4. 3. 1: 22. 1. 3. & 23. 3. 1.

IMPLORĀTIO, ōnis. f. [ἀνάκλησις] Liv. 22. 5. pr. Nec enim inde votis, aut imploratione deûm, sed vi ac virtute evadendum est.
Omnium deorum & hominum & civium & sociorum imploratio. Cic. 2. de Orat. 196.
Acerba imploratio & vox miserabilis. Cic. 7. Verr. 62.

IMPLORĀBILIS, e. Adj. Qui implorari potest. Val. Flacc. 1. 573.
— lumenque innoxia fudit
Purpureum, miseris olim implorabile nautis.

IMPLUMBO, āre. Plumbo connectere. Vitruv. 10. 6. pr. Ferreos chodaces, uti subscudes, in capitibus scaporum implumbavit.

IMPLŪMIS, e. Adj. [ἄπτερος] Quod plumis caret. Plin. lib. 10. cap. 3. Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, &c. Pulli implumes. Hor. Epod. 1. 19.
Implumis, Pilis carens. Plin. lib. 8. cap. 55. Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

IMPLUO, ui vel ūvi, ūtum, [ἐμβρέχω] ĕre. Columel. lib. 2. cap. 8. Tremellius quidem asseverat, prius quam impluerit, ab avibus, aut formicis sata edi, ubi æstivis serenitatibus ager aret. Alii codices habent Impluerit.
Impluere in aliquem locum. Plin. lib. 2. cap. 96.
Impluit malum ceteros & ceteris. Plaut. Mostel. 4. 1. 15.
Malum, quom impluit ceteros, ne impluat mihi. h. e. In me res non cadat, nec in caput meum ruat.

IMPLŪVIUM, i. n. [αὐλή, ἐνομβρεῖον] Locus (ut inquit Varro de L. L. 4. 33.) in medio domus relictus, ut lucem caperent deorsum, quo impluebat. V. COMPLUVIUM. Vitruv. 6. 4. Impluvii lumen relinquatur. conf. Gell. 10. 15. & Quintil. 11. 2. Plaut. Mil. 2. 2. 4. Ter. Eun. 3. 5. 41.
Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. Cic. 3. Verr. 61. Ne hæc quidem duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluvium tuum stant, &c. V. Ascon. p. 88.
Ad impluvium locare aliquid. Cic. 3. Verr. 147. Ostendam in ædibus privatis longa difficilique vectura, columnas singulas ad impluvium HS. quadragenis millibus non minus magnas locatas. conf. Lex. Pitisc.
Impluvium, Quo aqua impluit, collecta de tecto. Compluvium, Quo de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum. Festus. conf. Liv. 43. 13.
Media etiam domus area ædificiis cincta, seu cavum illud arboribus plantatum, impluvium vocabatur. V. Dan. Heinf. ad Sil. 15. 18.

IMPLŪVIA, æ. f. [μανδύη] Vestis erat, inquit Perottus, qua sacerdotes per imbrem utebantur: Pluviale nunc vulgo appellatur. Varro, Salium quoque sereno tempore impluvia amictum fuisse criminabantur. V. dict. seq.

IMPLUVIĀTUS, a, um. Adj. Color, quasi fumato stillicidio impletus, inquit Nonius 16. 3. Unde

IMPLUVIĀTA, Genus vestimenti, a colore, de quo Plaut. Epid. 2. 2. 40.
Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam,
Impluviatam? ut isthæc faciunt vestimentis nomina:
EP. Utin' impluvium erat induta? V. Ferrar. Re Vest. 1. 3. 30. Turneb. Adversf. 14. 19. vel Lex. Pitisc. in Vestis.

IMPŒNĪTENS, entis. [ἀμετανόητος] Partic. Quintil. Trib. Mar. cap. 6. p. 80. Burm. conf. Vulg. Int. Rom. 2. 5. & Fulgent. Epist. ad Venant.

IMPŒNĪTENDUS, a, um. Adj. Non pœnitendus. Apul. Met. 11. p. 271. Cassiod. 1. Epist. 30. & Augustin. Prolog. Retract.

IMPŒNĪTENTIA, æ. f. Saresb. Policrat. 2. 5. & Fulgent. ibid.

IMPŎLĪTUS, a, um. Adj. [ἄξεστος] contrarium Polito; Rudis. Cic. de Provinc. Conf. 34. Impolitæ vero res & acerbæ si erunt relictæ.
Impolitus & rudis. Cic. de Clar. Orat. 293. Significat enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam atque rudem.
Hebes & impolitus. Cic. 2. de Orat. 133. Genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes & impolitum.
Compar. Veget. 2. 4. Descriptio obscurior & impolitior. Quintil. 8. 6. Lapides impolitiores.

IMPOLĪTE, Adv. [ἀκόσμως] Ineleganter. Cic. 1. de Orat. 214. Quum sæpissime tibi Senatus breviter, impoliteque dicenti, maximis sit de rebus assensus, &c.

IMPOLĪTIA, æ. f. [ἀκοσμία] Ruditas & inelegantia. Gell. lib. 4. cap. 12. Siquis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum significat quasi tu dicas Incuriæ.
Impolitias Censores facere dicebantur, inquit Festus, Quum equiti æs abnegabant, ob equum male curatum.

IMPOLLŪTUS, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Non pollutus: ut, Fides impolluta. Sil. lib. 13. 679. Virginitas impolluta. Tacit. 14. Ann. 35. 2. conf. Idem 16. 26. 5. & Sallust. Fragm. 1. 6.

IMPOMENTA, quasi Imponimenta, Quæ post cœnam mensis imponebant. Festus.

IMPŌNO, ŏsui, ŏsĭtum, [ἐπιτίθημι, ἀνατίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, ἐγκαθίζω] ĕre. Supra ponere, vel Intus ponere. Virg. 1. Æn. 66.
—— molemque & montes insuper altos
Imposuit. Idem 4. Æn. 453.
Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 2. 8. 15.
Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Imponere aliquid alicui cum fide, Injungere. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod cum fide mihi semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.
Imponere alteri, & Sibi sumere, contraria. Cic. pro Muren. 38. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit.
Arces imponere montibus. Virg. 6. Æn. 774.
Argentum imponere in stipendium. Liv. 32. 2. pr. Carthaginienses eo anno argentum, in stipendium impositum, primum Romam advexerunt.
Calculum, Rationem subducere. Columel. lib. 5. cap. 1. Sed aliud existiment, professioni suæ convenire, aliud eorum qui jam extructa metiuntur, & imposito calculo, perfecti operis rationem computant.
Claves portis. Liv. 27. 24. extr. C. Terentius, ut Aretium cum legione venit, claves portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus, quam negligentia intercidisse, ipse alias claves omnibus portis imposuit.
Clausulam disputationi. Columel. lib. 3. cap. 19. Ante quam disputationi clausulam imponamus, dicendum est, &c.
Cognomen vel Nomen alicui. Plin. lib. 5. cap. 1. Et lib. 14. cap. 3. Est & nigra aminea, cui Syriacæ nomen imponunt.
Coloniam in agro aliquorum. Liv. 8. 23. pr. Ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas ex Volscis captas, dirutasque a se, restituerit Romanus Populus, coloniamque in Samnitium agro imposuerit.
Consulem populo, Per vim & tyrannidem collocare in Consulatu. Cic. 1. Att. 13.
Coronam alicui. Cic. 2. de Legib. 60. Idem 5. Fam. 12.
Custodem imponere. Nep. 5. 4. 1. Ita Ovid. 3. Amor. 4. 1.
Dure vir, imposito teneræ custode puellæ.
Diadema imponere. Cic. 2. Philipp. 85.

Digna-

Dignationem imperatoris alicui imponere. Tacit. 1. Hist. 52.
Dominum aliquibus imponere. Cic. 13. Philipp. 17. Nam si ipse servire poterat, nobis dominum cur imponebat?
Dominum sempiternum in cervicibus aliquorum imponere. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Exercitum. Cic. 2. de Divin. 84. Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret. Subaudi In naves.
Exitum alicui rei, Liv. 37. 19. pr.
Fastigium operi absoluto. Cic. 3. Off. 33. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus.
Fenestras & ostia imponere in aliena ædificia. Julian. in l. Habitator. D. De rei vindicatione.
Finem bello. Stat. 8. Theb. 684.
Finem bello vel curis. Auctor de Viris illust. Sic, Imponere finem spei suæ. Liv. 5. 4. extr.
Finem luctibus. Ovid. 15. Met. 747.
Formam operi. Sen. Epist. 66.
Frumentum, Curationem frumenti. Cic. 15. Att. 10. Frumentum imponere, quæ est alia Dionis legatio, aut quod munus in Republica sordidius?
Injurias plurimas alicui. Cic. 6. Verr. 20. Quibus tu privatim injurias plurimas contumeliasque imposuisti. [Vide INJURIA. H. St.
Laborem alteri. Cic. pro Muren. 38. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit.
Laborem sibi. Cæs. 3. Bell. Civil. 74. Tantumque studium infamiæ sarciendæ, ut nemo aut Tribuni aut Centurionis imperium desideraret, & sibi quisque etiam pœnæ loco graviores imponeret labores.
Legem alicui, Imperare, præcipere. Cic. 7. Att. 2. Uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat, sed, &c.
Leges sibi, Seipsum cohibere & sibiipsi imperare. Cic. 4. Acad. 23. Cur has igitur sibi tam graves leges imposuerit, &c.
Leges imponere alicui loco. Virg. 1. Georg. 61.

Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis.

Leges populo. Cic. 1. de Legib. 42. Si XXX illi Athenis leges imponere voluissent.
Leges imponere per vim Reipub. Cic. 6. Philipp. 3.
Manum imponere rei alicui, pro Inchoare eam. Ovid. 4. Trist. 1. 28.
Manum extremam imponere bello. Virg. 7. Æn. 572.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum.

Servius, Quod superest perficere. Et est translatio a pictura, quam manus complet atque ornat extrema.
Manum summam alicui operi imponere, Idem. Plin. lib. 36. cap. 5.
Manum summam imponere in re aliqua. Quintil. proœm. lib. 1.
Manum supremam bellis imponere. Ovid. Rem. Amor. 114.
Metum novarum rerum omnibus imponere. Justin. 34. 2. 6.
Ministerium. Liv. 2. 5. Direptis bonis regum, damnati proditores, sumptumque supplicium: conspectius eo, quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis Consulatus imposuit.
Modum prosperæ pugnæ. Liv. 31. 38.
Modum temporis imponere. Liv. 4. 24. Maximam autem ejus (libertatis) custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent: & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset.
Modum suo dolori. Plin. 9. Epist. 13. ad Quadratum.
Multam. Liv. 10. 37. Multa præsens quingentûm millium æris in singulas civitates imposita.
Necessitatem. Cic. pro Sulla 35. Atque hoc vos, Judices, testor, mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo.
Necessitatem quandam nitoris alicui imponere. Plin. Epist. 118.
Nitor magnus impositus est hominibus & rebus, Accessit. Justin. 43. 4. 2.
Nomen alicui. Ovid. 9. Met. 707.
Nomen vitio. Cic. 2. de Orat. 18. Itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Idem 4. Verr. Honesta nomina turpissimis rebus imponere.
Onus alicui imponere, pro Dare provinciam molestam alicui, Committere aliquid gravioris negotii faciendum. Ter. And. 5. 3. 26.

Tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone, impera.

Cic. 9. Att. 6. Sed vereor ne Pompejo quid oneris imponam. Idem 6. Fam. 7. extr. Nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono.
Onus simultatis. Cic. 2. Q. frat. 1. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, ne quod onus simultatis nobis imponeret.
Onus imponere & Recipere, contraria. Cic. in Orat. 35. Volo enim mihi tecum commune esse crimen: ut si sustinere tantam quæstionem non potuero, injusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti.
Onus imponere & Suscipere. Quintil. in proœm. lib. 1. Plus, quam imponebatur, oneris suscepi.
Ostia imponere. V. paulo ante, Fenestras & ostia, &c.
Partes alicui. Cic. 10. Att. 10. Partes mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer.
Partes duriores alicui imponere. Cic. pro Muren.
Personam alicui. h. e. Alicujus loco alium sufficere. Cic. 4. Verr. 48. Idem 2. pro Lege Agr. 148. Vos mihi Prætori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, ut quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum una tuerer. De Pompejo.
Persona turpissima calumniæ imponatur honestæ civitati. Cic. 5. Verr. 67.
Plagam mortiferam Reipub. imponere. Cic. pro Sext. 44.
Plus aliquid imponere quibusdam populis, quam ferre possunt. Cic. 6. Verr.
Porta imposita in aliquam regionem. Liv. 34. 9. Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta imposita.
Præsidium civitati, h. e. Præsidio munire. Liv. 24. 7. extr. Q. Fabius ex auctoritate Senatus Puteolos, per bellum cœptum frequentari emporium, communiit, præsidiumque imposuit. conf. Curt. 3. 7. 2. & Justin. 6. 6. 6.
Pretium. Cic. 4. Verr. Iidem seipsos, a teipso pretio imposito, redemerunt. Sic apud Quintilianum lib. 12. Graviora justo imponere pretia melli.
Pudorem plagiario. Martial. lib. 1. 53.
Regem alicui regioni. Liv. 40. 12. Nam &, si in Romanis tantum momenti esse credebam, ut quem vellent, imponerent Macedoniæ regem, &c.
In regnum alterius aliquem imponere. Liv. 37. 25. Masinissam non in patrio modo locasse regno, sed in Syphacis, a quo ante expulsus fuisset, regnum imposuisse.
Sarcinam alicui. Plaut. Most. 2. 1. 83.

Concedam a foribus huc, hinc speculabor procul,
Unde advenienti sarcinam imponam seni.

Servitutem fundo. Cic. 3. Q. frat. 1. Calvus ajebat aqua dempta, & ejus aquæ jure constituto, & servitute fundo illi imposita, tamen nos pretium servare posse si vendere vellemus.
Silentium alteri, Redigere ad silentium. Suet. de Clar. Rhet. 6.
Stipendium. Liv. 38. 16. pr. Ubi, cum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium quum pervenissent.
Tabulas falsas. Cic. pro Cæcin. 71. Fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ. Al. Interponi.
Tributum. Cæs. 3. Bell. Civil. 32.
Vectigal agris. Cic. 1. de Lege Agr. 10.
Villicum imponere aliquem, aut pecori præficere. Cic. pro Planc. 62.
Vim alicui. Cic. 4. Verr. 148. Si me salvum esse vis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi non liceat polliceri.
Virum imponere toti mundo, Præficere. Lucan. lib. 3. 393.
Vocabulum alicui. Tacit. 12. Ann. 62. Cui, ut degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum.
Vocabula rebus imponens. Hor. 2. Serm. 3. 280.
Vulnus grave imponere. Cels. lib. 5. cap. 26. De glutinatione vulnerum.
Vulnera Reipub. pro Inferre detrimentum, & lædere atque offendere Rempub. Cic. 4. de Fin. 66. Quæ hic Reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat.
Imponere in collum, in manum, in navim. Plaut. Pers. 4. 6. 10. Hanc in collum, nisi piget, impone. De crumena. Al. Hunc. Idem Bacch. 1. 2. 36. Liv. lib. 5. 40. extr. Imponere in plaustrum. Et Cic. 1. Tusc. 85. Imponere in rogum.
In aliquam causam aliquem imponere. Cic. 8. Fam. 17.
In eculeum imponere aliquem. Cic. 5. Tusc. 13.
Imponere aliquem in equum. Liv. 35. 36. extr.
In naves exercitus imponere. Cic. 12. Fam. 14. Liv. 23. 38. Conf. Exercitum supra.
Imponere in aliquem onus. Plaut. Bacch. 3. 3. 92.
Imponere alicui, pro Decipere, & subauditur Fraudem. Quintil. in Corpore projecto, Spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Cic. 2. Q. frat. 6. Cui tamen egregie imposuit Milo noster. conf. Nep. 18. 5. 7.

**Impŏsĭtus**, a, um. Partic. [ἐπιτεθείς] Plin. lib. 15. cap. 30. Fluvio Tiberi imposita juxta nonum lapidem Flaminia via.
Necessitudinibus publicis impositus. V. NECESSITUDO.
Stratis impositus, Cubans. Stat. 2. Silv. 1. 63.
Clitellæ bovi sunt impositæ. Cic. 5. Att. 15.
Corona imposita capiti. Propert. lib. 4. 2. 29.
Juvenes impositi rogis. Virg. 4. Georg. 477.
Mens cunctis imposta manet. Stat. 1. Theb. 227.
Nomen impositum ab re. Lucret. lib. 6. 741.
Onus impositum ferre. Ovid. 15. Met. 820.
Vulnere tanto reipublicæ imposito. Cic. 1. Att. 16. Idem ibid. 5. 7. In sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ.
Impositus pro Præfecto, apud Sallust. Jugurth. cap. 100. Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia providere, apud omnes adesse, &c.

**Impŏsĭtio**, ōnis. f. [ἐπίθεσις] Plin. lib. 27. cap. 13. Succus ejus lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula e corpore ejicit. Impositio verborum Varroni est, quam Græci ὀνοματοθεσίαν vocant, ea nomina intelligenti, quæ primum rei alicui significandæ imposita sunt, quorum multa jam non comparent, quum tamen ab iis alia profecta in usu fortasse sint. Impositiones enim nomina Primitiva appellat, a quibus oriuntur Declinationes, id est Derivativa. Varro lib. 7. de L. L. 2. Duo igitur omnino verborum principia, impositio & declinatio: alterum ut fons, alterum ut rivus. Monuit Turnebus Adverf. 24. 29. Sed in emendatis codd. legitur Impositiorum & Declinatorum. conf. Idem 4. 1. & 9. 3.

**Impŏsĭtus**, ûs. m. [ἐπίθεσις] Plin. lib. 24. cap. 4. Ulcera commanducatu, impositque efficacissime sanari. Sed rectius ex vetusto codice legitur, Commanducato, impositoque.

**Impŏsĭtīcius**, a, um. Adj. [ἐπιθετικός] Quod impositum est: ut, Servitus causa est impositia, h. e. Non naturalis. Ulpian. in l. De pupillo. §. Sextus Pedius, D. de Novi operis nuntiatione, Sextus Pedius definit novi operis nuntiationis triplicem esse causam: aut naturalem, aut publicam, aut impositiciam, &c. Et paulo post, Impositiciam, quum quis postea, jus suum diminuit, alterius auxit: hoc est postea, quam servitutem ædibus suis imposuit, contra servitutem fecit.
Canthari impositicii, Per quos aquæ saliunt. Paulus in l. Cetera. §. 1. D. De legat. 1.
Nomina impositicia, Quæ a natura imposita sunt, unde alia derivantur. Ex Varrone L. L. 7. 2. V. præced. dict.

**Impŏsĭtīvus**, a, um. Adj. Plin. lib. 28. cap. 4. pr. Pythagoræ inventis non temere fallere, Impositivorum nominum imparem vocalium numerum, clauditates, &c. Varro L. L. 9. 3. Si quis principium analogiæ potius in naturalibus casibus, quam in impositivis, &c.

**Impŏsĭtor**, ōris. m. Varro L. L. 6. pr. Eruenda voluntas impositoris. i. e. Ejus qui vocabula rebus imposuit.

**Impostor**, ōris. m. [φέναξ] Versutus & fallax homo. Gloss. Impostor, stellionator, ἐπιθέτης.
Verbum impostorum. Ulpian. in l. 1. §. Medicos. D. de Variis & extraordinariis cognitionibus, Non tamen si incantaverit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit. Budæus. Quædam exemplaria male legunt In posterum. conf. Isidor. 10. lit. I. & Voss. Etym. 400.

**Impostūra**, æ. f. [φενακισμός] Fallacia, versutia: ab eo dicta, quod adulterinas merces pro veris supponat. Ulpian. in l. tertia. §. 1. D. de Crimine stellionatus, Siquis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest postulari. Ex Budæo.

**Imporco**, āre. Porcas in agro facere. Gloss. Imporco, αὐλακίζω. V. PORCA.

IMPORCĀTUS, a, um. Partic. Columel. lib. 2. cap. 10. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

IMPORCĬTOR, ōris. m. Qui porcas in agro facit arando. Festus.

IMPORTO, [εἰσκομίζω] āre. Inferre. Cic. 2. de Orat. 53. Modo enim huc ista sunt importata. Cæs. 8. Bell. Gall. 35. Silvestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit.
Adjumenta importare, Juvare & conferre. Cic. 1. de Orat. 38. Plura proferre possum detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata.
Ægritudines enim anxias atque acerbas important, animosque affligunt & debilitant metu. Cic. 4. Tusc. 34.
Calamitatem conservatoribus suis importare. Cic. pro Sext. 146.
Multum calamitatis importare. Cic. 5. Verr. 125.
Cladem importare. Lucret. lib. 3. 825.
Clades discordia civilis importat. Liv. 24. 22.
Contagionem importare. Plin. lib. 26. cap. 1. Quum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus importante.
Fecunditatem importare alicui, vel rabiem. Plin. lib. 14. cap. 18. Sunt & in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem.
Incommodum importare. Cic. 2. Off. 18. Per eosdemque siquid importetur nobis incommodi, propulsemus.
Infamiam importare. Martian. in l. Ictus. D. de iis qui notant. infam. Ictus fustium infamiam non importat: sed causa, propter quam id pati meruit: si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret.
Mala casus importat. Cic. 5. Tusc. 29.
Odium importare libellis. Hor. 1. Epist. 13. 5.
Periculum importare. Liv. 39. 14. Patres pavor ingens cepit, cum publico nomine, nequid eæ conjurationes, cœtusque nocturni fraudis occultæ, aut periculi importarent, tum privatim suorum quisque vicem, &c.
Pestem importare. Cic. pro Deiot. 43. Aut cum summo dedecore miserrimam pestem importaturam esse regibus.
Solicitudines importare. Cic. 1. de Fin. 51. Easque ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur, a diis immortalibus supplicii causa importari putant.
Suspicionem aliquam alicui importare. Cic. 16. Fam. 21.

IMPORTĀTUS, a, um. Partic. [εἰσκομισθεὶς] Cæs. 5. Bell. Gall. 12. Ære utuntur importato.

IMPORTANDUS, a, um. Partic. [εἰσκομιστέος] Varro 1. de R. R. cap. 16. Fructuosior fit fundus, quam si longe sint importanda.

IMPORTĀBĬLIS, e. Adj. Tertull. advers. Marc. 4. 27. Saresb. 4. 11.

IMPORTĀTĪTIUS, a, um. Adj. Hirt. Bell. Afr. cap. 20. Frumento se in Africa, nisi importatitio, uti non posse.

IMPORTŪNUS, a, um. Adj. [ἄκαιρος] Quod caret portu: hoc est quiete: Ubi nullus portus est, ait Servius. Virg. 11. Æn. 305.

> Bellum importunum, cives, cum gente deorum,
> Invictisque viris gerimus.

Festus, Importunum, In quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus.
Importunus, Urgens, molestus, qui aliquid facit præter rationem loci, seu temporis, aut personarum. Plaut. Merc. prol. 44. Leno importunus, &c. Idem Asin. 1. 1. 47.

> Fateor eam esse importunam atque incommodam.

Ter. Heaut. 1. 2. 23.

> Immo ille fuit senex importunus semper: &c.

Importunum tempus, Incommodum. Cic. 2. de Orat. 20.
Importunus, Crudelis, effrenatus, quietis impatiens. Cic. in Ant. Non possum æquo animo videre tam importunos, tam sceleratos hostes. Cic. pro Cluent. 12. Repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido.
Importunus & crudelis. Cic. pro Cluent. 177. Furere crudelis atque importuna mulier, sibi, &c.
Bellua importunissima. Cic. 6. Philipp. 7.
Clades civitatis importuna. Cic. de Clar. Orat. 332.
Corda importuna domare. Sil. lib. 11. 389.
Crudelitas importuna. Cic. de Provinc. Conf. 2. Propter illud insigne scelus eorum, & importunam in me crudelitatem.
Cyclops alter multo importunior. Cic. 7. Verr. 45.
Dominatio importuna. Flor. 1. 8. 7.
Fata importuna. Ovid. 10. Met. 634.
Gladiator importunissimus. Cic. pro Muren.
Homo importunissimus. Cic. 5. Fam. 3.
Hostis importunissimus. Cic. 2. in Catil. 12.
Ingenium importunum, Frivolum & leve. Plin. lib. 36. cap. 6. Sed quisquis primum invenit secare, luxuriemque dividere, importuni ingenii fuit.
Libidines importunissimæ. Cic. 6. Verr.
Morbus importunior, acutiorque. Cels. 4. 6. pr.
Mors importuna. Ovid. 3. Amor. 8. 19.
Natura immanis atque importuna. Cic. 3. Verr. 8.
Pauperies importuna. Hor. 3. Carm. 16. 37.
Scelus importunum. Cic. de Arusp. Resp. 4.
Tyrannus importunus & amens. Cic. 7. Verr. Liv. 29. 17. extr.
Vultus importunus. Cic. Post red. in Senat. 14. Omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset.

IMPORTŪNE, Adv. [ἀκαίρως] Præter temporis, aut decoris atque honestatis rationem. Cic. 4. Acad. 80. Confidere suis testibus, & importune insistere. Plin. lib. 7. cap. 12. In quo perquam importune fortuitum hoc quoque fuit.
Compar. Importunius veritati insultare. Gell. 10. 16.
Superl. Importunissime facere. Lactant. 5. 2. & Gell. 20. 5.

IMPORTUNĬTAS, ātis. f. [ἀκαιρία] Quæ (ut ait Donatus) nec loci nec temporis habet commoditatem. Ter. And. 1. 4. 4. Importunitatem spectate aniculæ, &c.
Animi importunitas. Cic. pro Cluent. 170.
Importunitas pro Effrenata incontinentia & libidine præcipiti. Cic. de Senect. 7. Importunitas autem & inhumanitas, omni ætati molesta est. Budæus. [Immo hic Importunitas intelligitur Morositas atque odiosa ac difficilis natura.
Importunitate incredibili & audacia homo. Cic. 4. Verr. 73. Iste, quanquam est incredibili importunitate & audacia, tamen subito destitutus pertimuit.
Tanta sceleris inauditi importunitas. Cic. pro Sulla 75.
Importunitas, Detestandum atque execrandum facinus. Cic. pro Cluent. 195. Hujus importunitatem matris a filii capite depellite. Idem in Pison. 21. Et de Amicit. 53. Quanquam miror, in illa superbia & importunitate.
Quantum importunitatis habent. Sallust. Jugurth. 36.

IMPORTUŌSUS, a, um. Adj. [ἀλίμενος] Quod est sine portu. Plin. 6. Epist. 31. in fine, Litus importuosum. Sallust. in Jugurth. cap. 17. Mare sævum, importuosum. Sic Tacit. 12. Ann. 20.
Superl. Plin. 4. 12. Importuosissima insula.

IMPOS, ŏtis. c. [ἀκρατὴς, ἀκράτητος] Qui animum suum in potestate non habet, inquit Festus. Et, Qui non est sani animi, auctore Donato.
Animi impos. Plaut. Casin. 3. 5. 7.

> Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi.

Idem Trin. 1. 2. 94.

> Quid secus est, aut quid interest dare te in manus
> Argentum amanti, homini adolescenti, animi impoti?

IMPOSITIO, IMPOSITUS. V. IMPONO.

IMPOSSĬBĬLIS, e. Adj. [ἀδύνατος] Quod fieri non potest. Quintil. lib. 5. cap. 10. de argumento, Non enim longum tantum, sed etiam impossibile. Idem lib. 10. cap. 13. conf. Justin. 2. 4. 18. & Macrob. 7. Saturn. 3.
Impossibilis conditio. Julianus in l. Impossibilis. D. De verb. oblig. Et Pomponius in l. Cum in secundo. D. de injust. rupto, &c.
Impossibile est. Ulpian. in l. 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Impossibile est, ut alveus fluminis publici non sit publicus. V. Borrich. Vind. p. 103.

IMPOSSIBILĬTAS, ātis. f. Apul. Met. 6. p. 179. Impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche. conf. Tertul. de Bapt. cap. 2.

IMPOSTOR, IMPOSTURA. V. IMPONO.

IMPŎTENS, entis. Adj. [ἀκράτωρ, ἄναλκις, ἄποῤῥος] Nimis potens, inquit Donatus. Serv. in Virg. 1. Æn. 506. Sunt multa quæ pro locis intelliguntur: ut Impotens, & satis, & minus, & nihil potens significant. Hæc Serv.
Impotentissimus tyrannus a Quintiliano dicitur. Decemviri, quorum principatus erat immoderatus, a Livio Impotentes domini nuncupantur.
Ferociores impotentioresque reddit victoria. Cic. 4. Fam. 9.
Impotentissimus homo, Sceleratissimus. Cic. 5. Philipp. 42. Advolabat ad Urbem a Brundusio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos, cum exercitu Antonius.
Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. Cic. 5. Philipp. 24.
Amore impotente deperit. Catul. 36. 12.
Animus impotens. Cic. de Arusp. Resp. 3. Sen. Herc. fur. 6.
Animo esse impotenti. Ter. And. 5. 3. 8.

> Adeon' impotenti esse animo, ut præter civium
> Morem, atque legem, &c.

Aquilo impotens, h. e. Valde potens. V. AQUILO.
Dominatus impotens, Superbus. Cic. 10. Fam. 27. Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est.
Dominatio impotentissima. Liv. lib. 34. 32. Nep. 6. 1. 4.
Fortuna superba & impotens, Prosperitas superbos faciens & impotentes. Sen. Agam. 4.
Furor impotens. Sen. Agam. 5.
Lætitia impotenti efferri. Cic. 5. Tusc. 17.
Motus animi impotentes. Cic. in Partit. 119.
Mulier ferox & impotens. Suet. Neron. cap. 28.
Rabies impotentior. Liv. 29. 9.
Impotens, Debilis, & devictus, auctore Donato. Ter. Heaut. 2. 3. 130.

> Ego te autem novi, quam esse soleas impotens.

Impotens & infans homo. Cic. 1. de Fin. 52. Neque homini infanti, aut impotenti injuste facta conducunt.
Ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant. Cic. pro Muren. 59.
Amoris impotens. Tacit. 4. Hist. 44. 4.
Doloris impotens. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. 2. de C. Plautio.
Iræ impotens. Liv. 29. 9. Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione, & nimis leviter latam suam injuriam ratus, &c. Sic Impotens animi. Curt. lib. 8. 1. extr. h. e. Non potens iræ & animo suo moderari.
Lætitiæ impotens. Liv. 30. 43.
Regendi impotens. Idem 35. 11.
Rerum impotens. Idem 9. 14. & 23. 16.
Quodlibet impotens sperare. Hor. lib. 1. Ode 37. H. St.

IMPOTENTIA, æ. f. [ἀδυναμία, ἀδυναςία, ἀναλκία] Infirmitas ait Donatus. Ter. Adel. 4. 3. 16.

> Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quo modo
> Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis;
> Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Impotentia, Valida immoderataque potentia. Cic. 5. Tusc. 18. Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotentia efferantur. Ex vetusto codice legendum Impotenti lætitia.
Animi impotentia. Cic. 4. Tusc. 34. Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia & moderatione plurimum dissidentem. Sisenna. Lætitia nimia, atque impotentia animi commotus.
Dictorum atque factorum impotentia. Cic. 4. Tusc. 5.
Ob scelera, animique impotentiam, & superbiloquentiam, impendêre Tantalo apud inferos saxum faciunt poetæ. Cic. 4. Tusc. 35.
Impotentia, a Seneca Fortunæ ascribitur. Suet. Cæs. cap. 77. pr. Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat. conf. Non. 12. 31. Flor. 1. 23. 1. Prima discordia ob impotentiam fœneratorum.
Potentia sua nunquam, aut raro, ad impotentiam usus. Paterc. 2. 29. 3. Val. Max. 9. 5. pr. Atque ut superbia quoque & impotentia in conspicuo ponantur. V. totum illud caput.

IMPOTENTER, Adv. [ἀκρατῶς] Quintil. lib. 1. cap. 3. Nequid improbe, nequid impotenter faciat, monendus est puer.
Impotenter se gerere. Ulpian. in l. Nec quicquam. in fine. D. de offic. Proconsul.

Impotenter regnare, Injuste & impie. Hirt. Bell. Alex. 33. Cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus.
Compar. Liv. 27. 48. Eodem versi elephanti, qui primo impetu turbaverant antesignanos, & jam signa moverant loco: deinde crescente certamine & clamore, impotentius jam regi, & inter duas acies versari, velut incerti quorum essent.
Superl. ut, Impotentissime facere. Sen. de Benef. 4. 17.
IMPRÆGNO, āre. Gravidam reddere. Sarisb. Policr. 8. 11. Improbat Voss. de Vit. Serm. 1. 23.
Pro Augere ponitur, a Guil. Brit. Phil. 5. 566.
IMPRÆGNĀTUS, a, um. Partic. Idem 7. 607.
Et jam finis erat hiemis, tellusque calore
Imprægnata novo flores gignebat & herbas.
IMPRANSUS, a, um, Adj. [ἀνάριστος] Qui nondum pransus est. Plaut. Stich. 4. 1. 28.
Quam mox cocta est cœna? impransus ego sum. Hor. 2. Serm. 2. 7.
Verum hic impransi mecum disquirite. Ibid. 3. 257. Impransus magister. Idem 1. Epist. 15. 29. & Apul. Met. 1.
IMPRÆSENTIARUM, vel INPRÆSENTIARUM, Adv. [ἐν τῷ παρόντι] De tempore quod fuit, quod est, quod erit dicitur. Rarius tamen de præsenti. Cato de lege oleæ legendæ R. R. cap. 144. Extra quam siquem socium impræsentiarum dixerit. Ulpian. in l. 1. D. de Tabulis exhibendis, Siquis forte confiteatur penes se esse testamentum, jubendus est exhibere: & tempus ei dandum est ut exibeat, si non potest impræsentiarum exhibere. Hæc Budæus. C. Fannius apud Priscian. lib. 13. cap. De casibus, Quum in vita agenda didicimus multa, quæ impræsentiarum, &c.
Usi sunt hac voce Tacit. 4. Ann. 59. 4. Nepos 23. 6. 2. Apul. decies. V. Ind. Elmenh. Ulpian. 43. Dig. tit. 5. l. 1. Symmach. 1. Epist. 94. & Sidonius sæpe. Vossio suspectum est, & ex *in præsentia rerum* contractum vel potius corruptum putat: non penitus tamen audet damnare. V. eum de Vit. Serm. 1. 25. & 4. 33. Perizonius ad Sanct. Min. p. 171. subaudit Tempore. Scioppius Latio plane exterminat. V. Commentar. de Stilo Histor. p. 118. Nos, cum Vossio, *in præsentia*, vel *in præsenti*, præferendum censemus, non tamen eos damnandos qui illo utuntur.
IMPRÆSTĀBĬLIS, e. Adj. Salvian. de Gub. Dei, 4. 116.
Impræstabiles, qui sint apud Firmicum lib. 8. cap. 29. videndum.
IMPRÆSTANS, antis. Partic. Gloss. Gr. Lat. ἀπάροχος, Impræstans. Irenæus 4. 75. Ne quis eum putet invidiosum & impræstantem.
IMPRÆSTĀTIO, ōnis. f. l. 22. §. ult. ff. Famil. hercifcund.
IMPRĔCOR, [ἐπαρᾶομαι, κατεύχομαι] āri. Idem quod Precari significat: & in bonum & in malum solet accipi. Apul. Met. 9. Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus. ita Elmenh. p. 228. & Pricæus p. 194. Hieron. Epist. 78. extr. Cui multos imprecamur annos, &c. Sæpius tamen in malam partem accipitur. Quintil. Decl. 15. Plin. lib. 8. cap. 7. Dirasque Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Virg. 4. Æn. 628.
Litora litoribus contraria, fluctibus undas,
Imprecor.
Videtur & H. St. in ea sententia fuisse, Non nisi in malam partem accipi hoc verbum, ut ex postremis verbis ejus animadversionis colligo, quæ sola cultri aciem effugerunt: Sed Precor in utramque partem.
IMPRECANS, antis. Partic. Vulg. Int. Gen. 24. 60. & Lev. 16. 21.
IMPRECĀTIO, ōnis. f. Dira imprecatio. Sen. de Benef. 6. 35. Plin. 5. 8.
IMPRESSIO, V. IMPRIMO.
IMPRIMIS, V. In primis, in IN.
Dicitur & Cum primis. Vide locum Quintil. H. St. Sed locus hic Quintil. cultro resectus est, superfunt tantum verba ultima, Crudelitatis hoc cum primis numeratur. conf. in CUM.
IMPRĬMO, essi, essum, [ἐντυπόω] ĕre. Premendo immittere & efformare. Cic. 1. Tusc. 61. An imprimi quasi coram animum putamus, &c. Corpus imprimere. Plin. 8. cap. 26. Atque ubi acutissimum videt stipitem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat.
Dentium repulsu imprimere dicitur serpens venenum. Plin. lib. 11. cap. 37. Vipera prægnans veneno, impresso dentium repulsu, virus fundit in morsus.
Litteram humi imprimere, Infigere. Cic. 1. de Divin. 23.
Sigilla annullo imprimere. Cic. 4. Acad. 85.
Signum imprimere pecori. Virg. 1. Georg. 263.
Tabulas impressit parieti. Plin. lib. 35. cap. 4.
Vestigium imprimere. Cic. pro Cæcin. 76. Nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, dejici neminem posse.
Vulnus imprimere, Inferre. Columel. lib. 7. cap. 11. Quum duobus vulneribus impressis per unamquamque plagam singuli testiculi exprimuntur.
Ungue vulnus imprimere. Plin. lib. 8. cap. 16. Ex omni vulnere, sive ungue impresso, sive dente, ater profluit sanguis.
Imprimitur animo oratio. Tralate. Plin. 1. Epist. 20. ad C. Tacit. Nam plerisque longiore tractatu vis quædam & pondus accedit: utque corpori ferrum, sic oratio animo, non ictu magis, quam mora imprimitur.
Imprimi in animum. Cic. 4. Acad. 58. Quum visa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, &c.
Imprimere in animo atque in mente. Cic. 4. Acad. 34.
Dedecus imprimere Reipub. Cic. 5. Philipp. 15. Ut hos Judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur Reip. dedecus.
Maculam imprimere laudibus alicujus. Sen. OEth. 11.
Notionem deorum impressit in omnium animis natura. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.
Imprimere e vero. Cic. 4. Acad. 112. Si enim mihi cum Peripateticis res esset, qui id percipi posse diceret, quod impressum esset e vero: neque adhiberet illam magnam accessionem, quomodo imprimi non posset a falso, cum simplici homine simpliciter agerem.
Imprimere & signare aliquid. Cic. de Fato 43. Sic visum objectum imprimet illud quidem, & quasi signabit in animo speciem suam.
Memoriam publicæ recensionis tabulis publicis imprimere. Cic. pro Milon. 74. Eum qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicæ recensionis, tabulis publicis impressam, extingueret, &c.

Vestigiis aliquid imprimere, Notare. Cic. 2. Philipp. 58. Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit. Idem 5. Fam. 20. Quæ quum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi id quod tua nihil referebat.
IMPRESSUS, a, um, Partic. [ἐντυπωθείς] ut, Sulcus altius impressus. Cic. 2. de Divin. 5.
Collo impresso pede. Virg. 12. Æn. 356.
Crater impressus signis. Virg. 5. Æn. 536. conf. 10. Æn. 497.
Visum impressum effictumque. Cic. 4. Acad. 18.
An Expressum? Vide EFFINGO. Vide ibi locum ad Her. ubi Exprimere & Effingere. H. St.
Impressa ubera, sunt Non pressa, ἀμέλκτα, ut Scaliger interpretatur in illo Propert. 2. 34. 70.
Missus & impressis hædus ab uberibus.
IMPRESSE, Adv. Salmas. in Tertull. de Pallio p. 344. Tertull. adv. Marc. 3. 8. Idem de Exhort. Cast. cap. 3. & de Carne Christi cap. 12.
IMPRESSIO, ōnis. f. [ἐντύπωσις, εἰσβολή] Impetus: Quod quasi per impressum terrorem fiat. Unde, Impressionem facere in hostes. Varro 2. de R. R. 8. Hostes se arbitrati occasionem habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Liv. 2. 30. Postquam impressionem sensere ex adverso factam, & ante oculos micare gladios. Idem 3. 62. & 40. 40. Justin. 1. 6. 16.
Dare impressionem. Liv. 4. 24. Hæc locutum redintegrato clamore secuti dant impressionem, qua Postumius cohortes objecerat.
Non ferre impressionem. Idem 8. 9.
Vi atque impressione evertere aliquem. Cic. 5. Fam. 2. Neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me, quacunque ratione posset, non judicio, neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere.
Impressio, pro Violento imperio. Cic. pro Flacc. 85. Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt.
Impressio vocum. Cic. 1. Acad. 19. Vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem. Idem 3. de Orat. 183.
Nummorum impressiones. August. de Doctr. Christi 2. 25.
Impressiones etiam dicuntur Inflammationes in aëre, Meteora.
IMPRESSUS, ûs. m. Prudent. Pysch. 273. Sub pectoris impressu. Ammian. 16. 12. Lassatis impressu genibus.
IMPRESSOR, ōris. m. Vulgo is, qui Libros, fusilibus typis illito atramento, imprimit. Hermolaus Barbarus ad Antonium Calvum patricium Venetum, de suis in Plinium annotationibus. Pervenit quidem res ad umbilicum, sed nullus tamen dies est, quo non aliqua fiat accessio: nunc cum impressoribus agitare cœpi lente, de industria rem differens, ut diutius in fermento sit. Bembus de Terentianarum fabularum argumentis, Fidemque mihi dedit, se impressoribus mandaturum, ut ea in vulgus darent.
IMPRĒTIĀBILIS, e. Adj. Omne pretium superans, inæstimabilis. Cassiod. Varr. 4. 1.
IMPROBABILIS, V. IMPROBUS.
IMPROBRO, [ὀνειδίζω] āre. Probro afficere. Plaut. Truc. 2. 2. 25.
Rus tu improbras, ut nacta es hominem, quem pudeat probri?
Idem Merc. 5. 4. 8. [ Exprobrare. H. St.
IMPRŎBUS, a, um, Adj. [κακότροπος, πονηρός, μοχθηρός] Non probus, Malignus & nequam. Plaut. Pseud. 1. 2. 16.
Verum ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. Ter. And. 1. 2. 21.
— tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum, &c. Cic. de Amicit. Talis improborum consensio, non modo, &c.
Insignite improbus. V. INSIGNIS.
Improbus, Sævus. Virg. 10. Æn. 727.
— lavit improba tæter
Ora cruor. Lucil. lib. 30.
Improbior multo, quam de quo diximus ante:
Quanto blandior, hoc tanto vehementiu' mordet. Nonius 4. 250.
Fortuna improba. Virg. 2. Æn. 80.
Hiems improba. Ovid. 1. Trist. 10. 41.
Rabies improba ventris. Virg. 2. Æn. 359.
Improbus, Turpis. Lucil. lib. 30.
Omnes formosi, fortes tibi, ego improbus: esto. Hæc Nonius l. c.
Plaut. Improbiorem non vidi faciem mulieris.
Amor improbus. Virg. 4. Æn. 412.
Cupiditatis improbissimæ minister. Cic. in Verr. 1.
Improbus, Audax, apud Quintil. lib. 11. cap. ult. Perfricare frontem, & quasi improbam facere. i. e. Inverecundam.
Spes improba. Lucan. 5. 130. conf. Flor. 3. 10. 17. Ovid. 1. de Arte Am. 665. & Burm. ad Petron. cap. 73. p. 410.
Improbus, Magnus. Virg. 1. Georg. 145.
— labor omnia vincit
Improbus. Ubi Servius, Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis: nullus est enim amator laboris.
Lumen improbum. Sen. Epist. 94.
Improbus, Insatiabilis, damnosus. ut Improbus anser. Virg. 1. Georg. 119. Servius, Improbus, insatiabilis, nulli probandus. Plaut. Epid. 1. 1. 30. Edepol facinus improbum.
Improbus aliæ rei. Plaut. Mil. 3. 1. 207.
Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus. i. e. Nulli alii rei malæ dat operam nisi adulterio. Sed Gronov. ita distinguit,
Qui nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliæ est, improbus.
Improbus ausis. H. St.
Carmina improba. Ovid. 2. Trist. 442.
Defensio mala & improba. Cic. 4. Verr.
Divitiæ improbæ. Hor. 3. Carm. 24. 62.
Fila improba. Martial. lib. 13. 57.
Merx improba; Injusta, vel In qua nullum est lucrum. Plaut. Mil. 3. 1. 134.
Sicuti merci pretium stat, pro virtute ut veneat:
Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Os improbum, Dicax, injuriarum plenum. Suet. de Clar. Gram. cap. 15. [verba Sallustii apud Suet. sunt, Oris probi, animo inverecundo. ubi Probus idem ac Verecundus.
Panis improbus. Martial. Vide in BUCCA, pro frusto panis. H. St.
Postes improbi. Plaut. Mostel. 4. 1. 17.
Testamentum improbum, i. e. Iniquum, injustum. Cic. 3. Verr. 107. Jure, legibus, auctoritate omnium qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.
Verba improba. Ovid. 3. de Arte Am. 796.

IMPRŎBŬLUS, dimin. [ὑπομοχθηρός] Audaculus. Juven. 5. Sat. 73.
— finge tamen te
Improbulum, superest illic qui ponere cogat.

IMPRŎBE, Adv. [πονηρῶς] Perverse. Plaut. Trin. 1. 2. 58.
Si quid scis me fecisse inscite aut improbe. Cic. 5. Verr. Est aliquid quod improbius fieri potest?
Improbe dare, & injuste adimere. Cic. 2. Off. 79. Nec si plures sunt ii quibus improbe datum est, quam illi quibus injuste ademptum est.
Improbe facere. Cic. pro Rosc. Amer. 104.
Improbe fiat. Vitruv. 5. 7.
Improbe quidem, accepi tamen. Plin. Epist. 6. 26.
Compar. Improbius natus. Suet. Vesp. cap. 23. V. Gronov. Improbius pauperes amant. Quintil. Decl. 15. extr.
Superl. Improbissime loqui. Cic. 15. Att. 5.
Improbissime comparavit prædam. Cic. 7. Verr.
Improbissime aliquem tractare. V. Tracto, in TRAHO.

IMPROBITER, Adv. Moleste. Petron. cap. 66. extr. Unde quidam etiam improbiter nos pugno sustulerunt. [An Improbi ternos pugnos? divisis, quæ male cohæserant. Pugnos potius, quam Pugillos, scite dixit de improbis.

IMPROBĬTAS, ātis. f. [πονηρία] Malignitas. Plin. lib. 2. cap. 23. Cic. 4. Verr. 68. Ex multis similibus ea sumam quæ maxime improbitate excellere videbuntur.
Improbitas cordis humani, Audacia. Plin. lib. 2. cap. 23.
Prodiga improbitas. Juven. 10. Sat. 305.
Robusta improbitas. Cic. 2. Philipp. 63.
Improbitate & vitiis omnibus notus. V. NOSCO.
Absolvere improbitatis. V. ABSOLVO.
Certare cum alterius improbitate. V. CERTO.

IMPRŎBO [ἀποδοκιμάζω, παραφέρω, ἐγκαλέω] āre. Improbum & malum facere. Plaut. Merc. 5. 4. 9.
Qui bono sunt genere nati, præditi ingenio malo,
Suapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant.
Improbare testamentum, Ratum ac firmum non tenere. Plin. 8. Epist. 18. ad Rufinum.
Improbare, Damnare, rejicere, refellere. Cic. 4. Acad. 17. Plerique tamen definitiones ipsarum etiam evidentium rerum non improbant.
Improbare & Approbare, contraria. Cic. 4. Acad. 96. Ut aut approbet quid, aut improbet.
Improbare, Irritum facere. Cic. 4. Verr. 68. Res Sopatro facilis videbatur, & quod erat innocens, & quod Sacerdotis judicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Budæus.
Improbatur vulgo res. Suet. Jul. 11. pr.

IMPROBĀTUS, a um. Partic. Cic. pro Font. 7. Multorum opera improbata sunt. Suet. Aug. 39. pr. Ex improbatis alios pœna, alios ignominia notavit.
Superl. Gell. 18. 3. Sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixit.

IMPROBĀTŪRUS, a, um. Partic. [ἀποδοκιμάσων] Hor. Epod. 5. 8.
Per hoc inane purpuræ decus precor,
Per improbaturum hæc Jovem.

IMPROBĀTIO, ōnis. f. [ἀποδοκιμασία] Auctor ad Herenn. lib. 2. 6. Hæc ad improbationem, & ad approbationem testium pertinebunt.

IMPROBĀTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51. Malorum improbator, bonorum probator.

IMPROBĀBĬLIS, e. Adj. [ἀποδοκιμαστός] Quod probari non potest. Cic. 4. Acad. 33. Quamobrem sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, &c. Cels. in proœm. lib. 1. Rationes non improbabiles.
Improbabilia in lib. de Offic. quod in quibusdam exempl. non legitur. H. St.

IMPROBABĬLĬTER, Adv. Salvian. de Gub. Dei, 4. p. 115. Improbabiliter diximus. conf. Sidon. 1. Epist. 11.

IMPRŎCĒRUS, a, um. Adj. [ἀμήκης] Non procerus. Gell. lib. 4. cap. 19. Advertimusque hinc elici tarditatem, corpora eorum improcera fieri. Tacit. Germ. 5. 2. Terra pecorum fecunda, sed pleraque improcera.

IMPRŎFESSUS, a, um. Adj. seu Partic. sine verbo. [ἀνεπάγγελτος] Martianus in l. Interdum. §. Iidem etiam. D. de Publicanis, Siquis improfessus servus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut uxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid gravius admisisse, ut cognoscat Procurator. Suet. Domit. cap. 12. 5. Ad quem deferebantur qui improfessi Judaicam intra Urbem viverent vitam.

IMPRŎLIS, & IMPRŎLUS, Qui nondum adscriptus est in civitate. Festus. Gloss. Vet. Improles, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνηβος. V. Scalig. ad Fest.

IMPRŎMISCUUS, a, um. Adj. [ἄμικτος] Gell. lib. 12. cap. 4. Suavitas tam impromiscua, tamque ab omni fuco remota est. Idem 1. 7. Verbum liberum undique & impromiscuum.

IMPROMPTUS, a, um. Adj. [ἀπρόθυμος] Prompto contrarium. Liv. 7. 4. Qui infacundior sit, & lingua impromptus. Tacit. 2. Ann. 21. 2. Imprompto jam Arminio ob continua pericula.

IMPROPE, Adv. Tertull. Exhort. ad Cast. cap. 9. Si orationem facit ad Dominum impropе est cælo. [Ut Incoram, & alia ejusmodi.

IMPRŎPĔRO, [ὀνειδίζω] āre. est Crimen vel aliquid aliud objicere. Plaut. Rud. 3. 4. 28.
Vi agis mecum. D. etiam vim improperas flagitii flagrantia?
Conf. Petron. Fragm. cap. 38. & Not. Scheffer. Chrysolog. Serm. 84. Ne alteri improperaret quod ipse donaverat. [In emendatis Plauti libris est Opprobras. Ferri posset Improbras. V. supra s. l. pro Exprobras.
Improperare, pro Intro properare, properanter ingredi. Plin. lib. 36. cap. 13. Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperaret sine glomere lini, exitum invenire nequeat.

IMPROPERĀTUS, a, um. Adj [βραδύς] Non properatus, non festinus Virg. 9. Æn. 798.
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert.

IMPROPERANTER, Adv. Contrarium & Properanter. Auson. Epitaph. 35.
Improperanter agens primos e carcere cursus.

IMPRŎPĔRUS, a, um. Adj. Tardus. Sil. 3. 96.
— improperæ cui ducunt fila sorores.

IMPROPERIUM, i. n. [ὀνειδισμός] Vox mediæ latinitatis, Dedecus & ignominiam sonans. Ambr. Virg. lapſ. c. ult. Hieron. in Ps. 41. v. 7. Vulg. Interp. Ebr. cap. 11. 26. Onomast. vet. Improperium, ὄνειδος. V. Voss. de Vit. Serm. 3. 15.
Improperium, apud Eccles. script. H. St. Desiderabatur hæc vox in ed. Lugd.

IMPRŎPRIUS, a, um. Adj. [ἄκυρος] Minime proprius. Quintil. lib. 8. cap. 2. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cujusque rei utitur, nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium, id apud nos improprium. Plin. 37. 8. Improprium cognomen.

IMPROPRIE, Adv. [ἀκύρως] Gell. lib. 17. cap. 1. Ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum. Idem 6. 6. & 17. 10. Plin. lib. 8. cap. 10. Mandunt ore: spirant & bibunt, odoranturque, haud improprie appellata, manu.

IMPRŎPRIĔTAS, ātis. f. Gell. 1. 22. extr. Cavenda est non solum improprietas verbi, sed etiam pravitas ominis.

IMPROSPER, ĕra, ĕrum. Cic. lib. 1. de Fin. 71. extr. Infantes, pueri, mutæ etiam bestiæ pæne loquuntur magistra ac duce natura, nihil esse prosperum nisi voluptatem, nihil improsperum nisi dolorem. Alii legunt, Nihil asperum. Tacit. 3. Ann. 24. 2. Augusto fortuna domi improspera fuit. Idem 14. 65. 2. Improspera insidiarum moles.

IMPROSPĔRE, Adv. [δυσπραγῶς] Non prospere. Columel. lib. 1. cap. 1. Ubi quid perperam administratum cesserit improspere, vitatur quod fefellerat. Tacit. 1. Ann. 8. 7.

IMPRŌTECTUS, a, um. Adj. [ἀσκέπαστος] Non protectus, non defensus. Gell. lib. 13. cap. 26. Nequa in re adversa & repentina incursio imparatis, improtectisque nobis oboriatur. conf. Idem 17. & 7. 3. & Ammian. 21. 15. & 26. 8.

IMPROVĪDUS, a, um. Adj. [ἀπρονόητος] Incautus, qui non prævidet quod futurum est. Cic. pro Ligar. 17. Necessitas quædam fatalis improvidas hominum mentes occupavit.
Improvidus & incautus. Liv. 22. 19. Itaque ut improvidos, incautosque, universo simul effuso terrore, oppriмeret, &c. [An Offuso?
Consilii improvidus. Tacit. 3. Hist. 56.
Futuri improvidus. Tacit. 1. Hist. 88. 5. & Liv. 26. 9. Velis tum forte, improvidus futuri certaminis, Romanus veniebat.
Mali rudis & improvidus. Plin. lib. 36. cap. 3.
Pectora improvida. Virg. 2. Æn. 200.
Improvida tela & cæca, passive: Quæ non prævidentur. Plin. Epist. 4. 22.

IMPROVĪDE, Adv. [ἀπρονοήτως] Incaute & clam. Liv. 27. 27. Neque pro veteris prudentia ducis, tam improvide se Collegamque, & totam pæne Rempublicam in præceps dederat. conf. Columel. 6. 16.

IMPRŌVĪDENTIA, æ. f. Tertull. adv. Marc. 2. 23. Improvidentia sententias vertere.

IMPRŌVĪSUS, a, um. Adj. [ἀνόητος] Quod non est prævisum, inopinatum, subitum, repentinum.
Improvisum & inopinatum. Cic. 1. Acad. 29. Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa hæc, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum.
Nova res atque improvisa pupilli calamitas nuntiatur, &c. Cic. 3. Verr. 135.
Vis improvisa lethi. Hor. 2. Carm. 13. 19.
Compar. [ἀπροσδοκητότερος] Tacit. 2. Ann. 47. 1. Quo improvisior, graviorque pestis fuit.

IMPROVĪSE, Adv. [ἐκ & ἀφανοῦς] Ex improviso, Ex inopinato. Plaut. Truc. 2. 7. 3.
— satinne qui amat, nequit quin nihili
Sit, atque improvise partibus exspoliet. Al. Improbis sese artibus expoliat. Tertul. adv. Marc. 2. 12.

IMPROVISO, Adv. [αἰφνίδιως] Idem. Cic. 12. Philipp. 3. Cur hoc tempore? cur tam improviso? cur tam repente pacis est facta mentio?
Improviso id fecerat. Liv. 27. 28.
Improviso accessit aliud incommodum. Cæs. 3. Bell. Civil. 70.
Improviso oppressit tyrannum. Cic. 2. Off. 81.
De improviso, & Ex improviso. Plaut. Rud. 4. 5. 2. Ter. Andr. 2. 2. 23. & 2. 5. 6. V. DE & EX.

IMPRŪDENS, entis. Adj. [ἄφρων, ἀνοήμων, ἰταμός] Non providens insciens. Cic. pro Rosc. Amer. 21. Hæc omnia, Judices, imprudente L. Sulla facta esse certo scio. Nepos 17. 2. 2. Quo factum est ut omnes Imperatores imparatos imprudentesque offenderet. Ter. Hec. 5. 4. 40.
— equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. Idem Eun. 3. 1. 40.
Dolet dictum imprudenti adolescenti & libero.
Imprudens & Insciens, idem significant. Praeterea Sciens & Imprudens, contraria sunt: ut vides in præcedentibus exemplis.
Imprudens culpa peccavi mea. Plaut. Epid. 5. 2. 64.
Non imprudens adversabar. Plaut. Men. 2. 3. 66.
Imprudentem opprimere. Ter. And. 1. 3. 22. h. e. Clam & præter alicujus opinionem adoriri.
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti. Propert. 1. 20. 3.
Imprudens, cum genitivo: ut, Imprudens negotii, h. e. Ignarus. Columel. in proœm. Tota vita vellent imprudentes negotii sui conspici.
Ætatum imprudens. Quintil. lib. 1. cap. 1. Non sum adeo ætatum imprudens, ut instandum teneris protinus acerbe putem.
Antiquitatis imprudens consuetudo. Columel. lib. 3. cap. 18.
Maris imprudens. Liv. 34. 9. Commercio eorum Hispani, imprudentes maris gaudebant.
Pestis tantæ imprudens. Sil. 5. 166. conf. Byncкersh. Jur. Rom. 2. 10.
Rerum harum imprudens. Ter. Eun. 1. 2. 56.
Hic meus amicus emit eam dono mihi
Imprudens harum rerum, ignarusque omnium.
Religionis imprudens. Liv. 31. 14. Templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingressi sunt.
Compar. Sen. de Const. Sap. cap. 19. Quicquid horum ab imprudentioribus fiet, negligendum.

Superl.

Superl. Idem Epist. 9. Multa facit sapiens quæ ab imprudentissimis æque fieri videmus. conf. Columel. 3. 10. & cap. 20. extr.

IMPRUDENTIA, æ. f. [ἀνοησία, ἀβουλία] Inscitia, error, inscientia. Cic. 2. de Invent. 95. Imprudentia est, quum scisse aliquid is qui arguitur negat. Ibid. 41. Imprudentia in purgationem confertur: cujus partes sunt inscitia, casus, necessitas: & in affectionem animi.
Adjicere oculorum imprudentiam. V. ADJICIO.
Per imprudentiam in oratione sæpe versus dicimus. Cic. in Orat. 189.
Quod sæpe per imprudentiam fit. Cic. 4. Verr. 57.
Labi in imprudentiam. V. LABOR.
Peccare imprudentia. Ter. in prol. Eun. 27.
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poetæ, non qui furtum facere studuerit.
Imprudentia teli emissi, i. e. Quum telum manu fugit. Cic. 3. de Orat. 156.

IMPRUDENTER, Adv. [ἀνοήτως, ἀβούλως] Inscie, & per imprudentiam. Paterc. 1. 2. 2. Codrus imprudenter rixam ciens interemptus est. Cic. 1. Acad. 1. Illud imprudenter putant, &c.
Compar. Idem 10. Att. 12. Quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius. Ter. And. 1. 1. 103.
— interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius.

IMPŪBES, is, vel IMPŪBIS, e, vel IMPŪBER, ĕris. [ἄνηβος, ἀγένειος] Adj. Qui nondum lanuginem emisit, quæ pubis dicitur: vel Qui nondum ad pubertatis annos pervenit. Plin. lib. 23. cap. 7. Corticem ejus impubescentem, puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus. Virg. 9. Æn. 752. Impubes malæ. Cic. 4. in Catil. 13. Filiumque ejus impuberem, legatum a patre missum, in carcere necandum esse dixit.
Impuberes armantur. Justin. 5. 6. 3.
Impubibus annis. Ovid. 9. Met. 416.
Corpus impube. Hor. Epod. 5. 13.
Impube corpus, quale posset impia
Mollire Thracum pectora.
Genæ impubes. Ovid. 3. Met. 422.
Puer impubes. Ovid. 2. Fast. 239.
Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis,
Unus de Fabia gente relictus erat.

IMPUBESCENS, entis. Adj. [μήπω ἡβῶν] Nondum lanuginem emittens, quod tam de plantis & arboribus dicitur, quam de ipsis animalibus. Plin. lib. 23. cap. 7. Corticem ejus impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus, &c. Harduin. Intumescentem legit.

IMPŪDENS, entis. Adj. [ἀναίσχυντος, ἀναιδής, κυνώπης] Quem nihil pudet, inverecundus, perfrictæ frontis. Cic. 4. Acad. Utrum igitur nos impudentes, qui labi volumus: an illi arrogantes, qui sibi persuaserint scire se solos omnia?
Audacia impudens. Ter. Heaut. 2. 3. 72.
Avis impudens. Phædr. 1. 3.
Intemperantia impudentior adolescentium. Cic. 1. Off. 123.
Litteræ impudentissimæ. Cic. 7. Att. 2.
Luctus impudens. Cic. 3. Tusc. 26. Est autem impudens luctus mærore se conficientis, quod imperare non liceat liberis.
Mendacium impudens. Cic. pro Cluent. 168.
Oratio impudens. Ter. And. 4. 1. 10.
Tum impudentissima eorum oratio est.
Os impudens. Ter. Eun. 3. 5. 49.
Tum equidem istud os tuum impudens, videre nimium vellem.

IMPUDENTER, Adv. [ἀναιδῶς] Ter. And. 4. 4. 16.
Mirum vero, impudenter mulier si facit
Meretrix.
Perverse & impudenter. Cic. de Amicit. 84. Sed plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.
Impudenter facere. Idem 5. Fam. 12. Impudentius. Idem 9. 22.
Impudenter rogare, Cic. 1. Off. 88.
Impudentissime postulare. Cic. 7. Att. 17.

IMPUDENTIA, æ. f. [ἀναίδεια, ἀναισχυντία] Inverecundia. Cic. 5. Verr. 225. Quid ad hanc impudentiam addi potest? Sic 1. de Divin. Plin lib. 11. cap. 52. Candidi parte extenta, notam impudentiæ habet.
Impudentia impudica. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Nancisci impudentiam. V. NANCISCOR.

IMPŪDĪCUS, a, um. Adj. [ἀσελγής] Impurus, minime pudicus. Cic. Octav. Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum.
Caput impudicum. Sen. Hippol. 5.
Impudentia impudica. Cic. de Arusp. Resp. 1.
Mulieres impudicas complexi. Cic. 2. in Catil. 10.
De masculis proprie Impudici, qui muliebria patiuntur. Catull. 30. 2. Suet. Aug. cap. 71. V. Torrent. ad Suet. Aug. cap. 34. & Justin. 8. 6. 8. cum Not. Bernecc. vel Sallust. Catil. 14. Ed. Wasse.
Omnes impuri, impudicique. Cic. 2. in Catil. 23.
Impudicus, Temerarius, & qui nullo pudore ducitur. Plaut. Rud. 2. 3. 62. O facinus impudicum, &c.
Compar. Plaut. Curc. 1. 1. 52.
Tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi
Si est osculando quippiam impudicior.
Superl. Cic. 2. Philipp. 70. Et consul & impudicissimus.
Motus histrionum impudicissimus. Lactant. 6. 20.

IMPUDICE, Adv. Ambros. ad Virg. Capf. cap. 8. Pallescat facies, quæ quondam viruit impudice. Tertull. de Idol. cap. 2. Si quis animam commoverit impudice.
Superl. Eutrop. 8. 13. 3. Impudicissime & obscenissime vixit.

IMPUDICITIA, æ. f. [ἀσέλγεια] Cic. ad Octav. Et nomen nobile consceleratum impudicitiæ dedisset.
Convicia impudicitiæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. Nonne optime patronus occurrat prius conviciis luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quam veneficii?
Insignis eo anno impudicitia. Tacit. 13. Ann. 45. pr.

IMPUDICATUS, Partic. Stupratus, Impudicus factus, inquit Festus.

IMPUDORATUS, a, um. Adj. Pudore destitutus. Vet. Int. Irenæi 3. 25. Vere impudorati & audaces.

IMPUDORATE, Adv. Idem 2. 14. Cum hæc dicuntur ab ipsis impudorate.

IMPUGNO, [προσπολεμέω, ἐναντιόομαι] āre. Oppugnare. Plaut. mil. 2. 2. 111.
— ad eum vineas, pluteosque agam:
Res parata est, impugnandoque hominem capere certa res est.
Al. Vi pugnandoque.
Bello intestino impugnari. Justin. 22. 4. 2.
Impugnare terga hostium. Liv. 3. 70.
Impugnare, per translationem, pro Adversari; ut, Impugnare dignitatem alicujus. Cæs. 8. Bell. Gall. 53. Cic. 8. Fam. 11. Pompeius tanquam Cæsarem non impugnet, sed quod illi æquum putet, constituat, ait Curionem quærere discordias. conf. Non. 5. 68. Hor. 2. Epist. 1. 89.
Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.
Impugnare & Defendere, contraria. Liv. 5. 3. pr. Utrum enim defenditis, an impugnatis plebem?
Fraudibus impugnari. Phædr. 3. 10.
Causa meritum impugnans. Ovid. 5. Met. 151. V. CAUSA.
Impugnare morbum, Profligare. Plin. lib. 26. cap. 12. Fit vero & circa febres, impugnaturque centaurio majore, ut diximus, poto.

IMPUGNĀTUS, a, um. Partic. [καταπολεμηθείς] Plin. lib. 5. cap. 24. Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. De Euphrate fluvio & Tauro monte. Gell. 1. 6. Turpe est rhetori si quid in mala causa destitutum & impugnatum relinquat. Cretenses impugnati. Sallust. 4. Fragm. 56.

IMPUGNĀTIO, ōnis. f. [προσπολέμησις] Cic. 4. Att. 3. Ipse domum P. Sullæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

IMPUGNĀTOR, ōris. m. Liv. 27. 15. Gruter. In ed. Scheffer. Gryph. Gronov. legitur Oppugnator.

IMPULSIO, IMPULSOR, INPULSUS. V. IMPELLO.

IMPUNE, IMPUNIS, IMPUNIUS, IMPUNISSIME. V. IMPUNITUS.

IMPŪNĪTUS, a, um. Adj. [ἀτιμώρητος] Non punitus, inultus, liber solutus pœnis. Cic. 7. Verr. 149. Possemus hanc injuriam ignominiamque nominis Rom. inultam impunitamque dimittere?
Libertatem omnium rerum impunitam tenet virtus. Cic. 1. de Orat. 226.
Scelera multorum impunita ferre. Cic. 2. Off. 28.
Impunita ac libera vexatio & direptio sociorum tibi fuit. Cic. 1. in Catil. 18.
Compar. Hor. 2. Serm. 7. 105. — qui tu impunitior illa,
Quæ parvo sumi nequeunt, quum obsonia captas? Item Liv. 3. 50. Quo impunitior sit libido, eo effrenatiorem fore. Al. Efferatiorem. Et Pers. 5. Sat. 130. — qui tu impunitior exis?

IMPUNITE, Adv. ut, Impunite licere. Cic. 11. Fam. 28. ubi Victor. contra fidem MSS. Impune. Ammian. 30. 9. Impunite quædam scelesta committi.
Compar. apud Fest. in Fragm. p. 11. Ed. Amst. ad Non omnibus dormio: Proverbium, inquit, natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor ejus mœcharetur. ejus meminit Lucilius.

IMPŪNIS, e. Adj. Illæsus, sine pœna. Solin. cap. 27. Getulæ etiam mulieris nomen Jubæ libris comprehensum est, quæ obtestata occursantes feras, impunis rediit. V. Salmas. Exercit. Plin. p. 230. Plaut. Merc. 4. 6. 4. Id si rescivit uxor impune est viro. aliis est, 4. 8. 4. sed fortasse in hoc loco est adverbium.

IMPŪNE, Adv. [ἀτιμωρητί] Sine pœna, sine damno vel periculo. Cic. 2. de Fin. 55. Id Sextilius factum negabat, poterat autem impune. quis enim redargueret?
Impune minax. Hor. 2. Epist. 1. 150.
Abire impune. Ter. Eun. 5. 2. 13. Credin' te impune abiturum? & Phædr. 1. 8. 3.
Errare impune. i. e. Sine metu periculi. Hor. 1. Carm. 17. 5. & Virg. 11. Æn. 134.
Per silvas Teucri mistique impune Latini
Erravere jugis.
Facere. Ter. Adel. 5. 3. 38.
Hoc licet impune facere huic, illi non licet.
Fallere. Ovid. 3. Amor. 3. 15.
Ferre. Cic. 13. Fam. 77. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit.
Habere. Ter. Eun. 5. 7. 18. Siquidem istuc impune habueris. h. e. Impunitatem consequeris.
Latrocinari. Cic. pro Milon. 17.
Licet impune. Tibul. lib. 1. 9. 5.
Ludificare aliquem impune. Tacit 3. Ann. 21. Irritum, fessumque Romanum impune ludificabatur.
Compar. Ter. Heaut. 3. 2. 49.
Nec quum malefacerem, crederem, mihi impunius Licere.
Cic. 6. Verr. 48. Ille, civis Rom. quod erat, impunius id se facturum putavit. Et pro Deiot. 18. Deinde etiam impunius fit, quod cum est factum negari potest. Idem 2. de Divin. 58. & pro Quint. 11.
Superl. Plaut. Pœn. 1. 3. 2.
— auctionem facias, nam impunissime
Tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet.

IMPŪNĪTAS, atis. f. [ἀτιμωρησία] Licentia, venia, libertas. Liv. 29. 30. extr. Et qui Mezetulo, præter impunitatem, sua omnia cum fide restitui spoponderent.
Impunnitas & licentia. Cic. 1. de Fin. 73. Quæ libido se non proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?
Spes impunitatis, maxima est illecebra peccandi. Cic. pro Milon. 44.
Diuturna impunitate furor alitur. Cic. pro Sext. 82.
Impnuitas a judicio & a sermone. Cic. pro Rabir. Post. 27. Quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone.
Flagitiorum impunitas. Cic. in Pison. 21.
Peccatorum. Cic. 4. Tusc. 44.
Scelerum. Cic. pro Domo 17.
Dicendi. Cic. de Clar. Orat. 316.
Garriendi. Cic. 1. de Nat. Deor. 109.
Impunitas summa medico tantum, hominem occidisse. Plin. lib. 29. cap. 1.

Adipiſci libertatem & impunitatem. Liv. 2. 1. Aut libertatem, aut certe impunitatem adepta.
Aſſequi. Cic. 1. Fam. 9.
Conſequi impunitatem. Cic. pro Planc. 23. Mihi non ſumo tantum, Judices, neque arrogo, ut C. Plancium ſuis erga me meritis impunitatem conſecuturum putem. h. e. Quod propter ſua erga me merita, impunitatem, hoc eſt libertatem conſequatur ſui flagitii, & impunitus recedat.
Concedere. V. CONCEDO.
Dare impunitatem peccatorum alicui. Cic. 4. Tuſ. 44.
Veniam & impunitatem dare. Cic. 8. Philipp. 33. Ceteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, & in Reipub. gratiam redierint, veniam & impunitatem dandam puto.
Habere impunitatem & licentiam. Cic. pro Milon. 85. Quem ſi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem & licentiam ſempiternam.

IMPŪRUS, a, um. Adj. [ἄναγνος, βέβηλος, μιαρὸς] contrarium eſt Puro.
Impurus, Improbus. Ter. Adel. 2. 1. 29.
O hominem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus? Idem Heaut. 4. 1. 14. Hic erat anus Corinthia haud impura.
Impurus, Qui aliquo vitio notatus eſt, ſordidus & contaminatus. Cic. lib. 4. de Rep. Sed juventuti noſtræ minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, ut loquitur, eſt homo impurus. Idem de Amicit. Sed impuri cujuſdam, aut ambitioſi, &c. Idem in 3. Verr. 62. Quam multis matribus familias in illa tætra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Idem 3. Verr. 22. Impura adoleſcentia.
Impurus & impudicus. Cic. 2. in Catil. 23.
Impurus & ſceleratus. Cic. 9. Att. 18. Ego illum male ſanum ſemper putavi, nunc etiam impurum, & ſceleratum puto.
Omnium bipedum & quadrupedem impuriſſimus. Cic. pro Domo 48.
Turpis & impurus. Cic. 5. Verr. 65. Quicum inire convivium nemo unquam niſi turpis impuruſque voluiſſet.
Adulterium impurum. Catul. 64. 84.
Hiſtoria impura. Ovid. 2. Triſt. 416.
Lues impura. Cic. de Aruſp. Reſp. 24.
Perſona lutulenta, impura, inviſa. Cic. pro Roſc. Com. 20.

IMPŪRE, Adv. [μιαρῶς] Inique & flagitioſe. Cic. 3. de Fin. 38. Quis animo æquo videt eum, quem impure ac flagitioſe putent vivere? Sic pro Domo 104. Impuriſſime, tæterrimeque violare.
Impure & tætre aliquid facere. Cic. 1. de Divin. 60.
Impuriſſime hæc noſtra fortuna deſpecta eſt. Cic. 9. Att. 12.

IMPŪRĬTAS, ātis. F. [μιαρία] Infamia. Cic. 2. Philipp. 6. Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtriſque confectus.

IMPURITIA, æ. f. Idem. Plaut. Perſ. 3. 3. 7.
— trecentis verſibus
Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.

IMPŪRO, āre. Impurum facere. Sen. Epiſt. 87. Impurare pecuniam.

IMPURĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [βεβηλωτὸς] Idem quod Impurus. Ter. Phorm. 4. 3. 64. Impuratus me ille ut etiam irrideat? Ibid. 5. 8. 69.
Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo Ulciſci.
Impuratiſſima capita. Apul. Met. 9. p. 221. Imparatiſſimæ linguæ. Tertull. Apol. cap. 23. Impurata bellua. Plaut. Rud. 2. 6. 59. adde eundem ibid. 3. 4. 46. & Aul. 2. 6. 10.

IMPŬTO, [προστίθημι, προσλογίζω] āre. Ad ſignificationem exprobrantis accedit, ſed citra reprehenſionem. Quintil. Decl. 13. Imputa nobis propitios ventos, & ſecundum mare, ac civitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis ſatis eſſet. V. Cellar. Cur. poſter. p. 64. & 163. Scheff. ad Phædr. 1. 22. 8. Lipſ. ad Tacit. 3. Hiſt. 86. 7.
Cædem alicui imputare. Quintil. lib. 5. cap. 10. p. 418. Id eſt, an ei cædes imputanda ſit, a quo jurgium cœpit.
Nihil invicem imputare. Plin. lib. 8. cap. 17. Gratiam referre, & nihil invicem imputare, rarum eſt.
Imputare, Supputare & numerare aut ſubducere rationem. Hac ſignificatione poſuit Sen. Epiſt. 8. Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi. Ulpian. l. 1. §. 4. D. de tut. & rat. diſtrah. Præterea ſi matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum poſſe. ſed eſt verius nonniſi per quem egenti dedit, imputare eum opportere. Columel. lib. 1. cap. 7. Et maxime vexant ſervi qui ſervos elocant, eoſdemque & cetera pecora male paſcunt, nec induſtrie terram vertunt, longeque plus imputant ſeminis jacti, quam quod ſeverint. Sen. de Ira, 3. 42. Stat ſuper caput fatum & pereuntes dies imputat, propiuſque ac propius accedit. Juven. 5. Sat. 14.
Fructus amicitiæ magnæ cibus: imputat hunc rex,
Et quamvis rarum, tamen imputat. [ Poteſt accipi, ut in ſeq. obſervatione, In beneficii loco ponit.
Argentei ævi ſcriptoribus abſolute poſitum eſt Habere loco beneficii. Plin. in Paneg. cap. 24. Ambulas inter nos, non quaſi contingas, & copiam tui, non ut imputes, facis. Idem cap. 59. Geſſiſti alterum Conſulatum, ſcio. illum exercitibus, illum, provinciis, illum etiam ceteris gentibus poteris imputare: non potes nobis. Suet. Tiber. cap. 53. Imputavit etiam quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit. Pro quo Tacit. 6. Ann. 25. 3. Jactavitque quod non laqueo ſtrangulata neque in Gemonias projecta foret. V. quæ contra Borrich. in Vindic. p. 107.
Imputare civitati terna millia, i. e. Imperare & imponere. Plin. ad Trajan.

IMPUTĀTUS, a, um. Adj. Quod non eſt putatum, hoc eſt purgatum. & proprie de vineis dicitur. Plin. lib. 14. cap. 12. Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas ſtatuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur. Ita fortaſſe Non purgatum, quia amputando detrahimus quæ impedimento ſunt ad fructum. V. Feſt. in Imputatum. Hor. Epod. 16. 44.
Et imputata floret uſque vinea. H. St.

IMPUTĀTIO, ōnis. f. Calliſtr. l. 82. D. de condit. & demonſtr. Ut explorari poſſit imputationes probe an improbe referantur. adde Sidon. 7. 15.

IMPUTĀTOR, ōris. m Jactator. [προσλογίζων] Sen. de Benef. 2. 17. Multi ſunt tam pravæ naturæ, ut malint perdere quæ præſtiterunt, quam videri recepiſſe, ſuperbi & imputatores

IMPUTĀTĪVUS, a, um. Adj. Tertull. Adv. Marc. 2. 25. Non ſimplici modo, id eſt interrogatorio ſono legendum eſt, ubi es Adam? ſed impreſſo & incuſſo & imputativo.

IMPŬTRESCO, [κατασήπομαι] ĕre. Idem quod Putreſcere, vel Intus putreſcere. Columel. lib. 6. cap. 17. Nam animal ipſum oleo merſum necatur: & quum imputruit, conteritur.

IMPŬTRĬBĬLIS, e. Adj. Non putribilis. ut, Imputribilis cedrus apud Hieron. Imputribiles de putribilibus fieri apud Auguſtin. &

IMPUTRIBILĬTER, Adv. apud eund. Cedri Libani mundi hujus fluctus imputribiliter ſecant.

IMUS, a, um. Adj. [κατώτατος] Idem quod Infimum, & profundum. Virg. 6. Æn. 581.
Fulmine dejecti; fundo volvuntur in imo. Cic. in Somn. Scip. 12. Nam terra nova immobilis manens ima ſede ſemper hæret.
Summus & Imus, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 20. Nonne ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur?
Acheron imus. V. ACHERON.
Auris, Inferior pars. Plin. lib. 11. cap. 45. Eſt in aure ima memoriæ locus.
Corde ſub imo. Virg. 10. Æn. 464.
Faucibus ab imis in diſtributione vocem adhibere oportet. Auct. ad Heren. lib. 3. 25.
Fundus imus. Virg. 2. Æn. 419.
De gradu imo tollere aliquem. Hor. 1. Carm. 35. 2.
Manes imi. Virg. 4. Æn. 565.
Pectore ab imo dat gemitum. Virg. 1. Æn. 485.
Pectus. A pectore imo vel De pectore fundere preces. Virg. 6. Æn. 55. Imo pectore videtur ſignificare Ex intimo & profundo animi affectu.
Pes imus, Extrema pars pedis. Plin. lib. 11. cap. 45. Eſt enim biſulcus, diſcrimine exiguo, pes imus, veſtigio carnoſo.
Radices. ut Imis radicibus montis. Cæſ. 8. Bell. Gall. 40.
Radicibus ab imis eruere ſegetem. Virg. 1. Georg. 319.
Senſibus imis reponere aliquid. Virg. 3. Ecl. 53.
Sonus. Plin. lib. 10. cap. 29. Modulatus editur ſonus, ſummus, medius, imus.
Stirps. Ima de ſtirpe reciſum. Virg. 12. Æn. 208.
Tellure ſub ima. Virg. 6. Æn. 459.
Ima petere. Ovid. 2. Met. 265.
Ima petunt piſces.
Suſpirare ab imo. Oivd. 3. de Arte Am. 675.
Ima ſummis mutare. Hor. 1. Carm. 34. 12.
Ima ſummis miſcere. Vell. 2. 2. 3.
Imus dicitur Poſtremus, ut qui in extrema parte vici habitat. Hor. de Arte Poet. 32.
Æmilium circa ludum faber imus. Ita Imum fundum appellat Ovid. de Nuce 62. Poſtremam agri partem, quam Græci ἐσχατιὰν dixere.

IMŬLUS, a, um. Adj. dimin. Catull. 25. 2. Mollior imula oricilla.

IMĬTUS, Adv. Ex imo, De fundo. Gell. 17. 10. Fontes imitus ignes eructare. Apul. 9. Met. p. 233. Terra dehiſcente imitus.

## I N

IN, [ἐν, εἰς, ἐπὶ, κατὰ] Præpoſitio, accuſativo & ablativo jungitur, variaque ſignificat.
In aciem accingi. V. ACIES.
In aciem audere. V. ACIES.
In aciem deduci. Tacit. 2. Hiſt. 43. E parte Othonis, prima adjutrix, non ante in aciem deducta.
In aciem ire. V. ACIES.
In aciem venire. V. ACIES.
In adulationem demiſſus. V. ADULOR, & DEMITTO.
In ægritudine. h. e. Ægre & iniquo animo. Plaut. Moſt. 3. 2. 123.
— ah cave ne illi objectes nunc, in ægritudine,
Te has emiſſe. [ In ægritudine, i. e. Dum ægritudine triſtis eſt.
In ære alieno eſſe, cui opponitur, In ſuis nummis eſſe. Cic. 6. Verr. 11. At hominem video auctionem feciſſe nullam: vendidiſſe præter fructus ſuos nihil unquam: non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe ac ſemper fuiſſe.
In ætate Plaut. Trin. 1. 1. 2.
Næ amicum caſtigare ob meritam noxiam,
Immane eſt facinus, verum in ætate utile
Et conducibile. Al. Immune.
In æternum. Plin. in Paneg. Quos quidem, non in præſens tantum, ſed in æternum repreſſiſti.
In ævo noſtro. Plin. lib. 2. cap. 25. In noſtro vero ævo circa beneficium, quo, &c. i. e. Noſtro tempore.
In agendo. Ter. prol. Adel. 24.
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem oſtendent.
In agmine adeſſe. Salluſt. Jugurth. 101. pro Ad agmen. V. cl. Waſſe Indic.
In alio facere. Gell. lib. 20. cap. 1. Quæ, obſecro te, iſta acerbitas eſt, ſi idem fiat in te, quod tute in alio feceris?
In hoſtem invadere. Tacit. 1. Ann. 67. extr. Ut hi mox in hoſtem invaderent.
In aliquem, id eſt Adverſus. Maledicta in illum, non illius. Vide in COMMUNITER locum Livii. H. St.
In aliquo referam gratiam. Plaut. Rud. 2. 7. 17.
Recipe me in tectum, da mihi veſtimenti aliquid aridi,
Dum mea areſcunt: in aliquo tibi referam gratiam.
In ambiguo eſſe. Plaut. Trin. 2. 4. 193.
— etſi admodum
In ambiguo eſt etiam nunc quid de hac re fiat.
In amicitiam, & In amicitia alicujus eſſe. Cic. 1. Verr. 66. Clariſſimi viri noſtræ civitatis, temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus, clientibuſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Pop. Rom. ditionemque eſſent, injurias propulſare. Plin. 3. Epiſt. 5. Nec in officiis ullis, nec in amicitia principum fuiſſe.
In animis noſtris & judiciis es. Plin. in Paneg.
In animo eſt facere aliquid. Liv. 26. 13. extr. Itaque quibus veſtrum ante fato cedere, quam hæc tot & tam acerba videant, in animo eſt; iis apud me hodie epulæ inſtructæ paratæque ſunt. i. e. Placet, & ſic cogitant, ſive proponunt ſibi.

In annum, In unum annum; In ſpatium unius anni. Cato de R.R. cap. 2. extr. Si quid deſit in annum uti paretur. Cic. 4. Verr. 128. Ei locus ille, atque honos in illum annum ita deberi putabatur. Liv. Deſignati conſules in eum annum fuerant.
In annos ſingulos, Singulis quibuſque annis. Cic. 4. Verr. 126. Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubebat. Liv. 1. 43.
In ante diem. Cic. 1. in Catil. 7. Dixi ego idem in Senatu, cædem te optimatum contuliſſe in ante diem quintum Calendarum Novembris. Idem 2. Att. In ante diem decimumquintum Cal. diſtulit. V. ANTE. & Muret. Var. Lect. 11. 17.
In antrum excifus. Virg. 6. Æn. 42. i. e. In antri ſimilitudinem. Sic 3. 533. In arcum curvatus, i. e. In ſimilitudinem arcus. In plumam. Idem 11. Æn. 770.
In apertum proferre, vel referre. i. e. Vulgare in publicum. Cic. in Paradox. 1. Hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil poſtulo.
In Apulis natus. Plaut. Mil. 3. 1. 53.
Poſt Epheſi ſum natus: non in Apulis, non ſum in Umbria.
In argumentum uti re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 7. Ut qui Romulum Martis filium, educatumque a lupa dicat, in argumentum cæleſtis ortus utatur his?
In arma promptus. Tacit. 4. Hiſt. 76.
In armis eſſe. Liv. 2. 30.
In articulo ipſo temporis. Cic. pro Quint. 19.
In aſſem. Columel. lib. 2. cap. 13. Ut fit in aſſem Autumnalis ſatio modiorum ducentorum quinquaginta. h. e. In totum.
In auctoritatem ſcientiæ eſt. Plin. lib. 25. cap. 1. Neminem docere, in auctoritatem ſcientiæ eſt.
In aurem dicere. Plin. lib. 7. cap. 53. Necnon & proximo anno, dum Conſulari viro in aurem dicit eques Romanus.
In aurem aliquid dare. V. DO, das.
In barbarum corrupta civitas. Tacit. 6. Ann. 42. Idem 5. Hiſt. 2. Aucto in barbarum cognomento. Accuſativus Morem, non eſt in codice Budenſi, nos quoque ſuſtulimus, ait Rhenanus.
In bonis, Inter bonos. Cic. de Amicit. 18. Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. Pro Inter bona, Idem 4. Acad. Cui præter honeſtum nihil eſt in bonis. i. e. Nullum aliud bonum eſſe exiſtimat præter honeſtatem.
In brevi dicere, pro Breviter. Quintil. lib. 9. cap. 4. Hæc arbitror ut in brevi de ordine fuiſſe dicenda.
In cædes ire, Tacit. 13. Ann. 2. Ibaturque in cædes, niſi Afranius Burrus, & Annæus Seneca obviam iſſent.
In cælo eſſe. V. CÆLUM.
In capita, In ſingulos, ſingulatim. Liv. 2. 33. extr. Extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita. i. e. Quiſque contulit ſextantem. V. In militem.
In caſum aliquid dare. Tacit. 1. Ann. 47. Fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque ſe, remque publicam in caſum dare.
In cibo & vino, i. e. Super cibum. Cic. in Piſon. 42. Verum audis in præſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & vino. Bud.
In claſſem. Lucan. 1. 306.
In claſſem cadit omne nemus. Ita Claudian. Paneg. de 4. Conſul. Honor. 624.
In lintres fregere nemus. Propert. 3. 3. 35.
Hæc hederas legit in thyrſos.
In cœnam, i. e. Pro cœna. Ter. And. 2. 2. 32.
Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.
In cœnas ſingulas. Gell. lib. 2. cap. 24. Non amplius in ſingulas cœnas ſumptus effecturos.
In cogitando, Dum cogito. Plaut. Stich. 1. 1. 54.
Scio, atque in cogitando mærore augeor. V. Gronov. adnot.
In cognoſcendo. Ter. Eun. 5. 2. 54.
In cognoſcendo tute ipſe aderis, Chærea.
In commune conferre. Cic. 4. Verr. 145. Ut iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent, etiam id contulerunt.
In commune congredi. Tacit. 2. Hiſt. 54.
In commune conſulere: Ex æquali providere, inquit Donatus. Ter. And. 3. 3. 16.
Utique id oro te, in commune ut conſulas:
Quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.
In commune conſultare. Plin. lib. 6. Epiſt. 16.
In commune dicere. Plin. lib. 23. cap. 1. Reliqua in commune dicentur.
In commune loqui ſuper cœnam, pro Colloqui. Plin. 4. Epiſt. 22.
In commune metuo. Plaut. Aſin. 2. 2. 20.
— vinctos neſcio quos ait,
Non placet. metuo in commune nequam fraudem frauſus ſiet.
In commune vocare honores. Liv. 6. 40. Hoccine eſt in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri Conſules liceat, duos patricios non liceat?
In concubinatum dare ſororem. Plaut. Trin. 3. 2. 64.
Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi
Sine dote dediſſe, magis quam in matrimonium.
In confeſſo eſt. V. CONFITEOR.
In conſpectum aſpice Plaut. Perſ. 4. 2. 6.
Age illuc aſpice de procul in conſpectum. In noviſſimis editionibus legitur, Age illuc abſcede procul e conſpectu.
In conſuetudine eſſe. Tacit. de Orat. 32.
In continenti. V. CONTINENS.
In contrarium, In oppoſitum, vel oppoſito. Plin. lib. 11. cap. 44. Simiarum genera habent crura in contrarium inflexa. Liv. 5.
In controverſiam eſſe, dixit pereleganter Ciceroniſque modo Petronius cap. 15. pro Controverſum & litigioſum eſſe. Neque enim, inquit, res quæ viderentur in controverſiam eſſe, ſed longe aliud quæri. Turneb.
In controverſiam venire. Quintil. lib. 7. cap. 3. A quo factum ſit, in controverſiam venit.
In craſtinum vocare. i. e. Ut die craſtino veniatis. Plaut. Pſeud. 5. 2. 33.
— verum, ſi voltis applaudere,
Atque approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum vos vocabo.
Idem Stich. 4. 2. 55. In craſtinum diem proſpicere.
In creditum ire. *Faire preſt & credit, & ſuivre la foy d'autruy. Et ſe dit des choſes qui ſe preſtent, conſiſtans en poids, nombre ou meſure, leſquelles ne ſe rendent en meſme eſpece, ainſi ſuffit en rendre de pareilles en nombre, poids, ou meſure.* Paulus in l. Mutuum. §. Mutui datio. D. de rebus credit. Si cert. peta.
In creditum abire vel ire. *Quand le vendeur, ou celuy qui preſte, delivre la choſe vendue ou preſtée, ſe fiant à l'acheteur du prix, ou que pareille eſpece luy ſera baillée, ou autre choſe equipollente, pour celle qu'il a preſté, & non celle meſmes qu'il a baillé.* Ulpian. l. procuratoris. §. Sed & ſi dedi mercem. D. de Tributor. act. in l. Mutuum. §. Mutui dati. D. Si cert. peta.
In crepidis, pro Crepidatus. Suet. in Cæſ. Calig. cap. 52.
In culpa invenire aliquem. Ter. Hec. 3. 1. 19.
Tum matrem ex ea re, aut me uxorem in culpa inventurum arbitror.
In culpa eſſe. V. CULPA.
In culpas cadere. Gell. lib. 4. cap. 9. ex Nigidio, Idcirco in culpas cadunt.
In culpam dicere, cui In laudem opponitur. h. e. In vituperium. Gell. lib. 4. cap. 9. Cur, inquam, iſta nunquam in culpam, ſed in laudem dicuntur?
In deliciis habere. Plaut. Aſin. 5. 2. 34.
— egon' ut non domo uxori meæ
Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam?
In denegando, Dum denegatur. Ter. And. 4. 1. 6.
— immo id genus hominum eſt peſſimum: in
Denegando modo quis pudor eſt paululum:
Poſt, ubi tempus promiſſa eſt jam perfici, &c.
In dialogos includere. Cic. 13. Att. 40. Sic enim conſtituebam, neminem includere in dialogos, eorum qui viverent.
In diem, In longam dilationem. Ter. Eun. 5. 7. 19.
Sed in diem iſtuc, Parmeno, eſt fortaſſe quod minitare. Idem Phorm. 5. 2. 16.
In diem abiit, præſens quod fuerat malum.
In diem vivere, idem quod Ex tempore vivere, neque habita dierum aut horarum ratione. Cic. 2. Philipp. 87. Non ſolum de die, ſed etiam in diem vivere. Idem 5. Tuſc. 118. Nos in diem vivimus. Salluſt. Jug. cap. 44. extr. Panem in diem mercari. Liv. 22. 39. In diem rapto vivit. Et 22. 40. Nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat. i. e. Nihil ſuperabat ex his, quæ capiebat in ſingulos dies.
In diem determinare. Plin. lib. 8. cap. 25. Depaſcitur ſegetes deſtinatione ante (ut ferunt) determinatas in diem, & ex agro ferentibus veſtigiis, ne quæ revertenti inſidiæ comparentur.
In diem aliquid petere, In ſpatium unius tantum diei. Ovid. 2. Met. 48.
— currus petit ille paternos,
Inque diem alipedum jus & moderamen equorum.
In hunc diem convivam quærere, i. e. Pro die. Plaut. Stich. 3. 2. 24. Idem Stich. 4. 1. 13. Nam ille heri me jam vocaverat in hunc diem.
In hunc diem, pro Uſque in hunc diem. Plaut. Pſeud. 3. 2. 109.
Neu fidem ei haberem: nam eum circumire in hunc diem,
Ut me, ſi poſſet, muliere intervorteret.
In eum diem. Plaut. Caſ. 3. 3. 3.
Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, cui quod amet in mundo fiet.
In dies, Per ſingulos dies. Plaut. Perſ. 4. 3. 2.
Nam ego hodie compendi feci, duo panes in dies. Interpretes quidam legunt Non pro Duo, & Non panes in dies, i. e. Non parvam utilitatem ſum conſecutus. Cic. 1. Philipp. 5. Nam quum ſerperet in Urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, &c. Virg. 10. Ecl. 73.
Gallo, cujus amor tantum mihi creſcit in horas, &c.
In dies ſingulos, & In ſingulas horas. Cic. 6. Fam. 4. Illa in dies ſingulos magis, magiſque opinio hominum confirmatur. Liv. 2. 12. Ut in ſingulas horas capite dimices tuo.
In his diebus. Plaut. Capt. 1. 2. 65.
Habe modo bonum animum. nam illum confido domum
In his diebus me reconciliaſſere.
In diebus pauculis. Plaut. Truc. 2. 8. 13. Ter. And. 1. 1. 78.
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur.
In difficili eſt. h. e. Difficilis. Scævol. in l. Gallus. D. de liber. & poſtum. Ille caſus in difficili eſt: ſi filium habeas, & nepotem nondum natum inſtituas, iſque naſcatur vivo patre ſuo, ac mox pater decedat. Sunt qui junctim legant Indifficilis, interpretanturque Valde difficilis. Liv. lib. 3. 65. extr. Adeo moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle ſimulando ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt.
In diſciplinam tradere puerum, h. e. Ut doceatur. Suet. in Neron. cap. 7. Annæoque Senecæ jam tunc Senatori in diſciplinam traditus.
In diverſum, Seorſum, ſeparatim. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdix aucupem jamjam prehenſurum effugiens, ſpemque fruſtrans, donec in diverſum abducat a nidis.
In diverſum ſterni. Columel. lib. 3. cap. 15. In hanc menſuram ſcrobibus depreſſis, viviradices ita ponuntur, ut a media ſcrobe ſingulæ & in diverſum ſternantur.
In divitias adoptavit, h. e. Hæredem conſtituit. Plaut. Pœn. 4. 2. 82. Idem Ciſt. 2. 3. 57.
Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarco filiam
Suam deſpondit in divitias maximas. i. e. Deſpondit adoleſcenti ditiſſimo.
In divitiis eſſe, pro Eſſe divitem. Plaut. Trin. 3. 2. 56.
— hoc non convenit,
Me qui abuſus ſum tantam rem patriam, porro in divitiis
Eſſe, agrumque habere, egere illam autem & me merito oderit.
In domo, pro Domi. Quintil. lib. 5. cap. 10. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit.
In dotem eſſe, & Doti eſſe. Julian. in l. Quemadmodum. D. de Jure dotium, Si debitori ſuo nuptura, ita dotem promiſerit, Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus doti tibi erit: utrum mulier volet, id in dotem erit. Idem l. Vir ab eo: eod. tit.
In dubio eſt animus vel vita. Ter. And. 1. 5. 31.
Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur.

 h. e.

h. e. Incertus est animus. Ibid. 2. 2. 10.
Mea quidem hercle certe in dubio est vita. h. e. In periculo.
In dubio fuit utrum. Liv. 3. 19. In dubio fuit, utrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius & C. Claudius coss. Romanam arcem liberarent.
In dubio ponere. Hirt. Bell. Hispan. cap. 29. Nostri lætari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunæque omnium deducerentur, ut quicquid post horam casus tribuisset, in dubio poneretur.
In ense. Auson. Epigr. 130. 9.
Laudo Timomachum matrem quod pinxit in ense
Cunctantem prolis sanguine ne maculet. i. e. Cum ense, ut interpretatur Græv. ad loc. qui plura exempla locutionis hujusce congessit. Occasio, apud Phædr. 5. 8. pr.
Cursu volucri pendens in novacula. i. e. Cum novacula. Juventus in equis & armis apud Flor. 1. 1. 15. i. e. Armata & equis insidens. In equis venire. Idem 4. 2. 18. V. Brœkh. ad Propert. 4.2.28.
In eo, pro In eum. Cic. Fortes in eo Quirites. i. e. In eum. Quæ locutio & similes, dictæ sunt secundum antiquos, apud quos præpositiones communes indifferenter, id est nulla lege servata ponebantur. Servius in artem Donati.
In exitu est jam meus Consulatus: h. e. Absolvi tempus Consulatus mei. Cic. pro Muren. 25. Liv. Jam ferme in exitu annus erat. h. e. Fere erat absolutus.
In exemplis est. V. EXEMPLUM.
In exemplum aliquid tueri vel assumere. Quintil. lib. 10. cap. 2. Rustici probatam experimento culturam in exemplum tuentur.
In expedito positum esse, In promptu. Quintil. lib. 10. cap. 7. Promptum hoc, & in expedito positum, exercitatione sola continetur.
In exspectatione esse omnium rerum, quid &c. Cic. 10. Fam. 4. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia, &c.
In exspectatione esse, Exspectari. Plaut. Mil. 4.6.64.
— vide ne sis in exspectatione,
Ne illam animi excrucies. i. e. Ne diutius immoreris, festina: vide ne te exspectet.
In fabulis esse, pro Traduci sermone hominum. Suet. in August. cap. 70. Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit.
In facili. Liv. 3. 8. extr. Et compulsos in cavas valles, quum exitus haud in facili essent, circumveniunt. Admonet Sigonius, in veteribus libris legi, Quum exitus haud inde faciles essent.
In famam esse. V. In rem.
In fama esse, In rumore, &, ut aiunt, In ore populo divulgari. Tacit. 3. Hist. 13. Sed ubi totis castris in fama proditio.
In familiaribus alicujus esse. Cic. 7. Fam. 7. Perfice ut sis in Cæsaris familiaribus.
In frontem pugnare. Tacit. Agric. 35.
In futurum. Plin. lib. 18. cap. 15. Terra in futurum proscinditur.
In futurum & In præsens, contraria. Liv. 30. 17. pr. Omnia exposuit ordine Patribus, ingenti omnium & in præsens lætitia, & in futurum spe.
In genua astat. Plaut. Cas. 5. 2. 49.
Continuo in genua astanti pectus mihi pedibus percutit. Al. In genua astituto.
In gloria esse: h. e. In pretio & honore. Plin. lib. 11. cap. 42. Trans maria vero caseus Bithynus fere in gloria est.
In gloriam referre aliquid. Liv. 38. 50. extr. Et aurium fastidium aberat: quia pro periculo, non in gloriam referebantur. De Scipione causam dicente.
In gratia pecuniaque magna fortunatum esse. Gell. lib. 16. cap. 19.
In hoc factum est: h. e. Ob hoc, & Ad hoc. Columel. lib. 7. cap. 8. Et sub umbra cratibus in hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum casus contingat.
In hoc, ut. Ulpian. in l. Argumento sub finem. D. De aur. & arg. legat. Si lapilli in hoc sint soluti, ut recomponantur: ornamentorum loco sunt.
In hoc similis alicui. Cic. 4. Acad. 118. Democritus in hoc huic similis, huberior in ceteris.
In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem, tanquam deum sequimur. Cic. de Senect. 5. h. e. In hac parte.
In hac parte. Plin. lib. 10. cap. 63. Quantum in hac parte multo nocentiores, quam feræ sumus?
In hæc verba. Liv. lib. 25. 12. Priore carmine Cannensis prædicta clades in hæc ferme verba erat. i. e. His verbis.
In honore hominum, & in honore famæ esse. Plin. in Paneg. cap 69. extr.
In honore mensarum est buteo, accipitrum genus. Plin. lib. 10. cap. 49.
In horam vivere. Cic. 5. Philipp. 25. At ii qui in horam vivunt, non modo de fortunis & de bonis civium, sed ne quidem de utilitate sua cogitaverunt.
In hora una aliquid facere. Plaut. Pseud. 5. 2. 11. Cic. 15. Fam. 16. Ego si semper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem.
In horas exspectare. Plin. 3. Epist. 16. Si valere est, suspensum & anxium vivere, exspectantem in horas.
In horas clavum mutare, pro Sæpissime. Hor. 2. Serm. 7. 10. quasi tu dicas, In singulis horis.
In hoste lenis. Ovid. 5. Trist. 2. i. e. Erga hostem. Cic. Somn. Scip. 7. Justitiam cole & pietatem. Quæ quum magna sit in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Auson. Epiced. 43.
Tranquillus, clemens, oculis, voce, ore serenus:
In genitore suo mente animoque pater. Sallust. Catil. 52. 12. Sint misericordes in furibus ærarii.
In istac. Ter. Adel. 5. 9. 40. Habeat, in istac finem faciat.
In imaginem rei depicta tabula. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In immensum, Immense. Plin lib. 16. cap. 1. Liv. 4. 4. Quis dubitat, quin in æternum Urbe condita, & in immensum crescente, nova imperia &c.
In incertum, Incerto. Liv. 4. 13. Et L. Minucius præfectus annonæ, seu refectus, seu, quoad res posceret, in incertum creatus.
In incerto res est sita. Plaut. Capt. 3. 4. 4. Mihi res omnis in incerto sita est.
In re incipiunda. Ter Phorm. 1. 4. 48.
Meministin' olim ut fuerit vestra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam?

In infinitum extendere epistolam. Plin. 5. Epist. 15.
In ingressu, Dum ingredior, vel accedo ad aliquem locum. Plin. Epist. 234.
In insidiis esse. Ter. Phorm. 1. 4. 52.
Nunc prior adito tu, ego in insidiis hic ero
Succenturiatus, siquid deficies.
In integro res est. Cic. 5. Fam. 20. De Tribunorum militarium congressibus, res est in integro. i. e. Nihil adhuc actum est, & res adhuc est integra. Liv. 3. 10. Dum in integro res est.
In integro res nobis erit. Cic. 15. Fam. 6. Quare si jam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit.
In integrum restitutus. Cic. pro Cluent.
In invidia & in odio esse apud aliquem. Cic. 7. Verr.
In itinere. Ter. Heaut. 2. 3. 30. Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat, forte audivi. i. e. Inter eundum.
In itinere est Antonius. Cic. Brut. 11.
In jugerum, In jugera singula, pro Singulis jugeribus. Cic. 5. Verr. 114.
In latenti. in l. 2. §. Juris civilis scientiam. Pompon. D. de orig. juris. Ceteri autem adhuc vel in latenti jus civile retinere cogitabant, solumque consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant.
In latera pugnare. Tacit. Agric. 35.
In laudem dicta. V. In culpam.
In legem, pro Vice legis. Sen. de Benef. Sua illis in legem æterna est voluntas. Sic, In patrimonium, & in gloriam, apud eundem, Ne in patrimonium quidem est, nedum in gloriam, incendium exstinxisse quod feceris.
In loco, i.e. Opportune, & captato (ut aiunt) tempore. Ter. Adel. 2. 2. 8.
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Hor. 4. Carm, 12. 28.
Dulce est desipere in loco. Cic. Anteq. iret. in exil. 1. Fidei conducit, in loco debitum retribuere.
In loco posita ædilitas: h. e. Cui debuit data. Cic. 7. Verr. 36. Ex his ego rebus omnibus, Judices, ita mihi deos omnes propitios esse velim, ut tametsi mihi jucundissimus est honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum solicitudinis & laboris, ut hæc ipsa ædilitas, non quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata, &, judicio digno populi, in loco posita esse videatur.
In loco fratris amare. Ter. And. 1. 5. 57.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Sive hæc te solum semper fecit maximi.
In beneficii loco petere aliquid ab altero. Cic. 5. Verr. 114. Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret.
In locum alterius Consulatum petere. Cic. 11. Philipp. 11. Qui se Consulatum in Bruti locum petere profitetur?
In locum pervadere. Tacit. 1. 42. Piso in ædem Vestæ pervasit.
In longum trahere. Plin. lib. 10. cap. 29. Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.
In lucem semper Acerra bibit. h. e. Totam noctem, & usque ad sequentem diem. Martial. lib. 1. 29.
In lucem cœnat Sertorius. Martial. lib. 7. 9.
In luxum effusi, & epulas, & nocturnos cœtus. Tacit 4. Hist 36.
In maledicto objicere aliquid. Cic. Vide MALEDICTUM. H. St.
In manibus est res, Cui opponitur Longe abesse. Cic. 6. Att. 3. Non quo me aliquid juvare posses, quippe res enim est in manibus: tu autem abes longe gentium.
In manibus esse vel habere, Tractare & diligenter videre. Cic. 4. Att. 12. De libris Oratoriis, factum est a me diligenter, diu, multumque in manibus fuerunt. Idem de Amicit. 96. Sed adfuistis, & est in manibus oratio. Idem in Brut. 10. Sed ecce in manibus vir & præstantissimo ingenio, & flagranti studio, & doctus a puero C. Gracchus.
In manibus res esse aliqua dicitur, pro Obversari & Incumbere. Plin. Epist. 193. Non vacat, quia vindemiæ in manibus. Liv. 4. 57. pr. Quum tantum belli in manibus esset.
In manibus quam spem nunc habeat, & quid moliatur, breviter jam, Judices, exponam. Cic. 2. Verr. 16.
In manu mea est, h. e. In potestate mea est. Cic. 8. Fam. 6. Liv. Ut sua cuique Respub. in manu esset. Cic 8. Fam. 6. Quam velis eum obligare, in tua manu est. Cic. 14. Fam. 2. Verum hæc non sunt in nostra manu.
In manibus est victoria: h. e. Facilis & in promptu. Liv. 35. 5. extr. Consul obtestabatur milites, ut paululum adniterentur: victoriam in manibus esse. h. e. Velut jamjam teneri.
In manu & tutela habere. Liv. 34. 7. extr. Et vos in manu & tutela, non in servitio debetis eas habere.
In manu est quod agas. Plaut. Most. 3. 1. 66.
In manu est diis, quo eveniat. Plaut. Most.
In manum dare. Ter. Phorm. 4. 3. 29.
— eho dic quid velis dari
Tibi in manum, ut herus desistat litibus.
In materiam seditionis fax adhærescit. Cic. pro Domo 1. Nonne providendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis, ista funesta fax adhæresceret?
In me. Ter. Eun. 5. 9. 2.
— nam in me plane di potestatem suam
Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.
In medio, Coram. Ter. Adel. 3. 4. 33. — mater virginis
In medio est, ipsa virgo, res ipsa.
In medium relinquere. Gell. lib. 6. cap. 14. Tacit. Germ. fin.
In melius consulere. Tacit. 2. Hist. 5. Consultare. Idem ibid. 37.
In melius referre Mutare. V. Serv. ad 12. Æn. 176.
In memoriam redire & egredi. Plaut. Capt. 5. 4. 25.
Nunc demum in memoriam redeo, quum mecum cogito:
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me
Quasi per nebulam, Ægionem meum patrem vocarier.
In memoriam sempiternam orbis terræ aliquid spargere. Cic. pro Arch. 30.

In mente est mihi. h. e. Succurrit mihi, & nunc recordor. Plaut. Bacch. 1. 2. 22.
Non omnis ætas, Lyde, ludo convenit,
Magis unum in mente est mihi nunc, satis ut commode
Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
In mentem nunc mihi fuit. Plaut. Bacch. 1. 2. 53.
In mentem venit. Ter. Eun. 3. 2. 45. Cic. 1. Verr. 27. In mentem tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere.
In meridiem spectat: i. e. Ad meridiem conversum est. Cato de R. R. cap. 1.
In metu esse. Ter. Phorm. 1. 2. 7. Nescis quo in metu, & quanto in periculo sim.
In militem, In capita, In naves, & similia: quod alias diceretur, pro Milite quolibet, &c. Varro de R. R. 2. 4. extr. In centum sues, decem verres satis esse putant. Liv. 4. 16. Frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi divisit. Livius, Singulis in militem tunicis imperatis. Idem, Quod pretium in capita statuisset. Virg. 5. Æn. 61.
Bina boum vobis Troja generatus Acestes
Dat capita in naves. Fragm. Leg. XII Tabb. Libras farris in dies dato. Aliter Varr. de R. R. 2. 2. Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas hirtas singulos homines, in pellitas binos.
In miracula corrupta. Tacit. 4. Ann. 11.
In modum servorum obedire. Tacit. 1. Ann. 17. Cur paucis Centurionibus, paucioribus Tribunis in modum servorum obedirent?
In modum majorem peto a te, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, ut, &c. Cic. 11. Fam. 22. Idem lib. 13. 2.
In peregrinum, modum, pro Quemadmodum peregrini solent. Plaut. Trin. 3. 3. 38. Liv. 32. In servilem modum lacerati atque extorti.
In modum perpetuum perii. Plaut. Most. 3. 1. 5.
In modum amici. Suet. de Clar. gram. 21. Sic Liv. 5. 15. pr. Vaticinantis in modum cecinit.
In monendo. Plaut. Bacch. 1. 1. 3.
Pol magis metuo, in monendo ne mihi defuat oratio.
In mora Tribuni erant. Liv. 3. 24.
In more est, De more & consuetudine. Plin. lib. 16. cap. 4.
In morem. Virg. 8. Æn. 282. Pellibus in morem cincti. Alio loco dicit De more.
In morem pecudum. Flor. 3. 8. 6.
In morte, Dum moritur. Plaut. Men. 2. 3. 59.
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.
In mortem vulnere afficere. Tacit. 4. Ann. 45. pr. Pisonem uno vulnere in mortem affecit. i. e. Mortifero.
In multum velociores. Plin. lib. 10. cap. 36. ad fin.
In mundo esse, antiqui dicebant, pro Paratum esse & in promptu. Plaut. Asin. 2. 1. 16.
Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut atriensi Sauriæ. i. e. Mihi paratæ, aut Sauriæ, nimirum ut illis cædar, aut Sauria. Meminit Charisius lib. 2. his quidem verbis, In mundo, pro Palam, & in expedito, ac cito. Plaut. Quia sciebam pistrinum in mundo fore. Cæcilius quoque, & quæ sequuntur. Porro locus Plauti a Charisio indidicatus, in multis codicibus sic perperam legitur, in Pseud. 1. 5. 84.
Pistrinum ineundum scibam, si id faxem, mihi. Et verbis sequentibus,
Non a me scibas pistrinum ineundum tibi,
Quum ea mussitabas? quum utrobique pro Ineundum legendum sit, In mundo: ut etiam habet Plautus ab Joachimo Camerario felicissime multis in locis castigatus. Quod si quæras, quæ sit origo hujus sermonis, fortasse a Mundo muliebri id ductum est. Mulieres enim quæ ad cultum corporis faciunt, in promptu habent: conduntque omnia in arcula diligenter, ut præsto semper sint, quum uti velint.
In noctem, pro usque in noctem 33. Ipse jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam. ubi Bonon. editio habet In nocte. H. St. A principio cultro mutilata est hæc annotatio. Sunt autem Suet. verba ex Aug. cap notato 33.
In noctes singulas. Plaut. Truc. 2. 2. 48.
Quid maceria illa ait, in horto quæ est, quæ in noctes singulas
Latere fit minor, qua is ad vos damni permensus viam est?
In nominando. Varr. 1. de R. R. cap. 9. In ea enim & lapis, & arma, & cetera ejus generis sunt in nominando comprehensa.
In novissimis esse, Inter ultimos, & quod vulgus dicit, *de ultimis*. Cic. pro Rosc. Com. 10. Itaque perbrevi tempore, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos.
In noxa, vel noxia esse. Ter. Phorm. 1. 5. 36. Haud ita est, hic in noxia est. i. e. Hic peccatum illud commisit. Liv. 27. 3. Comprehensi omnes qui in noxa erant.
In numerum ludere. Virg. 6. Ecl. 27.
Tum vero in numerum Faunosque, ferasque, videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. Servius, h. e. Saltare ad modum rythmi & cantilenæ.
In numerato pecuniam habere. Ulpian. in l. Magis. §. Non passim. D. de rebus eorum qui sub, &c. Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus.
In numerato habere, i. e. In promptu, translate. Quintil. lib. 6. cap. 3.
In obliquum alios sequi. Liv. 38.
In obscuro est. Martian. in l. Si servus. D. de fidei commissariis libertatibus, Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legaverit eundem servum: in obscuro libertatem prævalere. i. e. In dubio.
In occasum est sol. Columel. lib. 12. cap. 15. Quum sol in occasum fuerit, erigantur.
In occulto agere, Clam. Plaut. Trin. 3. 2. 86.
Nihil ego in occulto agere soleo: meus ut animus est eloquar. i. e. Palam omnia facio, nihil clam.
In oculis quidem exercitus. Cic. 1. de Fin. 35.
In oculis habitare, pro Versari in publico, vertit Budæus. Cic. pro Planc. 66. Nam posteaquam sensi Populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere: destiti, quid de me audituri essent, cogitare: feci ut postea quotidie me præsentem viderent: habitavi in oculis, pressi forum, neminem a congressu meo &c.
In oculis esse. Cic. pro Planc. 67. Sed ut redeam ad Plancium, nunquam ex urbe abfuit, nisi forte lege, necessitate: non valuit rebus iisdem, quibus fortasse nonnulli: at valuit assiduitate, at valuit servandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis, petivit, est usus ratione, &c.
In oculis est clades. Tacit. 4. Hist. 77.
In odiis resident mores pristini. Plaut. Truc. prol. 7.
In odio esse. Cic. 7. Verr. 181. Videmus quanta sit in invidia, quantoque in odio, apud quosdam homines nobiles, novorum hominum virtus & industria.
In odio, aliter. Plin. lib. 6. cap. 27. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in usu.
In omnia. Paterc. lib. 2. 97. pr. Accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ quam recte faciendi cupidiore.
In opere faciundo. Ter. Heaut. 1. 1. 21.
At enim dices, me quantum hic operis fiat, pœnitet:
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
In orbem se tutari: h. e. In gyrum, & circulum aut circuitum. Liv. 4. 39. Tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur.
In orbem, Vicissim, alius post alium. Liv. 5. 19. extr. Senæ horæ in orbem operi attributæ sunt, nocte ac die nunquam ante omissum, quam in arcem viam facerent. i. e. Quisque sex horas laboraret sua vice. Idem lib. 3. 36. Ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret.
In ordine. Plaut. Cas. 5. 2. 18. Omnem in ordine rem fateri. i. e. Eo ordine quo acta est. Al. In omittunt.
In ordinem redigi vel cogi. Liv. Tribuni plebis in ordinem redacti. V. COGO.
In ordinem reponere. Columel. lib. 9. cap. 12. Reponat in ordinem reliquorum alveorum.
In os, pro In faciem. Senec. de Benef. 7. Si in ora parentum filios jugulat.
In os laudare. Ter. Adel. 2. 4. 5.
In ore est omni populo, Fama est, vulgare est. Ter. Adel. 1. 2. 13.
In ore vulgi. Tacit. 2. Hist. 78.
In pariundo. Ter. And. 4. 5. 32.
— dis pol habeo gratias,
Quum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.
In parte causæ. Plin. lib. 1. Epist. 5. Nitebamur nos in parte causæ sententia Metii Modesti, optimi viri. Vulgus, In una parte processus dicit.
In parte laboris ac periculi esse. i. e. Participem. Liv. 31. pr. in præf. Bell. Maced. Me quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuissem, ad finem belli Punici pervenisse.
In partem: h. e. Pro sua parte. Plaut. Asin. 3. 3. 89.
Age sis, tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc. Liv. 6.
In partem, cui opponitur In totum. Ulpian. in l. 2. D. de noxal. act. Si fuerit alienatus servus in totum, vel in partem.
In partem dimidiam decoquere. Columel. lib. 12. cap. 24. quod vulgus medicorum dicit, Ad partem dimidiam.
In utramque partem. Cic. 4. Acad. 104 Item ea, quæ interrogati in utramque partem respondere possumus, sequentes, &c.
In partem alicujus rei venire. Quintil. in proœm. lib. 1.
In partibus esse. i. e. Favere partium alterutri. Flor. 3. 5. 23: 3. 14. 4. & 4. 2. 5.
In paucos dies tolerabilis, Paucis diebus. Liv. Obsidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat.
In pedes, In fugam. Ter. Eun. 5. 2. 5.
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam
Venit: ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum, &c. Idem Phorm. 1. 4. 13.
Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.
In pedes nasci. V. NASCOR.
In pedem, i. e. Pro singulis pedibus. Cic. 3. Q. frat. 1. Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat. V. In militem.
In pedes soleas inducere. Cic. 2. de Invent. 149. Quidam judicatus est parentem occidisse: ei statim, quo effugiendi potestas non esset, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.
In perendinum, Perendie, die sequenti crastinum. Plaut. Trin.
In periculum legis includi. Cic. pro Cluent. 152. Nec nunc quicquam agitur, mihi credite, Judices, & prospicite id quod providendum est. nisi ut Equester ordo in hujusce legis periculum includatur.
In perpetuum, contrarium habet In tempus. Plin. lib. 3. Epist. 9. sub fin. Hic numerosissimæ causæ terminus fuit, quibusdam absolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in perpetuum. Cic. 3. Verr. 77. Idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? Cic. 12. Att. 16. Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser, videbis.
In plenum, Summatim. Plin. lib. 12. cap. 16. In plenum autem probatio est minutis glebis.
In plenum, pro Plene, omnino, perfecte. Caius in l. Neratius. D. de condict. indebiti.
In portu sum, i. e. In tuto. Cic. 9. Fam. 6. His tempestatibus es prope solus in portu.
In posterum, i. e. Postero tempore. Cic. de Amicit. 23. Quumque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe prælucet in posterum.
In posterum tempus. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Defectiones Solis & Lunæ cognitæ, prædicatæque in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quando futuræ sint.
In posterum, & In præsens, contraria. Cic. ad Brut. 5. Ut & in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem, nequis talem amentiam vellet imitari.
In posteritatem, pro In posterum. Cic. 1. in Catil. 22. Quanta tempestas invidiæ nobis, si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat?
In potestate alicujus esse. Cic. 5. Fam. 4. Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo.

In

In potestatem esse. Cic. pro Lege Manil. 33. In prædonum potestatem fuisse sciatis. Ubi ex vetusto codice legitur In potestate. Liv. 2. 14. Quæ ne in potestatem quidem P. R. esset. Adde Plaut. Bacch. 1. 2. 53. Ecquid in mentem est tibi? V. Gell. 1. 7. Auson. Popm. de Usu antiq. locut. Gifan. Ind. Lucret. Huet. ad Manil. 1. 245. Taubm. ad Plaut. Amphit. 1. 1. 25. Gronov. ad Liv. 2. 14. Burman. ad Quintil. 6. 2. Brœkh. ad Propert. 2. 7. 50.

In potiundo. Ter. Heaut. 2. 3. 82.

Tuum esse in potiundo periculum non vis, haud stulte sapis. h. e. Ut ea potiaris.

In præsentia, Nunc, vel Tunc temporis. Ter. Phorm. 5. 2. 14.

Provisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Idem Adel. 2. 2. 14.
— verum ego nunquam adeo astutus fui,
Quin quicquid possem mallem auferre potius in præsentia. Cic. 5. de Fin. 21. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia nota esse debebunt.

In præsentia, & Post, opponuntur. Cic. 7. Verr. 84. In præsentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit.

In præsens, subaudito Tempus. Plin. in Paneg. Quos quidem non in præsens tantum, sed in æternum repressisti. Gell. lib. 12. cap. 11. Quum emere vellet in palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet.

In præsens lætus animus. Hor. 2. Carm. 16. 25. V. In posterum.

In præsenti Cicero dicit, subaudito Tempore, in quo loquebatur: ut Græci ἐν τῷ παρόντι, cum ad Cœlium ita scribit lib. 2. Fam. 9. Hæc ad te in præsenti scripsi, ut speres te assequi id quod optas.

In præteritum laudare. Quintil. lib. 7. cap. 5.

In pretio esse. Hor. de Arte Poet. 372.

In primis; Ante omnes, vel Ante omnia, vel Unum ex primis. Ter. Eun. 3. 1. 39. Audieras? G. sæpe, & fertur in primis. Cic. 5. Verr. 68. Homini in primis improbissimo respondent. Idem 16. Fam. 5. Omnes cupimus, ego in primis, quamprimum te videre. Virg. 1. Georg. 338.

In primis, venerare deos.

In principibus, pro Inter primos cives. Cic. 1. Fam. 7. Quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt.

In principio. Ter. Phorm. 2. 1. 22.

Sed quid cessas hominem adire, & blande in principio alloqui?

In privato, & In publico, contraria: pro Privatim & Publice. Liv. 39. 18. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur.

In probro esse. Ter. Phorm. 5. 4. 6.

Quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro siem.

In proclive. Lucret. lib. 2. 454.

Et procursus item in proclive volubilis extat.

In proclivi quod est facere. Ter. And. 4. 2. 18.
— sed si id non poterit:
Id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.

In promptu. Ovid. Remed. Amor. 162.

In promptu causa est, desidiosus erat. i. e. Manifesta est, & patet.

In promptu est & patet. Cic. 1. de Orat. 23. Sed quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, &c.

In propatulo positum, Palam. Liv. 5. 13. Idem 24. 16. extr. Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant.

In propinquo jam certamen erat. Liv. 6. 18. Gronov. Jam in propinquum certamen aderat.

In proximo. Ter. Heaut. 1. 1. 2.

Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es.

In proximum Senatum dilata res est. Plin. lib. 2. Epist. 11.

In publico omnes porticus commensi sumus. Plaut. Most. 3. 3. 7.

In publico pernoctare. V. PERNOCTO.

In publico & in foro: In secreto & intra parietes contineri; contraria. Liv. 25. 1. Nec jam in secreto modo atque intra parietes ac postes abolebantur Romani ritus, sed in publico etiam, ac foro, Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, nec precantium deos patrio more.

In publicum legem proponere. Cic. 2. de Lege Agrar. 13. Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur.

In publicum, auxilium polliceri. Quintil. lib. 10. cap. 7.

In publicum redigere bona, Proscribere, & in publicum vendere. Liv. 2. 5. pr. De bonis regiis, quæ reddenda ante censuerant, res integra refertur ad Patres. Illi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi: diripienda plebi sunt data, ut, &c.

In punctum, pro In singula puncta. Suet. in Neron. cap. 30. Quadragenis in punctum H S. aleam lusit. V. In militem.

In quantum opus est. Tacit. de Orator. 41.

In querelis mens. Plaut. Men. 4. 2. 15.

Qui aut fœnore, aut perjuriis habent rem
Partam, mens est in querelis.

In quinquennio. V. In triduo.

In quis sumus, Inter quos sumus. Cic. 10. Att. 11. Quid enim dicam de hac juventute? ea vero, quæ mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro.

In rationem eandem scriptæ epistolæ, i. e. In eandem formam, ejusdem sententiæ ac sensus. Cic. 1. Att. 11. Et mea sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis, perdiligenter in eandem rationem scriptis, magnopere sum commotus.

Ut dicitur In eundem modum. H. St. Et In eandem sententiam, &c.

In reliquum tempus. Cic. 1. pro Lege Agr. 13. Deinde etiam in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, &c.

In remedio esse. Plin. lib. 8. cap. 16. Gustatus deinde sanguinis in remedio est.

In rem præsentem venire olim dicebantur, tum, Quum locum oculo ac digito designare volebant: ut hodie quum aut judex pronuntiat, aut inter litigantes convenit, agrum, quem controversum facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari certis finibus circumscriptum: videlicet ille, ut deliberare de re controversa possit, cedere, necne, vindicanti debeat: hi, ut certi sint testimonii sui. Cic. 1. de Orat. 250. An vero, si de re ipsa, si de finibus, quum in rem præsentem non venimus. Idem pro Cæcin. 20. Placuit Cæcinæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. Budæus.

In rem præsentem perducere. Plin. Epist. lib. 3. 9. Non potui magis te in rem præsentem perducere. i. e. Non potui planius omnia, ut acta sunt, scribere, ut perinde omnia teneres, atque si in re præsenti fuisses. Quintil. lib. 6. cap. 2. de affectibus, Quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium. Budæus.

In rem præsentem excurrere. Plin. Epist. 225.

Quemadmodum In rem præsentem venire dicebant, ita In re præsenti disceptare. Liv. lib. 34. extr. Missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem & regem in re præsenti disceptarent.

In re præsenti, E re nata, quod dicitur. Plaut. Casin. 2. 8. 63.

In re præsenti, ex copia piscaria
Consulere quid emam. Idem Amph. 1. 1. 93.
Nam ego fui illic in re præsenti, & meus, quum pugnatum est, pater. i. e. Præsens aderam. [ Priore loco alludere videtur ad Juris civilis formulam In re præsenti consulere.

In re præsenti, pro Tunc. Quintil. lib. 6. cap. 3. Occisum hominem queror, non omnia, quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo?

Velut in re præsenti aliquid constituere. Quintil. lib. 7. cap. 11. Illa potentissima est, quæque vere dicitur œconomica totius causæ dispositio, quæ constitui, nisi velut in re præsenti, non potest.

In re mea est, In rem & utilitatem meam. Plaut. Truc. 4. 4. 21.
— quid opu'st? PH. in re mea est.
Triduum hoc saltem, dum aliquo miles circumducitur. Al. E re mea est.

In re ipsa. Ter. Hec. 5. 2. 11.

Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis, in re ipsa invenimus. i. e. Certo.

In eam rem siquid habebo, tibi quoque etiam proderit. Plaut. Truc. 4. 4. 22.

In rem esse. Tacit. 3. Hist. 8. Coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem, famamque videbatur. In rem nostram est: i. e. In nostram utilitatem. Plaut. Pers. 4. 4. 58. Ter. And. 3. 3. 14.

Si in rem est utrique, ut fiant: arcessi jube. Idem Hec. 2. 2. 7.
Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vostram id esset.

In rem ventris. Plaut. Pers. 3. 1. 14.

Utrum hercle magis in ventris rem videbitur. h. e. Pro saginando ventre.

In rem jurare, & De persona sua opponit Ulpian. in l. 1. D. Quar. rer. act. non dat. Si fidejussor juravit, si quidem de persona sua tantum juravit, quasi non esset ipse obligatus: nihil reo proderit. Si vero in rem juraverit, dabitur exceptio reo quoque.

In rem concepta actio, vel scripta, Quæ licet natura sit in personam, cum actione tamen in rem hoc habet commune, ut contra quemcunque, ad quem res de qua sit quæstio venerit, detur. Ulpianus in l. Hac stipulatione. D. Ususfructuarius quemadmodum caveat, Et quum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum & adoptivi patris. Idem in l. Metum. §. fin. D. de eo quod metus causa gestum erit, Sed est verius, quod Marcellus notat, etiam adversus reum competere actionem hanc, quum in rem sit scripta.

In rerum natura aliquid constare. Cic. de Amicit. 24. Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.

In respectum. Sen. de Benef. lib. 4. cap. 32. In illius respectum, iste populo præsideat: non quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit.

In ridiculo haberi, Ludibrio esse. Plaut. Pœn. 5. 4. 10.

Neque ab juventute ibi in ridiculo habitæ. Gronov. Irridiculo, copulate.

In ridiculo esse. Plaut. Casin. 5. 2. 3.

Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita in ridiculo sumus ambo.
Al. In ridiculum. [ Forte Irridiculo, ut in superiori loco.

In saginam se conjicere, Ventri indulgere. Plaut. Trin. 3. 2. 96.

Aut aliquem ad regem in saginam herus se conjecit meus.

In salute alicujus salvere. Plaut. Truc. 2. 2. 5. Aliter Gronov. q. V.

In senecta. Plaut. Mil. 3. 1. 29.

Eam pudet me tibi in senecta objicere solicitudinem. h. e. Te tam sene: sive quum sis tam senex.

In senioribus est, h. e. Inter seniores. Plaut. Casin. prol. 13.

Antiquam ejus edimus comœdiam,
Quam vos probastis, qui estis in senioribus.

In sententiam eam dicere. Cic. 2. Att. 22. Hæc, & in eam sententiam quum multa dixisset, aiebat illum, &c.

In sententia eadem esse. Cic. 16. Fam. 3. Approbavi tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia.

In servitute habere. Plaut. Pœn. 5. 5. 54.

In servitute hic habuit duas filias tuas.

In serum, pro In vesperum. Suet. in August. cap. 16. Nec multo post navali prœlio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit.

In singula jugera centenos sextarios efficiant. Columel. lib. 3. cap. 3.

In singulas civitates imposita pecunia. Liv. Mulcta quinquagenûm æris in singulas civitates imposita.

In singulis stipendiis. Plaut. Epid. 1. 1. 35.

Id modo videndum, ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hostes exuvias dabit.

In singulos H-S quinquagenis millibus damnati mavultis? Cic. 5. Verr. 163.

In singulos modios. Cic. 1. Verr. 30. Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.

In sodalibus illis es. Plaut. Pers. 4. 4. 12. Tu in illis es decem sodalibus.

In solatio esse, Solari & gaudere. Plaut. Amph 2. 2. 13.
— quod perduelles vicit, & domum
Laudis compos revenit, in solatio est. Al. Id solatio.

In so-

In folutum accipere, i. e. Vice folutionis. Sen. de Benef.
In folem aliquid proferre. Columel. lib. 9. cap. 13. Quum clementia diei fuaferit in folem proferre.
In fole pyra ponere donec arefcant. Columel. lib. 12. cap. 14.
In fomnis, Inter fomniandum. Plaut. Amph. 2. 1. 74.

Ibi forte iftum fi vidiffes quendam in fomnis Sofiam. Virg. 2. Æn. 270.

In fomnis ecce ante oculos mæftiffimus Hector
Vifus adeffe mihi. Et Ter. Andr. 2. 5. 19.

In fpeciem, Diffimulanter, & veluti Per fpeciem tantum. Liv. 30. 16. extr. Ducentes paucos in fpeciem captivos.
In fpeciem, & Reipfa, contraria. Liv. 3. 9. extr. Dilataque in fpeciem actione, reipfa fublata, Confules extemplo arceffiti.
In fpeciem præclara claffis, fed inops & infirma propter dimiffionem propugnatorum atque remigum. Cic. 7. Verr. 85.
In fpeciem manens amicitia. Tacit. 6. Hift. 80.
In fpem. Liv. 2. 11. Multoque plures, ut in fpem univerfæ prædæ, flumen trajiciunt.
In fpem venire. Cic. 9. Fam. 1. In fpem tamen venio adventum tuum appropinquare.
In fpe effe. Liv. 35. 12. pr. Ii poft deportatos ex Græcia exercitus, primo in fpe fuerant, & Antiochum in vacuam Europæ poffeffionem venturum, &c.
In ftudia mittere quempiam aliquo. Paterc. lib. 2. 59. Apolloniam eum in ftudia miferat, h. e. Ad incumbendum ftudio litterarum.
In fumma, Summatim, breviter. Plin. Epift. 5. 1. In fumma non profuturum ei fi donaffem, profuturum fi ceffiffem. Idem Epift. 8. lib. 6. In fumma, nofti facetias hominis. Cic. 2. Q. frat. 16. In fumma, quatuor fententiis, &c.
In omni fumma. Cic. 3. Q. frat. 9. Et in omni fumma, ut mones, valde me ad otium pacemve converto.
In fummo beneficio. Cic. 5. Verr. 115. Hoc vix ab Apronio in fummo beneficio, pro iis qui etiam tum incolumes erant, impetratum eft.
In fummum evadere. Liv. 5. 47. pr.
In fupervacuum. Sen. de Ira. i. e. Fruftra.
In fufpenfo relinquere. Plin. Epift. 248.
In talibus viris. Cic. de Amicit. 9. Nam hæc quidem in talibus viris quid attinet dicere?
In tantum. Plin. lib. 8. cap. 16. Et male credi libertas ei, cui in tantum ceffiffet etiam feritas.
In tantum, in quantum. Plin. in Paneg. ad finem, Si denique in tantum diligo optimum principem, in quantum invifus peffimo fui.
In tantum, ut. Plin. lib. 10. cap. 53. Aliquæ in tantum, ut effetæ moriantur.
In tantum dicitur, ut ἐπὶ τοσῦτον, atque ut abundat hic ἐπὶ, ita In. Vide in Thef. τοσῦτον. Sic In quantum ἐφ' ὅσον.
In te, Contra te. Plaut. Trin. 1. 2. 67.

Hæc cum audio in te dicier, excrucior mifer.

In tempore advenire, i. e. Opportune. Plaut. Capt. 4. 2. 56. Liv. 4. 40. Aut in tempore pugnam iniffe.
In tempore ipfo. Ter. And. 3. 2. 52.

Atque adeo in ipfo tempore eccum ipfum obviam. Idem Hec. 4. 4. 5. Opportune te, Phidippe, in ipfo tempore oftendis.

In tempus. Plin. Epift. 3. 5. Mox quafi alio die ftudebat in cœnæ tempus. Cic. 2. Att. 20. Nam & ejufmodi funt ii verfus, ut in tempus ab inimico Pompeii fcripti effe videantur.
In omne tempus. Cic. 5. Fam. 15. Dicerem jucundius? nifi id verbum in omne tempus perdidiffem.
In tormentis effe. Plin. Epift. 176. In tantis tormentis eram, quum fcriberem hæc.
In totum, Omnino. Plin. in præf. Et ne in totum videar Græcos infectari, ex illis nos velim, &c.
In totum, & In univerfum, ferme pro eodem. Quintil. 4. 1. de procem. Ariftoteles quidem in totum id neceffarium apud bonos judices negat.
In tranquillo effe. Ter. Eun. 5. 9. 8.

— tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem effe omnem in tranquillo.

In tranfcurfu, Obiter. Plin. lib. 3. cap. 5. Nec ignoro ingrati ac fegnis animi exiftimari poffe merito, fi breviter atque in tranfcurfu in hunc modum dicatur terra.
In tranfitu. Quintil. lib. 6. cap. 2. Et eorum non fimplex natura, nec in tranfitu tractanda.
In triduo hoc, In fpatio tridui. Plaut. Perf. 1. 1. 38. Plin. lib. 9. cap. 51. Ceteræ feminæ in triduo excludunt, fi mas attigit. Ita Cic. 4. Verr. 142. Non opinor id ages ut ifta pecunia in quinquennio confumatur in ftatuis. Al. omiffa præpofitione.
In tunicis albis venerunt. Plin. Epift. 147. i. e. Tunicis albis induti.
In turpiffimis rebus habere. Cæf. 6. Bell. Gall. 20. Intra annum vero vicefimum feminæ notitiam habuiffe, in turpiffimis habent rebus.
In tuffiendo, Per tuffim. Plaut. Afin. 4. 1. 49.

Ut cuiquam linguam in tuffiendo proferat.

In tuto res eft. Plaut. Merc. 5. 2. 50. Ter. Heaut. 4. 3. 17.

— videndum eft, inquam,
Amici quoque res, Clinia, tui in tuto ut collocetur.

In tutum eduxit legiones. Plaut. Moft. 5. 1. 7.
In verba certa dare recuperatores. Cic. 5. Verr. 28. Quærebant quæ in verba recuperatores daret: refpondebat, fi pateret adverfus edictum feciffe, quæ in judicio dictorum effe dicebat.
In veritate, pro Vere. Ulpian. in l. Hæres inftitutus. D. De acquir. hæreditate, Non poterit adire hæreditatem, etfi ejus conditionis fit, ut in veritate teftari poterit. Idem in l. Quæ utiliter. D. De negotiis geftis, Quamvis animo gerendi fororis negotia id fecit: in veritate tamen filiorum defuncti geffit.
In vero. Ulpian. in lege Qui cum tut. §. ult. D. de tranfact. Qui per fallaciam cohæredis, ignorans univerfa quæ in vero erant.
In vefperum parata. Plaut. Moft. 3. 2. 11.

Res parata eft mala in vefperum huic feni.

In via. Plaut. Men. 2. 3. 75.

Ne uxor cognofcat te habere, fi in via confpexerit.

In vicem fuccedere. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed exempta modice non funt letalia, in vicem eorum fuccedente corporea cicatrice.
In vicino funt terræ. Plin. lib. 2. cap. 16.
In viros dividere: h. e. In fingulos viros, vel viritim. Plaut. Aul. 1. 2. 30.
In vitam uti cibo. Paterc. lib. 2. 41. de C. Cæfare, Qui denique femper & fomno & cibo in vitam, non in voluptatem uteretur.
In unguem committi. Celf. lib. 8. cap. 1. de futuris quibus connectuntur offa capitis, verba faciens. Ex his ceteræ quidem futuræ in unguem committuntur. Quid autem fit in unguem committi fic explicat Galenus lib. de Offibus, cap. 1. Sutura, compofitio quædam eft, ad confutarum rerum (utpote quæ in capitis offibus habetur) fimilitudinem. Hanc nonnulli dum explicare ftudent, ferratam compagem ftructuramque, alii in unguem commiffuram effe definiunt. Sed illi nobis, ut puto, patefaciunt atque in memoriam revocant, quum ferræ inter fe contrario occurfu congrediuntur: hi vero, quæ in unguem committi dicuntur, quum gibbæ videlicet partes ad unguium figuram ftructæ, in finus quibus apte excipi poffunt, fubeunt. Idem de ufu partium lib. 9. fub. init. Offium, quæ ad futuræ generationem adaptantur, utrumque eminentiam habet & cavitatem, non una ferie, fed fitu alternantes. Eft autem eminentia quidem, figura unguibus digitorum potiffimum adfimilis. Cavitas vero, fedes eft, hujufmodi figuræ commenfurata. Utrumque igitur os fuis cavitatibus alterius eminentias excipiens, totam figuram articulationis efficit, duabus ferris ex adverfo in fefe ad dentes in unguem compofitos ingredientibus fimillimam. Paulo poft. Quin & veftimentis ex pluribus pannis laceris confutis compofitionem hanc comparans, haudquaquam aberraveris: unde & veteres (ut ego arbitror) futuras ipfas appellarunt: quod nomen in hunc ufque diem retinent. Aliter Virgil. 2. Georg. 278.

Indulge ordinibus: nec fecius omnis in unguem
Arboribus pofitis fecto via limite quadret. Servius, In unguem.

i. e. Ad perfectionem. Et eft translatio a marmorariis, qui juncturas unguibus probant. Ad unguem, dixit Hor. 1. Serm. 5. 32.
In univerfum, pro eo quod eft Generaliter. Quintil. Verum ante quam de fingulis loquar, pauca in univerfum de varietate opininionum dicenda funt.
In volatu pafcitur hirundo, Volando. Plin. lib. 10. cap. 24. Ea demum fola avium non nifi in volatu pafcitur.
In vulgus fama peffima. Liv. 3. 43. extr. Sepultus ingenti militum mæftitia, peffima decemvirorum in vulgus fama, eft.
In vulgus gratum. Cic. 2. Att. 22. Quod egregie non modo iis qui utuntur opera, fed etiam in vulgus gratum effe fentimus. h. eft. Vulgo gratum.
In pro Ex. ut, Bibere in offibus capitum. Flor. 3. 4. 2. In offibus humanorum capitum bibere. Plin. 7. 2. Venenum in auro bibitur. apud Senec. Trag. Thyeft. v. 453. In offibus bibere item apud Ruf. Feft. & Amm. Marcell. lib. 27. 4. Quot incommoda ibi in hac re capies? Ter. Heaut. 5. 1. 59. STATUAM IN AERE AURATAM POSUERE, Vet. Infcr. i. e. Ex ære, æneam deauratam.
In pro Ex, ut Laudem venari in aliqua re, pro Ex aliqua re. Vide VENOR. H. St. Deerat in Lugd. fuperior obfervatio.
In, pro De. Cic. 7. Fam. 16. Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te præbuifti, plane non reprehendo. i. e. De Britannia, Quantum ad Britanniam, vel In expeditione & negotio Britanniæ: neque enim Trebatius in infulam Britanniam navigarat. id quod docet ipfe Cicero lib. eod. epift. 10. his verbis, Tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus: qui neque in Oceano natare volueris ftudiofiffimus homo natandi, neque fpectare effedarios. In Britannia igitur, i. e. Quod ad profectionem in Britanniam pertinet. Ita Macrob. 2. Saturn. 2. Plancus in Mævia Galla nupta male audiebat.
In quæ laboramus fola venimus, divitias, luxuriamque. Vide LABORO. H. St. Verba funt Livii 7. 25.
In pro Apud. V. Broekh. ad Propert. 1. 1. 11. vel Interpp. & Serv. ad Virg. 8. Æn. 53.
Circumlocutionem variorum cafuum fæpiffime efficit: ut, Æmulus in aliquem, Similis in aliquem. V. Gruter. Sufpic. 1. 11. Addere album in veftimentum. Liv. 4. 25. Adeo videmur vobis effe idonei in quibus fic illudatis. Ter. Andr. 4. 4. 19.
In, cum motu, accufativum recte pofcit. Non defunt tamen exempla contrariæ locutionis. V. Voffium de Conftruct. cap. 56. Phædr. 5. 1. 25.

Quinam cinædus ille in confpectu meo
Audet venire? V. Scal. ad illud Manil. lib. 5.
Quum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ. Lactant.

1. 11. Aureos nummos largiter in finu ejus effudit. Viciffim apud Tacit. 1. Hift. 77. In cuftodiam habere. Plura exempla fupra habes.
In, componitur cum omnibus litteris, tam vocalibus quam confonantibus, fed quando vel vocalibus jungitur, vel C, D, F, G, H, N, Q, S, T, femper remanet N. ut Inauris, Ineo, Injicio, Inops, Invoco, Incedo, Induco, Infero, Ingero, Inhibeo, Innuo, Inquiro, Infifto, Intueor. Quando vero cum B, M, & P, mutatur N in M: ut Imbibo, Immunis, Impono. Cum L, & R, mutatur N in L, vel in R: ut Illudo, Irruo. De hac re multum difputant Cellarius aliique, qui de Orthographia Latina tractant.
In, in compofitione & auget & minuit fignificationem. V. Barth. ad Claudian. p. 44. & 45. Ita Infractus, Immutatus, Impotens. &c. quæ utramque vim habent.
Aliquando in compofitis Intus notat: ut, Incœnare pro Intus cœnare. Suet. Tiber. cap. 39. Exempla aliorum verborum infra fequuntur.

## I N A

INA, æ. f. Subtiliffima vena & tenuiffima ex Græco. V. Salmaf. Exercit. Plin. p. 270. Gefner. Chreftomath. Plin. p. 525.
INABRUPTUS, a, um. Adj. [ἄῤῥηκτος] Quod non eft abruptum, aut Quod abrumpi non poteft. Stat. 5. Silv. 1. 44.

Nec mirum, fi vos collato pectore miftos
Junxit inabrupta Concordia longa catena.

INACCESSUS, a, um. Adj. [ἀπρόσιτος] Ad quem non acceditur, vel accedi non poteft. Plin. lib. 10. cap. 12. Deferta incolit: nec tantum defolata, fed dira etiam & inacceffa.
Aditus inacceffi. Si lib. 3. 516.

Rumpit inaccessos aditus, atque ardua primus
Exsuperat. De Hannibale superante Alpes.

Formositas inaccessa, Incomparabilis. Apul. Met. lib. 4. p. 155.
Mapalia inaccessa. Tacit. 4. Hist. 50.
Vertex inaccessus. Tacit. Germ. 1.
Inaccessus, Ad quem nullus debeat accedere. Virg. 7. Æn. 11.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu. Servius.

**Inăcesco**, Aciditatem amittere. T. Priscian. 2. 29. Phlegmate inacescunt cibi. adde Plin. 28. 9. & Scrib. Larg. Comp. 104. [ Non est Amittere his locis, sed Contrahere aciditatem, & prorsus, idem ac Acesco simplex.
Item, Dolorem afferre. Ovid. de Rem. Amor. 307.

Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus. Apul. Met. 5. p. 163.

Si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia.

**Inacidatus**, a, um. Adj. Aceto tinctus. Apul. Met. 8. p. 210. Spongiis inacidatis. Al. Madidatis. V. Elmenh. ad loc. [ Inacetatis puto legendum, i. e. Ex aceto expressis, ut Celsus loqui assuevit.

**Inăchia**, Puellæ nomen adamatæ ab Horatio, cujus ipse meminit Epod. 11. 5.

Hic tertius December, ex quo destiti
Inachia furere, silvis honorem decutit. Et ode sequente v. 14.

Inachia regio, V. post seq. dict.

**Inăchus**, i, m. [Ἴναχος] Pater Ionis vel Iûs, qui primus apud Argivos regnavit, & Inacho fluvio nomen dedit: unde & poetæ fluvium ipsum Ionis patrem vocant, & regem faciunt Argivorum, de quo Strabo lib. 8. De Inacho rege meminit Hor. 2. Carm. 3. 21.

Divesne prisco natus ab Inacho, &c.

Antiquus. Sen. Thyest. 4.
Volucer. Sen. OEth. 2.
Fabula est apud Ovid. 1. Met. 583. & apud Virg. 7. Æn. 372.

**Inăchĭdes**, æ. patronym. m. [Ἰναχίδης] Ovid. 1. Met. 753.

Non tulit Inachides. De Epapho, qui ex Jove & Ione natus erat.

Stat. pro gentili posuit, 3. Theb. 365.

— trepidi de sedibus astant
Inachidæ. i. e. Argivi.

**Inachis**, ĭdis. patronym. f. [Ἰναχίς] Propert. lib. 1. 3. 19.

Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidis. i. e. Iûs filiæ Inachi.

Ovid. 1. Met. 611. —— inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.

Ripæ Inachidæ. Ovid. 1. Met. 640.

Venit & ad patrias, ubi ludere sæpe solebat
Inachidas ripas. Posuit pro gentili Inachias ripas.

**Inachius**, a, um. Adj. [Ἰνάχιος] Virg. 3. Georg. 153.

Inachiæ Juno pestem meditata Juvencæ.

Urbes Inachiæ. Stat. 1. Theb. 324.
Litus Inachium. Ovid. 5. Fast. 656.

**Inăchia**, [Ἰναχία] vocatur tota Peloponnesus, non solum Argos, ab Inacho fluvio. Stephanus.

**Inădībĭlis**, apud Sidon. Apollinar. i. e. Inaccessus.

**Inadversum**, [εἰς τὸ πρόσθεν] pro In parte adversa, vice adverbii fungitur. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 35. L. Cotta legatus omnes cohortes, ordinesque adhortans, inadversum os funda vulneratur. Columel. lib. 4. cap. 25. pr. Cum inadversum pressa manu desecare quid debet. [ Sed nisi divise legas sententia nulla subest verbis. In adversum est In partem adversam. apud Cæsarem vero In adversum os, est idem ac si In os, simpliciter dixisset. Inadversus vero ὑφὲν dici posset adjective, pro Non adversus, ut Inaspectus & similia.

**Inădūlābĭlis**, e. Adj. [ἀκολάκευτος] Non obnoxius adulationi. Gell. lib. 14. cap. 4. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit judicem, qui justitiæ antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, &c.

**Inædĭfĭco**, [ἐνοικοδομέω] āre. Idem quod Ædificare significat. Cæs. 1. Bell. Civil. 27. Portas obstruit, vicos, plateasque inædificat, fossas transversas viis perducit. Idem 2. Bell. Civil. 16. Inædificata in muris ab exercitu mœnia.
Locum inædificare. Scævol. in l. ult. D. de pign. action. Quum eum locum inædificare vellet.
Inædificata & immolita ædificia. Liv. 39. 44.
Inædificare, pro Simul ædificare & construere. Plin. lib. 10. cap. 3. Inædificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagatem. h. e. In nido ædificatur. [ Non est ergo Simul ædificare.
Inædificare, Quod ædificatum erat destruere. Cic. de Arusp. Resp. 32. A Sexto Serrano sanctissima sacella suffossa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata nescimus? [Hic Inædificata dicuntur sacella, in quorum semirutis fundamentis ædificia profana superstructa fuerunt.

**Inædificātio**, ōnis. f. Plaut. Mil. 2. 2. 55.

Apage, non placet profecto mihi illa inædificatio.

**Inæquālis**, e. [ἄνισος, ἀνώμαλος] Notæ significationis.
Autumni inæquales. Ovid. 1. Met. 117. quia autumnus modo frigidus est, modo calidus: ideo morbosus.
Loci. Tacit. Agric. 36.
Mensa, Malefulta. Martial. lib. 1. 56.

Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

Tonsor, Qui inæqualiter tondet. Hor. 1. Epist. 1. 94.
Compar. Plin. 9. Epist. 5. extr. Nihil est ipsa æqualitate inæqualius. [ Lego Ista.
Superl. Suet. Aug. 75. Inæqualissimarum rerum sortes.

**Inæqualĭter**, Adv. [ἀνίσως] Columel. de Arborib. cap. 7. Et eodem ferro acuto plagam emendes, sicubi inæqualiter findi videbitur. Liv. 28. 20. pr. Clavos secum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt. Idem 37. 53. Inæqualiter alios deprimere, alios extollere. Usus est Celf. 2. 6. Sen. Epist. 28. Et Tacit. 2. Ann. 16.

**Inæqualĭtas**, ātis. f. [ἀνισότης, ἀνωμαλότης] Columel. lib. 3. cap. 12. Opus est inter has inæqualitates magno temperamento.

**Inæquābĭlis**, e. [ἀνώμαλος] Idem quod Inæqualis: ut, Inæquabilis locus campester. Varro 1. de R. R. cap. 6.
Percussus venarum inæquabilis. V. Percutio.

Solum inæquabile. Liv. 35. 28.
Varietate inæquabili distinguere. Cic. in Partit. 12.

**Inæquabĭlĭter**, Adv. [ἀνωμάλως] Varro 3. de R. R. cap. 9. Ob quam rem ova aut inæquabiliter maturescunt, aut consenescunt.

**Inæquabĭlĭtas**, ātis. f. Arnob. lib. 2. p. 81. Elementorum inæquabilitas.

**Inæquo**, [ἀνισόω] āre. Complanare, adæquare. Cæs. 1. Bell. Civil. 27. Fossas transversas viis perducit, atque ibi sudes, stipitesque præacutos desigit. Hæc levibus cratibus terraque inæquat.
Onus inæquatum. Tibul. lib. 4. 1. 43. Hic est Adj. pro Non æquatum.

**Inæstĭmābĭlis**, e. Adj. [ἀτίμητος] Quod æstimari non potest. Liv. 35. 14. extr. Idem 29. 32. pr. Inæstimabile gaudium.
Æstimabile & Inæstimabile, contraria. Cic. 3. de Fin. 20. Æstimabile esse dicitur (sic enim ut opinor appellamus) id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquid pondus habeat dignum æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat: contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium.

**Inæstimatus**, a, um. Adj. Non æstimatus. Ulpian. in l. Plerumque D. de jur. dot. Quoties non æstimatæ res in dotem dantur, & meliores & deteriores mulieri fiunt. Si prædiis inæstimatis aliquid accesserit, hoc ad compendium mulieris pertinet.

**Inæstuo**, [ἐγκυμαίνω] āre. Idem quod Æstuare, aut Valde æstuare. Hor. Epod. 11. 15.

Quod si meis inæstuet præcordiis
Libera bilis, &c. conf. Prudent. in Symmach. præf. 1. 55.

**Inaffectātus**, a, um. Adj. [ἀπροσποίητος] Non affectatus. Quintil. lib. 11. cap. 1. extr. Quia simplicitas illa, & velut securitas, inaffectatæ orationis mire tenues causas decet. Plin. in Paneg cap. 67. pr. Inaffectata veritas verborum. i. e. Naturalis & aperta. veritas enim fuco caret, & prætextu verborum. Inaffectata jucunditas. Quintil. lib. 10. cap. 1. Quid ego commemorem Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam?

**Inaffectus**, a, um. Adj Idem. Apul. Met. 2. p. 115. Inaffectum capillitium. Ni legatur Inaffectatum.

**Inalbeo**, Idem quod Albesco. Apul. Met. 7. pr. Ut primum tenebris abjectis dies inalbebat. V. Albeo.

**Inalbesco**, [ἐκλευκαίνομαι] ĕre. Album fieri. Cels. 2. 7. Venæ sub lingua inalbescunt. Idem 5. 28.

**Inalbo**, āre. Album facere. Apul. Met. 10. p. 248. Cerei præclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.

**Inalgesco**, [ἐκριγόομαι] ĕre. Idem quod Algescere. Cels. lib. 3. cap. 3. Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit.

**Inălĭēnātus**, a, um. Adj. Incorruptus. Scribon. Larg. Compos. 214. Adjicitur propolis inalienatæ, sinceræ, & bonæ selibra.

**Inalpīni**, [Ἐναλπεῖοι] dicuntur, Qui Alpium initia & veluti fauces incolunt. Plin. lib. 3. cap. 4. ad finem, Adjecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Avanticos atque Ebroduntios. Quanquam pro incolis Alpium videtur accipere, cap. 5. 10. Alpes populique Inalpini variis nominibus: sed maxime capillati. Utitur & Cic. 11. Fam. 4. Suet. Aug. 21. Domuit Salassos, gentes Inalpinas.

**Inalto**, āre. Idem quod Exalto. Paulin. ad Cyther. 738. Quia qui superbos deprimit, humiles inaltat. Apul. in Trismeg. p. 85. Inaltata est cava mundi rotunditas in modum sphæræ.

**Inămābĭlis**, e. Adj. [ἀνέραστος] Qui non potest amari, in quo nihil est propter quod ametur. V. Gell. lib. 2. cap. 6. & Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7. Plaut. Bacch. 4. 3. 3.

Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus vivo. Plin. Epist. 9. 10. extr. Quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magisque laboribus ruris, quam voluptatibus simile.

Feritas inamabilis. Ovid. 1. de Pont. 6. 5.
Locus inamabilis. Ovid. 5. Trist. 7. 43.
Regnum inamabile. Ovid. 14. Met. 590.
Ridere inamabile. Ovid. 3. de Arte Am. 289. al. Stridere.

**Inamātus**, a, um. Adj. Non amatus. Sil. 12. 527.

Haud inamatus ager. Theodulf. 1. 543.
— inamati tegmina busti.

**Inămāresco**, [ἀποπικραίνομαι] ĕre. Amarum fieri. Hor. 2. Serm. 7. 107.

Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.

In immarcesco ponitur, Nempe Immarcescunt epulæ. H. St.

**Inambĭtĭōsus**, a, um. Adj. [ἀφιλότιμος, ἀφιλόδοξος] Ovid. 11. Met. 766.

Secretos montes & inambitiosa colebat
Rura.

**Inambŭlo**, [ἐμπεριπατέω] āre. significat Spatiari, & spatia ambulando conficere. Cic. 1. de Orat. 261. Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Idem 6. Att. 2. Ante lucem inambulabam domi. Plaut. Asin. 3 3. 92. Inambulandum est.
Quiescere & Inambulare, contraria. Cic. 6. Verr. 32. Eo quum venio, Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.
Cum aliquo in porticu inambulare. Cic. 2. de Orat. 12.
In viridi, opacaque ripa inambulare. Cic. 1. de Legib. 15.
Per muros inambulare. Liv. 23. 43.

**Inambulātio**, ōnis. f. [ἐμπεριπάτησις] Cic. in Brut. 27. Non multa jactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Catull. ad Flavium, 6. 11. — tremulique quassa lecti
Argutatio, inambulatioque.

Item, Locus ubi inambulatur. Plin. 14. 1. Una vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat.

**Inămœnus**, a, um. Adj. [ἀφαιδρωπός] Ovid. 10. Met. 15.
Persephonen adiit, inamœnaque regna tenentem.
Feritas inamœna viæ. Stat. 2. Silv. 2. 33. & 1. Theb. 89.

**Inănĭmālis**, e. Adj. Macrob. lib. 4. Saturn. cap. 6. Est & ille locus ad permovendum pathos, in quo ferme dirigitur, vel ad inanimalia, vel ad muta. Apul. Trismeg. p. 88. Animalia omnia & inanimalia. Tertull. Apol. cap. 48.

**Inănĭmus**, a, um. Adj. [ἄψυχος] Quod non habet animam, vel anima caret, & non vivit. Cic. 2. Off. 11. Partim sunt inanima, ut aurum, argentum. Idem 7. Verr. 170. Tamen omnia muta atque inanima. Liv. 41. 18. Satiati cæde animantium, quæ inanima erant parietibus affligunt. Tacit. 1. Hist. 84. Muta ista & inanima intercidere ac reparari. Adde 4. 69.

Ina-

Inanima caro. Plin. lib. 7. cap. 15.
Inter Inanimum & Animal quid interſit, oſtendit Cic. 4. Acad. 37. Deinde (inquit) quum inter inanimum & animal hoc maxime interſit, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid.

INĂNĬMIS, e. Adj. Idem. Apul. 1. Met. p. 108. Inanimis, nudus & frigidus.

INĂNĬMO, āre. Gruter. Inſcript. Spur. p. 27. Urinantem inanimat. unde apud Sen. Epiſt. 58. Corpora omnia aut animantia eſſe aut inanimantia. [ Niſi Inanimata legendum. Certe non eſt Partic. verbi Inanimo, quocum nec ſignificatione convenit. Formatur ab In priv. & Animans, ut Inamatus Adj. ab Amatus. Participia ſine verbo aliqui vocant.

INĂNĬMĀTUS, a, um. Adj. [ἄψυχος] Idem quod Inanimus. Cic. in Topic. 69. Animata inanimatis anteponantur. Al. Inanimis. Et 3. de Nat. Deor. 40. Defendit hanc vocem Borrich. contra Lambinum Voſſiumque. V. Cogit. in Voſſium p. 127. Defendit item Manutius & retinent] Codd. melioris notæ.

INĀNIS, e. [κενὸς, διάκενος, φρεῦδος, τυφλὸς] Vacuus. Plaut. Perſ. 3. 1. 26.
Non ego inimicitias omnes pluris æſtimo,
Quam menſa inanis ſi nunc apponatur mihi.
Inanis atque inops, Pauper. Plaut. Bacch. 3. 4. 19. Cic. pro Cluent. 70. Quum domi ſuæ, miſerrimus & inaniſſimus, tantum nummorum poſitum videret.
Inanis accedit. i. e. Nihil ſecum affert. Plaut. Pſeud. 1. 3. 74.
Nihilne te mei miſeret? B. inanis accedas? dicta non ſonant.
Al. Cedis Sic Cic. 14. Att. 3. Inanes redierunt. Plaut. Amph. 1. 1. 174. Idem Aſin. 3. 3. 70.
Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. i. e. Sine onere.
Inanem ex aliquo loco profugere. Cic. 3. Verr. 37.
Ager inanis. Cic. 5. Verr. 121.
Animus. Tacit. 4. Hiſt. 39.
Artus. Ovid. ad Liv. 132.
Bella inania gerens. Sil. lib. 1. 69. i. e. Simulacra pugnæ.
Cauſas nequicquam nectis inanes. Virg. 9. Æn. 219.
Ceræ. i. e. Sine melle. Virg. 4. Georg. 241.
Cogitationes inanes. Cic. pro Milon. 95.
Corpus, Mortuum. Ovid. 15. Epiſt. 116.
Crimen. Cic. 4. Verr. 177. Crimen hujuſmodi niſi litteris confirmetur, inane eſſe dicet?
Cupiditatum inanium nec modus ullus, nec finis inveniri poteſt. Cic. 1. de Fin. 45.
Curæ. Lucret. lib. 3. 117.
Decus inane. Hor. Epod. 5. 7.
Doli frangentur inanes. Virg. 4. Georg. 400.
Domus, cui opponitur Exornata & inſtructa. Cic. 4. Verr. 84.
Elocutio inanis, ac pæne puerilis. Cic. 1. de Orat. 20.
Equus, Cui nemo inſidet. Cic. 4. Verr. 160.
Favor. Tacit. 2. Hiſt. 30.
Fletus. Virg. 4. Georg. 375.
Galea. Virg. 1. Georg. 496. & 5. Æn. 673.
Horrea. Ovid. 1. Triſt. 8. 9.
Ira. Virg. 10. Æn. 758.
Dii Jovis in tectis iram miſerantur inanem. Ubi Servius, Generaliter dicit omnem iram bellicam; ubi enim tam inanis iracundia eſt quam in bello, ubi ut pereamus iraſcimur?
Lætitia tumefactus inani. Propert. lib. 3. 6. 3.
Locus. Cic. 7. Verr. 95. Quem poſteaquam inanem locum offenderunt, & Prætorem commoviſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt.
Ludus. Virg. 4. Georg. 105.
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. i. e. Levi.
Medicina inanis, i. e. Nullius fructus aut utilitatis. Celſ. 7. 16. pr.
Metus. Lucret. lib. 3. 995. i. e. Vanus.
Munus, Non profuturum. Virg. 6. Æn. 885.
— & fungar inani Munere. Servius.
Navis. Cic. 7. Verr. 103. Inanem te navem eſſe in Italiam deducturum.
Navigia. Plin. Paneg. 31. Adde Nep. 7. 8. 6.
Nomen. Hor. 1. Epiſt. 17. 41.
Nubila. Virg. 4. Georg. 196.
Operam inanem ſumere. Hor. de Arte Poet. 443.
Oſtreæ, Vacuæ. Plin. 9. cap. 31. Huic ſolertia eſt, inanium oſtrearum teſtis ſe condere.
Pictura. Virg. 1. Æn. 468.
— animum pictura paſcit inani.
Promiſſum. Ovid. 3. Faſt. 685.
Rotæ, Sine pondere. Serv. ad Virg. 3. Georg. 170.
Sagina. Quintil. lib. 2. cap. 15. Et verum robur inani ſagina mentiantur.
Simulacra. Ovid. 3. Met. 668.
Somnia. Cic. 2. de Divin. 127.
Spe multum captus inani. Virg. 11. Æn. 49.
Spe inani & tenui conſolari. Cic. pro Roſc. Com. 43.
Studium. Virg. 2. Ecl. 5.
— ibi hæc incondita ſolus
Montibus & ſilvis ſtudio jactabat inani.
Studia inania, & fluxa. Tacit. 3. Ann. 50.
Tempus. Virg. 4. Æn. 433.
Vas inane quum dicimus, non ita loquimur ut phyſici, quibus inane nihil placet, ſed ita ut, verbi gratia, ſine aqua, ſine vino, ſine oleo vas eſſe dicamus. Cic. de Fato 24.
Verba. Virg. 10. Æn. 639. — dat inania verba,
Dat ſine mente ſonum, greſſuſque effingit euntis.
Verba inania fingis. Propert. lib. 3. 20. 5.
Viſiones inanes. Cic. 4. Acad. 33.
Umbra. Ovid. 3. Triſt. 11. 25.
Voces inanes fundere. Cic. 3. Tuſc. 42.
Inanes homines a Latinis plerumque intelliguntur Homines jejuni animi & laudis ambitioſi & honoris cupidi: quod enim iis carere videantur, & vacui eſſe, avide quo carent conſectari putantur. Nam ſi laude & gloria ſatiati plenique eſſent, non tanto ad eam animi ſitim explendam ſtudio raperentur. Tacit. 4. Hiſt. 39. Dein poſtquam inanem animum ſpe & cupidine impleverat. Et Perſ. 1. Sat. 1. de iis qui ſcribenda oratione ſoluta, aut condendo carmine famam ingenii ſtulte ambiunt, aut inepte eloquentiæ & eruditionis nomen captant, & a vera laudis via aberrant:
— ô quantum eſt in rebus inane. Turnebus Adverſ. 10. 1.
Inanis homo. i. e. Vanus. Salluſt. Jugurth. 68.
Inanes, mentis inopes, vani, Gravibus oppoſiti. Lucret. 1. 640.
Clarus ob obſcuram linguam, magis inter inanes,
Quamde graves inter Graios, qui vera requirunt.
Ita ſæpe ad contemtum. Hor. 1. Serm. 4. 76.
— inanes. Hoc juvat. Cic. 2. Fam. 17. Puſillus animus & ipſa malevolentia jejunus atque inanis.
Inanis, cum genitivo. Ovid. 3. Epiſt. 60.
Sanguinis atque animi pectus inane fuit.
Inaniſſimus prudentiæ, h. e. Prudentia omnino vacans. Cic. pro Muren. 26. Poſtea vero pervulgata, atque in manibus jactata & excuſſa, inaniſſima prudentiæ reperta ſunt.
Inanis, cum ablativo. Cic. 2. Att. 8. Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuavi venerat.
Inanem a marſupio. Prudent. in Laurent. 104.
Inane, Leve & non conſtans. Cic. Bruto 3. Nihil eſt in me inane, neque enim debet. Budæus.
Nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſupervacuum. Cic. 1. de Nat. Deor. 93.
Subſtantive, pro Aëre, cælo. Ovid. 2. Met. 506.
Suſtulit, & celeri raptas per inania vento
Impoſuit cœlo.
Magnum inane. Virg. 6. Ecl. 31.
Profundum inane. Lucret. Lib. 1. 1101.
Superl. Cic. 8. Att. 3. Apulia inaniſſima pars Italiæ. conf. ſupra.

INANĬTER, Adv. [κενῶς, φρούδη] Cic. 4. Tuſc. 13. Quum autem inaniter & effuſe animus exſultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt.
Inaniter, pro Fruſtra. Ovid. 2. Met. 620.
— & medicas exercet inaniter artes. Hor. 2. Epiſt. 1. 211.
— meum qui pectus inaniter angit.
Inaniter moveri. Cic. 4 Acad. 34.

INANĬTAS, ātis. f. Vacuitas. Plaut. Caſ. 4. 3. 5. Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant. Cic. de Fat. 18. Quum duo individua per inanitatem ferantur.
Inanitas, Vanitas. Cic. 3. Tuſc. 3. In ſumma inanitate verſatur.
Inanitas & error. Cic. 1. de Fin. 44. Ut ſapiens ſolum, amputata circumciſaque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus, ſine ægritudine poſſit & ſine metu vivere.
Arundinis inanitas. Plin. 13. 22.
Loci. Sen. 6. Nat. Quæſt. 25. extr.
Oris. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Verborum. Gell. 13. 18.

INANIÆ, arum. [κενότητες] pro Vacuitatibus. Plaut. Aulul. 1. 2. 5.
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus,
Ita inaniis ſunt oppletæ atque araneis. V. Non. 2. 421.

INANIO, [κενόω] īre. Vacuare. Plin. lib 20. cap. 3. Herbacea arefacta per ſe inanit alvum. De cucurbita. Idem lib. 21. cap. 20.

INANIMENTUM, i. n. Idem ac Inaniæ. Plaut. Stich. 1. 3. 19.
Inanimentis explementum quærito.

INANESCO, ĕre. Inanefieri. Ammian. 23. cap. ult. Conchulæ concuſſæ metu fulgurum inaneſcunt.

INANĔFĂCIO, ĕre. Ulpian. l. ff. de ſolut. Solutione chirographo inanefacto. V. Salmaſ. de mod. uſ. p. 471.

INANĬLŎQUUS, a, um. Adj. [κενολόγος] Qui inania loquitur & vana. Plaut. Pſeud. 1. 3. 24. Surdus ſum profecto, inaniloquus es. Al. Inanilogus. [ Perperam voce hybrida.

INĂPERTUS, a, um. Adj. [ἀνακάλυπτος, ἀνυπόπτευτος] Non patens, non expoſitus; ut Senectus inaperta fraudi. Sil. lib. 7. 26.

INAPPĂRĀTIO, ōnis. f. [ἀδιασκευασία] cui contrarium eſt Apparatio. Auct. ad Herenn. lib. 2. 7. Si præterea ex altera parte vires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

INĂQUO, āre. In aquam mergere, vel potius Convertere. Cæl. Aurel. 1. Acut. 14. Solita corporis nutrimenta inaquare. [ Lego Solida.

INĂQUŌSUS, a, um. Adj. Siccus. Tertul. de Baptiſm. cap. 1. Serpentes arida & inaquoſa ſectantur.

INARCŬLUM, i. n. Virgula ex malo punico incurvata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat. Feſt. V. Scalig. ad loc. conf. Reineſ. Var. Lect. p. 238.

INARDEO, ēre. ſive INARDESCO, inarſi, [ἐκκαίω] ēre. Idem quod Ardeſcere ſignificat. h. e. Igne, calore conſumi. Cic. 2. de Orat. 222. Dicere enim aiunt Ennium, Flammam a ſapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. [ Ego vero nullus dubito, quin diviſe legendum ſit Ore in ardente, verbumque iſtuc Inardeo commentitium puto, niſi forſan in ſubjecto Horatii loco quæras, quaſi Inarſit humeris dixerit, pro Arſit in humeris. Scholiaſtes tamen Inflammatum eſt exponit, quaſi ab Inardeſco ductum.
Inardeſcit ſolis radiis nubes. Virg. 8. Æn. 623.
— qualis quum cærula nubes
Solis inardeſcit radiis, longeque refulget.
Inarſit veſtis humeris, Hor. Epod. 3. 18.
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſius. τὸ Humeris dativus eſt. Quintil. lib. 11. 3. Tacit. 6. Ann. 32. 2. Inardeſcere cupidine victoriæ.

INĀRESCO, [καταξηραίνομαι] ĕre. Idem quod ſuum ſimplex: niſi aliquid addat præpoſitio. Columel. lib. 4. cap. 24. Nec patiantur ante maturitatem fructum inareſcere. Plin. 17. 28.
Inareſcens ficus a rore. Columel. lib. 12. cap. 15.
Lacrymæ inareſcunt. Quintil. lib. 6. cap. 1. Nihil facilius quam lacrymas inareſcere.
Aquam inſpergere quoties inareſcit. Plin. 27. 8. conf. Vitruv. 7. 3. & 11. Celſ. 5. 17. 2: 5. 26. 23. & 6. 6. 3. Columel. 2. 14. Curt. 5. 5. 11.

INĀRĔFACTUS, a, um. Partic. ab Inareſio. Plin. lib. 32. cap. 10. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem vel ſanguinem inarefactum.

INARGENTĀTUS, a, um. Adj. [ὑπάργυρος] h. e. Argento coopertus & illinitus atque obvolutus. Plin. lib. 21. cap. 2. Paulatimque & Romæ ſub-

mæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis postquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.
Lecti inargentati. l. 3. D. de Supellectile.

INARGŪTUS, a, um. Adj [ἀκομψος] Ulpian. in l. Hoc senatusconsultum. D. de usufructu earum rerum quæ usu consumuntur, Quæ sententia mihi non inarguta videtur.

INARGŪTE, Adv. [ἀσυμβόλως] Non astute. Gell. lib.21. cap. 13. Tunc Sulpicius Apollinaris, Non me hercle inargute, inquit, nec incallide oppofuisti hoc Tullianum.

INĂRĬME, [Ἄριμα, Ἄριμοι] Insula in ora Campaniæ prope Neapolim: & ut ait Plin. lib. 3. cap. 6. in Puteolano sinu, Ænaria a statione navium Æneæ vocitata. Vulgo *Ischia* ab oppido cui coxendicis similitudo, ut docet Hermolaus. Inarime vero ab Arimis, sive populis, sive belluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci πιθήκους vocant; unde nomen insulis Pithecusis, ut Straboni placet, ex historia fabulosa, quam refert. Ovid. 14. Met. 89.
Inarimen, Prochytenque legit, &c. Quanquam Plin. l.c. ait, Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a figlinis doliariorum. πίθος enim dolium Græcis dicitur.
Tyrrhena Inarime. Sen. OEth. 9.

INĂRO, [ἐναρόω] āre. Idem quod Arare, Arando ingerere. Varro 1. de R.R.cap.23. Lupinum &c. si ager macrior est, pro stercore inarare solent.
Inarare, pro Superarare, sive Arata terra operire. Columel. lib. 2. cap. 5. Disjectum deinde protinus fimum inarari & obrui convenit. Ibid. cap. 9. Ibi columbinum stercus, vel (si id non est) folia cupressi convenit spargi, & inarari. Rursus cap. 10. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus. Et cap. 16. Lupinum quum agricola exili loco circa idus Septembris sparserit & inaraverit, idque tempestive vomere vel ligone succiderit, vim optimæ stercorationis exhibebit.
Inarare arbores. Columel. lib. 2. cap. 2. Nemorosi, inquit, fruticosique tractus duplex cura est: vel exstirpandis radicitus arboribus & removendis: vel si raræ sint, tantum succidendis, incendendisque, & inarandis. Plin. lib. 18. cap. 14. Inarari protinus solum opus est. Attamen
Tellus inarata. Hor. Epod. 16. 43.
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea. Inarata, Non arata. Imputata, Non putata. Fortunatarum insularum est periphrasis. Sic Terra inarata. Virg. 1. Georg. 83. adde Stat. 10. Theb. 507. [Verum his locis non Participium est verbi Inaro, sed Nomen adjectivum ex In & Aratus Partic. compositum. Sic mox Inascensus, Inaspectus, & similia.

INARTĬFĬCIĀLIS, e. Adj. Quintil. lib. 5. cap. 1. Ideoque illas ἀτέχνους, i. e. Inartificiales: has ἐντέχνους, i. e. Artificiales vocaverunt. conf. cap. 5. & 7. extr.

INARTIFICIALĬTER, Adv. V. ARTIFICIALITER. Quintil. lib. 2. cap. 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem

INASCENSUS, a,um. Adj. [ἄβατος] pro Non ascenso. Plin. in Paneg. 65. Jam toties procedere in rostra, inascensumque illum superbiæ principum locum terere, &c. i. e. Nunquam ab aliis superbis principibus ascensum, ut jus publice dicerent.

INASPECTUS, a, um. Adj. [ἄοπτος] Non conspectus, non visus. Stat. 1. Theb. 48.
Illum indulgentem tenebris, imæque recessu
Sedis, inaspectos cælo radiisque penates
Servantem. al. Inadspectos.

INASPĬCĀBĬLIS, e. Gloss. Gr. Lat. ἀόρατος, invisibilis, inaspicabilis.

INASPĬCUUS, a, um. Adj. Idem. Auson. Epist. 23. 22.
Semper inaspicuis prodentur scripta favillis. al. In adspicuis. conf. Apul. Met.

INASSĀTUS, a, um. Partic. [ἄοπτος] Idem quod Assatus. Plin. lib. 28. cap. 8. Glaucomata vero jecinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Et cap. 10. Quidam & ipsum arundine exenteratum inveteratumque bibendum dedêre. Alii in cibo in ligneis verubus inassatum.

INASSUĒTUS, a, um. Adj. [ἀήθης] Idem quod Insuetus, inusitatus. Ovid. 4. Fast. 450,
Panditur interea Diti via: namque diurnum
Lumen inassueti vix patiuntur equi.
Manu inassueta agere aliquid. Ovid. 1. de Arte Am. 300. Sil. 3. 236. Sinus cingere inassuetum. Sulp. Sever. Hist. Sacr. 1. 4. Inassueto sermonis genere.

INATTĔNUĀTUS, a, um. Adj. [ἀλέπτυντος] Non attenuatus aut imminutus. Ovid. 8. Met. 844.
— sed inattenuata manabat
Tum quoque dira fames, implacatæque vigebat
Flamma gulæ.

INAUDAX, ācis, o. g. [Adj. [ἄτολμος] Timidus. Hor. 3. Carm. 20. 3.
Dura paulo post fugies inaudax
Prælia raptor.

INAUDIO, īvi, ītum, [κατακούω] īre. semper ab antiquis videtur usurpatum de Rebus occultis, ut sit Inaudire, Id audire quod occulte agitur. Plaut. Aulul. 2. 2. 88.
Credo ego jam illum inaudisse mihi esse thesaurum domi.
Inaudire de re aliqua. Plaut. Most. 3. 1. 11. Cic. apud Non. 2. 442, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. Idem 6. Att. 1. Nunquid de quo inaudisti?

INAUDĪTUS, a, um. Adj. [ἀνήκουστος, ἀδιάκουστος] Non auditum, inusitatum, novum. Liv. 35. 49. Et multa nomina gentium inauditarum.
Inaudita magnitudo, Incredibilis & admodum magna. Plin. lib. 9. cap. 30.
Inaudita Græcis fors ista. Cic. 2. de Divin. 117.
Inauditum in omni memoria. Cic. in Vatin. 33. Fecerisne, quod in hac Repub. non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria inauditum?
Inauditum nomen imponere alicui rei. Cic. 3. de Fin. 14.
Inaudita & invisa. Cic. de Arusp. Resp. 57.
Inauditum & novum. Cic. 1. de Orat. 137.
Inauditum damnari, i. e. Indicta causa damnari. Suet. Galba, cap. 14. Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnavit.
Parte inaudita altera statuere aliquid. Sen. Med. 199.
Inauditus & indefensus. Tacit. 2. Ann. 77. Inauditi, atque indefensi tanquam innocentes perierant.
Inauditus, Absque auribus. Non. 2. 463. Quædam animalia gignuntur aut inodora, aut inaudita. Sed rectius Inaurita, ut est apud Gell. 7. 6. V. infra s. l.

INAUDĪBĬLIS, e. Adj. Qui nequit audiri. Censorin. cap. 13. pr. Septem stellæ dulcissimam quidem concinunt melodiam, sed nobis inaudibilem. Quod vero ex Cic. 15. Att. 26. pr. profertur, An fidem infirmet filio inaudibili, mendosum est. Rectius Bos. An fidem infirmet Silio. Inaudivi, &c.

INAUDIENTIA, æ. f. Inobedientia. Cyprian. Epist. 28. Perniciem sibi provocare per inaudientiam.

INAUDITIUNCŬLA, æ. f. dimin. [ἀκροαμάτιον] Gell. lib. 5. cap. 21. Habebatque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatasque, partim non probas.

INAUDĪTATUS, a, um. Adj. Tertul. Adv. Marc. 4. 24. Regnum Dei neque novum neque inauditatum.

INAUGŬRO, [οἰωνίζομαι] āre. Idem quod Augurium captare. Liv. 1. 7. Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.
Inaugurare, Dedicare, consecrare. Cic. 2. Philipp. 110. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem, vide qui te inauguret. conf. Suet. Calig. 22.
Inaugurare locum, Augurio decernere & quasi dedicare. Liv. 3. 20. Eo magis, quod & augures jussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset. Flor. 1. 7. 8. Templum erexit, quod cum inauguraretur, cedentibus ceteris Diis, restitere Juventas & Terminus. Plaut. Asin. 2. 1. 11.
Impetritum, inauguratum est, quovis admittunt aves.
Inaugurare annum. Claud. 6. Conf. Hon. 12.
Qualis erit terris, quem mons Evandrius offert
Romanis avibus, quem Tibris inaugurat annus?
Inaugurari in locum alterius augurem, item Pontificem. Liv. 30. 26.
De ritu inaugurationis. V. Lex. Pitisc.

INAUGURĀTUS, a, um. Partic. Liv. 1. 43. Centuriæ inauguratæ.
Tralate. Apul. Met. 7. p. 191. Cœna poculisque magnis inauguratus.
Vet. Gloss. Inauguratus ἀπηιωνισθείς.

INAUGURĀTIO, ōnis. f. Tertul. adverf. Valent. cap. 11. Inauguratio quædam dividendæ doctrinæ.

INAUGURĀTO, Adv. [οἰωνιστικῶς] i. e. Captato augurio. Liv. 1. 36. Id quia inaugurato Romulus fecerat, &c. Idem 1. 44. & 5. 53.

INAURIS, is. f. [ἐνώτιον] Ornamentum aurium, quo mulieres antiquæ utebantur. Plaut. Epid. 5. 1. 33.
Non meministi me inaurem ad te afferre natali die?
Lunulam atque anellum aureolum in digitum? al. Auream, ut ad seq. Lunulam referatur. Idem Men. 3. 3. 17. Inaures da mihi. Margaritis usas esse mulieres ad inaures docet Drackenb. ad Sil. 12. 231. & Interp. ud Petron. cap. 55. conf. Paul. Dig. l. 32. §. 8. vel Lex. Pitisc. ubi plures de his citantur auctores.

INAURĪTUS, a, um. Adj. [ἄωτος] Gell. lib. 7. cap. 6. Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritave, i. e. Sine auribus. Conf. INAUDITUS.

INAURO, [χρυσόω] āre. Auro tegere. Plin. 33. 3. Sua ætas de Catulo existimavit quod tegulas aureas Capitolii inaurasset primus. conf. Vopisc. Aurel. cap. 40. vel Lex. Pitisc.
Tralate. Hor. 1. Epist. 12. 9. — ut te
Confestim liquidus fortunæ rivus inauret.
Inaurari ab aliquo. Cic. 7. Fam. 13. Puto te malle a Cæsare consuli, quam inaurari.

INAURĀTUS, a, um. Partic. [χρυσωθείς] Auro intectus: ut, Inaurata statua. Cic. in Pison. 93. Et 4. Verr. 214.
Inaurata extrinsecus columna. Cic. 1. de Divin. 48. Item, Romulus in Capitolio inauratus. Cic. 3. in Catil. 19.
Crater inauratus. Ovid. 2. Fast. 251.
Lecti inaurati. Dig. l. 3. §. 3.
Lyra inaurata. Ovid. 2, de Arte Am. 494.
Movit inauratæ pollice fila lyræ.
Palla inaurata indutus. Auct. ad Heren. lib. 4. 61.
Pellis arietis inaurata. Cic. 1. Tusc. 45. Ex quodam poeta.
Compar. Tertul. de Pall. cap. 3. pr. Omni patagio inauratior.

INAURĀTOR, ōris. m. Firmic. lib. 3. cap. 4. extr. Jupiter faciet aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 1074. n. 12. CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORUM ET INAURATORUM.

INAUSPICĀTUS, a, um. Adj. [ἀπαίσιος] Non auspicatum & infelix, nempe quod fit auspicio non prius captato. ut, Nomen inauspicatum. Plin. 3. 23. Res inauspicati exempli. Idem 7. 16. Cornix ales inauspicatæ garrulitatis. Idem 10. 12. Sen. OEdip. v. 1023.
Per inauspicatum sanguinis pignus mei.
Superl. Plin. lib. 28. cap. 2. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut bibente conviva, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum judicatur. i. e. Infelicissimum.

INAUSPICATO, Adv. [ἀπαισίως] Cic. 1. de Divin. 33. Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomœrium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.
Inauspicato, pro Infeliciter aliquando accipitur.

INAUSUS, a, um. Adj. [ἀτολμηθείς] Non ausus, & quod quis non audet. Sen. Thyest. 20. Ac me innocentem faciat: & inausa audeat.
Inausum. Sen. Epist. 92. Et sciat nihil esse fortunæ inausum. Virg. 8. Æn. 205.
At furiis Caci mens effera, nequid inausum,
Aut intentatum scelerisve dolive fuisset: &c. conf. Martial. 2. 14.

## INC

INCÆDUUS, a, um. Adj. [ἄτμητος] Quod non cæditur: ex In & Cæduus. Servius in Ecl. 5. 63. Intonsi montes, Silvosi, incædui. Ovid. 2. Fast. 435. Lucus incæduus. V. Inciduus, in INCĪDO.

Incălesco, ui, [ὑποθερμαίνομαι] ĕre. Calidum fieri. Plin. lib. 14. cap. 21. Item vaſa incaleſcentia operculaque ſudantia. Ovid. 2. Met. 175.
Incaluit, ſumpſitque novas fervoribus iras.
Incaleſcere vino. Liv. 1. 57. conf Curt. 8. 22. Ovid. 2. Met. 641.
Incaluitque deo, quem clauſum pectore habebat. De Baccho in utero Semeles.
Animi incaluere. Ovid. 2. Met. 87.
Spuma incaleſcens. Plin. lib. 9. cap. 51.
Tempus incaleſcens. Columel. lib. 2. cap. 4. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proſcindendi ſunt anni tempore jam incaleſcente.
Virtus incaluit. Lucan. lib. 6. 240.

Incălĕfăcio, vel Incalfacio, [ὑποθερμαίνω] ĕre. Calidum facere. calefacere. Ovid. 4. Faſt. 919.
Quantum ſi culmos Titan incalfacit udos.

Incallĭdus, a, um. Adj. [ἀμήχανος] Non aſtutus. Cic. 1. de Invent. 4. Quum a ſummis viris maximæ res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad parvas controverſias privatorum accederent. Tacit. 3. Ann. 8. Quum incallidus alioqui, & facilis juventa, ſenilibus tum artibus uteretur.
Judex incallidus. Ovid. 3. Epiſt. Sabin. 55.

Incallĭde, Adv. [ἀμηχάνως] Cic. 3. Off. 118. In his tamen tribus generibus quoquomodo poſſunt, non incallide tergiverſantur. Gell. 7. 3. Ea non incallide conquiſivit. Idem 12. 13. Nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.

Incallo, āre. In callum redigo. Veget. R. Vet. 2. 27. Carnem indurare & incallare.

Incălo, [καλέω] āre. Vocare. Feſtus.

Incalatio, & Incalative. Idem.

Incandesco, dui, [διαπυροῦμαι] ĕre. Vehementer incendi, inflammarique. Ovid. 2. Met. 729.
Non ſecus exarſit, quam quum Balearica plumbum
Funda jacit, volat hoc, atque incandeſcit eundo. Virg. 3. Georg. 479.
— totoque Autumni incanduit æſtu. Ubi Servius, Exarſit prima Autumni parte.
Ara incanduit ignibus. Ovid. 12. Met. 12. conf. Plin. Paneg. cap. 30. & Sen. 3. Nat. Quæſt. 16.

Incandidus, a, um. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. ἀλεύκαντος, Incandidus.

Incandĭdo, āre. Jul. Firmic. de Error. Rel. prof. p. 37. Oiſel. Ut illic te poſt multas maculas cum ſpiritu ſancto Chriſti ſanguis incandidet.

Incanto, [ἐπᾴδω, γοητεύω] āre. Verbis magicis, vel etiam rebus quibuſdam adjunctis, aliquid ſupra naturam moliri. Plin. lib. 28. cap. 2. Qui malum carmen incantaſſet.
Pro Cantare. Apul. Met. 8. p. 210. Paſſerem incantantem ſepiculæ confectatur arripere.

Incantātus, a, um. Partic. ut, Vincula incantata. Hor. 1. Serm. 8. 49.

Incantātio, ōnis. f. [ἐπῳδή] Actus ipſe incantandi. Magicas inſequentur incantationes. Firmic. 5. 4. Tertul. de Cultu Fem. Incantationum vires provulgaverant.

Incantātor, ōris. m. Firmic. & Iſidor. 8. 9. Tertul. de Idolol. cap. 9. Nuſquam invenias aut Sophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores.

Incantāmentum, i. n. [γοητεία] Plin. lib. 28. cap. 2. Ex homine remediorum primum maximæ quæſtionis, & ſemper incertæ eſt, valeantne aliquid verba & incantamenta carminum.

Incānus, a, um. Adj. [ἐπιπόλιος] Idem quod Canus, aut Nimium canum ſignificat, auctore Servio ad 3. Georg. 311. Plaut. Rud. 1. 2. 37.
Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum videris. Virg. 3. Georg. 311.
— barbas incanaque menta. conf. Idem 6. Æn. 810.
Catul. 96. 6. & Suet. Domit. cap. 20.
Incanæ herbæ. Columel. lib. 8. cap. 2. Plin. lib. 24. cap. 19. Herba impia vocatur, incana, roriſmarini aſpectu.

Incānesco, ui. [ἐπιπολιοῦμαι] ĕre. Canum fieri. Virg. 2. Georg. 71.
— armiſque incanuit albo
Flore pyri.
Spumis incanuit unda. Catul. Argon. 62. 13. al. Incanduit.

Incarcĕro, āre. Varroni tribuitur. Saresb. 6. 18. Alii capti, alii incarcerati.

Incarcerātus, a, um. Livii eſſe dicitur, ſed non occurrit.

Incarcerātio, onis. f. Plinio aſſignat Tho. de S. Quercu in Lex. Philol.

Incarcerāmentum, i. n. apud Hieronym.

Incardium, i. n. Medulla. Theod. Priſc. 1. 12. al. Incordium.

Incarno, Incarnatus, & Incarnatio, apud Medicos & Theologos.

Incassum, Adv. [ματαίως, φροῦδα] Virg. 7. Æn. 421.
Turne, tot incaſſum fuſos patiere labores? Ubi Servius, Incaſſum, tractum eſt a Caſſibus, id eſt retibus. Idem in tertium Georg. Hinc eſt quod & Incaſſum dicimus, i. e. Sine cauſa. quaſi ſine caſſibus, ſine quibus venatio eſt inanis.
Vide Pontanum in 1. Phænom. fol. 317. H. St.
Omnia incaſſum cadunt. Plaut. Pœn. 1. 2. 147.
Incaſſum tela jactare. Liv. 10. 29.
Ignis incaſſum furit. Virg. 3. Georg. 100. [Puto diviſe ſcribendum In caſſum. V. in & cassus.

Incastīgātus, a, um. Adj. [ἀκολαστος] Hor. 1. Epiſt. 10. 45.
Nec me dimittes incaſtigatum, &c.

Incastro, āre. i. e. Excavare. Plinio tribuitur. conf. Iſid. Gloſſ.

Incăvillātio, ōnis. f. Per deſpectum irriſio. Feſtus.

Incăvo, [ἐγκοιλαίνω] āre. Idem quod Cavare, aut Excavare. Columel. lib. 4. cap. 25. pr. Nam quum in adverſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro utitur: quum autem retrahere, ſinu: quum allevare, ſcalpro: quum incavare, roſtro.

Incausticum, i. n. Idem quod Cauſticum. Veget. Mulom. lib. 3. 17. Sed in correctis libris, Dein Cauſticum.

Incautus, a, um. Adj. [ἀπερίσκεπτος, ἀπρονόητος] Qui ſibi cavere nequit. Liv. 1. 53. Nam, ne errarent, manere his bellum, quod poſitum ſimuletur, & per occaſionem eum incautos invaſurum.
Incautus, Providens & præcavens, contraria. Cic. pro Planc. 53. Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimovere potuerunt, providentem ante & præcaventem nunquam certe movebunt.
Prudens, acutus, minime incautus patronus, in cauſis cognoſcendis, componendiſque diligens. Cic. de Clar. Orat. 246.
Ingenium incautum. Ovid. 4. de Pont. 14. 18.
Pectore incauto lapſus ſpiritus. Ovid. 3. de Arte Am. 745.
Vulgus incautum. Virg. 3. Georg. 469.
Oppreſſus ab hoſte incautus aliquis. Cic. 11. Philipp. 5.
Incautus, cum genit. Hor. 1. Serm. 1. 35.
— haud ignara, ac non incauta futuri. De formica.
Compar. Liv. 30. 13. extr. Neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſiniſſam quam Syphacem eſſe, etiam ab juventa incautiorem, &c.
Incautior æra hauſerit. Claud. Ep. 14.
Superl. Sidon. 8. Epiſt. 11. Incautiſſimus, quia credulus.
Incautum, paſſive, pro Eo quod non cavetur. Tacit. 1. Ann. 50. Conſultatque ex duobus itineribus breve & ſolitum ſequatur, an impeditius, & intentatum, eoque hoſtibus incautum. conf. Barth. & Drakenb. ad Sil. 2. 98.

Incaute, Adv. [ἀνελλειπῶς] Improvide, imprudenter. Cic. 7. Att. 10. Niſi ego inſanio, ſtulte omnia & incaute agi judico.
Incaute & inconſulte. Liv. 4. 37. Primo prælio, quod ab Sempronio incaute inconſulteque commiſſum eſt, &c.
Compar. Liv. 39. 7. Sed dum incautius ſubit muros, ictus, ex vulnere poſt dies paucos moritur.
Incautius apud aliquem cœnare. Plin. 1. Epiſt. 15. ad Erucium, Potes apparatius cœnare apud multos, nuſquam hilarius, ſimplicius, incautius. i. e. Liberius, & ubi minus cavendum ſit, quid inter cœnandum dicas aut facias.
Superl. Auguſt. de Mor. Manich. cap. ult. Ut ſeipſos in jurgando incautiſſime proderent.

Incautēla, æ. f. Salvian. de Gub. Dei, lib. 6. p. 135. Unus incautior perit, ne multi per incautelam depereant.

Incēdo, ſſi, ſſum, [βαίνω, βαδίζω] ĕre. eſt Ingredi, ſed proprie cum quadam pompa & faſtu. Virg. 1. Æn. 50.
Aſt ego quæ divûm incedo regina, &c. Liv. lib. 2. 6. Ipſe en ille, noſtris decoratus inſignibus magnifice incedit. Plaut. Curc. 2. 3. 11.
Conſtant, conferunt omnes ſermones inter ſeſe drapetæ:
Obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis. Plin. lib. 15. cap. 29. Laurea coronatus inceſſit.
Incedere magnifice per ora hominum. Salluſt. Jugurth. 31. Neque eos qui ea fecēre pudet, aut pœnitet: ſed incedunt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia & Conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes.
Honore claro incedere. Lucret. lib. 3. 76.
Incedere magno comitatu, ſplendido cultu, non eſt fortunæ meæ. Iſta divites poſſunt. Satis eſt ſi vivimus. Sen. lib. 10. Controv. 1.
Incedere, Venire, & accedere. Plaut. Moſt. 1. 3. 152.
Sed eſtne hic meus ſodalis, qui huc incedit cum amica ſua? Ter. Eun. 5. 3. 9.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere Video.
Inanis incedit. V. inanis.
Incedere, Ambulare. Plin. in Paneg. cap. 24. Incedebas pedibus? incedis. Liv. 2. Bell. Pun. Quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet.
Facilius autem ad inventionem incedet animus, ſi geſti negotii, &c. Cic. 2. de Invent. 45.
Regina inceſſit ad templum. Virg. 1. Æn. 501.
Incedere ad urbem. Liv. 36.
Incedere per vias. Plaut. Merc. 2. 3. 71.
Incedere via. Plaut. Curc. 1. 1. 32.
Durius incedere. Ovid. Rem. Amor. 337.
Lenis incedas. Hor. 3. Carm. 18. 3.
Molliter incedit. Ovid. 2. Amor. 4. 23.
Paſſu inerti incedere. Ovid. 10. Met. 49.
Summiſſius primo, deinde preſſius, poſt ſenſim incedere. Cic. in Orat. 26.
Turpe incedere. Catul. 40. 8.
Veſtigia eadem incedere. Sen. lib. 10. 1. Controv. Arellius Fuſcus &c. Quare, inquit, me ſequeris per publicum? Facinus indignum commiſſum eſt: dives & pauper eadem veſtigia inceſſimus. Al. rectius Per eadem.
Incedit pedes: h. e. Pedeſter & ſine equo. Liv. 28. 9. Itaque iret alter Conſul ſublimis curru, multijugis, ſi vellet, equis: uno equo per urbem verum triumphum vehi: Neronemque, etiamſi pedes incedat, vel parta eo bello, vel ſpreta e triumpho gloria, memorabilem fore. [Sic lego.
Longo ordine incedunt gentes. Virg. 8. Æn. 722.
Nuntii incedunt undique. Tacit. 11. Ann. 32.
Ponitur pro Exſultare. Cic. 8. Fam. 9. Auſus eſt ille incedere tanquam tuus competitor. Idem 2. 9. Inceſſi omnibus lætitiis. [Incedere hic eſt Cum quodam faſtu ex lætitia nato ingredi. V. a pr.
Pro Ingredi. Tacit. 1. Ann. 61. 2. Incedunt mœſtos locos.
Pro Inceſſere. Idem 3. 36. 2. Licentia deterrimo cuique incedebat. Idem 3. 26. 3. Pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat.

Incessus, ûs m. [βάσις, βάδισις, βάδισμα] Incedere eſt ambulare: inde inceſſus, ſive tardus, ſive feſtinus, ſive commotus, incompoſitus immoderatuſque. Proprie tamen ſublimior quidam & faſtum præ ſe ferens. Hactenus Valla lib. 5. Virg. 1. Æn. 405.
Et vera inceſſu patuit dea.
Inceſſus omnibus animalibus certus & uniuſmodi, & in ſuo cuique genere. Plin. lib. 10. cap. 38. h. e. Greſſus.
Citus inceſſus. Salluſt. Catil. 16. extr. V. citus.
Fractus inceſſus. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Rarus inceſſus, nec ita longus. Cic. in Orat. 59. De geſtu oratoris.
Exprimere inceſſum alicujus. Ovid. 11. Met. 636.
Fingere vultum & inceſſum. Cic. 2. de Fin. 77. Quod ſi vultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo gravior viderere, non eſſes tui ſimilis.
Progreſſus tacito inceſſu. Virg. 12. Æn. 219.

Incesso, ſſi, vel ſſivi, ſſitum, [παρεγγίνομαι] ĕre. a ſupino verbi Incedo formatum: h. e. Ingruo & evenio. Columel. lib. 3. Et quum Autumnus inceſſerit. Idem lib. 12. cap. 17 Pluviæ inceſſerunt.
Admiratio inceſſit, quod nec pugnam inirent, &c. Liv. 7. 34. Subaudi Decium.
Admiratio viri homines inceſſit. Liv. 9. 8. Quæ ubi dixit, tanta ſimul admiratio miſeratioque viri inceſſit homines, ut, &c.
Crepuſculum inceſſit. Columel. lib. 2. 1.

Cupido incessit eum. Liv. 24. 13. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi.
Cupido mihi incessit, &c. Valer. Max. præf. lib. 1. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit.
Cupido eum incessit adeundi templum Veneris. Tacit. 2. Hist. 2.
Cura gravis patres incessit. Liv. 23. 38.
Discordia incessit regibus. Virg. 4. Georg. 67.
Fames incessit. Columel. lib. 9. cap. 14.
Inopia incessit ambos. Salluft. in Epist. Mithridatis, Restituto deinde apud Gaberam exercitu, & variis inter me atque Lucullum prœliis, inopia rursus ambos incessit.
Licentia incessebat enim deterrimo cuique. Tacit. 3. Ann. 36.
Metus. Liv. lib. 3. 59. pr. Ingens metus incesserat patres.
Mæstitia incessit animos. Liv. 29. 3. Primo terror, pavorque, deinde mæstitia animos incessit.
Morbus incessit in castra. Liv. 29. 10.
Mos incessit ut, i. e. Invaluit aut invectus est. Sallust. de Rep. Ord. ad Cæsarem pr. Quoniam is incessit mos, ut homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent.
Principium anni fœdum incessit. Tacit. 4. Ann. 68.
Procella incessit, pro Ingruit. Columel. lib. 2. cap. 21. Si vero procellæ ventorum, aut turbines incesserint, major pars ad terram defluit.
Religio dein incessit. Tacit. 3. Ann. 71.
Religio te incessit. Ter. And. 4. 3. 15.
Nova nunc religio unde te isthæc incessit, cedo?
Rumor incessit. Tacit. 1. Ann. 5. Quippe rumor incesserat.
Seditio incessit. Tacit. 1. Ann. 16. Quum Pannonicas legiones seditio incessit.
Spes incesserat. Tacit. 1. Ann. 55.
Sterilitas annonæ incessit hominibus. Columel. lib. 2. cap. 10. Famem, quoque si sterilitas annonæ incessit hominibus, commode propulsat.
Tenebræ incessunt. Tacit. 15. Ann. 37.
Terror incessit. Liv. lib. 2. 7. pr. Tantus terror Tarquinium atque Hetruscos incessit, ut omissa irrita re, &c.
Timor omnium magnus incessit. Cæs. 2. Bell. Civil. 29. Idem 3. 44. Timor magnus sagittarum incesserat.
Timor aliquem incessit. Liv. lib. 7. Decad. 4.
Timor incessit eos, ne. Liv. 1. 17. Timor deinde Patres incessit, ne civitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur.
Valetudo adversa eum incessit. Tacit. 1. Ann. 71. Quoties valetudo adversa Flaminem Dialem incessisset.
Incessere, [βάλλειν, ἐπιβάλλειν] Aggredi, invadere. Festus, Incessere, immittere, ac jactu vel verbis petere.
Incessere hostes jaculis & saxis, aut pilis. Liv. 8. 24. & 37.
Incesso illius male gratiam. Plaut. Cistel. Illius ego istam incesso male gratiam. [Si modo reperitur is locus.
Aspere aliquem incessere. Quintil. lib. 5. cap. 7. Probos quosdam & verecundos non aspere incessere profuit.
Est etiam idem ac Accusare. Symmach. 1. Epist. 5. Nequicquam taciturnitatis incessimur. Idem Epist. 83. Me taciturnitatis incessis, quod diu officio scriptionis abstinui.
Bello incessere aliquem. Stat. 1. Silv. 4. 76.
Convicio quem incessere. Suet. Tiber. cap. 11.
Dictis incessere aliquem. Ovid. 13. Met. 232.
Dolis incessere aliquem, Adoriri & aggredi per fraudem. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 37. Ostendam quid sit herum fallere minis, & dolis incessere.
Jaculis incessitur index. Ovid. 3. Amor. 13. 21.
Lapidum jactu incessere aliquem. Ovid. 13. Met. 566.
Levibus, & frivolis aliquem incessere. Quintil. lib. 7. cap. 3. Satius est omni se anteactæ vitæ abstinere convicio, quam levibus, aut frivolis, aut manifesto falsis rumoribus reum incessere.
Monitis amaris incessere aliquem. Sil. lib. 3. 171.
Objurgatione quem incessere. Gell. 1. 2.
Pœnis incessere gentem. Stat. 1. Theb. 245.
Verbis amaris incessere aliquem. Sil. lib. 11. 209.
INCESSI, infin. [ἐπιβάλλεσθαι] Virg. 12. Æn. 595.
Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, &c. h. e. Invadi. Servius.
INCESSENS, entis. Partic. Sil. 11. 234. Ferocibus alte incessens victor dictis.
INCESSIO, ōnis. f. Cic. 12. Att. 5. extr. Mihi etsi Calendæ vitandæ fuerunt, incessionumque archetypa fugienda, conficiendæque tabulæ: tamen, &c. Incessionum archetypa, i. e. Origo & prima causa vituperationum. Sic legit Paulus Manut. Sed admodum dubia vexataque lectio est. V. Interpp. ad loc. Victor. ex MSS. Nicasionumque & Neoeicasionumque protulit. [Forte Νεικησιῶν τι ἀρχέτυπα, quod verbale est a Νεικέω, Rixor, Altercor, Litigo: vel etiam composita voce νεονεικησιῶν, i. e. Novarum litium primordia, vel caufas. Græcum certe vocabulum posuit Tullius, nec aliud hoc aptius occurrit.
INCESSĀBĬLIS, e. Adj. Non desinens. Hieron. Epist. 26. Cæl. Aurel. Tard. 4. 6. Oros. proœm. lib. 7. Mart. Capel. 1.
INCESSĀBĬLĬTER, Adv. Salvian. Gub. Dei, 2. Mart. Capel. 9. Hieron. Epist. 128.
INCESSANTER, Idem. Sidon. 8. Epist. 11. Legebat incessanter auctores cum reverentia antiquos. conf. Leg. 10. Cod. de Aquæduct.
INCĔLĔBRIS, e. Adj. [ἄκλυτος] ut, Vallis incelebris, apud Sil. lib. 8. 379. conf. Macrob. 1. Saturn. 7. & Gell. 5. 14. pr.
INCELEBRĀTUS, a, um. Adj. Idem. Tacit. 6. Ann. 7. extr. Ab aliis incelebrata.
INCENDO, di, sum. [ἐμπυρόω, ἀνάπτω, τύφω, ὑφάπτω, ἐμπρήθω] ěre. Inflammare. Plaut. Men. 2. 3. 3. Sternite lectos, incendite odores.
Agros incendere. Virg. 1. Georg. 84.
Navem inflammari, incendique jussit. Cic. 7. Verr. 90. Idem 9. Att. 6.
Odores Galbaneos incendere. Virg. 4. Georg. 264.
Tura & odores incendere. Cic. 6. Verr. 77.
Urbem incendere. Cic. 3. Catil. 3.
Incendere aliquem, per translationem dictum: ut, Incendere ira, amore, &c. Ter. Phorm. 1. 4. 9.
Loquarne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem.
Mens nulla potest incendi, nisi ipse ad eam ardens accesseris. Cic. 2. de Orat. 190.
Capere & incendere aliquem. Cic. 5. Fam. 12. Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me exspectatum: tamen vicit opinionem meam: meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis.
Incendit eos qui audiunt. Cic. 4. de Fin.
Incendere & Sedare, contraria. Cic. 3. de Legib. 24.
Amore incendi. Cic. 3. Q. frat. 1.
Animum incendit amore. Virg. 6. Æn. 889.
Animum dictis incendit. Virg. 4. Æn. 197.
Animos bonorum incendere. Cic. 2. Att. 16.
Annonam incendere. Varr. 3. de R. R. 2. V. Jos. Scalig. in Virg. Ætn. p. 102. conf. In ANNONA.
Cælum clamore incendunt. i. e. Implent. Servius. Virg. 10. Æn. 895. An Inscendunt? H. St.
Cupiditatem alicujus incendere. Cic. 15. Fam. 21.
Cupiditatem & arrogantiam alicujus incendere. Cic. Brut. 4.
Desiderio incendi. Cic. in Orat. 33.
Dolore acri incensa. Virg. 11. Æn. 709.
Facibus corporis inflammari & incendi ad cupiditates. Cic. 1. Tusc. 44.
Furiis incensa. Virg. 4. Æn. 376.
Gloria omnes incenduntur ad studia. Cic. 1. Tusc. 4.
Ira incendi, Vehementer irasci. Plaut. Asin. 2. 4. 14. Ter. Hec. 4. 1. 47.
Quamobrem incendor ira, te ausam facere hæc injussu meo.
Placatus, & ira incensus, contraria. Cic. 6. Att. 2. pr.
Luctus incendere, Augere. Virg. 9. Æn. 500.
Querelis incendere aliquem. Virg. 4. Æn. 360.
Studio utriusque vestrum incensus est. Cic. 1. de Orat. 97.
Studio incensi quod ad agrum colendum pertinet. Cic. pro Rosc. Amer. 48.
Suspicione incensi, rem in medium vocare cœperunt. Cic. pro Cluent. 73.
Genus suum incendere. Plaut. Trin. 3. 2. 49. i. e. Celebrius reddere, interprete Gronov.
Vires pudor incendit. Virg. 5. Æn. 455.
Incendere in se odia, Concitare in se aliorum inimicitias. Cic. 9. Att. 1.
In aliquem incendi. Cic. 1. Fam. 9.
INCENSUS, a, um. Partic. [ἐμπεπυρωμένος, ut, Urbs incensa. Virg. 2. Æn. 327.
Ad Rempublicam bene gerendam incensus imperator. Cic. de Prov. Consul. 35.
Contentio incensa inimicitiis. Cic. de Opt. gen. Orat. 22.
Pectus incensum amore. Virg. 3. Æn. 298.
Voluntas incensa officio. Cic. 6. Fam. 6.
Compar. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 201.
— Phlegra nobis incensior æther. [Immo Infensior. V. Heins.
INCENSUM, i. n. [θυμίαμα] Tertull. contra Jud. cap. 5. Vulg. Isaiæ 1. 13. Incensum abominatio est mihi. conf. Isidor. l. 4. c. 12.
INCENSE, Adv. Gell. 10. 3. Cicero odium in Verrem detestationemque apud Cives Romanos incense atque acriter atque inflammanter facit.
INCENSIO, ōnis. f. [ἐμπύρωσις] Cic. pro Sull. 33. Incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu Rempub. liberavit.
Incensio Capitolii. Cic. 3. in Catil. 9.
INCENSOR, ōris. m. l. 16. §. penul. D. de pœnis. Messium incensores. conf. Paul. l. 5. Recept. tit. 20. Ammian. 31. 25. Perempto incensore turbarum.
INCENSĪVUS, a, um. Adj. Summe calefaciens. Pseudo-Macer. de Junip. 4. 10.
Juniperi virtus est incensivaque & acris.
INCENDIUM, i. n. [ἐμπρησμός, ἔμπρησις, πυρκαϊά] Inflammatio. Plin. lib. 12. cap. 19. Donec id delubrum incendio consumptum est.
Tanquam aliquod incendium improbitatem restinguere. Cic. 3. Verr. 153. Communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est.
Annonæ ad incendium supprimere fructus. Quintil. Decl. 12. p. 244. Burm. V. in ipso verbo.
Belli incendia, i. e. Vis. Virg. 1. Æn. 566.
Clara incendia. Virg. 2. Æn. 569.
Mitia incendia. Ovid. 1. Fast. 411.
Sæva incendia. Virg. 9. Æn. 77.
Tumultus militaris incendium. Paterc. lib. 2. 125. Drusus, qui a patre in id ipsum, plurimo quidem igne emicans, incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque severitate usus, &c. obsidentes coërcuit.
Ardere continenti incendio. V. CONTINEO & ARDEO.
Compescere incendia. V. COMPESCO.
Conflagrare invidiæ incendio. V. CONFLAGRO.
Consumi incendio. V. CONSUMO.
Facere incendium. Cic. in Parad. 4. V. FACIO.
Flagrare abstruso incendio. V. Abstrusus, in ABSTRUDO.
Glomerat incendia ventus. Virg. 2. Georg. 311.
Inflammari incendiis cupiditatum. V. INFLAMMO.
Miscere incendia. Virg. 2. Æn. 329.
Offerre incendium. V. OFFERO.
Posuere vires incendia. Virg. 5. Æn. 680.
Est incendium ex amore. Plaut. Asin. 5. 2. 69.
— nam ni impetro,
Regem perdidi; ex amore tantum est homini incendium.
Restinguam incendium meum ruina. Catil. apud Sallust. cap. 31. extr. Cic. pro Muren. 51. Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. V. Ruina, in RUO.
Restincta animorum incendia. Cic. in Orat. 27. Facile est enim verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare, idque, restinctis jam animorum incendiis, irridere. Sensus est: Multa dicuntur, quum animi vel ira, vel misericordia, vel alio affectu aliquo concitati sunt, quæ tranquillo & quieto animo non dicerentur. Itaque facit improbe, qui sedatis animis irridet ea, quæ in perturbatione dicta fuerunt. Metaphora est ab igne sumpta. Sic enim etiam animus dicitur inflammatus ira, cupiditate, odio: quoniam ira nihil aliud est quam fervor sanguinis in corde, sicut censet Aristoteles lib. 2. de Anima, & omnes animi permotiones, quodammodo sanguinem incendunt.

Resurre-

Resurrexit male obrutum incendium. Florus lib. 3. cap. 21. De bello civili Cinnano.
Reviviscunt majore flamma extincta parum fideliter incendia. Florus lib. 3. cap. 5.

INCENDIĀRIUS, a, um. Adj. Avis incendiaria. Plin. 10. 13. Tela incendiaria. Ammian. 20. 29. conf. Lamprid. Commod. cap. 16.

INCENDIĀRIUS, i. m. [πυρὸς] Tacit. 15. Ann. 67. Item Quintil. Decl. 9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus est) homicidas inclusos turpiore custodia. Suet. Vitell. cap. 17.

INCENDIŌSUS, a, um. Adj. Apul. de Herb. cap. 58. Folia gustu remordentia & incendiosa.
Compar. Fulgent. Mythol. 1. 15. Solis fervor Junio Julioque mensibus incendiosior.

INCENDĔFĂCIO, vel INCENDĬFACIO, ĕre. Trebell. Claud. cap. 8. Al. Incendia fecit. V. Salmas. H. A. p. 330.

INCENSUS, a, um. [ἀτίμητος] Adj. a Censu; Incensi, Qui in censu peragendo censeri nolebant: hoc est qui non profitebantur. Erat autem mulcta, ut libertate privarentur. Cic. pro Cæcin. 99. Quum autem incensum vendidit, hoc judicat: quum ii, qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eum, qui quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. Liv. 1. 44. pr. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latæ.

INCENTIO, INCENTIVUM, INCENTIVUS, INCENTOR. V. INCINO.

INCEPS, pro Deinceps. Antiquum. Festus.
Adjective usurpatur ab Apul. 3. Florid. pr. p. 353. De incipiti die perrectu-rum. [Nisi conjuncte Deincipiti scripsit; ut est mirus verborum artifex.

INCEPSIT, [ἀρξηται] Incœperit, antique, inquit Festus.

INCEPTO, INCEPTOR, INCEPTIO, V. INCIPIO.

INCERNO, crēvi, crētum, [ἀποκρίθειν, ἀποκρίνω] ĕre. Purgare, Separare. Cato R. R. cap. 48. Tum semen serito crebro, tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Super fricaturam, lævigationibus & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor. conf. Columel. 5. 6.

INCRĒTUS, a, um. Adj. Non cretus. Apul. Met. 7. p. 194. Furfures apponebant incretos ac sordidos, multoque lapide salebrosos.

INCERNICŬLUM, i. n. [κοσκινίδιον] Instrumentum quo frumenta purgantur. Plin. lib. 8. cap. 44. extr. Decretum fecere, quo caveretur ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

INCĒRO, [κηρόω] āre. Aliquid cera tegere. Juvenal. 10. Sat. 55.
— genua incerare deorum. V. Rutgers. Var. Lect. 5. 5.
Et Prudent. Apoth. 457. & Lex. Pitisc.

INCERĀTUS, a, um. Partic. Cera illitus. Cels. lib. 8. cap. 8. Si plura fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato, ne fascia diducatur.

INCERĀMENTUM, i. n. Liv. 28. 45. ad fin. Ubi Inceramenta navium explere legitur in aliquo codice. V. Gronov.

INCERTUS, a. um. [ἄδηλος, ἀσήμαντος] Adj. notum, In opinione dubia, Non sibi constans. Cic. pro Muren. 39. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.
Ætas puerilis lubrica & incerta. Cic. 7. Verr. 136.
Animus incertus, Dubius. Ter. Heaut. 1. 1. 70.
Domum revertor mæstus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto, præ ægritudine.
Animi hominum incerti & exitus præliorum. Cic. Bruto 14.
Aura incerta. Ovid. 2. Amor. 9. 33.
Bestia incerta, Quæ nihil certi præsagit. apud Plautum. [Quo loco?
Casus ancipites & incerti. Cic. in Orat. 98.
Consilia incerta. Ter. And. 2. 3. 16.
Cedo, quid objurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut fient.
Crines incertos colligere. i. e. Sparsos, Incomtos. Ovid. 1. Amor. 11. 1.
Errores incerti. Lucret. lib. 4. 1071.
Eventus futuri temporis incerti. Cic. pro Quint. 83.
Exitus armorum incertus. Cic. 7. Att. 3.
Exitus pugnarum, Marsque communis incerti. Cic. pro Milon. 57.
Fons incertus. Plin. lib. 6. cap. 18. Hunc alii incertis fontibus, ut Nilum, rigantemque, &c.
Litus breve & incertum. Tacit. 14. Ann. 29.
Mars incertus. Tacit. 4. Hist. 35. Pugnatum longo agmine, & incerto Marte.
Mens incerta. Ovid. 9. Met. 629.
Nuptiæ incertæ. Ter. And. 5. 1. 11.
— perpulisti me ut homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias. h. e. De quibus non constat an firmæ futuræ sint.
Pax incertissima. Liv. 8. 20.
Pede incerto ferebar. Hor. Epod. 11. 30.
Pericula incerta. Virg. 9. Æn. 96.
Possessio incerta. Cic. pro Rosc. Com. 33. Tum enim propter Reipub. calamitates, omnium possessiones erant incertæ.
Soles incerti cæca caligine. Virg. 3. Æn. 203.
Spes incertissima. Cic. pro Sext. 50.
Tellus incertissima regni. Stat. 11. Theb. 391.
Vices incertæ. Ovid. 3. Trist. 11. 68.
Vulgus incertum, Mobile. Virg. 2. Æn. 39.
Animi incertus. Ter. Hec. 1. 2. 46.
— sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret.
Consilii incertus. Ter. Phorm. 4. 1. 12.
Salutis incerta. Ovid. 21. Epist. 31.
Sententiæ incertus. Liv. 4. 57. Non quia incertus sententiæ fuerit.
Veri incertus. Liv. 4. 23. Tubero incertus veri est.
Suspensus & incertus obscura spe pendeo. Cic. 2. de Lege Agr. 65.
Incertus de. Ter. Hec. 4. 3. 8.
Quia de uxore incertus sum etiam quid sim facturus. Cic. 1. Verr. 60.
Quum incertum sit de injuria.
Incertus sum, Responsio. Plaut. Epid. 3. 4. 3.
Senex hic ubi habitat Periphanes Platenius?
Incertus sum. Sed emendatius legitur,
Incertus tuum cave ad me retuleris pedem.
Incertus eram, ubi esses. Cic. 1. Att. 6.
Incertior multo sum, quam dudum. Ter. Phorm. 2. 4. 19.
Aura quavis incertior. Ovid. 4. de Pont. 3. 33.
Stabile & Incertum, contraria. Cic. in Topic. 70.
In incertum, vel In incerto. V. IN.
Incertum utrum. Plin. lib. 4. Epist. 11. Confessus est quidem incestum, sed incertum utrum quia verum erat, an quia graviora metuebat si negasset.
Facere incertum de re aliqua. Plin. lib. 7. cap. 48. De spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo situs, verum exempla ac sua cuique fors nascendi, incertum fecere.
Habere incerta pro certis, stultum. Cic. de Senect. 68.
Incertum, vere, inaniterve moveatur. Cic. 4. Acad. 34.
Revocare aliqua in dubium, incertumque. Cic. pro Cæcin. 76.
Incertum est mihi quid agam, & Incertum est, absolute, pro Nescio, & ignoro. Plaut. Aul. 4. 9. 19.
— nunc mihi incertum est,
Quid agam: abeam, an maneam? an adeam? an fugiam? Ter. And. 1. 5. 29. Incertum est quid agam.
Incertum est quis deus, &c. Virg. 8. Æn. 352.
Incertum est quam longa nostrum cujusque vita futura sit. Cic. 3. Verr. 153.
Incertum, sequentibus aliis pauculis verbis, interdum per Parenthesin eleganter reperitur, ut apud Sueton. in Calig. cap. 1. Incertum constantia, an pietate, majore. H. St. Ubi subauditur Est.
Incerto me, h. e. Inscio & nesciente. Plaut. Asin. 2. 4. 60.
Ego certe, me incerto, scio hoc daturum nemini homini.
Incerto scio, adverbialiter, pro Clam me est. Plaut. Epid. 3. 4. 69. Postquam libera est, ubi habitet dum, incerto scio. Idem 4. 1. 18. Incerto autumo.

INCERTUM, i. n. Ipsa, ut ita dicam, Incertitudo. Papinianus in l. Qui ex §. 1. D. De bono poss. secun. tab. Admittenda est Juliani sententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris esse peti bonorum possessionem respondit.
Quicquid incerti fuit nunc liquet. Plaut. Pseud. 2. 4. 69.
Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,
Nunc liquet, nunc defæcatum est.
Incertum belli timens. Justin. 38. 1. 8. Al. Bellum.
Fortunæ incerta. Plin. 3. Epist. 19. conf. Parei Lex. Crit. p. 590.
Maris & tempestatum incerta. Tacit. 3. Ann. 54. 6. V. plura supra.

INCERTE, Adv. Antiq. Gell. 19. 10. Incerte erat animus. conf. Non. 7. 2.

INCERTO, Adv. V. supra in Adj. INCERTUS extr.

INCERTĬTŪDO, ĭnis. f. Vox barbara, pro qua Classici auctores Incertum, vel Incerta dicunt. V. Parei Lex. Crit. p. 590. Vechner. Hellenol. 1. 9. p. 123. sq. & Cellar. Antibarb. p. 51.

INCERTO, [ἀδηλόω] āre. Incertum reddere. Plaut. Epid. 4. 1. 18.
— longa
Dies meum incertat animum, sin ea est quam incerto autumno, hanc
Congrediar astu. conf. Apul. Met. 5. p. 164. & 11. p. 265. & Non. 2. 423.

INCESSO, INCESSUS. V. INCEDO.

INCESTUS, a, um. Adj. [διάφθαρτος] i. e. Pollutus. Festus, Incestus a Græco trahitur: nam illi facinus dicunt ἀνίκεστον. Hæc ille. Cestus, cingulum erat Veneris, quo utebatur ad honestas nuptias. Ideo Incestum dicitur quod a sacrato illo Veneris cingulo non fertur. [Verius ex In priv. & Castus, mutato *a* in *e* ut in Expers, Manceps, Infectus, Iners &c. Propert. lib. 3 11. 39.
Scilicet incesti meretrix regina Canopi.
Aves incestæ. Stat. 9. Theb. 28.
Facies incesta. Lucan. lib. 10. 105.
Flagitio incesto polluere, pro Flagitio incestûs. Cic. pro Domo 105. Iftius qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit ceremonias, &c.
Juvenis incesta. Sen. Herc. fur. 1190.
Nox. Plin. in Paneg. cap. 63. extr. Stuprorum sibi, incestarumque noctium conscii.
Nuptiæ incestæ. Tacit. 11. Ann. 25.
Nuptiæ incestæ confirmari non solent. Papinian. in l. Si adulterium. §. Stuprum. D. ad Legem Juliam de Adulteriis.
Os incestum. Cic. 11. Philipp. 5. Quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset.
Prædo incestus. Stat. 1. Achill. 45. Paridem intelligit.
Sermo incestus, pro Fœdo & libidinoso. Liv. 8. 28. pr. Primo perlicere adolescentem sermone incesto conatus est.
Stuprum incestum. Cic. de Arusp. Resp. 4.
Vestalis incesta. Plin. lib. 28. cap. 2.
Virilitas incesta. Tacit. 6. Ann. 5. pr. Arguitur pleraque: C. Cæsarem quasi incestæ virilitatis &c. dixisse.

INCESTUS, i. m. pro Homine incesto. Capitol. Macrin. cap. 2.

INCESTUS, ûs. m. vel INCESTUM, i. n. [μιαιφονία, φθορά, διαφθορά] quasi Non castum & pudicum. Non 6. 74. Incestum, usu dicitur flagitium in affines admissum. Cic. 4. Tusc. 75. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior, ut si jam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, & corruptelas & adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo. Suet. in Neron. cap. 5. Majestatis quoque & adulteriorum, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit. Idem Domit. cap. 8. Incesta Vestalium virginum, a patre quoque suo & fratre neglecta, varie ac severe coercuit. conf. Liv. Epit. 63.
Oratio nobilis Curionis de incestu pro Ser. Fulvio. Cic. de Clar. Orat. 122.
Committere incestum. Quintil. lib. 4. cap. 6.
Liberare aliquem incesto. Cic. in Pison. 95.
Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. Cic. 2. de Legib. 22.
Quin & incestum &c. metuebatur. Tacit. 12. Ann. 5. 2.
Incestum neutro gen. fere legitur apud Jurisconsultos. Papinianus in l. Si adulterim. §. Stuprum. D. Ad legem Juliam de Adulteriis, Incestum autem, quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur. Budæus. [Ita fere legitur & apud Oratores ac Historicos.

Inceftus proprie eft Confanguineorum vel affinium abufus, fed ponitur pro Concubitu quovis illicito. Sic, Jovis cum Alcmena congreffus Inceftus dicitur. Sen. Herc. Fur. 1157. conf. Lex. Pitifc.

INCESTUŌSUS, a, um. Adj. Val. Max. 6. 3. 7. Mandavit ut de his, quæ facris Bacchanalium inceftuofæ fuerant inquirerent.

INCESTE, Adv. [δυσφήμως] Fœde, turpiter. Cic. pro Cœl. 34. Ideo aquam adduxi, ut tu ea incefte uterere? Lucret. lib. 1. 98.
Sed cafta incefte nubendi tempore in ipfo
Hoftia concideret.
Incefte facrificium Dianæ facere. Liv. 1. 45.
Compar. Arnob. 5. p. 170. Agit inceftius res fuas.

INCESTŌ, [μιαίνω, φθείρω] āre. Polluere. Plaut. Pœn. 5. 2. 136.
— earum hic alteram efflictim perit,
Neque eam inceftavit unquam. Virg. 6. Æn. 150.
— totamque inceftat funere claffem.
Filiam inceftare. Tacit. 6. Ann. 19. Poft quos Sex. Marius Hifpaniarum ditiffimus, defertur inceftaffe filiam, & faxo Tarpeio dejicitur.
Gremium inceftare parentis. Stat. 1. Theb. 234.
Thalamos novercæ inceftare. Virg. 10. Æn. 389.
Anchemolum thalamos aufum inceftare novercæ. conf. Sidon. 3. Epift. 13.

INCESTIFĬCUS, [φθορποιός] Sen. Theb. v. 223.
— ego caftam manum
Nefandus, inceftificus, execrabilis, Attrecto?

INCHŎO, [ἄρχομαι, κατάρχομαι] āre. Incipere. Virg. 3. Georg. 42.
Te fine nil altum mens inchoat. V. Serv. infra.
Inchoare & Perficere, five Abfolvere, five Conficere, contraria. Cic. 4. de Fin. 15. Poteft ab alio inchoatum accipere & abfolvere. Idem 1. Acad. In qua quod inchoatum eft, neque perfectum.
Libros inchoare, & Conficere, contraria. Cic. de Clar. Orat. 20. Meos libros quos expectas inchoavi, fed conficere non poffum his diebus.
Lites inchoare dicitur annus. Juven. 16. Sat. 42.
Expectandus erit, qui lites inchoet, annus.
Oratorem perfectum inchoare & informare. Cic. in Orat. 33.
Philofophiam inchoare. Cic. 1. Acad. 9.
Spem longam inchoare, pro Spem in longum protendere. Hor. 1. Carm. 4. 15.
Virtutem inchoare. Cic. 5. de Fin. 59. Et induxit in ea quæ inerant tanquam elementa virtutis, fed virtutem ipfam inchoavit.
Inchoare, Perficere. Virg. 6. Æn. 252.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Ubi Servius, Inchoat, perficit: & eft verbum facrorum.
Neutraliter ufus eft Symmach. 7. Epift. 75. Moris eft ut munus hujufmodi a proficifcentibus inchoet.
De fcriptura five orthographia verbi Inchoo, fic Servius in 3. Georg. 42. Apud Latinos nullum verbum eft quod ante o finalem habeat o: excepto Inchoo: quod tamen majores aliter fcribebant, afpirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant Inchoho. Tria enim habebant nomina in quibus c litteram fequeretur afpiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: e quibus Pulcher tantum hodie recipit afpirationem.
Inchoo, inquit Feftus, videtur ex Græco originem trahere: quod Hefiodus omnium rerum initium effe dixerit chaos.
Inchoo, CH. afpiratum habere, Julio Modefto & aliis placet, quod ponatur a Chao, quod dixerunt rerum initium. Refert tamen Diomedes, quamvis locus apud eum corruptiffime legatur, lib. 1. ubi de Præteritis meminit, Verrium Flaccum probaviffe, cui & Tranquillus acceffterit, ut poftrema fyllaba hujus verbi afpirationem reciperet, quod effet a nomine Cahum, quo apud veteres Mundus fignificabatur, deducta appellatione a Cohibendo, quod omnia cohiberet intra fefe, unde etiam U afpirationem habebat. Quæ vox & Funiculum fignificabat, qui cohiberet, id eft colligaret temonem buris cum jugo. Hanc fententiam & Probus in Catholicis duabus regulis fulcit. Altera, quod poft c litteram H Latina verba non regunt, exceptis nominibus tribus, Pulcher, Orchus, Lurcho. Altera, quod neque A littera, neque O ante alteram O in Latinorum verborum prima perfona reperiatur: quamvis Plautus Reboo Græce dixerit a βοῶ. Quam opinionem Jovianus Pontanus agnofcit lib. 2. de Afpiratione. conf. Gell. 2. 3.

INCHOANS, antis. Partic. ut, Inchoante menfe Martio. Pallad. Febr. t. 25. Inchoantibus canicularibus diebus. Idem Jul. t. 7.

INCHOĀTUS, a, um. Partic. [ἀτελής] Imperfectus. Cic. 2. de Nat. Deor. 33. Atque etiam, fi a primis, inchoatifque naturis ad ultimas, perfectafque volumus procedere.
Ab inchoato domos exftruere. Columel. 4. 3.
Præclare inchoata multa, perfecta non plane. Cic. de Clar. Orat. 126.
Inchoata atque rudia pueris exciderunt. Cic. 1. de Orat. 5.
Mancum atque inchoatum. Cic. 2. Off. 154.
Inchoata maturitas. Plin. lib. 15. cap. 1. Primum omnium cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis.

INCHOĀTIO, ōnis. f. Ambrof. de Voc. Gent. 2. 3. Auguftin. Epift. 222. &c.

INCHOĀTOR, ōris. m. Prudent. præf. Hamart. 27. Mortis inchoator. conf. Auguftin. de Genef. ad lit. 1. 14.

INCHOĀMENTUM, i. n. Mart. Capell. lib. 3. p. 93. Idem 5. p. 71. conf. l. 6. p. 189.

INCHOĀTĪVUS, a, um. [ἀρκτικός] V. Mart. Capell. lib. 3. p. 84.
Inchoativa, Verba pete a Grammaticis, Prifciano, Diomede, Perotto, Valla, Voffio & aliis.

INCĪBO, āre. Vet. Schol. ad Juvenal. 10. Sat. 230. Hirundo filios fuos incibat.

INCĬCUR, ŭris, vel ōris. Adj. Immanfuetus. Pacuv. apud Feftum, Reprime incicurem iracundiam. V. Dacer.

INCĪDO, īdi, īfum, [τέμνω, κόπτω, ὑποτέμνω, ἐγχαράττω] ĕre. ex In & Cædo compofitum; Idem quod Cædere, & in partes dividere ac fecare. Virg. 3. Ecl. 11.
Atque mala vites incidere falce novellas. Plin. lib. 12. cap. 14. Quum incidant eas arbores.
Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Pennas mihi inciderant. Cic. 4. Att. 2.
Venas incidere. Tacit. 16. Ann. 19. Neque tamen præceps vitam expulit, fed incifas venas, ut libitum obligatas, aperire rurfum, & alloqui amicos.
Incidere, Infculpere etiam fignificat: varieque conftruitur.
Incifum marmori. Suet. de Clar. Gramm. 17. Plin. in Paneg. cap. 54. extr. Quod ego titulis omnibus fpeciofius reor, quando non trabibus, aut faxis nomen tuum, fed monumentis æternæ laudis inciditur.
Incidere in re aliqua. Cic. de Senect. 61. Notum eft totum carmen incifum in fepulchro. Idem in Pifon. 92. Idemque ut effet, quod in bafi trophæorum incidi, infcribique poffet.
Incifum ac notatum in monumentis rerum geftarum. Cic. pro Font. 31.
Incidere in ære. Cic. 6. Verr. 145. Idem 4. Verr. 154. Incifum in tabula ænea. Idem pro Corn. Balb 53. Quod quidem nuper in columna ænea meminimus poft roftra incifum & perfcriptum fuiffe.
Incidere in æs. Cic. 2. Philipp. 26. Quid tum? quod erit ita geftum, id lex erit? & in æs incidi jubebitis? Suet. Cæf. cap. 28. Ac mox lege in æs incifa.
Nomina civium in tabula incidere. Cic. 13. Fam. 37.
Fagi incifæ mea nomina fervant. Ovid. 5. Epift. 21.
Marmora incifa notis. Hor. 4. Carm. 8. 13.
Incifa tabula his litteris fuit: Jupiter, &c. Liv. 6. 29. extr.
Incidere leges. Cic. pro Milon. 88. Incidebantur jam domi leges, quæ nos noftris fervis addicerent.
Leges incidere ligno. Hor. de Arte Poet. 399.
Incifum grandibus litteris nomen in bafi. Cic. 6. Verr. 74.
Verba incidere ceris. Ovid. 9. Met. 528.
Incidere, pro Abfcindere & præcidere. Cic. 2. de Orat. 336. Inciditur enim omnis jam deliberatio, fi intelligitur non poffe fieri, aut fi neceffitas affertur. Budæus.
Ludum incidere. Hor. 1. Epift. 14. 36. pro Finire.
Nervos virtutis incidere. Cic. 1. Acad. 35.
Nervos populi Romani incidere. Cic. 2. pro Lege Agr. 46.
Poema ad Cæfarem, quod compofueram, incidi. Cic. 3. Q. frat. 1. §. 4. [An pro Concidi?
Sermonem incidere, Intercidere, concidere, aut interturbare. Liv. 32. 37. Quibus longiorem exorfis orationem brevis interrogatio, ceffuruf. ne iis tribus urbibus effet? fermonem incidit, quum mandatum fibi de his nominatim negarent quicquam.
Spes incifa, Quæ decidit, & qua fruftramur. Liv. 3. 58. Itaque fpe incifa prius, quam prædicta dies adeffet, Appius mortem fibi confcivit. Idem lib. 2. 15. extr. Spe omni reditus incifa.
Sigultus verba incidens. Stat. 9. Theb. 884.

INCĪSUS, a, um. Partic. [περικομμένος] Plin. lib. 11. cap. 37. Incifa cornua nafcentium in diverfas partes torquentur.
Carmen incifum in fepulchro. Cic. de Senect. 61.
Elogium in fepulchro incifum. Cic. in Pifon. 72.
Vena incifa. Tacit. 16. Ann. 19. 2. V. plura in verbo.

INCĪSUM, i. n. [τμῆμα, κόμμα] Apud oratores eft Senfus non expleto numero conclufus, plerifque pars membri. Tale eft, quo Cicero utitur, Domus tibi deerat? at habebas. pecunia fuperabat? at egebas. Fiunt autem etiam fingulis verbis incifa: ut, Diximus, teftes dare volumus. Incifum eft, Diximus. Membrum autem eft Senfus numeris conclufus, fed a toto corpore abruptus, & per fe nihil efficiens. Id enim, O callidos homines, perfectum eft: at remotum a ceteris, vim non habet, ut per fe manus, & pes, & caput. Hæc ex Quintil. lib. 9. cap. 4. p. 867. Burm. Cic. in Orat. 211. Quæ nefcio cur, quum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non recte Incifa & Membra dicamus. Omnis oratio dividitur a Græcis in periodos, cola, & commata. Periodus eft abfoluta & perfecta in oratione fententia. Colon pars eft periodi. Latine putat Cicero bene Membrum dici poffe. Comma denique membri pars eft, & fectio quædam: Incifum Cicero nominat. Ergo fi Latinis verbis uti voluerimus, dicemus, Omnem orationem ex comprehenfionibus, membris, & incifis conftare. Comprehenfio eft continuatio verborum, donec fententia perficiatur: ut, Etfi vereor, Judices, ne turpe fit, pro fortiffimo viro dicere incipientem timere: minimeque deceat, quum T. Annius Milo ipfe magis de Reip. falute, quam de fua perturbetur, me ad ejus caufam parem animi magnitudinem afferre non poffe: tamen hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui quocunque inciderunt, veterem confuetudinem fori & priftinum morem judiciorum minime vident. Membrum eft pars comprehenfionis, ut, Etfi vereor, Judices, ne turpe fit, pro fortiffimo viro dicere incipientem timere. Incifum eft pars membri, ut, Etfi vereor, Judices, ne turpe fit. Quemadmodum autem in tres has partes omnis oratio dividitur, ita tria funt etiam figna, quibus diftinguantur. Nam comprehenfio in puncto fignatur, hoc modo. membrum vero in ipfa comprehenfione duobus fignatur punctis, hoc modo: fed extra comprehenfionem uno tantum notatur. Incifum femicirculo in finiftram partem vergente fignatur, hac ratione,

INCĪSE, Adv. [κατὰ κόμματα] Idem, quod Incifim. Cic. in Orat. 212. Quo autem pacto deceat incife, membratimve dici, jam videmus.

INCĪSIM, aliud Adv. [τμηδὸν] Per incifa, feu incifiones, Minutatim. Cic. in Orat. 213. Hæc quidem duo binis pedibus incifim: deinde membratim, Tu dicere folebas, facram effe Rempublicam.
Incifim aut membratim aliquid efferre. Cic. in Orat. 223.
Incifim & membratim tractata oratio. Cic in Orat. 225.

INCISIO, ōnis. f. [τμῆσις, τόμος] Columel. lib. de Arboribus, cap. 8. Infra incifionem & alligaturam, falce acuta, leviter vitem vulnerato ex utraque parte, ut his potius plagis humor defluat, quam ex incifione abundet. Sed hæc lectio vitiofa eft: nam legendum eft. Infra infitionem, &, ex infitione. Onom. Vet. Incifio, διακοπή.
Incifio apud Oratores. Cic. in Orat. 200. Dicendumque, quantos circuitus facere deceat: deque eorum particulis, & tanquam incifionibus differendum eft. Particulas & incifiones circuituum feu periodorum vocat, quæ & membra & incifa, five cola & commata dicuntur, ut dictum eft.

INCĪSUS, ūs m. [τμῆσις] Plin lib. 16. cap. 12. Fructum quædam proximo anno ab incifu largiuntur.

INCISOR, ōris. m. ut, Dentes incifores apud Medicos, quaterni primi, Græcis τομικοί.

INCĪSŪRA, æ. f. [τομή] Ipfa incifio. Plin. lib. 11. cap. 39. Pili recifi non ut herba ab ipfa incifura augentur.
Incifuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgo Lineæ vocantur. Plin. lib. 11. cap. 52. Contra longæ effe vitæ incurvos humeris, & in manu una duas incifuras longas habentes. Idem 15. 11.

INCISORIUM, i. n. Sarisb. 5. 10. Si inciforium aptius fuerit.

INCĪDUUS, a, um. Adj. [ἄκοπτος] Quod incidere vel cædere non licet. Ovid. 2. Fast. 435.

Monte sub Exquilio multis inciduus annis,
Junonis magnæ nomine, lucus erat. Alii incæduus.

Silva incidua. Ovid. 3. Amor. 1. 1. pr.

Stat vetus & multos incidua silva per annos. al. Incædua.

INCĬDO, ĭdi, āsum, [ἐμπίπτω] ĕre. ex In & Cado compositum, Idem significat quod simplex, Cado. Plin. lib. 2. cap. 27. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt arbitror: verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa.

Ad terram incidit. Virg. 12. Æn. 926. Cic. 4. Fam. 5. Non me fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse.

Incidere, quasi Casu venire, aut De improviso labi, præsertim quando construitur cum accusativo & præpositione In: ut, Incidi in latrones. Cic. 2. Fam. 6. Quod in id Reipub. tempus non incideris, sed veneris. Idem 1. Tusc. In servorum ferrum & manus incidisset.

In æs alienum incidere, Debitorem fieri, quod dicitur. Cic. in 2. Catil. 20. In tantum æs alienum inciderunt, ut si salvi esse &c.

In amorem incidere, pro Amatorem fieri, Cic. 1. de Invent. 80. Nemo potest uno aspectu, neque præteriens in amorem incidere.

In cogitationem incidere. Cic. 4. Fam. 9.

In contentionem incidere. Cic. de Amicit. 34. Quod si longius in amicitia provecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent.

In cupiditatem imperiorum, honorum gloriæve incidere. Cic. 1. Off. 26.

In diem incidere. Cic. 9. Att. 4. extr. Si enim recte ambulaverit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. i.e. Eodem die quo sperabas.

In eum diem incidunt mysteria. h. e. Eo die. Cic. 6. Att. 1. Faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem. i. e. Quo die agentur.

In discrimen. Cic. 7. Att. 1. Nunc incido in discrimen ipsum.

In errorem incidere. Quintil. lib. 2. cap. 25.

In euntem, Occurere alicui ex insperato. Cic. 12. Att. Is dicitur incidisse in euntem jam in Asiam. In emendatioribus codicibus legitur, Is dicitur vidisse an euntem, an in Asia.

Incidere alicui. Idem 4. Verr. 182. Sane homini præter opinionem improviso incidi.

In febriculam incidere. Cic. 10. Fam. 21.

In foveam quoniam incidit bellua, obruatur. Cic. 4. Att. 12.

In fraudem. Ter. Heaut. 3. 1. 33. In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.

In furorem & insaniam incidere. Cic. in Pison. 46.

In lapidem, Offendere. Varro 3. de R. R. cap. 14. Ita ut in aliquem lapidem incidat, ac late dissipetur.

In libros alicujus. Cic. 2. de Legib. Nam eorum ego in libros incidi.

In eum locum ut. Ter. Phorm. 1. 3. 23.

— ego in eum incidi infelix locum,
Ut neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia.

In luctum. Cic. 1. Off. 32. Quo impetrato in maximos luctus incidit.

In malum. Ter. And. 4. 4. 43.

Jocularium in malum insciens pæne incidi.

In manus hostis. Cic. pro Cæcin. In manus eorum incidere non est satis?

In memoriam & recordationem aliquorum incidere. Cic. de Clar. Orat. 43.

In mentionem rei alicujus. Cic. 1. Verr. 50. Sic breviter, quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi: quasi præteriens satisfaciam universis.

In milites de improviso incidere. Cic. pro Rosc. Amer. 151.

In morbum, Morbo corripi. Cic. de Senect. 67. Quin etiam ætas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet: facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. Idem 13. Fam. 29.

In nomen alicujus. Cic. pro Rosc. Com. 11. Nonne quotiescunque in causa in nomen hujus incidisti, toties hunc & virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti?

In opinionem incidere. Cic. 9. Fam. 9.

In patrocinium alicujus incidere. Quintil. lib. 7. cap. 3. Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controversiæ: atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt.

In sermonem. Cic. 16. Att. 2. Ego enim in varios sermones incidebam.

In suspicionem regni appetendi. Cic. pro Milon. 7.

In vitium. Cic. 4. de Fin. 40. Nam si omnino nos negligimus, in Aristonea vitia & peccata incidemus.

In vituperatores alicujus incidere. Cic. 7. Fam. 3.

Incurrere atque incidere in aliquem. Cic. pro Planc. 17.

In aliquem incidere & complecti. Cic. pro Planc. 99.

Incidit in id ipsum quod timebat. Cic. 4. Acad. 18. Ex vetusto exemplari legitur In id ipsum se induit.

Rarius in judiciis incidunt. Cic 2. de Invent. 67.

Incidit mihi in mentem hæc res. Ter. Phorm. 1. 3. 5.

Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Cic. 4. de Fin. 43. Quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tanquam occurreret.

Aliud ex alio incidit. In mentem venit. Ter. Heaut 3. 3. 38. Dicam: Verum ut aliud ex alio incidit.

Calamitas incidit amori. Ter. Heaut. 2. 4. 15.

Ut nunquam ulla amori vestro incidere possit calamitas.

Calor incidit Pierius menti. Stat. 1. Theb. 3.

Causæ incidunt, quod inepte dicunt Casus contingunt. Cic. 3. Off. 75. Sed incidunt sæpe causæ, quum repugnare utilitas honestati videatur.

Error novus incidit. Propert. 1. 13. 35.

Flamma incidit in segetes. Virg. 2. Æn. 305.

Jugum cervicibus incidit. Columel. lib. 2. cap. 2.

Nihil mali civitati incidit, quod non impendere illi tanto ante viderint. Cic. 1. de Orat. 26.

Mentio incidit de Philippo & Romanis. Liv. 32. 20.

Metus tacitus incidit animis, h. e. Clam metuebant. Liv. 9. Bell. Pun. Non metu modo omni, qui tacitus incidebat animis, liberavit eos, sed lætitiam ingentem fecit, quod, &c.

Pestilentia gravis incidit in urbem, agrosque. Liv. 27. 23. extr.

Portis. Liv. 5. 26. Multi cæsi vulneratique, prius quam paventes portis inciderent.

Rebus incidere, pro Temere & fortuito, non consilio in res ferri. Sen. Epist. 87.

Ruinæ incident capitibus nostris. Liv. 21. 10.

Saxum ex spelunca in crura ejus incidit. Cic. de Fato 6.

Sermones varii incidere nobis. Catul. Epigr. 10. 5.

Sermo incidit de Catullo Messalino. Plin. 4. Epist. 22.

Suspectio mihi incidit. Ter. And. 3. 2. 21.

Renuntiatum est, nam qui isthæc tibi incidit suspectio? Al. Suspicio.

Suspicio incidit de me. Ter. Adel. 4. 4. 6.

Tanta nunc suspicio de me incidit, neque ea immerito.

Tempora sæpe incidunt, quum ea, quæ maxime videntur digna esse justo homine, eoque quem virum bonum dicimus, &c. Cic. 1. Off. 31.

Terror incidit exercitui. Cæs. 3. Bell. Civil.

Tremor manibus incidit unctis. Hor. 1. Epist. 17. 23.

Incidit sæpe ut, Sæpe evenit, fere fit. Cic. de Amicit. Nam vel ut non idem expediret utrique, incidere sæpe, vel ut de Repub. non idem sentirent.

Raro incidebat ut secundæ classis vocarentur. Liv. 1. 43. sub fin. [Nisi aliter distinguendum. V. loc.

Quum incideril ut id apte fieri possit. Cic. 1. de Fin.

Incidit infeliciter ut talem civem amitteremus. Liv. 38. 49. extr.

Siquis ejusmodi forte casus inciderit ut id faciendum sit. Cic. 3. de Fin.

Forte ita incidit ut comitiis perfectis nuntiaretur, &c. Liv. 26. 23. pr.

Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur. Liv. 1. 46.

INCĬDENS, entis. Partic. Plin. lib. 11. cap. 37. Pupillæ obiter incidentia facile declinant.

Incidens portis exercitus, Incurrens in eum locum quo portæ erant. Liv. 5. 26. Quum fuga trepidum, plenum vulnerum, ac pavore incidentem portis exercitum viderint, &c.

INCĀSŪRUS, Partic. Plin. lib. 2. cap. 27. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror: verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa.

INCIDENTER, Adv. Sarisb. præf. Quæ incidenter dicta sunt.

INCĬEO, ēre. & INCĬO, īre. Movere, impraegnare. Papias. Lucret. 5. 960.

Et Venus in silvis inciebat corpora amantum. al. Jungebat, V. Vet. Dict. Gifan. Hinc

INCIENS, entis. Partic. Arnob. lib. 7. Scrofa inciens. i. e. Feta. conf. Varr. R. R. 2. 2. Plin. 11. 37. Turneb. 20. 23. vel Lex. Martinii.

Inciens, inquit Festus in Gravida, Propinqua partui dicitur, quod incitatus sit fetus ejus.

INCĪLE, is. n. [διώρυχη] Locus depressus, ut ait Ulpian. D. de rivis l. 1. ad latus fluminum: ex eo dictus, quod inciditur. Inciditur enim vel lapis, vel terra: unde primum aqua ex flumine agi possit, &c. Item ex quocunque rivo aqua irrigandi causa deducatur, incile dicitur, locus per quem primum deducitur. Hæc Perottus. Columel. lib. 5. cap. 9. Si olea in clivo sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant.

Ducere incile. Ulpian. D. ne quid in flumin. public. &c. l. unic. §. 2. Simili modo & si incile ducat, aut alio loco fiat, aut si alveum mutet fluminis, hoc interdicto tenebitur.

Prima incilia & principia fossarum. Ulpian. in l. 1. D. de aqua quotidiana & æstiva, Caput aquæ illud est, unde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum, quibusque ex flumine vel ex lacu in primum rivum compelli possent.

Sane tanquam aqua in quodam incili, omnia jam adhæserunt. Cic. 8. Fam. 5. V. Græv. in loc. conf. Apul. Met. 9. p. 221.

INCĪLIS, e. Adj. Cato R. R. cap. 155. In monte fossas inciles plures habere oportet. Al. Puras, pro Plures. [A Cælo deducunt, ut Ancile q. V. Forte tamen ex Græco ἐγκοιλος, quod Cavum ac Depressum denotat. Inciles canales, inquit Festus, In quos aqua confluit, in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti. [Immo Inlices. conf. dict. super. & seq.

INCILLÆ, [διώρυγες] auctore Festo, Fossæ quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, sive Derivationes de rivo communi factæ. Al. Inciliæ, vel rectius Incilia legunt.

INCĪLO, [ἐγκαλέω] āre. pro Increpare vel Improbrare dicebant veteres. Actius, Qui me incilant probris, sermone indecorant. Lucret. lib. 3. 978.

Jure (ut opinor) agat, jure increpet, inciletque. V. Non. 2. 430.

INCILANS, antis. Partic. ibid.

INCĬNĔRO, āre. Sax. Gramm. 4. 2.

INCĬNĔRĀRIUM, i. n. ex Charis. Barth. in Advers. 4. 21. al. Incinarium. V. Putsch. vel Lex. Pitisc.

INCINGO, nxi, nctum. [ἐγκατα ζώννυμι] ĕre. Idem quod Cingere, vel Circumligare. Liv. 8. 9. Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.

Auro incincta. Solin. cap. 15.

Lauro incingi. Ovid. 14. Met. 482.

Mitra canos incincta capillos. Ovid. 3. Fast. 669.

Mœnibus urbes incingere. Ovid. 3. Amor. 8. 47.

Pellibus incinctæ ambæ. Virg. 4. Georg. 342. Idem 7. Æn. 396.

Philyra capilli incincti. Ovid. 5. Fast. 337.

Portu saloque incingitur. Mela 1. cap. ult. conf. 2. 3, 5, 6.

Serpentibus sese incingebat. Catul. 65. 258.

Tunica incinctus mercator. Ovid. 4. Fast. 675.

Verbenis aras incinxit. Ovid. 7. Met. 242.

Vestibus pictis incinctæ horæ. Ovid. 5. Fast. 217.

Zonis pretiosissimis incincta. Apul. Met. 7. p. 190.

INCINCTUS, a, um. Partic. V. supra in ipso verbo.

INCINGŬLUM, i. n. Non. 1. 234. Cingulum incingulum plerumque dicitur.

INCĬNO, ui, entum, [ἐπᾴδω, ἐπαυλέω] ĕre. Simul canere, vel Modulanter sonare. Propert. 2. 22. 6.

— seu varios incinit ore modos. Gell. lib. 1. cap. 11. Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret.

**INCENTIO**, ōnis. f. [ἐπαύλησις] Cantio seu Cantilena, vel Harmonia vocum ac tibiarum. Gell. refert lib. 4. cap. 13. Democritum docere, plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum.

Incentio. Incantamentum quod vocis modulatione fiebat. Gell. lib. 16. cap. 11. pr. Utserpentium virulentorum domitores sint, & incentionibus, herbarumque succis, faciant medelarum miracula.

Incentiones Circææ: Amm. Marc. lib. 30. p. 493. Francf. H. St. Locus est non longe a principio ejus libri.

**INCENTOR**, ōris. m. Ammian. lib. 15. pr. Isid. 6. 19. & 7. 12.

**INCENTĪVUS**, a, um. Adj. [ἐπαυλητικὸς] ut, Tibia incentiva, apud Varronem, Quæ a dextra canit: sicut Succentiva, Quæ a sinistra succinit: ait enim lib. 1. de R. R. cap. 2. Et ut dextra tibia alia quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. Ibidem pastorum vitam vocat incentivam, quia vetustior: agricolarum succentivam, quia recentior, quamrem comprobat auctore Dicæarcho homine doctissimo. Sic ergo vitæ pastorali succinit agricultura, ut inferior, sicut tibia sinistra, dextræ foraminibus.

Incentivus, Incitativus, propterea quod incentione tubarum soleant milites ad prælium incitari. Firmic. lib. 1. cap. 3. Hinc intelligi datur, stellarum quidem esse, quod patimur, & quod nos incentivis quibusdam stimulat ignibus: divinitatis vero esse animi, quod repugnamus.

**INCENTIVUM**, i. n. pro Stimulo, seu incitatione, propterea quod milites incentione tubarum solent ad prælium incitari. Auctor Paneg. Const. M. dict. a pr. Non solum tubæ, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquod feruntur habuisse.

**INCIPERO**, āre. pro Imperare. Plaut. Truc. 3. 2. 8. Inci pro In olim dictum esse ostendit Scalig. ad Fest. in voce Incitega. Sed codices emendati habent Dic, impera mihi, pro Incipera.

**INCĬPIO**, cœpi, vel Cepi, cœptum, [ἄρχω, ἄρχομαι, κατάρχομαι, ὑπάρχομαι, ἐξάρχω, ἐγχειρέω] ere. Notæ significationis, & a Capio derivatur: vel ut aliis placet, a Cœpi defectivo. Plaut. Pœn. 5. 2. 14.

Incipere multo est quam impetrare facilius. Ter. Adel. 2. 2. 19.
— perii hercle, hac spe illi hoc incœperunt.

Æstas prima incœperat. Virg. 3. Æn. 8.
Amor incipiens. Ovid. 2. de Arte Am. 648.
Annus incipit vicesimus. Plaut. Capt. 5. 3. 3.

Quam diu id factum est? ST. hic annus incipit vicesimus. [An Hinc?

Annus incipit a frigoribus. Ovid. 1. Fast. 149.
Barba erat incipiens. Ovid. 12. Met. 395.
Febris incipit. Cic. 7. Att. 8. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram.
Ver incipit. Cic. 7. Verr. 27. Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur.
Vere incipiente pariunt. Plin. lib. 10. cap. 32.
Incipiunt postulare, poscere, minari. Cic. 5. Verr. 78.
Incipere a. Plin. lib. 14. in procem. Unde autem potius incipiemus, quam a vitibus?
Abrupte aliquid incipere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Amicitiam. Ter. And. 3. 3. 7.

Per ego te deos oro, & nostram amicitiam, Chreme,
Quæ incepta a parvis, cum ætate adcrevit simul.

Cursuram. Plaut. Trin. 4. 2. 164.

Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?

Facinus. Plaut. Trin. 4. 2. 42. Magnum facinus incipis sic petere.
Honorem. Plaut. Mil. 2. 2. 73.

Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia. Sed emendati codd. præferunt Magnam illic, homo, rem.

Iter. Plaut. Cæs. 4. 4. 1. Sospes iter incipe hoc.
Incipere facere aliquid. Cic. 3. in Catil. 6. Quum jam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent.
Huic incipio sententiæ diffidere. Cic. 5. Tusc. 3. Et apud eundem, Incipio sperare.
Incœptu, supin. [ἄρχεσθαι] Ter. Phorm. 2. 3. 16. Turpe incœptu. Liv, præf. Fœdum inceptu.

**INCŒPTUS**, vel **INCEPTUS**, a, um. Partic. [κατηρχθεὶς] ut Amicitia quæ incepta est a parvis. Ter. And. 3. 3. 7.
Iter incœptum celerant. Virg. 8. Æn. 90.
Laborem incœptum decurrere. Virg. 2. Georg. 3.
Opus incœptum destituere. Ovid. 3. Amor. 12. 18.
Rite incœpta sacra. Virg. 4. Æn. 638.
Sermo incœptus. Virg. 6. Æn. 470.

**INCIPIENDUS**, a, um. aliud Partic. [ἀρκτέος] Ovid. 5. Fast. 570.

A tantis princeps incipiendus erat.

In re incipienda. V. IN.

**INCŒPTUM**, vel **INCEPTUM**, i. n. Institutum, principium. Ter. And. 1. 5. 1.

Hoccine est humanum factum, aut incœptum? Plin. lib. 4. cap. 4. Incœpto infausto. Cic. 2. in Catil. 27. Cujus ego non modo factum, sed incœptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero.

Juvenilia incœpta. Ovid. 17. Epist. 35.
Pari incœpto similis fortuna fuit. Paterc. 2. 68. 2.
Abire longius incœpto. V. ABEO.
Absistere incœpto. V. ABSISTO.
Absistere incœptis. Sil. lib. 11.
Deprehendere inceptum. Cic. 2. Catil. 12.
Desistere incœpto. Virg. 1. Æn. 37.
Peragere incœptum. Virg. 4. Æn. 452.
Permanere in incœpto. Cic. 5. Fam. 14. 7.
Pertæsus magni incœpti. Virg. 5. Æn. 471.
Prævenit incœptum eorum Marcellus. Liv. lib. 24. 13. extr.

**INCŒPTIO**, ōnis. f. Principium. Ter. And. 1. 3. 14.

Nam incœptio est amentium, haud amantium. Cic. 4. Acad. 119. Tam præclari operis incœptio. conf. Apul. Apol. p. 317.

**INCEPTUS**, ûs. m. Nep. 11. 2. 5. Epaminondæ retardavit inceptus. V. Schott. & in ipso verbo extr.

**INCŒPTOR**, ōris. m. Qui incipit. Ter. Eun. 5. 9. 4.

— o Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector. V. Donat.

Carminis inceptor. Avien. Arat. pr.

**INCEPTIVUS**, a, um. Adj. Initialis. Diomed. Gramm. Inceptiva littera.

**INCIPISSO**, ĕre. Plaut. Capt. 3. 3. 17. Nugas ineptiasque incipisso. conf. Capt. 4. 2. 22. & Mil. 2. 2. 82. & Trin. 4. 2. 42.

**INCŒPTO**, vel **INCEPTO**, [ἄρχομαι, αἴρομαι] āre. frequent. ab Incipio, vel a Cœpi defectivo. Ter. Heaut. 4. 4. 12. Quid incœptat? Idem Phorm. 4. 3. 21. & Eun. 6. 8.

Incœptare facinus. Ter. Heaut. 3. 3. 39. Vah video quod incœptas facinus.

Incœptat fabulam. Ter. And. 5. 4. 22.

Est istæc una parva virgo. tum ille egens, forte applicat
Primum ad Chrysidis patrem se. s. fabulam incœptat. CH. sine.

Incœptare iter. Plaut. Truc. 1. 2. 28. Istic, quo iter incœptas, quis est? quem arcessis?

**INCISE**, **INCISIM**, **INCISIO**, **INCISUM**, **INCISURA**, **INCISUS**. V. INCĪDO, is.

**INCĪTA**, æ. f. [πενία] Paupertas, indigentia. Plaut. Trin. 2. 4. 136. Hem! nunc hic, cujus est, ut ad incitas redactus! conf. Idem Pœn. 4. 2. 85. & Non. 2. 422. Budæus in Annotat. prior. Antiqui, ait, Ad incitas redactos dicebant, vel etiam Ad incitos, si Isidoro credimus, i. e. Ad ultimum inopiæ. Quod proverbium a calculis lusoriis deductum est, qui loco cieri nequeunt. Al.

**INCITI**, orum. m. & **INCITA**, orum. n. pl. Scalig. Append. ad Conject. in Varr. lib. 6. pr. Antiqui, inquit, fines seu terminos, quos amplius promovere non est, incitos vocabant. Et qui eo rerum redacti erant, ut nullum certum rerum suarum consilium capessere possent, ad incitas redacti dicebantur: ubi subaudiendum Lineas. Metaphora enim a ludo duodecim scruporum. Nam cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cujus intererat, ad incitas lineas redactus, Calculi vero ipsi inciti dicebantur. Quod annotat Isidor. Orig. 18. 67.

Quando Incita dicimus, subintelligendum Loca. V. Joh. Livin. ad Mamert. Paneg. Jul. cap. 9. pr. Apul. 3. Aur. Asin. p. 50. Ad extremas incitas deducti. Sed Elmenh. p. 141. legit Metas. Idem Aur. Asin. 9. Ad ultimam salutis metam detrusus. V. Elmenh. 223. & Emend. 1. 272. conf. item Parei Lex. Crit. p. 59. vel Lex. Pitisc.

**INCĬTO**, [παροξύνω, παρορμάω, ἐπαίρω, θήγω, ὀρίνω] āre. Commovere, compellere, incendere: ab In, & Cito citas. Cæs. 3. Bell. Gall. 10. Sed tamen multa Cæsarem ad id bellum incitabant.

Incitare ad scribendum. Cic. 9. Fam. 16.
Incitare & commovere. Cic. 2. de Orat. 186. Facilius est enim currentem (ut aiunt) incitare, quam commovere languentem.
Incitare contra. Cic. 4. Acad. 144. Qui si undique omnes convenerint, facile contra vos incitabuntur.
Incitari in studia. Cic. 12. Fam. 16. Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.
Ad studium & laborem incitandi juvenes. Cic. 1. de Orat. 262.
Animos sedare, & Incitare, contraria. Cic. in Orat. 63.
Celeritatem incitat exercitatio eloquendi. Cic. 1. de Orat. 90.
Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare. Cic. de Clar. Orat. 317.
Currentem incitare, Parœmia. Cic. 3. Philipp. 19. Quorum consiliorum Cæsari me auctorem & hortatorem & esse & fuisse fateor. quanquam ille non eguit consilio cujusquam, sed tamen, ut dicitur, currentem incitavi.
Equos incitare. Cæs. 4. Bell. Gall. 12. Incitato equo sese hostibus obtulit.
Equo incitato se in hostes immittere. Cic. 3. de Nat. Deor. 15.
Mentes incitare, & Reflectere, contraria. Cic. 1. de Orat. 53.
Metum incitat umbra vana. Ovid. 2. de Pont. 7. 14. al. Incutit.
Motus silentio incitari non posse. Cic. de Somn. Scip. 11.
Navem remis incitare. Cæs. 4. Bell. Gall. 25.
Pœnæ cælibum incitandæ. Tacit. 3. Ann. 25.
Veterani incitantur in eum. Cic. 12. Fam. 2.
Incitant me auguria quadam spe non dubia. Cic. 10. Att. 8.
Incitare se in aliquam partem. Cic. 2. Att. 16. Quod si in eam me partem incitarem, profecto jam aliquam reperirem resistendi viam.
Incitat aviditatem hæc herba, Provocat, & irritat appetitum ciborum: cui opponitur Inhibere aviditatem. Plin. lib. 20. cap. 7. Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem.
Saliens incitat unda sitim. Ovid. 2. de Rem. Amor. 632.
Beneficiis alicujus & amore incitari. Cic. 1. Fam 7.
Natura incitari ad aliquid agendum. Cic. 3. de Fin. 66.
Voluptate corporis incitari. Cic. de Senect. 41.

**INCITĀTUS**, a, um. Partic. [παροξυνθεὶς, παροξυντὸς] Celeritate & studio incitatus. Cæs. 3. Bell. Civil. 78.
Ira aut perturbatione aliqua incitatus. Cic. 1. Off. 23.
Iracundia incitatus populus. Cic. pro Domo 86.
Mente incitatus. Cic. 4. Acad. 14. Et tamen isti Physici raro admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati.
Gradu incitato accurrit. Sen. Troad. 10.
Populum, incitatum in bonos, mitigare. Cic. 1. de Orat. 202.
Studium incitatum ad inveniendam veritatem. Cic. 5. Tusc. 68.
Voluntas incitata adversa ratione. Cic. 4. Tusc.
Incitatum pro Vehementi. Cic. in Brut. 35. Nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem, Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen.
Furor incitatus. Cic. 4. Acad. 87. Nonne ibidem incitato furore,

Unde hæc flamma oritur? Ex poeta.

Compar. Cic. Orat. 39. Alter incitatior fertur.
Superl. Conversio incitatissima totius mundi. Cic. in Somn. Scip. 13. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint.
Incitatus, Equus quidam fuit hoc nomine nobilissimus & velocissimus, circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus, Caligulæ usque eo amatus, ut & ad cœnam vocaret, & ei hordeum aureum objiceret,

ſiceret, & vinum aureis pateris propinaret, ſanςteque adjuraret per ſalutem & fortunam ſuam, ſe eum Conſulem facturum. Martial. 11. 1.

Sed quum ſponſio fabulæque laſſæ
De Scorpo fuerint & Incitato.

De hoc equo & Dio col. 747. H. St.

**INCITATE**, Adv. [παροξύντως] Compar. Cic. 2. Att. 14. Quas Numeſtio litteras dedi: ſic te his evocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet.

**INCĬTĀTIO**, ōnis. f. [παροξυσμὸς] Inſtigatio, commotio. Cic. 4. Acad. 82. Quum ille ſol, qui tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta ſit ne cogitari quidem poſſit.

Languentis populi incitatio, & Effrenati moderatio, contraria. Cic. 2. de Orat. 35. [An potius Efferati?

Acri & vehementi incitatione inflammatur animus. Cic. 2. de Orat. 183.

Divina mentis incitatio. Cic. 1. de Divin. 89.

Incitatio orationis. Cic. 1. de Orat. 161. Sic evolavit oratio, ut ejus vim atque incitationem aſpexerim: veſtigia, ingreſſumque vix viderim.

**INCITĀTOR**, ōris. m. Prudent. Rom. 67. Ut incitator & fax omnium.

**INCITĀTRIX**, īcis. f. Arnob. lib. 2. p. 64. Iſta perſuaſio eſt incitatrix ad vitia. Lactant. de Ira Dei 23. 22. Opulenta libidinum incitatrix.

**INCITĀBĬLIS**, e. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. παροξυντικὸς, Incitabilis.

**INCITĀMENTUM**, i. n. [παροξυντήριον] Quod commovet, incitat & accendit ad aliquid faciendum. Cic. pro Arch. 23. Hoc maximum & periculorum incitamentum eſt & laborum.

Incitamentum ad vincendum. Liv. 21. 44. conf. ibi Gronov. Tacit. Germ. 6. 29. extr. Uxor incitamentum mortis & particeps fuit. conf. Idem 7. 3. Plin. Paneg. cap. 27. pr. Magnum quidem eſt educandi incitamentum, tollere liberos in ſpem alimentorum, &c.

**INCITĀBŬLUM**, i. n. [ὁρμητήριον] Idem quod Incitamentum. Gell. lib. 15. cap. 2. Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii virtutiſque. Antiquum.

**INCITUS**, a, um. Adj. [παρόρμητος] compoſitum ex In & Citus: Idem quod Velox & celer. Cic. 2. de Nat. Deor. 89.

Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt
Delphini. Ex Accio. Lucret. lib. 6. 136.
— validi vis incita venti. Idem 1. 270. Prudent. Hymn. 3. 93.

Incita lingua. [Partic. ab Incieo. Vix alibi, quam apud poëtas legas. Incitus eſt etiam Immotus: ut, Calculi inciti. V. ſupra in INCITA, & INCITI.

**INCĬTUS**, us. m. [παρόρμησις] pro Incitatione. Plin. lib. 2. cap. 45. Qui, ſive aſſiduo mundi incitu, & contrario ſiderum occurſu, naſcuntur, ſive hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus, &c. Al. Incitatu. V. Harduin.

**INCĪVĪLIS**, e. Adj. Aſper, violentus. Eutrop. 10. 7. Multis incivilibus geſtis. conf. Aurel. Vict. de Macrin. & Diad.

**INCIVILĬTER**, Adv. Apul. Met. 7. p. 199. An te nos tractamus inciviliter, qui noſtrum aſinum furatum abducis?

Compar. Suet. Tit. 6. Egitque aliquanto incivilius. i. e. Violentius, acerbius, ſævius, & tyranni more. Civilis enim dicitur Qui ſævus non eſt, ſed moderatus, parique cum ceteris jure vivit: Incivilis, Qui ſe pro principe & imperatore non gerit, ſed ſuperbus, & arrogans eſt & tyrannus. Tacit. 1. Ann. 33. Nam juveni civile ingenium, mira comitas, & diverſa a Tiberii ſermone, & vultu arrogantibus & obſcuris. Turnebus.

**INCIVILĬTAS**, ātis. f. Ammian. 18. 2. Contingit per incivilitatem militis. Idem 29. 5. Incivilitatis particeps.

**INCLĀMO**, [ἐπιβοάω] āre. Clamore arceſſere, vocare. Val. Max. lib. 1. cap. 7. §. 7. Perterritus deinde tam tætro viſo, & nomine horrendo, ſervos inclamavit: ſciſcitatuſque eſt, &c. Cic. 2. Att. 18. Sed ita te para, ut ſi inclamaro, advoles.

Inclamare aliquem. Ovid. 3. Faſt. 756.

Inclamatque ſuos, auxiliumque vocat.

Inclamare aliquem magna voce. Liv. 8. 9. pr.

Inclamare nomine aliquem. Liv. 26. 15.

Inclamare alicui. Liv. 1. 25. Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, uti opem ferant fratri, jam Horatius cæſo hoſte victor ſecundam pugnam petebat. Ovid. 1. Amor. 7. 45.

Nonne ſatis fuerat timidæ inclamaſſe puellæ.

Inclamare aliquem, Conviciis & maledictis inſectari, inquit Feſtus. Plaut. Aſin. 3. 2. 36.

Nimis ægre riſum continui, ubi hoſpitem inclamavit,
Quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. conf. Idem Aſin. 3. 2. 36. Lucret. lib. 3. 266.

Non merito inclamet magis, & voce increpet acri? Ovid. 2. Faſt. 351.
Fit ſonus, inclamat comites, & lumina poſcit. h. e. Objurgat.

**INCLAMĀTUS**, a, um. Partic. Inclamatus a puero delphinus. Plin. 9. 8. Nomine ſuo inclamatus. Lactant. 4. 26.

**INCLAMĀTIO**, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 4. 41. pr.

**INLĀMĬTO**, [ἐπιβοῶμαι] āre. frequent. Paſſivo utitur. Plaut. Epid. 5. 2. 46.

Etiam inclamitor quaſi ſervos?

**INCLĀREO**, ui, ēre; vel **INCLĀRESCO**, [ἐνδοξιμέω] ĕre. Clarum fieri, manifeſtum, & notum. Plin. Paneg. cap. 82. Nec dignitate nuptiarum magis, quam his artibus inclaruiſſe. Suet. de Clar. Gramm. cap. 17. Verrius Flaccus, docendi genere maxime inclaruit.

Artes plurimis inclaruere exemplis. Plin. lib. 7. cap. 37.

Maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi, qui diligentiſſime mulieres pinxit. De Euphranore pictore. Plin. lib. 35. cap. 11.

Inclaruit in auro cælando. Plin. lib. 33. cap. 12. Et lib. 7. cap. 21. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit. [Omnia Præterita ſunt ab Inclareſco. Inclareo nuſquam leges.

**INCLĀRUS**, a, um. Adj. Symmach. 3. Epiſt. 4. pr. An ita vel mei animi fides inclara eſt &c. i. e. Non clara, dubia.

**INCLĒMENS**, entis. Adj. [ἀνεπιεικὴς] contrarium eſt Clementi: h. e. Durus & aſper. Liv. 8. 32. Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Compar. Liv. 9. 34. Inclementiori verbo quem appellare.

Superl. Macrob. Somn. Scip. 1. 10. Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator.

**INCLEMENTIA**, æ. f. [ἀνεπιείκεια] Duritas. Virg. 2. Æn. 602.

— verum inclementia divûm
Has evertit opes. Idem 3. Georg. 68.
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis. Ubi ſervius: Inclementia, Inexorabilitas & duritia.

Gravis inclementia fati. Stat. 1. Silv. 4. 50.

**INCLEMENTER**, Adv. [ἀνεπιεικῶς] Dure. Liv. 22. 38. Nihil inclementer in Varronem dictum, niſi id modo, mirari ſe, &c. Plautus Pſeud. 1. 1. 25.

Cur inclementer dicis lepidis litteris? i. e. Quare iraſceris iſtis litteris? Idem Pœn. 5. 5. 44.

Inclementius, Immitius. Ter. in prol. Eun. 4.

Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimat eſſe, &c. conf. Liv. 3. 48.

**INCLINIS**, V. poſt ſeq. dict.

**INCLĪNO**, [ἐπικλίνομαι, ἐγκλίνω] āre. Inflectere.

Acies inclinare vel inclinari dicitur, Quando ita urgetur ab hoſtibus, ut jam deficiens incipiat cedere, atque in fugam converti. Liv. 1. 12. Ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. Ibidem lib. 2. 33. Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinavit acies.

Animum inclinare. Liv 29 33. extr. Hæc animum inclinant, ut cum modico potius quam cum magno præſidio equitum ad Scipionem quoque poſtea veniſſe Maſiniſſam credam.

Animus inclinat. Liv. 1. 24. Hos ut ſequar inclinat animus. conf. 7. 9.

Animum inclinare ad rem aliquam. Liv. 40. 5. In præſentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad conſilia belli ad quæ jam ſua ſponte animum inclinaſſet.

Arbor vento inclinata in tuum fundum. Pompon. in l. ult. D. de arbor. cædend.

Aſtra inclinaverat ortus. Aſtrorum lucem imminuerat & hebetaverat: vel Aſtra cælo depulerat. Stat. 12. Theb. 1.

Culpam inclinare in aliquem, Derivare. Liv. 5. 8. extr. Ubi quum omnem culpam in Collegam inclinaret, acciri Virginium ex caſtris, &c.

Curſum inclinat. Ovid. 2. Met. 271. De Mercurio volante.

Dies inclinat. Curt. 6. 11. 9.

Domus omnis in te inclinata recumbit. Virg. 12. Æn. 59. i. e. Tuis humeris fulcitur.

Eloquentiam inclinare, pro Imminuere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Quinetiam & Phalereum illum Demetrium (quanquam is primus inclinaſſe eloquentiam dicitur) multum ingenii habuiſſe & facundiæ fateor. V. Orationem inflectere, in INFLECTO.

Fata ducum inclinant. Lucan. lib. 3. 572.

Fortuna inclinat ſe ut. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 52. Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac ſe fortuna inclinaverat, ut noſtri magna inopia neceſſariarum rerum conflictarentur. Cic. Inclinante deinde ſe fortuna ad cauſam plebis, nuntii veniunt.

Fortuna inclinata & prope jacens. Cic. 2. Fam. 15.

Fretum inclinatum æſtu, h. e. Pacatum mare. Liv. 29. Quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, naves mari ſecundo miſit.

Fuga inclinat eo. Liv. 1. 27. extr. Quo poſtquam inclinavit fuga, alii arma, &c.

Genua inclinarat arenis. Ovid. 11. Met. 355.

Meridies inclinat. Hor. 3. Carm. 28. 5.

Oculos inclinare mortuis. i. e. Claudere: quod facere morientibus cari vel propinqui ſolebant. Propert. 4. 7. 25.

At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntis:
Unum impetraſſem te revocante diem. Forte Inclamavit non inepte legeretur. [Immo Inclinavit hiantes. V. Broekh.

Opes inclinantur ad Sabinos. Liv. 1. 11. Quanquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde ſumpto, videbantur.

Oppida inclinata, Diruta. Ovid. 15. Met. 295.

Res inclinata: cui Integra opponitur. Cic. 10. Att. 8. Scribendum ad te exiſtimavi, & pro noſtra benevolentia petendum, ne quo progredereris inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. Legitur & Proclinata.

Res inclinata eſt, laboratur vehementer. Cic. 1. Fam. 1. i. e. Spectat ad malum exitum, & ruinam veluti minatur.

Reſpub. inclinata. Quæ jam declinare cœpit. Cic. ad Brut. 18. Reſpondi id quod ſentiebam & dignitati & exiſtimationi tuæ maxime conducere, te primo quoque tempore ferre præſidium labenti & inclinatæ pæne Reipub. [An Labanti?

Sententia inclinat, Huc tendit, eo vergit ut, &c. Liv. 32. 13. Inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret. [Lego Demitteret.

Sententiæ eo inclinant, ut &c. Liv. 27. 46. Multorum eo inclinant ſententiæ, ut, dum feſſum &c.

Sententia eo inclinavit quod tutius, &c. Liv. 28. 25. extr. Illa dubitatio erat, ſingulæne cohortes, an univerſi ad ſtipendium petendum irent: inclinavit eo ſententia, quod tutius cenſebant univerſos ire. Al. omittunt Eo rectius, & poſt Cenſebant commate diſtinguunt.

Sol inclinat ſe meridie. Liv. 9. 32. Et prius ſol meridie ſe inclinavit, quam telum hinc atque illinc emiſſum eſt.

Ad conſilium adjuvandum inclinare. Cic. 12. Att. 28. Tuum enim illud deſperatum denique intelliges, & quid inclinent ad hoc meum conſilium adjuvandum.

In conſilium inclinare. i. e. Deſcendere in ſententiam. Liv. 30. 9. In hoc conſilium maxime inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos cenſent.

Ad Stoicos inclinare. Cic. 3. Fin. 10.

Paulum timore inclinari. Cic. 4. Att. 14.

Inclinare in vitium dicitur vinum. Plin. lib. 14. cap. 20. In vitium inclinantis experimentum eſt laminæ plumbeæ mutatus in eo colos.

Nos inclinare in iis rebus dicimur, In quibus acquieſcimus. Sen. in Conſol. ad Helv. cap. 2. extr. Quaſi de induſtria, in id tempus conjectis malis tuis, ut nihil eſſet, ubi ſe dolor tuus inclinaret.

Obſcæno ſenſu uſurpare videtur. Juven. 9. Sat. 26.

— atque ipſos etiam inclinare maritos. conf. Idem 10. 224.

Inclinare apud Grammaticos eſt verba & nomina in caſus, perſonas atque tempora mutare. V. Gell 4. 9.

**INCLĪNANS**, Partic. [ἐπικλινόμενος] ut

Inclinans ad crocum vel in luteum colorem. h. e. Tendens & fere ſimilis. Plin. lib. 27. cap. 12.

Inclinantem erigere, Stantem inclinare, contraria. Cic. 2. de Orat. 1 7.

**INCLINATUS**, a, um. Partic. [ἐπικλινὴς] ut,

Inclinatus ad causam plebis, i. e. Promptus. Liv. 3. 65. pr. Nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati, otium domi ac foris habuere.
Animo inclinatus. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 12.
Spes inclinata dicitur in aliquam partem, Ubi de ea bene speratur. Liv. lib. 5. Teri tempus neutro inclinata spe.
Cervix inclinata. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Copiæ inclinatæ. Nep. 16. 5. 4. & Paterc. 2. 55. 1. Subaudi Ad fugam.
Dies inclinatus in tempus pomeridianum. Cic. 3. Tusc. 7.
Morbus inclinatus, Qui jam ad sanitatem spectat. Plin. lib. 23. cap. 4. Lethargicis magis auxiliare, & inclinato morbo.
Onera inclinata a pauperibus in divites, Derivata. Liv. lib. 1. 43.
Respublica paullum inclinata agitari cœpit. Sallust. Fragm. 6. 56.
Vires inclinatæ. Liv. 9. 12 pr. Nullo dum certamine inclinatis viribus. i. e. Integris adhuc & nullo certamine debilitatis.
Voce inclinata ululantique canere. Cic. in Orat. 27.
Compar. Inclinatior ad pacem animus. Liv. 34. 33. Idem 3. 2. & 23. 46.

INCLINĀTIO, ōnis. f. [ἐπίκλισις, ἔγκλισις] Plin. de lignis sectilibus lib. 16. cap. 43. Qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.
Animorum inclinatio plebis ad sustinendam inopiam ærarii fit. Liv. 24. 18. extr.
Cæli inclinatio, quam quidam Aspectum & horizonta vocant. Gell. lib. 14. cap. 1. Procedat inquit, hæc disciplina sane, sed sub ea modo inclinatione cæli, sub qua tunc Chaldæi fuerunt. V. Declinatio mundi, in DECLINO, & Vitruv. 6. 1.
Causæ inclinatio. Quintil. lib. 5 cap. 13.
Corporis inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Laterum fortis, ac virilis inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Rerum & temporum inclinationes dicuntur Conversiones, quando Reipub. constitutio tenorem suum jam non amplius servat, sed ad mutationem spectare videtur. Cic. 5. Philipp. 26. Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt. Et 5. de Fin. 11. Hoc amplius Theophrastus, quæ essent in Repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus esset moderandum.
Temporis inclinatione, & perlevi sæpe fortunæ momento, vectigalia Populi Rom. pendere. Cic. 2. de Lege Agr. 72.
Voluntatum repentina inclinatio. Cic. pro Muren. 53.
Voluntatis inclinatione propendere in aliquem. Cic. 2. de Orat. 129.
Inclinatio ad meliorem spem. Cic. pro Sext. 67.
Pro Declinatione ponitur a Grammaticis. Varr. L. L. 8. 1. Quorundam inclinationes sequi. Idem 8. 63. In inclinationibus verborum. conf. INCLINATUS.

INCLINĀTUS, ûs. m. [κλίσις] pro Terminatione Grammaticis. Gell. lib. 3. cap. 12. Neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. i. e. Terminatione. de Bibosus loquitur. conf. INCLINAMENTUM.

INCLINĀBĬLIS, e. Sen. Epist. 94. Nulla res magis animos honesta induit, dubiosque & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio. Al. Inclinantes. [Porro videtur Honesto imbuit legendum.

INCLINĀMENTUM, i. n. [ἐπίκλιμα] pro Declinatu vel Derivatione vel Terminatione. Gell. lib. 4. cap. 9. ex Nigidio. Hoc, inquit, inclinamentum semper hujuscemodi verborum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, &c.

INCLĪNIS, e. Adj. Quod inclinatur, quod cedit. Val. Flacc. 4. Argon. 307.
— sonat omnis vulnere cervix
Inclinis ceditque malis. Min. Fel. c. 3. extr. Eam testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atque humilem, quantum potest super undas inrotare. Subaudi Puerum.
Item [ἀκλινής] Inflexus, rigidus. Manil. 1. 596.
His eadem est via, quæ mundo, pariterque rotantur
Inclines. V. Interpr. in loc.

INCLĬTUS, a, um. Adj. [κλυτός] Gloriosus, excellens, atque insignis, quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. Plaut. Mil. 4. 6. 12. Uttu inclitus apud mulieres.
Armis inclitus. Virg. 6. Æn. 276.
Factis inclitus. Ovid. 12. Met. 173.
Acta viri multum inclita cantu Mæonio. Stat. 1. Achil. 3.
Dux inclitus. Virg. 6. Æn. 562.
Genus inclitum altis titulis. Sen. Herc. fur. 6.
Gloria inclita fama. Virg. 2. Æn. 82.
Justitia inclita, religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. Liv. 1. 18.
Mœnia inclita bello. Virg 2. Æn. 241.
Philosophorum omnium inclitus Aristoteles. Justin. 12. 16. 8.
Templum inclitum divitiis. Liv. 26. 11.
Virtus inclita. Sen. OEth. v. 1984.
Superl. Cato apud Gell. 3. 7. Claritudo inclitissima. Dux inclitissimus. Columel. 1. 4. Scribitur & per y Inclytus, & per u, Inclutus. V. Cellar. Orthogr. Romanam scriptionem per i præferunt docti.

INCLŪDO, si, sum, [ἐγκλείω, κατακλείω] ĕre. Intus claudere. Cic. de Senect. 77. Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & gravi opere perfungimur.
Omnia animalia in mundo inclusit Deus. Cic. de Univers. 30.
In carcerem includere. Cic. 7. Verr. 117. Includuntur in carcerem condemnati.
In carcere includere. Cic. 2. Att. 1. Itaque nunc Consule in carcere incluso.
Includi simpliciter, absque alia voce adjecta est In carcere compingi. V. Schulting. ad Controv. Sen. p. 232.
Aliquem includere in prædonum hostiumque custodias. Cic. 7. Verr. 143.
Includere se domi. Cic. 7. Verr. 71.
In dialogos aliquem includere. Cic. 13. Att. 40. Sic enim constituebam, neminem includere aliquem in dialogos, eorum qui viverent. V. IN.
Includam orationi meæ. Cic. 1. Att. 13. τοποθεσίαν, quam postulas, Miseni & Puteolorum, includam orationi meæ.
In periculum legis includi. Cic. pro Cluent. 152. Nec nunc quicquam agitur, mihi credite, Judices, & prospicite id quod providendum est: nisi ut Equester ordo in hujusce legis periculum includatur.
Actionem oratoris includere. Plin. 2. Epist. 11. ad Arrianum, Hujus actionem vespera inclusit. h. e. Actioni finem imposuit.
Cælum ignavos inclusit nubibus æstus. Ovid. 7. Met. 529.
Lacrimas dolor inclusit. Stat. 12. Theb. 318. i. e. Prohibuit.
Opinionem aliquam in definitiones aliquas includere. Cic. 4. Tusc. 15.
Populos includere septis. Ovid. 1. Fast. 53.
Verba includere versu. Cic. 3. de Orat. 182.
Viam includere, quod & Præcludere & Claudere dicitur. Liv. 27. 27. Non ante apparuere quibus obviis ab jugo ipso consurgendum erat, quam circuiere qui ab tergo includerent viam.
Vocem includere. Liv. 2. 2. Consuli primo tam novæ rei ac subitæ admiratio incluserat vocem. h. e. Ademerat.
Vocem includit dolor. Cic. pro Rabir. Post. 48. Jam indicat tot hominum fletus, quam sis carus tuis, & me dolor debilitat, includitque vocem.
Includere & insculpere gemmam. Ulpian. in l. item quæritur. §. si gemma. D. locati, Si gemma includenda aut insculpenda data sit, siquidem vitio materiæ factum sit, non erit ex locato actio: si imperitia facientis, erit.
Includere gemmam auro, & Excludere, contraria. V. EXCLUDO.
Smaragdi auro includuntur. Lucret. lib. 4. 1120.
Speciem sui similem inclusit clypeo Phidias. Cic. 1. Tusc. 34.
Illigare & includere. Cic. 6. Verr. 54. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. [An Evellerat?

INCLŪSUS. a, um. Partic. [κατακεκλεισμένος] ut
Inclusus angustiis temporis & juris: h. e. Obrutus & immersus. Liv. 24. 8. Nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis quo minus ita omnia gerat administretque, ut tempora postulabant belli.
Inclusa in uno cubiculo ambitio. Cic. 4. Verr. 132.
Piscis inclusus aqua. Ovid. 3. de Pont. 1. 16.
Uva plena incluso mero. Ovid. 5. Trist. 3. 36.
In impias fabulas non inelegans ratio physica inclusa est. Cic. 2. de Nat. Deor. 63.
Verba inclusa modis. Stat. 4. Silv. 4. 11.
Inclusa sunt mihi medullis. Cic. 15. Att. 4.

INCLUSIO, ōnis. f. [κατάκλεισις] Cic. in Vatin. 24. M. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere volueras.

INCLYTUS, V. INCLITUS.

INCOACTUS, a, um. Adj. [ἑκών] pro Voluntario. Sen. Epist. 67. Omne honestum injussum incoactumque est, sincerum, & nullo malo mistum. Sic Valer. lib. 4. cap. 7. Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis.

INCOCTILIS, V. INCOQUO.

INCŒNIS, e. [ἄδειπνος] Qui non cœnavit. Plaut. Casin. 4. 1. 18.
— illæ autem senem
Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus,
Ut ipsæ solæ ventres distendant suos. Al. Incœnatum.

INCŒNO, [δειπνέω] āre. pro Cœnare in loco. Suet. Tiber. cap. 39. extr. Incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt. loquitur de Spelunca quadam, in qua cœnaverat.

INCŒNĀTUS, a, um. Adj. [ἄδειπνος] Idem quod Incœnis. Plaut. Alul. 2. 7. 6.
Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Cato R. R. cap. 156. Qui poturus erit, lavet calida, bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. conf. Scrib. Larg. Comp. 140.

INCŒPTIO, INCŒPTO, INCŒPTOR, INCŒPTUM. V. INCIPIO.

INCŌGĬTO, āre. Idem quod Cogitare. Hor. 2. Epist. 1. 122.
Non fraudem socio puerove incogitat ullam. Quum antea legeretur Puero non cogitat. H. St. desiderabatur in ed. Lugd. hæc dictio.

INCOGĬTANS, antis. adj. [ἀλόγιστος] Temerarius, inquit Donatus. Ter. Phorm. 3. 2. 14.
Adeone te incogitantem atque impudentem, Phædria. Ibid. 1. 3. 3. Quod ni fuissem incogitans, &c. Auson. Sap. Periandro. 15.

INCOGITĀTUS, a, um. Adj. [ἀπερίλογιστος] Idem. Plaut. Bacch. 4. 3. 1.
Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato. Lamprid. Alex. cap. 16. Dato spatio ad disquirendum cogitandumque, ne incogitati dicere cogerentur. Accipitur hic active: sed passive apud Sen. Epist. 58. Alacritas incogitata & injussa.

INCOGITĀBĬLIS, e. [ἀπερίσκεπτος] Idem. Plaut. Mil. 2. 6. 63.
— nunc demum scio
Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. conf. Lactant. 1. 8.

INCŌGĬTANDUS, a, um. Adj. Quantum cogitari nequit. Plaut. Stich. 1. 1. 48. Incogitandus mæror. Idem Trin. 2. 1. 1.

INCOGITANTIA, æ. f. [ἀλογιστία] Plaut. Merc. prol. 27.
Incogitantia, excors immodestia.

INCOGNOSCO, ĕre. Idem quod Cognoscere. Apul. 4. Flor. p. 362. Propius accessit ut etiam incognosceret. conf. J. Pic. Mirand. Epist. 4.

INCOGNITUS, a, um. Adj. [ἄγνωστος] Non cognitus. Cic. pro Cæcin. 29. Dum incognita re judicare voluisset, &c. Idem 1. Acad. 44. Quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoque communis.
Oculis incognita nostris. Ovid. 2. Met. 46.
Facinus incognitum. Sen. Med. 12.
Res incognita turbat animos. Virg. 1. Æn. 519.
Vocabula nobis incognita. Cic. 3. de Fin. 4. conf. Nep. 24. 3. 2.

INCOGNOSCIBILIS, e. Iren. Interp. 1. 12.

INCŎHĬBESCO, [οὐκ ἀπείργω] ĕre. Lucret. lib. 3. 445. de anima.
Aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo,
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? h. e. Non cohibet. In, negat. Cohibescere, idem quod Cohibere. Sed non convenit inter Lucretii Editores, utrum verior lectio sit, Incohibescit; vel Am aut An aut Hanc cohibescit.

INCOHIBILIS, e. Adj. Ammian. 24. 2. Incohibili cursu evasit.

INCOIBĬLIS, e. [ἀσύμφυτος] Quod coire & conjungi non potest. Gell. lib. 5. cap. 3. Videt enim cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili, facile atque expedite incedentem. Obsoletum.

INCOINQUINATUS, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Vulg. Int. Sap. 8. 20.

INCŎLO, ui, ultum, [ἐνοικέω, οἰκέω] ĕre. Inhabitare. Cic. 6. Verr. 21. Lycii illam, Græci homines incolebant.
Castrum incolere. Cic. 2. Tus. 23. ex quodam poeta.
Locum aliquem incolere. Cic. 1. Tusc. 11. Et 4. Acad. 137. 3. Verr. 46.
Cum fanum spoliatum viderent ii, qui Delum incolebant, graviter ferebant.

Lustra

Lustra incoluere. Sil. lib. 8. 573.
Nemora. Lucan. 1. 449.
— nemora alta remotis
Incolitis lucis.
Sedem incolere Capitolii dicuntur dii Romanorum. Cic. Anteq. iret in exil. 24. Ceterique dii deæque immortales, qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam.
Terras gens incolit. Lucan. lib. 9. 891.
Trans Rhenum incolunt. Cæs. 1. Bell. Gall. 1.
Vitam incolere. Ter. Heaut. 1. 1. 35.
— nam usque dum ille vitam illam incolit
Inopem, carens patria, ob meas injurias. al. Colit.
Incoli locus passive dicitur, Qui frequentia populi abundat. Cic. 1. de Divin. 93. Ex locis quoque ipsis, quæ a quibusque incolebantur.

**Incŏla**, æ. c. [ἔνοικος, οἰκήτωρ] Qui in aliena regione, vel urbe, aut rep. habitat, quasi civis aut municeps: ut ait Valla lib. 4. Bud. Incola, qui in alienam civitatem domicilium transfert. Cic. 1. Off. 125. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, &c.
Incolam & civem totius mundi arbitrabatur. Cic. 5. Tusc. 108.
Incola, & Habitator. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Sunt enim ex terra homines, non ut incolæ atque habitatores, sed, &c. Bud.
Novus incola. Hor. 2. Serm. 2. 128.
Pauper incola. Ovid. 3. Trist. 10. 60.
Turba incola. Ovid. 3. Fast. 582.
Loci alicujus incola. Cic. 5. de Fin. 3.
Orientis incolæ. Plin. lib. 2. cap. 70.
Incola arbor. Plin. lib. 12. cap. 3. Sed quæ ex his in incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. i. e. Quæ coluntur & feruntur apud nos.
Incola piscis. Idem lib. 9. cap. 17. Admovitque sibi gula sapores piscibus satis, & novum incolam mari dedit, nequis peregrinas aves Romæ parere miretur. Phædr. 1. 7. 6. de Ranis. Quædam tum stagni incola.
Aquarum incolæ bestiæ nantes. Cic. 5. Tusc. 38.

**Incŏlo**, āre. Incolam esse. Tertul. de Resurr. Carn. cap. 26.

**Incolatus**, ûs. m. Habitatio sine civitatis jure. Modest. l. 34. Dig. ad Municip. Tertul. de Anima, cap. 57. pr. & Apol. cap. 22. & de Resurr. cap. 26. conf. Cellar. Cur. Poster. ubi ex antiqua Hadriani ævi Inscriptione occurrit, OMNIA PER OPPIDA INCOLATUM EVITANT.

**Incultus**, a, um. Adj. [ἀνήροτος] Horridum & inhabitabile. Cic. 1. de Nat. Deor. 24. Terræ regiones inhabitabiles & incultæ. Sic apud eundem de Clar. Orat. 16. Serere in inculto & derelicto solo.
Ager incultus. Cic. pro Rosc. Com. 33. Liv. 2. 34.
Capilli inculti. Ovid. 9. Epist. 125.
Corpus incultum, Inornatum. Cic. 2. de Lege Agrar. 13. Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quam ante.
Oratio inculta, Inculta scripta, Impolita & incompta. Cic. 3. de Orat. 95. Ut caveatis ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta.
Pars nulla Philosophiæ inculta & deserta est. Cic. 3. Off. 5.
Partes mundi incultæ, Inhabitatæ & desertæ. Cic. 1. Tusc. 69. Ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.
Pictura horrida, inculta, abdita opaca: cui opponitur Nitida, læta, collustrata. Cic. in Orat. 36.
Regio est incultior. Mela. 2. 1.
Sentes inculti. Virg. 4. Ecl. 29.
Squalor incultus. Senec. Hippol. 6.
Parsimonia rusticana illa atque inculta. Cic. pro Quint. 92.
Via inculta & silvestris. Cic. de Clar. Orat. 259.
Versus inculti. Hor. 2. Epist. 1. 233.
Vir subhorridus & incultus. Cic. de Clar. Orat. 117.
Vir horridus, incultus, mæstus. Cic. Post red. in Senat. 12.
Vita inculta & deserta ab amicis non potest esse jucunda. Cic. de Amicit. 15.
Vita inculta & horrida, cui opponitur Delicata. Cic. pro Rosc. Amer. 22.

**Inculte**, Adv. [ἀκαλλωπίστως] Horride, inornate. Cic. de Clar. Orat. 107. Et dicere non inculte solebat.
Inculte & horride aliquid dicere. Cic. in Orat. 28.
Inculte atque horride vivere. Cic. pro Quint. 75. Vixit enim semper inculte atque horride: natura tristi ac recondita fuit.
Compar. Sallust. Jugurth. cap. 19. Super Numidiam Getulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. Idem cap. 89. In omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat.

**Incultus**, ûs. m. contrarium Cultui Liv. 42. 12. Suos honores partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Sen. Epist. 5. Sallust. Catil. 55. & Jugurth. cap. 2. extr.

**Incŏlŭmis**, e. Adj. [ἀσφαλής, ἀκέραιος] Sanus & salvus. Ter. Heaut. 1. 2. 19.
Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona,
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias?
Idem And. 3. 5. 5.
Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si devito hoc malum.
Salvus & incolumis. Cic. 4. de Fin. 19. Ut se & salvum in suo genere, incolumemque vellent.
Quibus incolumibus & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Cic. pro Rosc. Amer. 136. h. e. Superstitibus & vivis.
Incolume & salvum aliquid per alium retinere. Cic. 1. Verr. 72.
Conservare incolumem. V. CONSERVO.
Incolumem se ad suos recipere. Cæs. 3. Bell. Civil. cap. 64.
Gratulor incolumi. Ovid. 6. Epist. 3.
Ædes incolumes, pro Integris & non ruinosis, dicit Ulpian. in l. qui bona fide. §. quum inter. D. de damn. infect. Quamvis possit quis dicere, non vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes ei damni causam præbuerint. Budæus.
Argentum incolume, Illibatum. Plaut. Pers. 2. 5. 23.
Atque ego omne argentum tibi actutum incolume redigam.
Capite incolumi esse. i. e. Sano. Hor. 2. Serm. 3. 132.
Cives integros & incolumes servare. Cic. 3. in Catil. 25.
Civitates salvæ & incolumes. Cic. de Invent. 169.
Corpus incolume. Lucret. lib. 1. 247.
Famam tueri incolumem. Hor. 1. Serm. 4. 118.
Gravitate incolumi jocum tentavit. Hor. de Arte Poet. 222.
Liberos suos incolumes & beatos nemo est qui non cupiat. Cic. 1. de Invent. 48.
Ratis incolumis. Ovid. 2. Trist. 100.
Splendorem a calamitate judicii incolumem retinere. Cic pro Planc. 12.
Status incolumis, Sanitas & prosperitas. Suet. Neron. cap. 54 Sub exitu quidem vitæ palam voverat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partæ victoriæ ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & utricularium, ac novissimo die histrionem.
Virtutem incolumem odimus. i. e. Superstitem. Hor. 3. Carm. 24. 31.
Vox incolumis. Lucret. lib. 4. 604.
Compar. Incolumiores. Gell. 17. 2. ex Q. Claudii Annal.

**Incolŭme**, Adv. Zeno Veron. Incolume requiescere. V. Barth. Advers. 42. 14.

**Incolumĭtas**, ātis. f. [ἀσφάλεια] Cic. 6. Fam. 10. Itaque siqui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, &c. Incolumitas (inquit Cic. 2. de Invent. 169.) est Salutis tuta atque integra conservatio. Idem 5. de Fin. 18. In quibus numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium. Nepos 25. 10. 6. Singulari prudentia ex procellis civilibus ad incolumitatem pervenit.
Mundi incolumitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
Deserere incolumitatem & salutem alicujus. Cic. Anteq. iret in exil. 6.
Habere ab aliquo incolumitatem. Cic. ad Brut. 16.
Polliceri incolumitatem deditis. Cæs. 3. Bell. Civil. 28.
Præstare incolumitatem. Cic. 15. Att. 7.
Retinent civitates incolumitatem & libertatem. Cic. 2. de Invent. 168.

**Incomātus**, a, um. Adj. Martial. lib. 12. 99. [Immo In comatis divise.

**Incŏmes**, ĭtis. [ἄπομπος] Sine comite dicitur, auctore Festo. Antiquum est. Usitatius est

**Incŏmĭtātus**, a, um. Adj. [ἀσυμπρόπεμπτος] Idem. Cic. 1. de Orat. 234. Cujus artem quum indotatam esse atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti.
Funera incomitata. Lucret. lib. 6. 1223.
Virtus incomitata externis bonis. Ovid 2. de Pont. 3. 35.
Vestigia incomitata. Sil. 9. 101 conf. Virg. 4. Æn. 467. Varro 2. de R. R. cap. 10. Necnon etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut succumberent quibus vellent, & incomitatis ut vagari liceret, & filios haberent e quibus vellent. Ubi Calepinus, fœdissime lapsus, a recto Incomitas, ātis, f. nomen substantivum putavit.

**Incŏmis**, e. Adj. Non comis, Macrob. 1. Saturn. 7. Incomis & tenebrosa vita.

**Incŏmĭtio**, [ἐναρχαιρεσιάζω] āre. significat (inquit Festus) Tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. Plaut. Curc. 3. 1. 31.
— quæso ne me incomities.
LY. Licetne inforare, si incomitiare non licet? Antiquum.

**Incomma**, æ. f. [ἔγκομμα] Gloss. Isidor. Incomma mensura militum. Veget. de R. M. 1. 5. Proceritas tironum ad incommam semper exacta. V. Salmas. Hist. Aug. p. 199. & Lex. Pitisc. in Milites.

**Incommendātus**, a, um. Adj. [ἀσύστατος] Quod impune violatur tanquam expositum sine commendatione. Ovid. 11. Met. 434.
Nil illis vetitum est, incommendataque tellus, &c.

**Incommŏdus**, a, um. Adj. [ἀσύμφορος] Quod damnum adfert, vel molestum est. Ter. Hec. 3. 4. 1.
Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter?
Incommodus & Gratus, contraria. Cic. 5. Verr. 214. Non potest reprehendi illa æstimatio, quæ aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est.
Rebus incommodis sublevare aliquem. Cic. pro Cluent. 161.
Valetudo incommoda. Liv. 5. 31.
Uxor incommoda & importuna. Plaut. Asin. 1. 1. 47.
Fateor eam esse importunam, atque incommodam.

**Incommŏdum**, i. n. [ἀκομιστία, ἀσύμφορον, ἐλάττωσις] Damnum, detrimentum. Cic. 1. de Fin. 25. Itaque non ob ea solum incommoda quæ eveniunt improbis fugiendam improbitatem putamus.
Expers incommodi. Cic. 4. Verr. 191.
Integer & sincerus ab incommodo. Cic. 13. Fam. 4.
Incommodum, Malum, periculosum. Ter. Hec. 3. 4. 3.
Non hercle, Parmeno, verbis dici potest
Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. [Nisi hic Adj. est, ut & in duobus seqq. locis.
Non erat incommodum te nullam rationem referre. Cic. 2. Fam. 16.
Nisi tibi incommodum est, h. e. Molestum. Plaut. Most. 3. 2. 120.
Accedit incommodum. Accedit nobis illud quoque incommodum. Cic. pro Quint. 3. V. ACCEDO.
Accipere incommodum. V. ACCIPIO.
Affici incommodo. Cic. 1. Off. 24.
Affici incommodis & difficultatibus. Cic. 1. Verr. 8.
Angi incommodis. V. ANGO.
Cadit incommodum. V. CADO.
Capere incommodum. V. CAPIO.
Circumveniunt multa senem incommoda. Hor. de Arte Poet. 169.
Committere incommoda sua legibus. V. COMMITTO.
Commoveri te incommodo valetudinis tuæ nolo. Cic. 7. Att. 7.
Conciliare incommoda alicui. Lucret. lib. 3. 877.
Contrahi incommodis amici. V. CONTRAHO.
Debilitata multis incommodis veritas. Cic. pro Quint. 4.
Dare incommoda. Cic. 5. de Fin. 50.
Dolere incommodo detrimentoque suo. Cic. de Clar. Orat. 4.
Facere non suo incommodo aliquid. Cic. 12. Att. 47. pr.
Ferre incommoda alicui, pro Incommodare. Cic. 1. Q. frat. 2. Atque ita mihi dicebat Flavius, scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum.
Ferre incommoda, atque injurias viri omnes, & tegere contumelias. Ter. Hec. 1. 2. 90. Ibid. 5. 3. extr.
Habet locus plus adjumenti quam incommodi. Cic. 2. de Orat. 102.
Impendēre incommodum. Cic. 11. Att. 3. Negas præcipuum mihi ullum incommodum impendēre.

 Impor-

Importare incommodum. V. IMPORTO.
Invecta incommoda per aliquem. V. INVEHO.
Leniunt incommoda vitæ commodorum compensatione sapientes. Cic. 1. de Nat. Deor. 23.
Mederi incommodis. Cic. 1. Q. frat. 1. Aliqua ex parte his incommodis mederi fortasse potuisset, &c.
Patiens incommodi. V. PATIOR.
Refutare incommodum. Cic. Anteq. iret in exil. 16. Mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: & si initio non fuerit refutatum, &c.
Rejicere, diminuere, devitare incommodum. Cic. 2. de Invent. 18.
Reperire medicinam incommodis. V. MEDICO.
Sarcire incommodum. Cæs. 3. Bell. Civil. 73. Acceptum incommodum virtute sarcietur.

INCOMMŎDE, Adv. [ἀσυμφόρως] Cum damno & incommodo: h. e. Moleste. Ter. Hec. 3. 3. 10.
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.
Idem Eun. 2. 3. 35. Incommode hercle.
Optime & Incommode actum, contraria. Cic. de Amicit. 15. Quamobrem cum illo quidem (ut supra dixi) actum optime est, mecum autem incommodius.
Non incommode opus efficere. Columel. lib. 12. cap. 5. Idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitiatur.
Accidisse mihi non incommode visum est. Cic. 1. Q. frat. 2.
Venire non incommode ad aliquem. Cic. 7. Att. 8. Liv. 40. 51. Quæ incommode opposita videbantur, signa amovit.
Compar. Cic. de Amicit. 15. V. paulo ante Optime & Incommode.
Superl. Incommodissime navigare. Cic. 5. Att. 9.

INCOMMODĬTAS, ātis. f. [τὸ ἀσύμφορον, ἀχρηστία] Damnum, molestia. Ter. And. 3. 3. 35.
Nempe incommoditas denique huc omnis redit.
Incommoditas temporis. Liv. 10. 11. Romæ, tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuntius fuit.
Plurali, Arnob. lib. 2. p. 54. Morborum incommoditatibus frangi.

INCOMMŎDO, [βλάπτω, ζημιόω] āre. Damnum inferre. Ter. And. 1. 1. 124.
Facturum: magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut obsequatur gnato. Cic. pro Quint. 51. Ut quum ipsi alteri scientes incommodarint, nihil ipsis jure incommodi cadere possit.

INCOMMODĀTIO, ōnis. f. [ζημίωμα] pro Incommoditate. Cic. 1. Att. 17. Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi, &c. Al. Incommoditate.

INCOMMODISTICUS, a, um. Adj. pro Incommodus, verbum a Plauto fictum, Capt. 1. 1. 19. De Parasitis
Odiosicique & multum incommodistici. al. Incomedistici, a Comedendo.

INCOMPĂRĀBĬLIS, e. Adj. [ἀσύγκριτος] Plin. lib. 7. cap. 26. Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi sublimitas. i. e. Cui comparari alia non potest. Quintil. lib. 1. cap. 3. Sed præstet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut doctissimum atque incomparabilem magistrum domi habeat.

INCOMPERTUS, a, um. Adj. [ἀνεύρετος] Incognitus, & de quo nullam certitudinem habemus. Plin. 34. 13. Origo atque natura ejus incomperta est mihi. Idem 4. 13. Incompertæ magnitudinis.
Incompertum aliquid dicere. Liv. 9. 26.
Vetustate incompertum. Liv. 4. 23.
Incompertum est. Liv. 28. 3. Id utrum parum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est.
Incompertum habere. Plin. lib. 12. cap. 8. Qualis sit ea, incompertum habeo.

INCOMPLEBĬLIS, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἀπλήρωτος, Incomplebilis.

INCOMPLĒTUS, a, um. Adj. Non completus. Firmic. lib. 5. cap. 2. Et qui semper imperfecta incompletaque sua consilia derelinquant.

INCOMPŎSĬTUS, a, um. Adj. [ἀσύνθετος] Composito contrarium, Inornatus & inelegans atque incomptus. Liv. 44. 41. pr. Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur.
Moribus incompositus. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Agmen incompositum. Liv. 2. 38. Idem 9. 4.
Incompositi, i. e. Palantes. Justin. 1. 3. 4.
Motus incompositos dare. Virg. 1. Georg. 350. Saltationem nulla ex arte venientem. Servius.
Pede incomposito currunt versus. Hor. 1. Serm. 10. 1.

INCOMPOSĬTE, Adv. [ἀσυνθέτως] Ineleganter. Liv. 25. 37. Et in hostem, negligenter & incomposite venientem, incurrunt. h. e. Sine ordine.

INCOMPRĔHENSĬBĬLIS, e. Adj. [ἀκατάληπτος] Quod comprehendi & constringi non potest. Plin. 1. Epist. 20. Ut est in disputando incomprehensibilis, & lubricus, ita eludit. Translate Cels. in præfat. lib. 1. Quoniam incomprehensibilis natura sit. i. e. Comprehendi & intelligi non possit.
Veritas incomprehensibilis. Gell. 11. 5.
Parvitas arenæ incomprehensibilis. Columel. lib. 10. in proœm.

INCOMPREHENSIBILĬTER, Adv. Hieron. Epist. 87.

INCOMPREHENSUS, a, um. Adj. Cic. 4. Acad. 30. pr. Quæ nos incomprehensa & non percepta dicimus. Prudent. Apoth. 816. Incomprehensa virtus.

INCOMPTUS, a, um. Adj. [ἀκόσμητος] Inornatus. Cic. 2. Att. 1. Quanquam tua illa, legi enim libenter, horridula mihi atque incompta visa sunt. Idem in Orat. 78. Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat.
Capilli incompti. Hor. 1. Carm. 12. 41.
Caput incomptum. Hor. Epod. 5. 16.
Decor incomptus. Sen. Hippol. 5.
Compar. Suet. Aug. 69. Incomptiore capillo.

INCOMPTE, Adv. Ammian. 31. 2. Stipites dolantur incompte in hominum figuras.
Incompte laudare. Stat. 5. Silv. 5. 34.

INCONCESSUS, a, um. Adj. [ἀσυγχώρητος] a Concedo, is; Negatus & prohibitus. Quintil. lib. 10. cap. 2. Quum totum exprimere quem elegeris, pæne sit homini inconcessum. Virg. 1. Æn. 655.
Pergama quum peteret, inconcessosque hymenæos. i. e. Illicitos.
Ignibus inconcessis attonitæ puellæ. Ovid. 10. Met. 153.
Voluptas inconcessa placet. Ovid. 3. Amor. 4. 31.

INCONCESSĬBĬLIS, e. Tertull. de Pudic. cap. 3. Fornicatio inconcessibilis.

INCONCĬLIO, [ταράττω, ἀλλοτριόω] āre. Turbare. Plaut. Bacch. 3. 6. 22.
Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali
Facere, & in me inconciliare copias omnes meas.
Inconciliare sibi aliquem, Facere sibi inimicum. Plaut. Trin. 2. 1. 98.
Inconciliastin' eum qui mandatu' est tibi?
Ille qui mandavit, eum exturbasti ex ædibus?
Inconciliare. Plaut. Pers. 5. 2. 53. Eo credo, quia non inconciliavit, quum te emo. Hic putarim significare quod Festus ait significasse apud antiquos, Per dolum decipere: nisi potius significet, Controversias facere, & quod vulgus vocat, *Disconciliare*. conf. Sidon. 3. Epist. 9.

INCONCILIĀTE, Adv. [ἀφιλικῶς] Perperam, inconsulte. Plaut. Most. 3. 1. 85.
Ne inconciliate quid nos porro postules. i. e. Nequid nos roges, unde efficiamur tibi inimici. In emendatis codd. est Ne inconciliare.

INCONCINNUS, a, um. Adj. [ἀκόσμητος, ἀσχήμων] Quod concinno contrarium est. Gell. lib. 16. cap. 5. Ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cic. 2. de Orat. 17. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, &c. aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur.
Asperitas agrestis & inconcinna. Hor. 1. Epist. 18. 6.
Personamque feret non inconcinnus utramque. Hor. 1. Epist. 17. 29.

INCONCINNE, Adv. Blaterans atque inconcinne causificans. Apul. 10. Met. p. 242.

INCONCINNĬTER, Adv. [ἀκοσμήτως] Inornate, incompte, impolite. Gell. lib. 10. cap. 17. Vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCINNĬTAS, ātis. f. Suet. Aug. cap. 86. pr. Genus eloquendi secutus est elegans & temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate.

INCONCUSSUS, a, um. Adj. [ἀσειστος] Stat. 5. Silv. 1. 142.
Florebant hilares inconcussique penates. Sen. Epist. 67. extr. In otio inconcusso jacere.

INCONCUSSE, Adv. August. Retract. 1. 11. Idem Epist. 11. ad Fortunat. & Epist. 112. conf. Cassiod. 1. Var. Epist. 35.

INCONDĬTUS, a, um. Adj. [ἄτακτος] ex In & Condo compositum; Inordinatus, incompositus, inordinate compositus. Plin. Epist. 190. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis, pro se quisque, inimicos suos duntaxat minores incondito turbidoque clamore postulaverat, simul & oppresserat.
Inconditi jacent. Suet. Rhet. 6. 7.
Barbaria incondita. Liv. 30. 28.
Blanditiæ inconditæ. Plin. lib. 8. cap. 5.
Carmina incondita. Liv. 4. 20. pr. In eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo, canere.
Consuetudo incondita dicendi. Cic. 3. de Orat. 173. Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus ejus Naucrates) numeris astringeret.
Fremitus inconditus. Plin. lib. 9. cap. 13.
Genus dicendi inconditum. Cic. de Clar. Orat. 242.
Jus omne civile inconditum ac pæne ridiculum præter Romanum. Cic. 1. de Orat. 197.
Libertas nova atque incondita. Liv. 24. 24.
Loca incondita, Inconscripta. Sallust. Jugurth. At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Virg. 2. Ecl. 4.
— ibi hæc incondita solus
Montibus & silvis studio jactabat inani. Ubi Servius; Incondita, Incomposita, subito dicta, agrestia: vel insanæ mentis dicta verba. Vel Incondita, idest Inconscripta: ut Sallust. in Jugurth. &c. [Hoc quid sit non assequor. Sallustii locum in his quæ supersunt ne quæras.
Multitudo incondita, inermisque. Liv. 32. 13. extr.
Motus inconditus. Plin. lib. 8. cap. 2.
Orator inconditus. Cic. in Orat. 233.
Turba hominum incondita. Liv. 22. 45. & 25. 1.
Verbis inconditis sententiam aliquam efferre. Cic. in Orat. 250.
Ne sparsi & inconditi sine ordine, sine signis, omnibus portis excurrerent, obsistendo. Liv. 29. 34.
Inconditus, Non conditus ad diuturnitatem. Columel. lib. 3. cap. 2. statim ab initio, Ad escam non expedit instituere vineta, nisi quum tam suburbanus est ager, ut ratio postulet inconditum fructum mercantibus velut pomum vendere. Inconditum, *Non serré pour garder, mais comme il vient de la vigne.*
Corpora incondita, i. e. Insepulta. Lucan. lib. 6. 101.

INCONDĬTE, Adv. [ἀσυντάκτως] Incomposite, inordinate. Cic. 3. Off. 82. Dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi.
Rudis hæc incondite fundit. Cic. 3. de Orat. 173.
Incondite & monstruose aliquid cogitare. Cic. 2. de Divin. 146. conf. Apul. Met. 4. p. 146.

INCONFESSUS, a, um. Adj. [ἀνωμολογημένος] Ovid. 2. Met. 556.
Servandum dederat, sed enim inconfessa quid esset. Sed Heinsius hunc versum, ut spurium, sustulit.

INCONFŪSUS, a, um. Adj. Non confusus. Claud. de sexto Conf. Honor. 623.
Hæc & belligeros exercuit area lusus.
Armatos hic sæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfusosque recursus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus, insonuit quum verbere signa magister. conf. Sen. Quæst. Nat. proœm. 3.

INCONFŪSĬBĬLIS, e. Adj. [ἀνεπαίσχυντος] ut, Operarius inconfusibilis. Vulg. Interpr. 2. Timoth. 2. 15.

INCONFUSIBILĬTER, Adv. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1. 15. Inconfusibiliter misceri.

INCONGĔLĀBĬLIS, e. [ἄπηκτος] Quod non potest congelari. Gell. lib. 17. cap. 8. Cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit. INCON-

INCONGRUENS, entis. Adj. [ἀνάρμοστος] Quod non congruit, aut concordat ei rei de qua agimus. Plin. 4. Epist. 9. Dissoluta atque incongruens sententia. Gell. lib. 2. cap. 5. Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.
Quod est incongruens & absurdum. Lactant. de falsa Sap. lib. 3. cap. 8. H. St.

INCONGRUENTER, Adv. Inconvenienter. Tertull. de Baptism. cap. penult. Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.

INCONGRUENTIA, æ. f. Inconvenientia. Tertull. advers. Marc. 2. 25. Infirmitates & incongruentias interpretandas purgandasque pertendam. Lactant. 5. 13. Seneca incongruentiam hominibus objectans. Augustin. Civ. Dei, 22, 19. Incongruentia partium.

INCONGRUUS, a, um. Adj. Non congruus. Val. Max. 4. 1. 12. Quæ facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu amplector. al. Quam angusto. Apul. lib. 3. de Dogm. Platon. post pr. Incongruæ inter se propositiones.

INCONGRUE, Adv. Augustin. ad Hieron. Epist. 9. cap 4. Quod si facere vellet; nec mendaciter, nec incongrue faceret.

INCONNĪVENS, entis. Partic. [ἀπνίζων] Non motans palpebras. Gell. 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnivens.

INCONSCIUS, a, um. Adj. [ἀσυνειδώς] Conscio contrarium est. Liv. 21. 12. Alcon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset. Al. Inscii s.

INCONSCIENTIA, æ. f. Gloss. Gr. Lat. ἀσυνειδησία, Inconscientia.

INCONSĒQUENS, entis. Adj. Ascon. proœm. act. in Verr. p. 53. Inconsequens locutio. conf. Idem p. 64. Per inconsequens. Gell. 14. 1.

INCONSĒQUENTIA, æ. f. [ἀνακολουθία] Quintil. lib. 8. cap. 6. Multi enim quum initium a tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

INCONSĪDĔRANS, antis. Adj. [ἀφραδὴς] Idem quod Inconsultus: Qui non considerat quomodo quidque agendum sit. Cic. 2. de Divin. 59. Nos autem ita leves atque inconsiderantes sumus. In vetusto codice legitur Inconsiderati.

INCONSIDERANTER, Adv. Ulpian. Dig. 26. t. 10. l. 3.

INCONSIDERANTIA, æ. f. [ἀλογιστία] Inconsulta ratio. Cic. 3. Q. frat. 9. Cujus in hoc uno inconsiderantiam & ego sustinebo ut potero. Suet. in Claud. cap. 39. Inter cetera, in eo mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam.

INCONSIDERĀTUS, a, um. Adj. [ἀπερίσκεπτος, ἄσκοπος] Idem significat: ut apud Cic. 3. Tusc. 4. Temerarius & inconsideratus.
Cupiditas inconsiderata. Cic. pro Quint. 80. O rem incredibilem! O cupiditatem inconsideratam!
Fama popularis temeraria & inconsiderata. Cic. 3. Tusc. 4.
Compar. Nepos 9. 5. 1. Inconsideratior in secunda, quam in adversa fortuna. Quintil. lib. 2. cap. 15. Juvenili calore Polus inconsideratior.

INCONSIDERĀTE, Adv. [ἀπερισκέπτως, ἀλογίστως] Inconsulte, temere. Cic. 1. Off. 103. Nequid temere ac fortuitu, inconsiderate, negligenterque agamus. Gell. lib. 17. cap. 1. pr. Ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum.

INCONSIDERĀTIO, ōnis. f. Salvian. de Gubern. Dei lib. 1. extr. Qui sola mentis inconsideratione peccasset. conf. Torrent. ad Suet. Claud. 39.

INCONSILIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. ἀβουλία, Inconsilium.

INCONSŌLĀBĪLIS, e. Adj. [ἀπαραμύθητος] Ovid. 5. Met. 426.
— contemptaque fontis
Jura sui mærens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita.

INCONSŎNANTER, Adv. apud Priscian.

INCONSŌNANTIA, æ. f. Vet. Int. Iren. 5. 17. Inconsonanter & inconsequenter dispersum esse.

INCONSPECTUS, a, um. Adj. Inconsideratus. Gell. 17. 21. pr. Ne in his sermonibus forte inconspectum aliquid temere diceremus.

INCONSPICUUS, a, um. Adj. Florus lib. 4. cap. 2. 67. Non inconspicua tamen morte omnium. Mart. Capell. 8. Stella superioribus inconspicua. Idem 6. Quis dubitet alia inconspicua fieri, atque alia eminere.

INCONSPRĒTUS, a, um. Adj. Quod non improbatum est. Festus.

INCONSTANS, antis. Adj. [ἄστατος, ἀβέβαιος] Qui non sibi constat, levis, mobilis, volubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. Plin. lib. 18. cap. 35. Si id in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent.
Ridicule videri inconstantem in aliqua re. Cic. pro Rosc. Com. 19.
Inconstantes litteræ, Inconstantiam scribentis testantes. Cic. 10. Fam. 16. Quum is frigidas sane & inconstantes recitasset litteras Lepidi.
Compar. Cic. ad Brut. 15. Instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium, quorum alter inconstantior, alter impurior.
Superl. Sen. Epist. 99. Populus nullius rei bonus auctor, & in omnibus inconstantissimus. Gell. 13. 30. Accepit inconstantissimo vultu & mæstissimo.

INCONSTANTER, Adv. [ἀστάτως] Leviter. Cic. in Partit. Si aut ambigue, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt.
Inconstanter loqui. Cic. 4. Acad. 53.
Inconstanter & turbide in motu esse perturbationem. Cic. 4. Tusc. 24. Intelligatur igitur perturbationem, jactantibus se opinionibus, inconstanter & turbide in motu esse semper.
Membra inconstanter jactando fatigat. Lucret. lib. 3. 490.
Inconstantissime dicta. Cic. 2. de Fin. 88.

INCONSTANTIA, æ. f. [ἀστασία] Levitas. Cic. 4. Acad. 69. Quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit, tamen inconstantia elevatur auctoritas. i. e. Minoris fit, ut ait Budæus.
Inconstantia totius sententiæ. Cic. 4. Acad.
Inconstantiam mensuræ diversitas auctorum facit. Plin. lib. 6. cap. 26.
Mutatio consilii & Inconstantia. Cic. 16. Att. 7. Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse.
Inconstantia mutabilitasque mentis. Cic. 4. Tusc. 76.
Varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Cic. pro Domo 4.
Ab inconstantia & temeritate sejungi non potest fortuna. Cic. 3. de Nat. Deor. 61.
Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic. 1. Fam. 9.
In maxima inconstantia, veritatis ignoratione, versantur vulgi opiniones. Cic. 1. de Nat. Deor. 43.

INCONSUĒTUS, a, um. Adj. [ἀήθης] Non assuetus. Sil. lib. 11. 282.
— stupet inconsuetus opimæ
Sidonius mensæ miles. Vitruv. præf. lib. 5. Sermo inconsuetus. Idem 1. 4. Salsitudo inconsueta.

INCONSULTUS, a, um. Partic. A quo consilium non est petitum. Varro R. R. 1. 10. Etenim, inscio atque inconsulto domino, servi sæpe ex agro discedunt.
Inconsultus, Cui non est datum consilium. Virg. 3. Æn. 452.
Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ. Ubi Servius; Inconsulti, Inscii rerum, ignari, sine consilio. Et Consultus est, Qui consulitur: Inconsultus, Qui non accipit consilium.

INCONSULTUS, a, um. Adj. [ἄβουλος] Imprudens, inconsideratus & nullius consilii, vel qui omnia agit sine consilio. Cic. pro Deiot. 26. Homo inconsultus & temerarius hæc non videbat. Quintil. Decl. 19. O inconsultam muliebrem semper amentiam!
Si inconsultus hoc fecit, & Si optimo consilio usus sit, contraria. Tryphonius in l. non solum. §. sed & is. D. de ritu nupt.
Inconsultum & Bene consultum contraria. Plaut. Mil. 3. 1. 6.
Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit usui.
Turba inconsulta ruit. Lucan. lib. 1. 493. Liv. 3. 21.
Compar. Nazar. Paneg. Constant. M. dict. cap. 13. pr. Confessus est se inconsultior dolor. Veget. de Re Mil. 1. 2. Septentionales populi inconsultiores.
Superl. Salvian. 1. de Avar. Inconsultissimum ac stultissimum est id quosdam agere, ut quod adfectu ac voto volunt, id ipsum re atque actu nolle videantur.

INCONSULTUM, i. n. Male consultum. Sil. 8. 216.
Mutati fasces, jam bellum atque arma, senatus
Ex inconsulto, posuit Tirynthius heros.

INCONSULTE, Adv. [ἀβούλως] Sine consilio, imprudenter. Sallust. Catil. c. 42. pr. Inconsulte, ac veluti per dementiam cuncta simul agere. Cic. 1. de Nat. Deor. 43. Quam inconsulte ac temere dicantur.
Compar. Cæs. 1. Bell. Civil. 45. Quod eo incitati studio inconsultius processerant. Liv. 41 14. Ubi inconsultius quam venerat, se gessit. Sallust. Jugurth. cap. 35.

INCONSULTO, aliud Adv. Ulp. in l. 1. §. & ideo. D. de his quæ in test. del. Proinde etsi inconsulto superscripsit induxisse se, manebunt.

INCONSULTUS, ûs. m. [ἀβουλία] Plaut. Trin. 1. 2. 130.
Me absente, atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hasce inscribit litteris.

INCONSUMPTUS, a, um. Adj. [ἀδιάφθαρτος] Ovid. 7. Met. 592.
Inque manu turis pars inconsumpta reperta est?
Tibi juventa inconsumpta, Tu puer æternus. Ovid. 4. Met. 17. Idem 1. Pont. 2. 41.

INCONSŪTĪLIS, e. Adj. [ἄρραφος] Vulg. Int. Joh. 19. 23. conf. Lex. Philolog. Martin.

INCONTĀMĬNĀTUS, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Contaminato contrarium. Varro 3. de R.R. cap. 9. Similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis, aspectu ac facie incontaminata. Liv. 4. 2. pr. Nequid sinceri, nequid incontaminati sit.

INCONTENTUS, a, um. Adj. [ἀσύντακτος] a verbo Tendo, is, Contento contrarium: h. e. Quod non est tensum, sed laxum. Cic. 4. de Fin. 75. Æque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ sint: illud non continuo, ut æque incontentæ.

INCONTĬGUUS, a, um. Adj. Qui tangi non potest. Arnob. lib. 7. adversus gentes, Sed si Deus nullius est corporis, omnique & incontiguus tactu, qui fieri potest, &c.

INCONTĬNENS, entis. Adj. [ἀκρατὴς] Quod continere non potest. Plaut. Asin. 5. 2. 9.
At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretii,
Madidum, nihili, incontinentem, atque osorem uxoris suæ.
Plin. lib. 8. cap. 43. Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, &c.
Incontinens, cum genitivo. Sen. 3. Nat. Quæst. 30. Nihil est tam violentum & incontinens sui.
Tityus incontinens, h. e. Libidinosus. Hor. 3. Carm. 4. 77. conf. Gell. 19. 2.

INCONTINENTI, Adv. i. e. Confestim. Ulpian. in l. 2. §. utrum. D. quemadmod. testam. aperiant. Utrum autem incontinenti potestatem inspiciendi vel describendi præbebit: an, &c. Sed rectius dividitur, In continenti. V. Continens, in CONTINEO.

INCONTINENTER, Adv. [ἀκρατῶς] Immodeste & sine continentia. Cic. 3. Off. 37. Si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Cels. 1. 3. Cibum incontinenter assumere.

INCONTINENTIA, æ. f. [ἀκράτεια, ἀκρασία] contrarium Continentiæ. h. e. Immodestia & intemperantia. Cic. pro Cœl. 25. Multa de incontinentia, intemperantiaque disseruit.
Incontinentia urinæ, Profluvium. Plin. lib. 28. cap. 8. Vesicam in vino potam contra urinæ incontinentiam. h. e. Spontaneam urinæ emissionem. Idem lib. 32. cap. 5. Urinæ incontinentiam Hippocampi in cibo sumpti emendant.

INCONVĔNIENS, entis. Adj. [ἀπρεπὴς] Indecens. Quintil. lib. 1. cap. 9. Est enim solœcismus in oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconveniens positio. Cic. 12. Fam. 13. Hæc novissima nostra facta non subita, nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quas &c. Sen. de Vita beata cap. 12. Definant igitur inconvenientia inter se jungere, & voluptati virtutem implicare. i. e. Dissentanea. Phædr. 3. 14. 6. Non inconveniens corpus.

INCONVENIENTER, Adv. Augustin. de Trin. 2. 9. Idem de Genes. ad litter. 11. 15.

INCŎPRIO, [ἐγκοπρίζω] āre. Conspurcare, conviciis & opprobriis, quasi stercore impetere. Commodian. Instruct. 19.
Incopriat cives hic destabilis omnes.

INCŎQUO, coxi, coctum, [συνέψω] ĕre. Simul coquere. Plin lib. 12. cap. 3. Hæc est autem, cujus grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia.
Incoquere, pro Coquere. Plin. lib. 9. cap. 30. Unum hoc animalium nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluvida carne non habet callum.

Incoquere cum aqua. Columel. lib. 8. cap. 5. Cavea cum matre claudendi sunt, & farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino respersо modice alendi.
Incoqui sole. Plin. lib. 12. cap. 17. Tradidere ladanum glomerari in pulverem, & incoqui sole.
Radices incoquere odorato Baccho. Virg. 4. Georg. 279.
Succos atros incoquit. Ovid. 7. Met. 265.
Incoquere aliquando significat Coquendo applicare. Nam quum metallum aliquod deplumbamus, vel deargentamus, vel deauramus, Incoquere dicimur. unde Vasa aenea plumbo vel stanno ad ignem illita, ut eduliis saporem gratiorem reddant, Incoctilia dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 17. Album plumbum incoquitur aereis operibus Galliarum invento, ita ut vix discerni possit ab argento: eaque incoctilia vocant. Deinde & argentum incoquere simili modo coepere equorum maxime ornamentis, jumentorumque jugis.

INCOCTUS, a, um. Partic. [συνεψηθείς, ἐπεψηθείς] Simul coctus. Plin. lib. 18. cap. 11. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.
Caro incocta. Gell. 10. 15.
Cruor incoctus herbis. Hor. Epod. 3. 7.
Mulieres incoctae dicebantur, Plus aequo calamistris ustae. Festus.
Pectus honesto generoso incoctum. Pers. 2. Sat. 74.
Spicula incocta cerastis. Sil. 15. 684.
Vellera incocta Tyrios rubores. Virg. 3. Georg. 307.
Dare incoctum aliquid. Plaut. Mil. 2. 2. 53.
Incoctus, Valde coctus. ut Incocti corpora Mauri. h. e. Nigri, & adusti solis ardoribus, Habentes corpora valde cocta sole. Sil. lib. 17. 638.
Oleo incoctum. Plin. 35. 15. & 36. 13.

INCOCTIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4. 3. Incoctio aquosi liquoris.

INCOCTĪLIS, e. Adj. [συνεψητός] V. paulo ante Incoquere.

INCORAM, cum gen. Apul. Met. 7. p. 197. Incoram omnium gestiebat inscendere. Idem 9. p. 221. & 10. p. 241. Incoram fui.
Incoram adverbialiter, ut Coram. Idem 10. Met. p. 249.

INCORDIO, āre. In cor immittere, & suadere. Plaut. Cist. 1. 1. 111.
Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter
Eum inclamare, ut ut me erga'st meritus, tamen incordies.
Antiquum. Al. Mihi cordi est tamen.

INCORPORĀLIS, e. Adj. [ἀσώματος] Quod non habet corpus. Quintil. lib. 5. cap. 10. Jus, quod sit incorporale, apprehendi manu non posse.
Incorporale. Sen. Epist. 91. Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit. Idem 58. & de Benef. 6. 2.

INCORPORALĬTER, Adv. Claud. Mamert. de Statu Anim. 3. 14. & Ambros. Epist. 9.

INCORPORALĬTAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 5. Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. Et alibi frequenter.

INCORPŎREUS, a, um. aliud Adj. [ἄσωμος] Quod forma & corpore caret. Cic. 3. de Fin. 34. Omnis ista incorporearum rerum aestimatio. In nonnullis legitur, Ista rerum in corpore harum aestimatio. In aliis, In corpore sitarum aestimatio. Gell. lib. 5. cap. 15. Corpusne sit vox, an incorporeum: hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde quod Graece dicitur ἀσώματον. conf. Macrob. 7. Saturn. 15.

INCORPŎRO, āre. Solin. cap. 35. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, jam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur.

INCORPŎRĀTIO, ōnis. f. Columel. 6. 2. Custodiendum est ne incorporatione vel statura, vel viribus impar cum valentiore jungatur. [Immo In corporatione. V. CORPORATIO.
Incorporatio vocabatur quando rationales, seu procuratores comitum, bona publicata, aut alia ratione ad fiscum pertinentia, describebant, & rebus Caesaris aggregabant, ac titulos demum vel insignia Principis iis imponebant. Valentin. A. l. 3. si quando C. de bon. vacant. Panciroll. Not. dign. Imp. Orient. cap. 88. Guther. de Offic. Dom. Aug. 3. 25.

INCORPORĀBĬLIS, e. Tertull. adv. Marc. 3. 17. Habitu incorporabili.

INCORRECTUS, a, um. Adj. [ἀδιόρθωτος] ut, Opus incorrectum. Ovid. 3. Trist. 14. 23.

INCORRĬGĬBĬLIS, e. Cathol.

INCORRUPTUS, a, um. Adj. [ἄφθαρτος] Plin. lib. 13. cap. 9. Nec minus spina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat.
Animus incorruptus. Cic. 1. Tusc. 43.
Custos incorruptissimus. Hor. 1. Serm. 6. 81.
Custos incorruptior canis. Columel. lib. 7. cap. 12.
Genus disciplinae incorruptum. Liv. 1. 18. [Nisi Hominum genus intelligitur potius. V. loc.
Integritas Latini sermonis incorrupta. Cic. de Clar. Orat. 132.
Materia incorrupta contra omnia vitia. Plin. lib. 13. cap. 16.
Opinio incorrupta, Firma & integra. Cic. 11. Fam. 28. pr. De qua etsi non dubitabam, tamen quia maximi aestimabam, ut incorrupta maneret laborabam.
Sanitas incorrupta. Cic. de Opt. gen. Orat. 8.
Sermo incorruptior. Gell. praef.
Succus sanguinis incorruptus. Cic. de Clar. Orat. 36.
Testis incorruptus atque integer. Cic. 1. de Fin. 71. Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est incorruptis atque integris testibus, &c.
Virgo incorrupta. Cic. in Orat. 94.
Vox incorrupta bene judicantium de excellente virtute. Cic. 3. Tus. 3.
Purus & incorruptus: Vitiosus & corruptus, contraria. Cic. de Clar. Orat. 261. Caesar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendat.

INCORRUPTE, Adv. [ἀφθάρτως] ut, Incorrupte atque integre judicare: h. e. Juste & sine favore. Cic. 1. de Fin. 30. Idem pro Marcell. 30 Incorruptius de aliquo judicare.

INCORRUPTĒLA, ae. f. Incorruptibilitas. Tertull. de Ref. Carn. cap. 51.

INCORRUPTĪBĬLIS, e. Adj. Lactant. 1. 3. extr. & 4. 6. Augustin. de Civ. Dei 22. 26. Arnob. 2. Tertull. de Cult. Fem. cap. 6. & de Anima, cap. 50.

INCORRUPTIBILĬTER, Adv. August. Confess. 3. 2.

INCORRUPTIBILITAS, ātis. f. Tertull. ad Ux. 1. 7. Idem Apol. cap. 48. & adv. Valent. cap. 14.

INCORRUPTĪVUS, a, um. Adj. Hieron. Epist. 152.

INCORRUPTŌRIUS, a. um. Adj. Tertull. adv. Marc. 2. 16.

INCORRUPTIO, ōnis. f. August. de Civ. Dei, 22. 21. pr. Idem de Trin. 13. 7. & Mor. Eccl. Cath. cap. 19. Tertull. de Ref. Carn. cap. 51.

INCOXO, [ὀκλάζω] āre. In coxam sidere. Pacuvius, Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. Pomponius Pannuceatis, Neque interim cacandi causa unquam incoxavi nates. Nonius 1. 180.

INCRASSO, āre. & ari. pass. [παχύνομαι] Tertull. adv. Psych. cap. 6. Idem adv. Marc. 3. 6.

INCRASSATUS, a, um. Partic. Vulg. Int. Deut. 32. 15.

INCREĀTUS, a, um. Adj. apud Lactant.

INCRĒBRESCO, vel potius, remoto r post b, INCRĒBESCO, increbrui, vel increbui, [διαθρυλλέομαι] ĕre. Divulgari, palam fieri. Plaut. Merc. 5. 1. 9.
Nam ubi mores deteriores increbescunt in dies.
Consuetudo increbuit, h. e. Invaluit. Cic. 14. Philipp. 12. At si quis Hispanorum aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quae increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?
Disciplina increbuit. Cic. 4. Verr. 7. Ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, quae nunc increbuit, videantur accedere.
Fama increbescit vel rumor, h. e. Augetur & innotescit. Liv. 7. 12. Gallici quoque belli fama increbescebat. Idem 24. 11. Quum increbesceret rumor, bellum in Sicilia esse.
Nomen late increbescit Latio. Virg. 8. Æn. 14.
Numerus ipse jam apud Oratores increbuit, Invaluit usu. Cic. in Orat. 66.
Pugna adversa increbescit. Sil. lib. 10. 1.
Res increbuit proverbio. Liv. 8. 8. Inde rem ad triarios redisse, quum laboratur, proverbio increbuit.
Rumor increbuit. Curt. 6. 2. 15.
Sermo nonnullorum increbuit. Cic. de Opt. gen. Orat. 11.
Ventus increbescit: cura ut valeas. Cic. 7. Fam. 21. h. e. Vehementius perflat.
Aura increbuit. Hor. 2. Serm. 5. 93.
Auster increbuit, h. e. Auctus est, & vehementior factus est. Caes. 3. Bell. Civil. 26. Et quum jam nostris remissiore vento appropinquassent, idem Auster increbuit, nostrisque auxilio fuit.
Undae magis increbescunt. Catul. Argon. 62. 274.

INCRĒDĬBĬLIS, e. Adj. [ἄπιστος, ἀπίθανος] Quod credi non potest. Ter. Eun. 5. 8. 19.
— di vestram fidem! incredibilia,
Parmeno modo quae narravit.
Incredibilis sum. Plaut. Bacch. 4. 3. 3. i. e. Non creditur mihi.
Celeritas incredibilis. Cic. 6. Verr. 50. Haec Centuripina navis erat incredibili celeritate velis.
Cruciatus incredibiles. Plin. 1. Epist. 12.
Eloquentiam incredibilem consequi. Cic. 2. de Orat. 1.
Furor incredibilis & singularis. Cic. pro Sull. 75.
Memoria incredibilis. Plin. 2. Epist. 3.
Modo incredibili consentire. Hor. 2. Carm. 17. 21. Cic. 5. Att. 6. Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris.
Perversitas incredibilis. Cic. 1. Fam. 7.
Res Credibilis & Incredibilis contraria. Cic. 2. de Invent. 42.
Virtus singularis & incredibilis. Cic. 15. Att. 16. Idem 1. de Orat. 172. Antonii incredibilis quaedam & prope singularis & divina vis ingenii.
Incredibile & falso memoriae proditum omnibus hoc videbatur. Cic. pro Lege Manil. 41.
Incredibile est, quae ego illos scio oppositis Gallorum castris in aestivis fecisse. Q. Cic. 16. Fam. 27.
Incredibilis apud. Sen. Epist. 92. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos qui virtutem colunt.
Incredibile auditu a Cicerone dictum, &c. Cic. 7. Philipp. 8. Quaeso vos, Patres Conscripti, ut primo, si erit vel acerbum auditu, vel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero.
Dictu incredile. Justin. 12. 9. 8.
Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. Sallust. in Catil. 6. pr. i. e. Incredibile dictu.
Incredibile & probabile. Cic. in Parad. 11. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.
Compar. Sen. Epist. 92. & 3. Nat. Quaest. 17.

INCREDIBILĬTAS, V. INCREDULITAS.

INCREDIBILĬTER, Adv. [ἀπίστως] Cic. de Senect. 51. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, &c. Idem Philip. 1. 36.

INCREDENDUS, a, um. Adj. Idem ac Incredibilis. Apul. 2. Met. p. 120. Incredenda fabula. Idem lib. 2. Florid. p. 351.

INCRĒDĬTUS, a, um. Adj. Apul. de Deo Socr. p. 52. Incredita vaticinia Cassandrae.

INCRĒDŬLUS, a, um. Adj. [ἀπειθής] Hor. in Arte Poet. 188.
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi. Quintil. lib. 10. Veluti increduli quidam, & de ingenio suo pessime meriti. h. e. Qui difficillime assentiuntur.
Passive, Cui non creditur. Gell. 9. 4. Res inauditae, incredulae. V. Drakenb. ad Sil. 2. 98.

INCREDULĬTAS, ātis. f. [ἀπιστία] Mart. in l. 29. Mariti lenocinium. D. ad leg. Juliam de adulteriis, Tunc autem puniendus est maritus ejus, quum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredulitatis. Pandectae Florentinae, & Haloander habent, Incredibilitatis. conf. Apul. 1. Met. p. 111.

INCREMENTUM, V. INCRESCO.

INCRĔPO, ui, ĭtum, [ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω, καταμέμφομαι, ἐγκαλέομαι] āre. Sonare, & crepitum vel sonum emittere. Virg. 9. Æn. 504.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 6. Si minusculo digito increpuerint fores. Liv. 1. 25. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, &c. Incre-

Increpui hibernum, & fluctus movi maritimos. Plaut. Rud. prol. 69. i. e. Sonitum dedi ventorum, ut hiberno solet fieri tempore.
Ictu verberis increpuit. Ovid. 14. Met. 819.
Saltu vallum increpat. Flor. 1. 1. 8.
Increpuit suspicio, Audita est, vel relata est, per translationem. Cic. pro Muren. 22. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostræ conticescunt. Liv. 3. 43. extr. Si quid increpet terroris.
Stimulo tardos increpuisse boves, Incitasse. Tibul. lib. 1. 1. 11.
Unda increpuit latus carinæ, Percussit. Ovid. 1. Trist. 4. 24.
Lyram increpuisse digitis. Ovid. 3. Epist. 118. conf. Hor. 4. Carm. 15. pr.
Juppiter atras increpuit nubes. Ovid. 12. Met. 52.
Increpare aliquid apud aliquem. i. e. Inclamare. Liv. 6. 37. pr.
Increpare in aliquid. Liv. 27. 1.
Increpare, Reprehendere, sed veluti cum crepitu, hoc est verborum pedumve strepitu Et tunc Increpui & Increpavi facit, ut nonnulli volunt. Plaut. Amph. 5. 1. 25. Totus timeo, ita me increpuit Juppiter. Cic. 2. Q. frat. 3. Quum illius in me perfidiam increparet.
Puto apud Suetonium Increpavit legi. H. St. Immo Increparit in Tiber. cap. 52. alias ubique Increpuit apud hunc scriptorem Præter. legitur.
Increpare aliquem avaritiæ. Suet. Calig. cap. 39. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiæ singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quam se.
Increpans hæc in regem. Liv. 1. 51. pr.
Increpabantur hæc in eum. Sallust. de Rep. Ord. ad Cæs. An illa quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur, oblivio abstulit?
Increpare probris. Liv. 23. 45. Annibal multo gravioribus probris increpabat, &c.
Increpando exercitum. Liv. 2. 45. pr.
Increpare hostem. Liv. Et vanis animis minisque increpant hostem.
Voce acri increpare aliquem. Lucret. lib. 3. 966.
Increpare, Accusare. Cic. Hort. Tum Pseudomenus, & Soritam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas.
Ætatem alicujus increpare. Cic. in Sallust. 7.
Arrogantiam alicujus increpare. Cic. 4. Acad. 75.
Fugam alicujus increpare. Cic. 2. de Orat. 21.
Moras alicujus increpare. Ovid. 1. Epist. 82.
A cunctis increpor. Ovid. 3. Met. 636.

**Increpĭtus**, a, um. Partic. [ἐπιτιμηθείς] Objurgatus. Liv. 23. 26. pr. Qui post classem ad Iberum per pavorem desertam graviter increpiti, &c. Idem 24. 17.
Fortuna increpita. Paterc. 2. 55. 3.

**Increpatus**, a, um. Aliud Partic. Justin. 11. 3. 5. Legatis increpatis. Juntæ vero, Increpitis. Prudent. Cath. 7. 195. Increpata fraude.

**Increpātio**, ōnis. f. Vet. Gloss. & Tertull. adv. Marc. 4. 7. & 23. ibid. 5. 20.

**Increpitus**, ûs. m. Apul. de Deo Socr. p. 52. Increpitu indignatum.

**Increpātor**, ōris. m. Gloss. ἐπιτιμητής.

**Increpātōrius**, a, um. Adj. Sidon. 9. Epist. 7.

**Increpātīve**, Adv. Sidon. 6. Epist. 9.

**Incrĕpĭto**, [ἐπικλητίω] āre. frequent. Arguere, Conviciari, inquit Festus. Clamare, maledicere, insultare, ut ait Nonius. Virg. 10. Æn. 900.
Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris? Cæs. 2. Bell. Gall. 15. Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui, &c.
Socii increpitant. Virg. 3. Æn. 454.
Audentius increpitans hostem. Stat. 11. Theb. 668.
Increpitare aliquem moræ. Sil. lib. 8. 265.

**Increpitans**, antis. Partic. Virg. 4. Georg. 138.
Æstatem increpitans seram. i. e. Conquerens de tarditate æstatis. conf. 1. Æn. 742.

**Incresco**, ēvi, ētum, [ἐπιδίδωμι, ἐπαυξάνομαι] ĕre. Valde sive Magis crescere. Liv. 1. 33. extr. Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe imminens foro ædificatur. Quintil. lib. 8. cap. 4. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, &c. Suet. de Clar. Gramm. cap. 3. Post hoc magis ac magis & gratia, & cura artis increvit. Plin. 1. Epist. 12. Increverat valetudo, quam temperantia mitigare tentavit. Celsus in Procem. lib. 1. Et modo increscere, modo consistere, modo minui consuevisse. Subaudi Morbos. Idem 2. 1. extr. Interdiu levior est, noctu increscit.
Certamine increscente. Liv. 10. 5. pr.
Dolor increvit. Ovid. 9. Met. 703.
Increscere aliter. Virg. 3. Æn. 46.
— hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.
Barba increscit genis. Lucan. lib. 2. 376.
Maculis increscentibus varie ac verrucis. Plin. lib. 37. cap. 12.

**Incrēmentum**, i. n. [ἐπίδοσις] Augmentum. Quintil. lib. 8. cap. 4. De amplificatione, Incrementum est potentissimum, quum magna videntur etiam quæ inferiora sunt. Cic. 2. de Fin. 88. Negat enim summo bono afferre incrementum diem.
Fluvii incrementa. Lucan. lib. 4. 139.
Urbis incrementum. Liv. 1. 44. extr.
Magnum Jovis incrementum, apud Virg. 4. Ecl. 49.
Auctæ res incremento ingenti. Liv. 1. 33. extr. Idem 4. V. Augeo.
Capere incrementum. V. Capio.
Dare incrementum alicui rei. Quintil. lib. 3. cap. 2. Huic studium & incrementum dederit utilitas.
Debuit omnia incrementa sua sibi M. Cicero. Paterc. lib. 2. 34.
Incrementa, Semina unde aliquid crescit. Ovid. 3. Met. 103.
— motæque jubet supponere terræ
Viperos dentes, populi incrementa futuri. conf. Virg. supra.
Incrementum liberalitatis, est ipsa Liberalitas. Spartian. Adrian. cap. 7. Vopisc. Probo cap. 4. V. Casaub. conf. Buleng. de Vectig. cap. 25. & Guther. de Jur. Man. 2. 40.

**Incrementŭlum**, i. n. dimin. Apul. Met. 5. p. 164. Incrementulum uteri.

**Incremento**, āre. Augustin. Dominus incrementat.

**Incrīmĭnātio**, ōnis. f. Tertull. de Resurr. Christi. cap. 23. Persequor ad palmam incriminationis, per quam concurrerem.

**Incrispatio**, ōnis. f. Augustin. Epist. 112. cap. 22.



**Incruentus**, a, um. Adj. [ἀναίμακτος] ut, Victoria incruenta, In qua nullus cruor effusus est, nulli aut pauci occisi sunt. Liv. 27. 14. extr. Idem 7. 8. extr. Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta pars militum amissa. conf. Sallust. Catil. extr.
Milite incruento victoria. Liv. 8. Haudquaquam tamen incruento milite suo.
Prælium incruentum. Liv. 2. 56.

**Incruente**, Adv. Prudent. Rom. 1094.
Si vos sinatis incruente vivimus.

**Incruentātus**, aliud Adj. [ἀναιμακτος] Tacit. 4. Hist. 37. 4. Discesserant obsessores, mistus ex Cattis, Usipiis, Mattiacis exercitus, satietate prædæ, nec incruentati. V. Imperfossus.

**Incrusto**, [πλακόω] āre. Crustam ducere, sive Crustam applicare. Varro 3. de R. R. cap. 14. Has quoque saginare solent, ita ut ollam cum foraminibus incrustent sapa & farre.
Parietem incrustare. Procul. in l. quidam. D. de servitut. urb. præd. conf. Lex. Pitisc.
Sincerum cupimus vas incrustare. Hor. 1. Serm. 3. 55. i. e. Virtutem quasi vitium interpretamur. Budæus.
Incrustare, Fucare. Femina incrustata de ea, quæ est fucata. Vives de Christ. Fem. libro primo 232. Crusta ibidem de eadem re. H. St.

**Incrustātus**, a, um. Partic. Parietes incrustati. Varro apud Non. 2. 461.

**Incrustātio**, ōnis. f. [πλάκωσις] Crustæ parieti, aut pavimento, aut vasi applicatio. Paulus l. 79. §. 2. D. de verb. signif.
Incrustationem materiarum, Galli *Lambrissuram* vocant. Budæus.

**Incŭbo**, ui, ĭtum, & āvi, ātum, [ἐπικάθημαι, ἐπῳάζω, ἐπῳάζω, ἐγκοιμάω, ἐπίκειμαι] āre. Absolute, vel cum dativo, significat Intus, sive Super cubare. Plaut. Curc. 1. 1. 61. Hic leno ægrotus incubat. Virg. 4. Æn. 650.
Incubuitque toro, dixitque novissima verba.
Incubavi, Præteritum. Plin. lib. 11. cap. 16. Nam nisi incubavere, favos lividos faciunt. De apibus.
Incubant ab omnibus spondis transversæ, præclaræ contubernales. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Incubare stramentis. Hor. 2. Serm. 3. 117.
Incubare proprie, inquit Servius, dicuntur Ii qui dormiunt ad accipienda responsa. Virg. 7. Æn. 88.
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit, &c. Plaut. Curc. 2. 2. 16.
Namque incubare te satius fuerat Jovi. h. e. Dormire in Capitolio, ut responsa possis accipere. V. Lex. Pitisc.
Incubare pecuniæ alicui spe atque animo, pro Inhiare, & eam vehementer cupere. Cic. pro Cluent. 72. Hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret, contrahit frontem.
Auro defosso incubare. Virg. 2. Georg. 507.
Divitiis soli incubuere repertis. Virg. 6. Æn. 610.
Gazæ. Martial. 12. 53. Largiris nihil, incubasque gazæ.
Thesauris incubare, Occupare & supprimere thesauros. Quintil. lib. 10. cap. 1. Qui autem sciverit quo quæque sint modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut thesauris clausis incubabit. i. e. Quos habeat quidem in sua potestate, sed non explicet ad usum aliquem.
Incubare cum Accus. pro Curam habere: tralatio ab avibus, quæ incubatu fovent ova, & excludunt fetus. Apul. 4. Met. p. 146. Aureos folles incubabat.
Incubare, pro Incumbere. Liv. 5. 46. Incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur.
Incubare super. Sen. de Vita Beata cap. 25. Super Circense tomentum per futuras veteris lintei effluens, incubabo.
Acies incubuit. V. Acies.
Mens incubuit dolori. Ovid. 4. Trist. 3. 21.
Metus incubat amens. Lucan. lib. 2. 27.
Nox ponto incubat. Virg. 1. Æn. 89.
Incubare ovis vel pullis dicitur gallina. Columel. lib. 8. cap. 5. Ibidem cap. 8. pr. Nec minus in agros emittant matrices, quæ ovis vel pullis incubant.
Incubare ova noctibus, i. e. Fovere. Plin. lib. 9. cap. 10. Idem 8. 25. Varro de R. R. 3. 9. Negant plus vigintiquinque oportere ova incubare.
Incubare, absolute positum, & subauditur Ova vel Ovis. Columel. lib. 8. cap. 5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idib. Jan. V. & Varr. l. c.
Incubari, passivum. Plin. lib. 10. cap. 54. Ova incubari intra decem dies edita utilissimum. Ibid. Quarto die post quam cœpere incubari. Idem 8. 25. Ova incubanda.
Incubare, Assiduum esse, & frequentem in aliquo loco: atque in malum sumitur. Apul. lib. 7. p. 190. Tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat. [ Videtur positum pro, Cubare, i. e. Diversari, vel Pernoctare in tabernula.
Incubare, per translationem dicitur, Per vim rem alienam tenere. Servius in illud 1. Æn. 89.
— ponto nox incubat atra. Nox enim alienum tempus invaserat. Sic qui jure quid non possidet, sed per vim & injuriam, incubare dicitur: quod qui sic possident, in loco assidui sunt, & velut cubant. Asconius in 3. Verr. 116. Cujus debeat esse possessio, cur prætor dicat, si possessor est? quasi jam probaverit possessorem esse eum, qui incubavit. Quum igitur Dionysium Macrobius appellat Siculæ incubatorem aulæ, violentum quendam possessorem exprimit. Sic Florus, 2. 6. 57. Factum est ut inhærentem & incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem. V. paulo post.

**Incubātio**, ōnis. f. [ἐπῳασις] Plin. lib. 10. cap. 56. Rara incubatio ovis noxia. Idem 54. V. seq. dict.

**Incubĭtio**, ōnis. f. [ἐπῳασις] Plin. lib. 10. cap. 54. Incubitioni datur initium post novam lunam. al. Incubationi.

**Incubatus**, ûs. m. [ἐπωασμός] Plin. lib. 10. cap. 54. Si incubatu tonuerit, ova pereunt. i. e. Quum gallina incubat ovis. conf Solin. cap. 39.

**Incubĭtus**, us. m. Idem. [ἐπωασμός, ἐπιβασμός] Plin. lib. 10. cap. 54. Quædam autem & citra incubitum sponte naturæ gignunt. Idem lib. 8. cap. 56.
Incubitus dextri lateris, Dum aliquis cubat supra dextrum latus. Plin. lib. 28. cap. 4. conf. Solin. 53. extr.

Incubator, ōris. m. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 10. Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator. h. e. Injustus possessor, & qui per vim regnum Siciliæ occupatum tenebat. Serv. ad 7. Æn. 266. Imperii incubator. V. in ipso verbo extr.

Incŭbo, ōnis. m. Morbus qui & Incubus vulgo dicitur a Medicis. Scrib. Larg. Comp. 100. Facit hæc compositio ad suspirium, & ad vocis abscisionem, & subitas præfocationes ex qualibet causa ortas, & ad eos qui sæpius existimantur ab incubone deludi. V. Petron. cap. 38. & Scheff. Not. p. 76.

Incubus, Idem. V. ephialtes, & fauni.

Incubĭto, [ἐπιδυνάομαι] āre. frequent. Columel. lib. 8. cap. 14. Cellas in quibus incubitant, siccissimas esse oportet. De anseribus. Plin. lib. 8. cap. 43. Spatiosa incubitant laxitate.

Incubitātus, a, um. Partic. Stupratus. Plaut. Perf. 2. 4. 13. Video ego te, jam incubitatus es.

Incūdo, ūdi, ĕre. Unde

Incūsus, a, um. Partic. [ἐγκόλαπτος] Virg. 1. Georg. 275.

— lapidemque revertens Incusum. i. e. Manualem molam cudendo asperatam. Servius.

Incusa auro dona. Perf. 2. Sat. 52.

Inculco, [ἐπισάττω, παρεμβύνω] āre. ex In & Calco; Infarcire: Repente & sine aliqua alia providentia aut ordine statim immittere aut conjicere. Plin. lib. 29. cap. 2. At canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum solvitur. De lana succida. Columel. lib. 2. 20. Area molari lapide condensetur, & rursus subjectis paleis inculcetur.

Quasi incalcando, aut calcibus protrudens immitto per vim. H. St.

Inculcare, per translationem, Eadem sæpius iterando ingerere. Cic. in Orat. 50. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora. i. e. Interponet.

Tradere & inculcare aliquid. Cic. 1. de Orat. 127. Satis est enim ceteris artificiis percipiendis tantummodo similem esse hominis: & id quod tradatur, vel etiam inculcetur, siquis forte sit tardior, posse percipere animo, & memoria custodire.

Alicui inculcare aliquid. Cic. 5. Verr. 156.

Inculcasti etiam ut C. Pisonem nominaret. Cic. in Vatin. 26.

Versus etiam minus usitatos per imprudentiam inculcare. Cic. in Orat. 189.

Inculcare munus, est plus quam Offerre. Sen. de Vita Beata 24. Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. h. e. Obtrudam. conf. Reinef. Varr. Lect. 3. 4. p. 397.

Inculcare verba Græca, Interponere. Cic. 1. Off. 111.

Inculcare animis, Infundere. Cic. 1. de Nat. Deor. 109. Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis.

Inculcare se auribus alicujus. Cic. 2. de Orat. 19. Horum Græcorum qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt.

Inculcatus, a, um. Partic. ut, Lapides inculcati. Columel. lib. 8. 15. Panni inculcati. Idem 6. 12.

Tradita atque inculcata libertas. Brut. Cic. Ep. 16. Hanc ego civitatem videre velim, aut putem ullam, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit. i. e. Usitatam atque a majoribus receptam, & in qua imbuti atque educati sumus. Budæus. [Immo Obtrusam, oblatam denuo.

Inculcata persuasio. Quintil.

Inculcātio, ōnis. f. Tertul. Apol. cap. 39. Disciplinam præceptorum inculcationibus densamus.

Inculcātor, ōris. m. Tertul. Scorpiac. cap. 6.

Inculpābĭlis, e. Adj. Solin. cap. 30. al. 43. extr. Inculpabilis hyacinthus. i. e. Genuinus. V. & Prudent. Apoth. 951. Avien. Virgin. Arat. 280.

Inculpabilĭter, Adv. Sarisb. 1. 4.

Inculpatim, Adv. l. 20. Cod. Theod. de palatin. Sacrar. largit.

Inculpo, āre. Idem ac Culpare. Mantuan.

Vos ergo, Insubres, Gallum inculpare potestis?

Inculpātus, a, um. Adj. [ἀναίτιος] Qui caret culpa. Gell. lib. 1. cap. 5. Sicuti omnis culpæ privatio, inculpatum facit. Inculpatus autem, instar est absolutæ virtutis. Idem lib. 14. cap. 2. Eum constabat virum esse ferme bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatissimæ. Idem lib. 7. cap. 22. Non omnino inculpatum, neque indefidem visum esse. V. Macrob. 6. Saturn. cap. 7.

Fides inculpata. Ovid. 9. Met. 672.

Honestæ & inculpatæ vitæ testis, cui opponitur Notatus & reprehensibilis. Calistratus in l. Testium. D. de testibus.

Inculte, Incultus. V. incolo.

Incumba, æ. f. Pars pilæ in confornicationibus. Vitruv. lib. 6. cap. 11. Extremæ pilæ in his latiores spatio sunt faciendæ, uti vires eæ habentes resistere possint, quum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes extruderint incumbas. Bud. conf. Baldi Lex. p. 61.

Incumbo, cŭbui, cŭbitum, [ἐπικλίνομαι, ἐφίστημι, κυπτάζω, ἀπερείδω] ĕre. Inniti, & inhærere. Virg. 8. Ecl. 16.

Incumbens tereti Damon, sic cœpit, olivæ. Plin. lib. 2. cap. 64. Namque in illo cava in se convexitas vergit, & cardini suo, hoc est terræ, undique incumbit.

Aratris incumbere. Virg. 1. Georg. 213.

Baculo incumbens. Ovid. 1. Fast. 177.

Columnis centenis incumbunt tecta. Martial. lib. 5. 13.

At tua centenis incumbunt tecta columnis.

Gladio incumbere. Auctor ad Heren. lib. 1.

Humero alicujus incumbere. Virg. 5. Æn. 325.

Lecto incumbens. Ovid. 11. Met. 657.

Mucroni incumbere. Liv. Epit. 89. pr.

Toro incubuit. Virg. 4. Æn. 650.

Voluptatibus incumbere. Lactant. 2. 1. 3.

Cum accus. Arma incumberent stantes. Sallust. Fragm. 3. 12.

Gladium incumbere, idem quod Incumbere in gladium, vel incidere. Plaut. Casin. 2. 4. 29.

Si fors autem decollassit, gladium faciam culcitam,
Eumque incumbam. [Nisi Eoque legendum.

In gladium incumbere. Cic 2. de Invent. 154.

In scuta incumbere. Liv. 35. 5 Densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, sustinebant impetus Romanorum.

Incumbere illi, & non In illum. Quintil. lib. 9. cap. 3. Si antiquum sermonem nostro comparemus, pæne quicquid jam loquimur figura est: ut Huic rei invidere: non ut omnes veteres, & Cicero præcipue, Hanc rem: & Incumbere illi, non in illum.

Ad bellum incumbere omni studio, Omni diligentia curare res bellicas. Cic. pro Lege Manil. 19. Quare videte num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum civium cum Repub. defenduntur.

In bellum animo incumbere & opibus. Cæs. 7. Bell. Gall. 76. Omnesque & animo & opibus in id bellum incumberent.

In causam communem incumbere, est Pro virili parte tueri causam communem. Cic. 4. Philipp. 12. Incumbite in causam, Quirites, ut facitis. Nunquam inter Senatum & vos consensus major in ulla causa fuit. Idem 3. Att. 15. Atque utinam ipse Varro incumbat in causam, quod profecto, cum sua sponte, tum te instante faciet.

In cupiditatem incumbere. Cic. 5. Att. 13.

In curam incumbere. Cic. 10. Fam. 3. Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam afferat.

In eas disputationes incubuit autem, ut doceret nullum tale esse visum a vero, &c. Cic. 4. Acad. 77.

Ad laudem incumbere. Cic. 10. Fam. 10. Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem.

Ad vel In perniciem incumbere alicujus. Cic. pro Muren. 59. Quid, Ser. Galbam (nam traditum memoriæ est) nonne proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad ejus perniciem, populus Romanus eripuit? Idem 1. Fam. 9. Incumbit in ejus perniciem.

In Remp. incumbere, Studere & vacare Reip. Cic. 10. Fam. 5. Ibid. 1. 6. Monere te atque hortari, ut in Remp. omni cogitatione, curaque incumberes.

Ad salutem Reip. incumbere. Cic. 4. in Catil. 4. Quare, P. C. incumbite ad salutem Reipub. circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi providetis.

Ad vel In studia incumbere. Cic. 2. Att. 16. Quare incumbamus, ô noster Tite, ad illa præclara studia.

Ad voluntatem incumbere. Cic. 1. Att. 16. Pompeius vero ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. i. e. Volebat perferre legem agrariam.

Eo maxime incumbis. Cic. 11. Philipp. 22.

Incumbit defensio mortis hæredi, Injuncta est. Ulpian. in l. Necessarios. §. fin. D. de Senatusc. Silaniano, &c.

Incumbere nobis dicitur, Quod nos onere suo gravat. Tacit. 14. Ann. 24. Cetera invidiam movent, quæ quidem infra tuam magnitudinem jacent, sed mihi incumbunt.

Acrius incumbere. Virg. 4. Georg. 248.

Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. Cic. pro Planc. 45.

Famæ. Juvenal. Sat. 8. Miserum est aliorum incumbere famæ. H. St. v. 76. Sed hic Incumbere est Inniti.

Labori incumbere. Sil. lib. 4. 820.

Animo toto incumbe & studio omni in eam rationem, qua adhuc usus es. Cic. 1. Q. frat. 1.

Pectore te toto cunctisque incumbere nervis. Ovid. 3. de Pont. 1. 39.

Omni studio, virtute, auctoritate ad Rempublicam conservandam incumbere. Cic. pro Sull. 82.

Incumbere ceris & stilo. Plin. 7. Epist. 27.

In spongiam incubuisse Ajacem suum dicit Augustus per jocum apud Suet. cap. 85. extr.

Possessioni incumbere. Diocletian. & Maximian. in l. Consentaneum. C. Quomodo & quando judex, A quo ter citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, ut sese repræsentet: vel possessionem bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & adversarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus tuis id quod juris ratio exegerit judicare. Quo loco, quid sit animo & corpore, vel animo tantum possessioni incumbere, notatur. Budæus.

Incumbere cum aliquo in rem aliquam. Cic. 8. Fam. 11. In unam caucausam omnis contentio conjecta est, de provinciis, in quam adhuc incubuisse cum Senatu Pompeius videtur, ut Cæsar ante Idus Novembres decedat.

Incumbit illi spes, i. e. Imminet, aut manet illum. Suet. in Tiber. cap. 15. Ac multo magis, postquam Agrippa abdicato atque seposito, certum erat uni spem successionis incumbere.

Incumbere, Violenter incidere, & irruere. Quintil. lib. 5. cap. 9. Cic. pro Planc. 17. Et ab eo, qui hos dimovit potius, quam, ab iis qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Budæus.

Æstas incumbens scopulis. Etiam saxa caloribus penetrans. Servius. Virg. 2. Georg. 377.

Incumbere, pro Inclinare in aliquam partem. Plaut. Aulul. 4. 1. 8.

Si herum videt superare amorem hoc servi officium reor,
Retinere ad salutem, non eum, quo incumbat, eo impellere.

Ad lenitatem nimiam, ambitionemque incumbunt mores. Cic. 1. Q. frat. 1. Præsertim quum ii mores tantum jam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint. i. e. Gratiosam indulgentiam. Budæus.

Ad bonum virum repentina voluntatum inclinatio incubuit. Cic. pro Muren. 53.

Volunt idem omnes ordines, eodem incumbunt municipia. Cic. 6. Philipp. 18.

Aliquando cum infinitivo jungitur. Tacit. 2. Hist. 10. 4. Ad hæc terrore & propria vi Crispus incubuerat, delatorem fratris sui pervertere.

Incumbere denique pro Incubare usus est Petron. cap. 33. Repositorium allatum est cum corte, in qua Gallina erat lignea, patentibus in orbem alis, quales esse solent, quæ incumbant ova. Sed Incubant al. rectius.

Incūnābŭla, orum. n. pl. [σπάργανα] Idem quod simplex Cunabula. Plaut. Truc. 5. 13.

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Cic. pro Rosc. Amer. extr. Infantium puerorum incunabula.

Incunabula, pro Initiis posita. Cic. in Orat. 42. Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere.

Vitæ incunabula. Firmic. lib. 1. cap. 3. Illum in primis vitæ incunabulis constitutum, inter initia vagientis infantiæ, fugientis animæ deferit vita.

Incu-

Incunabula & rudimenta virtutis. Cic. in Salluft. cap. 5. An ullum existimas poffe fieri civem egregium, qui non his artibus & difciplinis fit eruditus? an ulla alia putas rudimenta & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur?
Dicendi incunabula. Quintil. in proœm. lib. 1.
Ab incunabulis noftræ veteris puerilifque doctrinæ Cic. 1. de Orat. 23.
Incunabula, pro Loco ubi nati vel educati fumus, five pro Natalibus & origine generis. Cic. 2. Att. 15. Ego vero in montes patrios, & ad incunabula noftra pergam.
Veftigia atque incunabula deorum. Cic. 6. Verr. 107. In his locis veftigia, ac prope incunabula reperiuntur deorum.
Jovis incunabula Crete. Ovid. 8. Met. 99. conf. Plaut. Amph. 5. 1. 52.
Majorum incunabula. Juftin. 31. 8. 4.
INCUNCTANS, antis. Adj. Vox apud JCtos occurrens.
INCUNCTANTER, Adv. Lactant. 6. 12. Incunctanter ac fortiter mortem fubire.
INCUNCTĀTUS, a, um. Adj. al. fcribitur INCONTATUS. Apul. 5. Met. Illæ incunctatæ ftatim conferto veftigio domum penetrant. Elmenh p. 165. Incontanter.
INCUNCTĀBĬLIS, e. Digeft. lib. 22. tit. 5. l. 21. Illud incunctabile eft.
INCŪRĀBĬLIS, e. Adj. Fulgent. Epift. ad Venant. Morbus incurabilis. Improbat Voff. de Vit. L. L. 3. 16. [ Ego non improbem, nifi pro Infanabili dicatur: cum fit is morbus, qui curari, i. e. tractari nequit.
INCŪRĀTUS, a, um. Adj. [ἀκηδής, ἀτημέλητος] Hor. 1. Epift. 16. 24.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. conf. Vopifc. Aurel. cap. 28.
INCURIA, æ. [ἀμέλεια, ἀπειρία] Negligentia, inquit Feftus. Cic. de Provinc. Conf. 5. Miferandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deferti, diffipati funt, incuria, fame, morbo, vaftitate confumpti. Defertos, opis expertes, incuria mactat. Lucret. lib. 6. 1239. Hor. de Arte Poet. 352. — non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit, &c.
Incuria cum genit. Vituperanda eft rei maxime neceffariæ tanta incuria. Cic. de Amicit. 23. pr.
INCURIŌSUS, a, um. Adj. Negligens, Vacuus cura. Gell. lib. 2. cap. 28. extr. Quippe M. Cato, vir in cognofcendis rebus multi ftudii, incerta tamen & incuriofa, fuper ea re opinatus eft. Al. Incuriofe.
Incuriofus, cum genet. Tacit. Ann. 2. extr. Dum vetera extollimus, recentium incuriofi. Et lib. 4. Ann. 32. Et princeps proferendi incuriofus erat. conf. Suet. Augft. cap. 79.
Incuriofus proximorum. Plin. lib. 8. Epift. 20.
Ætas incuriofa. Tacit. in Vit. Agric. 1.
Vigiliæ incuriofæ. Tacit. 5. Hift. 22. Navibus remeabat disjecto agmine, incuriofis vigiliis.
Incuriofus, Securus. Tacit. 3. Hift. 6. Summi difcriminis incuriofus.
INCURIŌSE, Adv. [ἀμελῶς, ὀλιγώρως] Negligenter. Gell. lib. 2. cap. 6. Reprehendunt quafi incuriofe & abjecte verbum pofitum.
Agere pueritiam incuriofe. Tacit. 1. Hift. 13. Namque Otho pueritiam incuriofe, adolefcentiam petulanter egerat.
Compar. Incuriofius agere. Tacit. 4. Hift. 28. Cæfæ cohortes eorum in vico Marcoduro incuriofius agentes.
Superl. apud Plin. extare dicunt.
INCURIOSĬTAS, ātis. f. Gloff. Vet. Incuriofitas, ἀπειρογνωσύνη. Caffiodor. 7. Epift. 4. Nec fub incuriofitate tranfmittat. Salvian. de Gub. Dei lib. 1. pr. Ne illos quidem de incuriofitate ac negligentia ifta fenfiffe.
INCURIUS, pro Incuriofus. Juftin. 5. 9. 10. Pro aliena dominatione incurius pugnatur. Vulgo Securius.
INCURRO, curri, curfum, [ἐπιτρέχω, ἐπιδραμοῦμαι, ἐμπίπτω, ἐπιβάλλω] ĕre. Contra aliquem currere, vel Incidere & concurrere in aliquem. Liv. lib. 1. 37. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit, utrinque ab cornibus pofitos, quum jam pelleretur media peditum fuorum acies, ita incurriffe ab lateribus ferunt, ut, &c.
Incurrere in hoftes, Magno impetu in medios ferri Salluft. Cat. 60. extr. Catilina, poftquam fufas copias, feque cum paucis relictum videt, memor generis atque priftinæ dignitatis, in confertiffimos hoftes incurrit: ibique pugnans confoditur.
In enfes. Martial. lib. 1. 38.
Pectore nec nudo ftrictos incurris in enfes.
Defuper incurrere, præliantibus aliis. Tacit. 2. Ann. 16. Soli Cherufci juga infedere, ut præliantibus Romanis defuper incurrerent.
Incurrere & offendere in tenebris. Cic. 9. Fam. 2. Quis eft tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nufquam incurrat.
Incurrere in adverfam hoftium aciem. V. ACIES.
Incurrere in aliquem, Incidere ex infperato. Cic. 2. Att. 12. pr. Emerferam commode ex Antiati in Appiam ad Tres tabernas, ipfis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus.
Incurrere & incidere in aliquem. Cic. pro Planc. 17.
Incurrere, præter fpem: Invadere, ex deftinato. Cic. pro Sext. 14. Neque quenquam offendet oratio mea, nifi qui fe ita obtulerit, ut in eum non invafiffe, fed incurriffe videamur.
In aliquem cæco impetu incurrere. Cic. 1. de Fin. 44.
In aliquem verbis incurrere, pro Invehi. Cic. 12. Fam. 16. Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit affumere libertatis, quam nobis? quum etiam, fi odio par fuerit, in eos quos læfit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.
In crimen incurrere. Cic. pro Planc. 91. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non defino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati.
In difficultatem incurrere. Cic. 4. Fam. 2. Nihil enim conftitui poteft, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.
In domum atque famam alterius incurrere. Cic. pro Cœl. 42.
In loca incurrere, pro Facere incurfus in loca. Cic. 11. Fam. 10. Aut Apennino, Alpibufque fe teneat, & decurfionibus per equites, quos habet multos, vaftet ea loca, in quæ incurrerit.
In memoriam communium miferiarum incurrere. Cic de Clar. Orat. 251. Incurro in memoriam communium miferiarum, quarum oblivionem quærens, hunc ipfum fermonem produxi longius.
In memoriam notam incurrere. Cic de Clar. Orat.
In morbos incurrere, in damna, in dedecora. Cic. 1. de Fin. 47.
In mucronem incurrere. Cic. pro Cæcin. 84.



In navim unam multæ claffes armatæ incurrunt. Cic. pro Sext. 46.
In oculos incurrere. Cic. 12. Att. 22. Quid enim mihi foro, fine judiciis, fine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non poffum? Eft proprie in oculos incurrere, Oculis admoveri non intentis, & cum quadam offenfione. Quintil. lib. 7. cap. 2. Alii vitantes, ea, quæ in oculos incurrunt, exquirenda putant. conf. In voces.
Incurrere oculis, Idem. Sen. lib. 1. de Benef.
In odia hominum incurrere. Cic. 1. Off. 150. Primum improbantur ii quæftus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum, i. e. Quos homines oderunt.
In ordinem incurrit, In argumentum, quod tractamus forte. Quintil. lib. 1. cap. 5. p. 65. Burm.
In perniciem apertam incurrere. Cic. 3. de Nat. Deor. 69.
In prælia incurrunt tauri. Virg. 12. Æn. 727.
In reprehenfiones varias incurrere. Cic. 1. de Fin. 1.
In fapientem cafus poteft incurrere. Cic. 5. Tufc. 29.
In tempora aliqua incurrere. Cic. 3. Q. frat. 5.
In tempus exercitationis incurrit febris. Celf. lib. 3. cap. 15.
In voces incurrit malevolorum noftra laurus. Cic. 2. Fam. 15. Sed incurrit hæc noftra laurus non folum in oculos, fed jam etiam in voculas malevolorum. i. e. Male loquuntur de ea malevoli.
In urbanitatem facetorum hominum incurrere. Cic. 2. de Fin. 103. Quos quidem dies, quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetorum urbanitatem incurratis, non dico.
Incurrit fufpicio fraudis, abfolute. Papinian. in l. Ab hærede. D. de feparationibus.
Incurrit hic & alia infpectio. Tryphonius in l. Bona fides. §. 1. D. Depofiti vel cont
Incurrere Circenfibus natalem alicujus. Suet. in Tiber. cap. 26. i. e. In eum diem incidere. Budæus.
In diem incurrere. Cic. 7. Att. 7. Tua λῆψις quem in diem incurrat nefcio.
In ipfas Etefias navigatio incurrebat. Cic. 15. Fam. 11. extr.
Acies incurrunt. Sil lib. 4. 143.
Armis denfis incurrimus. Virg. 2. Æn. 409.
Haftis adverfis incurrere. Virg. 11. Æn. 613.
Urfi incurrunt armentis. Ovid. 7. Met. 546.
Incurrit ager in agrum, ( Pro Infinuat fe & permifcet. βυδ. H. St ) Cic. 2. de Lege Agr. 81. Quum a majoribus veftris P Lentulus, princeps Senatus, in ea loca miffus effet, ut & privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret.
Incurrere cum accuf. Incurrerunt eos a tergo Salluft. Fragm. 6. 6. Veget. 109. Acrius hoftes incurrunt. conf. Tacit. 1. 51. & 2. 17.
Incurrere fenfu obfcæno. Apul. 10. Met. 250. Ne nefcius nefciam fororem incurreret.
INCURRITUR, imperf. [ἐμβάλλεται] Juven. 6. Sat. 330.
Si nihil eft, fervis incurritur.
INCURRENS, entis. Partic. Cic. 3. Q. frat. 5. Ne in noftra tempora incurrens offenderem quempiam. Idem 12. Att. 21. In oculos incurrentes.
INCURSUS, a, um. Partic. Sidon. 8. Epift. 9. Vinculum incurfi angoris. [ An Incuffi? V. INCUTIO.
INCURSŪRUS, a, um. Partic. [ἐμπεσούμενος] Ovid. 5. Met. 198.
Incurfurus erat, tenuit veftigia tellus.
INCURSIO, ōnis. f. [ἐπιβολή] Occurfatio rerum inter fefe. Cic. 1. de Nat. Deor. 115. Quum fine ulla intermiffione pulfetur, agiteturque atomorum incurfione fempiterna.
Incurfio militum in agros hoftium. Cic. pro Cæcin. 44.
Incurfio atque impetus armorum. Cæf. 5. Bell. Gall. 21.
Incurfionem facere in fines, Facere impetum. Liv. 1. 11. Antemnatium exercitus per occafionem ac folitudinem hoftiliter in fines Romanos incurfionem facit.
Incurfio feditionis, Impetus. Cic. pro Cluent. 102. Ergo adhuc Junii judicium video effe ejufmodi, ut incurfionem potius feditionis, vim multitudinis, impetum tribunitium, quam judicium appellandum putem.
INCURSUS, ûs. m. [ἐπιδρομή, ἔφοδος] Plin. lib. 8. cap. 42. Unde equis tolutim carpere incurfus traditur arte.
Suftinere incurfus. Ovid. 3. Met. 82.
Militum incurfus. Cic. pro Cæcin. 22. Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela & incurfus refugit.
Luporum incurfus. Virg. 3. Georg. 407.
Pluviarum vis & incurfus, Impetus & vehementia. Columel. lib. 4. cap. 17. Nam ubi magna vis & incurfus eft pluviarum procellarumque, &c.
Solis incurfus. Columel. lib. 1. cap. 6. Nec arefcere ventis finunt, aut folis incurfu patiuntur exuri.
Undarum incurfu fonat unda. Ovid. 11. Met. 496.
Gravis incurfus. Tacit. 4. Ann. 24. Non gravi, nec uno incurfu confectandum hoftem.
Primo incurfu. Liv. 2. 25.
Repentino incurfu. Tacit. 3. Hift. 9. pr.
Timendi incurfus omni de parte. Ovid. 4. Pont. 14. 27.
INCURSIM, Adv. Celeriter. Cæcilius Fallacia, Nullus fum, nifi meam rem jam omnem propero incurfim perdere. Nonius 2. 448.
INCURSAX, ācis. Adj. Sidon. 8. 12. Incurfaces Maffagetæ.
INCURSO, [ἐπιδραμοῦμαι] āre. frequent. Currendo petere & offendere. Plaut. Aulul. 2. 2. 57.
Afini me mordicibus fcindant, boves incurfent cornibus. Grut.
Mordicitus. Ovid. 2. Met. 205.
— altoque fub æthere fixis
Incurfant ftellis.
Fortius incurfant Tyrii. Stat. 8. Theb. 159.
Aciem incurfare. Tacit. 3. Hift. 18. Nutantem aciem victor equitatus incurfat.
Agros incurfare, dicuntur milites, quum per agros currentes, impetum in hoftes, aut vicinas urbes faciunt. Liv. 5. 31. Volfinienfes fuperbia elati, ultro agros Romanos incurfavere. i. e. Prædati funt.
Incurfare adverfis cornibus. Plin. lib. 9. cap. 31. Dimicant inter fe arietes adverfis cornibus incurfantes. Hinc
Incurfare in aliquem. Plaut. Bacch. 5. 2. 29.
Arietes truces nos erimus, jamque in vos incurfabimus.

Incursare aliquem pugnis. Plaut. Pœn. 4. 1. 3.
Is autem porro verberat nos, incursat pugnis, calcibus.
In fortunas omnium incursare. Auctor ad Herenn. lib. 4. 52.
Incursat color alii colori, Contendit & pugnat sive certat. Plin. lib. 28. cap. 8. Cor annexum in lana ovis nigræ, cui nullus alius color incursaverit, & primo partu genitæ, quartanas abigere dicitur. [i.e. Accesserit.
Incursabit in te dolor meus. Cic. 12. Att. 40.
Cum dativ. Quintil. lib. 10. 3. Intentionem si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incursant, ad animum pervenit.

INCURSANS, antis. Partic. [ἐπιδρομάζων] Quod incursat. Plin. lib. 11. cap. 37. Natura oculos composuit lubricos propter incursantia, & mobiles.

INCURSĀTUS, a, um. Partic. pass. Liv. 24. 41. Agmenque Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat. i. e. Incursione vexatum.

INCURSĀTIO, ōnis. f. Non. 1. 213. Male sani aut larvarum incursatione animo vexati.

INCURSĬTO, āre. aliud frequent. Sen. de Ira 3. 6. Properanti in multos incursitandum est. Significat Offensare.

INCURSITANS, antis. Partic. Sen. de Ira, 2. 35. Talem nobis iram figuremus &c. offusam multa caligine, incursitantem, vastantem, fugantemque. [An Offusa?

INCURVUS, a, um. Adj. [ἐπικαμπής, ἐπίκυρτος] Idem quod Curvus. Ter. Eun. 2. 3. 44.
Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator nisi incurvus prævaricatur.
Incurvus humeris. Plin. lib. 11. cap. 52. Aristoteles longæ esse vitæ ponit incurvos humeris.
Arbor incurva. Plin. lib. 12. cap. 25.
Bacillum incurvum & leviter a summo inflexum. Cic. 1. de Divin. 30.
Carina incurva. Ovid. 15. Met. 644.
Litus incurvum. Mela, 1. 19.
Metæ incurvæ. Stat. 5. Silv. 2. 26.

INCURVO, [κυρτόω, ἐγκάμπτω] āre. Plin. lib. 16. cap. 42. Robur, olea incurvantur, ceduntque ponderi. conf. 4. 11. Cic. 2. de Fin. 33.
Incurvatum bacillum. Sen. de Ira, 3. & Epist. 104.
Arcus incurvant validis viribus. Virg. 5. Æn. 500.
Membra incurvata. Ovid. 6. Met. 245.

INCURVATUS, a, um. Partic. V. supra.

INCURVĀTIO, ōnis. f. Hygin. Astron. 3. 16. Incurvatio caudæ.

INCURVESCO, [κυρτῦμαι] ĕre. Curvari. Cic. 1. Tusc. 69. Ramos baccarum ubertate incurvescere. Ex poeta. Incurviscere legit Nonius. conf. Idem 3. de Orat. 154.

INCURVĬCERVĪCUS, a, um. Adj. ut, Pecus incurvicervicum. Pacuv. apud Quintil. 1. 5.

INCUS, ūdis. f. [ἄκμων] Instrumentum fabrorum ferrariorum, super quo aliquid cuditur. Plin. lib. 33. cap. 4. Incudibus non resistit. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis.
Gladios parante incude. Juven. 10. Sat. 132.
Mediis incudibus ablatum opus. Ovid. 1. Trist. 6. 29.
Duris incudibus impositi enses. Virg. 2. Georg. extr.
Incudi reddere versus, per translationem: h. e. Emendare & expolire. Hor. in Arte Poet. 441.
Et male tornatos incudi reddere versus. Sidon. 8. 4. Versus a meditationis incude adhuc calidi. Idem 4. 1. Philosophica incude formatus. conf. Ovid. supra.
Tundere incudem. Cic. 2. de Orat. 162. Si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima, mansa (ut nutrices infantibus pueris) in os inserant.

INCŪSO, [μέμφομαι, ὑπαιτιάω] āre. Reprehendere alterius mores, & plerumque cum querela, quod ab illo injuria sis affectus, ut ait Valla lib. 6. reprehendens Servium. Ter. Heaut. 5. 2. 7. Quid me incusas, Clitipho? Idem Phorm. 3. 1. 7.
Equidem, here, nos jamdudum hic te absentem incusamus qui abieris. Cæs. 1. Bell. Gall. 40. Omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit. Sic lib. 2. 15. Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se, &c. Virg. 2. Æn. 745.
Qem non incusavi amens hominumque Deorumque?
Incusare aliquem probri. Plaut. Truc. 1. 2. 58.
Quia qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.
Voce magna incusat Latinum. Virg. 12. Æn. 580.
Querelis incusat fata. Stat. 1. Achill. 439.

INCUSANS, antis. Partic. Liv. 1. 9. Incusantes violati hospitii fœdus.
Intemperiem cæli incusantes. Tacit. 2. Hist. 94.

INCUSĀTUS, a, um. Partic. Columel. 3. 17. Sterilitas cacuminis jure incusata.

INCUSĀTIO, ōnis. f. [μέμψις] Cic. 3. de Orat. 304. Quorum partim habent vitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, &c. conf. Gloss. vet.

INCUSĀTOR, ōris. m. Idem ac Accusator. Cod. 12. t. 36. l. 18. §. 8. Incusatori licentia denegetur.

INCUSĀBĬLIS, e. Adj. Compar. apud Tertull. ad Nation. 1. 12.

INCUSATĪVUS, a, um. Adj. Idem quod Accusativus: ut, Casus incusativus. Diomed.

INCUSTŌDĪTUS, a, um. Adj. [ἀφύλακτος] Non custoditus. Martial. lib. 1. 35.
Incustoditis & apertis Lesbia semper
Liminibus peccas.
Boves incustoditæ. Ovid. 2. Met. 686.
Litus. Sil. 5. 40.
Ovile incustoditum. Ovid. 1. Trist. 5. 10.
Pastus. Apul. lib. 6. p. 178.
Urbs. Sil. 15. 245. Et Frontin. 3. 2. 6.
Incustoditus, aliter, pro eo, Qui se non custodit. Plin. 6. Epist. 29. extr. Tuitus sum Julium Bassum, ut incustoditum nimis & incautum, ita minime malum. Incustoditum, i. e. Simplicem, improvidum.

INCŪSUS, V. INCUDO.

INCŬTIO, ssi, ssum, [προσβάλλω, ἐμβάλλω, ἐμποιέω, ἐμφορέω] ĕre. ex In & Quatio, significat Injicere, & cum quodam impetu projicere.
Colaphum incutere. Juven. 9. Sat. 5.
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.
Pedem incutere terræ. Quintil. lib. 2. cap. 13. Jam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit. i. e. Ferire terram pede.
Pollicem incutere limini, Offendere. Plin. lib 7. cap. 53. Q. Æmylius Lepidus jam egrediens incusso pollice limini cubiculi.
Scipionem eburneum incutere in caput alterius. Liv. 5. 41.
Incutere, ad inanimata transfertur. Cic. de Univers. 32. Rursusque emersi errorem incutiant rationis expertibus.
Desiderium urbis incutere alicui. Hor. 1. Epist. 14. 22.
Metum incutere. Liv. 2. 18.
Morbum incutere amicis. Plaut. Trin. 1. 2. 38.
Omnibus amicis morbum tu incuties gravem,
Ut te videre, audireque ægroti sient.
Morbos incutere alicui. Lucret. lib. 6. 772.
Negotii aliquid incutere alicui. Hor. 2. Serm. 1. 18.
Nuntium alicui incutere. Liv. 2. 8. extr. Postem jam tenenti COS. fœdum inter precationem deûm nuncium incutiunt, mortuum ejus filium esse, &c.
Pavorem incutere. Liv. 27. 42.
Pigritiam incutere. Liv. 31. 34. pr. Quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incussit.
Pudorem incutere alicui. Hor. 1. Epist. 18. 77.
Religionem incutere. Liv. 22. 42. extr. Claudiique Consulis primo Punico bello memorata navalis clades religionem animo incussit. Idem 29. 18. extr.
Terrorem Patribus incutere. Liv. 3. 4.
Timorem incutere. Cic. 2. de Orat. 209. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus.
Vim ventis incutere. Virg. 1. Æn. 69.
Incute vim ventis, submersasque obrue puppes.
Voluntatem incutere. Paterc. lib. 2. 126. 2. Recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas.

INCUSSUS, a, um. Partic. [ἐμβληθείς] Plin. lib. 22. cap. 14. Medetur cum mica salis, contusis, incussisque, inustis, & strumis. Tacit. 4. Hist. 30. 1. Incussæ trabes perfregere.

INCUSSIO, ōnis. f. verbale. JCt. in Dig.

INCUSSUS, ûs. m. Idem. Tacit. 4. Hist. 23. 4. Armorum incussu præcipitati. conf. Prudent. Cath. 5. 7.

INCUSSOR, ōris. m. Paulin. Petrocor. l. 5. de vita Martin. 285. Incussor laceri quatiebat corporis artus. V. Barth.

## I N D

INDĀGO, [ἰχνεύω, ἰχνηλατέω, ἀκριβάζω, ἀναζητέω, ἐξερευνάω] āre. ab In & Ago compositum, D interposito euphoniæ gratia. V. Voss. Etym. p. 22. Venatorum more inquirere. Plaut. Merc. 3. 4. 38. Eo si pacto posset indagarier mulier. Cic. in Orat. 11. Reprehendent quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus.
Indagare, invenire, & veluti ex tenebris eruere. Cic. de Lege Agr. 1. 3.
Indagare & odorari. Cic. 4. Verr. 135. Hæc vero ejus erat ars & malitia miranda, quod acutissime tota provincia quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat.
Indagare & patefacere indicia. Cic. pro Milon. 104. Quum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meosque redundant ex illo fonte dolores?

INDAGATUS, a, um. Partic. Cic. 2. Att. 7. pr. De Publio quæ ad me scribis, sane mihi jucunda sunt: eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, quum venies.

INDAGANTER, Adv. [ἰχνευτικῶς] Columel. lib. 5. cap. 1. Boni venatoris est, indaganter quamplurimas feras capere.

INDAGATIO, ōnis. f. [ἴχνευσις] Cic. 4. Acad. Indagatio ipsa rerum, &c.
Indagatio & inventio veri. Cic. 1. Off. 16.

INDAGATUS, ûs. m. Apul. lib. 7. Met. p. 191. Vexillationum indagatu.

INDAGĀTOR, ōris. m. [ἰχνευτής] Columel. lib. 9. cap. 8. Sed indagatorem conveniet matutina tempora vestigandi eligere.
Indagator aquarum. Columel. lib. 2. cap. 2. conf. Plaut. Trin. 2. 1. 15. Et Vitruv. 1. 6. Et Solin. cap. 43.

INDAGĀTRIX, īcis. f. [ἰχνεύτις] Cic. 5. Tusc. 5. O vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum. Val. Max. 9. 4. pr. Avaritia latentium indagatrix lucrorum.

INDĀGO, ĭnis. f. [ἰχνηλασία] Investigatio, inquisitio, proprie venatorum. Plin. lib. 9. cap. 7. In qua sententia fuisse Aristotelem video, & ea multis persuasisse doctrinæ indaginibus.
Indago, Series plagarum in varros seu furcas venatorias subrectarum, saltusque cingentium. Virg. 4. Æn. 121.
— saltusque indagine cingunt. Cæs. 8. Bell. Gall. 18. Silvis undique impeditissimis, aut altissimo flumine velut indagine munitum. De quodam campo. Lucan. li. 6. 42.
Et silvas, vastaque feras indagine claudit. Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram Indaginem vocavit Fossam, & turrium munitarum seriem.
Armata indagine lustrare omnem prospectum. Stat. 12. Theb. 451. conf. Idem 2. Theb. 553. Et V. ibi Scholiast.
Indago, per translationem. Tacit. 13. Ann. 42. Romæ testamenta & orbos velut ejus indagine capi. i. e. Captatorem esse orborum, ita ut nullus captiones ejus evadat. De Seneca. Hæc Bud.
Indagine pœnarum cingi, i. e. Ambitu, vel septo, & velut cancellis. Plin. Paneg. 35. de delatoribus loquens in insulas deportatis a Trajano,

jano, Quos quidem non in præfens tantum, fed in æternum repreffifti, mille pœnarum indagine inclufos. i. e. Sanctionum feveriffimarum terrore a delationibus coercitos, cohibitofque. Budæus.

Res majorem & ampliorem expofcit indaginem. l. fin. §. 1. Cod. de Compenf. i.e. Indagationem.

**Indāges**, is. f. Idem. Claudian. Mamert. 2. 2. Aliquid dignum tanta indage. Ibid. cap. 8. Sublimium indage caufarum.

**Indăgus**, a, um. Adj. Mart. Capell. lib. 1. p. 9. Indaga veri cura.

**Inde**, Adv. de loco [ἔνθεν] Ter. And. 2. 2. 31.

Certa res eft, etiam puerum inde abiens conveni Chremis. Ibid. 1. 1. 110.

— redeo inde iratus atque ægre ferens. Liv. lib. 1. 1. Primo in Macedoniam veniffe, inde in Siciliam quærentem fedes delatum. Plaut. Pfeud. 2. 2. 28. Quia videre inde effe. Cic. 9. Att. 20. Qui autem veniunt inde, id modo nuntiant. i. e. Illinc.

Veteres aliquando cum genitivo Loci junxere. Ennius apud Feft. in Lituus.

Inde loci lituus fonitus effundit acutos. Lucret. lib. 5. 789.

— inde loci mortalia fæcla creavit.

Inde, ad res relatum. Plaut. Amph. 1. 1. 273.

Cadus erat vini, inde implevi cirneam. i. e. Ex illo dolio. Cic. 1. Invent. 28. De narratione. Brevis erit, fi unde neceffe eft, inde initium fumetur.

Inde, ad perfonam relatum. Plaut. Curc. 5. 3. 44. Ter. Adel. 1. 1. 21.

— uxorem duxit: nati filii

Duo: inde ego hunc majorem adoptavi mihi. conf. Lucret. lib. 5. 202.

Inde ad caufam relatum, pro Ob id, ob eam rem, propterea, vel potius Ex eo. Ter. Heaut. 1. 1. pr.

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eft,

Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es. Plin. Epift. 5. lib. 7. pr. Incredibile eft quanto defiderio tui tenear. In cauffa, amor primum: deinde, quod non confuevimus abeffe. Inde eft, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde, quod, &c.

Inde, de tempore, pro Deinde. Liv. 1. 5. Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab iis impetum fieri: inde eos collecta juvenum manu hoftilem in modum prædas agere. [Nifi Inde eft Ex eodem agro.

Quid tum inde? Cic. pro Muren. 26.

Abs te inde. Plaut. Pfeud. 4. 6. 7.

Minæ viginti fanæ ac falvæ funt tibi,

Hodie quas abs te inde eft inftipulatus Pfeudolus.

Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat fuo. Plaut. Trin. 2. 2. 24.

Inde ab incunabulis. Liv. 4. 36. extr. Et jam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.

Jam inde ab initio minime lætus novæ origine urbis. Liv. 1. 2.

Inde ufque. Cic. pro Arch. 1. Nam quoad longiffime poteft mens mea refpicere fpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde ufque repetens, hunc video mihi principem, &c. extitiffe.

**Indebĭtus**, a, um. Adj. [ἀνόφλητος] ut, Fletus indebitus nato. Sen. Herc. OEth. v. 1831.

— indebitos nato quidem

Compefce fletus, mater Alcidæ incliti. Sed rectius legitur Debitos.

Pecuniam indebitam per errorem promififti: eam, qui pro te fidejufferat, folvit. Celf. in l. 47. D. de conditione indebiti.

Præmia. Ovid. 16. Epift. 19.

Præmia magna quidem, fed non indebita pofco.

Regna. Virg. 6. Æn. 66. — non indebita pofco

Regna meis fatis. i. e. Promiffa.

**Indebĭtum**, i. n. Non debitum. Paulus in l. 25. §. 4. Si procurator. D. de condit. indebit. Si procurator tuus indebitum folverit, & id tu ratum habeas, &c.

**Indebĭte**, Adv. Paulus in l. Cum de indebito quæritur. D. de probat. Nifi evidentiffimis probationibus in fcriptis habitis, oftendere paratus fit, fefe hæc indebite promififfe. Caffiodor. 1. Epift. 19. Indebite detinere. Idem Epift. 22. extr. Si nobis indebite victoria fuffragetur. Auguft. Serm. 122. Cur indebite occidifti.

**Indebĭto**, aliud Adv. Ulp. in l. Cum duo pro reo. D. de condict. indeb. Quibus perfonis tria indebito foluta funt.

**Indecet**, Imperf. [οὐ πρέπει] Plin. 3. Epift. 1. Nam juvenes adhuc confufa quædam, & quafi turbata non indecent.

**Indĕcens**, entis. Adj. [ἀπρεπής, ἀσχήμων] Quod non decet, vel eft præter decorum. Martial. lib. 5. 14.

Oculoque ludos fpectat indecens uno. Petron. c. 128. Dic, Chryfis, fed verum, numquid indecens fum? numquid incompta? Suet. Claud 30. Rifus indecens.

Superl. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 9. Indecentiffimum fponfaliorum genus eft adulterium.

**Indecenter**, Adv. [ἀπρεπῶς] Plaut. Merc. 4. 5. fuppof. 17. Nec tolerant, ut æquum eft, patres: fed clamant, indecenter obftrepunt. Quintil. lib. 1. cap. 15. Non indecenter offerri.

Compar. Sen. Epift. 27. Nunquam vidi hominem beatum indecentius.

Superl. Quintil. lib. 8. cap. 3. Infiftere indecentiffime.

**Indecentia**, æ. f. Vitium indecentiæ. Vitruv. 7. 5.

**Indĕclīnābĭlis**, e. Adj. [ἀκλινής] Quod declinari, vel vitiari non poteft. Gell. lib. 6. cap. 2. Fatum, eft fempiterna quædam & indeclinabilis feries rerum.

Indeclinabilis juftitia, apud Sen. Epift. 78. Item Epift. 67. Indeclinabilis animus, pro Conftanti & qui nunquam variat. conf. Ammian. lib. 25. cap. 13.

**Indeclinātus**, a, um. Adj. [ἄκλιτος] Ovid. 4. de Pont. 10. 83.

Hæc tibi qui præftas indeclinatus amico, &c.

Indeclinata amicitia, Conftans. Ovid. 4. Trift. 5. 24.

**Indĕcŏr**, ŏris. [ἀπρεπής] vel **Indĕcŏris**, e. Adj. pro Indecoro, apud antiquos, Nonio tefte 8. 43. reperitur. Accius Athamante, Cujus fit vita indecoris, mortem fugere turpe haud convenit. Virg. 12. Æn. 25.

Nec genus indecores. Idem lib. 7. 231.

Non erimus regno indecores, &c. Servius, Aut fyftole eft: aut certe dicimus nominativum non inveniri, ut in multis nominibus.

**Indĕcōrus**, a, um. Adj. [ἀσχήμων] Decoro contrarium, ut Lafcivia indecora ludere. Plin. lib. 18. cap. 35. Cic. 1. Off. 94. Et jufta omnia decora funt: injufta contra, ut turpia, fic indecora. Sic 3. de Fin. 13. Si nihil malum, nifi quod turpe, inhoneftum, indecorum, pravum, &c.

Quæftus omnis patribus indecorus vifus. Liv. 21. 63.

Vifus indecorus. Plin. lib. 13. cap 12.

**Indecōre**, Adv. [ἀπρεπῶς] Turpiter. Cic. 1. Off. 14. Cavetque ne quid indecore, effeminateve faciat. Ibid. 1. 14. Ut ea fi non decore, at quam minime indecore facere poffimus.

**Indĕcōro**, āre. Sermonem indecorare. Accius apud Non. 3. 438.

**Indĕcōrābĭlĭter**, Adv. Accius apud Sofipat. Indecorabiliter alienis alunt.

**Indefātīgābĭlis**, e. Adj. Sen. lib. 2. de Ira 12. Alius contentus brevi fomno, vigiliam indefatigabilem extendit.

**Indefensus**, a, um. Adj. [ἀνυπεράσπιστος] Non defenfus, Sine defenfione. Liv. 4. 28. Suos increpans clara voce. Hic præbituri (inquit) vos telis hoftium eftis, indefenfi, inulti? Plin. lib. 18. cap. 7. Indefenfa quippe membranis continentur.

Campania indefenfa. Sil. 6. 652.

Capitolium claufis foribus indefenfum, & indireptum conflagravit. Tacit. 3. Hift. 71. extr. Idem 2. Ann. 77. 3.

**Indefense**, Adv. l. 2. §. 2. C. De conftitut. Pecun. Quæ negotiatores indefenfe conftituerint.

**Indĕfessus**, a, um. Adj. [ἀκάματος] Non fatigabilis. Ovid. 9. Met. 200.

— ego fum indefeffus agendo. Plin. Paneg. cap. 14.

Poft labores duraque imperia indomitus femper, indefeffufque.

**Indefesse**, Adv. Aufon. in Gratiar. Act. c. 35. Omnia agere indefeffe & benigne.

**Indefessim**, Sidon. 3. Epift. 2. Bonorum amicitias indefeffim expetas. Claud. Mamert. 1. 7. Igniculi indefeffim fcintillantes.

**Indĕfīnītus**. a, um. Adj. [ἀόριστος] Obfcurus & perplexus. Gell. lib. 16. cap. 4. Indefinitus, inexplicabilifque fermo fiet. conf. Apul. de Syllog. Cat. p. 374. Et Mel. 3. 7.

**Indefinite**, Adv. Gell. 2. 24. Promifcue atque indefinite largiri.

**Indĕflēbĭlis**, e. Adj. Gloff. Gr. Lat. ἄκλαυστος, indeflebilis.

**Indĕflētus**, a, um. Adj [ἄκλαυστος] Ovid. 7. Met. 611.

Qui lacriment defunt, indefletæque vagantur

Natorum matrumque animæ, juvenumque fenumque.

**Indeflexus**, a, um. Adj. [ἀκαμπής] Quod non flectitur. Plin. Paneg. 1. Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas. Apul. de Deo Socr. pr. Indeflexo curfu. Ammian. 27. 9. Indeflexa fævitia punire errata.

**Indējectus**, a, um. Adj. pro Non dejecto. Ovid. 1. Met. 288.

Siqua domus manfit, potuitque refiftere tanto

Indejecta malo.

**Indĕlēbĭlis**, e. Adj. [ἀνεξάλειπτος] Ovid. 15. Met. 876.

— nomenque erit indelebile noftrum.

**Indĕlībātus**, a, um. Adj. [ἀπείρατος] Ovid. 1. Trift. 4. 68.

Dum juvat, & vultu ridet fortuna fereno,

Indelibatas cuncta fequuntur opes. Sil. 15. 271. Virgo indelibata.

**Indemnātus**, a, um. Adj. [ἀκατάκριτος] Plaut. Curc. 5. 3. 17.

— pro deum atque hominum fidem,

Hoccine pacto, indemnatum atque inteftatum me arripi? i. e. Nulla fententia in me lata. Cic. 7. Verr. 12. Ut quam damnatis fervis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Romanis refervares? Paterc. 2. 45. Civis indemnatus.

**Indemnis**, e. Adj. [ἀζήμιος] Immunis a damno. Sen. de Vita Beata, Liber eris, tutus, indemnis, nihil fruftra tentabis, nihil prohibeberis. Idem Epift. 9. Qui per ferrum, & ruinas, & ignes illæfus & indemnis evafit? Ulp. in l. Bona fide. D. de noxal. action. Vel officio judicis confequetur, ut indemnis maneat.

**Indemnĭtas**, ātis. f. [ἀζημία] Damni vitandi ratio. Papin. in l. Fidejuffor. D. de negotiis geft. Fidejuffor imperitia lapfus, alterius quoque contractus, qui perfonam ejus non contingebat, pignora vel hypothecas fufcepit: & utramque pecuniam creditori folvit, exiftimans indemnitati fuæ confufis prædiis confuli poffe.

Indemnitatem alicui repromittere. Ulpian. in l. Quamvis. §. 1. D. Ad fenatufconfultum Velleianum.

Indemnitatis cautionem alicui præbere. Papin. in l. Liberto. §. Inter negotia. D. de negotiis geftis. Ammian. 21. 15. Nec provinciarum indemnitati profpexit.

Pro indemnitate a debitore præftanda eft idonea cautela. Pomponius in l. Quamvis. D. de pignorat. actione.

Indemnitas locatori fervetur in id quod ejus intereft. Paulus in l. Dominus. D. Locati.

Indemnitas tibi præftetur ejus, quod expendifti. Ulpian. in l. Si pecuniam. §. 1. De cond. caufa data.

**Indĕplōrātus**, a, um. Adj. [ἄκλαυτος] Idem quod Indefletus. Ovid. 3. Trift. 3. 46.

Sed fine funeribus caput hoc, fine honore fepulcri,

Indeploratum barbara terra teget. Idem 11. Met. 670.

**Indeprāvātus**, a, um. Adj. Qui non corrumpitur. Sen. Epift. 76. Si una indepravata virtus eft, & fola permanet tenoris fui, unum eft bonum virtus.

**Indeprĕcābĭlis**, e. Adj. [ἀπαραίτητος] Quod nullis precibus poteft exorari. Gell. 1. 13. Et pœna indeprecabilis fubeunda effet.

**Indeprĕhensĭbĭlis**, e. Adj. Quintil. Decl. 4. Nec per varias ambages, indeprehenfibilem fparfit errorem. Idem Decl. 8. Inenarrabile, indeprehenfibile eft.

**Indeptus**, V. indipiscor.

**Indesertus**, a, um. Adj. [ἀπρόλειπτος] Ovid. 2. Amor. 9. 52.

Indeferta meo pectore regna gere.

**Indĕses**, ĭdis. Adj. [ἄοκνος] contrarium Defidi. Gell. lib. 7. cap. 22. Id profecto exiftimandum eft non omnino inculpatum, neque indefidem vifum effe, cujus corpus in tam immodicum modum luxuriaffet, exuberaffetque.

**Indĕsĭnenter**, Adv. [ἀδιαλείπτως] pro Semper, & continue.

Varro 2. de R. R. cap. 9. Et si alter indefinenter æger est, ne sine cane grex sit.

INDESPECTUS, a, um. Adj. Non despectus, non visus. Lucan. lib. 6. 748.
Indespecta tenet vobis qui tartara.

INDETONSUS, a, um. Adj. [ἀκειρεκόμης] Ovid. 4. Met. 13.
Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus. h. e. Intonsus.

INDEVORATUS, a, um. Adj. Non omnino devoratus. Martial. lib. 7. 19. in Sanctram, Indevorato capite turturem truncum.

INDEVOTUS, a, um. Adj. Justinian. in l. Siquis argentum. §. ult. C. de Donationibus, Ne non solum indevotus, sed etiam impius donator intelligatur.

INDEVOTIO, ōnis. f. Ulpian. in l. 1. in fine. D. de penu legata, Puto tamen sic voluntatem sequendam testatoris, ut tota summa illico, postquam cessaverit hæres dare penum uxori, præstetur, hæredis indevotione coercenda. Justinianus in l. Siquis argentum. §. ultimo C. de donationibus, Tantamque indevotionem quibusdam quasi legitimis protegere velamentis.

INDEX, icis. V. INDICO, as.

INDIA, [Ἰνδία] Regio Orientalis, Asiæ terminus. Pompon. scribit lib. 3. c. 7. tantum spatium litoris occupare, quantum per sexaginta dies noctesque velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinque millia oppidorum. Ab Indo flumine, de quo f. l. dicetur, sic appellata, in quem ab Occidentali plaga desinit. Hæc a Meridiano mari incipiens, adusque Solis Occasum porrigitur, & a Septentrionibus usque ad Curnusium montem provenit. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat, arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi prope gentium soli nunquam emigravere finibus suis. Illic binæ æstates, lenes auræ, temperies cæli, ubertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt ut majora in India quam in ceteris regionibus nascantur animalia. Virg. 1. Georg. 57.
India mittit ebur.
Indiæ nomine antiqui latissime sunt abusi, ut qui Æthiopes etiam eo significarent: ut Virg. 4. Georg. 293.
Usque coloratis amnis devectus ab Indis. Et 2. Georg. 172.
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. Parthum enim significat, credo quod Parthis India etiam pareret, & in eorum præsidiis Indi militarent. Hyginus F. 275. Jovis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis suæ, quæ Hecatompylæ nominantur, ideo quod centum portas habent. Hic Hyginus Indiam etiam appellavit superiorem Ægyptum Æthiopiæ finitimam, in qua erant Thebæ. Hæc Turnebus. [Hygini locus in al. codd. aliter expressus, nec omnino sanus est. Occurrit elegans Indiæ descriptio apud Curt. 8. 9. 2. conf. Justin. 12. 74. & 13. 4. 19.
Decolor India. Sen. Hippol. 3.
Dives India. Hor. 3. Carm. 24. 2.
Tosta India. Catull. de Acme & Septimio, 43. 6.
Vasta & agrestis India. Cic. 5. Tusc. 77.

INDIA Occidentalis. Pars est orbis sæculo XV. exeunte detecta, de qua consule Geographos, alio nomine AMERICA, quod vide.

INDUS, i, m. [Ἰνδός] Qui est ex India.
Colorati Indi. Virg. 4. Georg. 293. i. e. Fusci.
Decolor Indus. Ovid. 5. Trist. 3. 24.
Nigri Indi. Ovid. 1. de Arte Am. 53.
Odorati Indi. Sil. lib. 17. 652. i. e. A quibus odores & aromata afferuntur.
Sitientes Indi. Virg. 4. Georg. 293.
Petere in Indos, V. Ad Seras, in præp. AD.

INDUS, a, um. Adj. ut Dentes Indi, i. e. Elephantini. Ovid. 8. Met. 288.

INDICUS, a, um. Adj. [Ἰνδικός] Qui ex India est.
Aqua Indica. Ovid. 1. de Pont. 5. 80.
Elephantos Indicos, maximos interpretatur Servius ad 1. Georg. v. 57. apud Ter. in Eun. 3. 1. 23. Elephantis quem Indicis præfecerat.

INDICATIO, INDICATURA, INDICATUS, INDICIUM, V. INDICO, as.

INDICO, [μηνύω, κατηγορέω, ἐκφαίνω, ἐκφέρω, ἀποφαίνω, γνωρίζω] āre. proprie est Ostendere, patefacere. Ter. And. 1. 1. 105.
— ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Ibid. 5. 3. 7.
Vide num ejus color pudoris signum usquam indicat?
Exitus rei hoc indicabit. Cic. 3. de Legib. 25.
Epularum solennium fides ac tibiæ, Saliorumque versus indicant. Cic. 3. de Orat. 195.
Verba aperte indicant. Cic. Bruto 5.
Mores indicat vultus. Cic. 1. de Legib. 27.
Clarius indicare. Hor. 4. Carm. 8. 19.
Consilium suum temerarium indicare. Cic. 10. Fam. 21.
Posteris nostris orationes utriusque indicabunt, quod &c. Cic. de Clar. Orat. 324.
Signis indicare quid velis. Ovid. 15. Met. 668.
Quod in primis te celatum volebam, indicabo. Cic. 3. Q. frat. 5.
Indicare in vulgus nefas est. Cic. de Univers. 4.
Res ipsa indicat, Id vel ex re ipsa apertissimum est. Ter. Adel. 3. 2. 40. Idem Eun. 4. 4. 37.
Credis huic quod dicat? PY. quid isti credam? res ipsa indicat.
Indicare iter ruinis recentibus pontis amnis dicitur. Liv. 8. 24.
Indicare. Exponere. Plin. lib. 12. cap. 15. Prius Arabiæ divitias indicare conveniret.
Indicare, Accusare. Donatus, Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit. Ter. Eun. 5. 7. 13.
An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Cic. 3. Tusc. 52. Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret.
Indicare se & induere Cic. pro Muren. 51. Atque ille ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit.
De aliqua re indicare. Cic. pro Flacc. 92. Sallust. Catil. c. 48. Is quum diceret se indicaturum de conjuratione. De L. Tarquinio.
Rem omnem dominæ suæ indicavit puer. Cic. pro Cluent. 180.
Hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore indicaret. Cic. 3. in Catil. 8.
Malitiam suam indicare. Cic. 9. Fam. 7.
Se alicui indicare. Cic. de Clar. Orat. 112. Et 1. de Fin. 50.
Conjurationem indicare. Cic. 1. de Divin.
Indicasse reum (inquit Ulp. in l. Indicasse. D. de verb. signific.) est Detulisse, arguisse, accusasse, convicisse. Indicasse in germano sensu minus est quam Deferre. Ita in conjuratione Catilinariorum Fulvia index fuit. Sed interdum plenius quid sonat, ut non Deferre tantum & denuntiare sed Damnare significet. Quod ita capiendum putamus, cum de præmio constituendo indicanti quæritur, quod demum consequitur qui eam dat operam ut non denuntiet, arguet, accuset solum, sed etiam damnet. V. Ulp. supra. Ita usurpat Plaut. Asin. 5. 2. 87. ubi Senex ab uxore deprehensus in lupanari & condemnatus rapitur domum tanquam ad supplicium.
Male cubandum est, indicatum me uxor adducit domum. Al. Judicatum. Pollet. Hist. For. Rom. 4. 11.
Indicare [τιμᾶσθαι] Æstimare, Pretium rei venalis statuere. Est autem venditoris, sicut Liceri emptoris. Plaut. Pers. 4. 4. 37.
Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Ibid. 4. 4. 109. Tanti indica. Idem Aul. 2. 5. 3. Apul. lib. 1. Met. p. 113. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aspernatus, centum viginti denarios præstinavi. Cic. 3. Off. 62. Q. quidem Scævola filius, quum postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur.

INDICATUS, a, um. Partic. [μηνυθείς] Patefactus, ostensus, accusatus.
Pro eo, quod barbare Appretiatus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 1. Indicatus smaragdus sex aureis denariis.

INDICATIO, ōnis. f. [τίμησις] Æstimatio ac probatio alicujus rei, sive Appretiatio quam vocant. Plaut. Pers. 4. 4. 30.
Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Plin. lib. 22. cap. 24.
Indicatio, pro Affirmatione. Ulp. in l. Julianus. §. 1. in fine. D. de act. empt. & vend. Quoniam qui scit, præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.

INDICATOR, ōris. m. ut, Indicator naturæ Anaxagoras. Solin. cap. 53. [Nisi forte Indagator scripsit.

INDICATURA, æ. f. Plin. in præf. Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura.
Indicatura, Pretium, taxatio. Plin. 37. 2. Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura.
Indicatura dolorum. Plin. lib. 29. cap. 1. Ne avaritiam quidem arguam, capacesque nundinas pendentibus fatis, & dolorum indicaturam, ac mortis arram, aut arcana præcepta. De medicis.

INDICABILIS, e. Adj. Indicans. Cæl. Aurel. Acut. 2. 3. Signum facere indicabile lethargi.

INDICATIVUS, a, um. Adj. sic, Modum indicativum Grammatici vocant, Quo præsens actus indicatur. V. Mart Capell. 3. & Isidor. 1. 8.

INDEX, icis. c. [μηνυτής] Is vel ea, qui, vel quæ, aliquid indicat vel accusat. Asconius scribit Indicem esse Qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita. in Divinat. 34. Cic. pro Cluent. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio, index Avilius ex altera parte coram tenetur. Plaut. Merc. prol. 17.
Per me percontatus sum, sineque indice aliquo Sed alii aliter legunt locum corruptissimum. Plin. lib. 10. Epist. 97. Alii ab indice nominati, se esse Christianos dixerunt, & mox negaverunt.
Falsus index. Cujus falsum est indicium & accusatio. Sallust. Catil. cap. 50. De Tarquinio.
Accedere aliquem indici. V. ACCEDO.
Mittere indices ad rei confirmationem. Justin. 32. 2. 9.
Prolato indice. Justin. 39. 2. 8.
Torquere indices. Justin. 32. 2. 2.
Sine duce, sine indice pervenire ad aliquid. Cic. 3. Verr. 105. Utrum admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce ullo, siue indice pervenerit ad hanc improbitatem, nescio.
Index pro Indicio & nota, ut Index & vestigium alicujus rei. Cic. 7. Verr. Cujus rei neque index neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset ulla.
Animi index. Plin. lib. 8. cap. 16. Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures.
Animi imago vultus est, indices oculi. Cic. in Orat. 60.
Libertatis index tabella. Cic. 2. de Lege Agr. 4.
Morborum index, fere est arteriarum pulsus. Plin. lib. 11. cap. 37. h. e. Signa morborum ex pulsibus cognoscuntur.
Orationis indicem vocem habemus. Cic. 1. Off. 133.
Pectoris læsi index color & macies. Ovid. 9. Met. 535.
Voluntatum erga me vestrarum index vox. Cic. 2. de Lege Agr. 4.
Indicis Herculis fanum nominatum Athenis. Cic. 1. de Divin. 54.
Index etiam Lapidis nomen, in quem transformatus fingitur Battus. Ovid. 2. Met. 706.
— perjuraque pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index. Sunt qui Coticulam putant.
Index, Primus a pollice digitus, quod ad indicandum eo utimur potissimum Hor. 2. Serm. 8. 26. — qui siquid forte lateret,
Indice monstraret digito.
Librorum index [πίναξ, συλλαβος] pro iis quas Tabulas vulgo vocamus. Cic. 4. Att. 4. Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos, &c. iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci (ut opinor) συλλάβους appellatis.
Index vocatur etiam Titulus, seu inscriptio libri. Gell. in Præf. quæ al. lib. 20. cap. 12. Neque item non sunt, qui indices libris suis fecerunt, aut Epistolarum, &c.
Librorum indicibus decipi. Cic. 2. de Orat. 61.
Index, Imaginis vel statuæ est inscriptio, compendio indicans quod maxime sciri interest. Tibull 4. 1. 30.
Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat. V. Figrel. de Stat. Rom. cap. 27.

INDICULUS, i. m. dimin. Ennod. 5. Epist. 24. Indiculo comprehensa cognatio.

INDICULUM, i. n. Idem. Gregor. Turonens. 8. 28. Indiculum est repertum.

INDICĪNA, æ. f. Idem ac Indicium. Apul. lib. 7. extr. Ob indicinæ præmium. Gloss. Vet. Indicina, μήνυτρον.
INDĪCIUM, i. n. [μήνυσις, μήνυμα] Detectio alicujus criminis, sive accusatio. Cic. pro Cluent. 186. Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferas?
Indicium, Signum, argumentum.
Animi indicium. Cic. Post. red. in Senat. 7.
Benevolentiæ tuæ insigne erga me indicium. Cic. 7. Fam. 6.
Conjurationis indicium. Cic. 2. de Divin. 46.
Doloris præsentis indicium. Cic. Octav. Alias Judicium.
Exitii communis indicia afferre. Cic. pro Domo 134.
Mali indicium. Ovid. ad Liv. 142.
Naturæ clariora indicia. Cic. 5. de Fin. 48.
Nominis ad indicia, & sempiternum generis sui dedecus, aliquid constituere. Cic. in Pison. 92.
Parricidiorum indicia & scelerum notæ. Cic. pro Sulla 76.
Sceleris argumenta & indicia. Cic. 3. in Catil. 13.
Scelerum indicia ostendere, & periculorum signa patefacere. Cic. de Arusp. Resp. 24.
Ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternæ turpitudinis. Cic. pro Domo. 112. De P. Clodii monumento in area domus Tullianæ posito.
Veneni indicia & vestigia omnia in illius mortuæ corpore fuerunt. Cic. pro Cluent. 30.
Defixum ad memoriam omnium gentium sempiternam indicium. Cic. pro Domo 103.
Ex indicio nihil periculi. Ter. Heaut. 3. 1. 5.
— celem tam insperatum gaudium,
Quum illi nihil periculi ex indicio siet?
Indicio esse. Ter. Heaut. 2. 4. 4.
Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Cic. pro Domo 110. Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus, &c.
Indicio de se esse. Ter. in prol. Adel. 4.
Indicio de se ipse erit, vos eritis judices,
Laudine an vitio duci factum oporteat. Ubi Donatus, Indicio erit, pro Index erit.
Per indicium enuntiata res. i. e. Per indicem. Cæs. 1. Bell. Gall. 5. Ea res, ut est Helvetiis per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt.
Dare, Committere, Indicem constituere. Cic. 1. Verr. 34. Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum una fecerit, concedo, si in lege permittitur. Quod Profiteri Asconius eo loco dixit. Budæus.
Deferre. ut, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestam deferunt. Cic. de Clar. Orat. 176. V. DEFERO.
Edere indicium. V. EDO, dis.
Facere indicium, Signum dare, vel Per signum ostendere. Ter. Adel. 4. 4. 8. Idem Hec. 4. 1. 31.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
Profiteri indicium, Ultro sese, consortesque criminis deferre. Martianus in Pandectis, ad legem Corneliam de Sicariis l. 1. Quive quum magistratus esset, publicove judicio præesset, operam dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur. Budæus. conf. Græv. ad Cic. 2. Att. 24. p. 281.
Servatus tristi indicio. Stat. 3. Theb. 404.
Indicium, pro Eo quod tibi datur ut indices. Ulp. in l. Idem. §. Si tibi. D. de cond. ob turp cau. Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices. Et paulo post, Sed si ipse fur indicium a me accepit, &c.
Accipere indicii partem. Cic. pro Rosc Amer. 107. Si eum qui indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare, Judices, qui indicarit? Conf. INDICINA.
INDĪCO, xi, ctum, [καταγγέλλω, ἐπαγγέλλομαι, καταμηνύω] ĕre. Denuntiare aliquid: ut, Indicere bellum. Auctor de Viris Illustr. cap. 4. Tullus Hostilius, quia bonam operam adversum Sabinos navaverat, rex creatus, bellum Albanis indixit. Cic. 1. Off. 36. Ex quo intelligi potest nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit, & indictum.
Belli indicendi formulam pete ex Liv. 1. cap. 32.
Bellum indicere populis. Ovid. 6. Met. 92. Cic. 2. Catil. 6.
Bellum indicere voluptatibus, per translationem dictum: h. e. Pugnare adversus voluptates. Cic. de Senect. 45. Quod siquem etiam ista delectant (ne omnino bellum indixisse videar voluptati, cujus est etiam fortasse quidam naturalis modus) non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis carere sensu senectutem.
Bellum indicere ventri. Hor. 1. Serm. 5. 8.
Bellum sibi indicere, Sibi ipsi noxium esse, vel sibi ipsi noxiam inferre. Cic. 5. de Fin. 29. Velut qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari, dies noctes torqueri vellent.
Choros tibia indixit. Virg. 11. Æn. 737.
Cœnam indicere, Jubere sibi cœnam apparari. Martial. lib. 11. 50.
Indixit cœnam dives amica tibi. Suet. Neron. cap. 27. Indicebat & familiaribus cœnas. h. e. Denuntiabat se apud ipsos cœnaturum.
Concilium indicere, Concilii diem dicere & proponere. Liv. 1. 50. Principibus longe ab domo excitis, ipsum qui concilium indixerit, non adesse. Cæs. 6. Bell. Gall. 43. Concilio Galliæ primo vere, ut instituerat, indicto, &c.
Diem indicere pugnæ. Liv. 10. 27.
Ferias indicere. Liv. 3. 5. extr. His avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem deûm exposcentium virorum mulierumque turba implebantur.
Forum indicere. Virg. 5. Æn. 758.
Funus indicere, Vocare homines per præconem ad funus. Suet. Cæs. 84. Funere indicto rogus extructus est.
Funus indicere Reipub. Cic pro Domo 42. Video enim quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure agere potuisse: qui etiam de me ipso, quum tua rogatione funere elatam Rempub. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant: quod de me cive ac de Repub bene merito tulisses, funestum funus te indixisse Reipublicæ: quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant. Ubi figurate significatur, Exsilium Ciceronis funestum & exitiale fuisse Reipub.
Honores indicere, Sacrificium. Virg. 3. Æn. 264.
Honorem indicit templis. Virg. 1. Æn. 636.
Jejunia indicere. Hor. 2. Serm. 3. 291.
Inimicitias indicere. Cic. de Provinc. Conf. 24. Etenim si iis, qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi atque intuli.
Inimicitiæ indictæ: quibus Tacitæ opponuntur. Cic. 7. Verr. 181. Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ & apertæ.
Justitium indicere. Cic. 5. Philipp. 31. Liv. 10. 21. pr. His nuntiis Senatus conterritus, justitium indici, delectum omnis generis hominum haberi jussit. i. e. Primam juris cessationem, inquit Budæus.
Leges indicere. Propert. lib. 4. 9. 55.
Legem innocentiæ sibi indicere. Cic. 5. Verr. 1. Legem enim sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.
Lux indicitur. Ovid. 1. Fast. 659.
Ter, quater evolvi signantes tempora fastos:
Nec sementina est ulla reperta dies:
Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit
Musa, &c. Sic 2. Fast. 528.
Curio legitimis tunc fornacalia verbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.
Mercatus indicitur. Cic. 4. Verr. 33. Tanto mercatu Prætoris indicto, concurritur undique ad istum Syracusas.
Mortem indicere. Tacit. 15. Ann. 61. Ergo regredi, & indicere mortem jubetur.
Multam indicere. Plin lib. 18. cap 3. Cautum quippe est, ne bovem prius quam ovem nominaret, qui indiceret multam.
Nuptias indicere. Quintil. lib. 7. cap. 4. p. 629. Huic parti subjungit Virginius causas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium.
Odium indicere pecuniæ. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 17.
Spectaculum indicere. Liv. 1. 9. Indici deinde finitimis spectaculum jubet.
Supplicationem indicere. Cæs. 7. Bell Gall. 90. Hujus anni rebus cognitis, Romæ dierum viginti supplicatio indicitur.
Tributum indicere populo. Liv. 4. 60. Postremo indicto jam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset.
Indicere nonnunquam idem est ac Inducere, inferre: v. g. Suet. Calig. cap. 26. Nonnunquam horreis præclusis populo famem indixit. V. Burm. ad Quintil. Decl. 13. 5. p. 277.
INDICENS, Adj. Non dicens. Liv. 22. 39. Etiam me indicente. V. omnino Gronov.
INDICENDUS, a, um. Adj. Gloss. Cyril. ἄλεκτος.
INDICTUS, a, um. Adj. [ἐπαγγελθείς] Quod est solenniter promulgatum.
Dapes indictæ. Ovid. 4. Fast. 354.
Odium argento indictum. Sen. Epist. 5.
Opes. Ovid. 6. Fast. 594.
Si vir es indictas exige dotis opes. Heins. I, dictas. q. V.
Indictus, Adj. Non dictus. Ter. Phorm. 5. 7. 57.
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cape, cedo:
Quod dictum, indictum est: quod modo ratum erat, irritum est.
Liv. 5. Virg. 7. Æn. 733.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis. Nomen est ex participio factum per compositionem: neque enim dicimus Indico duntaxat, in hac significatione.
Indictum ore alio. Hor. 3. Carm. 25. 8.
Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio.
Causa indicta damnari dicuntur, Qui caussam non dixerunt, neque se defenderunt, absentesque sententiam passi sunt. Budæus. Cic. 1. de Leg. 42. Ut Dictator quem vellet civium indicta causa impune posset occidere. Idem 2. Verr. 39. Indicta causa damnati & ejecti. Liv. lib. 3. 56. Quod si indicta causa in vincula ducatur.
Causa indicta animadvertere in aliquem. Cic. 5. Fam. 2.
Indicta causa civem condemnari. Cic. pro Rabir. 12.
INDICTIO, ōnis. f. Genus pensitationis, ut inquit Asconius Pedian. in 4. Verr. 5. Omne genus, inquit, pensitationis in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. De hoc titulus est De indictionibus lib. 10. C. V. CANON. Plin. Paneg. cap. 29. Nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Lactant. de Mort. Persec. cap. 7. Ut enormitate indictionum consumptis viribus colonorum desererentur agri. V. Buleng de Vectig. cap. 18.
Indictio est item Computi genus, & significat Spatium quindecim annorum qui in se revolvuntur. Græci ἐπινεμήσεις vocant. V. Jos. Scalig. 5. de Emend. Temp. p. 470. Petav. de Doctr. Temp. 11. 39. 40. & Rationar. p. 2. 1. 7. vel Lex. Pitisc.
INDICTIONĀLIS, e. Adj. Ad indictionem pertinens. Ammian. 17. 3. Indictionale augmentum oblatum sibi humi projecit.
INDICTĪTIUS, a, um. Adj. Cassiod. Var. Epist. 5. 14. Indictitia onera.
INDICTĪVUS, a, um. Adj. [ἐπάγγελτος] Quod indictum est: ut, Funus indictivum, Ad quod per præconem evocabantur, ut ait Festus.
INDĪCĪBĬLIS, e. Adj. Difficile dictu. Sarisb. Epist. 291. Referre longum est & indicibile nobis.
INDICTOAUDIENS, entis. Adj. Immorigerus. Vet. Interp. Iren. 4. 80.
INDICUS, V INDIA.
INDĪDEM, [ἐνθένδε] Adv. de loco, compositum ab Inde & Idem; Ex eadem parte, sive Ex eodem loco. Cic. pro Rosc. Amer. 74. Si per alios fecisse dicis, quæro servosne an liberos? quos homines? Indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Idem 1. de Divin. 131.
Indidemque eadem, quæ oriuntur, de integro, atque eodem occidunt. Ex Pacuvio. conf. Liv. 27. 12. Gell. 6. 10. Nep. 15. 5. 2. & Apul. lib. 6. p. 180.
INDIFFĔRENS, entis. Adj. [ἀδιάφορος] Res media. Cic. 3. de Fin. 53. Itaque id definimus, quod sit indifferens cum æstimatione mediocri. quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Sen. Epist. 83. Indifferentia voco, nec bona, nec mala: ut paupertatem, &c. Idem 82.

Indifferens homo, Qui non discernit, neque est difficilis aut morosus in re aliqua. Suet. Jul. Cæs. cap. 53. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum, pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse. V. ibi Casaub.
Indifferens dolor apud Stoicos. Gell. lib. 12. cap. 15.
Syllaba indifferens est apud Grammaticos, Quæ vel produci potest vel corripi. Quæ & Anceps dicitur.

INDIFFERENTIA, æ. f. [ἀδιαφορία] Similitudo, affinitas, convenientia. Gell. lib. 13. cap. 3. Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia. Ibid. cap. 21.

INDIFFERENTER, Adv. [ἀδιαφόρως] Indiscriminatim. Paulus in l. Ne quis. D. de custod. reor. Si quos ex iis qui in civitatibus sunt, celeriter & sine causa solutos a magistratibus cognoveris: vinciri jubebis, & iis qui solverint, multam dices. Nam quum scierint sibi quoque molestiæ futurum magistratum, si facile solverint vinctos: non indifferenter de cetero facient. conf. Quintil. 9. 2. & 11. 3. pr.
Indifferenter ferre, pro Susque deque. Suet. Domit. cap. 23. Occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit.

INDIFFĬCĬLIS, e. Adj. pro Valde difficilis. Scævola in l. Gallus. §. Ille casus. D. de lib. & post. Ille casus indifficilis est, si filium habeas, & nepotem nondum natum institutas, isque nascatur vivo patre suo, ac mox pater decedat. Budæus. Exemplaria correctoria legunt, Ille casus in difficili est. V. Erythræi Ind. Virg. in Infractus.

INDIFFICULTER, Adv. Claud. Mamert. de Stat. An. 1. 21. Aquas indifficulter haurire.

INDĬGĔNA, æ. c. vel potius o. g. [αὐτόχθων, ἐγχώριος, ἐπιχώριος] dicitur Qui non aliunde in aliquam patriam venit, sed ibi natus est, quasi Inde genitus. V. ADVENA. Liv. 21. 30. Ne majores quidem eorum indigenas, sed advenas Italiæ cultores, &c. Ovid. 2. Met. 840.

> Quæque tuam matrem tellus a parte sinistra
> Suspicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt) Hanc pete.

Deus indigena. Ovid. 6. Met. 330.
Fauni indigenæ. Virg. 8. Æn. 314.

> Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant.

Ubi Turnebus, Etsi hoc, inquit, de diis illorum locorum dicitur, quum tamen eos Indigenas dicat, ad eorum sententiam respexit, qui autochthones, id est aborigenes & terrigenas se censebant, ut Athenienses, Argivi, Arcades, Thessali. Censorinus hoc confirmat de D. N. c. 4. Denique, inquit, etiam vulgo creditum est, ut plerique genealogiæ auctores sunt, quarundam gentium, quæ ex adventitia stirpe non sunt, principes terrigenas esse, ut in Attica & Arcadia, Thessaliaque, eosque αὐτόχθονας vocitari, ut in Italia poeta cecinit Nymphas indigenasque Faunos nemora quædam tenuisse, non difficile rudis antiquorum credulitas recepit. Turnebus.
Populi indigenæ, Latii. Lucan. lib. 2. 432.
Potio indigena, i. e. Non exotica. Flor. 2. 18. 12.
Vinum indigena. Plin. lib. 14. cap. 6. extr. Dixisse hospiti de indigena vino. Sic indigenas, Advectis opponit Tacit. Vit. Agric. 11. pr. conf. Sidon. Epist. 8. 12.

INDIGĔNUS, a, um. Adj. Vernaculus. Apul. pr. 1. Met. p. 15. Elm. 102. Quiritium indigenum sermonem. [Al. Indigenam. An forte Indigenûm pro Indigenarum posuit?

INDIGENITĀLIS, e. Adj. [αὐτοχθόνιος] Verbum obsoletum. Cic. 3. de Orat. 152. Vel sæpe sine conjunctione verba novantur, ut, Ille sensus disertus indigenitalis, ut, Baccarum ubertate incurvescere. Alii aliter legunt. V. Verburg.

INDĬGEO, ui, [ἀπορέω, δέομαι, προσδέομαι, σπανίζω] ēre. ex In & Egeo compositum, D interposito euphoniæ causa: idem quod Egeo significat, & nunc genitivo, nunc ablativo jungitur.
Genitivo. Plaut. Cistel. 1. 1. 33.

> Suique omnium rerum nos indigere.

Maxime indigere. V. MAGIS.
Ablativo. Valer. Max. lib. 7. 2. ext. 9. Malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem.
Adjumento aliquo indigere ad. Cic. 5. de Fin. 59. Animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus. sensibus enim ornavit ad res percipiendas idoneis, ut nihil, aut non multum adjumento ullo ad suam confirmationem indigeret.
Alicujus indigere. Ter. And. 5. 3. 19. Cic. de Amicit. 30. Quid enim erat Africanus indigens mei?
Artis. ut, Non tam artis, quam laboris indigent vocis, & spiritus, & totius corporis, & ipsius linguæ motus & exercitationes. Cic. 1. de Orat. 156.
Auxilii tui indiget. Plaut. Rud. 3. 2. 28.

> Duæ innocentes, hic sunt, tui indigentes auxilii.

Celeritatis indiget. Cic. 6. Philipp. 7. Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. h. e. Celeritate opus habet.
Cohortatione te puto non indigere. Cic. 12. Fam. 11.
Consilii tui indigeo. Cic. 12. Att. 34.
Consolatione aliorum indigere. Cic. 4. Fam 5.
Defensionis. Cic. pro Rosc. Amer. 34. Quid est in hac causa, quod defensionis indigeat?
Exercitationis indiget. Cic 3. de Fin. 41.
Existimatione bona indiget mea adolescentia. Cic. pro Rosc. Com. 44.
Ingenii majoris ad consolandum, & ad ferendum singularis virtutis indigent communes miseriæ. Cic. 6. Fam. 4.
Sermonis tui sum indigens. Plaut. Rud. 4. 3. 6.
Singularis virtutis ad ferendum, miseriæ indigent. Cic. 6. Fam. 4.
Usus indiget horum. Virg. 2. Ecl. 71.
Indigeo addiscere. Gell. lib. 4. cap. 1. Sed hoc plane indigeo addiscere.
Ne quid ex his indigeat. Vitruv. 1. 1.

INDIGĒTUR, [ἀπορεῖται] imperf. dixit Plin. lib. 10. cap. 27. Nunquam conspectis, nisi quum præsidio earum indigetur.

INDĬGENS, Partic. [ἐνδεής] ut, Benigne facere indigentibus. Cic. 2. Off. 52.
Ferre opem indigentibus. Cic. 2. de Fin. 118. V. supra.

INDIGENTIA, æ. f. [ἀπορία] Egestas, penuria, & carentia. Cic. de Amicit. 29. Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita.

INDĬGUS, a, um. Adj. [ἄπορος] Qui indiget re aliqua. Plin. lib. 8. 40. Stipendiorum indiga.
Indigus ensis. Sil. lib. 2. 155.

> Agmina vastabat clava, nihil indigus ensis.

Indigus opis. Virg. 2. Georg. 428.

> — haud opis indiga nostræ. Lucret. lib. 1. 61.
> Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri.

i. e. Nostri indigens.

INDIGUUS, a, um. Idem. Apul. 9. Met. p. 222. Eximie fatigatus, & refectione virium vehementer indiguus.

INDĬGES, ĕtis. [ἥρως δαίμων] Deus ex homine factus. Quo nomine dictus est Æneas, quum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset, inquit Festus. Virg. 12. Æn. 794.

> Indigetem Æneam scis ipsa, &c.

Alii Indigetes dicunt esse Deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Liv. 8. 9. in form. devotion. Divi Novensiles, dii indigetes, divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, &c. Virg. 1. Georg. 498.

> Dii patrii indigetes.

Ubi Servius, Patrii dii, inquit, sunt qui præsunt singulis civitatibus: ut Minerva Athenis, Juno Carthagini. Indigetes autem, proprie sunt Dii ex hominibus facti, quasi In diis agentes. Abusive autem omnes dii generaliter possunt dici Indigetes, tanquam Nullius rei egentes. Hactenus ille. V. Macrob. lib. 1. de Somn. Scip. cap. 9. Gell. 2. 16. Voss. de Idol. 1. 12. Salmas. in Exerc. ad Solin. part. 1. p. 71. Brœkh. ad Tibul. 2. 5. 45. vel Lex. Pitisc.
Indigem liberûm. Cic. 2. de Orat. 193. ex Poeta. Al. Indigum.

INDĪGESTUS, a, um. Adj. [ἀδιάτακτος] Digesto & ordinato contrarium. Plin. lib. 13. cap. 15. Materia surda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta. h. e. Lignum nullis venis distinctum & variegatum.
Moles. Ovid. 1. Met. 7. Rudis indigestaque moles.
Indigestum est & crudum quod egeritur. Macrob. 7. Saturn. cap. 7. de menstruis mulierum loquens. Indigestum, i. e. Non concoctum.

INDIGESTE, Adv. [ἀδιατάκτως] Inordinate & incomposite. Gell. in Præf. Al. lib. 20. cap. 11. Quas breviter, & indigeste, & incondite, annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus. Macrob. Saturn. præf. Indigeste tanquam in acervum congerere digna memoratu.

INDIGERIES, ei. f. Chrysol. Serm. 121.

INDIGESTIO, ōnis. f. Vitium læsæ concoctionis. Theodor. Med. cap. 6. Dulcia inflationem præstant, & indigestionem procurant. conf. Cæl. Aurel. Tard. 1. 1. 17. & 41.

INDIGESTĪBĬLIS, e. Adj. Theodor. Diæt. cap. 12. Oct. Hor. 1. 9.

INDIGESTIBILĬTAS, ātis. f. Constant. Afer. 5. 8.

INDĬGĬTO, [ὀνομάζω] āre. quasi Indicitare, & veluti Digito ostendere: ab Indico, vel a Digitis deductum. Et significat Voco, nomino, & quasi per nomen ostendo. Perott. E contrario Voss. de Vit. L. L. 1. 34. q. V. Pro Indicare habet Tertul. de Jejun. cap. 16. Cum stupet cælum & aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. V. Ol. Borrich. Cog. p. 129.
Proprie vero est Invocare, imprecari, ut apud Fest. Macrob. Saturn. 1. cap. 17. Namque virgines Vestales ita Apollinem indigitant, Apollo medice, Apollo pæan. Idem, Nam ita ab incolis indigitantur. conf. Voss. Lex. Etym. & Guther. Jur. Pontif. 1. 20.

INDĬGĬTĀMENTA, ōrum. Libri pontificales, qui & nomina deorum, & rationes ipsorum nominum continent. V. Serv. ad 1. Georg. 21. Varr. apud Non. 12. 56. & Voss. Lex. Etym. vel de Vit. Serm. 1. 34. Festus, Indigitamenta, incantamenta, vel indicia.

INDIGNOR, [ἀγανακτέω, δυσχεραίνω, δυσχολαίνω] āri. Irasci. Cic. 2. de Invent. 56. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. Ovid. 9. Met. 336.

> Venerat huc Dryope fatorum nescia: quoque
> Indignere magis, Nymphis latura coronas.

Indignamur si quis nostrum interiit. Cic. 4. Fam. 5.
Indignari de tabulis. Cic. pro Rosc. Com. 5. Quidam legunt Indagare.
Indignor, cum accus. Quintil. lib. 1. cap. 3. Quidam imperia indignantur: quosdam continet metus.
Pontem indignatus Araxes. Virg. 8. Æn. extr.
Preces indignari. Stat. 2. Silv. 1. 16.
Indignor, cum infinitivo. Lucan. lib. 8. 614.

> — atque indignatus apertum,
> Fortunæ præbere caput.

De dat. Sciopp. Infamia Fam. p. 150. Insolentius dicitur, Indignari alicui, cum sit usitatius, Indignari ambitionem, dictum aut factum alicujus. Attamen Ulpian. l. 2. §. 3. D. ad Leg. Jul. de Adult. dixit Contaminationi indignari.

INDIGNANS, Partic. [ἀγανακτῶν]
Corda indignantia longam pacem. Stat. 3. Theb. 599.
Fortuna indignans. Stat. 2. Silv. 2. 126.
Freta indignantia. Ovid. 11. Met. 491.
Ore indignanti frena receperat. Ovid. 3. Fast. 455.
Venti indignantes. Virg. 1. Æn. 59.
Verba indignantia. Ovid. 6. Met. 584.
Superl. Columel. lib. 8. cap. 17. Quum sit mollissimum genus, & servitutis indignantissimum. de Mulis. i. e. Impatientissimum.

INDIGNĀTUS, a, um. [ἠγανακτηκώς] aliud Partic. ut Procellæ indignatæ. Stat. 3. Silv 2. 71.
Æquor indignatum magnis stridoribus. Virg. 2. Georg. 162.
Pater indignatus. Virg. 7. Æn. 770.
Venus indignata. Idem 12. 787.
Vita indignata. Idem 12. ult.

INDIGNĀTIO, ōnis. f. [ἀγανάκτησις] Ira. Juven. 1. Sat. 79.

> Si natura negat, facit indignatio versum.

Plin. lib. 7. cap. 44. Nescio morum gloriæ, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam Catinii audaciam semper fuisse inultam.
Liberrima indignatio. Hor. Epod. 4. 10.
Adducere ad indignationem. V. ADDUCO.
Convertere in se indignationem alicujus. Plin. lib. 9. cap. 30. Convertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.
Erumpit indignatio. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Erumpens animo ac pectore indignatio. Paterc. lib. 2. 66.

Movere

Movere indignationem. V. MOVEO.
Indignatio Rhetoricum schema. Cic. 1. de Invent. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur.

INDIGNATIUNCULA, æ. f. dimin. Plin. 6. Epist. 17. pr. Indignatiunculam, quam in cujusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare quo minus apud te per epistolam effundam. H. St. Defuit in Lugd.

INDIGNĀBUNDUS, a, um. [δυσχεραίνων] Indignans. Liv. 38. 57. extr. Quum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum, adjecisset &c. Suet. Ang. cap. 40. in fine. Indignabundus & clamitans. Sic & in Calig. cap. 35. in fine eadem verba. Ber. in illum Augusti locum exp. Vehementer indignans. Hæc enim nomina, inquit, quæ in *bundus* desinunt, exsuperantiam quandam, vehementiamque potius quam similitudinem significare. Videtur hic Beroaldus magis fide dignus, quam in Ludibundus & aliis. H. St. quædam in fine hujus scholii cultro resecta fuerunt.

INDIGNANTER, Adv. Arnob. lib. 3. Mussitare indignanter. Ammian. 15. 1. Indignanter ferre.

INDIGNATIVUS, a, um. Adj. Tertul. de Anima, cap. 16.

INDIGNUS, a, um. Adj. [ἀνάξιος, ἀτίμητος] Non dignus. Hor. 2. Serm. 2. 103.
Cur eget indignus quisquam te divite?
Exanimat indignos & immerentes. Lucret. lib. 2. 616.
Percutit indignos claro plangore lacertos. Ovid. 4. Met. 138.
Compar. Cic. 1. de Fin. 70. Tamen ejusmodi esse judico, ut nihil homine videatur indignius.
Superl. Indignissimus, Omnium maxime indignus. Liv. 4. 57. extr. Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum tædium fecerant.
Pro indignissimo habere. Idem 1. 40.
Indignissimus tanto nato. Stat. 11. Theb. 304.
Indignus qui hoc committas. Ter. Eun. 5. 2. 27.
— non te dignum, Chærea,
Fecisti; nam si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
Amore indigno deceptus. Virg. 8. Ecl. 18.
Calamitates hominum indignorum sublevare. Cic. 5. Tusc. 45.
Dubitatio indigna homine. Cic. de Amicit. Ter. Adel. 3. 3. 54.
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro?
Facinus indignum. Ter. And. 1. 1. 118.
Venit Chremes postridie ad me clamitans
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. h. e. Abhorrendum, & quod minime fieri debuit.
Indignum illi facis: h. e. Quod ipse non commeruit. Plaut. Most. 2. 2. 28.
Cum genitivo conjunxit. Plaut. Pœn. 2. 9.
Iratus vetui exta proficarier:
Neque ea aspicere volui, quoniam non bona
Aruspex dixit, deûm esse indigna credidi. Al. Deam indignam. sic etiam Virg. 12. Æn. 649.
Descendam magnorum haud unquam indignus avorum.
Indignum se agere aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 39.
Ferre indigna. Sil. lib. 11. 240.
Indignum, Crudele, fœdum, impium, inquit Donatus. Ter. Eun. 5. 5. 4.
Quæ futura esse exempla dicunt in eum indigna. Virg. 2. Æn. 285.
— quæ causa indigna serenos
Fœdavit vultus?
Indignum, per parenthesin, loco interjectionis. Ovid. 5. Met. 37.
Isset, & (indignum) scelerato profuit ara.
Tmesis videtur in illo Ovid. 1. Met. 231.
In domino dignos everti tecta penates. i. e. Everti tecta, penates indignos domino. [Nisi potius In domino, pro Ob dominum. V. IN præpos. ad finem.
Forma indigna est perire situ. Ovid. 2. Amor. 14.
Hiemes indignæ. Virg. 2. Georg. 373.
Manibus indignis pulsata. Propert. lib. 1. 16. 6.
Modum in indignum. Liv. 29. 9. In legatum impetum, lictoribus prius indignum in modum multatis, faciunt.
Morte indigna peremptus. Virg. 6. Æn. 163.
Necem indignam pati. Ovid. 10. Met. 627.
Turres indignas dixit Ennius, pro Magnis.

INDIGNE, Adv. [ἀναξίως] Inhoneste atque impie. Plaut. Cist. 2. 3. 21.
Tute tibi indigne dotem quæras corpore. Cic. 5. Fam. 10. Indigneque, mi Cicero, oppidum captum, & jam bellum confectum relinquere sum coactus. Ter. Adel. 3. 2. 10.
Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. i. e. Impie & crudeliter, ut ait Donatus. Ibid. 1. 2. 11.
— eripuit mulierem
Quam amabat: clamant omnes indignissime
Factum esse hoc.
Eget nunc indigne, quondam felix. Cic. Anteq. iret in exil. 16.
Eripere indignissime universæ civitati aliquem. Cic. pro Cœl. 59.
Ferre indignius aliquid. Cic. 6. Verr. 83. Hic vero tantum dolore afficior, ut nihil mihi indignius ferendum videatur. Al. Tanto.
Fieri nihil posse indignius. Gell. 13. 8. extr. [Nisi hic Adj. est.
Necari indignissime. Cic. 7. Verr. 147.
Pati indigne aliquid, pro Moleste ferre. [ἀναξιοπαθεῖν H. St.] Cic. 7. Verr. 31. Huc Tertia illa perducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur, quum indigne pateretur uxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itemque Æschrionis honesto loco nata, in conventum suum mimi Isidori filiam venisse.
Rapi indignissime immatura morte. Plin. 6. Epist. 6.

INDIGNITER, Adv. PARCÆ VITÆ FINEM STATUERE INDIGNITER. V. Ferret. Mus. Lapid. p. 261.

INDIGNĪTAS, ātis. f. [ἀναξία] Indecentia. Factum aut dictum contra rei vel personæ meritum. Scalig. Exerc. 313. Liv. 2. 34. Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est? Cic. pro Muren. 51. Neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit.
Calamitatis indignitas. Cic. 7. Verr. Et 3. Verr. Indignitas injuriæ.
Calumniæ indignitas. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Exponere rei indignitatem. Cic. Anteq. iret in exil. 15.
Indignitatem ac molestiam adeundi atque conveniendi alicujus perferre. Cic. 6. Fam. 14.
Atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam facti alicujus augere. Cic. 2. de Invent. 53.
Indignitas etiam hominis, pro Dedecore vel abjectione dicitur. Cic. in Pison. 99. Fruar hac tua indignitate.
Indignitas, pro Infamia & obscuritate nominis. Cic. in Vatin. 11. Habeat hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Budæus.
Plur. Cæs. 2. Bell. Gall. 14. Omnes indignitates contumeliasque perferre.

INDIGUS, V. INDIGEO.

INDĪLĬGENS, entis. Adj. [ἀμελής] contrarium est Diligenti. Plaut. Most. 1. 2. 24.
Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligensque
Cum pigra familia. Idem Bacch. 2. 2. 23.
Vide quæso nequis tractet illam indiligens.
Nimium indiligens. V. post NIMIS.
Non indiligens paterfamilias. Nep. 25. 4. 3.
Indiligens hortus, Negligenter curatus. Plin. lib. 19. cap. 4. Sic statim faciebant judicium, nequam esse in domo matremfamilias (etenim hæc cura feminæ dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Al. Dicabatur.
Indiligens, cum genitivo. Gell. lib. 15. cap. 28. pr. Cornelius Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit.
Indiligentior. Plin. lib. 13. cap. 12. Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior. Cæs. 7. Bell. Gall. 71. Si indiligentiores fuerint.

INDILIGENTER, Adv. [ἀμελῶς] Negligenter. Ter. Phorm. 5. 3. 5.
— quia pol mei patris bene parta indiligenter Tutatur. Cic. 16. Att. 3. De Xenone coram cognoscam: quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. conf. Gell. 4. 12. & Cæs. 2. Bell. Gall. 33.

INDILIGENTIA, æ. f. [ἀμέλεια] Negligentia. Plaut. Pers. 4. 4. 9. Cic. 1. Q. frat. 2. Ac si omnium mearum præcepta litterarum repetes, intelliges esse nihil a me, nisi orationis acerbitatem & iracundiam, &, si forte, raro litterarum missarum indiligentiam reprehensam.
Per indiligentiam neglecta prædia. Plin. lib. 14. cap. 4.
Veri indiligentia. Tacit. 4. Hist. 49. Gaudio, clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri, & adulandi libidine. i. e. Quod forent indiligentes in perscrutanda veritate rei.
Damnatus indiligentiæ. V. DAMNO.

INDIPISCO, vel INDIPISCOR, ĕris. [κλάομαι, ἐπιτυγχάνω] pisci. dep. Assequi, adipisci, inquit Festus. Plaut. Asin. 2. 2. 13.
Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit,
Nunquam edepol quadrigis albis indipiscet postea. Idem Stich. 4. 1. 57.
Senex quidem voluit, si posset indipisci de cibo. Idem Aulul. apud Non. 2. 460.
Indipisci dolorem in cogitando. h. e. Cogitationibus nimiis in dolorem incidere. Plaut. Trin. 2. 1. 2.
Multas res simul in meo corde verso, multum in cogitando
Dolorem indipiscor, egomet me concoquo & macero & defatigo.
Indipisci pugnam, Pugnare, Inire prælium. Gell. lib. 1. cap. 12. extr. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibundos.
Indipisci animo, Memoria comprehendere. Gell. lib. 27. cap. 2. Scribitur & Indepiscor per e.

INDEPTUS, a, um. Partic. [κτησάμενος] Liv. 26. 39. Quum nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu. Lucret. lib. 3. 212.
Quod simul atque hominem leti secura quies est
Indepta, atque animi natura, animæque recessit, &c.
Idem pass. Plin. præf. ad Vespas. Cato repulsis, tanquam honoribus indeptis, gaudens. Imp. Theod. C. 12. t. 24. l. 14. Indeptæ dignitatis honore potiri.

INDEPTO, [προσκτάομαι] āre. frequent. Indeptare, Consequi. Fest. Varro, Nec partem aliquam indeptavit hæreditatis.

INDĪRECTUS, a, um. Adj. [ἀδιάτακτος] Incompositus & inornatus. Quintil. lib. 5. cap. 13. Indirecta fere, atque ut sic dicam, clamosa est actio.

INDISCĬPLĪNĀTUS, a, um. Adj. [ἀπαίδευτος] Cyprian. Ep. 4. Ed. Oxon. 62. Pamel. Augustin. Epist. ad Bonif. 50. Vulg. Int. Sap. 17. 1. Commodian. Instruct. 30.

INDISCIPLINATE, Commodian. Instruct. 76.

INDISCIPLINATIO, ōnis. f. Cassiod. Var. Epist. 7. 3. conf. Sarisb. 8. 8.

INDISCIPLINOSUS, a, um. Adj. Vulg. Int. Syrac. 23. 17. Indisciplinosæ loquelæ non assuescat os tuum. Al. Indisciplinatæ.

INDISCRĒTUS, a, um. Adj. [ἀδιάκριτος] ex In, & Discretus participio a Discerno, compositum: Discreto contrarium significat, h. e. Maxime conjunctum.
Agricultura indiscreta. Varro 3. de R. R. cap. 1.
Arma indiscreta maniplis. Sil. lib. 8. 578.
Cibus indiscretus. Plin. lib. 11. cap. 53.
Lux indiscreta. h. e. Nondum discreta, nec in partes distincta suas. Plin. lib. 7. cap. 60. Tunc Scipio Nasica collega Lænatis, primus aqua divisit horas æque noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicavit anno urbis DXCV. tamdiu Pop. Rom. indiscreta lux fuit.
Nominibus indiscretis uti. Cels. 4. 6. Quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. i. e. Promiscue.
Fines indiscreti. Apul. de Mundo. p. 60.
Effigies indiscretæ, Nihil discrepantes. Plin. lib. 7. cap. 1. Sic
Imagines indiscretæ similitudinis. Plin. lib. 35. cap. 10. Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit, ut, &c. h. e. Adeo nihil differentis.
Absolute, Idem lib. 9. cap. 35. In tantum, ut nulli duo reperiantur indiscreti, unde nomen unionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ.
Proles indiscreta suis, Consimilis. Virg. 10. Æn. 392.
Serpens indiscretus arenis, Concolor. Lucan. 9. 715.

Indiſcreta prope ſpecie ſimiles. Plin. lib. 7. cap. 12.
INDISCRETIM, Adv. Solin. cap. 30. Indiſcretim veſci.
INDISCRĪMĬNĀBĬLIS, e. Adj. Claud. Mamert. de Stat. Animæ, 2, 10.
INDISCRIMINĀTIM, [ἀδιακρίτως] Adv. ex In & Diſcrimen compoſitum, Indifferenter ſignificat, & ſine diſcrimine. Varro de L. L. lib. 18. Quibus nos in hoc libro, perinde ut nihil interſit, utemur indiſcriminatim, & promiſcue. ex Non. 2. 449.
INDĪSERTUS, a, um. Adj. [ἀφραδὴς] Diſerto contrarium. Cic. de Clar. Orat. 79. Et T. Annium Luſcum, hujus Q. Fulvii collegam, non indiſertum dicunt fuiſſe. Idem 3. de Fin. 15. Ut interpretes indiſerti ſolent. Idem 3. de Orat. 140. Malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.
INDISERTE, Adv. Sine eloquentia. Cic. 2. Q. frat. 1. Orationem meam collaudavit ſatis multis verbis, non mehercule indiſerte, Severus Antiſtius.
INDISPENSĀTUS, a, um. Adj. Sil. lib. 16. 342.
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu. i. e. Immoderato.
INDISPŌSĬTUS, a, um. Adj. Inordinatus. Tacit. 2. Hiſt. 68. 2.
INDISPOSITE, Adv. pro Inordinate. Sen. Epiſt. 125. Muta animalia perturbate & indiſpoſite moventur.
INDISSIMULABILIS. V. DISSIMULABILIS.
INDISSŎCĬĀBĬLIS, e. Adj. Lactant. De Opific. Dei, cap. 10. Indiſſociabilem prætenderent unitatem. conf. Ambroſ. Epiſt. 14. pr.
INDISSOCIABILĬTER, Adv. Auct. Breviarii fidei adverſ. Arian. Ed. Sirmond. p. 95. Mens indiſſociabiliter una.
INDISSŎLŪBĬLIS, e. Adj. [ἄλυτος] Quod diſſolvi, ſive rumpi non poteſt. Cic. de Univerſ. 35. Sed quoniam orti eſtis, immortales vos quidem eſſe, & indiſſolubiles non poteſtis. Plin. lib. 11. cap. 24. Araneus maculas ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat.
INDISSOLUBILĬTER, Adv. Claud. Mamert.
INDISSŎLŪTUS, a, um. Adj. [ἀδιάλυτος] Non diſſolutus, colligatus. Cic. de Univerſ. 5. Hæc ſunt indiſſoluta me invito: quanquam omne colligatum ſolvi poteſt.
INDISTANTER, Adv. Promiſcue, Indiſcriminatim. Ammian. 27. 9. Ex nutu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas.
INDISTINCTUS, a, um. Adj. [ἀδιάστακτος] Confuſus. Quintil. lib. 8. cap. 2. Neque inordinata, neque indiſtincta. Gell. lib. 13. cap. 29. Indiſtincta namque fient & confuſa. Idem 10. 20.
Corollis indiſtinctis plexi flores. Catul. 62. 283.
INDISTINCTE, Adv. [ἀδιαστάκτως] Gell. pr. Præfat. in N. A. quod olim fuit lib. 20. cap. ult. Indiſtincte atque promiſcue adnotabam. Ulp. l. 75. Dig. de Legat. & fideic. 3. Nummis indiſtincte legatis.
INDISTRICTUS, a, um. Adj. [ἀδιάσφικτος] Non diſtrictus. Ovid. 12. Met. 92. — tamen indiſtrictus abibo. i. e. Invulneratus, illæſus.
INDITUS, V. INDO.
INDIVIDŪUS, a, um. Adj. [ἄτομος] Quod dividi non poteſt. Cic. 4. Acad. 55. Cur enim, inquies, quum ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat, &c. Idem 1. de Fin. 17. Ille atomos, quas appellat, id eſt corpora individua.
Contubernium individuum domuſculæ. Apul. Met. 4. p. 154.
Mors individua. Sen. Troad. 5.
Dialectici Individuum vocant Quod de uno ſolo prædicari poteſt. V. Mart. Capel. 4. p. 98.
INDIVIDUĬTAS, Tertull. adverſ. Praxeam. Idem Dæmon. cap. 5.
INDIVĪSUS, a, um. Adj. [ἀδιαίρετος] Quod non eſt diviſum.
Indiviſæ ungulæ, Quæ fiſſæ non ſunt. Varro 2. de R. R. cap. 7. 2. Plin. lib. 11. cap. 45.
Honos indiviſus. Sil. lib. 8. 9.
INDIVISIBILIS, e. Adj. Materia indiviſibilis. Diomed. lib. 2. Tertul. de Anima, cap. 51.
INDIVISIBILITER, Adv. Tertul. ibid.
INDIVULSUS, a, um. Adj. Idem quod Individuus. ut, Comes indivulſus. Macrob. 1. Saturn. 11.
INDO, ĭdi, ĭtum, [ἐντίθημι] ĕre. ex In & Do compoſitum, quaſi Intus dare vel Imponere. Plaut. Caſin. 2. 3. 31.
— di me & te infelicitent,
Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. Idem Mil. 2. 5. 1.
Inde ignem in aram.
Catenas indere captivis. Plaut. Capt. 1. 2. 3. Idem Men. 1. 1. 3.
Homines captivos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis ſervis indunt compedes.
Cicatrices indere in ſcapulas alicujus. Plaut. Aſin. 3. 2. 7.
Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.
Feneſtras indere domui ventus dicitur, Quum tegulas diſturbavit, jocoſe. Plaut. Rud. 1. 1. 6.
Indere aliquid in aurum, argentum, aut æs publicum, quo id pejus fiat: i. e. Immittere, immiſcere. Ulpian. in l. 1. D. Ad legem Jul. pecul.
Limina ferrea indere. Plaut. Perſ. 4. 4. 22. Subaudi Ædibus.
Nomen alicui indere. Plaut. Rud. 4. 2. 29. Urbi Gripo indam nomen. Idem Merc. 3. 1. 19.
— quod nomen tibi dicam eſſe? P. Paſicompſæ.
L. Ex forma nomen inditum eſt. Liv. 29. 37. Inde Salinatori Livio inditum cognomen. Liv. 1. 34. Ab inopia Egerio inditum nomen. conf. Gell. 1. 23.
Novos ritus, contrarioſque ceteris mortalibus indidit. Tacit. 5. Hiſt. 4.
Titulos indere. Gell. in Præf. Al. lib. 20. cap. 11. Titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt.
INDĬTUS, a, um. Partic. [ἐντεθειμένος] Affectiones primitus penituſque inditæ. Gell. 12. 5. Caſtella rupibus indita. Tacit. 4. Ann. 46.
Lecticæ inditus. Tacit. 3. Ann. 28. Igitur inditus lecticæ, & a Tribuno Prætoriæ cohortis deductus eſt.
Nomen inditum. Curt. 4. 9. 16.
Venenum potioni inditum. Idem 10. 10. 7.
Vincla indita. Tacit. 11. Ann. 32. Vincliſque inditis in urbem raptus, neque data Senatus copia intra cubiculum auditur.
Urbs monti indita, i. e. Impoſita. Flor. 3. 1. 15.
INDOCTUS, a, um. Adj. [ἀπαίδευτος, ἀμαθὴς] Docto contrarium. Plaut. Trin. 3. 2. 5. Indoctus quam docte facis.
Non admodum indoctus. Cic. 1. de Fin. 72.
Nimium indoctus. V. NIMIS.
Indoctus, imperituſque. V. IMPERITUS.
Rabula, indoctus, inurbanus, ruſticus. Cic. de Clar. Orat. 180.
Genus hominum indoctum & agreſte, cui opponitur Humanum & politum. Cic. in Partit. 90.
Leviſſimum & indoctiſſimum genus. Cic. 2. de Divin. 229.
Manus indoctæ, ac ruſticæ. Quintil. lib. 1. cap. 11. Ut recta ſint brachia, ne indoctæ, ruſticæve manus.
Mores indocti. Plaut. Bacch. 5. 1. 3.
Solus ego omnes longe antedeo ſtultitia, & moribus indoctis.
Oratio rudis & indocta. Cic. 3. de Orat. 183.
Vulgus indoctum. Ovid. 5. Met. 308.
Cantaber indoctus juga ferre noſtra, i. e. Inſuetus. Hor. 2. Carm. 6. 2.
Pilæ indoctus. Idem de Arte Poet. 380.
Canere indoctum. Hor. 2. Epiſt. 2. 9. Adverbii forma.
INDOCTE, Adv. [ἀπαιδεύτως] Cic. 2. de Nat. Deor. 44. Quæ qui videat, non indocte ſolum, verum etiam impie faciat, ſi deos eſſe negat. Gell. 12. 5.
INDOCTOR, ōris. m. Plaut. Aſin. 3. 2. 6. Indoctores acerrimi. V. Taubm. p. 137. & Turneb. Adverſ. 24. 31.
INDŎCĬLIS, e. Adj. [ἀδίδακτος] Quod doceri non poteſt. Servius; Indocile eſt, Quod penitus non poteſt diſcere. Plin. lib. 10. cap. 45. E volucribus, hirundines ſunt indociles. Sic Cic. 4. Acad. 2.
Indocilis & Tardus. Cic. 1. de Nat. Deor. 12. Dictum eſt omnino de hac re alio loco diligentius: ſed quia nimis indociles quidam tardique ſunt, admonendi videntur ſæpius.
Achilles indocilis. V. ACHILLES.
Animi indociles. Ovid. 3. Faſt. 118.
Indocile, pro Indocto. Virg. 8. Æn. 321.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit.
Indocilis cæli agricola. Plin. lib. 18. cap. 25.
Indociles arbores, naſci. Plin. in proœm. lib. 14. Externæ arbores, indocileſque naſci alibi quam ubi cœpere.
Indocilis, pro Naturali, quod arte caret. Ovid. 3. Triſt. 12. 8.
Indocilique loquax gutture vernat avis. conf. ibid. lib. 4. 1. 6.
Indociles vias currit lympha i. e. Quas nemo illi monſtravit. Propert. 1. 2. 12.
Nec Cereri terra indocilis, nec inhoſpita Baccho. Sil. 1. 237.
Indocilis quietem. Idem 11. 11. Al. Quieti. V. Heinſ. & Drakenb.
Active poſuit Cic. 4. Acad. 2. Indocilem uſus diſciplinam. i. e. Quæ difficulter ac tarde docet. V. P. Faber. in loc.
INDOCĬBĬLIS, e. Adj. Idem. Vet. Int. Iren. 4. 28.
INDOCIBILĬTAS, ātis. f. Apul. lib. 2. de Dogm. Plat. pr. Prudentiam indocibilitas impugnat.
INDŎLEO, ui, [συναλγύνομαι] ēre. ſive INDOLESCO, ĕre. Cic. 2. Philipp. 61. Quis qui non indoluerit, tam fero ſe, quem hominem ſecutus eſſet, cognoſcere?
Indoluit facto. Ovid. 4. Met. 173.
Malis alicujus indoluiſſe. Ovid. 2. Triſt. 569.
Tactum indoleſcere. Juſtin. 12. 13. 9.
Indoleo, genitivo junctum. Ovid. 2. Met. 469.
— ſucceſſorumque Minervæ Indoluit. [Præterita omnia ab Indoleſco ſunt.
INDOLESCENDUS, a, um. Partic. Sidon. 2. Epiſt. 12.
INDOLENTIA, æ. f. [ἀναλγησία] Quum ſine dolore ſumus. Cic. 3. Off. 12. Ut ii, qui res expetendas, vel voluptate, vel indolentia metiuntur. Idem 2. de Fin. 19. Voluptatis nomine non unquam utitur pro illa indolentia. Sæpius tamen Vacuitatem doloris vocat Cic. quam Indolentiam. Budæus. Sen. Epiſt. 66. Dolore corpus caret, quid ad hanc accedere indolentiam poteſt? Lactant. 3. 8. Corporis bona, id eſt incolumitas, indolentia, valetudo.
INDŎLORIA, æ. Idem. Sidonius Apollin. In præf. Carm. 19. Lecturus es hic etiam novum verbum, id eſt eſſentiam. Sed ſcias hoc ipſum dixiſſe Ciceronem. Nam eſſentiam nec non & indoloriam nominavit, addens: licet enim novis rebus nova nomina imponere: & recte dixit, &c. Hæc Sidonius de Cicerone loquens, in cujus tamen libris Indolentiam non Indoloriam reperimus.
INDOLOR, ōris. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 2. 4. Quæ anodyna Græci vocaverunt, nos indoloria dicere poterimus. [Ut Incolor, a Color. Forte tamen Indolora ſcripſit, qua forma Inodorus dicitur. Verum tamen & a Color Colorus & Colorius ſeu Coloreus formarunt, ut Arboreus, Æquoreus &c. Sic forſan Indolorius a, um.
INDŎLES, is. f. [φυὴ, φύσις] ab Inoleſco fit per interpoſitionem D. In pueris quidem atque adoleſcentibus eſt Significatio quædam futuræ probitatis. Cic. 3. Fam. 1. Cæſaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Bona ſpes, & indoles magna in adoleſcentibus. Cic. 2. de Fin. 17.
Indoles induſtriæ. Plaut. Trin. 2. 2. 42.
Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.
Ingenii indoles. Plaut. Mil. 3. 3. 46.
Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus eſt, qui det, Novi indolem noſtri ingenii, cito erit parata navis.
Virtutis indoles. Cic. 3. Off. 16. Itaque his omnes, in quibus eſt virtutis indoles, commoventur.
Ad virtutem indoles major. Cic. in Orat. 41. Præterea ad virtutem major indoles.
Indoles, in viris eſt Signum præſentis virtutis. Cic. 5. Verr. 160. Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem.
Indoles, Incrementum, induſtria. Feſtus. V. Scalig.
Indoles, Præſtantia, ſeu Generoſitas quædam virtutis atque animi. Liv. 1. 3. Tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina, & regnum avitum paternumque puero ſtetit. Lucan. lib. 5. 17.
Indole ſi dignum Latia, &c.
Felix indoles. Sen. Troad. 6.
Læta indoles. Quintil. lib. 2. cap. 4. Melior autem eſt indoles læta.
Lætæ indolis adoleſcens. Gell. lib. 19. cap. 9. Adoleſcens e terra Aſia, de Equeſtri loco, lætæ indolis, moribuſque & fortunis bene ornatus.
Magnæ indolis exordia. Stat. 1. Achil. 277.
Recta indoles. Sen. Hippol. v. 454.
Quid te coërces, & necas rectam indolem?
Segnis indoles. Tacit. 12. Ann. 26. 3. V. Indoles in malum.

Specimen

Specimen indolis dare. Plin. 2. Epist. 7. Idem 3. Epist. 11. Idque primum nonnullius indolis dedi specimen.
Nutrita indoles sub faustis penetralibus. Hor. 4. Carm. 4. 25.
Indoles, in malum. Liv 21. 4. de Annibale, Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. h. e. Natura propensa ad bonum & malum.
Indolem frugum &c. semina servant. Liv. 38. 17. Sicut in frugibus, pecudibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, &c. conf. Gell. 12. 1.

INDŎMĬTUS, a, um. Adj. [ἀδμητος, ἀκαταμάχητος] Quod domari non potest, & mitescere. Plaut. Bacch. 4. 3. 1.
Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato.
Boves indomiti. Varro 2. de R. R. cap. 5.
Equus indomitus. Hor. 2. Serm. 2. 10.
Juvencus indomitus. Columel. lib. 6. cap. 2.
Achilles indomitus. V. ACHILLES.
Adolescens indomitus. Plaut. Trin. 3. 3. 22. conf. Men. 1. 2. 1.
Bellum indomitum. Sen. Agam. 7.
Cupiditates indomitæ & effrenatæ. Cic. 3. Verr. 62.
Greges indomiti. Tibul. lib. 2. 4. 57.
Igne indomito carpitur. Ovid. 10. Met. 369.
Ingenia Gallorum. Liv. 21. 20. extr. Adeo ferocia atque indomita ingenia esse.
Libido indomita & effrenata. Cic. pro Cluent. 15.
Licentia indomita. Hor. 3. Carm. 24. 28.
Mare indomitum. Tibul. lib. 2. 3. 49.
Oculi indomiti, Effrenati & leves. Plaut. Bacch. 4. 9. 92.
Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui.
Rabies indomita. Hor. Epod. 12. 9.
Vires indomitæ. Virg. 5. Æn. 681.
Undæ indomitæ. Hor. 4. Carm. 14. 20.
Indomitus, Magnus. Virg. 2. Æn. 594.
Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Servius.

INDŎMĀBĬLIS, e. Adj. Idem quod Indomitus. [ἀδάμαστος] Plaut. Casin. 4. 3. 12.
— edepol, næ tu, si esses equus, esses indomabilis. Prudent. de Vincent. Mart. 11. Testis indomabilis.

INDŌNĀTUS, a, um. Adj. Lamprid. Heliog. cap. 28. Nec quemquam facile indonatum relinquebat.

INDORMIO, īvi, ītum, [ἐγκοιμᾶσθαι, ἐπικοιμᾶσθαι] īre. Idem quod Dormire, significat Præ nimio studio & cura in re aliqua: aut e contrario, Negligentius aliquid agere, quasi quis dormiat quum illud agit. Cubilibus unctis indormit. Hor. Epod. 5. 69.
Congestis undique saccis indormis. Hor. 1. Serm. 1. 70.
Indormire desidiæ. Plin. 1. Epist. 2. ad Arrianum.
Indormire, pro Cessare & tardum esse. Cic. 2. Q. frat. 14. Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, &c.
Indormire causæ, Remissius & segnius tractare negotium. Cic. 2. Philipp. 30. Edormi crapulam, inquam, & exhala: an faces admovendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

INDORMIS, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἀκοίμητος, insomnis, indormis.

INDŌTĀTUS, a, um. Adj. [ἄπροικος] Dotato contrarium. Ter. Adel. 3. 2. 47. Primum indotata est. Idem Phorm. 5. 8. 45.
— vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini.
Soror indotata. Hor 1. Epist. 17. 26.
Corpora indotata, i. e. Nullis sepulturæ honoribus affecta. Ovid. 7. Met. 609.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos.
Indotatam artem dote verborum locupletare & ornare. Cic. 1. de Orat. 234. Cujus artem quum & indotatam esse atque incomitatam & incomtam videres, verborum candore locupletasti & ornasti.

INDU & ENDO, Præpositiones antiquæ, quæ valent In: ut Induperator, Indupeditus, Indu statu, Indu mari, apud Lucret. pro Imperator, Impeditus, In statu, In mari. Et testamentum Endo procinctu, & Endoitium, pro In procinctu, & Initium, de quibus lege Festum. Sic & Lucilius apud Cic. 3. de Orat. 171.
Quam lepide lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes
Indu pavimento, atque emblemate vermiculato. Sic enim legendus ac scribendus secundus versus, ut monuerunt Lambinus & Ursinus, non ut vulgo, Arte pavimento, &c.

INDŬBĬTO, āvi, [ἐνδοιάζω] āre. Stat. 3. Silv. 5. 110.
— sed ingratus, qui plura adnecto, tuisque
Moribus indubito.
Viribus indubitare. Virgilius. H. St. Extat 8. Æn. v. 404.
— absiste precando
Viribus indubitare tuis.

INDUBITĀTUS, a, um. Adj. [ἀνενδοίαστος, ἀναμφισβήτητος] Certus: & de quo dubitari non potest. Quintil. lib. 9. cap. 4. In iis vero quæ indubitata sunt, brevior.
Cubilia indubitata. Stat. 2. Achil. 73.
Indubitata spes. Plin. lib. 31. cap. 3.
Compar. Ulpian. l. unic. D. Ne quid in flum. publ. &c. Semper certior est naturalis fluminum cursus æstate, quam hieme, nec ad instantem æstatem, sed ad priorem hoc interdictum refertur: quia illius æstatis fluxus indubitatior est.

INDUBITATE, Adv. Ulpian. in l. quod si nolit. §. si ancilla. D. de Ædil. edict. Sed si forte usus fructus proprietati accrevit, indubitate hoc quoque restituitur ei. Paterc. 2. 60. 3. Indubitate corrupti commentarii. Superl. Indubitatissime. Oros. 7. extr.

INDŬBĬTĀTO, aliud Adv. Tertul. adversf. Marc. 1. 9.

INDUBITANTER, aliud Adv. [ἀνενδοιάστως] Certo. Plin. lib. 18. cap. 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. al. Indubitata. Ulpian. in l. 2. §. si consulto. D. de bonor. possess. secund. tabul. Si consulto sit inductum nomen hæredis: indubitanter probatur bonorum possessionem expetere eum non posse. Idem in l. quia autem. §. non simpliciter. D. si quis omissa causa testamenti, &c. Certe si vacantia bona quis possederit, & quadriennium præterierit: indubitanter conveniri poterit ex hac parte edicti. conf. Augustin. de Vera Rel. cap. 46. & Salvian. Gub. Dei, lib. 2.

INDUBITĀBĬLIS, e. Adj. [ἀναμφίλογος, ἀναμφίβολος, ἀναντίρρητος] Quintil. lib. 4. cap. 1. In genere causæ indubitabili, &c. Idem Decl. 9. extr.
Signum indubitabile. Stat. 11. Theb 64. conf. Arnob. lib. 7.

INDUBITABILITER, Arnob. lib. 5. Cunctis indubitabiliter notum est.

INDŬBIUS, a, um. Adj. Tacit. 14. Ann. 45. 1. Plurimorum indubia innocentia. Quintil. lib. 5. 13. Exempla indubia.

INDŪCIÆ, ārum. f. [σπονδή, ἀνακωχή, ἐκεχειρία] Cessatio belli in aliquot dies. Gell. lib. 1. cap. 25. Inducias sic dictas arbitratur, quasi tu dicas Inde uti jam. i. e. Quod post eas ita sit licitum bellare, uti jam priusquam indictæ forent. Quod etymon si verum est, per T scribendum est indutiæ. Quod probat Grot. de Jure Belli lib. 3. cap. 21. n. 2. Alii tamen per c scribunt, censentque sic dictas, quod sint inter duces indictæ belli feriæ. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos Musarum inscripsit, teste Gell. l. c. Indutiæ, inquit, dicuntur, quum hostes inter sese utrimque utroque alter ad alterum impune & sine pugna ineunt. Inde ab Eo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi Initus, atque introitus. Al. ab In & Otium D interposito. V. Martinii Lex. Prudentius in Laurentio producit, inquit Despaut.
Induciarum paululum. H. St. Subaudi Antepenultimam. Jambus est dimeter.
Induciæ litium. Plaut. Amph. 1. 1. 233. Ter. Eun. 1. 1. 15.
In amore hæc omnia insunt vitia, injuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum. Hæc eadem citantur a Cicerone lib. 4. Tusc. 76. [Hic videtur produci, quum ponatur in fine versus. H. St.
Agitare inducias. Sallust. Jugurth. cap. 28. Deditionis mora induciæ agitabantur.
Exire inducias, est Inducias finiri atque terminari. Liv. 1. 42. pr. Jam enim induciæ exierant. Idem lib. 4. 58. pr. Tempus induciarum cum Veienti populo exierat.
Facere inducias. Cic. 15. Att. 13. Inducias quas scribis, non intelligo fieri posse.
Impetrare. Liv. 4. 30. pr. Inducias annorum octo impetraverunt.
Inire inducias. Plin. in Paneg. c. 11. extr. Ac ne inducias quidem nisi æquis conditionibus inibant.
Manent induciæ. V. MANEO.
Pactæ induciæ. Cic. 1. Off. 33. Ut ille qui quum centum XXX dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Liv. lib. 1. 30. Valuitque apud Veientes pacta cum Romulo induciarum fides. V. Pactus in PACISCOR.
Pangere inducias. V. PANGO.
Translate eleganter apud Sedul. Oper. Pasch. 5. 7. Cum Divina clementia patienti longanimitate mitissimam judicii suspendit ultionem, nulla nos ex istis induciis spes impunitatis obtundat. V. Gronov. Observ. Eccl. Script. cap. 22. conf. Lex. Pitisc.

INDŪCO, xi, ctum, [ἐπάγω, εἰσάγω, ἐπιφέρω, ἐνάγω] ĕre. Introducere. Plaut. Truc. 2. 6. 68.
Quis homo est qui inducit pompam tantam? Auctor de Viris Illust. c. 34. Aquam Anienem in urbem induxit. Plaut. Mil. 2. 2. 78.
Dum in regionem astutiarum mearum te induco.
Cohortes primi agminis inductæ in prælium. Liv. 34 28.
Equites inducere in pugnam. Liv. 30. 18. pr. conf. Plaut. Amph. 1. 1. 88.
Exercitum inducere in hostes. Liv. 33. 36. extr. Id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Boios prius, an Insubres Consul exercitum induxerit: adversamque prospera pugna obliteraverit, an &c.
Exercitum inducere in agrum hostilem. Liv. 8. 19.
Legiones inducere in aciem. V. ACIES.
Messorem inducere arvis. Virg. 1. Georg. 316.
Munus inducere, &c. i. e. Ornare, metaphora sumpta a parietibus, qui nova inductione exornantur. [At quis auctor?
Oves & armenta inducere in rura. Varro 1. de R. R. cap. 2.
Parietes inducere, pro Incrustatione ornare. Sen. Epist. 115. Miramur parietes tenui marmore inductos, quum sciamus quale sit quod absconditur. conf. Vitruv. 7. 3, & ad fin. Inducere, Reponere.
Scuta pellibus inducere, pro Operire & munire. Cæs. 2. Bell. Gall. 33. Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant.
In amorem inducere aliquem. Catul. 28. 8.
In captiones inducere se. Cic. 2. de Divin. 41. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? Sed rectius legitur Induitis, in novissime editis. V. INDUO.
In errorem. Cic. de Clar. Orat. 292. Ita laudasti quosdam oratores, ut imperitos posses in errorem inducere. Idem in Pison. 59. Cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem induceremini?
In iter. Quintil. in procem. lib. 8. Iidem primo solum iter credant esse in quod inducentur.
In memoriam rei alicujus. Plaut Pers. 4. 4. 91.
— non vides nolle eloqui,
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducas?
In rationem pecuniam aliquam. Cic. 3. Verr. 106. Tutores, pecuniam Prætori si pupillæ nomine dedissent, grandem præsertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant.
In regnum. Plin. 2. Epist. 7. Regem vi & armis induxit in regnum.
In spem. Cic. 2. Off. 53. Quæ te, malum, inquit, ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares, quos pecunia corrupisses?
Spes inducta rapinæ. Ovid. de Nuce 39. Al. Indulta.
In viam. Varro 3. de R. R. cap. 2. Sed oro te, inquit, me induce in viam disciplinæ pastionis, &c.
Inducere aliquid, Introducere. Cic. 2. de Divin. 109. Qua ergo ratione hæc inducis, eadem illa possunt esse quæ tollis.
Ambitionem inducere in curiam, Invehere & adducere. Cic. 11. Philipp. 9.

Morem. Plin. 2. Epist. 14. Primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinius. Al. Lartius.

Mores novos induxit Erinnys. Stat. 2. Theb. 20.

Nomen inducere fictæ religionis. Cic. 1. Fam. 4. Hæc tamen opinio est Populi Rom a tuis invidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis: non tam ut, &c.

Seditionem in civitatem, Inferre & concitare. Cic. 1. Off. 85. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam.

Inducere aliquem loquentem, agentemve, quod & Introducere dicitur. Cic. 3. Off. 38. Hinc ille Gyges inducitur a Platone.

Calceum alicui inducere. Plin. lib. 2 cap. 7. Sibi calceum præpostere inductum. Suet. August. cap. 92. pr. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur: ut dirum. subaudi Observabat. V. Pitisc. [ Haud absurde suspicetur quis apud Plin Indutum & apud Suet. Indueretur legendum. V. INDUO.

Colorem inducere alicui picturæ, quod barbari Dare colorem dicunt. Plin. lib. 35. cap. 10. Huic picturæ quater colorem induxit, subsidio injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet.

Exordium inducere. Cic. de Univers. 23. Sic animus a medio profectus extremitatem cæli a suprema regione rotundo ambitu circumjecit, seseque ipse versans, divinæ, sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium.

Formam aliquam inducere membris. Ovid. 7. Met. 642.

Nitorem inducere cuti, Adferre. Plin. lib. 24. cap. 8. Humor in folliculis arboris hujus nascens, cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præstat. De ulmo.

Noctem crepuscula inducunt. Ovid. 5. Fast. 163.

Nubes inducere terris. Ovid. 2. Met. 307.

Rugas senectus inducit. Tibul. lib. 2. 2. 20.

Tenebras inducere terris. Ovid. 2. Met. 395.

Inducere, Adducere, persuadere, illicere, impellere. Cic. 2. Philipp. 79. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus. Idem pro Rosc. Com. 46. Quem ego ut mentiatur, inducere possum: ut pejeret exorare facile potero. [ Priori loco est Decipere.

Induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriæ præponeret, idcircone, &c. Cic. pro Rabir. 33.

Inducebar orationibus tuis. Cic. 2. de Legib. 2.

Adolescentulus corruptus, & ab nequam hominibus inductus. Cic. pro Rosc. Amer. 39.

Inducere aliquem promissis, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 76. Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem.

Induci. Tibul. lib. 1. 6. 1.

Semper, ut inducar, blandos offers mihi vultus. V. Broekh.

Inducere animum ut, vel Inducere animum ne, sive ut ne, vel quo minus; & aliquando cum infinitivo, i. e. Sibi persuadere. Plaut. Mil. 4. 6. 54.

Induxi animum ne oderim item, ut alias, quando hoc orasti. Idem Cistel. 3. 3.

Quanquam invita te carebo, animum ego inducam tamen,
Ut illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam. Plin. lib. 9. Ep. 13. Non sustinui animum inducere, quo minus illi eodem die facturum me indicarem. Al. Inducere in animum. Ter. And. 5. 1. 15.

Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere. Idem Hec. 1. 2. 24.

— quod ego nunquam credidi
Fore ut hac ille viva posset animum inducere
Uxorem habere. Idem And 3. 3. 40.
— si istuc animum induxti esse utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Idem in prol. Heaut. 41.

Mea causa, causam hanc justam esse animum inducite. Cic. 1. in Catil. 22. Utinam tibi istam mentem dii immortales donarent, etsi video, si mea voce ire in exilium animum induxeris. Idem 5. Tusc. 30. Inducant animum, illa quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem divitias, honores, opes contemnerere. Hor. 1. Serm. 3. 2. [ Vide paulo post Inducere in animum. H. St.

Inducere animum ad meretricem, Amorem inclinare. Ter. Hec. 4. 4. 67.

Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum.

Inducere in animum, Sibi persuadere. Ter. Adel. 4. 3. 6.

Ah! minime, nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum. Plaut. Rud. prol. 22.

Atque hoc in animum scelesti inducunt suum,
Jovem se placare posse, donis, hostiis.

Inducere ad misericordiam. Cic. de Clar. Orat. 88.

Inducere, Obliterare, abrogare, ut quum senatusconsulta inconsultius facta, contrariis Senatusconsultis antiquabantur. Cic. 1. Att. 20. Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. Idem 1. Att. 17. Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio postulaverunt. Idem 13. Att. 14. extr. Igitur consideremus: etsi nomina jam facta sunt. sed vel induci, vel mutari possunt. Et alibi, Multa inquit & deleta & inducta & subscripta inerant. Est igitur Inducere proprie, Ducto per ceras stilo tegere & interlinere, & memoriam scriptorum obliterare. Inducere sententiam aut decretum, vulgo, Ad nihilum ponere, dicimus. Ex Budæo. [ Posterior locus est Suet. in Ner. cap. 52. ubi rectius Superscripta legitur.

Inducetur vobis ager magno pretio: h. e. Magno vobis constabit & æstimabitur. Cic. pro Lege Agr. 2. 70. Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. i e. Plebi Romanæ acquiretur, ait Lauredanus. Ibid. 98. Ut iidem partim invidiosos agros a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes, a vestris necessariis, a vobismetipsis emptos, quanti velletis, Pop. Rom. induceretis. [ Subaudi In rationem, quod alias Cic. expressit. V. supra.

Inducere novercam filiæ. Plin. Epist. 119. Nam femina splendide nata, nupta Prætorio viro, exheredata a Prætorio viro, intra undecim dies, quam ille novercam ei, amore captus induxerat, quadruplici judicio bona paterna repetebat.

Inducere aliquem, Decipere. Labeo in l. si de dote. D. de jure dotium, Quid enim si socer specie futuræ dotis induxerit generum: & quum sciret se præstare dotem non posse, id egerit, ut genero insidiaretur.

Inducere aliquem, pro Decipere, quod etiam Seducere dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. 117. Novem homines honestissimos, ejusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios, induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude, & perfidia fefellit. Idem 3. Off. 55. Quid est enim aliud quam viam erranti non monstrare (quod Athenis execrationibus sancitum est) si hoc non est, emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere?

Inducuntur homines specie terrenorum, ac præsentium bonorum. Lactant. de Justitia lib. 5. cap. 21. (Al. 22.) Videtur esse pro Decipiuntur. Verum Inducuntur specie, i. e. Alliciuntur specie. H. St.

Inductum solum, pro Æquato. Plin. lib. 2. cap. 80. Budæus.

Inducere rotam, Circumvolvere & agitare: qui ludus, puerorum erat. Martial. lib. 14. 173.

Inducenda rota est: das nobis utile munus.

Inductum, & quasi devium loqui. Plin. lib. 5. Epist. 101.

Inducere, fructum dicuntur arbores, Emittere & producere. Columel. lib. 5. cap. 9. Plerumque etiam locis siccis & humidis arbores musco infestantur: quem nisi ferramento rescueris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. i.e. Producet. [An Induet? V. in INDUO. Fructu indui, &c.

Inducere, Reponere. Cic. 3. Verr. 145. Atqui in illis columnis dico esse, quæ a tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & novum inductum. h. e. Trulla illitum & impositum. conf. Pallad. 1. 15. & Parietes inducere supra.

INDUCTUS, a, um. Partic. Cic. 3. Att. 15. Ego proditus, inductus, conjectus in fraudem.

Tædæ inductæ sulphure, i. e. Illitæ. Ovid. 7. Epist. 23.

Argumentis inductus, Persuasus. Plin. lib. 7. cap. 43.

Conjectura inductus. Plin. lib. 28. cap. 1.

Consuetudine inductus ac familiaritate. Cic. pro Quint. 12.

His initiis inducti, omnia vera diligimus. Cic. 2. de Fin.

Pecunia inductum aliquid facere. Cic. 2. de Invent.

Spe falsa inductus pollicebar. Cic. pro Planc. 101.

Inductus, pro Ascititio, vel longe arcessito. Plin. 4. Epist. 3. extr. Neque enim conjectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc infitito & inducto tam præclara opera perfeceris. Idem 3. Epist. 18. Possint videri arcessita & inducta.

Inductus, Deletus, cancellatus. Ulpian. in l. 1. D. de his quæ in testam. delent. Quæ in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta & inducta, nihilominus valent: consulto, non valent. Id vero quod non jussu domini scriptum, inductum, deletumve est, pro nihilo est. V. supra.

INDUCTIO, ōnis. f. [ἐπαγωγὴ] pro Derivatione, Cic. 2. de Nat. Deor. 52. Nos aquarum inductionibus, terris fecunditatem damus.

Velorum inductiones. Vitruv. præf. lib. 10.

Pro Introductione ponitur. Cic. 3. de Orat. 205. Personarum ficta inductio. Inductio erroris. Ibid.

Inductio animi, Persuasio. Cic. 2. Tusc. Idem 1. Q. frat. 1. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate.

Inductio animi, pro Benevolentia. Cic. 1. Fam. 9.

Inductio, pro Litura. Ulpian. in l. 1. §. & ideo. D. de his quæ in test. del. Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.

Inductio, Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem similium cogimus aliquem aliquid fateri, veluti manu in id, quod volumus, eum ducentes. e. g. Quod est pomum generosissimum? nonne quod optimum? concedetur. Qui equus generosissimus? nonne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id subjungitur, cujus rei gratia rogatum est, Qui homo, nonne is generosissimus qui optimus? Fateri hoc, illis concessis, proculdubio oportebit. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Inductio, inquit Cic. 1. de Invent. 51. est Oratio quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus quicum instituta est. Idem in Topic. 42. Hæc ex pluribus perveniens quo vult, appellatur inductio, quæ Græce ἐπαγωγὴ nominatur. Al. παραγωγή. Idem 3. de Orat. 203.

INDUCTUS, ûs. m. [ἐπαγωγὴ] Auctor ad Herenn. lib. 2. 17. Si maxime ita sit, num ea re concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit. Cic. pro Varen. apud Quintil. lib. 5. cap. 10. Optio vobis datur utrum velitis casu illo itinere Varenum usum esse, an hujus persuasu & inductu.

INDUCTOR, ōris. m. Gloss. Vet. Inductor ἀπατηλής.

INDUCTRIX, īcis. f. Deceptrix. Apul. Flor. extr. Prædæ, quam ore gestabat, inductricem compotivit.

INDUCTŌRIUM, i. n. Quod induci potest. Plin. Val. 1. 3. Facere inductorium. [ i. e. Malagma.

INDUCTĬBĬLIS, e. Adj. Quod induci potest. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37.

INDUCTĬTIUS, a, um. Adj. Idem. Cyrill. Gloss. Inductitius, ἐπείσακτος.

INDUCTĪVE, Adv. Persuasive. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5.

INDŬGRĔDI, [εἰσέρχεσθαι] Antiqui dicebant metri causa pro Ingredi: sicut Induperator; Indupeditus, pro Impeditus. Lucret. lib. 1. 83.

— viamque
Indugredi sceleris. Sic. 4. 318. & 367. V. INDU, pro in Præp.

INDULCITAS, ātis. f. Antiquum. Cæcil. Syracus. Tanta huic invasit in corda indulcitas. Nonius 2. 215. al. In cor Davi dulcitas. V. Mercer.

INDULCO, āre. [γλυκαίνειν] Tertul. advers. Jud. cap. 13. & Vulg. Int. Sirac. 12. 15.

INDULCATUS, a, um. Partic. Optatus Afer. l. 6. Oct. Hor. 1. 10. & Vulg. Int. Sirac. 38. 5.

INDULGEO, si, sum & tum, [ἐνδίδωμι, συγχωρέω, χαρίζομαι, ἐφίημι, ἐπιτρέπω] ēre. Obsequi, inservire, & facile concedere. Valla, Indulgere est concedere, & ut sic dicam, obsequenter delicateque tribuere. De derivatione vocis V. omnino Casaub. ad Pers. Sat. Ter. Heaut. 4. 8. 21. Nimium illi, Menedeme, indulges. Ibid. 5. 2. 34.

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio
Quæ propior esset, te indulgebant, tibi dabant. [ Puto distinguendum, Propior esset te, indulgebant tibi, dabant. Vereor, ut Latine dicatur Indulgere aliquem, tametsi dissentit Donat. ad Eun. 2. 1. 16.

Sæpissime

Sæpissime male distinguit magistellorum ille Coryphæus. V. Voss. de Constr. cap. 24. & infra Indulgere cum Accus.

Indulgere, Donare, concedere, permittere. Plin. Epist. 10. 75. Indulsit balneum fieri. h. e. Facile concessit ut balneum fieret.

Indulgere, pro Ignoscere barbari utuntur: sed rectissime Ignoscimus culpam jam factam: Indulgemus vel concedimus ut culpa admittatur. Indulge sane vanæ rei: ignosce: libenter se orbitas decipit. Quintil. Decl. 10.

Indulgere filio vestitu nimio. Ter. Adel. 1. 1. 38.

Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges? nimium ineptus es.

Indulgere præcipue alicui. Cæs. 1. Bell. Gall. 40. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipue, & propter virtutem confidebat maxime.

Indulgere alicui in re aliqua. Cels. lib. 3. cap. 6. Necesse est tamen, quanto facilius sani famem quam sitim sustinent, tanto magis ægris in potione quam in cibo indulgere.

Indulgere alicui aliquid, i. e. Concedere, largiri. Stat. Epith. Stellæ 179.

— juvenique curule
Indulgebit ebur.

Indulgere sceleri veniam. Sulp. Sever. Dial. 2. 4. Sic Rudem indulgere. Suet. Claud. 21. pro Rude donare & Ornamenta Consularia indulgere. Idem 24. V. plura infra.

Indulgere cum dativo, est etiam Operam dare: & fere in malum accipitur, ut Indulgere lusibus, nugis, ludo, & frivolis intentum esse.

Abdomini indulgere. V. ABDOMEN.

Amicitiis novis indulgere, Parare novos amicos. Cic. de Amicit. 54. Atque hoc idem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperni ab his veteres amicitias, & indulgere novis.

Amori indulgere. Ovid. 9. Met. 595.

Animo suo indulgens. i. e. Obsequens. Ovid. 12. Met. 598. Idem 7. Met. 568.

Indulgent animis, & nulla quid utile cura est. h. e. Faciunt quicquid ipsis libet.

Auribus indulgere Cic. se exponens dicit, Aurium voluptati morigerari. Vide to. 1. in Orat. p. 264. Lamb. in marg. infimo, Sic ergo iræ indulgere erit Iræ morigerari. H. St. Prior locus est in Orat. 157. alter 159.

Choreis indulgere pro Chorizare, & choreis exerceri. Virg. 9. Æn. 615.

Desiderio alicujus indulgere. Plin. Epist. 10. 34. pr.

Dolori indulgere. Plin. lib. 5. Epist. 9. extr. Sed quid ego indulgeo dolori? i. e. Doleo, & me affligo. Seneca, Non potes illorum dolori obstare, si tuo indulseris. Budæus.

Eloquentiæ indulgere. Quintil. lib. 10. cap. 1. Minus indulsere eloquentiæ Stoici veteres.

Furori alicujus indulgere, i. e. Obsequi ardentissimo ejus amori. Ovid. 9. Met. 511.

Gaudio indulgere, Obtemperare. Plin. 5. Epist. 15. In infinitum epistolam extendam, si gaudio meo indulgeam.

Gymnasiis indulgere, Frequentem & assiduum esse. Plin. 10. Epist. 49. [Immo h. l. est Ædificare gymnasia impensius.

Hospitio indulgere. Virg. 4. Æn. 51.

Indulge hospitio, causasque innecte morandi. i. e. Da operam, ut ait Servius.

Imbribus tempestas indulget. Lucret. lib. 1. 805.

Iræ indulgere. Liv. 23. 3. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. V. paulo ante H. St.

Juri nostro libentius indulgebit judex. Quintil. lib. 7. cap. 6.

Lacrymis indulsit. Ovid. 9. Met. 142.

Luctibus indulgere. Lucret. lib. 3. 947.

Luxuriæ indulgere, Dare operam voluptatibus. Suet. de Clar. Gramm. 23. Luxuriæ ita indulsit, ut sæpius in die lavaretur.

Offensæ vel utilitati suæ indulgere. Quintil. lib. 11. cap. 1.

Peccatis amici indulgere. Cic. de Amicit. 91. Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiæ: sed obsequium multo molestius est, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.

Precibus alterius indulgere, Concedere quod petit. Plin. 4. Epist. 15. ad Fundanum.

Studio suo aliquid indulgere. Quintil. lib. 3. cap. 10.

Suffragio alicujus indulgere. Plin. 4. Epist. 15. extr. Si denique precibus meis tu potissimus adjutor accesseris, cujus Senatus & suffragio libentissime indulgeat, & testimonio plurimum credat.

Valetudini indulgere, Habere rationem valetudinis. Cic. 16. Fam. 18. Indulge valetudini tuæ.

Indulgere, cum accusativo, Antique. Ter. Heaut. 2. 1. 16. Ejiciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo. Donat. al. Mi: [Quod sequor. V. quæ supra annotavi. In subjectis exemplis alius modi constructio est. Aliter enim dicitur Indulgere se alicui, aliter Se, pro Sibi.

Petitionem hæreditatis indulget Prætor. Ulpian. in l. 1. §. ult. D. si pars hæreditatis, Interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget.

Abolitionem reorum publice indulgere. Modest. in l. Titius. D. ad Senatusconsultum Turpilianum, Modestinus rescripsit, abolitionem reorum, quæ publice indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.

Indulsit se videndam tibi. Stat. 4. Silv. 6. 36. i. e. Concessit.

Nomen oratoris malis moribus indulgere. Quintil. lib. 2. cap. 17. Atque ita quidem, ut appareat hæc adversus eos quoque frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent.

Indulgere sese, De meretricibus, quum sese permittunt, & utendas offerunt amatoribus. Juvenal. 2. Sat. 165.

— ardenti sese indulsisse tribuno. Budæus.

INDULGEOR, pass. Gell. in Præf. pr. Al. lib. 20. cap. ult. Ipse autem ad hoc scripsi, ut liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuisset.

INDULGENS, entis. Partic. Qui indulget. Plin. lib. 17. cap. 10. Nutricem indulgentiorem esse quam matrem sæpe convenit. Cic. 10. Att. 6. Vellem suscepisses juvenem regendum, pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. Animo indulgens. Sallust. Fragm. 6. 42.

Lucan. lib. 7. 54. — segnis pavidusque vocatur,
Ac nimium patiens soceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno. i. e. Nimium intentus & incumbens. Budæus.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Hor. 2. Carm. 2. 13.

Indulgens in aliquem. Liv. 22. 61. pr. Præter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis. Cic. 3. Off. 112. Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & severus in filium.

Compar. V. Plin. supra. Cic. pro Cluent. 12. Ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum. Suet. Vesp. cap. 21. Nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur.

Superl. Plin. Epist. Trajano 11. Rogo ergo, indulgentissime Imperator, ut &c.

Indulgentissimus, frequens titulus Imperatorum. V. Gruter. Inscript. p. 253. n. 8. &c. conf. Nazar. Paneg. Constant. cap. 26.

Passive apud Quintil. Decl. 10. Fili indulgentissime, vidi te, nec semel vidi. V. Vallam lib. 1. cap. 30.

INDULTUS, a, um. Partic. Sidon. 4. Epist. 24. Indultis tantisper induciis.

INDULTŪRUS, a, um. Partic. Ulp. in l. 1. §. de his autem. D. de separat. Qui separationem indulturus est.

INDULGENTER, Adv. [φιλοστόργως] Licentiose, & nimium libere, Comiter & blande, vel molliter. Cic. 9. Att. 11. Illud me præclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar. Idem 2. de Fin. 109. Quid si etiam bestiæ multa faciunt duce sua quæque natura, partim indulgenter vel cum labore, ut in gignendo, in educando, &c.

Indulgenter aliquem habere. Liv. 36. 14. Philippus Athamanûm præcipue captivis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem.

Compar. Sen. Benef. 4. 32. Dii alios indulgentius tractant. Val. Max. 1. 7. ext. 3. Longe indulgentius dii in poeta Simonide. Subaudi Egerunt.

Superl. Solin. cap. 14. Voluptati aurium indulgentissime deditus.

INDULGENTIA, æ. f. [φιλοστοργία] Mollis permissio & educatio. Quintil. lib. 1. cap. 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit. Balbus ad Cic. 9. Att. 8. Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

Indulgentia, Permissio. Plin. 10. Epist. 34. pr. Prusenses, Domine, balineum habent & sordidum, & vetus. Id itaque indulgentia tua restituere desiderant.

Indulgentia intempestiva. Sen. 2. de Benef. cap. 15. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiva indulgentia impellit atque instruit.

Nocet indulgentia nobis. Ovid. 2. Amor. 19. 35.

Abolere crimina reorum indulgentia. Modest. in l. Lucius. D. ad Senatusconsultum Turpilianum.

Cæli indulgentia. Virg. 2. Georg. 345.

Fortunæ indulgentia. Paterc. 2. 80. 1.

Ponitur & pro Gratia vel favore Imperatoris. V. Plin. 10. Epist. 2. & 107. & Auson. Gratiar. Act. cap. 21.

Indulgentiæ etiam vocantur Pœnarum remissiones. Capitol. Ant. Pio cap. 6. His quos Hadrianus damnaverat indulgentias petiit.

Indulgentiam consequi, pro Veniam. Sulp. Dial. de Virt. Mon. Orient. cap. 8. conf. Borrich. cogit. p. 131.

De Indulgentiis criminum, munerum & tributorum, V. plura in Lex. Pitisc.

INDULTUS, ûs. m. Indulgentia. Sidon. 1. Epist. ult. Oro ut indultu clementiæ tuæ quæ volo scribam.

INDULTOR, ōris. m. Tertull. adv, Marc. 4. 9. Indultor legis.

INDULGĬTAS, ātis. f. pro Indulgentia. Sisenna, Bassus assidua indulgitate victus. Antiquum. V. Non. 2. 439.

INDUO, ui, ūtum, [ἐνδύω, περιβάλλω, ἀμπίσχομαι, ἀμφιέννυμι, ἀναζολέω] ĕre. ab Intus deducitur, quasi Intuo. Alii a Græco δύω, quod Ingredior significat, deducunt. Unde ἐνδύω, quod est Induo. Induo vestem. Ter. Eun. 4. 4. 35. Ibid. 5. 6. 14.

Nam quid illi credis tum animi fuisse, ubi vestem vidit
Illam esse eum indutum pater?

Induor vestem, pass. Plaut. Epid. Virg. 2. Æn. 393.

— deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum
Induitur.

Induere sibi vestem. Plaut. Casin. 3. 5. 53.

Loricam induam mihi, optimum esse opinor.

Induere se veste. Ter. Eun. 4. 4. 41.

Dic dum hoc rursum, Chæreane tuam vestem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. & ea est indutus? DO. factum.

Vestes induit meis humeris. Ovid. 21. Epist. 109.

Annulum induere. Plin. lib. 33. cap. 1. 2. & 7. Cic. 3. Off. 38. Annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, atque ipse induit, &c.

Arma induere. Virg. 9. Æn. 181.

Arma fulgentia induit. Virg. 11. Æn. 77.

Aurum induitur etiam pedibus. Plin. lib. 33. cap. 3.

Calceum induere. Plin. lib. 28. cap. 4. In calceamentum dextri pedis ante quam induatur.

Compedes induere. Plin. lib. 33. cap. 12.

Galeam induitur. Virg. 2. Æn. 394.

Loricam induitur. Virg. 7. Æn. 640.

Lugubria induere. Ovid. 11. Met. 669.

Soccis se induere. Cic. 3. de Orat. 125.

Soleas induere jumentis. Plin. lib. 33. cap. 11.

Spoliis raptis indutus. Virg. 10. Æn. 775.

Torquem ei detractum cervici suæ induit. Auctor de Viris Illust. cap. 28. Al. Indidit.

Tunicam induere. Cic. 2. Tusc. 20.

Postes induere pice, pro Illinere. Plaut. Mostel. 3. 2. 140.

Atque etiam nunc satis sunt boni, si sunt induti pice. al. leg. rectius Inducti.

Mucrone se induere, Incumbere in mucronem. Virg. 10. Æn. 681.

Pectora induere telis. Ovid. 2. Amor. 10. 31.

Vallis acutissimis se induere. Cæs. 7. Bell. Gall. 73.

In florem Induit se nux. h. e. Floribus vestitur & ornatur. Virg. 2. Georg 177.

Contemplator item, quum se nux plurima silvis
Induet in florem. i. e. Quando convertetur in florem.

In nubem. Cic. 2. de Divin. 44. Loquens de anhelitibus terræ, Quum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere, &c.
Fructu indui, dicuntur palmites arborum, Quum fructibus onusti sunt. Columel. lib. 5. cap. 5. Quia quod pars palmitis præcipitata est, fructu induitur.
Frondes induit arbor. Ovid. 7. Met. 281.
Se pomis arbos induerat. Virg. 4. Georg. 143.
Segetibus indui dicitur terra, Quum frumentis onusta est. Plin. in Paneg. cap. 30. pr. Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret. de Ægypto.
Uvis induunt se vineæ, i. e. Onerant, vestiunt. Columel. lib. 4. cap. 24. Nam ita se induunt uvis, ut maturitatem nequeant capere.
Adulationis plurimum Seleucenses induere. Tacit. 6. Ann. 42. pr.
Animum bonis artibus non induerat. Tacit. 15. Ann. 45. [An Imbuerat?
Auctoritatem induit vera sentientis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diem induere. Tacit. 6. Ann. 20. Qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haud multum distantibus verbis.
Duritiam induere contra sensum. Plin. 20. 12. Aiunt verbera subituris potum ex vino, duritiam quandam contra sensum induere. De erucæ semine. Al. Inducere rectius.
Formam mortalem induitur Phœbus. Ovid. 11. Met. 203.
Forma hominum indutæ belluæ. Cic. pro Sulla 76. Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ, forma hominum indutæ extiterunt.
Habitum, ac voces dolentum simulatione magis, quam libens induebat. Tacit. 4. Ann. 12. pr.
Hostilia induere. Tacit. 12. Ann. 40. 4.
Imaginem mortis induere, Dormire. Cic. 1. Tusc. 91. Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis.
Ingenium novum sibi induere. Liv. 3. 33. Regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis: adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator evaderet, pro truci sævoque insectatore plebis.
Iras induere sibi. Sil. lib. 1. 38.
Mores pudicos & severos induere. Plin. lib. 28. cap. 8.
Munia ducis per eos dies induit. Tacit. 1. Ann. 69. de Agrippina Germanici Cæsaris uxore.
Nomen, vel cognomen aliquod induere sibi. Cic. 2. de Fin. 73. Si voluptatis causa cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus, & ex ejus spoliis sibi & torquem & cognomen induit, &c.
Orationem fictam personis induere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Pavores falsos induerat. Tacit. 4. Hist. 38.
Personam alterius induere: quod barbare, In persona alterius loqui, dicitur. Quintil. lib. 6. cap. 2. extr. Orbum agimus & naufragum, & periclitantem: quorum induere personas quid attinet, nisi affectus assumamus?
Personam judicis induere, quod vulgo Repræsentare dicitur. Cic. 3. Off. 43. Ponit enim personam amici, quum induit judicis.
Personam philosophi induere, & sibi ipsi hoc nomen inscribere. Cic. 5. Tuscul. 73.
Personis propriis induere. Quintil. lib. 4. cap. 1. Declamaturus autem maxime positas in affectibus causas, propriis personis debet induere.
Persuasionem sibi scientiæ falsam induerunt. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Proditorem & hostem induere. Tacit. 16. Ann. 28. Nisi contra instituta, & ceremonias majorum proditorem palam, & hostem Thrasea induisset.
Seditionem induere. Tacit. 2. Ann. 15. Qui ne bellum tolerarent, seditionem induerunt.
Simulationem ingenii alicujus induere. Liv. 1. 56. Comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia sorore regis natus, juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat.
Societatem alicujus induere. Tacit. 12. Ann. 13. Quorum rex Hyliates societatem Meherdatis palam induerat.
Speciem judicii induere non poterat. Tacit. 15. Ann. 69.
Speciem latronis induere. Liv. 40. 12. pr. Nunc non insidiatoris modo, sed latronis manifesti & percussoris speciem induit.
Spiritus hostiles induere. Tacit. 4. Hist. 57. Galbam, & infracta tributa, hostiles spiritus induisse. Subaudi Gallis.
Vetustatem induere. Plin. lib. 23. cap. 1. At nos e diverso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. [An Induci?
Vultus severos induere. Martial. lib. 2. 41.
Vultus indue tu magis severos,
Quam conjux Priami, nurusque major.
Vultum animi sui induere sibi. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 2.
In mentes hominum induit cum audiendi quadam illecebra res salubriter animadversas Æsopus. Gell. lib. 2. cap. 29. pr. Legitur & Induxit.
Induere aliquem in vultus ac terga ferarum. Virg. 7. Æn. 20.
Quos hominum ex facie dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Induit se Reipub. Sen. 1. de Clem. i. e. Implicuit.
Indui in pœnas. Quintil. lib. 12. cap. 1. Qui in gravissimas frequenter legum, semper vero malæ conscientiæ pœnas a semetipsis improviso rerum exitu induantur. Alii legunt Inducantur.
Induere se in laqueos, pro Immittere & conjicere. Cic. 4. Verr. 101. Hic videte in quot laqueos se induerit: quorum ex nullo se unquam expediret. conf. Plaut. Cas. 1. 25. & Burm. ad Quintil. 5. 7.
In id ipsum se induit quod timebat Philo. Cic. 4. Acad. 18. Philo autem dum nova quædam commovet, quod ea sustinere vix poterat, quæ contra Acedemicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo, &, ut docuit Antiochus, in id ipsum se induit, quod timebat. i. e. ut ipse dicit, Eo quo minime vult revolvitur. Budæus.
In fraudem induimus nos. Lucret. 4. 815.
Indui sua confessione. Cic. 7. Verr. 165. Sua confessione induatur ac juguletur necesse est. Quasi dicat, Sua confessione convincatur.
Induere se re aliqua, & Expedire. Cic. 4. Verr. 105. Videte, ut dum expedire sese vult, induat.
At quemadmodum sese induit priore actione? Cic. 7. Verr. 72.
INDUENS, entis. Partic. [ἐνδυσάμενος] Vulg. Int. Levit. 8. 7. & Coloss. 3. 10.

INDŪTUS, a, um. Partic. [ἀμφιεσμένος] ut,
Vestes indutæ. Virg. 3. Georg. 364.
Exuvias indutus Achillis. Idem 2. Æn. 275. conf. Curt. 4. 15. 27. & 7. 9. f.
INDŪTUS, ûs. m. [ἔνδυσις]
Gerere vestem indutui. Tacit. 16. Ann. 4. Ne sudorem nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret. Ammian. 30. 24. Valentinianus indutibus imperatoriæ majestatis ornatus. Idem 30. 5. Horrentes indutibus rigidis. Symmach. 3. Epist. 10. Indutui esse.
INDŪTĬLIS, e. Adj. Cato R. R. cap. 135. Vomis indutilis optimus erit. al. & forsan melius, Vomeris in Rutulis.
INDŪMENTUM, i. n. [ἐπίβλημα, ἀμφίβλημα, ἀμπεχόνη] Id quo induimur. Gell. lib. 16. cap. 19. Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, extitisse. Idem 5. 7. Cic. 1. de Nat. Deor. 68. Quod quum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. Legendum ex antiquo codice, In dumeta correpitis. conf. Lactant. de Op. Dei, cap. 13. & Aur. Vict. de Cæs. cap. 21.
INDŪCŬLA, æ. f. [ἐνδυμάτιον] Plaut. Epid. 2. 2. 39.
Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?
INDŪPĔRĀTOR, ōris. m. [αὐτοκράτωρ] pro Imperator, apud poetas, per eam figuram quæ Epenthesis dicitur. Cic. 1. de Divin. 107.
Omnibu' cura viris uter esset induperator. Ex Ennio. Juven. 4. Sat. 28.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
Induperatorem? conf. Gell. 18. 9. Lucret. 4. 964. & 5. 1226. Et Sidon. Carm. 7. 314. Al. Endoperator. V. INDU & ENDO præpos.
INDŪPĔDIOR, [ἐμποδίζομαι] īri. pro Impedior. Materies indupedita. Lucret. lib. 1. 240. Idem lib. 4. 68.
Et multo citius, quanto minus indupediri
Pauca queunt. al. Endopediri.
INDŪRO, [σκληρόω] āre. Durum facere. Plin. lib. 8. cap. 52. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes. De suibus. Idem lib. 15. cap. 17. Punica, aqua marina fervente indurari oportet.
Nives indurat Boreas. Ovid. 6. Met. 692.
INDURĀTUS, a, um. Partic. ut, Glacies indurata, Quæ ex aqua concretione durius corpus facta est. Liv. 21. 36. extr. Sed rectius divise legitur, In durata & alte concreta glacie.
Milites indurati. Justin. 6. 4. 13: 7. 2. 6: 9. 3. 10. &c.
Ora indurata cornu. Ovid. 14. Met. 503. De mutato in avem.
Robora indurata flammis. Stat. 4. Theb. 64.
Timor induratus. Liv. 30. 18. pr. Induratus, præter spem resistendo, hostium timor. i. e. Confirmatus ex timore hostis.
Compar. Sen. de Ira lib. 1. cap. 11. Quid Germanis induratius ad omnem patientiam, ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum provisa sunt, &c.
INDURANDUS, a, um. Partic. ut, Indurandus est animus, & a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Sen. Epist. 52.
INDURĀTIO, ōnis. f. Vox frequens apud Theologos, præsertim Augustin.
INDURĀTOR, oris. m. Gloss. Gr. Lat. πωρωτής indurator.
INDUREO, ēre. sive INDURESCO, [σκληρύνομαι] ēre. Durum fieri. Columel. lib. 2. cap. 21. Ante quam ex toto grana indurescant. Sic lib. 12. cap. 15. Ante quam indurescant fictilia. Plin. lib. 16. cap. 7. Indurescunt in modum gallæ.
Indurescere in pravum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Corpus induruit usu. Ovid. 5. Trist. 2. 5. [Et hoc ab Induresco. Indureo commentitium est verbum.
INDUS, i. m. [Ἰνδός] Fluvius a quo India nominata est: quem in jugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus, adversus Solis ortum effusum aiunt, in seque XIX amnes recipere. Hujus fluvii meminit Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Et Plin. lib. 6. cap. 20. Hic ab incolis dicitur Sandus. conf. Curt. 8. 9. 2. Ovid. 3. Fast. 720. Justin. 3. 4. 20.
INDŪSIUM, i. n. [χιτωνίσκος] quasi Intusium, Vestis intima super qua mox subucula sumebatur. Varro L. L. 4. 30. Intusium dicit, quum ait, Unum quod foris, a palam palla: alterum quod intus, a quo intusium. conf. Non. 14. 18.
INDUSIĀRIUS, i. m. Qui indusia conficit. Plaut. Aul. 3. 5. 35.
Caupones, patagiarii, indusiarii.
Indusiarii. Pontanus in Antonio Dialogo p. 162. Uti sutores formulis, ferrarii malleolis, indusiarii forficibus insectarentur. H. St. Extat fol. 88. a Aldi.
INDŪSIOR, āri. Vestiri. Mart. Capell. lib. 1. Cum ipsum tonantem induviis indusiari cernerent. Idem lib. 2. Lana indusiari.
INDUSIĀTUS, a, um. Partic. Vestitus. Apul. Milef. 2. p. 123. Pueri calamistrati, pulchre indusiati. Idem 10. p. 153. Indusiatus adolescens.
INDUSIĀTA, vel INTUSIATA, æ. f. Idem quod Indusium. Plaut. Epid. 2. 2. 47.
Quid istæ, quæ vesti quotannis nomina inveniunt nova,
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum, cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocutulam. V. Non. & Varro supra.
INDUSTRIA, æ. f. [ἀγχίνοια, φιλοπονία, εὐφυΐα] Animi promptitudo & sagacitas, sive Habilitas ad aliquid faciendum. Donatus ad Ter. Andr. 4. 5. 55. Industria, scientia, & providentia: ea enim quæ discimus, & scimus, operatione genita & industria quadam scimus. Cic. Ut industria nostra tuæ morem geramus voluntati. Virg. 3. Georg. 209.
Sed non ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & cæci stimulos avertere amoris. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 95. Nunquam super industriam fortuna fuit.
Industria pro Ingenii sive Artis exercitatione accipitur Plin. 3. Epist. 7. pr. Ex Proconsulatu Asiæ gloriam reportaverat, maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. Cic. 7. Verr. 182. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriæ favet.
Industriæ pl. Plaut. Most. 2. 1. 1.
Juppiter supremus summis opibus atque industriis
Me perisse, & Philolachetem cupit herilem filium.
Industriam dici putat Sext. Pomp. a verbo Struo. quod antiqui dicebant Addicere (forte legendum adicere, vel adjicere) augere. Industria enim auget quod ingenium excogitavit. Pontanus ab Induendo deducit, quod ea sit quasi quidam habitus usu indutus.
Nullus labor . . . . est. Ubi Wolf. Sive diligentiam intelligas, sive ingenii

ingenii dexteritatem, (sunt enim qui hanc vocem ab Intus struendo fieri putant) parum interest. Nam utraque certe re ad obeunda ingentia est opus. H. St. Priora verba cultro resecta restituere mihi non licuit.
Industria in agendo. Cic. pro Lege Manil. 29. Illæ sunt virtutes imperatoriæ, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo.
Industria ad aliquid faciendum. Ter. prol. Adel. 25.
— facite æquanimitas
Poetæ ad scribendum augeat industriam.
Industria & conatus. Cic. 2. Verr. 35.
Industria ac diligentia. Cic. 5. Verr. In quo meam industriam ac diligentiam spectari volo?
Agilis industria. V. AGILIS.
Antelucana industria. Cic. 4. Tusc. 44. de Demosthene, Qui dolere se ajebat, si quando opificum antelucana victus esset industria.
Diligens industria. Phædr. 2. 1. 4.
Militaris industria. V. MILES.
Augere industriam. V. supra ex Ter. & f. l. AUGEO.
Languescit industria. Cic. in Orat. 6. Spes infringatur, aut languescat industria.
Ponere industriam. Cic. 3. Fam. 9.
De industria aliquid facere, Dedita opera, vel data opera. Ter. And. 4. 4. 55.
Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de industria? Cic. 1. Off. 24.
Ex industria. Idem. Quintil. lib. 1. cap. 9. & Liv. 26. 51.
Industriâ, idem quod De industria. Plaut. Truc. 1. 1. 37.
Atque hæc celamus nos damna, una industria
Quum jam rem fidemque nosque nosmet perdimus.
INDUSTRIUS, a, um. Adj. [εὐφυής, ἀγχίνους] Diligens, Qui multæ industriæ est, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. Cic. 5. Verr. 53. Nympho est Centuripinus, homo navus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Idem 2. Tusc. 35. Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos.
Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant Indostruum, quasi quicquid ageret, Intro strueret, & studeret domi.
Homo vigilans & industrius. Cic. 8. Att. 11. ad Cn. Magnum.
Acer & industrius vir in rebus gerendis. Cic. 5. Tusc. 57.
Gens industria. Justin. 1. 7. 12.
Compar. Plaut. Most. 1. 2. 71.
Quo neque industrior de juventute erat
Arte gymnastica, disco, hastis, pila, &c. Cato apud Priscian. 3. Ed. Putsch. p. 601. Imperator laudem capit, exercitum meliorem & industriorem facit.
INDUSTRIE, Adv. [εὐφυῶς] Ingeniose. Quintil. lib. 5. cap. 12. Fortiter & industrie tutatus contra piratas, &c. Cæs. 3. Bell. Civil. 95. & 7. Bell. Gall. 60. conf. Flor. 1. 6. 2. Justin. 13. 2. 9. & 43. 5. 3.
Compar. Cic. pro Domo 27. Quis apud Populum Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui sæpius dixit?
INDUSTRIŌSUS, a, um. Adj. Val. Max. 3. 4. 2. Sen. de Provident. cap. 2.
INDUSTRIOSE, Adv. Cassiodor. Epist. 1. Cato apud Charis. p. 181.
INDUVIÆ, arum. f. pl. Plaut. Men. 1. 3. 9.
Quid hoc est. ME. induviæ tuæ atque uxoris exuviæ, rosa.
conf. Salvian. de Gub. Dei, 1. p. 22. & Prudent. Psychom. 579.
INDUVĬUM, i. n. [φλοιός] pro Cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. lib. 13. cap. 4. Utilem sibi arborisque induviis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis. [Quod si vera hæc esset Plinii lectio, mirarer tamen cura Neutro potius, quam f. pl. deducant. Sed longe aliam lectionem ex vestigiis MSS. astruit Harduinus. q. V.

## I N E

INEBRÆ Aves, Quæ in auguriis aliquid fieri prohibent, & prorsus omnia inebra appellantur, quæ tardant vel morantur agentem. Festus. conf. Isidor. 12. 7. vel Lex. Martinii.
INĒBRIO, [μεθύω] āre. Plin. lib. 12. cap. 22. Palma quæ vocatur adipsos, vescentes inebriat. Idem lib. 17. cap. 26. Quoniam inebriatis radicibus nocent. Juven. 9. Sat. 113.
— & miseram vinosus inebriat aurem.
INEBRIĀTUS, a, um. Partic. Sidon. 1. Epist. 5. Aer venenatis flatibus inebriatus.
INEBRIĀTIO, ōnis. f. apud Firmic.
INEBRIĀTOR, oris. m. Tertul. adversf. Marc. 5. 18. Sanctorum inebriatores.
INĒDIA, æ. f. [ἀσιτία] Fames & tempus quo quis ab edendo abstinuit. Cic. 5. de Fin. 82. Vigiliis & inedia necatus. Plin. lib. 11. cap. 54. Homini non utique septimo letalis inedia.
Imperiosa inedia. V. IMPERO.
Sustinere inediam. Cels. lib. 1. cap. 3.
Inedia differt a Fame, quod Fames semper est cum cupiditate edendi, Inedia vero etiam sine appetitu, ut in ægrotis, aut qui voluntariam mortem inedia arcessunt, ut Atticus Nepotis, Corellius Plinii 1. Epist. 12. Gesner.
INĒDĀX, ācis. Gloss. Gr. Lat. ὀλιγοφάγος, inedax.
INEDĬTUS, a, um. Adj. [ἀνέκδοτος] ut, Causa inedita. V. CAUSA.
INEFFĀBĬLIS, e. Adj. [ἄφατος, ἀναύδητος, ἀνεκφώνητος] Quod effari non possis, aut exprimere. Plin. lib. 28. cap. 2. Non est facile dictu, externa verba, atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinata, &c. Idem in præf. 5. lib. & Apul. Milef. 8. p. 204.
INEFFABILĬTER, Adv. Augustin. Enchir. cap. 89. Idem de Trin. 3. 3. & Lactant. 2. 9.
INEFFABILĬTAS, atis. f. Augustin. Epist. 112. 13.
INEFFĬCAX, ācis. [ἀνήνυτος] Plin. 27. cap. 12. Inefficacius quam superiora. Idem lib. 34. cap. 11. Fit & ex candido ære squama, Cypria longe inefficacior.
Exceptio inefficax. Modestinus in l. si mulier. D. de jure dotium.
Studia inefficacia. Firmic. lib. 5. cap. 15. Et lib. 6. cap. 10. Sen. de Ira 1. 10. Ratio sine affectu inefficax. Vet. Gloss. ἀδρανής segnis, inefficax, socors, ignavus.
Superl. Gruter. Inscript. p. 415. n. 10. PARENTES INEFFICACISSIMI.
INEFFICĀCĬTER, Adv. Paul. l. 2. Dig. Quæ sent. sine app. resc. Inefficaciter condemnatum videri. Symmach. 6. Epist. 53. Inefficaciter postulata.
INEFFĬCIENTIA, æ. f. Cassian. de Incarn. Dom. 7. 3.
INEFFĬGIĀTUS, a, um. Adj. [ἀνείκαστος] Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem, vel nullam alicujus rei formam aut effigiem refert. Gell. lib. 17. cap. 10. Namque ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id postea, quod ita edididisset, conformaret & fingeret. Tertull. de Anima cap. 9.
INEFFIGIĀBĬLIS, e. Adj. Tertull. ibid. cap. 24. pr.
INĒLĀBŌRĀTUS, a, um. Adj. [ἀκατέργαστος, ἀπεξέργαστος] Quod artificio non satis excultum est, & vitio datur. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nec tamen deducta semper atque circumlita, sed sæpe simplici ac inelaboratæ similis, nec verbis vultuque nimia promittens, &c. De oratione proœmii. Alii legunt Illaboratæ, vel Circumlatæ. Sen. de Tranquill. cap. 1. Oratio inelaborata. conf. Lucil. per Dous. p. 12.
INĒLĒGANS, Adj. [ἄμουσος, ἀπειρόκαλος] Eleganti contrarium. Plin. lib. 37. cap. 10. Carmen dicatum Veneri, non inelegans. Idem lib. 21. cap. 25. Vestes tuetur odore non ineleganti. De heliochryso. Cic. de Clar. Orat. 281. Ineratque ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.
Deliciæ illepidæ atque inelegantes. Catul. ad Flavium, 6. 2.
INELEGANTER, Adv. [ἀμούσως] Cic. 2. de Fin. 126. Primum divisit ineleganter. Gell. 17. 2. Non inusitate dixit, nec ineleganter.
INĒLUCTĀBĬLIS, e. Adj [ἀκαταπάλαιστος] Quod vitari non potest, hoc est domari, & lucta evinci. Virg. 8. Æn. 334.
— & ineluctabile fatum,
His posuere locis. i. e. Insuperabilem vim fati. Idem 2. Æn. 324.
Venit summa dies & ineluctabile tempus
Dardaniæ.
Cænum ineluctabile. Stat. 9. Theb. 502. i. e. E quo nequeas emergere.
Ineluctabilis fatorum vis. Paterc. lib. 2. 57. 3.
INĒLŎQUENS, tis. Adj. Eloquenti contrarium. Lactant. de Opif. Dei, cap. ult. M. Tullius eloquentiæ ipsius unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, quia pro vero nitebantur, sæpe superatus est.
INELOQUAX, ācis. Adj. Novatian. de Trin. 29. Gemitibus ineloquacibus.
INELOQUĬBĬLIS, e. Adj. Lactant. 7. 11. Ineloquibiles immortalitatis suæ fructus capit.
INĒMENDĀBĬLIS, e. Adj. [ἀνεπανόρθωτος] Quod emendari non potest: ut Pravitas inemendabilis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
INĒMŎRIOR, ĕris. ŏri. Hor. Epod. 5. 34.
Quo posset infossus puer
Longo die bis terque mutatæ dapis
Inemori spectaculo. h. e. Emori in spectaculo, &c.
INEMPTUS, a, um. Adj. [ἀπρίατος] Non emptus. Martial. lib. 1. 172.
Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum.
Inemptæ ruris dapes. Columel. lib. 11. cap. 3. Virg. 4. Georg. 133.
Tacit. 2. Hist. 60. 6. Consulatus inemptus.
INĒNARRĀBĬLIS, e. Adj. [ἀδιήγητος] Admirabile, & quod enarrari non potest. Plin. lib. 8. cap. 7. Sed Pompeiani amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicavere. Et lib. 10. cap. 2.
Munus inenarrabile. Martial. lib. 2. 10.
Natura fluminum inenarrabilis. Sen. Nat. Quæst. 3. 22.
Ratio quædam latens & inenarrabilis. Quintil. lib. 2. extr.
Subtilitas inenarrabilis. Plin. lib. 21. cap. 1.
INENARRABILĬTER, Adv. Liv. 41. 15. Jecur omne inenarrabiliter absumptum.
INENARRĀTUS, a, um. Adj. [ἀνεκδιήγητος] Gell. lib. 12. cap. 6. Quod inenarratum relinquamus. Idem 19. 14.
INĒNŌDĀBĬLIS, e. Adj. [ἀκατάλυτος] Cic. de Fato, 18. Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus factum extimescat, & ab atomis petat præsidium, easque de via deducat, & uno tempore suscipiat res duas inenodabiles. Apul. Apol. 1. p. 276.
INEO, īvi, ĭtum, [εἴσειμι, ἐπιβαίνω, ἐμβατεύω, ἐπέρχομαι] Ire. Ingredi, Intrare, de loco. Plaut. Casin. 3. 6. 25. Si tu jubes, inibitur tecum. i. e. Ingrediar tecum. Idem, Inire domum. Tacit. 3. Ann. 11. Ut ovans iniret. Subaudi Urbem.
Cælum. Ovid. 5. Fast. 617. Taurus init cælum. i. e. In cælum recipitur.
Castra Cic. pro Corn. Balbo 25. Qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum Pop. Rom. iniret.
Curiam Tacit. 6. Ann. pr.
Domos ignotas inire. Ovid. 3. Fast. 160.
Limen vitæ inire. i. e. Gigni. Lucret. lib. 3. 681.
Sedes lucidas inire. Hor. 3. Carm. 3. 34.
Spectaculum simul. Tacit. 15. Ann. 58.
Stationem, Obire. Tacit. 13. Ann. 35. pr.
Tentoria. Plin. Paneg.
Inire, pro Incipere, Ingredi, fere de Actu aliquo, ut Beneficium initum verbis dicitur, Quod jam promissum est. Ter. And. 5. 1. 5.
Immo enim quam maxime abs te postulo, atque oro, Chreme,
Ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Certamen inire, Incipere. Cic. 4. de Fin. 31. Virg. 5. Æn. 114.
Convivium inire, pro Ire ad, vel In. Cic. pro Rosc. Amer. 52. Convivia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum, &c. Idem 5. Verr. 105. Quocum inire convivium nemo unquam nisi turpis impurusque voluisset. conf. Tacit. 15. Ann. 52. pr. Et 4. 10. 4.
Cursum inire. Cic. pro Lege Manil. 41. Unde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putatis? Virg. 5. Æn. 583.
Dapes inire cum aliquo. Stat. 1. Silv. 6. 48.
Decus inire, i. e. Incipere. Virg. 4. Eccl. 11.
Epulas inire. Tacit. 15. Ann. 52. 1. V. CONVIVIUM.
Gratiam ab aliquo inire, Conciliare sibi, vel Mereri alicujus. Plaut. Cistell. 1. 1. 8. — ego vos
Amo, & eo a me maximam inistis gratiam. Cic. 4. Fam. 2.
Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Idem 6. Verr. 143. conf. Ter. Eun. 3. 5. 3.
Gratiam apud aliquem inire. Liv. 36. 5. Apud regem gratiam initam volebant. Gratiam

Gratiam cum bonis omnibus inire. Cic. 8. Att. 9. Quod ille si faciat, jam cum bonis omnibus summam ineat gratiam.
Gratiam inire, præpositionibus subintellectis. Cic. 1. Att. 14. Intellexi hominem moveri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset, an esse, &c. Idem 1. Off. 50. Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia. Ter. Adel. 5. 7. 16. Ego lepidus ineo gratiam. Ubi Donatus, Ineo gratiam, In gratiam eo, hoc est, amicos comparo.
Gratiam falsam inire. Ter. Heaut. 2. 3. 62.
Perge obsecro te, & cave ne falsam gratiam
Studeas inire.
Imperia alicujus inire. i. e. Subire, Servire alicui. Stat. 1. Achil. 281.
— non colla jugo, non aspera præbet
Ora lupis, dominique negat captivus inire Imperia.
Munus alicujus inire, Vicibus fungi. Virg. 5. Æn. 846.
Pastum inire. Plaut. Pers. 2. 5. 16.
— quid jam? SA. quia boves bini hic sunt in crumena.
T. Emitte sodes, ne enicet fames, inire pastum. h. e. Sine eos pascere. Sed emendatius legitur, Sine ire pastum.
Pericula præliorum inire. Cic. 1. de Divin. 51. Quum pericula præliorum iniret audacius. De Decio.
Prælia inire. Virg. 4. Georg. 314.
Prælium inire: opponitur Finire prælium. Liv. Hoc ultimum utrinque initum finitumque est prælium.
Pugnam & prælium inire. Plaut. Amph. 2. 2. 112. Al. Ut fuerit prælium.
Somnum inire. Virg. 1. Ecl. 56.
Sæpe levi somnum suadebit inire susurro.
Suffragia inire, significat Coire & congregari ad suffragia ferenda. Liv. 3. 71. Ire in suffragium, eidem 34. 2. pr.
Viam inire pro Ingredi. Propert. lib. 2. 33. 8. Cic. pro Muren. 26. Inite viam. præsto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret. redite viam, eodem duce redibant.
Vias ignotas inire. Ovid. Rem. Amor. 578.
Viam inire, qua commode aliquid exequare, pro Inire rationem. Liv. 1. 23. extr. Ineamus viam aliquam, qua sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit. Idem 35. 7. pr. Via fraudis inita erat, ut in socios &c.
Vigilias, Obire. Tacit. 13. Ann. 35. pr.
Inire ad Æstimationem & cogitationem relatum, ut, Æstimationem inire. Sen. de Benef. lib. 5. cap. 8. Horum quomodo judex inibit æstimationem, quum sermo & dubitatio, & vultus meriti gratiam destruat?
Causam aut rationem alicujus rei inire. Liv. 34. 4. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem aut rationem inire possum.
Mensuras agrorum inire. Columel. lib. 5. cap. 3. His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficulter mensuras agrorum inibimus.
Numerum inire, Numerare, & quod dicitur, Facere numerum. Plin. Epist. 193. Liv. 38. 23. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. conf. Tacit. 2. Ann. 83.
Rationem inire, pro Viam & modum aliquid agendi quærere. Ter. Heaut. 4. 2. 7.
Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.
Rationem inire, & viam reperire, qua possis aliquo pervenire, &c. Cic. 5. Verr. 10. Mihimet ineunda ratio, & via reperienda est, qua ad Apronii quæstum, sive adeo, qua ad istius ingentem immanemque prædam possim pervenire.
Rationem inire de commodis militum augendis. Cic. 5. Philip. 53. De agro Campano separatim cognoscerent, inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis.
Rationem inire, quemadmodum vel quomodo. Cic. 12. Att. 20. Idem Idem 13. Fam. 29. Adjuves, ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. i. e. Consideres.
Rationem inire, ut. Cic. 5. Fam. 20. Nam & Volusii liberandi meum fuit consilium: & ut multa tam gravis a Valerianis prædibus, ipsique T. Mario depelleretur, a me inita ratio est.
Rationem inire, pro Subducere. Cato de R. R. cap. 2. Ubi ea cognovit, rationem inire oportet operarum, dierum, &c. Cic. 2. contra Rull. 66. Inietur ratio quæstus de vestra pecunia.
Rationem inire, pro Capere consilium, vel Ratiocinari. Cic. 3. de Nat. Deor. 71. Medea modo & Atreus commemorabantur a nobis, heroicæ personæ, inita subductaque ratione nefaria scelera meditantes.
Rationem inire, utrum, Apud animum statuere. Liv. 28. 8. Sed vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.
Cum ratione aliquid inire; i. e. Æstimare, intelligere, inquit Donatus. Ter. Phorm. 2. 2. 30.
Hæc cum ratione ineas, quam sint suavia, & quam cara sint.
Sed rectius legitur Rationem.
Inire, Occipere, fere de his quæ ad societatem, vel Pactum referuntur, ut, Animum inire societatis Pompon. in l. plane. D. pro socio.
Communionem sagariam inire. Ulpian. in l. cum duobus. D. pro socio.
Consilium inire de re aliqua. Plaut. Pseud. 1. 5. 129. Cic. 9. Fam. 24. Nam & Aquini & Frabateriæ consilia sunt inita de me.
Consilium cum aliquo inire, pro Capere communiter consilium. Cic. ad Brut. 15. Liv. Qui regni recuperandi consilia iniissent. Cæs. 3. Bell. Gall. 11. His initis consiliis oppida muniunt.
Consilium multæ calliditatis init. Ovid. 3. Fast. 380.
Consortium inter fratres initum. Ulpian. in l. cum duobus. D. pro socio.
Fœdus inire. Propert. lib. 4. 4. 60.
Inducias inire, pro Facere inducias. Plin. in Paneg. Ac ne inducias quidem, nisi æquis conditionibus inibant.
Negotiationem inire. Pompon. in l. si negotia. D. de negot. gest.
Societatem inire cum aliquo. Cic. 10. Fam. 8. Ut potius cum pluribus societatem defendendæ libertatis iniremus, quam cum paucioribus, &c.
Inire de muneris ingressu, ut Consulatum inire, Ingredi dignitatem Consulatem. Cæs. 1. Bell. Civil. 5. Qua ex die Consulatum iniit Lentulus.

Honorem inire, pro Suscipere, & incipere administrationem alicujus magistratus. Suet. in Cæs. cap. 20. Inito honore, primus omnium instituit, ut, &c.
Interregnum inire. Liv. 3. 8. & 10. 11. Ibid. lib. 5. 17. Auspicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur.
Magistratum inire. Cic. 2. de Fin. & 3. Verr. 125. Posteaquam Verres magistratum iniit, &c. i. e. Insignia magistratus cum imperio assumpsit, inquit Budæus.
Tribunatum inire, ut Magistratum inire. Cic. 3. de Legib. 282. Idem 11. Att. 20.
Connubia famulæ inire. Ovid. 2. Amor. 7. 21.
Cubile alicujus inire, pro Cum uxore ejus dormire. Cic. de Arusp. Respons. 39. Quum uxorem sororemque non discernis, quum quod ineas cubile non sentis.
Thalamum inire. Ovid. 4. Met. 328.
Thalamos pudicos inire. Ovid. 3. Met. 282. — multi
Nomine divorum thalamos iniere pudicos. Al. Subiere.
Inire absolute, pro Coire, sive Concumbere. Plin. lib. 8. cap. 44. Ceterique utrumque genus ab altero narrant, nisi infantia ejus generis, quod ineant lacte haustо. conf. Suet Aug. cap. 69.
Nexum inire, Vinciri, devinciri, illigari, & detineri. Liv. 7. 19. V. Nexus, in NECTO.
Iniit te unquam febris? i. e. Nunquamne te corripuit febris? Plaut. 2. Fragm. 12.

INEOR, iri. pass. Plin. lib. 10. cap. 63. Ineuntur a partu sexto mense.
INIENS, euntis. [ἐνιστάμενος] Partic. absolute positum, majoribus rebus adhibetur: ut, Ineunte ætate, anno &c. Rarissime autem in nominativo legitur.
Adolescentia ineunte, i. e. Initio adolescentiæ. Cic. de Senect. 76. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desiderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea jam constans requirit ætas, quæ media dicitur?
Ætate ineunte. Cic. 1. Off. 122. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est.
Ab ineunte ætate, Idem. Cic. pro Corn. Balb. 16. Et ab ineunte ætate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius prælii expertem fuisse. Idem pro Deiot. 28. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat.
Ævo ex ineunte. Lucret. lib. 2. 742.
Ab ineunte vita. Gell. lib. 14. cap. 1.
Anno ineunte. Suet. Tiber. cap. 51. & 61.
Januario ineunte cura ut Romæ sis. Cic. 1. Att. 1. Alia exemplaria habent, Januario mense, ut &c.
Ineunte luna, Vide an dici possit H. St.
Vere ineunte, Cic. de Senect. 53. Itaque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur.
Æstate ineunte. Cæs. 2. Bell. Gall. 2. Iis nuntiis, litterisque commotus Cæsar: duas legiones in citeriore Gallia conscripsit, & ineunte æstate in ulteriorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum misit.
INITUS, a, um. Partic. ut, Inita proxima æstate. Cæs. 2. Bell. Gall. 35. 2. Ratio inita & subducta. Cic. 3. de Nat. Deor. 29.
Societas potentiæ inita. Paterc. 2. 65. 2.
INĬTUS, ûs. m. [συνδυασμός] Coitus. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis, Nec tamen quindecim initus ejusdem anni valet tolerare. Ibid. cap. 44. Et quæ non primo initu generare cœperit. Ovid. 4. Fast. 94. De Venere,
Perque suos initus continet omne genus.
Initus, Ingressus, introitus: a verbo Ineo, quod valet Ingredior. Lucret. lib. 1. 13.
Aëriæ primum volucres te, diva, tuumque
Significant initum perculsæ corda tua vi. Lambinus.
INĬTO, are. frequent. ab Ineo. Diomedes, Ineo, inis, inito dicimus. Pacuvius, Loca arida initas.
INITIUM, INITIO, &c. V. suo loco.
INEPTUS, a, um. Adj. [ἀνεπιτήδειος, ἀπειρόκαλος, ἀφυής] Non aptus. Cic. 2. de Orat. 17. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Donatus Ineptum dici ait, Quod a quovis reprehendi potest. Ter. Adel. 1. 1. 38.
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Non ineptus. V. NON.
Causa inepta. Ter. And. 1. 5. 22.
Obstipui: censen' ullum me verbum potuisse proloqui: aut
Ullam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Chartæ ineptæ, Hor. 2. Epist. 1. 270.
Labores multum inepti. Plin. 1. Epist. 9. extr.
Lenitas. Ter. Adel. 3. 3. 36. Inepta lenitas patris.
Lusus inepti. Ovid. 2. Trist. 223.
Negotium ineptum & Græculum. Cic. 1. Tusc. 86.
Risu inepto res ineptior nulla est. Catul. in Egnat. 40. 21.
Via inepta, Incommoda, difficilis. Cic. 16. Att. 13. Longulum sane iter, & via inepta.
Ineptum est, tam perspicua istius impudentia, pluribus verbis disputare. Cic. 3. Verr.
Insolens & ineptum. Cic. in Orat. 29. Hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens aut ineptum.
Comp. V. Risus ineptus.
Superl. Quintil. 11. 3. Discursare ineptissimum.
Ineptum id dicitur, Quod est alienum a re, a persona, a causa, a loco, a tempore, a modo. Vet. Gloss. ἄνοπτος, ineptus, mente captus. μωρός, ineptus. V. Priscian. 13. 6. Non. 1. 300. Schott. Tullian. Quæst. 4. 20. Et Scalig. de hac voce orationem peculiarem.
INEPTE, [ἀπειροκάλως] Minus apte, & imprudenter. Plaut. Mostel. 2. 2. 64.
Interdum inepte stultus es. Cic. 1. Tusc. 11. Inepte sane. quis est enim,

est enim, &c. Idem 1. Acad. 13. Nam etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte quisquis Minervam docet.
Moliri aliquid inepte. Hor. de Arte Poet. 140.
Compar. Lactant. 3. 17. Ineptius delirare.
Superl. Idem 1. 12. Fabula ineptissime ficta. Quintil. lib. 11. cap. 3. Ineptissime fieri.

**INEPTIA**, æ. f. [ἀπαιδαλία, ἀπειροκαλία] quod in plurali sæpius repe- ritur, tam verborum, quam factorum est. Ter. Phorm. 4. 3. 43.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Plaut. Merc. prol. 26.
Ineptia, stultitiaque adeo, & temeritas. Cic. 3. Fam. 7. Quæso etiamne tu has ineptias, &c.? Idem 1. Tusc. 92. Ineptiæ pæne aniles.
Lectores ineptiarum. Catul. ad Aurelium 15. 1.
Facere aliquid ineptiarum. Catul. ad Flavium, 6. 14.

**INEPTIŎLA**, æ. f. Auson. Epist. Gripho, sive ante Idyll. 11. præmiss. Fuit ineptiolæ hujus ista materia.

**INEPTĬTŪDO**, inis. f. pro Ineptia. Cæcilius Ἀρπαζομένη, Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus est. Non. 2. 455.
Ineptitudo aliud, quam Ineptia, ut Facetudo, quam Facetia. Utitur Pontanus de Sermone 401. cap. de Ineptis. H. St.

**INEPTIO**, ivi, [ἀπαιδαλῶ] ire. Facere aut dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis conveniat. Ter. Phorm. 2. 3. 73.
Actum, aiunt, ne agas. D. non agam? immo haud desinam,
Donec perfecero hoc. P. ineptis. Idem Adel 5. 8. 11.

**INEPTIOR**, iris. Idem quod Ineptio, Despaut. 657. H. St.

**INĔQUĬTO**, āre. Macrob. lib. 7. cap. 15. Quæ ergo conjicit de carne lutulenta, audet inequitare Philosophiæ, de incorporeis & vere divinis certa ratione tractanti. De medicina loquitur. conf. Apul. Milef. l. 6. p. 177. Et Arnob. 7.

**INEQUĬTĀBĬLIS**, e. Adj. Non equitabilis. Curt. lib. 8. 14. 4. Imber violentius quam alias fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat.

**INERMIS**, e. [ἀνοπλος, ἄοπλος] Qui armatus non est. Sisenna Hist. lib. 4. Plerique inermes in castra perfugiunt. Cic. ad Brut. 10. Perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti.
Inermis & Armatus, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 27. Cedam inermis armatis, innocens nocentibus, &c.
Adolescentes inermes. Nep. 10. 9. 3. & 6.
Arcus inermis. Stat. 1. Silv. 2. 80.
Dextra inermis. Virg. 11. Æn. 414.
Hostis inermis. Propert. lib. 4. 1. 148.
Vulgus inerme. Ovid. 3. de Arte Am. 46.
Inermis ac nudus in differendi arte, per translationem. Cic. 1. de Fin. 22.
Amor inermis. Tibul. 2. 5. 106.
Carmen inerme. Propert. 4. 6. 32.

**INERMO**, V. post seq. dict.

**INERMUS**, a, um. Adj. [ἀθωράκιστος] Idem. Cic. 11. Fam. 12. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Sallust. in Jugurth. cap. 107. pr. Neque quenquam decere, qui manus armaverat, ab inermis pedibus auxilium petere. Sic legit Nonius, capite De mutata decl. 8. 75. Idem in Jugurth. 99. Singulos præ se inermos mittere.
Omnia cedebant armatis nuda & inerma. Lucret. lib. 5. 1291.
Vulgus inermum. Virg. 11. Æn. 131.

**INERMO**, [ἀφοπλίζω] āre. Armis spoliare. Festus.

**INERRO**, [πλανάομαι] āre. Idem quod Errare. Plin. 1. Epist. 6. ad C. Tacit. Experieris non magis Dianam montibus, quam Minervam inerrare.
Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. Silv. 5. 58.

**INERRANS**, antis. Adj. [ἀπλανής] Inerrantes stellæ, quæ & Fixæ dicuntur, quod suo loco moveri non appareant. Cic. 2. de Nat. Deor. 35. Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab ætherea conjunctione secretam & liberam.

**INERRĀBĬLIS**, e. Adj. Apul. de Dogm. Plat. p. 56. Globorum cælestium supremus inerrabili motu censetur. Idem de Mundo, p. 234. Orbis qui inerrabilis dicitur.

**INERS**, ertis. Adj. [ἄτεχνος, ἀτεχνής, ἀπράγμων] Qui sine arte est, Ignavus. Cic. 2. de Fin. 115. Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur. Ter. And 3. 5. 2.
— atque hoc confiteor
Jure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii. Sum.
Iners, Otiosus, ignavus, qui nihil operis & artis facit. Virg. 1. Ecl. 28.
Libertas: quæ sera tamen respexit inertem. [i. e. Senem.
Iners & ignavus. Cic 4. Verr. 192. At homo inertior, ignavior, magis inter mulieres nequam, quam impura inter viros muliercula, &c.
Iners membris, Debilis. Plin. lib. 8. cap. 21. Juxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, ceterisque membris iners, caput tantum, &c.
Inertes opera amici. Plaut. Bacch. 3. 6. 13.
Iners ad repugnandum. Plin. lib. 9. cap. 6. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ.
Iners in Venerem. Columel. lib. 6. cap. 27. Quod si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur, detersis spongia feminæ locis.
Ætas iners, Senectus. Ovid. 4. Trist. 8. 3.
Anima iners. Ovid. 13. Met. 76.
Annus iners. Ovid. 1. Fast. 168.
Brachia inertia. Ovid. 5. Met. 548.
Bruma iners. Hor. 4. Carm. 7. 12.
Caro iners. Hor. 2. Serm. 4. 41.
Corda inertia. Virg. 9. Æn. 55.
Corpora inertia. Virg. 2. Æn. 364.
Frigus iners. Ovid. 8. Met 790.
Ignavum atque iners genus interrogationis. Cic. de Fato 26.
Glacies iners. Hor. 2. Carm. 9. 5.
Glebæ inertes, Pigræ, nihil producentes. Virg. 1. Georg. 94.
Humor iners, cui Profluens opponitur. Virg. 4. Georg. 25.
In medium seu stabit iners, seu profluet humor.
Ingenium iners. Ovid. 1. Amor. 15. 2.



Lucus iners, Quietus. Stat. 10. Theb. 86.
Oculos stupor urget inertes. Virg. 5. Georg. 523.
Otium iners & desidiosum. Cic. 2. de Lege Agr. 90. Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione & consilio majores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt.
Pectus iners. Ovid. 3. Trist. 7. 22.
Pondus iners. Ovid. 1. Met. 8.
Querelæ inertes, Languidæ. Liv. 1. 59. pr. Movet tum patris mæstitia, tum Brutus castigator lacrimarum atque inertium querelarum.
Sal. iners. Plin. lib. 21. 7. Refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum.
Segnitia inertissima. Cic. 1. de Fin. 3. Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi.
Senectus iners. Sen. Herc. fur. 9.
Senectus iners, ignava, somniculosa. Cic. de Senect. 36.
Somni inertes. Ovid. 2. Amor. 10. 19. conf. Claud. 3. Conf. Hon. 41.
Tempus abibit iners. Ovid. 3. de Arte Am. 60.
Terra iners. Hor. 3. Carm. 4. 45.
Truncus iners jacui. Ovid. 3. Amor. 7. 15.
Versus inertes. Hor. de Arte Poet. 445.
Vita iners. Tibul. lib. 11. pr. i. e. Quieta.
Compar. Cic. 2. Verr. extr. & Ovid. 4. Trist. 8. 3.
Superl. Cic. 1. Fin. 2. Et Hirt. Bell. Afr. cap. 57.

**INERTIA**, æ. f. [ἀεργία] modo pro Ignorantia artis. V. Virtutibus affectus animus, in AFFICIO, modo pro Otio, modo pro Ignavia usurpatur. Columel. in præfat. lib. 2. Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arva respondent. Cic. pro Rosc. Com. 24. Non propter inertiam laboris, sed, &c. Idem lib. 1. de Orat. 68. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ.
Inertia, ignavia, desidia, luxuria. Auctor ad Heren. lib. 1. 8.
Inertiæ opponuntur Artibus. Cic. in Partit. 35. Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate molestia. Idem 12. Fam. 20.
Laboris inertia. Cic. pro Rosc. Com. 24.
Mollis inertia. Hor. Epod 14. 1.
Sepulta inertia. Hor 4. Carm. 9 29.
Strenua inertia, Diligentia sine arte, & imprudens. Hor. 1. Epist. 11. 28.
Accusare inertiam. V. ACCUSO.
Afferre inertiam. V. AFFERO.
Castigare segnitiem hominum atque inertiam. Cic. 1. de Orat. 185.
Coarguit fuga laboris inertiam, & desidiam Cic. pro Muren. 66.
Condemnare aliquem inertiæ. Cic. 1. de Orat. 172.
Condemnare se nequitiæ & inertiæ. Cic 1. in Catil. 4.

**INERTĬCŬLUS**, a, um. Adj. Ut Uva inerticula [ἀμέθυστος] Plin. lib. 14. cap. 2. Inerticulam e nigris appellavere, justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam. De vite. Columel. lib. 3. cap 2.

**INĒRŪDĪTUS**, a, um. Adj. [ἀπαίδευτος] Non eruditus. Suet. de Clar. Gramm. cap. 15. Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem. Cic. 4. Acad. 132. Modo nequis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat.

**INERUDITE**, Adv. Quintil. 1. 10. p. 89. Non inerudite ficta materia. Gell. 7. 3. Cato inerudite principio nimis insolenti usus est.

**INERUDĪTIO**, ōnis. f. Gloss. Vet. Ineruditio, ἀπαιδευσία. conf. Vulg. Int. Sirac. 4. 30.

**INESCO**, [δελεάζω] āre. Decipere. Translatio a piscibus & avibus, quæ proprie Inescari dicuntur, h. e. Oblata esca decipi. Ter. Adel. 2. 2. 12.
Nunquam rem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio. Petron. cap. 140. Sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur nisi aliquid morderent.

**INESCĀTUS**, a, um. Partic. Liv. 22. 41. Annibal id damnum haud ægerrime pati, quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

**INESCATIO**, ōnis. f. Augustin.

**INESCĀTŌRIUM**, i. n. Sarisb. 3. 7.

**INĒVĪTĀBĬLIS**, e. Adj. [ἀδιάδραστος, ἀπαραίτητος, ἄφυκτος] Quod vitari non potest.
Fatum inevitabile. Curt. 4. 6. 17.
Fulmen inevitabile. Ovid. 3. Met. 301. conf. Sen. Epist. 49. & 2. Quæst. Nat. 50.
Jus rigidum, & inevitabile mortis. Ovid. ad Liviam, 443.
Malum inevitabile. Plin. in Paneg. cap. 42. Magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum.
Numen inevitabile. Stat. 9. Theb. 549.

**INEVITABILĪTER**, Adv. Augustin. Enchirid. cap. 13.

**INEXĀMĬNĀTUS**, a, um. Adj, Non examinatus. Firmic. lib. 1. cap. 2. Inexaminatæ partis allegationes.

**INEXĀTŪRĀBĬLIS**, vel INEXSATURABILIS, e. Adj. [ἀκόρεστος] Insatiabilis. Virg. 5. Æn 781.
Junonis gravis ira & inexaturabile pectus. conf. Arnob 2.

**INEXCĪTĀBĬLIS**, e. Adj. Sen. Epist. 84. Oppressus inexcitabili somno. conf. Lactant. 1. 8. & 4. 8.

**INEXCŌGĬTĀTUS**, a, um. Adj. [ἀδιανόητος] Quod excogitatum & præmeditatum non est. Plin. lib. 36. cap. 15.

**INEXCULTUS**, a, um. Adj. [ἀδιακόσμητος] Gell. lib. 13. cap. 23. pr. M. Cato, Consularis & Censorius, publicis jam privatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, nec tectorio quidem prælitas fuisse dicit.

**INEXCŪSĀBĬLIS**, e. Adj. [ἀπροφάσιστος] Ovid. 7. Met. 511.
Gratia dis, felix, & inexcusabile pectus.
Onera inexcusabilia. Ulpian. in l. si fideicommissum. D. de judiciis.

**INEXERCĪTĀBĬLIS**, e. Adj. Vet. Interp. Iren. 4. 75. Idem quod seq.

**INEXERCĪTĀTUS**, a, um. Adj. [ἀμελέτητος] Exercitato contrarium. Cic de Senect. 64. Quibus qui splendide usi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Sic 2. Tusc. 38. Inexercitatum militem.
Hebes & inexercitatus. Cic. 2. de Orat. 2. Omnium ceterarum rerum oratio

oratio mihi crede ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum & politioris humanitatis experti. conf. Sen. Epist. 11. & Nep. 18. 3. 3.

**Inexercĭtus**, a, um. Adj. [ἀμελέτητος] Idem. Cic. 5. Tusc. 113. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum, &c. Ex vetusto codice legitur, Non ignobilem Eretricum philosophum. conf. Macrob. 78.

**Inexēsus**, a, um. Adj. Min. Fel. p. 332. Pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.

**Inexhaustus**, a, um. Adj. [ὑπέραντλος] Quod expleri non potest, & exhauriri. Cic. 3. de Fin. 7. Erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat. De Catone.
Inexhausta metalla, Quæ exhauriri non possint præ abundantia. Virg. 10. Æn. 174. — ast Ilva trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.

**Inexōrābĭlis**, e. Adj. [ἀπαραίτητος, ἀκήλητος] Quod exorari non potest. Cic. 1. Q. frat. 2. In litteris mittendis (ut sæpe ad te scripsi) nimium te inexorabilem præbuisti.
Claustris inexorabilibus obserata arca. Val. Max. 4. 8. extr.
Custos inexorabilis. Quintil. Decl. 10. extr.
Fatum inexorabile. Virg. 2. Georg. 491.
Judex inexorabilis. Cic. 1. Tusc. 10.
Res inexorabilis. Liv. 2. 3. Leges, rem surdam, inexorabilem esse.

**Inexōrātus**, a, um. Adj. Arnob. 3. p. 114. Non rogatus.

**Inexpectātus**, vel **Inexspectatus**, a, um. Adj. [ἀπροσδόκητος] Expectato contrarium est. Quintil. lib. 9. cap. 2. Illis non accedo qui schema esse existimant, etiam siquid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent Inopinatum. Sen. Epist. 107. pr.
Hostis inexpectatus in armis adest. Ovid. 12. Met. 61.

**Inexpĕdībĭlis**, e. Adj. ut Inexpedibiles moræ apud Ammianum Marcellinum lib. 31. in Valente & Gratiano p. 515. Francf. Ne permoras inexpedibiles populandi amitterent copiam. H. St.

**Inexperrectus**, a, um. Adj. [ἀνέγερτος] Ovid. 12. Met. 317.
Sopitus vinis & inexperrectus Aphidas.

**Inexpertus**, a, um. Adj. [ἄπειρος] i. e. Intentatum, & nulla experientia probatum. Virg. 4. Æn. 415.
Nequid inexpertum frustra moritura relinquat. conf. Curt. 4. 4. 2. & 9. 2. 27.
Fides inexperta. Curt. 6. 7. 9.
Remedia inexperta. Idem 3. 5. 15.
Quæstionis genus inexpertum. Plin. lib. 8. Epist. 14. conf. Sil. 3. 496.
Inexpertus, active. Hor. 1. Epist. 19. 86.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit. i. e. Iis qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt.
Inexpertus, cum dativo. Liv. 23. 18. ad fin. Exercitum in tectis habuit adversus omnia mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum. Item cum accusativo, media præpositione. Idem lib. 6. 18. pr. Iram accenderat ignominia recens, in animo ad contumeliam inexperto. Tacit. 2. Hist. 75. pr. Legiones civili bello inexpertæ.

**Inexperientia**, æ. f. Tertul. de Anima, cap. 20.

**Inexpiābĭlis**, e. Adj. [ἀναφαίρετος] Quod expiari non potest. Cic. 2. Tusc. 72. Tum e Pontificio jure de cæremoniis sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent.
Implacabilis, & inexpiabilis. Cic. in Pison. 81. Si aspernetur amicitiam meam, seseque implacabilem inexpiabilemque præberet. Pro Inexorabili. Budæus.
Bellum inexpiabile. Cic. de Arusp. Resp. 4. Ac pæne hujus imperii pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Inexpiabile, pro Pertinaci. Budæus, conf. Liv. 4. 35.
Fraudes inexpiabiles. Cic. 1. Tusc. 52.
Odium inexpiabile Romanorum in Annibalem. Liv. 39. 51.
*Sic apud Amm. Marcellin. legendum, ut dixi in **inexplicabilis**.

**Inexpiabiliter**, Adv. Augustin. de Genes. ad Lit. 11. 13.

**Inexpiātus**, a, um. Adj. Augustin. Epist. 56.

**Inexplanabilis**, e. Adj. Mart. Capell. lib. 4. p. 95.

**Inexplanātus**, a, um. Adj. [ἀνομάλυντος] ut, Inexplanata, lingua, h. e. Impedita, neque agilis, neque etiam complanata, ut aperte proferre possit. Plin. lib. 11. cap. 37. §. 65.

**Inexplēbĭlis**, e. Adj. [ἄπληστος] Quod expleri non potest. Cic. 5. Tusc. 16. Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate. Ibid. 4. 21.
Inexplebilis potu. Plin. lib. 11. cap. 25. Itemque quum sitiunt inexplebiles potu.
Inexplebilis virtutis, veræque laudis homo. Liv. 28. 17.

**Inexplētus**, a, um. Adj. [ἀπλήρωτος] ut, Cædes inexpletæ. Stat. 8. Theb. 667. i. e. Nondum completæ. Idem 2. Theb. 518. & 3. Silv. 3. 8.
Bustum inexpletum, Insatiabile. Lucan. lib. 2. 176.
Lacrymans inexpletum. Virg. 8. Æn. 559. h. e. Inexplebiliter. nomen pro adverbio. Servius.

**Inexplĭcābĭlis**, e. Adj. [ἀνεκπλοκος] Quod explicari non potest. Plin. lib. 23. cap. 1. De generibus singulis differere, immensum, & inexplicabile est.
Error viarum inexplicabilis. Plin. lib. 36. cap. 13.
Iter inexplicabile. Plin. lib. 5. cap. 5. Ad Garamantes iter inexplicabile adhuc fuit.
Laquei inexplicabiles. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Inexplicabile odium, ubi legendum Inexpiabile, apud Amm. Marcellin. lib. 30. in Valentiniano & Valente p. 493. Francf. in m. H. St.
Res inexplicabilis. Cic. 10. Att. 2. & 8. 3.
Series inexplicabilis. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Viæ inexplicabiles continuis imbribus. h. e. Unde sese quis facile extricare non queat. Liv. 40. 33.

**Inexplicabilĭter**, Adv. Apul. 2. Milef. pr. & Augustin. Epist. 155.

**Inexplicātus**, a, um. Adj. Arnob. lib. 7. Stat. 2. Theb. 511. & Prudent. Cathem. 3. 153.

**Inexplicĭtus**, a, um. Adj. [ἀνέκλικτος] Intricatus, involutus, obscurus, & qui facile explicari non potest. Martial. lib. 9. 48.
Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.

**Inexplōrātus**, a, um. Adj. [ἀνεξέταστος] contrarium Explorato. Liv. 26. 48. Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada, &c. Plin. lib. 35. cap. 6. Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inventionis mihi. De atramento.

**Inexplōrāte**, Adv. [ἀνεξετάστως] Incerto, sine exploratione atque indagatione. Gell. lib. 5. cap. 19. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur.

**Inexplorato**, Adv. Idem. Liv. 6. 30. pr. Inexplorato pabulatum cohortes misere. Idem 21. 25. & 22. 4.

**Inexpugnābĭlis**, e. Adj. [ἄμαχος, δυσμάχητος] Quod expugnari non potest. Liv. 2. 7. Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. 5. Tusc. 41. Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum, &c.
Cor inexpugnabile telis. Ovid. 4. Trist. 10. 65.
Exercitus inexpugnabilis. Justin. 37. 4. 2.
Pectus inexpugnabile amori. Ovid. 11. Met. 767.
Probationes inexpugnabiles. Quintil. lib. 5. cap. 10. conf. Gell. 18. 3.

**Inexpugnātus**, a, um. Adj. Paul. Nolan. Epist. 18. n. 5.

**Inexputābĭlis**, e. Adj. [ἀναρίθμητος] Quod exputari vel numerari non potest. Columel. lib. 9. cap. 4. Verum ex cunctis quæ proposui, quæque omisi, temporis compendia sequens (nam inexputabilis numerus erat) saporis præcipui mella reddit thymus.

**Inextermĭnābĭlis**, e. Adj. Claud. Mamert. 2. 10. Vulg. Int. Sap. 2. 23.

**Inextimābĭlis**, e. Adj. Arnob.

**Inextinctus**, a, um. Adj. [ἄσβεστος] Quod non extinguitur. Ovid. 6. Fast. 297.
Ignis inextinctus templo celatur in illo, &c.
Libidinis inextinctæ homo. Ovid. 1. Fast. 413.

**Inextinguĭbĭlis**, e. Adj. Idem. Flamma inextinguibilis. Lactant. 7. 19. Sitis inextinguibilis. Scrib. Larg. Comp. 105. Varr. Cato, vel de Liber. educand. Male enim consuetudo diu importata est inextinguibilis. Nonius, 2. 479.
Testificatio extinguibilis. Arnob. 6.

**Inextirpābĭlis**, e. Adj. [ἀνεκφύτευτος] Quod extirpari & erui non potest. Plin. lib. 15. cap. 20. Radices multæ atque altæ, & ideo inextirpabiles.

**Inextrĭcābĭlis**, e. Adj. Quod extricari non potest: aut unde quis extricare se non potest. Plin. lib. 36. cap. 13. Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Virg. 6. Æn. 27.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Inextricabilia vitia stomachi. Plin. lib. 20. cap. 21. Semen stomachi inextricabilia vitia sanat.

**Inextricabilĭter**, Adv. Apul. Met. lib. 11. p. 269. Inextricabiliter contorta fatorum licia.

**Inexŭpĕrābĭlis**, vel **Inexsuperabilis**, e. Adj. [ἀνίκητος] Quod superari non potest. ut, Monimentum inexuperabile. Liv. 42. 54.
Inexuperabilis vis fati. Liv. 8.
Inexuperabiles Alpes. Liv. 5. 34. Alpes inde oppositæ erant, quas inexuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via superatas. conf. Liv. 21. 30. & 37. 53.
Inexuperabilis, pro Invicto. Sen. Epist. 111. extr. At ille, qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciæ, inexuperabilis. conf. Epist. 85.

## I N F

**Infăbre**, [ἀκαλλιεργάστως] Adv. contrarium habet Affabre, quod Polite & eleganter significat. Liv. 36. 40. Aureos torques transtulit MCCCCLXX, ad hæc auri pondo CCXLV. argenti infecti factique in Gallicis vasis, non infabre suo more factis, duo millia CCCXL. pondo, &c.
Scalptum infabre. Hor. 2. Serm 3. 22.
Infabre, Fœde: ut Affabre, Pulchre. Pacuvius, Barbaricam pestem navibus nostris obtulit nova figura factam commissam infabre. Nonius. 1. 192.

**Infăbrĭcātus**, a, um. Adj. [ἀκατασκεύαστος] Fabricato contrarium. Virg. 4. Æn. 400.
Frondentesque ferunt ramos, & robora silvis
Infabricata, fugæ studio.

**Infăcētus**, vel **Inficētus**, a, um. Adj. [ἄκομψος] Faceto contrarium. Plaut. Truc. 2. 4. 4. Quid tam infacetus Lemno adveniens? Voss. Inficetus semper per i. scribendum putabat de Vit. Serm. 1. 13. Sed eum refellit Borrich. Cog. p. 133.
Dictum non infacetum. Plin. 19. 8.
Homo non infacetus. Cic. 3. Off. 58.
Lepore non infaceto. Plin. lib. 37. cap. 1.
Mendacium non infacetum. Cic. pro Cœl. 69.
Sæclum infacetum. Catul. in amicam Formiani, 41. 8.
O sæclum insipiens, & inficetum!

**Infacete**, vel **Inficete**. Adv. Suet. Vesp. 20. conf. Paterc. 2. 33. 4. & Solin. cap. 1.
Inficetissime, Superl. Plin. lib. 35. cap. 4. Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub veteribus quum testis compellatus instaret: Dic ergo Crasse qualem me reris. Talem, inquit, ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exerentem linguam. Quid autem vocarit Plinius inficetissime pingi, licet colligere ex verbis ipsius Crassi eandem historiam narrantis apud Cic. lib. 2. de Orat. 266. Demonstravi, inquit, digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub Novis distortum, exerta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus, nihil tam Maciæ simile visum est. conf. Quintil. lib. 6. cap. 4.

**Infacetiæ**, vel **Inficetiæ**, arum. f. pl. [ἀνευτραπελία] ut Pleni infacetiarum annales. Catul. 37. 19.

**Infăcundus**, a, um. Adj. Inelegans. Liv. 4. 49. Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus nactus inter adversarios, &c.
Compar. Infacundior homo. Liv. 7. 4.

**Infăcundia**, æ. f. Gell. lib. 11. cap. 16. Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia. i. e. Imperitia dicendi.

**Infallĭbĭlis**, e. Adj. Vox frequens apud Ecclesiasticos.

INFĀMIS, e. Adj. [ἀνώνυμος, δυσκλεής] quasi Sine fama, turpis, qui male audit. Cic. 6. Verr. 20. Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti.
Homines ceteris vitiis atque omni dedecore infames. Cic. pro Cluent. 130.
Infamem facere. Ter. Heaut, 5. 4. 14.
— ea causa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
Alpes infames frigoribus, Horrendæ & pertimescendæ propter frigora. Liv. 21. 31. Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium & vestimentis est adjutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Al. Et vestis.
Annus infamis pestilentia. Liv. 8. 18. pr. Illud pervelim (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse, venenis absumptos, quorum mors infamem annum pestilentia fecerit.
Carmen infame. Ovid. Rem. Amor. 254.
Cera infamis ac nefaria. Cic. 1. Verr. 24. Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria.
Digitus medius Infamis dictus est ab antiquis propter ignaviam, quoniam indigere videatur aliorum defensione. Pers. 2. Sat. 33.
Infami digito lustralibus ante salivis
Expiat. V. Lex. Pitisc.
Genus infame Danai. Hor. 2. Carm. 14. 19.
Ludi infames. Propert. lib. 3. 14. 3.
Nomen infame. Plin. lib. 33. cap. 3.
Os infame Dolabellæ, Turpe & immundum. Cic. 11. Philipp. 7.
Terræ infames cæde. Ovid. 13. Met. 400.
Vita infamis. Lucret. lib. 3. 42.
Superl. Serv. in 12. Æn. 603. Mors infamissima. l. 34. Cod. de Decurion. Infamissimam suscipiens vilitatem.
INFAMISSIME, Adv. Capitol. in Pertin. cap. 13. Cornificiæ infamissime dicitur adhæsisse.
INFAMIA, æ. f. [δυσκλεια] Nota, macula, probrum, nota turpitudinis. Ter. And. 2. 6. 13.
— tum id clam, cavit ne unquam infamiæ
Ea res sibi esset. Suet. de Clar. Gram. cap. 23. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres usque ad infamiam oris. Cic. 5. Verr. 132.
Nihil ad tuas aures de infamia tua pervenisse.
Metus infamiæ. Tacit. 4. Hist. 72.
Intactus infamia. V. INTACTUS.
Temporis infamia. Ovid. 1. Met. 211.
Inveterata infamia. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Mendax infamia. Hor. 1. Epist. 16. 39.
Vetus infamia est in saxo. Ovid. 2. Met. 707.
Accedere in infamiam. Plaut. Trin. 1. 2. 84.
Aspergere infamia. Cic. pro Cœl. 23. Qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.
Aspergi. Nep. 7. 3. 6.
Attingit eum infamia. V. ATTINGO.
Avertere ab infamia. V. AVERTO.
Colligere infamiam. Justin. 3. 4. 10.
Conflare infamiam. Cic. pro Cluent. 79.
Concipere infamiam. Cic. 1. Verr. 49. Vos aliquot jam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere potestis.
Delere infamiam. In præced.
Esse infamia, Esse in infamia, Esse infamiæ. Cic. 2. Att. Et Ter. supra q. V.
Eximere aliquem infamiæ. V. Pœnæ eximere, in EXIMO.
Fugere vel Effugere infamiam. Cic. 1. Fam. 1.
Habere infamiam. Cic. pro Flacc. 95. Habuit quandam ille infamiam suam.
Infligere malignum infamiæ vulnus. Firmic. lib. 6. cap. 10.
Importare infamiam. Mart. in l. ictus. D. de iis qui notantur infamia. Ictus fustium infamiam non importat: sed causa, propter quam id pati meruit: si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret.
Irrogare infamiam. Papinian. in l. ex ea causa quæ infamiam non irrogat. D. de postulando. Ulpian. in l. quid ergo. §. ex compromisso. D. de iis qui notantur infamia. Rursus ibid. in fine.
Inurere infamiam alicui. V. INURO.
Laborare infamia. Ulpian. in l. furti. §. 1. D. de iis qui notantur infamia.
Levare sese infamia. V. LEVO.
Liberare infamia. V. LIBERO.
Notari infamia. Ulpian. in l. 2. in princ. D. de iis qui notantur infamia. Et in l. furti. §. 1. D. eod. tit. Rursus in l. parentes. D. eod. tit.
Pulsari infamia. Firmic. lib. 5. cap. 1. Matrimonium contrahet cum muliere vidua, vel quæ publica pulsetur infamia.
Spargere aliquem infamia. Firmic. lib. 6. cap. 14.
Subire infamiam. Cic. 3. Q. frat. 1. conf. Justin. 27. 1. 3.
INFĀMO, [ἀτιμόω, παραδειγματίζω] āre. Ignominiam vel notam inurere, ignominia notare. [vel potius In malam famam adducere.] Quintil. lib. 10. cap. 1. extr. Deinde quum se jactaret, eodem modo dicere Senecam, infamabat. Sen. Desinant denique infamare nos tanquam incredibilia jactantes. Idem Epist. 22. Tacit. 1. Hist. 64. 7.
Infamare parricidii. Quintil. 8. Decl.
Animum infamare timore. Ovid. 3. de Pont. 6. 43.
Ferrum infamare veneno. Sil. lib. 3. 273.
Officia alicujus infamare. Quintil. lib. 2. cap. 15. pr. Qui quum longe sit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit.
Infamare, Divulgare. Liv. 40. 7. extr. Infamandæ rei causa januam obserari jubet. [Non est Divulgare, sed In invidiam adducere Infamem reddere rem.
Infamare agrum. Columel. lib. 1. cap. 7. Ita fit, ut & actor & familia peccent, & ager sæpius infametur. h. e. Ut agro imputetur peccatum familiæ. Idem lib. 9. cap. 8. Non sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament generosas.
Infamatur uterque, i. e. Infamia notatur. Paulus in l. non est. D. de ritu nuptiarum.
INFAMANS, antis. Partic. ut, Infamantia bellum funera. Stat. 9. Theb. 96. V. Quintil. supra.
INFAMĀTUS, a, um, [ἀτιμωθείς] Partic. Ovid. 14. Met. 446.
Et procul insidias, infamatæque relinquunt
Tecta deæ. Infamatam deam, Circen vocat. Nep. 7. 11. 1.
Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt.
INFAMATIO, ōnis. f. JCt.
INFAMĀTOR, ōris. m. Dig.
INFANDUS, a, um. Adj. [ἄῤῥητος] Arduum quiddam atque inenarrabile, & quod vix fari quis possit. [Immo quod fari horremus.] Ter. Eun. 4. 3. 22.
Perii, obsecro tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem. Martial. lib. 9. 10.
Immatura dabant infandas corpora pœnas.
Amor infandus. Virg. 4. Æn. 85.
Cædes infanda. Liv. 4. 32. Ibid. Infandæ colonorum cædis & defectionis auctores.
Casus infandus. Virg. 8. Æn. 578.
Dies infanda. Virg. 2. Æn. 132.
Dolor infandus. Virg. 2. Æn. 3.
Ignes infandi. Virg. 1. Æn. 525. Prohibe infandos a navibus ignes.
Labores infandi. Virg. 1. Æn. 597.
Merces infanda. Liv. 5. 49.
Res infanda & crudelis. Cic. 2. de Orat. 322. Ex adversario, iisdem locis fere contraria. Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata, &c.
Senones infandi. Sil. 4 160.
Superl. apud Quintil. lib. 3. 8. Jam fero infandissima.
INFANDUM, [ἄῤῥητον] Interjectio, quemadmodum Malum! & similia poni solent. Virg. 1. Georg. 479.
Infandum! sistunt amnes, terræque dehiscunt. Idem 1. Æn. 225.
Navibus (infandum) amissis unius ob iram
Prodimur. Infandum, pro Infande: nomen pro adverbio. Potest tamen hoc loco etiam esse interjectio dolentis. Servius.
INFANS, antis. c. Adj. & Subst. [βρέφος, ὑπομάζιος, νήπιος] Puer qui nondum fari cœpit. Cic. 3. Verr. 153. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit.
Ab infante. V. AB.
Animosus infans. Hor. 3. Carm. 4. 20.
Crassus. Juven. 13. Sat. 163.
Generosus. Stat. 4. Silv. 7. 41.
Incertus infans. Liv. 31. 12. In Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset.
Parvi infantes. Lucret. lib. 1. 187.
Semestris infans. Liv. 21. 62. conf. Gruter. p. 679. n. 7.
Continere infantem alvo. V. CONTINEO.
Editus in lucem jacuit sine viribus infans. Ovid. 15. Met. 221.
Expressus infans omnibus membris. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Infestat infantes editos plenilunium. V. INFESTUS.
Removere infantem, A lacte depellere. Plin. lib. 28. cap. 7.
Vagitat infans. Stat. 4. Silv. 8. 35.
Infans, de Brutis & Avibus etiam dicitur. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem lib. 10. cap. 61. De vespertilione.
Pulli avium infantes. Plin. lib. 10. cap. 33. Ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendis ovis, simul ne durus sit infantibus pullis. H. St. Desiderabatur in Lugd. edit.
Infans Adj. capitur pro Parvo. Plin. lib. 22. cap. 22. de boleto, Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Ovid. in Ibin, 229.
Gutturaque imbuerant infantia, lacte canino. Idem 4. Fast. 146.
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Infans, Adj. Non facundus, orationis facultate destitutus. Cic. de Clar. Orat. 77. Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse.
Infans historia. Cic. de Clar. Orat. 101.
Homines infantes ac insipientes: quibus opponuntur Magni ac diserti. Cic. 1. de Invent. 4.
Pudor infans. Hor. 1. Serm. 6. 57. Verecundia enim nos elingues facit. Porphyr.
Statuæ infantes, i. e. Mutæ. Hor. 2. Serm. 5. 39.
Illa Hortensiana omnia fuere infantia. Cic. 10. Att. 18. Sensus est: Quum omnia promisisset Hortensius, nihil præstat, more infantium.
Infans, interdum Infandus est. Accius, Priusquam infans facinus oculi vescuntur mei. Sic & Nefantia pro Nefandis Lucilius posuit, hoc versu,
Tantalu', qui pœnas ob facta nefantia luvit. Turneb. 15. 2.
Compar. Cic. 3. Q. frat. 4. pr. Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque ejus infantius.
Superl. Idem pro Cluent. 51. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in ejusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. conf. Auct. ad Herenn. 2. 11. & Prudent. Perist. 10. 3.
INFANTIA, æ. f. [νηπιότης] Ætas puerilis & inadulta. Plin. lib. 9. cap. 8. Atque etiam gestant fetus in infantia.
Infantia dicitur quum quis rem aliquam novit, & eam dicendo non potest explicare. Cic. 4. Att. 16. Accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum. Idem in Orat. 236. Res autem sic se habet, (ut brevissime dicam quod sentio) composite & apte sine sententiis dicere, insania est: sententiose autem, sine verborum & ordine, & modo, infantia. Idem in Topic. 82. Possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam. conf. Suet. Gramm. cap. 9. Idem 1. 1. 19.
Solvimus infantiam deliciis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ab infantia. V. AB.
Infantia nasi. V. NASUS.
Infantia pomi. Plin. Lib. 15. cap. 19. Mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt.
INFANTĀRIUS, a, um. Adj. ut Infantaria, [λεχωίς] pro Puerpera. Martial. lib. 4. 43. Al. 88.
Et, quod mireris magis, infantaria non est. De Bassa. [Toto cælo a mente Martialis aberrat hæc expositio. Infantariam feminam intelligit, Quæ infantum insanit amore, eosque semper secum habet. V. quæ in CORINTHIARIUS adscripsi.
Infantarii dicebantur olim Christiani, crediti infantem in conventibus suis mactare & comedere. V. Tertull. ad Nation. 1. 2.
INFANTĪCIDA, æ. m. Tertull. Apol. cap. 4. & ad Nation. 1. 15.
INFANTICIDIUM, i. n. Idem ibid. & Apol. cap. 2.

INFANTĪLIS, e. Adj. Justin. 17. 3. 20. Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. Apul. Met. 5. p. 164. Infantilis uterus.

INFANTO, āre. Infantis instar nutrire. Tertull. adv. Marc. 1. 14.

INFANTŬLA, æ. f. dimin. Apul. 10. p. 252. Sidon. Epist. 7. 2.

INFANTŬLUS, i. m. Apul. 8. Met. p. 207. Gerebamus infantulos & mulieres.

INFARCIO, si, tum, [ἐμπλάττω, συῤῥάπτω, ἐνσθίω] īre. Implere. ut, Parietes infarcire, apud Plin. lib. 35. cap. 14. Columel. lib. 12. cap. 53. Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. i. e. Indito. Suet. Tib. c. 53. Mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infarciri cibum jussit. Budæus hic Infercire legit. In MSS. & emendatius excusis Infulciri.
Verba infarcire, Inculcare, & sine ordine inserere. Cic. in Orat. 231. Quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita trajiciat, ut id de industria factum intelligatur: neque infarciens verba, quasi rimas expleat, &c. In vetusto exemplari legitur, Inferciens verba. Utraque lectio proba est.

INFERSUS, a, um. Partic. Caro stercoribus infersa. Tertull. adv. Marc. 3. 10.

INFAS, antique pro Infans. Ennius.

INFAS, pro Nefas. Gloss. Lat. Gr. Infas, ἀθέμιτον.

INFĂTĪGĀBĬLIS, e. Adj. [ἀκάματος] Qui non defatigatur. ut, Infatigabilis cursus. Plin. lib. 28. cap. 19. Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.
Val. Max. 3. 2. ex. 1. pr. Infatigabilis pugna. Sen. Epist. 66. Servare animum infatigabilem.

INFATIGABILĬTER, Adv. Augustin. Epist. 32. Ven. Fortunat. Epist. lib. 8. inter Carm. 14. & 15. Gloss. Gr. Lat. ἀκαμάτως, Infatigabiliter.

INFĂTUO, [μωροποιέω] āre. Reddere stultum & fatuum. Cic. pro Flacc. 47. Habebat enim rhetor iste adolescentes, &c. neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. Idem 3. Philipp. 21. Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.
Adulatio infatuat. Sen. Epist. 59. conf. Sen. P. Suasor. 2. extr.

INFATUATUS, a, um. Adj. Qui Faunorum ludibriis agitatur. Vulgo Dæmoniacus. Ex Thes. Lips.

INFAUSTUS, a, um. Adj. [ἀπαίσιος] Infelix, infortunatus. Ovid. 14. Met. 529.
Bella infausta gerunt, multumque ab utraque cruoris
Parte datur.

INFECTUS, a, um. Adj. [ἀνέργαστος, ἄεργος] Non factus; ex In & Factus compositum. Plaut. Amph. 3. 2. 3.
Ea quæ sunt facta, infecta, esse acclamitat. Ibid. 2. 1. 85.
Utinam di faxint infecta dicta recte veniant tua. i. e. Utinam quæ dicis non eveniant. Al. Re eveniant.
Argentum infectum, Signato opponitur. Liv. 36. 40. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo, & signati bigatorum XVII millia viginti tria.
Cursu infecto deposcit præmia. Propert. lib. 2. 5. 25.
Damnum infectum. Cic. in Topic. 22. At siquis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix vitii fecerit. conf. Plin. 36. 2.
Dona infecta facere. Plaut. Most. 1. 3. 27. i. e. Irrita, revocare donationem. Budæus.
Facta infecta loqui. Stat. 3. Theb. 430.
Fœdus infectum. Virg. 12. Æn. 243.
Opera facta & infecta. Cato R.R. cap. 2. Ubi cognovit quomodo fundus cultus siet, operaque quæ facta, infectaque sient.
Pace infecta, Non facta. Ter. Eun. 1. 1. 8.
Infecta pace, ultro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non posse. conf. Liv. 30. 31. extr.
Pensa infecta reponunt. Ovid. 4. Met. 10.
Re infecta abire. Liv. 9. 32.
Sacra infecta relinquunt. Ovid. 6. Met. 202.
Scelus infectum. Virg. 6. Æn. 742.
Victoria infecta. Liv. 9. 23.
Diffingere, infectumque reddere. Hor. 3. Carm. 29. 47.
Infecta facere, Quod factum est corrumpere. Plaut. Casin. 4. 4. 9.
Infectum fieri non potest. Plaut. Aul. 4. 10. 11.
Quid vis fieri? factum est, illud fieri infectum non potest. Ter. Phorm. 5. 8. 4.
Infectum reddere quicquid fieri non oportuerit. Plin. Paneg. cap. 80. Intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuerit.
Pro infecto esse Liv. 9. 11. Nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt.
Infectum volet esse dolor quod suaserit. Hor. 1. Epist. 2. 60.
Infectum, Sallustius novo quodam modo non Quod factum non est, sed Quod fieri non potest dixit. Ejus verba sunt Iug. cap. 76. pr. Sed rex nihil jam infectum Metello credens, i. e. Nihil esse putans quod non efficere Metellus posset. Hæc Turnebus.

INFĒCUNDUS, a, um. Adj. [ἄφορος] Fecundo contrarium, Non ferax, Sterile. Plin. lib. 11. cap. 54. Ova incubari intra decem dies edita utilissimum est; vetera aut recentiora infecunda.
Ager arbori infecundus. Sallust. Jugurth. cap. 17.
Folia infecunda. Plin. lib. 12. 10.
Fons. Ovid. 3. Trist. 14. 34.
Materia. Columel. lib. 2. cap. 4.
Natura. Stat. 3. Silv. 1. 167.
Semina. Virg. 2. Georg. 48.
Compar. Columel. l. c. Infecundior materia mista pinguiori segetem minus uberem reddit. Prudent. advers. Symmach. 2. 954. Infecundior annus Scribitur & Infœcundus per œ. Sed contra veterum consuetudinem.

INFECUNDE, Adv. Idem. Gell. 19. 3. per Metaph. Infecunde atque jejune laudare.

INFECUNDĬTAS, ātis. f. [ἀφορία] Sterilitas. Columel. in procem. lib. 1. Sæpenumero civitatis nostræ principes audio culpantes, modo agrorum infecunditatem, modo cæli per multa jam tempora noxiam frugibus intemperiem. adde Tacit. 4. Ann. 6. 7.

INFĒLIX, V. INFŒLIX.

INFENSUS, a, um. [μηνίζων] Adj. ab Infero, ait Perottus, significat Eum qui ira in alium elatus est, & odium gerit. Ter. And. 1. 3. 7.
Me infensus servat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 14.
Verum si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles,
Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suisque invidi. Suet. in Vitell. 14. Nullis tamen infensior quam vernaculis. al. Offensior.
Infensus & inimicus. Cic. 1. Verr. 42. Jam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sunt, & exspectatione omnium, & magnitudine rerum, dignum eloqui possim.
Infenso atque inimico animo ire in aliquem. Cic. 4. Verr. 149.
Dictis infensus amaris. Stat. 2. Theb. 660.
Ignem infensum corripit. Virg. 5. Æn. 641.
Natura hominum generi infensa atque inimica. Cic. 4. Tusc. 58.
Opes principibus infensæ. i. e. Formidabiles. Tacit. Ann. 11. pr.
Valetudo infensa. Tacit. 14. Ann. 56. Vitat comitantes, rarus per urbem, quasi valetudine infensa.
Compar. Claudian. 3. de Rapt. Proserp. 201.
— Phlegra nobis infensior æther. Vopisc. Aurel. cap. 36. Incidit ut libertum suum infensiorem sibi minando redderet.

INFENSE, Adv. Tacit. 5. Ann. 3. 6. Tiberius infense invectus.
Compar. Liv. 34. 15. Infensius hostes pro vallo pugnabant. Cic. Orat. 172. Quis porro Isocrati est adversatus infensius? al. Impensius.

INFENSO, [ἐχθραίνω] āre. Tacit. 13. Ann. 41. pro Infensum habere. Ut quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur.
Infensare, pro Infestare. Tacit. Ann. 6. 34. pr. Adequitare castris, infensare pabula.
Bello infensare Armeniam. Idem Ann. 13. 37. pr.

INFER, V. INFRA.

INFĔRAX, acis. Adj. ut, Silvæ inferaces. Hieron. Homil. 2. Ed. Frob. p. 185. Colon. 369. Tom. 3.

INFĔRIÆ, arum. f. pl. [ἐπικτίρεα, ἀκιδνότερα] sunt (ait Servius) Sacra mortuorum, quæ inferis solvuntur. Inferiæ dicta Sacrificia, quæ Diis Manibus inferebant. Festus. Ovid. 3. Trist. 3. 81.
Tu tamen extincto ferialia munera ferto. Virg. 9. Æn. 215.
Absenti ferat inferias. V. Kirchm. de Fun. Rom. 3. 22. & Turneb. 4. 22. vel Lex. Pitisc. Virg. 10. Æn. 519.
Viventes rapit, inferias quos immolet umbris.
Dare inferias manibus. Ovid. 5. Fast. 422.
Ferre inferias alicui. Virg. 9. Æn. 215.
Mittere inferias extincto alicui. Ovid. 11. Met. 381.
Sacrare umbris æternas inferias. Stat. 3. Theb. 363.
Annuæ parentationes sic etiam dictæ. Suet. Calig. 3. n. 7. Inferiasque his annua religione publice instituit. conf. Idem Claud. 11. & Vitell. 11. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Tertius est ex Idæis digitis, cui inferias afferunt.
Constabant inferiæ liquoribus & victimis. Liquores erant Aqua, lac, vinum & sanguis; hæ a fundendo Græcis dictæ χοαί. Tacit. 11. Hist. 95. 2. Apud bonos invidiæ fuit, quod extructis in Campo Martio aris, inferias Neroni fecisset: cæsæ publice victimæ crematæque &c. Flor. 2. 18. 12. Ut destinata morte in prælium ruerent, quum sese primum epulis, quasi inferiis implevissent. V. ibi Freinsh. conf. Justin. 14. 4. 13. & 18. 4. 13.

INFERIĀLIS, e. Adj. Funebris. Apul. Met. 8. p. 169. Officiis inferialibus statim exactis. conf. Idem Miles. 1. pr.

INFERIUS, a, um. Adj. Idem. ut, Inferium vinum. V. Festus & Jac. Nic. Loens. Epiphill. 3. 12. & Scal. Conjectan. in Varr. lib. 5. p. 75. ed. tert. Steph.

INFERIOR, INFERNALIS, INFERNAS, INFERNUS, V. INFERUS. post INFRA.

INFĔRO, fers, intŭli, illātum, [ἐπιφέρω] inferre. Intro ferre, sive portare. Plaut. Curc. 1. 1. 72. Me inferre Veneri novi jam jentaculum.
In ærarium inferre. Paulus in l. Senatus. D. de contrahenda empt & venditione. Senatus censuit, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi acquireretur, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve: pœna, in eum qui adversus Senatusconsultum fecisset, constituta, ut duplum ejus, quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum vero qui vendidisset, ut irrita fieret venditio.
Fisco inferre quingentos solidos. Macer in l. Imperatores. D. de jure fisci. Hermogenianus in l. Aufertur. eod. tit.
In ignem inferre. Cæs. 6. Bell. Gall. 19. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa: omniaque quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.
In pauperiem. Plaut. Truc. 2. 7. 19.
Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, atque amicis.
In templum inferre, vel In urbem. Cic. in Vatin. 31. Tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furiis funestum intulisti. Idem in Pison. 55. Triennio post Macedonicus Imperator in Urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unquam fuerit desertior.
Inferre se, pro Cum impetu irruere. Liv. 2. 14. Adeo concitato impetu se intulerant Hetrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos. Sic lib. 4. 33. Et ipse princeps calcaribus subditis evectus, effreno equo in medios ignes infertur. Idem 33. 36. Inferentem se ferociter hostem, &c.
Per medios infert se. Virg. 1. Æn. 443.
Inferre se, pro Incedere, & composito quasi gradu cum fastu ambulare: vel etiam simpliciter Ingredi & intrare. Plaut. Mil. 4. 2. 54. Idem Pers. 5. 2. 25.
Hui babæ, quam basilice te intulisti, & facete.
Equus se infert campo. Virg. 2. Georg. 145.
Inferre & intrudere se. Cic. pro Cæcin. 13. Versabatur quoque eo tempore in his rationibus auctionis & partitionis: atque etiam se ipse inferebat & intrudebat, & in eam opinionem Cæsenniam adducebat, ut mulier, &c. i e. Ingerebat, ut vulgo dicunt. Budæus.
Inferre, de mortuis dicitur. Cic. 2. de Legib. 55. Jam tanta est religio sepulcrorum, ut extra sacra & gentem inferri fas negent. Ulp. in l. 2.

D. de Religiosis & sumptibus funerum. Qui mortuum in locum alienum intulit, tenebitur in factum actione. Idem in titulo De mortuo inferendo. l. 1. Qui inferendi mortuum jus habet, non prohibetur inferre. Nepos Pausan. extr. Cujus mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi qui ad supplicium essent dati, &c. Virg. 3. Æn. 66.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte
Sanguinis & sacri pateras. Ubi Serv. V.

Abortum inferre. Plin. lib. 8. cap. 47. Tonitrus solitariis ovibus abortus inferunt. h. e. Causa sunt abortus. V. ABORIOR.

Actionem inferre cum aliquo, est Agere adversus aliquem. Paulus in l. Ex facto. §. ult. D. de peculio.

Arma inferre, pro Belligerare. Liv. 1. 30. extr. Quum bellum utrinque summa ope pararent, vertique in eo res videretur, utri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire.

Bellum, Idem. Cic. 9. Att. 1. Jovem imperavisse, ut Italiæ bellum inferret.

Bellum contra patriam. Cic. 2. Philipp. 53.

Cæcitatem. Plin. lib. 12. cap. 8. Item laurino folio & ibi spina tradita est, cujus liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus.

Calamitatem civitati. Cæs. 2. Bell. Gall. 14. Qui hujus consilii principes fuissent, quod intelligerent quantam calamitatem civitati intulissent, in Britanniam profugisse.

Caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 28. Quæque nunquam annonæ intulere caritatem.

Causam, Afferre excusationem. Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Quorum alius alia causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat ut ejus voluntate discedere liceret.

Causam inferre alicui, pro Dare occasionem. Hirt. de Bell. Hispan. 1. Propter pecuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, ut eo de medio sublato, ex ejus pecunia latronum largitio fieret.

Certamen alicui, ut aliquid fiat. Liv. 4. 43. Consulibus, Tribuni pleb. certamen intulerunt, ut pars Quæstorum (nam ad id tempus patricii creati erant) ex plebe fieret.

Cladem. Liv. 29. 3. Omnibus pacis modo incuriose agentibus magna clades illata.

Classes Oceano. Lucan. lib. 10. 36.

Crimen alicui, Criminari. Cic. 7. Verr. 105. Quum ipse prædonum socius putaretur, aliis proditionis crimen inferret.

Crimina inferre & Diluere, contraria. Auct. ad Heren. 4. 48. Accusatoris officium est, inferre crimina: defensoris, diluere & propulsare.

Desperationem inferre. Justin. 22. 7. 7.

Detrimentum, pro Damno esse. Cæs. 2. Bell. Civil. 2. Magnisque ultro illatis detrimentis, eos qui eruptionem fecerant, in oppidum rejiciebant.

Dolorem. Plin. lib. 24. cap. 5.

Faces tectis, Incendere tecta. Cic. in Parad. 4. Nisi forte, quum parietes disturbabas, aut quum tectis sceleratas faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare.

Famem civibus. Cic. 9. Att. 12. Me meis civibus famem, vastitatem inferre Italiæ.

Fraudem. Liv. 27. 28. pr. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem.

Gradum. Liv. 9. 40. Is novus additus terror quum ex parte utraque circumvasisset aciem, & ad terrorem hostium legiones Rom. redintegrato clamore intulissent gradum.

Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti. Tacit. 3. Hist. 25.

Hostem se alicui. Virg. 10. Æn. 66.

Ignominiam. Liv. 34.

Injuriam sociis. Cæs. 1. Bell. Gall. 36. Cic. 1. Off. 23. Sed injustitiæ genera duo sunt: unum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab iis quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam.

Invidiam inferre. Justin. 8. 1. 10.

Litem. Papinian. in l. 2. D. Ne de statu defunct. Præscriptio quinque annorum, quæ statum defunctorum tuetur, specie litis ante mortem illatæ non fit irrita.

Litem capitis in aliquem. Cic. pro Cluent. 116.

Lumen in clarissimum solem inferre. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Mæstitiam. Cic. 1. Tusc. 106.

Mala. Plin. lib. 14. cap. 22. Approbavit plane quanta per temulentiam mala terrarum orbi intulisset.

Malum in domum alicujus inferre. Nep. 2. 9. 2.

Manus alicui, idem quod Afferre manus. Cic. in Parad. 3. 2. Et æque peccare se si privatis, ac si magistratibus manus inferantur. In vetusto exemplari legitur Adferant. Plin. Epist. 190.

Manus turba armatas in illum intulit. Ovid. in Ibin, 614.

Memoriam sempiternam in domum suam. Cic. 2. Off. 76.

Mentionem, pro Mentionem facere. Liv. 4. 1 pr. Et mentio primo sensim illata a Tribunis, ut alterum ex plebe Consulem liceret fieri.

Metum, Incutere timorem. Liv. 26. 20. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud cives, sociosque: & divinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum.

Moram. Cæs. 3. Bell. Civil. 75. Neque vero Pompeius cognito consilio ejus, moram ullam ad insequendum intulit. i. e. Moram ullam fecit.

Morsus alicui. Ovid. 11. Met. 58.

Mortem, Occidere. Plin. lib. 27. cap. 2.

Necem. Plin. lib. 10. cap. 74. extr. de Aspide. Intellexisse culpam & necem intulisse catulo.

Oculos in Remp. Cic. pro Font. 33. Age vero nunc, inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omnes Reipub. partes.

Odium. Tacit. 15. Ann. 49. Et Lucanus Anneus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, vivida odia intulere.

Pedem. Cic. pro Cæcin. 39. Utrum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar, atque dejiciar, &c.

Pedem in ædes inferre. Plaut Amph. 2. 2. 101.

Neque meum pedem huc intuli etiam in ædeis.

Pedem inferunt, urgentque, & impulsos semel terrore eodem agunt quo cœperunt. Liv. 10. 33. Hic est Impressionem facere.

Periculum. Cic. pro Cluent. 95. Et penitus perspicere debetis quid mali, quantum periculi unicuique nostrum inferre possit vis Tribunitia, &c.

Periculum capitis inferre multis. Cic. 2. Off. 50.

Prælium in castra. Liv. 4. 29. pr. Dictator proruto vallo jam in castra prælium intulerat.

Probrum castis, labem integris, infamiam bonis. Cic. pro Cœl. 42.

Quæstionem. Papinian. in l. 2. D. Ne de stat. defunct. Non esse libertatis quæstionem filiis inferendam, propter patris vel matris memoriam post quinquennium a morte non retractatam, convenit.

Rationibus. Columel. lib. 1. cap. 7. Nam & ipsi diripiunt, & ab aliis furibus non custodiunt, sed nec conditum cum fide rationibus inferunt: ita fit ut actor & familia peccent. conf. Suet. Jul. 47. 2. & Flor. 22. 5.

Sepulchro inferri. Suet. Aug. 102. 6. V. supra Inferre de mortuis.

Sermonem in. Cic. 1. Off. 144. Turpe enim, valdeque vitiosum, in re severa convivio dignum aut delicatum inferre sermonem.

Sermonem de re aliqua. Cic. 1. de Orat. 29. Ibi ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse.

Signa. Cæs. 2. Bell. Gall. 25. Signa inferre, & manipulos laxare jussit. conf. Liv. 4. 18.

Signa patriæ. Cic. pro Flacc. 5. Damnatus est is qui Catilinam signa patriæ inferentem interemit.

Socium se infert Æneas. Virg. 4. Æn. 242.

Spem. Cæs. 2. Bell Gall. 25. Hujus adventu spe illata militibus, ac redintegrato animo, &c.

Stuprum reginæ, pro Stuprare. Cic. 3. Off. 38.

Stuprum pulvinaribus Bonæ deæ. Cic. de Arusp. Resp. 8.

Stuprum in domum aliquam, pro Uxorem alicujus stuprare. Cic. in Parad. 3. Quamcunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis.

Sumptum civibus. h. e. Sumptibus vexare, & onerare cives. Cic. pro Flacc. 45. Pro quo quum a P. Varino Prætore pecuniam accepisset, celavit suos cives, ultroque iis sumptum intulit.

Supplicia urbibus hostium. Cic. de Arusp. Resp. 3. Supplicia neque a sociorum mœnibus prohibere, neque hostium urbibus inferre poterunt.

Suspicionem. Cæs. 3. Bell. Civil. 38. Ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt.

Terrorem, pro Terrere. Cic. pro Milon. 71. Satis declarat se non terrorem inferre vobis.

Terrorem intulerat Jovi. Hor. 3. Carm. 4. 49.

Tributum studio alterius. Columel. lib. 1. cap. 1. Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus & Cleobulus. Paulo ante dixerat, Aliquod stipendium nostro studio contulerunt.

Verecundiam inferre alicui. Liv lib. 35. 45. pr. Adventum ejus & majestatem ad verecundiam inferendam Romanis majorem vim habituram quam arma. Al. Faciendam.

Vestigia aliquo. Lucret. lib. 6. 758.

Vim & manus alicui. Cic. 2. in Catil. 1. Jam mihi Consuli hoc ipso in templo jure optimo Senatus vim & manus intulisset.

Vulnera alicui, Vulnerare. Cæs. 5. Bell. Gall. 28. Multis ultro vulneribus illatis. Sic 2. Bell. Civil. 6. Multa nostris de improviso imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant.

Inferre, Solvere. Scævola in l. De accessionibus. D. de diver. temp. præscrip. Jam enim illo in tempore, quo contrahebat, videri te concessisse venditionem, si pecuniam non intulisses.

ILLĀTUS, a, um. Partic. V. in superioribus exemplis.

ILLĀTIO, ōnis. f. [εἰσφορὰ] Ulp. in l. 2. D. de religiosis & sumptibus funerum, De ea autem illatione Prætor sensit, quæ sepulturæ causa fit. conf. Cassiodor. 2. Epist. 16. & Apul. 3. Dogm. Plat. p. 34. & in ipso verbo supra.

ILLATĪVUS, a, um. Adj. Illationem inferens. Apul.

INFERTUS, a, um. Adj. pro Illatus. ut, Infertum vinum. Isidor. 20. 3.

INFERTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. παραθέτης, Structor, infertor.

INFERTĪLIS, e. Adj. apud Columel.

INFERTILĬTAS, ātis. f. Sterilitas. Gloss. Gr. Lat. ἀγονία.

INFERIÆ. V. supra. f. I.

INFERVEO; sive INFERVESCO, inferbui, [ἐπιζέω] ēre. Idem quod Fervere. Cato cap. 108. Facito bis aut ter inferveat. Idem cap. 90. Et far parum facito, & fabæ tertia pars ut infervescat. Hor. 2. Serm. 4. 67.

Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis, &c.

INFERVĔFĂCIO, ēci, actum, [ζεστόω] ēre. Columel. lib. 9. cap. 14. Omnia eadem æquis ponderibus in unum lævigata, & fictili vase cum aminæo vino infervefacta, Idem lib. 12. cap. 17. Liquatumque acetum infervefaciant.

INFERVĔFĪO, ēri. Scribon. Larg. cap. ult. Posteroque & tertio die quum infervefiunt, reconduntur.

INFERUS & inde deducta V. post INFRA.

INFESTATIO, INFESTATUS, INFESTATOR. V. infra INFESTO.

INFESTĪVUS, a, um. Adj. [ἀτερπής] Infacetus, injucundus. Gell. 1. 5. Homo subagresti ingenio & infestivo.

INFESTIVĬTER, Adv. Gell. 9. 9. Cetera vertit non infestiviter.

INFESTUS, a, um. [πολέμιος, ἐχθρός, κακωτικός] Qui alicui malum infert: & est plus quam Inimicus, jamque adversus eum fertur. Plaut. Casin. 3. 5. 41.

— nunquid mihi quoque minatur?
P. Tibi infesta soli est plus quam cuiquam.

Infestum ferri in suos. Cic. pro Rosc. Amer. 88. Is qui ardens avaritia feratur infestus in suos.

Infestus aut inimicus. Cic. 5. Verr. 12. Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?

Habere aliquid infestum, pro Infestare. Liv. lib. 9. Qui vias latrociniis, pascuaque publica infesta habuerant.

Acies infestæ. V. ACIES.

Ager infestus ab nobilitate. V. AB.

Amor infestus. Catul. ad Juventium, 96. 11.

Animo infesto reprehendere. Cic. ad Brut. 16. Benefacta pro debitis eximus: quæ aliter eveniunt, ut decepti ab his, infesto animo reprehendimus.

Arma infesta. Ovid. 5. Epist. 91.
Bellum infestissimum. Liv. 9. 12.
Clamor infestus & inimicus. Cic. 3. Verr. 12. Clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum.
Concio infesta. Curt. 7. 2. 1.
Dictis infestis discerpere aliquem. Catul. de Coma Beren. 64. 73.
Enses infesti. Stat. 1. Achil. 131.
Fortuna infesta, cui Prospera opponitur. Cic. ad Octav.
Hasta infesta. Virg. 10. Æn. 876. i. e. In vulnus parata. Serv.
Hostes infesti. Ovid. 1. Amor. 7. 19.
Itinera infesta. Cæs. 8. Bell. Gall. 47. Infestisque itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebantur. Sic 3. Bell. Civil. 79.
Latrones infesti. Hor. 2. Serm. 1. 42.
Mare infestum habere, Latrociniis mare infestare. Cic. 3. de Rep. apud Non 13. 6. Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Sic, Cic. 9. Att. 19. extr.
Mater crudelis & infesta huic. Cic. pro Cluent. 12.
Oculis infestis conspici. Cic. in Catil. 17.
Odium infestum. Cic. 5. Verr. 127. Qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum?
Provincia infesta, Non ab hostibus aut prædonibus tuta. Cic. 2. de Invent. 10. Quod tamen excursionibus & latrociniis infestam provinciam redderent.
Quietem infestam facere alicui. Lucret. lib. 5. 981.
Saltus infestior. Cic. 10. Fam. 31. Nam saltus Castulonensis qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est, tamen, &c. h. e. Periculosus.
Senectus infesta, Molesta & gravis. Liv. 1. 47. pr. Tum vero in dies infestior Tullii senectus, infestius cœpit regnum esse. [i.e. Magis exosum.
Signa infesta, dicuntur Quæ adversum tendunt: hoc est vexilla in hostem euntia, ut molestiam inferant. Hæc Valla lib. 4. Cæs. 6. Bell. Gall. 7. Illi ubi, præter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. Sic Liv. 4.
Tela infesta. Virg. 5. Æn. 582.
Terra infesta colubris. Ovid. 4. Met. 619.
Vulnere infesto insequi aliquem. Virg. 2. Æn. 529.
Infestus etiam dicitur, Cui infesti sunt inimici: qui in discrimine versatur, & insidiis. Gell. 9. 12. Infestus ancipiti quoque significatione est: nam & is Infestus appellatur, Qui malum infert cuipiam; & contra, Cui aliunde impendet malum, is quoque Infestus dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. 10. Filii vita infesta, sæpe ferro atque insidiis appetita. Sic Catul. ad Gell. 113. 4.
Libertas infesta acerbitate suppliciorum. Cic. pro Rabir. 10. Qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt.
Infesta salus alicujus, Cui infesti sunt inimici, ut ait Gell. Cic. pro Planc. 1. Dolebam, Judices, & acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset. conf. Senectus paulo supra.
Infestum, a Festinando dici putat Nigidius, Qui enim instat (inquit) alicui, eumque properans urget, opprimereque eum studet festinatque: aut contra, de cujus periculo & exitio festinatur: is uterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus alicui, vel passurus est. Ex Gell. lib. 9. cap. 12. V. Vall. 4. 3.

INFESTE, Adv. Liv. 26. 13. Age contra, quæ illi infeste in nos fecerint, repetite.
Circumscindere infestius. Liv. 2. 55. Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere & spoliare lictor.
Contendere infestissime. Cic. pro Quint. 66.
Disjicere infeste domum. Vellei. 2. 45. 3.
Exprobrare infeste. Suet. Tiber. 51.
Interrogare infestissime. Quintil. 12. 8.

INFESTO, [ἐνοχλέω] āre. Crebris incursibus molestiam inferre, ut ait Valla. Plin. lib. 7. cap. 2. Quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. De Pygmæis.
Aquas infestat Charybdis. Ovid. 2. Amor. 11. 18.
Arborem infestare, pro Vitiare. Plin. lib. 15. 5. Arborem ipsam fertilitate consumi: musco præterea rubro infestari.
Animos rudes infestare superstitione. Columel. lib. 11. cap. 1.
Asia infestatur angustiis. Plin. 6. 11.
Greges infestare. Justin. 43. 2. 9.
Infantes infestat editos plenilunium. Plin. lib. 7. cap. 6.
Mare infestare. Vellei. 2. 73. 3. Vindicatum armis ac ductu patris sui mare infestare piraticis sceleribus.
Vineta infestantur Austris & Euris. Columel. lib. 3. cap. 12.

INFESTĀTUS, a, um. Partic. ut, Mare latrociniis ac prædationibus infestatum. Vellei. 2. 73. 3.

INFESTĀTIO, ōnis. f. Tertull. Apol. cap. 1. pr. Domesticis judiciis nimis operata sectæ hujus infestatio obstruit defensioni.

INFESTĀTOR, ōris. m. Qui infestat. Plin. 6. 28. Nomadas infestatoresque Chaldæorum Scenitæ claudunt.

INFĪBŬLO, [ἐμπορπῶ, περονάω] āre. Cels. lib. 7. cap. 25. §. 3. Infibulare quoque adolescentulos quidam valetudinis causa consuerunt. Ejusque hæc ratio est. Cutis quæ super glandem est, extenditur: notaturque utrinque a lateribus atramento, qua perforatur, deinde remittitur. Si super glandem notæ revertuntur, nimis apprehensum est, & ultra notari debet. Si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulæ est. Tum qua notæ sunt, cutis acu filum ducente transuitur, ejusque fili capita inter se deligantur, quotidieque id movetur, donec circa foramina cicatriculæ fiant. Ubi hæ confirmatæ sunt, exempto filo fibula additur: quæ quo melior, eo lævior est. Hactenus Celsus. Al. Quo levior eo melior. Infibulabantur etiam comœdiarum actores, & adolescentes, conservandæ vocis gratia, quæ post expertam venerem tum asperior fieri, tum raucescere & mutari solet. Martial. lib. 7. 81.
Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Ut sit comœdis omnibus una satis.
Hunc ago credideram (nam sæpe lavamur in uno)
Solicitum voci parcere, Flacce, suæ.
Dum ludit media populo spectante palæstra
Delapsa est misero fibula: verpus erat. Unde est illud Juven. 6. Sat. 73.
Solvitur his magno comœdi fibula. Cui succinit Martial. lib. 14. Epig. 215. De fibula. Hinc etiam Refibulare, hujusmodi fibulam solvere. Videmus hodieque ab Hispanis & Italis infibulari equas, ut a coitu arceantur.

INFIBULĀTUS, a, um. Partic. ut, Infibulati flamines æreis fibulis. Festus.

INFICETE; INFICETIÆ, INFICETUS, V. INFACETUS.

INFICIAS, & INFICIATOR. V. INFICIOR.

INFĬCIO, ēci, ectum, [βάπτω, περιμολύνω] ĕre. Intingere, imbuere. Plin. lib. 7. cap. 15. Ad omnem contactum adhærens, præterquam filo quod tale virus infecerit. De menstruis mulierum. Ibid. cap. 56. Inficere lanas Sardibus Lydi. subaud. Invenerunt.
Æquor infecit sanguine. Hor. 3. Carm. 6. 34.
Aquas infecit sanguis. Ovid. 9. Epist. 142.
Cœlum arcus inficit longo curvamine. Ovid. 6. Met. 64.
Capillos nigro colore inficiunt siliquæ ervi. Plin. lib. 22. cap. 25.
Caput seneсta infecte. Tibull. lib. 1. 8. 42.
Cultros inficit sanguine. Ovid. 15. Met. 135.
Diem volumina fumi infecere. Ovid. 13. Met. 602.
Locum inficere sanguine. Tacit. 2. Hist. 55.
Manus cortex nucis inficiens. Ovid. de Nuce, 156.
Manus cæde inficere. Phæd. 4. Fab. 6. 16.
Hic cæde patris Peliadum infecit manus.
Ora pallor albus inficit, Occupat. Hor. Epod. 7. 15.
Ora rubor igneus. Lucan. lib. 5. 214.
Pocula inficere veneno, quod barbari dicunt, Venenare, vel Intoxicare. Virg. 2 Georg. 128.
Rivos sanguine rubro inficiet. Hor. 3. Carm. 13. 8.
Inficere tabe invidiæ. Ovid. 2. Met. 784.
Inficere artibus, pro Imbuere. Cic. 3. de Fin. 9. Sed tamen jam puer infici debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior.
Inficere ac flectere. Cic. 1. de Legib. 47. Qui teneros ac rudes quum acceperunt, inficiunt & flectunt ut volunt.
Deliciis, otio, languore, desidia animum inficere. Cic. 5. Tusc. 78.
Moribus peregrinis inficere, opinionum pravitate, & similibus. Livius, Hoc luxu & peregrinis infecti moribus. i. e. Imbuti & vitiati. Cic. 1. Att. 13. Sed vereor ne hoc quod infectum est, serpat longius. i. e. Inquinatum, contaminatum: a labe metaphora deducta, quæ ex oleo facta, serpit late in ea re quam semel infecit.

INFECTUS, a, um. Partic. [βεβαμμένος] Tinctus. Plin. lib. 11. cap. 37. Mulieribus etiam palpebræ infectæ quotidiano: tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque.
Aquæ infectæ sanguine. Ovid. 3. de Pont. 4. 108.
Mare infectum, Venenatum. Suet. in Calig. 49. Inventa & arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio.
Mons cæde ferarum infectus. Ovid. 3. Met. 143.
Tela infecta sanguine. Stat. 9. Theb. 187.
Infectus, Non factus. V. suo loco.

INFECTIO, ōnis. f. Vet. Gloss. Græco Lat. βαφὴ, βάμμα. Tinctura, infectus, infectio. V. etiam Eumen. Panegyr. Constantii Cæsaris cap. 18. & Octav. Horat. 1. 1.

INFECTUS, ûs. m. [βάψις] Plin. lib. 8. cap. 48. De reliquarum infectu, suis locis dicemus. conf. dict. super.

INFECTOR, ōris. m. [βαφεὺς] Qui lanas inficit, & imbuit aliquo colore. Plin. lib. 20. cap. 7. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glastum vocant.
Infector succus, Quo lanæ vel quidpiam aliud tingitur, & inficitur. Plin. lib. 11. cap. 2. V. & Sen. 3. Quæst. Nat. 25. Cic. 2. Fam. 16. & Fest.

INFECTŌRIUS, a, um. Adj. Marcell. Emp. cap. 4. Infectorium alumen.

INFECTORIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. βαφεῖον, infectorium.

INFECTĪVUS, a, um. Adj. Vitruv. 7. 14. Hæc infectiva appellantur.

INFĬCIOR, [ἀρνέομαι, ἐξόμνυμι] āri. Negare dicto, non facto, inquit Valla lib. 6. Dubitat Vossius Etym. p. 266. an rectius a Facio, vel a Fateor deducatur, adeoque per T, an per C scribi debeat. Snakenb. autem in Indice ad Curtium a Fateor derivatum cogitat, adeoque per T scribendum esse dicit. Pareus per T scribi testatur in MSS. Plaut. Amph. 2. 2. 147. Cic. pro Cluent. 162. Quis tum posset arguere ab Oppianico tentatum esse judicium pecunia? quis id hoc tempore inficiari potest? Idem 3. in Catil. 11. Nam quum id posset inficiari, repente præter opinionem omnium confessus est. Idem pro Cluent. 162. Florio legatum ex testamento inficiatum est. Idem 6. Verr. 104. Earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit.
Amicitiam inficiari. Curt. 7. 1. 26.
Contumelias inficiari. Tacit. 2. Ann. 14.
Pretium rex inficiatur. Ovid. 11. Met. 205.

INFICIĀTUS, a, um. Partic. ut, Amicos inficiatus. Ovid. 1. de Pont. 7. 27.

INFICIANDUS, a, um. aliud Partic.
Amor inficiandus. Ovid. 2. Amor. 17. 26.
Fama inficianda. Ovid. 9. Epist. 4.

INFICIĀTIO, ōnis. f. [ἐξάρνησις] Negatio. Cic. 2. de Orat. 105. Sic in Partit. 102. Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti.
Nuda inficiatio. Quintil. lib. 5. cap. 13.

INFICIĀTOR, ōris. m. [ἐξαρνητὴς] Qui negat se vel debere quod actor petit, vel commisisse quod accusator objicit. Cic. 1. de Orat. 168. Quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: ut si ille inficiator probasset judici ante petitam esse pecuniam, quam esset cœpta deberi. Unde status conjecturalis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur. Hæc Valla lib. 6. Cic. 2. in Catil. 21. Hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Idem pro Flacco 48. Martial. lib. 1. 98.
In jus, ô fallax atque inficiator, eamus.

**Inficiatrix**, icis. f. Prudent. Psychom. v. 632.
— fidei fraus inficiatrix.

**Inficialis**, e. Adj. [ἀρνητικὸς] ut, Inficialis status, Quo itur inficias, & negantur objecta. V. INFICIATOR. Cic. in Topic. 92. Itaque aut inficialis, aut conjecturalis prima appellatur.

**Inficias**, [ἐξάρνος εἶμι] tantum accusati casus, & pluralis num. solum cum Eo, is, jungitur sine præpositione; ut, Ire inficias, Negare. Ter. Adel. 3. 2. 49.
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat. Gell. lib. 16. cap. 19. Nautas stupefactos convictosque inficias ire non quisse. Quintil. lib. 3. cap. 7. Nec inficias eo esse quasdam, &c.

**Infidelis**, V. INFIDUS.

**Infidus**, a, um. Adj. [ἄπιστος, ἀπιστὸς] a Fido, fidis derivatur, quod habet primam longam; significat autem Eum cui non est fidendum. Cic. de Provinc. Consul. 33. Ceteræ partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus & barbaris.
Fidus & Infidus, contraria. Cic. de Amicit. 53. Tum, quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset.
Fœdus infidum. Liv. lib. 7. extr. Et propter Latinorum infidum jam diu fœdus, Privernates, &c.
Fratres infidi. Virg. 2. Georg. 496.
Mare infidum. Lucret. lib. 2. 557.
Pax infida. Liv. 9. 45. pr. Ad Æquos inde, veteres hostes, ceterum multos annos sub specie infidæ pacis quietos, versa arma Romana.
Proditio infida. Ovid. 3. de Arte Am. 578.
Sedes infida & instabilis. Plin. lib. 36. cap. 15. Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida, instabilique sede.
Societas regni infida. Liv. 1. 14.
Servitia infida. Liv. 2.
Socius infidus. Liv. 24. 45.
Vir infidus. Propert. lib. 1. 6. 18.
Vulgus infidum. Hor. 1. Carm. 35. 25.
Infida omnia atque infesta facere. Liv. 1.

**Infide**, Adv. apud Firmicum.

**Infidelis**, e. Adj. [ἄπιστος] Qui non stat promissis, & promissam fidem non exolvit, quin potius violat. Plaut. Asin. 3. 2. 15.
Ubi fidentem fraudaveris, ubi hero infidelis fueris. Liv. 23.
Sociis superbis atque infidelibus.
Allobrox novis rebus infidelis. Hor. 16. 6.
Infidelis & Firmus amicus, contraria. Cic. 15. Fam. 4. His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem, ut ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.
Arbitræ non infideles meis rebus. Hor. Epod. 5. 50.
Compar. Plaut. Capt. 2. 3. 83.
Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi.
Superl. Cic. 9. Fam. 1. Cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem.

**Infideliter**, Adv. Cic. ad Brut. 1. Minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quam infideliter.
Superl. Salvian. lib. 3. contra Avarit. p. 122. Si qui ex istis morte appropinquante filios non habent, quærunt infidelissime, &c.

**Infidelitas**, atis. f. [ἀπιστία] Fides violata, perfidia. Cæs. 8. Bell. Gall. 23. Infidelitatem ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse. Plur. Cic. pro Milon. 70. Quantæ infidelitates in amicis.

**Infigo**, xi, xum, [ἐμπήγνυμι] ere. Intus figere: ut,
Gladium infigere hosti in pectus. Cic. 4. Tusc. 49.
Ictus infigere corpori. Cic. 2. Tusc. 20.
Sagitta infigitur arbore, pro In arbore. Virg. 5. Æn. 504.
Venabula sagittarum infigere prætereuntibus. Plin. lib. 8. cap. 8.
Inculcare & infigere aliquid. Plin. 1. Epist. 20. pr. Prævaricatio etiam cursim & breviter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda.
Positum & infixum in re aliqua. Cic. pro Cluent. 17. Hoc quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum atque infixum est.
Infixum est animo, i. e. Vehementer inhæret memoriæ. Quintil. lib. 1. cap. 14. ubi de lectione pueri.

**Infixus**, a, um. Partic. [ἐμπεπηγμένος] ut, Aculeus infixus. V. ACULEUS.
Animus infixus in patriæ caritate. Cic. ad Brut. 15.
Dolor infixus animo hæret. Cic. 2. Philipp. 64.
Hostis infixus mœnibus. Sil. lib. 11. 173.
Mens intenta & infixa in eas res. Cic. 1. de Nat. Deor. 49. In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit & beata natura & æterna.
Pila infixa in tergis stetere. Liv. 27. 14. de Elephantis Annib.
Religio infixa animis. Liv. 29. 18. pr.
Res memoriæ infixa. Liv. 3. 71. Eo se rem vetustate obliteratam, ceterum suæ memoriæ infixam afferre.
Telum infixum educere. Ovid. 13. Met. 393.
Vulnus infixum stridet sub pectore. Viro. 4. Æn. 689.
Vultus hærent infixi pectore. Virg. 4. Æn. 4.

**Infiguratus**, a, um. Adj. Theod. Priscian. 2. 1. Febris simplex & infigurata.

**Infigurabilis**, e. Adj. Idem. Ammian. 24. 4. Compage scutorum, velut testudine infigurabilium fornicum, operiebantur.

**Infimus**, V. INFERUS in INFRA.

**Infindo**, [ἐνσχίζω] ere. Idem quod simplex. Virg. 4. Ecl. 33.
Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos. Sic 5. Æn 142.

**Infidibulum**, i. n. Cato de R. R. cap. 10. Turnebus, Infidibula ab Infidendo nomen sunt adepta, quibus tanquam infinduntur vasa angusti oris, ut urcei, vel dolia per tectorium, ut humor aut vinum infundatur: ea melius censeo infundibula vel infudibula appellari. Hæc ille. conf. INFUMIBULUM & INFUNDIBULUM. infra.

**Infinitus**, a, um. Adj. [ἀπέραντος, ἄπειρος, ἀπερίοπτος, ἀπέρατος, ἀπέραστος] Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Rosc. Com. 24. Qui tantas & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Fere servit hæc vox Hyperbolis.
Altitudine infinita spelunca. Cic. 6. Verr. 107.
Cædes infinita. Cic. 3. Catil. 8. Cædemque infinitam civium fecissent.
Genus infinitum invenerat ad innuberabilem pecuniam corripiendam. Cic. 4. Verr.
Imperium infinitum, i. e. Sine exceptione, vel Maximum & quasi perpetuum. Cic. 4. Verr. 8. Postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant. Budæus.
Labor rerum forensium infinitus. Cic. 1. de Orat. 1.
Potestas infinita. Liv. 3. 9.
Quæstiones infinitæ. Cic. 4. Acad. 117.
Spatium infinitum. Lucret. lib. 2. 1052.
Spes infinita. Cic. pro Deiot. V. Persequi spem infinitam, in SPES.
Tempus infinitum ætatis. Cic. 1. de Fin. 64. Nec majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur quod videamus esse finitum.
Versus infinitus, apud Cic. in Orat. 163. est, Cujus omnia verba concursione vocalium implicantur, & nulla suum finem habent, quæ res maxime hiulcum versum facit. Exempli gratia profert Cicero hunc anapæsticum,
Frugifera & ferta arva Asiæ tenet. Al. Insuavissima littera finitus.
Ex infinito contractum tempore bellum. Lucret. lib. 2. 574.
Ab infinito. Plaut. Mostel.
Ad infinitum. Plin. lib. 13. cap. 9. Siccatus durescit ad infinitum.
In infinitum. V. IN.
Abire in infinitum. V. ABEO.
Auri atque argenti infinitum. Eutrop. 6. 3. & 9. 9. 9. In quo infinitum auri gemmarumque constituit. Ubi Pondus videtur subaudiri.
Compar. Cic. in Topic. 33. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio.

**Infinite**, Adv. [ἀπεράντως] Sine modo & ratione aut mensura. Cic. in Parad. 6. 3. Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti, & signa, tabulas, supellectilem, & vestem infinite concupiscenti, &c.
Infinite secari atque dividi possunt. Cic. 1. Acad. 27.

**Infinito**, [ἀπεράντως] ablativus vice adverbii. Plin. lib. 25. cap. 8. Procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare ceteris ejusdem generis alibi genitis.

**Infinitas**, atis. f. [τὸ ἄπειρον] Universitas, generalitas, vel perpetuitas. Cic. 4. Acad. 118. Is enim infinitatem naturæ dixit esse, e qua omnia gignerentur. De Anaximandro.
Locorum infinitas. Cic. 1. de Nat. Deor. 73.
Mundorum infinitas. Ammian. 15. 1.
Infinitatem assignare. V. ASSIGNO.

**Infinitio**, onis. f. Cic. 1. de Fin. 21. Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est. i. e. Infinitas, sive infinitudo. conf. Non. 2. 469.

**Infinitivus**, a, um. [ἀπαρέμφατος] dictio ficta, Grammaticis peculiaris: de qua abunde Priscianus, & omnes alii Grammatici.
Infinitivus modus dicitur, Qui nec personis aliquibus nec numeris finitur.
Infinitivus modus aliquando sine alterius verbi adminiculo poni solet. Virg. 1. Æn. 37.
— mene incœpto desistere victam? Subintelligitur autem, Verene ita est.
Infinitivus pro indicativo. Ter. Eun. 3. 1. 20.
— invidere omnes mihi,
Mordere clanculum, ego non flocci pendere. i. e. Invidebant.
Infinitivus, cum verbo Licet, vel Est, in sermone generali positus. Gell. 3. 1. Multos videre est pecuniæ cupidos. h. e. Multi videri possunt. Cic. 1. Off. 42. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quam quadam gloria inductos, ut benefici videantur, facere multa.
Infinitivus passivus post verba Nolo, Volo, Malo, sæpius atque multo usitatius in persona quavis collocatur. Quintil. Nec mihi unquam tanta fuit cura brevitatis, ut non ea quæ credibilem faciunt expositionem, inferri velim. Cic. 3. de Orat. 46. Pluribus nominibus unam rem declarari volo.

**Infinibilis**, e. Adj. Apul. de Dogm. Plat. p. 50. Materia cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest.
Profunditas infinibilis. Mart. Capell. 2. 45.

**Infirmus**, a, um. Adj. [ἀσθενὴς, ἀκρατής] Quod firmo contrarium est, h. e. Imbecillis & debilis. Cic. 1. Acad. 14. Et simul assidamus, inquam, si videtur. Sane istud quidem, inquit. Sum enim admodum infirmus.
Infirmissimus ac desperatissimus homo. Cic. in Pison. 64. Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam Senatoriam nobis, aut, verius dicam, cuiquam es infirmissimo ac desperatissimo antelaturus? Al. Infimo ac despicatissimo.
Impares & infirmi. Quintil. lib. 4. cap. 1. Si nos infirmos, & impares agentium contra ingeniis dixerimus.
Infirmi ad resistendum. Cæs. 3. Bell. Civil. 9.
Sum paulo infirmior. Hor. 1. Serm. 9. 71.
Actor infirmus. Quintil. lib. 6. cap. 1. p. 512. Quem melius infirmus actor tacitis judicum cogitationibus reliquisset. De affectu.
Ætas infirma. Ovid. 6. Fast. 599.
Animus infirmus pueris. Ter. Hec. 3. 1. 31.
Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Artus infirmos baculo sustinet. Ovid. 6. Met. 27.
Caput infirmum. Hor. 1. Epist. 17. 14.
Causæ levissimæ & infirmissimæ. Cic. pro Cluent.
Cibus infirmus, Pauci nutrimenti. Cels. lib. 2. cap. 18. per totum.
Classis inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Cic. 7. Verr. 85.
Corpus infirmum. Ovid. 19. Epist. 7.
Lacerti infirmi. Ovid. 10. Met. 407.
Mens infirma. Ovid. 19. Epist. 7.
Nuptiæ infirmæ, Frivolæ & quæ duraturæ non sunt. Ter. Phorm. 5. 1. 6.
Quod ut facerem, egestas me impulit, quum scirem infirmas nuptias Hasce esse.
Res infirma & nugatoria ad probandum. Cic. pro Cæcin. 64.
Saporis infirmi vinum, Non generosum, debile, & quod linguam non ferit, aut penetrat. Columel. de Arb. cap. 3. Montibus clivisque difficulter

culter vineæ convalescunt: sed firmum probumque saporem vini præbent. Humidis & planis locis robustissimæ, sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt.
Senecta infirma. Tibul. lib. 1. 4. 27.
Tempus infirmissimum ætatis. Cic. 4. Acad. 8.
Valetudo infirma. Cic. 1. de Orat. 200.
Vires infirmæ. Tibul. lib. 4. 1. 2. Cic. 6. Verr. 95. Ætate affecta, & viribus infirmis homo.

INFIRMIS, e. Adj. Ammian. 20. 6. Coagmenta lapidum recens structorum madoreque etiam tum infirmium.

INFIRME, Adv. [ἀσθενῶς] Imbecilliter, impotenter. Cic. 15. Fam. 1. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse, & novarum rerum expectatione suspensos, &c.
Compar. Suet. August. 90. Tonitrua & fulgura paulo infirmius expavescebat.

INFIRMITER, Adv. Arnob. 7. p. 250. Quam infirmiter invalideque dicatur, ipsa rerum inæqualitas indicabit.

INFIRMITAS, ātis. f. [ἀσθένεια] Imbecillitas, debilitas. Cic. de Senect. 33. Ut enim infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum.
Infirmitas de Animo, vide Firmus animus, in FIRMUS ex Cicer. De hoc Infirmitas in Annotat. in Dionem, puto in librum 36. H. St.
Corporis infirmitas. Cic. de Clar. Orat. 313.
Gallorum, Inconstantia. Cæs. 4. Bell. Gall. 5. Iis de rebus Cæsar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus student. Idem 4. 13.
Laterum. Cic. de Clar. Orat. 202.
Nuptiarum. Ter. Hec. 1. 2. 101.
Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? conf. Nuptiæ infirmæ in INFIRMUS.
Oculorum. Plin. Epist. 141. Pareo, collega clarissime, & infirmitati oculorum, ut jubes, consulo.
Valetudinis. Cic. 1. Off. 26. & 7. Fam. 1.
Virium, Impotentia. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 26.
Puerilis infirmitas. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Ultima infirmitas corporis. Cels. 2. 6.
Commendare alicujus infirmitatem. Quintil. lib. 4. cap. 1. Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est, nam tum dignitas ejus allegatur, tum commendatur infirmitas.
Impeditus infirmitate. i. e. Morbo. Ulpian. in l. si cui. in fine. D. ex quib. caus. major.
Onerare infirmitatem discentium. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Separare infirmitatem a robustioribus. Quintil. lib. 2. cap. 2. De pueris, ac adolescentibus loquitur.
Infirmitas, pro Timore. Cic. 6. Fam. 7. Solutum existimatur, alteri maledicere: tamen cavendum est ne in petulantiam incidas. Impeditum, seipsum laudare, ne arrogantiæ vitium subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est infirmitati, aut invidiæ assignetur.

INFIRMO, [ἀσθενόω] āre. Debilitare, infirmum reddere, & etiam refellere: ut, Infirmare argumenta & rationes alicujus. Cic. de Divin. Idem 6. Att. 13. Ceteri infirmant πολίτευμα Platonis.
Confirmare & Infirmare, contraria. Cic. in Partit. 45. In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrariis, sæpe erunt accusatori, &c. Idem 2. de Orat. 331. Contrariis infirmandis & tuis confirmandis.
Infirmare & tollere. Cic. 4. Acad. 18. Hoc quum infirmat, tollitque Philo, judicium tollit incogniti & cogniti. V. modo sub Legem.
Infirmare ac diluere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. 45. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum.
Infirmare fidem testis ad judicem, Infirmum reddere, & ostendere perjurum esse testem. Cic. pro Rosc. Com. 45.
Legatum. African. in l. si servus legatus. §. si servus alienus. D. de legat. 1.
Legem. Quintil. lib. 7. cap. 2. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit. Liv. 34. 3. pr. Ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. Sic
Testamentum. Cic. pro Cæcin. 51. Quæ lex, quod fœdus aut pactio, quod testamentum non infirmari aut convelli potest?
Transactio infirmatur. Ulpian. in l. eleganter. §. item. D. de condict. indebiti.
Veritatem, Veritati contradicere. Cic. pro Quint. 10.

INFIRMĀTUS, a, um. Partic. Cic. in Pison. 44. Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum suorum, ut, &c. Idem pro Cæcin. 38. Si sententia hujus interdicti diminuta aut infirmata sit. Ammian. 17. 5. Infirmato imperii robore. Hermogen. in l. aufertur. D. de jure fisci. Infirmato contractu.

INFIRMĀTIO, ōnis. f. [ἀσθένωσις] Confutatio. Cic. 1. de Invent. 16. Judicatio est, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur, controversia.
Infirmatio rerum judicatarum. Cic. pro Lege Agr. 2. 8.

INFIT, [ἄρχεται] Verbum defectivum, pro Incipit usurpatur, auctore Festo. Plaut. Aulul. 2. 4. 39.
Infit ibi postulare plorans, ejulans, &c. Idem Asin. 2. 2. 75.
Me infit percontrarier. Idem Rud. prol. 51. & Virg. 11. Æn. 242.
Et Venulus dicto parens sic farier infit. Lucret. item 5. 1108. Sil. 12. 67.
Infit, pro Inquit [φησί] Liv. 3. 71. Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere. Virg. 5. Æn. 708.
Isque his Æneam solatus vocibus infit.

INFIXUS, V. INFIGO.

INFLACCEO, ēre. Marcescere. Non. 2. 323. Inflaccebunt conditiones repudiato & reddito. ex Ennio.

INFLĀGRO, āre. Solin. cap. 5. Sarmenta licet viridia ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.

INFLAMMO, [φλέγω. ἐπιφλέγω] āre. Incendere. Cic. 6. Verr. 106. Quam quum investigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt.
Inflammare & incendere. Cic. 7. Verr. 90. Classem pulcherrimam Pop. Rom. in litus expulsam & ejectam, quum primum advesperasceret, in flammari, incendique jussit.
Inflammare & augere. Cic. 1. de Fin. 51. Quas nulla præda unquam improbe parta minuit, sed auget potius atque inflammat.
Inflammari, translat. pro Vehementer appetere, & desiderare aliquid. Cic. de Amicit. 27. Honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil levius existiment.
Amore magno inflammatus. Virg. 3. Æn. 330.
Cupiditate aliquid auferendi. Cic. 6. Verr.
Furor multorum furoribus inflammatus. Cic. 3. de Legib. 22.
Incendiis cupiditatum. Cic. 5. de Fin. 32.
Odiis. Stat. 3. Theb. 338.
Rabie equi inflammantur. h. e. Ardent. Plin. lib. 35. cap. 8.
Scelere & furore. Cic. 7. Verr. 160.
Spe potiendi. Cic. 1. de Fin. 60.
Studium. Cic. pro Lege Manil. 21.
Inflammatus ad gloriam. Cic. 1. Fam. 7. Omnem gloriam ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare.
Inflammare animum alicujus. Cic. 7. Verr. 159. Neque cujusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur.
Animum inflammavit amore. Virg. 4. Æn. 54.
Inflammare animum alicujus in aliquem. h.e. Augere iram & impellere. Cic. 4. Verr. 89. Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam invitant, ut animum ejus in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid & criminando.
Inflammare invidiam, pro Augere. Cic. 2. Verr. 2.

INFLAMMANTER, Adv. Gell. 10. 3. Acriter & inflammanter facit.

INFLAMMĀTIO, ōnis. f. [φλέγμωσις, φλεγμονή] ut, Inflammationes mammarum, quas Græci phlegmonas vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, veluti cujusdam ignis ardor sentitur. Plin. lib. 20. cap. 21.
Levare inflammationes. Cels. lib. 2. cap. 28.
Occupat inflammatio. Cels. lib. 6. cap. 6.
Remittit se inflammatio. Cels. lib. 4. cap. 5.
Reprimere inflammationem. Cels. lib. 7. cap. 26.
Super inflammationem. Cels. lib. 5. cap. 26. Nam modo super inflammationem rubor ambit.

INFLAMMATOR, ōris. m. apud Firmic.

INFLAMMATRIX, īcis. apud Mamert. Paneg Julian. cap. 3. & Marcellin. 14. 1.

INFLATIO, INFLATUS. V. INFLO.

INFLECTO, xi, xum, [ἐγκάμπτω, ἐπικάμπτω] ĕre. Idem quod Flectere, vel Intus flectere. Cæs. 1. Bell. Gall. 25. Quum ferrum se inflexisset.
Inflectere ad. Cic. 7. Verr. 30. Ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur.
Radices in nodum inflectere, Incurvare. Columel. lib. 5. cap. 6.
Capita inflectentes. Catul. Argon. 62. 255.
Colla inflectere ad aliquid. Propert. lib. 4. 9. 51.
Cursus inflectitur in, h. e. Declinat, & delabitur. Plin. lib. 6. cap. 57. A Caspio mari Scythicoque Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conversa litorum fronte.
Oculos aliquorum inflectere. Cic. ad Quir. post redit. 8. Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret. i.e. Converteret ad se.
Vestigium cursus sui inflectere, A cursu suo declinare. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Nam quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium inflectat.
Inflectere leviter potius quam corrigere. Cic. pro Muren. 60. Ut leviter inflectendus potius, quam corrigendus esse videaris.
Lacrymis inflectere aliquem. Stat 8. Theb. 715.
Jus gratia. Cic. pro Cæcin. 73. Quod enim est jus civile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit?
Orationem. Cic. de Clar. Orat. 83. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramque reddidit. Translatio est ab iis, qui res altas inflectunt.
Sensus alicujus inflectere. Virg. 4. Æn. 22.
Voces cantu. Tibul. lib. 1. 7. 37.

INFLEXUS, a, um. Partic. [ἐπικαμπής] ut, Inflexus remus. Cic. 4. Acad. 19.
Aratrum inflexum. Virg. 1. Georg. 162.
Bacillum leviter a summo inflexum. Cic. 1. de Divin. 30.
Carina. Catul. Argon. v. 10.
Cervix. Virg. 3. Æn. 631.
Cornu. Ovid. 4. Fast. 181.
Cornua in se inflexa. Plin. lib. 8. cap. 15. Cornibus ita in se inflexis, ut non sint utilia pugnæ.
Genu. Propert. lib. 3. 9. 6.
Ictus. ut, Ferit & oliquo ictu & inflexo. Plin. 11. 25. De Scorpione.
Puppis. Plin. lib. 9. cap. 30.
Sonus inflexo spiritu variatus: cui opponitur Continuus. Plin. lib. 10. cap. 29. Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo.
Supercilia. ut, Inflexa juxta tempora supercilia derisores significant. Plin. lib. 11. cap. 52. h. e. Ad tempora prominentia.
Vox inflexa ad miserabilem sonum. h. e. Conversa. Cic. 2. de Orat. 193.

INFLEXIO, ōnis. f. [ἐπικαμπή] Cic. de Univers. 27. Omnis enim orbis eorum quasi helicis inflexione vertebat.

INFLEXUS, ûs. m. Idem. Sen. de Brev. Vitæ, cap. 12. Vocem inflexu modulationis torquere. Arnob. l. 2. p. 57. Inflexibus flexuosis adire.

INFLEXĪBĬLIS, e. Adj. [ἀκαμπής] Quod inflecti non potest. Plin. lib. 7. cap. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem.
Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) levat urina capræ auribus infusa. Plin. lib. 28. cap. 12.
Judicium Sen. Epist. 95.
Obstinatio inflexibilis. Plin. lib. 10. Epist. 97.

INFLĒTUS, a um. Adj. Non fletus. Valer. Flacc. 6. Argon. 651. de saxo in caput Monesi vibrato:

Flexit

Flexit ad ignotum caput infletumque Monesi. Ignobilem signat Monesum, & obscuro loco natum: ut per Defletos duces, Nobilitate insignes. Et Virg. 11. Æn. 372.

Nos animæ viles inhumata infletaque turba. conf. Auson. Parental. Carm. 10.

INFLĪGO, xi, ctum, [προσπήγνυμι, προσβάλλω, ἐμβάλλω, ἐμφορέω] ĕre. ex In & Fligo antiquo verbo, quod significabat Sternere.

Colaphum infligere, quod & Infigere & impingere dicitur. Plin. lib. 8. cap. 36. Legitur in vetusto codice, Infracto colapho.

Plagam. Cic. in Vatin. 20. Si ad cetera vulnera, quibus putasti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui.

Turpitudinem. Cic. in Pison. 63. Ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint.

Usuras. Paulus in l. Caius. D. de usuris & fruct. & caus

Vulnus. Cic. in Pison. 32. Quæ meus discessus Reipub. vulnera inflixit?

INFLICTIO, ōnis. f. Theod. Cod. l. 9. tit. 13. Mulctæ inflictione corrigere.

INFLICTUS, ûs. m. Arnob. lib. 3. p. 111. Quorum inflictu & mobilitate lingua sonos articulat.

INFLO, [ἐμφυσάω, φυσάω, φυσιόω, ἐμπνευματόω] āre. Turgefacere, tractum a Folle, qui flatu turgescit.

Carbasus inflatur Austro. Virg. 3. Æn. 357.

Utrem, Translate. Hor. 2. Serm. 5. 98.

Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

Inflare dicitur tibicen buccinam, vel calamos; pro Tibia canere, vel calamis. Cic. 4. Acad. 86. Et simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. Sic Varro 3. de R. R. cap. 13. Vidisti ad inflatam buccinam certo tempore apros & capreas convenire ad pabulum. Virg. 5. Ecl. 2.

Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

Classica. Virg. 2. Georg. 539.

Sonum, Inflatione calami aut fistulæ sonum emittere. Cic. 3. de Orat. 223. Quem servum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum quo illum aut remissum excitaret, aut a contentione revocaret.

Buccas ambas inflare, Iratorum proprium. Hor. 1. Serm. 1. 21.

— quin illis Juppiter ambas
Iratus buccas inflet?

Venas inflavit libido. Hor. 1. Serm. 2. 33.

Venas inflatus hesterno Iaccho. Virg. 6. Ecl. 15.

Inflare; Intro flare, sive Flando injicere. Cato de R. R. cap. 97. de modo palumbi farciendi, Palumbum recentem ut prensus erit, ei fabam coctam tostam primum dato, ex ore in ejus os inflato item aquam.

Inflare vehementius dicitur orator, per translationem. Cic. 1. de Legib. 6. Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra.

Animos rumor, Auget, & excitat. Cic. in Pison. 89. Quo in oppido, quum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset, quo te modo, &c.

Exanimat lentus spectator, sedulus inflat. Hor. 2. Epist. 1. 178. i. e. Erigit.

Spem, Augere. Liv. 35. 42. pr. Et quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Græcia animos, iisdem & regis spem inflabat, &c. Rursus Idem eod. lib. cap. 49. pr. Spe inflari. ut, Mentiendo invicem, jactandoque vires, quas non haberent, inflasse vana spe, atque inflatos esse. Spem inflare dixit Curtius 3. 2. 10.

INFLĀTUS, a, um. Partic. [πεφυσημένος] Varr. de R. R. 3. 13. Ad buccinam inflatam convenire. Sæpius per translat. ut, Inflatus spe atque animis. Cic. pro Muren. 33. Quum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret.

Jactatione intempestiva severitatis. Liv. 29. 37.

Lætitia atque insolentia. Cic. 14. Philipp. 15.

Amnis inflatus aquis. Liv. 23. 19. pr.

Animus inflatus, Elatus, superbiens. Cic. 3. Tusc. 19. Sic igitur inflatus & tumens animus in vitio est.

Capilli. Ovid. 3. de Arte Am. 145.

Colla inflata tumescunt. Ovid. 6. Met. 377.

Compar. Tertul. de Pall. cap. 4. Vestis inflatior. & Metaph. Liv. 39. 53. Juvenis inflatior redierat.

INFLATE, Adv. Compar. Cæs. 3. Bell. Civil. 79. Inflatius perscribere.

INFLATUS, ûs. m. [φύσημα] Cic. 4. Acad. 20. Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham. Sic. 2. Tusc.

Recipiunt inflatum aures. Cic. de Clar. Orat. 192. Sic oratori populi aures tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum non recipiunt, aut si auditor omnino tanquam equus non facit, agitandi finis faciendus est.

Inflatus divinus, pro Afflatu & inspiratione. Cic. 1. de Divin. 12. Tum aliquo inflatuque divino futura renuntiat.

INFLĀTIO, ōnis. f. [φῦσα, ἐμφύσημα] Flatuum in corpore generatio. Cic. 1. de Divin. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Inflatio ventris. Columel. lib. 6. cap. 6.

Stomachi. Plin. lib. 20. 10.

Residet inflatio. Cels. lib. 4. cap. 8. Cibis deinde calidis, neque inflantibus, eodemque modo calidis potionibus: primo aquæ, post ubi resedit inflatio, vini austeri.

INFLATOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. ἐμφυσητής.

INFLĀBĬLIS, e. Adj. Lactantius de Opific. Dei, cap. 11. de pulmone, Ideoque ne plenum quidem viscus effecit, sed inflabile, atque aeris capax, ut paulatim spiritum reciperet. i. e. Quod inflari possit.

Active dixit Cæl. Aurel. Tard. 3. 2. Inflabilis virtutis qualitas. & 5. 1. Allium inflabile.

INFLĀBELLO, āre. Tertul. adversf. Valentin. cap. 23. Omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est.

INFLŌREO, vel INFLORESCO, Claud. de Laud. Stil. 3. 124.

Pristina Romuleis infloruit artibus ætas.

INFLUO, xi, xum, [εἰσρέω, ἐπιῤῥέω] ĕre. Intus fluere. Varro 1. de R. R. cap. 13 Itaque periti (qui possunt) ut eo aqua influat, eo nomine faciunt.

Influit fluvius in Pontum: & sine præpositione, Influit Pontum. Cic. 1. Tusc. 94. Apud Hypanin fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. Idem 1. de Divin. 78. Fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint.

Influere, per translationem, Cum ingenti tumultu & magna multitudine ingredi. Cic. de Provinc. Conf. 32. Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit.

Influere in animos, Infundi & demitti. Cic. 2. de Legib. 38. Assentior enim Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos.

Influere in animos hominum, pro Insinuare se in gratiam hominum. Cic. 2. Off. 3. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam influere possimus.

Influere in aures populi. Cic. de Amicit. 95. Quibus blanditiis C. Papirius Consul nuper influebat in aures concionis, quum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis.

Influere nobis bonum dicitur Quod ultro venit. Sen. Epist. 51. Sensim influere. Quintil. 1. 2. Dolor influit menti. Ovid. ad Liv. 395.

INFLUENS, [ἐπιῤῥέων] Partic. Plin. lib. 31. cap. 4. Mutant saporem & influentes rivi. adde Curt. 8. 9. 8.

Plerumque tralate. V. in ipso verbo.

Fortunæ influentis dona. Sen. Thyest. 6.

Negotia influentia, Confertim sive simul & hubertim ruentia. Plin. in Paneg. cap. 81. pr.

INFLUXUS, ûs. m. Firmic. lib. 1. cap. 1. Si ex solis stellarum influxibus pendeamus. Et alibi frequenter. V. Vorst. de Latin. susp. cap. 14. p. 109. & Antibarb. Cellar. p. 57.

INFLUXIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1. 12. Materialis influxio in corpus.

INFŎDIO, ōdi, ossum, [κατορύττω] ĕre. Intus fodere. Cato cap. 3. Vinea, si macra erit, sarmenta sua concidito minute, & ibidem inarato aut infodito,

Infodere corpora terræ. Virg. 11. Æn. 205. conf. Nep. 4. 5. 5.

Unguibus infodiunt fruges. Virg. 3. Georg. 535.

Infodere sulcum. Columel. lib. 3. cap. 13.

INFOSSUS, a, um. Partic. [κατωρυγμένος] Plin. lib. 13. cap. 13. Majore etiamnum miraculo, quod tot infossi duraverunt annis.

Puer infossus humo. Hor. Epod. 5. 32.

Infossa cerebro vulnera. Stat. 8. Theb. 534.

INFOSSIO, ōnis. f. Pallad. Febr. t. 16. Infossio totius corporis.

INFŒCUNDUS, INFŒCUNDE, INFŒCUNDITAS, V. INFECUNDUS.

INFŒDERATUS, a. um. Adj. Non fœderatus. Tertullian. Præscript. adversf. hæref.

INFŒLIX vel potius INFĒLIX, īcis. Adj. [κακοδαίμων, δύσμοιρος, δύστηνος, δύστηνος] contrarium Felici; Miser, calamitosus. Ter. Eun. 2. 2. 13.

At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati
Possum. Ibid. 5. 5. 1.

Pro fidem deûm facinus fœdum: ô infelicem adolescentulum.

Idem Adel. 4. 2. 1. Næ ego homo sum infelix.

Infelix & ærumnosus. Cic. 7. Verr. 161.

Animi infelix. Virg. 4. Æn. 529.

Cura infelix. Ovid. 2. Trist. 1.

Dolor infelix. Ovid. 4. Trist. 9. 8.

Ingenium. Plin. in præf. Obnoxii profecto animi & infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere.

Tellus infelix frugibus. Virg. 2. Georg. 239. Idem 5. Ecl. 37. Infelix lolium. i. e. Infecundum. V. Serv. ad loc.

Fama. Virg. 12. Æn. 608.

Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem. Servius: Infelix fama, Rerum infelicium nuntia.

Infelix, Adversus: ut interpr. Serv. ad 1. Æn. 334. & 7. 309.

Infelix, Execrabilis Inauspicatus. Arbori infelici suspendito. Cic. pro Rabir. perduell. reo 13. [Proprie est Arbor, quæ fructum non fert. V. V. Turneb. & Manut. in loc.

INFELĪCĬTER, Adv. [δυστυχῶς] Ter. Eun. 2. 3. 35.

— is dum sequor hanc, fit mihi obviam.

P. Incommode hercle. CH. immo enimvero infeliciter. Liv. 1. 45. & 2. 35.

Compar. Sen. Controv. 5. 33. Infelicius supersunt.

INFELĪCĬTAS, ātis. f. [κακοδαιμονία, δυσποτμία, δυσπραγία, δυστυχία, δυσπραξία] Adversa vel incommoda fortuna, calamitas, Ter. Adel. 4. 2. 5.

Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis decernere. Cic. 2. de Fin. 68. Beate autem vivere, alii in alio, vos in voluptate ponitis: item contra omnem infelicitatem in dolore.

Damnare infelicitatis tempora. V. DAMNO.

INFELICĪTO, āre. Infelicem & miserum facere. Plaut. Casin. 2. 3. 30.

— Dii me & te infelicitent,
Si ego in os meum vini guttam indidi.

INFORMIDATUS, a, um. Adj. Non formidatus, abs quo nihil periculi timetur. Sil. lib. 15. 241.

Hinc tacite nitens informidatus adire, &c.

INFORMIS, e. Adj. [ἄμορφος, ἄσχημος] Sine forma. Plin. lib. 7. cap. 15. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens.

Informis res, & Formata, contraria. Auct. ad Heren. 4. 67.

Alvei informes. Liv. 21. 26. extr. Alveos informes, nihil, dummodo innare aquæ, & capere onera possent, curantes, raptim faciebant.

Cadaver. Virg. 8. Æn. 264.

Exitus repentinus, & informis. Tacit. 6. Ann. 49.

Hiemes informes. Hor. 2. Carm. 10. 15.

Limus. Virg. 6. Æn. 416.

Nota. Propert. 1. 5. 16.

Regna, Chaos. Lucan. lib. 2. 7.

Situs informis. Hor. 2. Epist. 2. 118.

INFORMUS, a, um. Adj. Idem ac Informis, ex mente Junii ad Tertul. de Pallio cap. 2. & Stewechii ad Arnob. p. 78. Not.

INFORMITER, Adv. Augustin. Confess. 12. 29. Informiter sonat.

INFORMĪTAS, ātis. f. ut Solin. in prooem. Scabræ informitatis proditio. Usus sæpe Augustinus.

INFORMO, [ὑποτυπόω, σχηματοποιοῦμαι, ἠθοποιέω, ὑπογράφω] āre. Rem aliquam inchoare, nec omnino perficere, sed principium operi quodammodo informe & impolitum dare: ut si aut figulus vasculum fingere, aut faber statuam dolare cœperit. Budæus, Informare rem aliquam, h. e. Summaria descriptione designare. Virg. 8. Æn. 426.

His informatum manibus jam parte polita
Fulmen erat. Cic. Orat. 33. Referamus nos igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, & eadem eloquentia informandum. Ibidem 7. Atque ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Idem 4. de Fin. 45. Quodque dicitis informari non posse virtutem, si quicquam nisi quod honestum sit, numeretur.
Areas informare. Columel. lib, 11. cap. 3.
Deos conjectura. Cic. 1. de Nat. Deor. 39. Magnam turbam congreget ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus, quum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere.
Effigiem informat Latiam. Sil. lib. 17. 525.
Informare est etiam Certam vel morum vel disciplinæ formam animis imprimere, Idem nempe ac Fingere, instituere. Quintil. procem. Unus liber accedet in quo nobis orator ipse informandus est. Ita Cic. pro Arch. 4. Artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet.

INFORMATUS, a, um. Partic. Institutus. ut, Animus bene a natura informatus. Cic. 1. Off. 13. Ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi præcipienti aut docenti, &c.
Informata cogitatio. Cic. 1. Att 1. Conjecturam significat, præsertim quum initio epistolæ Cicero scribat, Quod conjectura provideri possit. Nam cogitatio informata, est Cogitatio in animo formata, & quædam informatio, quæ est φαντασία, quam vulgo Imaginationem vocant. Turnebus. V. Casaub.

INFORMĀTIO, ōnis. f. [ὑποτύπωσις] Notio a natura animo impressa, hoc est, prænotio & prolepsis, quasi præsumpta notitia, & anticipata. Cic. 1. de Nat. Deor. 43. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Et alibi in eod. lib.
Informatio verbi. Cic. in partit. 102. Ita primus ille status, & quasi conflictio cum adversario, conjectura quadam: secundus autem definitione, aut descriptione atque informatione verbi, &c. tractandus.

INFORMĀTOR, ōris. m. Qui informat vel instituit. Tertull. adv. Marc. 4. 22. Moses populi informator. Occurrit etiam in Dig.

INFORMATRIX, īcis. f. JCt. in Cod.

INFORMABĬLIS, e. Adj. Qui formari nequit. Tertull. adv. Praxean. cap. 27. Deum immutabilem & informabilem credi necesse est.

INFŌRO, [ἀγορεύω] āre. a Foro compositum; significat Dicere, seu In forum divulgare, aut In forum vocare. Plaut. Curc. 3. 31.

Licetne inforare, si incomitiare non licet?
B. Non inforabis me quidem: non mihi placet
Tuum profecto nec forum nec comitium. [Videtur a Plauto confictum verbum, sensu ambiguo, & obscæno ex altera parte.

INFŌRARE, Perforare, a Foro, foras. Plin. lib. 17. cap. 14. Timebant prisci truncum findere. Mox inforare ausi medio. Hard. ex MSS. Imperare, dubitatque de latinitate & Inforare in hoc usu.

INFORTŪNĀTUS, a, um. Adj. [δυστυχής] Calamitosus, ærumnosus. Ter. Eun. 2. 3. 17. O infortunatum senem.
Infortunata radiatio. Firmic. lib. 6. cap. ultimo, Præsertim si eos malevolæ stellæ minaci & infortunata radiatione respiciant.
Compar. Cic. 2. Att. 24. Nihil me infortunatius: nil fortunatius est Catulo.
Superl. Apul. 4. Met. p. 157. Infortunatissimæ filiæ miserrimus pater.

INFORTŪNIUM, i. n. [ἀτυχία, ἀτύχημα, δυστύχημα] Calamitas, ærumna.
Crassum infortunium. V. CRASSUS.
Mediocre infortunium. V. MEDIOCRIS.
Ferre infortunium. Ter. Adel. 2. 1. 24.

Tetign' tui quicquam? Æ. si attigisses, ferres infortunium.
Habere, Calamitosum esse. Liv. 1. 50. extr. Ne id quidem Turnum tulisse taciturnum ferunt: dixisse enim nullam breviorem esse cognitionem, quam inter patrem & filium: paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.
Invenire infortunium. V. INVENIO.
Lædent tua me infortunia. Horat. de Arte Poet. 103.
Mactare infortunio. Plaut. Curc. 4. 3. 5.
Multare infortunio. V. MULTA, æ.

INFORTŪNĬTAS, ātis. f. [δυστυχία] Gell. lib. 6. cap. 1. Itidem sunt bona & mala, felicitas & infortunitas, dolor & voluptas.

INFOSSUS, V. INFŌDIO.

INFRA, [ὑπέρθε, νέρθε, ὑπένερθε] Præpositio accusativo casui serviens, cui contrarium est Supra. Plaut. Truc 2. 3. 30.

Sed est vocis sat: sentio aperiri fores,
Quæ absorbent quicquid venit infra pessulos. In emendatis codd. Intra legitur.
Infra & supra. Cic. 4. Acad. 125. Supra infra, dextra sinistra, ante post.
Infra & supra discumbere, ex more Romano, In medio lecto ad sinistram vel dextram accumbere. V. Torrent. ad Hor. 2. Serm. 8. 20. Lips. 3. Antiq. Lect. Suet. Calig. cap. 24. Cum omnibus sororibus stupri consuetudinem fecit, plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante. Cic. 9. Fam. 26. Accubueram hora nona apud Volumnium Eutrapelum, & quidem supra me Atticus, infra Verrius.
Infra, ad personam refertur, sive ad dignitates. Ter Eun. 3. 2. 36.

Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos Homines. i. e. Quem ego posthabeo etiam infimis.
Infra ætatem. Liv. 28. 43. pr. Sic senem se perfunctum honoribus, & me infra ætatem filii etiam fui posuit.
Infra censum & ingenium alicujus. Hor. 2. Serm. 1. 75.
Infra se putare vel judicare aliquid Plin. in Paneg.
Multo infra, pro Minoris pretii. Plin. lib. 19. cap. 3. Nascitur in Perside large, sed multo infra Cyrenaicum. [Subaudi Bonitate, vel Viribus.
Infra, ad numerum referri sunt qui dicant. Plin. 10. 54. legitur, Ova incubari infra decem dies edita utilissimum: vetera aut recentiora infecunda. Quo loco vetera exemplaria legunt, Intra: tametsi lib. 18. cap. 26. quoque legatur, In eum diem ternadena subjicito æstate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Idem lib. 30. cap. 13. Vulnera recentia conglutinant terreni, adeo ut nervos quoque abscissos illis solidari infra septimum diem persuasum sit. De vermibus loquitur.
Infra, adverbium est quando sine casu ponitur. Plaut. Truc. 1. 1. 16. Infra sin jecit rete, piscis ne effugiat cavet. Sed lectio dubia est.
Infra quam, ut Supra quam. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Ipsius autem partes eæ quæ sunt infra quam devoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur. Ita legit Budæus. Alia exemplaria habent Infra id quod.

INFER, pro Infra, Antique. [κάτω] Cato de R. R. cap. 149. Ubi pyrus florere cœperit, prato irriguo: ubi super, inferque vicinus permittet, tum decedito. Putarim tamen & Super & Infer adjectiva esse: ut sit Infer, era, erum; Super, era, erum: pro Inferior & Superior. Vicinus infer, Cujus pratum est infra tuum, sive sub tuo. [Nil verius. V. Popm. in loc. Superus in recto sing. m. g. apud antiquiores legere me nusquam recordor. Inferus ex Liv. Andron. afferunt. apud Isidor. lib. 14. extr. pro Infernus ponitur. Sic & in Gloss. Inferus, Ἄδης.

INFĔRUS, a, um. [ὑπογάιος] ab Infra dictum est, teste Perotto; Quod infra est: ut, Inferum limen. Plaut. Merc. 5. 1. 1. Varro apud Non. 1. 221.

Nubes aquali frigido velo leves
Cæli cavernas aureas subduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus. i. e. Desuper missam
Cic. 1. Tusc. 64. Eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera infera, prima ultima, media videremus. Liv. 31. 31. Dii superi, inferique.
Inferi, orum. m. pl. [οἱ κάτω] Qui infra alios sunt positi & siti. vel potius Mortui in infernis degentes. Liv. 26. 32. Si ab inferis existat Rex Hiero. Paterc. 2. 48. 2. Quam apud superos habuit magnitudinem illibatam detulit ad inferos. Justin. 11. 15. 15. Precari superûm inferûmque numina, Cic. pro Cluent. 171. Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis, ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse. Plaut. Aulul. 2. 7. 6.

Si autem deorsum comedent, siquid coxerint,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi.

INFERIOR, ōris. c. US. n. [κατώτερος, ἐλάττων, καταδεής, ἥττων] compar. ab Inferus. Cic. 4. Tusc. 7. Inferior ambulatio.
Inferior & superior ceteris rebus. Cic. 1. Verr. 61. Tu quum omnibus rebus inferior sis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere, quod Quæstor illius fueris: ego, si superior ceteris rebus esses, te hanc unam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere.
Inferior belli laude. Cic. 1. Off. 116. Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem doctrinæ & ingenii gloriam adjecit.
Multo inferior Marte & armis. Propert. lib. 2. 8. 39.
Ætas inferior. Cic. 4. Acad. 73. Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis?
Casus inferiores virtute ducere. Cic. de Amicit. 7. Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores putes. i. e. Minoris facere casus quam virtutem. [Immo τὰς τύχας ἥττω ἡγεῖσθαι τῆς ἀρετῆς, Virtuti obnoxios & servientes putare casus fortunæ.
Copiis inferior. Nepos. 14. 8. 4.
Fortuna inferior. Cic. 13. Fam. 5.
Genere inferiore orto cedendum putavit. Cic. Anteq. iret in exil. 27.

INFERIUS. Adv. Ovid. 2. Met 208.

Inferiusque suis fraternos currere Luna
Admiratur equos.
Cælum sidet inferius mari. Hor. Epod. 5. 79. h. e. Descendet inferius quam sit mare.
Inferius majestate. Tacit. 3. Ann. 3. 1. Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius majestate sua rati, si palam lamentarentur. i. e. Infra majestatem.

INFIMUS, a, um. superl. [κατώτατος] Plaut. Curc. 4. 1. 14.

In foro infimo boni homines atque dites ambulant.
Infimum, Medium, Summum. Cic. 1. de Fin. In quo nihil æque nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit.
Infimi homines, Contempti, nullo in honore habiti, vel abjectæ conditionis. Ter. Eun. 3. 2. 36.

Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos
Homines. Cic. 3. de Legib. 15. Homo omnium infimus & fordidissimus.
Infimus civis, cui contrarium est Summus: ut Cic. 5. Verr. & pro Fonteio 17. Non modo cum summis civitatis nostræ viris, sed cum infimo cive Romano quisquam amplissimus Galliæ comparandus est.
Adversus infimos etiam justitia servanda. Cic. 1. Off. 34.
Infima fortuna homines. Cic. 5. de Fin. 52.
Ab infima plebe completi gradus templorum. Cic. 4. Att. 1.
De gente infima. Hor. 2. Carm. 3. 22.
Infimo loco natus. Cic. pro Flacc. 24. Siquidem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem: tamen &c.
Infimis precibus aliquid petere, Quibus nos infimos facimus & abjicimus, ut quod petimus, facilius impetremus. Liv. 29. 30. pr. Ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetravit.

INFIMIOR, oris. Interpr. Iren. Infimiores illorum.

INFIMĀTIS, is. m. vel INFIMATES, um. Qui sunt infimæ sortis. Charis. lib. 1. Invenimus optimates, & infimates legimus. Plaut. Stich. 3. 2. 37.

Ergo oratores populi, summates viri,
Summi accumbent, ego infimatis infimus. Ut enim Nostratis, e; ita Infimatis, e, dixere veteres. Dicimus autem Summates, Summæ

mæ conditionis, & potentiæ viros: Infimates, Infimo loco natos. [ Puto Plautum finxisse hoc vocabulum ad imitationem τ Summates.

INFIMO, āre. Apul. 1. Milef. p. 106. Manes sublimare, Deos infimare.

INFIMATUS, a, um. Partic. Apul. de Deo Socr. p. 44. Ingenia ad miserias infimata.

INFIMITAS, ātis. f. Ammian. 17. 13. Ad infimitatem obsequiorum venire. Idem 29. 2. Ipsa fortis infimitate ad omnia præceps.

INFERNAS, ātis. ficut Supernas. Adj. [ὑμφερικός] Infernatia ligna sunt, quæ ex Apennino, parte qua Inferum mare spectat, cæduntur: supernatia e diverso. Plin. lib. 16. cap. 39. Et ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Vitruv. 2. 10. Ideo infernates, quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ ab opacis de supernatibus advehuntur. Subaudi Arbores.

INFERNUS, a, um. Adj. [ὁ κάτω] ut, Infernus fluctus, quasi Infimus & profundus. Plin. lib. 2. cap. 47. Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat.
Aquæ infernæ. Ovid. 1. Trist. 5. 20.
Dii inferni, qui & Inferi, quibus Superi opponuntur. Liv. 31. 30.
Lacus inferni. pl. Tibull. 2. 7. 40.
Pars inferna. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.
Hic fese infernis e partibus erigit Hydra. Ex quodam poeta.
Rex infernus, Pluto. Virg. 6. Æn. 106.
Sedes inferna. Ovid. 3. Met. 504.
Stagna inferna. Liv. 8. 24. pr.
Tenebræ infernæ. Hor. 4. Carm. 7. 25.
Valles infernæ. Ovid. in Ibin, 77.
Umbræ infernæ. Martial. lib. 1. 37.

INFERNUS, i. m. Orcus. Varro apud Non. 4. 226. conf. Cur. Post. Cellar. p. 268. & Ol. Borrich. Cogit. p. 134. & Analect. p. 17. Vox est apud Ecclesiasticos usitatissima.

INFERNA, orum. n. pl. Idem. Lactant. Divin. Instit. 1. 11. Solin. cap. 55. Sen. Herc. fur. v. 423.
Inferna tetigit, posset ut supera assequi.

INFERNALIS, e. Adj. Prudent. adv. Symmach. 388.
Hæ sunt deliciæ Jovis infernalis. Alcim. Avit. 2. 290.
— infernali jamdudum nocte sepultis.

INFRACTIO, INFRACTUS, V. INFRINGO.

INFRĀGĬLIS, e. Adj. [ἄῤῥηκτος] Quod frangi non potest. Ovid. 1. Trist. 5. 53.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent.
Animum infragilem tenere. Ovid. ad Liv. 354.
Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in procem.

INFRANGĬBĬLIS, e. Adj. Qui frangi nequit. Sen. de Vit. Beat. cap. 9. Quum tibi dicam, summum bonum est infrangibilis animi rigor & providentia, subtilitas, sanitas, libertas, decor; aliquid ultra quæris? Alii malunt Infragilis.

INFRĔMO, [ἐμβριμάομαι] ere. Sil. lib. 3. 230.
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

INFRENDEO, [ἐμβρύχω] ere. Valde frendere; proprie significat Dentes præ nimia ira concutere & invicem collidere. Virg. 3. Æn. 664.
Dentibus infrendens gemitu, graditurque per æquor
Jam medium. de Polyphemo.

INFRĒNIS, e. & INFRENUS, a, um. Adj. Sine freno. Virg. 4. Æn. 41. Infreni Numidæ. H. St. Desiderabatur in ed. Lugd.
Metaph. pro Vehementi. ut, Infrenus cursus. Columel. lib. 10. 215. pro Petulanti & indomito, pro Eo quod frenum pati nolit; ut, Gell. 1. 15. Prodiga & infrenis lingua.

INFRĒNO, [ἐγχαλινόω] āre. proprie est Equis frena imponere. Liv. 37. 20. Pauci stabant impavidi equi, eos ipsos non sternere, non infrenare, aut ascendere facile poterant.
Currus infrenant alii. Virg. 12. Æn. 287. Currus: i. e. Equos. Servius. adde Sil. 4. 316.
Infrenare navigia anchoris, pro Cohibere & detinere ne longius progredi possint. Plin. lib. 9. cap. 31. Quod ubi videre nautici, statim pluribus anchoris navigia infrenant.
Infrenare & domare. Plin. lib. 32. cap. 1. Infrenat impetus, & domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo quam adhærendo. De echineide pisce.

INFRENĀTUS, a, um. Partic. [ἐγχαλινωτός] Liv. 37. 20. Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. h. e. Frenatos, seu Frenis munitos.
Adj. ut Infrenati equites, Quorum equi frenos non habent. Liv. 21. 44. Quocunque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris: veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos & infrenatos. adde Gronov. ad Liv. 37. 20. Burm. ad Quintil. Decl. 13. 8. p. 281.

INFRENĀTIO, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 1. 29. Quæ libidinis infrenatio in castratione.

INFREQUENS, e. Adj. [ἀπυκνός, σπάνιος] Parum frequentatum. ut, Infrequens forum, In quo pauci conveniunt.
Infrequens Senatus, Paucorum Senatorum conventus. Liv. 3. 6. Cic. 2. Q. frat. 11. Nam pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegisset.
Infrequens, Qui non frequentat. Unde Infrequens miles dicitur a Festo, Qui diutius abest a signis. Plaut. Trucul. 2. 1. 19.
Quin ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum.
Auctor de Viris Illustr. cap. 43. Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam dono dedit. ubi Schott. V.
Infrequens sum Romæ. Cic. 3. Q. frat. 9. Et sum equidem, ut scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens.
Cultor infrequens deorum. Hor. 1. Carm. 34. 1.
Infrequens interdictum. Ulpian. in l. 1. D. de migrando.
Infrequens cum genitivo. Gell. lib. 13. cap. 23. Infrequens sum vocum Latinarum.

INFREQUENTIA, æ. f. [σπανία] Raritas & paucitas. Cic. 3. Q. frat. 1. Summa infrequentia, quum vellet exire, a COSS. retentus est. Liv. 2. 23. Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

INFREQUENTATUS, a, um. Adj. Sidon. 4. Epist. 10. Ut rebus amicitia vegetetur quæ verbis infrequentata torpuerat. Idem 9. Epist 15. Metrum infrequentatum durius texitur.

INFRĪCO, ui & āvi, ātum, [ἐντρίβω] āre. Idem quod Fricare, & Fricando contundere, vel Fricando etiam illinere. Dicimus autem Infricare vas cinere, & Cinerem infricare vasi. Columel. lib. 12. cap. 30. Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato & oblinito. Plin. lib. 30. cap. 3. Et ideo tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare. [ Hæc posterioris duntaxat constructionis exempla sunt.

INFRĬCĀTUS, a, um. [ἐντριφθείς] Partic. Plin. lib. 26. cap. 8. Et infricata polemonia, aristolochiæ decocto foliis. Adde Idem 30. 12.

INFRICTIO, ōnis. f. Celf. 8. 11. fin. Tum infrictionem ei membro adhibere. [ i. e. Lenem frictionem. Sic Inunctio, Inambulatio, Infudatio apud eundem auctorem.

INFRĪGESCO, xi, ĕre. Defrigescere. Celf. 5. 25. 4. Cum infrixit catapotia fiunt. adde Veget. Mulom. 3. 28.

INFRĪGĬDO, āre. Refrigerare Medici antiqui. Theod. de Diæt. cap. 1. & 2. Cæl. Aurel. 1. 1. 44. V. Voss. de Vit. L. L. 4. 2. p. 727. Borrich. cogit. p. 138.

INFRIGIDĀTIO, ōnis. f. Veget. l. c. 1. 29. Sudoris subita infrigidatio.

INFRĪGO, xi, ctum, xum, [ἐντηγανίζω] ere. Simul frigo, vel in patella, aut alio quovis instrumento. Plin. lib. 20. cap. 13. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex vetusto tamen codice legitur Infractam. De ruta.

INFRINGO, ēgi, actum, [ἐπικλάζω] ĕre. Idem quod Frangere, & frangendo comminuere. Plin. lib. 22. cap. 6. Ne insidens ales infringat.
Lilia infringere. Ovid. 10. Met. 191.
Lingua infringitur. Lucret. lib. 3. 156.
Lumbos & latus infregi liminibus. Horat. Epod. 11. 33.
Vestes infringere. Ovid. 9. Met. 209.
Infringere aliquem, per translationem. Cic. 7. Att. 2. Ego autem quum sciam quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat.
Animos infringere. Liv. 38. 16. Non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent imperio.
Colaphum. Terent. Adel. 2. 1. 46.
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Ubi Donatus, Ut illudens hoc fecisse Æschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem, illisit, inflixit: ut sit sensus, Inflixit homini misero plusquam quingentos colaphos.
Conatus adversariorum infringere, Amoliri. Cæs. 2. Bell. Civil. 19. Cæsar habita concione Cordubæ, omnibus gratias generatim agit: civibus Romanis, quod, &c. Gaditanis, quod conatus adversariorum infregissent.
Deos infringere humili precatu. Stat. 1. Achil. 144.
Difficultatem montis infringere. Columel. lib. 2. cap. 4.
Digitos citharæ infringere, musico plane verbo in Achilleid. 1. 573. dixit Papinius, pro Digitos flexibiles & faciles docilesque modorum lyræ reddere. Turnebus.
Dignitatem alicujus infringere. Cic. pro Corn. Balb. 15. Est enim labes hujus sæculi quædam, & macula, virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere.
Jus infringere. Tacit. 4. Ann. 19. Nec infringendum Consulis jus, cujus vigiliis niteretur.
Spem infringere. Cic. in Orat. 6. Quare non est, cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. i. e. Valde frangatur. [ Immo Paulum.
Vim militum infringere. Cæs. 3. Bell. Civil. 101. Ut primus excursus, visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, &c.
Vires alicujus infringere. Propert. lib. 1. 14. 17.
Graviter infringendo. Lucret. lib. 6. 142.

INFRACTUS, a, um. Partic. [ἐπικλασθείς] Columel. lib. 8. cap. 17. Nuces digitis infractæ sunt dandæ.
Infractus, Valde fractus. Virg. 12. Æn. 1.
Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt. Servius tamen majorem esse sensum contendit, si Infractos intelligamus pro Robustis & validis: h. e. Qui prius solebant infracti esse. [ Inscite.
Ævo infracto. Sil. lib. 15. 651.
Animus non infractus: cui opponitur Confirmatus. Cic. Post red. ad Quir. 19. Eum tamen vidi, quum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. Budæus hic legit, Non modo infracto animo, ut Infractus Non fractum significet. [ Perinde est utro modo legas. Sed Infracto est Paulum fracto. V. Græv. in loc. & Bud. in Annot. prior. ad Pand. 1. eo jure ff. de rit. nupt.
Ira infracta constitit, Ovid, 6. Met. 61.
Loquela blanda infracta. Lucret. lib. 5. 231.
Minæ infractæ. Sil. lib. 7. 125. Insanæ, & nihil minus quam fractæ Annibalis comminationes. [ Immo Debilitatæ ac fractæ.
Oratio. Liv. 38. 14. Et oratio fuit summissa & infracta, extenuantis opes suas, urbiumque suæ ditionis egestatem querentis.
Res. Cic. 9. Att. 12. Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta, quam si una projeceris te.
Veritas pluribus modis infracta. Tacit. 1. Hist. 1.
Vires infractæ ad prælia. Virg. 9. Æn. 439.
Virtus infracta. Stat. 2. Achil. 214.
Compar. Valer. lib. 5. cap. 10. in primo exemplo externo de Pericle. Et vultu pristinum habitum retinente & oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. Pro Fractiore. H. St.
Infractus, Non fractus. Plin. lib. 8. cap. 50. Mares quam maxime simos, longis auriculis infractisque, armis quam villosissimis probant. Nisi forte Infractas auriculas intellexeris, Non erectas, pendulas, quasi fractæ sint: quod fortasse melius. Nam Recentiorum est Infractum pro Non fracto, Confirmato, usurpare. Symmach. 1. Epist. 3. Fractæ opes infractos animos repererunt.

INFRACTIO, ōnis. f. [ἐπίκλασις] ut, Infractio animi, pro Inconstantia, vel fractione. Cic. 3. Tusc. 14. Verisimile est igitur in quem cadit ægritudo,

ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

INFRIO, [ἐπιθλάω] āre. Idem quod Friare, & in minutas partes comminuere. Columel. lib. 8. cap. 5. Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur. Idem lib. 7. cap. 5. Superfusoque aceto, vel æris ærugine infriata.

INFRONS, ondis. Adj. Ovid. 4. de Pont. 10. 31.

Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis. h. e. Agri sine frondibus & arboribus.

INFRONTATE, Adv. Impudenter. Planc. ad Fulgent. exposit. sermon. antiq. in Catillare. V. Salmas. ad Vopisc. in Numeriano, cap. 13.

INFRŪGĬFER, a, um. Adj. Idem atque Infructuosus. Infrugifera arbor. Vet. Hor. Scholiastes ad Carm 2. 15. 4..

INFRUCTUŌSUS, a, um. Adj. [ἄκαρπος] Quod fructum non fert. Columel. lib. 11. cap. 2. Post quem diem sera & infructuosa fit hujusmodi rerum cultura. Idem lib. 8. cap. 4. Infructuosas vites, fecundas sic facito. Sic Plin. 16. 26. Fiunt quædam loci vitio infructuosa.
Epistola infructuosa, Tralate, Sen. Controv. 13.
Malitia. Tacit. 1. Hist. 51. 2.
Preces. Plin. 8. Epist. 23.

INFRUCTUŌSE, Adv. Idem. Epistolæ Hieron. & Augustin.

INFRUCTUOSĬTAS, ātis. f. Tertullian. de Resurrect. carnis, c. 33.

INFRŪNĪTUS, a, um. Adj. [ἄφρων] Insipiens ac stolidus, qui nulli usui est, a Græco deducta dictio: nam Græci ἄφρονα dementem dicunt. Ruell. lib. 2. cap. 40. Unguentum in lenticula, Proverbium est, in eos jactari solitum, qui nullo rerum discrimine quas agunt aut dicunt, pari nixu cuncta moliuntur: quos, ut apud Senecam & Gellium, Infrunitos appellamus, Græce Cacozelos & apirocalos. Seneca de Vita Beat. cap. 23. usurpat pro Stolide jactabundo, Alterum, inquit, infruniti est animi, alterum timidi ac pusilli. V. Sen. de Benef. 3. 16. Valer. Max. 5. 7. ext. 1. Infrunito amore correptus. Al. Infinito. Gell. 4. 9. Vulgat. Eccl. 23. 6.

INFŪCO, [ἀσχηματίζω] āre. Fuco tingere. Cic. 2. de Orat. 68. In scriptis & in dictis non aurium solum, sed animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.
Infucare aliquid, Tegere ita fallaciam ut non deprehendatur. Plaut. Mil. 2. 6. 46.

Nunc pol ego metuo nequid infucaverit. Al. Infuscaverit.

INFUCĀTIO, ōnis. f. apud Arnob.

INFŪLA, æ. f. [μίτρα] Fascia in modum diadematum, ut inquit Servius in 10. Æn. 538. a qua dependent vittæ ab utraque parte. Festus, Infulas, Sacerdotum flaminum vocabant antiqui. Alii scribunt Infulas, Filamenta alba esse, quibus templa ornabantur: & moris fuisse, ut nubentes, prius quam mariti domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Cic. 3. de Orat. 73. Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias depingere. Idem 6. Verr. 110. Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Liv. 30. 36. Velata navis infulis & ramis oleæ, Scipioni occurrit in portu Carthaginis.
Velamenta & infulæ. Tacit. 1. Hist. 66. Mox velamenta & infulas pro muris ostentant.
Infula virgineos circumdata comptus. Lucret. lib. 1. 88.
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta. Virg. 3. Georg. 487.
Coronarum infulæ. Firmicus lib. 5. cap. 1. Facietque claros, & coronarum infulis adornatos.

INFULĀTUS, a, um. Adj. Infula ornatus. Suet. Calig. 27. Cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque.

INFULCIO, īre. pro Ingerere. Sen. Epist. 114. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. conf. Suet. Tiber. cap. 53.

INFULGENS, [ἐπιστίλβων] Partic. sine verbo, Idem quod Fulgens. Catul. Argon, 62. 387.

Sæpe pater divûm templo infulgente revisens, &c. Al. Templo in fulgente.

Immo lego apud Catullum eo loco, qui est circa finem Argon.

Sæpe pater divum fulgentia templa revisens,
Annua cum festis venissent sacra diebus. H. St.

INFŪMO, [ὑποκαπνίζω] āre. Ad fumum siccare. Apul. Met. 1. Deos infumare. Elmenh. Infimare p. 106. Al. Infirmare. Plaut. [Puto suppos.] Atque hilas infumatas, & sumen. Plin. lib. 28. cap. 9. Et infumata pilis oculorum medetur. De cerusa.

INFŪMĬBŬLUM, i. n. V. INFURNIBULUM. Nam aliqui apud Plinium 24. 15. non Infurnibulum, neque Infundibulum, sed Infumibulum legunt. V. Harduin. & quæ in verbo mox seq.

INFUNDO, ūdi, ūsum, [ἐγχέω, ἐγχέω, ἐπιχέω, ἐπιβρέχω, ἀποβρέχω] ĕre. Intus fundere.
Poculum infundere alicui. Hor. Epod. 5. 77.
Infundere faucibus. Columel. lib. 6. cap. 6.
Infundere in naribus, & in vas. Columel. lib. 6. cap. 4. Cic. 1. Tusc. 61. Utrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas ea quæ meminimus, infundantur?
Infundere per nares. Columel. lib. 6. cap. 5.
Infundere in alienum genus. Cic. de Clar. Orat. 62. Quum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus.
Orationem in aures alicujus. Cic. 2. de Orat 355. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.
Vitia in civitatem. Cic. 3. de Legib. 32. Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem.
Venenum alicui. Cic. 11. Philipp. 13. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit.
Infundere cribro pro In cribrum. Sen. de Benef. 7.
Infundere, Supra fundere. Virg. 1. Georg. 385.

Certatim largos humeris infundere rores.

INFŪSUS, a, um. Partic. [ἐγχυθείς] Plin. lib. 20. cap. 13. Infuso in aures succo.
Collo infusus amantis. Ovid. 2. Epist. 93.
Maria terræ. Plin. lib. 32. cap. 11.
Mens per artus. Virg 6 Æn. 26.
Pax per æquora. Sil. lib. 7. 258.
Populus Virg 5. Æn. 552.
Sol. Virg. 9. Æn. 461.

Jam sole infuso, jam rebus luce retectis. Subauditur Terris.

INFUSIO, ōnis. f. [ἐπίχυσις] Plin. lib. 20. cap. 21. Vulvas & cibo & infusione mollit in oleo. adde Pallad. 3. 28.

INFŪSUS, ûs. m. Idem. [ἔγχυσις] Plin. lib. 24. cap. 6. Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

INFŪSOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 4. 11. Infusor fidei.

INFUNDĬBŬLUM, i. n. [χώνη] Instrumentum quo in vasa infundimus liquores. Columel. lib. 3. cap. 12. Raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres.
Infundibulum, Vitruv. 10. 10. vocat Illud, quod paulatim frumentum molis suggerit.

INFURNIBŬLUM, i. n. Pala, qua panes in furno disponuntur.
Infurnibulum apud Plinium lib. 24. cap. 15. in quibusdam exemplaribus legitur, Radix ejus imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Ubi Hermolaus, Per infurnibulum: Vetusti codices, Per infundibulum, non displicet Per infurnibulum: quia Græci hoc genus hauriendi fumi nidorisque Hypocapnisмон appellant. V. Harduin.

INFUSCO, [ἐμφαίνω] āre. Fuscum reddere. Plin. 9. 29. Infuscata aqua abscondunter. i.e. Obscurata & turbida facta, vel turbata. Idem 2. 51. Quæ humida, non urunt, sed infuscant. De fulminibus.
Infuscatum & nigrum. Columel. lib. 11. cap. 2. Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea, quæ acinis celantur, jam infuscata, & nonnulla propemodum nigra fuerint.
Arenam sanie infuscare. Virg. 3. Georg. 493. — sanie infuscatur arena.
Barbarie infuscari, Coinquinari. Cic. de Clar. Orat. 258. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur.
Malevolentia infuscatus, Depravatus, consp urcatus. Cic. pro Planc 22. Laudanda est, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax. &c.
Pectus infuscare illuvie scabrum. Cic. 3. Tusc. 26. Ex poeta.
Saporem, Corrumpere & deteriorem reddere. Columel. lib. 12. cap. 19. Nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor ejus infuscetur.
Sonum. Plin. lib. 10. cap. 29. Modulatus editur sonus, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato.
Vellera. Columel. lib. 7. cap 3. Virg. 3. Georg. 389.
Vinum infuscare, pro Aqua diluere. Plaut. Cist. 1. 1. 21. Infucare, Edit. vet. V. Taubm. adloc.

INFUSCUS, a, um. Adj. [φαιός] Idem quod Fuscus. Columel. lib. 9. cap. 10. Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur.

## I N G

INGĔMĬNO, [ἐπιδιπλασιάζω] āre. Idem quod simplex, nisi quid addat compositio, ut Frequentius geminare significet. Virg. 1. Georg. 411.

Tum liquidas corvi presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant.

Hostiles ingeminavit opes. Ovid. 6. Fast. 568.
Ingeminare, neutrum. Virg. 1. Georg. 333.

— ingeminant Austri, & densissimus imber. Servius Ingeminant pro Ingeminantur positum esse asserit.

Clamor ingeminat. Virg. 5. Æn. 227.
Curæ ingeminant. Virg. 4. Æn. 531.

INGEMINĀTUS, a, um. Partic. [διπλασιασθείς] ut, Nobilitas ingeminata. Ovid. 4. de Pont. 16. 44.

INGĔMO, ui, ĭtum, [ἐπιστένω, καταστένω] ĕre. Idem quod Gemo. Virg. 1. Georg. 46.

Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere.

Agris ingemere, In agris gemere præ labore. Tacit. de Germ. 46. 7.
Laboribus ingemens, Hor. Epod. 5. 31.
Malis ingemuisse propriis. Ovid. 1. de Pont. 2. 10.
Morituro nemo ingemit. Sen. OEth. 13.
Jacentem ingemuere Inachidæ. Stat. 9. Theb. 2.
Solum ingemuit. Ovid. 14. Met. 407.

INGEMISCO, [στενάζω] ĕre. Idem quod primitivum. Cic. 2. Tusc. 21.

Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo. Ex quodam poeta.

Idem 1. de Orat. 230. Sen. Herc. OEth. v. 1732.

Tantum ingemiscit ignis ad durum jecur. Al. O durum.

INGEMISCENDUS, a, um. Partic. Ammian. 30. 7. Clades ingemiscendas vindicare.

INGĔNĔRO, [ἐμφύομαι] āre. Notæ significationis. Cic. 5. de Fin. 24. Et illum appetitum rerum a natura accommodatarum, ingeneratum putaverunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua seipsi diligunt.
Deus ingenerat iras. Stat. 4. Theb. 230.
Ingenerantur hominibus mores a stirpe generis vel ex his rebus; pro Creantur. Cic. 2. Lege Agr. 94. Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis seminis, quam ex his rebus, quæ ab ipsa natura loci, & a vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & quibus vivimus.
Ingenerat amorem in eos, &c. Cic. 1. Off. 12.
Ingeneravit natura societatem utrisque. Liv. 5. 27.
Ingenerata familiæ tuæ frugalitas. Cic. pro Sext. 21.

INGENERASCO, ĕre. Idem quod Ingenero, a quo descendit, ut a Labo, Labasco; ab Integro, Integrasco, &c. Lucret. lib. 3. 746.

Et jam cetera de genere hoc, cur omnia membris
Ex ineunte ævo ingenerascunt, inque genuntur. Alii aliter.

INGENITUS, V. INGIGNO.

INGĔNĬCŬLUS, i. m. Sidus Herculis, qui Græcis Engonasis dicitur. Firmic. lib. 8. cap. 17. *L'agenouillé.* Manil. 5. 639. V. ENGONASIS.

INGENICULO, āre. Hygin. Astron. 2. 6. dicit, postquam Herculem tela deficerent, se ingeniculasse. conf Lamprid. Heliog cap. 5.

INGENICULĀTUS, i. m. Idem sidus Herculis. Vitruv. 9. 6. Pes Ingeniculati.

INGĔNIUM, i. n. a Gignendo, [εὐφυΐα, τὸ ἔγχυον] proprie natura dicitur cuique ingenita. Plaut. Bacch. 2. 3. 42.

— immo ingenium avidi haud pernoram hospitis. Ter.

Heaut. 1. 1. 99.

Ingenio te esse in liberos leni puto. Inge-

Ingenium pro Natura. Et sic videtur accipi apud Suet. initio Titi Vesp. Tantum illi ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenii, vel artis, vel fortunæ superfuit. Videtur, inquam, Naturam dicere: Alioqui miretur quispiam cur ab arte separet. Tamen & Ovid. (1. Amor. 15. 14.)

Quamvis ingenio non valet, arte valet. Ber. exponens illud Ingenii dicit, Nam tanta naturalis ingenii dexteritas. de Africano. H.St. Verba Livii sunt 28. 18. V. INDEXTERITAS. Priora verba hujus animadversionis excisa cultro sunt. Stephani sententia tamen satis apparet. Ingenium proprie Naturam indicat, deinde Dotes, quas hæc cuique largita est; denique & Homines egregie ab his instructos.

Ingenium patris habet quod sapit: i. e. Moribus aut prudentia similis est patri, sive patrem refert moribus. Plaut. Pœn. 5. 4. 28.

Ingenio suo vivere. Liv. 3. 36. pr. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit, suo jam inde vivere ingenio cœpit.

Ingenium ejusmodi, pro homine talis ingenii. Ter. And. 1. 1. 66.

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi. Ubi Donatus, Ingeniis, hominibus.

Ingenium, Vis quædam naturalis nobis insita, suis viribus prævalens ad inveniendum quod ratione indagari possit. Cic. 5. de Fin. 36. Prioris generis est docilitas, memoria: quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine.

Fervidus ingenio. Ovid. 14. Met. 485.
Mobilissimus ingenio. Tacit. 1. Hist. 24. Is mobilissimum quemque ingenio, &c.
Sævior ingenio. Ovid. 1. Met. 126.
Acies acris ingenii. V. ACER.
Acumen ingeniorum. V. ACUMEN.
Amor ingenii est experientis. Ovid. 1. Amor. 9. 33.
Genus præcox ingeniorum. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Gratia ingenii. Quintil. in procem, lib. 1.
Igniculi ingenii Quintil. in procem. lib. 6.
Lumen ingenii est Eloquentia. Cic. in Brut. 59. Ut hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia.
Imbecillitas ingenii. Plin. 4. Epist. 18. ad Antonium.
Magnitudo ingenii. Cic. 4. Acad. 1.
Monumenta ingeniorum. Quintil. lib. 3. cap. 7. p. 269.
Natura humani ingenii. Quintil. in procem. lib. 1.
Succus ingenii. Quintil. in procem. lib. 1.
Tarditas ingenii. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Turpitudo ingenii. Paterc. lib. 2. 69.
Vela ingenii. Plin. 4. Epist. 20. ad Nonium. Tu ingenii simul dolorisque velis latissime vectus es.
Vena benigna ingenii. Hor. 2. Carm. 18. 9.
Vigor ingenii. Ovid. 8. Met. 254.
Virtutes ingenii. Quintil. in procem. lib. 6.
Abruptum ingenium. V. ABRUMPO.
Acre ingenium. Cic. in Orat. 18. Item Vir acerrimo ingenio. V. ACER.
Acutum ingenium, cui contrarium est Retusum. Cic. 1. de Divin. 79. V. ACUO.
Ambiguum. Plin. 4. Epist. 2.
Aptius ingenium flammis. Ovid. 14. Met. 26.
Bonum. V. BONUS.
Cæleste. Ovid. 1. de Arte Am. 185.
Candidum. Hor. Epod. 11. 16.
Capax. Ovid. 8. Met. 533.
Confirmatum & corroboratum. V. CONFIRMO.
Contusum. Plin. 8. Epist. 14. ad Aristonem. V. Hebetatum.
Copiosissimum. V. COPIA.
Dives. Ovid. 2. Trist. 335.
Divinum. Cic. 4. Acad. 117.
Dulcissimum. Plin. 8. Epist. 12.
Durum. Hor. 3. Carm. 21. 13.
Eminens. Quintil. in procem. lib. 6.
Excelsum. Plin. 2. Epist. 13. Ingenium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in caussis agendis.
Exercitum adulatione. Tacit. 4. Hist. 40.
Eximium. Cic. 5. Tusc. 68.
Expertum nullis defensionibus. Tacit. 4. Hist. 42.
Ferax. Cic. in Orat. 48. Nihil enim feracius ingeniis, his præsertim quæ disciplinis exculta sunt. Ingenia feracia vocat Cicero, Quæ multa facile solent excogitare, quale fuit ingenium Archiæ poetæ, de quo ita idem Cicero pro Arch. 18. Quoties ego hunc vidi, quum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum, de iis ipsis rebus quæ tum agerentur, dicere ex tempore? quoties revocatum, eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis?
Ferventius amni rapido ingenium. Hor. 1. Serm. 10. 63.
Fortius. Ovid. 19. Epist. 6.
Fortunatius arte ingenium. Hor. de Arte Poet. 295.
Fractum. Plin. 8. Epist. 14.
Gnavum. Liv. 3.
Grande doloris ingenium. Ovid. 6. Met. 574.
Grande ingenium. Martial. lib. 2. 44.
O grande ingenium mei sodalis.
Hebetatum ingenium, fractum, contusum. Plin. lib. 8. Epist. 14.
Ignotum. Tacit. 4. Hist. 42.
Illustre. Tacit. 4. Cic. pro Cœl. 1.
Imbecillum. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Immansuetum. Ovid. 15. Met. 85.
Immemor. Cic. in Brut. 174.
Imperspicua, incerta, fallaciaque sunt judicum ingenia. Plin. lib. 1. Epist. 20.
Importunum. V. IMPORTUNUS.
Indocile. Sen. Thyest. 3.
Iners Ovid. 1. Amor. 15. 2.
Infelix. V. INFELIX.
Ingens. Hor. 1. Serm. 3. 34.
Inhumanum. Ter. Eun. 5. 2. 41.
Inquietum. V. INQUIETUS.
Insanabile. V. INSANUS.
Insanum. Plin. lib. 4. Epist. 7.
Integrum. V. INTEGER.
Inverecundum. V. INVERECUNDUS.
Jucundum & elegans. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Lene. Ter. Heaut. 1. 1. 99.
Liberale. V. LIBER.
Liberius ingenium, quam virginem decet. Liv. 4.
Limatius ingenium. Plin. lib. 1. Epist. 20.
Magnum. Cic. 4. Acad. 1.
Malum. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Medium. V. MEDIUS.
Mediocre. V. MEDIOCRIS.
Memorabile. V. MEMOR.
Mite. Ovid. 13. Met. 187. Juven. 4. Sat. 82.
Mobile. Plin. 1. Epist. 11. Est alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut plurimum audeat, plurimum timeat. conf. Velox.
Molle. Ovid. 15. Epist. 84.
Multiplex. Cic. 6. Att. 2. conf. Tortuosum, Varium &c. infra.
Obnoxium. V. OBNOXIUS.
Oratorium ingenium. Cic. in Brut. 110. Quanquam iis quidem non omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. Quod autem sit Oratorium ingenium, ipse lib. 1. Orat 113. ita quasi describit: Animi, atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque sint uberes, & ad memoriam firmi atque diuturni.
Par. Cic. pro Corn. Balb. 1. V. PAR.
Parvum Hor. 1. Epist. 3. 22. V. PARVUS.
Peracre. Cic 3 de Orat. 124.
Perelegantis ingenii vir Hesiodus. Paterc. lib. 1. cap. 7. pr.
Pingue. Ovid. 11 Met. 148.
Pravum hominis ingenium. Plin. lib. 3. Epist. 9. Non ita procul a fine.
Probabile Cic. in Brut. 180.
Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. 1. Ann. 29.
Pudicum Ter. Hec. 1. 2. 77.
Pulcherrimum ingenium Plin. lib. 8. Epist. 12.
Pusillum ingenium. Martial. lib. 9. 51.
Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam quæ brevitate placent.
Rectum utroque vorsum ingenium. Plaut. Capt. 2. 3. 8.
Rude. Quintil. lib. 1. cap 2.
Sævum. Plin. lib. 4. Epist. 22,
Solers. Sen. Theb 1.
Subactum. Cic. 2 de Orat. 135. Subacto mihi ingenio opus est: ut agro non semel arato, sed novato & iterato, quo meliores fetus possit & grandiores edere.
Tardum Cic. 2. de Orat. 117.
Tortuosum. Cic. de Amicit. 66. Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum.
Varium & flexibile. Plin. lib. 1. Epist. 16. Laudabam Saturnini ingenium, etiam antequam scirem quam varium, quam flexibile, quam multiplex esset.
Velox, ac mobile. Quintil. lib. 6. cap. 4. Juven. 3. Sat. 73.
Venerabile, Divinum. Juven 15. Sat. 145.
Abundare ingenio. Cic. 4 Fam. 8.
Acuere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 4. V. ACUO.
Æquiparans ingenium mores. Ovid. 2. de Pont. 5. 44.
Alere ingenium. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Assequi ingenium. V. ASSEQUOR.
Auferre famam ingenii. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Certare ingenio. Lucret. lib. 2. 11.
Claudicat ingenium. Lucret. lib. 3. 454.
Comminuere vires ingenii. Ovid. 3. de Pont. 3. 34.
Conferre ingenium. V. CONFERO.
Consumere ingenium in musicis. V. CONSUMO.
Debilitare. ut, Recta ingenia debilitat verecundia, perversa confirmat audacia. Plin. lib. 4. Epist. 7.
Declinare ab ingenio alicujus. V. DECLINO.
Deficit ingenium. Ovid. 2. Fast. 123.
Detrectat livor ingenium Homeri. Ovid. de Rem. Amor. 365.
Diffidere ab ingenio alicujus. Ovid 7. Epist. 36.
Dare vela ingenio. Ovid. 3 Fast. 790.
Esse plenum ingenio. Cic. Sic adolescens ingenii plenus.
Exercere ingenium multiplici, variaque materia. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Facere. Propert. lib. 2. 1. 4.
Ingenium nobis ipsa puella facit.
Fregerunt mala ingenium meum. Ovid. 3. Trist. 14. 33.
Habere ingenium in numerato. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Habere multum ingenii ad fingendum. Cic. pro Font. 30.
Jactandi ingenii gratia. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Illucere. ut, Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum. Paterc. lib. 1. cap. 5. pr.
Investigata ingeniis oracula. Ovid. 15. Met. 146.
Imbuere ingenium artibus. V. IMBUO.
Immutare ingenium moribus. V. IMMUTO.
Immutatur ingenium coactum egestate. V. IMMUTO.
Induere sibi ingenium novum. V. INDUO.
Ingurgitare ingenium poculis. V. INGURGITO.
Laborare ingenio. V. LABORO.
Manent ingenia senibus. V. MANEO.
Minuunt ingenium labores. Ovid. 3. de Pont. 4. 11.
Mollitur ingenium ab arte. Ovid. 3. de Arte Am. 545.
Movere. ut Ingenium mala sæpe movent. Ovid. 2. de Arte Am. 43. h.e. Pericula reddunt hominem injuriosum. [Immo Acuunt ingenium ad varia inventa. V. loc.
Noscere ingenium. V. NOSCO.
Ornatus bono ingenio. V. ORNATUS.
Perspicere ingenium & naturam pueri. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Redire ad ingenium, sive reverti. Ter. Hec 1. 2. 38.
— si mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis. Ubi Budæus ex Do-

ex Donato, A ſe diſceſſerat ſervus loquax, qui aliquantiſper tacere ſuſtinuerat. Cic. 1. Verr. 57. Rediit ad ſe atque ad mores ſuos. Liv. 2.22. Ita Volſcis ſuum rediit ingenium.
Servire ingenio. Propert. lib. 1. 7. 7.
Subdere ſtimulos ingenii. Ovid. 5. Triſt. 1. 76.
Subſiſtit ingenium malis. Ovid. 15. Epiſt. 196.
Ingenia ita mihi omnia ſunt. Plaut. Ciſtel. 2. 1. 7.

Ita mihi omnia ingenia ſunt: quod lubet, non lubet jam id continuo. i. e. Ita ingenium mihi omnifarium eſt.

Ingenio divino eſſe. Cic. 4. Acad. 117.
Tractare ingenia. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Valere ingenio. Quintil. lib. 1. cap. 8. Ovid. 1. Amor. 16. 4.
Ingenium ſoli, ſive terræ. Plin. lib. 14. cap. 1. Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores ſolique ingenia. Lactis ingenia & proprietates. Gell. lib. 12. cap. 1. Ligni. Idem 3. 6. Montis. Tacit. 2. Hiſt. 45. Loci. Flor. 2. 6. 16. Situs. Idem 2. 17. 3. Sic Herbarum, Mundi, Metalli, &c. V. Barth. ad Claud. de Rapt. Proſerp. 1. 143. Drakenb. ad Sil. 4. 90. & 16. 46.

INGENIŎLUM, i. n. Dimin. apud Arnob. & Hieron.

INGENIŌSUS, a, um. Adj. [εὐφυής, ἀγχίνοος, δαίδαλος] Ingenio optimo & alacri præditus. Cic. 5. de Fin. 36. Prioris generis eſt docilitas, memoria: quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine: eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. Idem pro Cluent. 52. Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus.
Compar. Cic. pro Roſc. Com. 31. Quo quiſque eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.
Superl. Cic. pro Muren. 62. Homo ingenioſiſſimus M. Cato.
Ager ingenioſus ad ſegetes. Ovid. 4 Faſt. 684.
Egeſtas ingenioſa. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 31.
Gula. Martial. 13. 62. H. St.
Res eſt ingenioſa timor. H. St. Puto ex Martiali quoque.
Res eſt ingenioſa dare. Ovid. 1. Amor. 8. 62.
Miracula ingenioſa fecit natura. Plin. lib. 7. cap. 2.
Vox mutandis ingenioſa ſonis. Ovid. 2. Amor. 6. 18.
Ingenioſus ad. ut, Furtum ingenioſus ad omne. Ovid. 11. Met. 3. 3.
In pœnas. Ovid. 2. Triſt. 342. In Culpam. Idem ibid. 288.
In cum auferendi caſu. Martial. lib. 1. præf. Improbe facit qui in alieno libro ingenioſus eſt.

INGENIŌSE, Adv. [εὐφυῶς] Subtiliter, & cum ingenio. Cic. 1. de Invent. 8. Nam ſatis in ea videtur ex antiquis artibus ingenioſe & diligenter electas res collocaſſe.
Compar. Sen. Controv. 10. Hanc controverſiam declamavit longe ingenioſius. Plin. lib. 15. cap. 13. Nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt.
Superl. Vell. 2. 48. 3. Homo ingenioſiſſime nequam.

INGENIĀTUS, a, um. Partic. ab INGENIARE; Apto ingenio præditus. Plaut. Mil. 3. 1. 133. Lepide ingeniatus. Adde Gell. 12. 2. Ingeniatus ad aſtutiam. Apul. Florid. p. 360.

INGĔNO, ĕre. Idem quod Ingigno. Verbum eſt antiquum. Lucret. lib. 3. 745. per tmeſin,

Ex ineunte ævó ingeneraſcunt, inque genuntur. Manil. 5. 135.

His etiam ingenitur viſendi ignota cupido.

INGENS, entis. Adj. [ὑπερμεγέθης, παμμεγέθης, πελώριος, ταλαντιαῖος] Dicitur, ut inquit Feſtus, augendi conſuetudine, ut Inclamare, Invocare. Quia enim Gens, populi eſt magnitudo, Ingentem per compoſitionem dicimus Valde magnum.
Acervus ingens. Virg. 1. Georg. 185.
Achilles. V. ACHILLES.
Amore ingenti perculſus. Virg. 2. Georg. 476.
Animus ingens, Fortis, magnus & conſtans. Plin. in Paneg. Sic apud Hor. 2. Serm. 7. 102. — ingens.

Virtus atque animus.

Animos ingentes tollere. Virg. 2. Georg. 207.
Arbos. Virg. 2. Georg. 81.
Argentum ingens menſis, Plurima vaſa argentea. Virg. 1. Æn. 466.
Argumentum. Virg. 7. Æn. 791.
Bellum. Virg. 1. Æn. 279.
Cædes. Virg. 9. Æn. 242.
Caverna. Virg. 2. Æn. 20.
Clamor. Virg. 9. Æn. 43.
Concurſus. Virg. 5. Æn. 611.
Confidentia. Ter. And. 5. 3. 5.
Corpus. Virg. 1. Æn. 192.
Curæ ingentes. Virg. 1. Æn. 208.
Dolor. Virg. 5. Æn. 172.
Facinus. Ter. Adel. 4. 7. 3.
Flagitium. Hor. 2. Serm. 4. 82.
Fletus. Virg. 5. Æn. 765.
Fragor. Virg 8. Æn. 527.
Gaudium. Plin. lib. 7. cap. 42.
Genus ingens a proavis. Virg. 12. Æn. 225.
Gladius. Tacit. Agric. 36.
Gloria. Virg. 2. Æn. 325.
Gratias ingentes agere. Ter. Eun. 3. 1. 1.

Magnas vero agere gratias Thais mihi?
G. Ingentes. Adde Cic. in Læl.

Ignis. Plaut. Capt. 4. 2. 63.
Impenſæ ingentes, quæ & Sumptuoſæ dicuntur: h. e. Magni ſumptus. Liv. 34. 58. Et quæ ſtrata ruinis atque incendiis erant, ingentibus impenſis ædificaverit.
Iras ingentes concipit. Ovid. 1. Met. 166.
Lætitia. Virg. 3. Æn. 99.
Luctus. Virg. 6. Æn. 868.
Machina. Hor. 2. Epiſt. 2. 73.
Metus. Virg. 6. Æn. 491.
Moles. Virg. 5. Æn. 118.
Murmur. Ovid. 7. Met. 644.
Nominis ingentis rex. Liv. 30. 17. pr.
Obſidio. Virg. 8. Æn. 647.
Paratus. Tacit. 2. Hiſt. 95.
Pecunia ingens, Multa & numeroſa. Cic. 2. Lege Agr. 69. Hic ager omnis, quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Pluvia. Virg 1. Georg. 325.
Pudor. Virg. 10. Æn. 871.
Rus. Virg. 2. Georg. 412.
Saxum. Virg. 6. Æn. 616.
Sonitus. Virg. 2. Georg. 306.
Spiritus ingentis vir. Liv. 21. præf.
Stridor. Virg. 7. Æn. 65.
Teſtis. Plin. lib. 7. cap. 30.
Vagitus. Virg. 6. Æn. 426.
Ventus. Virg. 1. Georg. 334.
Virtus. Hor. 2. Serm. 7. 102.
Vitium. Hor. 2. Serm. 3. 91.
Umbra. Virg. 2. Georg. 297.
Vox. Virg. 1. Georg. 477.
Animi ingens. Tacit. 1. Ann. 69. Sed femina ingens animi.
Animis ingens. Virg. 11. Æn. 641.
Armis ingens. Virg. 11. Æn. 641.
Corpore ingens. Virg. 11. Æn. 641.
Eloquio ingens. Stat. 1. Silv. 4. 35.
Compar. Symmach. 8. Epiſt. 31. Solatur tamen ſollicitudinem meam quod parſimonia tibi familiaris eſt, quod cognata ſapientia & adverſis fortunæ animus ingentior.
Superl. Veget de Re Milit. 4. 8. Rotæ de lignis viridibus ingentiſſimæ fabricantur. Deſpaut. ex Vegetio 124. 125. H. St. Deſiderabatur in Lugd.

INGĔNUUS, a, um. Adj. [ἐλεύθερος, γνήσιος, εὐγενής] proprie Nativus, & opponitur Manu factis. ut, Ingenuos fontes. Lucret. 1. 230. Deinde apud antiquos Ingenui erant Legitime ſuſcepti, & Spuriis oppoſiti. Liv. 10. 8. extr. En unquam fando audiſtis patricios primo eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent: id eſt nihil ultra quam ingenuos? Deinde Ingenui dicti Liberi & ex liberis nati, de de quo vide JCtos. Opponuntur hi Libertinis: ita Plaut. Mil. 3. 1. 189. Ingenuamne an libertinam? Adde Martial. 3. 32. Boeth. ad Topic. Cic. 3. Refertur denique quaſi per metaphoram ad ingenium, &c. de eo qui liberalis & minime ſervilis ingenii ſit. Juven. 11. Sat. 154.

Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.

Amor ingenuus. Hor. 1. Carm. 27. 16.
Animo ingenuo facere aliquid. Catul. 66. 38.
Artes ingenuæ, ſive Diſciplinæ: i. e. Liberales, & ingenuis, hoc eſt liberis dignæ. Cic. 2. de Fin. 68. Sint iſta Græcorum: quanquam ab his philoſophiam & omnes ingenuas diſciplinas habemus. Idem, Ut omittam has artes elegantes & ingenuas.
Color ingenuus. Propert. lib. 1. 4. 13.
Corpus ingenuum. Ovid. 5. Epiſt. 144.
Crines ingenui. Stat. 2. Silv. 1. 44.
Crux ingenua, Quæ ingenuo animo & libero ſuſcepta eſt. Martial. lib. 10. 82.

Per gemitus noſtros, ingenuaſque cruces.

Facies ingenua, quæ & Liberalis dicitur: h. e. Elegans. Plaut. Pœn. 5. 2. 17. Facies quidem pol ingenua eſt.
Facta ingenua, Viris ingenuis digna: h. e. Nobilia. Plaut. Milit. 4. 1. 17.

Vah, egone ut ad te ab libertina eſſe auderem internuntius,
Qui ingenuis factis reſponſaret? &c. Al. Ingenuis ſatis reſpondere nequeas &c.

Genæ ingenuæ. Ovid. 1. Amor. 7. 52.
Gula, ironice. Martial. lib. 6. 11.

Non minus ingenua eſt & mihi, Marce, gula.

Meretrix. Plaut. Mil. prol. 1.
Pudor. Catull. 59. 81.
Puer. Hor. 3. Carm. 24. 55.
Quibuſdam in locis Ingenuus videtur poni pro Moderato. Ovid. 1. Triſt. 4. 71.

Illi corpus erat durum patienſque laborum,
Invalidæ vires ingenuæque mihi. Martial. lib. 3. 46.
Invalidum eſt nobis, ingenuumque latus. [i. e. Molle, ut ingenuis.

INGENUE, Adv. [ἐλευθερίως] Libere ac ſimpliciter: ut, Ingenue loqui; i. e. Ut liberum hominem decet, nihil timidum, nihil habens ſervile.
Aperte atque ingenue fateri. Cic. 5. Fam. 2. Quod me abs te cupiſſe laudari, aperte atque ingenue confitebar.
Ingenue educatus, Liberaliter, ut liberum decuit. Cic. 3. de Fin. 38.

Quis autem honeſta in familia inſtitutus, & educatus ingenue, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit, offenditur?

INGENUĬTAS, ātis. f. [ἐλευθεριότης] Liberalitas, nobilitas, honeſtas. Cic. 3. Verr. 113. Veſtitus enim neminem commovebat is, quem illi mos & jus ingenuitatis dabat. i. e. Jus natalium, ut in eo qui liberis parentibus ortus eſt. Idem 2. de Orat. 242. Præſtet idem ingenuitatem & ruborem ſuum verborum turpitudine & rerum obſcænitate vitanda. h. e. Honeſtatem & verecundiam homine libero dignam. Idem 3. Verr. 113. pro conditione hominis ingenui, Detrahes ornamenta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis? [Intelligit Inſigne ingenuitatis proprium Togam prætextam. V. loc. & Aſcon. in eundem.] Suet. Aug. cap. 74. Valerius Meſſala tradit neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem. Liv. 8. 28. Ingenuitatis memor adoleſcens.
Præ ſe ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Cic. 1. Acad. 33.

INGĔRO, ſſi, ſtum, [ἐπιχέω, ἐντίθημι, ἐπεμβάλλω, ἐπιφέρω] ĕre. Imponere, infundere. Plaut. Pſeud. 1. 2. 24.

Tu qui urnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum ſit cito.

Columel. lib. 5. cap. 9. Deinde ingerendi minimi lapides, vel glarea miſta pingui ſolo.
Ingerere ſe: i. e. Affectare aliquid. Plin. in Paneg. cap. 86. pr. Præfectum Prætorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere.
Periclis ſe ingerit. Sil. lib. 10. 5.
Aquam ingerere. Plaut. Pſeud. 2. 2. 24.
Cibum ingerere, vel potionem ægroto; pro Porrigere. Celſ. Et ingerere cibum

cibum fastidiosis. [ Nisi error est. ] Idem in Præf. lib. 1. Febricitanti cuidam & magna siti affecto, cum post ebrietatem eum premi cœpisse cognosceret, aquam frigidam ingessit.
Convicia ingerere alicui. Hor. 1. Serm. 5. 11.
Dicta in dolium pertusum ingerere, proverbialiter dictum, quasi Operam ludere. Plaut. Pseud. 1. 3. 135.
In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Sed,
Dicta in aliquem ingerere, pro Maledicere & conviciari. Plaut. Asin. 5. 2. 76.
— nunc uxorem me esse meministi tuam?
Modo, quùm dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.
Humo ingesta contumulari. Ovid. in Ibin, 460.
Ligna foco. Tibul. lib. 2. 1. 22.
Mala multa in aliquem. Ter. Andr. 4. 1. 16.
Ingeram mala multa: atque aliquis dicat, nihil promoveris.
Osculum alicui. Suet. de Clar. Gramm. 23.
Primordia. V. PRIMORDIUM.
Probra. Liv. 2. 45.
Pugnos in ventrem, Inferre violenter, & pugnis percutere. Ter. Phorm. 5. 8. 95.
— nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
Sacrilegium inferre. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 4.
Saxa in subeuntes. Liv. 2. 65.
Scelus sceleri. Sen. Thyest. 8.
Semen solo, Seminare. Columel. lib. 2. cap. 10. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus.
Tela. Liv. 24. 34. Postremo ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent.
Tura aris. Plin. lib. 12. cap. 14. Alexandro Magno in pueritia sine parsimonia tura ingerenti aris, &c.
Verba & vocem. Liv. 3. 68. pr. Quid tandem privatæ res vestræ, quo in statu sunt? jam unicuique ex agris sua damna nuntiabantur. quid est tandem domi, unde ea expleatis? Tibuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis verborumque, quantum voletis, ingerent, & criminum in principes, & legum aliarum super alias, & concionum.
Vulnera. Tacit. 3. Hist. 84. Et ingestis vulneribus concidit. Pro, Inflictis.
Ingerere, Jacere: ut, Ingerere lapides, tela, saxa. Plin. lib. 10. cap. 1. de struthiocamelis, Ungulæ iis cervinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus.
Ingestum, pro Eo quod violenter oblatum est. Tacit. 1. Ann. 72. 2. Nomen Patris patriæ, Tiberius a populo sæpius ingestum repudiavit. Alibi dixit, Ingestis pilis, pro Infixis: ubi vulgo legitur, Infestis pilis.
Ingerere, In memoriam revocare. Sen. de Benef. lib 1. cap. 12. Ingratis quoque, memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est, & oblivisci sui non finit, sed auctorem suum ingerit & inculcat.
Nomina aliorum alicui ingerere. Tacit. de Orat. 7. Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? Subaud. Quam Oratorum.
INGESTIO, ōnis. f. Mart. Capell.
INGESTUS, ûs. m. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 42. Immortalitatis ingestus.
INGESTO, āre. frequent. Apul. Met. 11. p. 712. Carbasus lintea votum ingestans progerebat. Elmenh. p. 264. Carbasus litteris votum &c. etsi Littoris excusum mendose.
INGESTABĬLIS, e. Adj. [ἀβάστακτος] Quod gestari non potest. Plin. lib. 7. cap. 6. Ingestabile onus crurum, & inguinum levis tumor.
INGIGNO, gĕnui, gĕnitum, [ἐγγεννάω] ĕre. Una & simul gignere. Cic. 5. de Fin. 33. Sive, ut doctissimis viris visum est, major aliqua causa atque divinior hanc vim ingenuit, sive hoc ita sit fortuito.
INGĔNITUS, a, um. Partic. ut
Natali & ingenita sterilitate laborantibus. Columel. lib. 3. cap. 7.
Ingenitum corpori eorum virus, exitiale serpentibus. Plin lib. 7. cap. 2.
Nobilitas ingenita. Lucan. ad Pison. 92.
— ingenitæ stat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna suis natalibus ora.
INGITAS, ātis. f. quasi Indigitas: Paupertas, inquit perottus. Plaut. Pœn. 4. 2. 85.
Profecto ad ingitatem lenonem rediget, si has abduxerit. Exemplaria, quæ vidimus, legunt Ad incitas.
INGLŎMĔRO, [συμφύρω] āre. Idem quod simplex. Stat. 1. Theb. 350.
— sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, & tenebrosa volumina torquet.
INGLŌRIUS, a, um. Adj. [ἀκλεής, ἄδοξος] Qui nullam laudem aut gloriam sua virtute aut fortitudine consecutus est, & veluti ignobilis. Virg. 9. Æn. 548.
Ense levis nudo, parmaque inglorius alba. Idem 4. Georg. 94.
Inglorius militiæ. Tacit. 3. Hist. 59. 4. Nec ipse inglorius militiæ. Sil. lib. 12. 39. Inglorius ausi. i. e. Qui efficere quod tentabat non potuit.
Inglorius & ignobilis. Cic. 3. Tusc. 81. Quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus.
Honoratus & Inglorius, contraria. Cic. 1. de Legib. 32. Propterque honestatis & gloriæ similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem qui sunt inglorii.
Vox ingloria. Stat. 5. Silv. 3. 138.
Inglorius, Indecorus. Lactantius in illud. Stat. 9. Theb. 109.
— comantem
Perstrinxit galeam, convulsæ cuspide longe
Diffugere jubæ: patuitque ingloria cassis.
INGLŪVIES, ēi. f. [λαιμαργία] Ventris rapacitas, voracitas. Ter. Eun. 5. 4. 15.
Harum videre ingluviem, sordes, inopiam. Hor. 1. Serm. 2. 8.
Hunc si perconteris, avi cur; atque parentis
Præclaram ingrata stringat malus ingluvie rem.
Ingluvies, pro Gurgulione. Apul. lib 1. Asini aurei p. 109. Ut ponderis deductu restis ad ingluviem adstricta, spiritus officia discluderet. Gulam seu gurgulionem intelligit, sive asperam arteriam, qua spiritus ab ore in pulmones, atque inde rursum in os & in nares ultro citroque semper commeat.
Ingluvies, pro Sinu gutturis accipitur, in quem aves recentes cibos demittunt, & condunt. Columel. lib. 8. cap. 5. de gallinis, Nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat: abstinerique debent, dum concoquant. adde Virg. 3. Georg. 431. Et Serv. ad loc. qui interpretatur Ventris capacitatem.
Ingluvies, pro Copia & affluentia. Firmic. lib. 4. cap. 18. Publicis custodiis, vel carceribus, aut catenarum nexibus faciet obligatos, ita ut eos infensa criminum deturpet semper ingluvies. Sed forte vetusto more scriptum erat Inluvies, quod nunc scribimus Illuvies: atque per ignorantiam ex Inluvies factum Ingluvies.
INGLUVIŌSUS, a, um. Adj. apud Fest. in Ingluvies. & Isidor. lib. 10. Ingluviosus a gula & voracitate dictus.
INGRANDESCO, dui, [ἐπιδίδωμι] ĕre. Grandem fieri. Columel. lib. 11. cap. 3. At circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum, si jam ingranduit, transferre. Idem lib. 2. cap. 10. Quæ ut celeriter prodeat, & ingrandescat, ante quam feratur, fimo arido permisceri debet.
INGRĀTUS, a, um. [ἀχάριστος, ἀγνώμων] Adj. passivæ significationis, Quod non est gratum & acceptum. Donatus ad Eun. 2. 1. Ingrata quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus.
Amaritudo ingrata. Plin. lib. 15. cap. 25. Minus quinquennium est, quod prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis.
Joci non ingrati. Ovid. 3. Fast. 738.
Onus ingratum. Catul. 66. 142.
Oratio, cui opponitur Jucunda. Quintil. lib. 8. cap. 3.
Sapor. Columel. lib. 7. cap. 8.
Superbia ingrata Veneri. Hor. 3. Carm. 10. 9.
Tempora. Hor. 1. Epist. 1. 23.
Virus. Plin. lib. 10. cap. 26.
Ingratus, activæ significationis, Qui non meminit accepti beneficii, nec gratiam ullam habet. Ter. And. 1. 5. 43.
— adeone me ignavum putas?
Adeone porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cic. de Amicit. 42. Propterque invidiam in exilium missus esset, ingratæ patriæ injuriam non tulit, quam ferre debuit. Martial. de Spectac. 10.
Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum.
Ingratus animus. Sen. Epist. 1.
Ingratus adversum deos. Gell. lib. 4. cap. 18. Non igitur sumus adversum deos ingrati.
Ingratus in aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 121. Quum Epicurus in Democritum ipsum quem secutus est, fuerit ingratus.
Ingratus, Invitus, & coactus, inquit Donatus. Ter. Eun. 2. 1. 14.
Opus faciam, ut defatiger usque: ingratus ut dormiam. [ Immo Ingratiis legit & exponit id ipsum Donatus.
Compar. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 27. Vix labra diduxit, & ingratior quam si tacuisset, fuit. & Cic. 8. Att. 4.
INGRATE, Adv. [ἀχαρίστως] Plin. lib. 27. cap. 2. Quod siquis illa forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intelligit.
Ferre aliquid ingrate. Tacit. 1. Hist. 52. 4. Oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset.
Non ingrate nominando M. Varronem. Plin. lib. 18. cap. 3. i. e. Libenter.
INGRĀTIS, Adv. [ἄκοντι] Præter gratiam & meritum, Non ultro inquit Donatus. Plaut. Casin. 3. 5. 57. Atque ingratis quem non volt, ei nubet hodie. Al. Ingratiis, quia non vult, nubet. Ter. Heaut. 3. 1. 37.
— ea coacta ingratis
Post illa cœpit victum vulgo quærere. Et hic rectius legitur Ingratiis.
Libenter & Ingratis, contraria. Cic. 6. Verr 19. Reticebunt quæ poterunt libenter: dicent quæ necesse erit, ingratis. Vetus exemplar scriptum habet Gratis. Lamb. Ingratiis. V. Parei Lex. Crit. p. 607. Gifan. ad Plaut. Cas. 2. 5. 7.
INGRATIA, æ. f. contrarium Gratiæ. Tertull. de Pœnit. cap 21. Pœnitet fidei, amoris simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, prout quid in ingratiam cecidit. Sed usitatior est ablativus pluralis absolute sumptus. Plaut. Cas. 2. 5. 7.
Vobis invitis atque amborum ingratiis. conf. Merc. 2. 4. 11. & Ter. Phorm. 5. 6. 94. Tuis ingratiis. Sed aliquando abit pronomen & accipitur adverbialiter. Nep. 2. 4. 4. Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. & Plaut. Curc. 1. 1. 6.
Tamen est eundum quo imperant ingratiis.
In multis scriptorum locis pro hoc Ingratiis aliud irrepsit. Vide Lamb. in Æmilium, Probum pag. 36. H. St. conf. Dict. præced.
INGRATITUDO, [ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη] a Cicerone non dicitur. Maluit enim Græce dicere, ad Atticum scribens, lib. 9. 7. his verbis, Sed meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam. Budæus. Sabellicus hac voce frequenter usus est lib. 7. Exemplorum cap. 2. cui titulus est, De ingratitudine. Erasmus quoque in proverbio, Ingratitudo vulgi. Et in alio proverbio, Nemo benemerito bovem immolavit, præter Pyrrhiam. V. Voss. Cellar. ceterosque de Barbarismis & Vitiis sermonis.
Vide GRATITUDO. H. St.
INGRATĬFĬCUS, a, um. Adj. [ἀχάριστος] Idem quod Ingratus. Cic. pro Sext. 121. O ingratifici Argivi, inanes Graii, immemores beneficii.
INGRĂVIS, e. Adj. Valde gravis. Ulp. l. 3. ff. de S. C. Silan. conf. Erythr. Ind. Virg. in Infractus.
INGRĂVESCO, [βαρύνω] ĕre. Valde gravem, & molestum fieri. Plin. lib. 31. cap. 7. Vix credibili pondere ingravescat.
Ingravescit in dies malum. Cic. ad Brut. 10.
Levari & Ingravescere, contraria. Cic. de Senect. 36. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt: animi autem se exercendo levantur.
Ingravescentem morbum prævidere. Cic. 2. de Divin. 15.
Ingravescere furore. Cic. 10. Att. 14. Alter ardet furore & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit.
Ingravescit annona, Carior fit. Cic. pro Domo 11. Nam quum ingravesceret annona, ut jam plane inopia ac fames timeretur.
INGRAVESCENS, Partic. [βαρύνων] ut, Ingravescens ætas, i. e. Senectus. Cic. de Amicit 33. Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat: alias adversis rebus, alias ætate ingravescente.
INGRAVĬDO, āre. Idem quod Gravidare. Paulin. 9. Nat. Felic.
INGRAVIDĀTUS, a, um. Partic. Augustin. Confess. 7. 5. Talia volvebam pectore meo misero, ingravidato curis mordacissimis.
INGRĂVO, [ἐπιβαρύνω] āre. Gravem facere, vel Corrumpere, & quasi Graviter afficere. Plin. lib. 19. cap. 8. Postea iisdem fruticibus utuntur, si non sævitia hiemis ingravat, quando impatientissimum est frigorum.

Puppem

Puppem ingravat. Stat. 5. Theb. 402.
Ingravat hæc sævus Drances. i. e. Exaggerat. Virg. 11. Æn. 220.
Languere cœpit annis ingravantibus. Phædr. 6. 11. 3. i. e. Molestiam afferentibus.

INGRAVĀTUS, a, um. Partic. Spartian. in Sev. cap. 21. Ingravatus morbo. Vulg. Int. Exod. 7. 14.

INGRAVATE, Adv. Non gravate. Ammian. 17. 21. Obsecundabant imperiis ingravate. Idem 18. 2. extr.

INGRAVĀTIO, ōnis. f. Theod. Cod. l. 7. t. 13. Perpetuæ ingravationi addici.

INGRĔDIOR, [δύω, εἰσδύω, ὑποδύω, ἀπέρχομαι, ἐπεισδύω] ēdi. Incedere. Virg. 3. Georg. 75.

Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur. Cic. 2. Att. 23. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis: curre: si curris, advola. Plin 8. 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Idem 11. cap. 51. Qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiunt.
Campo ingreditur. Virg. 10. Æn. 763.
Curru ingredi. Ovid. 13. Met. 252.
Deinde est Intrare, Subire: ut, Ingredi forum, viam, &c. Ter. Hec. 3. 4. 5.

— o fortunate, nescis quid mali
Præterieris qui nunquam es ingressus mare.

Ingredi dicere aut facere, pro Aggredi & incipere. Cic. 15. Att. 11. Ea negabam oportere præterita, assentiebar tamen: quanquam ingressus essem dicere quid oportuisset. Idem 2. de Divin. 2. De divinatione ingressi sumus his libris scribere.
Colles ingreditur. Ovid. 14. Met. 846.
Consilium ingredi. Cic. 15. Att. 10. extr. Frustra vero qui ingrediar matris consilium, quum utatur precibus. Vetus lectio sic habet: Frustra vero quid ingrediar? Matris consilio quum utatur, vel etiam precibus, quid me interponam?
Consulatum ingredi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Disputationem ingredi. Cic. pro Cæcin. 21. Qui quum istam disputationem mecum ingressus esset.
Fatis ingressus iniquis. Virg. 3. Æn. 17.
Iter. Cic. 3. de Orat. 217.
Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Ex quodam poeta.
Iter pedibus. Cic. de Senect. 34. & Columel. 1. 3.
Mare. Ter. Hec. 3. 4. 5. V. supra.
Mare pedibus. Liv. 31. præf. Jam provideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quicquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi.
Orationem ingredi. Cic. 15. Att. 11. Quam orationem quum ingressus essem, Cassius intervenit.
Studia ingredi. Quintil. lib. 1. cap. 16. Nam iisdem fere annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt.
Vestigiis patriis ingredi. Cic. in Somn. Scip. 19. Quanquam a pueritia vestigiis ingressus patriis & tuis, decori vestro non defui.
Viam vivendi ingredi. Cic. 1. Off. 118. Quod tempus a natura ad deligendum quam quisque vivendi viam sit ingressurus, datum est.
Vulgarem viam ingredi. Quintil. in procem. lib. 1.
Vitam ingredi. Cic. 4. Acad. 114. Officia describas, quam vitam ingrediar, definias.
Ingredi intra. Cæs. 5. Bell. Gall. 9. extr. Nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.
Ingredi in. ut, Ingredi in fundum. Cic. pro Cæcin. In conspectum populi. Plaut. In iram, In sycophantiam, In causam, In orationem, In spem, In vitam, &c. passim apud Auctores.
Ingredi ad explicandam sententiam suam. Cic. 2. Fam. 3. Sed aliter atque ostenderam facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ.
Ingredi per scenam. Plin. lib. 7. cap. 20.

INGREDIENS, Partic. [εἰσδύων] ut, Iter ingrediens. Sil. lib. 15. 506.

INGRESSUS, a, um. Partic. ut, Ingressus tribunatum. Vell. 2. 6. 2. Idem etiam atque Aggressus. Virg. 4. Æn. 107.
Sic contra est ingressa Venus. Quintil. præf. lib. 6. Hæc ex tua voluntate maxime ingressus.

INGRESSIO, ōnis. f. [εἴσδυσις] Cic. 4. Tusc. 2. Cujus ut arma sumpsit, ingressio lætitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus. Idem 5. Philipp. 9.
Ingressio, Initium. Cic. in Orat. 11. Ac video hanc primam ingressionem meam, non ex Oratoris disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam. h. e. Disputationis initium. Nam Ingredi proprie dicuntur infantes, Quum se pedibus suis sustinere & ambulare incipiunt.

INGRESSUS, ûs. m. [πρόσοδος] Incessus. Cic. 1. de Nat. Deor. 95. Ingressus, cursus, &c.
Plani ingressus. Sil. lib. 10. 413.
Vestigiis odorari ingressus hominis improbi. Cic. in Pison. 83.
Vestigia & ingressus orationis. Cic. 1. de Orat. 161.
Ingressus, Initium. Quintil. lib. 9. cap. 4. Si pars posterior in clausula deprehendatur, rursus prior ingressu. Idem lib. 10. cap. 1.
In ingressu. V. IN præpositionem.
Civilis & humanus dicendæ sententiæ ingressus. Quintil. 3. 4.
Opportunus ingressus. Quintil. lib. 2. cap. 4.

INGRUO, ui, [ἐπεισπίπτω] ĕre. Simul & confertim, veluti gruum more invadere. Virg. 12. Æn. 628.
Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet. Plaut. Amph. 1. 1. 81.
Crebri hostes cadunt, nostri contra ingruunt.
Æstate ingruente. Columel. lib. 11. cap. 3.
Fato. Liv. 4. 32.
Frigus. Columel. lib. 4. cap. 29.
Horror armorum. Virg. 2. Æn. 301.
Imber ferreus. Virg. 12. Æn. 284.
Metus, Imminet, impendet, accedit, prope est. Plin. lib. 9. cap. 30. Liv. 6. Aliam in partem terror ingens ingruerat.
Morbi. Plin. lib. 7. cap. 50.
Periculum. Liv. 5. 21. pr. Hæc precatus superante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset.
Radii Solis. Plin. 2. 18.
Vis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Umbra vitibus. Virg. 2. Georg. 410.
Ingruere in. Liv. 4. 30. Primo in agrestes ingruerant morbi. Idem 6. Bell. Pun. Eadem in viros ingruit fortuna.

INGUEN, ĭnis. n. [βουβὼν] Pars corporis quæ circa pudenda vel potius Ipsum pudendum. Sueton. in Neron. c. 29. Virorum ac feminarum ad stipem deligatorum inguina invaderet. Liv. 7. 10. Uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit.
Obscænum inguen. Hor. 1. Serm. 2. 26.
Candida inguina Scyllæ. Virg. 6. Ecl. 75.
Inguen, pro Tumore inguinis videtur posuisse Lucilius, qui βουβὼν & a Græcis dicitur. Ejus verba sunt,
Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit. Turneb. 15. 15.
Febris ex inguine, i. e. Febris ex bubone, vel tumore præter naturam in inguine. Cels. lib. 3. cap. 5. in principio.

INGUĬNĀLIS, e. Adj. Ad inguen spectans. Inguinalis herba. Apul. de Herb. cap. 60.

INGUINĀRIA, æ. f. [βουβώνιον] Herba inguinum doloribus utilis. Plin. lib. 26. cap. 9. Inguinaria (quam quidam argemonen vocant) passim in vepribus nascens, ut prosit inguinibus, in manu tantum habenda est.

INGURGĬTO, [ἐμφορέομαι, ἀμπωτίζω] āre. est Se cibo aut potu intemperanter obruere. Cic. 2. de Fin. 23. Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent.
Ingurgitare ingenium. Gell. lib. 15. cap. 2. Ac simul inter ejusmodi orationem, crebris & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat.
Ingurgitare in se merum. Plaut. Curc. 1. 2. 35.
Ingurgitare se cibis. Cic. Philipp. Idem quum se cibis ingurgitavisset.
Ingurgitare se in flagitia, pro Immergere. Cic. in Pison. 42. Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.
Ingurgitare se in philosophiam. Gell. lib. 5. cap. 16.
Ingurgitare se in copias alicujus. i. e. Avidius se ingerere, ut solent famelici & voraces. Cic. 2. Philipp. 65.
Ingurgitare humor dicitur, Quum nimia abundantia terram proluit. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo humor ex his non universus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur distillans, velut ex ubere alit omnia quæ non inundat.

INGURGITĀTUS, a, um. Partic. Petron. cap. 79. Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensisset. Macrob. Somn. Scip. Temeto ingurgitatus.

INGURGITĀTIO, ōnis. f. apud Firmic. 5. 8.

INGUSTABĬLIS, e. Adj. [ἄγευστος] Quod gustari non potest: ut, Ingustabilis fons. Plin. lib. 2. cap. 106. Idem lib. 16. cap. 26. Femina post Autumnum fert baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus.

INGUSTĀTUS, a, um. [ἄγευστος] Partic. sine verbo, Non gustatus. Hor. 2. Serm. 8. 30.
Ut vel continuo patuit, quum passeris, atque
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.

INGUSTO pro Gustandum dare, legitur apud Tertul. adversf. Gnost. cap. 7. Jovi in media urbe sanguis humanus ingustatur.

## I N H

INHĂBĬLIS, e. Adj. [ἀνεπιτήδειος] Non aptus. Columel. lib. 2. cap. 1. Progenerandis esse fetibus inhabilem.
Inhabilis ad agendum. Caius in l. 1. in fine. D. Quod cujusque universit. nomine.
Inhabilis ad consensum. Liv. 26. 16. Sine consilio publico, sine imperio multitudinem nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore.
Inhabilis magnitudinis navis, quam sexdecim versus remorum agebant. Liv. 33. 30.
Inhabile imperitis telum ad remittendum. Liv. 24. 34.

INHĂBĬTĀBĬLIS, e. Adj. [ἀοίκητος] Quod habitari non potest. Cic. 1. de Nat. Deor. 24. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus.

INHĂBĬTO, [οἰκέω] Idem quod Habitare. Liv. 24. 3. Arx procul iis, quæ inhabitabantur. Al. Habitabantur.
Inhabitat animus in oculis. Plin. lib. 11. cap. 37.

INHABITĀTIO, ōnis. f. Tertul. & Vulg. Int. Sap.

INHABITĀTOR, ōris. m. Hieron. Augustin. &c.

INHÆREO, æsi, æsum, [ἐμφύομαι, ἐπιλαμβάνω, προσέχω, ἀντιέχω] ēre. Idem quod Adhærere. Columel. lib. 5. 11. extr. Cacumina deinde olivæ, sicut matri inhærent, utraque parte adradito. Sed in plerisque codd. Cohærent legitur. Plin. lib. 5. Epist. 16. pr. Ut illa patris cervicibus inhærebat: ut nos amicos paternos & amanter & modeste complectebatur.
Inhærebat oculis memoria imaginis, Semper præ oculis erat, & versabatur ob oculos. Plin. lib. 7. Epist. 27.
Studio oneratus inhæsi. Ovid. 8. Met. 54.
Inhærere vestigiis prioribus. Columel. lib 9. cap. 8. Et si eandem petit cæli partem, prioribus inhæret vestigiis.
Inhærere semper voluptatibus virtutes. Cic. 1. de Fin. 68.
Inhærere in mentibus. Cic. 1. Tusc. 33. Sed nescio quomodo inhæret in mentibus, quasi, &c. Sic 2. de Orat. 163. Inhærere in rei natura.

INHÆRENS, Partic. [προσέχων] ut, Humeris abeuntis inhærens. Ovid. 1. Trist. 3. 79.

INHÆRESCO, [ἐπιλαμβάνομαι] ĕre. Idem quod Inhæreo. Cic. 2. de Nat. Deor. 144. Provisum etiam ut siqua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco inhæresceret. Inhærescunt penitus in mentibus. Cic. 3. Tusc. 3.

INHÆSIO, ōnis. f. apud Augustin.

INHĀLO, [ἐμπνέω] āre. Halitum in aliquem emittere. Cic. in Pison. 13. Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis. i. e. Halitum popinam redolentem in nos exhalasses, & effudisses.

INHALĀ-

**Inhalātus**, a, um. Partic. Afflatus. Apul. Met. 2. p. 190. Id genus frivolis inhalatis.
**Inhalatio**, ōnis. f. Inspiratio. apud Plin. ut aiunt Lexica.
**Inhalātus**, ûs. m. Idem. Apul. Met. 2. p. 119. Patentis oris inhalatu cinnameo.
**Inhāmo**, āre. Hamo capere.
Tralate. Sidon. 9. 9. Uncatis syllogismis volubilem tergiversantium linguam inhamare.
**Inhĭbeo**, ui, ĭtum, [ἐνέχω, ἀπείργω] ēre. ex In & Habeo compositum; est Rem inceptam, ne procedat, impedire: auctore Valla lib. 5. Festus; Inhibere, Cohibere. Virg. 12. Æn. 693.
Parcite jam Rutuli, & vos tela inhibete Latini. Cic. 7. Verr. 162. Si te illius acerba imploratio & vox miserabilis non inhibebat.
Inhibere quin. Curt. lib. 7. 2. pr. Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus saxa in eum jaceret.
Inhibere quominus, Vetare, arcere, & cohibere. Plin. lib. 2. cap. 5. de elementis, Et levia ponderibus inhiberi quominus evolent.
Alvum inhibere, i. e. Sistere: cui contrarium est Solvere. Plin. lib. 19. cap. 8.
Aviditatem incitare & Inhibere, contraria. Plin. lib. 20. cap. 7. Nec ulla res majorem in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem.
Calcitratus inhibere. Plin. lib. 8. cap. 44.
Cursus inhibebat equorum. Ovid. ad Liv. 229.
Dolores. Plin. lib. 20. cap. 3.
Fletus. Ovid. 5. Trist. 1. 56.
Frenos. Liv. 1. 48. Restitit pavidus, atque inhibuit frenos.
Imperium. Qui inhibet remos & telum, manum suspensam tenet: sic qui inhibet imperium, quasi minatur, & multam veluti telum intentum habet. Rursus, Inhibere imperium significat, quasi potestatis & magistratus telum stringere. Liv. 37. 51. Et ad populum & in Senatu magnis contentionibus certatum est, & imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & multæ dictæ, & Tribuni appellati. Plaut. Stich. 5. 4. 18.
Quid istuc est provinciæ? ST. utrum Fontali, an Libero
Imperium te inhibere mavis? i. e. Utrum præesse (hoc est imperitare) aquæ vel vino ministrando. Vel bibere vinum vel aquam. Liv. 3. 38. de Decemviris, Tentationem eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent, imperioque inhibendo acriter in paucos praeferocis animi, conatus aliorum comprimerent. Budæus. V. Parei Lex. Crit.
Mentem inhibere a turpi probro. Catul. 88. 4.
Navem inhibere retro, est Quum remiges non tantum procursum navis sustinent & sistunt, sed etiam repente retrorsus agunt, id quia fit navi in puppim retroacta, ideo Græci πρύμναν κρούεσθαι καὶ ἀνακρούεσθαι vocant. Livius 30. 10. extr. Ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret, scindi videres vincula. Hinc nautæ inhibere remis dicuntur, quum navem retro vertere volentes, currentis impetum, remorum impressione retardant. Cic. 1. de Orat. 153. Ut enim incitato navigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua quum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine, & vi concitata. Inhibere navigium Cicero existimabat esse ἐπέχειν, hoc est sustinere & sistere. Alio tamen loco se reprehendit, ad Atticum, 13. 21. pr. Inhibere (inquit) illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum, quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, quum inhiberi essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi didici heri, quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant, id ab ἐποχῇ, remotissimum est. Quare facies ut ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutavit. Et postea subdit, Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim. His verbis intelligimus Ciceronem in Acad. Epochen, id est Aurigæ retentionem quum currum incitatum retinet, hortatu Attici vertisse Inhibitionem: quum tamen primum Retentionem recte vertisset: postea vero mutasse, & Retentionem in libro reponendum mandasse. Ex Budæi, Comm. Ling. Gr.
Nauseas inhibere, Vomitiones sistere & arcere. Plin. lib. 20. cap. 14. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet.
Profluvium sanguinis inhibere. Plin. lib. 28. cap. 2.
Remos, est Ultra non progredi, quod minus est quam Retro navem inhibere. Quintil. in præf. lib. 12. Unum modo in illa immensa vastitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipse, quamvis tanta, tamque instructa navi, hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos. V. Gronov. Observ. 4. 26.
Supplicia alicui inhibere. Cic. 13. Philipp. 37. Ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, & si posset etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eademque ipse inhiberet supplicia nobis. Inhibere supplicium, sic dictum a Cicerone videtur, ut Inhibere imperium. Vetus tamen scriptum exemplar habet Adhiberet supplicia, &c. V. Gron. ad Liv. 3. 59.
Tela, Sustinere. Liv. 30. 10. Speculatoriæ naves ac levia ipsa navigia, quæ sub constratis pontium per intervalla excurrebant &c. permistæ cum hostium navibus, inhibere sæpe tela cogebant, metu, ne ambiguo ictu suis inciderent. Budæus l. c.
Venerem inhibere. Plin. lib. 20. cap. 7. E contrario nasturtium venerem inhibet, animum exacuit.
Vires suas inhibere. Ovid. 1. de Pont. 7. 51.
**Inhĭbĭtus**, a, um. Partic. ut, Inhibitus cursus. Curt. 4. 16. 16.
Lacrimæ. Idem 10. 6. 3.
Inhibitus salubriter modus nimiæ potestatis. Liv. 3. 59. V. Gronov. ad loc.
**Inhibitio**, ōnis. f. [ἐποχή] Cic. 13. Att. 21. Inhibitio remigum.
**Inhio**, [χαίνω] āre. Valde os aperire. Virg. 4. Georg. 483.
— tenuitque inhians tria Cerberus ora. Cic. 3. in Catil. 19. de Romulo, Parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.
Inhiare, per translationem, Vehementer aspirare ad aliquid: quoniam in his quæ cupimus, hiare frequenter solemus. Plaut. Stich. 4. 2. 25.
Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Hor. 1. Serm. 1. 70. — congestis undique saccis
Indormis inhians. De avaro.
Gazis inhians. Sen. Herc. fur. 3.
Aliquem inhiare, Vehementer appetere ejus adventum. Plaut. Truc. 2. 3. 18.
Bona mea inhiant. Plaut. Mil. 3. 1. 120.
Hæreditatem inhiare. Plaut. Stich. 4. 2. 25.
**Inhianter**, Adv. Cupide. apud Augustin. Confess. 9. 8. Et Epist. 112. 8.
**Inhiatio**, ōnis. f. Cupiditas. Treb. Poll. in Gallien. cap. 9. Scrutantes omnia atque uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes.
**Inhŏnestus**, a, um. Adj. [αἰσχρός] Honesto contrarium. Cic. 1. Q. frat. 1. Inhonestissima cupiditas. Idem 3. de Fin. 14. Nisi quod turpe, inhonestum, indecorum.
Exitus non inhonestus. Propert. lib. 2. 26. 58.
Mors inhonesta. Propert. lib. 2. 8. 28.
Vulnus inhonestum. Virg. 6. Æn. 497.
Pro Deformi posuit. Ter. Eun. 2. 3. 65.
— illumne obsecro
Inhonestum hominem mulierem senem.
Quinimo pro Immundis & sordidis posuit Inhonestas; Idem ibid. 5. 4. 16.
Quam inhonestæ solæ sint domi atque avidæ cibi.
**Inhoneste**, Adv. [αἰσχρῶς] Ter. And. 4. 5. 2.
Quæ se inhoneste optavit parare hic divitias. Cic. 2. Att. 1. Accusavit Nasicam inhoneste.
Compar. Capitolin. in Vero cap. 8. Inhonestius indulsit liberis.
**Inhonestas**, ātis. f. contrarium Honestati. Tertul. contra Marc. 5. 5. Infirmitati & inhonestati & pusillitati & contemptui deputari possunt. Idem advers. Jud. cap. ult. Omni inhonestate prostratus.
**Inhonesto**, [αἰσχύνω] āre. Dedecorare. Ovid. 4. Trist. 8. 19.
Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.
**Inhonestātio**, apud Hieron.
**Inhonestāmentum**, i. n. Dehonestamentum. Apul. Apol. p. 275. Nequid maculæ aut inhonestamenti in me admittam.
**Inhŏnōro**, āre. Honore privare. Tertul. de Resur. Carn. 10. Carnis non substantia sed actus inhonoretur.
**Inhŏnōrātus**, a, um. Partic. [ἄτιμος, ἀγέραστος] Honorato contrarium. Cic. 3. Tusc. 81. Vita inhonorata & ingloria. Suet. in Claud. 11. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit.
Inhonorata dea. Ovid. 8. Met. 280.
Transire aliquid inhonoratum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Compar. Liv. 33. 23. Triumphus inhonoratior.
Superl. Idem 35. 12. Thoas Ætolorum prætor, conquestus quod omnium Græciæ gentium civitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent.
**Inhŏnōrābĭlis**, e. Adj. Idem. Tertul. advers. Marc. 3. 17. Si inglorius, si inhonorabilis meus erit Christus.
**Inhŏnōrĭfĭcus**, a, um. Adj. Non honorificus. Sen. de Const. Sap. cap. 10. Humilitas animi contrahentis se ob factum dictumque inhonorificum.
**Inhŏnōrus**, a, um. Adj. [ἄτιμος] Plin. lib. 5. cap. 30. Aliæque inhonoræ civitates.
Facies inhonora. Sil. lib. 10. 391.
Sacerdos inhonorus. Stat. 3. Theb. 567.
**Inhorreo**, ui, [φρίττω] ēre. Valde horrere. Liv. 8. 8. Haud secus, quam vallo septa inhorreret acies. Virg. 10. Æn. 711. de apro.
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos. pro, Armis inhorruit, aut certe In armos inhorruit, & setas erexit. [Videtur ab Inhorresco Præteritum. constructio Græca est.
**Inhorresco**, ui, [ἐμφρίττω] ēre. Idem. Plin. lib. 10. cap. 14. Inhorrescunt edito ovo, excutiuntque sese. Cic. 3. de Orat. 155. Inhorrescit mare.
Inhorrescit messis spicea. Virg. 1. Georg. 314.
Spicea jam campis quum messis inhorruit, & quum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. i. e. Intremuscit, ait Servius.
Agitatus inhorruit aer. Ovid. 3. de Pont. 3. 9.
Inhorruit unda tenebris. Virg. 3. Æn. 195.
Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber
Noctem hiememque ferens, & inhorruit unda tenebris. i. e. Horridior facta est per tenebras. Servius.
**Inhortor**, āri. Apul. Met. lib. 8. p. 164. Ed. Pricæi: Jubilationibus & hujuscemodi vocibus nobis inhortantur. Idem lib. 9. sub fin participio passive est usus: Canes pastoricios, villaticos, feros in eorum exitium inhortatos immitti præcipit.
**Inhospĭtus**, a, um. Adj. [ἀπόξενος] Quod hospitio proprium & aptum non est ac commodum, vel propter asperitatem, vel propter incultum loci statum. Unde
Litora inhospita. Ovid. 3. Trist. 11. 7.
Regna. Ovid. 11. Met. 284.
Tecta. Ovid. 1. Met. 218. Virg. 4. Æn. 41.
Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis. Ubi Servius;
Inhospita, Barbara, aspera. Hor. 1. Epist. 14. 19.
— nam quæ indeserta, & inhospita tesqua
Credis, &c. i. e. Asperrima loca, accessu difficilia.
**Inhospitālis**, e. Adj. [ἄξενος] Idem, Inhabitabilis. Plin. lib. 6. pr. Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus.
Caucasus inhospitalis. Hor. 1. Carm. 22. 6.
Litus. i. e. Desertum, incultum, asperum. Plin. in Paneg. cap. 34.
Injuriæ. Plin. lib. 9. cap. 8. Injuriæ potestatum inhospitales ad visendum venientium, Hipponenses in necem ejus compulerunt. Hard. In hospitales. q. V.
**Inhospitālĭter**, Adv. Tertul. advers. Marc. 4. 24.
**Inhospitālĭtas**, ātis. f. [ἀξενία] Hospitalitati contrarium. Cic. 4. Tusc. 27. Quæ autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu, &c. ut inhospitalitas est.

INHOSTUS, a, um. Adj. (ab Hostio, Æquare) Vitellius ventre & gula sibi inhostus. Tacit. Hist. 2. 31. pr. Al. Sibi ipsi hostis. Pax inhosta. Idem Ann. 15. conf. Parei Lex. Crit.

INHŪMĀNUS, a, um. Adj. [ἀπάνθρωπος] Crudelis, humanitatis expers, & vitæ communis ignarus, Qui communi naturæ sensu privatus est, & ab omni humanitate recessit. Cic. pro Quintio 11. Neque inhumanus præco. Al. Inurbanus. Ter. Eun. 5. 2. 41.

Non adeo inhumano ingenio sum, Chærea, &c. h. e. Immitis non sum, quantum putas. Donatus.

Inhumanus, Non humanus, sed divinus. Apul. lib. 5. p. 162. Lavacro pulcherrimo, & inhumanæ mensæ lautitiis eas opipare reficit.

Barbaria inhumana. Ovid. 3. Trist. 9. 2.

Crudelitas. Liv. 24. 5. Libidines novæ, inhumana crudelitas. de Hierone tyranno. H. St.

Gens. Lactant. lib. 4. cap. 26.

Negligentia agrestis & inhumana V. MUNDITIA. H. St. Cic. 1. Off. 130.

Pars viæ inhumana. Tacit. 2. Hist. 70. Protritis arboribus, atque frugibus dira vastitas: nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenses lauro, rosisque constraverant, exstructis altaribus. [i. e. Cædis inhumanæ vestigiis insignis.

Securitas. Tacit. 3. Hist. 83. extr.

Vox inhumana & scelerata. Cic. 3. de Fin. 64.

Compar. apud Cic. 4. Verr. 192. Quis inhumanior? Inhumanior libido. Liv. 31.

Superl. Ter. Phorm. 3. 2. 24.

— hiccine? quod homo inhumanissimus
Pamphilam meam vendidit?

INHUMĀNE, Adv. [ἀπανθρώπως] Inciviliter, impudenter. Ter. Heaut. 5. 5. 1.

Enimvero Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum,
Nimisque inhumane. Cic. 3. Off. 30. Inhumane facere.

Conviciari alicui inhumane. Quintil. lib. 3. cap. 8.

INHUMANĬTER, Adv. Idem. [ἀκηδέστως] Cic. 3. Q. frat. 1. Non possum scribere, me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis litteris proficisceretur.

INHUMANĬTAS, ātis. f. [ἀπανθρωπία] Cic. 2. Philipp. 8. Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1. de Orat. 99. Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam.

INHUMANATIO, & INHUMANATUS, de Christo humanitatem assumente. Cod. de summa Trin.

INHUMECTUS, a, um. Adj. Idem atque Siccus. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Inhumectum & siccum corpus.

INHŪMĬGO, are. Humectare. Liv. Andron. apud Non. 1. 311. Confluges ubi conventu campum totum inhumigant. [An Inhumidant?

INHŪMO, [ἐνταφιάζω] āre. Terræ injicere, vel in terra recondere, aut humo operire. Plin. lib. 17. cap. 18. Non inhumare taleas, aut siccare prius, quam serantur, utilius compertum.

INHUMĀTUS, a, um. Adj. Non humatus, Insepultus. Cic. 2. de Divin. 143. Is quum esset projectus, inhumatus, ab omnibusque desertus jaceret, amica corpus ejus texit pallio.

Corpora inhumata mandemus terræ. Virg. 11. Æn. 22.

Funus inhumatum. Lucan. lib. 7. 820.

## INI

INĬBI, [ἐκεῖ] Adv. in loco; quiddam majus quam Ibi significans. Plaut. Nos domum properamus: vos inibi adeste. Idem Perf. 1. 3. 45. Apuleius, Multa inibi dicta sunt, quæ commemorare non estopus. Cic. 14. Philipp. 5. Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut jam esse confectum.

Inibi, pro Sic & mox, inquit Nonius 2. 427. Cæcilius Plotio, Liberne es? non sum: verum inibi est. Pacuvius, Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur frugum.

Inibi. Plaut. Capt. 1. Et inibi emit olim amissum filium. i. e. Inter illos.

INĬDŌNEUS, a, um. Adj. Non idoneus. Unde

INIDONEE, Adv. apud Apul. Met. 4. p. 155. Inidonee tamen celebrari laudibus humanis credebantur.

INJECTO, INJECTUS. V. INJICIO.

INIENS, V. INEO.

INĬGO, ēgi, actum, ĕre. Intro agere, impellere. Varro 2. de R. R. cap. 2. In nutricatu quum parere cœperunt, inigunt in stabula ea quæ habent ad eam rem seclusa. De ovibus. Idem lib. 3. cap. 10. Folia ejus decerpentes dant, ne si inegerint ubi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. De anseribus. Inegerint, h. e. Pastum egerint in eum campum, in quo Seris herba nascitur. V. Fest.

INJĬCIO, ēci, ectum, [ἐπιρρίπτω, ἐμβάλλω] ĕre. Intro jacere. Plaut. Antequam hæc in domum injicias. Ter. Andr. 1. 1. 113.

Quæ sese voluit in ignem injicere, prohibui.

Injicere se in medios hostes. Cic. pro Domo 14.

In agmen medium se injecit. Virg. 2. Æn. 408. Ita

In flammam. Cic. pro Cluent. 70.

In fraudem. Plaut. Truc. 2. 2. 43.

Injicere se flammæ, pro In flammam. Plin. lib. 8. cap. 40. Accenso regis Lysimachi rogo, injecit se flammæ. De cane.

Injicere ardorem. Liv. 5. 28. extr. Quum perequitasset aciem promissa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultra sustinuerint impetum.

Arma regnis. Stat. 1. Theb. 241.

Beneficium. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 1.

Sed pro Injecit, lego Ingessit. Vide Epist. ad Dalechamp. H. St.

Brachia collo. Ovid. 3. Met. 389.

Catenas, Incatenare. Cic. 7. Verr. 24. Iste hominibus miseris innocentibusque injici catenas jubet. Plaut. Capt. 3. 5. 1.

Injicite huic actutum manicas mastigiæ.

Certamen aliquibus, Dare causam vel præbere occasionem certaminis, & contentionis. Liv. 34. 4. Vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere, Quirites, ut divites id habere velint, quod nulla alia possit?

Cogitationem alicui. Cic. 7. Att. 3. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.

Contentionem. Liv. 3. 64. Injecta contentione, Duillius COSS. ad subsellia accitos quum interrogasset, &c.

Cunctationem. Liv. 35. 25. In concilio omnium ad bellum extemplo capessendum inclinatæ sententiæ erant: litteræ T. Quintii cunctationem injecerunt, quibus auctor erat Prætorem classemque Romanam exspectandi.

Cupiditatem hominibus. Cic. 11. Fam. 10. Quantamque cupiditatem hominibus injiciat vacuitas.

Curam alicui, Afferre ei solicitudinem. Ter. Adel. 4. 5. 76.

Itaque adeo magnam mihi injecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cavebo. Hor. 1. Serm. 6. 49.

Formidinem alicui. Cic. 5. Verr. 68.

Frena licentiæ. Hor. 4. Carm. 15. 11.

Frenos furoris, Cohibere furorem. Cic. 13. Philipp. 20. Qui se totius belli fluctibus circumiri, quam illum aut egredi, aut progredi maluit: Mutinamque illi exsultanti, tanquam frenos furoris injecit.

Frustrationem in aliquem. Plaut. Amph. 3. 1. 15.

— atque in horum familiam
Frustrationem hodie injiciam maximam. i. e. Decipiam eos.

Fugam inimicis, Cogere inimicos in fugam. Plaut. Pseud. 2. 1. 15.

Ignes Capitolio. Cic. 1. de Divin. 19.

Et Capitolinis injecit sedibus ignes. Ex quodam poeta.

Laqueum alicui. Liv. 1. 26.

Manum, pro Vim inferre. Sen. in Consolat. ad matrem.

Manus in aliquem, Prehendere, sive apprehendere aliquem, & violenter corripere. Plaut. Trucul. 4. 2. 49.

Post id ego in te manum injiciam quadruplus, venefica. Cic. pro Rosc. Com. 48. Ipsa mihi veritas manum injecit, & paulisper consistere, & commorari cogit. i. e. Retinuit me, & subsistere coegit.

Manum injicere alicui, pro Vindicare. Liv. 3. 44. Virgini venienti in forum minister Decemviri libidinis manum injecit.

Injicere manum, proprie est verbo antiquo juris, Quoties nulla judicis exspectata auctoritate, rem nobis debitam, aut etiam nostram vendicamus. Quintil. lib. 7. cap. 8. ad fin. Aut alteri, aut invicem utrique de jure fit controversia: ut in re tali, Patri in filium, Patrono in libertum manus injectio sit, &c. Ulpian. in l. Sed si hac, De in jus vocando. Et Paulus in l. penultima, De servis exportandis. V. Serv. ad illud Virg. 10. Æn. 419.

Injecere manum Parcæ. Sic, Dominus in prædium (ut nunc dicitur) feudarium manum injicere solet. Budæus.

Manus etiam injicitur in aliquem, vel in ejus bona, vel merces aliquas, Quando ille inde abire, vel inde moveri, auctoritate aliqua vetatur. Plin. ad Trajanum, Epist. 66. μεταφορικῶς usus est, quum inquit, Itaque & quieti ejus injeci manum, & exegi, ut me in Bithynia consilio instrueret. Quæ verba corruptissime vulgo leguntur. Otiosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus, continuo navare mihi operam coegi, quasique usui meo vendicavi, ut me consiliis suis adjuvaret. Budæus.

Mentem alicui ut aliquid audeat, pro In mentem, & in animum inducere. Cic. pro Milon. 85. Cui primum mentem injecit, ut, &c. vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet.

Metum alicui, Facere ut aliquis timeat. Cic. 4. Verr. 135. Hoc injecto metu judicibus, novo more, nullo exemplo, &c. Liv. 1. 19. Deorum metum (populo) injiciendum ratus est.

Metum in pectus alicujus. Plaut. Cas. 3. 3. 26.

Jam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum.

Missilia. Liv. 6.

Pallium alicui. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. V. ad fin. hujus dictionis.

Pavorem. Liv. 4. & 28.

Periculum. V. PERICULUM.

Periculum mortis. Cic. pro Cæcin. 83.

Plagam. Cic. pro Muren. 48. Atque ex omnibus illa plaga est injecta petitioni tuæ, non tacente me maxima.

Pontem. Liv. 26. 6. pr. Quorum corporibus quum completa esset fossa, velut aggere aut ponte injecto, transitum hostibus dedit.

Religionem. Liv. 8. Cic. pro Cæcin. 97. Quum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemviris religionem injecisset, non posse sacramentum nostrum justum judicari, &c.

Scrupulum homini, In dubium aut dubitationem immittere, ut incertum sit quid agere debeat. Ter. Phorm. 5. 8. 30. Cic. pro Cluent. 76. Hic tum injectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quidnam esset actum.

Spem, Spei & exspectationis causas dare. Cic. 10. Att. 7. Injecta autem mihi spes quædam est velle mecum, &c. Idem 3. Att. 22. Ter. Phorm. 4. 4. 10.

— injecta est spes patri
Posse illam excludi.

Studium alicui, pro Inflammare, & impellere atque instigare. Suet. de Claris Rhet. 3. Cæs. 1. Bell. Gall. 46. Multo major alacritas, studiumque pugnandi majus exercitui injectum est.

Suspicionem. Cic. 2. pro Lege Agr. 79. Quid omnia transmarina vectigalia juvabunt, tenuissima suspicione prædonum aut hostium injecta?

Terrorem alicui. Cic. 7. Verr.

Timorem. Liv. 4. Cic. 5. Att. 20. Et Parthis timor injectus.

Trepidationem. Liv. 3.

Tumultum civitati, Tumultibus civitatem vexare. Cic. 3. Catil. 7. Ne si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus injectus civitati videretur.

Vincula alicui, Ligare. Liv. 38. 33. Quum illi deos & fidem legatorum testarentur, & legati & Prætor summoveret turbas, & protegeret Lacedæmonios, vinculaque jam quosdam injicientes arceret, crescebat tumultus concitata turba.

Vincula animo alicujus, Animum cohibere & reprimere. Cic. 3. de Fin. 76. Recte invictus, cujus etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possint.

Voluptatem. Varro 1. de R. R. cap. 17. Ad injiciendam voluptatem his præfecturæ, honore aliquo habendi sunt.

Injicio illud, pro eo quod quis dicat, Addo quod, vel Hoc etiam accedit. Varr. R. R. 1. 18. Injicio illud quod modum neque unum, &c. Ex vetusto tamen Cod. legitur Mitto illud. Inji-

Injicere in sermone: Sermone indicare. Cic. 12. Fam. 16. Qui mihi cum in sermone injecisset.
Injicere ut Græce περιβάλλειν. Cic. de Nat. Deor. lib. 3. ubi loquitur de Dionysio quod laneum pallium Jovi Olympio injecit, detracto aureo amiculo. H. St. V. supra Pallium alicui injic. Desiderabatur in ed. Lugd.

INJECTUS, a, um. Partic. [ἐπιῤῥιφθείς] Liv. 27. 32. Raptus ab suis, atque alteri equo injectus fugit.
Comæ injectæ collo. Ovid. 2. Fast. 772.

INJECTIO, ōnis. f. [ἐπίῤῥιψις] ut, Manus injectio. Est autem manus injectio, jus domini in re capienda & vindicanda quam agnoscit suam. Quintil. lib 7. cap. 8. ad finem. Sen. 2. de Tranquill. vitæ, Habebat ergo secum Stilpon vera bona, in quæ non est manus injectio. Loquitur de bonis, quæ Fortuna non potest injecta manu tanquam sua reposcere. V. Manum injicere in ipso verbo.

INJECTUS, ûs. m. [ἐπίῤῥιψις] Plin. lib. 8. cap. 16. Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis levi injectu operto capite, ita ut devinciatur non repugnans.
Injectus animi. Lucret. lib. 2. 738.

INJECTO, [ἐπιῤῥίπτομαι] āre. frequent. Stat. 9. Theb. 133.
Ausus erat furto dextram injectare Leonteus. Sil. 3. 183.

INJECTĪVUS, a, um. Adj. ut, Status controversiarum injectivus. Aggen. Urb. de Limit. p. 63. conf. p. 78.

INJECTIONALE, is. n. Idem quod Clyster. Octav. Horat. 4. Obstare injectionali.

INIMĪCUS, i. m. [ἐχθρὸς, ἀπεχθὴς, δήϊος] Amico contrarium. Plaut. Pers. 3. 1. 23.
Nam inimici famam, non ita ut nata est ferunt.
Inimicus & hostis. Liv. 39. 28. extr. Quo in numero me esse apud vos velitis, refert: si tanquam inimicum & hostem insectari propositum est, pergite.
Acerrimus inimicus. V. ACER.
Atrox inimicus. Virg. 1. Georg. 407.
Certus inimicus. V. CERTUS.
Pervicax inimicus. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Capere inimicos. Ter. Andr. 4. 2. 12.
Colligere inimicos. V. COLLIGO.
Inimicus sibi. Cic. 5. de Fin. 28. Necesse est quidem, siquis sibi ipsi inimicus est, eum quæ bona sunt, mala putare.
Consilii inimicus. Tacit. 1. Hist. 26. Consiliique quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus.
Inimicissimus, subst. pro Inimico maximo. Nep. 23. 12. 2. & Cic. pro Milon. 25. Nam utroque loco reperitur cum pronomine, Inimicissimum suum: Ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum cos. palam agere cœpit, & aperte dicere occidendum Milonem.

INIMICUS, a, um. Adj. [ἐχθρώδης] Quod ad inimicum pertinet. ut, Inimicus animus. Cic. 4. Verr. 149. Quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis.
Amnis inimicus pontibus. Sil. lib. 3. 453.
Clamor infestus atque inimicus. Cic. 3. Verr. 12. Meminerit se priore actione clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum.
Ensis. Virg. 2. Æn. 600.
Fames. Ovid. 4. Fast. 767.
Fortuna. Virg. 5. Æn. 356.
Gens inimica mihi. Virg. 1. 71.
Ignis. Virg. 4. Georg. 330.
Lues. Sil. lib. 17. 97.
Numina. Virg. 2. Æn. 622.
Pectore inimico fatur. Virg. 11. Æn. 556.
Vis inimica propinquat. Virg. 12. Æn. 150.
Vomitiones inimicæ oculis maxime ac dentibus. Plin. lib. 11. cap. 53.
Vultus. Plaut. Capt. 3. 4. 25.
Viden' tu hunc quam inimico vultu tuetur? concedi optimum est.
Compar. Cic. 9. Att. 15. Nunc etiam impurum & sceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorem quam sibi. Idem 3. Fam. 8. Nihil potest esse inimicius. Et de Amicit. 59. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus &c.
Superl. Nep. 14. 5. 4. Inimicissimum quem habere. Columel. 12. 50. Inimicissima oleo amurca.

INIMICITIA, æ. f. [ἔχθος, ἔχθρα, ἀπέχθεια] Cic. 4. Tusc. 21. Inimicitia, ira ulciscendi tempus observans. Usitatius tamen pl. Inimicitiæ, arum.
Inimicitiæ sunt inter eos. Ter. And. 5. 2. 11.
Graves inimicitiæ. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Justæ. V. JUSTUS.
Mortales. Cic. pro Rabir. Post. 32. Neque me vero pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.
Truces. Hor. 1. Epist. 20. 49.
Appetere inimicitias. V. APPETO.
Capere inimicitias in se. Ter. Phorm. 2. 3. 23.
Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graves
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.
Capessere. Tacit. 5. Ann. 11. pr. Nam Trio facilis capessendis inimicitiis.
Communicare. V. COMMUNICO.
Concipere. V. CONCIPIO.
Contrahere. Quintil. lib. 7. cap. 2. V. CONTRAHO.
Deponere. V. DEPONO.
Insitas inimicitias habere & gerere. V. INSERO.
Indicere inimicitias. V. INDICO.
Indictæ & apertæ inimicitiæ, cui contr. Tacitæ & occultæ. Cic. 7. Verr. 181. Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ & apertæ.
Intercedere inimicitias cum aliquo. Cic. pro Cœl. 32.
Persequi inimicitias. Cic. 1. Verr. 66.
Ponere vel deponere inimicitias. Cic. 4. Att. 13.
Subire. Cic. 7. Verr. 181. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? suscipiantur.
Suscipere. Cic. 1. Off. 8. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. Idem 2. Fam. 14.
Venire ad inimicitias. Cic. ad Q. frat. 29.
Vocare ad inimicitias. Cic. 11. Fam. 3.

INIMĪCO, [ἐχθραίνω] āre. Inimicum facere. Hor. 4. Carm. 15. 20.
Et miseras inimicat urbes. adde Stat. 2. Theb. 41. & Cic. de Petit. Consul. 37. Sin autem id neges, statim abalienant se, & inimicantur.
In Morelii Lexico Latino gr. Inimicat urbes, exponitur pro Odit. H. St.

INIMICĀLIS, e. Adj. Adversarius. Sidon. Apoll. 1. Epist. 3. Stimulis inimicalibus excitari.

INIMICE, Adv. [ἐχθρωδῶς] Hostiliter, adverso animo & contrario. Cic. 2. Philipp. 34. Ego autem, vide quam tecum agam non inimice. Idem 1. de Nat. Deor. 5. Inimice insectari. Idem pro Quintio, 66. Inimicissime atque infestissime contendere.

INIMICĬTER, [ἐχθρῶς] Adv. Accius, Placare hostem ferocem, inimiciter accensum. apud Non. 11. 41. V. Gell. 3. 8.

INIMĬTĀBĬLIS, e. Adj. [ἀμίμητος] Quod quis imitari non potest. Quintil. lib. 2. cap. 17. Opera quædam nobis inimitabilia. Idem lib. 10. cap. 2.
Sapor inimitabilis. Quintil. lib. 1. cap. 10. Vell. 2. 97. 3. Morum dulcedo inimitabilis.

ININDE, Adv. [ἐκεῖθεν] Ex eo loco. Liv. Ita exercitus ininde domos abducti. Locus fortasse corruptus. [Sic in Thes. Lips. An Hinc inde?

INĪQUUS, a, um. Adj. [ἀνώμαλος] Non æquatus nec planus: ut, Iniquus locus. Liv. 2. 31. Cum Æquis post aliquanto pugnatum est, invito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. Iniquus ascensus. Liv. 28. 16. conf. Idem 22. 28. Cæs. 2. Bell. Gall. 10. & 27. [Iniquus his locis est Contrarius, Adversus, Difficilis.
Iniquus, Impar. Sallust. Jugurth. 54. Præterea iniquum sibi certamen cum hostibus. conf. Virg. modo Pugna iniqua.
Iniquus etiam dicitur de Eo quod laborem magnum & difficultatem habeat in subeundo vel eluctando. Paludem iniquam. Tacit. 1. Ann. 63. 3. Quæ eluctatu nimium erat difficilis.
Iniquus, [ἄνομος, παράνομος] Qui contra æquitatem facit, injustus. Ter. And. 1. 2. 16. Sed ea nunc me exquirere, iniqui patris est. Idem Heaut. 2. 1. 1.
Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices. [Hic Durum & Immitem significat. V. ÆQUUS.
Iniquus, Inimicus. Ter. prol. Adel. pr.
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis observari, & adversarios
Rapere in pejorem partem, &c.
Iniquus, Iratus, infestus. Hor. 2. Serm. 7. 14.
— Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.
Iniquus denique dicitur de Omni re quæ modum excedit. Virg. 4. Georg. 147.
Verum hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis
Prætereo. V. Serv. ad loc. Ibid. 1. 164.
— iniquo pondere rastri. Iniqui nube meri dixit Val. Flacc. 3. 65. i. e. Plus justo poti. & Iniquos gressus. 3. 486.
Hæret Hylas lateri gressusque moratur iniquos. Q. Seren. Sam. Carm. 38.
Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua.
Iniquo animo ferre, Ægre ferre. Ter. Eun. 2. 1. 6.
— ego quoque una pereo, quod mihi est carius:
Ne istuc tam iniquo patiare animo.
Animis certatis iniquis. Virg. 10. Æn. 7.
Casus iniquus. Virg. 6. Æn. 475.
Conditio. Cic. 8. Att. Mea quæ semper fuerit sententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda.
Defensio. Cic. pro Cæcin. 64. Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit angustior iniquiorque defensio, quam si illa uterere, &c.
Judex. Ovid. 13. Met. 190.
Legem sancimus iniquam. Hor. 1. Serm. 3. 67.
Mente iniqua ferre aliquid. Ovid. 8. Met. 634.
Pondera. Ulpian. in l. Si quis a me. D. de action. empt.
Pretium pietatis iniquum. Ovid. 14. Epist. 129.
Pugna iniqua, Non æqua & impar, nempe quum pedes contra equitem decertat. Virg. 10. Æn. 889.
— pugna congressus iniqua.
Sermones, pro Obtrectationibus. Cic. 1. Fam. 9. Quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferrentur.
Sidus iniquum gentibus. Lucan. lib. 10. 35.
Vultu iniquo spectare aliquem. Ovid. 1. de Arte Am. 313.

INIQUE, Adv. [παρανόμως] Injuste. Plaut. Cas. 3. 4. 27.
Aut quod ego unquam erga Venerem inique fecerim?
Inique injurius. Plaut. Epid. 4. 1. 24.
Inique pacisci. Cic. 5. Verr. 37.
Inique facis. Cic. ad Brut. 4. At hoc ipsum, inquies, inique facis, qui hostilis animi in Rempub. homines, cives appelles.
Iniquius comparata certatio. Ter. Adelph. 2. 2. 3.
— nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam, quam quæ hodie inter nos fuit. conf. Gell. 20. 1.
Iniquissime comparatum. Cic. pro Cluent. 57. Jam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod, &c.

INIQUĬTAS, ātis. f. [ἀνωμαλία] Liv. 7. 34. Si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur.
Contentus iniquitate. V. CONTINEO.
Iniquitas hominum, [παρανομία, παρανόμημα] Injuria aut malignitas. Plin. lib. 12. cap. 19. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat.
Iniquitas temporis, Difficultas & angustia. Cic. pro Rosc. Amer. 1. Sic Liv. 35. Nam si quod aliquando servierunt temporum iniquitate pressi &c.

INIQUO, [παρανομεῖν] āre. a veteribus dictum, ut Inimico. Laberius, Æquum animum indignanti iniquat contumelia. ex Non. 2. 444.

INĬTIUM, i. n. [ἀρχὴ] Valla, Principium rei majoris, Initium vocatur: ut, Initium orationis, Quintiliano quoque testante lib. 4. cap. 1. Ter. And. 4. 2. 26. — immo etiam
Narrationis incipit mihi initium. Idem Hec. 5. 3. 23.
Hic adeo his rebus anulus initium fuit inveniundis. Ibid. 3. 3. 1.
Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum.

Initio, ablativus, pro In initio. Cic. 1. Fam. 7. Redeoque ad illud quod initio scripsi.
In initio. Cic. 1. de Orat. 121. Adolescentulus vero sic in initio accusationis exanimatus sum, &c.
Ab initio, A principio. Cic. ad Brut. 10. Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.
Ab initio, i. e. Ipso jure. Papinian. l. 123. D. de verb. obligat. Si flagitii faciendi, vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet. i. e. Ipso jure, sic ut nunquam valeat, nec ex ea actio competat.
Inter initia. V. INTER. Sic Sueton. aliquoties, ut in Tiberio, initio cap. 26. Verum liberatus metu, civilem (se) admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. Et cap. 57. Etiam inter initia. H.St.
Initium iræ. Ter. Hec. 3. 2. 16.
Illa initia, quæ Græce elementa dicuntur. Cic. 1. Acad. 26.
Initia ac Semina, idem. Quintil. 2. 20.
Abrupta initia. Quintil. 3. 8.
Mediocre initium. V. MEDIOCRIS.
Obscura initia, obscuri natales. Vell. 2. 76. 4. Obscurissimis initiis natus Salvidienus parum habebat summam accepisse, ni, &c.
Peritum initium. V. PERITUS.
Præcedentia initia. Quintil. 1. procem.
Prima initia prospera fuerunt. Justin. 4. 3. 6.
Ultimum initium. Cic. ad Herenn. lib. 1. Rem breviter narrare poterimus, si non ab ultimo initio repetere volemus.
Capere initium. Cæs. 1. Bell. Gall. 2. Quintil. lib. 2. cap. 11. Jam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent.
Destinare sibi certa initia. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Dare initium alicujus rei. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Ducere initium ex re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Ducere rerum initium ac legum suarum alicunde, Incipere. Cic. de Lege 2. Agr. 17. Sic 9. Att. 11. Nec vero dubito, quin exitiosum bellum impendeat, cujus initium ducetur a fame.
Facere initium, Idem. Cic. 14. Philipp. 36. Pansa Consul, Imperator initium cum hostibus confligendi fecerit.
Facere initium a re aliqua. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Inducti his initiis, omnia vera diligimus. V. INDUCO.
Introducere initium. V. INTRODUCO.
Pellere initium sermonis. V. PELLO.
Ponere initium. Cic. 10. Att. 18. Ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur.
Proficiscitur initium. Cic. Fam. 9.
Quærere initium. Cic. Fam. 12.
Restinguere initium belli. Paterc. lib. 2. 88. extr. Immane novi, ac resurrecturi belli civilis restinxit initium.
Sumere initium. Quintil. lib. 8. cap. 6.
Suscipere initium. Cic. Fam. 4.

**INITIA**, orum. n. [μυστήρια] Cereris sacra dicebantur. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 1. Cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimum ea quæ Cereri fiunt sacra. Cic. 2. de Legib. 36. dicit mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia.
Hac in significatione Justinus lib. 5. pr. Alcibiades absens Athenis insimulatur initiorum sacra, nullo magis quam silentio solennia enuntiasse. H.St. Quibusdam in libris, ante vocem Initiorum, Mysteria Cereris adjectum legitur, quod tanquam scioli assumentum omisit Henricus.
Initia, Cybeles mysteria & sacra. Atys Cybelem sic alloquitur apud Catull. 61. 9.

— tua Mater initia, &c.

Initiorum dies dicuntur a Livio, Quibus solennia sacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat interesse non initiatos: Acarnanes (inquit 31. 14.) duo juvenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Idem 39. 13. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur, &c. & paulo post, Pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. Hinc apparet Initia dici pro Initiationibus.

**INITIĀLIS**, e. Adj. Primordialis. Apul. Met. lib. 11. p. 259. Rerum Natura parens, elementorum omnium domina, sæculorum progenies initialis. [Lego Rerum naturæ parens. Sic & lib. 4. p. 156. q. V.

**INĬTIO**, [μυεῖν, τελεῖν, ἐποπτεύειν, κατηχεῖν, κατηχεῖσθαι] āre. Sacris imbuere. Cic. 1. de Nat. Deor. 119.

Ubi initiantur gentes orarum ultimæ. Ex quodam poeta. Idem 2. de Legib. 22. Plin. 30. 2. Magicis etiam cœnis eum initiaverat. Cic. 1. Tusc. 89. Sed proprie.

Initiare, Inchoare & auspicari. Firmicus 2. 12. pr. Ver enim tunc initiatur, quum primam ejus signi (Arietis) partem Sol fuerit ingressus. [Nisi forte Initur legendum.
Initiari dicuntur pueri, Quum a lacte & a cunis transeunt, ut cibo firmiori alantur. Nam apud Varronem ex Non. 2. 310. legitur, Initiari pueros Eduliæ, & Potinæ, & Cubæ, deabus edendi & potandi & cubandi.
Initiare munditiis. Plaut. Cas. 2. 3. 9.

Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis, munditianti deo:
Myropolas sollicito omnes, ubicunque unguentum 'st lepidum, ungor.

Al. Magis initio munditiis munditiam antideo. i. e. Magis quam primum. Aliter Salmas. q. V.
Initiantur maritus & uxor liberis. Quintil. Decl. 1. p. 31.

**INITIĀTUS**, a, um. Partic. Inchoatus. Aurel. in l. 1. D. de officio præfecti prætorio, His cunabulis prætorio præfectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari a præfectis prætorio non possit.
Initiatus litteris, quemadmodum & sacris. Plin. Epist. 5. 15. extr. Quintil. lib. 1. cap. 3. i. e. quod vulgo dicitur, Inauctorari, & licentiari: ut sacris olim Eleusiniis, & nunc Christianis, initiati sunt, illis, ut nunc dicitur, consecrati, & ad illorum administrationem solenniter admissi. Sic Legibus initiatos, quos Licenciatos vocant, dicere possumus.

**INITIĀTIO**, ōnis. f. Ipse actus initiandi. Item Sacrorum celebratio. Suet. Neron. cap. 34. Peregrinatione quidem Græciæ Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii & scelerati voce præconis submoventur, interesse non ausus est. V. Tertull. Apol. cap. 7.

**INITIĀTOR**, ōris. m. [μυσταγωγός] Qui initiat. Tertull. adv. Marc. 4. 14. & Ambros. Epist. 13.

**INITIATRIX**, īcis. f. Salvian. de Avarit. lib. 4. p. 165.

**INITIĀMENTA**, ōrum. n. Religionis prima dogmata. Sen. Epist. 90. Hæc ejus initiamenta sunt, quibus non municipale sacrum, sed ingens deorum immortalium templum mundus hic reseratur.

**INITUS**, V. INEO.

**INJŪCUNDUS**, a, um. Adj. [ἀτερπής] Jucundo contrarium. Cic. 1. de Fin. 3. Minime nobis injucundus labor.

**INJUCUNDE**, Adv. [ἀτερπῶς] Cic. 1. Att. 20. Quæ res mihi asperius a nobis atque nostris, & injucundius actæ videbantur.

**INJUCUNDĬTAS**, ātis. f. [τὸ ἀτερπές] Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Sed tamen prætereundum est, nequid habeat injucunditatis oratio.

**INJŪDĬCĀTUS**, a, um. Adj. [ἀδίκαστος, ἀκατάκριτος] Non judicatus. Gell. 13. 23. Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, injudicatis, indemnatis. Idem 5. 10. Rem injudicatam reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt. Adde Quintil 10. 1.

**INJŪGIS**, e. Adj. [ἄζυξ] Injuges boves dicuntur a Festo, qui sub jugo non fuerunt. Fulgent. de Prisc. Serm. 10. Manilius Chrestus lib. quem de Deorum hymnis scripsit, ait Minervæ injuges boves sacrificari, id est jugum nunquam ferentes, illa videlicet de causa, quod & virginitas jugum nesciat maritale, & virtus nunquam sit jugo prementi subjecta. Hæc Fulgent.
Versus ἀσυνδέτους injuges appellat Diomedes 8. cap. de pedibus metricis.

**INJŪGĀTUS**, a, um. Adj. Idem. Sidonius Carm. subject. Ep. ult. lib. ult.

Vinxit ad tauri latus injugati.

**INJUNGO**, junxi, ctum, [ἐπιτίθημι, ἐπιτάσσω] ēre. Simul jungere: ut, Injungere pondus bobus. Columel. lib. 6. 2. Idem lib. 5. Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina injungere flagella.
Injungere, Adjungere. Liv. 4. 19. Consul muro brachium injunxit. V. Gronov. Dictatoribus magistri equitum injungebantur. Pompon. l. 2. §. 19. D. de orig. Juris.
Injungere item, Adferre, Inferre, Imponere: ut, Injungere dicimus Injuriam, Detrimentum, Onus, Munus, quæ vide in suis locis.
Injungere item simpliciter, pro Injungere munus. Plin. 10. Epist. 55. Inter prima injungo mihi. Liv. 26. 36. Siquid injungere inferiori velis.
Amicitiam injunxit cum eo, Familiaritatem cum eo contraxit, & amicitia cum eo conjunctus est. Auctor de Viris Illustr. cap. 50. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul, ne Respub. discordia male administraretur, amicitiam cum eo injunxit, & de victo Asdrubale triumphavit. Sincera lectio Junxit, teste Schotto.
Detrimentum Reipub. Inferre damnum, aut addere, quod etiam Facere dicitur, vel Damno augere. Cic. 11. Fam. 13. Tamen siquo etiam casu Isaram se trajecerint, ne quod detrimentum Reipub. injungant, summa a nobis dabitur opera. i. e. Ne damnum inferant Reipub.
Injuriam. Liv. 3. 65. extr.
Laborem alicui injungere. Quintil. In procem. lib. 1. V. Burman. ad loc. Plin. Epist. 7. 6. extr.
Munus, vel onus, Dare provinciam significat. Liv. 3. 35. Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt. Idem 26.
Necessitatem, Astringere & cogere. Plin. Epist. 10. 74. pr.
Officium. Columel. lib. 11. cap. 1.
Pœnam. Ulpian. in l. 2. D. de prævari.
Servitutem, In servitutem redigere, & servos facere. Cæs. 7. Bell. Gall. 77. extr. Atque his æternam injungere servitutem.
Tormentum sibi. Plin. in Paneg. cap. 86. pr.

**INJUNCTUS**, a, um. Partic. [συναχθείς] ut, Manus injunctæ pedibus. Sen. Thyest. 6. [Nisi error est.] Jabolenus in l. Qui domum. D. Locati, Qui domum habebat, aream injunctam ei domui vicino proximo locaverat. Cassiod. 5. 19. Injuncta peragere.

**INJUNCTIO**, ōnis. f. Sidon. 9. Epist. 2. Injunctione confundo.

**INJURĀTUS**, a, um. [ἀνώμοτος] Adj. Jurato est contrarium. Plaut. Amph. 1. 1. 281.

Nam injurato scio plus crederet mihi, quam jurato tibi.

Cic. pro Cæcin. 3. Quum id jurati dicunt, quod ego injuratus insimulo. Et 3. Off. 108.

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

In sua lite injurato credere. Cic. pro Rosc. Com. 45. Tibi vero, Piso, diu deliberandum & concoquendum est, utrum potius Chæreæ injurato in sua lite, an Manilio & Luscio juratis in alieno judicio credas.
Pariter jurati injuratique fugiunt. Liv. 10. 41.

**INJŪRIA**, æ. f. [ὕβρις, ἀδικία] dicta est, quod non jure fiat. Ulpianus ait in l. 1. D. de injuria, & famos. libel. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur, hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia. Interdum injuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: ut in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem injuriam dicimus. Nam quum quis injuste vel inique sententiam dixerit: ex eo injuriam dicam, quod jure & justitia caret, quasi non juriam. Contumeliam autem a contemnendo. Injuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis. Re, quoties manus inferuntur: verbis autem, quoties non manus inferuntur, sed convicium fit. Hactenus Ulpian. Pacuvius apud Non. 5. 32. Patior facile injuriam, si est vacua a contumelia.
Injuria sæpenumero dicitur Læsio quæcunque sine respectu ad jus violatum. Plin. Paneg. 38. 5. Minuere orbitatis injurias. Liv. 42. 1. Injuria Consulis etiamsi justa.
Injuria, passive: ut, Injuriæ civium, i.e. Quæ civibus inferuntur. Cic. 1. de Invent. Plin. lib. 3. Epist. 4. Veniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitum injurias accusationibus voluntariis exsecutos.
Injuria, active fere ubique occurrit. Columel. lib. 3. cap. 20. Ne nunc mille tempestatum injurias persequar. Plin. lib. 8. cap. 48. de vestibus.
Ab injuria oblivionis se asserere. Plin. lib. 3. Epist. 5.
Obnoxius injuriis. V. OBNOXIUS.
Opportunus injuriæ, Facilis ad accipiendam injuriam. Plin. lib. 9. cap. 31. de cancris, Pinnother autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus injuriæ.
Atrox injuria. V. ATROX.
Brevis. Ovid. 3. Met. 267.
Gravis. Ulpian. l. Sed si unius, §. Quædam injuriæ. D. de injuriis.
Insignis. V. INSIGNIS.
Intolerabilis. Ulpian. in l. 2. D. de iis qui sui vel alien. jur. sunt.
Læves & nullius momenti injuriæ. Ulpian. in l. Sed si unius. §. Quædam injuria. D. de injuriis.

Longa.

Longa. Virg. 1. Æn. 341.
Abstinere injuria. Cic. 3. Off. 72. Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?
Accipere injuriam. Quintil. lib. 8. cap. 5. V. ACCIPIO.
Admittere, i. e. Facere. Caius in l. si plures servi. D. de injuriis, Tanto major injuria, quanto a pluribus admissa est, immo etiam tot injuriæ sunt, quot & personæ injuriam facientium.
Affligi injuria. Cic. pro Flacc. 104. At L. Flaccum, judices, si (quod dii immortales omen avertant) gravis injuria afflixerit.
Afficere injuria. V. AFFICIO.
Animadvertere injuriam. V. ANIMADVERTO.
Circumretit vis atque injuria quemque. Lucret. lib. 5. 1151.
Concedere injuriæ, Cedere periculo & succumbere. Sallust. in Jugurth. cap. 14. extr. Utinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne vivere contemptus viderer, si defessus malis injuriæ concessissem.
Confertur injuria in personam alicujus. Paulus in l. eum qui nocentem. §. si injuria mihi fiat ab eo. D. de injuriis.
Conflare injuriam. Cic. pro Rosc. Amer. 1.
Consociare injuriam. V. CONSOCIO.
Contegere injuriam. V. CONTEGO.
Conterere voluntaria oblivione injurias alicujus. Cic. 1. Fam. 9. Quod ejus omnes gravissimas injurias, communis concordiæ causa, voluntaria quadam oblivione contriveram.
Decernere injuriam. V. DECERNO.
Defendere alicui injuriam. V. DEFENDO.
Defendere injuriam foribus: i. e. Prohibere ne quod damnum inferatur. Plaut. Most. 4. 2. 19.
Demussare injurias, vide DEMUSSATUS. H. St.
Detrahere ab injuria. Cic. 5. Fam. 2.
Facere injuriam, Inferre. Ter. Hec. 3. 1. 27.

Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, injurias Faciunt.

Ibid. 4. 4. 70. Facis huic adeo injuriam. Ubi Donatus, Facis injuriam, pro Facis injuste. Cic. 1. Off. 34. de justitia, Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur, &c.
Facere injuriam & Dare beneficium, contraria. Anton. ad Cic. 10. Att. 8. Qui tibi ut beneficium daret, prius injuriam fecit.
Facere injuriam virgini, est Stuprum inferre. Burman. ad Quintil. Decl. p. 476.
Jacere vel immittere injuriam in aliquem. Cic. in Parad. 41.
Imponere injurias alicui. V. IMPONO.
Inducere injuriam testamento adversus liberos suos. Maximus in l. 4. D. de inoffic. testam.
Inferre injuriam, & Propulsare, contraria. Cic. 1. Off. 24. de injustitia.
Injungere injuriam. Cic. 3. de Nat. Deor. 23. Ita ab impia temeritate in deos, in homines injunxit injuriam. V. INJUNGO.
Insectari injuriam alicujus. V. INSECTOR.
Ire obviam injuriæ. Sallust. Jugurth. cap. 14. extr. Nunc neque vivere libet, neque mori licet sine dedecore P. C. Oro vos per liberos, atque parentes vestros, per majestatem pop. Rom. subvenite mihi misero, ite obviam injuriæ.
Laborare alterius injuria. V. LABOR.
Lacerare injuria. Cic. Verr.
Levare injurias. V. LEVIS.
Lucrificare injuriam. V. LUCRUM.
Negligere injurias. V. NEGLIGO.
Occupare per injuriam bona alicujus. Ulpian. in l. item apud Labeonem. §. si quis bona. D. de injuriis.
Offerre injuriam. Ter. Hec. 5. 1. 14. Ubi Donatus, Offerimus injuriam non merenti: Reddimus ei qui meretur.
Pati injuriam, & Facere, contraria. Ulpian. in l. 3. D. de injuriis. Illud relatum peræque est: eos, qui injuriam pati possunt, & facere posse. Paulo post, Namque hi injuriam pati solent, non facere. Ibidem frequenter.
Persequi injuriam. Cic 4. Verr. 9.
Prohibere se, & suos ab injuria. Cæs. 2. Bell. Gall. 32.
Propulsare injuriam. Cic. pro Rosc. Amer. 145.
Prosequatur suam injuriam. Neratius in l. pater. D. de injuriis.
Redundat ad dominum injuria servo facta. Ulpian. in l. item apud Labeonem. §. interdum injuria. D. de injuriis.
Remittere injuriam. Ulpian. in l. sed si unius. §. si cum ante judicem. D. de injuriis. Qui enim accepit satisfactionem, injuriam suam remisit: Nam etsi nuda voluntate injuriam remisit: indubitate dicendum est, extingui injuriarum actionem non minus, quam si tempore abolita fuerit injuria. Paulo post. §. filiofamilias, Quia remittit atque donat injuriam.
Revellere injurias. Cic. 5. Att. 20.
Solvere injuriam, Vindicare & ulcisci. Sallust. in Oratione Lepidi ad populum.
Subigi injuria. i. e. Cogi. Liv. Qua subactus injuria contra P. R. bellum tam infesto animo suscepisset.
Ulcisci injuriam Cic. 4. Verr. 9. A te peto, ut meas injurias perinde doleas, ut me existimas & dolere tuas, & ulcisci solere.
Injuria dispertire, Injuste, inæqualiter. Plaut. Aulul. 2. 5. 5.
Injuria tua factum est, Per te. Plaut. Truc. 1. 2. 66.
Injuria, ablativus, qui adverbialiter ponitur pro eo quod est, Sine causa & immerito. Plaut. Epid. 5. 2. 50. Maxima hercle injuria vinctus asto. Ter. Heaut. 3. 3. 20. Syre, pudet me. s. credo: neque id injuria. Cic. 1. in Catil. 17. Injuria suspectus civibus suis.
Non injuria tibi illud accidit, Non immerito. Cic. 3. de Nat. Deor. 89.
Nec injuria. i. e. Nec sine causa, nec abs re. Cic. 3. Q. frat. 8. Hoc horret Milo, nec injuria. Idem pro Rosc. Amer. 116.
Injuria a JCtis fere pro Contumelia accipitur: Quo pertinet Tit. D. de Injuriis & famosis libellis. Sic apud Suet. Aug. c. 44. pr. Hinc
Agere injuriarum. Subaudi Crimine. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Conveniri injuriarum. Ulpian. in l. injuriarum actio. §. siquis me prohibeat. D. de injuriis. & in l. nec magistratibus. eod. tit.
Damnatus injuriarum. V. DAMNO.
Experiri injuriarum. Ulpian. in l. non solum. §. plane. D. de injuriis. & in l. injuriarum actio. §. si quis per injuriam. eod. tit.
Extinguitur injuriarum actio. V. Remittere injuriam supra.
Teneri injuriarum. Ulpian. in l. 3. D. de injuriis. & in l. injuriarum actio. §. si quis de honoribus. eodem titulo.

INJURIUS, a, um. Adj. [ὑβριστής] Nomen est comicum, quo etiam oratores utuntur: i. e. Qui audet aliquid contra ordinem juris. Sic Servius. Ter. Heaut. 2. 3. 79. Multis modis injurius Clitipho est: neque ferri potis est. Idem And. 2. 3. 3. Plaut. Curc. 1. 1. 65. Ter. Hec. 1. 1. 14.

Tamen eandem pol esse omnibus, injurium est.

s. Injurium est autem ulcisci adversarios? Injurium est: i. e. Iniquum, & vim adverbii habet, inquit Donatus. Cic. 3. Off. 89. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens si potuerit? Negat: quia sit injurium.
INJURIE, Adv. pro Injuriose. Nævius Lycurgo: Oderunt dii homines. Injuriose egone, an ille injurie facimus. Nonius, 2. 429.
Superl. Injuriissime. Ammian. lib. 16. p. 156.
INJURIŌSUS, a, um. Adj. [ὑβριστικός, ὑβριστής] Qui infert injuriam. Cic. 1. Off. 44. Primum in eo peccant, quod injuriosi sunt in proximos.
Ictus injuriosus, Damnum inferens & periculosus. Plin. lib. 17. cap. 24. Aut circumfossor injurioso ictu verberavit.
Vita injuriosa facinorosaque, Plena sceleribus & iniquitatibus, nempe aliis noxia. Cic. 1. de Legib. 40. Quod si pœna, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterret ab injuriosa facinorosaque vita, nemo est injustus.
Venti injuriosi. Hor. Epod. 17. 34.
In socios vero ipsos injuriosum & contumeliosum est. Cic. pro Corn. Balb. 24.
Injuriosum est rapto vivere. Sen. Epist. 71. ad fin.
Compar. Sen. 2. Controv. 12. Nescio an adversus patrem injuriosior sis, quod abstulisti illi hæredem, an quod dedisti.
Superl. Adrian. Imp. apud Vopisc. in Saturn. cap. 8. de Ægyptiis, Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum.
INJURIOSE, Adv. [ὑβριστικῶς] Perperam. Cic. ad Brut. 13. Qui si eripuerit se nobis (quod velim temere atque injuriose de illo suspicati sint homines) oro atque, &c.
Injuriose facere. Ulpian. in l. nec magistratibus. D. de injuriis, Nec magistratibus licet aliquid injuriose facere.
Compar. Cic. pro Lege Manil. 11. Majores vestri sæpe mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis bella gesserunt.
Superl. Augustin. Octogint. Quæst. 82. Injuriosissime cogitantur.
INJURIOR, āri. deponens. Sen. 2. de Tranquil. vitæ, seu de Const. cap. 9. Omne fortuitum circa nos sævit, & injuriatur.
INJUSSUS, ûs. m. [ἄνευ τῆς ἐπιτάξεως] Tantum in ablativo sing. usurpatur: ut, Injussu meo vel tuo: i. e. Te non præcipiente. Ter. Phorm. 2. 1. 1.

Itane tandem uxorem duxit Antipho injussu meo? Cic. de Senect. 73. Vetatque Pythagoras injussu imperatoris, id est Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. Liv. 2. 12. Consulum injussu & ignaris omnibus.
INJUSSUS, a, um. Adj. [ἀπρόστακτος] Hor. 1. Serm. 3. 1.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Injussi nunquam desistant. h. e. Quando non jubentur, neque rogantur.

Injussa virescunt gramina. Virg. 1. Georg. 55.
Injussa canere. Virg. 6. Ecl. 9.

Non injussa cano.

INJUSTUS, a, um. Adj. [ἄδικος, ἀλιτρός] Justo contrarium. Ter. Adel. 1. 2. 18.

Homine imperito nunquam quicquam injustius.

Injustus, Qui justam magnitudinem excedit. Virg. 3. Georg. 347.

Injusto sub fasce viam dum carpit. Servius. Ita Ascon. interpretatur Injustas inimicitias, Cic. pro Milon. per Magnas inimicitias.

Amor injustus. Ovid. 2. Fast. 779.
Auribus injustis loqui. Ovid. 12. Epist. 176.
Bellum injustum. Ovid. 5. Met. 210.
Jugum injustum. Quintil. Decl. 13. Cur injusto quotidie jugo boum colla deteruntur? i. e. Iniquo & gravi.
Jus injustum. Ovid. 5. Trist. 10. 43. Oxymōron.
Lex injusta. Tibul. lib. 1. 5. 58.
Noverca, injusta, Dura. Virg. 3. Ecl. 32.
Onus injustum imponere. Cic. in Orat. 35.
Pax injusta. V. PAX.
Regna injusta tenebat. Ovid. 5. Met. 277.
Sententia injusta. Ovid. 11. Met. 172.
Vir maleficus & injustus. Cic. 5. Tusc. 57.
INJUSTE, Adv. [ἀδίκως] Inique. Plaut. Pseud. 2. 2. 18.

Non soles respicere te, quum dicas injuste alteri? Cic. 2. de Fin. Quam multa vero injuste fieri possunt, quæ, &c.

Superl. Sallust. Jugurth. cap. 85. sub fin.
INJUSTĪTIA, æ. f. [ἀδικία] Iniquitas. Ter. Adel. 3. 2. 4.

Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest,
Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia. Idem Heaut. 1. 1. 82.
Eum ego ejeci hinc miserum injustitia mea. Vide primum librum Officiorum Ciceronis De injustitia cap. 7. & seqq.

Capitalis injustitia. Cic. 1. Off. 41.

## I N L

INLARGIO, īre. Idem quod Largiri. Cato lege Bæbia, Pecuniam inlargibo tibi. Nonius. Antiquum.
INLŪTUS, a, um. Adj. V. ILLOTUS & ILLUTUS. Arnob. lib. 1. adversus gentes, de Christo loquens, Qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum. *Non mouillé. Sans se mouillier le pied.*

## I N N

INNABILIS, INNANS. V. INNO.
INNASCOR, natus sum, [ἐγγίνομαι] asci. Simul vel In aliquo nasci. Hor. 1. Serm. 3. 37.

Neglectis urenda filix innascitur agris. Translate Cic. 1. Off. 64. Sed illud odiosum est, quod in hac elatione & magnitudine animi, facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. Ter. And. 4. 1. 1.

Tanta vecordia innata cuiquam ut siet, &c.

Innatum est omnibus id vitium. Ter. Hec. 4. 1. 28. i. e. Hoc omnes habent a natura. Cic. 2. de Fin. 99. Innatam esse homini probitatem.

**INNATUS**, a, um. Partic. Cic. 1. de Nat. Deor. 44. Intelligi necesse est esse Deos, quoniam insitas illorum vel potius innatas cognitiones habemus.
Innatus & insitus, Assumptus & adventitius, contraria. Cic. Topic. 69. Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & ut innata atque insita, assumptis & adventitiis: integra contaminatis.
Innatus dicitur homo alicui rei, Ad quam natura factus est. Sen. de Conf. ad Polyb cap. 21. Sciebas animum ejus liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed etiam innatus, sic esse fundatum, &c. Potest etiam exponi, Inter liberales disciplinas natus; h. e. Inter disciplinarum liberalium peritos.
Receptum & Innatum, contraria. Cic. 7. Verr. 139. Reliqua est ea causa, Judices, quæ non jam recepta, sed innata: neque delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est.
Innatus in nobis amor cognitionis & scientiæ. Cic. 5. de Fin. 34.
Amor innatus habendi. Virg. 4. Georg. 177.
Cupiditatem scientiæ quandam insitam vel potius innatam habemus. Cic. 4 de Fin. 4.
Libido innata. Ovid. 6 Met. 458.
Probitas gratuita homini innata, non invitata voluptatibus. Cic. 2. de Fin. 99.
Robora innata rupibus. Ovid. 7. Epist. 35.
Innatus apud Christianos scriptores alio sensu usurpatur, sc. pro Non natus. Tertullian. adversf. Valentinian. cap. 15. Materia quam innatam volunt. Prudent. Apoth. 246. Natum scimus ab innato.

**INNASCĬBĬLIS**, e. Adj. Qui nasci non potest, apud Ecclesiasticos scriptores. V. Tertul. de Præscript. adversf. hæret. cap. 46

**INNATO.** V. INNO.

**INNĀVĬGO**, āre, Unde

**INNAVĬGANS**, Partic. Mela 2. 1. Sinistro latere innavigantium apposita. &

**INNAVIGĀBĬLIS**, e. Adj. [ἄπλωτος] ut, Fluvius innavigabilis, Ubi quis navigare non potest. Liv. 5. 13. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit, adeo ut viæ clausæ, Tiberis innavigabilis fuerit.

**INNECTO**, xui, xum, [ἐνείρω] ĕre. Nectere, vel circumligare, aut colligare. Virg. 8. Æn. 661.
— tum lactea colla
Auro innectuntur.
Palmas amborum innexuit armis paribus. Virg. 5. Æn. 425.
Brachia innectere collo. Stat. 4. Theb. ad fin.
Colla innectens ambobus lacertis. Ovid. 11. Met. 240.
Fauces laqueo innectere. Ovid. 10. Met. 378.
Pedem vinculis innexa columba. Virg. 5. Æn. 511.
Tempora fertis innectunt. Ovid. 5. Trist. 3. 8.
Fraus innexa clienti. Virg. 6. Æn. 609.
Morandi caussas innecte. Virg. 4. Æn. 51.
Moras innectere. Stat. 5. Theb. 743.
Per affinitatem innecti alicui. Tacit. 6. Ann. 36. Quia Hyrcanis, Carmaniisque per affinitatem innexus erat.

**INNEXUS**, ûs. m. Apul. 2. Met. p. 115. Innexu germanitatis una coaluimus. Al. In nexu, divise.

**INNĪTOR**, [ἐρείδω, ἐπερείδω] Iti. Inhærere, incumbere. Varie construitur.
Dativo. Quintil. lib. 6. cap. 2. Omnia curæ tutelæque unius innixa.
Baculo innitens. Ovid. 14. Met. 655.
Cubito innixa. Virg. 4. Æn. 690.
Arator innixus stivæ. Ovid. 8. Met. 218.
Fractæ innititur hastæ. Stat. 12. Theb. 144.
Secreta ejus innituntur illi. Tacit. 3. Ann. 30. 6. Igitur incolumi Mæcenate proximus, mox præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur.
Ablativo. Cic. 4. Acad. 89. — intendit crinitus Apollo
Arcum auratum luna innixus. Ex quodam poeta.
Innixus hasta. Liv. 4. 19. Confestim & ipse hasta innixus se in pedes excepit.
Hac arte innixus Hercules arces tetigit igneas. Hor. 3. Carm. 3. 10.
Humero dextro innixus. Propert. lib. 1. 20. 44.
Innixus in humeris. Cic. de Arusp. Resp. 66. Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt.
Innixus in aliquem. Plin. lib. 7. cap. 53.

**INNO**, [ἐννέω] āre. Idem quod Nare, sive natare. Cic. 2. de Nat. Deor. 100. Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium & innantium beluarum.
Innare aquæ. Liv. 21. 26. Nihil, dummodo innare aquæ & capere onera possent, curantes.
Fluvios innare rapaces. Virg. 3. Georg. 142.
Classis innat mare. Sen. Thyest. 3.

**INNANS**, Partic. [ἐννέων] Hor. 3. Carm. 17. 7.
— & innantem Maricæ
Litoribus tenuisse Lyrim.

**INNĀBĬLIS**, e. Adj. Ovid. 1. Met. 16.
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda. Et Virg. 6. Æn. 438.
— tristique palus innabilis unda. Servius aliique hic legunt Inamabilis.

**INNĀTO**, [ἐννήχομαι] āre. Frequent. Idem quod Nato, vel Supernato, aut potius Intus nato. Columel. lib. 12. cap. 4. Ubi non innatent, sed semper sint jure submersa.
Innatare in fluvium. Plin. lib. 8. cap. 40. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Itaque quum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint.
Innatare undam. Virg. 2. Georg. 451.
Necnon & torrentem undam levis innatat alnus.
Innatare flumini. Plin. lib. 8. cap. 25. Idem lib. 18. cap. 35. Innatans aquis pluma.
Innatat terræ fluvius. Plin. lib. 5. cap. 9.
Unda dulcis freto innatat. Ovid. 4. de Pont. 10. 63.
Lactuca innatat stomacho. Hor. 2. Serm. 4. 59.

**INNŎCENS**, Adj. [ἀθῷος, ἄκακος] Cic. 5. Tusc. 41. Innocens dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet. Ter. Adel. 2. 1. 1.
Obsecro populares ferte misero atque innocenti auxilium.
Innocens & Nocens, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Innocens si accusatus sit, absolvi potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest.
Innocens, integer, religiosus vir. Cic. 6. Verr. 7.
Vir bonus & innocens. Cic. de Clar. Orat. 179.
Mulier innocens. Hor. 3. Carm. 24. 18.
Epistola innocens. Cic. 7. Fam. 19. Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, concidi innocentem: nihil enim habebat quod non vel in concione legi posset.
Ruina. Martial. lib. 1. 78.
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?
Damnare innocentem. Cic. 1. Tusc. 100.
Factorum innocens sum. Tacit. 4. Ann. 34.
Innocens, pro Innocuo. Plin. lib. 23. cap. 1. de uvis, Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho ægrisque. Hor. 1. Carm. 17. 21.
Hic innocentis pocula Lesbii
Duces sub umbra.

**INNOCENTER**, Adv. [ἀθῴως] Innoxie. Cic. in Sallust. Ante, quam eos res suæ gestæ, & vita innocentissime acta commendavit. Plin. lib. 18. cap. 32. Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt.

**INNOCENTIA**, æ. f. [ἀκακία, ἀνδραγαθία] Integritas, sive ut Cic. 3. Tusc. 16. ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini. Sallust. Jug. cap. 46. pr. Interea Jugurtha, ubi quæ Metellus agebat ex nuntiis accepit; simul de innocentia ejus certior Romæ factus, diffidere suis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Ubi Cort. V.
Singularis integritas atque innocentia. Cic. 1. Verr. 27.
Summa integritate & innocentia vir. Cic. 3. Philipp. 25.
Innocentia mutua. V. MUTUUS.
Constat de ejus innocentia. V. CONSTO.
Ingenii præsidio, pœna judiciorum liberare innocentiam. Cic. 1. de Orat. 202.
Innocentia etiam dicitur de Abstinentia & opponitur Avaritiæ. Cic. de Lege Manil. 36. Quanta innocentia debent esse Imperatores? quanta in rebus omnibus temperantia?

**INNOCIA**, pro Innocentia apud Glossas. V. Salmas. ad Solin. p. 325. [ Formant ab Innox, ut a Ferox Ferocia. Sed potius videtur a Noxia, factum Innoxia. Certe in Henr. Steph. editione diserte legitur, 'Αβλάβεια, Innoxia, Innocentia.

**INNOCUUS**, a, um. Adj. [ἀβλαβής] active & passive accipitur.
Innocuus, Innocens, qui non nocet. Lucan. lib. 3. 482.
— ut grandine tecta
Innocua percussa sonant. Martial. lib. 7. 11.
Ludimus innocuis verbis.
Genus innocuum. Ovid. 1. Fast. 442.
Iter innocuum. Ovid. 4. Fast. 800.
Opem innocuam monstrare. Ovid. de Rem. Amor. 252.
Innocuus, Cui nulla fit noxa. Virg. 10. Æn. 301.
— & sedere carinæ
Omnes innocuæ. Idem 7. 230.
— litusque rogamus
Innocuum. Ubi Servius, Innocuum, non quod nulli noceat, sed cui vindicato nulli possint nocere. Valla reprehendens Servium, sic ait, Innocuus, inquit Servius, est cui non nocetur. Innoxius, qui non novit nocere. Vellem exempla recitasset, quibus ostenderet expositionem Innocui veram esse. Namque illud Virgilianum quod eum impulit in hanc opinionem, 10. Æn. 301.
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ: Non est intelligendum quod subsederunt tales, ut eis nihil noceretur: sed vel more poetico, quod nihil peccaverunt, quasi innocentes homines (nocentes enim sunt, quicunque ab honesto recedunt, etiam si nemini noceant) vel quod non nocuerunt, neque sibiipsis, neque vectoribus, aut nautis. Hæc Valla lib. 6. Perspicue apud Claudian. in 4. Conf. Honor. 195.
— subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex.

**INNOCUE**, Adv. Suet. Domit. cap. 19. extr. Sagittas tanta arte direxit ut omnes per intervalla digitorum (pueri, manum dispansam pro scopulo præbentis) innocue evaderent.

**INNŌTESCO**, ŏtui, [διαγνωρίζομαι] ĕre. Notum fieri. Plin. lib. 35. cap. 11. Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit.
Libellis nostris innotuit illa. Ovid. 3. Amor. 12. 7.
In majus innotescere. Tacit. 4. Hist. 50. 1.

**INNŎVO**, [ἐγκαινίζω] āre. Novum facere. Cic. in Pison. 89. Quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? Liv. 21. Cetera, visu quam dictu fœdiora, terrorem innovarunt.

**INNOVĀTUS**, a, um. Partic. Minut. Fel. cap. 11. §. 7. Resurgere corporibus innovatis. i. e. Novis.

**INNOVĀTIO**, ōnis. f. Apul. in Trism. p. 95. Innovationem omnium rerum quæ in mundo sunt per alternationem faciunt. Item Tertull. contra Marc. 1. 1. & Arnob. 1. Rerum innovatio. Idem 3. Successionis perpetuæ innovatione durare.

**INNOX**, pro Innocens. Gloss. Gr. Lat. Innox, ἀβλαβής. conf. Salmas. ad Solin. p. 325.

**INNOXIA**, V. INNOCIA, paulo supra.

**INNOXIUS**, a, um. Adj. [ἀναμάρτητος, ἀνυπεύθυνος] Obnoxio contrarium est: significat autem Innocentem, carentem culpa, inculpatum, sive eum qui minime nocet. Plaut. Capt. 3. 5. 7.
Decet innocentem servum atque innoxium,
Confidentem esse, suum apud herum potissimum. Liv. 5. 29.
Pessimo exemplo innoxii denis millibus gravis æris condemnati sunt.
Compar. M. Cato Fragm. 93. Quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent esse, quam innoxiorem. h. e. Minus nocuam.
Leo innoxius, Non nocens. Plin. lib. 8. cap. 10. Iidem satiati, innoxii sunt.
Saltus, In quibus nullum est periculum. Plin. lib. 3. cap. 5. Tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus.
Serpens. Virg. 5. Æn. 92.
Verba non innoxia. Virg. 2. Georg. 683.

Innoxius

Innoxius a, vel ab, passive. [ἀπήμων] Columel. lib. 2. cap. 10. Sic condita erit a curculionibus innoxia. Idem lib. 5. cap. 9. Ut sit innoxius ab injuria pecorum. i. e. Ne lædatur a pecoribus.

Usurpatur etiam in significatione passiva. Columel. lib. 12. cap. 44. de malis Granatis servandis, Præsertim quum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia custodire. Sallust. in Catil. cap. 39. pr. Hi magistratus provincias aliaque omnia tenere, ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, ceterosque judiciis terrere. Innoxii, i. e. Quibus a nemine nocebatur. V. Lucan. 9. 892. Et 2. 5. & 63.

INNOXIE, Adv. Minut. Fel. cap. 33. Deum quamdiu caste innoxie religioseque coluerunt.

INNŪBĬLO, āre. Obscurare. Solin. cap. 66. Si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur.

INNŪBĬLUS, a, um. Adj. [ἀνέφελος] Idem quod Serenus. Lucret. lib. 3. 21.
— semperque innubilus æther
Integit, &c.

INNŪBIS, e. Adj. [αἴθριος] Sine nubibus, fudus & clarus. Sen. Herc. OEth. v. 237.
Namque ut reluxit pellicis captæ decus,
Et fulsit Iole, qualis innubis dies.

INNŪBO, psi, ptum, ĕre. proprie significat Ad domum viri transire. Lucil. lib. 6. Sat. Invadere atque innubere censent. Ovid. 7. Met. 861.
Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.
Liv. 1. 34. Lucumoni contra omnium hæredi bonorum, quum divitiæ jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, & quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea quæ innupsisset. [ Forte Quo innupsisset.

INNUPTUS, a, um. Adj. [ἀγάμητος] ut, Decus innuptarum. Catull. Argon. 62. 78.
Puellæ innuptæ. Virg. 2. Æn. 238. h. e. Non nuptæ.
Innuptæ nuptiæ. Cic. 3. de Orat. 217. Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis. i. e. Contra jus factis.

INNŪBUS, a, [ἄγαμος] Qui uxorem non duxit. Innuba, Quæ viro non nupsit.
Permaneo innuba. Ovid. 14. Met. 142. De Sibylla, quæ perpetuam virginitatem servavit.
Laurus innuba. Ovid. 10. Met. 92.
Innuba Pallas. Auson. Epigr. 106.

INNŪMĔRĀBĬLIS, e. Adj. [ἀναρίθμητος] Quod numerari non potest. Cic. 5. Verr. 85. Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.
Multus & innumerabilis. Cic. 2. de Fin. 29. Reperiam multos vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis, quibus quicquid velim, facile persuadeam.
Multitudo innumerabilis. Cic. Post red. in Senat. 11.
Mundi. Cic. 4. Acad. 55.
Series annorum. Hor. 3. Carm. 30. 4.

INNUMERABILITER, Adv. [ἀναριθμήτως] Lucret. lib. 5. 274.
Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
Innumerabiliter privas mutatur in horas.

INNUMERABILĬTAS, ātis. f. [τὸ ἄπειρον] Cic. 1. de Nat. Deor. 73. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum, &c.

INNUMERĀLIS, e. Adj. [ἄπειρος] Idem quod Innumerabilis, sed antiquum. Lucret. lib. 2. 1083.
— cetera, quæ sunt,
Non esse unica, sed numero magis innumerali.

INNŪMĔRUS, a, um. [ἀνάριθμος] Idem. Plin. lib. 2. cap. 3. Innumeræ rerum effigies. Idem lib. 5. cap. 27. Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter. Cic. 2. de Orat. 94. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus e ludo tanquam ex equo Trojano innumeri principes exierunt.
Gentes innnumeræ. Virg. 6. Æn. 706.
Hoste innumero cinctus. Ovid. 5. Trist. 12. 20.
Numerus innumerus. Lucret. lib. 3. 1053. Oxymōron.
Innumerus, alia significatione quam vulgo fertur, ut orationem videlicet denotet, quam Prosam vocamus. Apuleius Prorsam appellat. In epitaphio enim comici Plauti, quod scribitur,
Et numeri innumeri simul omnes collacrymarunt: sententiam esse puto, illius poetæ occasu & interitu non tantum numeros, id est versus, sed etiam innumeros, id est solutam orationem lacrymas profudisse. Id ut censeam facit Ausonius, in quo innumeros ita accipi reperisse videor in protreptico ad Nepotem,
— tu flexu & acumine vocis
Innumeros numeros doctis accentibus effer. Hæc ex Turnebo.

INNUMERŌSUS, a, um. Adj. [ἄπειρος] Idem. Plin. lib. 10. cap. 65. Ex omnibus quæ perfectos fetus, vel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fetus. Ex vetusto codice legitur, Ex omnibus quæ perfectos fetus, sues tantum & numerosos edunt.

INNUMERĀTUS, a. um. Adj. Idem. Tertull. adv. Marc. carm. 2. 17.
Innumerata Dei miracula, &c.

INNUO, ŭi, [ἐπινεύω] ĕre. Signo capitis quid significare. Cic. pro Muren. 51. Atque ille ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque innuit. Exemplar vetus legit Induit. V. INDUO, Idem 13. Fam. 79. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo. Ex vetusto codice legendum Munio.
Rogare hospites & innuere. Auct. ad Heren. lib. 4. 37.
Abiens innuit mihi. Ter. Eun. 4. 5. 9. conf. Non. 5. 65.

INNŪTRIO, [ἐντρέφω] īre. Idem quod Nutrire, vel Simul nutrire. Pass. Sen. 1. Epist. 2. Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, &c. De lectione variorum auctorum.

INNUTRĪTUS, a, um. Partic. Innutriti dicimur, alicui rei, In qua educati sumus. Sen. in Consol. ad Polybium cap. 21. extr. Sciebas animum ejus liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed innatus, sic esse fundatum, &c. Plin. lib. 9. Epist. 33.

INNUTRITUS, a, um. Adj. ut hujusmodi composita solent, pro Eo qui est sine nutritione. Cæl. Aurel. Acut. 1. 17. Ægrotantem innutritum relinquere.

INNUTRĪTIO, ōnis. f. apud JCtos in Cod.

INNUTRĪBĬLIS, e. Adj. ut Juscellum innutribile, Tenue. Cæl. Aurel. Acut. 2. 9.

INNUTRICATUS, a, um. Adj. Idem quod Innutritus. Orosius, In malis innutricati & nati.

## I N O

INO, ûs. f. [Ἰνώ] Cadmi filia, uxor Athamantis regis, quæ a Græcis Leucothea dicitur, teste Cic. 1. Tusc. 28. Ovid. 4. Met. 527. refert quemadmodum Ino cum Melicerta filio sese in mare præcipitem dederit, factique sint ambo dii marini. Idem 6. Fast. 545.
Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris.
Flebilis Ino. Hor. de Arte Poet. 123.

INŌUS, a, um. Adj. [Ἰνῶος] Ovid. 4. Met. 497. — at illi
Inoosque sinus, Athamanteosque pererrant. adde Stat. 2. Silv. 2. 35. & 4. 3. 60. Ovid. 3. de Arte Am. 176.

INŎBĒDIO, īre. Non parere. Ambrof. Serm. 1. Epiph. A paradiso recessistis superbiendo, inobediendo & cibum prohibitum comedendo.

INŎBAUDIO, Idem. Tertull. adv. Marc. 3. 16. Exaudi eum, ne inobaudieris eum.

INOBĒDIENS, Adj. Vulg. Interp. Deut. 8. 20. & Tit. 1. 10.

INOBĒDUS, a, um. Adj. Idem. ut, Inobeda cessatio. Arnob. lib. 7. p. 248. conf. Salmas. in Solin. f. 24.

INOBEDIENTER, Adv. Augusт. de Civ. Dei, 14. 17. Adversus damnatam culpam inobedientiæ, voluntatem libido inobedienter movebat.

INOBEDIENTIA, æ. f. Augustin. loco modo adducto. Hieron. Quæst. Hebr. in 2. Reg. 1. Salvian. de Gubern. Dei 1. p. 20.

INOBAUDIENTIA, æ. f. Idem. Tertull. adv. Marc. 4. 17. Qui & inobaudientiam illis exprobrare potest.

INOBLĪTERATUS, a, um. Adj. Non obliteratus. Tertull. de Anima, cap. 24. Et homini obliviosissimo inobliterata perseverabit scientia naturalium.

INOBLĪTUS, a, um. Adj. [ἀνεπίληστος] Memor. Ovid. 4. de Pont. 15. 37.
Semper inoblita repetam tua munera mente.

INOBRŪTUS, a, um. Adj. [ἀδιάπτωτος] Ovid. 7. Met. 356.
Deucalioneas effugit inobrutus undas. h. e. Non obrutus.

INOBSCŪRO, [ἐπισκοτέω] āre. Obscurum reddere, ita ut nulla fere supersit memoria. Cic. 9. Philipp. 10. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla ejus legationis posteritatem inobscurabit oblivio.

INOBSEPTUS, a, um. Adj. Non septus. Lactant. de Opific. Dei, cap. 8. Aurium foramina voluit Deus esse nuda, & inobsepta.

INOBSĔQUENS, entis. Adj. [ἀπειθής] Inobediens. Sen. Hippol. v. 1068.
Inobsequentes protinus frenis equi
Rapuere currum.

INOBSERVĀTUS, a, um. Adj. [ἀδιαφύλακτος] Non observatus. Martial. lib. 8. 33.
Luserat hoc casus, nisi inobservata maneret. Ovid. 4. Met. 341.
Inobservata varietas. Plin. lib. 28. cap. 5.

INOBSERVĀBĬLIS, e. Adj. [ἀνεπιτήρητος] Quod observari non solet, vel etiam non potest. Plin. lib. 2. cap. 17. Cujus est maxime inobservabilis cursus. Catull. Argon. 62. 115. — inobservabilis error.

INOCCĬDUUS, a, um. Adj. [ἄδυτος] Non occiduus: ut, Visus inoccidui, i. e. Oculi semper vigilantes. Stat. 6. Theb. 277. de Argo.
Axis inocciduus, Polus Arcticus qui nunquam occidit, sed semper apparet. Lucan. lib. 8. 175.
— sed, qui non mergitur undis,
Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto.
Triones inoccidui. i.e. Septem triones nunquam occidentes. Calud. in Gigant. 11.
Continua & inoccidua vita. Arnobius lib. 2. Adversus gentes.

INOCCO, [βωλοκοπέω] āre. significat Cooperire: quod fit, quum semen in agro feminatum est, & glebas farculis aut cratibus dissolvimus, ut semen humo contegatur. Columel. lib. 2. cap. 8. Nam semen quod sicco solo ingestum & jam inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Idem lib. 3. cap. 15. Seritur ergo prius inemundata, innoccataque, & æquata pastinatione.

INŎCŬLO, [ἐνοφθαλμίζω] āre. significat Oculum unius arboris alteri adhibere, seu oculum in arbore aperire. Columel. lib. 11. cap. 2. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus insitionis, Emplastratio vocatur. q. V.

INOCULĀTIO, [ἐνοφθαλμισμός] Columel. lib. 5. cap. 11. Tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem: vel ut quidam, inoculationem. Plin. lib. 7. cap. 14.

INOCULĀTOR, [ἐνοφθαλμιστής] Plin. lib. 18. cap. 33. Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator.

INŌDŌRO, [ἐνοδμίζω] āre. Odore inficere. Columel. lib. 11. cap. 3. Nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur, neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare. De aliis.

INODŌRUS, a, um. Adj. [ἄοδμος] Quod est sine odore, Quod odorandi sensu & facultate caret. Gell. lib. 7. cap. 6. Quædam animalium alia carent alio, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritave. Sic Badiana ex Nonio. Alia exemplaria legunt, Inora, i. e. Sine ore, V. INAUDITUS.

INOFFENSUS, a, um. Adj. [ἀπρόσκοπτος] Ad quod quis non offendit. Iter inoffensum. Tacit. 1. Ann. 56.
Inoffensa via, Facilis. Martial. lib. 14. 214.
— inoffensa curret arundo via.
Inoffensum aliquid transmittere, Non offensa valetudine. Plin. Epist. 6. 4. ad Calphurniam. Qui denique secessus voluptates, regionisque abundantiam inoffensa transmitteres.
Inoffensa copulatio vocum, Aures non offendens, non aspera, sed dulcis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Inoffensa tempora a valetudine vivere, Nullo morbo læsa & offensa. Gell. lib. 2. cap. 1. de Socrate.
Vita inoffensa. Ovid. 1. Trist. 8. 1. Vita citra ullum malum transacta.
Pedem inoffensum referre. i. e. Qui non offenderit ad lapidem, aut aliud. Tibull. lib. 1. 7. 62.

INOFFĬCIŌSUS, a, um. Adj. [ἀχάριστος] Qui contra officium facit, vel Qui nullum officium præstat amico. Cic. 13. Att. 17. Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos.
Inofficiosum testamentum, ut ait Paulus Jurisconf. dicitur Quod non ex officio pietatis paternæ confectum est, filiis sine legitima causa exhæredatis. Cic. 3. Verr. 107. Testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. ubi Ascon. V.

**Inŏlens**, entis. Adj. Non olens, Quod nullum spirat odorem. Lucret. lib. 2. 849.

Quod licet ac possis reperire inolentis olivi
Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.

**Inŏlesco**, inolui & inolēvi, inolĭtum, [ἐμφύομαι, ἐπιφύομαι] ĕre. Crescere, invalere. Columel. lib. 5. cap. 10. Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito, & ita librum arboris inolescere sinito. h. e. Succrescere. Virg. 2. Georg. 77. Sil. lib. 8. 582.

—quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. De Silaro.

Inolevit, active. Gell. lib. 12. cap. 5. Natura omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inolevitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus. i. e. Inolefecit, confirmavit. Budæus.

**Inolescendus**, a, um. Partic. Macrob. 5. Saturn. cap. 11. In moribus inolescendis magnam fere partem nutricis ingenium & natura lactis tenet. Inolescendis videtur dixisse, pro Ingenerandis.

**Inŏmĭnālis**, e. Adj. Quod est mali ominis. Gell. lib. 5. cap. 17. Ante diem quoque quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant.

**Inŏmĭnātus**, a, um. Adj. [δύσφημος] Male ominatus, Infelix. Hor. Epod. 16. 38.

Aut pars indocili melior grege: mollis, & exspes
Inominata perprimat cubilia. i. e. Infausta, & nullo felici omine fabricata.

**Inŏpāco**, [ἐπισκιάζω] āre. Opacum reddere, & obscurum. Columel. lib. 8. cap. 15. Media rursus terrena pars esse debet, ut colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant avium receptacula.

**Inopia**, V. inops.

**Inŏpīnans**, [ἀδοκῶν] Partic. sine verbo. Cæs. 6. Bell. Gall. 29. Multos in agris inopinantes deprehendit. Quintil. lib. 5. cap. 10. A præparatis inopinantes. Plin. Epist. 2. lib. 3. Inopinantis, nescientis.

**Inopinanter**, Adv. [ἀδόξως] pro Subito & præter exspectationem. Suet. in Tiber. Cæs. cap. 60. In paucis diebus, quam Capreas attigit, piscatori, qui sibi, secretum agenti, grandem mullum inopinanter obtulerat, &c.

**Inopinātus**, a, um. Adj. [ἀδόκητος] Non opinatum, improvisum, quod præter spem & opinionem evenit. Cic. 3. Tusc. 76. Hæc enim fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Quintil. lib. 5. cap. 13. Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit.

Novum & inopinatum. Cic. 4. Verr. 24. Nova tibi hæc sunt, & inopinata?

Nova & inopinata causa. Papinian. in l. 3. D. de condict. indebit.

Improvisum & inopinatum hoc illi accidit. Cic. 4. Verr. 99.

Inopinatum & insperatum. Liv. 3. 26. Nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum accidere potuit.

Repentina & inopinata, graviora. Cic. 3. Tusc. 45.

Dictu inopinatum & mirabile. Cic. in Parad. 5.

παράδοξα Inopinata Senecæ. H. St.

Ex inopinato observare. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Ut in araneolis: aliæ quasi rete texunt, ut si quid inhæserit conficiant: aliæ autem ut ex inopinato observant, & si quid incidit arripiunt, idque consumunt.

Inopinata res & recens. Cic. pro Domo 14.

Fraus inopinata. Sil. lib. 7. 134.

Inopinata verba, Quæ impræmeditate & improvise effluunt. Plin. lib. 28. cap. 2. Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia, derogent fidem validius, an Latina inopinata, & quæ ridicula videri cogit animus.

**Inopināte**, & **Inopināto**, [ἀδοκήτως] Adv. Idem quod Præter spem. Liv. 34. 28. Qui ad id quod futurum erat, ne inopinate accideret, præparatis suorum animis. Al. Inopinatum. Idem 26. 6. Quum inopinato in castra Romana Numidæ, Hispanique cum elephantis irrupissent.

**Inopinābĭlis**, e. Adj. [ἄσκοπος] Quod quis nunquam existimasset futurum. Gell. lib. 17. cap. 12. Infames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles. Idem lib. 12. cap. 18.

**Inopīnus**, a, um. Adj. [ἀπροσδόκητος] Idem quod Inopinatus. ut, Dolor inopinus. Stat. 1. Theb. 249.

Gaudia inopina. Stat. 1. Silv. 2. 46.

Quies inopina. Virg. 5. Æn. 857.

Inopina facies laborum. Virg. 6. Æn. 104.

**Inopportūnus**, a, um. Adj. [ἄκαιρος] Opportuno contrarium. Cic. 3. de Orat. 18. Etenim est huic loco nostro sedes non inopportuna sermoni.

**Inops**, ŏpis. Adj. [ἀκτήμων, ἄκληρος, ἀλήτης] Pauper, egens. Plaut. Trin. 3. 2. 63.

Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leves:
Sed ut inops infamis ne sim. Cic. 2. Off. 41. Nam quum premeretur inops multitudo ab iis qui majores opes habebant, &c. Vetus exemplar habet, In initio multitudo.

Inops ab amicis, Amicorum auxilio destitutus. Cic. pro Domo 58. Tam inops autem eram ab amicis, aut tam nuda Respub. a magistratibus?

Inops ad ornandum, & expedita ad inveniendum, disciplina Hermagoræ. Cic. de Clar. Orat. 263.

Inops verbis, Verborum penuria laborans. Cic. de Clar. Orat. 247. Non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

Æqui inops. Stat. 12. Theb. 445.

Amicorum inops. Cic. de Amicit. 26. Quod si forte (ut fit plerumque) ceciderint, tum intelligitur quam fuerint inopes amicorum.

Animi inops. Virg. 4. Æn. 300. Inops animi est Qui in adversis citius deficit, nec stabili aliquo potest consilio subvenire. Donatus. Inops animi, sine animo, sine consilio. Servius.

Auxilii inops. Liv. 3.

Consilii inops. Liv. 26. Ovid. 9. Met. 745.

Dicendi sapientia inops. Cic. 1. de Invent. 3.

Fortunæ inops. Tacit. 4. Ann. 23.

Mentis inops. Ovid. 2. Met. 200.

Pacis inops terra. Ovid. 2. de Pont. 2. 96.

Rationis inops. Stat. 1. Theb. 373.

Regnorum inopes. Stat. 12. Theb. 508.

Remedii inops. Plin. lib. 16. cap. 1. Inopesque remedii illæ.

Rerum inopes versus. Hor. de Arte Poet. 322.

Virorum inopes. Tacit. 2. Hist. 6.

Abundans & Inops, contraria. Cic. de Clar. Orat. 238.

Ærarium inops & exhaustum. Cic. 5. Verr. 164.

Amicus inops. Hor. 1. Serm. 2. 5.

Amor inops. Lucret. lib. 4. 1136.

Domus inops. Ovid. 8. Met. 822.

Lingua inops. Cic. 3. de Fin. 51. Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur.

Senectam inopem trahere. Ovid. 7. Met. 2.

Senectæ metuens inopi. Virg. 1. Georg. 186.

Turba inops. Virg. 6. Æn. 325.

Victus inops. Ovid. 1. Met. 312.

**Inŏpia**, æ. f. [ἀκτημοσύνη] Egestas, indigentia. Cic. de Amicit. 29. Humilem sane relinquunt, & minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitiæ, quam ab inopia, atque indigentia nasci volunt. Plaut. Merc. prol. 30. Inopia, contumelia, & dispendium.

Inopia & egestas. Cic. 1. de Invent. 88. Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis.

Inopia & solitudo alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1.

In summa inopia senectus lenis esse non potest ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non gravis. Cic. de Senect. 8.

Inopia, fames, & summa annonæ caritas. Cic. 3. Off. 50.

Argentaria inopia. V. Argentarius, in argentum.

Argenti inopia. Plaut. Rud. 3. 2. 3.

Amicæ est mihi inopia. Plaut. Merc. 3. 4. 65.

Argumentorum inopia. Cic. pro Rosc. Amer.

Consilii inopia. Cic. 6. Att. 3. Magna igitur, ut vides, sollicitudine afficior, magna inopia consilii.

Criminum inopia summam laudem alicui vitio dare. Cic. pro Rosc. Amer. 48.

Frugum inopia & Copia, contraria. Cic. pro Domo 17.

Frumenti & commeatus inopia. Cæs. 3. Bell. Gall. 7. extr.

Loci inopia. Liv. 1. 33.

Occasionis. Suet. in Calig. 56. pr. Aliis per inopiam occasionis cunctantibus. H. St.

Rei frumentariæ inopia. Cic. pro Domo 11.

Stipendii inopia. Plin. lib. 7. cap. 45.

Tecti inopia. Cic. pro Domo 80. Quod facile potuit, propter inopiam tecti in foro pernoctans.

Incessit ambos inopia. V. incesso.

Levare inopiam. V. Levo, in levis.

Mederi inopiæ frumentariæ. V. medeor.

Inopia & jejunitas oratori cavenda; h. e. Cavendum ne inopem rerum & jejunam orationem scribat. Cic. de Clar. Orat. 202.

**Inopiōsus**, a, um. Adj. [ἐνδεής] Sine ope. Plaut. Pœn. 1. 1. 2.

Sæpe ego res multas tibi mandavi, Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilii. Antiquum.

**Inōrātus**, a, um. Adj. Non oratus. Cic. pro Rosc. Amer. 26. Amoriam re inorata reverterunt. De legatis ad Sullam missis. Re inorata, h. e. Apud Sullam non orata, sive Sullæ per legatos non exposita.

**Inordĭnātus**, a, um. Adj. [ἀδιάτακτος] Quod non est ordinatum & dispositum. Cic. de Univers. 7. Idque ex inordinato in ordinem adduxit.

Inordinati & incompositi milites. Liv. 23. 27.

Inordinati hostes, effusi & fessi. Liv. 35. 29.

Inordinata folia sunt pomis. Plin. lib. 16. cap. 24.

Inordinatissimi pili. Plin. lib. 22. cap. 22.

**Inŏrior**, [ἀνίσχω] deponens. Idem quod simplex Orior. Tacit. 11. Ann. 23. Recentia hæc: quid si memoria eorum inoriretur?

**Inornātus**, a, um. Adj. [ἀκόσμητος, ἀκαλλώπιστος, ἀτημέλητος] Ornato contrarium. Cic. in Orat. 29. Dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus: sed quod nihil habeat insolens atque ineptum.

Nuda & inornata brevitas. Cic. 2. de Orat. 265.

Capilli inornati. Ovid. 5. Met. 472.

Caput inornatum. Tibul. lib. 2. 3. 29.

Crines inornati. Ovid. 9. Met. 3.

Nuda atque inornata inventio. Auct. ad Heren. lib. 4. 70.

Mulier inornata. Cic. in Orat. 78.

Tenuis & inornatus orator. Cic. in Orat. 29.

Verba inornata. Hor. de Arte Poet. 234.

**Inornāte**, Adv. [ἀκόσμως] Auct. ad Heren. lib. 4. 43. Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

**Inōrus**, a, um. Sine ore, Qui os non habet, quales ἀστόμους describit Plin. lib. 7. cap. 2. Et Lucret. lib. 5. Gell. lib. 7. cap. 6. Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur, aut inora, inaurita-ve. Alii legunt Inodora. q. V. supra.

## I N Q

**Inquam**, V. inquio.

**Inquantum**, Adv. [ὅσον, ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον] i. e. Tantum quantum. Quintil. lib. 2. cap. 10. Et declamatio inquantum maxime potest, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta est. Plin. in Paneg. cap. 16. Audita sunt vota tua, sed inquantum optimo illi & sanctissimo seni utile fuit.

Inquantum plurimum. Sen. Epist. 125. Rationem tu ad summum evoca, inquantum potest plurimum crescere. Sed rectius divise scribitur In quantum. V. in præpos.

**Inquantumcunque**, Adv. Sen. de Tranquill. vitæ seu de Const. 15. Inquantumcunque illa vel numero vel magnitudine creverunt, ejusdem naturæ erunt.

**Inquies**, ētis. f. [ἀνησυχία] Cura, sollicitudo, molestia, aut magis proprie vigilia, & quietis nocturnæ carentia. Plin. lib. 14. cap. 22. Furiales somni, & inquies nocturna. Gell. lib. 19. cap. 9. Ut interea labor hic vigiliarum & inquies, suavitate paulisper vocum atque modulorum acquiesceret.

**Inquies**, ētis. Adj. Inquietus, qui est sine quiete. Sallust. lib. 1. Hist. apud Priscian. p. 704. Humanum genus inquies, & indomitum. Plin. in præf. Nat. Hist. Ni animus inquies pasceretur opere. Apul. lib. 1. Qua contentione

tentione & inquieti procacitate præditus asinus. Paterc. 2. 68. 3. Vir inquies. Apul. 2 de Asin. p. 121. Animo & corpore ad libidinem inquies.

INQUIETUS, a, um. Adj. [ἀκοίμητος, ἀνήσυχος] Quieto contrarium: ut, Inquietus animus, h. e. Turbulentus. Liv. 1. 46.
Inquietus homo, & ad Tribunatum spirans. Liv. 3. 46.
Inquieta ingenia, & in novas res avida. Liv. 22. 21.
Inquieta nox, In qua non quievimus. Liv. 5. 42. Lux deinde inquietam noctem insecuta est.
Præcordia inquieta. Hor. Epod. 5. 95.
Silvas inquietas fecit aper. Sen. OEth. 12.
Compar. Plin. 1. Epist. 9. Nullis rumoribus inquietior. Ammian. 22. 7. Tandem alios inquietiores inveni.
Superl. Sen. de Benef. 7. 27. Inter affectus inquietissimos rem quietissimam quærere. Vopisc. Saturn. cap. 1. Oriundus ex gente hominum inquietissima.

INQUIETE, Adv. Solin. cap. 43. Mons ingenito igne per æternum fervidus & inquiete jugis flagrantibus.
Compar. Ammian. 15. 5. pr. Dynamius inquietius agens. conf. Idem 27. 3. pr.

INQUIETO, [ἐνοχλέω] āre. Molestum esse alicui. Columel. lib. 8. cap. 5. Ne incubantes nutrices ab aliis avibus inquietentur. Suet. August. cap. 53. Ne quem officii causa inquietaret. Idem in Calig. cap. 59. Satis constat prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos. Quintil. lib. 11. cap. 3. Et movere, & digito inquietare.
Magistratum inquietans causidicus. Ulpian. in l. 1. §. secundo loco. D. de postulando.
Victoriam inquietare. Tacit. 3. Hist. 84.
Nullis rumoribus inquietari. Plin. 1. Epist. 9. ad Fundanum.
Inquietari ab aliis quibus debet, non potest is, qui bonis cessit. Ulpian. l. 4. D. de cessione bonorum.

INQUIETATUS, a, um. Partic. Suet. Calig. cap. 26. Inquietatus fremitu. Sidon. 2. Epist. 12. Sollicitudo inquietata. conf. Petron. cap. 100. & supra in ipso verbo.

INQUIETATIO, ōnis. f. [ταραχή] Liv. 22. 17. Sen. Suaf. 2.

INQUIETATOR, ōris. m. Tertull. de Spectac. cap. 23. pr. An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator?

INQUIETITAS, ātis. f. Cæl. Aurel. V. Rutgers. Var. Lect. 3. 3.

INQUIETUDO, inis. f. [δυσφορία] Sen. de Benef. lib. 2. cap. 8. Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. Solin. cap. 1. Salvian. lib. 2.

INQUILINUS, i. m. [ἔνοικος, μέτοικος] quasi Incolinus, vel incolens aliena; Qui in alieno privato habitat: proprie tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri, ut ait Valla lib. 4. 56. Festus, Inquilinus, Qui eundem colit focum, vel ejusdem loci cultor. Ex In & Culina. conf. Voss. Etym. p. 149. & Isidor. 9. 4. Suet. Claud. cap. 44. Inquilini privatarum ædium, atque insularum. Cic. 2. Philipp. 105. At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Idem 14. Att. 9.
Inquilinus aliquando accipitur pro Cohabitatore. Martial. lib. 1. 87.
　Vicinus Novio, vel inquilinus
　Sit, si quis Novium videre non vult.
Adjective, pro Peregrino. Sallust. Catil. cap. 31. M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ.
Inquilini opponuntur Colonis, l. 6. Cod. de Agric.
Transfertur etiam vox ad alia. Ammian. 30. 18. Perpetui carcerum inquilini. Tertull. de Anima cap. 38. Inquilinus carnis anima.

INQUILINA, æ. f. Varro apud Non. 4. 444. In quarum locum subierunt inquilinæ, impietas, perfidia, &c. Cic. 15. Fam. 18. Ubi Philosophia? tua quidem inquilina. Al. rectius In culina. De loco Plauti Pers. 4. 4. 79. vide Lips. Lect. Ant. 1. 9. & Voss. Art. Gramm. 1. 18.

INQUILINATUS, ûs. m. Tertull. de Anima, cap. 38. Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore. conf. Sidon. 5. Epist. 19.

INQUINO, [βδελύσσω, μολύνω, ῥυπόω] āre. Maculare, deturpare. Cunire est Stercus facere, unde & Inquinare. Cic. 1. Tusc. 72. Quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent.
Agros, ereptos Reipublicæ, turpissimis possessoribus inquinare. Cic. 2. Philip. 43.
Amicitiam nomine criminoso inquinare. Cic. pro Planc. 46.
Amplexus inquinat illa tuos. Ovid. 3. Fast. 496.
Aqua turbida & cadaveribus inquinata. Cic. 5. Tusc. 97.
Caput merdis inquiner albis. Hor. 1. Serm. 8. 37.
Comitia largitione inquinare. Cic. de Petit. Conf. 44.
Factum vitiis inquinatum. Cic. 3. Off. 60.
Famam alicujus inquinare. Liv. 29. 37.
Humanitatem civitatis domestica inhumanitate inquinare. Cic. pro Deiot. 32.
Locum venenis inquinat. Ovid. 14. Met. 56. De Circe.
Nuptias inquinavere. Hor. 3. Carm. 6. 18.
Ordinem amplissimum inquinare. Caius in l. 1. D. de collusione detegenda. Loquitur de servis qui se gerunt pro ingenuis.
Se libidinibus inquinare. Cic. 1. Tusc. 72.
Segetem inquinare lolio injecto. Ulpian. in l. si servus servum. §. inquit lex. D. ad legem Aquiliam.
Servitium inquinatum, deformatum, perversum, conturbatum. Cic. de Arusp. Resp. 25.
Splendorem obscurare & inquinare. Cic. 5. de Fin. 22.
Tempus aureum inquinavit ære. Hor. Epod. 16. 64.
Vestimenta inquinare. Ulpian. in l. si servus servum. §. si quis vestimenta. D. ad legem Aquiliam.
Vita omnibus vitiis inquinata. Cic. pro Rosc. Amer. 68.
Vellus inquinare murice, pro Tingere, inficere. Martial. lib. 4. 4.
　Quod bis murice vellus inquinatum.

INQUINATUS, ior, issimus. [μολυνθείς] Adj. ex Partic.
Fœdior atque inquinatior. Cic. de Arusp. Resp. 51. Idem pro Flacc. 53. Nihil enim illo inquinatius. h. e. Sordidius & turpius.
Ore, lingua, manu, omni vita inquinatus homo. Cic. pro Cœl. 78.
Lavare & purgare inquinatum. Cato R. R. cap. 65.
Sordidissima & inquinatissima ratio. Cic. 2. Off. 21.

INQUINATE, Adv. [μεμολυσμένως] Sordide, turpiter. Cic. de Clar. Orat. 140. Itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinate locutus.

INQUINAMENTUM, i. n. [μολυσμός] Sordes & immunditia. Gell. lib. 2. cap. 6. Cujus significationis multo assiduoque usu totum verbum ita contaminatum est, ut jam squalor de re nulla alia, quam de inquinamentis solis dici cœperit. conf. Macrob. 6. 7.

INQUIO, is, it. i. e. Dico. [φημί] Verbum defectivum tertiæ conj. quod in his fere tantum personis legitur;
Inquio. Cic. 2. de Orat. 256. Aucupari verba oportebit, inquio: ut ea, quæ sunt frigidiora vitemus. Ex vetusto codice legitur, In quo ut &c. Catull. 10. 27. conf. Voss. de Analog. 3. 40.
Inquis. Pers. 1. Sat. 112.
　Hoc juvat, hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.
Inquit. Juven. 3. Sat. 21.
　— quando artibus inquit honestis.　conf. Nep. 23. 2. 3.
Inquimus. Hor. 1. Serm. 3. 66. Communi sensu plane caret, inquimus.
Inquiunt. Cic. 6. Verr. 32. Ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi?
Inquisti, præterito perfecto. Cic. 2. de Orat. 259. Tu vero, inquisti, molestus non eris.
Inquies, et; in futuro. Cic. 4. Verr. 45. Ergo, inquiet aliquis, donavit Pop. Syracusano illam hæreditatem. V. Priscian. princ. lib. 10.
Inque, inquiat; imperativo modo, tempore præsenti ad secundam & tertiam personam. Ter. Heaut. 4. 7. 1. Eccum me, inque. Plaut. Pseud. 1. 5. 124.
Inquito, futuro imperativi. Plaut. Aul. 4. 10. 58. Ita di faxint, inquito. Antiquum est.
Inquiat, præsens conjunctivi. Auct. ad Heren. lib. 4. 3. Quid enim tibi vis, aliquis inquiat? Modus potentialis. i. e. Dicere potest, vel poterit.
Hæc in usu sunt: & olim lecta Inquiimus, Inquitis, Inquiam, Inquite, Inquirem, &c. Usitatum maxime
Inquam, i. e. Dicebam, vel dixi. Cic. 2. Philipp. 112. Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende si potes. conf. Cic. 8. Att. 3. Plaut. Capt. 3. 1. 19. Ter. And. 4. 2. 32. Matura. D. jam inquam hic adero.
Immo non dixerat. Et putant quidam esse Inquam hoc loco affirmantis. H. St. V. Voss. l. c.

INQUIRO, sivi, situm, [ἐπιζητέω, ἐρευνάω, μεταλλάω, διερευνάω, ἱστορέω, μαίομαι] ere. Investigare. Cic. 2. Tusc. 25.
　Amore mortis terminum inquirens mali.　Ex quodam poeta.
Al. Anquirens. conf. Justin. 3. 4. 10.
Inquirere de alieno, Sciscitari, interrogare. Cic. 1. Off. 125. Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Repub. curiosum.
Inquirere, quod Informationem facere dicunt, & fere accus. jungitur cum præp. In. Cic. pro Muren. 75. Scis tu illum accusationem cogitare, inquirere in competitores, testes quærere? Idem 2. Verr. 6. Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet. Modus est loquendi per compendium, pro eo quod est, Quum ego postulavissem exiguum tempus in Siciliam causa inquirendi de Verris criminibus. Ex Budæo.
Inquirere in aliquem quid & quomodo. Cic. 2. Off. 44. In hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum quid agat, quemadmodum vivat, inquiritur.
Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ovid. 1. Met. 148.
Fama totum inquirit in orbem. Ovid. 12. Met. 63.
In patrimonium & vasa inquirere. Sen. Epist. 1.
In se inquirere. Cic. in Brut. 282. de Calvo, Quod dicendi genus quanquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Nimium inquirens in se, quod nesciret manum de tabula tollere, ut est in proverbio.

INQUIRENS, Partic. Cic. 11. Philipp. 10. Occulta enim erant vitia non inquirenti.

INQUISITUS, a, um. [ἐπιζητηθείς] Partic.
Inquisita & comperta res, Certa & per inquisitionem comperta. Liv. 10. 40. Tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert. Idem 22. 7.

INQUISITUS, a, um. Adj. Non exquisitus, inexploratus. Plaut. Amph. 4. 1. 9. Quæstionem inquisitam amittere. conf. Ibid. 2. 2. 217.

INQUISITE, Adv. Gell. 1. 3. Compar. Theophrastus super hac re inquisitius quam Cicero disseruit.

INQUISITIO, ōnis. f. [ἐπίζητησις] Investigatio. Cic. 1. Off. 13. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.
Instituti operis inquisitio. Quintil. Præf. ad Tryph.
Sagax inquisitio. Firmic. lib. 5. cap. 13. Sol homines faciet profundæ cogitationis, & qui res magnas & occultas sagaci semper inquisitione perquirant.
Inquisitione esse. Plaut. Casin. 3. 1. 16.
　Sed tu cave inquisitione ne mihi sis. A. usque adero domi.　i. e. Fac te domi inveniam. Budæus. Sed rectius legitur Inquisitioni mihi sis.
Inquisitio, pro Informatione quam vocant. Cic. pro Muren. 44. Non placet mihi inquisitio candidati, prænuntia repulsæ. Idem 4. Verr. 11. Agere inquisitionem. V. AGO.

INQUISITOR, ōris. m. [ἐπιζητητής] Qui investigat. Plin. lib. 8. cap. 40. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens, &c. De canibus.
Inquisitor, Qui inquirit de aliqua re. Cic. 2. Verr. 6. Ille Achaicus inquisitor. Plin. Epist. 9. lib. 3. Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulavit. conf. Suet. Cæs. cap. 1. Et Sen. Nat. Quæst. 6. 13. vel Macrob. Somn. Scip. 1. 11. pr.

## I N R

INREDIVIVUS, &c. V. IRREDIVIVUS &c.
INREMISSE, Adv. Ammian.

Inrestinctus, a, um. Adj. Sil. 3. 29.
Inrestincta focis servant altaria flammæ.

## I N S

Insălūber, & Insalūbris, e. Adj. [ἀνυγιὴς] Quod est Salubri contrarium. Plin. lib. 18. cap. 5. Neque fecundissimis locis insalubrem agrum parandum.
Compar. Gell. 19. 5. Manet quod est gravius & sordidius & insalubrius.
Superl. Insalūberrimus. Plin. lib. 23. cap. 1. Vinum si sit fumo inveteratum, insaluberrimum est.

Insalubrĭter, Adv. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Non tenaciter tantum, sed etiam insalubriter vinciuntur. conf. Salvian. de Avar. 3. p. 90. & 92.

Insalubrĭtas, ātis. f. Plin. 31. 3. tit. De qualitate aquarum, insalubritate, commoditate.

Insălūtāris, e. Adj. Apul. Met. 2. p. 195. Stewec. Licet insalutare non erit.

Insălūtātus, a, um. Adj. Sidon. 4. Epist. 10. Annis jam multis insalutatus. Per tmesin Virg. 9. Æn. 289.
Inque salutatum linquo.

Insanctus, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. Insanctus, ὁ μὴ ἅγιος.

Insana, æ. f. Herba, quæ & Hyoscyamus vel Symphoniaca dicitur. Plin. 16. 44. Apul. de Herb. cap. 4.

Insānus, a, um. Adj. [μανικὸς, μανιώδης, μελαγχολικὸς] Non sanus, qui non est sani consilii, & qui non habet mentem integram. Ter. Eun. 2. 2. 23. Hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Ibid. 5. 2. 22. Abi hinc insana.
Amor insanus. Virg. 10. Ecl. 44.
Aquæ insanæ. Ovid. 1. Epist. 6.
Obrutus insanis esset adulter aquis.
Cursu insano concita. Ovid. 3. Met. 711.
Fames insana. V. fames.
Forum insanum, Litigiosum. Servius. Virg. 1. Georg. 481.
Jurgia insana. Ovid. 1. Fast. 73.
Labori insano indulgere, Magno. Servius. Virg. 2. Æn. 776.
Malum insanum est in hospitium divorti ad Cupidinem. Plaut. Trin. 3. 2. 47.
Mens insana. Tibul. lib. 2. 7.
Sidera insana Capræ, Tempestuosa. Acron. Hor. 3. Carm. 7. 6.
Vates insana. Virg. 3. Æn. 443.
Insanus, Magnus. Virg. 9. Ecl. 43.
— insani feriant sine litora fluctus.
Turbo insanus. Stat. 1. Theb. 366.
Vires insanæ Austri. Ovid. 12. Met. 510.
Substructiones insanæ, Magnæ & admirandæ. Plin. lib. 36. cap. 15.
Insanus, Valde sanus, & doctus. Pers. 3. Sat. 46.
— & insano multum laudanda magistro. [Puto pro Magno posuit.
Insanæ vites, Triferæ, Plinio dicuntur, lib. 16. cap. 27.
Compar. Cic. 6. Verr. 39. Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior atque insanior, quod illa cupiebat, &c.
Uter est insanior horum? Hor. 2. Serm. 3. 82.
Superl. Cic. pro Rosc. Amer. 33. Hominem longe audacissimum nuper habuimus in civitate, C. Fimbriam, & quod inter omnes constat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum.
Insanum, adverbialiter ponitur pro Valde. Plaut. Bacch. 4. 5. pr.
Insanum magnum molior negotium. Idem Mostel. 3. 3. 5.
Quojusmodi gynæceum! quam & porticum! tr. insanum bonam.
Insanum dictum, propterea quod insani omnia vehementer faciant, inquit Varro de L. L. 6. 5.

Insānē, Adv. [μανικῶς] Vehementer, & cum impetu: quia insani omnia faciunt, veluti cum quodam furore, vehementer. Plaut. Mil. 1. 1. 24. Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene. Sic legit Varro Ibid. conf. Taubm. p. 785. Et Gronov. Plaut. Curc. 1. 3. 20.
Nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est.
Compar. Hor. 1. Serm. 10. 34.
In silvam non ligna feras insanius. Sulp. Sever. Dial. de Virt. Mon. cap. 3. Sed Episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memorabant. [i. e. Minus sane & orthodoxe.
Superl. Augustin. Epist. 238. Ut ea quæ restant insanissime desperentur.

Insānio, īvi, [μαίνομαι, παρακόπτω, φοιβάζω] īre. Desipere, & insanum fieri. Ter. Adel. 2. 1. 43.
Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria. Idem Eun. 3. 5. 8. Sanus sim, anne insaniam. Ibid. 1. 1. 16. Ut cum ratione insanias.
Insanire amore alicujus. Plin. lib. 10. cap. 37.
Amoribus insanire. Hor. 1. Serm. 4. 27.
Insanire & furere. Cic. 6. Verr. 39. Ut sine ulla dubitatione insanire omnibus, ac furere videretur.
Nisi ego insanio: i. e. Nisi valde aberro, & a communi sensu sum alienus. Cic. 7. Att. 10. Adhuc certe (nisi ego insanio) stulte omnia, & incaute.
Insanire, Carmen componere: quod poetæ dum carmina conscribunt, furore corripi dicantur. Virg. 3. Ecl. 36.
Insanire libet. Unde Insani dicuntur poetæ. Ex Servio. [Videtur Ironia.
Insanire insaniam hilarem. Sen. de Vita beata, cap. 12.

Insaniens, Partic. [μαινόμενος] Ter. Adel. 4. 2. 23. Verum venit post insaniens. i. e. Furibundus, furenti similis.
Bosphorum insanientem tentare. Hor. 3. Carm. 4. 30.
Sapientia insaniens. Hor. 1. Carm. 34. 2.

Insanitūrus, a, um. Partic. [μανησόμενος] Cic. 13. Att. 29. Othonem vincas volo: nec tamen insaniturum illum puto. [In emptione scilicet, nimis cupide licendo.

Insānia, æ. f. [μανία, φρενοβλάβεια, φοῖτος] Dementia. Plur. Plaut. Aulul. 4. 4. 15.
Larvæ hunc, atque intemperiæ, insaniæque agitant senem. Cic. 4. Fam. 1. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. conf. Plin. 26. 11.
Amabilis insania. Hor. 3. Carm. 4. 6.
Levis insania. Hor. 2. Epist. 1. 118.
Summa insania. Hor. 2. Serm. 3. 221.
Ad insaniam. V. ad.
Abesse ab insania. V. absum.
Adjuvare insaniam alicujus. V. adjuvo.
Concupiscere ad insaniam. V. ad præp.
Connectere insaniam. V. connecto.
Insania villarum, pro Luxuria, & nimis sumptuosa ædificatione. Cic. 3. Q. frat. 1. Ea villa quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam. Unde, Insanæ substructiones, ob insaniam ædificatoris. V. supra.
Insania orationis, cui Sanitas opponitur. Cic. in Brut. 283. Insulsitatem enim & insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit: sanitatem autem & integritatem, quasi religionem & verecundiam oratoris probat. Insaniam dixit, quasi Insanitatem.

Insānĭtas, ātis. [παραπληξία] Idem. Cic. 3. Tusc. 9. Insipientia autem quasi insanitas, quæ est insania, eademque dementia. Ibid. lib. 3. 8. conf. Non. 2. 414.

Insanābĭlis, e. Adj. [ἀθεράπευτος] Quod sanari non potest. Cic. pro Sext. 44. Ego vero si mihi uni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reip. imposuisset. Al. Mihi sanabilis, illis mortifera, qui eam imposuissent.
Caput tribus Anticyris insanabile. Hor. de Arte Poet. 300. V. anticyra.
Contumelia insanabilis. Cic. in Orat. 89. Parcet & amicitiis & dignitatibus, vitabit insanabiles contumelias.
Dolor insanabilis. Quintil. in procem. lib. 6.
Ingenium insanabile, Quod corrigi & emendari non potest. Liv. 1. 28. Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quæ a te violata sunt.
Senectus insanabilis morbus est. Sen. Epist. 108.
Vulnera insanabilia. Cels. 5. 26. 1. & 2.
Compar. Liv. 28. 25. Lætari quod nihil tristius nec insanabilius esset.

Insanabilĭter, Adv. Marcell. & Faust. in lib. Prec. ad Impp. p. 19. Ed. Sirmond. Cum animi morbo insanabiliter ægro.

Insătĭābĭlis, e. Adj. [ἀκόρεστος] Quod satiari non potest.
Animus insatiabilis. Liv. 4. 13.
Cupiditas insatiabilis veri videndi. Cic. 1. Tusc. 44. conf. Justin. 17. 1. 11.
Lupi insatiabiles. Ovid. in Ibin, 172.
Sanguinis insatiabilis. Justin. 1. 8. 13.
Voluptas insatiabilis. Cic. 4. de Fin. 12.
Insatiabile, Quod non satiat. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Ibid. 2. 155. de Sole & sideribus, Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiamque præstantior. Budæus.
Compar. V. modo ex Cic. allata.

Insatiabilĭter, [ἀκορέστως] Adv. Plin. Epist. 9. 6. extr. Quos ego quum recordor in re inani, frigida, assidua, tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar.
Insatiabiliter aliquem deflere. Lucret. lib. 3. 920.
At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus. conf. Tacit. 4. Ann. 38.

Insatiabilitas, ātis. f. Ammian. 31. 12. Ed. Gruter.

Insatiātus, a, um. Adj. Idem quod Insatiabilis. Stat. 6. Theb. 305.
— etenim insatiatus eundi
Ardor, & hiberno par inconstantia ponto. Prudent. Psych. 478.

Insatiĕtas, ātis. f. Plaut. Aul. 3. 5. 13.
Quorum animis avidis atque insatietatibus
Neque lex neque tutor capere est qui possit modum.

Insătīvus, a, um. Adj. Quod non seritur. Plin. lib. 19. cap. 12. Hoc insativis, rumex vocatur, nascitur que fortissimum. Sed rectius legitur distinctim, In sativis: illic enim Silvestri opponitur Sativa.

Insătŭrābĭlis, e. Adj. [ἀκόρεστος] Quod saturari non potest. Cic. pro Sext. 110. Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Insaturabilĭter, Adv. [ἀκορέστως] Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Fortunat. Hymn. Pasch. 3. 7. 79.

Inscalpo, [ἐγκολάπτω] ĕre. Quintil. & Lactant. Phœn. 153.
— inscalpunt sacrato in marmore formam. &

Inscalptus, a, um. Partic. V. insculpo.

Inscendo, di, sum, [ἀναβαίνω] ĕre. Idem quod Ascendere. Currum inscendere. Plaut. Men. 5. 1. 110. Idem Asin. 3. 3. 112. Inscende actutum. Idem Amph. 1. 1. 296.
— quadrigas si nunc inscendas Jovis,
Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.
Equum inscendit. Suet. Neron. 48. 1.
In arborem inscendere. Plaut. Aul. 4. 6. 12.
Jam ego illic præcurram atque inscendam aliquam in arborem,
Indeque observabo aurum ubi abstrudat senex. Idem Asin. 4. 1. 31.
Cum surgat, neque in lectum inscendat proximum. Idem Mil. 2. 1. 38.
Inscendere supra. Cato cap. 127. Supra pilam inscendat, & saliat decies, & deambulet.
Matronam inscendere, Obscœno sensu, de Asino. Apul. 10. Met. p. 249. conf. Idem 7. p. 197.

Inscendor, ĕris. pass. [ἀναβαίνομαι] Gell. lib. 5. cap. 2. Haud unquam sese ab alio inscendi, nisi a rege, passus sit. De Bucephalo Alexandri equo.
Equo inscenso. Suet. Tit. 4. 4.

Inscensus, a, um. Partic. Apul. Met. 2. p. 122. Inscenso grabatulo.

Inscensio, onis. f. In navim inscensio. Plaut. Rud. 2. 6. 19.

Inscensus, ūs. m. Equarum inscensus. Apul. Met. 7. p. 149.

Insciens, Adj. [ἀγνοῶν] Ignarus, inquit Donatus. Cic. 7. Att. 2. Discedere a puero insciente me? Plaut. Trin. 1. 2. 130.

Me

Me absente, atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hasce inscribit litteris.
Insciens, Inscitus, stultus. Ter. Phorm. 1. 2. 9. — quid istuc? G. scies:
Modo ut tacere possis. D. abi sis, insciens. Ubi Donatus, Nunc pro inscito posuit: vel inscientem modo stultum dicit, alias ignarum.
Insciens, Imprudens, i. e. Per imprudentiam. Ter. Heaut. 4. 1. 19.
— si peccavi, mi Chreme,
Insciens feci. c. id equidem ego, etiam si tu neges certo scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia. Idem And. 4. 4. 43.
Jocularium in malum insciens pæne incidi. Cic. 16. Fam. 21.
Hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit. conf. Nep. 18. 11. 4. Et 23. 9. 4.

**Inscientia**, æ. f. [ἄγνοια] Ignorantia. Cic. pro Sulla 40. Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. de Divin. 118. Interpretum inscientia. Cæs. 3. Bell. Gall. 9. Navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant.
Inscientia belli. Nep. 14. 7. 4. conf. Gronov. ad Liv. 22. 25.

**Inscienter**, Adv. [δι᾽ ἄγνοιαν] i. e. Per imprudentiam, sive ignorantiam. Cic. in Topic. 33. Ut si partiri velis tutelas, inscienter facias, si ullum prætermittas. conf. Liv. 25. 10.
Superl. Inscientissime. Hygin. Astron. 2. 12.

**Inscītus**, a, um. Adj. [ἀφυής] Inelegans & male compositum, quod displicet. Jocus inscitus. Suet. Neron. 28. 4. Ter. Hec. 5. 1. 14.
Nam si id nunc facis, facturave es, bonas quod par est facere, inscitum
Offerre injuriam tibi me immerenti, iniquum est.. Plaut. Men. 2. 3. 85.
Mulier hæc stulta atque inscita est, quantum perspexi modo. Idem Rud. 3. 1. 5.
Mirum atque inscitum somniavi somnium. Idem Truc. 1. 2. 90.
Verum esse insciti credimus, næ ut in æstu motuantur iræ. Idem, Bacch. 4. 10. pr.
Inscitior compar. Plaut. Cist. 4. 2. 12. Sed nonne ecastor ego sum multo inscitior, &c. Ita legit Lambinus; sed pleraque exemplaria exhibent, Non sum scitior. Cic. 2. de Divin. 127. Quid inscitius autem est quam, &c. i. e. Absurdius. Idem 2. Nat. Deor. 36.
Inscitissimus. superl. Plaut. Most. 5. 2. 14.
Sed tu istic quid confugisti in aram hanc inscitissimus?

**Inscite**, Adv. [ἀμαθῶς] Imperite, incompte, impolite, ineleganter. Plaut. Trin. 1. 2. 58.
Si quid scis me fecisse inscite, aut improbe. Columel. lib. 5. Nam id plurimum refert, inscite non facere. Cic. 3. de Fin. 25. Inscite autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. conf. Quintil. 11. 3.
Superl. Inscitissime. Gell. 10. 16.

**Inscītŭlus**, a, um. Adj. dimin. Non inscitula anicula. Non. 1. 41.

**Inscitia**, æ. f. [ἀμαθία, ἀνεπιστημοσύνη] Ignorantia, imprudentia; ab In & Scio compositum. Cæs. 3. Bell. Gall. cap. 13. Pelles pro velis alutæque tenuiter confectæ, sive propter lini inopiam, atque ejus usus inscitiam &c. Ter. Heaut. 4. 1. 17. O Juppiter, tantam inesse animo inscitiam? Idem Phorm. 1. 2. 27.
Inscitia, ut opponitur Scientiæ, sive cognitioni. Tacit. 11. Ann. 25. Isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit. Idem lib. 15. Ann. 58. Sed quo fidem inscitiæ pararet.
Inscitia, pro Imperitia. Tacit. 1. Hist. 90. Inscitiam potius legionum, quam audaciam increpans.
Antiquitatis inscitia. Gell. 11. 6.
Ædificandi inscitia. Tacit. Germ. 16. 2.
Legum inscitia. Hor. 2. Serm. 1. 81.
Rerum inscitia. Hor. 1. Epist. 3. 33.
Temporum inscitia. Plin. lib. 7. cap. 48.
Veri inscitia. Hor. 2. Serm. 3. 43.
Capitalis inscitia. V. Capitalis, in CAPUT.
Debilis inscitia. Pers. 5. Sat. 99.
Ex inscitia laborare. V. LABOR.

**Inscius**, a, um. Adj. [ἀνεπιστήμων] Qui nescit. Cic. 4. Acad. 22. Quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio?
Inscius de malitia alterius. Tryphonius in l. bona fides. D. depositi. Latro spolia mihi abstulit, deposuitque apud Seium inscium de malitia deponentis. utrum latroni, an mihi restituere Seius debeat?
Inscia ac temeraria turba. Liv. 24. 48.
Inscii quid in Heduis gereretur. Cæs. 7. Bell. Gall. 77.
Inscius omnium rerum. Cic. de Clar. Orat. 191.
Acti inscius. Ovid. 8. Epist. 33.
Ævi venturi inscius. Virg. 8. Æn. 627.
Armorum inscius. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Malorum inscius. Stat. 4. Theb. 793.
Inscius, accusativo junctum. Turpil. Epiclero, At enim scies quæ fuisti inscius. Nonius.

**Inscie**, Adv. Apul. de Deo Socr. p. 43. Omnes sed inscie metuunt.

**Inscrībo**, psi, ptum, [ἐπιγράφω] ĕre. Intus scribere. Cic. 4. Att. 1. Etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen ea inscribam brevi, quæ te puto potissimum ex meis litteris cognoscere. Inscribam, subaud. In his litteris.
Inscribere in libro sua nomina. Cic. 1. Tusc. 34. Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Et 12. Fam. 2. In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti, optime merito. Tibul. lib. 4. 1. 38.
Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.
Inscribere aliquid aliquo nomine. Plin. in Paneg.
Inscribere in fronte. Cic. 1. in Catil. 32. Sit denique inscriptum in fronte uniuscujusque civis quid de Repub. sentiat.
Inscribere in animo orationem aliquam. Cic. 2. de Orat. 355. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere.
Ædes inscribere litteris, Scripto ædibus affixo venales proponere. Plaut. Trin. 1. 2. 131. Ædes venales hasce inscribit litteris.
Ædes illico mercede inscripsi. Ter. Heaut 1. 1. 92.
Corpus inscribere, pro Dilacerare vel notare, & vulnerum notas imprimere. Plaut. Fragm. 2. 37. Corpus tuum vulneribus inscribam. Plin. lib. 22. cap. 1. Barbarorum feminæ maresque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt. h. e. Signa quædam suis corporibus imprimunt, quo venustiores appareant.
Dextera mea leto inscribenda tuo est. Ovid. 10. Met. 199.
Dominum inscribi alicui rei. Sen. Epist. 99.
Facies sua quemque inscribit. Ovid. 6. Met. 74.
— sua quemque deorum Inscribit facies. i. e. Declarat.
Flores inscripti nomina regum. Virg. 3. Ecl. 106.
Libri falso inscripti. Quintil. lib. 1. cap. 24. Cic. de Senect. 13. Librum, qui Panathenaicus inscribitur. Vulgus Intitulatur dicit. Idem 1. Tusc. 57. In illo libro, qui inscribitur Memnon.
Medicum se inscribere monumento suo. Plin. lib. 29. cap. 1.
Nomen inscripsit sacrum semiusto stipite. Lucan. lib. 8. 792.
Notis lapis inscriptus. Tibull. lib. 1. 3. 54.
Patri inscripta epistola. Cic. 6. Att. 3. Q. Cicero puer legit, ut opinor, & certe epistolam inscriptam patri suo: solet enim aperire, idque de meo consilio, si quid forte sit quod opus sit sciri.
Pulvis inscribitur hasta. Virg 1. Æn. 482.
Inscribere, pro Obtendere. Sen. de Vita beata 12. Inscribunt deinde sapientiam vitiis, abscondenda profitentur. i. e. Dant illis sapientiæ titulum. Sic de Brevitate vitæ, Inscribere deos vitiis. Ovid. 15. Met. 128. Inscripsere deos sceleri.
Est & forense verbum significans idem ac Subscribere, vel Accusare. Vide l. ult. C. de Injuriis. & infra in INSCRIPTUS.

**Inscriptus**, a, um. Partic. [ἐπιγεγραμμένος] Notatus, descriptus; ut Lapides, Libri &c. V. supra in INSCRIBO.
Supra scriptus. Liv. 2. 41. extr. Signum inde factum esse, & inscriptum, Ex Cassia familia datum.
Servi inscripti; i. e. Signo inusto notati. Plin. 22. 3. conf. Gell. 17. 9.
Absolute. Martial. 8. 74. Quatuor inscripti portabant vile cadaver. conf. E. Vinet. Not. ad Auson. p. 207.

**Inscriptus**, a, um. Adj. [ἄγραφος] Non scriptus. Varro de R. R. lib. 2. cap. 1. Ne si inscriptum pecus paverit, lege Censoria committat multam. Quintil. lib. 3. cap. 8. Alia esse scripta, & alia inscripta. conf. Eund. Decl. 252. 344. & 370. & Non. 1. 169.
Inscripti maleficii actio [ἀγράφου δίκη] Ea ut opinor maleficii erat legibus nominatim diserteque non comprehensi, neque cauti, cujus tamen actio dabatur: Quæ quidem Græcorum moribus videtur comparata fuisse, non Romanorum: apud quos scholasticum & declamatorium erat, non in Repub. usitatum. Hujus rei mentio est apud Hesychium & Suidam. Ex his intelligetur nullo negotio jocus & frustratio Senecæ, testium declamatorem irridentis, ubi ait, Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere: subinde nactus eum in jus ad Prætorem voco, & quum quantum volebam jocorum conviciorumque effudissem, postulavi ut Prætor nomen ejus reciperet lege inscripti maleficii. Tanta illi perturbatio fuit ut advocationem peteret, &c. V. Turneb. Adversf. 10. 6. Et Sen. Controv. 5. 1.

**Inscriptum**, i. n. [ἐπίγραμμα] Breve quiddam in chartula scriptum, cujusmodi solent dare Præfecti urbium iis qui merces exportant. Lucil. apud Non. 1. 169. Facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. Aliis Inscriptum est, Quod in portu apud publicanum mercator aut institor non est professus, ideoque in scriptura publicani non est perscriptum, in commissumque incidit.
Inscriptum, pro Inscriptione, seu Titulo libri. Gell. in Præf. Al. lib. 20. cap. ult. Quædam alia inscripta nimis lepida, multasque prorsus concinnitates redolentia.

**Inscriptio**, ōnis. f. [ἐπιγραφή, στηλογραφία] modo Titulus, modo Nota. Plin. lib. 29. cap. 1. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, Turba se medicorum periisse. Idem lib. 7. cap. 58. Indicio erit tabula antiqui æris cum inscriptione tali.
Inscriptiones frontis, pro Stigmatibus. Sen. de Ira, 3. 3. conf. Suet. Calig. cap. 27. & Lex. Pitisc.
Speciosissima inscriptio. Paterc. lib. 2. 104. Eoque nomine decreta ei, cum speciosissima inscriptione operum, ornamenta triumphalia.
Accusatio, Inscriptionum libelli. Ulpian. l. 2. §. 8. ad leg. Jul. de Adulter. conf. Alex. Imp. leg. 3. Cod.
De Inscriptione Crucis, Sepulchri, Statuæ, ac Supplicii. V. plura in Lex. Pitisc.

**Inscriptūra**, æ. f. Tertull. adv. Valent. cap. 30. Nobis inscriptura hujus seminis.

**Inscriptĭlis**, e. Adj. Quod scribi nequit. Diomed. Gramm. p. 413. Vox confusa est inscriptilis.

**Inscrūtor**, āri. Idem quod Scrutari. Macrob. 7. Saturn. cap. 1. Si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius.

**Inscrutābilis**, e. Adj. Prosper. de Ingrat. cap. 36. August. Epist. 106. Novat. Trin. cap. 8.

**Insculpo**, psi, ptum, [ἐγκολάπτω, ἐγγλύφω] ĕre. a Scalpo, is, derivatur, non a Sculpo, quod non dicitur. Diomedes, Calco facit Inculco, non Incalco: Scalpo, Insculpo: quare Gemma scalpta dicendum est, non sculpta: adjecta In præp. facit Insculpta. Hactenus Diomedes.
Insculpere, Incidere significat, in argento, ære, aut alia quavis materia signare. Plin. Epist. 8. 6. Placuit ære signari omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosque repudiasset, quosque, quantum ad decernentes pertinet, gessisset, incisa & insculpta sunt publicis, æternisque monumentis.
Insculpere nomina tesseris. Justin. 3. 5. 10.
Postibus insculpunt cornua. Ovid. 15. Met. 620.
Saxo insculpere aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 90.
Tabellæ litteras insculpere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tumulo elogium insculpsisse. Suet. Clar. Gram. 1. 12.

**Insculptus**, a, um. Partic. Insculptum in animo: h. e. Infixum & firmum. Cic. 2. de Nat. Deor. 12. Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos. Idem 4. Acad. 2.
Insculptum in columna. Plin. lib. 36. cap. 5. Sunt certe etiamnum in columnarum spiris insculpta nominum eorum argumenta, rana, atque lacerta. Al. Inscalpta.
Insculptum monumento. Plin. lib. 7. cap. 20. Et alia mirifica facere, quæ insculpta monumento ejus spectantur. Suet. Neron. 41. 6.

**Insĕco**, secui, sectum, [ἐμτέμνω, κατατέμνω] āre. Secare, sive Intus secare. Columel. lib. 12. cap. 47. Quidam olivam non contundunt, sed acuta arundine insecant.
Insecare vineam. Columel. lib. 4. cap. 15. Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturæ usque ad medullam.

**Insectus**, a, um. Partic. [ἐμτμηθείς] Dissectus. Plin. lib. 10. cap. 37. Quod auro insectis alarum articulis quæsiere aliqui, non, &c.
Insecti pectine dentes. Ovid. 6. Met. 58. De textorio pectine.

Animalia insecta [ἔντομα ζῶα] terrestria, ut scolopendræ, stelliones: alia volucria, ut apes, vespæ: alia utroque modo, ut formicæ: alia & pennis & pedibus carentia, ut tineæ quæ in homine nascuntur, tricenum aliquando pedum, aliquando & plurium longitudine, &c. Dicta sunt autem Insecta ab Incisuris quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum sunt, nunc alvi. Hæc Perottus ex Plin. lib. 11. cap. 1. ubi plura: & cap. 28.

INSECABILIS, e. Adj. [ἄτεμνος] Quod secari & dividi non potest, quales sunt atomi. Quintil. lib. 2. cap. 17. Ne hi quidem qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem lib. 3. cap. 3. conf. Vitruv. 2. 2. Sen. Epist. 118. Lactant. de Ira Dei, cap. 9. & 10. & Mart. Capell. lib. 7.

INSECTIO, ōnis. f. Gell. 18. 9. Antiqui narrationes sermonesque insectiones appellarunt.

INSECTURA, æ. f. Incisura. Sen. Quæst. Nat. 1. 7. Totidem redderet (virgula vitrea) soles, quot habuisset insecturas.

INSECTOR, āri. V. INSEQUOR.

INSĒDĀTUS, a, um. Adj. [ἀκατάστατος] Non sedatus, turbulentus, commotus. Cic. in Partit. 77. Simulque altitudo animi in capiendis incommodis, & maxime injuriis, & omne quod est ejus generis, grave, insedatum, turbulentum.

INSEDĀBĪLIS, e. Adj. Unde

INSEDABILĪTER, Adv. [ἀπαύστως] Lucret. lib. 6. 1174.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

INSEDI, insessum, V. INSIDEO.

INSĒDŬLUS, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἀσπούδαστος, insedulus.

INSĒMĬNO, [ἐνσπείρω] āre. Inserere. Gell. lib. 19. cap. 5. Qui aquam nivalem frugibus sane & arboribus fecundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse, tabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare.

INSEMINĀTUS, a, um. Partic. Vitruv. procem. lib. 8. Terra ex cælestium imbrium conceptionibus inseminata. conf. Arnob. 2. p. 93.

INSĔNESCO, ēnui, [ἐγγηράσκω] ĕre. Diutissime immorari, quasique in eo ætatem consumere, & senem fieri. Quintil. lib. 10. cap. 3. Singulis actionum partibus insenescere.
Libris & curis insenuit. Hor. 2. Epist. 2. 82.
Negotiis insenescere. Tacit. 4. Ann. 6. 6. Quum plerique iisdem negotiis insenescerent.

INSENSĪBĪLIS, e. Adj. [ἀναίσθητος] Quod non sentitur. Gell. lib. 17. cap. 10. Inenarrabile esse ait & propemodum insensibile.
Simulacra insensibilia. Lactant. 1. 20. Et 6. 13.

INSENSĪLIS, e. Adj. Idem. Lucret. lib. 2. 864.
— necesse est
Ex insensilibus tamen omnia confiteare
Principiis constare. Idem 887.
Ex insensilibus ni credas sensile gigni.

INSENSĀTUS, a, um. Adj. Augustin. de Genes. ad Lit. 3. 12. Tertull. de Præscr. cap. 27. Et adv. Marc. 4. 43.
Insensatus, vide SENSATUS, ex Firmico. H. St. defuit in Lugd.

INSENSĀTIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. præf. lib. 1.

INSENSUĀLIS, e. Adj. Cassiodor. 2. Epist. 40. Tanta vis est convenientiæ, ut rem insensualem sponte se movere faciat, quia ejus sociam constat agitatam.

INSĒPĀRĀBĬLIS, e. Adj. Sen. Epist. 85. Et juncta semper est, atque inseparabilis. Idem Epist. 118. conf. Apul. Met. 9. p. 224. Sidon. 9. Epist. 9. Cyprian. 1. Epist. 1.
Compar. Inseparabilior Trinitas. Aug. de Trin. 15. 23.

INSEPARABILĬTER, Adv. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. ult. Singula quæ inseparabiliter involuta rerum necessitas in se vincit. Lactant. 3. 11. Inseparabiliter connexa. H. St. defuit item in Lugd.

INSEPARABILĬTAS, ātis. f. Aug. ibid. pr. & Epist. 29. & 268.

INSEPARĀTUS, a, um. Adj. Tertull. adv. Prax. cap. 9. & 18.

INSĒPĔLĬBĬLIS, e. Adj. ut, Insepelibilis stultitia. V. Erasm. Adag.

INSĒPULTUS, a, um. Adj. [ἄθαπτος] Non sepultus. Cic. pro Milon. 91. Frangetis impetum vivi, cujus vix sustinetis furias insepulti? Idem 4. Catil. 11. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acervos civium.
Membra insepulta. Hor. Epod. 5. 99.
Mors insepulta, Ubi arcetur sepultura is, qui supplicio est affectus. Sen. de Tranquil. vitæ 14.
Pater insepultus. Sen. Theb. 1.
Sepultura insepulta. Cic. 1. Philip. 5. Nam quum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius: iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant, &c. Cæsaris funus vocat Insepultam sepulturam, propterea quod raptim ac turbulente, non more modoque factum erat. Sepultura autem significat Humationem, atque actum ipsum sepeliendi: funus alias, & prope exsequias ipsas, ut hoc loco, & lib. 2. de Legib. 56. Nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis dici licebat. V. Lex. Pitisc.

INSEQUE, vel INSECE, Dic, narra; ab Insequo, vel ut Velio Longo magis placuit, Inseco. Hinc
Insecendo apud Cat. & Inseque Musa apud Enn. V. Gell. 18. 9. & Insecis apud Fest. conf. Bos. ad Cic. 1. Att. 16. p. 103. Græv.

INSĔQUOR, ūtus sum, [ἐφέπομαι] insequi. Idem significare videtur quod Statim sequi. Virg. 1. Æn. 91.
Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum. Cic. 1. Tusc. 94. Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu a tergo insequens nec opinantes insecuta est senectus? Ubi ex vetusto codice rectius legitur Assecuta. Sic de Clar. Orat. 41.
Fugientem insequitur. Ovid. 11. Met. 468.
Cineres atque ossa alicujus insequi. Virg. 5. Æn. 787.
Convellere vimen Insequor. i. e. Insto. Virg. 3. Æn. 32.
Pergam atque insequar longius. Cic. 5. Verr. 51.
Casus per tanta pericula insequitur. Virg. 1. Æn. 620.
Fortuna insequitur viros. Virg. 1. Æn. 244.
Languor insequitur. Lucret. lib. 3. 173.
Nimbus insequitur. Virg. 4. Æn. 161.
Suspicio insequitur. Cic. 1. de Fin. 50. Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo.
Insequi, pro Persequi & insectari. Cic. pro Rosc. Amer. Quid vis amplius? Ecquid insequeris? quid oppugnas? Quintil. lib. 12. c. 10.
Clamore insequi ac minis. Cic. pro Cluent. 24.
Contumelia insequi. Cic. 14. Att. 14. Sed homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumelia.
Epistola Epicuri Stilponem insequitur, Insectatur. Sen. Epist. 9. conf. Nep. 25. 9. 2.

INSĔQUENS, Partic. [ἐφεπόμενος] Cic. ad Octav. Quæ non insequens hora antecedente calamitosior Populo Romano illuxit?
Annus. Liv. 2. 18. pr. Insequens annus Postumum Cominium & T. Lartium Consules habuit.
Dies insequens. Liv. 2. 59. Iter in insequentem diem pronuntiari quum jussisset, prima luce classico signum profectionis dedit. Al. In sequentem.
Tempore insequenti. Paterc. 1. 6. 1.

INSĔCŪTUS, a, um. Partic. [ἐφεπόμενος] Plin. lib. 7. cap. 11. Rursus in alia, quæ septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est.

INSECUTIO, ōnis. f. Apul. Met. 8. p. 208. Cæcæ festinationis temeritate, ac metu incertæ insecutionis.

INSECUTOR, ōris. m. Tertull. Apol. cap. 5. Prudent. Hymn. Epiph. 126.

INSEQUENTER, Adv. [ἑπομένως] Gell. lib. 10. cap. 29. Obscure & insequenter particula illa posita. [Hic est ἀνακολούθως. i. e. Inconsequenter. Male sollicitatur hæc lectio. V. ANACOLUTHON.

INSECTOR, [καταδιώκω] āri. frequent. Persequi. Cic. pro Font. 1. Insector ultro, atque insto accusatori, judices: insector inquam, ac flagito testes.
Insectari aliquem hasta vel lapidibus. Plaut. Capt. 3. 4. 17.
Nam istic hastis insectatus est domi matrem & patrem. Idem Rud. 3. 6. 5.
Insectari aliquem maledictis, Lacessere, & conviciis afficere. Cic. 2. de Fin. 80. Sit ista in Græcorum levitate perversitas, qui maledictis insectantur eos qui de veritate dissentiunt.
Insectari injuriam alicujus. Cic. 5. Att. 17. Ibi forum agit, quum ego sim in provincia: quam ejus injuriam non insector.
Non equidem insector. Hor. 2. Epist. 1. 69.
Terram insectari rastris, Sarrire. Virg. 1. Georg. 155.

INSECTO, [διώκω] āre. In voce activa legitur apud Plaut. Capt. 3. 4. 61.
Jam illic nos insectabit lapidibus, nisi illunc jubes
Comprehendi. Idem Pœn. 3. 1. 21.

INSECTANTER, Adv. Gell. 19. 3. Insectanter & graviter vituperari.

INSECTATUS, a, um. Partic. pass. ab Insecto. Hirt. Bell. Alex. cap. 17. Miles ab his insectatus constiterat.
Item act. ab Insector. Tacit. 2. Hist. 96. 3. In hunc modum Vitellius disseruit Prætorianos insectatus.

INSECTĀTIO, ōnis. f. [δίωξις] Liv. 7. 1. Idem 3. 65. Sine insectatione potestatis ejus. Idem 22. 34. Quintil. lib. 5. cap. 7. Quod insectationis genus est permistum defensioni legimus in orationibus plurimis.
Inhumana fortunæ insectatio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Abstinere insectatione. V. ABSTINEO.
Tanta est hominum insolentia & nostri insectatio. Cic. 11. Fam. 1. conf. Tacit. 2. Ann. 55. 3: 12. 40. 1. & 15. 18. 3.

INSECTĀTOR, ōris. m. Liv. 3. 33. Ut auræ popularis sectator evaderet, pro truce sævoque insectatore plebis. Quintil. 10. 1. extr. Seneca egregius vitiorum insectator.

INSĔRĒNUS, a, um. Adj. [ἀναίθριος] Nubilus. Stat. 1. Silv. 6. 21.
Non tantis Hyas inserena nimbis
Terras obruit, &c.

INSĔRO, ēvi, ĭtum, [ἐγκεντρίζω, ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐμφυλλίζω] ĕre. a Sero compositum; quandoque pro Semino sive Planto accipitur. Virg. 1. Ecl. 74.
Insere nunc, Melibœe, piros, pone ordine vites. [Nisi rectius de Insitione artificiosa intelligitur.
Inserere frumentum arboribus: h. e. Inter arbores frumentum seminare: qui mos adhuc apud Italos durat. Columel. lib. 5. cap. 7. Arboribus rumpotinis si frumentum non inseritur, in utramque partem viginti pedum spatia interveniunt.
Inserere, Scisso arboris trunco, surculum alterius arboris, ut coalescant, imponere. Varro de R. R. lib. 1. cap. 40. Si in pirum silvaticam inseveris pirum quamvis bonam, &c. In quamcunque arborem inseras, si ejusdem generis est, &c.
Inserere vitem. Columel. de Arborib. cap. 8. pr.
Inserere arbori. Columel. lib. 5. cap. 11. Omnis surculus omni arbori inseri potest.
Inserere hortos. Columel. lib. 3. cap. 21. pr.
Inserere loca de. Columel. de Arborib. cap. 8. Humida loca, de uva alba: sicca, de nigra inserito. Subaudi Surculis vinearum.
Vitiorum aliqua insevit tibi natura. Hor. 1. Serm. 3. 35.

INSĬTUS, a, um. Partic. Frequentius translate. Innatus, ingenitus.
Mala insita fert pirus. Virg. 2. Georg. 33.
Insitum & innatum animis. Cic. 4. de Fin. 4. Habere etiam insitam quandam vel potius innatam cupiditatem scientiæ.
Amor cognitionis insitus menti. Cic. 4. de Fin. 4.
Civis urbis insitus. Sallust. in Cic. 6. 61. Ed. Wasse.
Feritas insita. Liv. 34. 20.
Horror insitus mortalibus. Lucret. lib. 5. 1164.
Inimicitias insitas habere & gerere cum nomine Pop. Rom. Cic. pro Font. 23.
Malum insitum in natura. Cic. 5. Verr. 177.
Mos insitus vitio genti, inter latrocinia militiam exercendi. Liv. 28.
Notio naturalis & insita in animis nostris inest. Cic. 1. de Fin. 31.
Odii quantum insitum animis. Valer 6. 3. 1.
Opinio insita penitus, & vetusta. Cic. pro Cluent. 4.
Vim insitam promovet doctrina. Hor. 4. Carm. 4. 33. i. e. Naturalem, ait Acron.

INSĬTUM, i. n. Surculus ipse ex una arbore resectus & in aliam implantatus. Columel. lib. 4. cap. 29. Tum quod ex insito profundit, subligandum, ne vento surculus motus labefactetur, explantetur tener pampinus. Idem de Arbor. cap. 26. Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium quod est inter surculos, usque eo, ut duobus digitis insita extent. conf. Varr. R. R. 1. 41.

INSITIO,

**Insitio**, ōnis. f. [ἐμφυτεία] Columel. lib. 5. cap. 11. Tria genera porro insitionum antiqui tradiderunt: unum, quo resecta & fissa arbor resectos surculos accipit. Ovid. Rem. Amor. 195.
Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet.
Consitiones & Insitiones delectant. Cic. de Senect. 54. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.

**Insitus**, ûs. m. [ἐμφυτευμός] Idem quod Insitio. Plin. lib. 14. cap. 3. Et hactenus publica sunt genera: cetera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista.

**Insitor**, ōris. m. [ἐμφυτευτής] Qui inserit. Plin. lib. 18. cap. 33. Hunc caveat insitor calamis. Propert. 4. 2. 17.
Insitor hic solvit pomosa vota corona.
Hoc nomine flamen, sacrum Cereale faciens Telluri & Cereri, invocabat Deum, uti probat Serv. ad Virg. 1. Georg. 21. ex Fabio Pictore.

**Insitītius**, a, um. Adj. [ἐμφυτευτικός] Quod est insitum.
Sermo insititius, & inductus, Non nativus, sed aliunde arcessitus, cui Patrius opponitur. Plin. Epist. 4. 3. extr.
Somnus insititius. Varr. R. R. 1. 2. Qui inter diei negotia inseritur.

**Insitīvus**, a, um. Adj. [ἐμφυτευτικός] Quod inseritur. Gell. lib. 12. cap. 1. Corpusque & animum benigne ingenitis primordiis inchoatum, insitivo, degenerique alimento lactis alieni corrumpere. Cic. pro Sext. 101. Quumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset.
Liberi insitivi, Nothi. Phaedr. 3. 3. 10.
Pira insitiva. Hor. Epod. 2. 19.

**Insĕro**, ērui, ertum, [ἐμβάλλω, ἐντίθημι] ĕre. Immittere, imponere, immiscere. Columel. lib. 6. cap. 4. Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum jejunis faucibus inseras.
Caput inserere in tentorium. Liv. lib. 8. 36.
Cibum inserere in os pueris. Cic. 2. de Orat. 16. Qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima, mansa (ut aiunt nutrices) infantibus pueris in os inserant.
Collum inserere in laqueum. Cic. 6. Verr. 37.
Conciones operi suo inserere. Justin. 38. 3. 11.
Exemplum brevitati operis. Ibid.
Grana ciceris in acum inserere. Quintil. lib. 2. cap. 2. Qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuo & sine frustratione inserebat. h. e. Immittebat.
Manum in sinum. Ter. Heaut. 3. 3. 3.
— vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici
Inserere?
Subtegmen inseritur (stamini) acutis radiis. Ovid. 6. Met. 56.
Inserere alicui libro aliquid. Plin. lib. 31. cap. 4. Quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem.
Vitae inserere aliquem. Stat. 5. Silv. 5. 72.
Bellis civilibus se inserere. Ovid. 3. Met. 117.
Conditio inseritur stipulationi, i. e. Ponitur in stipulatione. Julianus in l. impossibilis. D. de verb. obligat.
Consilium aliquod inserere, Addere, adjungere. Plaut. Poen. 4. 2. 105.
Et illud autem inserendum est consilium vernaculum. Al. Inserviendum.
Deos inserere minimis rebus. Liv. 27. 23. pr. Cumis (adeo minimis etiam rebus prava religio inserit deos) mures in aede Jovis aurum rosisse.
Epistola exinterato lepori inseritur. Justin. 1. 5. 10.
Expostulationem suam inserere. Liv. 35. 17. pr. Admissi plures dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit, aequa iniquis miscentes e disceptatione altercationem fecerunt. Al. Postulationes.
Fabula inseritur huic loco. Liv. 5. 21.
Jocos historiae turpes inseruisse. Ovid. 2. Trist. 444.
Iocos insere moris est. Quintil. lib. 2. cap. 10. p. 164.
Laudem ac vituperationem inserere. Quintil. lib. 2, cap. 1. Nonne laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inseritur?
Locus non tam insertus, quam applicitus. Quintil. lib. 2. cap. 4. Quod vix ullus est tam communis locus, qui possit cohaerere cum causa, nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus: appareatque eum non tam insertum, quam applicitum.
Opinionem inserere. V. opinio.
Oscula inserere. Ovid. 3. Amor. 7. 9.

**Insertus**, a, um. Partic. Paterc. 2. 60. 4. Commentariis falsis insertis.
Falces insertae affixaeque longuriis. Caes. 3. Bell. Gall. 14.
Fenestrae insertae. Virg. 3. Æn. 152. — qua se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras. Insertas, aut clatratas: aut non sertas: ut sit quasi Inseratas. i. e. Non clausas. Et dictum quomodo Asprosque molares, pro Asperos, &c. Servius.
Praedia agris inserta. Plin. Epist. 3. 19. pr.
Insertus per. Plin. lib. 10. cap. 57. Penna per transversas inserta nares.

**Inserta**, ae. f. Ornamentum. Publ. Syr. Frugalitas inserta est rumoris boni. V. Salmas. in Hist. Aug. p. 407. & 443.

**Insertim**, Adv. Lucret. lib. 2. 114.
Contemplator enim, quum solis lumina, quumque
Insertim fundunt radios per opaca domorum, &c.

**Insertītius**, a, um. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἐγκεντρισμένος.

**Insertīvus**, a, um. Adj. Calpurn. Decl. 24. Nemo unquam sacra gentilitia insertiva stirpe corrupit. V. Schult. p. 822. Burm.

**Inserto**, [ἐντίθημι] āre. forma Frequent. ab Insertum formatum. Virg. 2. Æn. 672.
Hic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
Dextras insertare catenis. Stat. 12. Theb. 460.

**Insertans**, antis. Partic. Petron. cap. 97. Servus insertans commissuris secures.
Nubibus insertans caput. Sil. 5. 483.

**Insertātus**, a, um. Partic. Prudent. Apoth. 464.

**Insertatio**, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1. 1.

**Inserpo**, psi, ptum, [ἑρπύζω] ĕre. Idem quod Serpere & obrepere. Stat. 1. Theb. 340.
— jam somnus avaris
Inserpit curis. Apul. Met. 7. p. 189. Ei lanugo malis inserpebat.

**Inservio**, īvi, ītum, [ὑπηρετέω, θεραπεύω, ὑπουργέω, χαρίζομαι] īre. Notae significationis. Cic. 1. Off. 49. A quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inserviunt.
Pervigil inservibat equo. Sil. lib. 7. 341.
Commodis suis inservire, Suae utilitati consulere. Cic. 2. de Fin. 17. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inservituros, & quicquid ipsis expediat facturos arbitramur?
Famae inservire. Tacit. 13. Ann. 8.
Honoribus inservire, Dare operam honoribus acquirendis. Cic. 2. Off. 3. Postea quam honoribus inservire coepi, meque totum Reipub. tradidi.
Rebus omnibus inserviendum statuit, quo &c. Caes. 8. Bell. Gall. 8. [Ablativus est, ut Modis omnibus.
Valetudini inservire. Cic. 16. Fam. 17. Valetudo tua me valde sollicitat, sed inservi & fac omnia.
Inservire aliquem. Plaut. Most. 1. 3. 33.
Matronae, non meretricium est, unum inservire amantem. conf. Parei Lex. Crit. p. 616.
Inservitum est. Cic. 6. Fam. 12. Sed nihil est a me inservitum temporis causa.

**Insessor**, **Insessus**. V. insideo.

**Insībilo**, [ἐπισυρίττω] āre. Idem quod Sibilare, vel Spirare. Ovid. 15. Met. 603.
Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus.
Membris insibilat ignis. Sil. lib. 12. 616.

**Insiccātus**, a, um. Partic. ab insicco. [ἀξήραντος] Stat. 3. Theb. 364.
Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore,
Protinus ire peto.

**Insiccabilis**, e. Adj. ut, Insiccabilis gelu pagina. Sidon. Epist. 16.

**Insicium**, V. isitium.

**Insīdens**, Partic. ab Insideo: sive **Insīdens**, ab Insido. V. insideo, & insido.

**Insĭdeo**, ēdi, essum, [ἐπικάθημαι, ἐπικαθίζομαι, ἐφιδρύω, ἐφιζάνω] ēre. Super aliquid sedere, vel Inhaerere. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Nec longe absunt ab hac vi dii Penates, sive a penu ducto nomine, &c. sive ab eo, quod penitus insident, ex quo etiam penetrales a poetis vocantur.
Equo insidere. Auctor de Viris Illust. c. 32. extr. Albis equis insidentes. Liv. 7. 6. Equo deinde quam poterat maxime exornato insidentem, armatum se in specum immisisse.
Toro insidere. Ovid. 20. Epist. 134.
Insidere in sella. Plin. lib. 11. cap. 37. Caesari Dictatori quo die primum in sella aurea insedit, sacrificanti bis in extis defuit.
Cogitatio insidet. Cic. 5. Fam. 13. Quae cogitatio quum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen, &c.
Crimen insidet in animo. Cic. pro Deiot. 8. In exulcerato animo facile fictum crimen insideret.
Desiderium insidet nobis. Lucret. lib. 3. 931.
Dolor insidet pedibus. Plin. lib. 1. Epist. 12. Cic. 5. Verr. 95. In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa, &c.
Fervor in venis insidet & medullis. Cic. 4. Tusc. 24. Quum autem hic fervor, concitatioque animi inveteraverit, & tanquam in venis medullisque insederit. h. e. Inhaeserit penitus.
Pax insidet. Cic. Anteq. iret in exil. 9. Quum jam domesticis pax non insideat, sed publice providenti eripiatur?
Suspicio insidet. Cic. pro Milon. 69. Quae si non probaret, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset, &c.
Vapor siderum insedit siticulosae Apuliae. i. e. Incubuit. Hor. Epod. 3. 15.
Insidere portentis. Plin. lib. 11. cap. 49. Ceu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.
Insidere in animo. Cic. pro Corn. Balb. 4. Etenim ei succedo orationi, quae non praetervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit.
Insidere in mente. Cic. in Orat. 9. Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam. [An Eximiae?
Macula quae penitus jam insedit, atque inveteravit in Pop. Rom. nomine. Cic. pro Lege Manil. 7.
Insidet in memoria mea penitus. Cic. 2. de Orat. 122. Nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit.
Insidere locum aliquem, Occupare praesidio. ut, Insidere arcem militibus. Liv. 26. 44. pr. Quingentis militibus arcem insedit.
Agrosque vacuos, & militum usui sepositos insedere. Tacit. 13. Ann. 54.
Anfractus silvarum caecis insederat armis. Sil. lib. 5. 3.
Aram insederant. Tacit. 3. Ann. 61.
Arcem Capitolii insedit. Tacit. 3. Hist. 69. 4. i. e. Occupavit
Cineres patriae insidere. Virg. 10. Æn. 59.
Non satius cineres patriae insedisse supremos?
Claustra terrae, ac maris insedisset. Tacit. 2. Ann. 59.
Collem insidere. Plin. lib. 5. cap. 13. Joppe insidet collem praejacente saxo, in quo vinculorum Andromedae vestigia ostendunt.
Effugia insederant. Tacit. 3. Ann. 42.
Itinera insidere. Liv. 25. 21. Qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet.
Juga insidere. Tacit. 2. Ann. 16. Soli Cherusci juga insedere.
Jugis insedit Hetruscis. Virg. 8. Æn. 479.
Locum insidere, Insidiis occupare. Liv. 21. 54. pr. Mago locum monstrabit, quem insideatis.
Locum aliter. Plin. in Paneg. cap. 1. extr. Eodemque loci, quem deus ille tam manifestus ac praesens, quam caelum ac sidera insedit.
Loco insidere. Virg. 11. Æn. 531.
Arripuitque locum, & silvis insedit iniquis. Ubi Servius, Insedit, proprie: nam Insidere, est Dolose aliquem exspectare: unde & Insidiae nominatae sunt.
Molibus villarum insidere. Tacit. 4. Ann. 67.
Insidere, pro Insidiari. Lactant. de Opific. Dei, cap. 1. Adversarius noster saluti insidet.

**Insideor**, pass. [ἐφιδρύομαι] ēri. Liv. 25. cap. 13. pr. Viæque omnes hostium præsidiis insiderentur.
Equus insidetur. Gell. 18. 5.

**Insīdens**, [ἐπικαθήμενος] Partic. ut, Insidens equo. Liv. 27.
Cura deorum insidens assidua. Liv. 1. 21.
Mala insidentia. Cic. 4. Tusc. 84.

**Insessus**, a, um. Partic. [ἐφιδρυθεὶς] Insidiis occupatus. Liv. 7. cap. 34. pr. Consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium, circaque insessum ab hoste induxit.
Alpibus insessis. Tacit. 3. Hist. 1. 4.
Cubilia monstris horrendis insessa. Stat. 12. Theb. 236.
Humus insessa tanto pondere. Stat. 1. Silv. 1. 56.
Montes præsidiis insessi. Tacit. 13. Ann. 39. 2.

**Insessor**, ōris. m. Symmach. 2. Epist. 48. Insessor viarum.

**Insīdiæ**, arum. f. pl. [ἐνέδρα, ἐφέδρα, ἐπιβουλία, ἐπιβουλή, λόχισμός] Dolosa exspectatio ad aliquem aggrediendum. Cæs. 2. Bell. Gall. 11. Insidias veritus. Cic. 3. Off. 68. Suntne igitur insidiæ, tendere plagas? Insidiis; pro Ex insidiis, vel per insidias. Cic. 13. Att. 10. Marcellus insidiis interfectus est.
Incautus insidiis, pro Ad insidias. Tacit. 11. Ann. 9. Si prævenirent Claudium, ut insidiis cautum, ita iræ properum.
Iter per insidias. Ovid. 2. Met. 71.
Maris infidi insidiæ. Lucret. lib. 2. 557.
Irritæ, & degeneres insidiæ. Tacit. 11. Ann. 19. Nec irritæ, aut degeneres insidiæ fuere adversus transfugam, & violatorem fidei.
Absunt insidiæ a vatibus. V. absum.
Adhibere nimis insidiarum. V. nimis.
Agere de insidiis aliquid, Dolose & insidiose. Cic. 1. Off. 109. Qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant.
Ex insidiis. Cic. in Orat. 38. Non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verbis, &c.
Aucupare ex insidiis. Plaut. Asin. 5. 2. 31.
Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.
Capere ex insidiis. V. capio.
Circumvenire per insidias. V. circumvenio.
Capi insidiis. Virg. 1. Georg. 426.
Collocare insidias alicui. Cic. pro Milon. 27. Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocavit. Cæs. 3. Bell. Gall. 37.
Comparare insidias alicui per aliquem. Cic. pro Cluent. 46.
Componere insidias alicui. Tibul. lib. 1. 6. 4.
Consurgere ex insidiis. V. consurgo.
Dare insidias. Plaut. Stich. 2. 3. 52.
Disponere insidias. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Excipere insidiis aliquid. Virg. 3. Ecl. 18.
Explorat lupus insidias ovilia circum. Virg. 3. Georg. 537.
Exstruere insidias. Justin. 43. 4. 8.
Facere insidias. Ter. Eun. 3. 3. 26. Cic. 15. Fam. 2. Ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque vitæ suæ, neque regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Justin. 16. 1. 10.
Habere insidias. Cic. 1. Off. 35. Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum.
Incidere in insidias. Cic. Fam. 7.
Instruere insidias alicui. Catul. 21. 7. Justin. 24. 2. 1.
Instruere insidias in aliquo loco. Cic. pro Cluent. 189.
Interiit ex insidiis Alexander Pheræus. Cic. 2. Off. 26.
Interficere aliquem per insidias. Cic. pro Domo 59. Justin. 16. 1. 8.
Intrare insidias. V. intro.
Intrare in insidias. Cæs. 3. Bell. Civil. 38.
Locare insidias alicui. V. Loco in locus.
Locati in insidiis viri fortes ab imperatrice. Cic. pro Cœl. 67.
Mandare rem aliquam insidiis. Justin. 5. 2. 5.
Maturare insidias alicui. Sallust. Catil. cap. 33.
Meditari insidias alicui. Virg. 5. Ecl. 60.
Moliri insidias avibus. Virg. 1. Georg. 271.
Niti insidiis. V. nitor.
Opponere alicui insidias. V. oppono.
Parare insidias alicui. Plaut. Pœn. 3. 1. 46.
Ei paratæ ut sint insidiæ de auro & de servo meo.
Parare insidias vitæ alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 26.
Parare insidias & tecta arma. Ovid. 3. Fast. 638.
Patefacere insidias. Cic. 15. Fam. 2. Cumque mihi rex, patefactis jam insidiis, non egere exercitu Pop. Rom. sed posse se suis opibus defendere videretur.
Petere aliquem insidiis. Ovid. 9. Met. 622.
Ponere insidias, Insidiari, & moliri insidias. Cic. 2. de Lege Agr. 48. Isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem.
Ponere in insidiis: h. e. In loco ubi insidiæ factæ sunt. Cic. pro Deiot. 21. Quid? ille signa ænea in insidiis posuerat?
Struere insidias. Tacit. 2. Ann. 65. Ovid. 1. Met. 198.
Subactus insidiis, Coactus. Virg. 12. Æn. 494.
Subjicere insidias. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Esse in insidiis. Ter. Phorm. 1. 4. 52.
Nunc prior adito tu. ego in insidiis hic ero. Bentl. In subsidiis. V. in.
Tendere insidias alicui. Cic. pro Rosc. Com. 46. Justin. 43. 4. 8.
Vertere insidias in aliquem. Justin. 16. 4. 8.

**Insidiōsus**, a, um. Adj. [ἐπιβουλευτικός] Insidiis plenus, fallax. Compar. Cic 4. Verr. 192. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam? Conditio insidiosissima. Plin. lib. 29. cap. 1. In qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt.
Alloquio insidiosus. Justin. 9. 8. 8.
Facies insidiosa oculis. Ovid. 15. Epist. 22.
Loca insidiosa. Caius in l. Qui petitorio. §. Qui. D. de rei vendicatione, Culpæ autem reus possessor est, & qui per insidiosa loca servum misit, si is periit.
Latro insidiosus. Martial. lib. 14. 20.
Princeps insidiosissimus. Plin. Paneg. extr.
Quies insidiosa. Stat. 1. Silv. 4. 57.
Verba insidiosa. Ovid. 20. Epist. 210.

**Insidiose**, Adv. [ἐπιβούλως] Dolose, fraudulenter. Cic. 3. Off. 68. Ratio ergo hoc postulat, nequid insidiose, nequid simulate, nequid fallaciter.
Insidiose spem falsam ostendere. Cic. pro Rosc. Amer. 33.
Sceleratissime & insidiosissime tractare aliquem. Cic. 1. Q. frat. 3. extr.

**Insidior**, [ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω, λοχάω, λοχίζω] āri. Insidias parare & instruere. Martial. 12. 11.
Si te delectant animosa pericula, Tuscis
(Tutior est virtus) insidiemur apris. Cic. in Orat. 210. Non enim id agit, ut insidietur & observet, sed favet.
Hostibus insidior. Ovid. 13. Met. 212.
Lupus insidiatus ovili. Virg. 9. Æn. 59.
Tempori insidiari. Liv. 23. Temporibus Paterc. 2. 21. 2.

**Insidio**, āre. Act. ut, Servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint. lib. 48. Dig. t. 19. l. 28. V. Scip. Gentil. Parerg. 1. 18.

**Insidians**, āntis. Partic. Justin. 43. 4. 10. Regi insidianti insidiæ tenduntur. Idem 6. 6. 6. Lacedæmonii securis insidiantes. Cæs. 8. Bell. Gall. 19. Ab insidiantibus accipere detrimentum. Propert. 3. 6. 37. Natura insidians.

**Insidiatus**, a, um. Partic. Virg. 9. Æn. 59.
— pleno lupus insidiatus ovili.

**Insidiandus**, Partic. Passive. Cic. pro Cœl. 51. Magnum crimen in legatis insidiandis.

**Insidianter**, Adv. Idem quod Insidiose. Justin. 6. 6. 6. Sed Lacedæmonii securi, insidianter absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant. Al. Insidiantes.

**Insidiātor**, ōris, m. [λοχήτης, ἐπίβουλος] Qui tendit insidias. Cic. pro Milon. 19. Insidiatori vero & latroni quæ potest afferri injusta nex? Nep. 21. 2. 2. Imperii insidiator. Idem 14. 9. 4.
Insidiator viæ. Cic. 2. in Catil. 27.
Fugere insidiatorem. Hor. 2. Serm. 5. 25.

**Insidiātrix**, īcis. f. Ammian. 24. 17. Insidiatrix manus. Idem 27. 23.

**Insīdo**, is. insedi, insessum, [ἐνίζω, ἐνιζάνω] ēre. mutuatur præteritum & Supinum ab Insideo, propter significationis affinitatem. Idem quod simplex Sido; Deorsum descendere. Virg. 6. Æn. 707.
Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt variis, &c.
Insidere memoriæ. Quintil. lib. 10. cap. 7. conf. Sil. 5. 3. & Pallad. 1. 4.

**Insīdor**, ēris, insessus sum, [ἐνιζάνομαι] īdi. Stat. 2. Theb. 36.
Stat sublimis apex, ventosque, imbresque serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.

**Insīdens**, entis. Partic. [ἐνίζων] Plin. lib. 21. cap. 19. Cavendus in his situs celeriter insidens.

**Insignis**, e. Adj. [διάσημος, εὔσημος, περίσημος, ἐκφανής] a Signo derivatur, quasi Aliquo signo ab aliis discretus, & separatus. Festus, Insignes appellantur boves, Qui in femine & in pede album habent, quasi Insigniti.
Insignis maculis. Virg. 3. Georg. 56.
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo.
Insignis, per translationem, Clarus dicitur, præstans, nobilis: quasi ob notam aliquam, sive bonam sive malam conspiciendus. Insignis enim (ut ait Festus) tam ad Laudem, quam ad Vituperationem inflecti potest. Accipitur & pro Magno.
Insigne ad decus & ad gloriam. Cic. 3. de Fin. 25. Is cui contingit ut jure laudetur, habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam.
Insignis ad deformitatem, h. e. Insigniter deformis. Cic. 3. de Legib. 19. Insignis ad deformitatem puer, brevi tempore creatus, multoque tetrior, & fœdior natus est.
Auro & purpura insignis matrona. Liv. 34. 7. Virg. 4. Æn. 134.
— ostroque insignis & auro
Stat sonipes.
Bellis insignior. Claud. 1. in pr. Cons. Stil. 28.
Clade duplici dies insignis. Liv. 6. 1. extr.
Coma insignis. Suet Neron. 20. 6.
Crinibus insignis Phœbus. Ovid. 1. Amor. 1. 2.
Debilitate insignes. Suet. Calig. 26. 9.
Facie insignis. Virg. 9. Æn. 583.
Forma insignis Euryalus. Virg. 5. Æn. 295.
Genere nequaquam tam insignes, quam vitiis nobiles. Cic. de Petit. Cons. 10.
Monstris insignia & prodigiosa corpora. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Notis omnibus turpitudinis insignis homo. Cic. pro Rabir. 24.
Notis epistolæ insignes amoris. Cic. 1. Att. 9. Pure loquuntur, cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis.
Phaleris insignis equus. Virg. 5. Æn. 310.
Pietate vir insignis. Virg. 1. Æn. 10.
Titulis insignis avorum. Lucan. lib. 8. 73.
Versibus insignem te pudet esse meis. Propert. 3. 24. 4.
Vitiis insignis. Ovid. 4. de Pont. 13. 14.
Camœna insignis. Hor. 1. Carm. 12. 39.
Facies insignis. Phædr. 3. 8.
Facta insignia. Ovid. 3. Epist. 121.
Furor insignis equarum. Virg. 3. Georg. 266.
Improbitas insignis. Cic. 2. de Orat. 273.
Impudentia insignis. Cic. 6. Verr. 66.
Indicium insigne. Cic. 7. Fam. 6. Cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentiæ.
Injuria insignis. Cic. pro Cæcin. 36. Quid tu, tam insigni accepta injuria, postulabis?
Laude insigni ferre aliquem. Virg. 1. Æn. 625.
Malefacta insignia. Lucret. lib. 3. 1027.
Metus insignis. Lucret. lib. 3. 1027.
Miseria insignis. Cic. de Orat. 273.
Odium insigne. Cic. 14. Att. 14. Accedit ut ne in ipsum quidem Clodium, meum insigne odium fuerit unquam.
Opera insignis. Phædr. 1. 11.
Paucitas insignis. Justin. 13. 7. 4.
Perjurium insigne atque illustre. Cic. de Arusp. Resp. 36.
Res insignis ad memoriam crudelitatis. Cic. pro Domo 43.

In re tam inſigni tamque atroci. Cic. pro Cæcin. 37.
Re inſigni & nota aliquid notare. Cic. 2. de Orat. 259. Hoc inſigni aliqua & nota re notari volo.
Studium inſigne alicujus erga alterum. Cic. 2. de Fin. Cujus quantum ſtudium, & quam inſigne fuerit erga me temporibus illis, quæ nota ſunt omnibus, ſcire neceſſe eſt utrumque veſtrum.
Temeritas inſignis. Cic. 1. Acad. 44.
Virtus viri alicujus clara & inſignis poſteris. Cic. de Amicit. 102. Virtutem enim ſemper amavi illius viri, quæ extincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui, ſed etiam poſteris erit clara & inſignis.
Viſus inſignis & illuſtris. Cic. 1. de Nat. Deor. 12.
Vitium inſigne. Cic. 1. Q. frat. 1. Caveamus quantum efficere & conſequi poſſumus, ut nequod in nobis inſigne vitium fuiſſe dicatur.
Inſigne, pro Facinore aliquo inſigni, Ter. Eun. 5. 5. 31.
　Nam jam diu cauſam quærebat ſenex
　Quamobrem inſigne aliquid faceret, is nunc repperit. Al. Faceret iis, nunc.
Inſigne ad memoriam. Liv. 24. extr.
Compar. ut, Inſignior contumelia. Liv. 4. 4. Inſigniora monumenta vetuſtatis. Idem 10. 15.
Superl. Inſigniſſimum ſpectaculum. Tertul. de Spect. cap. 12. pr. Inſigniſſima religio. Idem Apol. cap. 21. pr.

**INSIGNE**, is. n. [ παράσημον, σύμβολον ] Notam & ſignum ſignificat. Plin lib. 7. cap. 19. Sed hæc parva naturæ inſignia in multis varie cognoſcuntur.
Indicium & inſigne fortunæ. Cic. 3. Verr. 152. Quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque inſigne fortunæ, hoc ab iſto prædone ereptum eſſe, graviter & acerbe homines ferebant.
Morbi inſignia. Hor. 2. Serm. 3. 254.
Virtutis, Præmia. Cic. 3. Fam. 13. Inſignia enim virtutis multi etiam ſine virtute aſſecuti ſunt.
Quod inſigne erat, id eſt quod vulgus dicit, Quod ſignum erat. Cæſ. 2. Bell. Gall. 20. Vexillum proponendum, quod erat inſigne quum ad arma concurri oporteret. Cic. 3. de Orat. 131.
Inſignia, dicuntur Ea quæ in veſtibus, vexillis, & hujuſmodi inſignita ſunt: aut Veſtes ipſæ, vexilla, & alia quæ fiunt aut feruntur, ita ab aliis diſcreta ut noſci poſſint cujus ſint, & ad quos pertineant, ut veſtes militares, & inſignia militaria, regalia, conſulariave, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & conſul a viro privato cognoſci debet.
Mos fuit antiquorum, ut bene meritis inſignia tribuerent magiſtratuum. Unde ſcribit Tacitus Ann. 11. 38. extr. decreta fuiſſe Narciſſo Quæſtoria inſignia a Claudio Cæſare. Ab eodem inſignia Præturæ Criſpino decreta fuerunt. teſte eodem lib. eod. 4. extr. Verum enimvero hujuſmodi imaginum jura, ac nobilitatis inſignia damnatione reorum amittebantur: quod Cic. docet in Orat. pro Sull. 88. [ Tacitus Inſignia Quæſtoria & Prætoria vocat, quæ Suetonius Ornamenta Quæſtoria &c. Sic apud eundem Conſularia & Triumphalia inſignia. V. Ornamenta in ORNO.
Inſignia in unaquaque dicuntur re, Quæ maxime conſpicua ſunt. Cic. in Orat. 135. de Schematibus loquens, Eadem ratio eſt horum, quæ ſunt orationis lumina, & quodam modo inſignia. V. ibidem anteced. Idem in 1. de Nat. Deor. Solem, & Lunam, ſtellaſque, Inſignia mundi vocat. Budæus.
Belli inſigne ſuperbum, Roſtrata corona. Virg. 8. Æn. 683.
Capitis ſummi præclarum inſigne. Lucret. lib. 5. 1137.
Vittæ tenues inſigne pudoris. Ovid. 1. de Arte Am. 181.
Inſigne, eſt Id quod in cono galeæ erigitur, ut criſta. Ennius,
　　— inde volans ſecum abſtulit haſta
　Inſigne, &c. Virg. 2. Æn. 389.
　Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis
　Aptemus.
Inſigne regni, dicitur Veſtis regia, atque adeo Diadema regium cum ipſis ſatellitibus & apparatu regio. Cic. 3. Philipp. 12. Eſſet enim ipſi certe ſtatim ſerviendum, ſi Cæſar ab eo regni inſigne accipere voluiſſet. conf. Virg. 8. Æn. 506.
Inſignia imperii. Liv. 1. 8. pr. Salluſt. Catil. cap. 36. pr. Cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus ad Manlium in caſtra contendit.
Barbara inſignia. Ovid. 3. de Pont. 4. 109.
Decorum inſigne. Virg. 2. Æn. 392.
Regium inſigne. Tacit. 2. Ann. 56.
Inſignia, item ſunt Navium ſymbola, ſeu Picturæ in prora. Cæſ. 2. Bell. Civil. 4. Conſpicatæque naves triremes duæ navem D. Bruti, quæ ex inſigni facile agnoſci poterat. conf Tacit. 6. Ann. 34. 4. Apud Plautum etiam Effoſſus oculus Inſigne vocatur, quippe quo aliquis internoſcitur. Curc. 3. 30.
Inſigniis plur. ſexto caſu Gelenius apud Dionyſ Halic. 355. & alibi. H. St.
De Inſignibus conſecrationis Auguſtarum, de Conſularibus, Deorum, Familiarum, Magiſtratuum, Rectorum Provinciarum, Regum, atque Senatorum. V. plura in Lex. Pitiſc.

**INSIGNĪTER**, Adv. [ διασήμως ] Clare, aperte, ſumme, admodum. Apuleius, Homo inſigniter malus. Idem 8. Mileſ. pr. Exſultans inſigniter. Plaut. Caſ. 5. 4. 31.
　Mihi quidem edepol, inſigniter facta eſt magna injuria. Cic. 2. de Orat. 349. Nec improbum notari, ac vituperari ſine vitiorum cognitione, ſatis inſigniter atque aſpere poſſe. Idem in Partit. 80. Parentibus, amicis, hoſpitibus præcipue atque inſigniter diligendis. Idem 3. Philipp. 10. Quis autem rex unquam fuit tam inſigniter impudens?
Inſigniter clarus. Juſtin. 7. 2. 13.
Compar. Nepos, 17. 3. 2. Inſignius ornari. Paul. Nolan. 24. de Natal. 9. S. Felic. 144.
　Me tamen uberius decet atque inſignius iſto
　Exſultare die.

**INSIGNĀRIUS**, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ὁπλοπάροχος, Inſignarius, armiger. [ An inſigniarius?

**INSIGNIO**, īvi, ītum, [ ἐνσημαίνω, ἐπισημαίνομαι, σφραγίζω, ἐπισφραγίζω ] īre. Signis notare, vel diſtinguĕre. Auctor ad Heren. 3. 37. Si qua re deformabimus, ut ſi cruentam, aut cæno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus, quo magis inſignita ſit forma.
Auro inſignibat clypeum. Virg. 7. Æn. 790.
Inſignire annum cladibus. Tacit. 16. Ann. 16. pro Inſignem facere. Budæus.
Inſignire aliquem. i. e. Notum facere. Plin. 8. Epiſt. 22. extr. ad Geminium. Quem inſignire exempli nihil, non inſignire humanitatis plurimum refert.
Illud temperatius non excerpere ſe, nec inſigniri, nec miſceri omnibus. Sen. Epiſt. 18.
Cum omnis annus funeribus & cladibus inſigniretur. Tacit. Agr. 41. 3.

**INSIGNĪTUS**, a, um. Partic. [ ἐπίσημος ]
Inſignitæ notæ veritatis. Cic. 1. de Divin. 64. Sed tribus modis cenſet deorum appulſu homines ſomniare: uno, &c. Altero quod plenus aer ſit immortalium animorum, in quibus tanquam inſignitæ notæ veritatis appareant.
Compar. Tacit. 4. Ann. 51. 2. His partæ victoriæ ſpes, etſi cedant, inſignitius flagitium.
Ignominia inſignitior. Liv. 7. 15.

**INSIGNITA**, orum. n. Plin. lib. 27. cap. 4. Oculorum vitia omnia ſanari ea convenit, privatim prurigines & ſcabiem genarum: item inſignita ac livida, illita cum melle. Ibid. cap. 12.

**INSIGNĪTE**, Adv. [ παρασήμως ] Cum notæ indicio. Plaut. Men. 5. 7. 19.
　Neu ſinas in me inſignite fieri tantam injuriam. Idem Rud. 3. 2. 29. Immo hercle inſignite inique.
Inſignite improbus, pro Inſigniter, & cum quadam exſuperantia aliorum improbitatis. Cic. pro Quint. 73. Neque tamen quiſquam inventus eſt tam inſignite improbus, qui, &c.
Compar. Liv. 8. 13. Quo inſignitius omiſſa res Æmilio ſuperioris anni Conſuli exprobraretur. Sigonius dicit in vetuſtis libris legi, Inſignius.

**INSIGNĪTOR**, ōris. m. Auguſtin. de Civ. Dei, 21. 4. Aurifices inſignitores gemmarum.

**INSĪLE**, is. n. ab Inſiliendo; Inſtrumentum textorium. Lucret. lib. 5. 1351.
　Textile poſt ferrum'ſt, quia ferro tela paratur:
　Nec ratione alia poſſunt tam lævia gigni
　Inſilia, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes. Ubi interpres, Inſilia, ſunt, ut arbitror, Suſpendicula, ſeu mavis appellare Perpendicula, quæ telam examinant demiſſam. Inſilia dicta, quoniam Applauſa pectine tela, reſultant & ſubſiliunt. Sunt qui Inſtrumentum ligneum pedibus textricis ſuppoſitum intelligant: cujus duo complanata ligneola reſurgunt alternis, & reſident, licia telæ contrahi & aperiri cogentes. Iſ. Voſſ. legit Enſilia. V. Obſerv. ejus ad Catul p. 249. & Lex. Martinii.

**INSĪLIO**, ui vel īvi vel ii, ultum, [ ἐπιπηδάω, εἰσάλλομαι, ἐνάλλομαι ] īre. ex In & Salio, quaſi Celeriter ſalire. Plaut. Rud. 2. 3. 36.
　E navi timidæ ambæ in ſcapham inſiluimus, quia videmus, &c.
Inſilire, cum dativo. Lucan. lib. 3. 621.
　Inſiluit ſolo nociturus pondere puppi. al. Puppim.
Tergo alicujus inſilire. Ovid. 12. Met. 345.
Undis inſilit. Ovid. 8. Met. 142.
Inſilire in equum. Liv. 6. 7. & lib. 8.
Inſilire in cruciatum. Plaut. Mil. 2. 3. 8.
Inſilire ſaltu. Plin. lib. 8. cap. 16.
Supra lignum inſilire. Phædr. 1. 3. 20.
Inſilire, cum accuſativo ſine præp. Suet. Claud. cap. 21. Qui feros tauros per ſpatia Circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt.
Quinqueremem inſilire ex ſcapha. Juſtin. 25. 4. 8.

**INSULTŪRA**, æ. f. [ ἐπιπήδησις ] Plaut. Mil. 2. 3. 9.
　　— tu ſali
　Solus: nam ego iſtam inſulturam, & deſulturam nihil moror.

**INSULTO**, [ ἐπιπηδῶμαι, ἐπεμβαίνω, ἐφοδεύω, ἐπιχαίρω ] āre. frequent. a Salio, quaſi Sæpius & cum impetu ſubire: & modo dativo, modo accuſativo jungitur. Virg. 3. Georg. 116.
　　— equitem docuere ſub armis
　Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.
Floribus inſultant hœdi. Virg. 4. Georg. 11.
Jacenti inſultare. Ovid. 2. Triſt. 571.
Inſultare malis, rebuſque ægreſcere lætis. Stat. 2. Theb. 18.
Alicui inſultare, pro Irridere, & contumelioſius in aliquem aut dicere aliquid, aut facere. Suet. Cæſ. 22. Cic. 7. Verr. 131. Num tibi in calamitate inſultare, &c.
Capiti inſultans. Virg. 8. Æn. 570.
　　— neque finitimo Mezentius unquam
　Huic capiti inſultans, tot ferro ſæva dediſſet
　Funera.
Moribus duris inſultare alicui. Propert. lib. 2. 5. 7.
Bonos inſultare, Impetum facere in bonos, vel Irridere eos. Salluſt. Multos a pueritia bonos inſultaverat. Sic Servius interpretatur in decimum Virg. Æn. ut videas infra.
Fores calcibus inſultare. Ter. Eun. 2. 2. 54.
　　— ſine bidum hoc prætereat,
　Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus:
　Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra.
Segnitiam alicujus inſultare. Tacit. 4. Ann. 59. Qui nunc patientiam ſenis, & ſegnitiam juvenis juxta inſultet.
Inſultare in omnes. Cic. 2. de Nat. Deor. 74.
Inſultare, abſolutum. Virg. 10. Æn. 20.
　Cernis ut inſultent Rutuli? i. e. Per cavillationem irrideant, ut Servius interpretatur. Liv. 6. 23. Et hoſtis, cujus animos cunctando auximus, jam minime toleranda ſuperbia inſultat.

**INSULTANS**, antis. Partic. [ ἐπεμβαίνων ] ut, Fremit æquore toto inſultans ſonipes. Virg. 11. Æn. 600. Idem 2. 329. & 8. 570.
Equis inſultans. Lucret. lib. 3. 1045. Sic enim legendum eſt cum pleriſque libris; non cum Lambino, Aquis.

**INSULTĀTIO**, ōnis. f. [ ἐπιπήδημα ] Quintil. lib. 8. cap. 5. Non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio. Idem Trib. Mar. Decl. cap. 10.

**INSULTATORIUS**, a, um. Adj. Tertull. adv. Marc. 5. 10. extr.

**INSULTATORIE**, Adv. Sidon. 1. Epiſt. 7. pr.

**INSULTĀBUNDUS**, a, um. Adj. Auguſtin. Epiſt. 86. ad Caſul.

**INSIMILIS**, e. Adj. Diſſimilis. Feſtus.

**INSĪMUL**, Adv. [ ἅμα ] ſignificat Una. Stat. 1. Silv. 6. 36.
　Et gentes alis inſimul togatas. Flor. 2. 20. 1. Tota inſimul regna venie-

veniebant. Idem præf. n. 3. Pariter atque insimul magnitudinem populi ostendere.

**Insĭmŭlo**, [ὑποκρίνω, ἐνκαλάζω, ἐπισκήπτομαι] āre. Idem quod Simulo. Cic. 3. Off. 97.

— solus neglexit fidem,
Fugere insimulavit, ne quo iret: institit. Ex quodam poeta.

Idem 4. Verr. 59. Insimulant hominem fraudandi causa discessisse.
Insimulare, Accusare. Festus, Insimulare, Crimen in aliquem confingere. Cic. pro Sulla 17. Sullam interea nemo insimulavit, nemo nominavit. Terent. Heaut. 1. 2. 30.
Quod illum insimulant durum, id non est.
Avaritiæ insimulare aliquem. Ter. Phorm. 2. 3. 12. Cic. 3. Verr. 128. Verrem insimulat avaritiæ & audaciæ.
Cupiditatis. Cic. 6. Verr. 33.
Flagitii. Cic. 10. Att. 19.
Fraudis. Liv. 34.
Peccati. Cic. 3. Tusc. 64.
Probri. Cic. 2. Philipp. 99. & Plaut. Amph. 1. 2. 15.
Proditionis. Cæs. 7. Bell. Gall. 20.
Repetundarum insimulari. Subaudi Crimine. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Veneficii. Tacit. 4. Ann. 54. 4.
Crimine insimulari. Liv. 24.
Criminibus falsis insimulasse virum. Ovid. 6. Epist. 22.
Facinus insimulare aliquem. Plaut. Amph. 2. 2. 188. Idem 229.
Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum fiet
Meo viro, me insimulare falsum facinus tam malum.
Aperte insimulare. Cic. pro Cluent. 153.
Falso insimulare. Cic. 7. Verr. 106.

**Insimulātus**, a, um. Partic. Cic. 7. Verr. 15. Villicus cum impulsu tuo insimulatus esset. conf. Sallust. Fragm. cap. 13. & Cæs. 7. Bell. Gall. 20. & Suet. Vitell. 6. 2.

**Insimulatio**, ōnis. f. [ἐπίσκηψις] Cic. 7. Verr. 23. Primum insimulatio est repentina, capitalis, atque invidiosi criminis. Idem pro Font. 22. In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.

**Insimulator**, ōris. m. Apul. Apol. p. 293. Piscium insimulator. i. e. Magiæ, quæ ex piscibus est, accusator. Pacat. Paneg. Theod. cap. 43. Te purgare eodem teste, quo insimulatore voluisses.

**Insincērus**, a, um. Adj. ut, Cruor insincerus. Virg. 4. Georg. 285. Insincera acies, i. e. Oculorum. Prudent. Hamart. 4. Protagoras insincerus philosophus. Gell. 5. 3. i. e. Captiosus, fallax.

**Insĭnuo**, [ἐγκολπίζομαι, παρεισδύομαι, παρεισάγω] āre. In sinum immittere.
Opes alicui insinuare. Propert. lib. 3. 7. 28.
Insinuare, Immittere, quasi Sinu accipi. Sisenna lib. 4. Histor. Agmen perturbatum peditis insinuat, ac loco commovent.
Sol æstum insinuat per septa domorum. Lucret. 6. 859.
Insinuare se in equitum turmas. Cæs. 4. Bell. Gall. 33.
Insinuant se mala. Cic. ad Brut. 16. Ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis: futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent.
Dolorem oculis quæ gignunt insinuando. Lucret. 4. 332.
Insinuari aliquem alteri. Suet. de Clar. Gramm. cap. 21.
Insinuare aliquem animo alterius. Plin. in Paneg. cap. 62. pr.
Insinuare se, subaudita præp. Ad, vel In. Cic. de Amicit. 99. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cavendum est. De assentatore loquitur.
Blandiri, & suppliciter se insinuare. Cic. 1. de Orat. 90. Idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus, ut & blandiri & suppliciter insinuare iis a quibus esset petendum, & adversarios minaciter terrere possemus, & rem gestam exponere, &c.
Insinuare se ad amicam alterius. Plaut. Mil. 2. 1. 27.
In amicitiam alicujus se insinuare, Non recta, sed per quosdam sinus & quasi diverticula latenter in amicitiam ingredi. Plaut. Cistel. 1. 1 94.
Inde in amicitiam insinuavit cum matre, & mecum simul. Tertio ante versu dixerat, — obsecro
Quo is homo insinuavit pacto ad te? Utrobique subaudiendus videtur accusativus, Se. Insinuavit, i. e. Inflexit se ad te, inque tuos amores est ingressus. [Quod ipsum priore loco etiam in textu additur emendato.
In consuetudinem alicujus se insinuare. Cic. 4. Fam. 13. Nam & complectar ejus familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt, & in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.
In causam se insinuare. Cic. 2. de Orat. 149. Deinde ut in iis locis, quos proponam paulo post, pervolvatur animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura & cogitatione intentus. i. e. Ut interiora causæ perspiciat, pernoscatque. Budæus.
In familiaritatem alicujus insinuare. Cic. 5. Verr. 157. Videtis ut moneat Apronium, quibus rebus ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli?
In familiarem usum se insinuare. Liv. 40. 21. extr. In præsentia dat ei mandata, ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime familiarem usum, ut elicere omnia arcana, specularique abditos ejus sensus posset.
In philosophiam se insinuare. Cic. 5. Tusc. 34. Etsi Zeno Cittieus advena quidam, & ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur.
In sermonem aliquorum se insinuare. Cic. 2. de Lege Agr. 12. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar.
Insinuaverat fraudis humanæ suspicio animis. Liv. 40. 37. i. e. Subierat animos.
Insinuat, pro Insinuatur. Virg. 2. Æn. 229.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Insinuat pavor. Servius.

**Insinuans**, antis. Partic. Varro L. L. 4. 10. Venit divinitus pullis insinuans se ipsa anima.

**Insinuātus**, a, um. Partic. Suet. Oth. cap. 2. Per hanc insinuatus Neroni. Idem in Vita, Hor. 3. Deinde Augusto insinuatus. Idem Cal. cap. 12. 4.
Insinuatis manibus, apud Hermolaum, pro In sinum compressis, teste Budæo. [Ex Apulejo Met. 9. p. 219.

**Insinuatio**, ōnis. f. [παρείσδυσις, ἔφοδος] Pars orationis, i. e. Callidus & subtilis aditus ad persuadendum, ut ait Servius in 11. Æn. 410. Cic. 1. de Invent. 20. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscure subiens auditoris animum. V. Quintil. lib. 4.

**Insinuātor**, ōris. m. Arnob. 1. Tertull. ad Nat. 2. 1.

**Insinuātrix**, īcis. f. Augustin. Epist. 135. Epistola rei novæ insinuatrix.

**Insĭpo**, [ἐπιπάσσω] āre. Jacere & disjicere. Farinam jacere pulti, inquit Festus. V. Dacer. Apud Festum, Insipere pro eodem significato legitur. Cato R. R. cap. 85. Ita insipato in aulam novam. conf. Non. 10. 3. & Varr. L. L. 4. 22.

**Insĭpĭdus**, a, um. Adj. [ἄχυμος] Sine sapore. Firmic. 2. 12. Sapor falsus insipidus. Paulin. Nolan. Epist. 39. n. 4. Ultra betam incoctam insipidi.
Compar. Gell. lib. 6. cap. 1. ex Chrysippo, Nihil est prorsus, inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

**Insipiens**, entis. Adj. [ἄφρων] Sapienti contrarium. Cic. 2. de Fin. 50. Quid turpius quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Idem de Amicit. 54. Neque quicquam fortunato insipiente intolerabilius fieri potest.
Sæclum insipiens. Catull. 41. 8.
Compar. Insipientior. Cic. 2. de Divin. 23. extr.
Superl. Insipientissimus. Sen. Nat. Quæst. 2. 59.

**Insipientia**, æ. f. [ἀφροσύνη, ἀφραδία] Imprudentia, dementia. Plaut. Amph. prol. 36.
Justa autem ab injustis petere, insipientia est.

**Insipienter**, Adv. [ἀφρόνως] Imprudenter. Cic. de Senect. 68. At sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat: qui enim, &c. Lactant. 1. 2.

**Insisto**, stĭti, ĭtum, [ἐνίσχω, ἐπιμένω, ἐφίσταμαι] ĕre. significat Consistere. Plin. lib. 34. cap. 8. Proprium ejusdem ut uno crure insisterent signa, excogitasse, ut ait Varro. h. e. Firma tenerent.
Ramis tremulis insistens Sil. lib. 7. 671.
Insistere in. Cic. 4. Acad. 94. Sin autem usque ad novem, verbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, &c.
Insistere digitis. Plin. lib. 10. cap. 47.
Insistere hastæ, i. e. Inniti. Auctor de Viris Illust. cap. 27. extr.
Insistere, Obsirmare animum. Ter. Hec. 3. 5. 34.
Verum vide ne impulsus ira, prave insistas, Pamphile.
Insistere, pro Cohærere. Quintil. lib. 8. cap. 5. Unde soluta fere oratio e singulis non membris, sed frustis collata, structura caret: quum illa rotunda, & undique circumcisa insistere invicem nequeant.
Insistere pro Stare. Plaut. Amph. 5. 1. 11.
Ubi quisque institerat concidit crepitu.
Insistere, pro Resistere, & quasi Sistere gradum: cui opponitur Procedere & progredi. Cic. 5. Verr. 172. Quot vultis esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere velim, progredi iste non possit. Idem in Orat. 221. Sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Ex Budæo.
Ne insistas credere huic, h. e. Ne verbis illius pergas credere. Plaut. Capt. 3. 4. 53. conf. Gell. 5. 10. & Cic. 10. Fam. 16.
Insistere, Urgere, perseverare; Graviter laborare, donec quid fit absolutum. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Neque satis Bruto, qui classi præerat, vel Tribunis militum, Centurionibusque, quibus singulæ naves erant attributæ, constabat quid agerent, qua ratione pugnæ insisterent Alii codd. rectius legunt, Aut quam rationem pugnæ insisterent. Ter. Phorm. 1. 4. 15. Aut qua quærere insistam via?
Insisto huic rei, i. e. Ea re uti soleo, & acquiesco. Cels. in Præf. extr. Ob quæ competit eum &c. illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Budæus.
Insistere argumentari. Columel. lib. 3. cap. 10. Nec ego abnuerim in hoc me institisse argumentari.
Insistere curæ rerum. Plin. lib. 28. cap. 1.
Rebus magnis insistere. Tibull. 4. 1. 135.
In re aliqua insistere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Insistere in gloria. Cic. pro Sext. 141. Tum in tanta gloria insistentes, ut eis omnia humana leviora videri debeant, &c.
Insistere mente & animo in rem aliquam. Cæs. 6. Bell. Gall. 5. Hac parte Galliæ pacata, totus & mente & animo in bellum Treverorum & Ambiorigis insistit. [*Et de pensée & de courage.* H. St.
Limen insistere, Ingredi. Virg. 6. Æn. 563. Ubi Servius, Insisto illam rem dicimus, non Illi rei: quod qui dicunt, decipiuntur propter Insto illi rei. [Exempla tamen Classicorum auctorum contra Servium insistunt. V. superiora.
Munus insistere. Cic. 3. de Orat. 374. Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur, &c. i. e. Instituemus, inquit Budæus.
Negotium aliquod insistere, Persequi. Plaut. Mil. 3. 3. 55.
Res insistere dicitur in. Cic. 6. Verr. 110. Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrime factum Victoriæ. i. e. Erat.
Spei insistere. Tacit. 2. Hist. 46.
Studiis suo nixu insistere. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Vestigiis insistere. Cic. 3. de Orat. 30. Quibus vestigiis primum institi, in iis fere soleo perorare.
Vestigiis alienis insistere: i. e. Inhærere, & sequi aliena vestigia. Quintil. in procem. lib. 3.
Vestigiis laudum suarum insistere. Liv. 5, 30.
In vestigio insistere. Cic. 3. de Orat. 6. Vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset.
Vestigia insistere, pro Firmare. Virg. 11. Æn. 573.
Utque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, jaculo palmas armavit acuto.
Viam insistere, & insistere iter, Proficisci & ambulare. Plaut. Mil. 3. 1. 195. Ter. Eun. 2. 3. 2.
Ubi quæram? ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam?
Al. Qua insistam via.

Viam

Viam insistere agendi aliquid. Virg. 3. Georg. 164.
Viis insistere aut ingredi. Cic. pro Coel. 41. Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.

INSISTENS, entis. Partic. Cic. 2. de Divin. 120. Naturam dico, qua nunquam animus insistens motu carere potest.

INSTĬTIO, onis. f. Progressioni opponitur. *Arrest.* Cic. 1. Tusc. 62. Aut qui errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notavit? Ubi male quidam legunt Institutiones. Vocat enim Cicero Stellarum institiones, Quum omnino non moventur, sed ad quoddam tempus insistunt, sive consistunt: id quod ipsemet testatur lib. 2. de Nat. Deor. 54. his verbis, Iisdemque spatiis hæ stellæ, quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur & occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt.

INSITIO, INSITITIUS, INSITUM, INSITIVUS. V. INSERO, evi.

INSŎCIĀBĬLIS, e. Adj. [ἀκοινώνητος] Quod conjungi non potest. Plin. lib. 16. cap. 43. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, sicut robur.
Gens indomita & insociabilis. Liv. 37. 1. Idem 27. 39.
Regnum insociabile. Tacit. 13. Ann. 17. 1.
Insociabilis omnibus. Liv. 27. 39. Omni generi humano insociabiles erant.

INSOCIALIS apud Porphyr. (quem alii Pseudoporph. vocant) apud Hor. lib. 1. Epist. 18. pr.
Asperitas agrestis & inconcinna gravisque exp. Inconcinna, Insocialis, puto pro Insociabilis. Vide in exempl. quod est correctum e Veter. H. St. Vitiose in ed. Cruquii, Gravis, Severa & socialis. Ceterum perinde est, utrum Socialis, an Sociabilis dixeris. Illud a nomine Socius, hoc a verbo Socio formatur. Sic & Insocialis & Insociabilis.

INSŌLĀBĬLĬTER. Adv. [ἀπαραμυθήτως] Hor. 1. Epist. 14. 7.
Fratrem mærentis, rapto & de fratre dolentis
Insolabiliter.

INSOLATIO, INSOLATUS. V. INSOLO.

INSŎLENS, entis. Adj. [ἀηθής] Insuetus, qui id de quo dicitur, facere non soleat. Donatus.
Insolens, Insolitus, insuetus. Ter. And. 5. 4. 4. Quid tu Athenas insolens? Sallust. Insolens vera accipiendi.
Ignarus & insolens. Cic. 1. de Orat. 207.
Insolens verbum, Quo non utuntur Latini auctores. Gell. lib. 1. cap. 10. Ut tanquam scopulum fugias inauditum, atque insolens verbum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Insolens rerum aliquarum. Cic. 1. de Orat. 207. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio, uon solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens, &c.
Artium malarum insolens animus. Sallust. Catil. 3.
Bellorum insolens. Tacit. 1. Hist. 87. Cæs. 2. Bell. Civil. 36.
Contumeliæ animus insolens. Tacit. 2. Hist. 88. 3. & Apul Apol. p. 275.
Infamiæ insolens, semper in laude versatus. Cic 2. Att. 21. Itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude versatus. Ubi interpres, i. e. Insolitus infamiam audire.
Obsequii insolens. Tacit. 3. Hist. 53. 1.
Insolens, [ἀλαζὼν] Arrogans, intemperans, qui modum & rationem excedit, immodestus, immodicus, immoderatus. Donatus in Ter. And. 5. 4. pr. Insolens, & Arrogans intelligitur: Qui præter legem agit humanam & naturalem, Insolens dicitur. Cic. pro Marcell. 9. In victoria, quæ natura insolens & superba est. Idem de Senect. Nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax.
Puto Insolens proprie dici de eo, Qui contra, quam solet, arroganter & superbe se gerit, postea latius extendi cœpit. H. St.
Achilles insolens. V. ACHILLES.
Exercitus insolens. Hor. 1. Carm. 16. 21.
Fastidium insolens. Cic. 1. de Fin. 10.
Hostis insolens. Hirt. Bell. Alex. 8.
Lætitia insolens. Hor. 2. Carm 3. 3.
Ludus insolens. Hor. 3. Carm. 29. 50.
Ostentatio insolens. Cic. in Parad. 6.
Insolens in re aliena. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat (ut fit) insolens in aliena, &c. Hirt. Bell. Alex. cap. 8. Hi præcipue in victoria insolentes.
Compar. Cæs. 8. Bell. Gall. 13. Secundis nimiisque rebus insolentiores. Sen. Suas. 9. Nihil insolentius novitio divite.
Superl. Cic. 8. Fam. 12. Insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. Suet. Vespas. 15. 2.
Nomen insolentissimum. Quintil. in procem. lib. 1. conf. Val. Max. 2. 7. pr.

INSOLENTER, Adv. [ἀήθως] Cic. 1. de Invent. 43. Deinde natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter ac raro.
Insolenter, Arroganter & superbe: ut, Insolenter se efferre. Cic. 4. Tusc. 39. Et 1. Att. 13. Insolenter gloriari.
Superbe & insolenter. Liv. 2. 45. Tandem superant externa: adeo superbe, insolenterque hostis eludebat. [An Illudebat?
Insolenter & arroganter. Plin. lib 35 cap. 10.
Compar. Cæs. 3. Bell. Civil. 46. Pompeiani insolentius nostros premere cœperunt.
Superl. Val. Max. 3. 2. 21. Insolentissime obequitantem interemit. Lactant. de Mort. Pers. cap. 9. Insolentissime agere cœpit.

INSOLENTIA, æ. f. [ἀήθεια] Insuetudo, res non consueta & solita. Cic. 1. de Orat. 99. Sed mehercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi traduntur in arte inscitia.
Insolentia sermonis. Liv. 37. 49. Et offenderunt aures insolentia sermonis.
Insolentia, Novitas. Cic. pro Deiot. 5. Moveor etiam loci ipsius insolentia. Et pro Coel. 75. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia nova mulieris, & infelici vicinitate & insolentia voluptatum. Budæus.
Insolentia, [ἀλαζονεία] Arrogantia, superbia. Cic. 1. Tusc. 48. Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur.
Vide in IMMANITAS locum, quem notavi. H. St.
Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. Cic. 1. de Invent. 42.
Insolentiam & jactationem hominum ferre. V. JACIO.
Optima vindex insolentiæ varietas humanæ conditionis. Val. Max. 4. 7. extr.
Pari insolentia ac vanitate. Suet. Vitell. cap. 10.
Plur. Phædr. 4. 25. 30.
Integritatis qui sinceræ conscius
A noxiorum premitur insolentiis.
Insolentia, Nimii sumptus & immodici, qui scilicet in cœnas fiunt, & res alias. Cic. 9. Fam 20. In Epicuri nos adversarii nostri castra conjecimus, nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, quum in sumptum habebas.

INSŎLESCO, ĕre. Justin. 31. 8. 7. Secundis rebus insolescere. Sallust. Catil cap. 6. Per licentiam insolescere animum humanum. conf. Tacit. 2. Ann. 63. 5. & Gell. 7. 3.

INSŎLĬDUM, sive IN SŎLĬDO, [εἰς ὁλόκληρον] Integre. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 4. Præsentia bona nondum tota insolido sunt: potest illa casus aliquis incidere. Ni forte legendum quis putet, In solido: h. e. Firma & certa. [ut pridem in libris legitur emendatis.
Debere insolidum pecuniam. Jabol. De duobus reis. l. secunda.
Obligari insolidum. Ulpian. De duobus reis. l. His verbis.
Spondere insolidum. Julian. De duobus reis. l. Reos. [Rectius utrumque divise scribitur In solido, & In solidum. V. SOLIDUS.

INSŎLĬDUS, a, um. Adj. Ovid 15. Met. 202.
— herba nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est.

INSŎLĬTUS, a, um. Adj. [ἀσυνήθης] Non suetus. Virg. 1. Georg. 476.
— insolitis tremuerunt motibus Alpes. Ubi Servius, Insolitis aut novis, id est nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis & majoribus solito.
Rarum & insolitum. Plin. in Paneg.
Clamor insolitus. Stat. 1. Theb. 431.
Eloquium insolitum. Hor. de Arte Poet. 217.
Exercitus insolitus ad laborem. Cæs. 3. Belli Civil. 85.
Feminas insolitas prodire cogis in conventum. Cic 3. Verr. 94. Cur pudentissimas electissimasque feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis?
Genus servitii insolitum. Sallust. Fragm. cap. 2. Genus armis ferox & servitii insolitum. i. e. Servire non assuetum.
Ratio insolita dicendi. Cic. pro Lege Manil. 3.
Rem insolitam apportare auribus. Lucret. lib. 5. 101.
Versus insoliti. Justin. 2. 7. 1.
Victoria insolita. Cic. pro Lege Manil. 45.
Rerum insolitus bellicarum. Sallust. in Jugurth. cap. 39. Pars dolere pro gloria imperii, pars, insolita rerum bellicarum, timere libertati.

INSOLĬTE, Adv. [ἀσυνήθως] Gell. lib. 1. cap. 2. Intempestive ac insolite differebat. Alii legunt, Insubide, q. V.

INSOLUM, veteres pro Insolitum dixerunt. Afranius Crimine, Orbitatem senectuti tuæ malam metui, quod insolum non venit cæco ac dementi. V. Non. 2. 426.

INSŌLO, [ἡλιάζω] āre. Ad solem siccare. Columel. lib. 4. cap. 17. Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur. i. e. Solem admittit. Idem 12. 28. & 39.

INSOLĀTUS, a, um. Partic. [ἡλιασμένος] Columel. lib. 4. 27. Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius convalescunt, & uvæ commodius insolatæ percoquuntur.
Insolati dies & tepidi, apud Columel. Illustres, quibus sol lucet. Columel. lib. 11. cap. 3. Budæus.

INSOLĀTIO, ōnis. f. [ἡλιασμὸς] Plin. lib. 21. cap. 14. Candidissima vero fit, post insolationem etiamnum recocta. De cera.
Insolatio erat etiam Corporis exercitatio usitata apud gymnastas. V. Plin. 3. Epist. 5. 10. & 1. 8. & 6. 16. 5. [Ubi tamen Solem ἁπλῶς vocat; alias Apricatio. q. V.
Fuit item alia lascivorum hominum, quando nudi ad solem expositi operam dabant dropacistis. V. Pers. 4. Sat. 17. De utraque, V Lex. Pitisc.

INSŎLŪBĬLIS, e. Adj. [ἄλυτος] ab In & Solvo. quasi Quod disligari non potest. Quintil. lib. 5. cap. 9. Ubi est signum insolubile, ne lis quidem est.
Insolubiles causæ sunt, Quæ mutuis invicem nexibus vinciuntur: & dum altera alteram facit, ita vicissim de se nascuntur, ut nunquam a naturalis societatis amplexibus separentur. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. ult.
Insolubile indicium, Necessarium, quod urget hominem, apud Quintilianum. Budæus. [Signum insolubile τεκμήριον exponit Quintil. lib. 5. cap. 9. Inst. quem locum innuere puto Budæum
Insolubile, Quod pensari non potest. Sen. de Benef. 4. 12. Dicetis beneficium debitum insolubile esse.
Mundus insolubilis fabricatus. Min. Fel. cap. 34. 3.

INSOLUBILĬTER, Adv. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Insolubiliter vinciuntur. Aug. Civ. Dei, 21. 10. Insolubiliter alligari.

INSOLUBILĬTAS, ātis. f. Sidon. 4. Epist. 11. Quæstionum quarumpiam insolubilitas.

INSŎLŪTUS, a, um. Adj. pro Non soluto. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 26. Inde est ut omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis pro suo pretio æstimatum putet. Al. In solutum rectius. V. SOLVO.

INSOMNIA, æ. f. [ἀγρυπνία] antiquis dicebatur pro Vigilia. [V. ad seq. dict.] Cæcilius Plotio, Consequitur comes insomnia: ea porro insaniam affert. V. Non. 3. 113. Donatus in illud Ter. Eun. 2. 1. 13. Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur, inquit, & Adiget: ut sit Insomnia, numeri singularis. Pacuv. apud Charis. p. 68 Perdita illuvie atque insomnia. Sallust. Fragm. 4. 26. Insomniis occidere conf. Idem Catil. cap. 27. Suet. Calig cap. 50. Incitabatur insomnia maxime Gell. 6. 4. extr. Eademque insomnia cruciatos periisse. conf. Plaut. Merc. 1. 1. 25. & Laurenb. Antiq. p. 235.

INSOMNIS, e. [ἄγρυπνος, ἄυπνος] Quod est pervigil. Tacit. 1. Ann. 65. 1. Apud Romanos invalidi ignes, interruptæ voces, atque ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis quam pervigiles. [Non idem igitur Insomnis, quod pervigil. Insomnia nolentibus & invitis accidit, Pervigilium voluntarium. Conjunxit tamen ut synonyma Plin. in Paneg. c. 63.
Noctem insomnem ducere. Virg. 9. Æn. 167. Tacit. 2. Hist. 49. 3.
Oculi insomnes. Stat. 3. Theb. 328.

**Insomnietas**, ātis. f. Idem. Theod. Priscian. 2. 1. Insomnietates procurare. Plin. Valer. 1. 35. Insomnietatem pati.

**Insomnium**, i. n. [ἐνύπνιον] Quod per somnium videmus, ut ait Servius. Tibull. 3. 4. 1.
Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera. Cic. de Senect. 44.
Caret ergo etiam vinolentia & cruditate, & insomniis.
Falsa insomnia. Virg. 6. Æn. 896. Idem 4. 9.
Exercent rapidam truculenta insomnia mentem. Sil. lib. 10. 357.
Vexant me insomnia. Ovid. 3. Trist. 8. 27.

**Insomniōsus**, a, um. Adj. [ἐνυπνιαστικός] Qui insomniis torquetur. Cato cap. 157. Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies. [Potest & ab Insomnia, æ. f. & ab Insomnium, i. n. deduci. Puto Catonem τὸν ὀνειρώττοντα intelligi velle, i. e. Eum qui Veneriis insomniis vexatur. Nil juvat Plinius 20. 9.

**Insŏno**, ui, ĭtum, [ἐνηχέω] āre. Idem quod simplex. Lucan. lib. 1. 578.
Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes, &c.
Calamis agrestibus insonat. Ovid. 11. Met. 161.

**Insŏnus**, a, um. Adj. [ἄηχος] Quod est sine sono ac strepitu. Onomast. vet. Insonus, ἄφωνος. Apul. 3. Met. p. 137. Insono vestigio me perducit. Idem de Mundo p. 66. Ex litteris aliæ sunt insonæ, semisonantes aliæ. Ammian. 27. 12. Passibus insonis repentes.
Ut, Quæ strepitum passu non faciente venit. Ovid. puto de Senectute. Utitur Beroald. in principio Comm. in Tit. Vesp. puto non aliunde quam hinc sumpto. Vide in lanatus. H. St. Ovidii v. est ex Trist. 3. 7. 36.

**Insons**, ontis. Adj. [ἀθῷος, ἀναίτιος] Qui extra culpam est: Innocens, inquit Festus. Liv. 4. 15. pr. Etiamsi regni crimine insons fuerit. Plaut. Amph. 3. 2. 14. Liv. 34. 32. Insons publici consilii.
Fraterni sanguinis insons. Ovid. 13. Met. 149.
Amici insontis casum indignabar. Virg. 2. Æn. 93.
Casas insontes cremare. Ovid. 3. Trist. 10. 66.
Insons culpæ cladis hodiernæ. Liv. 22. 49.
Qui non nocet. Hor. 2. Carm. 19. 29.
Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum.

**Insōpītus**, a, um. Adj. [ἀκοίμητος] ut, Insopitus draco. Ovid. 7. Met. 36. — cur non tauros, exhortor in illum,
Terrigenasque feros, insopitumque draconem? h. e. Insomnem. conf. Lucan. 9. 357.

**Insortītus**, a, um. Adj. Plaut. Casin. 2. 4. 27.
Si non impetravit, spicula etiam insortita sunt mihi. Al. Specula in sortitu 'st mihi.

**Inspectio, Inspecto, Inspectus.** V. inspicio.

**Inspērābĭlis**, e. Adj. [ἀνέλπιστος] Quod sperari vix potuisset. Gell. lib. 4. cap. 18. Pacemque & victoriam vobis peperi insperabilem. Ammian. 15. 11. Nuntius insperabilis.

**Inspērans**, Adj. [ἀνελπίζων] Qui non sperat.
Insperante te atque invito. Ter. And. 3. 4. 24.
In nuptias conjeci herilem filium:
Feci hodie ut fierent, insperante hoc, atque invito Pamphilo.
Insperanti mihi cecidit ut in istum sermonem dilaberemini. Cic. 1. de Orat. 96. conf. Sallust. de Rep. Ord. 2. 12.

**Inspērātus**, a, um. Adj. [ἄελπτος] Quod non sperabatur.
Consilium insperatum. Cic. 4. Philipp. 3.
Gaudium insperatum. Ter. Heaut. 3. 1. 5.
Verum cum videam miserum hunc tam excruciarier
Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
Quum illi nihil periculi ex indicio siet?
Malum insperatum nec opinatum. Cic. 3. Tusc. 28.
Occasio insperata. Ter. Eun. 3. 5. 57.
— an ego occasionem
Mihi ostentatam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam
Amitterem?
Pecuniæ insperatæ repentinæque. Cic. 2. in Catil. 20.
Tellure insperata potiri. Virg. 3. Æn. 278.
Victoria insperata, sperata quandoque certior. Justin. 10. 5. 3.
Superl. Plaut. Pœn. 5. 3. 8.
O mi here salve, Hanno, insperatissime
Mihi, tuisque filiis.
Ex insperato, Adv. [ἀνελπίστως] Præter spem & opinionem. Plin. lib. 25. cap. 2. Servatusque est ex insperato. conf. Liv. 2. 35. & 44. 5.

**Insperate** vel **Insperato**, Adv. Non. 1. 150. Insperato abiit. Plaut. Aul. arg. 1. 14. Aulam insperato invenit. Apul. 9. Met. p. 235. Insperato & longe contra ejus opinionem resistens.
Compar. Val. Max. 3. 8. ext. 2. Et quo vehementius noceat, insperatius prodest.

**Inspergo**, si, sum, [ἐπιπάσσω] ĕre. Idem quod Aspergere, & liquorem aliquem spargendo abluere, & humectare. Cic. 2. de Divin. 37. Cor est in extis, jam abscedet simul ac molam & vinum insperseris.
Inspergere oleam sale. Cato cap. 65.
Inspergere potioni. Plin. lib. 12. cap. 17.

**Inspersus**, a, um. Adj. ut, Nævi inspersi egregio corpore. Hor. 1. Serm. 6. 67.

**Inspergendus**, a, um. Partic. Columel. lib. 11. cap. 2. 18. Hoc eodem tempore, stercoris pars in prata digerenda, pars oleis, & ceteris arboribus inspergenda.

**Inspersio**, ōnis. f. Pallad. Mart. t. 9. Ruta solius cineris inspersione contenta.

**Inspersus**, ûs. m. Corium obsirmatum cineris inspersu. Apul. 7. Met. p. 197.
Comæ sordentes inspersu cineris. Idem 9. p. 231.

**Inspĭcio**, exi, ectum, [ἀποβλέπω, ἐπισκοπέω] ĕre. ex In, & Specio antiquo verbo; Intro aspicere significat.
Inspicere, Penitus cognoscere, & observatione accurata prosequi; Rem diligenter considerare & æstimare. Plaut. Most. 3. 1. 144. Cupio hercle inspicere has ædes. Sic, Inspicere agrum, apud Columel. lib. 1. cap. 3. Inspicere prædium, apud Cic. 9. Fam. 7. Et, Inspicere hominem propius, a Plinio dicitur 99. Epist. lib. 10. Cic. 2. Philipp. 44. Visne igitur te inspiciamus a puero? Ex Budæo.
Aurum credo inspicere volt, ne surreptum fiet. Plaut. Aul. prol. 39.
Hominem propius inspicere. Plin. 7. Epist. 21. conf. 1. Epist. 10. & Paneg. 87. 3.
Hortos inspicere. Cic. 12. Att. 20. Est igitur animus in hortis: quos tamen inspiciam quum venero.
Marsupium inspicere. Plaut. Men. 2. 1. 29.
Opus majus inspice. Ovid. 2. Trist. 63.
Sententiam alicujus inspicere, pro Anxie attendere quid velit. Plaut. Mil. 2. 1. 51.
Ego quoniam inspexi mulieris sententiam,
Cepi tabellas, consignavi clanculum.
Inspicere aliquem experimentis, Experientia probare & cognoscere. Columel. lib. 1. cap. 8. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, & inspectus experimentis.
Inspicere in speculum. Ter. Adel. 3. 3. 60.
Nihil prætermitto, consuefacio: denique
Inspicere, tanquam in speculum, vitas omnium
Jubeo: atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Fides inspicienda duro tempore, Exploranda. Ovid. 1. Trist. 4. 26. conf. Justin. 38. 8. 12. & 16. Idem 34. 1. 4. & 2. 15. 7.

**Inspiciens**, entis. Partic. Vulg. Interp. Sirac. 17. 16.

**Inspectus**, a, um. Partic. [ἐσκεμμένος]
Inspectæ sunt apud portitores. Plaut. Trin. 3. 3. 65.
Inspecta omni re. Plaut. Aul. in Periocha acrost. 7.

**Inspectūrus**, a, um. [ἐποψόμενος] Partic. Virg. 2. Æn. 47.
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros
Inspectura domos, venturaque desuper urbi.

**Inspectio**, ōnis. f. [ἐπίσκεψις] Columel. lib. 1. cap. 4. Nam prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit. h. e. Primo oculorum intuitu.
Inspectio, Diligens rei alicujus consideratio. Cic. 2. Philipp. 81. Nos enim obnuntiationem solum habemus: Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. i. e. Cognitionem & judicium. Ita Budæus. Ex vetusto codice legitur, Nuntiationem & Spectionem. Quod receperunt in textum Manut. & Lamb.
Abstinere inspectione. V. abstineo.
In inspectione positæ artes. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Constare inspectione. Quintil. lib. 2. cap. 17. extr.
Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit. Quintil. lib. 5. cap. 5.

**Inspectus**, ûs. m. Apul. Met. 10. p. 254. Oculi inspectu minaces. Ammian. 22. 1. Inspectu jecoris prædoctus.

**Inspector**, ōris. m. [ἐπόπτης] Qui rem aliquam venalem pro potestate cognoscit. Hæc Budæus. Plin. lib. 37. cap. 7. Accedit religio narrata a siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam fere stellarum hyadum & numero & dispositione stellantur.

**Inspectrix**, īcis. f. Ambros. Epist. 64.

**Inspecto**, [ἐποπτεύω] āre. frequent. Attente & cum diligentia intueri. Plaut. Pœn. 3. 3. 69.
Illinc procul nos istuc inspectabimus. Cic. ad Brut. 4. Quod utinam inspectare possis timorem de illo meum.
Inspectare de tegulis. Plaut. Mil. 2. 2. 17.
Inspectavit per impluvium. Plaut. Mil. 2. 2. 4.
Inspectare principem aliquem, pro Custodire. Suet. Cæs. cap. 86. Sunt qui putent confisum eum novissimo illo Senatusconsulto, ac jurejurando etiam custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se removisse. Al. Insectantium, vel Sectantium. Gronov. Adinsectantium. Salmas. Adinspectantium. V. not. Torr. & Casaub.

**Inspectans**, antis. Partic. Cic. 6. Verr. 160. Hinc illa crux, in quam civem Romanum iste, multis inspectantibus, sustulit. Idem 1. de Divin. Inspectante & rege & populo. Idem 1. Fam. 9. & Cæs. 7. Bell. Gall. 25. & 2. Bell. Civil. 20.

**Inspectātio**, ōnis. f. Sen. Nat. Quæst. lib. 6. 4. Quorum est adeo mihi dulcis inspectatio, ut quamvis, &c. conf. Tertull. adv. Marc. 2. 17. & 4. 35.

**Inspectātor**, ōris. m. Symmach. 6. Epist. 9. Adhibiti inspectatores muro.

**Inspĭcium**, i. n. Solennis vox in sacrificiis. V. Barth. Adversf. 25. 11. & Buleng. de Sort. cap. 6.
Extorum inspicia. Tertull. adv. Marc. 1. 1.

**Inspīco**, [ἐπιστάχω] āre. Virg. 1. Georg. 292.
— ferroque faces inspicat acuto. Ubi Servius, Acuto ferro incidit ad speciem & imaginem aristarum.

**Inspīro**, [ἐμπνέω, ἐπιπνέω, ἐμφυσάω] āre. Intus spirare, Ventum seu spiritum infundere. Columel. lib. 1. cap. 66. Sed granaria scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. h. e. Versus Aquilonem aperiantur, ut sint perflatiles. Quintil. lib. 10. cap. 3. Inspirantes ramis arborum auræ volucrumque cantus.
Amorem inspirat tacitum. Stat. 1. Silv. 2. 194.
Occultum inspires ignem. Virg. 1. Æn. 688.
Venenum inspirant morsibus. Virg. 4. Georg. 236.
Viribus inspirare. Quintil. lib. 2. cap. 5. Quanta deinceps in dividendo prudentia, quam subtilis & crebra argumentatio, quibus viribus inspiret.
Inspirare alicui litteræ, Gell. lib. 2. cap. 3. dixit, quod Aspirare litteram Grammatici dicere consueverunt.
Pass. Qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Justin. 43. 1. 8.

**Inspirans**, antis. Partic. Virg. 7. Æn. 351. Gell. 2. 3.

**Inspīrātus**, a, um. Adj. ut, Vates inspirati. Justin. 18. 5. 7.
Trita testa oculo inspirata. Columel. 6. 17.

**Inspīrātio**, ōnis. f. Solin. cap. 12. Fontes poti inspirationem faciunt litterariam.

**Inspīrātor**, ōris. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5.

**Inspīrāmentum**, i. n. Idem. Cæl. Aurel. Tard. 2. 13.

**Inspīrĭtālis**, e. Adj. Non spiritalis. Paulin. Epist. 22.

**Inspissātus**, a, um. Adj. ut, Caro inspissata. Veget. de Re Vet. 2. 30.

**Insplendesco**, ĕre. Gloss. Gr. Lat. ἐκλάμπω.

**Inspoliātus**, a, um. Adj. [ἀνυπόδυτος] Spoliato contrarium. Quintil. lib. 7. cap. 2. Hominem occisum esse constat, non in solitudine, ut a latronibus suspicer: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hæreditatis spe, quia pauper fuit: odium igitur in causa. Virg. 11. Æn. 594.
— corpus

— corpus & arma
Inspoliata feram tumulo.

INSPŪMO, āre. Tertull. Apol. cap. 12. O sacrilega convicia! infrendite, inspumate.

INSPUO, ui, ūtum, [ἐμπτύω] ĕre. In aliquid spuere. Plin. lib. 31. cap. 9. Datusque lingendus, & oculis jumentorum inspuitur. De sale.
In faciem inspuere. Petron. cap. 75.
Inspuere in frontem mediam hominis. Sen. de Ira. 3. 38. conf. Suet. Vespas. 7. 5.

INSPŪTO, [ἐμπτύομαι] āre. frequent. Sputo aliquem fœdare. Dicimus autem Insputare aliquem & alicui. Plaut. Capt. 3. 4. 21.
Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier. Et paulo post, Quibus insputare saluti fuit. Al. Insputari.

INSTABILIS, &c. INSTANS, INSTANTER. V. INSTO, as.

INSTAR, indecl. [δίκην] Ad æquiparationem, vel magnitudinem, vel mensuram. Virg. 2. Æn. 15.
Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant. Columel. lib. 2. cap. 5. In campo rarius, in colle spissius acervi stercoris instar quinque modiorum disponentur. i. e. Ad mensuram. Liv. 26. 28. extr. L. Cincio Prætori, ad obtinendam Siciliam, milites Cannenses dati, duarum instar legionum. i. e. Circiter. Mearum epistolarum nulla est συναγωγή, sed habet Tiro instar septuaginta. Cic. Vide Pontanum in Actio pag. 202. & 203. ubi etiam vide etymum. H. St. Locus Cic. est Att. 16. 5. extr. Qui in Lugd. desiderabatur.
Instar, Ad similitudinem. Cic. 15. Fam. 4. Eranam autem, quæ fuit non vici instar, sed urbis, &c. Plin. in Paneg. cap. 37. Civitasque Romana instar erat odii & discordiæ, & orbitatis, quum carissima pignora salva ipsorum pietate distraheret.
Æquoris instar exhorruit. Ovid. 4. Met. 135.
Civitatis instar. Justin. 18. 5. 11.
Deorum instar. Tacit. 3. Ann. 36. Igitur C. Cestius Senator disseruit, principes quidem instar deorum esse.
Montis instar. V. Virg. supra.
Mortis instar. Cic. 2. Off. 27. Patrocinio vero se usos, aut clientes appellari, mortis instar putant.
Vitæ instar. Cic. 9. Fam. 6. Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto.
Voluminis instar erat epistola. Cic. 10. Att. 4. pr. Eam vero (epistolam) quæ voluminis instar erat, sæpe legendam, sicuti facio.
Instar, in nominativo eleganter positum. Justin. lib. 4. 4. Mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. i. e. Sed qui solus tantum potuit, quantum omnes auxiliari. Idem 36. 3. 2. Virg. 6. Æn. 865. — quantum instar in ipso est?
Item pro Exemplari. Ulpian. De novi operis nuntiatione. l. Stipulatio, Si proponatur instar quoddam, & quasi facies quædam operis facta. Suet. Cæs cap. 61. Cujus (Equi) etiam instar pro æde Veneris genetricis postea dedicavit. conf. Not. Var. in Justin. 4. 4. 7.
Instar admittit nonnunquam præpositionem AD, & significat Ad similitudinem. Apul. 9. Met. Ad instar scoparum. In eodem p. 235. Ipse quoque ad instar infelicissimi sui filii jugulum sibi multis ictibus contrucidat. Idem 10. p. 248. Pacuvius apud Auct. ad Herenn. lib. 2. 36. Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi: saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem. Vetera exemplaria legunt Saxoque instare globoso prædicant volubili. V. Voss. Etym. p. 267.

INSTAURO, [ἐπισκευάζω, ἀνασκευάζω] āre. Renovare, & quasi Instar alterius facere. Festus, Instaurari, ab Instar dictum: quum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur. conf. Isidor. 19. 10. Macrob. 1. Saturn. 11. & Voss. Etymol. p. 267. Martinius deducit ab Instare, ut sit Facio insistere. conf. Lex. Pitisc. Cic. pro Rosc. Amer. 153. Cavete per deos immortales, Judices, ne nova & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur.
Instaurare epulas. Virg. 7. Æn. 146. i. e. Denuo imponere.
Instaurare, pro Apparare, & Instruere interdum accipitur. Plin. lib. 31. cap. 2. In villa sua, Academia nomine, Cicero monumentum sibi instauraverat. Cic. 1. Att. 8. Idque sacrificium quum Virgines instaurassent, &c. Budæus.
Instaurare tunicam adversus hiemem. Plin. lib. 11. cap. 23. Papiliones adversus hiemem tunicas sibi instaurant densas. i. e. Faciunt & parant, inquit Budæus.
Renovare & instaurare. Cic. 2. Verr. 11. Idem de Arusp. Resp. 21. Quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur.
Acies instaurare. Virg. 10. Æn. 543.
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, &c. Servius, Ante fusas acies accipimus ex eo quod dixit Instaurant.
Animum. Virg. 2. Æn. 451.
Instaurati animi regis succurrere tectis.
Bellum, aut pugnam; Instruere, vel denuo pugnare. Juven. 15. Sat. 74.
— & infestis pugnam instaurare sagittis. Liv. 4. Cic. de Provinc. Consul. 19. in Pisonem & Gabinium, Periculum sit ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus.
Cædem. Cic. pro Domo 6. Et tibi & gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse. Hic Budæus Instaurare pro Facere interpretatur, & apparare.
Choros instaurat. Virg. 4. Æn. 145.
Comessationem. Justin. 12. 13. 7.
Diem donis. Virg. 4. Æn. 63.
Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras,
Instauratque diem donis. Servius, Instaurat ideo, quia jam supra sacrificaverat.
Epulas certatim instaurant. Virg. 7. Æn. 146.
Funus. Virg. 3. Æn. 62.
Ergo instauramus Polydoro funus, &c.
Honores instaurat. Virg. 5. Æn. 94.
Honos instauratur. Sil. lib. 13.
Incendia instaurare. Sallust. Fragm. 1. 16.
Iter instaurabat ad Argos. Stat. 2. Theb. 473.
Ludos instaurare. Liv. 2. 36. & 33. 42.
Sacrum instaurari imperat. Stat. 11. Theb. 232.
Societas instauranda. Suet. Neron. 57. 4.
Vias instaurare. Stat. 5. Theb. 9.

INSTAURĀTUS, a, um. Partic. Paterc. 2. 66. 1. Instauratum Sullani exempli malum V. plura supra.

INSTAURĀTIO, ōnis. f. [ἐπισκευασις] Cic. de Arusp. Resp. 23. Et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur? conf. Liv. 2. 36.

INSTAURĀTĪTIUS, a, um. Adj. ut, Instauratitius dies, ludis Circensibus additus. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

INSTAURĀTĪVUS, Adj. [ἐπισκευαστικός] Cic. 1. de Divin. 55. Itaque ludis intermissis, instaurativi constituti sunt.

INSTAURĀTOR, ōris. m. Ammian. 27. 3. Nomen inscribebat non ut veterum instaurator, sed conditor. Reinef. Class. 2. Inscr. 31. TYPO APPOLLONIO INSTAURATORI MOENIUM NOSTRORUM. V. Alcim. Avit. ad Soror. 438. cum Interpr.

INSTERNO, strāvi, strātum, [ἐπισκευάζω, ἐπιστρώννυμι] ĕre. Sternere, operire, superextendere. Suet. Claud. cap. 18. Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio foro a turba, conviciisque ac simul fragminibus panis ita instratus, ut ægre, nec nisi postico evadere in palatium valuerit. Al. Infestatus.
Insternere super. Liv. 30. 10. Tabulasque super instravit, ut pervium navium ordinem faceret. Al. Superinstravit, verbo decomposito.
Pelle leonis insternor. Virg. 2. Æn. 722.
Terræ insterni, pro Sepeliri. Stat. 3. Theb. 213.

INSTRĀTUS, a, um. Adj. Conviciis instratus. Suet. Claud. 18. 3. V. in ipso verbo.
Equus speciosius instratus. Liv. 34. 7.
Torus humilis & modice instratus. Suet. Aug. cap. 73.
Tori instrati super pelle leonis. Sil. lib. 7. 290.
Ornatu regio instratus. Plin. lib. 8. cap. 42.

INSTRĀTUM, i. n. [στρῶμα] Vestis insternendi causa parata. Ulp. in l. instrato. 45. ff. de Verb. & rer. signif. Instratum omne vestimentum contineri, quod injiciatur Labeo ait. Al. Instrato. [Malim In strato.] V. Vallam lib. 6. cap. 46.

INSTRĀGULUM, i. n. Cato R. R. cap. 10. Culcitas, instragula, pulvinos.

INSTĪGO, [παροξύνω, κεντρίζω,] āre. a Stigo verbo, ἀπὸ τοῦ στίζω deducto, quod est Pungo: & significat Incitare, & quasi objurgatione quadam impellere. Onomast. Stigo, ἐρεθίζω. Ter. Phorm. 5. 7. 67.
Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho. Idem And. 4. 2. 9.
Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga.
Variis instigat vocibus alas. Virg. 11. Æn. 730.
Sequentem instigant studiis. Virg. 5. Æn. 228.
Iracundiam instigare. Sen. Epist. 10.
Ad arma. Paterc. 1. 16. 1.
Canem in aliquem. Petron. cap. 95. conf. Ovid. 3. Met. 243.
Instigare aliquem in alterum. Liv. 33. 47. Infensi & irati Romanos in Annibalem, & ipsos causam odii quærentes, instigabant.
Instigari sermonibus alicujus. Columel. lib. 11. cap. 1.
Instigante deo, numine, &c. Admonente & suadente, aut impellente. Cic. in Pison 26. An tu eras Consul, quum in palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis instigante te? Liv. 10. 19. Hæc precatus, velut instigante dea, & ipse collegæ, & exercitus virtutem adæquavit ducis.

INSTIGĀTIO, ōnis. f. [παροξυσμός] Auct. ad Herenn. 2. 47. Amplificatio, est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur.

INSTIGĀTUS, ûs. m. Ulp. in l. 1. §. Sed & si. D. Si quadrup. paup. Sed etsi instigatu alterius fera damnum dederit.

INSTIGĀTOR, ōris. m. Papin. in l. Ob hæc. D. de iis qui not. infam. Callido testamento videris accusationis instigator fuisse. Auson. Epist. 17.
Superfluus instigator agitabo.

INSTIGĀTRIX, īcis. f. Tacit. 1. Hist. 51. 1. Acerrima instigatrix adversus Galbianos.

INSTILLO, [ἐπιστάζω, ἐνστάζω, καταστάζω, κατείβομαι, ἐνσταλάζω] āre. Intro stillare. Cic. de Senect. 36. Namque hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Plin. lib. 20. cap. 1. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.
Humor sensim instillatus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Merum instillat in ignes. Ovid. 19. Epist. 153.
Mero instillato restituenda lingua. Ovid. 3. Trist. 3. 22.
Saxa instillant guttæ. Cic. 2. Tusc. 25.
Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi. Ex poeta. i. e. Guttatim cadunt super saxa.
Instillare aliquid alicui, per translationem, pro In animum immittere, & leniter infundere. Cic. 9. Att. 6. Attulit uberrimas tuas litteras, quæ mihi quiddam, quo starem, instillarunt.
A contraria aure instillare. V. A & AB præp.
Præceptum instillare auriculis. Hor. 1. Epist. 8. 16.

INSTILLĀTIO, ōnis. f. [ἐνστάλαξις] Infusio stillatim & guttatim facta. Plin. lib. 29. cap. 6. Aures purgat fel pecudis cum melle: canini lactis instillatio sedat dolorem.

INSTĪMŪLO, [κατακεντῶ] āre. Instigare, & stimulis quibusdam impellere. Ovid. 6. Fast. 508.
Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.
Verbis instimulat eum. Ovid. 14. Met. 495.

INSTIMULĀTUS, a, um. Partic. Marcellus in l. 3. D. de inofficioso testamento, Quod plerumque accidit, quum falso parentes instimulati, liberos suos testamento vel exhæredant, vel prætereunt.

INSTIMULĀTOR, ōris. m. Cic. pro Domo 11. Seditionis instimulator & concitator. V. Gruter. Gloss. Gr. Lat. ἐγκεντριστής, Instimulator.

INSTINGUO, inxi, ĕre. Instigare. Gell. 17. 20. Hæc admonitio Tauri non modo non repressit, sed instinxit nos ad elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis adfectandam. conf. Tertull. de Anima, cap. 26.

INSTINCTUS, a, um. Adj. [ἐνθουσιαστής] Incitatus, instigatus. Liv. 9. 40. His cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit. Cic. 7. Verr. 187. Quodam furore & audacia instinctum.
Amore Musarum instinctus. Lucret. 1. 923.

Arrogantia instincti Samii. Val. Max. 1. 5. ext. 1.
Errore truculentissimo civitas instincta. Idem 3. 8. ext. 3.
Injuriis instinctus. Suet. Cæs. 19. 4.
Furore sacro mens instincta. Lucan. lib. 5. 150.
Murmure incerto instinctus. Quintil. lib. 2. cap. 11. Aut murmure incerto, velut classico instincti, concitatissimum corporis motum non enuntiandis, sed quærendis verbis accommodant.
Oraculo quodam Delphico instinctus. Quintil. 10. 1. conf. N. Heins. ad Sil. 8. 244. & 15. 135.

INSTINCTUS, ûs. m. [ἐνθουσιασμὸς] Instigatio, & quam Inspirationem divinam vocant. Cic. 1. Tusc. 64. Sine cælesti aliquo mentis instinctu. Idem 1. de Divin. 54. Quæ instinctu divino afflatuque funduntur.
Instinctu, inflatuque divino futura prænuntiare. Cic. 1. de Divin. 12.
Instinctu alicujus facere, Suasu & impulsione. Plin. in Paneg. cap. 73. pr. Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio.
Avaro cupiditatis instinctu res alienas rapere. Jul. Firmic. lib. 3. cap. 6.
Dearum instinctu. i. e. Musarum. Val. Max. 1. 6. ext. 3.

INSTINCTOR, ōris. m. [ὠθητὴς] Tacit. 1. Hist. 22. extr. Nec deerat Ptolemæus, jam & sceleris instinctor. h. e. Impulsor.
Acerrimus belli instinctor. Idem 4. Hist. 68. 8. Ammian. 21. 12.
Dissentionum instinctor. Ammian. 30. 1.

INSTĪPO, āre. Gloss. Lat. Gr. Instipat, ἐνστιβάζει. Marcell. Emp. cap. 10. Instipari navibus.

INSTĬPŬLOR, [ἐπερωτᾶν] āri. Per interrogationem stipulari. Fiebat enim stipulatio per interrogationem, utpote, Promittis mihi te daturum viginti minas? Alter respondebat, promitto: alioqui non erat rata promissio. Plaut. Pseud. 4. 6. 6.

Minæ viginti sanæ, ac salvæ sunt tibi
Hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus.

Idem Rud. 5. 3. 25. passive, Ni dolo malo instipulatus sis. Sic enim exponit Priscian. lib. 8. Alii & in altero loco passive dictum volunt.

INSTĬTA, æ. f. [κύκλαι] Tenuissima erat fasciola, quæ stolæ extremitatem ambibat: dicta τὸ περιχιτώνιον, quod togæ subsuebatur, qua honestæ matronæ utebantur. Hor. 1. Serm. 2. 29.

— sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita veste.

Longa instita. Ovid. 1. de Arte Am. 31.

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.

V. Ferrar. de Re Vest. 1. 317. & Scalig. ad Catull. p. 81. Institam, per metonymiam signi, pro Matrona posuit Ovid. 2. de Arte Am. 600.

— in nostris instita nulla jocis.

Instita est etiam extra vestem Fascia qua quid vinciebatur. Petron. cap. 20. Duas institas Ancilla protulit de suris, altera pedes nostros obligavit, altera manus. conf. Idem cap. 27. Scribon. Larg. comp. 33. & Cujac. Obs. 12. 24.

INSTITIO, V. INSISTO.

INSTĬTO, āre. frequent. Cæs. 1. Bell. Gall. 25. Rursus institare & prælium redintegrare. Al. Instare.

INSTĬTOR, ōris. m. [κάπηλος, παλιγκάπηλος] Negotiator appellatus ex eo est (ut ait Ulpian. l. 3. D. de Institoria actione) quod negotio gerendo insistat. Nec multum facit, tabernæ sit præpositus an cuilibet alii negotiationi. Labeo, Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam, quos vulgo circuitores appellamus. Sed etiam muliones quis proprie institores appellet. Item fullonum & sarcinatorum præpositus: sed & stabularii quoque, loco institorum habendi sunt. Sed & si tabernarius servum suum peregre mitteret ad merces comparandas & sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scribit. Juven. 7. Sat. 221.

Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci.

Liv. 26. 16. Urbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque, & institorum, opificumque retenta. Martial. lib. 7. 60.

Abstulerat totam temerarius institor Urbem.

Mundus demissis institor in tunicis. Propert. lib. 4. 2. 38.
Discinctus institor. Ovid. 1. de Arte Am. 421.
Institor vestis dicitur Vergiliarum sidus, quod mense Novembri, quum earum occasus est, ex hoc sidere conjecturam hiemis faciunt: nam si nubilus fuerit Vergiliarum occasus, pluviosam hiemem denuntiat: ideoque negotiatores statim augent lacernarum pretia, quo genere vestium pluvio tempore utimur. Si vero sereno tempore occiderint, asperitas hiemis denuntiatur: idcirco reliquarum vestium pretia accendunt. Sic institor vestis videtur hoc sidus esse, quod ut pluris minorisve vendatur vestis, efficiat. Perottus conf. Lex. Pitisc.
Institor eloquentiæ. Quintil. lib. 8. cap. 3. i. e. Venditator, ostentator, & mercator. Budæus. Idem Quintil. lib. 11. cap. 1. Commoveaturne quisquam ejus fortuna, quem tumidum ac sui jactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat?

INSTĬTŌRIUS, a, um. Adj. [καπηλικὸς] Quod ad institorem pertinet: ut, Actio institoria. Suet. Ner. cap. 27. Dispositæ per litora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde orantium ut appelleret. [Al. Institorio, copas imitantium. ut sit ab Institorium, i. n. V. Torrent. & Casaub. not. Puto & Ganea sexto casu scribendum.
Institoria actio dicitur, Qua dominus institorem convenit, vel pro institore convenitur. Ulpian. in l. Quicunque. D. de Institoria actione, Si libitinarius (quem Græci [illegible] vocant) servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem, quamvis & furti & injuriarum actio competeret.

INSTĬTRIX, īcis. [καπηλὶς] a Plauto vocatur Ancilla, quæ pro domina negotiatur. Perottus. Sed fides penes hunc esto.

INSTĬTUO, ui, ūtum, [προαιρέομαι, ἐπιτάσσω] ĕre. ex In & Statuo; significat idem quod ipsum Statuo, vel Decerno. Ter. Phorm. 4. 2. 14. Petam hinc unde a primo institui. Cic. 4. Verr. 57. Tu, qui institueras in eos animadvertere, qui perperam judicassent.
Accusationem instituere; est Judicium dictare, Actionem vel crimen intendere. Ulp in l. Si maritus D. ad legem Juliam, de Adulteriis, Si maritus prævenerit, accusareque instituerit, tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere non potest. Budæus.
Accusatores & testes instituere. Cic. pro Cluent. 8.
Actionem instituere. Cic. 7. Att. Nunc aveo scire quid hominis sit, & quarum rerum actionem instituat. i. e. Quid velit, sive cogitet facere. alii legunt Auctionem.
Actiones instituere. Ulp. in l. Pomponius. §. 1. D. de Procuratoribus.
Instituere, [ἄρχεσθαι, ἐνίστασθαι] Incipere. Ter. prol. Eun. 18.

Quæ proferentur post, si perget lædere:
Ita ut facere instituit.

Cic. in Verr. Verum ut institui dicere. i. e. Cœpi. Idem pro Cluent. 8. Quæso ut me, Judices, sicuti facere instituistis, benigne, attenteque audiatis.
Instituere & Perficere, contraria. Cic. 4. de Fin. 34. Ut Phidias potest a primo instituere signum, idque perficere: potest ab alio inchoatum accipere & absolvere.
Suscipere, instituere, & perficere aliquam rem. Cic. 5. Fam. 12.
Actionem instituere, Proponere. Ulp. in l. De eadem. D. de except. rei jud.
Actionem sic instituere, Citare. Justin. l. 4. Tit. de pœna tem. litig.
Amicitiam instituere cum aliquo, quod & Inchoare dicitur. Cic. 13. Fam. 18. Nam & amicitia pervetus mihi cum eo est, ut primum in forum veni, instituta.
Amicos sibi instituere: quod alias Facere vel Acquirere dicitur. Cic. 6. Verr. 21. Fecisti item uti prædones solent: qui quum communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam præda quos augeant.
Amphora cœpit institui. Hor. de Arte Poet. 22.
Instituere animum ad cogitandum, pro Applicare, & quod vulgus Ponere [προσάγειν] dicit. Ter. Phorm. 2. 1. 10.

Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.

Argumenta in corde instituere, Proponere apud te, & apparare quid dicturus sis. Plaut. Most. 1. 2. 1.

Recordatus multum, & diu cogitavi,
Argumentaque multa in pectus institui &c.

Astutiam, Adornare fallaciam & instruere. Plaut. Epid. 3. 2. 27.

— nunc ego hanc astutiam institui.

Auditoria instituere. Suet. Rhet. 6. 3.
Certamen sibi cum aliquo instituere. h. e. Proponere sibi aliquem, cum quo aut verbis aut re ipsa decertare velimus. Cic. 1. Acad. 43. Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, &c. Suet. Neron. 12. 8. & Domit. 4. 9.
Civitates instituere, & leges scribere. Cic. 1. de Orat. 86.
Collegium, pro eo quod Fundare dicunt. Plin. Epist. 250.
Consuetudinem, quod dicitur alias Facere amicitiam. Cic. 1. Att. 1. Et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit.
Convivia. Suet. Tit. 7. 5.
Cursum. Ter. Phorm. 5. 6. 8. Cic. pro Lege Manil. 40. Non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, &c.
Dapes instituere. Virg. 7. Æn. 109.

Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituuntque dapes, & adorea liba per herbas
Subjiciunt epulis.

Delectum militum. Cæs. 1. Bell. Civil. 16. Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet.
Diligentiam instituere. Cic. 16. Fam. 20.
Epulas instituunt. Sil. 11. 272.
Exemplum instituere, vel Reducere. Plin. lib. 4. Epist. 29.
Hæredem, Creare & facere. Cic. pro Cæcin. 53. Probavit omnibus M. Curium, qui hæres institutus esset, ita, &c. V. HÆRES.
Hæredem ex asse instituere, vel omnibus bonis. Plin. lib. 5. Epist. 1. Plin. H. N. lib. 7. cap. 36.
Historia institui nisi præparato otio non potest, nec exiguo tempore absolvi. Cic. 1. de Legib. 9.
In animo instituere, Statuere, deliberare. Ter. Adel. 1. 1. 13.

Vah, quemquamne hominem in animo instituere,
Aut parare quod sit carius, quam ipse est sibi?

Iter instituere, Aggredi. Cic. 15. Fam. 5. Instituto itinere securitatem diligentiamque sociis & Reip. præsta.
Iter institutum rumpere. Hor. 3. Carm. 27. 5.
Legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum instituere. Cic. pro Muren. 60.
Litem instituere. Tryphonius in l. Filius. D. de inoffic. testam.
Ludos instituit celebri certamine. Ovid. 1. Met. 446.
Mercatum domesticum rerum aliquarum instituere. Cic. 3. Philipp. 30.
Naves instituere, Adornare, & præparare, aut ædificare. Cæs. 5. Bell. Gall. 11. Labieno scribit, ut quamplurimas posset, his legionibus, quæ sunt apud eum, naves instituat.
Navem instituere, aliter, pro Auctorem esse navis faciendæ. Plin. lib. 7. cap. 56. Quinqueremem instituit Nesicthon Salaminius.
Negotium, Aggredi opus. Plaut. Pœn. 4. 2. 103.
Nundinas. Plin. 4. Epist. pr. lib. 5.
Officinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 54.
Opus. Quintil. lib. 6. cap. 4. Neque enim de risu, sed de urbanitate est opus institutum. h. e. Propositum & incœptum.
Orationem cum aliquo, Sermonem ad aliquem convertere. Cic. 5. de Fin. 86. Audi igitur, inquit, Luci: tecum enim, ut ait Theophrastus, mihi instituenda oratio est.
Oratorem autem instituimus. Quintil. in procem. lib. 1.
Ornithoboscium instituere. V. ORNITHOBOSCIUM.
Pœnam in aliquem instituere. Cic. pro Domo, 126.
Portorium vini instituere. Cic. pro Font. 9.
Quæstionem in re aliqua. Quintil. lib. 7. cap. 2. Si unum respondeamus, videndum est, in re quæstionem instituamus, an in scripto.
Quæstum sibi; quod & Facere quæstum dicitur, & Aliquid sibi proponere ad quæstum faciendum. Cic. pro Quint. 12. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio.

Rationem.

Rationem. Plaut. Stich. 3. 1. 26.

Ubi cœnas hodie, si hanc rationem instituis?

Rationem alicujus negotii instituere. Cæs. 1. Bell. Civil. 42. In præsentia similem rationem operis instituit.

Regnum instituere. Plaut. Rud. 4. 2. 30.

Sermonem instituere, absolute, vel cum aliquo: h. e. Incipere colloqui, conferre, vel sermonem habere. Cæs. 5. Bell. Gall. 36. Longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo. Cic. 2. de Orat. 296. Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus, &c. Idem 2. Tusc. 10. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & a tali quodam ductus exordio.

Sudes multæ præustæ, magnus muralium pilorum numerus instituitur. i. e. Præparatur. Cæs. 5. Bell. Gall. 40.

Sumptus instituere. Cic. pro Flacc. 33.

Tabellarios certos instituere. Cic. 14. Fam. 18.

Textrinam alicubi instituere. Cic. 6. Verr. 58.

Tutorem filiorum orbitati instituere. Cic. 1. de Orat. 228.

Vestigia retro instituit. Lucret. lib. 4. 474. h e. Retrocedit.

Vitam sapienter instituere, Disponere & formare. Ter. And. 1. 1. 40. Sapienter vitam instituit.

Instituere aliquid, apud Jurisconsultos pro Arbores vel vineas in aliquo loco ponere, ut, Paul. l. Dominus. §. in conducto. D. locati cond. In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario vel utiliter auxerit vel ædificarit, vel instituerit. Turnebus.2.13. V. plura supra. Sic

Segetes instituere. Varr. R. R. 1. 37.

Vineam novellam instituere. Columel. lib. 5. cap. 5. non procul a fine. *Planter une vigne.*

Vitem instituere, pro Conserere. Suet. de Clar. Gramm. 23. 5. Et agros adeo coleret, ut vitem manu ejus institutam satis constet CCCLXV vasa edidisse. Idem 1. 2.

Instituere, [καθηγεῖσθαι, παιδεύειν, παιδαγωγεῖν] Docere, instruere. Cic. pro Quint. 69. Qui apud te esset educatus: quem tu a puero instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem cederet.

Aliquem instituere, & ei præcepta dare. Cic. pro Quint. 84.

Aliquem instituere & imbuere. Cic. 10. Philipp. 20.

Adolescentem instituere. Cic. pro Cœl. 39.

Artem aliquam instituere. Cic. 1. de Orat. 186.

Ad lectionem aliquem instituere. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Ad scenam aliquem instituere. Cic. de Clar. Orat. 203.

Ad turpitudines instituere atque erudire. Cic. 5. Verr. 61. Eos instituere atque erudire ad majorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti.

Rudem ad dicendum instituere. Cic. 2. de Orat. 162.

Litteris Græcis instituere. Cic. de Clar. Orat. 173.

Lyra institui. Quintil. lib. 1. cap. 27. Socrates jam senex institui lyra non erubescebat.

Pueros instituere. Suet. Tib. 44. 2.

**Institūtus**, a, um. Partic. [κατασκευασμένος, συγκείμενος] Statutum, decretum significat. Plaut. Pseud. 2. 3. 10.

Jam instituta, ornata cuncta in ordine habeo, ut volueram.

Male instituta ratio exitum reperire non potest. Cic. 1. de Nat. Deor. 105.

Divinitus multa a majoribus inventa atque instituta sunt. Cic. pro Domo. pr.

Institutus, Eruditus. Cic. 3. de Fin. Instituti a natura. Quintil. lib. 2. cap. 11. Bene instituto ac satis exercitato.

Diligentia alicujus bene institutus aliquis. Cic. de Clar. Orat. 239.

Doctrina liberaliter institutus. Cic. 2. de Orat. 126.

Institutus, Incœptus. Cic. pro Domo 141. Neque institutas cæremonias persequi. Idem pro Cluent. 64. Nihil tam remotum ab accusatione quam Cluentius & natura, & voluntate, & instituta ratione vitæ.

**Institūtum**, i. n. [σύστασις, ἔθος] Quod quis instituit. Mos, Pactum, Decretum. Quintil. lib. 1. cap. 2. de Chrysippo, Nam is, quamvis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque jam informandam quam optimis institutis mentem infantium judicat. Cur autem ad litteras non pertineat ætas, quæ ad mores jam pertinet? Eandem rem appellans Instituta & Mores. Apud Valerium Maximum titulus est, De institutis antiquis: quasi De moribus antiquis. Valla 4. 11. conf. Barth. Adverf. 11. 17. [Sed errat Valla, apud Valerium nullus est de Antiquis, verum de Externis institutis titulus lib. 2. c. 6. & de Militaribus institutis cap. 3. ejusd. lib. Ubi Instituta sunt Consuetudines publice introductæ. Non male Gloss. Lat. Gr. Instituta, δόγματα, διατάξεις, νόμοι. At Institutum in sing. ibid. ἔθος.

Instituto Platonis, More Platonis. Cic. 1. Acad. 17. Illi autem qui, Platonis instituto, in Academia, &c.

Consuetudo & institutum. Cic 4. Att. 17. Puto te existimare me nunc oblitum consuetudinis atque instituti mei, rarius ad te scribere quam solebam.

Leges & instituta juris publici. Cic. de Clar. Orat. 268. Idem in Pison. 30. Qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non jura noritis? Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt.

More institutoque majorum. Cic pro Muren. 1. De differentia inter Morem & Institutum. V. Lex. Pitisc.

Præcepta & instituta philosophiæ. Cic. 1. Off. 1. Te abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ.

Rationes meæ & instituta. Cic. 2. Fam. 12. Genus institutorum & rationum mearum, dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciæ.

Alienum institutis meis. Cic. 5. Fam. 17. Non putavi esse alienum institutis meis hæc ad te scribere.

Meretricium institutum. Cic. pro Cœl. 50. Siqua mulier sit hujusmodi qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita institutoque meretricio: cum hac, &c.

Nefarium institutum. Cic. 2. Verr. 13. Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis, novo nefarioque instituto, coactæ. i.e. Invento, inquit Schol. vet.

Nefandum institutum. V. NEFANDUS.

Institutum, pro Incœpto. Plin. Hæc sunt rerum principia & instituta naturæ. [In Indice Hard. non extat hic locus, vereor ne error sit.

Institutum, pro Pacto. Liv. 6. 10. Militem ex instituto dare.

Abduci ab institutis suis pecunia. h. e. A proposito, & sententia. Cic. 6. Verr. 12. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

Institutum vitæ capiendum. h. e. Vivendi ritus sive ratio & modus. Cic. 4. de Fin. 40.

Consequi institutum. V. CONSEQUOR.

Decedere instituto. Tacit. 7. Ann. V. DECEDO.

Facere aliquid instituto suo. Cic. 13. Fam. 56. Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te jus instituto tuo dicere.

Formare mentem institutis. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Perficere instituta. Cic. 2. de Divin. 5. V. PERFICIO.

Perpolire instituta. i. e. Cœpta. Cic. 5. Fam. 12. extr.

Resumere instituta. Tacit. 4. Hist. 64. Instituta, cultumque patrium resumite. Tacit. 6. Ann. 32. Instituta Parthorum resumit. Al. Insumit.

Tenere aliquod institutum in omnibus. Cic. 6. Verr. 46.

Uti instituto suo. Cic. 9. Att. 8. ad Oppium, Scilicet & meo instituto usus sum. h. e. Feci quemadmodum consueveram.

**Institūtio**, ōnis. f. [παίδευσις] Doctrina, Instructio. Cic. 1. Off. 7. Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur.

Institutio & disciplina. Cic. 4. Acad. Sunt enim mihi nota, propterea quod earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio & quasi disciplina illo libro continetur. Idem 1. Q. frat. 1. 16.

Puerilis institutio. Quintil. lib. 1. cap. 1. Vitia aliquem persequuntur ab institutione puerili. V. PERSEQUOR. H. St.

Præceptum & institutio. Cic. 3. de Orat. 31. Iisdem præceptis atque in una institutione formari.

Rationem institutionemque suam conservare. Cic. 1. Att. 14.

Secta & institutio. Cic. 7. Verr. 180. Horum nos hominum sectam atque institutionem persequimur. Vetus exemplar habet Instituta.

Stoica institutio. Sen. de Benef. lib. 2. 20.

Institutiones, plur. V. INSTITUTUM, ex Valla, supra.

Institutiones Oratoriæ Fabii. H. St. i. e. Præceptiones, interprete Valla, l. c.

Operis institutio, Propositum & intentio. Plin. lib. 16. cap. 4. Longum est, nec ex institutione operis, differere quisnam Romanorum primus acceperit. Vetus codex habet, Nec instituti operis. Cic. 1. Off. 7. Omnis enim, quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci. i. e. Præceptio & propositum de aliqua re agendi, vel Disputatio & tractatio.

**Institūtor**, ōris. m. Præceptor. Lamprid. in Commod. cap. 1. In aula institutor. Treb. Poll. Trig. tyr. cap. 3. Morum & actuum imperialium institutor. Ammian. 14. 8. Veteres institutores, i. e. Urbium conditores conf. Pacat. Paneg Theod. cap. 8. Augustin. Epist. 123. Tertul. de Monog. cap. 4.

**Insto**, iti, itum, [ἐνίσταμαι, κυνηγέω] āre. Urgere, Insectari. Cic. 5. Verr. Institit, oppressit, non remisit. Idem 3. Verr. 69. Cædere januam saxis, instare ferro: ligna & sarmenta circumdare. Liv. 27. 14. pr. Seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.

Acrior instat. Virg. 3. Georg. 538.

Cupidius instare. V. CUPIDUS.

Impensius instant. Ovid. 7. Met. 323.

Lenius instando tædia tolle tui. Ovid. 1. de Arte Am. 718.

Vi instat. Virg. 2. Æn. 491.

Instare & premere. Martial. lib. 7. 96.

Instent mille licet, premantque curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.

Instare res aliqua dicitur, Quando urget. Cic. 3. Tusc. 10. Sed id alias: nunc quod instat. Virg. 9. Ecl. 66.

Desine plura, puer, & quod nunc instat agamus. h. e. Quod maxime necessarium est. [Immo utrobique Quod in quæstione est, ut aiunt, Quod in præsentia agendum est. Subauditur τὸ Agendum.

Instare, dativo junctum, significat Molestius & urgentius & (quod dicitur) instanter aliquem sollicitare. Cic. pro Quint. 34. Verum quoniam tibi instat Hortensius, ut eas in consilium.

Evincuntque instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur. Liv. 2. 4.

Alicui rei instare, Insistere. Quintil. lib. 7. cap. 3. Patronus vero quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa.

Famæ instandum. Tacit. in vita Agric. 18.

Funeri instare. Plin. lib. 7. cap. 52. E duobus fratribus Equestris ordinis Corfidio majori accidisse, ut videretur exspirasse, apertoque testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse: interim eum, &c.

Furto fervidus instat. Virg. 9. Æn. 350.

Animus majoribus instet. Ovid. 2. de Arte Am. 535.

Operi instare, Aliquod opus diligenter curare, Urgere ut fiat. Virg. 1. Æn. 504.

Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisque futuris. Plin. in Paneg. cap. 18.

Et inde offensæ, gratiæque pariter securi, instant operibus, adsunt exercitationibus: arma, mœnia, viros aptant.

Vestigiis alterius instare, pro Imitari aliquem. Plin. Epist. 11. lib. 6. Etsi qui audiebant, me æmulari, meis instare vestigiis videbantur.

Vestigiis alterius instare, quod barbari dicunt Sequi de prope. Liv. 27. 12. Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat.

Vestigiis instare sequi. Liv. 27. 2. extr. Marcellus ubi lux fugam hostium aperuit, sociis cum præsidio modico Numistrone relictis, præpositoque his L. Furio Purpureone Tribuno militum, vestigiis institit sequi.

Instare ut. Cic. 2. Att. 1. Ita vulgo qui instabant, ut darem sibi quod ornarent, jam exhibere mihi molestiam destiterunt. Sic lib. 3. 15. Te instante facient. conf. Curt. 6. 7. 28.

Instare ne. Plaut. Cas. 2. 5. 33.

Non me hercle opinor posse, ita uxor acriter
Tua instat, ne mihi detur.

Instare unum ut. Ter. Heaut. 5. 1. 22.

Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiæ.

Instare usque adeo donec. Plaut. Cistel. 2. 3. 40.

Instare aliquem ad Prætorem. Plaut. Curc. 3. 6.

Si magis me instabunt ad Prætorem, sufferam. [Sed rectius alii post Instabunt distinguunt. Malim etiam Mi, pro Mihi.

Instare iter, Arripere. Plaut. Cistel. 4. 2. 11.
—quisve sustulerit? & utrum hac, an illac iter institerit? [Nisi Præt. ab Insisto est.
Instare viam. Plaut. Asin. 1. 1. 39.
Estne hoc ut dico Litane? L. rectam instas viam. i. e. Sic res habet ut dicis.
Instare, absolute, pro Instabant; huic Resistere opponitur. Sallust. Catil. cap. 60. Veterani virtutis pristinæ memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt.
Instare factum, Contendere rem sic se habere ut dicimus. Plaut. Merc. 2. 1. 18. Ter. And. 1. 1. 120. — ego illud sedulo
Negare factum: ille instat factum. conf. Factum in FACIO.
Instat ire ad eum. i. e. Perseverat. Plaut. Mil.
Instat capi stationes. i. e. Ut capiantur. Liv. 32. 11. extr.
Instare, Adesse, propinquum vel proximum esse. Sallust. in Catil. cap. 55. pr. Consul optimum factu ratus noctem, quæ instabat, antecapere, nequid eo spatio novaretur, &c.
Instare & Imminere. Cæs. 1. Bell. Civil. 80. Instabat agmen Cæsaris, atque universum imminebat.
Bellum instans. Cic. 11. Philipp. 24.
Bona instant a me tibi, Proximum est ut ego te beatum faciam. Plaut. Pers. 4. 3. 22.
— ita me di ament, ut ob istam rem,
Tibi multa bona instant a me.
Cædes instant miseris. Virg. 8. Æn. 537.
Dies instabat. Lucan. 5. 5.
Ludi magnificentissimi instant. Cic. in Pison. 65.
Periculum instat ab aliquo. Cic. 12. Fam. 14. Et nunc non minora pericula Reip. a Dolabella instarent, quam ab Antonio.
Pœnæ instant ei, aut certe appropinquant. Cic. in Catil. 2. 11. Quibus ego confido pœnas aut instare jam plane, aut certe appropinquare.
Prope instat partus. Ter. Adel. 3. 2. 9.
Quem neque fides, neque jusjurandum, neque illum miserecordia
Repressit, neque reflexit: neque quod partus instabat prope.
Senecta instans. Hor. 2. Carm. 14. 3.
Telum instat. Plaut. Pœn. 4. 2. 97.
Satine, prius quam unum injectum telum est, tum instat alterum!
Instare, Incipere. Cic. 10. Fam. 16. Flagitare senatus institit Cornutum. V. Græv. [Sed hic potest esse Præt. ab Insisto.
INSTANS, antis. Partic. & Adj. [ἐνεστώς, ἐπείγων] Quod imminet, & præsens est. Cic. 4. Tusc. 11. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. i. e. Præsentia, urgentiaque. Quintil. lib. 5. cap. 10. Præteritum, instans, futurum. V. supra.
Compar. Quintil. 9. 3. Fons quidem unus qui acriora facit & instantiora quæ dicimus. Tacit. 4. Hist. 83. 6. Species terribilior & instantior. Idem 2. Ann. 56. 1. & Paulin. Petrocor. Vit. Martin. 5. 659.
Superl. August. Retract. 1. 19. extr. Ad instantissimam petitionem.
INSTATURUS, a, um. Partic. Liv. 10. 36. Ni cedenti instaturum alterum timuissent. Frontin. Strat. 2. 6. 10. Fugientibus instaturos victores.
INSTANTIA, æ. f. [ἔνστασις] pro Continua intentione & assiduitate. Gell. lib. 6. cap. 2. Peccata quoque hominum, & delicta non subsistenda, (Al. Succensenda) neque inducenda sunt ipsis, voluntatibusque eorum, sed necessitati cuidam & instantiæ, quæ oritur ex fato. i. e. Urgenti necessitati, & quasi violentæ impulsioni.
Instantia in oratione, pro Vehementia vel elatiore stilo. Plin. Epist. 5. 8. Hæc vel maxime vi, amaritudine, instantia: illa tractu & suavitate atque etiam dulcedine placet. Idem 3. Epist. 5.
Idem est ac Propinquitas apud Gell. 9. 12. Instantia atque imminentia fraudis.
Instantia apud J. C. pro Actionis susceptæ assiduitate ponitur. Ita Scæv. l. fin. §. fin. de pig. act. & Marcian. l. 32. §. 1. ff. de Usur. Cum omissa est repetendi debiti instantia. i. e. Assiduitas.
De Instantia, sive Exemplo apud Dialecticos, V. ipsorum Comment.
INSTANTER, Adv. [ἐνστατικῶς] h. e. Perseveranter. Quintil. lib. 9. cap. 4. Ubicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.
Instanter petere. i. e. Enixe, magna contentione. Plin. ad Falconem lib. 7. Epist. 22. Minus miraberis, me tam instanter petisse, ut in amicum meum conferres Tribunatum, quum scieris quis ille, qualisque.
Compar. Quintil. lib. 9. 3. Instantius dicere. Instantius debita poscentes. Justin. 6. 2. 11. conf. Tacit. 6. Ann. 35. 4. & Martial. 12. 100.
Superl. Instantissime compellere. Apul. Met. 3. p. 133. ibid. 4. 15. 3.
Instantissime desiderare. Gell. 4. 18.
INSTABILIS, e. Adj. [ἀστατής, ἀστατος] Quod suo loco stare non potest. Plin. lib. 36. cap. 14. Rursus in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, &c.
Animi instabiles. Virg. 4. Georg. 105.
Homo instabilis, Inconstans, levis. Liv. 21. 5. Quippe ubi pedes instabilis, ac vix vado fidens, vel inermi equite, equo temere acto, perverti posset.
Hostis instabilis ad cominus conserendas manus. Liv. 27. 18.
Locus instabilis. Ovid. 6. Met. 191.
Regnum instabile. Sen. Thyest. 3.
Tellus instabilis, i. e. Insolida. Ovid. 1. Met. 20.
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda.
Compar. Aur. Vict. de Cæss. cap. 6. Queis rebus instabilior. Schottus habet Intestabilior.
INSTABILITER, Adv. Augustin. Confess. 13. 20. Instabiliter fluidum.
INSTABILITAS, ātis. f. [τὸ ἀστατές] Inconstantia. Plin. lib. 24. cap. 17. Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda instabilitatemque mentis. h. e. Turbationem, vel alienationem mentis. Arnob. 6. p. 196.
INSTRAGULUM, INSTRATUM, INSTRATUS. V. INSTERNO.
INSTRENUUS, a, um. Adj. [ἀγεννής] Strenuo contrarium: quasi Minime generosus, ignobilis, indiligens, & ad res gerendas minime promptus. Plaut. Most. 1. 2. 24.
Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligensque,
Cum pigra familia immundus, instrenuus,
Hic jam ædibus vitium additur.
Instrenuus animus. Ter. Heaut. 1. 1. 67.
Ambo accusandi: etsi illud incœptum timen
Animi est pudentis signum, & non instrenui. Suet. Vesp. cap. 4. Non instrenuo duce.
INSTRENUE, Adv. Justin. 17. 2. 1. Lysimachus non instrenue moriens.
INSTREPO, ui, ĭtum, [ἐπιψοφέω] ĕre. Idem quod Strepere. Liv. 4. 43. Unde si quid instrepat terroris, sine Patricio magistratu placere Remp. opprimi. Vetus exemplar habet Increpet.
Instrepit axis. pro Stridet. Virg. 3. Georg. 172.
Post valido nitens sub pondere fraxinus axis
Instrepit.
Dentibus horrendum instrepit. Claud. de Conf. Mal. Theod. 223. Al. Increpet. Apul. Met. 2. p. 126. Lamentabiles questus singultim instrepebat.
INSTREPITO, āre. Ven. Fortunat. 3. 7.
Floribus instrepitans poplite mella rapit.
INSTRIDEO, idi, ēre. & INSTRIDO, ĕre. Unde
INSTRIDENS, Partic. Sil. lib. 14. 437.
Fax nidore gravi fœdavit cominus auras
Ambusto instridens pelago. i. e. In mari stridens: ardebant enim naves prælio navali succensæ.
INSTRINGO, inxi, ictum, [ἐπισφίγγω] ĕre. Catul. 74. 11.
Quin te animo affirmas, teque instringisque, reducisque,
Et diis invitis desinis esse miser? Videtur hic idem significare quod Dissolvo. [Voss. ex MSS. Vestig. legit
Quin tu animum offirmas, atque istinc te reducis. Miror, cur non maluerit Teque reducis.
Instringo, Vehementer & arcte stringo. Quintil. Decl. 5. seu Ægro redempto c. 16. p. 119. Jacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum.
INSTRICTUS, a, um. Partic. Apul. Met. 8. p. 211. Uxor dolore pellicatus instricta. Idem 10. p. 244. Amiculis instrictus.
INSTRICTUS, ûs. m. Catul Carm. 74. 11.
— instrictumque reducis. V. Scalig. & in ipso verbo.
INSTRUCTIO, INSTRUCTOR, INSTRUCTUS, INSTRUMENTUM. V. INSTRUO.
INSTRUO, xi, ctum, [κατασκευάζω, συντίθημι, ἐξαρτύομαι, κατεχέω] ĕre. significat proprie Apparare, componere, struere, machinari.
Accusationem instruere, vel actionem vel litem; est Litteris ac testibus, ceterisque ad probandum necessariis eam adornare, munireque. Unde Instrumentum litis vocat Quintilianus, Quicquid ad instruendam litem, id est causam pertinet. Budæus. Cic. pro Cluent. 18. Hoc enim ipsum judicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia quæ futura est, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur, atque omnibus ejus opibus & copiis comparatur.
Aciem instruere. Cic. pro Muren. 22. Tu actionem instituti: ille aciem instruit. conf. Copias, Legiones.
Bellum. Justin. 2. 10. 12: 8. 5. 2. &c.
Calumniam instruere alicui. Ulpian. in l. 1. D. de jure patron. Et si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornavit.
Classem ingentem summis viribus, Apparare. Justin. 6. 3. pr.
Cœnam pomis &c. Apparare. Gell. lib. 2. cap. 24. Verba Lælii hæc sunt, quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnamque, ita ut lex Licinia sanxisset, pomis, oleribusque instructam. conf. Epulas, Mensas.
Consilia. Ter. Phorm. 2. 2. 7.
Cedo senem: jam instructa sunt mihi corde consilia omnia.
Copias instruere. Cæs. 7. Bell. Gall. 18.
Domum. Cic. 6. Verr. 9. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciæ supplere. conf. Hortos.
Epulas. Liv. 5. & 26. 13. V. Cœnam.
Fraudi instruendæ aliquanto intentior. Liv. 23. 36.
Hortos. Comparare in hortis necessaria. Plin. Epist. 171. Cic. 3. Off. 59. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos. De hortis. V. Domum.
Insidias. Cic. pro Cluent. 189.
Insidias mihi instruens. Catul. 19. 7.
Instruere insidiis locum. Liv. 6.
Iter ad bonam famam. Plin. in Paneg. cap. 75. extr. Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deferendum: non submovenda adulatio, sed non reducenda est.
Legiones. Plaut. Amph. 1. 1. 66.
Nos nostras more nostro, & modo instruximus legiones:
Item hostes contra, suas instruunt. Ter. Eun. 4. 7. 11.
Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.
G. Illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco. V. Aciem.
Materiam instruere falso fabricando. Ulpian. in l. 2. §. Diem autem. D. Quemad. testam. aperiant. i. e. Materiam falsario præbere.
Mensas instruere epulis. Ovid. 8. Met. 561.
Navigia armamentis &c. Columel. 4. 3. Nonnulli strenue fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. i. e. Armant, vel muniunt.
Opus instrueretur unde. Ovid. 4. Fast. 690.
Ornamenta alicui. Plaut. Mil. 4. 1. 34.
Jube sibi aurum atque ornamenta, quæ illi instruxisti mulieri
Dono habere, auferreque abs te quo lubeat sibi.
Urbem. Suet. Jul. 44. 1. Item de ornanda, instruendaque urbe &c.
Instruo cum ablativo, ut Armis instruit socios. Virg. 8. Æn. 80.
Concubinas securibus, peltisque Amazonicis. Suet. Neron. 44. pr.
Dolis instructus. Virg. 2. Æn. 152.
Mandatis aliquem instruere. Liv. 34. 61. Aristonem quendam Tyrium advenam, instructum mandatis ab Annibale, & ab Antiocho rege, venisse.
Stipendio milites. Justin. 5. 9. 9.
Notis secretis aliquem instruere, *Luy bailler des enseignes secrettes.* Liv. 34. 61. pr. Aristonem Annibal Carthaginem cum mandatis mittit: edit nomina eorum, quibus conventis opus esset. Instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse.
Consiliis instrui idoneis ad negotium. Cic. 5. Att. 6.
Lectione orationum instruere discipulos. Quintil. lib. 2. cap. 5. Orationum lectione susceptos a se discipulos instruxerit.

Arte

Arte instruere aliquem. Ovid. 16. Epist. 364.
Cultibus instruere aliquem. Ovid. 2. Fast. 318.
Scientia aliquem instruere. Quintil. in procem. lib. 1. ad fin. Quæ non eorum modo scientia, quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat &c.
Docere & instruere. Sen. Epist. 58. ad Lucilium, Illa quæ me docet & instruit facies, a qua petitur imitatio, Idea est. V. IDEA.
Instruere ad omne officii munus. Cic. de Senect. 26.
Ignorantiam alicujus instruere. Plin. Epist. 317.
Oratorem instruere, Docere orationis conscribendæ rationem. Quintil. lib. 10. cap. 1. Instruamus qua in oratione, quæ dicere, facere, quam optime, quam facillime possit. Idem lib. 4. cap. 2. Judex notitia rerum instruendus videtur. i. e. Docendus, ut ait Budæus.

INSTRUENS, entis. Partic. Vitruv. 2. 8. Longitudinem in crassitudines instruentes. Catul. 21. 7. V. Insidias supra.

INSTRUCTUS, a, um. Partic. & Adj. ut
Liberaliter instructus. V. LIBER, Adj.
Instructus artibus ingenuis, [πεπαιδευμένος] h. e. Bene edoctus & institutus. Cic. 1. de Orat. 13.
Instructus & ornatus plurimis & gravissimis artibus. Cic. 2. de Fin. 112.
Instructus & munitus ad rem aliquam. Cic. 15. Fam. 1. Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.
Instructus ad perniciem. Ter. Heaut. 3. 1. 41.

— nam ut tu scias
Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet, &c.

Instructus ad cædem. Liv. 24. 24.
Instructus ad mortem contemnendam. Cic. 2. de Fin. 57.
Instructus in hoc, ut. Quintil. lib. 5. cap. 71. Ex antecedentibus & junctis & insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, protinus in hoc fit instructus, ut quid in quaque causa dicendum sit, ex his sciat.
Ferro instructi. Virg. 12. Æn. 124.
Eques instructus spiculis. Ovid. 1. de Pont. 1. 19.
Exercitus instructus telis. Cæs. 3. Bell. Civil. 56.
Instructum & paratum convivium omnibus rebus. Cic. 6. Verr. 6.
Mediocriter instructus a doctrina, angustius instructus a natura. Cic. de Clar. Orat. 233. Crassus igitur mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore & industria, & quod adhibebat ab obtinendas causas curam etiam & gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit.
Compar. Instructior a philosophia, a jure civili, ab historia. Cic. de Clar. Orat. 161.
Instructiores peditum copiæ. Liv. 27.
Instructior doctrinis. Cic. 1. de Fin. 26.
Instructior paterfamilias. Ulpian. D. lib. 33. titulo De fundo instructo, Supellex, ceteraque si qua agro fuerunt, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur.
Vitiis decem instructior. Hor. 1. Epist. 18. 25.
Superl. Instructissimus vir. Cic. 1. de Orat. 256.
Instructissimus artibus. Cic. ad Brut. 17.

INSTRUENDUS, a, um. Partic. Quintil. lib. 4. 2. V. Oratorem instruere, in ipso verbo.

INSTRUCTE, Adv. Compar. Liv. 1. 35. Ludos opulentius instructiusque quam priores reges fecit. Apul. Apol. p. 296. Instructius accusare.

INSTRUCTIO, ōnis. f. Constructio. [ἐξάρτυσις] Plin. Epist. 10. 35. Si instructio novi balinei oneratura vires Prusensium non est, possumus desiderio eorum indulgere.
Instructio exercitus, Instructio militum. Cic. 2. de Nat. Deor. Et pro Cæcin. 43. Neque conjectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum, magnas copias pulsas esse & vidimus & audivimus. Vitruv. 5. 9. Auct. ad Herenn. 3. 10.

INSTRUCTUS, ûs. m. [κατασκευή] Apparatus. Cic. 3. de Orat. 23. Rivis est diducta oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem est instructu, ornatuque comitata. Manil. 5. 286. V. Scalig. p. 375.

INSTRUCTOR, ōris. m. [ἐξαρτυτής] Qui parat & instruit. Cic. Post red. in Sen. 14. Hi sunt conditores, instructoresque convivii.

INSTRUCTŪRA, æ. f. Frontin. Strat. 2. 3. 17. Turbaverunt Macedonum instructuram. conf. Isidor. 19. 10. & 18.

INSTRUCTILIS, e. Adj. Tertul. de Anima cap. 14. pr.

INSTRŪMENTUM, i. n. [τεῦχος, σκεῦος, ὄργανον, ἐργαλεῖον] Omne illud quoquis ad operandum utitur: Apparatus item quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. Cic. pro Domo 62. In fundum autem vicini Consulis, non instrumentum aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Et 4. Acad. 3. Totius belli instrumento & apparatu. Idem 6. Verr. 67. Hostium spolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum, posthac his præclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. Suet. Aug. 71. Et Alexandria capta, nihil præter calicem ex instrumento regio retinuerit.
Sic apud Jureconsultos titulus est De fundo instructo, & instrumento legato.
Instrumentum significat etiam Subsidium ad aliquid agendum.
Instrumentum causarum & generum omnium. Cic. 2. de Orat. 146.
Artis instrumentum. Hor. 1. Serm. 3. 131.
Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam. Cic. 1. de Legib. 59.
Subsidia & instrumenta. Cic. 2. in Catil. 9. Quum industriæ subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumerentur.
Instrumentum a natura. Cic. 3. de Orat. 193. Ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti.
Naturæ instrumenta. Cic. de Clar. Orat. 267. Instrumenta naturæ vocat, acumen, gestum, & reliqua id genus, quæ a natura potius, quam ab arte proficiscuntur: quæ Caio Pisoni a natura adfuisse testabatur ibidem.
Instrumentum in bonis artibus comparandis. Cic. 2. de Fin. 110.
Firmare, vel Destruere instrumenta. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Imperii instrumentum. Tacit. 4. Hist. 7. 6. Nullum majus boni imperii instrumentum, quam bonos amicos.
Regni instrumentum. Cic. Brut. 4. ibid. 15. Sed instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium. i. e. Copiæ (ut vulgus loquitur) Cæsaris. Budæus.
Tribunatus instrumentum. Cic. pro Milon. 33. Exhibe quæso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, &c. ut præclarum inde munus ac instrumentum tribunatus ad aliquem deferre posses.
Triumphi instrumentum, Apparatus. Cic. 7. Att. 8. Solvendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eo conferendum. conf. Suet Cæs. cap. 37. & 84.
Instrumenti nomine, aliquando intelligitur Monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium. Suet. Vesp. cap. 8. Instrumentum imperii, pulcherrimum ac vetustissimum confecit: quo continebantur pæne ab exordio urbis Senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere ac privilegio cuicunque concessis.
Instrumenti male concepti tenor. V. Tenor, in TENEO.
Instrumentorum nomine, Ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest. Paul. l. 1. D. de fide instrum.
Litis instrumentum. V. LIS.
Luxuriæ. Sallust. Catil. cap. 26.
Militiæ. Idem Jugurth. 47. & Dictys 1. 16.
Necis instrumenta ferrum ignesque. Ovid. 3. Met. 698.
Anilia instrumenta. Ovid. 14. Met. 766.
Mendicum instrumentum. V. MENDICUS.
Perniciosa instrumenta. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Rusticum instrumentum. Val. Max. 4. 4. 6. & Phædr. 4. 4.
Venatorium instrumentum intelligitur apud Plin. lib. 3. Epist. antepenultima ad Calvis. Rufum, pro Iis omnibus quæ ad venationem requiruntur. V. plura supra, & in Lex. Pitisc.

INSTŬDIŌSUS, a, um. Adj. Non studiosus. Apul. Apol. p. 299. Medicinæ neque instudiosus, neque imperitus. Gloss. Cyrill. Instudiosus, ἀφιλόπονος.

INSTŬPENS, entis. [ἀναισθητῶν] Idem quod Stupens, aut Valde [Immo paulum] stupidus, & sensus expers factus. Plin. lib. 28. cap. 4. Salpe torporem sedari quocunque membro instupente, siquis in sinum exspuat.

INSUĀSUM, i. n. appellabant antiqui Colorem, inquit Festus, similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio in vestimento albo. Plaut. Truc. 2. 2. 16.

Quia tibi insuaso infecisti, propudiosa, pallulam.

INSUĀVIS, e. Adj. [ἀηδής] Quod est Suavi contrarium h. e. Asperum, austerum. Cic. de Amicit. 86. Insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fuisset, nisi aliquem cui narraret, habuisset. Idem 2. de Orat. 25. Qui vitam insuavem sine his studiis putaretis.
Insuavis odor. Columel. lib. 12. cap. 52.
Aqua limosa & insuavis. Vitruv. 8. 1.
Compar. Auct. ad Herenn. 3. 12. Quid insuavius quam clamor in exordio causæ. conf. Cic. Orat. & Gell. 1. 7.
Superl. Cic. Orat. 163. Insuavissima littera.

INSUAVĪTAS, ātis. f. Gell. 1. 21. Insolentia & insuavitas dictionis. conf. Tertull. de Pœnit. cap. 10. & ad Martyr. cap. 3.

INSŬBĪDUS, a, um. Adj. [ἀσκεπτος] Gell. lib. 19. cap. 9. Sed ne nos, id est nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam, & insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis. conf. Lamprid. Commod. cap. 17.
Compar. Insubidior. Gell. 6. 1. & 13. 20.

INSUBĪDE, [ἀσκέπτως] Adv. Gell. lib. 1. cap. 2. Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestive atque insubide dissserebat. i. e. Præcipitanter, prius quam subiret, aut in mentem veniret quid diceret. Macrob. 7. Saturn. cap. 14. Ipsam vero videndi naturam non insubide introspexit Epicurus. i. e. Non dormitanter, non negligenter.

INSUBRES, pl. m. [Ἴνσοβροι] Galliæ populi qui Mediolanum condiderunt: de quibus Strabo lib. 5. Liv. 5. 34. Tacit. 11. Ann. 23. 3. & Plin. 3. 17. Sing. INSŬBER. conf. Lex. Pitisc.

INSUBTĪLIS, e. Adj. Papin. in l. cum filiofamilias. D. de legat. 1. Denique Julianus non insubtili ratione motus respondit, &c.

INSUBTILĬTER, Adv. Non subtiliter. Ulp. in l. 1. §. si ex fundo. D. de hæred. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

INSŬBŬLUM, i. n. Textoris instrumentum, auctore Isidor. 19. 29. Sic dictum quod infra & supra sit, vel quia insubulatur. Lucret. lib. 5. 1351.

Nec ratione alia possunt tam lævia gigni
Insubula, ac fusi, &c. al. Insilia. q. V.

INSUBULĀTUS, a, um. Partic.. Perforatus. Cathol.

INSUCCO, [ἐγχυλίζω] āre. Imbuere, seu Inficere, & succo aliquo vel humore intingere. Columel. lib. 7. cap. 5. Fracta pecudum non aliter quam hominum crura sanantur, involuta lanis oleo atque vino insuccatis. Et lib. 7. cap. 4. Insuccanda oleo lana. conf. Idem 9. 3. Panis insuccatus ex mulso. Cæl. Aurel. Acut. 3. 8. V. Reines. Var. Lect. 2. 8.

INSUCCUS, a, um. Adj. Cyprian. Insuccum corpus gladiatorum. V. Salmas. ad Tert. de Pall. p. 187.

INSŪDO, are. Cels. 2. 2. Si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat. conf. 1. 3. &c.

INSUDĀTUS, a, um. Adj. Quintil. 11. 3. Insudata veste durandum. V. p. 1002. Burm. Sed etiam divise legitur In sudata veste.

INSUESCO, ēvi, ētum, [ἐθίζομαι] ēre. Idem quod Consuescere. Ter. Adel. 1. 1. 30.

Nam qui mentiri, aut fallere insuevit patrem, &c. conf. Plaut. Capt. 2. 2. 55.

Insuescere frui parta victoria. Liv. 5. Lucret. 2. 1277.

Ut facile insuescat secum vir ducere vitam.

Insuescere, cum dativo. Columel. lib. 6. cap. 47. Cui partui deinde quum decem diebus insuevit equa.
Insuescere corpori meretricis, pro Consuetudinem stupri habere. Tacit. 11. Ann. 29. extr. Duas pellices, quarum is corpori maxime insueverat. Budæus.
Insuesco, activ. Hor. 1. Serm. 4. 105. — insuevit pater optimus hoc me Ut fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Insuescere pecus amurca. Columel. lib. 6. cap. 4. Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas.
Insuesci, pass. Columel. lib. 11. cap. 3. Atque ubi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut in id spatium quod sulcis interjacet, inclinentur.

INSUĒTUS, a, um. Partic. Liv. 24. 48. Ita se a pueris insuetos. Tibul. 1. 4. 42. Operi insuetas atteruisse manus. [Sed rectius legitur in MSS. Opere, & pertinet ad dict. seq.

INSUETUS, a, um. Adj. [ἀηθὴς] Non Suetus. Tam de re quam de homine dicitur. Insuetum iter, Per quod transire non sumus soliti. Virg. 6. Æn. 16. Idem 1. Ecl. 50.
Non insueta graves tentabunt pabula fetas.
Insueta solitudo. Liv. 3.
Insuetus & novus mos. Cic. 4. Att. 1. Quo s. c. recitato, continuo populus, more hoc insueto & novo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concionem. Vetus exemplar scriptum habet Insulso more.
Insuetus plerumque genitivo jungitur, ut
Contumeliæ insuetus. Cic. 2. Att. 2.
Laboris insuetus. Cæs. 7. Bell. Gall. 30.
Moris alicujus insuetus. Liv. 6.
Pugnæ insuetus. Cæs. 1. Bell. Civil. 44.
Insuetus cum dativo, ut Insuetus homo alicui rei, Qui non consuevit. Liv. 28. 18. Ut non Syphacem modo barbarum, insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliarit.
Insuetus vera audire. Liv. 31.
Insuetus, cum gerundio, ut Insuetus navigandi. Cæs. 5. Bell. Gall. 6.
Insuetus ad. ut, Corpora insueta ad onera portanda. Cæs. 1. Bell. Civil. 78. conf. Nep. 10. 7. 3. Justin. 1. 8. 6.
INSUETE, Adv. Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. Insuete immorari alicui.
Compar. Augustin. Epist. 3. Ipsos corporis sensus aliquanto insuetius perscrutetur.
INSUETUDO, ĭnis. f. ut, Insuetudo cibi. Spartian. Sever. cap. 16.
INSUĒFĂCIO, [ἐθίζω] ĕre. Consuefacere. Unde
INSUEFACTUS, a, um. Partic. [ἐθισθεὶς] Assuefactus. Cæs. 4. Bell. Gall. 24. Notissimis locis audacter tela conjicerent, & equos insuefactos incitarent.
INSUFFĬCIENS, entis. Tertul. adverf. Hermog. cap. 15.
INSUFFICIENTIA, æ. f. Tertul. ibid. & ad Uxor. 1. 4.
INSUFFLO, āre. Insufflavit uxori, Sed absque exemplo in SUFFLO. H. St. Nec est Latinum sane verbum.
INSŬLA, æ. f. [νῆσος] Terra quæ undique aquis includitur, proprie autem in mari. Quidam a Salo appellatas insulas volunt, quod in salo, id est mari sitæ sunt.
Corrosæ insulæ. V. CORRODO.
Ocellus insularum Sirmio. Catul. 29. 1. 12.
Odoriferæ insulæ. V. ODOR.
Tenera insula. Cic. 6. Att. 2. Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? Tenera, i. e. Imbelli, & deliciis potius quam armis dedita.
Adnatare insulæ. V. ADNATO.
Insulæ dictæ sunt proprie Domus quæ non conjunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur, a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus aut mari imminent, suntque in salo: a Græcis οἰκία περίμφοδος dicitur. Hactenus Festus. Cic. pro M. Cœl. 17. Nunc demum intelligo P. Clodii insulam esse venalem, cujus hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus. Ulpian. in l. stipulationes non dividuntur. D. de verb. obligat. Plane si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum ut insula ruat. Plautus in l. nam salutem. D. de officio Præfecti vigilum, Effracturæ sunt plerumque in insulis horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt. Budæus. conf. Suet. Neron. 38. Cæs. 41. & Tiber. 48. Tacit. 6. Ann. 45. 2. Et 1. Hist. 86. 4. &c. vel Lex. Pitisc.
Templa etiam Insulas dixere Ecclesiastici Scriptores quod ab aliis ædibus undique sejuncta essent. V. Gonsal. ad Petron. cap. 95. & Is. Voss. ad Justin. 32. 2. 2.
INSULĀNUS, a, um. Adj. Serv. in Virg. 8. Æn. 725. Caræ insulani populi fuerunt. Pacat. Paneg. Theod. cap. 23. Gloss. vet. Insulani, νησῶται.
INSULĀRIS, e. Adj. [νησιωτικὸς] Quod est insulæ, & ad insulam pertinet. Plin. Qui primus insularem morbum in urbem invexit. [Si modo Plinii hæc sunt.] Ammian. Nec strepente ullo, nec obsistente, insulari pœna multati sunt. i. e. Deportatione in insulam. conf. Idem 26. 29. & 15. 27. Domus insularis. Cassiodor. 12. 24.
Insulares item sunt Templi custodes. Justin. 32. 2. 2.
INSULĀRIUS, i. m. [νησοφύλαξ] Pompon. in l. si ita de Usu & habitatione, Dominus proprietatis etiam invito usufructuario vel usuario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit. Intelligit, Insulæ custodem. conf. Reinf. Inscr. 1. 138. & l. 5. §. 1. Dig. de Inst. Act. & l. 4. D. de præf. vigil. Apud Petron. cap. 95. Insularios intelligit Grævius ad Cic. pro Cœl. p. 311. non insularum i. e. domuum custodes, sed conductores, i. e. inquilinos.
INSULATUS, a, um. Partic. ab INSULO. Apul. de Mundo, extr. Audivimus regiones, quæ prius fuerant continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas. conf. Augustin. Civ. Dei, 4. 2.
INSULENSIS, e. Solin. cap. 54. Ab insulense ad continentem.
INSULOSUS, a, um. Adj. Plenus insulis. Ammian. 23. 18. Idem 22. 11.
INSULSUS, a, um. Adj. [ἄναλος, ἀκνισσος] Fatuus. Donatus ad Ter. Eun. 5. 8. Insulsus, Sine sale & sapientia, aut Sine saltu & facilitate. [Satis insulse.] Plaut. Rud. 2. 6. 33. Ter. Eun. 5. 8. 49.
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque & dies. Cic. 2. de Orat. 257. Sed qui ejus rei rationem quandam conati sunt, artemque tradere: sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur. Idem 1. Tusc. 15. Sed tu mihi videris & Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi.
Insulsa gula. Cic. 13. Att. 31. O gulam insulsam: pudet me patris.
Insulsa efflagitatio, Inepta & imprudens. Cic. 10. Fam. 24. Ad cogitationem Consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerit.
Compar. Tertul ad Nation. 1. 3. Solœcismus & insulsior figura.
Superl. Insulsissimus improbissimusque est. Martial. 12. 55. Insulsissimus est homo. Catul 17. 12.
INSULSĪTAS, ātis. f. [ἀφυΐα] Ineptia. Cic. 13. Att 29. De hortis ex tuis litteris cognovi, & Chrysippo in villa, cujus insulsitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. Insulsa placere non solent. recte igitur & venuste insulsitatem tribuit villæ, quæ nihil haberet, cur placere posset. Insulsum enim est, Nullo sale conditum. conf. Idem ibid. 5. 11. Sic pro Rabir. post. 36. Jam nostis insulsitatem Græcorum. Plaut. Mil. 3. 3. 5. Stultitia, insipientia, insulsitasque. Al. Insulsa atque maxima hæc sit.
INSULSE, Adv. [ἀφυῶς] Imprudenter & inepte. Cic. 2. Epist. ad Cæs. Sed ita locutus insulse est, ut mirum Senatus convicium exceperit. apud Non. 1. 141. Idem 2. de Orat. 221. Et 4. Att. 16. & 15. 4.
Compar. Gell. 16. 12. Nihil potest dici insulsius.
Superl. Idem 12. 2. Hoc etiam addidit insulsissime.
INSULTO, INSULTATIO, INSULTURA. V. INSILIO.
INSUM, es, est, [ἔνειμι] esse. In aliqua re esse. Plaut. Rud. 4. 4. 144.
Credo edepol ego illic inesse auri & argenti largiter.
Insŭmus. Lucret. 3. 1093.
Nec devitari letum pote quin obeamus:
Præterea, versamur ibidem, atque insumus usque.
Inest in. Ter. Eun. 1. 1. 14.
In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ, &c. Idem And. 5. 2. 16.
Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. Cic. de Amicit. 79. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.
Inest pictura in hac tabula. Ter. Eun. 3. 5. 36.
Inest hic. Plaut. Rud. 4. 2. 21. Thesaurum hic ego inesse reor.
Insunt signa. Ter. Adel. 5. 3. 36. —multa in homine, Demea,
Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit.
Inest huic. Martial. lib. 14. 145.
Is mihi candor inest.
Columbis inest quidam gloriæ intellectus. Plin. lib. 10. cap. 36.
Nobis inest spes. Plaut. Capt. 2. 1. 53. Plin. in Paneg. cap. 88. Cui plus invidiæ, quam pulchritudinis inest. conf. Ovid. 3. Amor. 3. 34. & Tacit. 4. Hist. 27. 6.
INSŪMO, psi, ptum, [ἀναλίσκω, δαπανάω] ĕre. Impendere, consumere. Cic. 5. Att. 17. Nos tamen etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus, ut nullus teruntius insumatur in quenquam.
Curam insumere ad speculandum. Plin. lib. 9. cap. 46.
Operam insumere. Cic. 5. Verr. 150. Quantam igitur illi spem prædæ propositam arbitrantur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumpta, contempserit atque despexerit?
Operam frustra insumere. Liv. 10. 18.
Sumptus in rem aliquam insumere. Cic. 2. de Invent. 113. In hominem autem, quibus rationibus vixerit, quid sumptus in eam rem aut laboris insumpserit, &c.
Insumo, idem quod Sumo, assumo: ut, Insumere mentes dignas cœptis. Stat. 12. Theb. 643.
Terrarum leges, & mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Cœptis.
Nubila insumpsere latus montis, i. e. Occuparunt, insederunt. Stat. 2. Theb. 39.
INSUO, ui, ūtum, [ἐνῤῥάπτω] ĕre. Idem quod Suere significat. Varro 2. de R. R. cap. 9. Quæ intra capita insuitur pellis mollis.
Auro insuto graves vestes. Ovid. 3. de Arte Am. 131.
Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant. Virg. 5. Æn. 505.
Insutus culeo, & Insutus in culeum. Valer. Max. lib. 1. 1. 13. Cic. 1. Q. frat. 2.
Insuere, per translationem, pro Conjungere. Liv. 40. 51 pr. Lepidus molem ad Tarracinam: ingratum opus, quod prædia habebat ibi. privatamque publicæ rei impensam insuerat, &c. In emendatis codd. Injunxerat.
INSŪTUS, ûs. m. Apul. Met. 7. Mille aureos insutu laciniæ contexerat. V. Elmenh. Emend. p. 240.
INSŪTĪTIUS, a, um. Apul. Met. 6. p. 187.
INSŬPER, Adv. [ἐν δὲ, καὶ μὴν] i. e. Præterea. Cic. 15. Fam. 16. Nam ne te fugiat, latius insuper Epicurus. Ter. Eun. 4. 3. 3.
Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem,
Vestem omnem miseræ discidit. Ibid. 5. 6. 12.
An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? [Quod putant plerique hanc particulam ex duabus præpositionibus In & Super conflatam esse, id in voce CONTRA in dubium non injuria vocavi. Potius enim videtur ex duobus adverbiis Inde & Super, aut ex adverbio & præpositione iisdem per Syncopen conflata. Multum enim Inde particula antiqui utebantur, ut apparet ex Deinde, Exinde, Perinde, Proinde, Subinde. Quidni igitur & Superinde dixisse putemus, ac mox, volente usu, per anastrophen Inde super, & contracte Insuper, ut Imperator pro Induperator? Forte & Desuper ex Deinsuper temporis Adv. factum, & errore vulgi pro ἄνωθεν usurpari cœpit.
Insuper, pro Super, vel Desuper. Columel. lib. 12. cap. 39. Tum insuper cannas ponere. Lucret. lib. 6. 190.
Aut ubi per magnos montes cumulata videbis
Insuper esse aliis alia.
Imposita insuper Ætna. Virg. 3. Æn. 579. conf. Tacit. Germ. 15. 25. & Liv. 21. 1.
Insuper; pro Deinceps, vel Continue sive Continenter. Suet. Vitell. 2. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios Consulatus, Censuramque gessit. [Hic Insuper est Præterea.
Insuper quam, ut Præter quam. Liv. 23. 7. pr. Hæc pacta: Illa insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. Nam præfectos socium, &c. Budæus.
Insuper his, pro Præter hæc. Virg. 9. Æn. 61.
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Insuperhabere, pro Negligere, ea forma qua dicimus Posthabere. Papinianus in l. hæredem. D. de his quæ ut indignis auferuntur, Hæredem, qui sciens defuncti vindictam insuperhabuit, fructus omnes restituere cogendum existimavi. Sic enim habent Pandectæ Florentinæ. Non ignoro tamen Haloandrum aliter & legere & distinguere. Idem in l. sunt personæ. D. de religiosis, & sumptibus funerum, Eademque sunt in socio, qui in fundum communem invito socio mortuum inferre vult. Nam propter publicam utilitatem, ne insepulta cadavera jacerent, strictam rationem insuperhabemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solent. Sic habent Pand. Flor. conf. Gell. 1. 19. & 4. 1. Has & alias geminatas præpositiones separandas, non conjungendas esse statuunt JCti, conjunctas tamen vult Muretus Var. Lect. 11. 17. conf. Taubm. in Plaut. Merc. 1. 2. 82.

INSUPERABILIS, e. Adj. [ἀήττητος, ἀνυπέρβλητος] Quod superari non potest, & domari. Plin. 1. Epist. 22. Rogavitque ut medicos consuleremus de summa valetudinis: ut si esset insuperabilis, sponte exiret e vita.
Genus insuperabile bello. Virg. 4. Æn. 40.
Insuperabile, Quod pertransiri non potest præ altitudine aut locorum difficultate. Liv. 21. 23. Constabat non tam bello motos, quam longinquitate viæ, insuperabilique Alpium transitu. Idem 21. 36. Ea vero via insuperabilis fuit. conf. Gell. 13. 1.
INSUPERABILITER, Adv. Augustin. de Civ. Dei, 5. 8. Dei potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur.
INSUPERATUS, a, um. Adj. C. Gall. El. 1. 33.
— tolerantia rerum,
Spernebat cunctas insuperata minas.
INSURGO, surrexi, ectum, [ἐπανίστημι, ἀνίσταμαι, ἐπανίσταμαι] ere. Contra surgere. Virg. 9. Æn. 34.
Altius insurgere. Quintil. lib. 8. cap. 4.
Altior insurgens. Virg. 11. Æn. 697.
Regnis alicujus insurgere. Ovid. 9. Met. 444.
Insurgere, Incumbere. Virg. 5. Æn. 189.
— nunc, nunc insurgite remis,
Hectorei socii. V. Lex. Pitisc.
Invigilare & insurgere alicui rei. Plin. Paneg. cap. 66. pr. Capessere quasi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus & insurgere.
INSUSURRO, [ἐπιψιθυρίζω] are. In aures leniter obstrepere, & veluti cum quodam susurro. Cic. 4. Acad. 147. Verum quoniam non solum nauta significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat, navigandi nobis tempus esse, &c.
Insusurrare in aurem alterius aliquid. Cic. 3. Verr. 120. A qua muliere quum erat ad eum ventum, & in aurem ejus insusurratum, alias revocabat eos, &c.
Insusurrare alteri, Aliquid in aurem insufflare. Cic. 5. Tusc. 103.
Insusurrare crebro cantilenam suam alteri. Cic. 1. Att. 16. Atque ita (tametsi iis novis amicitiis implicati sumus) ut crebro vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam, &c.
Turpissima vota Diis insusurrant. Sen. Epist. 10.
INSUSURRANS, antis. Partic. Cic. 5. Tusc. 103.
INSUSURRATUS, a, um. Partic. Sen. Brev. Vit. cap. 14. Insusurratum millies nomen.
Secreto insusurratum. Sidon. 5. Epist. 6.
INSUSURRATIO, ōnis. f. Capitol. in Anton. Philos. cap. 19. Cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur.
INSUSCEPTUS, a, um. Adj. [ἄδεκτος] Ovid. ad Liv. 197.
Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit.
INSUTUS, V. INSUO.

## I N T

INTABESCO, [ἐντήκομαι] ere. Idem quod Tabescere. Columel. lib. 4. cap. 3. Novella vero dum adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit.
Cera intabescit igne levi. Ovid. 3. Met. 486.
Cibo interminato intabuissent pupulæ. Hor. Epod. 5. 40.
Diuturno morbo intabescere. Cic. 3. de Nat. Deor. 84.
Dolori intabescere. Sen. Conf. Polyb. cap. 24.
Glans plumbea intabescit. Ovid. 14. Met. 226. i. e. Liquescit.
Pruinæ matutinæ intabescunt sole tepente. Ovid. 3. Met. 487.
INTACTUS, a, um. Adj. [ἄθικτος, ἄψαυστος] Non tactus, integer, immaculatus, impollutus. Liv. 5. 38. Non modo non tentato certamine, sed ne clamore quidem reddito, integri intactique fugerunt.
Intactus infamia. Liv. 38. 51. Infamia intactum, invidia qua possunt, urgent.
Haud intacti religione animi vir, Quem religio tangit. Liv. 5. 15.
Intactus a sibilo, Nunquam exsibilatus aut explosus. Cic. 8. Fam. 2. Hoc magis animadversum est, quod intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem.
Boves intactæ. Horat. Epod. 9. 22.
Carmen intactum Graecis, Satira. Hor. 1. Serm. 10. 66.
Cervice intacta juvencæ, Injuges. Virg. 4. Georg. 551.
Corpus intactum a vexatione. Liv. 7. 10. extr. Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque spoliavit.
Grex intactus, Indomitum armentum. Servius. Virg. 6. Æn. 38.
Pomum intactum omnibus, Quod a nemine gustatur. Plin. lib. 12. cap. 10.
Pontem intactum sinere. Curt. 4. 16. 9.
Thesauri Arabum intacti. Hor. 3. Carm. 24. 1.
Virgo intacta manet. Catul. 60. 45.
Compar. Juven. 6. Sat. 162. Intactior omni Sabina. i. e. Castior.
INTACTUS, ûs. m. Lucret. 1. 454.
Tactus corporibus cunctis, intactus inani.
INTACTILIS, e. Adj. [ἀναφής] i. e. Tactum refugiens, sive Quod tangi non potest. Lucret. lib. 1. 438.
Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
Rem prohibere queat per se transire meantem.
INTAMINATUS, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Idem quod Incontaminatus. Hor. 3. Carm. 2. 17.
Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus. Alii — sordidæ in-
Contaminatis &c. H. St.
INTANTUM, & INQUANTUM, Adverbialiter. [τόσον, καὶ ὅσον, ὅσον μὴ] Sen. de Benef. lib. 2. cap. 23. Quomodo danti intantum producenda notitia est muneris sui, inquantum delectatura est eum, cui datur, ita accipienti adhibenda concio est. Virg. 6. Æn. 875.
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
Intantum spe tollet avos. Alii rectius In tantum. V. IN præpos.
INTEGER, gra, grum, [ὁλόκληρος, ἀκέραιος, ἀμίαντος, ὑγιής] Incorruptum, inviolatum, totum: ut, Integrum templum omni opere. Cic. 3. Verr. 132.
Integer opponitur Trunco. Plin. lib. 7. cap. 11. extr. Jam illa vulgata, varie ex integris truncos gigni, itemque ex truncis integros, eademque parte truncos. Budæus.



Integra filia, Virgo. Plaut. Truc. 4. 3. 47.
Virgines integræ. Catul. 59. 36.
Integer homo & sanctus. Cic. 1. de Orat. 229. Quumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior, &c.
Integer, innocens, religiosus. Cic. 6. Verr. 7.
Homo integer & castissimus. Cic. 2. de Invent. 36.
Bonus & integer vir. Cic. pro Muren.
Integer & Contaminatus, contraria. Cic. in Topic. 69.
Integer & purus. Cic. 1. Tusc. 41.
Rudis discipulus, & integer. Cic. 3. de Nat. Deor. 7.
Ævi integer. Virg. 9. Æn. 618. Ovid. 9. Met. 440.
Animi integer. Cic. in Art. Rhet. Integer animi fuisse demonstratur.
Annorum integer. Stat. 1. Theb. 415.
Mentis integer. Hor. 2. Serm. 3. 65.
Vitæ integer. Hor. 1. Carm. 22. 1.
Integer pudore. Martial. lib. 6. 28.
Integer a. V. in A præp. conf. Liv. 9. 41.
Integer ab labore, Non fatigatus. Cæs. 3. Bell. Gall. 26.
Integer & honestus in omnibus vitæ partibus. Cic. pro Font.
Integer, est Qui nondum se astrinxit: cui integrum est rei arbitrium. Cic. pro Flac. Et ego me ad id quod attulerit, integrum conservabo. Budæus.
Integrum se servare, pro Neutri parti se adscribere. Cic. 7. Att. 25. Quod me amicissime admones, ut me integrum quoad possim servem, gratum est.
Integer, Validus, firmus, vegetus, sobrius: cujus contrarium est Fessus, saucius, vitiatus, languidus, vinosus. Cic. pro Muren. 50. Integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere. Cæs. 7. Bell. Gall. 41. Quum crebro integri defessis succederent. Idem 7. 48. extr. Non facile recentes atque integros sustinebant. Idem Civ. 3. 40. Integrosque semper defatigatis submittens. Corn. Celsus in Procem. Qui sanæ cujusque colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit.
Ut integrum se, salvumque velit, movet infantem natura. Cic. 2. de Fin. 33.
Ex vera atque integra Græcia. Cic. pro Flac. 61.
Florentes atque integros populos vici. Cic. pro Planc. 86.
Integerrimi & parati populi. Cic. pro Domo, 60. Quum Gabinio integerrimas paratissimasque gentes ad diripiendum tradidisses.
Integerrimi diutina pace populi. Liv. 6. 7. pr.
Ætas integra, Adulta, florens. Ter. And. 1. 1. 45.
— egregia forma, atque ætate integra. Subaudi Mulier.
Animo libero & integro causam alicujus defendere. Cic. pro Sull. 86.
Audacia nova atque integra; Recens nata. Plaut. Cas. 3. 5. 5.
Causa integra. Cic. 1. Fam. 5. Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, videtur ab illo plane esse deposita. Ter. Hec. 1. 2. 5.
Alias ut uti possim causa hac integra. i. e. Non dicta, ut ait Donat. Causam integram alicui reservare. Cic. 13. Fam. 4.
Conjuges integras ab alterius petulantia conservare. Cic. 2. Verr. 14.
Corpus integrum & Vitiosum, contraria. Cic. 1. de Divin. 80.
Decor integer ævi. Stat. 5. Silv. 2. 63.
Exercitus integer, Infractus & sanus. Plaut. Pers. 5. 1. 2. Cic. 10. Fam. 35. Equitatum habet magnum, nam omnis ex prælio integer discessit.
Existimatio integra. Cic. pro Quint. 49. Tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem.
Fontes integri. Hor. 1. Carm. 26. 6. Lucret. 4. 2.
Ingenium integrum, Incorruptum. Sallust. Jugurth. cap. 63. Ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit.
Mens integra. Hor. 1. Carm. 31. 18.
Opes integræ & Accisæ, contraria. V. OPES.
Res integra & infracta. Cic. 9. Att. 1.
Res integra, cui Peracta opponitur. Plin. 3. Epist. 4. pr. Cic. 4. Att. 15. Sed hæc mallem integra re tecum egisse.
Res integra, cui Perdita opponitur. Cic. 5. Verr. 110. Utrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? judicium integra re, an perdita fieri?
Sanguis integer, Purus. Plaut. Merc. 3. 2. 7. Virg. 3. Æn. 638.
— vos ô, quibus integer ævi
Sanguis, ait, solidoque suæ stant robore vires.
Sanguis vitiosus & Integer, contraria. Corn. Cels. 2. 10. Si is (sanguis) crassus, & niger est, vitiosus est: ideoque utiliter effunditur: si rubet & pellucet, integer est.
Sensus integer. Cic. 4. Acad. 19.
Signa integra. Cic. 3. in Catil. 6.
Testes integri. Cic. 1. de Fin. 71.
Valetudo integra, Sana. Cic. 2. de Fin. 47.
Vita integerrima. Cic. pro Planc. 3.
Integrum & illibatum. V. ILLIBATUS.
Integra omnia principi relinquere. Plin. Epist. 126.
In integrum restituere damnatum, In statum pristinum, ut fuit ante rem judicatam, & causæ dictionem. Ter. Phorm. 2. 3. 11. Cic. 7. Verr. 73. Ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur.
Integrum est, In arbitrio est & potestate. Cic. 10. Philip. 5. At non est integrum: constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest?
Non est integrum mihi tuo consilio uti. Cic. in Pison. 58.
Si integrum daretur, eam sententiam diceret. Cic. in Partit. 132.
In integro esse res dicitur. Cic. 4. Verr. 98. Quum tibi in integro tota res esset. i. e. In potestate, ita ut adhuc posset vel fieri, vel omitti.
In integro esse causa dicitur: cui Dubia opponitur. Cic. 11. Att. 6. Suspicor enim cohæredes dubiam nostram causam putare, & eorum in integro esse. Vetus exemplar pro Eorum, legit Eo rem in integro, &c.
Ab integro, Adv. Denuo, inquit Servius. Virg. 4. Ecl. 5.
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
De integro, V. DE.
De integro alicui gratulari. Cic. 13. Att. 49.
De integro scribere epistolam. Cic. 13. Att. 27.
INTEGRE, Adv. [ὁλοκλήρως] Pure, sincere, caste. ut, Integre versari in re. Tacit. Agric. 7. 4.
Integre vivere. Cic. 4. de Fin.
Incorrupte atque integre judicare. Cic. 1. de Fin. 30.

Caste integreque versari in periculis privatorum. Cic. pro Lege Manil. 1.
Acta integerrime vita. Cic. in Sallust. 4.

**INTEGRITAS**, ātis. f. [ὁλότης, ἀκεραιότης] Innocentia. Cic. 3. Verr. 64. Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari.
Integritas atque innocentia singularis. Cic. 1. Verr. 27.
Fraus & Integritas, contraria. Cic. 2. de Orat. 15. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur.
Integritas & continentia. Cic. 1. Q. frat. 1.
Integritatis & fidei testimonium dedit Cato. Cic. 7. Att. 2.
Vitæ anteactæ integritas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Cautior & diligentior integritas. Cic. 1. Q. frat. 1.
Incorrupta sermonis Latini integritas. Cic. de Clar. Orat. 132.
Integritatis & elegantiæ alicujus laudator. Cic. 6. Att 2.
Integritas corporis, Valetudo. Cic. 5. de Fin. 40. Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. conf. Gell. 18. 1.

**INTEGRITUDO**, inis. f. Ulp. Dig. de Testam. mil. proœm. Secutus animi mei integritudinem erga commilitones.

**INTEGRO**, [ἀκεραιόω] āre. Rursus inchoare, innovare. Virg. 4. Georg. 515. — ramoque sedens miserabile carmen
Integrat. Liv. 5. 25. Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuniplebis.
Cædem, Renovare. Liv. 9. 43.
Lacrimas. Liv. 1. 29.
Luctum. Curt. 10. 6. 4.
Peccatum. Apul. Apol.
Pugnam. Liv. 3. 70.
Vulnera. Stat. 5. Theb. 29.
Vim. Sen. Med. 671.
Aciem integrare. V. ACIES.
Bellum integrabat Enyo. Stat. 8. Theb. 658.
Integrare animum admiratione, aut risu renovare. Cic. 1. de Invent. 25. Sic animus defessus audiendo, admiratione integratur, aut risu renovatur. conf. Gell. 15. 2. & Tacit. 4. Hist. 81.

**INTEGRATUS**, a, um. Partic. Auson. Epist. 14. 7. Vigor integratus.

**INTEGRATIO**, ōnis. f. Ter. And. 3. 3. 23.
Amantium iræ amoris integratio est. non Redintegratio, ut in vulg. Symmach. 3. Epist. 73. Rei familiaris integratio. Vet. Gloss. Integratio, ἐπανάληψις.

**INTEGRATOR**, ōris m. Tertull. Apol. cap. 46. extr.

**INTEGRASCO**, [ἀκεραιοῦμαι] ĕre. Integrari, ad integrum redire, repeti, instaurari, ut ait Donatus. Ter. And. 4. 2. 5.
Videre ait te cupere. B. ah perii, hoc malum integrascit.

**INTEGELLUS**, a, um. Adj. dimin. Catul. 15. 14.
Ut si quicquam animo tuo cupisti,
Quod castum expeteres, & integellum. conf. Cic. 9. Fam. 10.

**INTEGO**, xi, ctum, [ἐπικαλύπτω] ĕre. Tegere. Plaut. Rud. 1. 2. 13.
Villam integundam intelligo totam mihi.
Integere habitabiles casas. Plin. lib. 10. cap. 13.
Integebantur porticus lignis conjunctis inter se. Cæs. 2. Bell. Civil. 2.
Integi vallo. Liv. 7. Vetus exemplar habet Tegi.
Crines integit casside. Stat. 4. Theb. 303. Propert. 2. 19. 15.
Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit. Grut. Inscr. p. 150. C. RVSTIVS &c. VIAM INTEGENDAM CVRAVERE.

**INTECTUS**, a, um. Partic. Liv. 27. 3. Stramento intecta omnia.

**INTECTUS**, a, um. Adj. Non tectus, apertus. Semisomnus ac prope intectus. i. e. Nudus. Tacit. 5. Hist. 22. 6. conf. Idem Germ. 17. 1.
Corpore intecto. Idem 4. Hist. 77. 3.
Pedibus intectis incedere. Idem 2. Ann. 59. 2. conf. Idem 4. Hist. 46. 3.
Verticibus intectis hieme pruinam perferre. Mamert. Paneg. Jul. cap. 13.
Tralate. Tacit. 4. Ann. 1. 4. Sejanus Tiberium variis artibus devinxit, adeo ut obscurum adversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret.

**INTEGUMENTUM**, i. n. [ἐγκάλυμμα] Quo quid integitur. Liv. lib. 40. extr. Deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Jovi apposita fuit, decidit.
Involucra & integumenta. Cic. 1. de Orat. 161. Sic modo in oratione Crassi divitias ac ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi. i. e. Velamenta.
Integumenta flagitiorum. Cic. pro Cœl. 47. Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, sed in turpissimis rebus, &c.
Frontis integumentum Cic. Post red. in Sen. 15.
Dissimulationis integumentis evolutus. Cic. 2. de Orat. 350.
Integumenta vocabantur, & Tegmenta, operimenta scutorum & sagmenta. Plaut. Bacch. 4. 2. 20.
Nequam esse oportet scutum, integumentum improbum est. Sic legit Turnebus. al. Oportet, quoi tu integumentum improbus es.

**INTECTAMENTUM**, i. n. Quasi ab INTECTO frequent. Gloss. Gr. Lat. σκέπασμα στέγης.

**INTEGRASCO, INTEGRE, INTEGRITAS, INTEGRO**, &c. V. INTEGER.

**INTELLIGO**, exi, ectum, [νοέω, συνίημι, φράζομαι, ἐπαΐω] ĕre. ex Inter & Lego, quasi In interioribus legere: significat Videre & mente percipere. Antiqui Intellego scribebant per E secundam vocalem in penultima. Cic. 16. Fam. 22. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis.
Animum alicujus intelligere. Ter. Heaut. 3. 1. 69.
Nam si semel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, &c.
Colloquia alitum intelligere, V. COLLOQUIUM.
Gratulationem intelligere dicuntur simiæ. Plin. lib. 8. cap. 54. Tractarique gaudent, similes gratulationem intelligentis. [Intelligentibus. H. St.
Sententiam alicujus intelligere. Ter. And. 1. 3. 2.
Enimvero Dave, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ,
Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis.
Intelligere in re aliqua. Cic. 6. Verr. 94.
Intelligere, Percipere. Ter. Eun. 5. 2. 44.
Tum pol tibi ab isto, hera, cavendum intelligo.
Clarius aliquid intelligere. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Intellextin', pro Intellexistine? Ter. And. 1. 2. 30.
Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide.
Lepide intelligere, V. LEPIDUS.
Minus intellexi. Ter. Eun. 4. 5. 11.
— nesciebam id dicere illam, nisi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras. V. PARVUS.
Multum intelligo, V. MULTUS.
Nihil intelligo, V. NIHIL.
Satis intellexi Ter. Adel. 3. 2. 31.
Intelligo de gestu, i. e. Ex ipso gestu compertum habeo quid velis. Cic. in Vatin. 35. Volo etiam audire de te, quo tandem Senatusconsulto legatus sis: de gestu intelligo quid respondeas.
Intelligere ex. Cic. 3. de Nat. Deor. Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi potest.
Intelligere in. Cic. 6. Verr. 94. Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi.
Intelligere male, vel nihil. Cic. 16. Att. Male eum credo intellexisse, si quisquam male intelligit, vel potius nihil intellexisse.
Intelligendi disciplina. V. Vera & absoluta eloquentia, in ELOQUOR.

**INTELLIGITUR**, Imperf. Cic. 1. de Fin. Ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem 4. Acad.
Intelligitur id. Cic. de Amicit. 23. Id si minus intelligitur, &c.
Non intelligitur quando obrepat senectus, i. e. Vix sentitur, haud animadvertitur, aut percipitur. Cic. de Senect. 38.

**INTELLIGENS**, Partic. [δαήμων, νοήμων, συνετός] Sciens, sapiens, doctus, prudens. Ter. Eun. 2. 2. 1.
Dii immortales homini homo quid præstat, stulto intelligens
Quid interest?
Doctus & intelligens existimator. Cic. de Clar. Orat. 320.
Ingeniosus & intelligens. Cic. 6. Verr. 4. Quæ non modo istum hominem ingeniosum & intelligentem, verumetiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent.
Intelligens judicium, Quod est sanum, quodque ex re bene intellecta procedit. Cic. de Opt. gen. Orat. 11. Qui teretes aures habent, intelligensque judicium.
Intelligens in hac re. Cic. 6. Verr. 149. At ita studiosus est hujus præclaræ existimationis, ut putetur in hisce rebus intelligens esse.
Intelligens voluptatum. Cic 2. de Fin. 63. Erat & cupidus voluptatum, & cujusvis ejus generis intelligens & copiosus.
Intelligens principis, Compertum habens principis ingenium. Plin. 6. Epist. 27.
Compar. Augustin. Retractat. 1. 19. Vigilantiore atque intelligentiore mente discutiat.

**INTELLECTUS**, a, um. aliud Partic. [νοηθείς] Perceptus, cognitus, compertus: frequentissimum est. V. Curt. 10. 9. 20. & Tacit. 1. Ann. 49. 2. &c.

**INTELLECTURUS**, a, um. Partic. [νοήσων] ut Aures intellecturæ. Ovid. 3. Trist. 14. 40.

**INTELLECTIO**, ōnis. f. Auct. ad Herenn. 4. 33. Intellectio est cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de tota pars.

**INTELLECTUS**, ûs. m. [νοῦς, νόημα, σύνεσις] Cognitio & notitia. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus, Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum. Quintil. lib. 2. cap. 6. Quia facilior eorum intellectus videbatur.
Acrimoniæ intellectus. Plin. lib. 19. cap. 8.
Disciplinarum intellectus, Cognitio & scientia. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Saporum intellectus, Perceptio & sensus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Communis intellectus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Facilis intellectus. Idem ibid. cap. 5.
Amittere intellectum, Non intelligere. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 17.
Capere intellectum alicujus rei. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Consequi intellectu, Intelligendo apprehendere. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Intellectus, pro Significatione. Quintil. lib. 7. cap. 5. Ad intellectum id nomen referentes Latini (ad verbum translatum non invenio) absolutum appellant.
Habere duplicem intellectum. Quintil. lib. 2. cap. 14. conf. Non. 5. cap. 33.

**INTELLECTUALIS**, e. Adj. Apul. de Dogm Plat.

**INTELLECTUALITAS**, ātis. f. Tertull de Anim. cap. 38 extr.

**INTELLECTOR**, ōris. m. Augustin. de Doctr. Christ. 2. 13. Idem de Genes. ad lit. 8. 2. Et de Morib. Manich. 2. 3. conf. Vet. Int. Iren. 1. 16.

**INTELLIGENTER**, Adv. [συνετῶς] quod vulgus barbare loquentium dicit Intelligibiliter. Plin. lib. 5. Epist. 16. ad Marcell. Quam studiose, quam intelligenter lectitabat. Cic. in Partit. 28 Sumuntur autem trium rerum gratia: ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur.

**INTELLIGENTIA**, æ. f. [διάνοια, νόησις] Intellectus, prudentia. Cic. 3. Off. 81. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ sit in ea species, forma & notio viri boni. Idem 1. de Legib. 59.
Simulatio intelligentiæ. Cic. 3. Off. 72. Nec ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur.
Intelligentia somniorum. Justin. 36. 2. 8.
Juris civilis intelligentia. Cic. de Clar. Orat. 102.
Rationis & intelligentiæ particeps pars animi. Cic. 1. de Divin. 70.
Animalis intelligentia. V. ANIMAL.
Difficilis erat animi, quid aut qualis esset intelligentia. Cic. 1. Tusc. 51.
Vitiosa intelligentia. Cic. 5. Tusc. 68.
Prudentia & Intelligentia, Idem. Cic. 2. Off. 34.
Ad commune judicium popularemque intelligentiam aliquid accommodate definire. Cic in Orat. 117.
Anteire omnes intelligentia. Cic. de Clar. Orat. 229.
Cadere in intelligentiam. V. CADO.
Habere intelligentiam rei alicujus. Cic. 9. Philipp. 10.

Conci-

Concipere animo ac mente adumbratas omnium rerum quasdam intelligentias. Cic. 2. de Legib. 59.
Conclusit intelligentiam in animo, & animam in corpore Deus. Cic. de Universſ. 8.
Continentur ideæ ratione & intelligentia. Cic. in Orat. 10.
Disjunctum longissime ab intelligentia sensuque imperitorum, id maxime excellit. Cic. 1. de Orat. 12.
Efficit res nobis notas communis intelligentia, easque in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. Cic. 1. de Legib. 44.
Fretus intelligentia alicujus. Cic. 1. de Nat. Deor. 49. Tamen, fretus intelligentia vestra, differo brevius quam causa desiderat.
Intendere & infigere intelligentiam in rem aliquam. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.
Ponere in audiendi fastidio intelligentiam. Cic. de Opt. gen. Orat. 12.

**Intellĭgĭbĭlis**, e. Adj. Sen. Epist. 124. Bonum intelligibile. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Corporis intelligibilis linea. conf. Borrich. Cogit. p. 143.

**Intelligibiliter**, Adv. Augustin. Soliloqu. 11. Idem Epist. 218.

**Intĕmĕrābĭlis**, e. Adj. Claud. Mamert. 1. 2. Intemerabilis hilaritas.

**Intĕmĕrandus**, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Non violandus, aut contaminandus: & refertur ad res sacras. Valer. 5. Argon. 640.

— an Martia templa
Intemeranda minus?

**Intemerātus**, a, um. Adj. [ἀμίαντος] Non turbatus. Virg. 3. Æn. 178.

— & munera libo
Intemerata focis.　Ubi Servius, Intemerata, rite perfecta: ut si leniter est fundendum vinum, aut mola injicienda, sic fiunt, ut ratio exigit sacrificii: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

Intemerata fides, i. e. Non violata. Virg. 2. Æn. 143. conf. Tacit. 1. Ann. 49. 5. &c.
Compar. Mart. Capell. 1. p. 3. Sophia, intemeratior cunctis, pulchriorque virginibus.

**Intempĕrans**, antis. [δύσκρατος, ἀκρατής] Adj. Temperanti est contrarium; Immoderatus, intemperatus, qui se in omni libidine effundit. Cic. de Senect. 29. Libidinosa etenim & intemperans adolescentia, effetum corpus tradit senectuti.
Intemperans in alicujus rei cupiditate. Cic. 13. Att. 26.
Adolescentia intemperans. V. Adoleo.
Intemperans vir, & impudica mulier. Cic. 5. Verr. 160.
Intemperans & ignavus. Cic. 1. de Fin.
Intemperantis enim arbitror esse, scribere quod occultari velit. Cic. 1. Acad. 2.
Avidos atque intemperantes plebeiorum animos ad sanguinem & cædes irritare. Liv. 24. 25. extr.
Ad vescendum intemperans fuit. Aur. Vict. Epit. cap. 6.
Compar. Sen. de Ira 1. 3. In quasdam fere voluptates homines intemperantiores sunt. conf. Idem ad Helv. cap. 6. & Cic. in Vatin. 1.
Superl. Intemperantissimi versus. Apul. Apol. p. 279. Cic. in Pison. 72. Impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis cænum, & sordes. Al. Intemperatissimæ.

**Intemperanter**, Adv. [ἀκρατῶς] Immodeste, inconstanter. Cic. 1. Philipp. 12. Nimis iracunde hoc quidem & valde intemperanter.
Compar. Ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur. Cic. 5. Philipp. 48. conf. Liv. 23. 1. & 31. 37.
Superl. Apul. Apol. p. 321. Idque apud omnes intemperantissime gloriatur.

**Intemperantia**, æ. f. [ἀκράτεια, ἀκολασία] Intemperies, incontinentia, insolentia. Cic. pro Cœl. 25. Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit.
Immoderata intemperantia. Cic. 1. Acad. 39. Et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem immoderatam quandam intemperantiam.
Adolescentium impudens intemperantia. V. Impudens.
Ægri intemperantia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Cæli intemperantia, Intemperies. Sen. de Const. cap. 9.
Libidinis intemperantiam coercet. Plin. lib. 24. cap. 9.
Linguæ intemperantia. Vide in Communiter, quem attuli locum H. St.
Risus intemperantia. Plin. lib. 11. cap. 37.
Intemperantiam sic definit Cic. 4. Tusc. 41. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est a tota mente ac a recta ratione defectio, sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

**Intemperātus**, a, um Adj. [ἀκόλαστος] Temperato contrarium: Cic de Amicit. 77. Intemperata quædam benevolentia.
Compar. Sen. ad Helv. 6. Quid intemperatius?
Superl. ut, Intemperatissimæ perpotationes, apud Cic. in Pison. 22. Et intempeperatissima pecus, Ibid. 72.

**Intemperate**, Adv. [ἀκολάστως] Insolenter. Cic. de Univers. 38. Qui autem immoderate & intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

**Intempĕrābĭlis**, e. Adj. ut, Intemperabilis punctio. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4.

**Intemperia**, inquit Nonius 8. 78. pro Intemperantia apud veterem auctoritatis obscuræ. Has ejus intemperias in maritum. Hæc ille.

**Intemperiæ**, arum. [δυσκρασίαι] Deæ quædam esse credebantur, quæ vim nocendi & intemperantius sæviendi potestatem haberent. Plaut. Amph. Suppos. 4. 3. pr.

Di vostram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam.　Ibid.
Quæ hospes intemperiæ, ut tu meum verberes? Idem Aul. 1. 1. 32.
Nescio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent.　conf. Mil. 2. 5. 24. Cato R. R. cap. 141. Uti tu calamitates intemperiasque prohibessis.

**Intemperies**, ēi. f. [ἀκρασία] pro Intemperantia: ut, Intemperies cæli, Intemperies solis, quam vulgus Indispositionem vocat. Columel. lib. 1. in præfat. Noxia frugibus intemperies cæli. Idem lib. 11. cap. 2. Quoniam immaturis uvis omnia eadem possint accidere, propter intemperiem solis aut anni.
Intemperies amici, Immodestia. Cic. 4. Att. 6. extr. Sed mehercule incipiendo refugi, ne, quod videor stulte illius amici intemperiem non tulisse, rursus stulte injuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero. conf. Liv. 3. 31. pr. & Plaut. Capt. 4. 4. 3.
Ebrietatis intemperies. Justin. 12. 13. 10.
Plur. Gell. 1. 17. Has Xanthippes intemperies in maritum Alcibiades demiratus, &c.

**Intempestus**, a, um. Adj. [παράκαιρος] Concubius. ut, Intempesta nox. Festus, Intempestam noctem dicimus, pro Incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei possint intelligi. Varro de L. L. lib. 5. 2. Inter vesperuginem & jubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassius, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram devenit domum. Intempestam Ælius dicebat, quum tempus agendi est nullum. Hactenus Varro. Virg. 1. Georg. 247.

— aut intempesta silet nox.　Ubi Servius; Intempesta, Inactuosa, alta, densa, crassa, qualis est intempestas. Idem 3. Æn. 587.

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.　Ubi Servius; Intempesta, Media: hoc est nimium obscura. Intempesta, dicta est Nox media. Inactuosa, Carens actibus, per quos tempus dignoscimus. Ait enim Lucretius, quia per se tempus non intelligitur nisi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo Intempesta, quasi Inactuosa, quasi sine tempore: h. e. Sine actu, per quem dignoscitur tempus. Unde est, Intempestive venisti, id est ἀκαίρως. Ergo Intempesta dicitur, quia caret tempore. Hactenus ex Servio. Cic. 6. Verr. 94. Repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus atque impetus.
Intempestus, Gravis, pestilens. Virg. 10. Æn. 184.

Et Pyrgi veteres, intempestæque Graviscæ.　Servius, Graviscanum oppidum, alii Intempestum dicunt Ventis & tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Graviscas accipiamus pestilentes, & secundum Plin. Nat. Hist. & Cat. Origin. ut Intempestas intelligas Sine temperie, id est tranquillitate. Nam ut ait Cato, ideo Graviscæ dictæ sunt, quod gravem aerem sustinent.

**Intempestas**, ātis. f. [δυσκρασία] Idem quod Intemperies: ut, Intempestas cæli, h. e. Injuria. Plin. lib. 18. cap. 6.

**Intempestīvus**, a, um. Adj. [ἄκαιρος, ἔξωρος] Quod est Opportuno contrarium. Cic. de Amicit. 22. Nunquam intempestiva, nunquam molesta est amicitia.
Intempestiva epistola, Quæ præter temporis occasionem venit. Cic. 4. Att. 9. Si nihil habebis, tamen scribas aliquid nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est.
Intempestivus, pro Ominoso, & malum portendenti. Plin. lib. 18. cap. 35. de indiciis tempestatum, Anseres continuo clangore intempestivi: pecora exsultantia, & indecora lascivia ludentia, eandem significationem habent. Budæus.
Compar. Val. Max. 7. 8. 9. Quid hoc loco inhonestius, aut quid intempestivius?

**Intempestīve**, Adv. [ἀωρί, ἀκαίρως] Importune. Columel in procem. lib. 1. Et ne singulos intempestive nunc persequar, &c. Cic. 1. Off. 88. Ne, si irascamur, aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus. Idem 11. Fam. 16. & Phædr. 3. 20. 12.
Intempestive fovere vulnus, h. e. Non opportuno tempore. Ovid. 4. de Pont. 11. 20. Sen. de Benef. 4. 40. Gell. 4. 20. conf. Ammian. 18. 6. & 23. 11. & Ulp. l. 9. §. ult. Dig. ad leg. Aquil.

**Intempestivĭter**, Adv. Gell. 4. 20. Qui dixerunt joca quædam intempestiviter.

**Intempestivĭtas**, ātis. f. Gell. 3. 16. Octavi mensis intempestivitas, i. e. ad partum.

**Intempestuosus**, a, um. Ammian. 24. 3. Abortus vitio fetus emittet intempestuosos. Gronov. post Lindenbr. edidit Intempestivos.

**Intempŏrālis**, e. Adj. Æternus. Apul. de Philos. Mor. p. 25. Repente fieri perfectum, & esse quodammodo intemporalem. Prudent. Roman. 316.

Intemporalis ante quam primus dies.

Somnus intemporalis: i. e. Intempestivus. Cæl. Aurel. Acut. 1. 9. 64.

**Intemporalĭter**, Adv. August. de Genes. ad lit. 1. 9. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4.

**Intendo**, di, tum & sum, [ἐπιτείνω, ἐντείνω, προσέχω, ἀτενίζω] ĕre. Porrigere, extendere, & tendendo explicare. Cic. 7. Verr. 30. Tabernacula quemadmodum consueverat temporibus æstivis, quod antea jam demonstravi, carbaseis intenta velis, collocari jussit in litore.
Arcum intendere, cui contrarium est Remittere. Plin. lib. 11. cap. 49.
Arcum intendebat Apollo. Virg. 8. Æn. 704.
Arcum intendere in aliquem, per translationem. Cic. pro Sext. 15. Fuerat ille annus, tanquam in Reipub. magno metu & multorum timore intentus arcus in me unum.
Balistam intendere in aliquem. Plaut. Bacch. 4. 4. 58.
Digitum intendere ad fontes. Cic. 1. de Orat. 203.
Dextram intendere ad statuam. Cic. 16. Att. 15.
Os in aliquem intendere. Tacit. 3. Ann. 20. Et quanquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit.
Manus. Ovid. 8. Met. 107.
Manus intendere diis, pro Tendere manus ad deos invocandi causa. Sen. 1. de Clement. 25.
Vela. Virg. 3. Æn. 683.
Intendere, Continuare, prosequi. Plaut Mil. 2. 4. 27.

Pergin' scelesle intendere, & hanc arguere?　Liv. 7.

Intendere alicui rei, Attendere. Plin. Epist. 8. 19. Proinde, si quando, nunc intende libro.
Intenditur. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nunc genera ipsa lectionum, quæ præcipue convenire intendentibus ut Oratores fiant existimem, persequor. h. e. Contendentibus, annitentibus.
Aliquid intendere. Quintil. lib. 3. cap. 6. Al. In aliquid. V. p. 239. Burm.
Hæreditatem suam esse intendit, vel totam, vel pro parte. Caius in l. Licet. D. de petit. hæred.

In omnes occasiones rei gerendæ. Liv. 26.
Se esse illam. Ter. Eun. 3. 3. 19.
Nisi illa forte, quæ olim periit parvula
Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia. i. e. Nititur, conatur se assimulare illam esse, quam dicunt.
Intendere id dicimur, Quo velut in scopum tendimus. Quintil. lib. 1. cap. 16. Illud utique proprium ad efficiendum quod intendimus.
Aciem intendere, Attentius conspicere aliquid. Cic. 4. Acad. 80. Neque quicquam interjectum est quod obstet: sed intendi acies longius non potest.
Aciem acrem in omnes partes intendere. Cic. 4. Tusc. 38.
Actionem. Quintil. lib. 3. cap. 8. Ut non videatur jure actio intendi. Cic. pro Milon. 37. Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.
Actionem intendere alicui. Ulpian. l. Siquis. §. Si filius. D. Quod quisque juris.
Animum intendere, cui contrarium est Relaxare. Cic. in Hortens. Quæro, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. Plin. lib. 7. Ep. 4.
Animum, oculos, manum ad scribendum, pro Vehementer applicare. Plin. lib. 7. Epist. 27. ad Suram. Liv. 1. in præf. Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint.
Animum aliquo, quod & Aliquo tendere dicitur. Cic. 2. Verr. 10. Quibus rebus, quid ipse speret, & quo animum intendat, facile perspicio. h. e. ut vulgo loquimur, Ad quem finem tendat, quem finem respiciat, quam intentionem habeat.
Intendere animum in. Cic. 4. Acad. 46. Adversantur enim primum, quod parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, ut, &c.
Ille in id intendit, ut natura videatur duce loqui. Pontanus in Actio 264. H. St. Subaudi Animum.
Animum in regnum, Dare operam regno adipiscendo. Sallust. in Jugurth. cap. 20. pr. In regnum Adherbalis animum intendit.
Animum studiis & rebus honestis, Vehementer operam dare. Hor. 1. Epist. 2. 35. — si non
Intendas animum studiis & rebus honestis.
Animum intendit fatis Arachnes. Ovid. 6. Met. 5.
Animum in rem aliquam. Liv. 23.
Animum ultra intendere. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Animo. Cic. 10. Philipp. 9. Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuisset. i. e. Quod proposuerat apud se, quod cogitarat.
Animo intendi in rem aliquam. Liv. 1. 25. pr. de Horatiorum cum Curiatiis conflictu, Itaque ergo erecti suspensique, in minime gratum spectaculum animo intenduntur. i. e. Intenti sunt. Budæus.
Ardorem exercitus intendere, Augere. Tacit. 12. Ann. 35. al. Incendere.
Aures ad verba alicujus. Ovid. 4. de Pont. 4. 36.
Bellum in aliquem, eo modo quo Intendere arcum vel balistam in aliquem dicimus. Liv. 21. 6. extr. Alii totum in Hispaniam, Annibalemque intendebant bellum. [i. e. Totum eò converti volebant.
Causam intendere. Ulpian. in l. Julian. §. Quantum. D. Ad exhibendum, Ut quis copiam rei habens, possit exsequi actionem, quam destinavit, in nullo causa, quam intendit, læsa.
Cogitationes omnes ad rem aliquam. Liv. 40. 5. pr.
Considerationem in rem aliquam. Cic. 2. de Invent. 103. Nunc in alteram concessionis partem considerationem intendemus.
Consilium, pro Moliri, studiose parare, vel proponere. Ter. And. 4. 3. 18.
Repudio quod consilium primum intenderam. Ubi Donatus, Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas; vel a sagittis atque arcu. [Subaudiri puto Exsequi, aut simile verbum. q. d. Rep. consilium, quod prim. exsequi animo intenderam.
Crimen in aliquem. h. e. Criminari. Liv. 9. 26.
Crimen intendere alicui. Paulus in l. Lucius. D. de iis qui notant. infam. Lucius Titius crimen intendit Seio, quasi injuriam passus.
Cupiditates. Tacit. 1. Hist. 12. Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, ipsa Galbæ facilitas intendebat. h. e. Augebat.
Curas intendere. Ovid. 3. de Pont. 9. 29.
Curam alicui rei, Diligenter curare. Plin. lib. 8. cap. 17.
Curam in. Liv. 37. 36. extr. Omissa igitur in præsentia mentione pacis, totam curam in belli apparatum intendit.
Eruditionem suam. Plin. Epist. 7. 27. extr.
Fallaciam in aliquem. Ter. Heaut. 3. 2. 2.
Falsum. Cic. pro Flacco, 84. Subaudi Crimen.
Formidinem. Tacit. 2. Hist. 54. h. e. Faciebat, vel Augebat.
Formulam injuriarum alicui. Suet. in Vitell. cap. 7. Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti, injuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset. Budæus.
Fugam. Liv. 7. [Immo Rem in fugam inclinari. Sic enim 7. 33. extr. Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit.
Fugam ad mœnia. Lucret. 4. 74.
Gloriam. Tacit. 4. Ann. 26. pr. i. e. Augere.
Iter aliquo. Liv. 31. 33. Alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit.
Iter cœptum in Italiam. Liv. 21. 29.
Iter a porta ad Prætorem M. Junium intendit. Liv. 36. 21.
Judicium intendere, vide JUDICIUM. H. St.
Laborem & studium: cui contrarium est Relevare. Plin. in Paneg. cap. 19. Itaque perinde summis, atque infimis carus: sic Imperatorem, commilitonemque miscueras: ut studium omnium, laboremque, & tanquam exactor intenderes, & tanquam particeps, sociusque relevares.
Laborem suum in aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Leges intendere, pro Earum severitatem augere; cui opponitur Mitigare. Plin. Epist. 4. 9.
Limam alicujus intendere. V. LIMA.
Litem alicui, Litis periculum alicui comminisci, & moliri litem. Cic. 1. de Orat. 42. Et quum universi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ litem tibi intenderent.
Lusus principis intendere. Tacit. 13. Ann. 20. i. e. Adjuvare, augereque ut ait Beatus Rhenanus.

Metum. Tacit. 1. Ann. 28. Spem offerunt, metum intendunt.
Nervos intendere, & Remittere, contraria. Plin. lib. 26. cap. 10.
Numeros nervis. Virg. 9. Æn. 776. Ubi Servius, Numeros, intendere nervis Rhythmos facere intentione nervorum. nam nunc sunt rhythmi: ut, Numeros memini, si verba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas verba componebat.
Oculos. Plin. lib. 2. Epist. ult. V. OCULUS. conf. Aciem supra.
Odium. Tacit. 13. Ann. 15.
Officia. Sallust. in Jugurth. cap. 75. Præterea commeatus spe amplior, quia Numidæ, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant.
Periculum, pro Minari. Cic. pro Rosc. Amer. 7. Idem pro Quint. 47. Minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur.
Periculum judicii. Cic. de Arusp. Resp. 1. Itaque hominem furentem, exsultantemque continui, simul ac periculum judicii intendi: duobus incœptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi.
Se ad firmitatem. Cic. 2. Tusc. 56. Nec vero unquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem.
Se acrius ad aliquid intendere. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Se adversarium in aliquem. Cic. 8. Fam. 4. In evitandis iis consiliis, qui se intenderant adversarios in ejus Tribunatum. i. e. Qui se acriter exhibuerant, & non obscure ostenderant se adversarios.
Se intendere animus dicitur in multa. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Se in rem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Se acriter in illud tenue discrimen grammaticus intendat. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Sensus ad res percipiendas. Cic. 4. Acad. 30.
Vera intendere, adgerere falsa. Tacit. 2. Ann. 57. i. e. Augere.
Vim rebus. Quintil. lib. 10. cap. 7.
Vim præfecturæ modicam antea, intendit. Tacit. 4. Ann. 2.
Vincula intendere collo, pro Ligare. Virg. 2. Æn. 237. Servius. Sic Intendere locum sertis: Circumligare serta per aliquem locum, honoris & decoris gratia. Virg. 4. Æn. 506.
Intenditque locum sertis. Servius; Intendit, Ligat: ut, 2. Æn. 236.
— & stupea vincula collo
Intendunt. Et est hypallage, pro Intendit serta per locum.
Intendere jungitur aliquando accusativo, præpositione intercedente. Senec. in Præf. lib. 1. Nat. Quæst. Quid sit deus, totusne in se intendat, an ad nos aliquando respiciat. i. e. In se unum intentus sit.
Intendere in aliqua re, sine adjecto, pro Contendere. Liv. 8. 15. extr. Senatu, quia id in summis imperiis non obtinuisset, minus in Prætura intendente.
Intendere, Objicere, cui contrarium est Depellere. Quintil. lib. 3. cap. 4. Nec invenitur ex his ulla, in qua non laudare aut vituperare, intendere quid, vel depellere debeamus. V. INTENTIO. & supra Intendere actionem.
Intendere, Tendere aliquo. Ter. And. 2. 2. 6.
Sed ubi quæram? aut quo nunc primum intendam? c. cessas alloqui?
Subauditur Iter, aut Viam.
Intendit petere Apuliam. Liv. 27. 42. Numidis paucis, qui in vallo portisque se ostenderent, relictis profectus, Apuliam petere intendit. i. e. In Apuliam pergit. Sallust. Jugurth. cap. 92. Quem locum Marius summa vi capere intendit.
Intendere, Augere. Celsus, Atque hæc ipsa & intendi & leniri possunt. Tacit. 3. Ann. 38. Languescet alioqui industria, intendetur socordia. Hinc Intendere & Languescere opponuntur. Liv. 1. 51. Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt, &c. conf. INTENDENS.
Intendere, Adversari, contra tendere. Cic. 1. Fam. 2. Proxima erat Hortensii sententia, cui Lupus Tribunus plebis, quod ipse de Pompeio retulisset, intendere cœpit, ante se &c. i. e. Valde repugnare, & quasi adversando insistere, aut instare. [Sed rectius legitur Cum Lupus.
INTENDENS, entis. Partic. [ἐντείνων] ut, Intendens palmas. Ovid. 6. Met. 533. manus, 8. 507. brachia. 10. 58.
Vespera intendente. Ammian. 31. 11. conf. paulo supra in ipso verbo.
INTENSUS sive INTENTUS, a, um. [ἐντεταμένος, ἐντονος] Partic. Porrectus. Cic. 3. de Orat. 214. Voces, ut chordæ sunt intentæ.
Cithara omnibus nervis intenta. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Animus intentus, Translate. Cic. 4. Tusc. 10. Enitar quidem, sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquod effugerit.
Animus intentus cogitatione & cura. Cic. 2. de Orat. 149. Pervolvatur animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura & cogitatione intentus, diligentia est.
Arcus intentus. Plin. lib. 8. cap. 8. Intentos ingentes arcus defigunt humi.
Brachia intenta remis. Virg. 5. Æn. 136.
Conquisitio intentissima. Liv. 29. 35.
Cura intentissima, Diligens & attentissima. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Custodia intentior. Liv. 39. 19. Ut intentiore eum custodia asservarent.
Custodia intentissima. Sen. Epist. 70.
Exercitus intentus & infestus, Sallust. Jugurth. cap. 46. Deinde ipse paucis diebus intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit.
Impetus intensior rupturus se nisi eruperit. Sen. 2. de Ira 35.
Labor intentus. Ovid. 1. de Pont. 5. 60.
Mens intenta malis. Ovid. 4. Trist. 1. 4.
Oculis intentis contemplari: h. e. Defixis. Cic. pro Flacc. 29.
Oculos intentos volvens. Virg. 7. Æn. 251.
Pretiis alimentorum intentis. Tacit. 1. Hist. 89. h. e. Auctis.
Sermo intentior, Vehemens, altus, & qui voce altiore & admodum intenta fit. Cic. 1. de Orat. 255. Multique oratores fuerunt, &c. qui omnia sermone conficerent paulo intentiore: nunquam lateribus aut clamore contenderent.
Tela intenta in patriam, i. e. Tendentia. Cic. de Provinc. Consul. 23.
Vultus hærent intenti. Sil. lib. 3. 155.
Intentus, pro Attento & diligenti. Liv. 3. 26. Operi certe, id quod constat, agresti intentus, &c.
Intenti exspectant signum. Virg. 5. Æn. 137.
Intentus ad. Cic. 11. Philipp. 22. Quamvis enim intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est, ad fortissimum virum & omnium clarissimum liberandum, &c.

Ad curas intentus. Tacit. 4. Hist. 2. Nomen sedemque Cæsaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus.

Intentus in. Liv. 4. 27. Qui postquam intentos homines in eventum periculi alieni, pro se incautos, neglectis vigiliis stationibusque est adortus, &c. Sic, Intenta mens in imagines. Cic. 1. de Nat. Deor. 49.

Intentus aliquo negotio. Sallust. in Catil. cap. 2. extr. Verum enimvero, is mihi vivere demum atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.

Paci intentus. Lucan. lib. 3. 53.

Fraudi struendæ intentior. Liv. 23. 35.

**Intense**, vel **Intente**, ius, issime. [ἐντόνως] Adv. Diligenter, & cum cura & animadversione diligenti.

Audire aliquem intente, ac modeste. Quintil. lib. 2. cap. 2. [An legendum Attente? H. St.

Compar. Tacit. 3. Ann. 35. Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, &c. conf. Liv. 25. 23. & auct. ad Herenn. 4. 56. Plin. 1. Epist. 4. pr. Non me hercule tam mea sunt, quæ mea sunt, quam quæ tua: hoc tamen differunt, quod sollicitius & intentius tui me, quam mei excipiunt.

Superl. Lamprid. Elagab. c. 14. Exspectans intentissime. Al. Intensissime. conf. Augustin. de Mor. Ecl. cap. 19.

**Intensio**, sive **Intentio**, ōnis. f. [ἔντασις, ἐπίτασις] Extensio. Columel. lib. 6. cap. 6. Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi.

Intentio corporis. Cic. 1. Tusc.

Intentio vocis, quæ & Vociferatio dici potest; cui Remissio vocis opponitur. Quintil. lib. 1. cap. 17.

Intentio & Remissio animi, contraria. Cic. 2. Tusc. 54. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

Intentio lusus. Liv. 4.

Intentio, Mens, animus, phantasia: est Animadversio & diligentia, qua animus, ad quod intenditur, dirigitur. Plin. 2. Epist. 5. ad Lupercum, Rogo intentionem scribentis accommodes. Quintil. lib. 8. cap. 2. Acris judicis intentio.

Silentium intentionis. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Dividere animi intentionem. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Intentio, Diligentia. Plin. 2. Epist. 10. Ut tantum curæ intentionisque suscipere & possint & velint.

Perpetua discentis intentio. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Intentio, Animadversio & consideratio intenta. Quintil. lib. 8. cap. 2. Nec sit tam longus sermo, ut eum non prosequi possit intentio.

Laxare intentionem, i. e. Remittere. Plin. 4. Epist. 13. ad C. Tacit. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum quod est in manibus, absolvam. Vereor enim ne si hanc intentionem jam in fine laxavero, ægre resumam.

Remittere intentionem judicis. Quintil. lib. 4. cap. 1. p. 306.

Audit discipula intentione magna, & reddit. Plin. lib. 10. cap. 29. de philomela.

Recens audientium intentio. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Intentione diligenti notare. Plin. lib. 9. cap. 59. i. e. Diligenter observare.

Accommodare intentionem. V. ACCOMMODO.

Intentio, Voluntas. Quintil. lib. 7. cap. 6. Est enim duplex ejus disceptationis conditio: quod aut intentio, aut præscriptio habet controversiam.

Intentio operis, Propositio & deliberatio sive conceptio. Quintil. lib. 10. cap. 3.

Intentio apud Oratores, Oratio crimen delictumve alicui objiciens. Quintil. lib. 3. cap. 11. Officiis constat duobus, intentionis & depulsionis. conf. 3. 6. p. 238. Cic. 1. de Invent. 13. & sæpius ibid.

Intentio JCtis pro Actione. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. Si mensor falsum mo. &c. Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit nec tenere intentionem.

Intentio dominii. Papin. in l. 1. §. Quum prædium. D. de pignor. & hypot. Quoniam quæstio pignoris ab intentione dominii separatur.

Perdere intentionem. Ulpian. in l. Julianus §. Quantum. D. Ad exhibendum.

Nonnulli observant, ut Intensio per s scribatur, quum Extensionem & porrectionem, & etiam Diligentiam significat: Intentio autem, per t, quum Animadversionem: quum tamen perinde sit, & confundatur ut plurimum hæc differentia.

Intensio, apud Sen. Nat. Quæst. 2. 6: 7. 1: & 8. 9.

Intensio pro Harmonia. Auct. Fragm. de Musica. Censorino subject. cap. 12. Organon quondam habuit tres intensiones, gravem, mediam & acutam. Idem, ibid. Hanc excepisse intensionem Linon.

**Intentus**, ûs. m. [ἔντασις] pro Intentione & expansione; ut, Intentus palmarum, cujusmodi fieri videmus in seditione & discordia, aut reclamatione alicujus turbæ: cujus non solum voces, sed etiam manus intensæ conspiciuntur in eum quem explodere & ejicere cupiunt. Cic. pro Sext. 117. Voces quidem & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt.

**Intento**, [προτείνω, ἐπιβάλλω, ἀπειλῶ] āre. frequent. Frequentius porrigere, & extendere significat: ut, Intentare manus in aliquem. Liv. 3. 47. Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, non tibi, filiam despondi.

Intentare manus alicui, pro Injicere, in malum. Hirt. Bell. Hisp. cap. 22. Eum qui legatos jugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt.

Manus in oculos intententavi. Petron. cap. 9. Idem cap. 108. & 122.

Voces alicui intentare. Tacit. 3. Ann. 36.

Intentare aliquid alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 100. Explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sext. Roscio intentasse, & meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum.

Intentare, significat etiam Minari. Virg. 1. Æn. 95.

Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Intentare & minari. Cic. 5. Tusc. 76.

Accusationem intentare, vide ACCUSATIO. H. St. Ita quidem vulgo Galli loquuntur, sed veterum auctoritatem desiderat is modus loquendi, doctis passim usurpatus.

Actionem intentare. Ulpian. in l. 3. §. Si filius. D. Quod quisque juris, &c. In iis actionibus, quas ex persona ejus intento. Sic habet Haloander. Pandect. Florent. legunt Intendo. [Idque rectius.

Arma intentare Latinis. Liv. 6. Sic, Sicam intentare. Cic. pro Milon. 37.

Crimen invicem intentant. Quintil. lib. 3. cap. 10. V. INVICEM.

Faces intentat Tisiphone. Stat. 11. Theb. 495.

Imperium Romanum intentare, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano, seu vindictam. Liv. lib. 42. cap. 12.

Periculum intentare. V. PERICULUM.

Verbera intentare. Justin. 2. 5. 5.

**Intentatus**, a, um. Partic. [ἀπειληθείς] ut, Intentati gladii. Liv. 9. 27. Gladii etiam plerisque intentati, & vulnerati quidam, necatique.

**Intentatus**, a, um. Partic. sine verbo, a Tento, as. [ἀπείρατος] Non tentatus, h. e. Non expertus. Virg. 10. Æn. 39.

— hæc intentata manebat
Sors rerum. Martial. lib. 2. 14.

Nil intentatum Selius, nil linquit inausum. conf. Ovid. 10. Met. 584.

Nil intentatum nostri liquere poetæ. Hor. de Arte Poet. 285. conf. Idem 1. Carm. 5. 13.

Intentatus & novus amicus. Cic. de Amicit. 70. Nemo est qui non quocum consuevit, libentius utatur, quam intentato & novo. Quod ex vetusto codice legitur, Nemo est qui non eo quo consuevit, libentius utatur, quam intractato & novo.

**Intentātio**, ōnis. f. Sen. 2. de Ira, cap. 4. Ne nos oscitatio aliena sollicitet, nec oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. i. e. Comminationem. Tertul. Apol. cap. 46.

**Intentātor**, ōris. m. Interpr. Vulg. Jac. 1. 13. In Gr. est ἀπείραστος.

**Intentatilis**, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἀπείραστος.

**Intĕpeo**, ui, [χλιαίνομαι] ēre; sive **Intepesco**, ĕre. Incalescere, vel tepidum fieri. Sen. Epist. 78. Ne quis intepescat cibus. Propert. lib. 4. 1. 124.

Et lacus æstivis intepet Umber aquis.

Comæ intepuere radiis. Ovid. 5. Fast. 216.

Strata intepuere tuis membris. Ovid. 10. Epist. 54.

**Intepescens**, entis. Partic. Columel. 1. 1. Mitigato jam & intepescente frigore.

**Intĕpĭdus**. a, um. Adj. Cels. 8. 4. Collocandus is loco intepido. V. Morgagn. Epist. 3. ad Cels. p. 595. [Sunt qui divise exhibent codd. Loco in tepido. Celsi consuetudine significat Paulum tepido. Nisi tamen trajectio est, & scribendum In loco tepido. conf. idem 5. 26. §. 28. & 7. 29. extr. & 7. 30. extr.

**Inter**, [μεταξύ] præp. accusativo casui serviens, fere significat Medium aliquorum: ut, Inter te & me est murus.

Inter alias, i. e. Plus ceteris. Plaut. Pœn. 5. 4. 21.

Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine. Plin. lib. 13. cap. 2. Inter omnes. Liv. 26. 50. pr. Inter cetera.

Inter agendum, i. e. Dum agis. Virg. 9. Ecl. 24. Servius.

Inter cæsa & porrecta. V. CÆDO. conf. Morestel. Philomus. Dial. 16.

Inter causas. Celsus 7. 3. Estque inter causas timoris, si sensus in vulnere rodentium non est. i. e. Causa est una timoris.

Inter cœnam, pro In cœna, vel Tempore cœnæ. Cic. 2. Philipp. 63. Si inter cœnam, in ipsis tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset. Idem 7. Fam. 23. Illuseras heri inter scyphos quod dixeram.

Inter conventum, pro In conventu. Suet. Galb. cap. 5.

Inter diem. Gell. 9. 4.

Inter tot dies, Inter tot annos; A tot diebus, a tot annis. Plaut. Truc. 2. 6. 29. Cic. pro Lege Manil. 68. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.

Inter hæc, pro Interea. Liv. 24. Idem 1. 29. pr. Inter hæc jam præmissi Albam erant equites. Idem 2. 23. & 7. 25.

Inter homines esse. Cic. 1. Tusc. 32. Abiit ad deos Hercules, nunquam abiisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam munivisset.

Inter illud gaudium repente mortuus est. Gell. lib. 3. cap. 15.

Inter initia principatus, Inter initia belli: h. e. Dum bellum inciperet, dum princeps creatus esset, in initio. Plin. Epist. 249. Plin. lib. 7. cap. 3.

Inter initia, Primis diebus, primis annis, primo tempore. Plin. lib. 11. cap. 48. Hac de causa inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Columel. lib. 2. cap. 11. Cels. 3. 22. & 25. V. INITIUM.

Inter ista: i. e. Cum hoc, vel Præterea. Plin. Epist. 10. 18. pr. Gabium Bassum, domine, præfectum oræ Ponti, integrum, probum, industrium, atque inter ista reverentissimum mei, expertus, &c.

Inter manus. Cic. 7. Verr. 28. Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio auferretur. Virg. 2. Æn. 681.

Namque manus inter mœstorumque ora parentum. conf. Flor. 3. 21. 26. & 3. 19. 12.

Inter moras, Interea temporis. Plin. lib. 9. ad Quadratum, Epist. 13. ad fin. Inter moras Consul, citatis nominibus, & peracta discessione, mittit Senatum.

Inter nos concertatio comparata inique. Ter. Adel. 2. 2. 4.

Nosque inter nos esse complexos narrabat. Cic. 1. de Divin. 58.

Inter nos dictum fuit. Ter. Adel. 5. 3. 10. Cic. 2. Att. 4. Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo.

Inter nos ludamus. Plaut. Stich. 5. 4. 20.

Inter nos sordemus alteri. Plaut. Truc. 2. 4. 30.

Inter opus. Tibul. lib. 2. 6. 26.

Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Inter paucas memorata clades. Liv. lib. 22. 7. pr. Hæc est nobilis ad Trasymenum pugna, atque inter paucas memorata Populi Romani clades.

Inter paucos dies. Liv. 23. Vetus exemplar habet Intra paucos dies.

Inter pœnam gratulari. Suet. in Tiber. cap. 60.

Inter præcipua sæculi ornamenta. Plin. Epist. 165.

Inter primas, In primis. Plin. lib. 12. cap. 1.

Inter principia. Cels. 3. 22. & 7. 27. conf. Inter initia.

Inter quæ, pro Interea. Celf. 4. 2. Tacit. 2. Ann. 34. 1: 2. 58. 1. & 3. 33. 1.

Inter rem iftam agendam. Plaut. Ciftel. 4. 2. 55.

Inter rem novam. Idem ibid. 2. 1. 31.

Inter fe, Invicem Virg. 11. Æn. 121.

Converfique oculos inter fe, atque ora tenebant. conf. Nepos, 3. 1. 2. & Cic. 6. Att. 1.

Inter fe fallaciam fingunt. Ter. And. 1. 3. 15.

Inter fe amant. Cic. 3. Q. frat. 1. Valent pueri, ftudiofe difcunt, & nos & inter fe amant.

Inter fefe fabulantur. Plaut. Epid. 2. 2. 53.

Inter fe amplexari. Plaut. Mil. 5. 40.

Inter fe jurare, pro Conjurare. V. JURO.

Inter fe loqui. Cic. 2. Verr. Sic honeftiffimi homines inter fe, & mecum loquebantur. V. Loqui inter, in LOQUOR.

Inter fe diftantes ternis pedibus. Columel. lib. 5. cap. 6.

Inter fe ne contingant, curato. Columel. lib. 5. cap. 10.

Inter fe diffimiles. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Inter fe cornibus pugnant. Varro 2. de R. R. cap. 3.

Inter fe foliis ftrepitant. Virg. 1. Georg. 413. de corvis.

Inter fe haud procul erant. Salluft. Jugurth. cap. 57.

Inter fe propinqui. Idem ibid. 103. & Fragm. 6. 1.

Inter fpem metumque tot populos fufpenfos animi habetis. Liv. 8. 13.

Inter tempus. Liv. 2. 5. extr. Quum inter omne tempus pater, vultufque & os ejus, fpectaculo effet, &c.

Inter triennium continuum. Plaut. Stich. 1. 3. 61.

Inter vias aliquid agere, Inter ambulandum, vel in ipfis publicis viis. Ter. Eun. 4. 2. 1.

Inter viam, Idem. Cic. 4. Att. 3. non procul a fine, Si fe inter viam obtulerit, occifum iri ab ipfo Milone video. De Clodio loquitur.

Inter vina, i. e. Inter bibendum. Hor. 1. Epift. 7. 28.

Inter vos bene dicatis. Plaut. Mil. 4. 8. 31.

Vobis inter vos conjuncta voluntas. Cic. 1. Verr. 34.

Inter ipfos mutuo. Quintil. lib. 10. cap. 2.

Inter, In medio. Gell. lib. 13. cap. 16. Inter os & offam. Quod in proverbium abiit de Re quæ præter fpem evenire dicitur. Quale eft etiam illud,

Multa cadunt inter calicem, fupremaque labra. Gell. ibid.

Inter falcarios, pro Illuc ubi funt falcarii, interprete Prifciano lib. 8. Cic. 1. in Catil. 8. Dico te priori nocte veniffe inter falcarios (non agam obfcure) in M. Leccæ domum.

Inter, poftpofitum fuo cafui. Cic. de Amicit. 95. Quæ fi quos inter focietas aut eft, aut fuit, aut futura eft, &c. Liv. lib. 8. Decad. 3. Quos inter belli caufa effet. Frequentius ita ponitur cum duo adfunt fubftantiva. Liv. 22. 3. Fæfulas inter Arretiumque. Tacit. 4. Ann. 55. 6. Sardianos inter Smyrnæofque. Idem 4. 69. 2. Tectum inter & laquearia. Idem 2. Hift. 78. 4. Judeam inter Syriamque.

INTERÆSTUO, āre. Plin. 6. Epift. 16. Stomachus interæftuans.

INTERALBĬCO, [ὑπολευκαίνομαι] āre. Ad albi colorem tendere, & ad album accedere. Plin. lib. 37. cap. 10. Leucochryfos fit chryfolitho interalbicante. V. Harduin.

INTERĀMENTUM, i. n. Liv. 28. 45. Interamenta navium explere. al. Inceramenta.

INTERAMNA, [Ἰντέραμνα] Interamnia Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Prægutiorum civitas in Italia. Vulgo *Teranium.* conf. Paterc. 1. 14. 4. & Varr. L. L. 4. 5.

INTERAMNUS, a, um. Adj. Quod inter duos amnes jacet. Lamprid. Alex. Sev. cap. 56. Curt. 5. 1. 15. & Solin. cap. 32.

INTERĀNEUS, a, um. Adj. Inteftinus. Scrib. Larg. Compof. 96. Purgat vomicas interaneas. Plin. 20. 11. Tormina interanea.

INTERANEUM, i. n. ab Intra fit; & fignificat Inteftinum, quod intra corpus conditum fit. Plin. 32. 9. Procidentis interanei morbum torpedo appofita continet.

INTERANEA, orum. plur. n. [ἐντόσθια] Plin. [puto Valerian.] Medelæ funt innumeræ ad interanea. Plin. 8. 27. & 30. 7. extr. Columel. lib. 9. cap. 14. Quidam exemptis interaneis, occifas aves intus includunt, quæ tempore hiberno plumis fuis delitefcentibus apibus præbent teporem.

Adaperire interanea. V. ADAPERIO. Vet. Infcr. Romæ, RELIQUA CARO CUM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI. V. Barth. Adverf. 5. 4. conf. Inteftina.

INTERĀRESCO, [διαξηραίνομαι] ĕre. Cic. 5. Tufc. 40. Nihil enim interarefcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata confiftit. Alii legunt Inveterafcere. conf. Vitruv. 7. 8. & Procem. lib. 8.

INTERĀTIM & INTERDUATIM, dicebant antiqui quod nunc Interdum & Interim. Feftus.

INTERBĬBO, ĭbi, ibĭtum, [διαπίνω] ĕre. Totum bibere, vel Penitus exhaurire. Plaut. Aulul. 3. 6. 22.

— præterea tibicinam,
Quæ mihi interbibere fola, fi vino fcateat,
Corinthienfem fontem Pirenen poteft. Significant enim hæc verba Penitus quid fieri, inquit Donatus.

INTERBĪTO, [ἐπέρχομαι] āre. Intervenire. Verbum antiquum, compofitum ab Inter, & verbo frequentativo Ito, as, interpofita litera B, caufa euphoniæ. Plaut. Moft. 5. 1. 47.

Hic ego tibi præfidebo, ne ulla interbitet quæftio. Al. Interbitat, ab Interbitĕre, tertiæ conj.

INTERCĀLO, [ἐμβάλλω, παρεμβάλλω] āre. Interferere, feu Interponere. Cato cap. 150. Si intercalatum erit Calend. Maiis, agros XXX ne amplius promittat. Cic. 5. Att. 9. Memento curare per te & per omnes noftros, in primis per Hortenfium, ut annus nofter maneat fuo ftatu, nequid novi decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes ne intercaletur. i. e. Ne interponatur novus annus. conf. Idem 7. Fam. 2. & 8. 6. Plin. lib. 18. cap. 25.

Intercalare, Differre. Liv. 9. 9. pr. Sed fi me audiatis, prius quam dedantur, hic in comitio virgis cæfos, hanc jam ut intercalatæ pœnæ ufuram habeant. Hæc Budæus. conf. Plin. 2. 47. & f. l. CALO.

INTERCĀLĀRIS, e. Adj. [ἐμβόλιμος] Quod interferitur: ut Menfis Februarius, intercalaris dicitur, quod ei dies unus interferitur. Dicfque ipfe infititius, intercalaris Latine dicitur, & Græce ἐμβόλιμος, atque etiam ἐμβολιμαῖος eadem ratione: & ἐμβολισμὸς intercalatio. Celf. D. de verb. & rer. fignif. l. Quum bis fexto, Nam id biduum pro uno die habetur, & pofterior dies intercalatur, non prior. Senfus hujus loci eft, Etamfi biffextili anno & intercalari die natus eft minor, id eft fexto Calend. Martii, qui dies eft quartus & vicefimus Februarii, nihilominus majorem cenferi anno quinto & vicefimo, eodem die & momento: quippe fextus dies Calendarum pro uno die cedit. Pofterior enim dies Calendarum intercalatur, id eft pofterior dies bidui (quod biduum pro fexto die Calendarum cedit) intercalari, inferique fingitur, non prior, ficque cum priore in unum diem confundi. Ex Budæo. De intercalatione V. Petrum Nannium lib. 5. Mifcellan. cap. 7. & libros doctorum hominum fcriptos de Correctione anni. Plures habes in Lex. Pitifc.

Annus intercalaris, quem Biffextilem dicimus. Plin. lib. 2. cap. 47. Omnium quidem (fi libeat obfervare minimos ambitus) redire eafdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempeftatum magna ex parte. Et eft principium luftri ejus femper intercalari anno Canniculæ ortu. Budæus.

Calendæ intercalares. Cic. pro Quint. 79. Dic, Nævi, diem. Ante V Calendas intercalares. Bene agis. Idem 6. Fam. 14. Ego idem tamen quum ad quintum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum veniffem mane ad Cæfarem. Calendas Martias, ut opinor fignificavit. Omni enim intercalationi, inquit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 13. menfis Februarius deputatus eft, quoniam is ultimus anni erat. Budæus. Locus tamen hic varie legitur, ab aliis Ad II Calend. ab aliis Ad VI. V. Sebaftianum Corradum, & Amerpachium, & Lex. Pitifc.

Dies intercalaris. Plin. lib. 2. cap. 8.

Menfis intercalaris, Macrobio l. c. dictus, non modo is qui intercalatur, fed etiam in quo intercalatur. conf. Liv. 1. 19.

Verfus intercalares, inquit Servius, vocantur Qui frequenter in poemate interponuntur: ut apud Virg. 8. Ecl. 21.

Ducite ab Urbe domum mea carmina, ducite Daphnin. In rhythmicis autem lufiunculis, quas *balladas* noftri vocant, funt hujufmodi claufulæ fæpius repetitæ. Budæus.

INTERCALARIUS, a, um. Adj. [ἐμβολιμαῖος] Idem quod Intercalaris. Liv. de L. Scipione, 37. 59. Triumphavit menfe intercalario pridie Calendas Martias. Plin. 18. 25. Intercalarius diei quadrans.

INTERCALARIUM, i. n. Tempus quod intercalatur. Cic. 4. Verr. 130. Tunc Cephaleditani decreverunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menfes in fuam rationem reverterentur. Budæus.

INTERCALĀTIO, ōnis. f. Plin. 1. 47. Per fingulas intercalationes uno die anticipant. V. Harduin. & conf. Macrob. fupra.

INTERCALĀTOR, ōris. m. Macrob. 1. Saturn. 13. Octavo quoque anno intercalatores octo affluebant dies. Sed rectius Al. Intercalantes, octo &c.

INTERCĀPĔDO, ĭnis. f. [διάχωρημα] eft Tempus interceptum, inquit Feftus: quum fcilicet mora eft ad capiendum: Intervallum. Cic. 16. Fam. 21. Itaque me jam non pœnitebat intercapedinem fcribendi feciffe. Suet. Octav. cap. 38. Equitum turmas frequenter recognovit, poft longam intercapedinem reducto more tranfvectionis. Idem Vefp. cap. 10. & Quintil. 8. 3.

Intercapedo moleftiæ. Cic. 1. de Fin. 61. Alii audaces, protervi, iidem intemperantes & ignavi, nunquam in fententia permanentes: quas ob caufas in eorum vita nulla eft intercapedo moleftiæ. i. e. Vacuitas, inquit Budæus. conf. Mart. Capel. lib. 8. p. 281. & p. 274. Item Apul. Apol. p. 282.

De obfcœno fenfu hujus vocis, V. Quintil. 8. 3. p. 696. Burm.

INTERCAPEDĬNO, āre. Fulgent. 1. Myth. Intercapedinante pavoris prolixitate.

INTERCAPEDINĀTUS, a, um. Partic. Mart. Capel. lib. 9. Vanefcentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia.

INTERCARDINĀTUS, a, um. Partic. ab Intercardino. Vitruv. 10. 20. Concludantur fuperne intercardinatis trabibus.

INTERCĒDO, ffi, ffum, [ἐνίσταμαι] ĕre. Medium effe: & tam de loco & de tempore, quam de alia re quacunque dicitur. Cæf. 5. Bell. Gall. 52. 1. Longius profequi veritus, quod filvæ, paludefque intercedebant.

Ægritudo interceffit huic gaudio, h. e. Intervenit. Ter. And. 5. 5. 5.

— nam mihi immortalitas
Parta eft, fi nulla ægritudo huic gaudio intercefferit.

Annus interceffit. Cic. 2. de Fin. 102. Ne id quidem, nifi quum multa annorum intercefferint millia, ut omnium fiderum eodem, unde profecta fint, fiat ad unum tempus converfio.

Cafus interceffit, aut Diffenfio in Reip. partibus. Cæf. 1. Bell. Civil. cap. 21. Quod fæpe in bello parvis momentis magni cafus intercederent. Cic. de Amicit. 79. Sin autem morum aut ftudiorum commutatio quædam (ut fieri folet) facta erit, aut in Reipub. partibus diffenfio intercefferit, &c.

Contractus intercedit. Modeft. in l. Cum vitiofe. D. de pignorib.

Dies interceffit, vel nox. Cic. pro Cluent. 72. Dies nondum decem intercefferant, quum ille alter filius infans necatur. h. e. Nondum præterierant decem dies. Idem 4. Verr. 89 Una nox intercefferat, quum ifte Dorotheum fic diligebat, ut diceres omnia inter eos effe communia. Idem 1. in Catil. 4. Nox nulla interceffit. i. e. Eo ipfo die.

Familiaritas intercedit. Ter. Phorm. 4. 1. 17.

Tacebit dum intercedet familiaritas.

Spatium intercedit, dum. Cæf. 1. Bell. Gall. cap. 7. extr. Tamen ut fpatium intercedere poffet, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis refpondit, &c.

Intercedit illi tecum amicitia, Intercedit tibi cum illo affinitas, Intercedit tibi mecum neceffitudo: h. e. Amicitia, affinitas, neceffitudo inter nos eft media quædam quæ nos conciliat. Hæc Valla lib. 3. Cic. 1. Verr. 61. Si aut hoc a me Siculi non petiffent, aut mihi cum Siculis caufa tantæ neceffitudinis non intercederet, &c.

Interceffit ratio cum. Cic. pro Rofc. Com. 41. Si alia de caufa, quæ ratio tibi cum illo intercefferat? nulla. addictus erat tibi? non. fruftra tempus contero, &c.

Inter-

Intercedit inimicitia, vel simultas cum. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 25. Huic & paternum hospitium cum Pompeio, & simultas cum Curione intercedebat, quod Tribunus plebis legem promulgaverat, &c. Liv. 38. 52. extr Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant.

Intercedit quasi civile jus cum genere humano. Cic. 3. de Fin. 67. Quoniamque ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile jus intercederet: qui id conservaret, eum justum: qui migraret, injustum fore.

Intercedere pro alio, h. e. Fidem suam interponere, spondere. Cic. 2. Philipp. 45. Filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans, te mihi commendabat, orabat ut te contra suum patrem, si sestertiûm sexagies peteret, defenderem: tantum enim pro te intercessisse dicebat. Budæus. Idem 6. Att. 1. p. 571. Græv. Intercessisse pro iis magnam pecuniam.
Sic Interponere se in Attici vita per Corn. Nepotem 552. edit. Lamb. Ille se interposuit, pecuniamque &c. H. St. Locus est cap. 9. cui junge geminum cap. 2.

Absolute. Cic. 1. Att. 16. Promisit, intercessit, dedit.

An vero Intercedere pro aliquo pro Deprecari pro aliquo, ut vulgo usurpant Latine dicatur, dubitat Cl. Gesner. non obstantibrs utroque Borrichio, Olao, Anal. p. 39. & Andr. Vindic. p. 118. conf. INTERCESSIO.

Intercedere, pro Exstare. Cic. 1. Fam. 9. Nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. Idem 1. Fam. 2. Budæus. [Hic est Intervenire, ut in multis superioribus exemplis. Aliaque ubique obvia sunt.

Tribuni intercesserunt, Scipio intercessit, Cato intercessit: h. e. In medium se verbis, aut vi opposuit. Hæc Valla lib. 3. Proprie Tribunorum erat intercedere Senatus consultis, & omnium magistratuum actis & edictis, suorumque etiam collegarum rogationibus & actionibus. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 2. extr. Intercedit M. Antonius, Q. Cassius Trib. pleb. Cic. 1. Att. 16. Qui dum veritus est ne Fusius ei legi intercederet, &c. Liv. 45. 21. V. Lex. Pitisc.

Intercedebant autem Tribuni plebis, quum opponerent se, solenni verbo Veto, & sic prohibebant nequid contra plebis libertatem statueretur. Liv. 6. 35. & lib. 38. extr. ubi de P. Scipionis accusatione & damnatione.

Intercessum est auctoritati Cic. 1. Fam. 7. Eaque, quæ de ea scripta est auctoritas (cui scis intercessum esse, ut nequis omnino regem reduceret) tantam vim habet, &c.

Huic (Tribuno pl.) interceditur frequenter. i. e. Magno numero intercessorum. Cic. 1. Att. 19.

Intercessisse remigum obsequio contra Cajum echeneidem piscem dicit Plin. lib. 32. cap. 1. i. e. Obstitisse, obsuisse naviganti.

Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. Tacit. in Vita Agric. cap. 46.

Intercedere per vim ac dolum, quo minus aliquid fiat. Papinian. in l. Virum. D. Siquis aliquem testa. prohibet.

Intercedere, pro Inhibere, & coercere posuit Gellius, Ne sibi (inquit) intercedamus, quo minus suapte potestate uti liceat.

Passive. Cic. de Provinc. Conf. 17. Lege qua intercedi de provinciis non licebit. conf. Idem ibid. & pro C. Cornel. 1.

INTERCESSIO, ōnis. f. [διακώλυσις] quam vulgo Oppositionem vocamus. Cæs. 1. Bell. Civil. 2. Refertur statim de intercessione Tribunorum. Cic. 1. Att. 2. Putamus enim utile esse, te aliquando jam rem transigere: mea intercessio parata & est, & fuit. Proprie intercessio, Tribunorum erat. Nam, ut Gellius docet lib. 12. cap. 13. Tribuni plebis antiquitus creati videntur non juri dicundo, nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis quibus præsentes fuissent, ut injuria quæ coram fieret, arceretur. Cic. 2. Philipp. Quum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses. V. Lex. Pitisc.

Abjicere intercessionem. V. ABJICIO.

Interponere intercessionem suam. Val. Max. 6. 10. 10.

Intercessioni cedere, vel provocationi, i. e. Non procedere ultra, & admittere oppositionem. Budæus.

Intercessio. Cæl. Calcagn. Epist. 23. libri 7. Dignetur apud S. D. N. auctoritatem & intercessionem mihi suam accommodare. H. St. Barbarum est. V. Cellar. cur. post. p. 410. & supra in ipso verbo.

INTERCESSOR, ōris. m. [μεσίτης, διαπρεσβευτὴς] Is est quem Oppositorem vulgus vocat. Cic. 3. de Legib. 11. Parere jubet intercessori, quo nihil præstantius: impediri enim bonam rem melius, quam concedi malam. Ibid. Intercessor rei malæ salutaris civis esto. Intercessores legis agrariæ. Liv. 4. 53.

Abjicere intercessorem. Cic. 10. Fam. 12. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abjecerim.

Intercessor, pro Internuntio seu Interprete in pecunia mutuo accipienda. Sen. Epist. 120. [Immo pro eo, Qui spondet pro altero. V. in ipso verbo.

INTERCESSUS, ûs. m. Val. Max. 5. 4. 2. Consulem graviter saucium intercessu suo servavit. Oros. 5. 15. Parvo intercessu temporis.

INTERCEPTIO, INTERCEPTOR, INTERCEPTUS. V. INTERCIPIO.

INTERCĪDO, īdi, īsum, [διακόπτω] ĕre. ex In & Cædo; Per medium secare. Cæs. 2. Bell. Gall. 9. extr. Ut si possent, castellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemque intercidererent. Plin. lib. 6. Epist. 22. Corrupto enim scribæ servo, interceperat commentarios, intercideratque.

Ædes vicinas intercidere arcendi incendii gratia. Ulpian. in l. Siquis fumo. D. Ad leg. Aquil.

Rationes alicujus intercidere. Ulpian. in l. 1. in fine. D. de servo corrupto, Vel si actori suasit, sive verbis, sive pretio, ut rationes dominicas intercideret, vel adulteraret: vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret.

Intercidere venas. Plin. lib. 11. cap. 37.

INTERCĪSUS, a, um. Partic. [διακοπεὶς] ut, Intercisa hostia, apud Macrob. 1. Saturn. cap. 16. pr. h. e. Dissecta.

Jugum montis valle intercisum. Cæs. 8. Bell. Gall. 14.

Intercisæ pactiones, h. e. Abruptæ, & non integræ. Cic. in Parad. 6. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas.

Dies intercisa, Interrupta. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 172.

Intercisi dies, in vet. jure Pontificio, Deorum, hominumque communes. hi in se, non in alia dividuntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est jus dicere. Nam quum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta, fari licet. Hæc Macrob. 1. Saturn. cap. 16. pr.

INTERCĪSE, Adv. [διακεκομμένως] Sectim & per incisiones. Cic. in Partit. 24. Invertatur ordo, & idem quasi sursum versus retroque dicatur: deinde idem intercise atque permiste. Gell. 11. 2. Sparsim & intercise.

INTERCĪSIO, ōnis. f. [διακοπὴ] ut, Intercisiones stomachi, apud Plin. lib. 20. cap. 14. quam Dioscorides lib. 3. cap. 26. δηγμοὺς στομάχου, id est morsus & erosiones stomachi, vocat. alii leg. Item rosiones. conf. Varr. in Fragm. p. 48. & August. Civ. Dei, 6. 9.

INTERCISIMEN, Inis. n. Gloss. Lat. Gr. διακοπή.

INTERCISĪVUS, a, um. Adj. ut, Limites intercisivi: scil. Qui in agris servantur. Frontin. de Colon. p. 112. & 114. Edit. Goes.

INTERCIDŌNA, æ. f. Dea custos fetæ mulieris, a securi facta intercisione liminis sic dicta. Varro apud Aug. de Civ. Dei, 6. 9. conf. Lex. Pitisc. in Pilumnus.

INTERCĬDO, ĭdi, āsum, [παρεμπίπτω] ĕre. ex Inter & Cado; Inter hæc, sive inter illa, aut ista, sive inter ea, deficere, ac perire. Plin. lib. 9. cap. 51. Ea excludunt quinquagesimo die, e quibus multa propter numerum intercidunt.

Perire & intercidere. Cic. pro Deiot. 25. De Domitio dixit versum Græcum eadem sententia qua etiam nos habemus Latinum, Pereant amici, dum una inimici intercidant.

Exstare & Intercidere, contraria. Plin. lib. 35. cap. 8.

Actio intercidit. Papin. in l. Si bona fide. D. de petit. hæred. Si periculum erit ne inter moras actiones intercidant.

Gratia beneficii intercidit. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 1.

Honos intercidit ævo. Sil. lib. 3. 440.

Legatum intercidit. Modest. in l. Legatum. D. De capite minutis, Morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis tamen diminutione interveniente perseverat.

Libertas intercidit. i. e. Perit. Ulpian. in l. Si debitor. §. ult. D. de fidei commiss. libertatib.

Memoria intercidit. Liv. 2. 8. conf. Justin. 2. 4. 33.

Nomen longis intercidit annis. Ovid. 2. Fast. 443.

Obsides interciderunt. Ulpian. in l. 1. D. ad l. Juliam majest.

Quod si interciderit tibi nunc aliquid. i. e. Si oblitus fueris aliquid. Hor. 2. Serm. 4. 6.

Intercidere, pro Cadere, Decidere. Liv. 3. 10. Quod intercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.

INTERCILIUM, i. n. Quod est medium inter cilia sine pilis. Gloss. Gr. Lat. μεσόφρυον.

INTERCĬNO, inui, entum, [μεσᾴδω] ĕre. Inter aliquid agendum canere.

Intercinere, per translationem dixit Hor. in Arte Poet. 194.
— neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat apte. i. e. Nihil scribat, quod non ad propositum faciat.

INTERCINCTUS, a, um. Partic. ab Intercingo. Plin. lib. 37. cap. 10. Candore intercincto variis coloribus. Gelenius legit Interstincto. Idem lib 36. cap. 8. Thebaicus intercinctus aureis guttis, invenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ. Et h. l. Hard. Interstinctus, q. V.

INTERCISE, INTERCISIO, INTERCISUS, V. INTERCĪDO.

INTERCĬPIO, ēpi, eptum, [μεσολαβέω, διαλαμβάνω, ὑποτέμνομαι, ἀπολαμβάνω] ĕre. Aliquem inter aliquid agendum occupare: inquit Perottus. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 38. Repentino equitum interventu interciperentur.

Intercipere aliquid. Cic. pro Cluent. 166. Id quum daretur in mulso, Balbutium quendam ejus familiarem intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum.

Epistola intercepta. Curt. 6. 9. 13.

Exercitum intercipere. Tacit. Agric. 5. 4. Nep. 11. 2. 3.

Iter intercipere. Liv. 6. 9. Curt. 4. 2. 9.

Laudem intercipere. Phædr. 4. 11.

Librum intercipere. Quintil. in procem. lib. 1.

Litteras intercipere, Interea dum perferuntur, occupare & reserare, insciis illis ad quos mittuntur. Cic. 3. Q. frat. 2. Ego ad te, ne hæc quidem scribo, quæ palam in Repub. turbantur, ne cujusquam animum meæ litteræ interceptæ offendant.

Regnum intercipere. Auctor de Viris Illust. cap. 6. i. e. Fraude occupare.

Res alicujus intercipere. Ovid. 9. Met. 122.

Sermonem medium intercipere, Interpellare. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Victoriam intercipere alieno labore quæsitam. Auctor de Viris Illust. cap. 60. pr.

Oblivio intercipit aliquem. Plin. in Paneg.

Intercipere, Totum capere, inquit Donatus. Ter. Eun. 1. 1. extr. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interceptus mortalitate rex, Præventus, præpeditus. Plin. Epist. 258. Sic, Intercipi morbo. Columel. lib. 9. cap. 3.

Veneno partim cibis, partim potionibus indito intercepit. Suet. Ner. cap. 35. extr. ubi Beroald. E medio sustulit, interemitque, non ostendens vim præpositionis; q. d. Dum adhuc sunt in vitæ itinere. H. St. in vet. Gloss. tamen simpliciter, Interceptus, ἀπεθανεν.

INTERCEPTIO, ōnis. f. [διάληψις] Cic. pro Cluent. 167. Per quem porro datum? unde sumptum? quæ deinde interceptio poculi?

INTERCEPTUS, ûs. m. Fulgent. 3. Myth. Astutiæ interceptu transmigrare.

INTERCEPTOR, ōris. m. [μεσολαβητὴς] Liv. 4. 50. Prædæne interceptorem, fraudatoremque, etiam malum minari militibus?

Interceptor litis alienæ. Liv. 3. 72. Populum Rom. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum? V. Tacit. 3. Hist. 10. 3.

INTERCLĀMO, āre. Ammian. 31. 13. Nostri multis interclamantibus restiterunt.

INTERCLŪDO, si, sum, [διακλείω, ἀπολαμβάνω, εἴργω] ĕre. ab Inter & Cludo. Valla lib. 5. cap. 69. arcessit ab Iter & Cludo, N interjecta littera, euphoniæ causa; Iter impedire, quasi Iter cludere. Cic. 14. Fam. 14. Etiam illud metuo, ne jam intercludamini, ut quum velitis exire, non liceat.

Intercludere, Impedire. Virg. 2. Æn. 110.
— sæpe illos aspera Ponti
Interclusit hiems, & terruit Auster euntes.

Aditum

Aditum intercludere. V. Aditus in ADEO.
Aditus ad aliquem intercludere. Cic. pro Rosc. Amer. 110.
Adventum inimicorum intercludere corporibus suis. Cic. in Parad. 1.
Animam intercludere. Tacit. 6. Ann. 50. Interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Liv. 23. 7.
Anima interclusa nimia ab dulcedine aquarum. Lucret. lib. 6. 1264.
Commeatum inimicis intercludere, Impedire, & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri. Plaut. Milit. 2. 2. 68. Auct. ad Herenn. lib. 1.
Commeatibus intercludere hostes. Cæs. 3. Bell. Gall. 23. Ii consuetudine Populi Romani loca capere, castra munire, commeatibus nostros intercludere insistunt. al. Instituunt.
Commeatu & frumento aliquem intercludere. Cæs. 1. Bell. Gall. 48. Eo consilio uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis & Heduis supportaretur, Cæsarem intercluderet.
Frumentaria re intercludi. Cæs. 1. Bell. Gall. 23. extr.
Fugam intercludere, Iter occupare, per quod inimici fugam arripere possent. Cic. 7 Att. 20. At illum ruere nuntiant, jam jamque adesse, non ut manum conserat (quicum enim?) sed ut fugam intercludat. Cæs. 7. Bell Gall. 11.
Hostes intercludere ab oppido & ponte, & commeatu omni. Cæs. 1. Bell. Civil. 43 pr. Sic Liv. 1. 27. extr. & Idem 27. 42.
Iter intercludere. Cæs. 7. Bell. Gall. 65. & 2. Bell. Civil. 20. extr. Intercludi itinere.
Libertatem intercludere, Prohibere liberum exitum & introitum. Cic. 2. pro Lege Agr. 75 Iidem vestram libertatem suis præsidiis & coloniis interclusam tenebunt.
Perfugium fortunæ intercludere Cic. 7. Verr. 131.
Prospectu visus interclusere nefasto. Stat. 6. Theb. 205.
Reditum intercludere alicui. Justin. 2. 5. 10. & 2. 13. 5.
Spem commeatus intercludere. Liv. 26. 39. Spem commeatus quoque hostibus, si navali prælio possessionem maris ademissent, interclusuros. Al Spe, commeatus &c. rectius.
Spiritus interclusus Curt 3. 6. 14. & 7. 5. 15.
Vias omnes seditionum intercludere. Cic. pro Rabir. perduell. 3.
Voce interclusa. Justin. 11. 8 4.
Dolore intercludi, i. e. Impediri. Cic. 8. Att. 8.

INTERCLUSIO, ōnis f. [ἀποκλεισις] Impedimentum, occupatio. Cic. 3. de Orat. 179. Clausulas enim atque interpuncta verborum, animæ interclusio, atque angustiæ spiritus attulerunt.
Parenthesis Interclusio vocatur a Quintil. lib. 9. cap. 3.

INTERCŎLUMNIUM, [μεσοστύλιον] Spatium quod est inter columnas ædificiorum. Cic 3. Q. frat. 1. Topiarium laudavi: ita omnia convestivit hedera, qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis, ut, &c. Idem 3. Verr. 51.

INTERCONCĬLIO, [διαλλάττω] āre. Quintil. lib. 12. cap. 10. In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in movendo gravitas videatur. Ibidem, Sive aliud interconciliandi præstare videtur officium.

INTERCULCO, [μεσοπατέω] āre. ex Calco compositum. Columel. lib. 12. cap. 43. Et deorsum versus spectantes ollæ componuntur, ita distantes, ut interculcari possint vinacea.

INTERCURRO, curri, cursum, [διαθέω, παρεμπίπτω] ĕre. Intervenire, & intercedere: ut ait Budæus. Cic. 8. Philipp. 17. Pugnatur acerrime: qui intercurrerent misimus tres principes civitatis: hos contempsit &c. Liv. 5. Cic. 2. Tusc. 36. Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.
Intercurrunt, cinguntque has urbes Tetrarchiæ. Plin. lib. 5. cap. 18.

INTERCURRENS, entis. Partic. [παρεμπίπτων] Plin lib. 12. cap. 3. Folium mali Assyriæ est unedonis intercurrentibus spinis.

INTERCURSUS, a, um. Partic. Ammian. 15. 10. Intercursum spatium maris.

INTERCURSUS, ûs. m. [παρέμπτωσις] Interventus, intercessio. Liv. 30. 11. extr. Deinde ut pedes Romanus repentino per turmas suas, viam dantes, intercursu stabilem aciem fecit, &c. Idem 37 42. pr. Et impeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum.
Intercursus, pro Deprecatione. Tacit. 2. Hist. 36. Quum intercursu Tribunorum, Centurionumque protegitur.
Intercursus, aliquando etiam pro Mediatione accipitur. Liv. 2. 29. Consulum intercursu rixa sedata est.

INTERCURSO, [παρεμπίπτω] āre. frequent. Plin. lib. 29. cap. 4. Unum simile formicæ, sed multo majus, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus resperfum guttis. Liv. 21. 35. Intercursantibus barbaris.

INTERCUS, ŭtis Adj. [ὑδερος, ὕδρωψ] Quod inter carnem & cutem est, Intestinus. Cic. 3. Off. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, &c. V. AQUA.
Intercutia vitia. Gell. lib. 13. cap 8. Ubi interpres, Per allusionem vitia, quæ non foris apparent, sed penitus sunt imbibita, intercutia nominat.
Intercutibus stupris obstinatis, Cato, citante Scalig. ad Festi loc. seq.

INTERCŬTĪTUS, a, um. Adj. Vehementer cutitus, id est valde stupratus. Fest. conf. FLAGITATUS.

INTERDĀTUS, V. INTERDO.

INTERDIANUS, INTERDIARIUS, V. INTERDIU.

INTERDĪCO, xi, ctum, [ἀπαγορεύω, ἀπαυδάω, παραγγέλλω, εἴργω] ĕre. Maxime prohibere. Cæs. 5. Bell. Gall. 58. Præcipit atque interdicit, perterritis hostibus, atque in fugam conversis, &c.
Dativum cum ablativo frequentissime regit. Liv. 5. 3. extr. Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis, ne, &c. [Dativum personæ, cum Ablativo rei. H. St.
Impersonaliter. Cic. de Senect. 22. Ut quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet. Plin. Epist. 4. 11. pr. Carent enim togæ jure, quibus aqua & igni interdictum est. De Aquæ & ignis interdictione V. in EXILIUM.
Passivum, ablativum rei regit; sic, Interdicor aqua & igni: & dativum personæ. Cic. pro Domo 47. Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Idem 11. Fam. 1. Ut aqua & igni nobis interdicatur. conf Paterc. 2. 69. 5.
Interdicere alicui, ne. Cic. 1. de Fin. 7. Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam interdictum puto.
Interdicere alicui aliquid. Suet. Domit. cap. 7. Interdixit histrionibus scenam. Idem Neron. cap. 33. Liv. 34. 7. Feminis duntaxat usum purpuræ interdicemus. conf. Gronov. ad Sen Epist. 18. p. 86.
Sic apud Senecam. Sed in edit. Rom. mutatum. Vide in mea Proodop. H. St. Senecæ locus desiderabatur in ed. Lugd.
Cum infinitivo. Suet. Galb. cap. 6. Interdixit commeatus peti. Interdixit fieri. Ter. Phorm. 4. 4. 27.
Dativum unicum regit pro Obsto. Cic 4. Verr. 30. Prætor improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velit judicem.
Interdicere, subaudito dativo. Ter. Hec. 4. 1. 48.
Interdico ne extulisse extra ædeis puerum usquam velis. Subaudi Tibi.
Interdicere de. Plin. lib. 29. c. 1. Interdixi tibi de medicis. Ex Epist. Cato n. ad filium. Cic. pro Cæcin. 23. His rebus ita gestis P. Dolabella Prætor interdixit, ut est consuetudo, de vi hominibus armatis. Interdicere Prætorem de vi, est, Interdicto de vi concesso, jubere eum qui vim fecerat, restituere. Budæus.
Interdicere, pro Interdicto uti: & est Prætoris. Cic. pro Cæcin. 36. Prætor interdixit, ut unde dejectus esset, restitueretur. i. e. Edixit. Ulp. in l 1 locum. §. si quis dolo. D. de tab. exhibend. Si neque amoverit, inquit, neque celaverit tabulas: sed idcirco alii tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet. Pompon. in l. 1. de locis & itiner. publ. Interdicitur, pro eo quod est, Interdictum redditur, dixit auctore Accursio. Ulp. in l. 2. § hoc interdictum. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Ut si quid illic fieret quod privato noceret, Prætor interdiceret interdicto suo. Alibi idem Cum ipso interdici debere dixit, pro eo quod est Interdicto agi. Bud. V. quæ seq.
Interdicere cum aliquo. Ulp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Nam si ipse quocum interdixit, fecerit, vel jussu ejus alius, aut ratum habitum sit quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere. Idem l. 1. D de vi & vi armata, Quum autem falsus est procurator, cum ipso tantum procuratore interdici debere Sabinus ait. Sic Paul. l. 3 D. uti possidetis §. Labeo quoque.
Interdicere adversus aliquem. Ulp. l. 1. D. de itinere actuque privato, Si tibi fundum precario concessero, cui via debebatur: deinde tu a domino fundi precario rogaveris, ut ea via ad eum fundum utaris: an noceat tibi exceptio, si adversus eum velis interdicere, a quo precario viam rogasti. Idem lege si alius. D. quod vi aut clam, Quod si tantum noxæ dedisset, adversus dominum operis utiliter interdici.
Interdicere in aliquem. Venul. D. de liberis exhibendis. l ult. Si filius sua sponte apud aliquem est, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud se, quam apud eum est, in quem interdicetur.
Vestigiis interdicere. Plin. lib. 17. cap. 5. Cato breviter atque ex suo more vitia determinat: Terram cariosam cave, Neve plostro, neve pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tempore reformidari, ut pæne vestigiis quoque interdicat? i. e. Inhibeat, ne quis per eam iter faciat.
Urbe &c. interdicere. Ulp. in l. 1. §. ult. D de offic Præfect. urb. Et urbe interdicere præfectus urbi, & qualibet alia solitarum regionum potest: & negotiatione, & professione, & advocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpetuum. Interdicere poterit & spectaculis.
Interdicere, Contradicere. Plaut. Capt. 3. 5. 36.
Dum pereas, nihil interdico, dicant vivere. h. e. Nihil moror. Ita MSS. Pal. Al. Nihil interduo.

INTERDICTUS, a, um. Partic. Quod prohibitum est. Suet. Calig. cap. 25. 4. Brevique missam facit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu.
Aula interdicta. Idem Vespas. 14. 2. Urbe. Idem August. 27. 6.
Spes interdictæ. Ovid. 10. Met. 336.
Voluptas interdicta. Hor. 1. Epist. 6. 64.
Interdicti vocantur, Exules, quibus interdictum est certi loci aditu commercioque. Eos a Relegatis & Deportatis distinctos V. in tit. ff. de interd. & releg. &c.

INTERDICTUM, i. n. [παραγγελμα, παραγγελία] Prohibitio, vetatio. Interdicta, sunt Formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat, quod tunc maxime faciebat, quum de possessione inter aliquos contendebatur. Cic. pro Cæcin. 86. Duo genera causarum esse intelligebant, ad quæ interdictum pertineret.
Regis interdictum. Justin. 11. 4. 9.
Interdicto duodecim tabularum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Interdictum, pro Minis. Plaut. Asin. 3. 1. 1.
Nequeon' ego te interdictis facere mansuetam meis?
Interdicto defendere possessionem suam. Cic. 7. Fam 33.
Annuum interdictum. Paul. l. pen. D. de interdictis & extraord. action. Ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo quod ad eum pervenit cum quo agitur, post annum judicium dandum Sabinus respondit.
Duplex interdictum, cui opponitur Simplex. Paul. l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Interdictorum quædam duplicia sunt, quædam simplicia. Duplicia dicuntur, ut Uti possidetis. Simplicia sunt, veluti Exhibitoria, & restitutoria, item prohibitoria. De arboribus cædendis, & De itinere actuque. Rursus ibidem, in fine.
Efficax alicui interdictum. Paul. l. pen sub finem. D. uti possidetis, Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, & in parte sua: Uti possidetis interdictum mihi efficax est, ut ea tollere compellatur.
Famosum interdictum. Ulp. l neque. D. de vi & vi armata, Neque unde vi, neque aliud interdictum famosum est.
Mistum interdictum. V. Interdictum quomodo discernatur ab Edicto. [V. mox Personale interdictum.
Noxale interdictum. Paul. l. ult D. de interdict. extraord. action. Interdicta noxalia ea sunt, quæ ob delicta eorum, quos in potestate habemus, dantur.
Perpetuum edictum, cui opponitur Annale. Ulp. D. de migrando. l. 1. in fin. Hoc interdictum perpetuum est, & in successores & successoribus dabitur. conf. Populare interdictum.
Personale interdictum. V. Interdictum quomodo discernatur ab Edicto, sub fin. [Non in hoc sane, sed in Juridico Lexico, unde hæc decerpta fuerunt, quod in præsentia ad manus non est.
Populare interdictum. Ulp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum perpetuum & populare est.
Precarium interdictum. Pompon. D. de precario. l. & habet, Quum quis de re sibi restituenda cautum habet: precarium interdictum ei non competit. Julian. ibid. l. duo, Et ideo precario interdicto mihi tenebitur.
Temporarium interdictum. Ulp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico

publico fiat, in fine, Interdictum hoc non esse temporarium, sciendum est.

Utile interdictum. Julian. l. qui possessionem. D. de vi & vi armata, Si te vi dejecero, illico tu me, deinde ego te: Unde vi interdictum tibi utile erit. Paul. l. 3. D. uti possidetis, Item videamus, si projectum supra vicini solum non jure habere dicatur, an interdictum Uti possidetis sit utile alteri adversus alterum. & est apud Cassium relatum, utrique esse inutile. Sic Cels. l. ult. D. de itinere actuque privato. Ulp. l. is qui in puteum. D. quod vi aut clam, Eveniet, ut in ipsum tutorem curatoremque aut utilis actio competat, aut etiam utile interdictum.

Admittere aliquid ad interdictum. Ulp. l. nam & si. D. quod vi aut clam, Nam & si ramos quis de arboribus abstulerit, ad hoc interdictum admittimus hæc ita, si de ædificio tegulas sustulerit. Eodem titulo Venuleius, Quanquam autem colonus & fructuarius fructuum nomine ad hoc interdictum admittantur: tamen & domino id competit, si quid præterea ejus intersit.

Agere interdicto cum aliquo. Ulp. l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si tabulæ testamenti aqud aliquem depositæ sint a Titio: hoc interdicto agendum est & cum eo qui detinet, & cum eo qui deposuit. Idem l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Item Nerva scribit, si tecum interdicto agatur: nihil ultra te facere cogendum, &c. Ibidem non ita procul a fine, Si tamen actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit: recte tecum acturum interdicto de via publica reficienda. Sed si pro derelicto non habeas: recte tecum agi hoc interdicto.

Acquirere interdictum. Ulp. l. 1. D. de itinere actuque privato, Si quis autem, quum putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus: utique sibi, non mihi interdictum acquisiisse intelligetur. Julian. l. interdictum. D. quod vi aut clam, Interdictum Quod vi aut clam per quemvis domino acquiritur, licet per inquilinum.

Cessat interdictum. Ulp. lege 1. D. quod legatorum, Si quis ex mortis causa donatione possideat, utique cessabit hoc interdictum. Paulo post, Nam & hic dicendum est, pro ea parte qua hæres est, cessare interdictum. Idem l. 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Si autem flumen privatum sit, cessabit interdictum.

Competit interdictum. Paul. l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Interdicta vero competunt vel hominum, vel divini juris causa, & de religione. Paulo post, Adipiscendæ possessionis sunt interdicta, quæ competunt his, qui ante non sunt nacti possessionem. Ulp. l. 1. D. quod legatorum, non procul a fine, Si alter ex hæredibus, iisve ad quos ea res pertinet, voluerit rem a legatario possideri, alter non: ei, qui noluerit, interdictum competere: ei, qui voluit, non competere palam est.

Competit interdictum adversus aliquem. Ulp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Adversus eum qui molem in mare projecit, interdictum utile competit ei, cui forte hæc res nocitura sit. Idem D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdictum cuivis ex populo competit, sed non adversus omnes: verum adversus eum qui id egit, ut aliter aqua flueret, quum jus non haberet.

Competit interdictum de, &c. Ulp l. 1. D. ne quid in loco sacro fiat, Hoc interdictum de loco sacro, non de sacrario competit.

Competit interdictum in aliquem. Paul. l. 4. D. de tabulis exhibendis, Si sint tabulæ apud pupillum, & dolo tutoris desierint esse: in ipsum tutorem competit interdictum. Ulp. D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdictum & in hæredes competit.

Complectitur interdictum, &c. Ulp. l. is qui in puteum. D. quod vi aut clam, Et hoc interdictum complectitur quodcunque aut vi aut clam factum est.

Comprehendi interdicto. Venul. l. ult. D. de cloacis, Quanquam de reficienda cloaca, non etiam de nova facienda hoc interdicto comprehendatur: tamen æque interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat.

Concipere interdictum. Ulp. l. 1. D. de interdictis & extraord. action. Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt.

Consequi aliquid ex interdicto. Ulp. D. quod vi aut clam l. semper adversus. in fine, Quia autem hoc interdictum continet hoc quod interest: si quis aliqua actione fuerit consecutus id quod interfuit opus non esse non factum: consequens erit dicere, ex interdicto nihil eum consequi oportere.

Contineri interdicto. Ulp. l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si tabulæ in pluribus codicibus scriptæ sint, omnes interdicto isto continentur.

Continet hanc vel hanc causam interdictum. Paul. l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Quædam interdicta rei persecutionem continent: veluti, De itinere actuque privato. nam proprietatis causam continet hoc interdictum. Sed & illa interdicta quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. item illa, quæ sui juris tuendi causa diximus competere: ut non sit mirum, si quæ interdicta ad rem familiarem pertinentia, proprietatis causam, non possessionis habeant. Sic Ulp. l. 1. D. quod legatorum, in ipso pæne legis initio. Idem D. quod vi aut clam l. semper adversus. in fine.

Convenire aliquem interdicto. Tryphon. lege penult. D. de vi & vi armata, Quanquam ego moram fecero, quo minus interdicto te convenirem.

Conveniri interdicto. Ulp. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si forte in publico fiet opus, quod ad privati damnum redundet: prohibitorio interdicto potest conveniri. Ibid. non procul a fine. Idem Labeo scribit, si vicinus fundi sui causa id fecerit, me non posse hoc interdicto conveniri. Idem lege 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Dandam exceptionem ei, qui interdicto convenitur.

Defendere aliquem interdicto. Ulp. D. de liberis exhibendis. l. 3. Sed utique debet esse is, qui eum interdicto defendat.

Deficit interdictum. Ulp. l. 3. §. 13. D. de itinere actuque privato, Itaque qui hoc interdicto utitur, duas res debet ostendere: & hoc anno se usum, & ei servitutem competere. Ceterum si desiit alterutrum, deficit interdictum.

Denegare interdictum. Ulp. l. 1. D. de aqua quotidiana, Idem Labeo scribit, etsi Prætor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de calidis aquis interdicta non esse deneganda.

Descendere ad interdictum. Ulp. D. de Salviano interdicto, lege ult. In Salviano interdicto si in fundum communem duorum pignora sunt ab aliquo invecta: possessor vincet, & erit eis descendendum ad Servianum interdictum.

Desiderare interdictum. Ulp. l. 3. D. de libero homine exhibendo, Sed si mulier vel pupillus hoc interdictum desiderent pro cognato, vel parente, vel affine suo solliciti: dandum esse eis interdictum, dicendum est.

Dare interdictum. Paul. l. 2. de interdictis & extraord. action. Reliqua interdicta rei familiaris causa dantur. V. Noxale interdictum. Idem Paul. l. ultim. D. quod legatorum, Si legatarius repromissione contentus fuit, dandum est interdictum. Ulp. lege 1. D. de via publica, Interdictum hoc perpetuo dabitur, & omnibus, & in omnes. conf. l. anteced.

Edere interdictum. Ulp. l. 3. D. de interdictis & extraord. action. In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro. Paul. l. ult. D. quod legatorum, Sed si forte factum sit per legatarium, quo minus satisdetur: eo autem tempore quo editur interdictum, satis accipere paratus sit, non competit interdictum, nisi satisdatum sit. Paulo post. Illud enim tempus inspicitur, quo interdictum editur.

Evitare interdictum. Ulp. l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Est in potestate successorum, evitare interdictum, satisdatione oblata.

Expediri interdicto. Ulp. l. 1. D. uti possidetis, Restituendæ possessionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem.

Experiri interdicto. Ulp. lege 3. D. ne vis fiat ei qui, &c. Sed si mulier velit in factum actione uti: ad exemplum creditorum magis, quam interdicto posse eam experiri, sciendum est. Idem l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si hæres scriptus hoc interdicto experiatur, ad hæreditatem referenda est æstimatio. Sic Julian. l. pen. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat.

Experiri interdicto cum aliquo. Paul. l. quum a te. D. de vi & vi armata, Quum a te vi dejectus sim, si Titius vi eandem rem possidere cœperit: non possum cum alio, quam tecum experiri interdicto. Papinian. l. quum fundum. D. de vi & vi armata, Eum, qui fundum vindicavit ab eo cum quo interdicto Unde vi potuit experiri pendente judicio, nihilominus interdicto recte agere placuit.

Experiri interdicto in aliquem. Ulp. D. de libero homine exhibendo. l. 3. sub finem, Si tamen reus condemnatus malit litis æstimationem sufferre, quam hominem exhibere, non est iniquum, sæpius in eum interdicto experiri, vel eidem sine exceptione, vel alii.

Experiri per interdictum. Ulp. l. 1. D. de vi & vi armata, Plane si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri, de rebus vero mobilibus ad exhibendum actione: potest habere hoc in suo arbitrio.

Finitur interdictum. Ulp. l. 1. D. de aqua quotidiana. in fine. Idem l. is qui in puteum. D. quod vi aut clam. §. si postea.

Habere interdictum. Ulp. l. 1. D. quod legatorum, Hoc interdictum & hæredem hæredis bonorumque possessoris habere, recte propter utilitatem dicendum est. Idem l. 3. D. de tabulis exhibendis, Si ipse testator, dum vivit, tabulas suas dicat esse, & exhiberi desideret, interdictum hoc non habebit: sed ad exhibendum erit agendum, ut exhibitas vindicet. Rursus idem l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si quis in mari piscari aut navigare prohibeatur, non habebit interdictum: sed injuriarum actione utendum est.

Habet locum interdictum. Ulpian. l. 3. D. ne vis fiat ei qui, &c. At si quis volet uti interdicto: consequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l. 1. D. de tabulis exhibendis, sive supremæ tabulæ sint, sive non sint, sed priores: dicendum, interdictum hoc locum habere.

Habet locum interdictum ad. Ulpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum etiam ad ea quæ pascuntur in via publica, itinereve publico, & deteriorem faciunt viam, locum habet.

Habet locum interdictum adversus. Ulpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Interdictum locum habebit adversus vicinum tuum. Ibidem, non ita procul a fine, Hoc interdictum locum habere etiam adversus eum qui dolo malo fecit, quo minus possideret.

Incidere in interdictum. Paulus l. vi facit. D. quod vi aut clam, Item si prohibiti hæres, vel is qui ab eo emerit, ignorans causam præcedentem, fecerit: dicendum esse Pomponius ait, non incidere eum in interdictum.

Insunt hæc interdicto. Ulpian. l. 1. D. uti possidetis, Perpetuo autem huic interdicto insunt hæc: quod nec vi, nec clam, nec precario ab illo possideas.

Interdicere interdicto. Ulpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico usui destinata sunt: ut si quid illic fieret, quod privato noceret, Prætor interdiceret interdicto suo.

Introducere interdictum. Paulus l. interdictum. D. de precario, Interdictum de precariis merito introductum est, quia nulla eo nomine jure civili actio est.

Ire ad interdictum. Africanus D. de liberis exhibendis, l. penult. Si eum, qui patremfamilias dicat, ego in mea potestate esse, & jussu meo adiisse hæreditatem dicam: tam de hæreditate agi oportere, quam ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.

Movere interdictum. Ulpian. l. D. de loco publico fruendo, Sed si simul veniant ad interdictum movendum ipse qui conduxit, & socius ejus: magis est, ut ipse conductor præferatur. Idem titulo, Ut in flumine publico navigare liceat, Si quis velit interdictum tale movere, ut locus deprimatur pecoris appellendi gratia: non debet audiri. Idem. D. de libero homine exhibendo. l. 3. sub finem. Et D. de liberis exhibendis, lege tertia.

Obstrictum esse interdicto. Marcellus l. colonus. D. de vi & vi armata, Igitur interdictum Unde vi colono competiturum: ipsumque simili interdicto locatori obstrictum fore.

Oppugnat aliquem interdictum. Ulpian. l. 1. D. uti possidetis, Et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur.

Verba interdicti late patent. Ulpian. l. si alius. D. Quod vi aut clam. §. notavimus.

Pati interdictum. Ulpian. l. 1. D. de vi & vi armata, Si quis tamen neget se servum vel familiam defendere: cogendus est pati hoc interdictum, ad hoc scilicet, ut quod ad eum pervenerit, restituat.

Permittitur alicui interdictum. Ulpian. D. de fonte. in fine. Sed & de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis interdictum competit:

tit: & omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æstiva.
Persequi interdicto. Ulpian. D. de ripa munienda, Nam post opus factum, persequendi hoc interdicto nulla facultas superest, etiam si quid damni postea datum fuerit: sed lege Aquilia experiendum est.
Pertinet interdictum ad, &c. Ulpian. l. 1. D. de tabulis exhibendis, Hoc interdictum pertinet non tantum ad testamenti tabulas, verum ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent. Ibidem, in fine, Hoc interdictum ad vivi tabulas non pertinet. Idem lege 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ad ea loca, quæ sunt in fisci patrimonio, non puto pertinere. Paulo post, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico usui destinata sunt. Idem l. 1. D. de fluminibus, ne quid, &c. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in privato factum sit.
Porrigitur latius interdictum. V. Scribere interdictum.
Proficiscitur ex hac causa interdictum. Ulpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ex eadem causa proficiscitur, ex qua & superius.
Proponere interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Illa interdicta quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. Ulpian. l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Hoc interdictum summa providentia Prætor proposuit. Paulus lege 1. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, In loco publico Prætor prohibet ædificare, & interdictum proponit. Ulpianus ibidem, lege 2. Propterque eam rem hoc interdictum propositum est.
Proponitur interdictum alicui. Ulpian. l. 1. D. de vi & vi armata. in principio, Hoc interdictum proponitur ei, qui vi dejectus est. Etenim fuit æquissimum, vi dejecto subveniri: propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictum proponitur.
Proponitur interdictum adversus aliquem. Ulpian. l. 3. D. de vi & vi armata, Hoc interdictum etiam adversus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis dejiceretur.
Prospicere alicui per interdictum. Ulpian. l. 2. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum prohibitorium est: & tam publicis utilitatibus, quam privatorum per hoc prospicitur. Idem l. 1. D. ne quid in flumine publico, &c. Hoc interdicto prospexit Prætor, ne derivationibus minus concessis flumina exarescant. Idem D. ut in flumine publico navigare liceat, Hoc interdicto prospicitur, ne quis flumine publico navigare prohibeatur.
Recedere ab interdicto. Ulpian. l. 3. D. de libero homine exhibendo, Plane si dubitat utrum liber an servus sit, vel facit statum controversiam: recedendum erit ab hoc interdicto, & agenda causa libertatis.
Reddere interdictum. Ulpian. l. 1. D. quod legatorum, Quia autem nonnunquam incertum est, utrum quis pro legato, an pro hærede, vel pro possessore possideat: bellissime Arrianus scribit, & hæreditatis petitionem in eum instituendam, & hoc interdictum reddendum, ut sive quis pro hærede, vel pro possessore, sive pro legato possideat, hoc interdicto teneatur. Idem. D. ne quid in flumine publico, &c. Si quid, ne fiat, prospicitur: superiore interdicto erit utendum. & si quid post interdictum redditum fuerit factum, coercebitur. Idem l. 4. D. de vi & vi armata, Si vi me dejecerit quis nomine municipum: in municipes mihi interdictum reddendum Pomponius scribit, si quid ad eos pervenit. Paulus l. ult. D. uti possidetis, In summa puto dicendum, & inter fructuarios hoc interdictum reddendum: etsi alter usum fructum, alter possessionem sibi defendat. Sic Julian. l. 1. D. de Salviano interdicto.
Refertur interdictum ad aliquid. Ulpian. l. 3. D. de vi & vi armata, Dicendum est etiam ad eas res referri hoc interdictum debere.
Remitti ad interdictum. Ulpian. l. 1. D. uti possidetis, Tunc si res soli sit, de cujus possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur.
Restitui ex interdicto. Ulpian. l. quæsitum est. D. de precario, Ex hoc interdicto restitui debet in pristinam causam.
Restitui per interdictum. Ulpian. D. ne quid in flumine publico, &c. sub finem, Hoc interdictum restitutorium proponitur. Superius enim prohibitorium est: & pertinet ad ea quæ nondum facta sunt. Si quid igitur jam factum est: per hoc interdictum restituetur. Idem l. 1. D. de vi & vi armata, Ut etiam sine culpa ejus mortuis hominibus, æstimationem eorum per interdictum restituere debeat.
Retinere possessionem per interdictum. Venul. l. sed etsi. D. de precario, Sed etsi eam rem cujus possessionem per interdictum uti possidetis retinere possem precario tibi concesserim, teneberis hoc interdicto.
Rogare interdictum. Ulpian. D. de libero homine exhibendo. l. 3. in fine, Hoc interdictum & in absentem esse rogandum, Labeo scribit.
Spectat ad hanc rem interdictum. Paulus l. 2. D. de interdictis & extraord. action. Hæc autem interdicta, quæ ad rem familiarem spectant, aut adipiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ.
Scribere interdictum. Ulpian. l. 1. D. uti possidetis, Hoc interdictum de soli possessore scriptum est, quem potiorem Prætor in soli possessione habeat. Idem l. & qui aliter. D. quod vi aut clam, Et quum interdictum sit sic scriptum, Quod vi aut clam factum est, non ita, Quod vi aut clam fecisti: latius porrigi id, quam ad has personas quas supra memoravimus, Labeo putat.
Subvenire alicui per interdictum. Ulpian. l. ult. D. ne vis fiat ei qui, &c. Per interdictum etiam ei subvenit Prætor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei vis fiat.
Sufficit interdictum. Ulpian. l. is qui in puteum. D. quod vi aut clam, Hoc jure utimur, ut etsi vi & clam factum sit, interdictum hoc sufficiat.
Sum. ut, Est locus interdicto. Ulpian. l. 1. D. quod legatorum, Illud tenendum est: sive a te, sive ab eo in cujus locum successisti, possideri aliquid cœptum est: interdicto huic locum fore. Rursus ibidem, sub finem legis. Idem l. 1. D. de tabulis exhibendis, Dicendum est interdicto locum fore. Paulus D. quod vi aut clam l. competit, Potest dici, & fructuarii interesse propter voluptatem & gestationem, & esse huic interdicto locum. Sic Venuleius eodem titulo, l. si vitem meam.
Esse superiorem in interdicto. Paulus l. 3. D. uti possidetis, Ego possideo ex justa causa: tu vi, aut clam. si a me possides, superior sum in interdicto, si vero non a me, neuter nostrum vincetur.
Esse potiorem in interdicto. Paulus l. 2. D uti possidetis, Dominus autem soli tam adversus alium, quam adversus superficiarium potior erit in interdicto Uti possidetis.
Tenet interdictum. Paulus in l. ult. D. quod legatorum, in fine, Item si per bonorum possessorem stetit, quo minus satisdaret, sed modo paratus est cavere: tenet interdictum. Idem l. ult. D. ne vis fiat ei, qui &c. Sive ergo promittat, sive per eum non fiat. quo minus promittat: non tenebit interdictum. Ulpian. l. 1. D. de vi & vi armata, Si fundus a quo vi expulsus sum, mihi restitutus esset: ceteræ vero res quæ vi ablatæ sunt, non restituerentur: hic dicendum est, interdictum nihilominus tenere: quia verum est, me vi esse dejectum.
Teneri interdicto. Paulus l. ultim. D. quorum bonorum, Interdicto Quorum bonorum, debitores hæreditarii non tenentur, sed tantum corporum possessores Ulpian. l. 1. D. quod legatorum, Qui vero ex causa præceptionis possidet, utique tenetur hoc interdicto. Idem l. 1. D. ne vis fiat ei qui, &c. Hoc edicto neque pupillum neque furiosum teneri constat. Rursus idem lege 3. D. de tabulis exhibendis, Si custodiam tabularum ædituus vel tabellarius suscepit, dicendum est teneri eum interdicto. Si penes servum tabulæ fuerint, dominus interdicto tenebitur.
Tenetur interdicto aliquis alicui. Papinian. l. Quum fundum. D. de vi & vi armata, Placebat, colonum interdicto venditori teneri. Paulo post, Et ipsum interdicto colono teneri.
Tribuere interdictum. Ulpian. D. de liberis exhibendis. l. 3. Et ex iisdem causis hoc interdictum tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus.
Tueri aliquem interdicto. Ulpian. D. ut in flumine publico navigetur, Ergo & si a municipibus conductum habet: æquissimum erit, ob vectigalis favorem interdicto eum tueri. Idem l. 1. D. uti possidetis, Et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur. Paulo post, Interdictum autem, quod est Uti possidetis, possessorem prædii tuetur.
Valet interdictum. Ulpian. l. 1. D. de tabulis exhibendis, Sed & si falsum esse dicatur testamentum, vel ab eo factum qui testamenti factionem non habuerit, dicendum est interdictum valere.
Venire in interdicto. Ulpian. D. ne quid in flumine publico, &c. in fine, In hoc interdicto restitutorio non est iniquum venire (ut Labeo ait) etiam quod dolo factum est, quo minus haberes.
Venire in interdictum. Ulpian l. 1. D. de vi & vi armata, Et ideo si quid postea desiit illic esse, dicendum erit in interdictum venire. Idem D. quod vi aut clam. l. Semper adversus. ad finem, Culpam quoque in hoc interdictum venire, erit probandum.
Uti interdicto. Ulpian. l. 3. D. ne vis fiat ei qui, &c. At si quis volet uti interdicto, consequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l. 3. D. de tabulis exhibendis, in fine, Ideo & si hæres sit, qui interdicto usus, æstimationem consecutus est: eadem erit æstimationis distinctio. Rursus idem l. 2. Ne quid in loco vel itinere publico fiat, Idem ait, non esse ab re, de ea re interdicto uti. Idem l. si alius. D. quod vi aut clam, Utor adversus te interdicto. Paulo post, Et utaris adversus me interdicto.
De Interdictis apud Juridicos qui plura velit, adeat Lex. Pitisc.

**Interdictio**, ōnis. f. [εἶρξις] Cic. pro Domo 78. Id autem ut esset faciendum, non adeptione civitatis, sed tecti, & aquæ & ignis interdictione faciebant. conf. Ulpian. l. 2. D. de Pœnis & Arnob. lib. 2. p. 49. de Miraculis Christi.

**Interdictor**, ōris. m. Tertul. Præscr. advers. Hær. cap. 33. & 2. advers. Marc. cap. 9. extr. & de Jejun. cap. 15.

**Interdictōrius**, a, um. Adj. Præceptum interdictorium. Salvian. lib. 3. contra Avar. p. 130.

**Interdiu**, Adv. temporis, [μεθ' ἡμέραν] i. e. Die, vel Per diem, aut Dum dies est: cui opponitur Noctu. Ter. Adel. 4. 1. 15. Cato de R. R. cap. 124. Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores & vigilantiores sint. Plin. lib. 18. cap. 6. Malum patremfamilias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cæli.
Interdius, etiam antiquis dictum est pro eodem. Plaut. Mostel. 2. 2. 14.
Sed quid hoc? occlusa janua est interdius. Idem Asin. 3. 3. 9.

**Interdiānus**, a, um, Adj. Cæl. Aurel. Tard. 3. 7. Post interdianum cibum deambulatio adhibenda.

**Interdiarius**, i. m. Fur diurnus. Gloss. Lat. Gr. Interdiarius, ἡμεροκλέπτης, cui contrarius ἡμερόκοιτος, Dormitator, fur nocturnus. V. Cujac. Observ. 11. 27.

**Interdo**, āre. Æstimare: pro quo antique Interduo habet Plaut. Capt. 3. 5. 36. Dum pereas nihil interduo. V. interdico, ad fin. Idem Trin. 4. 2. 152.
Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim. Idem Rud. 2.7.22.

**Interdātus**, a, um. Partic. [διαδοθείς] Lucret. lib. 4. 866.
Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus:
Et recreet vires interdatus, &c. i. e. Interea datus. Lambinus.

**Interduatim**, & **Interatim**, dicebant antiqui, quod nunc Interdum & Interim. Festus.

**Interdūca**, æ. f. Dea Juno, quæ & Domiduca dicitur. Mart. Capel. 2. p. 37.

**Interduco**, uxi, ĕre. unde

**Interductus**, ūs. m. [διαστολή] pro Illis veluti distinctionibus quæ inter sententias a librariis duci solent. Cic. in Orat. 228. Ne infinite feratur ut flumen oratio, quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

**Interdum**, Adv. [ἐσθ' ὅτε, ἐνίοτε] Nonnunquam. Ter. Eun. 2. 3. 74.
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
Virg. 1. Georg. 399.
Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
Quandoque iterum & tertio recurrit, ut apud Cels. 1. 1. & 4. 2. & 6. 6.
Aliquando pro Interea aut Interim ponitur; ut contra Interim pro Interdum. V. Drakenb. ad Sil. 6. 3.

**Interea**, [ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τούτῳ] Adv. temporis, Interim, tantisper, hoc interim spatio. Particula est, ut ait Servius ad 10. Æn. 1. quæ negotia semper præteritis futura conjungit. Ter. Hec. 1. 2. 82.
Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Ubi Donatus; Interea, Inter eos dies. Virg. 10. Æn. 833.
Interea genitor Tiberini ad fluminis undam, &c. Ubi Servius, Interea, Dum hæc geruntur. Et omnino sic est apud poetas Interea sicut est apud Sallustium, Eodem tempore. Cic. 4. Verr. 42. Interea dies advenit, quo die sese, &c.

Interea

Interea dum. Ter. Heaut. 4. 7. 5.

Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere. Idem Eun. 5. 2. 56.
— visne interea dum is venit,
Domi opperiamur potius quam ante ostium?

Interea, i. e. Tamen. Virg. 2. Georg. 83.
Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

Ut Interim pro Tamen. H. St. V. INTERIM.

Quum interea: i. e. Quum tamen, indicativo junctum. Cic. pro Cluent. 82. Quum interea vestigium nullum Cluentianæ pecuniæ invenitis.

Interea loci, idem significat quod Interea. Donatus, Duæ partes orationis quum conjunctæ unam fecerint, mutant accentum. Ter. Heaut. 2. 3. 16.
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Collocupletasti te, Antiphila. Idem Eun. 1. 2. 46.

Pro Interdum. V. Drakenb. ad Sil. 7. 395. & 6. 30.

INTEREMPTIO, INTEREMPTUS. V. INTERIMO.

INTĚREO, īvi vel ii, ĭtum, [ἀφανίζομαι, παραπόλλυμαι, ἀποθνήσκω] īre. In totum mori vel emori. Plaut. Amph. suppos. 3. 48. Vigilans somnio, vivus & sanus intereo. Cæs. 8. Bell. Gall. cap. 21. Multa millia interiisse. Sic, Interire fame. Cic. 6. Att. 1. & Cæs. 3. Bell. Civil. 27. Interire naufragio.

Interire a. Cic. 1. Acad. 29. Nihil enim valentius est, a quo intereat.

Æstas interitura. Hor. 4. Carm. 7. 10.

Domus interitura. Ovid. 3. de Pont. 2. 108.

Ira interit morâ. Ovid. 1. de Arte Am. 374.

Morte alicujus interire. Ovid. in Ibin, 301. al. More.

Naufragus interiit. Ovid. 11. Met. 686.

Segetes intereunt. Virg. 1. Georg. 152.

Sextans tuus ne intereat. Jabolen. in l. si tu. D. de acq. hæred.

Verba interitura. Hor. 4. Carm. 9. 1.

INTERĬTUS, a, um. Partic. [διαφθαρθεὶς] passive. Claud. Quadrig. apud Priscian. Pugna acriter commissa, & multis utrimque interitis. Sidon. 2 Epist. 19. Dedere brevi abolitam interitamque.

INTERĪTUS, ûs. m. [ἀφανισμὸς, ἀπώλεια] Mors. Cic. 1. Tusc. 7. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Interitus patriæ. i. e. Eversio. Cic. 5. Tusc. 105. Interitus patriæ, exilium, servitus, &c.

Acerbus interitus. V. ACERBUS.

Afferre interitum. V. AFFERO.

Alienari ab interitu. V. ALIENO.

Gaudeat illa tuo interitu. Propert. lib. 2. 8. 18.

Redigere aliquid ad interitum. Lucret. lib. 5. 875.

INTERĪBĬLIS, e. Adj. Qui interire potest. Arnob. lib. 2. adversf. gentes p. 65. Argumenta quibus animas passivas atque interibiles invenitur. conf. Tertul. de Resurr. carn. cap. 34. & adversf. Hermog. cap. 43.

INTERĪTIO, ōnis. f. Idem quod Interitus. Testis est Nonius Marcellus citans hunc Ciceronis locum ex Frumentaria, seu Verr. 5. 125. Quum bis in ea provincia magnæ fugitivorum copiæ versatæ sint, tamen aratorum interitio facta nulla est. Quo in loco plerique mendose legunt Internecio, alii Internicio. Hirt. Bell. Hisp. cap. 24. Centurionum interitio. Arnob. 2. p. 87. Christus in hoc missus a Deo est ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret.

INTEREQUĬTO, [διιππάζω] āre. In medio equitare. Liv. 35. 5. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarii non patiebantur. conf. Idem 6. 7. & 34. 15. Curt. 4. 13. extr. In conspectu omnium duces & proximum quemque interequitans alloquebatur.

INTERERRO, āre. Prudent. Cathem. 6. 43. Non splendor intererrat.

INTEREST, [διαφέρει] compositum ab In, Re & Est; significat Utile esse, vel Ad rem pertinet. [Immo ab Inter præp. & Sum, Intersum, & Imperf. Interest, ut a Prosum Prodest. De Constr. V. Perizon. ad Sanct. Minerv. 3. 5.

Jungitur omnibus genitivis; ut, Socratis interest, i. e. In re Socratis est. Cic. pro Domo 97. Ego vero Reipub. semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, &c. Plin. lib. 2. cap. 1. Mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ conjectura mentis.

Minoris vel pluris interesse. Ulpian. in l. ubi exigitur. D. de edendo, Is autem qui in hoc edictum incidit, id præstat quod interfuit mea rationes edi, quum decerneretur a Prætore: non quod hodie interest, & ideo licet interesse desiit, vel minoris vel pluris interesse cœpit: locum hæc actio non habebit, neque ad augmentum, neque ad deminutionem.

Interest ejus, ipsius, istius. Cic. 2. de Fin. 72. Et 2. Off. Idem 4. Verr. 36.

Quid illius interest, quoniam in Senatum non venis? Cic. 10. Att. 4.

Paulum interesse. V. PAULUM.

Utriusque nostrum magni interest, prius ut te conveniam quam decedas. Cic. 3. Fam. 5.

Interest salutis communis. Cic. pro Muren. 4. Ostendam alio loco quantum salutis communis intersit, duos Consules in Repub. Calend. Januariis esse. i. e. Quam magnum commodum rediturum sit Reipub.

Ablativis his etiam jungitur, Mea, tua, sua, nostra, vestra, cuja, sive sit personale, sive impersonale; ut, Mea interest, quod etiam Mea refert dicitur: h. e. Ad me spectat, vel me spectat, aut Meum est. Cic. 3. Fam. 10. Tamen ut vidit interesse tuâ, conscendens jam navem Epheso Laodiceam revertit. Idem 16. Fam. 6. Et cum tua & mea maxime interest te valere, tum multis, &c. Cum Donato, Scaligero, Sanctio & Scioppio, G. H. Ursinus defendit hæc pronomina esse neutra, & ita explicat, Mea interest, i. e. Est inter negotia mea, &c. & sic quoque Magni interest, i. e. Est inter negotia magni momenti: Et in Genitivis, ut Medicorum interest, i. e. Est inter munia Medicorum.

Nihil interest mea, vel alterius. Ulpian. in l. stipulatio ista. §. alteri stipulari. D. de verborum obligationibus, Ceterum ut alii detur, nihil interest mea. Paulo post, Committatur stipulatio etiam ei, cujus nihil interest.

Interest mea, cum infinitivo. Cels. in l. si Calend. D. de re judicat. Tanti æstimanda lis est, quanti interfuit mea Calendis id fieri.

Interest, pro Utile est, sine casu. Plin. lib. 19. cap. 8. Seri etiam radices illitas fimo interest. Celsus in Proœm. Quia non intersit quid faciat morbum, sed quid tollat. i. e. (inquit Budæus) Ad rem non pertinet.

Capturæ interest, i. e. Facit ad capturam, & momentum habet. Plin. lib. 9. cap. 16. Aiunt, & si iteretur gurges, interesse capturæ. Hard. Si teratur.

Interest, his etiam genitivis jungitur, Magni, parvi, tanti, quanti. Et adverbiis Facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, pauxillum, nihil, numquid, aliquid, magis, minus, maxime, minime. ut, Minime interest. Cic. 5. Verr. 112. Neque illud unquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent. Idem 11. Fam. 16. pr. Permagni interest, quò tibi hæc tempore epistola reddita sit. Idem 1. Off. 66. Permultum interest, utrumne perturbatione, &c.

Magni interest ad. Cic. 16. Fam. 1. Quanquam magni ad honorem nostrum interest quamprimum ad urbem me venire. Idem 12.

Nihil interest ad rem. Cic. pro Rosc. Amer. 47. Et certe ad rem nihil intersit, utrum hunc, &c.

Magni mea interest. Cic. 15. Fam. 4. Idem pro Cluent. 43. Magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc a causa Martialium dimovere.

Plurimum interest. Sen. Epist. 5.

Plus interfuit Reip. castellum capi Ligurum, quam bene defendi causam M. Curii. Cic. in Bruto 255.

Quantum interfuit Reipublicæ. Paterc. 2. 72. 2.

Et cum præp. ut Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Magni existimo interesse, & ad decus, & ad laudem civitatis, res tam præclaras Latinis etiam litteris contineri.

Tantum interest subeant radii, an superveniant. Plin. lib. 2. cap. 16.

Quid ergo interest proferantur necne? Cic. 3. Verr. 13.

Quid interest utrum. Cic. 5. Verr. 141. Quid interfuit, homo audacissime, utrum hoc decerneres an non, &c.

Interesse, Differre: & jungitur præp. Inter. Cic. 1. Off. 11. Sed inter hominem & belluam hoc maxime interest.

Interest & differt aliud ab alio. Cic. 3. de Fin. 59. Tenere autem virtutes eas ipsas, quarum modo mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit nihil esse quod intersit, aut differat aliud ab alio, præter honesta & turpia.

Interest in infinitum, Multum differt. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 6.

Interest hoc, quod. Cic. 2. de Fin. 72. Sed hoc interest, quod voluptas etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant.

Interest nihil inter, nisi quod. Cic. 2. Acad. Nec inter nos & eos qui scire se arbitrantur, quicquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint quæ defendunt: nos, &c.

Interest stulto intelligens. i. e. Differt a stulto. Ter. Eun. 2. 2. 2.
Dii immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens
Quid interest?

Interest, sine casu subsequente. Ter. Adel. 1. 1. 51.
Hoc pater, ac dominus interest. i. e. Differentia est, ut ait Donatus. Plin. in præf. 7.

Interest tibi & mihi. Sen. 1. Nat. Quæst. Præf. Quid vobis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? De Formicis loquens.

Interest aliquando [Immo semper] componitur ab Inter & est, & conjugatur, Intersum, es, est: & significat Præsentem esse. Cic. 1. Fam. 6. Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. Idem 13. Fam. 30. Non modo, ut non præesset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem.

Dativo jungitur, ut vides in præcedentibus exemplis. Cic. 11. Fam. 7. Qui nostro sermoni interfuit. Cæs. 6. Bell. Gall. cap. 12. Interesse rebus divinis. Cic. 2. Att. 3. Publicis consiliis. Liv. 2. 38. Spectaculo.

Lætus intersis populo Quirini. Hor. 1. Carm. 2. 46.

Ablativo, cum præp. IN. Cic. 5. Verr. Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse.

In convivio interfuisse. Cic. pro Rosc. Amer. 39.

Interesse posteritati suæ, pro Superstitem esse gloriæ quæ mortem sequi solet. Plin. Epist. 2. 1.

Interesse nobis dicitur Deus, pro Adesse. Sen. de Provident. præf. Quum præesse universis providentiam probaremus, & interesse nobis deum.

Interesse, In medio esse, vel interjacere, aut interpositum & interjectum esse. Liv. 22. Id morari victoriam rati, quod interesset amnis. Idem 22. 4. Via tantum interest perangusta. Columel. Arbores, quæ interfunt, ablaqueabuntur. Plin. 6. 9. extr. Quod interest spatii Sopheni tenent.

Interest triduum. Plaut. Bacch. 3. 3. 57.
Triduum non interest, ætatis uter major siet:
Verum ingenium plus triginta annis majus est, quam alteri.

Interfuerunt decem anni. Cic. 3. de Legib. 8. conf. Nep. 18. 8. 2. Cic. de Senect. 60. Cujus inter primum & sextum Consulatum sex & quadraginta anni interfuerant.

Artemidorus inter duos amnes XXI interesse tradit. Plin. lib. 6. cap. 19. extr. subaudi Millia pass.

INTERFŬTŪRUS, a, um. Partic. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. 9. de honore impenso senibus a juvenibus, Invitati ad cœnam, diligenter quærebant, quinam ei convivio essent interfuturi, ne, &c.

INTERFĂCIO, ēci, actum, [μεταξυποιέω] ĕre. Liv. 25. 11. Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul interfaciendo muro adjuvaret. i. e. Dum fieret murus. [Al. In faciendo rectius, alioqui Inter faciendum murum dicendum fuisset.

INTERFĀRIS, [διαλαλεῖς, διακόπτεις, παρεμβάλλεις] ātur, āri. Loquentem interrumpere. Liv. lib. 3. 47. Prius quam aut ille postulatum peregeret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibid. 7. 36. Consul classico ad concionem convocat, orsusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem. Virg. 1. Æn. 390.
— nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est. conf. Val. Max. 9. 5. 2.

INTERFĀTIO, ōnis. f. [διαλαλιά] Quintil. lib. 4. cap. 2. Interim expediet narrationes breviter interfatione distinguere.

INTERFĒMĬNIUM, i. n. utitur Apul. Apol. p. 296. pro Genitalibus muliebribus, quod inter femina sint. Al. Interfœmineum.

INTERFĬCIO, ēci, ectum, [διαχειρίζομαι, φονεύω] ĕre. ex Inter & Facio; Occidere. Cæs. 7. Bell. Gall. 3. Equitem Romanum, qui rei frumentariæ jussu Cæsaris præerat, interficiunt.

Feras interficere. Lucret. 5. 1248.

Interficere aliquem vita & lumine. Plaut. Truc. 2. 6. 37.
Salve, qui me interfecisti pæne & vita & lumine. Gell. lib. 12. cap. 7. Eadem mulier virum & filium eodem tempore, venenis clam datis, vita interfecerat. i. e. Vita privaverat.

Interficere aliquem pessumis exemplis. Plaut. Most. 1. 3. 35.
Dii, deæque omnes me pessumis exemplis interficiant.

Interfectus in acie. Cic. 2. de Fin.

Interfectus omni supplicio. Cic. pro Lege Manil. 11. Vos legatum Pop. Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis?

Interficere messes: i. e. Perdere & cremare. Virg. 4. Georg. 330.
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. Sic Nonius. At Servius, Secundum Pythagoram, inquit, qui habere animam dicit omnia crescentia. Unde & 7. Ecl. 57.
Aret ager vitio moriens, &c.

**Interfectus**, a, um. Partic. Curt. 9. 2. 7. Interfectus per insidias. Apul. 5. Met. p. 160. Novam nuptam interfectæ virginitatis curant. conf. Paterc. 2. 58. 3. Sen. Epist. 7. Tacit. 1. Ann. 9. 4. & Val. Max. 3.2.11. Interfectus usus ædium. Plaut. Merc. 5. 1. 4.
Usus, fructus, victus, cultus jam mihi harunce ædium
Interemptu 'st, interfectu 'st, alienatu 'st, occidi.

**Interfector**, ōris. m. [φονεύς] Cic. ad Brut. 16. Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores.

**Interfectrix**, īcis. f. Tacit. 3. Ann. 17. Id ergo fas aviæ interfectricem nepotis adspicere? Hyginus Fab. 122. Idem nuncius dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse.

**Interfectĭbĭlis**, e. Adj. ut, Ruta interfectibilis viperarum. Apul. de Herb. cap. 89.

**Interfectio**, ōnis. f. Lamprid. Commod. cap. 4. Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem consilia inire. conf. Augustin. de Civ. Dei 3. 15. & Epist. 23.

**Interfectīvus**, a, um. Adj. Letalis. Cæl. Aurel. Acut. præf. Interfectivis morbis affici.

**Interfīo**, ēri, [διαφθείρεσθαι] obsoletum verbum, pro Consumi & interire, apud Lucret. lib. 3. 886.
— ut aut putrescat corpore posto,
Aut flammis interfiat, malisve ferarum. conf. Plaut. Trin. 2. 4. 131.

**Interfluo**, xi, xum, [μεσοῤῥέω] ěre. Per medium fluere. ut, Mœnia interfluebat Marsyas amnis. Curt. 3. 1. 2.
Passive. Apul. de Mundo, p. 59. Insulæ interfluuntur.
Tralate. Cic. de Senect. 16. Cum inter duos Consulatus anni decem interfluxissent.

**Interfluens**, entis. Partic. Plin. 36. 14. pr. Flumine medium oppidum interfluente. Idem lib. 3. cap. 5. Utraque civitate fœderata, angusto freto interfluente. Idem 6. 28.

**Interfluus**, a, um. Adj. [μεσόῤῥοος] Quod interfluit. Plin. lib. 6. cap. 26. Interfluo Euphrate. i. e. Interfluente. Solin. cap. 66. Scinditur amne interfluo.

**Interfŏdio**, ěre. Idem quod simplex Fodere. Lucret. lib. 4. 720.
— quæ quum sint oculis immissa leonum
Pupillas interfodiunt, &c. De gallis & leonibus.

**Interfœminеum**, V. interfeminium.

**Interfringo**, ēgi, actum, [διαῤῥήγνυμι] ěre. Idem quod Infringere. Cato cap. 44. Qui locus recte ferax erit, quæ arida erunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Plin. lib. 17. cap. 18.

**Interfundo**, ěre. Avien. Perieg. 255. Ibid. 1100.
Sic vasti moles pelagi interfunditur oras.

**Interfūsus**, a, um. Partic. [μεσοχυθείς] Plin. lib. 2. 68. Idem Oceanus interfusus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispertit. Idem lib. 3. cap. 8.
Novies Styx interfusa. Virg. 4. Georg. 480.
Genas interfusa maculis. Virg. 4. Æn. 654.

**Interfūsio**, ōnis. f. Lactant. 7. 3. 25.

**Interfŭro**, ěre. Stat. 1. Achill. 395.
— dumque arma parantur
Dorica, & alternum Mavors interfurit orbem.

**Intergĕro**, ssi, stum, ěre. Plin. lib. 13. cap. 12. extr. Diligentior cura, mollia panis fermentati colata aqua fervente: minimum hunc modum intergerit. Ex vetusto codice legitur, Minimum hoc modo intergerii atque etiam lini lenitas superatur. De glutino chartæ. Sic & Hard. De hoc loco V. Salmas. in Vopisc. p. 450. & Voss. de arte Gramm. 1. 37.

**Intergĕrīnus**, a, um. Adj. Intergerini parietes, a Vitruvio appellantur, Qui intergerunt, hoc est ferunt & sustinent onera, quos e creta jubet Vitruvius constituere. Dicti Intergerini, quod inter novos parietes, aut fundamenta pro fultura intergeruntur. Vitruv. Et catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, constituantur: & intergerinis e creta, beronibusque ex ulva factis calcetur. [Locus est l. 5. c. 12. qui in codd. quos vidi aliter legitur.] Festus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. Budæus, Hujusmodi paries quem Papinianus concratitium appellat, Latine proprie Intergerinus appellatur, qui a vicinis constructus veluti intergerit, id est communiter gerendo est. Plin. lib. 35. cap. 14. al. Intergerivus. Utramque lectionem admittit Hard. in indice.

**Intergerium**, V. intergero, paulo supra.

**Interhio**, āre. Tertull. Apol. cap. 48. Finis & limes medius qui interhiat. V. ibi Rigalt.

**Interjăceo**, ui, [μεσόω] ēre. In medio jacere. Plin. Epist. 250. Et duo publica opera quanquam via interjacente. Liv. 27. 41. pr. Interjacebat campus: colles imminebant nudi.
Interjacet Capuam, & Interjacet Capuæ, dicimus. Plin. lib. 5. cap. 4. Et a regione, quæ duas Syrtes interjacet. Columel. lib. 11. cap. 3. Ut in id spatium, quod sulcis interjacet, inclinentur. De seminibus.
Interjacet hæc inter eam. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Interiăcio**, ěre. V. interjicio.

**Intĕrĭbi**, [ἐν τούτῳ] Adv. Idem significans quod Interea. Plaut. Capt. 5. 1. 31.
Vos ite intro. interibi ego ex hac statua verberea volo &c. Gell. lib. 3. cap. 7. Consul interibi, dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos. Obsoletum.

**Interjĭcio**, ēci, ectum, [παρεμβάλλω] ěre. Inter aliquid jacere; interponere. Columel. lib. 1. Ut siqua interjecta sunt stramentis aut paleis spinarum vel germinum semina, intereant. conf. Cæs. 1. Bell. Civil. 73.
Interjicere inter. Cæs. 7. Bell. Gall. 80. Galli inter equites, raros sagittarios, expeditosque levis armaturæ interjecerant, &c.
Tralate. Tacit. 3. Hist. 8. 3. Moram interjicere. Idem 1. Ann. 23. 6. Preces, minas.
Nonnunquam scribitur Interjăcere per a. ut Arminius pleraque Latino sermone interjaciebat. Tacit. 2. Ann. 10. extr.

**Interjectus**, a, um. Partic. [παρεμβληθείς] Cæs. 7. Bell. Gall. 23. Neque inter se contingant trabes: sed paribus intermissæ spatiis, singulæ singulis saxis interjectis, arcte contineantur.
Interjectus equiti pedes. Tacit. 3. Hist. 72. 3.
Interjectus inter. Cic. 2. de Nat. Deor. 66. Aer autem, ut Stoici disputant, interjectus inter mare & cælum, &c. Idem 2. de Fin. 17. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interjectam non vides.
Interjecta & media. Cic. 1. Acad. 36. Iis ipsis alia interjecta & media numerabat.
Interjectus inter philosophos, i. e. Intermedius, ut ait Budæus. Cic. 1. Off. 92. Aut interjecti inter philosophos, & eos qui Rempubl. administrarent, delectarentur re sua familiari.
Flumen interjectum. Tacit. 2. Ann. 10. 3.
Intervallum interjectum, Interpositum. Cic. 1. Off. 30. Quæ quasi longo intervallo interjecto videmus.
Nasus quasi murus oculis interjectus. Cic. 2. de Nat. Deor. 143.
Spatio interjecto. Liv. 2. 17. Idem 1. 58. pr. Paucis interjectis diebus, Sextus Tarquinius, inscio Collatino, cum comite uno Collatiam venit.

**Interjectio**, ōnis. f. [παρεμβολή] Interpositio, & insertio. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum judicis reficere dissuaserim, maxime quidem brevi interjectione. Idem lib. 8. cap. 2.
De Interjectione, particula Orationis V. Grammaticos & Quintil. 1. 4. 6.

**Interjectus**, ûs. m. [παρεμβολή] Cic. 2. de Nat. Deor. 103. Interpositu interjectuque terræ. Columel. lib. 3. cap. 21. Si vero interjectibus capere cujusque generis fructum aveat, &c.
Interjectus temporis. Tacit. 3. Ann. 51. 3.
Paucorum dierum. Tacit. 3. Ann. 67. 5. Noctis. Idem 6. 39. 2.

**Interjectūra**, æ. f. Frontin. de Colon. p. 135. Sunt & per recturas positæ interjecturæ.

**Intĕrim**, Adv. temporis. [μεταξὺ] Idem quod Interea. Ter. And. 1. 1. 100. Funus interim procedit, sequimur.
Interim, Aliquando, sive interdum. Quintil. lib. 1. cap. 9. Sed quia interim excusantur hæc vitia aut consuetudine, aut, &c. Cic. 2. de Orat. 209. Interim timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. Sic Budæus. Vetus exemplar habet, Item timor. conf. Plin. 10. Epist. 27. & Tacit. 1. Ann. 4.
Interim, pro Aliquando, interdum geminatur. Quintil. lib. 1. cap. 3. Interim elabuntur, interim suæ memoriæ intentos a nova inventione declinant. Idem 11. 3.
Interim, Repente. Ter. Hec. 1. 2. 102.
— primum dies complusculos
Bene conveniebat sane inter eas: interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam. Donatus.
Quum interim, pro Quum tamen. Quintil. lib. 12. cap. 10. Sicut quatuor generaliter ventos totidem mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plures sint intermedii. Alii codices habent, Quum interim plurimi medii. Liv. Quum interim siquis existimare velit. Sic Cic. pro Sull. 11. Budæus.
Sic Interea affertur, pro Tamen, vide pag. præced. H. St.
Interim, Discretio est ejus rei quæ ad narrationem pertinet. Ter. And. 1. 1. 81.
Curabat una funus: tristis interim
Nonnunquam conlacrumabat.
Interim dum. Ter. Eun. 5. 2. 3. Interim dum ante ostium sto. Cæs. 5. Bell. Civil. 37. Interim dum de conditionibus inter se agunt.
Interim cum. Suet. Tiber. cap. 73. Interim cum in actis senatus legisset. conf. Liv. 28. 44. & 35. 24. Tacit. 15. Ann. 11. 4.

**Intĕrĭmo**, ēmi, emptum, [ἀφανίζω, διαφθείρω] ěre. Interficere. Cic. 4. Acad. Interimebat uxorem. Liv. 1. 3. extr. Stirpem fratris virilem interimit.
Interimere vitam. Plaut. Cas. 3. 5. 29. Interimere ait velle vitam. Antique. Idem Cist. 4. 2. 45.
Se ipsa interemit Lucretia a filio regis per vim stuprata. Cic. 2. de Fin. 66.
Interimi veneno. Plin. lib. 7. cap. 13. Et lib. 11. cap. 37.
Interimere & Conservare, contraria. Cic. 1. de Nat. Deor. 50. Et si quæ interimant innumerabilia sunt, etiam ea quæ conservent infinita esse debere.
Ad nihilum interimat res. Lucret. 1. 217.
Mors interimit res. Lucret. lib. 2. 1001.
Interimit me hæc oratio, Hic sermo me conficit & enecat. Plaut. Merc. 3. 4. 22.
Disperii: illæc interemit me modo oratio. Cic. pro Milon. 94. Me quidem, Judices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue.

**Interemptus**, a, um. Partic. Plaut. Merc. 5. 1. 4. Hor. 4. Carm. 4. 72. Asdrubale interempto.

**Interemptio**, ōnis. f. [ἀφανισμός] Cic. pro Lege Manil. 30. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. Vetus Exemplar leg. Internicione. Gloss. Cyrill. Interemptio, κατασφαγή. Sext. Ruf. cap. 25. Subito innumera Persarum agmina aggressus, ad interemptionem occidit. Ubi tamen in Cellar. edit. Ad internecionem cecidit.

**Interemptor**, ōris. m. Sen. Epist. 70. Interemptorem sui fieri. Val. Max. 6. 1. 2. Virginis pudicæ interemptor, quam corruptæ pater esse maluit.

**Interemptrix**, īcis. f. Lactant. Institut. 1. 10. Tertull. Spectac. 17.

**Interemptĭbĭlis**, e. Adj. Tertull. adv. Marc. 3. 6.

**Interior**, ius. V. intra.

**Interitus**, V. Intereo.

**Interjungo**, unxi, unctum, [διαζεύγνυμι] ěre. Subsistere. Tractum a curru, cujus rotæ interjecto sude junguntur, ut quiescat. Martial. 2. 6.
Et quum currere debeas Bovillas,
Interjungere quæris ad Camœnas. V. Lex. Pitisc. Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 14. Interjungere exponit, Equos a curru separare.
Interjungere equos, Disjungere, ut conquiescant. Martial. 3. 25.
Jam prono Phaethonte sudat Æthon,
Exarsitque dies, & hora lassos
Interjungit equos meridiana. De pigris nautis. [Etiam in exemplo superiori videtur Ꝭ Equos subaudiendum.

Dextras

Dextras interjungere, quod & Jungere dextram dextræ dixit Virg. 1. Æn. 408. Liv. 22. 30. Tum dextræ interjunctæ, militesque concione dimissa a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati.
Sermonem interjungere. Sen. Epist. 84.

**Interlābor**, abi. Virg. 2. Georg. 349. Per tmesin,
Inter enim labentur aquæ.

**Interlabens**, entis. Partic. Stat. 2. Theb. 649.
Parce per has stellis interlabentibus umbras. Sil. 6. 18.
— truncosque trahebat
Per stragem nervis interlabentibus artus.

**Interlĕgo**, ēgi, ĕre. Per intervalla decerpere. Pallad. in Februario, de Malis cap. 25. Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, ut alimentum ceteris succus æquiparet, &c.

**Interlectio**, ōnis. f. ut, Scripturarum interlectio. Tertull. adv. Ux. 2. 6.

**Interlīdo**, ĕre. Paulin. Nolan. Carm. 10. 261.
— gravem interlidere dentem.

**Interlĭno**, ĭni, īvi sive ēvi, ĭtum, [διαλείφω] ĕre. Atramento, aut aliqua re alia superinducta, picturam vel scripturam destruere. Cic. pro Cluent. 125. Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit, qui testamentum interlinerit.
Delere vel interlinere. Ulp. l. 16. D. fam. ercisc. §. Denique. Si unus ex hæredibus rationes hæreditarias deleverit vel interleverit. Julian. l. 42. D. ad l. Aquil. Corrupisse enim tabulas recte dicitur, & qui eas interleverit.

**Interlĭtus**, a, um. Partic. Codex interlitus. Cic. pro Cluent. 91.
Cæmenta interlita limo. Liv. 21. 11.
Murus bitumine interlitus. Curt. 5. 1. 16. & 25.
Tabulæ corruptæ, atque interlitæ. Cic. 4. Verr. 104.

**Interlŏquor**, loquĕris, locūtus sum, [διαλαλέω, διακόπτω] ŏqui. Alio loquente, sermones intermiscere, quasique interturbare loquentem. Ter. Heaut. 4. 3. 13.
Antiphila mea nubet mihi. s. siccine mihi interloquere?
Interloqui (inquit Perottus) est Aliquid inter agendum definire. A quo Interlocutoria sententia vocatur, Quæ non definit controversiam (ea enim Definitiva dicitur) sed aliquid obiter decernit ad causam pertinens. Gell. lib. 14. cap. 2. Aliter atque aliter eadem in causa, eodemque in tempore sentire, & interloqui videatur.
Interloqui, pro Sententiam pronuntiare. Paul. in l. in testamento. D. de fidei commiss. libert. In testamento, quod perfectum non erat alumnæ suæ libertatem & fidei commissa dedit. Quum omnia veluti ab intestato filii egissent: quæsiit Imperator, an ex causa fideicommissi manumissa fuisset? Et interlocutus est, etsi nihil ab intestato pater petiisset: pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset. Pronuntiavit igitur recte eam manumissam, & ideo etiam fideicommissa ei præstanda. Ulp. in l. 1. D. de constit. Princ. Quodcunque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat.

**Interlocūtio**, ōnis. f. [μετάφασις] Sermonis interpositio. Gell. lib. 14. cap. 2. An ex usu, exque officio sit judicis rem causamque de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere atque consignare. Quintil. lib. 5. cap. 7. Brevi interlocutione patroni refutandus est.
Interlocutio judicis Julian. in l. qui agnitis. D. de except.

**Interlūceo**, xi, [διαφαίνω] ēre. In medio lucere, vel Interea lucere, aut Inter aliquid lucere. Liv. 29. 14. Duos soles visos: & nocte interluxisse.
Interlucet, per translationem, pro Interapparet, & interconspicitur. Liv. 1. 42. extr. Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, posteri fama ferrent.
Corona interlucet non spissa viris. Virg. 9. Æn. 508. V. Burm. ad Quintil. Decl. 12. 2. p. 243.

**Interlūcesco**, ĕre. Gloss. Gr. Lat. διαφαίνω.

**Interlūco**, [διακαθαίρω] āre. Ramos seu plantas inutiliter pullulantes, cum intervallo resecare: & a Luce deductum videtur: quod quum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. Plin. lib. 17. cap. 23. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui.

**Interlucātio**, ōnis. f. [διακάθαρσις] Plin. lib. 17. cap. 27. Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur Collucatio Varroni.

**Interlude**, apud Anastas. in Cornel. V. Lex. Pitisc. vel Nardin. Rom. Vet. 6. 13.

**Interlūdo**, ĕre. Auson. Mosell. 75.
Interludentes, examina lubrica, pisces.

**Interlūnis**, e. Adj. Ammian. 19. 12. Nocte squalida & interluni.

**Interlūnium**, i. n. [σύνοδος] dicitur Id spatium temporis, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc nova videtur. Plin. lib. 16. cap. 39. Inter omnes convenit, utilissime in coitu lunæ: quem diem alii interlunium, alii silentis lunæ appellant. Idem 18. 32. Hor. 1. Carm. 25. 11.
Thracio bacchante magis sub inter Lunia vento.

**Interluo**, ui, ūtum, [διακλύζω] ĕre. Interfluere. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 143.
— rupit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore montes. De Trinacria.
Pontus interluit urbes. Virg. 3. Æn. 418.
Interluere manus, Interim lavare. Cato de R. R. cap. 132. Manus interluito, postea vinum sumito. i. e. Inter duos actus manus lavato. Budæus. conf. Liv. 41. 25. & Solin. cap. 56.

**Interlŭvies**, ēi. f. Solinus cap. 35. Rex unus est universis. Nam quotquot sunt, omnes angusta interluvie dividuntur. De Britannis.

**Intermăneo**, ansi, sum, [διαμμένω] ēre. ex Inter & Maneo; quasi Manere inter. Lucan. 6. 47.
— operumque ut summa revisat,
Defessus Cæsar mediis intermanet agris. i. e. Tanta erat munitionis magnitudo, qua Pompeium circumvallaverat, ut quando ipse opera suorum revisere volebat, defatigatus quiescere cogeretur in mediis agris, nec uno cursu omnem munitionem posset ambire.

**Intermĕdius**, a, um. Adj. [διάμεσος] Interjectus, interjacens. Cic. in Orat. 21. Est autem quidam interjectus, intermedius & quasi temperatus, &c. Sed Gruter. Inter hos medius. Varr. 3. de R. R. cap. 5. In lateribus dextra & sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis, intermediis arbusculis humilibus, ordinatæ.

**Intermenstruus**, V. **Intermestris**.

**Intermeo**, [διοδεύω] āre. Per medium meare, & fluere. Plin. lib. 5. cap. 30. Longeque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

**Intermestris**, e. Adj. [ἐν συνόδῳ] Intermestris luna dicitur Interlunium, & coitus lunæ. Plin. lib. 16. cap. 39. Idemque mox: nisi intermestri, lunaque dimidiata, ne tangas materiem. ex Catone de R. R. cap. 37. [Videtur Intermestre, i. n. substantive positum.

**Intermenstruus**, a, um. Adj. Idem, ut, Luna intermenstrua. Plin. lib. 18. cap. 32. Maxime intermenstrua, dimidiaque stercorato. De Lunari ratione.

**Intermenstruum**, i. n. [σύνοδιον] Idem quod Luna intermenstrua. Varro 1. de R. R. cap. 37. Quod a nova luna crescit ad plenam, & inde rursus ad novam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, a quo die dicitur luna esse extrema, & prima. conf. Ammian. 20. 3.

**Intermĭco**, ui, [διαλάμπω] āre. In medio splendere. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 183.
— rutilum squammis intermicat aurum. Idem Cons. Prob. &c. 26. Stat. 12. Theb. 252.
— e speculis moriens intermicet ignis.

**Intermĭcans**, antis. Partic. Lactant. 6. 20. Intermicantibus astrorum luminibus.

**Intermĭnātus**, a, um. Adj. [ἀπέραντος] quod & Interminus dicitur Sine termino. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Confugitis ad deum: cujus operam profecto non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Paterc. 2. 33. 2. Interminata cupiditas imperii. Apul. de Mundo extr. Non est in hoc mundo aliquid interminatum.

**Intermĭnābĭlis**, e. Adj. Idem. Hieron. Epist. 132. Sidon. 2. Epist. 7. Augustin. de Civ. Dei, 19. 11. & Tertull. adv. Marc. 2. 3.

**Intermĭnus**, a, um. Adj. Idem. Apul. de Mundo, p. 57. Interminus lapsus. Auson. Epist. 16. 38.
Perge, ô libelle, & utere
Felicitate intermina. Avien. Perieg. 74. Oceanus interminus. conf. Prudent. Hymn. Epiphan. 37. & adv. Symmach. 2. 106.

**Intermĭnor**, [διαπειλέω] āri. Valde minari. Ter. Eunuch. 5. 1. 14.
Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?
Interminari ne. Ter. And. 3. 2. 16.
Interminatus sum ne faceres? num veritus? quid retulit?
Interminari vitam alicui. Plaut. Cas. 3. 5. 28. i. e. Se se interfecturum minari. Idem Pseud. 3. 1. 10.

**Intermino**, āre. Act. Plaut. Mil. 2. 3. 42. Quis homo interminat?

**Interminatus**, a, um. Partic. passive. Hor. Epod. 5. 39.
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ.

**Interminātio**, ōnis. f. Justinian. de Jur. docend. §. 7.

**Intermisceo**, ui, istum vel ixtum, [διαμίγνυμι] ēre. In medio miscere. Plin. lib. 19. cap. 6. Intermisceri satureiam, quoniam melius proveniat. Columel. lib. 11. cap. 3.
Doris amara suam non intermisceat undam. Virg. 10. Ecl. 5.
Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis. Liv. 4. 56.

**Intermistus**, a, um. Partic. Liv. 10. 20. Intermisti hostibus.

**Intermixtus**, a, um. Adj. Justin. 2. 8. 3. Intermixtis mulieribus. Scrib. Larg. Compos. 207. His adjectis & intermixtis.

**Intermissio**, **Intermissus**, V. **Intermitto**.

**Intermitto**, īsi, issum, [διαλείπω] ĕre. Interdum conquiescere, vel Intercapedinem facere, non continuare. Cic. 3. de Orat. 216. Continenti spiritu, intermisso. Plin. lib. 10. cap. 46. Bibunt aves suctu ex iis quibus longa sunt colla, intermittentes, & capite resupinato veluti infundentes sibi.
Intermisit dare, Distulit. Cæs. 4. Bell. Gall. 31. pr. Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id quod accidit, suspicabatur.
Intermittere & Retinere. contraria. Cic. 2. Off. 24. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ.
Non intermittere. Cic. 1. Tusc. 69. Hic autem ubi habitamus non intermittit suo tempore cælum nitescere, arbores frondescere.
Admirationem non intermittere. Cic. 5. de Fin. Nec vero intermittunt, aut admirationem earum rerum, quæ sunt ab antiquis repertæ, aut investigationem novarum.
Bella diu intermissa. Hor. 4. Carm. 1. 1.
Consuetudinem intermittere. Cic. 3. Fam. 1. Quod quum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam.
Curam rerum intermittere. Tacit. 4. Ann. 13. At Tiberius, nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens, jus civium, preces sociorum tractabat.
Diem intermittere. Ter. Adel. 3. 1. 6.
— nam nunquam unum intermittit diem,
Quin semper veniat. Cæs. 5. Bell. Gall. 38. Neque diem neque noctem intermittit, peditatumque se subsequi jubet.
Iter non intermittere. Cæs. 3. Bell. Civil. 13. Quod properans noctem diei conjunxerat, neque iter intermiserat.
Mentionem intermittere. Cic. 5. Att. 9. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & me hercule in primis quod te amat, nec tui mentionem intermitti sinit.
Negotia cujuspiam intermittere. Paul. in l. nam & Servius. D. de negot. gestis.
Opus intermittere. Cæs. 3. Bell. Gall. 29. Ejusmodi tempestates sunt consecutæ, uti opus necessario intermitteretur.
Otium intermittere. Plin. Epist. 151. Eademque firmitate animi laboribus suffecit, qua nunc otium patitur. Quod quidem paulisper cum magna sua laude intermisit, & posuit.
Prælium intermittere. Cæs. 3. Bell. Gall. 5.
Profectionem intermittere. Cæs. 5. Bell. Gall. 33. Cæsar intermissa profectione, ac omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit.

Studia intermissa longo intervallo. Cic. 1. Tusc. 1. Retuli me, Brute, te hortante maxime, ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi.

Tempus intermittere. Cic. Etsi ego id tempus intermiseram potius, quam omiseram.

Tempus intermittere a labore. Cæs. 1. Bell. Civil. 59.

Intermittere, neutrum, pro Intermitti. Cæs. 1. Bell. Gall. 38. Reliquum spatium, quod non est amplius pedum DC, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine.

INTERMISSUS, a, um. Partic. [διαλελειμμένος] ut, Intermissus ordo. Plin. lib. 37. cap. 12. Et lib. 17. cap. 5. Quoties intermissa cultura quievit.

Intermissa tecta, Non continua. Plin. Epist. 2.17. extr. Litus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum, quæ præstant multarum urbium faciem.

Verba intermissa. Ovid. 1. Met. 746.

INTERMISSIO, ōnis. f. [διάλειψις] Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cic. 1. de Nat. Deor. 115. Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna.

Intermissionem facere a re aliqua. Cic. 1. Off. 19. Virtutis enim laus omnis in actione consistit: a qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus.

Intermissio consuetudinis. Cic. 5. Fam. 17.

Intermissio epistolarum, Vacatio a scribendo. Cic. 7. Fam. 13. Neque alia ulla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quod ubi esses plane nesciebam.

Officii intermissio. Cic. de Amicit. 8. Nec ullo casu arbitror, hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii.

INTERMISSUS, ûs. m. [διάλειψις] Plin. lib. 9. cap. 29. Lusciniis, diebus ac noctibus XV, garrulus sine intermissu cantus.

INTERMŎRIOR, mortuus sum, [διαποθνήσκω] mŏri. Penitus mori, vel Quum aliquid fieret mori. Et de quacunque re dicitur. Cato cap. 161. Nam si defringes, stirpes fient, & intermorientur. Plin. lib. 19. cap. 8. Nam si defringatur, stirpescere, & intermori.

Intermortuæ conciones. Cic. pro Milon. 12. Declarant hujus ambusti Trib. plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur. i. e. Languidæ & defectæ. Budæus.

Intermoriuntur officia. Cic. 6. Fam. 16. Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

INTERMORTUUS, a, um. Adj. Qui inter mortem vitamque ex dolore procumbit, similis exspiranti, & in quo nulla amplius vitæ spes est. Suet. de Neron. 42. Postquam Galliam & Hispanias descivisse cognovit, collapsus, animoque male fracto diu & sine voce & prope intermortuus jacuit. Cic. in Pison. 16. Quod autem majus indicium exspectatis, nihil inter vos & Catilinam interfuisse, quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis?

Res intermortua. Ovid. 2. de Pont. 5. 5.

Intermortuam memoriam revocare, h. e. Perditam & jam abolitam. Cic. pro Muren. 16. Etenim ejusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: &, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare.

Intermortui mores, Perditi, corrupti. Plaut. Trin. 1. 1. 7.

INTERMUNDIUM, i. n. [μετακόσμιον] ut Intercolumnium dixit Cic. 2. de Fin. 71. Individua quum dicitis & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse intelligimus. Idem 1. de Nat. Deor. 18. Tanquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

INTERMŪRĀLIS, e. Adj. Liv. 44. 46. ad finem, Muro urbis conjuncta procul videtur: divisa est intermurali amni, & eadem ponte juncta.

INTERNASCOR, nātus sum, [διαφύομαι] nasci. In medio nasci. Plin. lib 18. cap. 16. Internascentesque herbas excludi.

INTERNĀTUS, a, um. Adj. [διαπεφυκώς] Partic. ab Internascor. Tacit. 4. Hist. 60. Virgulta postremo, & stirpes, & internatas saxis herbas vellentes, miseriarum, patientiæque documentum fuere.

Internata virgulta. Liv. 28. 2. Angustiæ & internata virgulta ordines dirimebant.

Internatum corpus. Plin. lib. 17. cap. 27. Dilatatæ cicatrices, & internato corpore expletæ.

INTERNĔCO, necāvi & necui, necātum & nectum, [διαφονεύω] āre. Simul interficere, & multitudinem totam ferme complectitur. Plaut. Amph. 1. 1. 34.

Duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cic. 14. Philipp. 7. Internecti nota testamenta credo subjiciunt.

INTERNĔCĪDA, æ. m. inquit Isidorus lib. 10. litt. I. est Qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit. Inde Internecinii actio in jure civili, quæ ab Isidoro internecidii vocatur, ab internecida. Internecidii judicium in eum, inquit alio loco, [5. 26.] dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, accusatorem ejus bonorum possessio sequebatur. Internecidii autem significatio est quasi Hominis quædam enecatio. Nam præpositionem Inter, præponebant. Turnebus. In vulg. cod. Isidori legitur, Interneciei judicium, & Interneciei autem.

INTERNECIDIUM, V. dict. præced.

INTERNĔCIO, ōnis. m. [πανωλεθρία] Vitæ privatio, inquit Festus. Liv. lib. 9. 26. pr. Lucerini ac Samnites ad internecionem cæsi. h. e. Fere omnes occisi. Cic. 2. Att. 20. Neque enim resisti sine internecione posse arbitrabamur.

Ad internecionem cædi. Vellei. 2. 110. Armis inter se ad internecionem concurrere. Suet. Othon. cap. 12.

INTERNĔCIES, ei. f. Idem. In Isidor. Gloss. ubi exponitur Mors, jactura, V. INTERNECIDA.

INTERNECTIO, ōnis. f. Festus. [Al. Internecio. Affert & ex Gell. 3. Beroald ad 3. Met. Apul. p. 381. Stew.

INTERNĔCĪNUS, a, um. Adj. [πανώλεθρος] Quod ad internecionem pertinet. ut, Internecinum testamentum, propter quod dominus ejus necatus est, inquit Festus.

Internecinum bellum, Quod ad destructionem fit unius aut alterius partis. Liv. 9. 25. Nullus modus cædibus fuit: deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecino bello certasset. Plin. lib. 8. cap. 24. Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. De aspide.

Bellorum internecina odia. Justin. 6. 6.

Internecinum morbi genus. Gell. 2. 1. Al. leg. Internecivus. Sic

INTERNECIVE, Adv. Ammian. 27. 10. Internecive cuncta disperdere.

INTERNECIĀLIS, e. Adj. Liv. 27. 25. Morbi interneciales.

INTERNECTO, xui, xum, [δέω] ĕre. Inter se connectere. Stat. 8. Theb. 168.

— vix magna lavare
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.

INTERNĪDĬFĬCO, āre. Plin. lib. 10. cap. 33. Tertium est earum genus, quæ ripas excavant, atque ita internidificant.

INTERNĪGRANS, antis. [διαμελανίζων] Partic. sine verbo. Stat. 6. Theb. 336. — noctemque diemque
Assimulant, maculis internigrantibus albæ.

INTERNĬTEO, ui, [διαφαίνω] ēre. In medio nitere vel pellucere. Plin. lib. 37. cap. 5. Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maxime harenæ moventur. De gemmis. Curtius 3. 3. Cæli fulgor tempore æstivo ardenti similis, internitens. Et 5. 4. Etiamsi sidera internitebant.

INTERNŌDIUM, i. n. [μεσοκόμβιον] Spatium inter nodum & nodum. Plin. lib. 7. cap. 2. Arundines vero tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. Columel. de Arborib. cap. 3. Brevia internodia.

Longa internodia crurum. Ovid. 11. Met. 793.

Mollia nōdosus facit internodia poples. Ovid. 6. Met. 256.

INTERNODIUS, i. m. Columel. lib. 3. cap. 2. Internodius quoque rarior, largis fructibus a minore superatur. [Immo Internodiis, ut in emendatis codd. legitur, ab Internodium, i. n.

INTERNOSCO, nōvi, nōtum, [διαγνῶναι] ĕre. Discrimen inter duo facere. Plaut Amph. prol. 142.

Nunc internosse ut nos possitis facilius, &c. Cic. de Amicit. 95. Secerni autem blandus amicus a vero & internosci tam potest Idem 2. de Divin. 128. Quæ si alia falsa, alia vera, qua nota internoscantur scire sane velim.

Internosci a falsis non possunt. Cic. 4. Acad. 22.

Facile internoscere. Cic. 4. Acad. 48.

INTERNUNDINUM, i. n. Spatium quod inter nundinas est veteres Latini vocaverunt; ut Intermenstruum, Quod inter menses. Varro. Quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius, Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat internundinum. Quod Nonius 3. 145. duobus verbis divisum. Inter nundinum legit. Turnebus. V. Voss. Etymolog.

INTERNUNTIUS, i. m. [διάκτωρ] est, inquit Perottus, Qui inter alios medius est, ad aliquid tractandum: & modo huic, modo illi per vices nuntiat. Ter. Eun. 2. 2. 56.

— eho, numnam tu hic relictus custos,
Nequis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet? Cic. ad Octav. 16. Quæ quidem si nullo alio, me tamen internuntio celeriter ad illos deferentur. Cæs. 1. Bell. Civil. 20. Post paulo tamen internuntiis ultro citroque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt.

Internuntius & interpres. Cic. 13. Philipp. 12. Verum igitur augurem Jovis Opt. Max. cujus interpretes internuntiique constituti sumus, &c.

Internuntius & minister rei alicujus. Liv. 33. 28. Servus erat Zeuxippo, totius internuntius & minister rei.

Internuntii fuerunt Portio comitatus apud mulieres impudicas. Juven. 14. Sat. 30.

— ad mœchum dat eisdem ferre cinædis.

INTERNUNTIA, æ. f. Plin. 10. 37. Quin & internuntiæ in rebus magnis fuere.

INTERNUNTIUM, i. n. Apul. de Dogm. Plat. p. 61. Ea, quæ sunt internuntia sentiendi. Sic ex Thes. Lips. descr.

INTERNUNTIO, āre. Liv. 42. 36. Paulisper internuntiando cunctatio fuit, utri transgrederentur.

INTERNUS, V. INTRA.

INTĔRO, intrīvi, intrītum, [ἐντρίβω] interĕre. Idem quod Terere, vel Intus aut Simul terere. Varro 2. de R. R. cap. 9. Necnon ita panem hordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum, &c. Cato cap. 156. Et eo cuminum interito.

Intristi hoc, tibi exedendum. Ter. Phorm. 2. 2. 4.

— ad te summa solum, Phormio, rerum redit:
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum, accingere. Ubi Donatus, Parœmia apta parasito, quæ de cibo est: hoc autem inter rusticos de Alliato mortario dici solet. Et bene Intristi, proprie enim Intrita dicitur hujusmodi cibus. Erasmus, Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat auctor consilii de ducenda puella, æquum esse putat ut suo periculo rem item expediat.

INTRĪTA, æ. f. vel INTRITUM, i. n. [μυττωτόν] de Alliato mortario inter rusticos dici solet: teste Donato superiore loco. Plin. lib. 9. cap. 9. de delphinis, Nec piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur. Columel. lib. 12. cap. 40.

Aqua intrita facta, h. e. Cum pane vel re alia spissior facta. Varr. 3. de R. R. cap. 9.

Intrita. Plin. lib. 36. cap. 23. Ruinarum urbis ea maxime causa, quod furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo melior. Ubi Hermolaus, Intrita videtur esse Calx: sed illa maxime quæ non e gleba statim ad opus confertur, sed tempore maceratur, atque fermentescit. Utuntur voce illa Varro, Columella, Vitruvius: ut Intrita proprie nobilibus tectoriis, calx e gleba vulgaribus (ita enim Jurisconsulti quoque appellant) & vilibus albariis fere dicata sit. Legitur & Intritum lib. 35. cap. 13. pro Terra ipsa, unde lateres finguntur. In quo tamen noscendum Intritam eo loco, non Intritum in vetustis exemplaribus scriptum fuisse. Hermolaus.

Intrita, Catoni alia res est, h. e. Emplastrum ad insitionem. Plin. lib. 17. cap. 16. Sed id etiam apud veteres Græcos invenitur, & apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri jussit, mensura etiam præfinita fecundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini. Hic videtur Intrita pro Fæce vini poni.

poni. Hæc Beroaldus. Ego vero Intritam interpretor Lutum, aut Terram manibus ſubactam & mollitam. Id quod ex ipſius Catonis verbis facile colligitur in eo ipſo loco quem citat Plinius. Sic enim ait in cap. de Inſitione, ad finem, Hæc omnia luto depſito, oblinito, alligato, &c.

INTRIMENTUM, i. n. Idem. Apul. Met. 10. p. 244.

INTERTRĪGO, ĭnis. f. Vitium equi, qui ungulam ungula atterit. Plin. 20. 14. Intertrigines menta prohibet. V. Harduin. in loc. Varro de L. L. 4. 36. a Terendo deducitur Intertrigo, quod duo inter ſe trita & diminuta ſint.

INTERTRIMENTUM, V. in ſuo loco.

INTERORDĬNIUM, i. n. [μεσοςίχιον] Spatium quod eſt inter duos ordines: ſicut Intervallum inter columnas Intercolumnium nominatur. Columel. lib. 3. cap. 13. Et ſi foſſore tantum terra verſetur, minimum eſt quinque pedum interordinium, ſeptem maximum. Idem lib. 5. cap. 5. Sed de ſpatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ ſive aratro vineas culturi ſint, laxiora interordinia relinquenda.

INTERPĂTEO, ĕre. Macrob. 7. Saturn. cap. 15. Propterea tot meatibus diſtinctus eſt, & interpatet rimis.
Fiſtula interpatet in extremis palati regionibus. Lactant. Opific. Dei, cap. 11. §. 9.
Sic & apud Lactantium, ubi antea, legebatur Iter patet. Vide Mich. Thomaſii Annot. p. 37. H. St. Idem Lactantii locus eſt, qui non erat in ed. Lugd.
In latum diximus interpatere debere. Veget. de Re milit. 3. 15.

INTERPĔDIO, īre. Idem ac Impedire. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Calor ſenſum occupat, & guſtatum linguæ fervor interpedit.

INTERPELLO, [διακόπτω, ἐνοχλέω] āre. Loquentem alloqui, & quaſi ſermonem ejus interrumpere; Interfari. Cic. 1. Tuſc. 16. Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.
Odioſe interpellare. V. ODIUM.
Poſſeſſionem interpellare, i. e. Interrumpere. Tryphonius in l. ſi fundum. D. de fundo dotali. Julian. in l. qui fundum. §. procurator. D. pro emptore.
Vigilantem interpellare. Cic. 7. Verr.
Uſucapionem interpellare, i. e. Interrumpere. Ulpian. in l. 1. §. ult. in fine. D. uſufructuarius quemadmodum caveat.
Interpellare, Obturbare. Cic. 2. Q. frat. 10. Tu metuis ne me interpelles? primo ſi in iſto eſſem, tu ſcis quid ſit interpellare, &c. Tu vero ut me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. Cæſ. 3. Bell. Civil. 105. Sed interpellatum adventu Cæſaris profugiſſe. i. e. (inquit Budæus.) A conatu & incœpto deterritum.
Juriſdictionem alicujus interpellare, i. e. Impedire. Modeſtinus in l. neque infantes. D. de fideicommiſſariis libertatibus.
Manumiſſionem ſervi interpellare. i. e. Impedire, prohibere. Julian. in l. ſi hominem. D. mandati.
Stuprum interpellare, Impedire. Liv. 3. 57. Ubi tollentes corpus ſemianimæ virginis, ſponſum avunculumque in carcerem duci juſſerit, ſtupro interpellato magis, quam cæde motus.
Victoriam partam interpellare, Impedire, remorari. Cæſ. 3. Bell. Civil. 73. Sed ſive ipſorum perturbatio, ſive error aliquis, ſive etiam fortuna partam jam præſentemque victoriam interpellaſſet, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute ſarciretur.
Dulcedo iræ interpellata. Liv. 9. 14. Itaque apud infenſos ob interpellatam dulcedinem iræ, confeſtim oratio habita eſt, ut doceretur miles, &c. i. e. Ob revocatos a cæde milites. Budæus.
Interpellare debitorem, eſt Appellare, h. e. in judicium vocare. Pomponius in l. Labeo. D. de nautico fœnore, Si nemo ſit qui ex parte promiſſoris interpellari trajectitiæ pecuniæ poſſit: idipſum conteſtatione complecti debere, ut pro petitione id cederet. Budæus.
Poſſeſſores interpellare debet ſecundus creditor. Papin. in l. 1. in fine. D. de diſtract. pignor.
Interpellare, Rogare. Valer. Max. lib. 3. 1. 2. Cato rogatus ut ſocios apud avunculum adjuvaret, conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Valla in Raudenſem.
Interpellandi locus hic erat. Hor. 1. Serm. 9. 26.
Lucrum interpellatum. Hirt. de Bello Alex. 50. Sibique quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, Caſſio aſſignabant.

INTERPELLATIO, ōnis. f. [διάκοψις] Cic. 12. Att. 42. Putabam enim commodius te idem iſtud domi agere poſſe interpellatione ſublata. Idem 2. de Orat. Etſi, inquit, Antoni, minime impediendus interpellatione iſte curſus orationis tuæ. Idem 6. Fam. 18. Itaque litteræ quidem meæ impediuntur, in quibus ſine ulla interpellatione verſor. Plin. Epiſt. 213. Inopportuna interpellatio.

INTERPELLĀTOR, ōris. m. Interventor, qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agentem. Cic. 3. Off. 58. Dictabat ſe hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet.
Moleſti alieni ſermonis interpellatores Dialectici. Auct. ad Heren. lib. 2. 16.
Interpellatores minus moleſti. Cic. 15. Att. 13.

INTERPELLĀTRIX, īcis. f. Hieron. Epiſt. 3.

INTERPENDIUM, i. n. V. Salmaſ. in Solin. p. 107. Haud multum differt a Compendio. Interpendium eſt, Cum in utraque lance paria ſunt omnia. Al. Interpondium.

INTERPENSĪVUS, a, um. Adj. Interpenſiva Abſol. apud Vitruv. 6. 3. pr. Perticarum, tigillorum, aſſerumve genera ſunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias derivandos, vel alium quemvis uſum interlocantur, quaſi ea quæ a pendendo Græci appellant κριμαςῆρα. Interpenſivi vero parietes ſunt, Qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in ſolo fundamentum habent, ſed in pendenti ſurgunt. Hermol.

INTERPLĬCO, [παρεμπλέκω] āre. Stat. 4. Theb. 218.
Albaque puniceas interplicat infula criſtas.

INTERPŎLO, [ἐπισκευάζω, ἀνακαινόω, ἀνανεῦμαι] āre. Immutare, inquit Perottus, & novam formam vetuſtis addere. Dictum quaſi Interpolire. Ab arte fullonia, quæ poliendo vetera quæque in novam ſpeciem mutat. Cic. 3. Verr. 158. Aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareat, interpolando. Ulpian. in l. præcipiunt ædiles. D. de ædilitio edicto, Ubique enim curent ædiles, ne emptores a venditoribus circumveniantur, &c. præſumptum eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt, & ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora & dociliora: trita vero manicipia & veterana, difficile eſt reformare. Quia igitur vænalitiarii ſciunt facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt. Hermolaus; Interpolare thura, eſt Rudia quum ſunt, polire: omninoque verbum illud Novare, mangonizareque ſignificat. Unde Veſtes interpolatæ, & Mancipia interpolata, in jure Civili, quæ quum ſint veterana, lenocinio & arte faciem mutant, pro recentibuſque ac novitiis licentur. Albaria tectoriorum interpolantur, inquit Plinius lib. 35. cap. 16. h. e. Tectoria quibus propter vetuſtatem color albus induci ſolitus exoleviſſet, exalbantur, renovanturque. De quo verbo & Nonius Marcellus 1. 145. pluſcula. Aliqui ſcribunt Interpollo, ſed male. Divus enim Ambroſius pen. corripuit in illo Iambico dimetro,
Quod nulla nox interpolet. Hymnus incipit
Veni Redemptor gentium.
Renovare, & interpolare. Cic. 2. Q. frat. 12. Quod vult, inquam, renovare honores eoſdem, quominus togam prætextam quotannis interpolet, decernendum nihil cenſeo.
Satietatem epularum ludis interpolabat. Q. Curt. 6. 2.
Nova pictura opus interpolare. Plaut. Moſtel. 1. 3. 105.
Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. Plaut. Amph. 1. 1. 161.

INTERPOLĀTIO, ōnis. f. [ἀνακαίνωσις] Plin. lib. 13. cap. 12. Hanc excepit Romæ Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit e plebeia.

INTERPŎLIS, e. Adj. [ἀνακαινωτικὸς] Quod eſt interpolatum. Plin. lib. 19. cap. 2. Eſt quidem ejus natura interpolis, rurſuſque quamlibet vetuſtum novo miſcetur. De ſparto. Plaut. Moſt. 1. 3. 117.
Nam iſthæc veteres, quæ ſe unguentis unctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt.

INTERPŎLUS, a, um. Adj. [ἀνακαινωτικὸς] Idem. Martianus in l. Labeo libro. D. de contrah. empt. & vend. Si veſtimenta interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit.

INTERPOLĀTOR, ōris. m. [ἀνακαινωτὴς] Qui antiquas veſtes reſarcit ac renovat, ut eas facilius vendat. Tertull. de Anima c. 16. Frumentariæ ſegetis nocturnus interpolator. Et de Habit. mulier. 1. 8. Diabolus interpolator naturæ.

INTERPOLĀTRIX, īcis. f. [ἀνακαινώτις] Mulier quæ id ipſum facit, quod interpolator. Pomponius, Interpolatricem accerſire oportet, quæ huic veſtem adducat. V. Lex. Parei. Tertull. adv. Hæret. cap. 7. Sapientia humana & affectatrix & interpolatrix veritatis.

INTERPŌNO, ŏſui. ſĭtum, [ἐντίθημι, παρεντίθημι, παρεμβάλλω] ĕre. Notæ ſignificationis. Cic. de Amicit. 3. Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur.
Accuſatorem interponere. Cic. 3 Verr. 114. Interpoſuiſtis accuſatorem, qui quum ego mihi C & X dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, C & VIII ſibi in Achaiam poſtularet.
Aquam, Immiſcere aquam vino. Martial. lib. 1. 151.
Interponis aquam ſubinde, Ruffe:
Et ſi cogeris a ſodale, raram
Diluti bibis unciam Falerni. [Al. Intro ponis, quod minus probo.
Auctoritatem. Cic. 13. Philipp. 15. Quod ſi auctoritatem interponis, ſine armis, magis quidem laudo: ſed vide ne hoc ipſum non ſit neceſſe.
Cautiones interponere, i. e. Dare. Paulus in l. omne. D. pro ſocio.
Conſilium ſuum conſilio alterius. Liv. 35. 35. ad fin. Qui cunctatus fuerit, & ſuum conſilium meo interponet, ſciat ſibi reditum ad penates non eſſe.
Decretum. Cic. 4. Verr. 119. Quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit.
Diebus aliquot interpoſitis, h. e. Interjectis. Varro 3. de R. R. 9. Cic. 2. Verr. 23. Ita prope XL diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quæ a nobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur.
Exceptionem interponere actioni, i. e. Exceptionem opponere. Ulpian. in l. 2. in princip. D. de exception.
Fidem alicui. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 6. extr. Fidem reliquis interponere, jusjurandum poſcere, ut quod eſſe ex uſu Galliæ intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent. Subaudi Suam. V. FIDES.
Fidem ſuam in aliquam rem, Rem aliquam in ſuam fidem recipere. Cic. pro Roſc. Amer. 114. Si hanc ei rem privatim Sext. Roſcius mandaſſet, ut cum Chryſogono tranſigeret atque decideret, inque eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret.
Gaudia curis interponere. Cato de Morib. 3. 5.
Judicium ſuum, Judicio comprobare. Cic. 8. Att. Idem 2. de Divin. 152. Quum autem proprium ſit Academiæ, judicium ſuum nullum interponere, &c.
Jusjurandum, Jurejurando affirmare. Liv. 34. 25. Qui primo jurejurando interpoſito, de præſidio expellendo cum idoneis colloquutus, dum, &c.
Moram, quod & Moram nectere dicitur: h. e. Differre, & morari. Cic. 1. Acad. 1. Quod quum audiſſemus, nullam moram interponendam putavimus, quin videremus hominem nobiſcum, & ſtudiis eiſdem, & vetuſtate amicitiæ conjunctum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 64. Magnaque fluminis interpoſita mora.
Menſes intercalares, h. e. Inſerere. Liv. 1. 19. extr.
Nomen alicujus in re aliqua, pro Adumbrare, & accommodare in ſpeciem & in fraudem. Cic. 3. Verr. Petatur hæreditas ea, quæ nulla debetur? in prædam Prætoris interponatur nomen civitatis? Budæus.
Noctem. Cic. pro Muren. 35. Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia.
Operam ſuam pro aliquo. Cic. 1. Verr. 63. Pro exterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere: ad periculum accedere: operam, ſtudium, laborem interponere.
Pœnas. Cic. 4. Verr. 66. Iſte pœnis, compromiſſiſque interpoſitis, H-S. CCC extorquenda curavit.

Poſtulatum,

Postulatum, pro Postulare. Cic. 7. Att. 15. Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum: postulataque hæc ab eo interposita esse, quominus quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur.
Querelas. Cic. 2. Q. frat. 7. Sed res multis querelis de Repub. interponendis nulla transacta est.
Se, pro Immiscere se, vel intermiscere. Cic. in Vatin. 37. Num quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem Tribuni plebis posse reperiri, qui se interponat, quo minus reus mea lege fias? Idem 3. Q. frat. 4. De Ascanione tu vero quod voles facies, me nihil interpono.
Audaciæ alterius se interponere, Obsistere & reluctari. Cic. 2. Philipp. 9. Quid enim me interponerem audaciæ tuæ, quam neque auctoritas hujus ordinis, neque existimatio Pop. Rom. neque leges ullæ possent coercere?
Se in. Cic. 10. Fam. 27. Itaque sapientius meo quidem judicio facies, si te in istam pacificationem non interpones.
Se non interponere tum dicuntur judices, Quum aliqua de re judicare nolunt. Ulpian. in l. a divo Pio. §. sed si emptor. D. de re judicata.
Se interponere cœpit Senatus. Pomponius in l. 2. §. deinde quia. D. de orig. juris. *Le Senat commença à s'en mêler.*
Spatium. Cic. pro Cluent. 5. Vehementes habeat repentinos impetus, spatio interposito, & causa cognita consenescat.
Suspicionem. Cæs. 4. Bell. Gall. 32. Neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita.
Verbum. Cic. pro Quint. 15. Neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem sibi quippiam debere, aut privatim Quintium debuisse.
Interponi condimentis, pro Poni inter condimenta. Plin. lib. 20. cap. 15. Similis autem & huic usus. Namque & panibus Alexandrinis subjicitur, & condimentis interponitur. h. e. Immiscetur.

INTERPŎSĬTUS, a, um. Partic. [παρενθεὶς] Plin. lib. 18. cap. 16. Interpositis quinis diebus. h. e. Interjectis vel intermissis.
Spatium interpositum. Lucret. lib. 4. 561.
Per interpositam personam. Ulpian. l. 1. D. Quarum rerum act. non dat. Etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris vel rei personam.

INTERPŎSĬTIO, ōnis. f. [παρένθεσις] Cic. 1. de Invent. 8. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, ut Quid sit bonum, &c.
Interpositio, pro Iis quæ lineis superscribi & interscribi solent dum aliquid emendatur. Cic. 16. Fam. 22. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone.

INTERPRĔMO, vel potius INTERPRĬMO, pressi, pressum, [διακλείω] ĕre. Intercludere. Plaut. Rud. 3. 2. 41. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

INTERPRES, ĕtis. c. [ἑρμηνεὺς, μεταφραστὴς] est (inquit Perottus) Qui in aliqua re agenda medius est, & veluti conciliator & auctor. Plautus Curcul. 3. 64.
Quod te præsente istic egi, teque interprete.
Interpres pacis. Liv. 21. 12. Se pacis ejus interpretem fore pollicetur.
Per amicos & interpretes agere. Cic. 6. Verr. 49. Qui hæc, quæ dico, jam non occulte, non per amicos, atque interpretes, sed palam de loco superiore ageret, pro imperio & potestate.
Interpres, Qui convertit ex una lingua in aliam. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. Nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem, & earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis. Hor. in Arte Po. 133.
Nec verbo verbum curabis reddere fidus Interpres.
Interpres, subaudito Publicus, qui Magistratibus in Provinciis apparebat, ut ipsorum acta converteret, & per quem verba facere ipsi provinciales cogebantur. Cic. 5. Verr. 84. A. Valentinus est in Sicilia interpres: quo iste interprete, non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia uti solebat. Hic ambiguum est, & proprie enim, & pro Internuntio ponitur.
Lingua interpres. Hor. 1. de Arte Poet. 111.
Post effert animi motus interprete lingua.
Interpres, Qui obscura quæque exponit: quod homines hujusmodi, animos eorum quibus dati sunt interpretes, sciscitantur, & invicem illis exponunt. Plaut. Pœn. 1. 3. 35.
Nam isti quidem hercle orationi OEdipo
Opus est conjectore, qui Sphyngi interpres fuit. Virg. 3. Æn. 559.
Trojugena interpres divûm. Ubi Servius; Interpres, Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Sic
Augurium, atque extûm interpretes, apud Cic. in Orat. 155. &
Hominum, divûmque interpres. Virg. 10. Æn. 175.
Portentorum interpretes Galeotæ in Sicilia nominabantur. Cic. 1. de Divin. 39.
Conjector quidam, & interpres portentorum. Cic. 2. de Divin. 62.
Somniorum, atque ominum interpretes, conjectores vocamus. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Interpres Jovis & satelles, avis. i. e. Internuntia. Cic. 2. de Divin. 73.
Interpretes & internuntii Jovis, augures. Cic. 13. Philipp. 12.
Interpretes poetarum grammatici. Cic. 1. de Divin. 34.
Interpres juris. Cic. in Topic. 4.
Sanctissimus legum interpres. Juven. 4. Sat. 79.
Interpres, Doctor. Cic 7. Fam. 20. Nullam artem litteris sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.
Explanationes interpretum. Cic. 1. de Divin. 16. Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum.
Malus interpres, Malignus verborum alterius enarrator. Ovid. 4. de Pont. 14. 41.
Interpres & nuntius. Cic. ad Brut. 10. Improbissimis litteris quidam, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam Consulatus. [Nisi forte Interpretationibus legendum.
Harum interpres curarum & conscia, Juno. Virg. 4. Æn. 608.

INTERPRĔTOR, [ἑρμηνεύω, μεταφράζω] āri. Exponere, explicare, explanare. Cic. 2. Off. 5. Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ.
In diversum aliquid interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Beneficium Imperatoris quam plenissime interpretari. Jabolenus in l. 3. D. de constitut. Principum.
Dicta obscure interpretari. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Lege interpretari, & æquitate explicare. Cic 9. Philipp. 10.
Auctores interpretari. Cic. 1. de Orat. 158. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & pervolutandi, & exercitationis causa laudandi, interpretandi, &c.
Interpretari nomine aliquo, &c. Plin. lib. 13. cap. 22.
Verborum vim interpretari. Cic. de Fato 20. Idem pro Corn. Balb. 36. Quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.
Somnium interpretari. Cic. 1. de Divin. 46. Ex quo ita illud somnium esse interpretntum, ut, &c.
Ad voluntatem interpretari. Liv. 39. 39. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum Patrum auctoritati esse.
Male interpretari, pro Maligne accipere. Senec. Epist. 64.
Recte an perperam interpreter, fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum suscepit. Liv. 1. 21.
Interpretari, Judicare. Cic. 3. Off. 113. Reditu enim in castra, liberatum se esse jurejurando interpretabatur, non recte. Budæus.
Interpretari de. Cic. Planco, 16 Att. 16. Quod si a te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum judicem.
Interpretari pro sua sapientia aliquid. Cic. 13. Fam. 73.
Interpretari grato animo. Cic. de Clar. Orat. 5. h. e. In bonam partem accipere.
Grate interpretari beneficia ab alio accepta. Plin. 2. Epist. 13. ad Priscum.
Interpretari ex. Cic. de Amicit. 21. Jam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur.
Interpretari in mitiorem partem. Cic. pro Muren. 64. Aut mitiorem in partem interpretarere.
Interpretabatur suum numen violari. i.e. Existimabat & judicabat. Plin. in Paneg. cap. 33. extr.
Perverse interpretaris. Plaut. Truc. 1. 2. 41.
Quum hujus verba interpretor. h. e. Quantum ex hujus verbis colligere possum. Plaut. Bacch. 4. 2. 15.
Interpretari memoriæ alicujus, i. e. Reducere in memoriam. Plaut. Epid. 4. 1. 25.

INTERPRETĀTUS, a, um. Partic. pass. [ἑρμηνευθεὶς] Expositus, explicatus. Cic. 2. de Legib. 29. Cumque Vesta, quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata: quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus: &c. Suet. Neron. cap. 13. Verba supplicis interpretata.

INTERPRETANDUS, a, um. aliud Partic. Exponendus, declarandus. Julianus in l. Quum in testamento. D. de hæred. instituend. Hæc verba sic interpretanda sunt.

INTERPRETĀTIO, ōnis. f. [ἑρμηνεία] Cic. in Partit. 27. Et 1. de Orat. 23. Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint.
Dura interpretatio. Quintil. lib. 2. cap. 14.
Malitiosa juris interpretatio. V. MALUS.
Interpretatio, inquit auctor ad Heren. 4. 39. est Quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat quod positum est, alio verbo quod idem valeat.
Interpretatio, Conjectura & judicium. Liv. 2. 8. Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus.
Interpretatio Pontificum dicebatur, quia Potestatem habebant judicum, hoc est, quasi laturi judicium sedebant, & apud illos de re ipsa disceptabatur, quam a senatu rejectam & ab iis præjudicatam, consulibus postea referentibus senatusconsultum sequebatur: ut cum ad Pontifices rejectum de domo Ciceronis, frequens collegium omni eam religione liberavit. Cum ad senatum relatum esset, censuit domum illam religione liberatam videri. Cic. 4. Att. 1. vocat Responsionem. De domo nostra nihil adhuc pontifices responderunt. V. Guther. de Vet. jur. Pontif. 1. 24.

INTERPRETATIUNCŬLA, æ. f. Hieron. Epist. 89. c. 6. Miror quod septuaginta Interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt, & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris.

INTERPRETĀTOR, ōris. m. Idem quod Interpres. Tertull. adv. Prax. cap. 19.

INTERPRETĀBĬLIS, e. Adj. Tertull. contra Val. cap. 14. Nomen interpretabile.

INTERPRETĀMENTUM, i. n. [μετάφρασις] Idem quod Interpretatio. Gell. Ex quibus Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem lib. 6. cap. 2. Interpretamentum obscurius. Idem lib. 5. cap. 18. Latinum interpretamentum. Petron. cap. 10. Somniorum interpretamenta.

INTERPRĔTĬUM, i. n. Lucrum interemptum & venditum. V. Vales. in Ammian. 28. 1.

INTERPUNGO, xi, ĕre. Sen. Epist. 40. Nos cum scribimus, interpungere consuevimus.

INTERPUNCTUS, a, um. [διάστικτος] Partic. Quod punctis distinctum est. Cic. 2. de Orat. 328. Sed & festivitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus. Ibid. 3. lib. 171. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt.

INTERPUNCTUM, i. n. [διάστιγμα] Distinctio. Cic 3. de Orat. 79. Clausulas enim, & interpuncta verborum, animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerunt.

INTERPUNCTIO, ōnis. f. [διάστιξις] Idem. Cic. pro Muren. 25. Res enim sunt parvæ, prope in singulis litteris atque interpunctionibus verborum occupatæ.

INTERPURGO, [διακαθαίρω] āre. pro Purgare, aut Circumpurgare. Plin. lib. 18. cap. 26. Ficus interpurgari, seminaria fieri.

INTERPŬTO, [διακαθαίρω] āre. quasi Per circuitum putare & purgare. Columel. lib. de Arb. extr. Sed omnibus annis fodiri ante Calendas Martias & interputari oportet. Cato cap. 50. Ficus interputato, & in vinea ficos succidito alte, ne eas vites scandant. V. Varr de R. R. 1. 30.

INTERQUĔROR, questus sum, queri. Liv 33. 35. Ætolorum principes interquesti sunt, quod non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset.

INTIR.

**INTERQUIESCO**, quiēvi, quiētum, [μεταπαύομαι] ĕre. Idem quod Quiescere & subsistere paulum, ut mox iterum incipias & pergas. Cato cap. 158. Indidem sume tibi sextarium tepidum: adde vini Coi cyathum unum: bibe: interquiesce. De alvo dejicienda. Cic. de Clar. Orat. 91. Quum hæc dixissem, & paululum interquievissem, Quid igitur, inquit, &c.
Seneca lib. pri. Epist. in ea, quæ est 79. (al. 78.) Sic podagra & chiragra, & omnis vertebrarum dolor, nervorumque interquiescit. H. St.

**INTERRĀDO**, rāsi, rāsum, [διαξέω] ĕre. Idem quod Circumradere. Columel. de Arbor. cap. 19. Nam si spisse posueris, neque infra quicquam serere poteris: nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interraseris. Plin. lib. 15. cap. 1. Oleæ attondentur sicut & vites, atque etiam interradi gaudent.
Interradere, pro Limare & polire. Plin. lib. 33. cap. 11. Jam vero mensas repositoriis imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus altera: & interest quam plurimum lima perdiderit. Idem lib. 35. cap. 1. Interrasum marmor. Budæus.

**INTERRĀSĬLIS**, e. Adj. [διάξεστος] Limatus. Plin. lib. 12. cap. 19. Coronas ex cinnamomo, interrasili auro inclusas.

**INTERREGNUM**, V. INTERREX.

**INTERREX**, ēgis. m. [μεσοβασιλεύς, ἀντιβασιλεύς] Qui regis demortui locum tenet, donec alius substituatur. Cic. 1. de Legib. 42. Num idcirco hæ leges justæ haberentur? nihilo, credo, magis illa, quam interrex noster tulit, ut Dictator, quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere.
Creare interregem. Liv. 5. 51. Interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit: ab eo creati sex Tribuni militum Consulari potestate.
Nominare interregem. Liv. 1. 32. pr. Mortuo Tullo res, ut institutum jam inde ab initio erat, ad patres redierat, hique interregem nominaverant, &c.
Prodere interregem. Liv. 4. 43. Modo prohibentibus Tribunis Patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne Senatusconsultum de comitiis Consularibus faceret.
Interregem & ipsum Patricium esse, & a Patritio prodi sine suffragio populi necesse erat. Cic. pro Dom. 38. Auspicia populi Romani, si magistratus Patricii creati non sint, intereant necesse est, quum interrex nullus sit, quod & ipsum Patricium esse, & a Patricio prodi necesse est.
Prodebatur interrex, ut comitia haberet, quum Reip. causa Consules abessent, vel vitio creati fuissent, nec Dictator comitiorum causa dici potuisset, & ejus imperii quinque dies tantum erant. Substituebatur autem illi & alter & tertius, donec creati essent ordinarii Magistratus: nec fuit moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Quum vero comitia usque eo protrahebantur, ut insequens annus sine Consulibus esset, Interregnum dicebatur. V. Ascon. in Milonianam 13. Liv. 5. 17. pr. Unam expiationem eorum esse, ut Tribuni militum abdicarent se magistratu, auspicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur. Ea ita facta sunt ex Senatusconsulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus.
Interrex cum insignibus imperii, & lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium. Liv. 1. 17.
Interrex dictus est, quod esset quasi Rex inter regem mortuum & successorem; atque idipsum a principio, quum reges essent: nam postea Interrex etiam dictus, Qui esset quasi inter Consules superiores, & futuros. Cic. 9. Att. 15. Si Sulla potuit efficere, ab interrege ut Dictator diceretur, cur hic non possit? V. seq. dict.

**INTERREGNUM**, i. n. [μεσοβασίλειον] appellatur Id tempus quo regnum vacat: hoc est, ante quam in demortui locum novus rex præficiatur. V. Liv. 1. 17. Auctor de Viris Illust. cap. 3. Post consecrationem Romuli, quum diu interregnum esset, & seditiones orirentur, &c.
Interregnum, per metaphoram Romæ dictum est, Quum loco magistratus Curulis interrex crearetur. Liv. 4. 7. Patricii, quum sine Curuli magistratu Resp. esset, coiere, & interregem creavere: contentio, Consulesne, an Tribuni militum crearentur, in interregno rem complures dies tenuit. V. INTERREX.
Adducere rem ad interregnum. Cic. 8. Att. 9. Aut si per Tribunos plebis non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum.
Fluit res ad interregnum. V. FLUO.
Inire interregnum. Liv. 6. 1. Interregnum initum, P. Cornelius Scipio interrex: & post eum M. Furius Camillus iterum. Is Tribunos militum Consulari potestate creat.
Redit res ad interregnum. Liv. 8. 23. extr. Ad interregnum res rediit; dilatisque alia atque alia de causa comitiis, quartusdecimus demum interrex. L. Æmilius Consules creat.
Res spectat ad interregnum. Cic. 3. Q. frat. 2. Res videtur spectare ad interregnum.
Res venit ad interregnum. Cic. 9. Att. 11. Permagni ejus interest rem ad interregnum non venire.

**INTERRĬTUS**, a, um. Adj. [ἄφοβος] Idem quod Imperterritus: ut Mens interrita leti. Ovid. 10. Met. 616.
Virgo sola est interrita. Ovid. 6. Met. 45. Al. Non territa.
Vultus interritus. Quintil. lib. 1. cap. 3.

**INTERRŎGO**, [ἐρωτάω, ἐπερωτάω, ἔρομαι, ἐπέρομαι, ἀνακρίνω, διαπυνθάνομαι, πυνθάνομαι] āre. Petere aliquid ab aliquo noscendi gratia. Plaut. Epid. 2. 2. 65.

> Ibi illa interrogat illam, Qui scis? quis id dixit tibi?

Interroga si venerit. Plaut. Pœn. 3. 4. 20.

> Si exierit leno, censetis hominem interrogem,
> Meus servos si ad eum venerit, necne?

Interrogo me identidem, an audierim, an viderim. Plin. in Paneg. cap. 64. Cic. in Orat. 137. Ut interrogando urgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.
Interrogabat suos in clamore ipso, quis esset qui fame plebem necaret. Cic. 2. Q. frat. 3.
Interrogabat quædam geometrica de dimensione quadrati. Cic. 1. Tusc. 57. Et 2. de Orat. 120. Interrogatus quid latraret?
Interrogare de. Cic. in Partit. 2. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem.
Minutatim interrogare. V. Minutatim, in MINUO.
Interrogassit, pro Interrogaverit: verbum XII tabularum. Cic. 3. de Legib. 6. Quum magistratus judicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.
Interrogare, pro Accusare. Tacit. 13. Ann. 14. Sane pepigerat Pallas, ne cujus facti in posterum interrogaretur. Unde &
Legibus interrogari, pro Postulari. Liv. 38. 50. Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit: nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere causam.
Interrogatus lege repetundarum. Vellei. 2. 13.

**INTERROGĀTIO**, ōnis. f. [ἐρώτησις, πεῦσις] Petitio. Cic. de Fato, 29. Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est. V. IGNAVUS.
Acuta interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Circumspecta interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Insidiosa interrogatio. Plin. lib. 1. epist. 5. ad Voconium, Nec me laqueis tam insidiosæ interrogationis involveram.
Opportuna interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Longius repetita interrogatio. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Scitæ interrogationes. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Testium interrogatio. Tacit. 6. Ann. 47.
Instare interrogationi. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Instare interrogatione. Quintil. lib. 6. cap. 3.

**INTERROGĀTIUNCŬLA**, æ. f. [ἐρωτημάτιον] dimin. Cic. in Parad. procem. Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit, efficit. Idem 4. de Fin. 7. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

**INTERROGĀMENTUM**, i. n. [πεῦσις] Gloss. Vet.

**INTERROGĀTOR**, ōris. m. [ἐπερωτητὴς] Gloss. Vet. & Ulpian.

**INTERROGATŌRIUS**, a, um. Adj. Tertull. adv. Marc. 2. 25. Interrogatorio sono legendum est; Adam ubi es? Vox est apud JCtos frequens.

**INTERROGATĪVUS**, a, um. Adj. Vox apud Grammaticos. V. Priscian. lib. 17.

**INTERROGATĪVE**, Adv. Ascon. in Verr. bis. Et Tertull. adv. Marc. 4. 41.

**INTERRUMPO**, ūpi, uptum, [διαρρήγνυμι] ĕre. Rumpere, vastare, sive per medium rumpere, & effringere. Cic. 10. Fam. 23. Pontes quos feceram interrupi. Liv. 2. 10. Itaque monere, prædicere, ut pontem ferro, igni, quacunque vi possent, interrumpant.
Ordinem interrumpere, Confundere. Columel. lib. 11. cap. 2. Ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris officia descripsisse videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum cœptum interrupisse, &c.
Mediam orationem aliquorum interrumpere. Cæs. 3. Bell. Civil. 19.
Somnos interrumpere, Interturbare. Plin. lib. 18. cap. 4.
Singultus interrumpens pias querelas. Ovid. 11. Met. 420.
Interrumpere, Aliquid dicentem facientemve impedire. Cæs. 1. Bell. Civil. 75. Improviso ad vallum advolat, colloquia interrumpit, nostros repellit a castris. Plaut. Trin. 5. 2. 25. Sermonem interrumpere.
Interrumpere iter amoris & officii. Cic. 4. Att. 71. Si forte rarius tibi a me quam a ceteris litteræ redduntur, peto a te ut id non modo non negligentiæ meæ, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri & officii mei.

**INTERRUPTUS**, a, um. Partic. [διεῤῥηγμένος] Liv. 26. 5. extr. Et quæ, dum paveat, Romanis interrupta acies videatur, eam &c. [an Pateat?
Amnis interruptus aquis. Lucan. 2. 213.
Interrupta consuetudo longis temporum intervallis, Intermissa. Cic. 15. Fam. 14. Postremo, ut amicitia nostra, quæ summis officiis ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius.
Ignes interrupti. Virg. 9. Æn. 239.
Itinera interrupta, & impervia. Tacit. 3. Ann. 31.
Pendent opera interrupta. Virg. 4. Æn. 88.
Interruptæ atque morientes voces. Cic. pro Cœl. 59. Quum me intuens flentem, significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella urbi.
Interruptum & Continuatum, contraria. Cic. 3. de Orat. 207. Et quod continuatum & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio.
Interrupta contexere. Cic. 1. de Legib. 9. Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta.
Inter quasi rupta, per tmesin pro Interrupta quasi. Lucret. lib. 5. 863.

**INTERRUPTE**, Adv. [διεῤῥηγμένως] Incise, vel cæsim, aut divise. Cic. 2. de Orat. 329. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

**INTERRUPTIO**, ōnis. f. Quintil. 9. 2. Ἀποσιώπησις, quam Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant. Macrob. Somn. Scip. 2. 5. Interruptio non unius generis.

**INTERRUPTŌR**, ōris. m. [διαφθορεύς] Gloss. Gr. Lat.

**INTERSCALMIUM**, [μεσοσκάλμιον] Budæus, Interscalmia, Spatia inter remiges dicta sunt. Bayfius putat esse Interscalmium, Spatium illud in navi quod est inter scalmum & scalmum. Hac voce usus est Vitruv. lib. 1. cap. 2. Navibus interscalmio, &c. V. Voss. Lex. Etymolog.

**INTERSCAPILIUM**, i. n. [μετώμιον] Perottus, Scapilium veteres pro Tergo usurparunt: & aliquando pro Ipsa scapula. Unde & Spatium quod inter scapulas est, Interscapilium nominavere. Cæl. Aurel. Acut. 3. 3.

**INTERSCINDO**, ĭdi, issum, [διακόπτω] ĕre. Per medium scindere. Liv. 28. 7. pr. Adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur. de Chalcide urbe. Cic. 2. de Legib. 10. Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, a tergoque pontem interscindi juberet. Gell. lib. 12. cap. 1. conf. Cæs. 2. Bell. Gall. 9.

**INTERSCRĪBO**, psi, ptum, [διαγράφω] ĕre. In medio scribere. Plin. lib. 7. Epist. 9. ad Tuscum, Poteris & quæ dixeris post oblivionem retractare, multa retinere, multa transire, alia interscribere, alia rescribere. conf. Solin. cap. 46.

**INTERSĔCO**, secui, sectum & secātum, [διακόπτω] āre. Per medium secare. Auct. ad Heren. lib. 3. 24. Ut ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstravimus, inserere, atque intersecare videamur in animis auditorum.

**INTERSECTIO**, ōnis. f. Vitruv. lib. 3. cap. 3.

**INTERSĔCĪVUS**, & **INTERCĪSĪVUS**, a, um. Frontin. de Col. V. Rigalt. Gloss. & Goes. Indic. v. Intercisivum.

**INTERSĒPIO**, psi, ptum, [διαφράττω] īre. Veluti sepibus quibusdam intercludere, & iter impedire. Liv. 34. 40. pr. Per triduum insequens territavit eos, nunc præliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. Idem 1. 27. Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit.
Intersepire urbem vallo. Liv. 25. 11.

**INTERSEPTUS**, a, um. Partic. ut
Interseptum iter, Occupatum. Cic. pro Corn. Balb. 43. Ne interseptum sit his iter perpetuo ad hoc amplissimum præmium civitatis.
Intersepta foramina. Cic. 1. Tusc. 47.

**INTERSEPTUM**, i. n. [διάφραγμα] Gloss. Gr. Lat.

**INTERSĔRO**, sēvi, sĭtum, [διαφυτεύω] ĕre. In medio plantare, seminare, inserereve. Columel. lib. 3. cap. 16. Coæquato deinceps pastinato, malleolus ordinariis vitibus interserendus est.
Omnia pomis intersita. Lucret. lib. 5. 1376.
Intersita peregrinatio. Plin. lib. 3. Epist. 19.

**INTERSĔRO**, serui, sertum, [παρεμβάλλω] ĕre. Interponere. Plin. Epist. 19. lib. 3. ad Calvisium Rufum, Prædia agris meis vicina, atque etiam intersérta, venalia sunt. Alii rectius legunt, Inserta. q. V. Plin. lib. 28. cap. 19. Ut potioni interseri possint. Vetus codex habet Interi.
Oscula interserere. Ovid. 10. Met. 559.
— mediis interserit oscula verbis.

**INTERSIGNIUM**, i. n. Locus inter duo signa. V. Salmas. in Plin. Exerc. p. 460. ed. sec.

**INTERSISTO**, ĕre. pro Resistere in medio spatio. Quintil. lib. 8. cap. 3. Quia ultima prioris syllabæ littera, quia exprimi nisi labris coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut continuata cum insequente, in naturam ejus corrumpitur. Item lib. 9. cap. 4. Intersistentes clausulæ.
Intersistit oratio. Quintil. lib. 9. cap. 4. Tum vocalium concursus: qui quum accidit, hiat, & intersistit, & quasi laborat oratio.
Intersistitur, impersonale. Quintil. lib. 9. cap. 4. p. 839. Bur. Tum longæ per se, & veluti opimæ syllabæ, aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur, assument.

**INTERSPERGO**, ĕre, unde **INTERSPERSUS**, a, um. Partic. Apul. Met. 5. p. 165. Interspersus rara canitie.

**INTERSPĪRO**, [διαπνέω] āre. De medio, seu Per medium spirare. Cato R.R. cap. 112. Manu comprimito acina, ut combibant aquam marinam: ubi impleverit dolium, operculo operito, relinquito qua interspiret.

**INTERSPIRĀTIO**, ōnis f. [διαπνοή] Cic. 3. de Orat. 171. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plin. lib. 23. cap. 1.

**INTERSTERNO**, strāvi, strātum, [διαστρωννύω] ĕre. In medio sternere. Justin. lib. 1. 2. Hæc Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato. Plin. lib. 29. cap. 2.

**INTERSTINGUO**, stinxi, stinctum, [διασβεννύω] ĕre. Per intervalla aliqua exstinguere. Festus, Ignis Vestæ si quando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur. Apul. Met. 4. p. 147. Jamque protinus oblisis faucibus interstinguere cum debuisset.
Ignes interstinguere. Lucret. lib. 5. 760.
Quæ faciunt ignes interstingui atque perire? Antiquum.

**INTERSTINCTUS**, a, um. Partic. [διάστικτος] Martian. Capella lib. 1. Dehinc vesti admodum candidæ obducit amictus hyalinos, quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. i. e. Variegatos, distinctos. Budæus. Fortasse legendum Intertinctos. [Ex Plinii vitiosa lectione hanc arripuit conjecturam. V. INTERTINCTUS.
Spatia interstincta columnis. Stat. 3. Silv. 5. 90.

**INTERSTĪTIO**, ōnis. f. [μεταπαυσωλή] Cessatio, vacatio. Gell. lib. 20. cap. 1. Velut quoddam justitium, id est juris inter eos quasi interstitionem quandam, & cessationem.

**INTERSTĪTIUM**, i. n. [διάστημα] Distantia & intervallum. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. Quum quatuor sint elementa, ex quibus constant corpora, terra, aqua, aer, ignis: tribus sine dubio interstitiis separantur, quorum unum est a terra usque ad aquam, &c.
Lunæ interstitium, Interlunium. Apul. Difficultas itineris, ac globosi sideris interstitium. V. Ammian. 20. 3. ad fin.
Dicitur etiam de Tempore. Tacit. 5. Ann. 4. 2. Dandum interstitium pœnitentiæ senis.

**INTERSTRĔPO**, strepui, strepĭtum, [διαψοφέω] ĕre. Strepitum emittere inter alios. Virg. 9. Ecl. 36.
Digna sed argutos interstrepere anser olores. Potest etiam divise legi. [Nec aliter legitur in codd. emendatis.

**INTERSTRINGO**, strinxi, strictum, [διασφίγγω] ĕre. Idem quod Constringere. Plaut. Aulul. 4. 4. 32.
Ibo hinc intro, atque illi socieno tuo jam interstringam gulam.

**INTERSTRUO**, struxi, structum, [διαδομέω] ĕre. Sil. lib. 10. 149.
— Telesinus ad ossa
Illiso saxo, qua spina interstruit artus,
Occumbit. i. e. Ubi spina, quæ est in medio dorsi, artus connectit. Adde Tertull. de Coron. Mil. cap. 10. & ad Marc. 4. 39.

**INTERSUM**, [ἐγκαθίστημι] V. INTEREST.

**INTERTĀLEO**, āre. Verbum antiquum. Taleas, Scissiones lignorum, vel præsegmina Varro dicit de R. R. lib. 1. Nam etiam nunc rustica voce intertaleare dicitur dividere, vel excidere. Ramum ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clabulas, alii taleas appellant. Nonius 4. 473. [Ita distinguendus hic locus est, ut priora verba Grammatici esse appareat, posteriora Ramum &c. Varronis, apud quem cap. 40. ejusdem libri similiter leguntur. conf. Cang. Gloss. in Taliare.

**INTERTERO**, V. INTERTRIGO.

**INTERTEXO**, texui, textum, ĕre. Macrob. Somn. Scip. 1. 6. pr. Animæ deum partes ex pari & impari intertexuisse.

**INTERTEXTUS**, a, um. Partic. [διυφαντος] ut, Intertexta vestis. Quintil. lib. 8. cap. 5. Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis.
Flores intertexti hederis. Ovid. 6. Met. 128.
Telæ intertextæ. Stat. 3. Silv. 5. 9.

**INTERTIGNIUM**, i. n. Intervallum quod est inter duo tigna. Vitruv. lib. 4. cap. 2. V. Bald. Lex Vitruv. p. 62.

**INTERTINCTUS**, a, um. Plin. lib. 36. cap. 8. Thebaicus intertinctus aureis guttis, invenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ. [Sed emendati libri Interstinctus exhibent, nec potest aliud verbum esse.

**INTERTRĂHO**, traxi, tractum, [μεθέλκω] ĕre. De medio trahere. Plaut. Amph. 2. 2. 41.
Nunquam edepol tu mihi quicquam creduis post hunc diem,
Ni ego illi puteo, si occœpso, animam omnem intertraxero. h. e. Continua tractione omnem aquam penitus exhausero. Animam putei vocat Aquam, ut quæ instar animæ latet intus in puteo. V. Voss. Etym.

**INTERTRĪGO**, ĭnis. f. [διάτριμμα] Malum est quoddam, quum femina equitatu, aliave simili de causa, atteruntur, aduruntur que. A Græcis παράτριμμα dicitur. Dioscorides autem παράτριμμα, id est Intertriginem vocat, quum pes pedem, vel ungula ungulam terit: ut in genere veterinario contingit, id est jumentis. Columel. lib. 7. cap. 5. Subluvies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine, & sulphure atque aceto mistis litæ eruentur. V. in INTERO. Etsi potius sit ab INTERTERO, ut & duæ seqq. dict.

**INTERTRĪMENTUM**, i. n. [διάτριμμα] Varro 4. de L. L. 36. Detrimentum a detritu dicitur: quod ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quod duo quæ inter se trita sunt, etiam diminuta sunt. Ter. Heaut. 3. 1. 39.
Nunc quum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quidvis dare cupis. Cic. 3. Verr. 132. de æde Castoris, quam P. Junius sartam tectam tradere debebat. Cum eo sine ullo intertrimento (inquit) convenerat jam quemadmodum traderetur. In impressis libris Nutrimento mendose legitur. Asconius in loc. Detrimentum, unius partis esse potest: Intertrimentum vero dantis & accipientis. Hæc ille. Secundum quod Cicero Intertrimentum, pro Communi conficiendi alicujus negotii jactura posuit. Budæus.
Intertrimentum, pro Evanida argenti parte, quæ in excoctione deperit *dechetum* aurifices appellant. Liv. 32. 2. Carthaginienses eo anno argentum in stipendium primum impositum advexerunt: id quia probum non esse Quæstores renuntiaverunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleverunt. Budæus.
Intertrimentum, pro Eo quod in unaquaque re deperditur, ac decedit. Liv. 34. 7. In auro vero, in quo, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? i. e. Nihil jacturæ.

**INTERTRĪTŪRA**, æ. f. Idem. Scævola in l. pignori. §. ult. D. de pignor. action. Quæro intertrituram, quæ ex operis facta est, utrum Titius debitor, an Seius agnoscere debeat.

**INTERTURBO**, [διαταράττω] āre. Valde turbare. [Immo inter agendum aliquem turbare. H. St.] Ter. And. 4. 1. 39.
Quis homo istuc? P. Davos. C. Davos? P. interturbat omnia.

**INTERTURBĀTIO**, ōnis. f. [διατάραξις] Liv. 23. 8. Ipsique valetudinem excusans patri, animi quoque ejus mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

**INTERTURRIUM**, i. n. Valla in Thucyd. lib. 3. pro Μεταπύργιον. H. St.

**INTERVĂCO**, [διαλείπω] āre. In medio vacuum manere. Columel. lib. 4. cap. 32. Bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

**INTERVALLUM**, i. n. [διάστημα, διάλειμμα] Spatium quod est inter palos, vallum castrense constituentes: a quo omne spatium, intervallum est appellatum. [Ita Perottus. & ita Varro. Vide VALLUM. H.St.] Isidor. 15. 9. Intervalla spatia sunt inter capita vallorum, i. e. Stipitum, quibus vallum fit. Deinde generatim, ut, Plin. lib. 6. cap. 22. &c. Septem dierum intervallo taxato. Cæs. 1. Bell. Gall. 51. Paribusque intervallis Harudes, Marcomanos, &c. Subaudi Constituerunt.
Intervallum annuum regni, Dum vacat regnum per annum. Liv. 1. 17. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuumque intervallum regni fuit.
Intervalla permittere. Plin. in Paneg.
Intervallum fuit. Plaut. Rud. 1. 2. 49.
Eodem intervallo. Cic. 7. Verr. 6. Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit. i. e. Eodem tempore.
Aeris intervallum. Lucret. lib. 4. 188.
Litterarum intervallum. Cic. 7. Fam. 18. Tu, si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus.
Negotiorum intervalla. Paterc. lib. 1. 13. 3. Neque enim quisquam hoc (Scipione) elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit: semperque aut belli, aut pacis serviit artibus.
Requietis intervalla habere. Cic. 1. de Fin. 49. Et ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis. h. e. Multas habere horas in quibus quiescere possit æger.
Siderum intervalla. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Per intervalla, Alternatim. Auctor de Viris Illust. cap. 4. Singulos per intervalla, ut vulnerum dolor patiebatur, insequentes interfecit. [i.e. Relicto intervallo, seu spatio mediocri, sequentes.
Moveri Intervallis, Per certa horarum & temporis spatia. Cic. 1. Acad. 27. Quæ autem moveantur, omnia intervallis moveri: quæ intervalla item infinite dividi possint.
Longo intervallo. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Longo intervallo judicium inter sicarios hoc primum committitur. i. e. Post longum intervallum.
Longo interjecto intervallo. V. INTERJICIO.
Paribus intervallis. Plin. lib. 2. cap. 11.
Tanto intervallo. Cic. 15. Fam. 14. Primum ut te quem jam diu facio plurimi, tanto intervallo viderem: deinde ut tibi, &c. i. e. Post tantum intervallum.
Ex intervallo. V. EX, præpositionem.
Ex tanto intervallo. Liv. lib. 3. 38. Cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent.
Intervallum deinde haud magnum populationibus fuit. Liv. 1. i. e. Paulo post populati sunt.
Intervallo facto. Liv. 2 2. pr. Regnasse deinde Servium Tullium: ne intervallo quidem facto, oblitum tanquam alieni regni Superbum Tarquinium, velut hæreditatem gentis, scelere ac vi repetisse.
Dare alicui intervallum solvendi. Ulpian. in l. si vero. §. si post. D. Mand. vel cont.
Intervalla, Cic. in Orat. 181. vocat Syllabarum tempora, brevia, longaque.

gaque. Ut numerus intervallis, compositio vocibus &c. appareat. hoc est ex longis & brevibus syllabis, quæ suis temporibus distinctæ sunt. Breves enim syllabæ tempus unum, longæ vero duo habere dicuntur.

INTERVALLATUS, a, um. Adj. [διαλελειμμένος] ut, Intervallata febris, quam Intermittentem & revertentem vocamus. Gell. lib. 17. cap. 12. Hæc biduo medio intervallata febris.
Tempore brevi intervallato. Ammian. 26. 2. V. 29. 17.

INTERVELLO, velli, (vel vulsi) vulsum, [διατίλλω] ĕre. Idem quod Evellere, vel De medio vellere. Plin. lib. 17. cap. 27.
Barbam intervellere. Sen. Epist. 115. Quod faciunt ii, qui barbam vellunt, aut intervellunt. i. e. Qui aut evellunt totam, aut aliquos tantum pilos, quo rariorem faciant.
Poma omnia intervelli melius est. Columel. lib. 4. cap. 33. Adde 5. 10.

INTERVULSUS, a, um. Partic. ut, Intervulsa serie. Solin. cap. 5.

INTERVĔNIO, vēni, ventum, [ἐφίστημι, ἐπέρχομαι] īre. In medio negotio, quasi ex insidiis supervenire, & opprimere in ipso actu qui rem celatam vellent. Ter. in prologo Hec. 2.

Hecyra est huic nomen fabulæ: hæc quum data est
Nova, novum intervenit vitium & calamitas. Cic. 15. Att. 11.

Quam orationem quum ingressus essem, Cassius intervenit.
Intervenio, cum accusativo. Tacit. 3. Ann. 23. pr. Lepida ludorum diebus qui cognitionem intervenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, &c.
Intervenit majori minor cogitatio. Liv. 29. 6. pr.
Iræ interveniunt. Plaut. Amph. 3. 2. 59.

Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam.

Malum avitum deinde intervenit iis cogitationibus, regni cupido. Liv. 1. 6. extr.
Nox intervenit prælio. Liv. 23. 18. Plures cecidissent, ni nox prælio intervenisset.
Plangor intervenit omni verbo. Ovid. 11. Met. 708.
Cœptis intervenire. Liv. 1. 36. pr. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum bellum cœptis intervenit.
Malo intervenire. Plaut. Mil. 4. 8. 23. Malo ne interveneris quæso, dum resipiscit. i. e. Vide ne dum festinas, accipias malum. [Sed V. Gronov. qui Verbum esse putat Malo.
Intervenire, pro Se interponere. Suet. Cæs. cap. 30. Verum neque Senatu interveniente, & adversariis negantibus ullam se de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit.
Prætorem intervenire oportet, si quis impediat eum qui emit, quo minus ei res tradantur. Ulpian. in l. At si quis. in princip. D. de religios. & sumptibus funerum. conf. INTERVENIENS & INTERVENTUS.
Cautiones intervenire solent, quum socii dividunt societatem de eo quod sub conditione debetur. Paulus in l. Quum socii. D. Communi dividundo.
Si culpa ejus nulla intervenerit. Ulpian. in l. Quum res. §. Sed si id petatur. D. de legat. 1.
Flumine interveniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habet. Paulus in l. ultima. D. de servitut. rustic. prædiorum.
Fraus venditoris intervenit. Ulpian. in l. Communi. §. ult. D. Communi dividundo.
Inimicitiæ capitales intervenerunt inter procuratorem & dominum. Ulpian. in l. Filius familiâs. §. ult. D. de procuratoribus.
Negotiis meis vel alterius intervenire, i. e. Se immiscere negotiis, vel negotia gerere, seu administrare. Papinianus in l. Seio. D. de annuis legatis. Seio amico fidelissimo, si voluerit, sicut meis interveniebat, eodem modo filiorum meorum negotiis intervenire: annuos fenos aureos præstari volo. Scævola in l. Mævia. D. eod. tit. Si rebus nepotis mei intervenerit, omnemque administrationem rerum nepotis mei ad sollicitudinem suam revocaverit.
Intervenire, Interesse. Cicero, Quod non esset factum, si ipse intervenissem.
Interventum est alicui de improviso. Impersonale. Ter. Heaut. 2. 2. 40.

INTERVENIENS, entis. Partic. [ἐπερχόμενος] Cic. 3. Tusc. 38. In magna parte vitæ dolore non interveniente.
Desertis intervenientibus, h. e. Interjectis. Plin. lib. 5. cap. 7.
Flumine interveniente cui nomen est Vior. h. e. Interlabente vel interfluente. Plin. lib. 5. cap. 1.
Interveniens est Intercedens, Suet. Claud. cap. 38. Quod contra vetitum cocta vendentes multasset, villicumque intervenientem flagellasset.

INTERVENTIO, ōnis. f. Intercessio, & interpositio fidei, seu fidejussio, l. 7. §. 3. Dig. de minoribus. Et l. 13. Cod. Theod. de Hæreticis: sine ulla gratiæ interventione pellantur.

INTERVENTUS, ûs. m. [ἐπέλευσις] Cic. 16. Att. 11. Caleni interventum & Calvenæ cavebis.
Arbitri interventu, l. 7. §. 1. Dig. de tribular. Act.
Feriarum interventu impeditus est actor. Ulpian. in l. Sed etsi. §. Si feriæ. D. Ex quib. caus. majores, &c.
Judicis interventu hæc omnia debent ad effectum perduci. Pomponius in l. Quintus. in fine. D. de annuis legatis. Ulpian. in l. Illud. §. 1. D. de tributoria actione.
Juris interventus. Marcell. in l. 2. D. de natalibus restituendis, Interdum etsi servi nati sint, ex postfacto juris interventu ingenui fiunt.
Loci sacri & religiosi interventus, etiam itineris servitutem impedit. Paulus in l. Servitutes prædiorum rusticorum.
Malorum nullo interventu. Cic. 1. de Nat. Deor. 112.
Meliorum interventu vitia pensantur. Tacit. 4. Hist. 74.
Noctis interventu. Cæs. 3. Bell. Gall. 15. extr.
Tutoris interventus. Marcellus in l. Servus decem. D. de solutionibus.

INTERVENTOR, ōris. m. [ἐπελθών] Qui intervenit, & impedit agentem aliquid. Cic. de Fato 2. Omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio, idque & sæpe alias, & quodam liberiore quam solebat, & magis vacuo ab interventoribus die.
Interventor, pro Fidejussore, in l. Licet. D. De obsequiis a liberis & libertis præstandis, Ulpianus utitur, & Lampridius in Commodo cap. 4. Paternum autem (inquit) hujus cædis auctorem, &, quantum videbatur, paratæ necis Commodi conscium & interventorem. Bud. [Sed rectius legitur Interventurum, ne conjuratio &c.

INTERVENIUM, i. n. [μεσοφλέβιον] Spatium illud quod est inter venas terræ. Vitruv. lib. 8. 1. Sed non per intervenia dilabantur & decrescant. Idem lib. 2. cap. 6. & 7.

INTERVERTO, ti, sum, [ὑφαρπάζω] ĕre. Callide surripere: quod plerumque fit, quum rem commodatam, aut depositam, aut creditam, dolo ne restituatur domino, efficimus, auctore Valla lib. 5. 23. Dicimus autem Intervertere aliquem simpliciter, & Intervertere aliquem re aliqua, & Intervertere rem aliquam. Plaut. Asin. 2. 1. 10.

Unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem conferam?

Idem Pseud. 3. 2. 110.

Ut me, si posset, muliere intervorteret. Cic. 6. Verr. Candelabrum, quod rex Ægypti Jovi Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a rege acceperat, interversum esse conqueritur. V. Partic. INTERVERSUS. Marcellus Jurisc. in l. Si duo. D. depositi, Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interverterint.
Possessionem intervertere. Marcellus in l. Si quis rem, quam. D. de acq. vel amit. possess.
Intervertere, & ad se transferre. Cic. 2. Philip. 79. Ille induxit ut peteret: promissum & receptum intervertit, ad seque transtulit.
Intervertere, Subvertere, evertere. Paulus in l. Amissione. D. de capitis diminutione, Quæ salva civitate accidit per quam publica jura non interverti constat. Idem in l. Tutelas. D. de capitis diminutione, Legitimæ tutelæ ex XII Tab. intervertuntur eadem ratione qua & hæreditates. Budæus.
Intervertere, pro Decoquere. Tacit. 2. Hist. 95. 4. Novies millies sestertiûm paucissimis mensibus intervertisse creditur.

INTERVERSUS, a, um. Partic. ut, Ædilitas interversa. Cic. pro Domo, 112. Is postea quam intellexit, posse se, interversa Ædilitate, &c.
Donum interversum, Furto ablatum. Cic. 6. Verr. 68. Qui si intellexerint, interverso regali hoc dono, graviter vos tulisse.
Res interversæ. Tac. 16. Ann. 10. pr. Sed initium detegendæ sævitiæ præbuit, interversis patroni rebus ad accusationem transgrediens Fortunat. libertus.

INTERVERSIO, ōnis. f. Tertull. advers. Marc. 1. 20. pr. O Christe, patientissime Domine, qui tot annos interversionem prædicationis tuæ sustinuisti.
Regulæ interversio. Ibid. 3. 1.

INTERVERSURA, æ. f. Versura. Hygin. de Lim. Const. p. 178. ed. Goes. Ubi ferramento nisi ad interversuram non utuntur. Adde p. 198. & 218.

INTERVERSOR, ōris. m. Qui intervertit, i. e. intercipit aliquid ex pecunia publica. l. 8. Cod. de jure fisci.

INTERVERTĬBILIS, e. Adj. Saresb. 4. 35. Intervertibilis inconstantia.

INTERVĪBRO, āre. Mart. Capell. lib. 6. p. 191. Tandem reglutinatis ab æthræ intervibrantis admiratione luminibus, &c.

INTERVĬGILO, āre. Sen. Epist. 83. Incipit Singulos dies. Somno parcissimo utor, & quasi intervigilo, satis est vigilare desiisse. [In edit. Rom. Interjungo. H. St. V. Lips.

INTERVIGILANS, antis. Partic. Lamprid. in Alex. cap. 61. Unus ex Germanis ingressus, dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante visus est.

INTERVIGILIUM, i. n. Saresb. 2. 15. Quodam quasi intervigilio.

INTERVĪREO, ēre. Claudian. de Raptu Proserp. lib. 2. 100.

Non sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, quum tramite flexo
Semita discretis interviret humida nimbis. h. e. Inter alios colores viret. De arcu cælesti. Et Stat. 4. Theb. 98. de angue,
—lætisque minax interviret herbis.

INTERVĪSO, vīsi, vīsum, [διασκέπτομαι] ĕre. quasi Iterum visere, vel Interdum visere. Plaut. Aulul. 2. 2. 25.

Aurum mihi intus harpagatum est. nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem: verum intervisam domi. Al. Domum. Idem Sticho 1. 2. 90.
Nunc, soror, abeamus intro. PI. immo intervisam prius domum.

Cic. 7. Fam. 2. Quodque nos minus intervisis, hoc fero animo æquiore.
Crebro intervisere. Cic. 1. Q. frat. 2. extr. Urbanam expolitionem urget ille quidem & Philotimus & Cincius: sed etiam ipse crebro intervisso: quod est factu facile. V. Suet. Aug. cap. 24.

INTERŬLUS, a, um. Adj. dimin. Interior. Mart. Capell. lib. 9.

Quin etiam interulos gaudens dissolvere nexus.

INTERŬLA, æ. f. Plerique omnes dicunt eam esse, quam vulgo *Camisiam*, h. e. Tunicam corpori proximam, appellamus. Hujus meminerunt Horatius, & Martialis, & Apuleius lib. 8. Met. p. 205. & Valer. in Epist. ad Rufinum, Valerianus Imperator in quadam epistola apud Trebellium Pollionem in vita Claudii cap. 14. & Aurelianus Imperator in alia epistola apud Flavium Vopiscum in vita Bonosi extr. & Martianus Capella lib. 1. ubi scribit Tritoniam Psyche donasse interulam. [Interulæ ubi Horatius & Martialis meminerint viderit auctor hujus observationis. Sed forte Subuculam intelligi volebat, cujus meminit Hor. quam eandem ac Interulam fuisse docet Salmas. ad Tert. de Pall. p. 410. V. SUBUCULA.
Beroald. in Sueton. Neronem cap. 48. Tunicatus, Indutus sola tunica, quam vulgo Camisiam vocant, quæ & Interula vocatur. H. St.

INTERUNDĀTUS, a, um. Adj. Solinus cap. 27. Hoc fulvum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprime decet. h. e. In undarum figuram distinctum.

INTERVOCALĬTER, Adv. Apul. 9. Met. p. 231. Intervocaliter clamare, i. e. Alta voce. V. Indic. Elmenhorst.

INTERVŎLO, āre. Columel. 8. 10. & Valer. Flacc. 2. Argon. 614.

Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes. Idem 5. 27.
— ille recens oculis intervolat Idmon.

INTERVŎLĬTO, āre. frequent. Liv. 3. 10. Inter alia prodigia & carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.

INTERVŎMO, vomui, vomitum, [διεμέω] ĕre. Interscatere. Lucret. lib. 6. 804.

Quod dulces inter salsas intervomit undas. Budæus. h. e. Interfundit.

INTERŪSŪRIUM, i. n. Commodum est, vel usura medii temporis. Ulpian. in l. Sed si. §. ult. D. de pecul. Ut medii temporis interusurium magis creditor consequatur.

INTESTĀTUS, a, um. Adj. [ἀδιάθετος] dicitur non solum Qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiam Cujus ex testamento

mento adita non eſt hæreditas, ut inquit Paulus, de Verb. ſignif. l. Inteſtatus.

Inteſtati proprie appellantur, Qui quum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. Ulpian. in l. 1. D. de ſuis & legitimis hæredibus. Cic. pro Cluent. 165. Haud hæres eſt Cluentius: inteſtatum dico eſſe mortuum. Idem 4. Verr. 53. Juven. 3. Sat. 274.

— poſſis ignavus haberi,
Et ſubiti caſus improvidus, ad cœnam ſi
Inteſtatus eas.

Parentum inteſtatorum liberi hæredes ſint. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Ab inteſtato, cui opponitur A teſtato. In l. Cum ii. §. Hæc oratio. D. de Tranſac. Sive a teſtato factis, ſive ab inteſtato. Sed forte hæc verba referenda ſunt ad defunctum teſtatum, ſive inteſtatum. [Sine dubio.

Inteſtatus, Cujus verbis non adhibetur fides, quive teſtis eſſe non poteſt. Pomponius Pictoribus, Ipſus cum uno ſervo ſenex inteſtato proficiſcitur. Nonius 4. 237.

Inteſtatus, Nullis teſtibus convictus. Plaut. Curc. 5. 3. 17.

Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi? Idem Mil. 5. 23.

INTESTĀTO, Adv. [ἀδιαθέτως] Sine teſtamento. Cic. 2. de Invent. 148. Si paterfamiliâs inteſtato moritur, familia, pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque eſto. Scævola, l. Titius inteſtato moriturus. Sic Paulus, Ut legata quæ ei dederat, inteſtato moriens reſtitueret. Adde Cic. 1. de Orat. 183. & 3. Verr. 114. ibique Aſcon.

INTESTĀBĬLIS, e. Adj. Plaut. Mil. 5. 1. 24. Ut vivam ſemper inteſtabilis. Caius in l. Quum lege. D. de teſtamentis, Quum lege quis inteſtabilis jubetur eſſe, eo pertinet ne ejus teſtimonium recipiatur, & eo amplius (ut quidam putant) neve ipſi dicatur teſtimonium. Ulpian. in l. Is cui lege. D. de teſtamentis, Si quis ob famoſum crimen damnetur, Senatuſconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit, ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi teſtis.

Inteſtabilis, [μυσαχθής] pro Deteſtabili. Gell. lib. 7. cap. 18. Eos tamen, qui ad Annibalem non rediiſſent, uſque adeo inteſtabiles, inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint. Ulpian. in l. lex Cornelia. §. 9. D. de injuriis, Si condemnatus ſit is qui librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſit, compoſuit, edidit, &c. inteſtabilis ex lege eſſe jubetur. Plin. lib. 30. cap. 2. de arte magica, Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis umbras. Hor. 2. Serm. 3. 181.

— uter ædilis fueritve
Veſtrûm Prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto.

Ubi Porphyrio, Antiqui eos, quos in teſtimonium dimitti nolebant, inteſtabiles vocabant, deteſtabiles ſcilicet, quorum teſtimonium malum & exſecrandum eſſet. Ex Budæo. Tacit. 16. Ann. 55. Inteſtabilis & conſceleratus. Idem 4. Hiſt. 42. extr. Quum interim inteſtabilior & ſævior exortus eſt.

Inteſtabilis, cum ablativo. Tacit. 6. Ann. ſub finem, Inteſtabilis ſævitia. de Tiberio loquens. conf. INSTABILIS ad fin.

INTESTIS, e. Qui caret teſtibus, Caſtratus. Arnob. lib. 5. Honorare aliquem ſacerdotum inteſtibus. V. Salmaſ. in Tert. de Pallio p. 202.

INTESTĪNUS, a, um. Adj. pro Interiore: ut, Inteſtina peſtis, apud Livium, pro Conſpiratione maxima & periculoſiſſima. Et, Inteſtina diſcordia, apud eundem lib. 9. pro Civili diſcordia.

Bellum inteſtinum. Cic. 2. Catil. 28.

Dolor inteſtinus, Domeſticus. Cic. 4. Fam. 5.

Malum inteſtinum. Cic. ad Brut. 10. pr. Ingraveſcit enim in dies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis quam domeſticis laboramus.

Odium inteſtinum. Liv. 2. 23. pr. Civitas, ſecum ipſa diſcors, inteſtino inter Patres plebemque flagrabat odio.

Opus inteſtinum, Quod factum eſt ex ligno fabrorum: auctore Budæo. Varro 3. de R. R. cap. 1. Quum villam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pavimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, &c. conf. Lex. Pitiſc.

INTESTĪNUM, i. n. & plur. Inteſtina dicuntur, Quæ interiori corporis parte clauduntur, & inferiora ſunt, quæ etiam Interanea appellantur. Celſ. lib. 4. cap. 14. pr. A viſceribus ad inteſtina veniendum eſt. Cic. 2. de Nat. Deor. 137. Ex inteſtinis autem & alvo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad jecur per quaſdam a medio inteſtino uſque ad portas jecoris, (ſic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad jecur, eique adhærent. Medium inteſtinum vocat Cicero, quod Græci Meſenterium.

Perurere inteſtina alicujus. Catul. ad Rufum 72. 3.

Tenent aliquid inteſtina, Continent. Celſus lib. 4. 16. In hoc utique adhibere oportet comprimentia, quo facilius tenendi aliquid inteſtinis vis ſit.

Latum inteſtinum interdum glutinatur. Celſus lib. 7. cap. 16.

Tenue inteſtinum, quod tenuiorem habet tunicam, quam reliqua inteſtina. Celſus lib. 2. cap. 1. Tenuioris inteſtini morbus, quem ileon nominant.

INTESTĪNUS, i. m. Plin. lib. 11. cap. 37. Inteſtinus enim quibuſdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, ut ſepiæ, polypo.

INTEXO, texui, textum, [συνυφαίνω] ĕre. Intus texere, innectere, involvere. Cic. in Partit. 12. Læta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus.

Facta alicujus intexere chartis. Tibul. ad Meſſalam, lib. 4. 1. 5.

Litteras intexere vaſtibus. Plin. lib. 13. cap. 11. Et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus litteras intexere.

Intexere aliquem. Cic. 13. Att. 12. pr. Scis me antea orationes aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. i. e. Eum loquentem inducere, ut fit in Dialogis. Alibi Includere dixit. Eidem lib. 13. 22. Te autem ἀσμενέστατα intexui, faciamque crebrius. De Academicis quæſtionib. ſuis loquitur. Budæus.

INTEXENS, entis. Partic. Virg. 7. Æn. 488.

Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.

Et 2. Ecl. 49.

— aliis intexens ſuavibus herbis, &c.

INTEXTUS, a, um. Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Utræque autem crebræ multæque toto corpore intextæ, &c.

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Virg. 3. Georg. 25.

Chlamys intexta variis coloribus. Auctor ad Herenn. 4. 60.

Opus intextum tauris. Virg. 10. Æn. 785.

INTEXTUS, ûs. m. Plin. 2. 8. Intextu concretus.

INTIMELIUM, vel INTEMELIUM, vel INTEMILIUM, i. n. Urbs Liguriæ, nunc *Vintimiglia*. Cic. 8. Fam. 15.

INTĪMĬDE, Adv. Compar. Ammian. 26. 17. Hinc intimidius incedenti nec reſiſtebat populus, nec favebat. V. Hadrian. Valeſ. in ſupplement. ad comment. Fratris. Henrici.

INTĬMO, [παραγγέλλω] āre. Denuntiare. Liv. 4. 46. Intimaſſe filio ut milites ſcriberet. In vetuſtiſſimis codicibus legitur Inſtitiſſe. Martian. Capella lib. 1. Hæc quum Juno affixa Jovi, acclinatis ejus auribus intimaret.

Intimare apud præſidem. l. 2. C. De adoptionibus, Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præſidem intimata, ac ſi per populum jure antiquo facta eſſet.

Intimari, pro Ingredi. Solinus cap. 45. Ditionis Ægyptiæ eſſe incipit a Syene, in qua fines Æthiopum: & inde, uſquedum mari intimatur, Nili nomen tenet. V. Ammian. 15. 16. & Tertull.

INTIMĀTUS, a, um. Partic. ut, Donationes intimatæ, i. e. Inſinuatæ. l. 19. in pr. C. de ſacroſ. eccleſ.

Per auctores intimata, i. e. Prodita memoriæ. Spartian. Vero cap. 7.

Litteris intimata. Treb. Poll. in Gallien. cap. 16.

INTIMATIO, ōnis. f. Martian. Capella lib. 9. Intimationis excurſus. conf. l. 23. C. de Teſtam.

INTIMĀTOR, ōris. m. ut, Stultus rerum intimator. Capitolin. in Pertinace cap. 10.

INTIMORATE, Adv. Vet. Interpr. Irenæi 1. 1. Intimorate omnia operantur.

INTĬMUS, ſuperlativum ab Intra. V. INTRA.

INTINGO, tinxi, tinctum, [ἐμβάπτω] ĕre. Madefacere & humectare. Plin. lib. 20 cap. 17. de aniſo, Viride, aridumve omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, deſideratum.

Intingere in acetum. Cato cap. 15. Crudam ſi edas, in acetum intingito, mirifice concoquit. De braſſica.

Calamum intingere, de Scribente dixit Quintil. lib. 10. cap. 3. non ita procul a fine, Quod intinguntur calami, morantur manum.

INTINCTUS, a, um. Partic. ut, Arte intinctum. Cic. 2. de Orat. 120. Alterum, quod totum arte intinctum videtur, tametſi artem requirit, tamen prudentiæ eſt mediocris quid dicendum ſit videre. Alii Tinctum legunt.

Cibi intincti. Ovid. 2. Faſt. 634.

Nutriat intinctos miſſa patella cibos.

V. ibi Heinſ.

Intinctus ponitur pro Baptizato apud Tertull. de Pœnit. cap. 6.

INTINCTIO, ōnis. f. Tertull. de Pœnit. cap. 2. Præire intinctionem pœnitentiæ juſſit. Et cap. 12. Poſt prima intinctionis dominicæ monimenta. i. e. Poſt baptiſmum. V. Barth. Adverſ. 13. 6.

INTINCTUS, ûs. m. [ἔμβαμμα] Condimentum ad condienda obſonia, ſive Liquor, in quem reliquos cibos intingimus ad ſaporis commendationem, ac gulæ irritamentum. Vulgo *ſalſa* dicitur. Plin. lib. 15. cap. 29. Eademque origine aprorum ſapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis. Idem lib. 20. cap. 9.

INTŎLĔRĀBĬLIS, e. Adj. [ἄτλατος, ἄτλητος] Quod tolerari & ferri non poteſt. ut, Intolerabilis dolor. Cic. 4. Acad. 23.

Frigus intolerabile. Cic. pro Roſc. Amer. 131.

Inſolentia intolerabilis. Cic. 1. Q. frat. 1.

Mala intolerabilia. Lucret. lib. 6. 1156.

Sævitia intolerabilis. Liv. 1. 53.

Tributa intolerabilia exigere. Cic. 3. Fam. 7.

Compar. Cic. 4. Fam. 3. Multo intolerabilior futurus. Et Juven. 6. Sat. 459.

Intolerabilius nihil eſt quam femina dives.

Active etiam ponitur pro Eo qui tolerare nequit, ſeu impatiens. Afranius apud Non. 2. 435. Si feciſſem paulo ſæpius, didiciſſet is ferre, & non eſſe intolerabilis.

INTOLERABILĬTER, Adv. [ἀτλήτως] Columel. lib. 1. cap. 4. Sunt quædam loca quæ ſolſtitiis minus concaleſcunt, ſed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent. V. Suet. Cæſ. cap. 78.

INTOLERANDUS, a, um. Adj. [ἀφόρητος] Idem quod Intolerabilis, Cic. 7. Verr. 118. O magnum atque intolerandum dolorem.

Barbaries immanis atque intoleranda. Cic. pro Fonteio, 34.

Cruciatus intolerandi. Liv. 24. 5.

Frigora intoleranda. Idem 22. 1.

Hiems intoleranda. Liv. 5.

Libido intoleranda. Liv. 27. 31.

Superbia intoleranda. Liv. 9. 1. pr. Dii vindices intolerandæ ſuperbiæ!

Intolerandum, adverbialiter. Gell. 17. 8. Olla oleo indiget, &, ut video intolerandum fervet.

INTOLERANS, antis. Adj. [ἀτλητῶν] Qui tolerare non poteſt, Impatiens. impotens.

Curæ intolerantes, i. e. Intolerandæ. Læv. apud Gell. 19. 7.

Compar. Liv. 9. 18. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.

Servitus intolerantior, Intolerabilior. Tacit. 3. Ann. 45. Quanto intolerantior ſervitus iterum victis.

Superl. Corpora laboris intolerantiſſima, h. e. Impatientiſſima. Liv. 10. 28.

INTOLERANTER, [ἀφορήτως] Adv. Impotenter. Cic. 2. Tuſc. 22. Intoleranter dolere.

Compar. Cic. 2. de Orat. 209. Intolerantius ſe jactare.

Superl. Cic. in Vatin. 29. Et quoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis divitiis intolerantiſſime gloriaris.

INTOLERANTIA, æ. f. [ἀτλησία] Impatientia. Cic. pro Cluent. 112. Quis eum cum illa ſuperbia atque intolerantia ferre potuiſſet? Idem de Lege agraria, Non privatorum inſaniam, ſed intolerantiam regis eſſe dicetis. Budæus interpretatur Intemperantiam, vel inſolentiam: ut ſit quaſi Intolerabilitas.

Morum intolerantia. Suet. Tiber. cap. 51. V. Gell. 17. 19.

INTOLLO, ĕre. Tollere, extollere. Apul. 8. Met. p. 213. Clamores abſonos intollunt.

INTONDEO, di, ſum, [περικείρω] ĕre. Circumtondēre. Columel. lib. 2. cap. 3. Ut ante quam translatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarum ſummas partes intondeas. De porro.

INTONSUS, a, um. Adj. [ἄκαρτος] Non tonſus. Plin. lib. 6. cap. 28. Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro.

Avi intonſi. Ovid. 2. Faſt. 30.

Hoc apud intonſos nomen habebat avos.

Veteres enim propter ſeveritatem hirſuti erant, teſte Porphyrione: unde Catonem intonſum dixerunt. Primus autem tonſorem in Urbem duxit Scipio.

Capilli intonſi. Hor. Epod. 15. 9.

Caput

Caput intonsum. Ovid. 4. Fast. 655.
Coma intonsa. Cic. 3. Tusc. 26. Ex Accio.
Crinis intonsus. Tibul. 1. 4. 34.
Deus intonsus, Apollo. Ovid. 3. Trist. 1. 60.
Homines intonsi & inculti. Liv. 21. 32. de Alpinis hominibus.
Oves intonsæ. Columel. lib. 7. cap. 3. Igitur, ut dixi, miraberis oves intonsas, variam & canam comam improbabis.

INTŎNO, tonui, [ἐμβροντάω] āre. Idem quod Tonare, & sonum emittere. Cic. 1. de Divin. 106.
Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. Ex quodam poeta.
Canis intonuit ingenti latratu. Plin. lib. 8. cap. 40.
Intonare, Iracunde dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. Liv. 3. Cic. pro Muren. 81. Jam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designati Collegæ, tui, &c.
Minas intonare. Ovid. 1. Amor. 7. 46.

INTŎNANS, antis. Partic. Tacit. 12. Ann. 1. Orto apud libertos certamine quis deligeret uxorem Claudio, cælibi vitæ intonanti, &c. i. e. Invehenti in vitam cælibem.

INTONĀTUS, a, um. Partic. Hor. Epod. 2. 51.
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare.

INTONSUS, V. INTONDEO.

INTORQUEO, torsi, tortum, [συστρέφω, στροβιλίω] ēre. Circum torquere & inflectere. Columel. de Arboribus, cap. 23. Alio modo quum jam matura mala fuerint, ante quam rumpantur, petiolos quibus pendent, intorqueto.
Mentum intorquere. Cic. 2. de Orat. 266. Ut cum Testio Penario mentum in dicendo intorquenti, Tum ut diceret, si quid vellet, si nucem fregisset.
Intorquere, Contra, sive intus torquere, Jacere. Virg. 2. Æn. 231.
—sacrum qui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam. Sic
Intorquere jaculum. Auctor de Viris illust. cap. 69.
Jaculum intorquens emittit in auras. Virg. 9. Æn. 52.
Telum intorquere in aliquem, quod & Contorquere dicitur: hoc est Vibrare. Cic. de Arusp. Resp. 7. Si quod in me telum intorserit, statim me esse arrepturum arma judiciorum atque legum.

INTORTUS, a, um. Partic. [συνεστραμμένος] ut, Intortus caudex, h.e. Circumflexus vel inflexus. Plin. lib. 12. cap. 15.
Capilli intorti. Martial. lib. 8. 33. i. e. Crispi inflexi.
Cauda intorta suum, i. e. Obliquata & involuta. Plin. lib. 8. cap. 51.
Crines intorti. Sil. lib. 3. 284.
Fauces. Plin. lib. 7. cap. 44.
Funes intorti. Ovid. 3. Met. 679.
Paludamentum intortum circum lævum brachium. Livius 25. 16. ad fin.
Oratio intorta, pro Obscura, ambigua. Plaut. Cistell. 4. 2. 64.
Vertex. Plin. lib. 9. cap. 33.

INTORTE, Adv. Plin. lib. 16. cap. 16. Sed bruscum intortius crispum: molluscum simplicius sparsum.

INTORTIO, ōnis. f. Arnob. 3. p. 108. Hos capillorum intortione crispulos.

INTRA, [εἴσω, ἔνδον] Præpositio accusativo casui serviens, spatium temporis aut loci significat, teste Prisciano: ab In derivatur; Intra cubiculum, Intra oppidum; i. e. In cubiculo, In oppido.
Intra quatuor annos, & A quatuor annis, hoc differunt: quod Intra quatuor annos, i. e. Quadriennio nondum finito. A quatuor annis, i. e. Jam elapso tempore quadriennii. Cic. 2. Verr. 38. Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quæ intra decem annos, postea quam judicia ad Senatum translata sunt, in rebus judicandis nefarie flagitioseque facta sunt. Gronov. Inter, q. V.
Intra Calendas, Intra ferias: i. e. In Calendis, In feriis. Ex Nonio. V. Gell. lib. 12. cap. 13.
Intra diem mortis ut aliquid fiat, si quis dixerit, ipse quoque dies (inquit Ulpianus) quo quis mortuus fuerit, numeratur.
Intra dies viginti, In spatio viginti dierum. Plaut. Curc. 3. 78. Plin. 10. Epist. 32. Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati.
Intra decimum diem, quam Pheras venerat. Liv. 36. 10. pr.
Intra dies paucos, pro Brevi tempore. Liv. 23. 41.
Intra famam. Quintil. lib. 11. cap. 3. Hortensii scripta tantum intra famam sunt. i. e. Non respondent famæ, Nihil, aut parum habent famæ. Hujus contrarium est, Ultra famam: q. e. Perquam multum, plus quam creditum est.
Intra fortunam suam. Propert. lib. 3. 8. 2.
Intra gloriam facinus fuit, i. e. Minus gloria. Flor. 1. 3. 5.
Intra hæc enim est omnis vituperatio: i. e. In his consistit. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Intra Juventam rapere aliquem, i. e. Ante. Tacit. 2. Ann. 71. pr. Si fato concederem, justus mihi dolor etiam adversus deos esset, quod me parentibus, liberis, patriæ, intra juventam, præmaturo exitu raperent.
Intra legem epulari. Cic. 9. Fam. 26. Epulamur una, non modo non contra legem, (si ulla nunc lex est) sed etiam intra legem. i. e. Minus sumptuum facimus quam præscripserit lex.
Intra me futurum est, i. e. Apud me & secreto. Plin. lib. 3. Epist. 10.
Intra modum. Cic. 4. Fam. 4. Modice hoc faciam, aut etiam intra modum. i. e. Minus quam modice. Hunc locum sic explicat Gellius lib. 12. cap. 13. Modice dixerat hoc faciam, i. e. Cum modo æquo & pari. Deinde quasi hoc displiceret, & corrigere id vellet, addidit, Aut etiam intra modum: per quod minus sese ostendit id facturum esse, quam quod fieri modice videretur. i. e. Non ad ipsum modum, sed retro paululum, & citra modum.
Intra modum loquendi, i. e. Non ultra sermocinationem intenta voce. Quintil. lib. 11. cap. 3. de Pronuntiatione p. 1007. Ne dicamus omnia clamose, quod insanum: aut intra loquendi modum, quod motu caret. Budæus.
Intra silentium se tenere, idem quod Silere. Plin. 4. Epist. 17. ad Gallum, Quum forte de bonis juvenibus apud Nervam imperatorem sermo incidisset, & plerique me laudibus ferrent, Corellius paulisper se intra silentium tenuit: deinde gravitate quam noras, Necesse est, inquit, &c.
Intra tecta vocare aliquem. Virg. 7. Æn. 168.
Intra terminos. Liv. 34. 62. Carthaginienses jure finium causam tuebantur, quod intra eos terminos esset, quibus P. Scipio victor, agrum, qui juris esset Carthaginiensium, finisset.
Intra verba peccare, i. e. Non ultra verba. Curtius lib. 7. 1. 25. Utinam Philotas quoque intra verba peccasset. Budæus.
Intra, sine casu Adv. cui contrarium est Extrinsecus. Columel. lib. 12. cap. 43. Hæc vasa & opercula extrinsecus & intra diligenter picata esse debebunt.
Intra, pro Inter. Liv. 22. 7. pr. Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna, atque intra pauca, memorata Populi Romani clades. [Sed emendati codd. Inter paucas exhibent.

INTERUS, a, um. Adj. unde Intera affertur ex Tacito. Amissis per intera bella nobilibus. Lancelotus apud Despauter. 124. H. St. conf. Infer, in INFRA.

INTĔRIOR, ōris. c. ŭs. n. [ἐνδότερος] Compar. Magis intro vel intra. Cic. 5. Philip. 31. In interiore ædium parte totius Reip. nundinæ.
Africam interiorem obtinens. Cic. in Sallust. 19.
Comes interior. Ovid. 5. Fast. 67. V. Lips. Elect. 2. 2.
Consilia interiora. i. e. Secretiora. Nepos 23. 2. 2.
Domus interior. Virg. 1. Æn. 641.
Epistola interior, h. e. Media. Cic. 3. Q. frat. 1. 5. Quod interiore epistola scribis, &c.
Litteræ interiores & reconditæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur & reconditas litteras, antiquissimum Jove natum, sed item, &c.
Medulla interior. Catull. ad Libellum, epigr. 33.
Motus interior. Cic. in Somn. Scip. 21.
Societas interior & Propior opponuntur Cic. 3. Off. 69.
Tactus interior. Cic. 4. Acad. 20.
Tectum interius. Virg. 4. Æn. 494.
Vicinus interior. Cic. 1. Q. frat. 2.
Vita interior & familiaris, Publicæ administrationi opponitur. Suet. in August. cap. 61.
In promptu quæ sunt, & Interiora opposita. Cic. 2. de Divin. 123. Sed hæc quoque in promptu fuerint, nunc interiora videamus.
Interior, pro Sinisterior. Virg. 5. Æn. 203.
—dum proram ad saxa suburget
Interior, i. e. Sinisterior. Paulo ante dixerat poeta, Radit iter lævum interior. Servius. V. SUBURGEO.

INTERIUS, Adv. Seneca de Benef. 7. 10. Possim de natura queri, quod aurum & argentum non interius absconderit.
Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius. Cic. 3. de Orat. 188.

INTĬMUS, a, um. [ἐνδότατος] superl. h. e. Maxime intro. Cic. 6. Verr. 99. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Plaut. Truc. 2. 7. 41.
Traxit ex intimo ventre suspirium.
Angulus intimus. Hor. 1. Carm. 9. 21.
Nudata intima. Ulpian. l. 3. D. de arbit.
Odium. Cic. 4. Tusc. 21. Discordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.
Pars urbis intima. Cic. 7. Verr. 96.
Pectore uritur intimo. Catull. in Epithal. Mallii 59. 177.
Præcordia intima. Ovid. 4. Met. 506.
Sermo. Cic. 2. Tusc. 51.
Tactus. Cic. 4. Acad. 76.
Intimus, Carus, familiaris, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum consuetudinis, tum familiaritatis genere est conjunctus. Cic. 1. Q. frat. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut, &c. Alter ego. Cic. 7. Fam. 5. pr.
Intimus & alienus, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 116. Tecti esse ad alienos possimus: intimi multa apertiora videant necesse est.
Intimus sum illi, i. e. Familiarissimus. Plaut. Truc. 1. 1. 61.
Nam me fuisse huic fateor summum, atque intumum. Cic. 2. in Catil. 9.
Intimus es consiliis nostris: i. e. Tibi uni committimus nostra intima consilia. Ter. And. 3. 3. 44.
In intimis alicujus esse, pro Valde ab aliquo amari. Cic. 4. Att. 16. Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset.
Consiliorum intimum, pro Intimum consilium. Tacit. 15. Ann. 61.

INTĬME, Adv. [ἐνδότατα] Cic. 1. Q. frat 2. Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi a me intime commendari. Et Apul. 2. Met. p. 118.

INTRĀRIUS, a, um. Adj. [ἐνδόμυχος] i. e. Intimus. Plautus, Caros mihi, atque intrarios amicos. [Si modo Plauti hæc sunt.

INTERNUS, a, um. Adj. non reperio hic. An Externus non est cum Extra, sed seorsum? An quali Intraernus? Animorum interna, pro iis, quæ sunt intra animos, vide in NUDO. H. St. Nimirum destitui hanc dictionem auctoritate vett. nonnulli putarunt, nec dubitavit inter Vitia sermonis ponere Voss. lib. 3. cap. 16. Tuetur vero pluribus exemplis Borrich. Cogit. p. 144. seq. Interna mala in Ep. Mithrid. ad Arsac. §. 13. ap. Sall. Fragm. lib. 4. etiam in ed. Cort. Internum mare Plin. H. N. 2. 68. plura exempla V. in indice Hard. Internum bellum. Tacit. Hist. 2. 69. Internus motus. Sen. Nat. Q. 6. 24. Videtur autem contractum ex Interinus, quod formatur ab Interus, a, um, a quo Compar. Interior, & Superl. Intimus.

INTERNE, Adv. Profertur ex Auson. in Burdigala v. 14. Sed quia repugnat metro, merito suspecta hæc lectio est.

INTRINSĔCUS, Adv. [ἔσωθεν] quod barbari *Ab intra* dicunt: cui contrarium est Extrinsecus. Columel. lib. 12. cap. 43. Lata vasa in modum patinarum fieri jubebat, eaque intrinsecus & extrinsecus diligenter picari. Sic Plin. lib. 11. cap. 37.

INTRĂHO, ēre. Apul. 5. Met. p. 167. ed. Elmenh. Sulcatos intrahens gressus.

INTRACTIO, ōnis. f. Plin. 7. 12. Intractio linguæ & sermonis tumultus. V. Salmas. in Solin. p. 29.

INTRACTĀTUS, a, um. Adj. [ἀδάμαστος] ut, Intractatus & novus equus: quasi dicas Indomitum. Cic. de Amicit. 68. Atqui in ipso equo (cujus modo mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato & novo. V. Cæl. Aurel. Acut. 3. 5.

INTRACTĀBILIS, e. Adj. [ἀμεταχείριστος] Plin. lib. 19. cap. 5. Virus illi intractabile est.
Ætas dura & intractabilis. Sen. Epist. 25.
Animus intractabilis. Sen. Hippol. v. 271.
Bruma intractabilis. Virg. 1. Georg. 211. Dura & aspera. Servius.

Genus intractabile bello. Virg. 1. Æn. 339.
Loca frigore intractabilia. Justin. 24. 4.
Compar. Gell. 18. 7. Domitius erat natura intractabilior & morosior.

INTRAMŪRĀNUS, a, um. Adj. Asconius in 4. Verr. 17. Omnis magistratus qui intramuranus non est, nec urbanus, etiam si administrator ejus Romæ est, AD URBEM dicitur. Et Lamprid. Heliogab. vit. c. 27. extr. Exoleti extramurani & intramurani. V. Borrich. Cogit. p. 148.

INTRATUS, V. INTRO.

INTRĔMO, ui, [ἐντρέμω] ĕre. Idem quod simplex Tremo: nisi quid vehementiæ ex compositione acceperit. Plin. lib. 2. cap. 8. Intremunt vero & in navibus posita, æque quam in ædificiis. De terræ motu.
Genua. Ovid. 2. Met. 180.
Palluit, & subito genua intremuere timore.
Pedes. Ovid. 3. Trist. 1. 56.
Aspicis alternos intremuisse pedes.
Undæ intremuere. Virg. 3. Æn. 673. [Puto esse Præterita verbi seq. Transitive. ut, Hannibalem ecce senectus Intremit. Sil. lib. 16. 664. i. e. Timet. Al. Annibali.

INTREMISCO, [ἐντρέμομαι] ĕre. Idem. Plin. lib. 2. cap. 79. Neque enim unquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari.

INTRĔMŬLUS, a, um. Adj. Auson. Epitaph. Heroum 344.
Intremulam baculo non subeunte manum. [Nisi legendum In tremulam.

INTRĔPĬDUS, a, um. Adj. [ἄτρομος, ἀδεής] Qui nihil timet, Impavidus. Plin. in præfat. 3. Sed hæc quis posset intrepidus æstimare subiturus ingenii tui judicium, præsertim lacessitum?
Hiems intrepida. Tacit. in Vita Agricolæ cap. 22. i. e. Sine metu transacta.
Verba intrepida constent. Sen. Hippol. 5.
Vultus intrepidus. Ovid. 13. Met. 478.

INTREPĬDE, Adv. [ἀδεῶς] Sine pavore, audacter. Liv. 26. 4. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, &c.
Fabulari intrepide. Apul. Florid. p. 365.

INTREPIDANTER, Adv. Cum trepidatione. Nonius 12. 44. Festine & intrepidanter ascendit.

INTRĬBUO, ĕre. Plin. 10. Epist. 35. Ne quid ideo intribuant i. e. Contribuant in rem aut usum aliquem. conf. Ulpian. lib. 14. Dig. t. 14. l. 19. §. 2.

INTRIBŪTIO, ōnis. f. Paulus recept. Sentent. lib. 2. tit. 7. Sent. Ult. Collatio intributionis ob jactum salva nave fieri debet. conf. Idem Dig. 50. t. 1. l. 22. §. 7. & Ulp. D. 50. t. 4. l. 6. §. 4. 5.

INTRĪCO, [ἐμπλέκω] āre. Implicare: cui contrarium est Extrico.
Intricare peculium. Ulpianus in l. 1. §. ultimo. D. de servo corrupt.

INTRICĀTUS, a, um. Partic. Plaut. argument. Pers. v. 5.
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.
Lenonem intricatum dabo. Plaut. Pers. 4. 1. 9.

INTRITA, V. INTERO.

INTRO, [εἴσω] Adv. ad locum. Ter. Andr. 3. 2. 42.
Immo abi intro, ibi me opperire.
Abire intro. V. ABEO.
Accipere intro. Plaut. Truc. 4. 2. 37.
Intro accipimus: quando acceptum est, non potest ferri foras.
Adducere intro. V. ADDUCO.
Adducere se intro. V. ADDUCO.
Auferre intro. Ter. And. 1. 1. 1.
Ferre intro cibum. Cic. 7. Verr. 34. Idem pro Flacco 117. Ut in oppidum intro ferretur. Quidam conjunctim legunt, Introferretur.
Spectare intro. Plaut. Mostel. 4. 2. 27.
Quid volunt? quid intro spectant? Et hic alii Introspectant.
Venit intro. Plaut. Capt. 3. 3. 12.
Venit intro ad nos errans, i. e. In domum nostram. Ter. Eun. 5. 6. 2.

INTRO, [εἴσειμι, ἐμβατεύω] āre. Notæ significationis. Cæs. 7. Bell. Gall. 73. Quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant, &c.
Ædem intrare, & In ædem. Suet. in Vespas. 7. Cic. pro Domo sua 5.
In Capitolium intrare. Idem 2. Philipp. 68. Tu illud es sanctissimum limen intrare? Supple Ausus, quod præcedit.
Domum parva solita est intrare fenestra. Ovid. 6. Fast. 577.
Insidias intrare. Cæs. 3. Bell. Civil. 38. Qui quum essent progressi, primæque turmæ insidias intravissent, ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt.
Maria tot intravi. Virg. 6. Æn. 59.
Portus intramus amicos. Virg. 5. Æn. 57.
Urbem intrare. Ovid. 15. Met. 36.
Ursos intrant venabula, h. e. Transfigunt. Martial. lib. 14. 30.
Intrare, per translationem. ut, Intrare in familiaritatem alicujus, h. e. Sese insinuare. Cic. 1. Q. frat. 1. In provincia vero ipsa, si quem es nanctus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide.
Intrare in affectum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Animum. Intravitque animum militaris gloriæ cupido. Tacit. in Vita Agricolæ 5. extr.
In mentem judicis non potest definitio intrare. Cic. 2. de Orat. 109.
In naturam rerum. Cic. 5. de Fin. 44.
Pavidos, & conscientia vecordes intrat metus. Tacit. 1. Ann. 39.
Pudor & gloria intrat aliquem. Tacit. 1. Ann. 43.
Est & judiciorum verbum. Plin. 5. Epist. 4. Alio Senatu sine advocato intraverunt. Et 6. Epist. 31. A parte hæredum intraverunt duo.

INTRANS, antis. Partic. Petron. cap. 28. Pica intrantes salutabat.
Deum muros intrantem vidi. Virg. 4. Æn. 358.

INTRĀTUS, a, um. [εἰσβεβημένος] Partic. rarum. Liv. 21. 25. Ibi rursus silvæ intratæ. i. e. In silvas intratum est.
Domus intrata. Ovid. 9. Met. 11.
Urbs intrata. Sil. 12. 583.
Intratam Senonum capietis millibus urbem. V. Drakenb. ad Sil. 11. 255.

INTRĀBĬLIS, e. ut, Adj. Intrabile os amnis. Liv. 22. 19. V. Gronov. ad loc.

INTRŎCĒDO, ĕre. Apul. 5. Met. p. 144. (160. Elmenh.) Post opimas dapes quidam introcessit. V. 10. Met. p. 346.

INTROCURRO, ĕre. Novius apud Non. 3. 92. Dubii per fretum introcurrimus.

INTRŌDO, āre. Cic. pro Cæcin. 13. Atque etiam se ipse inferebat, & introdabat. h. e. Ultro se offerebat, gerendis negotiis. Sic Budæus. Vetus exemplar habet Intrudebat.

INTRŌDŪCO, xi, ctum, [εἰσάγω, ἐνάγω] ĕre. Immittere, & intra aliquem locum ducere. Cæs. 2. Bell. Gall. 5. Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellovacorum introduxerint. Cic. 5. Tusc. 10. Et in domos etiam introduxit.
Introducere præsidium in oppidum. Cæs. 1. Bell. Civil. 13.
Introducere, Ponere, instituere, constituere, quod & In medium afferre aliquando significat, inquit Budæus. Cic. 1. de Nat. Deor. 20. Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, sed etiam manu pæne factum. Idem 4. Acad. 131. Et 3. Off. 12. Non videatur debuisse ejusmodi deliberationem introducere, in qua, &c.
Ambitionem in Senatum. Cic. 11. Philipp. 19. Quam ambitionem constantissimus & gravissimus civis L. Cæsar in Senatum introduxit? h. e. Induxit & invexit.
Animas introduxerunt sensibus auctas. Lucret. lib. 3. 630.
Consuetudinem. Cic. Fil. 16. Fam. 21. Hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit.
Initium. Cic. in Sallust. 1. Id vos, si forte offendimini, justius huic quam mihi succensere debetis, qui initium introduxit.
Personæ in dialogis introduci dicuntur. Cic. de Amicit. 3. Catonem introduxi senem disputantem. Vetus codex habet Induxi.
Introducere, pro Inducere. Cic. 16. Att. 15. Possumus enim, ut sponsores appellemur, procuratorem introducere.

INTRODUCTIO, ōnis. f. [εἰσαγωγή] Cic. 1. Att. 16. Jam vero ô dii boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Introductio etiam, ut ait Perottus, Instructio, doctrina, & ipsum (ut ita dicam) principium eruditionis, quam Græci Isagogen vocant.

INTRODUCTŌRIUS, a, um. Adj. Cassiodor. Divin. lection. cap. 24. Post introductorios libros.

INTRŎĔO, īvi, ĭtum, [ἐμβαίνω, εἰσέρχομαι] īre. Intrare, ingredi. Ter. And. 3. 4. 11.
Hoc audi, ut hinc te introire jussi, opportune hic fit mihi obviam.
Introire in ædes. Plaut. Amph. 2. 1. 70.
In alienam domum. Idem Mil. 4. 4. 32.
Introire in urbem. Cic. 1. Fam. 9.
Introire in vitam & Exire de vita, contraria. Cic. de Amicit. 15. Quamobrem cum illo quidem (ut supra dixi) actum optime est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita.
Introire ad aliquem. Ter. Hec. 4. 1. 35.
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam.

INTROĪTUR, impers. [ἐμβαίνεται] Cato R. R. cap. 66. pr. Caveat quam minimum in torcularium & in cellam introeatur. Varro R. R. lib. 1. cap. 63.
Introitum est in fundum alienum. Ulpian. in l. Lex Cornelia. D. De injuriis & famosis libellis.

INTROĪTUS, a, um. Partic. Ulpian. in l. Lex Cornelia. D. de injur. & fam. lib. Qui injuriarum agere volet ob eam rem, quod se pulsatum verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat, &c.

INTROĪTUS, ūs. m. [ἔμβασις, εἴσοδος] Ipse introeundi actus. Cæs. 1. Bell. Civil. 21. Tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur.
Clandestinus introitus. V. Clandestinus in CLAM.
Notabilis introitus. Tacit. Agric. 40. Ac ne notabilis, celebritate & frequentia occurrentium, introitus esset.
Squalens introitus. Sil. lib. 13. 398.
Introitu perumpere corpus. Lucret. lib. 2. 407.
Introitus in causam, Initium causæ, & exordium. Cic. 1. Att. 18. Etenim post profectionem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ, &c.
Defensionis. Cic. pro Cœl. 3. Ac mihi quidem videtur, Judices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cœlii maxime convenire.
Introitus, Locus per quem introeuntes ingrediuntur. Cæs. 3. Bell. Civil. 39. Super quas turrim effectam ad ipsum introitum portus opposuit.
Omnes introitus erant præclusi. Cæs. 5. Bell. Gall. 9.
Suspicionis, Translate. Cic. 2. Verr. 17. Post, aperto suspicionis introitu, ad omnia intima istorum consilia sine ullo errore pervenimus.

INTROITŌRIUS, a, um. [εἰσοδικός] Gloss. Gr. Lat.

INTRŎFĔRO, introtŭli, introlātum, [εἰσκομίζω] introferre. Notæ significationis, quod quidam divisim malunt legere, Intro ferre. Cic. 7. Verr. 117. Tantum dabis, ut cibum tibi introferre liceat. Liv. 43. 7. Princeps eorum, pedibus captus, lectica est introlatus.

INTROGRĔDIOR, grederis, gressus sum, [εἰσέρχομαι] grĕdi. Notæ significationis. Virg. 1. Æn. 520.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi.

INTROITUS, V. INTROEO.

INTRŌMITTO, mīsi, missum, [προσάγω, εἰσδέχομαι] ĕre. Notæ significationis.
Intromittere ad, vel in. Plaut. Aul. 1. 2. 20.
Profecto in ædibus meis, me absente, neminem
Volo intromitti &c. Ter. Hec. 2. 1. 40.
— non signi sat est,
Quod heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere?
Ad bestias in arenam depugnandi causa quempiam intromittere. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. de ædilit. edict.
Comessatum intromittere aliquem. Cic. 1. Fam. 9. Ex Ter. Eun. 3. 1. 52.
Jure amicitiæ intromitti. Cic. pro Sull. 52. Intromissus, meo more & jure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret.
Intromittere mares in feminas. Varro 3. de R. R. cap. 12. Quis item nescit, paucos si lepores mares in feminas intromiserit, brevi tempore fore ut impleatur? Subaudi Leporarium, quod præcessit. Al. Ut feminas, al. Et.

INTRORUMPO, rūpi, ruptum, [εἰσβιάζομαι] ĕre. quasi Cum impetu introire, & irrumpere. Plaut. Mil. 2. 5. 50. Introrumpam recta in ædes. Alibi,

Alibi, Certum eſt, introrumpam in ædibus. Gell. lib. 15. cap. 12. Cerva emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.
Ea non poſſe introrumpere videbantur. Cæſ. 5. Bell. Gall. 49.
INTRORUPTIO, ōnis. f. Apul.
INTRORSUS, vel INTRORSUM, Adv. [ἔνδοθεν] quaſi Intra vorſus, vel Maxime intro. Liv. 25. 21. Clamantibus Tribunis nihil introrſus roboris ac virium eſſe. Idem 10. 33. Cedunt primo incerti fortunæ ſuæ, & hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. Varro 2. de R. R. cap. 7. Genibus rotundis, nec magnis, nec introrſus ſpectantibus.
Turpis introrſum, Sub larva. Hor. 2. Serm. 1. 65.
Ut non facile introrſus perſpici poſſet. Cæſ. 2. Bell. Gall. 18.
INTRŌSPECTIO, INTROSPECTO, INTROSPECTOR, V. INTROSPICIO.
INTROSPĪCIO, ſpexi, ſpectum, [εἰσορᾷν] ĕre. Introrſus aſpicere, diligentiſſime videre. Cic. 2. de Divin. 105. Negant id eſſe alienum majeſtate deorum, ſcilicet cauſas omnium introſpicere, ut videant quid cuique conducat.
Introſpicere penitus mentem alicujus. Cic. pro Sull. 76. Penitus introſpicite Catilinæ Autronii, Cethegi, Lentuli, ceterorumque mentes: quas vos in his libidines, &c. reperietis?
Introſpicite penitus in omnes Reip. partes. Cic. pro Font. 33.
Introſpice in mentem tuam ipſe. Cic. 2. de Fin. 48.
Voluntates aliquorum introſpicere. Tacit. 1. Ann. 7. 8.
INTROSPECTIO, ōnis. f. Mart. Capell.
INTROSPECTOR, ōris. m. Auguſtin.
INTROSPECTO, āre. frequent. Plaut. Moſt. 4. 2. 27. Qui volunt? quid introſpectant?
INTROTRŪDO, ſi, ſum, ĕre. Cato de R. R. cap. 157. [Niſi rectius diviſe ſcribitur.
INTRŌVŌCO, [εἰσκαλεῖν] āre. Notæ ſignificationis. Liv. 10. 13. Ut quæque introvocata erat centuria. Cic. 7. Verr. 66. Cur ad nos filiam tuam non introvocari jubes. Legitur & Intro vocari disjunctim.
INTROVOCĀTUS, ûs. m. Ammian. 29. 6. Primo introvocatu.
INTRŪDO, ſi, ſum, [εἰσωθεῖν] ĕre. Intro trudere, & quaſi vi quadam. Cic. pro Cæcin. 13. Atque etiam ſe ipſe inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cæſenniam adducebat, &c.
INTŬBUS, i. m. vel f. ſive INTUBUM, vel INTIBUM. i. n. [σέρις] Herba eſt ex cichoriorum genere, quam Græci Serin vocant. Nos ab Intibo corrupto nomine vocamus Endiviam. Plin. lib. 20. cap. 8. Intubi quoque non extra remedia ſunt: Succus eorum cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Intibum etiam ſcribitur. Columel. lib. 10. 111.

> Jam breve chærophylum, & torpenti grata palato
> Intiba. Virg. 1. Georg. 120.
> — & amaris intiba fibris. Chariſ. lib. 1. Intiba neutro genere virgilius dixit; ſed & maſculino genere frequenter a veteribus dictum eſt. Nam Lucillius in 5. deridens ruſticam cœnam, enumeratis multis herbis,
> Intibus præterea pedibus perſerpſit equinis. Et Æmilius Macer,
> — quales ſeges intubus herbas. Sic enim, vel per i, vox Latina ſcribi debet, non per y Græcum.

Intubum erraticum in Ægypto Cichorium vocant, apud nos quidam Ambugiam (Al. Ambulam) vocavere. Plin. lib. 20. cap. 8. adde Columel. 8. 14. Pallad. 1. 30. Apul. de Herb. cap. 47.
INTUBACEUS, a, um. Adj. [σερινός] Quod eſt ex intubo: ut, Intubacea folia. Plin. lib. 27. cap. 12.
INTUEOR, intuitus ſum, [ἐφορᾷν, κατορᾷν, ἀτενίζειν] ēri. Videre, & cominus inſpicere. Plin. 2. Epiſt. 7. Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere. Plaut. Bacch. 5. 2. 12.

> Viden' limulis obſecro ut intuentur? Ter. Eun. 3. 5. 32.
> — annuo, Terram intuens modeſte.

Quid ut noverca me intueris? Hor. Epod. 5. 9.
Plenius atque apertius aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Sagaciter intueri. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Acrioribus oculis aliquid intueri. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Animis intueri, Animadvertere. Cic. pro Dom. 47. Date hanc Tribuno pleb. licentiam, & intuemini paulifper animis juventutem, &c.
Pectore intueri aliquem. i. e. Cogitatione. Ovid. 2. de Pont. 10. 47.
Veritatem intueri. Cic. 5. Tuſc. 9.
Aliquid intueri acri & intento animo. Cic. 1. de Fin. 57. Idem 5. Tuſc. 9. Qui ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur.
Intueri aliquid coram. Cic. de Provinc. Conſ. 22.
Intueri huc atque illuc. Cic. 1. de Orat. 184.
Intuere meipſum, qui, &c. Cic. 13. Fam. 3.
Intueri & contemplari aliquem. Cic. pro Planc. 2.
Aliquid intueri, in eoque defixum eſſe. Cic. in Orat. 9.
Intueri, Revereri aut ſuſpicere. Liv. 37. 54. Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque, juxta ac Deos immortales intuetur.
Intueri in aliquam rem. Cic. de Univerſ. 31. Quot igitur, & quales animalium formas mens in ſpeciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo ſecum cogitavit effingere.
Intueri in aliquem. Cic. de Clar. Orat. 253. Quum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione, &c.
Sed in te intuens, Brute, doleo, cujus, &c. Cic. de Clar. Orat. 331.
Intueri in ſummos homines, Summorum hominum mores circumſpicere. Cic. 1. de Orat. 6. Ac mihi quidem ſæpenumero in ſummos homines ac ſummis ingeniis præditos intuenti, quærendum eſſe viſum eſt, &c.
Intueri paſſive, apud Ammian. 23. 5. Fulmine contacta loca nec intueri nec calcari debere.
INTUOR, tuĕris, tūtus vel tuĭtus ſum, [κατορᾷν] tui. Idem. Plaut. Moſt. 3. 2. 150.

> — profecto nullam equidem illic cornicem intuor. Ter. Heaut. 2. 4. 23.
> Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui nos intuitur? Al. Intuetur. conf. Non. 7. 20. Antiquum.

INTUENDUS, a, um. Partic. Paulus in l. Promittendo, in princip. D. de jure dotium, Magis enim res, quam verba intuenda ſunt. Et in l. 3. §. In amittenda. D. de acquir. poſſeſſ.

INTUĬTUS, ûs. m. [ἀπόβλεψις] Quintil. lib. 10. cap. 1. Plin. lib. 16. cap. 10. Abies hilarior intuitu.
INTŬMEO, ui, ēre, &
INTŬMESCO, ui, [ἐξοιδεῖσθαι] ĕre. Inflari, Converti in tumorem. Plin. lib. 11. cap. 34. Eſt animal ejuſdem turpitudinis, infixo ſemper ſanguini capite vivens, atque ita intumeſcens. Idem lib. 2. cap. 81. Intumeſcens fluctus. [Intumeo vereor, ut uſquam exſtet.
Locus intumeſcens, Turgens & paululum altus. Columel. lib. 1. cap. 4.
Bilis intumuit ſub pectore. Perſ. 5. Sat. 145.
Vidi virgineas intumuiſſe genas. Ovid. 6. Faſt. 700.
Humus intumeſcit viperis. Hor. Epod. 16. 52.
Iræ intumuere. Stat. 1. Theb. 412.
Motus intumeſcens, Creſcens. Tacit. 1. Ann. 38.
Venter intumuit. Ovid. 1. Faſt. 215.
Intumeſcere alicui, pro Iraſci. Ovid. 4. de Pont. 14. 34.

> Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo.

Et abſolute, per metaphoram, pro Vehementer indignari, & quaſi Inflari iracundia. Ovid. 2. Faſt. 607.

> Juppiter intumuit: quaque eſt non uſa modeſte,
> Eripit huic linguam.

Velut jure quodam poteſtatis intumeſcere. Quintil. lib. 1. cap. 1.
INTŬMŬLĀTUS, a, um. Adj. pro Inſepulto. Ovid. 2. Epiſt. 36.

> Occurrantque oculis intumulata tuis.

INTUOR, V. INTUEOR.
INTURBĀTUS, a, um. Adj. [ἀτάραχος] Non turbatus. Plin. in Paneg. 64. Et ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret?
INTURBĬDUS, a, um. Adj. [ἀθόλωτος] Non turbidus. Tacit. 3. Ann. 52. Inturbidus externis rebus annus, domi ſuſpecta ſeveritate, &c.
INTUS, [εἴσω, ἔνδον] Adv. in loco, ad locum, & de loco.
Intus, plerumque in loco. Plin. lib. 10. cap. 52. Intus omne ovum volucrum bicolor.
Foris & Intus, contraria. Cic. 1. de Fin. 44. Nec hæ ſeſe foris ſolum jactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant.
Intus eſt, i. e. In domo. Plaut. Amph. prol. 120.

> Nam meus pater intus nunc eſt, eccum, Juppiter.

Intus edocebo. Plaut. Epid. 5. 1. 56.
Intus ſerva. Plaut. Aul. 1. 2. 3.

> Redi nunc jam intro, atque intus ſerva.

Intus, & in cute te novi. i. e. Intime. Perſ. 3. Sat. 30.
Intus, Adv. de loco. Plaut. Ciſt. 3. 8.

> Dic me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocius.

Intus evocato. Plaut. Moſt. 3. 1. 147.
Intus foras evocare. Plaut. Pſeud. 2. 2. 10.

> Oſtium pultabo, atque intus evocabo aliquem foras.

Intus exiit. Plaut. Milit. 4. 4. 33.

> Bene mones. P. ſed ubi ille exierit intus, iſtic te procul
> Ita volo aſſimulare, &c.

Intus egreditur, i. e. E domo. Plaut. Perſ. 2. 4. extr.
Intus efferri foras jubebo. Plaut. Bacch. 1. 2. 62.
Intus domum noſtram, pro Intra. Plaut. Mil. 2. 6. 55.

> Continuo, vide ſitne iſta hæc domum veſtram intus. Al. Hæc voſtra intus domum.

Intus domique: cui opponitur In luce, & oculis civium. Cic. de Senect. 12. Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, ſed intus domique præſtantior.
Intus ſedibus, pro In ſedibus. Lucret. lib. 2. 964.
Intus in crumena. Plaut. Amph. 3. 3. 11. Cic. de Univerſ. 30. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, &c.
Intus ad. Varro 1. de R. R. cap. 7. In Gallia tranſalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, &c.
Intus hic cum illa cubat. Plaut. Amph. prol. 112.
Intus ſibi canere. Cic. 2. de Lege Agr. 68. Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non vobis, ſed ſibi intus canit. Proverbialis locutio de Iis, qui ſibi, non aliis ſtudent. V. Eraſm. in Chiliad. prov. Intus canere.
Intus, pro Intro. Celſ. lib. 5. cap. 28. §. 12. Inſpirandumque ut ea medicamenta intus compellantur. Et Lucret. 4. 1088.

> Nam citus atque humor membris aſſumitur intus.

INTUSIUM, V. INDUSIUM.
INTŪTUS, a, um. Adj. [σφαλερός] a Tueor, pro defendo; Non tutus, Non defenſus. Liv. 5. 45. Caſtra Gallorum intuta, neglectaque ab omni parte nacti, cum ingenti clamore invadunt. Sic idem 9. 41. Intuta urbs.
Intutum eſt ſcribere ſtilo, ut vetuſtiſſimi prodiderunt. Plin. 37. 14.
Intuta, quæ indecora. Tacit. 1. Hiſt. 33.
INTYBUS, V. INTUBUS.

## I N V

INVĀDO, ſi, ſum, [εἰσβάλλειν, ἐπιβαίνειν, ἐφάλλεσθαι] ĕre. Aggredi, impetum facere, involare, irruere. Virg. 2. Æn. 265.

> Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

Fortiſſime invadere. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Ferro aliquem invadere. Virg. 6. Æn. 206.
Leones invadunt greges. Ovid. 2. Faſt. 210.
Ventus invaſit nubem. Lucret. lib. 6. 174.
Magnum aliquid invadere, Aggredi. Virg. 9. Æn. 186. V. Pugnam invadere.
Argentum invadere. Cic. 3. Verr. 54. Iſte quod argenti placuit, invaſit: quæ mancipia voluit, abduxit.
Capillos alicujus invadere. Propert. lib. 3. 8. 5.
Caſtra trepidantia invadit. Virg. 9. Æn. 747.
Certamina invadere. Sil. lib. 17. 473.
In collum alicujus invadere, Collum amplecti. Cic. 2. Philipp. 77.
Conſulatum invadere. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 68. pr. C. Marius filius, vigintiquinque annorum Conſulatum invaſit: quem honorem tam immaturum mater flevit.
Corpora invadunt ſopore victa. Ovid. 14. Met. 580.
Millia tria ſtadiorum invadere. Tacit. 11. Ann. 8. Ille, ut erat magnis auſis promptus, biduo tria millia ſtadiorum invadit. i. e. Progreditur in hoſtico.

Negotia alterius invadere. Caius in l. 4. §. ideo. D. de act. & oblig.
Invadere in aliquem. Cic. pro Cæcin. 25. Ut in Cæcinam advenientem cum ferro invaderet.
In fortunas alicujus invadere. Cic. 2. Philipp. 41. At quam insolenter statim helluo invasit in ejus viri fortunas?
In arcem causæ. Cic 1. Fam. 9. Non potui magis in arcem illius causæ invadere. i. e. Ingredi.
In oculos invadere. Plaut. Asin. 5. 2. 58.
In oppidum invadere. Plaut. Bach. 2. 4. 60.
In pecunias alicujus invadere. Cic. 2. Philipp. 41. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, ejectis veris hæredibus, tanquam hæres esset, invasit.
In urbes vi invadere. h. e. Ingredi vel aggredi. Cic. 3. Verr. 54. Quas enim sociorum atque amicorum urbes adisti legationis jure & nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque invasisses, tamen opinor quæ signa, &c.
Prælium invadere. Martial. lib. 9. 57.
Tutus ut invadat prælia, nudus eat.
Pugnam invadere. Virg. 9. Æn. 186.
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum,
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.
Viam invadere, Ingredi. Virg. 6. Æn. 260.
Nunc invade viam, vaginaque eripe ferrum. Servius.
Urbem invadere. Virg. 2. Æn. 265. V. supra ab initio.
Urbem invadere, pro Ingredi. Liv. 10. 10. Per quos, satis comperta re, trecenti armati, transfuga duce, in urbem ingressi nocte, portam, quæ proxima erat, cepere: qua refracta, Consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere.
Supra modum invadere. Quintil. lib. 3. cap. 7. Idem præcipit illud quoque, quod mox Corn. Celsus prope supra modum invasit.
Cupiditas bonorum invasit plerisque, & plerosque. Varro apud Non. Marcellum. 9. 7. Sallust. Jug. cap. 84. extr. Tanta libido cum Mario eundi plerosque invaserat. i. e. Incesserat. conf. de Repub. Ord. cap. 15.
Putant quidam jungi dativo etiam, ubi de animo dicitur, at non ubi de corpore. Vide Despaut. H. St.
Cupido invasit homines. Plin. Epist. 207.
Dolor invasit. Ter. Hec. 3. 2. 22.
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente invasit?
Fames invasit Sicyonios. Plin. lib. 36. cap. 4.
Malum hoc invasit in Rempublicam. Cic. 2. Off. 75. Modo enim hoc malum in Rempub. invasit.
Morbus invasit. Plaut. Asin. 1. 1. 40.
Ea res est. sed eum morbus invasit gravis.
Pestis invasit vitam hominum. Cic 3. Off. 34. Negatque ullam pestem majorem vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint.
Rabies invasit. Liv. 31. 18. Tanta enim rabies multitudinem invasit, ut &c.
Senectus invasit. Columel. lib. 2 cap. 1.
Terror invasit. Liv. 28. 20. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus, &c.
Vis morbi in corpus invasit. Liv. 28. 29. Nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes invasit.
In animum. Sallust in Jug. cap. 32. Tanta vis avaritiæ in animos eorum veluti tabes invaserat.
In genua invaserunt flemina. Plaut. Epid. 5. 2. 5. V. FLEGMEN.
Aliquando cum dativo.
Invaserat furor, non solum improbis. Cic. 16. Fam. 12.
Quibus invasit repentinus rei magnæ timor. Gell. 19. 4.
Invasit plerisque honorum cupiditas. Varr. apud Non. 9. 7.
Invador, di. pass. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 13. Undique simul ex insidiis invaditur.

**INVASUS**, a, um. Partic. Sext. Rufi Breviar. cap. 23. Mesopotamia invasa.
**INVADENDUS**, a, um. Partic. Salust. in Fragm. 6. 26. Invadendarum terrarum causa.
**INVĀSIO**, ōnis. f. [ἐφόρμησις] Gloss. Cyrill.
**INVĀSUS**, ûs. m. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4.
**INVĀSOR**, ōris. m. Aurel. Vict. de Cæss. in Aurel. cap. 49. Romanum orbem triennio ab invasoribus receptaverat.
**INVĂLEO**, [ἐπιρρώννυμαι] ēre. Robor ac firmitatem acquirere. Plaut. Most. 2. 2. 19.
Usque invaluisti? TR. usque, ut vides. TR. factum optume. al. rectius Usquene valuisti.
Invaluit consuetudo, h. e. Inveteravit. Plin. lib. 6. Epist. 2. [Immo est Præteritum a seq. verbo, & proinde hoc supinum.
**INVĂLESCO**, vălui, [ἐπιρρώννυμι, ἐπισχύω] ĕre. Idem. Quintil. lib. 2. cap. 1. Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis invalescit.
Invalescere aliquando significat Infirmum ac debile fieri, in desuetudinem venire. Quintil lib. 10. cap. 2. Quum verba intercidant, invalescantque temporibus. Nisi forte malis exponere Invalescant, In usu sint: ut opponatur huic verbo Intercidant.
**INVĂLĒTŪDO**, ĭnis. f. [ἀῤῥωστία] Valetudinis infirmitas, seu mala valetudo. Cic. 7. Att. 2. Invaletudo tua me valde conturbat. Ibid. Epist. 5. Invaletudine tua moveor. [Nisi forte scriptum fuerat, Valetudo. H. St. Posteriore quoque loco alii In valetudine legunt, pro De val. alii præpositionem tollunt.
**INVALETUDĪNĀRIUS**, a, um. Adj. Idem quod Valetudinarius. Sen. præf. lib. 1. Quæst. Nat. Non video quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario. Ald. Valetudinario, omissa præp. Alii In valetudinario. V. VALETUDINARIUM. i. n. s. l.
**INVĂLENTIA**, æ f. [ἀῤῥώστημα] Gell. lib. 20. cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiæ demonstratur. i. e. Languoris, adversæ valetudinis
**INVALĬDUS**, a, um. Adj. [ἄῤῥωστος] contrarium est Robusto & firmo. Plin. lib. 11. cap 39. Inventæ tamen quædam defluvio capitis invalidæ. Invalidus ad munera corporis, Impotens. Liv. 6. 8. Quod ubi vidêre, Camillum, jam ad munera corporis senecta invalidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes.
Artus invalidi. Ovid. 21. Epist. 245.
Auxilium legum invalidum. Tacit. 1. Ann. 16.
Corpus invalidum. Ovid. 2. Epist. 207.
Herba medica invalida. h. e. Infirmarum virium. Columel. 2. 11.
Manus invalidæ. Lucan. lib. 5. 275.
Milites invalidi, Infirmi, & minime robusti. Liv. 23.
Robur invalidum. Ovid. 5. Trist. 12. 11.
Des licet invalido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuisse reo. Sed Heins. constr. Invalido mihi, potiusque legendum esse, Hic valido, admonet. [Ego & Invalido robore fultum probem.
Sus invalida, Male valens, morbo affecta. Plin. lib. 8. cap. 5. Index suis invalidæ cruor in radice setæ dorso evulsæ, caput obliquum in incessu.
Vires invalidæ. Ovid. 1. Trist. 5. 72.
Superl. Invalidissimum urso caput. Plin. lib. 8. 36.
Sunt & qui volunt Invalidum nonnunquam denotare Valde validum. In aliquando auget, quod patet in Inclytus, & id genus multis. Auctores de hac re laudati sunt, Lucret. 1. 970.
Invalidis utrum contortum viribus ire
Quo fuerit missum mavis longeque volare,
An prohibere aliquid censes, obstareque posse? Hic Lambinus restituit, Id validis, efflagitante, ut putat, sententia. Qui legunt Invalidis interpretantur, Valde validis. Et Justin. 41. 6. Ab invalidioribus Parthis velut exsangues oppressi sunt. Sed de hujusce loci significatione non inter interpretes convenit; alii interpretantur Magis validos, alii probabilius Minus.

**INVECTIO**, V. INVEHO.
**INŪBER**, ĕris. Adj. Quod contrarium est Uberi. Gell. lib. 20. cap. 7. Quæ quum appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inuberes macræque essent. De ostreis loquitur, quas ibidem Tenues & exsuctas eodem significatu vocat, utpote Luna senescente captas. Legitur & Inhuber, cum aspirata.
**INVĔHO**, vexi, vectum, [ἐπάγω] ĕre. Intro vehere; cujus contrarium est Eveho. Plin. lib 6 cap. 19. Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt, res externas invehunt.
Invehi & Emergere, contraria. Cic. 6. Verr. 130. Quum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum invecta sint.
Invehere in ærarium. Cic. 2 Off 76. Tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius Imperatoris præda finem attulerit tributorum.
Mala invehere, Importare. Cic. 3. Tusc. 26 Hæc mala, ô stultissime Æeta, ipse tibi addidisti: non inerant in his, quæ tibi casus invexerat.
Incommoda invecta per aliquem. Cic. 1. de Invent. 1.
Casum invehere. Cic. 4. Tusc 38. Ut quemcunque casum fortuna invexerit, hunc apte & quiete ferat.
Divitiæ avaritiam invexere. Liv præf.
Curru invehi, pro Vehi. Cic. in Somn. Scip. 3. Sed quum eris curru Capitolium invectus, &c.
Equo invehi. Liv 8. 9. Evidentissimum id fuit, quod quacunque equo invectus est; ibi haud secus quam pestifero sidere icti pavebant.
Flumine invehi. Cic. 5. de Fin. 70. Quem Tiberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, quum regem Persen captum adduceret, eodem flumine invectum?
Invehi ex alto in portum. Cic. pro Muren. 40.
Invehere per mare. Plin. lib. 12. cap. 1.
Oceano invehere, pro In Oceanum vehere. Tacit. 2. Ann. 23. Legiones classi impositas per Amisiam Oceano invexit.
Invectus portum, invectus urbem, pro In portum & in urbem. Plin. lib. 6. cap. 22. Liv. 4. 29. Præpositoque cos. castris, ipse triumphans invectus urbem, Dictatura se abdicavit.
Invehere se, Progredi. Liv. 6. 32. Quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti.
Invehi in aciem. V. ACIES.
**INVĔHOR**. vectus sum, [ἀποτείνομαι, ἐπιτιθέω] vĕhi. depon. Insectari, maledictis aliquem aggredi, & quodam impetu sermonis in aliquem ferri. Cic. ad Cæs. Jun. 3. Itaque in eum palam vehementer est invectus. apud Non. 4. 259.
Invehi & maledicere. Cic. 2, de Orat. 301. Orat reus, urgent advocati, ut invehamur, ut maledicamus, denique ut interrogemus.
In aliquem invehi. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Insectari & invehi in aliquem acerbius Cic. de Amicit. 57.
Acerbe & contumeliose invehi in aliquem. Cic. 2. de Orat. 304.
Aperte invehi in aliquem. Cic. 2. Philipp. 74.
Asperius in aliquem invehi. Cic. pro Sext. 14.
Graviter invehi. Cic. 2. de Orat. 304.
Vehementer in aliquem invehi. Cic. 3. de Nat. Deor. 95.
Vehementius in causam aliquorum invehi. Cic. 1. de Orat. 34.
Verbis tristibus invectus. Ovid. 2. Trist. 133.
**INVECTUS**, a, um. Partic. pass. [ἐπαχθείς] Intro vectus vel curru vel equo: ut, Virg. 8. Æn. 714.
At Cæsar, triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, dis Italis, &c.
**INVECTIO**, ōnis. f. [ἐπαγωγή] Ipse invehendi actus. Cic. 2. de Off. 13. Jam vero & earum rerum quibus abundaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, invectio, certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur.
Invectio, Insectatio, impetus animi in aliquem. Cic. 2. de Invent. 164. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur.
**INVECTUS**, ûs. m. [ἐπαγωγή] Idem. Plin. lib. 4. cap. 1. Amnis Achelous e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ invectu continenti annectens.
**INVECTOR**, ōris. m. Ambros. Hex. 2. 3. Padus, maritimorum commeatuum Italicis subsidiis fidus invector.
Pontanus de Serm. 423. Invector acerrimus adversum litteratos homines. Idem Invectivas dicit & Subsannationes p. 411. H. St.
**INVECTRIX**, īcis. f. Ambros. Epist. 82.
**INVECTĪTIUS**, a, um. [ἐπαγώγιμος] Quod invehitur. Plin. lib. 10. cap. 29. Quippe quum Theophrastus tradat invectitias esse in Asia etiam columbas. conf. Sen. Epist. 23. INVECTI-

INVECTĪVUS, a, um. Adj. [στηλιτευτικός] Quod invehitur: h. e. Maledictis insectatur. Unde, Invectivæ orationes, adversus aliquem scriptæ, quod in illius mores, vel ingenium, aut vitam invehamur, Ammian. 22. 32. Volumen invectivum.

INVELĀTUS, a, um. Adj. Mart. Capel. 1. Invelatum humerorum cacumen.

INVENDĪBILIS, e. Adj. Plaut. Pœn. 1. 2. 128.
Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere,
Proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est.

INVENDĪTUS, a, um. Adj. Non venditus. Scævola in l. Seius. D. de rescind. vend. Quæsitum est, quum neque fidejussor datus, neque omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia invendita sint.

INVĔNIO, vēni, ventum, [εὑρίσκω, ἐξευρίσκω, ἐφευρίσκω, ἀλφάνω] īre. Comperire, quasi In aliquid venire. Plaut. Cist. 4. 2. 93.
Quod quæritabam, filiam inveni meam. Invenire, inquit Valla, est vel Consilio vel casu, sive corporea, sive incorporea reperire. Ovid. 2. Met. 729.
Et quos non habuit sub nubibus invenit ignes.
Inveneris, pro Invenias: hoc est scīscitēre. Plaut. Bacch. 4. 7. 42.
Invenire, Comminisci, excogitare. Ter. Eun. 3. 1. 62.
Idem hoc tute melius quanto invenisses, Thraso?
Invenio quod agam. Plaut. Most. 3. 1. 159.
Igitur tum accedam huc, quando quid agam invenero.
Inveni ad quid pertineat somnium. Plaut. Merc. 2. 1. 29.
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo invenire.
Invenitur apud auctores, & In auctoribus. Liv. 3. 23. extr. Eodem anno descisse Antiates, apud plerosque auctores invenio. Plin. lib. 7. cap. 16.
Invenitur inter exempla. Plin. lib. 14. cap. 13.
Invenire, Acquirere. Ter. Eun. 2. 1. 4. — utinam
Tam aliquid invenire facile possis, Phædria,
Quam hoc peribit. Donatus.
Invenire cognomen, Adipisci. Cic. 3. Philipp. 16. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia invenit. Vetus exemplar legit Traxerit.
Invenire ex. Cic. 5. Verr. 176. Jam vero scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus invenit, ista te ratione uti non sinet. i. e. Sibi paravit.
Invenire, Cognoscere. Ter. Eun. 5. 9. 6.
Scis Pamphilam meam inventam civem? Donatus.
Aditum invenire ad rem aliquam. Liv. 25. 7. ad fin. Aditum sibi ad obsides Tarentinos invenit.
Argentum. Ter. Phorm. 3. 3. 1.
Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser?
Causam. Ter. Heaut. 5. 2. 36.
Postquam est inventa vera, inventa est causa qua te expelleret.
Certum. Cæs. 1. Bell. Civ. 25. Neque certum inveniri poterat, obtinendi ne causa &c. i. e. Sciri.
Exitum. Sen. Epist. 1.
Facinus, Comminisci. Plaut. Asin. 2. 2. 47.
Tantum facinus modo inveni ego, ut nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant.
Fallaciam. Ter. Heaut. 3. 3. 36. De fallacia dicis: hem inveni nuper quandam.
Finem. Liv. 26. 17. Nec postero die res finem invenit.
Gloria opesque inventæ. Sallust. Bell. Jugurth. 73.
Gratiam. Plin. lib. 19. cap. 5. Plurimis modis austeritate victa gratiam invenit. Subaudi Inula radix.
Hominem utilem ad eam rem. Plaut. Epid. 2. 2. 106.
Quem hominem inveniemus ad eam rem utilem?
Infortunium. Plaut. Amph. 1. 1. 130.
— modo sis, veni huc, invenies infortunium.
Initium. Ter. Heaut. 5. 4. 21.
Quam pudet? neque quod initium inveniam ad placandum scio. Al. Principium incipiam.
Labore aliquid. Ter. Heaut. 5. 4. 17.
Quæris id quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri
Quomodo obsequare, & ut serves quod labore inveneris. i. e. Acquisierit.
Laudem. Ter. And. 1. 1. 39. — ita ut facillime
Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.
Malefacta alicujus. Plaut. Truc. 4. 2. 61.
Mortem suo ictu. Tacit. 1. Ann. 61. Ubi infelici dextera, & suo ictu mortem invenerit.
Nomina nova. Plaut. Epid. 2. 2. 45.
Quid istæ quæ quotannis nomina inveniunt nova? Subaudi Vestium.
Nomen. Plin. in præf. 2. Inde nomen divinum invenit.
Latinum nomen invenisset. Plin. lib. 11. cap. 45. i. e. Haberet.
Obtrectatores. Cic. 5. Fam. 9. Scis meam fortunam nescio quomodo facile obtrectatores invenire.
Orationem invenire. V. ORATIO.
Pecuniam bono modo. Plin. lib. 7. cap. 43. Summum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere.
Perniciem aliis, ac postremum sibi invenire. Tacit. 1. Ann. 74.
Principium. Ter. Heaut. 5. 4. 21.
Prologum. Ter. in prol. Phorm. 14.
Nullum invenire prologum potuisset novus,
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret. Subaudi Poëta.
Quod in te facere sit dignum invenero. Ter. Heaut. 1. 1. 56.
— si id non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.
Quomodo. Cic. pro Rosc. Amer. 42. Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat.
Ratio inventa est, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Cic. 2. de Legib. 53.
Remedium alicui rei. Ter. Phorm. 4. 3. 11.
Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulo,
Inveni, opinor, remedium huic rei.
Salutem invenire fuga. Sil. lib. 7. 505.
Spelunca vix ipsis invenienda feris. Ovid. 1. Fast. 556.
Ubi habitat invenias. Plaut. Merc. 3. 3. 23.
Venas æris, auri, argenti penitus abditas invenire. V. ABDO.
Veniam. Plaut. Rud. prol. 27.
Viam. Ter. Eun. 2. 2. 16. Virg. 4. Æn. 478.
Inveni, germana, viam, gratare sorori. Idem. 10. Æn. 113.
Fata viam invenient.
Invenire atque deprehendere. Cic. 3. in Catil. 17. Hæc tanta in Remp. conjuratio manifesto inventa atque deprehensa est.
In culpa es inventus. Ter. Hec. 3. 1. 19.
Tum matrem ex ea re, aut me uxorem in culpa inventurum arbitror.
Invenibo, futurum antiquum pro Inveniam. Pompon. Buccone adoptato, Sæpe annuit, invenibit sæpe. Nonius 7. 96.
Invenitur, imperf. Plin. lib. 10. cap. 21. ad fin. Invenitur in annalibus, in Ariminensi agro, M. Lepido, Q. Catulo COSS. in villa Galerii locutum gallinaceum.

INVENTUS, a, um. Partic. [εὑρημένος, εὑρετὸς] Ovid. 1. Met. 654.
— tu non inventa reperta
Luctus eras levior.
Opes inventæ sanguine. Ovid. 3. Amor. 8. 54.
Inventis vim afferimus. Quintil. lib. 8. in proœm.
Inventum reddere aliquid. Ter. Phorm. 3. 3. 26. Age age, inventas reddam. Subaud. Minas triginta.
Invento est opus, Opus est ut inveniatur. Plaut. Bacch. 2. 2. 41.
Quod ames, paratum est: quod des, invento est opus.

INVENTUM, i. n. [εὕρημα] Commentum. Ter. Heaut. 4. 6. 6.
Ut te omnes equidem dii deæque, quantum est, Syre,
Cum istoc invento, cumque incepto perduint. Plin. lib. 23. cap. 1. Vinum jejunos bibere novitio invento inutilissimum est. V. NOVUS.
Æmuli inventorum Zenonis, Stoici nominantur. Cic. pro Muren. 61.
Artes, scientiæ, inventa. Cic. de Senect. 78. Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorum prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inventa, non posse eam naturam quæ res eas continet, mortalem esse.
Memoranda inventa. Virg. 4. Georg. 454.
Sicca, ac severa inventa. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Inventis abstinet. Hor. de Arte Poet. 170.

INVENTIO, ōnis. f. [εὕρεσις] Ipse inveniendi actus. Plin. lib. 13. cap. 1. Hæc sunt antiquæ inventionis genera.
Inventio atque excogitatio. Cic. 1. Tusc. 61.
Inventio, Una est de quinque rhetorices partibus. V. Quintil. lib. 3. cap. 3. Unde etiam extant libri duo Ciceronis de Inventione.

INVENTIUNCŬLA, æ. f. dimin. [εὑρημάτιον] Quintil. lib. 8. cap. 5. Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

INVENTUS, ûs. m. [εὕρεσις] Idem quod Inventio. Plin. lib. 17. cap. 10. Ex eodem inventu est, surculos abscissos serere. h. e. Ejusdem inventionis & artis. [Hard. edidit Inventum est. Sed alia ejusdem vocis exempla in Indice exhibet. e. g. ex lib. 17. cap. 21. Inventu novitio. Plura ibid. V.

INVENTOR, ōris. m. [εὑρετής] Qui invenit: ut, Inventor olei Aristæus. Cic. 6. Verr. 128. Sic Plin. lib. 25. cap. 8. Inventor plantaginis.
Rerum inventor. Lucret. 3. 9.
Salutis inventor. Stat. 1. Silv. 1. 78.
Scelerumque inventor Ulysses. Virg. 2. Æn. 164.
Stoicorum inventor & princeps. Cic. 4. Acad. 13.
Veritatis inventor, & quasi architectus beatæ vitæ. Cic. 1. de Fin. 32.
Voluptatum inventor. Ter. Eun. 5. 9. 5.

INVENTRIX, īcis. f. [εὑρέτις] Plin. lib. 35. cap. 11. Amavit in juventa Glyceram municipem suam, inventricem coronarum.
Princeps & inventrix belli Minerva. Cic. 3. de Nat. Deor. 53.
Carminis inventrix & auctor. Ovid. 6. Fast. 709.
Inventrices doctrinarum Athenæ. Cic. 1. de Orat. 13.
Inventrix & magistra legum. Cic. 5. Tusc. 5.
Oleæ inventrix Minerva. Virg. 1. Georg. 18.
Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix. Quintil. lib. 2. cap. 15.

INVENTĀRIUM, i. n. Idem quod Repertorium. Ulpian. de Administ. tutor. l. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo fecisse videtur.

INVĔNUSTUS, a, um. Adj. [ἄχαρις, ἀχάριστος] est, auctore Donato, Sine venere, id est, sine gratia, quem omnes respuant, repudientque pulchræ, & quem deformes appetant Et paulo post, Invenustus, cui Displicens objicitur. Ter. And. 1. 5. 10.
Adeone hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum? Cic. de Clar. Orat. 237. C. Censorinus, Græcis litteris satis doctus, quod proposuerat explicans expedite, non invenustus actor, sed iners & inimicus fori.
Arbustum invenustum. Columel. lib. 5. cap. 6.
Sordida res & invenusta. Catul. 12. 5.
Illepidum & invenustum. Catull. 10. 4.

INVENUSTE, Adj. [ἀχαρίτως] Incompte, ineleganter, impolite. Gell. lib. 17. cap. 12. Inibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola invenuste lusit.

INVĔRĒCUNDUS, a, um. Adj. [ἀναιδὴς] Verecundo contrarium. Suet. de Clar. Gramm. c. 15. At tanto amore erga patroni memoriam exstitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inverecundo scripsisset, &c.
Deus inverecundus. Hor. Epod. 11. 19.
Frons inverecunda, quæ & Perfricta & perfricata dicitur. Quintil. lib. 2. c. 4.
Inverecundum animi ingenium, Impudens. Cic. 1. de Invent. 83. Sin inverecundum animi ingenium possidet, tamen eum accuses: non enim probus est.
Superl. Plaut. Rud. 3. 2. 38.
Legirupa, impudens, impurus, inverecundissimus.

INVERECUNDE, Adv. Sen. Epist. 114. pr. Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde. Quintil. 7. 4. Non inverecunde dicet, multum sua interfuisse.

INVERECUNDIA, æ. f. Arnob. 4. Obduratus inverecundia. Tertul. de Pœnit. cap. 6. Præsumptio inverecundiæ portio est.

INVERGO, verxi, verctum, secundum Diomedem [ἐπιχέω] ĕre. Inclinare. Plaut. Curc. 1. 2. 12. — ipsum expeto
Tangere, invergere in me liquores tuos
Sino ductim. Antiquum.
Invergere, pro Infundere. Ovid. 7. Met. 247.
Tum super invergens tepidi carchesia lactis, &c. Sic
Frontique invergit vina sacerdos. Virg. 6. Æn. 244. [Nec aliter apud Plaut. explicandum.

**Inverto**, ti, sum, [ὑποστρέφω, παρεκτείνω] ĕre. quasi In contrarium vertere, ut vestem aut pellem. Seu etiam Verba præpostere pronuntiare: ut pro Lavo, Vola. Plin. lib. 32. cap. 2. Infixo hamo invertere se, quoniam sit dorso cultellato. De Murena.
In locum annulum invertere. Cic. 2. Offic. 78. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inverterat. De Gyge.
Campum fractis invertere glebis. Virg. 3. Georg. 161. h. e. Arare.
Negotium aliquod invertere, Perturbare. Cic. 3. Q. frat. 2. Quid quæris? probe premitur, nisi noster Pompeius diis hominibusque invitis negotium invertit. Legitur alias Everterit.
Ordinem invertere. Cic. in Partit. 24. Ut quum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, invertatur ordo, & idem quasi sursum versus retroque dicatur.
Scrobes invertere oleis: h. e. Fodere locum pangendis oleis idoneum. Cato cap. 27.
Se invertere. Cic. de Arusp. Resp. 52. Videant ii, qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamque causam in tot tantisque sceleribus connivebant, &c. quam se cito inverterit. h. e. Mutarit.
Verba invertere. V. INVERSUS, & INVERSIO.
Nos virtutes ipsas invertimus. Hor. 1. Serm. 3. 55.

**Inversus**, a, um. Partic. [ἐξεστραμμένος] ut, Inversa manus. Plin. lib. 11. cap. 25.
Consuetudo inversa. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Mare inversum, Quando quod imum erat, sursum vertitur. Hor. Epod. 10. 5.
Mores inversi. Hor. 3. Carm. 5. 7. i. e. In pejus mutati.
Verba inversa, Quæ tracta sunt a proprio naturalique significatu ad similitudinem aut obscuritatem. Ter. Heaut. 2. 2. 131.

Ego te autem novi, quam esse soleas impotens,
Inversa verba, eversas cervices tuas, &c.

Verba significat inflexa, inquit Turnebus, tropoque mutata, quibus amatores plerumque uti solent, quum aut amicam alloquuntur, aut de ea loquuntur. Vitam enim appellant, colostram, cor, delicias, quæ quum temere effutiant aliudque agentes, veretur servus, ne iis prodat amorem suum Ctesipho. Friget quod Terentiani dicunt interpretes, Inversa, i. e. Præpostere & in contrarium pronuntiata: ut pro Lavo, Vola. [V. seq. dict.
Vomer inversus. Hor. Epod. 2. 63.

**Inversio**, ōnis. f. [ἀναστροφὴ] Quod Transpositum dicimus. Cic. 2. de Orat. 261. In verbis etiam illa sunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius verbi translatione, aut ex inversione verborum. Est autem Inversio, Genus ironiæ, quum contrarium intelligitur, & quum non recta significatio, sed inversa accipitur; velut quum apud Ciceronem qui Pulchellus dicitur, Deformis intelligitur: qui Disertus, Indisertus. Cic. ibid. 262. Invertuntur autem verba, ut Crassus apud M. Pernam judicem pro Aculeone quum diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Helvius Lamia deformis, qui quum interpellaret odiose, Audiamus, inquit, pulchellum puerum, Crassus. Quum esset arrisum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipse fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, disertum, multo etiam arrisum est vehementius. [Sic apud Ter. Inversa verba videntur intelligi Ironica, vel certe perplexa, figurataque verba. Sic posuit Apul. in Apol. p. 320. Ac primo quidem voluntatem meam verbis inversis periclitabundus, &c.

**Inversūra**, æ. f. Vitruv. 5. 3. Aditus directos & sine inversuris faciendos.

**Inversĭbĭlis**, e. Adj. Apul.

**Inverso**, āre. frequent. Fulgent.

**Inversor**, āri. Lucil. apud Lactant. 6. 5.

Queis inversamur, queis vivimu', rebus adesse.

i. e. In quibus rebus versamur. [Malim divise legi Queis in versamur, ut sit Anastrophe.

**Invesperascĕre**, [ἐφεσπερίζεσθαι] Vesperum tempus fieri. Liv. 39. 50. pr. Jam invesperascebat. [i. e. Paulum vesperascebat.

**Investīgo**, [ἰχνεύω] āre. Quærendo invenire. Tractum a venatoribus, qui per vestigia feras quærendo inveniunt. Plaut. Rud. 5. 2. 35.

Quid dare velis, qui istæc tibi investiget, indicetque.

Ter. Heaut. 4. 2. 8.

Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit.

Cic. pro Ligar. 1. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est quod latebat.
Investigare cum animo. Plaut. Aulul. 4. 9. 4.
Investigare de. Plaut. Merc. 4. 5. 4.

Nihil investigo quicquam de illa muliere.

Diligenter de aliquo investigare. Cic. 9. Att. 6.
Investigare & consequi. Cic. 2. Verr. 48. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare & consequi possim.
Investigare & comprehendere. Cic. 3. in Catil. 11. Ut & quanta, & quam manifesta, & qua ratione investigata ac comprehensa sint, scire possitis.
Diligentia alicujus investigare quod latet. Cic. pro Ligar. 1.
Investigare, sæpe etiam pro Indagare, & conquirere, diligenterque inquirere ponitur. Plaut. Merc. 3. 4. 79. Cic. 6. Verr. 47. Qui investigabant, & perscrutabantur omnia.
Conjurationem investigare, Patefacere, opprimere. Cic. pro Sull. 4.
Incredibilis ad investigandum canum sagacitas narium. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Idem 4. de Fin. Veri investigandi cupidus.

**Investigātio**, ōnis. f. [ἐξέτασις, ἴχνευσις] Inventio. Cic. 5. de Fin. 34. Qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum.
Inquisitio & investigatio. Cic. 1. Off. 13. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.
Conferre se ad investigationem. V. CONFERO.

**Investigātor**, ōris. m. [ἰχνευτὴς, ἐξεταστὴς] Cic. de Univers. 1. Acer investigator & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur. Idem pro Sull. 85. Ego ille conjurationis investigator atque ultor.
Diligentissimus antiquitatis investigator Varro. Cic. de Clar. Orat. 60.

**Investigātrix**, īcis. f. Mart. Capell.

**Investigābĭlis**, e. Adj. Tertull. Adv. Hermog. cap. 45. extr. Alioqui investigabilia, si ex materia sunt investigata & inventa. Lactant. 3. 27. ad fin. Res non investigabiles.

**Investio**, īvi, ītum, īre. est quasi Ornare. Plin. lib. 35. cap. 7. Publicas porticus investivit pictura. Et Sen. Epist. 114.
De significatione hujus vocis ævi medii scriptoribus usitata. V. Cang. Gloss.

**Investitūra**, æ. f. Vox barbara pro Admissione in alicujus muneris possessionem. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 16. & Cang. l. d.

**Investimentum**, i. n. Liv. 4. 25. Investimentum album addere. Sed lectio vix probanda est. Quin rectius legitur In vestimentum divise. V. Gronov. in loc. & Voss. de Vit. L. L. 1. 19.

**Investis**, e. Adj. Tertull. de Pall. cap. 3. Nudus & investis.
Investis, [ἄνηβος] Investes dicimus Impuberes, vel imberbes. Pallad. lib. 11. cap. 14. Investis puer hoc, aut aliquis fatis purus efficiat. V. Aurea vestis, in VESTIS; Nonium 6. 57. & Voss. Etymolog.
Apulejus, Prome nomen ejus, quæ puerum ingenuum & investem sollicitavit. H. St. Exstant l. 5. Met. p. 171. Elmenh. estque Impuberis periphrasis.

**Invĕtĕro**, [παλαιόω, παλαιοποιῶ] āre. Ad vetustatem servare, inquit Budæus. Plin. lib. 23. cap. 2. Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina, atque ita diffundebant, inveterabantque. Idem lib. 19. cap. 6. Quod si diutius allium cepeque inveterari libeat. Sic Inveteratum vinum. Plin. lib. 14. cap. 2.
Col. Nonnulli, quibus non fuit curæ cælestem inveterare aquam, recentem sumunt, eamque usque in quartam partem decoquunt. i. e. Ad vetustatem servare. Bud. H. St. Exstant lib. 12. de R. R. cap. 12. extr.
Inveteravit hæc opinio, pro Invaluit. Cic. 2. de Nat. Deor. 5. Nec una cum sæculis, ætatibusque hominum inveterare potuisset. De diis loquitur. Bud. Al. Inveterascere.

**Inveterasco**, veterāvi, veterātum, [παλαιοῦμαι] ĕre. Invalescere. Ter. in prol. Hec. 12.

Novas qui exactas feci ut inveterascerent.

Ubi Donat. Inveterascerent, i. e. In consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. [Ita placerent, ut sæpius agerentur, scenamque tenerent.
Inveterascere & corroborari. Cic. 3. in Catil. 26. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent, litterarum monimentis inveterascent & corroborabuntur.
Consuetudo inveterascit. Cæs. 5. Bell. Gall. 11. Atque hanc inveterascere consuetudinem nolint.
Macula insedit penitus & inveteravit in Populi Rom. nomine. Cic. pro Lege Manil. 7. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitus insedit atque inveteravit in Pop. Rom. nomine.
Nomen ejus inveteravit, hominum sermonibus. Cic. pro P. Sull. 24. At si tibi nos peregrini videmur, quorum jam & nomen & honos inveteravit, & huic urbi, & hominum famæ, ac sermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui jam ex tota Italia delecti tecum, de honore, & de omni dignitate contendunt? i. e. Invaluit & corroboratum est nomen.
Opinio inveteravit, Inolevit. Cic. 2. Verr. 1. Inveteravit enim jam opinio perniciosa Reip. vobisque periculosa.
Verbi significatio falsa atque aliena irroboravit inveteravitque. Gell. lib. 1. cap. 22.
Ulcus inveterascit alendo. Lucret. lib. 4. 1062.
Inveterascere & exstingui. Cic. 5. Tusc. 40. Nihil enim inveterascere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit. Alii legunt Interarescere.
Inveterascere dicitur miles in eo loco, ubi diu commoratur. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 44. Quod fere fit, quibus quisque in locis miles inveteraverit, uti multum earum regionum consuetudine moveatur. Idem 2. Bell. Gall. 1. V. Non. 5. 63.

**Inveterātus**, a, um. Partic. ut, Inveteratus dolor. Cic. 3. Tusc. 15.
Inveteratus & Recens, contraria. Cic. de Senect. 72. Jam omnis conglutinatio recens, ægre: inveterata facile divellitur.
Institutum & Inveteratum, contraria. Cic. 3. Fam. 9. Nostra non instituta, sed jam inveterata amicitia.
Invidia inveterata. Cic. 2. Off. 58.
Licentia inveterata. Nep. 18. 8.
Malum inveteratum, cui Nascens opponitur. i. e. Antiquum. Cic. 5. Philip. 31. Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius.
Querela inveterata. Cic. de Amicit. 32. Eorum querela inveterata, non modo familiaritates exstingui solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna.
Vinum inveteratum. Plin. 14. 2. V. INVETERO.

**Inveterātio**, ōnis. f. [παλαιότης] Vetustas, antiquitas. Cic. 4. Tusc. 81. Inveteratio autem, ut in corporibus, ægrius depellitur, quam perturbatio, &c. i. e. Vitium inveteratum.

**Invĕtītus**, a, um. Adj. Sil. 2. 441.

It liber campis pastor, cui fine sine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus.

**Invia**, orum. n. pl. Liv. 21. 35. Per invia pleraque & errores.

**Invĭcem**, Adv. [παραμοιβαδὶς, ἀνάλλαξ] i. e. Mutuo, vicissim. Plaut. Men. arg. 10. Ii se cognoscunt fratres postremo invicem. Quintil. Qui se ardentissimo amore invicem dilexerunt. [Antiqui sine dubio divisim scripserunt In vicem. unde & per tmesin sæpe, & pluraliter quoque efferunt. Juvenal. Sat. 6. 311.

Inque vices equitant.

Quod & Vicibus dixerunt. V. VICIS.
Invicem intentare crimen. Quintil. lib. 3. cap. 10. Litigatores idem crimen invicem intentant. i. e. Inter se.
Hæc invicem obstant, Quintil. lib. 4. cap. 5. Et lib. 8. Densitas earum obstat invicem. i. e. Obstant sibi invicem, quod sunt nimis densæ.
Invicem se mutuis exhortationibus exacuere. Plin. Junior.
Invicem petitur manus injectio. Quintil. lib. 7. cap. 8.
Manibus invicem apprehensis. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Nihil invicem imputare. Plin lib. 8. cap. 17.
Invicem, Per vices: ut, Loquamur invicem; i. e. Me loquente vos tacete, vobis loquentibus ego tacebo. Plin. lib. 6. cap. 1. Alitum quippe cantus, canumque latratus invicem audiuntur.
Invicem; pro Secundo loco, Vicissim, vel E contrario. Plin. lib. 2. Epist. 11. ad finem, ad Arrianum, Habes res urbanas: invicem rusticas scribe. Idem Epist. 7. lib. 3. Scribis te absentia mea non mediocriter

criter affici: unumque habere solatium, quod pro me libellos meos teneas, sæpe etiam in vestigio meo colloces: gratum quod his fomentis acquiescis. Invicem ego epistolas tuas lectito. Liv. 28. 44. Requiescat aliquando tam diu vexata Italia: uratur, vasteturque invicem Africa.

**Invictus**, a, um. Adj. [ἀνίκητος, ἀήττητος] Fortis, & qui vinci non potest. Cic. pro Marcel. 12. Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriæ conditio, visque devicta est. Cic. in Pison. Invictus civis.
Acie invictus. V. ACIES.
Cursu invictus. Ovid. 8. Met. 311.
Se invictum a labore præstare: h. e. Indefessum. Cic. 1. Off. 68. Nec qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. V. A vel AB.
Viribus invicti. Virg. 6. Æn. 394.
Adamas invictus. V. ADAMAS.
Animus invictus advorsum divitias. Salluſt. Bell. Jugurth. 47.
Armis invictus Hannibal. Cic. 3. de Lege Agr. 94.
Arx Capitolii invictissima. Tacit. 3. Hist. 78.
Corpus invictum ad vulnera. Ovid. 12. Met. 167.
Defensio fortis & invicta salutis meæ. Cic. Post red. in Senat. 28.
Dentes invicti ignibus. Plin. lib. 7. cap. 16.
Dextera invicta bello. Virg. 6. Æn. 878.
Dux invictus. Ovid. 4. Trist. 2. 44.
Gentes invictæ. Virg. 12. Æn. 191.
Imperium vetustate invictum tabescere. Salluſt. Fragm. 6. 59.
Imperatoris nomen invictissimi incidatur. Cic. 6. Verr. 82.
Manu invicta gestare bellum. Ovid. ad Liv. 582.
Robur invictum. Sil. lib. 11. 157.
Virtus invicta. Ovid. 3. de Pont. 4. 111.

**Invicte**, Adv. Superl. August. Epist. 28. Invictissime defendatur.

**Invincibilis**, e. Adj. Apul. Apol. p. 297. Cum hæc ab illis, quasi gravia & invincibilia dicerentur.

**Invincibiliter**, Adv. Apul. Flor. p. 360.

**Invideo**, vīdi, vīsum, [φθονέω, βασκαίνω, μεγαίρω] ēre. De rebus secundis alicujus dolore affici. Cic. 3. Tusc. 20. Ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum dictum est a nimis intuendo fortunam alterius. Priscianus IN negative exponit, dicens; Invideo tibi, quasi Non videns tibi fio, hoc est, non fere te bene agentem video. Plaut. Bacch. 3. 6. 14.
Nullus est qui non invideat rem secundam obtingere. Codd. emendati præferunt, Quoi non invideant.
Invidet aut favet, semper dignitatis iniquus judex populus. Cic. pro Planc. 7.
Invideo, cum dativo. Cic. 4. Acad. Qui mihi videntur non solum vivis, sed etiam mortuis invidere.
Honori alicujus invidere. Cic. pro Lege Agr. 2. 102.
Labori. Salluſt. Bell. Jugurth. 88.
Laudi & gloriæ maxime invideri solet. Cic. 2. de Or. 208. conf. INVIDEOR infra.
Novitati esse invisum meæ. Cic. 1. Fam. 7.
Paribus aut inferioribus maxime invident homines: quum se relictos sentiunt, illos dolent evolasse. Cic. 2. de Orat. 209.
Sibi. Invidet ipsa sibi, vitatque quod expedit illi. Ovid. 2. Fast. 591.
Virtuti invidere, labes quædam & macula hujus sæculi est. Cic. pro Corn. Balb. 15.
Invideo, accusativo junctum. Ovid. 13. Epist. 137.
Troadas invideo. i. e. Fortunæ Trojanarum. [Sed Heins. & Burm. ex vett. codd. vestigiis Troasin scribunt, quod amplector. V. Heinsii not.
Invidere, cum dativo & accusativo. Plin. Neque ego, ut multi, invideo aliis bonum, quo ipse careo. Cic. 3. Tusc. 3. Ut nobis optimam naturam invidisse videantur. Liv. 2. 40. extr. Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani.
Fortuna te mihi invidit. Virg. 11. Æn. 43.
Honorem invidere alicui. Hor. 1. Serm. 6. 49.
Invidere in re aliqua. Cic. pro Flacc. 70.
Invidere, pro Odisse ponitur. Ovid. 1. Epist. 3.
Troja jacet, certe Danais invisa puellis. Cic. 3. Q. frat. 1. Diis, hominibusque invisus. [V. INVISUS, a, um, paulo infra.

**Invideor**, ēri. pass. [φθονοῦμαι. H. St.] Hor. in Arte Poet. 56.
— ego cur acquirere pauca
Si possum, invideor? Frequentius
Invidetur, imperf. Cic. 4. Tusc. 16. Invidia non in eo qui invidet solum dicitur: sed etiam in eo cui invidetur. Idem 2. Off. 45. Non modo non invidetur illi ætati, sed etiam favetur. Plura V. in ipso verbo.

**Invidendus**, a, um. Partic. Aula invidenda. Hor. 2. Carm. 10. 6.

**Invīsus**, a, um. Partic. [μισηθεὶς, δυσθέατος] Odio habitus, odiosus, quem animo æquo videre non possumus. Cic. pro Lege Manil. 47. Ne aut invisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.
Invisus vide an ab Invideor. Nam legimus apud Ovidium de Arte lib. 2. p. 3. a fine. Sit gracilis, macie quæ male visa sua est.
Pro Invisa. H. St. Est v. 660. qui tamen varie scribitur. Meliores codd. Male viva exhibent, quod cordatiores critici calculo suo comprobaverunt. Adnotarat etiam alia quædam Henricus noster ad h. l. verum ea cultro resecta sunt, his tantum pauculis relictis: Verbum ita poni dicendum est. Unde suspicor illum reprehendere istuc, quod paulo supra verbo ipsi tribuitur significatio, quæ Participio, vel potius inde nato Adjectivo, proprie competit.
Invisus Deo, & a Deo neglectus aliquis. Cic. 2. de Nat. Deor. 167. Nec vero ita refellendum est, ut si segetibus aut vinetis cujuspiam, tempestas nocuerit: aut si quid e vitæ commodis casus abstulerit: eum cui quid horum acciderit, aut invisum Deo, aut neglectum a Deo judicemus.
Facere aliquem magis invisum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Aurum invisum. Propert. lib. 3. 5. 3.
Caput invisum. Virg. 9. Æn. 496.
Dente inviso carpere aliquem. al. injusto. Ovid. 3. de Pont. 4. 74.
Hostis invisus. Ovid. 1. Trist. 8. 24.
Improbitas licet adversario molesta sit, judici invisa est. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Negotia invisa. Hor. 1. Epist. 14. 17.
Persona lutulenta, impura, invisa. Cic. pro Rosc. Com. 20.



Salus ipsa invisa est, Tædet salutis. Ovid. 4. de Pont. 14. 5.
Vita invisa. Ovid. in Ibin, 339.
Invisum & odiosum. Plaut. Merc. prol. 79.
Invisior, [δυσθεατώτερος] compar. Tacit. 1. Hist. 12. extr. Qui in dies quanto potentior, eodem actu invisior erat.
Nullâ invisior umbra Nero. Martial. 7. 20.
Quo enim quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Cic. 2. Off. 34.
Urtica quid esse invisius potest? Plin. 22. 19.
Superl. Plin. lib. 2. Epist. ult. Cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat.

**Invidia**, æ. f. [φθόνος, νέμεσις, βασκανία] non in eo solum qui invidet dicitur, sed etiam [frequentius] in eo cui invidetur, ut dictum est ex Cicerone lib. 4. Tusc. 16. Sed proprie est Invidia, Qua alicui invidetur; Invidentia, Qua aliquis alteri invidet. V. Non. 5. 88. Hor. 1. Epist. 2. 58.
Invidia Siculi non invenêre tyranni
Majus tormentum.
Invidiæ plurale, vide in PROSTERNERE. H. St.
Digna imitatione, non invidia, hominum excellentium virtus. Cic. 14. Philipp. 17.
Invidiæ aut odii non dissimilis offensio. Cic. 2. de Orat. 208.
Motus invidiæ longe omnium acerrimus. Cic. 2. de Orat 209.
Largitionis regiæ invidia. Cic. 1. Fam. 1. Senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia, & illius regiæ largitionis invidia comprobat. i. e. Odio largitionis pecuniariæ, qua rex Ptolemæus multos Senatores corruperat.
Livor invidiæ. V. IMMACULO.
Assidua eminentis fortunæ invidia. Paterc. lib. 1. 9. extr.
Cæca. V. CÆCUS.
Detestanda. Cic. 1. de Nat. Deor. 124.
Infelix. Virg. 3. Georg. 37.
Major invidia. V. Major, in MAGNUS.
Pestilens. Sen. Hippol. 4.
Stridor invidiæ. Firmic. lib. 5. cap. 1. A multis tamen invidiæ stridore pulsabitur.
Tristis. Sen. Octav. 8.
Citra invidiam. V. CITRA.
Invidia, Odium, & malevolentia. Est, inquit Valla, vel dicto vel facto in alterum malevolentiæ conciliatio. ut si quis calamitates suas referat, ostendatve, ut auctori calamitatum concitet odium ceterorum: quod dicitur Invidiam facere, itemque Vocare, vel adducere in invidiam. Ter. And. 1. 1. 39.
— ita facillime
Sine invidia laudem invenias, & amicos pares. Quintil. Nec ei tot scelerum commemoratione concitarem invidiam.
Invidia, Odium publicum, & fama calamitosa, ut Cicero vocat; & sensus publicus de aliquo ob sinistram opinionem. Cic. 1. in Catil. 29. Sed si quis est invidiæ metus, non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda. Budæus.
Decemviralis invidia. Cic. in Brut. h. e. Odium quo Decemviri flagrabant ob Virginiæ mortem, quam pater occiderat, ne ad libidinem Appii in servitutem traheretur. Sic apud Liv. 3. 43. pr. ubi de L. Siccio verba facit.
Invidia temporum, Injuria, malignitas. Plin. 9. Epist. 13.
In summam invidiam adductæ res. Cic. 1. Fam. 1.
Æstuare invidia. V. ÆSTUO.
Ardere invidia. V. ARDEO.
Assumere invidiam. V. ASSUMO.
Attingi invidia. V. ATTINGO.
Augere invidiam. Cic. 2. Verr.
Capere invidiam. V. CAPIO.
Colligere invidiam crudelitatis ex re aliqua. Cic. 7. Verr. 19. Si quid vindicatum severe est, ut ex eo crudelitatis invidiam colligam.
Commovere invidiam. V. COMMOVEO.
Comprimere invidiam. Cic. Nec minus virium opus sit in comprimenda invidia, &c.
Conciliare alicui invidiam. Paterc. lib. 2. 56. extr. Cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius.
Concitare invidiam. Quintil. lib. 6. cap. 1. p. 503. Burm. V. CONCITO.
Conferre invidiam rei alicujus in alterum. Cic. pro Flacc. 41. Mortis illius invidiam in Flaccum Lælius conferebat.
Conflagrare invidia. V. CONFLAGRO.
Conflare invidiam. V. CONFLO.
Cumulare sibi invidiam. V. CUMULO.
Decedere invidiam. Cic. pro Cluent.
Deonerare aliquid ex alicujus invidia. Cic. 1. Verr. 46.
Detrahere invidiam alicui. Sen. Troad. 20. Ovid. 7. Epist. 106.
Dissolvere invidiam criminis urbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Elevare invidiam. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Exonerare deos invidia. Martial. lib. 9. 88.
Extinguit invidiam mors, res gestæ sempiterna nominis gloria nituntur. Cic. pro Corn. Balb. 16.
Facere invidiam. Cic. 11. Fam. 1. Quintil. lib. 6. cap. 1. Quorum invidiam gratia, odium turpitudo, iram offensio judicis facit. V. FACIO.
Flagrare invidia. V. FLAGRO.
Gliscit invidia crudelitatis. Tacit. 15. Ann. 64.
Habere invidiam. Cic. 6. Verr. 29. Cogitasti, si ei reddidisses, te minus invidiæ habiturum. Idem in Orat. 170. Sed habet nomen invidiam, quum, &c.
Habet maximam invidiam Sullanus ager. Cic. 2. de Lege Agr. 70. Sullanus ager, a certis hominibus latissime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri ac fortis Tribuni plebis stridorem unum perferre non possit.
Incendere invidia. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Inflammare invidiam. V. INFLAMMO.
Laborare ex invidia. V. LABOR, oris.
Lacerare plerosque solet invidiæ obtrectatio. Cic. de Clar. Orat. 156.
Levari invidia aliquem. Cic. 15. Att. 2. ad fin.
Liberare se invidia. Cic. 2. Off. 58.
Lenire invidiam. Salluſt. in Catil. cap. 22. extr.

Macerat nos invidia. Lucret. lib. 3. 75.
Mittere invidiæ sanguinem. Cic. 1. Att. 16. Missus est sanguis invidiæ sine dolore. i. e. Decessit invidia. [ Vel potius Lenita, levata est tenui jactura mea.
Mollire invidiam. Tacit. 4. Ann. 30. pr.
Onerare. Suet. Neron. cap. 34.
Onerari invidia. Suet. in Othon. cap. 6.
Opprimi invidia. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Parare invidiam alicui ex sua re familiari. Cic. in Sallust. 9.
Pati invidiam. Ovid. 20. Epist. 67.
Placare invidiam. Hor. 2. Serm. 3. 13.
Poni invidiam, pro Deponi. Cic. pro Cluent. 159. Sine culpa invidia ponatur.
Premi invidia. Cic. Cum & invidia & odio populi, tum Gallia premeretur. Idem Anteq. iret in exil. 6.
Prosequi aliquid invidia. V. PROSEQUOR.
Pulsari invidia. Firmic. lib. 5. cap. 3.
Quærere invidiam in aliquem. Cic. pro Rabir. Post. 46. Nam in eum, cui misericordia opitulari debeat, invidia quæsita est.
Rapere in invidiam, quod & Trahere & adducere dicitur: h. e. Facere ut quis invisus fiat. Cic. 3. de Lege Agrar. 7. Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis, qui nos Sullanos in invidiam rapit?
Redundat invidia in posteritatem. Cic. 1. in Catil. 29.
Removere a se invidiam. Ovid. 12. Met. 626.
Rumpitur invidia quidam, carissime Juli. Martial. lib. 9. 99.
Sum invidiæ. Liv. 4. 49. Vir acer, nec infacundus, nactus inter adversarios superbum ingenium, immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quæ invidiæ non ipsi tantum, sed causæ atque universo ordini essent.
In invidia esse dicitur, Cui invidetur. Cic. 2. Att. 9. Non enim poterimus ulla esse in invidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Alia exemplaria non habent præpositionem In.
In invidia res erat. Sallust. in Jugurth. cap. 25.
Sedare invidiam. Cic. 2. Verr. pr.
Spectat ad invidiam ejus. Ulp. in l. Nec quicquam. §. sed & si. D. de offic. proconf. & legati. Hoc ad invidiam ejus, qui provinciæ præest spectat, si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem suscipere.
Subire invidiam. Cic. 1. Verr. 46.
Sustinere invidiam. Cic. 4. Verr.
Timere invidiam & offensionem. Cic. pro Cluent. 69.
Transferre invidiam in aliquem. Cic. pro Sext. 82.
Venire in invidiam. Cic. 11. Fam. 1. In invidiam porro magnam illa judicia venerant.
Vertit invidiam insidiarum in Clodium. Quintil. lib. 6. cap. 6.
Vertere ad invidiam. Tacit. 13. Ann. 50. Ne per tot annos sine querela tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam verterent.
Vocare aliquid in invidiam. Quintil. lib. 6. cap. 4. V. VOCO.
Invidiæ, in plur. legitur in Cic. 5. Fam. 9. Malivolorum obtrectationes & invidias non prosternat atque obterat? Al. Injurias.

INVIDIŎLA, æ. f. dimin. [φθονίδιον] Cic. Quum nescio quid inter eos invidiolæ exortum fuisset. Perottus ad Martial. de Sp. 2. [Suspectum mihi est, tametsi etiam in Nizol. Basiliensi, tanquam ex Epp. ad Attic. affertur.

INVIDENTIA, æ. f. ab Invidia differt: ut Ebrietas ab Ebriositate: quippe Invidia est quum invidetur, h. e. Actus ipse invidendi. Invidentia vero est Ægritudo animi, quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam jacturam afferant invidenti: nam si quis doleret ejus rebus, a quo ipse læderetur, non recte diceretur invidia. Hæc Perottus. ex 4. Tusc. Quæst. Ciceronis 17. V. INVIDIA.

INVĬDUS, a, um. Adj. [φθονερὸς, βάσκανος, ζηλήμων] Qui actu alicui invidet. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 2. 15. Iracundi, sibi suisque invidi. Hor. 1. Epist. 2. 57. Invidus alterius rebus macrescit opimis.
Horat. [ Carm. 3. 24. 31. ]

Virtutem incolumen odimus,
Sublatam ex oculis quærimus, invidi.

Ubi Invidi ad priorem versum pertinet: Invidi &c. odimus. Et tamen Plut. περὶ μίσους καὶ φθόνου vix utrumque simul esse posse existimat, si bene memini. H. St.
Virtutis hostis, laudis invidus. Cic pro Flacc. 2.
Invidus, & Fautor laudum alicujus, contraria. Cic. in Orat. 140. Occurrebat enim posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non conferent, &c.
Invidis & obtrectatoribus nomen inductum falsæ religionis. Cic. 1. Fam. 4.
Invidus, malevolus, lividus. Cic. 4. Tusc. 28.
Ætas invida. Hor. 1. Carm. 11. 7.
Dente mordeor invido. Hor. 4. Carm. 3. 16.
Imperator ambitiosus & invidus. Cic. pro Muren. 20.
Lingua invida. Ovid. 1. Amor. 14. 42.
Turba invida. Propert. lib. 3. 1. 21.

INVIDIŌSUS, a, um. Adj. [ἐπίφθονος] Qui morbo invidentiæ laborat. Ovid. 15. Met. 234.

Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,
Omnia destruitis.

Gell. 9. 12. pr. Invidiosus dici potest & qui invidet & cui invidetur. [ Sed vellem prioris significationis exemplum protulisset.
Invidiosus, passive, Cui alii invident. Cic. 9. Fam. 14. Contingit enim tibi quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis, &c. Plin. lib. 35. cap. 2. Inventione muneris etiam diis invidiosus. De Varrone. V. Non. 2. 438.
Invidiosus, aut multis offensus. Cic. pro Cluent. 158.
Invidiosum ad bonos. Cic. 8. Att. 3. Sed sit, deferet triumphum: non accipere ne periculosum sit, an accipere invidiosum ad bonos?
Invidiosus, Odiosus & invisus. Cic. de Amicit. 18. Quare sibi habeant sapientiæ nomen & invidiosum & obscurum.
Invidiosus apud bonos. Cic. 2. Att. 9. Sunt enim illi apud bonos invidiosi, ego apud improbos meam retinuissem invidiam, alienam assumpsissem.
Invidiosa res. Cic. 6. Verr. Rem claram esse & invidiosam.
Arma invidiosa. Ovid. 8. Epist. 49.
Atria invidiosa. Martial. lib. de Spect. Epig. 2.

Invidiosa feri radiabant atria regis.

Bona invidiosa. Ovid. ad Liviam, 58.
Commentum turpe & invidiosum. Martianus in l. res quæ. §. lites. D. de jure fisci.
Crimen invidiosum. Cic. pro Cluent. 143. Nullus est locus a me purgandi istius invidiosi criminis prætermissus.
Judicium invidiosum. Cic. pro Cluent. 138. de judicio Juniano, Perinde quasi ego non ab initio hujus defensionis dixerim, invidiosum illud fuisse judicium. i. e. Invidia flagrasse, quasi corruptum & nummarium. Budæus.
Nomen invidiosum voluptatis. Cic. 4. Acad. 138.
Pecunia invidiosa. Cic. pro Corn. Balb. 56. Tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa est, & quantacunque est, ut conservata magis, quam correpta esse videatur.
Possessiones invidiosas tenere. Cic. 2. pro Lege Agr. 68.
Præmia invidiosa. Ovid 13. Met. 414.
Rapina. Ovid. 1. Amor. 8. 55.
Spes. Ovid. 4. Met 795.
Turba non invidiosa. Ovid. 3. Fast. 434.
Facere invidiosum, cui opponitur Invidum. Quintil. lib. 6. cap. 2. Namque altera invidum, altera invidiosum facit.
Invidiosior. Cic. 4. Verr. 100. Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo invidiosiorem fore, quam si præsens damnatus esset.
Invidiosissimus. Sen. Controv. 31. extr. Res invidiosissima. Apul. Apol. Criminatio invidiosissima.

INVIDIŌSE, Adv. [ἐπιφθόνως] Cic. 4. Acad. Num minus hæc invidiose dicuntur? h. e. Odiose & invise.
Dicere invidiose. Quintil. 4. 2.
Compar. Neque quisquam aut expulsus est invidiosius, aut receptus lætius. Vellei. 2. 45.
Quæ ne invidiosius in se uno conspicerentur. Justin. 12. 3.

INVĬGĬLO, [ἐπαγρυπνέω] āre. Cum cura & sollicitudine vigilare. Columel. lib. 10. cap. 16.

Invigilate viri: tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloque sono convertitur annus.

Cura invigilat quieti. Stat. 8. Theb. 623.
Curæ invigilant animo. Stat. 3. Theb. 4.
Curis invigilat mens. Sil. lib. 10. 331.
Hæreditati tibi delatæ a L. Titio invigilabis. Ulpian. in l. si quis mihi. §. pater. D. de acquir. hæred.
Malis invigilare. Ovid. 4. Fast. 530.
Victu invigilare. Virg. 4. Georg. 158. Victu pro Victui. Idem dixit Venatu invigilare H. St. Æn. 9. 605.

INVINCTUS, a, um. Adj. Valde vinctus. Leg. penult. ff. de Lege Fabia. [ Sic in Thes. Lips. expressum.

INVINCIBĬLIS, INVINCIBILITER, V. INVICTUS.

INVĪNIUS, a, um. Adj. [ἄοινος] Abstemius: a Vino, quasi sine vino: sicut Invius, sine via. Apuleius lib. ult. p. 268. Neque ullum animal essem, & invinius essem. Antiquum. In veteri Onom. utroque legitur Invinus.

INVIO, [ἐνοδίζω] āre. In viam dirigere. Solin. cap. 2. al. 8. Parcius depavita levius vestigiis inviare. V. Salmas. in loc. Al. Parcius depasta levibus &c.

INVIOLĀBILIS, e. Adj. [ἀβίαστος] Quod violari non potest aut vulnerari. Sil. lib. 16. 16.

— velut inviolabile telis
Servabant sacrumque caput.

Lucret. 5. 306.

Inviolabilia hæc ne credas forte vigere.

INVIOLABILĬTER, Adv. Marcellin.

INVIOLĀTUS, a, um Adj. [ἀνεκβίαστος] Violato contrarium; Integer, incorruptus, illæsus. Cic. pro Rabir. Perd. reo, 11. Qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus, omnium civium Rom. integrum jus libertatis defendo servari oportere? Idem pro Sext. 140. Aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt. Columel. lib. 12. cap. 1. Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata atque inviolata recipere.
Fama. Sallust. Bell Jugurth. 47.
Fides. Sallust. Bell. Jugurth. 38.
Mens inviolata mero. Sil. lib. 11. 309.
Pudicitia inviolata. Ovid. ad Liv. 43.
Inviolatus, Qui violari non potest. Liv. 2. 55. Et cum religione inviolatos eos, tum lege fecerunt.

INVIOLĀTE, Adv. [ἀνεκβιάστως] Incorrupte. Cic. de Senect. 81. Memoriam nostri pie inviolateque servabitis.

INVISCĔRO, āre. m. Aurel. Nemes. in Cyneget. 215.

— hoc canibus blandis inviscerat æstus.

INVISCERĀTUS, a, um. Partic. Augustin. Serm. 5. Quod ejus sanctam caritatem invisceratam sentimus in cordibus nostris.

INVĪSĬTĀTUS, a, um. Adj. pro Non visitato. Quintil. Declam. 12. Nullus amœnus portus prætermittitur: nulla celebris civitas invisitata transitur. Liv. 27. 39. Galli invisitati alienigenis.

INVĪSO, si, sum, [ἐπισκέπτομαι] ĕre. Idem quod Viso: nisi quid addat compositio vehementiæ. Cic. 1. Att. 20. Et ut jam invisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo.
Invisere ad. Plaut. Stich. 1. 2. 9.

Jam ego domi adero, ad meam majorem filiam inviso domum.

Ambulationem alicujus invisere. Cic. 4. Att. 9.
Domum alicujus invisere. Cic. 4. Att. 6. Catul. Argon. 62. 384.
Locum aliquem libenter invisere. Cic. 5 de Fin. 5.
Vir invisens prælia. Catul. de coma Berenicis, epig. 67. 20.
Urbes invisere. Virg. 1. Georg. 25.

INVĪSUS, a, um. Adj. [ἀθέατος] Non visus. Cic. de Arusp. Resp. 57. Occulta, & maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit.

INVISUS Partic. ab INVIDEO. V. in verbo suo.

INVISE, Adv. Ita ut non videaris. ut, Invise advenire. Fulgent.

INVISIBĬLIS, e. Lactant. 7. 9. Deus invisibilis.

INVISIBILĬTER, Adv. Paulin. Nolanus Epist. 20. ad Delph. cap. 3. Et visibiliter & invisibiliter operaris. Augustin. de Gen. 6. 6.

INVISIBILĬTAS, ātis. f. Tertul. adv. Prax. cap. 14. Filio competit in sua invisibilitate.

INVITATIO, &c. V. INVITO.

INVITIABILIS, e. Adj. Sine vitio. Prudent. Psychom. v. 626. Spes invitiabilis ævi.

INVITO, [προσκαλέομαι, παρακαλέω] āre. Vocare, allicere. Ter. Heaut. 1. 2. 11.
Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie amplius.
Hic subauditur Ad cœnam.
Ad cœnam invitare, quod alias dicitur, Vocare. Cic. 3. Off. 58. Et simul ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Idem 10. Fam. 28. pr. Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me idib. Mart. invitasses.
Domum invitare hominem. Liv. 1. 14. Benigne salutare, alloqui plebis homines, domum invitare, adesse in foro. conf. Sallust. Jugurth. 78.
In hospitium. Liv. 28. 18. pr. Utrumque in hospitium invitat.
Hospitio invitare. Cic. 12. Philipp. 23. Possessiones enim sunt P. Clodii, tota familia occurret, hospitio invitabit, propter familiaritatem notissimam.
Tecto ac domo invitare. Cic. 6. Verr. 75. Rex denique ecquis est, qui Senatorem Pop. Rom. tecto ac domo non invitet?
Poculis aliquem invitare, Propinare & præbibere. Plaut. Rud. 2. 3. 32.
Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.
Sese invitare in cœna, i. e. Replere vino. Plaut. Amph. 1. 1. 127.
Credo equidem dormire solem, atque appotum probe:
Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum. Suet. in August. cap. 77. Postea quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit.
Invitare & Allectare. Cic. de Senect. 57. Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus.
Invitare, Delectare. Virg. 1. Georg. 302.
Invitat genialis hiems, curasque resolvit.
Animos invitare visu, Oblectare & recreare. Plin. lib. 22. cap. 6. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos invitarat, etiam deliciis auxilia permiscens.
Animos invitat pretiis. Virg. 5. Æn. 292.
Appetitum animi invitare & allicere. Cic. 5. de Fin. 17.
Bonitate invitari. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 13.
Ad occasionem invitare. Plin. lib. 10. cap. 8.
Culpam invitant omnia. Ovid. 17. Epist. 183.
Gloria invitantur præclara ingenia. Cic. ad Brut. 15.
Liberaliter in aliquam legationem invitari. Cic. 2. Att. 18.
Ad legendum invitare, Allicere. Cic. 1. Acad. 8.
In locum alicujus invitari. Cic. 2. Att. 19. Cosconio mortuo, sum in ejus locum invitatus: id erat vocari in locum mortui.
In prædam aliquem invitare. Cic. 4. Verr. 45. Sed tu, quum & tuos amicos in provinciam quasi in prædam invitabas: ac cum illis, ac per eos prædabare: &c.
Præmiis aliquem invitare. Cic. pro Ligar. 12.
Somnos invitare. Hor. Epod. 2. 28.
Spes invitat. Plin. lib. 33. cap. 4.
Vomitiones invitat aqua mulsa. Plin. lib. 22. cap. 24.
Invitare, cum infinitivo. Liv. 22. Nudantes cervicem jugulumque & reliquum sanguinem invitantes haurire.
Invitasso, pro Invitavero. Plaut. Rud. 3. 5. 31. — ni istunc istis invitassitis Usque adeo, donec, qua domum abeat, nesciat.

INVITĀTUS, a, um. [προσκληθείς] Partic. ut, Invitata improbitas parvulo successu. Plin. lib. 2. cap. 23.
Invitati per domos hospitaliter. Liv. 1. 9.
Invitatus in colloquium. Cæs. 1. Bell. Gall. 35.

INVITATIO, ōnis. f. Convocatio, allectio. Cic. 9. Att. 14. In Epirum vero invitatio quam suavis? quam liberalis? quam fraterna?
Ad dolendum invitatio. Cic. 3. Tusc. 82.

INVITATIUNCŬLA, æ. f. dimin. Gell. 15. 2. in tit. Quod Plato largiores, lætioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimaverit.

INVITĀTUS, ûs. m. [κλῆσις] Illectamentum & invitamentum, rogatus. Cic. 7. Fam. 5. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim.

INVITĀTOR, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 4. 25. Christus æternæ vitæ invitator. Martial. 9. 93. 1.
Ad cœnam si me diversa vocaret in astra
Hinc invitator Cæsaris, ille Jovis. Antiqua Inscriptio Romæ apud Gruter. p. 598. n. 6.
AGATHOPVS. AVGG. LIBERT.
INVITATOR.

INVITĀTRIX, īcis. f. Symmach. 1. Epist. 59. Placet hortatio invitatrix religionis.

INVITATŌRIUS, a, um. Adj. Hieron. Epist. 1. Et Tertull. de Anim. 57. Operatio invitatoria.

INVITĀMENTUM, i. n. Id quod Invitatio. [πρόσκλησις] Cic. Hortens. apud Non. 4. 232. Voluptates autem nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus. Idem 5. de Fin. 17. Invitamenta naturæ prima. Liv. 2. 42. Largitiones, temeritatisque invitamenta horrebant.
Invitamentum ad tempus. Cic. 10. Fam. 10. Is autem qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium.
Invitamentum sceleris. Patercul. lib. 2. 67. pr.

INVITĀBĬLIS, e. Adj. [προσκλητικός] Delectabilis, jucundus. Gell. lib. 13. cap. 11. Sermones jucundos, & invitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate utiles. Gloss. Lat. Gr. Invitabile, προτρεπτικόν.

INVĪTUS, a, um. Adj. [ἄκων, ἀέκητος, ἀκούσιος] Qui per vim aliquid facit, non sponte, nec libenter, contra voluntatem, recusans, repugnanter, coactus: cui contrarium est Libens. Plaut. Casin. 2. 4. 23.
Abin' hinc ab oculis? c. invitus me vides, vivam tamen.
Inviti per vim atque imperium statuas dederunt. Cic. 4. Verr. 161.
Sapiens nihil facit invitus, nihil dolens, nihil coactus. Cic. in Parad. 5.
Facere inviti & recusantes coacti sumus. Cic. 2. de Orat. 18.
Cogendi judices inviti, retinendi contra voluntatem. Cic. pro Muren. 42.
Extorquendum est invito atque ingratiis, quod non debet. Cic. pro Quint. 47.
Invitus facio. Ter. Heaut. 4. 6. 1.
Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quam invitus facias. Cic. de Senect. 39. Itaque feci non invitus, ut prodessem multis tuo rogatu.
Non invitus lego. Cic. 1. de Fin. 40. In quibus hoc primum est in quo admirer, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, quum iidem fabellas Latinas, ad verbum de Græcis expressas, non inviti legant.
Rogare invitum. Catull. ad Seipsum 8. 13.
Vim tulit invitæ. Ovid. 4. Met. 239.
Vis trahit invitam. Ovid. 7. Met. 19.
Ad aures invitas pervenit crimen. Ovid. 2. de Arte Am. 449.
Invitis diis hominibusque absolutus. Cic. 3. Verr. 72.
Invita Minerva aliquid dicere aut facere: i. e. Adversante aut repugnante natura. Cic. 1. Off. 110. Hor. in Arte Poet. 385.
Tu nihil invita facies dicesve Minerva.
Oculis invitis aspicienda. Ovid. 9. Epist. 124.
Invitus hujus solutionis. Ulpian. in l. quod servus. D. deposi. Vel credidit dominum non invitum fore hujus solutionis. i. e. Domino non invito fieri hanc solutionem.
Invitissimus. Cic. 4. Verr. 148. Hoc significant, atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas tuas pecuniam, metu ac malo coactos, invitissimos contulisse. Idem 16. Att. Et quidem ut a me dimitterem invitissimus, fecerunt Erotis litteræ.

INVĪTE, ius, issime. [ἀκουσίως] Adv. Repugnante animo, contra voluntatem. Cic. 8. Att. 3. Invite cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, &c. Compar. Invitius. Idem 2. de Orat. 364. Quem ego paulo sciebam, vel prudentius, vel invitius (nolo enim dicere de homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere.

INVIUS, a, um. Adj. [δύσβατος] Per quod iri non potest: cui contrarium est Pervius. Plin. lib. 12. cap. 14. Saba regio undique rupibus invia.
Lustra invia. Virg. 4. Æn. 151.
Maria invia Teucris. Virg. 9. Æn. 130.
Regna invia vivis. Virg. 6. Æn. 154.
Saltus invii. Liv. 9. 14.
Via invia. Virg. 3. Æn. 383. & Ovid. 14. Met. 113.
Invia, dicuntur Loca ad quæ accedi non potest, aut ad quæ, vel per quæ difficillime acceditur, quæ Græci vocant ἄβατα, quasi inaccessa, vel inaccessibilia. Ovid. 5. Fast. 589.
Et circumfusis invia fluminibus.
Dumosa per invia. Sil. lib. 4. 306.
Saxa invia. Virg. 1. Æn. 541.

INŬLA, æ. f. [ἑλένιον] Herba est, cujus condiendæ rationem docet Columel. lib. 12. cap. 46. Vulgo *Enula Campana*. V. Plin. 20. 95.
Acidæ inulæ. Hor. 2. Serm. 2. 44.
Amaras inulas coquere. Hor. 2. Serm. 8. 51.
Mollicella inula. Catull. ad Thallum 23. 2. al. rectius Imula oricilla.

INULTUS, a, um. Adj. [ἀνεκδίκητος] Impunitus, de quo non est sumptum supplicium. Cic. 1. de Divin. 57. Mortem suam ne inultam esse pateretur. Idem pro Cluent. 172. Cur hunc esse inultum tam diu sinis?
Impunitum & inultum. Cic. 1. Verr. 53. Ut ceterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ.
Auferre aliquid inultum. Ter. Andr. 3. 5. 4.
Jacere inultum. V. Inultus, cujus injuriam &c. & f. l. JACEO.
Pati & relinquere aliquid inultum. Cic. pro Lege Manil. 11.
Patiemur hæc inultæ. Ovid. 4. Fast. 595.
Relinquere inultum. Cic. pro Lege Manil. 11. Jus legationis verbo violatum persecuti sunt: vos legatum Pop. Rom. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis?
Inultus, Cujus injuriam aut mortem nemo ultus est. Liv. 25. 37. Et ne inultos Imperatores suos jacēre sinerent. Volebat L. Marcius P. & Cn. Scipionum a Carthaginiensibus occisorum necem ulcisci milites.
Inultus, pro Indemni, vel qui est extra periculum. Curt. lib. 3. 4. 4. Unde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.

INUMBRO, [ἐπισκιάζω] āre. Tegendo umbram facere, & quod dicitur Opacare. Virg. 11. Æn. 66.
Instructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Ora inumbrant coronis. Lucret. lib. 3. 926.
Vespera universum inumbrat. Tacit. 3. Hist. 19. Inumbrante vespera universum, Flaviani exercitus robur advenit. [Immo sublata distinctione, τὸ Universum cum voce Robur jungendum.
Inumbrare, per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus.
Legatorum dignitas inumbratur, Obscuratur. Plin. in Paneg. 19. pr. Est hæc natura sideribus, ut parva & exilia, validiorum exortus obscuret: similiter Imperatoris adventu, legatorum dignitas inumbratur.

INUMBRĀTUS, a, um. Partic. Simulatus, apparens. Curt. 3. 4. 9. de Cydno fl. Quippe multa riparum amœnitate inumbratus.

INUMBRĀTIO, ōnis. f. Mart. Capel. lib. 1. Lucifuga inumbratione pallescens.

INUNCO, [ἐναγκιστρόω] āre. quasi Unco invadere & arripere. Lucil. apud Non. 2. 425. — aut qui nummos tristis inuncat. Columel. lib. 7. cap. 3. Tum etiam quotidie minuitur lana: quæ quanto prolixior in pecore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis: quibus velut hamis inuncata, a pascentium tergoribus avellitur. Usus est & Apul. Flor. pr. p. 341.

INUNCTIO, INUNCTUS. V. INUNGO.

INUNDO, [πλημμυρέω] āre. Crescere & extra alveum transfundi, de fluminibus autem proprie dicitur, quæ dum undas suas latius emittunt, omnia devastant: & absolute aliquando ponitur. Plinius, Antequam Nilus inundaret. Idem, Agros & sata omnia inundavit. h. e. Per agros & sata omnia diffusus est, sive in bonum, sive in malum. Cic. 1. de Nat. Deor. 104. Ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua, superior æther, ignibus altissima ora reddatur.
Cruore campos inundaverit. Lactant. de Falsa relig. cap. 18. p. 48. H. St.
Inundari sanguine, Obrui & perfundi. Liv. 24. 38. Itaque crastino die aut vestro, aut Ennensium sanguine Enna inundabitur.
Fossæ inundant sanguine. Virg. 10. Æn. 24.
Urina ejus omnes Asiaticas gentes inundasse. Valer. 1. c. 7. de Somniis ext. 5.
Densi inundant Troes, Agmine denso se effundunt. Virg. 12. Æn. 280.

INUNDATIO, ōnis. f. [πλημμυρὶς, ἐπίῤῥοι] Alluvies. Columel. lib. 3. cap. 11. Vel etiam valles, quæ fluminum alluvie & inundationibus concreverint, aptas esse vineis asseverat. Plin. lib. 16. cap. 36. Quum igitur anno permanserit inundatio.

INUNGO, unxi, unctum, [ἐπαλείφω, ἐπαλείω] ĕre. Idem quod Ungere, & oleo leviter aspergere. Plin. lib. 8. cap. 54. Mira solertia visco inungunt oculos, Idem lib. 18. cap. 30. extr. Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.

INUNCTUS, a, um. Partic. Hor. 1. Serm. 3. 25.
— oculis male lippus inunctis.

INUNCTIO, ōnis. f. [ἐπάλειμμα] Mollis frictio ex oleo, sive aspersio. Plin. lib. 28. cap. 8. Felle glaucomata & suffusiones corrigi prope creditur, tridui inunctione. Idem lib. 20. cap. 5. Magis vero succi inunctione.

INŪNĪTUS, a, um. Adj. Tertull. de Resur. cap. 30. Natura triformis inunita in Adam. Apul. in Apol. Radii mixti & inuniti.

INVOCĀTUS, a, um. Adj. [ἄκλητος] Non vocatus. Cic. 8. Fam. 8. At ego simulatque audivi, invocatus ad subsellia rei occurro. Cic. 1. de Nat. Deor. 108. Quid quod etiam ad dormientem veniunt invocatæ? Invocatus Partic. ab INVOCO, V. in ipso verbo.

INVŎCO, [ἐπικαλέομαι] āre. Subsidium petere: & proprie ad deum refertur. Cic. 2. de Nat. Deor. 68. Apud nostros Junonem Lucinam in pariundo invocant.
Invocare aliquem advocatum ad defendendum aliquid Cic. 2. de Orat. 196.
Auxilia libertati invocat. Tacit. 15. Ann. 59.
Blandius alia ad aurem invocabat. M. Cœl. apud Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 350. Burm.
Invocare subsidium; Implorare. Cic. Antequam iret in exil. 10. Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum cives vestros deseratis? sociorum invocem subsidium, quum a civibus interclusum sit præsidium?
Deos invocare. Ovid. 6. Fast. 516.
In auxilium aliquem invocare. Quintil. in proœm. lib. 4.

INVOCĀTUS, a, um. Partic. Justin. 18. 6. Viri nomine cum multis lacrimis & lamentatione flebili invocato.

INVOCĀTIO, ōnis. f. Deorum & Dearum invocatio legitur apud Macrob. 1. Saturn. 16. V. Quintil. 6. 1; 9. 2. & 10. 1. Ascon. Pedian. in Cic. Divin. 43. p. 32.

INVOLATUS, V. INVOLO.

INVŎLO, [ἐφίπταμαι] āre. i. e. Volare, aut Ad aliquid volare. Columel. lib. 8. cap. 3. Neque enim debent ipsis nidis involare: ne dum adsiliunt, pedibus ova confringant.
Involare intro. Varro 3. de R. R. cap. 7. pr. At in villam intro involant columbæ, &c.
Involare in aliquem, Irruere, insilire, violentas manus in aliquem inferre. Ter. Eun. 4. 3. 5. — qui nunc si detur mihi,
Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico. Ibid. 5. 2. 20. Vix me contineo quin involem in capillum.
Animum cupido involat. Tacit. 1. Ann. 49. Truces etiam tum animos cupido involat.
Involare in possessionem. Cic. 3. de Orat. 122. Ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt.
Evolare & Involare, contraria. Varro 3. de R. R. cap. 11. Columel. lib. 8. cap. 15.

INVŎLO, [ὑποκλέπτω] āre. a Vola deductum, quæ est manus & pedis media pars: significat Furari, quum aliquid furtim vola manus subtrahitur, quasi In volam dare. Lucan. lib. 6. 588.
Hic ardor, solus que labor, quid corpore Magni
Projecto rapiat, quos Cæsaris involet artus. Plin. lib. 9. cap. 59. Singulos involat verius quam capit. Calist. in l. expugnatur. D. de incendio, ruina & naufr. Vela conscinduntur, aut anchoræ involantur de mari. i. e. In volam capiuntur, ut ait Budæus. [Sed a Servio in 2. Georg. 88. verba sibi dari passus est, nec est hoc aliud origine significationeque verbum, ac superius. V. in EVOLO.

INVOLATUS, ūs. m. Vox Augurum de avium volatu. Cic. 6. Fam. 6. Non igitur ex alitis involatu &c. tibi auguror. Ita Victor. Al. Volatu.

INVOLĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. κλέπτης. Fur, involator.

INVOLĪTO, āre. frequent. Hor. 4. Carm. 10. 3.
Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

INVOLŬCRIS, e. Adj. [ἄπτην] Quod volare adhuc non potest: ut, Avis involucris. Gell. lib. 2. cap. 29. Pulli etiam tunc involucres erant.

INVOLUCRE, INVOLUCRUM. V. INVOLVO.

INVOLVO, volvi, vŏlūtum, [εἰλέω, ἐνελίττω, ἐγκαλύπτω, ἐγκαλινδέω] ĕre. proprie significat Glomerare.
Per metaphoram tamen sæpius, pro Implicare ponitur. Plin. lib. 11. cap. 24. Aranei lacertarum catulos primum involvunt.
Involvere, Tegere. Virg. 2. Æn. 250.
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,
Involvens umbra magna terramque polumque.
Carmina involvere historiis cæcis. Ovid. in Ibin, 57.
Crinem involvit casside. Sil. lib. 7. 460.
Diem involvere nimbi. Virg. 3. Æn. 198.
Fœno involvere aliquem. Ovid. 4. Fast. 705.
Fumo undique involvitur. Ovid. 2. Met. 232. de Phaethonte.
Membrana involvat libellum. Tibul. lib. 3. 1. 9.
Navem aqua. Virg. 6. Æn. 336.
Auster aqua involvens navemque virosque.
Nemus involvunt flammis. Virg. 2. Georg. 308.
Se involvere litteris, quod & Abdere se in litteras dicitur: h. e. Se totum immergere studiis litterarum. Cic. 9. Fam. 20. Ubi salutatio defluxit, litteris me involvo, aut scribo.
Se involvere otio. Plin. 7. Epist. 3.
Me mea virtute involvo. i. e. Mea virtute me nudique munio adversus fortunam. Hor. 3. Carm. 29. 54.
Vera obscuris involvens. Virg. 6. Æn. 100.
Involvo, Provolvo super. Ovid. 12. Met. 507.
Saxa, trabesque super, totosque involvite montes. [Puto esse verbi decompositi, Superinvolvite, per tmesin disjuncti.
Involvere, aliquando Imponere. Virg. 1. Georg. 282.
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.
Involui, pro Involvi. Ovid. 9. Epist. 86.
Scilicet immanes elisos faucibus hydros,
Infantem caudis involuisse manum.

INVOLŪTUS, a, um. Partic. [ἐλυσθεὶς] ut, Involutum caput. Involucris opertum & velatum. Cic. 2. Philipp. 77. Et 6. Verr. 65. Imperat suis, ut id in Prætorium involutum quam occultissime deferatur.
Bellum involutum pacis nomine. Cic. 7. Philipp. 19. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum involutum reformido. *Une paix fourrée.*
Causa involuta obscuritate. Cic. 1. de Divin. 35.
Nequitia involuta integumentis. Cic. in Pison. 12.
Notio involuta & tecta de fortitudine. Cic. 4. Tusc. 52.
Res involutæ & occultæ. Cic. 1. Acad. 15.
Aperire occulta quædam & quasi involuta. Cic. 1. de Fin. 30.
Res involutissima. Sen. Quæst. Nat. 6. 5.

INVOLUTIO, ōnis. f. Vitruv. 10. 11. extr. Tabulæ, quæ pertegant eam involutionem.

INVOLŪTO, āre. frequent. Apic. 2. 1. Singula involutantur folia lauri.

INVOLVŎLUS, i. m. [ἴψ] Idem vermiculus qui & Convolvulus dicitur, quod sese foliis arborum & vitium circumvolvat & implicet. Festus; Involvolus, Vermiculi genus qui se involvit pampino. Al. Involvus. Plaut. Cist. 4. 2. 63.
Imitatur nequam bestiam & damnificam PH. quamnam amabo?
L. Involvolum, qui in pampini folio intortus implicat se.

INVOLŪCRE, is. n. [ἔλυτρον] Linteum quod tonsores humeris tondendorum involvunt, ne capillorum recisamenta, & præsegmina vestem sordident. Plaut. Capt. 2. 2. 17.
Næ is quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet.
[Al. Ne id quidem involucre. Turneb. Involucrum. Malim Involucri. Id involucri, priscæ elegantiæ est. Involucre vero, substantivum ex adjectivo, ab Involvo deductum, nec auctoritate, nec ratione ulla nititur.

INVOLŪCRUM, i. n. [ἔλυτρον] Quicquid aliquid tegit & operit. ut Involucrum clypei. Cic. 2. de Nat. Deor. 37. Ut clypei causa involucrum, vaginam autem gladii, sic, præter mundum, cetera omnia aliorum causa esse generata.
Involucra & integumenta. Cic. 1. de Orat. 161. Sic modo in oratione Crassi divitias ac ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta prospexi: sed ea quum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit.
Involucris simulationum tegi: h. e. Simulatis affectibus. Cic. 1. Q. frat. 1. Multis enim simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.

INVOLENTIA, æ. f. Salvian. de Gub. Dei, lib. 7. Etsi involentia non carent, malevolentia carent. Al. Vinolentia.

INVOLUNTAS, ātis. f. Tertul. Apol. cap. 45. Ex involuntate seu necessitate delinquens.

INVOLUNTĀRIUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. Actus involuntarius.

INVOLUNTARIE, Adv. Digest. l. 1. t. 3. l. 2.

INURBĀNUS, a, um. Adj. [ἄγροικος, σκαιὸς] Urbano contrarium, h. e. Incivilis, rudis, rusticis moribus præditus. Cic. 2. de Orat. 40. Inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Idem de Clar. Orat. 180. Sed omnium oratorum, sive rabularum, qui & plane indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c.
Dictum inurbanum. Hor. de Arte Poet. 273.
Gestus non inurbanus. Quintil. lib. 6. cap. 4.

INURBĀNE, Adv. [σκαιῶς] Inciviliter. Cic. 3. de Nat. Deor. 50. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, quum, &c. Subaudi, Inquit. conf. Plin. 2. Epist. 14.

INURGEO. ĕre. Lucret. lib. 5. 1034.
Cornua nata prius vitulo quam frontibus exstent,
Illis iratus petit, atque infensus inurget. h. e. Urgendo impingit, pugnat, cornu petens arietat.

INŪRĪNO, [ὑποδύομαι] āre. Idem quod Urinare; i.e. In aquam mergi, & natando emergere. Columel. lib. 8. cap. 14. Lacus piscinaque manu fiant, ut sint quibus inurinare possint aves.

INŪRO, ussi, ustum, [ἐγκαίω] ĕre. Ignito ferro imprimere, ut stigma fronti, & equorum coxis, ut cognoscantur a venditore.
Notas & nomina inurunt vitulis. Virg. 3. Georg. 158.
Inurere, Adhibito igni fingere: quod genus picturæ, encaustice dicitur. Plin. lib. 35. cap. 4. extr. Nemeam sedentem supra leonem &c. Nicias scripsit se inussisse: tali enim usus est verbo.
Inurere alicui infamiam, per translationem, significat Ita imprimere, ut deleri nequeat: ut, Inurere ignominiam alicui. Cic. de Provinc. Consul. 16. Sed fruatur sane hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni præter se inusta est, putet esse leniorem.
Dolorem inurere animo alicujus. Cic. 3. Verr. 113. Item 3. Tusc. 19. Proprium est enim irati cupere, a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere.
Famam superbiæ alicui inurere, Injicere notam superbiæ, Superbiæ damnare. Cic. pro Muren. 8. Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris ejus, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatisque famam inussisset, si hominis, & suis & Pop. Rom. ornamentis amplissimi, causam tanti periculi repudiassem. Gul. Infamiam.
Leges inurere. Cic. pro Milon. 33. Quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis, & pestes Reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inusturus? i. e. In perpetuam Reipub. ignominiam laturus.
Maculam alicui inurere, est Ignominiam indelebilem ei imponere. Liv. lib. 3. 58. pr. de Ap. Claudio, Prehensabat singulos, orabatque, ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent, ut carcere & vinculis viderentur digni.
Notam Censoriam inurere alicui. Plin. 9. Epist. 13.

INUSTUS, a, um. Partic. [ἔγκαυστος] ut, Sanguis inustus vulnere. h.e. In ipso vulnere ustus. Ardenti enim titione factum erat vulnus. Ovid. 12. Met. 275.
Inusta testis candentibus vetus hominis urina. Columel. lib. 7. cap. 5. In quam demersæ sint & extinctæ testæ præ ardore candentes. *Faire des briques ardentes.*

INUSĬTĀTUS, a, um. Adj. [ἀήθης] Insolitus, præter consuetudinem, inauditus. Cic. in Orat. 11. Aut reprehendet quod inusitatas vias indagemus,

dagemus, tritas relinquamus. Idem 3. de Fin. Inusitatis verbis utentur.
Acies inaudita ante id tempus, inusitataque. Liv. 4. 33. pr.
Magnitudo inusitata. Plin. lib. 8. cap. 48.
INUSITATE, Adv. [ἀήθως] quod & INUSITATO dicitur: h.e. Præter morem & consuetudinem. Plin. in Paneg. 5.
Absurde & inusitate scriptæ epistolæ. Cic. 1. Q. frat. 2. Et de Clar. Orat. 260. Inusitate loqui.
Verbo inusitatius facto amorabundam dixit Laberius. Gell. 11. 15. pr.
Decemviri inusitatissime nox pro noctu dixerunt. Macrob. Saturn. 1. 4.
INUTILIS, e. Adj. [ἄχρηστος, ἀχρεῖος, ἀχρεῖος] Utili contrarium. Plaut. Pseud. 3. 2. 5.
Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem. Cic. 1. de Invent. 1. Is inutilis sibi, perniciosus patriæ civis alitur.
Inutilis ad usus civium. Cic. 1. de Fin. 12. Ab hisque M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad usus civium non inutile.
Genus, & nomen inutile. Hor. 1. Carm. 14. 13.
Qui mores aut utiles, aut inutiles sint. Cic. 2. de Divin. 11.
Alga inutilis. Hor. 3. Carm. 17. 10.
Factu inutile. Hor. 1. Serm. 4. 124.
Compar. Inutilior. Ovid. 13. Met. 38.
— donec solertior isto,
Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit Naupliades animi.
Superl. Plin. 22. 24. Stomacho inutilissimum.
INUTILITER, Adv. [ἀχρήστως] Hirt. de Bell. Alex. 65. Multa Romæ male & inutiliter administrari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Compar. Inutilius. Varro de R. R. 3. 5. pr. Et inquinatur facilius & bibitur inutilius. [i. e. Insalubrius.
INUTILITAS, ātis. f. [ἀχρηστία] Cic. 2. de Invent. 158. Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint honestas & utilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas.
INUTRIUM, Vindeliciæ urbs Ptolem. lib. 2. cap. 13. Vulgo *Insbruck*.
INVULGO, āre. Idem quod Vulgare. Gell. 20. 5. Disciplinas libris foras editis invulgasset. Grævius etiam hanc vocem Ciceroni tribuit 2. Att. 1.
INVULGATUS, a, um. Partic. Vulgaris. Gell. 11. 7. Invulgata & sordentia.
INVULNERABILIS, e. Adj. Sen. Epist. 9. Animus invulnerabilis.
INVULNERATUS, a, um. Adj. [ἄτρωτος] Vulnerato contrarium. Cic. pro Sext. 140. Aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt.
INUUS, i. m. Idem qui Incubus. Nec diversus est a Pane, ut tradit Servius. in Virg. 6. Æn. 775.
Pometios, Castrumque Inui. V. FAUNUS. Fuit autem hoc nomine oppidum Latii, quod Sil. 8. 360. simpliciter Castrum vocat.

## I O

IO, ūs. f. [Ἰώ] Filia fuit Inachi, a Jove adamata, quam ob Junonis interventum, ne agnosceretur, in vaccam convertit, eique custodiendæ Juno Argum præfecit. Deinde interfecto Argo a Mercurio, Isis Ægyptiorum dea facta est, ut scribit Lucian. in dialogo Jovis & Merc. V. Ovid. 1. Met. 628.
Vaga Io. Valer. 7. Argon. 111.
IO, [ἰώ] Dolentis particula est. Tibul. lib. 2. 4. 6.
Uror, io! remove, sæva puella, faces. Sil. 4. 781.
Clamat io conjux, quocunque in cardine mundi
Bella moves, huc signa refer.
Io, quandoque exprimit gestientis lætitia affectum. Budæus, Sacram esse invocationem, dicit. Ovid. 2. de Arte Am. 1.
Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan. Plaut. Casin. 4. 3. 3.
Io hymen hymenæe! io hymen!
Io triumphe. Hor. 4. Carm. 2. 49.
Io, irridentis interjectio. Plaut. Merc. 5. 2. 110.
Sic decet, sic fieri oportet. E. io! quæ tu somnias?
Hic homo non sanus est. al. Eho!

## J O C

JOCASTA, [Ἰοκάστη] Filia Creontis, & uxor Laii regis Thebanorum, post cujus necem imprudens nupsit OEdipodi filio suo, ex quo suscepit Polynicem & Eteoclem: qui quum mutuis sese vulneribus occidissent, ipsa quoque se necavit. Stat. 11. Theb. 625.
Regina extulerat notum penetralibus ensem, &c. Ibid. 8. 642.
Prima videt, caramque tremens Iocasta vocabat. Et 7. 475.
Exanguesque Iocasta genas, &c.
Sæva Iocasta. Sen. OEdip. 14.
JOCABUNDUS, JOCATIO, JOCULATIO. V. JOCUS.
JŎCUS, i. m. [παιδιά, παιδιὰ, παίγνιον] plur. hi Joci, vel hæc Joca. Jocum vocamus quod est contrarium Serio. Differt autem Jocus a Ludo, quod ludus factis: jocus præcipue verbis fieri dicatur. Plaut. Stich. 1. 3. 68.
Jocus ridiculos vendo, agite, licemini. Al. Logos. Cic. 14. Att. 14. Itaque joca tua plena facetiarum, &c.
Jocus non semper fit verbis, sed interdum etiam factis. V. Fluitare, pro Navigare, in verbo FLUO.
Joca & Seria, contraria. Cic. 2. de Fin. 85. At quicum joca & seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia?
Apta joco verba. Ovid. 15. Epist. 48.
Antiqui fabula plena joci. Ovid. 2. Fast. 304.
Extra jocum. Cic. 7. Fam. 11.
Furtivi joci. Ovid. 3. de Arte Am. 640.
Illiberalis jocus. V. ILLIBERALIS.
Inhumanus. Quintil. lib. 6. 3.
Insanus jocus. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. &
Lascivus jocus cujuspiam cum aliquo. Plin. 8. 40.
Liberales joci. Plin. Panegyr. 49.
Liberior jocus. Ovid. 4. Fast. 946.
Magnus risus jocusque. Hor. 1. Serm. 8. 50.
Opportunus jocus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Remoto joco. Cic. 7. Fam. 11.
Ridens jocus. Stat. 1. Silv. 6. 6.
Sævus jocus. Hor. 1. Carm. 33. 12. Idem 2. Epist. 1. 149.
Superbi joci. Lucan. ad Pison. 103.
Venenatus jocus. Ovid. 2. Trist. 566.
Admittere jocos. V. ADMITTO.
Agitare jocos. Ovid. 3. Met. 320.
— vacuaque agitasse remissos
Cum Junone jocos.
Dicere per jocum. Plaut. Pœn. 5. 5. 41.
— Heus tu si quid per jocum
Dixi, nolito in serium convortere. conf. Amph. 3. 2. 3.
Inserere turpes jocos historiæ. Ovid. 2. Trist. 444.
Movere alicui risum & jocum. Hor. 1. Epist. 19. 20.
Jocus, pro Re abjecta ac parvi pretii. Petron. cap. 57. Spero me sic vivere, ut nemini jocus sim. Idem cap. 17. extr. Religiones jocum risumque facere. V. Ludus & Jocus, pro Re abjecta, &c. in LUDUS.
JOCO, Adv. Per jocum, quod & Jocose dicitur: h. e. Festive. Ter. Heaut. 3. 2. 30.
Jocone, an serio illæc dicat, nescio. Idem Eun. 1. 2. 99.
JOCŌSUS, a, um. Adj. [παιδιώδης, φιλοπαίγμων] Ad ludum pertinens. Unde Jocosas contentiones dicimus, Quæ in ludis vel de ludis oriuntur.
Furtum jocosum. Hor. 1. Carm. 10. 7.
Jocosa lis. Martial. lib. 1. 20.
Non potuit melius litem finire jocosam. i. e. Jocis & ridiculis plenam.
Ludi jocosi. Ovid. 5. Fast. 183.
Jocosum, Festivum, jucundum, & quod verbo ipso risum movet; ut, Jocosa verba, h. e. Levia, non seria, sed per jocum dicta. Plin. lib. 35. cap. 10. Idem jocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Quintil. lib. 6. cap. 4. Dictorum urbanorum alia seria, alia jocosa, alia media.
Sermo tristis & Jocosus, contraria. Hor. 1. Serm. 10. 11.
Verba jocosa. Ovid. 6. Fast. 692.
Jocosus homo: h. e. Facetus, lepidus, jocis abundans. Varro 2. de R. R. cap. 5. At Q. Lucceius Senator, homo quamvis humanus & jocosus.
Hilaris & Jocosus. Hor. 1. Epist. 19. 89.
Oderunt hilarem tristes: tristemque jocosi.
JOCOSE, Adv. [παιδικῶς] Festive, hilariter. Cic. 2. Q. frat. 11. Eumque lusi jocose satis. Idem 9. Fam. 24.
Compar. Dicere aliquid jocosius. Hor. 1. Serm. 4. 103.
JOCĀLITER, Idem. Ammian. 15. 12. Quos jocaliter Murcos appellant.
JOCOR, [παίζω] āri. Jocos agere: vel Facete, & cum venustate aliqua loqui. Ter. Eun. 2. 3. 86. Quid agis? jocabar equidem. CH. garris? Cic. 4. de Fin. 30. Habent enim accessionem dignam in qua elaboretur, ut mihi in hoc Stoici jocari videantur. interdum, quum ita dicant, &c. Idem 2. Fam. 4.
In morbum, in faciem permulta jocatus. Hor. 1. Serm. 5. 62.
Carum nescio quid lubet jocari. Catul. ad passerem Lesbiæ, 2. 6.
Jocabo, active dicit Plaut. Cas. 4. 4. 20.
JOCANS, antis. Partic. [παίζων] Joco aliquid dicens, nec serio agens. Cic. 4. Acad. 17. Fabricemurque, si opus erit, verba: ne id sibi (me appellabat jocans) hoc licere putet soli.
Mimi obscœna jocantes. Ovid. 2. Trist. 497.
JOCABUNDUS, a, um. Adj. Valer. lib. 2. cap. 4. 4. Juventus, rudi atque incomposito motu corporum jocabunda, gestus adjecit. Idem 1. 8. ext. 8. Et 3. 2. ext. 6. Et Lactant. 2. 7.
JOCĀTIO, ōnis. f. Jocosa & faceta narratio aut locutio. Cic. 9. Fam. 16. Nunc venio ad jocationes tuas. Idem 2. Att. 8.
JOCISTA, æ. m. Qui jocatur. Gloss. Isidor. V. Barth. Adversf. 11. 29. & Cangium.
JOCŬLUS, i. m. dimin. [παιδιάριον] Plaut. Mostell. 3. 3. 20.
Egone te joculo modo ausim dicto aut facto fallere!
JOCULĀRIS, e. Adj. Idem quod Ridiculus. Ter. Phorm. 1. 2. 84. Jocularem audaciam. Cic. de Fat. 15. O licentiam jocularem. Idem 1. de Legib. 53. Joculare istud quidem, Pomponi, & a multis sæpe derisum. conf. Suet. Neron. cap. 42. Et Liv. 7. 2. Phædr. 4. 1. 1.
Joculare tibi videtur & sane leve. [Lego Videtur. est sane leve. Vel potius
Joculare tibi videtur. est sane. levi,
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.
Jocularis lascivia. Vide in MENTAGRA. H. St.
JOCULĀRITER, Adv. [παιζομένως] Per jocum. Plin. lib. 22. cap. 22. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poetæ objicit jlocaliter. Suet. Aug. cap. 75. Festos & solennes dies profusissime, nonnunquam jculariter tantum celebrabat. conf. Spart. Hadr. cap. 12.
JOCULĀRIUS, a, um. Adj. [παιζόμενος] Quod joco dicitur, & joco dignum est, neque serium est aut grave. Hor. 1. Serm. 1. 23.
Præterea ne sic, ut qui jocularia ridens
Percurram.
Jocularium in malum insciens pæne incidi. Ter. And. 4. 5. 43. Ubi Donatus, Jocularium e contrario pro Gravi, & molesto ac nimio: jocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν.
JOCULARIA, æ. f. Sarisb. Epist. 245. Importuna narratio instar musicæ est in luctu funeris joculariam exercentis. [Nisi error est, pro Jocularia.
JOCULOR, āri. Dep. unde
JOCŬLANS, antis. Partic. Liv. 7. 10. extr. Inter carminum propemodum incondita quædam militariter joculantes, Torquati cognomen auditum. [Ego vero Livium Jaculantes scripsisse puto. Jactandi & Jaciendi verbo frequenter veteres in re eadem utuntur. V. Suet. Jul. cap. 51. pr. & Jaculationem verborum Fabius dixit lib. 6. 3. Joci mentio hic prorsus aliena est. Non enim per jocum, sed honoris causa hoc illi Cognomen additum est. Sic enim quoque, pro Auditum, legi velim, ut lib. 1. c. 10. & passim alias. Joculari Livianæ ætatis non videtur. V. Cang Gloss.
JOCULATIO, ōnis. f. Firmic. lib. 5. cap. 4. ad fin. Joculationibus deditі, canticis, & voluptatibus. Idem 5. 5.
JOCULĀTOR, ōris. m. [παίκτης] Cic. 4. Att. 16. Huic joculatorem senem illum, ut noras, interesse sane nolui. al. Joculatorium. V. dict. seq.
JOCULATŌRIUS, a, um. Adj. Diomed. Gramm. Joculatoria quædam pronuntiare. V. JOCULATOR.

Ioculato-

Ioculatoriæ disputationi. H.St. Aliam observationem ejus bibliopegi culter abstulit, cujus supersunt tantum hæc verba: Sed dicendum potius erat Jocabundus. Illa vero superiora Cic. 4. Att. 16. quidam codd. præferunt. Al. Jaculatorem. Lectio admodum vexata est. V. not. Græv. Forte Fabulatorem senem scripsit Tullius. Aptius certe vix quicquam invenies.

JOCULAX, ācis. Gloss. Gr. Lat. γελοῖος, joculax.

## J O H

JOHIA, Interjectio renuentis. Plaut. Merc. 4. 3. 31. [ Douz. Io alla, ut in marg. Gronov. Legitur, quod quid sit nescio: Forte Io illa, vel Olla scripsit. Puto Io heia! scribendum. Utraque Plautina interjectio est, sed ne versus claudicet, dialysi subveniendum, scribendo Heïa vel Heija.

## I O L

IŌL, [Ἰώλ] Mauretaniæ Cæsariensis urbs, quæ postea Colonia Cæsarea dicta est, de qua sic Strabo lib. ult. In hac ora civitatem fuisse nomine Iol, quam quum Juba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Cæsaream vocavit. Cæsarea igitur dicta est non ob Claudium, cujus jussu Colonia facta est, sed in gratiam Augusti magis, cujus liberalitate, quum post victum patrem Jubam, Romæ in triumpho ductus esset, miro in eo elucente ingenio, restitutus est in regnum. V. Melam 1. 6. & Plin. 5. 2. Olivarius dicit nunc vocari Bugiam.

IŌLAS, æ. m. Nomen pastoris. Virg. 2. Ecl. 57. & 3. 76. Augustum intelligi volunt dictumque Iolam, quasi Iulum.

IOLĀUS, [Ἰόλαος] Iphiclis filius fuit, a quo Sardinii Iolenses Strab. lib. 5. dicti sunt, quia illam insulam ad pacem reduxit.
Hyantæus Iolaus. Ovid. 8. Met. 310. Idem 9. 399.

IOLCOS, [Ἰωλκός] Oppidum Thessaliæ. Pompon. lib. 2. cap. 3. & Plin. lib. 4. cap. 9. conf. Lucan. 3. 192. Et Hor. Epod. 5. 21.

IOLCHIACUS, vel IOLCIACUS, a, um. Adj. ut, Vota Iolchiaca. Virg. in Ciri 377.
Portus Iolciacus. Ovid. 7. Met. 153.

IŎLE, [Ἰόλη] Euriti Ætoliæ regis filia fuit, quam amavit Hercules. V. Ovid. 9. Met. 394. Et 9. Epist. 133.

## I O N

ION, i. n. Gemma, apud Indos violacea, quæ raro saturo colore lucet. Plin. lib. 37. cap. 10.

ION, m. [Ἴων] Poeta Græcus, cujus meminit Plutarchus & Suidas.
Ion, Xuti filius: a quo Ionia dicta est Athenienfium civitas; sicut a Cecrope conditore Cecropia, & a Mopso Mopsopia. conf. Stat. 8. Theb. 454. Plin. 18. 32; 34 8. & 37. 10.

JŌNAS, æ. m. [Ἰωνᾶς] Propheta V. T. V. Prudent. Cath. 7. 101. Et Sidon. Carm. 16. 26. Hinc

JONÆUS, a, um. Adj. Juvenc. 2. 711.
Hic & Jonæis monitis potiora jubentur.

IŌNES, um. [Ἴωνες] Populus Ioniæ. V. Isidor. 9. 2. & dict. seq.

IŌNIA, æ. f. [Ἰωνία] Regio minoris Asiæ, media inter Cariam & Ætoliam, ab Ione Atheniensium duce cognominata, qui eam regionem subegit. Vel a Jano Japhet filio: ut Josephus inquit lib. 1. Antiq. cap. 11.
Ioniæ regionis sunt urbes XII. Ephesus, Miletus, Myus, Priene, Colophon, Teos, Lesbos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samos, ut ait Suidas. Ab Ortu Lycaones & Lydos habet, a Septentrione Æoles, ut a Meridie Cares. Ioniæ situm describit Plin. lib. 5. cap. 29.
Dives Ionia. Ovid. 6. Fast. 175.
Mollis Ionia. Propert. 1. 6. 31.

IONĪCUS, a, um. Adj. possess. [Ἰωνικός] Quod ex Ionia: ut Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima.
Ionicus, nullo adjuncto, pro Saltatore. Plaut. Stich. 5. 7. 1.
Qui Ionicus aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet? Ionicum autem saltatorem fere molliculum & effeminatum, delicatiusque se moventem interpretor, ut apud Hor. 3. Carm. 6. 21.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, &c. Al. Ionios. Tum quod Ionum mores & saltationes lasciviores & teneriores petulantioresque erant, tum quod Siculi saltationem quandam, ut reor, blandam & voluptariam in honorem Dianæ celebrabant, Ionicam vocatam. Turnebus.
Ionicus a majori, Pes est constans ex spondeo & pyrrhichio: ut præconium. Ionicus a minori, ex pyrrhichio & spondeo: ut Diomedes. Dicti sunt Ionici, quia Iones populi in carmine iis pedibus utebantur. V. Mart. Capell. 5. Et Isidor. 1. 16.
De Risu Ionico. V. Erasmi Chil. & Plaut. Pers. 5. 2. 45. Et Pseud. 5. 1. 28.

IONICE, Adv. [Ἰωνί] Per dialectum Ionicam. Gell. 6. 14.

IONIĂCUS, a, um. [Ἰωνιακός] ut, Puellæ Ioniacæ. Ovid. 2. de Arte Am. 219. conf. Idem 9. Epist. 73.

IŌNIUS, a, um. Adj. [Ἰώνιος] Ionium mare, ab Ionia regiuncula extremæ Italiæ Solinus dictum ait. Parrhasius grammaticus ex Didymi Græci scriptoris auctoritate ab Ionio Dyrrachii filio, quem Hercules ex improviso occisum in mare projecit, ut memoriam ejus propagaret, cujus inter alios Appianus nobilis scriptor meminit. Alii ab Ius errore, ut Lycophron ait. Vel ab Ionio Illyrico. Vel quod in eo perierunt Iones. Alii sic scribunt, Ion Italus Adriæ pater fuit, a quo sinus Ionius, qui mox ab Adria dictus est Adriaticus. Fere constat hoc mare violentum esse, vastum & jactabundum: ac supra fauces Adriatici intra Siciliam & Peloponnesum atque Cretam expanditur. Ideo Græci partim ipsum Siculum, partim Creticum appellant, ab insulis. V. Plin. 3. 6. & 8. [ Solinus potius Ionium a memoria regis nomen invenisse tradit cap. 36.
Æquor Ionium navigat. Ovid. 15. Met. 700.
Immensum Ionium. Ovid. 4. Met. 534.
Mare Ionium. Virg. 5. Æn. 193. Liv. 23. 33.
Magnum Ionium. Virg. 3. Æn. 211.
Sinus Ionius. Hor. Epod. 10. 19.
Trucis Ionii rabies. Stat. 6. Theb. 52. Poetæ plerumque antep. corripiunt.

IONTHUS, i. m. [Ἴονθος] tumor in facie. Lat. Vari pl. dicuntur. V. Priscian. 1. 18.

IONTĪTIS, idis. f. Herba, quæ & Aristolochia. Apul. de Herb. cap. 19. [ Al. Iotitis. An Ianthis scribendum, Ἰανθίς, i.e. Violantilla? V. IANTHIS.

## I O P

IŌPAS, æ. m. Rex Afrorum, unus ex procis Didonis, ut Punica testatur historia. Virg. 1. Æn. 744.
— cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

JŌPE, es. f. [Ἰόπη] Nomen nymphæ apud Propert. 2. 28. 52.

JOPPE, es. f. [Ἰόππη] Urbs Judææ maritima antiquissima, utpote quæ ante diluvium condita fertur: regia quondam fuit Cephei regis patris Andromedæ, ut scripsit Pomp. Mela lib. 1. cap. 11. extr. Et Plin. lib. 5. cap. 13. De hujus urbis situ scripsit Hegesip. lib. 3. Bell. Jud. Portus est peregrinorum Hierosolymitanorum, sive potius maris Mediterranei ad Judæam. Hebraica lingua *Japho*, nunc *Jaffa* vocatur. conf. Isidor. 15. 1.

JOPPĬCUS, a, um. Adj. ut Joppica [Ἰοππική] Judææ toparchia. Plin. 5. 14.

## J O R

JORDANES, is. m. [Ἰορδάνης] Fluvius Judææ eximiæ suavitatis, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 15. pr. cui Jordanis dicitur. At Tacit. 5. Hist. 6. 4. Josephoque & ceteris Græcis Ἰορδάνης, genit. Ἰορδάνου. V. Interpr. nomin. Hebraic. & Isidor. 13. 21. [ Qui tamen, juxta ac Suidas errat, quum nomen a duobus confluentibus fluminibus Jor & Dane arcessit, cum illud appellativum fluminis, hoc proprium regionis, unde oritur, nomen sit, ut docent Hebraïcæ linguæ periti.

## I O S

IOS, [Ἴος] Insula una ex Cycladibus, in qua sepultus est Homerus oraculo jubente: quoniam mater ejus ex Io esset, ipse certa matre, incerta esset patria. Plin. lib. 4. cap. 11.

JŌSEPH, [Ἰωσήφ] vel JŌSĒPHUS, i. m. Patriarcha, de quo in Genes. extr. & Act. 7. V. Juvenc. 4. 721. Et Arat. 1. Apost. 105.
Josephus [Ἰώσηπος] Historicus, Hierosolymita, a Vespasiano ex Iudæa captivus Romam abductus. V. Suet. Vesp. cap. 5. & Suid. Vel potius Fabric. Bibl. Gr. lib. 4. cap. 6.

## I O T

IŌTA, [ἰῶτα] Nomen litteræ Græcæ. Cic. 3. de Orat. 46. Quare Cotta noster, cujus tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, ut iota litteram tollas, & e plenissimum dicas. Martial. lib. 2. 93.
Unum de titulo tollere iota potes.

IOTACISMUS, i. m. [Ἰωτακισμός] Grammaticis est ubi littera I concumulatur; ut Juno Jovi irascitur; vel quoties in hac littera duplicatur sonus; ut Troija, Maija. V. Mart. Capell. 5. p. 167. Et Isidor. 1. 31.

JŌTAPATA, [Ἰωτάπατα] Urbs in Syria, a conditore sic vocata.

JOVIS, [Ἰόβις Suid.] olim recto casu dictus Juppiter. V. Varr. 7. de L.L. 38. extr. Priscian. lib. 4. Brisson. de Formul. 8. p. 43. ed. Wechel. Apul. Met. 4. p. 157. Quem tremit ipse Jovis. Petron. cap. 47. Hoc solum vetare ne Jovis quidem potest. Idem 58. Tibi Jovis iratus est.
Jovis, genitivus est a Juppiter. Unde, Jovis barba, Planta apud Plin. 16. 18. Jovis flos, Idem 21. 10. Jovis gemma, candida est, non ponderosa, tenera, Idem lib. 37. cap. 9. Jovis Virgo, Ampel. cap. 12. de Signis. V. JUPPITER.

JOVIĀLIS, e. Adj. Jovialis incontinentia. Arnob. lib. 5. p. 162. Jovialis pellacia. Ibid. p. 171. Jovialium poculorum minister. Macrob. Saturn. 5. 16.

JOVISTÆ, compositum a Jove & Justæ. Fest. Sed mendum videtur.

JOVIUS, a, um. Adj. Arnob. lib. 6. Ex nomine Jovio.
De Jovii & Herculii appellationibus in nummis, V. Spanh. Diss. 12. p. 495.
Jovia dicta est, Regia Spalkato Dalmatiæ proximior a Diocletiano, qui se Jovem, vel Jovium appellabat. Panciroll. Not. dign. Imp. Occid. cap. 37.

## I P H

IPHIANASSA, [Ἰφιάνασσα] Melampodis uxor fuit, & Prœti de Sthenobœa filia, ob pulchritudinem a Junone in furorem versa, sed a Melampode sanata. V. Appollod. lib. 2.
Alia Agamemnonis filia, de qua Hom. Iliad. 9. 145.

IPHIANASSÆUS, a, um. Adj. [Ἰφιανάσσαιος] ut, Iphianassæus sanguis. Lucret lib. 1. 85.
— Triviai virginis aram
Iphianassæo turparunt sanguine fœde. i. e. Iphigeniæ. Lamb. Iphianassaï.

IPHIAS, V. post IPHIS.

IPHĬCLES, is. m. [Ἰφικλῆς] Amphitryonis & Alcmenæ filius, uno partu cum Hercule editus, Iolai, comitis laborum ipsius, pater: sepulchrum habuit apud Pheneum Arcadiæ urbem, ut scribit Pausanias in Arcad p. 248. Wech. conf. Strab. lib. 5. & Serv. ad hunc locum Virg. 8. Æn. 288.
— ut prima novercæ
Monstra manu, &c. Ubi perperam Iphiclus vocatur, ut & apud Hygin. fab. 173.

IPHICRĀTES, is. m. [Ἰφικράτης] Teste Corn. Nepote & Plutarcho, vir Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarum, quam scientia rei militaris nobilitatus.

IPHIDĂMAS, æ. m. [Ἰφιδάμας] teste Homero lib. 11. Iliad. v. 221. Antenoris filius, corpore lato atque procero, ab Agamemnone in bello Trojano interemptus fuit.

IPHIGĔNĪA, æ. f. [Ἰφιγένεια] Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandam in sacrificio apud Aulidem censuit. V. totam fabulam apud Servium ad illud Virg. 2. Æn. 116.
Sanguine placâstis ventos, &c. Propert. lib. 3. 23.
Hoc juvene amisso classem non solvit Atrides,
Pro quo mactata est Iphigenia mora. conf. Ovid. 12. Met. 32. & Beroald. ad lib. 8. Apul. p. 72.

IPHIMEDĪA, æ. f. [Ἰφιμέδεια] Uxor fuit Aloei, quæ compressa a Neptuno, duos peperit, OEthum & Ephialtem: qui digitis novem per singulos menses crescebant. Hæc Serv. ad illud Virg. 6. Æn. 582.
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora. V. ALOEUS.

IPHINASSA, V. IPHIANASSA.

IPHĬNŎE, es. f. [Ἰφινόη] Soror Iphianassæ, quam supra vide. conf. Serv. in Virg. 6. Ecl. 48. & Ovid. 15. Met. 326.
Iphinoe, Mulier Lemnia, quæ cum reliquis consilium cepit viros ab expeditione Thracica reduces trucidandi. V. Val. Flacc. 2. 162. & 327.

IPHINŎUS, i. m. [Ἰφίνοος] Unus ex Centauris.

IPHIS, idis. m. [Ἶφις] Puer liberali specie, qui quum Anaxareten puellam incredibili amore prosequeretur, neque tamen redamaretur ab ea, laqueo se suffocavit,
Atque onus infelix elisa fauce pependit, inquit Ovid. 14. Met. 700.

Iphis,

Iphis, Mercurii filius, unus Argonautarum. Val. Flac. 1. Argon. 441.
Iphis, Dux aut Miles. Stat 8. Theb. 447.
Iphis, Puella Cretensis nuptiarum die in marem mutata. V. Ovid. 9. Met. 700. sq.

Iphias, ădis. f. [Ἰφιὰς] Iphidis filia Evadne, quam alii Martis filiam volunt. V. suo loco, Evadne, quæ dicitur Iphias Ovid. 5. Trist. 14. 38. Et 3. de Pont. 1. 111. Et 3. de Arte Am. 22.

Iphĭtus, i. [Ἴφιτος] Vir fuit Trojanus, quem Homer. Iliad. 8. Et Virg. 2. Æn. 435. maximum armis esse dixit.
Iphitus, Filius Praxonidis, sive Hæmonis, qui primus Olympiada instituit. Val. Flacc. 1. Argon. 363. Naubuli filium facit & Argonautam. Sed apud Apollod. lib. 1. Iritus Nauboli.

## I P S

Ips, ipos, [ἴψ, ἰπός. H. St.] Vermiculus terræ pilosus, multis pedibus, arcuatim repens, tractuque contrahens se. Alii scolopendram nominant, alii millepedam, alii centipedam. Perottus. conf. Convolvulus & Involvulus.

Ipse, antique Ipsus, a, um. [αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ] gen. ipsīus, vel ĭus. V. Virg. Georg. 1. 452. & Æn. 5. 410. Ter. And. 2. 3. 3.
Ipsus sibi esse injurius videatur. conf. Plaut. Aul. 3. 1. 7.
Ipse, pronomen demonstrativum, aliis pronominibus junctum, eorum accipit significationem. ut, Ego ipse, Tu ipse. Ter. Adelph. 4. 4. 18. Ipsum id metuo ut credant, &c. Idem Eun. 2. 3. 64. Istunc ipsum.
Ipse, absque aliis per ellipsin prolatum, & tamen eorum habens significationem quæ cum eo subaudiuntur. Virg. 2. Æn. 5.
— quæque ipse miserrima vidi. pro Ego ipse. Ter. Adelph. 4. 2. 44. Apud ipsum lacum. pro Eum ipsum.
Ipse cum pronominibus, Me, mihi, te, tibi, se, sibi, raro cum iis casu convenit, saltem non tam eleganter. Cic. 3. Fam. 11. pr. Mihi ipse assentior. Ibid. 4. 5. Mali medici ipsi se curare non possunt. Et 4. 13. Mihi ipse displiceo. Idem 6. 10. Agam per me ipse, & moliar, &c. V. infra in Ter.
Ipse, relativum. Ter. Adelph. 1. 2. 59. Iste tuus ipse sentiet posterius. Idem Eun. 2. 2. 32.
Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula. Ibid. 3. 3. 9. Ipsa accumbere mecum.
Ipse, pro reciproco. Cic. 1. Off. 16. Si lumen de suo lumine accendat, facit ut nihilominus ipsi luceat. pro Sibi. conf. Nep. 23. 2. 2. Curt. 7. 10. 4. Et Sen. Benef. 3. 23.
Ipse, repetito nomini adjunctum. Cic. 1. Att. 1. Rogavit me Cæcilius ut adessem contra Satrium. Et paulo post sequitur, Sane sum perturbatus, cum ipsius Satrii familiaritate, tum Domitii. h. e. Prædicti vel præfati Satrii. Ter. Eun. 5. 1. 19. Habemus hominem ipsum.
Ipse, emphasim, id est expressionem alicujus rei latentis habet: ut si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit. Ter. Adelph. 4. 7. 43. — ipsa si cupiat Salus,
Servare prorsus non potest hanc familiam. Virg. 2. Æn. 264.
— & ipse doli fabricator Epeus. Idem 4. Æn. 365.
— Jove missus ab ipso.
Ipse egomet solvi argentum: majorem quandam vim habet quam Ego ipse. Ter. Adelph. 4. 4. 18.
Tute ipse. Ter. And. 1. 1. 124.
Homo ipse nusquam est. Ter. Eun. 3. 4. 5.
Flos ipse. Ter. Eun. 2. 3. 27. Subaudi Ætatis.
Frater ipse. Ter. Eun. 5. 2. 66. Adest optime ipse frater.
Res ipsa. Ter. And. 3. 3. 19. Et Eun. 4. 4. 37. Res ipsa indicat. Idem And. 5. 3. 2.
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.
Re ipsa mihi dolet. Ter. Adel. 4. 7. 15.
Se ipse. Ter. And. 3. 2. 15. Se ipsus fallit. Idem in prol. Adelph. 4. Indicio de se ipse erit.
Eccum ipsum video. Ter. And. 3. 4. 26.
Ipsum me nosti. Ter. Eun. 3. 5. 18. Teipsum exspectabam. Ibid. 4.6.5.
In ipsis nuptiis. Ter. And. 5. 4. 13. Intempore ipso. Ibid. 5. 6. 10.
Ipse, i. e. Ego. Virg. 1. Ecl. 10. — & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Ita sæpe Manilius, ut observat Scaliger in Not. p. 35. ed. Argent. Quintil. lib. 1. Ipsos erubescere etiam quum ab aliis laudamur, decet. h. e. Nos.
Ipsiusce, pro Ipsius. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. ult.
Ipsipsus, pro Is ipsus. Plaut. Cist. 2.3.58. & Truc. 1.2.23. Sed opt. editt. habent in priori loco, Is ipsus, in posteriori, Atque is.
Observat Casaub. ad Theophrasti Charact. cap. 3. περὶ κολακείας, & apud Græcos pronomen αὐτὸς, & apud Latinos Ipse, voces servorum aut discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos appellarent, proprio nomine dissimulato. Sic Plaut. Cas. 4. 2. 10.
Quid tu hic agis? A. ego eo quo me ipsa misit. i. e. Hera. V. Heins. ad Hesiod. O.& D. p. 226. Sic αὐτὸς ἔφα discipulorum Pythagoræ vox erat, cum de præceptore loquerentur. Ita Ille, apud Cic. 6. Fam. 19. & 20. Cæsarem notat. V. Pet. Victor. in loc.
Ipse, pro Sponte sua, per se. Cic. de Clar. Orat. 34. Ipsa enim natura circumscriptione quadam comprehendit concluditque sententiam.
Ipsius, pro Sui ipsius. Cic. pro Sext. 151. Quis unquam Consul Senatum ipsius decretis parére prohibuit? Budæus. conf. ad fin. infra.
Inter ipsos, pro Inter se. Quintil. lib. 8. cap. 6. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est. Idem lib. 10. cap. 2. usus est reciproce, Diversa est causarum inter se ipsas conditio.
Ipsum, pro Res ipsa de qua agimus. Cic. 1. de Divin. 104. Sed id ipsum est deos non putare, quæ ab his significantur, contemnere.
Hoc ipsum nihil agere & plane cessare, delectat. Cic. 2. de Orat. 24.
Hoc est ipsum esse contra se copiosum, disertum Cic. 2. de Divin. 83.
Quod ipsum. Cic. in Somn. Scip. 20. Idem 1. de Orat. Quod ipsum est tamen magnum. Idem pro Lege Manil. 17. Quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse debent.
Qui ipse tum fuit. Cic. de Clar. Orat. 29.
Qui ipse. Cic. pro Muren. 50. Nisi eum qui ipse misereret. Idem 8. Att. 23. Nec me Consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur.
Idem hoc ipsum, maximam emphasis & repetitionis gratiam habet. Cic. 3. Tusc. 26. Nihil gravius, nihil philosophia dignius, nisi idem hoc ipsum honeste, sapienter, juste ad voluptatem referre.
Idem ipse Mithridates. Cic. pro Lege Manil. 49.
Ille ipse. Cic. 2. de Orat. 75. Quærebant ab Annibale, quidnam ille ipse de illo philosopho judicaret. Idem pro Marcel. 8.
Ille ipse divinationis auctor Chrysippus. Cic. 2. de Divin. 61.
Illud ipsum quod est optimum. Cic. in Orat. 6.
Illo ipso tempore, illo ipso anno. Cic. Post redit. in Senat. 4. Et 4. Att. 1. Ipso illo die, quo lex est data.
Isti ipsi, qui, &c. Cic. 2. Tusc.
Istum ipsum inquam, Brute, dico librum. Cic. de Clar. Orat. Idem 7. Att. 3. Nam si Respub. defenditur, cur ea consule isto ipso defensa non est?
Si quis istas ipsas artes illustrare velit. Cic. 1. de Orat. 61.
Eo ipso die. Cic. 1. Att. 1. Idem 15. Fam. 18. Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a me, quum jam iretur ad te. Idem, Ea enim ipsa hora acceperam litteras tuas.
Ii tamen ipsi dii. Cic. 3. de Nat. Deor. 77.
Id ipsum. Cic. 15. Fam. 17. Atque id ipsum facerent commodius, si, &c.
Cum id ipsum dicere, nunquam sit non ineptum. Cic. 1. de Orat. 112. Et 7. Att. Nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum, &c.
Hic ipse, & Hoc ipsum. Cic. 2. de Fin. Velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Ibidem, Itaque hic ipse jampridem rejectus est.
Hicce ipse. Cic. 1. de Orat. 73. Sic in orationibus hisce ipsis.
Hoc ipsum. Cic. 7. Att. Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco.
Natali suo ipso die. Cic. 4. Att. 1.
Annis ipsis xx. Cic. de Clar. Orat. 61. Cato qui annis novem post eum fuit Consul, &c. mortuus est annis lxxxiii ipsis ante me Consulem. Quidam volunt significare Integros. Vide quendam Pontanum Jesuitam, qui Progymnasmata scripsit. H. St. Hæc ipsa interpretatio supra adjecta fuerat in Lond. Dicunt & Annis &c. totis veteres, non Integris.
Dies ipsi. Cic. 3. Att. 21. Triginta dies erant ipsi, quum dabam has litteras, per quos nullas a vobis acceperam. Eidem 4. 11. Quum ibi decem ipsos fuissem dies. [i. e. Dies x totos.
De ipso dicere modeste, pro De se ipso. Cic. pro Corn. Balb. 2.
Per se ipsum. Cic. de Arusp. Resp. 36. Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor, sed ex eo quod sequitur suspicor, &c.

Ipsior, Ipsissimus, h. e. Idem ipse. Plaut. Trin. 4. 2. 146. Ergo ipsusne es? C. ipsissimus.
Imitatione Græci αὐτότατος. Ipsior deleatur. H. St. Mihi videtur joco ab ipso Plauto fictum vocabulum.

Ipsullices, um. pl quasi l. sillices, ab Ipse & Illex. Festus, Ipsullices, Bracteæ in virilem muliebremque speciem expressæ. Voss. Etym. p. 269. Videntur, signare Imagunculas, quibus magi utebantur, ut eum cujus imago esset, pellicerent in amorem. conf. Jun. de Pictur. 11. 8.

## I R

Ir, n. indecl. proprie Manus concavitas, licet quandoque pro ipsa Manu ponatur. Perott. conf. Scholiast. Priscian. V. Hir.

Ira, æ. f. [ὀργὴ, θυμὸς, χόλος, μῆνις, κότος] Dictio est ab Ire: quod a se eat qui irascitur & furit. Unde & Qui iram deponit, Ad se redire dicitur. Hæc Donatus in Ter. Adelph. 5. 3. 8. Alii ab Uro duci volunt. Ter. And. 3. 3. 20.
Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cic. 4. Tusc. 21. Quæ autem libidini subjecta sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido puniendi ejus qui videatur læsisse injuria.
Ira pro Culpa nonnunquam ponitur. Grat. Cyneg. 374.
— furtim commissam ulciscitur iram. V. Ulit. Cur secund. in loc. Liv. 27. 7. Qui ex prætoris exercitu ob similis iram fugæ missi eo erant.
Firmissimus ira. Ovid. 7. Met. 457.
Furens ira. Sen. Herc. fur. 9.
Improbus ira. Virg. 9. Æn. 62.
Iniqui ira. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Impatiens iræ. Ovid. 13. Met. 3.
Terribilis ira. Virg. 12. Æn. 946.
Tumidus flagrante ira. Claud. de Laudib. Serenæ, 135.
Fluctus irarum. Lucret. 3. 299.
Frena irarum. Stat. 3. Theb. 425.
Stimuli acres irarum. Lucan. 2. 324.
Jovis ira, Fulmen. Ovid. 15. Met. 871.
Maris ira. Ovid. 12. Met. 36.
Acerbæ iræ. Lucret. 5. 1194.
Agitata ira magnis causis. Sen. Thyest. 7.
Ampliores iræ. V. Amplus.
Armigeræ iræ. Stat. 6. Theb. 828.
Atræ genis pallentibus iræ. Valer. 2. Argon. 205.
Bellatrix ira. Claud. 2. in. Ruff. 118.
Cælestis ira. V. Cælum.
Caligantes iræ. Stat 10. Theb. 281.
Capitalis ira. Hor. 1. Serm. 7. 12.
Cruenta ira. Hor. 3. Carm. 2. 12.
Fervens oculis dabat ira ruborem. Ovid. 8. Met. 466.
Graves iræ. Hor. 3. Carm. 3. 31.
Immedicabilis ira. Sil. lib. 1. 147.
Inanis. V. Inanis.
Inexorabilis. Sen. de Clement. lib. 1. cap. 5.
Ingens. Ovid. 1. Met. 166.
Iniqua. Ovid. 5. Met. 345.
Lenta. Ovid. 3. Epist. 22.
Magna. V. Magnus.
Manifesta. Ovid. 6. Met. 313.
Mansuetior. Ovid. 3. Trist. 23.
Minax. Sen. Agam. 7.
Mollior. Ovid. 2. Trist. 28.
Præceps. Sen. Hippol. 4.
Rapida. Stat. 3. Theb. 410.
Sæva. Virg. 10. Æn. 813.
Sanguinea. Valer. 7. Argon. 330.
Tenax. Ovid. 1. de Pont. 28.
Tristis. Virg 2. Ecl 14.
Tumida. Ovid. 2. Met. 602.
Vasta. Ovid. 10. Met. 551.

Violenta. Ovid. 8. Met. 106.
Ira supra modum. Virg. 4. Georg. 236.
Abjecta ira. Sen. Thyest. v. 431.
Abscedit ira. Ter. Hec. 5. 2. 14.
Abstinere irarum. V. ABSTINEO.
Abundare ira. V. ABUNDO.
Accedit illi ira. Sil. 16. 62.
Accendere iras. Sil. lib. 17. 443.
Accensus in iram. Lucan. 3. 133. V. ACCENDO.
Accingi ira. V. ACCINGO.
Acuunt magnis stridoribus iras. Virg. 12. Æn. 590.
Acuebat iras ingentes. Sen. Troad. 9.
Addidit dolor iram. Ovid. 12. Met. 532. Al. Adjicit.
Adjicit iram luctibus. Ovid. 2. Met. 384.
Admovere iras alicui. Stat. 5. Theb. 158.
Afficere aliquem dolore & ira. Tacit. 1. Ann. 41.
Aggerare iras. Virg. 4. Æn. 197.
Agit animus vivaces iras. Sen. Herc. fur. 1.
Asperare iram alicujus. Tacit. 2. Hist. 29. Irent propere, neu remorando iram victoris asperarent.
Asperat iras strictis mucronibus. Claud. de Magnete 609.
Assurgunt iræ. Virg. 12. Æn. 494.
Attollere iras. Virg. 2. Æn. 381.
Cadit ira metu. Ovid. 2. Amor. 13. 14.
Cadat ira naso. Pers. 5. Sat. 91.
Calet ira. Stat. 6. Theb. 230.
Cohibere iras. Virg. 12. Æn. 314.
Colligere iram. Hor. de Arte Poet. 160.
Commodare iras alicui. Stat. 4. Theb. 75.

— cui bella favent, cui commodat iras
Cuncta cohors. V. Commodo, in COMMODUM.

Commota est ira tyranni. Ovid. 6. Met. 549.
Comprimere iras. Sen. Med. 6.
Concire iram. Ter. Hec. 3. 1. 33.
Concipere iram, Vide CONCIPIO. H. St.
Concitare iram alicui. Ovid. 4. de Pont. 14. 41.

At malus interpres populi mihi concitat iram.

Concitare in iram, vide CONCITO. H. St.
Concitus rabida ira. Ovid. 7. Met. 413.
Concedere in iras. V. CONCEDO.
Condere iram. Tacit. 2. Ann. 28. Adeo iram condiderat, cunctaque ejus dicta, factaque quum prohibere posset, scire malebat.
Constitit ira infracta. Ovid. 6. Met. 627.
Contrahere iram alicujus alicui. Ovid. 2. Met. 660.

Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi.

Contundere iras. V. CONTUNDO.
Coquere iras. Sil. lib. 7. 403. V. COQUO.
Crudescunt iræ. Stat. 2. Theb. 680.
Cumulatur ira cor. Cic. pro Cœl. 37. Nunc enim mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira.
Decedet hæc ira. V. DECEDO.
Decurrere ad acres iras. Lucret. 3. 312.
Defervescere iram. Cic. 4. Tusc. 78.
Deflagrant iræ. Liv. 40. 10. Sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.
Diffundimus iram fiendo. Ovid. 8. Epist. 61.
Effert se ira Orco. Virg. 3. Æn. 215.

— nec sævior ulla
Pestis & ira deûm Stygiis sese extulit undis.

Effudit habenas omnes irarum. Virg. 12. Æn. 499.
Evomere iram in aliquem. Ter. Adelph. 3. 2. 14.

Nihil est quod malim, quam illam totam familiam dari mihi obviam,
Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.

Exæstuare ira tacita. Ovid. 6. Met. 623.
Exardescit ira ex Cic. Vide in EXARDESCO. H. St.
Excitat iras indomitas dolor. Virg. 2. Æn. 594.
Exercuit iras horribiles. Virg. 3. Georg. 152.
Exercent iras rostris & unguibus. Ovid. 13. Met. 613.
Facere iram. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Facere missam iram. V. MITTO.
Facere aliquid per iram. Cic. 4. Tusc. 79.
Finire iram. Ovid. 11. Met. 398.
Finire veteres iras. Ovid. 14. Met. 582.
Flexa ira ad mitius. Ovid. 3. Trist. 5. 41.
Fluctuat æstu irarum. Virg. 4. Æn. 532.
Frenare nescit iras. Sen. Med. 11.
Frangere iram. Quintil. lib. 6. cap. 3. Quum odium, iramque frequentissime frangat.
Gerere iram. Ter. Hec. 3. 1. 30.
Ignescunt iræ. V. IGNIS.
Imperat iræ accensæ non fortiter. Ovid. 9. Met. 28.
Tumidæ non imperat iræ. Ovid. 11. Epist. 15.
Incendi ira. V. INCENDO.
Incendit pectus principis truci ira. Sen. Octav. 5.
Incitat iras stimulis haud mollibus. Virg. 11. Æn. 728.
Incitatus ira. Cic. 1. Off. 24. Qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus est. V. INCITO.
Indulgere iræ. V. INDULGEO.
Induere iras sibi. Sil. lib. 1. 38.
Infecerat ira immani oculos. Claud. de Bell. Get. 585.
Ingenerare iras alicui. Stat. 4. Theb. 230.
Intercedit ira inter aliquos. Ter. Hec. 3. 1. 25.
Interit ira mora. Ovid. 1. de Arte Am. 374.
Lenire iram. Quintil. lib. 3. cap. 8. Nam & concitanda, & lenienda frequenter est ira.
Minuere iram. V. MINUO.
Mistus amor ira. Ovid. 6. Epist. 76.
Moderari iræ. Hor. 1 Epist. 2. 59.
Mollire iras. V. MOLLIS.

Movere iram alicujus. Sen. Octav. 5.
Occupatus ira. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Ortum unde est initium iræ. Ter. Hec. 3. 2. 16.
Parcere iræ. Virg. 2. Æn. 534.
Permulcere iras. V. PERMULCEO.
Placare iram deorum sacris. Ovid. 10. Met. 399.
Ponere iram, & Colligere iram, contraria. Hor. de Arte Poet. 160.
Ponere iras fideliter. Ovid. 6. Fast. 41.
Ponere frena iræ, Imponere. Juven. 8. Sat. 88.
Præcipitant furor iraque mentem. Virg. 2. Æn. 316.
Premit iras graves. Lucan. lib. 2. 251.
Procedunt longius iræ. Virg. 5. Æn. 461.
Prohibenda maxime est ira in puniendo. Cic. 1. Off. 86.
Recanduit ira Ovid. 3. Met. 707.
Recessit ira. Ovid. 12. Met. 36.
Remittere iras. Virg. 4. Georg. 536.
Reprimere iram. Ovid. 1. Met. 755.
Residunt iræ. Ovid. 1. de Arte Am. 373. al. Auræ.
Resuscitare iram positam. Ovid. 8. Met. 474.
Satiare iram. Claud. de Bello Gildon. 36. Ovid. 3. Met. 252.
Sedare iras. Lucan. 10. 54.
Solvere iras. Ovid. 9. Met. 273.
Subit ira. Virg. 2. Æn. 575.
Subridens mista ira. Virg. 10. Æn. 742.
Sunt iræ inter Glycerium & gnatum. Ter. And. 3. 3. 20.
Succensi ira Pœni. Sil. lib. 1. 169.
Sumere novas iras. Ovid. 2. Met. 175.
Temperare iras. Virg. 1. Æn. 61.
Tenere iram. Ovid. 5. Met. 420.
Vertere iram in aliquem. Hor. Epod. 5. 13.
Vertit in iram luctus. Liv. 7.
Vindicat ira memori te. Ovid. 21. Epist. 9.
Vitare iram alicujus. Ovid. 3. Met. 7.

IRACUNDUS, a, um. Adj. [ὀργίλος, θυμώδης, κότινος] Qui parva, vel nulla causa præcedente irascitur, inquit Donatus: quique natura ad iram proclivis est, etiamsi tunc nulla moveatur ira. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 1. 15.

Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suisque invidi.

Iracunda secum mussitat. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 1. 30.

Video equidem, auscultemus: nescio quid secum iracunda mussitat.

Adria iracundior. Hor. 3. Carm. 9. 23.
Animus iracundus. Plaut. Bacch. 4. 3. pr.

Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato.

Fulmina iracunda. Hor. 1. Carm. 3. 40.
Leones iracundi. Ovid. 15. Met. 86.
Mens iracunda. Lucret. lib. 3. 296.

IRACUNDIA, æ. f. [ὀργιλότης] Donatus ad Adelph. 5. 3. 8. Ira de causa est: Iracundia de vitio multum irascentis, sive de moribus. Cic. pro M. Marcel. 9. At vero quum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, &c. Suet. Claud. Cæs. cap. 38. pr. Iræ atque iracundiæ conscius sibi, utramque excusavit edicto, distinxitque: &c. Cic. 3. Tusc. 11. Quanquam ipsa iracundia, libidinis est pars, sic enim definitur, Iracundia, ulciscendi libido.
Iracundiæ adjutor alterius. Ter. Adelph. 1. 2. 66.

— verum si augeam,
Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ,
Insaniam profecto cum illo.

Iracundia subita. Plin. lib. 10. cap. 43. Hunc iracundia subita incitatus manceps proximæ sutrinæ exanimavit.
Adducere ad iracundiam. Auct. ad Heren. 3.
Ardere iracundia. Ter. Adel 3. 2. 11.

Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

Augere iracundiam. V. AUGEO.
Cohibere iracundiam. V. COHIBEO.
Continere iracundiam. V. CONTINEO.
Dimittere iracundiam. Cæs. 1. Bell. Civil. 8.
Exardescere iracundia præsenti. Cic. 1. Fam. 9. Sed quum me disputantem, non lacessentem, læsisset, exarsi, non solum præsenti credo iracundia, sed quum inclusum illud odium multarum ejus in me injuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. conf. EXARDESCO.
Exercere iracundiam. Cic. ad Brut. 2.
Efferri iracundia. Cic. 2. de Orat. 305.
Fluctuare inter æstus iracundiæ. Macrob. 4. Saturn. cap. 2.
Habere iracundiam. Cic. 10. Fam. 23. Iracundias autem harum rerum recentes habebant.
Inflammari iracundia. Cic. 4. Tusc. 50.
Iratus mediocri iracundia. V. MEDIOCRIS.
Omitte iracundiam. Ter. Adel. 4. 7. 37. — jam vero omitte, Demea, Tuam istanc iracundiam.
Permotus iracundia. V. PERMOTUS.
Remittere iracundiam. Cic. 8. Philipp. 19.
Resistere iracundiæ. Cic. ad Q. frat.
Reprimere iracundiam. Ter. Adel. 5. 3. 8.

Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

Servire iracundiæ, pro Obsequi. Non parebo dolori (inquit Cic. de Provinc. 2.) nec iracundiæ serviam, &c.
Sedare iracundiam. Cic. in Brut.

IRACUNDE, Adv. [ὀργίλως] Cum iracundia, furiose, animose. Cic. 8. Philipp. 17. Nam me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor; iracunde nego.
Compar. Cic. pro Rosc. Com. 31. Quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.

IRACUNDITER, Adv. antiq. ut refert Nonius 11. 45. citans Cæcilium Subdititio, Quæso ne temere hanc rem agas, & ne iracunditer. conf. Ennium apud Priscian. cap. 15.

IRASCOR, ĕris, irātus sum, [ὀργίζομαι, θυμόομαι, χολάω, κοτέω, μηνίω, μινιαίνω] irasci. Ira commoveri, stomachari, succensere. Ter. 1. 2. 86. Rursum, Demea, irascere.

Celer

Celer irasci. Hor. 1. Epist. 21. 25.
Facilis irasci. Hor. 1. Epist. 20. 25.
Implacabilius irasci alicui. Tacit. 1. Ann. 13.
Molliter irasci alicui. Propert. lib. 1. 5. 8.
Irascor tibi istud dictum. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 2. 15. Istud dictum tibi non amplius irascor. i. e. Ob istud dictum.
Irasci vicem alicujus, ut Dolere vicem. Liv. 34. 32. Remittimus hoc tibi, nostram ne vicem irascaris.
Irascor quod sim evocatus. Plin. 3. Epist. 9.
Irascuntur admonitioni. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Arabioni de Sitio nihil irascor. Cic. 15. Att. 17.
Irasci & succensere. Cic. pro Rosc. Com. 46. Dii immortales hominibus irasci & succensere consuerunt.
Irasci & stomachari. Cic. de Clar. Orat. 326. Sæpe videbam cum irridentem, tum irascentem, etiam stomachantem Philippum.
Irascere, pro Irasci, infinitivus antiquus. Pompon. Arista, Noli quæso irascere: more fit moriri suam quisque uxorem ut velit. Ex Nonio 2.446.

IRASCENS, entis. ut, Mater irascens. Ovid. 6. Met. 269.
Irascens montibus. Idem 9. Met. 209.

IRĀTUS, a, um. Partic. & Adj. [χολωθεὶς, ὠργισμένος] Ira commotus. Cic. pro Cœl. 42. Huic homini ego fortasse & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabant.
Iratum fore. Cic. 1. Att. 1. Pompeii amici nostri negant me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Iratum fore dixit, quia non erat in usu futurum in RUS, hoc est Iraturus, vel Irasciturus. Unde minus pure videtur Sen. lib. 3. de Ira scripsisse his verbis, Fugere itaque omnes debebit, quos iraturos iracundia sciet. [Sed in emendatis codd. est, Irritaturos iracundiam. Locus est cap. 8. pr.
Iratum habere aliquem, pro Alicujus iram in se convertere. Cic. 14. Att. 21. Nolo te illum iratum habere.
Facere judicem iratum adversario. Cic. 1. de Orat. 20.
Iratus & offensus alicui. Cic. 14. Att. 8.
Iratus, pro Abalienato. Cic. Marcellum tibi esse iratum scis.
Proprium est irati, cupere a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Cic. 3. Tusc. 19.
Mare iratum. Hor. Epod. 2. 6.
Ocelli irati. Ovid. 2. Amor. 8. 15.
Sitis irata. Propert. lib. 4. 10. 62.
Venter iratus. Hor. 2. Serm. 8. 5.
Compar. Iratior. Cic. 15. Att. Antonio est enim fortasse iratior. Idem 4. Tusc. 78.
Superl. Iratissimus. Cic. 8. Philipp. 19. Cæsar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen propter, &c. conf. Plaut. Pœn. 2. 1. 4.

IRĀTE, Adv. [ὠργισμένως] h. e. Animo commoto. Phædr. 4. 24. 14. Irate dimissus.
Compar. Columel. lib. 7. cap. 12. Satis est severos esse nec blandos, ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.

IRASCENTIA, æ. f. Apul. Dogm. Plat. p. 58.
IRASCĪBILIS, e. Adj. Firmic. 5. 9.

## I R C

IRCEUS, i. m. Genus farciminis in sacrificiis. Festus.

## I R E

IRĒNÆUS, i. m. [Εἰρηναῖος] Polycarpi discipulus, Lugdunensis Episcopus, martyr. A. D. CCIII. Omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem vocat Tertull. adv. Valent. cap. 5.

IRENARCHES, sive IRENARCHA, æ. m. [εἰρηνάρχης] dicitur Qui ad tollendas discordias & pacandos civium animos in civitate præficitur. εἰρήνη pacem significat & quietem; ἄρχος, princeps est. Irenarcha igitur est Magister & princeps pacis ac disciplinæ publicæ. Martianus in l. Divus Hadrianus. D. de custod. & exhib. reor. hac voce quinquies utitur.
Irenarchæ (inquit Ulpianus in l. Munerum. D. De muneribus & honoribus) sunt Qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur. conf. Lex. Pitisc.

IRĒNE, es. f. [Εἰρήνη] Mater Imp. Constantini VI. V. J. Bapt. Egnat. l. 2.

IRESIŌNE, es. f. [εἰρεσιώνη] Oleæ ramus lana obvolutus ante januas ædium suspendi solitus in honorem Apollinis ad famem arcendam. V. Suid. & Casaub. in Baron. Ann. 16. 34. 5.

## I R I

IRIA Flavia, [Εἰρία] Hispaniæ Tarraconensis urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. *Maria finis terra* vulgo. Iria etiam, Taurinorum urbs Ptolemæo, Trira Plinio, hodie Sartirana. In ed. Hard. Iria. lib. 3. cap. 5. Sect. 7.

IRIS, Iridis & Iris. f. [Ἶρις] Arcus cælestis. Ab εἴρειν, quod est nuntiare. Nam poetæ deorum nuntiam fingunt. Virg. 9. Æn. 2.
Irim de cælo misit Saturnia Juno.
Junonia Iris. Ovid. 14. Met. 85.
Roscida Iris. Virg. 4. Æn. 600.
Iri, vocativus. Virg. 9. Æn. 18. Iri, decus cæli.
Iris, Herba, cujus radix est suavissimi odoris, dicta quidem a similitudine colorum qui in flore sunt, cum ipsa cælesti iride. De hac sic Plin. lib. 21. cap. 7. Illa quoque non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irin atque saliuncam: quanquam nobilissimi sit odoris utraque. Sed iris radice tantum commendatur, unguentis & medicinæ nascens. Et paulo post, Caulem habet cubitalem & rectum. Floret diversi coloris specie, sicut arcus cælestis, unde & nomen. Vulgo dicitur *lilium cæruleum.* Columel. lib. 12. cap. 20.
Iris sexangulata, Gemma pretiosa in Arabia. Solin. cap. 46. Plin. 37. 9.
Iris etiam, Corona media in oculo. V. Lex. Med.

IRĬCŎLOR, ōris. Adj. Auson. Epist. 3. 15.
Iricolor vario pinxit quas pluma colore.

IRĪNUS, a, um. Adj. [Ἴρινος] Quod ex iride factum est: ut, Irinum unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1.

IRIO, ōnis. m. Herba quam ἐρύσιμον Græci vocant. Matthiol. & Plin 26. 7.

## I R N

IRNELLA, æ. f. Vasis genus in sacris, inquit Festus.

IRNEUM, Placentæ genus quoddam, ab Irnea, cujus poculi mentio est apud Plautum, ut Irnellæ apud Verrium appellatum. Scribit enim Cato in irnea esse indendum, & in olla coquendum. Turneb. Adversf. 23. 10. al. Hirnea. q. V.

## I R O

IRŌNĪA, æ. f. [εἰρωνεία] Tropus est verbi in contrarium sensum arrepti. Græci enim εἰρωνεύεσθαι cavillari dicunt, quum aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus: ut Cic. pro Rabir. 29. At credo, quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempub. liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur. Non ita est, Quirites. Idem 4. Acad. 17. de Socrate, Ita quum aliud diceret, atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant. Idem 2. de Orat. 270. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore, & humanitate omnibus præstitisse. V. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Bella ironia. Cic. in Bruto 293. conf. Corvini Dubia. Rhet. Fascic. 8. Dub. 3.

IRONICE, Adv. Ascon. proœm. Act. in Verr. p. 49. Ironice dictum est.

## I R P

IRPEX, ĭcis. m. Irpices, Genus ferreorum rastrorum, quod plures habet dentes ad exstirpandas herbas in agris. Festus. Urpicem vocat Cato R. R. cap. 10. Servius ad illud Virg. 1. Georg. 95.
Vimineasque trahit crates. ad agrorum scilicet, inquit, exæquationem, quam Irpicem rustici vocant, &c. Ab ἅρπαξ deducit Scaliger. ad Varr. L. L. 4. 31. conf. Lex. Pitisc.

IRPĪNI, orum. m. plur. [Ἱρπῖνοι] appellati sunt nomine Lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem secuti, agros occupavere. Festus. Hirpinos & Hirpum. cum aspiratione vocat Servius ad Æneid. 11. 785. bonique passim scriptores. V. HIRPINI.

IRPĪNUS, a, um. Adj. ut, Irpinus fundus. Cic. 3. de Lege Agr. 8.

## I R R

IRRĂDIO, [ἀκτινοβολέω] āre. Illustrare, & quasi intus radiare. Plaut. [Puto, in Suppos. alicubi.] Faciunt quod consueverunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum provocant. Stat. 6. Theb. 64.
— hinc undique gemmæ
Irradiant.
Passive. Quintil. Trib. Mar. cap. 8. p. 81. Burm. Nemo, si degenerat a virtute, Patrum potest irradiari fulgoribus.

IRRADIATUS, a, um. Partic. Mart. Capell. 8. p. 273. Candore luminis irradiati refulsere Divi.

IRRADIATIO, ōnis. f. apud Augustin.

IRRADO vel INRADO, ĕre. Cato R. R. cap. 157. Eodem Silphium inradito. Hinc

IRRĀSUS, vel INRASUS, a, um. Partic. Rasus. ut, Laserpitium inrasum. Cato ibid.

IRRĀSUS, a, um. [ἀκειρόκομος] Adj. Raso contrarium. Plaut. Rud. 5. 2. 16. Di te ament cum irraso capite.
Clava irrasa. Sil. lib. 8. 585. Rudis, & impolita.

IRRĀTIŌNĀBĬLIS, e. Adj. [ἄλογος, ἀλόγιστος] Quintil. lib. 7. cap. 4. Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale. Nam est equus animal, sed irrationabile. Alia exemplaria habent Irrationale. Idem lib. 8. cap. 6. Secantur hæc in plures, ut a rationali ad rationale, & idem de irrationabilibus. Alii legunt Irrationalibus. Sic lib. 10. cap. 7. Irrationabilis casus. Quintil. 9. Decl. conf. Borrich. Cogit. p. 150. V. Rationalis & Rationabilis in RATIO.

IRRATIONABILĬTAS, ātis. f. Apul. ad Asclep. p. 92. Irrationabilitas bonorum omnium.

IRRATIONABILITER, Adv. Hieron. Homil. 2. Idem Epist. 150. & Tertull. de Pœnit. cap. 2. pr.

IRRATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Prax. cap. 15.

IRRATIONĀLIS, e. Adj. Quintil. 7. 3. Est equus animal sed irrationale. conf. Sen. Epist. 92. V. Rationalis in RATIO.

IRRATIONALITER, Adv. Tertull. de Fuga cap. 4.

IRRAUCESCO, ui, [ἐπιβραγχιάζω] ĕre. Raucum fieri. Cic. 1. de Orat. 259. Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video. tenet enim res ipsa atque causa: at Æsopum si paulum irraucuerit, explodi video. Priscianus legit Irrauserit. V. Schurtzfleisch. Ep. arcan. p. 505. T. 2.

IRRAUCUS, a, um. Adj. Idem ac Raucus. Plin. Valer. 1. 2. Irrauca vox.

IRRĔCORDĀBĬLIS, e. Adj. Arnob. 2.

IRRĔDĪVĪVUS, a, um, Adj. [ἀνεπιστρεπτος] ut, Irredivivus pons, apud Catullum ad Coloniam, epig. 18. 3. pro Irreparabili, inquit Budæus.

IRRĔDUX, ŭcis. Adj. [ὁ μὴ κατακομισθεὶς] Lucan. lib. 9. 408.
Irreducemque viam deserto limite carpit. h. e. A qua vix salvus redibit.

IRRĔFRĀGĀBĬLIS, e. Adj. Sarisb. ut apud Philos.

IRRĔFŪTĀTUS, a, um. Adj. Lactant. 5. 16. extr.

IRREFUTĀBĬLIS, e. Adj. Arnob. l. 4.

IRRĔLĪGĀTUS, a, um. Adj. [ἄδετος] Idem quod Solutus, & non ligatus. Ovid. 1. de Arte Am. 530.
Utque erat e somno tunica velata recincta
Nuda pedem, croceas irreligata comas.

IRRĔLĬGIO, ōnis. f. Apul. ad Asclep. p. 91. Hæc & talis senectus veniet mundi, irreligio, inordinatio, &c.

IRRĔLĬGIŌSUS, a, um. Adj. [ἀσεβὴς] Quod est contrarium Religioso. Plin. Epist. 112. Sed eam reverentiam cum litteris ipsis, tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa, nisi vacuo animo, irreligiosum putem. Liv. 5. 40.

IRRELIGIOSE, Adv. Tac. 2. Ann. 50. Arnob. 1. Vestra sunt hæc irreligiose opinata & irreligiosius credita. Quintil. Decl. 8. Irreligiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur.

IRRELIGIOSĬTAS, ātis. f. Tertull. Apol. cap. 24. Salvian. 6. de Gub. Dei p. 143.

IRRĔMEĀBĬLIS, e. Adj. Unde remeare non possis.
Error irremeabilis. Virg. 5. Æn. 591. de Labyrintho.
Viæ irremeabiles. Sen. Herc. fur. 7.
Unda irremeabilis. Virg. 6. Æn. 425. de Styge. conf. Sil. 5. 40.

IRREMEDIABILIS, e. Adj. [ἀνίατος] Cui mederi, five remedium adhibere non possumus. Plin. lib. 28. cap. 7. E quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ Solisve congruat vis illa, irremediabilem fieri. Idem lib. 25. cap. 13. conf. Sen. Epist. 114.

IRREMUNERABILIS, e. Adj. Apul. Met. 3. p. 139.

IRREPARABILIS, e. Adj. [ἀνανέωτος, Δυσανάληπτος. Gloss.] Quod reparari non potest. Virg. 3. Georg. 284.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. conf. 10. Æn. 467.

IRREPARABILITER, Adv. Sarisb. 2. 27. Irreparabiliter stratus.

IRREPERTUS, a, um. Adj. [ἀνεύρετος] Non repertus. Hor. 3. Carm. 3. 49.
Aurum irrepertum, & sic melius situm,
Quum terra celat. i. e. Nondum repertum.

IRREPO, psi, ptum, [παρεισέρπω, εἰσδύομαι, παρεισέρχομαι] ere. Latenter more reptilium ingredi. Plin. lib. 19. cap. 8. Et ecce quum maxime cœpit irrepere. De caprina lactuca.
Irrepit scabies. Columel. lib. 7. cap. 5. Hæc ubi cœpit irrepere, sic intelligitur, vitiosum locum, &c.
Irrepsit in Italia lues: h. e. Clam immissa est. Plin. lib. 26. cap. 1. Non fuerat hæc lues apud majores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia.
Irrepere in opinionem gratiæ alicujus. Cic. de Arusp. Resp. 52. Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat?
Irrepere in sensus, In mentem. Cic. in Orat. 97. Sic 3. de Orat. 201. Irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio.
Irrepere in tabulas publicas, Clam inscribi. Cic. pro Arch. 10. Quum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepserunt, &c.
Irrepit nomen in testamenta. Cic. 3. Off. 75. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere: hac vi non utatur, &c. Irrepere dixit, pro Fallaci quodam commento & obtentu iniquo inter hæredes adscribi.
Utilitas irrepit. Ulpian. in l. Qui autem. D. de constit. pecu. Si quis constituerit se pignus daturum, quum utilitas pignorum irrepserit, &c.

IRREPTIO, onis. f. Augustin. Epist. 107.

IRREPTOR, oris. m. Agrorum irreptor. Cod. Theod. l. 2. tit. 26.

IRREPTO, are. frequent. Stat. 4. Theb. 386.
Pampineum nemus irreptare. conf. Stat. 11. Theb. 731.

IRREPOSCIBILIS, e. Adj. Apul. Apol. p. 332. & Sidon. 8. Epist. 15.

IRREPREHENSUS, a, um. Adj. [ἀμώμητος] Sine reprehensione, sine crimine. Ovid. 5. Trist. 14. 22.
Nam tua dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et tandem probitas irreprehensa fuit.

IRREPREHENSIBILIS, e. Adj. Qui reprehendi non potest. Firmic. lib. 1. cap. 3. Scipio post peragratam Asiam, Græciam, Bithyniam, Syriamque lustratam, post Dictaturæ irreprehensibiles actus, intra privatos parietes domesticorum insidiis confectus est. conf. Lactant. 4. 6. Arnob. 2. p. 53. Hieron. Epist. 16. & Tertull. de Resur. Carn. cap. 23.

IRREPREHENSIBILITER, Adv. Ambros. Epist. 7.

IRREQUIES, etis. Adj. Sine quiete. Paul. Nolan. Orat. ad Deum, Ausonii Ephem. subject v. 16.
Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum. Auson. Idyll. 12. 42.
Qua caret Æthiopum plaga, pervigil irrequies gens.

IRREQUIETUS, a, um. Adj. [ἄπαυστος] Quod contrarium est Requieto. Plin. lib. 2. cap. 3. Æterno & irrequieto ambitu, &c. Martial. lib. 4. 34.
Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, ave.
Bella irrequieta. Ovid. 2. Trist. 236.
Sors irrequieta. Ovid. 2. Met. 386.

IRREQUIEBILIS, e. Adj. ut, Sitis irrequiebilis & inextinguibilis. Scrib. Larg. Comp. 105. conf. Marc. Empir. cap. 20.

IRRESECTUS, a, um. Adj. [ἀπερίτμητος] Hor. Epod. 5. 47.
Hic irresectum sæva dente livido
Canidia rodens pollicem. i. e. Valde & sæpius sectum, quod furentium & impatientium est, qui ungues rodere solent: vel Irresectum, i. e. Non sectum aut purgatum: quod immundæ veneficæ conveniebat. [Non secto ungue turpem.

IRRESOLUTUS, a, um. Adj. [ἀδιάλυτος] Quod nunquam remittitur. Ovid. 1. de Pont. 2. 22.
At semel intentus nervo levis arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet. V. & Boeth. l. 3. Metr. 2.

IRRESOLUBILIS, e. Adj. Apul. 2. Doctr. Plat. Ut pares paribus irresolubili nexu junguntur.

IRRETIO, ivi, itum, [σαγηνεύω, σαγηνόω] ire. a Rete fit; & significat Reti involvere, & quasi capere, ac detinere. Unde Irretitus, Qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est. Cic. 4. Acad. 94. Quid enim ad illum qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem?
Irretire illecebris, Allectare & detinere. Cic. 1. in Catil. 13. Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?
Irretitus cantiunculis, Allectus & detentus. Cic. 5. de Fin. 49. Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. Loquitur de Ulixe Sirenum cantu capto.
Irretivit veste furiali me inscium. Cic. 2. Tusc. 20.

IRRETORTUS, a, um. Adj. [εὐθὺς] pro Recto. Hor. 2. Carm. 2. 23.
Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos. conf. Quintil. Decl. 8. 9.

IRRETORQUIBILIS, e. Adj. Augustin.

IRREVERENS, entis. Adj. Tertull. contra Marc. 2. 14. extr. Idem ad Nation. 1. 10. Symmach. 8. Epist. 23. & Dig. 49. t. 16. l. 13. §. 4.

IRREVERENTER, Adv. [ἀναιδῶς] Sine reverentia & honore. Plin. 2. Epist. 14. ad Maximum, Ceteri audaces, atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri, ad declamandum huc transeunt, tam irreverenter & temere, ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, sic in foro pueros a centumviralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. Idem 6. Epist. 13.

IRREVERENTIA, æ. f. [ἀναίδεια] Tacit. 13. Ann. 26. 3. Quibusdam, coalitam libertate irreverentiam, eo prorupisse frementibus. Idem 3. Ann. 31. 4. Majores juventutis irreverentiam gravibus decretis notaverunt. conf. Idem 3. Hist. 51. 1.

IRREVOCABILIS, e. Adj. Quod revocari non potest. Plin. Epist. 3. 7. pr. Cujus tædio ad mortem irrevocabili constantia decurrit, usque ad supremum diem beatus & felix.
Ætas præterita irrevocabilis. Lucret. lib. 1. 468.
Verbum irrevocabile volat. Hor. 1. Epist. 18. 71.
Irrevocabile pondus anchoræ, h. e. Anchora quæ difficile retrahi potest. Plin. lib. 32. cap. 1. Et cogit stare navigia: quod non vincula ulla, non anchoræ pondere irrevocabili jactæ. De echineide.
Compar. Tacit. Agric. 42. 6. Domitiani natura, quo obscurior eo irrevocabilior.

IRREVOCABILITER, Adv. Sidon. Epist. 77. Augustin. de Civ. Dei, 22. 20.

IRREVOCANDUS, a, um. Adj. ut, Error irrevocandus. Claud. de Bell. Get. 123.

IRREVOCATUS, a, um. Adj. Hor. 2. Epist. 1. 223.
Quum loca jam recitata revolvimus irrevocati.
Irrevocatus ab acri cæde. Ovid. 11. Met. 401.

IRREVOLUTUS, a, um. Adj. contrarium Revoluto. Martial. lib. 11. 1.
Vadas, & redeas irrevolutus. i. e. Non lectus. Librum suum alloquitur. Al. Inevolutus.

IRRIDEO, isi, isum, [χλευάζω, τωθάζω] ere. ex In & Rideo compositum; Vehementer ridere; Contemnere & Ludibrio habere. Ter. Heaut. 5. 2. 29.
Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adjuvas? Cic. 2. de Divin. 39. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.
Irridere & contemnere aliquem. Cic. 2. de Lege Agr. 93.
Irridere per jocum. Cic. 2. de Nat. Deor. 8. Etiam per jocum deos irridens, quum cavea liberati pulli, &c.
Irridere, pro Ridere. Tacit. 1. Ann. 29. Multum irridentibus, qui ipsi viderant.
Alii irrident alios. Lucret. lib. 4. 1150. Nepos 23. 11. 3. Quod ad irridendum eum pertineret.
Irridere in aliquem. Cic. 9. Fam. 26. In Philosophum irriseris. Ubi tamen præpositionem alii tollunt.

IRRIDENS, entis. Partic. Nep. 1. 1. 5. Lemnii irridentes responderunt.

IRRIDENTER, Adv. Labeo, apud Charis. p. 181. Irridenter petiit. Augustin. Epist. 5. Irridenter eos admonere voluit.

IRRISUS, a, um. Partic. [χλευασθεὶς] Tacit. 4. Ann. 9. Ad vana, & toties irrisa revolutus. conf. Plaut. Epid. 3. 4. 83.

IRRISIO, onis. f. [χλευασμὸς] Subsannatio. Cic. 1. Off. 137. Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Idem 1. de Orat. 12. & Auct. ad Herenn. 1. 6.

IRRISUS, ûs. m. [χλευασία] Plin. lib. 37. cap. 9. Quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Tacit. 1. Ann. 20. Retinentes centuriones irrisu, & contumeliis, postremo verberibus insectantur.
Irrisui esse: h. e. Ludibrio haberi. Plin. lib. 22. cap. 5. Immo vero plerisque ultro etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac frivoli operis arguimur. conf. Tacit. 1. Hist. 7. 5. & Liv. 7. 10.

IRRISOR, oris m. [χλευαστὴς] Cic. Parad. 1. Veniant igitur isti irrisores hujus orationis ac sententiæ, & jam vel ipsi judicent, &c.

IRRISORIUS, a, um. Adj. ut, Irrisoria convivarum gula. Saresb. 88. conf. Mart. Capel. 8.

IRRISIVE, Adv. Ammian. 16. 12. extr. Irrisive Victorinum ideo nominabant. al. Injuriissime.

IRRISIBILIS, e. Adj. ut, Lapis irrisibilis. Erasm. in Chiliad.

IRRIDICULUS, a, um. Adj. Idem quod Deridiculus. Item Non ridiculus. unde

IRRIDICULUM, i. n. Res irridenda. Plaut. Cas. 5. 2. 3. Irridiculum sumus ambo. Idem Pœn. 4. 10. Ab juventute ibi irridiculo habitæ. &

IRRIDICULE, Adv. [ἀχαριέντως] Infacete, ineleganter. Cæs. 1. Bell. Gall. 42. Quod quum fieret, non irridicule quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plus quam pollicitus esset, Cæsarem facere.

IRRIGO, [ὑδρεύω, ἄρδω, ὀχετηγέω] are. Adaquare, & quasi rivos in agrum aut hortum per rigationem, vel rigando, deducere. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Ægyptum Nilus irrigat. Plin. lib. 2. cap. 6. Quamque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus.
Aquam irrigare in areas. Cato R. R. cap. 151. Si quando non pluet, uti terra non sitiat, aquam irrigato leniter in areas: si non habebis unde irriges, gerito, inditoque leniter.
Genæ irrigantur assiduo rore. Sen. Hippol. 4.
Imbres irrigare. Virg. 4. Georg. 115.
Figat humo plantas & amicos irriget imbres. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 101.
— largos hæc nectaris imbres
Irrigat. V. Not. Barth.
Irrigare per translationem. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 121. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum.
Quietem per membra irrigat Venus Ascanio. Virg. 3. Æn. 696.
Sopor irrigat artus. Virg. 3. Æn. 511.

IRRIGATUS, a, um. Partic. ut, Solum irrigatum aquis. Columel. lib. 2. 17. Irrigatus plagis homo. Plaut. Epid. 1. 2. 18. Per jocum.

IRRIGATIO, onis. f. [ὕδρευσις, ὀχετηγία] Cic. 2. Off. 14. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, &c. Idem de Senect. 53. & Plin. 36. 12.

IRRIGATOR, oris. m. Gloss. Lat. Gr. ἀρδευτής.

IRRIGUUS, a, um. Adj. [ἐπίρρυτος] Quod irrigatur, vel facile irrigari potest. Plaut. Trin. 1. 1. 9.

Sed

Sed, dum illi ægrotant, interim mores mali,
Quasi herba irrigua, succreverunt uberrime.
Campi irrigui. Lucan. lib. 4. 296.
Corpus irriguum mero. Hor. 2. Serm. 1. 9.
Hortus irriguus. Hor. 2. Serm. 4. 16.
Pratum irriguum. Propert. lib. 1. 20. 37.
Terra irrigua fontibus. Plin. lib. 5. cap. 14. Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam.
Irriguus, quandoque in significatione activa, Qui irrigat. Virg. 4. Georg. 32. — irriguumque bibant violaria fontem. Tibul. lib. 2. 1. 44.
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.
Irrigua aquarum, Loca per quæ aqua rivos producit ad irrigandum. Plin. lib. 6. cap. 26. Idem lib. 5. cap. 4. Diarrhytum a Græcis dictum, propter aquarum irrigua.

**Irrisio, Irrisor, Irrisus**, V. irrideo.

**Irrīto**, V. irritus.

**Irrīto**, [ἐρεθίζω, ἀγελαίω, πικραίνω, παροξύνω, παραπικραίνω, παρορμίζω] āre. frequentat. ab Irrio, vel Hirrio, de quo supra, vel ab Irruo, is, per mutationem u in i, euphoniæ causa: significat Provocare, iramque accendere, impellere, incitare: vel, ut Donatus ad Adelph. 2. 4. 18. innuit, ducitur hoc verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc literam r, imitantur. V. Non. 1. 132. Martinius deducit a Ritu, Scil. Irritare, Contra ritum alicujus facere. Virg. 10. Æn. 644.
Irritatque virum telis, & voce lacessit. Plaut. Amph. 2. 2. 75.
Irritabis crabrones. Ibid. 1. 1. 298.
Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes. Brutus apud Cic. ad Brut. 17. pr. Nescio quid scribam tibi, nisi unum, pueri & cupiditatem & licentiam potius esse irritatam quam repressam a Cicerone.
Irritare aliquem ad iram. Ovid. 8. Met. 418.
Irritare, Quovis modo afficere, ut
Segnius irritant animos demissa per aurem. Hor. de Arte Poet. 180.
Exitum irritare. Tacit. 13. Ann. 1. Non quia ingenii violentia exitum irritaverit. conf. Sen. Epist. 7. & Paterc. 2. 66. 3.
Irritandæ ad discendum Infantiæ gratia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Pocula irritantia luxum. Sil. lib. 13. 355.
Vitia irritare vetando. Ovid. 3. Amor. 4. 2.

**Irritātus**, a, um. Partic. [ἐρεθισθείς] ut, Gens irritata. Ovid. 13. Met. 565. Terra parens, ira irritata Deorum. Virg. 4. Æn. 178.
Voluptas irritata. Ovid. 2. de Arte Am. 681.
Irritatus, pro Irato aliquando accipitur. Ter. Phorm. 2. 1. 10.
Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.
Animis irritatis. Liv. 2. 46.
Canis irritata. Plaut. Capt. 3. 1. 25.
Compar. [ἐρεθιστικώτερος] Gell. Præf. quæ aliis lib. ult. cap. ult. Quo fit quorundam maledicorum hominum sævitas & invidentia irritatior.
Taurus irritatior. Idem 10. 19.

**Irritate**, Adv. cujus Compar. apud Ammian. 30. 57. Gingivam irritatius titillare.

**Irritātio**, ōnis. f. [ἐρεθισμός, παροξυσμός] Accensio. Liv. 31. 14. Et irritatio animorum ea prima fuit. Tacit. Germ. cap. 19. 1. Nullis conviviorum irritationibus corruptæ.
Irritatio, pro Cupiditate. Sen. Consol. ad Helv. 6. Invenio qui dicant naturalem quandam inesse animis irritationem commutandi sedes, & transferendi domicilia. Idem Epist. 9.

**Irritātor**, ōris. m. Sen. Epist. 108.

**Irritātrix**, īcis. f. Vulg. Interp. Ezech. 24. 3.

**Irritābĭlis**, e. Adj. [ἐρεθιστός] Quod facile irritatur: cui opponitur Placabilis. Cic. 1. Att. 17. Nam si ita statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c.
Genus irritabile vatum. Hor. 2. Epist. 2. 102. conf. Lactant. 6. 23.

**Irritabilĭtas**, ātis. f. Apul. 1. de Doctr. Plat. p. 11. Excandescentia & irritabilitas.

**Irritāmen**, ĭnis. n. [ἐρέθισμα] Quo quis irritatur & accenditur. Ovid. 12. Met. 103.
Haud secus exarsit, quam circo taurus aperto,
Quum sua terribili petit irritamina cornu.
Amoris irritamen. Ovid. 9. Met. 133.
Opes, animi irritamen avari. Ovid. 13. Met. 535.

**Irritāmentum**, i. n. [ἐρέθισμα] Idem. Plin. lib. 5. cap. 9. Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis postremo, &c.
Irritamentum certaminum. Liv. 30. 11. Parvum fuit irritamentum.
Opes, irritamenta malorum. Ovid. 1. Met. 140.
Veneris irritamentum. Juven. 11. Sat. 165.

**Irrĭtus**, a, um. Adj. [ἄκυρος] ex In & Ratus compositum. Cic. 2. de Legib. 21. Quæque augur, injusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita, infectaque sunto. Ter. Phorm. 5. 7. 58
Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est.
Dicere irrita. Ovid. 11. Met. 39.
Inceptum irritum. Liv. 29. 35.
Labor irritus anni. Ovid. 1. Met. 273.
Lingua irrita. Propert. lib. 3. 13. 65.
Ova irrita, Sterilia; quæ Hypenemia quoque dicuntur, & Zephyria. V. urinum Ovum.
Pœnæ maleficii aliquando feræ, nunquam irritæ. Plin. lib. 2. cap. 7.
Preces irritæ, Vanæ, futiles, & incassum admotæ. Plin. in Paneg. cap. 26. pr. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures adstrepebant.
Promissa irrita linquens. Catul. Argon. 62. 59.
Spes irrita. Stat. 10. Theb. 45.
Tela irrita, Inutilia. Virg. 11. Æn. 735.
Verba irrita. Ovid. Rem. Amor. 286.
Vestigia irrita. Virg. 4. Ecl. 14.
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.
Irritus consilii, Qui frustra dedit consilium. V. Vir vita ac morte consentaneus, in consensio.
Incepti irritus. Sil. 12. 57.
Legationis irritus rediit. Tacit. 4. Hist. 32.
Spei irritus. Curt. lib. 6. 5. extr. h. e. Sua spe frustratus.
Spes ad irritum cadit. Liv. 2. 6. pr. Incensus Tarquinius non dolore solum tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odio. V. ad.

**Irrīto**, āre. Infringere, ad nihilum redigere. JCt. l. 2. C. de Feriis. Quod contra hoc factum fuerit omnibus modis irritatur.

**Irrōbŏro**, [ἐπιρρώννυμι] āre. Robur & vires augere ac confirmare. Gell. lib. 1. cap. 22. Irroboravit, inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur, hic illi superest.

**Irrŏgo**, [ὑποτιμάω] āre. Infligere, imponere.
Ignominiam irrogare. Papinian. in l. Ob hæc. D. de iis qui not. infamia.
Infamiam irrogare. Papin. in l. Ex ea. D. de postulando.
Leges irrogare, Imponere, constituere. Cic. pro Domo 43. Vetant leges sacratæ, vetant xii tabulæ, leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium.
Vide expos. B. in margine Thesauri Parisiens. H.St. V. ipsum Budæum in l. Legis virtus D. de legib.
Mortem sibi irrogare. Tacit. 4. Ann. 10. Sibimet irrogaret mortem, quam patri struxerat.
Mulctam irrogare, idem quod Dicere mulctam, auctore Budæo. Plin. Non modo culpam omnem, sed etiam mulctam irrogavit. Sic Cic. pro Domo 58. V. Bud. in l. 2. in fine D. de Judiciis.
Pœnam irrogare. Quintil. lib. 6. cap. 5. Mitior solet irrogari pœna verecundiæ.
Pœnam irrogare peccatis. Hor. 1. Serm. 3. 118. — adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas.
Pœnas irrogare sibi ipsi. Sen. OEth. 7.
Privilegia irrogare. Cic. 3. de Legib. 11. Privilegia ne irroganto.
Supplicium irrogare tenuioribus. Tacit. 16. Ann. 5. 4.
Tributum irrogare, cui opponitur Remittere. Plin. in Paneg. cap. 37. pr. His vicesima reperta est, tributum tolerabile, & facile hæredibus duntaxat extraneis, domesticis grave. Itaque illis irrogatum est: his remissum. Sic Hirt. Bell. Afric. 97. Tributis, vectigalibusque regiis irrogatis, ex regnoque provincia facta, &c. al. Abrogatis. [Immo τὸ Tributis Participium est a Tribuo, & ad præcedens Præmiis refertur.
Irrogare labori. Quintil. lib. 10. cap. 3. p. 936. Burm. Labori non plus irrogandum est, quam quod somno supererit, haud deerit. i. e. Dandum.

**Irrogātus**, a, um. Partic. [ὑποτιμηθείς] Tacit. 13. Ann. 23. 4. Exiliumque accusatori irrogatum, & tabulæ exustæ sunt.

**Irrogātio**, ōnis. f. [ὑποτίμησις] Cic. pro Rabir. 8. Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multæ irrogatione præscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse?

**Irrōro**, [δροσίζω] āre. Rore aspergere, sive madefacere. Dicitur vero, vel Aquam irrorare agro, vel Agrum irrorare aqua. Columel. lib. 12. cap. 22. Noctibus autem labrum operire conveniet, ne irroretur. Sic lib. 9. cap. 14. Irroratis floribus. Exemplum prioris habet, Ovid. 1. Met. 371.
Inde ubi libatos irroravere liquores
Vestibus. i. e. Inspersere. Antiqui enim templa ingressuri, deosque precaturi, prius se aqua aspergebant, quam consuetudinem Deucalion & Pyrrha diis supplicaturi servârunt.
Ter caput irrorat. Ovid. 4. Fast. 315.
Crinem irroravit aquis. Ovid. 7. Met. 190. i. e. Aspersit.
Oleo aliquid irrorare. Columel. lib. 12. cap. 47.
Somnus irrorat quietem oculis. Sil. lib. 10. 357. Idem 11. 202. & 2. 122.
Irrorat, impersonale; ut Ningit, Grandinat. Columel. lib. 11. cap. 2. Septimo Idus Decembris Aquila mane oritur, Africus, interdum Auster, irrorat.

**Irrōto**, āre. Min. Fel. Oct. c. 3. n. 7. Testam super undas irrotare.

**Irrŭbeo**, ui, ēre: vel potius **Irrubesco**, [ἐρυθραίνομαι] ēre. Rubrum fieri. Stat. 9. Theb. 647. — irrubuit cæli plaga sidere misto.
Ignis irrubuit mihi vultibus. Stat. 5. Silv. 3. 31. i. e. Afflavit vultus meos. Solin. cap. 5. Sanguineis maculis irrubescere.

**Irructo**, [ἐπερεύγομαι] āre. Ructum emittere. Plaut. Pseud. 5. 3. 6.
— quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas?

**Irrūfo**, āre. Rufum facere. Crinem irrufare. Hieron. Epist. 7.

**Irrufātus**, a, um. Partic. Tertul. adv. Psych. cap. 16. & Apol. cap. 22.

**Irrūgio**, īvi, ītum, [ἐπιβρυχάομαι] īre. Valde rugire. Cujus verbi nullum exemplum legimus præterquam in litteris sacris. V. Interp. Vulg. Genes. 27. 34.

**Irrūgo**, [ἐπιρυσόω] āre. Rugas contrahere. Gell. lib. 12. cap. 1. Ne æquor illud ventris irrugetur.

**Irrŭmo**, āre. V. fello, are: est Mentulam tanquam mamillam ori alterius inserere. A Ruma, id est mamma, ductum verbum. V. subrumus. Martial. lib. 2. 7.
Quæ faciat, duo sunt: irrumat, aut futuit. conf. Catul. 15. 1. & 75. 5.

**Irrumātus**, a, um. Adj. Martial. lib. 2. 70.
Undis ne fovearis irrumatis. i. e. Aquis contaminatis ablutione mentularum.

**Irrumatio**, ōnis. f. Catul. Epig. 19. 6. ad Aurelium,
Tangam te prius irrumatione.

**Irrumātor**, ōris. m. Julius Firmic. lib. 8. cap. 20. Catul. 10. 12.

**Irrumpo**, ūpi, uptum, [εἰσπηδάω, εἰσβιάζομαι, ἐπεισπίπτω] ēre. Violenter & cum impetu aliquo ingredi. Ter. Eun. 5. 6. 26. Cesso huc intro irrumpere?
In ærarium irrumpere. Cic. 2. pro Lege Agr. 46.
In animos nostros irrumpunt intrinsecus imagines. Cic. 4. Acad. 125.
In castra irruperunt. Cæs. 4. Bell. Gall. 14.
In pectora irrumpere dicitur Orator. Quintil. lib. 2. cap. 5. pr. Ut denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat.
In provinciam irrumpere. Cic. 15. Fam. 2. Si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam provinciam conarentur. de Parthis.
Ad aliquid irrumpere. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Animos populi fama irrupit. Lucan. lib. 1. 469.
Fores irrumpere. Lucan. lib. 5. 127.
Limina domus irrumpit. Virg. 4. Æn. 645.
Oppidum irrumpere. Cæs. 1. Bell. Civil. 27. Et quo facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, &c. Plin. lib. 35. 4. L. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat.
Portas irrumpere apertas. Ovid. 15. Met. 598.
Portas irrumpere patentes. Virg. 11. Æn. 879.
Stationes hostiles irrupit. Tacit. 3. Hist. 9. 1.

**Irrumpens**, entis. Partic. [εἰσβιαζόμενος] ut, Irrumpens ventus: h. e. Ita perflans, ut omnia disrumpat & confringat. Plin. lib. 11. cap. 24.
Irrumpens fluvius. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Irruptus**, a, um. Adj. Non ruptus. Hor. 1. Carm. 13. 18.
Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, &c. Copula irrupta, i.e. Amoris conjunctio non interrupta, nec rixis aut jurgiis dissoluta.

**Irruptio**, ōnis. f. Impetus, incursio. Cic. pro Lege Manil. 15. Nam quum hostium copiæ non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.
Irruptionem facere in popinam. h. e. Impetum. Plaut. Pœn. prol. 42.
Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi
Irruptionem facite.

**Irrumpibĭlis**, e. Adj. Gloss. Gr. Lat. ἄρρηκτον.

**Irruo**, ui, ūtum, [ἐφορμάω, ἐπορούω, ἐπεισπίπτω] ĕre. Cum impetu ferri, impetum in aliquem facere. Donatus ad Ter. Eun. 4. 7. 18. Irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. Plaut. Amph. 1. 1. 88.
Illico equites jubet dextera irruere. Al. Inducere. Ter. Adel. 1. 2. 8.
Fores effregit, atque in ædeis irruit alienas.
Irruere in mediam aciem. Cic. 2. de Fin. 61.
Irruere & impetum perferre in aliquem. Cic. pro Domo, 106. In quem quisque per homines concitatos irruerit, in quem impetum pertulerit. Vetus exemplar habet, Quem impetu perculerit.
Irruere in malum. Cic. 5. de Fin. 29. Et quum in mala scientes irruunt, tamen se optime sibi consulere arbitrantur. Al. Ruunt.
Irruere in odium, Sponte sese conjicere. Cic. 2. Verr. 35. Et sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat, qui quasi de industria in odium offensionemque Pop. Rom. irruere videantur.
Irruimus ferro. Virg. 3. Æn. 222. Subaudi Armati.

**Irruptio, Irruptus**, V. **Irrumpo.**

## I R T

**Irtiŏla**, æ. f. Genus vitis. Columel. lib. 3. cap. 2.

## I R U

**Irus**, i. m. [Ἶρος] Ithacensis mendicus ac turpissimus, ut lib. 18. Odysseæ describitur ab Homero, corpore prægrandi, sed debili & fœdo, quem Ulysses post errores domum reversus pugno interfecit.
Binominis Iri fortuna. Ovid. in Ibin 417.
Egens Irus. Ovid. 1. Epist. 95. Propert. 3. 5. 17. Ovid. 3. Trist. 7. 42. Martial. 5. 41. & 6. 77.

## I S

**Is**, [Ἴς] Urbs a Babylone itinere dierum octo distans: apud quam est Is, fluvius, e quo bitumen ad totius Babylonis murum comportabatur. Herodot. lib. 1.

**Is**, ea, id. [ἐκεῖνος] Pronomen, eandem significationem habet quam Hic, & eundem locum retinet: quibus maxime utimur si præcedat, aut sequatur Qui: ut, Qui divitias cupit, is, vel hic avarus est. Ter. Adel. 1. 1. 16.
— is adeo
Dissimili studio est jam inde ab adolescentia. Idem And. 4. 5. 6.
Quem video? estne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. Idem Eun. 3. 4. 8.
— quisnam hinc a Thaide exit?
Is est, an non est? ipsus est.
Is, pro Qui. Ter. And. 1. 3. 17.
— fuit olim quidam senex
Mercator: navem is fregit apud Andrum insulam. Donatus.
Aliquando pro reciproco ponitur. Cic. 15. Fam. 14. pr. Et a me diligitur, propter summam ejus humanitatem. Al. Summam suam. Cæs. 1. Bell. Gall. 11. Ut pæne in conspectu exercitus nostri, agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci &c. i. e. Sui. Ibid. 5. extr. Una cum iis proficiscantur. i. e. Secum. Liv. 3. 40. Omnesque ita accipiebant, privatos eos a Claudio judicatos. pro Se. [Hæc quidem sic in Thes. Lips. leguntur. Verum locus Livianus prorsus hoc loco alienus est, cum ibi τὸ Eos, non ad dictionem Omnes, verum ad Decemviros pertineat, quorum causa agebatur.
Is, pro Talis. Cic. pro Cæcin. 14. Is enim Cæsenniæ fuit Æbutius, &c.
Ea memoria erat. Cic. 4. Acad. Quumque esset ea memoria, quam ante dixi, ea sæpe, &c.
Ea ætate sum, ut non fiet peccato mihi ignosci æquum. Ter. Hec. 5. 1. 10. Liv. 10. 3. pr. Id magis credo, quam Q. Fabium, ea ætate, atque iis honoribus, Valerio subjectum. Hic emphaticôs dicitur, ut ait Budæus.
Ea nostra ratio est, ut, &c. Cic. 1. Q. frat. 1. Atque is dolor est, quod, &c.
Eo pacto. Ter. And. 1. 1. 22.
— rem omnem a principio audies:
Eo pacto & gnati vitam scies, & consilium meum
Cognosces.
Ea re, id est Propterea, ob eam rem. Cic. 8. Att. 9. O rem turpem, & ea re miseram: sic enim sentio, &c. Idem 3. Off. 12. Ea re, quia turpe sit, non esse faciendum. Cic. ad Brut. 17. An hoc ipsum ea re facit, quod illi propter, &c.
Eæ, dat. sing. f. g. pro Ei. Cato R. R. cap. 46.
Eabus pro Iis. Idem cap. 152.
Iibus, pro Iis, antiquum. Plaut. Curc. 4. 2. 20.
Eodem hercle vos pono & paro: parissumi estis iibus. Prisc. Hibus. V. **ibus**.
Pro Ei metri causa Eii. Lucret. 2. 1134. & 3. 857. &c.
Em, pro Eum, ab eo quod est Is. Festus. Similiter & **im**. q. s. l. V.
Eapse, pro Ea ipsa. Plaut. Cist. 1. 2. 17.
Puerum, aut puellam alicunde ut reperirem sibi
Recens natum, eapse quod sibi supponeret.
Isce, pro Is ipse. Cic. pro Rosc. Amer. 109. Nullum esse jus tam sanctum atque integrum, quod non ejusce vis atque perfidia violaret. Al. Ejus scelus.
Et hoc, vel Et id, sive Atque hoc, Atque id, & Idque: vehementiam significant. Cic. in Orat. 59. Excursio moderata, eaque rara. Idem 1. Att. 16. Per unum servum, & eum ex ludo gladiatorio. Idem 2. Att. 6. Et id ipsum sine stomacho. Idem Fam. 9. 21. pr. Privatas causas, & eas tenues, agimus subtilius: capitis aut famæ scilicet ornatius. Liv. 4. 57. Uno, atque eo facili, prælio cæsi hostes. Sic Idem 5. 33. Sonum linguæ, nec eum incorruptum, retinens. conf. p. p. Idque, pro Et maxime.
Par est ratio ubi sequitur Quidem. ut Cic. 12. Att. 11. Tuus dolor, humanus is quidem, sed magnopere moderandus. Idem Catil. 4. 17. Est id quidem cœptum atque tentatum.
Id, neutrum, pronomen demonstrativum. Ter. Adel. 1. 1. 24.
In eo me oblecto, solum id est carum mihi.
Id, Ob id. Ter. And. 2. 3. 2.
Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes. Idem 2. 2. 25. Jam id gaudeo. Ita Plaut. Rud. 2. 3. 66. Id misera mæsta est. Cic. 10. Philipp. 22. Qui id pugnant, id agunt, ut contra Rempub. restituti esse videantur. [Posterior iste loquendi modus ex Cic. peculiare quid habet. V. Id agere in **ago**.
Eleganter repetitur. Cic. pro Sull. 88. Ne hanc labem tanti sceleris in familia relinquat, id laborat, id metuit. Idem 1. Off. 32. & 1. Q. frat. 1. & de Amicit. 86. Conf. infra Id vero.
Id, pro Hoc. Ter. Eun. 4. 4. 56. Id modo dic, abisse Dorum.
Id, pro Per id. Ter. Adel. 5. 9. 29.
Quod prolubium? quæ istæc subita est largitas? **d.** dicam tibi:
Ut id ostenderem, quod te isti facilem, & festivum putant.
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono.
Idque, pro Et maxime. Cic. 1. Off. 1. Quanquam te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, idque Athenis. Idem in Orat. 3. Quæris igitur, idque jam sæpius. V. Et hoc, Et id paulo supra. [Dixerim potius per Et quidem explicandum.
In quod, pro Ideo quod, veteres dicebant. Sic locutus est Ter. Heaut. 5. 3. 16.
Id quod est consimilis moribus,
Convinces facile ex te natum. Alii non habent Id. Idem Hec. 3. 3. 8.
— illico omnes simul
Lætæ exclamant, venit, id quod me repente aspexerant. Liv. lib. 41. 29. Id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus. & Cic. 3. Q. frat. 1. Teneo ab accusando, vix me hercule, sed tamen teneo, id quod judices nullos habemus. Ex. P. Manut. commentario ad Q. frat. [Sed cum apud Livium præcedat: Fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem faceret: apparet Id quod esse relativum.
Id quod; relativum. Liv. Id quod ex monumentis patet.
Id quod res est cogito. Ter. Adel. 2. 1. 52.
Verum cogito, id quod res est; quando eum quæstum occœperis, &c.
Ubi Donatus, Id quod res est, Id quod verum est: Bona locutio. conf. Cic. de Orat. 1. & pro Sext. & Nep. 7. 6. 3.
Ad id, V. **ad** præp.
Id ætatis. Plaut. Asin. 1. 1. 56.
Neque puduit eum id ætatis sycophantias
Struere. i. e. In ea ætate, vel tam senem. Cic. 6. Fam. 20. Ita viximus, & id ætatis jam sumus, ut omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Idem 1. de Orat. & 4. Att. 16.
Id auctoritatis. Tacit. 12. Ann. 18. pr. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa ejus magni penderentur.
Id diei veniebam in, &c. Cic. 3. Att. Legitur & Eo autem die.
Id honoris, pro In eo honore constitutus. Tacit. 16. Ann. 4. Postquam id honoris indicibus, tanquam promptum ad cædes principem accepit.
Id hostium. Liv. 22. 4.
Id locorum, ea ratione dicitur, qua Interea loci. Plaut. Pœn. 1. 1. 16.
Post id locorum, tu mihi amanti ignoscito.
Ad id locorum, pro In eo loco. Liv. 22.
Ad id locorum, pro Usque ad id tempus. Sallust. de Mario, Jugurth. cap. 63. V. **ad**.
Id solitudinis repente erat. Tacit. 11. Ann. 32. h. e. Ea repente solitudo erat.
Id temporis pro Id tempus. Cic. 1. de Orat. 265. Et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. Ibid. lib. 2. 25.
Id temporis, pro Per id tempus, vel Eo tempore. Cic. 5. de Fin. 1. Maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Idem 13. Att. 33. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset.
Id virium, pro Eæ vires. Tacit. 13. Ann. 41.
Id actutum, vel Id aliquid. Plaut. Amph. 1. 3. 32.
— redibo actutum. **a.** id actutum diu est. Ter. And. 2. 1. 14.
Interea fiet aliquid spero. **b.** id aliquid nihil est.
Id populus curat scilicet; ironice dictum. Ter. And. 1. 2. 14. Cic. 13. Att. 33. Id populus curat scilicet, non mehercule arbitror.
Id demum. Cic. 8. Att. 9. Sic enim sentio, id demum, aut potius id solum, esse miserum, quod turpe sit.
Id est profecto: id amice dabitur. Ter. Heaut. 4. 8. 16.
Id est; pro Hoc est, sive Hoc significat. Cic. 7. Att. 8. Assentiar Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. Eidem, Senatus hodie futurus erat, id est Calend. Octob.
Id est, aliquando sequente interpretatione omnino alia, quam res præ se ferebat, in quodam Panegyrico. Sic τουτέστι apud Dionem pag. 224. pro τοῦτ' ἐστι. H. St. Locus Dionis exstat lib. 47. in ima p. notata ed. Rob. Steph. Sed mentem suam Stephanus non satis explicuit.
Aliquando pro Id est, Cicero dicit Quod est, ut de Opt. genere Orat. 21. Pure & emendate loquentes, quod est Latine.
Id genus hominum est pessimum, Id genus homines. Ter. And. 4. 1. 4. Cic. 1. de Orat. 210. Epaminondam, atque Annibalem, atque ejus generis homines nominarem. Idem 13. Att. 13. Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere.
Id ipsum. Suet. Neron. cap. 24. Quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset.
Incidit in id ipsum, quod modo timebat. V. **incido.**
Id vero, pro Id certe. Ter. Eun. 5. 4. 8.
— tum hoc alterum,
Id vero est, quod mihi puto palmarium.
Id vero; ad femininum relatum. Cic. pro Quint. 1. Gratia Sext. Nævii ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. [Immo non refertur ad femininum, sed absolute dicitur, pro Ob id, ut supra dictum est. Sicut dicitur Quid times? pro Quamobrem? &c.
Eo, Adv. vide **eo** in suo ordine. H. St.

## I S A

**Isaca**, [Ἴσακα] Fluvius Britanniæ insulæ Ptolem. lib. 2. cap. 3. vulgo *Ex.*

**Isæus**, [Ἰσαῖος] Assyrius rhetor, adolescentiam variis corporis voluptatibus tradidit: deinde vir factus, frugalissimus omnium fuit. Characterem orationis non profusum habuit, sed parcum castigatumque, ac secundum naturam, qui tantum rebus breviter enarratis suppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, summaque complecti, ipsius primum inventum est: ut Lacedæmoniis de ordinibus consultantibus ac solicitis illud Homericum jactaverit,

Scutum scuta premunt, galeam galeæque, virum vir. Ex Philostrato.

Isæus, alius rhetor. V. Plin. 2. Epist. 3. Juven. 3. Sat. 74.

Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus & Isæo torrentior.

**Isagoge**, es. [εἰσαγωγή] Latine Introductio dicitur, sive Principium: ut quum res a primis initiis & rudimentis traditur. Latini Elementa dicunt. Erat etiam magistratus Athenis, cujus munus fuit audire accusatores, dictum εἰσαγωγή. V. Hesych. Gell. lib. 26. cap. 8. Quum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessum fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγάς.

**Isagogicus**, a, um. Adj. [εἰσαγωγικός] Gell. 14. 7.

**Isandrus**, [Ἴσανδρος] Filius fuit Bellerophontis, teste Homero Il. ζ. 197.

**Isapis**, [Ἴσαπις] Fluvius propinquus Cæsenæ, ut Strabo lib. 5. scribit. Lucan. lib. 2. 406.

Crustumiumque rapax, & junctus Isapis Isauro. Sed doctiores legendum putant Sapis.

**Isara**, æ. m. [Ἴσαρα] Fluvius Galliæ Rhodano se jungens, ubi Cebenna mons Rhodano se applicat. V. Plin. lib. 3. cap. 4. Lucan. 1. 399.

Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus, &c. Hodie *l'Isere.*

**Isatis**, is, vel idis. f. [ἰσάτις] Genus lactucæ in silvis nascens: cujus meminit Plin. lib. 20. cap. 7.

Hujus etiam nominis herbæ aliud genus est, quo infectores Gallici maxime utuntur ad lanas tingendas: vocant autem illi vulgo *de la guesde*, cujus meminit Dioscorides lib. 2. cap. 216. Vocant autem alio nomine Glastum.

**Isauria**, sive **Isaurica**, æ. f. [Ἰσαυρία] Regio est Ciliciæ proxima ad Taurum montem, quam P. Servilius subegit, qui inde dictus est Isauricus. Hæc Strab. lib. 12.

Sunt qui dicant Isauriam regionem minoris Asiæ, dictam quod undique aurarum flatibus pateat, ejusque metropolim esse Seleuciam. V. Lex. Pitisc.

**Isaura**, n. pl. Isauriæ urbs, ut docet Strab. & Ammian. Eadem ac seq. q. V.

**Isaurum**, i. n. [Ἴσαυρον] Idem quod Isaura, caput Isauriæ, a qua Isauricus Servilius Romanus dictus est qui Isaurum cepit. Ovid. 1. Fast. 594.

Africa victorem de se vocat: alter Isaurum. Al. Isauras, vel Isauros.

Hic adeo pauper fuit, ut publico funere Romæ elatus fuerit.

Isaura Ammianus 14. 25. plur. num. dixit, Claudiopolis, inquit, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar, Isaura ante. Sic & Steph. diserte q. V. Isauriam fem. gen. alii protulerunt.

**Isauri**, populi Isauriam tenentes. Indomiti Isauri. Eutrop. 6. 3.

**Isauricus**, a, um. Adj. possess. ut, Gens Isaurica. Plin. lib. 5. 27. Forum Isauricum. Cic. 5. Att. 21.

**Isaurus**, i. m. Flaminiæ fluvius est, qui accepto Sapi non procul a Cæsena in Adriaticum mare volvitur. Lucan. 2. 406. V. isapis. paulo supra.

## I S C

**Ischæmon**, i. n. [ἴσχαιμον] Medicamentum quod valet ad sistendum sanguinem. Plin. 26. 12. & 25. 8.

**Ischalis**, [Ἴσχαλις] Britanniæ insulæ urbs. Ptolem. lib. 2. vulgo *Ilchester.*

**Ischia**, [ἰσχία] scribit Julius Pollux, Carnosas post lumbos utrinque eminentias appellari, quæ vero post hæc increscunt, γλουτοί, Latine Nates. Duo illa ossa circa quæ versura fit, ita distinguuntur, ut dicatur concavum illud superius κοτύλη, Latine acetabulum: inferius vero ἰσχίον, quod nostri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine & nervus ille nominatur, qui coxendicem femori committit. Erit ergo coxendix vertebra cotylæ infixa, quam pyxidem appellant, nervis quibusdam ita illigata, ut facilius coxarum motus atque flexus fiat. Unde & qui coxendice laborant, Ischiadici vel Ischiaci dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 6. Mox aquam bibere catillo, mire id prodesse ischiadicis affirmantes conf. Lex. Pitisc.

**Ischias**, adis. f. [ἰσχιάς] vel Ischiadicus dolor, sive Ischiacus, ille est quem medici recentiores barbare *sciaticam* dicunt. Plin. 27. cap. 5. Bibitur propter ischiada & stranguriam e vino.

**Ischiacus**, sive **Ischiadicus**, [ἰσχιακός, ἰσχιαδικός] Qui ischiade morbo laborat. Cato R. R. cap. 123. Vinum ad ischiacos sic facito. De junipero, &c.

Ischiadicos dolores & spinæ levat agaricum potum. Plin. lib. 26. cap. 7. extr.

**Ischnon**, i. n. [ἰσχνόν] Gracile, macrum. Lucret. 4. 1159.

Est etiam Subtile genus dicendi apud Quintil. 12. 10.

**Ischnotes**, is. f. [ἰσχνότης] Gracilitas. Inter vitia oris refert Quintil. 1. 5.

**Ischomache**, es. f. [Ἰσχομάχη] compositum ex ἰσχω & μάχη. Quo nomine dicta est Hippodamia, quæ habuit in nuptiis suis pugnam Centaurorum. Hæc fuit Atracii [Immo Oenomaï.] filia, quæ nupsit Pirithoo. Ischomache, Lapithæ genus Heroinæ. Propert. lib. 2. 2. 61.

**Ischopolis**, [Ἰσχόπολις] Ptolemæo teste, Ponti Cappadocii urbs juxta Sidonem, vulgo *Tripoli.*

**Iscia**, Insula est e regione Veliæ: alio nomine OEnotris dicta. Plin. lib. 3. cap. 7.

## I S E

**Iselasticus**, a, um. Adj. Iselastica certamina in Epist. Plin. 10. 119. sunt quæ a Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοί vocantur: de quibus Sibylla, μέγας γὰρ ἀγὼν εἰσελαστικὸς ἔσται. Eorum autem ludorum & certaminum victores triumphantium more in patriam invehebantur, & vectigal de publico accipiebant. Vitruv. præf. lib. 9. Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerunt, uti non modo in conventu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam quum revertantur in suas civitates, cum victoria triumphantes, quadrigis in mœnia & in patriam invehantur, e reque publica perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur. Quum igitur quadrigis invehebantur, dicebantur εἰσελαύνειν, unde Iselastica nomen deductum. Turneb. Adversf. 1. 19.

## I S I

**Isiacus**, V. isis.

**Isis**, Isis & Isidis, Isim. [Ἶσις] Inachi amnis filia, Io prius dicta. Quæ olim a Jove amatore in vaccam mutata, & a Junone in furorem acta, orbe pererrato, quum ad Nili fines pervenisset, Jovis ope formam vaccæ immutavit, estque ab Ægyptiis pro dea celebrata. De qua Lucan. lib. 8. 831.

Nos in templa tuam Romana recipimus Isim. conf. Tacit. Germ. cap. 9. & Apul. de Asin. Aur. lib. 11.

Linigera Isis. Ovid. 2. Amor. 2. 25.

De Isis cognominibus, Athenedoria, Patricia, Pelagia, Pharia, Regina atque Triumphalis, V. plura in Lex. Pitisc.

**Isiacus**, a, um. Adj. Cic. 1. de Divin. 58. Isiaci conjectores.

**Isiacus**, i. m. [Ἰσιακός] dictus Isidis sacerdos. Plin. lib. 27. cap. 7. Valer. Max. 7. 3. 8. Assumpto Isiaci habitu per itinera viasque stipem petens. Sic Suet. Domit. cap. 1. Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanæ superstitionis.

**Isis**, is. Urbis Romæ pars tertia, conjuncta Cœlimontanæ, sita in ea Esquiliarum parte quæ latus australe respicit. Describunt illam Rufus & Victor. conf. Nardin. Rom. vet. 3. 8.

Hoc etiam nomine dicta est insula in Sinu Arabico.

**Isitium**, sive **Isicium**, corrupte Esitium, i. n. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 8. Dicas quæso, quæ causa difficile digestu facit isitium, quod ab infectione insitium dictum (amissione enim litteræ, postea quod nunc habet nomen obtinuit) quum multum in eo digestionem juverit tritura tam diligens, & quicquid grave erat carnis assumpserit, consummationemque ejus multa ex parte confecerit. Meminit & Arnob. lib. 7. adversus gentes, sed non exponit quid sit. Isitium (ait Beroaldus in lib. 8. Asini aurei) est Pulmenti genus ex infectis & minutatim tritis carnibus confectum. Apud Apicium crebra mentio est Isicii, & multiformis concinnatio.

## I S L

**Islandia**, V. thule.

## I S M

**Ismarus**, i. masc. in sing. [Ἴσμαρος] Ismara, n. in plur. Mons est Thraciæ, partim asper & incultus, partim fertilis vinetis & olivetis, quem Orpheus incoluit, ubi Ismara Ciconum urbs fuit. Virg. 6. Ecl. 30.

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. Et rursum 2. Georg. 37.

— juvat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. Lucret. lib. 5. 30.

Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter.

**Ismarius**, a, um. Adj. [Ἰσμάριος] ut, Equi Ismarii. Ovid. 1. Epist. 46. Gentes Ismariæ. Ovid. 10. Met. 305.

**Ismaricus**, a, um. Aliud adj. Avien. Descript. Orb. 33. Ismarici flabris Aquilonis.

**Ismene**, es. f. [Ἰσμήνη] OEdipi filia, ut asserit Statius, de qua nihil habetur, nisi quod cuidam Athy juveni Cyrrheo desponsata fuerit, qui ante nuptias a Tydeo occisus est.

Agenorea Ismene. Stat. 8. Theb. 622.

**Ismenias**, æ. m. [Ἰσμηνίας] nomen Thebani optimi tibicinis. Apul. de Deo Socr. p. 53. Nescio, inquit, ut Ismenias tibiis canere, ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle, Quum audisset Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur. Nam si probus esset, tibicen non esset. V. Voss. 2. Inst. Orat. p. 271.

**Ismenus**, i. m. [Ἰσμηνός] Fluvius est Bœotiæ, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Stat. 1. Theb. 40.

Horruit ingenti venientem Ismenus acervo. Legitur & Ismenon.

Ripæ Ismeni. Stat. 11. Theb. 179.

Celer Ismenos. Ovid. 2. Met. 734.

**Ismenis**, idis. f. [Ἰσμηνίς] Ovid. 3. Met. 734.

Thuraque dant, sanctasque colunt Ismenides aras. i. e. Thebanæ mulieres. ab Ismeno fluvio.

**Ismenius**, a, um. Adj. ut, Ismenius Æmon. V. æmon.

## I S O

**Isocinnamon**, i. n. Herba quæ & Daphnois dicitur. Plin. lib. 12. cap. 20.

**Isocolon**, i. n. [ἰσόκωλον] Græci vocant, quod Latine Compar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigitur: ut est illud, Nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi. Nam & multum desiderare, egentis est signum: & nihil parcere, egestatis est initium. Perottus. conf. Mart. Capel. lib. 5. & Quintil. 4. 2.

**Isocrates**, is. m. [Ἰσοκράτης] Nomen maximi oratoris Græci, qui perfectus magister extitit, scripsitque multa præclare, & docuit alios. Cujus domus, cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Auditor fuit Platonis, suavissimus orator, & in diverso genere dicendi nitidus & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inventione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Cui invidens Aristoteles, adolescentes & ipse docere cœpit, ut sapientiam cum eloquentia jungeret, dicens, Turpe est tacere, quum Isocrates loquatur. Ad Rempublicam non accessit, neque in concionem ascendit, deficiente pronuntiatione: tum etiam ad evitandam invidiam eorum, qui libenter iis qui eloquentiæ honore præstant, se opponunt. Civitatem tamen juvit: Philippumque in his quæ ad illum scripsit, Atheniensibus conciliavit. Panegyricus ejus omnium pulcherrimus, quem in Olympia habuit, adhortans Græcos contra Asiam mutuis expostulationibus relictis, Gorgiam excitavit, ut idem quoque faceret. Optimæ ejus orationes censentur,

ſentur, Archidamus & Amartyrus ad Euthymum. Deceſſit annos fere centum natus poſt Athenienſium cladem ad Chæroneam acceptam, non ſuſtinens nuntium Athenienſium cladis. Ex Philoſtrato conf. Quintil. lib. 2. 8. & 10. 1. & 9.

Iſocrates, ſuperioris auditor, ex Apollonia Ponti, orator & ipſe nobilis: reliquit orationes quinque, qui & una cum claris oratoribus certavit in funere Mauſoli Artemiſiæ viri. Suidas.

Iſocrates & Machaon præfecti claſſis Corinthiorum in bello Peloponneſiaco contra Athenienſes, a Thucydide commemorantur.

**Isocratēus**, a, um. Adj. [Ἰσοκράτειος] Adj. Cic. in Orat. 207. Placet omnia dici Iſocrateo Theopompeoque more. Idem 1. Fam. 9. Iſocratea ratio oratoria.

**Isocrătĭcus**, a, um. aliud Adj. [Ἰσοκρατικὸς] Quintil. lib. 9. 4.

**Isŏdŏmon**, [ἰσόδομον] Genus ſtructuræ in ædificiis, quaſi æqualiter directum. Plin. lib. 36. cap. 22. Græci e lapide duro ac ſilice æquo conſtruunt veluti lateritios parietes. Quum ita fecerint, iſodomon vocant genus ſtructuræ.

**Isoētes**, [ἰσοέτης] Herba, ſedum minuſculum. Plin. 25. 13.

**Isŏnŏmia**, æ. f. [ἰσονομία] Cic. 1. de Nat. Deor. 50. Summa vero vis infinitatis, magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt, in qua intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturam, ut omnia omnibus, paribus paria reſpondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt æquabilem tributionem.

**Isŏpsēphos**, i. m. [ἰσόψηφος] Æqualem habens numerum & poteſtatem. Verſus iſopſephi. Gell. 14. 6. De quibus V. Muret. Var. Lect. 14. 13.

**Isŏpўron**, [ἰσόπυρον] vocant aliqui Phaſelium, ſeu Phaſiolon, quoniam ejus folium, quod eſt anniſo ſimile, in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthii. Plin. lib. 27. cap. 11. Dioſc. 4. 121.

**Isoscĕles**, [ἰσοσκελὴς] Figura eſt trianguli, quod duo tantum æqualia habet latera, quæ Græci σκέλη. i. e. Crura vocant. Eucl. 1. Elem. Auſon.

**Isostates**, æ. m. [ἰσοστάτης] Æqualitatis recognitor. Cod.

## I S P

**Ispălis**, V. HISPALIS.

**Ispĕlum**, [Ἴσπελον] Vilumbrorum, qui Umbris magis Orientales ſunt, urbs, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hiſpellum aliis cum aſpirata. Iſpellum hodie.

**Ispīda**, æ. f. Avis venuſtate pennarum pulcherrima, ad ripas glacie concretas viſa.

**Isporis**, Ptolemæo lib. 4. cap. 3. Vicus Syrtis magnæ. Hodie Naym civitas.

## I S R

**Israēl**, ēlis. m. [Ἰσραὴλ] Nomen Patriarchæ Jacobi, totiuſque populi ab eo prognati. Juſtin. 36. 2. 3. Iſidor. 77.

**Israēlīta**, æ. m. [Ἰσραηλίτης] pl. **Israelītæ**, arum, [Ἰσραηλῖται] Juvenc. 1. 234. antep. corrept.

Iſraelitarum cumulatæ gloria plebis. conf. Paulin. ad Nicet. 166.

## I S S

**Issa**, æ. f. Nomen catellæ apud Martial. 1. 110.

**Issa**, æ. f. [Ἴσσα] Inſula in mari Adriatico, adjacens Dalmatiæ, ut Ptolemæus lib. 2. ſcribit, in qua fuit Iſſa non ignobilis civitas. Alterius in Lesbo meminit Steph. Hinc

**Issæus**, a, um. Adj. [Ἰσσεὺς]

**Isso**, pro Ivero. Feſtus.

**Issulus**, i. m. dimin. ab Iſſa; Blandimentum parentum, qui Iſſuli & Delicii trienni puero nomen dederunt, ut ariolatur Fabret. Inſcript p. 45. L. APONIUS ET APONIA ILLA ISSULO ET DELICIO SUO FECER.

**Issus**, [Ἴσσος] Urbs inter Ciliciam & Syriam, a qua Sinus Iſſicus. Ptolemæus lib. 3. cap. 8. Iſſus ſeu Iſſos Ciliciæ, nunc *Laiaſſa* dicitur. teſtis Olivarius in Melam. Sinus Iſſicus, *Le golfe de Layaſſe*, ubi Alexander Magnus dicitur viciſſe Darium. conf. Curt. 3. 7. 6.

**Issĭcus**, a, um. Adj. ut, Sinus Iſſicus. Ammian. 26. 25. V. dict. ſuper.

## I S T

**Iste**, iſta, iſtud: gen. iſtīus, vel ĭus. V. Virg. 12. Æn. 648. & Martial. 14. 171. dicitur Iſte, Qui apud te eſt, aut de quo loqueris. Ter. Eun. 4. 4. 43. Mirum ni tu credas quod iſte dicat. Cic. 2. Fam. 10. Putareſne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam levia noſtratia?

Iſte, pro Is, ut οὗτος Græce. Cic. 3. Verr. 119. Quum edictum totum eorum arbitratu, quamdiu fuit deſignatus, componeret, qui ab iſto jus ad utilitatem ſuam nundinarentur. Budæus.

Iſte, Contemptum videtur indicare, v. g. Cic. 4. Verr. 34. Coactu iſtius. & p. p. Cum nihil intererat iſtius. ut contra Ipſe, Auctoritatem denotat. q. V.

Iſtuc, pro Iſtud frequentiſſimum, maxime apud Comicos. Ter. Heaut. 1. 1. 58.

Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam. i. e. Quum in ea eſſem ætate. Idem And. 2. 2. 13.

— rem tenes.

P. Iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt: me vide.

Cic. 1. Acad. Iſtuc quidem conſiderabo.

Iſta n. pl. pro Hæc. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus.

Iſta ipſa de re cogitavi. Cic. 1. Acad. 4. Itaque non hæſitans reſpondebo: ſed ea dicam quæ mihi ſunt in promptu, quod iſta ipſa de re, multum, ut dixi, & diu cogitavi.

Iſtud tuum ſcelus. Cic. 4. Verr. 87. Quare de hoſpitio violato, & de iſto tuo nefario ſcelere nihil queror.

Iſte, demonſtrativum. Columel. lib. 9. cap. 14. Notior eſt iſta vere agricolis concepta opinio.

Iſtud quidem. Cic. 1. Acad. 14. Et ſimul aſſidamus, inquam, ſi videtur. Sane iſtud quidem, inquit: ſum enim admodum infirmus. i. e. Iſtud quod dicis, ut aſſidamus, faciendum eſt. [Subaudiendum puto Faciamus, vel ἀπὸ κοινοῦ Videtur.

**Isto**, Adv. ad locum. Plin. lib. 3. Epiſt. 6. extr. Deſtino enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſto.

Iſto venire. Cic. 9. Fam. 16. Idem 3. Q. frat. 1. Segm. 3. Trebatium vero meum quod iſto admiſceas nihil eſt.

**Istic**, vel **Isthic**, iſtæc, iſtoc. Iſte hic. Ter. Heaut. 3. 3. 1.

Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt, Clitipho?

Iſtac facie. Plaut. Rud. 2. 2. 10.

Nullum iſtac facie, ut prædicas, veniſſe huc ſcimus. i. e. Qui talem habeat faciem.

Iſtac lege. Plaut. Trin. 5. 2. 38.

Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi uxorem dari?

Iſtæc n. pl. pro Hæc iſta, vel iſta hæc. Cic. 12. Att. Primum tibi perſuade me iſtæc non curare.

Iſtæc res eſt, i. e. Sic res habet, ut dicis. Plaut. Merc. 3. 1. 25.

Iſtoc modo. Plaut. Truc. 1. 2. 60. Ter. Heaut. 4. 3. 35.

At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.

Iſtoc vilius. Ter. Adel. 5. 9. 24. Reddet tibi cito. M. iſtoc vilius. Ubi Donatus, Iſtoc vilius, quaſi, Nihil minus, negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tale, cum ἔλλειψει, qua ſubauditur Quicquam: &, Non dabo.

Iſtunc ipſum. Ter. Eun. 2. 3. 64.

— illumne obſecro,

Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem?

P. Iſtunc ipſum.

Iſthic, pro Iſte. Plaut. Amph. Iſtic jamdudum mihi maxima memoravit mira.

Tu iſtic, pro Tu ipſe. Plaut. Amph. 2. 1. 25. Tu iſtic ubi bibiſti?

Encliticum CE aliquando adjungitur. Plaut. Truc. 3. 2. 16. Iſtæcce ridicularia.

Iſtace. Cato cap. 132. Macte iſtace dape pollucenda eſto.

**Istuccĭne**, interrog. Ter. Eun. 5. 1. 14.

Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? i. e. Iſtudne.

**Istiusmŏdi**, Nomen indecl. h. e. Iſtius formæ & ſpeciei, vel Talis. Plaut. Moſt. 3. 2. 59. Cic. 6. Verr. 9. Videte majorum diligentiam, qui nihildum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur. Ter. Heaut. 2. 4. 7.

Et vos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe, haud mirabile eſt.

Iſtius modi, disjunct. Plaut. Trin. 2. 4. 150.

— contra iſtoc detrudi maleficos

Æquum videtur qui quidem iſtius ſint modi.

**Istic**, Adv. [αὐτοῦ, αὐτόθι] In loco ubi tu es. Ter. Eun. 4. 6. 27. Omitte: jam iſtic adero. Cic. 1. Fam. 10. Et ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.

Iſtic, In iſto negotio. Ter. And. 2. 5. 9.

Neque iſtic, neque alibi tibi uſquam erit in me mora.

Iſtic ſum, i. e. Audio, vel auſculto. Cic. 5. de Fin. 78. Iſtic ſum, inquit, exſpectoque quid ad id quod quæram reſpondeas.

**Istinc**, [αὐτόθεν] Adv. de loco. Cic. 7. Att. 10. De malis noſtris tu prius audis, quam ego: iſtinc enim emanant. Idem 1. Fam. 10.

**Istōc**, [αὐτόθεν] Adv. pro Ab iſto loco. Ter. Adel. 2. 1. 15. Accede illuc, Parmeno, nimium iſtoc abiſti. V. NIMIS.

**Istac**, [αὐτόσε] Adv. per locum. Ter. Heaut. 3. 3. 27.

Abi ſane iſtac, iſtorſum, quovis.

**Istactenus**, Plaut. Bacch. 1. 2. 58.

Iſtactenus tibi, Lyde, libertas data eſt.

**Istorsum**, Adv. [αὐτόσε] Verſus eum locum ubi tu es. Ter. Phorm. 5. 1. 14.

Concede hinc a foribus paululum iſtorſum ſodes, Sophrona. Ter. Heaut. 3. 3. 27. Abi ſane iſtac, iſtorſum, quovis.

**Istuc**, Adv. Ad iſtum locum. Ter. Heaut. 2. 2. 33.

Mane hoc quod cœpi primum enarrem, Clitipho,

Poſt iſtuc veniam.

**Ister**, Iſtri. m. Fluvius Europæ permagnus, quod & Iſtrum dicitur, quando ſcilicet Flumen ſequitur, ut ait Probus. Hoc & Aſdubanum, & Danubius vocatur, auctore Servio. Virg. 2. Georg. 497.

Aut conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro. Danubius vocatur Iſter ab Aria civitate Valachiæ uſque ad Pontum. Teſtis Olivar. in Melam.

Ripa ferox Iſtri. Ovid. 4. de Pont. 9. 76.
Binominis Iſter. Ovid. 1. de Pont. 8. 11.
Frigidus Iſter. Ovid. in Ibin, 138.
Gemmifer Iſter. Sen. Herc. OEth. 5.
Multifidus Iſter. Lucan. lib. 3. 202.
Opacus vitibus Iſter. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 199.
Rapidus Iſter. Claud. de Bell. Get. 489.
Sævus Iſter. Claud. 6. Conſ. Hon. 220. Intelligit accolas Iſtri.
Septemgeminus Iſter. Valer. 4. Argon. 718. Quia in ſeptem oſtia dividitur.
Torvus Iſter. Valer. 8. Argon. 218.
Turbidus & torquens flaventes Iſter arenas. Virg. 3. Georg. 350.

**Isthmion**, [ἴσθμιον] de quo apud Homer. lib. 8. Odyſſ. Quo in loco Didymus interpres dicit id idem, quod Peritrachelium, de quo infra: & in hoc differre ab Hormo, de quo ſupra diximus, quod Iſthmion collum cingat, Hormos autem ab eodem demittatur: tanquam videlicet illud ſit quod vulgo *collier* vocamus, hoc autem *chaine*. Iſthmia ponit Pollux lib. 5. cap. 16. inter Ornamenta muliebria.

**Isthmus**, i. m. [ἰσθμὸς] proprie Collum ſignificat. A cujus ſimilitudine Terra oblonga & anguſta inter duo maria, Iſthmos etiam dicitur; cui Porthmos, id eſt fretum, etiam opponitur, Maris ſcilicet inter duas continentes anguſtiæ. Unde per antonomaſiam Iſthmus Peloponneſi dictus inter Ægeum & Ionium mare, quinque millium paſſuum intervallo, cujus fauces Corinthus obſidet. Plin. lib. 4. cap. 4. de Peloponneſo loquens, Anguſtiæ, inquit, unde procedit, Iſthmos appellantur. Budæus. Strabo, In Iſthmo, inquit, Neptuni, quem Iſthmium vocant, templum eminet picearum arborum luco circumcluſum, ubi ludos Iſthmicos Corinthii celebrare ſunt ſoliti. Hos ludos Theſeum inſtituiſſe ſcribit in Theſeo Plutarchus. Fuerunt & Iſthmia, ludi illic Palæmoni ſacri. Meminit horum Stat. 6. Theb. 557. [Immo iidem ac ſupra memorati ludi fuerunt: Quos Siſyphus primum in honorem Palæmonis inſtituit, ac Theſeus dein Neptuno conſecravit. V. Lex. Pitiſc.

Notum eſt adagium, Iſthmum fodis: Quum fruſtra aliquid moliri quempiam ſignificamus: multi enim, ut tanti ambitus moleſtiam tollerent,

trans-

tranſfodere anguſtias illas conati, re infecta deſtiterunt, ut Plin. ſcribit lib. 4. cap. 4.
Bimaris Iſthmus. Ovid. 7. Met. 406.
Lacrimabilis Iſthmus. Stat. 3. Silv. 1. 142.
**Isthmius**, a, um. [Ἴσθμιος] Adj. Ad iſthmum pertinens. ut, Neptunus Iſthmius, ſcil. Cujus delubrum fuit in Iſthmo Peloponneſi. Plin. lib. 4. 5.
Ludi Iſthmii. Liv. 33. 32. V. ISTHMUS.
**Isthmia**, ōrum, n. pl. quæ in honorem Neptuni celebrabantur, quinquennalia fuiſſe teſtantur Plin. lib. 4. 5. & Solin. cap. 9. Auſon. Idyll. 25.
Hæc quoque temporibus quinquennia ſacra notandis
Iſthmia Neptuno data ſunt. Curt. 4. 5. Solenne ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Græciæ celebratum eſt.
Iſthmia, Palæmoni ſacra. V. ISTHMUS.
**Isthmiăcus**, aliud Adj. [Ἰσθμιακὸς] ut, Iſthmiacus portus. Stat. 2. Silv. 1. 179. Corona. Plin. 15. 10. Fretum. Sidon. Carm. 11. 6.
**Istōnium**, [Ἰστώνιον] Italiæ oppidum Ptolemæo. Vulgo *Gnaſto*.
**Istria**, [Ἰστρία] Italiæ regio, Illyrico contermina, quæ in latitudine ſexaginta paſſuum millia, in circuitu centum vigintiquinque millia complectitur: a Formione, nunc Riſano fluvio, ad Flanaticum ſinum: in quo Arſia amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrico dirimit. Iſtrorum gentem fama eſt originem a Colchis duxiſſe, miſſis ab Æeta rege ad Argonautas perſequendos, qui ut a Ponto intraverunt Iſtrum, nec raptores inveniſſent, ſive metu regis, ſive tædio longæ navigationis, juxta Aquileiam conſederunt, Iſtrique ex amnis nomine quo a mari conceſſerant, ſunt appellati. V. Plin. 3. 18. & 19.
**Istri**, ſive HISTRI, orum. m. Iſtriæ populi. Liv. 21. 16.
**Istriāni**, orum. Iidem. Juſtin. 9. 2. Rex Iſtrianorum.

## I S U

**Isus** & Antiphus, Priami fuere filii: verum Antiphus ex Hecuba ſuſceptus eſt, quum naturalis eſſet Iſus: ut Auctor eſt Homerus in Iliad. λ. 101.

## I T A

**Ita**, [ναί, οὕτως] Adverbium reſpondendi, ſive affirmandi. Ter. And. 5. 2. 8.
Etiam tu hoc reſpondes, quid iſtic tibi negotii eſt? D. mihin'? S. ita.
Ita Davus. Hor. 2. Serm. 7. 2. Davuſne? ita Davus. ſubaud. Eſt.
Ita eſt, pro Sic eſt, reſpondentis particula. Ter. Eun. 1. 2. 44.
Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.
T. Ita eſt. [Subauditur ſemper verbum ſubſtantivum, quod hic expreſſum eſt. Similiter Sic in reſponſione abſolute ponitur, pro Sic eſt. V. ſ. l. & Non pro Non eſt, vel potius Non ita eſt, quod & Non ita, ἐλλειπτικῶς dicitur. Virg. 4. Æn. 584.
Non eſt ita, pro Non eſt verum. Cic. pro Cluent.
Ita eſt, ſentio. Plaut. Pſeud. 1. 5. 51.
Ita eſt. Plin. lib. 13. cap. 3. Utinamque dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet. Ita eſt, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem devicere aquilæ. Idem lib. 7. cap. 40. Ita eſt profecto, alius de alio judicat dies, & tamen ſupremus de omnibus. Locutio eſt Plinio familiaris.
Ita res eſt. Ter. And. 3. 1. 1.
Ita pol quidem res eſt, ut dixti, Lesbia.
Eſt ita, ut dicitur. Cic. 6. Verr. 117.
Ita dico. Plaut. Pſeud. 4. 7. 53.
Herus tuus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. B. Macedonius?
H. Admodum, inquam.
Ita loquor, Vera prædico, id quod res eſt dico. Plaut. Moſt. 4. 2. 31.
Herus hic noſter potat. TR. herus hic veſter potat? D. ita loquor.
Ita loquor, Ita loqui ſoleo, mos eſt loquendi meus. Plaut. Aul. 5. 21.
— ſoleo hercle ego garrire nugas, ita loquor.
Ut ita dicam. Cic. de Amicit. 19. Humilem ſane relinquunt, & minime generoſum (ut ita dicam) ortum amicitiæ.
Ita enimvero. Plaut. Amph. 1. 1. 254.
Quid, domum voſtram? S. ita enimvero.
Ita inquam. Plaut. Amph. 1. 1. 206.
Hæccine tua domu' eſt? S. ita inquam. Al. Ita, inquam.
Ita profecto. Plaut. Amph. 1. 1. 214.
At mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis.
S. Ita profecto.
Ita prorſus. Cic. 2. Tuſc. 67. Sed tibi hoc video non poſſe deberi. A. ita prorſus.
Ita vero. Plaut. Men. 5. 9. 36.
Quid ais tu? Menæhmum, opinor, te vocari dixeras.
MEN. Ita vero.
Ita aiunt, Ita prædicant. Ter. Heaut. 4. 8. 11.
Immo hæc quidem, quæ apud me eſt, Clitiphonis eſt
Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M. omnia. Idem Andr. 5. 3. 4. Ita prædicant.
Ita eſt homo, pro Ea eſt natura, Ejuſmodi, vel talis eſt. Ter. Adelph. 1. 2. 64.
— nam ita eſt homo:
Quum placo, adverſor ſedulo, & deterreo.
Ita veſtra eſt benignitas. Plaut. Pœn. 3. 3. 30.
Ita ingenio fuit, vel Ita ingenium ejus fuit. Ter. Phorm. 1. 3. 20.
Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Plaut. Stich. 5. 5. 3.
— nam ita eſt ingenium muliebre,
Bene cum lauta eſt, terſa, ornata, ficta eſt, infecta eſt tamen.
Ita natio eſt hominum. Plaut. Men. 2. 1. 33.
Ita pars libertinorum eſt: niſi patrono qui advorſatus eſt, nec ſatis &c. Plaut. Perſ. 5. 2. 57.
Ita eſt amor ut. Plaut. Trin. 3. 2. 42.
Ita eſt amor, baliſta ut jacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat.
Ita animatus fui ut te hoc donarem, i. e. Sic in animo habebam. Plaut. Amph. 2. 2. 130.
Alii ſunt ita, ut in rem eſſe ducunt ſuam. Plaut. Men. 5. 6. 19.
Ita juſtum eſt, ſi eſt voluntarium. Cic. 1. Off. 28. i. e. Ea conditione & pacto. V. Ita ſi, infra.



Ita, ut. Cic. de Amicit. 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut, quoad poſſem & liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem.
Ita facere certum eſt. Ter. Eun. 1. 2. 108.
Ita facere certum eſt: mos gerundu' eſt Thaidi.
Ita res erat, faciundum fuit. i. e. In eo ſtatu res erat. Ter. Eun. 1. 2. 17.
Ita negotium eſt. Plaut. Perſ. 4. 6. 11. Ter. And. 4. 2. 32. Quapropter? D. ita opus eſt facto.
Si ita ſit, ut. Cic. 4. Acad. 5. Hoc autem ſi ita ſit, ut unum modo ſenſibus falſum videatur.
Ita judices, ne. Plaut. Curc. 3. 3. 26. Ter. Heaut. 4. 5. 35.
Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.
Ita inſtas, quaſi pro noxio. Plaut. Merc. 4. 3. 26. conf. Ita quaſi, infra.
Ita me deus amet, Sermo optantis eſt, & etiam confirmantis, ſive aſſentientis, fidemve facientis ſive jurantis. Ter. Eun. 3. 2. 21.
Ita me di ament, honeſtus eſt. Ibid. 4. 1. 1.
Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem miſeret me. Ter. Heaut. 4. 5. 1. Cic. 7. Verr. 71. Ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, ut, tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam, &c.
Ita te amabit Juppiter, ut tu neſcis. Plaut. Aul. 4. 10. 31.
Ita vero me amabit Juppiter, uxor, ut ego illud nunquam dixi. Plaut. Merc. 4. 4. 22.
Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam ſinam. Plaut. Curc. 1. 3. 52.
Ita me ſervet Juppiter, ut propior illi, quam ego ſum, ac tu nemo eſt. Plaut. Amph.
At ita me Di ſervent, ut hic pater eſt veſter. Plaut. Pœn. 5. 4. 88.
Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me atque hoc natus es. Ter. Heaut. 5. 4. 7. Sic,
Ita vivam, ut maximos ſumptus facio. Cic. 5. Att.
Ita ſpero quidem. Ter. And. 1. 5. 63.
Ita quæſo, Ter. Heaut. 3. 1. 96. Continuo hic adero. M. ita quæſo.
Ita non. Ter. Heaut. 3. 2. 13.
Ita, non ut olim, ſed uti nunc, ſane bona.
Ita nunc viget mos: ita nunc ſervitium eſt. Plaut. Curc. 2. 3. 21.
Ita nunc nihilominus. Plaut. Pœn. 1. 2. 149.
Dum te exſpecto, neque uſquam aliam mihi paravi copiam,
Neque iſtuc uſquam apparet, ita nunc nihilominus ſervio.
Non ita multi fuerunt. Cic. de Clar. Orat. 244. Et 4. Verr. 49. Tadius, qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit.
Non ita valde de his laboro. Cic. 11. Fam. 21. [Valde eſt Expoſitio. H. St.
Non ita, i. e. Non valde. Ter. prol. Andr. 11.
Non ita diſſimili ſunt argumento: & tamen &c. Cic. de Senect. Non ita longa diſputatione.
Non ita multum dicendi laude proceſſerat. Cic. de Clar. Orat. 137. conf. 41.
Nec ita multum provectus, rejectus Auſtro ſum in eum ipſum locum unde conſcenderam. Cic. 1. Philipp. 7.
Quod ſi ita feciſſent, id non ita eſſe fixum deberet. Cic. pro Cluent. 26.
Nec ita multo poſt. Cic. 2. Off. 9 Quibus autem rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus, ut hominum ſtudia complectamur, eaque teneamus, dicemus, neque ita multo poſt: ſed pauca ante dicenda ſunt.
Quo mortuo, nec ita multo poſt, in Galliam proficiſcitur. Cic. pro Quint. 15.
Ita ſubito. Plaut. Trinum. 5. 2. 51.
Evocate: ita ſubito eſt, propere quod eum conventum volo.
Ita res ſubita eſt. Plaut. Curc. 2. 3. 23.
Ita; pro In tantum, vel uſque adeo, in fine orationis. Ter. And. 2. 1. 4.
— væ miſero mihi,
Ut animus in ſpe, atque in timore uſque ante hac attentus fuit:
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet. Cic. Quorum quanta mens ſit, difficile eſt æſtimare: ita multa meminerunt. Et alibi itidem, Ita iſti faveo ſententiæ, Per epiphonema.
Ita ut. Columel. lib. 4. cap. 2. Quod mergi mox facile radicantur, ita ut quæque vitis ſuis, &c.
Ita moratus, ut præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat. Cic. 1. Acad. 33.
Ita magnæ, ut ſperem poſſe avelli, pro Adeo. Ter. Andr. 3. 3. 12. Cic. de Amicit. Ab eis ita amantur, ut facile earum appareat ſenſus.
Ita non modo, &c. Cic. pro Deiot. 21. Dii te perdant, fugitive: ita non modo nequam, & improbus, ſed & fatuus & amens es.
Ita ut fit, Ut fere fit, ut fieri ſolet. Ter. Eun. 4. 2. 2.
Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo eſt moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare.
Ita ut ingenium eſt omnium hominum. Ter. And. 1. 1. 50.
Ita, ut ſi eſſet filia. Ter. Eun. 1. 2. 37. i. e. Quemadmodum.
Ita, quemadmodum. Cic. 3. Verr. 40. Quæſturam ita geſſit, quemadmodum cognoviſtis.
Ita, quaſi. Cic. pro Quint. 15. Quia in re ita diligens erat, quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent.
Ita, ſi. pro Ea conditione. Ut apud Livium lib. 42. pag. penult. Reſponderi placuit, ita pacem dari, ſi de ſumma rerum liberum ſenatui permittat rex de ſe, deque univerſa Macedonia ſtatuendi jus. H. St. locus eſt cap. 62. extr. conf. Ita juſtum eſt &c. ſupra.
Ita nati, pro Ad hoc, quod barbari *ad eum finem* dicunt. Cic. de Amicit. 19. Sic enim mihi perſpicere videor, ita natos eſſe nos, ut inter omnes eſſet ſocietas quædam. [i. e. Ea conditione.
Ita ut erat, quod barbare vulgo dicitur, *ut de facto erat*. Cic. de Amicit. 24. Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret?
Ita, pro Igitur. Cic. 5. Tuſc. 94. Ita nobiliſſima civitas Græciæ, & olim potentiſſima, ſepulcrum civis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. De Archimedis ſepulcro.
Ita, pro Igitur, & in concluſionibus ponitur. Cic. 3. de Fin. Ita fit, ut quod bonum ſit, id etiam honeſtum ſit. Idem 1. Off. 149. Ita fit, ut vincat cognitionis ſtudium conſociatio hominum atque communitas.

Idem pro Quint. 8. Ita fit, ut ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, &c.

Ita, pro Itaque. Cic. 1. de Nat. Deor. 111. Virtus autem actuosa est, & deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem est.

Ita fecit, vel plus etiam. Cic. de Amicit. 37. Videtis quam nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit.

Itane; sciscitantis particula. Ter. Eun. 5. 8. 27.

Quodvis donum, & præmium a me optato: id optatum feres.

G. Itane? Cic. pro Rosc. Amer. 112. Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissolvere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. itane est?

Itane; commiserantis. Ter. And. 4. 6. 7. Salvus sis, Crito. c. itane Chrysis? hem. Donatus.

Itane; indignationis nota. Ter. And. 3. 2. 12. O Dave, itane contemnor abs te? Ubi Donatus, Indignatio est, ad æstimationem revocantis ejus dicta vel facta, a quo contemnitur quis. Idem And. 1. 5. 8.

Itane obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat?

Itane vero, Interrogatio plena stomachi. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. Itane vero ego non justus, qui & Consul rogavi, & augur, & auspicato; Idem 3. Verr. 40. Itane vero, quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerunt, iis apud te, &c. Ter. And. 5. 4. 23.

— fabulam incœptat. CH. fine.

CR. Itane vero obturbat?

ITĂQUE, [τοιγαροῦν, ὥστε, οὖν] Concludentis particula compositum ab Ita, unica dictio: pro qua Cicero utitur dictione Ergo aliquando. Cic. de Amicit. 6. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa, breviter & commode dicta memoriæ mandabam.

Itaque, Collectiva partic. Vide IGITUR. H. St.

Itāque, quum gemina dictio est, accentum habet in penultima, significatque Et ita. Ter. And. 3. 3. 18.

Immo ita volo, itaque postulo ut fiat, Chreme. Idem Eun. 2. 3. 25.

Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas:

Itaque ergo amantur. Ubi Donatus, Itaque, Atque ita fit ut amentur.

Itaque ergo. Liv. 28. 12. Idem lib. 3. 31. Itaque ergo ut magistratu abiere, a Sp. Tarpeio & A. Aterio Consulibus dicta dies est. Idem lib. 9. Decad. 4. conf. Ter. in præced.

ITĂLIA, æ. f. [Ἰταλία] Europæ regio, prius Hesperia, ab Hespero Atlantis fratre, qui a fratre pulsus & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Sive (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quod Occasui subjecta sit. Inde OEnotria, vel a bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνον vinum dicunt) vel ab OEnotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit. Nam ad eam partem venit, in qua postea Turnus regnavit, & suo nomine appellavit. Virg. 1. Æn. 534.

Est locus: Hesperiam Graii, &c. Timæus, & Varro de R. R. lib. 2. cap. 1. & 5. Columella quoque in proœm. lib. 6. a bobus vocatam dixerunt: quoniam Tauri Græca veteri lingua, Itali vocati sunt, a quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Est etiam dicta Ausonia (ut Aristophanes inquit) pars ad Tyrrhenum versa. Estque in forma cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, & a jugis Alpium, dorsoque Appennini porrecta, se paulatim attollens, usque ad Rhegium verticem & litora Bruttiorum extenditur. In ultimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habens. Ejus longitudo ab Augusta Prætoria, quæ in Alpino fine sita est, & per Romam Capuamque porrigitur, usque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti millia passuum colligit: latitudo vero quadringenta decem ubi major latitudo: ubi vero minor, centum trigintaquinque. Habetque umbilicum in agro Reatino, quæ dudum ex latere maris superi Rubiconem fluvium pro finibus habuit. Dividitur autem in sedecim regiones, scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium sive Aprutium, Picenum, Flaminiam & Æmiliam, seu Romandiolam. Umbriam (nunc ducatum Spoletinum) Galliam Cisalpinam, Venetiam (nunc Marcham Tarvisinam) Iapidiam, & Carniam (nunc Forum Julium) & Istriam.

Italia sic describitur a Siculo Flacco in libro De conditionibns agrorum. p. 2. Goes. Ab Alpibus in mare porrigitur: a tribus lateribus exteras gentes intuetur: a Sicilia usque ad Galliam omne litus Africum ei est contrarium: rursus a Leucopetra pars, quæ ad mare attingit, Macedoniæ aliquam Epiri partem spectat. Adriaticum vero litus Illyricum contra se habet.

Καὶ ἐν Πατταβίῳ τῆς νῦν Ἰταλίας, τότε δ' ἔτι Γαλατίας Dio libro 41. pag. penult. quæ est 118. edit. Paris. Italia κυρίως & καθαρῶς quæ regio, vide App. in Annib. 124. & 125. in 8vo. H. St.

Bellifera Italia. Claud. 1. in Eutrop. 429.

Magna Italia. Virg. 4. Æn. 345.

Potens Italia. Claud. 2. in Eutrop. 527.

ITĂLUS, a, um. Adj. [Ἰταλός] Ad Italiam pertinens.

Cælum Italum. Hor. 2. Carm. 7. 4.

Gens Itala. Virg. 6. Æn. 757.

Regna Itala. Virg. 3. Æn. 185.

ITALĬCUS, [Ἰταλικός] aliud Adj. ut, Oræ Italicæ. Ovid. 15. Met. 9. Italicum ducem legimus apud Æmil. Probum in Timoleontis vita p. 394. Lamb. Cepit etiam Mamercum, Italicum ducem. H. St. locus est cap. 2. extr.

ITALIS, Idis. [Ἰταλίς] patronym. ut, Matres Italides. Ovid. 2. Fast. 441. Nymphæ Italides. Sil. lib. 7. 428.

ITALICA, [Ἰταλική] Urbs in Italia, quæ alio nomine Corfinium dicitur, ut ait Strabo.

Italica, Civitas est Bæticæ, Ptolemæo lib. 2. cap. 4. patria Trajani Cæsaris & Silii poetæ, Italici inde dicti.

Italica Urbs, non appellativo, sed proprio nomine interdum dicitur de quadam Hispaniæ urbe, Patria Trajani & Adriani. Meminit. Steph. vide App. Iber. p. 178. in 8vo. H. St. V. Eutrop. lib. 8. cap. 2. & 3. Meminerat verbo hujus urbis ed. Lugd.

ITALICENSIS, e. Adj. [Ἰταλικήσιος] Populus ab Italica Hispaniæ urbe.

ITAQUE, V. ITA.

ITARGUS, Germaniæ fluvius Ovidio, quem alii omnes Visurgin vocant. Sic enim ait, ad Liv. 186.

Decolor infecta testis Itargus aqua. Turneb. Sed admodum dubia vexataque lectio est.

## I T E

ITEM, [ὁμοίως, ὡσαύτως] Adv. significans interdum Ita, vel Sic: interdum Autem: interdum Similiter.

Item, Autem. Plaut. Aul. 2. 2. 50.

Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem, Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.

Item, Ita, vel sic, sive Itidem. Cic. in Orat. 147. Nam omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item. Idem in Art. Rhetor. 165. Quæ omnia item uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus.

Item, pro Sic, in comparationibus & similitudinibus. Cic. 1. de Orat. 118. Nullæ enim lites, neque controversiæ sunt, quæ cogant homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Bud.

Item ut, pro Similiter. Plaut. Truc. 2. 1. 41. Cic. in Orat. 202. Ita fit ut non item in oratione, ut in versu numerus exstet. Ter. Phorm. 2. 3. 66.

Itane tandem quæso, item ut meretricem, ubi abusus sis,

Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere? Idem And. 1. 1. 62. Item alio die quærebam.

Indignatur item privatis, ac prope socco

Dignis carminibus celebrari cœna Thyestæ. Hor. in Carm. de Arte poët. & Sat. 3. libri 1. Cetera item nequeunt stultis hærentia. H. St. prior locus v. 90. ubi pro Celebrari, in codd. correct. Narrari legitur. posterior. v. 77.

Item, pro Etiam. Cic. de Amicit. 7. Itaque ex me quærunt, credo ex hoc item Scævola. Al. Item ex te, Scævola. Idem ibid. 16. Pergratum mihi feceris, spero item Scævolæ, si, &c.

Itemque; pro Deinde, vel Præterea. Cic. 4. Acad. 22. Itemque si id quod officii sit, non occurrit animo, nihil omnino aget. Idem 2. de Divin. 17. Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur.

ITIDEM, Vide in suo ordine. H. St.

ITER, ĭtĕris. n. [πορεία] Sic enim inflectebant veteres, testibus Prisciano & Nonio 8. 13. Viam significat. Lucret. lib. 5. 652.

Concussos itere, & labefactos aere multo. Nævius Lycurgo, Ignoti iteris sumus; tute scis. Attius OEnomao, Te longo itere cerno vadere. Idem Telepho, Studiumque iteris reprimere.

ITER, ĭtĭnĕris; ab Itiner quod vide infra.

Iter dictum est, quod vehendo quid Teritur; vel ab Eundo, cujus supinum est Itum: sive ab Ito frequentativo.

Iter, de mari etiam dicitur. Ter. Hec. 3. 4. 1.

Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter?

S. Non hercle, Parmeno, verbis dici potest

Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. conf. infra

Currit tutum iter Classis, Dirigere navis iter, Ferre iter per. Radit iter, Raptat nos iter, Solvit iter, Tenebat medium iter, Vertere iter a portu.

Iter de Volatu. Virg. 6. Æn. 16.

Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. de Dædalo volante.

V. INSUETUS.

Radit iter liquidum. Virg. 5. Æn. 217. de columba volante.

Iter diei, pro Spatio quod uno die conficere possumus. Liv. 25. 15. Qui nuntiarent duos COSS. ad Beneventum esse, diei iter a Capua.

Abest paucorum dierum iter, &c. V. ABSUM.

Iter, Itionem significat. Cic. 3. Att. 7. Sed itineris causa ut diverterem, primum est devium, deinde ab Antonio, & ceteris quatridui.

Dicam in itinere, i. e. Inter eundem. Ter. Phorm. 3. 3. extr.

Iter pro ipsa Via aliquando ponitur. ut, Iter pontis. Vet. Schol. ad Juven. 14. Sat. 134.

Urbis itinera. Tacit. 1. Hist. 81.

Itinera quæ extra murum ad portam ferebant. Cæs. 1. Bell. Civil. 27.

Stratum militari labore iter sæpe deserimus, compendio ducti. Quintil. lib. 2. cap. 13. extr.

Angustum formica terens iter. Virg. 1. Georg. 380.

Ambiguum iter. Pers. 5. Sat. 34.

Amœnum, ac molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Arenosum iter. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum, Utraque excipit iter aliqua ex parte arenosum, jumentis paulo gravius & longius, equo breve & molle.

Cæcum iter. Ovid. 10. Met. 456.

Campestre iter. V. Campestris, in CAMPUS.

Clausum iter vetito. Sen. Herc. fur. 4.

Commodum iter. Columel. lib. 1. cap. 3.

Delicatum iter. Lactant. De opific. Dei, cap. 20. Noluit deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere pervenire.

Devium iter, Inaccessum, & avia remotum. Cic. 14. Att. 10. Tribonius itineribus deviis proficisceretur in provinciam.

Durum iter. Valer. 1. Argon. 565.

Felix parum iter. Ovid. 21. Epist. 74.

Flexum iter. Lucret. lib. 4. 91.

Flexuosum. V. Itinera aquarum ad finem.

Immensum iter. V. IMMENSUS.

Impervia itinera. Tacit. 3. Ann. 31.

Inexplicabile iter. V. INEXPLICABILIS.

Infestum iter viæ. Lucret. lib. 5. 1123. V. INFESTUS.

Interrupta & impervia itinera. Tacit. 3. Ann. 31.

Interseptum iter. V. INTERSEPIO.

Iter irremeabile. Claud. 2. in Eutrop. 406.

Leve iter. Ovid. in Ibin, 620.

Longinqua itinera. V. LONGUS.

Longulum sane iter, & via inepta. Cic. 13. Att. 23.

Longum, V. Carpere, paulo post.

Modestum iter, apud Plin. in Epist. [Immo Molestum, nisi fallor. Sed locum non reperi.

Molle iter. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Noctivagum iter. Valer. 2. Argon. 44.

Patens iter. Hor. 3. Carm. 16. 7.

Pervium cunctis iter. Sen. Octav. 7.

Secretum iter. Hor. 1. Epist. 18. 103.

Supremum. V. Carpere, infra.

Tenebricosum iter, Mortis. Catul. 3. 11.

Terrenum iter. Plin. lib. 6. cap. 17. Quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phasim, &c.

Transversis itineribus quotidie castra movere. Sallust. in Jugurth. cap. 45. de Metello. Tutum

Tutum iter & patens. Hor. 3. Carm. 16. 7.
Accelerare iter. V. ACCELERO.
Agere iter in rectum. Ovid. 2. Met. 774. de volante Mercurio.
Agere longum iter. Plin. lib. 8. cap. 42. Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos.
Altius egit iter. Ovid. 8. Met. 226. de Icaro.
Aperire iter. V. APERIO.
Avertere iter. V. AVERTO.
Carpere longum iter. Hor. 1. Serm. 5. 95. V. CARPO.
Carpere supremum iter, Mori. Hor. 2. Carm. 17. 12.
Claudere iter alicui. Ovid. 8. Met. 543.
Coarctare iter. V. COARCTO.
Committere se itineri. Cic. Philipp. 12. 25.
Comparare iter ad aliquem. Nep. 7. 10.
Comparare se ad iter. V. COMPARO.
Componere itinera. V. COMPONO.
Conferre iter aliquo. Cic. 11. Fam. 13. Meumque iter eo contuli. V. CONFERO.
Conficere iter. Cic. 5. Att. 14. Nunc iter conficiebamus æstuosa & pulverulenta via.
Conficere iter pedibus. Cic. in Vatin. 12. Quum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat, aut si quis navigare velit, &c.
Consequi itinere. V. CONSEQUOR.
Consumere iter in legendo. V. CONSUMO.
Contendere iter. V. CONTENDO.
Continuare iter nocte & die. V. CONTINUO.
Convertere iter aliquo. Cic. 3. Att. 1. Vibonem statim venias, quo ego multis de causis converti iter meum. Cæs. 7. Bell. Gall. 56.
Convertere iter ad, vel in Provinciam. V. CONVERTO.
Convertit iter ad urbem. Lucan. lib. 3. 373.
Currit tutum iter classis. Virg. 5. Æn. 862.
Decedere itinere. V. DECEDO.
Deflectis iter rapidum. Lucan. lib. 3. 337.
Desistere itinere. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 11.
Dimittere iter cœptum. Ovid. 2. Met. 598.
Nec cœptum dimittit iter.
Dirigere iter. Cic. 10. Fam. 11. Quum ipse iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto audivi, &c.
Dirige navis iter. Ovid. 1. Fast. 4.
Doctus iter melius. Hor. de Arte Poet. 68.
Ducebat iter in fraudem. Sil. lib. 5. 43.
Effectum jam est iter. Ovid. 6. Met. 519.
Emensi iter. Virg. 7. Æn. 160.
Expedire iter fugæ, vel Non expedire. Liv. 38. 2. extr.
Explicare iter. Plin. Epist. 8. 1.
Facere iter. Cic. 8. Att. 13. Confestimque cum Q. fratre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi.
Facere iter vehiculis. Plin. Epist. 214. Ita inde postquam vehiculis iter facere cœpi.
Ferre iter per medium mare. Virg. 7. Æn. 810.
Ferre iter impavidum. Stat. 1. Theb. 326.
Flectere iter. Virg. 7. Æn. 35.
Frangere iter. Stat. 12. Theb. 232.
Gubernare iter. Cic. 2. Fam. 17.
Habere iter. Cic. Cn. Magno, 8. Att. 11. Cæsarem iter habere Capuam. Et ad Q. frat. lib. 2. 6. pr. Quod ille in Sardiniam iter habebat. [Paulo post dicit, Erat autem iturus, ut ajebat, a. d. III. id. Apr. ut aut Labrone, aut Pisis conscenderet. Unde apparet Iter pro Profectione esse positum. Aliusmodi exempla V. in HABEO.
Impedire iter. Ovid. 21. Epist. 74. V. IMPEDIO.
Incedere itineri & prælio. Tacit. 1. Ann. 51. Incessitque itineri, & prælio. h. e. Ad iter & prælium paratus.
Incipere iter. V. INCIPIO.
Incœptare iter. V. Incœpto, in INCIPIO.
Indicare iter. V. INDICO.
Inducere in iter. V. INDUCO.
Ingredi iter. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Ingredi iter pedibus, & Ingredi iter equo. Cic. de Senect. 34.
Insidere itinera. V. INSIDEO.
Instare iter. Cic. 13. Att. 23.
Instaurabat iter ad Argos. Stat. 2. Theb. 473.
Instituere iter. Cic. 15. Fam. 5.
Intendere iter. V. INTENDO.
Intendere ad Prætorem. V. INTENDO.
Intendere iter cœptum in Italiam. V. INTENDO.
Intercipere iter. V. INTERCIPIO.
Intercludere itinera. V. INTERCLUDO.
Intermittere iter. V. INTERMITTO.
Ire iter, vel itinere. Cic. 3. Q. frat. 4.
Jungere iter. V. JUNGO.
Maturare iter. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 63.
Mittere ex itinere. V. MITTO.
Moliri iter. Sen. OEdip. 13. V. MOLIOR.
Munire iter. V. MUNIO.
Obsepire iter alicui. V. OBSEPIO.
Pandit iter latum. Sen. Herc. fur. 9.
Parare iter solenne. Claud. 2. in Eutrop. 97.
Patefacere iter. Cic. pro Lege Manil. 30.
Peragunt iter incœptum. Virg. 6. Æn. 384.
Peragunt iter propositum. Hor. 2. Serm. 6. 99.
Pergere iter. V. PERGO.
Petere iter terra. Cic. pro Planc. 97. Iter a Vibone Brundusium terra petere contendi.
Præcipere iter. Liv. 3. 46. Dum præciperent iter nuntii missi in castra. h. e. Ante caperent. In vulgatis codicibus perperam legitur, Præripe- rent iter.
Præcluserat iter unda. Ovid. 14. Met. 790.
Prætentare iter corniculis cochleas, dicit Plin. lib. 9. cap. 32.
Procedere dierum iter LX. Cæs. 6. Bell. Gall. 25. extr.
Properabant iter continuum die noctuque. Tacit. 15. Ann. 12. extr. Idem. 3. Hist. 40. Et si cœptum iter properasset.
Raptat nos iter ad ostia ponti. Valer. 2. Argon. 575.
Remensus iter fesso gradu. Stat. 3. Theb. 324.
Remorari iter alicujus. Ovid. 11. Met. 232.
Repetere iter. Ovid. 3. de Arte Am. 745.
Reprimere iter. Cic. 10. Att.
Rumpere iter cœptum. Ovid. 3. Amor. 6. 88.
Rumpere iter institutum. Hor. 3. Carm. 27. 5.
Solvit iter puppis. Stat. 5. Silv. 1. 242.
Supprimere iter. Cæs. 1. Bell. Civil. 46.
Sum. ut, Est iter ei in Asiam. h. e. Proficiscendum illi, vel proficiscitur. Cic. 3. Att. 6. extr. Nobis iter est in Asiam, maxime Cyzicum.
Esse in itinere. Cic. 1. Fam. 10. Hæc quum audissem, & jam in itinere essem.
Est iter per insidias. Ovid. 2. Met. 78.
Tendebat iter ad naves. Virg. 1. Æn. 660.
Tenebat medium iter classe. Virg. 5. Æn. 1.
Vertere iter aliquo. Virg. 5. Æn. 23.
Vertere iter a portu. Ovid. in Ibin, 620.
Vestigare iter. Stat. 11. Theb. 137.
Vicit iter durum pietas. Virg. 6. Æn. 688.
Itinera, num. pl. sæpius historici, pro Diurnis itineribus ponunt, ut Cæs. 1. Bell. Gall. 7. pr. Quam maximis itineribus potest, in Galliam ulteriorem contendit.
Ratio dierum atque itinerum. Cic. 3. Fam. 5.
Celerare maximis itineribus. Tacit. 4. Hist. 24. Ut quam maximis per ripam itineribus celeraret.
Facere justa itinera. Subaudi Diurna. Cic. 5. Att. 9. Cogitabam sine ulla mora justa itinera facere. conf. Nep. 2. 5.
Iter, pro Incœpto & instituto. Cic. 3. Q. frat. 4. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo, & ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari videtur, in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. i. e. Simili ac nos dicendi genere exerceri.
Recto itinere lapsi plerumque divertunt. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Iter, tralate; ut, Iter pronum ad honores, Via facilis & compendiosa. Plin. lib. 8. ad Fabatum, Epist. 10. Quibus videor a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus.
Manifestum iter ad ingenii lumen ostendit. Quintil. in procem. lib. 1.
Instruere iter ad bonam famam. V. INSTRUO.
Amoris iter interrumpere. Cic. 4. Att. 10. Ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officii mei.
Salutis iter monstrat fortuna. Virg. 2. Æn. 388.
Senectæ iter declive. Ovid. 15. Met. 227.
Facere iter sceleri, Viam patefacere. Ovid. 15. Met. 106.
Pergere iter ambitione, ac periculis vacuum. Tacit. 4. Ann. 20.
Itinera aquarum, pro Meatibus. Columel. lib. 8. cap. 27. Itineraque si loci natura permittit, omni lateri piscinæ dari convenit. i. e. Meatus, quibus aqua intret & exeat.
Flexuosum iter. Cels. lib. 8. cap. 1. In aure quoque primo rectum & simplex iter, procedendo flexuosum fit.
Vocis iter non habere. Ovid. 2. Met. 830.
Urinæ iter. Cels. lib. 7. cap. 25. & 26.
ITINER, ĕris. n. Idem ac Iter. Vox apud antiquos. Plaut. Merc. 5. 2. 72. Ut si hæc non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exsequar. Sic & Manil. 1. 88.
Fecit & ignotis itiner commercia terris. conf. Non. 8. 54.
ITINEROR, āri. Iter facere. Apul.
ITINERANS, Partic. Salvian.
ITINERARIUS, a, um. Adj. Sumptus itinerarius. Lamprid. in Commod. cap. 9. Ammian. 21. 15. Motus itinerarius.
ITINERARIUM, i. n. Veget. 3. 6. Itineraria regionum plenissime habere perscripta.
Ita supersunt Itineraria, ut vocantur, Imp. Antonini, & Rutilii.
Itinerarium, pro Signo profectionis. Ammian. 24. 1. Itinerarium sonare lituos jubet.
ITĔRO, [ἀναλαμβάνω] āre. Rursus aliquid agere; & quasi Per iter factum reverti. Plaut. Pseud. 1. 3. 154.
Nolo bis iterare, sat sic longæ fiunt fabulæ. Liv. 6. 32. Resistere, atque iterare pugnam jubet. Sic Columel. lib. 8. cap. 8. Iterare dicta.
Aciem iterare. V. ACIES.
Æquor iterare, apud Hor. 1. Carm. 7. 32. pro Iterum navigare.
—cras ingens iterabimus æquor. Acron.
Fortuna tristi clade iterabitur. Hor. 3. Carm. 3. 62.
Cursus iterare. Hor. 1. Carm. 34. 4.
Verba iterare. Cic. in Partit. 21.
Vitam morte. Plin. lib. 7. cap. 55.
Voces. Hor. 1. Epist. 18. 12.
Vulnera iterata fixi. Stat. 1. Silv. 2. 84.
Itera dum, pro Itera adhuc, repete, dic iterum. Cic. Tuscul. 2. 44. Itera dum eadem ista mihi: non enim intelligo, quid summum dicas esse, quid breve. Idem 14. Att. 15. Ubi mendose ab aliquibus legitur Iterandum.
Iterare campum, terram, agrum, pro Iterum proscindere sive arare. Verbum agricolis familiare. Columel. lib. 2. cap. 4. Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt. Deinde de Aprili medio usque in solstitium iterandi, tertiandique. Sic Plin. lib. 18. cap. 19.
Iterare judicium, est Iterum judicare apud JCtos. Sic
Caussas quasdam, a se finitas, iterari, & aliter distingui passus. Lampr. in Alex. Sever. cap. 22.
Iterare, pro Ire posuit Gell. lib. 3. cap. 18. Sed eos Senatores, inquit, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus iteravisse in curiam. Quidam codices legunt Itavisse: & recte, ut opinor. V. Ito, itas, in EO, is. [Licuit & Ititavisse reponere.
Iteratu ridiculum. Plaut. Casin. 5. 2. 6.
Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt, quæ ego intus turbavi.
ITERĀTIO, ōnis. f. Repetitio, resumptio. Cic. in Orat 85. Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requi- rent

rent, erunt ab hac summissione orationis alienæ. Idem 3. de Orat. 20. Quintil. lib. 10. cap. 1. Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita. Iterationes, Vitium orationis. Quintil. lib. 4. cap. 2. Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας, & ὁμοιολογίας, quas in narratione evitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo.

Iteratio, Arationis genus. Plin. lib. 18. cap. 20. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur: ubi res poscit, crate vel rastro, & sato semine iteratio.

Iteratio, Oleum secundæ pressuræ, aut Ipsa secunda olearum pressura. Columel. lib. 12. cap. 50. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura.

**Iterato**, Adv. Idem quod Iterum. Ulpian. in l. qui bonis. D. de cessione bonorum. Justin. 5. 4. Vinci iterato.

**Iterabilis**, e. Adj. [ἐπαναληπτικός] Gloss. Gr. Lat.

**Iterātīvus**, a, um. Adj. Tertull. adv. Marc. 2. 28. Iterativam injuriam facere.

**Itĕrum**, [αὖ, αὖθις, ἐπαυθις, ἐκ δευτέρου, δεύτερον, πάλιν] Adv. i. e. Rursus, denuo, iterato. Plaut. Pœn. 5. 2. 117.

Iterum mihi natus videor, quod te repperi.

Iterum, pro Secundo. Cic. 1. de Invent. 71. Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. Auctor de Viris illustr. cap. 27. pr. Iterum, & tertio Consul, multa domi militiæque gessit. Cic. pro Rosc. Amer. 60. Iterum ac tertio nominavi.

Iterum & sæpius testis est Italia. Cic. pro Lege Manil. 30.

Iterum ac sæpius. Plin. lib. 10. cap. 12.

Iterum atque iterum fragor intonat ingens. Virg. 8. Æn. 527.

Iterumque iterumque monebo. Virg. 3. Æn. 436.

## I T H

**Ithăca**, æ. f. [Ἰθάκη] Ionii maris parva insula, Ulyssis patria. In ea etiam urbs ejusdem nominis, ut inquit Ptolemæus libro 3. Ibi etiam mons Neritos: a quo tota insula quandoque dicta Neritos fuit. Virg. 3. Æn. 272.

— Neritos ardua saxis. Plin lib. 8. cap. 58. In Ithaca lepores illati moriuntur. De hac & Cicero lib. 2. de Orat. 196.

Sum patria ex Ithaca. Virg. 3. Æn. 613.

Non est aptus equis Ithacæ locus. Hor. 1. Epist. 7. 41.

**Ithăcus**, a, um. Adj. [Ἰθακος] Sic Ulysses dicitur Virg. 2. Æn. 104.

Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

**Ithacensis**, e. aliud Adj. Ulysses Ithacensis. Hor. 1. Epist. 6. 63.

**Ithacēsius**, a, um. [Ἰθακήσιος] aliud Adj. ut, Sedes Ithacesia. Sil. lib. 8. 540.

**Ithōme**, [Ἰθώμη] Oppidum in Peloponneso, itemque in Thessalia: unde Ithomæus Jupiter. Stat. 4. Theb. 179.

Planaque Messena, montanaque nutrit Ithome. al. Ithone.

**Ithonea**, V. iton.

**Ithyphallus**, i. m. [ἰθύφαλλος] Priapus. Columel. 10. 31.

— sed truncum forte dolatum

Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

**Ithyphallĭcus**, a, um. Adj. [ἰθυφαλλικός] Obscænus. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 4. 16. Scalig. Poet. l. 1. c. 10.

**Ithўra**, vel **Itўra**, æ. [Ἴθυρ] Urbs in Tauro monte Parthiam versus. A qua

**Ithyrĕus**, a, um. Adj. [ἰθυρεος] Lucan. lib. 7. 514.

Tunc & Ithyrei, Medique, Arabesque, soluto

Arcu turba minax.

Est autem Ithyreus, epitheton Arcus; unde dicimus Ithyreos arcus, & Ithyreas sagittas; i. e. Parthicos arcus, & Parthicas sagittas, eo quod Parthi præcipue arcubus & sagittis utebantur in prælio. Virg. 2. Georg. 448.

— Ithyreos taxi torquentur in arcus. Lucan. lib. 7. 230.

— Ithyreis cursus fuit inde sagittis. Alii scribunt Ityreus, alii Ithureus, nonnulli Itureus. Pontanus lib. de Asp. 2. huic voci aspirandum existimat, ubi etiam hujus Virgiliani loci commeminit; quod quidem verum erit, si ἀπὸ τῶ ἰθύνω deducas, ut ex Grammaticis nonnulli arbitrantur. Sed plerumque legitur sine aspiratione, & Ituræi populi memorantur a Strabone lib. 16. Luca Evang. Josepho lib. 13. 19. Cic. 2. Philipp. 19. & 112. Lucan. lib. 7. 514. V. paulo infra ituræa.

## I T I

**Itĭdem**, Adv. [παραπλησίως] Similiter, eodem modo; quasi Iterum idem. Ter. Eun. 2. 2. 4.

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierit bona.

Cic. 2. de Legib. 7. Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem & a ceteris diis immortalibus sunt nobis agenda primordia.

Itidem. ab Item puto. H. St. Sic Indidem ab Inde, Identidem ab Idem. Potest tamen esse ab Ita, quod verisimilius puto.

Itidem ut. Ter. Eun. 1. 2. 13.

Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet. Idem Hec. 5. 4. 26.

— placet non fieri hoc itidem, ut in comœdiis,

Omnia omnes ubi resciscunt.

Itidem quasi. Plaut. Most. 1. 3. 120. Idem Truc. 1. 1. 19.

Quasi in piscinam rete qui jaculum parat, &c.

Itidem est amator.

Itidem, ut sæpe. Plaut. Capt. prol. 44.

— itidemque, ut sæpe jam in multis locis

Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

**Itiner**, **Itinerarium**, &c. V. iter.

**Itio**, **Ito**, **Itur**, **Iturus**, **Itus**. V. eo, is.

**Iton**, ōnis. f. [Ἴτων ἢ Ἰτών] Civitas in Bœotia, ab Itono Amphyctionis filio, quam alii Ithonen vocant. A qua & Pallas Itonia est appellata; sive, ut Strabo inquit, civitas Thessaliæ ad Amphrysum fluvium sita. Quidam scribunt Ithonea. Stat. 2. Theb. 721.

**Itonæus**, [Ἰτωναῖος] hujus urbis incola. Stat. 7. Theb. 330.

## I T U

**Itūræa**, [Ἰτουραία] regio Syriæ est, a quo Ituræi populi, ut ait Probus. Strabo lib. 17. Montanam, inquit, regionem Ituræi & Arabes habent, malefici omnes. Plin. lib. 5. cap. 23. in parte Syriæ, quæ Cœle dicitur, scribit esse Ituræorum gentem. Meminit Lucas Evang. 3. 1. Josephus 13. 19. V. ithyra.

**Iturissa**, Civitas est Hispaniæ citerioris, cujus meminit Mela lib. 3. 1. & Ptolemæus lib. 2.

## I T Y

**Itўmŏneus**, [Ἰτυμονεύς] teste Homero Iliad. λ. 671. Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Helidensibus ab Nestore jaculo est interfectus.

**Itys**, Ityos, Ityn. m. [Ἴτυς] Filius Terei regis Thracum; conversus in phasianum avem, dum epulandus patri Tereo a matre Progne apponeretur. Servius apud Virgil. Ecl. 6. extr. Vide Ovid. 6. Met. 626. Virg. 9. Æn. 574.

**Itўlus**, i. m. [Ἴτυλος] dimin. Idem. Catul. ad Ortalum, Epig. 66. 14.

Daulias assumpti fata gemens Ityli.

## J U B

**Jŭba**, æ. f. [χαίτη] Crines animalium a collo pendentes. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. Ex quodam poeta. Et Cæs. 1. Bell. Gall. 48. extr. Jubis equorum sublevati.

Juba leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. Leoni præcipua generositas tunc quum colla armosque vestiunt jubæ.

Jubæ gallinaceorum, pro Plumis quas dum cervices erigunt, attollere videntur. Columel. lib. 8. cap. 2. Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ, per colla cervicesque in humeros diffusæ.

Crispiores jubæ. V. crispus.

Densa juba. Virg. 3. Georg. 86.

Dextræ jubæ. Ovid. 2. Met. 674.

Effusa juba. Ovid. 3. Amor. 4. 16.

Equinæ jubæ. Ovid. 12. Met. 88.

Ludunt per colla jubæ. Virg. 11. Æn. 492.

Lunata juba. V. luna.

Rutila juba. Catul. de Berecynth. Carm. 63. 83.

Sanguineæ jubæ anguium. Virg. 2. Æn. 206. Servius interpretatur aut cristas, aut barbas.

Triplici juba crinita galea. Virg. 7. Æn. 785.

Effundere jubam. Virg. 3. Georg. 92.

Talis & ipse jubam cervice effudit equina

Conjugis adventu pernix Saturnus. De Saturno in equum mutato.

Juba fusa, h. e. Ampla. Martial. lib. 1. 32.

Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,

Dumque decent fusæ lactea colla jubæ.

Ventilat aura jubas. Sil. lib. 16. 444.

**Jubātus**, a, um. Adj. [χαιτήεις] Quod jubas habet: ut, Jubatus equus. Jubati angues, i. e. Cristati & cervicibus erecti. Plaut. Amph. 5. 1. 56.

Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo.

Fera jubata. Sen. Herc. fur. 13.

Leo jubatus. Sen. Thyest. 8.

**Juba**, [Ἰόβας] Rex Mauritaniæ, Pompeii partes secutus, quem Cæsar vicit, ejusque filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Cæsare.

**Jŭbar**, ăris. n. [σέλας, αἰγλη] proprie stella, quæ ante solis ortum, Lucifer: post solis occasum, Vesper appellatur; φωσφόρος a Græcis dicta. Jubar autem appellatur, quod jubata appareat: vel quod (ut ait Festus) splendor ejus diffundat in modum jubæ leonis, radios. Varro 6. de L. L. 4. Eadem stella vocabatur jubar, quod jubata. Virg. 4. Æn. 130.

It portis jubare exorto, Trojana juventus.

Jubar, pro ipso Splendore lucis. Ovid. 1. Fast. 78.

Et tremulum summa spargit in æde jubar. Jubar enim non tantum de solis seu stellæ, sed etiam de cujuscunque rei splendore dicitur, ut Auri, argenti, gemmarum.

Ardens jubar. Sen. Octav. 5.

Cristatum jubar galeæ. Stat. 3. Theb. 223.

Flammeum jubar. Sen. Troad. 6.

Nitidum jubar. Ovid. 15. Met. 117.

Rubrum jubar. Lucret. lib. 4. 406.

Jubar, quandoque ad hominis Majestatem transfertur. Claud. 2. in Ruff. 144. Per fratris regale jubar. h. e. Splendorem regium.

Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar. Martial. 8. 65.

**Jubelius**, V. taurea.

**Jŭbeo**, jussi, jussum, [κελεύω, ἐπιτάττω, ἐπισκήπτω, ἐντέλλομαι, προστάττω] ēre. Imperare, præcipere. Ter. Eun. 2. 3. 97. Jubesne? CH. jubeo, cogo, atque impero.

Jubeo cum Infinitivo. Ter. And. 3. 2. 4.

Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi, Date.

Cic. 2. de Fin. 1. Jubere dicere, qua de re quis vellet audire. Hor. 3. Carm. 24. 42.

Magnum pauperies opprobrium, jubet

Quidvis & facere & pati.

Campos jubet esse patentes. Virg. 5. Æn. 552.

Silentia jussit dextra, Silentii significationem fecit. Lucan. lib. 1. 298.

Jubeo te. Plaut. Aul. 1. 1. 19.

Aut si respexis, donicum ego te jussero.

Jubere ut. Plaut. Amph. 1. 1. 50.

Eos legat, Telebois jubet sententiam ut dicant suam.

Jubere, Decernere, ut ait Festus, & populi est proprie. Hoc verbo utebantur, cum legem obtinere vellent, Volumus jubemusque. Cic. 1. de Orat. 60. Num apud populum de legibus jubendis aut vetandis. Et inde Leges ipsæ sive Decreta populi appellata sunt, Jussa & Scita plebis vel populi. V. Gell. 5. 19. & 10. 20. Liv. 37. 55. pr. Senatus eam pacem servandam censuit, & paucos post dies populus jussit. Idem 3. 30. Id modo excepere Patres, ne postea eosdem Tribunos juberent. i. e. Crearent.

Bella jubere. Lucan. lib. 8. 684.

Classica jubere. Lucan. lib. 2. 528.

Jamque secuturo jussurus classica Phœbo.

Jubere, Velle. Ter. Eun. 4. 7. 20.

Qui

Qui scis an quæ jubeam, sine vi faciat? Donatus, Et mire, non, Velim, sed Jubeam dixit; Jubeam pro velim.
Jubet nos esse sine cura de Clodio. Cic. 2. Att. 7. Et 2. Verr. 19. Cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc jubet sine cura esse. Videtur hic Hortari significare, sicut & apud Quintil. Spera tu, jube sperare matrem.
Jubeo te salvere, i. e. Volo, inquit Donatus. Plaut. Asin. 2. 2. 30. Ter. And. 3. 3. 1. Jubeo Chremetem. Donatus; Subaudi, Salvere. Hor. 1. Epist. 10. 1.
— Fuscum salvere jubemus. Cic. 4. Att. 14. Dionysium jube salvere.
Jubeto habere animum bonum. Plaut. Pers. 2. 5. 2.
Juberi ire salutatum. Martial. lib. 1. 38. Ulpian. in l. quoties. §. servus. D. de hæred. instit. Juberi adire ab eo potest, cui alienatus est.
Jusso pro Jussero dicebant veteres. Sen. Epist. 58. Sic apud Virg. 11. Æn. 467.
Cetera, qua jusso, mecum manus inferat arma. V. Servium in loc. & Turneb. Adversf. 15. 15. A quibus non recte dissentit Barthius Adversf. 35. 3. qui putat τὸ Jusso frequentativum esse verbi Jubeo. Sil. lib. 12. 175. — ast ubi jusso
Per tacitum ruptis subita vi fundite portis
Telorum in campos nimbum. Eadem forma Dixis pro Dixeris habet Plaut. Mil. 3. 2. 29.
Si falsa dixis, cocio, excruciabere. Similia frequenter occurrunt. Attamen
Jussitur dixit Cato R. R. cap. 14. pr. Parietes omnes, uti jussitur, calce & cæmentis, &c. Quod non potest esse nisi a verbo Jusso. [An ut a Video, Visere? Alioqui primæ conj. esse deberet Jusso, āre.
Jubens, entis. Partic. Cæs. 7. Bell. Gall. 26. Hortante & jubente eo.
Jussus, a, um. Partic. [ἐπιτασσόμενος] Martial. lib. 1. 34.
Amissum non flet, quum sola est, Gellia patrem:
Siquis adest, jussæ prosiliunt lacrymæ. Liv. 1. cap. 5. extr.
Sed aliis alio itinere jussis certo tempore ad regiam venire pastoribus.
Lictoribus abire jussis. Liv. 23. 23. extr.
Fames jussa servire. Lucan. lib. 1. 319.
Fuga jussa. Ovid. 4. Trist. 10. 90.
Labores jussi. Ovid. 9. Met. 22.
Jussum, i. n. [ἐπιταγή, ἐπίταγμα] Plaut. Curc. 2. 3. 50.
Postquam tuo jusso profectus sum, perveni in Cariam. Al. Jussu. Virg. 8. Ecl. 11. — accipe jussis
Carmina cœpta tuis. Cic. pro Cæcin. 96. Sed quæro abs te, putesne, si populus jusserit, me tuum, aut item te meum servum esse, id jussum ratum atque firmum futurum?
Dura jussa. Ovid. 7. Met. 14.
Fera jussa imperii mei. Ovid. Rem. Amor. 496. al. Jura.
Horrida jussa. Virg. 4. Æn. 378.
Ingentia jussa. Virg. 7. Æn. 241.
Haud mollia jussa. Virg. 3. Georg. 41.
Regalia jussa. Valer. 1. Argon. 820.
Sævissima jussa. Valer. 3. Argon. 47.
Capessere jussa. Virg. 1. Æn. 81.
Exsequi jussa alicujus. Virg. 4. Æn. 396.
Exuere jussa. Tacit. 11. Ann. 19. Ac ne jussa exuerent.
Facere jussa. Virg. 1. Æn. 306.
Ferre. Virg. 9. Æn. 804.
Facessere jussa. Virg. 4. Æn. 295.
Fallere. Idem 12. Æn. 877.
Flectere jussa alicujus. Virg. 10. Æn. 35.
Festinare. Idem 6. Æn. 177.
Obtemperare jussis magistri. Ovid. 4. Trist. 6. 7. al. Monitis.
Parare jussa. Virg. 4. Æn. 503.
Pati jussa aliena. Virg. 10. Æn. 866.
Patrare jussa. Tacit. 4. Hist. 83. Exitium ipsi, regnoque denuntiaret, ni jussa patrarentur.
Peragere jussa alicujus. Ovid. 2. Met. 119.
Rescindere jussa alicujus. Ovid. 2. Met. 677.
Jussio, ōnis. f. Epit. Liv. 67. Secundum populi Romani jussionem. Lactant. 4. 15. Verbo ac jussione faciebat.
Jussio apud Lactantium in epitome Divinarum Institut. loquens de quodam Dei mandato. Vide Michaelis Thomasii Annot. p. 40. H. St. Desiderabatur hæc dictio in Lugd. Thes.
Jussus, ûs. m. [ἐπίταξις] Imperium: raro reperitur, præterquam in ablativo Jussu. Plaut. Amph. prol. 19. Jovis jussu venio. Sallust. Catil. 3. 31. Sine populi jussu. Quod & Injussu populi dicitur.
Jussor, ōris. m. [κελευστής] Gloss. Vet. Græco Lat.
Jūbĭlum, i. n. [ἀγαλλίαμα] dicitur id Gaudium quod voce exprimitur, nec tamen verbis explicatur. Sil. lib. 14. 475.
Et lætus scopulis audivit jubila Cyclops. Gronv. leg. Sedavit. Calpurn. Ecl. 7. 3.
Et tua mærentes exspectant jubila tauri.
Jubilæus, a, um. Adj. ut, Annus jubilæus apud Hebræos. V. Levit. 25. 10. Arator in Act. Apost. cap. 19. — nam quinquagesimus annus
Cum Jubilæus adest, proprii distractio ruris,
Antiquo donatur hero: &c.
Jubĭlo, āre. est Rustica voce inclamare, inquit Festus. V. Varr. de L. L. 5. 7.
Jubilatio, ōnis. f. Apul. 8. Met. p. 209. Canes rabidos & immanes, & quibusvis lupis & ursis sæviores, &c. jubilationibus solitis & cujuscemodi vocibus nobis inhortantur. Subaudi Coloni.
Jubilātus, ûs. m. est Clamor rusticorum, Quiritatus urbanorum, ut ostendit Valla ex auctoritate Varronis. V. Scalig. & Dacer. ad Fest. d. l.

## J U C

Jūcundus, a, um. Adj. [τερπνός, ἄλυπος, ἐτερπής, ἡδύς, μείλιχος] a Juvo, are; teste Cic. 2. de Fin. 14. dicitur autem Is qui causa exstitit, alteri ut ille gaudeat.
Verisimilius esse a Jocus, ut potius Jocundus scribi debeat. H. St. Huc pertinent forsan & quæ in Joculatorius adspersit, quasi Jucundus pro Jocabundus dictum sit. Non satis tamen significatio convenit, & ita primam syllabam brevem haberet. Forsan ab Io interjectione lætantis. Jucundus, inquit Valla, non Qui lætus est, sed Qui lætitiæ est alteri. Unde, Jucundæ litteræ, Jucunda oratio, Jucundus aspectus. Cic. 1. Att. 8. Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere jucundum. Idem 4. in Catil. 1. Est mihi jucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas.
Jucunda dixit (inquit Valla) quasi Plena lætitiæ & voluptuosa.
Accidunt jucunda. V. Accido.
Mutare jucunda severis. V. Muto.
Jucundi agri & fertiles. Cic. 2. pro Lege Agr. 40.
Auræ jucundæ Zephyri. Catul. ad Seipsum, Epig. 44. 3.
Error jucundus. Ovid. 3. de Arte Am. 729.
Homo jucundus alteri, Obsequiosus & obtemperans. Cic. pro Sext. 51. Qui instituta majorum neglexerunt, & imperitæ atque concitatæ multitudini jucundi esse voluerunt.
Joci jucundi. Ovid. 2. de Pont. 4. 10.
Lumen jucundum cæli. Virg. 6. Æn. 363.
Odor jucundus, Gratus & delectabilis. Plin. lib. 12. cap. 4. Uritur ebenus odore jucundo. Sic, Jucundus sapor, apud eundem lib. 10. cap. 60.
Paupertas jucunda tecum. Tibul. lib. 3. 3. 23.
Quies jucunda. Propert. lib. 1. 10. 1.
Res. Dum licet in rebus jucundis vive beatus. Hor. 2. Serm. 6. 96.
Sapor. V. Odor, paulo ante.
Tempus jucundum agere. Ovid. 3. Trist. 3. 26.
Viam jucundam efficere alicui. Ovid. 2. de Pont. 10. 32.
Vita jucunda, & Vita gravis, contraria. Hor. Epod. 1. 6.
Vita mihi jucundior. Catul. Argon. 62. 215.
Voluptas jucunda. Lucret. lib. 2. 3.
Jucundĭtas, ātis. f. [τερπνότης, μειλιχία] Delectatio. Cic. 2. de Fin. 14. In eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more ponitur, quum percipitur ea quæ sensum aliquem moveat jucunditas. Hanc quoque juncunditatem, si vis, transfer in animum: juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum.
Vocis jucunditas, ac claritas. Quintil. in proœm. lib. 6.
Dare se jucunditati. Cic. 1. Off. 122. Atque etiam quum relaxare animos, & dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ.
Jucunditate perfundi. Cic. 1. de Fin. 37. V. Perfundo.
Permulcere jucunditate. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Jucunditates, pl. [εὐθυμίαι] Cic. 10. Att. 8. Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suavissime, diligentissimeque coluisti.
Jucunde, Adv. [τερπνῶς] Suaviter, dulciter. Cic. 1. de Fin. 38. Clamat Epicurus is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur. Idem pro Deiot. 19. Quum in convivio comiter & jucunde fuisses.
Curare corpora jucunde. Lucret. lib. 2. 31.
Jucunde aliquid narrare de aliquo. Cic. de Amicit. 1.
Jucunde olere. Plin. lib. 31. cap. 3. Unus in toto orbe traditur fons aquæ jucunde olentis in Mesopotamia.
Jucundo, āre, unde
Jucundor, āri. Pass. Agere jucunde. Lactant. 4. 6. Jucundabar ante faciem ejus, quum lætaretur orbe perfecto. Non. 2. 407. Hilaretur, per Jucundetur exponit.
Jucundans, antis. Partic. Oros. proœm. extr. lib. 4. Infantes ludentes, jucundantes, sudantesque monstrarem.
Jucundātus, a, um. Partic. Brito Phil. 12. 813.
— plausibus omnis
Jucundata novum suscepit Gallia regem. V. Barth. Adversf. 32. 18.

## J U D

Judæa, [Ἰουδαία] Syriæ regio. Ptolemæus Cosmographiæ lib. 4. Palæstina Syriæ, quæ Judæa Syria appellatur. Plin. lib. 5. cap. 13. & 14. Palæstinam, Samariam, Judæam, & Idumæam sejungit: Galilæam appellari illic asserens ubi Syriæ jungitur. In occasum autem trans Jordanem, Peræam, Arabiæ proximam. Omnia hæc Ptolemæus Palæstinæ subdit, cujus tabulam Asiæ quartam diligenter inspicito.
— dedita sacris Incerti Judæa dei. Lucan. lib. 2. 593.
Judæus, a, um. Adj. [Ἰουδαῖος] Qui ex Judæa est. Cic. de Provinc. Consul. 10. Judæi & Syri nationes natæ servituti.
Credat Judæus Appella. Hor. 1. Serm. 5. 100. Quod pellem in parte genitali non habeat. Porphyr. [Nugæ: nomen est viri proprium. V. Apella.
Curti Judæi. Hor. 1. Serm. 9. 70. Curtos dixit propter virilis membri recisam pelliculam. Porphyr.
Cultaque Judæo septima sacra viro. Ovid. 1. de Arte Am. 76.
Recutiti Judæi. Martial. 7. 29. Juven. 6. Sat. 546.
Qualiacunque voles Judæi somnia vendunt. De populo Judæo. V. Tacit. 5. Hist. 2. Flor. 3. 6. Justin. 36. 2. Plutarch. 4. Symp. Qu. 5. Petron. in Catalect. p. 683. Burm. nec non Origen. contra Cels. 5.
Judaĭcus, a, um. Adj. [Ἰουδαϊκός] Idem. Cic. pro Flacc. 66. Aurum Judaicum. Juven. 14. Sat. 101. Judaicum jus ediscunt.
Superstitio Judaica. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Velis Judaicis pingitur India. Claud. 1. in Eutrop. 357.
Judaĭce, Adv. ut, Contradicere Judaice atque apostatice. Ep. Justin. §. 1. Cod. l. 1. tit. 1.
Judaīzo, [Ἰουδαΐζω] āre. Judæorum ritu vivere. Vulg. Interpr. Galat. 2. 14.
Judaismus, i. m. [Ἰουδαϊσμός] Mos & ritus Judæorum. Idem Gal. 1. 13. & 14. & Tertull.
Judex, Judicatio, Judicium. V. judico.
Jūdĭco, [κρίνω, δικάζω, δικαιόω, διαγινώσκω] āre. quasi Jus dicere.
Breviter & dilucide judicare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Cominus judicari. Plin. lib. 11. cap. 42. V. Cominus.
Perperam judicare. V. Perperam.
Incorrupte atque integre judicare. V. Integer.
Judicare animo suo. Ter. Adel. 5. 6. 4.
— Geta, hominem maximi
Pretii esse hodie te judicavi animo meo.
Judicare aliquem hostem. Cic. 11. Fam. 7. Quæ suum Consulem hostem judicaverunt, seque ad salutem Reipub. defendendam contulerunt.
Judicare aliquem ex ingenio alterius. Ter. Eun. 1. 2. 118.
Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.

Judicare de aliquo. Cic. de Amicit. 70. Sed ut mihi videris, non recte judicas de Catone.
De meo ſenſu judico. Cic. 4. in Catil. 11.
Judicare de aliquo gravius, ſic dictum, ut Gravius ſtatuere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 43.
Nihil ſe propter inſcientiam levitatemque vulgi gravius de civitate judicare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 43. Budæus.
Judicare quid interſit. Cic. de Amicit. 95. Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen judicare ſolet quid interſit inter popularem, id eſt inter aſſentatorem, & levem civem: & conſtantem, ſeverum & gravem.
Judicare & perpendere. Cic. de Petit. Conſul. 19. In iis omnibus generibus, judicato atque perpendito quantum quiſque poſſit.
Judicatus ſapiens oraculo Apollinis. Cic. de Amicit. 6. Athenis unum accepimus, & eum quidem Apollinis oraculo ſapientiſſimum judicatum.
Judicare oculis. Cic. 1. Verr. 15. Nunc vero quum id ita perſpicuum ſit, ut oculis judicare poſſitis, neſcio cur hoc mihi detrimento eſſe debeat. V. Aſcon.
Judicare, Alicujus cauſam audire, & pro illa ſententiam ferre, & dativo conſtruitur. Plaut. Men. 1. 2. 21.

Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui jam diu
Sum judicatus, ultro eo ut me vinciat.

h. e. Cui ſum adjudicatus, ſive judicis ſententia addictus. Al. Quo jam diu.
Judicare perduellionem alicui, pro Aliquem judicare in cauſa perduellionis. Liv. 1. cap. 26. Duumviros, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem, facio.
Judicare de aliquo, Condemnare. Cic. 5. Verr. 152. Sed hoc miror, quomodo de quo homine præjudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipſo non modo præjudicarit, verum graviſſime ac vehementiſſime judicarit. Plaut. Rud. prol. 19.
Judicare, cum genetivo. Gell. lib. 20. cap. 1. ad fin. Quantæque pecuniæ judicati eſſent, prædicabatur.
Judicatus debiti. Gell. lib. 20. cap. 1. non procul a fine, Confeſſi igitur æris ac debiti judicatis, triginta dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa. Judicatis, i. e. Condemnatis.
Judicatus pecuniæ, Multa pecuniaria condemnatus. Liv. 6. 14. Centurionem judicatum pecuniæ quum duci vidiſſet, medio foro cum caterva ſua accurrit.
Judicare aliquid contra aliquem. Cic. pro Flacc. 48. Itaque recuperatores contra iſtum rem minime dubiam prima actione judicaverunt.
Judicare aliquid ex æquo & bono. Cic. pro Cæcin. 65.
Judicare de re aliqua inter aliquos. Cic. 1. de Orat. 176.
Judicare diſſolute. Cic. 2. Q. frat. 12. Veſtra culpa hæc acciderunt, Equites Romani: diſſolute enim judicatis.
Judicavit inclytum judicium inter deas tres aliquis. Cic. 1. de Divin. 114.
Judicare, pro Judicem ferre, & judicium indicere, ſive diem dicere, more Græcorum, qui κρίνειν dicunt, pro diem dicere, Liv. 26. cap. 3. Tribuni plebis appellati. Quum collegæ negarent ſe in mora eſſe, quominus quod ei more majorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret: quoad vel capitis, vel pecuniæ judicaſſet privato: tum Sempronius perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio dixit: diemque comitiis a C. Calpurnio Prætore urbis petit. Budæus.
Judicare ſub formula, pro eo quod dicunt *Ad rigorem juris.* Seneca de Clemen. 2. 7. Clementia liberum arbitrium habet, nec ſub formula, ſed ex æquo & bono judicat.
Aliquando aliud Judicare eſt, aliud Jus dicere; contra quam, qui veterum JCtorum libros ignorant, opinantur; & quemadmodum civilibus in rebus Prætor non cognoſcit neque judicat, ſed jus dicit; ſic qui ab ipſo judices ſunt dati, non jus dicunt, ſed cognoſcunt & judicant. Prætor urbanus non ſolebat judicare, ſed cum judices ab ipſo dati de controverſia cognoviſſent, ac judicaſſent, tum ille exſequebatur. Ideo in Edictis Prætorum plerumque legitur, Judicium dabo. Quædam tamen erant, in quibus nec judicabat, nec jus dicebat Prætor urbanus, ſed, omiſſa juriſdictione, imperio prætorio exſequebatur; ut cum reſtituebat in integrum, & nonnulla hujuſmodi. V. Manut. de Legib. Rom. cap. 19.
Judicaſſit, pro Judicaverit, antiquum. Cic. 3. de Legib. 6. Quum magiſtratus judicaſſit, interrogaſſitve, per populum multæ pœnæ certatio eſto.

JUDICĀTUS, a, um. Partic. [διακριθεὶς] Cic. 4. Verr. 118. Atque ut aliquando de rebus ab iſto cognitis judicatiſque, & de judiciis datis dicere deſiſtamus.
Judicatum facere, pro Parêre judicato, ſive Perſolvere quod judex dependendum eſſe pronuntiavit. Ulpian. l. 6. Si feriatis, D. de Feriis. Et quod aliter adverſus ea judicium erit: nequis judicatum facere, neve ſolvere debeat: neve quis ad quem de ea re in jus aditum erit, judicatum facere cogat. Cic. pro Flacc. 48. Quum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Bud. conf. JUDICATUM.
Ne judicatum ſit; pro Ne valeat ſententia. Ulpian. l ead. pr. de Feriis, Si feriatis diebus fuerit judicatum, lege cautum eſt ne his diebus judicium ſit, niſi ex voluntate partium. Budæus. [An legit Ne judicatum ſit?
Res judicata. Cic. pro Sull. 63. Status enim Reipub. maxime judicatis rebus continetur. V. Juriſconſultos.
Homo judicatus, pro Damnato. Liv. lib. 6. 14. Eximendo de nervo cives veſtros, prohibendo judicatos, addictoſque duci. Cic. lib. 2. de Orat. Qui judicatum duci videt. i. e. Condemnatum. Non. 2. 458.

JUDICĀTUM, i. n. [τὸ κριθὲν] Eſt (ut ait Cic. 2. de Invent. 68.) De quo jam ante ſententia alicujus aut aliquorum conſtitutum eſt. Idem pro Flacc. 49. Frater meus pro ſua æquitate prudentiaque decrevit, ut ſi judicatum negaret, in duplum iret. Conf. in ipſo Partic. præced.

JUDICĀTO, Adv. [προκρίτως] Gell. lib. 14. cap. 1. An ita ſerio judicatoque pronuntiaret.

JUDICĀTIO, ōnis. f. Cognitio, judicatus. Græce κρινόμενον, Latine Id de quo agitur. Cic. in Topic. 95. Idem 2. de Invent. 15. Quæſtio in conjecturali eadem quæ judicatio. Quintil. lib. 3. cap. 8. Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti, judicatio eſt an potuerit. Budæus.
Judicatio, pro Judicandi facultate. Quintil. lib. 6. cap. 5. Conſilium eſt ratio quædam alte petita, habenſque in ſe & inventionem & judicationem.

JUDICĀTUS, ûs. m. [κρίσις] Judicatio, judicandi facultas. Cic. 12. Att. 19. De Cocceio & Libone quæ ſcribis, approbo: maxime quod de judicatu meo reſponſum ſit.

JUDICĀTRIX, īcis. f. [κριτικὴ] Quintil. lib. 2. cap. 17. Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix.

JUDICATŌRIUS, a, um. Adj. Gloſſ. Gr. Lat. Δικαστικόν, Judicatorium.

JUDICATORIUM, i. n. Judicii locus. Gloſſ. Lat. Gr. Judicatorium, δικαστήριον.

JUDICABILIS, e. Adj. Mart. Capel. 5.

JŪDEX, ĭcis. c. [κριτής, διαγνώμων, δικαστής] dicitur quaſi Jus dicens populo: h. e. Juris & æquitatis miniſter. Varr. de L. L. 4 7. Cic. pro Roſc. Amer. 84. L. Caſſius ille, quem Pop. Rom. veriſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, &c.
Neminem voluerunt majores noſtri non modo de exiſtimatione cujuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe judicem, niſi qui inter adverſarios conveniſſet. Cic. pro Cluent. 120.
Acumen argutum judicis. Hor. de Arte Poet. 364.
Morum judex. Juven. 4. Sat. 12.
Callidus. V. CALLUS.
Candidus. Hor. 1. Epiſt. 4. 1.
Corruptus. Hor. 2. Serm. 2. 8.
Gravis. Ovid. 3. Amor. 8. 56.
Iniquus. Ovid. 13. Met. 190.
Manipularis. V. MANIPULUS.
Nummarius, Qui nummis corruptus fuit. Cic. 1. Att. 13. Inſectandis, exagitandiſque judicibus nummariis. conf. Suet. Domit. cap. 8.
Obnoxius gratiæ. V. OBNOXIUS.
Optimus. V. BONUS.
Privatus. Suet. Claud. cap. 14. i. e. Qui cauſas privatas & civiles dijudicat.
Pedaneus. V. PES.
Capere judicem. V. CAPIO.
Citare judices. V. CITO.
Cogendi judices inviti. V. INVITUS.
Conſtituere judicem de re aliqua. Cic. pro Domo 33.
Contorquere judicem ad lætitiam. V. LÆTUS.
Dare judicem de re aliqua. Cic. 5. Verr. 152. De conventu nullum unquam judicem nec recuperatorem dedit.
Dicere ad judices. V. AD præpoſit.
Eligere judicem. V. paulo poſt, Sortiri judicem.
Facere iratum judicem adverſario. V. IRA.
Ferre alicui judicem. V. FERO.
Ponere judicem. Cic. pro Sull. 50. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid faciendum putares, & ſatis idoneum officii judicem poſuiſſe.
Præbere ſe judicem acrem vitiorum. Cic. 1. Off. 114. & 5. Fam. 2.
Sedere judicem, Judicare. Cic. pro Rabir. Poſt. 9. Accuſavi de pecuniis repetundis, judex ſedi, Prætor quæſivi, defendi plurimos.
Sedere judicem in aliquem, pro Judicare cauſam alicujus. Cic. pro Cluent. 105. A quibus ſi quis quæreret, ſediſſentne judices in C. Fabricium: ſediſſe ſe dicerent.
Sortiri judicem. Plin. in præf. Quamplurimum refert ſortiatur aliquis judicem, an eligat.
Sumere judicem de re aliqua. Cic. 6. Fam. 4. Flavius noſter de controverſia quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam, ſumpſit te judicem.
Judex, aliquando ipſe Conſul vocabatur. Liv. 3. 55.
Judex in genere, Quicunque de re aliqua judicabat. Sic, Judices in Certaminibus Muſicis, Gymnicis &c. dicti ſunt, Qui ludos moderabantur, & controverſias ortas dirimebant. Suet. Neron. cap. 12. Citharæ coronam a judicibus ad ſe delatam adoravit. [Hi ſuo judicio victorem declarabant, præmiaque tribuebant. Græci κριτὰς τῶν ἀγώνων, & κυρίους τῆς ψήφου vocant. V. Ælian. 2. Var. 8. & 13.
Judex cognitionum ſacrarum, Præfectus urbi, qui cognoſcebat ex delegatione principis. Inſcript apud Gruter. p. 284. n. 8 MEMMIUS. VITRASIUS. ORFITUS. V. C. ITERUM. PRÆFECTUS. URBI. JUDEX. SACRARUM. COGNITION. TERTIUM.
Judex conſtitutionum ſacrarum, Cui cura controverſiarum commiſſa eſt, quæ ex conſtitutionum principis interpretatione ortæ ſunt. Inſcr. apud Gruter. p. 282. n. 3. ANICIUS. PAULLINUS. JUN. V. C. CONS. ORDINARIUS. ET JUDEX. SACRARUM. CONSTITUTIONUM.
Judex rerum, pro Æſtimatore. Hor. 2. Serm. 7. 101.

— at ipſe
Subtilis veterum judex & callidus audis.

Æquus æſtimator & judex rerum. Cic. 3. de Fin. 6. V. ÆQUUS.
Judex, f. Ovid. 2. Met. 429.

— de ceſpite virgo
Se levat, & Salve numen, me judice, dixit.

JUDICIUM, i. n. [κρίσις, διάγνωσις, διαδικασία, ψήφισμα] Legitimam contentionem ſignificat, & diſceptationem, quæſtionem, ſive litem. Cognitionem item, notionem, & exiſtimationem ſive opinionem. Cic. pro Cæcin. 6. Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.
Judicium capitis. Cic. 1. Tuſc. 1. His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæſivit ad judicium capitis, nec judicibus ſupplex fuit.
Judicium & Arbitrium. Cic. pro Roſc. Amer. 10. Aliud eſt judicium & arbitrium: judicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ.
Capitale judicium. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Centumvirale. V. Centumvir, in CENTUM.
Conſtupratum. V. CONSTUPRO.
Corruptum. Quintil. lib. 2. cap. 12. V. CORRUMPO.
Damnatorium. V. DAMNO.
Invidioſum. V. INVIDEO.
Nummarium. V. NUMUS.
Purum judicium, Sine exceptione. Cic. de Invent. lib. 2. 60.
Quadruplex judicium, idem quod Centumvirale. Plin. lib. 1. Epiſt. 18. ad Suetonium, Eram in quadruplici judicio. Idem 6. Epiſt. 33. ad Romanum, Femina ſplendide nata, nupta Prætorio viro, quadruplici judicio bona paterna repetebat. Sedebant judices centum & octoginta: tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur. Stipatum tribunal: atque etiam

etiam ex superiore Basilicæ parte, quà feminæ, quà viri, & audiendi & visendi studio imminebant. Magna exspectatio. Secutus est varius eventus: nam duobus consiliis vicinus, totidem victi sumus. Quintil. lib. 12. cap. 5. Habuit Oratores ætas nostra copiosiores: sed quum diceret, eminere inter æquales Trachallus videbatur: ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, vox quidem non ut Cic. desiderat, pæne tragœdorum, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. Certe quum in Basilica Julia diceret primo tribunali, quatuor autem judicia (ut moris est) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & (quod agentibus ceteris contumeliosum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.

Recuperatorium judicium. Cic. de Invent. lib. 2. 60.

Tacitum judicium. Cic. 4. Att. 15. Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret, &c. Tacitum judicium vocat, Quod factum non ederetur. Hoc autem decrevit Senatus, ut qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omitterent: quum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito judicio fuissent. Erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quasi frenum quoddam taciti judicii timor.

Absolvere se judicio ab aliquo. V. ABSOLVO.

Accipere judicium, pro Defendere. Cic. pro Quint. 63. Fatetur enim libellos Alphenum dejecisse, vadimonium promisisse: judicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nævius edebat, non recusasse. Budæus. V. ACCIPIO.

Accipere judicium alterius dicitur ejus procurator. Cic. pro Quint. 64.

Adducere in judicium, Accusare. Cic. de Opt. gen. Orat. 20. Hunc igitur Ctesiphonem in judicium adduxit Æschines. Bud. V. ADDUCO.

Adesse judicio & ad judicium. V. ADSUM.

Adumbrare judicium. V. ADUMBRO.

Agi judicium dicitur. Plin. lib. 9. cap. 35.

Arcessere aliquem judicio. V. ARCESSO.

Auferre judicio. V. AUFERO.

Cadere in judicio. V. CADO.

Calent judicia. V. CALEO.

Circumveniri judicio. V. CIRCUMVENIO.

Claudere judicium militibus armatis. Quintil. lib. 4. cap. 2. Aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam judicium militibus armatis clauserat, tanquam adversus existimaretur. i. e. Ipsum judicium consessum & præsentes in judicio circumdederat armatis. V. Cic. pro Mil.

Committere judicium inter. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Judicium inter sicarios hoc primum committitur.

Condemnari maturo judicio. V. MATURUS.

Conflare judicium. Cic. pro Rosc. Amer. 5.

Conflictari judicio. V. CONFLIGO.

Constituere in aliquem capitis judicium. V. CONSTITUO.

Contaminata judicia. Cic. 1. Verr. 70. ubi V. Ascon.

Conticuerunt judicia. Cic. in Pison. 26.

Contradictum judicium. Ulpian. in l. Quum de consuetudine. D. de legib.

Deducere rem aliquam in judicium. V. DEDUCO.

Deferre judicium a subselliis in rostra: i. e. A judicibus ad populum. Cic. pro Cluent. 6.

Dictare judicium. Paulus in l. actione. D. Pro socio.

Differre alicujus rei judicium. Quintil. 2. cap. 4.

Dare judicium: ut Dare actionem. Cic. 4. Verr. 30. Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate qui judicia dant, & eorum qui judicant. i. e. Prætoris & Judicum ab ipso datorum.

Dare judicium in aliquem. Cic. 3. Verr. 137. Et pro Flacc. 88. In Lurconis libertum judicium ex edicto dedit.

Edere judicium. Julian. in l. Si sine judice. D. Rem rat. haberi.

Emendare urbes judiciis. Quintil. in procem. lib. 1.

Exercere judicium Prætor dicitur. Cic. pro Cœl. 1. Omnibus negotiis intermissis, unum hoc judicium exerceatur.

Exercere judicia alicujus rei. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Fit judicium. Cic. pro Quint. 9. Prætor judicium prius de probro quam de re maluit fieri.

Intendere periculum judicii alicui. Cic. de Arusp. Resp. 1.

Judicare judicium inclytum. V. JUDICO.

Liberare judicio. Cic. pro Flacco 98. M'. Aquilium patres nostri, multis avaritiæ criminibus, testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, judicio liberaverunt.

Moliri corruptelam judicii. V. MOLIOR.

Occurrere ad judicium. Ulpian. in l. 2. §. 1. D. Si quis cautionibus, Si ad testimonium desideratus, ad judicium occurrere non potuit: erit ei subveniendum.

Opprimere judicio. V. OPPRIMO.

Perfundere judicio aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 80. V. PERFUNDO.

Perpetrare judicium. Tacit. 13. Ann. 27. Cujus jussu perpetratum ingenuitatis judicium erat.

Pronuntiare judicium. Cic. in Pison. 97. Tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum judicium pronuntiavisti. Al. Ipse de te fecisse videri pronuntiavisti.

Reddere judicium. Auct. ad Herenn. 19. Quod genus M. Drusus Prætor urbanus, quod cum hærede mandati ageretur, judicium rdddidit, Sextus Julius non reddidit.

Reddere iterum judicium, De re judicata iterum judicare. Ter. Phorm. 2. 3. 57.

At tu qui sapiens es, magistratus adi,
Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi.

Rescindere judicium. Cic. Simulac tute cœperis tua judicia rescindere, &c. Conf. pro Planc. 30.

Silere judicia. Cic. in Pison. 32. Silentium perpetuum judiciorum ac fori.

Sistere judicio, vel in judicium. V. SISTO.

Sollicitare judicium alicujus donis. Ovid. 16. Epist. 80.

Subscribere judicium aliquo. V. SUBSCRIBO.

Tollere judicia. Cic. de Provinc. Conf. 46.

Venire ad judicium, vel in judicium. Ulpian. in l. 1. §. Dolum. D. de eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio sistat. Si quis venienti ad judicium aliquid pronuntiaverit triste, propter quod is necesse habuerit ad judicium non venire. Paulo post: Si ex stipulatu conveniatur de pœna, quod ad judicium non venerit. Julian. in l. 3. eod. tit. Si a fidejussore quinquaginta stipulatus fuero, si in judicium non venerit, petiturus a reo centum: & dolo Sempronii factum fuerit, ne in judicium reus veniat: centum a Sempronio consequar, tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in judicium, actio mihi centum adversus eum competebat.

Vocare in vel ad judicium. Cic. pro Corn. Balb. 1.

Judicium, Mens, sententia, existimatio.

Acre judicium. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Acre & certum. Cic. 3. de Orat. 181.

Cælestia judicia. Quintil. in procem. lib. 4.

Circumspectum judicium. V. CIRCUMSPICIO.

Firmius judicium. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Firma jamque extra periculum posita judicia. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Grave judicium subire. Claud. in præf. de Bell. Get. 10.

Intelligens judicium. V. INTELLIGO.

Liberale judicium. Quintil. lib. 6. cap. 3. V. LIBER.

Limatum & politum judicium. Cic. 7. Fam. 34.

Nonnullum de suo ingenio judicium fieri. V. NONNULLUS.

Peracre judicium. V. PERACER.

Prudens sincerumque judicium semper fuit Atheniensium. Cic. in Orat. 25.

Subtile judicium. Hor. 2. Epist. 1. 243.

Sincerum & subtile judicium. Cic. 15. Fam. 6.

Varia sunt judicia: ut in Græcis. Cic. in Orat. 36.

Varia sunt hominum judicia, variæ voluntates. Plin. 1. Epist. 2. ad Cornel. Tacit.

Cadere sub judicium. V. CADO.

Confirmare judicium. Cic. Nunc meum judicium multo magis confirmo, &c.

Facere judicium de aliquo, sive de re aliqua. Cic. 7. Att. 33. Mihi venit in mentem multum fore sermonem, me judicium jam de causa publica fecisse. Idem 11. Fam. 29.

Falli judicio. Quintil. lib. 2. cap. 4. Ita & ingenio gaudebant, & judicio non fallebantur.

Fecit vestrum judicium, i.e. Vobis judicandi copiam dedit. Ter. Heaut. prol. 12.

Flectere judicium suum. Cic. 16. Fam. 19. Si flexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. V. FLECTO.

Habere judicia populi, Testimonia benevolentiæ. Cic. 1. Philipp. 36. Et populi quidem Romani judicia multa ambo habetis.

Habere judicium de aliquo. Cic. 14. Att. 13. Si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper habui de te, gaudebo.

Habere judicium de; aliter. Cic. pro Planc. Tum hercle me confitear non judicium aliquod habuisse de Reip. utilitate. i. e. Nihil respexisse Remp.

Interponere judicium suum. Cic. 8. Att. 3. Scripsique sedatiore animo, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum.

Interponere alicui rei suum judicium. Quintil. lib. 1. cap. 7. Judicium autem suum grammaticus interponat his omnibus.

Mutare judicium. Sallust. Jug. cap. 4. Profecto existimabunt, me magis merito, quam ignavia judicium animi mutasse.

Ostendere judicium. Quintil. lib. 9. 4.

Permittere omnia judicio alterius. V. PERMITTO.

Perpendere acri judicio aliquid. Lucret. lib. 2. 1041.

Præbere judicia alicujus rei. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Præditus judicio minus firmo. Cic. in Orat.

Stare suo judicio. Cic. 3. Off. 110. Non enim suo judicio stetit, sed suscepit causam, ut esset judicium Senatus.

Subire judicium grave. Cic. 1. de Orat. 125.

Subjicere se alicujus judicio. Ter. Phorm. 5. 8. 56.

Sum. Meum judicium fuit, Ita existimavi. Cic. 1. Tusc. 1. Sed meum semper judicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora.

Non meum judicium est, pro Non meum est judicare. Gell. libri 1. cap. 18. in fine. H. St.

Meo judicio. Cic. de Clar. Orat. 32. Intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est postea consecutus. i. e. Opinione mea, sive quantum judicare possum, & ut sentio.

Judicium, Bona existimatio. Cic. 2. de Lege Agr. 1. Quare dignus vestro summo honore judicioque sim. Sic fere de Promotione ad honores.

Opinio populi & judicium intelligentium. Cic. de Clar. Orat. 190. Qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque judicio fuisse probatissimos.

Emereri hominum judicium. Quintil. in procem. lib. 4.

Judicia. Satis est obscura & perturbata judiciaria cognitio, itaque studiosis utile futurum putamus, si quæ legendis veterum libris observavimus afferantur, sic enim aut tota res patebit, aut certe minus obscura videbitur. Ac primum illud ponam, decem leges a me esse notatas, quæ diversis temporibus Romæ de judiciis latæ sint, Semproniam, Serviliam, Liviam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Juliam, Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronii Gracchi tribunatum soli senatores, vetustissima, ut opinor, Romuli lege, judicabant, exceptis caussis, in quibus de pecuniis ob judicandum captis ageretur, nam de his ad equites quæstio pertinebat, idque non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini ætate Ti. Sempronii Gracchi, Tiberii & C. patris, qui etiam senatum, quod id fieri passus esset, reprehenderit, cum futuras ex eo publicas discordias calamitatesque prædiceret; Appianus historiæ suæ libro 1. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberii filius, Tribun. pleb. Cn. Domitio Ahenobarbo & C. Fannio Nepote coss. legem tulit, quam paucis ante annis frater ejus Tiberius ferre conatus erat, ut equites soli judicarent, sic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipso cognoscitur. Postea Q. Servilius Cæpio consul, qui postea cum Cimbris male pugnavit, legem rogavit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli judicaverant, etiam senatores judicarent: hanc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequens, & Cicero ipse latam significant, non multo post esse abrogatam, ex eo suspicor, quod paucis post annis C. Norbanum, qui accusante Cæpione damnatus erat, non ab equitibus & senatoribus, sed a solis equitibus esse judicatum, Cic. 2. de Oratore 199. declarat his verbis,

Animos equitum Romanorum, apud quos tum judices cauſſa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, a quo erant ipſi propter judicia abalienati, renovabam, atque revocabam. Facit etiam mecum illa ratio, quod, quum M. Livius Druſus Tribunus pleb. Philippo & Cæſare coss. legem tulerit, ut cum equitibus ſenatores judicarent; quod proxime, cum de Lege Livia agetur, probabimus: manifeſtum eſt, ſolos equites ante Druſi tribunatum judicaſſe. Præterea, ſcriptum eſt apud Ciceronem in oratione proC. Cornelio, [p. 1795. Verburg.] non ante legem Plotiam ſenatores cum equitibus judicaſſe, at, legem Plotiam, Pompeio Strabone & Porcio Catone coss. latam eſſe, Pedianus docet (in Orat. pro Corn. ad fin.) ex quo, legis Serviliæ de communicandis inter equites & ſenatores judiciis nullam habitam eſſe rationem, ac ne Liviæ quidem, quæ id ſanxit, facile eſt cognoſcere. Poſt Cæpionem M. Livius Druſus tribunus pleb. ejus Druſi filius, quo Tribuno pleb. ad labefactandam C. Gracchi potentiam ſenatus uſus erat, L. Marcio Philippo Sex. Julio Cæſare coss. tulit ad populum ut cum equitibus ſenatores cauſſas cognoſcerent, cujus legibus, Philippo conſule referente, S. C. ſublatis, in eundem, quo antea fuerat, ſtatum re judiciaria reſtituta, ſoli equites ex lege Gracchi judicarunt. Anno deinde interjecto, M. Plautius Silanus Tribun. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. qui fuit annus belli Italici ſecundus, tulit ad populum, ut ſingulæ tribus e ſuo numero quinos denos, per annum judicaturos, ſuffragio crearent, quo factum eſt, ut ſenatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. Poſt victor Sulla, dictator primus Reip. conſtituendæ cauſſa factus, infenſus equitibus, quia pro Cinnanis partibus ſteterant, legem tulit, ut nemo, niſi qui ſenator eſſet, judicare poſſet, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri ſolitum eſſe diximus. Sulla mortuo, quod ille ſanxerat, per annos XI ſervatum eſt, hoc eſt uſque ad Cn. Pompeii & C. Craſſi primum conſulatum: quo anno L. Aurelius Cotta prætor populum rogavit, populuſque juſſit, ut tres ordines, ſenatores, equites, tribuni ærarii ſimul judicarent, tametſi, & centurionibus aditum ad res judicandas patuiſſe hac ipſa lege, & ſequentibus duabus, de quibus dicemus, Pompeia, & Julia, cenſu tamen præfinito, Cic. docet in Philippica 1. 20. videtur autem Paterculus, niſi mendoſi libri ſunt, neque tempus, neque ſententiam hujus legis perfecte noviſſe: qui lib. 2. cap. 32. legem a Cotta latam per id tempus ſignificet, quo Gabinius Tribunus pleb. rogationem tulit, ut Pompeius contra piratas ſummo cum imperio mitteretur, quod falſum eſſe conſtat. nam Gabinius biennio poſt Pompeii conſulatum, hoc eſt Piſone & Glabrione coss. eam legem tulit: quod & Velleius ipſe (2.31.) aſſerit, & inde facile licet exiſtimare, quod, abſoluto bello piratico, ſtatim C. Manilius Tribunus pleb. tulit ad populum, ut Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur, id Plutarchus Velleiuſque (2.33.) confirmant. Maniliam autem legem Cicerone prætore latam eſſe, luculenta ipſius oratio declarat, porro Ciceronem geſſiſſe præturam Lepido & Tullo coss. qui fuit annus poſt Piſonis & Glabrionis conſulatum proximus, quis eſt qui ignoret? teſtem habemus Pedianum, (in pr. Cornelianæ) ut alia, quæ (id) facile probarent, argumenta prætermittam. tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinius tribun. pleb. Piſone & Glabrione coss. at Cotta, quum rogationem de judiciis eo anno tulerit, quo deſignatus ædilis Cicero Verrem accuſavit, defendente Hortenſio conſule deſignato; plane videtur eo anno tuliſſe, quo Pompeius & Craſſus conſules fuerunt, quod aperte Dio narrat. Hoc de tempore, quod ad ſententiam attinet; non video, qui probari poſſit id, quod idem narrat, Cottam judicandi munus inter equites & ſenatum æqualiter eſſe partitum, quum eam poteſtatem non his modo, ſed præterea tribunis ærariis eſſe permiſſam, ſexcenti loci demonſtrent: niſi forte illud, (libenter enim tueor antiquitatem) Æqualiter inter utrumque ordinem partitus eſt, ideo Paterculus dixit, ut ſignificaret, non ſolum ſenatum, ut antea, ſed equeſtrem pariter ordinem poſt legem Aureliam judicaſſe: ut ærarios tribunos, qui deinde cum ſenatoribus & equitibus judicarunt, etſi non nominavit, non tamen excluſiſſe videatur. quo modo & Cic. lib. 5. in Verrem 177. locutum videmus. ait enim, quum Cottæ legem ſignificet: Judicium de judicibus, & de te futurum eſt: at quo tempore futurum eſt? &c. nempe eo, quum populus Rom. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit: nempe ea lege de judiciis judicibusque novis promulgata, &c. Alium ordinem, dixit, quum tamen non uno de ordine, ſed de tribus, hoc eſt de ſenatoribus, equitibus, tribunis ærariis in ea lege mentio fieret. Eodemque modo, quum cenſorum judicia reſciſſa eſſe judicum ſententiis, ſignificare vellet, in oratione pro Cluentio (121.) loquutus eſt. Senatores, inquit, equiteſque Romani in compluribus jam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, ſuæ potius religioni, quam cenſorum opinioni, paruerunt. & in Divinatione: (8.) Judiciorum levitate ordo quoque alius ad res judicandas poſtulatur. Pedianus etiam in commentario 2. orationis in Verrem, (2.) Cottam, inquit, prætorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis equeſtri ordini judiciis. quum tamen Cottæ lex non de uno equeſtri ordine, ſed de ſenatoribus, equitibus, tribunis ærariis mentionem faceret. Plutarchus etiam in Pompeio judicia ad equites, ait, eſſe tranſlata: quum tamen lege Cottæ inter tres ordines eſſent communicata. Quod ſi quis putat in uno ordine, quem Cicero ad res judicandas requiri ſignificat, ſimul cum equitibus tribunos ærarios intelligi: opinione fallitur. nam ſenatores, equites, tribuni ærarii, non ordines duo, ſed tres a ſcriptoribus antiquis appellantur. itaque Pedianus in commentario Cornelianæ, (non longe a pr.) L. Cotta, inquit, lege ſua iudicia inter tres ordines communicavit, ſenatum, equitem, tribunos ærarios: & in commentariis duarum orationum, in Piſonem, in extremo; pro Milone, in principio. Lex Vatinia ſecuta eſt. tulit enim eam, ut opinor, P. Vatinius tribunus pleb. Cæſare & Bibulo coss. qua ſententia, nondum invenire potui: Sed fuiſſe popularem, quum Vatinius ſenatum, ſenatus illum vehementer oderit, facile poſſum exiſtimare. Lex Pompeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in conſulatu II, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus diſcrepabat, (nam poſtea de tribus ordinibus judicantibus exempla multa ſunt, maximeque apud Pedianum) ſed ex ampliſſimo cenſu, e centuriis legi judices jubebat. Julia, quam C. Julius Cæſar, rerum potitus, tulit, judicia ad duo genera judicum redegit, equeſtrem ordinem, ac ſenatorium: tribunos ærarios, quod erat tertium, ſuſtulit. (Suet. Jul. c. 41.) Antonia conſularis, M. Antonii, qui Triumvir fuit, hoc ſanxit, ut ad duas judicum decurias accederet tertia e centurionibus, hoc eſt, ut cum equitibus, & ſenatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios lex Julia ſuſtulerat) centuriones judicarent; quod genus hominum ne ſuperiores quidem leges, Julia, Pompeia, Aurelia, judicandi jure excluſerant; ſed præſcripſerant, quo cenſu eos eſſe oporteret: ſicuti ſenatoribus quoque, & equitibus & tribunis ærariis cenſus erat præfinitus: quum in judice, ut ait Cic. (Philipp. 1. 20.) & fortuna ſpectari deberet, & dignitas. Antonii vero lex plus æquo impudens & diſſoluta, quæ rationem cenſus nullam habuit, omnibus, quicunque ordinem duxiſſent, judicandi poteſtatem permiſit. atque hanc Antonii legem de tribus decuriis non eſſe abrogatam, quum ille hoſtis judicatus eſt, quum ejuſdem legem de ſacerdotiis abrogatam eſſe videam, e Suetonio cognoſcitur: qui in Auguſto (c. 32. extr.) ita ſcripſit: Ad tres judicum decurias quartam addidit, ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus ſummis. Hæc de ordine judiciorum, pro variis legibus, vario.

De numero autem judicum, lex Gracchi CCC fecit, omnes ex equeſtri ordine, totidem, quod antea ſenatores judices fuerant: lex Druſi CCC equites, & CCC ſenatores, numero pari: lex Plautii DXXV: juſſit enim ex ſingulis tribubus, quæ XXXV erant, quinos denos creari: lex Sullæ CCC omnes ex ordine ſenatorio. lex Aurelia cum lege Sullæ de numero, ut opinor, congruebat, quum in ordinibus diſcreparet. nam libro Epiſt. Fam. 8. (Ep. 8.) de judicibus CCC, quum lex Aurelia ſervaretur, mentionem fieri video. quod ſi ita eſt, auctum deinde numerum eſſe lege Pompeii, vere dicemus: quia Velleius (lib. 2. cap. 76. pr.) avum ſuum inter CCCLX a Pompeio lectum eſſe narrat, eundemque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. lex Cæſaris, quum de tribus ordinibus unum, ut diximus, ſuſtulerit; numerum ſimul judicum, ut ego ſentio, commutavit. lex Antonii quum tertiam decuriam addiderit; ſatis liquet, eorum, qui res judicarent, ampliorem numerum eſſe factum, quem rurſus & ab Auguſto eſſe auctum, quum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoſcitur.

De judicum ætate legem fuiſſe, ne quis intra XXX ætatis annum judicaret, facile poſſum ex eo conjicere, quod Suetonius de Auguſto ſcripſit: Judices a XXV ætatis anno elegit, id eſt quinquennio maturius, quam ſolebant. Calliſtratus quidem juriſconſultus, (l. 41. D. de recept. qui arbitr.) lege Julia cautum eſſe, ait, ne minor annis XX judicare cogeretur, neve minorem annis XX compromiſſarium judicem liceret eligere. Sanxit idem eadem lege, ut opinor, de numero patronorum. nam ante L. Domitii Ahenobarbi & Ap. Claudii Pulchri conſulatum, raro quiſquam pluribus, quam quatuor, patronis uſus erat: his conſulibus M. Scaurum, de repetundis accuſatum, ſex defenderunt. eoque progreſſa res eſt, ut eadem cauſſa poſt bella civilia nonnunquam a duodecim patronis ageretur. cui licentiæ, ut in Pediano (in princ. or. pro M. Scauro) ſcriptum eſt, C. Cæſar dictator lege modum impoſuit. Et fortaſſe idem Cæſar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione judicandi; quod Gellius libro 14. capite 2. ſignificare videtur his verbis: Atque in rerum quidem diffiſſionibus, comperendinationibuſque, & aliis quibuſdam legitimis in rebus ex ipſa lege Julia, & ex Sabini Maſſurii, & ex quorundam aliorum juriſperitorum commentariis commoniti ſumus. Legimus etiam apud Priſcianum (lib. 18. fol. 225. a. Aldi.) de lege Lætoria, quæ minorem annis XXV ſtipulari vetabat.

Addatur aliquid de perſonis, quæ facinus judicare poſſent, & de cauſis, in quibus poſſent, tum de indiciis, deque teſtimonii dicendi poteſtate. ac primum illud ponatur, Legibus eos jure judicandi non eſſe excluſos, quos ignominia cenſores notaſſent. id Cicero ſignificat his verbis in oratione pro Cluentio, (120.) In omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſſis aut magiſtratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accuſare, hæc ignominiæ cauſſa prætermiſſa eſt. timoris enim cauſſam, non vitæ pœnam in illa poteſtate eſſe voluerunt. Et ibidem, paulo poſt: Prætores urb. qui jure debent optimum quemque in ſelectos judices referre, nunquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe duxerunt. Poſtea tamen inductum video lege Julia, ut ſenatu moti judicare non poſſent quod & lege Caſſia, de ſenatoribus, traditum eſt; & Paulus quoque, ut proxime docebimus, ſignificat. Turpi autem judicio damnatis ademptam eſſe judicandi poteſtatem, idem Cicero in eadem oratione, paulo ante, (119.) demonſtrat. Quod ſi, inquit, illud judicium putaretur: ut ceteri, turpi judicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate privantur; ſic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet. Turpia vero, famoſaque judicia erant, Calumniæ, Prævaricationis, Furti, Vi bonorum raptorum, Injuriarum, De dolo malo, Pro ſocio, Mandati, Tutelæ, Depoſiti, & alia quædam a Juliano memorata digeſt. lib. 3. (l. 1. de his, qui not. inf.) Famoſos etiam, non minus, quam qui turpi judicio damnati eſſent, Pegaſus & Nerva filius eos judicarunt, qui quæſtus cauſſa in certamina deſcendiſſent, aut propter præmium in ſcenam prodiiſſent. athletas autem, quia ludicram artem non facere, ſed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabinus & Caſſius. quæ ſcripta ſunt apud Ulpian. (l. 2. fin. tit. eod. & l. 4. Athlet.) Præterea, quum ab eodem ita traditum ſit libro digeſt. 48. (l. 4. Is qui. D. de accuſ. & inſcript.) Is, qui judicio publico damnatus eſſet, eum jus accuſandi non habuiſſe, niſi ſi liberorum, vel patronorum ſuorum mortem, vel rem ſuam exſequeretur; conſentaneum videri poteſt, eundem judicandi munere excluſum, quanquam ad rationem accedit auctoritas. nam ita ſcriptum poſtea comperi apud Marcellum juriſconſultum. Omnes etiam de vi privata damnatos, judicare lex Julia prohibebat. qua de re Marcianus his verbis lib. digeſtorum 48. (l. 1. pr. ad l. Jul. de vi priv.) De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Julia publicatur: & cautum eſt, ne ſenator ſit, aut decurio, aut ullum honorem capiat; neve in eum ordinem ſedeat, neve judex ſit. Huc illa pertinent, quæ tradita ſunt a Paulo juriſconſulto: (l. 12. cum prætor. §. 2. non autem. D. de judiciis.) quæ ſervata credimus etiam reip. temporibus; nihil enim a

jure

jure, aut æquo diffentiunt. Quidam, inquit, lege impediuntur, ne judices fint; quidam moribus: quidam natura. natura, ut furdus, mutus, & perpetuo furiofus, & impubes, quia judicio carent: moribus, ut feminæ, & fervi; non, quia non habeant judicium, fed quia receptum eft, ne civilibus fungantur officiis: lege, qui fenatu motus eft. qui vero poffunt effe judices, nihil intereft, in poteftate,an fui juris fint. Cum Judicibus recte conjungentur Teftes. itaque fubfcribemus ea, quæ de teftimonio dicendo idem Paulus (l. 4. lege Jul. D. de teftib.) tradidit. Lege, inquit, Julia, & Papia judiciorum publicorum cavetur, ne cui invito denuntietur, ut teftimonium dicat adverfus focerum, generum, vitricum, privignum. Caffius etiam Longinus, cujus libri non exftant; fed eorum teftimonio Marcianus digeft. lib. 1. utitur; putabat, ei, qui ob turpitudinem fenatu motus, nec reftitutus effet, non licere neque judicare, neque teftimonium dicere: quia lex Julia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniæ damnatis publico judicio quid licuerit, fatis aperte Papiniani præclara fane verba demonftrant. (l. 13. quæfitum. D. de teftib.) Quæfitum, inquit, fcio, an in publicis judiciis calumniæ damnati teftimonium judicio publico perhibere poffint. fed neque lege Rhemmia prohibentur: & leges Juliæ de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines teftimonium dicere non vetuerunt. veruntamen, quod legibus omiffum eft, non omittetur religione judicantium: ad quorum officium pertinet, ejus quoque teftimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Mulieribus quoque videtur licuiffe teftimonium dicere: fi quidem non licuiffe de adulterio damnatis, Paulus indicat (l. 18. ex eo. D. de teftib.) his verbis: Ex eo, quod prohibet lex Julia de adulteriis teftimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres teftimonium in judicio dicendi jus habere. Dictum eft de judicio, & teftimonio: fupereft de Indicio. Senatori indicium profiteri falvis legibus non licebat. aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in cauffis, fed proditionis, majeftatis, & fi quid hujufmodi: in cauffa repetundarum non dabatur: itaque nec per indices agi folitam effe legimus. Non eft ab hoc genere aliena Memmia lex: quæ, fi vocarentur in judicium ii, qui reip. cauffa abeffent, eorum recipi nomina vetabat. itaque C. Cæfar, quum in provinciam, peracto confulatu, abiiffet, & ab L. Antiftio tribuno pleb. Romæ appellatus effet, appellato collegio obtinuit, ne, cum reip. cauffa abeffet, reus fieret. (Suet. Jul. c. 23.) Non abhorret a legibus de judiciis lex illa, quam C. Calpurnio Pifone, M. Acilio Glabrione coss. C. Cornelius tribunus pleb. tulit, Ut prætores ex edictis fuis perpetuis jus dicerent: quum antea, ut quifque avaritia, aut ambitione ducebatur, varie jus dicere confueffent. de quo fcriptum eft apud Pedianum in commentario Cornelianæ. (in principio) Sortiebantur autem judices de tribus ordinibus, id eft Senatoribus, equitibus, tribunis ærariis, primum quæftores urb. deinde prætor urb. ita fiebat, ut non modo prætorii, verum etiam confulares interdum una cum iis, qui nullos gefferant magiftratus, judicarent. Dies autem, quos reo prætor dabat, ut adeffet in judicio, decem erant. Sic lib. 2. ad Quintum fratrem: (Ep. 13. pr.) Decimus erat Cœlio dies, &c. Et Pedianus in commentario Cornelianæ, (ibidem) Quum inquit, L. Caffius prætor decimo die, ut mos eft, reum adeffe juffiffet, eoque die ipfe non affuiffet: circumventi funt ante tribunal ejus accufatores a notis operarum ducibus. Ex P. Manutii libro de Leg. Rom. & ex Comm. ad Q. frat.

JUDICIĀLIS, e. Adj. [κριτικός, δικανικός] Quod ad judicium pertinet.
Annus judicialis. V. ANNUS.
Judiciale genus dicendi. Cic. 1. de Invent. 7. Judiciale eft quod pofitum in judicio habet in fe accufationem & defenfionem, aut petitionem & recufationem. Idem 2. Att. 1. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Caufæ judiciales. Auct. ad Herenn. 2. 26.
Regnum judiciale. V. Regnum, in REGO.
Suppreffiones judiciales. Cic. pro Cluent. 68.
Moleftia judicialis. Cic. 13. Att. 6.

JUDICIALITER, Adv. Sidon. 5. Epift. 15.

JUDICIARIUS, a, um. Adj. [δικαστικός] Quod ad judicem, five judicium pertinet.
Controverfiæ judiciariæ. Cic. 3. Verr. 5. Ut finis aliquando judiciariæ controverfiæ conftitueretur.
Dies judiciarii. Capitol. in M. Antonino, Faftis dies judiciarios addidit. i. e. Alios dies judiciarios. H. St. Exftant cap. 10.
Lex judiciaria. Cic. in Pifon. 94. Ecquid vides, ecquid fentis, lege judiciaria lata, quos pofthac judices fimus habituri?
Quæftus judiciarius. Cic. pro Cluent. 72. Hic ille planus improbiffimus, quæftu judiciario paftus, &c.
Res judiciaria. Cic. 4. Verr. 31.
Judiciariæ rei fingularem diligentiam adhibuit. Capitol. in M. Antonino. H. St. V. cap. 10.

JUDICIŎLUM, i. n. dimin. Ammian. 27. 11. Jufte an fecus non eft judicioli noftri.

## I V E

IVERNIA, ['Ιουερνία] vulgo *Ireland*: Anglorum regi paret. Ptolemæus lib. 2. cap. 2. Ierna Straboni; Cæfari Hibernia; Plinio, Melæ & Juvenali Juverna dicitur. Juven. 2. Sat. 158. — arma quid ultra
Litora Juvernæ promovimus, & modo captas
Orcadas, &c. Claudian. 4. Conf. Honor. 33.
Scotorum cumulos flevit glacialis Ierne. conf. IUVERNA.

## J U G

JUGALIS, JUGAMENTUM, JUGARIUS, JUGATUS. V. JUGUM.

JŪGĔRUM, i. n. [πλέθρον, πλέθρον] vel nominativo JUGER, dat. Jugero, accuf. & voc. Jugerum, abl. Jugero & jugere. Et pluraliter, nom. accuf. & voc. Jugera, gen. Jugerum, dat. & abl. Jugeris vel jugeribus.
Jugerum vocabatur (inquit Plin. lib. 18. cap. 3.) Quod uno jugo boum in die exarari poffet. Columel. lib. 5. cap. 1. dicit Gallos femijugerum, *arepennem* vocare. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10. In Hifpania ulteriore metiuntur jugis: in Campania verfibus: apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. Jugum vocant Quod juncti boves uno die exarare poffint. Verfum dicunt, Centum pedes quoquoverfum quadratum. Jugerum, Quod quadratos duos actus habeat. Tibull. lib. 2. 3. 46.
Ut multo innumeram jugere pafcat ovem. Juven. 9. Sat. 60.
Quantum erat exhaufti lumbos donare clientis
Jugeribus paucis. Cæf. 1. Bell. Civil. 17. Militibus in concione agros ex fuis poffeffionibus pollicetur, quadraginta in fingulos jugera. Cic. 2. Att. 16.
Jugerum dictum eft ab eo quod erat junctum. Columel. lib. 5. cap. 1. Hoc duplicatum facit jugerum: & ab eo quod erat junctum, nomen jugeri ufurpavit. De actu quadrato loquitur.
Arat falerni mille fundi jugera. Hor. Epod. 4. 13.
Jejuna foli jugera. Sen. OEth. 2.

JUGERĀLIS, e. Adj. ut, Tabula jugeralis. Pallad. 3. 9.

JUGERĀTIM, Adv. [κατὰ πλέθρα] Per fingula jugera. Columel. lib. 3. cap. 3. Ut primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

JUGERĀTIO, ōnis. [ζυγάτιον Gloff. Lat. Gr.] Delimitatio per jugera. Auct. de Limit. Frontin. de Colon. V. Rigalt. Gloff. & Gœf. Indic. de Re Agr.

JUGIS, V. JUGUM.

JUGLANS, andis. f. quæ & Nux juglans dicitur [κάρυον βασιλικόν, Διὸς βάλανος] Nonnulli a Juvando & Glande appellatam putant. Alii quafi Jovis glandem exiftimant vocatam: quod hæc arbor nuces habeat fuaviori fapore, quam glandes. V. Plin. lib. 15. cap. 22. Cic. 5. Tufc. 58. Inftituitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam fibi & capillum adurerent. V. Serv. ad Virg. 8. Ecl. 30. Ifidor. Orig. 17. 7. & Varr. de L. L. 4. 21.

JUGO, V. JUGUM.

JŬGŬLA, [ἄστρον Ὠρίων Gloff. Lat. Gr.] Stella Orion, quod amplior fit ceteris, quafi nux juglandis, inquit Feftus. Sed aliter exiftimat Varro de L. L. 6. 3. Aliter Ifidorus Orig. 3. 70. Manil. 5. 175.
Confurgunt Jugulæ quibus afpirantibus orti. Plaut. Amph. 1. 1. 119.
Neque Jugulæ, neque Vefperugo, neque Virgiliæ occidunt.

JŬGŬLUS, i. m. & JUGŬLUM, i. n. [σφαγή, αὐχήν] dicitur Anterior pars colli, unde vox halitufque procedit: a Jungo, quod per eam pectori caput jungatur. Quintil. Declam. 9. Jam præbendus erat jugulus, & fundenda vita cum fanguine. Cornel. Celf. lib. 8. cap. 8. A dextro jugulo fi id fractum eft, ad alam finiftram: a finiftro, ad dextram. Cic. de Fato 10. Quod jugula concava non haberet. [Jugula Celfus appellat ipfas Claviculas, ut nunc appellant. V. lib. 8. cap. 1. Et de his fortaffis etiam Tullius intelligi voluit. Formam habent parvi Jugi, unde & nomen, prima brevi. Inde & neutraliter rectius effertur.
Accipit enfem jugulo. Virg. 10. Æn. 907.
Confodiam jugulum fenilem. Lucan. lib. 3. 743. Al. Senile.
Cruentavit tecta aperto jugulo. Ovid. 8. Epift. 53.
Demittere cruorem jugulis. Virg. 4. Georg. 542.
Dare jugulum cultris. Ovid. in Ibin, 106.
Dare jugulum, & Petere jugulum. Cic. pro Milon. 31. Quod fi ita putaffet, certe optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio non femel ab illo, neque tum primum petitum, quam jugulari a vobis, quia fe illi non jugulandum tradidiffet.
Ferire jugulum dixerunt veteres, pro Interficere.
Intenta tela jugulis civitatis, pro Imminenti mortis periculo. Cic. in Pifon. 5. Ego tela extremo menfe Confulatus mei intenta jugulis civitatis de conjuratorum nefariis manibus extorfi.
Oftentare jugulum pro capite alicujus, Velle fe objicere periculo capitis pro vita alterius. Cic. 1. Att. 13. Me vero tefte producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audiffe, quæ confurrectio judicum facta fit, ut me etiam circumfteterint, ut aperte jugula fua pro meo capite P. Clodio oftentarint.
Petere jugulum, in agendis caufis tunc dicitur orator, quando quod eft potentiffimum, id invadit, ac premit validiffime adverfarium, videturque illum jugulare argumentis, perinde ac vibratis telis. Quintil. lib. 8. cap. 6. Nam illa agendis caufis jam detrita, pedem conferre, & jugulum petere, & fanguinem mittere, inde funt, nec offendit tamen.
Refolvere jugulum ferro. Ovid. 6. Met. 643.
Refolvere jugulum mucrone. Ovid. 1. Met. 227.
Per jugulum redeuntia verba. H. St.

JUGULARIS, e. Adj. ut, Vena jugularis [σφαγῖτις] apud Medicos.

JUGŬLO, [σφάζω, σφάττω] āre. Inferre mortem, & veluti abfciffo jugulo vita privare. Cic. pro Quint. 51. Jugulare civem ne ipfe quidem quifquam bonus vult.
Medio jugulaberis enfe. Ovid. 12. Met. 484.
Homines jugulare. Hor. 1. Epift. 2. 32.
Pecudes jugulant. Virg. 12. Æn. 214.
Jugulatus ab Achille. Ovid. 12. Met. 81.
Jugulare hominem fuis verbis, h. e. Convincere. Ter. Eun. 3. 1. 27.
Pulchre mehercle dictum, & fapienter: papæ,
Jugularas hominem. Sic apud Cic. 7. Verr. 166. Omitto ac negligo cetera, fua confeffione induatur ac juguletur neceffe eft.
Suo fibi gladio hunc jugulo. Ter. Adelph. 5. 8. 35. Suo gladio, fuoque telo jugulari dicitur, Qui fuis ipfius dictis revincitur: aut Qui fuopte invento, dolove capitur. Erafmus. V. GLADIUS.
Jugulare aliquem gladio plumbeo, h. e. Futili levique argumento quempiam convincere. Cic. 1. Att. 14.
Jugulare, etiam de Morbo dicitur. Celf. lib. 3. cap. 15. extr. Quartana neminem jugulat.
De Aquis. Martial. lib. 4. 18.
Aut ubi mors non eft, fi jugulatis aquæ? [Sed agitur de Puero glacie in jugulum delapfa occifo.
Jugulare, ad inanimata transfertur. Martial. lib. 1. 75.
— fcelus eft jugulare Falernum. i. e. Peffimis vinis admixtis, perdere.

JUGULATIO, ōnis. f. [ἀποσφαξις] Hirt. Bell. Hifp. 16. Jugulatione oppidanorum facta.

JUGULĀTOR, ōris. m. Interfector. Salvian. ad Eccl. l. 3. Adulationes gladii funt jugulatores tui. Gloff. Vet. Lat. Gr. Jugulatores, σφάκται.

JŬGUM, i. n. [ζυγός, κλωνός] Dictum eft quod jungatur, & in arctum arctetur. Eft autem proprie Montis cacumen. Virg. 5. Ecl. 76.
Dum juga montis aper, fluvios dum pifcis amabit. Cæf. 7. Bell. Gall. 67. Tandem Germani ab dextro latere fummum jugum nacti, hoftes loco depellunt.
Acclivum jugum. Ovid. 5. Faft. 154. V. ACCLIVUS.

Aquosa juga. Stat. 4. Silv. 6. 101.
Arduo jugo surgit alta rupes. Sen. Theb. 1.
Asperum jugum. V. ASPER.
Continentia juga. V. CONTINEO.
Frondosa juga. Ovid. Rem. Amor. 202.
Immensis jugis tumet Ida. Ovid. 5. Epist. 138.
Saxosum jugum. Ovid. in Ibin, 288.
Spinosi terga jugi. Propert. lib. 4. 4. 48.
Circummissus jugo. V. CIRCUMMITTO.
Jugum, [ζυγὸς] Ligneum instrumentum quo junguntur boves, & advicem arctantur. Plin. lib. 9. cap. 15. Nec nisi boum jugis extractus. Vide in MULTIJUGIS. H. St.
Adamantina juga. V. ADAMAS.
Curtum temone jugum. Juven. 10. Sat. 135.
Curva juga. Ovid. 4. Fast. 216.
Demere juga fatigatis bobus. Hor. 3. Carm. 6. 42.
Detrectans juga bos. Virg. 3. Georg. 57.
Ferunt juga tauri. Ovid. 6. Epist. 97.
Incidit cervicibus jugum. V. INCIDO.
Passa jugum nullum bos. Ovid. 3. Met. 11.
Resolvere jugum. Catul. 61. 76.
Ubi juncta juga resolvens Cybele leonibus.
Solvet arator juga tauris. Virg. 4. Ecl. 41.
Subdere jugo. Plin. lib. 8. cap. 16. Jugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit M. Antonius.
Subire jugum. Plin. lib. 10. cap. 45. Leones jugum subeant.
Sustinere debile jugum. Ovid. 3. de Pont. 1. 68.
Vitare onus jugi. Catul. 61. 33.
Veluti juvenca vitans onus indomita jugi.
Jugum, pro Pari boum. Cic. 5. Verr. 27. Quid qui in singulis jugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. V. ARO.
Jugum aquilarum. Plin. lib. 10. cap. 4. Ex eo notatum non fere legionis unquam hibernasse castra ubi aquilarum non sit jugum. Budæo videtur pro Pari accipiendum.
Jugum hominum impiorum, per translationem, i. e. Par. Cic. 11. Philipp. 6. de Antonio & Dolabella.
Pari jugo niti, i. e. Pari labore & concordia. Plin. 3. Epist. 9.
Jugum, pro Dominatione & imperio. Inde Subjugare pro Debellare, ac subjicere. Cic. Anteq. iret in exil. 2. Si omnibus grave servitutis jugum esse debet in libertate educatis.
Abire sub jugum. V. ABEO.
Acceptare jugum. Sil. lib. 7. 41. V. Accepto in ACCIPIO.
Accipere jugum, h. e. Imperium ac dominium subire. Liv. 37. 36. Concesso vero in Asiam transitu, & non solum frenis, sed etiam jugo accepto: quæ disceptatio ex æquo, quum imperium patiendum sit, relicta est?
Adactus jugo Rhenus. V. ADIGO.
Dejicere jugum civitatis a cervicibus. Cic. 1. Philipp. 6. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant.
Eripere colla turpi jugo. Hor. 2. Serm. 7. 91.
Exuere jugum. Tacit. Agric. 31. 7.
Ferre servitii jugum. Stat. 3. Silv. 4. 33.
Jactare jugum, i. e. Excutere velle. Juven. 13. Sat. 21.
— felices qui ferre incommoda vitæ
Nec jactare jugum vita didicere magistra.
Imponere jugum alicui. Ovid. 9. Epist. 6.
Laxatus famulus herili jugo. Claud. 4. Conf. Hon. 613.
Premit animum jugo turpis Cupido. Sen. Agam. v. 134.
Subeat jugum famulare collo nobili. Sen. Troad. 8.
Subtrahe colla jugo. Ovid. Rem. Amor. 90.
Jugum, sub quo ignominiæ gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur tertia, & tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Hæc ex Festo. V. Liv. 3. 28. extr.
Mittere sub jugum, & Sub jugo. V. MITTO.
Jugum in vinea dicitur; Quum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ super eas alligantur, in quibus vites conjunguntur, & quasi jugum in summitatem quandam faciunt. A quo Vites ipsæ, seu Vineæ, Jugatæ dicuntur. Quod si hastilibus in terra defixis, Singulæ transversæ perticæ in unam tantum partem ordinis innectantur, Unijugæ vineæ dicuntur: & Genus ipsum jugi, Canterium rustici vocant. Plinius lib. 16. cap. 37. Salices quædam in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. Idem lib. 7. cap. 21. Simplici jugo constat porrecto ordine, canterium appellant. Columel. lib. 12. cap. 15. Et Varro 1. de R. R. cap. 8.
Jugum, Lignum quo textores telam convolvunt. Ovid. 6. Met. 55.
Tela jugo vincta est, stamen secernit arundo.
Jugum, [ζυγὸν] pro Libra sidere cælesti. Cic. 2. de Divin. 98. L. quidem Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus: Romamque in Jugo quum esset Luna, natam esse dicebat. Quem locum velut exponens Solinus, sic ait cap. 2. Romulus auspicato fundamenta murorum jecit duodeviginti natus annos, undecimo Calendas Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus, Jove in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Manil. 1. 609. Et juga Chelarum medio volitantia gyro.
Juga, Tabellæ navium, in quibus sedent remiges, quæ Transtra vocantur. Virg. 6. Æn. 411.
Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,
Deturbat, laxatque foros.
Jugum pro Agri mensura. Jugum vocant (inquit Varro 1. de R. R. cap. 10.) Quod juncti boves uno die exarare possunt. V. JUGERUM.
JUGA, æ. f. Cognomen Junonis Deæ conjugii. Festus.
JUGATĪNUS, i. m. Deus conjugii. August. de Civ. Dei 6. 9.
JUGĀLIS, e. Adj. [γαμικὸς] ut, Jugale vinculum, pro Copula matrimonii. Virg. 4. Æn. 16. Si cui me vinclo vellem sociare jugali.
Jura jugalia. Ovid. 7. Met. 715. h. e. Conjugalia.
Lectus jugalis. Virg. 4. Æn. 496.
Sacra jugalia. Ovid. 7. Met. 700.
Tæda jugali accepta mulier. Ovid. 4. Epist. 121.
Tori jugales. Stat. 3. Silv. 5. 69.
Jugales absolute, pro Equis. Virg. 7. Æn. 280.
Absenti Æneæ currum, geminosque jugales.
Socii jugales. Sil. lib. 16. 401.
Emeritos vertunt ad pascua nota jugales. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 318.
JUGALITAS, ātis. f. Fulgent. 1. Mythol.
JUGŌSUS, a, um. Adj. Jugis abundans. Ovid. 1. Amor. 1. 9.
Quis probet in silvis Cererem regnare jugosis?
Lege pharetratæ virginis arva coli?
JUGO, [ζυγόω] āre. Conjungere; quasi Ad unum jugum alligare. Cic. 3. Tusc. 17. Hoc quidem commune est virtutum: omnes enim inter se nexæ & jugatæ sunt.
Jugare aliquam alicui. Virg. 1. Æn. 349.
Puellæ jugare juvenem. Catul. Argon. 62. 21.
Feminæ jugandæ. Hor. in Carm. sæcul. 18.
Corda face jugavi. Stat. 1. Silv. 2. 183.
Jugari vineæ dicuntur, Quæ in jugum constituuntur. Columel. 4. 20. Sequitur jam adminiculandæ, jugandæque vineæ cura.
JUGO, ĕre. Milvi dicuntur jugere, cum vocem emittunt. Festus.
Jugere volitans milvus visus. Varro apud Non. 2. 846. Al. Jugire.
JUGĀTUS, a, um. Partic. Junctus. Cic. Tusc. Quæst. 3. 17. V. in ipso verbo.
JUGATIO, ōnis. f. Varro de R. R. 1. 8.
JUGĀTOR, ōris. m. Qui jungit jugo. Arnob. lib. 5.
JUGĀRIUS, i. m. [ζευγηλάτης] i. e. Bubulcus: & Auriga boum, sive arator, qui juga ducit & regit. Columel. lib. 1. cap. 6. Lata bubilia esse oportebit, pedes decem, vel minimum novem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.
JUGĀTŌRIUS, a, um. [ζύγιος] Adj. ut, Jugatorius bos, Qui jugo subditur. Varro 2. de R. R. cap. 5.
JUGĀMENTUM, i. n. [ζύγωμα] Catoni tam ex materia est, quam ex structura, cap. 17. Jugamenta & antepagmenta quæ opus erunt, ex lapide indito. De redemptore loquens.
JUGABĪLIS, e. Adj. Jugo habilis. Macrob. Somn. Scip. 2. 2.
JUGES, m. & f. pl. [ὁμόζυγες] Ejusdem jugi pares: unde & Conjuges & Sejuges. Festus.
JŪGIS, e. Adj. [διηνεκὴς] Assiduus, continuus: quasi Semper jugo affixus. Plaut. Pseud. 1. 1. 82.
Nam is mihi thesaurus jugis in nostra est domo.
Jugis puteus, Jugis aqua. Cic. de Divin. 1. 112. Qui quum vidisset, haustam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem 2. de Divin. 31. Etiamne futurum esse, aquæ jugis colore præsentiunt? Sub audi Terræ motum.
Fons jugis aquæ. Hor. 2. Serm. 6. 2.
Putei perennes jugis aquæ. Hor. 1. Epist. 15. 15.
Juge auspicium. V. AUSPICIUM.
JUGUS, a, um. Adj. Idem Cato de R. R. cap. 10. pr.
JUGĬTER, [διηνεκῶς] Adv. Continue, Perpetuo. Plaut. Mil. 3. 1. 61.
Venerem, amorem, amœnitatemque accubans exerceo,
PL. Et quidem edepol omnes mores ad venustatem jugiter. In codd. quos inspexi legitur, Ad venustatem valent.
JUGĬTAS, ātis. f. Diuturnitas. Marcell. Emp. cap. 8. Lacrymarum jugitatem sedare & reprimere.
JUGĬFLUUS, a, um. Adj. Paulin. de Amne, Jugifluus semper biberis.
JŬGURTHA, æ. m. [Ἰογόρθας] Rex Numidarum callidus, bellicosus & perfidus, victus tandem a Mario Consule Romano, & Romæ in carcere necatus. Lege Salustium in historia belli ipsius & Vell. Paterc. 2. 12.
Traximus immanem Marii sub vincla Jugurtham. Claud. de Bell. Gild. v. 92.
Triumphatus Jugurtha. Lucan. lib. 2. 90.
JUGURTHĪNUS, a, um. Adj. Quintil. lib. 8. cap. 3. Jugurthina historia. Bellum Jugurthinum. Hor. Epod. 9. 23.

## J U L

JŪLIA, Plin. lib. 4. cap. 34. Norici oppidum.
Julia item, Augusti filia, de qua V. Vell. Paterc. 2. 47. & Suet. in Aug. ac Tib.
JŪLIANUS, i. m. Imperator Romanorum notissimus, qui a Christiana religione defecit, & hinc vocatus est Apostata. V. Nazianzen.
IŪLIS, īdis. f. [Ἰουλίς] Piscis genus Plinio, lib. 32. cap. 9. Optimum e scorpionibus & iulide, & saxatilibus, nec virus resipientibus. conf. Ælian. H. A. 2. 144.
Item, Oppidum insulæ Ceæ. Plin. 4. 12.
JŪLIOBŌNA, [Ἰουλιόβονα] Galliæ Celticæ urbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 8. Vulgo *Honfleur.*
JŪLIOBRĪGA, [Ἰουλιόβριγα] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Hispaniæ urbs Vulgo *Logronio.*
JŪLIOMĀGUS, [Ἰουλιόμαγος] Andium civitas in Gallia, Ptolemæo auctore lib. 2. cap. 8. Vulgo *Angiers.*
JULIUM Carnicum, [Ἰούλιον Κάρνικον] Ptolemæo lib. 2. cap. 14. Urbs inter Italiam & Noricum. Hodie Goritia, ditionis Austriæ.
JULIUS, [Ἰούλιος] Nomen gentile Ro. commune multis familiis, partim patriciis, partim plebejis. Memorantur rerum Rom. scriptoribus Julii Cæsares, Juli, Libones, Mentones, Sequestres &c. Julios ex Principibus Albanis in collegium patrum a Tullo Hostilio rege lectos memorat Liv. 1. 30. Habere autem Juliorum familia nomen ferebatur ab Ascanio Iulo Æneæ filio. Virg. 1. Æn. 292.
Julius, a magno demissum nomen Iulo. Vellei. 2. 41. Nobilissima Juliorum familia. Hoc dicit maxime, propter in hac ipsa nobiliores ceteris Cæsares, de quibus V. in CÆSAR.
Julius mensis, qui prius Quintilis vocabatur, dictus est in honorem Julii Cæsaris, qui IV Idus hujusce mensis natus est. V. Macrob. Saturn. 1. 12. Martial. 10. 62. Totamque fervens Julius coquit messem.
JULIUS, a, um. Adj. [Ἰούλιος] ut
Sidus Julium. Hor. 1. Carm. 12. 47. i. e. Stella Cæsaris, ut ait Porphyrio.
Domus Julia. Ovid. 4. Fast. 40.
Unda Julia. Virg. 2. Georg. 163.
IULĒUS, a, um. aliud Adj. [Ἰούλειος] Ovid. 6. Fast. 797.
Tempus Iuleis cras est natale Calendis. h. e. Mensis Julii. Propert. 4. 6. 17. Actia Iuleæ pelagus monimenta carinæ.

Iuleæ

Iuleæ voces quæ sint apud Lactantium in Phœnice v. 47. vide Janum Parrhasium in Claudianum de Rapt. Proserp. & Cælium Rhodig. lib. 5. cap. 11. Uterque interpretatur Suaves & dulces. Turnebus putat Iuleas voces a quinquennali certamine Jovi Capitolino instituto dictas, quod triplex erat, musicum, equestre, gymnicum, ut Sueton. scribit in Domit. 4. Nam quum ab imperatoribus committeretur, qui Iuli a poetis appellantur, ut a Valer. Flacc. 1. 9.

— Phrygios prius indignatus Iulos; Iuleas voces musicas & canoras significare credit, quales musicorum erant in certamine Capitolino. Sic Martialis Iuleam dixit olivam, 9. 36.

Cujus Iuleæ capiti nascuntur olivæ. i. e. Coronæ ab Imperatore datæ. Hæc ille. Sed Heinſ. Aëdoneas voces ex MSS. q. V.

JULIĀNUS, a, um. Adj. [Ἰουλιανός] unde Juliani milites, apud Suetonium, Cæs. cap. 75. dicti sunt Cæsariani. Et Juliani anni, quos idem ordinavit. Similiter Juliana vectigalia. Cic. 13. Philipp. 30.

Est & Julianus, nomen proprium Imperatoris. Quod vide in suo loco.

JŪLUS, [Ἴουλος] Filius Æneæ, alio nomine Ascanius. Virg. 1. Æn. 271.

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Iulus vox appellativa, est Lanugo promorum & arborum. Et hinc Servius tradit Ascanium & Mezentium singulari certamine dimicasse, & occiso Mezentio, Ascanium Iulum cœptum vocari a prima barbæ lanugine, quæ ei tempore victoriæ nascebatur.

Dardanius Iulus. Ovid. 15. Met. 767.

Formosus Iulus. Ovid. 7. Epist. 83.

Pulcher Iulus. Virg. 7. Æn. 107.

IŪLUS, i. m. [ἴουλος, χνοῦς] Lanugo pomorum & arborum. Plin. lib. 16. cap. 29. Ferunt & avellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles. Sunt autem iuli non flores proprie, sed antecedunt, ut in fico grossuli.

IŪLUS, i. m. Piscis genus est, qui balenis cetisque dux est itineris. Hermolaus. V. & Pium in Annotation. posterior. cap. 34.

## J U M

JŪMENTUM, i. n. [ὑποζύγιον, κτῆνος, νωτοφόρον] a Juvando. Cujus appellatione continentur Animalia quæ vel sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt: ut Equi, muli, asini, cameli, boves. Columella in præfat. lib. 6. Nec tamen ulla regio est in qua modo frumenta gignantur, quæ non, ut hominum, ita armentorum adjumento juvetur: unde etiam jumenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando, vel arando juvarent. Plin. lib. 8. cap. 18. de camelis, Omnes autem jumentorum in iis terris dorso funguntur. Columel. fere Jumenti nomine intelligit Equos, non autem Boves, ut lib. 1. cap. 6. Non altius edita esse præsepia convenit, quam ut bos aut jumentum sine incommodo stans vesci possit.

Jumenta sarcinaria. Cæs. 1. Bell. Gall. 81. i. e. Quæ sarcinas vehunt.

Ætolis onerata plagis jumenta. Hor. 1. Epist. 18. 46.

Jumentorum appellatione Boves non continentur, sed Pecoris, inquit Ulpianus in l. Ædiles aiunt. D. de Ædil. edicto.

Jumentum, Quicquid nos juvat. Liv. 4. 41. Eo missa plaustra, jumentaque alia ab Urbe, exercitum affectum prælio ac via nocturna excepere. Fortasse hic etiam pro Equis accipitur. [Certe non alium in finem missa, quam ad fessos milites excipiendos, non alia intelligere licet jumenta, quam quæ huic rei idonea essent, Equi, muli, asini. Ceterum non dubito, quin verior eorum sententia sit qui Jumentum, quasi Jugmentum, dictum putant a Jungendo; ut a Pingo Pigmentum, a Fingo Figmentum &c.

Jumentum quoque non id solum significat quod nunc dicitur: sed Vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri Jumentum a Jungendo dixerunt. Hæc Sext. Cæcilius apud Gell. lib. 20. cap. 1. V. Non. 1. 269.

JUMENTARIUS, a, um. Adj. ut, Molæ jumentariæ. Jabolenus in l. Dolia. D. de instr. vel instrum. Molas manuarias quidem supellectilis, jumentarias autem instrumenti esse.

Jumentarium contubernium. Apul. Milef. 9. p. 222.

## J U N

JUNCTIO, JUNCTURA, &c. V. JUNGO.

JUNCUS, i. m. [σχοῖνος] a Jungendo dicitur: quod usus ejus ad juncturas utilis est. Plinius lib. 21. cap. 18. varia juncorum refert genera.

Fiscella levi detexta est vimine junci. Tibul. lib. 2. 3. 15.

Lucus densus juncis. Ovid. 6. Fast. 411.

Bibulus juncus. V. BIBO.

Levis juncus. Propert. lib. 4. 2. 44.

Limosus juncus. Virg. 1. Ecl. 49.

Molli junco detexere aliquid. Virg. 2. Ecl. 72.

Palustres junci. Ovid. 8. Met. 336.

JUNCEUS, a, um. Adj. [σχοίνινος] Quod ex junco factum est: ut, Juncea cratis. Plin. lib. 21. cap. 14.

Sporta juncea. Columel. lib. 12. cap. 6.

Vincla juncea. Ovid. 4. Fast. 870.

Juncea virgo, per translationem, Tenuis & flexilis. Ter. Eun. 2. 3. 24.

Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt, deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Donatus interpretatur Tenues & pallidas.

JUNCĬDUS, a, um. Aliud Adj. Tenuis, exilis, qualis est juncus. Varro de R. R. lib. 1. cap. 31. Juncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere vitem, &c. al. Ejuncidus. q. V.

JUNCĬNUS, a, um. aliud Adj. [σχοίνινος] Plin. lib. 15. cap. 7. Sic & Rhodinum e rosis, Juncinum e junco.

JUNCŌSUS, a, um. Adj. [σχοινώδης] Juncis plenum. Plin. lib. 18. cap. 6. Juncosus ager verti pala debet.

Litora juncosa. Ovid. 7. Met. 231.

JUNCĒTUM, i. n. [σχοινών] Locus juncis consitus. Varro 1. de R. R. 8. Primum genus quod dixi, maxime quærit salicta, secundum arundineta, tertium junceta.

JUNGANNI, Ligures, incolæ Alphigi oppidi: distant a Monœci portu stadiis quadringentis octoginta. Perottus. [Immo Ingauni, quorum sæpe meminit Livius. V. ALBIUM.

JUNGO, junxi, junctum, [ζεύγνυμι, ζεύγνυμι] ĕre. Copulare; quasi In unum agere: proprie de Jumentis dicitur. Tibull. 2. 1. 87.

Ludite, jam nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro. Stat. 1. Silv. 2. 143.
Jungit Amor, lætamque vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet.

Jungere cum. Cic. 2. de Divin. 149. Religio quæ est juncta cum cognitione naturæ.

Jungere cum aliquo alium arctissimo vinculo. Plin. Epist. 243.

Jungere & copulare inter se. Cic. 1. de Orat. 222. An hæc inter se jungi, copularique possint.

Juncta caritas inter paucos. Cic. de Amicit. 20. Ita contracta res est, & adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.

Orbiculatim jungere. V. ORBIS.

Affinitates jungere cum aliquo, h.e. Affinitate cum eo conjungi. Liv. 1. 1. Duplex exinde fama est: alii prælio victum Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem junxisse tradunt.

Amores jungere. Tibull. lib. 1. 1. 69.

Arma alicui jungere. Liv. 1. 2. Haud gravatim socia arma Rutulis junxit.

Connubio jungam stabili. Virg. 4. Æn. 126.

Dextram jungere dextræ. Virg. 1. Æn. 412.

Equos jungere curru. Virg. 7. Æn. 724.

Equum jungere equo alterius. Cæs. 8. Bell. Gall. 48.

Fœdera jungere. Liv. 7. 30. Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est.

Fœdere alicui regi jungi. Liv. 26. 24.

Gradus jungere. Sil. 4. 374.

Iter jungere. Martial. lib. 2. 6.

Et quum currere debeas Bovillas,
Iter jungere quæris ad Camœnas. Alii rectius legunt, Interjungere. V. INTERJUNGO.

Lateri cujuspiam jungi. Ovid. 2. Met. 449.

Leones jungere ad currum. V. AD præpositionem.

Manus jungere & fœdus concipere. Stat. 2. Achill. 228.

Oscula jungere. Ovid. 2. Met. 357.

Preces humiles jungere. Ovid. 2. de Arte Am. 254. al. Manus.

Rhedam jungere equis. Cic. 6. Att. 1. Et Jungere mulos ad vehiculum. Sueton. in Cæs. 31.

Se viro jungere. Virg. 4. Æn. 28.

Se ad aliquem jungere. Cic. pro Rosc. Amer. 236. Quo in certamine perditi civis erat, non se ad eos jungere, quibus incolumibus & domi dignitas, & foris auctoritas retinetur.

Societate gentibus jungi. Liv. 26. 49. Exterasque gentes fide ac societate junctas habere.

Societate jungi alicui regi, in SOCIETAS huc remittit, H.St. V. paulo supra Fœdere.

Societatem alicui jungere. Liv. 24. 6. pr. Per hos juncta societas Annibali ac Syracusano tyranno.

Tauros jungere. Virg. 8. Æn. 316.

Queis neque mos, neque cultus erat, nec jungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.

Tædas jungere, Connubium. Stat. 3. Silv. 4. 54.

Torus junxit te mihi. Ovid. 1. Met. 353.

Verba jungere, Loqui. Martial. lib. 6. 54.

Verba jungere, pro Componere. Cic. in Topic. Quintil. lib. 9. cap. 4.

JUNCTUS, a, um. Partic. [ἐζευγμένος] ut, Junctus illi cognatione. Liv. 25. 15.

Amicitia vetusta puer puero junctus. Ovid. 4. de Pont. 3. 12.

Amore junctus alicui. Ovid. 1. de Pont. 7. 31.

Fœdere aliquo juncti. Ovid. 1. Trist. 7. 6.

Fœdere amor legitimo junctus. Ovid. 2. Trist. 536.

Hospitio. Liv. 25. 18. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus.

Matrimonio jucta puella. Liv. 30. 14.

Ex horum partibus junctum, Compositum. Cic. 2. de Invent. 157.

Ex me & ex te junctus Dionysius, M. Pomponius. Cic. 4. Att. 15. De liberto, qui Marci prænomen a Cicerone, Pomponii nomen a patrono habuit.

A sanguine materno junctus. Ovid. 2. Met. 368.

Scelere juncta improbitas. i. e. In qua est scelus. Cic. lib. 2. de Orat. 237. Nam nec insignis improbitas, & scelere juncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Idem in Brut. 162. Sed est etiam L. Crassi in Consulatu, pro Q. Cæpione, defensione juncta, non brevis, ut laudatio: ut oratio autem, brevis.

Ab usu modico tibi junctus. Ovid. 2. de Pont. 5. 7.

Amici juncti. Hor. 1. Serm. 3. 54.

Ars juncta cum viribus. Ovid. 8. Met. 29.

Causa junctior. Cic. de Fato 36. Post autem causa fuit propior, & cum exitu junctior.

Columbæ in amore junctæ. Propert. lib. 2. 15. 27.

Gloria invidiæ juncta, i. e. Quæ invidia non caret. Cic. 1. Att. 19. Ego autem, ut semel Nonarum illarum Decembrium, junctam invidiæ ac multorum inimicitiis, eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum.

Indignatio juncta conquestioni. Cic. 2. de Invent. 38.

Mulus junctus a Clitellario differt, hoc est mulus qui jugo assuevit. Columel. lib. 2. cap. 22. Arbores ferendi causa collo, vel mulo clitellario afferre, sed juncto advehere non permittitur.

Puella viro. Ovid. 2. Trist. 284.

Hic sedet ignoto juncta puella viro.

Salus nostra juncta est. Ovid. 20. Epist. 233.

Sapientia juncta eloquentiæ. Cic. 3. de Orat. 140.

Versus impariter juncti. Hor. de Arte Poet. 75.

Vineæ mœnibus junctæ. i. e. Admotæ. Liv. lib. 5. 7. pr. Loquitur de vineis oppugnatoriis. Sed correcti codd. exhibent, Injunctæ.

Compar. Ovid. 1. de Pont. 4. 31.

Junctior Æmonia est Ponto. conf. Causa junctior supra.

Superl. ut, Adversa ad junctissimos pertinent. Tacit. 4. Hist. 52. Ovid. 9. Met. 548.

Sed quæ, cum tibi sit junctissima, junctior esse
Expetit.

JUNCTŪRA, æ. f. [ζεῦξις, ἁρμογή, ἁφή] Conjunctio. Plin. lib. 13. cap. 15. Majusque miraculum in ea est, artis latente junctura.

Boum junctura. Columel. lib. 2. cap. 2.

Genuum junctura. Ovid. 2. Met. 823.

Lapidum juncturæ. Suet. Aug. cap. 92.

Tignorum junctura. Cæs. 4. Bell. Gall. 17.



Verborum

Verborum junctura, pro Compositione. Quintil. lib. 9. cap. 4.
Verticis junctura. Ovid. 12. Met. 288.
Callida junctura. Hor. de Arte Poet. 47.
Junctura, posituraque ligni scite periteque facta. Gell. lib. 5. cap. 3.

JUNCTIO, ōnis. f. [ζεῦγμα] Cic. 1. Tusc. 71. Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

JUNCTUS, ûs. m. Idem. Varr. de L. L. 4. §. 8. Locus a carinarum junctu dictus Carinæ.

JUNCTOR, ōris. m. [ζευκτὴς] Gloss. Gr. Lat. Junctores erant Servi, qui jungebant rhedam equis, vel mulis. Alphen. l. 203. fin. D. de verb. signif.

JUNCTIM, Adv. [ζυγάδην] Sine intervallo. Suet. Tiber. cap. 9. Magistratus & maturius inchoavit, & pæne junctim percurrit. conf. Manil. 4. 467.

JUNĬCŬLUS, i. m. Duramentum Col. in vite dicitur, quem Draconem alio nomine vocant. Plin. lib. 17. cap. 22. Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant quæ masculeta appellant.

JUNIOR, V. JUVENIS.

JŪNĬPĔRUS, i. f. [ἄρκευθος] Arbuscula quæ in arenosis frequens nascitur, coma virens perpetua, unde & topiario operi idonea, & cariosam senectam non sentit. V. Plin. lib. 16. cap. 25. & 24. 8.
Juniperi gravis umbra. Virg. 10. Æn. 76. conf. 7. Ecl. 53.

JŪNIUS Mensis [Παυνίων] teste Festo, a Junone putatur dictus, quem Junonialem, & Junonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam litteris, ex Junonio Junius est dictus. Sunt qui putant a Junio Bruto dictum Junium. V. Macrob. 1. Saturn. 12. Alii a Junioribus derivant: sicut Maium a Majoribus. Ovid. 6. Fast. 88.
Junius est juvenum, qui fuit ante senum.
Junius a juvenum nomine dictus adest. Ovid. 5. Fast. 78.

JUNIUS, Nomen gentile Rom. commune familiis aliquot, in quibus præcipuc illustres Bruti cognomine. V. Cantelii Rom. Rep. 2. Diss. 4. 14. & s. l. BRUTUS.

JUNIUS, a, um. Adj. ut, Familia Junia apud Tacit. 3. Ann. 24.

JUNIANUS, a, um. aliud Adj. ut, Junianum judicium apud Cic. pro Cluent. 1.

JŪNIX, īcis. f. [δάμαλις] Teneræ ætatis bos femina, quæ jam cessavit vitula esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem pervenit. Dicta quasi Juvenca, a Juniore ætate. Perf. 2. Sat. 47.
Tot tibi quum in flamma junicum omenta liquescant. Plaut. Mil. 2. 3. 33.
Quam mox horsum ad stabulum junix recipiat se e pabulo. V. Taubm. ad loc.

JŪNO, ōnis. f. [Ἥρα] Dea credita est, Jovis soror & conjux, a Juvando nominata. Junonis multa sunt nomina. Est enim Curitis, quæ utitur hasta. V. Fest. Curulis, a curru. Serv. in Virg. 1. Æn. 20.
— hic illius arma,
Hic currus fuit. Est & Lucina, quæ partubus præest. Ter. Andr. 3. 1. 15.
Juno Lucina fer opem, serva me, obsecro. Est Regina. Virg. 1. Æn. 50.
Ast ego quæ divûm incedo regina, Jovisque
Et soror & conjux. Et quia præest nubentibus, Pronuba dicitur. Virg. 4. Æn. 166.
— & pronuba Juno.
Covella Juno apud Varronem legitur, quæ dictio quia palato hominum delicatorum non est placita, scribunt Juno novella. Atqui quum veteres ad Lunæ cursum menses suos exigerent, & prima Lunæ visitatio, primumque ejus lumen diem Calendarum efficeret, & calendæ essent ipsum novilunium, dubium non est quin tum & Nonis esset luna cava. Prisci autem Varrone ipso auctore Cavum, Covum dicebant, unde Covelli diminutio. Ergo Juno covella, est Juno lucina, & Luna cava. Turneb.
Magna. Virg. 3. Æn. 437.
Matrona. Hor. 3. Carm. 4. 59.
Maxima. Virg. 4. Æn. 371.
Omnipotens. Virg. 4. Æn. 693.
Pronuba. Virg. 4. Æn. 166.
Regia. Virg. 1. Æn. 447.
Saturnia. Virg. 3. Æn. 380.
Sceptrifera. Stat. 10. Theb. 51.
Inferna Juno, per Antonomasiam Proserpina. Virg. 6. Æn. 138.
Profunda Juno, Idem. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 2.

JUNŌNIUS, a, um. Adj. [Ἡραῖος] ut, Avis Junonia, Pavo. Ovid. 1. de Arte Am. 627.
Mensis Junonius. Ovid. 6. Fast. 61.
Puer Junonius, dicitur Augustus a Cicerone ad Octavium, Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi, quum te Junonium puerum & matris tuæ partum aureum esse dixi. i. e. Martialem & acerrimum propugnatorem libertatis publicæ, quasi Martem quendam junctum adversus hostes Senatus, & bonorum. Nam Mars, Junonis filius fuit.
Templa Junonia. Ovid. 2. Trist. 291.

JUNONIA, major & minor, Insulæ sunt ex Fortunatis.

JUNŌNĬCŌLA, æ. m. & pl. Junonicolæ [Ἡρασέβεις] Phalisci. Ovid. 6. Fast. 49.

JUNONĬGĔNA, æ. m. [Ἡρογενὴς] dicitur Vulcanus, qui ex sola Junone natus fuit. Ovid. 4. Met. 173. de amoribus Solis.

JUNONĀLIS, e. Adj. Ovid. 6. Fast. 63.
Junonale leges tempus, &c. i. e. Mensem Junonium. Alii legunt, Junonisque leges, &c.

JUNONIS Promontorium, in ora freti Gaditani, apud Melam lib. 2. cap. 6. ad finem. Nunc vulgo dicitur *Sancta Maria*, vel *El porto di Santa Maria*. Testis Olivarius in Melam.

## J U P

JŪPĬTER, [Ζεὺς] Jupitris, vel Jupitĕris, secundum Priscianum, non Jŏvis: qui genitivus, non a Jupiter, sed a nominativo Jŏvis. Nam a principio Jovis appellatus est, a Juvando: postea adjuncto altero vocabulo dictus est Jupiter, quasi Jovis pater. Nam quum pro Igne ponatur, nulla res sic fovet omnia, quemadmodum calor.
Aliis Juvans pater. H. St. Mihi verisimilius videtur factum ex Diespiter, quod antiquissimis in formulis occurrit. Ac primo quidem Dius pater dixisse veteres videntur, deinde Diupiter & denique Juppiter. Dius ex Græco Ζεὺς V. D. Littera. Sic Dius Fidius dictus est Romanis, qui Ζεὺς πίστιος Græcis.
Juppiter autem potius scribendum est, quam Jupiter; sic enim in nummis anti quis scriptum invenimus.
A poetis (inquit Cic. 2. de Nat. Deor. 94.) dicitur Divûm atque hominum pater: a majoribus autem nostris Optimus maximus. Idem pro Domo 144. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Populus Rom. Optimum, propter vim Maximum nominavit. Idem 3. de Nat. Deor. 53. Principio (inquit) Joves tres numerant ii qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt & Liberum: Alterum patre Cælo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt: Tertium Cretensem, Saturni filium, cujus in illa insula sepulcrum ostenditur.
De ceteris Jovis nominibus. V. Lactant. 1. 10. &c. Eum non esse Deum probat Idem 1. 11.
Joves plures in Græcorum litteris invenimus. Cic. 3. Nat. Deor. 42.
A capra & apibus nutritum fuisse prædicarunt Græci. V. Lactant. 1. 21. & Ovid. 3. Fast. 43. & alibi.
Jovis nutrices quæ fuerint, V. AMALTHEÆ cornu.
Ignis rapidus Jovis, Fulmen. Virg. 1. Æn. 42.
Jovis omnia plena. Virg. 3. Ecl. 60.
Altitonans Jupiter. V. ALTITONANS.
Altisonus. V. Altisonus in ALTUS.
Æquus. Hor. 1. Carm. 28. 29.
Altus. Ovid. 2. de Arte Am. 38.
Arduus. Valer. 5. Argon. 163.
Celsus. Valer. 4. Argon. 75.
Cornigero de Jove natus; De Jove Hammone. Ovid. in Ibin 298. V. AMMON & HAMMON.
Dextro Jove liber est. Perf. 5. Satt. 114.
Fulminantis magna manus Jovis. Hor. 3. Carm. 3. 6.
Invicti Jovis uxor. Hor. 3. Carm. 27. 73.
Maximus. Hor. 1. Serm. 2. 17.
Magni Jovis nuntius. Hor. 1. Carm. 10. 5.
Olympicus. V. OLYMPUS.
Severi Jovis vultus. Stat. 9. Theb. 839.
Summus, vel Supremus. Virg. 1. Æn. 123. Hor. 1. Carm. 32. 14.
Tonantis annus hibernus Jovis. Hor. Epod. 2. 28.
Æquoreus Juppiter, per Antonomasiam Neptunus. Claud.
Nigri Jovis regna; Plutonis. Sen. OEth. 13.
Stygius Jupiter, Pluto. Virg. 4. Æn. 638.
Tremendi solium Jovis, Plutonis. Valer. 3. Argon. 385.
Jovem lapidem jurare. Gell. lib. 1. cap. 21. Quum Phavorino Hygini commentarium legissem, atque ei statim displicita esset insolentia & insuavitas Amaroris, Jovem lapidem inquit, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, paratus ego jurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Al. Favorinus &c. legisset, & Insuavitas illius, Sensu torquebit amaro. Sextus Pompeius Festus lib. 10. Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes, Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe, arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Liv. 1. 24. Patris patrati ad jusjurandum patrandum, id est sanciendum, creati verba in fœdere faciendo sic exprimit: Audi Juppiter, audi Pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus: ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt, sine dolo malo: utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die, Juppiter, Populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Idem 21. 45. Eaque ut rata scirent fore, agnum læva manu, dextra silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Polybius libro suarum historiarum tertio, ut refert Cælius Rhodig. lib. 21. cap. 15. & ante eum Philelphus lib. 17. epist. 1. sub finem, superioribus ita subscribit: Ergo, inquit, Carthaginienses deos patrios jurati sunt: deinde Romani Jovem lapidem secundum vetustissimum ritum, Martis Quirinique numinibus additis, jusjurandum præstiterunt. Ritus vero lapidis fuit hujusmodi: Fecialis, sumpto in manus lapide, postquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit: Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus atque hoc jusjurandum facio, dii mihi cuncta, præstent felicia: sin aliter aut ago aut cogito, ceteris omnibus salvis, solus ipse peream, uti lapis hic e manibus meis decidet. Nec loquutus plura, manu lapidem excussit. Hæc ex Polybii lib. 3. cap. 25. extr. Nec me fallit apud Cælium legi, Per lapidem. At Philelphus lib. 33. Epist. 5. Perottum interpretem Polybii reprehendit, qui Græca Polybii Δία λίθον, Per lapidem verterit, non Jovem Lapidem, quasi apud Polybium esset præpositio διὰ, non accusativus Δία. Cic. 7. Fam. 12. Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, quum scias Jovem iratum esse nemini posse?
Flamma Jovis, Floris genus Plin. 27. 6.
Glans Jovis. Plin. 15. 22. V. plura in JOVIS, nominativo antiquo.
Ponitur quandoque pro Aere. Hor. 1. Carm. 1. 25.
—manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor. Juvenal. 5. Sat. 79.
— fremeret sæva quum grandine vernus
Juppiter. Unde & Sub dio dicimus, quum Δία Jovem vocent Græci, quem omnia esse voluerunt. Ut Valerius Soranus apud Gyrald. Synt. 2.
Juppiter omnipotens, regum, rerumque, deûmque
Progenitor, genitrixque deûm, Deus unus & omnes. Alibi pro Anima mundi, alibi pro Pluvia. Virg. 2. Georg. 419.
Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.
Gelidus. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 37.
Humidus. Virg. 1. Georg. 418.
Hiberni Jovis fragor subitus, Subita tempestas. Stat. 3. Theb. 26.
Est & Jupiter nomen Stellæ illius salutaris, quæ in ordine errantium secunda est. Plin. 2. 18. Suus cuique color; Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus.

JOVIĀLIS, e. Adj. Minister Jovialium poculorum. Macrob. Saturn. 5. 16. Conf. in JOVIS.

**Jovius**, a, um. Adj. Ex nomine Jovio. Arnob. lib. 6. de hoc & De cognomine eodem Diocletiani. V. supra in IOVIS.

**Jovistæ**, V. ibidem.

## J U R

**Jura**, æ. m. ['Ιόρας] vel Jurassus ['Ιυρασσὸς] Mons est Galliæ, Sequanos ab Helvetiis dividens. Auctor Cæsar in 1. Bell. Gall. cap. 2. & 6. & & 8. Vogesus dicitur aliis auctoribus. Vulgo *Le mont des faucilles.* [ Immo Vogesus alius mons est, in finibus Lingonum, unde Mosa profluit, teste Cæsare lib. 4. cap. 10. Juras antiquum nomen adhuc habet apud Helvetios Gallice loquentes. Germanis pars ejus, quæ Allobroges contingit, paulum mutata appellatione, *Der Jurten* vocatur.

**Juramentum**, **Juratus**. V. JURO.

**Jurgo**, [νεικέω, ἐρίζω] āre. ex Jure & Ago; quasi De Jure ago & contendo. Ter. And. 5. 1. 19. Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. Cic. 4. de Repub. apud Non 5. 34. Si jurgant, inquit; benevolorum, concertatio, non lis: inimicorum, jurgium dicitur. Liv. 10. 35. Hæc jūrganti increpantique respondebant, confectos se pugna hesterna esse. Hor. 2. Epist. 2. 21.

— ne mea sævus
Jurgares ad te quod epistola nulla veniret. conf. Varr. 6. de L.L. 5.

**Jurgor**, [φιλονεικέω] āri. dep. Hor. 2. Serm. 2. 100.

— jure, inquit, Trasius istis　　Jurgatur verbis.

**Jurgatio**, ōnis. f. Festus.

**Jurgātor**, ōris. m. Mart. Capel.

**Jurgatrix**, īcis. f. Hieron. Epist. 47.

**Jurgatorius**, a, um. Ammian. 27. 1.

**Jurgium**, i. n. [φιλονεικία] Contentio. Cic. de Amicit. 80. Cavendum vero ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiæ, e quibus jurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur.

Acre jurgium. Tacit. 4. Hist. 6. V. ACER.
Inimica jurgia. Senec. Thyest. 7.
Insana jurgia. Ovid. 1. Fast. 74.
Rabiosa, V. Vendere jurgia.
Turbida, V. Tacent jurgia.
Abstinere jurgiis. V. ABSTINEO.
Auferre jurgium. V. AUFERO.
Committere jurgia. V. COMMITTO.
Contendere jurgio cum aliquo. V. CONTENDO.
Gliscunt jurgia. Lucret. lib. 3. 479.
Irrita jurgia jactas. Virg. 10. Æn. 95.
Nectere jurgia cum aliquo. Ovid. 2. Amor. 2. 35.
Tacent jurgia. Lucan. ad Pison 74.

Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.

Vendere jurgia. Senec. Herc. fur. v. 172. De causidicis.

Hic clamosi rabiosa fori
Jurgia vendens improbus, iras
Et verba locat.

Inter Jurgium & Lis: quod Jurgium levior res est; siquidem Inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio, Jurgium dicitur: Inter inimicos dissensio, Lis appellatur. Cic. 4. de Republ. Admiror nec rerum solum, sed etiam verborum elegantiam. Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis: inimicorum, jurgium dicitur. Et deinde, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Nonius 5. 34.

**Jurgiōsus**, a, um. Adj. [φιλονεικώδης] Contentiosus & litigiosus. Gell. lib. 1. cap. 17. Mulier morosa admodum fuisse fertur, & jurgiosa. De Xantippe Socratis uxore.

**Juridicus**, **Jurisdictio**, V. JUS.

**Jūro**, āvi & ātus sum, [ὀμνύω, ὄμνυμι, ὀμόω, ὁρκωμοτέω] āre. a Jure fit: nam Jurare proprie est Quidpiam promittere, adhibitis etiam testibus, ita servaturum ac si jus esset.

Decies jurasti. V. DECEM.
Aras jurare, poetice dixit Horat. pro Aris tactis, lib. 2. Epist. 1. 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Bellum ingens juratur, In bellum conjuratur. Stat. 1. Achil. 455.
Jovem lapidem. V. JUPITER.
Maria aspera juro. Virg. 6. Æn. 351.
Tellurem hanc juro. Sil. 8. 105.
Verbis conceptis jurare, i. e. Dictatis a deferente juramentum, & ex arbitrio adjurantis, hoc est adigentis ad jusjurandum, pernotatis. Plaut. Pseud. 1. 3. 119. Idem Cist. 1. 1. 100.

At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam,
Me uxorem ducturum esse.

Alicui jurare, pro In nomen alterius. Plin. in Paneg. cap. 68. Scis tibi ubique jurari, quum ipse juraveris omnibus.
Jurare per plures deos. Cic. pro Rabir. Post. 36. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiam si per plures deos juret, non oportet.
Per caput hoc juro. Virg. 9. Æn. 300.
Per sidera juro. Virg. 6. Æn. 458.
In aliquem jurare, i.e. In perniciem alicujus conjurare. Ovid. 10. Epist. 117.

In me jurarunt somnus, ventusque, fidesque.

In facinus jurasse putes. Ovid. 1. Met. 242.
Jurare in leges alterius, i. e. Jurare se servaturum leges alterius. Auctor de Viris Illust cap. 62. pr. Cic. pro Cluent. 91. Multam petivit, qua lege? quod in legem non jurasset: quæ res nemini unquam fraudi fuit. Sic 2. de Finib. 55.
Jnrare in litem. Cic. pro Rosc. Com. 4. Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet?
Jurare in verba aliqua. Cæs. 1. Bell. Civil. 76. Princeps in hæc verba jurat ipse, ad idem jusjurandum adigit Afranium.
Jurare in verba alterius, Sacramentum dicere alicui, Obsequium jurare. Liv. 28. 29. extr. Citati milites nominatim, apud tribunos militum in verba P. Scipionis jurarunt. Hor. 1. Epist. 1. 14.

Nullius addictus jurare in verba magistri.

Jurare in se. Liv. 2. 45. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat
Fœdus jurare, V. in Partic. JURATUS.
Jusjurandum jurare. Cic. 5. Fam. 2. Magna voce juravi verissimum pulcherrimumque jusjurandum. &c.
Jurare morbum, Jurare se male valere, & morbo laborare. Cic. 1. Att. 1. Qui denegat, & juravit morbum, & illud suum regnum judiciale opposuit. i. e. Valetudinem, & simul juris civilis occupationem excusavit.
In rem jurare dicitur aliquis, quum de re in judicium deducta: In personam, quum de persona sua jurat. Non potest facilius dari exemplum quam ex textu l. 1. §. 1. D. Quarum rerum actio non datur. *Jurer de la chose dont est question, ou de sa personne.*
Jurare de persona. *Jurer de son fait, & de ce qu'en peut affirmer la personne qui preste le serment.* Ulpian. l. 1. D. qua. re. act. non datur.
Jurare in rem. *Jurer ou prester le serment de ce dont est procez simplement, non de son fait seulement.* Ulpian. l. 1. D. qua. re. act. non dat.
Jurarunt inter se, pro Conjurarunt. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Jurarunt inter se Barbaros necare omnes medicina.
Jurare ex sui animi sententia, Ex vero animi sensu. Cic. 4. Acad. 147.
Jurandi formula juris. Ovid. 21. Epist. 133. i. e. Formula jurisjurandi.

**Jurans**, Partic. [ὀμνύων] ut, Falsa jurans. Ovid. 13. Met. 50.
Verba jurantia, Jurationis. Ovid. 21. Epist. 143.

**Jurātus**, a, um. Partic. [ὁρκωτὸς, ἐνώμοτος] Qui juravit. Cic. pro Cæcin. 3. Si enim sunt viri boni, me adjuvant, quum id jurati dicunt, quod ego injuratus insimulo. Fidem jurata fefellit. Ovid. 3. Amor. 3. 1. Juratus est mihi, pro Juravit. Plaut. Rud. 5. 3. 17.

— non tu juratus mihi es?
L. Juratus sum, & nunc jurabo.　　Lucan. 8. 219.
— si fœdera vobis
Prisca manent, mihi per Latium jurata Tonantem.　　i. e. Quæ mihi per Jovem Latialem juravistis.

Juratissimus auctor, Litteratus, & quasi jurejurando doctissimus affirmatus. Plin. in præfat. operis. Vel, Juratissimus (ut alii quidem exponunt) Fidelissimus, & cui maxime credi oporteat. Translatum a testibus, quibus nisi juratis non creditur. Alii sic, Juratissimos Plinius appellat eos, Quibus maxime omnia credenda fuerint & commendanda: vel Quibus facile omnia credas. [ En verba Plinii, Scito enim, conferentem auctores me deprehendisse, a juratissimis & proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos. Harduinus exponit. Qui sua se scribere quovis sacramento jurarent. Furacissimis legit Rhenanus. Mallem Ab ingratissimis, si quid mutandum putarem.
Juratus, passive: ut, Bellum juratum. Sil. lib 11. 145.
Fœdus juratum Jovi. Sil. lib. 1. 9. conf. paulo ante ex Lucan.
Numina jurata dicuntur, Per quæ juratum fuit. Ovid. 2. Epist. 23.
Senatus juratus, Judices jurati. h. e. Jurejurando confirmatus. Plin. lib. 7. cap. 34. Cic. 4. Acad. Quæque jurati judices cognovissent, &c. conf. INJURATUS.

**Jurato**, Adv. Paulus in l. Qui. D. Qui satis. cog. Qui jurato promisit judicio sisti, non videtur pejerasse si ex concessa causa hoc deseruerit.

**Jurandus**, a, um. Partic. Hor. 2. Epist. 1. 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

**Jurandum**, i. n. [ὁρκωμόσιον] Idem quod Jusjurandum. Plaut. Cist. 2. 1. 19.

Haud metuo ne jurandum nostrum quisquam culpitet.　　In emendatis codd. legitur Jusjurandum. Sed alterum illud exhibent v. 26. ejusdem Scenæ,

Abi quærere, ubi jurando tuo satis sit subsidii.

**Juratio**, ōnis. f. Actus jurandi. Macrob. Saturn. 1. 6. Verba jurationis concipit. Tertull. de Idol. cap. 21. Cum te alius per Deos suos obligat juratione. Augustin. de Civ. Dei, 16. 32. Juratione Dei firmata promissio.

**Jurātor**, ōris. m. [ὁρκωτής] Sen. de morte Claud. pr. Quis unquam ab historico juratores exegit? i. e. Testes juratos. Rhenan. & Junius disjunctim legebant Jurato res. Sed V. Gruteri not.
Falsus jurator. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 19.
Juratores, per translationem Spectatores, & velut arbitri & censores fabulæ, quum proprie eo nomine intelligantur Censores, qui eum quem censebant, jurejurando adigebant. Qui autem juravit, Juratus dicitur: Qui ad jurandum adigit, Jurator dici videtur. Plaut. Pœn. prol. v. 58.

— nam argumentum hoc hic censebitur:
Locus argumento est suum sibi proscenium:
Vos juratores estis, quæso operam date.　　Turneb. Advers. 19. 12.

Adde Gronov. Obs. 4. 3.

**Juratōrius**, a, um. Adj. Cod. 12. t. 19. l. 12. pr. Cautio juratoria.

**Jurāmentum**, i. n. [ὁρκωμοσία] apud Senecam legitur lib. 2. de Clemen. 1. O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba principes regesque juramentum faciant. i. e. In cujus verba principes jurent. Hanc autem citationem e Seneca perperam esse relatam ostendit Vorst. de Susp. Lat cap. 22. Hac dictione usus est & Ulp. in l. 34. jusjurandum §. 5. Si de qualitate. D. de jurejur. Si de qualitate juramenti fuerit inter partes dubitatum. sicque in Florentinis libris legitur, inquit Budæus. Usus est & Ammian. 21. 9. V. Cellarii Antibarb. p. 67. & Cur. sec. p. 221.
Juramentum in litem est, Quod defertur a judice actori super æstimatione rei in judicium deductæ, ob contumaciam aut dolum rei non restituentis. *Le serment deferé par le juge sur la valeur de la chose demandée, pour la contumace ou dol du defendeur.*

**Jurejuro**, [ὁρκωμοτέω] āre. Idem quod Jurare, Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. Liv. 41. 19. extr. [ Nisi forte ἁπλῶς Jurarunt, vel potius Juraverunt, legendum est.

**Jurulentus**, V. JUS pro Liquore.

## J U S

**Jus**, juris. n. [ζωμὸς] Liquor eorum quæ coquuntur: & ad coquinariam pertinet. Plaut. Most. 1. 3. 120.

Itidem olent, quasi quum una multa jura confundit coquus.　Ter. Eun. 5. 4. 17.
Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent.　　Cic. 9. Fam. 20. In ea cœna coquus meus præter jus fervens nihil potuit imitari.

Vocare dicitur coquus in jus. Varr. 3. de R.R. cap. 17. Sic hos pisces nemo coquus in jus vocare audet. i.e. Nemo iis vesci audet. Budæus. Joco dictum videtur.

Jus conditum. Cic. 5. Tusc. 98. Quid victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus? ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat, Minime mirum, condimenta enim defuerunt.

Jus nigrum, quod Cicero ait in Lacedæmoniorum Phidittiis, cœnæ caput fuisse, a Græcis dicitur esse, qua in consuetudine αἱματία vocabatur. Ex quo suspicamur sanguine vel mixto vel incocto atrum colorem juris illius redditum fuisse, cujusmodi Jus botulorum videmus. Hoc autem in mensa Lacedæmoniorum erat præcipuum, ut senes eo cibo acquiescerent plerumque, ut ait Plutarchus, nec obsonium aliud desiderarent. Auctor Turnebus.

Male conditum jus. Hor. 2. Serm. 8. 69.

Tepidum ligurire jus. Hor. 1. Serm. 3. 81.

JUREUS, a, um. Adj. Quod ex jure fit. ut, Jurea placenta, quæ e jure tota constat. Plaut. Pers. 1. 3. 17.

Quasi juream esse jus decet collyricum. Subaudiendum est Placentam, quasi dicat ut Jus collyricum non liquidum sit neque macrum, sed tam crassum & concretum quam si e jure placenta fieret. Turnebus.

JURULENTUS, a, um. Adj. [ζωμώδης] Juris plenum. Cornel. Cels. lib. 2. cap. 18. Tum res eadem magis alit jurulenta quam assa: magis assa, quam frixa. Idem. 1. 6. Uti cibis variis minimeque jurulentis. Pro eo

JUSSULENTUS, a, um. Adj. formavit Apuleius in Magiæ Apol. p. 299. sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter (quisque piscium) assus aut jussulentus optime sapiat. [Nisi forte Jusculentus scribendum.

JURULENTIA, æ. f. Tertull. de Jejun. cap. 1. Siccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia.

JUSCUM, i. n. Idem quod Jus. Apul. 2. Met. Parabat juscum fartim concisum. Sed Elmenh. p. 117. Viscum legit. conf. JUSCELLUM.

JUSCULUM, i. n. [ζωμίον] dimin. Cato R. R. cap. 156. Postea inde jusculum frigidum sorbere.

JUSCELLUM, i. n. aliud dimin. Theod. Priscian. 2. 13. Juscellum Gallinarum. Apud Cœlium Aurelianum Viscellum perpetuo scribitur.

JUSCELLARIUS, i. m. [ζωμοποιός] Gloss. Gr. Lat.

JUSCELLATUS, a. um. Adj. E jusculo coctus. ut, Pullus juscellatus. Al. Viscellatus. V. Reines. Var. Lect. 2. 8. p. 198.

JUS, juris. n. [δίκη, τὸ δίκαιον] Actionum humanarum regula. Inter Jus & Æquitatem hoc interest; Jus est, Quod omnia recta & inflexibilia exigit: Æquitas est, Quæ de jure multum remittit. Donat. in Ter. Adel. 1. 1. 27. Ter. Heaut. 4. 1. 29.

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, atque æquum sciunt? Ulpian. l. 1. D. de justitia & jure, Nomen juris a justitia appellatum. Nam ut eleganter Celsus definit apud Ulpian. in l. eadem, Jus est ars boni & æqui.

Jus bonum, ut Cum bono jure. Plaut. Most. 3. 1. 129.

Nullum edepol hodie genus est hominum tætrius,
Nec minus bono cum jure, quam Danisticum.

Sine bono jure. Plaut. Bacchid. 4. 3. 2.

Sine modo & modestia sum, sine bono jure, atque honore.

Jus bonum dicis, oras, petis. Plaut. Stich. 5. 4. 55. Idem Epid. 1. 1. 23.
— te volo
Percontari, operam da, opera reddibitur tibi.
T. Jus dicis. h. e. Æquum est. Idem Rud. 4. 4. 108. Jus oras merum. Cic. 2. Philip. 72. Jus postulabas: sed quid ad rem? plus ille poterat.

Jure, ablativus, i. e. Merito. Ter. And. 2. 3. 20. Ut quum velit, tibi jure irasci non queat. Cic. 7. Verr. 19. Quamobrem jure in eum animadverteretur. Quod vulgo De jure dicunt.

Jure ac merito. Juven. 2. Sat. 34.

Jure damus pœnas. Ovid. 4. Trist. 4. 43.

Jure vel injuria. Ter. And. 1. 3. 9.

Quo jure, quaque injuria præcipitem me in pistrinum dabit. Cic. 4. Verr. 150. Non quæro jure, an injuria sint inimici.

Meo jure, tuo jure, suo jure. Ter. Adelph. 1. 1. 26.

Do, prætermitto: non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere. Verba sunt indulgentissimi patris.

Meo jure, tuo jure, suo jure, verba sunt apud doctos frequentissima, sed certæ cujusdam significationis. Est enim Meo jure aliquid agere, facereve, idem quod Mea facultate, vel auctoritate, vel concessa mihi omnium consensu, libertate & potestate. Cic. 2. de Orat. 294. Duo illa quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo jure sumo. Idem pro Marcell. 6. Maximam vero partem quasi suo jure Fortuna sibi vendicat: & quicquid est prospere gestum, id pæne omne ducit suum. Ac si diceret, Nemo unquam fortunæ in bello non primas detulit partes. Hæc ex Budæo. Cic. 3. Att. 2. pr. Itineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo jure diutius esse possem, quam in fundum Sicæ.

Optimo jure, vel Optima conditione prædia; i. e. ut loquimur, Quæ multa privilegia habent. Cic. 3. pro Lege Agr. 7. Optimo enim jure ea sunt profecto prædia, quæ optima conditione sunt.

Complecti aliquem æquo jure. Tacit. 2. Ann. 82.

Hoc jure sunt Siculi: h. e. Hanc juris & æquitatis rationem & habent, & observant. Cic. 4. Verr. 32. Siculi hoc jure sunt, ut quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus. [Subaudi, Populi Ro. concessu.

Jus est facere, vel faciendi. Ulp. in l. Uti frui. D. Si usufructus petatur, &c. Negavit jus esse utendi fruendi fructuario: vel sibi jus esse prohibendi. Paul in l. 3. D. De servit. urb. præd. Ne jus sit vicino invitis nobis altius ædificare.

Jus, est Quod vel natura, vel civitas, vel populus, vel gens, vel consuetudo jubet. Plaut. Epid. 3. 4. 86.

Atque me minoris facio, præ illo, qui omnium
Legum, atque jurium fictor, conditor, cluet Paulus l Jus pluribus, De Just. & jur. Jus pluribus modis dicitur: uno quidem modo id quod semper æquum ac bonum est, jus dicitur, ut est jus naturale. Altero modo quod omnibus aut pluribus in quacunque civitate utile est: ut est jus civile. Et paulo post. Alia significatione jus dicitur locus in quo jus redditur, appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit: quem locum determinare hoc modo possumus, ut ubicunque Prætor salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit, is locus recte jus appelletur. Hactenus Paulus. Exempla V. deinceps.

Adjutorium juris. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Cunabula juris. V. Cunabula, in CUNÆ.

Expers juris gens. Sen. Troad. 12.

Fiducia juris. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Forma juris. ut, Contra juris formam facta pactio. Ulpian. in l. Jurisgentium. §. Si pacifcar. D. De pactis.

Inscitia juris. Hor. 2. Serm. 2. 131.

Interpretes juris. Cic. pro Cæcin. 70.

Nodos juris solvere. Juven. 8. Sat. 50.

Nundinatio juris. V. NUNDINÆ.

Peritus juris legumque. Hor. 1. Serm. 1. 9.

Servitus juris. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Studium juris. Quintil. lib. 2. cap. 8.

Accretionis jus, Quod alicui rei ita accrescit, ut pars ejus esset, cujus totum sit. Sigon. de Jud. 1. 4.

Applicationis. Cic. de Orat. 1. 177.

Captivitatis. Sigon. de Jud. 1. 4.

Ælianum. Quod continebat actiones quas S. Ælius composuerat. Pompon. l. 2 § 7. D. de O. J.

Civile jus. Ulpian. l. Jus civile. D. de Justitia & jure, Jus civile est quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei servit. Itaque quum aliquid addimus vel detrahimus, juri communi, jus proprium, id est jus civile efficimus. Papin. l. Jus autem, illo titulo, Jus autem civile est quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, auctoritate prudentum venit.

Civile Papirianum (inquit Pompon. in l. 2. §. 7. D. de Origine juris) dicitur non quia Papirius de suo quicquam ibi adjecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit.

Civile jus qui contemnendum putat, is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæque communis. Qui autem interpretes juris vituperat, si imperitos juris esse dicit, de hominibus non de jure civili detrahit. Cic. pro Cæcin. 70.

Civile jus amplecti. V. AMPLECTOR.

Civilia jura. Hor. 1. Serm. 9. 39.

Civica jura. Hor. 1. Epist. 3. 23.

Clientelare. V. CLIENS.

Conjugialia jura. Ovid. 6. Met. 536.

Connubialia. Ovid. 6. Epist. 41.

Constitutum moribus jus, est Jus non scriptum. Julian. in l. De quibus. D. de Legibus, Inveterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur: & hoc est jus quod dicitur moribus constitutum.

Famularia jura dare. i. e. Leges serviles, quibus monstratur ut servos oporteat obedire. Ovid. 15. Met. 597.

Gentium jus, ut inquit Ulpian. in l. 1. D. de Justitia & jure, est Quo gentes humanæ utuntur: quod a naturali recedere inde facile intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit: veluti, ut inquit Pomponius l. sequenti, erga deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus. Liv. lib. 5. 27. Jus humanum vocat. Caius in l. Omnes. D. de justitia & jure, Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturque jus gentium: quasi quo jure omnes gentes utuntur.

Commune Gentium jus. Lactant. Divinar. Instit. Epit. cap. 4. H. St.

Genialia jura, Connubium. Stat. 3. Silv. 3. 109.

Honorarium jus, est Viva vox juris civilis, ut ait Marcian. l. Nam & ipsum. D. de justitia & jure. V. Prætorium jus.

Imperatorium jus. V. IMPERO.

Incorporale jus. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Italicum jus, de quo passim in Pandectis, tit. de censib. nihil aliud est quam Immunitas a tributis. Posteaquam enim Italiæ solum immune factum est, provinciale autem tributarium, multæ civitates in provinciis jus Italicum impetravere, ut coloniæ, quæ jus erant Italici, quas plurimas jurisconsulti commemorant in titulo de censibus. Ex Turnebo.

Legitimum jus. V. LEX.

Mancipii jus, est Jus dominii emptione acquisiti. Sigon. de Jur. Civ. 1. 11.

Maritale, a Romulo concessum marito in uxorem, si pudicitiam violasset & vinum bibisset, horum convictam pro arbitrio punire, ubi causam cum propinquis cognovisset. V. Gell. 10. 23.

Municipale jus. V. post MUNUS.

Naturale. Ulpian. in l. 1. §. Jus naturale. D. de Justitia & jure, Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam Jus istud non solum humani generis proprium est, sed & omnium animalium quæ in terra, quæ in mari nascuntur, avium quoque commune est. Hinc descendit maris atque feminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam bestias istius juris peritia censeri.

Obscurum jus. V. OBSCURUS.

Oppidanum jus. V. OPPIDANUS.

Ordinarium, opponitur Cognitioni. Suet. Claud. cap. 15. conf. Tiber. cap. 31. V. Salmas. de Modo usurar.

Pleno jure, vide Plena proprietas, in PLENUS. H. St.

Pontificium jus. V. Pontificium, in PONTIFEX.

Precarium jus. Tacit. de German. 44.

Prætorium. Papinianus, l. jus autem. D. de justitia & jure, Jus prætorium est quod Prætores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ab honore Prætorum sic nominatum.

Privatum jus, est (inquit Ulpian. in l. 1. §. hujus studii. D. de justitia & jure) Quod ad singulorum utilitatem pertinet. Et paulo post, Privatum jus autem tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

Proprium. Caius in l. omnes. D. de Justitia & jure, Quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est: vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis.

Publi-

Publicum. Ulpian. de justitia & jure, l. 1. Jus publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat. Jus publicum videtur esse idem quod Jus proprium, apud Ter. in Phorm. 2. 3. 65.
Ha ha he, homo suavis. D. quid est? num iniquum postulo?
An ne hoc quidem ego adipiscar, quod jus publicum est?
Sacratum, inquit Turnebus, Quod sacramenti militaris religione teneri videbatur: nam jurejurando sacrabatur, id est fide. Cic. 3. Off. 98. ex Pacuvio:
Fide sacratum jus perpetuo falleret. Virg. 2. Æn. 157.
Fas mihi Graiorum sacrata resolvere jura.
Sacrum, publicum, privatum jus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Signata jura sequi. Lucan. lib. 3. 302.
Singulare jus est, Quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est. Paulus l. jus singulare. D. de Legibus.
Summum jus, est quod Jurisconsulti Strictum jus vocant. Cic. lib. 1. Off. 32. Existunt etiam sæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione: Ex quo illud, Summum jus, summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. Idem 7. Verr. 4. Non agam summo jure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. V. Agere summo jure, in AGO.
Summo jure experiri. Cic. pro Quint. 38. Si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur?
Summo jure contendere. V. CONTENDO.
Triste sepulchri. Ovid. 13. Met. 472.
Varium jus. Cic. pro Cæcin. 69. Deinde si de jure vario quippiam judicatum est, non potius contra Jurisconsultos statuunt, &c. [i.e. Quocunque.
Vetustum jus. Tacit. 4. Ann. 26.
Anceps jus. Hor. 2. Serm. 5. 34.
Honesti juris servator metus. Claud. 1. in 1. Conf. Stil. 163.
Improba jura. Sil. lib. 17. 620.
Inclita jura. Sen. Troad. 7.2
Injustum jus. Ovid. ad Liv. 44.
Venerabile jus. Stat. 5. Silv. 1. 115.
Abire a jure. Cic. 4. Verr. 31.
Adire in jus. V. ADEO.
Adolescit jus. Tacit. 4. Hist. 48. Pravo certamine legatorum jus adolevit.
Agere jure. Lucret. lib. 3. 976.
Agere pro suo jure. Ter. And. 1. 1. 27.
Assuetus in jura. V. ASSUESCO.
Calcati juris nulla restant vestigia. Claud. 2. in Eutrop. 348.
Callere jura. V. CALLEO.
Cedere de suo jure. V. CEDO.
Cedere jus. V. CEDO.
Comparari. ut, Jus a majoribus nostris ita comparatum est, ut civis Roman. libertatem nemo possit invitus amittere. Cic. pro Domo 106.
Competebat stricto jure. Jabolen. in l. Pannonius Avitus. D. de acquir. hæred.
Concurrere de jure. V. CONCURRO.
Condere nova jura alicui. Ovid. Rem. Amor. 465.
Confringere jura. V. CONFRINGO.
Constituere jura. Lucret. lib. 5. 1143.
Constituere jus in verbis. V. CONSTITUO.
Consulere jus. Liv. 39. 40. Idem, posteaquam ad magnos honores pervenit, summus imperator: idem in pace, si jus consuleres, peritissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus.
Consulere aliquem juris. Ovid. 20. Epist. 30.
Consultoque fui juris Amore vafer. Ordo videtur, Consultoque amore, juris vafer fui. i. e. Peritus.
Convenire aliquem in jus. V. CONVENIO.
Decurrere ad extrema & inimicissima jura, Cic. pro Quint. 48. Est Summo jure uti, sive rigore juris.
Dare jus. Cic. 2. de Legib. 31.
Deducere in jus. V. DEDUCO. V. JUS pro ipso judicio.
Dicere jus, est Præesse juri dicendo, & legibus gubernare, ac justitiam ministrare. Plaut. Bacch. 3. 3. 43. Itur illinc jure dicto. Liv. 2. Sit summa in jure dicendo severitas. Cic. 1. Q. frat. 1. Cum jure dicundo conventus circumiret. Suet. Cæs. cap. 7.
Educere in jus. Cic. 5. Verr. V. JUS pro ipso judicio.
Experiri summo jure. Cic. pro Quint. 58.
Exsequi armis jus suum. Cæs. 1. de Bell. Gall. 4.
Facere jus dicitur, Quod juris atque legis vim habet. Ulpian. in l. non ambigitur. D. de Legib. Non ambigitur Senatum jus facere posse. h. e. Senatusconsulta pro lege haberi. Verbum est jurisperitis notum.
Facere jus ense. Lucan. 3. 821.
Ferre jus in armis. Liv. 5. 36.
Firmare jus. Tacit. 4. Ann. 11.
Imminuere jus, vel violare. Cic. pro Rosc. Amer. 109.
Inflectere jus gratia. V. INFLECTO.
Infringere jus alicujus. Tacit. 4. Ann. 19. Nec infringendum Consulis jus.
Intercedit homini cum genere humano quasi jus civile. V. INTERCEDO.
Migrare communi jure. V. MIGRO.
Mutare jus. V. MUTO.
Novatum jus naturæ. Ovid. 4. Met. 279.
Obrutum vi jus. Paterc. lib. 2. 3.
Obterere jura. V. OBTERO.
Obtinere jus suum contra aliquem. Cic. pro Quint. 34.
Orare jus. Plaut. Trin. 5. 2. 37. Jus hic orat. V. Jus bonum &c.
Persequi jus suum. Cic. pro Cæcin. 8.
Pervertere jus. Cic. 1. Off. 26.
Postulare jus. Liv. 5. 36.
Petere jus ab aliquo judice, est In ejus esse jurisdictione. Budæus.
Petere jus. Plaut. Pseud. 5. 2. 16. Jus petis, fateor, i. e. Æquum est. V. Jus bonum dicis, &c. supra.
Petere jus e cælo, i. e. Judicium divinum exspectare, & in id intentum esse. Sic Curt. lib. 5. 7. 8. Unde tot gentes ante jura petebant. Budæus.
Petere jura in Bæticam. V. Ad Seras aliquid petere, in AD præposit.
Perdiscere jura benevolentiæ. V. PERDISCO.
Proditum est hoc juris a majoribus, &c. Cic. pro Domo.
Reddere jus Prætor quoque dicitur, etiam quum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorem facere convenit. Paulus in l. jus pluribus. D. de justitia & jure. V. REDDO.
Rumpere jus gentium Liv. 4. 17.
Resolvere jura pudoris. Virg. 4. Æn. 27.
Respondere jus. Cic. 1. de Orat. 198. vel De jure. Subaudi Controverso. Idem ibid. 2. 142.
Sum. ut, Esse sui juris. Sen. Epist. 11. V. JUS pro Potestate.
Pari jure esse cum aliquibus, pro In ordinem redigi. Tranquillus Sueton. Budæus. [In Suet. Aug. cap. 56. legitur, Amicos ita magnos & potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri. Forte Bud. Cum ceteris legebat. Nec est id tamen In ordinem redigi, quod de Magistratibus dicebatur, per licentiam inferiorum quasi potestate exutis. Vivere æquo jure cum ceteris, est apud Liv. 21. 3. extr.
Stare jus ab aliquo. Liv. 21. 10. Vicerunt ergo dii hominesque: & id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset; eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.
Sumere jus ab aliquo. Quintil. lib. 1. cap. 4. Non propter historias modo, sed verba, quæ frequenter jus ab auctoribus sumunt.
Tenere jus suum. Cic. pro Cæcin. 74.
Transire jus ad aliquem dicitur. Quintil. lib. 5. cap. 10. Quia ad illum jus, ad hunc res transeat.
Jus, pro Potestate. Plin. lib. 2. cap. 7. Imperfectæ vero in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidem posse omnia, &c. nullumque habere in præterita jus, præterquam oblivionis. Budæus.
Habere jus in aliquem. Lucan. lib. 9. 890.
Habet jus abdicandi. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Petit jus & moderamen equorum. Ovid. 2. Met. 48.
In jus potestatemque alicujus venire, dixit Livius.
Concedere in jus, ditionemque alicujus. Liv. 36. 14. Ita Athamania omnis in jus, ditionemque Philippi concessit.
Jus & arbitrium alicujus esse aliquid. Liv. Quæ ex his habere victori, quibus mulctari eos velit, ipsius jus atque arbitrium esse.
Juris sui esse, ac mancipii: i. e. Sui arbitrii, & nemini parère, Cic. 16. Fam. 7. Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet ut illo prohibito, rogaremus alterum, qui se reponi in ejus locum pateretur? an ut esset sui juris ac mancipii Respublica? conf. Sen. supra.
Jus etiam vocatur, Quod vim habet sanctionis & legis. Cic. 3. de Legib. 61. citans verba XII Tab. Quod is qui bellum geret, imperassit: jus ratumque esto. Ulpian. l. 3. D. de leg. Non ambigitur Senatum jus facere posse. i. e. Senatusconsulta omnes tenere, qui Romano imperio parent.
Jus est, quod jus facit, vide in fine col. præcedentis. H. St. V. Facere jus supra.
Jus pro Ipso judicio, vel Loco judicii. Ter. Phorm. 5. 7. 43. In jus ambula. P. in jus? Donatus, Ad judicium eamus scilicet: nam Jus pro Loco est. Cic. Quin te in jure conspicio. Idem 1. de Orat. 173. Nam volitare in foro, hærere in jure, ac Prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire.
Adducere aliquem in jus. Cic. pro Quint. 33.
Procurrunt in jus. Hor. 1. Serm. 7. 20.
Rapere aliquem in jura. Hor. 2. Serm. 3. 72.
Vocare in jus. Cic. pro Quint. 61. & 4. Verr. 187.

JURISPRUDENTIA, æ. f. (inquit Ulpian. in l. justitia. D. de justitia. & jure) est Divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.

JUSJURANDUM, jusjurandi, &, jurisjurandi. n. [ὅρκος, ὅρκιον, ὁρκωμοσία] est Affirmatio religiosa, ut ait Cic. 3. Off. 104. Plaut. Pseud. 1. 2. 63. Qui item ut nos, jurejurando malo quærunt rem. Al. Jurando jure. Cæs. 1. Bell. Civil. 76. Sic terror oblatus a ducibus, crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi, spem præsentis deditionis sustulit. Cic 3. Off. 111. Nullum enim vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.
Solenne jusjurandum. Tacit. 16. Ann. 22.
Jusjurandum in litem. V. Juramentum, in JURO.
Accipere jusjurandum. V. ACCIPIO.
Accommodare jusjurandum. V. ACCOMMODO.
Addicere aliquem ad jusjurandum. V. ADDICO.
Adigere jurejurando, sive ad jusjurandum. V. ADIGO. Cæs. 1. Bell. Civil. 67.
Adactum jusjurandum. Ulpian. in l. Juris gentium. §. item si quis. D. de pactis, Nec jusjurandum de hoc adactum, ne quis agat, servandum Marcellus scribit.
Alligavit fidem jurejurando suam. Sen. Troad. 6.
Concipere jusjurandum. Tacit. 4. Hist. 41. Senatus inchoantibus primoribus jusjurandum concepit.
Concipere verba jusjurandi. Tacit. 4. Hist. 31. extr. Et quum cetera jusjurandi verba conciperent, &c. [Jurisjurandi H. St. Sic & in emendatis codd.
Condere jusjurandum. V. CONDO.
Conservare jusjurandum. V. CONSERVO.
Dare jusjurandum. Cic. 3. Off. 112. Juravitque se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum dedisset, se patrem missum esse facturum.
Deferre jusjurandum. Quintil. lib. 5. cap. 6. ad fin.
Exigere & reddere jusjurandum. Liv. 32. 5. pr. Itaque & in Achaiam legatos misit, simul qui jusjurandum in verba Philippi exigerent, simul qui redderent Achæis. [Immo Orchomenon &c. Posterius colon male avulsum a seq. Has enim urbes Reddi sibi postulabant Achæi.
Firmare jurejurando. Cic. 2. de Legib. 16. Quum intelligat quam multa firmentur jurejurando, &c. quamque sancta sit societas civium inter ipsos, diis immortalibus interpositis, tum judicibus, tum testibus.
Gratiam facere jurisjurandi. H. St. Est apud Suet. in Tiber. cap. 35. pr. Est quod vulgo dicitur Relaxare vel Dispensare a juramento. conf. Remittere paulo infra.
Interponere jusjurandum. V. INTERPONO.
Negligere jusjurandum. Cic. de Arusp. Resp. 36.
Obstringere aliquem jurejurando. Hor. 2. Serm. 3. 179. V. OBSTRINGO.
Offerre jusjurandum. V. OFFERO.
Offerre & deferre jusjurandum. Quintil. lib. 5. cap. 6.

Præ-

Præstare jusjurandum. H. St. Non ex antiquo, puto, auctore ullo.
Remittere jusjurandum de calumnia parentibus & patronis. Paul. in l. de die. §. ult. D. qui sat. cogant.
Stare alieno jurejurando, quam suo mavult. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Violare jusjurandum, i. e. Fidem jurisjurandi. Cic. 3. Off. 104.
Jusjurandum Romanorum per suam bonam fidem. Vide FIDES. H. St.

JURISDICTIO, ōnis. f. [διοίκησις] Facultas atque potestas juris dicendi. Sunt qui scribant Jurisditio. Cic. pro Flacc. 6. Præturæ jurisdictio, res varia & multiplex ad suspiciones & simultates, non attingitur. Idem 1. Q. frat. 1. 17.
Libera jurisdictio. V. Suet. Calig. cap. 16.
Abrogare jurisdictionem. V. ABROGO.
Conficere jurisdictionem. Cic. 2. Fam. 13.
Intermittere jurisdictionem. Cic. de Arusp. Resp. 55.
Jurisdictiones meridionales. Plin. lib. 5. cap. 28. Legitur alias Mediterraneas. Hic sunt Juridici conventus. V. CONVENTUS.

JURISCONSULTUS, & JURECONSULTUS, i. m. [νομικὸς] Interpres juris, sive legum. Valla, Alterum quoque compositum (si compositum est) Jurisconsultus, quod etiam dici solet Jureconsultus. Cic. 2. de Legib. 48. Sed Jurisconsulti, sive erroris objiciendi causa, &c. V. CONSULO.
Consultus juris. Hor. de Arte Poet. 369. [Unde liquet divise rectius scribi.

JURISPERITUS, JUREPERITUS, JURISPRUDENS, in nonnullis Lexicis habemus, sed perperam; nam vix inveniuntur nisi disjunctim. Sic Cic. pro Cluent. 107. Quis jure peritior? Idem de Clar. Orat. 81. Fabius juris bene peritus. Claudian. in Eutrop. 2. 347.
— prudensque movendi Juris. [Sic & Juris vel Jure consultus Juris dictio, & Juris prudentia & ipsum quoque Jus jurandum divise scribendum arbitror, eoque maxime argumento moveor, quod particulam *que* haud raro vett. interponunt.

JURĬDĬCUS, a, um. Adj. [ἔνδικος] Quod secundum jus est: unde Juridicus dies, Quo rite jus dici potest: & Juridica actio, quæ secundum jus est. Dicitur & Quod jus reddit. Plin. lib. 3. cap. 1. Juridici conventus ei quatuor. i. e. In quibus jura redduntur.
Dies juridicus, & Actio juridica, apud JCtos.

JURIDĬCUS, i. m. [δικαιοδότης] ut, Flentes Eurydicen juridici sedent. Sen. Herc. fur. v. 581.

JURIDICĪNA, æ. f. Tertull. de Pall. cap. 3.

JURIDICIĀLIS, e. Adj. [δικαιολογικὸς] Cic. 1. de Invent. 14. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberativam, demonstrativam, juridicialem, negotialem. Quintil. lib. 3. cap. 8. Juridicialis status.

JUSCULUM, cum deductis ab eodem, V. JUS pro Liquore.

JUSSUS, Partic. a Jubeo: & JUSSUM, jussi. V. JUBEO.

JUSTUS, a, um. Adj. [δίκαιος] Qui præcepta juris servat: nam a Jure dicitur. Plaut. Pseud. 1. 3. 72.
Non est justus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. [i. e. Verus.
Arma justa movere. Ovid. 2. de Arte Am. 398.
Bella justa gerere. Ovid. 8. Met. 58.
Justa causa. Cic. 4. de Fin.
Causa justissima. Ovid. 1. de Pont. 5. 25.
Dissidia justa: h. e. Æqua & jure facta. Cic. de Amicit. 80. Magna etiam dissidia, & plerumque justa nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur.
Honores justi ac debiti, Jure ac merito collati. Cic. 3. in Catil. 23. Nam multi sæpe honores diis immortalibus justi habiti sunt, ac debiti, sed profecto justiores nunquam. De Supplicatione decreta.
Litem justam intendere. Lucret. lib. 3. 963.
Oculi. Ovid. 13. Met. 70.
Aspiciunt oculis superi mortalia justis.
Potestas justa. Hor. 2. Serm. 7. 63.
Preces justæ. Ovid. 3. Met. 406.
Querela justa. Ovid. 4. de Pont. 3. 22.
Servitus justa, In qua nihil iniquum jubetur, inquit Donatus. Ter. And. 1. 1. 9. [Iniquum hic Durum accipe.
Vir justus & tenax propositi. Hor. 3. Carm. 3. 1.
Justi dies auctore Macrobio Sat. 1. 16. dicebantur Continui XXX dies, quibus exercitu imperato vexillum ruffi coloris in arce positum erat. Erant & Justi dies, XXX dies, qui concessi æris & debiti damnatis conquirendæ pecuniæ causa dabantur lege XII Tab. auctore Gell. lib. 19. cap. 1.
Dies justi sic apud Cic. 2. de Legib. 22. Præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.
Justus, Mediocris, inquit Perottus. Unde, Justam magnitudinem alicujus rei dicimus, quum nec debita minor est, nec modum excedit. Plaut. Mil. 3. 1. 50. Et meæ orationis justam partem persequi.
Annos justos peragere. Ovid. 10. Met. 36. i. e. Justàm ætatem attingere.
Magnitudo justa, justa Mensura; h. e. Æqua, & quæ neque major, neque etiam minor est quam debeat. Plin. lib. 10. cap. 53. Post solstitium nata non implent magnitudinem justam.
Pondus. Ovid. 2. Met. 163.
Utque labant curvæ justo sine pondere naves.
Tempus justum pugnæ. Virg. 10. Æn. 11.
Justus, pro Magno: unde dicimus Justam rem, h. e. Magnam: quemadmodum & Bonam partem, & Justam partem, Magnam partem. Et, Bene doctus, pro Valde. Plin. in præf. 8. Opere justo temporum nostrorum historiam orsi. Sic, Justum prælium, Justum exercitum, historici dicunt, i. e. Magnum. Asconius, Justas inimicitias, pro Magnis, apud Ciceronem exposuit. [Immo posteaquam in 3. Verr. 15. Justas inimicitias exposuisset de Cæcilii commentitia simultate, subjicit, An Justas inimicitias magnas dicit? ut e contrario Virgilius:
Injusto sub fasce viam dum carpit. Hæc Ascon. Justum antiqui vocabant, quod nunc Formale, vel In omni forma dicimus. Sic Justæ inimicitiæ, sunt Palam declaratæ, Justum bellum vel Prælium quod Plenarium barbare dicitur, & opponitur Latrocinio illud, hoc Levi prælio. At Justa uxor, quæ Pleno uxoris jure fruitur, Justa statura, quæ ad plenum humanæ staturæ modum pervenit. Ita nec in seq. exemplis eodem modo, sed varie exponi idem Epitheton debet, prout alii atque alii solitario nomini jungitur.
Justum prælium, cui Levia prælia opponuntur. Liv. 39. 2. Deinde eos qui in montibus erant adortus, primo levibus præliis fatigavit: postremo coactos in aciem descendere, justo prælio devicit. Justo pro Pleno intelligo, inquit Budæus: i. e. Quod vere & proprie prælii nomine censeri possit. Sic lib. 26. 3. extr. de Fulvio perduellionis reo, Prius quam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exulatum Tarquinios abiit: id ei justum exilium esse scivit plebs. i. e. Plebs decrevit spontaneum exilium Fulvio plenum & verum esse, aut pro pleno & legitimo cedere. Justum enim est omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβὲς dicunt. Hactenus Budæus.
Acies justa. Quintil. lib. 1. cap. 10. V. ACIES.
Justus filius, pro Vero. Unde apud Jurisconsultos, Qui filium adoptat, interrogatur an velit eum quem adoptat, justum sibi filium esse. i. e. Verum filium. Budæus contra, Hæc dictio Justus apud Jurisconsultos frequens, non satis, ut arbitror, intelligitur. Caius in l. 2. D. de adoptionibus, de arrogatione loquens, Is qui adoptat, inquit, rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse. Justum intelligo non Verum, ut aliqui censent: sed Omnibus partibus, ut ita dicam, filiationis veri filii vicem obtinentem, naturalis & legitimi filii loco sedentem.
Dominus justus. h. e. Verus: cui contrarius est Alienus. Cic. 1. Off. 43. Quare L. Sulla & Caii Cæsaris pecuniarum translatio a justis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. [Hic pro Legitimo possessore, seu Jure possidente.
Hæreditas justa. Varro 2. de R. R. cap. 10. In emptionibus dominum legitimum sex fere res perficiunt, si hæreditatem justam adiit: si, &c. [Hic Justa est Jure debita. Aliter Justum justitium in JUSTITIUM.
Materfamiliâs justa, & Pellex, contraria. Liv. 39. 53. pr. Nam etsi minor ætate quam Perseus esset, hunc tamen justa matrefamiliâs, illum pellice ortum esse.
Justa uxore nati. Cic. 1. Tusc. 85. Metellus ille honoratus quatuor filiis, ac quinquaginta Priamus, quibus decem & septem justa uxore natis. [An, E quibus X & VII. justa uxore nati?
Miles justus, opponitur Servili. Liv. 24. 14. pr. Bona fortique opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum justi militis quicquam eis præter libertatem, deesse. de Volonibus Gracchi.
Operam justam reddere, i. e. Pensum, opus debitum & consuetum perficere. Columel. lib. 6. cap. 3. V. JUSTA, infra.
Testamentum justum dicitur, Quod est solenniter factum. Ulpian. in l. 1. D. de except. rei judicatæ.
Justum vadem, Idoneum sponsorem vocabant veteres, inquit Festus.
Justiore aliquo uti: h. e. Æquiore, faciliore, & tractabiliore. Cic. 1. de Fin. 2. Ut propemodum justioribus utamur illis qui. i. e. Videantur nobis justiores.

JUSTA, orum. n. pl. [συγκομίσματα] sunt Exsequiæ & Sacrificia quæ mortuis impenduntur, quod jure fierent his qui de nobis viventes bene meriti fuerant. Cic. pro L. Flacc. 95. Justa Catilinæ facta sunt. Ovid. 2. Fast. 569.
Hanc quia justa ferunt, dixêre feralia lucem. Hæc
Justa funebria. Liv. 1. 20. extr. Nec cælestes modo cærimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret.
Facere justa, in præcedentibus exemplis. Cic. 2. de Legib. 57.
Peragere justa. Plin. lib. 2. cap. ult. Eæ quum secutis diebus justa peragerent, invenisse dicuntur in sepulcro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam.
Persolvi justa patri. Sen. OEdip. 14.
Justis exsequiarum carere. Cic. 2. de Legib. 42. Non solum vita cruciati atque dedecore, verum etiam sepultura & justis exsequiarum caruerunt.
Justa funeri paterno solvere. Cic. pro Rosc. Amer. 24. Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri justa solvisset, nudum ejecit domo, &c.
Justa funerum rejicere. Cic. 2. de Legib. 67.
Reddere justa funeri. Plin lib. 10. cap. 2.
Justa hospitalia. Liv. Venientibus obviam cunctus Senatus egressus, justis omnibus hospitalibus, publicisque & privatis fungitur officiis.
Justa, pro Constitutis, quæ necessario præstari debent. Columel. lib. 11. cap. 2. Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorumque, sive putatio, sive alligatio sumenda est, quorum justa certa esse non possunt.
Justa facere. Columel. lib. 2. cap. 4. Tum etiam ratio rustici aggravatur exiguo operis profectu, justa enim fieri nequeunt quum induruit ager.
Ad justa perducere, i. e. Ad justum laborem, inquit Budæus. Columel. lib. 6. cap. 14.
Justa operum peragere. Columel. lib. 9. cap. 8.
Justa percipere. Columel lib. 1. cap. 8. Quærat, an ex sua constitutione justa percipiant. i. e. Si omnino habeant quod eis constitutum est, inquit Budæus.
Justa reddere, Opus debitum & consuetum perficere. Columel. lib. 2. cap. 8.
Justa exigere, inquit Budæus, est Summo jure agere cum aliquo.
Persequi & exigere justa. Columel. lib. 12. cap. 3.

JUSTO, ablativus n. sing. vice adverbii. Quintil. lib. 9. cap. 4. Membrum longius justo, tardum: brevius, instabile est. i. e. Justâ mensurâ.

JUSTE, Adv. [δικαίως] Jure, recte, legitime. Cic. 4. Fam. 2. At hoc ipsum, inquies, inique facis? immo justissime. Idem in Sallust. 1. Id vos si forte offendimini, justius huic quam mihi succensere debetis.
Juste & legitime imperare. Cic. 1. Off. 13.

JUSTĬTIA, æ. f. [δικαιοσύνη] est (inquit Cic. 5. de Fin. 65. Animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, societatem conjunctionis humanæ, munifice & æque tuens.
Aliquando pro Æquitate: ut Nepos Aristide cap. 2. Ejus æquitate factum est, cum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi transferretur ad Athenienses. Namque ante id tempus, & mari & terra duces

tes erant Lacedæmonii: tum autem intemperantia Pauſaniæ, & juſtitia factum eſt Ariſtidis, ut omnes civitates Græciæ ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent. Quo loco vides Juſtitiam appellari, quam ante Æquitatem vocaverat; eamque Intemperantiæ, hoc eſt, impotentiæ, ſævitiæ, atque ſuperbiæ opponi. Similiter Pro Clementia. Ter. Heaut. 4. 1. 33.

—nunc hoc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior;
Ut meæ ſtultitiæ in juſtitia tua ſit aliquid præſidii.

Sic, Juſta ſervitus & Clemens. Idem Andr. 1. 1. 9. Sic item Juſtitiam & Lenitatem, tanquam ſynonyma conjungit Cic. pro Marcel. 12.

Ordinata erat in XII Tabulis tota juſtitia. i. e. Juris ratio. Flor. 1. 24.

Cura juſtitiæ. Ovid. 20. Epiſt. 169.
Alienigena juſtitia. V. ALIENUS.
Inclita juſtitia, religioque ea tempeſtate Numæ Pompilii erat. Liv. 1. 18. pr. V. INCLITUS.
Potens juſtitia. Hor. 2. Carm. 17. 15.
Salubris juſtitia. Hor. de Arte Poet. 99.
Agitare juſtitiam. V. AGITO.
Colere juſtitiam. V. COLO.
Conſedit juſtitia in mente. V. CONSIDEO.
Juſtitia gentes frenare ſuperbas. Virg. 1. Æn. 523.
Temperare vires juſtitia. Ovid. 3. de Pont. 6. 24.

JUSTĬFĬCUS, a, um. Adj. [δικαιοποιὸς] Qui facit juſtitiam. Catul. Argon. 62. 406. Juſtifica mens deorum.

JUSTIFICO, āre.
JUSTIFICATIO, ōnis. f.
JUSTIFICATOR, ōris. m.
JUSTIFICATRIX, īcis. f.
} Voces apud Scriptores Eccleſiaſticos.

JUSTĬTIUM, i. n. Juriſdictionis intermiſſio. Liv. 26. 26. extr. Ac prope juſtum juſtitium omnium rerum futurum videbatur, donec Conſul ad urbem rediiſſet. i. e. Omnia acta publica eſſe ſuſpenſa. Gell. lib. 20. cap. 1. Velut quoddam juſtitium, id eſt juris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem. Ut dicitur Solſtitium. H. St.
Favere juſtitio, & omnium rerum licentiæ. Cic. 4. Att. 17.
Ferale juſtitium. Lucan. lib. 2. 17.
Triſti juſtitio clauſa fora. Lucan. lib. 5. 31.
Juſtitium edicere, & intermittere juriſdictionem. Cic. de Aruſp. Reſp. 55. Quæ ſunt occultiora, quam ejus, qui in concione auſus eſt dicere juſtitium edici oportere, juriſdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli?
Indicere juſtitium. V. INDICO.
Remittere juſtitium, ſicut Indicere juſtitium, teſte Budæo: apud Liv. 10. 21.
Servatum eſt juſtitium per aliquot dies. Liv. lib. 3. 5.

## J U T

JŪTURNA, Nympha Latina, ſoror Turni, a Jove vitiata, cujus meminit Virg. 12. Æn. 146.

Diſce tuum, ne me incuſes, Juturna, dolorem.

Item Fons, ubi ægroti bibere ſolebant valetudinis cauſa. Varr. de L. L. 1. 10.

## J U V

JUVAMEN, V. JUVO.
JUVENALIA, JUVENALIS. V. JUVENIS.

JŬVENCUS, i. m. [πόρτιξ] & JUVENCA, æ. f. [δάμαλις] a Juvando: Qui jam (ut ait Varro) ad agrum colendum juvare poſſet. Plaut. Truc. 2. 2. 64.

Vidi equidem juvencum ex indomito domitum fieri, atque alias belluas.

Al. Vidi equidem ex jumentis domita fieri.
Juvencus & juvenca. Varro 2. de R. R. cap. 5.
Fortes juvenci. Virg. 3. Georg. 50.
Laborifer juvencus. Ovid. 15. Met. 129.
Lunati fronte juvenci. Stat. 6. Theb. 267.
Petulans juvencus torva fronte. Sen. Hippol. 3.
Pulcher juvencus. Virg. 5. Æn. 399.
Rudes operum juvenci. Ovid. 1. Faſt. 83.
Torvus juvencus. Ovid. 10. Met. 237.
Conſueſcere juvencum aratro. V. CONSUESCO.
Disjungere feſſos juvencos. Ovid. 14. Met. 648.
Proſcindere terram validis juvencis. Virg. 2. Georg. 237.
Sociare juvencos impoſito aratro. Stat. 1. Theb. 132.
Corningeræ juvencæ. Ovid. 13. Met. 927.
Formoſa juvenca. Virg. 3. Georg. 219.
Nitens juvenca. Ovid. 1. Met. 611.
Juvencus, de Homine quoque juvene. Hor. 2. Carm. 8. 21.

Te ſuis matres metuunt juvencis,
Te ſenes parci, miſeræque nuper
Virgines nuptæ.

Porphyrius; Juvenci ergo non tantum Boves dicuntur, ſed Homines: quamvis in uſu ſit ut non niſi per diminutionem Juvenculos dicamus. Ovid. 5. Epiſt. 117.

Graja juvenca venit, quæ te, patriamque domumque
Perdat: io prohibe, Graja juvenca venit.

Juvencæ aves. Plin. lib. 10. cap. 53.

JUVENCŬLUS, i. m. dimin. [δαμάλιον] Catul. ad puerum, epigr. 22. 1. O qui floſculus es juvenculorum. Al. Juventiorum. V. Porphyr. in dict. præced.

JŬVĔNIS, is, m. & f. [νέος, νεαξ] a Juvando, quod ea ætas maxime ſit apta ad laborem tolerandum. Et a Juriſconſultis Juvenes dicuntur, Qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. Plin. lib. 7. cap. 36. Cornelia enim juvenis eſt, & parere adhuc poteſt.
Furor juvenum. Sen. Theb. 2.
Princeps juvenum. Ovid. 1. de Arte Am. 194.
Egregius juvenis. Virg. 5. Æn. 361.
Fervidi juvenes. Hor. 4. Carm. 13. 26. Sen. Hippol. v. 411.

— fervidos juvenes anus Tenebo.

Imberbis juvenis. Hor. de Arte Poet. 161.
Laudatus juvenis. Stat. 5. Silv. 1. 11.
Protervi juvenes. Hor. 1. Carm. 25. 2.
Valens juvenis. Ovid. 15. Met. 207.
Aſtringere juvenem. V. ASTRINGO.
Fieri juvenem. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Juvenis, adjective, pro Juvenili. Ovid. 7. Met. 295.

— & admonitus juvenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi.

Junior in comparativo facit. Columella Juvenior dixit lib. 9. cap. 11. de apibus, Juveniori examini ſolet accidere. Alia exemplaria habent Juniori. Plin. lib. 18. cap. 3. Juniorum familiæ bubulcum nominaverunt.
Toto junior anno. Hor. 2. Epiſt. 1. 44.
Juniores cervi. Plin. lib. 8. cap. 32.
Juvenis, de Ove. Columel. lib. 7. cap. 3. Femina poſt bimatum maritari debet, juveniſque habetur quinquennis.

JUVENĪLIS, e. Adj. [νεανικὸς, νεαρὸς] Quod ad juvenem pertinet: ut, Ætas juvenilis. Juvenile robur. Columel. lib. 4. cap. 3. Juvenilis ludus vel jocus. Liv. 1. & lib. 5.
Annis juvenilibus juncti. Ovid. 8. Met. 632.
Ardor juvenilis. Sen. Octav. 4.
Calor juvenilis. V. CALOR.
Carmina juvenilia. Ovid. 2. Triſt. 339.
Corpus juvenile. Virg. 5. Æn. 475.
Decus juvenile, Flos juventæ. Lucan. ad Piſon. 248.
Gratia juvenilis. Stat. 2. Silv. 2. 10.
Incœpta juvenilia. Ovid. 18. Epiſt. 35.
Opus nitidæ juvenile palæſtræ. Ovid. 6. Met. 241.
Vis juvenilis. Ovid. 12. Met. 461.
Læta & juvenilia luſi. Ovid. 5. Triſt. 1. 7.
Juvenilior. Ovid. 14. Met. 639.

Silenuſque ſuis ſemper juvenilior annis.

JUVENILĬTAS, ātis. pro Juventus; Antiquum. Varr. Tithono, Quam dereliquit multicupida juvenilitas. Ex Nonio 2. 418.

JUVENILĬTER, Adv. [νεανικῶς] More juvenum, quemadmodum & Pueriliter. Cic. de Senect. 10. Hic & bella gerebat, ut adoleſcens, quum plane grandis eſſet: & Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua molliebat.
Venatum in ſilvas juveniliter ire ſolebam. Ovid. 7. Met. 805.
Ingenio uti juveniliter. Ovid. 2. Triſt. 117.

JUVENĀLIS, e. Adj. [νεαρὸς] Idem quod Juvenilis. Plin. lib. 33. cap. 22. Quum C. Sulpicius Galba juvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, &c. Inuſitatum.
Dies juvenalis, Juvenili ætati peculiariter celebrandus. Sueton. in Caligula cap. 17. extr. Adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem.
Juvenalia, Ludi qui pro ſalute juvenum celebrantur. Inſtituit Nero, quum barbam poneret. V. Xiphil.
Ludi juvenalium. Tacit. 14. Ann. 15. ubi Lipſ. V.

JUVENESCO, [νεάζομαι] ēre. Juvenem fieri. Plin. lib. 21. cap. 11. Roſa & quinquennium perfert non reciſa, nec aduſta. Illo enim modo juveneſcit. Sic lib. 8. cap. 57. de gliribus, Rurſus æſtate juveneſcunt. Ovid. 3. Amor. 7. 41.

Illius ad tactum Pylius juveneſcere poſſet.

Vitulus juveneſcit in herbis. Hor. 4. Carm. 2. 55.

JUVENOR, [νεανίζω] āri. dixit Hor. in Arte Poet. 246.

Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam.

i. e. Juveniliter loquantur, aut laſciviant.
Νεανιεύεσθαι. Vide Annot. in Xiphilinum pag. 284. H. St.

JUVENTUS, ūtis. f. [νεότης] Ætas juvenilis, quæ & Juvenilitas & Juventa dicitur. Salluſt. Catil. cap. 5. pr. Ibique juventutem ſuam exercuit.
Cruda juventus. Sil. lib. 3. 303.
Docilis juventus. Hor. in Carm. ſæc. 52.
Effera juventus. Virg. 8. Æn. 5.
Toroſa juventus. Perſ. 3. Sat. 86.
Acuere juventutem. V. ACUO.
Juventus, Multitudo juvenum. Plaut. Moſt. 1. 1. 29. Cæſ. 3. Bell. Gall. 16. Nam quum omnis juventus, omnis etiam gravioris ætatis, in quibus aliquid conſilii aut dignitatis fuit, eo convenerant, tum, &c. Cic. 2. Tuſc. 34. Juventutem laboribus erudiunt, venando, currendo, &c.
Juventus, Dea quæ præeſſe putabatur ætati juvenili. Plin. lib. 35. cap. 10. Hard. Juventas. Liv. 36. 36. Juventutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Duumvir dedicavit. Al. Juventatis. [In nummis Juventa & Juventas & Juventus apud Oiſel. Tab. 45. Sola tamen JUVENTAS muliebri figura in Nummo M. Aurelii. in alio ejuſdem JUVENTUS & in alio Caracallæ JUVENTA IMPERII ipſum principem militari habitu ſtantem exhibet. Dea igitur rectius Juventas vocabitur. V. Ricquium de Capitol. cap. 14.

JUVENTA, æ. f. [νεότης] Ætas juvenilis: & (ut quibuſdam placet) Dea ipſa melioris ætatis & juventutis. Valer. 4. Argon. 233. Plin. lib. 7. cap. 13. Aliis ſterilis eſt juventa, aliis ſemel in vita datur gignere.
Ab juventa. V. AB præpoſitionem.
Calida juventa. Claud. de Bell. Get. 498.
Dulcis juventa. Hor. 1. Carm. 16. 23.
Audax juventa. Virg. 4. Georg. 565.
Lumen purpureum juventæ. Virg. 1. Æn. 590.
Florente juventa fervidus. Hor. de Arte Poet. 115.
Imbellis juventa. Hor. 3. Carm. 2. 15.
Prima floreſcente juventa. Sil. lib. 15. 741.
Pubeſcens juventa. Sil. lib. 16. 678.
Roſea juventa. Valer. 5. Argon. 395.
Senilem juventam, præmaturæ mortis eſſe ſignum. Plin. lib. 7. cap. 51.

Viridis juventa. Virg. 5. Æn. 295.
Exercere juventam. Catul. in Epithalamī. Juliæ, 59. 233.
Juventa, Multitudo juvenum. Martial. lib. 2. 98.
Quirinitiane, vagæ moderator fumme juventæ.
JUVENTAS, ātis. f. [Ἥβη] Dea, quæ juventuti præesse putabatur. Hor. 1 Carm. 30. 7. ad Venerem,
Et parum comis fine te Juventas. V. Liv. 5. 54. ad fin. & in JUVENTUS.
Juventas, pro Ætate juvenili. Lucret. lib. 5. 886.
Tum demum puerili ævo florente, Juventas
Occipit, & molli vestit lanugine malas. Al. Juventa.
JUVERNA, [Ἰουερνία] Insula est, Britanniæ proxima, quæ Hodie Hibernia dicitur, ut & Cæs. 5. Bell. Gall. 13. Ubi dicit dimidio quam Britanniam minorem existimari. V. IVERNIA.
JŪVO, jūvi, jūtum, [ὀνίω, ὠφελέω] āre. Auxiliari, & opem ferre. Juvare aliquem consolando, consilio, aut re. Ter. Her. Heaut. 1. 1. 34.
— crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.
Juvare aliquem consilio. Cic. 2. Off. 32.
Juvare auxilio. Cic. pro Corn. 23. Si consilio juvare cives & auxilio æqua in laude ponendum est, pari, &c.
Supplicibus juvandis assuetus. Ovid. 3. de Pont. 3. 107.
Facundia juvit causam. Ovid. 7. Met. 505.
Juvare aliquem apud alium. Cic. 16. Att. 21. Multum potes nos apud Plancum juvare.
Juvare ad beatam vitam. Cic. 1. de Fin. 71.
Juvare, Beneficio & misericordia prosequi. Cic. 3. Verr. 123. Quod contra legem Corneliam esset, quæ proscriptum juvari vetat. Liv. 37. 28. pr. Juvisse eos omni commeatu classem hostium. Budæus.
JUVAT, impersonale. i. e. Delectat. Juvat me, & Juvat mihi. Plaut. Capt. 1. 2. 33.
Neque unquam quicquam me juvat quod edo domi. Idem Cist. 1. 1. 118.
Quando ita tibi juvat, vale atque salve. al. Tibi lubet. Ter. Adel. 2. 3. 2.
Verum enimvero id demum juvat, si, quem æquum est bene facere, is facit. Virg. 4. Ecl. 2.
Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ. Cic. in Verr. 6. 12. Juvat me hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cœlum ferunt, Verris æstimatione sic concidisse.
Juvat evasisse tot urbes. Virg. 3. Æn. 56.
Juvat indulgere labori. Virg. 6. Æn. 135.
Te hilari esse animo & prompto ad jocandum valde me juvat. ex Epist. ad Q. Fratrem, vide in PROMPTUS. H. St
JUVOR, āri. passivum, pro Adjuvari & auxilium suscipere. Plin. lib. 17. cap. 24. Quod sic etiam juvatur.
Ope admota juvari. Ovid. 1. de Pont. 3. 90. conf. ipso verbo ad fin.
JUVANS, Partic. [ὠφελῶν] Cic. 7. Fam. 21. Meque diis juvantibus ante brumam exspectabis.

## J U X

JUXTA, [παρὰ] Præpositio, Apud significans. Virg. 4. Æn. 255.
— humilis volat æquora juxta.
Plaut. Trin. Juxta te sum, te pie tuearis oportet. Perottus Justa per s T scribit: negatque se videre qua ratione per x vulgo scribatur. Aliquando subintelligitur accusativus. Furiarum maxima juxta accubat. Virg. 6. Æn. 606.
Juxta genitorem astat Lavinia virgo. Virg. 7. Æn. 72.
Venire juxta seditionem. Tacit. 6. Ann. 13. Iisdem Consulibus gravitate annonæ juxta seditionem ventum.
Juxta, [ἅμα] Simul, conjunctim. Varro apud Non. 4. 233. Quum interea lucubrando facere juxta ancillas lanam. i. e. Una cum ancillis.
Juxta, Secundum, sive Post. Plin. lib. 7. cap. 45. Juxta hæc Variana clades. Gell. lib 4. cap. 9. Nigidius Figulus, homo (ut ego arbitror) juxta M. Varronem doctissimus. i. e. Secundum, hoc est post eum, & eo excepto doctissimus.
Juxta deos, in tua manu positum est. Tacit. 1. Hist. 76. h. e. Per favorem deorum. [Immo Secundum, vel Proxime deos, ut in præcedentibus locis.
Juxta libertatem. Tacit. 6. Ann. 42. Nam populi imperium, juxta libertatem; paucorum dominatio regiæ libidini propior est.
JUXTA, Adv. [ἴσως] i. e. Æque, similiter, eodem modo. Spem ac metum juxta gravatus. Tacit. 5. Ann. 8.
Juxta, absolute. Sallust. in Jugurtha cap. 67. Juxta boni, malique, strenui & imbelles inulti obtruncati. h. e. Æque boni ac mali. Plin. lib. 9. cap. 35. A feminis juxta virisque gestarentur.
Juxta ac si. Cic. Post reditum in Senat. 20. Tum reliquis officiis juxta, ac si meus frater esset, sustentavit. h. e. Quasi vel tanquam si, vel æque ac si.
Juxta, cum dativo, pro Peræque. Liv. 24. 19. Fabius omittendam rem parvam, ac juxta magnis difficilem, abscedendumque inde censebat. i. e. Non minus quam sunt magnæ.
Juxta atque. Liv. 2. Absentium bona juxta atque interemptorum divisa fuerunt.
Juxta cum. Plaut. Pseud. 4. 7. 62.
Quid jam? B an nescis quæ sit hæc res? S. juxta cum ignarissimis. i. e. Tam scio, quam qui maxime ignorant. Idem Perf. 4. 3. 75.
Hæccine illa est furtiva virgo? T. juxta tecum æque scio. Sallust. in Catil. 58. Nunc vero quo in loco res nostræ sint, juxta mecum omnes intelligitis.
Juxta esse, pro Familiarem esse. Suet. in Calig. cap. 10. Tantique in avum, & qui juxta erant, obsequii, ut non immerito sit dictum, Nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.
JUXTIM, Adv. [ἐγγὺς] significat Prope. Suet. in Tiber. cap. 33. Magistratibus pro Tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium: assidebatque juxtim vel ex adverso in parte primori. Al. Mixtim. Lucret. lib. 4. 1206. & Apul. in Flor. Non. 3. 451.

## I X

IXIA, æ. f. [Ἰξία] Genus herbæ. Plin. lib. 22. cap. 18. Chamæleonem aliqui ixiam vocant. V. ibidem utriusque nominis rationem.
IXĪON, ŏnis. m. [Ἰξίων] Rex Thessaliæ, a Jove deorum convivio adhibitus, amatam Junonem de stupro interpellavit. Illa confessa Jovi est, & ejus voluntate nubem in suam formam conversam obtulit, unde feruntur nati esse Centauri. Hæc Servius in 6. Æn. 289. Eadem fere Lucian. in deorum dialogis. Apud inferos ideo rotæ vertenti adstrictus. V. Hygin. Fab. 62.
Audax. Ovid. 12. Met. 210.
Perfidus. Hor. de Arte Poet. 124.
Tortus rota. Virg. 3. Georg. 38.
Orbes Ixionis. Propert. lib. 4. 12. 23.
Proles Ixionis Pirithous. Ovid. 8. Met. 566.
IXĪONĔUS, a, um. Adj. [Ἰξιόνειος] ut, Orbis Ixioneus. Virg. 4. Georg. 484.
IXĪONĪDES, [Ἰξιονίδης] Filius Ixionis, qui fuit Pirithous. Propert. lib. 2. 1. 38.
Theseus infernis, superis testatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

## I Y

IYNX, iyngis. [ἴυγξ] Avis, quæ Vertilla a colli versura vocatur. V. Aristot. lib. 2. Animal. cap. 12. Al. Torquilla.

# K

K'ΑΠΠΑ Græcorum ad quos proprie pertinet, & ad Latium venit non ad usum sed ad luxuriem. Priscian. l. 1. K & Q quamvis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam cum C, tamen eandem tam in sono vocum quam in metro continent potestatem: & K quidem supervacua est. Quintil. lib. 1. 4. K quidem in nullis verbis utendum puto, nisi quæ significat etiam ut sola ponatur. Et mox, Kappa apud Græcos nunc tantum in numero manet. Prioribus Romanis in usu fuit maximo. Ita in Legg. XII Tab. Pakunt pro Pagunt vel Pacunt; Porka, Arka, & similia in veteribus Inscriptionibus. Et similiter labente Latinitate in usum etiam revocatur, ut Dedikaverunt, &c. quorum copiam exhibet corpus Gruterianum.
At vero in vegeta Latinitatis ætate nihil, ut vidimus, valebat: sed in plenum usum τοῦ Κάππα Græcorum ubique veniebat C, unde Suidas in χλαμύς, C vocat τὸ Ῥωμαϊκὸν Κάππα.
Ejus tamen usum in tribus manere apud Latinos plerique existimarunt, in Kapita, Kalendæ, & Kalumnia (vel ut alii Kæsones, prænomine Fabiorum.) Ita Martian. Capella, K nunc nota esse putatur non littera. (Ita lego emendante Cl. Lipsio.) Nam ejus effectus C integrare non dubium est, absque his Kapita, Kalendæ, Kalumniæ. Terentian. Maurus,
K similiter otiosa ceteris sermonibus,
Tunc in usu est cum Kalendas annotamus aut Kaput.
Sæpe Kæsones notabant hac vetusti littera. Et similiter Ausonius, Idyll. 12. v. 133.
Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K. Verum hæc quanquam adducuntur a viris doctissimis ad hanc rem probandam, nihil tamen statuunt præter hoc, quod Romani veteres atque etiam posteriores in his tribus vocibus designandis vel *annotandis*, ut Terentiani verbo utar, K usurpabant. Atque ita fieri vidimus. K. pro Caput, Legis scilicet. K. Kalendæ. Nullo tamen modo sequitur in plena vocis descriptione ibi ullum locum K invenire potuisse.
Exstitisse olim & omnino communiter pervagatum fuisse hinc probant multi: quod cum K apud Latinos non Kappa sed Ka audiat (V. Servium ad Artem Donati, Ausonium item in versu supra adducto) ideo ex more vetusto vocali A non passum est post se exprimi. Multis enim veteres compendii gratia, quæ omnes in E desinebant, suam vocalem non apponebant, inde Bne, Ptre scribebant, pro Bene, Petere. Quod si fiat, tum Carus, Canus & hujuscemodi non potuere per C, sed per K exprimi, Krus, Knus. Aliter hodie non Carus, Canus; sed Cerus, Cenus fuissent expressa. V. Terent. Scaur. Grammaticum.
Ætatem ejus alii ad bellum Punicum, Isidorus 1. 4. ad Sallustium quendam ludimagistrum refert. K litteram Sallustius ludimagister postea Latinis adjecit. Quod si pateat exstitisse in Legg. Decemviralibus, vel si obtineat Scauri sententia, credibile est, hanc litteram non nisi cum lingua ipsa enatam fuisse.
Ad K allusisse Ciceronem nonnulli autumarunt his verbis in Orat. pro Sex. Roscio Amerino, 57. Littera illa, cui vos usque eo inimici estis. Littera enim K inurebatur frons Calumniatorum; Quippe cum, ut modo vidimus, Calumniam ita designarent. V. Turneb. 8. 22. Lamb. ad loc. Cic.
K. Caia, Cæso, Caput, Casa, Candidatus, Calendæ. K. F. Cæsonis filius. K. N. Cæsonis nepos. KAL. Calendæ. KARC. Carcer. K. PR. [Corpus Prætorianorum, puto] ut in Inscript. Gruter. 527. 1.

D M.
AURELIO CLAUDIO
VETERANO
Q. MIL. K. PR. QUI VIX.
ANNIS LXXX.